BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
9 M
76

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-13.f.59

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IO. PETRI MONETÆ MEDIOLANENSIS,

PRESBYTERI CONGREGATIONIS CLERICORVM
Regularium S. Pauli, ſacræ Theologiæ, ac
Iuris vtriuſque Doctoris,

S. SOC. IESV * BIB. II fis

TRACTATVS DE COMMVTATIONIBVS VLTIMARVM VOLVNTATVM.

IN CVIVS PRIORIBVS OCTO CAPITIBVS GENERATIM de commutatione vltimarum voluntatum agitur: in reliquis autem quatuor ſingillatim de totidem eius præcipuis ſpeciebus, nimirum, Derogatione fideicommiſſorum, derogatione qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, mutatione ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum, & ſuppreſſione beneficiorum, fuſiùs, & apta cum methodo diſputatur.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.

CVM SVMMARIIS, AC DVPLICI INDICE, ALTERO Capitum, & Quæſtionum, altero rerum ſingularium locupletiſſimo.

LVGDVNI,
Sumptibus Iacobi Cardon & Petri Cauellat.

M. DC. XXIV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI MAVRITIO A SABAVDIA, S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO;

IOANNES PETRVS MONETA
Cler. Reg. S. Pauli, Felicitatem.

QVI ſua ingenij, quale illud cumque ſit, monimenta edentes, aliorum illa nomini nuncupare volunt, valde in eo elaborare ſolent, vt egregium aliquem, & Clariſſimum virum ſeligant, cui ea dicata in lucem prodeant : quamplurimis ſimul, vnóque ſe adſpectu obiicientibus, quibus tamquam bene de ſe meritis oblato ingenij, ac vigiliarum fructu aliquam grati animi præbeant ſignificationem : plurimis etiam, quorum ab inſcripto tamquam Principum, ampliſſimorúm-

Digitized by Google

que virorum nomine ſcriptis, ac monimentis ſuis præſidij multum, ac ſplendoris accedat: plurimis demum, quos eius rei ſtudium capiat, quo ex genere ea diſputatio ſit, quam cupiunt inſcribere; vt res, quæ datur, perſonæ, cui datur, & rei datæ perſona ipſa reſpondeat. Iam verò hæc ſingula cæteris propoſita, qui aliquid nuncupant; dum ipſe Tractationem hanc de Commutationibus Vltimarum Voluntatum, quam triennij ſpatio à me conſcriptam in lucem vt emitterem, & communis adduxit vtilitas, quam ex labore metiens non exiguam fore ſperabam, & eorum impulit auctoritas, quibus cùm meam iam tradidiſſem voluntatem, non obtemperare nefas erat, ſummo alicui viro dicare cupio: admirabili quadam conſenſione in cauſam noſtram confluere videntur; & in eam perſonam, quæ, vt ſola penè mihi occurrit, ſic læto potiùs animo excipienda, & diligenda, quàm magno ſtudio conquirenda, ac deligenda fuit, conueniunt vniuerſa. Etenim, vt hæc omnia paucis complectar; (quando longiorem narrationem ſuſceptæ iam à me genus non patitur orationis:) hi meæ Iuriſprudentiæ fructus eximio illi, ac Principi viro conſecrantur; quem non modò ex Regia vtriuſque parentis ſtirpe progenitum, eiúſque Ducis filium, cuius cùm alias præclaras animi dotes, tum bellicam gloriam veterum Imperatorum ea laude florentium victricem magis, quàm æmulam nulla vmquam temporum conſequen-

tium

Digitized by Google

tium aut delebit obliuio,aut ætas conticeſcet: verùm etiam eidem Iuris facultati maximè deditum, ſumma quoque pietas, omnéſque omnino virtutes ad ampliſſimam Cardinalis dignitatem euexerunt, atque in Purpuratorum Patrum Collegio tamquam in cœlo clariſſimum ſydus collocarunt: munificentiſſimo illi viro dicantur, à quo nullum quidem beneficium priuatim, quod necdum occaſio tulit, accepi: quæ verò ab eximia Tua, & Sereniſſimi Patris Tui pietate, ac munificentia ſimul habeo cum Ordine illo,cuius iamdiu inſtitutum ſuſcepi, atque adeò vti corporis membrum, & optimi parentis filius tamquam mea, quasíque propria agnoſco: dum inter cætera & noſtrorum ſemper opera in rebus grauiſſimis vſi eſtis, & noſtrum Ordinem in ditione veſtra honeſtare, atque amplificare non cogitaſtis modò, ſed re ipſa voluiſtis, ac præſertim in illius ſede, quasíque capite Auguſta Taurinorum, cùm ad Sancti Dalmatij Eccleſiam veſtris tunc auſpiciis nobis conceſſam aliquot ex noſtris ita ſolemni apparatu, ac pompa deduxiſtis, vt numquam ea in re ſimilem aut viderit antiquitas, aut ſpectatura ſit poſteritas: hæc, inquam, & alia pleraque in noſtrum Ordinem à vobis collata beneficia eiuſmodi ſunt, vt omnem prorſus eripiant prædicandæ, nedum referendæ gratiæ facultatem. Dabit igitur ſe liber hic in medium, nullis non ornamentis inſignis, quia Tibi inſcriptus, Sereniſſime MAVRITI; nihil ſibi ab

Digitized by Google

aduerſariis, quos plerumque edita experiuntur ſcripta, pertimeſcens; quem nullis licèt ab Auctore firmatum præſidiis, Clariſſimi Tui nominis pondus roborat, dignitas confirmat, munit auctoritas: dabit ſe, inquam, in medium, & quantum à Te beneficium habeat, cunctis indicabit. Quòd ſi illud conſequar, vt hoc qualecumque munus; (exiguum fateor, aliquod tamen meæ ſingularis in Te voluntatis argumentum;) gratum Tibi accidiſſe intelligam; maxima eidem beneficio acceſſio fiet; atque hoc vno contentus nullam aliam à Te quæram mercedem laboris: excitabórque fortaſſe ad alia maiora; quæ, cùm prodibunt, non, vt hæc, leuiter adumbratam, ac tenui quaſi penicillo deſignatam, ſed expreſſam omnino meæ in Te obſeruantiæ ſignificationem cunctis gentibus dabunt. Deus O. M. Ordini noſtro, & vniuerſæ Chriſtianæ Reip. Te incolumem quamdiutiſſimè ſeruet.
ROMÆ, Nonis Septembris M. DC. XXII.

Digitized by Google

Don HIERONYMVS BOERIVS *Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Præpoſitus Generalis.*

CVM Tractatum de Commutationibus vltimarum voluntatum à Patre Io. PETRO MONETA noſtræ Congregationis Presbytero compoſitum, quatuor eiuſdem Congregationis eruditi viri, quibus id commiſimus, recognouerint, atque in lucem edi poſſe probauerint; facultatem concedimus, vt typis mandetur, ſi iis ad quos pertinet, ita placuerit. In quorum fidem has manu noſtra ſubſcriptas, ſigillóque noſtro munitas dedimus. Mediolani in Collegio noſtro SS. Apoſt. Pauli, & Barnabæ, ſeptimo Idus Septembris 1622.

Don HIER. BOER. PP. Generalis.

APPROBATIO THEOLOGORVM.

NOS infraſcripti ſacræ Theologiæ Doctores fidem facimus, lectum à nobis eſſe librum qui inſcribitur, *Io. Petri Monetæ Mediolanenſis, Preſbyteri Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, &c. Tractatus de Commutationibus vltimarum voluntatum*; nihílque in eo repertum quod fidei orthodoxæ, Catholicæ atque Apoſtolicæ repugnet; quin opus ipſum doctâ Commutationum vltimarum voluntatum tractatione illuſtre ac vtile. Datum Lugduni 3. Ianuarij 1623.

Fr. ROBERTVS BERTHELOT Epiſc. Damaſci.

Fr. CLAVDIVS COCHET Dominicanæ familiæ Lugdun. Alumnus & Prior.

R. D. D. THOMÆ DE MESCHATIN LA FAYE, huius libri imprimendi facultas.

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus & Camerarius Eccleſiæ Lugdunenſis, & Vicarius Generalis in Archiepiſcopatu Lugdunenſi: Opus inſcriptum, *Io. Petri Monetæ Mediolanenſis, Preſbyteri Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, &c. Tractatus de Commutationibus vltimarum voluntatum*; vt in lucem edatur, facultatem concedo. Lugduni die 8. Nouemb. 1623.

MESCHATIN LA FAYE.

LIBRVM cui titulus eſt, *Io. Petri Monetæ Mediolanenſis, Preſbyteri Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, &c. Tractatus de Commutationibus vltimarum voluntatum*; ego Procurator Regius typis demandari conſentio. Lugduni die 18. menſis Auguſti anno Domini 1623.

PVGET.

LIBRVM hunc cui inſcriptio, *Io. Petri Monetæ Mediolanenſis, Preſbyteri Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, &c. Tractatus de Commutationibus vltimarum voluntatum*; à IACOB CARDON & PETRO CAVELLAT, in lucem dari permittimus, ac ſimul ne quis citra factam ei ab iiſdem poteſtatem denuo excudat, interdicimus. Datum Lugduni die 19. menſis Auguſti 1623.

DECHAPONAY.

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII A CHRISTIA-nißimo Galliarum Rege conceßi.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis Diplomate ſancitum eſt, ne quis in regno ſuo, aliiſve locis ditioni ſuæ ſubiectis, intra decem annos, à prima editionis die computandos, excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quouis modo, & ratione curet librum, qui inſcribitur, *Io. Petri Monetæ Mediolanenſis, Presbyteri Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, &c. Tractatus de Commutationibus vltimarum voluntatum*; præter IACOBVM CARDON & PETRVM CAVELLAT, Bibliopolas Lugdunenſes, aut illos, quibus ipſimet concceſſerint. Prohibitum inſuper eâdem auctoritate Regiâ omnibus ſuis ſubditis, eundem librum extra regni ſui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac inſtigare, ſine conſenſu dictorum IACOBI CARDON & PETRI CAVELLAT. Idque omne ſub confiſcatione librorum, aliiſque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Pariſiis die 30. Ianuarij 1623.

De mandato Regis,

Signatum

LE BOSSV.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITVM, ET QVÆSTIONVM, Quæ in hoc Tractatu continentur.

CAPVT I.

Quid ſit commutatio vltimæ voluntatis: & habet duas Quæſtiones.

I. IN qua ſignificatione hic ſumatur commutatio vltimæ voluntatis. col. 4
II. Quomodo definiri poſſit commutatio vltimæ voluntatis. 6

CAPVT II.

Quotuplex ſit commutatio vltimæ voluntatis: & habet tres Quæſtiones.

I. Quot ſint genera vltimarum voluntatum. 15
II. Quot ſint ſpecies vltimarum voluntatum, earúmque commutationis. 19
III. De variis commutationis vltimarum voluntatum formulis. 29

CAPVT III.

Quo iure introducta ſit commutatio vltimarum voluntatum: & habet quatuor Quæſtiones.

I. An commutatio vltimæ voluntatis ſit inducta iure diuino naturali. 54
II. An commutatio vltimæ voluntatis ſit à iure diuino poſitiuo introducta. 63
III. An vltimarum voluntatum cõmutatio inducta ſit iure humano poſitiuo. 68
IV. Quam ob cauſam introducta ſit commutatio vltimæ voluntatis. 76

CAPVT IV.

Quænam vltimæ voluntates commutari poßint: & habet ſeptem Quæſtiones.

I. An commutari poſſint tam vltimæ voluntates, ſeu diſpoſitiones tam inter viuos, quàm in morte, ſeu cauſa mortis. 84
II. An vltimæ voluntates tam profanæ, quàm piæ poſſint commutari. 89
III. An commutari poſſint vltimæ voluntates contrariæ, vel conformes iuri naturali. 100
IV. An vltimæ voluntates contrariæ, vel conformes iuri diuino poſitiuo commutari poſſint. 109
V. An poſſint commutari vltimæ voluntates contrariæ, vel conformes iuri humano poſitiuo. 121
VI. An commutari poſſint vltimæ voluntates præter ius, aut quæ ſunt de facto impoſſibiles. 133
VII. An vltimæ voluntates conditionales, vel in diem, commutari poſſint ſiue ante, ſiue poſt aduentum conditionis, vel diei. 140

CAPVT

Digitized by Google

INDEX CAPITVM,

CAPVT V.

Quinam poſſint vltimas voluntates commutare: & habet quindecim Quæſtiones.

I. An priuata perſona poſſit aliquam vltimam voluntatem propria auctoritate commutare. 164

II. An ſupremus Princeps ſecularis poſſit omnes vltimas voluntates commutare. 184

III. An Principes inferiores, & Magiſtratus aliquam vltimam voluntatem commutare poſſint. 202

IV. An Papa indiſtinctè valeat commutare omnes vltimas voluntates. 207

V. Quid poſſit Concilium generale circa commutationem vltimarum voluntatum. 217

VI. An Collegium S. R. E. Cardinalium poſſit aliquando vltimas voluntates commutare. 223

VII. An Legatus Sedis Apoſtolicæ commutare poſsit vltimas voluntates. 230

VIII. An Pœnitentiaria Apoſtolica vltimas voluntates commutare valeat tam in exteriori, quàm inferiori foro. 245

IX. An Concilium Prouinciale poſsit aliquas vltimas voluntates cõmutare. 252

X. An Patriarchæ, Primates, & Archiepiſcopi in tota ſua Prouincia commutare poſsint vltimas voluntates quoad ſubditos ſuffragancorum. 257

XI. An Epiſcopi in ſua Diœceſi poſsint vltimas voluntates commutare. 270

XII. An Capitulum Sede Epiſcopali vacante vltimas voluntates in ea Diœceſi commutare poſsit. 300

XIII. An Prælati ſeculares habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem poſsint in ſua iuriſdictione vltimas voluntates commutare. 309

XIV. An Vicarius generalis, Epiſcopi, Capituli Sede vacante, vel Prælatorum habentium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, commutare poſsit vltimas voluntates. 323

XV. An Prælati Regularium aliquas vltimas voluntates cõmutare poſsint. 344

CAPVT VI.

De obſeruandis ab impetrante commutationem vltimarum voluntatum: & habet ſex Quæſtiones.

I. An aliqua cauſa neceſſariò exigatur ad commutandã vltimam voluntatẽ. 352

II. Quænam ſint cauſæ commutationis vltimarum voluntatum. 368

III. An, & quando taciturnitas veri, aut expreſsio falſi vitiet vltimarum voluntatum commutationem. 389

IV. Quænam ſpeciatim exprimenda ſint in impetranda commutatione vltimæ voluntatis. 428

V. Quænam in ſpecie illa ſint, quæ falsò expreſſa vitiant commutationem vltimarum voluntatum. 460

VI. An poſsit quis alteri ſine mandato commutationem vltimæ voluntatis impetrare. 474

CAPVT VII.

De forma obſeruanda ab ipſo commutante vltimas voluntates: & habet quinque Quæſtiones.

I. An omnes commutationes vltimarum voluntatum committendæ ſint Ordinario. 486

II. De vi, & effectu quarumdam clauſularum, quæ ad robur, ſubſtantiam, & ſolemni

Digitized by Google

lemnitatem commutationis vltimarum voluntatum pertinent, atque in eius reſcriptis apponi ſolent. 502
III. De vi,& effectu clauſularum derogatoriarum, quæ in reſcriptis commutationis vltimarum voluntatum ſæpe apponuntur. 536
IV. An in commutatione vltimarum voluntatum aliquorum citatio, ſeu vocatio,vel conſenſus requiratur. 570
V. Quæ obſeruanda ſint circa praxim commutationis vltimarum voluntatum. 615

CAPVT VIII.

Quibus modis expiret commutatio vltimarum voluntatum: & habet decem Quæſtiones.

I. An commutatio vltimarum voluntatum, vel poteſtas eas commutandi expiret per mortem naturalem, vel ciuilem concedentis. 635
II. An, & quando poteſtas commutandi vltimam voluntatem expiret in Commiſſario, eiúſve ſubſtituto per alterius eorum mortem ciuilem, vel naturalem. 672
III. An commutatio vltimæ voluntatis expiret per mortem naturalem, aut ciuilem impetrantis,vel aduerſarij. 716
IV. An commutatio vltimæ voluntatis expiret per lapſum temporis certi,vel incerti,maximè in ipſa commutatione præſtituti. 744
V. An, & quando ceſſante cauſa commutationis vltimarum voluntatum ceſſet, ſeu expiret ipſa commutatio. 774
VI. An commutatio vltimarum voluntatum expiret per eius reuocationem à commutante factam. 799
VII. An per expreſſam, vel tacitam renuntiationem commiſſionis commutationis vltimæ voluntatis à Commiſſario, eiúſve ſubſtituto factam expiret in eorum altero facultas commutandi. 824
VIII. An iuriſdictio Commiſſarij commutationis vltimarum voluntatum expiret, aut ſaltem ſuſpendatur per recuſationem, appellationem,aut quid ſimile. 845
IX. An, & quando vltimæ voluntatis commutatio expiret per eius renuntiationem expreſſam, vel tacitam ab impetrante factam. 883
X. An, & quando vltimæ voluntatis commutatio expiret per ipſius non vſum,contrarium vſum,vel abuſum. 921

CAPVT IX.

De fideicommiſſorum derogatione: & habet octo Quæſtiones.

I. Quid ſit derogatio fideicommiſſorum. 949
II. Quotuplex ſit fideicommiſſorum derogatio. 963
III. Quo iure,& quâ ob cauſam introducta ſit fideicõmiſſorum derogatio. 990
IV. Quibúſnam fideicommiſsis derogari poſsit. 1065
V. Quínam derogare poſsint fideicommiſsis. 1098
VI. Quænam obſeruanda ſint ab impetrante derogationem fideicommiſſorum. 1153
VII. Quæ forma obſeruanda ſit à ſuperiore fideicommiſſis derogante. 1168
VIII. Quibus modis expiret fideicommiſſorum derogatio. 1181

CAPVT X.

De derogatione qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum: & habet octo Quæſtiones.

I. Quid ſit derogatio qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum. 1200
II. Quotuplex

Digitized by Google

II. Quotuplex ſit derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum. 1208
III. Quo iure,& quam ob cauſam introducta ſit derogatio qualitatum appoſitarum in fundatione beneficij. 1216
IV. Quibúſnam qualitatibus in fundatione beneficij appoſitis valeat derogari. 1233
V. Quínam poſsint derogare qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis. 1302
VI. Quænam obſeruanda ſint ab impetrante derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum. 1370
VII. Quæ forma obſeruanda ſit à ſuperiore derogante qualitatibus in fundatione appoſitis. 1411
VIII. Quibus modis expiret derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum. 1424

CAPVT XI.

De mutatione ſtatus Eccleſiarum,ac beneficiorum: & habet octo Quæſtiones.

I. Quid ſit mutatio ſtatus Eccleſiarum,& beneficiorum. 1444
II. Quotuplex ſit mutatio ſtatus Eccleſiarum,ac beneficiorum. 1456
III. Quo iure,& quam ob cauſam introducta ſit mutatio ſtatus Eccleſiarum,& beneficiorum. 1467
IV. Quínam Eccleſiarum,ac beneficiorum ſtatus mutari poſſint. 1487
V. Quínam mutare poſſint ſtatum Eccleſiarum,& beneficiorum. 1533
VI. Quænam obſeruanda ſint ab impetrante mutationem ſtatus alicuius Eccleſiæ,vel beneficij. 1601
VII. Quæ forma obſeruanda ſit à ſuperiore mutante ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij. 1627
VIII. Quibus modis expiret mutatio ſtatus Eccleſiarum,aut beneficiorum. 1645

CAPVT XII.

De ſuppreſſione beneficiorum: & habet octo Quæſtiones.

I. Quid ſit ſuppreſſio beneficiorum. 1665
II. Quotuplex ſit beneficiorum ſuppreſſio. 1674
III. Quo iure,& quam ob cauſam introducta ſit ſuppreſſio beneficiorum. 1684
IV. Quænam beneficia ſupprimi poſſint. 1694
V. Quínam poſſint ſupprimere beneficia. 1706
VI. Quænam obſeruanda ſint ab impetrãte ſuppreſſionem beneficiorum. 1731
VII. Quæ forma obſeruanda ſit à ſuperiore ſupprimente beneficia. 1758
VIII. Quibus modis expiret ſuppreſſio beneficiorum. 1787

Finis Indicis Capitum, & Quæſtionum huius Tractatus.

TRACTA

Digitized by Google

TRACTATVS DE COMMVTATIONIBVS VLTIMARVM VOLVNTATVM.

ECce tibi, candide Lector, quintus ex tenuitate mea prodit in re legali, Deo duce, & auctore, tractatus. Etenim, cùm superioribus annis de *Decimis* tam spiritualibus, quàm Papalibus breuem tractatum ediderimus; cui statim alterum similem subiecimus de *Optione canonica*, & paulo pòst alium prolixiorem de *Distributionibus quotidianis*; nuper verò quartum cæteris vberiorem conscripserimus de *Conseruatoribus iudicibus*: nunc pariter in modum tractatus, primi, vt reor, Deo dante, de *Commutationibus vltimarum voluntatum* agere instituimus. Vt autem in hac quotidiana, vtilique materia apta cum methodo procedamus; & quidem omnino eadem, qua in postremo, ac duobus illis prioribus vsi sumus: tractatum hunc in duodecim summa capita distribuentes, ea singula in proprias, & opportunas quæstiones distinguemus: quas non ad partes, in quo non multum, vt reor, inest fructus; sed decidendo, & iuribus, atque, vbi hæc desint, frequentioribus Doctorum placitis, vtplurimum adhærentes more nostro pertractabimus.

Primò igitur videbimus: Quid sit commutatio vltimarum voluntatum.
Secundò: Quotuplex sit vltimarum voluntatum commutatio.
Tertiò: Quo iure introducta sit commutatio vltimæ voluntatis.
Quartò: Quænam vltimæ voluntates commutari possint.
Quintò: A quibus valeant commutari vltimæ voluntates.
Sextò: De obseruandis ab impetrante vltimæ voluntatis commutationem.
Septimò: De forma obseruanda ab ipso commutante vltimas voluntates.
Octauò: Quanto tempore duret, seu, quomodo expiret vltimarum voluntatum commutatio.
Nonò: De fideicommissorum derogatione.
Decimò: De derogatione qualitatum appositarum in fundatione beneficij.
Vndecimò: De mutatione status Ecclesiarum, & beneficiorum.
Duodecimò, ac postremò: De suppressione, seu extinctione beneficiorum.

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM.

Quid sit commutatio vltimæ voluntatis.

SVMMÆ RERVM.

1. *Disputatio omnis incipit à definitione.*
2. *Quæstio, quid sit, duo continet, quid nominis, & quid rei, & hæc illi præponenda est; num. 3. & 15.*
4. *Mutationis nomen, vnde sumitur commutatio, multas habet phrases, quæ omnes in eo conueniunt, vt significetur vnius in aliud secundùm substantiam, vel accidens conuersio; num. 5.*
6. *Mutatio duplex est, alia substantialis, alia accidentalis. & illa vel quoad totam substantiam, vel quoad aliquam eius partem; aut etiam quoad totam essentiam, vel partem essentiæ accidentis; num. 7. hæc multiplex est iuxta multiplicitatem eorum, quæ rei, salua eius substantia, seu essentia, extrinsecus adueniunt, seu accidunt; num. 8.*
9. *Mutatio, & commutatio an in aliquo differant.*
10. *Vltimum in vnoquoque genere quid sit; & quid primum.*
11. *Voluntas tripliciter accipitur, pro potentia animæ, pro habitu, & pro actu.*
12. *Vltimarum voluntatum nomine quid veniat.*
13. *Commutationis nomen quomodo in hoc tractatu accipiatur, siue ea substantialis sit, siue accidentalis; & quomodo vltima voluntatis; num. 14.*

QVONIAM, vt scriptum reliquit M. Tullius initio prioris lib. *de offic.* quem nostri sequuntur *in l. omnis definitio, ff. de regul. iur.* omnis, quæ à ratione suscipitur 1. de aliqua re institutio, † debet à definitione proficisci, vt intelligatur, quid sit id, de quo disputetur. cùm autem de ea re controuertitur, 2. quid sit, † duo quæri posse tradunt communiter Dialectici, ac Rhetores post Arist. *lib. 1. poster. cap. 2. text. 2.* & ex Iurisconsultis plurimi relati pariter, ac probati à Sebast. Medic. *in præam. sui tract. de definit. num. 4. & 5.* ac rursus *quæst. 2. num. 3. & 4.* alterum ad quid nominis pertinens, seu de variis eius nominis significationibus, vt facilè dignosci possit, in qua potissimùm significatione res illa, seu vox sumatur in ea disputatione, quæ instituta est, necnon ipsius disputationis titulus: alterum, quod spectat ad quid rei, seu de ipsa definitione, qua rei essentia explicatur; ideo in hoc primo cap. in quo videndum est, quid sit commutatio vltimæ voluntatis, duæ dumtaxat quæstiones erunt pertractandæ; altera, quomodo in hoc tractatu accipiatur commutatio vltimæ voluntatis; altera, quomodo ea rectè definiri possit. 3. Ante definitionem autem, seu, quid rei, † præmittemus id, quod spectat ad quid nominis; prout illud præponendum esse, constat ex *l. 1. ff. de iust. & iur.* iuncta *l. 1. ff. si cert. pet.* cum aliis ad id adductis à Medic. *vbi suprà*, & nobis *in tract. de distrib. quotid. part. 1. quæst. 1. num. 2. 3. & 4.*

QVÆRO igitur PRIMO, in qua significatione hìc sumatur commutatio vltimæ voluntatis?

Cùm plures sint & quidem valde inter se diuersæ cuiuslibet trium horum vocabulorum, ac nominum significationes, iure dubitari potest, quomodo simul iuncta sumantur in præsenti disputatione.

Nam, quod ad nomen, & vocem commutationis attinet; huius nominis, mutationis, † vnde 4. sumptum, & formatum est commutationis vocabulum, & nomen, multæ sunt phrasës, vt videre est inter cæteros apud Alberic. *in suo Dictionar. verb. mutare*, & alios *in suis Vocabularijs iuris*, ac Rebuff. *in l. mulieris, §. res abesse, ad verbum, mutata, ff. de verb. signif.* & inter orationis ornamenta, nimirum exornationes tam verborum, quàm sententiarum, commutationem posuit Cic. *ad Heren. lib. 4.* licèt omnium ea vnica sit vis, & acceptio, vt † 5. per eam significetur vnius in aliud, vel secundùm substantiam, vel secundùm accidens conuersio, atque translatio, vt satis constat ex locis M. Tullij, quæ Marius Nizol. *in verbo, commutatio, & commutare*, affert, maximè *ad Attic.* vbi commutationis voluntatis meminit; *l. neque, C. ad exhib. cap. alma mater, in princ. de sent. excomm. in 6. cap. perueniet, il 2. de iureiur. & cap. 1. & cap. scripturæ, de vot. & vot. redempt.* cum simil. non multo pòst allegand. mutari enim aliquid potest † duobus modis, vel 6. substantialiter, vel accidentaliter. Substantialis mutatio rursus † est duplex: altera quoad totam omnino 7. substantiam, seu quoad omnes eius partes, qualis est ea mutatio, & conuersio, quæ fit in Eucharistiæ augustissimo Sacramento; per consecrationem enim panis, & vini conuersio fit totius substantiæ panis in substantiam corporis Christi Domini nostri, & totius substantiæ vini in substantiam sanguinis eius; quæ conuersio conuenienter & proprie à sancta Catholica Ecclesia Transubstantiatio est appellata: prout his ipsis verbis declarauit OEcumenica Tridentina Synodus *sess. 13. cap. 4.* quæ etiam *can. 2.* idipsum adhuc apertiùs definit in hæc verba: Si quis dixerit in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento remanere substantiam panis, & vini vnà cum corpore, & sanguine Domini nostri Iesu Christi; negauerítque mirabilem illam, & singularem conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus dumtaxat speciebus panis, & vini, quam quidem conuersionem catholica Ecclesia apissimè Transubstantiationem appellat, anathema sit. quam quidem conuersionem, ac transubstantiationem Rom. Pontifex commutationem appellauit *in c. cùm Martha, §. si tunc igitur, de celebrat. Miss.* ibi, cùm panem, & vinum in corpus, & sanguinem proprium commutauit. Altera est quoad vnam dumtaxat substantiæ partem, hoc est, formam substantialem, eadem remanente materia; cuiusmodi communiter est generatio substantialis, quæ à Philosopho *1. de generat. text. 23.* definitur mutatio totius in totum, nullo sensibili manente vt subiecto eodem. Dicitur autem hæc generatio mutatio totius in totum, non quia nulla remaneat

neat pars ſubſtantiæ ; remanet enim eadem materia ſub forma ſubſtantiali aduenientè : ſed quia poſt generationem ſubſtantialem non eſt ampliùs idem compoſitum , ſeu totum ſubſtantiale , quod erat priùs. Ad hanc autem reducimus illam mutationem accidentis , per quam tota eius eſſentia , vel pars eſſentialis mutatur ; ſumendo nimirum ſubſtantiam rei pro eius eſſentia ; quomodo à D. Paulo Apoſtolo 2. *Corinth.* 11. dicitur ſubſtantia gloriæ , & *Hebr.* 11. fides dicitur ſubſtantia , cùm tamen ſit in prædicamento qualitatis : & ſubſtantia, pro *vita*, hoc eſt , eſſentia ſumitur *in l. de venditionibus , ff. de contraben. empt.* vnde etiam apud Iuriſconſultos dicitur ſubſtantia emptionis , *l. pacta conuenta , in princ. ff. eod. tit. & l. 3. C. eod.* ſubſtantia cognationis , *l. nec facilè , in princip. ff. de grad. & affin.* ſubſtantia obligationis , *in l. contra etiam, ff. ad S. C. Macedon. & l. 5. ff. de action. & oblig.* operæ, *in l. hereditas , ff. de acq. rer. domin.* venditionis , *in l. ſi voluntate , C. de reſcind. vend.* ac denique ſubſtantia veritatis , *in l. cum falſa , C. de iur. & facti. ignor. l. cum inſtrumentis , C. de fid. inſtrument. l. ſi cum pater , C. ad S. C. Velleian. & l. ſi mater , ff. de contrab. empt.* atque hanc ſignificationem ſubſtantiæ pro rei eſſentia , prout etiam accidenti conuenit, admittunt quoque communiter Philoſophi poſt Ariſt. *in 7. lib. Metaph.* maximè *cap.* 3. atque inter eos Suarez *diſput. 33. ſua Metaph. in princip.* cuiuſmodi erit mutatio beneficij , quæ fit per eius ſuppreſſionem , & extinctionem ; de qua latiùs , ac ſeorſim acturi ſumus inf. hoc eod. tract. *cap.* 12. eóque poſtremo , per tot. Mutatio verò accidentalis , † quæ fit , cùm aliquid eorum mutatur , quæ eſſentiæ rei , ſiue ea ſubſtantia ſit , ſiue accidens, extrinſecus aduenium , ſeu accidunt , quæ à Papiniano I. C. *in d. l. pacta conuenta* , vocantur adminicula , vt ibi etiam exponit gloſ. recepta *in verbo, adminicula* ; multiplex eſt, iuxta multiplicitatem accidentium , quæ ſalua rei ſubſtantia , & eſſentia eidem accidunt , & extrinſecus aduenium , atque ab ea vtplurimum amoueri , & ſeparari poſſunt ; vt cùm mutatur in ea quantitas, qualitas , locus , tempus , modus , & ſimilia. Quod autem de mutatione dictum eſt , idem omnino de commutatione ſtatui debet ; hæc enim † illi ſolùm addit, vt cum Philoſophis loquar , relationem ſucceſſionis , ſeu viciſſitudinis , hoc eſt , mutuam quandam mutationem , & eorum , quæ commutantur , vnius alteri , nimirum poſterioris priori ſucceſſionem : & commutari in iure de priori, ſeu de eo quod, quid, vel quale priùs erat , dicitur ; vt *in l. minimè , ff. de legib.* ibi, minimè mutari debent , quæ ſemper certam interpretationem habuerunt. & *l. ſancimus, C. de teſtam.* ibi , quod non mutatur , cur ſtare prohibetur ? necnon *l. qualem* , aliàs , *l. dicere autem, §. ſeu verſ. ſed ſi de pluribus , ff. de recept. arbitr.* per quem text. Afflict. *deciſ.* 21. *num.* 7. notauit quoque mutate eſſe de aliquo aliquid facere ; id quod etiam ſimul cum eo , quod mox diximus , præter iura paulo antè citata , ſatis probat text. *in l. mutavi , ff. de procurat. l. vnica , C. de mutat. nom. c. in malis , c. ſi aliquid , il 1. & il 2. cap. incommutabilis, & cap. non ſemper, 22. quæſt. 4. cap. 1. ne ſed. vacan. & rubr. de alien. ind. mut. cau. facti.* cum ſimil. commutari verò ſemper de vtroque dicitur , hoc eſt, de priori , ſeu eo , cui fit ſubrogatio ; & de poſteriori, ſeu eo , quod ſubrogatur , & ſuccedit ; vt ſatis conſtat ex *d. l. neque , C. ad exhibend. d. c. almæ mater, d. c. 1. & c. ſcripturæ, de vot. d. cap. peruenit , il 2. de iureiur. cap. 1. de alien. ind. mut. cau. facti. cap. 2.*

8.

9.

Io. Petr. Monetæ de commut. vlt. volunt.

& 3. cum tribus ſeqq. de rer. permut. & in hac ſpecie, de qua agimus, ex Conc. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 6. de reformat.* in iis primis verbis , *in commutationibus vltimarum voluntatum.* Quia tamen actio ipſa mutationis etiam circa ſubrogatum verſatur , ſicut & commutatio ; ideo parum , aut nihil ab ea differt , niſi quòd commutationis nomen illud exprimit , quod in mutatione tacitè tantùm ineſt.

Vltimum in vnoquoque genere † illud eſt , poſt quod nullum aliud in eo genere ſequitur , vt patet ex *l. ex duobus, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. qui duos, ff. de reb. dub. & l. 2. §. hereditas , ff. de ſuis , & legit. hered.* vnde & vltimum ſupplicium illud dicitur, per quod mors infertur ; *l. vltimum* , iuncta gloſa ab omnibus recepta , *in l. vltimum , ff. de pœn.* quoniam poſt illud nullum aliud remanet ſupplicium in hac vita ſubeundum. Neque ad hoc, vt quid vltimum ſit , ac dicatur , requiritur , vt aliud præcedat in eodem genere ; vt inter cæteros aduotauit Alciat. *in l. in vulgari , num. 2. ff. de verb. ſign. & in l. illa verba , in princ. num. 3. ff. eod. tit.* arg. *l. 1. §. 1. ff. de ſecund. tab.* vbi Prætor , cùm ſe bonorum poſſeſſionem daturum ſecundùm ſupremas tabulas edixiſſet , eum quoque admittit , qui vnicis, ac ſolis tabulis inſtitutus ſit ; ſicut & primum aliquid dicitur , licèt poſt illud nullum aliud in eo genere ſequatur : vt conſtat ex *cap. Joſeph , de verb. ſign.* ſumpto ex D. Hieronymo *in Matth. cap.* 1. vbi primogenitus dicitur is , qui primò naſcitur , licèt nullus alius eum ſequatur. Immo & vltimum dicitur , poſt quod aliud eiuſdem generis ſequitur, quod iure non valet. ſic idem Alciat. *num.* 3. & Iacob. Spiegel. *in lexico iur. ciuil. verbo , vltimum teſtamentum*, referunt , quòd , cùm lex vltima teſtamenta rata eſſe debere mandaſſet , Fabius Quintilianus *in quadam ſua declamatione* , vltimum interpretatur primum , poſt quod tamen aliud factum erat , quod iure non valebat ; hócque ex voluntate legis eſſe autumat , licèt non ex verbis. nam voluntas imperfecta non eſt voluntas , *l. cùm Sillanianum , C. quibus vt indig. §. ex eo autem ſolo, Inſtit. quib. mod. teſtamen. infirm.* cum ſimil. nec præſtat impedimentum , quod de iure non ſortitur effectum , *cap. non præſtat , de reg. iur. in 6.* & actus nullus pro infecto habetur , *l. 4. §. condemnatum, ff. de re ind.*

10.

Voluntas denique † tripliciter accipi poteſt, pro animæ potentia , pro habitu , & pro actu , vt optimè inter alios tradit eruditiſſimus b.m. Card. Mantic. *in ſuo tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 1. tit. 3. num. 3.* Primò ergo accipitur voluntas pro animæ rationalis vi , ſeu potentia , qua bonum expetimus, & malum auerſamur , duce ratione. de qua voluntate tradunt Philoſophi *in lib. de anima.* Secundò pro habitibus , qui ſunt in voluntate , ſiue illi virtutis ſint , ſiue vitij : prout quoad habitum virtutis iuſtitia definitur ab Vlpiano Iureconſulto *in l. iuſtitia , ff. de iuſt. & iur.* & Iuſtiniano *Inſtit. eod. tit. in princip.* quòd ſit conſtans , & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi ; vbi *voluntas* manifeſtè ſumitur pro habitu virtutis, prout explicat S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 58. *art.* 1. & Paul. de Caſtr. *d. l. iuſtitia , num.* 1. & gloſ. *in d. prine. ver. iuſtitia.* & iuſtitiam habitum eſſe virtutis , apertè colligitur ex Ariſt. *lib.* 5. *Ethic. cap.* 1. & Marc. Tull. *lib.* 2. *de inuent.* in eo cap. in quo agit de genere cauſarum deliberatiuo ; vbi iuſtitiam definit, quòd ſit habitus animi communi vtilitate ſeruata ſuam cuilibet tribuens dignitatẽ. Quoad habitum vitij exemplũ habemus in ſimonia, quæ definitur ſtudioſa voluntas emendi,

11.

vel vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum; ſecundum gloſſam ſolemnem *in ſumma* 1. *quæſt.* 1. receptam communiter à Canoniſtis *ibi*, *& in rubr. de ſimon.* à Scholaſticis *in 4. diſt.* 25. & à S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 1. S. Ant. 2. *part. ſumm. tit.* 1. *cap.* 5. §. 1. Silueſtr. & cæteris Summiſtis *verbo*, *ſimonia.* Nauarr. *in man. confeſſ. c.ip.* 23. *numer.* 100. & aliis paſſim: in ea enim definitione apertè ſumitur voluntas pro habitu vitioſo ſimoniæ. Tertiò voluntas ſæpe in iure accipitur pro actu voluntatis, ſeu obiecto, & materia, circa quam verſatur ipſe actus voluntatis, prout ab eo pendet; ſic *in l. qua ratione*, §. *ha quoque*, *ff. de acquir. rer. dom. &* §. *per traditionem*, *Inſtit. de rer. diuiſ.* nihil eſſe dicitur tam conueniens naturali æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferri, ratam haberi; & *in l. ſocietatem*, *C. pro ſoc.* habetur, quòd legitimæ contrahentium voluntates omnimodo ſunt conſeruandæ. Similiter ſi quis rem aliquam, vel etiam totum patrimonium velit poſt mortem ſuam in alium transferri, talis diſpoſitio voluntas dicitur, quæ pro lege etiam ſeruatur; §. *diſponat*, *in authent. de nupt.* vna eſt enim legis intentio, vt, quæ diſpoſita ſunt à morientibus, impleantur, §. *exheredatos*, *in auth. de hered. & Falc.* & vltima voluntas defuncti modis omnibus ſeruari debet. *cap. vltima voluntas*, 13. *quæſt.* 2. &, nihil eſſe, quod magis hominibus debeatur, quàm vt ſupremæ voluntatis, poſtquam iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, dicitur *in l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ.*

12. Vltimarum igitur voluntatum nomine † venient illæ humanæ voluntates, ac diſpoſitiones, ſeu actus humanæ voluntatis, poſt quos alius non ſequitur, quique attendendi, ac ſeruandi ſunt, ſecluſa eorum commutatione, aut alia derogatione; atque adeò etiam illæ diſpoſitiones irreuocabiles, quæ dicuntur actus inter viuos: nam & has propriè ſub nomine vltimarum voluntatum comprehendi, licèt fortè non ita propriè, ſicut eæ, quæ communiter vltimæ voluntates dicuntur, conſtabit ex iis, quæ latiùs adducemus *cap. ſeq. quæſt.* 1. vbi de diuerſis vltimarum voluntatum generibus, ac ſpeciebus fuſiùs agemus.

Interim verò his de multiplici commutationum, & vltimarum voluntatum ſignificatione præmiſſis; breuiter videamus, in qua potiſſimùm ſignificatione accipienda erunt in hoc tractatu nomina commutationis, & vltimæ voluntatis, ac de quibus commutationibus vltimarum voluntatum erit agendum.

Et quidem quod ad commutationis nomen attinet; pro eo † illud hìc accipiemus, quod eſt aptum 13. comprehendere tum mutationem ſubſtantialem, hoc eſt, quoad ſubſtantiam operis; & hanc vel quoad omnes ſui partes, vtputa eleemoſynæ, in orationem, peregrinationem, aliáſve corporis afflictiones; anniuerſariorum in Miſſas: vel quoad aliquam partem tantùm, vt cùm loco partis vnius ex prædictis, ſimilibúſve operibus ſubrogatur pars alterius operis diuerſi generis: tum etiam mutationem accidentalem; & hanc, ſiue quoad quantitatem, cùm ab eodem opere pars detrahitur, vt cùm Miſſa quotidiana reducitur ad hebdomadariam; & hæc magis propriè dicitur reductio, ſeu moderatio: ſiue quoad qualitatem, vt cùm diſpoſitio quæ requirit in Capellania ſacerdotium, aut in fideicommiſſo proximitatem vſque ad tertium gradum, ita commutatur, vt in Capellania, vel tollatur qualitas ſacerdotij, quæ tamen potiùs dicenda eſt derogatio, vel diſpenſatio, quam commutatio, iuxta tradita per Doct. *in rubric. de pr. presb. in 6. & de vot. & vot. redempt. Clem. quia contingit, de relig. domib.* Specul. *tit. de diſpenſ.* & alios paſſim, ac ſatis de ſe patet, vel loco illius ſubrogetur proximitas fundatoris; in fideicommiſſo autem vel derogetur d. proximitati, vel in eius locum ſubſtituatur maſculinitas, aut alia ſimilis qualitas: ſiue quoad locum, vt quòd Eccleſia conſtruenda in vno loco, in alio conſtruatur; quòd eleemoſyna eroganda in pauperes vnius loci, erogetur in pauperes alterius loci: ſiue quoad tempus, vtputa quòd executio diſpoſitionis præueniatur, vel differatur: aut quòd ad certum tempus, contrarium, vel diuerſum quid à diſpoſito ſeruetur; ſiue quoad alia accidentia, in quibus conſiderari poſſit vltimæ voluntatis commutatio; quæ infrà latiùs ſuis locis, præſertim *cap.* 4. & 5. examinabimus.

Et iuxta has omnes ſignificationes, quartíque ſpecies commutationis, quæ etiam habentur *in l. cùm hi*, §. *eam tranſactionem*, & §. *ſi cui*, *ff. de tranſact.* vbi de commutatione alimentorum per vltimam voluntatem donatorum nonnulla cauentur, nos de commutatione vltimæ voluntatis agemus in præſenti tractatu. Quoad nomen autem vltimæ voluntatis; quicquid ſit an eius appellatione propriè veniat actus inter viuos, de quo, vt etiam paulo antè admonuimus, potiùs *cap. ſeq. quæſt.* 1. diſſeremus: certè in hoc tractatu † vltimarum vo- 14.
luntatum nomine actus quoque inter viuos comprehendemus, in quos cadere, aut certè conſiderari poſſit commutatio; &, ſumpto voluntatis vocabulo non pro potentia, aut habitu, ſed pro actu voluntatis, ſeu pro materia, circa quam actus ipſe verſatur, & exercetur, vltimam eam voluntatem, quam ſemel validam nullos alius actus validus circa eam materiam ſubſecutus ſit, idque ſiue alius actus eum circa eandem rem præceſſerit, ſiue non; iuxta ſuperiùs deducta, vbi quid ſit vltimum, latiùs oſtendimus.

Svmmæ Rervm.

15 *Verborum interpretatio præcedere debet rei definitionem.*

16. *Definitio commutationis vltimæ voluntatis duplex; quæ ibid. & aliquot num. ſeqq. explicatur.*

17. *Definitio conſtare debet genere proximo, & propria differentia.*

18. *Definitio in iure periculoſa eſt, neque de ea perfectè tradenda valde laborandum Iureconſultis.*

19. *Definitio bona quas conditiones habere debeat, remiſſiùs.*

20. *Mutatio alia naturalis, alia moralis, alia ciuilis.*

21. *Diſpoſitionis nomen ad quid propriè referatur.*

22. *Diſpoſitio alia hominis, alia legis, ſicut etiam præſumptio, ſententiæ, cenſuræ, & pœna. num.* 23.

24. *Lex humana eſt ab homine, & à Deo.*

25. *Teſtamentum, & alia ſimiles hominis diſpoſitiones, cùm ſunt reuocata, ac dum reuocari poſſunt, propriè non ſunt vltimæ voluntates.*

26. *Poteſtas legitima præter voluntatem requiritur in qualibet diſpoſitione.*
27. *Auctoritatis nomine continetur non modo ea, quam ſuperior impertit, ſed & qua quis priuatim vtitur.*
28. *Commutatio vltimæ voluntatis aliquo modo præiudicat tertio, ac derogat iuri communi, idéoque requirit cauſam legitimam; numer.* 29.
30. *Cauſa legitima ea eſt, quæ eſt à iure approbata.*

QVÆRO SECVNDO, & poſtremò, quomodo definiri poſſit commutatio vltimæ voluntatis?

Poſtquam diximus de vocabulis, ac nominibus cõmutationis vltimæ voluntatis, ac de ea vidimus, quid nominis: conuenienter ſequitur, vt quid rei,
15. videamus; verborum enim interpretatio † ſtatim præcedere debet rei ipſius definitionem, vt ex *l. 1. ff. de inſt. & iur. & l. 1. ff. ſi cert. petat.* & vtrobique Bald. atque aliis docet Mantic. *d. tract. de coniect. vltimar. voluns. lib. 1. tit. 1. num. 1.* Io. Bellon. *in argum. leg. cap. 1.* & nos ſatis oſtendimus *tract. de diſtribut. quotid. part. 2. quæſt. 1. num. 1. vſque ad 4.* & attigimus *quæſt. præced.* circa initium; quibus adde alios idem ſentientes, quos ſequitur Sebaſt. Medic. ibidem allegatus *in tract. de definitionibus quæſt. 5. num. 7.* iunctо maximè eo quod habet M. Tullius initio 1. *lib. offic.* relatus, & probatus à noſtris *in l. omnis definitio ff. de reg. iur.* atque alibi ſæpe, omnem, quæ à ratione ſuſcipitur, aliquã de re inſtitutionem debere à definitione proficiſci.

Et quoniam nullam reperire potui ab aliquo Doctore allatam commutationis vltimæ voluntatis definitionem, ipſe conabor eam afferre. Videtur igi
16. tur mihi † cõgruè definiri poſſe, vel clariùs ſic, eius, quod ab homine irreuocabiliter diſpoſitum eſt, ab auctoritatem habente ex legitima cauſa, in aliud facta mutatio: vel breuiùs ſic; irreuocabilis diſpoſitionis hominis legitima mutatio: vbi per verbum illud, *legitima*, ſignificamus, & comprehendimus cauſam efficientem, nimirum eum, qui de iure vltimam voluntatem commutare poteſt; ac ſimul etiam cauſam finalem à iure approbatam, ob quam commutatio huiuſmodi facienda eſt. quod quidem vtrumque clariùs explicatur in præcedenti definitione; primum quidem illa particula, *ab auctoritatem habente*, ſecundum verò illis verbis, *ex legitima cauſa*. Atque hæc poſterior definitio ſatis comprobata remanebit ex prioris comprobatione; eius autem comprobatio ſatis conſtiget ex eiuſdem, ſingularúmque illius partium explicatione, ex qua etiam
17. liquebit, eam congruam eſſe, † cùm conſtet ex genere proximo, & propria differentia, iuxta theoricam non modò Dialecticorum, & Rhetorum, ſed etiam Iuriſconſultorum, ac præcipuè Bart. *in l. 1. ff. de teſtament. & d. l. omnis definitio.* quamuis, vt ibi
18. Vlpianus monet, omnis definitio † in iure ciuili periculoſa ſit; vix enim rarum eſt, vt ſubuerti non poſſit: vnde non valde laborandum eſſe Iuriſconſultis, ſi non ita exactas, & ad Dialecticorum præcepta examinatas definitiones afferant, pluribus tradit Mantic. *d. lib. 1. tit. 4. num. 11.* Quas autem conditiones habere debeat bona definitio, † latè tractat
19. Sebaſt. Medic. quem non niſi poſt hæc ſcripta vidimus, *in tract. de definitionibus part. 2. quæſt. 4.* per tot. quarum aliquas nos recenſebimus *cap. 9. quæſt. 1. poſt. med.* vbi etiam illud admonebimus, quòd, cùm aliquid non incomplexum, vt homo, ſed complexum, plura nimirum continens, definitur, in eius definitione non vnum genus, neque vnicam differentiam poni debere.

Dixi autem in definitione, *mutatio*, vt ſignificarem pro parte genus proximum noſtræ commutationis, per quod conuenit cum reliquis mutationibus, † ſiue naturali, de qua Philoſophus tum alibi, tum *lib. 2. de generat.* ſiue ſupernaturali, ſeu morali, de qua Pſal. 76. *Ego dixi, nunc cœpi, hæc mutatio dextera Excelſi*; ſiue ciuili, de qua ſæpe in iure, vt *in l. ante litem, cum ſeq. ff. de procurat. l. iudex, ff. de re iud.* & in aliis iuribus adductis à Rebuff. *in l. mulieris, §. res abeſſe, verbo, mutata, ff. de verb. ſign.* & Alberic. *in Dictionario, verbo, mutare.* Et de mutatione voluntatis habemus inter alios text. *in l. 1. §. penult. ff. depoſ. l. ſi verò, §. ſi mandauero, ff. mand. l. ſi ſterilis, in fin. ff. de act. empt. & l. 2. §. 1. ff. de precar.* Vſi autem ſumus potius nomine mutationis, quàm commutationis, vt nugatio vitaretur, cùm foret exprimendum id, quod mutatur, ſeu in cuius locum fit ſubrogatio; & id, quod ſubrogatur, ſeu in quod mutatur: hæc autem expreſſio ſatis fit per nomen commutationis, non autem mutationis, quæ ſolùm id, quod mutatur, expreſsè ſignificat; id verò, in quod mutatur, dumtaxat tacitè: vt conſtat ex iis, quæ ſup. *quæſt. præced.* de mutationis nomine diximus. Idipſum verò in quod fit mutatio, poſtea per verba illa, *in aliud*, exprimitur, ſeu expreſsè in definitione ponitur.

Dixi, *eius, quod diſpoſitum eſt*, ad ſignificandum obiectum, ſeu materiam vltimæ voluntatis, circa quam verſatur mutatio, ſeu commutatio, de qua agimus; ac ſimul pro alia parte genus eiuſdem proximum, per quod conuenit cum quauis mutatione voluntaris ſiue reuocabilis, ſiue irreuocabilis: & tam diſpoſitionem per actum inter viuos, quàm eam, quæ fit cauſa, ſeu contemplatione mortis, & nomine, ac vocabulo generis communiter appellatur vltima voluntas. licet enim diſpoſitio † magis 21.
proprie, aut frequentiùs, ad vltimam voluntatem referatur, *d. §. diſponat, in authent. de nupt. & d. §. exheredates, in auth. de hered. & falcid. d. §. cùm autem, Inſtit. quibus ex cauſis manum. non liceat*, traditque Alberic. *in Diction. verbo, diſponere*, & alij, quos ad id allegat Mantic. *d. tit. 5. num. 9.* tamen, vt *ibidem* ſubdit Mantic. poteſt etiam commodiſſimè, nec quidem impropriè intelligi de ea diſpoſitione, quæ fit inter viuos, *cap. 2. in princ. & c. cum in illis, de præb. in 6. & §. vlt. in fin. Inſtit. de acquiſit. per arrogat.* ac notat Alex. *in rubr. ff. ſolut. matrim.* & ibi tuetur Socin. iun. 2. *part. num. 46.* Addidi autem in definitione, *ab homine*, pro parte propriæ differentiæ, vt hæc diſpoſitio, circa quam verſatur commutatio, diſtinguatur ab ea diſpoſitione, quæ per legem fit. Et hæc quidem diſpoſitionis diuiſio, ac diſtinctio † in iure & partim à noſtratibus 22.
approbatur, vt conſtat ex *l. Celſus, ff. de recept. arbitr.* & *ibi* gloſ. & ſcribent. & aliis quæ ad id allegat Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 46.* ferè per tot. præſertim ex *num. 24. ad fin.* vnam & viginti differentias affert inter vtramque diſpoſitionem, ſicut idemmet Menoch. *quæſt. 4. & 5.* latiùs probat, diuiſionem illam præſumptionis † in præſumptionem 23.
iuris, ſeu legis, & hominis; & cenſuræ, ſententiæ, ac pœnæ aliæ dicuntur latæ à iure, aliæ ab homine, vt *in cap. vnico, de maior. & obed. in 6. & cap. eos, qui. de ſent. excommun. eod. lib.* & ex communi tradit inter alios Vgol. *tract. de cenſur. tab. 1. cap. 2. §. 1.* habétque ſtylus Curiæ in omnibus ferè diplomatibus; qui ſtylus facit ius, *cap. ex litteris, de conſt. & cap. quum grauis,*

de crimin. falſ. cum ſimil. & ratio eſſe poteſt, quo-
24. niam licèt humana lex † ab homine proculdubio lata dicatur: tamen, quia lex iuſta fertur à Principibus, & legiſlatoribus tamquam Dei miniſtris, à Deo lata dici poteſt, iuxta illud Prou. 8 *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt*; & ad Rom. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit; non eſt enim poteſtas, niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt.* & poſt pauca: *Vis non timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa; Dei enim miniſter eſt tibi in bonum*, &c.

Addidi etiam, *irreuocabiliter*, pro parte quoque propriæ differentiæ; vt includerem eas ſolas diſpoſitiones, quæ reuocatæ non fuerunt, irreuocabiléſque ſunt vel de iure, ac per ſe; quales ſunt actus inter viuos, vt donatio, venditio, ac cæteri contractus omnes: vel, ſi reuocabiles ex ſua natura ſunt, vt teſtamentum, & ſimilia; tamen iam ad eum terminum redactæ ſunt, vt reuocari ampliùs de facto non poſſint, quia ſequuta ſit mors naturalis, vel
25. ciuilis diſponentis. quæ voluntates † dumtaxat inter has tunc vltimæ dici poſſunt: nam quæ reuocatæ fuerunt, pro infectis habentur, & vltimæ dici non poſſunt, vt monet inter alios Mant. *d. lib. 1. tit. 4. num. 3.* & tradunt Doct. *in l. 3. §. vlt. ff. de adimend. legat. l. cùm hic ſtatus, §. ait oratio, ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. Stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.* & etiam, quæ reuocabiles ſunt, vltimæ omnino dici non debent, cùm poſt eas aliæ ſequi poſſint, iuxta ea, quæ ſuperiùs adduximus, cùm de eo, quod vltimum eſt, ageremus. Expectandum igitur quoad hoc erit tempus, in quo amplius reuocari non poſſint; vel ex natura ipſarum diſpoſitionum irreuocabiles eſſe debent.

Dixi quoque in definitione, *facta ab auctoritatem habente*, pariter pro parte propriæ differentiæ, vt excluderem eas mutationes, quæ caſu, vel de facto, & ſine legitima auctoritate fierent, & vt cauſam efficientem commutationis ſignificarem: nam in
26. qualibet hominis diſpoſitione † præter voluntatem requiritur legitima poteſtas, vt ſatis probat Menoch. *d. tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 198. num.*
27. 1. & licèt præcipuè auctoritatis nomine † contineatur ea, quam impertit ſuperior, vt conſtat ex *cap. ſi quis presbyterorum, de reb. Eccleſ. non alien. cap. conſultationibus, de donat. cap. præterea, il 1. cap. cura, & cap. ſuggeſtum, de iure patr.* cum ſimil. tamen ea quoque continetur, qua quis priuatim poteſt vti. ſic *in l. 4. §. quod autem, ff. de vſucap.* dicitur, quod ſubreptum erit, eius rei perpetua auctoritas eſto, atque *in §. ſacra autem res, Inſtit. de rer. diuiſ.* Si quis auctoritate ſua (inquit Imp.) quaſi ſacrum ſibi conſtituerit. & in leg. XII. tabularum ſic cauebatur: Aduersùs hoſtem æterna auctoritas eſto; ſic dicitur aliquãdo quis poſſe propria auctoritate ingredi, vel apprehendere poſſeſſionem, & ſimilia facere, vt patet ex pleriſque inſtrumentis: & hoc modo loquendi vtitur etiam gloſa recepta *verbo, ſpiritualibus, de arbitr.*

Denique ponitur in definitione, *ex legitima cauſa*, pro complemento propriæ differentiæ; quo-
28. niam cùm † per commutationem vltimæ voluntatis aliquo modo præiudicetur tertio, & iuri com-
29. muni derogetur, ad illam † requiritur cauſa, & ea
30. non quælibet, ſed in iure approbata: hæc enim † dicitur legitima. arg. text. *in l. legitima conuentio, ff. de pact.* ibi, legitima conuentio eſt, quæ lege aliqua confirmatur: vt latiùs oſtendemus *cap. 6. q. 3. & 4.* Interim verò finis præſenti quæſtioni ac ſimul etiam cap. imponatur.

CAPVT II.

Quotuplex ſit commutatio vltimæ voluntatis.

SVMMÆ RERVM.

1. *Diuiſio, ſeu partitio rei, de qua diſputatur, facienda ſtatim eſt poſt eius definitionem.*
2. *Quot quæſtiones, & quæ tractanda ſint in hoc cap.*
3. *Quot ſint genera, & ſpecies commutationis vltimæ voluntatis, remiſſiuè.*
4. *Genus proximum, & ſubalternum, vel ſpecies, quid ſit.*
5. *Vltima voluntas in genere an detur, & quid ſit ſecundum Zaſij, & aliorum ſententiam; num. 6. & quid ſecundum veritatem; num. 7. cum plurib. ſeqq.*
8. *Verus intellectus text. in l. licèt, C. de pact.*
9. *Diuiſio præſertim prima debet eſſe bimembris.*
10. *Diſpoſitio quoque hominis inter viuos de rebus ſuis eſt vltima voluntas.*
11. *Actus inter viuos, qui nõ niſi morte confirmantur.*
12. *Teſtamentum dicitur vltima voluntas ſecuta morte teſtatoris.*
13. *Donatio inter viuos quando reuocetur ex iuris diſpoſitione.*
14. *Voluntas morte finitur.*
15. *Vltima voluntas quomodo definiatur.*
16. *In quo ſenſu accipiant communiter legiſlatores, ac Doctores nomen vltimæ voluntatis; & in quo accipiendum ſit in hoc tractatu.*

QVONIAM poſt definitionem eius rei, de qua eſt agendum, † ſtatim ad eiuſdem partitionem, & diuiſionem deueniendum eſt, vt facilè dignoſci poſſit, an de omnibus illius partibus, vel aliquibus tantùm ſit differendum: quod ſanè colligere licet ex his, quæ M. Tullius *in Topicis*, & auctor lib. *ad Herenn.* aliíque Rhetores tradiderunt, ac de ea ſcriptum reliquit ex noſtris gloſ. *in Proœm. Inſtit. §. igitur, verbo, eaſdem conſtitutiones*, & Sebaſt. Medic. *in proœm. ſui tract. de definit. num. 16.* atque ita etiam nobiles ſcriptores obſeruaſſe reperior, & inter cæteros doctiſſ. Card. Mant. qui tracturus de coniecturis vltimarum voluntatum, priùs tradidit de coniectura, & vltima voluntate tam quid nominis, quàm quid rei; tum ſtatim vtriuſque ſpecies ſubiecit. Nos igitur quoque eiuſdem veſtigiis, & Rhetorum præceptis hac in re inſiſtentes, poſtquam in præced. cap. vidimus, quid ſit vltimæ voluntatis commutatio, ſtatim nunc diſputandum propoſuimus, quotuplex ea ſit. In qua diſputatione † tria nobis occurrunt tractanda, quæ ſingulis 2.
quæſtionibus abſoluemus; prima erit quot ſint genera, ſeu ſpecies ſubalternæ vltimæ voluntatis; altera, quot eiuſdem ſpecies infimæ; tertia, & poſtrema continebit præcipuas quaſdam cõmutationum vltimarum voluntatum formulas, quibus, cùm opus fuerit, mutatis mutandis, vti, atque alias inde formare quis poterit. Nam, quot ſint genera, vel ſpecies huius commutationis, † facilè colligetur ex 3.
iis, quæ *cap. præced. quæſt. 1.* de commutationis nomine adduximus, quæque in ſecunda huius capquæſt. quæ eſt de ſpeciebus vltimæ voluntatis, ad fin. afferemus.

QVÆRO

Digitized by Google

QVÆRO igitur PRIMO in hoc cap. quot ſint genera vltimarum voluntatum? Quæſtio propoſita accipienda eſt de genere, non generaliſſimo, ſeu ſummo, quod ſpecies eſſe non poteſt, nec de proximo, † quod ſpecies infimas immediate continet, vt 4. animal, quod continet ſpeciem hominis, leonis, &c. ſed de ſubalterno, ſeu medio, quod alia genera, ſeu ſpecies ſubalternas continet, ipſumque ſpecies eſt, quale eſt viuens, quod ſub ſe habet genus, ſeu ſpeciem ſubalternam animalis, & plantæ, iuxta ea, quæ tradit Ariſt. *in prædicament.* Porphyrius, & alij *in prædicabilibus.* & inter noſtrates ex iuribus docet Rebuff. *in l. signi appellatione*, ad illa verba text. *omne genus materia, in princ. & in verſ. & varias, ff. de verb. ſignif.* vbi etiam *in verſ. interdum, & ſæpius*, monet, ac probat, interdum, ac ſæpiùs Iuriſconſultos genus accipere pro ſpecie: ſicut quod Philoſophi individuũ, ipſi ſpeciẽ appellant, vt per Doct. *in l. 2. ff. ſi cert. pet. l. legato generaliter. ff. de leg. 1. & l. Maeuius, ff. de legat. 2.* Hoc præmiſſo conuenit inter Doct. nomen vltimæ voluntatis, vt pleraque alia, † reperiri & in 5. genere, & in ſpecie. ſic *Zaſ. lib. 1. reſponſ. cap. 1. & in intellect. ſing. in princ.* Rebuff. *vbi ſupra, verſ. ego verò*, Iacob. Spiegel. *in lexic. iur. ciuil. verbo, voluntas vltima*, ac nouiſſimè Mantic. *d. tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 4. n. 1.* per text. *in l. licèt, cum gloſ. vlt.* & *ibi* Bald. *num. 5. & 6.* & alios, *C. de pact.* Bart. *in auth. ſi qua mulier, num. 20. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & Ang. *in l. 5. §. genera, num. 2. verſ. ſic & vltima voluntas, ff. de acq. poſſ.* Et hoc quidem videtur eſſe mirabile (ſubdit Mantic. *n. 2.*) quoniam genus non inuenitur extra intellectum, cùm ſit imaginatio intellectus, (quam Philoſophi ens rationis appellant,) vt ſcribit Bart. *in l. Maeuius, §. duobus, num. 9. ff. de leg. 2.* & Bald. *in l. 2. in fi. C. de neg. geſt. in l. vlt. num. 17. C. de contrab. empt. & in rubr. C. qui admitti, num. 4. in fi. & in l. 2. num. 9. in fi. C. commun. de legat. & in l. cùm incertum, ff. de leg. 1.* Lap. *alleg. 21. in fin.* Aret. *in l. 2. §. 1. col. 5. verſ. extra gloſ. ff. de verb. oblig. & ibi* Lancell. Galian. declarat *num. 13.* Idem etiam poſt multos adnotauit Mol. *lib. 1. de Hiſpan. primog. cap. 12. num. 29.* ad id allegans text. *in l. cùm antiquitas, in princ. C. de teſtam. l. vnica, ad fin. C. de caduc. tollend. l. iubemus nulli, §. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & alia, quæ citat Peral. *in l. ſi quis in principio teſtamenti, num. 31. & 32. ff. de leg. 3.* & Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 16. num. 17. cum ſeq.*

Non conueniunt tamen præcitati Doct. in huius rei explicatione. Nam Zaſ. *d. cap. 1.* vt eũ refert Rebuff. vbi ſuprà *verſ. Zaſius*, vult † genus dici, quod 6. non habet certum nomen, vt vltima voluntas in genere, quæ eſt, inquit, innominata, gloſ. *in l. licèt, C. de pact.* quæ generis appellatio (ſubdit Zaſ.) nõ ideo genus dicitur, quòd ad ſpecies reſpiciat, ſed eapropter ſic nominatur, quòd ſolum ſit, & anonymum, ad nullam certam ſpeciem accedens, nullaſque ſub ſe ſpecies habens. Verùm hæc doctrina Zaſ. incognita eſt non Philoſophis modò, ſed etiam Iuriſconſultis, vt detur genus ſine aliqua ſub ſe ſpecie: nam immo genus ſemper habet ſaltem vnam ſub ſe ſpeciem, & ſpecies ſaltem vnum individuum, vt in Angelis contingit, iuxta Angelici Doctoris, & ſequacium opinionem; aliàs darentur ideæ, & formæ realiter abſtractæ, & ſeparatæ, iuxta Platonis, & Platonicorum ſententiam à cæteris Philoſophis meritò reiectam, & improbatam. neque gloſ. id dicit, ad quod eam Zaſius allegat, vt facile patebit ex iis quæ paulo pòſt pro noſtra ſententia in medio afferemus. Tolerabilius autem locutus eſt idem Zaſ. *in intell. ſing. in princ.* vt eum allegat, ac ſequitur Spiegel. *loc. cit.* hanc vocem vltimæ voluntatis in genere inueniri, vt quæ nec ſit teſtamentum, nec codicillus, nec donatio cauſa mortis, nec alio ſpeciali nomine nominetur, ſed ſimpliciter in generali appellatione vltimæ voluntatis relinquatur. quomodo fere hanc rem explicaſſe videntur Vaſq. *d. §. 16. num. 18.* Molin. *d. num. 29.* atque etiam Mantic. *d. num. 2.* dum prædictis verbis ſubiicit, quare hoc ſane ſic debet intelligi, quòd vltima voluntas reperitur in genere, hoc eſt, ſub nomine generis, ſed tamen illa, quæ reperitur, neceſſe eſt vt ſit ſpecialis, ſeu ſingularis alicuius hominis voluntas, quæ generaliter vltima voluntas dicitur abſque alio nomine ſpeciali, & ita, inquit, loquitur, & intelligitur *d. l. licet, C. de pact.* & *ibi* Dec. declarat *num. 12.* & ſic putat Mant. intelligendum eſſe titulum Decretalium qui inſcribitur *de teſtam. & vltim. volunt.* Verùm ſubobſcurè locuti videntur hi Doct. & quidem, ſi illud tantùm intendunt, genus vltimæ voluntatis abſtrahere à ſuis ſpeciebus, eáſque tantùm in confuſo continere, prout latis apertè ſentiunt Vaſq. *d. num. 18.* & Molin. poſt alios *d. num 19.* vt colligitur ex iuribus, quæ allegant, nihil noui dicunt, neque aliquid ſpeciale ponunt in vltima voluntate; id enim conuenit communiter cæteris generibus, eorúmque nominibus. Quòd ſi intendunt, dari ſpeciem quandam vltimæ voluntatis, quæ non ſit teſtamentum, neque aliqua ex iis ſpeciebus, quæ communiter vltimæ voluntatis nomine nuncupantur, & à nobis recenſebuntur *quæſt. ſeq.* nec certum nomen habeat, ſed hoc generali nomine vltimæ voluntatis appelletur; hoc nouum eſt, atque inauditum in iure, & apud Doctores, illámque cuperem aſſignari, & circumlocutione aliqua deſcribi. præterquam quòd per hunc modum explicandi vltimam voluntatem in genere fit tranſitus ſeu deſcenſus à genere ad individua, ſeu ſingularia abſque medio ſpeciei, quod eſt abſurdum. Neque *dd. cùm antiquitas*, aut alia iura, quæ Vaſq. & Molin. citant, id probant, ad quod illa adducunt: Sed ſolùm, præter teſtamentum, codicillum, aut donationem cauſa mortis, dari alias ſpecies vltimæ voluntatis, ſeu quæ ſub genere vltimæ voluntatis conſiſtunt: vel quòd ab omnibus ſpeciebus vltimarum voluntatum genus quoddam abſtrahi poteſt, quod appelletur, ac ſit vltima voluntas. Dicta verò lex, *licèt*, aliter exponenda eſt, vt paulo pòſt videbimus, ſicut d. rubr. *de teſtam. & vltim. volunt.* communiter ab omnibus exponitur; prout canones ſub ea poſiti loquuntur, de ſpeciebus vltimæ voluntatis à teſtamento diſtinctis, quæ ſpeciale, ac certum nomen habent. Paulo aliter, & fortè meliùs locutus eſt Rebuff. vbi ſuprà, *verſic. ego verò putarem*; dum ait, ſe putare, vltimam voluntatem dici in genere, id eſt, indeterminatè ſiſtere ſub ſuo genere: nam vltima voluntas quædam tranſit in nomen, vt in teſtamentum, & alias ſpecies, &c. alia non tranſit, ſed manet ſub generico nomine, ſicut dicitur de pactis *in l. 1. & ſeq. ff. de pact.* quæ vltima voluntas ſub genere conſiſtens eſt ſpecies vltimæ voluntatis indeterminata, & non genus. Verùm quatenus hæc etiam explicatio introducere videtur quandam ſpeciem vltimæ voluntatis, quæ certum nomen, & ſpeciale non habeat, ſed hoc nomine generico vltimæ voluntatis nuncupetur, eadem prorſus ratione, qua præcedens explicatio, ipſa quoque reſellitur; quæ etiam non comprobatur ex *dd. 1. & ſeq. ff. de pact.* quamuis enim præcipuè ex *d. l. 1. §. vltimum* cta *l. iuris gentium, ff. eod. tit.* colligatur, ſub generali nomine conuentionis contineri plures ſpecies,

quarum aliquæ in aliud nomen tranſeunt, veluti in emptionem, & locationem, in pignus, ſtipulationem, ſocietatem, commodatum, depoſitum, & cæteros ſimiles contractus; aliæ in ſuo nomine ſtant, & dicuntur conuentiones, ſeu contractus innominati. tamen id non adaptatur ad illud, pro quo à Rebuff. allegatur, vt ſpecies detur vltimæ voluntatis à teſtamento aliiſque ſpeciebus *ſeq. quæſt.* enumerandis diſtincta, quæ, cùm nullum certum nomen habeat, generali tantùm vltimæ voluntatis nomine appelletur: ſed potiùs è contrario, vt † 7. primùm detur vnum genus ſubalternum (ſpecies nimirum diſpoſitionis, ſeu voluntatis) quod dicitur vltima voluntas, ſeu diſpoſitio, ſeu vltimum elogium, aut ſupremum iudicium; tum huius generis detur ex vna parte vna ſpecies vltimæ voluntatis, (ſubalterna nimirum,) quæ habet certum nomen diſpoſitionis, ſeu vltimæ voluntatis inter viuos, quæ diuiditur in emptionem, locationem, ſocietatem, commodatum, depoſitum, & alios contractus per ſe irreuocabiles; ex alia verò parte detur altera ſpecies ſubalterna, quæ, cùm non habeat certum nomen, retinet nomen generis, & dicitur ſimpliciter vltima voluntas, atque ex Vlpiano I. C. *in l. cùm hi, §. planè, ff. de tranſact.* appellari poteſt mortis cauſa datio; quæ deinde diuiditur in ſpecies infimas, hoc eſt, teſtamentum, codicillum, &c. & hic eſt ſenſus planus prædictæ doctrinæ gloſ. & aliorum *in d. l. licèt*, dum aſſerunt dari vltimam voluntatam in genere, ſeu quæ ha- 8. bet nomen generis; qui ſenſus etiam colligitur † ex text. *in d.l. licèt*, qui apertè loquitur de actu, & diſpoſitione, ſeu pacto inter viuos, & de eo dicit Imperator obtinere vim poſtremi iudicij, hoc eſt, vltimæ voluntatis; & *ibi* not. Iacob. de Aren. & Ang. *in d.l. 3. §. genera, ff. de acq. poſſ.* illam gloſ. eſſe ſingularem ad hoc, quòd dabilis eſt vltima voluntas in genere, quòd nimirum habeat ſub ſe tamquam ſpeciem illam vltimam diſpoſitionem, quæ communiter nomine generis vltima voluntas appellatur, & continet teſtamentum, codicillum, &c. Præterea idem ſenſus tum ex eo confirmari poteſt, 9. quòd, cùm † omnis diuiſio, præcipuè prima, debeat eſſe bimembris, vt auctor eſt inter alios Boët. diſertiſſimus Philoſophus *in ſua Dialect. tract. de diuiſ. cap.* 4. quem alij paſſim ſequuntur, atque ex noſtris ſentit Additionator gloſ. *verbo, ſumma, in prine. Inſtit. de iure perſon.* vbi ad id eſt bonus text. ſed melior *in §. omnium, Inſtit. de oblig. & §. omnium, Inſtit. de actio.* vbi idem ſentit gloſa ipſa, *verbo ſumma*, & per hunc text. ita in terminis pluribus relatis tradit Sebaſt. Medic. *in 1. part. ſui tract. ac def. n. quæſt.* 2. *num.* 1. ſi vltima voluntas non eſſet genus ad diſpoſitionem inter viuos, & eam, quæ fit contemplatione mortis, ſed ſolùm ad illas ſpecies, quæ communiter vltimæ voluntatis nomine appellantur, hoc eſt, teſtamentum, codicillum, & alias, de quibus *in ſeq. quæſt.* iam genus hoc vltimæ voluntatis immediatè in quinque ſpecies diuideretur contra prædictam doctrinam, quam ſecutus eſt I.C. *in l. 1. §. huius ſtudij, ff. de iuſt. & iur.* & apertiùs Imper. *Inſtit. de oblig. §. 1.* ibi, omnium autem obligationum ſumma diuiſio in duo genera diducitur. tum 10. etiam ex eo, quòd † non minori, immo fortè maiori ratione vltima voluntas eſſe, ac dici debere videtur actus, ac diſpoſitio hominis inter viuos de rebus ſuis, quàm teſtamentum, codicillus, ac reliquæ diſpoſitiones, quæ communiter vltimæ voluntates appellantur: nam illa poſtquam perfecta eſt, altero inuito ampliùs diſſolui non poteſt, ac per ſe irreuocabilis omnino eſt. *l. ſicut, C. de act. & oblig.* hæ verò reuocabiles ſunt, eùm ſint ambulatoriæ vſque ad ſupremum vitæ exitum. *l. 3. §. vlt. ff. de adim. leg. l. cùm hic ſtatus, §. ait oratio, & §. pœnitentiam, ff. de donat. inter vir. & vxor.* & quidem vſqueadeo, vt irreuocabiles fieri nullo modo poſſint. *l. ſi quis in principio teſtamenti*, vbi Bart. & cæteri omnes, *ff. de legat. 3.* latè Couar. 2. *part. rubr. de teſtam.* ferè per tot. & ea dicitur ſuprema voluntas alicuius, poſtquam iam ampliùs aliquid velle non poteſt. *l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & illud vltimum eſt, poſt quod aliud non ſequitur, nec ſequi poteſt. *l. qui duos, ff. de reb. dub. l. ex duobus, ff. de vulg. & pupill.* cum ſimil. Quæ quidem ratio multo magis locum obtinere debet; tum in iis diſpoſitionibus inter viuos, † quæ non niſi morte con- 11
firmantur, vt in pacto de futura ſucceſſione, *l. fin. C. de pact.* in donatione inter coniuges, *l. ſi maritus, §. 1. l. ſi ſeruum vxori, §. vlt. l. quæ, & l. ſi inter, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 1. l. donatio, & l. ſi maritum, la. 1. C. eod.* necnon *cap. fin. extr. eod. tit.* in donatione inter patrem, & filium in poteſtate conſtitutum, *l. donationes, quas parentes, C. eod.* vbi Doct. & ex communi Iul. Clar. *lib. 4. ſentent. recept. §. donatio, quæſt.* 8. *num.* 1. & 7. Ideo enim etiam teſtamentum † dicitur, & eſt vltima volun- 12.
tas, quòd requirat mortem teſtatoris: nam, vt ait D. Paulus *ad Hebr. 9.* vbi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris; teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt, alioquin nondum valet, dum viuit qui teſtatus eſt. nec dicitur vltima voluntas, niſi quis in ea perſtiterit vſque ad ſupremum vitæ exitum, eaque morte confirmetur, *d. l. 3. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de adim. legat. & l. cùm hic ſtatus, §. de donat. inter. vir. & vxor.* Tum etiam in cæteris omnibus diſpoſitionibus inter viuos per ſe irreuocabilibus, ſed reuocabilibus tantùm, vel per conſenſum eius, ad cuius fauorem factæ ſunt, iuxt. *d. l. ſicut, C. de act. & oblig.* vel in certis dumtaxat caſibus ex legis diſpoſitione, vt in donatione inter viuos, † per ſuperuenientiam liberorum donan- 13.
tis, iuxt. *l. ſi vnquam, C. de reuocand. donat.* vel propter ingratitudinem donatarij, *l. 1. l. his ſolis matribus, l. quod mater, l. donationes, & l. fin. C. eod. tit.* In his, inquam, omnibus diſpoſitionibus inter viuos locum omnino habere debet allata ratio, & concluſio, ſi mors ad eas ſequatur, nulla præcedente earundem reuocatione. neque enim negari vllo modo poteſt, quin hæ diſpoſitiones non minus, quàm teſtamentum, codicillus, donatio cauſa mortis, & ſimiles, vltimæ voluntates ſint, ac dici debeant, cùm eas alia diſpoſitio, ac voluntas ſequatur, aut ſequi poſſit, ex ſupradictis; & quia voluntas † morte finitur, *l. quæſitum, in* 14.
fi. ff. qui, & à quibus, l. locatio, ff. locat. cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. & mors omnia ſoluit, *§. deinceps, auth. de nupt.* Quare quicquid etiam ſit, an ille ſenſus, & explicatio quam nos attulimus ad eam doctrinam de vltima voluntate in genere, admitti debeat; certè omnino ſtatuendum eſt, omnes legitimas diſpoſitiones inter viuos, poſtquam ſaltem per mortem prorſus irreuocabiles factæ ſunt, verè, ac propriè vltimas voluntates cenſeri debere, ac ſub vltimæ voluntatis genere contineri; & in terminis, etiam propriè vltimam voluntatem eſſe, ac dici eam diſpoſitionem, quæ per contractum fit, apertè ſentit inter alios Couar. *lib. 3. var. reſol. cap. 6. numer. 7. verſ. vltima ratio vrgeret.* quæ quidem vltima voluntas ideo ſic breuiter ex prædictis † poſſet definiri; legitima hominis diſ- 15.
poſitio,

poſitio, quæ per ſe reuocari non poteſt. Nam quatuor illæ definitiones vltimæ voluntatis, quas Card. Mant. affert, atque explicat *d. tit. 4. a num. 5. ad 10.* ſunt eius dumtaxat vltimæ voluntatis, (vt ex ipſomet aperte colligitur,) quæ teſtamentum, & alias ſpecies continet, quas idem enumerat *tit. ſeq.* & latiùs explicat vſque ad finem illius 1. lib. memorati tract. *de coniect. vltim. vol.* & nos *quæſt. ſeq.* recenſebimus, ex quibus quatuor definitionibus huius vltimæ voluntatis tres poſtremæ, vt illi, ſic nobis quoque magis probantur. quarum prima ab eo affertur *num.* 7. vt ſit diſpoſitio reuocabilis collata poſt mortem diſponentis; ſecunda ea eſt, de qua *num.* 8. vt ſit diſpoſitio, quæ à moriente facta intelligitur, ita vt poſt eius mortem exitum habeat; tertia, vt ſit legitima diſpoſitio de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. quæ omnes ab eodem auctore ſatis confirmantur. Et in
16. hoc ſenſu † acceperunt vltimam voluntatem, cùm eius nomine vſi ſunt, legum, & canonum conditores, & ſcribentes *in rubr. de teſtament. & vltim. volunt.* Imperator §. *quia verò, in auth. de hæred. & falcid.* & Rom. Pontifices *in cap. vltima voluntas, 13. quæſt.* 2. atque alibi paſſim, communi loquendi modo ad æquiuocationem euitandam ſe accommodantes. Ceterùm nos in hoc tractatu, ad æquiuocationem pariter vitandam, cùm ſimpliciter, & abſolutè, ſeu abſque alio addito vltimæ voluntatis nomine vtemur, in eâ ſignificatione ſumemus, in qua legum, canonúmque latores, ac Doctores communiter accipiunt, nimirum pro teſtamentis, ac ſimilibus diſpoſitionibus cauſa mortis, quas Vlpianus *in l. cùm hi, §. planè, ff. de tranſact.* mortis cauſa dationes appellat. Sæpiùs autem circumloquendo ſuis propriis nominibus vtemur; & per vltimam voluntatem accipiemus hominis diſpoſitionem per ſe irreuocabilem, communem ad eam, quæ fit cauſa, ſeu contemplatione mortis, & eam, quæ fit inter viuos. Idque ſemel nos admoniſſe pro fine huius quæſtionis ſit ſatis.

Svmmæ Rervm.

17. *Species diſpoſitionis cauſa mortis quot ſint, & quæ, cum multis num. ſeqq.*
18. *Teſtamentum quid ſit, & quotuplex.*
19. *Codicillus quid ſit, & quotuplex.*
20. *Epiſtola fideicommiſſaria quid ſit.*
21. *Donatio cauſa mortis eſt ſpecies vltimæ voluntatis diſtincta à teſtamento, codicillo, legato, ac fideicommiſſo, quidque ea ſit, & quotuplex.*
22. *Donatio quando cenſeatur inter viuos, & irreuocabilis.*
23. *Mortis cauſa capio quid ſit. & an ſit ſpecies vltimæ voluntatis per ſe ſubſiſtens; num. 24. cum ſeq.*
25. *Legatum, & fideicommiſſum non ſunt ſpecies vltimæ voluntatis per ſe ſubſiſtentes.*
26. *Pactum de futura mutua ſucceſſione inter milites ad bellum pergentes an ſit ſpecies diſtincta vltimæ voluntatis.*
27. *Generis ſui nomen habet pactio, inrisdictio, adoptio, cognatio, vſucapio, & pignus.*
28. *Species infimæ diſpoſitionis hominis, ſeu actus inter viuos pene innumerabiles ſunt.*
29. *Contractus, ſeu conuentiones, ac diſpoſitiones hominis inter viuos primò diuiduntur in proprios, & improprios, ſeu quaſi contractus; & quid vtrique ſint.*
30. *Contractus proprie dictus alius expreſſus, alius tacitus: & vterque aut verbis, vel re inter præſentes; aut per epiſtolam, vel nuntium inter abſentes.*
31. *Contractus aut fit ex cauſa publica, aut ex priuata.*
32. *Conuentio priuata vel eſt legitima, vt contractus emphyteuticus, & ſimiles; vel iuris gentium.*
33. *Conuentio iuris gentium quædam parit actionem, & eſt contractus nominatus, vt emptio, & venditio: quædam tantùm exceptionem, eſtque contractus innominatus, do, vt des, &c.*
34. *Pactum nudum an de iure Canonico pariat actionem, & quot modis de iure ciuili veſtiatur; aut in eo vel contractibus innominatis de iure ciuili, vel Canonico locus ſit pœnitentiæ; remiſſiuè.*
35. *Contractus alias transfert dominium; & hoc vel vtile tantùm, vel plenum, hoc eſt, directum ſimul, & vtile: alius non transfert dominium, ſed vel vſum tantùm, vel cuſtodiam, vel ſolam cautionem.*
36. *Cenſus conſignatiuus, iuxta Bullam Pij V. ad emptionem potius, quàm ad aliam contractum pertinet.*
37. *Quaſi contractus alius eſt, in quo ex neutra parte oritur obligatio: qualis eſt donatio acceptata, quæ incipit a traditione; itémque acceptilatio ſecundùm Molinam iuniorem. quæ tamen potiùs ponenda eſt in alia ſpecie quaſi contractus, per quam oritur obligatio ex vna parte; ſicut donatio incipiens à promiſſione; num. 38. & ſeq.*
39. *Promiſſio donandi, & alia quæuis acceptata obligat ex iuſtitia. immo certis in caſibus parit quoque actionem, & ciuilem obligationem etiam ante acceptationem; num. 40. ſicut acceptata aliquando non obligat; num. 41.*
42. *Votum eſt promiſſio facta Deo, & ab eo acceptata. & quotuplex ſit; num. 43.*
44. *Iuramentum promiſſorium eſt diſpoſitio hominis per ſe irreuocabilis, & quædam vltima voluntas.*
45. *Contractus quidam ſunt bonæ fidei, vnde naſcuntur actiones bonæ fidei ibidem enumeratæ: cætera actiones, & contractus, aut quaſi, ſtricti iuris appellantur. Et quid hæc duo genera contractuum, & actionum differant; num. 46.*
47. *Contractus alij lucratiui, alij oneroſi.*
48. *Materia, ſeu cauſa materialis legis quæ ſit.*
49. *Materia remota commutationis vltimæ voluntatis quænam ſit; & quæ diuiſio huius commutationis ex illa materia conſtitui poſſit.*
50. *Materia proxima commutationis vltimarum voluntatum, & huius diuiſio ex illa deſumpta.*
51. *Formalis cauſa commutationis vltimarum voluntatum quæ ſit, & quæ illius ſpecies; cum num. ſeq.*
52. *Forma commutationis vltimarum voluntatum alia interna, alia externa: & hæc vel ſubſtantialis, ſeu eſſentialis, vel accidentalis.*
53. *Commutatio vltimæ voluntatis ex parte cauſæ formalis, ſeu formæ accidentalis, alia eſt quæ fit ex cauſa, alia ſine cauſa. item alia ſcripto conceſſa, alia verbo tantùm: alia præterea in qua tacita ſunt tacenda, & expreſſa exprimenda: alia in qua ſecus in bonum alterum factum eſt: alia etiam, quæ cum mandato; alia, quæ ſine mandato impetrata fuit:*

item

Item alia, quæ ordinariè committitur, seu committenda est; alia, quæ non: pariter alia, quæ conceditur cum opportunis clausulis; alia, quæ secus: tandem alia, quæ fit consentientibus, vel vocatis iis, quorum interest; alia, quæ nemine vocato, aut consentiente.

54. *Causa efficiens commutationis vltimarum voluntatum duplex est, alia remota, hoc est, lex; alia proxima, quæ est homo. & si commutatio vltimæ voluntatis alia inducta erit à iure naturali, vel positiuo; & hoc vel diuino, vel humano, atque hoc rursus ciuili, aut canonico; num. 55. item alia, quæ fit à persona priuata; alia verò, quæ fit à persona publica; num. 56.*

57. *Commutatio vltimæ voluntatis ex parte causæ finalis diuidi potest in eam, quæ fit propter commoditatem, quæ propter vtilitatem, & quæ ob necessitatem.*

QVÆRO SECVNDO, quot sint species vltimarum voluntatum, earúmque commutationis.

Constitutis in præcedent. quæst. duobus vltimarum voluntatum generibus; altero earum, quæ causa, seu contemplatione mortis dici possunt, argum. *d. l. licèt, C. de pact. & rubr.* ac ferè *toto tit. ff. de mort. caus. donat. & in C. de donat. caus. mortis*, quæque ab Vlpiano I. C. *in l. cùm hi, §. planè, ff. de transact.* mortis causa dationes appellantur; altero earum, quæ dicuntur inter viuos, *l. vbi ita donatur, ff. de mort. caus. donat.* atque alibi sæpe. Reliquum nunc est, vt vtriusque generis species prosequamur. 17. Et quidem quoad primum genus, † quinque eius species ponit glos. *in §. quia verò, verbo, vltima, in auth. de hered. & falcid.* quarum prima est illa, quæ fit per testamentum scriptum, vel non scriptum, vt *in d. §. quia verò.* Secunda, codicillus, in quo sufficiunt quinque testes, vt *§. fin. Instit. de fideicomm. hered.* Tertia illa, quæ fit à patre inter filios, vt *l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam.* Quarta voluntas militis, quæ fit etiam coram duobus, vt *in l. duobus, ff. de milit. testament.* Quinta donatio causa mortis, vt *in l. 1. ff. de mort. caus. donat.* hanc specierum distinctionem sequitur etiam Spiegel. *in lexic. iur. ciuil. verb. voluntates vltimæ.* Verùm hæc distinctio non potest vndequaque subsistere; cùm ex diuersitate personarum disponentium, vel numeri testium ad dispositionem requisitorum pro parte constituatur, quæ tamen extrinseca sunt, neque diuersum modum ponunt disponendi. Quare potiùs admittenda est diuisio, ac distinctio, quam faciunt, & tamquam certam, ac receptam supponunt, Rolandin. Bonon. *in suo tract. de testament. & vltim. volunt.* quem vulgò flores testamentorum appellant, *rubr. 1. numer. 1.* & Card. Mantic. *d. lib. 1. de coniect. vlt. volunt. tit. 5.* vt huius vltimæ voluntatis quatuor sint 18. species; prima testamentum, quod † à Iureconsulto *in l. 1. ff. de testament.* definitur, iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit; iusta, inquam, hoc est, perfecta, atque adeò cum heredis institutione, vt ibi exponit glos. Bart. & alij, latiúsque explicat Couarru. *in rubr. de testament. 1. part. num. 3.* & Mantic. *d. lib. 1. tit. 6. num. 1. & 2.* atque hoc duplex, aliud in scriptis, aliud sine scriptis, seu nuncupatiuum, vt constat ex *d. l. hac consultissima, in princ. & §. per nuncupationem*, & aliis iuribus, quæ ad id allegat Mantic. *d. tit. 6. num. 4.* qui etiam *num. 5. & 6.* probat, nuncupatiuum posse esse scriptum; & *tit. 7.* latiùs prosequitur coniecturas, ex quibus colligatur voluisse quem testamentum facere in scriptis, vel nuncupatiuum. Secunda est codicillus, quæ definiri potest, † 19. iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit absque heredis institutione. eam definitionem satis comprobat Mantic. *d. lib. 1. tit. 8.* præcipuè ex *l. 1. ff. de testam.* cum ibi not. iuncta *l. 2. C. de codicill.* & aliis iuribus, ex quibus habetur hereditatem codicillis directò dari non posse. Fiunt autem codicilli vel ab intestato, & tunc patrefamilias mortuo ab intestato vicem testamenti exhibent, *l. ab intestato, in fin. ff. de iur. codicill.* vel cum testamento; & tunc vel præcedunt, vel sequuntur, vel comitantur testamentum. *l. conficiuntur, in princ. ff. eod. tit.* Si præcedant hodie, nisi reuocentur, tacitè confirmati intelliguntur. *§. non tantùm, Instit. de codicill. & §. sed fideicommissum, in auth. de restit. fideicom.* notat glos. & Bart. *l. ante tabulas, ff. de iur. codicill.* Si sequuntur testamentum, vires ex eo accipiunt, & quæcumque in codicillis scribuntur, perinde habentur, ac si in testamento scripta essent, *l. 2. §. 1. & l. 3. §. vlt. ff. eod.* & pars testamenti intelliguntur, eiúsque ius sequuntur, *l. penult. ff. quemad. testam. aperiant. & d. l. ab intestato.* In testamento facti intelliguntur quando testator expressit, vt si non valet iure testamenti, valeret iure codicillorum, *l. 3. in fin. ff. de milit. testam.* vel ex coniecturis colligitur, id eum voluisse, *l. 1. ff. de iur. codicill.* iunctis aliis, quæ Mantic. adducit *d. lib. 1. tit. 9.* ferè per tot. Tertia species vltimæ voluntatis † est epistola fideicommissaria, *l. & in epi-* 20. *stola, C. de fideicom. l. cùm heredes, C. qui testam. fac. poss. l. miles, in princ. ff. de leg. 2.* & quidem diuersa à codicillis, *l. 2. in princ. ff. eod.* nam codicillus etiam inter præsentes fieri potest, *d. l. & in epistola, cum glos. C. de fideicom.* epistola non nisi inter absentes, *l. epistolam, ff. ad Trebell.* Codicillus etiam sine scriptura fit, *l. vltima, in fin. C. de codicill. l. & sine, C. ad Trebell.* Epistola verò non nisi cum scriptura fieri potest, *l. cum quis, §. nuptura, ff. de leg. 3.* ibi, post literas scriptas. Quia tamen eadem est vis, ac potestas codicillorum, & epistolæ fideicommissariæ, ideo videtur confundi posse, argum. *§. pen. Instit. de codicillis*; & nonnulli Doct. confundunt relati à Mant. *d. lib. 1. tit. 11. num. 1.* Quare si epistolæ fideicommissariæ definitionem vellemus afferre, definiri posset, iusta sententia, seu legitima dispositio de eo, quod quis post mortem suam fieri per literas absenti scriptas velit. De qua epistola fideicommissaria si quis plura cupiat, præter Doct. in cit. iuribus, consulat Mant. *d. lib. 1. tit. 11.* quamuis hodie ratus sit illius vsus, vt monet Rolandin. *d. rubr. 1. num. 2.*

Quarta species † est donatio causa mortis, quæ 21. inter vltimas voluntates recensetur, *Instit. de legat. in princ. & in l. vnica, §. vlt. C. de caduc. toll.* vbi etiam habetur, eam distingui à codicillo, & testamento; sicut etiam distinguitur à legato, & fideicommisso, vt notat Bart. *in l. 2. num. 1. ff. de legat. 1.* & definitur à Martiano I. C. *in l. 1. ff. de mort. caus. donat.* & Imperat. *Instit. de legat. in princ.* quòd sit, cùm quis habere se mauult, quàm eum, cui donat, magisque eum, cui donat, quàm heredem suum. Eius verò tres esse species ex Iuliano I. C. ait Vlpianus *l. 2. ff. eod. tit.* vnam, cùm quis nullo præsentis periculi metu conterritus, sed sola cogitatione mortalitatis donat: aliam cùm quis imminente periculo commotus ita donat, vt statim fiat accipientis: tertiam si quis periculo motus non sic det, vt

statim

ſtatim fiat accipientis, ſed tunc demum, cùm mors fuerit inſecuta. Non ideo tamen donatio ſecundæ ſpeciei eſt irreuocabilis; in ea enim quod donatur fit quidem ſtatim accipientis, ſed tamen reuocabiliter, ſi donator conualeſcat, vt tradit gloſ. ab aliis recepta *d. l. 2. verbo, accipientis*, per *l. 1. in*
22. *princ. verſ. item cùm quis, ff. de donat.* Tunc autem † fit accipientis, ſeu donatarij itreuocabiliter quod quis etiam moriens donat, cùm non commotus periculo, aut mortalitate, nec propter aliam cauſam donat, quàm, vt liberalitatem exerceat: ſed tunc eſt donatio inter viuos, vt conſtat ex *d. l. 1.* ferè in primis verbis, *& l. Seia, in fin. ff. de mort. cauſ. donat.* ſicut & ea, quæ abſque vlla mortis contemplatione confertur poſt tempus mortis, *l. ſi alienam, §. final. l. vbi ita donatur, & l. Senatus, §. mortis cauſa, ff. eod. tit.* & omnino ex quibus coniecturis deprehendi poſſit, factam eſſe donationem cauſa mortis, vel inter viuos, fuſiùs, & optimè tradit Mantic. *d. lib. 1. tit. 13.* per tot. de qua etiam donatione latè inter cæteros Rolandin. *d. tract. de teſtament. & vltim. voluntat.* ſeu *flor. teſtament. part. 3.* Mich. Craſſ. *tract. de ſucceſſ. §. donatio cauſa mortis.* Molin. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſput. 287. cum ſeq.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 35. cum duab. ſeqq.* & Maſcard. *tract. de probat. concl. 561.* per tot.

Quinta ſpecies vltimæ voluntatis ſecundùm ali-
23. quos eſt mortis cauſa capio, quæ † eſt acquiſitio occaſione mortis alicuius, non habens aliud nomen ſpeciale; generaliter enim mortis cauſa capitur, cùm propter mortem alicuius capiendi occaſio obuenit, exceptis iis capiendi figuris, quæ proprio nomine appellantur, vt ait Caius I. C. *in l. mortis cauſa capitur, in principio, ff. de mort. cau. donat.* pluraque eius exempla ponit Marcellus I. C. *in l. qui pretio, ff. eod.* qui etiam *in l. inter mortis*, hanc à donatione cauſa mortis differre ait, quòd mortis cauſa donatur, quod præſens præſenti dat (hoc eſt, ipſa re, vel promiſſione, vel quia ſic dimittit, vt actio competat, vt explicat ibi gloſ. recepta, *verbo, præſenti*, per *l. 1. C. de donat. cauſ. mort.*) mortis autem cauſa capi intelligitur, & quod non cadit in ſpeciem donationis, vtputa quod ab herede, vel legatario capitur cauſa conditionis implendæ. Cæterùm, vt rectè mo-
24. net Mantic. *d. lib. 1. tit. 14.* mortis cauſa capio † non videtur ſpecies vltimæ voluntatis, quæ per ſe ſubſiſtat: nam ſemper ab alia pendet, veluti teſtamento, aut codicillis, *d. l. qui pretio, & d. l. in-*
25. *ter mortis*; qua ratione † etiam legatum, vel fideicommiſſum, quia vel in teſtamento, vel in codicillis relinquitur, non ponitur tamquam ſpecies diſtincta vltimæ voluntatis. Sed & ob aliam rationem mortis cauſa capio eius ſpeciem de per ſe non facit, quia nimirum importat paſſionem quandam, & acquiſitionem, vt ex citatis de ea iuribus, & eiuſdem definitione ſuperiùs allata conſtat. Teſtamentum verò, & cæteræ vltimæ voluntates important actionem diſponentis, & diſpoſitionem; vltima enim voluntas, vt ſup. præcedenti quæſt. ad fin. vidimus, eſt diſpoſitio quædam legitima de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. Poſitâ autem vltimæ voluntatis ſpecie per ſe diſtincta † ponendum erit illud
26. pactum de quo *in d. l. licet, C. de pact.* vbi decernitur pactum futuræ ſucceſſionis mutuæ, quod inter priuatos non valet etiam in vim donationis cauſa mortis, inter milites ad diſtrimen belli pergentes factum contemplatione mortis habere vim vltimæ voluntatis; quæ quidem à gloſ. fin. *ibi* poſt alios dicitur vltima voluntas ſimpliciter, & a Iacob. *ibidem*, & aliis relatis initio præced. quæſt. appellatur voluntas in genere, idque poſito, quòd hæc doctrina in eum ſenſum accipienda ſit, quem plerique ex iis Doct. indicare videntur, nimirum de vltima voluntate in genere proximo, hoc eſt, quod immediatè ſub ſe continet tamquam infimas ſpecies, teſtamentum, codicillum, epiſtolam fideicommiſſariam, & donationem cauſa mortis; cuius generis prædictum pactum nomen retineat, quia certum nomen non habeat, prout habet teſtamentum, codicillus, &c. nam tunc erit quinta ſpecies ab iis diſtincta huius vltimæ voluntatis, eiuſdem nomen accipiens, quoniam proprio caret nomine. Sicut † pactio genus eſt 27.
ad tranſactionem, & pactionem ſpecificè ſumptam; pactio enim eſt genus proximum tranſactionis, vt tradunt Doct. communiter *in rubric. de tranſact.* & tamen eſt etiam ſpecies eidem contra diſtincta, vt conſtat ex *l. 1. C. eod. tit.* Sic iuriſdictio genus eſt ad imperium, & iuriſdictionem ſpecificè ſumptam, *l. imperium*, vbi Bart. & alij, *ff. de iuriſdict. omn. iud.* latè Muſcorn. *in tract. de iuriſdict. & imper. numer. 12. & ſeqq.* ſic, vt ait Modeſtinus Iuriſconſ. *in l. 1. ff. de adopt.* adoptionis nomen eſt quidem generale, in duas autem ſpecies diuiditur, quarum altera adoptio ſimiliter dicitur, altera adrogatio. Sic & cognatio generica datur, & ſpecifica, *§. ſunt autem, Inſtit. de legit. agnat. tut.* pariter, vſucapio genus eſt ad præſcriptionem, & vſucapionem ſpecificè ſumptam, vt *Inſtit. de vſucapio. & long. temp. præſcript. in princ. & §. furtiuæ*, iuncta *rubr.* & quod *ibi* tradunt Doct. *& in rubr. de præſcript.* atque alibi paſſim, notátque inter alios Rebuff. *in l. alienationis, circa initium, ff. de verb. ſignific.* Sic etiam pignus genus eſt ad hypothecam, quæ rerum immobilium eſt, quæve pro immobilibus habentur, & ad pignus ſpecificè ſumptum, quod propriè eſt rerum mobilium; vt conſtat ex *rubrica*, ac toto ferè *tit. de pignor.* iuncta *rubr. ac pleriſque leg. in C. de pignor. & hypoth.* Cum hoc tamen ſtat, quòd etiam hominis diſpoſitio inter viuos per ſe irreuocabilis, verè, ac propriè ſit vltima voluntas, vt ſuperiùs hac ipſa quæſt. ſatis demonſtrauimus, quæ ab ea vltima voluntate, cuius modò ſpecies explicauimus, diſtinctum genus conſtituat. Et quoniam † huius potterioris ge- 28.
neris penè innumerabiles ſunt ſpecies infimæ, vt conſtat ex *§. ius autem gentium, in fin. Inſtit. de iur. natur. gent. & cin.* earum aliquas dumtaxat exempli gratia attingam, dum illarum varia genera recenſebo. Videtur autem mihi commodè diuidi poſſe † hominis diſpoſitio inter viuos, ſeu conuen- 29.
tio, vt alia ſit contractus ſimpliciter, & propriè ſumptus, qui ab Vlpiano *in l. Labeo, la 2. ff. de verb. ſignific.* definitur vltrò, citróque obligatio: alia impropriè, ſeu quaſi contractus, in quo non niſi ex vna vel ex neutra parte naſcitur obligatio. quam diuiſionem colligit Molin. *de iuſt. & iur. tom. ſeu tract. 2.* qui eſt *de contract. diſput. 252. numer. 3. 6. 10. & 11.* ex *d. l. Labeo*, necnon ex *l. ſi donationis, C. quod met. cauſ. l. ſi quis emptionis, in princip. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. l. contractus, C. de fid. inſtrument.* gloſ. *in auth. ſacramenta puberum, verbo, contractibus, C. ſi aduerſ. vendit.* altero Molin. *de primog. lib. 4. cap. 2. numer. 61.* Con-

rad.

rad. *de contract. quæst.* 16. Siluestr. *in summa, verbo, contractus, quæst.* 1. & Doct. communiter; quibus ego addo opt. textus *in §. sequens diuisio, Instit. de obligat. & l.* 1. *§. conuentionis verbum*, & *ibi* glos. *verbo, transigendique.* Bart. & alios *ff. de pact.* Con-
30. tractus proprie dictus † alius expressus, alius tacitus; & vterque aut verbis, vel re inter præsentes, aut etiam per epistolam, vel nuntium inter absentes, vt constat ex *l. Labeo ait, & l. item quia*, iun-
31. cta glosa vtrobique, *ff. de pact.* Item contractus † aut ex causa publica fit, vt pactum pacis inter du-
32. ces belli; aut ex priuata. Priuata conuentio † vel legitima est, nimirum quæ à lege aliqua confirmatur, vt est contractus emphyteoticus, & literarum, verborúmque obligatio, vel iuris gentium; quæ diuisio, & exempla constant ex *l. conventionum autem, & seq.* iuncta glos. vtrobique, *ff.*
33. *de pact.* Conuentio iuris gentium † quædam parit actionem, & transit in proprium nomen contractus, vt emptio, venditio, locatio, conductio, societas, commodatum, mandatum, mutuum, pignus, & vocatur contractus nominatus. Quædam non habet proprium nomen, & dicitur contractus innominatus, seu pactum nudum: habétque quatuor species; do, vt des; do, vt facias; facio, vt des; facio, vt facias; quæ pariunt tantùm exceptionem, non autem actionem, nisi sequatur datio, vel factum iustum, quod vestiat actionem. hæc diuisio, ac distinctio habetur apertè ex *d. l.* 1. *§. fin. & l. iuris gentium, vsque ad §. quinimmo, ff. de pact. & l. naturalis, in princip. ac ferè per tot. ff. de*
34. *præscript. verb.* An verò pactum nudum † pariat actionem de iure Canonico, tradunt Canonistæ *in cap.* 1. *de pact.* Couarru. *in relect. cap. quamuis pactum, p.* 2. §. 4. & Molin. *d. tract.* 2. *disput.* 257. *numer.* 5. *& 6.* & quot modis vestiatur de iure ciuili, tractant Doct. cùm alibi, tum *d. l. iuris gentium*, Molin. *eod. tract.* 2. *disput.* 255. *& seq.* qui etiam *disput.* 258. quando in pacto nudo, & contractibus innominatis de iure ciuili, vel Canonico locus sit pœnitentiæ. Nos autem hic prosequentes diuisiones contractuum, admonemus, quòd ex
35. his † quidam transferunt dominium: & hoc vel vtile, vt emphyteuticus, feudalis, locatio ad longum tempus, & ille, per quem conceditur vsusfructus; de emphyteusi ex communi Clar. §. *emphyteusis, quæst.* 1. *num.* 2. de feudo, idem §. *feudum, quæst.* 4. ex communiori; de locatione ad longum tempus *Clem.* 1. vbi glos. *verbo, ad modicum tempus*, & Doct. *de rebus Eccles. non alien.* de vsufructu autem est optimus text. *in l. omnium, l. vsufructus, la* 1. *& la* 3. *ff. de vsufruct.* vel plenum; hoc est, directum simul, & vtile, vt venditio, iuxta *l.* 1. *& tot. ferè tit. C. de contrah. empt. & de act. empt. & vendit.* mutuum, *l.* 2. §. *appellata, ff. si cert. petat.* & permutatio, vt passim *in tit. de rer. permut. in Cod. & in Decretal.* quibus addi potest census reseruatiuus, vt sentit post alios Clar. *d. quæst.* 1. *numer.* 2. & satis constat ex *cap. constitutus*, vbi glos. & Doct. *de religios. domib.* Alij non transferunt dominium; sed vel vsum tantùm, vt commodatum, *cap.* 1. cum ibi not. *& in rubric. de commod.* locatio ad modicum tempus, *cap. peruenit, de locat.* & *ibidem* adnot. *& in rubric. ff. & C. eod. tit. & d. Clement.* 1. vbi glos. recepta, *verbo, ad modicum tempus, de reb. Eccles. non alien.* vel solam custodiam, vt depositum, *l.* 1. *& l. licèt, ff. depos.* vel neque vsum, neque custodiam, sed solam cautionem accipientis, vt pignus, *l.* 1. *ff. & C. de pign. & eod. tit. in Decretal.* Contractus autem census consignatiui, de quo Pius V. in sua constitutione, quæ incipit, *cùm onus*, verius † ad 36.
emptionem reducitur, quàm ad alium contractum, vt satis probat Molin. *d. tract.* 2. *disput.* 383. est enim empcio, qua quis super bonis alicuius certa pecunia emit ius accipiendi reditum in pecunia, vel alia re sibi in singulos annos, menses, vel dies, soluendum, manentę venditore reditus domino suorum bonorum, vt antea erat: éstque hæc communis opinio, vt per Ioan. Guttier. *lib.* 2. *pract. quæst. quæst.* 168. quæ etiam ex eo confirmatur, quòd Martinus V. & Calixtus III. de eodem censu disponunt *in Extrau. commun. sub tit. seu rubr. de empt. & vendit.* idque sumpto argumento à rubrica, de quo latè Euerard. *in loc. leg. à rubr.* & hæc de iis, qui sunt verè, ac propriè contractus.

Quasi contractus verò, seu qui impropriè tales sunt, vt suprà diximus, quia ex iis non oriatur vltrò, citroque obligatio, † diuidi possunt in duas 37.
species. quarum altera est eorum, per quos ex neutra parte nascitur obligatio; qualis est donatio acceptata, quæ incipit à traditione rei, vt satis probat Molin. *d. disput.* 252. *num.* 6. *& 7.* item talis est secundùm Molin. *ibid. num.* 11. acceptilatio, qua interrogante debitore suum creditorem, acceptúmne, seu solutum habeat debitum, velitve illud remittere, creditor respondeat, acceptum habeo, vel remitto; de qua *in §. item per acceptilationem, Instit. quib. mod. toll. obligat. l.* 1. *l. & vno, ac tot. tit. ff. de acceptilat.* Quamuis enim, inquit Molin. ex acceptilatione nulla oriatur obligatio, quin potiùs dissoluatur præterita, qua debitor creditori enebatur, eáque de causa distractus, hoc est, dissolutio contractus, appellari debeat; quia tamen fit concurrente consensu creditoris debitum condonantis, ac debitoris condonationem postulantis, & acceptantis, sortitur rationem contractus, & conuentionis; quod apertè colligitur ex *l.* 1. §. *conuentionum, ff. de pact.* iuncta glos. recepta *in verbo, transigendique.* eadémque ratione donatio acceptata incipiens à traditione rei dicenda est contractus; interuenit enim ex parte donantis consensus, qui non minùs, immo magis factis, quàm verbis declaratur, *l. si tamen, §. si, qui, ff. de ædil. edict. & cap. dilecti filij, tit* 2. *de appellat.* cum simil. & pariter ex parte donatarij, dum acceptat donationem, seu rem donatam. Sed nulla ex hac donatione etiam ex parte donantis oritur obligatio: quoniam qui ita donauit, de euictione non tenetur, *l. Aristo, §. vlt. ff. de donat.* & ex communi tradit Molin. *d. numer.* 7. neque aliquid ei remanet implendum; sed quia obligatus manet ad non repetendam à donatario rem donatam: in eo non omnino Molinæ consentio, dum *d. num.* 7. vult ex tali donatione, ac *d. num.* 11. ex acceptilatione nullam oriri obligationem; certum est enim, † oriri 38.
obligationem ex parte donantis, ne in posterum à donatario rem ei donatam repetat, vt dixi, & ex parte creditoris, ne ampliùs creditum petat à debitore: quare tam donatio, quàm acceptilatio est in altera huius postremi generis contractuum specie, hoc est, eorum, per quos ex vna parte tantùm nascitur obligatio. Nisi fortè Molin. ibi intelligat de obligatione ad aliquid faciendum: quo casu tum talis donatio, tum acceptilatio recte in memorata priori specie quasi contractuum collocabitur, per quos ex neutra parte oritur obligatio. In hac verò posteriori eorum, per quos ex

vna

vna tantùm parte obligatio naſcitur, omnino collocanda eſt donatio, quæ incipit à promiſsione; quoniam, vt optimè ait Molin. *d. diſp.* 252. *num.* 8. licèt ex promiſsione acceptata nulla obligatio oriatur ex parte donatarij; oritur tamen proculdubio ex parte donantis. quamuis enim promiſsio illa ex liberalitate donantis ſit profecta, ex
39. ea tamen reſultauit obligatio iuſtitiæ, qua † promittens, (acceptatione nimirum ſecuta,) eo ipſo ex iuſtitia adſtrictus manſit ad implendum id, quod ſola liberalitate ductus promiſit, vt idem probat *diſput.* 255. *num.* 6. *&* 7. *& diſput.* 262. *num.* 12. vbi idipſum docet de quauis promiſsione acceptata, præcipuè ex *l. ſi quis argentum, §. vlt. C. de donat. & §. alia autem, Inſtit. eod. tit.* quod & cenſet Sanchez *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 5. *num.* 20. quæ ta-
40. men † certis in caſibus parit quoque actionem, & ciuilem obligationem ante acceptationem, de quibus Molin. *d. tract.* 2. *diſput.* 255. *num.* 7. *& diſput.* 256. ferè per tot. vbi de iuramento, *& diſp.* 263. *num.* 8. vbi de aliis quibuſdam caſibus, ex *l.* 1. *l. pactum, l. propter incendium, & l. ob cauſam, ff. de pollicit.* Alios caſus recenſet *diſput.* 270.
41. ſicut etiam promiſsio acceptata † in certis caſibus non obligat, quos proſequitur idem Molin. ſuprà *diſput.* 268. 271. *&* 272. præcipuè *num.* 2. *&* 5. vbi de mutatione ſtatus perſonarum, rerum, & negotiorum, de qua etiam latè Sanchez *de matrim. lib.* 10. *diſput.* 9. *à num.* 13. *ad* 16. quibus locis inferunt etiam ad votum, vt regulariter quidem obliget, aliquando tamen ſecus. hoc enim quo-
42. que † eſt promiſsio quædam facta Deo, vt tenent Scholaſtici *in* 4. *ſent. diſt.* 38. S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 1. Canoniſtæ *in cap. qui bona*, 17. *quæſt.* 1. *& cap. literaturam, de vot. & vot. redempt.* & l. C. *in l. ſi quis rem aliquam, ff. de pollicit.* dum ſub hoc tit. *de pollicit.* ponit votum, & Deo acceptata; vnde dicitur Pſalm. 75. *Vouete, & reddite Domino Deo veſtro*; Deuter. 23. *Si votum voueris, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus*; & Eccleſ. cap. 5. *Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere; diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio.* Votum autem †
43. multipliciter diuiditur; nam aliud commune, quod fit in Baptiſmo; aliud ſingulare, quod quiſque pro arbitratu emittit. Et hoc aliud eſt purum, & abſolutum; aliud conditionale: hoc verò vel eſt pœnale, vel non pœnale. Item aliud ſolemne, aliud non ſolemne; aliud quoque expreſſum, aliud tacitum. Diuiditur etiam in reale, perſonale, & mixtum. Denique aliud perpetuum, aliud temporale. quas omnes ſpecies breuiter inter alios explicat Leon. Leſſ. *de virtut. Card. lib.* 2. *cap.* 40. *dubit.* 4. Quod autem de voto quoad hoc dictum eſt, idem etiam ſtatui debet de iuramento; nam & hoc, vbi adiicitur alicui promiſſioni, quod promiſſorium dicitur, ſeu ipſa promiſ-
44. ſio, & diſpoſitio iunata † dicetur, & erit diſpoſitio hominis per ſe irreuocabilis, vt conſtat ex tot. tit. *de iureiur.* atque adeò ei conuenit pro maiori parte definitio vltimæ voluntatis, de qua ſuprà *cap.* 1. *quæſt.* 2. *circa medium, & hoc ipſo cap. quæſt.* 1. *ad fin.*

45. Præterea contractus quidam † ſunt bonæ fidei, vnde oriuntur actiones bonæ fidei, nimirum ex empto, ex vendito, ex locato, ex conducto, negotiorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, præſcriptis verbis; item actio ex permutatione, petitionis hereditatis, & actio dotis exigendæ, aut recuperandæ poſt diſſolutum matrimonium, quæ hodie actio dotis ex ſtipulatu nuncupatur. conſtat id omne ex §. *actionum, cum trib. ſeqq. Inſtit. de action.* Cæteræ autem actiones, & contractus, aut quaſi, ex quibus illæ oriuntur, (inter quos enumeranda eſt mera ſtipulatio, hoc eſt, quando non adhibetur contractui bonæ fidei;) ſtricti iuris appellantur: vt præter gloſſ. & Doct. *ibi*, affirmant gloſſ. Abb. & alij *in cap. cùm Venerabilis, de excep.* Couar. *reg. poſſeſſor, p.* 2. §. 6. *à num.* 4. Silueſtr. *verbo, contractus, quæſt.* 2. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.* 5. *num.* 1. quos refert & ſequitur Molin. *d. tract.* 2. *diſput.* 259. *num.* 2. *Num.* autem 3. *cum duobus ſeqq.* inter alia duo ait † tradi diſcrimina 46.
inter contractus, ſeu actiones bonæ fidei, & ſtricti iuris. Alterum, quòd in illis habet iudex facultatem ex bono, & æquo iudicandi, quod ſibi viſum fuerit, etiamſi in conuentione id expreſſum, dictúmque non ſit: in his verò non poteſt iudicare, niſi iuxta id, quod in conuentione fuit expreſſum, quando aliter circa contractum aliquem, aut actionem non fuerit peculiariter iure ſtatutum. ita inquit apertè colligi ex §. *in bona fidei, Inſtit. de act.* & tradi à Doct. *ibi*, & aliis *loc. cit.* Alterum eſt, quòd de iure ciuili quando dolus dedit cauſam contractui bonæ fidei, quia videlicet alter non eſſet aliàs eum celebraturus, contractus eſt ipſo iure nullus, niſi is, qui dolo eſt adductus, velit nihilominus, vt ſit validus; quando verò dolus dedit cauſam contractui ſtricti iuris, contractus non eſt ipſo iure nullus, ſed venit reſcindendus exceptione eius, qui dolum eſt paſſus: ſi autem dolus non dediſſet cauſam contractui, quia aliàs contractum quidem fuiſſet alter celebraturus, ſed dolo fuit inductus, vt plus daret, vel minus acciperet: tunc validus eſt contractus tam bonæ fidei, quàm ſtricti iuris; ſed deceptus agit ad damnum, quod propter dolum accepit. Hæc omnia, inquit Molin. patent ex *l. ſi dolo, C. de reſcind. vend. ex l.* 3. §. *vlt. ff. pro ſoc. & l. dolo, vel metu, C. de innutil. ſtipul.* iunctis ſuis gloſſ. eaque affirmant gloſſ. & Bart. *in l. & eleganter, in princ. ff. de dol.* Abb. *cap. cùm dilectus, num.* 6. *&* ſeq. ac Doct. communiter.

Denique contractus † alij ſunt lucratiui, quibus ex mera liberalitate aliquid conceditur, aut promittitur, vt donatio, acceptilatio, commodatum, precarium, mutuum; alij oneroſi, quibus onus viciſſim imponitur: vt emptio, venditio, locatio, emphyteuſis, feudum, & ſimiles. Iam verò his de variis ſpeciebus diſpoſitionum ſiue contemplatione mortis, quam vltimas voluntates communiter appellant, ſiue inter viuos, ea, qua fieri potuit, breuitate, præmiſſis, ad varias commutationis vltimæ voluntatis ſpecies deſcendamus. 47.

Et quoniam quæuis res creata ſiue naturalis, ſiue artificialis, ſiue etiam moralis, quatuor habet cauſas, materialem, vel quæ materialis loco ſit, formalem, efficientem, & finalem. Quoad materialem, conſiderando nimirum materiam, circa quam verſatur commutatio vltimæ voluntatis; prout etiam † in lege ciuili conſiderauit Suarez *lib.* 48.
3. *de leg. cap.* 12. *num.* 1. *& ſeqq.* in lege Canonica, *lib.* 4. *num.* 1. cum aliquot ſeqq. (nam materia ex qua, ſeu ſubiectum coincidet cum efficiente, ſicut conſtat ex iis, quæ de lege tradit Suarez *d. cap.* 12. *num.* 1. ex adductis per ipſum *lib.* 1. nimirum *cap.* 4. *&* 5. vbi tamen ait, legem conſiderari poſſe in hominibus, pro quibus lata eſt, & in ſigno aliquo externo manifeſtante voluntatem legislatoris, tamquam in ſubiecto.) quod ad

49. rem noſtram attinet ; ſi loquamur † de materia remota , ſeu mediata , ea nimirum circa quam verſatur immediatè ipſa vltima voluntas, penè innumeræ conſtituendæ forent ſpecies commutationis vltimarum voluntatum , iuxta diuerſitatem rerum , de quibus per vltimam voluntatem diſponi ab homine poteſt ſiue inter viuos , ſiue cauſa ſeu contemplatione mortis : ad infinitatem igitur , ſeu effrænatam multitudinem ſpecierum huiuſmodi euitandam , iuxta *l. qui bona , §. fin. ff. de damn. infect. cap. ſignificauerunt , & cap. cùm cauſam , de teſt. l. 1. in fin. ff. eod. tit.* cum ſimil. ex materia remota illa dumtaxat conſtitui poteſt diuiſio commutationis vltimarum voluntatum , vt alia ſit de diſpoſitis ad pias cauſas , alia de diſpoſitis ad cauſas profanas, ſeu non
50. pias. Ex materia verò earum proxima † petenda erit diuiſio , & diſtinctio commutationis vltimarum voluntatum iuxta duo earum genera , ſeu ſpecies ſubalternas proximè dictas vltimarum voluntatum ; vt altera ſit commutatio vltimæ voluntatis , ſeu diſpoſitionis inter viuos , altera diſpoſitionis , cauſa , ſeu contemplatione mortis. Et quidem prior ex his duabus deinde diuidatur , tamquam in ſpecies infimas , in commutationem diſpoſitionis per contractum , & diſpoſitionis per quaſi contractum ; poſterior verò in commutationem diſpoſitionis per teſtamentum , codicillum , epiſtolam fideicommiſſariam , & donationem cauſa mortis, atque etiam (iuxta probabilem opinionem ſuprà hac ipſa quæſtione circa medium relatam ,) per pactionem illam , qua milites in diſcrimen belli pergentes de mutua ſucceſſione paciſcuntur. De his duabus diuiſionibus deſumptis ex materiali cauſa , earúmve membris , præcipuè agendum erit *cap.* 4. ferè per tot. Quoad formalem cauſam , ſeu modum commutationis vltimarum vo-
51. luntatum, † quinque eiuſdem conſtitui poſſunt ſpecies infimæ ex iis , quæ de mutationis nomine, ac ſpeciebus *cap. præcedent. quæſt.* 1. latè adduximus ; vt prima ſit commutatio ſubſtantialis totius diſpoſiti in totum , ſiue quoad omnes partes , ſiue quoad aliquam ſubſtantiæ partem eam immutando. Secunda ſit commutatio quoad quantitatem, nimirum vel addendo , vel aliquam eius partem detrahendo, & ad minorem quantitatem reducendo. Tertia ſit qualitatis ſiue eam detrahendo , ſiue aliam ſubrogando. Quarta ſit quoad locum deſignatum , ac præſcriptum executioni , alium deſignando , ad quam commodè reducitur mutatio quoad perſonam , vtpura heredis , legatarij, alteriúſve poſſeſſoris, aut executoris teſtamentarij. Quinta & poſtrema quoad tempus ; nimirum vel præueniendo, aut differendo diſpoſitionis executionem ; vel concedendo , vt diuerſum quid , aut contrarium ei , quod diſpoſitum eſt , ad tempus certum , incertúmve obſeruetur. quamuis & hæc quintuplex diuiſio ad cauſam materialem reuocari poſſit , de qua potiſſimum agemus cap... ferè per tot. Ad cauſam verò formalem maximè pertinet illa diuiſio , quæ colligitur ex Suarez *tract. de legibus* , quoad legem quidem ciuilem , *lib. 3. cap.* 15. iuncto *cap.* 20. ferè per tot. & quoad canonicam, *lib. 4. cap.* 14. *num.* 1. quoad diſpenſationem , *lib. 6. cap.* 13. *num.* 1. & aliquot ſequentibus. &
52. in priuilegiis , *lib. 8. cap.* 12. *&* 13. vt † alia ſit forma interna , qui eſt actus internus legislatoris obligare volentis , vel diſpenſantis , & priuilegiantis , volendi gratiam facere : alia externa , hoc eſt , ſignum exterius , quo ſuam voluntatem ſignificat : & hæc vel ſubſtantialis , ſeu eſſentialis , ſine qua actus ille nequit conſiſtere , vt quæ eſſentiam , & intrinſecam naturam actus ingreditur ; vel accidentalis , vt quæ actui accidit , nec ſemper ad eum neceſſaria eſt. Et quidem illud diuiſionis membrum , quod ex cauſa formali interna , vel etiam externa eſſentiali ſumitur , nullam recipit diuiſionem , cùm eſſentia quoque indiuiſibilis ſit ; nam , vt ait Ariſt. communiter receptus , ſpecies ſunt ſicut numeri , qui ex vnitate addita , vel detracta , ſpecie variantur. Alterum verò diuiſionis , quod ex prædicta duplici cauſa formali colligitur , membrum deſumptum ex forma accidentali , ſeu extrinſeca commutationis vltimæ voluntatis , ita diuidi , ſeu ſubdiuidi poteſt ; vt † alia ſit commutatio ex 53.
cauſa facta , alia ſine cauſa : item alia ſcripto conceſſa , alia verbo tantùm : præterea quædam in qua expreſſa ſunt exprimenda , & ſuppreſſa ſeu tacita ſupprimenda : quædam , in qua ſecus quoad horum alterum factum eſt. Alia etiam , quæ cum mandato impetrata fuit , alia , quæ ſine mandato. De quibus omnibus diuiſionibus hoc ipſo ordine ſeruato egimus *cap.* 6. Ad hæc ita ſubdiuidi poteſt illud poſterius diſtinctionis , ſeu diuiſionis membrum , vt alia commutatio ſit , quæ Ordinario committitur , ſeu committenda eſt ; alia , quæ non. item alia, quæ cum debitis , & opportunis clauſulis conceditur ; alia quæ ſecus. præterea quædam , quæ ſit vocatis , vel conſentientibus iis , quorum intereſt ; alia , quæ nullo conſentiente , aut vocato. de quibus ſingulis harum diuiſionum membris , atque ad ea pertinentibus latiùs agemus *cap.* 7. per tot. Quoad cauſam verò efficientem, quæ † & ipſa duplex eſt , altera remota , qua- 54.
le poteſt conſiderari , quòd ſit ius , ſeu lex præcipiens , vel certè permittens commutationem vltimæ voluntatis , non tamen illam eo ipſo inducens , ſeu faciens abſque hominis miniſterio ; altera proxima , nimirum homo , qui lege id præcipiente , aut ſaltem permittente , vltimam voluntatem commutat : iuxta priorem cauſam efficientem diuidi poteſt commutatio † in in- 55.
troductam à iure naturali , vel poſitiuo: & hoc diuino , vel humano ; atque hoc rurſus , ciuili , vel Canonico. de quibus omnibus videbimus quæſtione ſequenti. Iuxta poſteriorem commutatio diuidi poteſt † in eam , quæ ſit à perſo- 56.
na priuata , nimirum diſponente , eiúſve herede , vel executore , aut eo , ad cuius fauorem facta eſt diſpoſitio , ſeu emanauit vltima voluntas ; & eam , quæ ſit à perſona publica , cuiuſmodi eſt Princeps Eccleſiaſticus , vel ſecularis , Legatus ſedis Apoſtolicæ , Epiſcopi , ac cæteræ perſonæ. de quibus omnibus, ac ſingulis ſeorſim diſputabimus *cap.* 5. per tot. in eius initio ſummatim , ac breuiter recenſendis.

Tandem quoad cauſam finalem diuidi poteſt commutatio vltimæ voluntatis , ſicut & alienatio rei Eccleſiaſticæ ; vt † alia fiat propter com- 57.
moditatem , alia propter vtilitatem , alia denique propter neceſſitatem : de quibus partim *cap. ſeq. quæſt.* 4. partim verò *cap. 6. quæſt.* 1. *&* 2. partim etiam *cap.* 8. *quæſt.* 8. fuſius nobis agendum erit. Interim autem ex his finis ſit huic 2. quæſt. præſentis cap.

SVMMA

SVMMÆ RERVM.

58. *Formula varia inferenda ſunt tractatibus de re, quæ non vna ratione valet expediri, vt plerique auctores fecerunt. atque idipſum eadem de cauſa fiet in hoc tractatu de commutationibus vltimarum voluntatum; ſicut & factum eſt in tractatu de conſeruatoribus iudicibus; num. 59.*

60. *Formula continens commiſſionem commutationis vltimæ voluntatis, tam quoad perſonam heredis, ſeu legatarij, quàm quoad perſonam executoris teſtamentarij; idque ad ſubueniendum neceſſitatibus ſupplicantis: necnon huiuſmodi commiſſionis executionem.*

61. *Formula liberationis heredis, ſeu legatarij à certo onere Miſſarum, & Anniuerſariorum, eiúſque bonorum ab hypotheca ſpeciali iiſdem bonis à teſtatore impoſita, media aſſignatione vnius proprietatis idoneæ arbitrio Ordinarij; qua quidem gratia emanauit à ſacra Pœnitentiaria de ſpeciali mandato Papæ.*

62. *Formula reductionis Miſſarum ad minorem numerum durante vita moderni Capellani dumtaxat a ſacra Pœnitentiaria pariter conceſſa auctoritate, ac de mandato ſpeciali Papæ viua voce oraculo illi facto.*

63. *Formula mandati commutationis legatorum, ſeu emolumentorum ex iis prouenientium quoad perſonas clericorum ſæcularium in perſonas clericorum regularium: ac ſimul mandati reductionis Miſſarum, Anniuerſariorum, & aliorum diuinorum officiorum ad tatam redituum, ſeruata forma Concilij Triden-tini.*

64. *Formula ſupplicationis pro commutatione vltimæ voluntatis, præcipuè quoad locum, vt quod in vno loco ex defuncti diſpoſitione fieri debet, ac poteſt, in alio loco maioris vtilitatis, commoditatiſve fieri valeat.*

65. *Formula commutationis aliquot anniuerſariorum in totidem Miſſas, quòd illarum celebratio non valde conueniat inſtitutis Congregationis, in quam translatum eſt onus ea celebrandi, quódque nullum emolumentum ex huiuſmodi legatis percipiat; ab executore, ſeu commiſſario ad id à ſede Apoſtolica deputato facta.*

66. *Formula commutationis auctoritate ordinaria facta, ſeu reductionis quorumdam onerum Miſſarum plurimarum ad multo minorem numerum, ob tenuitatem eleemoſynæ, qua pro illis celebrandis tribuebatur.*

67. *Reductio Miſſarum facta ab Ordinario ex commiſſione ſedis Apoſtolicæ cum clauſula, ſeruata forma Concilij Tridentini, eidem commiſſioni inſerta, potius facta dicitur ordinaria, quàm delegata, ſeu Apoſtolica auctoritate.*

QVÆRO TERTIO, & poſtremò in hoc cap. de variis commutationis vltimarum voluntatum formulis?

Maiorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, quo-
58. rum plerique † cùm tractatus aliqua de re ediderunt, quæ non vna foret, ſed multiplex, neque vna poſſit ratione expediri, aliquas præcipuas iiſdem tractatibus formulas inſeruerunt, quæ in eiuſmodi expeditione ſolent adhiberi; id quod inter alios præſtitit Hieron. Gigas *in ſuo tract. de penſ. Eccleſ.* Flaminius Pariſius, dum tractatum de reſignatione beneficiorum conſcripſit, Anaſtaſius Germonius, cùm de indultis Apoſtolicis, ſeu facultate collatiua egit, & Hier. Gonzal. in ſuo Commentario ad regulam octauam Cancellariæ de reſeruatione menſium, & alternatiua Epiſcoporum; Gigas enim poſuit formam ſupplicationis pro impetranda penſione; Pariſius, varias formulas reſignationis beneficiorum; Germonius, formam, & exemplum Indulti Cardinali Ruuere à fel. record. Sixto V. conceſſi; Gonzal. autem non modò tenorem regulæ 8. Clementis VIII. ſed etiam formulam acceptationis alternatiuæ inſeruit. horum, inquam, & aliorum nobilium Scriptorum veſtigiis nos quoque inſiſtentes, ſicut eandem ob cauſam in tractatu de Conſeruatoribus iudicibus varias, eáſque præcipuas litterarum conſeruatoriarum formulas collocandas curauimus; ſic in hoc, quem de Commutationibus vltimarum voluntatum inſtituimus, † 59.
operæpretium fore duximus præcipuas quaſdam, eáſque inter ſe diuerſas huiuſmodi commutationum formulas apponere, quas reperire potuimus: vt, cùm opus fuerit, illas in eo genere adhibere, aut alias in reliquis generibus inde formare mutatis mutandis quis facilè poſſit. erunt autem omnes, quas ſubiiciemus, formulæ commutationis piarum voluntatum, ac diſpoſitionum; neque enim aliæ ad manus noſtras deuenerunt.

Prima autem, quæ ſe obiicit, formula † 60.
duas commutationes vltimæ voluntatis, alteram quoad perſonam heredis, ſeu legatarij, alteram quoad perſonam executoris teſtamentarij continens, ea eſt; in qua felic. record. Sixtus IV. cui expoſitum fuerat, in quodam teſtamento diſpoſitum fuiſſe, vt domus habitationis, & illius vtenſilia, ac bona mobilia teſtatoris venderentur, & ex illorum pretio altare vnum erigeretur, munireturque neceſſariis pro Miſſarum celebratione ornamentis; & ex redditibus, ac prouentibus certorum bonorum immobilium ipſius teſtatoris pro tempore percipiendis quinquaginta libræ monetæ Mediolanen. & plures, prout eius executoribus tunc expreſſis videretur, vni ſacerdoti per eoſdem executores ad celebrandum ad dictum altare nonnullas Miſſas, & anniuerſaria tria deputandæ, pro illius ſalario annuatim ſoluerentur; per quos etiam id, quod ſupereſſet, ad pias cauſas diſpenſaretur: ad inſtantiam cuiuſdam Eliſæi aſſerentis, ſe eſſe vnum ex nepotibus teſtatoris, quibus quædam parui valoris reliquerat, & adeò pauperem fore, quòd ſe, vxorem, filias, & familiam, non credebat poſſe diutiùs, niſi ſibi de remedio ſuccurratur opportuno, ſuſtentare; mandauit quibuſdam commiſſariis, quatenus omnes, vel duo, aut etiam vnus eorum, ſi, vocatis vſufructuaria, & executoribus, atque aliis, qui fuerint euocandi, ſibi de præmiſſis legitimè conſtitiſſet, piam voluntatem huiuſmodi, adimpletis aliis in teſtamento diſpoſitis, auctoritate Apoſtolica in pium opus maritandarum puellarum, & ſuſtentationis Eliſæi, eiúſque familiæ commutaret, eundémque Eliſæum in locum executorum prædictorum eadem auctoritate perpetuò ſubrogaret. Cuius quidem commiſſionis, ſeu mandati de commutando tenor inſertus in citatione ſpeciali vſufructuariæ, & executorum præ-

Digitized by Google

dictorum, ac generali aliorum, quorum interest, ad effectum exequendi huiusmodi mandatum, talis est:

IOANNES DE STABILIBVS Decretorum Doctor, Archidiaconus Firmanus, Reuerendissimi in Christo Patris, & Domini, Domini Iacobi Antonij della Turre, Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopi Cremonensis, & Comitis in spiritualibus, & temporalibus Vicarius generalis, & in hac parte delegatus, Commissarius, & executor Apostolicus, vigore litterarum infrascriptarũ Apostolicarum specialiter deputatus vnà cum certis aliis nostris Collegis, cum clausula, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrùm. Dilectis nobis in Christo Don Stephano de Perlis Rectori Ecclesiæ sancti Sepulchri Cremonen. Ioanni de Zanebellis Vicinię prædictæ sancti Sepulchri, & Antonio de Codicis Vicinię sancti Andreæ Cremonen. omnibus fideicommissariis, & executoribus testamenti, & vltimæ voluntatis q. Iacobi de Zanebellis; necnon dilectæ filiæ Oliuæ de Ballarottis olim vxori dicti q. Iacobi de Zanebellis, si extat, &, si non extat, quibuscumque eius Oliuæ heredibus, & vestrùm cuilibet, omnique alij, & singulo sua coniunctim, vel diuisim quomodolibet interesse putantibus, & ad quos infrascriptum tangit negotium, seu tangere posset quomodolibet in futurum: salutem in Domino, & nostris, immò veriùs Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis, dilectum filium Elisæum de Zanebellis laicum Cremonen. hesterna die in hora Vesperarum coram nobis comparuisse, nobisque legitimè exhibuisse, & præsentasse quasdam litteras, Apostolicas sanctissimi in Christo Patris, & Domini, Domini Nostri, Domini Sixti diuina prouidentia Papæ Quarti in charta membrana scriptas, & solito plumbeo sigillo in chordula canabis more Romanæ Curiæ in pendenti bullatas, sanas, integras, & illæsas, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspicione carentes; nosque cum ea, qua decuit, reuerentia ipsas recepisse, tenoris infrascripti, videlicet:

SIXTVS Episcopus seruus seru orũ Dei. Dilectis filiis Abbati monasterij sancti Laurentij Cremonæ, & Ioanni de Alia Canonico Cremonen. ac Vicario Venerabilis fratris nostri Episcopi Cremonen. in spiritualibus generali: salutem, & Apostolicam benedictionem. Romanus Pontifex Iesu Christi, qui auctor est pietatis, in terris Vicarius, nonnumquam pias decedentium voluntates in alia pietatis opera commutat, prout supplicantium necessitatibus conspicit in Domino salubriter expedire. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filij Elisæi de Zanebellis laici Cremonen. petitio continebat, quòd olim q. Iacobus etiam de Zanebellis, & laicus Cremonen. condens de bonis suis in eius vltima voluntate testamentum, &, vt asseritur, à dilecta in Christo filia Oliua tunc eius vxore, & iuuene seductus, vltra quotam in qua heredem suum vniuersalem instituerat, & nonnulla parui valoris fratri, & quibusdam nepotibus ipsius testatoris etiam de Zanebellis, qui ei ab intestato successissent, tunc expressis per legata tunc expressa, inter alia in reliquis eius bonis vniuersis dictam Oliuam, quamdiu viduitatem, & castitatem obseruaret, vsufructuariam reliquit, ac voluit, quòd post eius Oliuæ obitum domus habitationis, & illius vtensilia, ac bona mobilia ipsius testatoris venderentur, & ex illorum pretio altare vnum sub vocabulo sancti Blasij in Ecclesia sancti Sepulchri Cremonæ erigeretur, munireturque missali, planeta, calice, & aliis inibi pro Missarum celebratione necessarijs ornamentis: ex reditibus quoque & prouentibus bonorum ipsius testatoris immobilium extra ciuitatem Cremonen. consistentium pro tempore percipiendis quinquaginta libræ Imper. monetæ Mediolanensis, & plures, prout eius executoribus tunc expressis videretur, vni sacerdoti per eosdem executores ad celebrandum ad dictum altare nonnullas Missas, & tria anniuersaria tunc expressa deputandæ pro illius salario soluerentur annuatim: ita tamen, quòd vllo modo dicta bona immobilia nullo vnquam futuro tempore vendi, aut quouis modo alienari possent, sed perpetuò pro implemento legatorum per eum factorum in dicto testamento pias causas concernentium hypothecata remanerent; certis executoribus desuper deputatis: prout in quodam publico instrumento superinde confecto plenius dicitur contineri. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, dicta Oliua ad secunda vota transierit, & sic ad præsens legatum vsusfructus eidem Oliuæ factum cessauerit, fueritque heredibus fratris, & nepotibus prædictis satisfactum, ac de altari, calice, planeta, & aliis necessarijs ornamentis, simulque de sacerdote prædictis iuxta ipsius testatoris voluntatem sufficienter prouisum; idque quod ex reditibus, & prouentibus bonorum prædictorum vltra salarium sacerdotis, aliasque expensas necessarias superest, licet expressè ordinatum non sit, ad pias tamen causas ex tenore testamenti huiusmodi dispensandum, apud executores prædictos remaneat: ac pro parte dicti Elisæi asserentis, se ex nepotibus ipsius testatoris prædicti, & adeò pauperem fore, quòd se, vxorem, filias, & familiam, quibus, vt etiam asserit, grauatur, non credit posse diutiùs, nisi sibi de remedio succurratur opportuno, sustentare, nobis fuerit humiliter supplicatum, quatenus quicquid ex reditibus, & prouentibus bonorum prædictorum, satisfacto sacerdoti, & altari prædictis, & aliis in dicto testamento dispositis, supererit, quod tamen florenos viginti quatuor auri de Camera secundum communem æstimationem valoris annuatim, vt idem Elisæus similiter asserit, non excedit, ipsi Elisæo pro puellis suis maritandis, ac ipsius, & familiæ suæ sustentatione perpetuò concedere, & elargiri, ipsúmque Elisæum ad prouidendum sacerdoti, & altari prædictis, cæterisque in dicto testamento dispositis, in locum executorum prædictorum subrogare, aliásque sibi in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur de præmissis certam notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrùm, si, & postquam, vocatis Oliua, & executoribus prædictis, & aliis, qui fuerint euocandi, de præmissis vobis legitimè constiterit, piam voluntatem testatoris huiusmodi, in pium opus maritandarum puellarum, & sustentationis Elisæi, & eius familiæ prædictorum auctoritate nostra commutetis, eísque quicquid ex reditibus, & prouentibus prædictis, satisfactis his, quæ pro sacerdote, & altari, ac aliis in dicto testamento

mento

mento diſpoſitis neceſſaria fuerint, ſupererit annuatim, pro maritandis puellis, ac Eliſæi, & familiæ ſuſtentatione eadem auctoritate concedatis; ipsumque Eliſæum in locum executorum prædictorum, vt præfertur, dicta auctoritate ſubrogetis. Non obſtantibus voluntate prædicta, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octauo, Indictione nona, die nona Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſeptimo. *Ganolfus.*

Poſt quarum quidem litterarum Apoſtolicarum præſentationem, & receptionem nobis, & per nos, vt præmittitur, factam, fuimus per dictum Eliſæum de Zanebellis debita cum inſtantia requiſiti, vt ad ipſarum litterarum Apoſtolicarum iuxta modum, & formam nobis à præfata ſede Apoſtolica in eis traditam, vt ſuprà, executionem deueniremus. Nos igitur Ioannes de Scabilibus Vicarius, Commiſſarius, executor, & delegatus Apoſtolicus antedictus, volentes mandatum Apoſtolicum, prout meritò tenemur, executioni demandare, vobis omnibus ſupradictis, & veſtrùm cuilibet præfata omnia, & ſingula intimamus, inſinuamus, & ad veſtram, & cuiuslibet veſtrùm notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes, vóſque omnes, & ſingulos ſupradictos, & quemlibet veſtrùm, & quoſcumque alios, harum ſerie auctoritate præfata citamus, requirimus, & monemus primo, ſecundo, tertio, & peremptorio termino, canonica monitione præmiſſa, vobiſque omnibus, & ſingulis ſupradictis, & quibuſcumque aliis ſua quomodolibet intereſſe putantibus, vt ſuprà, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus vſque ad tres dies proximè futuros poſt harum præſentationem vobis verè, vel iuris interpretatione fiendam in antea numerandos, quem terminum trium dierum vnum pro primo, vnum pro ſecundo, reliquum verò pro tertio, & peremptorio termino ad hoc ſtatuimus, & aſſignamus, coram nobis legitimæ compareatis in Epiſcopali palatio Cremonenſi in camera noſtra, vbi per nos iura redduntur, quam cameram nobis per præſentes pro idoneo tribunali, & loco eligimus; ad videndum, & audiendum dictum Eliſæum iterum, & denuo dictas originales litteras Apoſtolicas cum debita reuerentia præſentare, & earum executionem petere, & etiam ad videndum, palpandum, & diligenter inſpiciendum ipſas litteras Apoſtolicas originales, ſi volueritis, & ad contradicendum, & opponendum ipſis litteris Apoſtolicis, & contentis in eis, ac omnibus prædictis quicquid volueritis, & poteritis, ac poteſtis, & vultis de iure, & quare ad ipſarum litterarum Apoſtolicarum, & huiuſmodi negotij nobis, vt ſuprà, commiſſi executionem procedere non debeamus, iuxta ipſarum litterarum Apoſtolicarum ſeriem, & formam, & prout ſuprà: & ſucceſſiuè ad videndum, & audiendum per nos procedi in, & ſuper ipſis litteris Apoſtolicis, & contentis in eis, & in toto præſenti negotio: & gradatim, & ſucceſſiuè ſingulis diebus iuridicis, horis debitis, & ordinatis ad ſingulos actus neceſſarios, & expedientes vſque ad præſentis negotij finalem expeditionem incluſiuè, ad videndum, & audiendum quæcumque alia dici, peti, & fieri in præmiſſis neceſſaria, & opportuna, & quæ propterea dici, peti, & fieri voluerit ſuperinde: aliàs elapſo dicto termino, vobis omnibus, & ſingulis aliis ſuprà ſcriptis, vel aliquibus veſtrùm non comparentibus, & non contradicentibus, procedere ad ipſarum litterarum Apoſtolicarum, & contentorum in eis executionem, iuxta ipſarum litterarum, & commiſſionis noſtræ formam, & ad prædicta omnia, & ſingula vſque ad finalem huiuſmodi negotij expeditionem incluſiuè, etiam ſingulis diebus iuridicis, & horis debitis, & ordinatis, prout ſuprà, vobis omnibus, & aliis ſupradictis, vel aliquo veſtrùm propterea ampliùs non citatis, monitis, & expectatis, vel requiſitis, & veſtrùm, ſeu alterius veſtrùm abſentia, negligentia, & contumacia in aliquo non obſtantibus; & hoc ex arbitrio, & poteſtate nobis attributis à prædicta ſede Apoſtolica, vt ſuprà, & ad petitionem, & inſtantiam præſcripti Eliſæi de Zanebellis. In quorum teſtimonium præſentes fieri iuſsimus, & regiſtrari, noſtrique ſigilli impreſsione muniri, & per infraſcriptum Notarium Curiæ Epiſcopalis Cremonæ, & in hac parte noſtrum ſubſcribi, & vobis omnibus ſupradictis perſonaliter, vel ad domos habitationis dictarum partium dimitti, & relaxari, ac ianuis exterioribus maioris, & ſancti Sepulchri Eccleſiarum Cremonæ affigi, dimitti, & relaxari, vt ad omnium, & ſingulorum, quorum intereſt, ſeu intereſſe poſſet, &, vt ſuprà, de prædictis notitiam prædictorum valeant verisimiliter peruenire, ne prætextu ignorantiæ aliquis vllo vnquam tempore à prædictis ſe, deboat excuſare. De quarum quidem litterarum, & omnium prædictorum præſentatione, dimiſsione, relaxatione, affixione & relatione Thomæ de Piaſiis, nuncio iurato Curiæ Epiſcopalis Cremonæ, & in hac parte noſtro, plenam dabimus fidem. Datum Cremonæ in Epiſcopali Palatio milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octauo, Indictione duodecima, die Sabbati vigeſima menſis Iunij. Subſcripta, *Ioannes Iacobus de Alia Notarius, & ſcriba in hac parte prædicti D. Delegati iuſſu eiuſdem ſubſcripſi.*

Altera formula † continens liberationem heredis, ſeu legatarij à certo onere Miſſarum, & anniuerſariorum, eiúſque bonorum ab hypotheca ſpeciali iiſdem bonis à teſtatore pro ſatisfactione dicti oneris impoſita, eámque media aſsignatione vnius proprietatis æquiualentis, & idoneæ arbitrio Ordinarij ad tale onus ſupportandum; atque adeò continens commutationem ſine cauſa obligationis perſonalis & hypothecariæ omnium bonorum in vnius duntaxat proprietatis aſsignationem; (quæ quidem liberatio, & commutatio à ſacra Pœnitentiaria, auctoritate Papæ, & de eius ſpeciali mandato emanauit;) eſt huiuſmodi: 61.

RAYNVTIVS miſeratione diuina tituli ſancti Angeli Presbyter Cardinalis dilecto filio Eliſæo de Zanebellis laico, ſiue clerico Cremonen. ſalutem in Domino. Ex parte tua nobis oblata petitio continebat, quòd, cùm aliàs nonnulla bona per q. Iacobum de Zanebellis tunc in humanis

agentem, pro erectione altaris ſub titulo S. Blaſij in Eccleſia ſancti Sepulchri Cremonæ facienda, & certis Miſſis, & anniuerſariis in ipſo altari celebrandis, in eius vltimo teſtamento ſub certis modo, & forma, & maximè quòd nullo tempore alienari poſſent, ſed perpetuò pro onere prædicto hypothecata remanerent relictis; q. Eliſæo etiam de Zanebellis tunc in humanis agenti in vim litterarum Apoſtolicarum ex cauſis in eis expreſſis cum onere Miſſarum ad dictum altare celebrandarum, & aliorum in dicto teſtamento diſpoſitorum conceſſa, & applicata fuerint; prout in teſtamento præfato, & litteris Apoſtolicis huiuſmodi, & proceſſu deſuper habito dicitur latiùs contineri; túque vnà cum duobus aliis fratribus tuis in bonis præfatis cum dicto onere ſucceſſeris, ac inter te, & eoſdem fratres tuos bona ipſa æquis portionibus nuper diuiſa fuerint: tu cupis pro ſatisfactione tertiæ partis dicti oneris te, & partem bonorum, quæ ad te peruenerunt, tangentis, vnam proprietatem æquiualentem altari præfato, in quo dictæ Miſſæ celebrari debent, aſſignare, téque & reliqua bona ad te peruenta à dicto onere omnino liberari; quare ſupplicare feciſti humiliter tibi ſuper his per ſedem Apoſtolicam de opportuno remedio miſericorditer prouideri. Nos igitur teſtamenti, litterarum, & proceſſus præfatorum veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes; huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Domini Papæ, cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, & de illius ſpeciali mandato ſuper hoc viuæ vocis oraculo nobis facto, tibi, quòd, poſtquam vnam proprietatem, ex cuius fructibus tertia pars oneris te, & partem bonorum, quæ ad te peruenerunt, tangentis, arbitrio Ordinarij ſupportari poſſit, altari præfato aſſignaueris, tam te, quàm reliqua bona præfata, quæ penes te remanſerint, ab onere præfato penitus, & omnino libera, & exempta ſint, & eſſe cenſeantur; & tu de illis, tamquã de re propria, liberè diſponere valeas; tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Sicque per quoſcumque iudices, & perſonas, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate; iudicari, definiri, & interpretari debere. irritum quoque, & inane quicquid ſecus à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, & conſtitutionibus, ac ordinationibus Apoſtolicis, & tam prouincialibus, quàm ſynodalibus ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteríſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quòd pro euictione proprietatis per te, vt præmittitur, aſſignando reliqua bona, quæ penes te remanſerint, obligata exiſtant. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub ſigillo officij Pœnitentiariæ, VIII. Idus Decembris, Pontificatus Domini Iulij Papæ II. anno quarto. Subſcripta, *P. Cordellus.*

Tertia formula commutationis vltimarum voluntatum, quæ pariter à ſacra Pœnitentiaria auctoritate, & ex ſpeciali mandato Papæ viuæ vocis oraculo prodiit, ea eſt; in qua † obligatio, & onus
62. Capellani certi altaris quotidie in perpetuum celebrandi Miſſam vnam ad illud altare, veris exiſtentibus narratis, nimirum, quòd de dicto altari canonicè prouiſus fuerit, & cauſa inibi expreſſa, quòd ex fructibus illius decem ducatos auri non excedentibus commodè ſuſtentari non valeat, ad tres Miſſas tantùm qualibet hebdomada celebrandas reducitur durante vita moderni Capellani dumtaxat; atque adeò continens commutationem numeri Miſſarum in minorem numerum, ſeu vnius quantitatis in aliam quantitatem. talis eſt;

LAVRENTIVS miſeratione diuina Epiſcopus Prænestinus. Dilecto in Christo Federico de Iulianis Clerico Cremonen. Capellano ad altare S. Blaſij ſitum in Eccleſia ſancti Syri, ſeu ſancti Sepulchri Cremonen. ſalutem in Domino. Ex parte tua fuit propoſitum coram nobis, quòd, cùm Capellanus dictum altare pro tempore obtinens iuxta illius fundationem Miſſam quolibet die, & anniuerſaria tria ſingulo anno pro anima fundatoris celebrare teneatur; & tu, cui de illo alias canonicè prouiſum fuit, ex illius fructibus decem ducatos auri annuatim non excedentibus commodè ſuſtentari non valeas, deſideras propterea Miſſam quotidianam prædictã ad tres Miſſas qualibet hebdomada celebrandas reduci, & moderari; ſupplicare igitur humiliter feciſti, tibi ſuper his per ſedem Apoſtolicam de opportuno remedio miſericorditer prouideri. Nos igitur tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Domini Papæ, cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, & de eius ſpeciali mandato ſuper hoc viuæ vocis oraculo nobis facto; tibi, vt tres Miſſas tantùm qualibet hebdomada ratione capellaniæ huiuſmodi celebrando, ad quotidie iuxta dicti fundatoris voluntatem celebrandum, veris exiſtentibus præmiſſis, minimè tenearis, tenore præſentium indulgemus, atque concedimus: téque tres Miſſas huiuſmodi qualibet hebdomada celebrando à plurium Miſſarum ratione dicti altaris celebratione exoneramus, & exonerandum eſſe decernimus. Præſentibus ad vitam tuam dumtaxat valituris. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac prouincialibus, & ſynodalibus, necnon dicti altaris fundatione prædicta; cæteríſque contrariis quibuſcumque. Datum Bononiæ ſub ſigillo Pœnitentiariæ, X. Cal. Ianuarij, Pontificatus Domini Clementis Papæ VII, anno ſeptimo. Subſcripta, *G. Alcherg.*

Quarta formula commutationis vltimæ voluntatis eſt quoad † perſonas, clericorum nimi- 63.
rum ſæcularium in perſonas regularium. continet enim mandatum fel. record. Sixti V. conceſſionis, & aſſignationis quorundam legatorum aliàs nonnullis Capellanis Eccleſiæ cuiuſdam ciuitatis pro recitatione horarum canonicarum, & Miſſarum, anniuerſariorum, aliorúmque diuinorum officiorum celebratione relictorum, Apoſtolica auctoritate Præpoſito, & Clericis regularibus certæ Congregationis per Epiſcopum ciuitatis eiuſdem, ſeu eius Vicarium in ſpiritualibus generalem faciendæ, ita, vt conceſſio vim habeat à die datæ nonnullarum litterarum Gregorij, (quibus antea dictam Eccleſiam, quæ parochialis erat, Præpoſitura nuncupata, eidem Congregationi conceſſerat;) perinde, ac ſi ipſe Gregorius iiſdem Præpoſito, & Clericis legata prædicta conceſſiſſet, & aſſignaſſet: ac ſimul etiam mandatum perpetuæ reductionis Miſſarum, anniuerſariorum, aliorúmque diuinorum officiorum huiuſmodi ſeruata forma Concilij Tridentini, ad ratam redituum, & prouentuum, qui ex bonis legatorum prædictorum quotannis percipi ſolebant. Ad cuius quidem vtriuſque mandati executionem Vicarius generalis ſeruatis ſeruandis deuenit

uenit prædicta legata multo maioris numeri Miſſarum, & anniuerſariorum ad Miſſas quadraginta, & anniuerſaria duodecim ſingulis annis celebranda reducendo, ac moderando, decretumque Apoſtolica auctoritate ſuperinde interpoſuit. Cauſa autem, quæ ſummum Pontificem ad huiuſmodi conceſſionem, & reductionem faciendam impulit, eſt Eccleſiæ, & Collegij, ac perſonarum in illis Altiſſimo famulantium vtilitas, & commodum, vt in procemio ipſarum litterarum Apoſtolicarum videre eſt; quarum tenor in proceſſu executoriali deſuper habito inſertus, ipſiuſque proceſſus, (ſuppreſſis tamen aut in alphabeticos characteres commutatis dignis de cauſis quibuſdam locorum, & perſonarum nominibus,) eſt huiuſmodi:

A. B. Iuris vtriuſque Doctor, Protonotarius Apoſtolicus, necnon Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, ac Domini C. D. Epiſcopi E. in ſpiritualibus Vicarius generalis, & in hac parte iudex ſiue executor, ac delegatus Apoſtolicus per litteras Apoſtolicas, de quibus infrà ſpecialiter, & expreſsè, deputatus. Vniuerſis, & ſingulis perſonis tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, & quacumque præfulgeant dignitate, ſeu quocumque fungantur officio, quarum intereſt, intereric, & intereſſe, quáſque præſens tangit negotium, ſeu tangere reſpectiuè poterit quomodolibet in futurum; ſalutem in Domino, & præſentibus noſtris fidem indubiam adhibere. Noueritis, quòd, cùm aliàs, die ſcilicet tali, talis menſis, & anni, pro parte RR. Præpoſiti, & Clericorum Regularium Collegij S. F. ciuitatis E. Congregationis H. præſentatæ fuiſſent bo. me. mult. R. Domino I. L. Placentino, tunc in humanis agenti, Iuris vtriuſque Doct. Protonotario Apoſtolico, præfatique Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Epiſcopi E. in ſpiritualibus Vicario generali, noſtróque in officio prædicto Vicariatus prædeceſſori, & per eum reuerenter, vt decet, receptæ extitiſſent literæ Apoſtolicæ ſanctiſſ. in Chriſto P. & Domini N. Domini Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti ad ipſorum DD. Præpoſiti, & Clericorum, &c. ſupplicationem datæ in forma Breuis ſub annulo Piſcatoris expeditæ, ab extra Epiſcopo E. ſeu eius in ſpiritualibus Vicario generali directæ, clauſæque, & ſigillo Piſcatoris munitæ, ac per eum apertæ, ſanæque, integræ, & illæſæ, non vitiatæ, non cancellatæ, nec in aliqua ſui parte ſuſpectæ repertæ fuiſſent, tenoris ſubſequentis, videlicet: à tergo, Venerabili fratri Epiſcopo E. ſeu dilecto filio eius Vicario in ſpiritualibus generali. Sixtus Papa Quintus. Ven. frater, ſeu dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex ſuſceptæ ſeruitutis officio ad ea libenter intendimus, quæ Eccleſiarum, & Collegiorum quorumlibet, ac perſonarum in illis Altiſſimo famulantium vtilitates, & commoda reſpicere dignoſcuntur. Sanè dilecti filij Præpoſitus, & Clerici ſancti F. E. Congregationis H. nobis nuper exponi fecerunt, quòd aliàs fel. record. Gregorius Papa XIII. prædeceſſor noſter parochialem Eccleſiam, Præpoſituram nuncupatam S. M. etiam E. certo tunc expreſſo modo vacantem, quæ ampla, & inſignis, ac Eccleſiæ eiuſdem S. F. præfati Collegij contigua erat, & in qua Eccleſia S. F. Præpoſitus, & Clerici prædicti propter illius anguſtiam non decentem numerum presbyterorum, & clericorum pro Miſſis, & aliis diuinis officiis celebrandis manutenere non poterant; cum illis forſan annexis, ac omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, necnon fonte baptiſmali, ac vaſis ſacris, ornamentis, & paramentis, ac curæ animarum exercitio, omnibus, & quibuſcumque oneribus, honoribus, terris, prædiis, poſſeſſionibus, fructibus, cæteriſque iuribus, & actionibus vniuerſis, Collegio, & Congregationi prædictis per ſuas litteras perpetuò conceſſerat, & aſſignauerat, prout in illis plenius continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis pro parte Præpoſiti, & Clericorum prædictorum petitio continebat, in ipſa Eccleſia S. M. nonnulli Capellani, communia eiuſdem S. M. nuncupati, ibidem horas canonicas recitantes, ac Miſſas, & alia diuina officia celebrantes tunc temporis exiſterent, quibus a diuerſis Chriſti fidelibus quamplurima legata pia ad ſummam quinquaginta ſcutorum annis ſingulis aſcendentia, ac in perpetuum, & ad tempus reſpectiuè duratura, his tamen pactis, & conditionibus, quòd pecuniæ ex nonnullis eorum prouenientes in emptionem tot bonorum ſtabilium conuerterentur ad hoc, vt fructus, reditus, & prouentus exinde prouenientes inter eoſdem Capellanos horas canonicas inibi recitantes, ac Miſſas, & alia diuina officia huiuſmodi celebrantes diſtribuerentur, ac diuiderentur, ad ipſos vſus relicta fuerint, nullaque de hoc in dictis litteris expreſſa mentio facta fuerit: ac ob id Præpoſitus, & Clerici ſupradicti dubitent litteras prædictas ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio ſubiacere, ac illas ſibi minùs vtiles reddi ad huiuſmodi Communæ legata, & bona conſequendum, & retinendum; séque deſuper moleſtari poſſe tempore procedente. Nos Præpoſito, & Clericis prædictis aſſerentibus, ſe omnibus, & ſingulis oneribus legatis huiuſmodi incumbentibus à die conceſſionis, & aſſignationis huiuſmodi laudabiter ſatisfeciſſe, ipsóſque Capellanos Eccleſiæ S. M. bona & legata huiuſmodi ſibi pacificè, & liberè dimiſiſſe; ne propterea dictarum litterarum fruſtrentur effectu, aut circa huiuſmodi legata moleſtentur, prouidere: ac illas, dictíque Collegij ſingularès perſonas gratioſo fauore proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, haud ſanè abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes; eorundem Præpoſiti, & Clericorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ frater Epiſcope, ſeu diſcretioni tuæ, fili Vicarie, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrùm decernatis auctoritate noſtra litteras prædictas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, clauſulis, & decretis, ac per illas eiſdem Præpoſito, & Clericis de dicta Eccleſia S. M. factas conceſſionem, & aſſignationem huiuſmodi, necnon proceſſus habitos per eoſdem, ac inde ſequuta quæcumque ab illorum omnium data valere, plenámque roboris firmitatem obtinere, ac ipſis Præpoſito, & Clericis ſuffragari debere in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi in eiſdem litteris, quòd in ipſa Eccleſia S. M. nonnulli presbyteri Communa S. M. huiuſmodi nuncupati degentes diuerſa legata pia à prædictis Chriſti fidelibus pro Miſſis, & anniuerſariis, & aliis diuinis officiis celebrandis ſibi piè relicta percipiebant, expreſſa mentio facta fuiſſet, ipséque prædeceſſor legata

eidem Præpoſito, & Clericis ſpecialiter, & expreſsè, ac nominatim, & ſpecificè per antedictas litteras conceſsiſſet, & aſsignaſſet. & nihilominus pro potiori cautela Præpoſitum, & Clericos ſuprædictos in legatis prædictis, ac omni iure, & ad omne ius, quod eiſdem Capellanis in illis, & ad illa quomodolibet competebat, & competere poterat, eadem auctoritate noſtra perpetuis futuris temporibus ſubrogetis, dictaque legata ſibi gratioſe concedatis, & aſſignetis, ipſoſque Præpoſitum, & Clericos ad legata huiuſmodi admittatis, & admittendos, dictaque legata eis adiudicanda fore, & eſſe, adiudicarique debere, decernatis, & adiudicetis à die datæ dictarum litterarum vſque in perpetuum. Et inſuper vobis vt Miſſas, & anniuerſaria, & alia diuina officia huiuſmodi ad ratam fructuum, redituum, & prouentuum ex bonis legatorum huiuſmodi quotannis percipi ſolitam, ſeruata forma Concil. Trid. etiam perpetuò reducere valeatis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam concedimus, & facultatem, vobiſque pariter indulgemus. Non obſtantibus præmiſſis, & noſtra de non tollendo ius quæſitum, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon omnibus illis, quæ idem Prædeceſſor in dictis litteris voluit non obſtare; cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud ſanctum Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die, menſe, anno, &c. Pontificatus noſtri, &c. Subſcripta, &c. Et, ſubinde prædictus M. R. D. I. L. olim Vicarius pro parte prædictorum Dominorum Præpoſiti, & Clericorum requiſitus ſe pro ipſarum litterarum Apoſtolicarum executione iuxta illarum formam obtuliſſet. verùm poſtmodum idem M. R. D. I. L. ſicuti Altiſſimo placuit, de medio ſublatus extiterit, nóſque in officio præfati Vicariatus generalis præfatæ Curiæ Epiſcopalis E. ſuffecti fuerimus. Nuper autem, infraſcripta ſcilicet die, comparuit coram nobis Reu. Dominus N. O. Mediolanenſis, Syndicus, & Procurator prædictorum RR. DD. Præpoſiti, & Clericorum Collegij, & Congregationis antedictorum, & coram nobis repræſentatis, & reproductis eiſdem præinſertis litteris Apoſtolicis, nos pro illarum executione, iuxta earundem formam, & tenorem; & nihilominus pro prædictarum litterarum Apoſtolicarum verificatione coram nobis exhibuit, & produxit primas litteras Apoſtolicas de, & ſuper conceſſione, & aſſignatione de prædicta Eccleſia S. M. cum illi forſan annexis, & aliis prædictis, Collegio, & Congregationi præfatis per fel. record. Gregorium Papam XIII. reſpectiuè, vt ſuprà, factis. Datas Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Domini, die, ac menſe tali, bullæ plumbeæ ad chordulam ſericam rubei, croceique colorum appenſione munitas: ac coram nobis exhibuit, & produxit notam onerum, ac legatorum, ſiue reddituum prædictæ Communæ Eccleſiæ S.M. imminentium, & per diuerſas perſonas eidem Communæ reſpectiuè debitorum; ex quo nobis conſtitit prædictæ Communæ ſustinere onus celebrationis anniuerſariorum triginta duorum à mortuis, & Miſſarum centum quadraginta ſeptem priuatarum vltra Miſſas celebrandas in ſanctorum Pauli, Antonij, Bernardini, Nicolai de Tolentino, ac Coſmæ, & Damiani feſtiuitatibus quotannis in perpetuum; legata verò, ſiue reditus, & emolumenta ipſius Communæ ad libras centum octoginta nouem, ſolidos duodecim, & denarios ſex Imper. quolibet anno aſcendere, & hoc præter, & vltra emolumentum annuum aliarum librarum centum decem & ſeptem cum dimidia inſuper prædictæ Eccleſiæ pro recitandis horis canonicis a diuerſis ex legatis etiam diuerſis debitorum; prout latiùs de ſingulis prædictis in cedula nobis exhibita expreſſio facta reperitur. Præterea pro eadem verificatione coram nobis pariter exhibuit, & produxit ſyngraphum renuntiæ liberè factæ prædictis DD. Præpoſito, & Clericis per RR. DD. P. Q. R. S. & T. V. omnes olim Capellanos dictæ Eccleſiæ S. M. de dicta Communa exiſtentes, de beneficio, & iure dictæ Communæ, ac legatorum, & emolumentorum eiuſdem, die tertia menſis, anni, &c. confectam ab ipſis, vt ex ea apparet ſubſcripta: ac fidem per dictoſmet Dominos Præpoſitum, & Clericos factam, & ſubſcriptã ſub die tali eiuſdem anni, ſicuti omnibus, & ſingulis oneribus, & legatis prædictis à die, qua ipſius Eccleſiæ poſſeſſionem adepti fuerunt, citrà ſatisfecerunt, eaque adimpleuerunt. Præterea nobis aſſeruit, quòd ſacerdotes, ſiue Capellani prædictæ Communæ, ſeu qui Communam repræſentabant, priuſquam dicta Eccleſia S. M. in ipſos dictos Clericos perueniſſet, tres tantùm, & aliquando quinque ad ſummum erant; ipſi verò Clerici plures in ſacerdotio conſtituti ex reſidentibus aſſiduè ſunt in choro inſeruientes, & celebrationi prædictorum anniuerſariorum, & reliquorum diuinorum officiorum præfatæ Eccleſiæ interuenientes, & decantantes; & ſic ipſa anniuerſaria, & alia diuina officia, quæ celebrari conſueuerunt per tres, vel quinque ſacerdotes, nunc cum maiori numero ſacerdotum, & decoro celebrantur; quódque emolumenta dictæ Communæ non ſuppetunt, nec ſatis ſunt pro celebrandis tot Miſſis, & officiis, cum tot præſertim ſacerdotibus, ſtante maximè, quòd eleemoſynæ, ſiue mercedes celebrationum ſimilium officiorum, & Miſſarum, poſtquam ea celebrari legata fuere, à certis annis citrà valde creuerunt. Quare idem Syndicus dicto nomine nos pro executione earundem præinſertarum litterarum Apoſtolicarum, requiſiuit, & petiit per nos decerni, & declarari iuxta illarum formam ac tenorem; ipſoſque DD. Præpoſitum, & Clericos in prædictis legatis, & in omni iure, & ad omne ius, quod præfatis Capellanis in illis, vel ad illa quomodolibet competebat, & competere poterat ſubrogari, prædicta illis concedi, & aſſignari, eóſque ad legata prædicta admitti, ac admittendos, dictaque legata eis adiudicanda fore, & eſſè, ac adiudicari debere à die datę prædictarum primarum litterarum Apoſtolicarum prædictę fel. record. Gregorij Papæ decimitertij ſuper conceſſione, & aſſignatione præfatæ Eccleſiæ S. M. & aliorum prædictorum facta prædictis Dominis Clericis Collegióque & Congregationi antedictis reſpectiuè confectarum, vſque in perpetuum: & inſuper anniuerſaria, ſiue officia prædicta, ac Miſſas Communæ prædictæ incumbentia, & incumbentes, de quibus ſuprà, ad ratam fructuum, redituúmque, & prouentuum annuorum antedictorum, iuxta prædictarum literarum formam reduci, & alia demum in præinſertis litteris Apoſtolicis nobis demandata per nos exequi debita cum inſtantia poſtulauit. Nos autem A. B. Vicarius, & exequutor delegatus Apoſtolicus antedictus, viſis litteris Apoſtolicis præinſertis, illarúmque præſentatione,

&

& repræſentatione prædictis, vt ſuprà, factis; necnon etiam primis litteris Apoſtolicis ſuper conceſſione, & aſſignatione prædicta confectis, præfatiſque aliis exhibitis, & productis, ac expoſitis, vt ſuprà, & cæteris videndis, conſideratiſque omnibus oneribus, & grauaminibus celebrandi ſingulo anno dicta officia triginta duo à mortuis, cum Miſſis centum quadraginta ſeptem, pro quibus annuatim legata legitur prædicta ſumma librarum centum octuaginta nouem, ſol. duodecim, & den. ſex Imper. inter quas dicuntur adeſſe libræ quindecim, ſolidi ſex, & den. quatuor Imper. inexigibiles, & aliæ libræ ſex ex cauſa liuelli annuatim debentur Domino Præpoſito Eccleſiæ parochialis S. Antonij E. ac etiam animaduerſo, quòd alias præfati ſacerdotes repræſentantes Communam erant numero tres, & aliquando quinque ad ſummum reſidentes, & chorum facientes in dicta Eccleſia; nunc verò aucto numero ſacerdotum in choro reſidentium ſunt plures eundem chorum frequentantes; aliiſque omnibus de iure conſiderandis animaduerſis, & conſideratis: attendentéſque, exinde nobis ſatis, ſupérque ad effectum, de quo agitur, conſtare de expreſſis, & narratis in prædictis præinſertis litteris Apoſtolicis; petitionémque prædictam ipſis litteris Apoſtolicis præinſertis conſonam exiſtere. Ideo authoritate Apoſtolica præfata nobis conceſſa, & vigore præinſertarum litterarum Apoſtolicarum, & alias omni meliori modo, per litteras præfatas Apoſtolicas de, & ſuper conceſſione, & aſſignatione præfatæ Eccleſiæ S. M. E. cum illi annexis, iuribúſque, membris, & pertinentiis ſuis, aliiſque prædictis Collegio S. F. E. & Congregationi H. factum cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, clauſulis, & decretis; ac per illas DD. Præpoſito, & Clericis de prædicta Eccleſia S. M. conceſſionem, & aſſignationem prædictas, necnon proceſſus forſan habitos ſuper eis, & inde ſequuta quæcumque ab illorum omnium data citrà, & in futurum valere, plenámque roboris firmitatem obtinere, ac ipſis DD. Præpoſito, & Clericis ſuffragari debere in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi in præfatæ conceſſionis, & aſſignationis litteris Apoſtolicis, quòd in ipſa Eccleſia S. M. nonnulli presbyteri Communa S. M. huiuſmodi nuncupati degentes diuerſa legata pia à præfatis Chriſti fidelibus pro Miſſis, & anniuerſariis, & aliis diuinis officiis celebrandis ſibi piè relicta percipiebant, expreſſa mentio facta fuiſſet, dictúſque fel. record. Gregorius Papa XIII. in ſuis litteris præfatis legata prædicta eiſdem DD. Præpoſito, & Clericis ſpecialiter, & expreſsè, ac nominatim, & ſpecificè conceſſiſſet, & aſſignaſſet, dicta Apoſtolica auctoritate nobis conceſſa per præſentes decernimus, & declaramus. Et nihilominus pro potiori cautela præfatos DD. Præpoſitum, & Clericos ſupradictos in legatis præfatis, ac in omni iure, & ad omne ius, quod eiſdem Capellanis in illis & ad illa quomodolibet competebat, & competere poterat, eadem auctoritate Apoſtolica nobis conceſſa perpetuis futuris temporibus ſubrogamus; dictaque legata eiſdem gratioſe concedimus, & aſſignamus: ipsóſque DD. Præpoſitú, & Clericos ad legata huiuſmodi admittimus, ac admittendos, dictaque legata eis adiudicãda fore, & eſſe, & adiudicari debere, decernimus, & declaramus, ac adiudicamus à die datæ dictarum primarum litterarum ſuper conceſſione, & aſſignatione præfatæ Eccleſiæ ſancti M. & reliquorum confectorum, vt ſupra, citra, & in futurum vſque in perpetuum. Et inſuper prædicta anniuerſaria, ſiue officia triginta duo ad duodecim annuatim iuxta ritum, & conſtitutiones, ac conſuetudines dictæ ſuæ Religionis, dictas verò Miſſas centum quadraginta ſeptem ad quadraginta Miſſas ſingulo anno celebranda, & reſpectiuè celebrandas, dicta Apoſtolica auctoritate nobis commiſſa per litteras Apoſtolicas præinſertas, reducendum duximus, prout reducimus per præſentes omni meliori modo, via, forma, iure, & cauſa, quibus poſſumus, & debemus. Quæ omnia, & ſingula præmiſſa vobis vniuerſis, & ſingulis prædictis denuntianda, notificanda, & intimanda duximus, ac denuntiamus, notificamus, & intimamus per præſentes, ne de illis ignorantiam aliquam prætendere, vel quomodolibet allegare valeatis, vel aliquis veſtrum valeat. In quorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes noſtras litteras, ſiue proceſſus, atque inſtrumentum exinde fieri, & per noſtrum, & Curiæ Epiſcopalis E. Notarium, & Cancellarium publicum infraſcriptum ſubſcribi, ſigillique noſtri, quo in talibus vtimur, iuſſimus, & fecimus impreſsione communiri. Datum, & actum E. in Palatio Epiſcopali, anno ab Incarnatione Domini, &c. ibidem præſentibus, &c. Signat. A. B. Vicarius, Commiſſarius Apoſtolicus. Subſcript. *Lucius Bencius Curiæ Epiſcopalis E. Not. & Cancell. ſubſcripſit.*

64. *Quinta* formula erit † ſupplicationis pro commutatione vltimæ voluntatis, præcipuè quoad locum; qua nimirum ſummus Pontifex ea pia opera, quæ quidam in vltima ſua voluntate in vno loco fieri diſpoſuerat, & inibi præſtari poterant, commoditatis, vtilitatiſve cauſa in alio loco fieri concedit. Cuiuſmodi eſt commutatio illa, qua fel. rec. Greg. XIII. cuidam Regularium ordini ex benignitate Apoſtolica, indulſit vt in Vrbe Roma conſtruere poſſet Eccleſiam, ac domum, aut iam conſtructam, & ædificatam ſibique legitimè conceſſam inhabitare, & hereditatem ex vulgari ſubſtitutione ſibi obuentam alienare, conuertendo pretium in emptionem ſtabilium dictæ domui magis vtilium ad illius perpetuum vſum, recondendo corpus teſtatoris in ipſorum Regularium ſepulchro, vel in magna Capella ſuæ Eccleſiæ, & implendo in reliquis eiuſdem teſtatoris voluntatem: cùm tamen teſtator tam ſubſtitutis, quàm inſtitutis mandaſſet, vt ea Eccleſia, ac domus prope aliam ciuitatem ædificaretur ex reditibus hereditatis, & bonorum per eundem relictorum; prohibita vtriſque eorundem alienatione: quódque in ea Eccleſia conſtruenda vnum ſepulchrum cum lapide marmoreo, & epitaphio erigere tenerentur. Cuius quidem indulti, ſeu commutationis tenor, (ſuppreſsis tamen dignis de cauſis, ac præcipuè, quòd de recenti facto agatur, nonnullis perſonarum, ac locorum nominibus, & in alphabeticos characteres commutatis, quod & in ſtatim ſequenti formula, ſeu exemplo eaſdem ob cauſas præſtabimus;) talis eſt:

BEATISSIME Pater. Alias q. A. B. in ſuo vltimo, quod de bonis ſibi à Deo collatis condidit, teſtamento, inter alia per eum inibi diſpoſita ſuos heredes vniuerſales fratres Capuccinos intra mœnia ciuitatis C. ordinis Mendicantium inſtituit, ea tamen lege, & conditione, ac cum onere, quòd ex introitibus, & reditibus hereditatis, & bonorum

per

per eum relictorum construi, & ædificari facerent Ecclesiam, & in loco de Toretta intra corpora Sanctorum extra portam dictæ ciuitatis, in quo aliqui Fratres dicti Ordinis residere, ac Missas, & alia diuina officia celebrare, ac in dicta Ecclesia construenda vnum sepulchrum, vbi poneretur lapis marmoreus cum Epitaphio, erigere tenerentur: prohibens quamcumque dictæ hereditatis alienationem: fructúsque & reditus dictæ hereditatis in dictorum Fratrum nouæ construendæ domus huiusmodi alimentum conuerterentur; & quicquid superesset, distribueretur per eosdem Fratres pauperibus Christi: & casu, quo dicti Fratres dictæ hereditatis incapaces essent, seu illam nollent, aut non possent habere, vel retinere; tunc, & eo casu dictus testator deuotos S. V. oratores Clericos domus S. D. Congregationis regularis S. E. intra mœnia eiusdem ciuitatis cum conditionibus, legibus, oneribus, & prohibitione, aliisque præmissis instituit, & substituit, & aliàs, prout in dicto testamento plenius continetur. Cùm autem P. S. Fratres Capuccini prædicti hereditatem prædictam repudiarint, & successiuè prædicti oratores vigore clausulæ substitutionis hereditatem huiusmodi acceptarint: cúmque locus, quem dictus testator domum, & Ecclesiam prædictam fieri, & construi descripsit, propter intemperiem aëris ex quibusdam paludibus, & pratis inibi existentibus prouenientem sit insaluber: dubiúmque sit, ne temporibus bellorum, aut vigentibus bellorum suspicionibus Ecclesiam fabricandam huiusmodi cùm esset prope Castrum Mediolanen. milites demolirentur: &, si Ecclesia construenda huiusmodi in alma Vrbe Roma fabricaretur, ipsiusque testatoris corpus in proprio sepulchro dictorum Clericorum Regularium vbicumque reciperetur, seu vnum sepulchrum pro eodem testatore cum Epitaphio in magna Capella Ecclesiæ sancti D. prædictæ Congregationis construeretur; ex hoc profectò dicti oratores cæteris pro operibus in Vrbe commodius vacarent, quàm in loco designato prædicto. Supplicant igitur humiliter S. V. dicti oratores, quatenus in præmissis opportunè prouidentes, ipsósque oratores specialibus fauoribus, & gratiis prosequentes, eisdem oratoribus, vt vnam domum cum Ecclesia per dictum testatorem construi ordinatam, in alma Vrbe in aliquo loco congruo construere, & ædificare, vel iam constructam, & ædificatam, eísque legitimè concessam inhabitare, ac corpus dicti testatoris in eorum sepulchro, seu in dicta magna Capella recondere, seu recondi facere, aliaque ad quæ tenentur facere, bonaque per dictum testatorem relicta cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis, cuicumque seu quibuscumque personis pro se, suísque heredibus & successoribus quibuscumque pro pretio, seu pretiis hinc inde conueniendis in perpetuum vendere, & alienare, ac pretium exinde proueniens ædificata priùs, si opus fuerit, domo in aliorum bonorum stabilium hic in Vrbe, vel alibi existentium dictæ domui erigendæ magis vtilium emptionem conuertere liberè, & licitè valeant, concedere, & indulgere, ac plenam licentiam, & liberam facultatem impertiri: necnon omnia, & singula bona per dictum testatorem, vt præfertur, relicta, domui, & Ecclesiæ in Vrbe constructæ, vel construendæ huiusmodi perpetuò applicare, & appropriare; ipsósque oratores super præmissis per quoscumque quauis auctoritate quomodolibet molestari, vel impediri non posse: irritumque etiam decernere, dictique testatoris voluntatem quoad hæc opportune, & sufficienter commutare dignemini de gratia speciali. Non obstan. præmissis, ac, si opus sit, S. V. regulis de non tollendo iure quæsito, ac de vnionibus committen. ad partes, vocatis quorum interest, & exprimendo valore, necnon Lateranen. Concilij nouissimè celebrati, vniones perpetuas prohibentis; aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: necnon donorum, & ordinum prædictorum, etiam iuramento, &c. roboratis statutis; priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis etiam illis, illorumque superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, &c. & aliàs in contrarium quomodolibet concessis. Quibus omnibus, &c. derogare placeat; cæterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis. Fiat, vt petitur. V.

Et cum absolutione à censuris ad effectum; & quòd bonorum relictorum huiusmodi confines, situationes, vocabula, denominationes, quantitates, ac veri etiam annui valores habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint. Et de concessione, indulto, in partitione, applicatione, appropriatione, commutatione, derogatione, aliisque præmissis, vt suprà, in forma gratiosa. Et cum opportuna, si videbitur, executorum deputatione, qui assistant, &c. etiam sub censuris, &c. cú facultate aggrediendi, &c. inuocato, &c. brachij secularis, cum derogatione dictarum regularum Canc. latissimè extendenda; & quod præmissorum omnium & singulorum, etiã fruct. confin. inuoc. denominat. annex. qualit. nuncupat. aliorúmque necessariorum maior, & verior specificatio, & expressio fieri possit in litteris simul, vel ad partem expedien. & committatur Ordinario. Fiat. V. Datum Romæ apud S. Marcum Kal. Septembris, anno, &c.

Sexta formula esse potest † commutationis anniuersariorum in totidem Missas, ob eam causam, quòd illorum celebratio non valde conueniat institutis illius Congregationis, quæ ea celebrare tenebatur; quódque nullum emolumentum percipiat ex legatis ab ea relictis, quæ iam ab iis, qui Ecclesiam, vbi anniuersaria celebranda erant, conuersa fuerant in fabricam, ac reparationem eiusdem Ecclesiæ. Quamuis autem formula, & exemplum sit commutationis huiusmodi à sancta sede Apostolica obtentæ; non ideo tamen inde necessariò colligitur, ab inferiori, vtputa Episcopo, illam commutationem fieri non posse. Qua de re latiùs infrà suis locis, ac præcipuè *c. 5. quæst.* 1 nobis agendum erit. Quod etiam de aliis præcedentibus formulis, & exemplis commutationis vltimarum voluntatum dictum esse volumus. Iam verò præsentis formulæ, & exempli, (vbi etiam videre licet modum, quo delegatus ad executionem commissionis, seu mandati de commutando vltimam voluntatem deuenire debet, aut potest, cui similem quoque habes in prima, & quarta formula superiùs relatis;) tenor est huiusmodi: 65.

ANTONIVS BRVTVS I. V. D. Reuerendissimi in Christo Patris & D. D. Ioannis Lucij Dei, & sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Episcopi N. in spiritualibus Vicarius generalis, & in hac parte iudex, siue executor, & delegatus Apostolicus per litteras Apostolicas, de quibus infrà, specialiter, & expressè deputatus. Vniuersis, & singulis personis tam Ecclesiasticis, quàm secularibus cuiuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existant, & quacumque

que præfulgeant dignitate, ſeu quocumque fungantur officio, præſentes noſtras litteras viluris, lecturis pariter, & audituris, ſalutem in Domino ſempiternam. Noueritis, quòd infraſcripta die pro parte, & ad inſtantiam RR. Præpoſiti, & Clericorum Regularium Congregationis A. oppidi B. diœceſis N. nobis præſentatæ fuerunt litteræ Apoſtolicæ S. in Chriſto Patris & Domini Noſtri D. Pauli diuina prouidentia Papæ V. eius vera bulla plumbea ad chordulam canabis albi more Romanæ Curiæ in pendenti bullatæ in pergameno, & Latinè ſcriptæ, aliaſque in forma ſolita, & conſucta iuxta Romanæ Curiæ ſtylum expeditæ; quas nos cum ea, qua decuit reuerentia recepimus, vidimus, & legimus, ac ſanas ſiquidem, integras, & illæſas, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua earum parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, ac ſuſpicione carentes inuenimus, vt ex earum prima facie apparet, tenoris ſequentis, videlicet: VICARIO Venerabilis fratris noſtri Epiſcopi N. in ſpiritualibus generali, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Iuſtis, & honeſtis fidelium votis libenter annuimus, eaque voluntatis teſtantium interdum commutandæ fauoribus proſequimur opportunis. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Religioſorum Congregationis Clericorum Regularium A. oppidi B. N. diœceſis petitio continebat, quòd alias quidam Chriſti fideles pro deuotionis zelo, & affectu ducti in vltimis, vel aliis eorum voluntatibus, ſeu diſpoſitionibus teſtamentariis nonnulla legata pia Eccleſiæ S. C. dicti oppidi, ſeu dilectis etiam filiis, confratribus confraternitatis ſub inuocatione eiuſdem S. C. in præfata Eccleſia canonicè inſtitutæ cum hoc, quòd viginti octo anniuerſaria, quorum nonnullis certus, & ab eiſdem Chriſti fidelibus tunc deſignatus numerus presbyterorum interuenire, & intereſſe deberet, ac quadraginta Miſſæ quotannis celebrarentur, reliquerunt; prout in dictis eorum diſpoſitionibus pleniùs dicitur contineri: poſtmodum verò dicta Eccleſia religioſis præfatis pro maiori diuini cultus in dicta Eccleſia augmento, ac incolarum dicti oppidi ſpirituali conſolatione, necnon vnius Collegij religioſorum dictæ Congregationis erectione, & inſtitutione ordinaria auctoritate, ac expreſſo dictorum Confratrum ad id accedente conſenſu, cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis vniuerſis, ac oneribus quibuſcumque illi quomodolibet incumbentibus conceſſa, dictúmque Collegium Apoſtolica, ſeu alia auctoritate erectum, & inſtitutum fuit. Cùm autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, iuxta Regularium eorum inſtitutorum normam, anniuerſaria huiuſmodi celebrare non conſueuerint; & ex eo, quòd legata huiuſmodi pro dictæ Eccleſiæ fabricæ reparatione, aliiſque illius fulcimentis, & paramentis per dictos confratres erogata fuerint, & nihil penitus præfatis Religioſis pro anniuerſariorum huiuſmodi celebratione de præſenti ſuperſit, per alios presbyteros eadem celebrari facere non poſſint; proindéque plurimum cupiant eis, vt infrà, per nos, & ſedem Apoſtolicam benignè prouideri. Quare pro parte dictorum Religioſorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eos ſpecialis gratiæ fauore proſequi de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur præfatos Religioſos dictæque Congregationis ſingulares perſonas, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſà latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes: huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ, de qua in his ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eiſdem Religioſis tot Miſſas celebrandi, quæ numero anniuerſariorum prædictorum celebrandorum correſpondeant, liberè, & licitè valeant, licentiam auctoritate noſtra concedas: ac per Miſſarum, loco anniuerſariorum huiuſmodi, celebrationem perinde dictorum Chriſti fidelium voluntatibus ſatisfactum iri, eaſdemque illorum animabus perinde ſuffragari, ac ſi dicta anniuerſaria plenè, & integrè celebrarentur: ipsóſque Religioſos deſuper à quoquam quouis prætextu, colore, vel ingenio moleſtari, perturbari, aut impediri non poſſe: ſicque per quoſcumque iudices, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere: ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignorãter contigerit attentari, dicta auctoritate decernas. Non obſtantibus voluntatibus, quas in & quoad hoc ſufficienter, & expreſsè commutamus; aliiſque præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Tuſculi anno Incarnationis Dominicæ, &c. Pontificatus noſtri anno, &c. Poſt quarum quidem præinſertarum litterarum Apoſtolicarum præſentationem, & receptionem nobis, & per nos ſicut ſuprà reſpectiuè factam, pro parte præfatorum RR. Præpoſiti, & Clericorum Regularium Congregationis A. oppidi B. fuimus requiſiti, quatenus pro debita præfatarum litterarum Apoſtolicarum executione eiſdem RR. Præpoſito, ac Clericis Regularibus antedictis ſupradicti Monaſterij S. C. licentiam auctoritate Apoſtolica concedamus, vt tot Miſſas in Eccleſia dicti eorum Monaſterij celebrare, quæ numero anniuerſariorum præfatorum celebrandorum correſpondeant, liberè, & licitè poſſint, & valeant; & per Miſſarum loco anniuerſariorum huiuſmodi celebrationem perinde voluntatibus dd. Chriſti fidelium ſatisfactum iri; eóſque illorum animabus perinde ſuffragari, ac ſi prædicta anniuerſaria plenè; & integrè celebrarentur: ipsóſque RR. Clericos Regulares deſuper à quocumque quouis prætextu, ingenio, vel colore moleſtari, perturbari, vel impediri non poſſe: ſicque per quoſcumque iudices etiam cauſarum palatij Apoſtolici Auditores iudicari & definiri debere; ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernamus, & declaremus; non obſtantibus omnibus, quæ prælibatus S. D. N. Papa in præinſertis ſuis litteris Apoſtolicis voluit non obſtare. Nos autem Antonius Brutus Vicarius, ac iudex, & executor delegatus Apoſtolicus antedictus viſis priùs per nos, ac diligenter inſpectis, & conſideratis præinſertis litteris Apoſtolicis, ac omnibus, & ſingulis in eis contentis, necnon cæteris circa prædicta videndis, & conſideratis conſiderandis: attendentes, requiſitionem prædictam fore iuſtam, & rationi conſonam, quódque iuſta petenti non eſt denegandus aſſenſus; propterea eiſdem Religioſis, vt tot Miſſas celebrare, quæ numero anniuerſariorum præfatorum celebrandorum correſpondeant, liberè, & licitè poſſint, & valeant, auctoritate

Apoſtò

Apoſtolica prædicta nobis hic, vt ſuprà, conceſſa, ſiue delegata concedendum duximus, prout concedimus; & per Miſſarum, loco annuerſariorum huiuſmodi, celebrationem perinde dictorum Chriſti fidelium voluntatibus ſatisfactum iri, eaſdémque illorum animabus perinde ſuffragari, ac ſi dicta annuerſaria plenè, & integrè celebrarentur: ipſoſque Religioſos deſuper à quoquam quouis prætextu, colore, vel ingenio moleſtari, perturbari, aut impediri non poſſe: ſicque per quoſcumque iudices etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, eadem Apoſtolica auctoritate decernendum duximus, prout decernimus: non obſtantibus dictorum defunctorum voluntatibus, quas prælibatus S. D. N. Papa, vt ſuprà, commutauit, ac aliis omnibus, quæ in eiſdem ſuis litteris Apoſtolicis voluit non obſtare; & aliàs in omnibus, & per omnia iuxta earundem litterarum Apoſtolicarum formam, & tenorem; omni meliori modo, &c. In quorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes noſtras patentes litteras exinde fieri, & per noſtrum, & Curiæ Epiſcopalis N. Notarium, & Cancellarium publicum infraſcriptum ſubſcribi, ſigillique noſtri, quo in talibus vtimur, iuſſimus, & fecimus impreſſione communiri. Datum N. ex Camera noſtræ ſolitæ audientiæ ſita in ædibus canonicalibus Cathedralis Eccleſiæ N. anno ab Incarnatione Domini, &c. Pontificatus prælibati S. D. N. Papæ anno, &c. ibidem præſentibus, &c. Signat. *Antonius Brutus Vicarius generalis, & delegatus Apoſtolicus.* & ſubſcript. *Franciſcus Berozanus Curiæ Epiſcopalis N. Notarius, & Cancellarius ſubſcripſit.*

Atque hæ quidem omnes formulæ ſunt earum commutationum, quæ à ſancta ſede Apoſtolica vel immediatè, vel per ſacram Pœnitentiariam, alióſve eiuſdem Sedis commiſſarios, & executores ea in re deputatos emanarunt.

Quibus pro *ſeptima*, & poſtrema formula vnicam ſubiiciam, commutationis † auctoritate ordi- 66.
naria factæ, in qua præmiſſa generali citatione eorum, quorum intereſt, ratione ſingulorum onerum Miſſarum celebrandarum, quæ inibi exprimuntur ſimul cum nominibus defunctorum, qui ea onera impoſuerunt, & ſeruatis aliis de iure hac in re ſeruandis, quorum in præſcripto decreto reductionis fit mentio, prædicta ſingula Miſſarum onera ob tenuitatem eleemoſynæ, quæ pro iis ſubeundis tribuebatur, ad multo minorem Miſſarum numerum ſigillatim ab Ordinario reducuntur. Cuius quidem decreti tenor talis eſt:

AVRELIVS BRVNVS I. V. D. Reuerendiſſimi in Chriſto Patris & D. D. Franciſci Lucij, Dei, & S. Sedis Apoſtolicæ gratia Epiſcopi A. Comitis, &c. in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius generalis. Vniuerſis, & ſingulis perſonis tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, & quacumque præfulgeant dignitate, ſeu quocumque fungantur officio, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe, quóſque infraſcriptum tangit negotium, ſeu tangere reſpectiuè poterit quomodolibet in futurum, ſalutem in Domino, & præſentibus noſtris fidem indubitatam adhibere. Noueritis, quòd, cùm aliàs coram nobis comparuiſſet R. P. Don Antonius Vailatus Congregationis Clericorum Regularium S. B. degens in domibus Conuentus, ſeu Collegij, & Eccleſiæ parochialis S. C. eiuſdem ciuitatis A. Syndicus, & Procurator R. Domini Præpoſiti, & Clericorum Collegij prædicti S. C. commorantium in dictis ædibus, ſeu domibus Collegij, nobiſque expoſuiſſet, quòd in prædicta eorum Eccleſia S. C. ipſi admodum RR. DD. Præpoſitus, & Clerici onus habeãt celebrandi Miſſam vnam quotidianam ad altare S. Ioannis in dicta eorum Eccleſia ſitum, cum eleemoſyna librarum centum quinquaginta monetæ de præſenti currente in prædicta ciuitate A quæ percipiebantur, prout etiam nunc annua im percipiuntur ab illuſtriſſimo Domino Balthaſſare Verutio vigore legati per eius anteceſſores dicto altari facti. Item ad idem altare habebant aliud onus vnius Miſſæ ſingulis diebus feſtiuis cum eleemoſyna lib. 60. tantùm; quæ annuatim pariter percipiuntur à Domino Ludouico Verantio vigore alterius legati ad dictum altare facti. Item habebant aliud legatum celebrandi Miſſam vnam ferialem ſingulis hebdomadis ad altare ſancti Franciſci, ad quod tranſlatus exiſtit titulus S. Agnetis, cum eleemoſyna lib. 16. quæ exigebantur ſingulis annis à Domino Petro Martyre de Vberto. Item aliud onus vnius Miſſæ ferialis ſingulis hebdomadis ad altare ſancti Petri, pro titulo SS. Coſmæ, & Damiani ad dictum altare tranſlato, cum eleemoſyna lib. 16. & ſol. 8. ſingulis annis, quæ percipiuntur à Dominis Regentibus Hoſpitalis S. Quirici nuncupati: nec non etiam aliud legatum habebant celebrandi Miſſam vnam ferialem ad altare ſancti Iacobi, pro titulo ſancti Martini ad illud tranſlato, cum eleemoſyla lib. 20. percipiendarum ſingulis annis ab heredibus q. Domini Bernardini Vulpij: ad idémque etiam altare ratione alterius tituli tenebantur ipſi admodum RR. DD. Præpoſitus, & Clerici celebrare duas Miſſas feriales cum eleemoſyna lib. 40. ſingulis annis. Item ad dictum altare S. Petri, pro titulo SS. Coſmæ, & Damiani ad illud tranſlato, habebant, prout etiam habent, onus celebrandi duas Miſſas feriales ſingulis hebdomadis cum eleemoſyna lib. 32. inſuperque etiam habebant, & habent aliud onus ad altare maius dictæ ſuæ Eccleſiæ Miſſas quatuor etiam ſingulis hebdomadis celebrandi cum eleemoſyna lib. 60. ſingulis annis, & ad dictum altare, pro titulo SS. Geruaſij, & Protaſij, extat etiam aliud legatum libr. 40. ſingulis annis, cum onere Miſſarum duarum non ferialium in hebdomada, tenebantúrque etiam, prout tenentur, ipſi admodum RR. DD. Præpoſitus, & Clerici celebrare Miſſam vnam ſingulis diebus feſtiuis ad altare B. Virginis Mariæ, pro titulo S. Iacobi ad illud tranſlato, cum eleemoſyna lib. 60. virtute legati dicto altari facti: ad altare autem S. Euſebij poſitum in dicta Eccleſia tenebantur, & de præſenti tenentur, celebrare Miſſas duas feriales ſingulis hebdomadis, cum eleemoſyna libr. 38. quotannis. Verùm, cùm prædicti fructus, reditus, & prouentus, & ſeu fictæ, vel liuella, quæ ab ipſis ſingulis annis percipiuntur intuitu, & contemplatione dictorum reſpectiuè beneficiorum, non ſuppetebant ad celebrationem dd. Miſſarum, & ſatisfactionem dictorum onerum, & ad alias expenſas, quas prædicti admodum RR. DD. Præpoſitus, & Clerici indies ſubire coacti erãt; & ob id ipſi RR. DD. Præpoſitus, & Clerici onera huiuſmodi adimplere, & ſuſtinere nequibant, & nequeunt, & ideo ſibi in præmiſſis opportunè prouideri, & onera celebrationis dd. Miſſarum ad aliquam metam rationabilem, iuxta fructuum, redituum, & prouentuum dd. beneficiorum, & legatorum præfatorum quantitatem reduci,

&

& limitari per nos humiliter præſentatus R. P. Don Antonius dictis nominibus ſupplicauerit. Nos autem Aurelius Brunus Vicarius antedictus, prædictis attentis, volentes in præmiſſis iuris ordine ſeruato procedere; propterea per edictum publicum, ſeu citationem generalem tam prædictis omnibus, vt ſuprà, nominatis, qui annuatim ſoluere tenentur dictos fructus, reditus, & prouentus intimatú, quàm etiam in valuis anterioribus dictæ parochialis Eccleſiæ S.C. prædictæ ciuitatis A. de mandato noſtro affixum, & executum citari mandauimus, & fecimus omnes, & quaſcumque perſonas tam Eccleſiaſticas, quàm ſeculares cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſterent, & quacúque præfulgerent dignitate, ſeu quocumque fungerétur officio in prædictis intereſſe habentes, ſeu quos negotium huiuſmodi tãgere quomodolibet poſſet in futurum, pro certo peremptorio termino tunc præfixo, & ſtatuto ad comparẽdum coram nobis, & contra prædicta omnia, & ſingula nobis expoſita, necnon inſtrumenta, iura, & monimenta quæcumque pro prædictorum verificatione exhibita, producta, & repetita dicendum, opponendum, & allegandum quicquid dicere, opponere, & allegare volebant, & intendebant; videndúmque & audiendum quaſcumque informationes ſuper prædictis, vt ſuprà, expoſitis recipi; & ad allegandum, quare per nos procedi non deberet ad reductionem, & limitationem prædictas; & ad alia ſuperinde neceſſaria, congrua, & opportuna. Cuius quidem citationis termino adueniente comparuit in iudicio legitimè coram nobis prædictus admodum R. P. Don Antonius Vailatus procurator antedictus dictis nominibus præfatorum multùm RR. DD. Præpoſiti, & Clericorum dictæ Eccleſiæ S.C. præfatæ ciuitatis A. & prædictorum citatorum, debitóque tempore expectatorum, & non comparentium contumaciam accuſauit: & in eorũ contumaciam, ad docendum de prædictis prædictus admodum R. Don Antonius coram nobis repetiit, & reproduxit decretum in prima Synodo Diœceſana A. per præfatum R.D.D. Franciſcum Epiſcopum in præſenti ciuitate A. de anno 1599. celebrata de his, quæ pertinent ad celebrationem Miſſarum; in qua reductio dictarum Miſſarum fuit facta, iuxta diſpoſitionem ſacri Trid. Conc. quo quidem decreto, & contentis in eo, ſtantibus & attentis: idem R. Don Antonius Syndicus, & procurator antedictus prædictas omnes Miſſas ad quarum celebrationem ipſi admodũ RR.DD. Præpoſitus, & Clerici tenentur, & obligati ſunt, ad aliquam metam rationabilem reduci, & limitari per nos humiliter dictis nominibus ſupplicauit. Nos autem, viſo priùs dicto decreto coram nobis producto, ſeu reproducto, vt ſupra, eóque ritè perpenſo, & cæteris circa prædicta videndis; attendentéſque petitionem prædictam fore iuſtam, & rationi conſonam; volentéſque in præmiſſis, prout decet, opportunam exhibere prouiſionem: ideo auctoritate ordinaria Curiæ Epiſcopalis A. nobis cõmiſſa, & conceſſa, & qua fungimur, vti Vicarius prædictus, & aliàs omni meliori modo, via, forma, iure, & cauſa, quibus meliùs poſſumus, & debemus, prædictum onus Miſſæ quotidianæ præd. altaris S. Ioannis in dicta Eccleſia S. C. ſiti ad omnes Miſſas feſtiuas de præcepto, demptis diebus Dominicis, & tribus diebus ferialibus, ſingulis hebdomadis celebrandas: onus autem Miſſæ ſingulis diebus feſtiuis celebrandæ vigore eleemoſynæ per dictum Dominum Ludouicum Verantium perſoluendæ, ad Miſſas ſingulis diebus Dominicis: legatum verò Miſſæ ferialis ſingulis hebdomadis, cuius eleemoſyna ſingulis annis percipitur à D. Petro Martyre Vberto, ad Miſſas viginti ſingulis annis, prædictũ verò onus vnius Miſſæ ferialis ſingulis hebdomadis ad altare S. Petri, pro titulo SS. Coſmæ, & Damiani ſpectans DD. Regentibus Hoſpitalis S. Quirici nuncupati, ad Miſſas non feriales tantùm ſingulis annis, onus autem vnius Miſſæ ferialis incumbens altari S. Iacobi, pro titulo S. Martini ad Miſſas 26. feriales tantùm ſingulis annis: præfatum verò onus duarum Miſſarum ferialiũ, quæ celebrari debebant ad altare prædictum S. Iacobi, pro titulo prǫd. S. Martini, ad vnam Miſſam ferialem ſingulis hebdomadis, onus autem prædictarum duarum Miſſarum ferialium per dd. admodum RR. DD. Præpoſitum, & Clericos celebrandarum ad prædictum altare S. Petri pro d. titulo SS. Coſmæ, & Damiani, ad Miſſas quatuor feriales ſingulis menſibus: præd. verò onus Miſſarum quatuor ferialium ſingulis hebdomadis incumbens altari maiori dictæ Eccleſiæ, pro legatǫ librarum 6c. ad ſeptem tantùm Miſſas feriales ſingulis menſibus: & legatum duarum Miſſarum non ferialium ad dictum altare maius factum, ad vnam Miſſam ferialem tantùm ſingula hebdomada. necnon onus vnius Miſſæ ſingulis diebus feſtiuis incumbens altari Beatiſſimæ Virginis Mariæ pro titulo S. Iacobi, ad vnam tantùm Miſſam ſingulis diebus Dominicis: & prædictum onus duarum Miſſarum ferialium, ad quarum celebrationẽ tenebantur ipſi RR. DD. Præpoſitus, & Clerici pro altari S. Euſebij, ad vnã Miſſam ferialem tantùm, ſtantibus rebus, prout ſtant, & præſertim decreto prædicto in dicta prima Synodo Diœceſana celebrata, iuxta formam ſacri Concilij Tridentini facta reſpectiuè reducenda, & limitãda, vt ſuprà, & prout ſuprà: prædictóſque RR. DD. Præpoſitum, & Clericos ad plures Miſſas, attenta tenuitate fructuum dictorum beneficiorum, & modicitate dictorum legatorum minimè teneri, nec obligatos eſſe de cætero, & in futurum, decernendum, & declarandum reſpectiuè duximus, prout reducimus, limitamus, decernimus, & declaramus per præſentes. Inhibentes inſuper, prout per præſentes inhibemus vobis omnibus, & ſingulis antedictis, ne præd. adm. RR. Præpoſitum, & Clericos ad plures Miſſas occaſione prædictorum beneficiorum, & legatorum celebrandum, ſeu celebrari faciendum cogatis, vel compellatis, vel aliquam deſuper moleſtiam eis præſteris, ſeu inferatis: & hoc citra præiudicium omnium, & quorumcumque iurium reſpectu temporis præteriti quibuſuis perſonis forſan competentibus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præſentes noſtras litteras exinde fieri, manúque noſtra ſubſignatas per noſtrum Curiæ Epiſcopalis A. Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi, ſigillique noſtri, quo in talibus vtimur, iuſſimus & fecimus impreſſione communiri. Datum A. ex Epiſcopali Palatio, die, &c. ibidem præſentibus, &c. omnibus teſtibus ad prædicta vocatis ſpecialiter, atque rogatis.

Et quia ego Franciſcus Berozonus ciuis, & Not. A. & Curiæ cauſarum Epiſcopatus dictæ ciuitatis A. Cancellarius, & in archiuio Curiæ Romanæ deſcriptus prædictis interfui, & de ipſis rogatus extiti, idem in fidem prædictorum ſic ſubſcripſi & ſignaui rogatus & requiſitus. Signi locus, ſigilli locus. *Aurelius Brunus Vicarius generalis.*

Atque ex hac formula ordinariæ commutationis, ſeu reductionis Miſſarum, aliæ, cùm opus fuerit, mutatis mutandis facilè formari poſſunt. quam-

67. uis & ea commutatio † quoad reductionem, cuius ſuprà in quarta formula mentionem fecimus, cùm fieri mandetur à Papa, ſeruata forma Concilij Trid. quod Epiſcopis facultatem ea in re concedit, facta dicatur ab ordinario; excitata in eo potius auctoritate ordinaria, quàm facta ex delegatione Apoſtolica, iuxta *cap. licèt, de offic. ordin.* de quo latiùs *inf. cap. 5. quæſt. 11.* vbi de poteſtate, quam habet ordinarius in commutationibus vltimarum voluntatum, præſertim in reductionibus Miſſarum, fuſiùs agemus. Interim autem ex his finis ſit præſenti quæſt. ac ſimul huic 1. capiti.

CAPVT III.

Quo iure introducta ſit commutatio vltimarum voluntatum.

SVMMÆ RERVM.

1. *Nominis, iuris, varia ſignificationes ſunt apud Latina lingua ſcriptores, & Iuriſperitos, remiſſiùs; & num. 7.*
2. *Ius aliud publicum, aliud priuatum; & hoc aut naturale, aut gentium, aut ciuile: & ibi quid vnumquodque horum ſit.*
3. *Ius reddere dicitur prætor, licèt iniquè decernat, relatione facta ad id, quod iura facere conuenit.*
4. *Ius ſumitur pro loco, in quo ius redditur; & pro diſcuſſione cauſæ coram iudice; num. 5. Item pro neceſſitudine; num. 6. & pro poteſtate legitima aliquid faciendi; num. 7. & ibi, ac num. 10. quomodo iuris nomen in hoc capite ſumatur.*
8. *Ius aliud diuinum, aliud humanum: diuinum aliud naturale, aliud poſitiuum; humanum aliud gentium, aliud ciuile, aliud Canonicum.*
9. *Ius ab aliquibus diuiditur in naturale, & poſitiuum, ſeu legale; poſitiuum autem in diuinum, & humanum; atque hoc in ius gentium, ciuile, & Canonicum.*
10. *Ius ſumitur etiam pro cauſa, ſeu ratione.*
11. *Quot quæſtiones in hoc capite ſint diſputandæ.*
12. *Virtutes, ſeu officia legis quatuor ſunt, permittere, vetare, præcipere, & punire.*
13. *Commutatio vltimarum voluntatum non eſt contraria iuri naturali; & multis num. ſeqq.*
14. *Iura naturalia ſunt immutabilia; & duob. n. ſeqq.*
15. *Præcepta Decalogi ſunt diuina naturalia, & inaiſpenſabilia.*
16. *Lex naturalis nec in toto, nec pro parte poteſt lege humana abrogari.*
17. *Ius naturale quod ſit ſecundùm Iuriſconſultum, & Imperatorem; & quid ſecundùm Iſidorum, & Gratianum; & quid ſecundùm Theologos; cum num. ſeq.*
18. *Naturali iure omnes liberi naſcebantur.*
19. *Ius gentium eſt quoddam ius naturale ſaltem ſecundarium; & quid illud ſit, & quinam contractus hoc iure introducti ſint; num. 20.*
21. *Theologorum potius, quàm Iuriſconſultorum ſententia ſtandum eſt, cùm de iure diuino explicando, aut ſtatuendo agitur.*
22. *Ius naturale in præceptis Decalogi, aut ius gentium in contractibus ab eo introductis an immutari addendo, vel detrahendo aliquid poſſit; & multis ſeqq.*
23. *Vſucapio detrahit iuri gentium, non autem naturali.*
24. *Ius naturale in contractu matrimonij, & ius gentium in contractu venditionis, & in donatione immutatum eſt.*
25. *Intellectus l. in re mandata, C. mand. & l. 2. C. de ſacroſ. Eccleſ. & plurib. num. ſeqq.*
26. *Vltima voluntas & ſucceſſio an, & quomodo ſit de iure gentium, vel naturali; aut ac iure ciuili; & num. 31.*
27. *Patres veteris Teſtamenti, qui aliquid per vltimam voluntatem diſpoſuerunt; & num. 32.*
28. *Intellectus l. qua ratione, §. ha quoque res, ff. de acquir. rer. domin. & num. ſeq.*
29. *Ius gentium eſt naturale non ſimpliciter, ſed ſecundarium. contra ius tamè naturale induxit dominiorū diſtinctionem, ac ſeruitutes; num. 30.*
31. *Teſtamenta, & ſucceſſiones an ſint de iure naturali, aut gentium, vel ſolo ciuili.*
32. *Patrum veteris Teſtamenti diſpoſitiones an fuerint propriè teſtamenta.*
33. *Commutatio vltimæ voluntatis non poteſt fieri ſine cauſa.*
34. *Commutatio vltimarum voluntatum non eſt à iure naturali introducta; cum aliquot num. ſeqq.*
35. *Iuris gentium quænam ſint ſecundùm ius ciuile, & quæ ſecundùm ius Canonicum.*
36. *Diuiſio iuris à Iuriſconſultis allata in ius naturale, gentium, & ciuile, quomodo concilietur à Molin. cum diuiſionibus Theologorum.*
37. *Ius naturæ ſecundùm Theologos quid complectatur.*
38. *Executio vltimæ voluntatis aliquo modo conformis eſt iuri, ſeu rationi naturali.*
39. *Æquitas, & ius inter ſe differunt. & naturalis æquitatis vis, & exempla, remiſſiùs; num. 40.*
41. *Commutatio vltimæ voluntatis conformis erit naturali æquitati, & rationi, vbi voluntas illa ſit legitima, minimè verò conformis, ſi voluntas legitima non ſit; & num. ſeq.*
42. *Voluntas teſtatoris ſi in totum ſeruari nequit, ſeruari debet quantum poteſt.*
43. *Matrimonium alias indiſſolubile iure naturali, diſſolui poteſt vno ex infidelibus coniugibus conuerſo, ſi alter nolit in matrimonio manere ſine contumelia Creatoris.*

PRÆTERMISSIS omnino pluribus, iiſque valde etiam inter ſe diuerſis præmiſſi nominis, iuris, † ſignificationibus, quas fuſius nonnullis quoque allatis ad eas confirmandas exemplis proſequuntur inter cæteros Latinæ linguæ ſcriptores Ambroſius Calepinus *in ſuo Dictionario*, Marius Nizolius *in Theſauro Ciceroniano*, & Auctor *Theſauri lingua Latinæ*; atque inter Iuriſperitos Antonius Nebriſſenſis *in ſuo Vocabulario iuris*, Schardius *in Lexico iuridico*, Verrutius, & Spiegelius *in ſuis Lexicis iuris*, Albericus *in ſolemni Dictionario iuris*, Milus, Bertachinus, & Brixienſis *in ſuis repertoriis iuris*, & Brillonius *de verborum iuris ſignificatione*, & hi omnes in verbo, *Ius*: aliquid de iis dumtaxat prædicti nominis ſignificationibus afferamus, quæ propiùs ad rem noſtram videntur accedere. 1.

Iuris igitur nomen non omnino hìc accipimus, prout ſumpſit, ac diuiſit, cuiuſque membri diuiſionis definitionem, & exempla afferens Vlpian. I.C. *in l. 1. §. huius ſtudij, cum §§. & ll. ſeqq. ff. de iuſt. & iur.* necnon & Iuſtinianus Imperat. *Inſtitut. eod. tit. §. vltimo, & Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil.* per tot. vt † 2. aliud

aliud ſit publicum, quod ad ſtatum Reip. Romanæ ſpectat, & in ſacris, in ſacerdotibus, & Magiſtratibus conſiſtit; &, vt addit gloſ. *d. §. huius ſtudij, verbo, in ſacris*, conſiſtit & in aliis, de quibus *in l. penult. ff. ad leg. Iul. maieſt. l. 1. ff. ſolut. matr. & §. cùm in ſuo, Inſt. de rer. diuiſ.* aliud priuatum, quod ad ſingulorum vtilitatem pertinet; & hoc triplex eſt, naturale, collectum nimirum ex naturalibus præceptis, quæ etiam animantibus communia ſunt, qualis eſt liberorum procreatio, & educatio; aut gentium, collectum ex præceptis, quæ ſolis, omnibúſque hominibus communia ſunt, veluti erga Deum religio, vt parétibus, & patriæ pareamus; aut ciuile, collectum ex præceptis ciuilibus, quæ vnuſquiſque populus ſibi conſtituit. quam etiam ferè diuiſionem videre eſt apud Iſidor. *lib. 5. etymol. à cap. 4. ad* 8. relatum à Gratian. *in cap. ius autem*, & multis ſeqq. *diſt. 1.* licèt idem Iſidor. ſup. *cap. 2. & 3.* relatus ab eodem Gratian. *cap. 1. & quatuor ſeqq. ead. diſt.* aliter & breuiùs ius diſtinguat.

Neque præcisè hoc loco ius ſumimus in eum ſenſum, quo, † vt ait I.C. *l. pen. ff. de iuſt. & iur.* prætor
3. ius reddere dicitur, etiam cùm iniquè decernit, relatione ſcilicet facta nó ad id, quod ita prætor fecit, ſed ad illud, quod prætorem facere conuenit. neque in ea ſignificatione, qua, vt idem I.C. *ibidem* monet,
4. ius dicitur † locus, in quo ius redditur. neque præ-
5. cisè, prout ſumitur † pro iudicio, quod pars ea fori eſt, in qua cauſa diſcutitur, ſeu cauſæ diſcuſſio coram iudice, *cap. forus*, cum ibi not. *de verb. ſign.* quo modo dicitur confeſſio in iure fieri, quæ fit in iudicio, ſeu coram iudice, *cap. 1. & pen. de confeſſ. & l. vn. C.*
6. *eo. ſit.* aut pro † neceſſitudine; ſicut dicitur ius agna-
7. tionis, vel affinitatis, *l. fin. ff. de iuſt. & iur.* aut pro † poteſtate legitima aliquid faciendi, vt *in l. 1. ff. ad leg. falcid. l. Proculus, ff. de damn. infect.* necnon in multis locis apud Ciceronem, & Rhetores adductis à Budæo ad *l. vſufructuarius, ff. de vſufr.* aut in aliis ſignificationibus, de quibus Rebuff. *in l. quid aliud, & l. verbis legis, ff. de verb. ſignificat.* Verùm ſumimus hic nomẽ iuris illius, quod hominibus innoteſcit; prout diuiditur à Theologis poſt D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 91. cum multis ſequentib. ferè per tot. *& 2. 2. quæſt. 57.*
8. *art. 2. &* 3. in † diuinum, & humanum; ac rurſus diuinum in ius diuinum naturale, de quo Pſal. 4. *Multi dicunt: quis oſtendet nobis bona? ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*; necnon *Exod.* 20. *Matth.* 19. *& Rom.* 13. in præceptis Decalogi explicatum: & diuinum poſitiuum, quod eſt de Sacramentis, & fide, iuxta illud Matth. vlt. *docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis.* humanũ verò in ius gentium ciuile, & Canonicum, vel, vt ab iiſdem diuiditur cum Ariſtotele *lib. 5. Ethic. c. 7.* in
9. † ius naturale, & poſitiuum, ſeu legale: poſitiuum autem in diuinum, & humanum; quod deinde diuiditur in ius gentium, ciuile, & Canonicum. qua de re videri poſſunt ex Theologis Sot. *de iuſt. & iur. lib. 5. quæſt. 3. art. 1.* Leonard. Leſſ. *de virtut. Card. lib. 2. cap. 2. dubit. 1. &* 2. Molin. *de iuſt. & iur. tract. 1. diſput. 3. cum trib. ſeqq.* Ioan. Azor *inſtit. moral. l ib. 6. cap. 2. per tot. & lib. 7. cap. 33. quæſt. 4. &* 5. necnon Franc. Suarez *tract. de legib. lib. 1. cap. 3. lib. 2. cap. 5. & tribus ſeqq. & cap. 17. vſque ad fin. illius libri lib. 3. in princ. & cap. 1. 2. & 3. lib. 9. in princ. & cap. 1. cum tribus ſequentibus*, ac denique *lib. 10. in princ. & cap. 1. ac 2.* ex Canoniſtis, Couarr. *rec. peccatum, 2. part. §. 11. num. 2. 3. 4. & 5. ac lib. 1. var. reſol. cap. 17. num. 1. & 2. lib. 2. cap. 3. num. 2. lib. 3. cap. 6. n. 7. ac lib. 4. cap. 19.* ferè per tot. Summiſtæ *in verbo, ius*, aut *verbo, lex.* Item ſumimus hic ius, prout et-
10. iam accipitur † pro cauſa, & ratione; quomodo dicitur aliquid iure, hoc eſt, meritò, & aliquã ob cau-

ſam, ſeu rationem fieri; vt *in l. in fraudem, §. ſi principalis, ff. de iur. fiſc.* ibi, iure, ac meritò reſtitui poſtulantur; & apud Cic. *in Vatinium*, meritò, & iure commouebamur; & *in Catilinam*, deinde prætores meritò, & iure laudantur. Quæ cùm ita ſint, meritò nos cap. hoc 3. in quo agere propoſuimus, quo iure introducta ſit commutatio vltimarum voluntatum, † quatuor habebit quæſtiones, quarũ pri- 11.
ma erit, an introducta ſit iure diuino naturali; ſecũda an iure diuino poſitiuo; tertia, an iure humano; quarta, & poſtrema, quam ob cauſam, ſeu rationem ea introducta ſit: vbi etiam per modum corollarij ſubiiciemus, an commutatio vltimarum voluntatum fauorabilis ſit, vel potiùs odioſa: quod quidem inquirere admodum vtile erit, vt inde cognoſcatur, an, cùm de ea diſpoſitione dubium aliquod ſuboritur, reſtrictio, vel potiùs ampliatio facienda ſit; ex vulgata enim iuris regula odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari. *cap. odia, de reg. iur. in 6.* cũ ſimil.

QVÆRO igitur PRIMO in hoc cap. An commutatio vltimæ voluntatis ſit inducta iure diuino naturali?

Duas inſpectiones habet hæc quæſtio, (quas etiam proportionabiliter duæ ſeqq. habebunt;) alteram, an ſit contra ius naturale commutatio vltimæ voluntatis; alteram, an potiùs eidem iuri ita ſit conformis, vt dici poſſit ab eo inducta: cui neceſſariò præmittenda eſt prior inſpectio. Si enim contra ius naturale eſſet eiuſmodi commutatio, ſtatim conſtat, non eſſe ab eo introductam; ſi autem non repugnet iuri naturali, non ideo ab eo inducta dicenda eſt, ſed poteſt medio modo, hoc eſt, negatiuè ſe ſe habere, ac permiſſiuè. nam inter † quatuor virtu- 12.
tes, ſeu officia legis, quæ recenſentur *in l. legis virtus, ff. de leg. & cap. fin. diſt.* 3. permiſſio quoque numeratur. Ex reliquis, quæ ſunt vetare, præcipere, & punire, cùm poſtremum ad rem noſtram non pertineat, reliqua latis in prædictis duabus inſpectionibus continentur; quas in hac etiam quæſt. duabus concluſionibus abſoluemus.

PRIMA CONCLVSIO. Commutatio vltimarum voluntatum † non repugnat, ſeu contraria 13.
eſt iuri naturali. Probatur primò; quia iura naturalia † ſunt immutabilia. §. *ſed naturalia, Inſt. de iur.* 14.
nat. gent. & ciuil. Naturalia quidem iura, (inquit *ibi* Imper.) quæ apud omnes gentes peræque obſeruantur, diuina quadam prouidentia conſtituta, ſemper firma, atque immutabilia permanent: quod & tradidit Gratian. §. *naturale ius, diſt. 5. circa initium, &* §. *naturale ergo ius, diſt. 6. ad fin.* ac rurſus §. *dignitas verò*, 8. *diſt.* ex Aug. *in lib. confeſſ.* relato *in cap. qua contra, eadem diſt.* & ſuadet optimus text. vbi gloſ. recepta, *verbo, non poteſt, de reſtit. ſpoliat.* ſentiúntque Theologi *in 3. ſent. diſt. 37.* poſt alios Suarez *d. lib. 2. de leg. cap. 14. num. 5. &* 7. S. Thom. 1. 2. *quæſt. 94. art. 5.* dum probat, legem naturæ quoad communia præcepta mutari non poſſe: necnon idem S. Thom. 1. 2. *quæſt. 91. art. 4. & quæſt. 98. art. 5.* dum ibi docet, † præ- 15.
cepta Decalogi eſſe diuina naturalia; iũcto eo, quod idem tradit *quæſt. 100. art. 8.* & *ibi* Molin. *& d. tract. 1. diſp. 4.* Suarez *d. lib. 2. de leg. cap. 15. num. 16.* præcepta Decalogi eſſe omnino indiſpenſabilia. qua tamẽ de re videndum eſt quod dicemus *inf. c. 4. q. 3. concl. 2.* ac præcipuè Azor *d. lib. 6. inſtit. moral. c. 1. q. 2. vſque ad 5.* qui *dicta q. 2.* ex communi Theologorum ſententia docet † legem naturalem nec ex toto, nec pro parte 16.
poſſe lege humana abrogari. & ea, quę ſunt iuris naturalis eſſe ſimpliciter, & abſolutè immutabilia; idẽ docet, ac tuetur *d. cap. 6. quæſt. 5.* Cùm autem videamus per ſummum Pontificem fieri pleraſque com-

mutationes vltimarum voluntatum ; qui quidem ſtylus facit ius, *cap. ex literis, de conſt.* cum ſimil. immo etiam id Epiſcopis, & aliis à iure conceditur, vt latiùs oſtendemus *cap.* 5. fere per tot. inde apertè conſtat, huiuſmodi commutationes iuri diuino naturali nequaquam aduerſari. Secundò probatur, quia
17. ſiue ius naturale † illud tantùm dicamus, quod commune eſt etiam animantibus, vt ait I.C. *in l. 1. §. ius naturale, ff. de iuſt. & iur.* & Imper. *Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. in princ.* ſiue cum Iſidor. *lib. 5. etymol. cap.* 4. relato à Grat. *c. ius naturale, diſt.* 1. illud, quod eſt commune omnium nationum, eò quòd vbique inſtinctu naturæ, non conſtitutione aliqua habetur; vt viri, & feminæ coniunctio, liberorum ſucceſſio, (aliàs, ac meliùs, ſuſceptio), & educatio, communis omnium poſſeſſio, & omnium vna libertas ; (natu-
18. rali enim iure † omnes liberi naſcebantur, vt dicitur *in l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iur. & §. ius autem gentium, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.*) acquiſitio eorum, quæ cœlo, terra, marique capiuntur ; item: depoſitæ rei, vel commẽdatæ, (alias commodatæ,) reſtitutio ; violentiæ per vim repulſio. nam hoc, aut, ſi quid huic ſimile eſt, numquam iniuſtum, ſed naturale æquúmque habetur : ſiue denique dicamus cum S. Thom. *1. 2. quæſt. 91. & 98. art. 5. quæſt. 94. art. 2. & quæſt. 100. art. 1. 3. 5. & 7.* cæteriſque Theologis, maximè mox citat. ius naturale, ſeu legem naturæ contineri in præceptis Decalogi, ſeu in determinatis principiis moralibus : numquam prohibetur commutatio vltimarum voluntatum ; ſed neque inter naturalia præcepta numeratur omnimoda vltimarum voluntatũ executio. Et in ſpecie commutationem vltimarum voluntatum non eſſe contra ius naturale, ſentiunt gloſ. *Clem. quia contingit, verbo, Apoſtolica, de relig. dom.* & *ibi* Card. *not.* 10. & alij, quos refert, & ſequitur Mandoſ. *in praxi ſignat. grat. verbo, ſeu tit. commutatio vltimæ voluntatis, verſ. plures concludunt* ; dum aſſerunt, Papam ſolum regulariter commutare poſſe vltimas voluntates, quia ſolus eſt ſupra ius, proculdubio humanum, non autem diuinum politiuum, aut naturale, vt latiùs *cap. 5. quæſt. 4* oſtendemus.

19. Neque obſtat, ſi dicatur, † ius gentiũ eſſe quoddam ius naturale ſaltem ſecundarium, vt ſatis conſtare videtur ex *d. cap. ius naturale, diſt. 1. d. §. ſed naturalia, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* dum vtrobique ius naturale dicitur, quod commune eſt omniũ nationum, & apud omnes gentes peræque obſeruatur; quomodo etiam deſcribitur ius gentium à I. C. *d. l. 1. §. vlt.* Imper. *d. §. ius autem gentium, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* nec non Iſidor. *d. lib. 5. etymol. cap. 6.* relato *in d. cap. ius gentium, diſt. 1. in fin.* apertiſſimè verò ex *§. ſinguloram, & §. vendita verò res, Inſtit. de rer. diu.* ibi, rectè dicitur & iure gentium, id eſt, iure naturali id eſſici. Ex iure autem gentium † introducti ſunt
20. contractus emptionis, & venditionis, locationis, & conductionis, ſocietas, depoſitum, mutuum, & alij plerique contractus, vt habetur *in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. & d. §. ius autem gentium.* quos quidẽ contractus inter vltimas voluntates cenſendos eſſe, oſtendimus *cap. preced. quæſt. 1. circa med.*

Reſpondetur enim primò, nos, vt iam admonuimus, in hac quæſtione non accipere ius, legémque naturalem, prout ſumitur à Iuriſperitis, ſed prout à Theologis, nimirum pro lege naturæ, quæ in præceptis Decalogi continetur, & explicata fuit ab ipſo Deo, dicitúrque lex diuina naturalis: quibus magis accedit Iſidor. *d. cap. ius naturale*, vt patet ex eius verbis mox cit. innecto *cap. 1. diſt. 1.* vbi dicit idẽ Iſid. omnes leges aut diuinæ ſunt, aut humanæ : & ſanct ipſemet Iuſtin. Imper. *d. §. ſed naturalia, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* iis verbis, naturalia iura, quæ apud omnes gentes peræque obſeruantur diuina quadam prouidentia conſtituta ; agnouit quippe Chriſtianus Imper. ius naturale eſſe a Deo conſtitutum, quod non agnouerat Ethnicus I.C. Vlpianus Chriſtianorum inſcenator *in d. l. 1. §. ius naturale, ff. de iuſt. & iur.* atque adeò, † cùm de iure diuino explicando, ſeu ſtatuendo agatur, quod proprium Theo- 21.
logorum eſt, eorum potius in dubio, quam Iuriſperitorum ſententiæ ſtandum erit : certum eſt enim peritis in qualibet arte, ac facultate, cùm de re ad eam ſpectante agitur, potius, quàm aliis, ſtandum eſſe, *l. 1. ff. de ventr. inſpic. cap. fraternitatis, de frig. & maleſ.* cum ibi not. & aliis ad id adductis per Maſcard. *de prob. concl. 1169. num. 6. & concl. 1174. num. 1.* cum aliquot ſeqq.

Reſpondetur ſecundò, † aliud eſſe, contractus 22.
aliquos fore de iure gentium, ita, vt omnino tolli à genere humano nequeant, aliud verò non poſſe aliquid circa contractus ipſos immutari addendo, vel detrahendo : quod & in aliquibus præceptis naturalibus, ac Decalogi fieri poſſe admittunt Theologi poſt S. Thom. *1. 2. quæſt. 94. art. 4. & quæſt. 100. art. 8. & 2. 2. quæſt. 57. art. 2.* atque in iure naturali quoad additionem, in iure autem gẽtium quoad detractionem quoque admittunt Iuriſperiti, vt cõſtat ex *d. §. ius autem gentium, Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. & l. ius ciuile, ff. de iuſt. & iur.* iuncta gloſ. *verbo, iuri communi* ; vbi nonnulla refert exempla. licèt, quatenus putat gloſ. per vſucapionem detrahi iuri naturali, fallitur ; vſucapio enim † ſolùm detrahit iuri 23.
gentium, qua inducta eſt diuiſio rerum, ac dominiorũ diſtinctio, *l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur.* Nos, quoad ius naturale, exemplum illud addere poſſumus, quòd ad contractum matrimonij, qui eſt de iure naturæ, *d. §. ius naturale, & d. cap. ius naturale*, aliquando quis ex cauſa redditur inhabilis ; ſique contractus, niſi certa forma ſeruetur, nullus decernitur à iure humano, vt per Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 1. verſ. qui aliter, de reformat. matrim.* & illud, quòd contractus venditionis, qui eſt de iure gentium, *d. l. ex hoc iure, & d. §. ius autem gentium*, omnino reſcinditur, poſtquam eſt celebratus. *l. 2. & tot. fere tit. C. de rei iud. vendit.* licut & donatio multis de cauſis reuocatur, vt *in tot. tit. C. de reuoc. donat.*

Ex quo etiam facile ſoluitur, quod † obiici pote- 25.
rat tum ex *l. in re mandata, § manu.* vbi dicitur, quòd quiſque rei ſuæ eſt moderator, & arbiter, quod & ſolo naturali lumine ductus prodidit M. Tullius *in oratione pro L. Cornelio Balbo, & pro Roſcio Amerino Comœdo*: tũ etiam ex *l. 1. C. de ſacroſ. Eccl.* vbi ait Imper. nihil eſſe, quod magis hominibus debeatur, quàm, vt ſuprema voluntatis, poſtquam iam amplius aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus : ex quibus verbis colligitur, † vltimam voluntatem eſſe de iure gen- 26.
tiũ; quod & conſtare videtur ex *l. nec enim, § deportati, ff. de milit. teſtam. & l. milites, C. eod. tit.* atque aliis, quæ ad id allegat Peregr. *tract. de fideic. art. 52. n. 108.* & expreſſim de teſtamento affirmant Bart. *in l. interdum, n. 7.* & Ias. *n. 4. ff. de condit. indeb.* & alij relati pariter, ac probati à Couar. *lib. 3. var. reſol. cap. 6. n. 7.* Iul. Clar. *lib. 3. ſentent. recept. §. teſtamentum, quæſt. 2.* & Quintil. Mandoſ. *in d. verbo, ſeu tit. commutatio vltimæ voluntatis, verſ. aliqui dixerunt* ; quorum opinio magis communis eſt, teſte Corn. *in l. ſi teſtamentum, num. 2. C. de teſtam.* Ias. *in repetit. l. admonendi, poſt num. 184. verſ. ſubdit tamen, ff. de iureiur.* & communis aſſeritur à Ioanne Anub. *in reper. l. nemo poteſt, num. 189. ff. de leg. 1.* & à Peregr. *d. art. 52. num. 112. in*

initio,

initio, & fine; qui plures pro ea refert *d. num.* 104. ac de ſucceſſionibus plerique alij, quos refert, & ſequitur Michael Craſſ. *tract. de ſucceſſ.* §. 1. *num.* 4. & aliquot ſeqq. vbi ad multa infert, vnde hæc opinio probari videtur; necnon aliqui relati à Peregr. *d. art.* 52. *num.* 111. & poſita rerum diuiſione, ait inter Theologos Lud. Molin. *de iuſt. & iur. tract.* 2. *diſput.* 124. *in fin.* quòd quicquid nonnulli in contrarium dixerint, de iure eſt gentium, immo & naturali, quòd vnuſquiſque diſponere poſſit per vltimam voluntatem: ſicut poſita earundem rerum diuiſione, de iure gentium, immo & naturali eſt, poſſe celebrari permutationes, & alios contractus, ex illiſque conſurgere obligationem; de iure tamen ciuili eſt, quòd hoc tantùm, vel illo modo, & cum hac, vel illa ſolemnitate, & non aliter per vltimam voluntatem diſponatur, iuxta leges particulares, aut conſuetudines præſcriptas cuiuſuis Reipublicæ, aut loci: ſicut etiam iure ciuili multa circa contractus legibus ac conſuetudinibus variis in locis ſunt introducta. Nihil autem pro ſe allegat Molin. ſed eandem diſtinctionem de teſtamentis, vt quoad ſubſtantiam diſpoſitiuam illorum, ſeu poteſtatem teſtandi ſint de iure gentium, quoad ſolemnitates verò ſint inuentum iuris ciuilis, tenent plerique ex relatis à Peregr. *d. num.* 108. præcipuè Bart. *d. l. interdum, num.* 7. *ff. de condict. indeb.* vbi etiam ad id adducit, quod legitur in veteri Teſtamento de antiquis Patribus, & ipſi teſtamenta condiderint: alludere autem fortaſſe voluit † ad Abraham ſenem de rebus ſuis diſponentem, vt habetur *Gen.* 25. circa initium; ad Iſaac, qui morti proximus dedit primogenita Iacob, & minima quædam Eſau, *Geneſ.* 27. ad Iacob, qui & ipſe ſtatim moriturus præpoſuit ex duobus ſuis nepotibus Ephraim minorem ante Manaſſem primogenitum, & fecit prælegatum Ioſeph, deditque ei partem extra fratres illius, vt legitur *Gen.* 48. *Cap.* autem *ſeq* ſingulos filios benedixit, & corpus ſuum iuſſit certo loco ſepeliri: & ad ipſum Ioſeph, qui *Geneſ.* 50. iuſſit aſportari oſſa ſua de Ægypto, cùm Deus eos inde aſcendere fecerit ad terram, quam iurauerat Abraham, Iſaac, & Iacob; intellexit quoque fortaſſe Bart. de Dauid, qui, vt habetur 3. *Reg.* 2. ſtatim moriturus nonnulla mandauit Salomoni filio ſuo, quem paulo antè Regem conſtituerat; inter quæ mandata illud legitur; *ſed & filiis Berzellai Galaaditæ reddes gratiam, eruntque comedentes in menſa tua.* de Tobia, qui, vt habetur Tob. 4. cùm ſe tunc moriturum putaret, inter alia mandauit Tobiæ filio ſuo, vt corpus ſuum ſepeliret, ac circa illud corpus vxoris, cùm defuncta fuerit; vtque eleemoſynas faceret, ac panem ſuum, ac vinum ſuper ſepulturam iuſti conſtitueret: ac denique de Mattathia, qui morti proximus conſtituit Simonem filium ſuum aliorum fratrum conſiliarium, Iudam verò principem militiæ; omnibus autem filiis iniunxit, vt adducerent ad ſe omnes factores legis, & vindicarent populum ſuum: & generaliter de iure gentium fore, vt voluntas diſponentis de rebus ſuis obſeruetur, liquet † ex *l. qua ratione, §. ha quoque res, ff. de acq. rer. dom. & §. per traditionem, Inſtit. de rer. diuiſ.* vbi dicitur, nihil eſſe tam conueniens naturali æquitati, quam voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi. Quòd ſi vltimæ voluntatis obſeruantia, & executio iure gentium inducta eſt, eius mutatio eodem iure gentium prohibita erit; nam contrariorum contraria eſt diſpoſitio, *l. qui accuſare, ff. de accuſat. l. ab emptione, in fin. ff. de pact.* & quod operatur propoſitum in propoſito, id operatur oppoſitum in oppoſito, *l. fin. §. fin. ff. de leg.* 3. *& §. plus autem*, vbi Ang. & Ias. *Inſtit. de action.* cum ſimil. & in ſpecie commutationem teſtamenti, ſimiliſque vltimæ voluntatis iure gentium repugnare, ſentit Couarr. *d. num.* 7. & ſuadetur ex iis verbis Plinij lib. 2. epiſt. ad Anniānum: Sed ego quandam propriam legem mihi dixi, vt defunctorum voluntates, etiamſi iura deficerent, quaſi perfectas tueret. quòd ſi iuri gentium repugnat huiuſmodi commutatio, repugnat etiam iuri naturali, cùm ius gentium ſit quoddam ius naturale, vt ſuprà oſtenſum eſt, & præcipuè ex *§. venditæ verò res, Inſtit. de rer. diuiſ.*

27.

28.

Reſpondetur enim primò, obiecta omnia procedere in iure gentium, quod † eſt tantùm naturale ſecundarium, non autem ſimpliciter, vt omnes tradunt *in d. §. venditæ verò res*, necnon *in §. ius autem gentium, & §. 1. verſ. quod verò, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* atque alibi paſſim. Iuri autem naturali ſimpliciter, ſeu primariò non detrahitur, cùm ſit immutabile, vt ſuprà hac ipſa concl. 1. circa initium; & paulo antè contra gloſ. oſtendimus. niſi forte mutatum dicatur per ius gentium, quod † contra ius naturale, quo omnia erant communia, & omnes homines liberi, induxit dominiorum diſtinctionem, ac ſeruitutes, *d. l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. d. §. ius autem gentium, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciu. & cap. ius gentium, diſt.* 1. quod ſumptum eſt ex Iſidor. *lib.* 5. *etymol. cap.* 6. Reſpondetur ſecundò, nos in hac quæſtione non ſumere ius naturale, prout à Iuriſperitis, ſed prout à Theologis, nimirum pro lege naturæ, ac naturalibus præceptis, principiiſve moralibus à Deo O. M. naturæ auctore explicatis in Decalogo; in quo, vt ſuprà admonuimus, & ſatis ex ſe patet, non continetur commutationis vltimarum voluntatum prohibitio. 29. 30.

Reſpondetur tertiò, quòd ſumendo etiam ius naturale, & ius gentium, prout à Iuriſperitis accipitur, adhuc † teſtamenta non eſſe de iure naturali, aut gentium, ſed ſolùm ciuili, plerique tradiderunt, quos refert non diſſentiens, ſed pro eo ſolida fundamenta afferens Peregr. *d. num.* 112. quod etiam in ſucceſſionibus conſtanter aſſerunt gloſ. *d. l. ex hoc iure, verbo, dominia, & ibi* Bart. *ff. de iuſt. & iur.* Port. *Inſtit. de teſtament. ord.* Bald. *in l. undecim tabularum, C. de legit. hered.* latéque tuetur Fern. Vaſq. *de ſucceſſ. lib.* 1. §. 1. *num.* 1. *& ſeq.* communémque ait Gul. Benedict. *in repetit. cap. Raynutius, verbo, teſtamentum, num.* 2. *de teſtament.* Idémque dici poteſt de ſucceſſionibus ab inteſtato, de quibus Bart. Alex. & Ias. relati à Peregr. *d. num.* 111. aſſerunt, ſucceſſionem in bonis defuncti, ac dominij tranſlationem per modum ſucceſſionis originem de iure gentium habere, hereditarium autem titulum, prout eſt repræſentatiuus perſonæ defuncti quoad omnia iura actiua, & paſſiua, iuris ciuilis inuentionem eſſe: quod etiam proportionabiliter dici poteſt de ipſa diſpoſitione per teſtamentum, & aliam ſimilem vltimam voluntatem. & in omnem caſum ſolùm inde concluditur, regulariter licere morienti de rebus ſuis diſponere, vt *d. l.* 1. & Doct. cit. loquuntur, & ſic teſtamentum eſſe de iure gentium quoad originem; non autem inde fieri, quòd nequeat aliquibus teſtamentum prohiberi, prout fecit ius ciuile; vel quòd non poſſit aliquando immutari illud, quod aliquis per teſtamentum, aliâſve cauſa mortis diſpoſuit. Atque hæc reſponſio quoad primum membrũ probari ſatis videtur tum ex *l. 3. ff. de teſtam.* ibi, teſtamenti factio iuris publici eſt, hoc eſt, 31.

Reipub.Romanorum, iuxta *l.1.§.1. ff. de iuſt.& iur.* tum ex *d. l.ex hoc iure*, cum aliquot legibus antecedentibus, *ff.eod.tit.* vbi, cùm numerentur ea, quæ ſunt iuris gentium, nulla teſtamenti ſit mentio; tum ex *l.3. C. de teſtam.* vbi teſtandi facultas dicitur legibus eſſe permiſſa; tum ex §. 1. *Inſtit. de teſtam. ordin.* vbi Iuſtinian. ait: Ex legibus veteribus tria teſtamentorum genera in vſu eſſe cœperunt, hodie verò duo ſunt, in ſcriptis, & ſine ſcriptis. quoad vtrumque verò eiuſdem reſponſionis membrum, ſatis ea colligitur ex *l.verbis legis, ff.de verb.ſignif.* vbi Pomponius I.C. Verbis (inquit) legis duodecim tabularum his, *vti quiſque legaſſit ſuæ rei, ita ius eſto*, latiſſima poteſtas tributa videtur, & heredis inſtituendi, & legata, & libertates dandi, tutelaſque conſtituendi: ſed id interpretatione coanguſtatum eſt, vel legum auctoritate, vel iure conſtituentiũ. Sic etiam ad obiecta ferè reſpondet Peregr. *d. art.* 52. *num.* 112. Nam licèt (inquiens) dominia, & poteſtas de rebus ſuis diſponendi iure gentium inuentæ ſint; attamen multæ cauſæ acquirendi iure ciuili proceſſerunt, gloſ. & Bart. *in l.1. ff.de acq.rer.dom.* veluti per vſucapionem, præſcriptionem, arrogationem, ſententiam, feudum, emphyteoſim, & huiuſmodi, quæ conſtat iuris ciuilis eſſe: nam & obligationes iuris gentium ſunt *l.manumiſſiones*, (vel potiùs *in l.ex hoc iure,*) *ff.de iuſt.& iur.* & tamen hæ prodeunt ex contractibus iure ciuili inuentis, vt ſtipulatione, feudo, & emphyteoſi. atque eandem ſolutionem ſubdit congruere exemplis ex veteri Teſtamento ſumptis per regulam *l. ius autem ciuile, ff. de iuſt. & iur.* vbi dicitur, ius ciuile eſſe, quod neque in totum a naturali, vel gentium recedit, neque per omnia ei ſeruit; itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi (hoc eſt, naturali, vel gentium, vt gloſ. 1. ibidem recepta exponit,) ius proprium, id eſt, ciuile efficimus: quæ regula ſatis etiam colligitur ex §. *ius autem ciuile, in initio, & fin. Inſtit.de iur.nat. gent. & ciuil.* Verùm exemplis illis antiquorum Patrum aliter quoque ſatisfit, dicendo, tum † nullam ibi mentionem teſtamenti 32.
fieri, nec ea eſſe poſſe teſtamenta, cum nulla ſit heredis inſtitutio, quæ caput eſt teſtamenti, *l.vlt.ff.de hered.inſtit.* cum ſimil. tum inde ſolùm fieri, ius teſtandi fuiſſe quoque apud Hebræos, ex quo non ſequitur, id eſſe de iure gentium, quod eſt commune omnibus gentibus, *d.§. ius autem ciuile, & §.ius autem gentium, Inſtit. eod. tit.* quomodo etiam ſoluitur quod obiici poterat ex Apoſtolo *Hebr.9.* vbi fit expreſſa mentio teſtamenti.

Reſpondetur denique, quòd tam prædicta, quàm quæcumque obiici contra hanc primam noſtram 33.
concluſionem poſſunt, illud ſolùm concludunt, † non poſſe ſine cauſa huiuſmodi vltimarum voluntatum commutationes fieri; vt patet inter alios ex Couar. *d.num.7.* & toto ferè illo *cap.6.* Mich.Craſſ. & aliis ab eo relatis *d. num.4.6.&8.* iunctis iis, quæ tradunt Doct. *d.l. ius ciuile, ff. de iuſt. & iur. & §. ius autem ciuile, §. ſed ius quidem, & §. ius autem gentium, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* necnon *in cap. nos quidem, & cap. filius noſter, de teſtament. & ſicut. quia contingit, de relig. dom.* nos verò de cauſa, ob quam fit commutatio vltimæ voluntatis, ſeu motiua, & impulſiua aliquid dicemus *quæſt.3.* de cauſis autem ad vltimæ voluntatis commutationem requiſitis, ſeu finalibus, latiùs differemus *cap.6. quæſt.3. & 4.* Atque hæc de prima huius quæſt. concluſ. in qua oſtendimus, commutationem vltimæ voluntatis non eſſe contra ius naturale.

SECVNDA CONCLVSIO: Commutatio vltimæ voluntatis † non eſt à iure naturali introducta, ſeu non eſt ſecundùm, ſed præter ius naturale: ſicut etiam dari conſuetudinem, quæ neque contra, neque ſecundùm, ſed præter ius ſit, ex Abbat. & aliis *in cap.fin.de conſuet.* docuimus *in tract. de diſtributionib.quæſt.12.num.1.* & de ſtipulatione, vt alia ſit ſecundum, alia contra, & alia præter legem, tradit gloſ. recepta *in l. inter gentium, §. & generaliter, verbo, non licet, ff. de pact.* Probatur nunc concluſio: quia, ſiue attendamus ius naturale primarium, ſeu primæuum, & illud aut iuxta Legiſtas, nimirum commune etiam animantibus, de quo Vlpianus *in l.1.§. ius naturale, ff.de iuſtit. & iur.* & Iuſtinian. *Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. in princip.* aut iuxta Canoniſtas, nimirum commune omnium nationum, eò, quòd vbique inſtinctu naturæ, non conſtitutione aliqua habetur; de quo *in cap. ius naturale, diſt.1.* quorum iurium verba, vnde patent exempla, retulimus ſup. initio huius cap. & concl. præcedent. circa initium: ſiue attendamus ius naturale ſecundarium, ſeu ius gentium, quo nimirum omnes ferè gentes vtuntur, & de quo *in l.1. §. fin. l. veluti, l. vt vim, l. manumiſſiones, & l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. §. ius autem ciuile, & §. ius autem gentium, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* necnon *in cap. ius gentium, diſt.1.* vbi † paulo aliter exempla huius iuris afferuntur: nam *d. l. veluti,* 34. 35.
illa ponuntur, erga Deum religio, & vt parentibus, & patriæ pareamus; *in l. vt vim*, vis, atque iniuriæ propulſatio, & vt homo homini non inſidietur; *in l. manumiſſiones*, ſeruitus, & manumiſſio; *in l. ex hoc iure*, ponuntur bella, diſcretæ gentes, regna condita, dominia diſtincta, agris termini poſiti, ædificia collocata, commercium, emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes inſtitutæ, exceptis quibuſdam, quæ à iure ciuili introductæ ſunt; in d.autem *cap.ius gentium*, ponuntur ſedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, ſeruitutes, poſtliminia, fœdera, paces, induciæ, Legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita: ſiue denique attendamus ius naturale iuxta Theologorum ſententiam ſuperiùs commemoratam, pro moralibus principiis, & naturalis legis præceptis in Decalogo à Deo ipſo explicatis; de qua inter alios Molin. *d. tract. 1. de iuſt. & iur. diſput. 3. & 6.* vbi diuiſionem iuris in naturale, gentium, & ciuile à Iuriſconſultis allatam † conciliare nititur cum illa Theologorum diuiſione in diuinum, & humanum; & diuini in naturale, & poſitiuum. poſtea humani, quod totum poſitiuum eſt, in gentium, ciuile, & Canonicum; atque illa eorundem diuiſione iuris in naturale, & poſitiuum; poſitiui in diuinum, & humanum; ac denique humani in ſua membra, nimirum, gentium, ciuile, & Canonicum; de qua vtraque diuiſione diximus ſuprà initio huius cap. Quouis, inquam, modo attendamus, ſiue namque ius naturale, ab eo non eſt introducta vltimarum voluntatum commutatio; quia non eſt communis etiam animantibus, ſeu brutis, vt de ſe patet: neque eſt communis omnibus nationibus, ita, vt vbique inſtinctu naturæ, non conſtitutione aliqua habeatur; aut ea ferè omnes gentes vtuntur; cùm vix inter Chriſtiani orbis, Romanique imperij nationes vigeat; & inter barbaras gentes nullum eius veſtigium appareat; quin potiùs iuri gentium repugnare videatur, vt ex obiectis contra primam concluſ. colligitur, quæ ſaltem hanc concluſionem probant; omnino 36.

verò

verò à iure ciuili, & Canonico regulariter ſit prohibita, vt patet ex iis, quæ inf. *quæſt.* 3. *huius cap.* adducemus, minùs in moralibus principiis ſpecialibus, ac determinatis, ſeu Decalogi præceptis continetur, neque expreſsè, ſeu explicitè, vt cuique videre eſt; nec tacitè, ſeu implicitè, quia ex iis per euidentem illationem deducatur, vt ratiocinanti, ac diſcurſu vtenti facilè patebit: ius autem naturæ
37. ſecundùm Theologos † complectitur principia morum per ſe nota, & omnes, ac ſolas concluſiones, quæ ex illis euidenter, ac neceſſaria illatione deducuntur ſiue proximè, ſiue per plures illationes, vt inter alios docet Suarez *d. lib. 2. de leg. cap. 7. num. 4. cum tribus ſequent. & cap. 13. num. 3.* ſentitque Molin. *d. tract. 1. de iuſt. & iur. diſput. 4. circa initium.*

38. Non negauerim tamen, quin † executio vltimæ voluntatis ſit aliquo modo conformis iuri, ſeu rationi naturali, ne fruſtratoria ſit naturalis cuiuſque libertas de re ſua vltimò diſponendi, iuxta *l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* ſuperiùs cit. vbi dicitur, nihil eſſe, quod magis hominibus debeatur, quàm vt ſuprema voluntatis, poſtquam iam ampliùs aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus; iuncto eo, quod habetur in alleg. *§. per traditionem, Inſtit. de rer. diuiſ. & l. qua ratione, §. hæ quoque res, ff. de acq. rer. dom.* nihil eſſe tam conueniens naturali æquitati, quàm
35. voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi. Ad idem etiam eſt text. *in cap. rationis ordo, 16. quæſt. 7.* vbi Gregorius Papa, Rationis, inquit, ordo non patitur, vt monaſterium contra voluntatem fundatorum ab eorum diſpoſitione ad arbitrium ſuum quis debeat vindicare, & Trid. Concil. *ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat.* ibi: Ratio poſtulat, vt illis, quæ bene conſtituta ſunt, contrariis ordinationibus non detrahatur. quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione, ſeu fundatione qualitates aliquæ requiruntur, ſeu certa illis onera, &c. atque ita per text. *d. l. 1. & d. §. per traditionem*, necnon *l. in re mandata, C. mand.* Aug. Berous *conſ. 49. num. 1. vol. 2.* tradit alterare vltimam voluntatem eſſe contra naturalem rationem. ſignanter autem I. C. *d. §. hæ quoque*, & Imper. *d. §. per traditionem*, vtuntur nomine æquitatis, non
39. iuris, quæ † inter ſe differre, certiſſimi iuris eſt, ex *l. in ſumma, §. item Varus, ff. de aq. plu. arc. & cap. fin. de tranſact.* & aliis iuribus vtrobique per gloſ.
40. alleg. cuius naturalis æquitatis † vis explicatur à I. C. *in l. 1. in princ. ff. de pact.* & exempla ponuntur *l. 1. §. 1. ff. ſi quis*, (aliàs, *ſi is, qui,*) *teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer. & l. Marcellus, ff. de reg. iur.* & aliis iuribus adductis à Tiraq. *in tract. ceſſant. cauſ. limit. 1. num. 69.* ſicut *num. 67. & 68.* affert pleraſque leges, in quibus dicitur, quædam inniti naturali rationi, *& num. 70. cum duobus ſeqq.* adducit alios, in quibus quædam cauentur, quæ naturalia dicuntur, vel manifeſta, natura. quaſi velit tam I. C. quàm Imper. non eſſe à iure naturali inductam omnimodam executionem vltimarum voluntatum; ſed ei fore conſonam, ſeu aliquo modo conformem. ſic gloſ. ab aliis approbata *in cap. ius naturale, diſt. 1.* docet, naturalem æquitatem dici, quæ prouenit ex natura, hoc eſt, naturæ inſtinctu procedente ex ratione. ex
41. quo fit, vt, ſicuti † regulariter commutatio vltimæ voluntatis naturali iuri conſona non eſt, vbi voluntas commutata ſit legitima, ita futura ſit conſona commutatio, & aliqua ratione eidem iuri conformis, vbi voluntas commutata ſit minùs legitima, ſeu de iure impoſſibilis, prout ſentit gloſ. recepta *d. §. hæ quoque res, & §. per traditionem, verbo, voluntatem.* aut etiam impoſſibilis de facto, iuxta *cap. nos quidem, de teſtam.* & alia, quæ infra *cap. 1. quæſt. 3.* necnon *cap. 4. quæſt. 5. & 6. & cap. 6. quæſt. 4.* adducemus; tunc etenim ex eadem rationabilitate, ſeu naturali æquitate, qua executioni mitti debet voluntas diſponentis, cùm legitima eſt, & poſſibilis, commutari poterit, & debebit, ſi de iure, vel de facto ſit impoſſibilis, vt nimirum eius voluntati ſatisfiat, qui omnino de rebus ſuis voluit, &, quod in ſe fuit, conatus eſt diſponere. Ad quod facit, quòd voluntas teſtatoris, † ſi in totum ſeruari non poſſit, 42
debeat ſaltem ſeruari quantum poteſt; vt poſt Bald. *in l. precibus, numer. 4. (de impub. & aliis ſubſtit.* tradit Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 3. num. 6.* & in ſpecie, commutationem vltimæ voluntatis eſſe conformem aliquo modo iuri naturali, docet Io. Azor *Inſtit. Moral. tom. 1. lib. 6. cap. 1. quæſt. 4. poſt med. verſ. pari modo*, dicens, vltimas teſtatorum voluntates iuſtis de cauſis Principum auctoritate mutari, non quia ratio naturalis imperet, vt irritentur, ſed quia ſuadet poſſe eas Principis beneficio mutari; ſubditque ita Paulum 1. *Corinth. 7.* docuiſſe, † coniugium inter homines in- 43.
fideles, (quod iure naturali, & diuino indiſſolubile eſſe, conſtat ex *Gen. 2. Matth. 19. & Marc. 10.*) vno eorum ad fidem Chriſti conuerſo, ſi alter in infidelitate perſiſtens renuat in matrimonio citra Chriſti iniuriam, (ſeu, vt plerique loquuntur, ſine contumelia creatoris,) permanere, poſſe ab Eccleſia communis boni habita ratione dirimi: idemque planè ſentit Th. Sanch. *tract. de matrim. lib. 2. diſp. 13. num. 9.*

Svmmæ Rervm.

44. *Ius diuinum poſitiuum aliud legis veteris, ſeu Moſaica, aliud noua, ſeu Euangelica.*
45. *Finis proximus, & adæquatus per legem veterem principaliter à Deo intentus quis fuerit.*
46. *Lex vetus diſtinguitur in præcepta moralia, ceremonialia, & iudicialia.*
47. *Præcepta ceremonialia, & iudicialia poſt Chriſtum paſſum ceſſarunt, & num. 55.*
48. *Lex noua ſeu Euangelica qua ſit, & cur neceſſaria præter legem veterem etiam quoad præcepta moralia.*
49. *Commutatio vltimarum voluntatum non eſt contraria iuri diuino poſitiuo; cum aliquot numer. ſeqq.*
50. *Præcepta moralia legis veteris aliqua ſunt præter contenta in Decalogo. eaque omnia naturalia ſunt; num. 53.*
51. *Subrogatum cenſetur illudmet, in cuius locum ſubrogatur.*
52. *Intellectus cap. vlt. Leuit.*
53. *Præcepta moralia legis veteris obligant etiam in lege Euangelica in vim legis naturalis.*
54. *Chriſtus nullum præceptum morale poſitiuum dedit præter præcepta fidei, & Sacramentorum.*
55. *Iudicialia præcepta, & ea ceremonialia, quæ Chriſtum venturum non præfigurabant, feſſa ſunt nunc ſtatui.*
56. *Teſtamentum an dici poſſit eſſe de iure diuino; & ibi intellectus cap. vltima voluntas, 13. quæſt. 2. Leuit. 25. Num. 27. Geneſ. 27. & Hebr. 9.*
57. *Commutatio vltimæ voluntatis non eſt inducta per ius diuinum poſitiuum: aliquod tamen in eo fundamentum habet; num. 58. & ibi*

intellectum cap. vlt. Leuit. necnon cap. parochianos, cap. tua, cap. tua nobis, & cap. in aliquibus, de decim. & cap. quamquam, de cenſ. in 6.

QVÆRO nunc SECVNDO, an commutatio vltimæ voluntatis ſit à iure diuino poſitiuo introducta?

44. Ius diuinum poſitiuum duplex eſt, † aliud legis veteris, ſeu Moſaicæ; aliud legis nouæ, & Euangelicæ; vt poſt S. Thom. *1. 2. quæſt. 91. art. 5. & quæſt. 107. art. 1.* tradunt communiter Theologi, & inter alios Molin. *d. tract. de iuſt. & iur. diſput. 5. in princ.* & Suarez *d. lib. 1. de leg. cap. 5. num. 16.* & latiſſimè *lib. 9. cap. 1. & 2. ac lib. 10. in princ. & cap. 1.*

Finis proximus, & adæquatus per legem veterem à Deo principaliter intentus fuit, vt ſatis pro-
45. bat Suarez *d. lib. 9. cap. 3. num. 17.* † inſtruere populum non ſolùm in his, quæ ſpectant ad naturalem, & neceſſariam rectitudinem, & honeſtatem, ſed etiam in his, quæ ad diuinum cultum, & iuſtam politiam pertinent, idque colligit ex illis verbis Exod. 19. *Si audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis gentibus; mea eſt enim omnis terra; & vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta.* Vnde communi-
46. ter legem veterem † diſtinguunt Theologi cum S. Thom. *1. 2. quæſt. 99.* præſertim *art. 5.* & ex Iuriſperitis Couar. *lib. 1. var. reſol. cap. 17. numer. 1.* Tiraq. *de retract. lign. in præfat. num. 8.* Canoniſtæ ferè omnes *in cap. tranſlato, de conſt. & cap. vnico, de purific. poſt part.* in præcepta moralia, cerimonialia, & iudicialia: quod etiam apertè conſtat ex Deut. 6. *Cuſtodi ergo præcepta, & ceremonias, atque iudicia, quæ ego mando tibi, vt facias.* ex quibus moralia per antonomaſiam vocantur præcepta, quia moralia principia ad legem naturæ pertinentia, quæque in perpetuum erant duratura, continebant; ceremonialia
47. verò, & iudicialia † à Chriſto paſſo ceſſarunt: de quibus intellexit Apoſtolus, dum ad *Galat. 3.* ait, *Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt in fide iuſtificemur; at vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo*; & ad Hebr. 7. *Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt, vt & legis tranſlatio fiat*: idque ſatis definiuit Innoc. III. *d. cap. vnic.* & Doct. vtrobique adnotarunt, & Couar. ac Tiraq. *loc. cit.* Gratian. *§. his ita, diſt. 6.* & eſt communis Theologorum *in 4. ſentent. diſt. 3.* Alexand. Alenſ. *2. part. ſum. quæſt. 3.* S. Thom. *1. 2. quæſt. 103. art. 3. & quæſt. 4. art. item 3.* Quod verò huic obiici poterat, diſſoluemus *concl. 1. poſt med.* lex
48. autem diuina poſitiua noua, ſeu Euangelica, † ea eſt, quæ à Chriſto Domino vero Deo, & homine lata eſt; ipſe enim eſt, de quo cecinit Iſai. c. 33. *Dominus legifer noſter*; eúmque fuiſſe verum, ac proprium Legiſlatorem, & aliqua, præter fidem præcepiſſe, definiuit Trid. Concil. *ſeſſ. 6. can. 19. & 21.* quæ autem illa ſint, conſtabit ex iis, quæ mox hac eadem quæſt. *concl. 1.* adducemus. Fuit verò hæc lex noua neceſſaria prætet legem veterem etiam quoad præcepta moralia, ea perficiendo, magiſque declarando, vt optimè explicat S. Thom. *1. 2. quæſt. 91. art. 5. & 7. quæſt. 107. art. 2. & quæſt. 108. art. 3.* ſatiſque colligitur ex Matth. 5. *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.* Sicut lex vetus neceſſaria fuit etiam quoad moralia præcepta, licèt hæc omnia, quæ in lege veteri continentur, eſſent quoque naturalia, vt docet S. Thom. *1. 2. quæſt. 99. art. 2. & quæſt. 100. art. 1.* quia ratio humana valde erat obſcurata per peccatum etiam circa moralia, & naturalia præcepta; quem ſequitur Suarez *dicto libr. 9. cap. 4. num. 19.* Per legem autem nouam, ſeu Euangelicam intelligenda eſt non modò ſcripta, ſed etiam non ſcripta, ſeu traditio diuina, qua nonnulla à Chriſto Apoſtoli acceperunt, quæ deindè ad nos per manus deuenerunt; cuiuſmodi eſt forma, ac materia nonnullorum ſacramentorum, & alia, de quibus, ac ſimul de ipſa diuina traditione generatim, latè inter cæteros ſcripſerunt Cardin. Bellarm. *tom. 1. controu. 1. general. lib. 4. per tot.* & Greg. Valent. *in Analyſi fid. Cathol. lib. 8. cap. 6.*

His præmiſſis propoſita quæſtio, ſicut & ſequens, duas habet inſpectiones; iuxta id, quod initio præced. quæſt. admonuimus, ſubordinatas; vt prima futura ſit, an commutatio vltimæ voluntatis repugnet iuri diuino poſitiuo veteris, aut nouæ legis, ab eóque improbetur: ſecunda, vtrùm huiuſmodi commutatio eidem iuri ita ſit conformis, vt ab eo introducta dici poſſit. quas duas inſpectiones duabus concluſionibus abſoluemus; quod & in ſimilibus præced. quæſtionis inſpectionibus præſtitimus.

PRIMA CONCLVSIO. Commutatio vltimarum voluntatum † non eſt contraria iuri diuino 49.
poſitiuo, ab eóve improbata. Probatur; quia, ſi loquamur de moralibus præceptis legis veteris, (iudicialia enim, & ceremonialia omittimus, quoniam ea nunc ceſſarunt, vt paulo antè oſtendimus;) cùm
ipſa moralia præcepta † vel habeantur expreſſa in 50.
Decalogi præceptis, quæ Deus per ſeipſum populo propoſuit, vel ad Decalogum reducantur, vt in eius præceptis tamquam concluſiones in principiis contineantur, & ſunt ea, quæ Deus per Moyſem, aliòſve Prophetas ſeorſum propoſuit; quam diſtinctionem apertè ſentit S. Thom. *1. 2. quæſt. 99. art. 5. & quæſt. 100. artic. 3.* ſic exponens id, quod habetur Deuter. 11. *Ama Dominum Deum tuum, & obſerua eius præcepta, & ceremonias & iudicia, atque mandata*; dum *d. art. 5.* per præcepta intelligit quæ Deus per ſeipſum iuſſit, mandata autem, quæ per alios mandauit, vt ipſum, inquit, nomen ſonare videtur. quam expoſitionem probabilem quoque putat Suarez *d. lib. 9. cap. 4. num. 28.* commutatio vltimarum voluntatum neque in præceptis Decalogi expreſsè continetur, vt per ſe patet: ſed neque in aliis moralibus præceptis legis veteris; cuiuſmodi eſt prohibitio peccati Sodomiæ, ſeu declaratio, quòd eſſet peſſimum peccatum ac crimen, *Gen. 13. Iſai. 3. Thren. 4. Ezech. 16.* & peccati mollitiei, *Gen. 38.* item præceptum eleemoſynæ, Iſai. 1. *Subuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me, dicit Dominus*, &c. & cap. 58. *Frange eſurienti panem tuum, & egenos, vagóſque induc in domum tuam; cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris: tunc erumpet quaſi mane lumen tuum*, &c. etiam erga inimicum, Prou. 25. *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitierit, da ei aquam bibere*: ac de reddendo Deo quod quis vouerit, ſeu de implendo voto, Pſal. 40. *Redde Altiſſimo vota tua*; & Pſal. 75. *Vouete, & reddite Domino Deo veſtro*; Eccleſ. 5. *Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere; diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio; ſed quodcumque voueris, redde.* Nam, præterquam quòd hæc præcepta, & ſimilia moralia, ſicut etiam Decalogi, potiùs declarationes, & promulgationes ſunt præceptorum legis naturæ, & vti concluſiones principiorum: adhuc, ſi in aliquo ex his præceptis prohibetur commutatio vltimæ voluntatis, maximè in voto, quod, vt *cap. præced. quæſt. 2.* circa medium docuimus, eſt quædam vltima voluntas, ponderando poſtrema illa verba citata ex Eccleſ. cap. 5. *Quodcumque voueris, redde*; & in eo teſtimo-

nio

nio ſumpto ex Deuter. 22. *Cùm voto voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus; & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum*; ponderando illa verba, *quia requiret illud Dominus Deus tuus*, quaſi vtrobique immutatur, illud ipſum, quod quis vouit, reddendum eſſe, & non aliud: & adhuc apertiùs *Leuit. vlt.* dicitur; *Animal, quod immolari poteſt Domino, ſi quis vouerit, ſanctum erit, & mutari non poterit; id eſt, nec melius malo, nec peius bono; quòd ſi mutauerit, & ipſum, quod mutatum eſt, & illud, pro quo mutatum eſt, conſecratum erit Domino.* Verùm quoad illam duplicem ponderationem facile reſponderi poteſt primò, id,
51. quod ſubrogatur, †cenſeri illudmet, in cuius locum ſubrogatur, per regulam ſubrogatorum, de qua *in l. ſi cum, §. initio rium, ff. ſi quis caut.* & aliis allegat. ab Euerard. *in loc. leg. a ea ſubrogat. num.* 1. & multis ſeqq. Deinde illud accipiendum, regulariter ita eſſe, vt votum indiſtinctè, ac ſine cauſa commutari non poſſit: non autem ideo prohibetur, quin aliquando, & cum cauſa fieri poſſit, prout fieri vide-
49. mus. Quoad illud verò *Leuit. vlt.* reſpondetur † primò illud præceptum eſſe ceremoniale, cùm ibi de ſacrificiis fiat mentio; atque etiam iudiciale, quatenus ibi Dominus iuſſerit ea in re, à Sacerdotibus interponi iudicium: at ceremonialia, & iudicialia præcepta veteris legis à Chriſto paſſo ceſſarunt, nec ampliùs vim obtinent, vt in principio huius quæſt. oſtendimus. Secundò, ideo in animali, quod quis vouit, inibi prohiberi commutationem, quia, cùm modicæ æſtimationis ſit, non videtur ſubeſſe poſſe cauſam commutationis; & de ipſo etiam animali, ſi immundum fuiſſet, quod immolari Domino iuxta eam legem non poterat, ibidem permittitur commutatio; ſicut etiam de domibus, & poſſeſſionibus ex cauſa vtilitatis.

Quòd ſi loquamur de iure diuino poſitiuo legis nouæ, & Euangelicæ, commutatio vltimarum voluntatum ei quoque iuri non eſt contraria. Quam-
53. uis enim † etiam ſub lege Euangelica vim obtineant, & obligent præcepta Decalogi, & cætera moralia veteris legis, ſeu teſtamenti, vt patet ex *Matth. 19. & Rom. 13.* vbi approbantur præcepta Decalogi: immo & omnia moralia præcepta eiuſdem legis, ac teſtamenti confirmari videantur *Matth. 5.* vbi Chriſtus Dominus dixit, *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere; amen quippe dico vobis donec tranſeat cœlum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* qui ergo ſolnerit vnum de mandatis illis minimis, & docuerit ſic homines, hic minimus vocabitur in regno cælorum; qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum: & aliis in locis, quæ ad id adducit Suarez *d. lib. 10. de leg. cap. 2. num.* 14. ita tamen vt illa omnia moralia præcepta nunc durent, vimque obligandi habeant non à lege ipſa Euangelica, ſed à lege naturæ, quia omnia illa naturalia ſunt, vt optimè explicant Theologi, & inter alios Sot. *lib. 2. de iuſt. & iur. quæſt. 5. art. 4. concl. 2.* quem ſequitur Couar. *d. lib. 1. var. reſol. cap. 17. num. 1. circa princ.* & alij, quos mox referam. Quamuis, inquam, hæc ita ſint: nihilominus, cùm in vim legis veteris, aut naturalis illa præcepta non contineant hoc prohibens commutationem vltimarum voluntatum; neque illud continebunt, quatenus illa eadem præcepta vim nunc obtinent ex Chriſti confirmatione, & approbatione, quoniam nihil hac in re etiam declarando immutauit, vt de ſe pa-
54 ret. Cæterùm Chriſtus Dominus † nullum aliud præceptum poſitiuum morale dedit in Euangelica lege, præter præcepta fidei, & Sacramentorum, vt port S. Thom. 1. 2. *quæſt. 108. art. 1. & 2. & quodlib. 4. art. 13.* tradit Couar. *d. c. 17. num. 2. verſ. præterea, & in Epit. 4. Decretal. 2. part. cap. 6. §. 10. num. 1.* Sot. *in 4. diſt. 40. art. 4.* ſentitque Suarez *d. cap. 2. num. 5.* dicens, hoc eſſe commune axioma Theologorum. Sed neque dici poteſt, aliqua iudicialia præcepta veteris legis durare, vimque habere in lege noua, quòd ſæpe ſummi Pontifices ex lege veteri iura delumpſerint, vt *c. primam, de homicid. & cap primum, de nouis. & ſtupr. cap. primum, & quatuor ſeqq. de iniur.* atque alia pleraque; hoc enim † ideo eſt, quia, cum iudicialia non fuerint 55.
mortifera ſicut ea ceremonialia, quæ Chriſtum venturum ſignificabant, ſed ſolùm mortua, poſſunt iudicialia præcepta, ſicut & ea ceremonialia, quæ Chriſtum venturum non præfigurabant, cuiuſmodi eſt de altari, thurificatione, ac ſimilibus, tamquam iura de nouo ſtatuere, etiam in lege Euangelica, quoad ſibi ſubditos, canonum, legumque conditores; vt optimè, ſatiſque docet Couar. *d. cap. 17. num. 1. verſ. hinc non immeritò*, S. Thom. 1. 2. *queſt. 104. art. 3.* cuius opinio communis eſt, teſte Suarez *d. lib. 9. cap. 14. num. 1.* Cùm igitur commutatio vltimæ voluntatis neque prohibeatur in moralibus præceptis legis veteris, quæ etiam durant, vt paulo antè oſtendimus; neque etiam in præceptis fidei, ac Sacramentorum, vt patet: inde ſtatim fit, vt iuri diuino poſitiuo legis veteris, aut nouæ, ſeu Euangelicæ non aduerſetur contrariave ſit; quod in hac prima concluſione erat demonſtrandum.

Cui non obſtabit, quod ex *cap. vltima voluntas 13. quæſt. 2.* ac Bart. *in l. interdum, num. 7. ff. de condict. indeb.* & Alex. *conſ. 2. num. 7.* quia Deus, & ſancti Patres, *lib. 1.* dicit Mandoſ. *in prax. ſign. grat. verbo, commutatio vltimæ voluntatis, verſ. immo dici etiam poſſe*, ait, † teſtamentum eſſe de iure diuino, 56.
quia Deus, & ſancti Patres voluerunt vltimam voluntatem eſſe ſeruandam, *d. cap. vltima voluntas*, & ita legi de antiquis Patribus, in veteri Teſtamento, quorum Patrum exempla retulimus *quæſt. præcedenti concl. 1. poſt medium.* id quod etiam alij voluerunt, quos referunt Gul. Bened. *in repet. cap. Raynutius, part. 1. verbo, teſtamentum, de teſtament.* & Alex. *conſ. 1. num. 7. vol. 1.* adducentes *cap. 25. Leuit. circa med. & num. 27.* vbi de hereditate ad poſteros tranſmittenda ſtatuitur; necnon illud *Gen. 27.* vbi Iacob à patre moriente conſecutus eſt ius primogenituræ, quod Eſau debebatur: quibus nos addimus illud Pauli Hebr. 9. *Vbi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris.* teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt; alioquin nondum valet, dum viuit, qui teſtatus eſt. Nam quod attinet ad *d. cap. vltima voluntas*, quod ſumptum eſt ex Gregorio Magno *epiſt. 9. & 10. lib. 3.* nil aliud ibi dicitur, quàm quòd vltima voluntas defuncti modis omnibus ſeruari debet: hæc enim ipſa, ſolaque verba in eo canone leguntur. Quod verò ad Bart. Alex. & Mand. auctoritatem ſpectat, præterquam quòd firmiter illi dicto non adhærent, adhuc commodè exponi poſſunt, vt ſolùm velint de eo eſſe aliquod fundamentum in lege veteri ex antiquorum Patrum exemplo; quod tamen certum eſt non habere vim legis. Illud denique de Iacob potius pro nobis facit; conſecutus eſt enim benedictionem, & ius primogenituræ contra patris voluntatem, qui putabat ſe eam impartiri Eſau fratri. Reliqua exempla ſanctorum Patrum relata *quæſt. præced. concluſ. 1.* nec ſunt teſtamentorum, vt ibi oſtendimus, ſolúmque probant vſum teſtandi apud Hebræos,

bræos, non autem, quòd hanc facultatem à Deo O. M. in ſacris Scripturis, ſeu à iure diuino habuerint. quomodo etiam ſoluitur quod nos obiecimus *Hebr. cap.* 9. & illa apud Gul. Bened. ex *Leuit.* 25. & *Numer.* 27. licèt hæc poſtrema obiectio, cùm circa iudicialia præcepta legis veteris verſetur, patiatur reſponſionem, de qua *in ſeq. concl.* vt in lege noua ceſſauerint; & illam, quòd *d. cap.* 25. *ac* 27. de ſucceſſione ab inteſtato, & nulla præcedente hominis diſpoſitione agitur.

SECVNDA CONCLVSIO. Commutatio
57. vltimæ voluntatis † non eſt inducta à iure diuino poſitiuo. Probatur id facilè ex iis, quæ in præcedenti concluſione adduximus. nam neque ea continetur in præceptis Decalogi, aut aliis moralibus legis veteris, quæ tamquam naturalia durant quoque tempore legis nouæ; neque numeratur inter præcepta fidei, & Sacramentorum, quæ ſola in noua, & Euangelica lege tradita ſunt, vt ibidem ſatis oſtendimus.

Quod verò adduci poterat ex *d. cap. vlt. Leuit.* vbi Dominus permiſit, vt id, quod quis vouerat, poſſet pleriſque in caſibus commutari, cùm ad ceremoniale, iudicialéve præceptum pertineat, iam ceſſauit in Euangelica lege, neque ampliùs iuris diuini vim obtinet, vt circa initium huius quæſt. demonſtrauimus; licèt potuerit, ac poſſit de nouo lege humana per legum conditores ſtatui, vt ad finem præced. quæſt. oſtendimus: quod factum eſſe, *quæſt. ſeq. & cap.* 4. latiùs videbimus. atque hac ra-
58. tione dici poteſt, † commutationem vltimæ voluntatis habere aliquod fundamentum, ſeu veſtigium in iure diuino, eíque aliquo modo eſſe conformem. Sic decimæ, quæ iure diuino nunc non debentur in lege Euangelica, vt cum Theologis latiùs aſſeruimus *in tract. de decim. cap.* 1. *quæſt.* 2. in nonnullis iuribus, quæ ibidem circa initium adduximus, dicuntur vel à Deo eſſe inſtitutæ, vt *in cap. parochianos, de decim.* vel diuina conſtitutione, aut diuino mandato deberi, vt *in cap. tua, & cap. tua nobis.* vel ex lege diuina, vt *in cap. in aliquibus, §. fin. eod. tit.* quia nimirum à Deo præceptæ erant in lege veteri, ſicut etiam *in cap. quamquam, de cenſ. in* 6. dicitur Eccleſias, Eccleſiaſticáſque perſonas, ac res ipſarum non ſolùm iure humano, ſed & diuino à ſecularium perſonarum exactionibus eſſe immunes, vel ob id dumtaxat, vt ibidem gloſ. *verbo, diuino,* adnotauit, quia in lege veteri, nimirum *Gen.* 47. *&* 1. *Eſdr.* 7. legitur, Pharaonem & Artaxerxem Reges voluiſſe ſacerdotibus, eorúmque poſſeſſionibus vectigalia, tributa, annonáſque non imponi. Atque hæc de hac 2. quæſt.

SVMMÆ RERVM.

59. *Ius gentium eſt humanum, & poſitiuum: ſed & aliquo modo naturale.*
60. *Ius humanum poſitiuum diuiditur in ciuile, & Canonicum.*
61. *Vltima voluntatis commutatio iuri ciuili, aut Canonico non eſt omnino contraria.*
62. *Vltima voluntas iure ciuili, & Canonico omnino ſeruari debet, ſiue ea ſit diſpoſitio inter viuos, ſiue cauſa mortis; cum aliquot n. ſeqq.*
63. *Epiſcopus eſt executor vltimæ voluntatis fidem piè defunctorum, data negligentia heredis, vel executoris teſtamentarij.*
64. *Executores teſtamentarij approbantur à iure ciuili, & Canonico.*
65. *Heres non implens voluntatem defuncti qu. impenam de iure incurrat.*
66. *Commutatio vltimæ voluntatis expreſsè à iure prohibita videtur; vt ex pleriſque iuribus ad id inibi allegatis, quibus tamen omnibus breuiter ſatisfit; num.* 67. *& duob. ſeqq.*
68. *Verba quantumuis generalia recipiunt interpretationem de habilitate, & intellectum iuris communis.*
69. *Intellectus l. quidam, ff. de vſ. & vſufr. legat.*
70. *Commutatio vltimarum voluntatum in quibuſdam caſibus eſt à iure ciuili, & Canonico permiſtente, introducta. & duobus ſeqq.*
71. *Vniones, & ſuppreſſiones beneficiorum, quæ ſunt quædam vltimarum voluntatum commutationes, in pleriſque caſibus à iure Canonico permittuntur, idémque in penſionib. Eccleſiaſticis, quæ beneficiis imponuntur, aliquando etiam per Epiſcopum; necnon in votorum, & iuramentorum commutationibus; num.* 72.
73. *Commutatio vltimarum voluntatum in nonnullis caſibus introducta eſt à iure ciuili, & Canonico eam præcipiente; & multis num. ſeqq.*
74. *Legatum relictum in nouum opus ciuitatis quando erogandum ſit, in tutelam antiqui. & quid in relicto ad perficiendum monumentum, ſi illud iam perfectum reperiatur; num.* 75.
76. *Legatum relictum ad memoriam defuncti modo illicito conſeruandam quomodo commutandum.*
77. *Hereditas, vel legatum relictum alicui ſancto, cuius Eccleſia non reperitur in ea ciuitate, vel territorio, debetur Eccleſiæ ciuitatis, vbi teſtator habet domicilium.*
78. *Monaſterium, quod certo in loco ex iuſſu teſtatoris conſtitui debet, ſi ibi non poſſit, vbinam, & quomodo conſtruendum ſit.*
79. *Eccleſiæ parochiales collapſæ quomodo inſtauranda, aut reficienda ſint.*
80. *Seminary clericorum erigendi cauſa quid agendum ex Concily Trid. præſcripto.*
81. *Fabricæ Eccleſiæ reditus, in vſus Eccleſiæ neceſſarios, & vtiles, prout Epiſcopo magis expedire videbitur, expendi debent.*
82. *Hoſpitalium ad certum genus perſonarum ſuſcipiendum inſtitutorum fructus, ſi ea ſuſcipi non poſſint, in quem vſum conuertendi ſint.*

QVÆRO TERTIO, an vltimarum voluntatum commutatio inducta ſit iure humano poſitiuo?

Non quærimus hìc de iure gentium: quamuis enim & hoc ius † ſit humanum, atque etiam poſi- 59.
tiuum, vt ſatis colligitur ex S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 57. *art.* 3. & ſuprà initio huius cap. diximus, quia tamen etiam aliquo modo eſt naturale, vt ſuprà hoc eodem cap. *quæſt.* 1. *concl.* 1. oſtendimus, & *d. art.* 3. aperte ſentit S. Thom. vbi id confirmat, ex illis verbis Caij Iuriſconſulti *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.* quod naturalis ratio inter omnes homines cõſtituit, id apud omnes gentes cuſtoditur, vocatúrque ius gentium; ac de iure naturali, ipſoque iure gentium, quod ad hanc rem attinet, ſatis *d. quæſt.* 1. egimus: ideo in hac quæſt. remanet dumtaxat agendum de illo iure humano poſitiuo, quod † di- 60.
uiditur in ciuile, & Canonicum; prout ſumitur ius humanum *in d. cap. quamquam, in princ. de cenſib. in* 6. ibi, tam iure Canonico, quàm ciuili. iunctis iis verbis, quæ paulo pòſt ſubduntur, non ſolùm iure

huma

humano. Habebit autem hæc etiam quæstio, sicut & duæ præcedentes, quod iam non semel admonuimus, eo ordine duas inspectiones, vt prima sit, an commutatio vltimæ voluntatis sit contraria iurì ciuili, & Canonico; altera, an sit ab vtroque, vel altero eorum iure introducta; quas pariter duabus propositis conclusionibus absoluemus. Et quoniam speciali quadam ratione de humano iure, seu lege humana dicitur, quòd quatuor habet officia, seu virtutes, vetare, præcipere, permittere, ac punire, *l. legis virtus, ff. de leg. & cap. fin. dist.* 3. postrema omissa, vt quæ ad rem, de qua agimus, non pertinet, primam priore concl. secundam, & tertiam posteriore complectemur. Sit ergo

PRIMA CONCLVSIO. Commutatio vltimarum voluntatum † neque ciuili, neque Canonico iuri prorsus contraria est, ab eóve omnino prohibetur. 61. Quamuis enim in vtroque iure caueatur, vt † omnino vltima voluntas disponentis seruetur; vt, cùm quoad conuentiones legitimas, quas vltimæ voluntatis nomine contineri, docuimus *cap. 1. quæst. 1. circa med.* cùm, inquam, *in l. de societate, in fin. C. pro soc.* dicitur, legitimas contrahentium voluntates omni modo esse conseruandas; & *in cap. 1. de pact.* quod sumptum est ex Concilio Africano, habetur, aut inita pacta suã obtineant firmitatem, aut conuentus, si se non cohibuerit, Ecclesiasticam sentiat disciplinã; & *in cap. qualiter*, quod est 3. *eod. tit.* dicitur studiosè agendum esse, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur, quoad dispositionem causa mortis; toties enim, inquit I. C. *in l. si quis enim, ff. de condit. & demon.* secundùm voluntatem testatoris quis facere compellitur, quoties contra legem nihil est futurum. & Imper. *in l. nulli, C. de Episc. & Cler.* Nulli, ait, licere decernimus dispositiones pij testatoris infringere; & vna (inquit Imper. *in §. exheredatos, auth. de hered. & falcid.* est legis intentio, vt quæ dispolita sunt à morientibus, impleantur. & generatim quoad voluntatem vltimam, seu irreuocabilem disponentis de rebus suis, iisdem planè verbis & I. C. *in l. qua ratione, §. ha quoque res, ff. de acq. rer. dom.* & Imper. *in §. per traditionem, Instit. de rer. diuis.* Nihil, aiunt, tam conueniens est naturali æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. & *in l. vel negare, ff. quemad. testam. aper.* Paulus I. C. publicè enim expedit, inquit, suprema hominum iudicia exitum habere. & Gregor. Magnus *in cap. vltima voluntas, 13. quæst. 2.* Vltima, inquit, voluntas defuncti modis omnibus seruari debet. Ad idem etiam est *Clem. vt ij, qui, de act. & qualit.* Concil. Trid. *sess. 5. cap. 1. in princ. sess. 7. cap. 5. & vlt. sess. 14. cap. 9. & 10. sess. 21. cap.* 59. *3. & 8. sess. 22. cap. 4. & 9. sess. 23. cap. 18. vers. deinde, vt cum minori. sess. 24. c. 12. vers. neminem etiam, & cap. 13. in princ. sess. 25. cap. 5. 8. 9. & 16. de reformat.* quibus alia iura addi possunt, quæ ad id allegat Didac. à Spin. quem post hæc scripta vidi, *in suo spec. testam. 1. part.* glos. *rubr. à num. 16. ad 25.*

63. Quamuis etiam, † data negligentia heredis vel executoris testamentarij, Episcopus tã de iure ciuili, quàm Canonico sit executor vltimæ voluntatis, saltem piæ, *l. hereditas, in fin. ff. de petit. hered. l. nulli, fere per tot. C. de epis. & cler. §. si quis ædificationem, & §. si quis autem pro redemptione, auth. de Eccles. tit. collat. 9. cap. nos quidem, cap. si heredes, cap. tua nobis, & cap. Ioannes, de testam. Clem. quia contingit, in princ. de relig. dom.* ac nouissimè Concil. Trid. *sess. 7. cap. vlt. sess. 22. cap. 8. de reform.* vbi etiam in specie loquitur de piis dispositionibus inter viuos; & *sess. 25. cap. 8. de reform.* & vtrumque ius † approbat ipsos executores testamentarios *d. l. nulli, §. 1. & auth. licet, C. de epis. & cler. c. cum tibi, d. cap. tua nobis, & cap. Ioannes, de testam.* cum simil. vnde constat, quàm faueat vtrumque ius celeri, & omnimodæ executioni testamentorum, quod & ex eo colligitur, quòd † heredi non exequenti defuncti voluntatem eam pœnam imposuit, vt, siquidem extraneus sit, cadat ab omni commodo hereditatis: si secus, solam legitimam habere possit, *l. fin. & auth. hoc amplius, C. de fideicom. ac §. si quis autem, auth. de hered. & Falcid. cap. Siluester, 12. quæst. 1. & cap. licèt, de vot.* Quamuis, inquam, hæc ita sint, ex quibus colligitur, quòd, si vtrumque ius celerem, & omnimodam executionem vltimarum voluntatum exigit, simul etiam improbet earundem mutationem; & contrariorum contraria sit ratio, *Instit. de tutel. in princ. & ibi* glos. *verbo, ita enim*, & quod operatur propositum in proposito, id operetur oppositum in oppolito, *l. & si contra tabulas, ff. de vulg. & pupill. cap. secundum, 8. quæst. 1.* cum suis concord. Quinimmo directè, & expressè † à iure ciuili pro- 64. hibita videtur commutatio vltimæ voluntatis, *in l. si testamentũ, C. de testam.* vbi, Si testamentum, inquit Imperator, iure factũ sit, & heres sit capax, auctoritate rescripti nostri rescindi non oportet. similisque text. est quoad donationem *in l. si donationem, C. de renocan. donat.* dicit enim ibi Imp. Si donationem ritè feciſti, hanc auctoritate rescripti nostri rescindi non oportet. & quoad alias dispositiones inter viuos, quòd ex rescripto Principis non rescindantur, est optimus text. *in l. inciuile, C. de rei vendicat. l. de contractu, C. de rescind. vendit. l. cùm te sponsa, C. de donat. ante nupt. l. nec auus, C. de emancipat. liber.* & in relicto ad certum vsum habetur *in l. 1. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinent.* non licere illud conuertere in alios vsus. quod idem ferè habetur *in l. Decuriones, ff. eod. tit. l. cùm necessitatem, C. de fideicom. l. cùm antiquitas, C. de testam. l. omne verbum, C. commun. de legat. & fideicom. l. hac lege. C. de aquæduct. lib. 11.* & quoad dispositа etiam inter viuos, optimus text. est *in l. 2. §. quod de frumentaria, §. sed vers. ad frumenti, & §. sin autem, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinent.* vbi generatim dicitur, pecuniam datam ciuitati ad comparationẽ frumenti, in alium vsum conuerti non debere; & quod conuentum est, suæ causæ esse restituendum. Quoad dispositа verò causa mortis, *in l. legatam, in princ. ff. eod. tit.* habetur, legatam municipio pecuniam in aliam rem, quàm defunctus voluit, conuertere citra Principis auctoritatem non licere. Ad idem autem est bonus text. *in l. omnium, ad fin. C. de testam.* & melior *in §. disponat itaque, auth. de nupt. collat. 4.* vbi hæc verba habentur: Disponat itaque vnusquisque in suis, vt dignum est, & sit lex eius voluntas; sicut & antiquissima nobis lex, & prima penè Reip. Romanorum disponens ait, (dicimus autem duodecim tabularum,) secundùm antiquam, & patriam linguam ita dicens: Vti legassit quisque de sua re, ita ius esto; nullo valente citra illius voluntatem, nec si factam impetret formam; nec si quispiam aliud omnium aliquid aliter disponere malit. hæc *ibi* Iustin. Imper. cuius legis XII. tabularum meminit quoque I. C. *in l. verbis legis, ff. de verb. signif.* faciunt etiam alia iura, quæ adducit Didac. à Spin. *d. 1. part. in glos. rubr. à num. 16. vsque ad 22. & glos. 28. princ. num. 5. & 6.* Et in iure Canonico quoad vtramque dispositionem est optimus ad id text. *in cap. conquestus, de for. compet. cap. tua nobis, §. cum igitur, cap. de xenodochiis, cas. ad hæc, & cap.*

inter

inter quatuor, de relig. dom. Clem. quia contingit, in princ. eod. tit. & Concil. Trid. tum in pleriſque locis paulo antè citat. tum præcipuè *ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat.* in hæc verba: Ratio poſtulat, vt illis, quæ bene conſtituta ſunt, contrariis ordinationibus non derogetur. quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione, ſeu fundatione, aut aliis conſtitutionibus, qualitates aliquæ requiruntur, ſeu certa illis onera ſunt iniuncta; in beneficiorum collatione, ſeu in quacumque alia diſpoſitione eis non derogetur. Idem in præbendis Theologalibus, Magiſtralibus, Doctoralibus aut Presbyteralibus, Diaconalibus, ac Subdiaconalibus, quandocumque ita conſtituta fuerint, obſeruatur, vt eorum qualitatibus, vel ordinibus nihil in vlla prouiſione detrahatur: & aliter facta prouiſio ſubreptitia cenſeatur. facit etiam idem Concil. Trid. *ſeſſ. 25. in Decret. de purgat. ad fin.* Quamuis, inquam, hæc iſta ſe habeant;

67. Tamen ex his omnibus † nihil aliud effici, & concludi poteſt, quàm non admitti, ſed immo improbari à iure commutationem vltimarum voluntatum, quæ ſine vrgenti, vel etiam rationabili cau-

68. ſa fiat. nam verba quantumcumque generalia † recipiunt interpretationem de habilitate, & intellectum iuris communis, vt eſt optimus text. *in cap. ſignificatum, de prabend.* vbi onus quotidie celebrandi, excepta infirmitate præbendæ ex fundatione inter viuos impoſitum, eatenus approbatur, quatenus debeat præbendatus aſſiduè, ſalua præterea honeſtate ſua, & debita deuotione celebrare. Ad idem etiam ſunt text. *in l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat. & l. vt gradatim, §. 1. ff. de muner. & honor. cap. ſuper eo, de offic. deleg. cap. paſtoralis, in princ. de appellat.* & alia, quæ ad id allegat Euerard. *in loc. leg. à generalis. num.* 8. At verò in nonnullis caſibus vtrumque ius huiuſmodi commutationem vltimarum voluntatum permittit, & in quibuſdam etiam induxit, quos vtroſque *in ſeq. concl.* indicabimus; latiùs autem ſingulos in hoc tractatu deinceps proſequemur, ac præcipuè *cap. ſeq. & vlt.* reliqua verò argumenta, quæ contra præſentem concluſionem adduci poſſunt, eodem modo ſoluuntur; eaque afferemus ſimul, ac dilnamus *cap. 5. quæſt. 2.* quatenus eidem concluſioni aduerſari videntur. Illúdque

69. ſolum diſſoluiſſe hoc loco ſit ſatis, quod † obiici poterat ex *l. quidam, ff. de vſu, & vſufr. legat.* ex qua conſtat, prædia reip. legata, de quorum reditu quotannis ludos quis edi voluit, non poſſe in alium vſum conuerti, nam hoc ideo eſt, quia teſtator id expreſsè prohibuerat, per hæc ſanè verba; *quæ legata peto, Decuriones, & rogo, ne in aliam ſpeciem, aut alios vſus conuertere velitis.*

SECVNDA CONCLVSIO. Commutatio

70. vltimarum voluntatum † in quibuſdam caſibus eſt à iure tam ciuili, quàm Canonico permittente; in aliquibus verò ab eodem præcipiente introducta. Prior pars concl. probatur quoad ius ciuile ex *l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinent.* vbi cauetur, quòd pecuniam legatam municipio in aliam rem, quàm defunctus voluit, conuertere cum Principis auctoritate licet; ſi verò ſumma, vel ſummæ pecuniæ legatæ propter interuentum Falcidiæ non ſufficiant ad opus, vel opera relicta, permittuntur expendi ab ipſis municipibus in aliud opus vtile municipio: ſed, ſi eidem relinquatur pecunia in aliquod opus minùs licitum, & vtile, vt venationem, vel ſpectabula; pecuniam in id, quod maximè neceſſarium municipibus videatur, conferre permittitur: item ex *l. ex polliciratione,* iuncta *l. ſi quis ſui, verſ. ſed, ſi quis, ff. de pollicit.* vbi dicitur, quòd, ſi quis opus ſe facturum in aliqua ciuitate promiſerit, & cœperit, ſed perficere non potuerit, quia non ſit ſoluendo, ſatisfaciet dando quintam partem ſui patrimonij; idémque facere poterit eius heres extraneus, nimirum dando quintam partem patrimonij defuncti: ſi verò ſit de liberis, ſatisfaciet dando decimam partem eiuſdem patrimonij, necnon ex *l. 1. C. de aleator.* vbi cauetur, quòd, ſi quis victus in ludo, vel eius heredes repetere neglexerint id, quod victus ſoluit, liceat vnicuique volenti, & præcipuè ciuitatis, in qua id factum eſt, patri, vel defenſori repetere, & in opera ciuitatis id expendere. In pleriſque autem exemplaribus Codicis non eſt ſpecialis titulus *de aleatorib.* ſed ſub tit. *de relig. & ſumpt. funer. l. fin.* paulo aliter hac de re diſponitur; nimirum, vt ſi victus recipere noluerit quod dedit in ludo, procurator Cæſaris hoc inquirat, & in opus publicum conuertat. Item ex *l. vnica, C. de expenſ. lud. lib.* 11. vbi approbatur commutatio, & conuerſio pecuniæ deſtinatæ, & iam cœptæ expendi ad ludos edendos, facta à Præſide Prouinciæ ad tempus in murorum ciuitatis refectionem; ita, vt muris inſtauratis, iterum in ludorum editione ea pecunia impendatur. facit etiam optime text. *in l. cum hi, §. eam tranſactionem, §. in cauſa, & §. ſi cui, ff. de tranſact.* vbi Vlpianus I. C. explicans orationem Marci Imper. reſpondit, tranſactionem ſuper alimentis, qua commutatur genus, modus, tempus, locus, vel perſona expreſſa in relicto, licèt fiat ſine prætore, valere, ſi per eam conditio alimentarij manifeſtè fiat melior; aliàs non valere ſine Prætoris auctoritate. facit & *§. ſi autem heres,* aliàs, *§. ſi autem legatum ab aliquo, verſ. ſi verò loca, auth. de Eccl. tit. collat. 9.* vbi cauetur, quòd poterit mutari legatum, ſi perſona, quæ illud ſoluere debet, longiùs diſtet. Quoad ius Canonicum text. inſignem habemus *in Clemen. quia contingit, de relig. dom. in princ.* vbi dicitur, ea, quæ ad certum vſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debere, non ad alium, (ſalua ſedis Apoſtolicæ auctoritate,) conuerti. atque etiam habentur in Concil. Trid. duo decreta, in quibus commutationes vltimarum voluntatum expreſsè permittuntur; nimirum *ſeſſ. 22. cap. 6. de reformat.* in hæc verba; In commutationibus vltimarum voluntatum, quæ nonniſi ex iuſta, & neceſſaria cauſa fieri debent, Epiſcopi tamquam delegati ſedis Apoſtolicæ ſummariè, & extraiudicialiter cognoſcant, nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum; priuſquam commutationes prædictæ executioni demandentur, necnon *ſeſſ. 25. cap. 4. de reformat.* vbi ſancta Synodus cupiens relicta pro Miſſis in quibuſdam Eccleſiis celebrandis, quo pleniùs, & vtiliùs poteſt, impleri; vbi omnino iuxta defunctorum voluntates nequeant, facultatem dat Epiſcopis, vt in Synodo Diœceſana, itémque Abbatibus, & Generalibus Ordinum, vt in ſuis Capitulis generalibus, re diligenter perſpecta, poſſint pro ſua conſcientia in prædictis Eccleſiis, quas hac prouiſione indigere cognouerint, ſtatuere circa hoc quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Eccleſiarum vtilitatem viderint expedire; ita tamen, vt eorum ſemper defunctorum commemoratio fiat, qui pro ſuarum animarum ſalute legata, ea ad pios vſus reliquerunt. Ad id quoque afferri poſſunt duo alia eiuſdem Concil. decreta; alterum *ſeſſ. 21. cap. 4.* vbi Epiſcopis, etiam vti ſedis Apoſtolicæ delegatis, datur facultas, vt iuxta formam *cap. ad audientiam, il 1. de Eccleſ. ædific.* poſſint nouas parochias conſtituere,

etiam

etiam inuitis Rectoribus, ex fructibus matricis, vbi ob locorum dittantiam, vel difficultatem ad eam nequeant parochiani commode accedere. Alterum decretum est *eod.sess.21.cap.7.de reform.* vbi Episcopis, etiam tamquã sedis Apostolicæ delegatis, conceditur, vt transferre possint beneficia simplicia, etiã iurispatronatus, ex Ecclesiis, quæ collapsæ sint, & ob earum inopiam nequeant instaurari, vocatis iis, quorum interest, in matrices, aut alias Ecclesias locorum eorundem, seu viciniorum, arbitrio suo, cum oneribus, & emolumentis ipsorum beneficiorum. Ad idem faciunt alia eiusdem Concilij decreta, qui-
71. bus † certis in casibus permittuntur vniones, & suppressiones beneficiorum, quas inter commutationes vltimarum voluntatũ censeri debere, ostendemus *cap.12.quæst.1.post med.* nimirum *sess.7.cap.6. sess.21.cap.5.sess.24.cap.13. in princ. & cap.15.ac sess. 25. cap. 9. vers. seu §. insuper accessiones.* quæ etiam vnio permittitur in certis casibus iure antiquo Canonico, vt *cap. vnio 10. quæst. 3. in cap. & temporis, cum seq. 16. quæst. 1. cap. quia monasterium, de relig. dom. & cap. sicut vnire, de excess. prælat.* sicut & suppressio conceditur *in cap. cùm accessissent,* vbi glos. ab aliis recepta, *verbo, confirmatum, cap. cùm M. Ferrariensis,* & ibi glos. *verbo, consuetudinem, & cap. pen. de constit.* necnon *cap. fin. de verb. signif.* facit etiam
72. decretum eiusdem Concil. *d. cap. 13. in princ.* vbi † pensionis Ecclesiasticæ impositio, aut fructuum reseruatio, quam quidem esse quandam vltimæ voluntatis commutationem iam semel admonuimus, permittitur in Ecclesiis Cathedralibus & Parochialibus, quatenus illarum reditus mille, harum centum aureorum summam excedant: vnde inoleuit stylus Cancellariæ, vt in litteris reseruationum pensionum, aut fructuum super Cathedralibus ponatur clausula, *dummodo remaneant mille*; & in litteris reseruationum super Parochialibus, clausula, *dummodo remaneant centum*; vel saltem longè maior fructuum valor exprimatur respectiuè, quàm mille, aut centum: & in certis casibus etiam Episcopo permitti pensionis impositionem, constat ex *cap. nisi essent, de prabend.* & aliis tum pontificiis sanctionibus, tum Rot. Rom. decisionib. ac multorum auctoritatibus, quibus id latè tuetur Hier. Gonzal. *in commentar. reg. 8. Canc. glos. 5. §. 5. à num. 27. vsque ad 35.* & quoad voci, quod etiam vltima quædam voluntas sit, vt constat ex adductis *cap. 2. quæst. 2. post med.* commutationem, illam quæ à superiore fieri potest, habemus text. *in cap. 1. cap. magna, §. ipsum etiam votum,* & alibi sæpe, *de vot. & vot. redempt.* quoad eam verò, quæ propria fieri auctoritate potest, text. est singularis *in cap. scripturæ, eod. tit.* qua de re latiùs tradunt Doctores per nos citandi infra *cap. 9. in prin.* quoad iuramenti autem commutationem pariter auctoritate propria faciendam, text. est *in cap. peruenit, il 2. inclta rubrica, de iureiur.* ibi, non enim propositum, aut promissum infringit, qui in melius illud commutat.

Posterior pars nostræ concl. quòd nimirũ vtrumque ius, tam ciuile, quàm Canonicũ † in nonnul-
73. lis casibus præcipiendo introduxerit cõmutationem vltimarum voluntatum; probatur. Nam quoad ius ciuile, habemus optimũ text. *in l. pecuniam, in princ.*
74. *ff. de oper. publ.* vbi definitur, † pecuniam, quæ in opera noua publica legata est, potiùs in tutelam eorum operum, quæ sunt, fore conuertendam, quàm ad inchoandum opus erogandam; scilicet, si satis operum ciuitas habeat, & non facilè ad reficienda ea pecunia inueniatur, iuxta quam intelligendus est text. *in l. Decuriones, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.*

qui huic aduersari videtur; prout glos. & Doct. vtrobique exponunt. Bonus etiam ad id text. est *in l. fin. §. 1. ff. de mort. inferen.* vbi cauetur, quòd, † 75.
si quis mandauit, vt monumentum perficiatur, &, cùm is moritur, iam perfectum sit, Pontifices, (hoc est, Episcopi, vt ibi exponit glos. ab aliis recepta,) explorare debent, quatenus salua religione desiderio reficiendi operis medendum sit. & melior *in l. legatũ, ff. de vsu, & vsufr. legat.* vbi disponitur, quòd, † 76.
si testator legatum ciuitati reliquit, vt ex reditibus quotannis in ea ciuitate memoriæ conseruandæ defuncti gratia spectaculum celebretur, quod illic celebrari non licet, adhibitis heredibus, & primoribus ciuitatis, dispiciendum erit, in quam rem conuerti debeat fideicommissum, vt memoria testatoris alio, & licito genere conseruetur. Optimus etiam text. *in §. si quis in nomine, ad fin. auth. de Eccl. tit. coll. 9.* vbi, si † testator aliquem à sanctis heredem insti- 77.
tuerit, aut legatum ei reliquerit, ciúsque sancti nullum oratorium in ea vrbe, nec in eo territorio inueniatur, hereditas, seu legatum debetur Ecclesiæ ciuitatis, in qua testator domicilium habuit. Quoad ius Canonicum habemus text. *in cap. nos quidem, de testam.* ex quo constat, † testatore mandante mona- 78.
sterĩ construi in certo loco, vbi construi non possit; arbitrio heredis, & Episcopi, & data heredis negligentia, à solo Episcopo in alio loco construi debere. Item Conc. Trid. *sess. 21. cap. 7. vers. parochiales verò, de reform.* vbi decernitur, † vt Episcopi etiam tam- 79.
quam sedis Apostolicæ delegati parochiales Ecclesias collapsas, etiamsi iurispatronatus sint, si neque ex earum fructibus, neque in eorum defectum à parochianis ob inopiam refici, & instaurari possint, ad matrices, seu viciniores Ecclesias transferant, cum facultate tam dictas parochiales, quàm alias Ecclesias dirutas in profanos vsus non sordidos, erecta tamen ibi Cruce, conuertendi. Præterea *sess. 23. cap. 18. vers. & quia ad Collegij fabricam, de reformat.* vbi
mandatur Episcopis, † vt pro seminario Clerico- 80.
rum instituendo, cum consilio duorum de Capitulo, & duorum de Clero, detrahant portionem aliquam ex omnibus reditibus quorumcumque beneficiorum secularium, & regularium, etiam iurispatronatus, & hospitalium, quæ dantur in titulum, vel administrationem, & fabricæ Ecclesiarum, ac prouentibus aliorum collegiorum, in quibus tamen seminaria discentium, vel docentium ad commune Ecclesiæ bonum actu non habentur, & horum etiam quoad reditus superfluos; & confraternitatum, omniúmque monasteriorum, non tamen Mendicantium: & eam portionem sic detractam, nec non beneficia aliquot simplicia, vel etiã præstimonia huic Collegio applicent. Et *sess. 24. cap. 13. in fin. de reform.* iisdem Episcopis iniungitur, † vt reditus fabricarum 81.
in vsus Ecclesiæ necessarios, & vtiles, prout sibi expedire magis vsum fuerit, expendi curent. quamuis decretum hoc intelligi commodè possit, vt Episcopi cùm expendantur in vsus ipsius fabricæ necessarios, & vtiles, ita, vt mens Concilij solùm fuerit laicis etiam patronis auferre arbitrium in quos vsus eiusdem fabricæ ipsius reditus sint expẽdendi, illúdque tribuere, seu potiùs relinquere Episcopo; vt ex ipso contextu satis colligi posse videtur, ac præsertim ex illius verbis statim præcedentibus. Ac denique *sess. 25. cap. 8. vers. quòd si hospitalia, de reformat.* mandat; vt, † si hospitalia ad certũ peregrinorum, 82.
aut infirmorũ, aliarúmve personarum genus suscipiendũ fuerint instituta; nec in loco, vbi sunt dicta hospitalia, similes personæ, aut perpaucæ reperiuntur, fructus illorum in alium pium vsum, qui eorum

institutioni proximior sit, ac pro loco, & tempore vtilior, conuertantur, prout Ordinario cum duobus de Capitulo, qui viu peritiores sunt, per ipsum deligendis magis expedire visum fuerit: nisi aliter fortè etiam in hunc euentum in eorum fundatione aut institutione fuerit expressum: quo casu quod ordinatum fuit, obseruari curet Episcopus; aut, si id non possit, ipse prout suprà vtiliter prouideat. Atque hæc de 3. quæst. huius cap.

SVMMÆ RERVM.

83. *Causæ nomen quibus modis sumatur.*

84. *Causa sumpta pro motiue ad agendum vel est de præterito; & si hæc falsa sit, regulariter non datur repetitio: vel de futuro, cùm aliquid datur, vt aliud sequatur; quo non sequente repetitio conceditur.*

85. *Causa de præterito semper est impulsiua, nec potest esse finalis; & num. seq.*

86. *Finis est id, cuius gratia, & mouet secundùm esse futurum.*

87. *Causa de futuro potest esse vel finalis, vel impulsiua; quæ inter se differunt.*

88. *Causæ finalis, & impulsiuæ, quomodo constituendæ sint in rescriptis gratiæ, vel iustitiæ à Principe obtinendis.*

89. *De quibus causis agendum sit in hac quæstione.*

90. *Ratio non omnium constitutionum reddi potest, aut inquirenda est; in omnibus tamen ratio aliqua inest.*

91. *Ratio, & finis communis omnibus legibus est ciuium salus, & Reip. vtilitas.*

92. *Ratio, & causa finalis, cur à iure humano positiuo introducta sit vltimarum voluntatum commutatio, generalis quidem est Christianorum salus, & publica vtilitas; specialis verò diuini cultus augmentum, & ne omnino depereant vltimæ voluntates. causæ autem de præterito, seu impulsiuæ quæ sint; num. 93.*

94. *Decretum Concilij Trid. in quo omnes ferè causæ finales, & impulsiuæ commutationis vltimarum voluntatum continentur.*

95. *Commutatio vltimarum voluntatum continet fauorem executionis ipsarum, & in eius gratiam est inducta, sicut etiam Falcidia, & Trebellianica.*

96 *Fauor, & odium commutationis vltimarum voluntatum considerari potest vel quoad productionem in esse, vel post esse productum, sicut etiam in pensione Ecclesiastica, fideicommisso, priuilegio, præscriptione, & assentatis.*

97. *Eadem dispositio potest esse partim fauorabilis, partim odiosa. pars tamen præponderans facit eam fauorabilem, vel odiosam; n. 98. & 100. quæ theorica declaratur; num. 99*

100. *Commutatio vltimarum voluntatum dum in esse deducitur, si fiat ob necessitatem, quia earum executio impossibilis sit de facto, vel de iure, fauorabilis est; & num. seq.*

101. *Fauorabilis est omnis dispositio, quæ innititur iuri communi, & quæ continet publicam vtilitatem; n. 102. vel vtilitatem Ecclesiarũ; n. 106.*

103. *Disponens censetur voluisse, vt actus potius valeat, quàm pereat. & id, de quo si interrogatus fuisset, respondisset, se voluisse ita disponere, vel etiam disposuisset; num. 104.*

105. *Commutatio vltimarum voluntatum dum in esse deducitur, licèt non fiat ob necessitatẽ, adhuc eris fauorabilis, & facilè admittenda, si fiat pro diuino cultu augendo, vel retinendo, vel propter vtilitatem Ecclesiarum; num. 106. vel vt succurratur pauperibus clericis, ac literatis, & benemeritis; num. 107. vel vt Christianorum saluti consulatur; num. 108. vel alias fauore piæ causæ, alimentorum, aut libertatis; num. 109.*

110. *Potentior causa debet attendi & quando dicatur potentius priuilegium; num. 111.*

112. *Commutatio vltimarum voluntatum deducta in esse quomodo interpretanda, restringenda, vel ampliandа sit.*

QVÆRO QVARTO, & postremò in hoc cap. quam ob causam introducta sit commutatio vltimæ voluntatis?

Ex variis significationibus † huius nominis causæ, de quibus latè inter alios Rebuff. *in l. rei appellatione, ff. de verb. signif.* quæ ad hanc quæstionẽ ac 1. & 2. capitis 6. vbi de causis ad vltimas voluntates commutandas requisitis agemus, atque adeò ad materiam nostram de vltimarum voluntatum commutationibus pertinent; illæ sunt, quibus vel sumitur pro vtilitate, vt *l. 1. §. hæc actio.* ibi, pleniùs enim causam bonorum hic accipimus pro vtilitate, *ff. si quis in testam. lib. esse iuss. fuer. & l. item veniunt, §. 1. vers. denique.* ibi, si sui causa emit, *ff. de petit. hered.* vel pro ratione, vt *in l. 1. ff. de in ius voc. & cap. cùm causam, de test.* vel pro occasione text. apertissimus *in l. mortis causa capitur, ff. de mort. caus. donat.* ibi, mortis causa capitur, cùm propter mortem alicuius capiendi occasio obuenit. facit etiam *l. si quis primo*, ibi, magis causam mortis dedisse, quàm occidisse videtur, *ff. ad leg. Aquil.* Sic, qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, *l. qui occidit, §. fin. ff. eod. tit. & c. de cætero*, iuncto *cap. fin. de homicid.* Vel pro gratia, seu contemplatione, vt *in l. si longius, §. fin. ff. de iud.* vbi I.C. scribit *studiorum causa*, quod in principio dixerat, *studiorum gratia. & l. eum, qui ita, §. qui sibi*, ibi; non acquirendæ obligationis gratia, sed solutionis causa. *ff. de verb. oblig.* & est eadem significatio cum illa, qua causa sumitur pro animo, vel mente, *l. 1. & l. 3. ff. de sicar.* vbi quod dixerat *causa occidendi*, postea dicit, *animo*: & *l. certum est, Le* 2. ibi, causa faciendi, iuncta *l. qui ea mente, ff. de furt.* vel sumitur *causa* † pro motione ad aliquid agendum, 84.
& hæc est duplex; vel enim est de præterito, vt, cùm quis dat ob causam præteritam, veluti cùm ideo do, quòd aliquid à te consequutus sum, vel quia aliquid à te factum est, & tunc etiamsi falsa causa sit, repetitio regulariter non conceditur, *l. damus, ff. de condict. indebit.* vel de futuro, cùm aliquid datur, vel fit, vt aliud sequatur, quo nõn sequente repetitio competit, *d. l. damus*, necnon *l. 1. & ibi ferè tit. ff. de condict. caus. dat. caus. non sec. & C. de condict. ob caus. dat.* cum simil. & quidem causa de præterito † semper est impulsiua, nec potest esse finalis, vt colligitur ex casu *l. 1. §. sexum, ff. de postul.* vbi dicitur, quandam mulierem, quæ impudenter postulasset, dedisse causam edicto, ne mulieres postulent: & ex eo constat, quòd, vt tradit Arist. *l. b. 2. Physic. & 2. Met.* necnon S. Thom. *1. 2. quæst. 1. art. 1. & 4. quæst. 18. art. 7. & quæst. 20. art. 1.* quẽ sequitur ex nostris Couar. *lib. 1. var. resol. cap. 20. num. 2.* & Nauarr. *in rel. cap. inter verba, 11. quæst. 2. corollar. 4.* Bart. *in l. ambitiosa, n. 19. ff. de decret. ab ord. faciem.* Bald. *in l. unic. col. vlt. C. de inr. dot.* Finis † est id cuius gratia, & mouet secundùm esse futurum, cùm sit primum in intentione, & vltimum in executione. Causa verò de futuro † potest esse

esse vel finalis, vel impulsiua; quas inter se differre, ex Iuristis agnouit glos. & *ibi* scribent. *in l. 2. ff. de donat.* & alij plerique, quos refert, ac sequitur Tiraq. *in tract. cessan. caus. limit. 1.* ferè per tot. Finalis causa ea est, vt ex prædictis colligit Couar. *d. num. 2.* quæ principaliter in agendo actu ab agente consideratur, ipsúmque præcipuè mouet, & in quam ipsius mens dirigitur; causa verò impulsiua est, quæ præter finem vltimum mouet agentem, & causam dat actui, & sine qua sæpe actus non fieret, neque enim necessariò sequitur, & vt Couar. loquitur, non est necessaria, solidaque collectio; hoc non contingente, actus hic non fieret; igitur hoc, quod modò contingit, est causa finalis, aut principalis huius actus: sic nec ista; hoc remoto ipse id non agerem. ergo hoc est causa finalis actus, potest enim esse impulsiua causa, quæ, vt verbis vtar Ciceronis *lib. 5. Topic.* præcurhonem quandam adhibet ad efficiendum; ideóque eas argumentationes minùs sufficientes esse, inter alios voluit etiam Io. Maior *in 4. sent. dist. 15. quæst. 29. vers. quinto arguitur, & dist. 25. quæst. 2. col. 4.* Nauarr. *cap. vlt. num. 56. de pœn. dist. 5. & de orat. & hor. can. not ab. 6.* pluribúsque ostendit Couar. *d. num. 2. cum tribus seqq.* euidentérque ait, probari *in d. l. 1. §. fœmin. ff. & postul.* vbi ait I. C. rationem prohibendi fœminas pro aliis postulare, fuisse, ne contra pudicitiam sexui congruentē alienis causis se immiscent, ne virilibus officiis fungantur mulieres; originem verò introductam à Carfania, (aliàs Caia Arfania, vel Calfurnia,) improbissima fœmina, quæ inuerecundè postulans, & magistratum inquietans causam dedit edicto: glos. verò ab aliis recepta ibidem, *verbo, causam*, ait, finalem causam fuisse, ne contra pudicitiam, &c. impulsiuam verò fuisse illius mulieris impudentiam in postulando; sine qua tamen factum non fuisset illud edictum, vt apertè affirmat I. C. Huiusmodi quoque impulsiuæ causæ exemplum affert glos. *loc. cit.* ex *l. 1. ff. de neg. gest. & l. si mulier dotem, C. de iur. dot.* Verùm, & si hæc in cæteris verissima sunt; tamen, † vbi agitur de rescripto iustitiæ, vel gratiæ à Principe obtinendo, aliud statuendum videtur de causa finali, & impulsiua, earúmque discrimine. nam & finalis ponitur de præterito, vt constat ex Doct. *in cap. postulasti, cap. super litteris, cap. si proponente, cap. cæterùm, & cap. ad aliud, de rescript. cap. non potest. cap. si motu proprio, & cap. dudum, de præben. in 6.* & aliis relatis à Tiraq. *d. limit. 1. num. 11.* & aliquot seqq. quod tamen mirum videtur, cùm id sit contra naturam finis, vt paulo antè ostendimus; quare dicendum erit in rescriptis accipere Doct. finalem causam pro principali etiam impulsiua; impulsiuam verò pro minùs principali: & in eo præterito plerumque inuolui etiam aliquid futuri. Deinde in rescriptis gratiæ, vel iustitiæ Principis finalis causa ea dicitur, qua non existente Princeps gratiam non concessisset, aut non tali modo, quáve illi significata denegasset petita. Impulsiua verò ea est, quæ falsò expressa Principem mouet ad faciliùs concedendum id, quod ab eo petitum est; vel, si vera est, & ea non taceretur, moueret ad difficiliùs concedendum, & reuera in vtroque casu id concederet. ita Couar. *d. cap. 20. n. 5. vers. hæc ita breuiter*, Tiraq. *d. n. 11.* & alij, quos ad id refert Th. Sanchez *de matrim. lib. 8. disput. 21. n. 8.* vbi ex Barbosa *l. 1. part. 1. n. 81. ff. sol. matrim.* allegante Bald. & Cranet. tradit similiter dici causam finalem eam, sine qua non concederetur priuilegium, aut dispensatio eo pacto, quo concessa est, non concederetur. An verò, & quando in dubio potiùs præsumenda sit causa impulsiua, quàm finalis; & cessante causa de præterito commutationis vltimæ voluntatis, seu non existentibus veris, quæ in impetratione commutationis exprimuntur, corruat, seu cessare debeat etiam ipsa commutatio, dicemus *cap. 6. quæst. 3. & 5.* An autem, & quando cesset seu desinat cessante causa postquam semel extitit siue fuerit de præterito, siue de futuro, agemus *cap. 8. quæst. 5.*

Interim his suppositis, quæstionis huius titulus, ac materies est non tam de iis causis, quæ mouent Principem, aut alium commutantem vltimam voluntatem ad ipsam commutationem faciendam, de iis enim differendum erit *cap. 6. quæst. 3. & 4.* quàm † de iis causis, quæ canonum, & legum latores mouere potuerunt ad permittendam, vel præcipiendam in aliquibus casibus vltimarum voluntatum commutationem. Quamuis enim † non omnium, quæ à maioribus constituta sunt, ratio reddi possit, vt scitè ait Iulianus I. C. *in l. non omnium, ff. de leg.* & ideo, (vt subdit Neratius *in l. & ideo, ff. eod. tit.*) rationes eorum, quæ constituuntur, inquiri non oportet; alioquin multa ex his, quæ certa sunt, subuerterentur: non ob id tamen negat Iulianus, quin omnes leges rationem habeant; sed illud docet, non esse cuiusuis de vnaquaque legis sententia arcanam, & latentem rationem assequi; quo intelligamus, nos in perscrutandis legum causis non plus æquo solicitos, anxiósque esse oportere; alioqui, vt Neratius scribit, multa ex his, quæ certa sunt, subuerterentur: vt post Lancel. Polit. *in l. filium, quem, num. 90. C. famil. erciscund.* Petr. Andr. Gammar. *in tract. de extensiv. num. 14.* & Coras. *d. l. non omnium, & in comment. de iur. ciuil. in art. redig. part. 1. cap. 5. in fin.* Scripsum reliquit eruditissimus Menoch. *de arbitr. iud. cas. 82. num. 14.* & non esse iustam legem sine ratione, constat ex *cap. consuetudo, dist. 1.* sumpto ex Isid. *lib. 5. etymol. cap. 3.* & agnouit M. Tullius, qui *lib. 1. de leg.* Lex, inquit, nihil aliud est, quàm rectè à numine Deorum tracta ratio. Ratio autem, & finis communis omnibus legibus † est ciuium salus, & Reipublicæ vtilitas, vt patet ex eodem Isidoro *lib. 2. etymol. c. 10. & d. lib. 5. cap. 2.* & refertur à Gratian. *in cap. erit autem lex, dist. 4. l. 1. & 2. ff. de legib.* quibus addere possumus quod scripsit M. Tullius *lib. 1. de inuent.* ea virtute, & sapientia maiores nostros fuisse, vt in legibus scribendis nihil aliud sibi, quàm ciuium salutem, & vtilitatem Reip. proponerent.

Iure igitur dicere possumus, † causam, ac rationem finalem, ob quam à iure humano positiuo, ciuili nimirum, & Canonico introducta sit, siue permittendo, siue præcipiendo vltimarum voluntatum commutatio, communem quidem, & generalem fuisse Christianorum salutem, & vtilitatem publicam; specialem verò diuini cultus augmentum, & ne omnino depereant vltimæ voluntates. Colligitur id satis apertè, quoad augmentum diuini cultus, à contrario sensu ex Concil. Trid. *sess. 14. cap. 9. de reformat.* dum ibi prohibetur ne fiat vnio, (quæ, vt infr. *cap. 12. quæst. 1. post med.* ostendemus, est commutatio quædam vltimæ voluntatis,) beneficiorum vnius diœcesis cum beneficiis alterius diœcesis, etiam ratione augendi cultū diuinum: & in sensu directo, ex eodem Concil. *sess. 21. cap. 3. & 5. de reform.* quoad cōmunem vtilitatē, colligere licet ex eodem Conc. *sess. 25. cap. 18. de reform.* dum ait, publicè expedire legis vinculū quandoque relaxare, (quod procul dubio fit in vltimarum voluntatum commutatione,) vt pleniùs euenientibus casibus, & necessitatibus pro communi vtilitate satisfiat: necnon ex *l.*

legatum, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. & quoad Christianorum salutem, ex Concil. Trid. *sess. 25. cap. 4. de reformat.* cuius verba mox referemus; vbi quoque habemus expressam causam illam, ne omnino depereant vltimæ voluntates, pro qua est etiam optimus text. *in l. legatum, ff. de vsu, & vsufr. leg. & in §. si quis in nomine, ad tit. authent. de Eccles. tit.* necnon *in cap. nos quidem, de testament.* Sed & assignare
91. possumus † aliquas causas de præterito, seu impulsiuas, & occasiones, cur à iure humano introductæ sint cõmutationes vltimarum voluntatum, vt temporum qualitatem, & locorum vicinitatem, ex *cap. & tempore, cum seq. 16. quæst. 1.* paupertatem beneficiorum vniendorum, ex Concil. Trid. *d. sess. 21. cap. 5. de reformat.* necnon *sess. 25. cap. 4. de reform.* quod decretum quia præter hanc aliam similem causam de præterito continet, nimirum magnam Missarum, & onerum in vltima voluntate impositorum multitudinem, quibus non potest, vt in ea præscriptum fuit, satisfieri; ac simul etiam continet omnes prædictas causas finales commutationis a iure introductæ, vt consideranti facilè pa-
94. tebit; operæpretium duximus † totum hoc loco de verbo ad verbum inserere, & est tale. Contingit sæpe in quibusdam Ecclesiis, vel tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum relictis impositum esse, vt illis pro singulis diebus à testatoribus præscriptis nequeat satisfieri; vel eleemosynam huiusmodi pro illis celebrandis adeò tenuem esse, vt non facilè inueniatur, qui velit huic se muneri subiicere: vnde depereunt piæ testantium voluntates; & eorum conscientias, ad quos prædicta spectant, onerandi occasio datur. Sancta Synodus cupiens hæc ad pios vsus relicta quo plenius, & vtilius potest, impleri; facultatem dat Episcopis, vt in Synodo diœcesana; itémque Abbatibus, & Generalibus Ordinum, vt in suis Capitulis generalibus, re diligenter perspecta, possent pro sua conscientia in prædictis Ecclesiis, quas hac prouisione indigere cognouerint, statuere circa hæc quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiarum vtilitatem viderint expedire; ita tamen, vt eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios vsus reliquerunt. In quo decreto maximè adnotanda sunt illa verba, *vnde depereunt pia testantium voluntates*; & illa, *sancta Synodus cupiens hæc ad pios vsus relicta quo plenius, & vtilius potest, impleri*:
95. ex quibus satis constat, † commutationes vltimarum voluntatum continere fauorem executionis ipsarum; atque adeò fieri in gratiam disponentium: sicut de Falcidia, eam introductam esse in gratiam ipsorum testantium, vt heredes scripti inducantur ad hereditatem adeundam, dicitur *Instit. de leg. Falcid. in princ.* & de Trebellianica *in §. sed quia heredes, Instit. de fideic. hered.* Ad idem quoque est optimus text. *in l. legatum, ff. de vsu, & vsufr. leg* vbi dicitur, dispiciendum esse, in quam rem conuerti debet fideicommissum, vt memoria testatoris alio, & licito genere celebretur. cui quid simile habetur *in l. legatum. in fin. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinent.* & quoad stipulationes legimus *in l. veteris iuris, in fin. C. de contrab. & committend. stipul.* Et quare, cùm penè omnium hominum similis natura est, non etiam facta omnes vel plus, vel paulo minùs adimplere possint, ne ex huiusmodi subtilitate cadant hominum voluntates?

Iam verò pro corollario, & complemento tam huius, quàm præcedentium quæst. huius cap. vt circa eius initium polliciti sumus, videamus nunc, an commutatio vltimæ voluntatis sit fauorabilis, vel odiosa; vt simul sciamus, an sit amplianda, vel potius restringenda, iuxta *cap. cuia, de reg. iur. in 6.* cum suis concord.

Qua in re præmittendum est primò, † dupliciter 96.
considerari posse fauorem, vel odium in commutatione vltimæ voluntatis, nimirum vel quoad sui introductionem, seu productionem in esse; vel postquam facta est, & in esse producta: sicut in simili de pensione Ecclesiastica, an sit fauorabilis, vel odiosa, distinguit Hier. Gigas *in suo tract. de pension. Eccles. quæst.* 96. & de fideicommisso, Peregr. *tract. de fideicom. art. 1. ex num. 26.* de priuilegio, & præscriptione, Cæsar de Grass. *decis. 1. num. 6. de verb. sign.* & Paril. *cap. veniens, num. 16.* de præscriptionibus, & de attentatis, tradit Lancell. *in suo tract. de attent. in præfat. 1. part. num. 16. & 18.* in nou. impress.

Præmitto secundò, † eandem dispositionem 97.
posse esse partim fauorabilem, partim odiosam; vt ex glos. *in l. 1. verbo, liberis, C. de in ius voc.* & ibi Bald. *num. 5.* Salic. *num. 2.* Ias. *num. 5.* & aliis, quæ ad id adducunt, latè probant Menoch. *de recuperan. possess. remed. 1. num. 35.* cum duobus seqq. Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 18. num. 6.* Couar. *lib. 1. var. resol. cap. 11. num. 5.* ac nouissimè Hier. Gonzal. *in Commen. ad reg. 8. Cancell. §. 6. præam. à num. 45. vsque ad 61. & numer. 70. cum seq.* atque ante eum Mandos. *ad reg. 34. Cancel. quæst. 3. num. 6.* ac post eum Thom. Sanchez *de matrim. lib. 1. disput. 1. num. 4.* Quamuis illa pars, quæ præponderat, † faciat dispositionem fauorabilem, vel o- 98.
diosam; vt ex Menoch. *d. num. 37. ad fin.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 30. glos. 1. numer. 6. & 9.* & ex vna decis. Nucetina bonorum coram R.D. Socrato, 21. Maij 1602. docet Gonzal. *d. §. 6. num. 72.* & hoc est, quod post plerosque ex communi tradit Gonzal. *d. §. 6. num. 51.* Mandos. *d. quæst. 3. num. 7. vsque ad 11.* Couar. *d. num. 5.* & Sanchez *d. num. 4.* illam dispositionẽ simpliciter dicendam esse fauorabilem, quæ principaliter in fauorem alicuius emanauit, licet secundariò redundet in damnum, & odium alterius; quia ex primario fine attendenda est dispositio: sicque intelligendi, vt reor, sunt ij, qui negarunt, vnam dispositionem posse esse fauorabilem simul, & odiosam, relati, & impugnati à Gonzal. *d. §. 6. vsque ad 71.* Prædicta verò theorica, licèt † vera sit, & intelligenda quoties odium à 99.
fauore distingui non potest, vt, si odium, & fauor distingui commodè queant, fauor, vt fauor, & odium, vt odium adsumendum est; vt ait *ibidem* Couar. quem sequitur Sanchez *eod. num. 4.* sic exponens Io. And. *in cap. 1. de loc. num. 5.* & *ibi* Abb. *num. 10.* glos. *d. l. 2. verbo, liberis,* vbi Bart. *num. 1.* Bald. *num. 4.* Alex. *num. 5.* Salic. *num. 2. & 3.* Ias. *num. 4. C. de in ius vocand.* Castrens. *in l. si quis nec causam, num. 5. ff. si cert. petat.* volentes, dispositionem principaliter emanantem in fauorem esse extendendam, restringendam verò, si pœnam, seu odium quoque contineat. Prædictam verò distinctionem Couar. eo non citato sequitur etiam ac latiùs prosequitur Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 18. num. 6. & lib. 3. cap. 4. num. 17. cum seq.* ac de ea, cùm præcipuè spectet ad fideicommissum, fusiùs agemus *cap. 9. quæst. 3. concl. vlt.* quòd si vtrinque sit fauor, nimirum & pro dispositione, & contra eam, tunc fauor potentior præualere debet, arg. *l. quæritur, ff. de stat. hom.* & aliorum, quæ paulo pòst hac in re afferemus.

His præmissis ad propositum dubium respon-

deo.

100. deo. Primò, † commutationem vltimarum voluntatum, quoad sui introductionem, seu dum deducitur in esse: siquidem ea fit ob necessitatem, quia nimirum vel impossibilis fit de facto executio vltimæ voluntatis, vt in casu *cap. nos quidem, de testament.* necnon *l. final. ff. de mort. inferend. & §. si quis in nomine, auth. de Eccl. tit.* Concil. Trid. *sess. 25. cap. 4. & 8. ad fin. de reform.* vel de iure, quia vltima voluntas sit de re illicita, vt in casu *l. legatum, ff. de vsu, & vsufr. legat.* tunc omnino erit fauorabilis commutatio, & facilè admittenda: tum quòd innititur iuri communi, quod tunc eam fieri præcipit;

101. fauorabilis autem est † omnis dispositio, quæ innititur iuri communi. Catlad. *decis. 8. num. 6. de prabend. & decis. 4. num. 2. de priuil.* Mandos. *reg. 11. Cancell. quæst. 18. num. 2.* cum aliis alleg. per Gonzal. *d. §. 6. num. 42. & glos. 43. num. 153.* qui etiam *d. §. 6. num. 27.* post alios plurimos tradit, reseruationes factas non ad instantiam alicuius, nec ad fauorem certæ personæ, sed ex proprio motu, & per viam legis generalis, non esse odiosas, sed potiùs fauorabiles; tum quòd continet communem vtilitatem, vt nimirum voluntates vltimæ quoad fieri possit executioni mittantur, iuxta adducta paulò ante initium huius corollarij; id quod naturali æquitati maximè conuenire dixit I. C. *in l. qua ratione, §. hæ quoque res, ff. de acq. rer. domin.* & Imper. *in §. per traditionem, Instit. de rer. diuis.* & publicè expedit suprema hominum iudicia exitum habere, *l. vel negare, ff. quemad. testam. aper.* Publica verò

102. vtilitas operatur, † vt dispositio etiam aliàs odiosa censeatur fauorabilis, & amplianda; vt voluerunt Bart. & alij *l. 2. C. quand. lic. vnicuique fin. ind. se vind.* Caputaq. *decis. 15. num. 8. p. 2.* pluribus docet Mandos. ad *reg. 22. Cancell. quæst. 1. num. 4.* Tum quòd immo agitur de exequenda tacita voluntate disponentis;

103. censetur enim voluisse disponens, † vt actus potius valeat, & sustineatur, quam vt pereat, *l. 3. ff. de testam. milit. cap. Abbate sanè*, vbi glos. *de verb. sign.* sumenda quæ est ea interpretatio, ne inutiliter quid factum sit, *l. quoties, ff. de reb. dub.* neque frustrà quis sibi prospexisse videatur, *l. vlt.* vbi Ias. *ff. si cert. pet.* Socin. iun. *cons. 94. numer. 21. lib. 3.* & id voluisse

104. disponens censendus est, † de quo, si interrogatus fuisset, respondisset, se voluisse ita disponere, vel etiam ita disposuisset, *l. tale pactum*, vbi glos. & Doct. *ff. de pact.* cum aliis adductis per Am. Gabr. *comm. concins. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 10.* per totam.

99. Si verò commutatio fiat non ob causam necessariam, quia nimirum potest tam de iure, quàm de facto executioni demandari ipsa vltima volun-

105. tas; adhuc eius commutatio † erit fauorabilis, & facilè admittenda, si fiat pro augendo cultu diuino, vel etiam eo retinendo, quia nimirum, nisi fieret commutatio, diuinus cultus diminueretur, vt in casu Concil. Trid. *sess. 21. cap. 3. 4. & 5. de reformat.* id quod maximè fauorabile est, vt satis constat ex *cap. ex parte, de const. cap. vlt. de testam. cap. in his, de priuil. cap. fin. de rescript. in 6.* Concil. Trid. *sess. 21. cap. 3. de reformat.* cum aliis ad id adductis à Mandos. *d. reg. 22. Cancell. quæst. 1. num. 3. & 5.* Gonzal. *d. §. 6. proœm. numer. 44.* & Henr. Bott. *tract. de Synod. Episc. part. 2. numer. 63.* Ad quod optimè facit illud, quod scriptum reliquit I. C. *in l. fuit persona, ff. de relig. & sumpt. fun.* summam esse rationem, quæ pro religione facit. Idémque

106. dicendum erit, † si commutatio vltimæ voluntatis facienda sit propter vtilitatem Ecclesiarum; huiusmodi enim dispositio fauorabilis est, vt post Abbat. *in c. nihil, num. 9. de elect.* Caputaq. *decis. 202. num. 4. & decis. 215. num. 6. lib. 3.* Gemin. *cons. 37. sub num. 6. & cons. 106. num. 2.* & Gomes. *tract. de expectat. numer. 100.* tradit Gonzal. *d. §. 6. numer. 34. 35. 38. & 43.* Vel, † vt succurratur pauperibus cle- 107.
ricis, & Ecclesiæ ministris: nam & hæc prouisio est fauorabilis; vt ex Rot. *decis. 55. num. 4. de concess. prabend. in antiq.* Staphil. *de lit. grat. §. de prorogat. expectant. num. 24.* Lambert. *tract. de iure patr. lib. 2. part. 3. quæst. 5. princ. art. 3.* per tot. & aliis latè docet idem Gonzal. *d. §. 6. proœm. num. 32. & seq.* necnon *glos. 2. à numer. 1. vsque ad 35.* quibus adde Gomes. Beninc. *in tract. de priuil. pauper.* ferè per tot. aut personis litteratis, ac benemeritis; quorum prouisio pariter fauorabilis est, vt colligi ex *cap. de multa, de prabend.* cum ibi not. & aliis ad id adductis ab eodem Gonzal. *in d. comment. ad reg. 8. Cancell. glos. 4. à numer. 1. ad 110.* Vel, † vt 108.
Christianorum saluti consulatur; anima enim cunctis rebus præferenda est. *l. sancimus, la. 1. ad fin. C. de sacros. Eccles. cap. Matthæus, de simon. & cap. cùm infirmitas, in fin. de pœnit. & remiss.* cum aliis adductis per Tiraq. *in præfat. tract. de priuil. pia caus. verf. item relictum pro anima, & seq.* vel aliàs facienda sit commutatio vltimæ voluntatis † fauore piæ 109.
causæ: qui magnus est, ex traditis *in cap. cùm esset, cap. relatum, il 2. & cap. cùm tibi, de testam.* & per Tiraq. *d. tract. de priuil. pia caus.* passim; sicut & fauor dotis, *l. in ambiguis, la 1. in princ. ff. de reg. iur.* cum aliis adductis per Tiraq. *d. tract. priuil. 114.* & Bald. Nouell. *in tract. de dot.* ferè per tot. necnon alimentorum, *l. cùm hi, ff. de transact. & l. de alimentis, C. eod. tit.* cum aliis adductis per Bart. *in l. Mela. ff. de aliment. & cib. legat.* & Euerard. *in loco leg. ab alim. ad pias caus. & ab alim. ad dot.* Surd. *in tract. de aliment.* sæpissimè, præsertim verò *tit. 8. priuil. 1.* cum multis seqq. ac *tit. 9. quæst. 1. 2. & 3.* atque item fauor libertatis, *l. veterum, C. ad Velleian.* cum aliis adductis per Roman. *in auth. similiter, C. ad leg. Falcid.* & Euerard. *in loco à liber. ad pias caus.* Vbi verò fauor esset vtrinque, nimirum & pro executione vltimæ voluntatis, & pro eiusdem commutatione; tunc potentior prævalere debet: potentior enim causa † attendi debet. *l. quæritur,* 110.
ff. de stat. homin. & potentius priuilegium præfertur inter duos priuilegiatos, *l. verùm, §. fin.* vbi Bald. *ff. de minor.* & post Ilart. *in auth. quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles.* Abb. *in cap. in præsentia, de probat.* tenet ibi Dec. *num. 51. verf. secundo, conclusio suprad.* vbi etiam satis probat, † potentius dici priuile- 111.
gium eius, qui tractat de damno vitando, quàm eius qui de lucro captando. Item quando causa concedendi priuilegium fauorabilior est, & priuilegium, in quo est maior vtilitas, vel maior ratio specialitatis, & per quod minus iuri communi derogatur; item potentius est priuilegium quod respicit personas, quàm quod de causis loquitur.

Respondeo secundò: post iam deductam in esse vltimæ voluntatis commutationem, si de ea interpretanda, & vel amplianda, vel restringenda dubitetur; pariter dicendum existimo, † quòd, si ver- 112.
semur in ea commutatione, quæ ex causa necessaria facta fuit ex eo, quòd vltima voluntas vel de iure, vel de facto executioni mitti non posset, vt in præcedenti responsione explicauimus; facilè extendenda erit ad casus similes, ex rationis identitate, iuxta *l. non possunt, & l. de quibus, ff. de leg. cap. inter cæteras, de rescript. & cap. 2. de translat. Episc.* iuncta *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & l. à Titio, ff. de verb. oblig. cap. cùm dilecta, de confirmat. vtil. vel inutil.* & hæc necessaria assimilatio est necessaria si fiat à lege in

eadem materia saltem in genere, vel in omnibus; vt satis probat Euerard. *in loco a similis, num.* 8. 9. & 10. Cæterùm est probabilis tantum; nisi a iure ea assimilentur, præcisè in aliquo, & in aliis diuersimode de iis statuatur; vel vbi aliter legum correctio induceretur, late Euerard. supra *num.* 11. vel vbi alias ius naturale læderetur, vt idem tradit post alios *ibidem num.* 12. vbi etiam multos casus refert, in quibus cessat argumentum a simili; si verò agatur de commutatione facta ex causa voluntaria, vtputa vtilitatis, vel commoditatis, non ita facilè admittenda erit extensio ad casum etiam similem; nisi vterque casus à iure prorsus æquiparetur, per supradicta; vel plures simul fauores concurrerent, vt, quæ non prosunt singula, iuncta iuuent. *cap. innotuit, de elect. cap. causam, qua, de probat. l. rationes, & l. instrumenta, C. eod.* cum simil. vel in casu, ad quem facienda sit extensio, adesset maioritas rationis, iuxta latiùs adducta per Euerard. *in loco a minori, & loco à maiori, num.* 1. *ac seqq.* vbi id declarat: quod & faciunt glos. & Doct. *in cap. cui licet, de reg. iur. in 6.* Verùm hac de re videndus etiam Natt. *cons.* 212. *num.* 18. & 19. & quod nos dicemus *cap. sequenti quæst.* 11. *concl.* 3. *post medium.* Interim autem ex his finis sit huic tertio capiti.

CAPVT IV.

Quænam vltimæ voluntates commutari possint.

SVMMÆ RERVM.

1. *Vniuersalia prius tractanda, quàm minus vniuersalia.*
2. *Materia, circa quam commutatio vltimæ voluntatis versatur, sive proxima, sive remota, quænam sit.*
3. *Dispositiones causa mortis, vt testamentum, & alia similes vltimæ voluntates, possint commutari.*
4. *Dispositiones inter viuos, quæ non nisi morte confirmantur, vt donatio inter coniuges, & similes, commutari possunt.*
5. *Dispositiones inter viuos, quæ sunt per se irreuocabiles, vt donatio inter viuos, possint commutari, secuta morte ante reuocationem iure indultam; & aliquot num. seqq.*
6. *Sufficit in genere cogitatum, & species continentur sub genere.*
7. *Intellectus Clem. quia contingit, in princ. de relig. domib. & num.* 22.
8. *Exceptio est de regula.*
9. *Intellectus cap. scripturæ, & cap. magna, de vot. necnon l. cùm hi, §. hac oratio, de transact. num.* 10. *ac l. ex pollicitatione, ff. de pollicit. num.* 11.
12. *Oblatio ad certos pios vsus per actum inter viuos differt ab oblatione per dispositionem causa mortis, quòd priori casu etiam accedente voluntate heredis, non potest per inferiorem fieri commutatio in alium vsum; quod tamen ibid. declaratur: in posteriori autem etiam propria auctoritate poterit offerens commutare; quod pariter declaratur.*
13. *Pacta, & conventiones regulariter reales sunt, & ad heredem transeunt.*

EXPLICATIS hactenus in tribus præcedent. capitib. iis, quæ generatim ad commutationem vltimæ voluntatis pertinere videbantur; veniamus nunc ad ea, quæ illam propius, ac specialiter attingunt: nam secundum Philosophum 1. *Physic. text.* 4. † ab vniuersalioribus est inciperendum, tum 1.
ad minus vniuersalia defendendum; quod etiam optimè probatur *in §. hæc igitur generaliter cognita, Instit. de inst. & iur.* Cùm autem materia, in actionibus creatis tam naturalibus, quam artificialibus præsupponatur actioni creatæ; antequam de hac cõmutationis vltimarum voluntatum actione tractemus, videndum erit ante omnia in hoc cap. quæ sit eius materia, seu id, circa quod commutatio versatur: materia, inquam, † tum proxima, circa quam, 2.
ipsius commutationis, hoc est, vltimæ voluntates, earúmque genera, non autem species; de his enim satis diffetuimus supra *cap.* 2. *quæst.* 1. & 2 tum remota eiusdem commutationis, quæ est proxima ipsarũ vltimarum voluntatum, seu circa quam eadem vltimæ voluntates versantur. Sed nec singulas eius species, partésque prosequemur; id enim prope infinitum esset; sed præcipua duntaxat illius, quasque summa capita, generales quasdam regulas tradentes, vnde singulares casus facile possint diffiniri.

QVÆRO igitur PRIMO, an commutari possint tam vltimæ voluntates, seu dispositiones inter viuos, quàm in morte, seu causa mortis?

Ad hanc quæstionem breuiter respondendum existimo affirmatiue. Et quidem de vltimis voluntatibus, seu dispositionibus causa mortis, quarum quatuor, vel ad summum quinque species enumerantur, nimirum, testamentum, codicillus, epistola fideicommissaria, & donatio causa mortis, ac forsan etiam illa pactio mutuæ successionis inita inter euntes ad bellum; de quibus nos latius suprà *cap.* 2. *quæst.* 2 nulla cuiusque iudicio difficultas est, † quin 3.
hoc vltimarum voluntatum genus commutari possit, de hoc enim ferè omnia iura loquuntur, quæ de commutatione vltimæ voluntatis agunt, vt *l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. l. decuriones, §. vn. ff. eod. tit. l. pecuniam, in princ. ff. de oper. publ. l. fin. ff. de mort. inferen. l. legatum. ff. de vsu. & vsufr. legat. l. cùm hi, §. eam transactionem. §. in causa, & §. si cui, ff. de transact.* necnon & *in §. si quis in nomine magni Dei, auth. de Eccles. tit. collat. 9. cap. nos quidem, de testam.* & Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 2. *de reform.* quæ omnia iura, ac simul eorum dispositionem summatim retulimus *cap. præcedent. quæst.* 3. *concl.* 2.

Quoad dispositiones verò, quæ fiunt inter viuos; siquidem de iis loquamur, quæ non nisi morte confirmantur, & validitatem suam consequuntur; prout est pactum de futura successione inter pergentes ad bellum, donatio inter coniuges; vel inter patrem, & filium in potestate; iuxta ea, quæ adduximus *d. c.* 2. *q.* 1. *post med.* modica, meo iudicio, esse potest difficultas, † quin & hæ vltimæ volun ates 4.
commutari possent etiam postquã mors disponentis sequuta est: nam, vt ibidem ostendimus, hæ dispositiones verè, & proprie vltimæ voluntates sunt, & eadem planè ratione, qua testamentum est vltima voluntas; cùm & hoc non nisi morte confirmetur, & tunc demum valere, effectúmque sortiri incipiat, cùm mors secuta est, *l.* 3. *§. vlt. cum l. seq. ff. de admin. leg. & l. cùm hic status, §. ait oratio. ff. de donat. inter vir. & vxor.* cum suis concord. Si verò de iis dispositionibus inter viuos loquamur, quæ statim valent, ac per se irreuocabiles sunt, per accidens autem

reuoca

reuocari possunt, vel per consensum eius, ad cuius fauorem factæ sunt, iuxta *l. sicut, C. de act. & oblig.* vel per quid extrinsecum adueniens; qualis est donatio inter viuos, quæ reuocari potest per superuenientiam liberorum donatoris, vel ob ingratitudinem donatoris, vt *d. quæst.* 1. etiam post medium, deduximus: in his † adhuc dubitari non potest, quin 5. commutari possint, morte secuta ante huiusmodi reuocationem; cùm tunc omnino irreuocabiles factæ sint, eandémque prorsus naturam sortiantur cum testamento, & aliis similibus vltimis voluntatibus post mortem disponentiù, vt ibidem satis demóstrauimus. Et generaliter quoad hoc genus vltimarum voluntatum, nimirum dispositionum inter viuos, vt commutari valeat, facile potest suaderi, tum ex iis iuribus, in quibus generatim commutatio vltimæ voluntatis expresse, aut saltem tacitè permittitur, vel præcipitur, vt *in l. vnica, C. de expens. lud. lib.* 11. *cap. & temporis,* 16. *quæst.* 1. *cap. sicut vnire, de excess. prælat. c. cum accessissent, & cap. ex parte, de const. cap. ad audientiam, il.* 1. *de Eccl. ædif.* Conc. Trid. *sess.* 7. *c.* 6. *& sess.* 21. *c.* 3. 4. 5. *& 7. & sess.* 22. *cap.* 6. *sess.* 28. *cap.* 18. *sess.* 24. *cap.* 3. 13. *& 15. sess.* 25. *cap.* 8. *& 9. de reformat.* quæ omnia iura, ac simul eorum summam retulimus *d. cap. præced. quæst.* 3. *concl.* 2. *circa med.* quare censendum est, in iisdem iuribus concedi etiam commutationem huiusmodi dispositionum, quæ & ipsæ verè sub vltimarum voluntatum genere cótinentur: sufficit enim † 6. in genere cogitatum, *l. qui iure militari, ff. de testament. milit.* cum aliis ad id adductis per Am. Gabr. *comm. conclus. lib.* 6. *tit. de reg. iur. concl.* 4. *à num.* 1. *ad* 16. & in generalibus specialia insunt, *l. semper in generalibus, ff. de reg. iur.* valétque argumentum à genere ad species quoad hoc, quòd sub genere continetur species, vt optimè docet Euerard. *in loco à genere ad species.* Tum ex *Clem. quia contingit, in princ.* iuncta glos. *verbo, largitione, de relig. dom.* ait 7. enim † ibi Clem. V. in Conc. Viennensi, ea quæ ad certum vsum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debere, non ad alium, (salua sedis Apostolicæ auctoritate,) conuerti: illámque largitionem exponit *ibidem* glos. ab aliis recepta de largitione in vita, & morte, hoc est, vel per actum inter viuos, vel causa mortis, idque suadet etiam tum ipsum largitionis nomen, quod aptum est comprehendere quoque actum inter viuos, *l. si pignore,* §. 1. *ff. de furt.* cum aliis adductis à Rebuff. *in l. paries, in princ. ff. de verb. signif.* tum nomen erogationum, quod pariter in d. Clem. habetur, & continet quoque actum inter vinos, iuxta *l. quadam,* §. *nummularios, ff. de edend.* & aliis apud Rebuff. *in l. derogatur, de verb. signif.* dum autem in d. Clem. ab ea regula summus Pontifex, & Concilium generale excipit sedis Apostolicæ auctoritatem, vt nimirum possit sedes Apostolica ea, quæ ad certum vsum sunt fidelium voluntate destinata, in alium vsum conuertere, vt ibi exponunt Doctores omnes: inde aperte fit, vt eadem sedes Apostolica huiusmodi commutationem facere possit etiam in iis, quæ inter viuos donata sunt ad certum vsum pium. nam 8. exceptio † est de regula, *l. nam quod liquide,* §. *fin. ff. de pen. leg.* Cassad. *decis.* 8. *num.* 5. *de concess. prob.* Dec. *consil.* 656. *num.* 6. & 7. glos. Dyn. & alij *in rubr. de reg. iur. in* 6. Bart. *in l. si cum,* §. *qui iniuriarum, ff. si quis caut.* cum aliis adduct. à Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancell. glos.* 51. *num.* 2. Tum ex *cap. scripturæ, cap. magne,* atque alibi sæpe, sub *tit. de vot. & vot. red. mpt.* 9. vbi habetur, † commutari posse votum, quod proculdubio est promissio inter viuos facta, vt ea docuimus *cap.* 2. *quæst.* 2. *post med.* Tum ex *l. cùm hi,* §. *hæc oratio, in fin. de transact.* vbi dicitur, quòd de alimentis, quæ non mortis causa donata sunt, (hoc est, aliter, quàm per eam dispositionem quæ communiter vltima voluntas appellatur, vt ibidem glos. recepta exponit *in verbo, causa mortis,*) † licebit & 10.
fine prætore auctore transigere: transactio autem super alimentis in eo contingit, vt commutetur genus, aut locus, aut modus, hoc est, quãtitas, aut tempus, aut persona, vt constat ex §. *eam transactionem, & §. si cui, ff. eod. tit.* & in eo solùm differunt alimenta quæ per dispositionem inter viuos dantur, & eam, quæ per dispositionem causa mortis, vt testamento, codicillis, & simili relinquuntur, quòd super his non nisi auctore prætore, de illis verò etiam sine prætore transigi potest, vt patet ex *d. §. hæc oratio.* Tum ex *l. ex pollicitatione, ff. de pollicit.* vbi definitur, † quòd is, qui promisit opus curaturum apud 11.
Rempub. si illud cœptum est, nec possit perficere ob paupertatem superuenientem, satisfaciet, si quintam partem sui patrimonij soluat: itémque hæres, qui propter paupertatem nequeat perficere opus, quod auctor suus inchoatum motiens reliquit, extraneus sit, satisfaciet soluendo quintam partem patrimonij sibi ab eo relicti; si verò de liberorum numero sit, satisfaciet soluendo decimam eiusdem patrimonij partem. quod idem quoad heredem habetur *in l. si quis sui, ff. eod. tit.* Cùm verò vtrobique agatur de opere ex pollicitatione promisso, & inchoato in pecuniam commutando, apertè constat ex hoc, sicut & ex aliis mox adductis, commutari aliquando saltem posse illam quoque vltimam voluntatem, ac dispositionem, quam inter viuos appellamus: sicut plerumque ea commutatur, quæ causa mortis dici potest, & communi vocabulo vltima voluntas nuncupatur. Tum denique, quoniam ita per text. *d. Clement. quia contingit,* & glos. *dicto verbo, largitione*; & eò, quia ad Romanum Pontificem tamquam ad caput vniuersalis Ecclesiæ pertinet in singula membra alimenta transfundere, *cap. cuncta per mundum, & cap. per principalem, 9. quæst.* 3. necnon *Clem. vnica,* §. *præterea, de excess. Prælat.* & argum. *l.* 1. *ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* posse eundem Rom. Pontificem, seu sedem Apostolicam non solùm de legatis ad pias causas in certos pios vsus, disponere commutando in alium vsum; de quibus etiam probari ait *in Clem. dudum,* §. *fin.* vel potiùs, §. *verum, de sepult.* sed etiam de donatis inter viuos: In terminis tenet Mar. Socin. quam non nisi post hæc scripta vidi, *in tract. de oblat. libell.* 19. *num.* 6. subdit autem *num.* 15. contra Lap. cum Card. *d. Clem. quia cõtingit, & ibi* Ioan. de Lign. † 12.
in hoc esse differentiam, an per viam vltimæ voluntatis, vel contractus fiat oblatio in certum vsum pium; quia primo casu etiam accedente voluntate heredis non potest per inferiorem fieri commutatio in alium vsum; cùm non agatur de voluntate heredis, cui possit renuntiare, sed de seruanda voluntate defuncti: & facit, inquit, quod notat Bart. *in l. legatum, ff. de vsu, & vsufru. legat. & l. legatum, ff. de admin. rerum ad ciuit. pertinent.* vnde, quod *numer.* 11. ex Paul. *d. Clement. quia contingit,* non dissentiens ipse dixerat, quòd, si heres consentiret, relictum à testatore ad certũ vsum potest ad alium commutari non solùm per Legatum, sed etiam per Episcopum, ex not. à Ioanne Andrea, post Innoc. *in cap. final. de testament.* intelligendum est iuxta id, quod idemmet Soc. postmodum tradit *num.* 16. & 17. posse id ab iis fieri, vbi voluntas pia testatoris non potest impleri in loco ab eo præscripto, vel

pecunia deſignata ad id non ſufficit, aut quod docet *num.* 18. 21. & 22. vbi teſtator voluiſſet quòd ſi relictum nequeat adimpleri, ad heredem reuertatur, & is commutationi conſentiat; vel quòd poſſit ab herede commutari. Quando autem per viam contractus fuit facta oblatio in aliquem pium vſum: tunc, inquit idem Socin. vbi ſupra *num.* 23. non eſt dubium quòd non ſolùm auctoritate Epiſcopi, vel Legati, ſed etiam ex propria auctoritate ipſius offerentis poteſt fieri commutatio, arg. *cap.* 1. *de reg. iur. & l. nihil tam naturale, ff. eod. tit. & l. ab emptione, ff. de pact.* Id quod etiam poſt alios ſentit M. Ant. Genuen. *in prax. Neapol. c.* 20. *num.* 6. ex iis docens, poſſe fieri commutationem oblationum accedente voluntate offerentis; allegans quoque Socin. *d. tract. de oblat.* ſed perperam ſemper in eo cap. citans *libell. 9. loc.* 19. Hoc autem intelligendum eſt, conſentiente etiam eo, cui facta eſt oblatio, ſeu cum quo eſt celebratus contractus: quomodo procedunt iura citata; aliàs eſſet tollere ius tertij citra eius factum, & conſenſum, contra *l. id, quod noſtrum, ff. de reg. iur.* necnon *l. legem quam, C. de pact. l. legem quidem; C. de locato & cond. & l. in traditionibus, ff. de pact.* quæ iura in ſimil. allegauerat idem Socin. *num.* 14. Imò hoc caſu ipſemet *num.* 24. ait, ſibi videri attentari poſſe, quòd ex voluntate heredis contrahentis valeat hæc commutatio fieri; quia pacta,
33. & conuentiones † regulariter reales ſunt, & ad heredem tranſeunt, vt *l. iuris gentium, §. pactorum, & l. tale pactum, ff. de pact.* atque ideo quod potuit defunctus, poteſt etiam heres, cui ex contractu defuncti quæſita eſt obligatio, ſicut ipſi defuncto; ex quibus verbis Socini patet, eum in hac extenſione loqui de conſenſu heredis, ad cuius commodum cedebat contractus, & obligatio; cùm in caſu regulæ loquutus fuiſſet de eo, qui ſe obligauerat per contractum, ſeu oblationem. de cuius herede ſi nos loquamur, dicendum erit, quòd ex voluntate ipſius, ſi etiam legatarij, eiúſve heredis, aut ſucceſſoris conſenſus accedat, poterit, ac debebit talis commutatio fieri; tum ex prædictis, atque ex mente quoque ipſius Socin. *d. num.* 22. & 23. tum etiam, quia iura tam actiua, quàm paſſiua defunctorum regulariter ad heredes tranſeunt. *l.* 1. *& tot. tit. C. de heredit. act.* cum ſimil. atque adeò ſatis ex his factum & reſponſum puto propoſitæ quæſt. Iam igitur ad aliam tranſeamus.

SVMMÆ RERVM.

34. *Profanum ſumitur pro re vel ſcelesta, vel non ſacra, ſeu pia.*

35. *Pium ſumitur pro re ſacra, ſeu diuino cultui dedicata; item pro re ſpirituali, aut annexa ſpirituali; & pro omni re, & cauſa coniuncta cum pietate in omni ſua ſignificatione; & num. ſeq.*

36. *Pietas alia erga Deum, & veratur religio; alia erga parentes; alia erga propinquos, & patriam; alia denique in pauperes, & idem eſt, ac miſericordia. hic autem à nobis ſumitur pro ea, quæ ad Dei cultum, & opera miſericordiæ pertinet; num.* 37.

38. *Pia cauſa quenam ſint maximè generatim loquendo.*

39. *Vltimæ voluntates profanæ, ſeu non pia commutari poſſunt.*

40. *Relictum ad commodum propriæ ciuitatis an dicatur pium. & quid in relicto pro alimentis; num.* 21. & 41.

41. *Proœmium legis indicat eius cauſam finalem, & ex eo regulatur diſpoſitio. & ibi intellectus Clem. quia contingit, in princ. de relig. domib. & Concil. Trident. ſeſſ.* 22. *cap.* 6. *de reform.*

42. *Vltimæ voluntates pias commutari poſſunt; & aliquot num. ſeqq.*

43. *Sepulcrum, ſeu ſepultura eſt quid religioſum, ſeu pium.*

44. *Pius locus, ſeu religioſus, ſacer, & Eccleſiaſticus, an idem ſit cum pia cauſa, aut pio opere, vel etiam eo loco, in quo pietatis, ſeu charitatis opera exercentur.*

45. *Hoſpitalia, & Confraternitates laicorum quando, & quomodo ſint pia loca, & duobus num. ſeqq.*

46. *Confraternitates laicorum exercentes opera pietatis, ac miſericordiæ, & quicquid eis ad hoc relinquitur, licèt fundata non fuerint Epiſcopi auctoritate, ſunt cauſæ piæ. idémque dicendum de hoſpitalibus huiuſmodi; num.* 28. *vbi etiam varia Hoſpitalium genera variis nominibus appellata recenſentur.*

47. *Relictum Eccleſiæ, vel Monaſterio dicitur, & eſt pium, ſeu ad pias cauſas; idémque ſi relinquatur Monacho intuitu pietatis, non autem conſanguinitatis, vel amicitiæ.*

48. *Relictum pauperibus eſt pium, ſeu ad pias cauſas, & quid ſi is, cui relictum eſt, non erat pauper, ſed à relinquente credebatur; & an tunc relictum dandum ſit alteri pauperi, vel conuerti poſſit in alium vſum; num.* 31.

49. *Relicta viduis, & miſerabilibus perſonis ſunt piæ, atque adeò etiam relicta pupillis qui ſunt miſerabiles perſonæ; num.* 33. *idémque in orphanis; num.* 34. *niſi vtrique diuites ſint; & num. ſeq.*

50. *Viduæ, & pupilli an gaudeant priuilegio fori, ſi diuites ſint.*

51. *Miſerabiles perſonæ quænam dicantur, & breuiſſimè.*

52. *Relictum pro anima dicitur pium, licèt fiat conſanguineo, vel amico. modò is pauper ſit; aliàs præſumitur facere titulo amicitiæ, vel conſanguinitatis; num.* 38. *niſi aliàs legatum non valeret, vel is amicus, aut conſanguineus tot bona non habeat, vt viuere poſſit ſecundum qualitatem perſonæ; num.* 39.

53. *Relictum pro redemptione captiuorum pium eſt, licèt captiui ſint ex delicto.*

54. *Legatum alimentorum eſt pium, dum tamen fiat pauperi.*

55. *Alimenta, & dos equiparantur; atque ab illis ad hanc rectè arguitur.*

56. *Legatum dotis, ſeu pro maritandis virginibus, eſt pium, modo ſint pauperes.*

57. *Relictum pro ſacra imagine facienda, eſt pium.*

58. *Relictum cauſa ſtudij an, & quando dicatur pium, & quid in legato libertatis; num.* 46.

59. *Legatum pro conſtructione, vel refectione pontium, ac viarum; aut cuſtodia propriæ ciuitatis an, & quando ſit pium.*

60. *Pium ne ſit quicquid ſit ob publicam vtilitatem.*

61. *Eccleſia, & pia loca an ligentur l. ad inſtructiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ. an & poſſint compelli ad ea, quæ publicam vtilitatem, aut neceſſitatem concernunt.*

62. *Legatum factum ad conſtructionem monumenti pium eſt; & quomodo id procedat.*

63. Reli

51. *Relictum meretrici, vt ad meliorem frugem redeat, eſt pium, & quando.*
52. *Legatum pro incertis, & malè ablatis, eſt pium. idem, ſi fiat pro oblatione, aut pro Miſſis, vel anniverſariis celebrandis ad ſua, vel aliorum animæ redemptionem; num. 53.*
54. *Relictum ad ſatisfaciendum creditoribus an, & quando ſit pium.*
55. *Pia cauſa quænam ſint, remiſſiuè.*

QVÆRO SECVNDO, an vltimæ volũtates tã profanæ, quàm piæ poſſint cõmutariũ Non ſumimus hoc loco profanum † pro ſcele-
14. ſta re, aut impia, prout Statius *initio Theb.*

Fraternas acies, alternaque bella profanis,
Decreta odiis;

ſed pro eo, quod non eſt ſacrum, neque pium; vt apud Cicer. *pro domo ſua*; Si iſta conſecratio legitima eſt, quid eſt, quod profanum in ſuis bonis eſſe poſſit; & *l. ſacra loca, §. proprie*, qui eſt 3. *ff. de rer. diuiſ.* vbi Vlpianus: Proprie, inquit, dicimus ſancta, quæ neque ſacra, neque profana ſunt; & *§. ſacræ autem res, Inſtit. eod. tit.* Si quis auctoritate ſua, inquit Imper. quaſi ſacrum ſibi conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum: vbi gloſ. recepta *verbo, profanum*, verbum hoc, *profanum*, exponit non ſacrum, quod & adnotauit præter Doct. ibi Rebuff. *in l. inter publica, ad verbum, ſacra, ff. de verb. ſignific.* Optimus etiam ad id text. *in l. ſi ſepulchrum, §. profana tamen loca, & l. locum, ff. de relig. & ſumpt. funer.*

15. Sicut etiam pium hic ſumimus † non ſolum pro re ſacra, hoc eſt, diuino cultui dedicata, iuxta *d. §. ſacræ autem res, Inſtit. de rer. diuiſ. & d. l. ſacra loca, & l. in tantum, §. ſacræ, ff. eod. tit.* ſeu pro re ſpirituali, aut rei ſpiritualitate annexa; de qua per text. & Doct. *cauſ. 1. quæſt. 1.* & per tot. necnon *in rubr. & toto ferè tit. de ſimon.* atque alibi ſæpe; verùm & pro aliis rebus, quæ ad pietatem pertinent. Sed nec pro omni re, aut cauſa, quæ cum pietate in omni ſui ſignificatione coniuncta eſt. Nam, cùm
16. pietas † alia ſit erga Deum, de qua Cicero *pro domo ſua*; Nec eſt vlla erga Deos pietas, niſi honeſta de numine eorum, ac mente opinio, cùm expeti nihil ab iis, quod ſit iniuſtum, ac inhoneſtum arbitrere; & *lib. 1. de nat. Deor.* Pietas erga Deos iuſtitia eſt; & hæc propriè vocatur religio, vt poſt S. Auguſt. *lib. 10. de ciuit. Dei, cap. 1.* ſentit S. Thom. *2. 2. quæſt. 101. art. 1. ad primum.* alia erga parentes, de qua I. C. *in l. in teſtamento, ff. de fideicommiſſ. libert. l. nam, etſi, ff. de inoff. teſtam.* alia erga propinquos, & patriam; vnde Cicero *in ſomno Scipion.* Colle pietatem, quæ cùm ſit magna in parentibus, & propinquis, tum in patriam maxima eſt. *& lib. 2. de inuent. poſt med.* Pietas eſt, per quam ſanguine iunctis, patriæque, beneuolis officium, & diligens tribuitur cultus; quem etiam refert, & ſequitur S. Thom. *d. artic. 1. in corp.* alia denique erga pauperes; & accipitur pro miſericordia, quam alter exercet erga alterum, qui ſe iuuare non poteſt, vt optimè notat Iacobus Spiegel. *in lexic. iur. ciuil. verbo, pietas*, ſentitque S. Auguſtin. *d. c. 1.* dum ait: More vulgi nomen pietatis etiam in operibus miſericordiæ frequentatur; & S. Gregor. *lib. 1. moral. cap. 32.* Pietas in die ſuo conuiuium exhibet, quia cordis viſcera miſericordiæ operibus replet. nec diſſentit etiam S. Thom. *d. art. 1. ad 2.* qui ideo arbitratur, opera miſericordiæ tribui pietati, quia hæc fieri præcipuè mandat Deus, quæ ſibi præ ſacrificiis placere teſtatur: ex qua conſuetudine ſubdit factum eſſe, vt & Deus ipſe pius dicatur; quod paſſim legitur in ſacra Scriptura, vt 2. *Paral. 30. Iudith 7. Eccli. 2.* & *Apocal. 15.* Sed & aliam addere poſſumus, quia quod pauperibus erogatur, id ſibi dari Chriſtus Dominus teſtatur *Matth. 25.* iis verbis: *Amen dico vobis, quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis*; atque adeò miſericordia in pauperes pietas quædam erga Deum eſt. Cùm, inquam, has omnes ſignificationes habeat pietas, nos, cæteris omiſſis, pietatem ſumimus in hac quæſtione † pro ea, quæ ad Dei cultum, & opera miſeri- 17.
cordiæ, ſeu charitatis pertinet; de qua cum Turaq. *initio tract. de priuil. pia cauſæ*, intellexiſſe puto Apoſtolum, cùm 1. ad Timoth. 4. *Exerce*, inquit, *ipſum ad pietatem: nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt; pietas autem ad omnia vtilis eſt.* Sic † dona- 18.
tiones, quæ fiunt pro Eccleſiis, hoſpitalibus, & pauperibus, in pias cauſas fieri dicuntur, *in l. illud, C. de ſacroſ.* ſicut & quando pro redemptione captiuorum aliquid relinquitur, pium defuncti propoſitum vocatur *in l. nulli, §. 1. in fin. C. de Epiſc. & Cler.* & pium opus *in §. ſi quis autem, auth. de Eccleſ. tit. collat. 9.* ſic etiam multis cit. Paul. Cittad. *tract. ac inrep. 3 part. num. 49.* Didac. à Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſ. 31. num. 40.* poſt Doct. maximè Petr. Peral. & Franc. Sarmient. *in l. ſi quis Titio, ff. de leg. 2.* ac poſt Panormit. *in rubr. de teſtament. num. 9. & cap. relatum, il. 1. eodem tit.* & alios, Molin. *de inſt. & iur. tom. 1. tract. 2. diſput. 134. in princ.* aiunt, tunc aliquid relinqui in piam cauſam, quando relinquitur in bonum propriæ animæ; vt quando relinquitur eleemoſyna pauperibus, etiam conſanguineis, Eccleſiæ, aut monaſterio, in redemptionem captiuorum, ad orphanam maritandam, in diuinum cultum, in ſuffragia pro ſe, aut aliis fidelibus defunctis; & paucis concludit, quicquid præcipuè ſit Dei, finiſque ſupernaturalis intuitu ad gratiam, vel gloriam coram Deo promerendam, vel in ſatisfactionẽ pro propriis, aut alienis peccatis, dici rem, vel cauſam piam. Sic denique Nauar. & ipſe *in tract. de redit. Eccl. q. 1. monit. 26. n. 2. & 3.* tradit, opera pia eſſe, quæ ad diuinum cultum, & opera miſericordiæ ſiue ſpiritualia, ſiue corporalia diriguntur; vnde tales ait eſſe Capellanias, beneficia, Miſſas, aliaque diuina officia, & omne, quod ad ea præcipuè pertinet: talia eſſe ſtudia, Theologiæ præſertim & canonum, ſtipendia pulpituum, atque ſermonum ad docendum, & conſulendum, & etiam hoſpitalia, confraternitatéſque conſtitutæ ad hoſpitandum, veſtiendum, & curandum egenos, ad reficiendas domos exuſtas, & ad captiuos redimendos; tale, quod legatur ad animæ ſalutem; & quicquid relinquitur ad opera in ipſa opera miſericordiæ directa; quæ duobus illis verſibus continentur relatis, & explicatis à S. Thom. *2. 2. quæſt. 32. artic. 2.* Archid. *in cap. tria, 45. diſt.* Nauar. *in man. conſ. cap. 4. num. 4.* quorum primus corporalia, alter ſpiritualia opera miſericordiæ exponit; nimirum,

Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo;
Conſule, caſtig. 1, remitte, ſolare, fer, ora,

intelligendo per, *conſulere*, etiam, dare. Denique rem hanc, quæ nimirum ſit cauſa pia, paucis definiiſſe videtur Concil. Trident. *ſeſſ. 22. cap. 8. de reform.* vbi, cùm piarum diſpoſitionum, ac piorum locorum omnium generatim mentionem feciſſet, atque illarum quidem executores horum viſitatores Epiſcopos eſſe voluiſſet; ſtatim quaſi definiens, quid tam illæ, quàm hæc ſint, ſubdit, ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt, ipſi ex officio ſuo, iuxta ſacrorum canonum ſtatuta cognoſcant, & exequantur.

Hoc

Hoc præmisso, ad propositam quæstionem duabus conclusionibus respondebimus, quarum prima erit de vltimis voluntatibus profanis, altera de piis; cui statim subiiciemus, quænam in specie sint hæ piæ voluntates.

PRIMA CONCLVSIO. Vltimæ voluntates profanæ, seu non piæ † commutari possunt. 19. Probatur primò ex *l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuitat. pertin. l. ex pollicitatione, & l. si quis sui, ff. de pollicit. l. pecuniam, ff. de oper. publ. l. legatum; ff. de vs. & vsufruct. legat. & l. vn. C. de expens. lud. lib.* 11. vbi agitur de commutatione operis, vel pecuniæ relictæ, aut destinatæ ad commodum suæ ciuitatis. Quamuis autem † pia causa dici ea possit, quæ cedit ad cõmodum propriæ ciuitatis, vt colligitur ex *d. l. illud; C. de sacros. Eccles.* & ex iis, quibus paulo antè ostendimus, amorem in patriam suam, pietatem dici, & esse: tamen, quia nec communiter Iurisconsulti causam piam appellant, nec nos hoc loco accipimus nisi eam, quæ ad Dei cultum, vel opera misericordiæ pertinet, vt superiùs admonuimus; ideo meritò eà opera, de quibus in mox citatis iuribus mentio fit, à pia causa excludimus. Secundò ex *l. cùm hi, §. tam transactionem, & §. si cui, ff. de transact.* vbi habetur de commutatione alimentorum quoad genus, modum, locum, tempus, vel personam, vt aliquando auctore prætore, aliquando sine 11. eius auctoritate fieri possit. Et licèt † alimenta piis causis, vel potiùs piæ causæ alimentis æquiparentur, & ab alimentis ad pias causas liceat arguere, vt pluribus tradit Surd. *tract. de aliment. tit.* 8. *princ.* 1 *n.* 18. *& tit.* 9. *q.* 3. *num.* 1. *&* 2. Euer. *in loco ab alimentis ad pias causas*; vbi etiam *num.* 1. causam alimentorum vocat piam, & fauorabilem; quod & nonnulli voluerunt, quos refert Tiraquell. *d. tract. de priuil. pia caus. in præfat. vers. item legatum alimentorum*, & sequitur Surd. *d. priuil.* 1. *num.* 1. tamen id verum est tunc demum, cùm alimenta pauperibus, aut famem patientibus relinquuntur, vt satis colligitur ex *l. sanximus, C. de sacrosan. Eccl.* quæ expressè de fame loquitur, & *§. interdicimus*, ibi, gentium pabula, & alias pias causas, *auth. de Eccl. tit. collat.* 9. ac pluribus relatis satis tuetur Tiraq. *in d. præfat. vers. sed hoc intellige*, Surd. *d. priuil.* 1. *num.* 3. *&* 10. *& d. quæst.* 3. *num.* 5. *&* 6. quamuis alioqui legatum alimentorum etiam diuiti relictum sit fauorabile, & priuilegiatum, ita vt super iis inconsulto prætore transigi non possit, *l. nihil interest, ff. de transact.* quod & post alios adnotauit Tiraq. *sup. vers. quamquam.* Verùm de hac re, an causa alimentorum sit pia, latiùs agemus infrà hac eadem quæst. post conclus. 2. vbi singulas causas pias examinabimus. Tertiò probatur hæc conclusio ex *Clem. quia contingit, in princ. de relig. dom.* & Concil. Trid. *sess.* 22. *cap.* 6. *de reformat.* vbi simpliciter permittuntur commutationes vltimarum voluntatum, nec distinguitur de voluntate pia, vel non pia; quare nec nos distinguere debemus, cùm lex ipsa non distinguat, *cap. si Romanorum* 19. *dist. l. de pretio, ff. de Public. in rem act. l.* 2. *§. conuenire, in fin. ff. de iudic.* cum simil. Quamquam hæc duo iura potiùs de commutatione piæ voluntatis præcisè accipienda sint: nam quod ad Clem. attinet, cùm in proœmio solùm de causis piis mentio habeatur, de iis quoque statim disposuisse censenda est, licèt simpliciter loquatur: nam † 12. ex proœmio legis colligitur causa finalis dispositionis, & ipsa dispositio regulatur, vt ex *l. cùm hi, in princ. ff. de transact. l.* 1. *ff. ad Maced. & l. regula, in fin. ff. de iur. & fact. ignor.* & aliis tradit Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 2. *num.* 2. *&* 3. & Hier. Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancell. §.* 7. *proœm. num.* 122. similiter Conc. Trid. *d. cap.* 6. cùm velit, Episcopos tamquam sedis Apostolicæ delegatos cognoscere, nihil in precibus ab impetrante commutationem tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum, satis videtur loqui dumtaxat de commutatione vltimarum voluntatum ad pias causas; nam de rebus laicorum, nisi in spiritualibus, vel materia peccati extra suum temporale dominium, seu terras Ecclesiæ, non censetur velle cognoscere, aut in iis se immiscere, vt latiùs ostendemus infrà *cap. seq. quæst.* 3. Quare hæc duo iura potiùs probant secundam mox sequentem, quàm præsentem primam conclusionem.

SECVNDA CONCLVSIO. Vltimæ voluntates piæ, seu ad pias causas † commutari possunt. 23. Probatur hæc conclusio, tum ex *d. Clement. quia contingit, in princ. de relig. domib.* & Concil. Trid. *d. sess.* 22. *cap.* 6. *de reformat.* quæ mox in præcedenti concluſ. allegauimus, ostendimúsque potius ad huius, quàm illius concluſ. confirmationem pertinere. Tum ex *cap. nos quidem, de testam.* vbi Episcopus commutat locum ædificandi monasterij, quod in loco à testatore præscripto nequit construi. Tum ex *l. fin. ff. de mort. inferend.* quæ, cùm agat de commutatione vltimæ voluntatis circa perfectionem sepulchri, atque adeò spectantis ad vnum ex operibus misericordiæ, satis dicitur versari circa piam voluntatem, iuxta ea, quæ ante primam huius quæst. conclusionem adduximus, præterquam quòd † sepulchrum, seu sepultura est quid religio- 24. sum, minùs tamen propriè, prout nimirum idem omnino est, ac pium; tam iure ciuili, vt constat ex *l. in tantum, §. religiosum locum, ff. de rer. diuis. & §. religiosum, Instit. eod. tit. l.* 2. *l. ex consensu, l. scriptus heres, l. ossa, & l. liberum, ff. de relig. & sumpt. fun. l.* 2. *l. militis, & l. locum, C. eod. tit. l.* 1. iunctâ *rubr. & l. pergit audacia, C. de sepulchr. viol.* quàm etiam Canonico, dum ius sepulturæ materiam simoniæ, tamquam rem spirituali annexam, decernit; vt colligitur ex *cap. questa, cap. postquam, cap. in Ecclesiastico, & cap. præcipiendum*, 13. *quæst.* 2. & apertiùs *in cap. abolenda, de sepult. cap. non satis, & cap. cùm in Ecclesia, de simon.* & de mortuariis, siue vti re spirituali annexa, siue tamquam re Ecclesiastica laicos aliquid statuere non posse, declarat *in cap. fin. de reb. Eccles. non alien.* & in specie, legatum factum ad constructionem monumenti esse pium, post hæc scripta vidi teneri à Tiraq. post alios *in d. præfat. tract. de priuileg. pia caus. ad fin.* qua de re nos quoque ad fin. huius quæst. agemus. Tum ex *§. si quis in nomine, & §. si autem heres, auth. de Eccles. tit. coll.* 9. vbi de commutatione piæ voluntatis certis in casibus permissa agitur, quos retulimus suprà *cap. præced. quæst.* 3. *concluſ.* 2. vbi pleraque alia iura tam antiqua ex Decretalibus, quàm noua ex Concil. Trident. adduximus, ex quibus omnino conuincitur, multis in casibus commutationem vltimarum piarum voluntatum, seu ad pias causas fieri debere, quos ibidem summatim commemorauimus, & hîc repetere nimis longum, & superuacaneum esset. Ad id ergo veniamus, quod pro complemento præsentis quæst. huic loco reseruauimus, vt singulas pias causas, breuiter tamen examinemus; sequentes hac in re eum ferè ordinem, quem eruditissimus vir Andr. Tiraq. seruandum existimauit *in præfat. dicti tract. de priuil. pia caus.* si illud priùs admoneamus, † aliud esse ali- 25. quem locum fore pium, hoc est, religiosum, sacrum, vel Ecclesiasticum, ita, vt quod ei relinquitur, aut donatur, censeatur relictum, aut donatum

narum pio, ſeu religioſo, ſacro, aut Eccleſiaſtico loco; aliud piam cauſam, ſeu pium vſum, aut opus, vel pium locum, in eum ſenſum, vt ſit locus, in quo exercentur opera pietatis, ſeu charitatis, & miſericordiæ: ad illud enim requiritur Epiſcopi auctoritas, *cap. ad hæc*, vbi omnes, *de relig. dom.* ad hoc verò non requiritur; ſed ſufficit, eam cauſam, vel id opus ad pietatem pertinere, hoc eſt, ad Dei cultum, vel opera miſericordiæ, vt initio huius quæſt. diximus. atque hoc diſcrimé agnouit, & conſtituit quoad confraternitates laicorum Menoch. *de recuper. poſſ. remed.* 15. *num.* 35. *cum duobus ſeqq.* apertiùs poſt alios Anton. Gabr. *commun. concl. lib.* 6. *tit. de pia cauſa, concl.* 1. *num.* 10. quoad hoſpitalia plerique. quos refert, ac ſequi videtur Tiraq. *in d. præfat. verſ. ſed aly*, & Rodoan. *tract. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 49. & quoad vtrumque Sfor. Odd. *tract. de reſtit. in integr. quæſt.* 3. *artic.* 6. *ad fin.* ſeu *num.* 48. *& ſeq.*

Ex hoc facile erit conciliare diuerſas, ac prima
26. facie aduerſas Doctorum ſententias hac in re, † an hoſpitales domus, & confraternitates laicorum, quæ non fuerint fundatæ auctoritate Epiſcopi, ſint loca pia, vt videre eſt apud Menoch. *d. remed.* 15. *quæſt.* 4. *&* 5. Gabr. *d. tit. de pia cauſa, concluſ.* 1. *&* 2. Tiraq. *d. præfat. col.* 2. 3. *&* 4. Sfor. Odd. *d. quæſt.* 3. *artic.* 5. *&* 6. Rodoan. *d. tract. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 41. 49. *&* 52. *cap.* 12. *fuſè. de viſit. lib.* 2. *cap.* 13. *&* 14. Dominic. Magdalen. *in tract. de num. teſt. in teſtament. requiſit. part.* 1. *cap.* 13. *& part.* 2. *cap.* 2. *ex num.* 24. Lambertin. *tract. de iurep. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 1. *artic.* 10. *ferè per tot. quæſt.* 5. *artic.* 21. *ad fin. & quæſt.* 11. *artic.* 11. *&* 12. quibus in locis agit etiam de oratoriis, necnon Iacob. Anton. Marta *in tract. de iuriſd. per, & inter iud. Eccleſ. & ſecular. exercend. part.* 4. *caſ.* 113. *per tot.* ac de hoſpitalibus, Gonzal. *in d. reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. §. 4. *præſertim num.* 21. 22. *&* 24. Flam. Pariſ. *tract. de reſignat. benef. lib.* 2. *quæſt.* 15. *& lib.* 11. *quæſt.* 3. & alios pleroſque Doct. ab his citat. necnon à Ioanne Guttier. *lib.* 1. *Canon. quæſt. cap.* 35. & Mar. Anton. *lib.* 1. *var. reſol. reſol.* 14. *&* 66. qui ambo inibi fuſiùs hac de re quoad hoſpitalia, & confraternitates, tractant. Nam opinio affirmans, hæc eſſe loca pia, intelligenda eſt in eum ſenſum, vt ſint loca, ſeu domus, in quibus exercentur opera pietatis; atque adeò ſint cauſa pia, vel pietatem contineant; negans verò in eum ſenſum erit accipienda, vt non ſint loca religioſa, ſacra, vel Eccleſiaſtica. ad quod ex communi omnium prædictorum, cæterorúmque Doctorum conſenſu requiritur, quòd ſint fundata cum Epiſcopi alteriuſve ſuperioris Eccleſiaſtici auctoritate, ex *d. cap. ad hæc, de relig. domib.* cum ſimil.

Ex his quoque & iis, quæ initio huius quæſt. ad-
27. duximus, facile erit colligere, † confraternitates laicorum, quæ exercent opera charitatis, & miſericordiæ, & quicquid eis ad hunc effectum relinquitur, dici cauſam piam, licèt eorum confraternitates fundatæ non fuerint à ſuperiore Eccleſiaſtico, eiuſve auctoritate.

28. Idémque dicendum † de huiuſmodi hoſpitalibus, quæ inſtituta ſunt vel ad peregrinos excipiendos, & dicitur xenodochium; vel ad ægrotos curandos, & appellatur noſocomium; vel ad alendos pueros parentibus orbatos, & vocatur orphanotrophium; vel ad pauperes alendos, & nuncupatur ptochotrophium; vel ad pauperes, qui ob ſenectutem imbecilles ſunt, nutriendos, dicitúrque gerontocomium; vel denique ad infantes, & imbecilles alendos, & appellatur brephotrophium; quæ omnia hoſpitalium genera enumerantur *in l. illud, C. de ſacroſ. Eccleſ.* eaque nomina ſic explicat *ibidem* gloſ. Accurſij, & melius, quam gloſ. Bern. *in cap. de xenodochiis, de relig. dom.* Leprioſariæ verò, & eleemoſynariæ, de quibus *in Clement. per literas, de prabend. & Clement. quia contingit, in princ. de relig. dom.* apertè reducuntur, illæ quidem ad noſocomium, hæ verò ad ptochotrophium.

Relictum quoque † eccleſiæ, vel monaſterio † di- 29.
citur relictum ad pias cauſas; vt conſtat ex *d. l. illud, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & apertius *in cap. requiſiſti, verſ. ſecus autem, de teſtament.* ibi, ſecus autem eſt, ſi aliquid legetur Epiſcopo, & aliqua Capellis, vel monaſteriis, aut aliis piis locis; & ibi, Capellas, & monaſteria, ſeu alia pia loca, & *cap. fin. eod. tit.* ibi, ad perpetuum cultum diuinum legantur Eccleſiis, vel reliquis piis locis: & poſt Specul. *tit. de inſtrum. edit.* §. *nunc verò aliqua, verſ. vt ſcias.* Bald. *in auth. ſimiliter, in princip. C. ad leg. Falcid.* Roman. *conſil.* 235. *col.* 2. & omnes vbique, tradit Tiraq. *in d. præfat. col.* 1. *verſ. primùm igitur*: ſubditque *verſ. ſed & non ſolùm*, dici quoque relictum ad pias cauſas, ſi quid relinquatur vni monacho intuitu pietatis, non conſanguinitatis, aut amicitiæ; ex Bald. *in l.* 1. *col.* 4. *verſ. circa perſonam, C. de ſacroſ. Eccl.* & Abb. *in rubr. de teſtam.* ſequitur Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 115. *num.* 3.

Præterea † relictum pauperibus inter relicta ad 30.
pias cauſas computatur; vt apertè colligitur ex *d. l. illud, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* in iis verbis, ſi quis donationes fecerit in ipſos pauperes. iunctis illis, quacumque alia cauſa, quaſi pietatis iure ſubnixa; vbi id notat Bald. & Caſtr. & poſt Specul. *d.* §. *& ſciau*, & Rom. *d. auth. ſimiliter, col.* 1. dicens in hoc omnes conuenire, docet Tiraq. *in eadem præfat. col.* 4. *verſ. item relicta pauperibus*: probátque ex eo, quòd bona pauperum æquiparantur bonis Eccleſiarum; immò bona Eccleſiarum ſunt non modò Clericorum, ſed & pauperum. *cap. aurum indignè*, 12. *quæſt.* 2. *& cap. vlt. in princ.* & *ibi* gloſ. 16. *quæſt.* 8. idem tenet Menoch. *d. præſ.* 145. *numer.* 6. qui etiam *numer.* 7. ſicut & Tiraq. ſuprà, *verſ. & hoc adeò procedit*, ſubiicit, † quòd et- 31.
iam pium erit legatum quod quis relinquit cauſa pietatis ei, quem credit pauperem, cùm non ſit; ex Bart. *in repert. l.* 1. *in* 2. *quæſt.* 2. *quæſt. princ. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* per *cap. quieſcamus*, 42. *diſt.* ſubdente, quòd fortè eſſet ei tale legatum auferendum, & in alium vſum conuertendum, argum. *l. legatum, ff. de vſu, & vſufruct. legat.* Sed meliùs Bald. *in reper. eiuſdem l. col.* 10. *verſ. ſuper quinta quæſtione*, & Tiraq. *vbi ſuprà*, in eo conuenientes cum Bart. quòd illud legatum pro non ſcripto habendum eſt quoad illum, vti relictum eſt, per *l. eam, quam, C. de fideicommiſſ. & l. pater filium*, §. *Tuſculanus, ff. de leg.* 3. qui §. non repetitur ibi, ſed voluit allegare §. *filiam heredem*, qui & ipſe parum facit, ſicut *d. l. eam, quam*; meliùs allegaſſet *l. ſi pater tuus, & l. nec apud, C. de hered. inſtit. & l. neque profeſſio, C. de teſtam. l. Scio, ff. de ann. leg. l. cùm tale*, §. *falſam cauſam. ff. de condit. & demon. l. cùm pater*, §. *dulciſſimis*, & *l. ſi quis ſeruum heredis*, §. *ſi quis legauerit, ff. de leg.* 2. nec tamen deficit, ſed remanet relictum impersonale, quod valet ad pias cauſas, per *cap. cùm tibi, de teſtament. & l. nulli, C. de Epiſc. & Cler.* & non conuertitur in alium vſum, ſed ad eundem caſum; vnde cùm pauperi exiſtimato relictum ſit, dabitur pauperi; quia, cùm poteſt relictum habere deſtinatum vſum, non debet in alium conuerti,

Clement.

Clement. quia contingit, in princip. de relig. dom.

Pariter relicta viduis, & miserabilibus perso-
32. nis † sunt pia; vt post Spec. *vbi supra*, Bald. *d. auth. similiter*, Petr. Perus. *in tract. de canon. Episc. cap.* 10. & Bertach. *in tract. de Episc. 4. part. lib. 4. quæst.* 31. & alios tradit Tiraq. *in d. præfat. col. 5. vers. item relicta viduæ*. id comprobans ex eo, quòd sacræ litteræ æquiparant viduas, pupillos, & paupe-
res, vt Ier. 5. *Causam viduæ non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.* & Zachar. 7. *Viduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari.* ex quo etiam patet, inquit *ibidem* Tiraq quòd relictum pu-
33. pillis † dicatur in piam causam; nam & sæpe alias in sacris litteris pupilli, & viduæ æquiparantur, vt *Psal.* 145. de Deo dicitur, *Pupillum, & viduam suscipiet*; & Isa. 1. *Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos*; *& in rubr. & l. vnica, C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* vnde etiam colligitur, pupillum esse ex miserabilibus personis; quod expressè voluit Alex. *in l. Titiæ textores, in princ. ff. de leg.* 1. & quòd ei relictum censetur pium, ex Card. *in Clem.* 1. *quæst.* 13. *de testament.* tradit Tiraq. *d. col.* 5.
34. *vers. & videtur.* idque multo magis dicendum † de orphanis, vt tenet Card. *loc. cit.* & ex eo probari potest, quòd pauperi æquiparantur *Psal.* 9. ibi, *Derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor*; & viduæ, *Psal.* 67. *Turbabuntur à facie eius patris orphanorum, & iudicis viduarum*; & inter miserabiles personas numerantur *cap. super quibusdam, in fin. de verb. signif.*
35. Hoc tamen intelligendum est, † si pupillus, vel orphanus dives non sit, vt post alios monet Tiraq. *loc. cit.* idémque puto de vidua. De qua, sicut & de pupillo, quòd etiam priuilegio fori non gaudeant, tenent plerique, quos refert Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 66. *num.* 11. *ad fin.* & quoad viduam est optimus text. *in cap. ex tenore, & cap. ex parte B. de for. comp.* & licèt quoad hoc priuilegium fori miserabiles personæ dici possint, licèt sint diuites, vt alij multi voluerunt, quos sequitur Menoch *d. num.* 11. tamen ad hoc, vt quod eis relinquitur, pium legatum dicatur, & sit, omnino paupertas requiri debet, cùm diuites facilè suis necessitatibus ex propriis facultatibus possint occurrere. Quæ autem di-
36. cantur miserabiles personæ, † videndi sunt Iuristæ *d. l. vnica*, Canonistæ *in cap.* 1. 2. & 3. 87. *dist. cap. omnis etas*, 12. *quæst.* 1. *cap. significantibus, de deleg. c.* 3. *de postul. d. cap. ex tenore, & cap. ex parte B. de for. compet. cap. licèt, de consuet. & d. cap. super quibusdam, de verb. signif.* Menoch. *d. cas.* 66. & alij Doct ab eo alleg.

37. Relictum quoque pro anima † pium dicitur; vt ex text. *in §. si vnum, de pradictis, vers. occasionem autem, in auth. vt cùm de appell. cognosc.* in illis verbis, & ipsorum quoque animæ ex hac causa piissima subleuentur, glos. *l. si quis Titio*, & ibi Bart. *ff. de leg.* 2. & aliis plerisque docet Tiraq. in *d. præfat. col.* 6. *vers. item relictum pro anima*; quibus addo Molin. *tom.* 1. *de iust. & iur. tract.* 2. *disput.* 34. *in princ.* & Nauarr. *in tract. de reditib. Eccles. quæst.* 1. *monit.* 26. *num.* 3. qui etiam *num.* 4. idem dicit, si relictum
38. fiat consanguineo, vel amico pro anima: modò † is pauper sit; secus præsumitur id facere titulo consanguinitatis, vel amicitiæ; quod & pluribus aliis adstruit Menoch. *d. lib.* 4. *præs.* 115. *num.* 9. & 12. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *disput.* 4. *num.* 9. Tiraq. *d. col.* 6. *vers. quod adeò verum est, & col.* 7. At verò
39. *col.* 8. hoc temperat, † nisi aliàs legatum non valeret, vbi non præsumeretur relictum fauore piæ causæ, ex eo quod in simili voluerunt Bald. Fulg. &
Ias. *in l. si sibi decem, §. si pallium, ff. de pall.* Imol. & Raph. Cum. *in l. quod aiebat, ff. de verb. oblig.* aut is consanguineus, vel amicus, licèt satis bonorum habeat, vt possit viuere, non tamen secundum conditionem, & qualitatem suæ personæ; inter alios ex Bart. *d. l.* 1. *in* 2. *quæst. quæst. secunda princ.* & *ibi* Bald. *col.* 10. *vers. super quinta quæstione, C. de sacros. eccles.* eodem Bald. *in l. si quis ad declinandam, col.* 2. *vers. circa tertium*, per text. *ibi, C. de Episc. & Cler.*

Similiter relictum pro redemptione captiuo-
rum † pium est, vt constat ex *§. si quis autem, vers. si autem, auth. de Eccles. tit.* vbi redemptio captiuorum 40.
vocatur pium opus; sicut *in l. nulli, §.* 1. *in fin. C. de Episcop. & Cleric.* dicitur pium testatoris propositum, & *l. si quis ad declinandam, in princ.* ibi, pietatis intuitu, *C. eod. tit.* apertè probatur in hoc opere inesse pietatem; necnon ex *cap. aurum*, 12. *quæst.* 2. vbi D. Ambros. ait, pro alimonia pauperum, redemptione captiuorum, ampliatione templi, vel cœmeterij pie posse erogari vasa sacra: atque ex *l. si quis pro redemptione*, ibi, piissimam administrationem, *C. de donat. & d. §. si vnum ex praditis, auth. vt cùm de appell. cognosc.* ibi, ex causa piissima, & Doct. vbique, docet Tiraq. *in d. præfat. col.* 8. *vers. item relictum pro redemptione*: vbi hoc intelligit etiam in captiuis ex delicto, post glos. *in c. sacros*, 12. *quæst.* 2. Bald. *auth. similiter, C. ad leg. Falcid.* & alios; quod etiam probat Menoch. *d. præs.* 115. *num.* 13.

Item legatum alimentorum † est pium; vt tra- 41.
dit inter alios Tiraq. *in d. præfat. col.* 9. *vers. item legatum alimentorum*, ex text. *in l. Mela*, ibi, pietatis intuitu, *ff. de alimen. & cib. leg. & in l. sanctimus, de sacros. Eccl.* vbi causa redemptionis captiuorum, & causa alimentorum æquiparantur. *& in §. interdicimus*, ibi, egentium pabula, & alias pias causas; *auth. de Eccles. tit.* necnon ex glos. *l. si cui annuum, ff. de ann. leg.* Bart. *in l. alio, ff. de aliment. & cib. legat.* quibus addo inter recentiores Petr. Surd. *in suo luculentissimo tract. de aliment. tit.* 8. *priuil.* 1. *num.* 1. Menoch. *vbi suprà, num.* 14. & Nauarr. *d. monit.* 26. *num.* 4. qui optimè docet, huiusmodi legatum alimentorum non iudicari pium in foro exteriori, si relictum sit diuiti, etiamsi legans dicat aperte, se illud amore Dei, siue pro anima sua facere; ex glos. *in l. illud, C. de sacros. Eccles.* quod & pluribus comprobat Tiraq. *d. col.* 9. *vers. sed hoc intellige*, & Menoch. *vbi suprà, num.* 15. & Surd. *d. priuileg.* 1. *numer.* 3.

Et cùm † alimenta, & dos æquiparantur, vt ex 42.
glos. *in l. ob es, C. de prad. minor.* affirmat Tiraq. *d. præfat. col.* 10. *vers. Item cùm dos.* & ab alimentis iure arguatur ad dotem, vt latè ostendit Euerard. *in loco leg. à dot. ad aliment. per tot.* & Surd. *d. tract. de aliment. tit.* 9 *quæst.* 1. *num.* 1. 2. & 7. legatum quoque dotis, seu pro maritandis virginibus † dicetur pium; 43.
vt per text. *in l. cùm is, §. mulier*, ibi, pietatis causa, & *ibidem* Bald. Ang. & Florian. *ff. de condict. indeb.* Bart. *in l. si ego, in princ. ff. de iur. dot.* & alios plerosque docet Tiraq. *loc. cit.* vbi etiam post multos, quos allegat, id temperat, dummodo legatum dotis relictum sit pauperi; quod & inter recentiores tenet Nauarr. *d. num.* 4. & Menoch. *d. præs.* 115. *numer.* 16.

Pariter relictum pro sacra imagine facienda † 44.
est pium, cùm ad cultum diuinum pertineat; vt colligitur ex *cap. vlt. de testament. & cap. ex parte, il* 3. *de verb. signific.* & in his terminis trad. post alios Tiraq. *in d. præfat. tract. de priuil. pia caus. col.* 11. *vers. Item relictum pro imagine*, quem sequitur Menoch. *d. præs.* 115. *num.* 18. & 19.

Reli

45. Relictum quoque causa studij † potest dici pium, vt ex Bart. & cæteris *in l. 1. ad fin. ff. sol. matr.* ac pluribus aliis tradit Horat. Luc. *tract. de priuil. per tot.* & Oct. Simoncell. *tract. de decret. tit. 8. inspect. 15.* & ante eum Tiraq. *in d. præfat. col. 12. vers. item relictum causa studij.* quod ibidem intelligit in studio Theologiæ, ex Bald. *in repet. l. 1. col. 12. ff. de leg. 2.* & indubitatum in hoc studio, in cæteris esse magnam dubitationem, asserit Menoch. *d. lib. 4. præs. 115. num. 120.* Idem verò, quod in Theologia, pro qua est optimus text. *in cap. 1. cap. quia nonnullis, & cap. fin. de magistr.* necnon Conc. Trid. *sess. 5. cap. 1. in princ. de reformat.* dicendum puto etiam in studio sacrorum canonum, cum Nauarr. *d. monit. 26. numer. 3.* de quo est optimus text. *in cap. 2. de priuil. in 6.* vbi studium sacrorum canonum vocatur studium iuris diuini: necnon de relicto ad rudimenta fidei tradenda; iuxta superiùs adducta circa initium huius quæstionis, cùm ad animæ salutem, & opus misericordiæ spirituale docendi ignaros pertineat, de quo dicitur Dan. 12. *Qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Quinetiam idem statuendum est de relicto ad studium Grammaticæ in ordine, & quatenus dirigitur ad sacram Theologiam; vt sentit Nauarr. *d. numer. 3.* dum vult, piam causam esse, cùm quid relinquitur ad opera directa in opera misericordiæ: & satis etiam probatur ex *d. cap. 1. & cap. quia nonnullis, de magistr.* necnon ex Conc. Trid. *d. cap. 1. vers. Ecclesia verò*, ibi, saltem magistrum habeant ab Episcopo cum consilio Capituli eligendum; qui clericos, aliosque scholares pauperes Grammaticam gratis doceat, vt deinceps ad ipsa sacræ Scripturæ studia annuente Deo transire possint; iunctis iis verbis, ne pia hæc, vtilis, atque fructuosa prouisio quouis quæsito colore negligatur. colligiturque ex eodem Concilio *sess. 23. cap. 18. vers. vt verò, iuncto vers. quod si Cathedralium.*

46. Similiter legatum libertatis † pium est, vt colligitur ex *l. contra voluntatem*, ibi, iura, *C. de testamen. manumiss. & l. 1. §. sin autem*, ibi, qui primus ad hanc rationem pietatis peruenit. & pluribus comprobat Tiraq. *in d. præfat. col. mihi 17.* quem sequitur Menoch. *d. præsumpt. 115. num. 21.* in eo etiam quod idem Tiraq. post alios *ibid.* trad. *col. 18. vers. limita quod dictum est.* vt id verum sit quando legatum libertatis fit pro anima, vel amore, aliàs secus.

Legatum etiam pro constructione, ac refectione
47. pontium, & viarum, † pium censetur, vt plerique tenent, quos refert, & sequitur Tiraq. *in d. col. 18. vers. item legatum*, laudatus à Menoch. *d. præs. 115. num. 12.* quod tamen intelligerem cum Specul. *d. tit. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua vers. & scias, quòd inter*; à quo non dissentit Tiraq. *loc. cit.* quando nè cessitas immineat & ratio esse potest quæ in sequenti casu afferetur, nimirum de patriæ, seu propriæ ciuitatis fortificatione, hoc est, pro eius custodia, ædificatione, vel refectione murorum, & fossarum, ac cæterorum id genus; quod pium esse adstruit Menoch. *sup. num. 23.* post Tiraq. *in d. præfat. col. 19. vers. item legatum factum pro patria*, &c. qui hoc ipsum asserit ex Specul. *vbi sup.* id quoque intelligente, vbi necessitas immineat, atque ad hoc multa allegante, & ex Bald. *d. amb. similiter, C. ad l. Falcid.* ad hoc idem eum rationem adducente, quia ex his custodiuntur viduæ, orphani, & aliæ miserabiles personæ.

48. Quinimmo aliqui voluerunt, † pium esse quicquid fit ad publicam vtilitatem, vt Castrens. *consil.*

194. *lib. 2.* per text. *in l. ad instructiones, C. de sacrosanct. Eccl. & l. vnica, §. vlt. C. de caduc. tollend.* quem sequitur Tiraq. *d. col. 19. vers. item quicquid §. 1.* Menoch. *vbi supra num. 24.* & Horat. Luc. *d. priuil. 1. vers. moneo etiam.* Verum neque aliquid in dictis iuribus de pietate legitur; & *d. l. ad instructiones*, † quatenus 49.
vult, Ecclesias quoque, & pia loca ad instructionem pontium, & viarum teneri, cùm sit de rebus Ecclesiasticis, non ligat res, personáve Ecclesiasticas, *cap. benè quidem, 96. dist. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de consecr. cap. fin. de reb. Eccl. non alien.* necnon *cap. non minus, & cap. aduersus, de immun. Eccles.* idque ibi adnotarunt scribentes, & Doct. alibi sæpe; atque inter eos Iul. Clar. *lib. 4. sentent. recept. §. emphyteusis, quæst. 48. num. 6. & quæst. 48. per totum*, vbi de communi tractatur. Duo autem postrema iura mox cit. probant, Ecclesias & Ecclesiasticas personas, etiam vbi agatur de publica vtilitate, ac necessitate, & non suppetant laicorum facultates, non posse compelli ei necessitati occurrere, & consulere vtilitati, nisi ab Episcopo consulto Romano Pontifice; & contrarias constitutiones ac sententias laicorum nullas esse. nec video quomodo hæc publica vtilitas inferre possit, aut inducere pietatem, nisi eam fortè, quæ habetur erga patriam; de qua suprà initio huius quæstionis diximus, ad rem nostram non pertinere.

Potiùs verò pia causa est † legatum factum ad 50.
constructionem monumenti, vt post Bald. & Ang. *in l. hereditatem, §. si defuncto, ff. de petit. hered.* eundem Ang. *in l. 1. §. vlt.* Raph. & Castr. *ff. ad leg. Falc.* & alios, tenet Tiraq. *d. col. 19. vers. item legatum factum ad constructionem*, & Menoch. *de præsumpt. 115. num. 25.* quod est intelligendum vel cum Alex. *ibi*, si illud tendat ad ornatum Ecclesiæ, ad quod erit text. *d. cap. vlt. de testam. & cap. ex parte, il. 3. de verb. sign.* vel cum Imol. *d. §. vlt.* quatenus necessarium est ad ipsum monumentum conficiendum: pro quo, præter alia adducta sup. hac ipsa quæst. *concl. 2. circa initium*, optimè facit text. *in l. 1. §. interdictum, ff. de mort. inferend.* ibi, quia religionis interest monumenta extrui, & exornari; necnon *in cap. cum, 12. quæst. 2.* quod sumptum est ex D. Ambr. *lib. 2. de offic. cap. 28.* ibi, nemo potest indignari, quia humandis fidelium reliquiis spatia laxata sunt; nemo potest dolere, quia in sepulchris Christianorum requies defunctorum est. iunctis iis finalibus verbis; in huiusmodi, quos suprà dixi, vsus omnia arbitror piè posse conuerti.

Relictum etiam meretrici, vt ad frugem melio-
51. ris vitæ redeat, † dicitur pium, vt voluit Bald. *in l. Imperialis, in princ. col. 1.* argum. illius text. *C. de nupt.* & sequitur Bertach. *in tract. de Episc. lib. 4. part. 4. quæst. 31. vers. congruenter dicendum*, teste Tiraq. *in d. præfat. col. mihi 20. vers. item legatum factum meretrici*, relato pariter, & probato à Menoch. *d. præsumpt. 115. numer. 26.* vbi alios quoque allegat; & iuncto *num. seq.* distinguit tres casus: primum quando testator legauit meretrici, & concubinæ, cum quibus ipse consuetudinem non habuit; in quo ait habere locum opinionem prædictorum Doctorum: secundum cùm legauit propriæ concubinæ, quæ iamdiu sua esse desiit; & hoc idem putat dicendum ex Natt. *consil. 559. num. 6.* cùm tunc cesset omnis siniistra suspicio. Tertius est quando testator legauit propriæ concubinæ, quam tempore testamenti retinebat; & hoc, inquit, præsumitur legatum relictum non ob pietatem, sed illicitum eius amorem, post Lancell. Gall. *in comment. ad consuet. Alexand. verbo, maritus, num. 38. & 53.*

Similiter relictum pro incertis, & malè ablatis, † pium censendum est, ex Bald. *d. l. hereditas, §. si defuncto, ff. de petit. hered. in 1. lect.* & *ibi* Ang. & vtroque per not. *in Clem. 1. de privil.* & Florian. *in l. cum quidam, §. si dies, ff. de vsur.* quos refert, & sequitur Tiraq. *d. col. 20. vers. item relictum pro incertis*, & Menoch. supra *numer. 28.* addens Bertach. *d. 4. part. numer. 82. vers. item si fiat pro incertis.* Ratio autem esse potest, quia tunc dicitur relictum pro anima, vt colligitur ex *cap. cum sit, & cap. consulnis, de vsur. & cap. quamquam, eod. tit. in 6.* relictum autem pro anima est pium, vt suprà ex communi ostendimus. 52.

Legatum quoque factum ab infirmo pro oblatione, quam vult fieri in Ecclesia, † est pium, vt post Petr. Perus. *in tract. de Canon. Episc. cap. 30.* Host. *in summ. tit. de sepult. §. de quibus*, & Bertach. *d. part. 4. numer. 82. vers. item pro oblationibus.* & ratio esse potest, quam mox attulimus in casu præcedenti, quia hoc legatum est pro anima. qua ratione idem dicendum erit de relictis, quæ fiunt pro Missis, & anniuersariis celebrandis in suæ, vel aliorum animæ redemptionem; vt apertè sentiunt inter alios Molin. *d. disp. 134. tom. 1. de iust. & iur.* & Navarr. *d. monit. 26. num. 3.* & colligi potest ex *cap. vlt. de testam. & cap. ex parte, il 3. de verb. signif.* 53.

An verò legatum relictum ad satisfaciendum creditoribus † sit pium, non leuis difficultas est. Nam, quòd sit pium, tenuit quidam Vital. *in cap. Ioannes*, per illum text. quem refert Tiraq. *d. col. 20. versic. item relictum factum.* & suaderi videtur ex eo, quod paulo antè diximus de relicto pro incertis & malè ablatis; nam vtrumque relictum pro anima exoneranda videtur. Nihilominus contrarium verius puto, quod & sentire videtur ibidem Tiraq. omnino verò sentit Innoc. Hostien. Ioan. Andr. & Abb. *d. cap. Ioannes*, quod pro hac sententia optimè facit, dum distinguit pios vsus à debitorum satisfactione; quæ non ita directè ad exonerandam animam, eámque iuuandam pertinet, sicut restitutio incertorum, & malè ablatorum, quæ statim facienda est, neque aliam exceptionem, quàm extremæ paupertatis admittit, vt inter alios tenet Card. Tolet. *instr. sacerd. lib. 5. cap. 27.* post Sot. *lib. 4. de iust. & iur. quæst. 7. art. 4.* 54.

Reliquæ, si quæ sunt, piæ causæ, † peti possunt ex Perus. *d. cap. 10.* Bertach. *d. 4. part. quæst. 31.* Specul. *d. tit. de instr. edit, §. nunc verò aliqua, vers. & scias*, seu *num. 62.* atque *ibi* Ioan. Andr. *in addit. verbo, fallit*, cum seq. Bald. & Rom. *in auth. similiter, C. ad leg. Falc.* Rolandin. *tract. de testam. & vltim. volunt. num. 13.* Angel. de Gambellion. *tract. de testam. glos. 17. 94. & 95.* Ant. de Canar. *in tract. de insinuat. 2. part. princ. num. 12.* Redoan. *tract. de reb. Eccles. non alienand. rubr. 27.* Iuristis *in l. 1. & l. illud, C. de sacros. Eccles. & l. si quis Titio, ff. de legat. 2.* Canonistis *in rubr. cap. cum esses, & cap. relatum, il primo, de testam.* Atque ex his finis sit præsenti quæstioni. 55.

SVMMÆ RERVM.

56. *Vltimæ voluntates, seu dispositiones irreuocabiles tam inter viuos, quàm causa mortis iuri naturali contraria ipso iure nullæ sunt.*

57. *Ius naturale maximè omnium commune est.*

58. *Voluntas, quæ est contra bonos mores, non est seruanda; & num. seq.*

59. *Promissio ob turpem causam non obligat. sicut nec pactum de re turpi; num. 60.*

61. *Voluntas contra ius naturale etiam interueniente iuramento non obligat.*

62. *Vltimæ voluntates, seu dispositiones irreuocabiles sine inter viuos, sine causa mortis contraria iuri naturali regulariter commutari non possunt. & qualiter possint, num. 66.*

63. *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*

64. *Conditio contra ius naturale adiecta dispositioni licitæ resistitur, & ipsa dispositio sustinetur.*

65. *Vbi lex non loquitur, nec nos loqui debemus; & lex, ac quæuis dispositio limitata limitatum habet effectum.*

66. *Vltima voluntas contraria iuri naturali quomodo commutari posse dicatur; & num. seq.*

67. *Votum in materia voluntaria contra ius naturale nullum est, neque in eo est locus commutationi.*

68. *Vltimæ voluntates, seu dispositiones tam causa mortis, quam inter viuos naturali iuri conformes aliquando commutari possunt.*

69. *Mutari aliqua possunt, quæ sunt iuris naturalis, non autem omnia.*

70. *Variatio iuris naturalis in quo differat à variatione iuris positiui diuini, vel humani.*

71. *Præscriptio quomodo cùm sit inducta iure humano, deroget iuri naturali.*

72. *Innocens cur contra ius naturale damnari possit, si ex actis nocens probetur, & tradi in bello, aut se tradere ob bonum publicum.*

73. *Ius naturale, quo parentes alere filios tenentur, & filij parentes, quomodo limitari à iure humano possit.*

74. *Exheredare cur ex certis causis possit pater filium, & filius patrem contra ius naturale saltem secundarium.*

75. *Legitima filiorum an sit ausu in totum possit tolli.*

76. *Ecclesia quomodo priuare possit Paganos dominio, quod in conuersos ad fidem habebant.*

77. *Seruitus, quæ est contra ius naturale, quomodo humano iure gentium inducta sit; & in aliquibus casibus à iure humano positiuo; & duob. num. seqq.*

78. *Diuisio rerum, ac dominiorum quomodo iure gentium inducta sit contra ius naturale; & n. seq.*

79. *Iuris naturalis dupliciter aliquid esse dicitur, vel quia id lex natura iubet, aut vetat; vel quia permittat.*

80. *Mutari possunt per ius humanum ea, quæ sunt iuris naturalis permissiuis; & num. seq.*

81. *Serui quibus modis iure humano liberi fiant. & bona propria eorum fieri communia; num. 82.*

83. *Ius gentium, seu ius naturale secundarium aliqua saltem ex parte mutari potest. immo etiam ius naturale primarium; num 84.*

85. *Mutata materia vltima voluntatis conformi cum iure naturali; vel cùm ius naturale eam permittit dumtaxat: tunc ius naturale non impediet, quin ea vltimæ voluntas commutari possit. idemque vbi ius naturale fortiùs commutationem suadeat; num. 86.*

QVÆRO TERTIO; an commutari possint vltimæ voluntates contrariæ, vel conformes iuri naturali.

In

In hoc differuit hæc, & duæ, quas statim subiiciemus, quæstiones, à tertia, & duabus illam consequentibus quæstionibus præcedentis tertij cap. quòd in illis tribus diffeuimus, an ipsa commutatio vltimarum voluntatum sit contraria, vel conformis iuri naturali, aut diuino, vel humano positiuo; in his verò tribus quæst. an ipsæmet vltimæ voluntates, quæ contrariæ sunt, vel conformes alicui ex prædictis iuribus, commutari possint. & in præsenti quæst. videndum est quoad ius naturale. Et de contrariis huic iuri afferri potest exemplum in promissione homicidij, vel adulterij, aut pecuniæ ad illud committendum: de conformibus eidem iuri, exemplum sit in relicto, vt quis patrem suum redimat ab hostibus, aut cùm pater relinquit, vel promittit filio necessaria alimenta.

PRIMA CONCLVSIO. Vltimæ voluntates, seu dispositiones irreuocabiles tam inter vi-
56. uos, quàm in morte, iuri naturali contrariæ †ipso iure nullæ sunt; & commutari regulariter non possunt. Prior pars concl. quòd nullæ sint, probatur primò, quia iura naturalia sunt per se immutabilia, §. *sed naturalia, Instit. de iur. nat. gen. & ciuil.* cum aliis ad id per nos adductis suprà *cap.* 3. *quæst.* 1. *concl.* 1. *in initio.* vnde, cùm non potuerit disponens naturali iure derogare, ad illud redeundum est; cùm præsertim facilis sit reditus ad ius commune, vt infrà hoc ipso cap. *quæst.* 3. *concl.* 1. latiùs ostendemus. Ius au-
57. tem naturale † maximè omnium commune est, cùm vel commune sit etiam animantibus, si pro iure naturali secundùm Iurisconsultos sumatur; aut saltem omnibus, vel ferè omnibus hominibus, si secundùm Canonistas, & Theologos, vel pro iure gentium iuxta omnes accipiatur: vt patet ex iis, quæ suprà *d. cap.* 3. *in princ.* adduximus. Probatur secundò ex iuribus,
58. in quibus habetur, † voluntatem illam, quæ est contra bonos mores, non esse seruandam: prout quoad dispositiones, ac voluntates inter viuos, satis liquet ex *l. conuenire*, §. 1. *ff. de pact. dot. & l. contractus quidam, ff. de reg. iur.* vbi non valere dicitur pactum, quòd dolus futurus non præstetur, & *in l. iuris gentium*, §. *& generaliter, ff. de pact.* vbi Vlpian. I. C. ait, quòd, si stipulatio de his interposita sit, super quibus paciscì non licet, seruanda non est, sed omnino re-
59. scindenda; facit etiam, quòd † promissio ob turpem causam non obligat, *l. ea, quæ, C. de donat. ante nupt. l. si ob turpem causam, ff. de condict. ob turp. caus. l.* 1. *& l. mercalem, C. eod. tit.* immo plerumque solutum repeti potest, & toto ferè tit. *ff. & C. eod. tit.* & quoad dispositiones, seu voluntates siue inter viuos, siue causa mortis, expressè dicit Paulus I. C. *in l. conditiones, la* 1. *ff. de condit. instit.* Conditiones, quæ contra bonos mores inseruntur, remittendæ sunt: veluti, si ab hostibus patrem suum non redemerit; vbi glos. recepta, *verbo, redemit*, ad quod, ait, naturaliter filius tenetur. & *l. conditiones, la* 2. *ff. eod. tit.* Martianus I. C. respondit, conditiones contra bonos mores pro non scriptis haberi: & Papinianus *in l. filius, ff. eod.* quæ facta, inquit, lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & (vt generaliter dixerim,) contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum est; *& l. pacta, quæ, C. de pact.* ibi, pacta, quæ contra bonos mores fiunt, (ait Antonin. Imper.) nullam vim habere indubitati iuris est.

necnon Imper. Iustin. *in §. vlt. Inst. de legat.* cùm a legatis etiam pœnæ nomine rullis dictis adimplendis inter alia excepisset; quæ pro brosa sunt, subdit; huiusmodi enim testatorum dispositiones valere, secta meorum temporum non patitur; & *in l. alia*, §. 1. *ff. soluto matrim.* habetur, pactum, quo derogatur retentiæ ab vxoribus maritis debitæ, tamquam contra bonos mores, non esse seruandum. Idem probant pleraque alia iura, in quibus cauetur, † pactum de 60.
re turpi nullam inducere obligationem, vt *in l. volumi, & l. generaliter, ff. de verb. oblig.* §. *quod turpi, Instit. de inutil. stipul. cap. fin. de pact.* quoad legata, *l. turpia, & l. siquis inquilinos*, §. *pen. ff. de leg.* 1. *& cap.* 1. *& fin. de condit. apposit.* Quod ad matrimonium, quod ibi vltimis voluntatibus in hoc æquatur, ad idem optimus textus *in l. siquis inquilinos*, §. *fin. ff. de leg.* 1. *cap.* 1. ac ferè per tot. 22. *quæst.* 4. *cap. quanto*, & alibi passim, *de iureiur.* quæ iura omnia † loquuntur 61.
in pacto contra ius naturale, etiam interueniente iuramento, vt facilè cuique patebit ea expendenti. ad quod etiam facit text. *cap. non est obligatorium, de regul. iur. in* 6. vbi dicitur; non esse obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum, mores, inquam, naturales, vt omnes Doctor. intelligunt. Verùm hæc iura, cùm etiam ad ius diuinum positiuum de iuramenti iustitia pertineant, ponderabimus quæst. sequent. Posterior autem pars huius conclusionis, quòd nimirum † prædictæ dispositiones 62.
iuri naturali contrariæ non possint regulariter commutari, probatur tum ex illo axiomate communi, tum Philosophis moralibus, tum etiam Iurisconsultis, quòd † actus agentium non ope- 63.
rantur vltra intentionem eorum, *l. non omnis, ff. si cert. petat. cap. fin. de prabend.* cum similibus. tum quia, si fiat talis dispositio per modum conditionis, † ea conditio reiicitur, & 64.
in reliquis seruatur dispositio, vt patet ex *d. l. conditiones, la* 2. vbi, cum I. C. dixisset conditiones, quæ contra bonos mores sunt, pro non scriptis haberi, subdit; & perinde, ac si conditio hereditati, siue legato adiecta non esset, capitur hereditas, legatumve: quod etiam constat ex *l. sed neque*, §. 1. *ff. de vsu, & habit. l. non dubitamus, ff. de condit. & demonstr. l. quidam, ff. de condit. instit. l. reprehendenda, C. de instit. & substit. d. cap.* 1. *& fin. de condit. apposit.* Si verò talis dispositio principalis sit contra ius naturale, ea nulla est, vt patet ex cæteris iuribus superiùs cit. cum suis concord. ibid. per glos. allegat. neque iura vlteriùs progrediuntur, expressè, aut tacitè permittendo, vel præcipiendo, vt huiusmodi conditiones ac dispositiones iuri naturali contrariæ commutentur. Vbi autem lex non loquitur, † nec nos loqui debemus, §. 65.
optimè, in auth. de non elig. secund. nub. collat. 1. *& l. & siquis*, §. *diuus Marcus, ff. de relig. & sumpt. funer.* & lex ac quæuis dispositio limitata limitatum habet effectum, *l. age cum Geminiano, C. de transact.* cum aliis ad id adductis à Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancell.* §. 5. *prooem. num.* 6. & Felin. *in c. cùm ordinem, num.* 4. 5. *& 6. de rescript.* Dixi autem in concluf. *regulariter*; quia † saltem aliquo modo commu- 66.
tatio locum haberet, vbi aliquid dispositum, vel in conditione positum esset etiam negatiuè contra præceptum naturale affirmatiuum in materia necessaria; prout in casu *d. l. conditiones, la* 1. vbi agitur de illa conditione

in extranei inſtitutione interpoſita, ne patrem ſuum ab hoſtibus redimat, aut parentibus ſuis alimenta præſtet. cum enim ad hæc iure naturæ teneatur filius, dum reiici vult prædictam conditionem, ſimul etiam ſaltem tacitè mandat lex, & à ſuperiore decernendum eſt, vt redimat patrem, atque alimenta præſtet; quæ eſt quædam conditionis commutatio. magis autem propriè locum haberet, cùm illud, quod diſponitur, vel in conditione ponitur contra præceptum naturale affirmatiuum in materia neceſſaria, eſſet ipſum etiam quid affirmatiuum, ſeu poſitiuum; vt in caſu *l. quidam teſtamento, ff. de condit. inſtit.* vbi, cum quis heredem inſtituiſſet ſub ea conditione, ſi teſtatoris reliquias in mare abiiciat, Modeſtinus reſpondit: Laudandus eſt magis, quàm accuſandus heres, qui reliquias teſtatoris non in mare ſecundum ipſius voluntatem abiecit, ſed memoriæ humanæ conditionis, ſepulturæ tradidit; permittitur enim *ibi* heredi commutatio voluntatis poſitiuæ, & iniquæ teſtatoris in hac re neceſſariæ, contra illud naturale præceptum, ne corpus inhumatum remaneat; & quidem poſitiuum, vt terræ, ac ſepulturæ tradatur, quod humanæ naturæ quodammodo naturaliter debeſi, ibidem innitur, & colligitur ex *l. ſcriptum heres, l. & ſi quis, §. interdum, l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. funer. & cap. aurum, 12. quæſt. 2.* In aliis autem caſibus etiam cùm ſumus in materia neceſſaria conditiones, vel diſpoſitiones iuri naturali contrariæ commutari propriè non dicuntur: verùm eatenus ſolùm dicatur commutari vltima voluntas, quatenus ea ſeruanda non eſt: ſic etiam de voto in materia voluntaria tradunt Doct.

67. communiter, quòd, † ſi vouerat quis aliquid contra ius naturale, nullum eſt votum ipſum, neque eſt locus commutationi; vt ſatis etiam colligitur ex *cap. in malis, 22. quæſt. 4.* vbi dicitur: in malis promiſſis reſcinde fidem; in turpi voto muta decretum; quod incautè vouiſti, ne facias; impia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur; id quod ſeq. quæſt. attingemus. & pluribus oſtendunt, quotquot de votorum commutatione ex propoſito agunt. Negandum tamen non eſt, quin poſſit in quocumque caſu fieri commutatio conditionis, vel diſpoſitionis contrariæ iuri naturali ad inſtantiam, vel ſaltem ex conſenſu illius, qui diſpoſuit, ſeu eius heredis. ad quod eſt optimus text. *in l. legatum, ff. de vſu & vſufruct. leg.* intelligendo quòd illa ſpectacula ibi legata continerent aliquid contrarium iuri naturali, vtputa aliquid turpe, & contra bonos mores, vel vnde mortis periculum imminet: quam ob cauſam agitationes taurorum meritò à fel. record. Pio V. conſtitutione ea de re edita vetitæ fuerunt: quæ autem in contrarium adducta ſunt pro regula, vt nequeat fieri commutatio, ſolùm probant, eam fieri non poſſe à ſuperiore ex officio & partibus innitis.

SECVNDA CONCLVSIO. Vltimæ voluntates ſeu diſpoſitiones tam inter viuos, quàm

68. in morte, quæ conformes ſunt iuri naturali, † commutari aliquando poſſunt. Huius concl. confirmatio ex eiuſdem explicatione facile patebit. Sciendum igitur eſt ex Ariſt. *lib. 5. Ethic. cap. 7.* S. Thom. 1. 2. *quæſt. 94. art. 5. & quæſt. 100. artic. 8.* necnon 2. 2. *quæſt. 57. artic. 2.* Molin. *de inſt. & iur. tom. 1. tract. 1. diſput. 4. verſ. dubium tamen eſt*, & fuſiùs Suarez *de legibus cap. 13. 14. & 15.* Ioan. Azor *Inſtit. moral. part. 1. lib. 6. cap. 1. quæſt. 2. vſque ad 5.* & Gregor. de Valent. *tom. 2. diſput. 7. quæſt. 4. punct. 5. & 6.* ea, quæ ſunt iuris naturalis, † poſſe interdum mutari, non tamen omnia, ſed aliqua: nam, ſicut inter res naturales quædam ſunt neceſſariæ omnino, quæ variationem non recipiunt, vt ignis, qui ſemper eſt calidus, & homo ſemper rationalis; quædam ſic ſua natura tales ſunt, vt aliquando poſſint aliter ſe habere, ſicut, licèt manus dextera naturaliter ſit fortior, quàm ſiniſtra, aliquando tamen hæc fortior eſt, quàm illa: ita in moralibus quædam ſunt de iure naturali, vt nequeant non eſſe: euiuſmodi ſunt præcepta Decalogi eo modo, quo præcipiuntur; in quæ hic ſpectata nulla cadit diſpenſatio, vt poſt S. Thom. *d. artic.* 5. probat late *ibidem* Molin. Suarez *d. cap. 15. numer. 16.* Azor *d. cap. 1. quæſt. 3. verſ. 5. opinio*, & Valent. *d. punct. 4. verſ. tertia ſententia.* Alia verò ſunt ita de iure naturali, vt interdum poſſint deficere, neque tunc ſunt de iure naturali: hac ratione, licèt reddere depoſitum ſit de iure naturali; ſi tamen dominus enſis depoſiti fiat furioſus, ob idque periculum ſit, ne ſe, aliúmve interficiat, de iure naturali erit, ne enſis depoſitus, dum periculum durat, ei reſtituatur. quod etiam exemplum affert S. Thom. *d. artic.* 5. & poſt eum Suarez *d. cap. 14. numer. 5. 6. & 8.* Differt autem † 70. variatio iuris naturalis à variatione iuris poſitiui ſiue diuini, ſiue humani, quòd hæc euenire poteſt non ſolùm facta variatione ex parte obiecti, ſi deſinat eſſe bonum, & vtile, quod antea tale erat; ſed etiam ex parte ipſius legis, ex voluntate legislatoris eam abrogantis, vel in ea diſpenſantis; variatio autem eorum, quæ ſunt iuris naturalis, non euenit ob mutationem ipſius iuris naturalis, ſed propter aduentum circumſtantiæ, quæ extrahit obiectum à numero eorum, quæ ius illud comprehendebat, quæ quidem circumſtantia ob bonum commune Reip. apponi poteſt iuri naturali à iure humano poſitiuo, vt tradit Molin. *d. diſput. 4. verſ. primum eſt*, Ioan. Azor *d. quæſt. 2. verſ. nec obiecta*, Suarez *d. cap. 14. numer. 12.* ſentitque etiam inter alios Couar. *in relect. regula peccatum, 2. part. §. 11. numer. 3.* & aliquot ſeqq. & communiter aſſerunt exemplum de præſcriptione, † qua ei, qui bona fide aliquid alie- 71.
num poſſedit toto tempore ei dato ad præſcribendum, fas eſt tranſacto eo tempore illud retinere, licèt tunc ſciat, fuiſſe alienum; vt in vtroque iure ciuili, & Canonico toto ferè tit. *de præſcript.* quod tamen, ſecluſa lege præſcriptionis, eſſet contra ius naturale, dictans, alienum retineri non poſſe inuito domino; huic enim iuri nihil præiudicat, aut derogat lex præſcriptionis, cùm non efficiat, vt inuito domino liceat retinere alienum, dum perſiſtit alienum, ſed Princeps à iure naturali habens poteſtatem ſpoliandi ſubditos dominio rerum ſuarum, illúdque in alios transferendi, quando id communi bono Reipublicæ viderit expedire; eo ipſo, quòd ad reſcindendas lites, & quaſi in pœnam negligentiæ propriorum dominorum, ne id in poſterum publicam tranquillitatem turbaret, legem iuſtam præſcriptionis condidit, appoſuit circumſtantiam ex parte obiecti;

qua

qua id, quod ſecluſa ea lege eſſet alienum, ac proinde eius retentio eſſet contra ius naturale, ſtante ea lege neque alienum ſit, neque eius retentio iuri naturali aduerſetur. Hinc etiam patet,
71. quomodo † innocens damnari poſſit contra ius naturale, ſi ex actis, & allegatis probetur nocens; vt inter alios pluribus oſtendit Couar. *lib. 2. var. reſol. cap. 1.* & Valent. *tom. 3. diſput. 5. quæſt. 11. punct. 2.* poſt S. Thom. *2. 2. quæſt. 64. art. 6.* nam, vt optimè ait idem Azor *d. verſ. nec obiecta*, hoc ideo eſt, non quia ius naturale iure ciuili tollatur; ſed quia ob commune bonum in iudicio procedere oporteat ex publicis hominum teſtimoniis, & dictis, non ex priuata iudicis ſcientia; alioqui enim ius ſingulorum hominum affectibus obiectum poſſet partim, & facilè peruerti; fierique poteſt, vt totus populus petat condemnationem, & magnopere offendatur, niſi pro criminis denuntiatione, & probatione, pronuntiata ſententia aliquis innocens damnatur: ſicut & poteſt in bello propter bonum publicum tradi innocens, & ipſe ſe tradere; vt inter alios probat Valent. *d. diſput. 5. quæſt. 8. punct. 2. quæſit. 4.* & pluribus relatis tradit Gregor. Sayr. *in clau. Reg. lib. 7. cap. 12. ex num. 4.* quicquid in contrarium hac in re voluerit Couar. *d. §. 11. num. 3.* dum negat, in vllo caſu ſpeciali licere innocentem occidere, & id aſſerentes per nimiam licentiam dementiæ damnat. Patet etiam, quo-
73. modo † ius naturale, quo tenentur filij parentes, & parentes filios alere, vt patet ex *cap. ius naturale, diſt. 1. l. 1. §. ius naturale, ff. de iuſt. & iur. & Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. in princ.* nec non ex *l. conditiones, la 1. ff. de condit. inſtit. l. necare, & l. ſiquis à liberis, in princ. §. ſi vel parens, §. ſi impubes, & §. parens, ff. de lib. agnoſc.* tamen iuſtè potuit lex id limitare quoad filios, ſi aliunde ſe poſſint ſuſtentare, vt ſatis colligitur ex *d. l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filium*; vel ob atrocem iniuriam patri illatam, *d. l. ſi quis à liberis, §. idem iudex*: qua ex cauſa, & aliis tredecim, † poteſt pater filium de iure exheredare,
74. *§. aliud quoque, auth. vt cùm de appellat. cognoſc. collat. 8.* ſicut etiam ex octo cauſis poteſt filius in propriis bonis, de quibus valet teſtari, patrem ſuum exheredare, *§. iuſtum autem, auth. eod. tit.* cùm tamen ſucceſſio filiorum parentibus ſit de iure naturali ſaltem ſecundario, hoc eſt, iure gentium, vt elici videtur ex *l. ſcripto, §. non ſic, ff. vnde liber.* ibi, parentes ad bona liberorum ratio miſerationis admittit, liberos naturæ ſimul commune votum; ſentitque expreſsè gloſ. *d. cap. ius naturale, verbo, ſucceſſio*, & alij plerique relati, ac probati à Craſſ. *tract. de ſucceſſ. §. 1. num. 4.* & legitima aſcendentium liberis iure naturæ debeatur, vt patet ex *cap. ſi pater*, quod eſt 1. *de teſtam. in 6.* & ex *l. cum ratio, in princ. ff. de bon. damnat.* & communi reſoluit Craſſ. *d. tract. de ſucceſſ. §. legitima, quæſt. 2.* qui etiam *quæſt.*
75. *42. num. 2.* quamplurimos refert tenentes † poſſe à ſtatuto in totum legitimam tolli ſaltem ex cauſa. *num.* autem *3. & 4.* multos, quos ipſe ſequitur volentes, poſſe, dummodo relinquatur filiæ dos, & filio alimenta, niſi hæc aliunde habeat; vel ex cauſa, ob quam alimenta de-
76. negari poſſunt. Patet præterea, quomodo † Eccleſia habeat ius, & poteſtatem priuandi paganos omni imperio, iure, & dominio, quod habent in eos, qui ſe per Baptiſmum Chriſto tradiderunt; vt probat S. Thom. *2. 2. quæſt. 10. art. 10.* nam, vt bene monet Azor *in d. verſ. nec obiecta, in fin.* hoc eſt, in rem, & bonum fidei, & religionis Chriſtianæ; & proinde ratio ipſa naturalis præſcribit, vt commune bonum priuato anteponatur: Eccleſia namque diu, & ſæpiùs experta, Chriſtianos Paganorum ſeruos multa, & magna pericula non ſolùm corporis, ſed animæ incurrere, cùm facilè cogantur à fide, ac religione deficere, aut alia crimina perpetrare, eos iure poteſt in libertatem aſſerere. Similiter ex prædictis patet, quomodo † 77.
ex hominibus, qui naturali iure liberi omnes naſcuntur, *d. cap. ius naturale, diſt. 1. l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iur. l. 4. ff. de ſtatu homin. §. ius autem gentium, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. & §. ſeruitus, Inſtit. de iur. perſon.* in quibus etiam tribus iuribus dicitur, ſeruitutem eſſe contrariam iuri naturali, vel contra naturam; aliqui ſerui fiunt ex iure gentium, quod eſt quoddam ius humanum, vt *in cit. iur. & cap. ius gentium, diſt. 1.* immo etiam iure Canonico raptor puellæ fiat ſeruus eius parentum, niſi velit ſe redimere, *cap. de raptoribus, 36. quæſt. 1. & in cap. ad liberandum, & cap. ita quorundam, de Iudæ.* deferentes Saracenis arma, vel alia neceſſaria ad Chriſtianos oppugnandos ſerui fiunt
78. capientium: ac pariter, quomodo, cùm iure naturali omnia ſint communia, *d. cap. ius naturale, & cap. quo iure, diſt. 8.* tamen † iure gentium introducta ſit rerum, ac dominiorum diuiſio, *d. cap. ius gentium, diſt. 1. & l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur.* Nam vtrumque inductum eſt ex neceſſitate ob peccatum, prout de ſeruitute ſatis apertè dicitur *in d. §. ius autem gentium*; & de rerum diuiſione *in cap. dilectiſſimis, 12. quæſt. 1.* vt nimirum, quod ad diuiſionem ſpectat, & res melius adminiſtrarentur, cùm ex peccato homines ignorantiam rerum contraxerint; omnis enim malus ignorans. vt agnouit etiam Ariſt. & quoad fieri poſſet, lites, & contentiones tollerentur, páxque inter homines ſeruaretur; quæ ſanè, ſi omnia omnibus vniuerſim eſſent communia, nulla ratione ſeruari poſſet. quod verò ad ſeruitutem attinet, commiſſa culpa per aliquos populos, ortóque bello iuſto, quo fas fuit eos interficere, non ſolùm iure gentium ſeruitus eſt licita, miniméque contra ius naturale, eo ipſo, quòd ex parte obiecti ea circumſtantia licitæ eorum interfectionis reſultauit: ſed etiam auctoritate propria cuiuſque populi, aut Principis, qui ius ſimile ad interficiendum haberet, poteſt licitè introduci, commutando mortem iis, qui illa digni erant, in perpetuam eorum ſeruitutem: dicti enim ſunt ſerui, à ſeruando, quia à morte ſeruati; vt habetur *d. l. 4. ff. de ſtat. homin. & §. ſerui, Inſtit. de iur. perſon.* Accedit, quòd † dupliciter 79.
aliquid dicitur eſſe iuris naturalis; vno modo id, quod fieri lex naturæ iubet, vel prohibet; altero modo id, quod lege naturæ permittitur, ſeu conceditur, non tamen imperatur, aut vetatur; vt optimè annotarunt inter alios Molin. *d. diſput. 4. verſ. ſecundum eſt*, Ioan. Azor *d. verſ. nec obiecta, ad fin.* & Suarez *dicto cap. 14. num. 14. vſque ad 18.* quæ diſtinctio optimè probatur *in l. legis virtus, ff. de legibus, & in cap. omnis autem lex*, quod eſt fin. *diſt. 3.* hoc poſtremo modo, inquit optimè Azor loco mox cit. ſentítque Suarez *d. num. 14. & 18.* Molin. *d. verſ. ſecundum*, & Valent. *tom. 2. diſput. 7. quæſt. 4. punct. 5 in princ.*

Digitized by Google

iure naturali homines nascuntur liberi, non serui, & omnia sunt communia, non quidem quòd ratio naturalis imperet, vt omnes homines sint liberi, vel vt omnia sint communia; sed quòd nullus nascatur natura seruus, neç ius naturale fecerit res alicuius propriας. & ea, quæ ad ius naturale hoc
80. modo pertinent, † possunt iure humano mutari, quo sunt inductæ seruitutes, & rerum dominia
81. constituta; sed & rursus eodem iure humano, † serui liberi fieri possunt vel per manumissionem, & dicuntur liberti, *d. l. manumissiones*, cum simil. vel generatim in certis casibus per ius commune; prout Ecclesia statuit vt seruus Iudæorum cùm fuerit factus Christianus, statim à seruitute liberetur nullo pretio dato, si fuerit vernaculus, idest, in seruitute natus; & similiter si infidelis existens fuerit emptus ad seruitium: si autem fuerit emptus ad mercationem, tenetur eum infra tres menses exponere ad vendendum, vt constat ex *cap. fraternitatem, cum trib. seqq.* 54. *dist.* & adnotauit inter Theo-
82. logos S. Thomas 2.2. *quæst.* 10. *art.* 10. & propria † iterum communia fieri possunt; vt cùm inter religiosos capaces bonorum in communi, necnon in Collegiis Clericorum secularium, & Vniuersitatibus, sed diuersa ratione, bona possidentur in communi; & in extrema necessitate omnia communia sunt, vt colligitur ex *l.* 2. §. *cùm in eadem, ff. ad leg. Rhod. de iact. & cap. sicut ij.* 47. *dist.* tenétque S. Th. 2.2. *quæst.* 32. *art.* 7. *& quæst.* 66. *art.* 7. Scot. Rich. & alij Scholastici *in* 4. *sent. dist.* 15. quorum opinio communis est, vt fatetur etiam Nauar. *in man. conf. cap.* 17. *num.* 61. licèt ipse contendat, non esse tunc
83. communia, sed communicanda. Et sic habemus, † etiam ius gentium, licèt aliquo modo sit naturale, posse saltem ex parte immutari. De ipso verò iure naturali primæuo, cùm aliqua sint circa pacta, conuentiones, & obligationes quæ per humanas voluntates introducuntur, vt sunt leges de seruandis votis, & promissionibus humanis siue simplicibus, siue iuramento firmatis: quoad ea, quibus adiunctum simul etiam est ius diuinum positiuum, cuiusmodi est votum, iuramentum, & matrimo-
84. nium, agemus in sequenti quæst. De reliquis † breuiter dicimus, ea faciliùs mutari, cùm pendeant ab humana voluntate mutabili: vnde, si mutetur eius materia, statim cessat obligatio iuris naturalis fundata super eo actu humanæ voluntatis; vt satis probat inter alios Suarez *d. disp.* 14. *num.* 7. *&* 11. quod nos latiùs explicabimus in seq. quæst. cùm de voto, iuramento, & matrimonio disseremus. De illa verò aliquali mutatione iuris naturalis, quæ fit per benignam interpretationem; quam vocant Epicaiam, quoniam communis etiam est iuri diuino, & humano positiuo, aliquid dicemus infrà hoc ipso cap. *quæst.* 5. Interim pro complemento præsentis concl. ex prædictis colligi po-
85. test, † quòd, vbicumque mutatur illa vltimæ voluntatis materia, seu obiectum, quod conforme est iuri naturali, quia iam damnatum est, quod priùs vtile erat; vel eidem materiæ apponitur aliqua circumstantia, per quam definit esse de iure naturali, quod priùs erat, vel aliquid permittitur tantùm, non autem præcipitur, aut vetatur à iure naturali: tunc ius ipsum naturale nequaquam impediet, seu obstabit, quin talis vltima voluntas commutari
86. possit. quod idem dicendum erit, † vbi etiam persistente illo iure naturali in re dispositа per vltimam voluntatem aliud ius naturale fortius, & potentius concurrat, quod suadeat illius dispositionis commutationẽ, quàm illud, quod commutationem dissuadet; iuxta 12, quod de præferendo fauore, & causa potentiori adduximus cap. præcedenti quæst. vlt. a d fin.

Svmmæ Rervm.

87. *Ius positiuum, prout à naturali distinguitur; & ipsum naturale, quid sit.*
88. *Ius diuinum aliud naturale, aliud merè positiuum.*
89. *Vltima voluntates diuino iuri contraria ipso iure nulle sunt; cum aliquot num. seqq.*
90. *Iuramentum de reillicita non est obseruandum, sicut etiam tale votum non obligat; num.* 91. *idem in promissione de scelere, quod est contra ius naturale, & diuinum etiam positiuum; num.* 92.
93. *Vltima voluntates contraria iuri diuino regulariter non commutantur, nisi aduersentur iuri diuino solùm ratione personæ disponentis; num.* 94. *& seq.*
95. *Episcoporum residentia an sit de iure diuino.*
96. *Vltima voluntates, quæ postea incipiunt esse iuri diuino contraria quomodo commutande.*
97. *Vltima voluntates contraria iuri diuino commutari possunt ad instantiam disponentis, eiusue heredis, vel eodem consentiente.*
98. *Vltima voluntates conformes iuri diuino positiuo regulariter commutari non possunt.*
99. *Iuri diuino positiuo regulariter nemo derogare potest, nisi per potestatem supernaturalem & spiritualem ei à legislatore concessam; & aliquot seqq.*
100. *Episcopi in locum Apostolorum successerunt. dependenter tamen quoad potestatem iurisdictionis à Papa; num.* 101.
102. *Episcopi, & alij Prælati inferiores derogare regulariter non possunt iuri diuino positiuo. & quid in Papa; num.* 103. *& multis seqq.*
104. *Vltima voluntates iuri diuino positiuo conformes aliquando commutari possunt; cum aliquot seqq.*
105. *Papa potest in aliquibus casibus iuri diuino positiuo derogare. & in his regula traditur; num.* 106. *quæ confirmatur Scripturæ testimonijs; num* 107. *ac nonnullis exemplis, plerisque num. seqq.*
108. *Matrimonium spirituale inter Episcopum & suam Ecclesiam dissolui potest per Papam, licèt indissolubile videatur iure diuino positiuo.*
109. *Episcopatus est de iure diuino positiuo.*
110. *Episcopus iure diuino solus est minister sacramenti Confirmationis; quam tamen ex commissione Papæ ministrare potest simplex sacerdos.*
111. *Matrimonium ratum licèt indissolubile sit iure diuino positiuo, dissolui tamen potest, si non sit consummatum, ex maxima causa per Romanum Pontificem.*
112. *Papa dispensat in voto solemni Religionis. item in residentia Episcoporum ex certis causis, licèt sit de iure diuino; num.* 113. *& in integritate consecrationis Eucharistiæ, ac sacrificij Missæ sub vtraque specie; quamuis hæc pariter integritas sit de iure diuino; num.* 114.

115. *Papa*

115. *Papa dispensat in voto, & iuramento; quæ tamen iure diuino, & naturali obligant. immo etiam Episcopus, & alij habentes iurisdictionem Episcopalem; num.* 116.

117. *Votum, & iuramentum multis in rebus relaxatur; & quæ illa sint. de re verò illicita non eget relaxatione; sicut etiam cum est de re impediente. maius bonum; num.* 118.

119. *Iuramenti relaxatio quando sit reseruata Papæ, permissa Episcopo.*

120. *Vota reseruata summo Pontifici quæ sint, & quæ nō.*

121. *Dispensare potest Pontifex in matrimonio rato, & Episcopus etiam in voto & iuramento, quia, licèt hæc sint iuris diuini, & naturalis, sunt tamen actus humanæ voluntatis.*

122. *Ius diuinum, & naturale non semper repugnat commutationi vltimarum voluntatum, quæ eidem iuri conformes sunt; & quando id contingat.*

QVÆRO nunc QVARTO, an vltimæ voluntates contrariæ, vel conformes iuri diuino positiuo commutari possint.

Quamuis ius positiuum, prout à naturali distinguitur, illud sit, † quod antequam lex lata esset, nihil referebat, sic, an aliter se haberet, post- 87. quam lata lege positum est, refert: seu, quod non est ex natura obiecti, seu materiæ, malum, aut bonum; sed quia à lege prohibitum, aut præceptum: sicut naturale est illud, quod vbique eandem vim habet, & non quia videtur, aut non videtur; ideſt, cuius obligatio oritur ex natura rei, de qua est præceptum, & non ex arbitrio præcipientis: vt post Arist. *lib. 5. Ethic. cap. 7.* tradit; & latiùs inter alios explicat S. Thom. *2. 2. quæst. 57. art. 2.* & Molin. *d. tom. 1. de iust. & iur. disp. 3. in fin. & disp. 4. in* 88. *princ.* Tamen, cùm etiam ipsum ius diuinum † aliud sit naturale, quia aliquid præcipit, quod est bonum, aut prohibet, quia malum; aliud metè positiuum, quod prohibendo facit aliquid esse malum, & præcipiendo esse bonum: atque, vt ait ipsemet D. Thom. *d. art. 2. in fin.* quem Molin. *d. disp. 4.* & alij passim sequuntur, in lege diuina quædam præcepta sint, quia bona; & prohibita, quia mala: quædam verò bona sint, quia præcepta; & mala, quia prohibita: commodè accidit, vt de aliquibus præceptis naturalibus, quæ simul etiam in diuina lege habentur; cuiusmodi est votum, iuramentum, & matrimonij inseparabilitas, hoc loco, quod ad commutationem attinet, tractemus, quò videamus, an, & quomodo vis diuinæ legis etiam in præceptis iuris naturalis vltimarum voluntatum commutationi resistat. quæ quidem omnia nonnullis propositis conclusionibus, qua fieri breuitate poterit, absoluemus.

PRIMA CONCLVSIO. Vltimæ voluntates iuri diuino contrariæ † ipso iure nullæ sunt; 89. & regulariter commutari non possunt. Prior pars conclusionis probatur ex *l. si quis inquilinos, §. fin. ff. de leg. 1.* vbi Martianus I. C. ait, Diuos Seuerum, & Antoninum rescripsisse, iusiurandum contra vim legum, & auctoritatem iuris in testamento scriptum nullius esse momenti. necnon ex *cap. 1. cap. vnusquisque, cap. non est obseruandum, cap. non peierabis, cap. actione quarta, & cap. inter cætera, 22. quæst.* 90. 4. ex quibus habetur † iuramentum de re illicita non esse obseruandum; non nisi quia obligationem non inducit; quod & apertè habetur *in cap. peruenit, il 1. cap. cùm quidam, §. illi verò, cap. sicut, il 1. c. veniens, cap. quanto, cap. ad nostram, il 3. cap. sicut, il 2. & cap. intellecto, de iureiur.* apertis autem verbis *in cap. non est obligatorium, de reg. iur. in 6.* dicitur, non esse obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum. Ad idem facit, quod habetur Leuit. 19. *Non peierabis in nomine meo, nec polues nomen Dei tui; ego Dominus:* & Ierem. 4. *Iurabis, viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia.* quod exponens D. Hier. *lib. 1. in Ierem.* & refertur *in cap. animaduertendum, 22. quæst. 2.* Animaduertendum, inquit, est, quòd iurandum hos habeat comites, veritatem, iudicium atque iustitiam. quod & adnotarunt Scholastici *in 3. sent. dist. 39.* S. Thom. *2. 2. quæst. 89. art. 3.* Sic etiam † votum, quod sit de re illicita, non obligat, vt constat ex *cap. in malis, 22. quæst. 4.* quod sumptum est ex Isidor. *lib. 2. de sym.* dicitur enim *ibi*: In malis promissis rescinde fidem; in turpi voto muta decretum; quod incautè vouisti, ne facias; impia enim est promissio quæ scelere adimpletur. ex quibus verbis simul habes, † quamlibet promissionem, et- 92. iam voto, & iuramento non firmatam, de scelere, quod est contra naturale, ac diuinum ius, nullam inducere obligationem. quod etiam constat ex *cap. si ad peccatum, & cap. melior, 22. quæst. 4.* De promissione verò quæ est contra præceptum Dei positiuum, optimum textum habemus *in cap. si quis præuentus, eadem caus. & quæst.* vbi Isidor. quod sumpsit ex D. Basil. *in lib. de instit. Monach.* Si quis, inquit, præuentus fuerit, vti definiat agere aliquid eorum, quæ non placent Deo, pœnitentiam agat, & quod contra mandatum Domini statutum est, in irritum reuocetur. Quare idem dicendum, si quis per vltimam voluntatem disponat, vt alius vel fidem Christi deserat, contra illud præceptum Domini Io. 6. *Hæc est voluntas Patris mei, qui misit me, vt omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam;* & Ioan. 12. *Dum lucem habetis, credite in lucem;* & Ioan. 14. *Creditis in Deum, & in me credite*; atque alibi sæpe; vel vt non suscipiat sacramentum Baptismi contra illud Io. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* & de vtroque Marc. 15. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit; qui verò non crediderit, condemnabitur.* aut pœnitentiæ, contra illud Luc. 13. *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.* iuncto illo Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* aut Eucharistiæ, contra illud Ioann. 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* vel vt legitima vxore sua viuente contrahat matrimonium cum altera, contra illud Matth. 19. & Marc. 10. *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* aut ab alio dimissam ducat, contra illud Matth. 5. *Qui dimissam duxerit, adulterat*; & Marc. 10. *Si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur.* Idémque si per stipulationem, aut testamentum, aut aliam quamuis vltimam voluntatem disponatur, siue principaliter, siue per modum conditionis, contra aliquod diuinæ legis positiuæ, aut etiam naturalis præceptum, extra casus licitos, ac permissos, de quibus paulo pòst *in 2. concl.* dicemus; illæ enim omnes dispositiones nullæ erunt eo ipso, nullámque obligationem inducent: prout de dispositione, etiam iurata, quæ sit contra iuramentum, vt nulla sit ipso iure, vbi iuramentum erat de non faciendo, tenet gloss. *in cap. licet mulieres, de iureiur. in 6.* & post alios tradit Gabr. *commun. concl. lib. 2. tit. de iureiur. concl. 1. num. 1.* & hæc de priori parte huius concl. Posterior verò pars eiusdem concl. † quòd nimirum regulariter vltimæ volun- 93.

tates contrariæ iuri diuino non commutentur; probatur: tum quia in prædictis, aut aliis iuribus, quòd viderim, id regulariter non permittitur, aut præcipitur; vbi autem lex non loquitur, nec nos dicere debemus, *l. at si quis, §. Diuus Marcus, ff. de relig. & sumpt. fun.* & lex limitata limitatum habet effectum, *l. cum seruo, ff. de contrah. empt. cap. 1. de sepul.* cum aliis in simili per nos adductis *quæst. præced. concl. 1. ad fin.* quòd si voluissent earum legum latores fieri posse, aut debere commutationem, cùm de re diuino iure prohibita disponitur, id dixissent, arg. *l. vnic. §. si verò, C. de caduc. tollend. cap. 2. vers. vnde, de transl. Episc. & cap. ad audientiam, de decim. cum suis concord. ibidem* per gloss. & Doct. *alleg.* tum quia actus agentium non operatur vltra intentionem eorum, *l. non omnis, ff. si cert. pet. cap. fin. de præben.* cum aliis ad id adductis à Gonz. ad *reg.* 8. *Cancell.* §. 5. *præam. num.* 7. ij verò, qui contra ius diuinum disposuerunt, licèt pessimè egerint, aliud tamen noluerunt in locum dispositi subrogari, seu suam dispositionem commutari. Dixi autem, *regulariter*, quoniam in duobus saltem casibus admittenda esset commutatio vltimæ voluntatis, seu dispositionis contra ius diuinum. Alter est, † cùm id iure diuino illicitum est non simpliciter, sed solùm ratione personæ disponentis: vt est casus *in cap. magna, §. seu vers. ipsum etiam votum, de vot. & vot. redempt.* ait enim ibi Innoc. III. scribens Trecenti Episcopo: Ipsum etiam votum, quod ex sui natura sanctum, & honestum erat, ex persona vouentis minus licitum videbatur; cùm tamen iuxta canonica instituta Clericus absque sui Episcopi licentia peregrinari non debeat; & Episcopus non minùs, immo potiùs sedi Apostolicæ sit adstrictus: videri meritò poterat, quòd absque generali, vel speciali licentia votum peregrinationis, qua te diu absentares, emittere non deberes. iunctis iis verbis, quæ paulo pòst subiiciuntur: Tibi pro te, & famulis tuis licentiam concedimus votum peregrinationis taliter commutare, &c. Episcoporum enim residentia † est de iure diuino, vt satis colligitur ex illo Ioan. 10. *Qui intrat per ostium, pastor est ouium, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas, & cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius*; & infrà: *Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ*; & Ioan. 21. *Pasce agnos meos.* & Act. 20. *Attendite vobis, & vniuerso gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo*; & 2. ad Timoth. 4. *Qui erat Episcopus, scribit Apostolus*; *tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple.* coniunctique videtur ex eo, quod de officio Pastoris animarum dicitur *Ezech.* 3. Satisque id definitum videtur *in cap. inter corporalia, de transl. Episc.* vbi habetur, adesse coniugium spirituale inter Episcopum, & suam Ecclesiam, vnde & eius sponsus vocatur; scriptum est autè Matth. 19. & Marc. 10. *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ.* & paucis interpositis; *quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.* quod & fusè prosequitur Apost. *1. Cor. 7.* & colligitur ex Conc. Trid. *sess. 6. cap. 1.* apertè verò ab eodem definitur *sess. 23. cap. 1. de reform. in princ.* Alter casus est, † cùm id, quod dispositum est per vltimam voluntatem, ab initio quidem iuri diuino contrarium non erat, postea verò ex aliqua circumstantia eidem iuri cœpit aduersari. qui quidem probari videtur *in cap. si aliquid, il 1. 12. quæst. 4.* quod sumptum est ex decreto Soteris Papæ *cap. 3.* vbi dicitur: Si aliquid fortè nos incautiùs intrare contigerit, quod obseruatum in peiorem vergat exitum, libere illud salubriori consilio mutandum nouerimus; ac magis instante necessitate peierandum nobis quàm pro facto iuramento (aliàs, *vitando periurio*, vt etiam legitur *in cap. si aliquid 1. eadem caus. & quæst.* vbi eadem verba referuntur ex Beda *homil. 44.*) in aliud crimen maius esse diuertendum. Quamuis, quod ad hunc casum attinet, dici pollet, solùm concludi ex hoc text. commutationem impropriam huiusmodi voluntatis, seu dispositionis; quæ sit eam non seruando: sicut & *d. cap. in malis, 12. caus. & quæst.* dicitur, mutandum decretum, hoc est, non esse obseruandum; non autem propriam subrogationem alterius rei. Quod autem diximus in hac posteriori concl. parte non posse regulariter commutari dispositionem contrariam iuri diuino, intelligendum est † ita, vt 97.
fieri non possit à superiore ex officio & inuito disponente, seu eius herede; non autem quòd non possit eodem consentiente, vel ad eius instantiam, illud enim tantùm probant quæ pro eiusdem posterioris partis confirmatione adduximus.

SECVNDA CONCLVSIO. Vltimæ voluntates iuri diuino positiuo conformes † regulari- 98.
ter commutari non possunt; aliquando verò possunt. Prior pars concluf. probatur; quia † regula- 99.
riter iuri diuino nemo derogare potest. Tum ex regula illa, quòd legi superioris inferior non potest derogare; quæ sumitur ex *cap. inferior, de maior. & obed. & Clem. ne Romani, de elect. cum suis concord. ibidem* per glos. *alleg.* Tum quòd, cùm duo sint genera personarum in Ecclesia, nimirum laicæ, seu seculares, & Ecclesiasticæ, *cap. duo sunt genera, 12. quæst. 1.* & duæ potestates, Pontificalis, & Regalis, *cap. duo sunt quippe, 96. dist.* nulla potestas secularis poterit iuri diuino derogare. cùm enim auctor huius legis sit superior omni homine, certum est, nullum hominem posse in hac lege dispensare, nisi per potestatem supernaturalem, & spiritualem à legislatore concessam: secularis autem potestas quæcumque, etiam Imperialis, nec supernaturalis est, nec spiritualis, sed merè temporalis, ad ordinem tantùm naturæ spectans; vt pluribus ostendit inter alios Suarez *d. tract. de legib. lib. 3. & 4.* & probatur *in d. cap. duo sunt quippe, & in Extrauag. vnam sanctam, de maior. & obed.* inter commun. atque aliis pluribus iuribus. Si ergo talis potestas est in hominibus, solùm esse potest in Pastoribus Ecclesiæ, quibus dictum est à Christo Domino, Romano quidem Pontifici in persona B. Petri Matth. 16. *Tibi dabo claues regni cælorum*; *& quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis*; *& quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.* Episcopis verò in persona reliquorum Apostolorum, (quibus † successerunt, vt constat ex *cap. in nouo,* 100.
21. dist. cap. quorum vices, 68. dist. & cap. videmus, quæst. 1. Conc. Trid. *sess. 22. cap. 4.* & Florent. *in lit. ter. vnion.*) dictum est Matth. 18. *Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo.* Verùm, cùm hæc potestas spiritualis in Episcopos, aut Prælatos † deriuetur, ac depen- 101.
deat, quantum expedit Ecclesiæ, ac cuiusque muneri, à suprema potestate Romani Pontificis ex diuina institutione, vt pluribus comprobat inter alios Couar. 2. *part. rel. reg. peccatum. §. 9. num. 6.* Suarez *de pœnit. disput. 25. sect. 1. num. 10. & 11.* Azor *part. 2. lib. 3. quæst. 1.* & Card. Bellarmin. cuius memoria in perpetua benedictione erit, *tom. 1. controuers. 3. gener.*

ner lib. 4. cap. 24. cum ſeq. Satiſque ex eo ſuadetur, quòd Chriſtus, poſtquam bis dixit Petro Ioan. 21. *paſce agnos meos*; quibus verbis oſtendit primùm iuriſdictionem ſpiritualem, quam in ſuos ſpeciales ſubditos, vti Epiſcopus eſt, obtinet, quo nomine Vicarium in Vrbe conſtituit, de quo *in cap. ſua nobis, de offic. Vicar.* deinde in ſingulos priuatos totius Chriſtiani Orbis; addidit tertiò, *paſce oues meas*, quibus eum conſtituit paſtorem aliorum paſtorum, ſeu patrem patrum, vnde Rom. Pontifex Petri ſucceſſor Papa nuncupatur; ſicut oues matres ſunt agnorum, eóſque paſcunt, ipſæ verò à communi verſique paſtore paſcuntur; & per oues ibi intelligi à Chriſto Epiſcopos, & paſtores Eccleſiarum, tradit Tolet. Card. Bellarmin. *d. controuerſ. 3. general. lib. 1. cap. 16.* Euſeb. Emiſſen. vel potiùs Eucher. Epiſc. Lugdunen. *homil. in Ioann. 21.* ſentitque Euthym. *in citatum locum Ioan. 5.* Leo Papa *ſerm. 3. de anniuerſar. aſſumpt. ſua*, & D. Bern. *lib. 2. de conſideratione, ad Eugenium.* hinc fit, vt † poteſtas de- 102.
rogandi iuri diuino Epiſcopis, & inferioribus Prælatis non competat; vt ſentiunt communiter Doct. vtriuſque ſententiæ circa poteſtatem ſummi Pontificis, de qua mox dicemus: & ratio eſſe poteſt, quia, vt optimè ait Suarez *d. tract. de leg. lib. 10. cap. 6. num. 2.* licèt poteſtas hæc eſſet neceſſaria Eccleſiæ, non eſſet neceſſaria inferioribus Prælatis, quia exiſtens in ſummo Pontifice ſufficeret, cùm vſus talis poteſtatis poſſit eſſe rariſſimus; & ideo numquam leginus, poteſtatem hanc eſſe commiſſam alicui Prælato inferiori etiam Patriarchæ; ac regula generalis eſt, maiores cauſas Eccleſiæ ad Petri ſedem eſſe referendas, vt habetur *in cap. maiores, in princ.* ipſis primis verbis, *de Baptiſ.* quod etiam conſtat ex *cap. nec licuit, 17. diſt. & cap. quoties, 24. quæſt. 1.* ab his excipe votum, & iuramentum, in quibus Epiſcopus diſpenſat ex iuſta cauſa, vt paulo pòſt videbimus, & caſus ſeu iuſta cauſa diſpenſandi frequenter accidit. Quoad ſum-
103. mum verò Pontificem, † explodenda quorundam Canoniſtarum, & Iuriſtarum ſententia eſt, poſſe ſaltem ex cauſa diſpenſare in omnibus, quæ ſunt iuris diuini, præter articulos fidei, quam refert Suarez *d. cap. 6. num. 3. & 4.* fatiſque refellit *à num. 6. ad 21.* nam, quæ ibi adducit, illud ſaltem probant, nõ poſſe ſummum Pontificem indiſtinctè, & regulariter in præceptis iuris diuini, licèt nõ ſpectent ad fidei articulos, diſpenſare; immo ſi rectè perpendantur, id dumtaxat voluerunt Doct. quos recenſet Sanchez *de matrim. lib. 8. diſput. 6. num. 4.* & Suarez *d. cap. 6. num. 7.* & rationes ab eodem ibi adductæ, *& num. 6. 8. & 10. vſque ad 18.* conuincunt; non autem illud, quod ex iis probare contendit Suarez, in nullo prorſus ex dictis præceptis diſpenſare poſſe. Ex prædictis igitur, ac præcipuè ex *cap. ſunt quidam, & duob. ſeqq. 25. quæſt. 1.* in quibus dicitur, contra ſtatuta Patrum, hoc eſt, Apoſtolorum ex ore Chriſti, nihil poſſe condi, vel mutari, etiam per ſedis Apoſtolicæ auctoritatem, & *cap. vlt. diſt. 14.* vbi Leo Papa diſtinguit quædam ſtatuta immutabilia ab aliis, quæ pro varietate temporum mutantur, tenendum eſt, ſummum quoque Pontificem vltra articulos fidei, non poſſe in cæteris quoque præceptis diuinis indiſtinctè, ac regulariter diſpenſare: atque adeò nec regulariter commutari vltimas voluntates huiuſmodi diuino iuri conformes; quæ erat prior pars huius ſecundæ
104. concl. Quòd autem in aliquibus † ex cauſa iuſta poſſit; (ſicque aggredimur confirmationem poſterioris partis eiuſdem concl.) præter Melch. Can. *in relect. de pœnit. part. 5.* vbi tractat de præcepto Confeſſionis, & Sanchez *d. diſput. 6. num. 5. & 6.* quos allegat Suarez *d. num. 6.* tenet gloſ. *in cap. a nobis, verbo, exemptus*, & ibi Abb. *num. 4. de decim.* Felin. *cap. fin. numer. 7. & 8. de maior. & obed.* Mil. *in Repert. verb. diſpenſare poteſt Papa*, Ang. *in ſum. verbo, Papa, num. 1.* Silueſtr. *verb. diſpenſatio, quæſt. 4.* Nauarr. *conſil. 3. de ſponſ.* aliàs *conſil. 2. qui ſil. ſunt legis. num. 8. & in Man. conſ. prælud. 9. num. 13. & 14.* poſt gloſ. *in cap. quanto, verbo, abſolui, de iureiur. & cap. non eſt voti, verbo, auctoritate, & verbo, adimplere, de vot.* Fern. Vaſq. *controu. illuſtr. cap. 25. à num. 18. vſque ad 22.* & alij, quos citat Sanchez *d. num. 5.* idémque ſentiunt fere omnes illi Canoniſtæ, & Iuriſtæ, quos paulo antè diximus à Suarez *d. num. 4.* referri tamquam tenentes, poſſe Papam diſpenſare in omnibus præceptis iuris diuini, præterquam in articulis fidei; ſolus enim Abbas *in cap. propoſuit, num. 20. de conceſſ. prabend.* ait poſt Vinc. & Hoſt. Papam poſſe in omnibus diſpenſare, præterquam in articulis fidei: & hi quoque intelligendi ſunt de generibus ſingulorum, non de ſingulis generum; quaſi velint, Papam poſſe diſpenſare in omnibus generibus legum; ſed in aliquibus rebus, ſeu caſibus ex ſingulis generibus legum, exceptis articulis fidei; non autem in ſingulis cæteris rebus, & caſibus. Probat autem Sanchez *d. num. 5.* poſſe Rom. Pontificem aliquando † in iure na- 105.
turali, & diuino diſpenſare, eius obligationem in aliquo caſu ſpeciali tollendo ex cauſa vrgenti: quia, ſi ſolùm tribuamus Rom. Pontifici poſſe interpretari legem diuinam, in aliquo caſu ſpeciali minimè obligare, id non eſt actus iuriſdictionis, ſed prudentiæ, ac doctrinæ; ac proinde viris doctis id liceret. Nec valet, ſi dicas id competere Pontifici auctoritatiuè; ita, vt omnino tutum, ac certum reddat diſpenſatum: nam diſpenſatio auctoritatiua eſt ſolius legis conditoris, *l. fin. C. de leg. cap. ſicut enim, 11. quæſt. 1. cap. inter alia, de ſent. excomm.* Quòd ſi dicas, id competere ſummo Pontifici ex commiſſione diuina; ſimiliter dicimus hanc diſpenſandi poteſtatem in caſu ſpeciali competere illi ex commiſſione Dei. Cùm enim Eccleſiæ non deficiat Deus in neceſſariis, iuſta ratione credi poteſt, hanc eum commiſſionem Pontifici Vicario ſuo dediſſe. Sicut etiam recta gubernatio Eccleſiæ exigit, vt Prælatis inferioribus commiſſa ſit facultas verè, ac propriè diſpenſandi in legibus Pontificiis in caſu aliquo ſpeciali, cùm neceſſitas vrget, nec poteſt commodè adiri Pontifex; vt voluit Abb. *cap. fin. num. 10.* & *ibi* Curt. *ſect. 3. num. 11. de conſuetud.* & alij, quos nos retulimus, ac ſecuti ſumus *in tract. de diſtribut. quotid. part. 2. quæſt. 13. num. 6. & 7.* quóſque ad id allegat idem Sanch. *d. tract. de matrim. lib. 2. diſp. 40. num. 3.* qui *d. diſp. 6. num. 5.* optimè notat, id multo magis neceſſarium eſſe in caſu noſtro reſpectu Pontificis, cùm non poſſit adiri Deus, vt in caſibus vrgentibus derogationis iuris diuini diſpenſet. *Num.* autem *6.* iuncto *num. 10.* affert regulam † ad dignoſcenda præcepta iuris di- 106.
uini, in quibus poſſit Pontifex diſpenſare ab iis, in quibus non poteſt; dicens, quædam eſſe de iure diuino, circa quæ nequeat excogitari caſus, in quo ſit ratio diſpenſandi, vt ad fornicandum, vel, ne pater honoretur à filio, vel ad mutandas Sacramentorum formas; alia verò ſunt, quæ, licèt in vniuerſum expediant, at in aliquo caſu ſpeciali poſſint non expedire, & ita admittere diſpenſationem: quippe, licèt ſecundùm ſe dedeceat ea non implere; non continet tamen id omnimodam, & perfectam

ctam indecentiam, sed potest ita iusta causa occurrere, vt ei indecentiæ imperfectæ præponderet, ac si iusta reddatur dispensatio: vt contingit in dispensatione super residentia Episcoporum, & consecratione sub vna specie, ac in voto, iuramento, & matrimonio rato, de quibus mox dicemus; secus verò si causæ dispensationis præponderaret inuiolabilis custodia illarum legum; vtputa, ne quis ducat sororem, vel plures vxores, aut matrimonium consummatum dissoluatur: licèt enim possit occurrere casus, in quo dispensatio in huiusmodi impedimento iuris naturalis, ac diuini esset expediens bono communi, ac valde necessaria; tamen ex ea dispensandi potestate tot fornicationes inter sorores, & fratres contingerent, aut pericula tanti sceleris admittendi; ac tanta indecentia naturalis est in iis matrimoniis, vt hæc præponderet bono, quod sequi posset relicta ea facultate in Ecclesia. Præterquam quòd bonum illud commune, quod tunc præbere videtur iustam causam dispensandi contra ius diuinum, & ad summum erit vnius prouinciæ, aut Regni, non ita latè patet sicut bonum, quod continet illa inuiolabilis custodia diuini præcepti, quæ redundat in bonum commune, & vniuersale totius Ecclesiæ, atque orbis, ac Reip. Christianæ. Et hæc regula apertè quoque colligitur ex Canonist. *locis citat.* Victor. *de potest. Pap. propos.* 9. & Cordub. *in suo quæstionar. lib.* 4. *quæst.* 8. *col. antepenult.* atque etiam simul cum prædicta sententia, quam contra Suarez tuemur cum Sanchez, & aliis suprà cit. vt possit Pontifex in aliquibus præceptis iuris diuini dispensare: con-

107. firmatur primò † ex illis verbis Matth. 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.* quibus SS. Patres, & Theologi tradunt communiter, promissam Petro, eiúsque successoribus potestatem, (quam deinde tradidit *Ioan.* 21. cùm dixit, *Pasce agnos meos, Pasce oues meas,*) ea omnia faciendi in Ecclesia, quæ ad eius rectam gubernationem, & tollenda impedimenta regni cœlorum necessaria erant, & opportuna. Nec valet illa responsio Suarez *d. cap.* 6. *numer.* 9. & 19, sub hac generalitate non venire ea, quæ Christus verisimiliter non esset in specie Papæ concessurus; arguin. *cap. fin. de offic. vicar. in* 6. *cap. si Episcopus, de pœnit. & remiss. & cap. in generali, de reg. iur. eod. lib.* Tum quòd non versamur simpliciter in concessione generali, sed facta per signum, & verbum vniuersale *quodcumque*, quod aptum est omnes species, & ea etiam comprehendere, quæ aliàs non comprehenderentur, & impropriè veniunt; vt pluribus tradit Gomes. ad *reg. de exprim. valor. quæst.* 1. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 7. *numer.* 20. & Rebuff. *in l. creditorum, circa med. de verb. signif.* Tum quòd gratis dicit Suarez, quòd Christus Dominus alias verisimiliter non esset in specie concessurus summo Pontifici Vicario suo potestatem dispensandi in aliquibus suis præceptis, existente vrgenti necessitate, & causa, cui non præponderent incommoda ex dispensatione consequentia, vel bonum magis commune, & vniuersale, vt dictum est. Vnde tollitur alia responsio, quam ibidem affert Suarez, quòd non censetur in illa generali concessione data facultas ad destructionem, iuxta Paulum 2. *Corinth.* 13. quod videtur sequi ex concessione illius facultatis dispensandi in iure diuino, quoniam sic paulatim destrueretur vniformitas, & stabilitas Ecclesiæ in exteriori religione. nam censetur concessa ea facultas solùm in casibus vrgentibus, qui non ita frequentes essent; neque credibile est permissurum Deum, vt passim Romani Pontifices, & extra eos casus, dicta facultate vterentur. Secundò confirmatur † ex *cap. inter corporalia*, quod est 2. *de* 108.
transiat. Episc. vbi Innoc. III. ait, vinculum spiritualis coniugij inter Episcopum, & Ecclesiam suam, quod sentit esse iuris diuini, soluere potest Roman. Pontifex, eo non obstante, quòd dicatur Matth. 19. *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* non enim humana, inquit, sed potiùs diuina potestate coniugium spirituale dissoluitur, cùm per translationem, depositionem, aut cessionem auctoritate Romani Pontificis, quem constat esse Vicarium Iesu Christi, Episcopus ab Ecclesia remouetur. Nec valet responsio Suarez *d. numer.* 19. ideo posse Pontificem hoc vinculum dissoluere, quòd sit humana voluntate contractum: neque enim sola humana, sed & Dei voluntate contrahitur hoc spirituale, sicut & carnale coniugium, omnino verò vtriusque indissolubitas, vt satis voluit Innoc. *d. cap.* 2. & ex eo suadetur, quòd vtrumque à Deo non modò institutum, sed & præceptum est in communi, seu fidelium communitati; Episcopatum verò † esse 109.
de iure diuino, inter alios pluribus relatis comprobat Sot. *in* 4. *sent. distinct.* 24. *quæst.* 2. *artic.* 2. & Card. Bellarm. *controu.* 5. *gener. lib.* 1. *cap.* 14. *& seq.* Tertiò Episcopus de iure diuino † solus 110.
est minister sacramenti Confirmationis, vt satis constat ex *cap. de his, & cap. manus, de consecrat. dist.* 5. *& cap. quanto, de consuet.* necnon ex Damaso *in epist. de Corepisc.* quem cum aliis refert Couar. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 10. *numer.* 6. & tamen ex Papæ commissione potest simplex sacerdos illa conferre, vt post glos. *d. cap. quanto, verbo, reseruata tenent.* ibidem Innoc. Compost. Ioan. Andr. Collectar. Anchar. Card. Henr. Abb. Imol. & alij communiter, teste Præpositi. *in cap. peruenit, num.* 7. 95. *aist.* & Couar. *d. cap.* 10. *num.* 13. *ad fin.* vbi etiam refert, ac sequitur pleroſque idem tenentes, & ex his S. Thom. *in* 4. *sent. dist.* 7. *quæst.* 3. *artic.* 3. & apertè probatur ex *d. cap. peruenit*, & Conc. Florentin. sub Eugenio IV. in hæc verba; legitur tamen aliquando per Apostolicæ sedis dispensationem ex rationabili, & vrgente admodum causa simplicem sacerdotem chrismate per Episcopum confecto hoc administrasse Confirmationis sacramentum. Quartò, matrimonium etiam ratum † est indissolubile de iure diuino, vt col- 111.
ligitur ex *d. cap.* 2. *de translat. Episc.* & satis constat ex *Gen.* 2. *ex Matth.* 19. *Marc.* 10. 1. *Corinth.* 7. *& ad Ephes.* 5. & Conc. Trid. *sess.* 24. *in doctrina de sacram. matrim.* iis primis verbis; matrimonij perpetuum, indissolubilémque nexum primus huni generis parens diuini Spiritus instinctu pronuntiauit, cùm dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. & cap. vnico, de vot. in* 6. ac plerique tenent, quos refert Sanchez *d. tract. de matrim. lib.* 2. *disp.* 13. *numer.* 4. & ex parte sequitur *numer.* 7. 9. & 12. & tamen in matrimonio dispensauit Romanus Pontifex per canonem, disponendo, vt dissoluatur per ingressum religionis cum effectu, hoc est, professione secuta, *cap. desponsatam, & cap. decreta legalia*, 27. *quæst.* 2. *cap.* 2. *cap. ex publico*, &

& cap. ex parte tua, de conuers. coniug. Extranag. Ioan. XXII. qua incipit, antiqua, de vot. & nouissimè Conc. Trident. *sess.* 24. *de matrim. can.* 6. tum sæpiùs per rescriptum, vt testatur D. Anton. *in summ.* 3. *part. tit.* 1. *cap.* 21. §. 3. Nauar. *in manual. confess. cap.* 22. *numer.* 21. Caiet. *in opusc. tom.* 1. *tract.* 28. *de matrim. quæst. vnic.* Hentic. *tom.* 1. *Theol. moral. lib.* 11. *de matrimon. cap.* 8. *num.* 11. *in commento, lit. F.* & posse Pontificem id facere, tenent communiter Iurisperiti, vt glos. *d. cap. ex publico, in fin. & ibi* Goffr. Alan. Vinc. Host. Io. Andr. Butr. Abb. & cæteri, Bald. *l. Deo nobis, in princ. num.* 7. *C. de Episc. & Cler.* & alij, quos refert & sequitur Sanchez *d. lib.* 2. *disput.* 14. *num.* 2. vbi etiam nonnullas congruas ad id rationes affert.

112. & † in voto solemni Religionis, multi apud Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 10. *num.* 35. & penè innumeri relati, & probati à Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 8. *numer.* 7. *& seqq.* Quintò, residentia Episcoporum est de iure diuino, vt probauimus concl. præcedenti ad fin. præsertim ex Trid. Conc. *sess.* 23. *cap.*

113. 1. *de reform. in princ.* vbi tamen declarat, † Christianam charitatem, vrgentem necessitatem, debitam obedientiam, & euidentem Ecclesiæ, vel Reipublicæ vtilitatem esse iustas absentiæ causas: & videmus plerumque Romanos Pontifices cum Episcopis super residentia dispensare. Sextò integritas consecrationis Eucharistiæ, ac sacrificij

114. Missæ, vt fiat sub vtraque specie, † est de iure diuino, vt fatetur Suarez *d. cap.* 6. *numer.* 4. & 21. ac pluribus idem comprobat *tom.* 3. *in* 3. *part.* S. Thom. *disput.* 43. *sect.* 1. *concl.* 2. & 3. Ioan. Azor *Instit. moral. tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 19. *quæst.* 2. & apertè colligitur ex *cap.* 1. *& multis seqq. de consecrat. dist.* 2. & Conc. Trid. *sess.* 22. *in princ.* vbi dicit Christum Dominum in nocte cœnæ corpus, & sanguinem suum sub speciebus panis, & vini Patri suo obtulisse, & Apostolis, eorúmque in sacerdotio successoribus, vt offerretur, præcepisse; & *can.* 2. Christum illis verbis, *hoc facite*, instituisse Apostolos sacerdotes, & ordinasse, vt ipse, aliique sacerdotes offerrent corpus, & sanguinem suum: & tamen potest Papa ex causa vrgenti concedere, vt consecratio Eucharistiæ, & sacrificium Missæ in vna specie fiat; vt probabilius esse post alios existimat Ioann. Azor *d. quæst.* 2. *vers. ex dictis perspicitur*, tenétque Turrecrem. *in cap. comperimus, de consecrat. dist.* 2. S. Anton. 3. *part. sua summ. tit.* 13. *cap.* 6. §. 1. Gabr. *in canon. Missæ, lect.* 13. *dub.* 3. Alan. *lib.* 2. *de Euchar. cap.* 20. Ang. *Eucharistia* 1. *numer.* 20. & alij, quos referunt idem Azor *d. quæst.* 2. *vers. altera sententia*, & Suarez *d. disput.* 43. *section.* 4. *vers. secunda sententia est*; & aliquando summum Pontificem dispensasse in quibusdam regionibus, vt sine vino fieret consecratio, quoniam vinum in eas importatum ob summam aëris frigiditatem accescit, vt testatur Volateran. *lib.* 7. *Geograph. cap. de Saxonibus*, & Onuphr. *in Chronic. ann.* 1490. Denique, vt alia pleraque prætermittam, huius potestatis Pontificiæ in derogando aliquibus in casibus ex iusta causa iuri diuino, exem-

115. plum habemus † in voto, & iuramento; quæ quidem iure diuino, & naturali obligant ad sui obseruationem; prout de iuramento dicitur Zachar. 8. *Iuramentum mendax ne diligatis; omnia enim hæc sunt, quæ odi, dicit Dominus.* & Matth. 5. *Non periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua.* De voto Deuter. 23. *Cùm votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus.* Eccl. 5. *Si quid vouisti Deo, ne mores reddere; displicet enim ei infidelis, & fatua promissio.* Psalm. 49. *Redde Altissimo vota tua.* Et tamen potest Pontifex in his derogare iuri diuino; vota nimirum commutando: vt *cap. venientis, cap. ex multa, & cap. magna, de voto & vot. redempt.* cum similibus; necnon in aliis dispensando, vt docet S. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 10. tenéntque Theologi communiter, & Summistæ *verbo, votum*; & à iuramento absoluendo, est *in cap. quamo*, vbi glos. ab aliis recepta, *verbo, absolui, de iureiur.* immo etiam † Episcopus, & alij Prælati ha- 116.
bentes Episcopalem iurisdictionem: prout de commutatione voti est text. *in cap.* 1. *de vot.* & *ibi* Doctor. omnes annotarunt; de dispensatione Abb. *ibidem*, Nauarr. *in man. conf. cap.* 12. *numer.* 75. S. Thom. *d. artic.* 10. *de dispensatione iuramenti.* idem S. Thom. 2. 2. *quæst.* 89. *artic.* 9. cum aliis traditis tam in voto, quàm in iuramento, etiam quoad Papam, à Sanchez *lib.* 3. *sua summ. cap.* 19. *numer.* 3. *vsque ad* 7. iunctis iis, quæ latè adducit *lib.* 4. *cap.* 37. cum aliquot seqq. & quæ habet *d. lib.* 2. *de matrim. disput.* 14. *numer.* 5. *ad* 4. *arg. & d. lib.* 8. *disput.* 6. *numer.* 2. *& disput.* 8. cum aliquot seqq. necnon Suarez *de legibus lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 7. *&* 11. *ac fusiùs tom.* 2. *de relig. lib.* 2. *cap.* 38. *& lib.* 6. *cap.* 7. *& seqq.* Valent. *tom.* 3. *disput.* 6. *quæst.* 6. *punct.* 7. *& quæst.* 7. *punct.* 4. & Azor *d. tom.* 1. *Instit. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *quæst.* 4. qui duo auctores breuiter quidem, sed magis dilucidè rem hanc præ ceteris explicasse mihi videntur; præsertim verò Azor, qui *in summa* dicit, † vo- 117.
tum, & iusiurandum relaxari multis in rebus quæ possunt euenire: primò, quando non constat, an votum, vel iusiurandum in certa materia vim, & locum habeat. Secundò, cùm dubitatur de consensu eius, qui vouit, vel iurauit. Tertiò, quando iusiurandum interpositum, vel votum factum est ex animi lenitate, perturbatione, aut infirmitate. Quartò in pœnam eius, qui iusiurandum, vel promissionem extorsit. Quintò, cùm materia voti, vel iurisiurandi variatur eo, quòd facta sit mala, vel vouenti, aut iuranti noxia, vel inutilis; aut quia maius bonum impediat. In his verò omnibus casibus, (postremo excepto, iuxta latè tradita per Suarez *d. lib.* 6. *de vot. cap.* 17. *numer.* 11. & Sanchez *d. lib.* 8. *de matrimon. disput.* 20. *numer.* 8. *& d. libr.* 4. *sua summ. cap.* 45. *numer.* 36. dicentes id procedere solùm in dubio; cùm autem res clara est, non esse opus dispensatione,) habebit locum indulgentia, seu dispensatio Pontificia; quæ nisi intercedat, valet iusiurandum, & votum, relaxata verò vim nullam ampliùs obtinent. habétque hanc dispensandi Pontifex auctoritatem, quia subest iusta, & debita causa, ortum ducens ab ipsa naturæ lege, ne scilicet votum, & iusiurandum, ac promissiones, quæ leuiter, ac temerè factæ seruari non solent, in periculum animam eius, qui vouit, vel iurauit, adducant: tum ne improbi, & perditi homines per sæuitiam, & metum iniectum iusiurandum, & promissum extorqueant. quòd si iusiurandum, aut votum † 118.
pugnaret cum iure naturali, seu esset de re illicita,

licita, vt de homicidio; vel impeditiua maioris boni, vt si quis voueret, vel iuraret non ingredi religionem, tunc non est opus dispensatione: prout de voto colligi potest ex S. Thom. *d. quæst.* 88. *artic.* 2. de iuramento expresse id tradit *d. quæst.* 89. *artic.* 9. *ad* 3. vbi subdit, quo-
119. ad iuramentum regulam † ad dignoscendum quando iuramenti relaxatio sit reseruata Papæ, vel etiam permissa Episcopo. quandoque enim, inquit, aliquid sub iuramento promittitur, de quo dubium est, vtrùm sit licitum, vel illicitum; proficuum, vel nociuum, aut simpliciter aut in aliquo casu; & in hoc potest Episcopus dispensare: quandoque verò sub iuramento promittitur aliquid, quod est manifestè licitum, & vtile; & in tali iuramento non videtur habere locum dispensatio, vel commutatio, nisi aliquod melius occurrat ad communem vtilitatem faciendum. quod maximè videtur pertinere ad Papam, qui habet curam vniuersalis Ecclesiæ, vel absoluta quoque relaxatio, quod etiam ad Papam spectat in omnibus generaliter, quæ ad dispensationem rerum Ecclesiasticarum pertinent, super quas habet plenitudinem potestatis. Quoad votum verò idem S. Thom. *d. quæst.* 88.
120. *artic.* 12. *ad* 3. ait, † quòd, quia summus Pontifex gerit plenariè vicem Christi in tota Ecclesia, ipse habet plenitudinem potestatis dispensandi in omnibus dispensabilibus votis; aliis autem inferioribus Prælatis committitur dispensatio in votis, quæ communiter fiunt, & indigent frequenti dispensatione; vt habeant de facili homines, ad quem recurrant. sicut sunt vota peregrinationum, ac ieiuniorum, & aliorum huiusmodi: vota verò maiora, puta continentiæ, peregrinationis Terræ sanctæ, reseruantur summo Pontifici.

Frequentiùs tamen nunc per Doctor. in eam
121. itum est sententiam, † ob eam causam per Romanum Pontificem posse dispensari in matrimonio rato, & per Episcopum quoque in votis, & iuramentis; quia hæc præcepta licèt sint iuris diuini, & naturalis, tamen pendent in sua obligatione à priori consensu voluntatis humanæ, quæ pendet ab humana superiorum potestate; vt tradunt, & explicant Suarez *tom.* 2. *de relig. libr.* 6. *cap.* 9. *& tract. de legibus lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 7. 11. *ac* 20. & Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disput.* 6. *numer.* 2. qua de re nos quoque latiùs infrà *cap.* 5. *quæst.* 1. *suppos.* 1. Interim pro absolutione præsentis quæstionis huius cap.
122. ex prædictis colligemus, † ius diuinum, & naturale, cùm non ita immutabile sit, vt nonnunquam saltem ei nequeat aliqua ratione derogari, neque etiam fore, vt semper ita repugnet commutationi illarum vltimarum voluntatum, quæ eidem iuri conformes sunt, vt ea saltem aliquando fieri non possit; nimirum quando subest iusta causa boni communis, quæ præponderet illius iuris obseruationi; aut eius materia facta sit mala, vel inutilis, aut maioris boni impeditiua; vel cùm ius naturale & diuinum eam vltimæ voluntatis materiam non præcipit, aut vetat, sed tantùm permittit: quod maximè videre est in votorum commutatione, iuxta *cap.* 1. *cap. magna, & tota ferè tit. de vot. & vot. redemption.* quoad commutationem voti faciendam à superiore, & iuxta *cap. scriptura, eodem tit.* quoad faciendam auctoritate propria, & in commutatione iuramenti propria pariter auctoritate facienda, stante euidenti vtilitate, est optimus text. iuncta rubr. sub qua ponitur *in cap. peruenit, il* 2. vbi gloss. & alij, *de iureiur.* Iámque ad ius humanum positiuum transeamus.

SVMMÆ RERVM.

123. *Vltimæ voluntates contrariæ iuri humano positiuo nullæ sunt.*

124. *Conditio, vel dispositio de iure impossibilis nullam inducit obligationem, licèt postea possit fieri, aut etiam fiat possibilis.*

125. *Conditiones iuri contrariæ reiiciuntur à dispositionibus causa mortis, & aliis fauorabilibus, ipsaque dispositiones remanent puræ; eas verò, quæ sunt inter viuos, vitiant.*

126. *Vltimæ voluntates contrariæ iuri humano positiuo vtplurimum commutari non possunt. in nonnullis tamen casibus possunt; numer.* 127.

128. *Ignorantia probabilis iuris quando dicatur, remissiuè.*

129. *Relictum ad vsum possibilem, vel impossibilem, siue de iure, siue de facto, quando conuerti possit, vel non possit ad alium vsum; quædam distinctiones Doctorum; & multa num seq.*

130. *Relictum sub modo, vel conditione impossibili, quando, & quomodo commutandum.*

131. *Exempla impotentiæ facti, vel iuris, & vsus pusiue licitis, aut illicitis quod attinet ad executionem legatorum, eorumve commutationem; & num.* 134.

132. *Vltima voluntas non commutatur, cùm testator prouidit in casu non implementi ob aliquam causam.*

133. *Legatum relictum ad certum vsum, qui impleri nequit, commutari potest per superiorem ex causa in alium, licèt id prohibuerit testator.*

134. *Legatum relictum Collegio reprobato à Papa, vel Monti Pietatis postea sublato, commutandum est in alium pium vsum.*

135. *Relictum ad construendam Ecclesiam à fratribus mendicantibus in certo loco, si ea ibi nequeat ædificari, conuerti debet in exstruendam Capellam in Ecclesia, quam habent.*

136. *Relictum ad certum vsum non pium, qui impleri nequit, an sit conuertendum in alium vsum.*

137. *Vltimæ voluntates conformes iuri humano positiuo commutari vtplurimum non possunt.*

138. *Vltima hominis dispositio legitima de rebus suis exequenda est.*

139. *Duo vincula magis ligant, quàm vnum; vt cùm dispositio hominis, & legis concurrunt.*

140. *Vltimæ voluntates iuri humano positiuo conformes aliquando possunt commutari. vt cùm id, quod dispositum fuit, desiit esse secundùm ius, eiue aduersari cœpit; num.* 141. *& seq.*

142. *Vniones Ecclesiarum quare odiosæ sint.*

143. *Fauorabilis est, & facilè conceditur reditus ad ius commune.*

144. *Infa*

Digitized b

144. *Inferior Principe supremo extra certos casus regulariter non potest commutare vltimas voluntates iuri humano positiuo conformes, sed solus Princeps supremus.*

145. *Vltima voluntas est quadam lex priuata.*

146. *Epicaia quid sit; non semper est actus iurisdictionis, sed plerumque prudentia, ac doctrinæ; num.* 147. *locúmque habet in iure naturali, diuino, & humano; num.* 148. *ac num.* 151. *& in tribus casibus; num.* 149.

150. *Obligatio legis generalis non cessat in casu particulari, quia in eo desinat negatiuè ratio legis, sed debet deficere contrariè.*

151. *Epicaia quomodo locum habeat in lege naturali, ac diuina, & quomodo in humana; num.* 154. *& quando cessat in lege Canonica; num.* 153.

154. *Obligatio legis cessare potest etiam quando eius obseruantia sit contra bonum particularis personæ; & in iis, in quibus ea iuri suo cedere potest; aut in acquirendis.*

155. *Epicaia an quis vti possit absque recursu ad superiorem in lege naturali, diuina, vel humana.*

156. *Opinionem probabilem sequi licet etiam in præceptis naturalibus, & diuinis, & in iis vti epicaia, saltem vbi non potest adiri superior, sine recursu ad ipsum, siue ex eo casu excipi iudicetur à potestate, siue à voluntate legislatoris. immo & cùm adiri potest superior; num.* 157. *quid autem si opinio non sit probabilis, & qui dubitat, in dubio maneat; num.* 158. *& quid vbi lex nequeat sine peccato seruari, vel concurrant duæ leges, quæ ambæ seruari non possint; num.* 159.

QVÆRO QVINTO, an possint commutari vltimæ voluntates contrariæ, vel conformes iuri humano positiuo.

Quæstio hæc, sicut & duæ præcedentes, duas inspectiones admittit: alteram de vltimis voluntatibus contrariis, alteram de conformibus huic iuri; quas totidem conclusionibus complectemur.

PRIMA CONCLVSIO. Vltimæ voluntates contrariæ iuri humano positiuo † nullæ sunt neque vtplurimum commutari possunt. 123. Prior pars concluſ. probatur primò ex illis iuribus, in quibus habetur, conditionem, vel dispositionem de iure 124. impossibilem, † nullam inducere obligationem; vt *in cap. fin. de pact.* ibi, nam etiã iuxta legitimas sanctiones pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibilis de iure, vel de facto, nullam obligationem inducit: idque, quamuis postea possit fieri, vel etiam fiat possibilis; prout de ipsa dispositione constat ex *l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. oblig. & Instit. de inutil. stipul. §.* 2. vbi inutilis stipulatio dicitur de re sacra, religiosa, vel publicis vsibus addicta, licèt deinde talis esse desinat. & *l. si stipulor, §. 1. ff. de verb. oblig.* vbi dicitur, cessare obligationem, si quis sibi stipuletur sororem in vxorem. quem text. glos. *in l. impossibilis, ff. de reg. iur.* adducit ad probandum, stipulationem rei de iure impossibilis non obligare; quod & voluit gl. *in §. impossibilis, Instit. de hered. instit.* quoad conditionem patet ex *l. continuum, §. cùm quis, ff. de verb. oblig.* vbi habetur, conditionem, quæ de iure impleri non potest, stipulationi adiunctam eam vitiare. Differunt tamen stipulationes, ac dispositiones inter viuos à dispositionibus causa mortis, & aliis fauorabilibus, vt ab 125. his † conditiones iuri contrariæ reiiciantur, & dispositio pura remaneat, *l. 1. & l. conditiones, la 2. ff. de condit. instit. d. §. impossibilis, & cap. fin. de condit. ap.*

Io. Petr. Moneta de commut. vlt. volunt.

posit. in illis verò vitient dispositionem, vt colligitur ex *d. cap. fin. l. pacta, quæ, C. de pact. d. §. 2. d. §. sacram, & d. §. cùm quis.* de hoc verò aliquid etiam dicemus infrà *quæst. postrema huius cap. conclus.* 6. in qua quæst. ex proposito agemus de commutatione dispositionum conditionalium. Secundò probatur ex iis iuribus, in quibus cauetur vel conditionem adiectam, vel dispositionem factam contra leges nullam esse; vt *l. conditiones, la 2. ff. de condit. instit. l. contra iuris ciuilis, ff. de pact. & l. conuenire, §. 1. ff. de pact. dot. l. si quis inquilinos, §. fin. ff. de leg. 1. l. non dubium, C. de leg. & l. pacta, quæ, C. de pact. l. cùm quæstio, in fin. C. de legat. & §. vlt. Instit. eod. tit. cap. quæ contra ius, de reg. iur. in* 6. cum simil. nemo enim facere potest, quin leges locum habeant in suo testamento, *l. nemo potest, ff. de legat.* 1. & toties secundùm voluntatem testatoris quis facere compellitur, quoties contra legem nihil est futurum, vt ad litteram dicitur *in l. si quis eum, ff. de condit. & demon.* vbi id notat Bart. Socin. sen. & alij: neque priuata dispositio testatoris potest generalem legis, vel canonis constitutionem immutare, *cap. requisisti, de testament.* Feder. Sen. *conf.* 131. *num.* 6. Bald. *in l. precibus, num.* 44. *C. de impub. & al. subst.* Couar. post glos. & alios, *in cap. tua nobis, num.* 7. & 8. *de testament.* An verò dispositio contra ius sustineatur per appositionem conditionis, si deinceps dispensauerit, secuta dispensatione, dicemus infrà *quæst. postrema huius cap.* vbi etiam latiùs agemus de conditionibus impossibilibus de iure, seu iuri contrariis. Posterior pars † con- 126.
clusionis probatur, quoniam prædicta iura, & alia, quæ annullant huiusmodi conditiones, seu dispositiones contra ius, regulariter vlteriùs non progrediuntur, præcipiendo, aut expressè permittendo, vt commutentur; quod si voluissent, facilè dicere potuissent, arg. *cap. 2. verſ. vnde, si circa, de translat. Episc. & cap. ad audientiam, de decim.* & quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, *l. at si quis, §. Diuus autem Marcus, ff. de relig. & sumpt. funer.* cũ suis concord. Dixi autem, *vtplurimum*; quoniam in nonnullis casibus † iura permittunt, aut etiam præcipiunt 127.
huiusmodi dispositiones contra ius cõmutari; quos colligere licet ex adductis suprà *c. præcedenti, q. 3. concluſ. 2.* vt in casu *l. legatum, ad fin. ff. de adm. rer. ad ciuit. pertinent. & c. magna. §. ipsum etiam votum, de vot.* item in casu *l. legatum, ff. de vſu, & vſufr. legat. & l. 1. C. de aleator.* Idémque erit in casibus similibus, iuxta *d. c. 2. de translat. Episc. & l. non possunt, cum seq. ff. de legib.* maximè in fauorabilibus; cuiusmodi est dispositio, quæ innititur iuri communi, ex adductis suprà *cap. 3. quæst. 3. circa med.* ex quibus ibi ostendimus, fauorabilem esse commutationem dispositionis, cuius obseruantia impossibilis est de iure. Similiter poterunt commutari, si tempore dispositionis id, quod dispositum fuit, erat secundum ius, postea verò factum est contra ius, & sic mutata est materia dispositionis, vt in casu *cap. & temporis, cum seq.* 16. *quæst.* 1. & Concil. Trident. *sess.* 21. *de reformat. cap.* 5. & 7. *ac sess.* 25. *cap.* 4. & 8. *de reformat.* sed hæc limitatio ad seq. potiùs concl. pertinet. Ad hanc verò omnino spectat illa, quòd volente eo, qui dispositit, vel eius herede, poterit fieri commutatio cuiusuis dispositionis contra ius humanum positiuum ab eo etiam, qui non habet ius dispensandi contra illud: ab eo verò, qui in tali iure potest dispensare, qualis est Princeps, non recognoscens superiorem, eiusmodi dispositio commutari poterit etiam ex officio; vt constabit ex his, quæ adducemus *concluſ. seq. & cap.* 7. *quæst.*

vltim. Item illa, quòd commutatio locum habebit in diſpoſitione contraria iuri humano, quam diſponens probabiliter putabat eſſe licitam; prout exponi poteſt text. *in l. legatum, ff. de vſu, & vſufr. leg.* & per ea, quæ adduximus ſupra *cap. 3. quæſt. 2. in fin. & quæſt. 4. poſt med.* & aſſeremus *quæſt. ſeq.*

128. *ad fin.* Quando autem † dicatur probabilis ignorantia iuris, conſulendi Doct. *in cap. Apoſtolica, de cler. excom. min. cap. 2. de conſtit. in 6. & cap. ignorantia, de reg. iur. eod. lib.* Sanchez *de matrim. lib. 9. diſput. 32.* præſertim *à num. 6. ad 22. & à num. 29. ad 40.* Quamuis autem hæc ita eſſe, verius mihi

129. videatur: valde tamen probabilis eſt diſtinctio † ad hanc, & ſeq. concl. immò & totam ſeq. quæſt. pertinens, quam poſt Bart. *d. l. legatum, ff. de vſu, & vſufruct. leg. num. 4. & in tract. Minorit. lib. 2. diſt. 2. cap. 3.* quod incipit, *per quem autem ſtat.* & Antharan. *in Clement. quia contingit, de relig. domib.* tradit Ang. de Gambellion. *tract. de teſtamen. gloſ. 13. ante med.* quod quandoque aliquid relinquitur ad vſum illicitum, & tunc poterit de conſenſu ipſarum partium conuerti in alium vſum, vt *d. l. legatum, ff. de vſu, & vſufruct. leg.* quandoque relinquitur ad vſum licitum, ſed impoſſibilem de facto, vt quia pecunia non ſufficit; & hoc pariter conuerti poterit à partibus ipſis, vt *d. l. legatam, in 1. & 2. reſp.* & idem inquit Bart. *d. cap. 3.* ſi aliud eſſet impedimentum facti, ob eandem rationem quandoque relinquitur ad vſum licitum, & de facto poſſibilem; & tunc non poteſt relictum conuerti in alium vſum ſine Principis auctoritate, *l. 1. & l. legatam, in princip. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinent.* Sed nec tunc Princeps poterit, ſi teſtator expreſsè dixit, quòd, illo non facto, res ad heredem reuertatur, vt *in l. quidam, ff. de vſu, & vſufruct. legat. & in l. liberto, §. Lucius Titius, ff. de ann. legat.* vbi id notat poſt aliosidem Bart. Qui etiam *d. l. legatum, num. 2.* loquens de modo, vel conditione im-

130. poſſibili adiecta diſpoſitioni, diſtinguit † quòd, quando teſtator adiicit modum, vel conditionem impoſſibilem ob aliquem finem licitum, & honeſtum; tunc, ſi non poteſt impleri eo modo, quo dixit, conuertitur in alium vſum licitum, vt *in d. l. legatum, & d. l. legatam.* ſi verò ad nullum honeſtum finem conditionem appoſuit, nullo modo debet impleri, vt *in l. 1. l. conditiones, & l. filius, ff. de condit. inſtit.* quod etiam breuiter tradiderat ipſemet Bart. *d. l. 1. num. 8.* vbi latiùs tractat, quandónam impoſſibilitas quælibet ſiue conditionis appoſitæ diſpoſitioni, ſiue diſpoſitionis ipſius hanc vitiet, nihil inter vtrumque quod ad hoc effectum pertinet, diſtinguens: ob eam fortaſſe cauſam, quoniam tunc de ipſo modo, ſeu conditione adiecta, tamquam parte diſpoſitionis commutanda agitur: quòd tamen non ſemper contingit; ſæpe enim de ipſa principali diſpoſitione, cui adiecta eſt conditio, commutanda quæritur; vnde ſpecialem quæſtionem de commutatione vltimarum voluntatum conditionalium ad finem huius cap. inſtituemus. Multo autem clarior, licèt non multum differat à præcedenti, eſt diſtinctio illa ad hanc pariter, & ſeq. concluſ. ac principalem quæſt. ſequentem pertinens, quàm circa conuerſionem legatorum ad certum vſum in alium, facit, & latiùs confirmat Petr. de Vbald. *in tract. de canon. Epiſc. & paroch. c. 7. num. 35. cum duobus ſeqq. & num. 42.* dum hac in re tres caſus diſtinguit. Primus eſt, quando ille vſus poteſt impleri de iure, & de facto: & hoc, inquit, legatum non poteſt conuerti in alium vſum, *cap. cum dilecti, de donat.* (quod tamen, meo iudicio, nihil ad hanc rem facit,) *cap. nos quidem, de teſtament. l. 1. ff. de adm. rer. ad ciuit. pertin. l. nulli, C. de Epiſc. & Cleric.* niſi auctoritas Papæ interueniat, (adde, vel alterius Principis ſupremi, debite referendo quoad res, vel perſonas cuique ſubiectas,) *d. Clement. quia contingit, in princip. de relig. dom. & l. legatum,* in primis verbis, *ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* Secundus caſus eſt, quando vſus poteſt de iure impleri, ſed non de facto, puta † ob bella in- 131.
gruentia in loco, vel quia pecunia non ſufficit ad opus relictum; & tunc poteſt fieri conuerſio ad alium vſum, *d. l. legatam, poſt initium, d. cap. nos quidem,* illud intelligendo de impotentia facti, iuxta *cap. ſciſcitatur, de reſcript.* quòd ſi hoc impedimentum facti breui tempore ſperatur tollendum, tunc illud tempus expectandum eſt, *cap. magna, de vot.* vbi affertur huius rei exemplum, ſicut & ipſius caſus. Tertius caſus eſt, quando ille vſus non poteſt impleri de iure; & tunc aut ille expreſſus vſus ad nullum finem honeſtum exprimebatur; & hoc caſu legatum eſt inutile, & non fiet conuerſio ad alium vſum etiam licitum, vt *in l. 1. C. de condit. inſtit.* ſed meliùs facit *cap. fin. de pact. & l. contra iuris ciuilis, ff. de pact.* cum aliis per nos adductis ſupra, initio 1. & 2. fundamentis prioris partis huius concluſ. exemplum autem affert Petr. de Vbald. *numer. 36.* in legato, vt ludi theatrales exerceantur in Eccleſia, quod eſt illicitum de iure, & contra honeſtatem Eccleſiæ, *cap. cùm decorem, de vit. & honeſt. Cleric.* Aut ad aliquem honeſtum finem exprimitur vſus, licèt de iure impleri non poſſit; & tunc illud legatum conuertitur in alium vſum honeſtum, iuxta *l. legatum, ff. de vſ. & vſufruct. leg.* & ita, inquit Vbald. *numer. 37.* poteſt quoque intelligi *d. cap. nos quidem,* dum dicit, ſi ibi impleri non poſſit, quoniam verbum, *poteſt,* intelligitur quoque de impotentia iuris, *d. cap. ſciſcitatum.* Sic etiam poſſunt intelligi alia iura per nos adducta ad confirmationem poſterioris partis huius concluſ. paulo poſt initium. Exemplum autem huius impotentiæ iuris affert Vbald. *d. num. 37.* ſi teſtator iubeat, quòd in domibus ſuis Prædicatores, ac Minores & alij Mendicantes ſe conferant ad habitandum, & in domibus illis celebrandum diuina pro anima teſtatoris; vel leget centum ad celebrandum in loco interdicto eo tempore, quo ibi celebrari non debet: quod vltimum exemplum poſt alios comprobat etiam Bertach. *tract. de Epiſc. lib. 4. part. 4. n. 78.*
Addit Vbald. *num. 41. & 42.* quòd † ſi teſtator prouidit, quid agendum, vbi non impleretur diſpoſitio ob 132.
impotentiam, vel aliam cauſam; tunc non poſſet fieri conuerſio in alium vſum, poſt gloſ. & Bart. *in l. liberto, §. Lucius, ff. de ann. leg.* quem etiam in hoc ſequitur Couar. *in cap. ſua nobis, num. 6. in fin. de teſtam.* & Barbat. *in cap. nos quidem, col. 2. eod. tit.* quem ad hoc citat Ioan. Dilect. *de art. teſtand. tit. de tut. & execut. teſtam. cauſ. 6. num. 4.* Subdit verò Vbald. *d. num. 42. & ſeq.* quòd, † ſi vſus, ad quem fit legatum, im- 133.
pleri nequeat, tunc poſſet fieri conuerſio ad alium vſum auctoritate ſuperioris, eſto quòd in teſtamento adeſſet clauſula, ne ad alium vſum poſſet conuerti, quàm deputatum à teſtatore: quia voluntatem teſtatoris debemus interpretari ſecundùm ius commune, vt res magis valeat, quàm pereat, *cap. Abbate, de verb. ſign.* De iure autem communi poteſt ex cauſa illa conuerſio fieri in alium vſum; & nemo facere poteſt, vt leges non habeant locum in ſuo teſtamento, *l. nemo poteſt, ff. de legat. 1. & cap.*

Digitized by Google

& cap. requisisti, de testam. cum simil. Hinc etiam Bertach. *in tract. de Episc. lib. 4. part. 4. num. 76.* post
134. Bald. *in l. monumenta, C. de legat.* docet, † legatum relictum Collegio reprobato à Papa, vtputa Fraticellis, debere conuerti per superiorem in alium pium vsum; idem docens de relicto Monti Pietatis, hoc loco sublato, ex not. per Bald. *in l. post mortem, C. de fideic.* Et quamuis Aug. Bero. *cons. 25. num. 15. vol. 2.* secutus Imol. Boich, & alios *d. cap. nos quidem, de testam.* hac in re distinguat, quòd, si relictum fuerit loco, seu Collegio illicito ratione sectæ, tunc totaliter efficitur caducum ad effectum, vt ad illud admittendus sit hæres institutus, aut veniens ab intestato, & non possit in alios pios vsus conuerti: secus verò si sit relictum loco, seu Collegio non approbato. Tamen hæ duæ diuersæ, seu aduersæ opiniones ita conciliari possunt, & debent, vt prior quoad Collegium illicitum, & reprobatum procedat posita ignorantia disponentis, vt quia nesciret reprobationem, vel ea superuenerit post relictum: posterior verò locum habeat data eius scientia. Ratio autem est, quia in priori casu legatum adhuc remanet in terminis legati pij ob piam testatoris voluntatem; in posteriori verò iam desinit esse pia dispositio; vnde amittit priuilegium commutationis, iuxta id, quod mox dicemus ex Lap. *alleg. 87. num. 7.* Idem verò Bertach. *d. part. 4. lib. 4. tract. de Episc. num. 77.* post Bald. *in l. cum alienam, C. de le-*
135. *gat.* tradit, † quòd, si testator reliquit domos, aut certam quantitatem ad construendam Ecclesiam à Fratribus Mendicantibus in certo loco, & ibi non possit construi Ecclesia, quia Episcopus nolit, posse, vel debere per Fratres construi in Ecclesia, quam habent, Capellam pro anima testatoris; licèt Bart. *in l. legatum, ff. de vsu, & vsufruct. leg.* dicat in alium pium vsum posse conuerti: quem Bald. reprobat *in auth. ingressi, col. 7. vers. iuxta hoc quæro, C. de sacrosanct. Eccles.* Denique non improbabilis est hac in re distinctio illa, quæ colligitur ex
136. Lap. *alleg. 87. num. 7.* vt nimirum † singulare sit in piis legatis, & vltimis voluntatibus, quòd quacumque de causa executioni mitti non possint quoad vsum destinatum, possint conuerti in alium vsum; quasi secus sit in legatis non piis, seu profanis. quæ tamen distinctio ita demum admitti potest, si pia dispositio, & voluntas laxius accipiatur, quàm communiter sumitur in hac materia, iuxta latiùs per nos tradita suprà hoc ipso *cap. quæst. 2. circa initium.* hoc est, non solùm pro ea, quæ dirigitur ad Dei cultum, & opera misericordiæ, hisque similia; sed prout continet quoque charitatem in patriam, iuxta loca M. Tullij, & iuta ibidem citata, aliàs enim ea doctrina esset contra textus expressos *in l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. l. legatum, ff. de vsu, & vsufr. leg, & l. fin. ff. de oper. publ.*

SECVNDA CONCLVSIO. Vltimæ voluntates conformes iuri humano positiuo, † regula-
137. riter, seu vtplurimum commutari non possunt: aliquando verò possunt. Prior pars conclusionis probatur ex iis omnibus iuribus, in quibus habe-
138. tur, † vltimam dispositionem hominis de rebus suis legitimam exequendam esse, & ratam haberi debere, vt *in l. in conditionibus, in princ. & in l. si quis cum, ff. de condit. & demon. l. cùm quæstio, in fin. C. de legat. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. auth. hoc amplius, C. de fideicommiss. §. disponat, auth. de nupt. l. qua ratione, §. hæ quoque res, ff. de acq. rer. dom. & §. per traditionem, Instit. de rer. diuis.* iun-

cta glos. vtrobique, *verbo, ratum haberi; cap. vltima voluntas, 13. quæst. 2.* cum aliis ad id per nos adductis *cap. 3. quæst. 3. conclus. 1.* & Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 1. tit. 3. num. 7. cum seq. & lib. 3. tit. 3. à num. 1. ad 11.* Quòd si deinde accedat etiam, quòd dispositio præceptiua sit de materia alias præcepta à lege, & prohibitiua sit de re aliàs à iure prohibita, iam duplici vinculo impeditur commutatio, nimirum dispositionis hominis, & legis, quæ † magis ligant, vt satis colli- 139.
gitur ex traditis à Cæsar. de Graff. *decis. 2. numer. 8. & 9. de const.* Bald. *auth. res quæ, num. 16. & seq. C. comm. de legat.* cum aliis, de quibus Gonzal. ad *reg. 8. Cancell. glos. 13. in princip. num. 96.* & in specie Ruin. *consil. 41. num. 27. vol. 1.* nam duo vincula fortiora sunt vno, *l. cùm in adoptionis, in princip. vers. si verò pater, C. de adopt. & §. affinitatis, Instit. de nupt.* cum simil. Posterior pars † con- 140.
clusionis probatur primò ex casibus huiusmodi relatis sup. *cap. præced. quæst. 3. conclus. 2.* in casu *cap. ad audientiam, il 1. de Eccles. ædif.* & Concil. Trident. *sess. 21. cap. 4. de reformat.* vbi Episcopis, etiam vti Sedis Apostolicæ delegatis, conceditur facultas, vt possint nouas parochias constituere, etiam inuitis Rectoribus, ex fructibus matricis; cùm tamen proculdubio illi fructus omnes de iure iis Rectoribus deberentur. item in casu eiusdem Concil. *sess. 23. cap. 18. de reformat.* vbi certa pars reddituum beneficiorum, qui omnes ad beneficiatos de iure spectare deberent, pro constructione fabricæ, & alendis, atque instruendis Clericis seminarij deputati mandatur. sicut etiam *sess. 24. cap. 13.* cùm reditus omnes beneficiorum ad beneficiatorum sustentationem, non ad alios, de iure spectare deberent, iuxta *rubric. & tot. tit. vt benefic. sine diminut. conf. 1.* tamen permittitur impositio pensionis; per quam illorum fructuum pars ab eo, qui in eo beneficio non laborat, percipitur; vt adnotauit inter alios Gonzal. *ad d. reg. 8. glos. 5. §. 5. num. 39.* & de se patet. Secundò probatur, § quia † tunc fieri commutatio 141.
potest, & aliquando debet, cùm tempore dispositionis id, quod in ea dispositum fuit, seu ipsa dispositio erat secundùm ius, postea verò desiit esse secundùm ius, eiue aduersari cœpit, vt colligere licet ex nonnullis casibus, quos *d. cap. præced. quæst. 3. conclus. 2.* retulimus; prout de primo est casus *in l. fin. ff. de mort. inferend.* vbi id, quod relictum fuit ad perficiendum sepulchrum, si hoc tempore mortis testatoris erat perfectum, in aliud quid simile commutandum erit: de secundo, *in cap. vnic. 10. quæst. 3. cap. & temporis, cum seq. 16. quæst. 1.* & Concil. Trident. *sess. 21. cap. 5. de reformat.* & aliis iuribus inibi per nos citat. in materia vnionis: cùm enim de iure quodlibet beneficium de per se stare debeat, & singulorum beneficiorum reditus à singulis beneficiatis percipi; propter paupertatem superuenientem, aut aliam huiusmodi causam, per vnionem fit, vt duo beneficia simul iungantur, & vtriusque reditus ab vno percipiantur: quare vniones † odiosæ sunt vel ex eo, 142.
quòd per illas minuitur cultus diuinus, & facultas conferendi, vt post Crescent. *decis. 1. in fin. de paroch.* sentit Gonz. *d. glos. 5. §. 7. n. 44.* qualis etiam est casus eiusdē Conc. *sess. 21. c. 7. de refor.* vbi beneficia simplicia, & curata ex Ecclesiis postea collapsis, quæ aliàs instaurari ob inopiam nequeant, transferri possunt ab Episcopis ad Ecclesias matrices, vel viciniores: & sic fit commutatio volũtatum, ac dispositionum,

quæ erant, vt illa beneficia suas Ecclesias haberent certo in loco, in illud, vt in alienis Ecclesiis, alióque in loco sint, qualis est illa *sess.24.cap.3.* vbi iniungitur Episcopis, vt reditus fabricæ Ecclesiarum, quæ tamen per se necessaria est, in alios vsus ipsius Ecclesiæ necessarios, & vtiles, prout magis sibi expedire visum fuerit, expendi curent. qualis denique, vt alios prætermittam, est is, qui habetur *sess.25. cap. 4.de reform.* vbi ob magnam Missarum, & onerum Ecclesiis impositorum multitudinem superuenientem, quibus non potest commode satisfieri, datur facultas Episcopis in Synodo, & Abbatibus Regularium in suis Capitulis generalibus, vt possint eas Missas reducere in suis Ecclesiis, aut aliter hac in re prouidendo statuere quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiarum vtilitatem viderint expedire. & *eadem sess. 25. cap.8. de reformat.* vbi mandatur Episcopis, vt cum duobus de Capitulo fructus hospitalium institutorum pro peregrinis, aut infirmis, similibúsque personis suscipiendis, si inibi vel nullæ, vel perpaucæ huiusmodi personæ reperiantur, in alium pium vsum, qui earum institutioni proximior sit, conuertant.

Ratio autem huius secundi fundamenti, quod ad posterioris partis nostræ conclusionis confirmationem attulimus, ea esse potest, quoniam † fauorabilis est, & facilè conceditur reditus ad ius commune, 143. Abb.*cap.fin. num.19. de consuet.* latè Felin.*in cap.cùm accessissent, num.5.6.& 30. & cap.cùm omnes, num.7. cum seqq. de constit.* Iason *l.si vnus, §.pactum, ne peteret, num.5. & seqq. ff. de pact.* Sanch. *de matrim. lib.1. disp.12.num.2.* Couar. *lib.3. var.resolut.cap.6. num.4.* iuncto *num.7. vers.vltima ratio vrgeret,* Tiraq. *de primogen.quæst.24.num.6.* & Gonzal. *in 8.comment.reg.8. glos.7.num.9. vsque ad 14.* sicut etiam fauorabilis est dispositio, quæ iuri communi innititur, ex alleg. suprà *cap.3. quæst. 3. circa med.* Extra casus autem suprà expressos, aut iisdem similes; cùm † agatur de 144. dispensando in lege superioris, tum propter ipsam vltimam voluntatem, quæ de iure communi debet obseruari, vt initio huius conclusionis, & alibi ostendimus; tum ob illud ius, cui voluntas ipsa conformis est, non poterit Episcopus, aut alius Princeps inferior tales vltimas voluntates iuri communi conformes commutare, nisi cùm inferior potest iuri communi derogare; quod, quando fieri possit, videbimus *cap.seq.quæst.5.* Princeps verò, cùm sit solutus legibus suis, & sibi æqualium in potestate, *l. Princeps, ff.de leg. l.digna vox, C.eod.tit. & cap.proposuit, de concess.prebend.* cum simil. poterit saltem ex iusta causa huiusmodi voluntates, quæ solùm iuri humano conformes sunt, ac multo magis, quæ illi dumtaxat, non alteri iuri aduersantur, commutare; vt patebit ex iis, quæ latiùs *eod. cap.seq. quæst. 2.* & quod ad solam vltimæ voluntatis mutationem attinet, *q. seq. huius cap.concl. 1.* breuiter adducemus.

Nunc verò pro complemento huius quæst. vt suprà *quæst.3. huius cap.ad fin.* polliciti sumus, aliquid dicamus de ea interpretatione legis, quã Epicaiam vocant, & tum in iure humano, tum etiam in diuino & naturali est nonnumquam admittenda, vt paulo pòst dicemus, & commutationi vltimæ vo-
145. luntatis deseruiet, quæ & ipsa † lex quædam priuata est, quam sibi inter vinos contrahentes indicunt, vt colligitur ex *l.fin. C.de fideiussor.* glos. *l. non solum, §.fin. ff.de oper. non. nunc.* vel quam testator in morte heredi suo, vel legatario præscribit, *§.disponat, auth. de nupt.* ibi, disponat testator, vt dignum est, & sit lex eius voluntas: atque adeò deseruiet etiam decisioni omnium fere quæst. seq. est vltim. cap. huius tract.

Est igitur Epicaia, † vel, vt alij scribunt, epiicia, 146. nimirum sequentes Græcam dictionem ἐπιείκεια, quæ quidem significat moderationem, lenitatem, iuris æquitatem, rigoris remissionem; est, inquam, declaratio, per quam verba legis deferentes, & eius mentem potiùs, & intentionem legislatoris spectantes, interpretamur, quòd casus aliquis in lege non sit comprehensus; vt expressè voluit inter cæteros Valent.*tom.2.disp.7.quæst.4.punct.6. circa princ. vers. secundo modo, & vers. hu positis*, necnon *quæst. 5. punct.9. vers. tertiò, cùm habueris, & quæst.8. punct. 4. vers. tertiò, dubium non est*; latè post alios Suarez *de leg. lib.2. cap.16. num.4. & lib.6. cap.6. num. 4. & 5.* vbi allegat quoque Arist. *lib.5. Ethic. cap.10.* quem etiam sequitur S. Thom. 2.2. *quæst. 120. art.1. & 2.* vbi Caiet. & cæteri Thomistæ, Scot. & alij Schol. *in 4. sentent. distinct.37.* sentitque idem S. Thom. 1.2. *quæst.96. art.6. & quæst. 97. art. 4.* & colligitur ex *l. nulla, ff.de leg.* vbi Modestin. l. C. nûlla, inquit, iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt, quæ salubriter pro vtilitate hominum introducuntur, & nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad seueritatem, & *l.non dubium,* in primis verbis, *C.eod.tit.* vbi Theodosius, & Valentinianus Impp. Non dubium est, aiunt, in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem, quæ duo iura ad id allegat S. Thom. illud quidem *d.artic. 6.* hoc verò *d. artic. 1.* quod etiam totidem verbis approbatur à Bonif. VIII. *cap. certum est,* seu *fin. de reg. iur. in 6.* Porrò epicaia † non est semper actus iu- 147. risdictionis, sed plerumque prudentiæ, ac doctrinæ; vt tradit Suarez *d.lib. 6. cap.6. num. 5. & cap. 10. num 1.* alias numquam posset etiam priuatus vti epicaia; quod falsum esse ex eodem Suarez & aliis paulo pòst videbimus. Potest autem in aliquibus saltem casibus † tam in iure naturali, diuino, 148. quàm humano, locum habere epicaia, vt constat ex S. Thom. Valent. *loco cit.* & relatis à Suarez *d.lib. 2. cap.16. num.1. & 2. lib.6. cap. 7. num.1. & 14. & cap.8. num.3. & 10.* ac denique *lib.10. cap.6. num.9.* præcipuè Sot. *lib.1. de iust. & iur. quæst. 6. artic. 8. & quæst.7. artic.3. ad 3. lib.10. quæst.3. artic.4.* Nauarr. *consil. 4. de desponsat. impub. num. 16. & 17.* Couarr. *in 4. decret. 2. part. cap. 6. §. 9.* Siluest. *in summa, verbo, Papa, quæst. 16.* Felin. *cap. qua in Ecclesiarum, num.2. de constitutionib.* quibus adde Cordub. *in lib. 3. quæstionar. quæst.13.* Cùm † verò epicaia in 149. tribus casibus locum habere possit: primò, quando aliàs lex præciperet rem iniquam: secundò, quando præciperet rem acerbam, & nimis difficilem: tertiò, quando licèt non deesset potestas in legislatore ad obligandum; tamen ex circumstantiis iudicatur, hanc non fuisse eius mentem; vt satis probat idem Suarez *d.lib.6.cap.7.à num.3.ad 11.* vbi etiam ostendit, † ad hoc, vt obligatio legis generalis in 150. particulari casu cesset, non satis esse, quòd ratio legis negatiuè deficiat, hoc est, in ea non inueniatur ratio, quæ mouit legislatorem ad ferendam legem; sed necessarium esse, vt deficiat contrariè aliquo modo, id est, quòd aliàs lex tunc contineret rem iniquam, vel certè nimis duram, & difficilem. Quamuis autem Suarez *d.lib. 2. cap. 16. numer. 7. iuncto numer. præcedenti, vsque ad fin.* latiùs contendat, † in lege naturali per se spectata 151. non habere locum propriam epicaiam, sed solùm decla

declarationem materiæ, & veri sensus legis; prout verò eadem præcepta naturalia constituta sint per aliquam legem humanam, in iis posse locum habere propriam epicaiam: idémque probare nititur de iure diuino positiuo *d.lib.10.cap.6. num.12.15. & tribus seqq.* Nihilominus non puto recedendum à communi sententia, & modo loquendi cæterorum, vt tam in præceptis naturalibus, vt naturalia sunt, quàm etiam in lege diuina positiua locum habeat propria epicaia; sed quoad primum modum dumtaxat, cùm nimirum aliàs lex esset iniqua; vt in lege naturali patet ex exemplis allatis à S.Thom. *d.art.1. & 2.* & ibi Caiet. necnon Sot. Nauarr. Couarr. Silu. & Fel. paulo antè cit. præsertim in voto, iuramento, depósito, reddendo, homicidio, furto, residentia Episcopi, & similibus: in lege diuina positiua, exemplo defectus integritatis confessionis sacramentalis ob periculum vitæ, vel famæ, imminentis pœnitenti ex certi peccati confessione; quod exemplum affert Valent. *d.disp.7.quæst.8.punct.4.vers.tertio, dubium non est.* reliqui verò duo modi epicaiæ, cùm videlicet aliàs lex præciperet rem nimis duram, & difficilem, vel cùm ex circumstantiis iudicari possit, mentem legislatoris fuisse, legem suam in tali casu
152. non obligare; simul cum prædicto primo modo, † possent locum habere in lege dumtaxat humana; quod & admittit, & satis probat Suarez *d. lib.6. cap. 7.num.9. & duobus seqq.* & hoc solùm, si bene penderentur, probant rationes, quas in contrarium allegat idem Suarez *d.lib.2.cap.16. & lib.10.cap.6.* Atque in hac epicaia in lege humana quoad omnes tres illos modos congruam regulam affert ipsemet Suarez *eod.cap.7. num.12.* vt in primo modo præcipuè considereretur, an in eo casu occurrat aliud præceptum iuris diuini, & naturalis, cui repugnet executio legis humanæ secundùm verba eius; & consequenter, an actus tunc habeat iniustitiam, seu malitiam inseparabilem; vel saltem contra præceptum humanum grauiùs, & magis obligans; in secundo consideretur modus obligandi legis humanæ, nimirum sine magno incommodo, & dura, quasique seruili obligatione, vt paulo antè *num.9. & 10.* idem Suarez ostenderat; & iuxta incommodorum grauitatem, quæ ex legis obseruatione sequerentur, iudicandum erit, an hoc factum particulare cum his circumstantiis excedat potestatem legis humanæ. In tertio verò magis vtendum esse coniecturis desumptis ex circumstantiis, & præsertim ex vsu, & modo regiminis, & ex more interpretandi similes
153. leges. Ex quibus tribus regulis, duæ priores † legi canonicæ deseruire non possunt: sicut & duo priores modi epicaiæ in ea locum non habent; cùm neque dubium potestatis circa aliquã particularem legem canonicam esse possit, vt colligitur ex *cap.1. de constit. cap.illud, & cap.solita, de maior. & obed.* vnde & generalis constitutio Ecclesiastica canon, siue regula appellatur, *cap.1. & 2.dist.3.* regula verò dicta est, eò, quòd recte ducit, nec aliquãdo aliorsum trahit, *cap.regula, eadem dist.* & tolerandum est iugum, quod a sede Apostolica imponitur, licèt intolerabile videatur, *cap.in memoriam, 19.dist.* ibi, &, licèt vix ferendum ab illa sancta Sede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus. Tertia verò regula, sicut & tertius modus epicaiæ in iure quoque Canonico locum habere potest; cùm de aliquo canone iure dubitari possit, an Papa, vel generale Concilium voluerit talem casum particularem, de quo agitur, comprehendere. Ac circa omnes regulas, & modos, illud ex Soto, & communi optimè adnotauit, satisque probat Suarez *d.cap.7.n.*

13. † non solùm posse cessare obligationem legis, 154.
quando in particulari euentu esset contra bonum commune illam seruare, sed etiam sit contra bonum particularis personæ; dummodo sit nocumentum graue, & nulla alia ratio communis boni obliget ad illud inferendum, aut permittendum: idque etiã ostendit procedere in iis, in quibus potest damnum patiens cedere iuri suo; *& num.14.* licet simus in acquirẽdis, seu in lucro cessante, modò sit iustum, & graue; vt contra quosdam Iuristas probat tum ex *l.vnica, C. de sent. qua pro eo quod interv. in fin.* ex qua constat lucrum cessans iustum & graue æquiparari damno; tum ex eo, quòd vsu receptum videmus, excusari aliquem ab obseruatione festi, ne transeuntem occasionem magni lucri amittat, qui vsus nititur *cap.licet, vers.indulgemus, de fer.*

Denique, si quis circa hanc materiam epicaiæ quærat, † an quis ea vti possit absque recursu ad su- 155.
periorem pro declaratione, etiamsi res dubia non sit. Qua in re breuiter respondeo, quod ad legẽ naturalem, vel diuinam positiuam pertinet, si res ita sit manifesta, vt nulla ratione in dubium reuocari possit, quin, si tunc lex illa obseruetur, iniquum aliquid sequatur, vt in lege naturali de depósito reddendo, si petatur ab eo, qui depósuit, ad se, vel aliam occidendum, aut impugnandam patriam; vel si quis vouit ieiunare tali die, vel audire sacrum, & eo die is incidat in morbum lethalem, ex quo decedet, si ieiunet, aut velit audire sacrum: tunc poterit quis absque eo, quòd recurrat ad Principem, licèt possit id facere, eam legem non obseruare; vt sentit S. Th. 2.2 *quæst.120.art.1.* vbi, cùm in corpore art. posuisset exemplum de depósito, ad 3.arg. respondet, quòd interpretatio locum habet in dubiis, in quibus non licet absque determinatione Principis à verbis legis recedere; verùm in manifestis non est opus interpretatione, sed executione; eum sequitur Valent. *d.disp.7.quæst.4.punct.6.vers.his positis*, & Leonard. Lessi. *de virt. Card. lib.2.cap.47. dubit.9.in princip.* seu *num.63.* Idémque multo magis dicendum erit in lege diuina positiua, vt in exemplo superiùs allato de integritate confessionis; tunc enim potest subticere quis peccatum, ex cuius confessione imminet sibi mors, absque eo, quòd ad superiorem recurrat: sed quia posset quis dicere, id euenire per accidens, ne cogatur quis superiori peccatum suum confiteri; potest exemplum afferri in sumptione Eucharistiæ, nam, si quis in extrema infirmitate vomitum patiatur, non tenebitur eam sumere, licèt ex veriori sententia tunc vrgeat diuinum præceptum sumptionis Eucharistiæ, vt patet ex adductis à Suarez *in part.3.* S.Thom. *tom.3.disp.69.sect.3.vers.dico primò.* Quòd si res sit dubia, omnino debet adiri superior, vt sentit *ibidem* S.Thom. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *lib.2.de matrim.disp.41.num.37.* iuncto *num.35.* qui non distinguunt de præceptis diuinis, & naturalibus, vel humanis; & Suarez *d. lib.6.de legib.cap.8. num.10.* loquens de lege humana, de qua nos paulo pòst. interim verò quod ad legem diuinam, & naturalem pertinet, dubium hoc ita debet accipi, nisi adsit probabile indicium contra obligationem ex probabili opinione, cui assensum præbeat is, qui dubitat de obligatione legis diuinæ, vel naturalis; vt sentiunt præcitati Doctores relati, & probati à Sanchez *d.num.37.* quod & cõfirmatur ex eo, quòd † licet se- 156.
qui probabilẽ opinionem etiã in præceptis diuinis, vel naturalibus, vt patet ex exẽplis ad id adductis ab eodem Sanchez *lib.3. de matrim. disput.10. num.4. & disput.22. num.61.* & Ioan. Azor *tom.1. Instit. Moral. lib.2. cap.12. vers. quæritur.* Quod verò per-

Digitized by Google

tinet ad legem humanam, diſtinguit Suarez *d.cap.*8. quòd, ſi certò conſtet, materiam legis ex accidenti euentu, vel circumſtantia factam eſſe iniquã ſeu contrariam alteri præcepto, aut virtuti magis obliganti; tunc ceſſat obligatio legis, & propria auctoritate poteſt omitti ſine recurſu ad Principem; vt ex communi reſoluit *num.*1. & ea ratione, quia fruſtrà tunc fieret recurſus, cùm magis ſit obediendum Deo, quam hominibus, *Act.*5. immo & quoties conſtat, legem non obligare, licet poſſit ſine peccato ſeruari; vt ex iiſdem auctoribus docet Suarez *num.* 2. quibus addo Valent. id ſatis aperte ſentientem *d. diſp.*7. *quæſt.*5. *punct.*9. *verſ. Tertio*, cùm habuerit locum, ex Caiet. 1. 2. *quæſt* 96. *art.*6. ſi verò probabiliter tantùm iudicat legem non comprehendere caſum illum, ſecurè poteſt excuſare ab obligatione legis, etiamſi formidet, vel vtrinque habeat rationes probabiles dubitandi; vt pluribus docet *num.*3.6. & 7. vbi hanc opinionem oſtendit eſſe practicè certam quoad hoc, vt quando non poteſt conueniri ſuperior, liceat ex probabili ſententia, aut iudicio epicaia vti, ſiue caſus excipi iudicetur à poteſtate legiſlatoris, ſiue à ſola eiuſdem voluntate; ob eam præcipuè rationem, quia iudicium probabile in rebus moralibus ſufficit ad prudenter operandum, cùm omnis ferè cognitio humana ſit coniecturalis, præſertim in rebus agendis; aliàs non liceret homini rudi ſequi conſilium pij, ac docti viri, omníſque grauiſſimum eſt in quauis re probabiliter dubia ad ſuperiorem recurrere, cùm ij caſus
157. ſint frequentiſſimi. quæ rationes cùm militent † etiam vbi detur recurſus ad legiſlatorem; atque in interpretanda lege naturali, ac diuina, vtamur ſententia probabili ſine recurſu ad Papam, vel Prælatos, & plerique Canoniſtæ *in cap.*1. *de conſtit.* ac legiſtæ poſt Bart. *in l.*1. *C. de leg. num.* 8. & 9. aſſerant poſſe iudicem ad ferendam ſententiam probabiliter interpretari legem in caſu dubio, nec oportere vt ad ſuperiorem recurrat, nec hæc fundamenta tolluntur à Caiet. *d.art.*6. Sot. *lib.*1. *de iuſt. & iur. quæſt.* 6. *art.*8. & *quæſt.*7. *art.*9. ac *lib.*3. *quæſt.*4. *art.*5. Valent. *d.punct.* 9. *verſ. ſi autem res non eſt euidens.* Neque à Suarez *d.cap.*8. *num.*9. vbi hanc rem pertractant: ſatis ſuſtineri poſſet contraria opinio vtè communior, quæ habet, licere vti probabili opinione in lege humana, licèt poſſit dari recurſus ad ſuperiorem. Quòd ſi non ſit probabilis opinio, & vti tali aſſenſú non præbeat is, qui dubitat de legis obligatione, ſed in mero dubio maneat: tunc veriſſima, &
158. communis opinio eſt, † quòd, ſi detur recurſus ad ſuperiorem, non poterit dubitans recedere à verbis legis, & vti epicaia; vt tenent, ac ſatis oſtendunt Doct. relati pariter, & approbati à Sanchez *d.n.*37. ac Suarez *d.cap.*8. *n.* 10. ſi autem conſuli non poſſit ſuperior; tunc, licèt aliqui indiſtinctè velint, ſeruandam eſſe legem, vt Sanchez *d.n.*37. & alij, quos refert Suarez *d.cap.*8. *num.*11. aliqui verò, quos *ibidem* recenſet, teneant, poſſe in eo caſu vti epicaia: tamen optima mihi videtur diſtinctio Suarez *eod. cap.*8. *num.* 12. & 13. per quam etiam conciliari vi-
159. dentur hæ contrariæ opiniones, vt prior † procedat, vbi lex illa ſine peccato ſeruari poſſit; poſterior verò, vbi dubium naſcatur ex concurrentia legum, quæ pro eodem tempore ſimul impleri non poſſunt; & homo dubitat, quid facere debeat: nam in priori caſu non poteſt agere contra legem, quia manifeſtè ſe exponeret periculo peccandi trãſgrediendo legem, de qua iudicium probabile formari non poteſt, quòd ceſſauerit obligare; neque impotentia conſulẽdi Principem poteſt tunc dare certitudinem practicam; & in mero dubio præſumpcio eſt pro lege, cùmque ea dicatur in tali caſu poſſidere, eius conditio melior eſſe debet, *iur. vulgar.* in poſteriori verò caſu licite poteris agere contra verba vnius legis, implendo eam, quam tunc, facta diligentia morali, iuxta perſonæ, & temporis capacitatem bona fide iudicat eſſe grauiorem, & magis obligare: quia non debet is eſſe perplexus, aut neceſſariò peccare; & faciendo quod in ſe eſt, ſatisfacit vni legi, & aliam non tranſgreditur. Atque ex his finis ſit huic quæſt.

Svmmæ Rervm.

160. *Diſpoſitio hominis alia contra, alia ſecundùm, alia præter ius.*

161. *Impoſſibile de facto aliud eſt ſecundùm naturam, ſeu ſimpliciter; aliud ex accidenti, ſeu ſecundùm quid; & hoc vel a diſponente putabatur poſſibile, vel ſciebatur impoſſibile. Item aliquid eſt impoſſibile ſecundùm quid, quia valde difficile; num.*162.

163. *Vltima voluntas præter ius, ſeu de re, quæ eſt præter ius, plerumque commutari poteſt.*

164. *Vnum vinculum minùs impedit, & ligat, faciliúſque tollitur, quam duo; & duplex prohibitio, hominis nimirum, & legis efficacius operatur.*

165. *Caſus, in quibus commutatur vltima voluntas, de re, quæ eſt præter ius.*

166. *Vltimæ voluntates circa rem de facto impoſſibilem regulariter nullæ ſunt.*

167. *Impoſſibilia non obligant. & ex his impoſſibilia de facto; num.*168.

169. *Stipulatio rei impoſſibilis ſecundùm naturam, vel ex accidenti, nulla eſt. Idque, licèt vterque contrahens ignoraret, rem promiſſam eſſe impoſſibilem; num.*170.

171. *Vltimæ voluntates circa rem de facto impoſſibilem aliquando commutari poſſunt.*

172. *Vltima voluntas commutari poteſt quoad locum ex cauſa neceſſitatis. & quoad alium vſum ex eadem cauſa; num.* 173. *atque in ſimilibus, ſtante ignorantia probabili diſponentis. n.*174.

175. *Voluntas defuncti ſi non poteſt impleri in totum, debet quomodo poteſt.*

176. *Mens teſtatoris, & eius diſponentis ſpectanda eſt magis, quam verba.*

177. *Voluntas teſtatoris mutari poteſt ex eo, quod poſt eius mortem accidit.*

178. *Inutiliter diſponere noluiſſe quiſque præſumitur.*

179. *Diſpoſitio eam recipit interpretationem, prout veriſimile eſt diſponentem reſpondiſſurum, ſi interrogatus fuiſſet.*

180. *Vltima voluntas commutari poteſt ob magnam difficultatem facti in caſibus, in quibus poteſt ob eiuſdem facti impoſſibilitatem; & num. ſeq.*

181. *Impoſſibile cenſetur id, quod indiget Principis diſpenſatione, quam non conuenit concedere; & num.*248.

182. *Vltima voluntas ratione impoſſibilitatis facti nequit commutari cùm impedimentum eſt temporale.*

183. *Heres grauatus ad emendum locum, vt in eo conſtruatur hoſpitale, liber non erit, ſi dominus loci eum vendere nolit. Tunc autem Epiſcopus curabit, ad idem opus emi alium locum, num.*185.

184. *Heres grauatus dare aliquid hoſpitali pro anima teſtatoris, ſi Epiſcopus declaret, ibi teneri non poſſe hoſpitalitatem, non erit liber.*

QVÆ

QVÆRO SEXTO; an commutari poſſint vltimæ voluntates præter ius, aut quæ ſunt de facto impoſſibiles?

Diximus in tribus præced. quæſt. de commutatione vltimarum voluntatum, quæ ſunt contra, vel ſecundùm ius ſiue naturale, ſiue diuinum poſitiuum, ſiue humanum; atque in nox præced. aliquid agimus de impoſſibilibus de iure: ſequitur nunc, vt agamus de ea vltima voluntate, quæ eſt præter ius, aut de facto impleri non poteſt.

160. Eſt enim hominis diſpoſitio, † alia contra ius, quæ repugnat ei, quod lex diſponit; alia ſecundùm ius, quæ conformis eſt, & conſentanea iuris diſpoſitioni; alia denique præter ius, cùm id, quod homo diſponit, non eſt expreſsè præceptum, aut prohibitum à lege: atque hanc diſtinctionem diſpoſitionis hominis, vt vel ſit contra, vel ſecundùm, vel præter legem, diſertis verbis in ſtipulatione poſuit glo. recepta *in l. iuris gentium, §. & generaliter, verbo, non licet, ff. de pact.* atque alij Doct. ſæpe.

161. Impoſſibile autem de facto, † aliud eſt ſecundùm naturam, ſeu ſimpliciter, vt cœlum digito tangere; aliud ex accidenti, ſeu ſecundùm quid, quod eſt impoſſibile ſolùm tali perſonæ; vt, ſi quis promittat pauperi, vel ab eo ſtipuletur centum millia aureorum; aut reſpectu temporis: & hoc vel à diſponente putabatur poſſibile, vel ſciebatur impoſſibile. quæ diſtinctio colligitur ex Sanchez *de matrim. lib. 5. diſp. 3. numer. 1. circa med. numer. 7. & 8. in princ. & diſp. 4. numer. 1.* Legiſtis *in l. impoſſibilis, ff. de verb. ſign. l. impoſſibilium, ff. de reg. iur. & §. impoſſibilis, Inſtit. de hered. inſtit.* Canoniſtis *in cap. fin. de pact. & cap. fin. de condit. appoſit.* atque alibi ſæpe. Pariter eſt quoddam impoſſibile
162. ſecundùm quid, quia eſt † valde difficile, quale eſt, quod indiget Principis diſpenſatione, quam non ſolet concedere; iuxta *l. nepos Proculo, ff. de verb. ſign. l. continuus, §. cùm quis, ff. de verb. oblig.* cum aliis adductis per Mandoſ. ad *reg. 32. Cantell. quæſt. 31. num. 11.* & Sanch. *d. lib. 5. de matrim. diſp. 5. num. 5.* ſecus autem erit, ſi difficultas non ſit magna; illud enim pro poſſibili habetur, vt conſtat ex *d. l. continuus, §. illud.*

PRIMA CONCLVSIO. Vltima voluntas
163. præter ius, ſeu de re quæ eſt præter ius, † plerumque commutari poteſt. Probatur primò; quia tunc nullum eſſe poteſt impedimentum, aut iuris tacitè prohibentis commutationem, ex eo, quòd annullet diſpoſitionem, quæ eſt contra ius; nec vlteriùs progrediatur permittendo, vel præcipiendo eius commutationem; aut iuris expreſsè quodammodo eandem commutationem prohibentis, cùm diſpoſitio eſt de re, quæ conformis eſt iuri, quod regulariter obſeruandum eſt, neque ei derogandum; prout contingit in caſibus trium præced. quæſt. de vltimis voluntatibus, ac diſpoſitionibus conformibus iuri ſiue naturali, & diuino, ſiue etiam humano; ſed meminimus in puris terminis ipſius vltimæ voluntatis, cui plerumque derogatur; & ideo faciliùs eſt admittenda eiuſdem commutatio, quòd de tollendo vnico obſtaculo, & vno dumtaxat vinculo
164. diſſoluendo agatur, quòd † minus impedit, ac ligat, quàm duo, *l. quoties duplici, ff. de reg. iur. §. affinitatis, Inſtit. de nupt.* cum ſimil. & faciliùs tollitur, *l. 1. ff. de rapt. virg. & l. penult. in princ. verſ. ſi vero pater, C. de adopt.* & duplex prohibitio, hominis, & legis efficaciùs operatur, vt poſt Ruin. *conſ. 41. num. 17. lib. 1.* docet idem Sanchez *d. tract. de matrim. lib. 6. diſput. 13. num. 3.* Secundò probatur ex pleriſque ca-
165. ſibus, † in quibus à iure permittitur, vel præcipitur commutatio vltimæ voluntatis de re, quæ eſt præter ius, quæ nimirum neque a iure præcipitur, neque prohibetur, iuxta id, quod paulo ante diximus: ex quibus caſibus nonnullos nominatim retulimus *cap. præced. quæſt. 3. concl. 2. vt in l. cum in, §. eam tranſactionem, §. in cauſa, & §. ſi cui, ff. de tranſact.* vbi permittitur tranſactio ſuper alimentis futuris, ea commutãdo quoad genus, modum, locum, tempus, vel perſonam, à qua debent præſtari alimenta; quæ quidem ibi non conſtat, quòd fuerint relicta iis quibus de iure debentur, ſed potius iis, quibus poterant non relinqui; atque adeò ſumus in diſpoſitione præter ius. Item ſecundum aliquos *in l. Decuriones, §. 1. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* omnino verò *in l. pecuniã, in princ. ff. de oper. publ.* vbi decernitur, pecuniam, quæ in opera noua publica legata eſt, potius in tutelam eorum operum, quæ ſunt, fore conuertendam. item *in l. vnica, C. de expenſ. lud. lib. 11.* vbi approbatur commutatio, & conuerſio pecuniæ deſtinatæ, ac iam ceptæ expendi ad ludos edendos à Præſide Prouinciæ ad tempus facta in murorum ciuitatis refectionem. *& §. ſi autem heres, auth. de Eccleſ. tit.* vbi habetur, poſſe mutari legatum pium, (ad quod tamen teſtator non tenebatur,) ſi perſona, quæ illud ſoluere debet, longiùs diſtat. necnon *in Clem. quia contingit, in princ. de relig. dom.* ex qua habetur, ea, quæ ad certum vſum largitione, (hoc eſt, ex mera liberalitate,) ſunt deſtinata fidelium, poſſe ex ſedis Apoſtolicæ auctoritate ad alium vſum conuerti, atque ex omnibus illis iuribus, in quibus permittitur, aut præcipitur vnio, ac ſuppreſſio beneficiorum non curatorum, aliorúmve, quæ de iure à certis perſonis ſunt erigenda, aut dotanda, ſed pro libito eriguntur, & fundantur; qualia ſunt beneficia ſimplicia; aut impoſitio penſionis ſuper huiuſmodi ſimplicibus beneficiis: tunc enim, cùm hæc vnio, ſeu ſuppreſſio, vel penſionis impoſitio, quædam commutatio ſit vltimarum voluntatum, per quas vtplurimum beneficia dotantur, vel fundantur, vt iam non ſemel admonuimus, & per ſe patet; dicitur commutari vltima voluntas, ac diſpoſitio præter ius. Quod idem multo apertiùs videre eſt in commutationibus votorum de iis rebus, ad quas quis non tenetur de iure, ſeu de operibus ſupererogationis, iuxta *cap. 1. & toto ferè tit. de vot. & vot. redempt.* huiuſmodi enim commutationes ſunt de hominis diſpoſitione, & vltima voluntate præter ius; atque inde iunctis maximè prædictis ſatis probata remanet hæc prima concluſio, vltimam voluntatem, quæ præter ius eſt, plerumque poſſe commutari.

SECVNDA CONCLVSIO. Vltimæ voluntates circa rem de facto impoſſibilem, † regulari- 166.
ter nullæ ſunt: aliquando tamen commutari poſſunt. Prior pars concl. probatur tum ex iuribus, in
quibus generaliter dicitur, † impoſſibilia non ob- 167.
ligare, vt *l. 1. §. item, iuncta gloſ. ff. de action. & oblig. l. impoſſibilem, & l. ea, quæ dari, ff. de reg. iur. §. fin. ad fin. Inſtit. de legat. l. vnic. C. de his, quæ pœn. nom.* & ſatis colligitur ex *cap. nemo poteſt, de reg. iur. in 6.* tum ex iis, in quibus habetur, † impoſſibilia de- 168.
facto nullam inducere obligationem vel in teſtamentis, & aliis ſimilibus vltimis voluntatibus, iuxta vſum intellectum gloſ. *in l. 1. verbo, vitiari, ff. de condit. inſtit.* vel in pactis, & contractibus, vt *in cap. fin. de pact.* ſibi, nam etiam ſecundùm legitimas ſanctiones pactum turpe, vel rei turpis, aut rei impoſſibilis de iure, vel de facto nullam inducit obligationem. & quòd ſtipulatio rei impoſſibilis ſecundùm naturam † nulla ſit, textus eſt *in d. l. ea,* 169.

tinet ad legem humanam, distinguit Suarez *d.cap.*8. quòd, si certò contiet, materiam legis ex accidenti euentu, vel circumstantia factam esse iniqua seu contrariam alteri præcepto, aut virtuti magis obliganti; tunc cessat obligatio legis, & propria auctoritate potest omitti sine recursu ad Principem; vt ex communi resoluit *num.*1. & ea ratione, quia frustrà tunc fieret recursus, cùm magis sit obediendum Deo, quam hominibus, *Act.*5. immo & quoties constat, legem non obligare, licet possit sine peccato seruari; vt ex iisdem auctoribus docet Suarez *num.* 2. quibus addo Valent. id satis aperte sentientem *d. disp.*7*quæst.*3. *punct.*9. *vers. Tertio*, cùm habuerit locum, ex Cajet. 2. 2. *quæst.* 96. *art.*6. si verò probabiliter tantùm iudicat legem non comprehendere casum illum, secure potest excusare ab obligatione legis, etiamsi formidet, vel vtrinque habeat rationes probabiles dubitandi; vt pluribus docet *num.*5.6. & 7. vbi hanc opinionem ostendit esse practicè certam quoad hoc, vt quando non potest conueniri superior, liceat ex probabili sententia, aut iudicio epicaia vti, siue casus excipi iudicetur à potestate legislatoris, siue à sola eiusdem voluntate; ob eam præcipuè rationem, quia iudicium probabile in rebus moralibus sufficit ad prudenter operandum, cùm omnis ferè cognitio humana sit coniecturalis, præsertim in rebus agendis; aliàs non liceret homini rudi sequi consilium pij, ac docti viri, onúsque grauissimum est in quauis re probabiliter dubia ad superiorem recurrere, cùm ij casus
157. sint frequentissimi. quæ rationes cùm militent † etiam vbi detur recursus ad legislatorem; atque in interpretanda lege naturali, ac diuina, vtamur sententia probabili sine recursu ad Papam, vel Prælatos, & plerique Canonistæ *in cap.*1. *de constit.* ac legistæ posit Bart. *in l.*1. *C.de leg.num.* 8. & 9. asserant posse iudicem ad ferendam sententiam probabiliter interpretari legem in casu dubio, nec oportere vt ad superiorem recurrat, nec hæc fundamenta tolluntur à Cajet. *d.art.*6. Sot. *lib.*1. *de iust. & iur. quæst.* 6. *art.*8. & *quæst.*7. *art.*9. ac *lib.*3. *quæst.*4. *art.*5. Valent. *d.punct.* 9. *vers. si autem res non est euidens.* Neque à Suarez *d.cap.*8. *num.*9. vbi hanc rem pertractant: satis sustineri posset contraria opinio verè communior, quæ habet, licere vti probabili opinione in lege humana, licèt possit dari recursus ad superiorem. Quòd si non sit probabilis opinio, & vti tali assensú non præbeat is, qui dubitat de legis obligatione, sed in mero dubio maneat: tunc verissima, &
158. communis opinio est, † quòd, si detur recursus ad superiorem, non poterit dubitans recedere à verbis legis, & vti epicaia; vt tenent, ac satis ostendunt Doct. relati pariter, & approbati à Sanchez *d.n.*37. ac Suarez *d.cap.*8. *n.* 10. si autem consuli non possit superior; tunc, licèt aliqui indistinctè velint, seruandam esse legem, vt Sanchez *d.n.*37. & alij, quos refert Suarez *d.cap.*8. *num.*11. aliqui verò, quos *ibidem* recenset, teneant, posse in eo casu vti epicaia: tamen optima mihi videtur distinctio Suarez *eod. cap.*8. *num.* 12. & 13. per quam etiam conciliari vi-
159. dentur hæ contrariæ opiniones; vt prior † procedat, vbi lex illa sine peccato seruari possit; posterior verò, vbi dubium nascatur ex concurrentia legum, quæ pro eodem tempore simul impleri non possunt; & homo dubitat, quid facere debeat: nam in priori casu non potest agere contra legem, quia manifestè se exponeret periculo peccandi trãsgrediendo legem, de qua iudicium probabile formari non potest, quòd cessauerit obligare; neque impotentia consulẽdi Principem potest tunc dare certitudinem practicam; & in mero dubio præsumptio est pro lege, cúmque ea dicatur in tali casu posidere, eius conditio melior esse debet, *iur. vulgar.* in posteriori verò casu licite poterit agere contra verba vnius legis, implendo eam, quam tunc, facta diligentia morali, iuxta personæ, & temporis capacitatem bona fide iudicat esse grauiorem, & magis obligare: quia non debet is esse perplexus, aut necessariò peccare; & faciendo quod in se est, satisfacit vni legi, & aliam non transgreditur. Atque ex his finis sit huic quæst.

SVMMÆ RERVM.

160. *Dispositio hominis alia contra, alia secundùm, alia præter ius.*

161. *Impossibile de facto aliud est secundùm naturam, seu simpliciter; aliud ex accidenti, seu secundùm quid; & hoc vel à disponente putabatur possibile, vel sciebatur impossibile. Item aliquid est impossibile secundùm quid, quia valde difficile; num.*162.

163. *Vltima voluntas præter ius, seu de re, qua est præter ius, plerumque commutari potest.*

164. *Vnum vinculum minùs impedit, & ligat, facilíusque tollitur, quam duo; & duplex prohibitio, hominis nimirum, & legis efficaciùs operatur.*

165. *Casus, in quibus commutatur vltima voluntas, de re, qua est præter ius,*

166. *Vltimæ voluntates circa rem de facto impossibilem regulariter nullæ sunt.*

167. *Impossibilia non obligant. & ex his impossibilia de facto; num.*168.

169. *Stipulatio rei impossibilis secundùm naturam, vel ex accidenti, nulla est. idque, licèt vterque contrahens ignoraret, rem promissam esse impossibilem; num.*170.

171. *Vltimæ voluntates circa rem de facto impossibilem aliquando commutari possunt.*

172. *Vltima voluntas commutari potest quoad locum ex causa necessitatis. & quoad alium vsum ex eadem causa; num.* 173. *atque in similibus, stante ignorantia probabili disponentis. n.*174.

175. *Voluntas defuncti si non potest impleri in totum, debet quomodo potest.*

176. *Mens testatoris, & eiusmodi disponentis spectanda est magis, quam verba,*

177. *Voluntas testatoris mutari potest ex eo, quod post eius mortem accidit.*

178. *Inutiliter disponere noluisse quisque præsumitur.*

179. *Dispositio eam recipit interpretationem, prout verisimile est disponentem respondurum, si interrogatus fuisset.*

180. *Vltima voluntas commutari potest ob magnam difficultatem facti in casibus, in quibus potest ob eiusdem facti impossibilitatem; & num. seq.*

181. *Impossibile censetur id, quod indiget Principis dispensatione, quam non conuenit concedere; & num.*248.

182. *Vltima voluntas ratione impossibilitatis facti nequit commutari cùm impedimentum est temporale.*

183. *Heres grauatus ad emendum locum, vt in eo construatur hospitale, liber non eris, si dominus loci eum vendere nolit. Tunc autem Episcopus curabit, ad idem opus emi alium locum, num.*185.

184. *Heres grauatus dare aliquid hospitali pro anima testatoris, si Episcopus declaret, sibi teneri non posse hospitalitatem, non eris liber.*

QVÆ

QVARTO SEXTO; an commutari poſſint vltimæ voluntates præter ius, aut quæ ſunt de facto impoſſibiles?

Diximus in tribus præced. quæſt. de commutatione vltimarum voluntatum, quæ ſunt contra, vel ſecundùm ius ſiue naturale, ſiue diuinum poſitiuum, ſiue humanum; atque in nox præced. aliquid agimus de impoſſibilibus de iure: ſequitur nunc, vt agamus de ea vltima voluntate, quæ eſt præter ius, aut de facto impleri non poteſt.

160. Eſt enim hominis diſpoſitio, † alia contra ius, quæ repugnat ei, quod lex diſponit; alia ſecundùm ius, quæ conformis eſt, & conſentanea iuris diſpoſitioni; alia denique præter ius, cùm id, quod homo diſponit, non eſt expreſsè præceptum, aut prohibitum à lege: atque hanc diſtinctionem diſpoſitionis hominis, vt vel ſit contra, vel ſecundùm, vel præter legem, diſertis verbis in ſtipulatione poſuit gloſ. recepta *in l. iuris gentium, §. & generaliter, verbo, non licet, ff. de pact.* atque alij Doct. ſæpe.

161. Impoſſibile autem de facto, † aliud eſt ſecundùm naturam, ſeu ſimpliciter, vt cœlum digito tangere; aliud ex accidenti, ſeu ſecundùm quid, quod eſt impoſſibile ſolùm tali perſonæ; vt, ſi quis promittat pauperi, vel ab eo ſtipuletur centum millia aureorum; aut reſpectu temporis: & hoc vel à diſponente putabatur poſſibile, vel ſciebatur impoſſibile. quæ diſtinctio colligitur ex Sanchez *de matrim. lib. 5. diſp. 3. numer. 1. circa med. numer. 7. & 8. in princ. & diſp. 4. numer. 1.* Legiſtis *in l. impoſſibilis, ff. de verb. ſign. l. impoſſibilium, ff. de reg. iur. & §. impoſſibilis, Inſtit. de hered. inſtit.* Canoniſtis *in cap. fin. de pact. & cap. fin. de condit. appoſit.* atque alibi ſæpe. Pariter eſt quoddam impoſſibile
162. ſecundùm quid, quia eſt † valde difficile, quale eſt, quod indiget Principis diſpenſatione, quam non ſolet concedere; iuxta *l. nepos Proculo, ff. de verb. ſign. l. cominus, §. cùm quis, ff. de verb. oblig.* cum aliis adductis per Mandoſ. ad *reg. 32. Cantell. quæſt. 31. num. 11.* & Sanch. *d. lib. 5. de matrim. diſp. 5. num. 5.* ſecus autem erit, ſi difficultas non ſit magna; illud enim pro poſſibili habetur, vt conſtat ex *d. l. cominus, §. illud.*

PRIMA CONCLVSIO. Vltima voluntas
163. præter ius, ſeu de re quæ eſt præter ius, † plerumque commutari poteſt. Probatur primò; quia tunc nullum eſſe poteſt impedimentum, aut iuris tacitè prohibentis commutationem, ex eo, quòd annullet diſpoſitionem, quæ eſt contra ius; nec vlteriùs progrediatur permittendo, vel præcipiendo eius commutationem; aut iuris expreſsè quodammodo eandem commutationem prohibentis, cùm diſpoſitio eſt de re, quæ conformis eſt iuri, quod regulariter obſeruandum eſt, neque ei derogandum; prout contingit in caſibus trium præced. quæſt. de vltimis voluntatibus, ac diſpoſitionibus conformibus iuri ſiue naturali, & diuino, ſiue etiam humano; ſed merè ſumus in puris terminis ipſius vltimæ voluntatis, cui plerumque derogatur; & ideo faciliùs eſt admittenda eiuſdem commutatio, quòd de tollendo vnico obſtaculo, & vno dumtaxat vinculo
164. diſſoluendo agatur, quòd † minus impedit, ac ligat,
281 quàm duo, *l. quotiès duplici, ff. de reg. iur. §. affinitatis, Inſtit. de nupt.* cum ſimil. & faciliùs tollitur, *l. 1. ff. de rapt. virg. & l. penult. in princ. verſ. ſi vero pater, C. de adopt.* & duplex prohibitio, hominis, & legis efficaciùs operatur, vt poſt Ruin. *conſ. 41. num. 27. lib. 1.* docet idem Sanchez *d. tract. de matrim. lib. 6. diſput. 13. num. 5.* Secundò probatur ex pleriſque ca-
165. ſibus, † in quibus à iure permittitur, vel præcipitur commutatio vltimæ voluntatis de re, quæ eſt præter ius, quæ minimum neque à iure præcipitur, neque prohibetur, iuxta id, quod paulo ante diximus: ex quibus caſibus nonnullos nominatim retulimus *cap. præced. quæſt. 3. concl. 2. vt in l. cum in, §. eam tranſactionem, §. in cauſa, & §. ſi cui, ff. de tranſact.* vbi permittitur tranſactio ſuper alimentis futuris, ea commutãdo quoad genus, modum, locum, tempus, vel perſonam, à qua debent præſtari alimenta; quæ quidem ibi non conſtat, quòd fuerint relicta iis quibus de iure debentur, ſed potius iis, quibus poterant non relinqui; atque adeò ſumus in diſpoſitione præter ius. Item ſecundùm aliquos *in l. Decurſiones, §. 1. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* omnino verò *in l. pecuniã, in princ. ff. de oper. publ.* vbi decernitur, pecuniam, quæ in opera noua publica legata eſt, potius in tutelam eorum operum, quæ ſunt, fore conuertendam. item *in l. vnica, C. de expenſ. lud. lib. 11.* vbi approbatur commutatio, & conuerſio pecuniæ deſtinatæ, ac iam ceptæ expendi ad ludos edendos à Præſide Prouinciæ ad tempus facta in murorum ciuitatis refectionem. *& §. ſi autem heres, auth. de Eccleſ. tit.* vbi habetur, poſſe mutari legatum pium, (ad quod tamen teſtator non tenebatur,) ſi perſona, quæ illud ſoluere debet, longiùs diſtat. necnon *in Clem. quia contingit, in princ. de relig. dom.* ex qua habetur, ea, quæ ad certum vſum largitione, (hoc eſt, ex mera liberalitate,) ſunt deſtinata fidelium, poſſe ex ſedis Apoſtolicæ auctoritate ad alium vſum conuerti, atque ex omnibus illis iuribus, in quibus permittitur, aut præcipitur vnio, ac ſuppreſſio beneficiorum non curatorum, aliorumve, quæ de iure à certis perſonis ſunt erigenda, aut dotanda, ſed pro libito erigũntur, & fundantur; qualia ſunt beneficia ſimplicia; aut impoſitio penſionis ſuper huiuſmodi ſimplicibus beneficiis: tunc enim, cùm hæc vnio, ſeu ſuppreſſio, vel penſionis impoſitio, quædam commutatio ſit vltimarum voluntatum, per quas vtplurimum beneficia dotantur, vel fundantur, vt iam non ſemel admonuimus, & per ſe patet; dicitur commutari vltima voluntas, ac diſpoſitio præter ius. Quod idem multo apertiùs videre eſt in commutationibus votorum de iis rebus, ad quas quis non tenetur de iure, ſeu de operibus ſupererogationis, iuxta *cap. 1. & toto ferè tit. de vot. & vot. redempt.* huiuſmodi enim commutationes ſunt de hominis diſpoſitione, & vltima voluntate præter ius; atque inde iunctis maximè prædictis ſatis probata remanet hæc prima concluſio, vltimam voluntatem, quæ præter ius eſt, plerumque poſſe commutari.

SECVNDA CONCLVSIO. Vltimæ voluntates circa rem de facto impoſſibilem, † regulari- 166.
ter nullæ ſunt: aliquando tamen commutari poſſunt. Prior pars concl. probatur tum ex iuribus, in
quibus generaliter dicitur, † impoſſibilia non ob- 167.
ligare, vt *l. 1. §. item, iuncta gloſ. ff. de action. & oblig. l. impoſſibilem, & l. ea, quæ dari, ff. de reg. iur. §. fin. ad fin. Inſtit. de legat. l. vnic. C. de his, quæ pœn. nom.* & ſatis colligitur ex *cap. nemo poteſt, de reg. iur. in 6.* tum ex iis, in quibus habetur, † impoſſibilia de- 168.
facto nullam inducere obligationem vel in teſtamentis, & aliis ſimilibus vltimis voluntatibus, iuxta vſum intellectum gloſ. *in l. 1. verbo, vitiari, ff. de condit. inſtit.* vel in pactis, & contractibus, vt *in cap. fin. de pact.* ſibi, nam etiam ſecundùm legitimas ſanctiones pactum turpe, vel rei turpis, aut rei impoſſibilis de iure, vel de facto nullam inducit obligationem. & quòd ſtipulatio rei impoſſibilis ſecundùm naturam † nulla ſit, textus eſt *in d. l. ea.* 169.

qua dari, ar l. ſi ſtipuler, in princ. ff. de verb. oblig. & de impoſſibili ex accidenti, ſeu ſecundum quid, eſt optimus text. *l. 1. §. ſi id, ff. de action. & oblig. & l. inter ſtipulantem, §. penult. & l. ſi homo, ff. de verb. oblig.* de vtroque, *in §. at ſi quis rem, ff. de inutil. ſtipul.* idque procedit, † quamuis vterque contrahens rem promiſſam impoſſibilem eſſe ignoraret, vt *d. l. 1. §. ſi id, ff. de act. & oblig. & d. §. at ſi quis, inuſta gloſa, verbo, credebat, Inſtit. de inutil. ſtipul.* nam ſemper vitiatur contractus. 170.

Poſterior pars † concl. probatur ex nonnullis caſibus relatis *cap. præced. quæſt. 3. concl. 2.* vt in caſu *l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* vbi habetur, quòd, ſi ſumma pecuniæ legatæ ad opera relicta ad ornatum ciuitatis non ſufficiant, ob interuentum Falcidiæ, ad huiuſmodi opera, poterunt ab ipſis municipibus expendi in aliud opus vtile municipio. Item in caſu *l. ex pollicitatione, inuſta l. ſi quis ſui, verſ. ſed ſi quis, ff. de pollicit.* vbi, ſi quis promiſerit, ſe facturum opus in aliqua ciuitate, illúdque cœperit, ſed perficere non potuerit, quia non ſit ſoluendo, ſatisfaciat dando quintam partem ſui patrimonij. idémque facere poteſt eius heres extraneus; ſecus verò heres ſatisfaciet dando decimam partem ſui patrimonij. Præterea in caſu §. *ſi quis in nomine magni Dei, ad fin. auth. de Eccleſ. tit. collat. 9.* vbi, ſi teſtator aliquem è ſanctis heredem inſtituerit, aut legatum ei reliquerit, eiúſque ſancti nullum oratorium in ea vrbe, nec in eo territorio inueniatur, hereditas, ſeu legatum debetur Eccleſiæ ciuitatis, in qua teſtator domicilium habuit. Necnon in caſu *cap. nos quidem, de teſtam.* vbi teſtatore mandante conſtrui monaſterium in certo loco, ſi ibi non poſſit, alibi conſtrui debet: & ſic habemus † caſum commutationis quoad locum data neceſſitate; qualis etiam eſt duplex caſus in Concil. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 7. de reformat.* & quoad alium † vſum optimus caſus eſt in eodem Concil. *ſeſſ. 25. cap. 8. de reform.* relato *d. concl. 2. in fin.* Poterit quoque commutatio fieri in ſimilibus caſibus, ſtante † præſertim ignorantia probabili impoſſibilitatis facti in diſponente, tum ex ſupradictis, tum quòd à ſimilibus ad ſimilia procedendum, *l. non poſſunt, ff. de legib. cap. 2. de tranſlat. Epiſc.* maximè cum non ſimus in materia odioſa, ſed potiùs fauorabili, nimirum de adimplenda aliquo modo voluntate diſponentis, cùm aliquid diſponere voluit, vt ſentit gloſ. *d. l. non ſolum, verbo, cogitatio, ff. de action. & obligation.* Tum ex eo, quòd voluntas defuncti, ſi non poſſit ſeruari in totum, † debet ſeruari quomodo poteſt; vt poſt Bald. *in l. precibus, num. 34. C. de impub. & al. ſubſtit.* Roman. *conſ. 409. num. 11.* & alios, tradit Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 3. num. 6.* ad quod eſt text. *in l. in his, & in l. in teſtamento quidem, ff. de condit. & demon.* ac melior *in l. filia ſua, §. 1. ff. eod.* ex quo Bart. ibi not. vnam ſpeciem alteri ſuccedere ex voluntate defuncti: tum quòd permiſſum eſt † aliquo modo recedere à forma data à teſtatore, modò non recedatur à mente, vt ex Bald. *in l. vnum ex familia, §. ſi duos, ff. de leg. 2.* & aliis docet Mantic. *d. tit. 3. num. 8.* mens enim teſtatoris, & cuiuſuis diſponentis potius, quàm verba ſpectanda ſunt; prout in teſtamentis eſt text. *in l. heredes mei, §. cùm ita, ff. ad Trebell. 6. cùm acutiſſimi, C. de fideicom.* in conuentionibus contrahentium eſt text. ad litteram, *l. in conuentionibus, ff. de verb. ſignif.* vbi Rebuffus alia ad id allegat in quauis diſpoſitione. Tum quòd † ex eo, quòd poſt mortem teſtatoris accidit, poteſt eius voluntas mutari; latè Mantic. *d. tract. lib. 5. tit. 15. num. 21.* Tum quòd 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177.

præſumitur quis † noluiſſe inutiliter diſponere, *l. vlt.* vbi Iaſ. *ff. ſi cert. per.* poſt alios Mant. *d. lib. 3. tit. 2. num. 10. & tribus ſeqq.* Menoch. *de præſ. lib. 6. præſ. 4. num. 25.* Tum quòd diſpoſitio † eam interpretationem recipit, prout veriſimile eſt diſponentem reſponſurum, ſi interrogatus fuiſſet; gloſ. *l. tale pactum, in fin. ff. de pact.* cum aliis adductis à Gabr. *com. concl. lib. 6. tit. de reg. inr. concl. 10. num. 1. 4. & 6.* vbi etiam probat, id procedere tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus. Omnino verò fieri poterit commutatio ſi accedat conſenſus eius qui diſpoſuit, ſi viuat, aliàs eius heredis, dum tamen materia id patiatur: de quorum ſecundo conſtare poteſt ex iis, quæ ſuprà fere toto hoc cap. tractauimus, & dicemus *cap. ſeq. quæſt. 1. concl. 2.* de primo ex iis conſtabit, quæ *d. quæſt. 1. concluſ. 1. cum trib. ſeq. & cap. 7. quæſt. 4.* latiùs afferemus. Denique † in caſibus, in quibus ob facti impoſſibilitatem commutari poteſt vltima voluntas, poterit etiam ob magnam difficultatem eam implendi; cùm hoc reputetur impoſſibile, vt ſuprà initio huius quæſt. præmiſimus; inibi exemplum afferentes † de eo, quod requirit Principis diſpenſationem quam non conſueuit concedere: & in ſpecie de Epiſcopo, vt voluntatem piam ſic impoſſibilem commutare poſſit, docebimus infrà *cap. ſeq. quæſt. 11. concl. 2. ampl. 4. inuſta limit. 4.* præcipuè ex M. Ant. Genuen. *in prax. Cur. Neap. cap. 20. num. 2.* qui ad id allegat Imol. *d. cap. nos quidem, de teſtam.* Illud ipſum verò aperte ſentit Georg. Natt. *in repert. Clem ſepe, in princ. num. 66. de verb. ſign.* dum poſt Gemin. *in cap. gratia, de reſcript. in 6.* docet, quòd, ſi teſtator mandauit ædificari Eccleſiam, quæ non poteſt ædificari ſine voluntate Papæ, iſta erit iuſta cauſa commutandi legatum in alium pium vſum, arg. *cap. nos quidem, de teſtam.* & eorum, quæ not. *in l. legatum, ff. de vſ. & vſufr. legat.* ac per Bart. & Doct. *in l. apud Iulianum*, alias *idem Iulianus, §. fin. ff. de leg. 1.* necnon per text. *in l. continuus, §. cùm quis, ff. de verb. oblig.* & not. *in cap. ſemel Deo, de reg. inr. in 6.* & quia quod venit iure ſpeciali, & indiget diſpenſatione, non eſt in conſideratione, & cenſetur impoſſibile. Id autem temperandum eſt, vt procedat dummodo diſpenſatio de facili non ſoleat à Principe, ſeu ſuperiore concedi: tunc enim non cenſetur impoſſibile, ſed eſt in conſideratione, & imputandum eſt non impetranti; vt ſatis probat *ibidem* Natt. & conſtat ex latiùs adductis per Sanchez *lib. 5. de matr. diſp. 5. num. 12. 15. & 19.* in prædicta verò *concl. 2. limit. vlt.* ſubdemus aliam reſtrictionem, quæ huic etiam loco congruit; vt nimirum † commutari nequeat vltima voluntas ratione impoſſibilitatis de facto, vbi impedimentum non eſt perpetuum, ſed temporale; ex Petr. Vbald. *tract. de Canon. Epiſc. & paroch. p. 1. c. 7. numer. 36.* quem etiam ſequitur Genuen. *d. cap. 20. num. 2.* tunc enim concedenda eſt ſola dilatio, arg. *cap. quòd ſuper his, §. 2. de vot.* ibi, credimus diſtinguendum inter illos, qui temporalem, & eos, qui perpetuã impedimenti cauſam creduntur habere; quòd primis indulgenda eſt dilatio, ſecundis autem eſt redemptio iniungenda. Ex hac porrò poſteriori præſentis concluſ. parte ſic declarata infertur, † malè Ang. *in l. alienæ, §. ſi is, cuius bona, ff. de fideicom. libertat.* voluiſſe, quòd ſi teſtator grauat heredem de emendo aliquo loco, in quo fiat Eccleſia, vel hoſpitale de licentia diœceſani, & dominus loci non vult vendere locum, bona remanebunt heredi; prout eum refert Felin. *conſ. 41. num. 10.* ac meritò reprehendit, aſſerens, illud dictum eſſe falſum, & reprobatum; 178. 179. 180. 181. 182. 183.

tum ; maximè per Salic. *in l. 1. C. de ingenu. manumiſſ.* vbi decidit, quòd, † ſi teſtator reliquit pro
184. anima ſua hoſpitali, & deinde Epiſcopus declarat, non poſſe ibi teneri hoſpitalitatem, heres cogitur erogare bona pro anima defuncti : ad id allegans quoque Bald. *in auth. hoc ius porrectum, ad fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. & l. ſi quis ad declinandam, C. de Epiſc.*
185. *& Cler.* In caſu tamen prædicto Ang. puto, † non eſſe in arbitrio heredis, aut etiam Epiſcopi ea bona conuertere in quamlibet aliam cauſam piam, ſed tenebitur ea erogare & impendere in emptionem alterius loci, in quo Eccleſia, vel hoſpitale conſtruatur, iuxta diſpoſitionem defuncti, per text. expreſſum *in d. cap. nos quidem*, & ibi omnes, *de teſtament.*

Svmmæ Rervm.

186. *Diſpoſitio in diem nonnunquam diſpoſitioni conditionali comparatur.*

187. *Prima diuiſio bimembris eſſe debet.*

188. *Conditio primò diuiditur in poſſibilem, & impoſſibilem. Impoſſibilis alia de facto ; & hæc vel per naturam, ſeu ſimpliciter, ad quam reducitur impoſſibilis ratione perplexitatis ; vel ex accidenti : alia de iure, ſeu turpis ; aut contra bonos mores, aut probroſa ; & numer. ſeq.*

189. *Impoſſibile dicitur, quod iure, ac licitè fieri non poteſt.*

190. *Conditio poſsibilis, alia neceſſaria eſt, alia contingens ; & hæc vel turpis, qua coincidit cum impoſſibili de iure ; vel eſt honeſta.*

191. *Conditio contingens alia eſt caſualis, alia poteſtatiua, alia mixta, item alia generalis, iuris, ſeu tacita ; & hæc vel ineſt mediatè, vel immediatè : alia ſpecialis, facti, ſeu expreſſa, quæ plerumque exprimitur per dictionem, ſi, & aliquando per dictionem, cum ; num. 192.*

193. *Dictio, vt, exprimit modum, & dictio, quia, cauſam.*

194. *Relatiuum,* qui, quæ, quod, *aut adiectio qualitatis inducit demonſtrationem ; licèt relatiuum aliquando importet conditionem.*

195. *Conditionum alia ſunt de præterito, alia de præſenti, alia de futuro ; & hæ aut ſuſpenſiua, aut reſolutiua.*

196. *Dies, qui apponitur diſpoſitioni, vel eſt certus, vel incertus : & hic aut omnino exiturus, aut non omnino exiturus.*

197. *Legatum eſt purum quando dies ei adiectus eſt certus, & ſtatim cedit dies poſt mortem teſtatoris, ſed non ſtatim peti poteſt. legatum verò non tranſitorium ad heredes à die ſolum cedit, poſtquem relictus fuit ; ſed neque tunc, quoad tranſmiſſionem ; & num. 224. ac 225.*

198. *Legatum relictum ſub die omnino incerto ſtatim peti non poteſt, nec ſtatim cedit, ſed tunc, cum dies aduenerit : idque ſine is dies adiectus ſit executioni, ſine præſtationi. quid autem ſi dies incertus omnino ſit exiturus ; num. 199. & ſeq. ac num. 226.*

200. *Dies incertus quando conditionem faciat. & vtrumque impediat tranſmiſſionem ; numer. 201.*

202. *Spes etiam ſola tranſmittitur in contractibus, & ſtipulationibus, non item in diſpoſitionibus cauſa mortis.*

203. *Conditio aliquando ineſt dici a teſtatore appoſito ; vt in legato annuo, quod poſt primum annum eſt conditionale ; niſi tempus gratia heredis ſit diuiſum ; ac ſecus in ſtipulatione, & donatione cauſa mortis.*

204. *Conditio, quæ iure, ſeu tacitè ineſt diſpoſitioni, eſt impropriè conditio ; neque ſi exprimatur, conditionalem illa facit, ſæpe tamen facit : vt cùm id apparet ex mente diſponentis ; vel aliter exprimatur, quam inſit ; aut ſimul in conditione tacita ex voluntate defuncti ; num. 205.*

206. *Conditio,* ſi Deus voluerit, *an ſuſpendat diſpoſitionem. & quid in conditione illa,* ſi Eccleſiæ placuerit ; *num. 207. ac 234.*

208. *Conditio expreſſa etiam impleta impedit additionem hereditatis, donec heres ignorat eam eſſe impletam : tacitam verò ſufficit eſſe impletam, licèt heres hoc ignoret, aut etiam putet, ſe habere qualitatem contrariam additioni.*

209. *Conditio tacita alia eſt, quæ de iure ineſt diſpoſitioni ; alia quæ ineſt ex natura rei, vel ex voluntate teſtatoris, & aliis modis, de quibus ibi, remiſſiuè.*

210. *Conditio de præſenti, vel præterito, ſi falſa ſit, vitiat diſpoſitionem ; ſi vera, licèt contrahentes id ignorent, tenet ; neque eam ſuſpendit ; ſed ſolum conditio de futuro illam ſuſpendit. Idque procedit tam de iure ciuili, quam Canonico ; num. 211. cum ſeq. & ſine in diſpoſitionibus inter viuos, ſine cauſa mortis ; num. 212. non procedit autem in conditione de futuro, quæ eſt reſolutiua ; num. 213. nec in ſuſpenſiua adiecta poſt perfectam diſpoſitionem ; niſi ex mutuo conſenſu, excepto tamen matrimonio ; num. 214.*

215. *Conditio,* ſi pater conſenſerit, *eſt de futuro, & ſuſpenſiua.*

216. *Diſpoſitio cauſa mortis collata in arbitrium extranei expreſſum inutilis eſt, non autem in tacitum, aut in arbitrium heredis, vel legatarij ; & num. 235. cum ſeq.*

217. *Conditio in futurum conferri poteſt tacitè, vel expreſsè ; & vel ad tempus vitæ teſtatoris, vel poſt eius mortem, vel ad alterutrum ; ac ſine ad tempus certum, ſine ad incertum.*

218. *Diſpoſitio ſub conditione licita, & poſſibili, hac adueniente habetur pro pura, & abſoluta : interim autem non poteſt contrahens reſilire ante conditionis defectum.*

219. *Conditio neceſſaria reiicitur à contractibus, & hi pro puris habentur ; idemque in diſpoſitionibus cauſa mortis ; & num. 242. quod vtrumque declaratur, remiſſiuè d. num. 219.*

220. *Conditio impoſſibilis per naturam reiicitur à diſpoſitionibus cauſa mortis. contractus verò, & ſtipulationes vitiat, excepto matrimonio ; num. 221.*

222. *Conditio impoſſibilis de facto, & accidenti vitiat diſpoſitiones inter viuos ; & ſi ſolum ſit valde difficilis, vitiat etiam diſpoſitiones cauſa mortis ; & num. 245. cum ſeq.*

223. *Conditio impoſsibilis de iure ſeu turpis, & deriſoria reiicitur à diſpoſitionibus cauſa mortis ; contractum verò vitiat ; & num. 247.*

224. *Diſpoſitio cauſa mortis collata in diem certum non ideo facilius commutari poteſt, quòd nondum aduenerit dies petitionis.*

225. *Conditio negatiua adiecta legato in diem certum, quæ non eſt illicita, niſi ſit perpetua, legatum ſuſpen-*

Digitized by Google

ſuſpendit, & conditionale reddit, ac ſi in diem incertum ea collata fuiſſet; & numer. 227. *ac* 228.

226. *Diſpoſitio cauſa mortis collata in diem incertum facilius commutari poteſt ante aduentum diei, & quid, quando dies eſt partim certus, partim incertus, vt mors; numer.* 227. *& duob. ſeqq.*

228. *Conditio non nubendi an ſit illicita, & reiiciatur, aut ſuſpendat legatum.*

229. *Libertatis & vſusfructus legatum alicui relictum, cùm morietur, inutile eſt.*

230. *Diſpoſitio inter viuos non ideo liberè poteſt commutari, quòd facta ſit ad diem incertum, vel ſub conditione de futuro.*

231. *Spes cur tranſmittatur in ſtipulatione conditionali, non in legato, aut inſtitutione.*

232. *Ius ad rem eſt conſiderabile, nec tolli poteſt, niſi vocato eo, cui competit, & ex cauſa.*

233. *Diſpoſitio inter viuos ad diem incertum, vel ſub conditione de futuro facilius commutatur: & ibi quòd ius ad rem debilius eſt, & facilius tollitur, quàm ius in re; & quomodo pendente conditione ſtipulationis non oritur eius obligatio.*

234. *Vltima voluntas non ideo minùs commutari poteſt, quòd ei adiecta eſt conditio de præſenti, vel de præterito, aut reſolutoria, aut quæ iure ineſt, licèt ea exprimatur.*

235. *Conditione illa,* ſi Titio placuerit, *adiecta contractui, adimpleta, non requiritur nouus contrahentium conſenſus.*

236. *Conditio,* cùm voluerit, *quid importet; & quid differat conditio,* ſi volueris, *ab illis,* ſi fueris arbitratus, ſi putaueris, ſi æſtimaueris, ſi vtile tibi fuerit viſum, *vel* videbitur.

237. *Acceptatio promiſſionis an, & quando inducat obligationem in acceptante, aut promittente; vel neceſſaria ſit ad obligationem inducendam, & quomodo ipſa acceptatio inducatur; num.* 238. *& ibi an, & quando alius pro alio acceptare promiſſionem, vel aliàs ſtipulari poſſit; & num. ſeq.*

239. *Promiſſio vel donatio reuocari non poteſt etiam ante acceptationem abſentis, quando quis, cùm potuit, pro eo ſtipulatus fuit; modo verba dirigantur in ſtipulantem, non in abſentem; & ſimus in lucratiuis contractibus, ſecus enim eſt in oneroſis.*

240. *Diſpoſitio inter viuos commutari non poteſt ab alio, quàm diſponente, vbi diſpoſitio non ſit acceptata ab eo, ad cuius fauorem facta eſt: poſt acceptationem verò ſine huius conſenſu etiam à diſponente nequibit.*

241. *Vltima voluntas, cui adiecta eſt conditio neceſſaria, aquè commutari poteſt, ac ſi ea conditio non fuiſſet adiecta.*

242. *Conditio neceſſaria etiam negatiua, ſeu impoſſibilis in non faciendo, regulariter reiicitur, licèt ei adiecta ſit dies: non reiicitur autem vbi dies adiecta ſit conditioni valida, quæ in facto promiſſoris conſiſtit; ſed expectanda eſt dies idem vbi conditio ſit neceſſaria alternatiuè; vt, ſiue illud factum fuerit, ſiue non fuerit, illi do, lego; num.* 243.

244. *Conditio neceſſaria non reiicitur à diſpoſitionibus inter viuos, ſi contrahentes credebant eam contingentem: vel vbi conditio de re neceſſaria nobis ſit incerta, aut habeat diem incertum, & apponatur per modum præfinitionis temporis; vel cùm eſt neceſſaria tantùm per accidens, ſeu ex ſuppoſitione.*

245. *Diſpoſitio cauſa mortis, cui adiecta eſt conditio impoſſibilis de facto, aquè commutari poteſt, ac ſi ea conditio non eſſet appoſita: ſecus autem regulariter eſt in diſpoſitione inter viuos.*

246. *Conditio valde difficilis, aut partim poſſibilis, partim impoſſibilis, an vitiet vltimas voluntates.*

247. *Diſpoſitio cauſa mortis, cui adiecta eſt conditio impoſſibilis de iure, aquè commutari poteſt, ac ſi non eſſet appoſita illa conditio; ſecus in diſpoſitione inter viuos: vbi vtrumque declaratur.*

248. *Diſpoſitio contra ius, cui adiecta eſt ea conditio,* ſi Princeps diſpenſauerit, *an ſuſtineatur, ſecuta diſpenſatione legitima, & an tunc requiratur nouus conſenſus; num.* 249.

250. *Conditio contra ius naturale, aut diuinum, vel deriſoria, an vitiet diſpoſitiones quaſlibet.*

251. *Diſpoſitio ſine cauſa mortis, ſiue inter viuos, regulariter commutari poteſt, non obſtante falſitate demonſtrationis, vel cauſæ, quæ illi diſpoſitioni fuerit adiecta.*

252. *Vltima voluntas, cui adiectus eſt modus poſſibilis, & honeſtus, ſiue etiam impoſſibilis, & turpis, vel contrarius ſubſtantiæ diſpoſitionis, commutari poteſt, cùm ille modus apponitur ex internallo: ſecus ſi eodem contextu.*

QVÆRO SEPTIMO, & poſtremò in hoc quarto capite; an vltimæ voluntates conditionales, vel in diem, commutari poſſint ſiue ante, ſiue poſt aduentum conditionis, vel diei.

Quamuis ſuprà hoc eodem capite *quæſt.* 3. *concl.* 1. *circa initium, quæſt.* 5. *concl. itidem* 1. 2 *ſque ad medium, & quæſt. hanc præced.* quæ eſt 6. *concl.* 2. *ferè ab initio vſque ad medium,* quædam attulerimus de conditionibus, quatenus etiam ad materiam, de qua agimus, commutationis vltimarum voluntatum attinet: tamen, præterquam quòd non niſi de conditionibus impoſſibilibus de iure, aut de facto, non de aliis diximus; ac de illis quoque non principaliter, ſed vt ex iis ſumi argumentum poterat ad illarum concluſ. confirmationem; in præſenti quæſt. de iiſdem ex propoſito differere ſtatuimus, ac ſimul de vltimis voluntatibus in diem; cùm diſpoſitio in diem † nõnumquam diſpoſitioni conditionali compatetur, *l.* 1. *& l. dies incertus, ff. de condit. & demon. & l. vnica, §. ſin autem aliquid ſub conditione, C. de caduc. tollen.* cum ſimil. Verùm pro faciliori huius quæſt. reſolutione, de vtraque diſpoſitione quædam generatim præmittenda fore cenſuimus. 186.

Præmitto igitur primò, conditionem prima diuiſione, (quæ † iuxta communem Rhetorum & Dialecticorum regulam, à Iureconſultis quoque & Imperatoribus obſeruatam, vt à Caio I. C. *l.* 1. *ff. de diuiſ. & qualit. rer.* & Imperatore *in §. omnium, Inſtit. de obligat.* bimembris eſſe debet; vt in oppoſita diſtribuatur, quæ non niſi duo eſſe poſſunt;) diuidi † in poſſibilem, & impoſſibilem: quam diuiſionem videre licet inter cæteros apud gloſ. *in rubr. ff. de condit. inſtit.* & alios Doct. *ibi in rubr. ff. de condit. & demonſtr.* Impoſſibilis conditio duplex eſt, alia eſt impoſſibilis de facto, & hæc vel per naturam, vt quòd ſol non oriatur, & occidat, aut illa, ſi digito cœlum attigero, de qua *in §. ſi impoſſibilis, Inſtit. de inutil. ſtipul.* ad hanc reducitur impoſſibilis ratione perplexitatis, de qua *in l. ſi Titius, ff. de condit.* 187. 188.

dit. instit. prout eam reducit *glos. 1. §. impossibilis, Instit. de hered. instit.* vel ex accidenti, quia talis sit non ex natura, sed ex lapsu temporis; vt si pater viuit, cùm mortuus sit, ad quam reduci potest impossibilis ratione talis personæ: vt quòd pauper largiatur magnam pecuniæ summam, vt *in l. si Mania, ff. de hered. instit. & l. si quis ita instituatur, ff. de condit. instit.* quam impossibilem conditionem *glos. 1. d. §. impossibilis, Instit. de hered. instit.* simpliciter vocat de fa-
189. cto: alia impossibilis de iure; id enim dicitur † fieri non posse, quod iure, ac licitè fieri nequit, *l. sed licet, ff de offic. Præsid. l. filius, ff. de condit. instit. l. in eadem, ff. ex quib. caus. maior. l. 3. & 4. ff. de vsur. cap. illud, 11. quæst. 1. cap. facit homo, 22. quæst. 2.* cum simil. & hæc conditio interdum de iure vocatur turpis, vt l. *non dubitamus, ff. de condit. & demon. & cap. fin. de condit. appos.* interdum conditio contra bonos mores, vt *d. l. filius*, necnon *in l. conditiones, la 1. & la 2. ff. de cond. instit.* nonnumquam dicitur probrosa, vt *§. fin. in fin. Instit. de legat.* Ad hanc conditionem impossibilem de iure aptè reducitur ea, quæ est contra substantiam rei, de qua disponitur; prout de conditionibus contra substantiam matrimonij agitur *in cap. fin. de condit. appos.* & Sanchez *lib. 5. de matr. à disp. 9. ad 14.*

190. Possibilis conditio, † alia est necessaria, vt si solorietur, si Titius morietur, si digito cœlum non attigero, de qua *in d. §. si impossibilis, Instit. de inutil. stipul.* alia contingens, quæ nimirum potest esse, & non esse; licèt eam aliqui nomine generis appellent possibilem: & hæc vel est illicita, seu turpis, vt *in cap. fin. de condit. appos.* & coincidit cum impossibili de iure, sed ponitur sub hoc membro conditionis possibilis, quia est possibilis de facto: vel est honesta, seu licita, de qua *in cap. de illis, cap. super eo, & cap. per tuas, de condit. appos. l. conditionum, ff. de condit. & demon. §. si plures, Instit. de hered. instit.* & alibi passim.

191. Rursus conditio contingens, † alia est casualis, quæ pendet ex fortuna; alia potestatiua, quæ ex voluntate personæ honoratæ; alia mixta, quæ ex vtroque dependet, vt dicitur *in d. l. vnica, §. sin autem aliquid, C. de caduc. tollend.* Item alia est generalis, seu tacita, quæ de iure tacitè inest: & hæc vel inest dispositioni rei, seu virtualiter, hoc est, mediante aliqua dictione, vel adiectione, quæ aliàs conditionem non importat, vt *in l. 1. in princ. & §. vlt. ff. de condit. & demonst. & l. si Titio, in princip. ff. quand. dies leg. ced.* vel inest immediatè, & idem operatur, ac si non exprimatur, de qua sæpe in iure habemus exemplum, vt *in l. in conditionibus, §. 1. l. conditiones extrinsecus, & l. aliquando, ff. de condit. & demon. l. si dies, §. vlt. ff. quand. dies leg. ced. & c. 2. de rescript.* atque hæc dicitur conditio iuris *in l. multum interest, ff. de condit. & demonst.* vt, si Titius heres erit, det centum Sempronio, & similes. Alia est specialis, & expressa, seu facti, quæ in dispositione
192. exprimuntur vtplurimum † per dictionem, *si*, vt *in l. demonstratio falsa, §. at si conditionaliter, d. l. multum interest, & l. in facto, ff. de condit. & demonst. d. l. si Titio, in princ.* atque alibi in iure sæpissimè: quamuis aliquando inducatur conditio per dictionem, *cum*, vt *d. l. si Titio, in princ. & l. si cùm heres, in princ. ff. quand. dies leg. ced.* quæ tamen dictio propriè significat tempus, non conditionem, vt sentit *ibi* glos. *verbo, legatum est*, per *l. qui promisit,*
193. *ff. de condict. indeb.* Sicut † per dictionem, *vt*, exprimitur modus, *d. l. demonstratio falsa, §. fin. & l. eas causas, ff. de condit. & demonst.* per dictionem, *quia*, significatur causa, *d. l. demonstratio, §. quod au-*

tem iuris, & per † relativum, *qui, quæ, quod*, aut 194.
adiectionem qualitatis inducitur demonstratio, *d. l. demonstratio, in princ. iuncta §. 1.* licet etiam non numquam relativum inducat conditionem, *vt l. 1. §. vlt. ff. de condit. & demonst. & l. legans, ff. de liber. legat.*

Denique conditionum † aliæ sunt de præterito, 195.
vt, si pater tuus consensit; aliæ de præsenti, vt, si pater tuus viuit; aliæ de futuro, vt, si Titius voluerit: de quibus *in l. cùm ad præsens, & multi seqq. ff. si cert. pet.* & passim habetur in vtroque iure; ac præsertim *in tit. ff. de condit. instit. ff. de condit. & demonst. & C. de condit. instit.* & hæ aliæ subpertinæ, differentes obligationem, de quibus *in §. sub conditione, Instit de verb. oblig.* aliæ resolutiuæ? vt *in l. 2. & ibi glos. 2. ff. de in diem addict.* latè Peregr. *de fideic. art. 11. ex num. 126. & art. 43. num. 9. vsque ad 21.* quæ nimirum dispositionem semel validam, ac puram certum in casum annullant.

Præmitto secundò, † diem, qui apponitur dispo- 196.
sitioni, vel esse certum, vt *in l. 1. §. 1. ff. de condit. & demonst. & l. si dies, in princ. ff. quand. dies leg. ced.* vel incertum, vt *d. l. 1. in princ. & §. 2.* necnon *in l. dies incertus, ff. eod. tit.* Dies autem incertus, aut est omnino exiturus; vt, si dicatur, cùm heres meus morietur, prout *in d. §. 2. & l. heres meus, §. 1. ff. de condit. & demonst. & l. si cùm heres, in princ. ff. quand. dies leg. ced.* vel si dicatur, cùm Titius legatarius morietur, vt *d. l. heres meus, in princ. & d. l. si cùm heres, §. 1.* aut non est omnino, seu necessariò exiturus, vt, si dicatur, cùm Sempronius Capitolium ascenderit, cùm nauis ex Asia venerit, aut quid simile. Et quidem cùm certus est dies, † pu- 197.
rum est legatum, & statim post mortem testatoris cedit dies legati, sed ante diem peti non potest, *d. l. 1. §. 1. ff. de condit. & demonst.* iuncta *l. si post diem, §. 1. & l. si dies, in princ. ff. quand. dies leg. ced. & d. l. vnica, §. cùm igitur. C. de caduc. tollend.* idque procedit, quamuis dies adiecta longa sit, vtputa Calendis Ianuariis centesimis, prout ibidem expressè dicitur. Prædictam quoque regulam tradit post alios ex communi Crass. *tract. de success. §. legatum, quæst. 43. num. 3. 4. & 5.* fallit autem in legato, quod ad heredem non transit, quale est legatum vsusfructus, *l. 2. & 3. ff. quand. dies leg. ced.* nam huius dies non cedit ante diem, post quem relictus est, vtputa, si post annum relictus fuit vsusfructus, vt dicitur *in d. l. si post diem, §. 1.* sed nec post, quoad transmissionem, vt *ibi* ait glos. *in verbo, non ante*, ex *notat. in d. l. 2.* Quòd si dies adiectus omnino incertus est, quia potest non aduenire illa dies, seu id, quod sub die huiusmodi ponitur; † neque statim peti potest le- 198.
gatum, neque cedit statim dies, ita vt transmitti possit, sed tunc, cùm dies aduenerit, *d. l. si dies, in princ. & d. l. vnica, §. sin autem aliquid*, latéque probat Crass. *d. quæst. 43. num. 6.* & Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 20. num. 3.* vbi vterque pluribus relatis ex communi id extendit procedere, siue tempus incertum apponatur executioni, siue præstationi; adhuc enim legatum est conditionale, & non transmittitur ad heredes: ad quod allegat Mantic. text. *in l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. de condit. & demonstrat.* Cùm autem incertus quidem dies est, sed omnino exiturus, vt dies mortis; tunc † distinguendum est. nam, siquidem mul- 199.
tum interfit id quod agitur, an is dies vno tempore accidat, vel alio, quod contingit cùm talis dies in persona hæredis seu grauati ponitur; tunc dies hæc facit conditionem, & habetur pro omnino incerta, est *in d. l. 1. §. 2. & d. l. heres meus, §. 1. & d. l. si*

cùm

cùm heres, & l. huiusmodi, in fin. ff. quand. dies leg. ced. vbi decidimus, quòd, si dicat testator, heres meus cùm ipse morietur, centum Titio dato, est legatum conditionale, quia potest vno herede mori legatarius, & tunc non transmittet legatum ad suum heredem; & potest etiam mori defuncto herede testatoris, & tunc transmittet, vt ex citat. iurib. habetur; & de hoc die incerto, & statim præceden-
200. te † intelligendum est, quod dicitur *in d. l. dies incertus, ff. de condit. & demonst.* quòd dies incertus conditionem in testamentis facit, vt etiam *ibidem* sentit glos. si verò non interfit, an vno tempore vel alio dies hic incertus adueniat, quod cõtingit quando talis dies incertus ponitur in persona legatarij, seu honorati: vt, si dicat testator, cùm Titius morietur, centum ei lego; tunc dies habetur pro certa, vt quæ est omnino extitura, & legatum est purum, illúdque transmittit legatarius ad heredem suum, licèt moriatur statim post mortem testatoris, eius herede adhuc viuente, vt apertè disponitur *in d. l. heres meus, in princ. ff. de condit. & demonst. & d. l. si cùm heres, §. 1. ff. quand. dies leg. ced.* Sed hoc postumum fallit in libertate legata, vt docet *ibi* glos. *in ver. ipse legatarius morietur, & l. extraneum, la 1. verbo, moreretur, C. de hered. instit.* per text. *in l. libertas, in princ. ff. de manumiss. testam.* item in vsufructu, vt eadem glos. *ibidem* adnotauit per text. *in l. Titio, ff. de vsufr.*

Quamuis autem ea distinctio superiùs allata de die certo, vel incerto, locum habeat in testamentis, & aliis similibus vltimis voluntatibus quoad transmissionem, non autem quoad alia, vt sentit glos. *vnica d. l. dies incertus, ff. de condit. & demonst.* per *l. cùm tale, §. Mania, ff. eod. tit.* licet hic text. aliter sit exponendus, ac specialem rationem habeat propter conditionem negatiuam contingentem, ac licitam, quam adiunctam habet; prout explicabimus infrà *concl. 1. non longè ab initio in 2. fallentia.* Tamen hoc nobis sufficit ad rem, de qua agimus: eò enim spectat hæc quæstio, vt sciamus, an per adiectionem diei, aut conditionis impediatur iuris acquisitio, ita vt vltima dispositio siue inter viuos, siue causa mortis, præcipuè pendente conditione, aut die, liberè mutari possit: quare illud ad-
201. monendi hoc loco sumus, † in hoc differre contractus, seu dispositiones inter viuos à testamentis, legatis, & aliis similibus, quæ communiter vltimarum voluntatum nomine appellantur: quòd in illis conditio, aut dies incertus impedit transmissionem, *d. l. vnica, §. fin autem aliquid, C. de caduc. tollend.* non autem in contractibus, & stipulationibus, in
202. quibus † etiam sola spes transmittitur, vt adnotauit glos. ab aliis approbata, *in d. l. dies incertus, verbo, incertus, ff. de condit. & demonst. ac in l. sub conditione, verbo, existente, ff. de conditi. indeb.* per text. *in §. ex conditionali, Instit. de verb. oblig.* & colligitur quoad diem incertam, ex *d. l. dies incertus.* Nam, dum ibi dicitur, dies incertus conditionem in testamento facit, innuitur, secus esse in contractibus, ac stipulationibus. Inest autem aliquando
203. conditio † diei à testatore appositio, vt contingit in legato annuo, quod pro primo anno est purum, pro aliis est conditionale, habens illam tacitam conditionem, si legatarius vixerit, & sunt plura legata, *l. senatus, §. fin. ff. de donat. caus. mort.* vbi id notat glos. recepta *verbo, multa*, per text. *in l. si in singulos, ff. de ann. legat. cum concord. ibi per glos. alleg. in verbo, transire*, vbi id limitat, nisi exonerandi heredis gratia legatum fuerit diuisum, *l. nec semel, l. si cum præfinitione, in princ. & l. Firmio, §. fin. ff. quand. dies leg. ced.* item in stipulatione, quod & ibi Bart. sentit: item in donatione causa mortis, vt constat ex *d. §. fin.*

Præmisso tertiò, conditionem, quæ tacitè in-
204. est, præsse impropriè conditionem; vnde, licèt exprimatur, non facit dispositionem conditionalem; vt apertè constat ex *cap. significasti, de electi. l. 3. ff. de legat. 1. l. cùm illud, §. 1. ff. quand. dies leg. ced.* necnon *cap. 2. vbi omnes, de rescript. & l. cùm annis, ff. de cond. & demonst. l. 1. in princ. l. in conditionibus, §. hac scriptura, l. seruo, l. conditiones extrinsecus, & l. aliquando, ff. de condit. & demonst.* cum similib. idque adnotarunt plerique Doctores relati, & probati a Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 33. num. 3. & lib. 5. disp. 1. num. 6.* id certum esse ait, & ab omnibus admitti, sæpe tamen † expressio condi-
205. tionis tacitæ operatur conditionem, *d. l. seruo, in fin.* vt cùm id appareat ex mente disponentis, *d. §. hac scriptura*; & quandocumque alio modo exprimitur, quam iure inest; vt post Cardin. *Clem. 1. de concess. prabend. quæst. 2.* & *ibi* Paul. & Imol. *num. 12.* Vitalin. *Clem. 1. num. 36. de offic. deleg.* Felin. *cap. fin. num. 33. de præsumpt. & in cap. cùm dilecta*, ibique Abbat. *num. 12. de rescript.* & Couar. alios allegantem *in relect. cap. alma mater, 1. part. §. 9. numer. 8. de sent. excom. in 6.* idque colligentem ex *d. cap. cùm dilecta*, iuncta glos. *verbo, iuris*, tradit Sanch. *de disput. 3. num. 4.* qui idem docet *d. disput. 1. numer. 7.* ex communi Doct. *in l. si ita legatum, §. illi, si volet, ff. de leg. 1.* Abb. *in d. cap. significasti, num. 6. de electi.* Præpos. *in cap. ad audientiam, ad fin. de sponsal.* & Couar. 4. *Decretal. 2. p. cap. 6. §. 2. num. 4.* & probat ex text. *in d. §. illi, si volet*; vbi legatum relictum alicui, si volet, definitur esse conditionale; cùm tamen, si id non exprimatur, non statim requiratur legatum, vt *ibidem* dicitur, *& in l. cùm pater, §. surdo, ff. de leg. 2.* idem quod *in d. §. illi, si volet*, habetur *in l. si ita expressum, ff. de condit. & demonstr.* Eandem restrictionem affert post alios Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 20. num. 5.* ac simul illam, vt dicta regula non procedat in conditione tacita ex voluntate defuncti, de qua mox aliquid dicemus.

An verò illa conditio, *si Deus voluerit*, vel, *si Ecclesia placuerit*, expressa aliquid operetur, & suspendat dispositionem. Quoad primam; Sanchez *d. lib. 5. de matrim. disp. 1. num. 11.* dicit, † quòd, si con-
206. trahens intelligat de voluntate beneplaciti, qua Deus omnia vult, vel permittit, non suspendit: sic exponens Doct. ab eo relatos *numer. 9.* Si autem de voluntate approbante; tunc suspendet, donec Deus declaret illud sibi non displicere; ad id allegans Adrianum, & Siluestr. De posteriori autem condi-
207. tione, † *si Ecclesia placuerit*; idem Sanchez *vbi supra, num. 12.* censet, indistinctè suspendere consensum; quia semper intelligitur de voluntate approbatiua, post Cucch. *lib. 5. Instit. mai. canon. tit. 10. num. 40.* sic explicans *glos. in cap. vnico, in fin. de sponsal. in 6.* & alios quos idem Sanch. refert *num. 8.* Differt autem in eo quoque † conditio iuris, seu,
208. quæ iure tacitè inest, ab expressa testatoris, seu facti, quòd hæc, licèt impleta sit, impediat heredem circa adeundam hereditatem, quandiu ignorat eam impletam esse: illam verò ad id sufficit esse impletam, licèt heres hoc ignoret, immo erret, putans se habere qualitatem contrariam aditioni, vt patet ex *l. multum interest, ff. de condit. & demonst.* Tacita portò conditio † non modò ea dicitur, quæ iure
209. inest, seu quæ à iure subintelligitur, de qua paulo antè diximus, & præter ibi relatos, tradit Mantic. *d. tract.*

d. tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. *tit.* 5. *numer.* 5. Sed & aliis modis, de quibus Bart. *l.* 1. *numer.* 31. *& seqq. ff. de condit. & demonstr.* & *ibi* Bald. & Imol. *numer.* 2. ac Signorol. de Homod. *l.* 1. *numer.* 6. *C. de instit. & substit.* ac præcipuè adest illa, quæ inest ex natura rei, vt cùm quis fructus nascituros legauerit, *d. l.* 1. *ff. de condit. & demonstr. & l. interdum, ff. de verb. oblig.* hæc enim expressio, sicut & eius tacitæ conditionis, quæ à iure inest, non facit legatum conditionale, neque impedit transmissionem, vt satis probat Mant. *d. tit.* 5. *num.* 5. *&* 6. *ac d. tit.* 20. *num.* 5. Adest etiam illa tacita conditio, quæ non ex necessitate, sed ex voluntate testatoris, inest, qualis est illa, quæ exprimitur in eo legato, lego Stichum, qui meus erit, cùm moriar. ita Mantic. *d. tit.* 5. *in fin.* per *l. Stichum*, & *ibi* Bart. & cæteros, *ff. de legat.* 1. cuius etiam meminit post alios idem Mantic. *d. tit.* 20. *numer.* 5. quibus addo text. *in l. quod purè datum, ff. quand. dies legat. vel fideicommiss. ced.* quem text. Bart. *ibi* inter cæteros ita summat; conditio tacita ex testamento procedens impedit diem legatorum cedere; secus si extrinsecus veniat: &, vt ait Paulus I. C. quod purè datum est, si sub conditione adimatur, quasi sub conditione legatum habetur; at, si extrinsecus suspendatur legatum, non ex ipso testamento, licèt ante decedat legatarius, ad heredem transmisisse legatum dicimus. ex quo statim sequitur, ex hac tacita conditione oriente ex voluntate testatoris, fieri legatum conditionale: quod vtrumque post Bart. & alios tradit Mantic. *d. lib.* 10. *tit.* 5. *numer.* 6.

210. Pariter conditio de præsenti, vel præterito, † si falsa sit, vitiat dispositionem, cui adiecta est; si vera, tenet, neque eam suspendit; sed solùm illa, quæ est de futuro. patet id ex *l. cùm ad præsens, & l. itaque, ff. si cert. petat.* nam *in d. l. cùm ad præsens*, Papinianus I. C. ait; cùm ad præsens tempus conditio confertur, stipulatio non suspenditur; & si conditio vera sit, stipulatio tenet, quamuis tenere contrahentes conditionem ignorent; veluti, si Rex Parthorum viuit, centum mihi dare spondes? eadem sunt & cùm in præteritum conditio confertur. at verò *in l. itaque*, statim seq. idemmet Papinianus, itaque, ait, tunc potestatem conditionis obtinet, cùm in futurum confertur. idipsum verò constat ex *l. conditio in præteritum, & l. si ita stipulatus fuero hanc summam, ff. de verb. obligat. l. etiam*, §. *si patronus, ff. de bon. libert. &* §. *conditiones, Instit. de verb. obligat.* quæ iura ad id allegat glos. recepta *d. l. cùm ad præsens, verbo, confertur.* Non solùm autem iure ci-
211. uili, sed & iure Canonico † conditio de præsenti, vel de præterito propria conditio non est, neque suspendit dispositionem, sed solùm illa de futuro, vt ex *cap. vnico*, §. *ille verò, de sponsal. in* 6. plurib. Canonistis relatis, tradit Sanchez *lib.*
212. 7. *de matrim. disput.* 69. *numer.* 4. & non modò † in contractibus & stipulationibus id verum est, sed & in testamentis, & aliis huiusmodi vltimis voluntatibus; vt constat ex *l. institutio talis*, §. *vn. ff. de condit. instit. & l. in conditionibus*, §. *hæc scriptura, ff. de condit. instit.* Conditio igitur de futuro illa est, quæ suspendit dispositionem, *cap. super eo, cap. de illis, & cap. per tuas, de condit. appos. d. cap. vnico*, §. *ille verò, de sponsal. in* 6. *d. l. si ita stipulatus fuero hanc summam, ff. de verb. obligat. l. legata sub conditione, ff. de*

condit. & demonstr. l. si post diem, §. *sed si sub conditione, ff. quand. dies legat. ced. & l. vnica*, §. *sin autem aliquid, C. de cadue. tollend.* cum aliis sexcentis. Id autem intelligendum est primò † de 213.
ea conditione de futuro, quæ differt obligationem, & effectum dispositionis in euentum conditionis, de qua *in* §. *sub conditione, Instit. de verb. obligat.* cum aliis plerisque; & ideo dicitur suspensiua: non autem de ea, quæ relinquit dispositionem puram, sed eius vim, & effectum resoluit in certum casum, & ideo dicitur resolutiua, seu resolutoria, & aliter vocatur pactum legis commissoriæ; de qua *in l.* 2. *ff. de in diem addict. & l.* 1. *ac ferè tot. tit. ff. de leg. commiss.* & *ibi* Doctor. latè Mandos. ad *reg.* 32. *Cancell. quæst.* 18. *numer.* 17. *& seqq.* & adhuc latiùs Peregrin. *tract. de fideicommiss. artic.* 43. *numer.* 21. *&* 23. Secundò id intelligendum est, † modò conditio hæc de futu- 214.
ro adiiciatur ante perfectam dispositionem, vt patet ex *l. perfecta, C. de donat. quæ sub mod.* ibi, perfecta donatio conditiones postea non capit, cum simil. de quibus *ibi* glos. nisi ex mutuo consensu, excepto matrimonio; vt satis comprobat Sanchez *lib.* 5. *de matrim. disput.* 6. *numer.* 3. *&* 4. qui etiam latiùs *disput.* 7. *ferè per tot. & disput.* 8. *numer.* 5. *&* 6. satis ostendit, † inter has conditiones de futuro, 215.
quæ dispositionem suspendunt, illam censeri, si pater consenserit; & probatur ex *cap. super eo, de condit. appos.* ibi, cùm huiusmodi consensus non sit de præsenti habendus, licèt per verba de præsenti euidentiùs exprimatur, qui in alieno arbitrio non habito, sed habendo consistit. hoc tamen fallit in testamentis, in quibus † inutilis 216.
est dispositio collata in arbitrium extranei non tacitum, vt, si Mæuius Capitolium ascenderit; sed expressum, vt, si Mæuius voluerit, *l. nonnumquam, ff. de condit. & demonstr.* secus si in arbitrium heredis, vel legatarij, vt in iuribus ibi per glos. allegat. Sicut autem conditio potest conferri in futurum, † siue tacitè, siue expressè, vt notat 217.
glos. *d. l. itaque, verbo, in futurum, ff. si cert. pet.* per *l. interdum, ff. de verb. obligat.* ita conditio tacita ex testamento & non extrinsecus proueniens suspendit dispositionem, vt per text. *in l. quod pure, ff. quand. dies legat. ced. ac l. aliquando, in fin. ff. de condit. & demonst.* tradit vtrobique Bart. & impedit acquisitionem, vt docet idem Bart. *in l. duas*, per illum text. *ff. eod. tit.* atque ad vtrumque facit *l. conditiones extrinsecus, ff. de condit. & demonstr.* Conditionum autem, quæ in futurum conferuntur, (nimirum expressarum,) triplex natura est, inquit Martian. I. C. *in l. conditionum, ff. eod. tit.* vt quædam ad id tempus, in quo testator viuat; quædam ad id tempus, quod post mortem eius futurum sit; quædam ad alterutrum pertineant; tempus autem vel certum, vel infinitum comprehendatur. hoc verò habet quæuis conditio licita, & possibilis de futuro, vt statim, ac aduenerit, seu impleta fuerit, † habeatur, ac si ab initio dispositio fue- 218.
rit pura, & absoluta; prout colligitur ex prædictis iuribus, & *l. cedere diem, ff. de verb. signif.* à contrario sensu, & directè, atque expressè dicitur *in l. potior, in princip. ff. qui pot. in pign. hab.* ibi, cùm enim semel conditio extiterit, perinde habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset. Interim autem donec adueniat huiusmodi conditio, licèt non sit perfecta obligatio, non potest

tamen in contractibus alter contrahentium ante conditionis defectum resilire, sed tenetur eius euentum expectare, vt per text. *in l. qui balneum, & l. potior, in princip. ff. qui potior. in pign. hab.* ex Siluestro *in verbo, donatio, il 1. quæst. 15. numer. 19.* & Lud. Molin. *tom. 2. de iust. & iur. disput. 285. conclus. 4.* tradit Sanchez *d. lib. 5. de matrim. disput. 6. numer. 8.* ob eam rationem, quia ex contractu conditionali non minùs oritur obligatio in spe, hoc est, vbi existat conditio, quam ex contractu absoluto, & puro obligatio absoluta, & in re; cùm vterque sit contractus, atque in suo gradu, & ordine perfectus; vnde etiam huiusmodi spes in contractibus ad heredes transmittitur, vt *in fin. præced. præmiss.* breuiter ostendimus.

Præmitto nunc quartò, & postremò, quasdam conditiones de futuro vitiare, ac nullam reddere dispositionem, cui adiectæ sunt; quasdam vitiari, ac reiici ab ipsa dispositione, seu pro non adiectis, aut scriptis haberi: has verò vtrasque generatim attingemus. Et quidem primò conditio
219. omnino extitura, seu necessaria † reiicitur à contractibus; vt constat ex *l. si pupillus, §. qui sub conditione, ff. de nouat.* ibi, qui sub conditione stipulatur, quæ omnino extitura est, purè videtur stipulari. & *l. impossibilis, ff. de verb. oblig.* ibi, si talis conditio inseratur stipulationi, si in cœlum non ascendero, hæc vtilis, & præsens est; & aliis iuribus *ibi* per glos. & Doct. ad id allegat. Idémque in testamentis & aliis vltimis huiusmodi voluntatibus; vt satis colligitur ex *l. huiusmodi, & ibi* glos. recepta *in verbo, debitum iri, ff. quand. di. legat. ced.* cum distinctione, de qua suprà *in 2. præmiss.* sicut & in contractibus & stipulationibus id aliquas declarationes recipit, de quibus infrà *concl. 4.*

220. Conditio autem impossibilis per naturam † reiicitur quidem à testamentis, & aliis similibus vltimis voluntatibus, *l. 3. ff. de condit. & demonst. §. impossibilis, Instit. de hered. instit.* cum
221. simil. contractus verò, ac stipulationes † vitiat, *l. non solum, ff. de act. & obligat. & §. impossibilis, Instit. de inutil. stipul.* excepto matrimonio iuxta
222. *cap. fin. de condit. appos.* Idémque dicendum † de impossibili de facto tantùm, seu ex accidenti; vt colligitur ex *d. l. non solum, & §. impossibilis*, & constat ex adductis à Sanchez *d. lib. 5. de matrim. disput. 3. numer. 7. & disput. 4. numer. 12. & 15.* ex quibus etiam, præcipuè verò ex *l. cùm heres, §. 1. ff. de Statulib.* satis patet, quòd, vbi conditio sit non omnino impossibilis de facto, sed valde difficilis, tunc vitiat etiam testamentum, & cæteras huiusmodi vltimas voluntates. Conditiones
223. quoque impossibiles de iure, licèt † ab hisce vltimis voluntatibus reiiciantur, *l. conditiones, la 2. ff. de condit. instit. & l. si quis eum, ff. de condit. & demonst.* non tamen à stipulationibus, & contractibus, sed immo eos vitiat, *l. continuus, §. cùm quis, ff. de verb. obligat.* quod idem dicendum de conditionibus turpibus, & contra bonos mores, seu contra ius diuinum, & naturale; nam hæ quoque ab illis, quæ communiter vltimæ voluntates appellantur, reiici debent, ac pro non scriptis habentur, *l. 1. & l. conditiones, la 1. & la 2. ff. de condit. instit.* & *ibi* glos. & Doct. sicut & deriſoriæ, *d. l. conditiones, la 2.* contractus verò, excepto matrimonio, vitiant, vt colligitur ex *cap. fin. de condit. appos.* & constat ex *§. quod turpi, Instit. de inutil. stipul.* & *ibi* not. glos. *verbo, renovalet.*

His præmissis, iam ad conclusiones veniamus; ex quibus duæ postremæ erunt de demonstratione, causa, & modo, quæ affinitatem habent cum conditione, & aliquando etiam in eam transeunt; circa quam reliquæ conclus. versabuntur; exceptis primis duabus, quæ erunt de die, in quam vltima voluntas confertur.

PRIMA igitur CONCLVSIO sit. Legatum, aliáve similis vltima voluntas collata in diem certum, † non ideo facilius commutari potest, 224.
quòd nondum aduenerit dies petitionis; secus verò si collatæ sint in diem incertum. Prior pars conclusionis patet. nam, quando certus est dies, in quem confertur legatum, cedit dies illius statim à morte testatoris, purúmque est legatum, & transmittitur ad heredes, licèt peti non possit, nisi post eum diem, *l. 1. §. 1. ff. de condit. & demonst. l. si post diem, §. 1. & l. diem, in princip. ff. quand. dies leg. ced. ac l. vnica, §. cùm igitur, & §. libertatibus, in fin. C. de caduc. tollend.* idque procedit, quamuis dies certa adiecta legato longa sit, veluti Calendis Ianuariis centesimis; nam tunc quoque dies legati statim cedit, licèt ante diem peti non possit, vt dicitur expressè *in d. l. si dies, in princ.* Fallit autè id primò in legato vsusfructus, iuxta id, quod diximus suprà *præmiss. 2.* non longè ab initio. Fallit secundò † in ea conditione negatiua adiecta 225.
legato in certum diem, quæ solùm est illicita, cùm perpetua est, vt, si non nupserit, iuxta *l. 3. C. de indict. vid. tollend.* cum aliis in fine huius concl. adducendis. nam siue ea conditio conferatur in certum diem, puta ad annum, siue incertum, vt cùm Titius erit Consul, expectabitur ille dies, nec antea debebitur legatum; vt expressè cauetur *in l. cùm tale, §. Mœuia, ff. de condit. & demonst.* iuncta glosa *ibi verbo, certus, ac verbo, incertus.* & ratio est, quia, licèt ille dies certus sit, est etiam incertus cùm vsque ad illum diem possit semper deficere conditio, & legatum. Posterior conclusionis † 226.
pars probatur, quia quando dies est omnino incertus; ita, vt possit aduenire, & non aduenire: tunc neque venit dies petendi, neque cessit dies, iusve acquiritur; vnde mortuo ante diem legatario ad heredes legatum transmittatur, *d. l. si dies, in princip. ff. quand. dies legat. ced. & d. l. vnica, §. sin autem aliquid, C. de caduc. tollend.* & in hoc casu locum habet, quod dicitur *in l. dies incertus, ff. de condit. & demonst.* diem incertum conditionem in testamento facere. Quando verò est dies partim certus, partim incertus, qualis est mors, certa quidem, quia omnino extitura, iuxta illud Psal. 88. vers. 46. *Quis est homo qui viuit, & non videbit mortem?* & illud Apostoli ad Hebr. cap. 9. *Statutum est hominibus semel mori*; incerta verò, quia eius dies ignoratur, iuxta illud Euangelij Matth. cap. 25. *Vigilate ergo, quia nescitis diem, neque horam*; tunc † distinguendum est, an dies mortis 227.
ponatur in persona heredis grauati: vt, heres meus, cùm ipse morietur, centum Titio dato; vel in persona legatarij, seu honorati, vt heres meus, cùm morietur Titius, centum ei dato: & primo quidem casu, cùm multum interfit, an legatarius viuo testatoris herede, an eo mortuo decedat; nam, si eo viuo moriatur, non transmittit, secus, si viuo, *l. si pecunia, §. vnic. ff. de legat. 2. l. 1. §. 2. & l. heres meus, §. 1. ff. de condit. & demonstr. l si cùm heres, in princip. & l. huiusmodi, in fin. ff. quand. dies legat. ced.* habetur

pro

pro die omnino incerta, vt *d. §. vnico*, *d. §. 2.* & *d. §. 1.* atque hoc legatum dicitur conditionale *in d. l. si cum heres*, *in princip.* cuius rei ratio redditur *in d. §. 2.* quia mora heredis habet diem incertum; & ideo, si legatarius ante decesserit, ad ipsius heredem eius legatum non transit, quia non cessit dies viuo ipso legatario, quamuis certum fuerit, morituum heredem. quæ etiam ratio, mutatis verbis, affertur *in d. §. 1.* in posteriore autem casu, cum non referat, an legatarius viuo, vel mortuo herede testatoris moriatur, habetur legatum pro puro, & statim debetur à morte testatoris, & illud transmittit legatarius ad suos heredes, licèt decedat viuo herede testatoris, cùm relictum non sit sub conditione mortis ipsius heredis, vt apertè disponitur *in d. l. si cum heres*, *§. 1. ff. quand. di. legat. ced. & d. l. heres meus*, *in princ. ff. de condit. & demonst.* vbi illa ratio assignatur, quia tale legatum non conditione, sed mora suspenditur; non potest enim conditio non existere. Ampliatur autem hoc ipsum, quod in posteriori casu diximus; vt si huiusmodi dies incertus mortis positus in persona legatarij adiungatur conditioni negatiuæ illicitæ, qua-
228. lis, (quicquid sit de iure Canonico,) est † de iure ciuili, saltem antiquo, conditio perpetua non nubendi, quæ ideo reiicitur à legato, *l. hoc modo*, *§. 1. l. cum tale*, *§. si arbitratu*, *l. mulieri*, *l. aliæ*, *§. Titio*, *& l. heres*, *§. fin. ff. de condit. & demonst. ac l. 2. & 3. C. de ind. vid. tollend.* (nisi in casibus, de quibus *d. l. hoc modo*, *in princ. & l. 1. ac 3. & authent. cui relictum*, *C. de ind. vid. tollend.*) tale legatum, vtputa, Mæuiæ, si non nupserit, fundum, cùm morietur, lego, est purum, ac statim cedit dies illud consequendi, licèt nubat; vt cauetur *d. l. cum tale*, *§. Mæuia.* Fallit verò illud ipsum, quod in dicto posteriori casu diximus, pri-
229. mò † in libertate legata seruo suo, cùm morietur; nam inutile est legatum, *l. libertas*, *in 1. & l. fin. in princ. ff. de manumiss. testam. d. l. heres meus*, *§. quamuis*, *ff. de condit. & demonst. l. cum heres*, *§. 1. ff. de statuliber.* Secundò fallit in legato vsusfructus; hic enim ad heredem non transit, *l. 2. & 4. ff. quand. dies leg. ced.* cum simil. & id adnotauit glos. *d. l. si cum heres*, *§. 1. verbo, morietur*, *ff. eod. tit. & l. extraneum*, *l. 1. verbo, moreretur*, *C. de hered. instit.* per *l. Titio*, *ff. de vsuf.*

SECVNDA CONCLVSIO. Commutatio dispositionum inter viuos ad diem incertum, vel
230. sub conditione de futuro, † non ideo liberè fieri potest; quamuis facilius valeat admitti. Prior pars conclusionis probatur, quoad diem incertam, ex *glos. vnica in l. dies incertus*, *ff. de condit. & demonst.* vbi hunc text. in quo dicitur, diem incertum conditionem in testamento facere quoad transmissionem, hoc est, eam impedire vsque dum adueniat dies; limitat, vt secus sit in stipulatione, vbi spes semper transit ad heredes. quod idem fere ait eadem glos. *in l. sub conditione*, *verbo, existente*, *ff. de condit. indeb.* quoad conditionem verò de futuro, text. est expressus *in §. ex conditionali*, *Instit. de verb. obligat.* vbi Iustinianus Imperator, ex cõditionali, inquit, stipulatione tantùm spes est, debitum iri; eámque ipsam spem in heredem trãsmittimus, si, prius quàm conditio extet, mors nobis cõtigerit. vbi glos. *in verbo, contigerit*, optimam discriminis rationem
231. affert, † cur in stipulatione conditionali spes transmittatur, non item in legato, vel heredis institutione; quoniam, inquit, in stipulatione interuenit factũ stipulantis volentis sibi prospicere; & sic heredi, vt *l. si pactum*, *ff. de probat.* quod non est in legatario, cuius nullum factum interuenit; & eodem modo, subdit glos. respondet in hereditate conditionali; & licet hodie hereditas, ac legata, & fideicommissa ab ascendentibus relicta possint à descendentibus transmitti ad liberos suos, etiamsi ignorent se institutos, aut substitutos, vel legatarios; & ante apertas tabulas; vt apertè disponitur *in l. vnica*, *C. de his*, *quæ ant. aperti. tab.* immo idem sit in legatis ab extraneo relictis, vt ibi not. glos. *verbo, derelictis*, per text. *in l. vnica*, *§. cum igitur*, *& §. in nouissimo*, *C. de caduc. tollend.* tamen, præterquam quòd id est speciale in eo casu; adhuc non dicitur propriè tunc transmitti spes ob conditionalem dispositionem, seu cuius effectus in diem collatus sit, cùm nulla inibi hac de re mentio fiat. Illud igitur stet, regulariter proprium esse contractuum, & stipulationum, vt in iis transmittatur etiam sola spes consurgens ex conditione, vel die incerta, sub qua talis dispositio facta est. quod & confirmari potest ex *l. in possessione*, *ff. ex quib. caus. in poss. eat. & l. creditores*, *ff. de verb. sign.* vbi creditor quis dicitur ratione spei, & *l. 2. C. de constit. pecun.* vbi habetur, conditionale debitum posse constitui. Facit quoque ratio illa, ex qua sup. *præmiss. 3. in fin.* docuimus, promittentem aliquid sub conditione non posse ea pendente ab illa resilire; & quæ adducit Cuiac. *d. §. ex conditionali*, *& l. vsusfructus*, *ff. de stipul. serv. l. si filiusfamilias*, *ff. de verb. oblig. l. quæ legata*, *& l. non omne*, *ff. de reg. iur. ac l. 2. §. id quoque*, *ff. de collat.* Confirmatur denique idipsum, ac simul ipsa prior pars huius conclusionis, quòd † ius ad rem est consi- 232.
derabile, nec tolli potest, nisi vocato eo, cui competit, & ex causa; vt satis constat ex text. *in cap. si tibi absenti*, *de præbend. in 6.* necnon ex *reg. Cancell. de iur. quæsit. non tollend.* cum traditis ad eam per Gomes. *quæst. 1.* fere per tot. & alios glosat.

Posterior pars † eiusdem conclus. probatur; 233.
quia ius ad rem debilius est, & facilius tollitur, quàm ius in re, vt patet ex text. *in cap. pen. de præbend. in 6. in fin.* ibi, ius verò, quod secundo ad præbendam, non in præbenda huiusmodi competebat, cùm nostram reuocationem eius collatio non præcesserit, per eam penitus est sublatum. *& cap. fin. de concess. præbend. eod. lib. paulò post initium*, ibi; in quibus ius non esset quæsitum in re, licet ad rem: iunctis iis verbis, quæ ferè statim sequuntur, omnino cassauimus, irritauimus, & vacuauimus; & iis, quæ in fine illius Decretalis habentur, nimirum; omnes huiusmodi gratiæ, quarum ratione tunc non erat ad collationem processum, & sic per consequens ius in re non fuerat ipsis impetrantibus acquisitum, intelligantur penitus reuocatæ. per quæ iura, præter glos. receptam *d. cap. pen. verbo, collatio*, *& d. cap. fin. verbo, erant facta*, id adnotauit post alios Gomes. ad 2. *reg. de iure quæsit. non tollend. quæst. 1. numer. 27.* & Mandos. ad 2. *reg. 27. quæst. 22. numer. 2.* idipsum verò confirmatur ex iis iuribus, in quibus habetur, pendente conditione stipulationis non oriri eius obligationem, vt *in l. sub conditione*, *ff. de condict. indeb. l. non omnis*, *ff. si cert. pet. l. id*, *quod*, *ff. de const. pecun. & §. sub conditione*, *Instit. de verb. oblig.* id tamen accipiendum est de conditione, aut die incerta: secus de certa, & de omnino extitura, vt *d. l. sub conditione*, *cum duab. sequent. & l. stipulatio ista*, *§. inter incertam*, *ff. de verb. oblig.* vbi glos. & Doct. vel quoad hoc, vt obligatio non sit pro tunc cum effectu, quia peti non potest, quod est hìc promissum, ante

aduentum conditionis, vel diei. His adde, quæ diximus *cap. 5. quæst. 1. concl. 7. & cap. 9. quæst. 1. conclus. 2. & 3.* Quid autem dicendum sit, quando conditio ineit diei à testatore appositæ, vt in legato annuo, quod pro primo anno est purum, pro sequentibus habet illam conditionem, si legatarius vixerit, satis colligi potest ex iis, quæ diximus suprà *præmiss. 2. in fin.*

TERTIA CONCLVSIO. Vltima voluntas † non ideo minùs commutari potest, quòd 234.
ei adiecta est conditio de præsenti, vel de præterito, aut resolutoria in certum casum; aut aliqua conditio tacitè illi iure inest, licèt ea exprimatur. Probatur prior pars; quia conditio de præsenti, vel de præterito non suspendit dispositionem, sed, si tunc vera sit conditio, valet dispositio; si verò illa falsa sit, hæc vitiatur; vt ex *l. cùm ad præsens, ac l. itaque, ff. si cert. per.* aliisque iuribus ostendimus suprà *in 3. præmiss. huius quæst.* atque adeò in primo casu æquè fieri poterit commutatio, ac si non esset talis conditio apposita; in secundo æquè fieri non poterit. Vbi verò adiecta sit conditio resolutiua in certum casum, cùm hæc non suspendat dispositionem, sed puram relinquat, vt suprà, *d. præmiss. 3. ante med.* ostendimus; poterit ea commutari æquè, ac si talis conditio non sit apposita, donec ille casus, seu illa conditio eueniat: post resolutionem autem dispositio habetur, ac si non emanauerit; atque adeò frustrà quæsitum de illius commutatione. Posterior pars ex eo quoque patet, quod *in d. præmiss. 3. circa initium*, latiùs docuimus, conditionem illam, quæ tacitè iure inest, licèt exprimatur, non suspendere dispositionem, nisi alio modo exprimatur, quàm iure infit, vt ibidem satis explicauimus, exempla quoque afferentes in illa conditione, si voles, aut si ille volet, & illa, si Deo, vel Ecclesiæ placuerit. Vbi etiam attigimus de ea conditione, per quam dispositio confertur in alienum arbitrium, vt, si patet consenserit; & breuiter diximus, eam admitti in contractibus, & stipulationibus; quod & constat ex iis, quæ fusè adducit Sanchez *d. lib. 5. de matrim. disput. 7.* ferè per tot. 235.
& disput. 8. num. 5. & 6. ostendens quoque, † impleta huiusmodi conditione alieni arbitrij ad id non requiri nouum consensum: licèt *numer. 3. & 4.* probabile putet ex aliorum sententia illum requiri. In testamentis autem, & aliis similibus vltimis voluntatibus, licèt dispositio collata in alienum arbitrium tacitum, vt, si Titius Capitolium ascenderit, suspendatur per talem conditionem, in qua tacitè, & implicite continetur voluntas Titij; tamen si hæc voluntas, seu arbitrium exprimatur, & explicetur, dicendo, si Titius voluerit, ipsa dispositio annullatur; vt constat ex *l. nonnunquam, ff. de condit. & demonst. l. captatorias, & l. si quis Sempronium, ff. de hered. instit.* nisi conferatur in arbitrium heredis, vel legatarij; gloss. *d. l. nonnunquam, verbo, dictum est*, per text. *in l. senatus, §. penu. ff. de legat. 1. & l. fideicommissa, §. sic fideicommissum, ff. de legat. 3.* quibus adde quoad legatarium text. *in l. si ita legatum, §. illi, si volet, ff. de legat. 1. & l. si ita expressum, ff. de condit. & demonstr.* & quoad heredem *d. l. fideicommissa, §. hoc autem*: vbi notabiliter decidit, † hoc 236.
legatum, cùm voluerit, tractum habere, quamdiu viuat is, à quo fideicommissum relictum est: verùm, si antequam dederit, decesserit, ab eius herede præstari: sed &, si fideicommissarius, antequam heres constituat, decesserit, ad heredem suum nihil transtulisse; conditionalis enim esse legatum, nemini dubium est, & pendente conditione legati videri decessisse fideicommissarium. *& §. quamquam*, vbi, licet fideicommissum ita relictum, si volueris, non debeatur; tamen, si ita scriptum fuerit, si fueris arbitratus, si putaueris, si æstimaueris, si vtile tibi fuerit visum, vel videbitur, debebitur, non enim plenum arbitrium voluntatis heredi, sed quasi viro bono commissum relictum. atque hoc idem de conditione, si tibi videbitur, si voluntatem meam probaueris, vel simpliciter, si probaueris, dicitur *in l. fideicommissaria libertas, la 3. in princip. vers. ceterum, cum duob. segq. ff. de fideicommiss. libert.* Quod verò ad tacitam conditionem attinet, ad illud quoque animaduertendum, quod *d. præmiss. 3.* ad finem admonuimus, & satis confirmauimus, quòd, licèt conditio, quæ tacitè iure inest, non suspendat dispositionem, nisi alio modo exprimatur, quàm iure insit, vt dictum est; tamen tacita proueniens ex testatoris dispositione eam suspendit, & impedit diem legati cedere quoad requisitionem à tertio implente, qui alias in re, de qua disponitur, ius aliquod haberet, vt in casu *l. duos, ff. de condit. & demonstr. & l. quod pure, ff. quand. dies legat. ced.* & vtrobique inter alios Bart.

Ex hac verò posteriori huius conclusionis parte colligi potest, quid dicendum de promissione, aut donatione non acceptata; licèt enim verius sit, † acceptationem promissionis non inducere 237.
obligationem in acceptante, vt satis probat Sanchez *lib. 1. de matrim. disput. 5. numer. 5. & 6.* inducit tamen in promittente, si fiat per modum liberalis, & gratuitæ promissionis; secus si per modum contractus, vt idem ostendit *numer. 11.* iuncto *numer. 7. 9. 12. & 14.* subdens *numer. 15.* quomodo deprehendi vtrumque possit. & huiusmodi simplex promissio ab altero acceptata ex suo genere obligat sub mortali, & ex iustitia promittentem; vt ipsemet latè docet *ibidem numer. 20.* vbi tamen promissio sit de re notabili. *numer.* autem 21. id temperat post alios, dummodo promissio fiat animo se obligandi: & *numer. 21.* dummodo exprimatur in promissione causa ipsius: at *numer. 23.* nisi res sint notabiliter mutatæ. *numer.* autem 24. tradit, materiam promissionis, vt sit notabilis, esse debere quadruplo maiorem, quàm in furto, & *disput. 6. numer. 9.* latè probat, donationem, vel promissionem absenti factam ante acceptationem reuocari posse, præcipuè ex *l. absenti, ff. de donat. & l. non ambigi, C. eod. tit.* & *numer. 3.* requiri donationem, vel promissionem absenti factam ei notificari per epistolam donantis, vel nuntium ad id ab eo destinatum, ac *numer. 4.* acceptationem debere esse absolutam, nec sufficere esse collatam in donantis, vel promittentis arbitrium. mortuo autem donante ante acceptationem fieri potest per donatarium acceptatio, vt contra quosdam id negantes, & alios admittentes, vbi notarius ante obitum stipulatus sit nomine absentis, latè ostendit idem Sanchez *d. disput. 6. numer. 5.* id extendens *numer 6.* post alios, pariter mortuo donatario posse eius heredem acceptare. *numer.* autem 7. neutrum posse acceptare, si non donatio, aut promissio donationis præcesserit, sed solum mandatum donandi, præcipuè ex *l. 2. §. sed si quis, ff. de donat.* ex hoc inferens *numer. 8.* quòd, si mandatarius vel vsurpet, vel iniustè differat manifestare Titio, vt accepret, & interim donum mittens obeat, teneri ad duplicem restitutionem, alteram heredibus donantis, alteram

donata

donatario. & *num.* 9. illud limitans in mandato ad pias causas. Regulariter verò acceptatio necessaria est etiam attento iure naturali, vt idem Sanchez latè docet *d. disp.* 6. *numer.* 10. *disp.* 3. *numer.* 5. & *disp.* 7. *num.* 18. vbi *num.* 24. idem probat in iurata promissione, immo etiamsi fauore piæ causæ facta sit donatio, vel promissio, adhuc est reuocabilis ante acceptationem; vt contra alios satis probat pluribus relatis Sanchez *d. disput.* 6. *num.* 16. id temperans *numer.* 17. nisi intentio dirigeretur in Deum; nam tunc esset votum. *numer.* autem 15. eam regulam limitat in infante, per *l. iubemus, C. de emancip. liber.* quæ tamen loquitur in emancipa-
238. tione. Acceptatio verò inducitur † ex præsentia cum taciturnitate, vt contra aliquos ex pluribus resolvit Sanchez *ibidem numer.* 11. vbi etiam latè docet contra alios cum multis, præsentiam non præsumi in hoc casu, sed de ea constare debere aliunde. Quòd si petas, an possit quis stipulari, seu acceptare pro altero absente. Breuiter respondeo, regulariter non posse, *l. stipulatio ista*, §. *alteri, &* §. *si stipuler, ff. de verb. oblig.* §. *si quis alij, &* §. *alteri, Instit. de inutil. stipul.* ita, vt nec mandatum generale sufficiat ad acceptandum, seu stipulandum pro alio; glos. recepta *in cap. si tibi absenti, verbo, habueris, de prabend. in 6.* Couar. *lib. 3. var. resol. cap.* 16. *num.* 4. & post alios Sanchez *d. lib.* 1. *disp.* 7. *num.* 4. idipsum probans *num.* 5. de fratre, vt pro alio fratre nequeat stipulari; vbi tamen probat, verius esse, posse matrem pro filio, & *num.* 6. patrem pro filio in multis casibus; etiam emancipato, vt probat *num.* 7. & tutorem pro pupillo, vel curatorem pro minore, vt ibidem docet *num.* 8. sicut & potest filiusfamilias pro patre, seruus pro domino, monachus pro monasterio stipulari, §. *si quis alij, Instit. de inutil. stipulat.* non ita verò famulus pro hero, filius sui iuris pro patre, aut matre, discipulus pro magistro, vt tradit Sanchez *d. disp.* 7. *num.* 9. post Molin. *de contract. disp.* 264. §. *alij verò.* De notario, licèt plerique velint, posse, quos refert Sanchez *eod. disp.* 7. *num.* 11. tamen verior est contraria, quam ibidem post alios plurimos tuetur. at pro causa pia quilibet stipulari potest, vt latè ex communiori resoluit *num.* 10. Id autem, quod dictum est, posse quosdam pro
239. aliis stipulari, operatur, vt † ipsis stipulantibus, non possit donatio, vel promissio reuocari etiam ante absentis ratificationem, prout sentiunt præcit. DD. ac pro cæteris docet idem Sanchez *eadem disp.* 7. *num.* 13. & 12. post Molin. *d. disput.* 264. §. *inter etiam conceptum est.* Sed hoc accipiendum est, vt locum habeat, quando verba promissionis diriguntur in præsentem, vt, promitto tibi, me daturum Titio; secus si dirigatur in absentem, vt, promitto Titio, vti facis comprobat Sanchez *d. num.* 3. quicquid sit quoad hoc in tutore, & curatore, de quo ibi, in quo etiam id negant plerique ab eo laudati. quòd si verbis impersonalibus concepta sit promissio, vt, promitto, me daturum Titio: tunc verius est, valere stipulationem, nec etiam ante ratificationem reuocari posse promissionem, si stipulantis interest; vt contra non paucos docet *ibidem* Sanchez, præcipuè ex *d. l. stipulatio ista*, §. *si stipuler, in fin. ff. de verb. oblig.* Præterea accipiendum hoc est in contractibus lucrariis; nam in onerosis, & respectiuis, ac vtro citroque obligatoriis omnino necessarius est consensus absentis, vt idemmet Sanchez satis ostendit *eod disput.* 7. *num.* 12.

240. Ex his igitur colligere licet; † non esse locum commutationi ab alio, quàm disponente faciendæ, vbi dispositio non sit accepta ab eo, ad cuius fauorem facta est, per se, vel per alium in casibus, in quibus potest quis pro alio stipulari, iuxta supradicta: cum sit reuocabilis ab eo, qui disposuit. nos autem in hoc tractatu agimus de commutatione vltimæ voluntatis, hoc est, dispositionis per se irreuocabilis; post huiusmodi verò acceptationem non poterit ea dispositio regulariter commutari sine consensu eius, cui per eam acceptationem ius quæsitum est, quod etiam constabit ex iis, quæ de necessitate consensus eius, qui in voluntate, de cuius commutatione agitur, interesse habet, latiùs trademus *cap.* 7. *quæst.* 4. *concl.* 4.

QVARTA CONCLVSIO. Vltima voluntas, seu dispositio tam causa mortis, quam inter viuos, cui adiecta est conditio necessaria, † 241. æquè commutari potest, ac si nulla conditio illi apposita fuisset. Probatur, quia conditio omnino extitura, seu necessaria adiecta testamento, vel alteri huiusmodi vltimæ voluntati, ab ea reiicitur, & dispositio ipsa pura remanet, vt colligitur ex *l. huiusmodi*, iuncta glos. *verbo, debitum iri, ff. quand. dies leg. ced.* & apertè constat ex *l. seruum meum*, §. *si in non faciendo, ff. de hered. instit.* vbi Vlpianus l. C. † si in non faciendo, inquit, impossibilis 242. conditio in institutionem heredis fit expressa, secundùm omnium sententiam heres erit perinde, ac si purè institutus esset: exemplum autem affert ibi glos. recepta verbo, *in non faciendo*, vt si digito cælum non tetigeris, § *si impossibilis, Instit. de inutil. stipul. & l. impossibilis, ff. de verb. oblig.* vbi eadem glos. *verbo, non ascenderit*, loquens de ea conditione, si in cælum non ascenderit, quæ ibi in text. ponitur, & similis planè est præcedenti; vocat hanc conditionem necessariam, quod & facit *ibi* Cuiac. & Sanchez *d. lib.* 5. *de matrim. disput.* 2. *num.* 2. idem etiam colligi potest ex *l. quòd si ea, ff. de condict. indeb.* vbi idem Vlpianus ait, quòd, si ea conditione debetur, quæ omnino extitura est, solutum repeti non potest; qui quidem text. cùm potissimum accipiatur de debito ex stipulatione, vel contractu; inde etiam probatur altera pars conclusionis, quæ erat de vltima voluntate, seu dispositione inter viuos, de qua, quòd ab ea reiiciatur conditio necessaria, & ipsa dispositio pura remaneat, text. magis expressus est *in l. præced.* quæ incipit, *nam & si, cùm moriar*, vbi ipsemet Vlpianus; nam & si, inquit, cùm moriar, dare promisero, & antea soluam, repetere me non posse, Celsus ait; quæ sententia vera est: & adhuc apertior *in l. si pupillus*, §. *qui sub conditione, ff. de verbor.* ibi, qui sub conditione stipulatur, quæ omnino extitura est, purè videtur stipulari. & *d. l. impossibilis*, ibi, si talis conditio inseratur stipulationi, si in cælum non ascendero; hæc vtilis, & præsens est. idémque habetur *in d.* §. *si impossibilis, in fin.* vbi Iustinian. Imper. At si ita stipuletur, ait, si digito cælum non attigero, dare spondes? purè facta obligatio intelligitur; ideoque statim peti potest. idque procedit etiamsi huic stipulationi, cui conditio necessaria fuit adiecta, sit quoque appositus dies; vt constat ex *l. in illa stipulatione, in fine, ff. de verb. oblig.* ibi, sed cum eo, qui ita promisit, si intra Calendas digito cælum non tetigerit, agi protinus potest, licèt aliàs, vbi conditioni validæ, quæ in facto promissoris consistit, adiectus est dies, non sufficiat conditionem impleri ante diem, sed dies ipse expectandus sit; ait enim Paulus l. C. etiam ex Sabini, & Proculi sententia, *eadem l. in initio.*; in illa stipulatione, si Stichum Calendis non dederis, decem dare spondes; mortuo homine ante Calen-

das agi non posse, verùm actori expectandum fore diem.

Limitatur verò hæc conclusio, vt non procedat † in conditione omnino quidem extitura, seu necessaria, sed alternatiuè, vt, siue illud factum fuerit, siue non fuerit, illi do, lego; nam huiusmodi legatum ad heredem non tranſit, nisi alter casus viuo legatario extiterit; quoniam causa, ex qua debeatur, præcedere semper debet; nec quia certum est, alterutrum futurum, omnino debebitur: ita cauetur *in l. huiusmodi, ff. quand. dies leg. ced.* Quoad stipulationes verò, & contractus, id temperandum est primò, † nisi contrahentes crederent eam conditionem esse contingentem, vt satis probat Sanchez *d. lib. 5. de matr. disp. 2. num. 3.* qui *num. 4.* idem docet quando conditio de se necessaria respectu nostri est incerta. & ad text. *in §. conditiones, Instit. de verb. oblig.* respondet, eum loqui in conditione de præterito, vel præsenti. Secundò, vbi illa conditio necessaria haberet diem incertum, & apponatur per modum præfinitionis temporis; vt, cùm Titius morietur, licèt etiam dictio, *si*, cùm morti apponitur, intelligatur per modum temporis; nisi dicatur, si est moriturus, aut aliàs constet, quòd omnino adiiciatur per modum conditionis; vt optimè explicat Sanchez *d. disp. 2. num. 5. & 6.* sicut etiam *num. 7.* rectè illud temperamentum ad prædictam regulam affert, ac satis etiam confirmat, vt non procedat in conditione necessaria per accidens, & ex suppositione, vt, si Antechristus nascetur; licèt ei contrarium magis placeat.

243.

244.

QVINTA CONCLVSIO. Licèt vltima voluntas, seu dispositio causa mortis, cui adiecta sit conditio impossibilis de facto, † æquè commutari possit, ac si ea conditio non sit apposita; secus tamen regulariter est in voluntate, seu dispositione inter viuos. Probatur tota hæc conclusio. nam conditio quidem impossibilis de facto per naturam à testamentis, cæterisque huiusmodi vltimis voluntatibus, matrimonio, & aliis dispositionibus fauorabilibus vitiatur, ac reiicitur, & pro non adiecta habetur, *l. 1. l. si quis ita, & l. si Titius, ff. de conais. instit. l. 3. ff. de condit. & demonstr. l. si post diem, §. idémque, ff. quand. dies leg. ced. & §. impossibilis, Instit. de hered. instit.* ac de matrimonio est text. *in cap. fin. de condit. appos.* quod latiùs quoad matrimonium explicat Sanchez *d. lib. 5. disp. 3.* fetè per tot. & hoc procedit etiam in talibus conditionibus de præsenti, vel de præterito; prout quoad vltimas voluntates docet Sanchez *d. lib. 5. disput. 4. num. 1.* ex *l. si Mœuia, ff. de hered. instit.* vbi conditio, *si filia testatoris viuet*, casu, quo numquam habuit filiam, reiicitur à testamento tamquam impossibilis; & glos. *ibi verbo, viuent*, illum text. intelligit de præsenti, & Bart. de præterito; at verò text. ipse hoc vtrumque tempus comprehendit. Quoad matrimonium verò id latè tuetur Sanchez *eod. num. 3. & 4.* vbi contraria soluit, de quibus *num. 2.* Vitiat verò hæc conditio impossibilis per naturam vltimas voluntates, si reputetur possibilis; prout per text. *in l. seruo manumisso, & ibi* glos. *verbo, ex testamento, ff. de condit. instit.* & Couar. *4. decretal. 2. part. cap. 3. §. 2. num. 5.* tradit Sanchez *d. disput. 3. num. 8.* vbi etiam id latè probat de contractu matrimonij, & in testamentis, aliisque similibus vltimis voluntatibus, latè quoque probat Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 10. num. 7.* Alios verò contractus, ac stipulationes prædicta conditio impossibilis per naturam vitiat, *l. non solùm. ff. de action. & oblig. l. impossibilis, ff. de verb. oblig. & 9. si impossibilis, Instit. de inutil. stipulat.* nisi vbi probabiliter contrahens putet eam esse possibilem, vt sentire videtur glos. *d. l. non solùm, verbo, cogitatio*, dum vult, errorem hic non excusare, quando est in iure naturali; & colligitur ex text. ipso a contrario sensu, ibi, quia in ea re, quæ ex duorum, pluriúmve consensu agitur, omnium voluntas spectetur, quorum procul dubio in huiusmodi actu talis cogitatio est, vt nihil agi existiment, apposita ea conditione, quam sciant esse impossibilem; vnde secus velle videtur I. C. si non sciant, esse impossibilem, seu putent esse possibilem. Cùm autem tam hæc *l. non solùm, ff. de act. & obligat.* quàm *d. l. impossibilis, ff. de verb. oblig.* indistincte loquatur de impossibili, nec distinguat per naturam, an solo facto, & ex accidenti, neque nos distinguemus, argum. *l. 3. ff. de offic. Præsid. & l. Imperator, ff. de postuland.* vndeomnino dicendum est, hoc etiam impossibile vitiare contractus, & stipulationes. Quòd si non omnino impossibilis conditio sit, sed valde difficilis, † tunc etiam vitiat testamentum, & cæteras huiusmodi vltimas voluntates, vt sentit glos. *in d. §. impossibilis, verbo, impossibilis conditio, Instit. de hered. instit.* per text. qui apertissimus est, *in l. cùm heres, §. 1. ff. de statulib.* ibi, aut si tam difficilem, immo penè impossibilem conditionem adiecerit, vt aliunde ei libertas obtingere non possit, velut, si heredi mille dedisset, &c. quia nec animus dandæ libertatis est; vbi glos. *in verb. danda, & d. §. impossibilis*, & alij relati a Sanchez *d. disp. 4. n. 12.* sentiunt idem in quauis conditione impossibili de facto. Sed ipse cum Cuiac. *d. §. 1. ad verbum, dedisset*, puto, non nisi verum esse de valde difficili, per eum text. qui solùm, vt vidimus, de hac loquitur; prout etiam *l. antepen. §. fin. & l. fin. in princ.* quas glos. *d. verbo, danda*, ad id allegat. quod & alij tenent, quos refert Sanchez *d. disp. 4. num. 13.* ac sequitur *num. 14.* Si autem conditio sit pro parte possibilis, pro parte impossibilis, reiicitur pro parte impossibili, pro parte verò possibili implenda est, *l. qui decem, ff. de don. præleg. & l. pen. ff. de condit. & demonst.* Bart. *l. 1. num. 10. ff. de conait. instit.* Sanchez *d. disput. 4. num. 5.* quibus adde text. *in l. multa testamento, §. si seruos*, & ibi Doct. *ff. de condit. & demonstrat.* Ea verò quoque conditio dicitur impossibilis ex accidenti, seu de facto, atque adeò reiicienda ex legatis, & matrimonio, quæ sine circuitu, & immediatè potuit esse vera, vt post Imol. *d. l. 1. numer. 8.* & alios explicat Sanchez *d. disp. 4. num. 18.* quamuis glos. ab aliis approbata *d. l. si Mœuia, verbo impossibile*, cum text. intelligat de impossibili per naturam.

245.

246.

SEXTA CONCLVSIO. Regulariter vltima quidem voluntas, seu dispositio causa mortis, cui adiecta est conditio impossibilis de iure, † æquè commutari potest, ac si non esset apposita illa conditio: secus verò est de dispositione inter viuos. Prior pars conclusionis probatur, quoniam huiusmodi conditiones impossibiles de iure, hoc est, continentes aliquid à iure prohibitum, reiiciuntur à legatis, institutionibus, & aliis similibus vltimis voluntatibus; vt constat ex *l. 1. l. conditiones, l. 1. & l. 2. ff. de condit. instit. l. si quis cum, ff. de condit. & demonst. §. impossibilis, Instit. de hered. instit. & §. fin. Instit. de legat.* cum simil. atque ex Bart. *d. l. 1. num. 5.* Molin. *tom. 1. de iust. & iur. disp. 206. concl. 2.* altero Molin. cum aliis *lib. 2. de primogen. cap. 12. num. 56.* Docet Sanchez *d. disput. 4. num. 7.* sentiúntque plerique per eum relati *d. lib. 5. disp. 5. num. 26.* & vtrobique idem quoque tradit de matrimonio inter cæteros post Adrian. Couar. & Lud. Lopez.

247.

Quo

Quomodo autem huic regulæ quoad institutionem, & similes vltimas voluntates non aduersetur text. *in l. plus, qui, ff. de condit. instit.* & alia iura per glos. allegata *in l. 1. verbo, vitiari, ff. eod. tit.* vide glos. & Doct. *d. l. 1.* Sanchez verò *d. disput. 4. num. 8.* ex iisdem autoribus id temperat primò, si conditio referatur ad ius præsens, secus si ad futurum, quia potest variari, & sic conditio est possibilis; hoc intelligens in iure humano, aliàs in diuino, aut naturali, quod est inuariabile, & sic conditio etiam in futurum collata semper est impossibilis. Tempera secundò, nisi dubium sit, an ea conditio contra ius; prout in matrimonio post Adrian. tenet Sanchez *d. disput. 4. num. 9.* atque adeò idem dicendum est de testamentis, & aliis huiusmodi vltimis voluntatibus; cùm in vtrisque conditiones eandem vim habeant, vt probat idem Sanchez *d. lib. 5. disput. 3. num. 7. vers. quartò quia.* quod intelligendum est, nisi aliud in specie statutum in iure reperiatur quoad alterum eorum; aut in eorum altero sit aliqua specialis ratio. vnde, licèt indistincte conditio transferens matrimonium post alterius mortem, ipsum vitiet, vt probat Sanchez *d. disput. 4. num. 19.* etiamsi id tacitè fiat per conditionem negatiuam, vt, contraho tecum, si Capitolium non ascenderis: tamen secus est in legatis, quæ collata in mortem legatarij valent, & ea transmittit ad suos heredes, *l. heres meus, in princ. ff. de condit. & demonst. & l. si cùm heres, §. 1. ff. quand. dies legat. ced.* Sicut etiam collata in mortem heredis testatoris, quæ, si legatarius mortuo herede decedat, transmittit ad suos heredes, *d. l. heres meus, §. 1. & d. l. si cùm heres, in princ.* nisi aliàs eo tẽpore esset inutile legatum; vt de legato vsusfructus dicitur *in l. si post diem, §. 1.* iuncta glos. *ibi verbo, non ante, & l. 2. ac 3. ff. quand. dies leg. ced.* & in legato libertatis, *l. cùm heres, §. 1. ff. de statu liber. & l. fin. in princ. ff. de manumiss. testam.* atque in specie conditionis illius negatiuæ, si Capitolium non ascenderit, vt acquiratur legatum, & hereditas relicta sub tali conditione, statim ac præstiterit legatarius, vel heres Mutianam cautionem de restituenda re cum fructibus, nisi eam conditionem impleuerit, *l. cùm filius, §. qui Mutianam, ff. de leg. 2. l. Mutianam, & l. heres, §. qui post, cum seq. ff. de condit. & demonst.* quæ conditio in libertate legata eum sensum habet, si, cùm primùm potuit, non ascendit, *l. libertus, la 1. §. 1. ff. de manumiss. testam.* Posterior pars conclusionis probatur, quoniam stipulationes, & cæteri contractus vitiantur à conditione impossibili de iure, vt probatur tum ex *d. l. non filium, ff. de actio. & oblig. & l. impossibilis, ff. de verb. oblig.* dum absolutè volunt conditionem impossibilem contractus, ac stipulationes vitiare. tum ex *l. contra iuris ciuilis, ff. de pact. & l. conuenire, §. 1. ff. de pact. dotal.* tum ex *l. continuus, §. cùm quis. ff. de verb. oblig.* ibi; vbi omnino cõditio iure impleri non potest, &, si velit, facere ei non liceat, nullius momenti fore stipulationem, perinde ac si ea conditio, quæ natura impossibilis est, inserta esset: nec ad rem pertinet, quòd ius mutari potest, & id, quod nunc impossibile est, postea possibile fieri; non enim secundùm futuri temporis ius, sed secundùm præsentis æstimari debet stipulatio. ex quibus posterioribus verbis illud quoque habetur, quòd, licèt per dispensationem Principis, aut alias illa conditio possit desinere esse impossibilis, seu fieri possibilis de iure; adhuc illa dispositio vitiatur ab huiusmodi conditione, ad quod etiam facit text. *in §. 2. Instit. de inutil. stipul. l. si stipulor, §. 1. & l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. oblig.* cum aliis, quibus Sanchez *d. l. b. 5. de matrim. disput. 5. num. 26.* probabilius esse docet, promissionem matrimonij de ducendo consanguineam, & conditionem adiectam maioratui, vel legato pariter de ducendo consanguineam, tacita, (hoc est, non adiecta) conditione, si Pontifex dispensauerit, non valere. Hinc verò dubitari opportunè potest, † an, si disponens contra ius adiiciat illàm conditionem expressam, si Princeps dispensauerit, sustineatur, secuta legitima dispensatione. 248.

Ad quod breuiter respondeo primò, certum esse, quòd, si in eo impedimento non solet Princeps dispensare, conditio habetur pro impossibili, & contractus est nullus, vt docet Sanchez *d. disp. 5. num. 2.* ex adductis per ipsum *num. 12.* & præcipue quoniam quod à voluntate Principis pendet, reputatur impossibile, quando Princeps id concedere non solet, *l. apud Iulianum*, quæ est 40. *§. constat.* in aliis hæc lex incipit, *Africanus*, in aliis, *idem Iulianus*, in aliis hic §. ponitur post l. 41. *ff. de legat. 1.* ibi; quoniam commercium eorum, nisi nullu Principis, non est, cùm distrahi non soleant; vbi plerique hoc notant, & alij relati per Sanchez *d. disput. 5. num. 5.* & probati *d. num. 12. num.* autem 5. illud ipsum certum secundò esse docet, quando Princeps solitus est dispensare in eo impedimento ex legitima causa, qua tamen carent contrahentes, licet tali promissioni esset adiectum iuramentum, quia iuramentum illud esset contra bonos mores, atque adeò non obligationem, *cap. non est obligatorium, de reg. iur. in 6.* esset que vinculum iniquitatis, contra *cap. quanto, de iur. iur. & num. 4.* Docet tertiò certum esse, obligare contractum illum quando obtenta dispensatione ratificatur etiam tacite prior consensus. Quartò, licèt probabile sit, contractum à iure prohibitum non sustineri per eam conditionem expressè adiectam, si Princeps dispensauerit, quamuis soleat dispensare; per ea, quæ allegat Sanchez *d. disp. 5. n. 5.* quod idem tradit *num. 30.* de impedimento matrimonij impediente tantum: & *num. 31.* de eo impedimento, quod est dispensabile per Episcopum. tamen probabilius est, contractum illum sustineri, vbi Princeps soleat dispensare; alias secus: ita, vt in primo casu neutri liceat siue ante, siue post obtentam dispensationẽ à promissione resilire; vt satis constat ex iis, quæ idemmet latiùs adducit hoc ipsum in promissione matrimonij probabilius asserens, *d. disp. 5. num. 12. & 13.* ad hoc multa adducens vsque ad *num. 18. & num. 22. cum duobus seq. num.* autem 19. hinc infert post alios, valere conditionem legato, vel maioratui adiectam, vt legatarius, vel in maioratu succedens, ducat consanguineam, præmissa Pontificis dispensatione, quia ea conditio non reputatur impossibilis; neque obstare *l. si stipuler, in fine principij*, vel potius *l. si stipulor, §. 1. in fin.* vbi si stipulor sororem adoptiuam me ducturum, non valet stipulatio, licèt possit deinde non esse ampliùs adoptiua; quia tempore stipulationis est contra leges: nam loquitur, inquit, dum non exprimitur conditio, si Princeps dispensauerit; vel, si exprimatur, est tale impedimentum, in quo non est solitus dispensare. & *num. 21.* tradit post alios, incumbere legatario, vel maioratus successori grauato ad contrahendum cum consanguinea, si Pontifex dispensauerit, impetrare dispensationem: quod idem *num. 36.* docet de promittente ducere consanguineam: subdens *num. 37.* id faciendum esse communibus expensis, cùm negotium commune sit. Retento autem prædicto themate, & casu, in quo adsit ea conditio, si Princeps dispensauerit; si quæras,

an aduenientе dispensatione requiratur nouus con-
249. sensus; breuiter respondeo, quòd, † licet probabilis sit opinio affirmatiua, ex adductis a Sanchez *d. lib. 5. disput. 8. num. 9.* probabilius tamen est negatiua, ex iis, quibus idem Sanchez *num. 10. & 11.* id tuetur in matrimonio. Quòd si petas, an promittens aliquid sub conditione, si Princeps dispensauerit, si is resiliat, vel sequens opinionem probabilem, de qua paulo ante, vel alia iusta de causa, teneatur alteri ad expensas; breuiter dico, quòd licet probabilis sit opinio affirmatiua, prout etiam probabilem in promissione matrimonij putat Sanchez *d. disp. 5. num. 32.* tamen probabilior est negatiua, ex adductis in eadem promissione à Sanchez *num. 33.* eam temperans *num. 34.* nisi ille dolosè contraxerit animo resiliendi, vel iniustè resiliat.

Quod autem diximus de conditione impossibili de iure humano positiuo, vt reiiciatur à testamentis, & aliis similibus vltimis voluntatibus, ac vitietur, viciet verò contractus, &
250. stipulationes, † multo magis dicendum est de conditionibus turpibus, & contra bonos mores, quæ potiùs videntur aduersari iuri diuino, & naturali; quare id vtrumque probari potest ex iuribus superiùs adductis. Sed adhuc in specie de turpibus, est text. *in l. non dubitamus, ff. de condit. & demonstr.* vbi Martianus I.C. *Non dubitamus*, inquit, *quin turpes conditiones remittendæ sint.* quæ lex, licèt non distinguat de contractibus, vel testamentis, aut aliis huiusmodi vltimis voluntatibus: tamen communiter ibi Doct. cum textum non de illis, sed de his intelligunt, prout etiam de iis loquitur text. *in l. filius, qui, ff. de condit. instit.* ex qua illud quòque habetur, ab iisdem reiici eas conditiones, quæ contra bonos mores sunt: quod & constat ex *l. conditiones, la 1. & la 2. ff. eod. tit.* & ex *l. reprehendenda, C. de instit. & substit.* ac de derisoriis conditionibus idem habetur *in d.l. conditiones, la 2.* vbi glos. *in verbo, derisoria*, ad id quoque affert text. *in l. sciendum, & l. facta, §. si danda, in fin. ff. ad Trebell. & l. quidam ff. de condit. instit.*

Quòd autem a stipulationibus non reiiciantur conditiones turpes, & contra bonos mores, sed eas vitient, sicut & contractus, excepto matrimonio, satis colligitur ex *cap. fin. de condit. apposit.* vbi dicitur, quòd hæ conditiones reiiciantur fauore contractus matrimonij, vnde secus de aliis contractibus: & apertius ex *§. quod turpi, Instit. de inutil. stipulat.* & *ibi* glos. *verbo, promissum est, & verbo, non valet*; vbi etiam affert rationem, quia conditiones turpes impossibiles a iure præsumuntur, *d. l. filius, ad fin. ff. de condit. instit.* & eas quoque esse de iure impossibiles, adnotauit Sanchez *d. lib. 5. de matrim. disput. 15. num. 7.* atque adeò eodem modo de illis philosophandum, ac de impossibilibus.

Septima conclvsio. Quælibet vltima voluntas, seu dispositio, siue causa mortis, siue
251. inter viuos, † regulariter commutari potest, non obstante falsitate demonstrationis, vel causæ, quæ illi dispositioni fuerit adiecta. Probatur hæc conclusio; quia falsa demonstratio, vel causa non vitiat dispositionem, sed ab ea reiicitur, ac vitiatur. De falsa demonstratione patet ex *l. demonstratio falsa, in princ. & §. 1. ac l. falsa demonstratio, in princ. ff. de condit. & demonst.* De falsa causa ex *d. l. demonstratio falsa, §. quod autem, & l. cùm tale, §. falsum causam, ff. eod. tit.* cum aliis de vtraque per nos adducendis infrà *cap. 6. quæst. 3. concl. 6. & quæst. 5.* ferè per totam, ac præsertim *consl. 3. & 4.* vbi etiam opportunas ad id declarationes afferemus, quæ huic quoque conclus. deseruire possunt. Ex quibus præcipua illa limitatio est, quàm *d. quæst. 3. conclus. 6. & cat. quæst. 3. concl. 3. & 4.* afferemus; vt, si causa, vel demonstratio apponatur per modum conditionis, tunc iudicandum sit de illis, sicut de conditionibus, prout etiam in contractu matrimonij tradit post alios Sanchez *d. lib. 5. disp. 19. n. 3.* subdens post Sot. & Lopez, quòd, quando demonstratio, vel causa adiicitur per verbum futuri temporis, vt, contraho tecum, qui dabis, vel quia dabis tot, dubium esse sensum; aut enim referunt conditionem, & tunc faciunt sensum, si delleris, & important conditionem; vnde, si honesta est, suspendet; si turpis, aut impossibilis, reiicitur; si contraria substantiæ matrimonij, illud vitiabit, iuxta latè per eum tradita *disp. 4. num. 19. & disput. 9. cum quinque seqq.* aut tantùm important credulitatem contrahentis; & tunc manebunt intra limites demonstrationis, aut causæ; quare nec suspendent nec vitiabunt dispositionem illam. Verùm ad dignoscendum, quando aliquid adiectum sit demonstratiuè, aut conditionaliter, seu taxatiuè; aliquas coniecturas, ac præsumptiones nos afferemus *d. quæst. 3. concl. 6.* Plura verò si quis cupiat de conditionibus, aut demonstrationibus, præter citat. Doct. consulere poterit Mascard. *de probat.* & Card. Tusch. *in suis concl. verbo, conditio, & verbo, demonstratio*, ac Didac. à Spin. *in specul. testam. glos. 4 princ. per tot.*

Octava & postrema conclvsio. Commutari potest † dispositio, seu voluntas vltima, cui
252. adiectus est modus possibilis, & honestus, siue etiam impossibilis & turpis, vel contrarius substantiæ dispositionis, quando apponitur ex interuallo, seu in diuersa oratione: secus quando eodem contextu, & in eadem oratione. Modus enim, siquidem sit contrarius substantiæ dispositionis, & apponatur eodem contextu, ipsam vitiat: secus, si in diuersa oratione; perinde ac talis conditio. ita in contractu matrimonij, per text. *in l. per seruum, §. 1. cum l. seq. ff. de vs. & habit.* probat Sanchez *d. lib. 5. disput. 19. num. 5.* iuncta *disput. 9.* & aliquot seqq. si verò modus sit impossibilis, aut turpis, reiicitur eadem ratione à matrimonio, aliàve fauorabili dispositione, qua ab ea reiicitur conditio. ab aliis verò contractibus indistinctè reiicitur, vt docet Sanchez *d. disput. 19. num. 7.* præcipuè ex Molin. *de iust. & iur. com. 1. disp. 208. §. modus impossibilis*, & altero Molin. *lib. 2. ac primogen. seu maiorat. ib. Hispan. cap. 12. num. 42.* alios allegante, & de communi attestante, quòd in contractibus præter matrimonium, in quibus conditio impossibilis vitiat, modus impossibilis non vitiat, sed reiicitur, ac si appositus non esset. Quòd si modus sit necessarius, habetur statim pro impleto, & proinde reiicitur, prout post alios docet Sanchez *d. disput. 19. num. 8.* & colligi potest ex iis, quæ post eum *disp. 2.* adduximus de conditione vbi suprà *præmiss. 4. & concl. quarta.*

Modus denique honestus, & possibilis. hoc est, contingens, non suspendit dispositionem; sed statim ea est valida; vt in contractibus, seu quasi, constat ex *l. 1. 2. & fin. C. de donat. quæ sub mod. l. cum ab eo, ff. de contrab. empt.* in legatis, ex *l. quibus diebus, §. fin. l. Titio centum, in princ. & l. eas causas, ff. de cond. & demonst.* ita tamen, vt in his præstetur cautio de modo implendo, vt in tribus iuribus mox cit. nisi tamen modus apponatur solùm in gratiam legatarij, vt *in d. l. Titio centum, in princip.* & *ibi* glos. Bart. & cæteri. atque item secus in contractibus, vt in iuribus per glos. allegatis *d. §. fin. verbo, satis dedissent.* in his enim duobus casibus non requiritur satisdatio, seu cautio prædicta. An autem in dubio, præsertim in testamentis, & aliis similibus vltimis voluntatibus potiùs

Digitized by Google

potiùs præſumendas ſit modus, quàm conditio; videndus Mantic. *d. tract. de coniect. vlt. voluntat. lib. 12. tit. 5. num. 12. vſque ad 17.* Peregr. *tract. de fideic. artic. 31. ex num. 113.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 175. per tot.* Et hæc de præſenti quæſtione dicta ſint ſatis.

Poſſet autem hoc loco formari etiam quæſtio de vltima voluntate per vim, aut metum extorta, an nimirum ea poſſit, vel debeat commutari. verùm eius reſolutio partim peti poteſt ex iis, quæ hac in re dicemus *inf. cap. 6. quæſt. 2. concl. 4. circa med.* partim ex iis, quæ latè de vi, & metu inter recentiores tradunt Sfort. Odd. *in tract. de reſtit. in integr. quæſt. 7. art. 9.* Maſcard. *tract. de probat. concl. 1055. cum duabus ſeqq.* Menoch. *de arbitr. iud. caſ. 135. & 136.* necnon *tract. de præſumpt. lib. 3. præſ. 126. cum ſequenti*, & Sanchez *lib. 4. de matrim. ferè per tot. & lib. 3. ſine ſum. cap. 11. ac lib. 4. cap. 3. per tot. & cap. 40. num. 30. & 31.* Nos verò ad alia tranſeamus.

CAPVT V.

Quinam poſsint vltimas voluntates commutare.

SVMMÆ RERVM.

1. *Perſona alia privata, alia publica.*
2. *Perſonæ Eccleſiaſticæ citra Romanum Pontificem iuriſdictionem aliquam habentes, quenā ſint.*
3. *Perſonarum privatarum, de quibus quari poteſt, an commutare valeant vltimas voluntates, quatuor genera ſunt.*
4. *Diſponens de rebus ſuis cauſa mortis regulariter commutare poteſt ſuam vltimam voluntatem ſine ſuperioris auctoritate.*
5. *Teſtamentum, & cætera huiuſmodi vltima voluntates revocari, ac mutari poſſunt vſque ad vitæ exitum.*
6. *Legatum quatuor modis transferri poteſt.*
7. *Teſtamentum habens clauſulam derogatoriam, vel iuratam, an, & quando licitè, aut validè revocari, vel mutari poſſit. & an valeat pœna iurata appoſita teſtamento in caſu revocationis; & quid requiratur, vt teſtamentum revocari non poſſit; num. 8.*
9. *Vltima voluntas, ſecuta traditione non ad eius executionem, ſed ſimpliciter, vel ex intervallo, amplius revocari non poteſt.*
10. *Novitius ante profeſſionem quandocumque teſtari poteſt de ſuis bonis.*
11. *Decretum Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 16. de regular. non comprehendit teſtamentum, aut aliam ſimilem vltimam voluntatem.*
12. *Teſtamentum Novitij non rumpitur, aut annullatur per profeſſionem, ſive cogitaverit de ingreſſu, ſive non.*
13. *Teſtamentum conditum ante profeſſionem non poteſt religioſus poſtea revocare, aut mutare, declarare tamen poteſt; num. 14.*
15. *Fundator reſervans cum Ordinarij conſenſu ius patronatus extraneo etiam nihil conferenti, non poteſt hanc ſuam voluntatem revocare.*
16. *Diſpoſitio inter vivos, quæ non niſi morte confirmatur, vt donatio inter coniuges, poteſt à diſponente mutari vſque ad mortem; & n. ſeq.*
17. *Reditus ad ius commune, & primævam rei naturam facilè admittitur, & excuſat à ſolemnitatibus alioquin neceſſarijs.*
18. *Diſpoſitio inter vivos, quæ non niſi morte confirmatur, ſi iurata ſit, non niſi aliquando poteſt propria auctoritate commutari.*
19. *Diſpoſitio inter vivos etiam iurata poteſt a diſponente privata auctoritate commutari in euidenter melius: & duob. num ſeq. & num. 25.*
20. *Argumentum a rubro ad nigrum validum eſt. & a commutatione voti ad commutationem iuramenti; num. 23. & ſeq.*
21. *Vovens, aut iurans rem illicitam, poteſt propria auctoritate illam in rem licitam commutare.*
22. *Diſpoſitio iurata concernens honorem Dei non commutatur auctoritate propria in id, quod non eſt euidenter melius, & quando poteſt, quod iuratum eſt, impleri; & duob. n. ſeqq.*
23. *Diſpenſare in iuramentis Deo facta ij ſoli, & omnes poſſunt, qui poſſunt in votis.*
24. *Diſpoſitio iurata, ſi eſt impeditiva maioris boni, poteſt propria auctoritate commutari; & ibi intellectum cap. commiſſum, de ſponſal. & cap. licèt, de regul.*
25. *Diſpoſitio iurata in honorem Dei commutari ſecundùm aliquos poteſt auctoritate propria in euidenter melius, licet vtrumque ſeruari poſſit: idque valdè probabile eſt.*
26. *Iurans ſeruire vni hoſpitali, an poſſit ſeruire alteri magis religioſo, & populoſo.*
27. *Diſpoſitio iurata ad privatam vtilitatem commutari non poteſt privata auctoritate; immo nec cum ſuperioris citra Principem auctoritate, ſine conſenſu, aut culpa eius, ad cuius vtilitatem facta eſt, aut iuſta cauſa, quidam Principe; num. 28.*
29. *Debitor non poteſt aliam rem etiam meliorem ſoluere inuito creditore, quod tamen fallit in variis caſibus, remiſſiuè; num. 30. & 32.*
31. *Vovens aliquid in honorem Dei poteſt citra ſuperioris auctoritatem in euidenter melius commutare votum ſuum.*
32. *Deo cur facilius, quam homini votum pro alio ſolui poſſit, ſi melius ſit.*
33. *Votum poteſt commutari privata auctoritate in euidenter melius, licet vtrumque impleri poſſit.*
34. *Circumſtantia voti facit eſſe maius bonum, quod alias eſſet minus; hac tamen honeſtas transfertur in materiam, in quam fit commutatio.*
35. *Votum in honorem Dei emiſſum commutari poteſt privata auctoritate in rem euidenter meliorem, licet illud cederet in vtilitatem tertij, dummodo ſpecialem promiſſionem ad hominem ab eo acceptatam non includeret.*
36. *Votum commutari nequit ſine ſuperioris auctoritate in rem, de qua dubitari an melior ſit, aliquo modo poteſt; aut ſi certò conſtet eam eſſe æqualem. & quid, ſi euidens ſit æqualitas materiæ, probabilis verò maior eius bonitas; num. 37.*
38. *Votum privata auctoritate quando poſsit in rem euidenter æqualem commutari.*
39. *Cauſa ſpecialis an requiratur in commutatione voti, qua facienda eſt privata auctoritate.*
40. *Heres, aliæve perſonæ per diſponentem gravata ad aliquid faciendum pro executione ſuæ vltimæ voluntatis, regulariter illam commutare non poteſt; & num. 42 cum ſeq.*
41. *Heres repræſentat perſonam defuncti, & vna perſona*

ſona cum eo cenſetur; & heres heredis eſt heres teſtatoris; ac poteſt plerumque eius voluntatem declarare.

42. *Heres tenetur approbare factum defuncti, nec ſemper poteſt eius voluntatem declarare, ac regulariter nequit illam immutare.*

43. *Inſtitutus in re certa non eſt proprie heres defuncti, neque eius perſonam repræſentat.*

44. *Succeſſor ſingularis per diſpoſitionem inter vivos non poteſt eam immutare, aut etiam ſolùm declarare.*

45. *Heres, aliúſve ſucceſſor commutare poteſt vltimam voluntatem non piam defuncti cum ſolo conſenſu eius, ad cuius fauorem illa emanauit. item in caſu l. ex pollicitatione, innoua l. ſi quis ſui, ff. de pollicit. & in caſu §. ſi autem heres, vel potiùs; ſi autem legatum, auth. de Eccleſ. tit. numer. 46. item cùm habuit à diſponente ſpecialem ad id facultatem; numer. 47. & cùm relictum eo ipſo reuerti debet ad heredem; num. 48. & quoties deficit legatum pium, non relictum contemplatione perſonæ, num. 49. ac denique vbi heres inſtitutus ſit ſub conditione eo ipſo reiicienda; num. 50. & ſeq.*

51. *Conditio impoſſibilis, adiecta grauato vitiat diſpoſitionem cauſa mortis; adiecta autem honorato vitiatur: quæ tamen diſtinctio fortè procedit ſolùm in concluſione impoſſibili per naturam.*

52. *Conditio de ſepeliendo cadauere cum veſtibus qualis ſit, & quomodo intelligenda.*

53. *Executores deputati à teſtatore ad executionem ſuæ vltimæ voluntatis regulariter illam commutare non poſſunt; licèt valeant eam, ſi ambigua ſit, declarare etiam irrequiſito herede; non autem declarationem exequi; & num. ſeq.*

54. *Executor an poſſit in executione præuenire tempus à teſtatore præſcriptum; & num. 57.*

55. *Relictum pro virginibus, vel puellis maritandis non poteſt ab executore dari virgini intranti Monaſterium, aut puellæ nondum nubili; vel conuerti in alium vſum pium per ipſum, aut etiam per Epiſcopum.*

56. *Legatum pro puellis maritandis quando ex vi comprehenſiua, vel extenſiua, comineat nondum nubiles, vel iam nuptas ſiue temporaliter, ſiue ſpiritualiter, vel viduas nupturas; remiſſiue.*

58. *Executor poteſt cum Epiſcopo commutare vltimam voluntatem piam defuncti, quæ aliàs mitti executioni non poteſt; & num. 64.*

59. *Executor teſtamentarius commutare poteſt vltimam voluntatem defuncti, ſi ad id ab eo ſpecialem facultatem habeat; & duob. numer. ſeqq. idem, ſi deputatus ſit cum libera; n. 60.*

61. *Captatoria voluntas quæ ſit, & quando reprobetur à iure.*

62. *Sapiens, ad cuius dictamen voluit teſtator extendi teſtamentum ſuum, quid poſſit adiicere.*

63. *Aduocati, quos conſuluit teſtator in condendo teſtamento, illud poſſunt interpretari.*

64. *Executor teſtamenti poteſt cum Epiſcopo commutare pia legata vbi ea impleri nequeant, vel non modo præſcripto à teſtatore; & in aliis caſibus, in quibus Epiſcopus id poſſet, ac deberet cum herede, nullo dato executore.*

65. *Executores teſtamentarij ſunt ioco heredis quoad executionem vltimæ voluntatis.*

66. *Vltima voluntas commutari poteſt ab eo, ad cuius fauorem emanauit, vel certè commutationi conſentire poterit; & vbi nunc ſeqq.*

67. *Fauori ſuo poteſt quis renuntiare: quod tamen falſum in pleriſque caſibus, remiſſiue.*

68. *Creditore conſentiente poteſt vnus pro alio ſolui.*

69. *Diſpoſitio etiam iurata commutari poteſt ab eo, ad cuius fauorem facta eſt, vel de eius conſenſu; vbi, quòd iuramenti hominis præſtiti obligatio ceſſat per eius remiſſionem, quæ proprie non eſt relaxatio, neque irritatio iuramenti.*

70. *Iuramentum præſtitum principaliter in Dei honorem remitti poteſt a parte, in cuius fauorem æquè principaliter cedit res promiſſa; ſecus ſi non æquè principaliter.*

71. *Diſpoſitio etiam non iurata commutari, ſeu remitti non poteſt ab iis, qui liberè de rebus ſuis nequeunt diſponere, vt minoribus, Eccleſiis, & piis locis, ſine debitis ſolemnitatibus.*

72. *Diſpoſitioni in fauorem publicum inducta renuntiari priuatorum pacto non poteſt.*

73. *Ludo amiſſum ſi non recuperet victus, aut eius heres, procurator ipſius, pater, aut defenſor, vel certè procurator Cæſaris recuperare poterit, & in opus publicum conuertere debebit; & num. 128.*

POSTQVAM egimus in præcedenti cap. de obiecto, & materia, circa quam vltimæ voluntates, & earum commutationes verſantur: videamus nunc in præſenti cap. de perſonis, quæ poſſint huiuſmodi commutationes exercere. Et quia perſona, quod ad hanc rem attinet, † vel poteſt eſſe priuata, vel publica, arg. *l. publicum, ff. de pœn. l. 1. 9. huius ſtudij ff. de iuſt. & iur. §. huius ſtudij, Inſtit. eod. tit. cap. ius publicum, diſt. 1. & cap. ſi diligenti, de for. compet.* cum ſuis concord. & hæc vel Eccleſiaſtica, vel ſæcularis, iuxta duas poteſtates, & iuriſdictiones, quæ ſunt in Eccleſia, *cap. duo ſunt quippe, 96. diſt. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. Extrauag. vnam ſanctam, de maior. & obed.* inter commun. cum ſimil. De facultate, quam habet perſona priuata commutandi vltimas voluntates, agemus *quæſt. 1.* de ea, quæ competit Principi ſæculari ſupremo, vel inferiori, & eius magiſtratibus, *quæſt. 2. & 3.* de ea denique, quam Papa habet, & cæteræ perſonæ Eccleſiaſticæ aliquam iuriſdictionē obtinentes, in reliquis huius cap. quæſt. nobis erit differendum. Hæ verò perſonæ Eccleſiaſticæ citra Romanum Pontificem iuriſdictionem aliquam habentes † ſunt Concilium generale, Cœtus Cardinalium Sede Apoſtolica vacante, Legati eiuſdem Sedis, ſacra Pœnitentiaria, Concilium Prouinciale, Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem obtinentes, nimirum Cardinales in ſuis titulis Presbyteralibus, & Diaconalibus, Capitulum Sede Epiſcopali vacante, Prælati nonnulli ſæculares, & Epiſcoporum, Cardinalium, Capituli Prælatorúmque prædictorum Vicarij generales, ac denique nonnulli Prælati regulares. de quibus omnibus & ſingulis in prædictis reliquis huius cap. quæſtionibus agemus. 1. 2.

QVÆRO igitur PRIMO; an priuata perſona poſſit aliquam vltimam voluntatem propria auctoritate commutare?

Quatuor

3. Quatuor † personarum priuatarum genera considerari circa quæst. propositam meo iudicio possunt, nimirum vel is, qui disposuit, & auctor est ipsius vltimæ voluntatis, siue inter viuos, siue causa mortis; vel eius heres, aut legatarius successor, grauatus ad aliquid ex voluntate disponentis præstandum; vel executor deputatus à disponente in testamento, aut alia vltima voluntate; vel denique persona honorata in dispositione, aliáve, ad cuius fauorem facta est dispositio. De singulis ergo hisce generibus personarum opportunis conclusionibus agendum erit, an, & quando aliqua ex prædictis personis citra superioris auctoritatem, & consensum vltimam voluntatem commutare possit.

PRIMA CONCLVSIO. Is, qui de rebus
4. suis disposuit causa mortis, † regulariter potest commutare suam vltimam voluntatem sine superioris
5. auctoritate. Probatur; quia † testamentum, & cæteræ huiusmodi vltimæ voluntates reuocari, & mutari possunt vsque ad vitæ exitum, *l. cùm hic status, §. ait oratio, ff. de donat. int. vir. & vxor. l. 4. qua incipit, quòd si iterum, ff. de admen. legat. & cap. cùm Martha, de celebr. Miss.* cum simil. & in translatione legati, quæ est quædam commutatio, optimus text. est *in l. sicut adimi, & l. translatio, ff. de adim. vel transfer. legat.* vbi etiam habetur, † quatuor modis fieri
6. translationem legati, nimirum aut à persona in personam; aut ab eo, qui dare iussus est, transfertur, vt alius det; aut cùm res pro re datur, aut quod purè datum est, transfertur sub conditione.

7. Limitatur autem hæc conclusio primò, † vbi testator iurasset non reuocare testamẽtum. licèt enim nequeat testator ipse sibi legem imponere, à qua non liceat recedere, vt ex *l. si quis in principio testamenti, ff. de legat. 3.* & *ibi* Bart. & aliis tradit Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 1. n. 1.* ad quod etiam est text. *in l. Diui, §. licèt, ff. de iur. codicill.* & alia, quæ adducit idẽ Mant. *d. lib. 12. tit. 8.* vbi latè tradit, quomodo testamentum præcedens habens clausulam derogatoriam posterioris reuocetur per ipsum posterius testamentum, de quo etiam fusiùs Didac. à Spin. *in specul. testam. glos. 30. princ. à num. 78. vsque ad* 47. & adhuc latiùs Couar. *in rubr. de testam. 2. part. n.* 19. & 20. & Iul. Clar. *lib. 3. recept. sent. §. testamentum, quæst. 99.* & Michaël Cras. *tract. de succes. §. testamentum, quæst. 89.* Molin. *de Hispan. primog. lib. 4. cap. 2. numer.* 2. & alter Molin. *de iust. & iur. tom. 1. disp.* 153. Tamen, si in priori testamento testator iurauit illud non reuocare, aut mutare; valet quidem posterius testamentum, quoniam adimere sibi liberam facultatem testandi est contra bonos mores, vt per text. *in l. stipulatio hoc modo concepta,* & *ibi* Doct. *ff. de verb. oblig.* docet Mantic. *d. tit. 8. num. 7.* neque est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum, *cap. non est obligatorium, de reg. iur. in 6.* cum simil. Verùm tunc reuocans, aut mutans testamentum, aliámve similem vltimam voluntatem, periurium incurrit, licèt valeat reuocatio; vt post Ioan. Andr. *in cap. quòd semel, de reg. iur. in 6.* Anchar. *in cap. sicut, de sponsa.* Boër. *decis. 204. num. 17.* glos. *in cap. vltima voluntas, 13. quæst. 2.* & alios, tenet Gabr. *commun. concl. lib. 2. tit. de iureiur. concl. 1. num. 8.* Couar. *d. 2. part. rubr. de testam. num. 15. vers. tertia igitur opinio,* Iul. Clar. *d. §. testamentum, quæst. 94. num. 3. & 4.* Cras. *d. §. testamentum, quæst. 87. num. 1. & 2.* & ex his duobus posterior hanc receptiorem sententiam esse testatur, prior verò communem ex Alex. *cons. 18. num. 2. lib. 1.* & propterea reuocare volentem debere petere absolutionem à iuramento. Hanc eandem sententiam quoad vtramque partem plurimis relatis ex communi tradit Masc. *tract. de probat. concl. 1281. n. 8. 9. 10. & 11.* & Ioan. Guttierez *tract. de iuram. confirm. part. 2. cap. 1. n. 2.* iuncto *n. 5.* quoad secundam partem eam post alios tenet, & pluribus confirmat Molin. iun. *tom. 1. de iust. & iur. disp. 151. col. 2. 3. & 4.* pro qua etiam sunt fundamenta allata à Spin. *d. glos. 30. n. 54.* cum pluribus seqq. qui tamen contrarium tenet *n.* 84. cum sequent. pro quo sunt fundamenta relata per Molin. *d. col.* 2. qui contrarium probare nititur quoad primam partem *col.* 7. & 8. ex eadem autem *col. 6.* Couar. *d. p. 2. num. 16.* Guttier. *d. cap. 1. n. 3.* habes, † an valeat pœna iurata appolita in testamen- 8.
to in casu reuocationis; & an incurratur periurium, si non soluatur. Ex eodem verò Guttier. *num. 7. 8. 9. & 10.* colligitur, quid in hac specie requiratur ad hoc, vt primum testamentum, maximè iuratum, per secundum reuocetur; & an detur cautela, per quam prius testimoniũ reuocari non possit: de quo etiam latè Mascard. suprà ex *num. 11.* Seraphin. *tract. de priuil. iuram. priuil. 75.* ex *num. 54.* Limitatur secundò,
quòd, † si in testamento aliáve simili vltima volun- 9.
tate secuta sit traditio, non tamen ad illius executionem, sed simpliciter, vel ex interuallo; tunc illa vltima voluntas reuocari non poterit, vt pluribus relatis ex communi tradit Ludouic. Molin. *tract. de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 2. num. 19. & 20.* quod sequitur alter Molin. *de iust. & iur. disput. 287. num. 1. vsque ad 12. & disput. 584. num 14.* communem quoque asserit, eam sequens, Michaël Cras. *d. tract. de succes. §. legatum, quæst. 3.* Limitatur tertiò, quòd,
licèt † Nouitius siue ante, siue post susceptum ha- 10.
bitum Religionis approbatæ quandocumque ante professionem testari de suis bonis possit, *auth. nunc autem, C. de Episc. & Cler.* cum aliis, quibus hoc ipsum ex communi tradit Molin. iun. *de iust. & iur. tom. 1. tract. 2. disp. 139. col. 4. vers. his ita constitutis,* & Molin.
sen. *lib. 2. de primog. Hisp. cap. 9. n. 39. & 52.* ita, vt † 11.
quoad testamentum, & aliam similem vltimam voluntatem, locum non habeat dispositio Conc. Trid. *sess. 25. cap. 16. de regul.* ne vlla renuntiatio, aut obligatio fiat ab ingresso, vel ingredi volente Religionem, nisi infra duos menses proximos ante professionem; vt idem Molin. iun. docet *d. disp. 139. col. 6. vers. ambiget fortasse*, & fertur declarasse sacra Congregatio Card. interpretum Conc. Trid. & tale testamentum † non rumpatur, aut annulletur per pro- 12.
fessionem non modò quando testator cogitauit de ingressu, vt ex communi pluribus relatis tradunt Molin. iun. *d. disp. 139. col. 8. vers. dubitant Doctores, iuncto vers. in priori euentu,* & Didac. à Spin. *in specul. testam. 6. part.* glos. *rubr. num. 3.* verùm etiam, si de ingressu non cogitauit; vt post non paucos tenet idem Molin. *ibidem vers. in posteriori verò euentu*, contra Bart. & alios, quos sequitur Spin. *d. num. 63.* Tamen
post emissam professionem † religiosus reuocare, 13.
aut mutare non potest testamentum à se antea conditum; vt contra Bart. aliósque nonnullos tradunt non paucis relatis Spin. *d. numer. 3. cum seq.* & Molin. iun. communem asserens *d. tract. 2. disp. 140. col. 2. vers. vtrum verò religiosus*; ex eo potissimum id deducentes, quòd nihil habere tunc potest, atque adeò testari nequit, vt latiùs comprobat Spin. *ibidem num. 1. cum seq.* & Molin. *d. tract. 2. disp. 141. in princ.* quibus & illud adde, quòd non habet velle, aut nolle, *cap. fin. in princ. de testam. in 6. & cap. 2. it. de sepult. eod. lib.* Fateor tamen, † quòd poterit profes- 14.
sus declarare testamentum suum antea conditum, vt sentit Molin. *d. disput. 139. in fin.* & ex eo suadetur, quòd declarans nihil de nouo facit, *l. heredes palam, §. sed etsi notam, ff. de testam.* cũ aliis adductis à Gabr.

comm.

comm. concl. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 3. num. 1. cum aliquot seqq. præsertim *num. 6.* vbi pluribus relatis ex hoc infert, quòd ille, qui non potest potst terminum aliquid facere, potest tamen declarare: idque etiam ex eo maximè confirmatur, quòd, licèt iudex sententiam suam definitiuam mutare, aut corrigere non possit, *l. iudex postquam, ff. de re iud.* poterit tamen illam declarare, vt voluit glos. *in l. ea, quæ, verbo, subscriptionibus, C. comminat. epistol.* &c. cum aliis ad id alleg. à Gabr. *d. concl. 3. num. 14.* Limitatur
15. quartò, vt si fundator † etiã in testamento cum consensu Ordinarij reseruasset alteri ius patronatus, qui etiam nihil contulisset, quod fieri potest ex latiùs adductis per Lambertin. *in suo tract. de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæst. 4. art. 10. n. 1. & 2.* non posset deinde hoc factum suum, & hanc suam voluntatem reuocare, vt idemmet satis probat *eod. art. 10. num. 4.*

SECVNDA CONCLVSIO. Is, qui dispositionem aliquam fecit, quæ ab initio non valet, ve-
16. rùm regulariter non nisi morte confirmatur, † potest eam mutare vsque ad mortem. exemplo sit donatio inter coniuges, iuxta *l. si maritus, §. 1. l. si seruum vxori, §. vlt. ff. de donat. inter vir. & vxor. & cap. fin. extr. eod. tit.* donatio inter patrem, & filium in potestate *l. donationes, quas parentes, C. eod. tit.* & *ibi* Doct. de communi Clar. *lib. 4. recept. sent. §. donatio, quæst. 8. n. 1. & 7.* Molin. *de inst. & iur. disp. 288. cum trib. seqq. tract. 2.* Probatur nunc conclusio: quia, cùm eæ donationes, ac similes dispositiones regulariter à iure sint prohibitæ, poterit disponens, nisi aliud obstet, eas propria auctoritate reuocare, cùm redeat ad ius commune, primæuámque rei naturam; qui
17. reditus † facilè admittitur, & excusat à solemnitatibus, vt constat ex traditis à Felin. *in cap. cùm accessissent, num. 5. 6. & 30. de constit.* & Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 7. num. 9. vsque ad 14.* Et confirmatur, quia tunc ea dispositio maximè accedit ad testamentum, & aliam similem vltimã voluntatem, eique assimilatur, quæ non nisi per mortem vires assumit, vt patet ex *cap. cùm Marthæ, de celebr. Miss.* & illo Apostol. ad Hebr. 9. *Testamentum in mortuis confirmatum est, quia nondum valet, dum viuit, qui testatus est.* de similibus autem idem iudicium est, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. cap. 2. de translat. Episc.* cum suis concord. ex quo fundamento, prædictã vtramque donationem, aliásque similes reuocari, vsque ad mortem posse, præterquam quod sentiunt Doct. *in citat. iur.* expressè quoque tradunt idem Molin. iun. *d. tract. 2. disp. 583. num. 9.* & alter Molin. *tract. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 12. num. 9. & tribus seqq.* quare hæc conclusio ex iis fundamentis maximè roboratur, quæ in præced. concl. quoad testamentum, & alias dispositiones causa mortis adduximus.

Limitatur autem hæc eadem secunda conclusio,
18. vt non procedat, † vbi illa dispositio, quæ non nisi morte confirmaretur, iuramento firmata sit. nam, cum vi iuramenti extunc vires assumat, prout de donatione inter coniuges plurib. comprobat, & ex communi resoluit Iul. Clar. *d. §. testamentum, quæst. 9. num. 3.* de donatione inter patrem, & filium, *d. quæst. 8. num. 8.* ac de prima latè Guttier. *tract. de iuram. confirmat. part. 1. cap. 3.* de secunda *cap. 4.* De huiusmodi dispositione iurata idem statuendum erit, quod de aliis dispositionibus inter viuos iuratis in seq. concl. iam dicemus, vt possit non nisi aliquando auctoritate propria commutari.

TERTIA CONCLVSIO. Vltima voluntas, ac dispositio irreuocabilis, seu inter viuos et-
19. iam iurata † potest ab eo, qui disposuit, commutari propria auctoritate, hoc est, citrà superioris consensum, in euidenter melius. Hæc conclusio, si iuramentum circumscribamus, satis conuincitur ex eo, quod post Mar. Socin. *in tract. de oblat. libel. 19. num. 23.* id in terminis probantem tradidimus *cap. præced. quæst. 1. ad fin.* vbi id etiam explicauimus, quomodo accipiendum sit. quoad dispositionem autem inter viuos iuratam, satis probari videtur ex *cap. peruenit, il 2. de iureiur.* vbi Gregorius primus Romanus Pontifex, non enim, ait, propositum, aut promissum infringit, qui in melius illud commutat. quamuis autem in his verbis nulla mentio fiat iuramenti: tamen, cùm ponatur hic canon sub *rubr. de iureiur.* satis inde conuincitur, de iurata quoque promissione eum fore intelligendum, sumpto † 20.
argumento à rubro ad nigrum, iuxta text. *in l. Imperator,* & *ibi* Bart. *ff. de in diem addict.* glos. *in cap. bona,* & *ibi* Abb. *circa fin. de confirmat. vtil. vel inutil.* cum aliis ad id alleg. ab Euerard. *in loco leg. à rubr. num. 5. & 6.* quo argumento in terminis huius cap. vtitur Abb. *ibi num. 2.* qui etiam quoad primum eius dictum illud sic summat in principio; non deierat, qui iuramenti implementum in melius commutat. *num.* autem 1. refellit Innoc. dum hunc text. quoad primum dictum intelligens tantùm in voto, ait, ad commutationem in melius requiri auctoritatem superioris; ac Ioan. And. & Goffr. qui dicunt, posse commutari votum in melius propria auctoritate, si primum fuit nociuum, aut illicitum; nam illud non est commutare in melius, sicut loquitur iste text. quia comparatiuum præsupponit positiuum, *l. vbi autem, ff. de verb. obligat.* Verum tamen
est, † quòd poterit tunc qui vouit, aut iurauit rem 21.
illicitam, illam commutare in aliam licitam. ad quod optimè facit text. *in cap. in malis, 22. quæst. 4.* dum dicitur; in malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum. *& cap. aliquid, il 1. eod. caus. & quæst.* ibi, si aliquid fortè nos incautiùs iurare contigerit, quod obseruatum in peiorem vergat exitum, liberè illud salubriori consilio mutandum nouerimus. & quòd propria auctoritate possit quis commutationem facere, etiam vbi primum iuramentum esset licitum, probat Andr. Barb. *in addit. ad Abb. d. num. 1. verbo, licentia*; quia secundum dictum huius text. *cap. peruenit*, proculdubio intelligitur de commutatione facienda propria auctoritate; ergo etiam primum; quod & insinuat ibidem text. iis verbis, *infringit*, & *commutat*, quæ accipienda sunt præcisè de eo, qui iurauit: maximè, cùm inibi nulla mentio fiat de superioris auctoritate; quod, si voluisset, facilè dicere potuisset, *d. cap. 2. de translat. Episc.* & quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, *l. at, si quis, §. diuus Marcus, ff. de relig. & sumpt. funer.* cum simil. tenétque inter alios Ant. de Butr. *d. cap. peruenit*; ex cuius distinctione, quam ibi facit, partímque sequitur Abb. *d. num. 2.* colligenda est declaratio ad hanc 2. concluſ. Nam aut iuramenti implementum concernit honorem Dei, aut priuatam vtilitatem. Primo ca-
su; aut † est aliquo modo dubium, an id, in quòd 22.
fit commutatio, sit maius bonum; & tunc requireretur superioris auctoritas, vt sentit Innoc. & satis colligitur ex *cap. licèt, vers. si verò, de regular.* aut, si sit euidenter maius bonum, tamen potest vtrumque adimpleri: & tunc idem est dicendum; nam, cùm commutatio sit voluntaria, non debet fieri sine superioris auctoritate, vt constat ex *cap. commissum*, iuncta glos. *verbo, tutius, de sponsal.* quod mox ponderabimus. facit & *cap. 1. de vot.* ij enim soli, & omnes, qui possunt dispensare, in votis,

13. votis ; † poſſunt etiam in iuramentis Deo factis , vt poſt alios ſatis probat Sanchez *libr. 3. ſuæ ſummæ, cap. 19. num.* 1. ſentíque Abb. Butr. & alij *d. cap. permutis* , dum ad materiam commutationis iuramenti allegant iura loquentia de commutatione voti. Si verò non poteſt quis adimplere ſine
14. deſertione, ac turbatione maioris boni , † tunc inquit Butr. licèt ſit tutum habere licentiam ſuperioris ; tamen etiam ſine ea poterit ipſe promiſſor commutationem facere, ex not. *in d. cap. commiſſum, de ſponſ. & d. cap. licet, de regul.* & quamuis Abb. *d. n.* 1. contendat dictum Butr. non probari iuribus , per eum alleg. quia *in cap. commiſſum* , fuit aditus ſuperior, & conſulitur ei , qui iurauit contrahere matrimonium, & vult ingredi religionem, vt prius, quàm ingrediatur, contrahat. & *in cap. licèt* , dicitur, quòd non debet is, qui profeſſus eſt in aliqua religione laxiore, ingredi religionem ſtrictiorem, niſi petita licentia à ſuperiore. tamen *in d. cap. commiſſum*, iuncta gloſ. ab aliis approbata *ibidem in verbo , tutius* , (eo excepto, quòd potiùs ſpectat ad poſterius membrum principale diſtinctionis , nimirum de iuramento ad priuatam vtilitatem præſtito, vt ad finem huius concluſionis videbimus.) bene probatur præcedens dictum Butr. quòd, vbi euidenter quidem ſit commutatio in melius, ſed poteſt vtrumque adimpleri, requiritur auctoritas ſuperioris. poterat autem ille , qui iurauerat, contrahere matrimonium cum certa perſona, & volebat ingredi religionem , priùs contrahere , & poſtea ingredi , vt notauit gloſ. *d. verbo , tutius*. Sed & , dum illud verbum , *tutius* , importet conſilium , vt ſentit Abbas , conſilium autem ex ſui natura non obligat ; Gratian. *in §. hac etſi legibus , diſt. 4. cap. nullus , cum ibi not. de reg. iur. in 6.* latè Gonzal. ad *d. reg. 8. Cancell. gloſ. 46. numer. 75.* latiſſimè Menoch. *de arbitr. iudic. caſ. 380.* ferè per tot. & in terminis *d. cap. commiſſum* , poterit etiam , qui iurauit contrahere , ſtatim religionem ingredi , vt pluribus tradit Sanchez *de matrim. lib. 1. diſput. 41. numer. 3.* quod *numer. 4.* limitat, niſi aliunde vrgeret neceſſitas priùs contrahendi. Propterea Pontifex ibi non commutauit iuramentum , ſed declarauit ius , licere nimirum iuranti poſt contractum matrimonij religionem ingredi ; & ſic commutare propria auctoritate indiuiduam vitæ conſuetudinem cum coniuge , quæ in contractu matrimonij continetur , cum ſtatu religionis ; quod etiam indicant illa verba, *priuata lege*, vt ponderaſſe videtur Barbat. *in addit. ad Abb. d. numer. 1. verbo , ſuperior.* In dicto verò *cap. licèt* , (eo excepto , quòd loquitur de voti commutatione , à qua tamen ad iuramenti commutationem argui poſſe , paulo antè admonuimus ;) optimè probatur poſtremum dictum Butr. dum ait ibi ſummus Pontifex , Religioſum profeſſum , qui verè vult ad ſtrictiorem religionem tranſire , poſtquam à Prælato ſuo tranſeundi licentiam poſtulauerit , ex lege priuata liberè poſſe ſanctioris vitæ propoſitum adimplere , non obſtante proterua indiſcreti contradictione Prælati : inde enim conſtat , poſſe illum monachum propria auctoritate tranſire , tum ex illis verbis , *priuata lege* , quæ exponit ibi gloſ. de charitate , de qua dicitur *in cap. radicata , de pœn. diſtinct. 1.* habe charitatem , & fac quicquid vis : tum ex illo verbo , *liberè* , quod idem importat , ac non petita licentia , *Clem. dudum* , & *ibi* gloſ. *verbo , liberè , de ſepult.* & ſine ſuperioris auctoritate , vt poſt gloſ. *in verbo , liberè* , per text. *in Clement. plures , de iurepatr.* tradit Gonzal. ad *reg. 8. Cancell. gloſ. 13. numer. 16.* neque etiam petitio licentiæ à Prælato ſup *ipſ. cap. licet* ; exigitur , niſi ratione obedientiæ , vt *ibidem* dicitur ; immo in caſu illius text. vt notatur in eius ſignatione , non fuerat petita licentia à Prælato ; & tamen declaratur potuiſſe illum monachum tranſire ad ſtrictiorem. Poterit igitur iuxta hoc membrum poſterius diſtinctionis Butr. commutare quis propria auctoritate bonum , quod in honorem Dei iurauit facere in euidenter melius, quod per illud bonum impediebatur. cuius etiam ſententiam , ac diſtinctionem quoad hoc ſequuntur alij relati per Sanchez *lib. 3. ſuæ ſummæ , cap. 19. numer. 9.* quamuis ipſe ibidem poſt alios cenſeat , † poſſe commutari propria auctoritate iu- 25.
ratum in honorem Dei in euidenter melius , licèt illud tum hoc ſeruari poſſit. quod quidem valde probabile eſt , ex iis etiam quæ ſequen. concl. de commutatione voti dicemus. Neque obſtat quod obiicit Abb. *d. numer. 2.* aliàs ſequi, quòd, ſi quis iuraſſet ſeruire vni hoſpitali , † tunc poſ- 26.
ſet ſeruire alteri hoſpitali magis religioſo , & populoſo abſque ſuperioris auctoritate ; quod putat abſurdum , quia ſic liberaret ſe propria auctoritate ab obligatione ; idque reſtringeret nimis *cap. 1. de voto* , vbi Papa decernit , ab Epiſcopo vota poſſe commutari. Nam primò dicere poſſumus , id non eſſe abſurdum, prima autem ratio Abb. ſi quid efficeret , excluderet omnem commutationem iuramenti , aut voti propria auctoritate , atque adeò etiam commutationem temporalis obſequij in perpetuam religionis obſeruantiam ; quam ipſe admittit ex *cap. ſcripturæ , de voto*. d. verò *cap. primum* , apertè loquitur , vbi poteſt eſſe dubium , an id , in quod facienda eſt commutatio , ſit melius , vel an impediri poſſit à bono per iuramentum promiſſo. Deinde diuerſa ratio eſt in exemplo allato ; tum quòd eſſe poteſt , vt prius hoſpitale contineat opus magis pium , vel magis indigeat ſeruitio ; & , ſi illud ſeruitium , quod quis iurauit , releuet hoſpitale ab aliqua non modica expenſa , iam non iuramus in iuramento merè ad honorem Dei præſtito , ſed potiùs ad vtilitatem priuatam , atque adeò in poſteriori caſu , ſeu membro principali diſtinctionis ipſius Abbat. In quo bene docet, † 27.
quòd ſine illius conſenſu , cui fuit præſtitum iuramentum , commutari etiam in melius non poteſt : nec prodeſt in hoc ſuperioris auctoritas , ex not. *in cap. quanto , de iureiur.* & per Innoc. *in cap. cum inter 5. de renuncias.* & Ioan. Andr. *cap. in malis , de reg. iur. in 6.* Superior enim citra Principem regulariter non poteſt tollere ius tertij ſine eius conſenſu , aut certè ſine culpa , aut aliqua iuſta cauſa , *l. id , quod noſtrum eſt , ff. de reg. iur. cap. ſine culpa* , cum ibi not. *eod. tit. in 6.* Princeps autem † vel non ſolet , vel in dubio non 28.
intendit iuri tertij , præſertim quæſito , præiudicare , *l. nec annus , C. de emancip. liber. cap. quamuis , & cap. ſi propter , de reſcript. in 6.* & eſt regula Cancel. Apoſtol. *de non tollend. iur. quæſit.* qua de re latiùs *quæſt. ſeq.* agemus. Facit etiam , quia , inquit Abb. *d. num. 2.* debitor † non 29.
poteſt aliam rem etiam meliorem ſoluere inuito creditore , *l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pet. & Inſtit. quibus modis tollitur obligatio , in princ.* ac per hæc duo iura, non poſſe quem propria auctoritate commutare iuramentum homini præſtitum , tenet quoque Sanchez *lib. 3. ſuæ ſummæ, cap. 21. numer. 3.* vbi etiam idipſum ait fateri Silueſtr. *verb. iuramentum , 4. quæſt. 20.* Ang. *iuramentum , 5. numer. 33.* & omnes.

ſed præter illa duo iura alia ſunt alleg. per gloſ. *d.* §. 1. *verbo, non poteſt*; vbi etiam † multos caſus refert, in quibus hæc regula fallit; vnde reſtringi quoque, ſeu declarari poteſt hoc poſterius membrum diſtinctionis de iuramento præſtito ad priuatam vtilitatem. iis verò addimus caſum *d. cap. commiſſum, de ſponſal.* ſumpto argumento à ſpeciali, & à cauſa ceſſante; vt nimirum, ſi quis ſine iuramento promiſerit mulieri ſe eam ducturum in coniugem, (quod quidem proculdubio priuatam concernit vtilitatem,) poſſit etiam eam non ducendo religionem ingredi. nam *in d. cap. commiſſum*, ideo ſummus Pontifex declarat, tutius illi eſſe prius contrahere, quàm religionem ingrediatur, quia cum iuramento promiſerat cum ea muliere contrahere: ait enim ibi; tutius eſt ei, (iuramenti religione ſeruata) priùs contrahere. atque ita in terminis Sanchez *d. lib.* 1. *de matrim. diſp.* 42. pluribus comprobat, non modò poſſe, qui contraxit ſponſalia ſine iuramento, ingredi religionem ante contractum matrimonij; ſed & per ſolum ingreſſum ſine fraude, citra profeſſionem, ipſa ſponſalia diſſolui quoad vtrumque coniugem. An verò & quando conſenſus eius, cui iuratum, vel promiſſum eſt, profit ad commutationem, dicemus *concl. vltima.*

30. QVARTA CONCLVSIO. Poteſt is, qui
31. vouit, † commutare citra ſuperioris auctoritatem votum ſuum in euidenter melius. Probatur primò ex *d. cap. peruenit, il 2. de iureiur.* in quo generaliter dicitur, eum non infringere promiſſum, qui illud in melius commutat: certum autem eſt, votum eſſe quandam promiſſionem Deo factam, vt cum S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 88. *artic.* 1. & 2. tenent communiter Theologi *in* 4. *ſent. diſt.* 38. & ſatis conſtat ex illis verbis Eccl. cap. 5. *Siquid vouiſti Deo, ne moreris reddere; diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio.* Secundò probatur ex *d. cap. ſcripture, de vot.* ibi, rei fracti voti aliquatenus non habetur, qui temporale obſequium in perpetuam noſcitur Religionis obſeruantiam commutare: vbi, vt optimè notat Sanchez *lib.* 4. *ſuæ ſumm. cap.* 49. *num.* 4. Pontifex nullum priuilegium religioſæ profeſſioni indulget; ſed huius licitæ commutationis eam reddit rationem, tamquam ex ipſa rei natura petitam, quòd fiat commutatio in id quod eſt euidenter maius. Idem ſatis colligitur ex *d. cap. licèt, de regul.* vbi licentia petita, etſi non obtenta, licet tranſire à religione laxiori ad ſtrictiorem, eò, quòd ſit aſcenſus ad perfectius bonum. in qua commutatione, vt etiam ſuprà monuimus, non interuenit ſuperioris auctoritas, ſiquidem, velit, nolit ſuperior, poteſt ſubditus licitè tranſire. Ad idem etiam eſt illa iuris regula; in eo quod eſt plus, ſemper ineſſe, quod eſt minus; quæ habetur *in l. in eo, quod eſt plus, ff. de reg. iur. & cap. plus ſemper, eod. tit. in 6.* Congrua etiam eſt illa ratio, quam affert Sanchez *d. num.* 4. quia de conſenſu creditoris vnum pro alio rectè ſoluitur, *Inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princ.* Quamuis au-
32. tem † hominibus, quia ſuam vtilitatem peculiarem reſpiciunt, & interdum ſolam voluntatem, quæ illis aliquando eſt pro ratione, non ſatisfiat reddendo rem præſtantiorem pro alia; at abundantiùs illis ſatisfieret, ſi de conſenſu eorum conſtaret; Deum tamen, (qui bonorum noſtrorum non eget, *Pſalm.* 15. & ſummè bonus eſt, *Pſal.* 72. & *Matth.* 19.) conſtat ſemper malle id, quod apertè præſtantius eſt. Denique hæc eſt communior ſententia, vt patet ex relatis, & probatis à Sanchez *d. num.* 4. Sayr. *in claui reg. lib.* 6. *cap.* 11. *numer.* 5. Azor. *tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 11. *cap.* 18. *quæſt.* 1. *ver. ſecunda opinio*, & Suar. *tom.* 2. *de relig. lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 4.

Hæc autem concluſio ampliatur primò, vt procedat † etiamſi bonum, quod quis vouit, poſ- 33.
ſit impleri cum meliori, in quod vellet commutare; vt apertè ſentit Sanchez *d. numer.* 4. iuncto *numer. præceden.* idque probari ait ex fundamentis ipſius concl. Specialiter verò probat Suarez *d. cap.* 18. *numer.* 6. tum quòd talis voti commutatio eſt conſentanea fini voti, qui eſt promouere homines ad melius bonum, & Deo magis gratum; ergo, vbi in melius commutatur, optimè impletur; tum quòd votum numquam cogit ad eligendum minus bonum, etiam ſuppoſito, quòd homo nolit vtrumque bonum facere; quia hoc etiam eſſet contra rationabilem voluntatem, quæ in Deo ſemper præſumitur; ergo, etiamſi tunc homo eligat melius bonum, per illud implet votum. Quod ſi dicas, † illud, quod eſt voto promiſſum, licèt ſit in ſe 34.
minus, ex circumſtantia tamen voti fieri melius, ex communi doctrina Theologorum cum S. Thom. *d. quæſt.* 88. *artic.* 6. natu, vt bene reſpondet Suarez *d. num.* 6. tota illa honeſtas transfertur in aliam materiam, nam fit ex intentione implendi votum, & colendi Deum, & ita ſemper manet exceſſus, quem habet ex materia: idque confirmatur ex eo, quòd ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l. ſi cum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caution.* cum aliis ad id alleg. per Ant. Gabr. *com. concl. lib.* 6. *tit. de reg. iur. concl.* 2. *n.* 1. cum aliquot ſeqq. & Euerard. *in tut. leg. à 21 ſubrogat. n.* 1. *uſque ad* 19. Secundò
ampliatur, † etiamſi hæc vota Deo facta cedant in 35.
vtilitatem tertij, dummodo ſpecialem promiſſionem ad hominem non includant, vt ait Suarez, &, vt addit Sanchez mox citat. eam promiſſionem ille tertius non acceptauit. ita contra Hentiq. & Silu. probat Suarez *d. cap.* 18. *n.* 11. & Sanchez *d. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 8. iuncto *num. præced. & tribus ſeqq. & d. cap.* 49. *n.* 5. & 6. qui etiam præter Suarez *d. n.* 11. in id allegat Graſſ. 1. *part. eccleſ. aur. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 11. Viuald. *in candel. aur.* 3. *part. cap.* 14. *n.* 16. Sayr. *d. lib.* 6. *cap.* 11. *num. vlt.* & Leonard. Leſſ. *lib.* 2. *de virtut. Cardin. cap.* 40. *dub.* 11. *n.* 90. ea verò ratio præcipuè ab his affertur, quoniam per donationes, & promiſſiones etiam piis locis factas ius non acquiritur irreuocabiliter, nili ſecuta acceptatione per tertium, aut illum pium locum, vt fusè oſtendit idem Sanchez *lib.* 1. *de matrim. diſput.* 6. *num.* 2. *ad* 17.

Limitatur nunc eadem concluſio, † vt ſi aliquo 36.
modo ſit dubium, an illud opus in quo fit commutatio, ſit melius, non poterit ea fieri ſine ſuperioris auctoritate, vt ſentit S. Th. *d. quæſt.* 88. *art.* 12. & ex communiori pluribus relatis reſoluit Suarez *d. c.* 18. *n.* 8. iuncto *c.* 19. *n.* 3. Sanchez *d. c.* 49. *n.* 7. & 8. & communem dicit Azor *d. ver. ſecunda opinio.* Idémque ſi certò conſtet, opus illud eſſe æquale, vt poſt alios ſatis probat Suarez *d. c.* 19. *n.* 3. 4. & 5. Sanchez *d. cap.* 49. *n.* 12. ex communi Azor *d. cap.* 18. *quæſt.* 2. Putat autem
Sanchez *ibidem num.* 14. † poſſe fieri inæquale, ſi 37.
euidens ſit æqualitas materiæ, probabilis autem maior bonitas. De quo tamen dubito cùm tunc non ſit illud opus euidenter melius & magis bonũ. Omnino
verò admitti poteſt † vt poſſit priuata auctorita- 38.
te fieri commutatio in rem eiuſdem generis æqualem cæteris paribus in rebus vnico vſu conſumptibilibus, vt vinum pro oleo, & ingreſſum vnius in ingreſſum alterius monaſterij eiuſdem ordinis, & obſeruantiæ; vt ſatis probat idem Sanchez

d. cap.

d. cap. 49. num. 15. & 16. ac præterea ſuadetur ex *l. cùm in, §. ſi cui, ff. de tranſact.* An verò aliqua cauſa
39. requiratur †in commutatione voti in euidenter melius facienda propria auctoritate, tractant inter cæteros Azor *d.cap.18.quæſt.3.*Suarez *d.cap.18. num. 9.* Sanchez *d.lib.4.cap.30.num.15.*vbi poſt alios tradunt, & probant,ad id ſpecialem cauſam non requiri, ſed ipſum euidentem exceſſum bonitatis in materia eſſe ſufficientem cauſam commutationis.

QVINTA CONCLVSIO. Heres, aliáve perſona à diſponente grauata ad aliquid faciendum
40 pro executione ſuæ vltimæ voluntatis, † regulariter non poteſt eam commutare. Quoad heredem probatur tum ex eo, quod in fortioribus terminis poſt alios tradimus *quæſt. 11.* regulariter non poſſe etiam cum auctoritate Epiſcopi id facere, ſeu Epiſcopum cum eius conſenſu, nimirum *concl. 1. ampliat. 1.*tum quia licèt heres †
41. repræſentet perſonam defuncti, & vna eadémque perſona cum eo cenſeatur *l.heres, la 1. ff. de vſucap. & in auth. de iureiur. à morient. præſt. in princ.* vnde heres heredis dicitur heres teſtatoris *l. 3.ff.de petit.hered. l. heredis appellatio,& l. ſciendum, ff. de verb. ſign. l. antiquitas, C. de vſufr. & habit.* cum ſimil. imò etiam ob id poſſit heres declarare voluntatem defuncti quando teſtator aliquid certi ſenſit,& ſine alterius detrimento fiat, licet lucrum quod quis fortaſſis poſſet conſequi amittat, *l.ſi quis à filio, §. ſi quis plures, l. legato generaliter, §. ſi de certo, & l. idem Iulianus*, aliàs *Africanus, §. Seio, ff. de legat. 1. & l. ſi quis ſeruum, §. ſi inter duos, ff. de leg. 2.* & poſt alios Gabr. *comm. concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 3. numer. 76.* latè Card. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 3.tit. 1.num. 25. & 26.* & ad ſui præiudicium, ac ſucceſſorum, vt idem poſt alios tradit *num. 27.* Tamen tenetur quo-
42. que heres † approbare factum defuncti, *l. fin. ff. de hered. inſtit. l. cùm à matre, C. de rei vendic. & d. auth.de iureiur.à mor.præſt.§.1.* cum aliis ad id adductis per Ant.Gabr.*com.concl.lib.6.tit. de reg. iur. concl. 11.num.1.& aliquot ſeqq.* Deinde præterquam quòd, declarationem dubię voluntatis teſtatoris non tranſire ad heredem,voluit inter alios Ant.à Gama *deciſ. Luſitan.17.num.3.*ex gloſ.*in l. Pomponius ſcribit,§. fin. ff.de rei vendic.*& per text.*in l. ſi ita legatum, §. illi, ſi velet,ff.de leg.1.& l.vnum ex familia, §.rogo, ff.de leg. 2.* adhuc dicimus, quòd aliud eſt declarare, aliud immutare defuncti voluntatem. nam declarans nil noui facit, aut immutat, ſed tantùm id, quod eſt obſcurum,& incertum,clarum,& certum facit,*l.heredes palàm,§. ſiquid,ſeu 1. ff. de teſtam. l. adeò, § cùm quis,ff.de acquir. rer. dom.l. eſſe toto, ff. de hered. inſtit. Clem. exiui,verſ. locum autem, de verb,ſignif.* gloſ. *in cap. per tuas,verbo, de nouo, de donat.* cum aliis iuribus,& Doct.ad id allegat. per Ant. Gabr. *tit. de reg. iur.concl.3.num.1.*ac multis ſeqq.vnde non poſſe heredem per ſuam declarationem inducere nouum fideicommiſſum,poſt Tiber.Decian.*conſil.10.num.89. & ſeqq.& conſil.44.num.76. vol.3.*tradit idem Mant. *d. tit. 1. num. 28. & 29.* & in terminis non heredem mutare voluntatem defuncti,neque poſſe conſentire mutationi, poſt Imol. *in Clem. quia contingit, in princ.col.4.*& ibi Cardin.*quæſt.6.de relig.domib.*tradit, & probat Dec.quem poſt hæc ſcripta vidi,*in cap.cùm acceſſiſſent,num.26.* aliàs *52. de conſtit.* & Couar.aliis quoque relatis,*in cap.tua nobis, num. 7. de teſtament.* vide tamen quod diximus ſuprà *concl.1.* & dicemus infrà *limit.1.& cap.7.quæſt.4.concl. 4.*Quod autem dictum eſt de herede, multo magis dicendum eſt de legatario,ſeu inſtituto cum onere, aut fideicommiſſario pariter grauato;cùm ſi omnes non ſint propriè heredes,atque adeò non ita repręſentent perſonam defuncti ſicut heres;prout de legatario, ſeu inſtituto in re certa † pluribus relatis ex communi reſoluit 43.
inter alios Michael Craſſ.*tract.de ſucceſſ. §. hereditas, quæſt.3. & 8. & de fideicom. quæſt. 9.* vnde locum hic habet argumentum à maioritate rationis,quod valde vrget,vt latè trad.Euerard.*in loco à maiori,& à minori, fere per tot.*

Ampliatur autem hæc concluſio,vt † procedat et- 44.
iam in ſucceſſione ſingulari reſpectu diſpoſitionum inter vinos; eas enim immutare non poteſt, ſi contrahens in illis aliquod onus ipſi ſucceſſori, vtputa emptori, aut ſecum permutanti impoſuit. nam ille ſucceſſor neque etiam declarare poteſt, cùm declaratio fieri debeat à diſponente, & non ab alio, vt per *l.ex facto,ff.de vulg. & pupill.* & *ibi* Bald. *verſ. in text.*ibi,*interpretari,l.Neratius,ff. de reg. iur.* Bart. *in Leditta, verſ. quandoque volo,C.de edend.*& alios,latè tradit Gabr. *d.concl. 3. num. 71. & 72.* atque in hoc quoque procedit argumentum à maiori.

Limitatur autem eadem concluſio primò, vt † 45.
poſſit cum ſolo conſenſu eius, ad cuius fauorem facta eſt diſpoſitio, quæ pia non ſit; vt poſt Imol. *d. cap. nos quidem,col.antepenult.de teſtam.*probat Curt. *tract.de iure patr. verbo, pro eo, quòd de diœceſani conſenſu, quæſt.15.*& facit *§. ſi autem heres*, mox citand. & quod dicemus *concl. 7.* Secundò † in caſu *l. ex* 46.
*pollicitatione,*iuncta *l.ſi quis ſui, verſ. ſed ſi quis, ff. de pollicit.* vbi: Si quis opus ſe facturum promiſerit in aliqua ciuitate, quod cœperit, ſed ob paupertatem perficere non potuerit,eius heres extraneus ſatisfaciet dando quintam partem patrimonij defuncti; ſuus verò, dando decimam partem eiuſdem patrimonij.Item in caſu *§.ſi autem heres,auth.de Eccleſiaſt. titul.* vbi cauetur, quòd,ſi loca, aut perſonæ,ex quibus præſtari debet legatum,longiùs diſtent,liceat illis, quibus hoc relictum eſt, ſi etiam pars obligata conſenſit,cõmutare legatum.Ac tertiò,† vbi heres, 47.
vel alius ſucceſſor habuiſſet à diſponente facultatem ſpecialem ad commutandum in iis caſibus, in quibus poſſet principalis: & hoc nulla eſſe poteſt difficultas,vt ex iis etiam patebit,quæ in caſu ſeq.concl. adducemus. atque ita in ſpecie inueni tenere Mar. Socin.*tract.de obl.libel.19.num.* 21.qui etiam *num.* 17.& 22. idipſum limitat,† vbi ob impedimentum, 48.
ſeu ob impoſſibilitatem ex ipſius teſtatoris diſpoſitione,aut ob non impletũ modum eo ipſo,ideſt, ex diſpoſitione iuris relictum reuerti debet ad heredem. & hæc eſſe poteſt quarta limitatio quæ quoad primum modum de teſtatoris diſpoſitione maximè confirmatur ex iis,quæ dicemus infrà *quæſt. 11. huius cap. concl. 2.limit.2.*Quinta limitatio generalis † 49.
ſumitur ex Ioanne Boſchæo *in tract.de impt.lib.5.numer.* 5. quoties deficit legatum pium, quod relictum non ſit contemplatione perſonæ. Poſtrema limitatio illa eſſe poteſt, † vt, quoties heres inſtitu- 50.
tus ſit ſub conditione, quæ venit reiicienda, etiam abſque alicuius iudicis diſcuſſione, ſeu cognitione,poſſit,non obſtante tali teſtatoris voluntate,hereditatem adire; prout quoad conditionem, quæ inhumanitatem continet, habemus textum expreſſum *in l. quidam in ſuo teſtamento, ff. de condit. inſtit.* vbi Modeſtinus conſultus, an, cùm heres inſtitutus à teſtatore ſub ea conditione, ſi reliquias eius in mare abiiciat,conditioni non paruiſſet, expellendus eſſet ab hereditate;reſpondit,laudandum magis eſſe,quàm accuſandum heredem,qui reliquias teſtatoris non in mare ſecundùm ipſius voluntatem abiecit; ſed memor humanæ conditionis ſepulturæ tradidit.Subdit autem I.C.hoc priùs inſpiciendum eſſe,

ne homo, qui talem conditionem posuit, neque compos mentis esset: concludens, quòd, si perspicuis rationibus hæc suspicio amoueri potest, nullo modo legitimus heres de hereditate controuersiam facere debet scripto heredi. ratio autem est, quia conditiones turpes, & probrosæ, seu de iure impossibiles, ac derisoriæ reiiciuntur de testamentis, ac similibus vltimis voluntatibus, *l. 1. iuncta glos. verbo, alio modo, ac l. conditiones, la 1. & la 2. ff. de condit. instit. §. impossibilis, Inst. de hered. instit. & §. fin. Inst. de legat. cum suis concord.* cui regulæ licèt aduersari videatur text. *in l. filius, & in l. Titius, ff. de condit. instit. l. si impossibilis, Instit. de inutil. stipul. & d. §. fin. secundum vnum intellectum, Instit. de legat.* tamen iis iuribus satis respondet glos. ab aliis approbata, *d. l. 1. verbo, vitiari*, quam laudant Addentes ad glos. *d. §. fin. verbo, impossibilia, il* 1. qui etiam
51. illam glos. sequuntur in ea distinctione, † vt conditio impossibilis adiecta onerato vitiet dispositionem causa mortis; si verò adiecta sit honorato, pro non scripta, seu non adiecta habeatur, ipsaque vitietur: etsi tam prædicta glos. *verbo, vitiari*, quàm illi Addentes ad glos. *verbo, impossibilia*, non simpliciter loquuntur de conditione impossibili, aut impossibili de iure, sed de conditione impossibili per naturam, dum exemplum illud afferunt, si cœlum digito heres dare iussus tetigerit, vel, is, cui dare heres iubetur, tetigerit. Aliud exemplum huius postremæ limitationis de probrosa conditione, (qualem pariter vocat mox memoratam de proiiciendis in mare reliquiis glos. *in d. §. fin. verbo, impossibilia, il 2. & verbo, probrosa, Instit. de legat.*)
52. est conditio † de testatoris cadauere cum vestibus sepeliendo, prout probrosam appellat vtrobique eadem glos. per text. *in l. seruo alieno, §. fin. ff. de legat. 1.* quã tamen potius ineptam voluntatem I. C. ibi, quàm probrosam conditionem voluntati adiectam vocat: ait enim; ineptas voluntates defunctorum circa sepulturam, veluti vestes, aut, si quæ alia superuacua ei in funus impendantur, non valere Papinianus *lib. 3. Digestorum* scribit. & Doctor. ibi communiter ex eo text. regulam sumunt, ineptas voluntates defunctorum non esse seruandas. Cùm autem tam ipse I. C. quàm scribentes inibi sentiant, nihilominus heredem scriptum ab hereditate excludi; quoniam funus defuncti curare ad heredem spectat; toto ferè tit. *ff. & C. de relig. & sumpt. funer.* inde optimum exemplum pro prædicta postrema nostra limitatione habemus. Dum autem idem I. C. post illud de vestibus addit ea verba, *&, si quæ alia superuacua*, apertè indicat, se loqui de iubente se sepeliri cum vestibus superfluis, vtputa omnibus, vel pretiosis, non autem cum aliqua veste
53. nuditatem tangente; potius enim inepta esset, immo & probrosa iussio, quòd nudus sepeliatur: atque hæc expositio satis probatur *ex l. & si quis, §. idem & si, ff. eod. tit.* quod si etiã I. C. intellexit de vestibus simpliciter, quia forte tunc nuda corpora sepelirentur, certè apud Christianos homines cessare deberet prædictæ legis decisio quoad specialem casum de vestibus, quoniam aduertaretur Christianæ modestiæ, immo & humanæ naturæ decori, & honestati: quoad reliqua verò superuacua maneret illius legis definitio tamquam laicæ de re Ecclesiastica, & spirituali disponentis, iuncta text. *in cap. bene quidem, 96. dist. cap. Ecclesiæ S. Mariæ de constit. & cap. fin. de reb. Eccl. non alien.* cum ibi adnot.

SEXTA CONCLVSIO. Executores quoque deputati à testatore pro executione suæ vltimæ vo-
53. luntatis † regulariter nequeunt illam commutare: licet enim & ipsi possint ambiguam defuncti voluntatem interpretari; adeò, vt declaratio ab eis facta à testatore facta intelligatur, vt post Bald. *consil. 259. vol. 4* Anchar. *consil. 329. n. 2. & 5.* Alciat. *consil. 62. n. 13. lib. 9.* Paris. *consil. 26. n. 29. & 30. vol. 4.* tradit Mantic. *d. tit. 1. n. 20.* subdens *ibidem*, posse ab iis hanc declarationem fieri irrequisito herede, ex Bald. *in rep. l. 1. col. 7. ff. de legat. 2.* non autem illam declarationem exequi, vt docet idem Mantic. *n. 21.* post Gabr. qui alios citat, *com. concl. lib. 2. tit. de citat. concl. 1. num. 191.* Tamen adhuc non poterit eam voluntatem commutare; tum quòd, qui declarat, nihil noui facit, aut immutat, vt satis *concl. præced.* ostendimus: tum quòd, cùm eorum munus & officium sit exequi defuncti voluntatem, vt & nomen ipsum indicat, & satis constat ex §. *si quis ædificationem, &* §. *si quis autem, auth. de Eccles. tit. coll. 9. cap. tua nobis, & cap. Ioannes, de testam. cap. 2. eod. tit. in 6. & Clem. vnica, eod. tit.* cum aliis adductis nouissimè per Crass. *tract. de success. vol. 2. art. vlt.* præsertim *quæst. 1.* ideo sumpto argumento à contrariis, quod est forte, & vtile, maximè quoad hoc, vt posito vno contrariorum inesse remouetur reliquum; & quod alicui conuenit, non potest eius contrario conuenire, vt ex *l. si inter me, & te, ff. de except. rei indic. l. Pomponius, §. sed & si, in fin. ff. de procur.* & aliis tradit Euerard. *in loc. leg. à contrario, num. 10. & 11.* si debent executores illud exequi, & implere, quod testator eis iussit, non poterunt aliud exequi; alias enim oppositum facerem muneri suo. Et in terminis, quòd relicta ad certum vsum non possint etiam in meliorem vsum ab executoribus conuerti, latè consuluisse Natt. *consil. 7.* refert, & sequitur Mantic. *d. lib 3. de coniect. vlt. vol. tit. 3. num. 8.* licet Natt. *in eo consil.* nihil hac de re agat, sed *consil. 213.* vt mox videbimus: satisque meo iudicio probatur *in d. cap. tua nobis, de testam.* vbi, prætermisso, quòd quidam executores testamentarij, qui bona ex de-
54. cedentium voluntate debebant in vsus pios expendere, non dubitabant aliis vsibus applicare; Romanus Pontifex mandat Episcopo Diœcesano, quatenus executores testamentorum huiusmodi, vt bona ipsa fideliter, & plenariè in vsus prædictos expendant, monitione præmissa compellat. per quem text. & alia iura, quæ tamen non allegat, idipsum tradit Molin. *de iust. & iur. tract. 2. disput. 149. in princ.* idem sentit Bart. *in l. cum pater, §. à filia*, per illum text. *ff. de legat. 2.* Angel. & Alexand. *in l. si pulatio ista, §. si quis dolum, ff. de verb. sign. col. 2.* Iason *in l. si post mortem, C. de fideic.* dum in fortiori casu asserunt, † executorem non posse præ-
55. uenire diem à testatore designatum ad executionem vltimæ voluntatis, atque adeò eam mutare quoad tempus etiam in melius. de quo tamen nos aliquid in prima limit. huius concl. Natt. verò *d. consil. 213. numer. 19.* mouetur potissimum ex doctrina Bald. *in l. si pupillorum, §. si præt. in fin. ff. de reb. eor. & l. qui alienam, §. libertus, ff. de neg. gest.* tradentis, quòd executores vltimarum voluntatum debent ad vnguem, & formaliter obseruare testamentum, *& in auth. nisi rogati, col. 1. vers. numquid monasterium, C. ad Trebell.* vbi docet, quòd † executores deputati ad virgines maritandas non possunt dare virgini intranti monasterium. & generatim non posse executorem testamenti mutare testatoris voluntatem, tenent Abb. & alij *d. cap. tua nobis*, per illum text. Ioan. Bertach. *in tract. de Episcop. lib. 4. part. 4. numer. 79.* post Bald. *in l. executorem, col. 2. C. de execut. rei iud.* subditque ibidem Bertach. post eundem Bald. *in l. sancimus, C. de nupt.* legatum factum pro puellis maritandis non posse ab executore distribui

inter

inter puellas nondum nubiles, sicut *num.* 75. ex ipsomet Bald. *in auth. nisi rogati, col.* 3. *C. ad Trebell.* generaliter docuerat, idem legatum non posse conuerti per executorem in alium vsum pium, aut etiam per Episcopum, ex eodem Bald. *in l.* 1. *C. de his, quæ sub mod.* Cæterùm, quando legatum pro
56. puellis maritandis † ex vi comprehensiua, vel extensiua contineat nondum nubiles, vel etiam nuptas siue temporaliter, siue spiritualiter; quia est extra materiam commutationis vltimæ voluntatis: pro primo quidem articulo candidum lectorem remisisse sufficiat ad Sanchez *lib.* 7. *de matrim. disput.* 91. *num.* 61. *&* 62. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 21. *num.* 5. & Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 146. passim, vbi etiam tractat, quando legatum dotis sit purum, vel conditionale. Pro secundo ad eundem Sanchez *d. disput.* 91. *numer.* 64. *cum trib. seqq.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 13. Tiraq. *in repet. l. si vnquam, verbo, susceperit liberos, num.* 219. *& tract. cessant. caus. limit.* 18. *in fin.* Pro tertio ad Sanchez *lib.* 1. *de matrim. disput.* 33. *num.* 29. *cum tribus seqq.* & Doct. ab eo citatis, præcipuè Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 18. & Menoch. *d. lib.* 4. *præs.* 148. *ferè per tot.* atque alios, quos vterque inibi allegat. An verò idem relictum possit dari viduis nupturis, latè tractat post alios Sanchez *cad. disp.* 91. *à num.* 54. *vsque ad* 57.

57. Limitatur autem hæc conclusio primò, vt † possit executor mutare in melius dispositionem testatoris quoad tempus, vtputa præueniendo tempus ab eo præfixum ad piam executionem; vt post Dec. *in l. cum tempus, ff. de reg. iur.* Anchar. *consil.* 202. Abb. *consil.* 11. *in* 1. *dub. vol.* 2. docet Spin. *in specul. testam. glos.* 28. *num.* 71. Satisque probat Couar. *d. cap. tua nobis, num.* 5. *de testam.* & Molin. *d. disput.* 249. *in princ.* Secundò, posse cum Episco-
58. po † commutare piam voluntatem defuncti, quæ aliàs mitti executioni non potest, vt post Abb. *d. cap. nos quidem, de testam.* per illum text. tenet Roch. Curt. *tract. de iurepatr. verbo, pro eo, quòd de diœcesani consensu, quæst.* 15. quem etiam refert non dissentiens Lambert. *eod. tract. lib.* 3. *quæst.* 6. *artic.* 7. *num.* 2. & cum aliis Spin. *d. glos.* 28. *num.* 26. Limitatur tertiò eadem concl. quòd, quicquid in contrarium voluerit Bald. *in l. executorem, col.* 2. *C. de execut. rei iud.* quam refert Bertach. *tract. de Episc. lib.* 4. *part.* 4. *num.* 79. si executor testamentarius à
59. testatore habeat ad id specialem facultatem, † possit in iis casibus commutare defuncti voluntatem, in quibus posset ipse defunctus; qui enim habet speciale mandatum, potest quicquid potest dominus, *l.* 1. & passim *in tit. de procurat. cap. fin. eod. tit. in* 6. *cum ibi not. & suis concord.* & potest mutare, sicut poterat dominus, vt sentiunt Doctores communiter *in cap. fin. de consuet. in* 6. vbi ex illo textu probant, procuratorem habentem speciale mandatum posse optare, quod est, præbendã mutare; quos nos etiam secuti sumus *in tract. de option. canon. cap.* 4. *quæst.* 4. *concl.* 1. Executor autem testamentarius habet se ad instar procuratoris, eique similis est, vt satis colligitur ex *cap. Ioannes, & ibi* glos. *verbo, mandatum, de testam.* necnon *cap.* 2. §. 1. iuncta glos. recepta *verbo, adimplere, eod. tit. in* 6. Ex quo et-
60. iam illud statim sequitur, † executorem, qui constitutus sit cum libera, iuxta text. *in cap. qui ad agendum, de procur. in* 6. *& l. procurator cui, ff. eod. tit.* cum simil. licèt speciale mandatum non habeat posse commutare voluntatem defuncti quando is posset, vnde & procuratorem cum libera operare posse, post Ioan. Andr. Butr. Gemin. & Franc. *d. cap.*

fin. tradidimus *d. quæst.* 4. *concl.* 2. vbi etiam cum hisce Doct. ponderauimus text. qui optimè quoque id quod nunc dicimus, comprobat *in d. l. procurator, cui*, vbi Paulus l. C. Procurator, inquit, cui generalis, & libera administratio bonorum commissa est, poterit exigere, nouare, aliud pro alio mutare. Et in specie, quòd executor testamentarius possit cùm ad id à testatore facultatem habet, mutare voluntatem illius requisito herede, tenet Bart. *in l. captatorias, in fin. C. de testam. milit.* quem, sequi videtur Bertach. *d. num.* 79. per quod ait posse intelligi, ac limitari dictum Bald. *d. l. executorem.* idem quoque apertè sentit Mar. Socin. *in tract. de oblat. libell.* 19. *num.* 21. dum ait, quòd, si testator expresè disponit, quòd auctoritate Episcopi, vel ex alterius voluntate, puta heredis, vel alterius, possit commutari in alium vsum, etiam in hoc casu seruanda est voluntas defuncti, prout disposuit respectu modi implendi de relicto per eum facto, postquam testator voluit, quòd auctoritate inferioris, vel ex voluntate illius posset conuerti in alium vsum; dummodo hic vsus esset honestus.

Neque huic limitationi obstat, quòd † captatoria voluntas, illa nimirum, quæ in alterius voluntatem confertur, à iure reprobatur, tum in institutione, *l. captatorias, & l. illa institutio, ff. de hered. instit. l.* 1. *ff. de his quæ pro non script. hab. l. captatorias, C. de testam. milit.* atque aliis iuribus allegat. *ibi* per glos. & Couar. *cap. cum tibi, num.* 1. *&* 2. *de testam.* tum etiam in legatis, *l. nonnunquam, ff. de condit. & demonstr. l. captatoria, ff. de leg.* 1. *& l. fideicommissa, la* 2. §. *quamquam, &* §. *cæterùm, ff. de fideicom. lib.* & est communis opinio, teste Couar. *d. cap. cum tibi, num.* 7. *de testam.* Respondetur enim, captatoriam illam voluntatem verè esse, ac reprobari à iure, quæ vel sit sub institutionis, legatiue conditione, quæ ex alterius, nempe heredis instituti, aut legatarij testamento pendet, cuius hæc est formula; qua ex parte Titius me heredem instituerit, ex ea parte mihi heres esto, *d. l.* 1. *ff. de his quæ pro non script. hab.* vt notat Couar. *d. num.* 1. *&* 2. vel substantiam institutionis, legatiue in alterius, præter ipsum institutum, quoad institutionem, & legatarium, quoad legatum, confertur; vt constat tum ex ipsis cit. iuribus, & Couar. *d. cap. cùm tibi, num.* 1. 7. 8. *&* 9. & Michaël. Crass. *tract. de success. §. institutio, quæst.* 18. *num.* 3. & aliquot seqq. vel denique illam, qua electio personæ incertæ de incertis instituendæ in arbitrium tertij confertur, vt, cùm dicitur, instituo, quem Titius voluerit; prout ex communi tradit Crass. *d. quæst.* 18. *num.* 4. facti autem species, qua de agimus, in nullo horum casuum versatur: sed supposita institutione facta de certa persona, aut legato eidem relicto ab ipso testatore, dicimus, illum potuisse executori dare facultatem specialem mutandi postea personam heredis, aut legatarij, vel rem relictam, & ipsam dispositionem quoad aliquam eius circumstantiam, quod satis probatum existimo ex prædictis: atque etiam confirmari potest ex iis, quæ tradit latè Mant. *d. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 15. *&* 16. nam, dum satis probat, posse illum, cui testator specialiter commisit declarationem suæ voluntatis, eam declarare; inde etiam proportionabiliter dicitur posse eum, cui testator specialiter commisit commutationem suæ voluntatis, illam commutare. *Num.* autem. 18. *& seq.* latè tractat, † si testator iussit verba testamenti
62. extendi ad dictamen sapientis, quidnã possit sapiens adiicere; ac dicit, illud frequentiori calculo re-

ceptum esse, vt nihil sapiens ille possit addere de suo, quod ipse testator non senserit, aut prætermiserit, sed solùm testatoris voluntatem vberiùs, & verbis congruis exprimere, & addere id, quod non mutata substantia actus magis facit ad eius confirmationem, præsertim ex Socin. iun. *consil.* 124. *num.* 48. *cum plur. seqq. vol.* 1. Idem verò Mant. *d. tit.* 1. *num.* 31. ait, † interpretationem ambiguæ vo- 63.
luntatis testatoris posse fieri etiam ab Aduocatis, quos testator ipse consuluit, quemadmodum deberet ordinare testamentum, & quibus voluntatem suam aperuit, ex Ang. *num.* 1. & Imol. *num* 3. *in l. cùm ex filio, ff. de vulg. & pupill.* quod ipse Mant. restringit; dummodo incontinenti factum sit testamentum. Limitatur denique præsens nostra sexta
64. conclusio, vt † possint executores testamenti simul cum Episcopo commutare pia legata, vbi ea impleri non possint, vel non eo modo, qui à testatore præscriptus sit, & in aliis casibus, in quibus nullo executore dato id posset, aut etiam deberet Episcopus cum herede facere; vt docet Molin. *d. disput.* 249. *vers. quando aliquid*, traduntque Doct. *d. cap. nos quidem, & cap. tua nobis, de testam.* Sentitque Berous *consil.* 21. *num.* 15. *& 16. vol.* 2. & ra-
65. tio est, quoniam executores testamentarij † sunt loco heredis, quod spectat ad executionem eorum, quæ in testamento, aut alia simili vltima voluntate disposita sunt, vt tradunt Doct. communiter *in d. cap. nos quidem, cap. si heredes, cap. tua nobis, & cap. Ioannes, de testam.* necnon Ioan. Iacob. à Canib. & alij quotquot de executoribus, aut executionibus vltimarum voluntatum tractatus ediderunt, aut aliquid ex professo scripserunt: idque satis probatur in prædictis iuribus, *& in l. hereditas, ff. de petit. hereditat. l. nulli, C. de Episc. & Cler. auth. hoc amplius, C. de fideic.* cum simil.

SEPTIMA, & postrema CONCLVSIO. Is, ad cuius fauorem vltima voluntas, seu dispositio tam inter viuos, quàm causa mortis emana-
66. uit, † commutare illam potest, seu eius commutationi consentire. Probatur primò ex iis iuri-
67. bus, in quibus dicitur, † posse quem renuntiare fauori suo, seu iuri in sui fauorem introducto; vt *in l. iuris gentium, §. si paciscar, il.* 2. ☞ *l. pactum, ff. de pact. l. si index, ff. de minor. l. fin. §. penult. ff. ad Velleian. l. siquis in conscribendo, C. de Episc. & Cler. & l. si quis in conscribendo, C. de pact.* vbi glos. *ver. antiqui, & d. l. pactum, verbo, liceat*, aliquos speciales casus ponit, in quibus fallit hæc regula. atque ad idem faciunt omnia illa iura, in quibus ponuntur exempla huiusmodi renuntiationum, in iis, quæ ad priuatum fauorem sunt introducta: quorum pleraque allegat glos. *in cit. in ib.* & glos. *in cap. si diligenti, verbo, priuatorum, circa medium, de foro competenti.* Secundò ex iis, in quibus dicitur, † ex con-
68. sensu creditoris posse vnam rem pro alia solui: qua de re est insignis text. & vulgò allegatur, *Instit. quib. mod. toll. oblig. in princ.* vbi Imp. Iust. ait; tollitur omnis obligatio solutione eius, quod debetur; vel, si quis consentiente creditore aliud pro alio soluerit, optimus etiam text. *in l. item liberatur, §. qui paratus*, seu 1. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol.* ibi, ergo satisfeciisse prodest, quia sibi imputare debet creditor, qui satisfactionem admisit vice solutionis. Atque huius commutationis exemplum, vel exemplar, seu simulacrum quoddam habemus *in l. cùm hi, §. eam transactionem*, iuncto *§. si cui, ff. de transact.* vbi Vlpianus exponens orationem Marci Imp. de transactione super alimentis legatis coram prætore facienda; respondit, eam transactionem super alimentis, quæ commutatur eorum genus, modus, tempus, locus, vel persona expressa in legato, (quæ nos latiùs explicabimus *quæst. 3. huius cap.*) licèt fiat sine prætore, valere, si per eam conditio alimentarij fiat manifestè melior. Item exemplum est *in l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinent.* vbi, si summa, vel summæ pecuniæ legatæ, ob interuentum Falcidiæ, non sufficiant ad opus, vel opera relicta, permittuntur expendi ab ipsis municipibus in aliud opus vtile municipio. Sed si eidem relinquatur pecunia in aliquod opus minùs licitum, & vtile, vt venationem, vel spectacula, in id, quod maximè necessarium municipibus videatur, ab iis conferri conceditur. Ad idem etiam text. *in l. legatum, ff. de vsu & vsufruct. legat.* quem Bart. *ibi num.* 4. *& tract. de Minoris. lib.* 2. *dist.* 2. *cap.* 3. simul cum *d. l. legatam*, ad id adducit. Optimus etiam ad id text. *in §. si autem heres*, aliàs *§. si autem legatum, vers. si verò loca, auth. de Eccl. tit. collat.* 9. vbi annuum legatum relictum loco pio potest ab eo commutari, si loca, aut personæ, ex quibus hoc dare præceptum est, longiùs distent, & pars quoque obligata consentiat: vel vendi huiusmodi legatum, & non minus pro pretio percipere, quàm ex tali legato intra vigintiquinque annos colligitur; ita, vt pretium ad vtilitatem prædictæ venerabilis domus, vbi relictum est, proficiat.

Ampliatur autem hæc conclusio, vt procedat † 69.
etiam vbi illa dispositio fuisset iurata; nam adhuc poterit is, ad cuius fauorem facta est, eam commutare, vel eius commutationi consentire. quando enim iuramentum homini præstatur, eius obligatio cessat per remissionem partis, ad cuius fauorem præstitum fuit. ita Sanchez *d. lib.* 3. *sua summ. cap.* 20. *num.* 4. dicens id constare apud omnes: eámque rationem affert; quia, licèt Deus testis aduocetur, & iusiurandum ratum, & acceptum habeat; tamen tunc habet acceptum in commodum, & fauorem alterius; ac proinde Deus remittit, condonante eo, cui est facta promissio: atque adeò quamplurimos pro hac sententia refert, ac sequitur idem Sanchez *tract. de matrim. lib.* 1. *disput.* 52. *num.* 6. hæc autem remissio non dicitur relaxatio, vt post Soc. *lib.* 8. *de iust. & iur. quæst.* 1. *artic.* 9. *in initio*, & Aragon. 2. 2. *quæst.* 89. *artic.* 9. *paulo post princ.* docet Sanchez *d. lib.* 3. *summ. cap.* 19. *num.* 1. quia relaxatio requirit potestatem spiritualem in relaxante; neque est imitatio, quia hæc exigit potestatem dominatiuam in imitante, qualis est parentum, maritorum, dominorum, & similium. Et quamuis Pontifex nequeat hæc iuramenta homini præstita absque legitima causa relaxare; non tamen inde inferre licet, minorem esse Pontificiam potestatem, quàm priuati. nam, vt bene ait Sanchez *d. num.* 4. id non ex potestatis Pontificiæ defectu consurgit; sed quia Pontifex tantùm relaxat iuramenta, vt Vicarius, & OEconomus Dei, non autem vt dominus materiæ promissæ, indiget iusta causa, vt legitimè munus suum obiens relaxet. at homo, cui iuramentum in eius gratiam fit, remittit tamquam dominus materiæ promissæ, & ideo nulla causa indiget. Secundò ampliatur, idem dicendum, † vbi iu- 70.
ramentum esset præstitum principaliter in Dei honorem, at tota res promissa cedit in fauorem partis, vt, si intuitu pietatis quis iuret feminæ pauperi, se eam ducturum, aut ei eleemosynam collaturum; vt tradit idem Sanchez *d. cap.* 20. *num.* 7. & latè comprobat *d. disput.* 12. *num.* 8. *& 9.* Secus autem, si illa materia non cederet æquè principaliter in fauorem partis; vt, si quis in gratiam alicuius

ius iuraret dare vel paupertibus in genere, vel tertio eleemoſynam, aut religionem ingredi; prout de primo horum trium caſuum docet idem Sanchez *d. cap. 20. num. 8.* pro quo etiam faciunt adducta per ipſummet *d. diſput. 51. num. 2.* De ſecundo, & tertio caſu ſatis oſtendit ipſemet Sanchez *d. cap. 20. num. 5.* ad id plurimos Doct. allegans; & eam præcipuè rationem adducens, quia tunc principalis ſcopus iurantis eſt Deum reſpicere, ac in honorem eius intuitu religionis id opus offerre: at verò, quod principaliter intenditur, eſt ſemper ſpectandum, *l. ſi quis nec cauſam, & l. rogaſti, in princ. ff. ſi cert. petat.* cum ſimil. & ſic habemus primam limitationem huius 7. concl. Altera limitatio eſſe poteſt † 71. in remiſſione iuris ſibi contingentis ex diſpoſitione ſiue iurata, ſiue non, quoad perſonas, quæ liberè diſponere non poſſunt, vt minores, Eccleſiæ, & pia loca. nam ſi fiat ſine debitis conſenſibus, & ſolemnitatibus, nulla erit: prout de minoribus eſt text. *in l. neque alliones, C. de auct. præſt. & l. magis puto, §. fundum, ff. de reb. eor.* &, ſi ex tali remiſſione, aut renuntiatione iuris lædantur, poſſunt reſtitui aduerſùs eam, vt latè probat Odd. *tract. de reſtit. in integr. quæſt. 63. artic. 5. & quæſt. 85. artic. 1. & 3.* Et cùm Eccleſia, & loca pia iure minorum vtantur, vt idem fusè oſtendit *d. tract. quæſt. 3. artic. 4. 5. & 6.* idipſum de iis quoque ſtatuendum erit tam reſpectu nullitatis, quàm reſtitutionis in integrum. & quoad nullitatem renuntiationis, vbi ſine debito conſenſu fiat, apertè ſentiunt inter alios quoad Eccleſiam renuntiantem Abb. *in cap. ſua nuper, de his, quæ fi. à Prel. ſine conſenſ. cap.* Redoan. *tract. de reb. Eccl. non alien. quæſt. 2. cap. 12. num. 1. cum quatuor ſeqq. & num. 11.* & alij relati à Sanchez *d. tract. de matrim. lib. 6. diſput. 4. num. 11. & 12.* vbi idem ipſe tenere videtur, quando legatum, vel hereditas iam erant quæſita: & apertiſſimè in omnibus locis piis, quibus iam erat ius quæſitum per votum, ſentit poſt alios *lib. 4. ſua ſumm. cap. 41. num. 6. cum duobus ſeqq. & numer. 13. & 16.* vbi hoc temperat ex nonnullorum quoque ſententia, niſi præfectus illius loci pij, cui promiſſio facta eſt, haberet facultatem remittendi, aut compoſitionem faciendi in debitis illius: & in terminis Rectoris Hoſpitalis, vt non poſſit commutare in alios vſus relicta facta Hoſpitali, niſi cum auctoritate Pontificis, poſt Bald. *in l. orphanotrophos, C. de Epiſc. & Cler.* & Doct. *in cap. conqueſtus, de for. compet. per d. Clement. quia contingit, de relig. domib.* tradit Io. Bertach. *in tract. de Epiſc. lib. 4. part. 4. num. 74. in fin.* Limitatur denique præſens concluſio, vt non procedat, † vbi 72. renuntiatio, ſeu remiſſio fiat de iure publico, ſeu concernente publicam vtilitatem: nam ius publicum pactis priuatorum mutari non poteſt, *l. iuriſgentium, §. ſi paciſcar, il 2. & l. ius publicum, ff. de pact. l. neque pignus, §. priuatorum, ff. de regul. iur. cap. ſi diligenti, de for. compet. & cap. contingit, il 1. de ſent. excomm. cum ſuis concord.* quare non poterit tunc habere locum commutatio, priuata auctoritate, ex conſenſu eius, cuius commodum concernit diſpoſitio; niſi eius ſuperioris auctoritas interueniat, qui huiuſmodi iuri publico poſſit derogare. Illud denique omittendum non eſt in hac materia de commutatione vltimarum, quæ priuata auctoritate fieri poteſt, reperiri caſum in iure, 73. quo † poteſt quilibet alterius vltimam voluntatem, ſeu diſpoſitionem commutare; nimirum *in l. vn. C. de aleator.* iuxta nonnulla exemplaria, vbi cauetur, quòd ſi victus in ludo, aut eius heredes, aut his negligentibus, eorum procuratores, patres, aut defenſores à vincente illud non repetent, quod victus ſoluit, poteſt, immo debet fiſcus, ſeu procurator Cæſaris repetere, & in opera ciuitatis expendere. Licèt autem communiter in exemplaribus Codicis ſpecialis titulus *de aleatorib.* non reperiatur, ſed iunctus titulo *de relig. ſumpt. & funer.* in huius tamen tit. *l. fin.* cauetur, quòd, ſi victus in ludo noluerit recipere, quæ dedit, procurator Cæſaris hæc inquirat, & in opus publicum conuertat. Atque hæc de præſenti 1. quæſt. huius cap. dicta ſufficiant.

SVMMÆ RERVM.

74. *Principes ſeculares aliqui non recognoſcunt ſuperiorem in temporalibus, & habent in dominiis ſuis iura Imperij.*

75. *Papa eſt ſupremus Princeps, & habet iura Imperij in ſuo dominio temporali, ſeu in terris Eccleſiæ. & in his appellari poteſt Rex, & Auguſtus; num. 76.*

77. *Princeps ſupremus duplicem habet poteſtatem, abſolutam, & ordinariam; ac num. ſeq.*

78. *Plenitudo poteſtatis in Principe ſupremo idem eſt cum poteſtate abſoluta.*

79. *Poteſtas abſoluta in Principe non eſt, libera poteſtas faciendi quod ei libet. neque quòd in iure humano diſpenſet ſine cauſa; num. 80. & ibi, an diſpenſatio Principis in lege ſua ſine cauſa valida, & licita ſit.*

81. *Poſſumus id tantùm, quod iure poſſumus.*

82. *Poteſtas abſoluta in ſupremo Principe quomodo ab ordinaria diſtinguatur.*

83. *Princeps quomodo ſit ſolutus, & adſtrictus legibus.*

84. *Deus O. M. quanam dicatur poſſe facere de poteſtate abſoluta, vel ordinaria.*

85. *Papa tamquam Epiſcopus Romæ eſt Ordinarius cum certa diœceſi; & habet ſuum Vicarium, vti Papa verò eſt Vicarius Chriſti, Epiſcopus totius orbis, & Ordinarius Ordinariorum.*

86. *Princeps ſecularis poteſt plerumque vltimas voluntates commutare; & aliquot ſeqq.*

87. *Princeps quomodo ſubiectas ſibi habeat res, ac voluntates ſuorum ſubditorum, ſine ſecularis quoad temporalia, ſine Papa quoad ſpiritualia; & num. ſeq.*

88. *Princeps ſecularis an poſſit aliquando iuramentum homini præſtitum relaxare.*

89. *Princeps ſupremus nequit ſine cauſa vltimas voluntates ſibi ſubditorum mutare; vel certè tenetur damnum eis ob id illatum compenſare.*

90. *Intellectus l. ſi teſtamentum, C. de teſtam. l. ſi donationem, C. de reuoc. donat. l. incivile, C. de rei vendic. l. de contractu, C. de reſcind. vend. l. cum te ſponſa, C. de donat. ant. nupt. & l. nec anus, C. de emancip. liber.*

91. *Dominium priuatum à Principe tolli non poteſt ſine cauſa vtili Reip.*

92. *Libertas teſtandi an hominibus competat iure gentium, aut naturali; & num. ſeq.*

93. *Princeps non poteſt alicui auferre quod ei competit iure naturali, & gentium, ſi id faciat ſine cauſa.*

94. *Intellectus l. nec enim, §. deportati, ff. de milit. teſtam. l. milites, C. de teſtam. mil. & legis 12. tabul.*

95. *Princeps ſupremus ſecundùm aliquorum ſententiam poteſt ex libero arbitrio poteſtatis ſuæ vtens plenitudine mutare vltimas voluntates ſubditorum, eiſve derogare: quorum tamen fundamenta probant ſolum id poſſe; quod eſt accipiendum, cum cauſa; & aliquos num. ſeqq.*

96. *Principem poſſe facere ex plenitudine ſuæ poteſtatis quicquid libet, vix credendum eſt aliquem ex noſtris ſenſiſſe.*

97. *Princeps ſecularis eſt adminiſtrator ſupremus, non dominus bonorum ciuitatis, & Papa beneficiorum, ac piorum operum.*

98. *Papa an poſſit aliquem priuare beneficio Eccleſiaſtico ſine cauſa. & quomodo dicatur eum habere plenitudinem poteſtatis, & eſſe dominum in beneficialibus; num. 99.*

100. *Princeps ſupremus poteſt derogare iis, quæ iure tantùm humano inducta ſunt.*

101. *Libertas teſtandi ſaltem habet annexam naturalem aquitatem: ideoque tolli nequit ſine cauſa; & num. 103.*

102. *Princeps an poſſit in præiudicium alterius tollere ab aliquo impedimentum, quod incapacem alicuius iuris eum efficit, vt illegitimitatis, aut ſexus ad ſucceſſionem hereditatis, vel feudi.*

103. *Reditus ad ius commune an ſuſtineat ea, quæ aliàs non permittuntur: & ibi an per commutationem vltimæ voluntatis redeatur ad ius commune.*

104. *Princeps ſupremus nec de poteſtate abſoluta valet indiſtinctè, & ſine cauſa commutare vltimas ſubditorum ſuorum voluntates: nec ſi apponat clauſulam, ex certa ſcientia; aut, non obſtantibus, vtcunque generaliter, vel ſpecialiter conceptam; etiamſi amba iungantur; num. 105. & ſeq.*

106. *Actus omnis ab agentis voluntate, ac poteſtate pendet. & an clauſula, ex certa ſcientia, idem importet, quod clauſula, de plenitudine poteſtatis, &, non obſtante; n. 107.*

108. *Princeps neque quoad partem mutare poteſt ſine cauſa, & indiſtinctè vltimam voluntatem.*

109. *Princeps non poteſt commutare legatum, quod poteſt impleri de iure, & de facto, ſi teſtator expreſſe diſpoſuit, vt eo non facto, quod præſcripſit, reuertatur ad heredem.*

110. *Princeps non poteſt derogare prohibitioni alienationis etiam ex cauſa dotis, cùm teſtator id iure communi prohibere potuit: ſecus cùm teſtator prohibuit ex ſola Principis licentia.*

111. *Princeps derogare poteſt ſine cauſa conditionibus primogeniorum inſtitutorum ex mero eius priuilegio contra iuris prohibitionem, quoties ex ea derogatione ius alicui quæſitum non tollatur.*

112. *Princeps poteſt tollere ius alicui, quod ſolum eſt quærendum.*

113. *Cauſa iuſta aliquando ſaltem præſumitur in ſupremo Principe vltimam voluntatem commutante.*

114. *Princeps ſecularis etiam ſupremus non poteſt vltimas voluntates pias commutare.*

115. *Laicus quilibet nequit de rebus Eccleſiaſticis, ac piis diſponere, ſeu ſtatuere.*

116. *Forma ſtatuendi, & iudicandi quomodo à pari procedant; & num. ſeq.*

117. *Laicus iudex poteſt de cauſa pia cognoſcere inter partes.*

118. *Statuto laicorum induci non poteſt commutatio piæ voluntatis.*

119. *Princeps ſecularis requirendus eſt in commutatione vltimæ voluntatis ab ordinario faciendæ quoad pia loca, quæ ſub eius immediata profeſſione ſunt: & fortè commutare poterit quoad ea loca, quæ ex inſtitutione rationem reddere non debent ordinario; licèt verius ſit tunc recurrendum fore ad Papam.*

120. *Princeps ſecularis commutare poteſt voluntates piæ pietate erga patriam.*

121. *Imperator an in commutandis vltimis voluntatibus concurrat cum Principibus ſupremis in eorum dominiis, tanquam dominus totius orbis.*

QVÆRO SECVNDO; an ſupremus Princeps ſæcularis poſſit omnes vltimas voluntates commutare?

Non quærimus hìc de quolibet Principe ſæculari, ſed de iis dumtaxat qui † non recognoſcunt 74.
ſuperiorem in temporalibus, habéntque in ſuis dominiis iura imperij; de quibus Doctor. cùm alibi, tum *in cap. quæ in Eccleſiarum, & cap. Eccleſia ſancta Mariæ, de conſtit. cap. nouit, de iudic. cap. cùm non liceat, de præſcript. cap. per venerabilem, qui fil. ſint legit. Clem. 1. de sepult. Clem. paſtoralis, de re iud.* Roſel. & alij tractantes de legitimatione, ac Doct. relati, & probati ab Ant. Gabr. *comm. concl. lib. 3. tit. de iur. quæſit. non tollend. concl. 2. num. 12.* & Iacob. Ant. Matt. *in tract. de iuriſd. per, & int. iudic. Eccl. & ſæcul. exercen. part. 1. cap. 20. 26. 32. & 33.* Suarez *tract. de leg. lib. 3. cap. 7. 8. & 9.* Peregr. *tract. de fideicom. artic. 23. num. 18. cum tribus ſeqq. & art. 52. num. 123. cum ſeq. & in tract. de iur. fiſc. iii. de his, qui habent iur. fiſcal.* præſertim *a num. 44. ad 69.* ac text. *in cap. innotuit, de cenſib. d. cap. per venerabilem, & cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſign.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat.* iis verbis; exceptis aliis, quæ ad Imperatorē & Reges, ſeu Regna poſſidentes alioſque ſublimes, & ſupremos Principes, iura imperij in dominiis ſuis habentes pertinent; cuiuſmodi Principes ſunt nunc plerique Duces, & nonnulli, qui Principes appellantur in Italia: & præ omnibus † Romanus Pontifex reſpectu ſui 75.
dominij temporalis, vt inter alios adnotauit Nauarr. *in manual. confeſſ. cap. 25. num. 111. verſ. quarò dico, & in comment. de dat. & promiſſ. numer. 29. verſ. tertiò*, quod reſolui poſſe videtur; & ſatis conſtat ex *cap. cùm inter, il 2. ad fin. & ibi* gloſ. recepta, *verbo, regia, de elect.* dicit enim eo loci Romanus Pontifex; ad audientiam noſtram nuntios idoneos tranſmiſſuri, per quos à nobis vice regia poſtuletis aſſenſum. *& cap. per venerabilem, in princ. verſ. præterea, qui fil. ſint legitim.* Id autem, inquit, in patrimonio B. Petri liberè poteſt Apoſtolica ſedes efficere, in quo & ſummi Pontificis auctoritatem exercet, & ſummi Principis exequitur poteſtatē: & *§. rationibus igitur*, ibi, nō ſolū in Eccleſiæ patrimonio, ſuper quo plenā in tēporalibus gerimus poteſtatem, verùm etiam in aliis regionibus, certis cauſis inſpectis, temporalem iuriſdictionem caſualiter exercemus. ex quibus apparet, † iure merito Papam in temporali ſuo dominio Regem appellari 76.
poſſe: ſed & Auguſtus dici poteſt, ex *gloſ. 2. in l. nemo hominum, verbo, Auguſti*, per illum text. *C. de relig. & ſumpt. funer.* vbi Imppp. Valent. Theodoſ.

&

Digitized by Google

& Arcad. AAA. Nemo, inquiunt, humanum corpus ad alium locum sine Augusti affatibus transferat. nam verbum illud *Augusti*, glos. exponit, *id est, Papæ*; ob eam vt reor rationem, quoniam existimauit, Christianos Imperatores, eosque piissimos rem hanc spiritualem, & Ecclesiasticam de concedenda facultate transferendi corpus perpetuæ sepulturæ traditum supremæ laicæ potestati non reseruasse, contra *cap. bene quidem 96. dist. cap. Ecclesia S. Maria, de constit. & cap. fin. de reb. Eccl. non alien.* iuncto maximè *cap. non satis, & seq. de simon. cum suis concord.* & *ibidem* adnot. De Romano igitur Pontifice, & aliis etiam citra Imperatorem, habentibus in suis dominiis iura imperij, in præsenti quæstione latè differemus. nam de aliis inferioribus Principibus, quod ad rem nostram attinet, agemus *quæst sequenti*, cum simul etiam differendum erit de inferioribus magistratibus. de Papa verò ratione spiritualis potestatis dicemus *quæst. 4.*

Præmittendum autem est in hac quæstione, quoad ipsos supremos Principes, prout etiam Papa
77. comprehenditur, † posse eos considerari vel quatenus potestate quam vocant absoluta, vel prout sola ordinaria vtuntur. Neque enim spernenda mihi videtur hæc in supremo Principe distinctio potestatum: quam admittunt passim Doct. atque inter cæteros relati à Couar. *lib. 3. var. resol. cap. 6. num. 8.* & probati à Mandos. *ad reg. 16. Cancell. quæst. 7. & 8.* necnon à Thom. Sanch. *tract. de matrim. lib. 2. disput. 15. numer. 2. & 3.* nimirum, inter legistas glos. *in l. relegati, in fin. ff. de pœn.* Dec. *in l. in contrahenda, num. 7. ff. de reg. iur.* Paul. de Castr. *in l. si testamentum, C. de testam.* Bald. *l. 2. C. de seruit. & aqua, num. 40.* Ang. *in l. item si verberatum, §. 1. ff. de rei vendic.* Socin. sen. *consil. 28. num. 6. volum. 1.* Curt. sen. *consil. 65. num. 12.* Natt. *consil. 290. col. 2. ad fin. lib. 2. & consil. 512. num. 19.* Gozad. *consil. 2. numer. 14.* Ioan. Lup. *ad l. 1. Taur. numer. 5.* Roias *epit. succeff. cap. 23. num. 75.* Villal. *in antinem. iur. litt. P. numer. 33.* necnon Albert. Alex. Hippol. de Marsil. Matth. de Afflict. Capyc. & Castald. quos recenset Ar. Pinell. *de rescind. vendit. 1. part. rubr. cap. 2. num. 24. & seq.* ac plerique relati, ac probati à Peregr. *tract. de fideicom. art. 52. num. 118.* ac nouissimè à Ludouic. Rodolphin. *in tract. de suprem. seu absol. Principis potest. cap. 1. num. 2. & 3.* Inter Canonistas eandem distinctionem admittunt Innoc. *in cap. innotuit, num. 5. de elect.* Host. *in cap. ex publico*, super *verbo, consummatum*, & *ibi* Io. Andr. *num. 9.* Ant. de Butr. *numer. 16.* Henric. Boich. *cap. fin. de sponf. duor. à num. 4.* idem Butr. *in cap. constitutus, num. 3. & 21. de relig. dom.* Abb. *cap. adhæc, num. 7. de rescript.* Felin. *cap. nonnulli, §. sunt & alij, num. 50. eod. tit.* Dec. *cap. quæ in Ecclesiarum, num. 24. cum seq. & num. 98. de constit. & cap. fin. col. vlt. de confirm. vtil. vel inutil.* Anchar. *cap. Canonum*, quod est 1. *num. 30. de constit. & consil. 110. col. 4.* Lap. *alleg. 9. ante num. 5.* Inter Summistas Rosel. *verbo, Papa, num. 2.* Ang. *Matrimonium, 3. impedimen. 13. num. 3.* Siluest. *verbo, diuortium, quæst. 4.* inter Theologos Medin. *lib. 5. de sacror. homin. contin. cap. 89.* atque etiam ipse Sanchez *d. num. 3. vers. alio modo potest.* necnon idem sentire videntur † quotquot in Principe supremo distinguunt
78. plenitudinem potestatis à potestate non plena, quos refert ac sequitur Ant. Gabr. *comm. concl. lib. 3. tit. de iure quæsit. non tollend. concl. 5. num. 18. ac 35. & concl. 6. num. 12.* necnon *lib. 6. tit. de legitimat. concl. 7. num. 4. ac tit. de clauf. concl. 1. num. 6. cum seq. & concl. 2. num. 83.* Menoch. *tract. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 11. num. 2. & tribus seqq.* Peregr. *d. artic. 52. num. 122.* Hier. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 1. proœm. num. 31.* cum aliquot seqq. ac Rodolphin. *vbi sup.* & per tot. illum tract. Canonistæ communiter *in cap. 2. de præb. in 6. & cap. proposuit, de conceff. prabend.* vbi ad id est text. expressus, in iis verbis; qui secundùm plenitudinem potestatis de iure possumus supra ius dispensare: necnon *cap. vnic. vers. & ideo, vt Eccles. benefic. sine dimin. conferant.* ibi, & ideo nos, qui non tam ex plenitudine potestatis, quàm ex officij debito possumus, & debemus de subditorum excessibus ad correctionem inquirere veritatem, &c. Et *in Clem. 1. vt lit. pend.* in iis finalibus verbis; salua tamen in præmissis omnibus Romani Pontificis potestate, ad quem Ecclesiarum, personatuum, dignitatum, aliorúmque beneficiorum Ecclesiasticorum plena, & libera dispositio ex suæ potestatis plenitudine noscitur pertinere. atque in suis rescriptis, ac priuilegiis, vel gratiis nonnumquam vtuntur huiusmodi supremi Principes illa clausula, *de nostræ Apostolicæ, Imperialis, Regiæ, vel Principalis potestatis plenitudine*; in quibus quælibet verba debent suum effectum operari, *l. si quando, ff. de leg. 1. cap. si Papa, de priuil. in 6.* quòd si est in supremo Principe plenitudo potestatis, debet & dari potestas minùs, seu non ita plena, quod idem est, ac potestas ordinaria distincta ab extraordinaria, seu absoluta. nam idem esse plenitudinem potestatis, ac potestatem absolutam, tradit inter alios Mandos. *d. quæst. 7. num. 8.* & Peregr. *d. art. 52. num. 122.* ac sentiunt plerique probati à Rodolphin. *d. cap. 1. per tot.* tradens deinde *in toto cap. 2.* quibúsnam competat plenitudo potestatis, inter quos præcipuè, ac meritò reponit Romanum Pontificem, Imperatorem, ac Reges. Denique eandem distinctionem potestatis absolutæ, & ordinariæ in supremo Principe senserunt Host. *in cap. cùm venissent, numer. 5. de iudic.* Franc. Marc. *quæst. seu decis. Delphin. 1185. numer. 4. part. 1.* & Gonzal. *d. §. 1. proœm. num. 38.* dum dixerunt, Papam posse adæquare quadrata rotundis, alludentes ad quadraturam circuli, quam Mathematici penè impossibilem esse censent. Non ita tamen in Principe admittenda est absoluta potestas, † prout 79.
eam definiuit Bald. *d. l. 2. num. 39. & 40. C. de seruit. & aq.* vt sit arbitrij plenitudo nulli necessitati subiecta, nullíúsque publici iuris regulis limitata; ita, vt facta mentione talis potestatis, nulla exceptio obiici valeat, nihílque opponi possit, nec dici, cur ita facis? cui definitioni adhærere videtur glos. fin. *d. l. relegati*, Abb. *d. cap. ad hæc, num. 7. & consil. 84. lib. 1.* Butr. *d. cap. constitutus, num. 3.* Dec. *in d. cap. quæ in Ecclesiarum, num. 98.* iuncto *num. 103.* Felin. *d. num. 10.* Luc. de Penn. *in l. prædia, C. de locat. prad. ciu. lib. 11.* Ioan. Lup. *d. numer. 5.* Roias *d. num. 75.* iuxta illud antiquum axioma; *si libet, licet.* & illud; *sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas*; & quod affirmabat quidam Alexandro Magno, vt refert Sueton. *in Caligula cap. 29.* Memento tibi omnia, & in omnes licere; eò, quòd Principes erant instar Deorum in terra. hanc enim potestatis absolutæ, & ordinariæ in Principe distinctionem sic intellectam meritò falsam existimant, satisque improbant Couar. *d. numer. 8.* Parisien. ad Dec. *d. cap. quæ in Ecclesiarum, litt. T.* Fortun. *in l. Gallus, §. & quid si tantùm, ff. de lib. & posth.* & alij, quos referunt, & sequuntur Couar. *d. num. 8.* Pinell. *d. num. 24. & seq.* Fern. Vasq. *lib. 1. controuers. illustrium, cap. 5. num. 5. & sequent.* Sarmient. *primo selectar. interpret. cap. 8. num. 20.* Riminald. *consil. 5.*

num. 48. *& seqq. vol.* 1. Didac. à Spin. *in specul. testam.* glos. *rubr.* 1. *part, num.* 25. & Sanchez *d. disput.* 15. *num.* 3. *circa initium.* Quia quod Princeps facere contra omne ius, fásque potest, non ad potestatem, sed ad tyrannidem spectat: id enim possumus, quod honestè possumus, *l. sed licèt, ff. de offic. Præsid.* Vnde Rex Antigonus solo naturali lumine illustratus, vt de illo refert Plutarch. *in Apophthcg.* cùm sibi diceretur, Regibus, quicquid vellent, licitum esse, respondit, inter barbaros, & tyrannos ita censeri; cæteris autem solum iustum, & honestum licere. Et Chilon vnus ex septem Sapientibus, (teste Cœl. Rhodig. *lib.* 8. *lect. antiq. cap.* 1.) dicebat Principes instar Deorum esse. quia tantùm id, quod iustum est, exequi debent. & Cornel. Tacit. *lib.* 3. *Annal.* refert Caium Sestium asseruisse Principes instar Deorum esse; sed nec à Diis, nisi iustas preces exaudiri. ac Cicero *lib.* 3. *de legibus* de simili potestate sic ait: Mihi quidem pestifera videtur, quippe quæ in seditionem nata sit. ac denique Arist. *lib.* 5. *Ethic. cap.* 10. Est, inquit, tyranno voluptas proposita, Regi honestas. Neque puto admittendam omnino illam definitionem, seu distinctionem absolutæ, atque ordinariæ potestatis in Principe, quam affert
80. Sanchez *d. vers. alio modo*, vt † absoluta sit ea, qua Princeps in iure humano dispensat absque causa; quæ sanè dispensatio valida est, licèt Princeps peccet, vt sentiunt relati ab eodem Sanchez *d. disp.* 52. *num.* 1. vbi id receptissimum esse dicit; quod & fusè probat idem Sanchez *d. tract. de matrim. lib.* 8. *disput.* 17. *numer.* 24. *& seq.* vbi de validitate, *ac disput.* 18. *num.* 3. *vsque ad* 7. vbi de causa, & peccato; ac latè probat idem Couar. *epitom. de spons. & matr. cap.* 6. §. 9. *num.* 10. ac post alios Suarez *tract. de legib. lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 4. *& duob. seqq.* ordinaria verò, quando dispensat in iure humano cum causa: ex neutra autem potestate dicetur posse facere, quod nec iustè, nec validè facere potest; vt si in lege, inquit, naturali dispensabili dispenset sine causa. non est, inquam, admittenda hæc definitio, seu distinctio, non quidem ob rationem, quam contra hanc distinctionem adducit Couar. quia ea quoque est potestas ordinaria in Principe, qua dispensat in iuribus humanis sine causa, licèt peccet, cùm de iure possit derogare omnibus humanis legibus; quod tamen non probat. confirmare autem poterat ex *l. Princeps, ff. de legib. & d. cap. proposuit, de concess. prab.* nam hæc ratio petit principium. item propter alias rationes, quas mox subiiciam, vnde etiam euertitur ratio Couar. Primò, quia non improbabilis est opinio, quòd dispensatio Principis supremi in lege merè humana, etiam sine causa, secluso scandalo, non modò valida, sed etiam licita sit; quam inter alios tenet Siluestr. *verbo, dispensatio, quæst.* 3. Dec. *in cap. qua in Ecclesiarum, num.* 29. Felin. *cap.* 2. *num.* 23. *de constit.* & *ibi* Butr. Abb. *in cap. diuersis, num.* 4. *de Cler. coniug.* & alij, quos refert Suarez *d. cap.* 18. *num.* 3. & Sanchez *d. lib.* 8. *disput.* 18. *num.* 2. vbi etiam nonnulla solida fundamenta pro hac opinione affert: pro qua sunt iura, in quibus habetur indistinctè, Principem posse dispensare in his, quæ sunt iuris humani; & esse solutum legibus, vt *d. cap. proposuit, & d. l. Princeps, ff. de legib. & l. digna vox, C. eod. tit.* & optimus text. *in cap. cùm nostris, de conces. prabend.* ibi, vel ex indulgentia sedis Apostolicæ speciali, vel ex alia iusta causa, vbi ipsa indulgentia, seu dispensatio Principis habetur pro iusta causa. Secundò, quia sic non constitueretur sufficiens quoad hoc discrimen inter dispensationem in iure diuino, vel naturali, & in iure humano; cùm etiam in illo dispensatio, vt licita fieri debeat ex iusta causa, vt idem Sanchez tradit *d. lib.* 8. *disput.* 18. *num.* 1. *& d. lib.* 2. *disput.* 15. *num.* 3. *ad fin.* & ordinaria potestas æquè, ac in humano, erit in diuino iure, ac naturali, cùm in hoc ex causa dispensatur à Principe; vt colligitur ex Sanchez *d. num.* 3. *ad fin.* neque enim hanc ponit absolutam; quam esse vult, cùm Princeps dispensat in legibus humanis sine causa: cùm tamen absurdum videatur, nullum in hoc discrimen constitui inter ius diuinum, vel naturale, & humanum. Tertiò, quia potestatis nomen non meretur, qua Princeps validè, sed malè, & peccando dispensat; nam † id 81.
tantùm possumus, quod iure possumus, vt ipse Sanchez *d. num.* 3. docet ex *d. l. sed licèt, ff. de offic. Præsid.* cui addimus meliores text. *in l. filius, ff. de condit. instit. l.* 3. *&* 4. *ff. de vsur. l. in eadem, ff. ex quib. caus. maior. l. vestis,* §. *vestimento, ff. de aur. & argent. legat. l. pen. ff. de furt. l. nepos Proculo, ff. de verb. signif. cap. illud,* 11. *quæst.* 1. *& cap. faciat homo,* 22. *quæst.* 2. Sic Deus omnipotens est, ac dicitur, licèt peccare, aut aliquid illicitè facere nequeat. Dicendum igitur, † absolutam potestatem ab ordinaria in supremo Principe distingui; 82.
vel primò, quod absoluta est, qua dispensat in iure humano sine causa, ex prædictis, retenta memorata probabili sententia, quòd possit huiusmodi Princeps dispensare non modò validè, sed & licitè in legibus humanis, etiam sine causa: ordinaria verò, qua in iisdem dispensat cum causa; quod fatetur Sanchez *d. num.* 3. & hoc etiam dumtaxat fortasse voluerunt Bald. & alij sup. cit. dum illam definitionem absolutæ potestatis afferunt, quam Couar. Sanchez, & alij superiùs alleg. tam acriter reprehendunt. Vel secundò, quòd absoluta est, qua dispensat in legibus humanis ex quauis causa, etiam leui: ordinaria, qua in iis dispensat solùm ex magna causa. quam distinctionem sensit Anchar. *d. cap.* 1. *num.* 30. *de constit.* vbi ait, Principem de potestate ordinaria non posse dispensare in lege humana absque magna causa; quasi velit, de absoluta posse ex leui causa. Natt. *d. consil.* 512. *num.* 19. dum ait; Si aliquid, etiam leue, Principem moueat, cum posse de plenitudine potestatis facere quicquid libet; quod intellexit de legibus dumtaxat humanis: & in specie commutationis vltimæ voluntatis quoad Papam sentit Ioan. Dilect. *de art. testand. cau.* 6. *num.* 4. dum ait, Papam ex magna causa posse eam facere ex potestate absoluta. Vel tertiò, quòd absoluta potestas Principis est, per quam dispensat in lege diuina, & naturali cum iusta causa: ordinaria, per quam dispensat in lege humana. atque hæc distinctio est de mente eorum, quos refert, & sequitur Ant. Gabr. *comm. conclus. lib.* 3. *tit. de iur. quæst. non tollend. concl.* 1. *num.* 1. iuncta *concl.* 2. *num.* 1. dum asserunt, Principem posse ex plenitudine potestatis cum causa ius, & dominium tam de iure gentium, quàm ciuili auferre, ex text. *in l. Lucius Titius, in princ. ff. de euict. & l. item si verberatum,* §. 2. *ff. de rei vendic.* & quos adducit *concl.* 5. *num.* 35. sentientes, posse ex plenitudine potestatis Principem cum causa reuocare contractum cum eo celebratum; quos enim refert *num.* 18. dicentes, non posse Principem ex plenitudine potestatis reuocare contractum secum celebratum, intelligendi sunt ex mente quoque ipsius Gabr. vt patet ex seqq. si id faciat Princeps sine causa. Vel denique, quòd absoluta potestas Principis sit, qua potest derogare, ac derogat iuri positiuo humano: ordinaria verò, qua ei non derogat, sed vel secundùm, vel præter illud

dumta

dumtaxat agit; vel in ea parte iuris humani diſpenſat, in qua poſſunt Ordinarij iudices diſpenſare; atque adeò ſe gerit tamquam Ordinarius iudex, & non vti ſupremus Princeps. quæ diſtinctio approbatur ab iis quos refert, ac ſequitur Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 12.* ferè per totam, præſertim *numer. 2. & 3.* dum hìc plenitudinem poteſtatis appellat eam, quam ibi poteſtatem abſolutam nominat: idémque ſentit Mandoſ. poſt alios ad *reg. 16. Cancell. quæſt. 7. n. 7. & 8.* & Peregr. *d. tract. de fideicom. art. 52. n. 118. cum tribus ſeqq.* & confirmatur ex *d. cap. propoſuit, de conceſſ. prebend.* in iis verbis ſuperiùs cit. qui ſecundùm plenitudinem poteſtatis de iure

83. poſſumus ſupra ius diſpenſare. facit etiam † text. *in l. digna vox. C. de leg.* ibi, digna vox eſt maieſtate regnantis, legibus allegatum ſe Principem profiteri, adeò de auctoritate iuris noſtra pendet auctoritas; & reuera maius imperio eſt ſubmittere legibus principatum: & oraculo præſentis edicti, quod nobis licere non patimur, aliis indicamus. ex quibus verbis apertè colligitur Principem ex poteſtate ordinaria humanis legibus ſubiectum; de poteſtate verò abſoluta ab iis ſolutum eſſe. ſic conciliantur iura, in quibus dicitur, Principem ſolutum eſſe legibus cum iis, vnde habetur, eum legibus eſſe ſubiectum; quæ vtraque allegantur à gloſ. & DD. *d. cap. propoſuit, & d. d. digna vox*, necnon *in l. Princeps, ff. de legib.* & ali-

84. bi ſæpe. Facit præterea, quia † etiam Deus Opt. Max. ex communi Theologorum ſententia dicitur ea facere poſſe de poteſtate ordinaria quæ ſolito ordine, ac rerum naturali curſu non mutato poteſt facere; de poteſtate verò abſoluta, quæ poteſt ſu-

85. pra rerum ordinem vniuerſum. Ac denique Papa † tamquam Epiſcopus Romæ eſt Ordinarius cum certa diœceſi, vt conſtat ex *cap. ſi quis Epiſcopus*, ibi, dignetur Epiſcopus Romanus, 2. *quæſt.* 6. cum aliis adductis à Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 13. *in princ. num.* 3. & aliquot ſeqq. maximè *num.* 18. qua ratione habet ipſe quoque, ſicut cæteri Epiſcopi, ſuum Vicarium in Vrbe, *cap. ſua nobis, de offic. Vicar.* ac præterea eſt Vicarius Chriſti habens ſpiritualem poteſtatem in toto orbe, *cap. duo ſunt quippe, 96. diſt. cap. 2. de tranſlat. Epiſcop.* & ſic eſt Ordinarius Ordinariorum, & Epiſcopus totius orbis, vt latè tradit Gonzal. ad *d. reg. 8. §. 2. proœm. numer. 44. cum duobus ſeqq.* Romanúſque Pontifex ſimul eſt Papa, Rex, Antiſtes, vt ait Nauar. *in man. conſeſſ. c. 25. num. 111. verſ. quartò dico.* Atque ex his quatuor modis diſtinguendi in ſupremo Principe poteſtatem abſolutam, & ordinariam, quos omnes probabiles fore exiſtimamus, poſtremus nobis magis placet, ac probabilior cæteris videtur, quoniam firmioribus nititur fundamentis. Iam ad huius quæſt. concluſiones tranſeamus.

PRIMA CONCLVSIO. Princeps ſæcularis

86. † poteſt plerumque commutare vltimas voluntates. Probatur primò ex *l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* vbi Valens I.C. Legatam, inquit, municipio pecuniam in aliam rem, quàm defunctus voluit, conuertere citra Principis auctoritatem non licet. ex quo text. (ſumpto argumento à contrario ſenſu, quod in iure validiſſimum eſt, *l. 1. §. Lucius rei, ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. l. qui teſtamento, la 2. §. mulier, ff. de teſtam. cap. cum Apoſtolica, in fin. de his, quæ fiunt a Prælat. fin. conſ. cap.* cum aliis ad id alleg. ab Euerard. *in loc. leg. a contrario ſenſu, in princ. & num. 1. cum duob. ſeqq.*) ſatis conuincitur, quòd, cum auctoritate Principis poterit ſaltem in eo caſu, qui multos comprehendit, vltima voluntas commutari. Secundò probatur ex omnibus aliis iuribus ciuilibus, in quibus commutatio vltimæ voluntatis vel permittitur, & approbatur, vel præcipitur, atque adeò ab ipſo Imperatore inducitur, per nos relatis *cap. 3. quæſt. 3. concl. 2.* vt *l. cum is, §. eam tranſactionem, & §. ſi cui, ff. de tranſact. l. ex pollicitatione, & l. ſi quis ſui, ff. de pollicit. l. Decuriones, §. vn. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. l. pecuniam, in princ. ff. ae oper. publ. l. legatum, ff. de vſu & vſuf. leg. l. fin. ff. de mort. inferen. l. vnica, C. de expenſ. lud. lib. 11. §. ſi quis in nomine, & §. ſi autem heres, auth. de Eccleſ. tit. collat. 9.* Tertiò, quia † res, ac voluntates ſubditorum ita proprio 87.
ſupremo Principi ſubiiciantur, vt de iis ſaltem ex magna cauſa, & ob publicam vtilitatem poſſit diſponere: prout de rebus, ac bonis conſtat ex *l. Lucius Titius, ff. de euict. l. item ſi verberatum, §. 2. ff. de rei vendicat. & l. quod ſemel, ff. de decret. ab ordin. faciend.* tenéntque præter innumeros pene Doct. quos ad id allegat Ant. Gabr. *d. lib. 3. comm. concl. tit. de iur. quæſ. non tollend. concl. 1. numer. 1. & concl. 2. numer. 1. 2. 11. & 13.* necnon *concl. 3. cum tribus ſeqq.* paſſim, Couar. *d. lib. 3. var. reſol. cap. 6. num. 7. verſ. non oberunt, & verſ. ſic Iuriſconſultus*, Molin. *tom. 1. de iuſt. & iur. diſput. 4. verſ. primum eſt.* De voluntatibus autem, & diſpoſitionibus ſubditorum, ſentiunt Doct. relati, & probati a Gabr. *d. tit. de iur. quæſit. non tollend. concl. 5. a numer. 28. ad 42. & concl. 6. ferè per tot.* Suarez *de leg. lib. 2. cap. 14. numer. 11.* Azor *tom. 1. inſtit. moral. lib. 6. cap. 1. quæſt. 4. in fin.* & de iiſdem quoad Papam in ordine ad ſpiritualia, vt votum, & matrimonium, S. Thom. 2. 2. *quæſt. 88. artic. 10. ad 2.* Sanchez *d. lib. 2. de matrim. diſput. 14. numer. 1. ad 4. & lib. 8. diſput. 6. numer. 2.* de vtriſque etiam quoad Principes temporales, latè Suarez *tom. 2. de relig. lib. 2. cap. 38. numer. 3. cum duobus ſeqq. & cap. 41. numer. 15. & 16.* Molin. *tom. 1. de iuſt. & iur. diſput. 149.* & Sanchez *lib. 3. ſuæ ſummæ, cap. 22. ferè per tot.* præſertim verò *numer. 1. 2. 6. 10. 15. & 16.* vbi late tradunt, † poſſe Principem ſæ- 88.
cularem aliquando iuramentum homini præſtitum relaxare, ſeu remittere, & conſequenter immutare iurantis, & cum eo contrahentis voluntatem. Denique in terminis poſſe Principem ſæcularem ſupremum ſaltem ex cauſa commutare vltimas voluntates ſibi ſubditorum, tenet Azor *d. quæſt. 4. ad fin.* Bart. & Lancell. Dec. *d. l. legatum, ff. de vſu & vſufruct. leg.* Caſtrenſ. *l. ſi teſtamentum, C. de teſtam.* Curt. iun. *conſil. 1. num. 32.* Card. & Imol. *in Clem. quia contingit, de relig. dom.* ac præter Doct. quos nos citabimus, tenet etiam Aug. Berous *conſil. 22. num. 19. 23. & 24.* docens poſt alios, per Principem ſæcularem quoad hoc eſſe accipiendum non modò Imperatorem, aut Romanum Pontificem, ſed quemcumque Principem iura imperij habentem, ſeu non recognoſcentem ſuperiorem in temporalibus, iuxta id, quod initio huius concl. explicauimus. eandem verò noſtram principalem concluſionem, vbi ſubſit cauſa publicæ, non autem priuatæ vtilitatis, admittit etiam Couar. *d. lib. 3. var. reſol. cap. 6. numer. 7. verſ. hanc ſententiam*; vbi ad idem adducit Phil. Dec. *conſil. 337. numer. 5. conſil. 403. num. 14. conſil. 519. numer. 5. & conſil. 557. numer.* etiam 5. allegantem Bart. *in proœm. Digeſtor. & in l. vltima, C. ſi contr. iur. vel vtil. publ.* Abb. & alios *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* ac poſt alios Iacob. Ant. Matta *in tract. de iuriſd. per, & int. ind. Eccl. & ſæcul. exercend. part. 4. caſu 74. a numer. 12. ad 18.* Et hic habes ſingularem limitationem ad hanc primam

concl.

89. concl. vt nimirum † nequeat Princeps etiam ſupremus ex ſolo arbitrio, & ſine cauſa, vltimas ſibi ſubditorum voluntates mutare: quod & plerique tradiderunt, quos refert, & ſequitur Card. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.* 11. *tit.* 12. *num.* 32. Molin. *tract. de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 31. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 10. *vſque ad* 21. *& lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 10. cum aliquot ſeqq. Molin. iun. *de iuſt. & iur. tract.* 2. *diſp.* 174. *concl.* 4. *& ſeqq.* Peregr. *tract. de fideicom. art.* 52. *numer.* 117. quod tamen Marta *d. caſ.* 74. *numer.* 16. limitat, modò ſit cauſa publica, & *numer.* 19. declarat, vt de poteſtate abſoluta poſſit Princeps corrigere, & mutare vltimas voluntates, quia dicta poteſtas nullis regulis eſt ſubmiſſa; & hoc modo poſſet etiam ſine cauſa; ſed ita faciens tenetur ipſe Princeps ſoluere pretium ei, cui ius ablatum eſt: atque ad id allegat Dec. *conſil.* 357. *col.* 4. *verſ. poſtremo.* Soc. *conſil.* 120. *col.* 7. *verſ. ſed hoc non obſtante, vol.* 3. Archid. *in cap. fin.* 9. *quæſt. vlt.* Reſtau. Caſtald. *in tract. de Imperat. quæſt.* 98. *numer.* 8. Pinel. *in rubr. de reſcind. vendit. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 14. Beroum *conſil.* 76. *num.* 24. *vol.* 1. & Rol. à Vall. *conſil.* 69. *num.* 23. *& ſeq. vol.* 2. Atque horum alterum dumtaxat probant ea, quæ ipſe Couar. affert

90. *d. cap.* 6. *num.* 5. 8. *& 7. in princ.* Prout eſt † illud, quod primò adducit *d. numer.* 5. ex *d. l. ſi teſtamentum, C. de teſtament.* vbi ait Imperator: Si teſtamentum iure factum ſit, & heres ſit capax, auctoritate reſcripti noſtri reſcindi non oportet; quódque ſecundò allegat *eod. num.* 5. ex *l. ſi donationem, C. de revocand. donat.* vbi; ſi donationem, inquit Imper. ritè feciſti, hanc auctoritate reſcripti noſtri reſcindi non oportet. quo loco verbum, *oportet*; importat iuris neceſſitatem, vt not. Dec. *conſil.* 468. *numer.* 8. cui ſimiles text. quoad diſpoſitionem inter viuos ſunt *in l. incivile, C. de rei vendic. l. de contractu, C. de reſcind. vendit. l. cum te ſponſæ, C. de donat. ante nupt. & l. nec anus, C. de emancip. liber.* Sicut & eorum alterum ſolùm probat illa ratio, quam adducit tertio loco *numer.* 6.

91. quia dominium priuatum † à Principe tolli non poteſt, niſi ex cauſa vtili reip. *l. item ſi verberatum, §. 2. ff. de rei vendicat. & l. venditor, §. ſi conſtat, ff. comm. præd.* (qui tamen text. meo iudicio, ad rem non eſt; facit autem optimè text. *in d. l. Lucius Titius, in princ. ff. de inſtit. l. quod ſemel, ff. de decret. ab ord. faciend. & l.* 1. *cum duabus ſeqq. C. de metal. lib.* 11. Bart. *d. l. vltim. C. ſi contr. ius, vel vtil. publ.* Fortun. *in l. Gallus, §. & quid, ſi tantum, col.* 138. *ff. de lib. & poſthum.* (quibus addi poſſunt quamplurimi Doctor. aſſerentes non poſſe Principem ſine cauſa auferre alicui rem ſuam, quos refert, & ſequitur Molin. ſen. *d. tract. lib.* 3. *cap.* 7. *numer.* 20. *vſque ad* 29. Ant. Gabr. *d. tit. de iur. quæſ. non tollend. concl.* 1. *numer.* 1. vbi communem hanc concluſionem, & ſententiam ex aliorum quoque atteſtatione affirmat.) Dominium autem nihil aliud eſt, quàm ius diſponendi de re ipſa, *l. in re mandata, C. mand.* Bart. & Doct. *in d. l. ſi quis vi, §. differentia, ff. de acquir. poſſeſſ.* ergo Princeps (concludit Couar.) non poteſt tollere liberam teſtandi facultatem in rebus propriis priuato competentem, nec teſtamentum mutare, nec ipſius legibus derogare, niſi ab eo id fiat ob publicam vtilitatem. De hac etiam prohibita Principi ex ſolo arbitrio, & ſine cauſa commutatione vltimæ voluntatis accipiendum eſt, quod idemmet Couar. ſubiicit *eodem numer.* 6. ex Sueton. *in Tyberio cap.* 31. quòd tractante ſenatu, vt Trebianis legatam in opus noui thea-

tri pecuniam, ad munitionem viæ transferri concederetur, à Tyberio Cæſare impetrari non potuit, quin rata voluntas legatarij eſſet. Pariter hanc mutationem ſine cauſa dumtaxat excludit ratio illa, quam Couar. *d. cap.* 6. *numer.* 7. *in princ.* affert, quòd libertas teſtandi † hominibus iure gentium, & naturali competit, *l. nec enim, §. deportari, ff. de milit. teſtam. & l. milites, C. eod. tit.* quibus probatur, militem iure gentium abſque ſolemnitatibus iuris ciuilis teſtantem poſſe etiam deportatum liberè inſtituere heredem, iuncto *§. quod verò, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. ac §. ſingulorum, Inſtit. de rer. diuiſ.* vbi habetur, ius gentium eſſe naturale, immò & libertatem teſtandi eſſe iuris gentium, & naturalis, plerique tenent, quos ibidem recenſet Couar. cum aliis, quos nos retulimus *cap.* 3. *quæſt.* 1. *concl.* 3. *poſt med.* at verò Principes † non poteſt auferre 93. alicui, quod ei competit iure naturali, & gentium, cùm ius naturale ſit immutabile, vt *d. concl.* 1. *in principio* oſtendimus: & quoad ius gentium ſentiunt relati à Craſſ. *tract. de ſucceſſ. §.* 1. *n.* 6. & Mandoſ. *in prax. ſign. grat. tit.* ſeu *verbo, commutatio vltimæ voluntatis, verſ. aliqui dixerunt.* nam præterquam quòd inde ſolùm concluditur, non poſſe ſine cauſa derogari etiam à Principe iuri naturali, & gentium, vt conſtat ex iis, quæ *d. concl.* 1. *ſub medium*, adduximus: quibus nunc addimus, communem eſſe concluſionem, & Doct. ſententiam, poſſe Principem ex cauſa alicui auferre quod ei de iure gentium competit, vt patet ex relatis pariter, ac probatis à Gabr. *d. tit. de iur. quæſ. non tollend. concl.* 2. *numer.* 1. & poſſe ex cauſa limitare legem diuinam, & naturalem, præter Felin. Abb. Dec. & alios *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* notat Tiraq. *in præfat. tract. de pœn. temperand. ante remiſ. numer.* 30. *in fin.* per text. *in l. ſi hominem, ff. mand.* de quo nos aliquid infrà *cap.* 5. *quæſt.* 1. *ſuppoſ.* 1. adhuc negari poteſt, eſſe de iure gentium, aut naturali liberam teſtandi facultatem, ſed ſolùm naturali cuidam æquitati eam conuenire, vt patet ex adductis *d. concl.* 1. *& 2. ad fin.* Neque id probatur † ex *d. §. deportati, & l. milites.* aliud enim eſt, libertatem teſtandi eſſe de iure gentium, aliud de iure 94. gentiũ non requiri in teſtamento eas ſolemnitates, quas ius ciuile induxit. Sic etiam exponi poteſt lex XII. tab. quam refert Didac. à Spin. *in ſpecul. teſtam.* 1. *part. rubr. numer.* 3. in hæc verba, nullo valente citra illius (i. teſtatoris) voluntatem, nec ſi ſacram impetrauerit formam. Denique ſic intelligendi ſunt Archid. *in cap. Epiſcopus*, 88. *diſt.* Mart. Laudenſ. *in tract. de priuil.* §. 22. Rom. Fulg. & Corn. *d. l. ſi teſtamentum*, vbi de communi, Cranet. *conſil.* 296. *lib.* 2. quos refert Couar. *d. numer.* 7. *verſ. ſextò hanc ſententiam*, necnon Dec. *d. conſil.* 468. *numer.* 8. & alij apud Craſſ. *d. tract. de ſucceſſion. §.* 1. *numer.* 8. & quotquot dixerunt Principem non poſſe immutare vltimas voluntates, iiſve derogare vt ſolùm voluerint, id eum facere non poſſe ſine iuſta, & rationabili cauſa, prout à ſe relatos intelligit idipſum ſentiens Craſſ. *d. numer.* 8.

E contrario verò fundamenta, quæ Couar. *d. cap.* 6. *numer.* 1. *& tribus ſeqq.* ſibi ipſi obiicit pro ſententia affirmante, † poſſe etiam ſine 95. cauſa, & ex libero arbitrio ſuo Principem ſupremum vtentem plenitudine poteſtatis, ſeu poteſtate abſoluta commutare vltimas voluntates, eiſve derogare: pro qua ex Doctoribus ſuperiùs in hac ipſa concl. citat. ſtant Curt. iun. *d. conſil.* 1. *num.* 32.

numer. 32. & Castrens. *d. l. si testamentum, C. de testam.* Statueque videntur, qui voluerunt, posse Principem de plenitudine potestatis, & ex certa scientia, & cum clausula derogatoria, vel motu proprio auferri alicui rem suam etiam sine causa, vt Ang. *in l. item, si verberatum, §. 1. ff. de rei vendic.* Bart. & Ang. *l. 2. C. de quadrien. præscript.* & alij relati à Gabr. *d. tit. de iur. quæs. non tollend. conclus. 1. num. 1. in princip.* & à fortiori omnino stant, qui Principi absolutam potestatem in eo sensu concedunt, vt quicquid voluerit ei liceat, neque possit illi obiici, cur ita facis? quasi eidem integrum sit sine causa iuri etiam naturali, ac diuino derogare: quod tamen
96. vix crediderim † aliquem sensisse. nam Bald. qui anteſignanus eius opinionis, ac definitionis ponitur, expeti potest vel cùm Princeps derogat iuri naturali, ac diuino ex magna causa, vel de derogatione solius iuris humani positiui, vt patet ex ipso Bald. *d. l. 2. num. 42. C. de fernit. & aq.* vbi ait, Principem esse animal rationale rationi subditum: vel de priuatione actionis, seu dominij quæsiti artificio iuris ciuilis; & quidem tunc solùm cùm actio non habet æquitatem; vt patet ex eod. Bald. in locis ad id à Gabr. alleg. *d. conclus. 1. num. 17. & 18.* fundamenta, inquam, adducta pro hac sententia haud difficilè tolli possunt. aliqua enim ex illis solùm concludunt, licere Principi ex causa mutare vltimas voluntates, eisve in aliquo derogare: quale est primum fundamentum sumptum ex *l. legatum, ff. de vsu, & vsufructu. legat. & l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinent. & Clement. quia contingit, de relig. dom.* & Doct. per Couar. citat. *d. cap. 6. num. 1. verſ. prima, conſtat etenim*; ex quibus habetur, Principem posse commutare vltimas voluntates, neque mentio fit causæ ad id requisitæ: debet enim id suppleri ex aliis iuribus & communi interpretatione. Responsio autem Didac. à Spin. *in spec. testam. 1. part. rubr. num. 11.* & Couar. *d. cap. 6. n. 7. verſ. non obstant, & verſ. sic Iurisconsultus*, quòd ideo *d. l. legatum, ac l. legatam, & Clement. quia contingit*, concedatur supremo Principi libera commutatio vltimæ voluntatis, quia materia illa commutationis, hoc est, opera publica ciuitatum, Principis temporali administrationi, & gubernationi
97. speciali ratione subiacet, quoniam & ipse † administrator est ciuitatis; sicut & Rom. Pontifex est legitimus, & supremus administrator beneficiorum, ac piorum operum; non releuat: nam eo ipso, quòd vterque eorum administrator est, non autem dominus, vt post Gemin. & Archid. *cap. 1. dist. 12.* & eundem Gemin. *in cap. 1. col. 3. de summ. Trinit. lib. 6.* tradit Dec. *in cap. significasti, num. mihi 28. de elect.* & *ibi* Silu. Aldobr. *in addit.* referens eundem Dec. *in cap. constitutus, col. fin. in fin. de rescript.* de Papa quoad bona Ecclesiastica: non debet, aut potest damnum ille ciuitati, hic autem Ecclesiis, locisque ac causis piis inferre, neque iis aliquid auferre sine iusta causa: quod tandem de summi Pontificis commutatione, vt causa exigatur, fatetur Couar. *d. verſ. si Iurisconsultus, in fine.* Et licèt non pauci Doct. quos refert Crauet. *de antiq. temp. 2. partic. 1. part. princ. num. 34.* Gabr. *d. conclus. 1. numer. 9.* & Hoied. *tract. de incompet. be-*
98. *nef. 1. part. cap. 13. num. 58. in princip.* velint, † posse Papam aliquem priuare beneficio sine causa. verior tamen & fortasse communior est opposita, quam alij plurimi tenent relati à Gabr. *d. conclus. 1. numer. 10.* Hoied. *d. numer. 58. verſ. &*

quatenus, ac Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 10. numer. 20.* ex quibus Felin. hanc sententiam communiorem esse dicit. Quod autem vulgo dici
99. solet, † Papam habere plenitudinem potestatis, & esse dominum in beneficialibus, quod sentiunt allegati à Gabr. *d. num. 9.* & expressè tradunt citati à Menoch. *d. præs. 10. num. 18.* & probati à Mandos. *ad reg. 9. Cancell. quæst. 1. num. 3.* & Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 1. procem. num. 31. vsque ad 38.* ac Peregrin. *tract. de iuribus, & priuil. fisc. lib. 1. tit. 2. num. 1. vsque ad 24.* accipiendum est quoad ius beneficia conferendi, dum vacant; vt patet ex adductis à Gonzal. *d. §. 1. procem. num. 40. 41. & 45.* cum aliquot seqq. & hoc solùm probant text. *in cap. 2. de prabend. in 6. & Clement. 1. vt lit. pend. in fin.* quibus potissimùm nititur contraria sententia. Vel, vt ait Ioan. Azor *Institut. moral. p. 2. lib. 6. cap. 26. quæst. 1.* non intelligitur posse ius naturale, vel diuinum, si quod est in beneficiis, dissoluere, abrogare, vel mutare: sed quia ferè innumera sunt de beneficiis iure scripto Canonico constituta; ideo dicitur Papa plenè, & liberè posse de beneficiis statuere, cui licet in iis omnibus, quæ ius Canonicum circa beneficia constituit. Hinc est, vt Papa multorum beneficiorum conferendorum ius sibi reseruauerit vnà cum Ordinariis alternis vicibus; Legato de latere facultatem conferendi in suis prouinciis dederit; det expectatiuas, & gratias ad vacatura beneficia; conferat beneficia cum reseruatione fructuum, aut pensionum; & facultatem concedat has redimendi, vel transferendi; conferat beneficia ad tempus, & sub conditione, vel commendet in perpetuum; beneficiis etiam iam datis possit pensiones imponere; ac denique validè, licèt non licitè, aliquem suo beneficio sine causa valeat priuare. Idem dici potest de secundo fundamento, quod sibi obiicit Couarru. *d. cap. 6. num. 1. verſ. secundo*, hoc idem probatur; quòd
100. nimirum Princeps † possit derogare his, quæ iure tantùm humano statuta fuerunt, iuxta text. *in cap. proposuit, de conceſſ. prabend.* glos. communiter receptam *in l. vltim. C. si contra ius, vel vtil. publ. & in l. quoties, C. de prec. Imp. offerend.* ac tradita *in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit.* necnon *in rubric. & in l. 1. ff. & C. de legib.* Libera verò testandi facultas iure humano ciuili competit, *l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. & §. disponat, in auth. de nupt.* glos. *in l. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Bart. & alij *in rubric. ff. de acquir. hered.* igitur Princeps poterit hanc libertatem testandi tollere, siue derogare; ad quod est optimus text. *in l. testandi causa, C. de testament.* Nam, præter responsionem ipsius Couarru. *d. numer. 7. verſ. secunda prioris sententia ratio*; nimirum liberam testandi facultatem iure gentium hominibus competere; & ideo non posse Principis rescripto, nec eius auctoritate tolli, cùm iuri gentium derogari nequeat sine causa; vt constat ex adductis à Gabr. *d. tit. de iur. quæsit. non tollend. conclus. 1. numer. 1.* iuncta *conclus. 2. numer. item 1.* & per nos suprà *cap. 3. quæstio. 1. conclus. 1. circa med.* quoniam non ita certum est, eam libertatem testandi iure gentium inductam esse, vt patet ex allegatis per nos *d. conclus. 1. ad fin.* dicimus, quòd
101. † vbi etiam hæc libertas solùm de iure ciuili sit, adhuc cùm saltem habeat annexam quandam naturalem æquitatem, vt satis colligitur ex *d. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* & apertiùs ex *l. qua*

ratione, §. ha quoque res, ff. de acq. rer. dom. & §. per traditionem, Inſtit. de rer. diuiſ. non potuit tolli à Principe ſine cauſa, iuxta cõmunem opinionem, de qua latè Gabr. *d. concluſ. 1. n. 17. verſ. contrarium Bald. & n.* 18. tradentem, dominium quæſitum de iure ciuili, quod habet annexam æquitatem, à Principe tolli non poſſe ſine cauſa. quod etiam ſentium alij laudati ab Alphonſ. Hoied. *d. tract. de incompatibil. benef. 2. part. cap. 12. num. 40.* ex communi. Tertium
102. verò fundamentum, quia † etiam in præiudicium alterius poteſt Princeps tollere ab aliquo impedimentum, quod eum incapacem alicuius iuris efficit, *l. quamuis, ff. de natal. reſtit. & §. ſi quis verò habens, in auth. quib. mod. natur. effic. legit.* Item quartum, quia, licèt legibus publicis illegitimi, & ſpurij nequeant parentibus ſuccedere teſtatis, vel inteſtatis; Princeps tamen liberè poteſt illegitimos, & ſpurios idoneos facere, vt capiant parentum, & cognatorum, agnatorúmque hereditates, *d. §. ſi quis verò non habens*, necnon *§. illud tamen à nobis, in auth. quib. mod. nat. effic. ſui. cap. per venerabilem, qui fil. ſint leg.* & notatur *in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſthum.* præterea quintum ſumptum ex gloſ. celebri, & recepta *in cap. 1. §. naturales, ſi de feud. defunct. contem. fit inter dom. & agnat. vaſal.* quæ habet, Principem poſſe illegitimum proprio reſcripto legitimum efficere expreſſim ad feudum conſequendum, licèt alioqui naturalis illegitimus, & reſcripto Principis legitimatus non poſſit feudum habere, *d. §. naturales*, cum aliis ad id alleg. ab eod. Couar. *in epit. de ſponſ. & matr. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 27. & §. 9. num. 7.* Ac denique ſextum fundamentum deſumptum ex eo, quod reſpondit Curt. iun. *conſ. 1. num. 23.* feminam, & ab ea deſcendentes alioqui à feudorum ſucceſſione conſtitutionibus feudalibus excluſos *cap. 1. §. hoc autem notandum, qui feud. dar. poſſ. cap. 1. §. filia, de feud. ſucceſſ. cap. 1. §. profectò, de leg. Conrad.* poſſe Principis reſcripto fieri eius iuris capaces. Hæc, inquam, quatuor fundamenta vnica reſponſione, & quidem optima, euertit Couar. *d. numer. 7. verſ. tertiò non obſtat, cum tribus ſeqq.* quòd inde ſolùm probatur, poſſe Principem derogare prædictis iuribus per ſe conſideratis, etiam ad effectum, vt incapax de iure ſuccedat; non autem vbi ſpeciatim vel ex contractu, vel ex diſpoſitione cauſa mortis, quam vocant vltimam voluntatem, quis incapax effectus fuerit. Septimum autem eiuſdem ſententiæ fundamentum, quod ſumitur ex auctoritate Curt. iun. *d. conſ. 1. num. 32.* exiſtimantis, poſſe Principem ſupremum proprio reſcripto feminas ad feudum admittere, licèt ex feudali inueſtitura expreſsè feminæ ab illius feudi ſucceſſione excluderentur; idque præcipuè ex gloſ. *d. §. naturales*, facilè tollitur; quia gloſ. hoc non aſſerit, ſed ſolùm id, ad quod fuit in quinto fundamento allegata: quare de Curt. auctoritate hac in re non eſt curandum; maximè cùm eius ſententiam falſam eſſe, ex prædictis deducatur. Poſtremum denique fundamentum illud eſt, quòd plerumque vltimæ voluntates refragantur communibus, & primæuis iuris regulis, ac deciſionibus; cuiuſmodi ſunt primogenia, & fideicommiſſa, in quibus à ſucceſſione excluduntur vel feminæ, vel etiam aliqui filij maſculi, dempta legitima; cùm tamen omnes æquè ad ſucceſſionem ex iuris diſpoſitione admittantur: quare tunc ſaltem poterit liberè Princeps, ac ſine cauſa illis voluntatibus derogare, eáſque commutare ad ius illas commune reducendo; nam ea, quæ alioqui fieri non poſſunt, † permittuntur, ſi per 103.
eum actum ad ius commune reditur, vt not. Bart. *in l. omnes populi, col. 11. verſ. iuxta praditta quære, ff. de iuſt. & iur.* colligitúrque ex aliis adductis per Couarr. *d. cap. 6. num. 4.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 7. num. 9. vſque ad 14.* & nos ſuprà *cap. præcedent. quæſt. 5. concluſ. 2. circa medium.* Ad hoc autem fundamentum reſpondetur primò cum Couar. *d. cap. 6. num. 7. verſ. vltima ratio*, quòd, cùm teſtator iure permittente eas leges teſtamento, fideicommiſſo, & primogenio adſcripſerit; non apparet, cur Princeps illam vltimam voluntatem poſſit mutare ex ea cauſa, quòd velit diſpoſitionem teſtantis reducere ad iuris communis regulas; quæ minimè obtinent, nec obtinere debent vbi teſtator aliter ſuo teſtamento decreuerit: alioqui fatendum eſſet, poſſe teſtamentarias diſpoſitiones per Principes reduci ad iuris communis deciſiones; quod falſiſſimum eſt, inquit Couarr. quandoquidem teſtator eodem iure permittente liberè ita potuit teſtari. quare ſubdit, non poſſe id à Principe fieri, niſi ex cauſa vtili Reipublicæ. Reſpondetur ſecundò, ex ea ratione concludi tantùm, poſſe tunc Principem vel ex quauis etiam leui cauſa mutare vltimas voluntates, cùm per commutationem huiuſmodi reditur ad ius commune, quoniam tunc ille reditus adiuuat, & complet cauſam illam leuem, quæ ex ſe non eſſet ſufficiens ad commutandum; vel etiam ſine cauſa, ſaltem ex poteſtate abſoluta tunc, cùm per commutationem reditur ad ius commune, non indiſtinctè, ſed illud tantùm, quod non eſt abrogatum per aliam legem, vt in caſibus propoſitis, fideicommiſſi, & primogenij, & aliis, qui non habent annexam æquitatem. quod ſuaderi poteſt ex quamplurimis Doct. quos refert, & ſequi videtur Ant. Gabr. *com. concl. lib. 3. tit. de inr. quæſt. non tollend. concluſ. 1. num. 17. & 18.* aſſerentibus, poſſe Principem ſine cauſa tollere dominium, & ius alicui quæſitum artificio iuris ciuilis, quando illud dominium non habet annexam æquitatem. ſecus verò erit, ſi aut per commutationem redeatur ad ius antiquum abrogatum per aliam legem; lex enim abrogata ampliùs non meretur nomen legis, cùm poſteriores leges derogent prioribus contrariis, *l. ſed & poſteriores, ff. de leg. cap. cùm expediat, de elect. in 6. cum ibi not. & ſuis concord.* & hoc dumtaxat probat ratio Couar. aut illud ius ciuile, ſeu commune, cuius artificio quæſitum eſt ius, ſeu dominium, habeat annexam æquitatem; tunc enim non poterit Princeps ſine cauſa illud tollere, vel immutare, vt ſentiunt omnes præcit. Doct. Et ſic ex huius noſtræ 2. reſponſionis priori parte habetur ſublimitatio; ex poſteriori autem ampliatio limitationis ſuperiùs allatæ ad hanc primam concluſ. præſentis quæſt. ex reſponſione verò Couar. habetur altera eiuſdem limitationis ampliatio, quæ non ita certa eſt ex prædictis. Magis verò certa eſt illa, quam illationis nomine idem Couar. affert *d. cap. 6. num. 8.* vt † neque de abſoluta poteſtate va- 104.
leat Princeps indiſtinctè commutare vltimam voluntatem in eum ſenſum, vt ſine cauſa poſſit etiam iuri naturali, & diuino derogare; vt probant rationes allegatæ ibidem à Couarru. & nobis circa initium huius quæſt. quam tamen ampliationem tempera iuxta quatuor illos modos diſtinguendi in ſupremo Principe abſolutã poteſtatem ab ordinaria, quos approbauimus ſtatim ante initium huius concl. Pariter magis certa, & admittenda eſt illa ampliatio, quam ſimiliter ſub illationis nomine

adducit

adducit ipſemet Couar. *eod. cap.6.n.9. in princ.* con-
105. tra Caſtren. *d.l.ſi teſtamentum, C.de teſtam.* vt † nec poſſit Princeps derogare indiſtinctè vltimis voluntatibus ex ſola oppoſitione clauſulæ,*ex certa ſcientia*;
106. quoniam omnis actus † ab agentis voluntate,& potestate pendet, *cap.cùm ſuper, de offic.deleg.l.nemo poteſt,ff.de legat.1.* id quod ex Bart.adnotauit etiã Bald. *in l.1.num.55.C.de ſacroſ.Eccl.* nihil etenim ad agendum prodeſt voluntas, ſi deſit poteſtas; rurſúſque nihil agitur ex poteſtate, ſi non adſit voluntas. quare,ſi Princeps non poteſt, etiamſi velit, tollere priuatorum teſtamenta,nil refert ipſius reſcripto clauſulam,*ex certa ſcientia*,adſcriptam eſſe. eadem ratione, (ſubdit ibidem Couar.) parum proderit, quòd Princeps in his teſtamentorum priuatorum derogationibus vtatur clauſula, *non obſtantibus*, vtcumque generaliter,aut ſpecialiter concepta, etiamſi in ſpecie expreſſum fuerit,non obſtante *l.ſi teſtamentorum, C. de teſtam.* quia, cùm in Principe deſit libera poteſtas derogandi teſtamentis,nihil agitur,etiamſi eidem legi nominatim derogetur. Neque huic ampliationi obeſt,quòd clauſula,*ex certa ſcientia*,actum nullum, & inualidum confirmat, ex multorum ſententia,quos refert,& ſequitur Ant.Gabr.*comm.concl. lib.6.tit. de clauſ.concl.1. n.1.* nam loquuntur ij Doct. quoad confirmationem actus non à ſupremo Principe,ſed ab inferiore geſti,vt etiam patet ex iis,quæ Gabr.affert *d.concl.1.num.2.* Potiùs verò admittenda eſt illa eiuſdem ampliationis ſublimitatio, vt non procedat in caſibus, in quibus Princeps poteſt vtens plenitudine poteſtatis, ſeu abſoluta poteſtate vltimam volũtatem ſine cauſa commutare, vt cùm diſpenſat tantùm in iure humano, iuxta primum, & quartum modum, diſtinguendi in ſupremo Principe abſolutam poteſtatem ab ordinaria, quos ſtatim ante hanc primam concluſionem attulimus. nam
107. clauſula, *ex certa ſcientia*, † idé importat quod clauſula, *ex plenitudine poteſtatis*, vt multi tenent, quos recenſet idem Gabr.*d.concl.1.num.6.*quamuis & hoc valde dubium ſit ex adducẽdis *cap.7.queſt.2. concl.2. in 2.effect.& concl.3.in 5. effect.* omnino verò admittenda non eſt ſublimitatio illa, quòd quando iunguntur prædictæ duæ clauſulæ, nimirum, *ex certa ſcientia,&,non obſtante*, tunc operentur etiam in notabile præiudicium tertij, vt poſt alios tradit Gabr. *d.concl.1. num.10.* hos enim omnes intelligere debemus, dummodo adſit cauſa iuſta. præterquam quòd iam prædicta clauſula, *ex certa ſcientia*, per ſe vim habet clauſulæ,*non obſtante*; & hunc tamquã vnum ex effectibus clauſulæ,*ex certa ſciẽtia*,pluribus relatis ponit Gabr.*cad.concl.1. n.20.* Tertia ampliatio huius eiuſdem principalis limitationis, quam ſimiliter
108. affert Couar.*d.num.9.verſ.tertio deducitur*,ea eſt,vt † neque poſſit Princeps ex libero arbitrio, ſeu ſine cauſa derogare voluntati teſtatoris quoad partem; quia hac in re idem eſt de parte, quod de toto. cùm Princeps non poſſit voluntatem priuatorum de rebus propriis diſponentium mutare; mutatur autem vltima voluntas, etiamſi quoad partem ei derogetur: ſicut nec Princeps poteſt à priuato inuito auferre partem prædij,cuius is dominium habet.ex quo infert nec leges priuatim appoſitas in contractibus, vel teſtamentis ab his,qui proprium dominium habent, ſubmitti libero Principis arbitrio. Quarta ampliatio dictæ limitationis ſumi poteſt ex Bart.*in l legatum,num.4. ff.de vſu.& vſufr.leg. & in l. liberto,§. Lucius Titius,num.2. ff.de ann.legat.* afferen-
109. te, † non poſſe etiam Principem commutare relictum,quod poteſt de iure,& facto impleri, quando teſtator expreſsè diſpoſuit, quòd illo non facto re-

uertatur ad heredem,per text.*d.§.Lucius Titius, & l.quidam, ff.de vſu, & vſufr. leg.* ex quibus idipſum probat Angel. de Gambellion. *in ſuo tract.de teſtam, gloſ.13. circa med.verſ. quandoque pecunia.* Quintam ampliationem colligere poſſumus ex eod. Couarr. *d.cap.6.num.10.in princ.& verſ.quarò,non tantùm,ad fin.* quòd, † vbi teſtator iure communi abſque li- 110.
centia,& priuilegio Principis potuit prohibere alienationem, etiam ex cauſa dotis ſoluendæ,vel reſtituendæ,quod contingit in iis rebus, de quibus liberè poterat teſtator diſponere, & iure fideicommiſſi teſtari; non poterit Princeps proprio reſcripto derogare voluntati, & expreſſæ prohibitioni,ne ea bona ex cauſa dotis alienentur, aut dotis reſtitutioni obligentur. Nec oberit,inquit,cauſam dotis eſſe fauore dignam, & id reipublicæ conuenire; cùm id verum ſit, modò non fiat præiudicium alteri, qui dominium rerum iuſtè acquiſierit; non enim conuenit reipublicæ, dotem conſtitui ex alterius patrimonio contra eius voluntatem,niſi in caſibus à iure iã expreſſis, & eis ſimilibus. Quòd ſi habita à Principe licentia, (ſubdit *ibidem* Couar.) teſtator, qui alioqui id agere non poterat, prohibuerit alienationem rerum etiam dotis cauſa, tunc Princeps ei voluntati labente tempore derogare valebit. Ex qua poſteriori parte huius ampliat. principalis limitationis habes eiuſdem limit. ſingularem ſublimitationem. quæ etiam maximè confirmatur ex ſeq. ſublimitatione,quam colligimus ex eo,quod tradit, & ſatis comprobat idem Couar. *d. cap. 6. num. 1. in princ.& num.10.verſ.quod verò obiter*,† quòd vbi pri- 111.
mogenia inſtituta fuerint ex licentia ſupremi Principis, eiúſque auctoritate aduersùs iuris prohibitionem, cui Princeps ipſe proprio priuilegio derogat, poteſt Princeps etiam ſine cauſa mutare leges & conditiones his maioritatibus appoſitas, quoties ius alteri verè quæſitum minimè ex ea derogatione ſeu mutatione tollitur. Ad quod etiam optimè facit, quod plerique tradunt apud Ant.Gabr. *d.lib.3. com. concl.tit.de iur.queſ.non tollend.concl.1. num.16.* poſſe Principem ſine cauſa auferre dominium rei quæſitum facto & conceſſione ipſius Principis. & licèt Gabr. *ibidem in fin.*dicat, hoc non poſſe procedere, ſi teneatur, quòd in beneficialibus Papa non poſſit priuare ſine cauſa beneficiatum beneficio ſuo, quod & nos tenuimus *ſup. hac eadem concluſ. circa med.* & contrarium eius,quod docet Couar. conetur probare Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib.1.§.1. num.32.* quem ſequitur Marta *in tract.de iuriſd.per, & inter iud.Eccl. & ſecular. exercen. part.4.caſ.74. num.14.* tamen ſaltem procedit quoad hoc, vt † mutare poſſit Prin- 112.
ceps talem vltimam voluntatem, vbi per eam adhuc alteri non ſit ius quæſitum, ſed ſolùm quærendum. quo caſu ius poſſe à Principe tolli,communis eſt Doct. reſolutio *in d. l. Gallus,§.& quid ſi tamèn, ff.de lib.& poſthum.* ſentiúntque allegati per Gabr.*d. concl.1.num.22. &* 25. ex quo etiam auctore *d.concl. 1.cum ſex ſeqq.*peti poſſunt aliæ declarationes totius huiuſce concluſionis,ac ſimul etiam ex iis, quæ latè tradit Peregr.*tract.de iurib. & priuil.fiſc.tit.de habent. iura fiſc.ferè per tot. & tit. de bannit. & damnat. reſtit. n.25. vſque ad* 43. *& n.48. vſque ad* 59.*& tract.de fideicom. art.* 52. *à n.116. ad* 158.ac per nos infrà *cap. 9. queſt.5. concl.* 11. vbi de poteſtate Principis in derogãdo fideicommiſſis per reſcriptum ex propoſito, & latius agemus. Interim autem concluſ.huic iam tandem ex his finis ſit; ſi priùs illud admoneamus, † cauſam iuſtam in ſupremo Principe commutante 113.
vltimam voluntatem ſaltem aliquando in dubio præſumendum eſſe,per ea,quæ de Principe auferen-

te alicui dominium, aut ius quæsitum, post alios tradit Gabr. *d. tit. de iur. quæst. non tollend. concl. 3. num. 4.* quod tamen latius examinabimus *cap. seq. quæst. 1.* vbi simul cum quæst. 2. fusiùs agemus de causis commutationis vltimarum voluntatum. nunc verò ad postremum huius quæst. concl. tranſeamus.

SECVNDA CONCLVSIO. Princeps sæ-
114. cularis etiam supremus † non potest vltimas voluntates pias commutare. Probatur primò, quia laicus
115. quilibet † nequit de rebus Ecclesiasticis, & ad pietatem pertinentibus disponere, ac statuere, vt constat ex *cap. bene quidem. 96. distinct. vers. cæmque lecta esse, ac seqq. cap. quæ in Ecclesiarum, & cap. Ecclesiæ S. Mariæ, de constit. cap. aduersus, vers.* seu §. *quæ vero. ac. ibi mun. Eccl. cap. fin. de reb. Eccl. non alien. & c. 2. eod. tit. in 6.* ad quod faciunt etiam iura, in quibus habetur, Episcopis competere executionem vltimarum piarum voluntatum, vt *l. nulli, C. de Epiſc. & Cler. §. si quis ædificationem, & §. si quis autem, auth. de Eccleſ. tit. collat. 9. cap. nos quidem, cap. si heredes, cap. cum nobis, & cap. Ioannes, de testam. cap. 1. & toto fere tit. de relig. dom. vt sint Episc., fabiell. Clem. quia contingit, cod. tit.* cum ibi not. & suis simil. necnon Conc. Trident. *sess. 7. cap. vlt. sess. 22. cap. 8. & 9. & sess. 25. cap. 8. de reform.* Si igitur non potest laicus quicumque de hisce piis rebus disponere, neque etiam poterit dispositiones, quæ circa eas ab aliis factæ sunt, mutare, quoniam disponeret ipse de rebus, quæ sub eius dominio, & administratione non sunt.

116. Neque obstat huic fundamento, quòd † fori statuendi, & iudicandi, seu statutis ligari, & forum iudicij sortiri, a pari procedunt; vt post Innocent. *in rubr. de constit.* & *ibi* Butr. *vers. & nota*, Cuman. *cons. 139. col. 2. in princ.* Castrens. *cons. 69.* quod incipit, *visis, col. 2.* & alios trad. Dec. *cap. quæ in Ecclesiarum, num. 15.* seu *col. 2. in princ. & cap. Ecclesiæ S. Mariæ, num. 18. de constit.* necnon *cap. 2. num. 197.* seu *col. 18. in fin. de iudic.* & vbique Silu. Aldobr. *in addit.* eundem referens quoque *in cons. 283. col. 6. & cons. 196.* Potest autem nedum Princeps sæcularis, sed & quilibet iudex laicus † de causa pia cognoscere, vt
117. sentiunt Doct. relati, & probati a Couarr. *in cap. si heredes, num. 1. & cap. relatum, il. 1. num. 1. & 13. de testam.* immo etiam de ipsis rebus Ecclesiarum, ac piorum locorum, vbi Ecclesia ipsa lucrum velit conuenire, laicus iudex erit competens, vt constat ex *cap. cùm sit generale, & cap. si Clericus laicum, de for. compet.* Respondetur enim prædictam regulam, quòd forus statuendi, & iudicandi à pari procedunt, ita fore accipiendam, vt, qui non potest de aliqua re iudicare, nec possit de ea statuere; aut de qua potest statuere, possit etiam iudicare: non autem, vt de qua quis valet iudicare, valeat etiam statuere; aut de qua nequit statuere, nequeat etiam iudicare: tum quòd longè maius præiudicium paratur ex statuto, quam ex sententia, non solùm extensiuè, vt cum Philosophis loquar, quoniam ad plura se extendit statutum, quàm sententia, verum etiam intensiuè, quoniam à statuto regulariter non appellatur, sicut a sententia: tum quòd statutum, & dispositio de aliqua re supponit eius dominium, vel legitimam administrationem; sic sententia iudicis, quam is ferre debet, prout ius ipsum dictat. & iustitia exigit; atque adeò, si propria causa & vltima circa eam voluntate iudex laicus adeatur, non vt in aliqua re eam voluntatem immutet, aditur; sed vt heredem, aliúmve, qui ad id tenetur, iuris remediis compellat eandemmet in propria specie mutare executioni: laici autem, etiam Principes, non habent dominium, aut liberam administrationem bonorum ad Ecclesias, aut pia loca, & opera pertinentium, sed regulariter ea dependent a cura Ordinarij, & Ecclesiastica potestate; vt ex prædictis patet. & in specie, quòd † statuto locorum induci 118.
non possit commutatio piæ voluntatis, tenet Rip. *tract. de peste, tit. de remed. ad curan. pestem, num. 34.* Probatur secundò hæc eadem conclusio ex *Clement. quia contingit, in princ. de relig. dom.* vbi regula habetur, quòd nemo, præter Romanum Pontificem, potest pias vltimas voluntates in alium vsum, quàm destinatum conuertere. per quem text. ita in terminis tenet Aug. Bero. *cons. 22. num. 23. vol. 2.* post Roman. *sing. 480. incip. legatum factum ad pias causas,* & Bart. *in l. legatum, ff. de vsu, & vsufr. legat.*

Verum quoniam Concil. Trid. *d. sess. 22. cap. 8. de reformat.* excipere videtur † ab hac Ordinarij cura, 119.
& potestate ea pia loca, quæ sub Regum immediata protectione sunt; dum inibi decernit, ne huiusmodi hospitalia, & Collegia ab Ordinario visitentur sine Regum licentia, sub quorum immediata protectione sunt; *cap.* verò 9. statuit, administratores Ecclesiasticos, vel laicos fabricæ, & quorumcumque piorum locorum non teneri reddere rationem administrationis Ordinario, vbi in institutione, & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ id expressè cautum esset. ideo licèt videatur limitari posse hæc conclusio, vt in priori ex hisce duobus casibus ad commutationem illius piæ volùntatis ab Ordinario faciendam licentia seu consensus illorum Regum exigatur; in posteriori verò casu possit supremus Princeps vltimam piam voluntatem commutare, vbi iusta causa, & conditiones interueniant ad legitimam vltimæ voluntatis commutationem. Dicendum tamen est, tunc pro commutatione recurrendum esse ad Papam; quoniam in priori casu non nisi quoad visitationem, in posteriori solum quoad rationis redditionem Concil. Trident. aliquid laicis tribuit, vt ex eius verbis patet, quin etiam ob eandem rationem existimo, in neutro casu inibi à Cõc. fuisse Episcopis, aut aliis Ordinariis adempta eam commutandi potestatem, quam alioqui haberent, iuxta latiùs dicenda infra hoc ipso cap. *quæst. 11. cum trib. seqq.* An verò simus in casu loci pij, qui sit sub regia protectione, Episcopus iudicare debet, arg. *cap. si iudex. in princ. de sent. excom. in 6.* cum ibi not. & traditis per Franc. & alios *in cap. dilecto, de appellat.* & ita in specie *d. cap. 8.* declaratum audio à sacra Cong. eg. interpretibus eiusdem loci.

Sicut etiam omnino limitanda est † quoad cau- 120.
sas pias pietate erga patriam, de qua cap. præcedenti in initio; idque ob textus expressos *in l. legatum, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinen. l. pen. ff. de op. pub. & d. l. legatis, ff. de vsu, & vsufr. legat.* Quòd si quis pro complemento huius quæst. petat, an † Imperator in ca- 121.
sibus, in quibus possint supremi Principes, & inferiores vltimam voluntatem commutare, possit & ipse id facere quoad illorum subditos. Respondeo, dubium hoc pendere ex illo articulo, an Imperator sit Dominus totius orbis. In quo, licèt glos. *in l. bene a Zenone, C. de quadrien. præscript. & cap. per venerabilem, qui fil. sint legit.* Bart. *l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendicat. & l. 1.* vbi Bald. Castrens. & Ias. *C. de summ. Trin.* atque alij relati à Couar. *in rel. reg. peccatum. 2. part. §. 9. num. 7.* Gabr. *comm. concl. lib. 5. tit. de acquir. rer. dom. concl. 3. num. 6. 7. 8. & 9.* ac Fern. Vasq. *controuers. illust. lib. 1. cap. 20. num. 1.* teneant partem affirmatiuam. contrariam tamen, & verius, tenent alij, quos refert Gabr. *d. concl. 3. num. 10. & 11. & seqq.* & Cou. *d. num. 7.* qui eam latè comprobat *num. 6. 8. & 9.* sicut etiam Vasq. *d. cap. 20. ex num. 9.*

Digitized by Google

num.9. & cap.21. paſſim eandem veram eſſe oſtendentes, etiam quoad protectionem contra pleroſque relatos à Gabr. d. num.9. Vnde non poterit Imperator commutare vltimas voluntates, niſi in terris ſuo imperio nunc ſubiectis, quomodo poſſunt reliqui ſupremi Principes in ſuis regnis, vel dominiis. Quæ autem in contrarium allegantur, vel adduci poſſunt, procedunt de tempore, quo leges, & alij ſupemi Principes nondum partem aliquam terrarum Imperij cum eius iuribus donationis, contractus, præſcriptionis, aut alio legitimo titulo acquiſierant. licèt Vaſq. d.cap.20. num.34. poſt alios contendat numquam dominium totius orbis fuiſſe aut eſſe potuiſſe penes ſolum Imperatorem.

SVMMÆ RERVM.

122. *Principes ſeculares inferiores regulariter nequeunt etiam ex cauſa vltimas voluntates commutare.*

123. *Principes inferiores non poſſunt etiam ex cauſa priuare ſubditos ſuos dominio rerum ſuarum.*

124. *Principes inferiores poterunt commutare vltimas voluntates ſuorum ſubditorum, & eis dominium auferre ex cauſa, vbi talem facultatem in cõceſſione ſui dominij à ſupremo Principe acceperunt, vel præſcriptione acquiſierunt.*

125. *Principes inferiores commutare poſſunt vltimas voluntates non pias in caſibus, in quibus Epiſcopus poteſt pias.*

126. *Epiſcopus eſt Princeps inferior quoad ſpiritualia.*

127. *Principes inferiores commutare poſſunt vltimas voluntates quando poteſt quis priuata auctoritate, vel magiſtratus.*

128. *Magiſtratus inferior, ſeu index poteſt aliquando ex cauſa ſuam auctoritatem interponere ſuper commutatione vltimæ voluntatis, de conſenſu eius, de cuius intereſſe agitur.*

129. *Intellectus l. cùm hi, ff. de tranſact. & ibi, qualiter tranſactio ſuper alimentis legatis faciẽda ſit, habita etiam ratione cauſæ, modi, ac perſonarum; & quomodo in re prætor ſe gerat.*

130. *Tranſactio ſuper alimentis mortis cauſa datis nulla eſt, ſi prætor aditum ſine cauſæ cognitione tranſigi permittat, vel non de omnibus inquiſierit, quæ ius mandat.*

131. *Prætor, aut Præſes prouinciæ in inquiſitione, & interpoſitione decreti ſuper alimentis relictis in teſtamento, vel codicillis mandare alteri iuriſdictionem non poteſt.*

132. *Tranſactiones alimentorum quando apud procuratores fiſci, vel Cæſaris fieri poſſint.*

133. *Prætoris auctoritas requiritur etiam in tranſactione propria, nimirum ſuper lite de futuris alimentis.*

134. *Alimentorum legatorum nomine quænam veniãt: & tranſactio ſuper alimentis, qua contineat.*

135. *Tranſactio ſuper certa quantitate ſingulis annis relicta in aliam cauſam, quàm alimentorum, fieri poteris ſine prætoris auctoritate; idémque in alimentis præteritis, aut quæ aliàs, quàm cauſa mortis, debentur.*

136. *Index ordinarius poteſt interponere decretum in cauſis ſimilibus tranſactioni ſuper alimentis futuris alicui relictis. & cùm heres, ac legatarius non conueniunt in commutatione relicti ad certum vſum illicitum, vel licitum, vbi pecunia relicta non ſufficit; num.137.*

138. *Index ordinarius commutat vltimam voluntatem vbi, ſi defunctus ſciuiſſet certum obſtaculum ſuæ diſpoſitionis, aliud diſpoſuiſſet; dum tamen de nullius intereſſe, ſed ſola teſtatoris auctoritate agatur, aut cum aliqua diſpoſitio a iure improbatur ratione circunſtantiæ, quæ requirat cauſæ cognitionem, num.139.*

140. *Diſpoſitiones ipſo iure nullæ, aut ſuper cauſa nullitatis requirentes iudicis cognitionem, quæ ſint; remiſſiuè.*

QVÆRO TERTIO; an Principes inferiores, & magiſtratus aliquam vltimam voluntatem commutare poſſint?

Quæſtio hæc, vt de ſe patet, duas habet inſpectiones; alteram de Principibus ſæcularibus, qui ſupremi non ſunt; alteram de omnibus magiſtratibus, & iudicibus inferioribus: nam de Principibus Eccleſiaſticis non ſupremis, cuiuſmodi ſunt Legati Sedis Apoſtolicæ, & Epiſcopi, eorúmque Officiales, infrà hoc eodem cap. propriis quæſtionibus agemus. prædictas autem duas inſpectiones ad præſentem quæſt. pertinentes duabus concl. abſoluemus.

PRIMA CONCLVSIO. Principes ſæculares inferiores † regulariter nequeunt vltimas voluntates commutare etiam ex cauſa. Probatur ex eo, quod poſt Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, col.14. verſ. quarta declaratio, & ſeq. de conſtit.* Lofred. *conſ.30.n.7.* Bolog. *conſ.6. col. penult.* Ruin. *conſ.229. col.3. vol.1. & conſ.105. col. pen. vol.3.* tradit Ant. Gabr. *com. concl. lib.3. tit. de inſtr. quæſt. non tollend. concl.2. n.12.* † Principes inferiores non poſſe priuare etiam ex cauſa ſubditos ſuos dominio rerum ſuarum: vbi declarat gloſſam *in cap. conſtitutus, verbo, quacumque, de relig. domib.* Ial. *in l. Barbarius, col.7. verſ. nonò facit, ff. de offic. Prat.* Card. *conſ.85. col.2. in princ.* & alios, quos idem Gabr. refert *d. concl. 2. num.11.* tenentes, quòd Principes quoque inferiores à ſupremo poſſunt ex cauſa publicæ vtilitatis perpetuò priuare ſubditos re ſua; eóſque Doct. intelligit de Principibus inferioribus reſpectu Imperatoris; qui tamen in ſuis terris obtinent vices Imperatoris, vel, vt alij loquũtur, iura Imperij; non autem de Officialibus, aut Comitibus Palatinis, aut aliis dominis, qui recognoſcunt ſuperiorem. Id verò in terminis apertè ſentit Couar. *in cap. tua nobis, n.7. de teſtam.* dum poſt alios tradit, ſolum ſupremum Principem poſſe derogare vltimis voluntatibus: ſatíſque voluit gloſ. *Clement. quia contingit, verbo, Sedis Apoſtolicæ, de relig. dom.* & adhuc apertiùs poſt alios Aug. Berous *conſ.22. num. 18.23. & 44. vol.2.* 122.

Dixi autem, *regulariter*; quoniam regula huius concluſionis fallit in aliquibus caſibus. & primò, † vbi ex tenore conceſſionis dominij à ſupremo Principe huic inferiori factæ etiam hoc ius commutandi vltimas voluntates appareat conceſſum; prout quoad facultatem auferẽdi ius, ſeu dominium alteri quæſitũ, poſt Felin. *d. col.14.* & Marian. iun. *conſ.121. col. penult. vol.2.* docet Gabr. *d. concl.2. num.12.* ſentítque poſt alios Peregrin. *tract. de fideic. art.52. num. 124.* & Lud Rodolphin. *tract. de ſupr. ſeu abſol. Princ. poteſt. cap.2. num.12.14. & 15.* dum aſſerũt Papam, & Imperatorem poſſe aliis dare plenitudinem poteſtatis; quam idem Rodolphin. *num.17.* alios ſecutus videtur conceſſiſſe cùm aliquid concedit, quod ſine ea exerceri nequit: *d.* autem *numer.12. cum ſeq.* poſt nonnullos docet eandem poteſtatis plenitudinem acquiri poſſe per inueteratam conſuetudinem, vel immemorabilem præſcriptionem. Fallit ſecundò † in caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus commu- 123. 124. 125.

tare

igitized by Google

tare vltimas voluntates quoad pias cauſas, de quibus latè infrà hoc eodem cap. *quæſt.* 8. præcipuè vbi de facto nequeunt impleri, iuxt. *cap. nos quidem, de teſtam.* nam in iiſdem poterit hic Princeps ſæcularis inferior, ſeu non ſupremus commutare vltimas vo-
126. luntates profanas. nam etiam Epiſcopus † eſt huius generis Princeps quoad ſpiritualia, recognoſcens tamen in eiſdem ſuperiorem ſummum Pontificem; vt conſtat ex *cap. Cleros*, 21. *diſt.* & D. Ignat. *in epiſt. ad Trallianos*, cuius verba refert Anaſtaſius Germon. *lib.* 3. *de ſacror. immun. cap.* 8. *num.* 7. necnon ex D. Hilar. *in cap.* 26. *Matth. in fi.* ibi; ſpecialem tamen populi Principibus, id eſt, Epiſcopis in expectatione, aduentúque ſuo ſollicitudinem man-
127. dat. Tertiò fallit † in caſibus, in quibus poteſt quis priuata auctoritate commutare, præſertim conſentiente eo, ad cuius fauorem vltima voluntas emanauit, iuxta latè tradita *in quæſt.* 1. præſentis cap. maximè *concl.* 3. & 7. item vbi quilibet iudex ſuam ordinariam auctoritatem in commutationibus vltimarum voluntatum interponeret: qua de re mox *in ſeq. concl.* agemus. Sit igitur

SECVNDA CONCLVSIO. Magiſtratus in-
128. ferior, ſeu iudex † poteſt aliquando ex cauſa commutare vltimam voluntatem de conſenſu eius, de cuius intereſſe agitur, ſeu ſuper huiuſmodi commutatione auctoritatem ſuam interponere. Probatur tum ex *l.* 1. *C. de aleator.* aliàs *l. fin. C. de relig. & ſumpt. funer.* vbi, iungendo §. 1. cum §. *ſin autem*, cauetur, quòd, ſi victus in ludo, aut eius heredes repetere neglexerint id, quod victus victori perſoluerit, licebit præcipuè ciuitatis, in qua id factum eſt, patri, vel defenſori, aut procuratori fiſci, vel Cæſaris, illud repetere, & in opera ciuitatis expendere: defenſor autem ciuitatis licèt non ſit iudex ordinarius, habet tamen aliquam iuriſdictionem in ciuitate, vt patet ex toto titulo auth. *de defenſ. ciuit. collat.* 2. tum ex *l. cùm hi, in princ.* iuncto §. *eam tranſactionem*, §. *ſi cui non nummus*, & §. *ſi ad habitationem*, *ff. de tranſ-*
129. *act.* Vbi Vlpian. † orationem Marci Imper. qua effecit, ne aliter alimentorum futurorum mortis cauſa datorum tranſactio rata eſſet, quàm auctore prætore facta, ne ij, quibus alimenta relicta erant, facilè tranſigerent, contenti modico præſente, vel vt repræſentatam pecuniam conſumerent; exponens, quod ad rem noſtram attinet, in d. §. *eam tranſactionem*, reſpondit, poſſe alimentarium citra prætoris auctoritatem, (multo verò magis eodem auctore,) tranſigere, vt, quod per ſingulos annos ei relictum fuerat, mox conſequatur per ſingulos dies; & relictum in fine, vt initio anni accipiat: quia meliorem conditionem ſuam tali tranſactione alimentarius facit. *d.* autem §. *ſi cui non ſummus*, tranſigere non poſſe ſine prætore eum, cui frumentum, atque oleum, & cætera, quæ ad victum ſunt neceſſaria, annua, vel menſtrua relicta ſunt: ſi autem ita ſine Prætore tranſegerit, vt in vicem eorum nummum quotannis, vel quot menſibus acciperet, & neque diem, neque modum permutauit, ſed tantùm genus, (hoc eſt, prout ibi gloſ. recepta explicat *in verbo*, *genus*, vt pro frumento, oleo, aut vino, accipiat nummum, malè autem gloſ. addit exemplum, ſi tranſigens pro frumento accipiat vinum; huius enim rei ſtatim exemplum affert I.C. vt nunc videbimus,) vel e contrario, ſi pactus fuerit, vt in generibus alimenta acciperet, quæ in nummis ei relicta fuiſſent; vel ſi vinum pro oleo, aut oleum pro vino, vel quid aliud commutauit, veluti locum, vt, quæ ei erant Romæ alimenta relicta, in municipio, prouinciáve acciperet, aut contrà; vel perſonam, vt. quod à pluribus erat accepturus, ab vno, aut alium pro alio debitorem acciperet: hæc omnia (ſubdit l. C.) habent diſceptationem prætoris, & pro vtilitate alimentarij accipienda ſunt, hoc eſt, vt ibi exponit gloſ. *verbo, diſceptationem*, à laſ. & aliis approbata, ſi non ſit damnoſa tranſactio, tenebit ſine prætore, aliàs non tenebit. Debet autè apud prætorem, (vt ait l. C. *a. l. cùm hi*, §. *vult igitur*) de iſtis quæri; in primis de cauſa tranſactionis; deinde de modo; tertiò de perſonis tranſigentiù. In cauſa erit inquirendum, quæ cauſa ſit tranſigendi. Cauſæ huiuſmodi ferè ſolent allegari; ſi alibi domicilium habeat, alibi alimentarius habeat; aut, ſi deſtinet domicilium transferre alteruter eorum: aut, ſi cauſa aliqua vrgeat præſentis pecuniæ: aut, ſi à pluribus ei alimenta relicta ſint, & minutatim ſingulos conuenire difficile ei ſit; aut ſi qua alia cauſa ſit, vt plures ſolent incidere, quæ prætori ſuadeat tranſactionem admittere. Modus quoque pecuniæ, quæ in tranſactionem venit, æſtimandus eſt, vtputa quantitas tranſactionis. modus autem pro ætate eius, qui tranſigit, arbitrandus eſt, & valetudine: nam aliter cum puero, aliter cum iuuene, aliter cum ſene tranſigi palam eſt; conſtat enim alimenta cum vita finiri. Sed & perſonarum contemplatio habenda eſt, hoc eſt, cuius vitæ ſint hi, quibus alimenta relicta ſunt, vtrùm frugi vitæ, & qui aliàs ſufficere ſibi poſſint; an ſequioris, qui de alimentis pendeant, (hoc eſt, qui aliter viuere nequeant.) in perſona autem eius, à quo alimenta relicta ſunt, hæc erunt ſpectanda: in quibus facultatibus ſit, cuius propoſiti, cuiuſque opinionis: tunc enim apparebit, numquid circumuenire velit eum, cum quo tranſigit. Hæc Vlpianus. qui etiam eadem *l. cùm hi*, §. *ſi prætor, cum ſeq.* reſpondit, † quòd ſi prætor aditus, citra cauſæ cognitionem 130.
tranſigi permiſerit, tranſactio nullius erit momenti: prætori enim ea res quærenda commiſſa eſt, non negligenda, nec donanda. Sed & ſi non de omnibus inquiſierit, quæ oratio mandat, hoc eſt, de cauſa, de modo, de perſonis tranſigentium, dicendum eſt, quamuis de quibuſdam quæſierit, tranſactionem eſſe initam.

Iam verò ita in hac inquiſitione & interpoſitione decreti eſt à iure electa prætoris, ſeu iudicis ordinarij, vel Præſidis prouinciæ induſtria, *d. l. cùm hi, fere per tot. ff. de tranſact. & l. de alimentis, C. eod. tit.* vt † mandare ex hac cauſa iuriſdictionem, vel 131.
Præſes prouinciæ, vel prætor ipſe nõ poſſit; vt idem I.C. ait *d. l. cùm hi*, §. *ſed nec mandare*; ſubdens tamen *in* §. *tranſactiones*, qui ſtatim ſequitur, tranſactiones
alimentorum † etiam apud procuratorem Cæſaris 132.
fieri poſſe, ſi à fiſco petantur alimenta; ſecundùm quòd apud Præfectos ærarij tranſigi poteſt, (hoc eſt, procuratores fiſci, ſi lis agatur inter priuatos, & procuratorem Cæſaris, vt ibi exponit gloſ. *in verbo, præfectos*, per *l.* 1. & 2. *in fin. C. ſi aduerſ. fiſc.*) ex §. *verò ſeq.*
qui incipit, *ſi, cùm hi*, habetur, † huiuſmodi prætoris 133.
auctoritatem requiri non modò in tranſactione impropria ſuper futuris alimentis, prout idem eſt, ac conuentio, ſeu ſtipulatio; ſed de propria, cùm lis nimirum eſſet de alimentis; (nam, vt idem Vlpianus definit *in l.* 1. *ff. de tranſact.* qui tranſigit de re dubia, & lite incerta, neque finita tranſigit:) ne, inquit I. C. circumueniatur oratio; fingi enim lites poterunt, vt tranſactio etiam citra prætoris fiat auctoritatem.

Quamuis autem nomine alimentorum legatorum, præter cibaria, † veniat etiam habitatio, & ve- 134.
ſtimenta, *l. legatis, & l. fin. ff. de alim. & cib. legat.* tamen
qui

qui de alimentis tranſegit, non cenſebitur tranſegiſſe de habitatione, & veſtibus, vt reſpondit Vlpianus *d.l. cùm hi, §. qui tranſigit*; cùm, inquit, Diuus Marcus etiam ſpecialiter de iſtis tranſigi voluerit: fauor enim alimentorum, vt ait ibi gloſ. ab aliis approbata, *verbo, veſtiario*, facit, vt eorum appellatio cùm de his præſtandis tractatur, largiùs accipiatur; ſtrictiùs verò, cùm de his finiendis per tranſactionem agitur. Cæterùm attendendum eſt, an in cauſam alimentorum, aliámve certa quantitas ſit alicui in ſingulos annos relicta: nam ſi in
135. aliam, puta pro ſalario, vel vſufructu: tunc † tranſactio, vt ait idem I.C. *d.l. cùm hi, §. ſi in ſingulos*, etiam ſine prætore fieri poterit: ſicut etiam poterit ſine prætore tranſigi de alimentis præteritis, vt reſpondit Imper. *d. l. de alimentis, C. de tranſact.* necnon de alimentis, quæ non in teſtamento, aliáve ſimili vltima voluntate relicta ſunt; ſed ex contractu debentur, vt Bart. & alij ſcribent. ibidem adnotarunt, necnon gloſ. recepta *d. l. cùm hi, in princ. verbo, alimentorum*, per text. eadem *l. cùm hi, §. planè*, ibi, planè de alimentis, quæ non mortis cauſa data ſunt, licebit & ſine prætore auctore tranſigere. Qua de re, præter Doct. ibi, videri poteſt Simoncell. *tract. de decret. tit. 8. inſpect. 11.*

Denique id, quod hucuſque in hac 2. concl. diximus, poſſe iudicem ordinarium commutare vltimam voluntatem in tranſactione ſuper futuris alimentis relictis, vbi ex ea poteſt præiudicium irro-
136. gari tranſigenti, admittendum putamus † etiam in ſimilibus cauſis fauorabilibus; in his enim fit extenſio ad ſimiles caſus etiam quoad exorbitantia à iure, ex traditis per Euerard. *à loc. legal. à ſpeciali num. 5.* atque item in caſibus, de quibus Bart. *in l. legatum, num. 4. & 5. ff. de vſu & vſufr. legat. & in tract. de Minorit. lib. 2. diſt. 1. cap. 3.* vbi in
137. ſpecie docet, † quòd, ſi heres, & legatarius non conueniunt in commutatione relicti ad certũ vſum illicitum; vel ad vſum licitum, ſed pecunia relicta non ſufficit; tunc iudex erit medius, cuius auctoritate commutabitur, arg. *l. 1. & l. in coniunctione, C. de nupt.* facit etiam text. *d. l. legatum*, ibi; adhibitis heredibus, & primoribus ciuitatis, diſpiciendum eſſe, &c. iudex autem magis fauebit voluntati eius, cui relinquitur, quàm eius, à quo relictum eſt, argum. *l. legatam, in princ. verſ. ſi verò plures, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. & l. de die, ff. qui ſatisd. cog.* Tandem prædictis caſibus, in quibus iudex vltimam voluntatem commutare quodammo-
138. do poteſt, addimus eum, † qui colligitur ex *l. Quintus Mutius, §. Pomponius*, aliàs *l. in teſtamentis, §. ad auctoritatem, ff. de ann. legat.* vbi, cùm Pomponius I.C. *in verſ. itaque*, de illa Quinti Mutij ſcriptura, liberi mei ibi ſunto, vbi eos mater ſua eſſe volet; reſpondiſſet, nullam ex ea obligationem induci, (quæ nimirum pariat actionem, vt omnes exponunt,) ſed ad auctoritatem defuncti conſeruandam pertinere, vt, vbi mater iuſſerit, ibi ſint filij; nec tamen ſemper voluntatem eius, aut iuſſum conſeruari debere; veluti, ſi prætor doctus ſit, non expedit pupillum ibi morari, vbi pater (vel potiùs, mater,) iuſſerit propter vitium, quod pater (aliàs, mater) fortè ignorauit in eis eſſe perſonis, apud quas morari iuſſit. in fine illius leg. concludit I. C. & in omnibus, vbi auctoritas ſola teſtatoris eſt, (vbi nimirum non agitur de alicuius intereſſe, aut commodo, prout omnes intelligunt,) neque omnimodo ſpernenda, neque omnino obſeruanda eſt; ſed interuentu iudicis hæc omnia debent, ſi ad turpem cauſam referuntur, ad effectum perduci. Ac præterea illum generalem caſum addere poſſumus, † quoties teſtatoris voluntas, ſeu alia diſpoſitio à iure improbatur ratione alicuius circumſtantiæ, quæ requirat cauſæ cognitionem, prout in caſu *l. & ſi quis, §.* ſeu *verſ. quid ergo*, iuncto præced. *ff. de relig. & ſumpt. fun.* vbi de impenſa funeris ab aliquo facta, & iudice æſtimanda loquens Vlpianus ait; quid ergo, ſi ex voluntate teſtatoris impenſum eſt? ſciendum eſt nec voluntatem ſequendam, ſi res egrediatur iuſtam ſumptus rationem. Quòd ſi aliqua diſpoſitio à iure eo ipſo reiiciatur; ita, vt neceſſaria non ſit aliqua iudicis diſcuſſio, ſeu cauſæ cognitio. tunc, licèt ad inſtantiam grauati poſſit iudex eam diſpoſitionem commutare; tamen id facere etiam poterit ipſe grauatus; vt ex iis patet, quæ adduximus ſuprà hoc ipſo *cap. quæſt. 1. concluſ. 5.* Quæ autem ſint eæ diſpoſitiones, quæ † ipſo iure 140.
nullæ ſint, neque requirant aliquam iudicis cognitionem; quæve ita à iure improbentur, vt tamen cauſæ cognitionem à iudice adhibendam exigant, colligere licet ex iuribus per gloſ. & Doct. allegat. *in d.l. & ſi quis, §. quid ergo, verb. ſequendam, ff. de relig. & ſumpt. funer. l. 1. l. conditiones, la 1. & la 2. l. filius, & l. quidam in ſuo teſtamento, ff. de condit. inſtit. l. ſi quis inquilinos, §. penult.* aliàs *fin. & l. ſeruo aliено, §. vlt. ff. de leg. 1. l. Quintus Mutius, ff. de ann. leg. l. facta, §. ſi ſub conditione, ff. ad Trebell.* cum aliis iurib. citat. per nos *cap. præced. quæſt. 5. & ſeqq.* necnon Card. Mantic. *tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. ex num. 12.* & Pereg. *tract. de fideicommiſſ. art. 11. à num. 1. vſque ad 118.* vbi etiam hi duo Doct. latè tractant, quandónam teſtatorum voluntates non ſint ſeruandæ.

Svmmæ Rervm.

141. *Papa ſuſtinet duas perſonas, alteram ſupremi Principis, alteram Vicarij Chriſti, & habet etiam poteſtatem temporalem in toto orbe in ordine ad ſpiritualia; num. 142. an verò eam habeat directè, remiſſiuè; num. 143.*
144. *Papa poteſt commutare aliquas vltimas voluntates.*
145. *Priuilegio concedi poteſt, quod fieri poteſt per legem.*
146. *Stylus Curiæ Romanæ facit ius.*
147. *Papa an poſſit contra ius naturale, aut diuinum diſpenſare.*
148. *Papa regulariter commutare poteſt omnes vltimas voluntates pias; & aliquot num. ſeqq.*
149. *Papa commutat donata ad pios vſus etiam per actum inter vivos.*
150. *Papa commutat vltimas pias voluntates etiam in terris Imperij, & vniuerſo orbe Chriſtiano; vbi quoque ſeruanda ſunt iura Canonica de cauſis piis diſponentia. quare Papa vbique partem piorum relictorum in certis caſibus Fabricæ S. Petri de Vrbe applicauit; numer. 151.*
152. *Cauſa requiritur in commutatione vltimæ voluntatis per Papam faciendæ ex ordinaria ſua poteſtate; licèt aly contrà, maximè cùm vtitur plenitudine poteſtatis.*
153. *Legatum certum ad certum opus non ſolet Papa commutare, ſed ſolùm incertum.*
154. *Papa non commutat vltimas voluntates cùm teſtator diſpoſuit, quid agendum in caſu non implementi, & interim ius alteri eſt quæſitum.*

155. *Papa commutare poteſt vltimas voluntates non pias, etiam extra terras Eccleſiæ, cùm id neceſſe eſt, vel valdè conducit ad eius regimen ſpirituale.*

156. *Commutatio vltimæ voluntatis non piæ à Romano Pontifice facta extra dominium temporale Eccleſiæ in dubio ſubreptitia cenſenda eſt ex defectu intentionis.*

157. *Papa commutare poteſt vltimas voluntates in alterius dominio temporali, ſi requiratur ab eo, qui non recognoſcit ſuperiorem in temporalibus. Item cum requiritur ex aliis cauſis, vt cùm aliquid ambiguum fuerit, & variatur iudicium inter iudices; num.* 158.

159. *Papa vacante Imperio commutare poterit vltimas voluntates ſubditorum immediatè Imperatori, quæ non niſi à ſupremo Principe commutari poſſunt.*

160. *Papa poteſt vltimas voluntates commutare in omnibus ferè caſibus, in quibus iudex Eccleſiaſticus poteſt inter laicos iuriſdictionem exercere; & qui ſint, remiſſiuè.*

161. *Papa commutare poteſt vltimas voluntates quoties in commutatione neceſſe eſt derogare iuri diuino naturali, ſed bonum ex tali derogatione prouenions illius iuris obſeruantiæ præponderat.*

QVÆRO igitur QVARTO, an Papa indiſtinctè valeat commutare vltimas voluntates?

Poſtquam egimus in tribus præced. huius cap. quæſtionibus de perſonis priuatis, ac publicis ſæcularibus, an, & quando poſſint commutare vltimas voluntates; reliquum nunc eſt, vt in ſequentibus quæſt. eiuſdem cap. videamus de perſonis publicis, ſeu ſuperioribus Eccleſiaſticis; & primò de Romano Pontifice, vt qui inter omnes primum locum obtinet.

Et quoniam, vt etiam initio 2. quæſt. admonuimus, † duas is perſonas ſuſtinet; alteram Regis, ac ſupremi Principis temporalis quoad ſuum temporale dominium; alteram ſummi Pontificis, de qua Chriſtus Dominus dixit D. Petro, eiúſque ſucceſſoribus Matth. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum*, &c. & Ioan. 21. *Petre amas me? paſce agnos meos, paſce oues meas*; & de vtraque paſſim in iure habetur, præcipuè *in cap. nouit, de iudic. cap. per venerabilem, qui fil. ſint legit. & Extranag. vnam ſanctam, de maior. & obed.* inter commun. & aliis iuribus *in fin. 3. concluſ.* allegand. Quoad priorem poteſtatem, ac perſonam ſatis de eo diſſeruimus *d. q.* 2. dum de Principe ſæculari egimus: quoad poſteriorem verò de eodem Romano Pontifice agendum nobis eſt in præſenti quæſt. ac ſimul quoad eam temporalem poteſtatem, quam † in toto orbe is habet in ordine ad ſpiritualia, vt omnes Doctores, tam Theologi, quàm Canoniſtæ ac Legiſtæ admittunt, vt videre eſt inter alios apud Illuſtr. Cardinalem Bellarmin. de Chriſtiana Repub. optimè meritum *tom. 1. controuerſ. controu. 3. gener.* quæ eſt de Romano Pontifice, *lib. 5. cap. 6. & ſeqq.* Pereg. *in tract. de iur. & priuil. fiſc. lib. 1. tit. 2.* qui eſt, *de iis, qui iura fiſcal. hab. num. 2. vſque ad 10. & num. 21. ac 30.* Lud. Molin. *tom. 1. de iuſt. & iur. diſput. 29.* Thom. Boz *de iur. ſtat. lib. 1. cap. 11. cum ſeqq.* Alex. Peſant. *de poteſt. tempor. Rom. Pont. in vniuerſ. orb.* Aluar. Pelag. *lib. 1. de planct. Eccleſ. art. 37.* Anaſtaſ. Germon. *de ſacror. immunit. lib. 3. cap. 13.* Dec. Nauar. & alios *in cap. nouit, de iudic.* Couar. *in relect. reg. peccatum, 2. part. §. 9. num. 6. ad fin. & num. 7. fere per tot.* Bart. *in l. 1. §. 1. ff. de requir. re.* Caſtald. *in tract. de Imper. quæſt. 50.* Fern. Vaſq. *controuerſ. illuſtr. lib. 1. cap. 21. num. 2.* ac nouiſſimè Iacob. Ant. Mart. *in tract. de iuriſd. per, & int. iud. Eccleſ. & ſæcular. exerc. part. 1. cap. 17.* & ſpiritualem potius, quàm temporalem eſſe monet Couar. *d. num. 7. verſ. primum, an verum ſit*; qui ſic intelligit text. *in cap. per venerabilem, qui fil. ſint legit.* præſertim *§. rationibus igitur*, cuius verba inſt. *concluſ. 4. huius quæſt. limit. 2.* referemus; necnon *cap. 1. in prine. iuncto §. fin. de homic. in 6. d. Extrau. vnam ſanctam, §. in hac, §. vtrique ergo, & §. quod etiam, de maior. & obed. in commun.* & alios plures, quibus probatur, ſummum Pontificem quandoque poſſe temporalem iuriſdictionem exercere. quicquid ſit de eo articulo, † an temporalem iuriſ- 143.
dictionem directè, & per ſe habeat ſummus Pontifex, ſiue in actu, ſiue in habitu in toto orbe; de quo diſputare, neque noſtri propoſiti eſt, neque præſentis inſtituti: conſulere autem poteſt quis, ſi lubet, præcit. Doct. ac præſertim Vaſq. *vbi ſub cap. 20. num. 2. & cap. 21. numer. 1.* Martam *d. part. 1. cap. 18. vſque ad 28.* & alios ab his alleg. Nos verò pro quæſtionis propoſitæ reſolutione nonnullas concluſiones ſtatuamus.

PRIMA CONCLVSIO. Certiſſimum eſt, † 144.
poſſe Romanum Pontificem aliquas ſaltem vltimas voluntates commutare. Probatur primò ex text. *in Clem. quia contingit, in princ. de relig. dom.* ibi, cùm tamen ea, quæ ad certum vſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium, (ſalua quidem ſedis Apoſtolicæ auctoritate,) conuerti. idque *ibi* adnotauit gloſ. *verbo, ſedis Apoſtolica*, Card. *not. 10.* Imol. *num. 9.* Vitalin. *numer. 17.* Anchar. *num. 2.* Abb. *num. 3.* Fel. *cap. cùm acceſſiſſent, num. 17.* Dec. *num. 11. de conſtit.* Roch. de Curt. *tract. de iurepatr. verbo, conſtruxit, quæſt. 11. & verbo, honeriſicum, num. 7. & 8.* quos tres ad id etiam refert, ac ſequitur Couar. *in cap. tua nobis, num. 7. de teſtam.* qui & idem tradit *lib. 3. var. reſol. cap. 6. numer. 7. verſ. ſic Iuriſconſultus*, vbi etiam allegat Driedon. *de libert. Chriſt. lib. 1. pag. 206. & 209.* idémque poſt alios docet Quintil. Mandoſ. *in prax. ſignat. grat. tit.* ſeu *verbo, commutatio vltimæ voluntatis, verſ. plures concludunt.* atque alibi ſæpe Doctores tradiderunt. Secundò probatur ex variis iuris Pontificij ſanctionibus per nos relatis *ſup. cap. 3. quæſt. 3. concl. 2.* in quibus commutatio vltimarum voluntatum vel permittitur, vel etiam præcipitur. quod autē per legem facere Pontifex poteſt, multo magis † facere poterit per reſcriptū, vel priuilegiū, 145.
quod eſt minus, minúſque præiudiciū infert ſaltem extenſiuè, quàm lex; cui enim licet, quod eſt plus, licet etiam quod eſt minus. *L non debet, ff. de reg. iur. & cap. cui licet, eodem tit. in 6.* Tertiò, quia paſſim in Romana curia expediuntur huiuſmodi vltimarum voluntatum commutationes; praxis autem, & ſtylus Romanæ curiæ † facit ius, *cap. ex litteris, de* 146.
conſtit. & cap. quam grauí, de crim. falſ. cum ibi not. & ſuis concord. Neque his obſtare poteſt, ſi dicatur, videri commutationem vltimarum voluntatum eſſe contra ius naturale, aut diuinum, ex adductis ſup. *cap. 3. quæſt. 1. & 2.* Non poteſt autem regulariter Papa † contra huiuſmodi ius diſpenſare, vt 147.
præter eos, quos ſequuti ſumus *tract. de decim. cap. 1. quæſt. 2. ſub num. 26. & cap. 5. quæſt. 2. concluſ. 2.* ac rurſus *in tract. de conſeruatorib. iudicib. cap. 5. num. 14.* latè tradit Alphonſ. Hoied. *tract. de Cler. & ce-*

rem.

rum exempt. 2. part. ampliat. 32. tamen ex cauſa poteſt contra vtrumque ius diſpenſare, vt plerique tradunt, quos ſequitur Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 6. num. 5.* & Hoied. *tract. de incompatib. benef. part. 1. cap. 19. num. 16. & 17.* Præterquam quòd non ita certum eſt, commutationem vltimarum voluntatum iuri naturali, aut diuino aduerſari; vt conſtat ex iis, quæ *d. quæſt. 1. & 2.* allegauimus.

148. SECVNDA CONCLVSIO. Poteſt Papa regulariter † commutare omnes vltimas pias voluntates, ſeu quæ piam cauſam concernunt. Probatur ex *d. Clement. quia contingit, in princ.* vbi cum in præfatione dictum fuiſſet, quòd xenodiorum, leproſariarum, eleemoſynariarum, ſeu hoſpitalium Rectores, ipſorum locorum cura poſtpoſita, bona, res, & iura eorumdem interdum ab occupatorum manibus excutere negligunt; quin immò ea collabi, ac deperdi, domos, & ædificia ruinis deformari permittunt; &, non attento quòd loca ipſa ad hoc fundata, & fidelium erogationibus dotata fuerunt, vt pauperes, infectique lepra reciperentur ibi, & ex prouentibus ſuſtentarentur illorum; id renuunt inhumaniter facere, prouentus eoſdem in vſus ſuos damnabiliter conuertentes; hæc verò loca, & alia huiuſmodi pia eſſe, piámque cauſam continere, ſup. *cap. præced. quæſt. 2. in princ. & concl. 2. circa initium* oſtendimus. id, quod ſtatim ſubiicitur; *cum tamen ea, quæ ad certum vſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium. (ſalua ſedis Apoſtolicæ auctoritate) conuerti*; proculdubio vel de iiſdem ſolis prouentibus, ac bonis ad piam cauſam erogatis, quorum mox mentio in præfatione facta fuerat, vel certè de iis quoque accipiendum eſt. atque ita, per eum text. poſſe Romanum Pontificem vltimas pias volũtates commutare, abſque vlla diſtinctione, tradiderunt Doct. *ibidem* communiter: ex quibus multos refert, ac ſequitur idipſum adſtruens Marta *d. tract. de iuriſd. part. 4. caſ. 74. numer. 4.* iuncto ſeq. ac tribus præcedentibus, atque ante eum Mar. Soc. *tract. de oblat. libell. 19. num. 6.* vbi in ſpecie idipſum extendit † quoad donata in pios vſus per actum inter viuos; ponderando præcipuè verbum, *largitione, in d. Clement. quia contingit*, poſt gloſ. *ibidem verbo, Largitione*; & ponderari etiam poteſt, verbum illud, *erogationibus*, quod pariter habetur *in d. Clem.* vt paulo antè vidimus; prout nos quoque latiùs vtrumque ponderauimus *cap. præced. quæſt. 1.* ferè per totum; idem quoque indiſtinctè tenet Staphil. *ſuper commiſſ. & litt. inſt. num. 79. & 80.* Couar. *d. lib. 3. var. reſol. cap. 6. num. 7. verſ. ſic Iuriſconſultus*, dicens, quòd Romanus Pontifex, vt probatur *in d. Clement. quia contingit*, pecuniam legatam in vſus pios ad beneficia, & ſacerdotia inſtituenda, & ad pauperum alimenta, poteſt in alia opera itidem pia commutare; cùm ipſe ſummus Pontifex horum omnium ſit legitimus ex Canonicis ſanctionibus adminiſtrator, & rector. Vnde in omni, & qualibet donatione, quæ Eccleſiæ fiat ad certum, & deſtinatum onus miniſterij Eccleſiaſtici, excepta intelligitur auctoritas ſummi Pontificis, cui, vt Præſidi Reip. Chriſtianæ licet ex iuſta cauſa diſpenſare vnicuique Eccleſiæ id, quod alterius membri proprium ſit, iuxta vtriuſque membri neceſſitatem, opulentiam, & inopiam; nec per hoc offenditur donatoris, aut teſtatoris voluntas: quod obiter, inquit, explicat Driedon. *de libert. Chriſt. lib. 1. pag. 206. & 209.* Hæc ibi Couar. Ampliatur verò hæc eadem

150. 2. concluſio, † vt poſſit Papa vltimas voluntates pias commutare non modò in terris Eccleſiæ, verùm etiam in terris Imperij, & vniuerſo Chriſtiano Orbe: in quibus etiam ſeruanda ſunt omnia iura Canonica, quæ de cauſis piis loquuntur, ac diſponunt; vt tradunt Doctor. communiter *cap. 1. cap. quæ in Eccleſiarum, & cap. Eccleſia S. Mariæ*, vbi inter cæteros Fel. *num. 94. de conſtit. cap. cum eſſes, & cap. relatum, il 1. de teſtam.* late Tiraq. *in tract. de priuileg. pia cauſ. poſt præfat.* ſtatim ante 1. priuilegium. atque id paſſim in praxi receptum videmus; cum vndique ad Romanum Pontificem propiorum legatorum, & aliarum vltimarum voluntatum ad pias cauſas conditarum, ſeu emanatarum commutatione ex omnibus Chriſtiani orbis partibus confugiatur.

Hinc etiam eſt, quòd plerique Romani Pontifices fabricæ ſancti Petri de Vrbe, ſeu illius collegio per priuilegium conceſſerunt, † vt, data negligen- 151.
tia, vel renitentia heredum in earumdem piarum voluntatum executione certa pars eorum, quæ Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, & aliis locis piis relinquuntur, eidem fabricæ applicata cenſeantur; vt patet primùm quidem ex Iulij II. conſtit. 23. in nouo Bullar. quæ incipit, *liquet omnibus*; in qua, quod ad hanc rem attinet, conſtituta, ſeu deputata certa perſona in Nuntium, & commiſſarium, ſub §. 12. ſeu *verſ. & ſimiliter*, ſtatuitur, quòd de his, quæ pauperibus, & aliis piis locis in genere, & abſque vlla ſpeciali determinatione, & propriis nominibus perſonarum non expreſſis relicta forent, tam pro præterito, quàm pro futuro temporibus componere poſſit; ita, vt, ſoluta aliqua pro dicta fabrica eidem Nuntio, aut deputando, ſeu ſubdelegando ab eo, ac in capſis ponenda, à reliquorum ſic relictorum reſtitutione ij, qui ad ea tenerentur, abſoluti exiſtant. *& §. 16. ac 17. iuncto* §. 18. relicta durante prædicta deputatione Eccleſiis, vel perſonis incertis, aut abſentibus, quarum merita notitia haberi non poſſit; necnon quæcumque in teſtamentis, donationibus cauſa mortis, codicillis, aut aliis vltimis voluntatibus pro redemptione captiuorum eadem deputatione durante relicta, fabricæ huiuſmodi applicantur. Secundò ex conſtit. 9. Clem. VII. in eod. Bullar. quæ incipit, *dudum*, vbi §. 4. *iuncto §. 5. 8. & 12.* conceditur, vt fabrica prædicta ad biennium à die publicationis illius conſtitutionis, & deinde ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ cum quibuſcumque vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, tam Eccleſiaſticis etiam Religioſis, quàm ſæcularibus per totum orbem conſtitutis; ſuper quibuſcumque male ablatis, & incertis, & de eis, quæ Deo, eius Sanctis, & eorum intuitu pauperibus, & aliis piis locis in genere, & abſque vlla ſpeciali determinatione, & propriis nominibus perſonarum non expreſſis, purè, in diem, vel ſub conditione etiam per viam ſubſtitutionis, vel tranſlationis, aut aliàs quomodolibet relicta fuerunt, ac biennio, & beneplacito huiuſmodi durantibus relinquantur, tam pro præterito, quàm futuro temporibus, etiam ante illorum purificationem, vel diei aduentum, aut ceſſionem componere; ita, vt aliàs obligati ſoluta aliqua quantitate pro dicta fabrica eidem collegio, à reliquorum ſic relictorum, malè ablatorum, & incertorum reſtitutione abſoluti exiſtant, & vltrà reſtituere minimè teneantur. Tertiò ex conſtit. 31. Pauli III. in eod. Bullar. incip. *dum ad vniuerſas*, vbi, §. 14. *ac 15. iuncto §. 35. 37. ac 45. cum ſeqq.* facta mentione, quòd Leo X. inter cætera hoc idem priuilegium ad triennium confirmauerat, eandémque

que facultatem certis ſuis Commiſſariis pro eo tempore deputatis conceſſerat, quibus etiam mandauerat, vt requiſiti ab executoribus teſtamentorum, vel certis locis, ac perſonis piis, quibus aliqua eſſent relicta, vel eorum nomine facta aliqua compoſitione cum eis ſuper certa parte, in quam conuenirent, fabricæ prædictæ applicanda; in quam quantum ad id, ipſorum teſtantium, & relinquentium in fauorem dictæ fabricæ voluntatem commutauerat: & ipſe eam facultatem Commiſſariis ab ipſo Collegio deputandis concedens confirmauerat; iterum confirmat, ac de nouo ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ concedit cum derogationibus ampliſſimis, quod idem priuilegium, ſeu indultum, ſimul cum aliis per ſe, ac prædeceſſores ſuos conceſſis, & confirmatis iterum confirmat, & quatenus opus ſit de nouo iterum concedit idem Pontifex in conſtit. 69. iuxta antiq. Bullar. incip. *cùm diebus.* Quartò ex conſtit. 15. Iulij III. accepimus; in qua, præmiſſo, quòd Præfecti fabricæ prædictæ in proſecutione exactionis relictorum ad pias cauſas factorum, & aliorum eidem per Iulium II. Leonem X. Adrianum VI. Clementem VII. & Paulum III. Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos applicatorum, & à te confirmatorum multas inuenerant donationes inter viuos factas, in quibus reditus, bona, ac res diuerſis Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, locis, ac perſonis piis, & pro donatorum, ſeu aliorum animabus elargita reperiebantur, quæ inexacta, & nó ſatisfacta remanebant ſub prætextu, quòd commiſſio exigendi ad donationes inter viuos non extenderetur; declarat, & vult illam ad eas extendi; ita, vt quinta pars bonorum, & rerum in eis donatarum ad opus dictæ fabricæ conuertatur, donatorúmque huiuſmodi voluntates quoad quintã partem præfatam commutat. Quintò, quia vbi etiam dici poſſit, hoc indultum, ſeu priuilegium fabricæ S. Petri, vt habere poſſit, certam partem relictorum ad pias cauſas data negligentia heredum vel executorum in eorum ſolutione reuocatum fuiſſe per Pium IV. in ſua conſtit. quæ incipit, *in Principis Apoſtolorum ſede*, éſtque in Bullar. antiq. 119. in nouo 94. dum in ea reuocantur omnia indulta, & priuilegia per ſe, ac Romanos Pontifices anteceſſores conceſſa etiam ad fauorem fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, quatenus aduerſantur decretis Concil. Trid. inter hæc verò illud reperitur *ſeſſ.* 22. *cap.* 8. *de reformat.* vt Epiſcopi etiam tamquã ſedis Apoſtolicæ delegati omnium piarum diſpoſitionum ſint executores, & pia loca etiam exempta, ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos pertinent, cognoſcant, & exequantur, non obſtantibus quacumque conſuetudine etiam immemorabili, priuilegio, aut ſtatuto: adhuc Pius V. in ſua conſtit. 55. iuxta antiq. Bullar. & 56. in nou. quæ incipit, *ad Romani Pontificis*, & confirmata poſtmodum fuit à Clemente VIII. die 16. Martij 1599. mentionem faciens de priuilegio eidem fabricæ à diuerſis Pontificibus conceſſa retinendi quintam partem legatorum Eccleſiæ quoque S. Mariæ Lauretanæ; illud ſic moderatur, vt locum habeat vbi conſtiterit de miniſtrorum illius Eccleſiæ negligentia per annum quoad legata Italiæ, biennium verò reſpectu legatorum extra Italiam, facta eorum notificatione, ea verò non facta, per biennium in Italia, & extrà per quinquennium; ac præterea idem Pontifex in ſua conſtit. 95. in antiq. Bullar. & 96. in nou. & incipit, *decet nos*, apertè iterum approbat huiuſmodi priuilegia prædictæ fabricæ per Romanos Pontifices, conceſſa, non obſtantibus quibuſcũis Apoſtolicis conſtitutionibus, & ordinationibus, facultatem concedens Collegio, & deputatis fabricæ prædictæ exequendi quæcumque legata pia executioni non demandata, retenta ſibi quinta parte pro illorum executione; idque etiam in alma Vrbe, niſi eius Vicarius præuenerit intra quindecim menſes à die obitus teſtatorum. & in conſtit. ſtatim ſeq. 96. aliàs 97. incipiente, *exigit incumbentis*, la 1. applicatur eidem fabricæ medietas legatorum à piis teſtatoribus factorum ad effectum celebrationis Miſſarum, & recitationis diuinorum officiorum, necnon erogationis eleemoſynarum Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, & aliis piis locis; quæ legata per triennium à die mortis teſtatorum executa non fuerunt. ac præterea conſtit. 98. in vtroque Bullar. incip. *etſi de ſingulis*, concedit facultatem Collegio, ac deputatis eiuſdem fabricæ reuidendi, & reſcindendi alienationes, & conceſſiones bonorum malè alienatorum, & fructuum indebitè perceptorum. quæ conſtitutio in alia eiuſdem Pontificis conſtit. nimirum 113. in antiq. Bullar. quæ pariter incipit, *exigit incumbentis*, ita declaratur, & ampliatur, vt prædicti deputati poſſint ſuper duabus tertiis bonorum recuperatorum debitis Eccleſiis, & locis piis contrahere ad eorumdem vtilitatem, & ſuper fructibus componere de conſenſu intereſſe habentium; ſine eorum verò etiam conſenſu tam ſuper fructibus componere, quàm de bonis pro ſuo arbitrio diſponere quoad tertiam horum partem fabricæ prædictæ applicatam. cuius tamen tertiæ partis bonorum loco idem Pontifex in conſtit. 121. iuxtà Bullar. antiq. incipiente, *ex debito paſtoralis*, ſubrogantur, & applicantur eidem fabricæ fructus omnes bonorum alienatorum malè percepti, vbi in notabili quãtitate ſint, & exigibiles, aliàs fructus omnes vnius anni bonorum recuperatorum: & vbi ius non ita clarum eſt, datur eiuſdem fabricæ Collegio, ac pro tempore exiſtentibus deputatis tranſigendi, & componendi tam ſuper fructibus, quàm ſuper proprietate arbitrio ſuo, de conſenſu tamen rectorum eorumdem locorum, & Eccleſiarum. ſuper nonnullis autem ex prædictis conſtitutionibus, præſertim verò d. conſtitutione Pij V. 96. aliàs 97. incip. *exigit incumbentis*, la 1. edita xi. Cal. Ianuarij 1569. à Congregatione Deputatorum eiuſdem fabricæ ex faculeate ſuper hoc ipſis conceſſa, quædam declarationes emanarunt ſub die 27. Martij 1598. quas ad verbum retulit Steph. Quarant. *in ſum. Bullarij, verbo, Fabrica S. Petri de Vrbe*, & Aloyſ. Rico *in luculentiſſima ſua Praxi var. reſolution. reſolut.* 377. in quibus etiam mentio fit, & innouatio aliarum declarationum ab eadem congregatione factarum ſub die 18. Martij 1589. & quia illas hic etiam ſummatim referre nimis longum eſſet, ad hos auctores candidum lectorem remiſiſſe ſat eſt. Sicut etiam ad eundem Rico pro nonnullis difficultatibus, quæ circa ſæpiùs memoratum prædictæ fabricæ indultum de percipienda certa parte piorum relictorum, quæ executioni ob negligentiam eorum, ad quos ea pertinet, demandata non ſunt; nimirum pro illa, an legata facta confraternitatibus dicantur pia ad effectum, vt præfata fabrica poſſit de iis ſe intromittere; ſufficit remiſiſſe ad ea, quæ idemmet eruditiſſimè ſcripſit in eadem Praxi *reſolut.* 351. per tot. concludens affirmatiuè, quia, quicquid ſit an hæ confraternitates ſint loca pia, certò iis relicta, ſunt relicta ad pios vſus, & in piam cauſam: pro illo verò articulo, an idem Tribunal fabricæ ſe ingerere poſſit circa legatum ad pias cauſas captatorum;

sium; ad eundem *resol.* 361. vbi latè pariter concludit affirmatiuè: sicut *resol.* 370. optimè resoluit, hoc ipsum Tribunal iure se intromittere vigore prædictorum priuilegiorum in legato pro puellis pauperibus maritandis; & *resol.* 375. eandem fabricam auocare posse pecuniam solutam creditori posteriori etiam bona fide consumptam: *resol.* autem *seq.* tractat, an idem Tribunal hodie exigat quartas, quæ olim debebantur Episcopis. *resol.* verò 378. post Zerol. *in Prax. Episc. verbo, Fabrica*, tradit, commissarios prædictæ fabricæ non posse se intromittere in legatis perpetuis, sed temporaneis: verùm, si à principio heres fuit negligens ad exequendum, & soluendum, tunc bene se intromittere etiam in perpetuis, compellendo ad soluendum, quod omissum est, & de eo sumendo medietatem; relicto, quod in posterum soluendum est, pro sacerdote qui celebrare, aliúdve annuum onus subire debet. & *resol.* 379. non posse Tribunal sæpiùs memoratæ fabricæ procedere in legatis relictis ad pias causas in testamento nullo. *resol.* autem 380. disputat, quid dicendum de relictis in testamento reuocato; concludens, quòd, si reuocatum fuerit per aliud testamentum imperfectum, licèt perfectum sit inter liberos in eo instituros, poterit procedere; aliàs non poterit. & *resol.* 381. docet, non posse pariter dictum Tribunal procedere in legatis relictis coniunctæ personæ, etiam amore Dei, nisi aliàs probata paupertate. *resol.* autem 416. non posse se intromittere, vt impleantur legata pia pendente confectione inuentarij. *resol.* verò 420. procedere posse ad executionem legatorum piorum relictorum in schedula priuata subscripta manu testatoris. ac denique *resolut.* 421. idem probat de relictis in testamento ad pias causas, quod solo nutu conditum sit; vbi etiam idem sentit de testamento cæci ad pias causas, quod ex communi Doctorum sententia valet, quamuis adhibita non fuerit solemnitas, quæ aliàs in testamento cæci requiritur ex dispositione *l. hac consultissima, C. qui testam. fac. poss.* Et hæc quoad ampliationem præsentis secundæ conclusionis.

Limitatur autem hæc ipsa secunda nostra con-
152. clusio primò, vt † requiratur causa in Papa vltimas defunctorum, quæ per dispositionem siue causa mortis, siue etiam inter viuos emanarunt, voluntates pias commutante ex potestate ordinaria, vt tradunt citati à Mandos. suprà *vers. nonnulli*, Couar. mox relatus, & post alios tenet Marta *d. cas.* 74. *num.* 2. *& 3.* Bero. *cons.* 49. *num.* 4. *vol.* 2. & Guttier. *cons.* 1. *num.* 19. satisque colligitur ex iis, quæ mox adduximus, ac sup. *quæst.* 2. *huius cap. concluf.* 1. *ante med.* & quæ latiùs adducemus *cap. seq. quæst.* 1. *concluf.* 2. &, licèt posse id Papam etiam sine causa facere plerique teneant, quos refert, ac sequitur Mandos. *in d. prax. signat. grat. verbo*, seu *tit. commutatio vltimæ voluntatis, vers. plures concludunt*, præcipuè Petr. Vbald. *tract. de Canon. Episc. ante num.* 38. *vers. respondeo*, *vbi sine causa*; quod idem contendit de plenitudine potestatis Mart. *d. cas.* 74. *num.* 6. *cum tribus seqq.* ac post Guliel. de Mont. Laud. *d. Clement. quia contingit*, sentit Lap. de Castellion. *tract. de hospitalit. num.* 65. *in fine*, dum ait, Papam in omnibus legatis ad pias causas posse facere quicquid vult. nonnulli tamen ex relatis à Mandos. non omnino excludunt causam ab huiusmodi commutatione piarum volũtatum à Romano Pontifice faciendas. Quinimò Couar. *d. num.* 7. præterea requirit, commutationem in alia pia opera fieri. Limitatur secundò, prout secundùm aliquos practicos aduertit Staphil. *super commiss. & litter. mis. num.* 80. quòd, † licèt legatum incertum, puta pro incertis pauperibus soleat à Papa commutari pro pauperibus consanguineis, vel pro aliqua fabrica, tamen certum legatum ad certum opus deputatum non consueuit Papa commutare, & hoc non defectu potestatis, sed voluntatis. Limitatur denique, vt † saltem de potestate ordinaria ne- 153. 154.
queat Papa commutare vltimas voluntates, vbi testator disposuit, quid agendum in casu non implementi, & interim ius alteri quæsitum est, latè Bero. *cons.* 49. *vol.* 2.

TERTIA CONCLVSIO. Potest Papa † commutare vltimas voluntates profanas, seu non pias, non modò in locis suo temporali dominio subiectis, quæ terras Ecclesiæ vocant; verùm etiam in vniuerso Christiano Orbe, quatenus huiusmodi commutatio necessaria est, aut valde vtilis ad spirituale regimen Ecclesiæ, seu in ordine ad spiritualem potestatem. Prior pars conclusionis patet ex iis, quæ sup. *quæst.* 2. *concluf.* 1. de Principe sæculari tradidimus; nam & Romanus Pontifex in suo temporali dominio Rex est, eodémque iure censetur, ac cæteri supremi Principes sæculares, vt *d. quæst.* 2. *in princ.* admonuimus ex Natar. *in Man. confess. cap.* 25. *num.* 111. *vers. Quarto dico, & in commentar. de dat. & promiss. num.* 29. *vers. Tertiò, quòd resolui posse videtur*; & apertè colligitur ex *cap. per venerabilem, in princ. vers. præterea, qui jl. sim legit.* ibi, id autem in patrimonio beati Petri liberè potest Apostolica sedes efficere, in quo & summi Pontifices auctoritatem exercet, & summi Principis exequitur potestatem. Posterior pars probatur ex communi Doct. sententia, cuius in princ. huius quæst. ante primam concluf. meminimus in eo conuenientium, Romanum Pontificem habere temporalem iurisdictionem in toto Orbe in ordine ad spiritualia, eáque vti posse quoties ad spirituale Ecclesiæ regimen illius vsus necessarius expediénsve fuerit, vt præter iura ibi cit. probat text. *in cap. Constantinus, il* 2. 96. *dist. cap. alius*, 15. *quæst.* 6. *cap. venerabilem, de elect. cap. solita, de maiorit. & obed. cap. nouit, de iudic.* necnon *cap. fundamenta, de elect. in* 6. *& cap. Apostolica, de sent. & re iud. eod. lib.* 155.

QVARTA CONCLVSIO. Commutatio vltimæ voluntatis non piæ à Romano Pontifice facta extra dominium temporale Ecclesiæ † in dubio 156.
subreptitia censenda est ex defectu intentionis. Probatur, quoniam, quicquid sit, an Papa habeat extra terras Ecclesiæ potestatem temporalem, etiam citra ordinem ad spiritualia, de quo articulo consulendi sunt Doct. in princ. huius quæst. cit. certè in dubio nunquam censetur, neque intendit ea potestate velle vti; vt satis constat ex *cap. cùm ad verum*, quod est Nicolai, *cap. duo sunt quippè*, quod est Gelasij, & *cap. si Imperator*, quod est Ioannis Romanorum Pontificum, 96. *distinct.* necnon ex *d. cap. nouit, in princ. de iudic.* vbi Innoc. III. Non putet, ait, aliquis, quòd iurisdictionem Illustris Regis Francorum perturbare, aut minuere intendamus. *cap. licèt ex suscepto, in princ. de for. compet.* vbi idem Innocent. Vercellensi Episcopo scribens; Mandamus, inquit, quatenus, si quando à laicis Vercellen. literas super rebus præcipuè quæ forum sæculare contingunt à sede Apostolica contigerit impetrari, sublato appellationis obstaculo decernas auctoritate nostra irritas, & inanes; dummodo Consules, & commune de se conquerentibus in iudicio sæculari exhibeant iustitiæ complementum; idémque ferè habetur *in cap. ex tenore*, quod est eiusdem Innoc.

optimus

optimus etiam ad id text. *in cap. ſi duobus, §. denique, de appell.* vbi Alex. III. ait, quòd, ſi à ciuili iudice ad Romani Pontificis audientiam fuerit appellatum, huiuſmodi appellatio tenet quidem in iis, qui ſunt temporali ſedis Apoſtolicæ iuriſdictioni ſubiecti; in aliis verò, etſi de conſuetudine Eccleſiæ teneat, ſecundùm iuris rigorem credit non tenere. *& in cap. cauſam, qui fil. ſint legit.* vbi idem Pontifex, Nos attendentes, inquit, quod ad Regem pertinet, non ad Eccleſiam, de talibus poſſeſſionibus iudicare, ne videamur iuri Regis Anglorum detrahere, qui ipſarum iudicium ad ſe aſſerit pertinere, frat. veſt. mandamus, quatenus Regi poſſeſſionum iudicium relinquentes, &c.

157. Limitatur verò hæc concluſio primò, † vbi Papa requiritur ab eo, qui non recognoſcit ſuperiorem in temporalibus: ad quod eſt optimus text. *in cap. per venerabilem, §. videbatur autem, in fin.* ſeu *verſ. ſuper, qui fil. ſint legit.* vbi Innoc. III. Cùm Rex, inquit, ſuperiorem in temporalibus minimè recognoſcat, ſine iuris alterius læſione in eo ſe iuriſdi-

158. ctioni noſtræ ſubiicere potuit. Secundò, cùm † requiritur Papa ex aliis cauſis, vtputa, quando aliquid difficile, & ambiguum fuerit, variatúrque iudicium inter iudices, vt apertè conſtat ex *d. cap. venerabilem, §. rationibus igitur*, iuncta maximè gloſ. ibi, *verbo, certis cauſis, & d. cap. licèt ex ſuſcepto, §. liceat, verbo, vacante Imperio, de for. compet. verſ. tertium eſt.* dicit enim Pontifex *in cit. §. rationibus*, Regi gratiam facimus requiſiti, cauſam tam ex veteri, quàm ex nouo Teſtamento trahentes, quòd non ſolum in Eccleſiæ patrimonio, ſuper quo plenam in temporalibus gerimus poteſtatem, verùm etiam in aliis regionibus, certis cauſis inſpectis, temporalem iuriſdictionem cæſualiter exercemus; non quòd alieno iuri præiudicare velimus, ſed quia, ſicut in Deuteronomio continetur, ſi difficile, & ambiguũ apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, & iudicium intra portas videris variari, venies ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit in illo tempore, qui indicabunt tibi iudicij veritatem; & facies quæcunque dixerint, &c.

159. Tertiò vacante Imperio, † quoad ſubditos immediatè ipſi Imperatori, in iis commutationibus vltimarum voluntatum, quæ nonniſi à ſupremo Principe fieri poſſunt, vt cùm de derogando iuri poſitiuo agitur; vt ſatis colligitur ex *d. cap. licet ex ſuſcepto, §. liceat, de for. compet.* vbi de laicis ſuo temporali dominio non ſubiectis ſtatuit Innoc. III. eis licere ad ſedem Apoſtolicam appellare eo tempore, quo, vacante Imperio, eius ſubditi ad iudicem ſæcularem nequeunt recurrere, qui à ſuperioribus in ſua iuſtitia opprimuntur; & apertiùs ex *Clement. paſtoralis, §. fin. de re iud. & Extrauag. Io. XXII.* quæ incipit, *ſi fratrum*, & eſt vnic. §. 1. *ne ſed. vac.* ad id allegatis per Iacob. Ant. Matt. *tract. de iuriſd. per, & int. iud. Eccleſ. & ſecular. exercend. part.* 1. *cap.* 20. *num.* 33. *cum ſeq.* cum aliis adductis à Reſtau. Caſtald. *tract. de imperat. quæſt.* 90. & Peregr. *in tract. de iurib. & priuil. fiſc. tit.* 2. qui eſt *de iis, qui iur. fiſcal. hab. num.* 35. & 43. Eadem igitur ratione tunc ſaltem, cùm imminet talis neceſſitas commutationis ab Imperatore faciendæ, vt eius electio nequeat expectari; poterit Romanus Pontifex vacante Imperio requiſitus huiuſmodi commutationem facere.

160. Denique limitatur in omnibus † ferè caſibus, in quibus poteſt de iure iudex Eccleſiaſticus inter laicos iuriſdictionem exercere; quos penè omnes ponunt gloſ. & Doct. *d. cap. licèt ex ſuſcepto, cap. ſi clericus, cap. ex tenore, & cap. cum ſit, de for. compet.* & inter recentiores latiùs proſequitur Iuriſconſultiſſimus Proſper Farinacius *in ſuis quæſt.* ſeu *prax. crimin. tit. de inquiſit. quæſt.* 8. ex *num.* 126. & multos complexus eſt Ilott. ſeptem verſibus, quos etiam recitat gloſ. *d. verbo, vacante Imperio*; verſus autem hi ſunt:

Hæreticus, Simon, fœnus, periurus, adulter;
Pax, priuilegium, violentus, ſacrilegúſque;
Si vacat imperium, ſi negligit, ambigit, an ſit
Suſpectus index, ſi ſubdita terra, vel vſus
Ruſticus, & ſeruus, peregrinus, feuda, viator;
Si quis pœniteat, miſer aut ſit, cauſaque mixta;
Si denuntiat Eccleſiæ, quis indocat ipſa.

Sed quoniam non in ſingulis prædictis caſibus locum habere ex ipſorum natura poſſe videtur commutatio vltimæ voluntatis, vt in criminum cognitione ac punitione, in caſu pœnitentiæ, ac denunciationis Euangelicæ, & ſimiliùm; in iis quoque nequibit Romanus Pontifex vltimas voluntates commutare; verùm id per accidens euenit, non ex defectu Pontificiæ poteſtatis, ſed quia materiæ, de qua agimus, non adaptantur.

QVINTA & poſtrema CONCLVSIO. Poterit quoque ſummus Pontifex † commutare eas 161.
vltimas voluntates, in quarum commutatione neceſſe eſt, vel expedit derogare iuri diuino naturali, quia bonum proueniens ex derogatione huius iuris præponderat eiuſdem obſeruationi; vt cùm Papa diſpenſat in reſidentia Epiſcoporum, matrimonio rato, voto, & iuramento, ac ſimilibus. patet hæc concluſio ex iis, quibus *cap. præced. quæſt.* 4. *concluſ.* 2. cum Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 6. *num.* 5. 6. & 10. & aliis oſtendimus, in huiuſmodi iure diuino poſſe Romanum Pontificem diſpenſare. circa impoſitionem autem penſionis, quæ, & ipſa, vt ſuprà admonuimus, eſt commutatio quædam vltimæ voluntatis, quid poſſit Papa, videndi ſunt præ exteris, quos citat Garz. *tract. de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 273. *vſque ad* 280. *& num.* 361. Nunc verò ad 5. huius cap. quæſt. tranſeamus.

SVMMÆ RERVM.

162. *Concilium generale proximam Papæ poteſtatem habet.*

163. *Concilio generali ad quid interſit Imperator, eiúſve, ac aliorum Principum ſæcularium oratores.*

164. *Concilium generale maximam poteſtatem habet in ſtatuendo: eius tamen conuocatio, & vis obligandi pendet à Romani Pontificis auctoritate; & quid vacante ſede, remiſſiùs.*

165. *Concilij generalis à Papa confirmati decretis difficilius derogatur, quàm decretis Papæ; illa enim ſpecialem mentionem, ac derogationem exigunt: & ſi ſit modernum, indiuiduam.*

166. *Concilium generale quando non requirat ſpecialem derogationem; & num. ſeq.*

167. *Lex Papalis, vel Conciliaris habens clauſulam derogatoriam ad ſequentem, vel edita in priuilegium, indiget ſpeciali mentione; & habens derogationem ad futura concedenda, aut decretum irritans, vel præſcribens certam formam, eget indiuidua derogatione.*

168. *Conſtitutio, ſeu lex quando Conciliaris, vel Pontificia, ſeu Papalis dicenda ſit.*

169. *Concilium generale legitimè congregatum, ac poſtea*

lized by Google

postea confirmatum vltimas voluntates potest commutare, sicut Papa; & n. 175. cum seq.

170. *Confirmans ex certa scientia actum aliquem, censetur illum facere.*

171. *Commutationes vltimarum voluntatum à Conciliis generalibus approbata; & nonnullis num. seq.*

172. *Pensionis impositio est quædã vltimæ voluntatis cõmutatio; & qualiter à Conc. Trid. in Cathedralibus, & parochialibus Ecclesiis permittatur.*

173. *Erectio nouarum parochiarum intra fines alterius est quedam commutatio vltimæ voluntatis, & quando facienda sit.*

174. *Translatio beneficiorum ab vna in aliam Ecclesiam est commutatio vltimæ voluntatis, & quando fiat.*

175. *Detractio certæ partis fructuum beneficiorum, & locorum piorum pro instituendo seminario, est quedam commutatio vltimæ voluntatis; & quomodo facienda sit.*

176. *Concilium generale approbatum à Papa, & ipse Papa potest non modo in certis casibus facere, præcipere, ac permittere commutationem vltimarum voluntatum, sed ei per legem certam formam præscribere.*

177. *Concilium generale legitimè congregatum vacante Sede Apostolica quando commutare possit vltimas voluntates; & aliquot seqq.*

178. *Concilium generale quam potestatem habeat vacante, aut non vacante sede; vel in schismate.*

179. *Episcopus, qui aliàs derogare nequit Canoni, aut decreto Concilij generalis, potest in casu necessitatis, quãdo ad Pontificem aditus non est.*

180. *Papa mortuo naturaliter, vel ciuiliter, iurisdictio Pontificia primùm residet in cœtu Cardinalitiũ, iis verò discordantibus, in Concilio generali.*

QVÆRO QVINTO, quid possit Concilium generale circa commutationem vltimarum voluntatum?

Postquam egimus de potestate Romani Pontificis in commutandis vltimis voluntatibus, proximè sequitur, vt videamus de potestate, quam circa eandem commutationẽ habet Concilium generale; quod † proximam Papæ iurisdictionem, ac potestatem habet; vt constat ex Doct. *in sum. cap. 1. & tota ferè 17. distinct. cap. si quis pecunia, 79. dist. cap. nemo 9. quæst. 3. & cap. significasti, de elect.* & quotquot de potestate Papæ, & Concil. tractatus ediderunt, aut aliter egerunt; quæ quidem Concilij potestas Ecclesiastica est, non sæcularis; licèt enim † illis plerumque interfit Imperator, seu eius, alioríque sæcularium Principum Oratores; non tamẽ habent in iis votum siue decisiuum, siue etiam consultiuum, vt patet ex *cap. nos ad fidem, cap. quadam, cap. vbinam legistis, & cap. satis, 96. distinct.* Quamuis autem † maxima sit Concilij generalis potestas in statuendo; itaut nullis ferè limitibus circumscribatur, vt videre est apud Abb. Dec. & alios *in cap. Ofius, de elect.* & alibi sæpè, Card. Iacobat. & cæteros *in suis tractat. de Concil.* Nihilominus tam eius conuocatio, quàm decretorum vis, & obligatio pendet à Romani Pontificis auctoritate; vt liquet ex *d. cap. 1.* quod incipit, *Synodum*, & est Marcelli Papæ, *cap. regula vestra*, quod est Iulij, *& cap. multis*, quod est Pelagij pariter Rom. Pont. 17. *dist. cap. duduum, 3. quæst. 6.* quod item est Iulij; necnon *d. cap. significasti, in princip. vers. aiunt in Conciliis*; vbi Paschalis summus Pontifex, Aiunt, inquit, in Conciliis statutum non inueniri; quasi Romanæ Ecclesiæ legem Concilia vlla præfixerint, cùm omnia Concilia per Romanæ Ecclesiæ auctoritatem & facta sint, & robur acceperint; & in eorum statutis Romani Pontificis patenter excipiatur auctoritas: quando verò vacante Sede possit congregari Concilium, non est huius loci differere, aliquid ea de re diximus *in tract. de Conseruat. Iudicib. cap. 5. quæst. 2. circa initium.* Hoc autem loco antequam ad conclusiones huius quæst. veniamus duo admonere operæpretium duximus. Alterũ est, quòd, † postquam 165.
auctoritate Apostolica confirmata sunt decreta Concilij generalis, difficilius iis derogatur, quam Pontificiis sanctionibus; illaque speciali mentione; ac derogatione indigere, vt satis colligitur ex *cap. nonnulli, in princip. & cap. dilectus, de rescript.* necnon ex *cap. eam te, de at. & qual. & ord. præficiend.* ac præter plerosque Doct. *ibi*, adnotauit quoque id late comprobans Cardin. Iacobat. *tract. de Concil. lib. 5. art. 19. num. 1. 8. 9. & 12.* iuncto *numer. 14.* & Thom. Sanchez *tract. de matrim. lib. 3. disp. 26. num. 7.* vbi etiam post Henriq. *lib. 7. de indulg. cap. 26. num. 3.* & Viuald. *in Candel. aur. 3. part. cap. 12. num. 22.* docet, quòd, si Concilium generale modernum sit, quale est Lateranense sub Leon. X. & Concil. Trid. sub Paulo III. Iul. III. & Pio IV. oportet etiam illius indiuiduam mentionem facere. Non requiretur tamen specifica mentio Conciliaris constitutionis, † quando Pontifex dispensat in speciali, 166.
& certo casu contra Concilij generalis prohibitionem; sed sufficiet illa generalis derogatio, *constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque non obstantibus*; vt ex Lopez *de matrim. Regis Angliæ, dub. 16. num. vnic.* qui etiam refert Felin. tradit idem Sanchez *d. tract. de matrim. lib. 8. disput. 35. num. 17.* ob eam rationem, quia, cùm prædicta clausula generalis vera reddi nequeat, nisi in eo solo casu contra Concilij prohibitionẽ, debet hæc generica derogatio reputari pro specifica, & expressa, iuxta *l. 2.* vbi Iaf. multa cumulat, *ff. de liber. & posthum.* alias hæc dispensatio nullius erit momenti, & verba in priuilegiis debẽt aliquid operari, *cap. si Papa, de priuil. in 6.* cum simil. Præterea fallit hæc doctrina primò, vbi constitutioni derogatur per aliam constitutionẽ; tunc enim eadẽ formula derogatur cõstitutioni Conciliari, ac Papali, vt docet post alios Iacobat. *d. art. 19. num. 5.* vbi *tunctis duobus num. seqq.* docet, sufficere generalem derogationem, non obstante quacumque lege in contrariũ faciente; nisi lex præcedens † haberet clausulam derogatoriã ad 167.
sequentẽ, aut facta esset in priuilegium alicuius personæ, quia tunc requireretur specialis mentio. Secundò, quòd, quando constitutio, seu lex aliqua habet clausulam derogatoriã ad postea concedenda, vel decretum irritans, vel præscribat certam formam ad futura concedenda; tunc tam in Papali, quàm in Conciliari constitutione requiretur indiuidua mentio illius constitutionis; vt satis probat Iacobat. *d. art. 19. n. 13.* maximè ex stylo Curiæ, per quem æqua mentio fit in derogationibus, constitutionis Bonifacij VIII. de vna dicta, de qua *in cap. statutum, de rescript. in 6.* & Concilij generalis de duabus dictis, de qua *in cap. nonnulli, de rescript.* Alterum, quod admonemus, est, ad dignoscendum, quandonam constitutio sit Conciliaris, vel Pontificia, seu attribuenda Concilio, vel Pontifici vbi ab vtroque manat, † 168.
tres regulas accipiẽdas esse. Prima est: si materia trahat originem à Concilio, vt, si Concilium rem illam definiendam proponat, dicitur constitutio Concilij. Si verò originem trahat à Pontifice, qui fuit principale mouens, & auctor illius materiæ decernendæ, quam tamen vult in Concilio definiri, dicetur Pontificia. ita post Abb. *in cap. consensus, not. 2. de reb. Eccles. non alien.* & alios docet Sanchez *d. lib. 8. disput. 5.*

Digitized by Google

num.6. cuius regulæ priorem partem ampliat *num.7.* licèt ea constitutio confirmata deinde sit a Pontifice. Posteriorem ampliat *num.8.* licèt illa constitutio dicatur edita sacro approbante Concilio. Secunda regula traditur, & satis cõfirmatur ab eodem Sanchez *num.9.* quòd quando in decreti superscriptione dicitur, *ex tali Concilio*, signũ est, illud à Concilio traxisse originẽ, ac proinde censere Concilij: secus si dicatur, *in tali Concilio editũ*. cuius regulæ posterior pars satis constat ex *cap. Statutũ, de elect. in 6.* vbi Bonifac. VIII. juris consultissimus constitutionem Greg. X. editam in Concilio Lugdun. quæ incipit, *licèt Canon, eod. tit. & lib.* appellat simpliciter Statutum Greg. decimi. & Conc. Trid. *sess. 7. cap. 4. de reform.* vocat constitutionẽ Innoc. III. *cap. de multa, de prab.* cuius tamen superscriptio est idem, hoc est, Innoc. III. in Concilio generali. Ideo autem diximus tantùm, *signum*, quia adhuc esse potest, vt iuxta priorem partẽ præced. regulæ constitutio habeat superscriptionẽ, *ex tali Concilio*, vel Alex. III. exempli gratia, in Concilio generali, tribuenda sit Concilio; prout videmus cùm in casu *d. cap. nonnulli, de rescript.* cuius superscriptio est, *idem*, (hoc est, Innoc. III.) *in Concil. generali*; & tamen tam communiter in rescriptis, quàm *in cap. ex parte Decani, eod. tit.* cùm illius cap. mentio fit, appellatur constitutio, vel statutũ Concil. generalis. tum etiã in casu *c. quia propter. de elect.* cuius inscriptio est, *idem*, (hoc est, Innoc. III.) *in eodem* (id est, Concil. generali;) quod *in cap. Ecclesia vestra, il 2. eod. tit.* dicitur statutũ Concil. generalis. tum *in casu Clem. vt n, qui, de at. & qual.* quæ à Conc. Trid. *sess. 22. c. 4. de refor.* simpliciter appellatur constitutio Conc. Viennẽsis, cùm tamen à Clemente V. in eo Conc. generali legatur edita. Nisi fortè tam hæc *Clem. vt y, qui*, quàm *d. cap. nonnulli, & cap. quia propter*, ideo dicantur constitutiones, seu statuta Conciliorum generalium, quoniam, aliquo modo in iis participarunt, seu concurrerunt, consulendo nimirum Pontifici illa respectiuè Concil. generalia. Tertia regula est, quando Pontifex attribuit constitutionẽ ipsi Cõcilio, vt dum *cap. fin. quæst. 1.* ait, Decernente nobiscum sancta Synodo, *& cap. nimis, de iureiur.* sacri auctoritate Concilij prohibemus; est constitutio Concilij. ita post Dec. *in cap. 1. num. 7.* & Alciat. *n. 11. de iud.* docet Sanch. *d. disp. 3. n. 10.* qui etiã *n. 11.* proposita difficultate, quid dicendum quando Pontifex iis verbis vteretur, *cum cõsil. Concilij*, vel illis, *cum consensu Concilij*; respondet cum Abb. in quodam sermone habito in Concilio Basilieusi, *in vlt. part.* vt eum referunt, ac sequuntur Fel. *in cap. 1. n. 5. de pact. & cap. eam te, n. 17. de rescript.* & Alciat. *cap. 1. n. 1. de iudic.* in priori casu esse Põtificiam constitutionẽ; in posteriori verò Conciliarẽ; vbi etiam optimè soluit motiua Decij in eam partẽ inclinãtis, in vtroque casu esse Pontificiam. His præmissis iam ad conclusiones præsentis quæst. descendamus.

PRIMA CONCLVSIO. Potest Concilium generale legitimè congregatum, & postmodum à
169. Romano Pontifice confirmatum † commutare vltimas voluntates, sicut ipse Romanus Pontifex. Probatur primò; quia tunc decretum a Concilio censetur decretum etiam à summo Pontifice; nam cõfirmans ex certa scientia aliquem actum, † censetur
170. illum actum facere, *l. 1. C. de vet. iur. enucl. cap. si Apostolica, de prab. in 6.* ibi, cùm ipsa prouisio ipsius Legati post impertitam à nobis auctoritatem nostra est effecta; ex quo text. notant *ibi* glos. & Doct. cõmuniter, quòd mandatum Legati super facienda prouisione, confirmatũ per Papam, Papalis gratia est censenda; idémque aduotauit Abb. Fel. & alij quos refert Dec. *in cap. cum accessissent, num. 13. de constit.* quare eandem vim habebit commutatio facta à Concilio generali per Papam confirmato, & approbato, quam haberet commutatio ab ipso Pontifice facta; nam, vt suprà circa initium huius cõclusionis ostendimus, decreta, & acta Cõcilij generalis vim suam, & robur habent à confirmatione, & approbatione Romani Pontificis. Atque id in specie facultatis dispensandi in votis, docet Sanch. *lib. 4. sum. cap. 38. n. 1.* dicens, hoc ex se constare, & benè tradi à Sot. *lib. 7. de iust. & iur. quæst. 4. art. 1. ad 4.* Id verò maximè ad rem nostram facit, cùm is cõmutare votum possit, qui facultate ordinaria in eo valet dispensare, vt pluribus ostendit Sanch. *d. lib. 4. cap. 49. n. 18.* & votũ species quædam sit vltimæ voluntatis ex iis, quæ nos adduximus sup. *cap. 2. quæst. 2. post medium.* Secundò probatur ex variis Conciliorum generalium decre-
tis, † in quibus approbantur quædam species com- 171.
mutationis vltimæ voluntatis; qualis est vnio beneficiorũ, vt iam sup. semel admonuimus, quæ quidem in certis casibus permittitur à Concil. Lateranen. sub Leone X. *sess. 9. in Bulla reform. cur. §. Statimus quoque, versic. vniones*; necnon à Trid. Conc. *sess. 7. cap. 6. sess. 21. cap. 5. sess. 23. cap. 18. vers. & quia, sess. 24. cap. 8. 13. & 15. ac sess. 25. cap. 9. vers.* seu §. *insuper accessiones, de reform.* qualis etiam est † impositio pen- 172.
sionis; quoniam per eam pars fructuum beneficiorum, qui omnes ex vltima voluntate instituentium destinati sunt ad Ecclesiæ seruitiũ, eiúsque ministrorum sustentationem, *cap. fin. de rescript. in 6.* iuncto *cap. cùm secundùm Apostolum, de prab.* cum simil. ei assignantur, qui Ecclesiæ speciale obsequiũ non exhibent; & tamen huiusmodi pensionis impositio permittitur à Trid. Conc. *d. cap. 13. in princ.* super reditibus Episcopatuum, & Parochialiũ, modò Episcopo remaneant mille, & Parocho centum ducat. & quoad cæteta beneficia indistinctè permittitur *sess. 21. cap. 2. de reform.* eadem verò *sess. 21. cap. 4. de reform.*
idem Conc. † dat facultatem Episcopis, vt etiam tan- 173.
quam Sedis Apostolicæ delegati in iis Ecclesiis parochialibus, in quibus ob locorum distantiam, siue difficultatem Parochiani sine magno incõmodo ad percipienda sacramenta, & diuina officia audienda accedere nó possunt, nouas Parochias etiam inuitis Rectoribus cõstituere possint; illísque sacerdotibus, qui de nouo erunt Ecclesiis nouiter erectis præficiẽdi, competens assignetur portio ex fructibus ad Ecclesiam matricẽ quomodocúque pertinentibus, quæ sanè quædam vltimæ voluntatis commutatio est, quæ erat, vt reditus omnes in sustentationem Parochi matricis Ecclesiæ impenderentur. Sicut etiam cõmutationis vltimæ voluntatis species illa est; qua idemmet Trid. *d. sess. 21. cap. 7.* potestatẽ facit Episcopis, vt † tanquã Sedis Apostolicæ delegati beneficia 174.
simplicia, & parochialia ex Ecclesiis vetustate, vel aliàs collapsis transferant ad matrices, vel viciniores Ecclesias, cum facultate prædictas Ecclesias diruras in prophanos vsus non sordidos, erecta tamen ibi Cruce cõuertendi; cùm tamẽ fundatorũ, & d. beneficia instituentiũ voluntas fuerit, vt ea beneficia in primò constructis Ecclesiis, illæque diuino cultui dicatæ permaneant. Pariter ad vltimæ voluntatis commutationem pertinet, quod ab eodem Concil. statuitur *sess. 23. cap. 18. vers. & quia ad Collegij fabricam*; dum ibi mandatur Episcopis, vt † partem 175.
fructuum omnium ferè beneficiorum, ac piorum locorum cuiusque diœcesis; (qui tamen omnes, vt paulo antè docuimus, ad diuinum cultum & sustentationem Ministrorum Ecclesiæ ex vltimarum voluntatum dispositionibus destinati sunt;) pro seminario clericorum instituendo ad Collegij fabricam, & ad mercedem præceptoribus, ac ministris soluendam detrahant, eámque sic detractã eiusmodi Collegio

legio applicet. ſicut etiam, quod habetur *ſeſſ. 24. cap. 3. in fin.* um ibi Concil. iniungit Epiſcopis, vt reditus fabricarum in vſus Eccleſiæ neceſſarios, & vtiles, prouibi expedire magis viſum fuerit, expendi curent quamuis, vt ſup. *cap. 3. quæſt. 3. in fin.* admonuimus, Concilium ibi loquatur potiùs, ſeu intelligendum ſit de vſibus ipſius fabricæ Eccleſiæ; ita vt mens Concilij ſolùm fuerit, vt in Epiſcopi arbitrio ſit delarare in quos vſus ipſius fabricæ expendendi ſint eiuſdem reditus, non autem laicorum etiam patronorum, vt ex verbis eiuſdem decreti ſtatim præcederibus colligi poteſt: atque ita declaratum, & intellectũ fuiſſe illum Concil. locum audio à ſacra Congregatione Cardinalium eiuſdem Conc. interpretum. Denique duo inſigniora eiuſdem Trid. Concil. decreta habemus in hac materia commutationis vltimarum voluntatum; nimirum *ſeſſ. 25. cap. 4. & cap. 8. vrſ. quòd ſi hoſpitalia, de reform.* in quorum primo ſancta Synodus cupiens relicta, pro Miſſis celebrandis, quæ iuxta defunctorum voluntatem omninò imperi non poſſunt, quo plenius, & vtiliùs poteſt, impleantur, facultatem dat Epiſcopis, & Generalibus Ordinum, vt in ſuis Eccleſiis, quas hac prouiſione indigere cognouerint, ſtatuere circa hæc poſſint quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Eccleſiarum vtilitatem viderint expedire: in altero mandat, vt, ſi hoſpitalia ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aliarúmve perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta, nec in eo loco ſimiles perſonæ, aut perpaucæ reperiantur, fructus illorum in alium pium vſum, qui eorum inſtitutioni proximior ſit, ac pro loco, & tempore vtilior, conuertantur, prout Ordinario cum duobus de capitulo magis expedire viſum fuerit.

Iam verò, cùm, vt paulo antè dictum eſt, Concilium generale à Romano Pontifice approbatum parem cum eo, etiam circa commutationem vltimarum voluntatũ, habeat poteſtatem; propoſita concluſio ex iiſdem ampliari, & limitari poterit, quam in præcedenti quæſt. de eiuſdem Pontificis hac in re poteſtate diximus. Illud præterea hoc loco addentes, quod quæſtioni vtrique commune eſt, poſſe ni-
176. mirum † tam Romanum Pontificem, quàm generale Concilium non modò eiuſmodi commutationem facere, aut certis in caſibus præcipere, vel permittere; vt quoad Romanum Pontificem conſtat ex iuribus allegat. *d. quæſt. præced.* præſertim *concl. 1. & 2. & cap. 3. quæſt. 3. concl. 2.* quoad Concilium generale ex citatis hac ipſa concl. verùm etiam de eiſdem commutationibus ſtatuere tradendo earum formam obſeruandam, vel in ipſis ſpecialibus caſibus, vt fecit Romanus Pontifex cùm in materia vnionum, & ſimilibus, tum in caſu *cap. nos quidem, de teſtam.* vbi Greg. IX. ſtatuit, quòd, ſi monaſterium conſtrui non poſſit in loco, in quo teſtator mandauit, Epiſcopus cum herede locum ſtatuat, in quo ædificetur; & data hæredis negligentia, id à ſolo Epiſcopo fiat. Concil. verò Trid. in pleriſque ex caſibus paulo antè relatis, vt cuique eos perpendenti facile poteſt patere, id præſtitit: vel generatim in vltimarum voluntatum cõmutationibus; quod ſingulariter fecit ipſummet Trid. Conc. *ſeſſ. 22. cap. 6. de reform.* his planè verbis: In commutationibus vltimarum voluntatum, quæ nonniſi ex iuſta, & neceſſaria cauſa fieri debent, Epiſcopi tanquam delegati ſedis Apoſtolicæ ſummariè, & extraiudicialiter cognoſcant, nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum; priuſquam commutationes prædictæ executioni demandentur. Verùm de forma, & cauſis commutationum vltimarum voluntatum ſeorſim, Deo dante, *cap. ſeq.* fuſiùs agemus.

Io. Petr. Monetæ de commut. vlt. volunt.

SECVNDA CONCLVSIO. Concilium generale legitimè congregatum vacante Apoſtolica Sede, † ſi quando immineat neceſſitas commuta- 177.
tionis vltimarum voluntatum reſeruatæ Romano Pontifici, cuius electio, qui Synodum approbet, expectari nequeat, poterit illam commutare; diſcordantibus tamen Cardinalibus, & non aliter. Probatur, quia licèt Concilium generale † etiam viuente Pontifice iuriſdictionem aliquam habeat; poteſt 178.
enim condere legem, vt ex *cap. 1. de conſtit. cap. decreuit*, 88. *diſt. cap. 1. de oblig. ad ratiocin. cap. nimis, de iureiur.* & aliis probat inter cæteros Dec. *d. cap. Oſius, num. 6.* iunctis etiam præced. *de electi.* & patet ex pleriſque decretis Conciliorum generalium tam extra corpus iuris, quàm in eo inſertis. immo in ſchiſmate Concilium generale habeat iuriſdictionem in actu, & iudex ſit inter contendentes de Papatu, vt poſt Abb. *in cap. quia diligentia, de electi.* per text. *in cap. ſi duo, 79. diſt.* & *ibi* gloſ. & latè Card. *conſ. 150. in primo dubio*, tradit inter alios Dec. *d. cap. quia diligentia, num. 4. & cap. licet, num. 27. de electi.* Sicut factum fuit, cùm aliàs, tum à Concilio Conſtantienſi, in quo Gregorio XII. iuribus ſuis, ſi quæ in Pontificatu habebat, per procuratorem cedente, & Benedicto XIII. ac Ioanne XIII. abdicatis, electus fuit in ſummum Pontificem Otho Columna, & appellatus Martinus Quintus; atque adeò ſtante neceſſitate commutandi aliquam vltimam voluntatem, videatur poſſe Concilium generale non obſtante etiam Sedis vacatione iuriſdictionem exercere in eius commutatione; nam neceſſitas non habet legem, *cap. quamuis, de conſuet. & cap. ieiunium, de obſerv. ieiun.* & quod non eſt licitum, facit licitum, *cap. quod non eſt, extrà de reg. iur.* Sic videmus quoque, † Epiſcopum, qui aliàs nequit 179.
derogare Canoni, aut decreto Concilij generalis, in iiſve diſpenſare tanquam lege ſuperiotis, vt tradit Fel. *num. 5.* & Doct. communiter *in cap. at ſi Clerici, §. fin. de iudic.* latè Couar. *4. decretal. 2. part. cap. 6. in princip. num. 15. & §. 10. num. 11.* & Sanchez *lib. 2. de matrim. diſput. 40. num. 1.* poſſe in caſu vrgentis neceſſitatis, quando ad Pontificem aditus non patet, vt poſt Abb. *d. cap. at ſi Clerici, §. de adulteriis, numer. 9.* Specul. *tit. de diſpenſat. §. nunc de Epiſcoporum, num. 30.* & alios docet Sanch. *d. diſp. 40. num. 1.* ex quo probabile alicui videbitur, poſſe quoque Epiſcopum in caſu huius concluſ. commutare vltimas voluntates, qua tamen de re latiùs inf. hoc eodem cap. *quæſt. 11.* Nihilominus, cùm viuente Romano Pontifice Concilium generale ab eo ſumat auctoritatem, ac robur, vt ſupr. initio huius quæſt. ſatis oſtendimus, eo autem mortuo naturaliter, vel ciuiliter † Pontificia poteſtas primùm in 180.
Cardinalium cœtu, tum iis diſcordantibus in Concilio generali reſideat, vt *in tract. de conſeruatoribus Iudicib. cap. 4. quæſt. 2.* ſatis demonſtrauimus. quod idem etiam in ſchiſmate ſtatuendum eſt; excepto Papatus articulo, qui tunc ad ſolum Concilium generale ſpectat, vt diximus: dicendum quoque erit, quòd, vbi adeſſe poſſit ſufficiens neceſſitas vltimam voluntatem commutandi, ei prouideri poterit per Cardinales mortuo Pontifice, iis verò diſcordantibus, per Concilium: eo autem viuente, ſed non valente adeſſe regimini Eccleſiæ per coadiutorem ei dandum, iuxta ea, quæ latiùs diximus *d. cap. 4. quæſt. 2.* Nũc verò ad 6. trãſeamus huius cap. præſentis tract.

SVMMÆ RERVM.

181. *Cardinales quibus modis conſiderari poſſint, an commutare valeant vltimas voluntates.*

182. *Collegium Cardinalium non poteſt, vt ſic, viuente Romano Pontifice commutare vltimas voluntates.*

183. *Cœtus Cardinalium non vacante ſede Apoſtolica iuriſdictionem, ſeu poteſtatem Pontificiam non habet: neque condendi ſtatuta, quæ alios ligent; & num. ſeq.*

184. *Collegium quodlibet ſtatuere poteſt in iis, quæ ipſum dumtaxat tangunt.*

185. *Cardinales ſubiiciuntur legibus, & Canonum ſtatutis.*

186. *Collegium Cardinalium vacante ſede Apoſtolica regulariter commutare non poteſt vltimas voluntates; & duob. num. ſeqq.*

187. *Collegium Cardinalium vacante ſede non habet iuriſdictionem Pontificiam contra aliquorum ſententiam; niſi in certis caſibus; & duob. ſeqq.*

188. *Intellectus cap. vbi periculum, §. idem quoque, de elect. in 6. & Clem. ne Romani, in princ. §. irritum, & §. eo tamen proniſo, eod. tit. necnon cuiuſdam conſtitutionis Pij IV.*

189. *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*

190. *Officiales, qui vacante Romana ſede durant, vel confirmari conſueuerunt.*

191. *Vicarius Epiſcopi habet iuriſdictionem ordinariam: quæ tamen expirat mortuo Epiſcopo; idemque dicendum de Vicario Vrbis, ſeu Papæ vt Epiſcopus eſt: & quoad negotia cœpta; ac licet mors non ſit intimata Vicario, niſi communiter ignoretur.*

192. *Intellectus cap. vnic. §. omnem perſonam, de ſchiſmat. in 6.*

QVÆRO SEXTO, an Collegium S. R. E. Cardinalium poſſit aliquando vltimas voluntates commutare?

De Cardinalibus S. R. E. quod ad materiam huius tractatus attinet, an nimirum commutare poſſint vltimas voluntates, † quæri poteſt, vel vt eorum nonnulli habent Epiſcopatus, ſiue ſuorũ titulorum, ſiue alios; & de iis ſimul cum aliis Epiſcopis agemus *quæſt.* 11. *huius cap.* vel ratione titulorum Presbyteralium, aut Diaconalium, quos ipſorum reliqui habent, vt ſinguli; quomodo de illis diſſerendum erit *quæſt.* 13. vbi de aliis Prælatis habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem; vel, vt aliqui ex illis creantur Legati de latere; qua ratione de iiſdem fuſiùs agendum eſt *quæſt. ſeq.* vel denique, prout omnes Collegiũ quoddam conſtituunt, & quidem ampliſſimum, ac toto orbe conſpicuum; & de iis videbimus *in præſenti quæſt.* quam duabus concluſionibus abſoluemus, prout duæ cadunt de eo inſpectiones; altera viuente Romano Pontifice; altera verò eodem mortuo, vel aliàs vacante Sede Apoſtolica.

181. 181 c. 1

PRIMA CONCLVSIO. Collegium S.R.E. Cardinalium † non poteſt, vt ſic, viuente Romano Pontifice vltimas voluntates commutare. Probatur, quia cœtus Cardinalium viuente Pontifice † regulariter non habet iuriſdictionem, ſeu poteſtatem Pontificiam, vt de ſe patet, & inter alios adnotauit Azor *Inſtit. moral. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 2. *quæſt.* 14. Immo neque etiam aliquid ſtatuendi, vt poſt Alciat. *cap.* 1. *num.* 1. *de iudic.* tradit Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 5. *num.* 11. *in fi.* ſentiſque Dec. *in cap. cum Venerabilis, num.* 10. *in fin. de excep.* quod intellige de ſtatutis, quæ alios ligent, & afficiant præter ipſorum Cardinalium Collegium; ſecus verò erit de tangentibus dumtaxat ipſorum Collegium, vtputa circa modum diſtribuendi inter ipſos emolumenta, & huiuſmodi: cùm † & alia Collegia Eccleſiaſtica id facere poſſint circa huiuſmodi tangentia ſolum ipſorum Collegium, ſeu Capitula, vt tradunt communiter Doct. *in cap. cum omnes, cap. cum M. Ferrarienſis, & cap. cum acceſſiſſent, de conſtit.* necnon *cap. vnico, in princ. verſ. ſtatuimus de cleric. non reſid. in* 6. & per ea iura, atque alia adnotarunt Doctor. tum ibi, tum alibi ſæpiſſimè, quin & hoc commune eſt omnibus Collegiis, vt circa ea, quæ ad ipſa dumtaxat pertinent, ſtatuere poſſint, vt tradunt Doctor. communiter cùm alibi, tum *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.* Alber. de Roſat. *tract. de ſtatut. quæſt.* 3. & quotquot de ſtatutis ſcripſerunt. Confirmatur primò tum hoc principio fundamentum, tum ipſa concluſio, quia Collegium cardinalium viuente Romano Pontifice nõ repræſentat ſupremum Principem, ſed ad ſummum inferiorem aliquem Principem; inferiores autem Principes commutare regulariter non poſſunt vltimas voluntates, vt ſatis docuimus *quæſt.* 3. *huius cap. concluſ.* 1. ac præcipuè ex Couar. *in cap. tua nobis, num.* 7. *de teſtam.* vbi poſt alios tradit, ſolum ſupremum Principem poſſe vltimis voluntatibus derogare, & gloſ. ab alijs approbata *in Clem. quia contingit, in princip. verbo, Sedis Apoſtolicæ, de religioſ. dom.* vbi ex eo text. tradit, ſolum Papam alterare poſſe vim illorum, quæ per fideles donata ſunt, vel relicta. Confirmatur ſecundò, quia etiam Cardinales † ſubiiciuntur legibus, & canonum ſtatutis, vt late inter cæteros probat Fel. *in cap. ad audientiam, verſ. ottauæ concluſio, de reſcript.* & Bartol. Bellenz. *in tract. de charit. ſubſid. quæſt.* 66. neque poſſunt eis derogare, *cap. inferior, 21. diſt. cap. cum inferior, de maior. & obed. Clement. ne Romani, in princip. de elect.* at verò commutatio vltimæ voluntatis derogat quodammodo, & aduerſatur iuri communi, quod præcipit vltimam voluntatem executioni mitti, *l. qua ratione, §. hæc quoque res, ff. de acquir. rer. dom. & cap. vltima voluntas, 13. quæſt. 2. cap. nos quidem, cap. ſi heredes, cap. tua nobis, & cap. Ioannes, de teſtament.* Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 8. *de reform.* cum aliis adductis ſup. *cap.* 3. *quæſt.* 3. *concluſ.* 1. *circa med* vbi etiam pleraque iura ciuilia, & Canonica adduximus, quibus libera vltimarum voluntatum commutatio prohibetur. Confirmatur denique à fortiori ex eo, quod ſeq. concl. oſtendemus, idem Collegium Cardinalium Sede Apoſtolica vacante regulariter non poſſe vltimas voluntates commutare; tunc enim proculdubio maiorem habet poteſtatem, quàm cùm non vacat.

184. 185.

SECVNDA CONCLVSIO. Vacante Apoſtolica ſede † Collegium Cardinalium regulariter nequit vltimas voluntates commutare. Probatur; quia, licèt aliqui, quos tacito nomine refert gloſ. *in cap. vnico, verbo, ſede, de ſchiſmat. in* 6. nominat verò *d. Clement. ne Romani, in princ. verbo, Romani, in fin. & §. fin. verbo, verùm quia, in initio*, ac ſequitur Henricq. *tom.* 1. *Theol. mor. lib.* 14. qui eſt *de irregular. cap.* 18. *num.* 2. *in fin.* voluerint, † Collegium Cardinalium ſede Apoſtolica vacante gaudere omni Pontificis iuriſdictione; ſicut de Capitulo Cathedralis ſede Epiſcopali vacante, vt ſuccedat in Epiſcopi iuriſdictione, probat text. *in cap. his, quæ, & cap. cum olim, de maior. & obed. cap. ad abolendam, in princip. de hæret.* necnon *cap.* 1. *de maior. & obed. in* 6. *& cap. ſi Epiſcopus, de ſuppleud. negl. prælat. eodem lib.* cui etiam opinioni fauet text. *d. cap. vnic. §. omnem perſonam*; dum enim Bonifacius Papa prohibet ibi *in ſpeciali caſu*, ne Collegium ſedis Apoſtolicæ, (hoc eſt, Collegium Cardinalium,) eadem ſede vacante abſoluat à quadam excommu-

186. 187.

communicatione in eo Canone lata, ac Romano Pontifici reſeruata; innuit, quòd aliàs poſſet abſoluere, & ſic Pontificiam iurisdictionem exercere. tamen omnino tenendum eſt, non poſſe Collegium Cardinalium circa caſus ſummo Pontifici reſeruatos, niſi, quod ei conceditur *in d. Clement. ne Romani, de elect. & cap. vbi periculum, eodem tit. in* 6. id enim vbique notant communiter Doct. gloſ. *d. verbo, ſede, & d. cap. vbi periculum, verbo, intromittant*, S. Anton. 3. *part. ſum. tit.* 22. *cap.* 2. §. 4. & 10. Cardin. Iacobat. *tract. de Concil. lib.* 6. *art.* 6. *num. item* 6. *& art.* 7. *numer.* 2. poſt alios; necnon Silueſt. *verbo, Cardinalis, & verbo, electio,* 3. *quæſt.* 3. Sanchez *lib.* 2. *ſuæ ſum. cap.* 10. *num.* 44. Io. Azor *d. lib.* 4. *cap.* 3. *quæſt.* 1. & ſatis conſtat ex prædictis
188. iuribus; nam † *in d. cap.* vbi periculum, (quod ſpectat ad poteſtatem Collegio Cardinalium competentem aliquid faciendi præter electionem Romani Pontificis,) illud dumtaxat habetur *in* §. *iidem quoque*, quòd Cardinales in conclaui exiſtentes pro electione Pontificis, accelerandæ huic prouiſioni ſic vacent attentiùs, vt ſe nequaquam de alio negotio intromittant; niſi forſan neceſſitas adeò vrgens incideret, quòd eos oporteret de terra ipſius Eccleſiæ defendenda, vel eius parte aliqua prouidere; vel niſi aliquod tam grande, & tam euidens periculum immineret, quod omnibus, & ſingulis Cardinalibus præſentibus concorditer videretur, illi celeriter occurrendum. *in d.* verò *Clement. ne Romani, in princ.* ait Clemens V. in Concil. Viennen. Ne Romani electioni Pontificis indeterminata opinionum diuerſitas aliquod poſſit obſtaculum, vel dilationem afferre: nos inter cætera præcipuè attendentes, quòd lex ſuperioris per inferiorem tolli non poteſt; opinionem adſtruere, ſicut accepimus, ſatagentem, quòd conſtitutio fel. re. Greg. Papæ X. prædeceſſoris noſtri circa electionem præfatam edita in Concil. Lugdunen. (quæ, iuxta gloſ. hîc communiter receptam, *verbo, edita*, eſt text. *in d. cap. vbi periculum*;) per cœtum Cardinalium Romanæ Eccleſiæ ipſa vacante modificari poſſit, corrigi, vel immutari, aut quicquam ei detrahi, ſiue addi, vel diſpenſari quomodolibet circa ipſam, ſeu aliquam eius partem; aut eidem renuntiari per eum; tamquam veritati non conſonam, de fratrum noſtrorum conſilio reprobamus. irritum nihilominus, & inane decernentes quicquid poteſtatis, aut iuriſdictionis ad Romanum, dum viuit, Pontificem pertinentis, niſi quatenus in conſtitutione prædicta permittitur, cœtus ipſe duxerit eadem vacante Eccleſia exercendum; & præterea, (vt *ibidem* ſtatim ſubditur *in* §. *eo tamen prouiſo,*) ſubrogando pro tempore vacationis ſedis Camerariũ, & Pœnitentiarios in locum deficientiũ. ac denique in Bulla, ſeu conſtit. Pij IV. 63. in nouo Bullar. & 81. in antiquo, quæ incipit, *in eligendis*, §. 6. ſeu *verſ. ſedis autem vacatione*, decernitur vt ſedis vacatione durante Collegium Cardinalium in iis, quæ ad Pontificem maximum, dum viueret, pertinebant, nullam omnino poteſtatem, aut iuriſdictionem habeat, neque gratiam, neque iuſtitiam faciendi, aut factam per Pontificem mortuum executioni demandandi, ſed ea omnia futuro Pontifici reſeruari teneatur: à quibus pauca quædam ibi à Pio IV. excipiuntur. Cùm igitur ratio, cur nequeat Cardinalium cœtus vacante Sede Apoſtolica in aliis ſe intromittere, quàm *in d. cap. vbi periculum, & Clement. ne Romani*, necnon in dicta Piana conſtitutione expreſſis, ibidem allata, vt nimirum quamprimum fiat electio Romani Pontificis, locum etiam habeat in commutatione vltimarum voluntatum,

quæ non eſt ex iis, quæ inibi ab eo cœtu tunc fieri permittuntur; & exceptio † firmet regulam in caſi- 189.
bus non exceptis, *l. nam quod liquida,* §. *fin. ff. de pen. legat. & l. quæſitum,* §. *denique, ff. de fund. inſtr.* cum aliis ad id allegat. ab Euerard. *in Topic. inv. loc. ab except. ad regul. num.* 1. atque aliis Doctoribus ſæpiſſimè: inde manifeſtè ſequitur, nullo modo poſſe eo tempore, regulariter ſaltem loquendo, huiuſmodi commutationem fieri à Cardinalium Collegio; niſi ea foret neceſſaria ad Eccleſiæ ipſius patrimonium, eiuſve partem aliquam defendendam; vel vbi, niſi fieret, inde graue admodum, & euidens periculum immineret; quod tamen poſtremum non video, quomodo accidere poſſit, ſicut primum illud ad rem noſtram vix pertinere poteſt: &, ſi hoc poſtremum accideret quoad Eccleſias particulares, aut etiam Romanum Epiſcopatum, de quo *in cap. ſua nobis, de offic. Vicar.* cùm eidem periculo quoad ſpeciales quidem Eccleſias ſatis occurratur per recurſum ad Epiſcopum, iuxta id, quod latiùs inf. hoc ipſo cap. *quæſt.* 11. *concluſ.* 3. oſtendemus, omnino non poterit Collegium Cardinalium in hoc eodem poſtremo caſu ad hanc commutationem deuenire, quæ magnam cauſæ cognitionem, atque adeò temporis ſpatium exigit; & quoad commutationes Romanæ diœceſis, & Epiſcopatus, eas relinquet Vicario Vrbis, qui † 190.
cum cæteris eiuſdem Vrbis officialibus vacante Sede Apoſtolica per ipſum Collegium confirmari conſueuit; quod & nos adnotauimus *in tract. de conſeruat. Iudicib. cap.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 23. excepto Datarij officio, quod ita expirat per Pontificis obitum, vt neque confirmetur per Collegium Cardinalium, vt ſatis conſtat ex d. conſtit. Pij IV. *verſ. Datarij verò,* exceptis Camerario, & Pœnitentiariis, quorum officium eo ipſo durat, nec expirat vacante Apoſtolica Sede, vt cauetur *in d. Clement. ne Romani, verſ. eo tamen prouiſo,* & Auditore Cameræ, vt tenet gloſ. *ibi verbo, Camerarium*; & de Mareſchallo, de quo Caſſan. *in Catal. glor. mund. part.* 9. *conſid.* 22. idipſum dicendum exiſtimat Specul. *tit.* 3. §. 1. quem ſequi videtur Hoſt. *in cap. quod ſuper his, in fin. de ſent. excom.* gloſ. verò contrarium ſentit *in d.* §. *prouiſo etiam, verbo, expirare,* quia de Mareſchallo, inquit, hîc nil dicitur. Hodie Mareſchalli officium perpetuum eſt, & alicui ex nobiliſſima, & antiquiſſima Sabellorum familia progenito pro tempore à Romanis Pontificibus concedi ſolet; extátque in Vrbe Curia, quæ Sabellorum vocatur, proprios carceres habens; vnde apparet, eos criminalem poteſtatem, ac iuriſdictionem in Vrbe habere. Nunc igitur abſque controuerſia Mareſchalli officium mortuo Papa non expirat. atque hæc omnia colligi etiam poſſunt ex conſtit. 58. Pij IV. in Bull. nou. quæ incipit, *cùm ab ipſo,* §. 20. *cum duob. ſeq.* conſt. 26. Greg. XIII. *dum rectè,* & conſt. 71. aliàs 44. Pauli V. incip. *vniuerſi,* §. 8. *princ.* Quoad Vicarium autem Vrbis, licèt videatur eius iuriſdictio durare etiam Papa mortuo, vbi ea ſit ordinaria, prout ob hanc rationem id decernitur de Legato ſedis Apoſtolicæ *in cap.* 2. *de offic. leg. in* 6. Quòd verò iuriſdictio Vicarij Epiſcopi † ſit 191.
ordinaria, tenet gloſ. *in cap.* 2. *verbo, Officialem, de offic. Vicar. in* 6. Archid. *cap.* 1. *in initio, eadem tit. & lib.* Spec. *tit. de offic. ordin. num.* 2. & ibi Io. And. Hoſt. & Innoc. *cap. ſua nobis, ſuper verb. iuriſdictio, de offic. Vicar.* (vbi in ſpecie agitur de Vicario Papæ; de quo etiam Veſtr. *lib.* 3. *prax. Rom. Cur. cap.* 3. *num.* 2. & Azor *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 39.) Couar. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 20. *num.* 4. & alij quamplurimi, quos referunt, ac ſequuntur id latiùs com-

Digitized by Google

probantes Iacob. Stroz *tract. de Vicar. Epiſc. lib. 2. quæſt. 55. num. 9.* Io. Azor *Inſtit. mor. 2. part. 2. lib. 3. cap. 6. quæſt. 12. & cap. 45. quæſt. 5.* & Sanchez *de matrim. lib. 3. diſp. 29. num. 3.* necnon in conſtit. 2. Pauli II. *licet*, conſtit. 28. Iulij II. *decet*, conſtit. Pauli III. 36. *licet*, & conſtit. 45. *cum ſicut*, conſtit. 2. Iulij III. quæ item incipit, *cum ſicut*, conſtit. 3. Pij IV. *ſedis Apoſtolicæ*, conſtit. 18. Pij V. *conſiderantes*. conſtit. 65. Clem. VIII. *in conferendis*, & conſtit. 71. alias 44. Pauli V. *vniverſi*, §. 4. & 7. Tamen omnino dicendum eſt iuriſdictionem prædicti Vicarij Vrbis, decedente, aut etiam cedente Romano Pontifice, expirare; prout de Vicario Epiſcopi eo mortuo tradit, ac pluribus relatis late comprobat idem Sanchez *d. lib. 3. diſp. 30. num. 2. & 3.* vbi idem oſtendit fore quoad negotia cœpta: & *num. 4.* licet mors non ſit intimata Vicario, niſi communiter ignoretur; tunc enim valent geſta à Vicario, quamuis ipſe mortis conſcius ſit, vt idem Sanchez ſatis probat *eodem tract. lib. 2. diſp. 22. num. 59.* Neque obſtat, quod obiiciebamus, videri durare iuriſdictionem Vicarij Vrbis poſt mortem Papæ eiuſdem Vrbis Epiſcopi, quòd ea iuriſdictio ſit ordinaria; nam hoc etiam admiſſo, quia tamen eius iuriſdictio eſt acceſſoria, & cohærens iuriſdictioni Epiſcopi, cum quo idem tribunal conſtituit, *cap. 2. de conſtit. in 6. & c. Romana, de appellat. eodē lib.* ceſſabit, ceſſante iuriſdictione, ac tribunali Epiſcopi. Cætera, quæ huic rei obſtare poſſe videbantur, ſatis diſſoluit Sanchez *d. diſp. 29. num. 13.* Sed neque illud in ſpecie obeſt quòd Paulus III. *in d. conſtit. 36.* quemdam Philippum Epiſcopum conſtituerit Vicarium in Vrbe, eiuſque ſuburbiis, ac diſtrictu, quamdiu ipſe Philippus vixerit; atque adeò etiam poſt mortem ipſius Pontificis, ſi huic illum ſuperſtitem eſſe contingat; idémque obſeruari audiam ab aliis Romanis Pontificibus. Nam ex eo quòd Pontifex Vicarium conſtituens non vtitur illis verbis, Sedes Apoſtolica te conſtituit, vel, Nos conſtituimus te Vicarium ſedis Apoſtolicæ, ſed, Nos Paulus te conſtituimus Vicarium noſtrum, vt patet ex *d. conſtit. 36.* non egreditur hæc deputatio tempus vitæ deputantis; iuxta *cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6.* & *ibi* glos. & Doct. omnes, cum multis ad id adductis à Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 28. numer. 63.* Quare ſub ea clauſula, *quamdiu vixeris*, intelligitur tacita conditio, ſi etiam nos tamdiu, quamdiu tu, vixerimus. Quòd ſi vrgeas, Vicarium Vrbis pro tempore appellari Vicarium Papæ, atque adeò dignitatis, non perſonæ. reſpondeo, dignitatem tunc accipi non in abſtracto, & indeterminatè, ſed in concreto, & prout eſt in tali determinata perſona; ſicut apertè ſumitur nomen Romani Pontificis *in d. cap. ſi gratioſè*, & de nomine Papæ, quòd ſit perſonale, tenet *ibi* glos. quæ eſt Io. And. *verbo, ſua*, Anchar. *num. 4.* Franc. *num. 7.* & de nomine Papæ glos. Bern. *in cap. litteris, verbo, cum facultum, de reſcript.* Couar. *lib. 3. var. reſol. cap. 15. num. 1.* Mar. Soc. *iun. conſ. 89. num. 7. vol. 1.* Idque maximè in caſu noſtro dicendum eſt, cùm Vicarius Vrbis non ſimpliciter appelletur Vicarius Papæ, ſed S. D. noſtri Papæ; pronomina enim poſſeſſiua, *meum, tuum*, & ſimilia reſtringunt diſpoſitionem ad tempus, & bona præſentia, *l. ſi ita legatum*, vbi Bart. *ff. de aur. & arg. leg.* latè Aug. Barboſ. *de dictionib. dictione 169.* Ad id verò, quòd contra principalem probationem huius 2. concluſ. fere circa eius initium

192. obiecimus † ex *d. cap. vnic. §. omnem perſonam, de ſchiſmat. in 6.* facilè reſpondetur, potius declarari ibi, non licere cœtui Cardinalium abſoluere ab ea excommunicatione Papæ reſeruata, quàm eius abſolutionem prohiberi: vel prohiberi ad tollendam opinionum diuerſitatem, arg. *d. Clem. ne Romani, in principio*, cum ſimil. ac denique in omnem euentum ad ſummum inde colligi, penes Cardinalium cœtum vacāte ſede Apoſtolica reſidere aliqualem, ſeu in aliquibus tantùm caſibus, non autem omnimodam Papalem iuriſdictionem; quæ fuit etiam ſublata in hoc caſu, & limitata, atque ad paucos caſus reſtricta per *d. Clement. ne Romani*, quæ poſterior eſt diſpoſitione *d. cap. vnici*; quinimò etiam per *d. cap. vbi periculum, §. iidem quoque, de elect. in 6.* luxta quem intelligendum erit ipſum cap. vnic. vt iura iuribus concordemus; quod facere expedit, *cap. cùm expediat, eodem tit. & lib. cum ſuis concord.* ibi per glol. alleg. Atque hæc de præſenti quæſt. dicta ſint ſatis.

SVMMÆ RERVM.

193. *Legati ſedis Apoſtolicæ alij nati, alij de latere, alij miſſi. qui in aliquibus parem, in aliis diſparem habent poteſtatem; num. 194.*

195. *Legati de latere, non cæteri conferre poſſunt beneficia, & quando.*

196. *Legati ſedis Apoſtolicæ nequeunt ſine illius mandato ea facere, quæ in ſignum ſingularis priuilegij ſunt Papæ reſeruata; & quæ ea ſint.*

197. *Legati de latere ſunt ad inſtar Proconſulum, cæteri ad inſtar Præſidum prouinciarum, vnde quod his conuenit, de illis reſpectiuè dicendum eſt; num. 198. & ſeq.*

199. *Proconſul extra prouinciam ſuam non exercet ea, quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ, ſed quæ ſunt voluntariæ, vbique extra Vrbem; ſic & Legatus de latere. Idem in cæteris Legatis, ſicut & in Præſidibus prouinciarum; numer. 200.*

201. *Legatus etiam de latere non poteſt regulariter commutare vltimas voluntates.*

202. *Inferior non poteſt diſpenſare in lege ſuperioris, etiam Legatus ſedis Apoſtolicæ; num. 203.*

204. *Legatus etiam de latere non venit regulariter nomine ſedis Apoſtolicæ.*

205. *Dictio*, vel, *non niſi inter diuerſa ponitur.*

206. *Commutatio piorum legatorum eſt de reſeruatis Papæ.*

207. *Legatus etiam de latere commutare nequit pia legata etiam in melius, & cum hæredis conſenſu.*

208. *Legatus ſedis Apoſtolicæ commutare poteſt vltimas voluntates in caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi.*

209. *Legatus regulariter id omne, & ſolum poteſt in ſua prouincia, quod poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi, quod fallit quoad Legatum de latere ſaltem in tribus caſibus; num. 210.*

211. *Legatus eſt iudex ordinarius exemptorum.*

212. *Legati, ac Nuntij poſſunt in ſua prouincia diſpenſare in votis, in quibus poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi.*

213. *Legatus de latere poteſt commutare vltimas voluntates quoad exemptos, quas Epiſcopus poteſt quoad ſibi ſubditos.*

214. *Legatus commutare poteſt vltimas voluntates, quæ miſſi executioni non poſſunt; & quarum commutatio eſt Papæ reſeruata, ſi adiri nequeat, & vrgeat neceſſitas commutandi; ſicut in tali caſu poteſt alia Pontifici ſimpliciter reſeruata.*

215. *Lega*

ized by Google

215. *Legatus quilibet ex publica vtilitate potest commutare ad tempus aliquod relictum, quod non ita vtile est.*

216. *Legatus de latere commutare potest in sua prouincia vltimas voluntates, quaties Archiepiscopus potest in sua.*

217. *Legatus potest facere implicitas vltimarum voluntatum commutationes, qualis est vnio Ecclesiarum, suppressio beneficiorum, pensionum impositio, legitimatio, veterum commutatio.*

218. *Legatus cum vult commutare vltimam voluntatem per iurisdictionem voluntariã, id vbique facere poterit extra vrbem Romanam.*

219. *Legatus volens per alium commutare vltimam voluntatem etiam per viam contentiosa iurisdictionis existens extra prouinciam delegare poterit existenti in prouincia; non autem eum compellere ad delegationem suscipiendam.*

220. *Legatus commutare vltimas voluntates per iurisdictionem contentiosam non potest, existens extra suam prouinciam: potest tamen in vna prouincia sua legationis facere commutationem spectantem ad aliam prouinciam eiusdem legationis.*

221. *Commutatio vltima voluntatis à Legato facta ex certa causa, hac cessante cessat.*

222. *Iurisdictio contentiosa, seu necessaria, quanam sit; & qua voluntaria.*

223. *Iurisdictio voluntaria quando assumat naturam contentiosa.*

224. *Causa cognitio alia extraiudicialis, alia iudicialis; sicut etiam processus, & actus.*

225. *Actus iurisdictionis voluntaria, vt dispensatio, si requirat causa cognitionem iudicialem, pro ea parte exerceri debet intra territorium, ipse verò expediri extra illud poterit.*

226. *Iurisdictio voluntaria etiã extra territoriũ, diœcesim & prouinciam; cõtentiosa non nisi intra hæc respectiuè exerceri potest.*

227. *Iurisdictio contentiosa exerceri potest in alieno territorio cum licentia illius iudicis. requiritur autem etiam consensus partium; qui, sicut & iudicis, sufficit tacitus; n. 228. isque etiam vterque necessarius est, cùm ad actum iurisdictionis voluntaria requiritur causa cognitio iudicialis; num. 229.*

230. *Iurisdictio voluntaria etiam delegata exerceri potest in alieno territorio.*

231. *Vicarius Episcopi conferens beneficia ex delegatione potest ea conferre extra diœcesim.*

232. *Confessarij etiam delegati possunt audire confessiones subditorum approbantis extra eius diœcesim.*

233. *Legati missi, vel de latere quando & vbi absoluant ab excommunicatione Canonis, si quis suadente, 17. quæst. 4. & n. 236. cum seq.*

234. *Reseruata Papæ, seu alteri Principi supremo, siue in signum priuilegij singularis, siue in signum suprema potestatis, siue simpliciter, licet spectent ad iurisdictionem voluntariam, nõ semper possunt exerceri in alieno territorio.*

235. *Legatus de latere quenam possit de reseruatis Papæ, & quæ non possit tamen, quàm alij Legati Papæ; & duobus seqq.*

236. *Legatus de latere quæ beneficia conferre possit.*

237. *Excommunicare non potest Legatus extra prouinciam; & an absoluere.*

238. *Priuilegium cõmutationis vltimæ voluntatis concessum à Papa simpliciter, & absque loci determinatione vbique valet: quod tamen ibi declaratur. idemque cum proportione dicendum est de Prælatis, Principibus, Regibus, & Imperatore, num. 239. & quid de Patriarchis, Primatibus & Metropolitanis; n. 240.*

241. *Commutatio vltimæ voluntatis an prosit extra territorium commutantis; & ibi quid in quouis alio priuilegio.*

242. *Legatus nequit dispensare super pluralitate beneficiorum cum, qui non est de sua prouincia: tamen si ad id dispenset cum, qui est de sua, illa poterit vbique obtinere.*

243. *Dispensatio propry Prælati tunc extenditur ad omnem locum quando per eam tollitur impedimentum personæ dispensatæ; secus si illud proueniat ex parte rei, quæ non sit subdita dispensanti, vel etiam vbi persona ipsa subdita non sit.*

244. *Priuilegium ab Episcopo datum contra in commune, vt comedendi lacticinia diebus vetitis, quando prosit, vel non extra contedentis diœcesim, vel certum eius locum, & quid si tale priuilegium concessum sit à Papa; n. 245.*

246. *Legatus quam potestatem habeat in impositione pensionis super beneficiis, remissiue.*

QVÆRO SEPTIMO, an Legatus Sedis Apostolicę cõmutare possit vltimas volũtates? 191

Pro faciliori intelligentia, & resolutione huius quæst. nonnulla præmittenda duximus.

Præmitto primò, † Legatorum Sedis Apostolicæ 193.
tria esse genera; alij enim dicũtur Legati nati, & sũt ij, qui eo ipso, quòd aliquam dignitatem obtinent, sunt eiusdem sedis Legati, quorũ potestas, & iurisdictio ex priuilegio Apostolicæ Sedis eidem dignitati est annexa; huiusmodi olim erat Archiepiscopatus Cantuariensis, vt constat ex *cap. 1. de offic. leg.* & de Eboracen. *cap. 1. de appell.* Alij dicuntur de latere, & vtplurimum sunt Cardinales, de quibus *in cap. excommunicatis*, quod est pen. *eod. tit.* iũcto *cap. 1. eod. tit. in 6.* quia Cardinales dicũtur pars corporis Papæ, vt notauit glos. *d. cap. pen. verbo, commissam*, per *cap. si quis cum militibus, 1. q. 1.* & filij speciales Romanæ Ecclesiæ, *in cap. felicis, §. per hoc quoque, de pœn. in 6.* & quia assistunt Papæ à consiliis, ex glos. *in cap. 2. verb. proconsulum, de offic. leg. in 6.* per text. *in cap. fundamenta, §. decet, de elect. eod. lib.* Alij denique dicũtur Missi, qui nimirum, nec ratione dignitatis, nec tanquam speciales filij Romanæ Sedis, ac Pontificis ab eius latere; verùm aliàs cum potestate Legati mittuntur, & Nuntij vocantur. hæc tria genera apertè colligere licet ex *d. cap. excommunicatis, & cap. 1.* atque vtrobique ponunt glos. & Doct. *& in cap. statutum, in princ. de rescript. in 6.*

Præmitto secundò, quòd, † licèt in aliquibus pa- 194.
rem habeant potestatem, hæc tria genera Legatorum Sedis Apostolicæ, vt in cõmissione causarum, *d. cap. statutum, in princ.* iuxta glos. inibi recepta *verbo, legatorum*, in absolutione à violenta manuum iniectione in Clericos intra prouinciam quoad ibi degentes, *d. cap. pen. de offic. leg.* Itẽ quoad hoc vt eorum iurisdictio sit ordinaria; neque expiret morte Pontificis, *cap. 2. eod. tit. in 6.* vbi Clem. IV. scribens Legato Sedis Apostolicæ, generaliter ait, Legatos quibus in certis prouinciis committitur legationis officiũ; vt ibidem euellant, & dissipent, ædificent, atque plantent; (quæ quidem verba Prophetæ à Domino dicta legimus *Ierem. cap. 1.*) prouinciarum sibi cõmissarum ad instar Proconsulum, cæterorúmque Præsidum, quibus certæ sunt decretæ prouinciæ moderandæ, ordinarios reputantes: præsenti declaramus edicto, commissum tibi à Prædecessore nostro legationis

Digitized by Google

tionis officium nequaquam per ipsius obitum expirasse. Isque text.intelligẽdus est de omnibus Legatis Sedis Apostolicæ,licèt de latere non sint,vt benè docent ibi glos.Franc.& alij *in initio.* Tamen quoad pleraque alia est in iis imparitas potestatis ; vt in absoluendo excommunicatos pro violẽta manuum iniectione.nam Legati nati nullos,& nusquam possunt absoluere ; missi verò nonnisi subditos , & ipsi intra prouinciam suam existentes : Legati autem de latere possunt vbicumque extra Vrbem ; text. *d.cap. pen.*iuncta glos. *verbo,mittuntur,de offic.legat.*ad idem text.*in cap. quòd translationem , eod.tit. & cap.ad eminentiam,de sent.excom.* Item in cõfirmationibus Prælatorum exemptorum : solus enim Legatus de latere eorum electiones confirmat,vt apertè disponitur *in cap.si Abbatem,de elect.in 6.* solus etiam exemptorum causas cognoscit,eósque punit,*cap. 1.de verb signif.eod.lib.*& quoad vtrum glos.*d.cap. 1. verbo,legati*,quã alij sequuntur,*de offic.leg.in 6.* Præterea in eo differunt , quòd recepti in filios speciales Romanæ Ecclesiæ poterunt interdici , vel excommunicari à Legato de latere,non ab aliis,vt satis constat ex *cap. 1.in princ.de verb.signif.in 6.* Denique cæteri Legati conferre non possunt beneficia ex munere legationis,vt dicitur *in d.cap. 1.in princ.de offic.legat.in 6.* Le-
195. gati autem de latere † possunt , vt *ibidem* cauetur *in §.quod in fratribus* ; cum restrictione tamen , ac moderatione,de qua *in cap.presenti,& cap.deliberatione, eod.tit.& lib.*necnon præterquam vacantia in Curia, vt manifestè colligitur ex *cap.licèt,de prab.eod.lib.*

Præmitto tertiò , in hoc conuenire omnes Lega-
196. tos Sedis Apostolicæ,vt † nequeant sine illius mandato ad ea manus extendere , quæ in signum priuilegij singularis sunt tantùm summo Pontifici reseruata ; cuiusmodi est transferre Episcopos, vel vnam Ecclesiam Cathedralem alteri subiicere , concesso illi priuilegio primatiæ , vel duos Episcopatus vnire , vnúmve diuidere , vt disponitur *in d. cap.quòd translationem, de offic.leg.* cuiusmodi etiam sunt pleraque alia,de quibus ibi,post glos.*verbo,reseruata,*& Doctor.cùm *ibid.& cap.sicut vnire,de excessib.Prælator.*necnon *in cap.super quibusdam,de verb.signif.*tum alibi sæpè.

197. Præmitto denique, quòd,cùm Legati de latere † sint ad instar Proconsulum , cæteri verò Legati Sedis Apostolicæ ad instar Præsidum prouinciæ , vt patet ex text.*d.cap.2.* iuncta glos. recepta *verbo,Proconsulum,de offic.leg.in 6.* quod de Proconsulibus dicitur tam *in tit. ff. de offic. procons.* quàm in aliis iuribus ciuilibus, & de Præside prouinciæ *in tit.ff.de of-*
198. *fic.præsid.* atque alibi ; idem proportionabiliter † dicendum est de Legatis Sedis Apostolicæ , saluo eo, quod specialiter de vtrisque cautum reperitur in iure Canonico. quare quod de Proconsule habetur *in l.& ideo , ff.de offic. procons.* illum habere in sua prouincia maius imperium omnibus post Principem; idem statuendum est de Legato de latere , vt maius imperium omnibus post Romanum Pontificẽ censeatur habere ; prout dicitur *in d.cap.si Abbatem , §. huiusmodi verò , de elect.in 6.*atque etiam de Legatis minoribus , qui licèt eo præsente dimittant executionem officij sui , vt notauit *ibi* glos. *verbo , maius,* per text.*in cap.volentes,de offic.leg.*habent tamen eodem absente,& ipsi maius imperium in sua prouincia post Papam , sicut de Præside prouinciæ dicitur *in l. 4.ff.de offic. præsid.* illum maius imperium in ea prouincia habere omnibus post Principem.

199. Pariter sicut † Proconsul ea,quæ sunt iurisdictionis contentiosæ, non potest exercere extra suã prouinciam,*l.1.ff.de offic.Proconsul.* cum simil.potest tamen ea,quæ sunt voluntariæ,vbique extra vrbẽ Romanam ; sicut etiam deferre *insignia* proconsularia , *l.1.2.& fin. ff. eod.tit.l. emancipari, ff.de adopt.*ita Legatus de latere , vbique extra Vrbem exercet ea, quæ sunt iurisdictionis voluntariæ,*d.cap.pen.* iuncta glos. *verbo , mittuntur , de offic.legat.* facit *d.cap. quod translationem,eod.tit. & cap.ad eminentiam,de sent. excom.* & videmus eos deferre insignia Legati vbique extra Vrbem:non autem exercet ea, quæ sunt iurisdictionis contẽtiosæ,nisi in pronincia,vt sentit glos. *d.verbo,mittuntur,& d.cap.si Abbatem,in princ.verbo, in prouincia,*per text.*ibi, & in cap.cùm venerabilis,de consuet.* ad idem text. *in cap. fin.de off.leg.*quem ad id ponderauit *ibi* glos.*verbo,expiret, & cap.nouit,verbo, terminos.eod.tit.* Cæteri quoque Legati,qui non sunt de latere,nimirum vel Nati,vel Missi,† nullibi,quæ 200.
pertinent ad contentiosam iurisdictionem exercẽt, nisi in prouincia : quo modo intelligo glos.*d.cap.penult.in verbo,commissam , & d.cap.nouit, verbo, terminos,de offic. leg.* atque *ibi* Innoc. & alij,ac text.*in cap. fin.eod.tit.*sicut etiam de Præsidibus prouinciarum id satis patet ex *l.3. ff. de offic.præsid.* ibi , Præses in suæ prouinciæ homines imperium habet , & hoc dum in prouincia est ; nam si excesserit,priuatus est. Possunt autem voluntariam iurisdictionem exercere, sicut de Præside est text. *in l.etiamsi , ff. de manum. vind.*ibique glos.& *d.l.3.*per *l.1. & 2.ff.de off.proconf.* quæ loquuntur de Proconsule. quare in hoc nihil differret Præses,& proconsul,atque adeò nec Legatus de latere à cæteris Legatis : de quo vidẽdum etiam quod dicemus in fin.huius quæst.His præmissis iam ad huius quæst.conclusiones descendamus.

Prima conclvsio. Legatus etiam de latere † non potest regulariter commutare vltimas 201.
volũtates. Probatur primò,quia omnis Legatus Sedis Apostolicæ est inferior Papæ , vt de se patet , ac constat ex *d.cap.si Abbatem, §.huiusmodi,de elect.in 6.* At verò inferior † non potest dispensare in lege su- 202.
perioris,aut ei in aliquo derogare,*l.fin.C.de leg. cap. inferior , 22. dist.cap. cùm inferior, de maiorit.& obed. Clem. ne Romani,in princ. de elect.*maximè cum talis inferior ab illo superiore recipit potestatem, vt tradit ibi glos. ab aliis approbata *in verbo , inferiorem,* prout in casu nostro Legatus quilibet etiã de latere à Papa suam potestatẽ accipit, *cap.1.cap.quod translationem,& cap.penult.de offic.legat. cap.1. & toto ferè eod.tit.in 6.* atque alibi sæpe ,& in specie Legati etiam de latere,sentiunt Doct. quos refert Sanchez *d. tract.de matrim.lib. 8. disp.6.n.15. & 16.*iuncto *n.14.* eum † non posse in lege superioris regulariter dis- 203.
pensare ; ac præter eos tradit post alios Nic. Boër. *tract.de potest. Legat. de lat. quæst.1. num.44.* Card.Iacobat.*in tract. de Concil.lib.5. art.20. num.1.* & Alph. Hoied.*tract.de incompat. benef.2.part.cap.12. num.20.* Commutatio autem vltimarum voluntatum iuri Pontificio repugnat mandanti , vltimas voluntates executioni mitti,exceptis certis casibus , *cap.vltima voluntas,13.quæst.2.cap.nos quidem,cap.si heredes,cap. tua nobis, & cap.Ioannes,de testam. Clem. quia contingit,de relig.dom.*Conc.Trid.*sess.22.cap.8.& 9.de refor.* cum aliis adductis sup.*cap.3.quæst.3.concl.1.circa medium* ; vbi etiam nonnulla iura ciuilia , & canonica allegauimus , quibus prohibetur saltem omnino libera,& absoluta vltimarum voluntatum , ac præcipuè ab inferioribus commutatio. Secundò proposita nostra conclusio , nimirum Legatum Sedis Apostolicæ non posse vltimam voluntatem commutare; ex eo satis probatur,quod Couar.*in rel.d.cap.tua nobis,num.7.de testam.* post alios tradit , solum Romanum Pontificem,aliúmve supremum Principẽ posse vltimis voluntatibus derogare ; per text. *in l. legatam.ff.de admin.rer.ad ciuit. pertin.* vbi L.C.legatam, inquit,

inquit, municipio pecuniâ in aliam rem, quàm defuncti voluit, conuertere citra Principis auctoritatē non licet: necnon *in d. Clem. quia contingit, in princ. de relig. domib.* Cuius hæc sunt verba; cùm tamen ea, quæ ad certum vsum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium, (salua quidem Sedis Apostolicæ auctoritate) conuerti: dum inibi nulla alia auctoritas in vltimarum voluntatū commutatione, quàm Sedis Apostolicæ reseruatur: quòd si aliam auctoritatem reseruare voluisset ibi Romanus Pontifex, facilè id facere potuisset; arg. *cap. 2. §. sed neque, ad fin. de translat. Episc. & cap. ad audientiam, de decim. l. vnic. §. si verò, C. de caduc. toll.*

204. cum simil. Neque nomine Sedis Apostolicæ, † regulariter veniūt Legati eiusdem, sed solùm Romanus Pontifex, vt satis constat ex *cap. statutum, in princip. de rescript. in 6.* ibi, auctoritate litterarum Sedis Apostolicæ, vel Legatorum eiusdem; & *cap. si à sede, de prab. eod. lib.* iis verbis, si à Sede Apostolica, vel Legato ipsius; & *cap. ea noscitur, de sent. excom.* ibi, Sedi Apostolicæ, vel eius Legato; atque aliis plerisque

205. similibus iuribus; constat enim, † dictionem, *vel*, cùm sit alternatiua, seu disiunctiua, non nisi inter diuersa poni, *cap. inter cætera, de rescript.* Card. *Clem. 2. n. 8. de at. & qual.* Bald. *l. filia, la 1. in princ. C. de collat.* licèt aliquando etiam nomine Sedis Apostolicæ veniat eiusdem Sedis Legatus, vt colligitur ex *cap. cupientes, & cap. si Abbatem, § huiusmodi, de elect. in 6. & cap. veniens, de verb. signif. eod. lib.* monuitque glos. *in cap. auctoritate, verbo, Sedis Apostolica, il 2. de priuileg. eod. lib.* Idipsum autem, quòd regulariter nullus omnino inferior siue Ecclesiasticus, siue sæcularis respectiuè præter Romanum Pontificem, aut supremum Principem vltimas voluntates commutare possit, præter Couarr. & ab eo citatos *vbi supr.* tenet post alios, satisque comprobat Lap. *alleg. 87. num. 7.* Mar. Soc. *tract. de oblat. lib. 19. n. 3. cum tribus seqq. & num. 7. ac 9. vsque ad 14.* Mandos. *conf. 33. num. 4.* eo,

206. quòd † commutatio Legatorum piorum est de casibus reseruatis Papæ, per text. *d. Clem. quia contingit, & not. in cap. quod translationem, de offic. leg.* tradit Staphil. *super commiss. & litter. inst. num. 79.* idémque sentit Lap. de Castellion. *tract. de hospitalit. num. 65. & seqq.* & Redoan. *tract. de reb. Eccles. non alien. rubr. 18. num. 78. cum duobus seqq.* & ex magis communi tradit Aug. Bero. *conf. 49. num. 8. vol. 2.* notauitque Navarr. *conf. 2. aliàs 15. num. 5. & 6. de reb. Eccl. non alien.* per text. *in l. 1. & l. Legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. & d. Clem. quia contingit*, ibique glos. *de relig. dom.* ac in relictis piis quoad Papam post Card. & Lap. *ibidem* tenet Rip. *in tract. de poste. tit. de remed. ad curand. post. num. 35.* ac nouissimè Genuens. *in prax. Nunc. cap. 20. num. 1.* per text. *in d. Clem. quia contin-*

207. *gis.* vbi id ampliat post alios primò † etiamsi commutatio fieret à Legato de latere, de quo mox dicemus. Secundò etiamsi commutatio fieret in melius, post Lap. Imol. & Bonifac. *d. Clement. quia contingit*, & Abb. *d. cap. tua nobis, num. 4. de testam.* qua de re latiùs nos inf. *quæst. 11. concl. 3.* longè post medium. Tertiò, vt neque de consensu hæredis regulariter fieri possit commutatio piorum legatorum ab alio, quàm à Papa, post Card. Imol. & Bonifac. *d. Clem. quia contingit*, ac Felin. *in cap. cum accessissent, num. 19. de constit.* de quo videndum, quod nos latiùs trademus *d. quæst. 11. concl. 1. ampliat. 1.* Tertiò, ac postremò nostra hæc conclusio, quòd regulariter Legatus Sedis Apostolicæ etiam de latere commutare nequeat vltimas voluntates, probatur; quoniam multi eam tenent, & in primis glos. *d. Clement. quia contingit, in princip. verbo, Sedis Apostolicæ, il 1.* apertissimè ex eo text. sentit, non posse Legatum Sedis Apostolicæ commutare vltimas voluntates, seu dispositiones tam inter viuos, quam causa mortis, dum exponens prædicta verba, *Sedis Apostolicæ*, primo loco posita, inquit: Nota per hanc litteram, solum Papam alterare posse vsum illorum, quæ per fideles donata sunt, vel relicta; & addendus est, subdit, iste casus ad alios, *de offic. leg. cap. quod translationem*: vbi in text. aliqui ponuntur ita Papæ reseruati, vt nec Legato a latere iure, atque ex munere legationis competant; plerique verò numerantur ibi à glos. *in verbo, reseruata.* & cum glos. *d. verbo, Sedis Apostolica*, sentiunt *ibi* magis communiter Doct. Fel. *in cap. cùm accessissent, num. 17. ad fin. de constitut. & conf. 41. n. 8.* & alij nonnulli, quos refert, ac sequi videtur Quintil. Mandos. *in prax. signat grat. verbo, sententia commutatio vltimæ voluntatis, versic. quidam voluerunt*; nimirum Lap. de Castellion. *tract. de Hospitalit. num. 66. vers. quid de legatis*, & Aug. Bero. *conf. 49. facti specie, num. 1. cum aliis sequent. lib. 2.* quibus addendi sunt aliqui ex illis, quos ipse Mandos. refert *ibidem, vers. plures concludunt*; & ex his Card. *d. Clem. quia contingit, not. 10. & quæst. 5.* adde etiam And. Gamb. *tract. de offic. leg. lib. 9. ad fin.* & Ioan. Azor. *Institut. moral. part. 2. lib. 5. cap. 33. quæst. 9. in princ.* Idque tanquam indubitatum ponit Aug. de Gambellion. *in tract. de testam. glos. 13. in fin.* post Anchar. *d. Clem. quia contingit, de relig. domib.* & Ioan. Dilect. *de art. testand. tit. de tut. & execut. testam. cant. 6. n. 4.* post Barbat. *in cap. nos quidem, col. 2. de testament. & conf. 23. lib. 1.* ac post alios Rip. & Genuens. *sup.* Io. Franc. Leo *in Thes. for. Eccles. part. 2. cap. 26. num. 34.* latéque probat Mar. Soc. *d. libell. 19. num. 9. vsque ad 14.* vbi idipsum ostendit de destinatis ad certum vsum per actum inter viuos, & limitat in legatis herede consentiente.

SECVNDA CONCLVSIO. Potest Legatus Sedis Apostolicæ † commutare vltimas voluntates 208.
in omnibus casibus, in quibus potest Episcopus in sua diœcesi, ac præcipuè cùm legatum pium executioni mitti non potest, prout à testatore fuit statutum; ne illud legatum fiat caducum. ita per text. *in l. legatum, & ibi* Bart. *ff. de vsu, & vsufr. leg.* Abb. *in cap. nos quidem, & cap. tua nobis, de testam.* Ioan. de Lign. *d. Clement. quia contingit*, Alex. *conf. 73. vol. 7.* & Gambar. *d. lib. 9. ad fin.* trad. Ioan. Azor *d. quæst. 9. vers. at verò*; atque vt cæteros, quos hoc loco possemus commemorare, consultò prætermittamus, idem voluerunt alij, quos refert Mandos. *vbi suprà, d. vers. quidam voluerunt*: ij autem sunt Roman. *sing. 475.* Anch. Card. & alij *d. Clement. quia contingit*, Matth. Matthesil. *notab. 181.* quod incipit, *nota, quòd si quis pro anima.* & ratio est, quia regulariter id omne, & solum † 209.
potest Legatus in sua prouincia, quod potest Episcopus in sua diœcesi; vt post Specul. *tit. de dispens. §. consequenter aliqua, num. 4. & tit. de legat. §. nunc ostendendum, num. 54. & §. nunc dicamus, num. 5.* Anchar. *cap. fin. num. 1. de transact.* Abb. *cap. 1. num. 2. cap. quod translationem, num. 9. & cap. pen. in fin. de offic. leg.* Ioan. Selu. *tract. de benef. 2. part. quæst. 3. num. 2. & part. 4. quæst. 9. in initio.* Rosel. *in sum. verbo, legatus. n. 4.* Ang. *num.* item 4. Tabien. *quæst. 2.* Armil. *num. 3.* Siluest. *verbo, delegatus, quæst. 12. & 14. in initio*, Greg. Lopez *ad leg. 23. Reg. tit. 9. part. 1.* Guttier. *lib. 1. quæst. Canon. cap. 11. num. 6.* Henriq. *lib. 14. Theol. moral.* qui est de irregularit. *cap. 18. num. 2.* & Molin. *tom. 1. de iust. & iur. tract. 2. disput. 173.* tradit Sanchez *tract. de matrim. lib. 3. disput. 28. num. 8.* quibus addendi sunt Couar. *in Epit. 4. decretal. 2. part. §. 10. num. 11.* & alij, quos idem Sanchez sequitur *d. tract. de matrim. lib. 8. disput. 6. num. 15. & disp. 9. num. 25.* Quatenus autem iidem Doct. sentiunt, Legatum nihil amplius posse in prouincia sua, quàm possit Episcopus in sua diœ-

cesi

210. cesi: id tripliciter saltem est † quoad Legatum de latere temperandum; primò, vt in prouincia sibi decreta possit absoluere ab excommunicatione Papæ reseruata ob Cletici percussionem incursa; *cap. quod translationem, & cap. excommunicatis, de offic. leg.* necnon *cap. ad eminentiam, de sent. excom.* Secundò quòd potest derogare iuripatronatus Ecclesiastico sine consensu patroni, siue conferendo, vt *in cap. dilectus, de offic. leg. & cap. cùm dilectus, de iurepatr.* siue etiam vniendo, vt non pauci voluerunt, quos referemus *cap. 11. quæst. 5. conclus. 9. ad fin.* licèt alij contrà. Tertiò, quòd † Legatus est iudex ordinarius exemptorum, vt apertè colligitur ex *cap. frater noster, post med. 16. quæst. 1.* vbi Gregorius I. de exempto loquens ait; per eos qui nostri sunt, vel fuerint in vrbe regia responsales, si mediocris est, quæstio cognoscatur; *& cap. si Abbatem, in princ. & §. 1. de elect. in 6.* & expresè tenet glos. ab aliis approbata *d. cap. quod translationem, de offic. leg. in verbo, reseruata, & cap. 1. verbo, legati, eod. tit. in 6.* per *cap. 1. de verb. signif. eod. lib.* ac pluribus tradit Thom. Sanchez *lib. 4. sum.* seu *oper. moral. in Decalog. cap. 33. num. 14.* Idem autem Sanchez *d. lib. 4. cap. 38. num. 3.* post Henriq. *lib. 14. de irreg. cap. 18. num. 2.* Ant. Gomez *in Bull. cruciat. clausul. 10. num. 61.* & Suarez *de relig. tom. 2. lib. 6. cap.* 212. *10. num. 10.* illud docet, † Legatos Apostolicos, seu Nuntios posse in tota prouincia sibi commissa dispensare in votis eodem modo, quo Episcopus in sua diœcesi: quod sanè ad rem nostram valde facit, cùm is commutare vota iure ordinario possit, qui potest in iis dispensare, vt pluribus tradit idem Sanchez *d. lib. 4. cap. 49. num. 28.* & votum sit quædam vltima voluntas, cùm ex se sit irreuocabilis, nec post se aliam in ea re voluntatem expectet; vt etiam constat ex adductis per nos sup. *cap. 2. quæst. 2. post medium.*

Ampliatur autem primò hæc conclus. vt procedat † etiam quoad exemptos respectu Legati de latere, cui subditi sunt loco Episcoporum, vt pluribus tradit Sanchez *lib. 4. sum. cap. 33. num. 14.* & nos paulo antè docuimus. 213.

Ampliatur secundò hæc conclusio, vt procedat † etiam in casibus, in quibus aliàs posset mitti executioni vltima volũtas, cuius commutatio esset reseruata Pontifici, sed vrgeret necessitas commutandi, nec esset recursus ad Pontificem. Nam in tali casu, cùm vrget necessitas grauis, nec datur recursus ad Pontificem, potest Legatus dispensare in reseruatis ipsi Pontifici, vt post Andr. Gambar. *tract. de author. Legat. lib. 7. tit. de dispensat. legator. circa matrim. num. 197.* Henriq. *lib. 12. Theolog. moral.* qui est *de matrim. cap. 3. num. 2.* docet, latisque probat Sanchez *d. disput. 6. num. 6.* monens ex eodem Henriq. *d. num. 2.* dispensationem hanc pro solo conscientiæ foro deseruire: de quo tamen dubito, cùm euidens necessitas tribuat aliquando iurisdictionem etiam in foro exteriori, vt patebit ex iis, quæ adducemus *cap seq.* vbi de causis commutationum vltimarum voluntatum latiùs agemus. Tertiò amplia, vt † Legatus Sedis Apostolicæ siue de latere, siue Natus, aut Missus possit etiam ex aliqua publica vtilitate ad tempus commutare, quod non ita vtile est, prout exemplum habemus *in l. vnic. C. de expensilud. publ. lib. 11.* vbi Imperatores Diocletianus, & Maximianus approbant conuersionem pecuniæ destinatæ, ac cœptæ expendi ad publicos ludos edendos, ad tempus à Præside prouinciæ factam in refectionem murorum ciuitatis, ita, vt muris instauratis iterum in ludorum editione erogentur: de quo etiam inf. *limit. 3.* & in specie Legati accedente consensu heredis tenet Marta *in d. tract. de iurisd. part. 4. cas. 74. n. 5.* ac per text. *d. l. vnic.* maximè iuncta glos. & Bald. *in l. 1. ff. d. offic. pref. prætor.* id tam in Legato, quàm in Episcopo tenet inter alios Mar. Soc. *tract. de oblationibus libell. 19. num. 19. & 20.* 214. 215.

Ampliatur quartò, quod † in omnibus casibus, in quibus potest Archiepiscopus commutare vltimas voluntates in diœcesibus Episcoporum suffraganeorum inf. *quæst. 10.* per nos afferendis; in iisdem poterit etiam Legatus de latere, qui æqualem cum Archiepiscopo in prouincia sibi commissa potestatem habet; vt post Archid. tradit Ioan. And. *in cap. fin. §. vltim. de supplend. neglig. prælat. in 6.* per text. *in cap. si Abbatem, §. 1. de elect. eodem lib.* vbi dicitur, quòd Legatus de latere, qui maius omnibus post Romanum Pontificem in prouincia sibi decreta imperium censetur habere, Archiepiscoporum, Episcoporum, & exemptorum electiones potest ex officio confirmare; alij autem Legati hoc nequeunt, nisi id eis à Sede Apostolica specialiter sit commissum. 216.

Ampliatur quintò, vt † possit Legatus tacitas, seu implicitas commutationes vltimarum voluntatum facere, seruatis de iure seruandis, vtputa vniones Ecclesiarum inferiorum, suppressiones beneficiorum, pensionum in certis casibus impositiones, legitimationes, votorum commutationes, & alia huiusmodi; de quibus latè Alphons. Villadieg. *tract. de legat.* Ioann. Brunell. *in tract. de dig. & potest. legat.* & Andr. Gambar. *in tract. de offic. & author. legat.* passim, & alij quotquot tractatus de Legato ediderunt, ac præterea Gulielm. *in spec. tit. de legat.* Azor *d. lib. 5. cap. 30. cum tribus seqq.* 217.

Ampliatur denique, quòd, † vbi facienda sit commutatio à Legato, ita, vt in ea facienda non sit exercenda iurisdictio contentiosa, sed solùm voluntaria, quia non sit adhibenda causæ cognitio iudicialis, sed vel nulla, vel extraiudicialis, vt paulo pòst explicabimus; poterit eam facere etiam extra prouinciam, modò non in Vrbe Romana; per ea, quæ tradidimus sup. hac ipsa quæst. præmiss. vlt. Quòd si per delegatum à Legato facienda sit commutatio etiam per viam contentiosæ iurisdictionis, † poterit quilibet Legatus hanc delegationem facere existens extra sibi decretam prouinciam, existenti tamen in prouincia, iuxta glos. ab aliis receptam *in cap. nouit. verbo, terminos, de offic. leg.* vbi tradit, Legatum extra prouinciam existentem posse delegare causas in prouincia, *l. vltim. ff. de offic. pref. vrb.* maximè si habet causam necessariam absentiæ, *l. aliquando, ff. de offic. proconf.* talis enim delegatio sit sine causæ cognitione, licèt, qui delegat, imperet, arg. *cap. pastoralis, de offic. deleg.* idémque tenet Innoc. *d. cap. nouit, num. 2.* subdens hodie posse fieri delegationem à Legato extra prouinciam absente etiam ex causa non necessaria, per *§. antequam*, vel potiùs *§. ad hoc, verf. antequam.* Non tamen poterit delegatum compellere per excommunicationem ad delegationem suscipiendam, arg. *cap. pastoralis, in princ. de offic. ord.* esset enim illud actus iurisdictionis contentiosæ, atque ex hoc sumitur prima limitatio huius nostræ 2. conclus. 218. 219.

Limitatur secundò eadem conclusio, † vt, si à Legato etiam de latere facienda sit commutatio vltimæ voluntatis per actum iurisdictionis contentiosæ, non possit eam facere nisi in prouincia sua, vt colligitur ex eo, quod modò diximus; & latiùs ostendimus *in vlt. præmiss.* Legatum de latere non posse extra prouinciam exercere iurisdictionem 220.

conten

contentiosam, præcipuè per text. *in l. 1. & 2. ff. de offic. proconf.* ita disponentes de proconsule, ad cuius instar mittitur Legatus de latere, vt dicitur *in cle. cap. 2. de offic. leg. in 6.* & glos. loquentem in terminis Legati de latere *in cap. si Abbatem, in princip. verbo, in prouincia*, per illum text. *de elect. in 6.* & per *cap. cum venerabilis, de consuet.* quorum tamen neuter id mihi bene probat. Sed nec probare potest, cùm vtrobique agatur de licentia danda Abbati deferendi suum monasterium; qui non necessariò est actus iurisdictionis contentiosæ: vt si Abbas simul cum Monachis, aut aliis, qui in hoc interesse habere possunt, postulent à Legato huiusmodi transitum. Quod autem *in d. cap. si Abbatem, in princ.* dicitur, *si sit in prouincia*, accipiendum est, ac si dicatur, si Legatus de latere adsit in ea prouincia, seu sit missus in eam prouinciam; prout ipsa glos. *ibid.* nolens intelligit. Hoc verò tempera, vt si quis Legatus missus sit in plures prouincias, commutationes subditorum, vel vltimarum voluntatum vnius prouinciæ poterit in altera ex iis expedire; nam Legatus plurium prouinciarum facta vnius potest in altera prouincia explicare, vt est text. expressus *d. cap. nouit, de offic. leg.* quem ad id ponderarunt *ibi* Innocent. Abbas, & alij, necnon glos. recepta *d. verbo, in prouincia.*

221. Limitatur tertiò, vt † cessante necessitate cesset quoque commutatio à Legato ex ea causa facta: tum quòd cessante causa cessat effectus, *cap. cùm cessante, de appell.* cum simil. tum ex eo, quòd in simili dicemus de Episcopo infrà *quæst. 11. conclus. 3. limit. vltim.* tum denique ex text. *in l. vnic. C. de expens. lud. lib. 11.* vbi approbatur conuersio pecuniæ destinatæ, & iam cœptæ expendi ad ludos edendos facta à Præside prouinciæ in murorum ciuitatis refectionem, ita vt muris instauratis rursus in ludis ea pecunia impendatur; Legatus enim est ad instar Præsidis, *cap. 2. de off. leg. in 6.*

222. Quòd si petas, † quænam dicatur iurisdictio contentiosa, seu necessaria, & quæ voluntaria? respondet glos. *d. l. 2. verbo, contentiosam, ff. de off. proconf.* quam omnes approbant tum ibi, tum alibi sæpè; contentiosam iurisdictionem illam dici, quæ redditur in inuitum, vt *in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verb. obligat.* voluntariam, quæ redditur inter volentes tantùm; cuiusmodi sunt, emancipatio, adoptio, manumissio, & similes; *d. l. 2. & l. emancipari, ff. de adopt.* eam glos. sequitur inter recentiores Sanchez *d. tract. de matrim. lib. 3. disput. 19. num. 7.* vbi etiam in id refert Rebuff. *l. 3. in fin. ff. de verbor. signif.* & Marant. meliùs hoc explicat *de ordin. iud. 4. part. tit. an simplex, vel duplex, dist. 18. num. 1. & 2.* Quandoque autem † iurisdictio voluntaria assumit naturam contentiosæ, & reducitur ad contentiosam, quando scilicet non nisi cum causæ cognitione exerceri potest, vt in manumissione facienda per minorem, in qua requiritur causæ cognitio; ita Sanchez *d. num. 7. in fin.* post Albet. *in l. vnic. num. 7. ff. de offic. cons. & l. 2. num. 3. ff. de offic. proconf.* ac Marian. Soc. *in l. licet ratione, num. 91.* causæ, inquam, cognitionem, † non quidem eam, quæ sine propria citatione, alióve actu iudicij fit, ideóque appellamus extraiudicialem; sed iudicialem, quæ versatur in citatione adhibenda, & litigantium iure exaudiendo, & ordine iudiciario obseruando, vt explicat Menoch. *de arbitrar. iud. lib. 1. quæst. 19. num. 3. 4. & 5.* sicut extraiudicialis illa est, quæ fit sine ordine, & forma iudicij, ac testibus sine iuramento receptis, vt post alios tradit Sanchez *d. lib. 3. disput. 8. num. 5.* præcipuè ex Mascard. *tract. de probat. conclus. 1368. num. 14. & 15.* atque ita, causæ cognitionem, quæ iudicialis non sit, non facere actum esse iurisdictionis contentiosæ, docet *ibidem* Sanchez *num. 6.* ex Lambertin. *tract. de iurepatr. lib. 2. part. 2. quæst. 2. artic. 6. num. 2. & 3.* vbi ait ad institutionem, & confirmationem præsentati exigi causæ cognitionem; posse tamen fieri extra diœcesim, quia est extraiudicialis: & subinde tam causæ cognitio, quàm institutio, & confirmatio sunt actus voluntariæ iurisdictionis: quod etiam apertè sentit Gonzal. *ad reg. 8. glos. 62. ex num. 2. & glos. 9. in annot. contra nullit. & attent. in caus. beneficial. num. 35. vsque ad 43.* vbi etiam cum aliquot num. præced. tradit post alios, quando dicatur procedi iudicialiter, vel extraiudicialiter, aut actus dicatur iudicialis, vel potiùs extraiudicialis, quamuis in eo aliqua causæ cognitio adhibeatur. Immo, † licèt in aliquo actu iurisdictionis voluntariæ, vtputa dispensationem exercendo, requireretur causæ cognitio iudicialis, hæc cognitio posset, ac deberet adhiberi intra territorium; ipse verò actus expediri posset extra territorium tamquam retinens suam naturam voluntariæ iurisdictionis, ita post Lambert. *d. num. 3.* & Bald. *d. vnic. in princ. num. 11. vers. vltimò nota, ff. de offic. consul.* docet Sanchez *d. disput. 8. num. 5.* 225.

Differunt autem in eo potissimùm hæ duæ iurisdictiones, † quòd voluntaria regulariter à iudice etiam extra territorium proprium, respectu temporalis iudicis; extra suam diœcesim, quoad Episcopum, & extra decretam sibi prouinciam, respectu Proconsulis, Præsidis, vel Legati Sedis Apostolicæ potest impunè exerceri, *l. 2.* & *ibi* glos. *ff. de offic. proconf. l. emancipari*, vbi glos. *verbo, loco, ff. de adopt. l. etiam, §. fin. ff. de manum. vind.* & *ibi* glos. contentiosa verò non potest; *d. l. 2. ff. de offic. proconf.* iuncta *l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud.* & vtrobique glos. text. etiam *in cap. 2. in fin. de constit. in 6.* & *ibi* glos. *verbo, territorium*, & cæteri scribentes, necnon *cap. nouit*, vbi glos. *verbo, terminos, de offic. legat.* latè Couar. *lib. 3. var. resol. cap. 20. num. 8.* vbi de communi omnium Doctor. sententia testatur. 226.

Id autem intelligendum est †, nisi iudex velit eam iurisdictionem contentiosam exercere in alieno territorio de licentia iudicis illius territorij. cùm enim iudex ille habeat in alieno territorio iurisdictionem in habitu, & solus eius vsus actualis suspensus sit, ne iniuria iudici ipsius irrogetur; cessante iniuria per licentiam ei ab eodem iudice concessam poterit sua iurisdictione vti. sic post glos. *in cap. vt litigantes, verbo, expensis, de offic. ord. in 6.* Innoc. *d. cap. nouit, num. 2.* Host. *col. 2. de off. leg.* Butr. *num. 16.* Abbat. *num. 14.* atque alios plurimos, Sanchez *d. disput. 19. num. 8. vers. hoc tamen*; subdens *vers. desideratur etiam*, post multos, quos allegat, † ad id desiderari etiam consensum vtriusque partis, actoris nimirum, & rei; sufficere autem istum consensum iudicis, & partium esse tacitum; quia, cùm sciant esse territorium alienum, & possint prohibere alienum iudicem iurisdictionem ibi exercere, non prohibent. *Num.* autem 9. idem Sanchez plures sequutus hinc infert, quoties ad vsum voluntariæ iurisdictionis requiritur iudicialis cognitio causæ, non posse extra territorium absque dicta licentia iudicis, & consensu partium exerceri, quia vel est tunc iurisdictio contentiosa, vel eius naturam assumit. 227. 228.

Nos verò pro complemento huius materiæ, & totius quæstionis breuiter de tribus videamus. Primò, an quod dictum, doctúmque fuit, iudicem

non

non posse exercere iurisdictionem voluntariam extra territorium, seu diœcesim, locum habeat dumtaxat in iudice ordinario, an verò etiam in delegato: quod maximè deseruiet etiam pro legatis respectu eorum, quæ expedire non possunt ex munere legationis, sed solum ex speciali delegatione. Secundò an legati omnes possint ab excommunicatione Canonis, *si quis suadente*, extra suam prouinciam absoluere. Tertiò, an vbique possit quis vti commutatione vltimæ voluntatis, siue eam quis à Legato Sedis Apostolicæ impetrauerit, siue à quouis alio; ac præsertim, an extra territorium, prouinciam, vel diœcesim commutantis.

230. Et quidem quoad primum, † dicendum est cum Sanchez *d. lib. 3. de matrim. disput. 34. num. 2. in princip.* etiam delegatam iurisdictionem voluntariam posse extra territorium exerceri; quia text. & Doctor. per eum relati *disput. 19. num. 8.* & nos paulo antè, indistinctè tradunt, posse iurisdictionem voluntariam extra territorium exerceri; nec faciunt vim in eo, quòd iurisdictio voluntaria ordinaria sit; sed quòd per eius vsum nulla irrogatur iniuria iudici alieni territorij, cùm absque strepitu & figura iudicij exerceatur; quæ ratio æquè militat in iudice delegato, ac in ordinario: atque

231. adeò huius sententiæ sunt multi dicentes, † Vicarium ex delegatione conferentem beneficia, posse extra diœcesim ea conferre; nimirum Gemin. *cap. fin. de offic. Vicar. in 6. in fin.* Boër. *decis. 30. num. 6.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de form. vicariat. num. 227.* & alij, quos referunt, ac sequuntur Iacob. Stroz *tract. de Vicar. Episc. lib. 2. quæst. 102. numer. 4. & seqq.* & Sanchez *d. num. 2. in princip.* in vers. autem, *eandem sententiam*, ad idem recenset multos Doct. tenentes †, non solùm ordinarios confes-

232. sores, sed & delegatos posse extra diœcesim audire confessiones subditorum diœcesis, in qua expositi sunt: & vers. *eiusdem sententiæ*, non paucos recenset, ac laudat asserentes, posse religiosos expositos virtute *Clement. dudum, de sepult.* audire confessiones extra diœcesim, cùm tamen proculdubio delegati sint.

Quoad secundum videamus, quomodo id, quod hucusque docuimus, iurisdictionem voluntariam posse à cæteris iudicibus extra territorium, & à Legatis omnibus extra prouinciam exerceri; stare possit cum eo, quod sup. *in 3. præmisso*, præcipuè ex text. *in cap. penult. de off. leg.* docuimus, in hoc

232. differre Legatos à latere à Legatis missis, quòd † hi non nisi in prouincia sua possint absoluere sibi subditos ab excommunicatione, quam incurrerunt ob violentam manuum iniectionem in Clericos; illi verò, etiam dum existunt extra prouinciam suam, posse ab ea absoluere etiam non subditos suæ prouinciæ. Nam si dicamus absolutionem ab excommunicatione esse actum iurisdictionis contentiosæ, non autem voluntariæ, vel certè huiusmodi actus contentiosæ iurisdictionis naturam assumere ob causæ cognitionem, quam requirit; prout sentire videtur glos. *d. cap. nouit, verbo, terminos*, & *ibi* Innocent. *num. 1. de offic. legat.* eadem glos. *d. cap. pen. verbo, mittuntur, & verbo, commissam, eodem tit.* nullus legatus etiam de latere poterit extra prouinciam suam absoluere, qui & ipse nequit regulariter contentiosam iurisdictionem extra suam prouinciam exercere; sicut exemplo Proconsulis, cui is exæquatur, *cap. 2. de offic. leg. in 6.* sup. *præmiss. vlt.* ostendimus ex *l. 2. ff. de offic. proconsul.* Si verò est actus iurisdictionis voluntariæ, illum exercere poterit extra suam prouinciam etiam Legatus missus, qui & ipse regulariter iurisdictionem voluntariam extra suam prouinciam exercere potest; vt colligere licet ex eo, quod *d. præmiss. vlt.* de Legatis non latere, ac postmodum generaliter de iudicibus tam ordinariis, quàm delegatis adduximus. Dicendum igitur, regulam esse, vt voluntaria iurisdictio, non autem contentiosa exerceri possit extra territorium, diœcesim, vel respectiuè prouinciam eam exercentis, ex prædictis. Ea tamen regula † fallit in 234.
reseruatis Principi, seu Papæ, siue ea reseruata sint in signum priuilegij singularis, seu dignitatis principalis eidem Principi præseruatæ, vt sunt tabellionum institutio, illegitimorum legitimatio, & his similia, quorum mentio fit *in cap. nisi specialis, & cap. quod translationem, de offic. legat. cap. super quibusdam, §. præterea, de verb. signific.* ac per glos. & Doct. *ibi, & in cap. 1. qua sint regal. in consuetud. feudor.* & Couarru. *in relect. reg. possessor. 2. part. §. 2. numer. 8. vers. tertia species.* siue in signum supremæ potestatis, & recognitionem subiectionis, de quibus *in cap. innouamus*, ibique Doctor. *de censibus*, & Couarru. *d. §. 2. numer. 7. vers. secunda species*; siue denique simpliciter reseruata: ad quod genus reduci possunt duæ illæ species, de quibus Couarru. *d. numer. 7. & 9. in princip.* nimirum res fisco Principis delatæ, vel acquisitæ, & quæ Principis propriæ sunt iure dominij, non tamen tanquam patrimonium, quod ante Principatum haberet; ac fortasse nonnulla ex iis, de quibus glos. *d. cap. quod translationem, verbo, reseruata*, quam, præter Doct. *ibi*, sequitur etiam glos. & alij *d. Clement. quia contingit, in princip.* vt commutatio quorundam votorum, de quibus *in cap. ex multa, de vot. & vot. redempt.* cum ibi not. omnino verò sunt reseruationes beneficiorum vacantium in Curia, ac in certis mensibus, & aliæ, iuxta regulas Cancell. eiusmodi etiam est confirmatio electionum, *cap. quia diligentia, de elect. & cap. si Abbatem, §. 1. eodem tit. in 6.* necnon absolutio eorum, qui violentas manus in Clericos iniecerint, vt constat ex *cap. si quis suadente, 17. quæst. 4.* & apertè colligitur ex *d. cap. quod translationem*, & passim *in tit. de sent. excomm.* Ea igitur, quæ sibi reseruauit Papa, seu Princeps, concedit ipsemet inferioribus, quibus, & quomodo vult; vnde † confirmationem electionum prælatorum 235.
non exemptorum permisit omnibus Legatis, *d. c. quia diligentia, de elect.* exemptorum verò concessit solis Legatis de latere, *cap. cùm venerabilis, de consuet. & d. cap. si Abbatem, §. 1.* sicut, & licentiam Monachi electi in Episcopum, vt deferat Religionem, *d. cap. si Abbatem, in princip.* & facultatem excommunicandi, & interdicendi receptos in speciales, & proprios filios Romanæ Ecclesiæ, *cap. 1. in princ. de verb. signif. eodem lib.* sic facultatem conferendi beneficia † ita moderatus est Romanus 236.
Pontifex, vt eam omninò denegauerit Legatis natis, & missis, *d. cap. 1. de offic. leg. in 6.* concesserit Episcopis, *cap. ex frequentibus, de inst. cum suis concord.* & Legatis de latere *d. cap. 1.* exceptis tamen vacantibus in Curia, *cap. licèt, de præb. in 6.* Ecclesiis Cathedralibus, regularibus, & collegiatis, *cap. deliberatione, de offic. leg. eodem lib.* immo & omnibus beneficiis reseruatis, prout ex nonnullis Doct. & Rot. Roman. decisionibus tradunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 24. numer. 44.* & Garz. *tract. de benefic. part. 5. cap. 3. numer. 53.* & potestatem absoluendi ab excommunicatione ob violentam manuum iniectionem in Clericos Romanus Pontifex ita temperauit *d. cap. pen. de offic. leg. & cap. ad eminentiam, de sentent. excommun.*

iuncta

iuncta glos. fin. vtrobique communiter recepta, vt Legati nati nullos etiam in prouincia possint absoluere; (nisi forte à leui, & in cæteris casibus, in quibus possunt Episcopi:) Milius verò non nisi subditos, & dum in prouincia sua existit: Legatus autem à latere tam subditos, quàm vndecumque ad se accedentes, & tam in prouincia sua, quam extra eam existens; dum tamen egressus, vel nondum ingressus sit vrbem Romanam, seu eam, in qua est Papa. Nil igitur mirum, si in his, & aliis Papæ, seu Principi reseruatis recedamus à regula illa, quam supra hac ipsa quæst. ex iurium, ac Doctorum auctoritate satis firmauimus, nimirum, quòd voluntaria iurisdictio exerceri possit extra territorium, seu prouinciam. Cum hoc tamen stat, quòd nequeat Legatus de latere dictam absolutionem impertiri extra prouinciam, vbi ad eam necessaria sit iudicialis causæ cognitio, iuxta prædicta; cùm in hoc ius nihil immutatum sit; vnde adhuc stat, manétque incorrectum, arg. *l. præcipimus, C. de appellat. & cap. cùm expediat, de elect. in 6.* idque sentit Innoc. *d. cap. nouit, num. 2. de offic. deleg.* vbi Legatus excommunicasset extra prouinciam exi-
237. stens, quod † non poterat facere, vt etiam voluit ibi glos. *verb. terminos*, quia id requirit causæ cognitionem iudicialem, *cap. nemo, 2. quæst. 1.* & quòd sedeat pro tribunali, *cap. si quem, §. si quis, 2. quæst. 3. & cap. inducie, 3. quæst. 3.* hæc autem fieri nequeunt in aliena diœcesi, *cap. Episcopum, 9. quæst. 2.* Cæterùm non valet consequentia glos. *d. verbo, terminos*, vt, si nequeat iudex, vel Legatus excommunicare extra diœcesim, seu prouinciam, nequeat etiam absoluere; ea enim consequentia destruitur per casum prædictum Legati à latere, *d. c. pen.* & quia ad absolutionem maximè in foro conscientiæ à censura, cuiusmodi vtplurimum est ea, quam impertit Legatus, non requiritur causæ cognitio saltem iudicialis, quæ semper exigitur ad excommunicationem. Iura verò per glos. allegata solùm concludunt, eum, qui est incapax potestatis excommunicandi, esse quoque incapacem potestatis absoluendi; non autem, quòd, quoties aliquis iudex aliàs habens facultatem cènsuras exercendi nequit in certa causa ferre censuras, nequeat etiam ab iis absoluere.

Quoad tertium articulum: si loquamur de priuilegio commutationis vltimæ voluntatis conces-
238. so à Rom. Pontifice; dicendum est, † priuilegium huiusmodi concessum simpliciter, & sine determinatione ad certum locum, vbique valere, & licitum esse illo vbique vti; nisi aliud constet de mente concedentis. ita generatim in priuilegio docet, satisque tum iurium, ac Doctorum auctoritatibus, tum etiam rationibus ad id allatis confirmat Suarez *lib. 8. de legib. cap. 26. num. 2, 3. & 4.* vbi rectè subdit, ad colligendam hac in re mentem concedentis recurrendum esse ad regulas generales ab eo traditas *cap. 27. & 28.* de interpretatione priuilegiorum, & illas cum proportione ad locum accommodandas, vt scilicet considerentur supplicatio, eiúsque materia, & connexio sequentium cum antecedentibus: præcipuè verò spectandam rationem principaliter mouentem, & dantem causam iustam concessioni: nam, si illa sumpta est ex propria circumstantia talis loci, probile valdè est, pro tali tantùm loco priuilegij vsum concedi, etiamsi expressè non fiat in illo determina-
239. tio. Idémque cum proportione † dicendum est de Prælatis, ac Principibus, Regibus, & Imperatore, respectu suorum Episcopatuum, seu diœcesium, principatuum, regnorum, & locorum Imperio etiam quoad vtile dominium subiectorum, vt nimirum, nisi aliunde colligatur determinatio concessionis, ad omnia ea loca respectiuè extendatur, etiamsi plura vniantur per accidens in vna persona, vtputa plura regna in vno Rege; nisi appareat eum sensisse de vno regno, quia loquatur, vt Rex vnius, vel alterius regni; nam tunc concessio illa erit vniuersalis pro illo regno, non pro aliis. Quoad Patriarchas verò, Primates, & Archiepiscopos, seu Metropolitanos, † hanc priorem huius articuli, 240.
ac doctrinæ partem intelligo respectu suarum diœcesium tantùm, non autem prouinciarum, seu reliquarum diœcesum sui Patriarchatus, Primatiæ, & Metropolis, in quibus non habent directam, & immediatam iurisdictionem, vt latiùs inf. *quæst. 10.* ostendemus. Atque hæc omnia docet quoque Suarez *d. cap. 26. num. 5.* In his verò singulis, qui limitatum habent territorium, ac determinatam iurisdictionem quoad locum; si quæratur, † an concessio 241.
absolutè ab iis facta prosit extra proprium territorium; quæ est altera pars huius tertij articuli: respondendum cum distinctione, quam facit Suarez *d. cap. 26. numer. 6. & 7. & seqq.* nam priuilegium quodlibet concessum alicui personæ, vel loco Ecclesiastico, aut seculari ab vno Episcopo, & respectiuè à quocumque particulari Principe, dispensando in aliquo speciali iure sui territorij, vel regni, non potest valere ad operandum in alieno aliquid in eo prohibitum per simile speciale statutum illius loci, vt satis probat Suarez *d. numer. 7.* eius rei exemplum afferens *numer. 8.* de facultate legendi libros prohibitos concessa alicui ab Inquisitoribus vnius regni, vt non prosit in alio regno, vbi est similis prohibitio; de quo exemplo Nauar. *consil. 6.* aliàs *15. de priuileg. Num.* autem *9.* infert idem dicendum esse de priuilegio huiusmodi à Prælato, vel particulari Principe concesso quoad actus, qui in alieno territorio pendent à voluntate Prælati, vel Principis illius loci, vt licitè fiant, quamuis absolutè prohibiti non sint: sic, licèt Clericus habeat priuilegium faciendi sacrum, & ministrandi in toto Episcopatu concedentis, non poterit facere sacrum in alieno Episcopatu sine licentia Episcopi loci, vel qui eius vicem gerat; & multo minùs poterit ministrare sacramenta. Idem autem Suarez *d. cap. 26. n. 10. & 11.* docet satisque probat, posse quem priuilegio à suo Principe, vel Prælato concesso vti in territorio alieno, quando actus de se est indifferens, & neque iure communi, neque particulari talis loci est prohibitus, nec pendens à speciali licentia superioris talis loci. Atque hæc doctrina locum habere poterit in materia commutationis vltimarum voluntatum quoad illos casus, in quibus commutatio expressè vel permittitur, vel præcipitur à iure communi, à nobis collectos sup. *cap. 2. quæst. 3. concl. 2.* In aliis verò locum habebit aliud dictum eiusdem Suarez *d. cap. 26. numer. 12.* vbi docet, quòd, quando actus est prohibitus iure communi, & non particulari statuto alterius territorij, seu diœcesis, dispensatus à suo Episcopo circa talem actum per peculiare priuilegium, potest licitè vti tali priuilegio extra territorium, seu diœcesim ipsius Episcopi dispensantis, seu tale priuilegium concedentis; nisi ex speciali ratione contingat dispensationem ad locum limitari. Id autem confirmat ex Dec. *cons. 207.* Prob. *in addit. ad Ioan. Monach. cap. officij*, quod est *1. de offic. leg. in 6.* & Rebuff. *in concord. Gall. tit. de forma mandati, verbo, dispensatione*, asserenti-

242. bus, quòd, † licèt nequeat Legatus concedere priuilegium obtinendi plura beneficia ei, qui de ſua prouincia non ſit, iuxta *cap. 2. de conſtit. in 6. & l. vlt. ff. de iurisd. omn. iud.* cum aliis, de quibus ibi Rebuff. nihilominus, ſi hominem ſuæ prouinciæ habilitet ad plura beneficia, vtique illa obtinere poterit, quia habilitas illa eum perſona incedit, eámque ſequitur tanquam illi adhærens, arg. *cap. priuilegium, de reg. iur. in 6. & l. priuilegia, ff. eodem tit.* eam verò rationem huius, ac ſimilium exemplorum, necnon ipſius dicti affert Suarez *d. numer.* 12. quia tunc per diſpenſationem tollitur à perſona impedimentum; & ideo pro quocumque loco libera manet. qua etiam ratione Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſput.* 31. *numer.* 17. cum nonnullis ab eo allegatis contra alios relatos *numer.* 16. docet, diſpenſationem voti non nubendi obtentam per ſubditum à ſuo Epiſcopo ei prodeſſe etiam extra dioeceſim Epiſcopi; eam regulam tradens poſt Gemin. *cap. cùm ex ii, numer.* 7. & *ibi* Franc. *numer.* 3. *de elect. in 6.* Caſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. numer.* 13. *cum ſeq.* & Prob. *vbi ſup. numer.* 17. &
243. 18. quòd, † quando impedimentum conſurgit ex parte perſonæ, cum qua diſpenſatur, tunc diſpenſatio proprij Prælati porrigitur in quemcumque locum; ſecus eſt, quando prouenit ex parte rei, in qua diſpenſatur, quæ non ſit ſubdita diſpenſanti; idémque dic vbi perſona ipſa ſubdita ponſit: tunc enim deficit vnum ſubſtantiale ipſius diſpenſationis potius, quàm vſus eiuſdem, iuxta prædicta.

Quoad priuilegia verò, per quæ derogatur præcepto Eccleſiaſtico, quod de ſe ſemper obligat, vt eſt, v. g. priuilegium laborandi in die feſto, comedendi lacticinia in diebus prohibitis, quæ aliquibus locis, vt, exempli gratia, dioeceſi Notarien. aut territorio Zagarolen. conceduntur, quando illa conceſſa ſunt non à Romano Pontifice, ſed à priuato Epiſcopo: licèt probabile videatur, iis non poſſe aliquem vti in alieno territorio, ſeu in dioeceſi alieni Epiſcopi, ex iis, quæ adducit Suarez *d. cap. 26. numer.* 13. tamen mihi magis placet diſtinctio, quam idem facit *numer.* 14. vbi cum tribus num. ſeqq. eam ſatis con-
244. firmat, ſoluens contraria; quòd nimirum † Prælatus, qui dat priuilegium huiuſmodi contra ius commune per modum diſpenſationis, aut illud dat per generalem conceſſionem factam pro toto Epiſcopatu, vel aliquibus eius loci ex peculiari cauſa, & conditione, ſeu neceſſitate ſpeciali talis loci, prout eſt conceſſio Epiſcopalis comedendi lacticinia diebus prohibitis in quibuſdam locis à mari diſiunctis: aut per ſpecialem conceſſionem alicui perſonæ factam ex propria, & perſonali cauſa ipſius. Et quidem, ſi priuilegium ſit prioris modi, non prodeſt extra territorium concedentis, vel extra locum dioeceſis, pro quo conceditur; quia ibi ceſſat ratio diſpenſationis, quæ non incedit cum perſona, ſed loco quaſi adhæret; ergo nec diſpenſatio iuuat. Et hoc à fortiori confirmant rationes ab eo in contrarium allegatæ *d. numer.* 13. ac propter hoc genus priuilegij poſuimus cum Suarez in aſſertione proximè præced. illam particulam, ſeu exceptionem, niſi ex ſpeciali ratione contingat diſpenſationem ad locum limitari; atque in hoc caſu intelligendi ſunt Doctor. quos ſequitur Barboſa *in l. quia tale, numer.* 40. *ff. ſolut. matrim.* aſſerentes, priuilegio aliquo conceſſo incolis alicuius loci vel principaliter, vel æquè principaliter ratione ipſius loci, non poſſe eos vti extra illum locum. At verò quando priuilegium eſt poſterioris modi, ſeu merè perſonale, & habet legitimam cauſam in ipſa perſona, quale eſt comedendi lacticinia diebus prohibitis, ob ſpecialem neceſſitatem perſonalem ſubditi, & ſimilia; poteſt ſic priuilegiatus vti priuilegio extra territorium concedentis, quia perſonæ illi, cui conceſſum fuit, ſicut etiam cauſa finalis conceſſionis, adhæret, ipsámque ſequitur, vt ſuprà in alio caſu dictum eſt; & ob alias rationes quas Suarez affert *d. cap. 26. numer.* 15. Idem ob eandem rationem dicerem de priuilegio conceſſo toti vniuerſitati ob eius merita, aliámve iuſtam cauſam. Ipſe verò *numer.* 17. rectè addit, poſſe Prælatum illius alieni territorij prohibere, ne aliquis aduena ibi vtatur talibus diſpenſationibus ſine ſua notitia, & ratihabitione, quando vſus earum eſt publicus, & in actibus communibus toti populo, ad tollenda inconuenientia, quæ ſequi poſſent: ipſe verò tenebitur diſpenſationem acceptare niſi habeat legitimam cauſam præſumendi ſurreptionem, vel cauſæ mutationem. *Num.* autem 18. ex dictis colligit, † quo- 245.
modo hæc reſolutio applicanda ſit ad ſummum Pontificem. Si enim de eo loquamur, vt eſt ſpecialis Epiſcopus Romanus, quomodo habet ſuum Vicarium vrbis, de quo *in cap. ſua nobis*, quod eſt pen. *de offic. Vicar.* ſenſiſſe videtur, idem quoad hoc de eo dicendum, ac de reliquis Epiſcopis. Si verò, vt eſt vniuerſalis Paſtor, cùm non habeat definitam dioeceſim, ſed ſit Ordinarius ordinariorum, iuxta *cap. cuncta per mundum, & cap. per principalem, 9. quæſt. 3.* cum aliis adductis per Gonzal. *d. §. 1. in proœm. numer. 7. cum ſeq. & §. 2. numer.* 44. & 46. priuilegium ab eo, vt talis eſt, conceſſum vbique valet, & vbique licitum eſt eo vti; quia ſemper talis vſus eſt intra territorium concedentis: aduertendúmque ait ſolùm eſſe, quid contineatur ſub conceſſione, & intentione Pontificis: nam licèt hoc totum poſſit, non ſemper facit, quantum poteſt; & ideo ſæpè non licet vti eius priuilegio contra ſpecialia ſtatuta, vel conſuetudines alicuius Epiſcopatus; non quia non poſſit Pontifex hoc concedere, ſed quia non concedit, niſi per clauſulam ſpecialiter derogantem: quod ſecus eſt in iure communi, vt ſatis conſtat ex *cap. 1. de conſtit. in 6.* cum notat. ibi per Doctor. *& in cap. 1. de reſcript.* atque alibi ſæpè. Sed, & illud præterea hoc loco aduertendum eſt, quòd prædicta procedunt de Romano Pontifice quoad ſpiritualia, atque reſpectu eorum, quæ ad Eccleſiaſticas res, ſeu Eccleſias, & pia loca pertinent; & ſic reſpectu commutationis piarum voluntatum. quoad temporalia verò, & circa commutationem prophanarum voluntatum, cùm habeatur pro ſeculari Principe, idem de Romano Pontifice ſtatuendum eſt, ac de Principe ſeculari; per text. *in cap. licet, & cap. ex tenore, de for. compet. cap. nuper, §. quod autem, de donat. inter vir. & vx. & c. cauſam, qua, il 2. qui fil. ſint legit.* cum traditis per Doctor. *ibi, & cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. cap. nouit, de iudic. cap. quod Clericis, de for. compet. & cap. per venerabilem, qui fil. ſint legit.* atque alibi ſæpè, & nos ſup. hoc eodem *cap. 5. quæſt. 2. & 4. in initio.* Ex his autem iam finis ſit huic 7. quæſt. præſentis 5. cap. Nam quod de eo articulo quæri hoc loco poſſet, † quam poteſtatem 246.
Legatus habeat in penſionis Eccleſiaſticæ impoſitione, quæ & ipſa, vt iam admonuimus, eſt quædam vltimæ voluntatis commutatio, quatenus fructus pro Eccleſiæ ſeruitio plerumque ex defuncti vltima voluntate deſtinati ad tempus alicui non ſentienti

tribuun

tribuuntur, candidum lectorem ad ea remiſiſſe ſat erit, quæ latè tradit Garz. *tract. de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 281. cum multis ſeqq. maximè cùm hæc impoſitio non ita propria ſpecies ſit prædictæ commutationis.

SVMMÆ RERVM.

247. *Forum alius internus, alius externus: internus verò alius pœnitentialis, ſeu ſacramentalis, alius extra ſacramentum, qui etiam ſimpliciter conſcientiæ appellatur.*

248. *Forum internum ab externo in quibus differat, & in quibus conueniant.*

249. *Commutatio vltimæ voluntatis in foro conſcientiæ tantùm conceſſa quid operetur, & an prodeſſe poſſit pro foro externo.*

250. *Pœnitentiaria Apoſtolica attenta eius origine non poteſt vltimas voluntates commutare. & quid attenta facultate ei à ſummis Pontificibus vſque ad Pium IV. conceſſa, vel inducta conſuetudine; num.* 251. *cum duob. ſeqq.*

252. *Stylus curiæ Romanæ facit ius; & conſuetudo tribuit iuriſdictionem.*

253. *Summus Pœnitentiarius habet ordinariam facultatem diſpenſandi in votis.*

254. *Pœnitentiaria Apoſtolica quam poteſtatem habeat commutandi vltimas voluntates à temporibus Pij IV. citrà; & numer. ſeq.*

255. *Pœnitentiaria Apoſtolica ex generali conceſſione hodie vltimas voluntates commutare nequit, niſi in foro conſcientiæ.*

256. *Clauſula,* in foro conſcientiæ tantùm, *facit, vt gratia non proſint pro foro externo.*

257. *Pœnitentiaria Apoſtolica abſque ſpeciali facultate non diſpenſat, niſi in foro conſcientiæ, in impedimentis occultis. & generatim facultatem non habet niſi pro foro conſcientiæ, etiam ſede Apoſtolica vacante; num.* 258.

259. *Confeſſio ſacramentalis non neceſſariò præmittenda eſt in commutatione vltimæ voluntatis à Confeſſario facienda ex commiſſione ſacræ Pœnitentiariæ in foro conſcientiæ.*

260. *Sacra Pœnitentiaria per ſe, vel alium commutare poteris vltimam voluntatem etiam quoad forum externum, ſi ad id ſpecialem à Papa facultatem habeat.*

261. *Cardinali ſummo Pœnitentiario aſſerenti, ſe habuiſſe à Romano Pontifice ſpecialem facultatem commutandi aliquam vltimam voluntatem, credendum eſt.*

QVÆRO OCTAVO, an Pœnitentiaria Apoſtolica vltimas voluntates commutare valeat tam in exteriori, quàm interiori foro.

247. Suppono primò, † forum, prout conſtat ex cauſa, lege, & iudicio, iuxta *cap. forus, in princ.* prima diuiſione, (quæ bimembris eſſe debet, vt Rhetores, ac Dialectici tradunt,) diuiditur in externum, ſeu exteriorem, vel contentioſum, ſiue, vt aliqui loquuntur, forum fori, quia nimirum in loco publico propè plateam exercetur; & internum, ſeu interiorem, & forum poli, ſeu conſcientiæ, quem animæ iudicium nonnulli appellant. atque hic poſterior forus diuiditur in pœnitentialem, ſeu ſacramentalem, qui & ipſe inſtitutus eſt ad formam iudicij; (in eo enim eſt iudex, qui cauſa cognita fert ſententiam, & accuſator, qui ſimul reus eſt, ac teſtis;) vt definiuit Trid. Concil. *ſeſſ.* 14. *cap.* 6. *& can.* 9. atque extra ſacramentum, ſeu nomine ſui generis, conſcientiæ, vel craſſiori vocabulo, conſcientialem. quam diſtinctionem fori triplicis, nimirum, exterioris, pœnitentiæ, ſeu ſacramentalis, & conſcientiæ, diſerte ponit inter alios Sanchez *tract. de matrim. lib.* 8. *diſput.* 34. *numer.* 29. vbi plures eam approbantes refert, nimirum Præpoſ. *in cap. præterea, it* 2. *numer.* 5. *de ſponſal. & matrim.* Eman. Rodtiq. *quæſt. regul. tom.* 1. *queſt.* 61. *artic.* 10. Nauar. *in conſil.* 11. *numer.* 2. *de priuil. & in Man. Conſ. cap.* 27. *numer.* 41. D. Anton. 3. *part. tit.* 24. *cap.* 77. Eman. Sa *in Aphor. verbo, excommunicatio, tit. de abſolut. ab ea, numer.* 1. & Galleg. *de cognat. ſpirit. cap.* 23. *numer.* 1. & illam comprobat tum ex praxi Pœnitentiariæ Rom. quæ diſpenſationes in foro conſcientiæ aliquando committit cum clauſula, *audita confeſſione ſacramentali*, aliquando ſine ea clauſula: tum quòd Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reformat.* concedit Epiſcopis facultatem diſpenſandi in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentioſum, & abſoluendi à quibuſcumque caſibus occultis etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis in foro conſcientiæ tantùm, & tamen praxis habet, vt extra confeſſionem abſoluant. Ad idem faciunt alia, quæ idem Sanchez affert *d. diſput.* 34. *numer.* 30. *& libr.* 4. *ſuæ ſumm. cap.* 43. *numer.* 17. *& ſeq. cap.* 54. *numer.* 16. *ac d. lib.* 8. *diſput.* 15. *num.* 25. *& diſp.* 16. *num.* 11.

248. Suppono ſecundò, † in duobus differre forum internum, ſeu conſcientiæ ab externo, ſeu contentioſo, ad quæ reducuntur omnes aliæ differentiæ inter vtrumque forum, de quibus latè Ioan. Molin. *in tract. de different. int. for. conſc. & contentioſ.* & alij plerique Doctores, quos ipſe ferè in toto illo tract. recenſet; in cæteris verò vtrumque conuenire, idémque ſeruare. Primum eſt, quòd forus externus plerumque innititur præſumptioni, *tot. tit. de præſumpt.* & requirit iudicis ſententiam ſaltem declaratoriam facti ad incurrendam pœnam legis, vt pluribus relatis ex communi oſtendimus *in tract. de diſtrib. quotid. part.* 3. *queſt.* 7. *num.* 56. *vſque ad* 6. præcipuè ex *cap. cùm ſecundùm, de hæret. in* 6. quibus nunc addo Sanchez latè id tradentem *d. tract. de matrim. lib.* 9. *diſput.* 30. *numer.* 1. *& lib.* 2. *ſumm. cap.* 22. *n.* 7. *vſque ad* 27. internus verò ſemper innititur veritati, *cap. itáne*, 32. *queſt.* 5. *cap. ſacris, de his, quæ vi, metúſve cauſ. fi. cap. inquiſitioni, de ſent. excomm.* cum ſimil. & pœnam ſpiritualem ipſo iure impoſitam ſtatim inducit, vt poſt alios docet idem Sanchez *d. numer.* 1. & nos *d. queſt.* 7. *numer.* 61. atque hanc differentiam inter vtrumque forum ſenſit ipſemet Sanchez *d. tract. de matrim. lib.* 1. *diſp.* 6. *n.* 20. *verſ. tandem probatur*; ad id quoque referens Sot. *libr.* 4. *de iuſt. & iur. queſt.* 5. *artic.* 3. *verſ. quarto arguitur*, Couar. *cap. cum eſſet, numer.* 7. *de teſtam.* Ledeſ. 2. 4. *queſt.* 18. *art.* 1. *dub.* 12. ad quod faciunt alia adducta per eundem Sanchez *d. lib.* 2. *ſumm. cap.* 23. *numer.* 118. cum aliquot ſeqq. Alterum eſt, quòd in foro conſcientiæ ſtatur aſſerenti pro ſe, & contra ſe; in foro autem externo ſtandum eſt allegatis, & probatis, vt inter alios docet Sanchez *d. tract. de matrim. lib.* 2. *diſp.* 45. *num.* 2. *ac lib.* 3. *diſp.* 15. *num.* 9. & conſtat ex adductis à Couar. *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 1. ferè per tot. Omninò verò

249. verò † quid operetur commutatio vltimæ voluntatis in foro conſcientiæ tantùm conceſſa; & an aliquo modo prodeſſe poſſit pro foro externo, colligi poterit ex iis, quæ de huiuſmodi abſolutione à cenſura tradunt Suar. *de cenſur. diſput. 7. ſect. 5. à numer. 21. vſque ad* 30. Auil. 2. *part. cap. 7. diſput. 3. dub. 12.* Rodriq. 1. *part. ſumm. cap. 83. numer. 9.* Henriq. *Theol. mor. lib. 13. cap. 27. numer. 5.* & alij, quos refert Bonacin. *in ſuo tract. de cenſur. diſput. 1. quæſt. 3. punct. vlt.* ac de ſimili diſpenſatione Sanchez *lib. 3. de matrim. diſput. 15. numer. 13. vſque ad 17.* necnon *lib. 8. diſput. 6. à numer. 23. ad 29. diſput. 23. numer. 7. cum ſeq. diſp. 27. num. 40. diſput. 34. num. 43. vſque ad 53. ac diſp. 35. num. 15. & 16. & lib. 4. ſumm. ſeu oper. moral. in Decalog. cap. 43. num. 17. cum ſeq.* atque alij alibi. His poſitis ſit

PRIMA CONCLVSIO. Pœnitentiaria Apoſtolica, attenta eius origine, ac primæua inſti-
250. tutione, † non poteſt commutare vltimas voluntates. Probatur, quia ſacra hæc Pœnitentiaria inſtituta fuit, vt vice ſummi Pontificis, vel abſolueret, vel facultatem daret abſoluendi ab Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis, ac delictis ipſi ſummo Pontifici reſeruatis, idque in foro pœnitentiæ tantùm; vt tum nomen ipſum indicat, à quo optimum argumentum ſumi poteſt, *cap. cleros, diſt. 21. cap. forus, de verb. ſignif. l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. pet.* cum aliis ad id adductis ab Euerard. *in loc. ab Etymol. & nos tract. de diſtrib. quotid. part. 1. quæſt. 1. numer. 1.* cum aliquot ſequent. tum etiam conſtat ex traditis ab Octau. Veſtr. *in Prax. Rom. Cur. libr. 2. cap. 2.* Lud. Gomeſ. *in proœm. reg. Cancell. ſub tit. Facere Pœnitentiariæ officij variatio*, Card. & aliis *in Clement. ne Romani, §. eo tamen proniſo, de elect.* & Ioan. Azor. *Inſtit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 38.* commutatio autem vltimarum voluntatum ad forum pœnitentiæ, ſeu ſacramenti non pertinet, vt de ſe patet, ſed ad forum, vel externum, vel internum extra ſacramentum, quem vtrumque differre à foro pœnitentiali ſup. in priori ſuppoſ. ſatis oſtendimus.

SECVNDA CONCLVSIO. Attenta poteſtate, & facultate, quæ poſtea vſque ad Pij IV. tempora eidem à ſummo Pontifice conceſſa fuit,
251. vel conſuetudine inducta, † poteſt Apoſtolica Pœnitentiaria commutare aliquando ſaltem vltimas voluntates. Probatur; quoniam vetus praxis, ac ſtylus Romanæ Curiæ habuit, vt ſacra Pœnitentiaria Apoſtolica aliquas vltimas voluntates commutaret; prout etiam duas eiuſmodi commutationum, quæ ab illa emanarunt, formulas retulimus, & inſeruimus ſup. hoc eodem tract. *cap. 2. quæſt. 3.* Stylus autem Romanæ Curiæ † facit ius, ac
252. pro lege habetur, *cap. ex litteris, de conſtit. & cap. quàm grauis, de crim. falſ.* cum ſimil. ibi adductis per Doctor. & Mandoſ. *ad reg. 3. Canc. quæſt. 10. numer. 7. reg. 8. quæſt. 4. numer. 13. reg. 15. quæſt. 21. numer. 6. & reg. 34. quæſt. 56. numer. 1. & quæſt. 65. numer. 2.* in quibus etiam locis hoc pro regula tradit, & conſuetudo dat iuriſdictionem etiam non habenti; *l. ſi quiſquam, ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. & l. venditor, ff. commun. præd. cap. fin. de offic. Archid. cap. cùm contingat, de for. compet. cap. 1. §. 1. eodem tit. in 6. cap. 1. §. quia in cauſis, de offic. ordin. eod. libr.* atque *ibid.* gloſ. *& cap. Romana, §. 1. verbo, conſuetudine, de appellat. in 6.* Archid. *in cap. conqueſtus, 8. quæſt. 3.* Mandoſ. *ad reg. 31. Canc. quæſt. 4. numer. 19.* atque alij Doctor. paſſim. optimus text. & valde ad rem noſtram à ſimili faciens *in cap. quod tranſlationem, de offic. leg.* vbi Innoc. III. quædam ait ex iis, quæ de ſpeciali conceſſione ſæpè fuere Legatis indulta, vt illorum abſolutio, qui propter ſacrilegas manuum iniectiones in Clericos incidunt in canonem promulgatæ ſententiæ, videri ex ipſo legationis officio iam licere Legatis. Sicut ergo Legati miſſi, ni adeſſet talis conſuetudo, non poſſent citra ſpecialem conceſſionem abſoluere ab excommunicatione canonis, *ſi quid ſuadente*; ea verò conſuetudine ſtante, quæ iam ad ius ſcriptum redacta eſt, nimirum *c. ſp. pen. eodem tit.* poſſunt intra prouinciam ſibi ſubditos abſoluere ex ſolo legationis officio, etiam citra ſpecialem conceſſionem; vt, ſi dumtaxat diceretur, creamus te Legatum noſtrum, vel ſedis Apoſtolicæ: ſic Pœnitentiaria Apoſtolica, cùm iam ex inueterata conſuetudine ei concederetur à ſede Apoſtolica facultas ſpecialis commutandi aliquando ſaltem legata, & relicta per defunctos ad pias cauſas, ſeu aliquas vltimas voluntates, tunc poterat eaſdem commutare, licèt ſimpliciter Romanus Pontifex creaſſet aliquem in ſummum Pœnitentiarium, & tribunal Pœnitentiariæ inſtitueret, nullam ei hac in re ſpecialem facultatem concedendo. Quod etiam aperte ſenſit Sanchez *libr. 4. ſua ſumm. cap. 38. numer. 4.* dum poſt Suarez *tom. 2. de relig. lib. 6. cap. 10. numer.* 10. docet, † ſummum Pœnitentiarium Ponti- 253.
ficis habere ordinariam diſpenſandi in votis facultatem; quia, licèt ſit ex commiſſione Papæ, eſt perpetuò annexa officio; & poſt Palud. *in 4. ſent. diſt. 36. quæſt. 4. artic. 4. concl. 9.* ac D. Anton. 2. *part. ſumm. tit. 11. cap. 2. §. 9. verſ. item Pœnitentiarij*, tradit, poſſe eum diſpenſare in voto etiam ſolemni religionis, commutando vnam in aliam; votum autem eſt quædam vltima voluntas, vt conſtat ex adductis per nos ſup. *cap. 2. quæſt. 2. poſt medium.* Et in ſpecie ſummum Pœnitentiarium habuiſſe aliquando facultatem commutandi ſaltem aliquas vltimas voluntates, ſupponit Rot. Roman. apud Caputaq. *deciſ. 51.* ſeu *19. ſub verbo, Gratia, numer. 3.* vbi etiam refertur alia deciſio in vna Fauentina hereditatis, & bonorum coram Veſtano, 9. Decembris 1552. Cæterùm Pius IV. *in ſua conſtit. 53.* aliàs *69.* quæ incipit, *in ſublimi*, cum decreto irritante & derogationibus ampliſſimis † inter alia mandauit Maiori Pœnitentia- 254.
rio, eiuſque Officialibus, vt abſtinerent à commutationibus vltimarum voluntatum, & earum derogationibus. Et licèt Pius V. *in ſua conſtit. 84. incip. tempus, & neceſſitas*, volens officio Romanæ Pœnitentiariæ nouam pro futuris temporibus facultatem ſtatuere, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnem, & quamcumque officij prædicti & Maioris Pœnitentiarij auctoritatem, iuriſdictionem, & poteſtatem ordinariam, & delegatam, ac omnia, & quæcumque priuilegia, facultates, & indulta illis, cæteriſque omnibus dictæ Pœnitentiariæ Collegiis, & perſonis ab ipſius officij inſtitutione per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos, ac ſe, & ſedem Apoſtolicam, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, déque prædictæ poteſtatis plenitudine, tam in genere, quàm in ſpecie, ac de mandato ſpeciali, & expreſſo, etiam viuæ vocis oraculo emiſſo, & ex quibuſcumque cauſis conceſſa, confirmata, & etiam nouiſſimè à fel. re. Pio Papa IV. prædeceſſore ſuo reformata, reſtricta, & moderata, quibuſcumque concepta formulis, ac etiam reſtitutiuis, præſcriptiuis, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, & efficacioribus, etiam vim

contra

contractus inducentibus clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis suffulta; quorum omnium tenores præsentibus haberi voluit pro expressis, (potestate minorum Pœnitentiariorum suorum, & ordinationibus de illis, eorúmque statu etiam nouissimè editis, saluis, & integris permanentibus;) illarum litterarum tenore reuocauerit, suppresserit, & aboleuerit, litterásque omnes desuper confectas cessauerit, & annullauerit; interdicens prædicto Maiori Pœnitentiario, eiúsque Officialibus, ne illis litteris, & facultatibus sic extinctis, etiam quoad negotia incepta vtantur. licèt, inquam, id in prædicta constitutione Pij V. latiùs contineatur data IV. Kal. Maij 1569. Pontificatus sui anno quarto: tamen, cùm postea idem Pontifex nullam reformationem, aut formam officij prædicti Pœnitentiariæ per constitutionem aliquam tradidisse reperiatur quoad facultates, iurisdictionem, ac potestatem eiusdem, sed solùm quoad numerum, & qualitatem Officialium, eorúmque collatores, ac munera in genere, & loca, hisque similia, vt constat ex aliis duabus eiusdem Pontificis constitutionibus, quæ paulo pòst ab eo emanarunt, altera 83. aliàs 85. incipiente, *in omnibus*, XV. Kal. Iunij eiusdem anni; altera 84. aliàs 86. quæ incipit, *in earum rerum*, die statim seq. edita: in quarum priori ea dumtaxat verba enuntiatiua ad hanc rem habentur ad fin. procemij, in quo promiserat velle se reformare curiam: Nos huiusce reformationis exordium à Pœnitentiariæ nostræ officio capere instituimus, eiúsque rei causa omnem auctoritatem ordinariam, & delegatam, omniaque priuilegia, facultates, & indulta ideo duximus reuocanda, (quod superiori constit. 84. incip. *tempus, & necessitas*, fecerat;) & habita de Ministrorum qualitate, numero, functionibus & officiis ratione explicita, nouam facturis formam de integro præscribere valeamus; qua ipsum Pœnitentiariæ officium certis quibusdam facultatibus, quæ aliis officiis magis conueniunt, exoneratum atque expeditum de hinc ea, quæ animarum salutem præcipuè concernunt, attentiori studio prosequatur. Subiicit autem statim reformationem circa prædicta dumtaxat. In posteriori verò ea solùm verba ad hanc eandem rem habentur; statuentes, vt materiæ, quæ in dicto Pœnitentiariæ officio proximis ante dictam reformationem temporibus communiter habebantur, & ex ordinatione nostra in summam redactæ sunt, deinceps per nostram, ac Romani Pontificis pro tempore existentis, deputatorúmve signaturam fiant. Dicta verò reformatio, vt ex initio huius constitutionis 86. constat, vbi illius pars summatim refertur, illa ipsa est, quæ plenùs continetur in cit. constit. 85. Cùm hoc, inquam, ita sit, videnda esset prædicta ordinatio Pij V. aut si qua alia eiusdem, alteriúsve Romani Pontificis circa facultates Pœnitentiariæ postmodum emanauit, vt certò sciri possit, an hodie iure alíquo scripto penes eam resideat facultas commutandi aliquas vltimas voluntates; &, vbi adsit, an prosit pro vtroque foro, nimirum tam externo, quàm interno, hoc est, conscientiæ, sicut olim pro eorum quolibet proderant regulariter, prout concedebantur, omnes litteræ, & gratiæ, quæ ab eadem sacra Pœnitentiaria emanabant, ex constit. Sixti IV. à Paulo III. confirmata, quæ confirmatio, cùm ob Pontificis mortem edi per constitutionem non potuerit, statim per Iulium III. publicata fuit, vt in seq. concluſ. dicemus; si illud admoneamus Paulum Romanum Pontificem, de quo Octau. Vestr. *d. lib. 1. cap. 2. in fin.* & Alph. Hoied. *tract. de incompatib. benef. part. 2. cap. 12. numer. 32.* alierunt, quòd restrinxerit potestatem summi Pœnitentiarij, fuisse, vt reor, tertium illius nominis, non autem quartum, vt ait Hoied. cùm nullam Pauli IV. hac de re constitutionem, non mediocri etiam adhibita diligentia, potuerim reperire; nisi forte hic Pontifex id per decretum aliquod, seu reformationem illius officij citra constitutionem præstiterit; quæ reformatio nos latet.

TERTIA CONCLVSIO. Pœnitentiaria Apostolica † hodie ex generali concessione, seu ratione sui muneris saltem regulariter nequit commutare vltimas voluntates, nisi in foro conscientiæ. 255.

Probatur, tum quia stylus Romanæ Curiæ habet, quòd, cùm ex ipsius commissione facienda est commutatio quoad forum externum, ea committatur ordinario, atque ab illo recognosci debeat impetratæ, & concessæ à sede Apostolica in forma gratiosa, vt constat ex Trident. Conc. *sess. 22. cap. 6. de reform.* tum quia ex eodem stylo in commutationibus vltimarum voluntatum, quæ à sacra Pœnitentiaria emanant, hoc est, vt mox videbimus in reductione Missarum, & Anniuersariorum, solet apponi illa clausula, *in foro conscientiæ tantùm*, cuius clausulæ † ea vis est, vt gratiæ cum ea concessæ non prosint pro foro externo, vt latè tradit Sanchez *de matrim. lib. 3. disput. 15. numer. 15. & 17. ac lib. 8. disput. 34. numer. 1. 29. 43. & 47.* cum aliquot seqq. Tum quia regulariter sacra Pœnitentiaria † absque speciali facultate non dispensat, nisi in foro conscientiæ, & in impedimentis occultis, vt colligere licet ex Sanchez *locis* mox *cit. & d. lib. 8. disput. 23. numer. 7. cum seq. ac disput. 27. numer. 40. & lib. 4. sua summ. cap. 43. numer. 17. cum seq.* & Henriq. *lib. 14. de irregularit. cap. vlt.* atque aliis Doctor. sæpe, & ipso stylo sacræ Pœnitentiariæ, ac Romanæ Curiæ, qui, vt concl. præced. ostendimus, facit ius, ac pro lege seruatur. & generatim sacram Pœnitentiariam † non nisi in foro conscientiæ potestatem, ac facultatem à summo Pontifice habere, Card. & alij tradiderunt *d. Clement. ne Romani, §. eo tamen proniso*, & Azor *vbi sup.* idque verum est, etiam vacante sede Apostolica, vt constat ex constit. 81. aliàs 63. Pij IV. incip. *in eligendis, §. 10.* in Bullar. nou. 20. atque in eo foro tantùm nunc ab eadem Pœnitentiaria fieri reductionem Legatorum, quæ Episcopo permittitur in Synodo diœcesana, & Abbatibus, ac Generalibus Ordinum in suis capitulis generalibus à Conc. Trid. *sess. 25. cap. 4. de reformat.* respondernnt moderni Officiales Pœnitentiariæ, quos hac de re interrogari curauimus: reliquas verò vltimarum voluntatum commutationes solere in signatura gratiæ coram Papa proponi; quod & ipse aduertimus. 256. 257. 258.

Limitatur autem primò hæc conclusio, † vt non sit tunc necesse præmittere confessionem sacramentalem, aut in ea huiusmodi commutationem fieri à Confessario, aut alio, cui eius commutationis in foro conscientiæ executio committitur, nisi id in specie mandetur in litteris commissionis, iuxta ea, quæ sup. in 1. suppos. ex eodem Sanchez latiùs tradidimus. 259.

Secundò limitatur, † quòd si sacra Pœnitentiaria commutet, vel committat commutationem ex speciali facultate summi Pontificis etiam quoad forum externum, tunc quoad hunc etiam forum proderit; cùm etiam ea, quæ sunt reseruata Pontifici in signum singularis priuilegij, possit is alteri communicare, vt in facultate subiiciendi 260.

vnam Cathedralem alteri, vel duos Episcopatus vniendi, aut vnum diuidendi, habetur *in cap. quod translationem, de offic. leg.* & in simpliciter reseruatis *cap. penult. eodem tit, cap. si Abbatem, §. 1. de elect. in 6. & cap. 1. de offic. leg. eodem lib.* cum simil. Immo iure antiquo constitutionis Sixti IV. & confirmationis Pauli III. publicatæ per Iulium III. in sua constit. 1. quæ incipit, *rationi*, declaratum fuerat, gratias, ac literas expediendas per sacram Pœnitentiariam prodesse passim pro foro vel externo, vel interno, prout concedebantur: quod tamen indultũ moderatum postea fuit, seu restrictum ad certos casus à Pio IV. in d. sua constit. 69. incipiente, *in sublimi*. Verùm, cùm tam hæc moderatio, quàm illa declaratio sublatæ videantur per cit. constit. 84. Pij V. incip. *tempus, & necessitas*; qui hac in re ordinationem, vt diximus, fecit, ei stabitur. Credendum
261. autem erit † Cardinali summo Pœnitentiario asserenti, se habuisse hac in re specialem commissionem à Papa viuæ vocis oraculo; quicquid voluerit Gozad. *consil. 41, col. penult.* pro quo sunt quæ adducit Gabr. *com. concl. lib. 1. tit. de probat. concl. 3. num. 10.* Germon *de sacror. communit. lib. 3. cap. 6. num. 54.* & Sanchez *tract. de matrim. lib. 8. disput. 17. numer. 18.* vbi Doctor. ad id allegant, non stari dicto Cardinalis Legati asserentis se habere commissionem in iis, in quibus requiritur facultas specialis, & Gabr. *numer. 15.* non credi Cardinali asserenti causam sibi commissam viuæ vocis oraculo: nam ea procedunt, vbi de principali commissione alicuius causæ agatur, vel vbi principaliter agitur de præiudicio tertij; nam secus est, vbi de eo non agitur, vt satis colligitur ex Gabr. & ab eo allegatis *ibi, & numer. 5. 14. 15. ac 18.* & Sanchez *d. num. 18. & seq.* in specie autem credendum esse Cardinali summo Pœnitentiario asserenti in iis, quæ sunt proprij officij, docet post alios Card. *d. Clement. ne Romani, §. eo tamen proviso, numer. 1. de elect.* Et hæc de præsenti quæst.

Svmmæ Rervm.

262. *Concilia prouincialia Episcoporum congregari, & aliquid definire ac statuere possunt sine Romani Pontificis auctoritate. non tamen quæ vim legis generalis habeant, aut maiora negotia; num. 263.*

264. *Concilia prouincialia quædam sunt Episcoporum vnius prouinciæ, quædam Episcoporum, & Archiepiscoporum plurium prouinciarum; quæ nonnumquam dicuntur generales Synodi, plerumque verò Concilia nationalia, aut regionalia; & dici possunt prouinciales Synodi.*

265. *Concilium prouinciale regulariter commutare nequit vltimas voluntates; & num. 269.*

266. *Concilium prouinciale habet maiorem auctoritatem & iurisdictionem quam Archiepiscopus; & ab hoc ad Synodum prouincialem tanquam maiorem appellatur.*

267. *Archiepiscopus dispensare non potest in statuto Synodi prouincialis, vti superioris; a qua tamen puniri non potest.*

268. *Synodus prouincialis non potest in lege Pontificia dispensare, aut contra Canones statuere.*

269. *Princeps supremus solus regulariter derogare potest vltimis voluntatibus.*

270. *Statuto particulari relictum ad vnum pium vsum, non potest conuerti in alterum.*

271. *Synodus diœcesana regulariter commutare non potest vltimas voluntates.*

272. *Concilium prouinciale commutare potest vltimas voluntates in diœcesibus Episcoporum ad illud conuenientium illis permittentibus cùm possunt, aut negligentibus, vel recusantibus cùm debent commutare; & ibi de quibus casis cognoscat Concilium prouinciale; & num. seq.*

273. *Concilium prouinciale commutare potest vltimas voluntates subditorum Archiepiscopi, data eius negligentia, & reducere numerum Missarum totius prouinciæ iuxta decretum Conc. Trid. datis hac in re facultatem Episcopis in Synodo diœcesana; num. 274.*

275. *Concilium prouinciale statuere potest cũ causa circa defunctorum sepulturas, etiam contra eorum voluntates. idemque circa anniuersariorum celebrandorum diem; num. 276.*

277. *Concilium nationale an, & quando commutare possit vltimas voluntates.*

QVÆRO NONO, an Concilium prouinciale possit aliquas vltimas voluntates commutare.

Præmitto primò quòd, quicquid voluerit Gratian. *in summa, 18. dist.* Concilia prouincialia † 262.
possunt congregari, & aliquid definire, ac statuere, quod valeat, citra sedis Apostolicæ auctoritatem, seu confirmationem; prout contra eum tenet ibi glos. à cæteris recepta *in verbo, constituendum per iura antiqua, in cap. ius ciuile, dist. 1. cap. quæ contra, 8. dist. cap. Catholica, 11. dist. cap. illa, ault. 12. & cap. 1. de consecr. dist. 3.* quibus addo *cap. Episcopus, & cap. fin. 18. dist.* & ius nouum *in cap. fin. de his, quæ fi. a prel. fin. conf. capit. cap. graue, de prab. & cap. sicut olim, de accus.* ac nouissimum in Conc. Trid. *sess. 23. cap. 18. & sess. 24. cap. 2. 3. 5. 9. 12. 13. & 18. de reform. sess. 25. de innocat. vener. & relig. sanct. ac de regular. cap. 22. & de reform. cap. 20. & 14.* Quæ verò iura pro se affert Gratian. ex *dist. 17. per tot.* vel probant non posse congregari Concilium generale sine summi Pontificis auctoritate; vel in Prouincialibus † non posse sine ea aliquid 263
statui, quod generalis legis vim habeat; aut de maiotibus negotiis, quod etiam traditur *in cap. præceptis, 12. dist.* hæc enim reseruata sunt summi Pontificis definitioni, *cap. maiores, de baptis. & eius effect.* sicut & pleraque alia, de quibus *in cap. quod translationem*, ibique glos. ab aliis recepta, *verbo, reseruata, de off. leg. & cap. sicut vnire, & ibi* Doctor. post glos. *in verbo, pertinere, de excess. prælat.* quare de his quoque non poterit statuere Synodus prouincialis. Poterit autem ea statuere, ac facere, quæ in primò cit. iuribus habentur, *& dist. 18.* atque aliis iuribus, & Doct. allegatis per Stephan. Quarant. qui optimè præ cæteris prosequitur quicquid ferè ad materiam Synodi prouincialis pertinet, *in suo tract. de Conc. prouinc. quæst. 32. 33. 36. & 37.*

Præmitto secundò, † Concilia prouincialia 264.
quædam esse Episcoporum vnius tantùm prouinciæ, quos congregat Archiepiscopus, *cap. si Episcopus, & cap. si quis Episcoporum, 18. dist. cap. non debet, 65. dist.* Conc. Trid. *d. sess. 24. cap. 2. de reform.* vbi etiam statuit eo impedito id muneris spectare ad Coëpiscopum antiquiórem; alia sunt Episcoporum, & Archiepiscoporum duarum, trium, vel plurium prouinciarum, quos congregat Primas, vel Patriarcha: & hæc Synodus quia conuocatur ex Episcopis multarum prouinciarum, aliquando dicitur plenaria, & generalis Synodus, vt distinguatur

Digitized by Google

tur abus, in quæ conueniunt tantummodo Episcopi vnius prouinciæ: vnde in Concilio auctoritate Symmachi Romæ coacto ex omnibus Episcopis Italiæ, dicitur Symmachus in generali Concilio præsidere: & in Concilio Carthaginensi IV. conuocato ex omnibus Africæ Episcopis, dicitur Aurelius Carthaginensis Primas præsidere in Concilio vniuersali. Sic olim Toleti aliquando cogebantur Archiepiscopi, & Episcopi totius Hispaniæ, in qua multæ prouinciæ continebantur. Et sub Siluestro Papa post Nicænum Concilium OEcumenicum celebrata est Romæ Synodus 270. Patrum ex tota Italia: & propterea aliqui volunt, huiusmodi Concilia dici Nationalia, hoc est, omnibus certæ nationis Episcopis conuocatis. ita Ioan. Azor *Instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 47. quæst. 1.* & Suarez *lib. 6. de legibus, cap. 15. num. 2.* Vocari etiam possunt hæc Concilia regionalia, iuxta *cap. si inter, 6. quæst. 4.* & Prouinciales Synodi appellantur à Trid. Conc. *sess. 23. cap. 18. de reformat.* & Card. Iacobat. *tract. de Concil. lib. 1. artic. 2. num. 19.* post alios. His præmissis ad conclusiones præsentis quæstionis, si lubet, veniamus. Sit igitur

PRIMA CONCLVSIO. Concilium prou-
265. inciale † regulariter nequit vltimas voluntates commutare. Probatur primò; quia, licèt Conci-
266. lium prouinciale † habeat maiorem auctoritatem, & iurisdictionem, quàm Archiepiscopus, vt colligi potest ex *cap. si Metropolitanum, 6. quæst. 4. & cap. si autem, & cap. nullus Primas, 9. quæst. 3.* & per Natar. *consil. 7. de offic. ordin.* aliàs *6. de maiorit. & obed.* qui id probat, quoniam ab Archiepiscopo ad Synodum prouincialem appellatur tanquam ab inferiori ad superiorem, glos. fin. *cap. à collatione, de appell. in 6.* Host. *d. cap. graue, in fin. de prabend.* Card. *Clement. 1. §. quod etiam, num. 1.* Anchar. *num. 5. de sentent. excom.* tradunt probántque Suarez *d. cap. 15. num. 5. 6. & 7.* necnon Thom. Sanchez *de matrim. lib. 8. disput. 17. num. 36.* ex hoc, & aliis inferen-
267. tes, † non posse Archiepiscopum dispensare in statuto Synodi prouincialis tanquam in lege superioris. cui non obstabit *d. cap. graue*, dum ibi dicitur, *Metropolitani verò delictum superioris iudicio relinquatur ex parte Concilij nuntiandum*; ex quo constat, non posse Metropolitanum puniri à Synodo; cuius rationem *ibi* reddit Host. *num. 16.* quem sequuntur *ibid.* Ioan. Andr. *num. 8.* Butr. *num. 4.* Anchar. *numer. 10.* eò, quòd Archiepiscopus Concilio prouinciali superior sit; solùm enim hi Doctores volunt, esse eius caput, eique præsidere: ideóque ob eius dignitatis reuerentiam noluit ibi text. posse illius delictum puniri à Synodo, atque in priorem sententiam inclinat quoque glos. *in cap. sicut, il 2. verbo, hortamur, 2. quæst. 7.* omnino verò descendit eadem glos. *in cap. multis, verbo, ad maiorem, 17. dist.* per illum text. & per *cap. omnis, 2. quæst. 6.* Nihilominus, quicquid de hoc sit, certè Synodus prouincialis inferior est Romano Pontifice, vt per se patet, ac ex verbis *d. cap. graue*, mox
268. citat. nec potest in lege Pontificia † dispensare, tamquam in lege superioris, aut contra Canones statuere, vt colligitur ex *cap. in scripturis, 2. quæst. 1.* & sentit Fel. *in cap. quod super his, de maior. & obed.* ac latè tradit Hent. Bott. *tract. de Synod. part. 3. art. 1.* Duen. *reg. 249.* & præter Doctor. in iuribus mox, & initio huius quæst. per nos allegat. tenet Lancell. Conrad. *in templ. omn. iud. lib. 2. cap. 5. §. 3. num. 55.* quem refert, ac sequitur Quarant. *d. tract. de Conc. prouinc. quæst. 36.* sentitque Sanchez *d. disput. 17. num. 37.* Commutatio autem absoluta vltimarum voluntatum est contra regulas ac generales decisiones iuris Pontificij, vt cõstat ex *c. vltima voluntas, 13. quæst. 2. cap. nos quidem, cap. si heredes, c. sua nobis & c. Ioannes, de testam.* cum aliis adductis *cap. 3. quæst. 3. concl. 1. circa med.* Secundò, quia † nullus regu- 269.
lariter, præter Romanum Pontificem, aut alium supremum Principem, potest vltimis voluntatibus derogare; vt post alios docet Rebuff. *in prax. benef. tit. de Bren. Apost.* & aliis, *num. 56. ac seq.* Couar. *d. cap. tua nobis, numer. 7.* per text. qui tanè optimi sunt, *in l. legatam, ff. de administrat. rer. ad ciuit. pertin. & Clem. quia contingit, in princ. de relig. dom.* vbi glos. recepta *in verbo, sedis Apostolica, il 1.* id quoad Romanum Pontificem adnotauit, & in specie, quòd Concilium prouinciale commutare non possit vltimas voluntates, quia id reseruatum sit summo Pontifici, sentit Quarant. *d. tract. de Conc. prouinc. quæst. 32.* dum agens de his, quæ Papæ sunt reseruata, & docens, ea non posse per prædictam Synodum fieri, ad id allegat glos. *d. Clement. quia contingit*; non nisi *d. verbo, sedis Apostolicæ*, vbi inter hæc reseruata Papę ponit commutationem vltimarum voluntatum, dicens; *nota per hanc litteram, solum Papam alterare posse vsum illorum, quæ per fideles donata sunt, vel relicta*; & addendus est, inquit, iste casus ad alios *de off. leg. cap. quod translationem*, vbi, & text. & glos. *in verbo, reseruata*, multos enumerat casus Papæ reseruatos; quare dum eam glos. refert *ibidem* Quaranta, inde apertè constat hunc auctorem eius esse sententiæ, vt regulariter nequeat Synodus prouincialis vltimas voluntates commutare. Id quod etiam magis in specie sentit Ioan. Bertach. *in tract. de Episc. lib. 4. part. 4. num. 79.* dum post Bald. *in l. si testamentum, C. de testam.* tradit, † 270.
nec per statutum posse relictum ad vnum pium vsum conuerti in alterum: vnde colligitur, nec posse statui per Conc. prouinciale; sicut etiam dum *ibid.* subdit, ideo relictum pauperibus solitum dari certæ Ecclesiæ non posse per statutum disponi, quòd detur alteri, per *cap. ad Apostolicam, de simon.* secundùm Bald. *in l. priuilegio, C. de sacrosanct. Eccles.* Io. And. *in addit. ad Spec. tit. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua*, & Rom. *in suis singular. verbo, statutum, vers. pone, quòd populus.* Multo verò magis hoc vtrumque, & nostra conclusio procedit † in Con- 271.
cilio, seu Synodo diœcesana; cùm maximè vix aliquid amplius possit, quàm Episcopus solus, vt patebit ex iis, quæ adducemus *quæst. 11. concl. 4. ampl. vlt.*

SECVNDA CONCLVSIO. Potest aliquando Concilium prouinciale commutare vltimas voluntates in diœcesibus Episcoporum ad illud conuenientium, quas possent iidem Episcopi; nimirum † 272.
ipsis Episcopis id permittentibus, aut, cùm deberent, commutare negligentibus, vel recusantibus. Probatur, quia Concilium prouinciale cognoscit de omnibus causis Ecclesiasticis totius prouinciæ, *cap. propter, il 1. & il 2.* ibique Doctor. Quarant. super *quæst. 32.* statim in initio, & habet iurisdictionem ordinariam super omnes de prouincia, Abb. *d. cap. grane, num. 4. de prab.* Host. *d. cap. sicut olim, de accusat.* Franc. *cap. fin. de censibus in 6.* Lancell. Conrad. *d. lib. 2. cap. 6. num. 2.* Card. Alexand. *in cap. experientia, 11. quæst. 1. & in summ. 3. quæst. 8.* Bero. *cap. 1. num. 125.* & *ibi* Dec. *num. 28.* post Abb. *ibi, de iudic.* Quarant. *d. tract. de Conc. prou. quæst. 32. circa initium, ac medium*, optimus text. *d. cap. propter, il 1. & il 2. 18. dist.* necnon *in cap. scitote, 6. quæst. 3. cap. saluo, cap. Archiepiscopus, cap. si autem, & cap. nullus Primas, 9. quæst. 3. d. cap. grane. de prabend. & cap. sicut olim, de accusat.* Imò & cognoscere potest de causis ad Ecclesiam Metropo-

litani, seu Archiepiscopi pertinentibus, vt tenet *ibidem* Quarant. per glos. *d. cap. sicut*, quæ tamen hoc mihi non dicit; sed colligi id potest ex prædictis in hac conclus. & ex eo, quod *concl. præced.* breuiter ostendimus, Synodum prouincialem superiorem esse ipso Archiepiscopo; ex quo inferri po-
273. test, † eandem Synodum posse quoque commutare vltimas voluntates subditorum diœcesi Archiepiscopi data eius negligentia: cùm maximè possit eius negligentiam supplere in iustitia ministranda, vt per text. *in cap. si Metropolitanus*, & ibi Card. Alexand. 6. *quæst.* 4. tradit Quarant. *d. tract. de Conc. prou. quæst.* 33. subdens, posse etiam Synodum cognoscere de causis appellationum interpositarum à Metropolitano, per glos. *in cap. multis, verbo, maiorem, & in cap. omnis oppressus*, 2. *quæst.* 6. ex qua tamen, ac text. vtrobique solùm, quod ad hanc rem attinet, colligo, id verum esse quoad appellationes interpositas ad ipsam Synodum prouincialem.

274. Ex hac quoque conclusione infertur, † posse Concilium prouinciale reducere numerum Missarum totius prouinciæ, iuxta facultatem, quam ea in re Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 4. *de reformat.* dat Episcopis in Synodo diœcesana quoad suam diœcesim. Potest enim Archiepiscopus de Comprouincialium Episcoporum cau sis, eorúmque Ecclesiarum, & Clericorum, atque sæcularium necessitatibus agere, aut disponere quicquid necesse fuerit; sed hoc communi consensu Comprouincialium agatur Pontificum; vt dicitur *in cit. cap. nullus Primas*, 9.
275. *quæst.* 3. Infertur denique, † posse Concilium prouinciale statuere circa sepulturas cum causa etiam contra defunctorum voluntatem; prout satis constat ex illo insigni decreto Conc. prou. Mediol. I. *part.* 2. *tit. de sepult.* in hæc verba. Non est ferenda nostri temporis insolentia sepulchrorum, in quibus putida cadauera tamquam sacrorum corporum reliquiæ excelso, & ornato loco in Ecclesiis collocantur, circúmque arma, vexilla, trophæa, & alia victoriæ signa, & monumenta suspenduntur; vt iam non diuina templa, sed castra bellica esse videantur. Ambitiosam igitur hanc in mortuorum corporibus decorandis arrogantiam detestantes, & Ecclesiarum decori consulentes, eiusmodi sepulchra excelso loco posita, & ea, quæ parietibus inclusa, vel adiuncta etiam in vna parietum parte eminent, nisi marmorea, aut ærea sint; siue illis corpora contegantur, siue inania, & ibi tantùm honoris causa sint constituta; & eorum omnis generis ornatum, & apparatum ad tres menses amoueri, ac tolli omnino iubemus, ossaque ac cineres in sacro loco altiùs in terram defodi ita conditos, vt sepulchrum è solo non emineat. ac paucis interiectis subiicitur: etsi cui locus sepulturæ deinceps dabitur, in Ecclesia humi tantùm detur, & sepulchrum, in quo condetur, opere fornicato cum reliquo Ecclesiæ pauimento æquatum sit. Id autem vtrumque eo maiori ratione fecit Conc. prouinciale Mediol. prædictum, & alia facere poterunt cùm fel. rec. Pius V. in sua constit. 5. iuxta nou. impress. incip. *cum primum*, Ecclesiarum capitulis, & Rectoribus etiam regularibus præcipit, vt prouideant, vt capsæ omnes, & depositi, seu alia cadauerum conditoria super terram existentia omnino amoueantur, prout aliàs statutum fuit, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur. Nonnulla quoque hac in re statuuntur in Conc. Prou. Mediol. I V. *part.* 1. *tit. de sepulchris.* & Concil. V I. *sub tit. quæ ad funera pertinent, vers. ne die Dominico*, illud
276. maximè ad rem nostram faciens decernitur, † ne die Dominico, & festo, qui Ecclesiæ præcepto, consuetudine, votove colatur, anniuersaria agantur: quæ si certo aliquo festo is, qui decessit, pro se agi præscripserit, alio proximè præcedenti die, cùm pro officij ratione licet, celebrentur.

Quod autem in hac, & præced. concl. de Concilio prouinciali ab Archiepiscopo congregato diximus respectu ipsius Archiepiscopi, & Episcoporum illius Concilij; idem proportionabiliter † statuen- 277.
dum est de Concilio nationali, vel regionis, quod Patriarcha, vel Primas congregauit, respectu Archiepiscoporum, vel Episcoporum in eo conuenientium, vel ipsius Primatis, & Patriarchæ; vt colligi potest ex *d. cap. nullus Primas*; vbi, quod dicitur de Archiepiscopo respectu suorum suffraganeorum, statuitur de Primate respectu suorum, qui sunt ipsi Archiepiscopi, & vtrique suffraganei communi Comprouincialium Pontificum nomine appellantur. de illis verò, ac simul de Archiepiscopo, quid possint in tota sua prouincia, præcipuè in commutandis vltimis voluntatibus, nunc in proxima quæst. breuiter videbimus.

Svmmæ Rervm.

278. *Archiepiscopi Primatibus, & hi Patriarchis subiecti sunt, sicut Episcopi Archiepiscopis.*

279. *Patriarchæ quot fuerint antiquitus, & quot nunc sint; quique inter eos sit ordo.*

280. *Archiepiscopus est index ordinarius suorum suffraganeorum, immo & Vicariorum ipsorum in iis, in quibus delinquunt ratione officij; num.* 281. *in aliis verò, sicut & ceteri subditi suffraganeorum subiecti non sunt Archiepiscopo, nisi in casibus à iure expressis; idemque in Primatibus & Patriarchis quoad diœceses Archiepiscoporum, ac Primatum respectiuè; num.* 282. *& qui sint hi casus in iure expressi; num.* 283.

284. *Archiepiscopus causam ad se per appellationem delatam delegare potest subdito suffraganei; eum tamen compellere nequit ad delegationem suscipiendam; neque constituere officiales in suffraganei diœcesi, qui vice sua utant, & inhibeant.*

285. *Prælati inferiores habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, eorumque subditi non subsunt ordinariæ iurisdictioni Archiepiscopi.*

286. *Patriarcha, Primas, & Archiepiscopus regulariter nequeunt commutare vltimas voluntates, quæ ad fauorem priorum locorum suis suffraganeis subditorum emanarunt.*

287. *Archiepiscopus in diœcesi sui suffraganei iure ordinario dispensare nequit in votis.*

288. *Archiepiscopus, Primas, vel Patriarcha non commutant vltimas voluntates in diœcesibus suorum suffraganeorum etiam de consensu partium tamquam iudices, neque in visitatione, neque excommunicato existente suffraganeo; quia tunc eius iurisdictio deuoluitur ad Papam num.* 289.

290. *Archiepiscopus, Primas, vel Patriarcha in diœcesibus suorum suffraganeorum commutare possunt vltimas voluntates, quoties horum subditi ad illos appellarint, quia suffraganei, cùm deberent, commutare noluerunt. & quid cùm illi adeuntur per querelam; num.* 291. *cum seq. & ibi intellectus cap.* 1. *de offic. leg. & cap.* 1. *de for. compet.*

Digitized by Google

compet. in 6.

292. *Archiepiſcopus ſuffraganeum negligentem in eo, quod facere debet, compellere poteſt ad faciendum, vel ipſe ſupplere; & duobus ſeq.*

293. *Archiepiſcopus quando poſſit diſpenſare in voto, ſuffraganeo ſuo recuſante diſpenſare.*

294. *Superior compellere poteſt ad conſentiendum qui non vult, cùm debeat, vel ipſe conſentire, licèt aly contrà; quæ opiniones concilianter: quòd ſi ex iuſta cauſa inferior neget aſſenſum, compelli nequit.*

295. *Archiepiſcopus quando deputare poſſit adminiſtratorem Eccleſiæ Cathedralis vacantis; & quid is adminiſtrator poſſit; & an valeat commutare vltimas voluntates.*

296. *Patriarcha commutare poteſt vltimas voluntates pertinentes ad Eccleſiam Primatialem, Primas ad Metropolitanam, & Archiepiſcopus ad Epiſcopalem ſpectantes, quando Epiſcopus poteſt pertinentes ad Eccleſias ſuas inferiores.*

297. *Patriarcha commutare non poteſt vltimas voluntates pertinentes ad Eccleſiam Metropolitanam, neque Primas pertinentes ad Epiſcopalem.*

298. *Appellatio à Prælatis inferioribus interponitur ad Epiſcopum, non ad Archiepiſcopum; & ab Epiſcopis ad Metropolitanum, non ad Primatem, ſed ad ſuum Patriarcham, vel ad Papam.*

299. *Patriarcha commutare tanquam index non poteſt vltimas voluntates quoad clericos ſubditos Primati, Archiepiſcopum, aut Epiſcopum huius ſuffraganeum, aut his ſubiectos; neque Primas vltimas voluntates Epiſcopi, eive aut Archiepiſcopo ſubditorum clericorum; neque Archiepiſcopus clericorum ſubditorum Epiſcopo, etiam de eorum conſenſu, ſine conſenſu immediati ſuperioris commutationem petentis.*

300. *Patriarcha, Primas, & Archiepiſcopus commutare non poteſt vltimas voluntates ſubditorum ſui ſuffraganei etiam in viſitatione ſua prouinciæ; & num. ſeq.*

301. *Archiepiſcopo in viſitatione ſua prouincia quid concedatur erga ſubditos ſui ſuffraganei.*

302. *Archiepiſcopi, qui ex decreto Conc. Trid. eliguntur pro Synodo ab Epiſcopis exemptis nequeunt vltimas voluntates ad eorum Eccleſias pertinentes niſi in ipſa Synodo ob neceſſitatem commutare.*

303. *Patriarcha, Primas, & Archiepiſcopus vltimas voluntates commutare poteſt in Eccleſiis inferioribus ſuarum diœceſium quando poteſt ſimplex Epiſcopus in ſua diœceſi.*

304. *Pallium eſt proprium inſigne Patriarcharum, Primatum, & Archiepiſcoporum, deſignans plenitudinem Pontificalis officij; & quomodo tradatur.*

305. *Patriarcha, Primas, & Archiepiſcopus an conferre valeant vltimas voluntates, quas aliàs poſſunt, ante receptionem pally.*

QVÆRO igitur DECIMO, an Patriarchæ, Primates, & Archiepiſcopi in tota ſua prouincia commutare poſſint vltimas voluntates, maximè reſpectu ſubditorum ſuis ſuffraganeis.

Suppono primò, ſicut Epiſcopi Archiepiſcopis,
278. ſeu Metropolitanis, ita † Archiepiſcopus Primatibus in regionibus vbi ſunt, hos verò Patriarchis ſubiectos eſſe; vt conſtat ex *cap. multis*, iuncta gloſ. *verbo, maiorem*, 17. *diſt. cap. de Conciliis*, *cap. propter*, *il* 1. *cap. ſi Epiſcopus*, *cap. ſi quis Epiſcoporum*, & *cap. propter*, *il* 2. 18. *diſt.* idem habetur ex *cap.* 1. §. *ordo Epiſcoporum*, *diſt.* 21. licet ibi Primas nomine Archiepiſcopi, abuſiuè, aut generice ſumpto hoc vocabulo, pro eo, qui maior eſt Epiſcopis, ponatur; ſicut Archiepiſcopus nomine Metropolitani: de quibus poſtremis duobus, quòd verè inter ſe non differant, licèt aliqui contrà ſenſerint, conſtat ex latiùs adductis per nos *in tract. de conſerv. indicib. cap.* 5. *quæſt.* 4. *præmiſ.* 2. ſimiliter *in cap. conqueſtus*, 9. *quæſt.* 3. iuncta inſcriptione, *Patriarcha, vel Primas vocatur Archiepiſcopus*; & *cap.* 1. *eod. cauſ. & quæſt.* Archiepiſcopus Primas appellari videtur. ſub prædictis verò nominibus Patriarchæ, Primatis, Archiepiſcopi, ſeu Metropolitani, & Epiſcopi hunc ipſum ordinem prædictæ ſubiectionis ſtatuendum fore, conſtat ex *cap. extra prouinciam*, & *cap. quia per ambitiones*, 64. *diſt. cap. Epiſcopus*, & *cap. de perſona*, 65. *diſt. cap.* 2. & 3. 80. *diſt. cap. prouincie*, & *cap. nulli*, 99. *diſt.* & *ibi* Gratian. *in princ. cap. omnis oppreſſus*, 2. *quæſt.* 6. *cap. ſi quis Epiſcopus*, *il* 2. 9. *quæſt.* 3. *cap. Abbatibus*, 18. *quæſt.* 2. *cap. duo ſimul*, *de offic. ordin. cap. antiqua*, *de priuil.* atque, vt cætera ad id intra omittam, nouiſſimè memoratum ordinem inter has ſedes ponit Conc. Trid. tum *alibi*, tum *ſeſſ.* 6. *cap.* 1. *ſeſſ.* 22. *cap.* 7. *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *ſeſſ.* 24. *cap.* 3. & *ſeſſ.* 25. *cap.* 2. *de reform.* Plura verò de hac re videas, ſi lubet, apud Ioan. Azor. *Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 33. *quæſt.* 1. *cum tribus ſeqq.* & *cap.* 35. *ac* 36. *ferè per tot.* quódque nos ſcripſimus *in d. tract. de conſervat. indicib. cap.* 5. *quæſt.* 4. *circa initium*. Quamuis autem † antiquitus, præter 279.
Rom. Pontificem, duo tantùm eſſent Patriarchæ, Alexandrinus, & Antiochenus, vt patet ex *cap.* 1. 21. *diſt.* Tamen poſtmodum additi ſunt Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus; ita, vt poſt Romanum primum locum obtineret Conſtantinopolitanus, *cap. Conſtantinopolitana*, *cap. renouantes*, & *cap. definimus*, *eadem diſt. ac d. cap. antiqua*, *de priuil.* qui verò Patriarchæ præter hos nunc reperiuntur, vt Aquileienſis, Venetus, ac ſimiles, loco Archiepiſcoporum, vel Primatum ſunt, vt colligitur ex *d. cap. conqueſtus*, & nos adnotauimus *in eis. tract. de conſeruat. indic. cap.* 5. *quæſt.* 4. *prope initium*, atque inter alios latè tradit Azor *d. cap.* 35. *quæſt.* 5. & Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 41. *numer.* 14. & 15.

Suppono ſecundò, quòd Archiepiſcopus † eſt 280.
iudex ordinarius ſuorum ſuffraganeorum, hoc eſt, omnium Epiſcoporum ſuæ prouinciæ; *cap. Metropolitanum*, 2. *quæſt.* 7. *cap. quia cognouimus*; 10. *quæſt.* 3. & *cap. paſtoralis*, *in princ. de off. ord.* & *cap. ſollicitudinem*, & *de appell.* & *cap. Venerabilibus*, *in princ. de ſent. excom. in* 6. gloſ. fin. *d. cap. Metropolitanum*, 2. *quæſt.* 7. *cap. ſicut vnire*, *verbo*, *attentare*, *de exceſſ. prælat.* & *auth. Clericus quoque*, *verbo*, *Epiſcopalis*, *C. de Epiſc.* & *Cler.* Abb. *d. cap. paſtoralis*, *num.* 2. *cap. ſuffraganeis*, *num.* 1. *de elect.* & *d. cap. antiqua*, *de priuil.* Gemin. *in d. cap. Venerabilibus*, *in princ. num.* 4. *de ſent. excom. in* 6. & alij, quos allegat, ac ſequitur Anaſtaſ. Germon. *de ſacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 7. *numer.* 33. & 44. M. Ant. Genuenſ. *in praxi Neap. cap.* 71. *n.* 1. Hier. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gloſ.* 41. *numer.* 16. & Steph. Quarant. *in ſuo tract. de Archiep. auctor. numer.* 10. quamuis *ibi ad fin.* referat gloſ. *in Clem. ſi vna*, *verbo*, *menſa ſua*, *de rebus Eccleſ. non alien.* Dec. *in d. cap. ſollicitudinem*, *numer.* 11. *de appellat.* poſt Hoſt. & Ioan. Andr. *in cap. magne.*

gna, de vot. & cap. nullus, de iurep. quem citat etiam & probat Fel. *in cap. ex officij, num. 7. de præscript.* tenentes, Archiepiscopum in suffraganeos ipsos nullam habere potestatem, nisi quatenus expressum in iure reperitur. Verùm adhærendum puto priori sententiæ, quæ satis probatur ex prædictis, & aliis, quæ adducit Quarant. *ibid. & num. 6. & 8.* ac
281. procedit etiam † in Vicariis suffraganeorum, quorum est iudex Ordinarius in iis, in quibus Vicarij delinquunt ratione officij, hoc est, eius colore, fauore, & contemplatione, vt ex *cap. 1. de offic. Vicar. in 6.* vbi glos. *verbo, rationabilis causa*, Card. *Clem. abusionibus, num. 8. de pœnit. & remiss.* atque aliis satis probat idem Genuens. *d. cap. 71. num. 2.* Quarant. *d. tract. de Archiepisc. auctor. num. 11.* vbi optimè respondet *ad cap. 1. §. nec etiam, & §. fin. de for. compet. in 6.* qui sunt contrà, vt procedant, vbi delinqueret aliàs, quam ratione officij, ex Ioan. Andr.
282. *d. §. fin.* nam † extra casum prædictum delicti ratione officij, æquè, ac alij subditi suffraganeorum non subsunt Archiepiscopo, nisi in casibus à iure expressis; vt quoad vtrosque probatur *in d. §. nec etiam, & §. fin.* traditque Iacob. Stroz *in tract. de Vicar. Episc. lib. 2. quæst. 59. & lib. 3. quæst. 57.* & generatim quoad subditos suffraganeorum probat text. *in cap. per singulas, il 2. cap. si autem, & cap. nullus Primas, 9. quæst. 3. cap. 1. de offic. leg. d. cap. pastoralis, in princ. de offic. ord. cap. 1. in princ. eodem tit. in 6. & d. cap. 1. in princ. de for. compet. eodem lib.* cum similibus, de quibus Quaranta *d. tract. num. 12.* quod idem de Primatibus, vel Patriarchis, quoad diœceses Archiepiscoporum & Primatum respectiuè, constat ex *cap. conquestus, 9. quæst. 3. & cap. duo simul, de off. ordin.*
283. Qui autem sint † hi casus in iure expressi, ponit glos. *in summa, & d. cap. conquestus, verbo, prouocauerint, 9. quæst. 3. & d. cap. pastoralis, in princ. verbo, excerpta*, Host. *cap. 1. de supp. neg. prel. in 6.* Quarant. *d. tract. num. 13.* cum aliquot seqq. M. Ant. Genuens. *in praxi Neapol. cap. 71.* aliàs 86. *per tot.* Lancell. Contad. *in templo omn. iud. lib. 2. cap. 4. numer. 21.* & Azor *d. lib. 3. cap. 34. quæst. 9. & seqq. vsque ad fin. cap.* præcipuus autem est per appellationem, iuxta *d. cap. conquestus, cap. 1. de offic. leg. & cap. duo simul, de offic. ordin. cap. 1. §. nec pro eo, eodem tit. in 6. & cap. 1. in princ. de for. compet. eodem lib.* de quo latè inter alios Couar. *pract. quæst. cap. 9.*
284. *num. 2.* & Quarant. *d. num. 13.* Quamuis autem † tunc possit Archiepiscopus delegare causam subdito suffraganei, *d. cap. pastoralis, in princ.* non tamen eum cõpellere potest ad suscipiendam delegationẽ, vt *ibidem* dicitur, *& d. cap. 1. §. 1 de for. compet. in 6.* neque constituere Officiales in diœcesibus suffraganeorum, qui eius vice, cùm appellatum fuerit, citent, ac inhibeant, vt cauetur *in d. §. nec pro eo.* Quod autem dictum est de subditis suffraganeorum, vt non subsint iurisdictioni immediatæ Ar-
285. chiepiscopi; idem dicendum est † de prælatis inferioribus habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, eorúmque subditis, vt constat ex *d. cap. 1. §. nec etiam, de for. compet. in 6. cap. Romana, §. ab Archidiacone, de appell. & cap. Venerabilibus, in princ. de sent. excommun. eodem lib.* de quo videndum, quod dicemus infr. *quæst. 13.* His suppositis ad concluf. huius quæst. veniamus.

PRIMA CONCLVSIO. Patriarcha, Primas, & Archiepiscopus
286. † regulariter nequeunt commutare vltimas voluntates, quæ ad fauorem piorum locorum subditorum suis suffraganeis emanarunt. Probatur primò, quia ita in specie apertè tenet Nauar. *consil. 2.* aliàs 15. *num. 6. de reb. Eccles. non alien.* Secundò, quia Archiepiscopus non habet iurisdictionem in subditos suorum suffraganeorum, nisi in certis casibus, *cap. 1. de off. leg. cap. pastoralis, in princ. & cap. duo simul, de offic. ord.* cum aliis adductis sup. *in 2. suppos. circa med.* Idemque proportionabiliter dicendum est de Primate respectu subditorum Archiepiscopi, & de Patriarcha quoad subditos Primatis ex *ibid.* allegat. & quoniam vbique est eadem ratio, arg. *l. illud, ff. ad leg. Aquil. cum suis concord.* Tertiò ex *cap. sicut vnire, de excess. prel.* vbi habetur, quòd vnio facta à Prælato quodam inferiore subdito cuiusdam Episcopi absque eius consensu nulla est, vel infirmari potest, non obstante assensu, vel confirmatione, quam Metropolitanus interposuisse proponebatur; cùm, (vt ibi Cælestinus III. scribit Faustino Episcopo,) in diœcesi sui suffraganei absque ipsius assensu non debeat aliquid contra constitutiones canonicas attentare: vnio autem beneficiorum est quædam vltimæ voluntatis commutatio, vel ob eam rationem, quòd beneficia singula per se instituta sint à fundatoribus per actum siue inter viuos, siue causa mortis; ita, vt singula suum habeant rectorem; per vnionem verò alterum alteri subiicitur, vel ex duobus vnum fit, vel perpetuò fit, vt duo ab vna persona regantur, vt *infr. cap. 12. quæst. 1. circa med.* videbimus. Idipsum probatur ex iuribus, in quibus habetur, Metropolitanum, Primatem aut Patriarcham nihil agere posse in diœcesi suorum suffraganeorum sine eorum voluntate, & consensu; vt *in cap. nullus Primas, 9. quæst. 3.* vbi Calixtus Papa, Nullus, inquit, Primas, vel Metropolitanus Diœcesani Ecclesiam, vel Parochiam, aut aliquem de eius Parochia præsumat excommunicare, vel iudicare, aliquidve agere absque eius consilio, vel iudicio. quod idem omnino de eodem Primate, ac Metropolitano quoad dispositionẽ, sed quoad verba paucis mutatis habetur *eadem cauf. quæst. 2. cap. nullus Primas, il 2.* In *d.* autem *cap. conquestus, 9. quæst. 3.* Nicolaus Papa scribens Bituricensi Archiepiscopo, seu Primati, qui inibi Patriarcha vocatur; Conquestus, inquit, est Apostolatui nostro frater noster Sigedodus Archiepiscopus Narbonensis, quòd Clericos suos eo inuito ad iudicium tuum venire compellas, & de rebus ad Ecclesiam suam pertinentibus eo inconsulto, quasi iure Patriarchatus tui disponas; cùm hoc nec antiquitas, (cui sancti Patres sanxerunt reuerentiam,) habeat, & auctoritas sanctorum canonum penitus interdicat. & post pauca; Primates enim, vel Patriarchas nihil priuilegij habere præ cæteris Episcopis, nisi quantum sacri canones concedunt, & prisca consuetudo illis antiquitus contulit, definimus, &c. quæ postrema verba ferè habentur *in d. cap. duo simul, de offic. ordin.* ibique idipsum cauetur, quod in duobus mox citat. iuribus. id quod etiam constat ex *d. cap. 1. in princ. eodem tit. in 6.* vbi Innoc. IV. in Concilio Lugdunensi; Prohibemus quoque, ait, ne Rhemensis Archiepiscopatus in diœcesi suffraganeorum suorum foraneos officiales constituat; rationem subdens, quia, cum Metropolitanis, ne suorum suffraganeorum ingrediantur diœceses, vt in eis auctoritate propria iudicent, disponant, aliquidve aliud agant, canonica prohibeant instituta; nequaquam hoc possunt in illis per alios exercere. Atque idipsum in terminis commutationis vltimæ voluntatis satis sentit Sanchez *lib. 4. sum. cap. 18. num. 11.* dum post alios plerosque tradit, † Archiepiscopum in diœcesi sui suffraganei non posse dispensare in votis iure ordinario; atque adeò nec commutare; qui enim habet ordinariam potestatem 287.

statem dispensandi in votis, habet etiam ea commutandi, vt idem latè docet *d. lib. 4. cap. 49. num.* 28. & commutatio voti est species commutationis vltimæ voluntatis, vt constat ex iis, quæ adduximus *sup. hoc eodem tract. cap. 2. quæst. 2. post medium.* Ampliatur verò hæc conclusio, † vt neque de consensu partium tamquam iudex, nec in visitatione, quam ex dispositione iuris obit in sua prouincia, *cap. 1. de censib. in 6.* cum simil. possit Archiepiscopus, Primas, vel Patriarcha commutare vltimas voluntates subditorum sui suffraganei, vt constabit ex iis, quæ adducemus *in sequenti conclus. limit. vnic. extens. 1. &* 2. Ampliatur præterea, † vt neque possit dum suffraganeus manet excommunicatus; tunc enim eius iurisdictio deuoluitur non ad Archiepiscopum, sed ad Papam, *cap. 1.* vbi Gem. & alij, *de suppl. negl. prał. in 6.* Quarant. *d. tract. num.* 22.

288.

289.

290. Limitatur autem hæc conclusio primò, † vt, si subditus suffraganei ab eo debita cum instantia petierit commutationem vltimæ voluntatis, quoties ius Canonicum præcipit eam fieri, quos casus colligimus sup. *cap. 3. quæst. 3. concl. 2.* & præcipuè in casu *cap. nos quidem, de testam.* cùm nimirum adimpleri nequit voluntas pia disponentis, & ab Episcopo recusante eam facere appellarit ad Metropolitanum Primatem, vel Patriarcham debitè referendo; possit tunc is ad prædictam commutationem deuenire, quoniam, vt suprà *in 2. suppos. ad fin.* vidimus, per appellationem potestas, quæ in eo articulo ad Diœcesanum inferiorem pertinebat, ad superiorem deuoluitur.

291. Limitatur secundò, † quòd, vbi Patriarcha, Primas, vel Archiepiscopus hac in re citra appellationem aditur per querelam: quod fieri posse contra suffraganeum, seu eius officialem generalem (quicquid in contrarium voluerit Couar. *d. cap. 9. tract. quæst. numer. 2. circa med.* præcipuè per text. *in cap. 1. de offic. leg.* qui tamen vterque solum est intelligendus, prout loquitur, de causis, hoc est, negotiis iudicialibus, seu iurisdictionis contentiosæ, non autem voluntariæ, de qua nos agimus; prout etiam loquitur *cap. 1. in princ.* & *ibi* Doctor. *de for. compet. in 6.* qui text. sicut & præcedens agit non de suffraganeis, sed de eorum subditis;) satis sensit glos. *d. cap. 1. in princ. verbo, exiterit, de for. compet. in 6.* expressè verò tenet Quarant. *d. tract. de Archiepisc. auctor. num.* 11. post Card. *in Clem. Archiepiscopi, §. simili modo, numer. 2. de priuil.* & Gemin. *in cap. Venerabilibus, in princ. numer. 4.* vbi est optimus text. *vers. sed si excommunicatus, de sent. excomm. in 6.* cui similis quoque text. est *in cap. ad reprimendam, §. seu vers. ideoque mandamus, de offic. ordin.* & ratio esse potest, quia Archiepiscopus est ordinarius Suffraganeorum, necnon & Officialium eorundem, cùm delinquunt ratione officij, vt suprà secundo loco supposuimus. vbi, inquam, per querelam adeatur Patriarcha, Primas, vel Archiepiscopus, quia suffraganeus sit negligens in facienda prædicta commutatione, ad quam tenetur; poterit talis superior aditus illum compellere ad eam faciendam: nam, si Episcopus est negligens in eo, quod facere debet,

292. Archiepiscopus † potest ipsum compellere, vt post Abb. *in cap. si quis contra, num. 5. & 40. de for. compet. cap. cum Bertoldus, num. 19. de re iud. & d. cap. pastoralis, in princ. & ibi* Fel. *num. 6. de offic. ord.* tenet Quarant. *d. tract. num. 9.* & M. Ant. Genuen. *in prax. Neapol. cap. 71. num. 3.* subdens, ideo Archiepiscopum Episcopum suum negligentem in seminarij erectione eiusque conseruatione, aut suæ portionis solutione ad hæc omnia cogere debere, ex decreto Conc. Trid. *sess. 23. cap. 18. vers. quod si Cathedralium, de reform.* Immo, cùm suffraganeus negligens est in iis, quæ facere debet, ipse superior supplere potest. ita post Abb. *in cap. ex frequentibus, de iniust.* & glos. *in cap. Romana*, quod est 1. *de suppl. negl. prał. in 6.* vbi hoc dicit *in verbo, culpis*, tenet Azor *d. part. lib. 3. cap. 34. quæst. 10. vers. quæres.* & ante hoc sentit glos. *in §. sed aliud, verbo, negligentes, 9. quæst. 3.* per text. *in cap. cùm simus, eadem caus. & quæst. & cap. sicut alim, de accus.* latéque comprobat Genuen. sup. *numer. 3. & 4.* Quaranta *d. tract. numer. 21.* & *ibi* Prosp. Aug. *in addit.* Hanc verò limit. & præced. in materia dispensationis in voto, (quæ nostræ commutationis valdè affinis est, vt paulo antè docuimus,) tradit Sanchez *d. lib. 4. summ. cap. 38. num. 12. & lib. 3. de matrim. disput. 10. à numer. 20. ad* 24. dum docet, ac probat, † si Episcopus dispensationem petitam deneget, quando dispensare tenetur, posse Archiepiscopum per appellationem aditum dispensare; quando autem Episcopus non tenetur, sed adest iusta dispensandi causa, non potest per appellationem adiri Archiepiscopus, sed eius officium implorari, vt ex misericordia dispenset, vel faciat, vt Episcopus dispenset. qua de re videndus quoque Suarez *tract. de legib. lib. 6. cap. 18. num. 19. vsque ad 23.* Et generaliter, quòd vbi, qui consentire debet, sine iusta causa recusat, adeundus sit superior, qui † vel compellat consentire, vel ipse consentiat, ex *l. cùm non solùm, §. necessitatem, C. de bon. quæ lib. cap. nullus, in fi.* & *ibi* glos. fin. ac cæteris, *de iurepatr.* Lambert. *de iurepatr. lib. 1. part. 2. quæst. 1. artic. 20. &* 21. atque aliis tradit Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 47. num. 37. cum duobus seqq.* quod etiam docet idem Lambert. *d. lib. 3. part. 1. quæst. 9. art. 1. sub num. 112. cum seq.* atque aliis in locis vtrobique per eum citat. quamuis *d. art. 20. numer. 22. 23. 43. & 44.* necnon *art. 21.* post eundem Abb. & alios contendat, quòd Archiepiscopus possit quidem compellere Episcopum sine causa denegantem consentire, cùm debet, non possit tamen Archiepiscopus ipse consentire. quæ opinio posset procedere, & cum opposita ita conciliari, vt antequam superior consentiat, vel aliàs suppleat, debeat inferiorem negligentem, aut sine causa iusta recusantem id facere, quod debet; compellere, hoc est, monere, vt iustam causam alleget, quare consentire nolit; etsi nullam iustam causam alleget, præcisè compellere ad consentiendum, vel ipsemet consentire, ac supplere possit. quòd si ex iusta causa denegetur consensus, non poterit à superiore quis compelli; si autem compellatur, poterit appellare ad superiorem sui superioris; vt post alios tradit Gonzal. *d. glos. 47. num. 43. & 44.* Limitatur denique hæc conclusio † in casu *cap. Ecclesia*, quod est fin. *in princ. de suppl. negl. prał. in 6.* cùm enim, vt ibi dicitur, Archiepiscopus data negligentia, vel malitia capituli sede Episcopali vacante in administratione Ecclesiæ quoad temporalia & spiritualia possit eo vocato, & causa cognita eidem Ecclesiæ visitatorem, seu administratorem deputare; hic autem legitimam habeat spiritualium, & temporalium administrationem, excepta beneficiorum collatione, vt *ibidem* habetur §. 1. vnde potest etiam absoluere à sententia excommunicationis, siue ab homine, siue à iure lata, sicut poterat Episcopus, vt cauetur *in cap. vnic. de maior. & obed. in 6.* Immo & iurisdictionem omnem Episcopalem habeat, quæ competit Episcopo electo, & confirmato, vt constat ex *cap. abitum, & cap. Catinensis, & cap.*

293.

294.

295.

quoniam

quoniam 61. *dist. cap. cùm nobis*, *de elect.* & meliùs ex *cap. is, cui, eodem tit. in* 6. sequitur etiam huiusmodi visitatorem, seu administratorem ab Archiepiscopo in prædicto casu deputatum, atque adeò media eius persona Archiepiscopum ipsum, posse vltimas voluntates commutare in casibus, in quibus capitulum sede Episcopali vacante id posset facere: de quo aliquid etiam inf. hoc ipso cap. *quæst.* 12. *ad fin.*

SECVNDA CONCLVSIO. Potest Patriar-
296. cha † commutare vltimas voluntates pertinentes ad Primatem, eiúsque Ecclesiam primatialem; sicut & Primas eas, quæ spectant ad Archiepiscopum, eiúsve Ecclesiam; & Archiepiscopus pertinentes ad Episcopum, vel eius Ecclesiam Cathedralem in casibus, in quibus potest quilibet Episcopus respectu Ecclesiarum inferiorum sibi subiectarum, quæst. seq. recensendis. Probatur, quia Patriarcha est iudex Ordinarius Primatis, Primas Archiepiscopi, & Archiepiscopus suorum Episcoporum suffraganeorum; vt de Archiepiscopo satis ostendimus sup. hac ipsa quæst. initio 1. suppos. idémque statuendum de Patriarcha quoad Primates, & Primate quoad Archiepiscopos sibi subiectos, iuxta ea, quæ in 1. suppos. huius eiusdem quæst. adduximus. Atque ita in terminis dispensationis voti tenent plerique relati à Sanchez *d. cap.* 38. *numer.* 16. eorum opinionem probabilem existimante, quòd in contrarium non sit manifesta ratio; neque auctoritas conuincens: & facit *cap. si Clericus aduersus*, 11. *quæst.* 1. *& cap.* 1. 99. *dist.* Ex
297. quibus etiam satis colligitur, † non idem dicendum de Suffraganeis inferioris respectu superioris, vt nimirum idem possit Patriarcha quoad Suffraganeos Primatis, vel Primas quoad Suffraganeos Archiepiscopi, quod potest quoad suos Suffraganeos ipse Primas, vel Archiepiscopus; nam quoad id solum illud poterunt, quod Archiepiscopus potest quoad subditos suorum Suffraganeorum, iuxta præcedentem concluf. eiúsque limitationes. Hæc autem limitatio satis probatur, tum ex *cap. nullus Primas, & cap. conquestus*, 9. *quæst.* 3. *& cap. duo simul, de offic. ordin.* quorum verba concl. præced. circa initium retulimus, necnon *cap. Metropolitanum*, 2. *quæst.* 7. *cap. si inter*, vbi Doctor. 6. *quæst.* 4. *& cap. quia cognimus*, 10. *quæst.* 3. & aliis iuribus, in quibus habetur, Metropolitanum, Primatem, aut Patriarcham nihil agere posse erga personas, aut Ecclesias subditas suffraganeis suis, ipsis inconsultis; tum ex *cap.* 1. §. *nec etiam, de for. compet. in* 6. *& cap. Romana*, §. *ab Archidiaconis*, iuncta glos. *verbo, Prælatis, de appell. eodem lib.* vbi Archidiaconi, & alij Prælati inferiores habentes iurisdictionem in
298. diœcesi suffraganei Episcopi † ita habentur pro eius subditis, vt ab illis ad Episcopum, & non ad Metropolitanum appelletur, atque in eos Metropolitanus iurisdictionem ordinariam nequeat exercere: tum denique ex eo, quòd ab Episcopis ad Metropolitanum, non autem eo omisso ad Primatem sit appellandum: (neque enim omisso medio ad aliud, quàm ad Romanum Pontificem potest appellari, *cap. omnis oppressus*, iuncto *cap. ad Romanam, & cap. si quis putauerit*, 2. *quæst.* 6. sensitque glos. *in cap. dilecti, verbo, post huiusmodi, de appell.* vbi est casus de prohibita appellatione ad Archiep. omisso Episcopo, *& d. cap. Romana, verbo, Curiam, eodem tit. in* 6. vel ad Patriarcham quoad prouincias ei subiectas, ex speciali iuris priuilegio *d. cap. duo simul, de offic. ord. & cap. antiqua*, §. *in omnibus, de priuil.* & adnotauit *ibi* glos. in figuratione casus, ad fin. latéque tradit Anast. Germon. *de sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 7. *à num.* 11. *ad* 14. & Azor *d. lib.* 3. *cap.* 36. *quæst.* 2.) Extenditur verò tam hæc limitatio, quàm præcedens conclusio, primò, † vt nec Patriar- 299.
cha quoad clericos subditos Primati, Archiepiscopum, aut Episcopum huius suffraganeum, aut clericos horum subditos: neque Primas quoad Episcopum, eíve aut Archiepiscopo subiectos clericos; neque Archiepiscopus quoad Prælatos, aut Clericos Episcopo subiectos, possint respectiuè vltimas voluntates, etiam de ipsorum consensu, ad quos eæ voluntates pertinent, tamquam iudices, commutare; quoniam ad id omnino requiritur consensus proprij cuiusque eam commutationem petentis, & immediati superioris, *cap. significasti, de for. compet.* & quoad Archiepiscopum, seu eius Officialem respectu clericorum subditorum suffraganei Episcopi, est text. *d. cap.* 1. *in princ. eodem tit. de for. compet. in* 6. Hanc verò extensionem intellige vbi Patriarcha, Primas, vel Archiepiscopus huiusmodi commutationes facere velint citra appellationem, aut querelam; aliàs enim secus erit dicendum iuxta suprædicta. Extenditur secundò, vt † Patriarcha, Primas, 300.
vel Archiepiscopus neque dum visitat suam prouinciam, possit commutare vltimas voluntates subditorum sui suffraganei; prout de dispensatione in votis, vt contra Henriq. Auil. & Gomez tenet Sanchez *d. lib.* 4. *summ. cap.* 38. *numer.* 14. ob eam rationem, quia respectu subditorum huiusmodi nihil potest extra casus in iure expressos, vt sup. *in* 2. *suppos. & concl.* 1. initio ostendimus; talis autem non est dispensatio; solùm enim Archiepiscopo in visitatione † conceditur 301.
posse subditorum suffraganeorum confessiones audire, ac absoluere pœnitentes, & ipsi pœnitentias iniungere, vt constat ex *cap. fin. de cens. in* 6. at potestas dispensandi non est coniuncta cum potestate absoluendi, vt patet in Parochis, atque ita sentiunt Suarez *com.* 5. *disput.* 41. *sect.* 2. *numer.* 12. & alij probati à Sanch. *d. numer.* 14. Extenditur tertiò, vt † neque Archiepiscopi ele- 302.
cti ab Episcopis, qui nulli Archiepiscopo subiiciuntur, in quorum Synodo prouinciali interesse debent cum aliis, & quæ ibi ordinata sunt obseruare, & obseruari facere, iuxta decretum Trid. Concil. *sess.* 24. *cap.* 2. *de reformat.* possint ad eiusmodi Episcoporum Cathedralem Ecclesiam pertinentes vltimas voluntates nisi in ipsa Synodo, ita exigente necessitate, commutare ipsis inuitis: subdit enim *ibidem* Conc. *in reliquis omnibus eorum exemptio, & priuilegia salua, atque integra maneant.* ad quod est bonus text. *in cap. cùm venerabilis, de consuet. & cap. si Abbatem, in princ. &* §. 1. *de elect. in* 6.

TERTIA CONCLVSIO. Potest Patriar-
cha, Primas, & Archiepiscopus quisque in Ecclesiis inferioribus suæ diœcesis † commutare vlti- 303.
mas voluntates quas posset simplex Episcopus in sua. Patet, quoniam illi quoad propriam diœcesim idem possunt, quod Episcopi quoad suam; vt colligitur ex *cap. Archiepiscopus, cap. si autem, cap. nullus Primas, & cap. conquestus*, 9. *quæst.* 3. *& d. cap. duo simul, de offic. ord.* neque de hoc aliquis dubitare iure potest; & adnotauit inter alios Sanchez *lib.* 4. *sua summ. cap.* 38. *num.* 5. *in fin.* ac post Speculat & Caccial. tradit Germon. *de sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 7. *numer.* 47. De illis igitur, quid hac in re possint in propria diœcesi, agemus in seq. quæst. sub nomine Episcoporum. Reliquum autem nunc est pro complemento huius quæst. vt breuiter videamus; an, quoniam proprium insigne

Patriar

304. Patriarcharum, Primatũ, & Archiepiscoporum † est pallium, *cap. 1. & toto tit. de auctor. & vs. pall. & c. antiqua, in princ.* iuncto §. 1. *de priuil.* per quod designatur plenitudo Pontificalis officij, *c. nisi specialis, in princ. c. ad honorem, §. 1. cap. cum sis, de auctor. & vs. pal. & d. cap. antiqua, §. 1. de priuil.* An, inquam, Patriarcha, Primas, & Archiepiscopus tunc, quando vltimas voluntates commutare possunt, id eis facere liceat, antequam pallium accipiant. Qua in re illud statuendum videtur, antè receptionem pallij non posse: quoniam per pallium confertur Archiepiscopo plenitudo officij Pontificalis cum Archiepiscopalis nominis appellatione, vt dicitur *in cit. cap. nisi specialis*; & *d. cap. antiqua, in princ.* iuncto §. 1. legitur, quòd quatuor Patriarchæ, postquã à Romano Pontifice receperunt pallium, quod est plenitudinis officij Pontificalis insigne, præstito sibi fidelitatis, & obedientiæ iuramento, licenter, & ipsi suis suffraganeis pallium largiantur, pro se recipientes professionem Canonicam, (id est, obedientiam, & reuerentiam, vt *ibi* exponit glos. *in verbo, Canonicam*, ex *cap. ne Ecclesia, de simon.*) & pro Romana Ecclesia sponsionem obedientiæ ab eisdem: forma autem sponsionis, & obedientiæ cuiuslibet Episcopi erga Papam ea est, quæ habetur *in cap. ego N. de iureiur.* at verò forma tradendi pallij ponitur à glos. 1. *d. cap. ad honorem*, & Ioan. Azor *d. part. 2. lib. 3. tit. 34. quæst. 2.* qui etiam *quæst. 4.* optimè monet, quicquid olim fuerit, nunc Archiepiscopis pallium Romani Pontificis auctoritate, & beneficio conferri. *& quæst. 5.* post Abb. & alios *in cap. suffraganeis, de elect.* docet, Archiepiscopum, (atque adeò etiam Patriarcham, & Primatem,) ante receptum pallium non posse maiora, & grauiora, quæ sunt ordinis, & iurisdictionis Archiepiscopalis, per *cap. 1. de auctor. & vs. pall.* iuncto *cap. quod ficus, §. super eo, vers. praterea, de elect.* minora verò posse, per *d. cap. suffraganeis, eodem tit.* at commutare vltimas voluntates de grauioribus fore, dicendum est cùm ex genere suo sit de reseruatis summo Pontifici, *Clem. quia contingit, in princ. de relig. dom.* cum simil. Quamuis autem

305. probabile id sit: probabilius tamen puto † oppositum; quoniam verius est, posse Archiepiscopum ante susceptionem pallij ea omnia, quæ sunt iurisdictionis, vt post glos. *d. cap. suffraganeis, not. 2.* Host. *num. 3. & 9.* Ioan. An. *num. 8.* Butr. *num. 5.* Abb. & Bald. *num. 1.* Card. *oppos. 1. in fin. 1. solut.* & Anchar. statim *in initio*, tradit Sanchez *d. cap. 38. num. 9.* sentitque eadem glos. *in cap. 1. verbo, confirmasse, de translat. Episc.* & ratio est, quia Episcopus post confirmationem potest omnia quæ sunt iurisdictionis, vt *d. cap. suffraganeis, cap. transmissum, & cap. nostri, de elect.* necnon *d. cap. 1. de translat. Episc. cum suis concord.* De huius autem rationis veritate latiùs videndum erit *quæst. seq* quam iam aggrediemur, *concl. 7.* vbi de potestate Episcopi confirmati non consecrati in commutandis vltimis voluntatibus agemus.

SVMMÆ RERVM.

306. *Episcopus considerari potest post eius postulationem, post electionem, post confirmationem, & post consecrationem.*

307. *Episcopi consecrati quidam habent dioeceſim, & subditos, quidam non habent.*

308. *Episcopi intra fines suarum dioeceſium habent sepe Ecclesias, vel personas sibi non subiectas.*

309. *Ordinis, vel iurisdictionis Episcopalis qua sint; & ibi, an Episcopatus sit Ordo; & an sint aliqua ad dignitatem Episcopalem pertinentia.*

310. *Legis dioeceſana, vel iurisdictionis Episcopalis qua sint, remissiue.*

311. *Episcopus iurisdictione sua vtitur vel solus, vel in Synodo dioeceſana, vel cum consilio, aut consensu Capituli Ecclesiæ Cathedralis.*

312. *Episcopus regulariter commutare non potest vltimas voluntates in sua dioeceſi.*

313. *Regula standum est, nisi de exceptione doceatur.*

314. *Episcopus etiam de consensu heredis non potest libere commutare vltimas voluntates.*

315. *Episcopus Capellanum amouibilem an possit de consensu patronorum facere perpetuum.*

316. *Episcopus commutare libere non potest vltimam voluntatem etiam ante illius executionem.*

317. *Episcopi compellere debent executores testamentarios ad seruandam defuncti voluntatem.*

318. *Episcopus mutare poterit vltimam voluntatem defuncti non executam ob difficultatem eam implendi, vel subsistente causa necessitatis, aut magnæ vtilitatis, vel vbi ea voluntas esset conditionalis, aut in diem incertum; num.* 319. *nisi conditio, & dies sint omnino extinctæ; num.* 321.

320. *Episcopus potest commutare vota reseruata conditionalia, vel pœnalia ante aduentum conditionis, vel incursam pœnam.*

321. *Episcopus commutare potest cum consensu heredis vltimam voluntatem, quando ea impleri non potest, prout defunctus præscripsit. & vbi est impossibilitas ratione loci, potest etiam secundum aliquos cum consensu executoris; immo & in alium pium vsum conuertere, nisi tunc testator disposuisset aliud faciendum; num.* 323. 329. 338. *&* 344.

324. *Intellectus l. legatum, ff. de vsu, & vsufruct. leg. ac §. si quis in nomine, auth. de Eccles. tit.*

325. *Relictum pro malè ablatis, & exoneranda conscientia quando pro parte in alium vsum conuertatur, & quid in mille relictis pro construendo Oratorio certa forma, si eo constructo aliquid superfit; num.* 326.

327. *Relicta pro infirmis alendis, his deficientibus, Episcopus conuertet in senes pauperes alendos; & relicta pro puellis pauperibus nuptui tradendis, in eas dimidentur, quæ Moniales sunt.*

328. *Episcopus conuertit relicta piis locis, qua impleri non possunt, licèt ea loca data sint in commendam, aut alium titulum, aliisve piis locis vnita.*

329. *Episcopus non commutat relicta piorum locorum, vbi in fundatione est expressum, quid faciendum, non existentibus personis in dispositione designatis.*

330. *Episcopus commutat vltimam voluntatem in alium pium vsum, quoties pecunia relicta non sufficit ad vsum à testatore præscriptum: & ibi, an possit heres commutare sine consensu superioris, & an teneatur supplere summam, qua deest.*

331. *Episcopus potest certificare vltimam voluntatem piam incertam ratione causæ, personæ, vel loci; & num.* 341. *idque etiam absque consensu heredis.*

332. *Episcopus cum heredis consensu an possit pro vna vice, & ad tempus alterare voluntatem defuncti.*

333. *Episcopus commutare potest vltimam volunta-*

tem, quam valde difficile eſt impleri.

334. Impoſſibile dicitur quod commode fieri non poteſt, quódque à Principis voluntate pendet, neque ab eo ſolet concedi, eo quod non niſi per auxilium extraordinarium fit.

335. Epiſcopus poteſt in alio loco, aut alio modo exequi teſtatoris voluntatem, data negligentia eius Eccleſiæ, ad cuius fauorem emanarat.

336. Vltima voluntas pia, quæ impleri nequit cum circunſtantia, debet impleri quoad ſubſtantiam.

337. Relictum hoſpitali non legitimè conſtructo erogari debet ab Epiſcopo in pauperes; & relictum alteri pio loco reprobato, vel poſtea ſublato debet à ſuperiore in alium pium vſum conuerti.

338. Epiſcopus poteſt cum executoris conſenſu conuertere in alium pium vſum relictum, quod impleri non poteſt modo præſcripto à teſtatore.

339. Relictum pium, quod executioni mitti non poteſt de iure, poterit ab Epiſcopo commutari.

340. Impoſſibilitas de iure, & de facto æquiparantur.

341. Epiſcopus commutat, vel potius certificat relictum in opus pium incertum.

342. Epiſcopus poteſt commutare relictum hoſpitali etiã ſine auctoritate Eccleſiaſtico conſtructo.

343. Epiſcopus non commutat vltimam voluntatem, circa rem quam diſponens non ignorauit probabiliter eſſe impoſſibilem ſine de iure, ſine de facto.

344. Epiſcopus mutare non poteſt pium voluntatem impoſſibilem, quando diſponens præſcripſit, quid agendum in caſu impoſſibilitatis, aut non implementi.

345. Relictum ad pias cauſas, vel certa perſonæ, quod deputari nequit ad vſum deſtinatum, an, & quando ſit caducum.

346. Difficultas modica in exequenda vltima voluntate non facit, vt Epiſcopus eam commutare poſſit: idémque erit in iis, in quibus Princeps facile ſolet diſpenſare.

347. Epiſcopus non commutat vltimam voluntatem ex eo, quia nequeat impleri, quando impedimentum facti eſt temporale.

348. Epiſcopus commutare poteſt vltimam voluntatem poſſibilem impleri, ſi alioqui vrgeat neceſſitas commutandi, nec poſſit adiri ſummus Pontifex; & multis ſeqq.

349. Epiſcopus poteſt in lege Pontificis, aut Concilij generalis diſpenſare in caſu vrgentis neceſſitatis, cùm adiri nequit Pontifex.

350. Epiſcopus poteſt in ſua diœceſi, quicquid poteſt Papa in vniuerſo orbe, ijs exceptis, quæ ſibi Papa ſpecialiter reſeruauit.

351. Epiſcopus poteſt in caſu, quo nequit adiri Papa, abſoluere à crimine ei reſeruato; & diſpenſare in nonnullis impedimentis matrimonij, & voto Religionis, atque aliis eidem reſeruatis.

352. Epiſcopus poteſt reſeruata quadam Papæ ob neceſſitatem vbi is adiri nequeat, licèt adiri poſſit eius legatus, vel Nuntius, aut valeat ære ſuo ſubleuare paupertatem petentis ab ipſo talia reſeruata propter paupertatem; num. 353.

354. Epiſcopus poteſt pecuniam deſtinatam in certum vſum pium non ita neceſſarium conuertere in alium vſum pium magis reip. neceſſarium, cui neceſſitas alioqui nequeat occurri.

355. Epiſcopus iuxta probabilem ſententiam poteſt ex magna cauſa, nimirum euidentis vtilitatis Eccleſiæ commutare legata pia, & immutare ſtatum alicuius Eccleſiæ; & num. 358.

356. Eccleſia, ſeu Monaſterium Religioſorum an poſſit ab executoribus cum Epiſcopi conſenſu conſtrui in fundo, in quo defunctus inuerat conſtrui hoſpitale, aut Eccleſiam ſæculare. & ſi teſtator mandauit conſtrui Eccleſiam, an poſſit transferri Monaſterium malè ſituatum; num. 357. & quid ſi inſit conſtrui hoſpitale in certo loco, an poſſit conſtrui in alio loco, aut in aliud opus conuerti; num. 358.

359. Relictum pro incertis, & malè ablatis quando poſſit Epiſcopus conuertere in reparationem, vel augmentum neceſſarium Eccleſiæ.

360. Relictum pro Eccleſia conſtruenda conuerti poteſt per Epiſcopum in vſum Eccleſiæ conſtructa: & quid in relicto pro virginibus maritandis, vel pro alimentis diuitis; numer. 361.

362. Epiſcopus non poteſt commutare vltimam voluntatem in caſu neceſſitatis vbi adiri nequit Papa, cùm adiri poteſt eius legatus, vel Nuntius ad id habens ſpecialem facultatem.

363. Commutatio vltimæ voluntatis, quam facit Epiſcopus in caſu neceſſitatis, cùm adiri nequit Papa, prodeſt ſolùm in foro conſcientiæ; & ceſſat, neceſſitate ceſſante.

364. Vicarius Vrbis Romanæ non poteſt etiam in caſu neceſſitatis commutationem vltimæ voluntatis facere Papæ reſeruatam; niſi forte eo in remotis agente, aut vacante Sede Apoſtolica.

365. Epiſcopus poteſt in Synodo diœceſana reducere numerum Miſſarum, quibus ſatisfieri nequit ſingulis diebus à teſtatoribus præſcriptis. vel cùm ita tenuis eſt eleemoſyna, vt difficile inueniatur, qui velit eo muneri ſe ſubiicere; num. 366. idem in Anniuerſariis defunctorum; num. 367.

368. Epiſcopus poteſt in Synodo reducere numerum Miſſarum, vel Anniuerſariorum præſcriptum etiam in diſpoſitione inter viuos.

369. Epiſcopus quid poſſit in Miſſis, vel Anniuerſariis omiſſis.

370. Anniuerſaria poſſunt ab Epiſcopo vigore Conc. Trid. commutari in totidem Miſſas.

371. Epiſcopus poteſt vota in melius, aut etiam æquale commutare: vbi etiam, quòd poteſt vigore Conc. decernere vt pro Miſſis anniuerſaria celebrentur, vel quid aliud fiat defuncto vtile.

372. Numerum Miſſarum an, & quando poſſit ab Epiſcopo extra Synodum minui.

373. Synodus diœceſana an vim habeat ſtatuendi, vel ſolus Epiſcopus in ea; & an ipſe ſolus contra ibi ſtatuta diſpenſet.

374. Omiſſio leuis ſolemnitatis non vitiat diſpoſitionem, quæ cum ea fieri debet; & n. 391.

375. Commemoratio defunctorum, quorum Miſſæ, vel anniuerſaria reducuntur, facienda eſt in iis, quæ remanent; & quomodo ei commemorationi ſatisfiat.

376. Epiſcopus nequit liberè derogare qualitatibus, aut oneribus adiectis in fundatione beneficiorum. idque etiamſi, ſupportatis oneribus pro Miſſis, & paramentis, nihil Rectori remaneret; num. 377.

378. Epi

378. *Episcopus commutare non potest vltimas voluntates pertinentes ad propriam Ecclesiam Cathedralem, mensamve suam, aut sui Capituli. Id autem quoad mensam Capituli non procedit attenta consuetudine; num.379.*

380. *Episcopus commutare non potest vltimas voluntates pertinentes ad iurisdictionem Prelatorum inferiorum, sed solum data eorum negligentia.*

381. *Episcopus supplet negligentiam Prelatorum inferiorũ in ministranda iustitia suis subditis.*

382. *Episcopus postulatus tantùm, aut electus ante confirmationem nequit commutationem vltimarum voluntatum Episcopis iure concessam facere; postea verò potest.*

383. *Electus confirmatus habet bonorum Ecclesiasticorum administrationem, & exercet ea, quæ sunt iurisdictionis.*

384. *Episcopi consecrati nullam habentes diœcesim nequeunt regulariter vltimas voluntates commutare; & ibi, quibus ex causis tantùm possint diœcesi.*

385. *Commutare vltimam voluntatem est actus iurisdictionis, cùm auctoritatiuè sit: eámque cùm voluntaria est, exercere vbique commutando superior potest.*

386. *Episcopus censura irretitus nequit commutare vltimam voluntatem, sed commutatio facienda tunc erit à Papa.*

387. *Renuntians Episcopatui quando possit commutare vltimas voluntates, vel conferre ordines, & quid in translato; num. 388.*

389. *Episcopus nequit ordinaria potestate commutare vltimas voluntates pertinentes ad Ecclesias, & personas ab eius iurisdictione exemptas ipsis inuitis, iis autem consentientibus potest; num.390.*

391. *Episcopus potest commutare vltimas voluntates quoad tempus, concedendo modicam dilationem ad eas exequendas: & ibi, quòd modica non sunt in consideratione, præsertim apud iudices.*

392. *Episcopus ita potest commutare vltimas voluntates ad tempus, vt per aliquod tempus aliud quid fiat à præscripto, licet hoc iam coperit obseruari: & ita, vt solam dilationem concedat; & num.394.*

393. *Episcopus, eiúsque Vicarius prorogare potest terminum iuris ad exequendam vltimam voluntatem.*

394. *Capellanum celebrans in alia Ecclesia, vel Capella, quàm præscripta in fundatione, non satisfacit, nisi ad tempus, dispensante Episcopo ex causa. aut si per quadraginta annos ita pacificè obseruatum fuit; num.395.*

396. *Corpora defunctorum etiam perpetuæ sepulturæ tradita ex licentia Episcopi consentientibus Rectoribus Ecclesiarum, & defunctorum heredibus, ab vna in aliam Ecclesiam possunt ex causa transferri. si verò desit huiusmodi consensus, vel causa, necessaria erit facultas Papæ; num. 397. & , vbi non sint perpetuæ sepulturæ tradita, possunt priuata auctoritate transferri; num.398.*

399. *Mutatio sepulturæ perpetuæ in certo loco ab aliquo electa quomodo fieri possit.*

400. *Episcopus cõmutare potest vota, quinque exceptis.*

401. *Mutatio status Ecclesiæ ex seculari in regularem, & è contrario, Episcopo aliquando permittitur. quòd si agatur de personis, vel Ecclesiis exemptis, id fieri debet vel his consentientibus, vel non nisi per Papam, aut eius Legatum de latere; num. 402.*

403. *Derogatio qualitatum in beneficij fundatione appositarum nonnunquam Episcopo conceditur.*

404. *Vnio Ecclesiarum sæpe, & suppressio beneficiorum fieri per Episcopum nonnunquam potest.*

405. *Pensio Ecclesiastica an possit ab Episcopo imponi super beneficiis, remissiuè.*

406. *Visitator ab Episcopo deputatus quando commutare possit vltimas voluntates.*

407. *Episcopi vbi habent iura Imperij possunt, vt ceteri supremi Principes, commutare vltimas voluntates: habentes verò dominium temporale non supremum, quid hac in re possint; & ad quem in casu grauaminis, aut negligentiæ recurrendum sit; num.408.*

409. *Episcopi quomodo cognoscant de commutationibus vltimarum voluntatum, quæ ab Apostolica Sede conceduntur.*

410. *Visitator, seu administrator Ecclesiæ Cathedralis à Sede Apostolica deputatus quando possit vltimas voluntates ad eam Ecclesiam pertinentes commutare.*

411. *Sequester Ecclesiæ Cathedralis, an possit eius vltimas voluntates commutare.*

QVÆRO VNDECIMO, an Episcopi in sua diœcesi possint vltimas voluntates commutare.

Pro clariori intelligẽtia, facilioríque huius quæst. resolutione quædam præmittenda sunt.

Præmitto igitur primò, quòd sicut in præcedent. quæst. quinque gradus Episcoporum consideraúimus, nimirum summi Pontificis, quatuor Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, & simplicium Episcoporum; ita nunc dicimus, † quemlibet 306.
Episcopum in quadruplici statu, seu tempore considerari posse; primò post eius postulationem; secundò post eiusdem electionem, tertiò post confirmationem; quartò, ac postremò post ipsiusmet consecrationem; de primo, est text. *in cap.1.ac tot.tit.de postulat.prælat.cap.innotuit, c.cùm monasterium, de elect.* de secundo *in cap. quia diligentia, c.nosti, cap. scriptum est, & cap. querelam, eod.tit.* necnon *in cap.auaritiæ, cap.quàm sit, cap. nulli, cap.cupientes, & cap.cùm non deceat, eod.tit. in 6.* de tertio *in cap. cùm in cunctis, §. cùm verò, cap.suffraganeis, cap. transmissam*, ac sæpe *in eo tit.de elect.* necnon *cap. is, cui, eodem tit.in 6. & cap.1.de translat. Episc.* de quarto *in cap. inter corporalia*, quod est 2. *& c.licèt in tantum*, quod est fin. *eod. tit.cum suis concord.*

Præmitto secundò, ex Episcopis consecratis † 307.
quosdam habere diœcesim, & subditos, quales vtplurimum sunt omnes Episcopi, Archiepiscopi, & Primates, de quibus *d.§.cùm verò*, ac passim in iure habetur; quidam verò diœcesi, ac subditis carent, & vocantur titulares, vel nullatenẽtes, de quibus cùm alibi, tum in Conc.Trid. *sess.14.cap.2.de refor.* quales sunt ij Episcopi, qui, cùm priùs locum, & diœcesim haberent, ei cesserunt, iuxta *cap.1.& tot.tit.de ordin. ab Episc. qui renunt. Episcop.* aut etiam Episcopatu priuati sunt, nec alium postmodum sunt assequuti; & quales etiam sunt nonnulli Episcopi Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt Clero carentes, & populo Christiano, vt *d.c.2.* dicitur, necnon habetur *in Clem. in plerisque, de elect.* & hodierna die est quoque Archiepiscopus Nazarenus, & quatuor Patriarchæ Constantinopolitanus, Alexãdrinus, Antiochenus, ac Hierosolymitanus, atque alij obtinentes quidem in suis diœcesibus, vel prouinciis iurisdictionem in habitu, atque etiam in actu,

actu, ſed de facto impeditam, ſeu ligatam.

308. Præmitto tertiò,† quaſdam Eccleſias, vel perſonas eſſe intra fines diœceſum Epiſcoporũ conſiſtentes,quæ tamen Epiſcopo ſubiectæ non ſunt; ſed vel inferioribus Prælatis,de quibus *in cap.cum ab Eccleſiarum,de offic.ord.cap.fin.in fin.de offic. Archid.cap.auditis,& cap.cùm olim,de præſcript.cap.1.§.nec etiam,de for. compet. in 6. & cap.Romana, §. ab Archidiacono, de appell.eod.lib.*ac latiùs infr.*quæſt.*13.quæ perſonæ, vel loca dicuntur eſſe nullius diœceſis a Conc.Trid. *ſeſſ.*14.*cap.*2.*& ſeſſ.*23.*cap.*10.*de reform.*vel immediate Sedi Apoſtolicæ tamquam ab Ordinarij iuriſdictione exempti,quorum mentio fit à Conc. Trid. *d. cap.*2.*&* 10.necnon *in cap.fin.de offic. ord,cap.ad abolendam*, §. *fin.de hæret. cap.ſanè, de exceſſ.prælat.cap. cùm,& plantare,in princ. & §.*1.*cap.porro, cap.recepimus,cap.cùm capella,cap.ex ore,& cap.ex parte,il* 1.*de priuil.cap.*1.*cap.auctoritate,cap. cùm perſonæ, cap. per exemptionem,& cap.ſi Papa,eod.tit.in* 6. & in materia executionis vltimarum voluntatum, *in Clement.quia contingit,*§.1.*de relig.dom.*& Conc.Trid.*ſeſſ.*22.*c.*8.*de reform.*atque alibi in iure ſæpiſſimè.

309. Præmitto quartò, † alia eſſe ordinis Epiſcopalis; (quicquid ſit an is conſtituat ordinem diſtinctum à reliquis ſeptem, imprimátve diſtinctum characterem à ſacerdotali characˊtere, de quo latè inter cæteros Couar.*lib.*1.*var.reſol.cap.*10.*num.*15. M. Ant. Cucch.*Inſtit.maior.can.lib.*2.*tit.*1.*num.*11.*cum ſeq.* & adhuc latiùs Ioan. Azor *tom.*ſeu *part.*2. *Inſtit.moral. lib.*3.*cap.*27.*quæſt.*3.*&* 4.) cuiuſmodi ſunt confirmationis,& ordinis Sacramentum conferre, Chriſma, & oleum infirmorum conficere, virgines conſecrare, templa item, ſacella, altaria,calices,& veſtes ad vſum ſacrificij; clericos è gradu deiicere. quæ omnia,præter vltimum, referuntur *in cap.quamuis,diſt.* 68.ex his verò quædam,hoc eſt, collatio confirmationis, ac ſacri ordinis, & Chriſmatis, atque olei confectio iure diuino, cætera iure Eccleſiaſtico ad ſolum Epiſcopum ratione ordinis pertinẽt;vt optimè tradit Azor *d. lib.*3. *cap.* 30. *quæſt.* 6. alia verò ad poteſtatem iuriſdictionis ſpectant,reliqua nimirum omnia,iis exceptis, quæ paulo antè diximus,ad poteſtatẽ ordinis Epiſcopalis pertinere; vt tenet idem Azor *d.cap.*30.*quæſt.*11.vbi diſputat,an poſtremum, hoc eſt,clericum è gradu deiicere, ſeu degradare ſit ordinis,vel iuriſdictionis; & concludit,ex communiori eſſe ordinis; quæ confirmatur ex *cap.degradatio, de pœn.in* 6. & vera erit hæc ſententia, ſi de ſolemni,& reali degradatione intelligatur; contraria de verbali degradatione,ſeu depoſitione,quæ fit per ſententiam.quod inter alios apertè ſentit Cucch. *d. lib.*2.*tit.*6.*num.*22.qui etiam *num.præced.& ſeq.* inter ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, ponit conficere oleum catechumenorum, cœmeteria expiare, & cauſas criminales clericorum cognoſcere. *num.* autem 26. pleraque refert ad Epiſcopalem iuriſdictionem pertinentia,ex gloſ.& Doct.*in cap.ex tranſmiſſa,de elect.*ſubdens *num.*27.nonnullos vtiles effectus huius diſtinctionis, illorum videlicet,quæ ad ordinem, & quæ ad iuriſdictionem Epiſcopi pertinent. Sed præter prædictas duas ſpecies,nimirum eorum, quæ ſunt ordinis,& eorum, quæ iuriſdictionis Epiſcopalis,tertia quoque conſtituenda videtur eorum, quæ ſunt dignitatis Epiſcopalis,ex *cap. accedentibus, de exceſſ.Prælat.*vbi Innoc. III. in Conc.generali conqueritur de quibuſdam Abbatibus, quòd manus ad ea, quæ ſunt Epiſcopalis dignitatis,extenderent de cauſis matrimonialibus cognoſcendo, iniungendo publicas pœnitentias,concedendo etiam Indulgentiarum litteras, & ſimilia præſumendo, vnde contingit interdum, quòd vilefcit Epiſcopalis auctoritas apud multos.atque hanc tertiam ſpeciem ponit expreſsè inter alios Iacob. Sbroz *tract.de offic. & poteſt.Vicar.Epiſc.lib.*2. *quæſt.*1.Abb.*d.cap.accedentibus, not.ac num.*2.*de exceſſ.prælat.* atque alij nonnulli tum *ibi*,tum *in cap.tranſmiſſam, de elect.* Sed quicquid de hoc ſit,puto, hãc tertiam ſpeciem non ita fore conſtituendam, vt in ea ponenda ſint aliqua, quæ non contineantur in altera duarum prædictarum; vt apertè conſtat ex Abb. & aliis in mox citat.iuribus, necnon Cucch.*d.num.*26. quare erit ſpecies anomala,ſeu tranſcendentalis, quæ vagatur in aliis duabus ſpeciebus. Qualis etiam eſt illa diſtinctio,vt † quædam ſint de lege diœceſana Epiſcopi,quædam de lege iuriſdictionis eiuſdem. de qua diſtinctione, & quid ſub vtroque eius membro contineatur, videndi ſunt text. & *ibi* gloſ. & Doct. *d. cap.quamuis*, 68. *diſt.cap.*1.*&cap.de his,*10.*quæſt.*1.*cap.cùm pro vtilitate,& cap.placuit*,16.*quæſt.*1.*cap. quam ſit, cap.hæc tantùm,cap.cognoſcimus,& cap.fin.*18.*quæſt.*2.necnon *cap. quod ſicut,cap.noſti,& d.cap.tranſmiſſam, de elect.cap.* 1.*de ſtat.mon.cap.*1. *de tranſlat.Epiſc.cap.conquerente, & cap.dilectus, de offic.ordin. cap.auditis, & cap.cùm olim,de præſcript.* atque inter recentiores Ioan.Azor *d.lib.*3.*cap.*31.*quæſt.*1.*&cap.*32.*quæſt.*2.Sbroz *loc.ſup. cit.*Confett.*in ſummar.mater.priuil.Ordin.Mendic.tit.* 5.*c.*2. *cum ſeq.*& Cucch. *d.lib.*2.*Inſtit.maior.tit.*6.*à n.* 28. *vſque ad* 71.*& Inſt. min. canon. lib.*1.*tit.*13. Aliquando tamen lex diœceſana continet etiam legem iuriſdictionis, vt *d. cap. auditis*, vbi gloſ. recepta *in verbo,diœceſana*,id adnotauit.

311. Præmitto denique,† Epiſcopi auctoritatem,eiúſque poteſtatis,ac iuriſdictionis vſum,vel poſſe conſiderari, prout eam exercet Epiſcopus per ſe ſolus; vel prout illa vtitur in Synodo diœceſana,iuxta *cap. Epiſcopus,& cap.fin.*18.*diſt.cap.Abbates*, 18.*quæſt.*2. *& cap. quod ſuper his, de maior. & obed.* & *ibi* Doct. Conc.Trident.*ſeſſ.*24.*cap.*2.*de reform* Henric.Bott.*in tract.de Synod. Epiſc.fere per tot.*atque ex recentioribus Sanchez *lib.*8.*diſp.*17.*n.*32.*cum duobus ſeqq.*Ioan. Azor *d.lib.*3.*cap.*47.*quæſt.*3.5.*&* 10.vel cum aſſenſu, vel conſilio Capituli Eccleſiæ Cathedralis,vt *in cap. paſtoralis,de donat.cap.tua nuper, ac ſæpe in tit.le his, quæ ſi.à prælat. fin. conſ.capit. & Clem.*2. *de reb. Eccl.non alien.*His præmiſſis iam opportunas concluſiones in præſenti quæſt.ſtatuamus

PRIMA CONCLVSIO. Regulariter non poteſt Epiſcopus † commutare vltimas voluntates ſuæ diœceſis; ſed ſolùm in certis caſibus, quos in ſeqq.concl.proſequemur. Probatur;quia non poteſt inferior diſpenſare in lege ſuperioris, eíve aliquo modo derogare, *l.fin. C. de legib. cap.inferior,*21.*diſt. cap.cùm inferior,de maior.& obed. Clem.ne Romani,in princ.de elect. cum ſuis concord.* & in ſpecie non poſſe Epiſcopum in aliquo derogare legi Pontificiæ, niſi in caſibus ei à iure permiſſis, inter cæteros tradit Archid.*in cap.licet canon, de elect.in* 6.Abb.*cap. cùm dilecti,n.*10.*eod.tit.in Decretal.* & alij apud Cou.*4.decret.*2.*part.cap.*6.*in princ.n.*15.*&* §.10.*n.*11. Guttier. *lib.* 1. *quæſt.canon.cap.*5.*n.*10. & Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſput.* 40. *num.* 1.vbi de communi teſtatur: commutare autem liberè vltimas voluntates, eſt contra ius Pontificium,*cap.vltima voluntas*, 13.*quæſt.* 2.*cap.nos quidem, cap.ſi heredes,cap.tua nobis.& cap. Ioannes, de teſtament. Clement. quia contingit, in princip.de relig. dom.* cum aliis adductis ſup.*cap.*3. *quæſt.* 3. *concluſ.* 1. *circa medium.* Atque in terminis Epiſcopum regulariter commutare non poſſe vltimas voluntates, tenet Nauar. *conſ.*5.*de prab.& conſ.* 2. aliàs 15. *de reb.Eccleſ.non alien.numer.*6.per text. *in d. Clem.quia contingit,in princ.*per quem idem docet Couar.*d.cap tua nobis, num.*7. ex traditis à Felin.

in cap. cùm accessissent, num. 17. Dec. *num.* 11. aliàs 52. *&* 53. *de constit.* Card. *d. Clement. quia contingit, quæst.* 5. Imol. *col.* 4. Roch. de Curt. *in tract. de iurepatron. verbo, construxit, & verbo, honorificum, num.* 7. *&* 8. & tenent alij, quos refert, ac sequitur Bertach. *in tract. de Episc. lib.* 4. *part.* 4. *num.* 71. Lap. de Castellion. *tract. de hospitalit. num.* 65. Quintil. Mandos. *in prax. signat. grat. verbo*, seu *tit. commutatio vltimæ voluntatis, vers. plures concludũt*, Rebuff. *in prax. benef. tit. de breu. Apostol.* & aliis, *num.* 56. *&* 57. post Aufrer. *decis. Tholos.* 26. & Doct. *d. cap. nos quidem, de testament.* & per text. *d. Clement. quia contingit*, Imol. & alij *d. cap. nos quidem, de testament.* Bald. *l. si quis ad declinandum, col.* 3. *C. de Episc. & cler.* idem Bald. & alij, quos sequitur Alex. *in l. legatum. ff. de vsu, & vsufr. leg.* & Lambert. *tract. de iurepatr. lib.* 3. *quæst.* 5. *art.* 3. *vers. secundum membrum.* Idémque tãquam indubitatum tradit Ioan. Dilect. *de art. testand. tit. de tut. & execut. testam. cant.* 6. *n.* 4. post Barbat. *d. cap. nos quidem, col.* 2. *& conf.* 23. *lib.* 1. Hanc etiam doctrinã tradit M. Ant. Cucch. *Instit. mai. can. lib.* 2. *tit.* 6. *à num.* 338. *ad* 343. ac post alios Vgol. *tract. de offic. & potest. Episc. cap.* 61. *vers. præditus casibus*, Macerat. *lib.* 1. *var. resol.* 112. *cas.* 40. *ad fin.* & Ioan. Azor *d. part.* 2. *instit. moral. lib.* 5. *cap.* 33. *quæst.* 9. *in princ.* Leo *in thes. for. Eccles. part.* 2. *cap.* 26. *num.* 29. *&* 34. vbi & ipsi allegant *d. Clement. quia contingit*, quæ sanè maximè probat hanc conclusionem; dum ab ea regula inibi tradita, quòd ea, quæ ad certum vsum largitione sunt destinata fidelium, non debent ad alium conuerti, solam excipit auctoritatem Sedis Apostolicæ; vnde quoad
313. reliquos † standum erit regulæ, nisi de exceptione doceatur, iuxta *cap.* 2. *de coniug. leprof.* cum aliis ad id adductis à Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 9. *num.* 211. Roch. de Curt. *d. tract. verbo, pro eo, quòd de Diœcesani consensu, quæst.* 15. *num.* 33. *ad fin.* Euerard. *in loc. ab except. ad regul. num.* 12. & Couar. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 12. *n.* 4. maximè, cùm statim in eadem Clem. *quia contingit*, §. *nos in curiam*, Romanus Pontifex mandet Episcopis, vt in executione vltimarum piarum voluntatum suppleant negligentiam eorum, qui piorum locorum curam, & administrationem habent.

314. Ampliatur etiam hæc conclusio primò, vt † neque de consensu heredis testatoris possit Episcopus liberè vltimas voluntates commutare; vt post Card. & Imol. *vbi suprà*, Curt. *d. verbo, construxit, quæst.* 15. & Fel. *d. cap. cùm accessissent, num.* 19. tradit Couar. *d. num.* 7. quibus addo Cucch. *d. num.* 343. & Dec. *eodem cap. cùm accessissent, num. mihi* 52. *&* 54. inter cætera ad id allegantem opt. text. *in l. si ego*, §. *si res, ff. de iur. dot.* idémque probat Mar. Socin. *tract. de oblat. libell.* 19. *num.* 15. post alios. An verò hæres ipse possit vltimas voluntates sui auctoris commutare, diximus sup. *quæst.* 1. *conclus.* 5. *sicut.* An heredis consensus requiratur in commutatione ab Ordinario, vel Principis commissario, seu executore facienda, examinabimus *cap.* 7. *quæst.* 4. necnon *cap.* 10. 11. *&* 12. *quæst.* 7. vbi quid hac in re possit consensus heredis, vel fundatoris, latiùs agemus. Hunc autem, quatenus contra hanc ampliationem apertè sentit Lud. Gomez *ad reg. Cancell. de triem. poss. quæst.* 32. dum indistinctè ait, posse Episcopum de consensu patronorum voluntatem testatoris alterare, vt tradunt, inquit, omnes *in cap. cùm accessissent, de constit.* & Roch. de Curt. *tract. de iurepatr. verbo, pro eo, quòd, in* 15. *quæst.* vbi id latissimè probat, & propterea Rot. in vna Astoricen. Capellaniæ coram R. P. D. Raynaldo Pe-
315. trutio, 5. Martij 1537. iudicatile, † Episcopum Capellanum amouibilem per testatorem in Capella

sua positum perpetuum facere posse cum heredis consensu, per ea, quæ notat Imol. *in l.* 1. *ff. de condit. instit.* Roch. *d. quæst.* 15. & Castrens. *conf.* 358. *lib.* 1. dicimus, his non obstantibus, recedendum non esse à præcedente opinione contraria Couarr. & aliorum, quæ verè communior est; neque enim omnes tradunt, quod ait Gomez absolutè, ac simpliciter posse Episcopum de consensu patronorum alterare voluntatem testatoris: sed aliqui asserunt, id posse pro vna vice; de quo nos aliquid infr. *concluf. seq. ampl.* 3. & latiùs *cap.* 10. *quæst.* 5. *concl.* 14. reliqui ferè omnes loquuntur de suppressione, seu diminutione numeri præbendarum ex graui causa, & cum certis solemnitatibus, vtputa consensu capituli; qua de re nos fusiùs agemus *cap.* 12. *quæst.* item 5. aut 7. Neque etiam illud probat Curt. *d. quæst.* 15. nam loquitur in casu speciali mutationis qualitatum beneficij, & subsistente causa impossibilitatis, aut alia rationabili; & iuncta quæst. præced. illud negat, vbi conditiones appositæ à testatore sint Ecclesiæ vtiles. immo *d. quæst.* 15 *num.* 32. *vers. ego autem arbitror, & num. seq.* apertè stat pro nostra ampliatione; docet enim non posse Episcopum alterare qualitates beneficij etiam pro vna vice, accedente quoque consensu heredis, aut eo instante pro illarum alteratione. Quod autem decisum fuit in Rota de Capellano amouibili, procedere potest; vbi expressè testator non prohibuit erectionem illius Capellaniæ in beneficium; per id, quod tradit Lambert. *tract. de iurepatron. lib.* 2. *part.* 1. *artic.* 30. *num.* 18. *cum seq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 5. *in princip. à num.* 42. *vsque ad* 59. nosque latiùs differemus *cap.* 10. *quæst.* 8. *concluf.* 8. Interim autem illud hoc loco prætermittendum non est, quod rectè docet Cucch. *d. lib.* 2. *Inst. mai. tit.* 6. *num.* 343. iuncto *numer. seq.* quòd licet aliqui supponant posse Episcopum cum heredis consensu mutare defuncti voluntatem piam vbi eiusdem speciei opus illud pium esset, in quod mutatur, cum eo, quod testator fieri præcepit, vt si anniuersarium vnum pro defunctis in plures Missas mutetur, vel contrà, aut si dandum certo generi personarum, alteri personarum, & pauperum generi diuidatur: vt si præceptum sit dari Monachis, & pro Monachis pauperes vrbis mendicantes, vel Moniales supponantur: tamen id facilè admittendum non est vbi personis etiam incertis præiudicetur. Nunc verò ampliationes præsentis concluf. prosequamur, præced. ordine retento. Igitur hæc conclusio

316. Ampliatur secundò, vt † neque ante executionem vltimæ voluntatis possit eam Episcopus regulariter commutare, quicquid in contrarium voluerit Ioan. Imol. *in l.* 1. *col.* 3. *ff. de condit. instit.* Marsil. *sing.* 194. Fel. *in cap. super his, col.* 2. seu *num.* 1. *ad fin. de accusat.* & Ioan. Lup. *in repet. rubr. de donat.* §. 47. *col.* 4. relati à Couar. *in cap. tua nobis, num.* 7. *de testam.* & Cucch. *d. tit.* 6. *num.* 345. & alij, quos citat Nicol. Garz. *tract. de benef. part.* 7. *cap.* 1. *n.* 110. quorum opinio in eo nititur, quoniam plura licent ante executionem actus, quæ post eam minimè permittuntur; & facilius tolluntur facienda, quàm facta, *l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. cap. quemadmodum, de iureiur.* hanc enim ampliationẽ expressè tradit Cucch. *d. n.* 345. Molin. *de inst. & iur. disp.* 249. *vers. vtrum autem*, post Abb. *d. cap. tua nobis, num.* 4. & Couar. *num.* 7. qui eam colligit ex iis, quæ adnotauit Guid. Pap. *decis.* 556. & text. *d. cap. tua nobis,*
317. quo † iniunctum est Episcopis munus compellendi executores testamentarios ad seruandam exactissimè defuncti voluntatem; quod etiam facit summus Pontifex *in d. cap. nos quidem, cap. si heredes,*

& cap. Ioannes, de teſtament. ac d. §. nos iniuriam; necnon Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. vlt. ſeſſ. 22. cap. 8. & ſeſſ. 25. cap.* item 8. *de reform.* ex quibus ſatis patet ante earum executionem ad Epiſcopi curam ſpectare vltimas voluntates obſeruare, non mutare. eandem ampliationem tenent etiam multi, quos ſequitur Garz. *d. num.* 110. Poſſet autem admitti
318. contraria opinio, † vbi illa vltima voluntas non eſſet adimpleta ob aliquam difficultatem eam implendi; aut ſubſiſtente cauſa neceſſitatis, vel magnæ vtilitatis eam alterandi, ſeu mutandi ante executionem; non autem ex eo dumtaxat, quòd non ſit executioni mandata prædicta voluntas. ſic procedit, & loquitur *deciſ. 24. ſeu 1. ſub tit. de iurepatr.* apud Mohed. & incipit, *Ferdinandus quidam*, eadémque eſt *eum deciſ. 1122. part. 3. lib. 3. in nouiſſ. diuerſ.* quam ad hoc allegat Gonzal. *d. glo. 5. in princ. n. 58.* cum duobus ſequentibus, & nos adducemus *concluſ. ſeq.* paulo poſt initium. Pariter admitti poſſet contraria opinio, quæ habet, ex eo ſolo poſſe mutari vltimam voluntatem, quia non ſit executa, ſeu adim-
319. pleta, † vbi hoc contigiſſet ob eam cauſam, quòd illa vltima voluntas eſſet non abſoluta, & ſimplex, ſed conditionalis, ſeu in diem incertum: nam ante aduentum illius conditionis ſiue poteſtatiuæ, ſiue caſualis, ſiue mixtæ, & illius diei, cùm non dicatur ius quæſitum ei, ad cuius fauorem facta eſt diſpoſitio, neque tranſmiſſibile, vt colligitur ex *l. 1.* iuncta *l. dies incertus, ff. de cond. & demonſt.* conſtatque ex *l. vnica, §. ſin autem aliquid, C. de caduc. tollend.* ad quod gloſ. *ibi*, verbo, *conditio impleatur*, allegat quoque text. *in l. cauſe, la 2. §. Pomponius ff. de minor. & l. ſi in perſona, C. de fideic.* nil mirum, ſi poterit tunc indiſtinctè Epiſcopus huiuſmodi vltimas voluntates commu-
320. tare. Id quod etiam ex eo confirmatur, quòd † Epiſcopus vota conditionalia, quæ, ſi abſoluta eſſent, & poſt aduentum conditionis non poſſet commutare, aut in iis diſpenſare; prout quoad diſpenſationem plurimi tradunt, quos refert Sanchez *lib. 8. de matrimon. diſp. 10. n. 12.* per *l. potior, in princ. ff. qui potior. in pig. hab.* & alia; quod idem in pœnalibus plerique docent ab eo relati *num. 7.* poteſt tamen ante conditionis aduentum, vt de diſpenſatione plures tenent, quos refert, ac ſequitur Sanch. *d. diſp. 10. num.*
321. 7. 8. 12. & 13. Hoc verò reſtringe, vt non procedat, † vbi conditio illa, vel dies incerta eſſet omnino extitura; ex gloſ. *d. verbo, conditio impleatur*, per text. apertiſſimos *in l. heres meus, in princ. ff. de condit. & demonſtr. & l. ſi cùm heres, §. 1. ff. quand. dies legat. ced.*
322. idémque eſt vbi conditio tacitè inſit, *d. l. 1. in princ. l. conditiones, & l. aliquando, ff. de cond. & demonſtr. ac l. illud, ff. quand. di. leg. ced.*

SECVNDA CONCLVSIO. Vbi vltima voluntas pia mitti executioni, ſeu impleri non poſſit
322. eo modo, qui in ea præſcriptus fuit, † poteſt Epiſcopus illam de conſenſu heredis commutare, ita, vt impleatur quo modo poteſt. text. eſt, qui ad id quotidie allegatur, *in d. cap. nos quidem, de teſtam.* vbi Gregor. IX. ad Epiſcopum ſcribens, in cuius diœceſi certo loco à defuncto præceptum fuerat per heredem ſuum fundari monaſterium; mandat eidem Epiſcopo, vt, ſi in loco, quo conſtitutum fuerat, nequeat fundari, in alio per Epiſcopum ſimul cum herede deſignando, ab ipſo hærede conſtruatur; &, ſi is negligens fuerit, Epiſcopus ipſe ædificari faciat; & omnia per eum loco ipſi ſine diminutione qualibet aſſignentur. quem text. ibi ad id adnotarunt gloſ. in figur. caſus, Innoc. *n. 1.* Abb. *n. 6.* & Cou. *n. 9.* Ioan. de Lign. *d. Clem. quia contingit*, Hart. *in l. legatum. ff. de vſu, & vſufr. leg.* Alex. *conſ. 73. vol. 7.* Gamb. *tract. de offic. leg. lib. 9. ad fin.* quos refert, ac ſequitur Azor *d. part. 2. lib. 5. cap. 33. queſt. 9. verſ. at verò.* Idem per text. *d. cap. nos quidem*, tenet Lap. *alleg. 87. n. 5. & 7.* Maudoſ. *d. tit. commutatio vltimæ voluntatis, verſ. non tamen.* Et, quod ſpectat ad impoſſibilitatem ratione loci, vt, ſi in loco deſtinato fieri non poſſit, quod iuſſit teſtator, † Epiſcopus de conſenſu executoris cu- 323.
rare poſſit ac debeat, vt alibi fiat, iuxta *d. cap. nos quidem*, per illum text. tradit *ibi* Innoc. *num. 1.* Abb. *n. 13.* & alij, quos ſequitur Vgol. *d. cap. 61. num. 4.* id extendens poſt Bart. Bald. & Bertach. vt poſſit etiam Epiſcopus tunc in alium pium vſum tale relictum conuertere. reſtringens verò, vbi aliud teſtator diſpoſuiſſet faciendum. Et hanc vltimam aſſertionem coadiuuat Couar. *d. num. 9.* ex text. *in d. l. legatum*; vbi pecunia legata ciuitati ad ſpectaculum, quod in ea fieri minime licebat, adhibito conſilio heredum, & primorum ciuitatis in aliam rem conuerti debet; & ex *§. ſi quis in nomine magni Dei, auth. de Eccl. tit. collat. 9.* vbi, ſi teſtator aliquem è Sanctis heredem inſtituerit, aut legatum ei reliquerit, eiuſque Sancti nullum Oratorium in ea vrbe, neque in eo territorio inueniatur, legatú debetur Eccleſiæ ciuitatis, in qua teſtator domicilium habuit. Verum neuter text.
meo iudicio, ad rẽ hanc facit, cùm in primo † de im- 324.
poſſibilitate iuris, non facti agatur, nullaque mentio fiat; Epiſcopi in ſecũdo pariter nihil de Epiſcopo etiam tacitè, & in conſequentiam, ex eo, quòd Epiſcopus certam Eccleſiam deſignare debeat, cui legatum, vel hereditas debeatur, ſed ea à iure ipſo deſignatur ex tacita defuncti voluntate, eiúſque interpretatione. Potiùs verò facit tum illud, quod poſt Imol. *in l. 1. col. 2. ff. de condit. inſtit.* & Fel. *in cap. quod ſuper his, col. 2. ac accuſ.* & Bald. *in l. ſi teſtamentum, C. de teſtam.* tenuit Rot. Rom. apud Mohed. *deciſ. 1. n. 1. & 2. de iurepatr.* & eſt 1122. *lib. 3. part. 3. in diuerſ.* vbi voluntas teſtatoris non eſt adimpleta, poſſe in cauſam neceſſariam, vel vtilem eam alterari ab Ordinario, licèt non mutari: tum id, quod cauetur *in l. hin. ff. de mort. inferend.* vbi habetur, quòd, ſi quis mandauit, vt monumentum perficiatur, &, cùm is moritur iam perfectum ſit, Pontifices, hoc eſt, Epiſcopi, (vt ibi exponit gloſ. ab aliis approbata,) explorare debent, quatenus, ſalua religione, deſiderio reficiendi operis medendum ſit. Tum denique illud, quod idem Couar. ſubiicit *d. n. 9. & 10.* Vgolin. *d. cap. 61. numer. 6.* ex Bald. *in l. ſi quis ad declinandam, col. 4. C. de Epiſcop. & Cleric.* dicente, † relictis à teſtatore 325.
mille, vt pro malè ablatis, & exoneranda eius conſcientia, diſtribuátur, ſi ſolùm ſit compertum, quingenta eſſe malè ablata, reliqua quingenta in piam cauſam eſſe eroganda; atque ex Abb. *d. cap. tua nobis, col. 2. de teſtam.* & Alex. ac Vinc. *in l. 1. §. pr. ff. ad leg. Falcid.* idem eſſe, ſi quis mandet pro malè ablatis conſtrui Oratorium præſcripta eius forma, & in id opus conſumi aureos mille; nam eo conſtructo, quod ſupereſt, non debetur heredi, ſed piæ cauſæ; non enim cenſetur ſatisfactum voluntati teſtatoris, qui læſam habet conſcientiam ad illam vſque quantitatem; & ideo maxima eſt coniectura, ipſum voluiſſe totam illam ſummam in piam cauſam conuerti. Et hæc doctrina, quam tradit etiam poſt alios Ang. de Gambell. *tract. de teſtament. glo. 7. n. 3.* ac ſequitur Iacob. de Aren. *in tract. de commiſſar.* (hoc eſt, de executoribus,) *vltimarum voluntatum, n. 37.* Molin. *de inſt. & iur. diſp. 249.* Bertach. *tract. de Epiſc. lib. 4. part. 4. num. 72.* & Matthæus *in addit. ad deciſ. 556. Guid. Papæ*; maximè ad hanc rem facit, in qua de Epiſcopi poteſtate quærimus in commutandis vltimis piis voluntatibus, cùm ad eũ ſpectet illarum executio, vt ex præcitatis iuribus conſtat; ac reſtitutio malè ablatorum, *cap. cùm ſu, de Iude.*

ac

ac Doct. *ibi, & in cap. cùm tu, de vſur. & cap. 2. de pœnit. & remiſſ. in 6.* An autem verum ſit, quod ſtatim ſubdit Couar. *d. num. 10.* ex Ang. Caſtr. Alex. & Vinc. *d. §. fin.* ac poſt eos Carol. Ruin. *conſ. 75. lib. 2.* ac ſequitur Molin. *d. diſput. 249. verſ. idem*

326. *ais eſſe,* † ſecus fore ſi teſtator iuſſerit conſtrui Oratorium certæ formæ, & ad id deſignauit mille aureos, nimirum, quod ſupererit, conſtructo oratorio illo ad hæredes pertinere, cùm ita ſit teſtatoris voluntati ſatisfactum; quod etiam ſentit Bertach. *d. part. 4. num. 71. ad fin.* ac poſt eum Vgol. *d. num. 6.* & alios ſecutus Matthæus *in d. addit. ad deciſ. Guid. Pap. 556. prope finem*; hìc non diſputamus: id tamen probabile exiſtimamus propter rationis momentũ, & tot tantorúmque virorum auctoritatem. Pro prædicta verò principali concl. optimè facit Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 4. & 7. in princip. ac verſ. Parochiales verò, de reform.* quæ decreta ſummatim retulimus ſup. *cap. 3. quæſt. 3. concl. 2.* necnon *ſeſſ. 25. cap. 8. de reformat.* dum ibi mandat, quòd, ſi hoſpitalia, ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta; nec in loco vbi ſunt dicta hoſpitalia, ſimiles perſonæ, aut perpaucæ reperiantur; fructus illorum in alium pium vſum, qui eorum inſtitutioni proximior ſit, ac pro loco, & tempore vtilior, conuertantur, prout Ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerũ vſu peritiores ſint, per ipſum deligendis, magis expedire viſum fuerit: niſi aliter fortè etiam in hunc euentum in eorum fundatione, aut inſtitutione fuerit expreſſum; quo caſu, quod ordinatum fuerit, obſeruari curet Epiſcopus; aut, ſi id non poſſit, ipſe prout ſuprà vtiliter prouideat. ex quo decreto Concil. Vgol. *d. tract. de off. & poteſt.*

327. *Epiſc. cap. 61. num. 2.* colligit, † quòd, ſi hoſpitalia, aut alia pia loca ad infirmos alendos inſtituta ſunt, nec adſint infirmi, ſenes pauperes alentur, quoniam ſenectus ipſa morbus eſt: ſi pro puellis pauperibus nuptui tradendis, & ſimiles non inueniantur, in puellas pauperes fructus diſtribuentur, quæ monaſteria ingredi velint; nam ea ratione Deo ipſi ſpirituali matrimonio iunguntur: ac tandem, vbi impleri non poſſit, quod iuſſit teſtator, debet in aliud conuerti magis ei proximum, quod ille voluit; ex Feder. de Sen. *conſ.* ſeu *quæſt. 175. verſ. ſed prædicta,* & Calder. *conſ. 343.* aliàs *14. de teſtam.* quem refert, ac ſequitur Card. Tuſc. *in litt. l. concluſ. 114. num. 6.* & concludit habita ratione eius, ad quod relictum quid eſt, ſi executioni illud mandari nequit, poſſe ab Epiſcopo in alium vſum conuerti. ſubdit

328. autem, † hæc locum habere ſiue illa pia loca in commendam data ſint, ſiue in quemcumque titulum, vel Eccleſiis vnita; vel ſi Eccleſiæ parochiales vnitæ hoſpitalibus, aut in hoſpitalia erectæ, eorúmque patronis in adminiſtrationem conceſſæ ſint.

329. Excipit tamen, † vbi aliter in eorum fundatione, aut inſtitutione fuerit expreſſum, quid faciendum non extantibus perſonis prædictis; niſi & hoc fieri nequeat, vt apertè etiam conſtat ex ipſo Conc. *d. cap. 8.* Pro eadem autem noſtra principali concluſ. facit etiam id, quod de reductione Miſſarum ad minorem numerum idem Concil. ſtatuit *eadem ſeſſ. 25. cap. 4. de reform.* qua de re cùm non pauca dicturi ſimus, paulo pòſt propriam de ea concluſ. ſtatuemus, ſed & infr. *quæſt. vlt. huius cap. concl. 2. ad fin.* limitationem eadem de re adducemus. Interim verò aliquas huius concluſ. ampliationes afferamus, præter eas, quæ ex prædictis colliguntur.

330. Ampliatur igitur primò hæc concluſio, vt † procedat etiam vbi teſtator reliquit certam ſummam, puta centum pro conſtruenda Capella, quæ ad id non ſufficiunt. nam ea conuerti poterunt per heredem cum conſenſu Epiſcopi in aliud vſum pium, nec tenebitur ſupplere; vt poſt alios docet Bertach. *tract. de Epiſc. lib. 4. part. 4. num. 71.* & poſt Io. Andr. Butr. Inoc. & Abb. *d. cap. nos quidem,* & Roch. Curt. *in tract. de iurepatr. verbo, conſtruxit, quæſt. 11.* tradit Lambert. in ſimili tract. *lib. 1. part. 1. quæſt. 4. art. 12.* idémque etiam poſt Bart. & Io. de Lign. docet Mar. Soc. *in tract. ac oblat. libell. 19. num. 16. & 17.* ac poſt Card. Tuſc. *d. concluſ. 114. num. 17.* ac plures alios tradit Vgol. *d. cap. 61. num. 3.* per text. *d. cap. nos quidem, de teſtam. & in l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* ſubdens, immo ſine conſenſu Epiſcopi, aut ſuperioris id fieri poſſe de conſenſu hæredis, ex Caſtrenſ. *conſ. 303. num. 6. lib. 1.* quoad hoc tamen, an teneatur ſupplere, videndum eſt, quod dicemus *inf. quæſt. vlt. concl. 2. in fin. & cap. ſeq. quæſt. 3. concl. 6.* Secundò amplia; quòd, † 331.
vbi voluntas teſtatoris non eſt certa reſpectu cauſæ, perſonæ, vel loci, poteſt ab Epiſcopo id certificari, vt ſentit Bald. *l. ſi quis ad declinandam, col. 3. C. de Epiſc. & Cler.* & alij probati ab Alex. *in l. legatum, ff. de vſ. & vſufr. leg.* necnon quos referemus inf. hac ipſa concl. *ampliat. 7.* & quoad locum expreſsè tradit, latéque docet Lambert. *d. lib. 1. part. 1. quæſt. 3. art. vlt.* vbi etiam docet id fieri poſſe abſque conſenſu heredis. Verùm hæc ampliatio proprìè non videtur pertinere ad materiam huius concl. quæſt. aut tractatus, cùm non contineat commutationem vltimæ voluntatis. Amplia tertiò, vt concl. procedat etiam, † vbi poſſibilis eſſet executio, ſed Epiſco- 332.
pus cum conſenſu heredis vellet pro vna vice tantùm, vel ad tempus alterare voluntatem defuncti; vt apertè ſentit Fel. *in cap. cùm acceſſiſſent, col. 8. de conſtit.* poſt Butr. *cap. fin. verſ. Vincentius autem, de teſtam.* ac poſt alios Lambert. *d. tract. de iurepatr. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. vlt. ferè per tot. ac lib. 3. quæſt. 5. art. 3. num. 4. & quæſt. 6. art. 7. num. 6.* quibus tamen in locis id variis modis temperat, quem ideo ſi lubet videas. eam verò ſimpliciter tenet Vgol. *d. cap. 61. num. 7.* poſt Butr. *ſup.* & Mar. Soc. *tract. de oblat. libell. 19. num. 19.* necnon M. Ant. Cucch. *inſtit. maior. lib. 2. tit. 9. num. 82.* & relati à Guttier. *conſ. 1. num. 19.* licèt ipſe contrarium ſentiat poſt alios; de quo etiàm aliquid nos dicemus *inf. concl. 10.* & latiùs *cap. 7. quæſt. 4. concl. 4.* vbi de conſenſu fundatoris, & heredis in commutatione vltimarum voluntatum agemus; & quod ſpectat ad derogationem qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum pro vna vice ab Epiſcopo faciendam, fuſiùs, Deo dante, diſſeremus *cap. 10. quæſt. 5.* aut 7. Interim verò hæc noſtra ſecunda concluſio ampliatur quartò, vt locum etiam habeat, † licèt non omni- 333.
no impoſſibile de facto ſit, vltimam voluntatem, ſeu diſpoſitionem, præſertim cauſa mortis, vt teſtamentum, codicillum, & alias ſimiles diſpoſitiones, eo modo, quo emanarunt, impleri, ſed ſolùm valde difficile. Tum quòd illud tantùm dicimur poſſe, † 334.
quod commodè poſſumus *l. nepos Proculo. ff. de verb. ſig. cap. faciat, 22. quæſt. 2. & cap. ſtatuimus, il 2. de offic. deleg. in 6.* ſic impoſſibile dicitur, quod à Principis voluntate pendet, nec conſuetum ſit concedi, *l. idem Iulianus, in fin. ff. de legat. 1.* cum aliis adductis per Mandoſ. *ad reg. 32. Canc. quæſt. 31. num. 11.* & Sanchez *de matrim. lib. 5. diſp. 5. num. 5.* & quod non niſi per auxilium extraordinarium fit; Innoc. *in cap. paſtoralis, num. 1. de cauſ. poſſ. & propr.* Rom. *conſ. 469.* latè Tiraq. *de retract. lig. §. 32. gloſ. vnic. num. 57.* & alij apud Sanch. *d. num. 5. in fin.* tum quòd id ſpecie commutationis vltimæ voluntatis ab Epiſcopo faciendæ apertè ſentit Genuenſ. *in prax.*

Neap. cap. 20. *num.* 3. apertiùs Gemin. *cap. in Canonicis, poſt medium,* 19. *diſt. & cap. ab exordio, ad fin.* 35. *diſt.* Fel. *in conſ.* 42. *incip.* Cantor Eccleſiæ, *num.* 17. *& cap. Eccleſia S. Mariæ, numer.* 86. *de conſtit.* quos etiam ad hoc allegat, & ſequitur Cucch. *d. lib.* 2. *Inſt. mai. tit.* 6. *num.* 346. ac poſt Io. de Platea *in l. vnic. C. de expenſ. ſtud. lib.* 11. tradit Idelphonſ. Perez *in ſuo moder. tract. de Anniuerſar. & Capellan. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 24. *& duobus ſeqq.* licet Mandoſ. *d. tit. commutatio vltimæ voluntatis, verſ. ſed dubium facit,* contrarium ſentire videatur. Verùm hæc ampliatio maximè ſuadetur ex Concil. Trid. *d. cap.* 4. ibi, vel eleemoſynam huiuſmodi pro illis celebrandis adeò tenuem eſſe, vt non facilè inueniatur, qui velit huic ſe muneri ſubiicere.

335. Ampliatur quintò, vt † poſſit Epiſcopus in alio loco, aut alio modo exequi teſtatoris voluntatem, data negligentia eius Eccleſiæ, ad cuius fauorem emanarat; prout ſentit, ac probat Lap. *alleg.* 87. *poſt*
336. *num.* 4. vbi etiam, præſertim *num.* 6. docet, † piam voluntatem, quæ non poteſt impleri tempore, aut cum alia circumſtantia præſcripta, impleri debere poſt illud tempus, ac ſine illa circumſtãtia, & quoad factum ipſum. Hinc etiam Mar. Soc. *tract. de oblat.*
337. *aub.* 4. *num.* 28. tradidit, † relictum hoſpitali non legitimè conſtructo ab Epiſcopo debere in pauperes erogari. Cui affine eſt, quod docuit Bertach. *tract. de Epiſc. part.* 4. *lib.* 4. *num.* 76. relictum Collegio à Papa reprobato debere per ſuperiorem in alium pium vſum conuerti, poſt Bald. *in l. monumenta, C. de legat.* idem docens de relictis Monti Pietatis, eo poſtea ſublato; ex not. per eundem Bald. *in l. poſt mortem, C. ad Treboll.* De quo tamen vtroque, ac præſertim priore dicto, quomodo ſit accipiendum, videndum eſt, quod ſcripſimus *cap. præced. quæſt.* 5. *concluſ.* 1. *ad fin.* vt illud conciliaremus cum eo, quod poſt alios tradit Bero. *conſ.* 21. *num.* 15. *vol.* 2. legatum Collegio reprobato ratione ſectæ effici caducum, nec eſſe commutandum; ſecus ſi Collegium dumtaxat non ſit approbatum. quo caſu ſubdit Bero. *ibidem, & num.* 15. quòd talis commutatio ſpectabit ad Epiſcopum, & ad executores relictos in teſtamento; ex text. *d. cap. nos quidem*, & ibi Imol. *col. pen. verſ. quid autem,* & Abb. *in* 5. *not. de teſtam.* addit autem *num.* 16. idemmet Bero. ex iiſdem auctoribus, quòd, quoties legatum factum ad pios vſus
338. non ſit effectum caducum, eius commutatio † ſpectat ad Epiſcopum, & executores teſtamenti. Ex quo ſumi poteſt alia præſentis noſtræ ſecundæ concluſ. ampliatio, vt nimirum non modò Epiſcopus cum herede commutare poſſit ipſum legatum, quod eo modo impleri nequit, quo relictum eſt, ſed etiam id facere poſſit cum executore, quem ſui teſtamenti reliquit teſtator; cùm executor ſit loco heredis, non quidem quoad emolumentum, & commodum, ſed quoad faciliorem executionem eius, quod in teſtamento diſpoſitum fuit; vt tradunt Doct. communiter *d. cap. nos quidem, cap. ſi heredes, cap. tua nobis. & cap. Ioannes, de teſtam.* & quotquot de executionibus vltimarum voluntatum aliquid ſcripſerunt. Et ſatis probatur in prædictis iuribus, & *in l. hereditas, ff. de petit. hered. auth. hoc amplius, C. de fideicom. cum ſuis concord.*

Ampliatur ſextò hæc concluſio, vt procedat et-
339. iam † in impoſſibilitate iuris, quia nimirum vltima voluntas nequeat de iure executioni mitti, quòd illicita ſit: nam eam poterit Epiſcopus commutare; vt ſentiunt Ang. de Gambellion. *tract. de teſtament. gloſ.* 13. *circa medium,* poſt Bart. *d. l. legatum, ff. de vſ. & vſufr. leg. & in tract. Minorit. quæſt. per quem ſiet, & qualiter*, & Anchar. *d. Clem. quia contingit,* necnon apertiſſimè tenet poſt multos, quos allegat Genuenſis *d. num.* 3. ac ſatis ſentire videtur Couar. *d. cap. nos quidem, num.* 9. dum pro poteſtate Epiſcopi in commutatione vltimarum voluntatum allegat text. *in d. l. legatum, ff. de vſu, vſufr. leg.* qui ſanè ad id maximè facit; ibi enim dicitur, quòd ſi teſtator legatum ciuitati reliquit, vt ex reditibus quotannis in ea ciuitate memoriæ defuncti conſeruandæ gratia ſpectaculum celebretur, quod illic celebrari non licet, adhibitis heredibus, & primoribus ciuitatis diſpiciendum eſt, (nimirum per iudicem ordinarium, qualis in cauſis piis eſt Epiſcopus in tota ſua diœceſi, *cap.* 1. *& toto tit. de off. ord.* cum ſimil.) in quam rem conuerti debeat fideicommiſſum, vt memoria teſtatoris alio, & licito genere conſeruetur atque ea ratione ſuadetur, quòd † impoſſibilitas de 340.
iure, ac de facto æquiparantur, *l. cum heres,* §. 1. *ff. de ſtatulib. cap. fin. de pact. l.* 1. *ff. de condit. inſt. l. continuus,* §. *cum quis, ff. de verb. oblig.* cum aliis allegatis per Sanch. *d. lib.* 5. *diſp.* 4. *num.* 7. & nos ſup. *præced. cap. quæſt.* 5. *concl.* 1. *in initio, & quæſt.* 6. *concluſ.* 2. id enim dicimur poſſe, quod iure, ac licitè poſſumus, *d. l. nepos Proculo, ff. de verb. ſig. cap. iſtud,* 11. *quæſt.* 1. *& cap. faciat,* 22. *quæſt.* 2. atque aliis iuribus per nos adductis ſup. *hoc eod. cap. quæſt.* 2. non longè ab initio. Ampliatur ſeptimò, vt † poſſit Epiſcopus 341.
commutare vltimas voluntates, quando ſunt circa opus pium incertum, vt apertè ſentit Rebuff. *in prax. benef. tit. de Br. Apoſt. & alius, num.* 57. *iuncto num. præced.* Abb. *d. cap. nos quidem, num.* 13. *& cap. indicante, num.* 4. *de teſtament.* idque ſiue incertitudo fuerit tempore teſtamenti, ſiue ſuperuenerit, vt ſatis probat inter cæteros Abb. *d. cap. nos quidem, num.* 13. Ampliatur denique, vt † poſſit Epiſcopus 342.
commutare relictum hoſpitali conſtructo etiam ſine eius auctoritate, vt poſt Bald. *in l. deleri, C. de fideicom. libert.* ſentit Bertach. *tract. de Epiſc. lib.* 4. *part.* 4. *num.* 80.

Limitatur nunc propoſita concluſio primò, vt procedat, † dummodo is, cuius eſt illa vltima vo- 343.
luntas, ſeu diſpoſitio, probabiliter ignorauerit rem, circa quam ea verſatur, eſſe impoſſibilem, ſiue de facto; (quæ ignorantia facilè admittitur, *cap. ignorantia, de reg. iur. in* 6. cum ſimil.) ſiue iuris; quæ, licèt non ita de facili, aliquando tamen admitti debet, & excuſat, vt ibi tradunt Doct. & conſtat ex *cap. Apoſtolica, de cleric. excomm. miniſtr. & cap.* 2. *de conſtit. in* 6. cum ſimil. & not. *ibi* per ſcribentes, ac latiùs adductis per Sanchez *de matrim. lib.* 9. *diſput.* 31. ferè per tot. nam quicquid ſit, an ignorantia impoſſibilitatis inducat actus, ſeu diſpoſitionis nullitatem, vel eximat diſponentem ab obligatione; de quo nos ſup. *cap. præced. quæſt.* 6. *concl.* 2. *ante medium, & quæſt.* 7. *concluſ.* 5. certè, cùm hic ignorans, rem eſſe impoſſibilem, velit aliquid diſponere, tacitè velle cenſetur, vt aliud in locum eius ſubrogetur, quò voluntas diſponentis quoad fieri poſſit ſuſtineatur; per ea, quæ adduximus *d. concl.* 2. *in fin. & cap.* 3. *quæſt.* 4. *poſt medium, verſ. his præmiſſis.* quibus nunc addo communem illam regulam, quæ maximè ad hanc rem facit, ſi non valet, vt ago, valeat, vt valere poteſt, de qua *in* §. *fin. Inſtit de adopt. in l. ſimiles, & l. qui iure, cum duab. ſeqq. ff. de milit. teſtam.* ac per Doct. *ibi, & in l.* 1. §. *ſi quis ita, ff. de verb. obl.* atque alibi ſæpe. Limitatur ſecundò hæc eadem concluſio, † quòd, ſi teſtator, aliúſve vltimæ 344.
voluntatis auctor in ſpecie deſignauit, quid ſit agendum de pecunia aliáve re, de qua diſpoſuit, eo caſu, quo prima iuſſio nequeat impleri; non poterit Epiſcopus eam voluntatem mutare; vt poſt Bart.

in l.

in l. liberto, §. Lucius ff. de annuis legat. tradit Couar. *d. cap. tua nobis, num. 6. in fin. de testam.* Soc. *tract. de oblat. libell. 19. num. 18.* & Io. Dilect. *de arte testand. tit. de tutore, & executore testamenti, cautel. 6. num. 4.* vbi etiam allegat Barbat. *d. cap. nos quidem, col. 2. de testam.* qui duo id sentire videntur, vbi testator disposuit, quid faciendum, quando prima iussio quauis de causa non impleatur; latè Bero. *cons. 40. num. 2. 6. 8. & 9. vol. 2.* ac Petr. Vbald. *de can. Episc. cap. 7. num. 42.* Pro hac verò limitatione maximè facit Concil. Trid. *sess. 25. cap. 8. circa medium, & in fin. de reformat.* Limitatur nunc tertiò hæc conclusio ex distinctione, quam ad eam quæ-
345. stionem, † an relictum ad pias causas, vel certæ personæ, quod non potest deputari ad vsum destinatum, fiat caducum, post Bart. *in l. pater, §. Tusculanus, ff. de legat. 3.* faciunt Abb. *d. cap. nos quidem, num. 14. de testam.* & Gerard. Malett. *in addit. ad tract. Rolandin. Bonon. de testament. & vlt. vol. rubr. 39. sub num. 2.* ac post alios Vgol. *d. tract. de off. & pot. Episc. cap. 61. ad fin.* quod aut relictum concernit piam causam simpliciter, & non personam; & tunc debet deputari ad alium vsum cum consensu Episcopi, & heredis, vt *in l. legatum*; & quod ibi not. *ff. de vsufr. leg.* & not. *in d. Clem. quia contingit, de relig. dom. ac d. cap. nos quidem.* aut relictum factum est personæ: & tunc, si contemplatione animæ, quia fuisset alij personæ relicturus, deficiente illa persona, debet relictum ad pium vsum conuerti, vt voluntas defuncti in effectu adimpleatur, *d. l. legatum*; si verò relictum fuit factum contemplatione personæ, vel Collegij, non habito respectu ad piam causam, tunc deficiente persona, vel Collegio, expirat legatum, & remanet apud grauatum, vt *d. §. Tusculanus.* Si autem dubitatur, an testator habuit respectum ad personam, an ad piam causam, debemus præsumere fauore religionis, & animæ, quòd prospexit ad piam causam, arg. *l. sunt personæ, ff. de religios. & sumpt. fun.* vbi dicitur, quòd summa est ratio, quæ pro religione facit: ac *l. sancimus, C. de sacros. Eccles.* vnde communiter colligunt Doct. animam cunctis rebus esse præferendam. & ex his decidit *ibidem* Abb. quem sequitur Gerard. *loc. cit.* quòd, si quis reliquit simpliciter quinquaginta Titiæ puellæ maritandæ, & hæc moriatur, antequam consequatur relictum, iudex arbitrabitur ex variis coniecturis, an testator habuerit respectum ad animam, & tunc legatum conuertatur ad aliam puellã maritandam; aut ad fauorem illius puellæ, vt quia diu sibi seruierat; & tunc præsumptio erit, quòd volebat eam remunerare; atque adeò legatum illud expirabit, seu extinguetur. Cum Bart. autem *vbi suprà*, sentit quoque tum Anchar. *d. Clem. quia contingit*, quem refert, ac sequitur Ang. de Gambellion. *in tract. de testam. glos. 13. post medium*, tum Ioan. Bertach. *in tract de Episc. lib. 4. part. 4. num. 81.* & alij probati à Genuens. *in Prax. Neapol. cap. 20. num. 3.* Limitatur quartò, vt, si difficultas exequendi vl-
346. timam voluntatem non sit magna; † ea nequeat, vti difficilis ab Episcopo commutari; tunc enim illud impossibile non reputatur, vt constat ex *l. continuus, §. illud, ff. de verb. oblig.* ex quo inferri potest ad id, in quo solet Princeps facilè dispensare. licèt enim id, quod requirit Principis dispensationem, pro impossibili habeatur, *d. l. continuus, §. cùm quis, ff. de verb. oblig. l. apud Iulianum*, aliàs incipit *Africanus*, vel *idem Iulianus, ff. de legat. 1.* cum aliis adductis supr. *ampl. 4.* & tunc posse Episcopum commutare, senserit Genuens. *in prax. Neapol. cap. 20. num. 2.* tamen id intelligendum est de iis, in quibus non solet Princeps facilè dispensare, vt patet ex Mandos. *d. num. 11.* & Sanchez *d. disput. 5. num. 12. in princ. & num. 19.* Limitatur denique præsens conclusio, vt † non procedat vbi impedimentum facti 347.
est temporale; tunc enim fieri non potest commutatio vltimæ voluntatis, sed expectandum est tempus opportunum ad eam exequendam. ita Genuens. *d. num. 2.* post Petr. de Vbald. *in tract. de Canon. Episc. & paroch. cap. 7. num. 36.* quem etiam nos sequuti sumus sup. *cap. 4. quæst. 5. conclus. 1. post medium.*

TERTIA CONCLVSIO. Vbi etiam impleri possit, quod per vltimam voluntatem dispositum fuit, si tamen vrgeat aliunde necessitas eam commutandi; neque adiri possit summus Pontifex: † poterit Episcopus illam commutare. Proba- 348.
tur primò ex eo, quia, quamuis regulariter nequeat Episcopus in lege Pontificis, aut Concilij generalis dispensare, vt sup. *concl. 1. huius quæst.* ostendimus; 349.
potest tamen † in casu vrgentis necessitatis, quando ad Pontificem aditus non patet, vt post Abb. *in cap. at si clerici, §. de adulteriis, num. 9. de iudic.* Fel. *cap. 1. fallentia 7. de constit.* Bald. *l. omnes populi, num. 8. ff. de iust. & iur.* Spec. *tit. de dispensat. §. nunc de Episcoporum, n. 30.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de dispens. ad plura benef. n. 30. & 31.* Lambert. *tract. de iurepatr. lib. 2. part. 1. quæst. 7. art. 19. num. 2.* Gomes. *tract. Breu. num. 21.* & alios tradit Sanchez *in tract. de matrim. lib. 2. disput. 40. num. 3.* ac nonnullis relatis probat Hoied. *de benef. incompat. part. 2. cap. 12. num. 25.* Secundò, quia Episcopus † potest in sua 350.
diœcesi quicquid Pontifex potest in tota Ecclesia, si ea excipias, quæ ad vniuersæ Ecclesiæ statum pertinent, & quicquid Pontifex sibi reseruat specialiter, vt idem Sanchez latè probat *d. tract. lib. 1. disp. 61. num. 3.* vnde etiam Papæ vices gerere, eiúsque Vicarij dicuntur, vt *in cap. multum stupeo, 3. quæst. 6.* cum aliis adductis à Gonzal. *ad reg. 8. Canc. §. 1. præam. num. 5. & 6.* Immo, & Christi Vicarios in sua diœcesi eos esse, sicut est Papa in vniuerso orbe, asserit Mar. Soc. *de oblat. libel. 4. num. 10.* Redoan. *in tract. de simon. ment. part. 1. cap. 20. num. 2.* subdens *num. 3.* quòd sunt legati Christi. Idipsum verò, quòd Episcopi in suis diœcesibus idem possint, quod Papa in tota Ecclesia, tenet Redoan. *d. part. 1. cap. 24. num. 1.* quòd verò sint Vicarij Papæ, est opt. text. *in cap. qui se scit, 2. quæst. 6. & d. cap. multum stupeo, 3. quæst. 6.* Non est autem verisimile, in casu tantæ necessitatis summum Pontificem sibi hanc commutationem reseruare, quia reseruatio hæc fit ob charitatem, & bonam reipub. Christianæ gubernationem; esset autem contra charitatem, & suauem Ecclesiæ gubernationem, intelligi manere reseruationem in casu tantæ necessitatis, quando manerent homines remedio destituti. Tertiò, quia fortior est reseruatio, qua summus Pontifex reseruat sibi absolutionem alicuius criminis, seu censuræ, præterquam in mortis articulo; & tamen probabilissimum est, † posse Episcopum absoluere vbi ratione impe- 351.
dimenti non est recursus ad Pontificem, vt ait Sanchez *d. num. 3.* ex Doct. laudatis ab Henriq. *lib. 6. de pœnit. cap. 16. num. 1. cap. 9. num. 7. & cap. 10. num. 1. & 2.* Quartò ex eo, quod idemmet Sanchez *d. num. 3.* tradit post plerosque Doct. posse Episcopum dispensare in impedimento occulto dirimente matrimonij publici, si scandalum sit in separatione, nec ad Pontificem aditus pateat, inopia, aliáve iusta causa impediente, & *num. 7.* idipsum probat si matrimonium sit contrahendum etiam quoad votum simplex castitatis perpetuæ; de quo, ac de voto Religionis, idipsum plures secutus docet eodem *tract. lib. 8. disput. 9. num. 22. & lib. 4. sua summ. cap. 40. num. 32. & 34. cum duobus seqq. num.* autem *37. &*

d. disput.

d. disput. 9. num. 32. post alios hoc extendit ad alia vota reseruata summo Pontifici, nimirum peregrinationis Compostellanæ, Hierosolymitanæ, ac liminũ Apostolorum. Hæc autem ratio quoad dispensationem votorum reseruatorum, quæ ab Episcopo citra delegationem Apostolicam in prædicto casu fieri potest, maximè ad rem, de qua agimus, facit, cùm, qui ordinaria potestate dispensare potest, possit etiam commutare, vt fusè ostendit ipsemet Sanchez *d. lib. 4. sum. cap. 49. num. 28.* commutatio autem voti species quædam est commutationis vltimæ voluntatis, vt facilè colligere licet ex iis, quæ nos adduximus sup. *cap. 2. quæst. 2. post medium.* circa rationes tamen huius conclus. videri possunt, quæ latè tradit Nicol. Garz. *tract. de benef. part. 11. cap. 5. à num. 339. vsque ad 355.* & Doct. ab eo cit.

Ampliatur verò hæc conclusio primò, vt procedat, † licèt tunc pateat recursus ad Nuntium Sedis 352.
Apostolicæ, seu Legatum etiam de latere; prout in dispensatione voti reseruati post alios tradit Sanch. *d. lib. 2. de matrim. disput. 40. num. 8. ac lib. 8. disput. 9. num. 25. & lib. 4. sum. cap. 40. num. 18.* tum, quòd Legatus etiam de latere circa vota reseruata ordinaria facultate nihil potest, vt idem satis ostendit *d. cap. 40. num. 14.* tum quòd Legatus in sua prouincia nullam maiorem potestatem ordinariam, excepti quibusdam, habet, quàm Episcopus in sua diœcesi, vt sup. *quæst. 7. concl. 2.* ex eod. Sanch. & aliis ab eo allegatis docuimus. quæ autem contra hanc ampliationem adduci possunt, solùm probant de iis, quæ Papæ, & eius Legato reseruata sunt, iuxta ea, quæ dicemus *limit. 1.* Secundò ampliatur, vt habeat locum, † etiamsi posset Episcopus ære suo subleuare 353.
pauperiem petentis ab eo commutationem ob paupertatem; prout de dispensatione in voto reseruato tradit Sanchez *d. cap. 40. num. 39.* contra Vasquez *1. 2. quæst. 47. art. 4. disput. 178. cap. . num. 16.* quia, inquit, non est videre, quomodo obligandus sit Episcopus ad has expensas ministrandas; nec praxis ita seruat. Ampliatur tertiò secundùm Couar. *d. cap. tua nobis, num. 7. in fin.* vt decreto, & auctoritate Episcopi † possit pecunia à testatore in certum 354.
vsum pium non ita necessarium destinata expendi in alium itidem pium vsum magis reip. Christianæ, ac Religioni necessarium; cui necessitati aliunde subueniri nequeat; ex text. *in l. penult.* aliàs *fin. incipit, pecuniam, ff. de operib. publ.* quem inquit ad hoc ipsum eleganter induxisse Io. Imol. *d. l. 1. col. 3. ff. de condit. instit.* quo pacto, subdens, possunt intelligi plura, quæ congessit Bertach. *in tract. de Episc. 4. part. lib. 4. num.* nimirum *52. & seq.* aliàs *71. & multis seqq.* ac plerique alij eandem tractantes controuersiam. necnon etiam Concil. Trid. *sess. 22. cap. 6. & sess. 24. cap. 3. in fi. de reform.* Atque idipsum etiam post alios tradit Vgol. *d. cap. 61. num. 5.* Leo *thes. for. Eccles. part. 2. cap. 26. num. 48. & seq.* Marta *in tract. de iurisd. per, & int. ind. Eccles. & facul. exerc. part. 4. cas. 74. num. 10. & 11.* Quinetiam probabiliter ampliari hæc conclusio potest, 355.
vt † valeat Episcopus ex magna causa, nimirum euidentis Ecclesiæ vtilitatis, commutare legata pia, & immutare statum Ecclesiæ, vt de secundo latè tradit Lambert. *tract. de inrepar. lib. 3. quæst. 6. princ. art. 1. num. 4.* vbi probat, id posse eum facere etiam sine consensu fundatoris, vel eius hæredis. De primo apertè sentit Vgol. sup. *numer. 7.* Lap. Abb. *alleg. 30. ad fin.* Lap. de Castel. *tract. de hospitalit. num. 65.* Io. Andr. cum quibusdam aliis, prout eum refert Gul. de Mont. Laud. *d. Clem. quia contingit, in princ.* & *ibi* Card. *num. 11.* seu *quæst. 4.* dum consu- 356.
luit, † executores posse cum consensu Episcopi construere Ecclesiam, seu Monasterium Religiosorum in fundo, in quo testator iussérat fieri hospitale, & dotari ad vsum pauperum, & Rector poneretur, ac remoueretur per quemdã Prælatũ. mouentur autem Io. Andr. & Laudun. quia, qui melius facit, non facit aliud, sed idem, arg. *cap. scripturæ, de vot. & cap. plus semper, de reg. iur. in 6.* contrarium tamen quoad hoc voluit Card. *d. quæst. 4. & d. cap. nos quidem, quæst. 3. de testam.* quem refert quoque Lambert. *tract. de inrepar. lib. 1. part. 1. quæst. 4. art. 14. num. 1.* ac sequitur Roch. de Curt. *in fin. tract. verbo, construxit, quæst. 14.* Idem quoque tenet Lap. Abb. *d. Clem. quia contingit*, quem refert, ac sequi videtur Lap. de Castell. *d. tract. de hospit. num. 67.* Quòd si priorem sententiam sequamur, quæ probabilis est, idem statui potest vbi testator iussisset construi Ecclesiam collegiatam sæcularem; nam cæteris paribus melius est fundare Ecclesiam collegiatam regularem, quàm sæcularem, vt respondit satis id comprobans Nauar. *cons. 52. de regular.* iuxta impress. Rom. & incipit, *an sit melius.* Omnino verò certum est, † 357.
quòd, si testator mandasset construi Ecclesiam, non poterunt executores sine consensu heredis conuertere in translationem monasterij male situati, vt tenuit Io. de Deo relatus à Io. And. *in addit. ad Spec. tit. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua, vers. quid si testator, il 2.* seu *num. 64.* quem etiam sequi videtur tum ipse Io. Andr. *ibi*, tum Lap. *d. num. 65. ad fin.* vbi etiam circa initium docet, † quòd, si testator 358.
iussit ædificari hospitale in certo loco, non poterit citra Papæ auctoritatem sine causa id fieri in alio loco; neque tale legatum conuerti in aliud pium opus, vel ex pretio ponendo in ipsa ædificatione reparari, seu augmentari hospitale iam factum. Omnino autem præfatam Io. de Deo opinionem sequitur Petr. de Vbald. *tract. de Canon. Episc. & paroch. cap. 7. num. 39. cum seq.* Quod verò dicebamus concl. hanc probabiliter ampliari posse, vt liceat Episcopo ex euidenti Ecclesiæ vtilitate commutare legatum pium, tenet etiam Idelph. Perez de Lara *in tract. de Capellan. & Anniuersar. lib. 1. cap. 14. num. 29. & 35.* post Guliel. Benedict. *in repet. cap. Raynutius, verbo, reliquit, à num. 17. de testam.* prout vtrumque refert Nicol. Garz. *tract. de benef. part. 7. cap. 1. num. 110. in fin.* licèt ipse de hoc illum reprehendat; quia inquit, id planè esse contra *d. Clem. quia contingit.* cui tamen textui, priori opinioni adhærendo, responderi posset, eum procedere quoad hoc, vt indistinctè, ac sine magna causa publicæ vtilitatis nequeat Episcopus relictum pium commutare. quæ prior opinio probabilis quoque redditur ex æquiparatione euidentis vtilitatis, ac necessitatis, quam ad materiam commutationis vltimæ voluntatis considerabimus infrà *cap. seq. quæst. 1. concl. 5. & cap. 7. quæst. 4. concl. 4.* Præterea probabiliter ampliari potest hæc conclusio, vt † possit Episcopus, si Eccle- 359.
sia aliqua reparatione indiget, vel augmento necessario, nec facultates Ecclesiæ ad ipsius reparationem sufficiunt, auctoritate propria sine pauperum graui damno, ad talem vsum deputare illa, quæ testator mandauit erogari pro incertis, & malè ablatis, vbi non extent, nec reperiantur personæ, à quibus testator ea illicitè extorsit; quo casu ea essent erogãda pauperibus, iuxta *cap. cùm sit, de Iudæ. & cap. cùm tu, de vsur.* ita tenuerunt post disputationem quidam excellentissimi Doct. quos sequitur Io. Andr. *in cap. religiosus, de testam. lib. 6.* & refert Petr. de Vbald. *in tract. de Canon. Episc. & paroch. cap. 7. num. 34.* licèt contrarium ipse teneat ibi, per text. *in Clement. quia contingit, in princ. de relig. dom.* vbi destinata ad certum vsum pia largitione fidelium, non debent citra

citra Sedis Apostolicæ auctoritatem in alium vsum conuerti. ad quod etiam sunt alia, quæ pro eo adducit *num. 32. & seq.* & Iacob. à Canib. *de exec. vltim. volunt. part. 2. quæst. 3. num. 29. vsque ad* 34. Verum pro priori sententia alia sunt firmiora fundamenta, quæ idemmet Vbald. allegat *d. numer.* 34. sed non soluit, & Io. Iacob. à Canib. sup. *num.* 35. *&* 36. quæ verò pro contraria adducuntur, ad summum probant, illud non posse Episcopum facere, quando facultates Ecclesiæ non deficiunt; vel reparatio non est necessaria, sed voluntaria; vel nimia fames tunc imminet pauperibus; & ita tenet etiam Io. Iacob. à Canib. *d. num.* 36. Nec sumus in casu *d. Clem. quia contingit*; quoniam non agitur de destinatis largitione fidelium ad certum pium vsum, cùm testator non mandet, vt ea quantitas erogetur pauperibus: quamuis etiam pauperes Ecclesiæ in pauperum numero sint, vt ex Io. And. communiter recepto *in cap. 1. de testam. in 6.* tradit inter recentiores Nauar. *in Man. Conf. cap. 17. num. 93. verf. addimus etiam*, & latiùs *in Apol. de raditib. Eccles. quæst. 1. monit. 28. num. 1.* & in specie relictum pauperibus posse per Episcopum conuerti in fabricam Ecclesiæ, aut eius picturam, post alios docet Bertach. *tract. de Episc. lib. 4. part. 4. num.* 74. multo verò magis relictum pro Ecclesia
360. construenda † poterit per Episcopum conuerti in vsum Ecclesiæ constructæ, vt post Bart. idem tradit
361. *num.* 76. secùs dicens *num.* 75. post Bald. de relicto † pro virginibus maritandis, vt non possit per Episcopum conuerti in alium pium vsum. quod autem *num.* 74. docet post Bart. relictum diuiti pro alimentis posse per Episcopum in alium pium vsum conuerti, intelligendum est de relicto facto sine designatione personæ; aliàs verum non est, quia tunc ageretur de auferendo iure quæsito per inferiorem Principe supremo, quod ei non licet; latè Gabr. *commun. conclus. lib. 3. tit. de iur. quæs. non tollend. concl. 2. num.* 12. licèt contrarium in hoc sentiat Card. *ibidem, & d. cap. nos quidem*, & Roch. Curt. *de iurepatr. verbo, construxit, quæst.* 14. Atque hæc quoad ampliationes huius conclus.

362. Limitatur nunc primò, † vt, si Legatus, vel Nuntius habeat specialem facultatem commutandi vltimas voluntates, ad eum confugiendum sit, vbi possit, in his casibus necessitatis. ita in dispensatione votorum reseruatorum post alios docet Sanchez *d. lib. 2. de matrim. disp. 40. n. 8. ac lib. 8. disp. 9. num. 25. & lib. 4. sum. cap. 40. num.* 38. Secundò, vt hæc com-
363. mutatio † profit tantùm pro conscientiæ foro. ita in dispensatione super impedimentis occultis dirimentibus, quæ ab Episcopo fit ob necessitatem, tradit Sanch. *d. disp. 40. num.* 50. post Henriq. *lib. 12. de matrim. cap. 3. num.* 2. Limitatur tertiò, vt cessante necessitate cesset quoque commutatio in eo casu ab Episcopo facta; prout in dispensatione super prædictis impedimentis sentit post alios Sanch. *d. disp. 9. num. 26. & d. cap. 40. num.* 40. & confirmatur ex eo, quod sup. *quæst. 7. concl. 2. limit. 1.* docuimus de Legato, qui non habet maiorem potestatem ordinariam in prouincia sua, quàm habeat Episcopus in sua diœcesi, vt *ibidem concl. 2. circa initium*, satis ostendimus: & quoad absolutionem ab excommunicatione Pontifici reseruata, quam in casu necessitatis inferior impertit, opt. text. est *in cap. eos, qui, de sent. excom. in 6.* Limitatur quartò, & postremò præsens conclu-
364. sio, vt † Vicarius Vrbis, qui pro Romano Pontifice Romanæ diœcesi tanquam Episcopus præest, iuxta text. *in cap. sua nobis, de offic. Vicar.* cum ibi notat. & aliis per nos adductis sup. hoc ipso cap. *quæst. 6. concluf. 1.* atque adeò potest ordinaria auctoritate, sicut etiam cæteri Episcopi, vltimas voluntates eiusdem Romanæ diœcesis commutare, id facere non poterit respectu eius commutationis, quæ summo Pontifici reseruata est, & permittitur Episcopis ex eo, quòd non potest haberi recursus ad Romanum Pontificem, iuxta terminos huius conclus. cùm ob vicinitatem Pontificis ad eum facilè possit recurri; cessante enim causa, cessare quoque debet effectus. *cap. cum cessante, de appell. cum sint concord.* nisi fortè in remotis agente Romano Pontifice, arg. *cap. cùm nullus, §. 1. de temp. ord. in 6.* aut vacante Apostolica sede per ea, quæ *d. quæst. 6. conclus. 2.* adduximus.

QVARTA CONCLVSIO. Vbi ob magnum Missarum numerum illis pro singulis diebus à testatoribus præscriptis nequit satisfieri; † potest Epi- 365.
scopus in Ecclesiis suæ diœcesis, quas hac prouisione indigere cognouerit, in Synodo Diœcesana eas Missas ad minorem numerum reducere. ita apertè statuitur in Concil. Trid. *sess. 25. cap. 4. de reform.* dum ait, posse Episcopum in hoc casu statuere in Synodo quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiarum vtilitatem viderit expedire: atque ita communis praxis habet, quam vbique seruant Episcopi sciente Romano Pontifice. Ita etiam inter cæteros adnotauit Vgol. *in tract. de offic. & potest. Episc. cap. 61. num.* 1. inde inferens, posse Episcopum decernere, vt generales Missæ celebrentur singulis hebdomadis: sicut etiam, vt feria secunda primum nocturnum mortuorum cantu celebretur; aut aliud quid fiat, quò animabus defunctorum consulatur. subdens, † idem seruandum esse in eleemosyna pro 366.
ipsis Missis celebrandis; vt, si adeò tenuis sit, vt non facilè inueniatur, qui velit eo se muneri subiicere, minui possit numerus, iuxta vires legati; asserens, ita declarasse sacram congregationem in vna Mediolan. ex qua declaratione addit, commemorationi, quam requirit Concil. *d. cap.* 4. satisfieri, vel in Memento, vel in Collectis. Atque ex his, quæ nunc diximus,

Ampliatur quarta hæc concluſio primò, vt Missarum numerum minuere in Synodo possit Episcopus, quoties contingit eleemosynam pro Missis celebrandis in suis Ecclesiis à testatoribus relictam adeò tenuem esse, vt non facilè inueniatur, qui velit huic se muneri subiicere: iuxta id, quod his ipsis verbis decernitur à Conc. Trid. *d. cap.* 4. & ita pariter habet communis Episcoporum praxis.

Secundò ampliatur, vt quod inibi à Concil. Trid. cauetur de Missis in prædictis duobus casibus, † ob- 367.
seruari etiam possit, ac debeat in Anniuersariis; vt nimirum valeat Episcopus ob alteram ex prædictis duabus causis etiã Anniuersaria relicta ad minorem numerum reducere; prout similiter obseruant passim Episcopi singulari scientia, & conscientia prædicti. quamuis enim Conc. Missarum dumtaxat, non autem Anniuersariorum mentionem faciat: tamen verisimiliter idem, & quidem multo magis voluit, & concessit de Anniuersariis, cùm per ea multo minus animæ defunctorum iuuentur, quàm per Missarum sacrificia, vt per se patet, atque inter alia constat ex Concil. Trid. *sess. 25. in decret. de Purgat.* ibi, Ecclesia docuerit, Purgatorium esse, animásque ibi detentas fidelium suffragiis, potissimùm verò alterius sacrificio iuuari. Cyril. Hierosol. *Catech. 5. mystagog.* vbi, Maximum, inquit, esse credimus animarum iuuamẽ, pro quibus offertur obsecratio sancti illius, ac tremendi, quod in altari positum est, sacrificij; atque ex testimonio Angeli apud Bed. *lib. 5. histor. cap.* 13. dicentis, multos preces viuentium, & eleemosynæ, ac ieiunia, & maximè celebratio Missarum, vt ante diem iudicij liberentur, iuuare. Sicque in terminis post Quarant.

in fum

in summa Bullar. verbo, Missa, ex sacræ Cong. quadam declaratione tenuit Vgol. *d. cap. 61. numer. 1. circa med.* ex qua idem tenuit Nicol. Garz. *tract. de benef. part. 7. cap. 1. num. 131.* atque idem fortasse innuit Concil. Trid. per ea verba, *circa hæc*, quasi dicat, huiusmodi relicta & onera.

368. Ampliatur tertiò, † vt possit Episcopus reducere numerum Missarum, vel Anniuersariorum non modò, quæ præscribuntur in testamentis, & aliis similibus dispositionibus causa mortis, sed etiam, quæ in donationibus, & aliis actibus inter viuos: tum quòd in vtrisque eadem est ratio, atque adeò etiam dispositio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap. 2. de transact. Episc. cum suis concord.* tum quòd commutationes huius vtriusque generis vltimarum voluntatum æquiparantur à *Clem. quia contingit, in princ. de relig. dom.* iuncta glos. recepta *in verbo, largitione.* tum denique, quia Concil. Trid. *d. cap. 4.* etsi semel mentionem fecit de testantium voluntatibus; bis tamen vtitur generali nomine defunctorum, licèt contrarium declarasse dicatur Cong. Concil. quæ fortè mota fuit ex *cap. seq.* necnon ex *sess. 22. cap. 4. de reform. eiusdem Concil.* quæ tamen si quis priorem opinionem tueatur, euitare posset, dicens, ea prohibere solùm derogationem qualitatum, quæ ex fundationibus beneficiorum, aut aliis constitutionibus requiruntur in ipsis beneficiis, aut onerum iis annexorum, & quæ sine causa sit; non autem eam, per quam dumtaxat ipsa onera minuantur, vel qualitates aliquo modo mutentur, & quidem ex vrgentissima causa, atque in fauorem ipsorum fundatorum, ne in totum depereant eorum voluntates, iuxta id, quod dicitur *d. cap. 4. sess. 25.*

Ampliatur quartò; vt, cùm agitur de Missis, aut
369. officiis non celebratis, seu omissis, † posset Episcopus relictum ob eam causam conuertere in aliquem vsum pium illius Ecclesiæ; vt post alios tradit Borgn. Caualc. *decis. 16. num. 13. part. 4.* licèt contrarium aliis relatis idemmet sentire visus sit *decis. 16. numer. 25. vers. & quando legatum, post initium part. 3.* apertè insinuans, debere fructus perceptos ab herede per Episcopum in idem opus conuerti, ad quod factum est legatum. Sed in d. initio apertè est prioris sententiæ, vt onera pro præterito omissa commutari possint in alium vsum pium illius Ecclesiæ: quod & voluit Vgol. *d. cap. 61. num. 7.* conciliari autem possunt hæ contrariæ opiniones, vt prior vera sit, vbi commodè nunc non possit impleri onus omissum; vel non vrgeat aliqua maior necessitas Ecclesiæ, cui aliter commodè nequeat occurri: posterior verò vbi horum neutrum adsit. Quæ distinctio satis approbata fuit à Concil. Prouinc. Mediol. IV. *sub tit. quæ pertin. ad sanctiss. Miss. sacrif. & diuin. offic. vers. anno autem expleto*, in hæc sanè verba: Anno autem expleto, vel breuiori temporis spatio quicquid ob prætermissum celebrandarum Missarum munus capellano tribui non debet, id omne fabricæ Ecclesiæ Præfectis, aut Corporis Domini confratribus in ea Ecclesia constitutis, vbi ille Missarum muneri defuerit, aut aliis Depositariis soluatur ab Episcopo constitutis; vt, quot Missas celebrari prætermissum est, totidem eo nomine ab alio sacerdote celebrentur, aut idipsum in ornamentorum, quæ eisdem Altaribus, capellisve vsui sint, apparatum erogetur, prout Episcopus expedire existimauerit. & mox *in vers. seq. de capellaniis titularibus*, hæc subiiciuntur: & quoniam, qui capellas, altaria, aliáve beneficia Ecclesiastica in titulum obtinent, quibus Missarum munus aliquod incumbit, non ab heredibus eorum, qui legata pia reliquerunt, vel ab aliis eiusmodi, sed ipsi per se fructus capellarum, altariúmve suorum exigere solent: cum iis sequestri ratione, omnique alio modo Episcopus agat, vt, si muneri suo illi celebrandis Missis defuerint, fructuum restitutio locum habeat, eaque ad præscriptam, vt suprà, rationem piè, vtiliterque erogetur. Sed, quòd reditus Capellæ pro vna vice possint ab Episcopo conuerti in eius paramenta, docet Genuens. *in prax. Neap. cap. 20. num. 6.*

Quintò ampliatur, vt ex eadem facultate ei à Conc. Trid. attributa † possit Episcopus commuta- 370.
re Anniuersaria in totidem Missas; tum ex iis verbis Concilij *d. cap. 4.* possint Episcopi pro sua conscientia statuere circa hæc quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiarum vtilitatem viderint expedire. tam quòd, vt paulo antè docuimus, per Missas longè magis adiuuantur fidelium defunctorum animæ, quàm Anniuersariis: potest autem
Episcopus † vota ipsa, quæ tamen iure diuino, & 371.
naturali obligationem inducunt, in euidenter æquale, nedum in euidenter melius commutare; vt pluribus ostendit Sanchez *d. lib. 4. sum. cap. 38. num. 6.* iuncto *cap. 49. num. 12. 21. & 28.* Immo Vgol. *d. cap. 61. num. 1.* in his terminis sentit posse Episcopum Missas in Anniuersaria, vel quid aliud defuncto vtile conuertere; quod etiam post alios accedente heredis consensu admittit M. Ant. Cucch. *Inst. maior. lib. 2. tit. 6. num. 343.* vbi etiam idem sentit de mutatione Anniuersariorum in Missas.

Ampliatur denique, vt † etiam extra Synodum 372.
possit Episcopus in casu huius concluss. eiúsque 1. 2. & 3. ampliat. numerum Missarum minuere. ita Nauar. *in Man. conf. cap. 25. num. 148.* dicens, id, quod disponit Concil. *d. cap. 4.* videri ius nouum quoad Abbates, & Generales Ordinum, sed non quoad Episcopos; qui, arg. *cap. cùm accessissem, & cap. ex parte, de constit. & eis adnot.* possunt hoc facere, etiam sine Synodo, iure antiquo, quod non videtur per hoc sublatum, cùm fuerit additum ad augendum, arg. *cap. fin. de verb. signif.* Nauar. sequitur inter alios Idelphons. Perez *in tract. de Anniuersar. & Capellan. lib. 1. cap. 14. num. 9.* qui, & alia ad idem conducentia adducit *cap. 15. ferè per tot.* & Nauar. opinionem ante Concil. Trid. tenuit, & latè confirmauit Lambertin. *tract. de iurepatr. lib. 3. quæst. 6. art. 7. num. 7.* vbi iunctis num. seqq. probat quoque, auctis reditibus posse Episcopum augere onera, quodque ad vtrumque requiritur consensus hæredis, nisi adsit necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ, quo casu etiam sine tali consensu id facere posset: post Concil. verò tenent alij, quos refert Garz. *d. part. 7. cap. 1. num. 129.* licèt ipse *num. 134.* contrarium sentiat, nimirum, quòd in reductione Missarum, & Anniuersariorum, de quibus Concil. loquitur *in d. cap.* seruanda videtur forma Concilij; ita, vt Episcopus illam reductionem facere non possit sine Synodo. nam esto ante Concilium, inquit, id posset; tamen, cùm Concilium ibi hanc formam præscribat, non est ab ea recedendum. vnde *num. 135.* contra Henriq. infert, non valere constitutionem Synodalem, vt facultas hæc Anniuersaria cõmutandi committatur Episcopo cum consilio Capituli. subdit tamen *num. 136. cum seq.* quòd vbi non est receptum d. decretum Concilij per decennium, vbi verò semel receptum fuit, & eius contrarium postea seruatum fuit per 40. annos, poterit Episcopus prædictam reductionem, seu commutationem sine Synodo facere. Priori autem opinione retenta, dicendum erit, in illo *cap. 4.* nõ fuisse datam hac in re Episcopo specialem facultatem, vel factam delegationem, sed excitatam eius ordinariam iurisdictionem, iuxta *cap. licèt in corrigendis, de off. ord.* cum simil. Id autem

ex eo

ex eo etiam confirmatur, quòd in Synodo diœceſana † nullus præter Epiſcopum habet vim ſtatuendi, 373.
vnde & contra ibi ſtatuta ſolus abſque Synodo poteſt diſpenſare, vt poſt alios docet Suar. *de legib. lib. 6. cap. 16. num. 8.* traditque Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 17. num. 33.* poſt Henr. Bot. *de Synod. Epiſc. part. 2. artic. 4. numer. 9.* Quare, licèt ad commutationem vltimæ voluntatis iuxta terminos Trid. *d. cap. 4.* requireretur conſilium, vel etiam conſenſus Synodi, tamen tamquam omiſſio leuis ſolemnitatis † non vitiaret eam commutationem, ſeu 374.
reductionem, quæ ab Epiſcopo ſine Synodo fieret, ex traditis à Tiraq. *in tract. de iudic. in reb. exig. feren. num. 11.*

Limitatur nunc eadem concluſio primò, vt † in 375.
huiuſmodi numero Miſſarum, ſeu Anniuerſariorum, qui remanet, facienda ſemper ſit commemoratio eorum defunctorum, qui pro ſuarum animarum ſalute legata illa ad pios vſus reliquerunt, vt expreſsè cauetur à Concil. Trid. *d. cap. 4. in fin.* Quomodo autem d. commemorationi ſatisfiat, diximus ſup. ſtatim ante 1. ampliationem huius 4.
concluſ. Secundò limitatur, vt † non poſſit hac li- 376.
bera facultate vti Epiſcopus in qualitatibus adiectis, aut oneribus, quæ iniuncta ſunt beneficiis in ipſorum erectione, ſeu fundatione, nam Concil. Trid. *eadem ſeſſ. 25. cap. 5. in initio, de reform.* quod ſtatim ſequitur, mandat, vt in eorum beneficiorum collatione, aut quacumque alia diſpoſitione illis qualitatibus, aut oneribus non derogetur. Atque ita in terminis ex quadam ſacræ Cong. declaratione, & aliis probat Franc. Leo *in theſ. for. Eccleſ. part. 2. cap. 26. num. 33. cum ſeq.* Vgol. *d. cap. 61. num. 1. in fin.* ac nonnullis Doct. & eiuſdem ſacræ Cong. declarationibus relatis Garz *d. cap. 1. num. 131. 132. & 133.* quia Concil. non loquitur de Miſſis in fundatione beneficij, ſeu Eccleſiæ impoſitis, ſed tantùm à teſtatore relictis; (adde vel per diſpoſitionem, ſeu actum inter viuos, extra fundationem tamen beneficij impoſitis, iuxta ea, quæ ſup. *ampliat. 3.* diximus.) incluſio verò vnius eſt excluſio alterius, *l. cùm Prætor, ff. de iudic. cap. nónne, de præſumpt.* Idque etiam optimè confirmari poteſt ex eodem Concil. Trid. *d. ſeſſ. 25. cap. 5. verſ. idem in prabendis, & ſeſſ. 22. cap. 4. de reform.* vbi ſtatuitur, vt quicumque in Cathedrali, vel collegiata ſæculari, vel regulari Eccleſia beneficia quælibet obtinent, quibus onera varia ſunt annexa, vt alij Miſſas, alij Euangeliũ, alij Epiſtolas dicant, ſeu cantent, cogantur ab Epiſcopis diebus ſtatutis dictos ordines per ſeipſos exercere, ac cætera omnia officia, quæ debent in cultu diuino præſtare: nec
aliis in poſterum fiat prouiſio. Hoc autem † ex- 377.
tendit Leo *d. cap. 26. numer. 46. & 47.* quamuis fructus beneficij ſint adeò tenues, vt ſupportatis oneribus in Miſſis celebrandis, & paramentis manutenendis, non ſuperſint aliqui fructus pro Rectoris ſuſtentatione. neque enim fieri debet reductio; ſed, ſi quidem poteſt celebrare beneficiatus, ipſe celebret, cùm beneficium detur propter officium, *cap. fin. de reſcript. in 6.* cum ſimil. quòd ſi non poteſt ob infirmitatem, non tenetur per alium ſupplere. arg. *cap. ſignificatum*, cum ibi not. *de præb.* ſicque habebit, vnde viuat. Verùm de hac re latiùs, Deo dante, agemus *cap. 10. huius tract. quæſt. 4. concl. 4. & quæſt. 5. concl. 14.* alia quoque ad huius Conciliaris decreti *ſeſſ. 25. cap. 4. de reform.* explicationem afferemus inf. hoc ipſo cap. *quæſt. 15. concl. 3. limit. 1. & 3.*

An verò ceſſante cauſa reductionis ceſſet exclu-

ſio, dicemus *quæſt. 15. concluſ. 2. & cap. 12. quæſt. vlt. concluſ. 14. & 15.*

QVINTA CONCLVSIO. Non poteſt Epiſcopus † commutare vltimas voluntates pertinentes ad Eccleſiam ſuam Cathedralem, menſámve 378.
ſuam, aut Capituli eiuſdem Cathedralis. Probatur, quia non poteſt Epiſcopus authorizare in rebus pertinentibus ad menſam ſuam, vel ſui Capituli, vt colligitur ex *cap. queſti ſunt*, & *ibi* gloſ. *17. quæſt. 4. cap. fin. de inſtitut.* & ſatis in ſpecie conſtat ex *cap. poſſeſſiones, de reb. Eccleſ. non alien. & Clement. ſi vna*, quæ eſt fin. & *ibi* gloſ. recepta *verbo, Epiſcopus, & verbo, menſæ ſuæ*, vbi iura ad id allegat. erit igitur hæc commutatio facienda per Papam, vel Archiepiſcopum, vt quoad menſam Epiſcopalem docuimus ſup. *quæſt. præced. concluſ. 2. initio*, ſentítque Hoſt. *d. cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* in caſu illius text. qui eſt de ſuppreſſione beneficij; in quo tamen, & in caſu *d. Clement.* quæ eſt *de vnione*, omnino gloſ. *d. verbo, menſæ ſuæ, in fin.* vult eſſe recurrendum ad Papam. Ratio verò, cur non poſſit Epiſcopus auctorizare in vnione, aut donatione Eccleſiæ per ipſum facienda menſæ ſuæ, aut ſui Capituli, ea eſt, quam *ibidem* affert gloſ. quia, cùm ad donationem, & conceſſionem Eccleſiæ requiratur conſenſus Capituli, *cap. 1. & cap. tua, de his, quæ ſi. à Prælat. ſin. conſen. Capit. cap. paſtoralis, de donat. & d. Clement. ſi vna*; vnde auctorizaret in facto proprio. Licèt autem hæc concluſio † procedat attento iure communi ſcripto, 379.
ex quo non poteſt Epiſcopus ſine conſenſu ſui Capituli, nullum negotium Eccleſiæ tractare, *cap. nouit, & cap. quanto, de his, quæ ſi. à prælat. ſin. conſ. Capit.* cum ſimil. tamen, quia ex conſuetudine, (quæ iuri communi derogare poteſt, *cap. fin. de conſuet.*) Epiſcopi nunc non niſi in grauioribus, puta in alienationibus, & vnionibus requirunt ſui Capituli conſenſum, cùm in iis poſſit Eccleſiis maximum parari præiudicium: probabile exiſtimamus, non exigi conſenſum eiuſdem Capituli in commutationibus vltimarum voluntatum ad illius menſam pertinentibus, qui dicitur auctorizabilis, & præbetur ad integrandam perſonam Epiſcopi, de quo *in cap. 1. & toto ferè tit. de his, quæ ſi. à prælat.* ſed eum ſolùm, qui præbetur ratione intereſſe, de quo *in cap. 2. eodem tit.* & alibi ſæpe: vnde cum tali eius conſenſu poterit vltimas voluntates ad eiuſdem menſam ſpectantes commutare.

SEXTA CONCLVSIO. Epiſcopus non poteſt regulariter commutare † vltimas voluntates 380.
ſubditorum Prælatis inferioribus, ſeu quæ pertinent ad iuriſdictionem Prælatorum inferiorum, ſed ſolùm data eorum negligentia. Prior pars patebit ex iis, quæ adducemus inf. *quæſt. 13. huius cap.* vbi latiùs de horum Prælatorum hac in re poteſtate agemus. Poſterior verò pars probatur, quoniam † 381.
data negligentia Prælatorum inferiorum in miniſtranda iuſtitia ſuis ſubditis, Epiſcopus ſupplet; vt poſt Abb. *in repet. cap. ſi quis contra clericum, num. 46. de for. compet.* & Lambert. *de iurepatr. lib. 1. part. 2. quæſt. 1. princ. artic. 20. numer. 21.* tenet Steph. Quarant. *in ſuo tract. de Archiep. auctorit. numer. 21. circa initium*; & poſt eundem Abb. *in cap. cùm contingat, numer. 8. de for. compet.* voluit Rot. Roman. *deciſ. 259. numer. 1. 2. part. in nouiſſ. diuerſ.* quam ſequuti ſumus alios quoque allegantes *in tract. de conſeruatorib. iudicib. cap. 7. quæſt. 9. concluſ. 5.* ſeu *num. 498.* ad quod ſunt text. *in cap. cùm ſimus, 9. quæſt. 3. cap. quanto, cap. irrefragabili, & cap. pen. de off. ord.*

SEPTIMA CONCLVSIO. Licèt Epiſcopus

382. postulatus tantùm, aut electus, † ante confirmationem nequeat commutationẽ vltimarum voluntatum Episcopis iure concessam exercere, potest tamen statim post confirmationem ante consecrationem. De postulato patet; tum quòd per postulationem ad Episcopalem Cathedram nullum ius acquiritur postulato, *cap. postulationem*, quod est pen. *de postul. prælat.* Licèt autem possit quis ad Episcopatum postulari, qui iam sit Episcopus, *cap. bona memoria, il* 2. *& cap. fin. eodem tit.* tamen adhuc verum est, respectu Episcopatus ad quem postulatur, nullum eum ius habere, sed solum in illo, quem iam obtinet, vt apertè liquet ex *cap. bona memoria, il* 1. *in princip. de elect.* atque adeò non poterit nisi prioris Episcopatus vltimas voluntates commutare. Tum à fortiori ex eo, quod de electo nondum confirmato nunc dicemus; de quo etiam certum est, illum ante confirmationem non posse vltimas voluntates illius Ecclesiæ, ad quam electus fuit, commutare, cùm ante eam nullam iurisdictionem accipiat, *cap. nosti, de elect.* ibi: Nosti, quomodo Lincon. electus concedendi honores, vel præbendas, aut aliàs disponendi de rebus Ecclesiæ, cùm sua non sit electio confirmata, non habeat facultatem. idem etiam satis constat ex *cap. qualiter, de elect. & cap. cùm iam dudum, de prob.* Quibus non obstat *cap. nihil est, §. vlt. de elect.* illud enim ibi dispensatiuè fit, ne interim Ecclesia patiatur detrimentum in spiritualibus, vel temporalibus, vt *ibidem* dicitur, & adnotauit etiam glos. 1. *d. cap. nosti.* De confirmato verò ante consecrationem, quòd commutare possit vltimas voluntates Episcopatus, ad quem fuit electus, & confirmatus; pro-

383. batur ex eo, quòd † electus post confirmationem habet bonorum Ecclesiasticorum administrationem, & exercere potest ea, quæ sunt iurisdictionis, vt satis patet tum à contrario sensu ex mox cit. iuribus, tum etiam directè ex *cap. cum in cunctis, §. cùm verò, cap. transmissam, & cap. suffraganeis, de elect. cap. is, cui, eodem tit. in 6. & cap.* 1. *§. licèt enim, de transl. Episc.* & adnotarunt glos. & Doct. *in prædictis iuribus, & Clement.* 2. *verbo, Episcopi, de rescript.* atque inter recentiores post alios Sbroz *tract. de Vicar. Episc. lib.* 2. *quæst.* 1. *numer.* 5. Germon *tractat. de indult. Cardin. §. tam ratione, numer.* 26. *cum trib. seqq.* Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disput.* 2. *numer.* 11. *& lib.* 2. *sum. cap.* 11. *numer.* 3. *& lib.* 4. *cap.* 38. *numer.* 7. vbi etiam post Less. *lib.* 2. *de virt. Card. cap.* 40. *dubit.* 17. *numer.* 115. id tenet in materia dispensationis voti, quæ proximè ad nostram accedit, cùm idem commutare votum possit, qui in eo ordinaria facultate potest dispensare, vt satis probat idem Sanchez *d. lib.* 4. *sum. cap.* 49. *numer.* 28. votum autem est quædam vltima voluntas, vt patet ex iis, quæ adduximus *cap.* 2. *quæst.* 2. *post medium.*

Octava conclvsio. Episcopi consecrati, † nullam habentes diœcesim; (nam de habentibus nulla esse potest difficultas, quin possint,)

384. nequeunt regulariter vltimas voluntates commutare. Cùm autem id triplici de causa contingere possit, vel quia ab initio sine diœcesis assignatione aliquis consecratus sit Episcopus, vel quia assignata ei fuerit diœcesis, quam tamen administrare, ac regere, in eáve iurisdictionem exercere de facto nequeunt, quoniam ea occupata sit ab infidelibus, de quibus habetur *in Clement. in plerisque, de elect.* & Concil. Trid. *sess.* 14. *cap.* 2. *de ref.* aut etiam de iure propter censuram ab Episcopo incursam; vel denique quia Episcopus cesserit loco, & dignitati, vel etiam loco tantùm, seu oneri Pontificali, non honori renuntiauerit, iuxta *cap.* 2. *vers. sicut autem, de transl. Episc. cap.* 1. *de ordin. ab Episcop. qui renunt. Episcopat.* De primo patet, quia is nullam omnino habuit, neque habet iurisdictionem, atque adeò neque commutare poterit vltimas voluntates, quod † proculdubio actus iu- 385.
risdictionis est, cùm auctoritatiuè sit, vt supponunt Doct. omnes hac de re tractantes; præsertim verò *in l. legatum, ff. de vs. & vsufr. leg. l.* 1. *& l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. l. vnic. C. de expens. lud. lib.* 12. *cap. nos quidem, & cap. tua nobis, de testament.* necnon *in Clement. quia contingit, in princ. de relig. dom.* De secundo idem dicendum est, donec, & quatenus iurisdictionem in sua diœcesi de facto nequeunt exercere. quòd si aliqui Christiani sint illius diœcesis, poterunt à suo Episcopo vbicumque reperiatur, petere, & obtinere commutationem vltimæ voluntatis, quæ per actum voluntariæ iurisdictionis expediri possit, iuxta ea, quæ sup. hoc eodem cap. *quæst.* 7. *post* 2. *conclus.* adduximus. Is autem Episcopus, qui per censuram ligatam habet iurisdictionem, † interim non pote- 386.
rit commutare vltimas voluntates, sed id expediendum erit non per Archiepiscopum, sed per Papam; quoniam Episcopi censura irretiti iurisdictio non ad Archiepiscopum, sed ad Papam deuoluitur, vt *quæst. præced. conclus.* 1. *ampl. vlt.* ex *cap.* 1. *de suppl. negl. pral. in* 6. & aliis docuimus. De tertio denique certum est, † quòd non poterit commutare sine 387.
speciali commissione proprij Episcopi, sicut neque sine tali facultate ordinare potest, *d. cap.* 1. *de ordin. ab Episc. qui renunt. Episc.* & ratio est, quia renuntiando Episcopatui quoad locum, seu onus Pontificale amittit omnem iurisdictionem, quam in eo habebat. Sicut & translatus ab vno ad alium Episcopatum † non poterit prioris vltimas voluntates 388.
commutare; quoniam nihil habet cum eo commune, neque cum eius negotiis, *cap. si quis iam translatus,* 21. *quæst.* 2. ac toto ferè tit. *de transl. Episc. cum ibi not.* Id autem intelligendum est, cùm iam est confirmatus, & adeptus possessionem posterioris Episcopatus; aliàs non amittit ius, quod habebat in priori, vt tenet glos. *d. cap. si quis, verbo, translatus,* per *d. cap. cum in cunctis, §. cùm verò, de elect.* vbi idem sentit glos. *in verbo, administrationem, & cap. si qui Episcopi,* 92. *dist.* vbi idem tradit glos. *in verbo, vbi prius*; & hæc possessio debet esse pacifica, & sufficit, quòd per translatum steterit, quin eam caperet, vt ibi not. Archid. per *cap. licèt Episcopus, de prab. in* 6.

Nona conclvsio. Non potest Episcopus † vltimas voluntates pertinentes ad 389.
Ecclesias, vel personas ab eius iurisdictione exempras commutare ipsis inuitis ordinaria potestate. Patet, quia eo ipso, quòd Ecclesiæ, & personæ sunt exemptæ, non potest in iis ordinariam iurisdictionem exercere, *cap. fin. de offic. ord. cap. si Abbatem, de elect. in* 6. cum simil. & in specie dispensationis in votis aduotauit Sanchez *lib.* 4. *sum. cap.* 19. *numer.* 26. vnde, cùm summi Pontifices, vel generalia Concilia Episcopis mandant, vt aliquid faciant erga personas, vel loca exempta, eis tribuunt auctoritatem Apostolicam, vt patet ex *cap. ad abolendam, §. fin. de hæretic. cap. vnic. §. fin. de stat. regul. in* 6. *Clement. quia regulares, in princip. de suppl. neglig. pral. Clement. attendentes, §.* 1. *de stat. Monach. & Clement. quia contingit, §.* 1. *de relig. dom.* Concil. Trident. *sess.* 5. *cap.* 1. *& 2. sess.* 6. *cap.* 2. 3. *& 4. sess.* 7. *cap.* 8. *& 14. sess.* 14. *cap.*

14. *cap.* 4. *sess.* 21. *cap.* 3. 6. & 8. *de reformat. sess.* 22. *in decret. de observan. & euitan. in celebr. Miss. in fi.* & *de reformat. cap.* 3. & 8. *sess.* 24. *cap.* 9. & 10. *de reformat. sess.* 25. *cap.* 5. & 8. *de regul.* & *cap.* 14. *de reformat.* Dixi autem in concl. *ipsis inuitis*; quoniam,
390. si exempti consentiant, † poterunt Episcopi commutare: tum quòd regula est, posse quemlibet renuntiare iuri quod in sui fauorem inductum est, *l. pactum, ff. de pact. l. si index, ff. de minor. l. si quis in conscribendo, C. de Episc.* & *cler.* cum simil. Tum ex iis, quibus *quæst.* 1. *huius cap. concl. vlt.* docuimus, posse eum, ad cuius fauorem facta est vltima dispositio, commutare, vel commutationi consentire. Tum denique ex eo, quod satis comprobat aliis relatis Sanchez *d. cap.* 39. *num.* 32. & 33. posse ex superioris licentia cedi priuilegio, ac subiici religiosum exemptum Episcopo, vt ab eo absoluatur, & cum ipso dispenset: quamuis *num.* 29. plures referat contrarium sentientes, & iura, quæ eorum sententiæ fauent, nec tamen soluit Sanchez: euitari autem possunt dicendo, ea procedere, vbi exemptus in totum vellet renuntiare exemptioni, vel in præiudicium subiectionis Romanæ Sedis, quæ priuilegium, & exemptionem, atque huiusmodi subiectionem concessit; vel vbi vnus de Collegio, aut vniuersitate renuntiare vellet etiam in casu speciali exemptioni concessæ ipsi Collegio, vel vniuersitati, quod certè non potest; vel denique procedunt quoad priuilegia concessa in publicum fauorem, quibus non potest pacto priuatorum derogari, *l. iuris gentium, §. si paciscar, il.* 2. & *l. ius publicum, ff. de pact. cap. si diligenti, de for. compet.* & *cap. contingit, il.* 1. *de sent. excom. cum suis concord.*

Decima conclvsio. Potest Episco-
391. pus † commutare vltimas voluntates pias quoad tempus, concedendo modicam dilationem ad eas exequendas. Probatur tum ex eo, quòd modica non sunt in consideratione, præsertim apud iudices, *l. scio, ff. de in integ. restit. l. metum, ff. quod met. caus. cap. iudices,* 1. *quæst.* 1. *cap. bona rei,* 12. *quæst.* 2. *cap. ex parte, de fid. instr.* cum aliis quibus idipsum fusiùs adstruit Tiraq. *in tract. de iudic. in reb. exig. ferend. à num.* 1. *ad* 104. multa ad hanc rem exempla proferens: ex quibus maximè huc spectant ea quæ de omissione leuis solemnitatis, vt non obsit, ipse tradit *num.* 11. & Molin. *de Hisp. primog. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 33. déque mora modici temporis, vt non sit attendenda, adducit Tiraq. *sup. num.* 60. 62. *ac* 77. *cum quatuor seqq.* Tum ex eo, quòd per *l. quoties, C. de prec. Imper. offer.* & *l. si debitori, ff. de ind.* & ex Rot. Rom. *decis.* 27. *de concess. prab. in antiq.* Caputaq. *decis.* 61. *numer.* 3. *part.* 2. Put. *decis.* 425. *ad med. lib.* 1. tradit Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 36. *num.* 61. præiudicium dilatiuum non esse magnum damnum, nec veniro in consideratione. quod tamen *num. seq.* meritò temperat, dummodo non sit dilatio ad magnum tempus, post Gomes. *ad reg. de non toll. iur. quæst.* 16. *num.* 6. Pet. *decis.* 289. *lib.* 3. Rot. *decis.* 139. *num* 8. *part.* 1. *diuers.* Tum ex eo, quòd contra Suarez *tom.* 2. *de relig. lib.* 6. *cap.* 26. *num.* 11. & 12. probat Sanchez *lib.* 4. *sum. cap.* 40. *num.* 76. posse Episcopum ordinaria potestate dispensare in dilatione executionis votorum Papæ reseruatorum; dummodo non adeò votum differatur, vt sit periculum, ne vouens reddatur impotens ad illud implendum. Tum denique ex eo, quòd post Fel. *in cap. cùm accessissent, n.* 19. *de constit.* tradit in specie Iacob. Ant. Marta *in tract. de iurisd. per, & inter iudic. Eccles. & secul. exercen. part.* 4. *cas.* 74. *n.* 5. posse Episcopum ad tempus commutare vltimam voluntatem defuncti, seu fundatoris cum consensu heredis: quod etiam tenent Bero. *cons.* 5. *numer.* 39. *vol.* 1. & alij, quos retulimus *concius.* 2. *ampl.* 3. *hac ipsa quæst.* 11. in eum sensum, vt † per 392.
aliquod tempus diuersum quid, aut contrarium eius, quod testator præscripsit, ac iussit, obseruetur, etiamsi iam cœpetit prior voluntas obseruari; ita, vt postea illa eadem voluntas impleatur, seu ad solitum vsum redeatur; quod etiam post alios tenet Genuens. *in prax. Neapol. cap.* 20. *num.* 5. & 6. & Mar. Soc. *de oblat. libel.* 19. *num.* 19. & 20. quoad simplicem verò solámque dilationem implendi vltimam voluntatem, vt Episcopus ex causa eam concedere possit, tanquam certum supponit Aug. Bero. *consil.* 21. *numer.* 7. *volum.* 2. vbi post Bald. *in l.* 1. *colum. antepenult.* seu *quæst.* 10. tradit, quòd, si testator iussit capellam construi debere infra annum à die mortis sub pœna, puta, quòd ad alium pium locum transire debeat legatum, & Episcopus terminum anni ex iusta causa prorogauit; si heres non construxit capellam intra annum, non dicitur incidere in pœnam, propter prorogationem factam ab Episcopo ex causa iusta: si tamen ipse heres postea infra tempus prorogatum non construxit, tunc omnino efficitur indignus relicto, & habet locum pœna, & commutatio, de qua in testamento, propter duplicem contumaciam grauati, tum non obtemperando testatori, tum etiam non obediendo superiori secum dispensanti. Idem quoque sentit Io. Calder. *cons.* 5. *de offic. Vicar.* & Fel. *cap. ex parte, colum.* 3. *vers. vnde cogitabam, de constit.* quos refert, ac sequitur Iacob. Sbroz *tract. de offic. Vicar. Episc. lib.* 2. *quæst.* 51. *numer.* 1. dum asserunt, † Vicarium Epi- 393.
scopi ex legitima causa posse prorogare tempus executionis piarum voluntatum, etiam à iure, vel à constitutione Synodali præscriptum. & quoad terminum iuris idem quoad Episcopum tenet Abb. *consil.* 40. *circa medium volum.* 1. quem etiam sequitur Dec. *l. in cap. cùm sit Romana, numer.* 17. *in fin.* iuxta antiquam impress. *de appellat.* Quoad hoc verò, quòd possit Episcopus ad tempus concedere ex causa, vt fiat quid diuersum, aut contrarium ei quod à testatore, alióve fundatore præscriptum est, ex eo maximè id confirmatur, quòd, † licèt funda- 394.
tioni capellaniæ præscribenti, vt in certa Ecclesia, vel altari celebretur, non satisfiat alibi celebrando, vt latè probat Nauar. *in Man. de orat. cap.* 5. *numer.* 3. & *consil.* 8. aliàs 14. *incip. quædam testatrices, numer.* 10. *de testament.* præcipuè ex text. *in l. quæ conditio, §. cùm ita, ff. de condit.* & *demonstr. cap. nos quidem, de testam.* & *ibi* Anchar. Imol. *numer.* 22. & Barbat. *numer.* 9. Bald. *in l. si quis ad declinandam, in fin. C. de Episc.* & *cler.* quibus addo Lambert. id comprobantem *in tract. de iurepatr. lib.* 3. *quæst.* 6. *art.* 6. *in princip.* & *numer.* 2. Io. Azor. *Instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 24. *quæst.* 7. & Concil. Prouinc. Med. IV. *sub tit. quæ pertin. ad sanctiss. Miss. sacrific.* & *diuin. offic. vers. quicumque sacerdos.* poterit tamen Episcopus cum patroni consensu, vel patronus de consensu Episcopi concedere huiusmodi capellano, vt alibi celebret, vt in terminis tradit Lambert. *d. art.* 6. *num.* 3. Immo *num.* 4. docet, posse Episcopum sine consensu patroni non quidem in totum, sed durante necessitate, aut magna aliqua Ecclesiæ vtilitate, facere, vt institutus in alio altari, seu loco celebret. quæ opinio fuit quoad Mediolanens. prouinciam approbata à Concil. Prou. Med. IV. *vbi sup.* in hæc ipsa verba; quicumque Sacerdos in altari certo Missam celebrare debet, si in alio celebrarit, ne, quod debet præstitisse censeatur, nisi Episcopi, alteriúsve, cui

Digitized by Google

ille id curæ commiserit, iussu, concessu, permissúve aliquando fecerit. Id autem declara ex eo, quod idem Lambert. *d. art. 6. in princ. & num. 2.* tradit
395. post Abb. *conf. 96. dub. 3.* † quòd poterit capellanus, qui in certo altari ex fundatione celebrare deberet, alibi celebrare, si id per quadraginta annos obseruatum fuit libere, ac pacifice absque Episcopi, alteriúsve compulsione, arg. eorum, quæ not. *in cap. fin. de consuet. & c. de quarta, de præscript.* ad quod etiã est opt. text. in terminis qualitatum beneficij, *in cap. cum de beneficio, de præb. in 6.* quem in materia sæcularitatis, aut regularitatis beneficij, de qua loquitur, ac similium qualitatum ponderabimus *cap. 10.* sæpè, ac præsertim *quæst. 4. & 5.* Interim ad duas reliquas huius quæst. conclus. transeamus.

VNDECIMA CONCLVSIO. Potest Epi-
396. scopus, † consentientibus Rectoribus Ecclesiarum, in quibus sepulta sunt corpora defunctorum, & horum heredibus, ex causa facultatem dare, vt prædicta corpora perpetuæ sepulturæ tradita ab vna in aliam Ecclesiam transferantur. ita apertè sentit M. Ant. Genuens. *in praxi Curiæ Archiep. Neap. cap. 57.* iuxta Romanam impression. an. 1611. sub *num. 2.* dum ait, corpora defunctorum tradita perpetuæ sepulturæ non esse transferenda de loco ad locum sine licentia superioris, & ex iusta causa ruinæ, vel alia; per *l. 1. & l. nemo hominum, C. de relig. & sumpt. funer.* nam *d. l. 1.* Imp. Antoninus mulieri cuidam rescribens, Si vi fluminis, inquit, reliquiæ filij tui continguntur, vel alia iusta, & necessaria causa interuenit, æstimatione Rectoris prouinciæ transferre eas in alium locum poteris. d. verò *l. nemo hominum*, potiùs requirit supremi Principis auctoritatem, de quo mox dicemus. Pro Episcopo verò meliùs facit text. *in l. ossa, ff. eod. tit.* vbi Vlpian. I. C. Ossa, inquit, quæ ab alio illata sunt, vel corpus, an liceat domino loci effodere, vel eruere sine decreto Pontificum, seu iussu Principis, quæstionis est. & ait Labeo, expectandum, seu permissum Pontificalem, seu iussionem Principis, alioquin iniuriarum fore actionem. & sentit *ibi* Bald. laudatus à Bertach. *de Episc. lib. 4. part. 3. num. 16.* omnino verò in id expressam habemus auctoritatem Concil. Prou. Mediol. IV. *part. 2. tit. de funeribus, & exequiis, vers. ne cuiquam*; dum enim ibi decernitur, ne cuiquam ex vlla cuiusuis ordinis Ecclesia mortui cadauer perpetuæ sepulturæ traditum asportari liceat, nisi facultate ab Episcopo impetrata, eaque litteris nominatim exarata; apertè fuit eius sententiæ illud Concilium, posse huiusmodi facultatem ab Episcopo dari. Dixi autem in conclusione, *consentientibus Rectoribus Ecclesiarum, & heredibus defunctorum, atque ex causa*; quoniam, si
397. hæc desint, † requiretur consensus Papæ, vt sentit glos. *d. l. 1. verbo, Rectoris prouincia, & d. l. nemo hominum*, per eum text. *C. de religios. & sumpt. funer.* facit & text. *in d. l. ossa*, & meliùs *in l. cum diuersis, in fin. ff. eodem tit.* & ratio est, quia interesse potest Rectoris Ecclesiæ, quòd corpus defuncti habeat in sua Ecclesia, vt satis probat text. *in cap. ex parte, il 1. cap. cùm liberum sit, & cap. in nostra. de sepultur.* necnon *cap. 1. & cap. ii, qui, eodem tit. in 6. & Clem. dudum, eod. tit.* sicut etiam interesse potest heredum, vt defunctorum suorum corpora in vno potius, quàm alio loco sepeliantur, vt colligitur ex *l. Quintus Mutius, §. Pomponius*, iuncta glos. *in verbo, illius, ff. de ann. legat. cap. 1. cap. 3. cap. de vxore, §. vtrùm autem, de sepultur. & cap. fin. eodem tit. in 6.* idque maximè cùm defuncti ipsi eorum auctores ibi se tumulari mandarunt; quæ voluntas seruanda est, *cap. fraternitatem, & d. cap. cùm liberum, de sepult.* cum simil. & quia heredes ipsi ab intestato decedentes sepeliri debent in sepulchro maiorum, si adsit, *d. cap. 1. de sepult. & cap. ii, qui, in princ. & cap. licet, eod. tit. in 6.* & vxor in sepulchro viri, *d. cap. ii, qui, §. mulier autem.* vocari autem ad actum, eique consentire regulariter debent, qui ex eo lædi possunt, vt latiùs *inf. cap. 7. quæst. 4.* ostendemus: ac regulariter solus Princeps. iuri tertij sine maxima causa potest præiudicare, vt constat ex fusiùs adductis ab Ant. Gabr. *commun. conclus. lib. 3. tit. de iur. quæs. non tollend.* potissimum *conclus. 2.* Dixi quoque in conclusione, *corpora perpetua sepulturæ tradita*; quoniam si tradita non sint perpetuæ sepulturæ, † pos- 398.
sunt à priuata persona, cuius interest, absque superioris auctoritate transferre; vt colligere licet ex Concil. Prou. Mediol. IV. *loco cit.* à contrario sensu, & disertè tradit Genuens. *d. cap. 57. num. 3.* per text. expressum *in l. si necdum, C. de relig. & sumpt. funer.* vbi Dioclet. & Maxim. Impp. Aquilianæ mulieri rescribentes, inquiunt; Si necdum perpetuæ sepulturæ corpus traditum est, translationem eius facere non prohiberis. adnotauitque glos. recepta tum *ibi*, tum *d. l. 1.* facit etiam optime text. *in l. diui fratres, & l. si quis enim, ff. eodem tit.* necnon *l. 3. §. non perpetua, ff. de sepulc. viol.* Quod autem dictum est de translatione cadaueris traditi se-
pulturæ, † statuendum quoque proportionabili- 399.
ter erit de mutatione sepulturæ ab aliquo electæ in sua dispositione siue inter viuos, siue causa mortis, quam vulgo vltimam voluntatem appellant: vt nimirum sepultura electa ab eo, qui eligere potuit, non possit post eius mortem ab Episcopo mutari, nisi ex magna causa, & consentientibus eius heredibus, necnon clericis, aut Religiosis, in quorum Ecclesia defunctus elegerat sepulturam; prout satis constat ex *cap. 3.* quod incipit, *fraternitatem, & cap. cùm liberum, de sepult.* possit autem id fieri à Papa ex quauis causa, prædictis omnibus consentientibus. quòd si facienda ab eo sit inuitis heredibus, vel Rectoribus Ecclesiarum, vbi electa est sepultura, magna causa exigetur. Si autem vtrisque inuitis, adhuc maior causa requiretur: in primo enim casu solùm agitur de mutanda defuncti voluntate; in secundo, etiam de præiudicio vnius, vel plurium vnius rationem habentium; in tertio autem casu agitur quoque de præiudicio, seu interesse plurium personarum, quæ vnius rationem non habent; iuxta supradicta, & id, quod inf. *cap. 6. quæst. 1. conclus. 2. ad fin.* trademus, eo maiorem causam requiri, quo maior est res, quæ commutatur, ac plus dispensationis commutationi admiscetur.

DVODECIMA, & postrema CONCLVSIO. Potest Episcopus alias quasdam vltimarum voluntatum commutationes facere, quæ non ita communiter commutationes vltimarum voluntatum nomine appellantur.

Huiusmodi est commutatio votorum, quam † 400.
Episcopo competere, constat ex *cap. 1. de vot.* vbi id communiter adnotarunt Doct. exceptis tamen quinque illis votis Romano Pontifici, siue de iure, siue ex generali consuetudine reseruatis, nimirum religionis, perpetuæ castitatis, peregrinationis Hierosolymitanæ, Compostellanæ, ac liminum Apostolorum; de quibus *in cap. ex multa, de vot. & Extrauag. etsi Dominici, de pœnit. & remiss.* inter commun. Item eiusmodi est mutatio status beneficij, seu Ecclesiæ ex sæculari in regularem, illam religioso loco concedendo; quod pa-
riter † permittitur Episcopo, *cap. ina, & cap. pasto-* 401.
ralis,

ralis, de iis, quæ ſi. à prel. fin. conſ. capit. & cap. ſi Epiſcopus, 12. *quæſt.* 2. vbi de Eccleſia Parochiali, *cap. ad audientiam, il* 2. *de Eccleſ. ædiſi.* vbi de Eccleſia Collegiata, *cap. conſultationibus, & cap. paſtoralis, de donat.* & à contrario ſenſu *in cap. quod autem*, §. 1. *& cap. illud, in princ. de iurepatr.* directè verò *in cap. cura, & cap. nullus, eodem tit. & cap. cùm & planare*, §. *Eccleſias*, qui eſt 1. *de priuileg. & in Clem. ſi vna*, quæ eſt 2. eadémque fin. *in princip. de reb. Eccleſ. non alien.* in quibus iuribus generatim habetur de Eccleſia ſæculari, eiúſque conceſſione loco religioſo, ſeu regularibus facienda; atque adeò etiam mutatio Eccleſiæ ſæcularis in regularem Epiſcopo permittitur. Sed, & poteſt mutare ex regulari in ſæcularem, vbi ea per regulares non benè regatur, neque per alios regulares rectè poſſit gubernari; vt ſatis conſtat ex *cap. inter quatuor, de relig. dom.* vbi Innoc. III. Quandiu, inquit, monaſteria per regulares remanere potuerint ordinata, non ſunt ad ſæculares clericos transferenda; ſed, ſi regulares defuerint, propter eorum defectum in eis ſæculares clerici poterunt ordinari. Id autem intel-
402. ligo, † niſi ij Religioſi exempti ſint, atque immediatè Romano Pontifici ſubiecti; tunc enim id fortè fieri non poterit, niſi per Romanum Pontificem, vel legatum de latere, arg. *cap. cùm venerabilis, de conſuet. & cap. ſi Abbatem, de elect. in* 6. vel non niſi ipſis exemptis conſentientibus, vt Epiſcopus eam mutationem faciat; arg. aliorum, quæ in 9. ac præced. concluſ. adduximus. De hac verò commutatione ſeorſim agemus *inf. cap.* 11. *per tot.* & quoad Epiſcopi in ea poteſtatem, *quæſt.* 5. *concl.* 13.

Huiuſmodi quoque eſt mutatio, ſeu derogatio qualitatum appoſitarum in fundatione capellaniarum, ſiue mercenariarum, ſiue titularium, aut alterius beneficij erectione vigore donationis, aut cuiuſuis vltimæ diſpoſitionis fundatorum; quæ qui-
403. dem mutatio, ſeu derogatio † aliquando permittitur Epiſcopo ſaltem de conſenſu fundatorum, vt poſt Fel. & alios *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* tradit Lambert. *in tract. de iurep. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 7. *princ. art.* 30. & de ea nos ex profeſſo diſſeremus *cap.* 10. & quoad Epiſcopi hac in re poteſtatem, *quæſt.* 5. *concluſ.* 14.

Similiter eiuſdem generis eſt illa commutatio vltimæ voluntatis; quæ fit per vnionem beneficio-
404. rum, quæ † regulariter ſpectat ad Epiſcopum, vt eſt text. ad litteram *in cap. ſicut vnire, in princ. de exceſſ. prælat.* ibi, Epiſcopi eſt Eccleſiarum ſuæ diœceſis vnio, & ſubiectio earumdem. Vel per ſuppreſſionem, ſeu extinctionem eorumdem; quæ ſimiliter fieri poteſt per Epiſcopū ſaltem cum Capituli conſenſu, vt ſatis conſtat ex *d. cap. cùm acceſſiſſent, & cap. ex parte, de conſtit.* & vtrobique tradunt magis communiter gloſ. & Doct. Et de hac commutatione per beneficiorum ſuppreſſionem latiùs agemus infr. *cap.* 12. eóque vlt. & in ſpecie quoad facultatem, quam circa eam habet Epiſcopus *quæſt.* 5. *concl.* 12. circa illam verò commutationem vltimæ voluntatis, quæ
405. fit per impoſitionem penſionis, † quid poſſit Epiſcopus, cùm hæc non ita propria illius ſpecies ſit, lectorem remiſiſſe pro hoc ſufficiet ad ea, quæ latè tradunt poſt alios Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 5. *à num.* 27. *ad* 35. & Garz. *tract. de benef. part.* 1. *cap.* 5. *à num.* 295. *vſque ad* 316. & Doctor. ab his citat.

Iam verò pro complemento huius quæſtionis quædam hoc loco adnotanda iudicauimus. Quorum primum eſt; id, quod hucuſque in ea de Epiſcopo
406. diximus, idem ſtatuendum † de viſitatore, quem is deputauit; dummodo ſpecialem, aut aliàs ſufficientem facultatem ad commutandas vltimas voluntates ab ipſo habuerit; iuxta id, quod de eius Vicario dicemus inf. *quæſt.* 14. *huius cap. ſuppoſ.* 2. *& concluſ.* 1. prout illam in ſimili Vicario Epiſcopi æquiparant, & idem de vtroque ſtatuunt Io. Fran. Pauin. Marian. Socin. Paul. Fuſc. & alij quotquot de viſitatione tractatus edidere. Immò hunc ipſum viſitatorem in hac eadem re parificat Epiſcopo Nauar. *conſ.* 2. *de reb. Eccleſ. non alien.* in editione Brixienſ. dum quærit, an viſitator Epiſcopi iuſtè valeat de ſuperfluis fabricæ vnius Eccleſiæ aliquid aſſignare fabricæ alterius Eccleſiæ pauperis carentis ſufficienti fabrica ad reficiendos parietes eius, & ad ornamenta emenda, in eámque partem inclinat, vt neque Epiſcopus poſſit; ſed nimis ſcrupulosè, & anxiè; per ea, quæ ipſemet allegat *ibidem num.* 1. *cum duobus ſeqq. & conſ.* 13. *ac* 14. *in fin. de teſtam.* iuxta eandem editionem, & nos ſup. hac eadem quæſt. *concluſ.* 3. facit quod *concluſ.* 2. *circa initium*, diximus. Neque obſtat quod ibidem ſubdidimus de eo, quod ſupereſt conſtructo oratorio ſub forma à teſtatore præſcripta, vt heredi debeatur. illud enim procedit, cùm in prima executione vltimæ voluntatis ea plenè adimpleta ſupereſt; quod hìc non contingit. Minùs obſunt, quæ Nauar. adducit *d. conſ.* 2. *num.* 4. 5. & 6. ea enim procedunt, cùm non eſt adimpleta vltima voluntas licita, & poſſibilis, aut nulla ſubeſt iuſta, & vrgens cauſa, & maximè neceſſaria. Alterum, quod hoc loco adnotamus, illud eſt,
407. quòd, † ſicubi Epiſcopi habent iura Imperij, ac ſupremi Principis obtinent poteſtatem, prout audio nonnullos habere in Germania, & aliqui forſan habent in Italia; poterunt in ſuo dominio temporali commutare vltimas voluntates eo modo, quo poſſunt cæteri ſupremi Principes huiuſmodi iura Imperij habentes; iuxta ea, quæ de iis tradidimus ſup. *quæſt.* 2. *huius cap.* Si verò habent quidem dominium temporale in tota, vel parte ſuæ diœceſis, ſed non ſupremum, vt plerique ſunt in Italia; tunc quoad facultatem commutandi vltimas voluntates de hiſce Epiſcopis reſpectu huius temporalis dominij idem ſtatuendum eſt, † quod de Principibus
408. laicis inferioribus, ac Magiſtratibus ſtatuimus ſup. hoc eodem cap. *quæſt.* 3. In hoc autem caſu vbi Epiſcopus negligens ſit, vel aliàs grauet in commutationibus vltimarum voluntatum, non ad dominum temporalem ſupremum, ſed ad Archiepiſcopum appellandum erit, iuxta text. *in cap. Romana*, §. *debet, de appell. in* 6. vbi tamen excipitur, niſi ex conſuetudine, priuilegio, vel alio iure ſpeciali ad alium ſit appellandum: paritérque excipienda eſt Romana ſedes, aut Patriarchalis, ad quas ſemper ab inferioribus Prælatis poteſt etiam omiſſo medio appellari, ex adductis per nos quæſt. præced. *concluſ.* 2. *ante med.* ſicut etiam excipi debet cauſa feudi, vt ibi not. gloſ. *in verbo, alio*, per *cap. ſolita, de maior. & obed. & cap. tranſmiſſa, & cap. verùm, de for. compet.* cui adde *cap. caterùm, de indic.* & alia ſimilia. Tertium; quòd ex diſpoſitione Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 6. *de reform.* in commutationibus vltimarum voluntatum, quæ à Romano Pontifice plerumque impetrantur, † Epiſcopi tanquam delegati Sedis
409. Apoſtolicæ priuſquam commutationes prædictæ executioni demandentur, ſummariè, & extraiudicialiter cognoſcere poſſunt, ac debent, nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum. Ad cuius quidem decreti explicationem multa, Deo dante, afferemus inf. hoc ipſo tract. *cap.* 7. *quæſt.* 1. ferè per tot. Quartum eſt,
410. quòd † Viſitator, ſeu Procurator, vel adminiſtrator cum plena, & libera adminiſtratione ſpiritua-

lium, & temporalium ſimpliciter Eccleſiæ Cathedrali deputatus a Papa, qui ſolus id facere poteſt, *cap. is, cui, de elect. in 6.* cum, excepta immobilium alienatione, id omne in iuriſdictionalibus poſſit, quod poteſt Epiſcopus confirmatus, vt ibidem cauetur, Epiſcopus autem confirmatus commutare poſſit vltimas voluntates, quas poteſt conſecratus, vt ſup. *concluſ.* 7. oſtendimus; poterit, & ipſe eadem commutare. Quintum, ac poſtremum; quòd † ſequeſter, is nimirũ, apud quem ſequeſtrata eſt vel ſimpliciter, vel ratione poſſeſſionis Eccleſia Cathedralis, aliáve, cuius ratione poſſet titularis vltimas voluntates commutare; poterit & ipſe vbi vrgeat neceſſitas actum expediendi, quia titularis poſſet ad id faciendum compelli, neque finis litis expectari poſſit; per ea, quæ de adminiſtratore Eccleſiæ Cathedralis vacantis, & Capitulo eadem, vel Collegiatæ tituli Cardinalis vacante dicemus quæſt. ſeq. *concluſ.* 1. *& 3. ad fin.* necnon *cap.* 10. *concluſ.* 15. *poſt medium*: vbi pariter ad fin. in ſpecie nonnulla dicemus de poteſtate ſequeſtris circa derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum; quam ſpeciem quandam eſſe commutationis vltimarum voluptatum per ſe patet, & non ſemel ſup. docuimus. Iam verò ex his finis ſit huic vndecimæ quæſt. præſentis cap. atque ad quatuor eiuſdem reliquas accedamus. 411.

SVMMÆ RERVM.

412. *Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem quinam habeant.*

413. *Prælati regulares quinam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habeant.*

414. *Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Epiſcopo mortuo ſuccedit in ordinaria iuriſdictione ipſius, etiam quoad executionem teſtamenti, & compulſionem executorum; num.* 415. *atque etiam Epiſcopo à Paganis, vel ſchiſmaticis capto, renunciante, tranſlato, aut depoſito; num.* 416. *& quid ea excommunicato; num.* 417. *aut in remotis agente, non relicto Vicario, vel relicto decedente; num.* 418.

419. *Capitulum ſuccedit Epiſcopo ſede vacante in iuriſdictione tam voluntaria, quam neceſſaria. non ſuccedit autem in competente illi ex iure ſpeciali, aut delegata, licet Epiſcopus poſt præſentationem mandati ſibi factam mortuus eſſet; num.* 420.

421. *Capitulum ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione, ac poteſtate ei competente iure ordinario ſpeciali.*

422. *Poteſtas competens dignitati, vel officio, cui perpetuò eſt annexa, cenſetur ordinaria.*

423. *Capitulum ſede vacante an ſuccedat Epiſcopo in delegatione facta ei generaliter à Canone.*

424. *Intellectus cap. ad abolendam, §. fin. de hæret. & Clem. 1. eod. tit.*

425. *Capitulum ſuccedit in iuriſdictione à iure data Epiſcopo prorogando in aliquib. caſib. eam, quam prius habebat; & quando ſolum removetur obſtaculum exemptionis.*

426. *Verba illa,* auctoritate Apoſtolica, *quando faciant iuriſdictionem delegatam.*

427. *Capitulum ſede vacante per obitum Epiſcopi commutare poteſt vltimas voluntates in caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus de iure communi.*

428. *Capitulum ſede vacante poteſt aſſiſtere matrimonio, vel alij Sacerdoti licentiam dare; necnon abſoluere, ac diſpenſare iuxta decretum Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. ac diſpenſare in omnibus caſibus, in quibus de iure poteſt Epiſcopus; & prorogare executionem vltimarum voluntatum.*

429. *Capitulum ſuccedit Epiſcopo in poteſtate commutandi vltimas voluntates vacante ſede etiam per renuntiationem, tranſlationem, aut depoſitionem Epiſcopi, alióve modo: atque etiam ſi captus ſit a Paganis, vel ſchiſmaticis & ſine vtendum ſit voluntaria iuriſdictione, ſine contentioſa; num.* 430. *& quid excommunicato, vel ſuſpenſo, aut in remotis agente Epiſcopo; num.* 431.

432. *Capitulum non ſuccedit Epiſcopo in commiſſionibus commutationum vltimæ voluntatis, quæ fiunt Epiſcopo, cum is iure ordinario nequit commutare; in aliis verò ſuccedit.*

433. *Capitulum ſede vacante exequi non poteſt commiſſionem factam Vicario Epiſcopi, vel diœceſis, vipuia Cremonen.*

434. *Adminiſtrator Eccleſiæ Cathedralis vacantis commutare poteſt vltimas voluntates, quas tunc poteſt Capitulum: ſicut & ab excommunicatione Epiſcopo reſervata abſolvit.*

435. *Adminiſtrator Eccleſiæ Cathedralis vacantis, vel non vacantis, à ſolo Papa deputatur; & vacantis etiam ab Archiepiſcopo, vel Legato de latere, data negligentia, vel malitia Capituli in adminiſtrando.*

436. *Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ Cardinalis Presbyteri, vel Diaconi poteſt commutare vltimas voluntates, quas poteſt huiuſmodi Cardinalis; & num. ſeq.*

437. *Capitulum ſede vacante non ſuccedit Epiſcopo in collatione beneficij, conceſſione licentiæ tranſeundi ab vna ad aliam Eccleſiam, & alienatione bonorum Epiſcopatus.*

438. *Capitulum Eccleſiæ inferioris Collegiatæ an ſuccedat in poteſtate ſui Prælati eo mortuo.*

439. *Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, vel adminiſtrator ea vacante, & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ tituli Cardinalatus commutare forſaſſe nequeunt vltimas voluntates, niſi ſtante neceſſitate actum illum tunc expediendi.*

QVÆRO DVODECIMO, an Capitulum ſede Epiſcopali vacante vltimas voluntates in ea diœceſi commutare poſſit.

Poſtquam in octo præced. quæſt. huius cap. egimus, quod ad rem noſtram attinet, de habentibus plenam, ſeu perfectam poteſtatem ordinariam, eandémque Eccleſiaſticam; & primùm quidem de ſuprema, in duabus prioribus, vbi de Romano Pontifice, & Concilio generali, de non ſupremis autem in aliis ſex quæſt. reliquum nunc eſt, vt in hac, & tribus ſequentibus de iis agamus, qui non ita plenam, ſed imperfectam ordinariam poteſtatem habent, & ideo communiter dicuntur habere quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem. Hi verò omnes, ni fallor, ſunt, † qui ſequuntur. Primò Capitulum Cathedralis ſede Epiſcopali vacante, *cap. cum olim, de maior. & obed.* cum ſimil. de quibus paulo pòſt; ſicut & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ tituli Cardinalis eo mortuo, *cap. his, quæ, eodem tit.* Secundò, ſinguli S.R.E. Cardinales in ſuis titulis etiã Presbyteralibus, vel Diaconalibus Cardinalibus, *d. cap. his, quæ*; necnon quidam Prælati inferiores Epiſcopis, vt ſunt aliquando Archidiaconi, & aliqui Abbates, & alij iuriſdictionem habentes vel ex priuilegio, vel 412.

lized by Google

vel ex conſuetudine, aut præſcriptione intra fines diœceſis alicuius Epiſcopi; vel etiam extra fines illius, in propria quaſi diœceſi, qui tunc dicuntur nullius diœceſis; de quibus *in cap. fin. de offic. Archid. cap. cùm ab Eccleſiarum, de offic. ordin. cap. auditis, de præſcript.* & aliis iuribus citat. *quæſt. præced. præmiſ. 3. in initio*, ac citand. inf. *quæſt. ſeq. circa initium, & concl.* 2 Tertiò, Vicarij tam Epiſcoporum, & Capituli Sede vacante, quàm Cardinalium in ſuis titulis, & aliorum Prælatorum, quorum mox mentionem fecimus, inferiorum Epiſcopis. de quibus quoad Vicarios Epiſcopi habetur cùm alibi, tum *in cap. non putamus, de conſuet. in 6. cap. 2. & 3. de offic. Vicar. cap. Romana, de appell. eod. lib.* quoad Vicarium verò Capituli Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 16. de refor.* inter Doctor. Iacob. Sbroz *tract. de Vicar. Epiſc. lib. 1. quæſt.* 49. 55. & 60. Franc. Pauin. *in tract. de offic. & poteſt. capit. ſed. vacant. 2. part. quæſt.* 10. & Stephan. Quarant. *in ſuo tract. de capit. ſed. vacant. num. 2. & ſeqq.* de Vicario autem aliorum Prælatorum, Sanchez *de matrim. lib. 3. diſput. 29. num. 4. in fin.* & Cucch. *Inſtit. maior. lib. 2. tit. 8. num.* 156. Quartò, ac poſtremò,

413. Prælati Regulares, † nimirũ Generales Ordinum, Prouinciales, atque etiam Præpoſiti locales, quos omnes habere in ſuos ſubditos regulares iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poſt alios tradit Sanchez *d. tract. de matrim. lib. 8. diſp. 2. num. 19. & diſp. 3. num. 9. ac lib. 4. ſum. cap. 39. num. 3. cum tribus ſeqq. & cap. 42. ferè per tot.* quoad Seculares verò, quod aliquando eam iuriſdictionem in illos habeãt, eſt ope. text. *in cap. 1. 16. quæſt. 2. cap. cùm & plantare, §. 1. & cap. quoniam, de priuil. cap. Abbates, in fin. eod. tit. in 6.* tradúntque Doct. tum *ibi*, tum *in cap. ſicut unire, de exceſſ. prælat.* glo. & alij *in Clement. 1. verbo, proprij, de reb. Eccleſ. non alien. & Clem. 1. §. ad hæc, verbo, Ordinarios, de ſtat. Monach.* atque alibi ſæpe, ac nouiſſimè Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 11. ad fin. de regular.* & de his quatuor generibus eorum, qui iuriſdictionem habent quaſi Epiſcopalem ſingulis quæſt. hoc ipſo ordine retento in reliquo hoc cap. agendum erit; atque adeò præſens quæſtio erit de poteſtate Capituli Sede vacãte in commutandis vltimis voluntatibus, ſiue illud Capitulum ſit Cathedralis Eccleſiæ reſpectu Epiſcopi, ſiue Collegiatæ reſpectu tituli presbyteralis, vel Diaconalis Cardinalatus; nam de titulo Epiſcopali Cardinalis idem dicendum, ac de Cathedrali cuiuſuis Epiſcopi.

414. De qua illud præmitto, † Capitulum Cathedralis ſuccedere Epiſcopo mortuo in iuriſdictione ordinaria, quæ illi competebat, dum viueret; vt probat text. *d. cap. cùm olim, de maior. & obed. c. ad abolendam, in princ. de hæret. cap. Eccleſia*, quod eſt fin. *in princ. de ſuppl. negl. pral. in 6. cap. cum nullus, §. Epiſcopo, de temp. ord. cap. vnico, de maior. & obed. cap. 1. de inſtit. cap. vnic. in princ. & §. fin. ne ſed. vac. eod. lib. Clem. 1. ac 2. de hæret.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 23. c. 10. & ſeſſ. 24. cap. 16. de refor.* ac tradiderunt plerique Doct. relati pariter, & probati inter cæteros a Nic. Garz. in ſuo luculentiſſimo tractatu *de benefic. part. 5. cap. 7. n. 4. circa initium.* contra nõnullos, quos citat *num. 3.* necnon probati à Pauin. *d. tract. de off. & poteſt. cap. ſed. vacan. prælud. 6. num. 15.* & Germon *tract. de indult. Card. §. cum ratione, num. 40.* id habentibus pro indubitato; &

415. quoad † executionem teſtamenti, ac compulſionem executorum, ſentit Craſſ. *tract. de ſucceſſ. §. fin.* ſeu *vol. 2. art. executores vlt. vol. num. 18.* & expreſsè poſt alios tradit Ioan. Iacob. à Canib. *in ſimili tract. part. 1. n. 24.* Bened. Capt. *memb. 8. à n. 44. ad 49.* Pauin. *d. tract. de off. & poteſt. capit. ſed. vacan. part. 1. quæſt. 7. à n. 1. vſque ad 4.* M. Ant. Cucch *inſtit. maior. lib. 2. tit. 9. n. 81. & 83.* necnon plurib. relatis ex communi reſoluit Couar. *cap. Ioannes, n. 2. de teſtam.* Immo etiam ſuccedit in iuriſdictione, † ſi Epiſcopus a Paganis, aut ſchiſmaticis capiatur; tunc enim non Archiepiſcopus, ſed Capitulum, ac ſi ſedes per mortem vacaret illius in ſpiritualibus, ac temporalibus miniſtrare debebit, donec eu libertati reſtitui, vel per Sedem Apoſtolicam, cuius intereſt Eccleſiarom prouidere neceſſitatibus ſuper hoc per ipſum Capitulum quàm citò commode poterit conſulendum aliud contigerit ordinari, vt diſponit Bonifacius VIII. *in cap. ſi Epiſcopus, de ſuppl. negl. pral. in 6.* vbi glo. recepta *in verbo, mortem*, docet Capitulum ſuccedere in adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium, cùm Sedes Epiſcopalis vacat per renuntiationem, tranſlationem, depoſitionẽ, vel alio modo. 416.

Non idem verò dicendum, † de Epiſcopo excommunicato; nam, licet ad Archiepiſcopum tunc non deuoluatur iuriſdictio, *cap. 1. eod. tit. & lib.* non tamen deuoluitur ad Capitulum, ſed ad Papam, vt poſt Gemin. & Doct. *ibi*, tradit Quarant. *in tract. de Archiepiſc. author. num. 22.* quamuis non improbabiliter dici poſſet, tunc etiam deuolui iuriſdictionem ad Capitulum; tum quòd cùm tunc ſuſpenſa ſit iuriſdictio etiam in eius Vicario, vt per text. *in cap. 1. de off. Vicar. in 6.* pluribus relatis tradit Sanchez *de matrim. lib. 3. diſput. 39. num. 5.* nimirum diſpendium pateretur Eccleſia quoad iuriſdictionalia, ſi, donec Sedes Apoſtolica conſulatur, nullus ea in diœceſi poſſet exercere: tum ex *d. cap. ſi Epiſcopus, de ſuppl. negl. pral. in 6.* vbi pariter deuoluitur ad Capitulum, capto Epiſcopo, licèt conſulenda ſit Sedes Apoſtolica; tum ex *d. cap. vnico, in princ. ne ſe. vac. eod. lib.* vbi ſuſpenſo Epiſcopo poteſt ſolum Capitulũ conferrè præbendas, quarum collatio ad ipſum, & Epiſcopum ſpectat communiter. Deuoluetur autẽ omnino ad Capitulum, † Epiſcopo in remotis agente, 418.
qui non prouidit de Vicario, vt poſt Card. *in Clem. vnic. ſub num. 17. de off. Vicar.* & Vital. *in Clem. vnic. §. volumus, num. 17. de for. compet.* tenet idem Quarant. *d. num. 22.* vbi ad idem adducit text. *in d. cap. vnic. §. fin. ne ſed. vac. in 6.* atque idipſum ſentit, ſi Vicarius ab Epiſcopo in remotis exiſtente conſtitutus moriatur. Item ſuccedit † in iuriſdictione ordinaria tam 419.
voluntaria, quam contentioſa, quicquid voluerit Rot. Roman. *deciſ. 5. num. 3. de offic. Vicar. in antiq.* Velin. *d. cap. cùm olim, num. 6.* nam nobiſcum tenet Abb. *ibidem num. 2. verſ. tertiodecimò*, & conſtat ex Pauin. *d. tract. 1. part. quæſt. 1. vſque ad 7. & 2. part. à quæſt. 1. ad 7.* quia iura, dum volunt in Capitulum tranſire iuriſdictionem Epiſcopi, non diſtinguunt de voluntaria, vel contentioſa; & genus verificatur in qualibet ſpecie, *l. filius familias, ff. de donat. & cap. auditis*, iuncta glo. *de præſcript.* & glo. *in Clem. 1. §. 1. verbo, Capituli, de hæret.* quam allegat Fel. ſolùm ait, quòd, cùm Capitulum ſit neceſſarius, non voluntarius adminiſtrator, non videtur poſſe viſitare, ac procurari, quod adminiſtrationi neceſſariò non incumbit; & id quidem arguendo: quod etiam diuerſum quid eſt à diſtinctione voluntariæ, & contentioſæ iuriſdictionis, de qua nos ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 7. concl. 2.* ſtatim poſt 2. limitationem, prout cuique non diligenter conſideranti facilè patebit. Sed & ipſum nobiſcum tenent plerique probati à Garz. *d. part. 5. cap. 7. num. 4. circa medium*, contra nonnullos ab eo relatos *num. 2.* excepta glo. *in d. verbo, Capituli*, cuius auctoritas, vt nunc videmus, ſatis euitari poteſt.

Dixi autem, Capitulũ ſuccedere Epiſcopo in iuriſdictione ordinaria, ſeu, quæ ei competit de iure communi; quoniam † non ſuccedit in ea, quæ illi 420.
competit iure ſpeciali, vt tradũt Doct. *in cap. verùm, de for. compet.* & aliis relatis docet Quarant. *d. tract.*

*de Cap.ſed.vac.*ſeu eius Apoſtill.*n.*1.*verſ.quia in dies, & verſ.ſubſequenter*,Garz.*d.cap.*7.*n.*38 *&* 42. atque ex communi reſoluit Sanchez *d.tract. de matrim.lib.* 8.*diſp.*2.*n.*10. Idque procedit,etiamſi poſt præſentationem mandati Epiſcopo factam iple Epiſcopus mortuus eſſet, prout poſt M.Ant. Genuen.*in prax. Archiep. Neap.cap.*85.(in quo tamen cap.aut in toto eo opere Romæ impreſſo nihil hac de re habetur,) tenet Garz.*d.cap.*7.*n.*45. licet Pauin. *d.tract.de off. & poteſt.(cap.ſed.vac.part.*1.*cap.*10.*n.*20.dehoc dubitet. Sed primam opinionem poſt Fel. qui alios allegat, tenet Quarant. ſeu eius Addition.*vbi ſup.verſ.conſequenter.* Illud verò,quod mox docuimus,iuriſdictionem Epiſcopo iure ſpeciali competentem nõ tranſire in Capitulum Sede vacante, † accipiendum eſt
421. de iure ſpeciali delegato , ſeu vigore delegationis, non autem vbi hæc iuriſdictio, licet de iure ſpeciali competat,quia non eſt communis omnibus Epiſcopis,competit tamen vti ordinario ; atque adeò in illo Epiſcopo eſt iuriſdictio ordinaria: tunc enim ſuccedit, vt *ibidem* docet Sanchez poſt Abb. *d. cap. verum,n.*9.Fel.*in cap.cum te,n.*17.*de reſcript.* & Garz.*d. cap.*7. *n.*39. & afferri poteſt exemplum in poteſtate doctorandi conceſſa alicuius Eccleſiæ Epiſcopo,vtputa Papien.nam poteſtas competens non perſonæ,
422. ſed dignitati,vel officio,cui perpetuò eſt annexa , † cenſetur ordinaria,non delegata,vt pluribus ex cõmuni poſt relatos,& probatos à Con.*lib.*3.*var. reſ.c.* 20.*n.*6.*&* 10.tradit Suar.*lib.*6.*de legibus,cap.*15.*n.*1. Sanch.*de matr.lib.*2.*diſp.*40.*n.*14. & Garz.*d.c.*7.*n.*39. vbi exemplum affert de iuriſdictione competente Epiſcopo, vt domino feudi , *&* n.40.de competente ex conſuetudine.& *num.*41.de poteſtate abſoluendi, ac diſpenſandi in certis caſibus Pap.æ reſeruatis Epiſcopo conceſſa vigore Trid.Conc.*ſeſſ.*24.*cap.*6.*de reform.*inter alios, & Sanchez *tract. de matrim.lib.*8.*diſp.* 2.*n.* 10. quamuis hæc facultas Epiſcopo competat iure ſpeciali, nimirũ illius decreti, multo verò magis in duobus præcedentibus exemplis ; nam adhuc ſemper hæ facultates competunt ex iuriſdictione ordinaria. Ex quo,iuncto maximè eo fundamento, quod mox ad id afferemus , valdè probabile mihi
423. redditur,† Capitulum Sede Epiſcopali vacante ſuccedere Epiſcopo in delegatione ei generaliter facta à canone ; quicquid, præter ſtatim allegandos, velint aliqui relata a Quarant. ſeu eius Addition. *vbi ſup.* probatique à Garz. *ſup.n.*44. *& ſeq.* vbi inquit, inde eos inferre , Capitulum ſede vacante non poſſe viſitare Monaſteria Monialium exempta , quæ viſitat Epiſcopus auctoritate Apoſtolica . *Clem.*2. *de ſtat. Monach.* allegans ad id Rotam Rom.*in duabus Burgen.* Abb.*in cap.cum olim, n.*2. Fel.*n.*3.*de maior.& obed.* Lap. Abb.*in cap.*1.*eod.tit.in* 6.Mat. Soc. *in cap. qualiter il* 2.*de accuſ.* Pauin. *d.tract.*1.*part.quæſt.*7.*n.*7. *&* 8.ac melius *quæſt.*10.*n.*4.*&* 5. *& tract. de viſitat.*2. *part.n.*32. quinimò idem Garz. *num.*46. contra nonnullos,(quibus addo Quarant.ſeu eius Apoſtillat.*d. verſ.quia in dies,&* Azor.*Inſt.moral.part.*2.*lib.*3.*cap.* 39.*quæſt.*4. qui alios citant) velit , Capitulum Sede vacante non ſuccedere in iuriſdictione Apoſtolica Epiſcopo generaliter à canone delegata , licèt aliqua adſit neceſſitas , vel vtilitas expediendi tunc actum illum per Capitulum, qui nõ patiatur dilationem vſque ad tempus, quo ſucceſſor vti iuriſdictione queat ; poſſe tamen tamen vrgere neceſſitatem, vt iuriſdictio ordinaria intret , quæ aliàs non haberet locum. Sed, vt diximus,valdè probabilis,immo & verior mihi videtur opinio indiſtinctè aſſerens, Capitulum ſede Epiſcopali vacante ſuccedere Epiſcopo in iuriſdictione , ſeu poteſtate Apoſtolica ei generaliter à canone delegata , vt in caſu *cap. ad abolendam,§.fin.de hæret.* & ſimilib.quam inter multos, quos tacito nomine refert Abb. *d.cap.cùm olim, verſ.quintò dubitatur*,& Sanch.*d.diſp.*2.*n.*10. tenent graviſſimi Doct.nimirum Ioan.Calder.*d.cap.ad abolendam*,Ioan.Monach.*in cap.vnic.de maior.& obed.in* 6.Paul. *Clem.* 1.*de hæret.* & nouiſſimè Molin. *de iuſt. & iur.tract.*5.*diſp.*11.*num.*8.ſentitque Holt.*d.cap. ad abolendam*,& Stephan.*d.Clem.*1. dum aſſerunt, hanc iuriſdictionem Apoſtolicam per Canonem Epiſcopo conceſſam eſſe ordinariam prorogatam,ſatiſque etiam confirmatur tum ex rationibus ab eius ſententiæ ſequacibus allegatis,quas recenſent,nec ſatis ſoluunt Card.& Pauin.*loc.cit.* præcipuè verò † ex *d.* 424. *cap.ad abolendam.§.fin.de hæret.*iuncta *Clem.*1.§.1. & omnibus ſeqq.paſſim,*eod.tit.* nam quod *in d.cap. ad abolendam , §. fin.* conceſſum fuerat Epiſcopo vt ex Apoſtolica auctoritate contra exẽptos in cauſa hæreſis procederet, in d.Clem.1.ſimpliciter cõceditur tam Epiſcopo,quàm Capitulo Sede vacante,sicque ampliùs Apoſtolicæ auctoritatis mẽtio non fit;quaſi iam iure ordinario id vtrique competat. Tum ex eo, quod paulo antè ex Sanch. *d.lib.*2. *diſp.*40.*n.*14. vbi quamplurimos allegat,docuimus,poteſtatem,& iuriſdictionem ex Principis priuilegio competentem non perſonæ,ſed perpetuò dignitati,vel officio,non eſſe delegatam , ſed ordinariam , & poteſtatis ordinariæ iura habere. Tum quòd , cùm ea poteſtas,& iuriſdictio tunc à canone tribuatur Epiſcopo , iam de iure communi , non autem ſpeciali ei competit; eo quoque non obſtante , quòd in ea conceſſione mentio delegationis,quin & delegatio fiat ; arg.*cap. licet in corrigẽdis,de off.ord.* Tum denique ex eo,quod non multo antè ex ipſomet Garz. *d.cap.* 7. *n.*39. qui alios citat,tradidimus , Capitulum ſuccedere in iis, quæ competunt Epiſcopo iure etiam ſpeciali,modò competãt,vt Epiſcopo,& Ordinario.& quod idem-
met *num.*48.admittit, † Capitulũ Sede vacante ſuc- 425.
cedere in iuriſdictione data à iure,vel Concilio Epiſcopo in aliquibus caſibus, quam aliàs nõ habebat, prorogando,& extendendo eius iuriſdictionem , & poteſtatem ordinariam, & *num.*49.quãdo ſolùm removetur obſtaculum exemptionis , vt *in Clem.*1. *de teſtam.& in Clem.*1.*de ſepultur.* quia tunc reducimur ad ius commune , necnon ex Pauin. qui id tradit *d. quæſt.*10.*n.*4.Rectè autem aduertit Garz. *d.c.*7. *num.* 50.quòd,† quando verba illa,*auctoritate Apoſtolica,* 426.
contingũt cum verbis,*concedimus facultatem,* non faciunt iuriſdictionem delegatam, ſed benè quando iunguntur poteſtati faciendi, ex Pauin. *d.quæſt.*10.*n.* 3.qui id ait notari à Ioan. And.*in cap. cum aliquibus, de reſcript.in nouel.verbo,auctoritate,lib.*6.& Bart.*in l. & quia.ff.de iuriſd.omn.iud.* & idem eſſe,quãdo poſt datam iuriſdictionem cõmittens confirmat auctoritate Apoſtolica,dicens, quicquid feceris, auctoritate noſtra teneat , & confirmamus, quia hæc clauſula non adiicitur proceſſui,ſecundùm Calder.*in d. cap.cum olim,de maioris.& obed.in addit.*Lap.*in alleg.* 88.quæ incipit,*commune Florentiæ* , & Card.Florent. *d.cap.cum aliquibus,in Apoſtil.* His de poteſtate Capituli Sede Epiſcopali vacante , quatenus ad hanc quæſtionem expedire viſum fuit , breuiter præmiſſis ; nam de Vicario Capitulari pariter Sede vacante,quod neceſſarium erit , inf.hoc ipſo cap.*quæſt.*14. dicemus , præſertim *ſuppoſ.*1.*& concluſ.* 2. ad huius quæſt.concluſiones deſcendamus.

PRIMA CONCLVSIO. Capitulum Sede Epiſcopali vacante per obitum Epiſcopi † poteſt 427.
commutare vltimas voluntates in caſibus , in quibus de iure communi poſſet Epiſcopus. Probatur, quoniam in huiuſmodi iuriſdictione ordinaria,quæ Epiſcopo competit iure cõmuni , mortuo Epiſcopo ſuccedit

succedit Capitulum, vt satis ostendimus sup. circa initium præmiss. vnic. præsentis quæst. præcipuè ex *cap. cùm olim, de maior. & obed. & cap. vnic. eod. tit. in 6.* & vtrobique Doct. atque alibi sæpe. negari autē non potest, quin commutatio vltimæ voluntatis sit actus iurisdictionis Episcopalis. Confirmari verò idipsum potest ex eo, quod tradit Sanch. *d. tract. de matrim. lib.*
428. *3 disp. 28. n. 5.* Capitulum Sede Episcopali vacante † posse assistere matrimonio, vel alij sacerdoti licentiam dare; & *lib. 8. disp. 2. n. 10.* posse absoluere, ac dispensare circa omnes casus occultos, nec deductos ad forum contentiosum, excepta irregularitate ex homicidio voluntario, iuxta decretum Concil. Trid. *sess. 24. cap. 6. de refor.* quod idem docet ipse *lib. 2. sua sum. cap. 11. num. 4. lib.* autem *4. cap. 38. n. 17.* post Aragon. *2. 2. quæst. 88. art. 12. concl. 5.* Ant. Gomez *in Bull. Cruciat. clauſ. 10. num. 62.* Sayr. *in clauſ. Reg. lib. 6. cap. 11. n. 84.* Rodriquez *2. tom. ſum. cap. 100. n. 3.* & Henriq. *lib. 14. de irregul. cap. 18. num. 2. & lib. 6. de pœnit. cap. 6. num. 1.* tradit, Capitulum Sede vacante posse dispensare in omnibus votis, in quibus potest Episcopus, quod & generatim in casibus Episcopi à iure concessis, post Feder. Senen. *conſ. 30.* Abb. *d. c. cùm olim, de maior. & obed. & cap. at, ſi Clerici, §. de adulteris, ſub num. 16. de iud.* Card. *c. cùm omnes, quæſt. 10. de conſtit.* Gemin. *in cap. cùm ex eo. n. 7. de elect. in 6.* Nauar. *conſ. 32. de temp. ordin.* voluit Quarant. *d. tract. de Capit. ſed. vac.* seu eius Apostill. *n. 1. verſ. ſecundo quæro*; vbi tamen id temperat procedere in casu, in quo subsistente legitima causa dispensatio esset debita, iuxta glos. *in cap. vt conſtitueretur, & cap. Domino ſancto, 10. diſt.* Denique hæc conclusio ex eo confirmatur, quòd ad Capitulum Sede vacante transit potestas exequendi vltimas voluntates, vt ex communi pluribus relatis tradit Couar. *in cap. Ioannes, num 2. de teſtam.* ac sentiunt Crass. & alij, de quib sup. *n. 415.* necnon prorogandi executionem earumdem vltimarum voluntatum, vt post alios in specie tradit M. Ant. Cucch. *Inſt. maior. can. lib. 2. tit. 9. num. 82.*

Ampliatur autem hæc conclusio primò, vt procedat, † vbi etiam Sedes vacet per renuntiationem,
429. trāslationem, depositionem, aut alio simili modo, ex glos. ab aliis approbata *in d. cap. ſi Epiſcopus, verbo, mortem, de ſuppl. negl. prel. in 6.* quæ huius generis modos ciuilis mortis æquiparat morti naturali Episcopi quoad hoc, vt in eius administrationē tam in spiritualibus, quàm in temporalibus succedat Capitulum. Secundò idem dicēdum si Episcopus captus sit à Paganis, vel schismaticis; cum text. ibi hūc casum æquiparet ad eundem effectum morti naturali eiusdem Episcopi. Tertiò ampliatur conclusio, vt procedat † tam in voluntaria, quàm in contentiosa iurisdictione, qua vtraque vti poterit, cùm opus fuerit, in commutatione vltimæ voluntatis Episcopo cōcessa, cui Capitulum succedit etiam in volūtaria iurisdictione, vt non multo ante primā concl. tradidimus. nisi fortè id intelligas procedere, dummodo adsit aliqua necessitas tunc exercendi voluntariam iurisdictionem; aliàs secùs, & hoc ad summum probat glos. *Clem. 1. de hæret. §. 1. verbo, Capituli*, quam pro se allegat Fel. contrarium sentiens, vt *ibid.* diximus.

Denique probabiliter ampliari hæc cōclusio dici
431. potest † in casu excōmunicationis, vel suspensionis Episcopi; cùm tunc etiam iurisdictio Vicarij sit suspensa, nimirū autem dispendium pateretur Ecclesia si iurisdictionalia in ea non exercerētur, donec à sede Apostolica prouisio expectetur; vt *in d. præmiss. vnic.* deduximus. omnino verò ex ibidem adductis dicendum id est, vbi Episcopus in remotis agat, nec constituerit Vicarium, vel constitutus mortuus sit. limitari autem probabiliter potest, vt in fin. 3. concl.

SECVNDA CONCLVSIO. In iis commissionibus commutationum vltimæ voluntatis, quæ fiunt Episcopo in casibus, in quibus iure ordinario non posset Episcopus commutare, † non succedit ei 432.
Capitulū; in aliis verò succedit. Prior concl. pars patet; tum quia ea, quæ iure speciali delegato cōpetebant Episcopo, non transeunt in Capitulum, vt sup. *d. præmiss. vnic. homini quæſt. circa med.* post alios tradidimus. tum quia speciales cōmissiones factas Episcopo non tranſire in Capitulu Sede vacāte, sed in successorem, si factæ sint sub nomine dignitatis, textus est *in c. quoniā Abbas, de off. deleg.* si verò sub nomine personæ, expirat cū persona, vt *ibidem* tradunt Doct. & notauit etiam Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 27. n. 2.* eo, quòd subiectum, cui inhærebat, deficiat, arg. *l. 2. ff. de vſufr. & l. 1.* vbi Bart. *n. fin. ff. de vſu, & vſufr. leg.* cum simil. Posterior pars probatur, quia in iis, quæ competunt Episcopo iure ordinario, & communi, delegatio, & commissio Papæ nō facit eum delegatum, sed solùm excitat eius iurisdictionem, *cap licet in corrigendis, de off. ord. & cap. fin. de ſimon.* cum simil. atque in specie dispensationū tradit post alios Sāch. *d. lib. 8. disp. 2. n. 10. ad fin.* Idémq; voluit Quarāt. seu eius Apost. *d. verſ. ſubſequenter*, post Butr. *in cap. cum in cunctis, de elect.* Gemin. *cap. quamquam, eod. tit. in 6.* Fel. *d. c. verùm, n. 3. de for. compet. & cap. eam te, n. 17. de reſcript.* Censebuntur autem iure ordinario, & communi Episcopo competere, præter eas, de quibus *quæſt. præced.* passim, etiā commutationes illæ, quas forsan futuro aliquo tempore generaliter in iure ex Apostolica auctoritate, vtputa respectu exēptorum committi Episcopis continget, vt in causa hæretis factum fuit *d. cap. ad abolēd. in, in fi. de hæret.* iuxta dicta paulo ante 1. concl. Non poterit tamen Capitulum † exequi commissionem factam Vicario Epi- 433.
scopi, vel Officiali dioecesano, vtputa, si dicatur, Vicario Episcopi Cremonen. vel Officiali, seu Vicario Cremonen. vt docet Sanch. *d. lib. 8. disp. 2. n. 33.* licèt ibidē tueatur eam posse executioni mitti a Vicario ipsius Capituli; de quo nobis aliquid dicēdum erit *quæſt. 14.* vbi latius de Vicario Capitulari agemus, & *cap. 8. quæſt. 2. concl. 2.* Interim ad postremam huius quæst. conclusionem transeamus, si priùs duo admoneamus: alterum, huius concl. posteriorem partem limitari posse, vt *in fin. ſeq. concluſ.* alterum, id, quod hucusque dictum est de Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Sede Episcopali vacāte quoad potestatem commutandi vltimas voluntates, † statuendum 434.
etiam esse de quouis alio, qui tūc loco Capituli Ecclesiam ipsam in spiritualibus, ac temporalibus administret, iuxta text. *in cap. obtum, cap Carinenſis, & cap. quoniam, 61. diſt. cap. cùm nobis olim, de elect. cap. is, cui, eod. tit. in 6. cap. Eccleſia*, quod est fin. *de ſuppl. negl. prel. cap. vnic. de maior. & obed. cap. cùm nullus, §. fin. de temp. ordin. eod. lib.* is enim potest, sicut posset Capitulum, & Episcopus ipse absoluere excommunicationis sententia siue iuris, siue hominis fuerit, vt apertè disponitur *in d. cap. vnic.* Ad solum autem Romanum Pōtificem spectat † huiusmodi administra- 435.
torem vacante, vel non vacante Sede Episcopali deputare cum plena, & libera administratione temporalium, & spiritualium, vt cauetur *in d. cap. is, cui, & cap. fin. in princ.* nisi fortè Capitulum in spiritualibus, & temporalibus negligenter, aut perperam administret: tunc enim Archiepiscopus ob negligentiam, vel malitiā Capituli, eo vocato, causæque super hac cognitione præmissa, visitatorem, seu administratorem eidem vacanti Ecclesiæ licitè poterit deputare; prout his ipsis verbis disponitur *in d. cap. fin. in princip. de ſuppl. negl. prælat. in 6.* quod idem in Legato de latere tradiderunt ibi Archid. & Ioann. Andr.

per

per text. *in cap. ſi Abbatem, de elect. eodem lib.*

TERTIA, & poſtrema CONCLVSIO. Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ tituli Cardinalatus
436. Presbyteralis, vel Diaconalis, † poteſt cõmutare vltimas voluntates, quas poteſt ipſe Cardinalis; de quo videbimus *quæſt.ſeq.concl.1.* Probatur, quia Capitulum d. Eccleſiæ ſuccedit in ea iuriſdictione, & poteſtate, quam in toto ſuo titulo habet idem Cardinalis; vt ſatis conſtat ex *d.cap.his, quæ, de maior. & obed.* ibi, quando autem Eccleſia ipſa Cardinali vacabit, Capellani, & Clerici memorati eidem Eccleſiæ reuerenter exhibeant ſupradicta, (mox autem de Cardinali loquens dixerat, manualem obediẽtiam, reuerentiam, & honorificentiam omnem exhibeãt, & ad Eccleſiam pro ſcrutinio, baptiſmo, & capitulo celebrandis conueniant temporibus conſuetis, correctionem ipſius Cardinalis recipientes humiliter, & excommunicationis, interdicti, vel ſuſpenſionis ſententias, quas tulerit in eos, & Eccleſias eorum, inuiolabiliter obſeruantes:) excepto quod de correctione, & excommunicatione, & ſuſpẽſione ipſorum, pro bono pacis noſtræ prouidẽtiæ reſeruamus; & exceptis etiam tribus illis, quæ de ordinaria poteſtate Epiſcopi † non tranſeunt ad Capitulum eius
437. Sede vacante, & ex gloſ. fin. *in cap. cùm olim*, & ibi Abb. *num.2.* poſſit Anaſtaſ. Germon *d.tract. de Indult. Card. §. tam ratione, num.40. & ſeqq.* nimirum, collatio beneficiorum, quæ ad Epiſcopum dumtaxat pertinet, iuxta *cap. illa, ne ſed. vac. & cap.1. de inſtit. in 6.* licentia tranſeundi de vna Eccleſia ad aliam, ſi illic eligatur, vt colligi videtur ex *cap. presbyteri, 24. diſt. & cap. fraternitatem, 71. diſt.* ac denique alienatio bonorum ipſius Epiſcopatus, ex *cap. ſi qua de rebus, 12. quæſt.2.* Et, quòd Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ tituli Cardinalis, his exceptis, ſuccedat in iis, quæ poterat ipſe Cardinalis, neminem dubitare, ait Germ. *d. §. tam ratione, num.44.* cùm, inquit, maxima inter magiſtros noſtros controuerſia, adhúcque ſub iudi-
438. ce lis ſit, † an Capitulum motte Prælati Epiſcopo inferioris ſuccedat in iis omnibus, quæ facere poterat Prælatus, vt videre eſt apud Innoc. Hoſt. Bald. Butr. Abb. Fel. & alios *ad d.cap. his, quæ, de maiorat. & obed.* Innoc. *ad cap. dilectus, de Capell. Monach.* Ioann. Monach. & Phil. Prob. *ad cap. vnic. de maiorit. & obed. in 6* Anchar. *cap. vnico, ne ſed. vac. eod. lib.* Imol. *Clem. ne Romani, de elect.* & Pauin. *d. prælud. 6. num. 16.* Repono autem nunc Cardinalem Presbyterum, aut Diaconum inter Prælatos inferiores Epiſcopo, cùm hic loquamur de iuriſdictione, in qua ſicut & in ordine inficiari nemo id poteſt, licèt dignitate ſint longè maiores, ac ſuperiores, vel ob id quòd dicuntur pars corporis Papæ, eique tanquam conſiliarij aſſiſtunt, vt colligitur ex *cap. fundamenta, de elect. in 6. & cap. felicis, de pœn. eod. lib.* & latè tradũt Barbat. & alij quotquot de Cardinalibus tractatus ediderunt. In propoſito autem à nobis articulo probabilius mihi eſt. Capitula Eccleſiarum Collegiatarum, ſeu Collegia Clericorum, quibus præſunt hi Prælati habentes iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, iis naturaliter, vel ciuiliter mortuis, ſuccedere in illorum iuriſdictione, ad inſtar Capituli tituli Cardinalatus, per *d.cap. his, quæ*; vbi id inter alios tenet Abb. *num.2.* cuius opinionem communem aſſerit eam ſequẽs Fel. *ibidem num.3.* & verum eſſe colligo, tum cum Abb. & Fel. ex *d.cap. his, quæ*, quoniam eadem ratio videtur in his Prælatis, ac in Cardinalibus, cùm vtrique habeant iuriſdictionem deficientem, ac diminutam reſpectu Epiſcopalis iuriſdictionis, ſeu quam habẽt Epiſcopi, & ideo communiter dicuntur habere iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. tum ex Cõc. Trid. *ſeſſ. 25. cap.10. de refor.* ibi, nec ipſi Abbates, & alij exempti, aut Collegia, vel Capitula quæcumque etiam Eccleſiarum Cathedralium litteras dimiſſorias aliquibus Clericis ſæcularibus, vt ab aliis ordinentur, concedant. Cõtraria verò opinio procedere poſſet in illis Prælatis Eccleſiarum Collegiatarum, qui huiuſmodi iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem non habent, ſed ſolam leuem correctionem, ſeu modicam iuriſdictionem, & coërtionem in Canonicos, alióſve Clericos ſuarum Eccleſiarum, cuiuſmodi ſunt ferè omnes Præpoſiti, ac Prælati Eccleſiarum Collegiatarum in ciuitatibus.

Iam verò tam hæc concluſio, quàm prima huius quæſt. necnon poſterior pars ſecundæ, quódque ad eius fin. diximus de viſitatore, ſeu adminiſtratore Sede Epiſcopali vacante circa poteſtatem commutandi vltimas volũtates, quas ordinaria facultate poterant reſpectiuè Cardinalis, & Epiſcopus in Eccle-
439. ſiis ſibi ſubiectis, † probabiliter limitanda ſunt, ſeu accipienda, vt procedant ſtãte neceſſitate expediendi actum illum, ita, vt cogi poſſet Epiſcopus ille, vel Cardinalis ad eum expediendum, nec commode expectari poſſit ſucceſſor; per ea, quæ de derogatione qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum dicemus *inf. cap.10. quæſt.5. concl.15. ad fin.* vnde etiam patebit, quid ſtatuendum hac in re ſit quoad ſequeſtrem, ſeu depoſitarium Eccleſiæ Cathedralis, eiúſve poſſeſſionis.

SVMMÆ RERVM.

440. *Cardinales in ſuis titulis Presbyteralibus, & Diaconalibus primum locum obtinent inter Prælatos ſeculares habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. & quid in Monaſteriis, & Eccleſiis Regularium, in quibus ſunt tituli; num.441.*

442. *Iuriſdictio quaſi Epiſcopalis Cardinalium in ſuis titulis Presbyteralibus, & Diaconalibus vti competens de iure communi eſt fauorabilis, & latè interpretanda; cæterorum verò Prælatorum vti acquiſita iure ſpeciali erit odioſa, & reſtringenda.*

443. *Prælati inferiores Epiſcopis alij habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in omnibus, alij in aliquibus tantùm.*

444. *Prælati inferiores Epiſcopo habentes omnimodam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem adhuc ſubditi eſſe poſſunt Archiepiſcopo, & non immediatè Sedi Apoſtolicæ; & quomodo dicantur eſſe nullius diœceſis; & duob. num. ſeq.*

445. *Prælatus habens locum nullius diœceſis non ideo in eo iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem obtinet, ſed ſolùm inde concluditur exemptio ab Epiſcopi iuriſdictione.*

446. *Prælati nullius diœceſis habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, plenam tamen qui dicantur; & an iis, vel eorum Vicariis committi poſſint diſpenſationes, & commutationes vltimarum voluntatum ipſis ſubditorum.*

447. *Prælati inferiores Epiſcopo habentes plenam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem poſſunt ea omnia, quæ de iure competunt Epiſcopo ex lege diœceſana, vel ſub commemoratione diœceſis; niſi hæc omnia contra illos Epiſcopus acquiſierit.*

448. *Legis diœceſanæ, aut iuriſdictionis quænam ſint, & ibi intellectus cap. conquerente, & cap. dilectus, de offic. ord.*

449. *Diœceſani appellatione veniunt Prælati inferiores modo habeãt iuriſdictionem Epiſcopalem.*

450. Præ

Digitized by Google

450. *Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem cogere possunt executores testamentarios ad exequendum testamentum; & num.455.*

451. *Prælati inferiores Episcopo,eorumque subditi non subsunt immediatæ iurisdictioni Archiepiscoporum.*

452. *Cardinales in suis titulis Presbyteralibus, & Diaconalibus possunt vltimas voluntates suorum subditorũ,quoties Episcopi possunt suorũ.*

453. *Cardinales in suis titulis an dispensare possint in voto,& aliis.*

454. *Prælati inferiores Episcopo habentes iurisdictionem quasi Episcopalem in sua quasi diœcesi commutare possunt vltimas voluntates, quas possunt Episcopi in sua diœcesi.*

455. *Prælati inferiores habentes quasi diœcesin,habent in illa eandem iurisdictionem,quam Episcopi habent in diœcesi sua; exponunt Confessarios; nomine Ordinariorum veniunt;assistere possunt matrimonio,ac dare licentiã assistendi; & absoluere à casibus Episcopo concessis contemplatione diœcesis; dispensare in votis Episcopalibus, & compellere executores testamentarios, immo ipsis negligentibus exequi testamentum.*

456. *Archiepiscopi, aut alij superiores infra Papam commutare nequeunt vltimas voluntates subditorum Prælatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem.*

457. *Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem tunc demum commutare possunt vltimas voluntates in sua quasi diœcesi,si eam acquisierunt primatiuè ad Episcopos.*

458. *Prælati inferiores, qui iurisdictionem Episcopalem solum in certis casibus acquisierunt,commutare nequeunt vltimas voluntates, nisi id in specie sibi acquisierint; prout etiam in dispensatione votorum contingit.*

459. *Consuetudo, præscriptio, & priuilegium contra Episcopi iurisdictionem sunt restringenda.*

460. *Intellectus.sicut vnire,de excess.Prał.*

461. *Iurisdictio à Prælatis inferioribus intra fines diœcesis Episcopi non acquiritur,nisi per spatium 40.annorum; & num.seq.*

462. *Quadraginta anni sufficiunt ad præscribendam potestatem dispensandi in votis,& aliis casibus Papæ reseruatis.*

463. *Cõsuetudo contra ius,vel detrahens iuri Ecclesiæ, requirit spatium 40. annorum.*

464. *Tempus quadraginta annorum in præscribendis iuribus Sedis Episcopalis non currit, quamdiu ea vacat, vel alias Episcopus tueri non potest illius iura; & ibi intellectus cap.auditis,de præscript.*

465. *Iurisdictio à Prælatis inferioribus contra Episcopum legitimè acquisita per priuilegiũ,quanto temporis spatio amittatur; & ibi intellectus cap.si de terra,& cap.accedentibus,de priuil. & quid in acquisita per consuetudinem, vel præscriptionem,num.466. & seq.*

467. *Cõsuetudo an tanto tẽpore tollatur,quãto inducitur.*

468. *Priuilegium contra ius concessum ad præiudicium tertij non reuocatur per posterius priuilegium eiusdem Pontificis non continens clausulam derogatoriam de non tollendo iure quæsito.*

QVÆRO DECIMOTERTIO, an Prælati sæculares habentes iurisdictionem quasi Episcopalem possint in sua iurisdictione vltimas voluntates commutare.

Inter hos Prælatos, de quibus habetur *in cap.fin. de off.Archid.in fin.cap.cum ab Ecclesiarum, ff.de offic. ord.cap.auditis,& cap.cum olim,de præscr.cap.1. §. nec etiã,de for.compet.in 6.& cap.Romana,§.ab Archidiaconis,de appell.& cap. Venerabilibus, in princ.de sent. excomm.eod.lib.* & in Conc.Trid.*sess.23.cap.10. de refor.*& aliis iuribus,ac Doct. in discursu huius quæst. allegand. atque ex his per Franc. Balb. *in tract. de præscript.1.part.5.part.princ.quæst.11.* & Lamb. *tract. de iurepatr.lib.1.part.1.quæst.9.princ.art.3.*Abb.Cou. & alios Doct.*in cap.Ioannes, de testam.* primum locũ tenent † Cardinales in suis titulis Cardinalatus; 440.
tum ratione maioris dignitatis, tum quòd suam iurisdictionem quasi Episcopalem habent ex dispositione iuris *in d.cap. his, quæ, de maior.& obed.* vt adnotarunt *ibi* Abb.*num.1.*Felin.*num.item 1.*Innoc.*cap. dilectus,de Capell.Monach.* Ioan.And.& Butr. *in cap. dilecto,de off.Archid.* Imol. *in Clem.ne Romani, col.6. vers. quarò quæro,de elect.* Ioan. Monach. & Gemin. *cap.vnico,de maior.& obed.in 6.*Rom.*cons.498.*Pauin. *tract.de offic.& potest.Capit.sed.vac.prał.6.n.9.* & inter recentiores Card. Alban. *in tract.de Cardin.quæst.46.* Anastas.Germ. *tract.de Indult.Cardin. §.tam ratione, num.15.* Gonzal.*ad reg.8.Cancell.glos.13.in princip.n.* 20. Iac. Sbroz qui alios allegat *tract. de Vicar.Episc. lib.1.quæst.3.num.27.cum seq.* Sanchez *lib.3.de matri. disp.28. num.7.* vbi etiam ipse alios citat, & Suarez *de legib.lib.4.cap.5. num.4.* atque ante hos pluribus relatis Mandos.*ad reg.7.Canc. quæst.2.n.10.*subdens, ad vnum tamen esse aduertendum,† quòd,cum ali- 441.
qui ex titulis Cardinalium sint monasteria, prout sunt tituli S.Crucis in Hierusalem S.Eusebij, S.Petri ad Vincula, & alij similes; satis dubitabile videtur decidere,quam potestatem in his titulis, ac Monasteriis, & Monachis Cardinales habeant: quódque ipse dicebat, titularem S. Eusebij Ordinis Cælestinorum, non habere iurisdictionem super eius Monachos,alioqui essent plura capita, videlicet Pater Abbas Generalis, & Cardinalis titularis, quorum vterque insolidum,& principaliter haberet iurisdictionem,quod non est dicendum.Sed fortè istæ Ecclesiæ nunc Regulares in cõstitutione titulorum erant sæculares.Cùm autem hanc iurisdictionem in
iure fundatam habeant,† erit fauorabilis,& latè in- 442.
terpretanda,iuxta tradita per Cassador.*decis.8.n.6.de prob.*Caputaq.*decis.88.num.6.part.2.*Mandos.*reg.11. Canc.quæst.11.n.2.*cum duobus seqq.& alios ad id relatos à Gonzal.*ad reg.8.Canc.§.6.proœm.n.27. & 42.* Hæc eadẽ verò iurisdictio quasi Episcopalis, quam habẽt cæteri Prælati inferiores Episcopis, cùm eam acquisierint priuilegio, consuetudine, aut præscriptione,atque adeò iure speciali,vt inter cæteros adnotauit Fel.*d.cap.his, quæ,n.2.& 3.de maior. & obed.* erit odiosa,& strictè interpretanda, prout constat de priuilegio ex *cap.ex parte,il 1. & cap.licèt, de decim. cap.cum Capella,de priuileg.& cap.1. §.ille verò,de fil. presbyt. in 6.* ac tradit Rebuff.*in prax.benef.tit.de different.int.priuileg.& rescript.num.6.*& Bernard. Diaz *in reg.579.* de consuetudine concludunt communiter Doct.*in l.de quibus, & l.quod non ratione, ff.de legib.& cap.fin.*vbi latè Curt.*sect.4.num.1.vsque ad 10.* de præscriptione, per Doct.*in rubr.* & passim *in tit. de præscript.* atque alibi sæpe; & vulgata regula est tantum præscriptum, quantum possessum, quam comprobat Ant.Gabr.*com.concl.lib.5. tit.de præscript. concl.2.num.1.* licet sit minùs odiosa, quæ per priuilegium,quàm quæ per consuetudinem, vel præscriptionem acquiritur,vt *in fin.quæst.* videbimus. atque in specie de iurisdictione per consuetudinem acquisita est text. *in cap. fin. de offic. Archid. & cap. cum contingat,de for.compet.*de iurisdictione verò acquisita per præscriptionem liquet ex *d.cap.auditis, & cap. cùm olim,de præscript.* atque inibi Doct. adnotarunt.

Plu

Plerique autem Doct. quos refert, ac sequitur Sanchez *lib.4.sum.cap.38.num.19.*iuncto *num.20.*quibus addo Couar.alios allegantem *in cap.Ioannes, num.2. de test.am.*horum Prælatorum inferiorum Episcopis,
443. qui aliquam iurisdictionem exteriorem habent, † duo genera cõstituunt: alterum eorum, qui tantam iurisdictionem sortiti sunt intra fines diœcesis Episcopi, vt quasi propriam diœcesim habeant; de quibus *d.cap.cum ab Ecclesiarum, de off.ord.*in Decretalib.Gregor.IX. ac præterea *cap.1.§.nec etiam, de for.compet.in 6.cap. Venerabilibus, in princ.de sent.excom.& cap.Abbates,de priuil.eod.lib.* Conc.Trid.*sess.25.cap.11.de reg.*necnon *in d.cap.fin. de offic. Archid. d.cap.cum olim,& cap.auditis, de præscript. & cap.accedentibus, de excess.Prælat.* quatenus ibidem indicatur,quòd potuisset in totum consuetudine, aut præscriptione acquiri iurisdictio Episcopalis in certa parte diœcesis Episcopi: alterum eorum,qui solùm in aliquibus actibus iurisdictionem Episcopalem cõsuetudine,præscriptione, vel priuilegio acquisierunt; prout casus est generatim quidem *in cap. Romana,§.ab Archidiaconis,de appellat.in 6.*Conc.Trid. *sess.23.cap.10.de refor.* vbi de Abbatibus, *& sess.24. cap.3.de refor.* vbi de Capitulo, de quo etiam *in cap. ex parte,il 1.de verb.sig.cap.si Canonici,de off.ord.in 6. & cap.irrefragabili,in princ.& §.cæterùm,extra eod.tit.* præsertim quoad consuetudinem; de qua quoad Prælatos Conc.Trid.*d.cap.3.* necnon *d.cap.fin.de offic.Archid.& cap.cùm contingat, de for.compet.* quoad priuilegium *eodem cap. cùm contingat,& cap.accedentibus,de excess.prel.* necnon *d.cap.auditis*, iuxta multorum expositionem,*de præscriptione.*denique *in cap. cùm ex officij,& cap.cùm olim,de præscript.as d.cap.auditis,*quod plerique intelligũt de præscriptione vsus iurisdictionis Episcopalis;licèt veriùs exponendum sit de præscriptione libertatis à iurisdictione Episcopi,vt infrà post vlt.concl.*vers.alterum est*, docebimus. Hæc porrò distinctio Prælatorum inferiorum Episcopo,vt alij sint,qui plenam habent iurisdictionem Episcopalem,alij qui eiusdem partem tantùm aliquam; mihi quoque admittenda videtur ex prædictis auctoribus, & iuribus: iuncta etiam quadam declaratione sacræ Congregationis Conc. Trid. relata à Nic. Garz.*tract.de benef.part.9.c.2.n.130.* dum ad ea verba eiusdem Conc.*sess.28.c.18. de ref.poterit Ordinarius, si pro sua conscientia,*&c.eam respondisse ait,ex hoc verbo,*Ordinarius,*colligi,hoc decretũ locum habere in inferioribus Prælatis; vnde inferior Episcopo,qui omnimodam iurisdictionẽ habet Episcopalẽ,nec alicui subditur, sed est immediatè subiectus Sedi Apostolicæ,nullius diœcesis, proprium territoriũ habens,si habet ius congregandi Synodũ, & legitimè constat illam cõgregasse,& elegisse examinatores;poteritcõcursum instituere,examinare, & approbare,ac Oeconomos,& Vicarios deputare; denique omnia illa, quæ per hoc decretum permittuntur, præstare:dum enim hæc declarauit licere iis tantùm Prælatis Episcopo inferioribus, qui habent omnimodã iurisdictionem Episcopalẽ; apertè supponit,dari quoque alios Prælatos Episcopo inferiores,qui non omnimodam, seu in aliquibus dutaxat habẽt Episcopalem iurisdictionẽ.Similis declaratio refertur à Garz.*d.tract.part.12.c.2 n.74.*Dicũtq; autẽ hi Prælati,meo iudicio, omnimodã iurisdictionem
444. Episcopalẽ † habere, licèt subdãtur Archiepiscopo: neque in hoc sint immediatè subiecti Sedi Apostolicæ;sicut in Episcopis contingit: ac pariter nullius diœcesis esse,non quidem propriæ,hoc est,suæ,cùm supponãtur habere proprium districtum, & territoriũ,atque adeò diœcesim;vt per se patet,necnon ex nonnullis etiam Doctoribus, quos ipsemet Garz.allegat *d.c.2. n.129. & 136.* sed nullius diœcesis Episcopalis,vt satis colligitur ex adductis ab eodẽ Garz. *d.cap.2.n.123.133.134.135.& 140.*siue subiecti sint immediatè Sedi Apostolicæ,siue non,quia exẽptionem ab ea Sede per priuilegiũ non obtinuerint, sed illam simul cum diœcesi per quandã consequẽtiam sibi priuilegio,præscriptione, vel cõsuetudine quæsierint. Non statim tamen, ac Prælatus est,habẽtve locum nullius diœcesis,† ideo habet iurisdictionem 445.
quasi Episcopalẽ:ex hoc enim solùm est exemptus à iurisdictione Episcopi, & vel immediatè Sedi Apostolicæ subiectus, sicut & in cæteris priuatis personis,aut locis accidit, quæ nullius diœcesis esse dicũtur,vel eo modo, quo Episcopi, qui & ipsi nulli alij Episcopo subiiciũtur,& ab eius iurisdictione exempti, atque adeò verè nullius diœcesis sunt, hoc est, alterius,quàm suæ:verùm requiritur,vt eam iurisdictionem,priuilegio, præscriptione, vel cõsuetudine quæsierint;iuxta supradicta,ideòque signanter sacra Cõgreg.in declarat.sup cit. & aliis, quas Garz.refert *d.cap.2.n.142.& 144.* necnon Rot. *in decis.ab eodem alleg.sub n.134.*loqui volẽs de Prælato inferiore habente iurisdictionem quasi Episcopalem, vel proprium territorium,id ponit,postquam præmisit,*nullius diœcesis*;quasi hoc nõ sufficiat ad iurisdictionem Episcopalem,vel quasi,seu ad habendum proprium territorium. Quin etiam iure dicere possumus, † 446.
quoties in prædictis,aliisve declarationibus, Rotæve decisionibus, aut Doctoribus loquentibus de hisce prælatis inferioribus habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, vel proprium districtũ,diœcesim,seu territorium, hæ duæ res, aut eorum altera iungitur cum illis verbis,*& nullius diœcesis*;hæc postrema verba poni non taxatiuè,sed demonstratiuè, quia esse nullius diœcesis sit tamquam quidam effectus, & quid necessariò coniunctum cum iurisdictione, vel quasi Episcopali, seu proprio territorio, districtu, aut diœcesi per huiusmodi Prælatos speciali iure cõsuetudinis,præscriptionis,vel priuilegiis acquisitis intra fines diœcesis alicuius Episcopi, aut veriùs intra fines, ad quos priùs se extendebat diœcesis, seu iurisdictio illius Episcopi. Quare non video,quo fundamento ipsemet Garz. *n.146. & 147.* apertè supponat, posse aliquem Prælatum inferiorem habere plenam iurisdictionem Episcopalem,& tamen non esse nullius diœcesis;resoluens, quoque id,quod non negamus hisce prælatis habẽtibus plenam iurisdictionem quasi Episcopalem posse à Sede Apostolica committi dispensationes, & commutationes vltimarum voluntatum iis subditorum,quas Conc.Trid.*sess.22.cap.5.& 6.de reform.*mandat committi Ordinariis; ad idque allegans Flores *quæst.24. num.22.* sicut & possunt huiusmodi commissiones præsentari horum Prælatorum Vicariis,& Sanchez *lib.8.de matrim.disp.27.num.34.* Nisi fortè dicamus, illos Prælatos habẽtes plenam iurisdictionem quasi Episcopalem dici esse alicuius diœcesis,seu non esse nullius diœcesis,qui eam iurisdictionem habent intra fines diœcesis alicuius Episcopi,seu intra limites alicuius Episcopatus,illis scilicet inclusam:esse autẽ nullius diœcesis,qui eandem iurisdictionem habent in finibus,& territorio, seu districtu positis extra fines cuiusuis Episcopatus, seu diœcesis Episcopalis: & sic intelligi debere auctoritates Doctorum, decisiones Rot. ac declarationes sacræ Congregationis allegatas, & probatas à Garz.*d. part. 9. cap.2.* à *num.122. vsque ad* 147.ac præsertim *num.*123.124. 130. 134. 135. 136. 140. 142. 144. 146. & 147. Omnino verò adnotanda est prædicta distinctio de Prælato inferioti habente plenam, vel non plenam iurisdictionem, quasi Episcopalem ad eum

447. eum saltem effectum, † vt, quæ de iure Episcopo ex lege diœcesana, vel sub commemoratione diœcesis competunt, hisce Prælatis Episcopo inferioribus concessa, vel non concessa intelligantur; nisi & omnia, quæ sunt de lege diœcesana, in certa parte diœcesis Episcopi contra illos Prælatos acquisierint.

448. hæc autem quæ sint, † remissiuè posuimus sup. *quæst. 11. huius c. præmiss. 4.* & sanè *in c. conquerente, de off. ord.* iuncta expositione glos. *in c. dilectus, verbo, iurisdictionis, eodem tit.* numerantur tanquam de lege diœcesana Episcopi vocatio ad Synodum, Cathedraticum, quarta decimationum, & mortuariorum: quibus ipsa inibi addit vocationem ad sepulturas mortuorum, & hospitium, ac similia, quæ consistunt in recipiendo. inter ea verò, quæ sunt de lege iurisdictionis, ponitur à Romano Pōtifice *d. c. dilectus*, citatio, causarum examinatio, & decisio, ac emendæ; quibus glos. cit. addit aliqua, quæ habentur *d. c. conquerente*, nimirum canonicam obedientiam, subiectionem, & reuerentiam, institutionem, & destitutionem, correctionē, & reformationem, ac censuram Ecclesiasticam, iurisdictionem causarum omnium ad forum Ecclesiasticum de iure spectantium, pœnitentias publicas, & sacramentorum omnium, quæ ab Episcopo sunt recipienda, collationem. Io. verò An. *eodem c. dilectus*, præter visitationem, de qua text. *d. c. conquerente*, adiungit etiam statuta facere, & inquirere tam de vita Clericorum, quàm de Officiis, & statu Ecclesiarum.

449. Quare diœcesani appellatione † licèt non veniant Prælati inferiores Episcopis non habentes iurisdictionem Episcopalem, vt pletique tenent, quos refert Sanch. *lib. 3. de matrim. disp. 29. n. 14. vers. & confirmatur*, ita eos exponens *n. 16. vers. ad primam confirmationem*. tamen venient illi Prælati inferiores, qui habent iurisdictionem Episcopalem in diœcesibus Episcoporum iis exclusis, vt post glos. *in Clem. vnica, §. volumus insuper, verbo, diœcesanis*, & *ibi* Card. *§. per præmissa, quæst. 2. n. 2.* Imol. *n. 38.* Abb. *ibidem n. 15. & in Clem. 1. de vit. & honest. Cler. n. 1.* Fel. *d. c. cùm olim, n. 1. de præscript.* & Couar. *in cap. Ioannes, n. 1. de testam.* tradit Sanchez *d. vers. ad priorem confirmationem*, vbi id confirmat ex *d. c. Ioannes*, vbi dicitur ad diœcesanos spectare cogere executores testamentarios exequi testamentum; & tamen communiter ibi Doct. tra-

450. dunt, † hoc spectare etiam ad Prælatos habentes iurisdictionem Episcopalem, Io. An. *n. 9.* Abb. *num. 2.* Card. *n. 6. quæst. 3.* Anchar. *n. 5.* Couar. *num. 1. & 2.* Barbat. *col. 7.* Siluest. *verbo, testamentum 2. quæst. 3. d. 3.* Mattienzo *lib. 5 recompil. tit. 4. l. 14. glos. 1. n. 46.* D. Anton. *3. part. tit. 10. c. 3. §. 9.* Molin. *tom. 1. de iust. & iur. tract. 2. disp. 150. §. pen.* idipsum quoque tenent Roch. de Curt. *tract. de iurepatr. verbo, pro eo, quod de diœcesani consensu, quæst. 3. in fin.* & Lambertin. *in simili tract. lib. 1. part. 1. quæst. 2. art. 3. n. 14.* necnon *art. 14. per tot.* & quòd diœcesanis æquiparentur, satis constat ex *d. Clem. vnic. §. fin.* ibi, locorum diœcesanis, vel aliis quibuscumque iurisdictionem habentibus in locis præmissis. Atque hi Prælati inferiores, eorúmque subditi, sicut alij subditi suffraganeorum, † subiecti non

451. sunt immediatæ iurisdictioni Archiepiscoporum; vt constat cùm ex aliis iuribus, tum ex *cap. 1. §. nec etiam, de for. compet. in 6. c. Romana, §. ab Archidiaconis, de appellat. & c. Venerabilibus, in princ. de sent. excomm. eodem lib.* His suppositis iam ad conclusiones venia-mus.

PRIMA CONCLVSIO. Possunt Cardinales in suis titulis Presbyteralibus, & Diaconalibus, si habent aliquos subditos, † eorum vltimas voluntates

452. commutare in casibus, in quibus possunt Episcopi respectu suorum subditorum. Probatur primò, quia Cardinales de iure habent in suis titulis iurisdictionem Episcopalem, vt ex *c. his, quæ, de maior. & obed.* & aliis circa initium huius quæst. ostendimus; commutationem verò vltimarum voluntatum ad iurisdictionem pertinere per se patet, iámque non semel admonuimus; atque adeò id ex iis non est, quæ de lege diœcesana sunt; sed neque ex iis, quæ à iure diœcesanis tantùm, vel sub commemoratione diœcesis Episcopis conceduntur, vt patet ex *cap. nos quidem, de testam.* & aliis iuribus Episcopo commutationem vltimæ voluntatis permittentibus, de quibus sup. hoc eodem cap. *quæst. 11.* præterquam quod dici potest, Cardinales in suis titulis Presbyteralibus, vel Diaconalibus habere quandam diœcesim, licèt modicam, positam intra fines Romanæ diœcesis propriæ Romani Pontificis, vt Episcopus Lateranensis, seu Romæ est: habent enim pleraque Capellas sibi subiectas intra certos fines, ac limites constitutas. Et quamuis Suarez *de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 10. n. 10.* & Sanchez *lib. 4. sum. cap. 38. n. 2.* sentiant, † secluſa consuetudine non posse Cardinales in suis ti- 453.
tulis dispensare in voto, quia non habent in iis ius Episcopale; tamen contrarium ipsi quoad hoc fundamentum expressè cum communi tradiderunt, ille *lib. 4. de legib. cap. 5. num. 4.* hic *lib. 3. de matrim. disp. 28. num. 7.* vnde notat etiam quod super eo struxerunt ædificium de dispensatione in voto; quam esse actum iurisdictionis spiritualis, nec ex se Pontifici reseruatæ, constat ex traditis ab eodem Sanchez *d. cap. 38. num. 6. & cap. 37. num. 3. ac 16.* Leonard. Lell. *lib. 2. de virtut. Cardin. cap. 40. dub. 12.* ac Suarez *d. cap. 10. n. 1.* & aliquot seqq. Vera tamen erit hæc opinio quoad eas dispensationes, quæ à iure conceduntur Episcopo contemplatione plenæ, ac propriæ diœcesis; vt est illa de qua Trid. Concil. *sess. 25. cap. 6. de reform.* non enim poterit illa facultate dispensandi vti Cardinalis in suo titulo, cùm non habeat diœcesim; per ea, quæ de Episcopo titulari post Suarez *de cens. disp. 41. num. 7.* docet Sanchez *lib. 2. sua summ. cap. 11. num. 3.* quia conceditur ibi hæc facultas Episcopo respectu subditorum in propria diœcesi tantùm, vt ex contextu apparet. quamuis & in hoc contrarium defendi possit ex iis, quæ de aliis Prælatis hac etiam in re dicemus *concl. seq.* Probatur secundò conclusio, quia huiusmodi commutatio fieri potest ab Abbatibus; & aliis Prælatis inferioribus Episcopo habentibus ex priuilegio, consuetudine, vel præscriptione iurisdictionem Episcopalem, vt *concluſ. seq.* ostendemus: quam tamen iurisdictionem vti speciali iure competentem, & iuri communi aduersantem strictè esse interpretandam, paulo post initium huius quæst. docuimus; ac præter ibi allata sentit in materia dispensationis votorum Sanchez *d. cap. 38. n. 21.* post Palud. *in 4. sent. dist. 38. quæst. 4. art. 4. concl. 4. num. 44.* Sayr. *in claui Reg. lib. 6. c. 11. n. 86.* & Suarez *d. c. 10. n. 12. in fin.* sicut iurisdictio competens Cardinalibus in suis titulis vti in iure communi fundata fauorabilis est, quemadmodum *ibidem* ostendimus.

SECVNDA CONCLVSIO. Abbates, & alij similes Prælati Episcopo inferiores habentes quasi diœcesim etiam intra fines diœcesis Episcopi, atque adeò iurisdictionalem quasi Episcopalem, † possunt 454.
in sua diœcesi commutare vltimas voluntates, prout possunt Episcopi in sua. Probatur, quia isti † habent 455.
in sua quasi diœcesi eandem iurisdictionem, quam habent Episcopi in sua diœcesi, vt tradunt communiter Doctor. *in cap. Ioannes, de testam. & in cap. sicut venire, de excess. prael.* atque alibi sæpe; Anastas. Germon *tract. de sacror. immunit. lib. 3. cap. 9. à num. 28. ad 33.* & Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 2. num. 12.* dicens, id passim tradi à Doctor. in materia de voto, & aliis. & Confessarios ab iis exponi; quod & praxis docet

atque inter cæteros adnotauit Siluest. *Confessor.* 2. *quæst.* 7. & in ea sunt Ordinarij,ac nomine Ordinariorum veniunt, glos. ab aliis recepta *in cap. quamquam, verbo, ordinario, de vsur. in* 6. Sanchez *lib.* 3. *de matrim. disput.* 28. *num.* 6. & Diœcesanorum, vt sup. ferè statim ante 1. concluſ. huius quæſt. demonſtrauimus, præcipuè ex Sanchez alios allegante *disput.* 29. *num.* 16. *vers. ad primam confirmationem*; qui etiam *d. num.* 6. post alios tradit, eos posse assistere matrimonio, aliisque licentiam assistendi concedere. *in d.* autem *lib.* 8. *disput.* 2. *numer.* 12. pluribus ostendit, probabilius esse, huiusmodi Prælatos posse dispensare, & absoluere suos subditos in casibus à Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 6. concessis Episcopo sub contemplatione diœcesis; adducens etiam pro hac sententia Henriq. *lib.* 14. *de irregular. cap.* 18. *num.* 2. *& lib.* 6. *de pœnit. cap.* 16. *num.* 1. & Rodriquez 2. *part. summ. cap.* 10. *num.* 6. *concl.* 6. *& quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 61. *art.* 9. quod idem probabilius quoque putat alios in id allegans ipsemet Sanchez *lib.* 2. *summ. cap.* 11. *num.* 5. & in dispensatione voti post alios quamplurimos id tanquam certum statuit idem Sanchez *lib.* 4. *summ. cap.* 38. *num.* 19. Confirmatur denique concluſio ex eo, quod tradit Couar. *in cap. Ioannes, num.* 2. *de testam.* Prælatum Episcopo inferiorem habentem iurisdictionem Episcopalem excluso Episcopo, non tantùm posse compellere exequutores ad exequutionem vltimæ voluntatis, sed etiam hanc illis negligentibus exequi,& quando exemptus est simul cum sibi subditis; quod & multi tradiderunt,quos sequitur Crass. *tract. de successione. vol.* 2. *art. executores vltimarum voluntatum, quæst.* 2. *num.* 6. Ampliatur autem hæc concluſio, vt neque ab Archiepiscopis,aut
456. aliis superioribus infra Romanum Pontificem† possint commutari vltimæ voluntates subditorum huiusmodi Prælatorum, cùm tam ipsi Prælati, quam eorum subditi non subsint immediatè iurisdictioni Archiepiscoporum, aliorúmve superiorum prædictorũ; vt satis ostendimus sup. statim ante 1. concluſ. iunctis aliis per nos in hac specie adductis sup. hoc ipso cap. *quæst.* 10. *suppoſit.* 2. *in fin. & concl.* 2. *circa med.*

457. Limitatur verò hæc concluſio, vt procedat, † dummodo hi Prælati acquisierint illam iurisdictionem Episcopalem in sua diœcesi priuatiuè ad Episcopos: tunc enim dumtaxat hi Prælati veniunt nomine diœcesanorum, & possunt concessa à iure Diœcesanis,seu Episcopis contemplatione diœcesis facere, vt expressè voluit glos. *d. clem. vnica, §. volumus insuper, verbo, Diœcesanis, de for. compet.* sentitque Couar. *d. cap. Ioannes, n.* 2. *de testam.* & alij quos refert,ac sequitur Sanchez *d. disput.* 29. *num.* 16. *vers. ad* 1. *confirmationem*, dum ad id requirunt in his prælatis, quòd in sua diœcesi habeant iurisdictionem quasi Episcopalem, exclusis Episcopis.

TERTIA,& postrema CONCLVSIO. Archidiaconi,& alij Prælati inferiores Episcopo, qui non habent certam diœcesim, sed solùm quoad certos actus, priuilegio, consuetudine, vel præscriptione acquisierunt in aliqua parte diœcesis Episcopi iu-
458. risdictionem, † nequeunt commutare vltimas voluntates; nisi id in specie quoque huiusmodi iure speciali acquisierint. Ita in specie potestatis dispensandi in votis post Innoc. *cap.* 1. *in princ. de vot.* & ibi Host. *num.* 1. Io. Andr. *num.* 5. Butr. *num.* 6. Card. *num.* 4. *quæst.* 1. Anchar *num. vlt.* Boich. *num.* 4. Ricard. *in* 4. *sent. dist.* 38. *art.* 9. *quæst.* 2. & ibi Palud. *quæst.* 4. *art.* 4. *concluſ.* 6. *n.* 44. S. Anton. 2. *part. tit.* 11. *cap.* 2. §. 9. *vers. hoc autem videtur*, & alios tradit Sanchez *d. cap.* 38. *n.*
459. 20. Ratio est, quoniam † consuetudo, præscriptio, & priuilegium huiusmodi, cùm sint contra ius, non sunt extendenda, sed potiùs restringenda, vt *sup.* circa initium huius quæst. satis ostendimus, & in materia potestatis dispensandi in votis quoad consuetudinem, & præscriptionem, seu consuetudinem præscriptam, vt ipse, licèt minùs propriè, hac in re loquitur, docet Sanchez *eodem cap.* 38. *n.* 21. post Palud. *sup. art.* 4. *concl.* 4. *n.* 44. Sayr. *in clau. Reg lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 86. & Suarez *tom.* 2. *de relig. libr.* 6. *cap.* 10. *n.* 12. *in fin.* & de hisce Prælatis inferioribus intelligi potest text. *in cap. sicut vnire, de exceſſ. Prælat.* vbi dicitur,† vt Doct. ibi communiter adnotarunt, Prælatum inferiorem non posse vnire, aut subiicere 460.
suam Ecclesiam alteri absque consensu Episcopi, etiamsi interueniat auctoritas Archiepiscopi. licèt verius ibi agatur de Prælato inferiore non habente ex priuilegio, aut alio iure speciali aliquam iurisdictionem exteriorem in re, quam alteri vniuit, seu subiecit. Omnino verò de his loquitur Couar. dum *d. cap. Ioannes, num.* 2. illud post alios tradit vnde nostra hæc concluſio confirmatur, Prælatum, non Episcopum, habentem tamen Episcopalem iurisdictionem, à quo ad Episcopum appellatur, licèt possit cogere executores vltimæ voluntatis ad exequendum, quod Doctor: ibi concorditer asserunt,& exigere ab executoribus rationem, de qua *in Clem.* 1. *de testam.* vt ibi docet Card. *quæst.* 8. fortasse tamen non exequetur vltimam voluntatem negligentibus executoribus, vt *ibidem* sensit idem Card. & alij probat. à Crass. *d. quæst.* 2. *num.* 7.

Porrò quoad istam acquisitionem iurisdictionis, quæ fit ab hisce Prælatis inferioribus intra fines diœcesis Episcopi per consuetudinem, vel præscriptionem, duo adnotanda sunt. Alterum, † eam 461.
debere esse quadragenariam; quicquid de præscriptione voluisse videatur Anastas. Germon *d. cap.* 9. *num.* 32. dum ait, posse Abbatem in aliis Ecclesiis longo tempore præscribere iura Episcopalia. nisi forte longum tempus largè sumat pro diuturno, vel errore librariorum positum sit loco legitimi, quo nomine vsus est in summario *d.* sui *cap.* 9. *sub eodem num.* 32. nam ad eam requiri lapsum quadraginta annorum, constat ex eo, quòd contra Ecclesiam inferiorem non nisi quadragenaria præscriptio admittitur, *cap. de quarta, cap. ad aures, & cap. illud, de præscript.* cum simil. excepto casu *cap.* 1. *eodem tit.* vt nimirum Episcopus triennij spatio præscribat locum per se conuersum ad fidem. & in specie præscribendæ à Prælato inferiori iurisdictionis contra Episcopum, text. est *in cap. auditis, eodem tit.* & præter Doctor. *ibi*, adnotauit Sanchez *d. cap.* 38. *numer.* 22. loquens in terminis dispensationis voti. licèt ibi malè confundat præscriptionem cum consuetudine, dum sumit fundamentum ad id comprobandum ex consuetudine, quam à præscriptione longè differre, latiùs demonstrauimus *in tract. de conseruatorib. iudicib. cap.* 7. *numer.* 461. cum aliquot seqq. licèt *ibidem numer.* 482. fatear in materia præsertim iurisdictionis sæpè alterum pro altero sumi. Rectè verò monet *ibidem* Sanchez, † 462.
hanc quadragenariam sufficere etiam in præscribenda potestate dispensandi in votis, & aliis casibus summo Pontifici reseruatis: quamuis alioqui ad præscribendum contra Ecclesiam Romanam exigatur spatium centum annorum, *cap. ad audientiam, cap. cum nobis, & cap. si diligenti, de præscript. cum suis concord.* cùm per hanc non derogetur rebus Romanæ Ecclesiæ, sed solùm legibus Romani Pontificis; quo casu, sicut requiritur, ita sufficit spatium quadraginta annorum, *cap. fin.* iuncta glos. *ibidem* communiter recepta *in verbo, legitimè sit præscripta, de consuet.* Quoad consuetudinem

nem quoque, per quam acquiritur ab his Prælatis inferioribus iurisdictio in diœcesi Episcopi, idem dicendum, vt requiratur quadraginta annorum
463. ſpatium; quoniam † conſuetudo contra ius, vel detrahens iuri Eccleſiæ, non minori ſpatio inducitur, vt ex *d. cap. fin.* atque ibi communiter Doctor. ac inter cæteros latè Curt. *ſect. 3. numer. 32. & 35.* & aliis fuſiùs docuimus *in tract. de Option. canon. cap. 2. numer. 5. & 9.* & in ſpecie de illa per quam acquiritur iurisdictio, ſentit gloſ. recepta *in cap. 3. verbo, præſcripta, de conſuet. in 6. & cap. 1. verbo, conſuetudine, de offic. ord. eod. lib.* Alte-
464. rum eſt, quòd † ex hoc tempore quadraginta annorum deducendum eſt tempus, quo vacauit ſedes Episcopalis, aut aliàs non potuit Episcopus tueri ius illius. Tum quia id generale eſt in præſcribendis iuribus ſedis, ac dignitatis Episcopalis, vt conſtat ex *cap. 1. & cap. de quarta, de præſcript.* ad quod etiam facit *cap. ex tranſmiſſa, & cap. cum nobis, eodem tit.* necnon *cap. 1. & vlt. ne ſed. vac.* Tum ex text. *in d. cap. auditis, de præſcript.* qui loquitur in terminis præſcriptionis iurisdictionis Episcopalis ab hiſce prælatis inferioribus, vt plerique eum intelligunt; ſed veriùs loquitur de præſcriptione exemptionis, ſeu libertatis à iure Episcopali, vt patet ex iis verbis, quas Episcopus aſſerit ad ſe diœceſana lege ſpectare, Abbas autem eas eſſe ab eius iurisdictione exemptas; ad hoc verò allegabat priuilegium, & præſcriptionem, quod verumque attendi diligenter à delegatis mandat Pontifex; &, ſiquidem in priuilegio expreſſus ſit locus de quo erat quæſtio, illum iubet adiudicari Abbati, aliàs eius probationes recipiant ſuper quadragenaria præſcriptione, & in quibus eam non completam ſubducto vacationis ſedis Episcopalis tempore, vel interruptam repererint, illa adiudicent Episcopo, in cæteris ei ſilentium imponentes, quæ Abbas præſcripſiſſe probatur, vt liquet ex contextu illius cap.

Quòd ſi pro complemento huius quæſt. petas, quanto temporis ſpatio iſti Prælati amittant iurisdictionem, quam ſemel contra Episcopum legitimè acquiſierunt. Reſpondeo, certum omninò eſ-
465. ſe, † acquiſitam per priuilegium ſedis Apoſtolicæ ab hiſce Prælatis non niſi per lapſum triginta, vel quadraginta annorum amitti. Satis id patet ex *cap. ſi de terra, de priuil.* vbi priuilegium Ciſtercienſibus conceſſum non ſoluendi decimas, de quo mentio fit etiam *in cap. ex parte, il 1. de decim.* iidem Ciſtercienſes amittunt, ſi per triginta annos illas ſoluerint. cui aduerſum, vel certè diuerſum videtur quod decernitur *in cap. accedentibus, eod. tit. de priuil.* vbi Templarij, (quos ſimile priuilegium habuiſſe dicitur tum *ibi*, tum *d. cap. ex parte*,) illud amittunt, ſi per ſpatium quadraginta annorum eas perſoluerint. quam antinomiam, ſeu iurium contrarietatem (omiſſa ſolutione gloſ. *d. cap. accedentibus, verbo, per quadraginta annos, in fi.* vt *cap. ſi de terra*, correctum ſit per *cap. accedentibus*; quam falſiſſimam puto, quoniam in compilatione Decretalium Gregorij IX. nulla eſt contrarietas, nulla ſuperfluitas, vt ipſe Gregorius proteſtatur in proœmio Decretalium;) facilè tolli poſſe exiſtimo, vel dicendo, vt quidam dixerunt apud d. gloſ. *circa med. verſ. ad hoc dixerunt quidam*; nimirum, quòd reſpondit Pontifex de quadraginta *in d. cap. accedentibus*, & de triginta annorum ſpatio ad præcedens alterius priuilegium tollendum requiſito *in d. cap. ſi de terra*, quia ſic de facto accidit: cui ſimile eſt *in l. item venium, §. aprauda, ff. de petit. hered.* Sic etiam ſoluitur diuerſitas inter *cap. cum eſſes*, &

cap. relatum, il 1. de teſtam. vel dicendo, (& quidem, vt mihi videtur, longè probabilius,) quòd vbi agitur de præſcribenda contra priuilegiatos ſolutione decimarum ab iis, qui in ea fundatam intentionem non habent de iure, cuiuſmodi ſunt Religioſi, tunc requirantur quadraginta anni, vt in caſu *d. cap. accedentibus*; vbi verò agatur de præſcribenda eadem ſolutione, ſeu exactione decimarum ab iis, quibus illæ iure communi debentur, (cuiuſmodi ſunt habentes parochiam, vt patet ex *cap. ſtatuimus, cap. de decimis, & cap. ſi quis laicus, 16. quæſt. 1.* & diſertis verbis dicitur *in cap. cum contingat, de decim.*) tunc ſufficiunt triginta anni, vt in caſu *d. cap. ſi de terra.* pro qua conciliatione facit text. *in cap. ad decimas, de reſtit. ſpoliat. in 6. & cap. 1. de præſcript. eod. lib.* ratióque eſſe poteſt, quia facilis eſt reditus ad ius commune, & primæuam naturam; *l. ſi vnus, §. pactus, ff. de pact. cap. ab exordio, 35. diſt. cap. cauſam, quæ*, & ibi gloſ. *verbo, fuerat, de reſcript.* cum aliis mox alleg. Et hæc de iurisdictione, quam dicti Prælati inferiores contra Episcopum per priuilegium acquiſiuerunt. Quoad iurisdictionem verò ab iiſdem contra Episcopum acquiſitam per conſuetudinem, aut præſcriptionem; licèt dicendum videatur, † eam tolli, & amitti ſpatio decem anno- 466.
rum, & quidem non omnino improbabiliter; quoniam ſic res reducitur ad ius commune, & ſuum primæuum ſtatum, quo Episcopus ſibi ſubditas etiam quoad iurisdictionalia habet omnes, & ſingulas perſonas poſitas intra fines ſuæ diœceſis, *cap. omnes baſilicæ, 16. quæſt. 7. cap. omnes Principes, & cap. quod ſuper his, de maiorit. & obed. cap. dilectus, & cap. conquerente, de offic. ord. cap. 1. & tribus ſeqq. de for. compet. cum ſuis concord.* iuxta tradita per Abb. *in cap. fin. num. 19. de conſuet.* Tel. *cap. cum omnes, num. 7. & 8. & cap. cum acceſſiſſent, numer. 5. 6. & 30 de conſtit.* dicentes, ſufficere ſpatium decem annorum ad tollendam conſuetudinem vel præſcriptionem quadragenariam contra ius, cùm res reuertatur ad ius commune, & primæuam naturam. ad quod etiam conducunt alia de fauore diſpoſitionis, per quam res reducitur ad ius commune, & primæuam naturam, allegata per Sanchez *de matrim. libr. 1. diſput. 12. numer. 2. verſ. ſecundo, quia, & libr. 8. diſp. 1. num. 12.* Gonzal. *ad reg. 8. Cane. §. 1. proam. num. 47. & gloſ. 7. num. 11. cum tribus ſeqq.* ac præcipuè Laſ. *d. l. ſi vnus, §. pactus, num. 5. & ſeqq. ff. de pact.* Rot. Rom. apud Caputaq. *deciſ. 128. num. 5. ac per tot. part. 1. & deciſ. 31. num. 3. part. 3* Gomeſ. *ad reg. de non tollend. iur. quæſit. quæſt. 3. & 16.* cum aliis adductis per eundem Gonzal. *gloſ. 36. num. 47. uſque ad 53.* necnò per Tiraq. *de iure primog. quæſt. 24. n. 6. & 7.* ac nos paulo antè, & ſup. *c. 4. quæſt. 5. concl. 2.* quam opinionem ſi quis tueri vellet, poſſet non incongruum diſcrimen aſſignare inter priuilegium, & præſcriptionem, vel conſuetudinem contra ius, quòd hæ ſolum iure permittente, non autem approbante priuata auctoritate inducuntur contra ius; priuilegium verò auctoritate publica ab ipſo canonum conditore conceditur, qui eſt ſupra ius, &, vt dicitur *in cap. propoſuit, de conceſſ. prabend.* de iure poteſt ſupra ius diſpenſare. Tamen probabilius eſt, hanc quoque iurisdictionem, quam huiuſmodi Prælati contra Episcopum conſuetudine, vel præſcriptione quæſierunt, ab iis non amitti, niſi per ſpatium ſaltem triginta annorum, arg. *d. cap. ſi de terra, de priuil.* cùm & tunc agatur de præſcribenda iurisdictione ab Episcopo, qui in ea fundatam habet intentionem de iure communi, per *d. cap. omnes baſilicæ*, & alia infra mox citata, contra eos, qui iure ſpeciali eam obtinuerunt, atque adeò

Digitized by Google

locum habet, quod paulo antè diximus de præſcriptione contra priuilegium decimandi. Et licet
467. regulariter † tantum temporis requiratur ad tollendam conſuetudinem, quantum ad eam inducendam, vt ſentit gloſ. recepta *in L. nemo alieno, §. & verbo, temporalia, ff. de reg. iur. & cap. cum de beneficio, verbo, poſt, de prebend. in 6.* ac poſt alios late tradidimus *in tract. de Option. Canon. cap. 8. num. 26. cum duobus ſeqq.* tamen ſecùs eſt, vbi ſubeſſet aliquis ſpecialis fauor, vtputa cultus diuini, vel ſimilis, vt docuimus *in tract. de diſtribut. quotid. part. 2. quæſt. 3. num. 48. & ſeq.* Sicque intelligi debet, quod de fauorabili reductione ad ius commune, & primæuam naturam ſuprà adduximus; ſicut etiam cùm prior conſuetudo, aut præſcriptio non eſt completa, atque adeò non eſt plenè acquiſitum, ac radicatum ius in præſcribente, aut conſuetudinem inducente, prout explicat, & latiùs comprobat Gonzal. *d. gloſ. 7. à num. 15. vſque ad 36. & gloſ. 36. num. 46. 54. & 56. cum tribus ſeqq.* vbi etiam oſten-
468. dit, † priuilegium contra ius conceſſum alicui antea per ſupremum Principem, ac præcipuè Romanum Pontificem ad præiudicium alterius non reuocati per poſterius priuilegium eiuſdem Pontificis, quod non contineat clauſulam derogatoriam regulæ de non tollendo iure quæſito, & ſatisfacit contrariis, de quibus *d. gloſ. 36. à num. 47. ad 53.* Denique ſi petas, an hiſce Prælatis committi poſſint commutationes vltimarum voluntatum, quas eorum ſubditi impetrant à ſede Apoſtolica præter id, quod attigimus ſup. paulo ante 1. huius quæſt. concluſionem, dicemus *infr. cap. 7. quæſt. 1. concluſ. 3. ad fin.* Interim verò ex his iam finis ſit præſenti quæſtioni, atque ad duas, quæ in hoc 5. cap. reſiduæ ſunt, accedamus.

SVMMÆ RERVM.

469. *Vicarius Epiſcopi habet ordinariam iuriſdictionem, & eſt Ordinarius; & num. 471. cum aliquot ſeqq.*

470. *Iuriſdictio ordinaria mortuo concedente durat; delegata verò, ſi tunc res eſt integra, expirat.*

471. *Iuriſdictio Vicarij expirat mortuo Epiſcopo.*

472. *Iuriſdictione conceſſa à canone, vel à lege eſt ordinaria.*

473. *Vicarij non generales Epiſcopi non habent ordinariam iuriſdictionem, ſed delegatam.*

474. *Vicarius generalis Epiſcopi, aut alterius Ordinarij quis ſit.*

475. *Vicarius Capituli ſede vacante habet ordinariam iuriſdictionem, & eſt Ordinarius. Idem in Vicario Prælati inferioris habentis iuriſdictionem Epiſcopalem; num. 476.*

477. *Vicarius generalis nequit ſine ſpeciali mandato peragere grauiora negotia, & quæ conſtituens veriſimiliter non eſſet ei conceſſurus.*

478. *Vicarius generalis Epiſcopi ex ſolo officio non poteſt diſpenſare, ſicut neque in integrum reſtituere.*

479. *Vicarius generalis quandònam poſſit ea facere, quæ ex ſolo officio non poſſet, verùm exigunt ſpeciale mandatum; & num. ſeq.*

480. *Argumentum a mandato procuratorio ad mandatum delegationis, ſeu iuriſdictionis regulariter valet.*

481. *Mandatum cum libera, quid importet; & per quæ verba inducatur mandatum cum libera, vel ſpeciale.*

481. *Procurator, ſeu Viſitator à Papa datus Eccleſiæ Cathedrali cum plena, & libera adminiſtratione quid facere poſſit.*

483. *Vicarius generalis præſertim Epiſcopi quando ordinarius cenſeatur quoad ea, quæ exigunt mandatum ſpeciale.*

484. *Vicarius generalis Epiſcopi regulariter non poteſt ſine ſpeciali facultate commutare vltimas voluntates etiam in caſibus, in quibus de iure poteſt Epiſcopus, ſi eius copia commodè haberi poteſt.*

485. *Commutatio vltimarum voluntatum regulariter continet diſpenſationem contra eas.*

486. *Epiſcopi nomen quando eius Vicarium contineat.*

487. *Vicarius Epiſcopi commutare poteſt vltimas voluntates, quas poteſt Epiſcopus, vbi eiuſdem copia haberi commodè nequeat, & vrgeat neceſſitas commutandi.*

488. *Neceſſitas non habet legem, & facit licitum, quod alias non eſt licitum.*

489. *Vicarius generalis Archiepiſcopi exercere poteſt cenſuras in eius ſuffraganeos ipſo in remotis agente; ſicut etiam poteſt tunc Vicarius generalis Epiſcopi dare licentiam ordinandi, ſeu dimiſſorias ad ordines.*

490. *Vicarius generalis Epiſcopi commutare poteſt vltimas voluntates quas Epiſcopus poteſt, ſi ad id ab eo ſpecialem habeat commiſſionem, vel qua ſpeciali æquipolleat.*

491. *Vicarius generalis Epiſcopi fortè poteſt commutare in alium vſum reditus hoſpitalium iuxta terminos Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 8. de reform.*

492. *Vicarius Epiſcopi poteſt in cauſam neceſſariam, vel vtilem alterare voluntatem teſtatoris, vbi ea non fuit adimpleta iuxta clauſulam teſtamenti.*

493. *Vicarius Epiſcopi prorogare poteſt executionem piarum voluntatum etiam quoad tempus à iure vel Synodali conſtitutione præſcriptum.*

494. *Vicarius Epiſcopi quoties commutare poteſt vltimas voluntates, vti poteſt etiam iuriſdictione voluntaria, vbi ad id ea ſufficiat.*

495. *Vicarius Epiſcopi confirmati nondum conſecrati commutare poteſt vltimas voluntates, quas poſſet ſi is eſſet conſecratus: ſicut etiam capax eſt delegationis factæ Vicario Epiſcopi.*

496. *Vicarius Epiſcopi non poteſt penſionem beneficio Eccleſiaſtico imponere ſine ſpeciali Epiſcopi facultate.*

497. *Vicarius Capituli ſede vacante an, & quando commutare poſſit vltimas voluntates, quas poteſt Capitulum.*

498. *Capitulum ſede Epiſcopali vacante debet intra octo dies conſtituere ſibi Vicarium generalem, vel exiſtentem confirmare; aliàs id faciet Metropolitanus.*

499. *Epiſcopus an teneatur conſtituere ſibi Vicarium generalem.*

500. *Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis facta Vicario Epiſcopi an tranſeat in Vicarium Capitularem, vel ipſum Capitulum. & quid ſi commiſſio facta fuit ſub nomine diœceſis, vtputa Vicario, ſeu Officiali Cordubenſi; num. 501. vbi habetur quid in huiuſmodi rebus obſeruet Curia, ſeu Cancellaria Romana.*

502. *Communis error non facit ius, cùm desit auctoritas superioris.*

503. *Facta multa tenent, quæ tamen fieri prohibentur; & factum legitimè retractari non debet, licèt postea casus eueniat, à quo non potuit incipari.*

504. *Vicarius Capituli sede vacante non minorem idoneitatem habere debet Vicario Episcopi, & est æquè capax delegationis sedis Apostolicæ, & eius Legati; num. 505.*

506. *Vicarius Capituli sede vacante est Vicarius diœcesis, seu Episcopatus, viputa Vicarius Abulen. & omnino est Vicarius iurisdictionis Episcopalis.*

507. *Vicarius Prælati habentis iurisdictionem quasi Episcopalem potest commutare vltimas voluntates illius quasi diœcesis, quas potest Vicarius Episcopi in eius diœcesi.*

508. *Vicarij Prælatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem an sint capaces delegationis Papæ, vel eius Legatorum, maximè qua sit sub nomine diœcesis; num. 509.*

510. *Vicarij Prælatorum inferiorum qui habent quasi diœcesim, commutare possunt vltimas voluntates; secus si eam non habeant.*

511. *Commissio facta simpliciter officiali, seu Vicario alicuius diœcesis, censetur facta principaliori ex duobus ibi constitutis. Idem quando commissio fit Archidiacono vbi plures sunt Archidiaconi; numer. 512. & quid si vterque Vicarius sit æquè principalis, seu generalis; duobus numer. seqq.*

513. *Vicarij plures principales, seu generales constitui possunt sine ab Episcopo, sine à capitulo sede vacante; & tam in solidum, quàm simpliciter, seu coniunctim.*

514. *Delegatio ratione incertitudinis quando vitietur; & ibi intellectus cap. adhæc, & cap. fin. de rescript.*

515. *Rescripto dispensationis, vel commutationis semel præsentato vni ex duobus Vicariis æquè principalibus, non poterit alter pro eadem adiri; idque licèt primus consentiat. & quid si primò aditus in id inclinaret, vt rescriptum sit surrepticium; numer. 516.*

517. *Vicarius, cui commissa est commutatio vltimæ voluntatis, si pronunciauit, rescriptum esse surrepticium, licèt se deceptum inuenerit, sententiam retractare non potest, sed adeundus est delegans; & num. seq.*

518. *Iudex delegatus postquam semel pronunciauit definitiuè, licèt nulliter, non potest item indicare, aut declarare; Ordinarius verò si nulliter iudicauit, iterum iudicare poterit; & num. seq.*

519. *Iudex ordinarius siue iustè, siue iniustè iudicauerit, modò validè, iterum iudicare non potest.*

520. *Delegatus etiam Principis postquam semel pronunciauit, licèt nulliter definitiuè iterum pronunciare non potest. secus verò si nulliter iudicasset ob non seruatam formam mandati; numer. 521. aut esset delegatus ad vniuersitatem causarum; numer. 522. aut nulliter ob errorem facti iudicasset; numer. 523.*

524. *Confessarius, cui commissa est commutatio vltimæ voluntatis in foro conscientiæ, licèt pronunciauerit rescriptum surrepticium, potest re melius perspecta iterum vti commissione; impetrans potest alterum Confessarium adire: non tamen poterit prior Confessarius commutationem semel factam reuocare.*

525. *Pœnitens non tenetur acquiescere sententiæ vnius Confessarij; & ipse Confessarius potest suam sententiam mutare.*

526. *Vicarius generalis Episcopi, cui facta est commissio sub nomine officij, nequit ab Episcopo impedire, ne illam exequatur, nisi cum renouendo ab officio; licèt puniri possit, si id in fraudem faciat Episcopus; qui etiam specialem Vicarium pro ea sola delegatione poterit constituere.*

527. *Episcopus exequi non potest commissiones factas suo Vicario, nec Vicarius directas Episcopo; nisi media subdelegatione sibi per eum facta; non tamen de futuris commissionibus.*

528. *Vicarius Episcopi, cui commissa est commutatio vltimæ voluntatis sub nomine officij tantùm, consulite sibi de veritate precum, adiecta etiam illa clausula,* super quo conscientiam tuam oneramus, *vel simili, poteris informationem alteri delegare, non autem ipsam commutationem.*

529. *Ministerium nudum alicui vnà cum iurisdictione commissum nequit delegari, sed bene potest ipsa iurisdictio. immo etiam fortasse nudum ministerium cui ea est adiuncta; num. 557.*

530. *Testium receptio facienda extra diœcesim Vicarij dispensaturi quando fiat ordinaria, vel delegata auctoritate.*

531. *Industria persona an electa censeatur per clausulam,* super quo conscientiam tuam oneramus; *aut illam,* de quo in his specialem in Domino fiduciam obtinemus.

532. *Intellectus cap. fin. §. is autem, de offic. deleg. & cap. is, cui, §. sed si, eod. tit. in 6.*

533. *Subdelegatio fieri non potest ab eo, in quo delegans elegit industriam personæ. aut cùm ei committitur, vt negotium personaliter exequatur: nisi tunc partes consentiant; præterquam si inquisitionem fieri, vel Ecclesiæ de Prælatis, aut aliis ministris prouideri mandetur; num. 534.*

535. *Delegatus Ordinarij inferioris subdelegare nequit; etiamsi is delegatus sit à Legato Papæ; ac licèt iam lis sit contestata coram delegato.*

536. *Delegatus ab Ordinario inferiore ad vniuersitatem causarum potest subdelegare. non potest tamen nisi vnam, aut alteram causam subdelegare; num. 537. delegatus verò ad generalitatem causarum, nec vnam potest; numer. 538. & in quo vterque delegatus differat, remissiuè; num. 539.*

540. *Delegatus Ordinarij inferioris subdelegare potest, si ab eo ad id facultatem habeat; quam tamen dare nequit, vt nomine proprio subdeleget. item subdelegare potest articulum non iurisdictionalem; num. 541.*

542. *Delegatus à Principe potest subdelegare totam causam sibi commissam, etiam suo Collega sine in solidum dato, sine simul, seu simpliciter. & sine delegatus datus sit ex officio, sine de partium assensu; atque etiam vbi delegatio facta sit dignitati; num. 543.*

544. *Delegatus etiam Principis nec vnam causam sibi commissam, vel articulum iurisdictionalem subdelegare potest cum facultate subdelegandi.*

545. *Subdelegatus à delegato Principis neque vnam causam, aut articulum iurisdictionalem potest alteri subdelegare: idque licet lis coram subdelegato esset contestata.*

546. *Delegatum Principis subdelegare non potest, cum ejus industria fuit à Principe electa, aut cùm illi iniungitur, vt negotium personaliter vel per se exequatur; nisi partes consentiant, vt fiat subdelegatio: qui tamen consensus non prodest, cum inquisitionem fieri, vel Ecclesiis prouideri mandatur; numer. 547.*

548. *Intellectus cap. fin. §. is autem, de offic. deleg.*

549. *Industriam personæ electam esse in commissione, & quòd in ea iniungatur aliquid personaliter exequendum non idem sunt; cum numer. seq. ac 555. & quid de illis verbis, ipse faciat, suis manibus faciat, per teipsum cognoscas; vel, tu, & nullus alius cognoscat, aut agat; num. 550.*

551. *Personalis executio, seu commissio per illa verba, tu, vel per te cognoscas, non inducitur, secus, si dicatur, tu tu, vel per te te cognoscas, vel facias; num. 552.*

553. *Industria persona delegati quando censeatur electa. ac præcipuè an ex eo solum, quòd factum arduum committitur; num. 554.*

555. *Intellectus cap. is, cui, de offic. deleg. in 6.*

556. *Conciliatio cap. fin. §. vlt. de offic. deleg. cum cap. is, cui, in 1. respon. eod. tit. in 6.*

557. *Ministerium nudum quando subdelegari possit.*

558. *Delegatus etiam Principis in quibus casibus subdelegare nequeat remissiuè.*

559. *Delegari, vel subdelegari an possint ea, quæ sunt meri, vel mixti imperij, remissiuè.*

560. *Commutatio vltimæ voluntatis an sit meri, vel mixti imperij, aut simplicis iurisdictionis.*

QVÆRO DECIMOQVARTO, an Vicarius generalis, Episcopi, Capituli sede vacante, vel Prælatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, commutare possit vltimas voluntates.

Suppono primò, omnes hos Vicarios habere ordinariam iurisdictionẽ, ac potestatem, ac dici, & esse ordinarios. Et quidem quoad Vicarios generales
469. Episcoporum † modica est difficultas. Quamuis enim nonnulli, quos refert Sanchez *tract. de matrim. lib. 3. disput. 29. num.* 2. tenere videantur partem negatiuam; quæ duobus præcipuè nititur fundamentis; altero desumpto ex eo, quòd in hoc differt
470. ordinaria iurisdictio à delegata, quia illa, † mortuo concedente, adhuc permanet, *cap. 2. de offic. leg. in 6.* hæc autem, si tunc res est integra, extinguitur, *cap. relatum, cap. gratum, & cap. licet vndique, de*
471. *offi. deleg.* cum simil. at verò iurisdictio Vicarij † expirat mortuo suo Episcopo, quoniam vtriusque est idem tribunal, & eadem persona, *cap. 2. de consuet. in 6. & cap. Romana, in princ. de appell. cod. lib.* ac post glos. fin. receptam *in Clem. fin. de procur.* & alios quamplurimos tradit Sanchez *d. lib. 3. disput. 30. numer. 2.* altero ex *cap. à iudicibus, §. quod de arbitris, 2. quæst. 6.* ibi, *Ordinarij verò sunt, qui ab Apostolico, vt Ecclesiastici, vel ab Imperatore, vtpote seculares, legitimam potestatem accipiunt.* Tamen pars affirmatiua verior, & communi ferè Doctor. calculo approbata, vt patet ex rationibus, & Doctoribus ad id allegatis à Sanch. *d. disput. 29. num. 3. & 5.* atque eam tenent inter alios glos. *in l. fin. C. de offic. eius, qui vic. alic. iud. obt. & cap. 2. verbo, Officialem, de offic. Vic. in 6.* Archid. *cap. 1. eodem tit. & lib. spec. tit. de offic. ord. in princ. numer. 2.* & *ibi* Ioan. Andr. *verbo, verius est*; tenétque Rota Delphinat. apud Francisc. Marc. *decis. seu quæst. 317. numer. 7.* necnon Rota Romana *decis. 4. numer. 2. & 3. de offic. Vicar.* & apud Crescent. *decis. 1. numer. 15. de offic. Vicar.* & aliàs sæpè ex recentioribus M. Ant. Cucch. *Instit. mai. lib. 2. tit. 8. numer. 15.* Sbroz *tract. de Vicar. Episc. lib. 2. quæst. 55. numer. 9.* & Mascard. *tract. de probat. concl. 1411. numer. 9. & 22.* necnon Nic. Garz. *tract. de benefic. part. 5. cap. 8. numer. 21. 24. 25. & 28.* ac præ cæteris duæ rationes conuincunt, ex quibus etiam duo contraria fundamenta tolluntur; altera, quia iurisdictio concessa à canone, vel lege † 472.
est ordinaria, vt probat text. *d. §. quod de arbitris*, in ipsis verbis cit. *& in l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud.* at, licèt Episcopus constituat Vicarium generalem, non tamen ei confert iurisdictionem, sed canon, vt constat ex *cap. ex frequentibus, de inslit. cap. 2. de regul. cap. 1. de frig. & malef.* necnon *cap. penult. de offic. Vicar. & cap. 2. eodem tit. in 6.* cum simil. Altera, quia Episcopi, & Vicarij idem est tribunal, & consistorium, eadémque iurisdictio, & persona, *d. cap. 2. de consuet. in 6. & d. cap. Romana, in princ. de appell. eodem lib.* & quòd Ordinarij nomine comprehendatur Vicarius Episcopi, tenet præ cæteris Sanchez *d. disput. 29. numer. 5.* post Nauar. *consil. 5. de sponsal. numer. 2.* Guttier. *quæst. canon. lib. 1. cap. 19. numer. 15.* & Flam. Paris. *tract. de resig. benef. libr. 3. quæst. 11. numer. 19. & seqq.* Garz. post alios *d. num. 21.* qui tamen *numer. 24. & 25.* diuersam eius rei rationem affert. Dixi autem, *generales*; quoniam non
generales, vt foranei, † non habent ordinariam, 473.
sed delegatam, vt voluit glos. recepta *in Clem. 2. verbo, foraneo, de rescript.* ac pluribus relatis tradit Sanchez *d. disput. 29. numer. 10.* qui etiam *num. seq.*
post alios docet, † Vicarium generalem eum dici, 474.
qui generaliter gerit vices Ordinarij constituentis in eodem loco, & tribunali, in quo consuevit ipse Ordinarius ius dicere; id quod etiam tenuit Rota Romana apud Mohed. *decis. 5. numer. 1. cum duobus seqq. sub tit. de appellat.* de qua re videndus est Garz. latè eam tradens *d. cap. 8. numer. 28. vsque ad 39.* & Conc. Trid. *sess. 25. cap. 10. de reform.* vnde optimè probatur Vicarios Episcoporum verè, ac propriè dici Ordinarios locorum; nam, cùm ibi statuatur, in singulis Conciliis prouincialibus, aut diœcesanis aliquot personas, quæ qualitates habeant iuxta constitutionem Bonifacij VIII. quæ incipit, *statutum*, & alioquin ad id aptas designari, vt præter Ordinarios locorum, iis etiam posthac causæ Ecclesiasticæ, ac spirituales, & ad forum Ecclesiasticum pertinentes in partibus delegandæ committantur; at verò *in Clem. etsi principalis*, seu *2. de rescript.* apertè habeatur, Vicarium generalem Episcopi esse ex personis, quibus iuxta prædictam constitutionem Bonifacij delegari, & committi causæ in partibus possunt: apertè inde sequitur, Conc. Tridentinum *ibi* Vicarium generalem Episcopi inter Ordinarios locorum posuisse, eorúmque nomine, ac numero censuisse. Atque hoc deseruiet etiam pro Vicariis generalibus aliorum habentium iurisdictionem Episcopalem, vel quasi, ac præcipuè pro Vicariis Capituli sede vacante, de quibus etiam certum
est, † eos habere ordinariam iurisdictionem, & 475.
esse ordinarios, cùm à Canone habeant eandem iurisdictionem, quam Episcopi Vicarius, vt post

Panin.

Pauin. *tract. de offic. & potest. capit. sed. vac. 2. part. princip. quæst.* 10. *num.* 8. *&* 9. Sbroz *d. quæst.* 55. *num.* 31. & Henriq. *lib.* 6. *de pœnitent. cap.* 13. *numer.* 3. *lit. M.* tradit Sanchez *d. disput.* 29. *num.* 4. sentitque glos. ab aliis approbata *d. Clem.* 2. *verbo, Episcopi, de rescript. & cap. vnico, verbo, is, ad quem*, vbi etiam ope. text. *de maior. & obed. in* 6. sicut, & in Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 16. *de reform.* posito, quòd Capitulum sede vacante habeat iurisdictionem ordinariam, & Episcopalem; prout certum est ex allatis sup. hoc eodem cap. *quæst.* 12. *præmiss. vnic.* & per Francisc. Pauin. *d. tract. de offic. & pot. capit. sed. vac. part.* 1. *quæst.* 10. *fere per tot.* & Iacob. Sbroz *tract. de Vicar. Episc. lib.* 1. *quæst.* 16. *ac* 60. *& lib.* 2. *quæst.* 55. quod & facit Nic. Garz. *in tract. de benef. part.* 5. *cap.* 7. *à num.* 6. *vsque ad* 37. Steph. Quarant. seu eius Apostill. *tract. de capit. sed. vac. n.* 1. *vers. quia in dies, & n.* 4. qui tres auctores optimè præ cęteris de **Vicario Capitulari** pertractât. Quoad Vicarium denique Prælatorum habentium plenam iurisdictionem in sua quasi diœcesi; (quem quidem ab iis constitui posse quoad Cardinalem quidem adnotauit Sbroz *d. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 22. quoad alios idem *num.* 32. *vsque ad* 36. quoad omnes Prælatos habentes iurisdictionem quasi Episcopalem præter mox allegand. sentit Garz. *d. cap.* 7. *num.* 20. ex quadam etiam sacræ Congregationis declarat.) quòd is quo-
476. que † in ea ordinariam iurisdictionem habeat, & Ordinarius sit, cùm eandem & ipse à canone, qui illam eidem tribuit statim, ac à Prælato huiusmodi in Vicarium electus fuerit, iurisdictionem accipiat, quam Vicarius Episcopi, post Ant. Cucch. *lib.* 2. *Institut. maior. tit.* 8. *num.* 156. docet Sanchez *d. disput.* 29. *num.* 4. *&* 5. cui non aduersatur glos. ab aliis approbata *d. Clem.* 2. *verbo, Episcopi, de rescript.* dum ibi aliud statuendum putat in Vicario Episcopi, vel Capituli Ecclesiæ Cathedralis ea vacante, ac in Vicario horum Prælatorum quoad hoc, vt possint esse delegati sedis Apostolicæ, vel eius Legatorum. nam, vbi etiam id admittamus, de quo infr. *concl. vlt.* hoc ideo est, quia in fauorem, & honorem sedis Apostolicæ est *d. Clem.* 2. iuncto *cap. statutum, in princ. de rescript. in* 6. vt personis dumtaxat insignibus huiusmodi commissiones, ac delegationes fiant, ne Episcopi, & alij magni clerici coram rudi, & pannoso clerico litigare cogantur, vt adnotauit *ibi* glos. recepta *verbo, sedis Apostolicæ, & verbo, committantur.*

477. Suppono secundò, Vicarium generalem † non posse sine speciali mandato arduu & graniora, seu quæ verisimiliter non esset eum constituens concessurus peragere, & expedire, *cap. licèt, de off Vicar. in* 6. vbi de inquisitione, correctione, punitione, & amotione ab officio, vel beneficio, *cap. fin. eodem tit. & lib.* vbi de donatione, & beneficiorum collatione, *cap. cùm nullus, §.* 1. *de temp. ordin. eodem lib.* quoad concessionem litterarum dimissoriarum pro ordinibus, *cap.* 1. *§. vlt. de off. ord. in* 6. vt non possit Vicarius Archiepiscopi quandiu is in prouincia, vel circa illam fuerit, eius Suffraganeum interdicere, suspendere, vel excommunicare: & *Clem. vnic.* iuncta glos. *verbo, Diœcesanis, de for. compet.* quòd nequeat concedere Episcopo expulso, vt exerceat iurisdictionem in diœcesi sui Episcopi. & alios casus habemus aliis in iuribus: quorum plerosque ponunt Franc. & alij *d. cap. licet, ac fin. de off. Vicar. in* 6. Sbroz *d. tract. de Vicar. Episc.* Cucch. *d. tit.* 8. passim, & Ioan. Azor *Institut. mor. part.* 2. *libr.* 3. *cap.* 44. *cum duob. seqq.* Nobis verò sufficiet hoc loco illum casum attulisse, quem plurimis Doctor. relatis tradit Garz. *d. part.* 5. *cap.* 8. *num.* 47. & confirmat Sanchez *lib.* 2. *de matrim. disput.* 40. *numer.* 12. Vicarium generalem Episcopo † non posse ex so- 478.
lo officio sibi commisso Vicariatus dispensare; ac præcipuè ex glos. *in cap. qua de causa, verbo, quicquid,* 2. *quæst.* 5. Card. *cap. denique* 4. *dist.* Bertach. *tract. de Episc. lib.* 4. *part.* 7. *num.* 17. Rebuff. *in praxi benef. in for. Vicariat. num.* 44. Cucch. *d. tit.* 8. *numer.* 111. Gutter. *d. num.* 15. Sbroz *d. lib.* 2. *quæst.* 35. *num.* 3. & ea ratione, quia dispensatio habetur instar restitutionis in integrum, quæ in generali mandato non continetur, *l. illud, ff. de minor.* & in specie dispensationis in voto, vt nequeat ex solo Vicariatu dispensare, probat idem Sanchez *lib.* 4. *sum. cap.* 38. *num.* 18. Temperandum autem id est, † vt 479.
hæc, & similia, quæ non veniant in generali mandato, veniant tamen, si aliquid in eo exprimatur, quod mandatum speciale requirit, adiecta clausula generali, & omnia alia, quæ per nos possumus, etiamsi mandatum exigant speciale. ita post Host. *in cap. significasti, de offic. Archid.* ad id allegantem *cap. sedes, de rescript. l. sed etsi, §. quæsitum, ff. si quis caution.* & not. *in cap. vn. de commod.* tenet glos. ab aliis approbata *d. cap. licèt, verbo, commutantur, de offic. Vic. in* 6. arg. text. *in cap. qui ad agendum, §.* 1. *de procur. in* 6. quod limitandum erit, vt commissio extendatur ad similia, vel minora, non autem ad maiora, iuxta text. *in Clem. non potest, eod. tit.* valet enim argumentum † à mandato procuratorio 480.
ad mandatum delegationis, vt constat ex *cap. fin. de offic. Vicar. in* 6. *cap. cui de non sacerdotali, de prab. eod. lib. & cap. licet vndique, de off. deleg.* cum aliis adductis à Vant. *tract. de nullit. tit. vlt. num.* 95. & nobis *tract. de conferu. iudicibus, cap.* 10. *num.* 397. quare, cùm ex *d. cap. qui ad agendum, §. fin. de procur. in* 6. habeatur, † procuratorem cum libera 481.
ea posse, quæ mandatum exigunt speciale, cui concordat text. *in l procurator, cui, ff. eodem tit.* in mandato cum libera facto Vicario generali venient ea, quæ requirunt mandatum speciale, vt in speciedocet Garz. *d. part.* 5. *cap.* 8. *num.* 72. *cum seq.* subdens vsque ad *num.* 79. per quæ verba inducatur mandatum cum libera, vel speciale; & *num.* 60. *cum seq.* in mandato etiam cum libera non venire beneficij collationem, quæ donatio quædem est, vt cauetur *in d. cap. fin. de off. Vicar. in* 6. donare autem non potest procurator etiam cum libera regulariter, vt *ibidem* dicitur, *& in l. filiusfamilias, in princ. ff. de donat.* quod tamen in aliquibus casibus potest, vt *in d. l. filiusfamilias, §.* 1. cum aliquot seqq. & aliis iuribus *ibidem, & d. cap. fin.* per glos. & Doctor. alleg. Sed & fallit hoc in procuratore, seu visitatore Ecclesiæ Cathedrali dato à Romano Pontifice cum plena, & libera administratione; is enim † alie- 482.
natione bonorum immobilium dumtaxat excepta, omnia, quæ iurisdictionis Episcopalis existunt, & quæ potest electus exequi confirmatus, liberè valet exercere; vt dicitur *in cap. is, cui, de elect. in* 6. & beneficia conferre, vt satis constat ex *cap. fin. §. vlt. de suppl. neglig. prælat. eodem lib.*

Quoad Vicarium verò potissimùm Episcopi illud præmittendum est, † eum Ordinarium censeri 483.
etiam quoad hæc, quæ requirunt speciale mandatum, sibi ab eo concessa, si ea Episcopus vnica commissione concessit cum generali mandato; quia tunc ordinaria iurisdictio tanquam dignior trahit ad se delegatam minùs dignam sibi connexam; vt multis relatis tradit Garz. *d. cap.* 8. *num.* 40. *cum duobus seqq.* & ex *cap. translato, de constit.* iuncto *cap. quod in dubiis, de constr. Eccles. vel alt.* tradit post alios Sbroz *d. lib.* 2. *quæst.* 55. *num.* 37. *&* 39. Sanchez *d. lib.* 3. *disput.* 29. *num.* 8. vbi etiam docet, idem di-

cendum, ſi in commiſſione etiam ex interuallo de his facta, mentio habeatur Vicariatus ſiue in ſalutatione, ſiue in progreſſu, vt, tali Officiali noſtro, vel Vicario committimus; aut poteſtatem aliàs per nos commiſſam extendimus, poſt Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. de offic. Vicar. in princ.* Bero. *conſil.* 22. *num.* 14. *vol.* 1. & Sbroz *d. quæſt.* 55. *numer.* 39. qui tamen duo auctores hoc mihi non dicunt. Sic conciliari poſſunt diuerſæ, vel etiam contrariæ hac de re opiniones, de quibus idem Sanchez *d. diſput.* 29. *numer.* 6. *&* 7. Garz. verò *d. cap.* 8. *num.* 44. doctrinam Ioan. Andr. & Sanchez mox traditam ſolùm admittit, quando qui conſtituit Vicarium cum ſolo mandato generali, & diuiſim, ac ſeparatim, ſeu ex interuallo committit ea, quæ requirunt ſpeciale mandatum, diceret, quòd poteſtatem aliàs commiſſam extendit, prorogat, vel ampliat, &c. vt tunc hæc quoque poteſtas ordinaria cenſeatur, arg. *l. ſed eiſi manente, ff. de precar.* non autem quando ſolùm in hac poſteriori commiſſione fieret mentio Vicariatus ſiue in ſalutatione, ſiue in progreſſu; nam ſola mentio Vicariatus non operatur extenſionem, prorogationem, ſeu ampliationem poteſtatis aliàs commiſſæ, ſed fit cauſa demonſtrationis perſonæ, cui datur noua commiſſio. His poſitis iam ad concluſiones deſcendamus.

PRIMA CONCLVSIO. Vicarius Epiſcopi † regulariter non poteſt ſine ſpeciali facultate 484. commutare vltimas voluntates etiam in caſibus, in quibus poteſt de iure Epiſcopus, ſi eius copia commode haberi poteſt. Probatur, tum quia commutatio vltimarum voluntatum eſt de grauioribus & arduis rebus, quoniam vtplurimum eſt reſeruata ſummo Pontifici, vt ex *Clem. quia contingit, & ibi* gloſ. recepta *verbo, ſedis Apoſtolicæ, de relig. dom.* & aliis tradidimus cùm alibi ſæpè in hoc tract. tum præcipuè *quæſt.* 11. *huius cap. concluſ.* 1. grauiora verò, & ardua nequit Vicarius Epiſcopi ſine ſpeciali commiſſione expedire, vt ex *cap.* 2. *de offic. Vicar. in* 6. & aliis ſup. *in* 2. *ſuppoſ.* docuimus. Tum, quia nequit Vicarius Epiſcopi, exceptis caſibus ei, vel Ordinario à iure conceſſis, (cuius appellatione regulariter venire Vicarium generalem *in* 1. *ſuppoſ.* oſtendimus,) abſque ſpeciali facultate ipſius Epiſcopi diſpenſare, vt *d. ſuppoſ.* 2. demonſtrauimus; 485. negari autem non poteſt, † quin vltimarum voluntatum commutatio contineat diſpenſationem contra ius, quod paſſim mandat eas mitti executioni, *l.* 1. *ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccl. l. ſi teſtamentum, C. de teſtam. cap. vltima voluntas*, 13. *quæſt.* 2. *cap. Ioannes, cap. nos quidem, cap. ſi heredes, & cap. tua nobis, de teſtam ac d. Clem. quia contingit*, cum ſimil. aut ſi quod aliud ius commutationem aliquam vltimæ voluntatis Epiſcopo permittit, non nomine Ordinarij, ſed Epiſcopi vtitur; quod, † licèt plerumque etiam Vi- 486. carium illius contineat; tamen id verum eſt, vbi res conuenit Vicario ex eius officio, vt patet ex adductis per Sanchez *d. diſput.* 29. *num.* 16. *verſ. ad ſecundum dico.*

487. Limitatur autem hæc concluſio primò, vt † poſſit Vicarius Epiſcopi commutare vltimas voluntates, quas ille poteſt, vbi, cùm vrgeat aliqua neceſſitas commutandi, nequeat commodè Epiſcopi copia haberi, vtputa quia ſit extra diœceſim, longéque ab ea diſtet. Tum quòd † neceſſitas non ha- 488. bet legem, *l. vnic. ff. de offic. conſul. l. non ſolùm, l. fin. ff. de excuſ. tut. l. aliquando, ff. de offic. proconſ. cap. quanto, de conſuet.* & facit licitum, quod aliàs non eſt licitum, *l.* 2. §. *cùm in eadem naui, ff. ad leg. Rhod. de iact. cap. quod non eſt licitum, ext. de reg. iur.* Tum ex text. *in c.* 1. §. *fin. de off. ord. in* 6. vbi permittitur Vicario generali Archiepiſcopi, † vt cenſuras 489. exercere poſſit in eiuſdem ſuffraganeos, ſi Archiepiſcopus longè abſit à prouincia. Sicut etiam *in cap. cum nullus, de temp. ord. in* 6. licèt in eius princ. dicatur, Vicarium generalem Epiſcopi non poſſe dare dimiſſorias ad ordines; tamen *in* §. 1. ſtatim ſubditur, quòd Epiſcopo in remotis agente id poterit. Tum denique, quia, ſicut Epiſcopo inſtante neceſſitate illa commutatio vltimarum voluntatum permittitur, quæ aliàs eſſet Romano Pontifici reſeruata, cùm is adiri nequit, vt *d. quæſt.* 11. *concl.* 3. oſtendimus; ſic proportionabiliter poterit Vicarius generalis commutare vltimas voluntates etiam abſque ſpeciali Epiſcopi commiſſione, quarum commutatio alioqui ei foret reſeruata, vbi eius copia haberi nequeat: eſt enim eadem ratio, atque adeò eadem debet eſſe diſpoſitio *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap.* 2. *de tranſlat. Epiſc.* immo maior, cùm magis diſtet poteſtas Epiſcopi à poteſtate Romani Pontificis, quàm poteſtas Vicarij generalis à ſui Epiſcopi poteſtate. Limitatur ſecundò, quòd † 490. ex ſpeciali commiſſione, aut quæ ſpeciali æquipolleat, poterit Vicarius generalis eam commutationem vltimarum voluntatum facere, quæ ſuo Epiſcopo eſt reſeruata, iuxta ſuperiùs per nos adducta *in* 2. *ſuppoſ. circa medium.*

Limitatur tertiò, valdè probabile mihi eſſe, † 491. poſſe Vicarium Epiſcopi conuertere in alium vſum reditus hoſpitalium inſtitutorum ad ſuſcipiendos peregrinos, infirmos, vel aliud certum genus perſonarum, cùm ſimiles perſonæ, aut perpaucæ reperiuntur in loco, vbi ſunt huiuſmodi hoſpitalia; iuxta terminos, & formam decreti Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 8. *verſ. quòd ſi hoſpitalia, de reform.* quoniam ibi vtitur Concilium nomine Ordinarij, cuius appellatione comprehendi Vicarium Epiſcopi, ſatis docuimus ſup. *in* 1. *ſuppoſ.* Limitatur quartò, † vt, 492. quando voluntas teſtatoris iuxta clauſulam teſtamenti non eſt adimpleta, poſſit Vicarius Epiſcopi in cauſam neceſſariam, vel vtilem alterare eam voluntatem, ita poſt Imol. *in l.* 1. *col.* 2. *ff. de cond. inſtit.* & Fel. *in cap. ſuper his, col.* 2. *de accuſ.* tradit Mohed. *deciſ.* 1. *de iurepatr.* ſubdens ex Bald. Ordinarium poſſe alterare, non mutare voluntatem teſtatoris. Hanc Mohed. ac Rotæ doctrinam refert quoque ac ſequitur Iacob. Sbroz *tract. de off. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 54. *per tot.* Limitatur denique præſens noſtra prima concluſio, vt non procedat † in pro- 493. rogatione executionis piarum voluntatum, quam Vicarius Epiſcopi concedere poteſt etiam quoad tempus à iure, vel conſtitutione ſynodali præſcriptum; vt poſt Ioan. Calder. *conſil.* 5. *de off. Vicar.* & Fel. *in cap. ex parte, col.* 3. *verſ. vnde cogitabam, de conſtit.* tradit Sbroz *d. lib.* 2. *quæſt.* 51. *numer.* 1. Declaratur autem, ſeu extenduntur hæ omnes limitationes primò, vt, † quoties Vicarius Epiſcopi 494. commutare poteſt vltimas voluntates, id poſſit etiam exercendo iuriſdictionem voluntariam, vbi ea ad hoc ſufficiat; nam Vicarius Epiſcopi poteſt exercere iuriſdictionem voluntariam, vt poſt Fel. *in cap. ex parte, col.* 4. *verſ. non obſtat, de conſtit.* tradit Mohed. *deciſ.* 3. *ad fin. de off. Vicar.* Secundò, vt † 495. commutare poſſit etiam Vicarius Epiſcopi confirmati nondum conſecrati; cùm hic Vicarius ſit capax delegationis factæ Vicario Epiſcopi, vt poſt gloſ. à pleriſque receptam *d. Clem.* 2. *verbo, Epiſcopi, de reſcript.* docet Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 27. *num.* 35. quia per confirmationem Epiſcopus recipit plenam iuriſdictionem Epiſcopalem: quod & nos pluribus oſtendimus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 11. *concluſ.*

496. *concluſ. 7. circa med.* Quòd ſi petas, † an Vicarius Epiſcopi poſſit imponere penitonem Eccleſiaſticam ſuper beneficio, quæ impoſitio quædam ſpecies eſt commutationis vltimæ voluntatis, quatenus per eam pars fructuum ex defuncti vtpluriumum voluntate deputatorum pro eo, qui certæ Eccleſiæ miniſtrat, ac deſeruit, aſſignatur non ſeruienti. breuiter reſpondeo cum Iacob. Sbroz *d. tract. de Vicar. Epiſc. lib. 2. queſt. 71. num. 24.* qui etiam allegat Aug. Iero. *conſil. 18 num. 10. vol. 1.* & refertur, ac laudatur à Nic. Garz. *tract. de benefic. part. 1. cap. 5. num. 317.* non poſſe, niſi hoc ſibi fuiſſet ab Epiſcopo ſpecialiter conceſſum.

497. SECVNDA CONCLVSIO: Vicarius Capituli ſede vacante, † licèt nequeat & ipſe ex ſuo officio commutare vltimas voluntates, quas Capitulum ipſum poſſet, iuxta ea, quæ diximus *queſt. 11. concl. 1. & 2. huius cap.* tamen de facto ac re ipſa poteſt. Prior pars concl. patet, quia Vicarius Capituli eſt Vicarius iuriſdictionis dumtaxat Epiſcopalis, vt ſentit gloſ. recepta *in cap. vnico, verbo, is, ad quem, de maior. & obed. in 6.* & apertè docet *d. Clem. 2. verbo, Epiſcopi, de reſcript.* quare nequit ex officio ſuo maiorem poteſtatem habere, quam habeat Vicarius Epiſcopi: & præterea in eo militant rationes, quas concl. præced. quoad Vicarium Epiſcopi adduximus. Poſterior pars probatur; quia, vt optimè inter cæteros adnotauit Steph. Quarant. ſeu eius Apoſtill. *in tract. de capit. ſed. vac. num. 1. in fi. verſ. verum, quia*; propter difficultatem congregandi Capitulum in his maximè quæ celeritatem deſiderarent; item ob contradictionem, ac diſcordiam, quæ oriri poſſet inter

498. ſingulos Canonicos, † commodius, & expediens viſum fuit, vt iuriſdictionem Epiſcopalem, quæ penes Capitulum reſidet, ipſum Capitulum vni committat; ideoque iure optimo Conc. Trid. *d. ſeſſ. 24. cap. 16. de reform.* ſtatuit, vt Capitulum infra octo dies poſt mortem Epiſcopi Officialem, ſeu Vicarium conſtituere, vel exiſtentem confirmare omnino teneatur, qui ſaltem in iure Canonico ſit Doctor, vel Licentiatus, vel aliàs quantum fieri poterit idoneus; quòd ſi ſecùs factum fuerit, ad Metropolitanum deputa-

499. tio deuoluatur: cùm tamen † Epiſcopus Vicarium conſtituere non teneatur, vt pluribus relatis tradit Gonzal. *ad reg. 8. Cane. gloſ. 4. num. 66.* vbi plures ad id Rotæ Romanæ deciſiones affert. ex quibus tamen Doctor Alph. Hoied. *tract. de incompat. benef. part. 2. cap. 10. num. 9.* id admittit vbi Epiſcopus eſt inſuperitus, neque Epiſcopatus eſt magnus; ſecùs eſſe dicens, vbi vel Epiſcopatus eſt magnus, vel Epiſcopus non eſt iuriſperitus, & Sbroz *libr. 1. de offic. Vicar. quæſt. 46. numer. 2. & 3. vſque ad fin.* indiſtinctè conatur tueri, teneri Epiſcopum Vicarium conſtituere: de quo etiam videri poſſunt M. Ant. Cucch. *Inſtit. maior. libr. 2. tit. 6. numer. 7. ac tit. 8. numer. 2. & 12.* ac plerique Doctor. citati à Garz. *tract. de benef. part 5. cap. 7. num. 8.* quare cùm Capitulum omnem ſuam poteſtatem transfundat in Vicarium, eam tamen in ſe quoque retinens, vt præ cæteris docet Quarant. *d. tract. de capit. ſed. vac. num. 4.* ſequitur, vt poſſit Vicarius Capitularis ea etiam peragere, quæ ſpecialem facultatem requirunt; niſi illa vel eorum aliquid ſibi reſeruauerit, quod poteſt, vt *ibidem* tradit Quarant. præcipuè ex Ioan. Guttier. *lib. 1. queſt. Canon. cap. 11. numer. 10.* quod vtrumque etiam poſt hæc ſcripta vidi teneri poſt alios à Garz. *d. cap. 7. num. 27. vſque ad 34.* vbi id declarat.

Ampliatur verò hæc poſterior pars concluſio-

500. nis, † vt in Vicarium Capitularem tranſeat quoque commiſſio cõmutationis vltimæ voluntatis à ſede Apoſtolica facta Vicario Epiſcopi. nam, quicquid de commiſſione abſoluendi voluerit Fel. *in cap. eam te, num. 17. de reſcript.* & Sbroz *d. tract. de Vicar. Epiſc. lib. 1. queſt. 16.* quos refert, ac ſequitur Quarant. *d. num. 1. verſ. hic inciuerter quæro*, tum quòd hæc poteſtas delegata ſit, tum quòd Vicarius Capituli non eſt vere Vicarius Epiſcopi. item quia Capitulum ipſum nequit de ea cauſa cognoſcere; ergo a fortiori nec eius Vicarius; nemo enim poteſt plus iuris in alium transferre, quam ſibi competat, *cap. nemo poteſt, de reg. iur. in 6.* Contrarium nos in commiſſione huiuſmodi commutationis probabiliter tenemus, quod Sanchez in commiſſione diſpenſationis omnino docet *lib. 8. de matrim. diſp. 27. num. 33.* nimirum, quòd, licèt Capitulum ipſum id nequeat, poſſit tamen eius Vicarius; quoniam Capitulum ſuccedit Epiſcopo, non illius Vicario, cui ſuccedit Vicarius Capituli; qui etiam dici poteſt Vicarius Epiſcopi; vt voluit Zecc. *de Rep. Eccleſ. cap. 23. §. 1. num. 1.* Card. *d. Clem. 2. num. 15.* vbi quoque cum gloſ. *in verbo, Epiſcopi*, & *ibi* Anchar. *num. 1.* Imol. *num. 2.* c. tradit, Vicarium Capituli eſſe Vicarium iuriſdictionis Epiſcopalis; quod docet Euerard. *in loc. leg. à vi ſubrogat. num. 2.* quos refert, ac ſequitur Sanchez *d. diſp. 27 num. 32.* idque etiam admittit Garz. *ſup. part. 6. cap. 2. num 42.* Immò gloſ. ab aliis approbata *d. cap. vnico, verbo, is, ad quem, de maior. & obed. in 6.* tradit, ad eum tunc pertinere Epiſcopalem iuriſdictionem. Neque obſtat argumentum deſumptum ex *d. regula, nemo poteſt*, quia idemmet probaret, nec Vicarium Epiſcopi poſſe eam commiſſionem exequi, cùm nec poſſit Epiſcopus, qui illum conſtituit. Concludit igitur hoc argumentum, vbi iuriſdictionem illam à ſede Apoſtolica tributam ab Epiſcopo, vel Capitulo Vicarius agnoſceret; at huius conſtitutio eſt ſolùm conditio, & qualitas, qua poſita Vicarius exequi poteſt commiſſionem virtute Apoſtolici reſcripti Vicario committentis: & ſic intrat diſpoſitio *cap. quoniam Abbas, de off. deleg.* vt mortuo delegato ſub nomine dignitatis delegatio tranſeat in eius ſucceſſorem in dignitate, etiam re integra exiſtente. Sed quicquid de hoc

501. ſit; certè † vbi commiſſio fit expreſſo nomine diœceſis, vtputa officiali, vel Vicario Cordubenſi, poterit Vicarius Capituli eam exequi; vt ſatis probat Sanchez *d. diſp. 27. n. 32.* quæ fundamenta etiam adducit Garz. *d. c. 2. n. 42. & ſeq.* licèt ipſe contrarium contendat *à n. 44. ad 52.* dicens id tenendum, vt certum, attento ſtylo Curiæ, & Cancellariæ, quæ ſede Epiſcopali vacante non dirigit litteras prouiſionis in forma dignum, nec diſpenſationes, &c. Officiali Capituli, ſed Epiſcopo viciniori, vel eius Officiali; de quo ſtylo teſtatur Hier. Paul. *in tract. Cane. in princ. verſ. circa qualitatem perſonarum*, & eſt notiſſimus omnibus mediocriter in Curia verſatis: apparétque ex litteris, quæ vacante Epiſcopali ſede diriguntur viciniori, in quibus dicitur, quòd, quia ſedes Epiſcopalis illarum partium vacat, tranſmittuntur illi tamquam viciniori: & apertiùs ex litteris mutationum iudicum, quæ fiunt occaſione ſedis vacantis ignoratæ tempore expeditionis litterarum directarum Officiali Epiſcopatus, vel poſtea ſuperuenientis ante illarum executionem; in illis enim litteris mutationum in ſubſtantia dicitur, quòd, quia prædictæ aliæ litteræ directæ fuerunt Officiali, v.g. Abulen. & ſedes dicti Epiſcopatus vacat; ideo, vt dictæ litteræ debitum conſequantur effectum, committitur viciniori illarum executio: & vidit ſuper hoc litteras perinde valere datas anno 1620. cuidam prouiſo à Vicario Capituli Abulen. ſede vacante de quodam beneficio ſimplici per reſigna

resignationem; in quibus dicitur, quòd Officialis procedat ad executionem priorum litterarum in forma *dignum*, ac si à Vicario Capituli executæ non essent, absoluendo illum ab inhabilitate propter institutionem, & perceptionem fructuum incursa, & remittendo ei fructus perceptos, ita tamen, vt sic prouisus priùs debeat dimittere liberè dictum beneficium in suis manibus, &c. Cùm ergo (concludit Garz. *d. num.* 44.) Curia, & Cancellaria nolit committere Officiali Capituli sede vacante, apertè constat sub nomine Officialis, seu Vicarij absolutè prolati in litteris, quæ diriguntur Officiali, v.g. Abulen. eam intelligere Officialem Episcopi, & non Capituli. Idipsum verò confirmat Garz. *numer.* 45. ex const. 162. Pij V. in qua mandatur, quòd litteræ in forma *dignum*, dirigantur ad Episcopum diœcesanum, aut ad Vicarium generalem, seu Officialem eiusdem Episcopi disiunctiuè, ad electionem impetrantis. *num.* autem 46. *cum tribus seqq.* idem comprobat ex duabus Rotæ Romanæ decisionibus, vna coram bo. me. Card. Seraphino, 4. Maij 1588. & alteram coram bo. me. Litta, 13. Iunij 1597. quæ præcipuè nituntur dicto stylo Curiæ; per quem non solent sede Episcopali vacante litteræ in forma dignum, & similes executiones Capitulo sede vacante, vel eius officiali, sed viciniori Episcopo, eiúsve Officiali, seu Vicario, & *numer.* 50. *cum seq.* non releuare, quòd iuxta priorem sententiam alicubi obseruatum sit; cùm in commissionibus attendi debeat ipsa mens delegantis, maximè cùm inibi etiam contrarium sæpè fuerit obseruatum. Subditque *num.* 52. *cum seq.* non posse † in 502. proposito intrare *l. Barbarius, ff. de offic. prætor.* nam vltra communem errorem requirit auctoritatem superioris, ex adductis per ipsum *part.* 5. *cap.* 4. ex *num.* 181. quæ licèt deficiat, posset data d. obseruantia, & consuetudine deseruire ad excusandum partes à mala fide, & vitio intrusionis, vt sibi fiat collatio, maximè indoctos, cum error talis styli sit velut error facti.

Error verò, vt meum hac in re interponam iudicium, licèt multum deferam Rot. Rom. decisionibus, multóque magis stylo illius Curiæ, qui, vt passim Doctor. tradunt, facit ius, per text. *in cap. ex litteris, de constit. & cap. quam grauis, de crim. falsi.* quia tamen Rot. eo stylo potissimùm nititur, quòd non soleant commissiones fieri Vicario Capitulari, sed vicinioris Episcopi, vel ipsi viciniori Episcopo; inde verò non sequitur, quòd Vicarius Capituli nequeat exequi commissionem factam Vicario, v. g. Abulen. (quicquid sit de commissione facta Vicario Episcopi; in quo difficile admodum esset à communi sententia recedere, quæ etiam melioribus nititur fundamentis;) sed solùm, quòd, si fieret aliqua commissio Vicario Capitulari, tanquam contra stylum Curiæ suspecta de falso haberetur, idque tantùm probat *d. cap. ex litteris, & cap. quam grauis*, cum simil. & illa Doctor. traditio, quod stylus Curiæ facit ius; multa 503. enim † facta tenent, quæ fieri prohibentur, *l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. cap. quemadmodum, de iureiur. cap. ad Apostolicam, de regular. cap. sicut, ne cler. vel mon. cap. biduum, 2. quæst. 6. l. index datus, ff. de iudic. cum suis concord.* inibi per glos. alleg. & factum legitimè retractari non debet, licèt casus postea eueniat, à quo nõ potuit inchoari *l. in ambiguis. §. 1. ff. de reg. iur. & c. factum legitimè, eodem tit. lib. 6.* à priori sententia vti quæ de iure saltem scripto verior mihi videtur, non omnino recedendum existimarem. Vbi autem stylus Curiæ inconcussus sit, vt noua commissio, seu nouæ litteræ exigantur; cùm priores litteræ directæ fuerint Vicario Episcopatus, seu diœcesis tempore sedis vacantis ignoratæ tunc in Curia, vel vacatio postea superuenerit ante litterarum executionem; de quo tamen sufficienter non constat, immo eum varium esse colligitur ex eo, quod suprà diximus: tunc tali stylo standum erit; & sufficit opinionem Sanchez veram esse de iure, secluso stylo Curiæ; cuius quidem rationem tam in hoc, quàm in præcedenti casu adhuc ignoro. nam illa, quam affert Garz. *d. numer.* 44. quòd Curia non confidit de Vicario Capituli, nullum habet fundamentum; non quidem ratione scientiæ, & peritiæ; nam non maior idoneitas requiritur † in Vicario Episcopi, quàm Capi- 504.
tuli, vt constat ex adductis per Sbroz *d. tract. de Vicar. Episc. lib. 1. quæst. 36. & 46.* ac ipsum Garz. *d. tract. de benef. part. 5. cap. 7. à numer. 9. vsque ad* 17. & Conc. Trid. *sess. 24. cap. 16. de ref.* non ratione dignitatis; cùm etiam Vicario Capituli † 505.
possint delegationes fieri, quæ fiunt Vicario Episcopi à Papa, vel eius Legato, vt cum glos. *d. Clem. 1. verbo Episcopi*, tenent ibi Doctor. immuniter, excepto Bonifac. eámque glos. sequitur etiam post alios Sanchez *d. lib. 8. de matrim. disp. 27. num.* 31. & multi relati, neque in hoc improbati à Garz. *d. part. 6. cap. 2. num.* 42. inter quos est Hier. Paul. *in d. tract. Canc. ad fin. sub tit. de iudicibus, & eorum ordine, vers. nota item, quòd principalis.* neque *in d. vers. circa qualitatem personarum*, qui habetur circiter *col.* 8. ab initio illius operis, dicit, quòd causæ non committantur Vicario Capituli sede vacante; sed quòd non committuntur expresso nomine Capituli; quasi admittat, quòd committantur, vel committi possint sub nomine Vicarij diœcesis, vel Episcopatus; quod & admittit Rot. *in d. decis.* coram Litta. & licèt neget id de facto fieri; negari tamen non potest, quin Vicarius Capituli sede vacante † sit Vicarius diœcesis, seu Episcopatus, 506.
& Abulen. exempli gratia, vt Sanchez adnotauit *d. numer.* 32. neque inficiatur Garz. *d. cap. 2. numer.* 43. & omnino est Vicarius iurisdictionis Episcopalis, vt cum glos. *d. verbo, Episcopi*, communiter tradunt Doctor. & fatetur Garz. *ibidem num.* 42. ac nos suprà docuimus.

TERTIA, & postrema CONCLVSIO. Vicarius Prælatorum habentium plenam iurisdictionem Episcopalem in certa parte diœcesis Episcopi, seu quasi diœcesim, † poterit commutare vl- 507.
timas voluntates suæ quasi diœcesis, quas potest Vicarius Episcopi in reliqua eius diœcesi. Nam quicquid sit, † an hi Vicarij habeant qualitatem 508.
præeminentiæ, seu dignitatis requisitam, vt possit esse delegatus sedis Apostolicæ, vel eius Legatorum; (quod glos. negat *d. Clem. 2. verbo, Episcopi*, & ibi Card. *num.* 14. Imol. *numer.* 19. Vital. *numer.* 30. affirmat Steph. & Matth. *ibi*, ac probabile putat Paul. & Anch. quos sequitur Sanch. *d. disput. 27. numer.* 34. licèt etiam glos. cum sequacibus exponi possit de illis Prælatis, qui non plenam Episcopalem iurisdictionem in certa parte diœcesis, sed aliquam tantùm eius iurisdictionis partem acquisierunt; qualis, vt plurimum est Archidiaconus, de quo loquitur glos.) præterquam quòd hoc ideo erit, quia tales Vicarij non ita insignes sint, vt Apostolicæ sedis dignitati satis consulatur, vt *in fi. 1. suppos.* ex eadem glos. *in cap. statutum, de rescript. in 6.* admonuimus: adhuc dici potest cum Sanchez *d. numer.* 34. quem sequitur Nic. Garz. *tract. de benefic. part. 9. cap. 2. num.* 147. *in fin.* posse hos Vicarios eas commissiones exequi quæ fiunt Vicario Episcopi; tum quòd nomine officialis Episcopi intelligitur

Vica

Vicarius habentis iuriſdictionem Epiſcopalem, vt paulo antè ex eodem Sanchez *numer.* 32. tradidimus: tum quia hi Vicarij ſunt Ordinarij, ſicut & Vicarius Epiſcopi, vt *in* 1. *ſuppoſ.* ex ipſo Sanch. *lib.* 3. *de matrim. diſput.* 29. *numer.* 4. docuimus,
509. quæ rationes in omnem caſum concludunt, † poſſe eos Prælatos, illorúmque Vicarios exequi eam commiſſionem; quæ ſit ſub nomine diœceſis, & pertinet ad negotium illius quaſi diœceſis huiuſmodi Prælatorum. quæ verò in contrarium adduci poſſunt, illud ad ſummum conuincunt, commiſſionem factam de re pertinente ad diœceſim Epiſcopi, vel alterius Epiſcopatus, non poſſe mitti executioni per Vicarios horum Prælatorum; per Vicarios verò Prælatorum ſine diœceſi, ſeu qui aliquam tantùm partem iuriſdictionis, hoc eſt, in aliquibus dumtaxat actibus habent, nullo modo poterit executio fieri, niſi ex certa ſcientia Papæ illis fiat commiſſio; ex traditis per gloſ. receptam *d. cap. ſtatutum, in princ. verbo, litterarum, & d. Clem.* 2. *verbo, Officialis.* Ex quibus illud facilè deducitur, quid dicendum in commutatione quoque vltimarum voluntatum, quæ auctoritate ordinaria facienda ſit à Vicariis horum Prælatorum habentium iuriſdictionem intra diœceſim Epiſcopi, vt
510. nimirum † Vicarij eorum, qui habent quaſi diœceſim, poſſint commutare vltimas voluntates ſuæ quaſi diœceſis; Vicarij verò eorum Prælatorum, qui ſolùm in aliquibus actibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem acquiſierunt, nequeant vllas commutationes facere, niſi fortè ſpecialem hac in re facultatem priuilegio, conſuetudine, vel præſcriptione in ſuis Eccleſiis, & quoad perſonas ſibi ſubiectas quæſierint, vt ex prædictis colligitur.

Quoniam verò de hiſce commiſſionibus commutationum directis Vicariis Epiſcoporum, aut diœceſis iam dicere cœpimus, antequam ex hac quæſtione, quæ de Vicariis Epiſcoporum, & aliorum habentium iuriſdictionem qu ſi Epiſcopalem, eſt, egrediamur; præter illa, quæ de iiſdem commiſſionibus, quatenus ad ſuccedendum in illis pertinet, *cap.* 8. *queſt.* 2. præcipuè *concluſ.* 2. *poſt medium*, dicemus, aliqua hoc loco de iiſdem commiſſionibus abſolutè quoque, ac ſimpliciter conſideratis ſubiicere per modum quorundam notabilium, neceſſarium duximus, aut certè va e opportunum.

511. Adnotandum igitur primò, † quòd, ſi duo ſint Officiales, ſeu Vicarij Epiſcopi, & delegatio ſimpliciter fiat officiali Epiſcopi talis diœceſis, & alter ex illis officialibus eſt principalior, illi ſoli cenſetur facta commiſſio. Conſtat id ex *Clem.* 2. *de reſcript.* vbi dicitur, principalem Officialem Epiſcopi eſſe capacem huius delegationis; & quia nomen dignitatis abſolutè prolatum ſtat pro principali: atque ideo hoc tenet Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 27. *num.* 36. poſt gloſ. *d. Clem.* 2. *verbo, principalis*, & *ibi* Imol. *num.* 10. & in ſimili, nempe quando commiſſio
512. fit Archidiacono, & ſunt inibi plures Archidiaconi, † intelligi de principalioti, tradit Bald. *in cap. quoniam Abbas, num.* 4. & *ibi* Imol. *num.* 5. ac Bellam. *n.* 21. *de off. deleg.* Not. ſecundò quòd vbi vterque Vicarius eſſet æquè principalis, ſeu generalis; (idem enim eſt, vt ex gloſ. *d. Clem.* 2. *verbo, forancos*, & aliis latè. tradit communem aſſerens Iacob. Sbroz *tract. de off. Vicar. Epiſc. lib.* 1. *quæſt.* 29. *num.* 3. & 5. qui etiam *queſt.* 50. *numer.* 1. iunctis ſeqq. pluribus Doctor.
513. relatis probat, † poſſe tam ab Epiſcopo, quàm à Capitulo ſede vacante conſtitui plures Vicarios generales, & tam inſolidum, quàm ſimpliciter:) & nullus deſignaretur in reſcripto commiſſionis, neuter cognoſcere cum effectu poterit, donec Princeps de quo intellexerit, declaret. delegatio tamen non eſt nulla tanquam incerta. ita multis relatis, ex frequentiſſima ſententia contra alios reſoluit Sanchez *d. diſp.* 27. *num.* 37. reſpondens ad *cap. adhæc*, & *cap. fin. de reſcript.* quatenus decidunt, † delegatio- 514.
nem incertam eſſe irritam, quòd ea iura intelligun-tur, quando iudex incertus de incertis datur; hic autem datur incertus de certis, vt docet Bero. *d. cap. quoniam Abbas, num.* 74. In commiſſionibus autem, ac diſpenſationibus, quæ contentioſæ non ſunt, nec inter partes agitantur, cognitor, ſeu executor erit ille, cui fuerit reſcriptum præſentatum; vt *ibidem* tradit Sanchez ex Bero. ſup. *num.* 76. & in hoc caſu veram eſſe doctrinam gloſ. *d. cap. quoniam Abbas, verbo, ſubſtitutum, ad fin.* illum cognoſcere debere, cui primò fuerunt litteræ præſentatæ, licet ipſa hoc aſſerat, vbi partes diſcordant. Hinc autem deducit Sanchez *d. diſp.* 27. *num.* 38. (& hoc ſit tertium notabile,) † ſemel præſentato reſcripto diſpenſatio- 515.
nis; (idémque dic ob rationis identitatem de reſcripto commutationis;) alterutri ex Officialibus Epiſcopi æquè principalibus, vt illud exequatur, non poſſe alterum Officialem æquè principalem adiri, nam, vt bene ait Butr. *in cap. licèt vndique, num.* 13. *de offic. deleg.* in litteris gratiarum executoriis præ-uenitur per ſolam reſcripti cum animo procedendi præſentationem: facitque prædicta gloſ & quòd, vbi cœptum eſt iudicium, ibi debet terminari, *l. vbi cœptum*, (aliàs *acceptum*,) *ff. de iudic.* & hoc etiam procedit, quamuis primus iudex conſentiat, vt docet Sanchez *d. num.* 38. ex Nauar. loquente in fortioribus terminis, nimirum de diſpenſatione in foro conſcientiæ commiſſa Confeſſario, *conſil.* 8. *num.* 9. *de offic. deleg.* in 2. edit. Subdit autem *ibidem* San-
chez, † quòd, ſi pars videret Officialem illum in id 516.
inclinare, vt reſcriptum ſit ſurreptitium, poſſet ſuperſedere reſcripti illius expeditioni, antequam Officialis pronuntiet, & expectare, donec ille vel moriatur, vel officium deponat, aut alius ipſius vices ob eiuſdem morbum, vel abſentiam ſuppleat; cùm ſucceſſor, vel ſubſtitutus eademmet perſona cum *illo* reputetur; ſicut in cæteris iudiciis euenit. Not. quar-
tò, † quòd, ſi Officialis Epiſcopi, cui commiſſa eſt 517.
commutatio vltimæ voluntatis, pronuntiauit, reſcriptum eſſe ſurreptitium, & ſic non poſſe illius virtute commutationem fieri, licèt ſe deceptum inuenerit, ſententiam retractare non poterit, ſed adeũdus erit Pontifex, qui delegauit. ita in commiſſione diſpenſationis Sanchez *d. diſp.* 27. *n.* 39. Iudex enim delegatus, poſtquam ſemel abdicauit à ſe iuriſdictionem, eam in totum committendo, non poteſt ampliùs eam reaſſumere, *cap. venerabili, de offic. deleg.* & in terminis de pronuntiante iuriſdictionem ſibi non competere, eſt text. *in cap. ſignificantibus*, vbi omnes id adnotarunt, *eod. tit.* Immo idem iudex poſtquam ſemel pronuntiauit definitiuè, (cuiuſmodi hęc pronunciatio eſt, cùm totam cauſam ſibi commiſ-
ſam definiat;) licèt inualidè, & inutiliter, † non po- 518.
teſt iterum iudicare; prout facere poteſt ordinarius, qui iure proprio iudicat; vt tradunt Doctores *in l. index, poſtea quam, ff. de re iud. & l. ſi vt proponis*, vbi opt. text. *C. quem. & quand. iud.* latè Tiraq. *in l. boues, §. hoc ſermone, limit.* 1. *num.* 51. *declarat.* 7. *ff. de verb. ſig.* Guttier. *pract. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 48. *n.* 16. & *quæſt. Canon. lib.* 2. *cap.* 2. præſertim *num.* 8. & 9. & Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.* 1. *quæſt.* 67. *num.* 21. qui *num.* 22. *cum tribus ſeqq.* & Guttier. *d. cap.* 2. *à numer.* 11. *ad* 14. idem probant † in ordinario ſiue iuſtè, ſi- 519.
ue iniuſtè iudicauerit, modò validè; præcipuè per text. *d. l. index, poſtea quam*; *num.* autem 26. quoad

delega

delegatum id extendit poſt alios etiam ad declarationem. quod & facit Guttier. *d. c.* 2. *num.* 16. qui *n.* 18. iuncto *n.* 15. *&* 21. *cum duobus ſeqq.* id extendit
520. quoque † ad delegatum Principis, contra Ang. *d. l. index poſtea quam*, & alios quos idem refert *d. num.* 22. ac ſequitur Menoch. *d. quæſt.* 67. *numer.* 28. declaratur autem, ſeu reſtringitur primò, vt
521. non procedat, † vbi delegatus nulliter iudicaſſet ob non ſeruatam formam mandati, iterum enim tunc iudicare poteſt; vt pluribus allegatis docet Menoch. *d. quæſt.* 67. *numer.* 27. & Guttier. *d. cap.* 2.
522. *numer.* 28. *cum ſeq.* Secundò non procedit † in delegato ad vniuerſitatem cauſarum; vt poſt alios probat Menoch. ſup. *num.* 31. & Guttier. *d. cap.* 2. *num.* 25. *& duobus ſeqq.* Declaratur tertiò, vt non
523. procedat, † vbi delegatus per errorem facti nulliter iudicaſſet. ita poſt alios Tiraq. *d. limit.* 1. *num.* 41. & Menoch. *d. quæſt.* 67. *numer.* 31. & præterea nonnulli, quos recenſet Guttier. *d. cap.* 2. *num.* 30. pro qua eſt Innoc. *in cap.* 1. *de re iudic.* licèt ipſe Guttier. *d. numer.* 30. *cum tribus ſeqq.* contrarium poſt alios tueri contendat. Declaratur denique, vt
524. in notab. ſeq. Not. igitur quintò, quòd, † ſi commutationis commiſſio fiat in foro conſcientiæ confeſſori poſt ſacræ Pœnitentiariæ reſcriptum, quod aliquando fieri praxis docet, nóſque oſtendimus ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 8. pœnitens, ſeu impetrans non tantùm vbi ſemel litteras præſentauit cuidam Cófeſſario, ſed etiam poſtquam ab eo pronuntiatum fuit, diſpenſationem eſſe ſurreptitiam, (atque adeò non exequendam, ſibique non competere vllam ea in re facultatem, ſeu iuriſdictionem,) poteſt adire alium Confeſſarium, qui fortè opinatur, reſcriptum valere. Immò poteſt idemmet Confeſſarius re meliùs perſpecta illam diſpenſationem, mutata ſententia, exequi; quamuis, ſi ſemel diſpenſauit, non poſſit diſpenſationem reuocare, quòd iam ea conſummata ſit; ſicut quando ſemel abſoluit, aut votum commutauit. ita Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſput.* 27. *numer.* 40. latè docet in diſpenſationibus; licèt Nauar. *conſil.* 8. *de off. deleg.* voluerit, non poſſe pœnitentem vbi ſemel litteras cuidam Confeſſario præſentauit illum eligens, vt diſpenſationem exequatur, eo dimiſſo alterum eligere etiam de illius conſenſu; tum quòd iuriſdictio delegata nequit prorogari de perſona ad perſonam, *cap. P. & G. de offic. deleg.* at hic deputatur Confeſſarius, quem elegerit pœnitens. & confirmatur, quia illud reſcriptum vnicam Confeſſarij electionem, vt diſpenſet, concedere videtur; ſermo enim ſimpliciter prolatus intelligitur de prima vice, *l. bonæ, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif.* tum quia iuriſdictio delegata eſt iuriſdictio delegantis, *l.* 1. *§. qui mandatum, ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.* vnde ad ſolum delegantem pertinet eam extendere, & non ad partes, nec ad iudicem; id enim, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt, *l. id, quod noſtrum, ff. de reg. iur.* Probat autem Sanchez ſuam ſententiam, quia cùm ea commiſſio facta ſit in foro conſcientiæ, ſequitur eius fori naturam, quæ eſt, vt † non adſtringatur
525. pœnitens acquieſcere ſententiæ vnius Confeſſarij, ſed alium adire poſſit, atque idemmet Confeſſarius ſuam ſententiam valeat mutare; exemplúmque affert in habente virtute Bullæ priuilegium, vt abſoluatur à reſeruatis, vel eius vota commutentur. Ad primum verò, & ſecundum fundamentum Nauar. reſpondet Sanchez non prorogari iuriſdictionem de perſona ad perſonam ex ſola voluntate partis, aut Confeſſarij, ſed ipſius Pœnitentiarij, qui litteras conceſſit: ea enim eſt, vt poſſit impetraus diuerſos Confeſſarios adire, & idemmet ſententiam corrigere; itque omnes cenſentur electi à Pœnitentiario, vt litteras expediant iuxta naturam fori conſcientiæ, pro quo conceduntur. Neque obſtat confirmatio prioris argumenti; quia ea regula procedit, quando primus actus eſt omnino conſummatus, & ſic conceſſa diſpenſatio fuit; vbi verò actus non eſt conſummatus, quia nondum ad executionem deuentum eſt, ſecus: idque eſt de mente eorum, quos refert, ac ſequitur Tiraq. *d. §. hoc ſermone, limit.* 23. atque in ſimili tradit Suarez *tom.* 4. qui eſt *de ſacram. pœnit. diſput.* 27. *ſect.* 4. *numer.* 7. de eo, qui habens priuilegium ſemel eligendi Confeſſarium ad abſoluendum, aliquem elegerit, qui non abſoluit, vel non perfecerit cum eo confeſſionem, vt alium adire poſſit. Notandum ſextò cum Sanchez *d. libr.* 8. *de matrim. diſput.* 27. *numer.* 42. quòd, † licèt poſſit Episcopus Vica- 526.
rium ſuum generalem, cui facta eſt commiſſio, ab officio remouere, atque ita impedire, ne delegationem ipſi ſub nomine dignitatis, ſeu officij factam exequatur, vt benè docent Card. *d. Clem.* 2. *quæſt.* 9. ſeu *numer.* 10. *de reſcript.* & *ibi* Imol. *numer.* 14. Anchar. *numer.* 5. Vital. *numer.* 52. ſed puniri poteſt, ſi in fraudem iuriſdictionis delegatæ id faceret, tanquam eam perturbans, vt docet Imol. *vbi ſup.* per *cap.* 1. *de offic. deleg.* Non poteſt tamen Vicarium ſpecialem conſtituere, vt ea ſola delegatione vtatur, & negotium per eam commiſſum exequatur: quia ea facta eſt principali officiali, ſeu Vicario ipſius, vt ſup. *not.* 1. oſtendimus; at hic neque eſt principalis Vicarius, nec ordinariam Vicarij iuriſdictionem ſortitur, ſed eſt quidam ſpecialis delegatus ad eam cauſam, quam nequit Episcopus delegare, cùm ſuæ iuriſdictionis non ſit: poſſet tamen alium Vicarium generalem conſtituere priore amoto, & ille poſſet eam exequi; nam, ſi cauſa à priori capta eſſet, non poſſet hic poſterior, manente priore in officio; ſecus ſi priori non eſſet præſentatum reſcriptum; iuxta id, quod ex eodem Sanch. tradidimus ſup. *notab.* 2. *&* 3.

Notandum ſeptimò, quòd, † ſicut nequit 527.
Episcopus exequi commiſſiones factas ſuo Vicario, prout latiùs oſtendemus, ac declarabimus inf. *cap.* 8. *quæſt.* 2. *concluſ.* 2. *declar.* 5. ita nec è conuerſo poteſt Vicarius exequi commiſsiones ſuo Episcopo directas, niſi poſt delegationem de iis ab Episcopo ſibi factam; neque enim poteſt Vicarius ſe intromittere in cauſa ſeu iuriſdictione Episcopo delegata, vt plurib. relatis docet Garz. *tract. de benef. part.* 6. *cap.* 2. *numer.* 22. declarans, niſi Episcopus, cùm ſibi fuerit delegata cauſa, eam Vicario ſubdelegauerit, non priùs; nam cauſas ſibi delegandas à Papa, & commiſsiones futuras non poteſt committere; iuriſdictio enim nondum competens actu, vel habitu committi non poteſt, Rot. *deciſ.* 2. *de offic. deleg.* & 9. *de offic. Vicar. in antiq.* ac 6. *de offic. deleg. in nou.* cum aliis per eum alleg. *d. num.* 23.

Notandum denique, quòd, † vbi commuta- 528.
tio vltimæ voluntatis commiſſa ſit Vicario ſub nomine dignitatis, ſeu officij, eius nomine proprio, non expreſſo, mandando, vt de cauſarum in precibus expoſitarum veritate ſe informet, adiecta etiam illa clauſula, *ſuper quo conſcientiam tuam oneramus*; aut illa, *diſcretioni tuæ mandamus, de qua in his ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus*; vel alia ſimili, poterit Vicarius receptionem teſtium, ac informationem committere, non autem ipſam commutationem. ita in diſpenſationis commiſsione ſentit Garz.

Garz. *tract. de benefic. part. 6. cap. 2. numer. 105.* ac poſt Felin. *in cap. fin. §. vltim. verſ. quartò limita,* & Menoch. *conſ. 17. num. 12.* alios allegantem, tra-
529. dit Sanchez *d. diſp. 27. num. 43.* quia, † vbi nudum miniſterium vnà cum iuriſdictione aliqua committitur à Principe, non poteſt quidem ſubdelegari nudum miniſterium, *d. §. vlt.* poteſt tamen iuriſdictio, vt ex eodem §. colligitur, & ibi hoc totum inter cæteros adnotauit Innoc. *in fin.* & Abb. *num. 6.* Fel. *num. 8. d. verſ. quartò limita.* Quòd ſi illa teſtium receptio extra diœceſim Officialis diſpenſa-
530. turi facienda ſit, † fiet ab ordinario, cui delegatus ille remittit, non auctoritate propria ordinaria, ſed auctoritate ſubdelegata ſibi ab Officiali illo delegato: quamuis vbi Ordinarius remittit alteri Ordinario probationem aliquam faciendam in diœceſi Ordinarij, cui remittitur, recipiat ille Ordinarius teſtes non auctoritate remittentis, ſed propria, & ordinaria: quod vtrumque tradit Card. *in Clem. vnic. num. 10. de off. deleg.* Neque obſtat, quòd per prædictas, aut ſimiles clauſulas videatur electa in-
531. duſtria perſonæ, ex iis, quæ poſt alios † de clauſula, per quam conſcientia delegati oneratur, dicendo, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, tradit Marta *tract. de clauſul. part. 1. clauſ. 253. num. 1.* Barboſ. *in fin. tract. clauſ. 13. num. 4.* & Lud. Rodolphin. *tract. quib. mod. ord. effic. deleg. num. 47.* ex quibus eſt Menoch. *de arbitrar. iud. lib. 1. quæſt. 68. num. 12. & lib. 2. de præſumpt. præſumpt. 21. num. 16.* & de ea, per quam commiſſio fit ratione confidentiæ, *d. quæſt. 68. num. 11. & d. præſumpt. 21. num. 17.* ac Rodolphin. *vbi ſup. num. 43.* qui idem poſt alios docet *num. 40.* quando in commiſſione dicitur, de induſtria, & circumſpectione tua confidentes, per Apoſtolica ſcripta mandamus, &c. facilè enim reſpondetur, quòd per eas clauſulas, aut ſimiles, non eſt electa induſtria perſonæ, cùm delegatio non fit perſonæ nominatæ, & cognitæ, ſed incognitæ, & indeterminatæ, prout cùm ſit dignitati; vt probat Nauar. *conſ. 2. de offic. Vicar.* aliàs *6. de offic. deleg.* Sanchez *d. num. 43.* ex aliis quoque per ipſum allegatis *lib. 3. de matrim. diſput. 7. num. 20.* quomodo etiam
532. ſoluitur, quod obiici poterat † ex *cap. is, cui, §. ſed ſi, de off. deleg. in 6.* vbi dicitur, electam eſſe induſtriam eius, cui commiſſa eſt prouiſio perſonæ idoneæ non expreſſæ de certo beneficio, aut Eccleſia, circa eligendam perſonam, ideoque prouiſionem ſibi commiſſam alteri demandari ab eo non poſſe; quod idem ferè habetur *in cap. vlt. §. in autem, ext. eod. tit.* vbi etiam idipſum dicitur cùm delegans mandat fieri inquiſitionem: vtrobique enim ſupponitur, perſonam commiſſarij fuiſſe nominatam, & cognitam. Hanc tamen diſtinctionem non admittit Garz. *d. cap. 2. num. 100.* ſed poſt alios, ac nonnullas etiam Rot. Roman. deciſ. & quandam ſacræ Congregationis declarationem *ibi, iunctis tribus num. ſeqq.* indiſtinctè tradit, executores litteratum Apoſtolicarum poſſe alteri committere vices ſuas etiam quoad examen, vbi in litteris dictum ſit: Si per diligentem examinationem eum idoneum repereris, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus: ſecus verò eſſe, ſi dicatur, conſcientiæ tuæ committimus, vel ſecundùm conſcientiam tuam decidas.

Iam verò locus hic nos admonet, vt rem hanc de facultate ſubdelegandi altiùs, breuiter tamen quoad fieri poterit, repetamus; vnde etiam hoc poſtremum notabile meliùs explicatum remanebit, quódque *cap. vlt. queſt. 2. concl. 3. & ſeqq.* de extinctione, aut ſuſpenſione iuriſdictionis in delegato per mortem naturalem, vel ciuilem ſubdelegati, aut in ſubdelegato per mortem naturalem, vel ciuilem delegati, qui ſubdelegauit.

Qua in re illud ſupponendum eſt, † quòd, cùm
533. electa eſt induſtria perſonæ delegati, is non poteſt ſubdelegare, vt apertè conſtat ex *d. cap. vlt. §. is autem, de off. deleg. & d. cap. is, cui, §. ſed ſi, eodem tit. in 6.* ac præter Doct. *ibi* adnotauit Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 1. quæſt. 54. num. 7. & de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 21. num. 2.* ac nouiſſimè poſt alios Lud. Rodolphin. *d. tract. quib. mod. ordin. effic. deleg. num. 39.* Similiter non poteſt delegatus ſubde-
534. legare, † cùm ei committitur, vt negotium perſonaliter exequatur, vt patet ex *d. §. is autem.* niſi tamen tunc partes conſentiant, vt *ibidem* decernitur; præterquam ſi inquiſitionem fieri, vel Eccleſiis de Prælatis, aut aliis miniſtris prouideri mandetur; prout *inibi* ſubiicit Romanus Pontifex: quod meliùs infrà examinabimus. Hoc ſuppoſito duplex regula generalis hac in re, nimirũ poteſtatis ſubde-
535. legãdi, ſtatuenda eſt. Altera, † delegatum Ordinarij inferioris non poſſe ſubdelegare: quæ probatur *in l. fin. ff. de off. eius, cui mãd. eſt iuriſd. & l. a iudice. C. de iudic.* colligiturque ex *cap. quamuis, & cap. vlt. in princ. de off. deleg.* Extenditur autem hæc regula primò etiam in delegato à Legato Sedis Apoſtolicæ, vt ſentit gloſ. recepta *in cap. cùm Bertoldus, in princ. verbo, committentibus, de re iud.* latè Couar. *lib. 3. var. reſ. cap. vlt. n. vlt.* Secundò, etiamſi lis eſſet conteſtata coram delegato. ita gloſ. ab aliis approbata *ibid. & cap. cùm cauſam, verbo, delegatus, de appell.* vbi reſpondet *ad d. cap. cùm Bertoldus,* ibi non contineri ius quoad hoc, nec fuiſſe obiectum, vnde per patientiam toleratur, arg. *cap. cùm iamdudum, in fin. de prab.* Fallit
536. verò hæc regula primò † in delegato ad vniuerſitatem cauſarum, vt ex text. *in l. 1. §. ab eo, ff. quis, & à quo,* & *ibi* gloſ. *verbo, non ipſe, & verbo, ab eo;* & expreſsè gloſ. *d. l. à iudice, verbo, non habet, C. de iudic. & d. cap. cùm cauſam, verbo, delegatus, de appellat.* Hoſt. *cap. fin. de offic. ordin.* & alij quamplurimi relati & probati à Sanchez, qui hanc communiſſimam ſententiam aſſerit *lib. 3. de matrim. diſput. 31. num. 2.* plerique autem mouentur, quia delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparatur Ordinario. gloſ. *d. cap. cùm cauſam, verbo, delegatus, & d. l. à iudice, verbo, non habet,* ibique Iaſ. *num. 8.* Ordinarius autem poteſt delegare, *l. more, ff. de iuriſd. omn. iud. l. cognitio, §. cùm propriam, ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. cap. cùm Epiſcopus, de offic. ordin. in 6.* Intellige autem primò, † vt hic
537. delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poſſit vnam, aut alteram cauſam ſubdelegare, non autem vniuerſam ſuam delegationem. Ita poſt alios docet Sanchez *d. diſput. 31. num. 3.* quia nec ordinarius id poteſt inconſulto Principe, *l. pen. ff. de offic. præſid.* cum ibi not. & aliis ad id adductis ab eodem Sanchez *d. diſput. 31. num. 11.* Secundò intellige, † ſe-
538. cus fore in delegato ad generalitatem cauſarum, qui neque vnam cauſam ſubdelegare poteſt, vt idem aliis relatis docet *num. 4. verſ. ſed hæc doctrina, iuncto verſ. præced.* In quo autem differant † de-
539. legatus ad vniuerſitatem, & delegatus ad generalitatem cauſarum, idemmet latiùs explicat *d. num. 4.* ferè per tot. Fallit ſecundò hæc prior regula, vt poſſit delegatus ab Ordinario inferiore ſubde-
540. legare, † ſi ab eo habeat ſubdelegandi facultatem, vt contra quoſdam, quos recenſet *numer. 5.* pluribus allegatis probat Sanchez *num. 6.* ſubdens *num. 7.* poſt alios ad id ſufficere licentiam tacitam Ordinarij, quia eius delegatus ipſo ſciente, & patiente delegat, aliàs vt ex vſu, aut aliis coniecturis ſufficientibus appareret, id velle Ordinarium, &

n.8.id temperans, vt non possit Ordinarius inferior concedere potestatem subdelegandi nomine ipsius à se delegati,hoc est,subdelegati, quia in eo fundari non potest illa potestas, post Fel.*in cap.super quæstionum, §.si verò,num.18.vers.limitat nisi aliter,de off.de-*
541. *leg.* Fallit tertiò, vt † possit delegatus inferioris Ordinarij subdelegare articulum non intrisdictionalem,quique est nudi ministerij, vt contra quosdam, quos refert *num.10.vers.qui*.idem Sanch.multis relatis probat *eod.num.10. in princ.* sic intelligens *ibidem vers.& ita*,quosdam Doctor. absolutè docentes, delegatum inferioris Principe ad vnam causam posse subdelegare articulum illius.

542. Altera regula generalis hac in re est, † delegatum Principis posse subdelegare totam causam sibi commissam; quæ probatur *in d. l. a iudice, C. de iudic. d.cap.quamuis, cap. super quæstionum, §. si verò, cap. pastoralis, in princ. cap. ex litteris, cap. licet vndique, & d.cap.fin. in princ. & §. 1.de offic. deleg.cap. cùm causam, de appell.* & aliis sexcentis iuribus, in quibus ferè omnibus habetur posse subdelegare suo Collegæ etiam in solidum dato, vel simul. proce-
543. ditque † siue iudex datus sit ex officio, siue de assensu partium; *d. cap.vlt. in princ. de off. deleg.* Item procedit quoque vbi sit delegatus sub nomine dignitatis, vt constat ex *d.cap.1 li. §.1. de off. deleg. & cap.si is, cui, eodem tit. in 6.* Fallit autem hæc regu-
544. la primò, vt † nullus delegatus etiam Principis possit subdelegare cum facultate subdelegandi, vt post glos. *d.cap. super quæstionum, §. porrò, verbo, transfert*, & alios plerosque tradit Sanchez *d. disp.*
545. 31. *num.* 9. Secundò, vt subdelegatus Principis † neque vnam causam sibi commissam, aut articulum intrisdictionalem alteri subdelegare possit, vt patet ex *d.§.si verò, & d.cap. cùm causam, §. mandamus,de appellat.* vbi improbatur approbatio tertium receptorum à subdelegatis subdelegatorum Papæ: idque adnotauit glos. recepta tam *ibi in verbo, delegamus*, quàm *d.cap. super quæstionum, §. porrò,verbo, transfert.* In *d.*autem *verbo,delegamus*,id extendit,licèt coram primo subdelegato lis esset cœptata, cuius glos.opinio communis in hoc est, teste Penna *in lib.3.comment.ad Director.Inquisit. fol.81.* licèt *ibidem*, tam glos.quàm Pena referat alios contrarium
546. sentientes. Tertiò fallit d.regula,vt † delegatus etiam Principis non possit subdelegare,cùm eius industria à Principe electa est; prout generatim in delegato suprà supposuimus, id ostendentes præcipuè ex *cap. vlt.§.is autem,de offic.deleg.& cap.is,cui, §.sed si,eodem*
547. *tit.in 6.* Fallit denique † in eo Principis delegato,cui iniungitur, vt personaliter negotium exequatur; is enim, nisi partes consentiant, non potest hoc aliis delegare,vt apertè constat ex *d.§.is autem.*qui loquitur, nec potest non intelligi de delegato Principis, cùm delegatus inferioris nequeat subdelegare, vt sup.ostendimus.idémque erit,si dicatur,per teipsum exequaris; arg.*d.cap.is,cui,§.sed si, in fi.* ac de similibus,ob eandem rationem.

Extenditur autem hæc fallentia, vt neque etiam cum partis consensu possit delegatus, vt negotium personaliter,vel per se exequatur,aliis delegare inquisitionem,aut prouisionem Prælatorum,aliorúmve ministrorum Ecclesiæ,vt disponitur *in d. §.is autem,vers.præterquam*; vbi, † postquam dixerat Ro-
548. manus Pontifex, cum,cui iniungitur, vt personaliter negotium exequatur, posse, dummodo partes consentiant, hoc aliis delegare: subdit, *præterquam, si inquisitionem fieri, vel Ecclesiis de Prælatis, vel aliis ministris prouidere mandaremus*; quasi dicat, prout intelligunt Doct. quòd delegatus, vt personaliter exequatur,siue faciat inquisitionẽ, vel prouisionem Ecclesiarum;tunc, siue partes consentiant,siue non, minimè poterit eam aliis delegare. Quoniam verò ex prædictis verbis text.iunctis iis, quæ pro ratione posteriorís responsi, seu exceptionis statim subiicit, cùm in his omnibus casibus industriã, & fidem personæ,cui talia cõmittimus, eligere videamur,apertè constat,† aliud esse,in commissione iniungi dele- 549.
gato, vt negotium personaliter exequatur; aliud, quòd in ea personæ delegati industria eligatur: male vtrumque confundit Menoch. *d.præsumpt.lib.2.præsumpt.21.num.13.*dum ait,quòd per verba illa, *personaliter cognoscas*,censetur electa industria personæ, ex aliis Doct. & *d. §.is autem*, necnon *Clem.1 de vit. & honest. Clericor.* quod & post alios facit Lud. Rodolphin.*d.tract.quib.mod.eram.effic.deleg.num.*41.pro nostra tamen contraria sententia allegans Paul. de Orian. *in l.1.sub n. 18. ff. de offi. eius cui mand.est iur.* quare dicendu est per hæc verba induci solùm personalem commissionem: id quod *num.*8. idem Menoch.post alios tradit † de iis verbis, *ipse faciat*; & 550.
*num.7.cum seq.*de illis, *suis manibus ea faciat*; *num.9.* de iis,*per te ipsum cognoscas*; *num.*10.si dicatur,*tu, & nullus alius cognoscat,aut agat.*ac de his omnibus verbis idem sentit Rodolph.*sup.num.*48.49. *&* 51. siue autem delegans in commissione vtatur huiusmodi verbis,quibus iniungat negotium personaliter exequendum,siue aliis,quibus eligat industriam personæ, operetur eundem effectum impediendi subdelegationem: & hoc solùm probant auctoritates iurium, ac Doctorum, quas Menoch.allegat.cum eo tamen discrimine, quod ex prædictis constat, vt, cùm sola personalis executio iniungitur,prosit partium cõsensus ad subdelegationem, dd.calib inquisitionis, & prouisionis Ecclesiarum exceptis; qui non prodest,cùm eligitur industria personæ delegati. Quòd si petas, an per ea sola verba,*tu, vel per te cognoscas*, dicendum sit † induci personalem com- 551.
missionem, ita, vt ille commissarius nequeat suas vices subdelegare. Respondeo,quòd communior,& longè verior est sententia,non induci: quam præter nonnullos à Lal.probatos *l.1.num.30.& 33.ff.de offic. eius*, tenet glos. ab aliis approbata *d.cap.vlt. §.iuxta quoque*,seu *1.verbo,cum mandatur Ep[apo*,per illum textum,*de offic.deleg.*ait enim *ibi* glos.Sic ergo soluta est quæstio, qua quærebatur olim, an Episcopus posset committere vices suas, cùm sic scribebatur, tu frater Episcope cum eorum altero, &c. & ita potest committere, & alij non possunt procedere sine ipso, vel subdelegato ipsius; & Abb. quem alij sequuntur *d.cap.vlt.*illum textum quoad *a.§.1* summat sic: Delegatus Papæ subdelegare potest, licèt datus sit cum clausula prælectionis,videlicet,quòd si non omnes,tu cum alio exequaris,&c. Neque in contrarium vrget *cap. cùm dilecta, de rescript.* aut *l. vnic. C.de caduc.toll.* quib.nititur Grammat. oppositum *cons. 3.* tenens,sicut & Rol.à Vall. *cons.59.n.30. vol.3.*nam *in d.cap.cum dilecta*, aderat verbum,*personaliter.in d.*verò *l.vnic.§.sin verò*, qui solus ad hanc rem facit, vel aderant verba id significantia, nimirũ,*suis manibus*,de quibus paulo ante, vel,*natura rei id exponebat*,hoc est,in certum locum abire, studiis liberalibus imbui, & vxorem ducere. Rectè autem censet Menoch.*d.præsumpt.21.n.12.* post alios, † se- 552.
cus dicendum fore vbi in commissione dicatur, *tu, tu, cognoscas*, vel *per te te cognoscas*. quod etiam post alios docet Rodolphin.*vbi sup. num.*50. qui *num.*42. idem meritò tradiderat de illis verbis, *per te ipsum*, vel *temetipsum cognoscas*, secutus Eugen. Vant. & Paris. sicut etiam bene Menoch. voluit *d. præsumpt. 21.n 15.* post Riminald. *l.more.n.17.ff.de iurisd.omn. iud.*electã censeri industriã personæ, † cùm in com- 553.
missione

miſſione dicitur, vt delegatus proprio iudicio cognoſcat,& definiat.ſicut etiam bene docet poſt alios *num.* 16. idem dicendum, vbi oneratur propria conſcientia delegati: (quod intellige, quando dicitur, *ſecundùm conſcientiam tuam decidas*, vel, *conſcientiæ tuæ committimus*; ſecus verò,cùm ſolùm dicitur, *ſuper quo conſcientiam tuam oneramus*, iuxta ea quæ adduximus *not.vlt.*) *&* *num.* 17.vbi in commiſſione adſunt illa verba,*de tua prudentia confidentes*,aut ſimilia: quorum etiam primum aliis relatis tradit *lib.* 1. *de arbitr.iud.quæſt.*68.*num.* 12. ſecũdùm idem docuerat *num.* 11.& Rodolph.ſup.*num.*40.*&* 43. quod tamen vtrumque accipiendum eſt,cùm commiſſio fit perſonæ cognitæ,ac determinatæ; ſecus ſi incognitæ,atque indeterminatæ, vt ſup.*d.not.vlt.* adnotauimus ex Sanchez alios allegante *lib.*3.*de matrim.diſp.* 7.*num.*20.vbi etiam ita intelligit, ac verum eſſe affirmat, quod pluribus relatis aſſerit idem Menoch. *d.lib.*1.*de arbitr.iud.quæſt.*54. *n.*11. *&* *quæſt.*68.*n.* 15. necnon *caſ.*205.*num.*1.*&* *tract.de præſumpt.lib.*2.*præſumpt.*21.*n.*4.*&* 5.*ac lib.*6.*præſumpt.*92.*num.*13. tunc cẽſeri electam induſtriam perſonæ, cùm factum arduum,& graue committitur.quod multis relatis tenet pariter Rodolph.ſup.*num.*46.*ac* 52.ſicque etiam accipiendum puto, quod ipſemet *eod.n.*4. *&* 5.*ac d.* *quæſt.*68.*n.*13.*&* 14. tradit perſonæ induſtriam electam cenſeri in facto variabili, & indeterminato, per *cap.is,cui,*§.*ſed ſi,de off..deleg.in* 6.quem etiam inter cæteros ſequitur Rodolph.*loco cit. n.*44. & quod idem Menoch.poſt alios docet *d.præſumpt.*92.*num.*4. *vſque ad* 8. pariter cenſeri electam induſtriam perſonæ vbi committitur factum cohærẽs perſonæ ratione ipſius rei,prout eſt viſitatio,& acceſſus ad aliquem locum,vt quis erudiatur, vt vxorem ducat, & ſimilia; per text. *in l.ſi ſtatulibera*, §.*ſi quis non dare*, *ff.de ſtatulib.&* *l.vnica,*§.*ne autem,verſ.ſi verò*,vel potiùs *in* §.*ſin verò,C.de caduc.tollend.&* *n.*10. *cum duobus ſeqq.* vbi cõmittatur factum, quod cohæret perſonæ non ſui natura,ſed excellentia perſonæ, præcipuè per text.*in l.inter artifices*, *ff.de ſolut. &* *l.vn.verſ.* *credidit enim.ff.de offic.præf.prætor.* Sed & vbi cõmiſ-
554. ſio fiat perſonæ cognitæ, ac determinatæ, † adduci non poſſum, vt credam, quod paulo antè ex Menoch.& aliis commemorauimus,ex eo ſolùm,quòd factum arduum,& graue commiſſum ſit, cẽſeri electam induſtriam perſonæ delegati, ita, vt illud nequeat alteri ſubdelegari.nam contrarium ſentire videtur Sanchez cum iis,quos adducit *d.lib.* 3. *de matrim.diſp.*7. *num.* 20. necnon Molin. *tom.*6. *de iuſt.&* *iur.* ſeu *tract.*5.*diſput.*15.*n.*3. dum laudat Abb.*in cap.* *quoniam Apoſtolica*,quod eſt *d.cap.vlt.*§.*is autem,num.* 6.*ad fin.*dicentem, Papam non cenſeri eligere induſtriã perſonæ delegati,niſi exprimat,vel in caſibus à iure expreſſis; quod etiam fateri videtur ipſe Menoch *d.lib.*6.*præſumpt.*92.*n.*2.dum ait, quòd,quando factum explicandum eius eſt qualitatis, vt à quouis explicari poſſit, & verbis actum non eſt, vt is, cui committitur, ipſemet nominatim, ac ſpecialiter illud explicet:atque ita, cùm verba non arguunt,electam fuiſſe illius induſtriam;tunc electa non præſumitur,ex text.*in d.l.vnic.*§.*ne autem, verſ.ſin autem in faciendo*, *C. de caduc.toll.&* *l.veteris, C.de contrab.&* *commiſſ.ſtipulat.* ſed apertè Abb.*ibidem* loquitur vbi committeretur factum quantumcumque arduum cum cauſæ cognitione, & probat ex *cap. venerabili,* *de offic.deleg.* id verò maximè probatur ex *Clem.vnic.* *eod.tit.* vbi definitur, executores ad prouidendum aliquibus,ſi per inquiſitionem ſolertem,eos eſſe vitæ laudabilis, & conuerſationis honeſtæ reperierint,à Sede Apoſtolica deputatos, aliis poſſe cõmittere licitè vices ſuas. idem tenet poſt alios Fel. *d.*§.

Io. Petr. Monetæ de commut. vlt.volunt.

*is autem,n.*4.ſaltem de iure canonico.Neque contrariæ ſententiæ ſuffragatur † text.*in cap.is,cui,de off.de-* 555.
leg.in 6.quem pro ſe illius fautores,& præcipuè Menoch.allegat,dum *ibi in* 2.*reſponſ.*decernitur,quòd,ſi non expreſſa certa perſona alicui committatur, vt perſonæ idoneæ de certa Eccleſia, vel beneficio debeat prouidere, non poteſt prouiſionem ſibi cõmiſſam alteri demandare, quia eſt electa eius induſtria circa eligendam perſonam;nam, cùm inibi nullum adſit verbũ, quod ſignificet perſonæ induſtriam eligi,dicẽdum erit,id induci ex materiæ grauitate. Reſpondetur enim vel ideo induci, quia illud factum, de quo *in d.cap.is,cui,*ſit arduũ, ſeu graue,ſimulque variabile, & indeterminatum; quod etiam fatetur ipſe Menoch.*d.quæſt.*68. *num.* 13.*&* *d. præſumpt.* 21. *num.* 4. dum hunc text. ad id allegat, quòd factum variabile, & indeterminatum inducat præſumptionem electionis induſtriæ commiſſarij; & ſuadẽt illa verba text. quia circa eligendam perſonam eius induſtria tunc videtur electa: vel quia ſimul cum rei grauitate concurrebat publica vtilitas, vt eſt de mente Abb. *d.cap.vlt.*§.*is autem, num.*5.*de offic.deleg.* intereſt enim Reip. Chriſtianæ, vt de idoneis miniſtris Eccleſiis prouideatur; éſtque etiam de mente gloſ.*d.*§.*is autem,verbo,vt perſonaliter.&* *verbo,inquiſitionem*, quatenus huiuſmodi publicam vtilitatem pro ratione affert, cur Pontifex ibi prohibeat ſubdelegari etiam de partium conſenſu commiſſionẽ inquiſitionis ſuper delictis,& prouiſionis prælatorum, ac miniſtrorum Eccleſiæ, cùm iniungitur commiſſatio, vt negotium perſonaliter exequatur: quod *in d.cap.is, cui, in* 2.*reſpon.* quoad prouiſionem miniſtrorum, ac prælatorum Eccleſiæ abſolutè decernitur; atque adeò procedit, etiam vbi ea non iniungatur perſonaliter exequenda. Ex his igitur habemus caſus præcipuos,in quibus cenſetur facta cõmiſſio perſonaliter, & in quibus electa cenſetur induſtria perſonæ; licèt hoc vtrũque,vt diximus,malè confundant,& vtriuſque caſus non rectè miſceãt Monach.& Lud.Rodolph.*loc.cit.* nam præter diſcrimen, quod *ibid.* ex *d.cap.fin.*§.*is autem, de off. deleg.* adduximus, quoad vtriuſque effectum,nimirum, vt cùm electa eſt induſtria perſonæ,cõſenſus partiũ indiſtinctè nihil profit ſubdelegationi; in commiſſione verò perſonali tunc operetur, cùm nõ agitur de inquiſitione ſuper delictis, aut prouiſione Eccleſiæ de idonea perſona in genere: illud etiam ex ſui natura diſcrimen habent, quòd ad perſonalem commiſſionem non requiritur quòd negotium commiſſum induſtriam exigat, atque adeò eam non ſpectat, aut eligit committos in commiſſario, ſecus verùm cùm in hoc ab illo eligi dicitur perſonæ induſtria: ſicque hac in re illa regula tradi poteſt ex ſupradictis, quòd tunc electa dicitur induſtria perſonæ,cùm aut verbis id exprimitur,aut negotiũ,quod committitur, omnino exigit induſtriam. Supereſt
nunc,vt † conciliemus text. *in d.c.vlt.*§.*vlt.de off.de-* 556.
leg cum *d.cap.is, cui, in* 1.*reſpon.eod.tit.in* 6. Nam *in* *d.*§.*vlt.* apertè definitur, nudum miniſterium alicui commiſſum ab eo ſubdelegari non poſſe; & tamen *in d.*1.*reſp.* decernitur, eum, cui ab Apoſtolica Sede committitur certæ perſonæ prouiſio de beneficio in certa Eccleſia, diœceſi, vel prouincia facienda, poſſe alij committere licitè vices ſuas; quæ quidem prouiſio procul dubio eſt nudum miniſterium. Reſpondetur autem cum Abb. *d.* §.*vlt. numer.* 3. hunc §. ex Innocent. *ibidem*, quem etiam, communem eius ſententiam aſſerens, ſequitur Felin. *num.* 9. & allegat Rot. *deciſ.* 14. *de off. deleg. in* *nov.*procedere † in nudo miniſterio magni momẽti, 557.
& fallere in eo,quod eſt parui momenti: vel,vt me-

liùs loquitur Abb.*d.num.*3.ille §.fin.procedit in magno quod exigit induſtriam perſonæ, at verò *d.cap. 1.eius,in 1. reſponſ.* illud nudum miniſterium non eſt induſtriale, atque adeò paruum, cùm iam perſona prouidenda ſit expreſſa,ac ſimul etiam beneficium; vnde nil mirum,ſi illud poſſit cõmitti, etiamſi eam ob cauſam aſſumendæ ſint aliquæ informationes ſuper moribus illius certæ perſonæ prouidendæ, vt cauetur *d.Clem.vn.de off.deleg.* nam adhuc hoc nõ eſt magnum negotium; neque magnam induſtriã exigit. Quo ſtante vacillat limitatio quam ad *d. §. vlt.* affert *ibi* Fel. *num.*8. *verſ.quartò limita*, poſt Rot. *deciſ.*3.*de off.Vicar. in antiquior.*& alij, quos retulimus ſnp.*not vlt.*vt,quando nudum miniſterium committitur cum aliqua iuriſdictione, vtputa cauſæ cognitione ſuper moribus prouidendi, vel diſpenſandi; tunc iuriſdictio ſubdelegari poſſit, non autem nudum miniſterium: quare verius puto, poſſe tunc vtrumque committi,vt poſt Innoc. & Hoſt.*ibi* voluerunt aliqui de Rot.*d.deciſ.*3.quæ eadem eſt cum 9.*de offic.Vicar.in antiq.* Abb.*d.§.is autem,num.* 6. & colligitur ex *d.§.vlt. & ibi* Doct.tenentibus illum procedere in nudo miniſterio,cui non ſit adiũcta,& connexa iuriſdictio. ipſa verò limitatio locum habebit in caſu, quo loquitur Innoc. & Abb.*d.§. vlt.* nimirum cùm iuriſdictio non eſt annexa neceſſariò nudo miniſterio, ſed datur ſeorſim, vtputa iuriſdictio ad compeſcendum contradictores. Limitatur præterea ille text. quatenus ad rem noſtram pertinet,niſi commutatio eſſet commiſſa ſub nomine dignitatis: nam tunc nudum miniſterium tranſit ad ſucceſſorem,niſi ex verbis appareat electam eſſe induſtriam perſonæ. ita poſt Hoſt.Bald.Ioan.An.Butr. & Abb. contra Innoc. Card. & Imol.*d. §. vlt.* tenet *ibi* Fel. *num.* 8. *verſ. limita primo.* Item niſi nudum miniſterium competat alicui ex priuilegio perpetuo,non ex commiſſione ſpeciali, vt tenet *ibid.*Fel. *verſ.ſecundò limita*, poſt gloſ.*in cap.fin.verbo,caſibus*, & *ibi* Abb. *de off.ord.*quod idem poſt alios tenet Conar.*lib.*3.*var.reſol.n.*5. Denique limitatur,vt non habeat locum *d. §. vlt.* vbi committatur nudum miniſterium in materia ſpectante ad Officium commiſſarij; cùm tunc potiùs excitetur illius iuriſdictio, iuxta *cap.licet in corrigendis,de off.ord.*atque adeò poterit illud miniſterium alteri committere, ita Fel.*d. num.*8.*verſ.quintò limita*, poſt Rot.*d.deciſ.*14.*de offic. deleg.in nou.* tenétque gloſ.recepta *in d.cap.fin.verbo, caſibus*,vbi eſt opt.text.*de offic.ord.*iuncto maximè *d. cap.fin.§.vlt.de offic. deleg.* Alios autem caſus,in quibus delegatus etiam Principis ſubdelegare nequit,† videre licet *in cap.cæterum,de off.deleg.*& apud ſcribentes *ibi,& cap.ſi pro debilitate,eod.tit.*Poſſet etiam hoc loco ad maiorem prædictorum declarationem latiùs tractari,an,& quando facultas commutandi vltimas voluntates per modum priuilegij alicui conceſſa ab eodem ſubdelegari poſſit eò, quòd ad merum, aut mixtum imperium pertineat,vel non pertineat.Sed quoniam, ſi ſingula huiuſmodi proſequi vellemus,in immenſum opus hoc creſceret; pro illo † articulo remiſiſſe candidum lectorem ad ea ſufficiet,quæ hac de re tractant Legiſtę *in l.1.ff.de offic. eius,cui mand.eſt iuriſd. & in l.imperium, ff.de iuriſd. omn.iud.* & Canoniſtæ *in d. cap. vlt. de off. deleg. & cap.quod Sedem,& d.cap.vlt.de offic. ord.* Menoch.*de arbitrar. iud.lib.*1. *queſt.*54. Couar.*d.cap.*10. ſetè per cos. & nuper Ioſeph.Gonzal. *var. queſt. cap.*19.*vſque ad* 24.ac de mero, & mixto imperio nos præmiſimus *in tract. de Conſeruatorib. induſtrib. cap.*7. *queſt.* 1. *ſuppoſ.*2. ex quibus etiam ſatis conſtat, commutationem vltimæ voluntatis † ad merum imperium, non autem ad mixtum, aut ad ſimplicem iuriſdictionem pertinere. Atque ex his finem huic decimæ quartæ quæſtioni præſentis 5. cap. imponamus.

558.

559.

560.

SVMMÆ RERVM.

561. *Prælati Regularium quinam habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*

562. *Prælati Regularium quoad perſonas Regulares ſibi ſubditas eam commutationem vltimarum voluntatum facere poſſunt, quæ in votorum irritatione, diſpenſatione, & commutatione conſiſtit.*

563. *Vota commutare ordinaria poteſtate valet,qui in eiſdem poteſt diſpenſare.*

564. *Prælati Regularium nequeunt auctoritate ordinaria commutare vltimas voluntates ſibi non ſubditorum etiam quoad proprias Eccleſias.*

565. *Diſpenſatio in votis eſt actus iuriſdictionis ſpiritualis in foro externo, & exigit ſubiectionem iuriſdictioni huiuſmodi ſpiritualis diſpẽſantis.*

566. *Iuriſdictio nulla exerceri poteſt, niſi in ſubditos.*

567. *Prælati Ordinis Minorum quaſnam vltimas voluntates commutare poſſint ex priuilegio Romanorum Pontificum.*

568. *Prælati Regularium commutare poſſunt vltimas voluntates etiam quoad perſonas ſæculares, quando habent in eas plenam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem,aut ſpecialem facultatem, quam priuilegio, conſuetudine, vel præſcriptione acquiſierint.*

569. *Prælati Regularium in ſuis Capitulis generalibus poſſunt nunc Ordinaria poteſtate a Cõc.Trid. attributa numerum Miſſarum ſuis Eccleſiis relictarum certis in caſibus reducere. defunctorum tamẽ, quorum Miſſa reducũntur, commemoratio fiat in Memento, vel collectis Miſſarum,quæ reſidua ſunt;num.*570.

571. *Heredes an compellendi ſint ad ſupplementum eleemoſynæ pro numero Miſſarũ præſcriptarum à defuncto,vbi ea non ſit ſufficiens ad illã ſatisfaciendum; ita,vt aliquando ſaltem non ſit locus reductioni Miſſarum, iuxta facultatem à Trid.Conc.attributam.*

572. *Taxationis, vel demonſtrationis gratia quando aliquid adiectum cenſeatur.*

573. *Ordo eorum, quæ in diſpoſitione poſita ſunt, eſt ponderandus.*

574. *Prælati Regularium ac Religioſi ex delegata poteſtate vigore ſuorum priuilegiorũ quid poſſint circa matrimonialia, vota,iuramenta,apertionem Breuium ſacra Pœnitentiaria, ac eorum executionem;remiſſiuè.*

575. *Prælati regularium, & ipſi Religioſi quid poſſint circa abſolutionem ſæcularium a caſibus Sedi Apoſtolicæ,vel Epiſcopo reſeruatis,remiſſiuè.*

576. *Diſpenſandi facultas delegata non extenditur ad commutandum: extenditur tamen ad partim diſpenſandum, partim commutandum.*

577. *Facultas delegata diſpenſandi, vel commutandi vota,extenditur ad diſpenſationem, vel commutationem iuramentorum ſoli Deo factorum: ſecus ſi vota,vel iuramenta ſint ad fauorem tertij ſecuta acceptatione.*

578. *Facultas delegata aliqua faciendi non comprehendit poteſtatem commutandi vltimas voluntates, niſi in ea ſaltem in genere proximo contineatur.*

QVÆRO DECIMOQVINTO, & poſtremò in hoc cap. an Prælati Regulariũ aliquas vltimas voluntates commutare poſſint?

Dixi

Diximus hucusque de potestate, quam Papa, ac cæteri Prælati sæculares eorúmque vicem gerentes obtinent in commutandis vltimis voluntatibus. Videndum nunc breuiter est pro complemento huius cap. de Prælatis quoque Regularibus, & siue propria, & ordinaria, siue virtute priuilegiorum sibi à sancta Sede Apostolica concessorum; ac denique, vel quoad personas sibi subiectas, & Ecclesias proprias, vel quoad alienas, & Episcopis, aliisve subiectas. Difficultatem enim facit, quòd Prælati Regu-
561. larium † siue Generales, siue Prouinciales, siue etiam Præpositi, seu superiores locales habent, & ipsi iurisdictionem quasi Episcopalem, vt sup. *quæst.* 12. huius cap circa initium ostendimus.

PRIMA CONCLVSIO. Prælati Regula-
562. rium quoad personas regulares sibi subditas † eam commutationem vltimarum voluntatũ facere possunt, quæ in irritatione, dispensatione, & commutatione votorum consistit. De imitatione colligitur ex *cap. Monacho, 20. quæst. 4. & cap. si religiosus, de elect. in 6.* atque ex communi tradit inter alios Sanchez *lib. 4. sum. cap. 24. num. 29. & duobus seqq. cap. 25. n. 6. cap. 27. num. 21. cap. 31. num. 5. cap. 37. num. 7. 15. 16. 17. 23. 28. & 32.* ob eam præcipuè rationem, quia subditi religiosi non habẽt velle, nec nolle, & plenè subsunt arbitrio sui superioris, & censentur in votis eã conditionem apponere, nisi superior irritauerit. De dispensatione satis probat idem Sanchez *lib. 8. de matr. disp. 3. n. 9. & d. lib. 4. sum. cap. 39. num. 3. vsque ad 6. & numer. 17.* vbi specialiter de Clericis Societatis Iesu biennij votis dumtaxat ligatis, *& d. num. 17.* vbi generaliter de votis Nouitiorum, de quibus etiam *cap. 42. per tot.* De commutatione sentit idemmet Sanchez *d. lib. 4. cap. 49. n. 28.* dum pluribus relatis
563. tradit tamquam regulam certissimam, † omnes, & solos illos Prælatos habere potestatem ordinariam commutandi vota suorum subditorum siue secularium, siue Regularium, qui eandem ordinariam dispensandi potestatem habent erga ipsos subditos; tũ quòd vtraque sit iurisdictionis spiritualis in foro externo; atque adeò omni, & soli hanc habenti competit: tum quòd vtraque includitur in pastorali munere, & in illius adæquata iurisdictione per modum vnius simplicis potestatis necessariæ ad id munus; & ideo neutra ab alia separatur: atque idem docet *cap. 52. num. 1. & 15.*

SECVNDA CONCLVSIO. Nequeunt Præ-
564. lati Regularium † auctoritate ordinaria commutare vltimas voluntates sibi non subditorum etiã quoad proprias Ecclesias: vtputa, si quis reliquerit eorũ Ecclesiæ aliquam pecuniæ summam pro anniuersariis celebrandis; non poterunt eiusmodi voluntatem in Missarum celebrationem, aut quid aliud cõmutare, sed ad Episcopum id spectabit. Probatur tum ex eo,
565. quod de dispẽsatione in votis, † quòd sit actus iurisdictionis spiritualis, & quidem in foro externo; atque adeò exigat subiectionem potestati huiusmodi spirituali dispensantis, tradit Sanch. *d. lib. 4. sum. cap. 37. n. 1. 22. & 23.* ob eam præcipuè rationem, quia
566. nulla iurisdictio † potest exerceri, nisi in subditos; hoc verò Sanch. non probat, sed supponit tanquam axioma certissimũ, quod passim ex iure colligitur, vt ex *l. 1. & toto penè tit. ff. & C. de iurisd. omn. iud. l. vn. C. qui pro sua iurisd. cap. si quis ordinatus, cum duobus seqq. 92. dist. cap. 1. 2. & 3. 9. quæst. 2. cap. ad audientiam, de consuet. cap. graue, de off. ord. cap. P. & G. de off. deleg. cap. 1. & cap. si quis, de for. compet. cap. nullus, de paroch. & alien. paroch. cap. à nobis, de sent. excomm. cap. fin. de const. lib. 6. ac toto tit. C. si à non compet. iud.* cum simil. Ex quibus iuribus aliqua sunt quoad voluntariam, alia quoad contentiosam iurisdictionẽ. Tum ex eo, quòd in terminis reductionis Missarũ, quæ omnino ad huiusmodi commutationem vltimarum volũtatũ pertinet. de hisce Prælatis sentit Nauar. *in Man. Confess. cap. 25. n. 138.* dũ ait, illud quod disponitur in Conc. Trid. *sess. 25. c. 4. de refor.* vt in certis casibus, de quibus in vlt. huius concl. limitat. Episcopi in Synodo Diœcesana, Abbates, & Generales Ordinum in suis Capitulis generalibus possint pro sua conscientia statuere circa numerum Missarum à testatoribus certis diebus præscriptum, quicquid magis ad Dei honorem & Ecclesiarum vtilitatem expedire iudicauerint; videri ius nouum quoad Abbates, & Generales Ordinum; atque adeò vult Nauar. extra illos casus quoad numerum Missarum, atque etiã quoad alia per testatores, seu defunctos dispositã, Prælatos Regularium nequaquã posse aliquid mutare de iis, quæ in vltimis voluntatibus præscripta sunt. Nauar. quoque refert, ac sequitur Idelphons. Perez *in suo tract. de anniuers. & capell. lib. 1. cap. 14. n. 9.* Tum denique ex eo, quòd generaliter de cõmutatione vltimarum voluntatum, vt nequeat de iure communi fieri à Prælatis regularium, contra Sorb. Capucin. *in annot. ad compend. priuil. Minor. verbo, commutare,* docet Rodriq. *tom. 2. quæst. regul. quæst. 125. art. 9. & 10. circa med.* Dixi autem cum Rodriquez, de iure communi, quia Sixtus Quartus concessit Prælatis Ordinum Minorum, vt † possint commutare legata facta 567.
eorum locis ad vnum vsum in alium, sine scandalo tamen illorum, ad quos solutio talium legatorum pertinet; vt ex *monumentis Ord. conces. 95. & in supplem. conces. 317.* tradit Casarub. *in d. verbo, commutare, &* Rodriq. *d. art. 9. in initio, & art. 10. in fi.* similiter Leo X. augendo hanc gratiam concessit, quòd simili modo possint dicti Prælati facere in rebus donatis per viuentes; si tamen, vt dictum est, scandalum non sequatur; vt *in d. supplem. conces. 293.* cuius ad hoc meminit Casarub. & Rodriq. *locis cit.* Pariter idem Leo, vt *in conces. 153.* quam ad hoc adducit Casarub. *in d. compend. verbo, alienatio bonorum, §. 6.* Rodriq. *d. art. 9. &* Passarel. *in sua collect. priuil. fol. 80.* concessit Abbatissis, & Monialibus S. Claræ, ac Tertiariis, vt pro emergentibus necessitatibus, & euidẽtibus vtilitatibus Conuentuũ, & Monasteriorum suorũ possint vendere, & alienare, ac permutare quælibet bona immobilia dictorum Monasteriorum, de licentia tamen, & cõsensu Generalis, aut Prouincialium ministrorum, & duarum partium Conuentuum Minorum, & Monasteriorum, quorum dicta bona fuerint; ac simillter quòd de consensu maioris partis earundem etiam vltra trienniũ possint ea locare, vltimis testatorum voluntatibus non obstantibus. per quod priuilegium Henriq. *lib. 7. de indulgent. cap. 22. in fin.* prout eũ refert non dissentiens Rodr. *d. art. 9.* tenet, quòd possunt Prælati bona vnius Monasterij transferre in aliud indigens. Ad idem est Bulla Clemẽtis VII. relata à Rodriquez, non modò quoad substantiam, sed & eius tenore de verbo ad verbũ inserto, *d. tom. 1. quæst. reg. quæst. 126. art. 6.* qua concessit singulis ministris Prouincialibus, vel Guardianis Minorum, vt cum aliquibus discretis fratribus Domorum, vel locorũ, quibus legata, & institutiones factæ fuerint, quorum non sunt capaces, mediantibus procuratoribus, & Syndicis eorũdem locorum cum heredibus, & executoribus super præmissis institutionibus, & legatis componere possint, prout sibi secundùm æquitatem, & bonam conscientiam visum fuerit, ad certam summam, & quantitatem pecuniarum, aut rerum per prædictos heredes, & executores semel tantùm soluendam, & tradendam fratribus, ac locis prædictis ad releuandas necessitates, seu ipsa loca fabricanda, facta desuper ipsis heredi-

dibus,& executoribus plena, & libera,ac perpetua, absolutione,& quietatione, quæ Apostolica auctoritate sit approbata & roborata:ita vt deinceps prætextu talium testamentorum, institutionum, & legatorum ampliùs molestari non possint in iudicio, vel extrà. Et ex his habemus primam limitationem præsentis conclusionis.

568. Limitatur nunc hæc conclusio secùndò, vt † Prælati Regularium possint commutare vltimas voluntates etiam quoad personas sæculares, vbi plenam iurisdictionem Episcopalem in certa parte diœcesis Episcopi, atque adeò quandam quasi diœcesim, aut specialem hac in re facultatem, ac iurisdictionem priuilegio, præscriptione, vel consuetudine sibi quæsierint; iuxta text. *in cap. cùm & plantare, §. 1. & cap. quoniam, de priuil.* necnon *cap. Abbates, in fin. eodem tit. in 6.* Concil. Trid. *sess. 25. cap. 11. de regul.* & alia per nos adducta sup. hoc ipso cap. *quæst. 12.* circa initium. idque probatur per ea, quæ de Prælatis sæcularibus latiùs tradidimus sup. *quæst. 13. huius cap.* eadem enim vtrobique omnino ratio est, atque adeò etiam idem statuendum, vulg. *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap. 2. de translat. Episc. cum sua concord.* ac ferè in terminis ex Abb. & aliis *in cap. sicut vnire, de excess. Prælat.* & glos. ab aliis approbata *Clement. 1. verbo, proprij, de rebus Eccles. non alien.*

569. Limitatur tertiò, vt † ordinaria potestate sibi generaliter à Conc. Trid. attributa *d. cap. 4. de refor. sess. 25.* possint Abbates, & Generales Ordinum in suis Capitulis generalibus, quando vel ob magnum Missarum numerum nequeat ei satisfieri diebus à testatoribus præscriptis, vel ob tenuitatẽ eleemosynæ pro Missis celebrandis relictæ non facilè inuenitur, qui velit huic se muneri subiicere; possint, inquam, re diligenter perspecta, pro sua conscientia in suis Ecclesiis, quas hac prouisione indigere cognouerint, statuere circa hæc quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiarum vtilitatem viderint expedire: ita tamen, vt eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios vsus reliquerunt. Pro huius verò decreti explicatione, iis, quæ adduximus sup. hoc ipso cap. *quæst. 11. con-*

570. *clus. 4.* nunc addimus in primis, quòd † illa dictio, *semper*, non refertur ad tempus, neque ad diem, sed ad singulas Missas, quas iure reductionis celebrari continget; prout declarasse fertur sacra Congregat. Conc. sicut & commemorationi prædictæ satisfieri per intentionem applicationis Missarum per preces, quæ offeruntur in secundo memento, & per collectas dicendas in aliis Missis, in quibus collectæ dici possunt. Quod verò dicitur ea-

571. dem Congregatio declarasse, quòd, † licet appareat de expressa mente testatorum, qui reliquerunt certum numerum Missarum in perpetuum, heredes compellandi non sunt ad complementum numeri Missarum huiusmodi, seu eleemosynæ pro eo numero necessariæ, si reditus relicti pro hoc legato non sufficiant; sed numerus Missarum moderandus est iuxta præscriptum huius decreti; id quod etiam post alios tradit Borgn. *decis. 17. num. 72. part. 2.* & Brixian. *in eius reperior. verf. verba in dubio potiùs præsumuntur.* id erit accipiendum cum ea distinctione, quam aliquando practicari vidi in reductionibus, quæ fiebant in Synodis Mediolanensibus, vt non admittantur tunc, cùm testator expressè, aut tacitè voluit heredes supplere tenuitatem eleemosynæ; nimirum, vel cùm non taxationis gratia, sed demonstrationis apposita est oneri

572. quantitas eleemosynæ, hoc est, † in diuersa oratione, iuxta tradita per Castr. *cons. 338. num. 3. vol. 1.* Fel. *cap. ad audientiam, il 2. num. 7. de rescript.* Gig. *tract. de pension. Eccles. quæst. 62.* Ioan. Bapt. Caccialup. *in sum. tract. quæst. 16.* & Ioan. Dilect. *de arte testandi, tit. de legat. cautel. 59.* & Nauar. *cons. 1. de solut.* alias *49. de prab. num. 7.* Rot. Rom. *decis. 869.* alias *11. de testam. n. 8. cum duobus seqq. in antiq.* vel cùm incepit ab onere, deinde subiecit quantitatem; quoniam † ponderan- 573.
dus est ordo eorum, quæ in dispositione alicuius inter viuos, vel in vltima voluntate ponuntur, vt est text. *in l. quoties, in princ. ff. de vsufr. l. generaliter, §. quid ergo, ff. de fideic. libert. l. qui soluendo, ia 2. ff. de hered. inst. cap. ex parte, il 1. de off. deleg.* & aliis plerisque iuribus, ac Doct. Card. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 13. num. 11.* Euerard. *in loc. ab ord. num. 2. §. 7. &* 11. inter cæteros verò insignis text. est *in l. si communis seruus, la 3. ff. de stipul. serv.* vbi in ea stipulatione serui: Lucio Titio, & Caio Seio dominis meis dare spondes? respondet Pomponius I.C. cùm ad nomina priùs decursum est, rationabilius esse videtur, pro virili parte stipulationem eis acquiri, quòd dominorum vocabula pro demonstratione habeantur. & in *cap. si quis instò, de elect. in 6.* vbi ex plur bus procuratoribus constitutis in solidum ad eligendum concurrentibus, vbi Capitulum non concordet, quem admittat, is admittendus est, qui primò fuit in instrumento nominatus; & alia iura ibi per glos. allegata *in verbo, nominatus.* quibus adde alia iura alleg. per glos. & Doct. *ibi, & in l. nec enim, ff. de sol.* quæ est cõtra, cum aliis adductis *ibidem* per glos. & Euerard. *d. num. 11.* vbi ait, ea procedere quando constat de intentione disponentis; sentitque Mant. *sup. numer. 12.* Iam verò, quicquid sit de hoc casu Concil. Trid. cùm absque prædictis distinctionibus eam facultatem reducendi Missas, & Anniuersaria concedat, certè in aliis casibus, veluti, cùm hæc, aut alia onera imposita sunt beneficiis in eorum fundatione, vel alia onera quomodocumque iniuncta sunt à defunctis in eorum dispositionibus: tunc demum erunt admittendæ huiusmodi reductiones, cùm quantitas taxationis gratia adiecta oneri fuit, vel ab ea disponens incepit; alias secus, iuxta suprædicta. Verùm de hoc articulo, quando aliquid censeatur dispositioni adiectum causa demonstrationis, vel taxationis, dicemus *cap. seq. quæst. 3. post concl. 6. verf. quòd si petas.* Sicut quando cessante causa reductionis cessat reductio, latiùs dicemus *cap. 12. quæst. vlt. concl. 14. & 15.*

TERTIA, & postrema CONCLVSIO.

Prælati Regularium, † licet ex potestate delegata 574.
possint vigore suorum priuilegiorum aliquas non ita proprias dispensationes, & commutationes etiam respectu personarum sæcularium facere; non tamen eas, quæ communiter vocantur, & magis proprie sunt commutationes vltimarum voluntatum. Prior pars concluf. probatur ex iis, quæ de horum Prælatorum, & aliorum Religiosorum delegata facultate circa matrimonialia, tradit post alios Sanchez *de matrim. lib. 8. disput. 6. num. 28. & 29. ac disput. 16. à num. 3. ad 11. & lib. 10. disp. 19. num. 2.* circa vota verò, & iuramenta, *d. lib. 8. disp. 14. num. 7. & disput. 16. num. 1. 2. & 7. & lib. 4. sum. cap. 43. à num. 4. vsque ad fin. cap.* ac circa apertionem Breuium sacræ Pœnitentiariæ, eorúmque executionem, *eodem lib. 8. disput. 34. num. 11. & 30.*
De potestate verò horum Prælatorum, ac Reli- 575.
giosorum † circa absolutionem sæcularium à cẽsibus Sedi Apostolicæ, vel Episcopo reseruatis, videndus est collector Priuileg. Mendic. & *ibi* Apostill. *verbo, absolutio quoad seculares*, Rodriq. *quæst. reg. tom. 1. quæst. 61. per tot.* ac nouissimè decretum sacræ Congreg. regul. cum eius declarationibus.

Poste

576. Poſterior pars concluſ. probatur ex eo, quòd † facultas delegata diſpenſandi non extenditur ad commutandum, vt late probat Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 2. n. 15. & lib. 4. ſum. cap. 53. n. 4. & 5.* vbi tamen oſtendit, eam extendi ad partim diſpenſandũ, partim commutandum; ſicut *d. diſp. 2. n. 18. 19. &* 577. *26. ac d. cap. 53. num. 8. & 10.* probat, † facultatem delegatam diſpenſandi, vel commutandi vota extendi ad diſpenſationem, vel commutationem iuramentorum ſoli Deo factorum. vbi etiam iunctis aliquot ſeqq. ſentit, ſecus dicendum, ſi vota, vel iuramenta ſint ad fauorem tertij, ſequuta acceptatione. apertiùs, fuſiúſque tradit *eodem lib. 4. cap. 11. & 41. ferè per tot.* & generatim de donatione, vel promiſſione ad fauorem tertij, *lib. 1. de matrim. diſput. 6. à num. 10. ad 17.* & de promiſſione matrimonij *à num. 23. ad fin. diſput.* in qua latè diſputat, an, & quando promiſſio requirat acceptationem, vt obliget: ſicut *diſput. ſeq.* quando tertio ſtipulante ius ex promiſſione vel donatione alicui acquiratur. Vt igitur hiſce Prælatis regularium ex facultate delegata conceſſæ dicantur commutationes hu-
578. iuſmodi magis propriæ vltimarum voluntatum, † debent in ea facultate vel ſpecialiter, vel ſaltem in genere proximo contineri; maximè cùm ea ſit odioſa, & ſtrictè interpretanda, vt quæ derogat iuriſdictioni ordinariæ Epiſcoporum, per ea, quæ tradit Sanchez *d. diſput. 2. num. 3.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 6. proœmial. num. 7. cum duobus ſeqq.* & nos ſup. *queſt. 13. huius cap. circa initium.* cui cap. iam ex his finis imponatur.

CAPVT VI.

De obſeruandis ab impetrante commutationem vltimarum voluntatum.

SVMMÆ RERVM.

1. *Que, & quot quæſtiones in hoc, & ſeq. capite ſint explicanda.*
2. *Inferior nequit regulariter in lege ſuperioris diſpenſare.*
3. *Papa regulariter diſpenſare nequit in iure diuino, aut naturali.*
4. *Epiſcopus diſpenſare non poteſt regulariter in lege naturali, aut diuina poſitiua; nec in lege Pontificis, aut Conciliorum generalium.*
5. *Inferior poteſt ex cauſa in aliquo derogare legi ſuperioris: vt Papa in lege diuina, & naturali. & quid in Principe ſeculari non recognoſcente ſuperiorem; num. 6.*
7. *Epiſcopus ex cauſa diſpenſare poteſt in lege Pontificis, & (concili) generalis: & vbi adiri nequeat Papa, vrgente neceſſitate diſpenſandi. immo & in aliqua lege diuina, & naturali; vt in voto ſimplici, & iuramento; num. 8.*
9. *Papa diſpenſat in matrimonio rato, & voto ſolemni Religionis.*
10. *Diſpenſatio cur facilius admittatur in matrimonio rato, votis, ac iuramentis, & aliis humanis diſpoſitionibus, vnde diuinum præceptum reſultat, quam in cæteris præceptis diuinis, & naturalibus.*
11. *Diſpenſatio in voto, aut iuramento eſt vera diſpenſatio, ſeu relaxatio obligationis, non tamen propriè relaxat ius diuinum naturale, ſed tollit fundamentum obligationis, quam homo ſibi ſuo actu impoſuit; num. 12.*
13. *Diſpenſare poteſt quilibet ſuperior, vel eius ſucceſſor in lege ſua, vel anteceſſoris; aut ſui inferioris.*
14. *Commutatio vltimæ voluntatis valde conuenit cum diſpenſatione, & eſt quædam diſpenſatio.*
15. *Inferior Principe commutans vltimam voluntatem ſine cauſa, male, ac nulliter agit; & num. 27.*
16. *Diſpenſans in lege ſui ſuperioris ſine cauſa, peccat lethaliter; ſicut & eam diſpenſationem petens, & acceptans, atque illa vtens; niſi leuitas materiam excuſet.*
17. *Votum commutari nequit etiã in æquale, ſine cauſa.*
18. *Diſpenſatio ſine cauſa in lege ſui ſuperioris, nulla eſt; vt in voto, & iuramento; & num. ſeq.*
19. *Commutatio voti in minus ſine cauſa, vel in æquale ſine cauſa ſufficienti, nulla eſt.*
20. *Diſpenſatio ſine cauſa in lege ſuperioris ab inferiore etiam habente ab eo plenitudinem poteſtatis, nulla eſt. & vbi fiat ſine cauſa legitima, ſeu ſufficienti; num. 21.*
22. *Diſpenſatio ſine cauſa, vel ſufficienti in lege ſuperioris valida eſt, cùm ſit ab eo, cui commiſſa eſt à ſuperiore diſpenſatio expreſſis perſonis, nulla facta mentione cognitionis cauſæ: vel cùm ſit bona fide à putante adeſſe iuſtam cauſam.*
23. *Diſpenſatio in lege ſuperioris eſt valida ſaltem in foro conſcientiæ ſi cauſa iuſta ſubſit, licèt eius cognitio adhibita non ſit; maximè ſi cauſa notoria ſit, & tunc diſpenſatio & valida, & licita eſt.*
24. *Cauſæ cognitio, & examinatio neceſſaria omnino eſt in diſpenſante contra legem ſuperioris, cùm ea ſpecialiter in commiſſione mandatur, vt præmittat cauſæ cognitionem.*
25. *Cauſæ cognitio per quæ verba ſpecialiter mandari cenſeatur.*
26. *Cauſæ cognitio extraiudicialis inducitur per ea verba, ſi idoneum repereris, aut ſimilia; & quid ea ſit.*
27. *Cauſæ cognitio extraiudicialis regulariter ſufficit ad diſpenſationem in lege ſuperioris.*
28. *Inferior Principe ſine legitima cauſa commutare nequit vltimas voluntates, licèt verba diſpoſitionis aliqua iuris interpretatione accommodari poſſint.*
29. *Princeps ſupremus ſiue Eccleſiaſticus, ſiue ſecularis commutans ſine cauſa vltimas voluntates male agit, ac peccat.*
30. *Diſpenſans ſine cauſa in lege ſua an peccet.*
31. *Diſpenſatio ſuperioris in lege ſua ſine cauſa conceſſa vtens an peccet.*
32. *Princeps ſupremus ſiue Eccleſiaſticus, ſiue ſecularis commutans ſine cauſa vltimas voluntates nulliter agit.*
33. *Diſpenſans ſine cauſa in ſua lege validè diſpenſat: licèt aly contrarium ſentiant, quod defendi poteſt. ſaltem vbi talis diſpenſatio afferat tertio notabile damnum, vel iniurium; num. 34.*
35. *Commutatio vltimæ voluntatis infert præiudicium & iniuriam tertio, defuncto nimirum, & eius heredi.*
36. *Maiorum noſtrorum res meritò à nobis æſtimantur, & affectio erga illas res, ac maiores eſt conſiderabilis.*

Digitized by Google

37. *Præiudicium dubium eſt conſiderabile.*
38. *Ius gentium eſt quoddam ius naturale.*
39. *Princeps etiam immutare nequit vltimas voluntates ſine cauſa publica vtilitatis.*
40. *Intellectus multorum Doctorum aſſerentium Principē derogare non poſſe vltimis voluntatibus.*
41. *Intellectus Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 6. & ſeſſ. 25. cap. 4. & 8. de reform.*
42. *Cauſa regulariter non præſumitur in Principe commutante vltimas voluntates.*
43. *Cauſa non præſumitur in Principe diſpenſante contra ius naturale, & diuinum; aut contra ius gentium, idque ſine exprimas cauſam inſufficientem, ſine ſufficientem; num. ſeq.*
44. *Cauſa probari debet ab eo, qui factum allegat, quod cauſam iuſtam requirit.*
45. *Cauſa iuſta præſumitur in Principe diſpenſante in iure naturali, vel gentium, quando poteſt ex iuſta cauſa, iuxta multorum non omnino improbabilem ſententiam; quæ admiſiti poteſt in antiquis.*
46. *Cauſa regulariter præſumitur in Principe diſpenſante contra ius humanum. non præſumitur tamen in diſpenſante cum præiudicio tertij; num. 47. & vbi agitur de negotio non ſubditi illi Principi; num. 48. aut cum procedit ſine citatione, ſine cauſa cognitione; num. 49. vel quando ex conceſſione Principis oriretur ſcandalum; num. 50. & quoties concedit ad partis inſtantiam, ſecus ſi motu proprio; num. 51. cum ſeq.*
52. *Motu proprio emanare poteſt reſcriptum à Principe, & tamen etiam ad partis inſtantiam.*
53. *Preces importunæ vel auferunt, vel certè minuunt voluntarium.*
54. *Cauſa præſumi poteſt in Principe reſcribente cōtra diſpoſitionem teſtatoris, ſi adſit clauſula motus proprij; vel illa, ex certa ſcientia; vel illa, ex certis cauſis animū ſuum mouentibus.*
55. *Cauſa præſumitur in commutatione vltimæ voluntatis quoad forum conſcientiæ, niſi ei, cui conceſſa fuit, conſtet de cauſæ defectu.*
56. *Cauſa indiſtinctè non præſumitur in inferiore commutante vltimam voluntatem, ſed de ea conſtare debet. idque etiam cum commutat ex Principis auctoritate; num. ſeq.*
57. *Cauſa non præſumitur in Epiſcopo diſponente contra id, quod eſt iuris diuini, vel naturalis, aut etiam gentium.*

EX quatuor cauſarum generibus, quæ ad quamuis rem ſiue naturalem, ſiue moralem, ſiue artificialem producendam in eſſe, nimirum efficientis, materialis, ae finalis, ſeu quæ materialis, vel formalis locum habeant; iam in hac re, de qua tractandum ſuſcepimus, hoc eſt, vltimarum voluntatum commutatione, tres abſoluimus in quinque præcedentium capitum quæſtionibus: de finali enim egimus *cap. 3. quæſt. 4.* de materiali, *cap. 4. per tot.* de efficiente, *d. cap. 4. quæſt. 1. 2. & 3. & cap. 5. proxime præced. per tot.* quod autem 1. & 2. *cap.* differuimus, præludiū quoddam neceſſarium fuit ad hunc tractatū, quò terminos, definitionem, ac ſpecies rei, quam eramus tractaturi, explicaremus. ſicut quod 8. *cap.* diſputabimus, ad eiuſdem rei, de qua agimus, reſolutionem, corruptionémque pertinebit. Reliquum igitur eſt, vt in hoc, & ſeq. cap. ea, quæ ad formalem cauſam, ſeu quaſi, commutationis vltimarum voluntatum ſpectant, 1. exponamus. Ex his verò † aliqua loco diſpoſitionum ſunt, vt cauſæ, ob quas ad commutationem deueniendum eſt; aliqua in ipſius formatione interueniunt, præſertim cùm à Sede Apoſtolica, vel à Principe impetranda eſt, qualia ſunt, quæ in huiuſmodi impetratione ſunt exprimenda; aliqua denique ad eiuſdem commutationis perfectionem, & complementum pertinent, vt, commiſſio ordinario facienda, clauſulæ inferendæ, vocatio eorum, quorum intereſt, & ſimilia: quæ omnia vndecim quæſtionibus complectemur; ex quibus ſex priores ad ea, quæ obſeruanda ſunt ab impetrante, pertinentes, in hoc capit. proponemus, reliquas de forma à commutante obſeruanda, in ſeq. cap.

Dum autem ſtatim, ac egimus in præced. cap. de cauſa efficienti commutationis vltimarum voluntatum, ſeu de habentibus poteſtatem eas commutandi, necnon in prioribus huius cap. quæſtionibus aggredimur cauſas neceſſariò requiſitas ad commutandum; hac in re imitati ſumus præſtantiſſimum Philoſophum, Theologum, & Iureconſultū Thom. Sanchez clariſſimum Societatis Ieſu, ac noſtræ tempeſtatis lumen ſuperioribus annis nobis ereptum, vt inter cæleſtia collocaretur; qui cùm *lib. 8.* ſui eruditiſſimi tract. *de matrim.* diſpenſationū materiam explicare inſtituiſſet; poſtquā in præcedentibus diſputationibus egerat de habentibus diſpenſandi poteſtatem, confeſtim cauſas ad diſpenſandum petitas aggreditur, vt ipſe monet *eodem lib. 8. diſput. 17. num.* 1. quod mox exequitur quatuor diſputationibus; quibus ſtatim alias nonnullas ſubiicit, in quibus de iis diſſerit, quæ in impetranda diſpenſatione ſummo Pontifici, ſeu Principi omnino exprimenda ſunt: quod & nos præſtabimus in noſtra commutationis vltimarum voluntatum materia, poſtquam de cauſis commutationis huiuſmodi, ſicut ille diſpenſationis, egerimus. Et quemadmodum ille in diſputationibus de cauſis ad diſpenſandum requiſitis, proponit priùs generalem de cauſæ neceſſitate quæſtionem, quam duas in partes diuidit, prout cauſa exigi poteſt vel ad diſpenſationis valorem, vel ea licitè concedatur; deinde ſpeciales cauſas enumerat: ita nos quoque in priori ex duabus ſeqq. quæſt. videbimus, an cauſa aliqua requiratur ad valorem commutationis vltimæ voluntatis, vel illius honeſtatem, ſeu, quod idem eſt, vt ea licitè concedatur, & fiat: in poſteriori verò, ſingulas eiuſdem commutationis cauſas afferemus.

QVÆRO igitur PRIMO, in hoc cap. an aliqua cauſa neceſſariò exigatur ad commutandam vltimam voluntatem.

Suppono primò, quòd, licèt regulariter † nequeat inferior diſpenſare in lege ſuperioris, *cap. inferior, 21. diſt. cap. cùm inferior, de maior. & obed. Clemen. ne Romani, in princ. de elect. l. fin. in fin. C. de legib. cum ſuis concord.* prout de Papa, quòd regulariter † nequeat diſpenſare in iure diuino naturali, vel poſitiuo, latè tradunt S. Thom. *quodlib. 4. art. 3. in corp. & ad 1.* & alij relati à Sanchez *de matrim. lib. 8. diſput. 6. num. 4.* & probati à Suarez *de Euchariſt. quæſt. 74. art. 2. diſput. 43. ſect. 4. verſ. tertia ſententia, & verſ. quintò, pateſt hoc; & tractat. de legib. lib. 2. cap. 14. num. 5. vſque ad 10. & cap. 15. num. 16.* cum aliquot ſeqq. *& lib. 10. cap. 6. a num. 7. ad fin.* & probant rationes per eos inibi allatæ. 2. 3.

De Epiſcopo † quoad præcepta diuina naturalia, vel poſitiua, patet à fortiori ex prædictis: quoad leges verò Pontificis, & Conciliorum generalium præter Doct. quos refert, ac ſequitur Suarez *tract. de legib. lib. 6. cap. 14. num. 4.* vbi cum tribus num. ſeqq. id latè confirmat; quod & à contrariis tuetur Sanchez *lib. 2. de matrim. diſput. 40. num. 1.* vbi de 4.

commu

communi teſtatur : tenent alij allegati, ac probati à Tiraq. *in præfat. tract. de pœn. temperand. aut remitt.* *num.* 31. Tamen ex cauſa † poteſt inferior ſuperioris legi in aliquo derogare: prout de Papa in lege diuina, & naturali tradunt plerique Doct. *in cap. quæ Eccleſiarum, de conſtit.* aliique cit. ab Hoied. *tract. de incompat. benef. 2. part. cap. 12. num. 6.* & conſtat ex traditis à M. Ant. Cucch. *lib. 2. Inſtit. maior. Canon. num. 10. vſque ad 29.* necnon ex iis, quæ nos adduximus ſup. *cap. 4. quæſt. 3. concluſ. 2. & quæſt. 4. concl.* item 2. De Principe ſæculari non recognoſcente ſuperiorem, † vt limitare ex cauſa poſſit ius etiam diuinum, & naturale in iis, quæ ſubſunt ſuæ iuriſdictioni, hoc eſt, in prophanis, ſenſit Nau. *in Man. conf. prælud. 9. nnn.* 13. *&* 15. ac poſt alios pleroſque tradunt Abb. *d. cap. quæ in Eccleſiarum, num. 9. & duobus ſeqq.* Fel. *num. 2.* Dec. *num.* 13. *&* 15. *cum duobus ſeqq.* & notauit Tiraq. *in præfat. tract. de pœn. temperand. aut remitt. num.* 30. *in fi.* per text. *in l. ſi hominem, ff. mand.* De Epiſcopo quoad legem Pontificiam, & Conciliorum generalium, † plurib⁹ relatis docet idem Tiraq. *d. præfat. num. 26. & 31. cum ſeq.* & vbi adiri non poſſit Pontifex, & vrgeat aliqua neceſſitas diſpenſandi, poſt alios plurimos tradit Sanchez *d. lib. 2. de matr. diſp. 40. num. 3.* quem etiam retulimus, & ſequuti ſumus *cap. præced. quæſt. 11. concl. 3. in initio.* Immo & in aliqua lege diuina, & naturali poteſt † ex cauſa Epiſcopus diſpenſare; vt de voto ſimplici patet ex *cap. 1. de vot.* & *ibi* adnotarunt Doct. magis communiter, necnon & S. Thom. *2. 2. quæſt. 88. art. 12. ad 3.* Nauar. *in Man. conf. cap. 12. num. 75.* cum aliis relatis, & probatis à Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 9. cum tribus ſeqq. & lib. 4. ſum. cap. 37.* cum aliquot ſequentibus. de iuramento tradit idem S. Thom. *2. 2. quæſt. 89. art. 9.* & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez *lib. 3. ſum. cap. 19. num. 5. & cap. 21.* ferè per tot. ac de vtroque Suarez *tract. de legibus lib. 2. cap. 14. num. 7. 11. & 20.* atque alij, quos allegauimus *cap. præced. quæſt. 4. concl. 2. poſt medium.* vbi etiam idipſum tradidimus † de Papa quoad diſſolutionem matrimonij rati, vt per reſcriptum diſpenſare ex magna cauſa poſſit, ex Sanchez plurimos ad id allegante *d. lib. 2. de matrim. diſput. 14. numer. 2.* ſicut generaliter per canonem diſpenſauit, quòd diſſoluatur per ingreſſum Religionis, vt patet ex iuribus *ibidem* per nos allegatis: & de voto ſolemni Religionis *lib. 8. diſput. 8. num. 6. & ſeqq.* ac Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 10. num. 35.* Cur autem faciliùs admittenda ſit † diſpenſandi facultas in Papa quoad matrimonium ratum, alióſque contractus, & humanas diſpoſitiones, atque in Epiſcopis quoque reſpectu voti, & iuramenti, quàm in reliquis præceptis diuinis, & naturalibus; non conueniunt Doctores, vt patet ex iis, quos *d. quæſt. 3. & 4. concl. 2.* retulimus, præcipuè verò ex Sanchez *lib. 4. ſum. cap. 17. à num. 6. ad 15.* Frequentiùs autem ſaltem à recentioribus in eam itum eſt ſententiam; vt quod attinet ad votum, & iurameneum, licet † verè ea diſpenſatio ſit, quæ fit à Prælatis in caſu, quo obligabat, atque adeò ſit relaxatio obligationis; quicquid in contrarium non pauci voluerint, quos refert Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſp. 6. num. 2. & d. cap. 37. num. 4.* vt alij plerique tenent, quos citat, & ſequitur idem Sanchez *d. num. 2. & eodem cap. 37. numer. 5.* vbi id tum ex text. *in cap. quanto, de iureiur.* tum quatuor fundamentis ſatis confirmat. tamen non abſoluit, & propriè relaxetur ius diuinum naturale, tollendo eius obligationem; (ius enim diuinum eſt, vt, qui votum habet, impleat, & hoc ſemper manet integrum; at hunc habere votum, non eſt ius diuinum, aut naturale, quod nulli præcipit votum; ſed eſt voluntate propria effectum:) quam obligationem poſſunt Prælati impedire; qui ideo † non diſpenſant directè in iure diuino, aut naturæ, ſed tollunt fundamentum obligationis, quam homo ſibi humano actu impoſuit; quo ſublato euaneſcit iuris diuini circa illud votum obligatio: ſic relato S. Thom. *2. 2. quæſt. 88. art. 10. ad 2.* explicat Sanchez *d. lib. 2. de matrim. diſp. 14. num. 5. ad 4. arg. & d. lib. 8. diſput. 6. num. 2.* communem traditionem affecens, & repetit *d. lib. 4. ſum. cap. 37. num. 14.* ſentitque, ac docet expreſsè Suarez *d. tract. de legib. lib. 2. cap. 14. num. 7. 11. & 20.* licet ipſemet priùs videatur aliter hanc rem explicaſſe *tom. 2. de relig. lib. 6. cap. 9. num.* 15. quem cum aliis refert Sanchez *d. cap. 37. num.* 12. aſſerentibus relaxationem, ſeu diſpenſationem in voto fieri per remiſſionem promiſſionis factam à Prælato nomine Dei ex facultate remittendi ab ipſo accepta: quos refutat *num.* 13. *&* 15. inter alias, ob eam rationem; quoniam remiſſio non eſt propriè diſpenſatio, ſed potiùs condonatio quædam, ac ceſſio iuris, quæ locum non habet in matrimonio rato; de quo tamen ſimilis eſt ratio, ac difficultas, atque in voto, & iuramento, cùm hæc omnia immediatè pendeant in obligatione ab humana voluntate: atque adeò idem de iis omnibus ſtatuit Sanchez *loc. cit.* vbi cum aliis hoc genus præcepti diuini vocat ex ſuppoſitione, ſeu dependens ab humana voluntate; reliqua verò appellat præcepta diuina abſoluta, & independentia.

Suppono ſecundò, poſſe † quemlibet ſuperiorem, eiúſve ſucceſſorem, qui parem habeat facultatem, in lege ſua, vel anteceſſoris diſpenſare. In Principe ſæculari text. eſt *in l. Princeps, ff. de legib. & l. digna vox, C. eod.* de Papa *in cap. propoſuit, in fin. de conceſſ. præb.* & quoad Epiſcopum, ſiue alium Ordinarium inferiorem, colligitur ex *cap. ad reprimendam, de offic. ordin.* quoad Epiſcopum eius ſucceſſorem, ex *cap. ſi Epiſcopus, 21. quæſt. 3.* & quoad quemlibet ei ſuccedentem in iuriſdictione, ex *cap. cum olim, de maior. & obed. & cap. vnic. eod. tit. in 6.* par enim in parem non habet imperium, *l. ille, à quo, §. tempeſtiuum, ff. ad Trebell. & cap. innotuit, de elect.* cum ſimil. & omnis res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem & diſſoluitur, *cap. 1. de reg. iur.* & nihil tam naturale, quàm eo genere quodque diſſoluere, quo colligatum eſt, *l. nihil tam naturale, ff. eodem tit.* patétque ex iis, quæ infrà *concluſ. 2.* afferemus: & de diſpenſante in legibus ſui anteceſſoris, aut inferioris, poſt Nauar. *in Man. Conf. prælud. 9. num. 15.* & Suarez *tom. 4. diſput. 56. ſect. 2. num. 11.* tradit Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 17. num. 18.* & quoad ſuperiorem reſpectu inferioris, ſatis etiam conſtat ex *cap. paſtoralis, §. præterea, de offic. deleg.* & aliis adductis per Vgol. *tract. de cenſ. Eccleſ. tab. 1. cap. 4. §. 1. num. 1.* & Suarez *de legibus lib. 6. cap. 14. num. 2. & cap. 19. num. 20.* loquens de eo, qui tulit legem, eiúſve ſucceſſore, vel ſuperiore in iuriſdictione. Atque in his non eſt difficultas, ſed in eo, an diſpenſans ſine cauſa in lege ſua, vel anteceſſoris, aut in lege ſui ſuperioris ritè, & rectè, hoc eſt, validè, & licitè diſpenſet, quod in ſequentibus concluſ. videndum erit, vbi id applicabimus materiæ commutationis vltimarum voluntatum, de qua tractandum ſuſcepimus; & quæ † valde conuenit cum materia diſpenſationis; per eam enim diſpenſatur in iure ſaltem humano mandante vltimas voluntates executioni mitti, ex iuribus adductis ſup. *cap. 3. maximè quæſt. 3.* vnde commutationem vltimæ voluntatis diſpenſationem appellat inter alios

Vgol.

Vgol. *tract. de offic. & pot. Epiſc. cap.* 61. paſſim, quod etiam facit Maceraten. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 112. *caſ.* 40. *in fin.* Guttier. *conſ.* 1. *num.* 19. 22. & 23.

15. PRIMA CONCLVSIO. Certum eſt, quòd,† cùm Epiſcopus, aliúſve Principe inferior commutat vltimas voluntates ſine cauſa, malè, ac nulliter agit. Quòd malè agat, patet, quoniam libera commutatio vltimæ voluntatis vel eſt contra ius diuinum naturale, vt colligi videtur ex adductis ſup. *cap.* 3. *quæſt.* 1. vel certè aduerſatur iuri tam ciuili, *l.* 1. *& l. legatam, ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. l. ſi teſtamentum, C. de teſtam. & l. ſi donationem, C. de reuoc. donat.* quàm Canonico, *Clem. quia contingit, de relig. dom.* facitque *cap. vltima voluntas,* 13. *quæſt.* 2. *cap. nos quidem, & cap. ſi heredes, de teſtam.* cum aliis iuribus, quibus probatur, vltimam voluntatem executioni mittendam eſſe, præſertim per Epiſcopum, quæ collegimus *d. cap.* 3. *quæſt.* 3. *concluſ.* 1. atque adeò de diſpenſando in lege ſui ſuperioris
16. agitur: in qua ſi quis ſine cauſa diſpenſat, † peccat lethaliter; ſicut & eam diſpenſationem petat, acceptet, illáve vtatur, niſi materiæ leuitas excuſet à tanta culpa; & de hoc neminem dubitare inquit Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 18. *num.* 1. quoniam, inquit, ea diſpenſatio irrita eſt, vt ipſe docuit *diſp. præced. num.* 3. *&* 4. noſque ſtatim oſtendemus, ac proinde à legis tranſgreſſione non excuſat, quæ in te graui mortale peccatum inducit, vt tradunt Canoniſtæ *in cap.* 1. *de conſtit.* Summiſtæ *verbo, lex*; & conſtat ex illis verbis Apoſtoli ad Rom. 13. *Qui*
1 *reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit; qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.* & poſt pauca; *ideo neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiã.* Et in cõmutatione voti etiã
17. in æquale legitimè facienda, quòd † requiratur cauſa, latè probat Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 50. *n.* 14. 17. 18. *&* 19. Suarez *tom.* 2. *de relig. lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 10. *& cap.* 19. *num.* 5. cum aliquot ſeqq. Quòd autem nulliter agat Epiſcopus, aliúſve Principe inferior commutando vltimam voluntatem ſine cauſa, ex eo
18. ſuadetur, quòd † diſpenſatio ſine cauſa in lege ſui ſuperioris nulla eſt; prout in voto, & iuramento, quòd quilibet Prælatus in eo diſpenſans ſine cauſa, nulliter agat, fatentur omnes Theologi *in 4. ſent. diſt.* 38. cum S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 12. *ad* 2. & omnes Doct. iuris Pontificij cum gloſ. *in cap. non eſt, verbo, adimplere, de vot.* vt aſſerit Sanchez *d. diſp.* 17. *num.* 3. ac de iuramento docet *lib.* 1. *ſum. cap.* 19. *numer.* 4. & probat Suarez *tom.* 2. *de relig.* ſub tit. *de iuram. lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 1. *de voto, lib.* 6. *huius tit. cap.* 17. *num.* 2. *cum duobus ſeqq.* de vtroque idem Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 45. *num.* 3. *&* 4.
19. Et de † commutatione voti in minus, plerique relati à Sanchez *d. lib.* 4. *ſum. cap.* 51. *num.* 2. & vbi cauſa non eſt ſufficiens ad commutandum in æquale, Suarez *d. cap.* 17. *num.* 5. *ac* 6. *& cap.* 20. *num.* 7. licèt ipſe Sanchez *d. cap.* 51. *num.* 8. *vſque ad* 13. paulò aliter rem hanc definiat, quem vide, ſi lubet. Quoad legem verò ſuperioris Suarez *d. tract. de legib. lib.* 6. *cap.* 19. *numer.* 1. aſſerit, omnes fateri, diſpenſationem in ea ab inferiore datam ſine cauſa non ſolùm eſſe illicitam, ſed etiam inualidam, quia excedit poteſtatem diſpenſantis; non enim eſt efficax voluntas inferioris ad tollendum effectum per ſuperiorem voluntatem conſtitutum, niſi quatenus ab ipſo ſuperiore eſt conceſſum: non eſt autem veriſimile, eſſe conceſſum, vt hoc poſſit inferior ſine cauſa. & ideo tunc inferior excedit formam mandati, & operatur ſine poteſtate, atque adeò actum nullum facit. hoc ipſum verò etiam pluribus rationibus, & auctoribus allegatis probat Sanchez *d. diſp.* 17. *num.* 4. *Num.* autem 5. id ampliat, † quamuis 20.
diſpenſatio fiat ab habente plenitudinem poteſtatis à ſuperiore ſibi conceſſam, vtputa ſi fiat à Legato Apoſtolico, ſeu Nuntio; poſt Innoc. *in cap. duduum, il* 2. *num.* 16. *verſ. item, etſi Papa, de elect.* Nauar. *in Man. conſ. prælud.* 9. *num.* 15. *& cap. fin. num.* 4. *de ſimon.* Fel. *cap. poſtulaſti, num.* 13. *caſ.* 4. *de reſcript.* Gambar. *in tract. de auctorit. legat. lib.* 10. *num.* 193. *ac* 207. & alios. Ac *num.* 7. id extendit, † licèt ſit 21.
aliqualis cauſa, ſi ea non ſit iuſta, & legitima, ex Doct. per eum relatis *d. num.* 4. & ea ratione, quia idem eſt, in diſpenſatione non eſſe cauſam, & non eſſe iuſtam. Idipſum verò tripliciter † temperan- 22.
dum eſt. Primò, niſi in diſpenſandi poteſtate exprimantur nomina eorum, cum quibus eſt diſpenſandum, nulla cognitionis cauſæ diſpenſandi mentione facta. ita Sanch. *d. diſp.* 17. *num.* 7. poſt Spec. *tit. de diſpenſat.* §. *dicendum reſtat, num.* 19. & Gambar. *d. lib.* 10. *num.* 209. *&* 296. quia tunc commiſſarius eſt merus executor, ac præſumere debet, committentem certum eſſe de cauſis diſpenſationis. Secundò, quando prudenter, & bona fide Prælatus iudicauit cauſam eſſe iuſtam; tunc valeret diſpenſatio, licèt verè non fuerit cauſa ſufficiens, vt ſentit Azor *lib.* 7. *inſtit. moral. cap.* 29. *quæſt.* 6. Nauar. *d. prælud.* 9. *num.* 13. Philiarch. *de offic. Sacerd. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *verſ. altera difficultas*, & Lud. Lop. *Inſtructor. conſc. part.* 1. *cap.* 4. paulo poſt princ. quos refert, ac ſequitur Sanch. *d. diſp.* 17. *num.* 8. *&* 9. Tertiò, vt † ſaltem quoad forum conſcien- 23.
tiæ valida ſit diſpenſatio in lege ſuperioris, non præmiſſa cauſæ cognitione, ſi verè ſufficiens cauſa ſubſit; quicquid in contrarium voluerit Suarez *tom.* 2. *de relig. lib.* 6. *cap.* 27. *num.* 7. *& d. tract. de legibus lib.* 6. *cap.* 19. *num.* 2. & alij, quos refert Sanchez *d. diſp.* 17. *num.* 10. *&* 12. prædictum enim temperamentum plurimis relatis ſatis confirmat Sanchez *ibidem num.* 11. *& lib.* 4. *ſum. cap.* 45. *num.* 6. Omnino verò certum eſt, quòd, ſi diſpenſans omittat cauſæ examinationem vbi ea notoria eſt, neque malè, neque nulliter agit, vt ex gloſ. *in cap. qui ſine examinatione, diſt.* 81. *& cap. fin. verbo, qui concubinas, diſt.* 51. Abb. *cap. præterea, num.* 1. *de teſtibus cogen.* Anan. *in cap.* 2. *num.* 8. *de ſchiſmat.* Imol. *in l. quidam conſulebat, num.* 8. *ff. de re iudic.* & aliis tradit Sanch. *d. diſp.* 17. *num.* 12. *& d. cap.* 45. *num.* 9. manifeſta enim non indigent examinatione, *cap. manifeſta,* 2. *quæſt.* 1. & in notoriis iuris ordo eſt ordinem iuris non obſeruare, vt dicit Rom. Pontifex *in cap. ad noſtram, il* 3. *de iureiur.* ſicut etiam † cau- 24.
ſæ cognitio, & examinatio eſt omnino neceſſaria in diſpenſante contra legem ſuperioris ex facultate ſibi ab eo conceſſa, vbi in commiſſione ſpecialiter mandetur præmitti cauſæ cognitionem, vt docet Sanch. *d. diſp.* 17. *num.* 11. *in fin.* & latiùs *diſp.* 34. *num.* 26. *ac diſp.* 35. *num.* 16. *& d. cap.* 45. *num.* 8. cenſebitur autem ſpecialiter mandari cauſæ cognitionem, † ſi dicatur, ſi repereris, aut inueneris 25.
idoneum, aut quid ſimile; tunc enim conditio, & forma importatur: ſecus vbi ſolùm dicatur, ſi eſt idoneus, ſi preces veritate nitantur, vt latè probat Sanchez *d. num.* 26. *& lib.* 3. *de matrim. diſp.* 33. *num.* 4 non ideo tamen per priorem clauſulam, aut ſimilem † inducitur neceſſitas in commiſſario, vt 26.
iudicialem cauſæ cognitionem adhibeat, ſed ſufficiet extraiudicialis, hoc eſt, ſine ordine & figura iudicij, & teſtibus non receptis in forma iudicij, nec iurantibus; vt latè oſtendit Sanchez *d. lib.* 3. *de matrim. diſp.* 8. *num.* 4. *&* 5. *& d. lib.* 8. *diſp.* 35. *num.* 15. quam etiam extraiudicialem cauſæ cognitionem

27. nem regulariter † ad validitatem ſufficere in diſpenſationibus legis ſuperioris ab inferiore factis, docet Suarez *d. cap. 19. lib. 6. de legib. num.* 2. Et ex his patet, quid dicendum ſit in materia, de qua agimus, commutationis vltimarum voluntatu ſaltem reſpectu Epiſcoporum, & aliorum inferiorum Principe. idem enim in prædictis omnibus quoad eos ſtatuendum eſt, cùm agatur de diſpenſando in lege ſuperioris, nimirum canonum, & legum prohibentium non modò tacitè, ſed etiam expreſsè liberam, & ſine cauſa vltimarum voluntatum commutationem, vt ex iuribus ſuprà initio huius concl. citat. & in ſpecie, quòd Epiſcopus, aut alius citra ſupremum Principem commutare non poſſit ſine legitima cauſa vltimam voluntatem, ſentit Petr. de Vbald. *in tract. de canon. Epiſc. & paroch. cap. 7. num.* 37. ſic intelligens text. *in cap. nos quidem, de teſtam.* pro quo etiam eſt bonus text. *in l. legatum. ff. de vſ. & vſufr. leg. & l. 1. ac l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* & à fortiori facit ſequens concl. in qua oſtendemus, neque ſupremum Principem regulariter vltimam voluntatem ſine cauſa poſſe commu-
28. tare. Id autem procedit, † etiamſi verba diſpoſitionis aliqua iuris interpretatione accommodari poſſint commutationi; vt conſtat ex traditis per eundem Vbald. *d. cap. 7. num.* 40. *& ſeq.* dum probat, quòd, ſi teſtator iuſſit fieri Eccleſiam in ciuitate, non poteſt ea conſtrui ſine cauſa in ſuburbiis, licèt hæc aliquando ciuitatis appellatione contineantur, vt *in cap. ſi ciuitas, de ſent. excom. in 6.*

SECVNDA CONCLVSIO. Probabilius
29. eſt, † ſupremum quoque Principem ſiue Eccleſiaſticum, ſiue ſæcularem commutantem vltimas voluntates ſine cauſa, non modò malè, ſed & nulliter agere. Quod malè agat, ſeu peccet ſic commutando, (quæ eſt prior pars concluſ.) patet primò, quia id ſatis colligitur ex *l. ſi teſtamentum, C. de teſtam. & l. ſi donationem, C. de reuoc. donat.* allegand. ad confirmationem poſterioris partis concl. quæ ſaltem hanc probant. Secundò, quia id expreſsè vult Bald. *d. l. ſi teſtamentum, in fi.* dum aſſerit, obſeruantiam teſtamenti non debere tolli per temeritatem reſcripti; &, ſi temere deroget teſtamento per clauſulam, *non obſtante*, quamuis eius factum reprehendi non poſſit, *l. 2. C. de crim. falſ.* tamen iniuſtè agit in ſemetipſum. Bald. ſequitur Fel. *in cap. nonnulli, num.* 20. & *ibi* Apoſtillat. *de reſcript.* & Peregr. *in tract. de fideicom. art. 52. num. 125. in fi.* vbi etiam in id refert Hoſt. *in ſum. tit. qui ſil. ſint legit. col. penul.* Caſtr. *conſ. 34. col. item pen. vol. 2.* & Alciat. *conſ. 5. num. 15. lib. 4.* & à fortiori Doct. quos pro poſteriori parte ad eius fin. referemus. Tertiò, quia, ſi dicamus liberam commutationem vltimæ voluntatis, hoc eſt, ſine cauſa, eſſe contra ius naturale, vt ſuaderi poteſt ex allatis ſup. *cap. 3. quæſt. 1. concl. 1.* ac præcipuè tum ob iniuriam, quæ fit ei, qui de re ſua diſpoſuit, dum per commutationem fit, vt eius diſpoſitio rata non habeatur, ſed mutetur; cùm tamen rei ſuæ quilibet ſit moderatur, & arbiter, vt ait Imperator, *l. in re mandata, C. mand.* quod & lumine naturæ ductus protulit M. Tullius in oratione, quam pro L. Cornelio Balbo, & ea quam pro Roſcio Amerino habuit; & nihil ſit, quod magis hominibus debeatur, quàm, vt ſupremæ voluntatis, poſtquam iam ampliùs velle non poſſunt, liber ſit ſtylus; vt pariter ſcriptum reliquit Imperator *in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* nihilque tam conueniens ſit naturali æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi. Tum ob alia, quæ ad id afferemus in poſteriori parte huius concl. vbi de inualiditate huius commutationis à Principe ſine cauſa factæ. Si, inquam, dicamus, huiuſmodi commutationem eſſe contra ius naturale, certum eſt ex adductis in concluſ. præced. male agere Principem ſine cauſa eam facientem: ſi verò dicamus; illam ſolùm fore contra ius humanum poſitiuum, adhuc malè aget Princeps eandem ſine
30. cauſa faciens. Licet enim probabile ſit, † diſpenſantem in lege ſua ſine cauſa non peccare, ex pleriſque Doctoribus, iuribus, & rationibus allatis à Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſp. 18. num. 2.* & Suarez *d. tract. de legib. lib. 6. cap. 18. num. 3. & 4.* quam etiam ſententiam communem aſſerit Curt. iun. *conſ. 75.* relatus, & probatus à Villalob. *in ſuis commun. opin. lit. D. num. 74.* præſertim quia de facto in Curia Romana dantur diſpenſationes matrimoniales ſine cauſa; ſtylus autem Curiæ Romanæ facit ius, *cap. ex litteris, de conſtit. & cap. quam graui, de crim. falſ.* cum vtrobique not. & quia quiſque rei ſuæ moderator eſt, & arbiter, *d. l. in re mandata, C. mand.* neque culpa imputatur bonæ fidei poſſeſſori, ſi abutatur re, quam ſic poſſidet, vt ſuam, eámve negligat, *l. ſed ciſi lege, §. conſuluit, & l. ſi quid poſſeſſor, §. ſicut autem, ff. de petit. hered.* & de marito, vt culpa ei non adſcribatur, ſi rem ſuam prodigat, licèt ex eo reddatur difficilior dotis mulieris reſtitutio, ſed ſolùm eum teneri de dolo; text. eſt *in l. etiam filios, §. licèt, ff. ſol. matr.* ibi, in rerum ipſius adminiſtratione non erat ab eo culpa exigenda. Tamen probabilius eſt, Principem, & alium quemlibet in lege ſua diſpenſantem ſine cauſa, peccare; vt tenet S. Thom. *1. 2. quæſt. 97. art. 5.* Turrecr. *in cap. conſequens, diſt. 11.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de diſpenſat. in plural. benef. nnm. 55. & 56.* vbi dicit, hanc eſſe communem ſententiam Theologorum, & ferè omnium iuris Canonici interpretum, ex quibus veriſque quamplurimos referunt, ac ſequuntur, Couar. *de ſponſal. 2. part. cap. 6. §. 9. num. 8.* Emm. Suar. *in Theſaur. recept. ſent. lit. D. num. 81.* & Hoied. *de incomp. benef. 1. part. cap. 19. num. 15.* idque ipſum latiùs comprobant tum iuribus, tum rationibus, contraria etiam diſſoluentes, Suarez *d. cap. 18. à num. 4. vſque ad 14.* & Sanch. *d. diſp. 18. num. 3. 6. 7. & 14. ac diſp. 19. num. 35.* Ad id verò, quod nos addidimus ex *d. §. conſuluit, §. ſicut autem, & §. licèt,* reſponderi poteſt, accipiendum illud eſſe de culpa legali, quæ maximè reſpicit forum externum, & vim coactiuam, non autem de culpa Theologica, quæ concernit forum internum, ſeu conſcientiæ, ac vim, quam vocant directiuam; ex qua magis communiter tradunt Doct. Principem ſuis iuſtis legibus obligari, vt pluribus tum auctoritatibus, tum rationibus probat inter alios Suar. *d. tract. de legib. lib. 3. cap. 35.* præſertim *à num. 4. ad 13.* Quid verò dicendum ſit † de vtente diſpenſatione huiuſmodi con-
31. ceſſa ſine cauſa, an peccet, non leuis eſt difficultas; pro qua remittiſſe ſufficiat ad Suarez *d. lib. 6. cap. 19. num. 12. cum tribus ſeqq.* vbi negatiuam tuetur, Hoied. *de incompatib. benef. part. 1. cap. 19. num. 15.* & Sanchez *d. diſp. 18. num. 10. & tribus ſeqq.* vbi affirmatiuam latiùs conantur defendere: licèt Sanch. *num. 9.* meritò poſt alios doceat, quòd, ſi petens diſpenſationem bona fide proponat cauſas, quibus ducitur, ei, qui poteſt diſpenſare, eum minimè peccare, quamuis cauſæ illæ minus iuſtæ ſint. Poſterior autem pars concluſ. quòd nimirum † commutatio vl-
32. timæ voluntatis etiam à Principe facta ſine cauſa nulla ſit; probatur primò, quia, licet tam Princeps, quàm quilibet inferior in ſua lege diſpenſans † va-
33. lidè diſpenſet: prout de Principe ex communiori ſententia plurib. relatis tradunt, & comprobant Sanch. *de matrim. lib. 2. diſp. 15. num. 1. & 6. ac lib. 8. diſp. 1.*

diſp. 17. num. 24. & ſeq. de inferiore *eadem diſp. 17. num. 27. & 28.* de vtroque ſimul, Suarez *d. lib. 6. de legibus, cap. 19. num. 6. vſque ad 11.* tamen contrarium quoque optimè defendi poteſt ex Doctoribus, & fundamentis allatis à Sanchez *d. diſp. 17. num. 21. & 26.* ac Suarez *d. cap. 19. num. 3. cum duobus ſeqq.* præ-
1 cipuè, quia Principes, ac ſuperiores ex poteſtate ſibi à Deo tradita diſpenſant; omnis enim poteſtas à Deo eſt, quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt, *Rom. 13.* vnde etiam *Prou. 8.* dicitur, *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt*; quare dum aliquid inordinatè faciunt, aut iniuſtum decernunt, carere in ea re poteſtate videntur: ſicut etiã de ſpirituali poteſtate dicit Apoſtolus *1. Cor. 10.* à Deo dari non in deſtructionem, ſed in ædificationem. & pro hac ſententia eſt etiam Rebuff. *d. num. 55.* & alij quos refert Couar. *epit. 4. Decretal. 2. part. cap. 6. §. 9. num. 8. in fin.* aſſerentes, diſpenſatum à Principe ſine cauſa in iis, quæ ſunt iuris poſitiui, tutum non eſſe; quod poſt alios admittit ipſe Couar. *num. 11.* in inferiore, cui à Principe conceſſa ſit facultas diſpenſandi circa ius poſitiuũ. Secundò, quia ſaltem hæc opinio vera, & omnino admittenda
34. erit, † vbi hæc diſpenſatio, quæ ſit ſine cauſa, afferat notabilem iniuriam & præiudicium tertio, vt in ſpecie diſtinguit, & latè confirmat Fer. Vaſq. *lib. 1. controuerſ. illuſtr. cap. 25. num. 16. & cap. 26. num.* item *26.* pro quo ſunt quamplures Doct. relati pariter, & probati ab Ant. Gabr. *commun. concl. lib. 3. tit. de iur. quæſt. non toll. concl. 1. & 6. num. 1.* tradentes Principem non poſſe alicui auferre rem ſuam ſine cauſa, quorum opinionem magis communem aſſerit plures etiam referens de communi teſtantes; quibus addo Couar. poſt alios id ad rem noſtrã aſſerentem *lib. 3. var. reſol. cap. 6. n. 6.* & Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 10. n. 33. & 48. cum tribus ſeqq.* Iniuriam
35. autem, ſeu præiudicium inferri tertio † ex commutatione vltimæ voluntatis probari poteſt, tum ex eo quod initio huius concluſ. adduximus per eam fieri ne quis cum effectu liberè diſponat de re ſua, ſeu nè illius diſpoſitio rata habeatur; cùm tamen contrarium natura ipſa dictet; atque hoc quidem præiudicium, quasique iniuria infertur ipſi diſponenti licèt defuncto, qui & ipſe iniuria quãdoque afficitur, *§. 1. in fin. Inſtit. quib. ex cauſ. manumitt. non lic.* ſed & præiudicium ei conſurgit ex perſona heredis, vel ſucceſſoris; nam cùm veriſimiliter gerat affectum, gratúmque animum erga eos, à quibus vitam, opes, aliúdve beneficium accepit, natura ipſa eum ad id compellente; fit, vt grauiter & ægrè ferat, lætúmque ſe agnoſcat, ſi eos lædi videat, & rem aliquam
36. ab iis acceptam quoquo modo amittat: vnde † minor, qui alias non reſtituitur ob modicam læſionem, *l. ſi in, ff. de in integ. reſtit. & l. pen. ff. de minor.* tamen reſtituitur aduersùs omiſſam emptionem rei ſuorum maiorum, vt habetur *in l. ſi in emptionem, ff. de minorib. & in l. libertus, qui ſoluendo, ff. de bon. libert.* deciditur, dari patrono bonorum poſſeſſionem contra tabulas liberti, quamuis æris alieni magnitudo, quam libertus reliquerit, facultates patrimonij excedat; ſi in eius bonis ſunt prædia aliqua, in quibus maiorum patroni ſepulchra ſint, & magni æſtimat patronus bonorum poſſeſſione iura ea ad ſe pertinere, vel aliquot mancipium, quod non pretio, ſed affectu ſit æſtimandum. Sicut etiam *in l. lex, quæ, verſ. nec verò, C. de admin. tut.* prohibetur tutori, ne vendat domum minoris, in qua mortuus eſt eius pater, vel minor ipſe creuit, vel in qua maiorum imagines aut non videre fixas, aut videre reuulſas eſt lugubre. ex quibus, & *l. cùm ſeruus, ff. mand.* atque aliis etiam, quæ ex Ethnicis auctoribus ibi ad-

ducunt Doct. & Oddo *tract. de reſtit. in integ. quæſt. 4. art. 10. num. 84. 85. & 88.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 83. fere per tot.* & Tiraq. *tract. de retract. lignag. in præfat. à num. 34. vſque ad 50.* conſtat intereſſe affectionis, præcipuè erga res maiorum ſuorum, ipſa etiam dictante natura, eſſe valde conſiderabile. Idémque Tiraq. *d. tract. §. 1. gloſ. 14. num. 51.* ex text. *in l. 1. §. ſed & ſi ſeruus, ff. de ventr. inſpic.* adnotauit noſtra intereſſe & priuatim, & publicè, vt ſalua ſit noſtræ familiæ dignitas. Tum ex eo, quòd ipſa commutatio vltimæ voluntatis æquè poſſit de facto eſſe damnoſa, ſicut vtilis, immò ſæpe minùs vtilis ſit ei, ad cuius fauorem facta eſt diſpoſitio, ſiue is ſit ipſemet diſponens, ſiue aliquis alius; hoc autem præiudicium dubium † eſt conſiderabile; ita, 37.
vt propter illud minor reſtituatur, vt ſingulariter voluit Fulgoſ. *in l. nam & poſtea, §. ſi minor, num. 4. ff. de iureiur.* & Abb. *in cap. peruenit, in fin. de arbitr.* quem poſt Roch. de Curt. *cap. fin. col. 113. de conſuet.* ſequitur Crauett. *conſ. 192. num. 4.* & Odd. *d. quæſt. 4. art. 5. num. 30. 31. & 36. cum duobus ſeqq. & art. 6. num. 41.* Tertiò, quia probabile admodum eſt executionem vltimæ voluntatis eſſe, vel de iure naturali primario, vt colligi videtur ex iis, quæ initio huius concluſ. adduximus, *& cap. 3. quæſt. 1. concl. 1.* vel de iure gentium, prout de teſtamento, & ſimilibus diſpoſitionibus, quæ communiter vltimæ voluntatis nomine appellantur, tradit Bart. *in l. interdum, num. 7.* & Ial. *num. 4. ff. de cond. indeb.* atque ex magis communi pluribus relatis tradiderunt Couar. *lib. 3. var. reſol. cap. 6. num. 7.* Iul. Clar. *lib. 3. ſent. receptar. §. teſtamentum, quæſt. 2.* & Quintil. Mandoſ. *in Prax. ſignat. grat. verbo, ſeu tit. commutatio vltima voluntatis. verſ. aliqui dixerunt.* de pleriſque autem contractibus, (quos inter vltimas voluntates numerandos eſſe ſatis oſtendimus *cap. 2. quæſt. 1. circa medium,*) habetur *in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. & §. ius autem gentium, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciu.* quod
quidem ius gentium † eſſe ius quoddam naturale, 38.
colligi poteſt ex *§. quod verò, & d. §. ius autem gentium, iuncto §. ſed naturalia, Inſtit. eodem tit.* patet verò ex *§. ſingulorum, & §. venditæres, Inſtit. de rer. diu.* ibi, rectè dicitur & iure gentium, id eſt, iure naturali id effici. Quare Imperator *in l. ſi teſtamentum, C. de teſtam.* Si teſtamentum, inquit, iure factum ſit, & heres ſit capax, auctoritate reſcripti noſtri reſcindi nõ oportet. *& in l. ſi donationem, C. de reuocand. donat.* Si donationem, ait, ritè feciſti, hanc auctoritate reſcripti noſtri reſcindi non oportet; quaſi agnoſceris id à ſuperioris lege ſibi vetari. Certum autem eſt ex latiùs allegatis *in præced. concl.* diſpenſationem in lege ſui ſuperioris ſine iuſta cauſa factã nullius eſſe ponderis, ac momenti. Quare partim prædictorum nonnullis, partim aliis fundamentis, quæ retulimus *cap. præced. quæſt. 2. concluſ. 1. circa medium,* addductus Did. Couar. *d. cap. 6.* ſæpe, ac præſertim *numer. 6. in princ. & num. 7. verſ. ſextò, hanc ſententiam,* † expreſsè 39.
etiam à Principe excludit poteſtatem immutandi vltimas voluntates, niſi id faciat cauſa publicæ vtilitatis; in id in ſpecie allegans Dec. *conſ. 357. num. 5. conſ. 404. num. 14. conſ. 519. num. 5. & conſ. 557. num. 5.* id quod etiam alij tradiderunt, quos refert, ac ſequitur Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 12. num. 32.* Didac. à Spin. *in ſpec. teſtam. in 1. part. gloſ. rubr. num. 16. vſque ad 25.* & Aug. Bero. *conſ. 49. num. 4. & 5. vol. 2.* vbi id latè comprobant: reſponditque Nauar. *conſ. 5. num. 3. de prabend.* quomodo etiam † 40.
accipiendus eſt idem Dec *conſ. 468. num. 18.* dum ſimpliciter ait, non poſſe Principem derogare priuatorum diſpoſitionibus; necnon Archid. *in cap. Epiſcopus, 88. diſt.* Mart. Laudenſ. *in tract. de priuileg.*

§. 22.

Digitized by Google

§. 22. Cruett. *conſ.* 296. *lib.* 2. Rom. Fulgoſ. & Corn. qui de communi teſtatur *d. l. ſi teſtamentum*, dum abſolutè aſſerunt, Principem non poſſe fideicommiſſorum leges, & clauſulas mutare, nec priuatorum teſtamentis derogare, quos refert, ac ſequitur, ſic eos exponens, Couar. *d. verſ. ſextò, hanc ſententiam*; idemque aperte ſentit Molin. ſen. *de Hiſp. primog. lib.* 1. *cap.* 8. *numer.* 31. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 32. *cum ſeq. & lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 10. Molin. iun. *de inſt. & iur. tract.* 2. *diſp.* 174. *concl.* 4. 5. *ac* 7. *& diſp.* 649. *num.* 1. & Peregr. *tract. de fideicom. art.* 52. *num.* 125. *&* 127. *cum ſeq.* necnon Bald. *in l. ſi teſtamentum, in fi. C. de teſtam.* & alij, quos circa initium huius concluſ. retulimus, necnon Mich. Craſſ. *tract. de ſucceſſion.* §. 1. *num.* 8. ad id præter nonnullos ex citat. allegans Bart. Romul. *in l. filiusfamilias,* §. *diui, num.* 255. *ff. de leg.* 3. vbi hanc opinionem veriorem, & æquiorem aſſerit; necnon Fern. Vaſq. de cõmuni atteſtantem *lib.* 1. *de ſucceſſ. creat.* §. 1. *n.* 29.

Conſtat igitur ex prædictis, ita neceſſariò requiri cauſam in commutatione vltimarum voluntatum etiam à Principe facienda, vt ſi nulla adſit cauſa, non modò illicita, ſed & inualida ſit, ac nulla ipſa commutatio: quod etiam ſatis colligitur ex Trid. Concil. *ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *&* 8. *de reform.* & apertiùs † *ſeſſ.* 22. *cap.* 6. *de reform.* ibi, & in commutationibus vltimarum voluntatum, quæ non niſi ex iuſta, & neceſſaria cauſa fieri debent. vbi ſermo eſt de commutationibus potiſſimùm, quæ à Romano Pontifice fiunt: ſubditur enim; Epiſcopi tanquam delegati Sedis Apoſtolicæ ſummariè, & extraiudicialiter cognoſcant, nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum, priuſquam commutationes prædictæ executioni demandentur. Quare malè Petr. de Vbald. *in tract. de canon. Epiſc. & Paroch. cap.* 7. *numer.* 37. abſolutè ſenſit Principem ſine cauſa poſſe conuertere legatum in alium vſum, vel locum. Quatenus verò huic concluſioni aduerſari videtur id, quod de libera'adminiſtratione Principis ſæcularis in rebus ciuitatum, & ſummi Pontificis in bonis Eccleſiaſticis, & cauſis piis adducit Couar. *d. cap.* 6. *numer.* 7. *verſ. non ebrum, & verſ. ſic Juriſconſultus*; ſatis reſponſum fuit *cap. præced. concl.* 1. paulo ante medium. Et an cauſa hæc requiſita ad commutationem neceſſariò debeat directè bonum commune, & publicum continere, & in ſumma, quæ cauſæ ad eam exigantur, Deo dante, dicemus *quæſt. ſeq.* Nunc verò pro complemento huius quæſt. videamus, an hæc cauſa in dubio ſit præſumenda in commutante, vel aliunde de ea debeat conſtare. Sit ergo

41. †

TERTIA CONCLVSIO. In Principe commutare vltimas voluntates † regulariter cauſa non præſumitur. ita in ſpecie quoad Papam tenet Bero. *conſ.* 21. *num.* 7. *vol.* 2. & probatur. Nam ſi teneamus, commutationem vltimæ voluntatis eſſe contra ius naturale, ac diuinum, vel ſaltem contra ius gentium, iuxta ea, quæ in ſuperiori concluſ. adduximus; tunc omnino dicendum eſt, non præſumi cauſam etiam in Principe commutante. ita in materia diſpenſationis † quoad ius naturale, & diuinum, poſt Abb. *in cap. qua in Eccleſiarum, num.* 10. & Fel. *à num.* 60. Dec. in noua editione, *à num.* 129. *de conſtit.* Gig. *tract. de penſ. Eccleſ. quæſt.* 6. *num.* 11. Rebuff. *in prax. benef. tit. de diſpenſat. ad plur. benef. num.* 53. Loaces *de matrim. Reg. Angl. dub.* 4. *num.* 18. Roias *Epitom. ſucceſſion. cap.* 23. *à num.* 13. Fern. Vaſq. *controu. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 17. *& cap.* 26. *à num.* 28. & Stunic. *de vot. quæſt.* 6. *num.* 131. tradit Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 17. *numer.* 14. eos tamen, & alios, quos recenſet *numer.* 15. *&* 16.

42.

43.

Ia. Petr. Moneta de commut. vlt. volunt.

ibid. intelligens quoad forum externum, ſecus eſſe docens quoad forum internum, ſeu conſcientiæ. & quoad ius quoque gentium plerique relati ab Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib.* 3. *tit. de iur. quæſ. non toll. concl.* 3. *num.* 1. ac probati à Dec. *d. cap. qua in Eccleſiarum, num.* 132. *& ſeq.* Maſcard. *tract. de probat. concl.* 275. *num.* 2. 3. 4. 8. 18. *&* 19. Peregr. *in tract. de fideicomm. art.* 52. *numer.* 140. vbi etiam de communi iuris interpretum ſententia teſtatur, ac Lud. Rodolphin. *in tractat. de ſuprem. ſeu abſol. Princip. poteſt. cap.* 6. *num.* 216. vbi multis relatis inter cæteros ſequitur Menoch. qui hanc opinionem veriorem, ac receptiorem eſſe affirmat, *tractat. de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 10. *num.* 32. *& duobus ſeqq.* vbi eam confirmat tum ex text. *in cap.* 1. *de cauſ. poſſeſſ. & propr. cap. nouit, de iudic. & Clem. paſtoralis, de re iudic.* tum ex ea regula deſumpta ex *l. ſi forte, ff. de caſtr. pecul. & l. ſi donatione, C. de collat.* quia dicimus, quòd, † quando aliquis non poteſt aliquid facere ſine iuſta cauſa, ea probari debet ab illo, qui factum allegat; quæ ſanè regula locum habet etiam in Principe, vt tradunt Innoc. *in cap. pen. de dilat.* Dec. *conſ.* 576. *num.* 9. *&* 10. Soc. ſen. *conſ.* 120. *num.* 9. *lib.* 3. idem inter conſilia Curt. ſen. *conſ.* 20. *incipit, ſæpenumero, col.* 6. *verſ. ſecundò etiam negari*; nam quando Princeps ſine iuſta cauſa aliquid facere nõ poteſt, priuatæ perſonæ æquiparatur. Dec. *in l. mutare conſilium, in fi. de reg. iur. & conſ.* 293. *num.* 4. Tum ea ratione, quia aliàs facilè eluderetur lex, quæ vult in prædictis cauſam adeſſe, exprimendo aliquam cauſam, quæ tamen reipſa non eſſet vera, & iuſta. Ex qua ratione colligitur, non modò veram eſſe hanc opinionem vbi nulla, vel minùs idonea exprimatur à Principe, quod etiam ſatis probat Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 8. *num.* 7. & Menoch. *d. præſumpt.* 10. *num.* 58. *cum tribus ſeqq.* verùm etiam vbi iuſtam, & legitimam cauſam allegaret; prout decidit Capit. *deciſ.* 166. *num.* 7. & alij relati à Gabr. *d. concl.* 3. *num.* 3. & in ſpecie teſtamenti, Bald. *d. l. ſi teſtamentum, & ibi* latè Ial. *C. de teſtam.* ac Soc. iun. *conſ.* 65. *vol.* 2. quos refert, ac ſequitur Iacob. Ant. Marta *in tract. de iuriſd. per, & inter iudic. Eccleſiaſt. & ſecular. exercen. part.* 4. *caſ.* 74 *num.* 17. *cum ſeq.* & prout quoque contra Alciat. *loc. cit.* & Crau. *conſ.* 135. *num.* 41. (cum quibus ſentit etiam poſt alios Bero. *d. numer.* 4.) tradit Menoch. *eadem præſumpt.* 10. *numer.* 63. tum quòd in iis, de quibus Princeps non poteſt liberè diſponere, eius nec claræ quidem aſſertioni fides adhibetur, vt ſcribunt Bald. *in cap. qua in Eccleſiarum, numer.* 14. *& conſ.* 326. *in fin. lib.* 1. & plures alij ab eo allegati pro prædicta communiori ſententia. tum quòd hoc etiam in caſu locum habet illa ratio, quam ipſemet Alciat. conſiderauit in primo caſu, vbi nulla cauſa fuit à Principe expreſſa, quòd ſcilicet is non ſit ſupra ius diuinum, naturale, vel gentium. Non omnino tamen improbabilis eſt opinio eorum, qui voluerunt, † etiam cùm Princeps diſpenſat in iure naturali, vel gentium in caſibus, in quibus poteſt ex iuſta cauſa, huiuſmodi cauſam præſumi; quam plerique tenent, quos refert Maſcard. *d. concl.* 275. *num.* 5. 6. 7. *&* 10. ac Menoch. *d. præſumpt.* 10. *num.* 1. 2. *&* 55. ac ſequitur Gabr. *d. concl.* 3. *num.* 4. *&* 5. Alph. Hoied. *tract. de incompatib. benef.* 1. *part. cap.* 19. *num.* 18. iuncto præced. ac duobus ſeqq. admittique poteſt, vbi ſimus in antiquis, prout eam admittit Menoch. *ead. præſumpt.* 10. *n.* 64. poſt Cravett. *d. tract. de antiq. temp* 2. *partic.* 1. *part princ. n.* 25. ex ſententia Corn. *conſ.* 312. *col.* 5. *lib.* 1. & Soc. ſen. *conſ.* 266. *col.* 11. *verſ. ad ſecundum reſpondetur, lib.* 1. ſicut etiam quoties conceſſio, ſeu diſpenſatio fiat motu pro-

44.

45.

prio, ut præuia cognitione causæ, & citatione partis, & aliqua iusta causa verisimiliter excogitari possit, qua motus fuerit Princeps; alias secus: nam si concessio à Principe fiat ad instantiam partis, non præsumetur causa in his, quæ sunt iuris diuini, naturalis, vel gentium, vt latè tradit Fel. *d. cap. quæ in Ecclesiarum, numer.* 65. *vers. limita quinto, ac conflit.* atque alij relati, & probati à Gabr. *d. conclus.* 3. *num.* 12. aut si non præcessit causæ cognitio, *num.* 7. *&* 10. post Soc. *cons.* 366. *vers. quinimmo, vol.* 4. ac Ruin. *cons.* 89. *vol.* 3. *&* *cons.* 21. *vol.* 5. vel omissa est citatio, Gabr. *ibidem numer.* 9. post eund. Soc. *cons.* 62. 164. *&* 366. *vol.* 4. Ias. *cons.* 233. *vol.* 2. Crauett. *cons.* 30. *num.* 5. Curt. iun. *cons.* 170. *num.* 15. Curt. sen. *cons.* 20. *vers. tertiò potest respondere*, & Abb. *in cap.* 1. *de caus. possess. & propr.* vel denique non est excogitabilis causa, vt pluribus relatis tradit idem Gabr. *d. concl.* 3. *num.* 6.

Quòd si etiam dicamus, commutationem vltimæ voluntatis solum aduersari iuri humano, quod simpliciter positiuum appellant: adhuc dici potest, regulariter, & vtplurimum causam non præsumi
46. etiam in Principe. Quamuis enim regulariter † in dispensatione Principis circa ea, quæ merè sunt iuris positiui, causa præsumatur; vt patet ex relatis, & probatis à Mascard. *d. conclus.* 275. *numer.* 2. & Menoch. *d. præsumpt.* 10. *num.* 12. *vsque ad* 17. *&* *numer.* 23. Io. Roias *in Epitom. successionum. cap.* 23. *num.* 11. *cum duobus seqq.* & Peregr. *d. numer.* 140. quo etiam modo intelligi possunt relati à Menoch. *d. præsumpt.* 10. *num.* 9. Mascard. *d. concl.* 275. *num.* 3. Roias *d. cap.* 11. *num.* 15. & Marta *d. cas.* 74. *num.* 17. prout eos ipse intelligit, simpliciter asserentes, præsumi causam in Principe dispensante, aliásve concedente; quod & plerisque relatis tradit Lud. Rodolphin. *in tract. de supr. seu absol. Princip. potest. cap.* 6. *num.* 203. quin etiam post aliquos contendit, probationem in contrarium non admitti aduersùs hanc præsumptionem sub *num.* 204. Tamen causa
47. non præsumitur † in Principe dispensante cum præiudicio tertij, vt pluribus relatis tradit Menoch. *d. præsumpt.* 10. *n.* 24. sentiúntque alij adducti per Gabr. *com. concl. lib.* 1. *tit. de probat. concl.* 2. *num.* 28. *cum duobus seqq.* necnon 44. *&* 57. ac post nonnullos
48. Rodolph. *sup. num.* 205. & † vbi agitur de negotio non subditi illi Principi, vt post alios plurimos docet Gabr. *d. concl.* 3. *num.* 17. Mascard. *d. concl.* 275. *num.* 13. *&* *duobus seqq.* & Menoch. *d. præsumpt.* 10. *num.* 26. cum aliquot seqq. & post alios Rodolph.
49. *ibid. num.* 206. Item † quando procedit sine partis citatione ad actum alicui præiudicialem, vt post alios plerosque tradit Mascard. *eadem conclus.* 275. *num.* 20. vel sine causæ cognitione, Mascard. *ibidem numer.* 11. ex Ruin. *cons.* 80. *numer.* 22. *vol.* 3. licèt Masc. referat *ibidem* Abb. & Fel. aliter sentientes. Sed idem voluit post alios Rodolph. *sup. num.* 217.
50. *cum seq.* & Sanchez *d. disp.* 17. *num.* 16. vel † quando ex rescripto, seu concessione Principis oriretur scandalum, vt pluribus rationibus, & auctoritatibus probat Mascard. *ibidem num.* 22. *&* *duobus seqq.* tenétque alios allegans Gabr. *d. concl.* 3. *num.* 15. &
51. Rodolph. *sup. numer.* 219. vel † cùm ad instantiam partis emanauit, secus si motu proprio; latè Gabr. *eadem concl.* 3. *num.* 12. Mascard. *d. concl.* 275. *num.* 11. 12 *&* 25. vbi de communi, Menoch. *d. præsumpt.* 10. *num.* 32. Rodolph. *d. cap.* 6. *num.* 207. *&* *seq.* & Sanch. *d. disp.* 17. *num.* 14. ob eam rationem, quia præsumitur id factum ex petentis importunitate, iuxta *l.* 1. & *ibi* Bart. *C. de petit. bon. subl. lib.* 10. vbi glos. *in verbo, relinquatur*, pleraque iura ciuilia concordantia affert; sed & non pauca sunt in iure Canonico, vt *in cap. cùm in iuuentute, de purg. canon.* & *cap. fin. de rescript. in* 6. & alia, quæ ibi allegat glos. *verbo, importunitatem*, & *cap.* 1. *verbo muscatur, de constit. eod. lib.* Et quoniam contra hanc limitationem de motu proprio acriter insurgit multis rationibus, & auctoritatibus Alex. *cons.* 2. *col. fin vol.* 1. contendens, causam præsumi etiam in concessione Principis ad alterius petitionem. ideo breuiter pro concordia dico, † posse à Principe emanare rescri- 52.
ptum ad partis petitionem, & tamen motu proprio, seu cum clausula motus proprij, vt praxis Curiæ Romanæ habet, (quæ facit ius, *cap. ex litteris, de constit.* & *cap. quam grauis, de crimin. falsi.* cum simil.) satisque colligitur ex *cap. si motu proprio, de præb. in* 6. latéque docet Lud. Gomes. *in reg. de annal. possessor. quæst.* 10. ferè per tot. & plerique tradiderunt, quos referunt, ac sequuntur Gabr. *communi. conclus. lib.* 6. *tit. de clausul. concl.* 2. *num.* 107. Mascard. *tract. de probat. concl.* 1080. *num.* 20. Menoch. *de arbitrar. iud. cas.* 201. *num.* & Germon. *tract. de indult. Card.* 5. *nos itaque, num.* 5. Suarez *lib.* 8. *de legib. cap.* 12. *num.* 5. 6. *&* 7. Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. disp.* 1. *num.* 6. docentes, tunc motum proprium operari, vt appareat, Principem non esse motum precibus illi porrectis, sed quia tibi id liberaliter placuit, seu à sua liberalitate. atque hanc doctrinam post hæc scripta vidi etiam multis relatis traditam à Lud. Rodolph. *d. tract. de suprem. seu absol. Princip. potest. cap.* 3. *num.* 19. *vers. contrariam tenuit*; licèt *ibid. in princ.* nonnullos recenseat oppositum sentientes. Rectè igitur contendit Alexand. non requiri ad hoc, vt causa præsumatur in Principe, quòd non concesserit ad partis petitionem, seu sua sponte: rectè & alij, requiri, quòd non sit motus precibus petentium, nisi fortè occasionaliter. & hoc solùm probant iura pro illa communi opinione adducta: quæ, sicut & ferè omnes Doctor. expressè loquuntur de petentium importunitate, quæ quodammodo Principem compulit, & coegit ad concedendum id, quod aliàs non concessisset; cùm eiusmodi preces † vel auferant, vel certè valdè mi- 53.
nuant voluntarium, vt inter alios latè probat Sanch. *tract. de matrim. lib.* 4. *disp.* 7. *n.* 4. *&* 8. ac colligitur ex *d. l.* 1. *ac d. cap. fin. de rescript. in* 6. *&* *Extrauag. execrabilis, in princip. de præbend. in commun.* & inter Extrau. Ioan. XXII. Alias præterea limitationes non paucas eius opinionis, vt causa in concessione præsumatur, adducunt Mascard. *d. concl.* 275. Menoch. *d. præs.* 10. & Gabr. *d. concl.* 3. *de iur. quæs. non tollend. &* *d. conclus.* 2. *de probat.* Card. *in cap. per Venerabilem, qui fil. sint legit.* vt meritò dixerimus in concl. regulariter non præsumi in Principe causam commutationis vltimæ voluntatis; & Gabr. *d. concl.* 3. *num.* 19. post Ruin. *cons.* 95. *vol.* 3. & Mascard. *d. concl.* 275. *numer.* 33. post eundem Ruin. *cons.* 80. *numer.* 14. *vers. vnde verisimile non est, d. vol.* 3. & Ias. *in l. si testamentum, in* 1. *notab. C. de testam.* absolutè dixerint, non præsumi causam in Principe rescribente contra dispositionem testatoris; laudari quoque à Rodolph. *d. cap.* 6. *numer.* 220. Quod præcipuè limitari poterit, † si adsit clau- 54.
sula motus proprij, vt sentiunt plerique Doct. relati, & probati à Gabr. *d. concl.* 3. *num.* 12. Mascard. *d. conclus.* 275. *numer.* 1. 11. 12. *&* 25. vbi de communi, Menoch. *d. præsumpt.* 10. *num.* 32. & Sanchez *d. disp.* 17. *numer.* 14. vel clausula, *ex certa scientia*; vt docet Gabr. *comm. conclus. lib.* 6. *tit. de clausul. conclus.* 1. *numer.* 15. post Corn. *cons.* 189. *vol.* 4. Similiter limitari potest, vbi adsit clausula, *ex certis causis animum suum mouentibus*; tunc enim causam vltam non esse probandam coram execu-

tore,

tore, ex Oldrad. *conſ. 5. in fi.* & aliis docet Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſp. 33. num. 24.* inde probans idipſum, vbi ea clauſula referatur ad impetrantem, licèt ſubiiciatur illa clauſula *; mandamus*, vt *de præmiſſis diligenter te informes, & ſi per informationem preces veritate niti reperieris*, &c. quoniam hæc clauſula refertur ad cætera, quæ in reſcripto, ac precibus allegantur ab impetrante. Quid autem dicendum ſit de clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, an faciat præſumere cauſam, videndus eſt Rodolphin. *d. cap. 6. numer. 225.* in negatiuam inclinans: apud quem etiam *ibid. ex num. 203.* videri poſſunt plura de huiuſmodi articulo an cauſa præſumatur in Principe. Et hæc quidem procedunt in foro externo.

55. Nam quoad forum conſcientiæ † præſumendum eſt pro ſuperiore, dum ſubdito non conſtat de cauſæ defectu; nam ſubditi non eſt facta Prælatorũ diſcutere. ita in materia diſpenſationis poſt Sot. 4. *diſt. 21. quæſt. 2. art. 2. col. antepen. & lib. 7. de inſt. & iur. quæſt. 4. art. 5. ad 2.* ac Suarez *de cenſuris diſp. 41. ſect. 3. in fin.* docet Sanch. *d. diſp. 17. num. 15.* & faciunt tradita per eundem poſt alios in dipenſatione votorum *lib. 4. ſum. cap. 44. num. 6.*

QVARTA, & poſtrema CONCLVSIO.

56. Epiſcopo, & aliis Principe ſupremo inferioribus commutantibus vltimas voluntates † indiſtinctè non præſumitur cauſa, ſed de ea conſtare debet. Probatur, quia in diſpoſitione alteri præiudiciali cauſa non præſumitur reſpectu inferioris à Principe ſupremo, vt poſt Gozad *conſ. 29. num. 2.* Curt. ſen. *conſ. 17. col. fin. & conſ. 65. col. 7.* ac Ruin. *conſ. 79. num. 9. & conſ. 96. num. 11. vol. 3. & conſ. 98. col. 12. vol. 4.* tradit Gabr. *d. concl. 3. num. 16.* quibus Maſcard. *d. concl. 275. num. 31.* addit Crauett. *d. tract. de antiq. temp. 1. part. §. ſeu verſ. non omitto, num. 32.* Alex. *conſ. 44. in fi. ſub num. 6. verſ. non obſtat, vol. 1. & conſ. 205. poſt num. 11. verſ. & inferior à Principe, vol. 6.* & Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 8. num. 5.* idem etiam tenet Rodolph. *d. cap. 6. numer. 212.* commutationem verò vltimarum voluntatum regulariter eſſe alteri præiudicialem, conſtat ex adductis ſup. hac eadem quæſt. *concl. 2. circa medium:* multóque magis dicendum id erit, ſi teneamus, eam eſſe contra ius naturale, vt ſuaderi videtur ex ibidem per nos allegatis; nam omnino cauſa non

57. præſumitur in Epiſcopo, † quando diſponit contra id, quod ſit iuris diuini, vel naturalis, vt docet Gabr. *d. concl. 3. num. 21.* poſt Rebuff. *in prax. benef. tit. de diſpenſat. ad plur. benef. num. 53. cum ſeq.* & communiter tradunt Doct. *d. cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* vt ait Maſcard. *d. concl. 275. num. 35.*

Ampliatur autem hæc concluſio, vt procedat non modò cùm ipſe inferior commutat ordinaria auctoritate, ſed etiam cùm ad id habuit facultatem à Principe. Ita ſanè in derogatione iuri gentium voluit Gabr. *d. concl. 3. num. 8.* ad id allegans Marian. iun. *conſ. 65. vol. 2.* Et hæc de præſenti quæſt. dicta ſint ſatis.

SVMMÆ RERVM.

58. *Cauſa commutationis vltimarum voluntatum non debet neceſſariò illius executioni obſtare; ita, vt diſpoſitum aut nullo modo, aut cum magna difficultate impleri poſſit.*

59. *Diſpenſatio voti etiam mixta commutationi fieri nequit, niſi ex cauſa obſtante illius executioni; ſecus autem eſt de commutatione voti in æquale; & cur.*

60. *Cauſa obſtans executioni legis humanæ non requiritur in eius diſpenſatione.*

61. *Cauſa obſtans executioni vltimarum voluntatum exigitur in commutatione illarum, quæ ad primarum vtilitatem emanarunt; vel certe conſenſus illorum, quorum fauorem concernunt.*

62. *Iuramentum licitum homini præſtitum, & ab eo acceptatum relaxari validè nequit abſque eius conſenſu, niſi à Papa ex vrgentiſſima cauſa; vel commutari abſque vrgenti, & vtraque concernente bonum commune. & quid, ſi iuramentum ſit in bonum commune; num. 63.*

64. *Votum in fauorem tertij an poſſit ab Epiſcopo, vel ſolo Papa commutari; & an requiratur conſenſus illorum, ad quorum vtilitatem cedit.*

65. *Ius non acquiritur ad promiſſiones, & donationes etiam locis piis ante acceptationem.*

66. *Vota omnia etiam realia commutantur in Religionis profeſſionem, non tamen debita vouentis.*

67. *Votum emiſſum propter Deum, licèt etiam ad fauorem tertij, poteſt à Prælatis Eccleſiæ commutari abſque illius conſenſu, ſine promiſſio dirigatur in Deum, ſine in talem pauperem, vel Eccleſiam, aut in ſanctum, cui dicata eſt Eccleſia.*

68. *Votum factum principaliter tertio, & ab eo acceptatum à ſolo Papa diſpenſatur, vel commutatur; non autem à Prælatis abſque illius tertij conſenſu: idémque ſi ſecundariò fiat illi tertio.*

69. *Votum quando dicatur fieri ſaltem ſecundariò pauperi, vel ſoli Deo.*

70. *Obligatio voti emiſſi in commodum tertij & ab eo acceptati quando abſque illius conſenſu tolli poſſit.*

71. *Cauſa commutationis vltimarum voluntatum, vt ſint iuſta, ſat eſt, vt indirectè reſpiciant bonum commune; & num. 73. & 74.*

72. *Diſpenſatio nunquam fieri debet contra bonum commune, nec frequenter, non ſemper tamen eius cauſa directè reſpicere debet bonum commune; num. 73.*

74. *Cauſa commutationis vltimarum voluntatum quando, & quomodo concernere debeat bonum commune, ſeu publicam vtilitatem.*

75. *Cauſa commutationis vltimarum voluntatum eò maior eſſe debet, quo dignior eſt materia commutanda. & eo minor, quo minus de diſpenſatione commutationi admiſcetur; num. 76.*

77. *Cauſa maior exigitur in commutatione vltimæ voluntatis, quando pars materiæ remittitur, & reliqua pars mutatur, quàm cùm pars remittitur, pars verò altera implenda relinquitur.*

78. *Cauſa minor requiritur ad diſpenſandum ſolùm in tempore executionis vltimæ voluntatis, quàm in eius materia commutatione, maximè in minus: & quo maior eſt dilatio, eo maiore cauſa opus eſt.*

79. *Cauſa ſufficiens ad commutandas vltimas voluntates qua ſit, prudentis arbitrio relinquitur. & quid ſpectare debeat prudens vir, n. 80.*

81. *Cauſa omnes commutationis vltimarum voluntatum reducuntur ad neceſſitatem, & euidentem vtilitatem.*

82. *Alienatio rerum Eccleſiaſticarum aliquo modo ad commutationem vltimarum voluntatum pertinet.*

83. *Alienationis bonorum Eccleſiaſticorum quatuor cauſa aſſignantur, quæ ad neceſſitatem, & euidentem vtilitatem reducuntur.*

84. *Dispensatio, vel commutatio voti ex quibus causis fiat, remissiùs ; & num. seq.*
85. *Causa dispensandi in impedimentis matrimonium dirimentibus, quenam sint.*
86. *Necessitas per se sola est iusta causa, & sufficiens commutationis vltimarum voluntatum.*
87. *Intellectus Concil. Trid. sess. 22. cap. 6. de reform. & num. 109. cum seq.*
88. *Necessitas oriens ex parte rei dispositæ est causa sufficiens commutationis vltimæ voluntatis. idem in simili cum magna difficultate ; n. 89. & in impossibilitate iuxta ; numer. 90. aut quando dubia redditur dispositionis obligatio ; num. 91. & quid si constat, materiam factam esse malam, inutilem, aut maioris boni impeditiuam ; num. 92.*
93. *Difficultas magna in exequendo ex parte illius, qui exequi deberet vltimam voluntatem, est causa sufficiens commutationis ; sine ea difficultas extiterit tempore dispositionis, sine postea supernenerit.*
94. *Imperfectus modus dispensandi ratione deliberationis, aut iudicij tribuit iustam causam commutandi vltimam voluntatem. & quid si processit ex metu, aut dolo ; num. 95. aut contingit error in causa impulsiua dispositionis, vel ea causa cessauit ; num. 96.*
97. *Necessitas extrinseca continens bonum commune est sufficiens causa commutandi vltimam voluntatem, & ad dispensandum in vato, & sacris canonibus ; cum aliquot seqq.*
98. *Intellectus l. decuriones, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.*
99. *Parochiales nouæ intra fines aliarum quando, & quomodo erigendæ.*
100. *Necessitas priuata est sufficiens causa commutationis vltimæ voluntatis à supremo saltem Principe faciendæ.*
101. *Vtilitas euidens publica est causa sufficiens commutationis vltimarum voluntatum ; & trib. num. seqq.*
102. *Vtilitas euidens æquiparatur necessitati.*
103. *Papa ex publica vtilitate potest dispensare in matrimonio rato, & in voto solemni Religionis etiam ad effectum nubendi : quod tamen vtrumque obligat ex iure diuino, & naturali ; ac votum solemne ex eodem iure dirimit matrimonium.*
104. *Vtilitas publica est sufficiens causa vt Princeps tollat dominium quæsitum de iure siue ciuili, siue gentium.*
105. *Vtilitas priuata aliquando saltem est causa sufficiens commutandi vltimam voluntatem. sicut in dispensatione super impedimentis matrimonium iure humano dirimentibus ; & in dispensatione, aut commutatione votorum ; num. 106.*
107. *Intellectus Concil. Trid. sess. 25. cap. 4. & 8. de reformat.*
108. *Princeps supremus potest ob priuatam vtilitatem aliquando rem vni auferre, & dare alteri, pretio, seu æstimatione retributa possessori.*
109. *Vtilitas priuata quando non sufficiat ad commutationem vltimæ voluntatis.*
110. *Iusta causa, & iustus titulus sæpe dicitur is, qui est probabilis, seu rationabilis.*
111. *Causa commutationis vltimæ voluntatis quando in dubio iusta censeatur. & quid, si postea delegatur insufficiens ; num. 112.*
113. *Causæ plures insufficientes ad commutandam vltimam voluntatem iungi possunt, vt sufficiens constituatur ; sint & plures imperfectæ probationes, ad vnam complendam.*

QVÆRO SECVNDO, quænam sint causæ commutationis vltimarum voluntatum.

Postquam vidimus in superiori quæst. requiri aliquam causam in vltimarum voluntatum commutationibus ; videndum nunc meritò est, quænam sint illæ causæ ad eas necessariæ, ac sufficientes, quam in rem duæ cadunt inspectiones : altera erit generalis de qualitate in huiusmodi causis requisita ; altera posita erit in ipsarum causarum enumeratione. Et quidem quoad priorem inspectionem duo consideranda erunt ; nimirum an hæ causæ necessariò debeant obstare executioni vltimæ voluntatis, ita, vt per eas reddatur executio impossibilis, aut valde difficilis siue ex parte materiæ exequendæ, siue ex parte ipsius exequentis ; prout de impossibilitate est casus *in cap. nos quidem, de testam.* de difficultate in Concil. Trid. *sess. 25. cap. 4. & 8. de reform.* siue aliunde ; & an huiusmodi causæ necessariò debeant directè concernere, seu continere bonum commune ; quæ ambo duabus prioribus conclusionibus absoluemus ; postmodum verò causas ipsas recensebimus.

PRIMA CONCLVSIO. Causa commutationis vltimarum voluntatum † non necessariò debet illarum executioni obstare ; ita, vt quod per eas dispositum fuit, aut nullo modo, aut cum magna difficultate valeat impleri. 58.

Probatur primò, quoniam aliàs sequeretur, quòd nulla commutatio vltimæ voluntatis fieri posset, nisi ex causa necessitatis orientis ex parte eius, quod dispositum in vltima voluntate fuit, quia illud mitti executioni nequaquam possit, vel nonnisi cum magna difficultate ; cuius tamen contrarium patebit ex iis, quæ in 2. & seqq. conclusionibus adducemus, vbi ad id sufficere in aliquibus saltem casibus causam non modò necessitatis aliunde prouenientis, sed etiam euidentis vtilitatis, ac pietatis, ac fortè etiam commoditatis. Secundò, quia, licèt dispensatio voti † nequeat fieri, nisi ex causa obstante illius executioni ; vt ex S. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 12. *ad* 2. & *ibi* Caiet. *dub.* 2. Aragon. *col.* 4. *dicto* 2. Valent. *disp.* 6. *quæst.* 6. *punct.* 7. Sot. *lib.* 7. *de iust. & in. quæst.* 4. *art.* 3. *col.* 7. *vers. ad istorum ergo.* Nauar. *in commentar. de indulgent. notab.* 27. *num.* 2. & Rodriq. *ad Bull. Crucia. §.* 9. *num.* 106. tradit Sanchez *lib.* 8. *de matrim. disp.* 20. *num.* 3. *& lib.* 4. *sum. cap.* 45. *num.* 15. *num.* autem 16. idem tradit de dispensatione partiali, quæ admixtam habet commutationem, cùm nimirum commutatio in minus fit ; quod & docet *d. disp.* 20. *num.* 4. post Sot. *d. art.* 3. *col.* 8. *vers. quando verò*, & Aragon. *loc. cit.* Tamen hoc ideo est, quia, vt dispensatio hæc legitima sit, debet redundare in Christi honorem, & Ecclesiæ vtilitatem, vt ex S. Thom. *d. art.* 12. *in fi. corp.* id probante ex illis verbis Apostoli 2. Corinth. 2. *Nam, & ego, quod donaui, si quid donaui propter vos, in persona Christi,* monet Sanchez *d. num.* 3. & 15. At quando deficit causa obstans executioni voti, (subdit *ibidem* Sanchez,) non cedit in honorem Christi, aut Ecclesiæ vtilitatem, sed potiùs expediret id votum impleri. Secus verò est in commutatione voti in æquale ; hæc enim non exigit causam obstantem executioni voti ; sed satis est quæcumque occasio, vt probat idem Sanchez tum rationibus, tum auctoritatibus *d. disp.* 20. *num.* 5. *& d. lib.* 4. *sum. cap.* 50. *n.* 21. *cum duobus seqq.* licèt *n.* 20. nō paucos referat contrariū sentientes. Quòd verò huiusmodi causa obstans executioni 59.

legis

60. legis humanæ † non requiratur in eius dispensatione, tenet ipsemet Sanchez *eadem disp.* 20. *num.* 6. in hac enim regulariter minor causa requiritur, quàm in dispensatione voti, vt idem Sanch. docet *d. cap.* 45. *num.* 19. *& de matr. lib.* 8. *disp.* 18. *num.* 4. post Nauar. *in Man. confess. cap.* 12. *numer.* 57. licet aliqua lex humana possit adeò bono communi conducere, vt grauiorem dispensandi causam petat, quàm priuatum votum; quod vtrobique monet Sanchez & Suarez *lib.* 6. *de vot. cap.* 18. *num.* 15. post Sot. *lib.* 7. *de iust. & iur. quæst.* 4. *artic.* 3. Hoc tamen intellige quoad inferiores in commutatione illarum vltimarum voluntatum, ac dispositionum, quæ ad fauorem hominis, vel Vniuersitatis factæ non sunt, sed ad solius Dei cultum: in
61. iis enim, † quæ ad priuatam hominum vtilitatem emanarunt, (id quod vtplurimum accedit,) vel requiritur causa omnino obstans illarum executioni, quia nullo modo possint adimpleri, vt in multis casibus relatis per glos. *in l.* 2. §. 1. *verbo, non potest, ff. si cert. petat.* vel certè exigitur consensus illius, ad cuius fauorem illæ dispositiones emanarunt; vnum enim pro alio inuito creditore solui non potest, *d.* §. 1. *& Instit. quib. mod. toll. oblig. in princip.* Vnde iuramentum licitum homini præsti-
62. tum, & ab eo acceptatum, † sine eius consensu ab alio, quàm à Romano Pontifice, & quidem ex grauissima causa, & vrgentissima, quæ bonum commune concernat, valide relaxari non posse, ex omnium sententia tradit Sanchez *lib.* 3. *sum. cap.* 21. *numer.* 2. immo neque commutari ab ipso Romano Pontifice sine eiusdem creditoris consensu, aut ex causa vrgenti ob bonum commune, vt idem tradit *numer.* 4. quando autem iuramentum homini præstitum non esset in priuatam vtilitatem, sed in
63. bonum commune, † nequit etiam in melius commutari absque consensu eius, qui curam habet illius communis boni, vt ipsemet docet *numer.* 5. post Siluestr. *verbo iuramentum* 5. *quæst.* 6. Quoad commutationem verò voti, quod fit in fauorem tertij, vt cùm quis promittit Deo se daturum certæ Ecclesiæ calicem, vel certo pauperi eleemosynam, vel se ministraturum certo Xenochio; licèt aliqui relati à Sanchez *lib.* 4. *sum. cap.* 41. *numer.* 6. ac præcipuè Franc. Sarmient. *in suo tractat. de redit. Eccles.* 4. *part. cap.* 3. *numer.* 3. *&* 4. *in illius defens.* 1. *part. monit.* 71. ac S. Anton. 2. *part. sum. tit.*
64. 11. *cap.* 1. §. *vlt.* velint, † non posse huiusmodi votum per Episcopum commutari; & Sarmient. *d. monit.* 71. asserat, id fieri solùm posse per Romanum Pontificem; ita, vt commutatio respiciat illiusmet Ecclesiæ vtilitatem, cui ius est acquisitum, & non aliter: at quando locus pius esset indeterminatus, posse Pontificem etiam contra vouentis voluntatem habere arbitrium. Tamen idem Sanchez *d. cap.* 41. *numer.* 7. multo veriùs putat, posse in hisce votis commutationem fieri à Prælatis Ecclesiæ absque consensu illorum, in quorum vtilitatem cedunt, iuxtà aliorum votorum, quæ in solius Dei honorem fiunt. Tum quia, cùm huiusmodi vota etiam in certi pauperis, aut loci pij vtilitatem emissa fiant principaliter Deo, & in eius honorem, obligatio ipsi acquiritur, & ipse est propriè creditor, Ecclesia verò, vel pauper tantùm designantur, vt materia, circa quam is cultus est Deo exhibendus. Tum quòd illi loco pio non competit ius aliquod compellendi per modum actionis, sed sola vtilis ratio implorandi officium iudicis, vt compellat vouentem exequi votum; vt latè probat idem Sanchez *d. lib.* 4. *cap.* 11. *numer.* 17. *cum duobus seq.* quoties autem hæc sola actio competit alicui, non dicitur habere ius ad rem, vt constat in Fratribus Minoribus, qui ad legata eis relicta soluenda possunt implorare officium iudicis, cùm tamen ad ea nullum ius acquirant, vt colligitur ex *cap. exiit, ac verb. signif. in* 6. *Clement. exiit*, necnon *Extranag.* Ioan. XXII. *quorundam*, *Extranag. quia nonnunquam*, *& Extranag. ad conditorem*, *eodem tit.* cum ibi adnot. & traditis per Bart. *in suo tract. de Minorit.* Tum quia multo probabilius est, † non acquiri ius etiam locis piis ad 65.
promissiones, & donationes ipsis factas, donec acceptent, vt ipsemet Sanchez latiùs docet *lib.* 1. *de matrim. disp.* 6. *a numer.* 2. *vsque ad* 17. & ex eo quoque confirmatur, quòd † omnia vota etiam re- 66.
alia eo ipso commutantur in Religionis professionem; *cap. scripturæ, de vot.* vbi, & alibi sæpe Doctores ex eo text. id adnotarunt: quod fieri non posset, si ius per ea esset tertio quæsitum, cùm debita in professionem Religionis ex omnium sententia non commutentur; & votum in fauorem tertij, aut loci pij factum, ab eóque acceptatum obligat ex iustitia, vt probat Sanchez *d. lib.* 4. *sum. cap.* 2. *numer.* 28. & de quauis promissione docet post alios *d. lib.* 1. *de matrim. disp.* 5. *numer.* 20. Tum denique, quoniam hæc est ferè communis opinio Theologorum, & Summistarum, quam tenent inter cæteros Caiet. *in Opusc. tom.* 2. *tract.* 11. *quæst.* 3. Ang. *in sum. verbo, votum*, 3. *numer.* 26. Siluestr. *votum*, 4. *quæst.* 7. Nauar. *in Man. cap.* 12 *numer.* 78. Palat. *in* 4. *dist.* 38. *disput.* 3. *col.* 30. Angles *in floribus Theol.* 2. *part. quæst. vnic. de vot. art.* 8. *diffic.* 6. & alij plerique relati, & probati ab Azor. *tom.* 1. *Instit. moral. lib.* 11. *cap.* 19. *quæst.* 12. Suarez *tom.* 2. *de relig. lib.* 6. *cap.* 15. *a numer.* 3. *ad* 6. & Sanchez *d. cap.* 41. *numer.* 7. vbi etiam ex Iurisconsultis citat Tapiam *in auth. ingressi, verbo, ipso ingressu, in princip. numer.* 14. *C. de sacrosanct. Eccles.* *Num.* autem 11. idem Sanchez satis probat, † id 67.
verum esse, siue promissio voti dirigatur in solum Deum, vt, promitto Deo, me datutum tali Ecclesiæ, aut tali pauperi; siue promissio in talem Ecclesiam, vel pauperem dirigatur. & *numer.* 10. licèt promissio dirigatur in sanctum, cui dicata est Ecclesia, vt, promitto D. Francisco me datutum eius Ecclesiæ calicem. Quando autem vota hæc in commodum tertij, non soli Deo fiunt, sed adiungitur quoque promissio facta illi tertio, & ab eo acceptatur; manifestum est, inquit Sanchez *d. cap.* 41. *numer.* 13. ea † non subdi ordinariæ Prælato- 68.
rum potestati dispensandi, aut commutandi absque illius tertij consensu; quia tunc transeunt in contractum, & acquiritur ius illi tertio, quod ipso inuito remitti nequit, & in hoc casu subdit, nullum dubitare ex auctoribus per eum relatis *d. numer.* 7. *numer.* autem 18. ex eorumdem mente idipsum probat procedere, cùm promissio facta est principaliter Deo, & secundariò ad vtilitatem hominis acceptantis. & *numer. seq.* docet, in dubio iudicandum esse saltem secundariò habitam esse rationem illius pauperis, aut loci, quod expressè fieri dicitur, † cùm quis sic vouet, promitto Deo, 69.
me tibi datutum: sicut expressè fit soli Deo, cùm vouens sic ait, voueo, vel promitto Deo, me datutum pauperi; vt post Caiet. *d. tract.* 11. *quæst.* 3. Suar. *d. cap.* 15. *num.* 2. & Leonard. Less. *de virt. Card. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 11. *num.* 91. monet idem Sanchez *d. cap.* 41. *num.* 14. *Num.* porrò 16. docet, † in duplici casu posse 70.
tolli obligationem voti facti in commodú tertij, non obstante illius acceptatione, & iure per eum quæsito: prior est, quando talis boni communis causa concurreret, vt integrum esset Pontifici cogere

Digitized by Google

priuatum ad cedendum iuri ſuo, vel illum bonis ſuis priuare, ex Ang. *in ſum. verbo, Taſa, num.* 6. & *ibi* Silueſtr. *quæſt.* 13. & Suar. *d. cap.* 15. *num.* 7. alter eſt, quando Præfectus illius loci pij, cui promiſſio facta eſt, haberet poteſtatem remittendi, aut compoſitionem faciendi in debitis illius; ex Armill. *verbo, diſpenſare, num.* 11. Tabien. *verbo, diſpenſatio, quæſt.* 12. *num.* 14. Lopez 1. *part. inſtructor. conſc. cap.* 49. *verſ. pen.* & Suar. *d. num.* 7. qui bene addit, hunc caſum non eſſe exceptionem à regula poſita, quia tunc adeſt remiſſio creditoris. Hunc verò Prælatum diſpenſantem, ſeu commutantem Tabiena *ibidem* ait, eſſe Pontificem in toto orbe, & Epiſcopum in ſua diœceſi; cui aliquando ſolùm id concedit S. Anton. 2. *part. tit.* 11. *cap.* 1. §. *vlt.* & Suar. *d. num.* 7. Sanch. verò *d. num.* 16. quoties conſiderata quantitate rei promiſſæ, & circumſtantiis occurrentibus, ſicut in aliis Eccleſiæ debitis id expedire iudicauerit.

Ex his verò, quæ de commutatione voti, & iuramenti ad commodum, & vtilitatem tertij diximus; idem proportionabiliter dicendum exiſtimo de commutatione aliarum vltimarum voluntatũ, quæ ad tertij pariter vtilitatem emanarunt; quod ſanè vtplurimum ſolet contingere, cùm eadem vtrobique ſit ratio, atque adeò etiam eadem diſpoſitio, arg. *l. illud. ff. ad leg. Aquil. & cap.* 2. *de tranſlat. Epiſc.* cum ſimil. neque enim congruam inter vtraque reperio diſcriminis rationem.

SECVNDA CONCLVSIO. Cauſæ commu-
71. tationis vltimarum voluntatum, vt ſint iuſtæ, † non debent neceſſariò ſpectare bonum commune directè, ſed ſat eſt, vt illud indirectè reſpiciant, quatenus bonum partis redundet in bonum totius, vel aliàs aliquo modo illud adiunctum habeant. Quam-
72. uis enim nunquam diſpenſatio † fieri debeat contra bonum commune; atque adeò frequenter in legibus diſpenſandum non ſit, quoniam frequentiùs legem ſoluere, exemploque potius, quàm certo perſonarum, rerúmque delectu petentibus indulgere nil aliud eſt, quàm vnicuique ad leges tranſgrediendas aditum aperire, vt ait Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 18. *de reform.* & ea frequentia vim legum eneruat, quibus bonum commune conſeruatur, vt colligitur ex *l.* 1. *cum aliquot ſeqq. ff. de leg. & cap.* 1. *cum ſeq. diſt.* 4. Non ſemper tamen requiritur ad iu-
73. ſtam diſpenſationem, vt † cauſa directè ad bonum commune referatur, ſed ſat eſt, vt indirectè, ac virtute, prout bonum partis in bonum totius redundat; vt in ſpecie adnotauit Sanch. *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 19. *num.* 1. *& lib.* 4. *ſum. cap.* 45. *num.* 11. ac Suarez *de legib. lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 18. ſentiuntque S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 97. *art.* 4. *in corp.* vbi rationem diſpenſandi in præcepto aſſignat, ſi per illud maius bonum priuatæ perſonæ impediatur, vel inducatur malum. quare, cùm idem S. Thom. *d. art.* 4. quem etiam referunt, ac ſequuntur Abb. *in cap. de multa, num.* 8. *de præb.* Sot. *lib.* 1. *de iuſt. & iur. quæſt.* 7. *art.* 3. *verſ. cauſas verò*, dicit, Rectorem Vniuerſitatis fore infidelem diſpenſatorem, niſi propter bonum commune diſpenſet, intelliguntur ſaltem indirectè; ſic etiam accipiendum eſt id, quod Concil. Trident. *d. cap.* 18. dum ait, publicè expedire legis vinculum quandoque relaxare, vt pleniùs euenientibus caſibus, & neceſſitatibus pro communi vtilitate ſatisfiat, quòd verò ad diſpenſationem ſufficiat hæc indirecta vtilitas communis, quæ ex priuato bono reſultat, ſatis colligitur tum ex Gratian. *in* §. *niſi rigor*, qui eſt poſt *cap. requiſitus*, 1. *quæſt.* 7. tum ex *cap. ad ſi clerici*, §. *de adulterii*, *de iudic. cap.* 1. *& 2. de cler. pugn. in duel.* & aliis pleriſque iuribus antiquis allegatis per gloſ. *d.* §. *niſi rigor*, *verbo, vt ple-*

riſque, necnon ex *cap.* 1. *& 2. de fil. preſb.* in 6. & aliis ad id allegatis à Suarez *d. lib.* 6. *de legib. cap.* 18. *num.* 24. *cum duobus ſeqq.* ac paſſim in iure habetur, diſpenſationes concedi ad fauorem, & vtilitatem priuatarum perſonarum, nulla inibi expreſſa cauſa communis vtilitatis, aut boni: & in ſpecie commutationis vltimæ voluntatis colligi poteſt ex *l. legatum. ff. de vſ. & vſufruct. leg. 11. ac l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinent. l. cùm hi, ff. de tranſact.* item præter alia iura inf. in poſteriori parte 5. concluſ. alleganda, ex *cap. nos quidem, de teſtam.* & Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 6. *de reform.* vbi ad eam ſolùm requiritur iuſta, & neceſſaria cauſa, *& ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *&* 8. vbi ſolùm exigitur, vt proſpiciatur illis ciuibus Eccleſiæ, aut pio loco, ad quorum vtilitatem, & commodum facta fuerat diſpoſitio, & vltima voluntas emanauerat, nulla inibi communis boni, vel vtilitatis facta mentione; quod ſi voluiſſet legis, aut canonis conditor, facilè expreſſiſſet, arg. *cap.* 2. *de tranſlat. Epiſc. cap. ad audientiam, de decim. l. vnic. §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. toll. cum ſuis concord.* Tum ex ratione quam affert Suarez *d. num.* 18. quia legiſlator ita debet communi bono proſpicere, vt etiam curam habeat ſingulorum quoad fieri poſſit; ergo ita quoque debet diſpenſare in obligationem legis, vt neceſſitatibus ſingulorum ſubueniat: quod apertè inſinuauit Modeſtinus I. C. *in l. nulla, ff. de leg.* Nulla, (inquiens,) iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ ſalubriter pro ſalute hominũ introducuntur, ea nos duriori interpretatione contra ipſorũ commodũ perducamus ad ſeueritatẽ. vnde & rectè Gratian. *d.* §. *niſi rigor*, dixit, diſpenſationem concedi pro tempore, & perſona. Tum ex fundamentis, quibus poſteriorem partem 5. concluſ. confirmabimus, nimirum priuatam vtilitatem nonnunquam ſufficere ad commutandam vltimam voluntatem. Tum denique ex communi praxi, quæ habet, vt diſpenſationes directè ad priuatam vtilitatem concedantur; & in ſpecie commutationum vltimarum voluntatum, eas fere omnes pro vniuerſitatum, aut ſingularium perſonarum priuata vtilitate concedi paſſim videmus, & colligere partim licet ex variis earum formulis, quas ſup. *cap.* 2. *quæſt.* 3. inſerendas curauimus. Quando igitur Couar. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 6. & plerique Doct. *in l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. d. cap. nos quidem, & cap. tua nobis, de teſtam. & Clem. quia contingit, de relig. dom.* aut alibi aſſerunt, † com- 74.
mutationes vltimarum voluntatum fieri ex cauſa concernente vtilitatem Reip. ſeu commune bonum; vel ita intelligendi ſunt, vt velint hanc eſſe cauſam ſufficientem, non autem neceſſariam; vel eam in certis caſibus, vt cùm diſpoſitio mutanda continet bonum commune, non autem in omnibus requiri; vel de ea mutatione vltimarum voluntatum, quæ in ſimplici derogatione qualitatum, ſeu alia ſimili diſpenſatione conſiſtit, non autem de ea, per quam aliud in locum diſpoſiti ſubrogatur; vel denique ſolùm intendunt debere ſaltem indirectè, & aliquo modo publicam, & communem vtilitatem continere, ſiue quia bonum partis redundet in bonum totius, ſiue quia aliàs commune bonum aliquo modo contineant, & habeant adiunctum. Denique circa qualitatem cauſarum commutationis vltimarum voluntatum generatim quædam notanda ſunt. Primò, † quo dignior eſt materia diſpoſitionis 75.
commutandæ, eo maiorem cauſam ad commutandum requiri; ex iis, quæ de diſpenſatione voti tradit Suarez *tomo* 2. *de relig. lib.* 6. *de vot. cap.* 17. *numer.* 14. & Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *diſput.* 20. *numer.* 2. *& lib.* 4. *ſumm. cap.* 45.

num. 20.

76. *numer.* 10. Secundò, † quo minor diſpenſatio admiſceatur commutationi, eo minorem cauſam exigi: ſic in materia voti Sanchez *d. cap.* 45. *num.* 22. poſt Caietan. 2.2. *quæſt.* 88. *art.* 12. *dub.* 2. Nauarr. *in Man. Conſ. cap.* 12. *num.* 63. & Suar. *d. cap.* 17. *num.* 15. quia tunc eſt minor diſpenſatio, ſeu in re minori. Tertiò, (quod ex hoc ſequitur,) maio-
77. rem cauſam deſiderari, † quando commutatio partis ita fit in aliud opus à diſpoſito, vt aliqua eius pars remittatur, reliqua in aliud mutetur, quàm ſi aliqua diſpoſiti pars remittatur, altera implenda relinquatur; quia in priori caſu fit partialis diſpenſatio duplici titulo, cùm pars materiæ abſolute tollatur, & permittatur reliquæ ſolutio in diuerſa materia; at in poſteriori vnica, & ſola eſt diſpenſatio, quæ fit remittendo partem diſpoſiti. ita in voto Sanchez *d. cap.* 45. *num.* 23. poſt Suarez *d. num.*
78. 15. Quartò, † multo minorem cauſam requiri ad diſpenſandum ſolùm in tempore executionis vltimæ voluntatis, quàm in eius materiæ commutatione, maximè in minus, cùm ibi ſola obligatio differatur, hìc aliqua ſaltem eius pars auferatur; & quo maior eſt dilationis mora, eo maiore cauſa opus eſt, quia maior eſt diſpenſatio. ita ferè in voto Sanchez
79. *ſup. num.* 24. Denique adnotandum hac in re eſt, † non poſſe certam regulam de cauſæ ſufficientia ad commutandum præſcribi, atque adeò prudentis arbitrio id relinqui, argum. *l.* 1. *ff. de iur. delib. & cap. de cauſis, de offic. deleg.* & in terminis commutationis voti, per text. *in cap.* 1. ibique Doct. *de vot.* alios ſequutus tradit Sanchez *d. lib.* 4. *ſum. cap.*
80. 56. *num.* 1. tria verò potiſſimùm † ſpectare debet prudens vir, quæ in materia commutationis voti tradit Summus Pontifex *in cap. magna, verſ. & quidem tria, de vot.* nimirum, quid liceat ſecundùm æquitatem, quid deceat ſecundùm honeſtatem, & quid expediat ſecundùm vtilitatem; atque in diſpenſatione voti id ab omnibus tradi, ait Sanchez *d. cap.* 45. *num.* 18. & hæc tria ſemper conſideranda eſſe in aliis quoque volait gloſ. ab aliis approbata *d. cap. magna, verbo, liceat*; quamuis id non bene probetur *in cap. aliud*, 11. *quæſt.* 1. *& cap. denique, diſt.* 4. quæ ad hoc allegat, atque hæc eadem regula vti ab omnibus tradita, & quæ ſola ſufficit, in diſpenſatione votorum pariter ponitur à Suarez *d. lib.* 6. *de vot. cap.* 17. *num.* 14. Videri tamen etiam debent regulæ hac de re tradendæ circa praxim commutationis vltimarum voluntatum *inf. cap.* 7. *quæſt.* 5. *per tot.* Iam verò, cùm de qualitatibus cauſarum commutationis vltimarum voluntatum dixerimus, videamus nunc, quænam in ſpecie ſint huiuſmodi cauſæ; & priùs illud, ad quot, & quæ capita, ſeu genera eæ reduci poſſint, quod proxima concluſ. probauimus.

TERTIA CONCLVSIO. Cauſæ omnes
81. commutationum vltimarum voluntatum † ad tria, vel etiam duo ſumma capita, ſeu genera reuocari poſſunt, nimirum neceſſitatis, & euidentis vtilitatis. Probatur; quia, licèt in materia diſpenſationis legum, (quæ valde affinis eſt noſtræ de commutatione vltimarum voluntatum, in qua fit aliqua diſpenſatio legis naturalis, ac diuinæ, vel ſaltem humanæ, iuxta ea, quæ adduximus *quæſt. praced. concluſ.* 1. & 2.) Gratian. *d.* §. *niſi rigor*, poſito poſt *cap. requiritis*, 1. *quæſt.* 7. enumerare videatur quinque capita, ſeu loca, vnde diſpenſationis cauſa ſumenda eſt, iis verbis; *pro tempore, pro perſona, intuitu pietatis*, vel *neceſſitatis*, ſiue *vtilitatis*, & *pro euentu rei*; quæ per diſcurſum illius quæſt. variis canonibus comprobat. verùm, ſi attentè conſiderentur, (inquit Suarez *tract. de legibus lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 16.) omnia continentur in illis tribus capitibus, neceſſitatis, vtilitatis, & pietatis; quæ ſecundùm alias circumſtantias variantur: nam temporis conditio facit, vt tunc occurrat neceſſitas, vel vtilitas: & idem ſuo modo eſt de conditione perſonæ, & rei euentu, ſub quo continetur quælibet occaſio: & ad hæc etiam reducitur opportunitas loci; nam ex his omnibus conſurgere ſolet neceſſitas, vel vtilitas, vt ex ſe conſtat, & ex decretis *ibi* à Gratiano inductis, necnon ex *cap. fraternitatem, 34. diſt. cap. neceſſe eſt, 29. diſt. & cap. ipſa pietas, 23. quæſt.* 4. ex quibus verbis Suarez ſatis liquet, eum ſenſiſſe, etiam cauſam pietatis ad neceſſitatis, vel vtilitatis cauſam reuocari, quod etiam conſtat ex *cap. & ſi illa*, & Gratian. §. *aliquando*, ſtatim ſeq. eadem 1. *quæſt.* 7. & patebit ex mox dicendis de cauſis alienationis rerum Eccleſiaſticarum; quæ quidem materia † & ipſa maximè pertinere vide- 82.
tur ad eam, de qua agimus, commutationis vltimarum voluntatum, cùm bona Eccleſiaſtica, quæ ex fidelium largitione deſtinata ſunt ad ſuſtentationem Miniſtrorum Eccleſiæ, eiúſve, ac Dei cultum, *cap. nulli liceat, & cap. prædia*, 12. *quæſt.* 2. cum ſimil. per aliepationem ad alium vſum transferantur. Quamuis enim † quatuor cauſæ aſſignentur, 83.
ob quas huiuſmodi bonorum Eccleſiaſticorum alienatio permittitur; nimirum, neceſſitatis, vtilitatis, pietatis, & incommodationis, ſeu minoris vtilitatis; quas enumerat gloſ. *in ſumma* 12. *quæſt.* 2. quam præter Doct. *ibi*, ſequuntur Abb. *in cap. nulli, de rebus Eccleſ. non alien.* Silueſt. *verbo, alienatio*, Bald. *conſ.* 374. Couarr. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 17. *num.* 2. atque etiam partim explicat idem Couarr. *eodem cap.* 17. *& cap. præced. num.* 8. & 9. Rebuff. *in compend. alien. rer. Eccleſ.* maximè *num.* 9. Nauarr. *in ſimil. Commentar.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 75. & 277. Menoch. *de arbitrar. iud. caſ.* 172. *à num.* 12. *ad* 25. Molin. *de contract. diſput.* 465. latiſſimè Redoan. *in tract. de alienationibus rer. Eccleſiar. quæſt.* 19. *cum tribus ſeqq. & quæſt.* 51. *cap.* 22. & de neceſſitate text. eſt *in cap. non habenti, & cap. placuit*, 12. *quæſt.* 2. *cap.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien. in* 6. *& Clement.* 1. *eod. tit.* de vtilitate, *in cap. ſine exceptione, cap. quicunque, & cap. Eccleſiaſticis*, 12. *quæſt.* 2. *cap. ad aures, de reb. Eccleſ. non alien.* necnon *d. cap.* 1. *& d. Clement.* 1. de pietate, vt pro redemptione captiuorum *in cap. Apoſtolicos, cap. & ſacrorum, cap. ſacrorum canonum, cap. ſicut omnino, & cap. aurum*, 12. *quæſt.* 2. pro alimonia pauperum, & conſtructione, vel dilatatione ſepulturæ communis pro fidelibus, *eod. cap. aurum*; fauore libertatis à priuata ſeruitute, *cap. cùm Redemptor*, ac fauore religioſi ſtatus, *cap. ſi Epiſcopus, cum duobus ſeqq. eod. cauſ. & quæſt. cap. tua. & cap. paſtoralis, de his, quæ fi. à Præl. ſin. conſ. Capit.* cum aliis adductis *cap. præced. quæſt.* 11. *concluſ. vlt. in initio.* de incommodatione, vel minori vtilitate, ſeu de commoditate, *in cap. non liceat Papæ, & cap. terrulas*, 12. *quæſt.* 2. Tamen hæ omnes cauſæ ad illas duas reducuntur, neceſſitatis, & euidentis vtilitatis; vt de pietate, quòd ſub vtilitate contineatur, ſatis colligitur ex *d. cap. ſicut omnino*; & de incommoditate ex *d. cap. terrulas*; & poſteriora iura nullam de pietatis, aut commoditatis cauſa quoad alienationem rerum Eccleſiaſticarum mentionem faciunt, ſed ſolius neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis; vt conſtat ex *cap. ad aures, & cap. vt ſuper*, §. *vlt. de rebus Eccleſ. non alien. cap. cum Apoſtolica, de his, quæ fi. à Præl. ſin. conſ. Capit.* necnon ex *d. cap.* 1. *de rebus Eccleſ. non alien. in* 6. *& Clement.* 1. *eodem tit.* Quamuis denique multæ cauſæ enumerari ſoleant,

84. † ex quibus fit voti diſpenſatio, vel commutatio; (quæ pariter materia non longè abeſt à noſtra commutationis vltimarum voluntatum, cùm & ipſum votum ſit quædam vltima voluntas, vt ſup. *cap.* 2. *quæſt.* 2. *poſt medium*, ſatis oſtendimus;) quod patet ex iis, quas recenſent inter alios Suarez *tom.* 2. *de relig. tract. de vot. lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 8. cum aliquot ſeqq. & Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 20. *a num.* 3. *ad fin. & lib.* 4. *ſumm. cap.* 45. *a num.* 26.

85. *vſque ad* 52. atque etiam pleræque ſint † cauſæ diſpenſandi in impedimentis matrimonium dirimentibus, vt videre eſt apud Sanchez *d. lib.* 8. *diſput.* 19. ferè per tot. quæ diſpenſatio cùm verſetur circa ea, quæ partim iure humano, partim etiam diuino, & naturali inducta ſunt, non parum ad commutationem vltimarum voluntatum pertinet, quæ diſpenſationem in huiuſmodi præceptis continet, vt colligere licet ex adductis quæſt. præced. *concl.* 2. Nihilominus tam illæ cauſæ diſpenſationis, vel commutationis votorum, quàm hæ diſpenſationis in impedimentis matrimonium dirimentibus, ſi diligentiùs perpendantur, ad neceſſitatem, vel euidentem vtilitatem facilè poterunt reuocari: quod & meliùs patebit, dum ſingulas ſpecies cauſarum commutationis vltimarum voluntatũ duabus ſeqq. concluſ. recenſebimus ex quatuor memoratis fontibus petitas, cauſis nimirum diſpenſationis in lege humana, alienationis rerum Eccleſiaſticarum, diſpenſationis, vel commutationis votorum, & diſpenſationis in impedimentis matrimonium dirimentibus; quas tamen breuiter perſtringemus, iis dumtaxat ſelectis, quæ generatim commutationi vltimarum voluntatum accommodari poſſe videbuntur: ſi illud hic non omittamus, quod hanc ſufficientiam cauſarum commutationis vltimarum voluntatum, hoc eſt, neceſſitatis, & euidentis vtilitatis, ſpectat; præter Canoniſtas *in cap. nos quidem, & cap. una nobis, de teſtament. & Clem. quia contingit, de relig. dom.* Couarr. *lib.* 3. *variar. reſol. cap.* 6. præſertim *num.* 7. Legiſtas *in l. legatum, ff. de vſu, & vſufr. legat. & l.* 1. *ac l. legatam, ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* id admittunt etiam in ſpecie Lambert. *in tract. de inrepar. lib.* 3. *quæſt.* 6. *princip. artic.* 1. *num.* 6. maximè *in fi.* & Dec. quem ipſe ibi refert *conſ.* 121. *col.* 2. *ad fin.*

QVARTA CONCLVSIO. Neceſſitas per

86. ſe ſola † eſt iuſta cauſa, & ſufficiens commutationis vltimarum voluntatum. ſatis id colligitur ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 6. *de reform.* ibi, in commutationibus vltimarum voluntatum, quæ non niſi ex iuſta, & neceſſaria cauſa fieri debent. Et

87. licèt hæc verba † alicui fortaſſe indicare poſſint, non ſufficere neceſſitatem in cauſa, ſed, & requiri eius iuſtitiam: tamen ad ſummum ex iis concluditur, cauſam hanc neceſſariam non debere eſſe iniuſtam: immo potiùs colligitur, præter neceſſitatem, alias quoque cauſas ſufficere ad vltimarum voluntatum commutationem, prout ea ponderabimus *concluſ. ſeq. circa fin.* Verùm præſens concluſio patebit etiam ex præcipuis eiuſdem cauſæ neceſſariæ membris, quæ ſingillatim percurre-

88. mus Vel enim eſt ea neceſſitas, † quam Sanchez *d. diſput.* 20. *num.* 3. & 7. *ac d. lib.* 4. *ſumm. cap.* 45. *num.* 15. & 26. *& cap.* 50. *num.* 20. *cum ſeq.* vocat cauſam obſtantem executioni, & nos cum eo initio huius quæſt. atque hæc contingere, ac prouenire poteſt vel ratione ipſius rei diſpoſitæ in vltima voluntate, quæ aut nullo modo, aut non niſi cum magna difficultate executioni mitti poſſit; vel ratione ipſius, qui exequi deberet ipſam vltimam voluntatem, vel eſt neceſſitas prouenies ex cauſa extrinſeca pertinente ad bonum commune, vel priuatum eius, qui exequi illam voluntatem deberet: prout ferè hanc cauſam diuidit, ac diſtinguit in voto Sanchez *d. diſput.* 20. *num.* 7. & expreſſiùs *d. cap.* 45. *num.* 26. Et quidem vbi neceſſitas ſit ex parte rei diſpoſitæ, quia nullo modo ea mitti executioni poſſit; ad huius concluſ. confirmationem præter Concil. Trident. in vtroque decreto mox citan. optimus text. eſt *in cap. nos quidem, de teſtament.* vbi habetur, quòd, ſi Monaſterium conſtrui non poſſit in loco, quem teſtator præſcripſit, Epiſcopus cum herede, vel data huius negligentia, ipſe ſolus alio in loco illud ædificari iurabit. Id etiam confirmari tum ex eo poteſt, quòd neceſſitas non habet legem *l. aliquando, ff. de off. proconſ. & leg. cap. quanto, de conſuet. cap.* 2. *in fin. de obſeruat. iciun.* & quod non eſt licitum in lege, facit licitum, vt dicitur *in cap. quod non eſt licitum, extrà de reg. iur.* cum ſimil. tum ex aliis iuribus, quæ etiam in hac ipſa ſpecie commutationis vltimarum voluntatum ex huiuſmodi præciſa neceſſitate ex parte rei diſpoſitæ adduximus quoad Epiſcopi poteſtatem, *cap. præced. quæſt.* 11. *concluſ.* 2. & 3. Vbi autem ſit magna difficultas † in executione eiuſdem 89.
rei diſpoſitæ, ex parte tamen ipſius rei; text. quoque habemus in Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *de reform.* vbi, ſi nequeat ob magnum Miſſarum numerum ſatisfieri ei pro ſingulis diebus à teſtatoribus præſcriptis; vel eleemoſyna pro illis celebrandis adeò tenuis ſit, vt non facilè inueniatur, qui velit huic ſe muneri ſubiicere; ſancta Synodus facultatem dat Epiſcopis in Synodo diœceſana, itémque Abbatibus, & Generalibus Ordinum, vt in ſuis Capitulis generalibus re diligenter perſpecta poſſint pro ſua conſcientia in prædictis Eccleſiis, quas hac prouiſione indigere cognouerint, ſtatuere circa hæc quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Eccleſiarum vtilitatem viderint expedire. & *cap.* 8. *verſ. quòd ſi hoſpitalia*; vbi, ſi in loco, in quo ſunt hoſpitalia ad peregrinorum, aut aliarum perſonarum certum genus ſuſcipiendum inſtituta, ſimiles perſonæ, aut perpaucæ reperiantur, mandat, vt fructus illorum hoſpitalium in alium pium vſum, qui eorum inſtitutioni proximior ſit, ac pro loco, & tempore vtilior, conuertantur; prout Ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum vſu peritiores ſint, per ipſum deligendis magis expedire viſum fuerit: niſi aliter fortè etiam in hunc euentum in eorum inſtitutione fuerit expreſſum; quo caſu, quod ordinatum fuerit, obſeruari curet Epiſcopus; aut ſi non poſſit, ipſe, prout ſuprà, vtiliter prouideat. Et hoc etiam confirmatur tum ex eo, quòd valde difficile habetur pro impoſſibili, *l. Nepos Proculo, ff. de verb. ſignif.* cum aliis ad id adductis *d. concluſ.* 2. *ampliat.* 1. vbi pluribus allatis oſtendimus, poſſe Epiſcopum ob huiuſmodi magnam difficultatem ex parte rei diſpoſitæ in vltima voluntate eam commutare. Tum quòd idem eſt in voto, vt magna difficultas executionis illius ſit iuſta cauſa diſpenſandi in voto, vel illud commutandi; vt tradit poſt alios Suarez *d. lib.* 6. *de vot. tom.* 2. *de relig. cap.* 17. *num.* 11. & Sanchez *d. cap.* 45. *num.* 40. 41. & 44. & *d. diſput.* 20. *num.* 18. Ad hanc cauſam neceſſitatis, ſeu obſtantem executioni ex parte materiæ ſpectat quoque † impoſſibilitas iuris, cùm 90.
id, quod diſpoſitum fuit, eſt illicitum: etenim præbere poteſt cauſam commutationi; vt ex *l. legatum, ff. de vſu, & vſufruct. leg.* vbi diſponitur, quòd, ſi teſtator legatum ciuitati reliquit, vt ex reditibus quotannis in ea ciuitate memoriæ defuncti

Digitized by Google

functi conſeruandæ gratia ſpectaculum celebretur, quod illic celebrari non licet, adhibitis heredibus, & Primoribus ciuitatis diſpiciatur, in quam rem conuerti debeat fideicommiſſum, vt memoria teſtatoris alio, & licito genere conſeruetur; & alis docuimus *cap. 4. quæſt. 3. concluſ. 3. in fin. quæſt. 4. concluſ. 1. ad fin. & quæſt. 5. concluſ. 1. circa med.*

91. Ad eandem neceſſitatis cauſam pertinet, † quoties dubia redditur diſpoſitionis obligatio, vt in voti diſpenſatione latè comprobat Sanchez *d. diſput. 20. num. 11. & d. cap. 45. num. 39.* præcipuè verò, quando dubium fuerit, an eadem materia diſpoſitionis facta ſit mala, inutilis, aut impediens maius bonum; prout in voto pluribus docet Suarez *d. cap. 17. num. 11.* & Sanchez *d. diſput. 20. numer. 8. & d. cap. 45. num. 36.* admonentes, id procedere in dubio; quoniam, cùm res clàra eſt, materiam factam eſſe malam, inutilem, aut maioris boni

92. impeditiuam, tunc † non eſt opus diſpenſatione, aut commutatione: quod vtrumque colligitur in materia commutationis vltimarum voluntatum ex iis, quæ nos adduximus ſup. *cap. 4. quæſt. 3. concluſ. 1. circa medium, & concluſ. 2. ad fin. quæſt. 4. concluſ. 1. fere per tot. & concluſ. 2. ad fin. quæſt. 5. concluſ. 1. paſſim, & concluſ. 2. circa medium*, ac tandem *quæſt. 6. concluſ. 2. circa initium & fin.* ex quibus tamen locis, iuncto eo, quod adduximus *cap. 3. quæſt. 1. in fi. & quæſt. 4. poſt medium*; necnon *eodem cap. 4. quæſt. 5. concluſ. 1. in fi. & quæſt. 6. concluſ. 2. circa medium & ad fin.* ſatis conſtat, vel debere, vel poſſe ſaltem commutari vltimam voluntatem, cùm diſpoſitio, quæ licita erat, vel poſſibilis tempore diſpoſitionis, vel talis exiſtimabatur probabiliter à diſponente, facta deinde, aut cognita eſt illicita, vel inutilis; quoniam ea commutatio fiat ex quadam tacita ipſius diſponentis voluntate, qui omnino aliquid agere, ac diſponere voluit; ſecus verò vbi ſciens, vel ſcire debens, nulliter diſpoſuit.

Ex parte quoque ipſius, qui exequi deberet vltimam voluntatem, magna difficultas in exequendo, quia recepta talis perſonæ res ipſa, ſeu materia diſpoſita valde difficilis ſit ad exequendum,

93. † eſt cauſa ſufficiens commutationis, ſiue ea difficultas extiterit tempore diſpoſitionis, ſiue poſtea ſuperuenerit; prout in diſpenſatione voti tradunt Suarez *d. lib. 6. de vot. cap. 17. num. 9. & 11.* Sanchez *d. lib. 18. de matrimon. diſput. 20. num. 17. 18. & 22. & d. lib. 4. ſumm. cap. 45. numer. 40. 41. & 44.* quoniam res morales magis ſunt in indiuiduo, conſideranda attentis particularibus circumſtantiis, (atque adeò etiam perſonarum,) quàm in vniuerſali ex ſola rerum conditione. Item ratione

94. † imperfecti modi diſponendi, vtputa quando diſpoſitio non proceſſit ex perfecta, & prudenti deliberatione, ſed vel ex iracundiæ calore, aut alia ſubita paſſione, non tollente tamen deliberationem neceſſariam ad obligationem contrahendam, profecta eſt: atque huc ſpectant quoque vota puerorum etiá iam pubertum, quando diſcretio non multùm ſupplet ætatem; prout in commutatione voti eſt optim. text. *cap. 2. de vot.* ibi, *nos autem* ipſum à voto, quod in tenera ætate, facilitate potius, quàm ex arbitrio diſcretionis promiſit, abſoluimus; ita tamen, quòd votum eleemoſynis redimat; ac pluribus relatis docet Suarez *d. cap. 17. num. 8.* Sayr. *in clauſ. Reg. lib. 6. cap. 12. numer. 30.* & Sanchez *d. diſput. 20. numer. 12. & 13.* quod etiam repetit, ac magis declarat *d. cap. 45. numer. 27.* iunctis *tribus num. ſeqq.* vel quando proceſſit †

95. ex metu ob imminens naufragium, aut alia ex cauſa non incuſſa ad extorquendam promiſſionem, ſeu diſpoſitionem, quæ tamen maturam deliberationem excludat; vt in voto tenet Suarez *d. num. 8.* & probat poſt alios Sanchez *d. diſput. 20. num. 14. & d. cap. 45. num. 31.* quòd ſi metus eſſet inuſſus per iniuriam ad extorquendam diſpoſitionem, nec eſſet talis, qui illam irritaret, præberet iuſtam commutandi cauſam, licèt non minueret plenam deliberationem; vt in diſpenſatione voti probat Sanchez *d. diſput. 20. numer. 15. & d. cap. 45. num. 32.* quando verò metus talis ſit, vt irritet diſpoſitionem etiam iuratam, quamuis non cadat in conſtantem virum, vel talis ſaltem, vt præbeat iuſtam cauſam reſtitutionis in integrum, præter text. ac Doctor. *toto tit. de his, quæ vi metúſve cau. ſi.* necnon *ff. & C. quod met. cau.* conſulendus idem Sanchez *de matrim. lib. 1. diſput. 32. & lib. 4. fere per tot.* præcipuè verò *d. diſput. 1. ad 21. & lib. 3. ſumm. cap. 12. a num. 13. vſque ad 37.* Menoch. *de arbitrar. iudic. caſ. 135. cum ſeq.* & Sfort. Odd. *in tract. de reſtit. in integr. quæſt. 7. art. 9.* idem dicendum de diſpoſitione dolo extorta, eam tamen non irritante, cùm etiam ab huiuſmodi dolo, quo votum emiſſum eſt, præberi iuſtam cauſam in eo diſpenſandi, tradiderit Sanchez *d. cap. 45. num. 32.* poſt Sayr. *d. numer. 30.* quando autem dolus irritet, vel non irritet contractum, aliámve diſpoſitionem etiam iuratam, videndi ſunt cùm opus fuerit, text & Doct. *ff. & C. de dol. mal.* Molin. *tract. de contract. diſput. 259. numer. 5. & diſput. 352. per tot.* Sfort. Odd. *tract. de reſtit. in integ. quæſt. 12. artic. 1. & 2. & quæſt. 83. per tot.* Sanchez *d. lib. 1. de matrimon. diſput. 64. cum ſeq. & d. cap. 12. à num. 38. ad fin.* Idipſum quoque ſtatuendum eſt, † 96.
cùm in diſpoſitione fuit error circa cauſam impulſiuam, aut ea cauſa ceſſauit: ex vtroque enim caſu conſurgit iuſta cauſa diſpenſandi in voto cum aliqua commutatione, vt ex text. *in cap. magna, & ibi* gloſ. *verbo, vt veniret*, Abb. *numer. 14. de vot.* docet Sanchez *d. diſput. 20. num. 16. & d. cap. 45. num. 34.*

Ex parte denique cauſæ extrinſecæ pertinentis ad bonum commune, vel priuatum diſponentis, ſeu eius, qui exequi deberet ipſam diſpoſitionem, & vltimam voluntatem; neceſſitas huiuſmodi † 97.
continens bonum commune eſt ſufficiens cauſa ad commutandam vltimam voluntatem: quod ſuaderi poteſt tum ex eo, quod de hac neceſſitate quoad diſpenſandum in voto idipſum tradidit Suarez *d. cap. 17. num. 13.* dicens, hanc eſſe certam, & communem regulam, ſumíque ex *cap. non eſt, cap. magna, cap. ex multa*, cum ſimil. *de vot.* ac poſt alios Sanchez *ead. diſput. 20. num. 14. & d. cap. 45. num. 49.* Tum quòd eiuſmodi neceſſitas ſufficit ad derogandum ſacris Canonibus, & eorum rigorem temperandum, *cap. neceſſaria, cap. quoniam, cap. quoties, & cap. eſti illa*, ibique Gratian. §. *aliquando*, 1. *quæſt. 7.* atque ad hoc eſt caſus in Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 11. in fin. ac 14. circa initium*; & quoad ea, quæ ſunt de iure diuino, & naturali, à ſummo tamen Pontifice diſpenſabilia, caſus eſt in eodem Concil. *ſeſſ. 23. cap. 1. circa initium, de reform.* vbi dicitur, Chriſtianam charitatem, vrgentem neceſſitatem, debitam obedientiam, ac euidentem Eccleſiæ, vel Reipub. vtilitatem poſtulare, vt Epiſcopi à ſuis Eccleſiis nonnunquam abſint: cùm tamen reſidentia Epiſcoporum in propriis Eccleſiis ſit de iure diuino, & naturali, vt ex eodem Concil. *d. cap. 1.* in primis verbis, & ex aliis latè probauimus ſup. *cap. 4. quæſt. 4. concluſ. 1. ad fin.* Tum deniqae quoniam in ſpecie hanc neceſſita-

tem

tem ſat eſſe ad derogandum vltimis voluntatibus, eáſque commutandas, aperte inter alios ſentit Couar. *in cap. tua nobis, num. 7. in fin. de teſtament.* vbi habet hæc verba; nec tamen inficior, decreto, & auctoritate Epiſcopi poſſe pecuniam à teſtatore in certum vſum pium non ita neceſſarium deſtinatam expendi in alium itidem pium vſum magis Reip. Chriſtianæ, ac Religioni neceſſarium; cui neceſſitati aliunde ſubueniri nequeat abſque maxima difficultate, per text. *in l. penult. ff. de oper. publ.* quem, inquit, ad hoc ipſum eleganter induxiſſe Ioann. ab Imol. *in l. 1. col. 3. ff. de condit. inſt.* ſubdens, hoc pacto poſſe intelligi plura, quæ congeſſit Bertach. *in tract. de Epiſcop. 4. part. lib. 4. numer. 52. & ſeq.* ac plerique alij eandem tractantes controuerſiam. Adderet autem quis fortaſſe tanquam
98. huic ſimilem † text. *in l. decuriones, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* verùm cùm aduerſari potiùs videatur *d. l. penult.* iuxta eam limitandus, & intelligendus eſt; prout gloſ. & Doct. vtrobique adnotarunt. optimè verò ad id facit Concil. Trident. *ſeſſ. 21. cap. 4. de reform.* vbi Epiſcopis etiam vti Apo-
99. ſtolicæ Sedis delegatis datur facultas, † vt iuxta formam *cap. ad audientiam, il 1. de Eccleſ. ædif.* poſſint nouas Parochias conſtituere, etiam inuitis illius Rectoribus, ex fructibus matricis, vbi ob locorum diſtantiam, vel difficultatem parochiani ad eam nequeunt accedere. & *cap. 7.* duo etiam alij caſus habentur publicæ neceſſitatis ſufficientis ad vltimas voluntates commutandas, quos retulimus *cap. 3. quæſt. 3. concluſ. 2.* Addere præterea poſſumus text. *in l. vnic. C. de expenſ. lud. lib. 11.* vbi approbatur pecuniæ deſtinatæ, ac cœptæ expendi ad ludos edendos commutatio, & conuerſio à Præſide prouinciæ ad tempus facta in murorum ciuitatis refectionem; ita, vt muris inſtauratis iterum in ludorum editione ea pecunia impendatur. Cuius text. deciſio iure optimo transferri poteſt ad Legatos Sedis Apoſtolicæ etiam Natos, vel Miſſos, qui Præſidibus prouinciæ, ſicut Legati de latere Proconſulibus prouinciarum comparantur, *cap. 2. de legat. in 6.* Itémque addere quis poſſet text. *in l. legatam, ad fin. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* vbi ſi municipio relinquatur pecunia in aliquod opus minùs vtile, vt, venationem, vel ſpectacula; pecuniam in id, quod maximè neceſſarium municipio videatur, conferri permittitur. Sed hic text. potiùs
100. ad neceſſitatem † priuatam pertinet, quam ſufficientem cauſam eſſe commutationis vltimarum voluntatum ſaltem reſpectu Principis manifeſtè ſenſit idem Couarr. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 6. numer. 7. verſ. ſic Iuriſconſultus.* quod & facilè ſuaderi poteſt tum ex eo, quod de huius cauſæ ſufficientia ad diſpenſandum in voto, ex text. *in cap. 1. & 2. de vot.* atque ex vſu, necnon Sot. *lib. 1. de inſt. & iur. quæſt. 7. artic. 3. & lib. 7. quæſt. 4. artic. 3.* ac Nauarr. *in Man. Conſ. cap. 12. num. 77.* tradit Suarez *d. cap. 17. num. 13.* quibus Sanchez *d. cap. 45. num. 50.* addit Lopez *1. part. inſtruct. conſc. cap. 49. col. 2. verſ. leuitas*, Graff. *1. part. deciſ. aur. lib. 2. cap. 31. num. 35.* & Sayr. *d. cap. 12. numer. 30.* vterque verò ea etiam ratione mouetur, quia ſubuenire neceſſitati alicuius domus, vel familiæ eſt opus pietatis, quod interdum præfertur operi religionis, *cap. Apoſtolicos, cum trib. ſeqq. & cap. aurum, 12. quæſt. 2.* vbi etiam habetur, quòd cauſa pietatis bona Eccleſiæ, licèt ſacra, alienantur; cuius quoque pietatis intuitu receditur à iuris poſitiui diſpoſitione, *cap. ſi qui, il 2. & cap. tanta*, ſtatim præced. vbi eſt caſus priuatæ neceſſitatis, *1. quæſt. 7.* Tum quòd ob huiuſmodi neceſſitatem particularis Eccleſiæ bona eiuſdem Eccleſiæ alienari poſſunt, *cap. non habenti, & cap. placuit, 12. quæſt. 2. cap. 1. de rebus Eccleſ. non alienand. in 6. & Clem. 1. eodem tit.* cum ſimil.

QVINTA, & poſtrema CONCLVSIO. Euidens vtilitas publica, & aliquando etiam priuata 101.
eſt cauſa ſufficiens commutationis vltimarum voluntatum. Prior pars concluſ. probatur primò, quia 102.
vtilitas euidens †, æquiparatur neceſſitati, vt latius 170.
colligitur *ex d. cap. 1.* necnon *cap. cum nobis, & cap. in cauſis, de elect. Clement. 1.* & *ibi* gloſ. recepta *verbo, neceſſitas*, id adnotauit, *de rebus Eccleſ. non alienand.* per text. *in cap. quæris, de at. & qual. cap. expoſuiſti, de prabend. & cap. tali, 1. quæſt. 7.* quibus adde *cap. etſi illa, eod. cauſ. & quæſt.* necnon *cap. non minus, & cap. aduerſus, de immun. Eccleſ.* cum aliis adductis per Lambertin. *tract. de iurepatr. lib. 3. quæſt. 6. princip. artic. 1. num. 6.* quem quoad hoc non niſi poſt hæc ſcripta vidi; & Concil. Tridenti. 20
ſeſſ. 25. cap. 1. 11. & 14. de reform. idémque poſt Innocent. *in cap. cùm omnes, de cenſibus.* docet Abb. *in cap. vt ſuper, num. 15. de rebus Eccleſ. non alienand. & cap. fin. num. 3. de Eccleſ. ædif.* in præced. autem concluſ. oſtendimus, publicam neceſſitatem eſſe cauſam ſufficientem commutationis vltimarum voluntatum: quare ſufficiens ad id erit quoque euidens vtilitas. Secundò, quia huiuſmodi vtilitatem ad commune bonum directè pertinentem cauſam ſufficientem fore in diſpenſationibus votorum, poſt alios tradit Franc. Suarez *d. cap. 17. numer. 13.* & Sanchez *d. cap. 45. num. 49.* & in diſpenſationibus legum, poſt S. Thom. *1. 2. quæſt. 97. artic. 4.* docet Suarez *d. num. 13. in fi.* conſtatque ex *d. cap. tali, & cap. etſi illa, 1. quæſt. 7.* & Concil. Trident. *loc. cit.* præſertim verò *d. cap. 1.* vbi loquitur de reſidentia Epiſcoporum, quæ eſt de iure naturali, & diuino, vt patet *ex d. cap. 1. in initio*, & latiùs oſtendimus *cap. 4. quæſt. 4. concluſ. 1. ad fin.* ſicut etiam
Papa ex publica vtilitate † poteſt diſpenſare in ma- 103.
trimonio rato, vt tenent communiter Iuriſperiti cum gloſ. *in cap. ex publico, de conuerſ. coniug.* ac plerique etiam Theologi tradunt, quos refert, ac ſequitur Sanchez *lib. 2. de matrim. diſput. 14. num. 2.* quod tamen eſt iuris diuini, & naturalis, vt probauimus *d. quæſt. 4. concluſ. 2. circa med.* & in voto ſolemni Religionis ex eadem cauſa diſpenſare poteſt ad effectum contrahendi matrimonium, vt penè innumeri Doctor. tenent relati, ac probati ab eodem Sanchez *d. tract. de matrimon. lib. 8. num. 7. & ſeqq.* cùm tamen votum hoc ſolemne iure diuino, & naturali matrimonium dirimat, ex probabiliori, ac veriori ſententia, quam latè tuetur idem Sanchez *eod. tract. lib. 7. diſput. 26. numer. 4.* quod multo magis procedit in impedimentis, quæ matrimonium ſolo iure humano dirimunt, cuiuſmodi eſt affinitas, & conſanguinitas in ſecundo, & vlteriori gradu vſque ad quartum, iuxta *cap. non debet, de conſanguin. & affinit.* in his enim diſpenſari poteſt ex cauſa publicæ vtilitatis, vtputa ratione ſcandali vitandi, quod quidem vitare publicè intereſt, vt poſt alios latè probat Sanchez *d. lib. 8. de matrimon. diſput. 19. num. 9.* Tertiò, quia publica vtilitas † eſt ſufficiens cauſa ad hoc, vt Prin- 104.
ceps dominium alicui tam de iure ciuili, quàm de iure gentium quæſitum tollere, vt ex *l. Lucius, ff. de euict. l. item ſi verberatum, §. 1. ff. de rei vendic. & l. quod ſemel, ff. de decret. ab ord. faciend.* ac plerique Doct. tradit Gabr. *commun. concl. lib. 3. tit. de iur. quæſ. non tollend. concluſ. 2. num. 1.* quod multipliciter ampliat pluribus relatis vſque ad *num. 18.* Tandem, quia in ſpecie huiuſmodi publicam vti-

litatem

litatem ſufficere ad commutationem vltimæ voluntatis, inter cæteros tradit Couar. *d. lib. 3. variar. reſolut. cap. 6. num. 6. in princip. num. 7. verſ. ſextò, hanc ſententiam, & verſ. vltima ratio, ac num. 9. verſ. quarò hinc quæritur*; necnon Lambertin. *d. artic. 1. num. 6. ad fin.* vbi poſt Dec. *conſ.* 121. quod incipit, *in cauſa Venerabilis, col. 2. in fi.* tradit, inſtante neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ voluntatem teſtatoris non attendi, nec in illa mutanda conſenſum patroni requiri. Idipſum etiam, ni fallor, ſatis aperte colligitur ex Concil. Trident. tum *ſeſſ. 25. cap. 18. verſ. & quia ad Collegij fabricam, de reform.* dum ibi mandat Epiſcopis, vt pro ſeminario Clericorum inſtituendo portionem aliquam detrahant ex reditibus omnibus quorumcumque beneficiorum, & hoſpitalium, ac fabricæ Eccleſiarum ac prouentibus aliorum Collegiorum, in quibus tamen ſeminaria diſcentium, vel docentium ad commune Eccleſiæ bonum actu non habentur; & horum quoque quoad reditus ſuperfluos, & Confraternitatum omniúmque Monaſteriorum, non tamen Mendicantium; & eam portionem ſic detractam, necnon beneficia aliquot ſimplicia, vel etiam præſtimonia huic Collegio applicent: tum *ſeſſ. 25. cap. 4.* iis præcipuè verbis; poſſint pro ſua conſcientia in prædictis Eccleſiis ſtatuere circa hæc, quicquid magis ad Dei honorem, & cultum atque Eccleſiarum vtilitatem viderint expedire; & *cap. 8.* illis verbis; Mandat, vt fructus illorum in alium pium vſum, qui eorum inſtitutioni proximior ſit, ac pro loco, & tempore vtilior, conuertantur, prout Ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum vſu peritiores ſint, per ipſum deligendis, magis expedire viſum fuerit.

105. Poſterior pars † concluſionis probatur tum ex eo, quod ſup. initio concluſ. 2. oſtendimus, cauſam commutationis vltimarum voluntatum non neceſſariò debere continere commune bonum directè, ſed ſat eſſe, quòd illud priuatum redundet in publicum, & commune. Tum ex eo, quod circa initium huius concluſ. demonſtrauimus, euidentem vtilitatem in iure neceſſitati æquiparari: iuncto eo, quod præced. concluſ. circa medium docuimus, priuatam neceſſitatem ſufficere aliquando ſaltem poſſe ad vltimam voluntatem commutandam. Tum etiam quòd priuata vtilitas aliquo modo in publicam redundans ſufficit ad diſpenſandum in lege humana, vt ſatis conſtat ex *cap. tanta, 86. diſt. & 1. quæſt. 7.* necnon *cap. ſi qui, il 2. cap. didici, & cap. diſpenſationes, caa. cauſ. & quæſt.* cum

106. aliis *d. concl. 2.* ad id adductis: & in † impedimentis matrimonium iure humano dirimentibus liquet ex latè traditis per Sanchez *d. lib. 8. de matrimon. diſput. 19. num. 8. & 12.* cum multis ſeqq. & in diſpenſatione votorum, ex allegatis per Suarez *d. lib. 6. de vot. cap. 17. num. 10. ac 15.* & Sanchez *eodem lib. 8. de matrimon. diſput. 20. a numer. 17. ad 26. & lib. 4. ſumm. cap. 45. num. 38. & 40. vſque ad 48.* vbi idem docent de commutatione in minus; multo verò magis id verum eſt in commutatione votorum in æquale; ad quam paruam, & leuem cauſam ſufficere, tradunt Suarez *d. lib. 6. cap. 18. num. 9. & 10.* necnon *cap. 19. num. 10. & 14.* & Sanchez *d. diſput. 20. num. 9. & 30. & d. lib. 4. ſumm. cap. 50. num. 12. & duobus ſeqq.* Tum denique, quoniam diſpoſitio, & vltima voluntas, de cuius commutatione agitur, nonnunquam fit ad fauorem perſonæ priuatæ, & eius, qui fauori ſuo poteſt renuntiare; tunc autem poteſt is vel commutare huiuſmodi voluntatem, vel commutationi ſaltem ad ſuam vtilitatem conſentire, vt ſatis oſtendimus *cap. præced. quæſt. 1. concluſ. 7.* in id quoque allegantes ferè in his terminis tres text. ex ciuili iure; primum *in l. cùm hi, §. cum tranſactionem, iuncto §. ſi qui, ff. de tranſact.* vbi Vlpianus Iuriſconſultus reſpondit, tranſactionem ſuper alimentis legatis, qua commutatur eorum genus, modus, tempus, locus, vel perſona expreſſa, (quæ ſingula *eodem cap. quæſt. 3. concluſ. 2.* latiùs explicauimus,) valere, ſi per eam conditio alimentarij fiat manifeſtè melior. Secundum *in l. legatum, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* vbi habetur, quòd, ſi ſumma, vel ſummæ pecuniæ legatæ ob interuentum Falcidiæ non ſufficiant ad opus, vel opera municipio relicta, in aliud opus eidem vtile expendi permittitur. Tertium *in §. ſi autem heres*, aliàs *§. ſi autem legatum, verſ. ſi verò loca, in auth. de Eccl. tit. coll. 9.* vbi, ſi loca, vel perſonæ, ex quibus ſolui præceptum eſt annuum legatum pio loco, longiùs diſtent, poterit is cum conſenſu perſonæ obligatæ huiuſmodi legatum mutare, aut vendere pro pretio quod æquet reditus vigintiquinque annorum, & in vtilitatem eiuſdem Venerabilis domus, vbi relictum eſt, proficiat. quibus pariter ex iure ciuili alium text. addere poſſumus, qui ad hanc poſteriorem præſentis concluſ. partem, meo iudicio, facit; nimirum *in l. ex pollicitatione*, iuncta *l. ſi quis ſui, §. ſed ſi quis, ff. de pollicit.* vbi dicitur, quòd, ſi quis ſe facturum promiſerit opus in aliqua ciuitate, & cœperit, ſed perficere non potuerit, quia non ſit ſoluendo, ſatisfaciet dando quintam partem ſui patrimonij; idémque conceditur eius heredi extraneo dando quintam partem patrimonij defuncti; ſi verò heres ſit de liberis, ſatisfaciet dando decimam partem eiuſdem patrimonij. His quoque accedit Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 4. & 8. de reform.* quæ pro priori parte huius concluſ. adduximus, † intelligendo verbum illud, *Eccleſiarum*, quod habetur *d. cap. 4.* de particularibus Eccleſiis, quibus ea relicta facta ſunt. & verbum illud, *loco*, cuius fit mentio *d. cap. 8.* de hoſpitalibus ipſis ad certum genus perſonarum ſuſcipiendum inſtitutis: illa enim vtilitas huiuſmodi Eccleſiarum, ac locorum, quæ ſpectatur in commutatione vltimarum voluntatum, ac diſpoſitionum eis factarum, priuata dicetur, non autem communis, & publica, ſaltem habito reſpectu ad totam illam ciuitatem, vel oppidum, vbi dicta Eccleſia, vel hoſpitalis domus poſita eſt; multo verò magis reſpectu totius prouinciæ, vel dominij, cuius comparatione ipſius etiam municipij, ac ciuitatis vtilitas, de qua *in d. l. legatum, l. ex pollicitatione, & l. ſi quis ſui*, priuata dicetur, cùm vnum corpus, & vnam perſonam repræſentet, Fel. *cap. eam te, num. 14. verſ. ſecunda declaratio, & numer. 15. verſ. tertia declaratio, & verſ. quarta declaratio, de reſcript.* poſt Imol. *in l. mortuo, in fi. ff. de fideiuſſ.* Innocent. *in cap. grauem, de ſentent. excomm.* Butr. *cap. graue, de prebend.* Bald. poſt Dyn. per illum text. *in l. metum, in 2. §. animaduertendum, ff. quod met. cauſ.* Rom. *l. 2. in princip. col. 4. ff. de verb. obligat.* Doctor. communiter *in cap. Romana, §. in univerſitatem, eod. tit. in 6. & in rubric. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* bonus text. *d. l. mortuo, ff. de fideiuſſ. & l. 1.* iuncta *l. 2. ff. ad Macedon.* & cum hac ratione vtilitas Eccleſiæ, cuius bona alienantur, ſit ſufficiens cauſa huiuſmodi alienationis, *cap. ſine exceptione, 12. quæſt. 2. cap. ad aures, de reb. Eccleſ. non alienand. & cap. 1. eodem tit. in 6.* cum ſimil. quæ eſt quædam commutatio vltimæ voluntatis, vt ſuprà *concluſ. 3. circa medium*, deduximus: inde non mediocriter confirmatur hæc poſterior concl. pars,

107. quæ

qua asserimus, priuatam vtilitatem aliquando fore sufficientem causam commutationis vltimarum voluntatum. quæ etiam satis confirmari potest ex *l. 3. §. si plus, quàm iussus, ff. de statulib. l. cum testamento, ff. de verbor. signific.* & melius ex *l. si quis mihi bona, §. sed si mandauit, ff. de acquir. vel omitt. hered.* vbi iussus adire ex parte, vel ex testamento, potest adire ex asse, & ab intestato; quoniam, inquit ibi I.C. non fecit deteriorem conditionem patris. Necnon ex eo, quod docet Peregrin. *tract. de fideicommiss. artic. 52. num. 128.* posse Principem supremum † ex causa priuati commodi aliquando 108.
rem vni auferre, & dare alteri, pretio, seu æstimatione possessori retributa; per text. *in l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. funer.* & in bonis maioratus, qui species est quædam fideicommissi, post alios tradunt Molin. *sen. lib. 4. de Hispan. primogen. cap. 4.* ferè per tot. & Molin. *iun. de iust. & iur. tract. 2. disput. 648. numer. 4.* vbi id declarant. Quibus stantibus, huic assertioni non oberit, quod tradit Couarr. *d. lib. 3. variar. resol. cap. 6. num. 7.*
109. *vers. sexto*, hanc sententiam, † quòd, si etiam Princeps testamenti priuati leges, & clausulas mutare velit, non poterit id alioqui agere, quàm si id fiat causa publicæ, non priuatæ vtilitatis, secundùm Dec. *conf. 357. num. 5. conf. 403. num. 14. conf. 519. num. 5. & conf. 557. num. item 5.* ex Bart. *in procem. Digest. & in l. vlt. col. 1. C. si contra ius, vel vtil. publ.* Abb. & alios *in cap. qua in Ecclesiarum, de constit.* id enim accipiendum erit, cùm huiusmodi mutatio fit contra ius, vel vtilitatem publicam; aut cùm ea priuata vtilitas nullo modo redundat in bonum publicum; iuxta ea, quæ adduximus sup. *conclus. 2. circa initium*; præcipuè ex traditis per Suarez *tract. de legib. lib. 6. cap. 18. num. 18.* & Sanchez *d. lib. 8. de matrimon. disput. 19 num. 1. & lib. 4. summ. cap. 45. num. 13.*

Non obstat quoque eidem assertioni Conc. Trident. *sess. 22. cap. 6. de refor.* dum expressis verbis habet, commutationes vltimarum voluntatum nonnisi ex iusta, & necessaria causa fieri debere; quasi velit, vtrumque copulatiuè requiri ad causam huiusmodi commutationum, quòd nimirum simul sit necessaria, & iusta: nam si hæc expositio illorum verborum vera esset, sequeretur, neque etiam publicam vtilitatem fore sufficientem causam eiusmodi commutationum, cuius tamen contrarium in priori parte huius conclus. docuimus, & communis praxis docet. Vel igitur illa expositio adhibenda prædictis verbis est, quam initio præced. conclus. indicauimus, vt cùm fit commutatio ex causa necessaria, illa necessitas iusta, hoc est, non iniusta esse debeat: vel potiùs illa, vt causa commutationis non solùm possit esse necessaria,
110. sed, & quæuis alia iusta, † hoc est, probabilis, seu rationabilis; sicut iustus titulus, & iustam causam præscribendi tribuens dicitur is, qui licèt non sit validus, probabilis tamen, & aliqualis est, seu aliqua rationabili causa nititur, *in cap. si diligenti, de præscript. & cap. 1. eodem tit. in 6.* cum vtrobique not. per glos. & Doctor. quòd autem probabilis, ac rationabilis causa sit priuata vtilitas quæ aliquo modo in publicam redundat, satis constat ex prædictis. Confirmatur autem hæc expositio, seu intellectus illorum verborum, quoniam cùm copula, &, regulariter ponatur inter diuersa, *cap. querelam, de simon.* & glos. ac Doctor. ibi atque alibi sæpe. dum ibi collocatur inter causam iustam, ac necessariam, apposita censebitur gratia multiplicandi, ac numerandi diuersas causas huiusmodi commutationum, atque adeò, vt causa necessariæ vtilis quoque adúceretur. Iam igitur finis sit huic 2. quæstioni, & ad seq. transeamus; si duo non prætermiserimus ad ea omnia quæ hucusque de causis commutationis vltimarum voluntatum diximus maximè pertinentia. Alterum est, quòd † 111.
in dubio cauta causa censebitur quoad impetrantem commutationem, si ea verè exponatur habenti facultatem commutandi, & ab eo approbetur; prout de dispensatione post S. Thom. 2. 2. *quæst. 88. artic. 12. ad 2.* S. Anton. 2. *part. tit. 11. cap. 2. §. 9. num. 3.* & alios tradit Sanchez *lib. 4. sua summ. cap. 44. numer. 6.* & quoad ipsum superiorem, quòd in dubio, an causa sit sufficiens, possit commutare, suadetur ex eo, quod pariter in dispensatione post alios satis probat idem Sanchez *d. lib. 4. cap. 45. num. 10.* At verò, si detegatur deinde, veritatem necessariò exprimendam tacitam fuisse, aut falsò aliquid expressum, quod causam finalem inducat, cùm priùs de hoc impetrans dubitaret †, corruet 112.
gratia, & concessio; vt in dispensatione docet Sanchez *d. cap. 44. num. 10.* Quando autem præsumatur causa finalis, vel impulsiua, dicemus *quæst. seq. conclus. 3. ad fin.* Alterum est, quòd vbi aliqua causa per se sola ad commutationem eiusmodi non sufficiat, † cum aliqua alia, aut aliis coniuncta fortè 113.
sufficiet; nam quæ non prosunt singula, iuncta iuuant; quæ regula probatur ex *l. rationes, l. instrumenta, l. non epistolis, & l. non nudis, C. de probat.* & allegatur à glos. *l. 2. verbo, legitimis, ff. de excus. tutor.* & in materia dispensationis in impedimentis matrimonium dirimentibus à Sanchez *d. disput. 19. num. 34.* post Galleg. *de cognat. spirit. cap. 22. num. 18.* ac dispensationis in lege à Suarez *d. tract. de legib. lib. 6. cap. 18. num. 16. in fi.* sicut etiam sæpe probationes imperfectæ iunguntur ad vnam perfectam constituendam, & complendam; vt pluribus relatis tradit Anton. Gabr. *commun. conclus. lib. 1. tit. de probat. conclus. 1. num. 1.* atque hac in re certa regula est in assignanda causa sufficienti commutationis vltimarum voluntatum standum esse prudentis arbitrio, vt sup. hac ipsa quæst. *concl. 2. in fi.* satis demonstrauimus.

SVMMÆ RERVM.

114. *Scriptura non est necessaria ad substantiam, & valorem gratiæ.*

115. *Gratia non expirat mortuo Pontifice ante expeditionem litterarum; idque licèt annexam habeat iurisdictionem.*

116. *Gratia vti quis potest in foro conscientiæ ante expeditionem litterarum.*

117. *Gratia etiam de re faciendæ, & non solùm præteritæ, ad sui valorem non requirit scripturam.*

118. *Gratia quomodo dicatur informis ante litterarum expeditionem; & ibi intellectus reg. 51. Cancell.*

119. *Litteræ concedentes iurisdictionem expediri debent ante initium iudicij, alias hoc non valet.*

120. *Rescripta alia sunt gratiæ, alia iustitiæ, & an detur rescriptum mixtum; num. 121.*

122. *Intellectus Concil. Trid. sess. 14. cap. 7. de reform. quoad dispensationem homicida casualis, vel vim vi repellendo.*

123. *Impetrans commissionem super commutatione vltimæ voluntatis non potest ea vti etiam in foro conscientiæ, donec commissarius ad*

exa

exactionem commutationis deuenerit, & tamen commiſſio tribuit ius ad rem. numer. 124.

125. *Commutatio vltimæ voluntatis tunc ex iuſtitia debita eſt, cùm ius eam commutationem fieri præcipit: aut cùm eadem eſt neceſſaria ad vitandum ſcandalum, vel periculum; aut ad bonum ſpirituale poſtulantis: & quando debita ex charitate tantùm, vel ſolùm iuſta ſit.*

126. *Commutatio vltimarum voluntatum eſt gratia, & tam ipſa, quam eius commiſſio eſt gratia reſcriptum.*

127. *Reſcripta plerumque ſurreptitia, vel obreptitia ſunt; & quomodo hæc inter ſe differant.*

128. *Obreptio, & ſubreptio ſecundùm aliquorum ſententiam idem important; quæ probari videtur nonnullis iuribus, quibus ſatisfit. Contrarium communius & verius, num. 129.*

130. *Obreptitia, & ſurreptitia littera, ſeu reſcripta vnde dicantur.*

131. *Diſſio,* vel *ponitur inter diuerſa.*

132. *Obreptio, & ſurreptio æquè vitiant reſcripta ſi ſe iure, vel ope exceptionis.*

133. *Reſcripta gratiæ etiam per ſolam ſurreptionem, ſeu veri taciturnitatem ipſo iure vitiantur; reſcripta verò iuſtitiæ etiam obreptio, ſeu falſi expreſſio non vitiat, niſi ope exceptionis.*

134. *Reſcripta gratiæ ab Ordinario obtenta an vitientur ipſo iure per ſurreptionem.*

135. *Reſcriptum continens gratiam, & iuſtitiam, an per ſurreptionem vitietur ipſo iure, vel ope exceptionis.*

136. *Cauſa in reſcriptis tacita, vel falsò expreſſa alia finalis, alia impulſiua; & quænam vtraque ſit maximè quoad inducendam ſurreptionem in reſcriptis, præſertim gratiæ, ac priuilegiis. & quid in reſcriptis iuſtitiæ, num. 137.*

138. *Intellectus cap. ſuper litteris, de reſcript.*

139. *Taciturnitas qualitatis de iure exprimendæ in commutatione vltimarum voluntatum reddit eam nullam, licèt ſuperior eadem facilitate illam conceſſiſſet. & quid, ſi per ignorantiam iuris, vel facti taceatur; numer. 140.*

141. *Intellectus Conc. Tridentin. ſeſſ. 22. cap. 6. de reform.*

142. *Taciturnitas qualitatis exprimendæ ex ſtylo Curiæ Romanæ in impetranda commutatione vltimæ voluntatis, illam ſurreptitiam, & nullam reddit, licèt alioqui ita facilè concederetur. & quid ſi neque de iure, neque ex ſtylo Curiæ conſtet qualitatem aliquam eſſe exprimendam, quænam qualitas exprimi debeat; num. 143. & 147.*

144. *Taciturnitas cauſæ finalis, quæ ſolùm in futurum contingere poteſt, non vitiat gratiam. idem in notoria, & veriſimiliter nota concedenti; numer. 145. & vbi qualitas illa de iure inſit; num. 146.*

147. *Taciturnitas cauſæ impulſiuæ, ſeu qualitatis, ſine qua ſolùm difficilius commutatio vltimæ voluntatis concederetur, non reddit eam ſurreptitiam, & nullam.*

148. *Taciturnitas qualitatum extrinſecarum, quæ cognitio etiam omnino auerterent ſuperiorem a conceſſione gratiæ, eam nullam non reddit.*

149. *Gratia ſurreptitia non eſt, licèt taceatur qualitas aliqua, ſi ea per teſtes probetur cognita à Principe; & numer. ſeq.*

150. *Gratia non probatur per teſtes, ſed requirit ſcripturam: per teſtes tamen probatur qualitas gratiæ, vtputa certa ſcientia concedentis.*

151. *Qualitates inducentes cauſam finalem, vel impulſiuam quomodo dignoſci poſſint.*

152. *Cauſa expreſſa in dubio præſumitur potius impulſiua, quàm finalis.*

153. *Falſi expreſſio tunc ſolùm vitiat commutationem vltimæ voluntatis, quando fuit cauſa finalis conceſſionis; ſecus ſi fuit tantùm cauſa impulſiua.*

154. *Donatio tunc ſolùm eſt irrita, cùm procedit à falſa cauſa finali, non autem impulſiua.*

155. *Inſtitutio vitiatur ex errore in cauſa finali, non impulſiua.*

156. *Clauſula,* ſi preces veritate nitantur, *quomodo ſubintelligatur in reſcriptis gratiæ.*

157. *Clauſula,* motu proprio, *regulariter ſupplet vitium ſurreptionis conſurgens ex taciturnitate veritatis aliàs exprimendæ in commutatione vltimæ voluntatis impetrandæ.*

158. *Clauſula,* motu proprio, *tollit vitium ſurreptionis in beneficialibus, & in omnibus gratioſis conceſſionibus; licèt apponatur à Legato, vel alio inferiore.*

159. *Clauſula,* motu proprio, *non tollat ſurreptionem in tacenda inhabilitate perſonæ, vel etiam inducat diſpenſationem, ſaltem adiecta clauſula,* ex certa ſcientia.

160. *Clauſula motus proprij non operatur in præiudicium tertij, etiam iuris ad rem, aut ſolius poſſeſſionis, cuius notitiam concedens non habeat. operatur autem vbi concurrat clauſula,* non obſtante; *aut verba importarent tertij præiudicium, vel illud eſſet modicum; numer. 161.*

162. *Clauſula motus proprij non tollit defectum intentionis in concedente; & quis ſit hic defectus.*

163. *Conceſſio alteri facta à Principe non tollitur per ſecundam conceſſionem etiam motu proprio factam; & ibi quid in ſecundo reſcripto.*

164. *Clauſula motus proprij non derogat iuripatronatus laicorum; neque vnioni facta per Ordinarium, licèt effectum ſortita non ſit; neque particularibus ſtatutis.*

165. *Clauſula motus proprij non comprehendit ea, quæ non ſunt veriſimilia, aut inſolita, vel incognita.*

166. *Clauſula motus proprij non ſupplet falſæ cauſæ expreſſionem.*

167. *Clauſula,* ex certa ſcientia, *tollit ſurreptionem, & habet vim clauſulæ,* non obſtante, *& clauſula,* pro expreſſis habentes.

168. *Motus proprius quomodo in concedente probetur. & quomodo certa ſcientia; num. 169.*

170. *Diſpenſare inhabilem an, & quando cenſeatur ſuperior eum promouendo, remiſſiuè.*

171. *Scientia, error, vel ignorantia quando præſumantur; & in quo hæc duo differant.*

172. *Falſa cauſa, ſeu qualitas reddens faciliorem conceſſionem adiecta demonſtrationis gratia eam non vitiat: ſecus ſi adiecta ſit gratia taxationis.*

173. *Demonſtrationis gratia cenſetur diſpoſitioni adiecta qualitas, cùm ponitur in diuerſa oratione; taxationis verò, cùm in eadem oratione, in qua ponitur diſpoſitio; & n. 176. ad 179.*

174. *Regula omnis patitur exceptionem.*

175. *Oratio diuerſa, vel eadem quando dicatur in quanis diſpoſitione.*

Digitized by Google

176. *Qualitas, seu determinatio apposita in eadem oratione, censetur taxatiue adiecta. nisi apposita sit per modum simplicis qualitatis, & demonstrationis vbi alias de corpore constet; num. 177. vel vbi alias incerta, & innalida foret dispositio; num. 178.*

179. *Qualitas seu determinatio apposita in diuersa oratione, adiecta censetur demonstratiuè. nisi apponatur per modum conditionis; numer. 180. vel simul in mandato; num. 181. vel in prouisione beneficiorum Ecclesiasticorum, aliáve materia stricta, nisi illud adiectum sit per modum simplicis qualitatis, vel demonstrationis, cum alias constet de corpore; num. 182. vel denique alias incerta, & innalida esset dispositio; num. 183*

184. *Pronomen, meum, quando faciat conditionem, vel demonstrationem.*

185. *Relatiuum, qui, vel quod, adiectum tertiæ personæ, vt lego Seio centum, quæ Titius debet, facit conditionem, & stat taxatiuè; adiectum autem primæ personæ, vt, lego Seio centum, quæ ei debeo, facit demonstrationem.*

186. *Relatiuum adiectum futuro tempori, vt, frumentum, quod ex tali fundo nascetur, Seio lego, facit conditionem; adiectum autem præsenti tempori, vt, Stichum, qui meus est, Seio lego, facit demonstrationem. & quid si relatiuum præsentis temporis inuoluat futurum, vt cum legatum assignatur ex re annua; num 187.*

188. *Locus quando censeatur appositus taxatiuè; & participium, aut verbum futuri temporis importet conditionem.*

189. *Debitor certæ quantitatis fructuum ex tali fundo, si illi non sufficiant, aut nulli colligantur, quando teneatur supplere ex fructibus sequentium annorum.*

190. *Demonstratiuè adiectum censetur, quod fuit appositum per modum qualitatis accidentalis; secus si qualitas illa sit substantialis.*

191. *Heres an teneatur supplere in legato centum Capellæ, quæ testatori debet Caius, si nihil, aut tantundem hic illi non debeat.*

192. *Onus perpetuò celebrandi Missas, vel Anniuersaria, nulla expressa quantitate mercedis, quomodo intelligendum sit, & implendum per heredem. & quid si exprimatur quantitas, an teneatur aliquando heres supplere, vbi ea non sufficiat oneri; num. 193.*

194. *Qualitas in dubio potius censetur stare demonstratiuè, quàm taxatiuè.*

195. *Geminata verba in exprimendo onere, vel quantitate, quæ soluenda est, quando inducant taxationem, vel obligationem supplendi in herede.*

196. *Qualitas requisita à disponente quo tempore adesse debeat.*

197. *Causa vnica etiam impulsiua expressa in commutatione vltimæ voluntatis falsa existente, corruit commutatio, & quid, si hæc falsitas commissa sit per simplicitatem, errorem, vel ignorantiam; num. 198.*

199. *Causis pluribus in commutatione vltimæ voluntatis expressis disiunctiuè, si vna existat vera qua nititur concessio, caterarum falsitas non obest. idemque si copulatiuè plures causæ ad eundem effectum exprimantur, ad quem vna illarum sufficit; num. 200. secus si ad diuersum effectum exprimantur, vel vna ad vnum non sufficiat; num. 201.*

202. *Causis pluribus copulatiue ad eundem effectum expressis, ad quem vna illarum sufficit, si vna earundem, qua nititur rescriptum, vera existat, caterarum falsitas non obest in rescripto tam gratiæ, quam iustitiæ; & vbi etiam illæ falsæ essent æque principales cum vera.*

203. *Causis pluribus commutationi vltimæ voluntatis expressis, omnes veræ esse debent, vbi concedens in iis omnibus se fundat, mandátve omnes verificari, vel impetrans ad omnes probandas se adstrinxit.*

204. *Ignorantia probabilis facti, vel iuris in tacendo quod exprimendum erat, vel falsò aliquid asserendo, cuius veritatem si concedens cognouisset, vel gratiam commutationis vltimæ voluntatis omnino non concessisset, vel non eo modo, an excuset à nullitate ipsam gratiam.*

205. *Ignorantia facti, si probabilis sit, excusat ignorantem à pœna, etiam temporali; & licèt sit ignorantia concomitans.*

206. *Irritatio actus an, & quando sit pœna.*

207. *Ignorantia iuris, quæ probabilis est, excusat gratiam à surreptione.*

208. *Ignorantia probabilis facti, vel iuris, iuxta probabiliorem sententiam excusat à surreptione vel obreptione tunc solùm, cùm superior gratiam concessisset, verùm cum aliquo moderamine.*

209. *Intellectus cap. super litteris, de rescript. & num. seq. ac 212. 216. & 228.*

210. *Dolus, seu malitia, & fraus an differant inter se.*

211. *Irritatio actus inducta à lege, vel à decreto irritante vbicumque appositio sufficit ignorantes.*

212. *Ignorantia probabilis iuris, vel facti quomodo excuset a nullitate commutationem vltimæ voluntatis, cùm tacetur aliquid exprimendum, vel exprimitur tacendum.*

213. *Intellectus cap. gratia, de rescript. in 6.*

214. *Intellectus cap. non potest, & cap. si motu proprio, de prabend. in 6.*

215. *Taciturnitas veri, & expressio falsi ex simplicitate, & ignorantia, quæ fuit causa finalis solum forma in commutatione vltimæ voluntatis, solam formam vitiat.*

216. *Surreptio non dolosa commissa in negotio principali, in totum vitiat accessoria.*

217. *Commutatio vltimæ voluntatis, aut eius vinculi an valeat, si eorum alterum sub dubio exprimatur.*

218. *Taciturnitas veri, & falsi expressio dolosa, licèt fuerit causa finalis solius formæ, vitiat tamen in totum commutationem vltimæ voluntatis impetrationem. secus si ex ignorantia etiam crassa; non tamen ita, vt esset ingens temeritas, aut supina; num. 219.*

220. *Sollicitator, seu curialis falsò exprimens, vel tacens scienter ignorante parte, quæ verum proposuit, an ei præiudicet.*

221. *Ignorantia, & simplicitas potius, quàm dolus præsumetur in tacenda veritate, vel falsitate exprimenda, dum commutatio vltimæ voluntatis impetratur.*

222. *Surreptio, vel obreptio dolosa in vna parte rescripti iustitiæ, quo commutatio vltimæ voluntatis impetrat, neutram partem ipso iure vitiat, sed solùm ope exceptionis vtramque.*

223. *Dictiones*, penitus, *ac* nullum, *important nullitatẽ ipso iure, nisi aliud suadeat subiecta materia.*

Surreptio,

Digitized by Google

224. *Surreptio, vel obreptio doloſa in vna parte reſcripti commutationis vltimæ voluntatis non vitiat aliam omnino ſeparatam; ſecus ſi habeat cum ea connexionem.*

225. *Surreptio reſcripti in vno capite quæ fuit cauſa reſcripti quoad omnia, illud in totum vitiat, licèt etiam capita eſſent omnino ſeparata.*

226. *Surreptio, vel obreptio doloſa in vna parte reſcripti gratioſæ commutationis vltimæ voluntatis non irritat ipſo iure, & in foro conſcientiæ partem connexam, quæ vitio caruit.*

227. *Pœna regulariter non debetur ante iudicis ſententiam.*

228. *Taciturnitas veri, vel expreſſio falſi doloſa circa cauſam impulſiuam vnius partis reſcripti commutationis vltimæ voluntatis non vitiat totum reſcriptum.*

229. *Expreſſio alicuius cauſæ commutationis vltimarum voluntatum licèt non ſit neceſſaria ad valorem impetrationis; tamen vtilis eſt, & expediens.*

230. *Verba enuntiatiua in antiquis plenè probant; in recentibus ſemiplenè, aut ſaltem præſumptionem faciunt.*

231. *Cauſa an præſumatur ſaltem in Principe, ſi exprimatur.*

QVÆRO TERTIO; an, & quando taciturnitas veri, aut expreſſio falſi vitiet vltimarum voluntatum commutationem?

Pro clariori intelligentia, & faciliori reſolutione tam huius, quàm omnium ſeqq. quæſt. præſentis cap. quædam hoc loco præmittenda cenſuimus.

Præmitto igitur primò, quòd ad ſubſtantiam, &
114. valorem gratiæ † non eſt neceſſaria ſcriptura. optimus ad id text. *in cap. inſtitutionis*, 25. *quæſt.* 2. ibi, ſiue quæ ſcripto decreuimus, ſiue quæ in noſtra præſentia videntur eſſe diſpoſita; & *Clem. dudum*, §. *vltra portionem autem*, *verſ. nos etenim*, *de ſepult.* ibi, vniuerſa priuilegia, gratias, vel indulgentias, verbo, ſeu ſcripto, ſub quacumque forma, vel expreſſione, ſeu conceptione verborum à nobis, vel prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus cuicumque Ordinum prædictorum conceſſa; vbi id adnotauit gloſ. *in verb. verbo*, Imol. *num.* 51. Anchar. *numer.* 39. & 40. Card. *notab.* 2. ac docent Innoc. *in cap. conſtitutus*, *numer.* 2. *in fi. de reſcript.* Archid. *in proœm. ſexti*, §. *fin. numer.* 2. & *ibi* Ioan. Andr. *numer.* 5. & *ſeqq.* Gemin. *numer.* 4. Franc. *numer.* 2. Abb. *cap. in noſtra*, *numer.* 11. *de reſcript.* Fel. *rubr. de conſtit. numer.* 5. & *ibi* Dec. *in* 1. *lect. à numer.* 37. *ad* 43. iuxta nouam edit. Bald. *l. fin. numer.* 6. *C. ſententiæ reſcin. non poſſ.* Alexand. *conſil.* 107. *num.* 4. *vol.* 7. Gig. *tract. de penſ. Eccleſ. quæſt.* 34. *numer.* 1. 2. & 3. & *quæſt.* 40. *num.* 2. & 3. Bertach. *tract. de Epiſc. libr.* 3. *part.* 1. *numer.* 53. Rebuff. *in prax. benef. tit. de diſpenſat. ad plura benef. numer. pen. & tit. gratia rationi congruit*, *num.* 2. Caſſad. *deciſ.* 4. *num.* 2. *de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Rot. *deciſ.* 89. *lib.* 1. & *deciſ.* 11. *lib.* 3. *tom.* 3. *in nouiſſ. diuerſ.* Lud. Gomez *ad reg. Cancell. de non iudic. iuxt. form. ſuppl. quæſt.* 1. *numer.* 8. & Staphil. *de litt. grat. tit. quibus mod. expir. litt. ad benef. numer.* 8. & alij quamplurimi, quos referunt, ac ſequuntur Maſcard. *tract. de probat. concl.* 845. *numer.* 20. ac nouiſſimè Suarez *lib.* 8. *de legib. cap.* 2. *numer.* 2. cum tribus ſeqq. Molin. *tom.* 3. *de iuſtit. & iu. diſput.* 599. *numer.* 1. ac Thom. Sanchez *libr.* 8. *de matrimon. diſput.* 29. *numer.*
115. 2. qui *numer.* 3. hinc infert primò, † gratiam non expirare mortuo Pontifice ante expeditionem litterarum, poſt Archid. Ioan. Andr. Gemin. Franc. & Abb. *loc. cit.* & alios pleroſque *ibi* per eum relatos. idque *num.* 6. extendit, licèt gratia illa annexam habeat iuriſdictionem, poſt Archid. *d. numer.* 2. Alex. *d. num.* 4. Angel. *in ſumm. verbo, gratia, numer.* 2. & *ibi* Silueſt. *quæſt.* 2. Tabien. *num.* 6. atque ex mente Doct. ſup. in principali aſſertione allegatorum, qui eam abſque huic extenſioni contraria limitatione tenuerunt. *Num.* autem 3. & 4. pluribus relatis, ex eadem aſſer-
tione Sanchez deducit ſecundò, † integrum eſſe cui- 116.
piam in foro conſcientiæ vti gratia conceſſa, quamuis litteræ nondum expeditæ ſint. Et *n.* 7. prædictam
aſſertionem extendit, vt procedat, † licet illa gratia 117.
ſit de aliqua re in poſterū facienda, & non ſolùm de aliquo actu præterito confirmando, vel obligatione contracta remittenda; contra Bald. *in l. falſus*, *numer.* 21. *C. de furt.* Molin. *lib.* 2. *de primogen. cap.* 7. *num.* 57. & alios, ex altero Molin. *tom.* 3. *de iuſt. & iu. diſput.* 599. *numer.* 4. & ex mente aliorum Doctor. qui abſque huiuſmodi reſtrictione principalem aſſertionem affirmarunt. contra quam, etſi nonnulla faciant, quæ allegat Gomez *d. quæſt.* 1. *num.* 2. cum aliquot ſeqq. Molin. *d. cap.* 2. *numer.* 53. *ac ſeq.* alter Molin. *d. num.* 1. Suar. *d. cap.* 2. *numer.* 1. & Sanch. *d. diſput.* 29. *num.* 1. ac præcipuè *reg.* 51. *numer.* 52. *Cenc.* in qua decernitur, nullam diſpenſationem per Papam conceſſam cuiquam in iudicio, vel extrà ſuffragari, antequam ſuper ea litteræ Apoſtolicæ ſint confectæ. Nihilominus tamen, vt Sanch. & Suar. reſpondent, ille *numer.* 11. hic *numer.* 3. & Molin. *d. numer.* 1. ſo-
lùm probant, † gratiam antè litterarum expedi- 118.
tionem in eum ſenſum eſſe informem, & imperfectam, vt non ſit ſortita omnem formam, & perfectionem à regulis Cancellariæ requiſitam, per quam in vtroque foro ſuffragari valeat, ac probari poſſit, quam iis expeditis recipit: tunc autem litteræ ſuffragantur vſque à puncto gratiæ conceſſæ, etiamſi mortuo Papa, qui eam conceſſit, litteræ expediantur ſub nomine ſequentis Pontificis in forma, *rationi congruit*, vt ſatis probat Sanch. *d. diſp.* 29. *numer.* 9. qui *numer.* 10. poſt Molin. *d. cap.* 7. *num.* 56. & 57. & alterum Molin. *d. diſp.* 599. *num.* 1.
tradit, † litteras iuriſdictionem concedentes iudici- 119.
bus in eiſdem deputatis neceſſariò expeditas eſſe debere ante iudicij initium; tum ex *reg. Cancel. de non iudic. iuxt. formam ſupplic. ſed litterar. expeditar.* (quæ nunc eſt 27. aliàs 26. ad quod etiam eſt *reg.* 30. nunc 31. vt non valeant commiſſiones cauſarum, niſi litteris deſuper expeditis;) tū quòd, cùm iuriſdictionis exercitium non acquiritur ante litterarum præſentationem, vt probat text. *in cap. ſuper eo*, *il* 2. & *cap. vt debitus*, *de appell.* ac poſt alios Fel. *in cap. caterum*, *numer.* 11. *de reſcript.* latè Molin. *d. numer.* 56. & 57.

Præmitto ſecundò reſcriptorum, ſeu litterarū, quæ à Principe, alióve ſuperiore plerumque impetrantur, & emanant, † duo eſſe genera; quædam enim 120.
dicuntur reſcripta, ſeu litteræ gratiæ, quæ dantur ad beneficia, diſpenſationes, & his ſimilia obtinenda; & commemorantur *in cap. gratiæ*, *cap. quamuis*, & *cap. ſibi*, *qui gratiam*, iuncto *tit. de reſcript. in* 6. *c. ſi ſuper gratia*, *de offic. deleg. & cap. ſi motu proprio*, *de præb. eodem libr. & Clem. gratiæ*, *de reſcript.* atque alibi ſæpe. quædam reſcripta, ſeu litteræ iuſtitiæ, quæ dātur ad lites; de his habetur, cùm aliis in locis, tum *in l. etſi legibus*, *C. ſi cont. ius vel vtil. public. cap. caterùm*, *cap. ſi autem*, *cap. paſtoralis*, *cap. ſciſcitatus*, & *cap. ſuper litteris*, *de reſcript.* & paſſim *in eo tit. ac tit. de offic. deleg. ext. & in* 6. & hanc diuiſionem inter cæteros facit Rebuff. *in prax. benef. tit. de diuiſion. reſcript. & tit. de differen. int. reſcript. grat.*

& iuſtit. Io. Staphil. *de litter. grat.* & Mandoſ. *in prax. ſignat. grat. circa initium*, Menoch. *de arbitrar. ind. caſ.* 201. *num.* 1. & Sanch. *d. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 21. *num.* 1. Ad quæ duo genera reduci debet † tertium illud genus, quod mixtum dici poteſt, quando in eiſdem litteris ſimul reſcriptum gratiæ, ac iuſtitiæ continetur; vt primò, cùm vacante beneficio per alicuius renuntiationem de eo factam, aſſecutionem incompatibilis, priuationem, aut aliàs, cùm nulla inter aliquos contentione ſeu lite mota, vel mouenda, Papa mandat, vt, ſi alicui detentori ius non competit in certo beneficio, eo amoto, illud alteri conferat; prout ſæpe in iure habetur, & in facto contingit: aut alicui datur iuriſdictio ad gratiæ iam conceſſæ executionem, iuxta *cap. conſtitutus, de reſcript. d. cap. ſi ſuper gratia, de offic. delegat. in* 6. vel ſecundò cùm dantur litteræ principaliter ſuper contentione, ac lite mota, vel mouenda ſuper beneficio, mandantes, vt ab eo amoueatur, qui ſuccubuerit, & adiudicetur eius aduerſario, iuxta *cap.* 2. *cap. ad aures, & cap. olim, de reſcript.* necnon *cap. ex tua, de fil. presbyt. & cap. ſuper eo, de offic. delag.* nam in primo caſu reſcriptum cenſebitur gratiæ, non iuſtitiæ; quoniam tunc iuriſdictio datur acceſſoriè ad gratiam, & pro illius executione; vt ſatis conſtat ex *d. cap. conſtitutus, & cap. ſi ſuper gratia*; ac præter Doctor. vtrobique adnotauit Sanchez *d. diſp.* 11. *num.* 6. in ſecundo verò caſu cenſendum eſt reſcriptum iuſtitiæ, ſeu ad lites, vti eiſdem acceſſorium, vt poſt Abb. *in cap. ad audientiam, il.* 2. *numer.* 14. & *ibi* Fel. *numer.* 17. *de reſcript.* tradit Sanchez *eodem numer.* 6. ſatisque colligitur ex *d. cap.* 2. *cap. olim, & cap. ex tua*, cum ibi notat. ſicut etiam reſcriptum gratiæ exiſtimandum eſt illud reſcriptum, quod alicui mixtum videri poteſt, cùm nimirum gratia, veluti dispenſatio, eſt impetranti, eámque petenti debita quodammodo ex iuſtitia; de qua latè Suarez *tract. de legib. lib.* 6. *cap.* 18. *à num.* 19. *vſque ad* 23. & Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 10. ferè per tot. & aliquid *lib.* 4. *ſum. cap.* 38. *numer.* 12. ac nos *c. præced. qæſt.* 10. *concl.* 1. *in fin. & ad fin. huius præmiſ.* exemplúmque habemus † in Conc. Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 7. *de reform.* vbi dicitur, quòd, ſi homicidium non ex propoſito, ſed caſu, vel vim vi repellendo, vt quis ſe à morte defenderet, fuiſſe commiſſum narretur, eam ob cauſam diſpenſatio etiam ad ſacrorum ordinum, & altaris miniſterium, & beneficia quæcumque, ac dignitates iure quodammodo debeatur; quia nimirum ius declarare videtur, ab huiuſmodi homicida nullam irregularitatem incurri, *cap. ſtudeat,* 50. *diſt. cap. ſignificaſti, il* 2. *de homicid. & Clem. vnic* quæ incipit, *ſi furioſus, eod. tit.* Mandat autem inibi Conc. eum diſpenſari, vt de veritate facti appareat, maximè cùm facilè euenire poſſet, vt in occiſione exceſſerit moderamen inculpatæ tutelæ; vel caſus voluntario mixtus ſit. Commutatio igitur vltimarum voluntatum, licèt quoad validitatem, & vſum in foro conſcientiæ verbo fieri poſſit, & abſque ſcriptura, ex iis, quæ in præced. præmiſſ. adduximus; tamen ad probationem quoad forum externum, maximè attentis regulis Cancell. altera de non iudicando iuxta formam ſupplicationis; altera diſponente, nullam diſpenſationem ſuffragari, niſi litteris confectis, ſcriptura neceſſaria erit, vt ibidem deduximus. Immo ad validitatem, & vſum etiam in foro conſcientiæ, & ius in re quoad huiuſmodi commutationem acquirendum, † ſcriptura, quæ à Principe emanat, tunc non ſufficiet, cùm per eam ſolùm committitur ordinario, vel confeſſario, alterive, vt commutet: aliud enim eſt commutatio, vel diſpenſatio, aliud mandatum de commutando, vel diſpenſando; per ea, quæ de ſimili commiſſione diſpenſandi in matrimonialibus, poſt Couar. *Epit.* 4. *decretal.* 2. *part. cap.* 6. § 9. *num. vlt.* id latè probantem, necnon Mandoſ. *in prax. ſign. grat. tit. de diſpenſat. verſ. diſpenſatio, & mandatum*, Iacob. Put. *deciſ.* 256. *num.* 1. *lib.* 1. & alios tradit Sanch. *d. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 30. *num.* 12. Id autem ita accipiendum eſt, vt, licèt non valeat commutatio, neque eius licitus ſit vſus etiam in foro conſcientiæ ante talis commiſſarij executionem, ſeu verius commutationem ſeruata forma, quæ in miſſione præſcribitur in vim commutationis; neque quoad hunc effectum perfecta ſit gratia: negari tamen non poſſit, quin † ſit perfecta in ſuo genere, nimirum commiſſionis, & mandati de commutando; atque adeò tribuat ius ad rem, hoc eſt, ad commutationem obtinendam; quæ ideo dicetur debita; vt de mandato, & commiſſione diſpenſandi tradit Suarez *d. cap.* 18. *numer.* 21. idem ſentiens † de diſpenſatione, quam ius præcipit, ex *cap. Domino ſancto, & ibi* gloſ. & Turrecrem. *diſt.* 50. & ſicut præcedentem vocat debitam ex hominis, ſic hanc ex iuris præcepto debitam appellat: qualis erit commutatio in caſibus, in quibus ius præcipit eam fieri, adductis ſup. *cap.* 3. *quæſt.* 3. *concluſ.* 2. *poſt medium.* ſicut etiam *numer.* 22. diſpenſationem debitam eſſe docet ex iuſtitia, quando eſt neceſſaria ad vitandum publicum ſcandalum, vel quid ſimile; ex not. *in cap. vt conſtituerentur*, 50. *diſt.* & per Abb. Dec. Fel. & alios *in cap. ſi Clerici, §. de adulteriis, de iudic.* aut ad ſpirituale bonum poſtulantis, vel ad vitandum graue periculum animæ, quia Prælati ex officio tenentur prouidere ſaluti ſubditorum; & hoc ait ſentire Doctores per eum allegatos *numer.* 19. debitam verò ex charitate, & miſericordia, quando proximus grauiter indiget, & ſine diſpendio poteſt illi concedi ſubdens, extra hos caſus poſſe eſſe iuſtam diſpenſationem, & non debitam; quod & ipſe ſatis probat tum ibi; tum *d. num.* 19. *ac ſeq.* & Sanch. *d. diſp.* 10. *n.* 3. 5. & 6. quæ ſanè proportionabiliter dici quoque poſſunt, ac debent de commutatione vltimarum voluntatum; quæ † abſolutè, ac ſimpliciter loquendo gratia eſt appellanda, & eius conceſſio, vel commiſſio reſcriptum gratiæ; nam, & diſpenſatio gratia dicitur *in cap. diuici, 1. quæſt.* 7. *cap. pen. de cler. excom. miniſtr. & cap. licèt canon, de elect. in* 6. Idque verum erit, quamuis in commiſſione commutationis mandetur cognitio, & verificatio cauſæ in precibus narratæ, aut in conceſſione detur alicui iuriſdictio pro eiuſdem executione, & defenſione illam impetrantis aduersùs contradictores, per litteras, quas executoriales vocant; vt colligitur ex iis, quæ in præced. præmiſſ. diximus, & melius patebit ex dicendis inf. *quæſt.* 5. & 6. *huius cap.* Porrò ſcripturam, per quam Princeps vltimam voluntatem commutat, vel commutandam committit, reſcripti nomine congruè nuncupari, conſtat ex *l. ſi teſtamentum, C. de teſtam. & l. ſi donationem, C. de reuoc. donat.*

Præmitto tertiò, reſcripta, quæ præter, aut contra Principis, alteriúſve ſuperioris voluntatem obtinentur, † plerumque ſurreptitia, vel obreptitia, ſeu per ſurreptionem, vel obreptionem impetrata dicuntur, quæ quidem duo ex magis recepta ſententia in eo differunt, quòd obreptio per falſi narrationem committitur; ſurreptio verò per veri taciturnitatem, aut confuſam, & perplexam, ac generalem nimis veri narrationem. ita Abb. *in cap. cum dilecta, numer.* 15. *de reſcript.* Butr. *in cap. ex parte, num.* 4. *cum duobus ſeqq. de Capell. Monach.* Card. Iacobat. *tract.*

Digitized by Google

trull. de Constit. libr. 3. artic. 19. numer. 18. cum ſeq. Bald. conſil. 292. col. 2. vol. 1. Gemin. conſil. 128. in fi. Alex. conſil. 60. in fi. lib. 2. Ruin. conſil. 18. lib. 1. & alij, quos refert Menoch. d. caſ. 201. num. 9. qui hanc magis receptam Doctorum opinionem fatetur, quam communem eſſe teſtatur Bero. in cap. ſuper literis, teſt. 1. & 2. num. 1. de reſcript. etſi quidam alij relati à Sanchez d. diſput. 21. num. 2. aliter hæc diſtingui, & inter ſe differre volunt. ipſe verò ibi, & Menoch. eod. caſ. 201. num. 10. uſque ad 15. ac nouiſſimè Octau. Glorit. in ſuo ſolemni commentar. d. cap. ſuper literis, num. 4. & 5. contendunt, † obreptionem, & ſubreptionem eſſe ſynonyma, & æquè ab vtraque ſignificari & falſi expreſſionem, & veri ſuppreſſionem, poſt Dec. d. cap. ſuper literis, num. 4. in nou. vbi etiam Card. allegat, Rebuff. tom. 2. reg. conſtit. tit. de reſcript. in præfat. num. 125. Ias. in l. præſcriptione, num. 1. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. Ruin. conſ. 75. num. 15. lib. 3. Turrecrem. cap. dicenti, 25. quæſt. 2. idémque ſenſiſſe ait gloſ. in l. ſed ſi hæc, §. patronum, verbo, obreptionem. ff. de in ius voc. Socin. iun. conſ. 77. numer. 86. lib. 1. & Bald. in l. 1. C. ſi nupt. ex reſcript. petam. omnino verò ſenſit Innoc. d. cap. cùm dilecta, num. 3. dum eas etiam litteras obreptitias vocat, in quibus tacetur verum. id autem probat Menoch. ex d. §. patronum; vbi I.C. obreptionem appellat, cùm quis celat conditionem ſuam. & l. ſi fideiuſſor, §. ſi cum, ff. mand. vbi obreptio ſumitur pro petitione, quam facit creditor fideiuſſori, ſubdicendo, ſe à debitore ſolutionem eſſe conſequutum, vt eam iterum à fideiuſſore conſequatur. Verùm facilè reſponderi poteſt, obreptionem illam vtrobique contingere, quia falſum petens expreſſit; ibi, dicendo ſe liberum, & ingenuum; hìc verò, ſibi non fuiſſe à debitore ſatisfactum. maius negotium faceſſere videtur text. d. l. 1. C. ſi nupt. ex reſcript. petam. vbi, cùm Imperator in princ. obreptionem appellaſſet fictum illum conſenſum, quem impetrans nuptias ſe à puella habere falsò aſſeuerat; deinde in §. 1. ſurreptionem appellat: vt hinc intelligamus, inquit Menoch. ſup. n. 13. etiam ſurreptionem appellari cùm falſum narratur. Verùm optimè reſpondet Bero. d. cap. ſuper literis, teſt. 2. n. 2. ſurreptionē accipi in genere, & in ſpecie, ſicut adoptio, & cognatio; atque alia quæ nos attulimus cap. 2. quæſt. 2. circa medium. in d. autem §. 1. ſurreptio ponitur genericè, neque valet replicatio. Menoch. quòd in illis iure id probatur, quod non probatur in ſurreptione: nam dici poteſt in ſurreptione id probari ex iure, d. l. 1. ſecunda verò reſponſio Bero. quòd d. l. 1. obreptio referatur ad eum, qui exprimit falſum, ſurreptio autem ad eum, qui verum tacet, non eſt admittenda, non tam ob replicationem Menoch. quæ petit principium, quàm quia ponit diuerſitatem, vel potiùs contrarietatem inter legis illius præfationem, ac deciſionem, quaſi in præfatione loquatur Imperator de ea ſpecie ſurreptionis, quæ in exprimenda falſitate conſiſtit; in deciſione verò, ac definitione, de ea, per quam verum, quod exprimi deberet, taceatur. Melior igitur eſt prior reſponſio, vt in præfatione ſumatur obreptio propriè, & in ſua ſignificatione pro expreſſione falſi, in deciſione autem ſurreptio ponatur genericè, prout continet obreptionem, & ſurreptionem ſpecificè ſumptam, quæ ſignificat veri taciturnitatem: quomodo præter pleroſque ex Doctor. à Menoch. pro ſe allegatos intelligo Nizolium. in theſaur. ling. Latin. verbo, ſubripio, & ibi Calepin. ac verbo, ſubreptitia, necnon Nebriſſ. in Vocabul. vtr. iur. verbo, ſurreptio, Spiegel. in lexic. iur. ciu. ver. ſubripere, dum ſubreptionem exponunt falſi ſuggeſtionem.

128.

Vel etiam reſponſio illa; quòd ſicut non ideo minus periculum, & articulus mortis differunt, vt de ſe patet, quòd in vno text. nimirum c. præpos. qui de ſent. excom. in 6. pro eodem ſumantur; ita non ideo minùs differat ſurreptio, & obreptio, quòd in d. l. 1. pro eodem accipiantur; cùm ea differre, nec ſynonyma eſſe, † conſtet tum ex magis receptā ſcribentium, & interpretum ſententia; tum præter d. l. 1. in princ. ex aliis iuribus; præcipuè ex l. Carbonianum, §. puberi, ff. de Carbon. edict. & l. ſi quis obrepſerit; ff. ad leg. Cornel. de falſ. & ibi gloſ. 1. l. tres tutores, ad fin. ff. de admin. & perit. tut. l. 1. in princ. & l. magis, §. pen. ff. de reb. eorum, &c. & gloſ. ibidem, & l. ſi autem, §. 1. iuncta gloſ. verbo, obreptionem, ff. de negot. geſt. l. cùm vero, §. hoc ſenatuſconſultum, ff. 1. ff. de fideicom. libert. cum aliis adductis ab Alberic. in ſuo Dictionar. iur. verbo, obreptio, & Schard. in lexic. iurid. verbo, obreptio, id eſt, mendacium: ex quibus liquet obreptionem contingere per falſi narrationem, vel fallaciam, ſeu mendacium; quod & adnotarunt Alberic. loc. cit. Nebriſſ. ſup. verbo, obreptio, Nizol. in d. theſaur. verbo, obrepo, Schard. in d. ſuo lexic. iurid. & Spiegel. in d. lexic. verbo, obrepere, & Budæ. in annot. poſter. d. l. ſi quis obrepſerit. Fallere autem vix quis dici poteſt, niſi aliquid falſi alteri proponat; ſicut mendacium eſt dictum contra mentem, & vt ait S. Aug. in Pſalm. 5. ad illa verba, perdes omnes, qui loquuntur mendacium; ſi dicitur, quod non eſt, mendacium eſt; & paulo poſt dicit, aliud eſſe mentiri, aliud verum occultare: licèt non ignorem largè mendacium quoque dici in fraude tacendi, vt habetur in d. l. præſcriptione, quæ eſt 2. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. à verbo autem, obrepo, † deducitur, ac dicitur obreptio; & obreptitium reſcriptum, ſeu litteræ obreptitiæ, vt omnes prædicti fatentur, excepto Menoch. qui d. caſ. 201. numer. 14. putat, obreptionem à verbo, obripio, deſcendere, & numer. 15. obripere, ſicut, & ſurripere eſſe latenter rapere: cùm tamen apud nullum Iuriſconſultum, aut Latinum ſcriptorem verbum, obripio, repererim, vel reperiri putem, præter Accurſium, & Nicolaum Perotum, quos recenſet, ac reiicit Budæ. in poſteriori annot. ad Pandect. in d. l. ſi quis obrepſerit, ſed ſolùm, ſurripere; quod verbum, veriſſimum eſt idem ſignificare, ac latenter rapere; vt probant loca Ciceronis per Menoch. d. numer. 15. relata, & Nizol. Calepin. & alios omnes etiam Iuriſconſultos; illud etiam tradentes, ex eo verbo dici ſurreptitium reſcriptum, ac litteras ſurreptitias, licèt Calepin. nullo exemplo, nullóque auctore fultus in verbo, ſurreptitia littera, has dicat eſſe poſſe tam à ſubrepo, quàm à ſubripio. Et in ſpecie ſurreptionem reſcripti diſtingui, ac diuerſam fore ab eius obreptione, ſatis liquet tum ex pleriſque reſcriptis ſummorum Pontificum, in quibus inter vtramque ponitur alternatiua, vel, quæ † ponitur inter diuerſa, Card. Clem. 2. num. 8. de at. & qual. Bald. l. filia, in 1. initio, C. de collat. ſtylus autem Curiæ facit ius, cap. ex litteris, de conſtit. & cap. quàm graui, de crim. falſ. tum quia in iure inter vtramque ponitur pariter eadem dictio, vel; vt in Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 5. & ſeſſ. 17. cap. 6. de reform. ibi, quæ per ſurreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur: quæ verba etiam habentur ſeſſ. 25. cap. 9. de reform. ſurreptionēmque conſiſtere in veri taciturnitate, conſtat ex text. in cap. 2. de fil. preſbyt. in 6. vbi Bonif. VIII. iuris vtriuſque conſultiſſimus de eo, qui tacito natalium defectu diſpenſationem

129.

130.

131.

obtinuit à ſede Apoſtolica, vt duo beneficia curata recipere, & retinere poſſit, ait, talem diſpenſationem, veluti per ſurreptionem obtentam, nullius penitus eſſe momenti. & *ibi* gloſ. ab aliis approbata in figuratione caſus id adnotauit. Sunt autem, inquiens, litteræ ſurreptitiæ, quæ impetratæ ſunt tacita veritate; idémque ferè habetur *in cap. ſi motu proprio, de prab. eodem lib.* cuius verba paulo pòſt *in ſeq. præmiſſ.* referemus; & apertè colligitur ex *cap. non poteſt, eodem tit. ac lib. & l. fem. 1. eodem tit.* aliiſque iuribus, quæ ne nimis longum faciam, libens prætermitto.

Verum, quicquid ſit de hoc, an ſubreptio, & obreptio, vnde obreptitium, ac ſurreptitium reſcriptum dicitur, omnino ſynonyma ſint, & vtrumque æquè, ac indifferenter ſignificet falſi expreſſionem, ac veri taciturnitatem, ſeu ſuppreſſionem, vt loquitur Romanus Pontifex *in cap. ad aures, & cap. ex parte 5. & d. cap. ſuper litteris, de reſcript.* certè quoad hoc, † vt reſcriptum vitient vel ipſo iure, vel ope exceptionis, nihil differunt tam obreptio, & ſurreptio, quàm veri taciturnitas, & falſi expreſſio, ſeu ſuggeſtio; vt præter Sanchez *d. diſput. 21. num. 2.* poſt Dec. & Rebuff. quos allegat, tradit Menoch. *d. caſ. 20. numer. 16. vſque ad 20.* & nuper Octau. Glorit. *in repet. d. cap. ſuper litteris, à numer. 7. ad 13.* præcipuè ex text. *in d. cap. ſi motu proprio*, & *ibi* Doctor. *de prab. in 6.* iuncta *d. l. 2.* quæ incipit, *præſcriptione, C. ſi contra ius, vel vtil. publ. & d. cap. ſuper litteris, de reſcript.* meliúſque patebit ex iis, quæ *in ſeq. præmiſſ.* dicemus. Neque huic obſtat regula illa iuris ſumpta ex *l. ſi quis Sempronii, ff. de hered. inſtit. l. nonnunquam, ff. de condit. & demonſtr. & l. expreſſa, ff. de reg. iur.* cum ſimil. allegat. *ibi* per gloſ. & Doctor. expreſſa nocere, non expreſſa non nocere; vt patebit ex iis, quæ ad huius regulæ intellectum adducemus *quæſt. 5. huius cap. in 2. præmiſſ.* Interim eo non omiſſo, illud perpetuum non fore, ſed nonnumquam dumtaxat locum habere, vt ex præd. ipſis iurib. liquet, ad reliqua huius quæſt. præmiſſa tranſeamus.

132.

133. Præmitto igitur quartò, † in hoc potiſſimum differre reſcripta gratiæ, & iuſtitiæ, quòd in illis etiam ſurreptio, ſeu ſola taciturnitas veritatis neceſſariò exprimendæ, (qua de re paulo pòſt in concluſionibus latiùs agemus,) nullitatem ipſo iure inducit: in his verò etiam obreptio, ſeu falſi expreſſio eam non inducit, niſi ope exceptionis. Primum patet ex text. *in cap. conſtitutus, cap. poſtulaſti, cap. cùm adeò, & cap. ad audientiam, il 2. de reſcript.* necnon ex *d. cap. 2.* ſeu *fin. de fil. presbyt. in 6.* in verbis paulo antè citat. *& d. cap. ſi motu proprio*, ibi, ſecus, ſi id ad petitionem illius, vel alterius pro eodem oblatam gratiam huiuſmodi faciamus: tunc enim quantumcunque modicum beneficium taceatur in ea, ipſam veluti ſurreptitiam vires nolumus obtinere. & vtrobique id adnotarunt gloſ. & Doctor. *& d. Clem. 1. in princ. de prab.* ibi, gratia huiuſmodi, velut ſurreptitia nullius penitus eſt momenti; latè Fel. *d. cap. ad audientiam, il 2. numer. 22. de reſcript.* Socin. ſen. *conſil. 13. col. 3. conſil. 164. col. 2. & conſil. 169. in princ. lib. 1.* Menoch. *d. caſ. 101. num. 2. 16. cum ſeq.* Glorit. *ſup. numer. 15. & 156. cum ſeq.* & Sanchez *d. diſput. 21. numer. 3.* qui

134 *numer. 4.* idem profitetur † in reſcriptis gratiæ ab Ordinario emanantibus, excepta collatione beneficij ob *Clem. 2. de offic. ord.* quia Ordinarius præſumitur ſcire valorem & qualitates beneficij, vt communiter ſcribentes docent *in cap. ad aures, de reſcript.* licet Garz. *tract. de benef. part. 6. cap. 2. num. 219. cum duobus ſeqq.* necnon *part. 8. cap. 3. num. 3. vſque ad 7. ac part. 10. cap. 1. num. 45. cum ſeq.* multis relatis indiſtinctè contendat, in quauis gratia ordinaria non dari ſurreptionem, de quo latiùs nos *inf. cap. 10. quæſt. 5. conci. 3.* Secundum probatur ex *cap. ſi autem, & cap. plerumque, de reſcript.* vbi deciditur, ſecundum reſcriptum per ſurreptionem ob taciturnitatem primi impetratum conualeſcere, data negligentia primi impetrantis in eius vſu. Idem etiam apertè colligitur ex *d. cap. ſuper litteris, & l. 2. C. ſi contra ius, vel vtil. publ.* adnotarúntque Doct. cùm in prædictis iuribus, atque alibi ſæpe; traditque poſt alios Menoch. *d. caſ. 101. numer. 3. & 20.* Glorit. vbi ſuprà *numer. 8. 9. 10. & 155.* ac Sanchez *d. diſput. 21. numer. 3. & 5. Num.* autem 6. ſatis probat, id, quod & nos *præmiſ. 2.* docuimus, quòd, † cùm reſcriptum ſimul continet gra- 135.
tiam, & iuſtitiam, attendendum eſſe, quid in eo principaliter ſit ad diguoſcendum, an huiuſmodi reſcriptum ipſo iure, vel ope exceptionis vitietur ſiue ob veri taciturnitatem, ſiue ob falſi expreſſionē.

Præmitto denique, † cauſam in quibuſcum- 136.
que reſcriptis tacitam, vel falsò expreſſam aliam eſſe finalem, aliam impulſiuam. licèt autem quoad alios effectus magna controuerſia ſit inter Doctor. quænam dicatur, & ſit cauſa finalis, & quæ impulſiua, vt patet ex gloſ. & ſcribentibus, cùm alibi, tum *in l. 2. ff. de donat.* ac Tiraq. *in tract. cauſ. ceſſan. ceſſ. effect. cauſ. fere limit. 1.* tamen quoad inducendam ſurreptionem in litteris gratiæ, vel iuſtitiæ; ea dicitur impulſiua, ſine qua Princeps reſcriptum illud concederet, ſed non ita facilè; finalis, ſine qua omnino illud non concederet. ita poſt Couar. *libr. 1. var. reſol. cap. 20. num. 5. verſ. hic ita breuiter*, Tiraq. *d. limit. 1. numer. 11.* & alios tradit Sanchez *d. diſp. 21. numer. 8.* ſubdens poſt Barboſ. *in l. 1. part. 1. n. 85. ff. ſol. matr.* ad id allegantem Bald. & Crauett. ſimiliter dicendam cauſam finalem eam, ſine qua non concederetur priuilegium, aut diſpenſatio eo pacto, & modo, quo conceſſa ſunt, ſed eidem conceſſioni moderamina quædam adhibita fuiſſent: quòd, inquit, hæc poſſit dici cauſa ſine qua non concederetur gratia; ſiquidem eo pacto, quo conceſſa eſt, non concederetur. quod etiam vtrumque tradit idem Sanchez *libr. 4. ſum. cap. 47. numer. 11.* ex mente quoque Soarez *libr. 6. de vot. cap. vlt.* quod eſt 27. *numer. 9.* dicentis, cauſam finalem eſſe, quæ fundat diſpenſationem, éſtque propria illius cauſa, & ratio; impulſiuam autem non eſſe propriè, & ſimpliciter cauſam diſpenſationis, ſed potiùs ſe tenere ex parte diſpenſantis, quatenus eius voluntatem ad diſpenſandum applicat. idem ferè Menoch. poſt alios *tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 24. num. 3. & 4. iuncto num. 18.* dum docet, rationem finalem regere, & gubernare diſpoſitionem, cùm ſit ſubſtantia diſpoſitionis, & actus, & appellat eam formam, fontem cauſarum, & primum principium intentionis; cauſam verò impulſiuam non eſſe propriè cauſam, ſed abuſiuè. ad quod etiam multa faciunt, quæ habet Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſant. ceſſ. eff. limit. 1.* paſſim, præſertim *num. 5. &* 6. oprimus etiam ad id text. in reſcriptis iuſtitiæ, † 137.
cum aliqua tamen diſtinctione, eſt *in d. cap. ſuper litteris*, dum ibi deciditur, quòd exprimens falſum, vel tacens verum malitioſè, prorſus caret impetratis; ſed ſi per ſimplicitatem, vel per ignorantiam id factum ſit, aut aliàs impetrans obtinuiſſet ſaltem litteras in forma communi, delegatus procedet iuris ordine ſeruato, & non ſpeciali forma reſcripti; ſecùs ſi mallo modo litteras habuiſſet. qui text. † locum etiam habet in reſcriptis gratiæ; 138.
latè Sanch. *d. diſput. 21. num. 54.* facit quoque text.

dd.a.

d. l. 2. cum tribus ſeqq. iuxta vnam expoſitionem ex pluribus, quas habet, *C. ſi com. ius, vel vtil. publ.* His præmiſſis iam ad concluſiones veniamus.

PRIMA CONCLVSIO. Surreptio in taeenda qualitate, quam iura ſpecialiter exprimi iu-
139. bent in commutatione vltimarum voluntatum, † reddit eam nullam, licèt conſtet, fore, vt illa qualitate expreſſa Princeps, vel alius, ad quem ſpectat, eadem facilitate conceſſiſſet. Ita in qualibet gratia omnino ſentiunt laudati à Garz. *tract. de benef. part.* 8. *cap.* 3. *num.* 10. atque etiam poſt alios pleroſque tradit Octau. Glorit. *in d. ſuo ſolemni Commentar. cap. ſuper litteris, numer.* 308. *de reſcript.* Maſcard. *tract. de prob. concl.* 846. *num.* 1. & Sanchez *d. diſput.* 21. *num.* 13. Probatur autem hæc concluſio tum ex eo, quòd pro forma iura exigant harum qualitatum expreſſionem: at forma ad vnguem obſeruanda eſt, etiam in minimis, iuxta *l.* 1. & *ibi* Bald. *ff. de lib. & poſth.* tum ex *d. cap. ſi motu proprio, de prob. in* 6. vbi ex quantumuis modici beneficij taciturnitate alterius impetratio redditur ſubreptitia, & nulla: quod idem ferè habetur *in cap. non poteſt, eadem tit. & lib.* Dicetur autem, iura iubere aliquam qualitatem exprimi in impetratione reſcripti, ſi deciſum in iure inueniatur, ne fiat commutatio, vel diſpenſatio in aliquo caſu, ex traditis à Sanchez *eadem diſput.* 21. *numer.* 15. vbi in diſpen-
140. ſatione id ſatis probat. Nec refert, etiamſi † per ignorantiam, & qualitas tacita fuerit, vt tradit *ibidem* Sanchez *num.* 14. poſt gloſ. *d. cap. ſi motu proprio, verbo, taceatur, & ibi* Archid. *num.* 2. Dec. *d. cap. ſuper litteris, num.* 18. Menoch. *d. caſ.* 201. *numer.* 27. Maſcard. *d. concl.* 846. *numer.* 4. Flam. Pariſ. *tract. de confid. benef. quæſt.* 46. *numer.* 54. & Ioan. Guttier. *queſt. canon. lib.* 2. *cap.* 15. *numer.* 38. *incito numer.* 51. licèt eorum aliqui loquantur de ignorantia iuris, non autem facti; nam hæc, non illa regulariter excuſat, *cap. ignorantia, de reg. iur. in* 6. & inter alios adnotauit Ioan. Andr. *d. cap. ſuper litteris, num.* 11. *& d. cap. ſi motu proprio*, ſic explicans ſuam gloſ. *d. verbo, taceatur*, dum dixerat, quòd ſiue per malitiam, ſiue per ſimplicitatem taceatur, locum habeat hæc decretalis, ait, non dicit per ignorantiam, propter decretalem, *gratia, ſupr. eod. libr. de reſcript.* vnde mirabiliter confirmatur hæc probabilis limitatio de ignorantia ſolùm facti, dum inibi cauetur, quòd non ideo minùs valet gratia ſecundi beneficij per aliquem obtenti à ſede Apoſtolica, eo tacito, quòd Epiſcopus primum ei abſenti, & ignoranti contulerit, ita vt, ſi non ſint incompatibilia, poſſit vtrumque retinere; ſi verò ſint incompatibilia, poſſit alterum eligere, altero dimiſſo. Id quod etiam proportione ſeruata dicendum eſſet in commutationibus vltimarum voluntatum, ſi cui ignoranti Epiſcopus, vel etiam eo ſuperior commutaſſet aliquam vltimam voluntatem, quam mox iterum commutari peteret, nulla prioris commutationis facta mentione, quam adhuc ignoraret: vt nimirum, ſi ſe non compatiantur, is, qui ſecundam impetrauit, earum alteram eligere poſſit; ſi verò incompatibiles non ſint, vtramque ſimul retinere, & vtraque vti valeat. Immo, quòd ignorantia probabilis iuris excuſet gratiam à ſurreptione, voluit Nauar. *conſil.* 1. *numer.* 6. *de reſcript. & cap.* 2. *numer.* 4. *de fil. preſbyt.* atque alibi. Scio equidem, Sanchez *eadem diſput.* 21. *numer.* 15. *& ſeq.* in hoc non admittere huiuſmodi diſtinctionem de ignorantia iuris, & facti, ac *numer.* 60. aliter reſpondere ad *d. cap. gratia*, de quo nos latiùs *concl.* 9. Hæc verò concluſio probatur ſecundò ex eo, quod in terminis commutationum vltimarum voluntatum diſponitur generaliter in Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 6. *de reformat.* debere Epiſcopum † tanquam
141. delegatum ſedis Apoſtolicæ in commutationibus vltimarum voluntatum, priuſquam executioni demandentur cognoſcere, nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum. dum enim indiſtinctè prohibet executionem commutationis impetratæ tacita veritate, aut ſuggeſta falſitate, quamuis taciturnitatem in qualitate iure exprimenda commutationem ipſam nullam reddere, ac ſurreptitiam, apertè definire videtur.

SECVNDA CONCLVSIO. Taciturnitas quoque illius qualitatis, quæ ex ſtylo Curiæ Romanæ exprimi debet in impetranda commutatione vltimæ voluntatis, † eam ſurreptitiam, ac nul-
142. lam reddit; nec ſpectandum eſt, an Princeps, ea expreſſa, commutationem eadem facilitate concederet.

Probatur primò, quoniam id verum eſt in quauis gratia, vt poſt alios ſentit Garz. *d. part.* 8. *cap.* 3. *numer.* 21. & docent Menoch. *d. numer.* 27. *cum ſeq.* Maſcard. *d. concl.* 846. *numer.* 8. Guttier. *d. numer.* 51. Sanchez *d. diſput.* 21. *numer.* 16. & Glorit. *d. cap. ſuper litteris, numer.* 309. qui idem tradunt in conſuetudine Principis; hæc enim pro lege ſeruatur, *l. minimè, ff. de legib.* & ſtylus Curiæ facit ius, *cap. ex litteris, de conſtit. & cap. quam grani, de crim. falſ.* latè Maſcard. *concl.* 1317. *numer.* 51. quódque ſtylo, & conſuetudine terminatum eſt, arbitrarium dici non debet, ac ſi lege definitum eſſet, vt pluribus oſtendit idemmet Menoch. *in d. Commentar. de arbitrar. iudic. libr.* 1. *quæſt.* 14. *numer.* 4. 5. & 7. probátque text. *in l. ſi quis rem, ff. de cuſtod. rer.* Secundò probatur in terminis commutationis vltimarum voluntatum ex verbis Conc. Trid. *d. cap.* 6. *de reformat.* prout ea ponderauimus *concl. præced. in fi.* ea enim ponderatio pariter, & æquè locum habet etiam in qualitatibus ex ſtylo Curiæ exprimendis.

TERTIA CONCLVSIO. Vbi nec ex iure, nec ex ſtylo Curiæ conſtat qualitatem aliquam fore in impetratione commutationis vltimarum voluntatum exprimendam; † tunc illius dumtaxat
143. qualitatis taciturnitas reſcriptum vitiabit, quando veritate cognita ſuperior illud non concederet, vel non niſi cum quibuſdam moderaminibus; ſecùs quando eodem modo concederet, licèt multo difficiliùs: atque ita ſolius cauſæ finalis taciturnitas vitiabit gratiam. His ferè verbis id de diſpenſatione votorum tradit Suarez *d. libr.* 6. *de vot. cap. vlt. numer.* 11. 12. *&* 14. *cum ſeq.* & Sanchez *d. libr.* 4. *ſumm. cap.* 47. *numer.* 13. & in quauis gratia, *d. diſp.* 21. *numer.* 17. *&* 18. ex latè per ipſum adductis *eadem diſput.* 21. *numer.* 11. *&* 12. præcipuè verò quoad priorem partem noſtræ concluſ. ex text. *in cap. poſtulaſti, de reſcript.* & *ibi* Dec. *notab.* 4. *num.* 11. *in nou.* vbi probat, in eo text. fuiſſe defectum in cauſa finali, & fore, vt expreſſa veritate ſummus Pontifex nullatenus litteras dediſſet: quod colligitur ex illis poſtremis verbis text. pro habente beneficij ſufficientis ſubſidium ex certa ſcientia ſuper obtinendo alio beneficio, de leui non ſcribimus, quin faciamus de primo in noſtris litteris mentionem. quem text. non in ſolis beneficiis, ſed in aliis quoque omnibus gratiis locum habere idem Sanchez probauit *num.* 10. item ex text. *in cap. fin. de fil. preſb. in* 6. vbi Romanus Pontifex decidens, non valere diſpenſationem ad aliud beneficium obtinendum ab illegitimo impetratam, ſi aliud priùs obtinuerat, niſi prioris defectus mentionem faciat, rationem reddit his verbis; cùm non ſit veriſimile, ſedem

ipſam cum illo prædictum patiente defectum voluiſſe, ſi hoc fuiſſet expreſſum, diſpenſare. necnon ex illa ratione, quia quando taciturnitas eſt cauſa finalis concedendæ gratiæ, ita, vt ea non exiſtente minimè concederetur, iura expreſsè iubent eas qualitates exprimi; & deficit voluntas requiſita in concedente. ac denique ex gloſ. *in cap. dudum, verbo, de ipſa, de prab. in* 6. Innoc. *cap. ex litteris, de tranſact.* & *ibi* Hoſt. Lap. *alleg.* 89. *num.* 6. Silueſt. *verbo, reſcriptum, quæſt.* 6. Dec. *d. cap. ſuper litteris, numer.* 33. Bero. *numer.* 55. *de reſcript.* Couar. *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 20. *numer.* 5. *verſ. falſitas verò*; Menoch. *d. caſ.* 201. *numer.* 30. & aliis, quibus addo gloſ. approbatam *in Extrau.* Ioan. XXII. *execrabilis*, §. *ſtatuimus itaque, verbo, ex diſpenſatione legitima, de prab.* Couar. verò in ſpecie adiicit, idem, ſi Princeps gratiam conceſſiſſet, ſed ei moderamina quædã adhibuiſſet; nã hoc pertinet ad cauſam finalem, vt ſupr. hac ipſa qnæſt. vltimo loco præmiſimus. atque hanc adiectionem, ſeu extenſionem Couar. præter Sanchez *d. numer.* 17. tenet quoque Molin. *tom.* 1. *de iuſtit. & iur. diſput.* 173. *col.* 8. *verſ. vt item legitimatio.* Limitatur autem hæc prior concluſ. pars, quæ eſt, taciturnitatem cauſæ finalis commutationis vltimæ voluntatis eam gratiam irritare; primò, vt procedat, † quando eſt de
144. præſenti, vel de præterito, remouens Principem à gratia concedenda: ſecus verò dicendum, de cauſis illis, quæ in futurum contingere poſſunt, vt in diſpenſatione, & impetratione beneficij ex Fel. *cap. in noſtra, numer.* 15. *de reſcript.* Caſſador. *deciſ.* 16. *numer.* 2. & 3. *de probat.* ac Flamin. Pariſ. *tract. de reſig. benef. libr.* 6. *quæſt.* 2. *numer.* 86. probat Sanchez *d. diſput.* 21. *numer.* 26. Secundò non procedit, † vbi taceatur veritas notoria, & quam
145. creditur Principem nouiſſe: quia talis tacit urnitas non inducit ignorantiam, & defectum intentionis in concedente. Ita paritet in diſpenſatione docet Sanchez *ead. diſput.* 21. *numer.* 27. poſt Fel. *d. num.* 15. Nauar. *conſil.* 1. *numer.* 2. & 3. *de feud.* ac Maſcard. *tract. de probat. concl.* 846. *numer.* 13. ad quod facit ſecunda ampliatio poſterioris partis huius concl. cuius prior pars tertiò limitatur, vt non procedat, †
146. vbi qualitas, quæ tacita fuit, de iure inſit; qualis eſt reſeruatio generalis in iure clauſa. ita in diſpenſatione tradit Sanchez *d. diſput.* 21. *num.* 28. ex Fel. *d. cap. in noſtra, numer.* 14. Caſſador. *deciſ.* 12. *num.* 8. *de prabend.* Nauar. loco mox cit. & Maſcard. *vbi ſup. numer.* 15. Poſterior autem huius noſtræ concluſ. † pars, (contra quam generatim quoad
147. gratiam, præter relatos à Sanch. *d. diſput.* 21. *num.* 10. & probatos à Garz. *d. part.* 6. *cap.* 2. *numer.* 198. *& trib. ſeqq.* tenet Verall. ſeu Caputaq. *deciſ.* 51. *part.* 2. aliàs 19. *ſub verbo, gratia, eadem part.* 2.) probatur; quoniam eam in omni gratia probat Sanch. *d. n.* 17. *ac* 18. ex adductis etiam à ſe *num.* 11. contendens, eandem ſententiam teneri ab iis, qui docent, ſolam taciturnitatem qualitatis à iure conſideratæ vitiare gratiam, ab eo relati *ead. diſput.* 21. *numer.* 12. quibus addo ipſum Verall. poſt alios id tradentem *deciſ.* 46. *part.* 2. ac multos laudatos à Garz. *tract. de benef. part.* 8. *cap.* 3. *numer.* 10. probat, inquam, Sanchez, (cum quo tandem videtur ſentire Garz. *numer.* 25. & 26.) præcipuè ex text. *in cap. dudum*, §. *nos igitur, de prab. in* 6. vbi ad valorem conceſſionis beneficij ponderat Pontifex, non obſtare taciturnitatem veri, quo cognito illud adhuc conceſſiſſet: ibi conſiderantes quoque quod nos, expoſito nobis de poteſtate prædicta, nihilominus litteras gratioſas daremus in dictis pattibus, non habita mentione de ipſa. & ex illa ratione, quia ſurreptio; & defectus cauſæ impulſiuæ, quæ ſolùm retardaret à tam facili conceſſione, non aufert voluntarium requiſitum ad valorem conceſſionis eorum, quæ à gratuita concedentis voluntate pendent: ſicut etiam videmus in legato, *l. tale pactum, §. falſam cauſam, ff. de condit. & demonſtr.* & de aliis diſpoſitionibus tradunt communiter Doctor. *in l.* 1. §. *ſexum, ff. de poſtul. l. ſi mulier, C. de iur. dot. cap. poſt translationem, de renunt. cap. cùm Chriſtus, de in integr.* atque alibi ſæpe. & illa, quòd nemo negabit, valere impetrationem beneficij, aut alterius gratiæ, quantumuis impetrans criminibus ſit irretitus, dummodo nullo impedimento ad eam obtinendam à iure inducto affectus ſit; cùm tamen iure optimo præſumi poſſit, fore, vt ſuperior concedens, ſi ea crimina noſſet, nullatenus illam gratiam ei concederet. Ex quo fundamento deducitur notabilis ampliatio huius poſterioris partis præſentis tertiæ concluſ. quòd nimirum, † quoties qualitates, quæ 148.
cognitæ à concedente ipſum etiam omnino auerterent à conceſſione, ſunt extrinſecæ; neque attinentes ad id, quod de iure opus eſt ad diſpenſationem, aut aliam gratiam obtinendam, eæ non ſunt neceſſariò explicandæ, neque earum taciturnitas reddit gratiam ſurrepticiam, & nullam, quamuis iis expreſſis Princeps illam non concederet: nam hæ cauſæ nec etiam dici verè poſſunt impulſiuæ, nedum finales. atque hoc apertè ſentiunt Innoc. *in cap. dudum, il* 2. *numer.* 15. *de elect.* ac Spec. *tit. de diſpenſat.* §. *dicendum reſtat, numer.* 12. dicentes, taciturnitatem veri tunc vitiare, quando contingit in his, quæ circa diſpenſationem obtinendam conſiſtunt, quibus videlicet expreſſis obtenta non eſſet: atque adhuc apertiùs Mandoſ. *ad reg.* 32. *Canc. quæſt.* 9. *n.* 10. & Ioann. Guttier. *quæſt. Canon. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 29. & in diſpenſatione votorum docet Suarez *d. lib.* 6. *de vot. cap. vlt. numer.* 12. 13. 14. & 16. ac pro regula tradit idem Sanchez *d. lib.* 4. *ſuæ ſumm. cap.* 47. *numer.* 13. Altera ampliatio huius poſterioris partis præſentis 3. concluſ. deſumitur ex eo, quod tenuit Rot. Roman. apud Verall. ſeu Caputaq. *d. deciſ.* 51. *numer.* 1. & 2. gratiam † ſurreptitiam non 149.
reputari, licèt in ea non fuerit narratum vnum, quod ſi narratum eſſet, Princeps vel non conceſſiſſet, vel ſaltem non eo modo, ſeu difficiliùs; dummodo per teſtes probetur, Principem illud ſciuiſſe; quia, licèt † gratia non poſſit probari per teſtes, 45[illegible].
ſed debeat probari per ſcripturam; Archid. & Ioan. Andr. *in Nouell. in prooem.* 6. Bald. *in l. humanum, C. de leg.* & *l. falſus, C. de furt.* tamen qualitas gratiæ, prout eſt certa ſcientia Principis concedentis, poteſt per teſtes probari; vt per Rot. *deciſ.* 27. *de reſcript. in nou.* Ægid. *deciſ.* 611. & 646. Fel. *in rubr. de conſtit. numer.* 6. *verſ. tribus tamen*, ibi, primus eſt, quando agitur de probanda qualitate ipſius gratiæ; ac text. *in cap. auditis, de in integ. reſtit.* vbi Abb. poſt Butr. *numer.* 5. quódque in terminis commutationis vltimæ voluntatis ſubdit *ibidem* Veral. *numer.* 3. per hæc fuiſſe deciſum in cauſa Fauentina hereditatis, & bonorum, coram Veſtano 9. Decembris, 1552. quòd commutatio voluntatis teſtatoris facta per ſacram Pœnitentiariam, in qua fuit tacitum Papæ, quòd hereditas fuerat iam adita per ſocietatem heredem inſtitutam, non erat ſubreptitia, attento quòd ille, qui petiit voluntatem commutari, probauit per teſtes quod Domini de Pœnitentiaria habuerunt ſcientiam de aditione ſocietatis, quamuis non fuerit narrata, poſteaquam his non obſtantibus Pœnitentiaria commutauit voluntatem teſtatoris. Atque hæc amplitio maximè confirmatur ex 2. limitatione, quam ſimul cum aliis

aliis duabus limitationibus prioris partis huius concluſ. attulimus; vnde totidem præſentis poſterioris partis ampliationes poſſunt deſumi.

151. Quòd ſi petas, vnde † cognoſci poſſit, qualitates conducere ad commutationis conceſſionem, & eius generis eſſe, vt iis expreſſis huiuſmodi gratiam ſuperior non concederet, atque adeò cauſam fuiſſe finalem. Reſpondeo, quicquid alij ſenſerint relati à Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſant. limit.* 1. *ex numer.* 21. id prudentis arbitrio relinquendum, quando nec ex iure, neque ex ſtylo Curiæ, neque ex Principis conſuetudine id conſtat; vt præter relatos, & laudatos à Menoch. *d. caſ.* 201. *numer.* 30. *& ſeq.* Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſant. limit.* 1. *numer.* 15. *&* 18. & à Sanchez *d. diſput.* 21. *numer.* 19. tenet in diſpenſatione voti Suarez *d. cap. vlt. numer.* 15. & idem Sanch. *d. lib.* 4. *ſuæ ſumm. cap.* 47. *num.* 18. vbi cum Suarez *ibidem* docet, prudentem id diiudicaturum ex conſuetudine ipſius diſpenſationis, attentis aliis ſimilibus reſcriptis; quod idem pluribus allegatis latiùs tradit *d. numer.* 19.

Quando autem, attentis omnibus circumſtantiis, dubium adhuc eſt, an 152. † cauſa in impetratione gratiæ tacita, vel falsò expreſſa ſit finalis, ita, vt ſine illa, gratia non concederetur, vel tantùm ſit impulſiua, non modica eſt difficultas. Probabilius autem puto, præſumi potiùs impulſiuam, vt multis relatis tradit Sanchez *d. diſput.* 21. *num.* 20. *&* 25. ob eam præcipuè rationem, quia valori actus iura maximè fauent, & eum præſumunt, *l. quoties, ff. de reb. dub. & cap. Abbas, de verb. ſig.* quod etiam in gratiis & priuilegiis poſt alios admittit Tiraq. *d. limit.* 1. *numer.* 85.

Qvarta conclvsio. Falſi expreſſio † tunc ſolùm vitiat commutationem vltimæ 153. voluntatis, quando, quod expreſſum eſt fuit cauſa finalis conceſſionis, nimirum quando Princeps ea falſitate non expreſſa illam gratiam minimè conceſſiſſet, vel non eo modo; ſecùs quando fuit ſolùm cauſa impulſiua, hoc eſt, quando conceſſiſſet, verùm difficiliùs. Ita in diſpenſatione poſt multos Sanchez *d. diſput.* 21. *numer.* 32. ex fundamentis per eum allatis in veri taciturnitate *numer.* 11. & per nos *concl. præced.* quibus ipſe eam rationem addit *d. numer.* 32. quia eandem libertatem exigit donatio, ac gratia Principis; cùm vtraque à mera voluntate alterius pendeat; immo magis donatio, quæ nullam debiti rationem habet, ſicut diſpenſatio

154. ſubſiſtente iuſta cauſa: donatio verò tunc † ſolùm eſt irrita, cùm procedit à falſa cauſa finali, non autem, cùm ab impulſiua, vt docent Adrian. *in 4. ſent. tract. de reſtitut. quæſt. incip. conſequenter quæro*, Molin. *C. de reſtitut. quæſt.* 24. *ad 4. &* 5. Nauar. *in Man. Confeſſ. cap.* 17. *numer.* 107. & multi alij. ergo etiam gratia Principis. Ide in quoque probatur ex iis, quibus Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 4. *tit.* 6. *numer.* 3. *vſque ad* 15. oſtendit, †

155. inſtitutionem vitiari ex errore in cauſa finali; *à num.* autem 16. *ad fin.* eam non vitiari ex errore in cauſa impulſiua. & quamuis in reſcriptis gra-

156. tiæ † ſubintelligatur clauſula, *ſi preces veritate nitantur, cap.* 2. *de reſcript.* quod eſt præcipuum fundamentum plurimorum contrarium in hoc ſentientium, quos refert Garz. *d. cap.* 2. *à numer.* 197. *ad* 201. & Sanch. *d. diſput.* 21. *numer.* 31. tamen, vt idem optimè reſpondet *d. numer.* 32. id intelligendum eſt in ſubſtantialibus, ideſt, in iis, ex quibus ita gratia pendet, vt aliàs non concederetur. Quænam autem ea in ſpecie ſint, quæ falsò vitient commutationem, ex eo, quòd inducant cauſam finalem, diſputandum *quæſt.* 5. reſeruamus, vbi ex propoſito de falſitate cauſæ in commutationibus vltimarum voluntatum expreſsè agemus: in cuius etiam initio demonſtrabimus, quomodo huic 4. concluſ. non obſtet regula illa deſumpta ex *l. nonnunquam, in fin. ff. de condit. & demonſtr. ac l. expreſſa, ff. de reg. iur.* expreſſa nocere, non expreſſa nequaquam nocere. In hac verò quæſt. reliquas concluſiones ad veri taciturnitatem, aut falſi expreſſionem generatim ſpectantes proſequamur; nam quæ ſpeciatim ad veri taciturnitatem pertinent, ſeu quæ exprimenda ſint in eiuſmodi commutationis impetratione, ne præſens nimis excreſcat, dicemus quæſt. ſeq.

Qvinta conclvsio. Clauſula, *motu proprio*, in litteris Principis, quibus vltimam voluntatem commutat, oppoſita † ſupplet vi- 157. tium ſurreptionis ex taciturnitate veritatis neceſſariò explicandæ conſurgens; & valebit commutatio. Conſtat id ex eo, quod de collatione beneficij dicitur *d. cap. ſi motu proprio, de præb. in 6.* ibi, ſi motu proprio alicui aliquod beneficium obtinenti conferamus aliud, de illo non habita mentione, non ob hoc gratiam huiuſmodi, quæ de noſtra mera liberalitate proceſſit, inualidam volumus reputari. & ex *Clem. ſi Romanus, eod. tit.* dicitur enim ibi; ſi Romanus Pontifex de beneficio alicui motu proprio prouideat, de beneficiis, quæ obtinet, non habita mentione, prouiſionem, ſeu gratiam huiuſmodi fore validam declaramus; qualiacumque fuerint beneficia, dignitates, aut perſonatus, cum cura, vel ſine cura, & in numero quantocumque quæ is habebat, cùm ſibi prouiſio facta fuit atque id adnotarunt vtrobique Doctor. & alibi ſæpè; ex quibus pleroſque refert Sanchez *d. diſput.* 21. *num.* 48. cum aliquot ſeqq. Suarez *lib.* 8. *de legib. cap.* 12. *numer.* 11. & Ant. Gabr. *comm. concluſ. lib.* 6. *tit. de clauſul. concl.* 2. *numer.* 1. qui *num.* 7. hunc effectum habere huiuſmodi clauſulam † non modò in beneficialibus, ſed etiam in 158. omnibus conceſſionibus gratioſis, poſt Bertr. *conſil.* 192. *vol.* 1. *in nou. num.* autem 2. id extendit, etiamſi apponatur à Legato, vel alio inferiore, ex text. *in cap. ſi poſtquam, de præb. in* 6. & Franc. *ibi, & d. cap. ſi motu proprio, in* 1. *not.* vbi hanc communem dicit gloſ. *in Clem.* 2. *verbo, falſa*, ibique Card. *quæſt.* 4. *de offic. ord.* & aliis; quod & nonnullis relatis tradit Sanchez *d. numer.* 48.

Limitatur autem hæc concluſio primò, vt hæc clauſula † non tollat ſurreptionem in tacenda in- 159. habilitate perſonæ, vt poſt alios tradunt Menoch. *d. caſ.* 201. *num.* 81. *& ſeq.* Sanchez *d. diſp.* 21. *num.* 49. & Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 40. *&* 44. *vſque ad* 52. idque colligit Sanchez poſt gloſ. *d. cap. ſi motu proprio*, ex illis verbis text. *ab hoc*; plerique verò apud Gabr. *d. concl.* 2. *numer.* 43. ita intelligunt, vt non cenſeatur per illam clauſulam inducta diſpenſatio, non autem, quòd non ſit ſublata ſurreptio. pro qua diſtinctione eſt optimus text. *in cap. non poteſt, §. cùm verò, de præb. in 6.* Immo *numer.* 41. refert Rom. & Ang. ſentientes per hanc eandem clauſulam à Principe appoſitam cenſeri inductam diſpenſationem quoad defectus, qui proueniunt ex iure poſitiuo: quod & admittunt alij per eum relati *num.* 42. vbi Princeps habuit plenam notitiam de tali defectu, & inhabilitate, aliàs ſecus; & ipſe quoque admittere videtur *num.* 53. dum refert, ac ſequitur Vital. *d. Clem. ſi Romanus, num.* 50. afferentem prouiſionem factam patienti defectum cum clauſula non ſolùm *motui proprio*, ſed etiam, *ex certa ſcientia*, tollere illum defectum. Secundò limitatur,

vt

160. vt clauſula motus proprij † non tollat ſurreptionem, vel potius non operetur in præiudicium iuris tertij, vt pluribus relatis tradit Fel. *d. cap. ad aures, numer.* 80. *de reſcript.* Sanchez *d. diſput.* 21. *numer.* 5. & Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 8. qui *num.* 9. poſt Laſ. *in auth. quas actiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Fel. *d. cap. ad aures, verſ. tertium caſus,* & Ruin. *conſil.* 63. *vol.* 5. docet idem procedere etiam in iure ad rem; quibus Sanchez *d. numer.* 50. addit Dec. Rebuff. & Mil. ad quod eſſe videtur text. quoad inferiorem *in d. cap. ſi poſtquam, de prab. in* 6. licèt hic text. loquatur de inferiore collatore. Immo & procedit hæc limitatio, etiamſi hoc præiudicium tertij verſaretur in ſola poſſeſſione, cuius notitiam non haberet Princeps, vt pluribus relatis tradit Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 10. *&* 11. vbi hoc extendit ad impetrationes motu proprio factas à Legatis, vel Ordinariis, ex Sarmen. *ad regul. Cancell. de annal. quæſt.* 9. *Num.* autem 12. *cum duobus ſeqq.* hanc 2. limitationem poſt
161. alios ſublimitat primò, † vbi cum clauſula, *motu proprio*, concurrat etiam clauſula, *non obſtante*, nimirum ſpecialis. Secundò vbi verba expreſſa importarent tertij præiudicium. Tertiò in modico præiudicio.

Limitatur nunc tertiò principaliter concluſio
162. propoſita, vt clauſula motus proprij † non tollat defectum intentionis in concedente, vbi nimirum vel apertè conſtaret, vel veriſimiliter coniiceretur, quòd, ſi concedens ſciret qualitatem, quæ ſubticetur, ac ſupprimitur ab impetrante, illam gratiam non concederet: vt plurimi tradiderunt relati pariter, ac probati à Gabr. *d. concluſ.* 2. *num.* 18. *cum ſeq.* & aliqui, quos recenſet, ac ſequitur Sanch. *d. diſp.* 21. *num.* 52. Menoch. *d. caſ.* 201. *num.* 64. & explicat *n.* 80. *in fin. & num.* 81. *circa initium*, licèt malè eum alleget Sanch. *d. diſput.* 21. *numer.* 51. quaſi Menoch. velit, motum proprium non tollere ſurreptionem ex taciturnitate qualitatis intrinſecæ beneficio; cùm immo contrarium docear ex Dec. *d. cap. ad aures, n.* 11. & aliis; quod & conſtat ex illis verbis *d. Clem. ſi Romanus*, quæ ex præcitatis poſtrema ſunt, nimirum; qualiacumque fuerint beneficia, dignitates aut perſonatus, cum cura, vel ſine cura, & in numero quantocumque, quæ is habebat, cùm ſibi prouiſio facta fuit. Ex
163. hac porrò 3. limitat. Gabr. *d. concl.* 2. *n.* 20. infert, vt † pariter conceſſio alteri facta à Principe non tollatur per ſecundam conceſſionem etiam motu proprio factam, poſt Bart. *in l. prædia, C. de locat. præd. ciuil. libr.* 11. Abb. *in cap. cum olim, numer.* 15. *de re iudic.* & alios. *num.* autem 25. ex nonnullorum ſententia idem infert de ſecundo reſcripto; licèt alios referat contrarium in hoc ſentientes. & *numer.* 30.
164. 31. *&* 36. infert poſt alios, † clauſulam, *motu proprio*, non derogare iuripatronatus laicorum, aut vnioni factæ per Ordinarium, licèt effectum ſortita non ſit; vel particularibus ſtatutis. quas etiam illationes admittit poſt alios Sanchez *d. diſput.* 21. *numer.* 50. quamuis eas ipſe deducat ex 2. limitat. ſuperiùs tradita de præiudicio tertij. Ex eo verò, quòd clauſula motus proprij non tollit defectum intentionis in concedente, præter præmiſſa infertur etiam,
165. vt † non comprehendat non veriſimilia; vt poſt alios infert Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 55. *num.* autem 56. non comprehendi inſolita, *&* *numer.* 57. nec etiam comprehendi incognita.

Limitatur denique, quoties ſurreptio contingit in
166. falſa cauſæ expreſſione, quæ obreptio dicitur, † eam non ſuppleri à clauſula motus proprij; vt poſt Abb. *in cap. quia circa, num.* 7. *de conſang. & affin.* & *ibi* Alex. de Næuo *numer.* 8. Præpoſ. *num.* 4. Fel. *cap. ad aures, numer.* 9. & *ibi* Dec. *numer.* 32. *in non.* Bero. *n.* 59. *de reſcript.* & alios tradit Sanchez *d. diſp.* 21. *num.* 52. vbi rationem diuerſitatis affert quoad hoc inter taciturnitatem veri, & falſi expreſſionem; quia, quando tacetur veritas, ignoratur, an Princeps bene, vel malè informatus gratiam motu proprio conceſſerit, & ideo non poteſt dici conceſſa contra eius intentionem, ac mentem: at cùm falſa cauſa exprimitur, cognoſcitur animus concedentis, & vltra eius intentionem gratia obtinetur: cùm tamen motus proprius non firmet gratiam contra concedentis intentionem; vt tradunt, inquit, Ioan. Andr. *d. cap. ſi motu proprio, numer.* 1. *de prab. in* 6. Roder. Suarez *allegat.* 18. *numer.* 2. & multi, quos refert, ac ſequitur Menoch. *d. caſ.* 201. *num.* 80. ac ſentiunt allegati, & probati à Gabr. *d. tit. de clauſul. concl.* 2. *numer.* 18. *& ſeq.* atque à nobis cit. *limit. præced. circa initium*; eam verò limitationem ſentit quoque poſt alios Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 12. *n.* 11. quam *num. ſeqq.* declarat.

Quod autem diximus de clauſula *motus proprij*, ſeu de gratia motu proprio conceſſa, quoad ſupplendam ſurreptionem ex veri taciturnitate, dicendum quoque eſt de clauſula, *ex certa ſcientia*: tum quòd hæc quoque † tollit hanc ſurreptionem, vt 167.
poſt gloſ. *in cap.* 2. *de fil. preſbyt. verbo, non obſtantibus*, Mil. *in ſua reperior. verbo, ſcientia certa*, Alex. *conſil.* 116. *in fin. vol.* 6. & alios tradit Gabr. *d. tit. de clauſul. concluſ.* 1. *numer.* 25. tum quòd habet effectum clauſulæ, *non obſtante*, vt idem pluribus docet *num.* 20. & Maſcard. *tract. de probat. concl.* 1080. *num.* 40. & clauſulæ, *pro expreſſis habentes*, Gabr. *d. concl.* 1. *numer.* 16. ex Old. Alex. & Barbat. immo etiam ipſius clauſulæ motus proprij, vt idemmet Gabr. tradit *n.* 17. poſt gloſ. *in cap. ſtatutum, §.* 1. *verbo, literarum, in fin. de reſcript. in* 6. Fel. *in c. nonnulli, ext. eod. tit.* Socin. *conſil.* 3. *num.* 11. *vol.* 3. & Dec. *conſil.* 137. latè Maſcard. *vbi ſup. num.* 3.

Quòd ſi quæras, quomodo in concedente gratiam probetur motus proprius, aut certa ſcientia. Reſpondeo, † motu proprio tunc ſolùm gratiam 168.
cenſeri factam, cùm hoc expreſsè cautum fuerit in eadem, prout his ferè verbis decidit Romanus Pontifex *d. c. ſi motu proprio, in fi. de prab. in* 6. Immo debet eſſe ſcripta manu propria Principis, ſeu concedentis, vt pluribus relatis probat Gabr. *d. concl.* 2. *n.* 102. inferens *num.* 103. non poſſe motum proprium teſtibus probari, ex Fel. *in cap. ſi quando, de reſcript.* gloſ. *d. cap. ſi motu proprio, verbo expreſſe*, & aliis. Cum hoc tamen ſtat, quòd, ſi ſcriptura amittatur, poſſit per teſtes probari in ea fuiſſe hanc clauſulam, vt declarat Gabr. *d. concl.* 2. *numer.* 105. poſt Franc. *d. cap. ſi motu proprio, verſ. non obſtat gloſ. hîc*, ſeu *num.* 9. cui Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſput.* 1. *num.* 6. *ad fin.* conſentiens addit Rebuff. *in Concord. Gall. ad form. mand. Apoſtol.* ſuper clauſula, *motu proprio, in* 11. *effectu*, quem non habet hæc clauſula; plures verò Maſcard. *concl.* 1080. *num.* 29. in qua concluſ. multos alios modos affert, quibus motus proprius probatur, ac præſumitur: quod etiam facit Gabr. *d. concl.* 2. *à numer.* 109. *ad* 115. & Menoch. *de præſumpt. libr.* 2. *præſumpt.* 13. *ferè per tot.* ex quibus præcipuus eſt per geminatam conceſſionem; de quo latè Gabr. *d. num.* 109. *cum duobus ſeqq.* & Maſcard. *d. concl.* 1080. *num.* 5. *&* 6. ac Menoch. *d. præſumpt.* 13. *numer.* 3. Certa verò ſcientia in Principe † be- 169.
ne probari poteſt per teſtes, vt ex Rot. Rom. & aliis pleriſque tradit Gabr. *d. concl.* 1. *numer.* 67. atque ex communi Mandoſ. *ad reg.* 16. *Canc. quæſt.* 6. *numer.* 5. ex magis communi pluribus relatis Maſcard. *d. concl.* 1080. *num.* 28. & latiùs *concluſ.* 282. *numer.* 15. in qua concl. per tot. plures modos

dos recenſet, quibus probatur, vel præſumitur certa ſcientia in concedente; quod & præſtat Gabr. *d. concl. 1. a numer. 64. ad fin.* aliquos colligere licet ex Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 20. à numer. 2. ad 19.* & Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſput. 4. numer. 3. vſque ad 6.* inibi tractantibus, † an, & quando Princeps, aut etiam inferior promouendo inhabilem cenſeatur cum eo diſpenſare; de quo etiam latè Gabr. *commun. concl. lib. 1. tit. de præſumpt. concluſ. 8.* & generaliter, † quando ſcientia, aut error, vel ignorantia præſumatur, vel quomodo probetur, late tradit Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 21. 22. 23. & 24. & tract. de arbitrar. iudic. caſ. 186. per tot.* Maſcard. *de probat. concl. 637. cum multis ſeqq. concl. 879. 880. 881. & 1299.* Sfort. Odd. *tract. de reſtit. in integr. quæſt. 8. artic. 10.* & Gabr. *commun. concl. lib. 6. tit. de reg. iur. concluſ. 5.* licèt non ignorem, errorem, & ignorantiam in eo differre, quòd ignorans is eſt, qui aliquid neſcit, ſeu nunquam nouit; errans autem, qui aliud pro alio credit, vt poſt alios docet Menoch. *d. præſumpt. 23. à numer. 3. ad 8.* & Sanchez *libr. 7. de matrim. diſput. 18. numer. 1.* Ex quo colligi poteſt, quòd, ſicut taciturnitas, ſeu ſuppreſſio veri in Principe, aut alio concedente inducit, vel potiùs conſeruat, & nutrit ignorantiam, ita falſi expreſſio in eodem errorem efficiat, & inducat, ac, ſi idem iam is falsò putabat, eundem errorem in ipſo nutriat.

170. 171.

SEXTA CONCLVSIO. Expreſſio falſæ cauſæ, ſeu qualitatis, quæ verè expreſſa, vel ſuppreſſa redderet faciliorem Principem ad concedendum, adiecta demonſtrationis gratia commutationi vltimæ voluntatis, † eam non vitiat: ſecus ſi illa qualitas adiecta ſit gratia taxationis. Prior pars concluſionis conſtat ex *l. quibus diebus, §. pen. l. demonſtratio falſa, in princ. & §. 1. ac l. falſa demonſtratio, in princ. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi ſic, §. 1. in fin. ff. de leg. 1. l. legani, ad fin. ff. de liberat. leg.* cum aliis ibidem per gloſ. & Doctor. allegat. ad hoc, quòd falſa demonſtratio, ſeu adiectum demonſtrationis gratia alicui diſpoſitioni, eam non vitiat, ſi illud veritate non nitatur. ad idem text. *in l. 2. & fin.* iuncta *rubr. C. de falſ. cauſ. adiect. leg. & §. huic proxima, Inſtit. de legat.* & facit etiam text. *in cap. tua, de ſponſal.* ex quibus iuribus, ac ſimilibus habetur, demonſtrationem falſam non vitiare diſpoſitionem, ſi conſtet de corpore: quod idem de falſa cauſa dicitur *in l. cum tale, §. falſam cauſam, & d. l. demonſtratio falſa, §. quod autem, ff. de condit. & demonſtr.* vbi exemplum illud affert Caius I.C. Titio fundum do, quia negotia mea curauit. & illud: Fundum Titius filius meus præcipito, quia frater eius ipſe ex arca tot aureos ſumpſit. ſubdens; licèt enim frater huius pecuniam ex arca non ſumpſerit, vtile legatum eſt. Idem etiam habetur *in §. longè magis, Inſtit. de legat.* Poſterior autem pars probatur tum ex *d. l. demonſtratio falſa, §. at, ſi conditionaliter*; vbi idem I. C. ait; Si conditionaliter concepta ſit cauſa, veluti hoc modo: Titio, ſi negotia mea curauit, fundum do; Titius filius meus, ſi frater eius centum ex arca ſumpſit, fundum præcipito; ita vtile erit legatum, ſi & ille negotia curauit, & huius frater centum ex arca ſumpſit; quod idem habetur *in d. § longè magis, in fin.* vbi etiam prius ex his exemplis affertur: tum ex *cap. ſuſceptum, de reſcript. in 6.* vbi mandato dato de conferendo beneficio vacante per reſignationem nequit conferri beneficium vacans per mortem; *& in cap. cui de re non ſacerdotali, de prab. in 6.* vbi deciditur, mandatum de conferenda alicui præbenda non ſacerdotali, integra, vel certi valoris, non extendi ad præbendam ſacerdotalem, dimidiam, vel minoris valoris; non nili vel certe ob id etiam, quia deſignatio illa facta ſit cauſa taxationis, non autem demonſtrationis. & hæc erit ratio rationis, quam illi decilioni aſſignat ibi Pontifex, quòd nimirum fines mandatorum diligenter ſeruari oportet. Ratio autem huius diuerſitatis ea eſt, quia quando qualitas gratia demonſtrationis adiicitur, illa qualitas non reſtringit gratiam, ſed reuera eſt animus conferendæ rei, vt eſt in ſe, licèt falſa eius qualitas demonſtretur. at quando cauſa taxationis, limitatur gratia ad rem qualitate illa affectam, qua deficiente, deficit gratia ex defectu voluntatis in concedente. Atque hanc concluſionem quoad priorem partem in impetratione beneficij ſatis tenet Rot. Roman. & comprobat *aeciſ. 54. & 63. de reſcript. ferè per tot. in antiq.* & quoad vtramque partem in diſpenſatione, & gratia his ferè iuribus, ac rationibus tradit Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſput. 21. numer. 55.* poſt Abb. *in cap. ſignificante, numer. 6. & 7.* Fel. *num. vlt. de reſcript.* eundem Abb. *cap. ſuper litteris, numer. 3.* Fel. *limit. 4.* Bero. *in 1. lect. numer. 44. eodem tit.* Rebuff. *cap. nulla, artic. 2. poſt 4. concl. verſ. notetis, de conceſſ. prab.* Staphil. *de litter. grat. tit. de form. & mod. impetrand. verſ. præterea eſt dare dignitatem, numer. 4. 5. & 6.* Siluest. *in ſumm. verbo, reſcriptum, quæſt. 3.* Conar. poſt Rot. Rom. *lib. 1. var. reſol. cap. vlt. num. 6.* & Guttier. *quæſt. Canon. lib. 2. cap. 15. num. 83. & 84.*

172.

Quòd ſi petas, quandonam qualitas adiecta cenſeatur diſpoſitioni cauſa demonſtrationis, vel taxationis. Reſpondeo, magis communiter eam regulam afferri, † tunc gratia, ſeu cauſa taxationis cenſeri aliquid apponi, cùm adiicitur in eadem oratione, ſeu verborum conceptione; gratia verò demonſtrationis, ſeu demonſtratiuè, cùm adiicitur in diuerſa oratione ab ea, in qua ponitur diſpoſitio. quam regulam præter Fel. *d. cap. ſuper litteris, numer. 4.* & *ibi* Bero. *in 1. lectura numer. 45. de reſcript.* Bart. *in l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verb. oblig.* ac alios relatos, ac probatos à Tello *ad l. 17. Taur. numer. 127.* tradit quoque idem Fel. *in cap. ad audientiam, il 2. numer. 7. de reſcript.* Caſtr. *conſil. 338. num. 3. vol. 1.* Natt. *conſil. 34. numer. 6.* Crau. *conſil. 983. numer. 99.* Gig. *tract. de penſ. Eccleſ. quæſt. 62. à numer. 2. vſque ad 6.* & Nauar. *conſil. 1. de ſolut.* aliàs 49. *numer. 7. de prabend.* quibus adde alios, quos ſequitur Ioan. Bapt. Caccial. *in tract. de penſion. Eccleſ. quæſt. 16. numer. 10. cum ſeq.* & Ioan. Dilect. *de arte teſtand. tit. de legat. cant. 29.* qui & nonnullis iuribus eam confirmant: quam etiam tradit poſt alios Ioan. Petr. Surd. in ſuo eruditiſſimo tract. *de aliment. tit. 1. queſt. 16. numer. 5. & 7. in fi.* necnon Card. Mantic. in luculentiſſimo tractatu *de coniect. vlt. vol. libr. 9. tit. 3. numer. 10.* Rot. Roman. *deciſ. 869. quæ eſt 11. de teſtam. numer. 8. 9. & 10. in antiq.* poſt Dynum. Et quamuis hanc regulam Guid. Pap. *deciſ. 8.* & Bero. ſeipſum corrigens *in d. cap. ſuper litteris, in 2. lect. numer. 57. & 58.* latius contendat, non habere locum in legatis; immo etiam ſecundùm Bero. neque procedat in diſpenſationibus: & Sanchez *d. diſp. 21. n. 16.* eam quoad vtramque partem in legatis, & contractibus admittens, quoad poſteriorem partem excludat à diſpenſationibus, & beneficiis. Ego tamen ſatis eam ſuſtineri poſſe puto, ſi duo præmonuerim; alterù eſt id, quod iam vulgò dicitur, ac veteri prouerbio vſurpatur, †

173.

ed by gle

174. patur, † omnem regulam fallere, & aliquam pati exceptionem: id quod etiam ex noſtris plerique tradiderunt relati, & probati ab Euerard. *in loc. ab excep. ad regul. numer.* 15. & Sebaſt. Medic. *tract. de definit. in proœm. numer.* 7. communem theoricam aſ-

175. ferens: alterum, † quandonam verè dicatur diuerſa oratio ad rem, de qua agimus. quod, meo quidem, & omnium, vt reor, iudicio, atque inter alios Sanchez *d. numer.* 36. poſt Bero. *d. cap. ſuper literis, lect.* 1. *numer.* 45. tunc contingit, quando habemus perfectam orationem, ſeu de aliqua re diſpoſitionem, ita, vt ſatis cognoſci poſſit, quid diſponens voluerit; neque ad eius certitudinem vlterior adiectio verborum poſtea expectatur; & ſi quæ adiiciantur, ea conſtituunt perfectum ſenſum, ac verborum complexionem, ſeu conceptionem à priori diſtinctam; ita, vt vtraque verba per ſe ſtent; vt, cùm teſtator dicit, Seio lego decem aureos, iam eſt vna perfecta oratio; cùm autem ſubdit, qui quidem aurei ſunt in arca, vel, quos aureos dico me ei debere, vel, hos autem aureos ſumi volo ex arca, aut ſolui ex fructibus talis fundi; habemus aliam orationem. quando verò in prioribus verbis non eſt certa voluntas diſponentis, quoad vſque per verba ſequentia certa reddatur; vel, ſi ea certa eſt, ſequentia verba per ſe perfectum ſenſum non conſtituunt; ita, vt hæc ab illis pendeant; dicetur vna oratio; vt, cùm dicit teſtator, in primo caſu, lego Seio aureos, quos in arca habeo, & in ſecundo, Titio lego decem amphoras vini ex illo dolio; aut, Seio lego decem aureos ex reditibus talis fundi, vel quos in arca habeo, vel quos ei debeo, vel quos ipſe, aut Titius mihi debet. Sic ferè diuerſam, & eandem orationem definiunt Doctor. quos refert, ac ſequitur Brixian. *in Repert. Borgn. in ver. verba in dubio potiùs præſumuntur, ſub numer.* 4. *in eius initio.*

176. Verum igitur eſt regulariter, † determinationem, ſeu qualitatem diſpoſitioni appoſitam in eadem oratione, adiectam cenſeri taxatiuè, atque adeò, deficiente qualitate illa, id non deberi, quod diſpoſitum fuit: tum ob eam, vt puto, rationem, quoniam tunc diſponens cenſetur quoque principaliter de illa qualitate cogitaſſe, ab eaque tanquam cauſa finali motum ad eiuſdem limites diſpoſitionem ſuam reſtrinxiſſe, iuxta *l. Stichum, ff. de legat.* 1. *& l. cùm frater, §. dulciſſimis, ff. de legat.* 2. tum ex *l. ſi ſeruus legatus, §. qui quinque, ff. de legat.* 1. vbi dicitur, quòd, ſi is, qui quinque in arca habebat, ita legauit, vel ſtipulanti promiſit; decem, quæ in arca habeo; & legatum, & ſtipulatio valebit; ita tamen, vt ſola quinque vel ex ſtipulatione, vel ex teſtamento debeantur. Item ex *l. ſi quis ſeruum heredis, §. ſi quis leguerit, ff. de legat.* 2. vbi ait I.C. ſi quis legauerit ex illo dolio amphoras decem; etſi non decem, ſed pauciores inueniri poſſint, non extinguitur legatum, ſed hoc tantummodo recipit, quod inuenitur. ac denique, (vt cætera iura prætermittam,) ex *l. nomen debitoris, §. vni ex heredibus, ff. de legat.* 3. vbi grauatus ſoluere æs alienum bonorum ſibi prælegatorum ex eorum reditibus, non tenetur illud ſoluere ex aliis bonis, neque ex proprio. Fallit tamen hæc prior

177. pars prædictæ regulæ princ. vbi † etiam in eadem oratione appoſita ſit illa determinatio per modum ſimplicis qualitatis, & demonſtrationis, vbi aliàs de corpore conſtet, vt in caſu *d. l. demonſtratio falſa, in princ. ff. de condit. & demonſtr.* vbi I.C. Demonſtratio, inquit, falſa eſt, veluti ſi ita ſcriptum ſit; ſeruum Stichum, quem de Titio emi: fundum Tuſculanum, qui mihi à Seio donatus eſt; nam, ſi conſtat de quo homine, de quo fundo ſenſerit teſtator, ad rem non pertinet, ſi is, quem enuſle ſignificauit, donatus ei eſſet; aut, quem donatum eſſe ſignificauerat, emerit. & in caſu §. 1. eiuſdem legis, vbi infert I.C. Igitur, etſi ita ſeruus legatus ſit, Stichum coquum, Stichum ſutorem Titio lego; licèt neque coquus, neque ſutor ſit, ad legatarium pertinebit, ſi de eo ſenſiſſe teſtatorem conueniat; nam, etſi in perſona legatarij deſignanda aliquid erratum fuerit, conſtat autem, cui legare voluerit, perinde legatum valet, ac ſi nullus error interueniret. Idem etiam apertè colligitur ex *d. l. ſi ſic, §. 1. in fin. iuncto §. 2. circa initium, ff. de legat.* 1. & apertiùs ex *d. l. falſa demonſtratio, in princ. ff. de condit. & demonſtr.* vbi Martianus I.C. Falſa, inquit, demonſtratio, neque legatario, neque fideicommiſſario nocet, neque heredi inſtituto, veluti, ſi fratrem dixerit, vel ſororem, vel nepotem, vel aliquid aliud. Quare rectè quoad hoc dixit Bero. *d. cap. ſuper literis, numer.* 58. quem ſequitur Sanch. *d. diſp.* 21. *num.* 36. *ad fin.* dum dicunt, quòd quando aliquid in eadem oratione apponitur tãquam rei qualitas, non cenſetur adiectum cauſa taxationis, ſed demonſtrationis. Sicut etiam bene vterque *ibidem* dixit; (& hæc ſit ſecunda fallentia huius regulæ;) illud dicendum eſſe ſtare demonſtratiuè in eadem oratione, † vbi aliàs incerta foret, ac in- 178.
ualida diſpoſitio; nam ſemper in dubio capienda eſt præſumptio pro actus validitate, *l. quoties, ff. de reb. dub.* pro qua fallentia eſt optimus text. *in l. ſi ſic, §. 1. ff. de legat.* 1. Malè autem vterque *loc. cit.* cenſet, tunc aliquid adiici in eadem oratione cauſa taxationis, quando præceſſit generalis, vel indefinita diſpoſitio de dando, aut faciendo aliquid, & adiicitur locus, ſeu materia, ſuper qua executio diſpoſitionis fieri debet: nam neque tunc dicitur illud adiectum in eadem oratione, ſed diuerſa; neque taxationis, ſed immo demonſtrationis cauſa, vt ſatis patet ex prædictis, & mox dicendis. Verum erit pariter, † regula- 179.
riter id, quod apponitur in diuerſa oratione, adiectum cenſeri diſpoſitioni cauſa demonſtrationis; atque adeò, licèt illa deſignatio, ſeu demonſtratio deficiat, non tamen deficere diſpoſitionem; vt ſatis patet ex *l. quidam teſtamento, in princ. ff. de legat.* 1. *l. per ſeruum, cum ſeq. ff. de vſ. & habit. & l. ex his verbis, C. quand. dies leg. vel fideicommiſſ. ced.* & colligitur quoque ex *Clement.* 1. *de prebend.* Ratio eſt, quia, vt aiunt Fel. Caſtr. & alij præcitati Doctor. ſi in legatis, v. g. præcedat diſpoſitio teſtatoris ſignificans, quid ſolui debeat, & poſtea ſubnectitur, vnde facienda præſtatio ſit, ac proinde ſunt duæ orationes: illa additio eſt poſita gratia demonſtrationis; vnde non limitat diſpoſitionem, ſed ſolùm demonſtrat, vnde faciliùs ſolutio fieri poſſit; & ſic, quamnis deficiat illa deſignatio, debetur relictum, ac diſpoſitum. Quæ ratio ex eo confirmatur, quòd tunc, cùm præcedat perfecta diſpoſitio, & deinde ſequatur in diuerſa oratione modus executionis, illud primariò, ac principaliter intentum dicitur, hoc ſecundariò, & acceſſoriè, arg. *cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6.* quare paſſim dicunt Practici, in reſcriptis ſpectandum præcipuè eſſe partem diſpoſitiuam, non executoriam, quod conſtat ex *d. Clem.* 1. *verſ. ad hoc*; & ordo ſcripturæ oſtendit enixam voluntatem diſponentis in eo, quod priùs poſitum perfectè

fecte fuit ; vt ex text. *in l. quoties , ff. de vſufruct. cap. ex parte , il 1. de offic. deleg.* & alius pleriſque tam iuribus , quam Doctor. tradit Euerard. *in loc. leg. ab ordin. num.* 7. *&* 11. Idem etiam colligitur ex *d. l. legauit , in fin. ff. de liberat. legat. & l. demonſtratio falſa* , §. *quod autem iuris , ff. de condit. & demonſtr.* & ſic intelligo *l. cum tale* , §. *falſam cauſam , ff. eodem tit.* Fallit autem hæc regula , ſeu poſterior pars
180. regulæ initio propoſitæ , primò , † vbi etiam in diuerſa oratione aliquid adiiciatur per modum conditionis ; tunc enim taxatiuè adiectum cenſetur, vt ſatis conſtat ex *l. 1. l. ſi ea , l. legatum , & tot. ferè tit. C. de condit. infert. &* §. *longè , Inſtit. de legat.* ac paſſim *in tit. ff. de cond. & demonſtr. & d. l. demonſtratio falſa* , §. *at , ſi conditionaliter* , cuius verba retulimus initio huius concluſ. & ex *l. Stichum, & d. l. ſi ſic*, §. 2. *ff. de legat. 1.* ibi, quòd ſi addiderit, decem, quæ mihi Titius debet , lego , ſine dubio nihil erit in legato ; nam inter falſam demonſtrationem , & falſam conditionem , ſiue cauſam , (finalem nimirum , iuxta *l. cum pater* , §. *dulciſſimè , ff. de leg. 2.* ne vterque hic §. aduerſetur *d. §. quod autem iuris, & §. falſam cauſam* ,) multum intereſt; proinde etſi Titio decem , quæ mihi Seius debet , legauero, nullum erit legatum, eſſe enim debitor debet: quamuis in caſibus *d. §. at , ſi conditionaliter , &* §. 2. ideo etiam qualitas adiecta cenſetur taxatiuè , quia in eadem oratione poſita fuit , ex prædictis. Hæc autem prima fallentia ex eo etiam confirmatur , quòd deficit diſpoſitio , deficiente conditione illi adiectæ ; prout in conditione de præſenti , aut præterito eſt text. *in l. inſtitutio talis , ff. de condit. inſtit. &* §. *conditiones , Inſt. de verbor. obligat.* de conditione verò de futuro *in cap. ſuper eo , & cap. de illo, de cond. appoſ. l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam, ff. de verbor. oblig. l. 1.* ac ſæpe *in tit. ff. de cond. & dem. & C.*
181. *de condit. infert.* Secundò fallit † in mandato ; prout ex text. *in cap. ſuſceptum , de reſcript. in 6. & cap. cui de non ſacerdotali , de prab. eodem lib.* poſt Dec. *l. in eo , quod plus eſt , num.* 14. *ff. de reg. iur.* & Pelaez *de maiorat. in 1. edit. 1. part. quæſt. 4. num.* 3. tradit Sanchez *d. num.* 36. *circa med.* idque ex eo, quod in mandato ſit ſtricta interpretatio , cuius fines diligenter ſunt cuſtodiendi , vt dicitur *in d. cap. cui de non ſacerdotali , & l. diligenter , ff. mand.* quamuis in caſibus *d. cap. ſuſceptum , & cap. cui de non ſacerdotali* , ideo etiam qualitas taxatiuè adiecta cenſetur, quia in eadem oratione poſita fuit , iuxta prædi-
182. cta. Tertiò † in beneficiis Eccleſiaſticis ſiue à Papa conferantur , ſiue mandentur conferri , vt ſatis colligitur ex *d. cap. ſuſceptum* , iuncta gloſ. ab aliis approbata *ibidem in vlt. not. & verbo , non morte , in fin.* quoniam eorum prouiſio tamquam ambitioſa eſt reſtringenda , *cap. ſi gratioſè , de reſcript in 6. & cap. quamuis pleniſſima , de prabend. eodem lib.* atque adeò idem dicendum in quauis materia ſtricta , vt *in d. cap. ſuſceptum.* Gemin. & alij tradiderunt. quod tamen tempera, niſi illud adiectum ſit per modum ſimplicis qualitatis , ac demonſtrationis , vt , ſi erretur in nomine , & aliunde conſtet , de quo ſenſerit diſponens ; iuxta ea , quæ non multo antè diximus *in prima fall. praced. reg. & inf. quæſt. 5. concluſ.* 1. *&* 2. quoad errorem in nomine adduce-
183. mus. Fallit quoque † vbi , niſi adiectum in diuerſa oratione ſtet taxatiuè , incerta , aut aliàs nulla redderetur diſpoſitio prioris orationis ; per ea , quæ in 2. fallentia præced. reg. allegauimus : licèt tunc veriùs ex duabus orationibus vna fiat , iuxta id, quod ſuprà ſecundo loco præmonuimus , *& d. l. cum pater* , §. *cum imperfecta , ff. de legat.* 2. De-

nique hac in re notanda eſt diſtinctio text. *in l. nuper , ff. de legat.* 3. vt † pronomen , *meum* , adiectum certo corpori , & verbo , quod eſt præſentis temporis , faciat demonſtrationem ; adiectum incerto corperi contineat id quoque , quod legans pro ſuo habet ; adiectum denique verbo futuri temporis , faciat conditionem , ſeu taxationem. Præterea circa eandem rem notanda eſt duplex ſpecialis regula , quam afferunt Rot. Rom. *d. deciſ.* 11. *de teſtament. in antiq. à numer.* 2. *ad* 6. & Caccialup. *d. quæſt.* 16. *numer.* 9. 10. *&* 19. quarum prima eſt , quòd , † cùm teſtator legat alicui 185.
quod ſibi tertius debet , etiam adiecta certa quantitate , vtputa , legat centum , quæ Titius debet, ſolùm eſt in legato , quod Titius debet , (atque adeò dictum eſt taxatiuè ;) ita , vt , ſi nihil , vel minus debet Titius , tunc non teneatur heres ſupplere , per *l. ſi ſic , §. 1. verſ. quòd ſi addiderit , & verſ. ſi proinde , ff. de leg. 1. & l. legauit , circa medium , ff. de liberat. legat. cum ibi not.* Si autem , relatiuum , *qui* , vel *quod* , adiectum eſt primæ perſonæ , vt , lego Titio , quæ illi debeo , tunc facit demonſtrationem ; & , licèt nihil debeam, valet legatum ; *d. l. ſi ſic , §. 1. in 1. reſponſ. l. ſi non deſignata , & l. fin. C. de falſ. cauſ. adiect. leg. & §. ſed ſi vxori , Inſtitut. de legat.* atque ita hæc iura concordari à Petr. de Bellap. *in l. Stichum , qui meus erit , ff. de leg. 1.* Altera eſt , quòd † relatiuum , *qui , quæ* , vel *quod* , adiectum futuro tempori facit conditionem , vt cùm dicitur , Stichum, qui meus erit ; vel , frumentum , quod naſcetur ex tali loco , Titio lego : vt not. Petr. *d. l. Stichum* , & Ioann. de Amic. *conſil. 46. numer.* 8. & videtur probare ille text. iuncta *l. nuper , §. fin. ff. de legat.* 3. adiectum verò præſenti tempori , vt Stichum , qui meus eſt , lego , facit demonſtrationem , vt dicitur *in d. l. Stichum.* pro quo eſt etiam text. *in l. demonſtratio falſa , in princip. ff. de condit. & demonſtrat. & §. huic proxima , Inſtitut. de legat.* Priorem autem partem huius regu- 186.
læ extendit Rot. *d. num.* 6. *&* 7. licèt † verbum ſit 187.
præſentis temporis , ſed inuoluat futurum , vt cùm legatum deſignatur ex re annua , puta ex annua præſtatione, qualis erat caſus Rot vbi legatæ erant duæ menſuræ à teſtatore, quas illi ſeruiunt, (hoc eſt, præſtant annuatim,) G. & R. Contrarium tamen in hoc ſentire videtur Caccialup. *d. numer.* 19. poſt Salic. *in l. ſi quis argentum , §. ſi verò , C. de donat.* & Petr. ac Cyn. *in l. legatum , §. vinis falerni* , per eum text. *ff. de ann. legat.* quia , licèt relatiuum , *quod* , faciat conditionem , ſi naſcatur ; tamen multiplicatio quantitatis , & annorum ſuppleri facit, quod in primo anno deficit, ſi in ſecundo plus naſcatur , quàm debeatur. Secundò extendunt multi relati à Surd. *d. tract. de alim. tit. 4. quæſt. 26. n. 6.* quòd locus † taxatio- 188.
nis gratia adiectus cenſeatur, quãdo apponitur participio futuri temporis : vt cùm dicitur , lego centum corbes frumenti percipiendos ex tali fundo. Verùm ipſe Surd. *num. ſeq.* tam hanc extenſionem, quàm prædictam priorem partem regulæ falſam putat. nam etſi verum eſt , inquit , quòd tam relatiuum adiectum verbo futuri temporis , quàm participium eiuſdem temporis importat conditionem : tamen ex hoc non infertur , quòd locus ſtat taxatiuè , & non demonſtratiuè ; & poſſunt ſimul ſtare , quòd ſit conditionalis diſpoſitio , & quòd ſtet demonſtratiuè ; nam conditio eſt reſtricta quoad fructus illius prædij , qui non debentur, niſi naſcantur ; ſed vbi ſuppletio fieri debeat , non refert , quòd diſpoſitio ſit conditionalis , vel pura.

melius ergo, ait, est dicere, quòd attendatur solùm, an in eadem oratione, antequam contractus sit perfectus, adiiciatur conditio, vel in diuersa oratione, perfecto iam contractu: Doctores autem in alio considerant relatiuum, vt dicturum se ait paulo infrà, hoc est, *num.* 11. *& seqq.* vbi ponens materiam primæ extensionis prædictæ prio-
189. ris partis memoratæ regulæ; † in quibus nimirum casibus debitor certæ quantitatis fructuum ex tali fundo, si illi non sufficiant, aut nulli colligantur, teneatur supplere ex fructibus sequentium annorum, vel prorsus ab obligatione liberetur: ita distinguit post alios, iura etiam ad id adducens. aut enim promissio est vnica: & tunc, si fundus fuit simpliciter adiectus, suppletur sequentibus annis id, quod deest fructibus primi anni; si autem fundus sit sub conditione positus, vt quia dictum sit, de frumento, vel fructibus, qui colligentur ex tali fundo: tunc non fit supplementum, aut debitum est annuum; & tunc siue fundus sit sub conditione positus, siue non, semper fit suppletio ex fructibus sequentium annorum. Tertiò extendi po-
190. test, vt quando † aliquid adiicitur per modum qualitatis accidentalis, id censeatur adiectum causa puræ demonstrationis, vt satis constat ex *l. demonstratio falsa, §. 1. & l. falsa demonstratio, in princip. ff. de cond. & demonstr.* secùs si illa qualitas sit substantialis, seu intrinseca, vt satis probat Felin. *in cap. significante, num. 4. de rescript.* Alias quoque regulas ad dignoscendum quando quid adiectum censeatur dispositioni taxatiuè, aut demonstratiuè, colligere licet ex alleg. Doctor. & aliis in citat. iuribus, & traditis à nobis sup. *cap. 5. quæst. 15. conclus. 2.* necnon text. & Doct. *in l. si seruitus, ff. de seruitut. verb. prad. & l. non modus, C. de seruitut. & aqu.* cum aliis allegatis in Repertor. Borgn. *d. verf. verba in dubio potius præsumuntur.* qui tamen, seu Beixian. autor illius Repertor. eatè in aliquibus *ibidem* est legendus. licèt enim *num.* 4. rectè præmittat, verba dispositiua, seu taxatiua esse illa, quæ stant per se, & principaliter emanant propter se, neque habent dependentiam aliunde; verba verò demonstratiua, seu executiua illa esse, quæ emanant ab alio, & habent dependentiam à dispositione, & obligatione, ex Paris. *conf.* 127. *num.* 47. *vol.* 1. Rimin. iun. *conf.* 182. *num.* 26. *vol.* 4. Bart. *l. inter stipulantem, §. sacram, num.* 6 *ff. de verb. oblig.* Gaspar. Caball. *mallcq.* 86. *part.* 1. cum simil. & ideo cotidiè re, quòd, si testator legat centum Seio, quæ mihi debet Titius, vel quæ habeo in arca mea; & ea mihi non debentur à Titio, vel non sunt in arca, non debentur ipsi legatario, nec heres tenetur supplere, si totidem non sint, quia ea verba sunt dispositiua, & taxatiua. si verò di-
191. xerit, † lego centum Capellæ pro Missis dicendis; & volo, quòd soluantur per Sempronium, qui eas mihi debet; tunc, licèt Sempronius non debeat mihi illa centum, tamen heredes debent illa soluere, quia sunt verba demonstratiua, seu executiua, quæ non alterant dispositionem; sed per ea voluit testator demonstrare, vnde facilius relictum solui debeat, vt volunt Felin. *in cap. super litteris, numer.* 4. *verf. modus autem cognoscendi, de rescript.* Bartol. & Cabalin. *vbi sup.* Castrens. *conf.* 338. *numer.* 3. *& 4. volum.* 1. Rot. *decis.* 11. *incip. lego pro anniuersario, num.* 2. *& 3. de testament.* aliàs 869. *in antiq.* text. *in l. seruitus, ff. de seruit. vrb. prad.* glos. *in cap. quanto, de censibus.* Licèt etiam *eadem num.* 4. *&* 5. idem auctor rectè præmittat, quòd,
192. quando † testator mandat Capellam seu altare fieri, aut Missam quotidianam, vel Anniuersarium singulis annis in perpetuum celebrari facere pro anima sua per suos heredes sine quantitate expressa mercedis, intelligitur, testatorem voluisse, fieri solutionem de tempore in tempus secundum cursum, & valorem monetarum, & necessariam eleemosynam, seu impensam oneris impositi eo tempore, quo dispositio testatoris adimpletur; ita, vt augmentum, & diminutio, commodum, & incommodum spectet ad heredem, Bart. *l. si ita, ff. de aur. & argent. leg.* Gemin. *consil.* 70. *col.* 2. *verf. sed quando dispositio*, sentitque Mar. Mant. *sing.* 106. *num. meum.* Tamen male quoad hoc posterius præmissum indistinctè subdit prædictus autor *eodem num. 5. & 6.* quòd, † quando testator declarat quanti- 193.
tatem soluendam, vt, aggrauo heredes ad faciendam vnam Capellam, vel altare, aut ad faciendum celebrare Missam quotidianam, cum expensa scutorum centum, vel per Capellanum, qui habeat scuta viginti singulo anno; tunc augmentum, & diminutio, commodum, & incommodum non spectat ad heredem, sed ad rem legatam, & ad eum, cuius contemplatione fuit factum legatum; & heres, si non vult, non tenetur plus soluere, nec minus potest soluere; sed quantitas expressa debet solui, & expendi, & si non sufficit, debet in aliam piam causam conuerti cum consensu Episcopi, vel fieri diminutio oneris, & Missarum; & videtur, inquit text. *in cap. nos quidem, de testamen.* vbi Abb. *num.* 5. *&* 6. Henr. Boich *numer.* 4. Imol. *num.* 21. *&* 22. cum aliis ab eodem auctore *d. num.* 6. allegatis; quæ probant quidem exemplum doctrinæ ab eo traditæ, quod verum in se est, quoniam tunc impensa taxatiue adiecta est oneri, siue quòd in eadem oratione apposita sit, siue aliam ob causam: non tamen adæquat prædictam generalem doctrinam ab ipso traditam, quòd, quando testator declarat quantitatem soluendam ab herede, is non teneatur supplere quod deest ad omus implendum: quæ falsa est; cùm recipere debeat, vel distinctionem de ea quantitate posita cum onere in eadem, aut diuersa oratione, seu taxatiuè, aut demonstratiuè, quam & ipse, vt vidimus, cum aliis admittit in priori præmiss. vel alias distinctiones, de quibus nos supra egimus. Pariter malè ex prædicto vtroque præmiss. infert *num.* 7. *&* 8. ad casum ab eo ibi initio propositum, in quo testator ordinauerat, quòd heredes tenerentur celebrari facere ad talem Capellam per vnum Capellanum eligendum vsque in perpetuum ab ipsis heredibus suis, & successorum suorum vnam Missam omni die, & in qualibet Missa dictus Capellanus teneretur dicere orationem vnam pro anima eiusdem testatoris; & qui Capellanus haberet pro eius mercede singulo anno florenos quadraginta valoris ad computum solidorum 32. imperialium pro floreno: decidens, quòd, cùm nullus Capellanus reperiretur, qui velit dicere dictam Missam quotidianam cum oratione pro dictis florenis quadraginta, heredes non possunt cogi ad supplendum vsque ad competentem mercedem secundùm cursum temporum, sed solùm ad d. florenos quadraginta; ita, vt deberet minui numerus Missarum, & reduci ad numerum competentem pro florenis quadraginta. Etenim onus prædictũ, & merces designata posita omnino videntur in diuersa oratione: atque adeò quantitas mercedis adiecta demonstratiuè, seu executiuè, non autem taxatiuè, ac dispositiuè, iuxta exemplũ ab eodem auctore allatum *in d. priori præmiss.* & doctrinam *ibidem* ab eo post alios traditam,

quam

quam nos paulo antè retulimus, ac ſequuti ſumus.
194. Illud denique hac in re adnotandum eſt, quòd † vbi omnibus penſatis adhuc ſumus in dubio, an verba, ſeu qualitas adiecta fiet demonſtratiuè, aut taxatiuè, potiùs cenſendum eſt, ea ſtare demonſtratiuè, vt poſt Crauett. *conſ.* 301. *num.* 5. *vol.* 2. & Pariſ. *conſ.* 92. *num.* 42. *vol.* 1. tradit Borgn. *deciſ.* 43. *numer.* 8. *part.* 1. ac poſt alios plurimos Peregr. *d. artic.* 16. *num.* 110. vbi potiſſimùm allegat Bart. *in l. cùm pater, §. menſa, ff. de leg.* 2. *& in l. Centurio, num.* 39. ibique Rip. *n.* 173. & cæteros communiter, *ff. de vulg. & pupill.* Bero. *conſ.* 17. *num.* 17. *vol.* 1. per text. *in l. conditionibus, §.* 1. *de condit. & demonſt.* Erit verò ma-
195. ximè attendendum, an, † dum teſtator diſponit de onere, aut de quantitate ſoluenda, vtatur verbis geminatis: nam ſi tantùm iis vtatur in onere exprimendo, tenebitur heres ſupplere; ſecus ſi iis tantùm vtatur in exprimenda quantitate; vt eſt de mente Borgn. & Brixian. *in eius Reperior. d. verbo*, ſeu *verſic. verba in dubio potiùs præſumuntur, num.* 7. & ratio eſt, quia geminatio oſtendit enixam voluntatem, *l. baliſta, ff. ad Trebell.* cum aliis adductis *ibi* per Doct. Borgn. ac Brix. *d. n.* 7. latè per Enerard. *in loc. leg. à vi geminat. num.* 1. & per tot. Ad dignoſcendum
96. autem, † quo tempore adeſſe debeat qualitas requiſita à diſponente, videndum eſt, an ſit adiecta verbo diſpoſitiuo, vel executiuo. ita Peregr. *d. num.* 110. poſt Bart. *d. l. Centurio, n.* 31. Bald. *l. precibus, col. vlt. C. de impub. & aliis ſubſt.* ac cæteros communiter; quia qualitas adiecta verbo adeſſe debet tempore verbi, *l. Titius, ff. de teſtam. mil. l.* 2. *ff. de aur. & arg. leg. ac l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal. act.*

SEPTIMA CONCLVSIO. Quoties in commutatione vltimæ voluntatis vnica exprimitur cauſa etiam impulſiua, † ſi ea falſa ſit, corruit com-
197. mutatio. ita in quouis reſcripto Sanch. *d. diſp.* 21. *num.* 41. & 45. poſt Guttier. *quæſt. canon. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 103. & 104. quia tunc illa conditio, ſi preces veritate nitantur, quæ vel exprimitur in reſcriptis, vel non expreſſa, tamen adiecta cenſetur, iuxta *cap.* 2. *de reſcript.* deficit, quia preces veritate non nituntur, cùm vnica cauſa expreſſa falſa eſt. defectus autem conditionis etiam de præſenti, vel præterito facit deficere diſpoſitionem conditionalem, *l. cùm ad præſens, ff. ſi cert. pet. & §. conditiones, Inſt. de verb. oblig. cum ſuis concord.* eiuſdem ſententiæ eſt Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *caſ.* 201. *num.* 83. dum poſt alios tradit, quòd, licèt aliquid in reſcripto exprimendum non ſit; ſi tamen falsò narretur, vitiat reſcriptum, Card. *cap. poſtulaſti, num.* 4. Barbat. *num.* 16. *de reſcript.* & alij plerique relati à Sanchez *d. diſput.* 21. *num.* 31. qui etiam id fortaſſe dumtaxat voluerunt, dum ſimpliciter, & abſolutè ſcriptum reliquerunt, cauſam etiam impulſiuam falsò expreſſam vitiare reſcriptum; nam commodè intelligi poſſunt in eo caſu, quo vnica in reſcripto cauſa exprimatur. An verò
198. hæc concluſio † procedat etiam vbi ea falſitas in vnicæ cauſæ expreſſione commiſſa fuerit per ſimplicitatem, aut ignorantiam, ſeu errorem, conſtabit ex iis, quæ inf. *concl.* 9. *huius quæſt.* adducemus. id ſanè in diſpenſatione, ac reſcripto poſt Guttierez *vbi ſup. num.* 133. affirmat Sanchez *d. num.* 41. ob eam rationem, quia ex illa vnius dumtaxat cauſæ expreſſione, qua concedens nititur, ſatis apparet de eiuſdem voluntate non aliter petita concedere intendentis, niſi ea cauſa verificata.

OCTAVA CONCLVSIO. Quoties in commutatione alicuius vltimæ voluntatis plures cauſæ ſiue diſiunctiuè, ſiue etiam copulatiuè exprimuntur,
199. quarum aliquæ veræ ſunt, aliæ falſæ, † ſpectanda eſt cauſa, qua nititur reſcriptum, atque ea exiſtente ve-

rà, cæterarum falſitas non obeſt. Et quidem ſi diſiunctiuè exprimantur illæ plures cauſæ, patet tum ex text. *in cap. inter cæteras, de reſcript.* vbi ſi Papa mandat in reſcripto de duobus inquiri alternatiuè, ſeu diſiunctiuè ad certum effectum, ſufficit alterum probari. ad idem ſunt iura, in quibus habetur, in alternatiuis ſufficere alterum adimpleri, vt *l. plerumque, §. pen. ff. de iur. dot. l. ſi ita, La* 2. *ff. de leg.* 2. *l. ſi quis*, alias, *ſi ita quis, §. verum, ff. de reb. dub. & l. ſi ita quis, ff. de verb. obligat. l. penult. C. de condit. indeb. §. penult. Inſtit. de hered. inſtit. cap. ſignificauit, de appell. cap. vnic. de plus petit. in* 6. *& cap. in alternatiuis, de reg. iur. eodem lib.* cum aliis ad id adductis ab Euerard. *in loc. leg. à natur. alternat. num.* 8. vbi hanc regulam ampliat, & declarat. *num.* autem 9. *cum tribus ſeqq.* eiuſdem quinque fallentias ſingulares adducit. Quando verò copulatiuè illæ plures cauſæ exprimuntur ad eundem effectum, &
ad eum vna illarum ſufficit, † tunc ſat erit aliquam 200.
illarum veram eſſe, & copulatiua reſoluitur in diſiunctiuam, ſeu alternatiuam; prout in reſcripto colligitur ex *cap. olim, de reſcript. cap. cùm iamdudum, de prabend. & §. qui autem, il* 1. *Inſtit. de excuſ. tut.* & in vtroque notarunt gloſ. ab aliis approbata *in cap. ex parte*, quod eſt 2. *verbo, & perpetuò, de reſcript. & d. cap. in alternatiuis*, in figuratione caſus, ac plerique relati, ac probati à Maſcard. *tract. de probat. concluſ.* 325. *num.* 3. 4. 6. 7. & 8. & à Sanchez *d. diſput.* 21. *num.* 42. necnon à Mandoſ. *in for. commiſſ. cauſar. cum clauſ. auocat. ad fin.* vbi plures Rot. Rom. deciſiones allegat. ſed & ad hoc etiam optimè faciunt, quæ latè tradit Tiraquell. *in tract. cauſ. ceſſant. ceſſ. effect. limit.* 20. *à num.* 1. *vſque ad* 14. ac præſertim *d. num.* 1. 6. 13. *& 14.* quòd ſi ad diuerſum effectum illæ plures cauſæ exprimantur, vel ſi ad vnum, vnica ad eum
non ſufficiat; † tunc omnes ad illum effectum, ne- 201.
ceſſariæ veræ eſſe debent, vt ſatis conſtat ex adductis à Tiraq. *d. limit.* 20. *num.* 15. *cum duobus ſeqq.* & apertè quoad reſcriptum probatur ex *d. cap. olim*; vbi, cùm quidam R. Papæ præter falſitatem commiſſam à P. detinente beneficium, expreſſiſſet etiam illum fuiſſe excommunicatum in contumaciam, ſibique beneficium illud per interpoſitam perſonam collatum extitiſſe, ipſeque Pontifex mandaſſet delegatis, vt, ſi ita eſſet, aduerſario ſuper beneficio ſilentium perpetuum imponentes, illud R. exponenti aſſignarent cum fructibus ſequeſtratis; R. verò ſolam falſitatem P. probaſſet; reſpondet Papa, quòd clauſula illa debet ad omnia ſuperiora referri ad hoc, vt ipſi R. præfata Eccleſia conferatur; quia, licèt vitium falſitatis ad imponendum ei perpetuum ſilentium ſuper Eccleſia ipſa ſufficiat, qui falſitatem huiuſmodi perpetrauit, non tamen propter hoc eadem Eccleſia eſt aduerſario aſſignanda, niſi ſuper aliis facta fuerit plena fides; idque ſenſit ibi gloſ. *verbo, ad omnia*, dum ſe refert ad id, quod ipſamet dixerat *d. cap. ex parte*, vbi *d. verbo, & perpetuò*, hoc ipſum apertè tradit; quam vtrobique alij ſequuntur, & Maſcard. *ſup. num.* 21. Prædicta autem poſterior pars concluſ. vt nimirum ſufficiat, vnam ex pluribus cauſis copulatiuè expreſſis ad vnicum effectum per ſe ſufficientem veram eſſe, illam nimirum, qua nititur concedens, ſeu qua ſola poſita ſolet huiuſmodi conceſſio fieri, procedit † non modò in reſcri- 202.
ptis iuſtitiæ, ſeu ad lites, ſed etiam gratioſis; & vbi etiam illa, vel illæ falſæ cauſæ expreſſæ eſſent æquè principales, ac quæ ſunt veræ: prout quoad primum contra Mand. *in addit. vlt.* ad alleg. Lap. 23. Maſcard. *d. concluſ.* 25. *num.* 24. & Guttier. *lib.* 2. *quæſt. canon.*

cap. 15. *num.* 68. *&* 108. & quoad ſecundum contra eundem Guttier. *d. cap.* 15. *num.* 129. *&* 130. docet, ac probat Sanch. *d. diſput.* 21. *num.* 44. *& ſeq.* poſt Nauarr. *conſ.* 7. *num. vnic. de reſcript. in* 2. *edit.* Menoch. *conſ.* 385. *num.* 1. 2. *&* 7. *vol.* 4. & alios ob eam præcipuè rationem, quia ſola falſitas cauſæ finalis, id eſt, qua verè expreſſa non concederetur gratia, illam vitiat, vt poſt eundem *d. diſput.* 21. *num.* 32. nos quoque probauimus *concluſ.* 4. at, tacitis aliis cauſis falſis prædictis, adhuc ea gratia concederetur; ergo non eſt ſurreptitia: & quia tunc copulatiua reſoluitur in diſiunctiuam, vt ſuprà dictum eſt.

Limitanda verò eſt eadem poſterior pars concl. vt non procedat † tunc, cùm vel Princeps ſe expreſſim fundaret in omnibus cauſis, quæ ſunt expreſſæ, eáſve mandaret verificari, vt docet gloſ. ab aliis approbata *d. verbo, & perpetuò, in fi.* & facit *d. cap. olim*; vel pars ſe adſtringeret ad omnes probandas; prout vtrobique Ioan. And. & alij tradiderunt. 203.

NONA CONCLVSIO. Licèt probabile ſit, † iuſtam, ſeu probabilem ſiue facti, ſiue etiam iuris ignorantiam in tacendo, quod exprimendum erat, vel falsò aliquid aſſerendo, cuius veritatem ſi Princeps cognouiſſet, vel gratiam commutationis vltimæ voluntatis omnino non conceſſiſſet, vel non eo modo; excuſare à nullitate ipſam gratiam: probabilius tamen eſt, non excuſare, niſi cùm Princeps gratiam conceſſiſſet quidem, ſed non eo modo; quia taciturnitas illa, vel expreſſio fuit cauſa ſolius talis modi, ſeu formæ. Prior pars concluſionis probatur ex iis, quæ quoad veritatis exprimendæ taciturnitatem adduximus ſup. hac ipſa quæſt. *concluſ.* 1. paulo poſt initium; præcipuè quoad ignorantiam facti ex Ioan. Andr. *in cap. ſi motu proprio*, ad ſuam gloſ. *in verbo, taceatur. de prabend. in* 6. per *cap. gratia, de reſcript. eod. lib.* necnon ex eodem Ioan. And. *in cap. ſuper litteris, num.* 11. *extr. eod. tit.* vbi idem ſentit de falſa expreſſione. & quia ignorantia facti, ſi probabilis ſit, † excuſat ignorantem, *cap. ignorantia, de regul. iur. in* 6. præſertim à pœna, *cap. Apoſtolicæ, de cler. excommun. miniſtr. cap. ſi verò, il* 2. & *ibi* Fel. & alij communiter adnotarunt, *de ſentent. excommunicat. l. error facti, & l. regula eſt, ff. de iur. & facti. ignorant.* idque procedit etiam in pœnis tẽporalibus, vt ſatis docet idem Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſp.* 32. *num.* 23. qui *num.* 26. probat, id etiam procedere ſi ignorantia ſit concomitans; exemplum afferens in percutiente Titium, quem inuincibiliter Clericum eſſe ignorat, eo tamen animo, quòd, licèt ſciret eum Clericum, adhuc percuteret. irritatio autem actus † eſt pœna, *cap. ſi religionis, de elect. in* 6. ibi; & in pœnam præſumptionis illius, electio eadem viribus vacuetur. ſentitque gloſ. *in cap. decet, verbo, proceſſus, de immun. Eccleſ. eodem lib.* & Bartol. *in l. turpia, circa initium, ff. de leg.* 1. & licèt contrarium in hoc teneat Innoc. *cap. ſi verè, num.* 3. *de ſent. excom.* Felin. *cap.* 2. *num.* 3. *de conſt.* Anchar. *in cap. fin. num.* 4. *de elect. in* 6. Nauar. *conſ.* 21. *num.* 5. *de priuileg.* & Mandoſ. *ad reg.* 15. *Canc. quæſt.* 5. *num.* 7. Tamen optimè vtramque opinionem conciliat plurib. relatis Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 4. *num.* 9. vt prior vera ſit, cùm irritatio actus inducitur in odium tranſgredientis; poſterior cùm ſolùm ob defectum ſolemnitatis. in caſu autem noſtro annullatio reſcripti ſit in odium ſupprimentis veritatem, aut exprimentis falſitatem; vt colligi videtur ex *l. etſi legibus, C. ſi contr. ius, vel vtil. publ.* necnon ex *d. cap. ſuper litteris, cap. fides, & cap. ſi proponente, de reſcr.* quare ignoranter, ex probabili ignorantia facti, tacens veritatem, aut exprimens falſitatem, excuſari debet ab hac pœna nullitatis ei à iure propoſitæ, qui vel veritatem exprimendam ſuppreſſerit, vel falſitatem tacendam expreſſerit. Quoad probabilem verò, ſeu iuſtam iuris ignorantiam, quòd † excuſet gratiam à ſurreptione, ſatis interminis voluit Nauar. *conſ.* 1. *numer.* 6. *de reſcript.* in antiq. edit. ac rurſus *conſ.* 2. *num.* 4. *de ſil. presbyt.* iuxta edit. Lugdun. ac præter ea, quæ non multo pòſt, *verſ. non eſt tamen negandum*, adducemus; id ſuadet, quòd ignorantia iuris probabilis regulariter excuſat, maximè iuris humani; vt ex text. *in §. notandum, 1. quæſt.* 4. & *ibi* gloſ. recepta, tradit Nauarr. *conſ.* 4. *num.* 1. *&* 3. *de vſur.* iuxta Lugdun. impreſſ. ac præcipuè ſi illud ius ſit obſcurum, & dubium, vel non ita frequentatum, vt poſt alios idem docet *num.* 6. *cum tribus ſeqq. & conſil.* 10. *num.* 7. *de ſepult.* iuxta eandem edit. Quamuis omnino fatendum ſit, difficilius admitti iuſtam, ſeu probabilem ignorantiam in iure, quàm in facto, & plus in illa, quàm in hac exigi: idque ſolùm probat *cap. ignorantia, de reg. iur. in* 6. *& l. regula eſt, ff. de iur. & facti. ignor.* & alia, quæ poſſent in contrarium adduci. 204.

Poſterior pars † concluſionis probatur; quoniam ita in reſcriptis, & gratiis tenet Abb. *d. cap. ſuper litteris, num.* 4. *&* 6. Fel. *num.* 6. Dec. *notab.* 3. Franc. *cap. ſi eo tempore, num.* 4. *de reſcript. in* 6. & alij, quos referunt, ac ſequuntur Tiraq. *in tract. ceſſant. cauſ. in princ. num.* 116. & Sanch. *d. lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 56. qui id probat, tum ex text. *in cap. conſtitutus, de reſcript.* vbi deciditur, † impetrationem beneficij contra ſtatutum Eccleſiæ, ne certus numerus excedatur, non facta illius mentione, eſſe ſurreptitiam; cùm tamen illud ſtatutum poſſet probabiliter ignorari, argum. *cap.* 1. *de conſtit. in* 6. tum ex *d. cap. ſuper litteris*; qui text. licèt de ſolis iuſtitiæ litteris loquatur, tamen habet locum etiam in litteris gratioſis, vt ex communi Doct. placito plurimis relatis tradit Sanchez *d. diſp.* 21. *num.* 54. & quidem maiori ratione, quoniam has litteras ſurreptio, vel obreptio vitiat ipſo iure, illas ſolùm ope exceptionis, vt ſup. *in* 4. *præmiſſ.* docuimus. text. autem *d. cap. ſuper litteris*, loquens de veritate ſuppreſſa, vel falſitate expreſſa per ſimplicitatem, vel ignorantiam, quando ea ſuppreſſio, vel expreſſio eſt cauſa reſcripti eo modo conceſſi, vt patet ex verbis præced. *ibid. in verſ. ſi verò*, habet hæc verba; ſi verò per huiuſmodi falſitatis expreſſionem, vel ſuppreſſionem etiam veritatis litteræ fuerint impetratæ, qua tacita, vel expreſſa nos nullas prorſus litteras dediſſemus, à delegato non eſt aliquatenus procedendum. Tum ob eam rationem, quia in valore gratiæ conſiderando non ſpectatur impetrantis culpa, aut ſimplicitas ignorantiáve, ſeu error, ſed intentio concedentis à qua vires ſumit gratia. Et confirmat Sanchez, quia tunc ea cauſa eſt finalis totius reſcripti; ergo ea falſa exiſtente corruet totum tanquam cauſæ deſtitutum: nam etiam quando à principio fuiſſet validum exiſtente cauſa finali vera, corrueret ſuperueniente eius cauſæ ceſſatione, vt idem Sanchez docet *d. lib.* 8. *diſp.* 30. *num.* 14. de quo nos latiùs inf. *cap.* 8. *quæſt.* 5. Interim hiſce fundamentis à Sanchez *d. num.* 56. ad huius poſterioris partis propoſitæ concl. comprobationem allatis illa duo nos addimus: alterum eſt, quòd dum *in d. cap. ſuper litteris*, Romanus Pontifex quoad prædictum effectum nullitatis actus reſultantè ex veri taciturnitate, vel falſi expreſſione in cauſa finali conceſſionis, ignorantiam æquiparãs ſimplicitati, inter vtramque ponit alternatiuam, vel, dicens, per ſimplicitatem, vel ignorantiam; ſicut voluit ſimplicitatis nomine intelligere iuris ignorantiam, vt ferè omnes concedunt, & probant 207. 208. 209.

bant iura *ibidem* per gloſ. allegata verbo *ſimplicitatem*: ita per ignorantiam omnino intellexit ignorantiam facti; alternatiua enim, *vel*, ponitur regulariter inter diuerſa, Bald. *l. filia, ante num. 1. C. de collat.* Card. *Clement. 2. num. 8. de et. & qualit.* atque ita exponit ſimplicitatem, & ignorantiam *in d. cap. ſuper litteris*, Ioan. Andr. *ibid. num. 11. & d. cap. ſi motu proprio*, ad ſuam gloſ. *traceatur*; licèt Sanchez *d. diſput. 21. num. 55.* poſt Imol. allegantem Card. contendat ſumi ibi pro eodem: ſicut etiam fraus, & malitia; inter quæ tamen ibi ponitur alternatiua, *vel*. ſed iure optimo dici poteſt, inibi diſtingui fraudem à malitia, & vtrumque poni tanquam diuerſa; nam dolus, qui idem eſſe videtur,
210. ac malitia, vel eius ſpecies, † differt à fraude, vt conſtat ex *l. iuriſgentium, §. ſed etſi fraudandi, ff. de pact.* ac præter Doct. *ibi* adnotauit Alciat. & Rebuff. *in l. aliud eſt fraus, ff. de verb. ſignific.* quare ſicut *d. cap. ſuper litteris*, Pontifex, dum ait, *fraudem, vel malitiam*, voluit addere vni ſpeciei aliam ſpeciem, vel genus: ita, dum ait, ſimplicitatem, vel ignorantiam, ſpeciei ſpeciem adiunxit, aut etiam genus; ſi dicamus ignorantiam ibi ſumi genericè, prout ignorantiam facti, & iuris comprehendit. Alterum fundamentum noſtrum eſt, quòd illa actus annullatio, quæ à iure inducitur ex veri exprimen-
211. di taciturnitate, vel falſitatis expreſſione, † afficit ignorantes; prout de qualibet lege actum inualidante poſt alios tradit idem Sanchez *d. lib. 3. de matrimon. diſput. 17. num. 10.* idque propter vim, & effectum decreti irritantis, vt liget etiam ignorantes, *cap. dudum, verſ. conſiderantes, cap. ſi beneficia, & cap. quodam, de prabend. in 6.* necnon *cap. 1. verſ. adiiciebatur inſuper, de conceſſ. prab. eodem lib.* cum aliis ad id adductis ab Anton. Gabr. *commun. concluſ. lib. 6. tit. de clauſul. concluſ. 3. numer. 1.* & Hier. Gonzal. *ad reg. 8. Cane. gloſ. 67. num. 18.* Non
212. eſt tamen negandum, quin † probabilis ignorantia iuris, ſeu ſimplicitas, & ignorantia facti ſimiliter probabilis aliquid operari poſſit, ac debeat in excuſando à nullitate commutationem vltimæ voluntatis ſic obtentam verum tacendo, vel falſum exprimendo. & quoad ſimplicitatem, ſeu iuris probabilem ignorantiam, ſuaderi poteſt ex iuribus per gloſ. allegatis *d. cap. ſuper litteris, verbo, ſimplicitatem*, & aliis, quæ de probabili ignorantia iuris, præter Doctor. *d. cap. ignorantia, de regul. iur. in 6. d. l. regula, ff. de iur. & facti. ignor. & cap. 2. de conſtit. in 6.* adducit Sanchez *lib. 5. de matrimon. diſput. 3. num. 13. & lib. 9. diſput. 32. num. 6. vſque ad 14. & à 16. vſque ad 22.* quoad ignorantiam facti, ex traditis à Sanchez *d. diſput. 32. num. 23.* cum multis ſeqq. & Doctor. *d. cap. Apoſtolica, de cleric. excommun. miniſtr. & cap. ſi verò, il 2. de ſentent. excommun.* necnon à Menoch. multos allegante *d. caſ. 201. num. 52.* de vtraque ſimul ſatis colligitur ex adductis pro priori huius concluſ. parte. Et in ſpecie quoad id, quod in concluſ. propoſuimus, vt huiuſmodi ignorantia probabilis iuris, aut facti ſuſtineat actum commutationis in forma communi, hoc eſt, eo modo, quo ſolet concedi; vbi talis veritas tacita ſit, vel expreſſa falſitas, vt, ſi veritatem ſciuiſſet concedens, gratiam ſaltem in forma communi feciſſet: apertè conuincitur ex *d. cap. ſuper litteris, §.* ſeu *verſic. nos igitur*, ibi, inter eos, qui per fraudem, vel malitiam, & illos, qui per ſimplicitatem, vel ignorantiam litteras à nobis impetrant, huiuſmodi credimus diſcretionem adhibendam: iunctis iis verbis; inter alios autem, qui poſteriori modo litteras impetrant, duximus diſtinguendum; quæ falſitas ſuggeſta fuerit, vel quæ veritas ſit ſuppreſſa. nam ſi talis expreſſa ſit falſitas, vel veritas occultata, quæ, quamuis fuiſſet tacita, vel expreſſa, nos nihilominus ſaltem in forma communi litteras dediſſemus; delegatus non ſequens formam in litteris ipſis appoſitam, ſecundùm ordinem iuris in cauſa procedat. Cùm autem expediat iura iuribus concordare, vt ait Bonif. VIII. *in cap. cùm expediat, de elect. in 6.* iuxta mox allatam diſpoſitionem *d. cap. ſuper litteris*, quod attinet ad ignorantiam facti, † intelligendum eſt, quod diſponitur *in d. cap.* 213.
gratia, de reſcript. in 6. valere litteras impetrantis beneficium, licet prioris ſibi ignoranti collati mentionem non fecerit: &, (ſumpto argumento à contrario ſenſu, quod in iure fortiſſimum eſt, *l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict. & cap. cùm Apoſtolica, in fi. de his, quæ fi. à Prel. ſin. conſ. cap.* cum ſimil.) poſſe vtrumque habere, ſi talia beneficia ſint, quæ ſimul valeant de iure teneri. Ideo enim hoc ob ignorantiam probabilem impetrantis conceditur, quia retentio horum beneficiorum compatibilium communiter, & in forma communi concedi ſolet, ſeu iuri communi conformis eſt. Aliter tamen huic textui, quatenus aduerſari videtur primo membro huius poſterioris partis præſentis concluſ. reſpondent alij apud Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſput. 21. num. 60.* qui deinde ſecutus Rebuff. *in cap. nulla, artic. 2. concluſ. 5. de conceſſ. præb.* & in concord. Gall. *tit. de form. mand. Apoſt.* paulo ante clauſulam, *motu proprio, verſ. limita tamen*, Butr. *d. cap. ſuper litteris, numer. 27.* & *ibi* Bero. *in 1. lect. num. 41.* ait, quòd deciſio *d. cap. gratia*, locum habeat, quia ſurreptio in eo caſu procedit à iuſta, & multùm tolerabili ignorantia, & poterat reduci ea diſpoſitio ad terminos iuris communis; ideſt, attento iure communi idemmet diſpoſitum erat, quod gratia concedit: ſecus ſi ad eos terminos reduci non poſſet. quæ reſponſio eadem ferè eſt cum noſtra, aliam verò ſubdit *ibid.* Sanchez poſt Bero. *ſup. num. 42.* & Rebuff. *in poſteriori loc. cit. verſ. vel poteſt dici*, ideo ignorantiam in caſu *d. cap. gratia*, iuuare, vt litteræ ad beneficia non ſint ſurreptitiæ, quia impetrans non habebat ius in re in priori beneficio, vtpote collato abſenti, & ignoranti, ſed tantùm ad rem, iuxta *cap. ſi tibi abſenti, de prab. in 6.* ideo taciturnitas ex tam iuſta ignorantia non vitiat, quia, vt vitiet, debet eſſe taciturnitas alicuius beneficij iam poſſeſſi, licèt ex ignorantia taceatur; & ſic procedunt † *cap. non poteſt, & cap. ſi motu proprio, eodem tit. ac lib.* alia- 214.
que omnia iura inducentia ſurreptionem, ac nullitatem in impetratione beneficij ex taciturnitate prioris. Verùm hac tota de re inter alios conſuli poteſt Octau. Glorit. *in ſuo ſolemni Commentar. d. cap. ſuper litteris, de reſcript.* præcipuè *à num. 174. vſque ad* 268. quem non niſi poteſt hæc ſcripta vidimus quoad præſentem materiam.

Ex his igitur patet, quòd, quando taciturnitas veri, vel expreſſio falſi ex ſimplicitate, vel ignorantia fuit cauſa finalis ſolius formæ commutationis vltimæ voluntatis, aut commiſſionis eiuſdem, † tunc non vitiatur niſi ipſa forma. atque hæc 215.
eſt propria deciſio text. *d. cap. ſuper litteris, §. nos igitur*, in verbis vltimo loco relatis; ex quibus, & ibi traditis per omnes ita generatim in reſcriptis docet, latiúſque explicat Sanchez *d. diſp. 21. num. 61.* Idque procedit in quibuſcumque litteris gratioſis, & priuilegiis, vt latè probat Glorit. *vbi ſup. num. 165.* & multis ſeqq. ac poſt Fel. *d. cap. ſuper litteris, num. 3. limit. 3.* & Abb. *num. 5.* atque ex mente Innocent. *cap. cùm dilecta, num. 3. de reſcript.* docet Sanchez *d. diſput. 21. num. 64.* qui *num. præced.* ex Abb. *in cap.*

sedes, num. 4. & *ibi* Fel. *num.* 2. *de rescript.* ac Franc. *cap. si eo tempore, num.* 4. *eod. tit. in* 6. ostenderat,
216. secus esse, † si surreptio non dolosa commissa esset in causa finali negotij principalis, vnde alia penderent; nam tunc quoniam corrueret principale, corruerẽt etiam accessoria, *cap. accessorium, de reg. iur. in* 6. *cum suis concordant.* Quid autem dicendum
217. sit † de exprimente sub dubio vltimam aliquam voluntatem, quæ commutanda est, aut aliquod eius vinculum; colligi potest ex eo, quod de dispensatione, ac voto tradit Sanchez *d. disput.* 21. *num.* 40. & *lib.* 4. *summ. cap.* 47. *num.* 34. nimirum, quòd, si ipsam substantiam voti sub dubio exposuit, cùm de eo sit certus, nulla erit dispensatio, aut commutatio voti; quia est error in substantia rei, in qua dispensatur; Pontifex enim tunc non dispensat in re certa, sed dubia, quæ diuersæ sunt. sicut non valeret remissio debiti obtenta allegata vera paupertate, ac falsa debiti dubitatione. & confirmat, quia priuilegium, & concessio intelliguntur juxta preces, & narrata in supplicatione, vt idem Sanchez *ibidem* ait, & probat ex adductis per eum *d. disput.* 21. *num.* 37. *circa initium*: at in precibus votum, aut alia res solùm tamquam dubia narratur. Quòd si substantia rei certò, ac verè narratur, sed aliqua dumtaxat qualitas sub dubio: tunc Sanchez vtrobique sentire videtur, quòd, si nihilominus Princeps dispensationem concedat, ea valebit; multo verò magis, si iis verbis vtatur, siue res sit certa, siue dubia, dispensamus, aut commutamus, vel dispensari, aut commutari mandamus; quia iam nullus est voluntatis defectus, neque aliquo errore ducitur.

Decima conclvsio. Quando tacitum fuit verum, vel falsum expressum per fraudem, vel malitiam in impetratione commutationis vltimæ
218. voluntatis: † tunc vitiatur omnino gratia, licèt ea taciturnitas, & expressio fuerit causa finalis solius formæ. Ita in quolibet rescripto Sanchez *d. disput.* 21. *num* 65. post Abb. *d. cap. super litteris, numer.* 1. Imol. *num.* 6. Barbat. *num.* 24. Dec. *num.* 4. *in non.* per eum text. ibi; nos igitur inter eos, qui per fraudem, vel malitiam, & illos, qui per simplicitatem, vel ignorantiam litteras à nobis impetrant, huiusmodi credimus discretionem adhibendam; vt hi, qui priori modo falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatem, in suæ peruersitatis pœnam nullum ex his litteris commodum consequantur. necnon ex *cap. sedes, eodem tit. de rescript.* ibi; mendax precator careat penitus impetratis: quæ etiam verba ad hanc rem habentur *in l. etsi legibus, C. si com. im. vel vtil. publ.* ex quo text. & aliis hanc conclusionem generatim quoad rescripta gratiosa latiùs confirmat Oct. Glorit. *d. cap. super litteris, num.* 153. *vsque ad* 163.

219. Limitatur autem hæc conclusio, vt † ab hac extensione pœnæ annullationis formæ surreptitiæ, vel obreptitiæ ipsius gratiæ ob taciturnitatem veri, vel expressionem falsi in causa finali solius formæ ad annullandam ipsammet gratiam, excuset ignorantia etiam crassa; vt in rescriptis docet Sanchez *d. disput.* 21. *num.* 66. quia text. *in d. cap. super litteris*, ad hanc extensionem pœnæ requirit fraudem, vel malitiam: in his autem, & similibus casibus ignorantia etiam crassa excusat à pœna; vt pluribus docet idem Sanchez *d. lib.* 9. *de matrim. disput.* 32. *num.* 36. *cum duobus seqq.* non autem ita crassa, vt esset ingens temeritas, vt idem Sanchez temperat *d. num.* 66. ex traditis per eum *d. disput.* 32. *num.* 39. quod idem fortiùs dicendum est de supina ex adductis per eundem hac ipsa *disput.* 32. *numer.* 40. sed quicquid sit de hac limitatione, de qua dubitari potest per text. *in l. regula, §. sed fatti, ff. de iur. & fact. ignor. cap. Apostolicæ, de cler. excommun. ministr. & cap.* 2. *de constit. in* 6. cum similibus, vbi habetur, ignorantiam crassam non excusare, quæ tamen satis euitari posse videntur, dicendo, ea procedere cùm agitur de incurrenda pœna imposita ipsi actui ignorato, non autem cùm de extendenda ad ipsum pœna alteri actui imposita. Illa certè limitatio omnino admittenda est in materia nostra commutationis vltimarum voluntatum, quam generatim in rescriptis affert, satisque confirmat Sanchez *d. disput.* 21. *num.* 67. vt † 220.
non sit locus huic pœnæ, seu eius extensioni, vbi, cùm pars verum proposuerit, ipsa ignorante Curialis, vel sollicitator sciens, & prudens surreptionem commiserit, tacita veritate, vel expressa falsitate; maximè quia *d. cap. super litteris*, decernitur, vt impetrans in suam peruersitatis pœnam nullum ex illis litteris commodum consequatur; hìc autem verus impetrans, quæ est pars, seu principalis, in nulla culpa fuit.

In dubio autem † potius præsumetur per ignoran- 221.
tiam, & simplicitatem, quam per dolum tacitam fuisse in hoc casu, ac præcedentibus veritatem, vel expressam falsitatem, vt pluribus relatis tradit idem Sanchez *d. disput.* 21. *num.* 68. vbi etiam docet, quando præsumatur dolus, vel iuramento impetrantis probetur ignorantia. Pariter admittenda est illa limitatio, quòd si quando commutatio vltimæ voluntatis fiat per litteras iustitiæ, seu ad lites, tunc † surreptio obreptióve dolosa in 222.
vna parte rescripti tantùm, neque eam partem, neque aliam vitiat ipso iure, sed vtramque tantùm ope exceptionis; nam illud regulare est, vt rescriptum iustitiæ non sit ipso iure nullum ob veri taciturnitatem, vel falsi expressionem, sed solùm ope exceptionis, vt sup. *in* 4. *præmiss.* ostendimus: & ita in omnibus rescriptis iustitiæ docet hanc limitationem Sanchez *d. disput.* 21. *num.* 76. satis quoque faciens iis, quæ contra illam obiecerat *num.* 75. præsertim ex dictionibus, *penitus*, ac *nullum*, positis *in d. cap. super litteris*, probans, † eas importare nullitatem ipso iure, ni- 223.
si aliud suadeat materia subiecta, vt hìc contingit.

Vndecima conclvsio. Quando partes eiusdem rescripti commutationis vltimæ voluntatis sunt omnino separatæ, seu non habent connexionem adinuicem, quia non eandem causam, finémve respiciũt, † surrepẽo, vel obreptio dolosa in 224.
vna parte non vitiat aliam: secus si habeant connexionem. Ita in quolibet rescripto pluribus citat. tenet Garz. *d. tract. de benefic. part.* 8. *cap.* 3. *num.* 16. *cum seq.* & Sanchez *d. disp.* 21. *num.* 71. & 72. post Dec. *d. cap. super litteris, num.* 1. & 18. *in non.* tum quia ex *d. cap. super litteris*, constat, irritationem esse in pœnam doli, & malitiæ: pœna igitur non est extendenda vltra casum in eo text. expressum, qui est, quando impetratur vnum rescriptum diuersa continens, quorum vnum connexionem habet cum altero, quia pertinet ad eandem causam decidendam, vt in exemplo per eundem Sanchez allato *eadem disputat.* 21. *numer.* 61. Tum quòd id colligitur ex text. *in cap. si eo tempore, de rescript. in* 6. vbi deciditur, rescriptum obtentum ad beneficium siue cum cura, siue sine illa, tacito defectu legitimæ ætatis ad curatum, cùm tamẽ legitima esset ad simplex, validum esse ad obtinendum beneficium simplex, non verò curatum; ibi enim diuersæ sunt gratiæ, atque adeò surreptio in vna non vitiat aliam,

aliam. Tum quia vbi plures gratiæ in eodem reſcripto contentæ non habent adinuicem connexionem, virtute ſunt plura reſcripta; licèt per accidens, & materialiter ſint vnum. Sicut autem Sanchez *d. num.* 72. per modum illationis ponit exemplum duarum partium eiuſdem reſcripti ſeparatarum in impetrante ſimul diſpenſationem voti caſtitatis, ac peregrinationis Hieroſolymitanæ, allegata ſciènter falſa cauſa circa alterum votum, & vera circa alterum; dicens, non vitiari diſpenſationem, niſi circa illud, in quo falſa cauſa fuit: exemplum autem plurium partium eiuſdem reſcripti habentium inter ſe connexionem, quia eandem cauſam, eundémque finem reſpiciunt, ponit in impetrante eodem reſcripto diſpenſationem in voto caſtitatis, & conſanguinitatis ad vnum matrimonium contrahendum; inferens ex adductis per eum *num. præced.* tunc ſurreptionem doloſam in altera parte vitiare totam diſpenſationem. Sic nos prioris caſus exemplum afferre poſſumus in impetrante per idem reſcriptum commutationem duarum vltimarum voluntatum; poſterioris in eo, qui impetrat vnico reſcripto commutationem vnius vltimæ voluntatis habentis duo vincula, & obſtacula, ſeu duas conditiones. vnde in primo caſu ſurreptio doloſa in vna parte non vitiabit aliam; in ſecundo vitiabit vtramque; vt ſatis conſtat ex prædictis, quoad priorem quidem caſum, in præſenti, quoad poſteriorem verò, in præced. concluſ. Limitat autem poſt alios Garz. *d. cap. 3. num.* 18. poſteriorem caſum, ſeu no-
225. ſtræ huius concluſ. partem; quòd, † vbi ſurreptio reſcripti in vno, (ſumit autem ibi ſurreptionem generice prout comprehendit etiam obreptionem, ſeu falſi expreſſionem,) fuit cauſa obtinendi quoad omnia reſcriptum vitiatur in totum: loquitur verò *ibi* Garz. vt patet ex præcedentibus, etiam vbi capitu, ſeu partes reſcripti ſunt omnino ſeparatæ. qua de re videri quoque poteſt, quod latè tradit Oſau. Glorit. *in d. commentar. cap. ſuper litteris, à num.* 164. *vſque ad* 173. *de reſcript.* vbi generatim tuetur, quòd ſurreptio genericè vt ſup. ſumpta, ſi non ſit doloſa, commiſſa in vna parte reſcripti gratioſi aliam non vitiat.

DVODECIMA CONCLVSIO. Surreptio, vel obreptio doloſa in vna parte gratioſæ commu-
226. tationis vltimæ voluntatis, † non irritat ipſo iure, & in foro conſcientiæ illam partem connexam, quæ vitio caruit; ſed opus eſt iudicis declaratione. ita in diſpenſatione, & quauis alia gratia docet Sanchez *d. diſp.* 21. *num.* 78. & probatur, quia, licèt ſurreptio, vel obreptio in vna parte reſcripti connexa vitiet aliam, iuxta tradita *in duabus præced. concluſ.* & ſurreptio in litteris gratiæ regulariter eas irritet ipſo iure, per ea, quæ ſup. hac ipſa quæſt. quarto loco præmiſimus: tamen, cùm hæc extenſio pœnæ irritationis reſcripti gratiæ à parte ſurrepta illius ad non ſurreptam tota nitatur, *d. cap. ſuper litteris*, adiuncta *ibi* Doctorum interpretatione; in eo autem textu non nullitas ipſo iure, ſed ope exceptionis inducatur, vt tenet *ibi* gloſ. recepta *in verbo, nulli tenus*, latéque tradit Bero. *ibidem in 1. lect. num.* 25. *&* 26. & colligitur ex ipſo text. ibi; *poſtquam ſibi ſuper hoc facta fuerit fides*: & ibi, in ſuæ peruerſitatis pœnam, nullum ex illis litteris commodum
227. conſequantur; pœna autem † regulariter non debetur ante iuditis ſententiam, vt pluribus allegatis ex communi tradunt Simanc. *de cathol. inſtit. tit.* 9. ex *num.* 161. Lud. Molin. *tom.* 1. *de inſtit. & iur. diſp.* 65. *verſ. contrariam ſententiam*, Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 22. *num.* 7. Proſp. Farinac. *lib.* 1. *quæſt. crimin. tit. de inquiſit. quæſt.* 11. *num.* 102. & nos quoque *in tract. de diſtribuit. quotid. part.* 3. *quæſt.* 7. *concl.* 2. ſeu *num.* 59. quæ quidem pœna in hoc caſu eſt priuatio iuris aliquo modo quæſiti, quod habet impetrans ne pars vtilis gratiæ per inutilem vitietur, quando commodam recipiunt diuiſionem fundatam in iure communi, ex qua inutile per inutile nõ vitiatur in ſeparabilibus, *cap. vtile, de reg. iur. in* 6. atque adeò hæc pœna nullitatis, cùm exorbitet à iure, non eſt trahenda in conſequentiam, ſeu extendenda, *cap. quæ à iure, eod. tit. & lib.* cum ſimil. Multo verò magis vera erit hæc concluſio vbi hæc commutatio vltimæ voluntatis committatur per reſcriptum iuſtitiæ; ex iis, quæ *in* eiuſdem concluſionis ſpecie in quolibet reſcripto iuſtitiæ adducit ipſemet Sanchez *d. diſp.* 21. *num.* 76. vbi etiam ſatisfacit contrariis, quæ poſuerat *num.* 75.

DECIMATERTIA CONCLVSIO. Taciturnitas veri, vel falſi expreſſio doloſa circa cauſam impulſiuam vnius partis reſcripti cõmutationis vltimæ voluntatis †non vitiat totum reſcriptum. ita in quouis 228.
reſcripto, poſt Bero. *d. cap. ſuper litteris, in* 2. *lect. num.* 55. tenet idem Sanchez *d. diſp.* 21. *numer.* 74. licèt non pauci contrarium velint, quos idem refert *num.* 73. Ducitur Sanchez; tum quòd totus text. *d. cap. ſuper litteris*, loquitur ſolùm de cauſa finali, ſine qua litteræ non concederentur, vel totæ, vel illarum pars; nam totus ille text. agit de taciturnitate veritatis, vel expreſſione falſitatis cauſæ conducentis ad valorem reſcripti. at cauſa impulſiua non eſt huiuſmodi, ſed ſola cauſa finalis, vt nos ſup. *concl.* 3. *&* 4. oſtendimus. Tum quòd text. ille quoad hoc æquiparat prorſus malitiam, & fraudem, quæ committitur in tacenda veritate, & quæ in exprimenda falſitate. at tacens veritatem, quam explicare non tenetur, qualis eſt iuxta veriorem ſententiam, de qua nos *in vlt. præmiſſ. & d. concl.* 3. *poſt medium.* circa cauſam impulſiuam; iure optimo nequit fraude, vel malitia notari: hæ namque culpam, & ſanè non leuem implicant; cùm tamen nulla ſit in eorum taciturnitate, quæ quis explicare non tenetur. Differentia verò quam text. *d. cap. ſuper litteris*, conſtituit inter tacentem verum, aut exprimentem falſum ex fraude, vel malitia, & id facientem ex ſimplicitate, vel ignorantia, vt in illo indiſtinctè nullitatem inducat, in hoc verò cum diſtinctione, an litteræ concederentur, nécne; (quod eſt præcipuum fundamentum contrariæ ſententiæ;) eò ſolùm pertinet, inquit optimè Sanchez, vt, quando adeſt fraus circa partis reſcripti cauſam finalem, vitietur indiſtinctè, & omnino reſcriptum tam quoad partem inutilem, id eſt, quæ, ſecluſa ea ſurreptione, non concederetur, quàm quoad alteram vtilem, hoc eſt, aliàs concedendam. Vnde in priori parte, ſeu caſu, nimirum, quando fraus interuenit, iure optimo non diſtinxit text. an, ea fraude ſecluſa, pars litterarum eſſet concedenda, quia ea contingente circa ſolam reſcripti partem, vbi eſt in cauſa finali, corruit totum, quamuis altera reſcripti pars, ſurreptione ceſſante, foret concedenda. at in poſteriori parte, vbi ſermo eſt de ſurreptione ignoranter admiſſa circa finalem cauſam, opus fuit diſtinctione, an ſurreptio ſit circa cauſam finalem totius reſcripti, vel ſolius partis: quia ſi ſit in cauſa finali totius, corruet totum; ſi ſolius partis, illa ſola corruet. Ac ſic totus ille text. loquitur ſolùm de cauſa finali, vt dictum eſt.

DECIMAQVARTA, & poſtrema CONCLVSIO. Quamuis † non ſit neceſſaria expreſſio 229.
alicuius cauſæ ſiue finalis, ſiue impulſiuæ commutationis vltimarum voluntatum, in eius impetratione, ita, vt, ſi omittatur expreſſio, nulla ſit impetratio:

eſt tamen vtilis, & expediens. Prior pars concluſionis probatur; quia, licèt debeant neceſſariò in eiuſmodi commutationis impetratione exprimi omnia, & ſingula illius impedimenta, vt *ſeq. quæſt. concl. 4. cum tribus ſeq.* latiùs oſtendemus: licèt etiam cauſa ſaltem aliqua requiratur in commutatione vltimarum voluntatum, ſiue à Principe, ſiue ab inferiore facienda, vt pluribus docuimus *quæſt. 1. huius cap. concl. 1. & 2.* eaque cauſa, quoad neutrum eorum præſumatur, ex latè *ibidem* traditis *concluſ. 3. & 4.* Tamen neque à iure, neque à Doctoribus definitum reperio, quòd, ſi eiuſmodi cauſa non exprimatur, nulla ſit commutatio; ſed ad ſummum, quòd ea debeat aliquo modo probari. & quidem meritò: nam, cùm cauſa commutationis, & eius impedimenta inuicem opponantur, ſi hæc neceſſariò exprimenda ſunt, oppoſitum dicendum erit de cauſa; contrariorum enim contraria eſt ratio, *l. hæc verba, ille, ff. de verb. ſig.* latè Everard. *in loc. à contrar. num. 7. & 8.* item quod alicui conuenit, id eius contrario conuenire non poteſt, vt idem ſatis probat *num. 11.* Poſterior pars concl. probatur; tam ex eo, quod paulo antè diximus, cauſam aliquam neceſſariam eſſe ad vltimarum voluntatum commutationem, ex latè adductis *quæſt. 1. concluſ. 1. & 2. præſemio cap.* tum quòd, ſi exprimatur aliqua iuſta cauſa, faciliùs induceretur ſuperior ad gratiam concedendam; & conſtare poterit, quid probandum ſit; immo in anti-

230. quis † pro plenè probata habebitur, tanquam enuntiata; iuxta latè tradita per Menoch. *lib. 2. præſumpt. 10. num. 4.* & Maſcard. *de probat. concl. 106. num. 1. & 2. & concl. 622. numer. 15.* Gabr. inf. citand. *num. 54.* & in recentibus oriretur inde ſemiplena probatio, vt ſentit Maſcard. poſt alios *d. concl. 622. num. 6.* vel ſaltem præſumptio, vt idem poſt alios tradit *ibi num. 11.* Menoch. *d. lib. 2. præſumpt. 11. num. 2.* & Ant. Gabr. *commun. concl. lib. 2. tit. de*

231. *probat. concl. 2.* præſertim *num. 43.* & in ſpecie, † quòd cauſa præſumatur in Principe, ſi exprimatur, ſentit Maſcard. *concl. 2 5. num. 4.* poſt Crauett. *tract. de antiq. temp. 1. part. §. circa primam partem, num. 24. & 25.* ac latè Dec. *cap. qua in Eccleſiarum, num. 132. & ſeq. de conſtit.* Cæterùm de illo articulo, an, & quando Principis aſſertioni credatur, præter cit. auctores, videri poteſt idem Maſcard. *concl. 139. & concl. 1213. fere per tot.* Nos verò iam ad ſeq. huius cap. quæſtionem deſcendamus. Quod enim hoc loco pro complemento huius quæſtionis diſputari poſſet, quandónam, ſeu quo tempore veræ eſſe debeant cauſæ narratæ in precibus, remittimus ad id, quod fuſiùs de re hac diſſeremus *cap. 8. quæſt. 1.* vbi latiùs agendum erit, quando ceſſante cauſa commutationis ceſſet commutatio. Interim verò ad reliquas huius 6. cap. quæſtiones tranſeamus.

SVMMÆ RERVM.

232. *Impetrans commutationem vnius vltimæ voluntatis non tenetur mentionem facere iam obtentæ commutationis alterius vltimæ voluntatis.*

233. *Taciturnitas prioris diſpenſationis non reddit ſurreptitiam poſteriorem, niſi aliunde conſtet de defectu voluntatis in concedente.*

234. *Intellectus cap. 2. de fil. preſbyt. in 6. & cap. pen. de præſcript.*

235. *Deciſiones quædam Rotæ Rom. explicantur, & num. ſeq.*

236. *Mentio prioris diſpenſationis non eſt neceſſariò facienda in poſteriori, cùm poſterior eſt ſola executio precedentis; vel impetratur ob dubium validitatis ipſius.*

237. *Mentio prioris diſpenſationis circa eandem rem an facienda ſit in impetratione poſterioris, cùm inter vtramque eſt aliqua contrarietas, vel ſola diuerſitas.*

238. *Mentio prioris diſpenſationis quando in poſteriori facienda ſit.*

239. *Mentio prioris commutationis circa eandem vltimam voluntatem facienda eſt in poſteriori impetratione, cùm inter vtramque eſt aliqua contrarietas.*

240. *Impetrans commutationem vnius partis eiuſdem vltimæ voluntatis, mentionem facere debet prioris commutationis alterius partis.*

241. *Impetrans commutationem poſteriorem eiuſdem vltimæ voluntatis etiam ab inferiore tenetur facere mentionem prioris commutationis, quæ cum poſteriori habet aliquam contrarietatem; & licèt in vtraque ageretur de impedimento accidentali. aut vbi etiam poſterior conceſſio haberet clauſulam motus proprij, vel ex certa ſcientia; num. 242. aut prior non ſit conceſſa motu proprio, ſed ad inſtantiam eius, cui prodeſſe debet; num. 243.*

244. *Impetrans poſteriorem commutationem vltimæ voluntatis non tenetur mentionem facere prioris conceſſæ cum moderamine nota concedentis; aut cùm ex noua cauſa ſufficientis petitur poſterior commutatio.*

245. *Impetrans ſecundò eandem gratiam non tenetur mentionem facere quòd ea alias petita ſibi fuerit denegata ab eodem ſuperiore, vel eius anteceſſore; & ſiue inferior deroganerit, ſiue ſuperior; ac licèt nunc concedens ignoret denegationem; idémque ſi delegatus ad gratiam concedendam, eam deneganerit.*

246. *Prior commutatio vltimæ voluntatis, cuius non eſt facta mentio in poſteriori circa eandem rem aliquo modo contraria, non corruit, ſed ſola poſterior.*

247. *Mentio prioris commutationis inualidæ circa eandem vltimam voluntatem non eſt neceſſariò facienda in impetratione poſterioris commutationis. idque ſiue prior fuerit ab altera, ſiue ab eadem parte impetrata; & ſiue fuerit merè ſtrictior poſteriore, ſiue omnino ſimilis; num. 248. & quid, ſi prior nulla fuit ex culpa impetrantis; num. 249.*

250. *Impetrans poſteriorem commutationem eiuſdem vltimæ voluntatis, licèt quodammodo aduerſetur priori, huius mentionem facere iuxta probabilem ſententiam non tenetur ſaltem in foro conſcientiæ, cùm priori vti de facto, vel de iure nequit, aut re integra non vult: & ibi etiam quid in impetratione ſecundi beneficij, ac diſpenſationibus.*

251. *Irritum etiam dicitur, quod licèt validum ſit, caret effectu.*

252. *Verba cum effectu accipienda ſunt; & num. 254. cum ſeq.*

253. *Primum beneficium quando, & quomodo vacet ipſo iure per adeptionem ſecundi, vel de illo facienda ſit mentio in huius impetratione.*

254. *Intellectus cap. ſi motu proprio, & cap. non poteſt, §. cum vero, de præb. in 6.*

255. *Deciſio Mohedani 14. de præbend. ſeu 171. expenditur.*

256. *Impetrans ſecundam dignitatem, ſi paratus ſit dimittere primam, cui imminet cura animarum,*

rum, non tenetur in impetratione ſecunda facere d. qualitatis cura mentionem.

257. *Impetrans priuilegium incompatibile cum præſcriptione, vel altero priuilegio, cenſetur ei renunciare.*

258. *Diſpoſitio qualibet tendens ad alterius fauorem intelligenda eſt, eo vti volente, ſeu petente.*

259. *Diſpenſatus ſemel ſuper crimine ad matrimonium contrahendū, vel cum uno conſanguineo, ſi ea diſpenſatione vſus non fuit, non tenetur illius mentionem facere in impetratione poſterioris diſpenſationis ſuper eodem crimine ad aliud matrimonium contrahendum, vel cum alio conſanguineo.*

260. *Intellectus cap. ad audientiam, il 2. de reſcript.*

261. *Intellectus cap. 2. de fil. preſb. in 6.*

262. *Intellectus c. non poteſt, §. vlt. de prob. in 6. & n ſeq.*

263. *Impetrans ſecundum beneficium præſumitur illud velle ſimul cum primo retinere.*

264. *Commutatio ſpecialis alicuius vltimæ voluntatis derogat generali precedenti ab alio impetratæ, licet in illa huius mentio non fiat.*

265. *Reſcriptum ſpeciale ſecundum ius commune non derogat priuilegio generali contra ius, non facta illius mentione; immo idem forſaſſe in priuilegio ſpeciali reſpectu generalis.*

266. *Reſcriptum ſpeciale non derogat priori generali non facta eius mentione, cùm generale purificandum eſt in illa ſpecie.*

267. *Gratia ſpecialis non derogat priori gratiæ generali iam executæ.*

268. *Commutatio alicuius vltimæ voluntatis ſpecialis derogat generali ſequenti ab alio impetratæ etiam non facta eius mentione.*

269. *Species quando deroget generi, remiſſiùs.*

270. *Vincula omnia, & impedimenta exprimenda ſunt in impetratione commutationis vltimæ voluntatis, qua ſingula cognita concedentem reuocarēt vel ab omnimodo, vel à tali cōceſſione.*

271. *Vincula plura fortiora ſunt vno, & vno ſublato alterum remanet; ac num. 277.*

272. *Derogatio indulti Cardinalis non ſuffragatur, quando Cardinalis eſt ordinarius collator.*

273. *Impedimenta omnia matrimonij exprimenda ſunt ab impetrante diſpenſationem ad illud contrahendum; & quidem in iiſdem precibus.*

274. *Mentio ſtatuti, legis, aut conſuetudinis ſpecialis idipſum diſponentis quòd vltima voluntas, in huius commutatione facienda erit.*

275. *Prohibitio iuris communis non eſt exprimenda Principi, à quo impetratur commutatio illius vltimæ voluntatis, quæ ei iuri conformis non ſit.*

276. *Inferior habens poteſtatem commutandi vltimas voluntates ad ſui fauorē conceſſam quoad plura vincula, poterit commutare, licèt ea concurrant in eadē vltima voluntate, ſeu perſona.*

277. *Impedimenta, ſeu vincula diuerſa eiuſdem commutationis vltimæ voluntatis in eodem reſcripto ſunt explicanda; & ibi quid in diſpenſatione circa impedimenta matrimonij.*

278. *Oblitio conceſſionis facilè poteſt in Papa præſumi, cùm ſit quid facti.*

279. *Diſpenſans in vno tantùm impedimento ſupponit alia non ſubeſſe.*

280. *Impedimenta plura ſimul in iiſdem precibus tunc ſunt exprimenda quando ſe contingunt, & vnum auget aliud.*

281. *Ignorantia an excuſet à ſurreptione cùm vnum ex pluribus impedimentis tacetur in iiſdem precibus.*

282. *Impedimenta plura ſubordinata, nec eodem modo ad eundem finem tendentia, quomodo poſſint in diuerſis precibus exprimi, ac reſcripto tolli.*

283. *Impedimentum ſuperueniens non impedit diſpenſationem iam perfectam alterius impedimenti, quod tunc ſolum ſubeſſet.*

284. *Impedimentum, quod poteſt tolli aliter, quàm per diſpenſationem, non eſt neceſſe, vt exprimatur in diſpenſatione, in qua tolli petitur alterum impedimentum; ſed poteſt in diuerſis precibus exprimi, ac diuerſo reſcripto tolli.*

285. *Impedimentum occultum, maximè quod expreſſum ſupplicandi afferret infamiam, quomodo ſit cum altero publico explicandum.*

286. *Plures tituli vnici vinculi, ſeu impedimenti commutationis vltimæ voluntatis exprimendi ſunt in illius commutationis impetratione. Idemque eſt in impedimentis matrimonij orientibus ex diuerſis capitibus; num. 287.*

288. *Mixtum non comprehenditur ſub ſimplici in odioſis, qualis eſt diſpenſatio.*

289. *Illegitimus ex coniugato cum coniugata diſpenſationem petens vtrumque defectum debet exprimere, vt valida ſit diſpenſatio.*

290. *Excommunicatus ob plures cauſas, debet omnes exprimere, cùm impetrat abſolutionem.*

291. *Clauſula,* non obſtante, *non ſupplet expreſſionem vnius ex titulis vnici impedimenti commutationis vltimæ voluntatis, aut aliam qualitatem neceſſariò exprimendam.*

292. *Mentio multiplicatarum vltimarum voluntatum ab eodem defuncto circa eandem rem non eſt neceſſariò facienda in impetranda illarum commutatione: ſicut nec irregularis explicat quoties in excommunicatione celebrauit. & quid ſi multiplicatio fieret facta commiſſione, ante, vel poſt executionem; num. 293.*

294. *Poteſtas commutandi vltimam voluntatem quoad aliquod vinculum extenditur etiam ad commutandum in eo, cùm oritur ex duplici titulo, licèt conceſſa fuerit cum expreſſione perſonarum.*

295. *Circumſtantia notabilis annexa vnico vinculo, ſeu impedimento commutationis vltimæ voluntatis exprimenda eſt in eius commutationis impetratione.*

296. *Forus pœnitentialis, & externus quando idem ſermonem; vel ab illo ad hunc arguatur.*

297. *Circumſtantia notabiliter aggrauans in eadem ſpecie eſt in foro pœnitentiali explicanda.*

298. *Gradus conſanguinitatis exprimendus eſt in diſpenſatione matrimoniali.*

299. *Legitimatio ſpurij ſurreptitia eſt, ſi taceantur qualitates, & circumſtantia illiciti complexus.*

300. *Linea, an ſit recta, explicanda eſt in diſtantia graduum conſanguinitatis, affinitatis, publicæ honeſtatis, & cognationis ſpiritualis.*

301. *Publica honeſtas, an oriatur ex ſponſalibus, vel matrimonio rato, explicandum eſt in impetranda diſpenſatione matrimoniali.*

302. *Gradus inæquales conſanguinitatis, vel affinitatis ab eodem ſtipite quando explicandi.*

303. *Copula inter conſanguineos, & animus, quo habita fuit pro faciliori diſpenſatione, quando explicari debeant in diſpenſatione matrimoniali.*

304. *Prohibitio commutationis vltimæ voluntatis à teſtatore facta exprimenda eſt in commutationis ipſius impetratione.*

305. *Prohibitione commutationis vltimæ voluntatis à teſtatore facta non obſtante, adhuc poterit à ſuperiore ex legitima cauſa fieri commutatio, maximè vbi ea voluntas nequeat impleri.*

306. *Iurans*

Digitized by Google

306. *Iurans, aut votens aliquid facere, & non petere habilitationem, aut diſpenſationem, in litium impetratione debet vtrumque iuramentum, ſeu votum explicare; & quomodo.*

307. *Qualitates beneficij notabiles ſunt exprimenda in mutatione ſtatus ipſius temporalis, vel perpetuæ: immo etiam in impetratione ipſius beneficij; num. 308.*

309. *Qualitates etiam non notabiles exprimendæ ſunt, quas ius exprimi mandat.*

310. *Cura animarum exprimi debet ab impetrante beneficium, cui ea imminet: & quæ imminet beneficio, quod vult, cum eo, quod impetrat, retinere; nec ſufficit eam exprimere conditionaliter in parte executiua litterarum.*

311. *Cura animarum exprimi debet in impetratione beneficij, licèt ex ſtatuto, vel conſuetudine per aliam exerceri poſſit, & quid, ſi gratia ſit motu proprio conceſſa; num. 312. & an ſufficiat dicere, beneficium eſſe plebanum, vel Eccleſiam collegiatam; num. 313.*

314. *Cura animarum annexa acceſſoriè non eſt neceſſario exprimenda in impetratione beneficij; neque in impetratione facta coram Ordinario.*

315. *Ius patronatus cum eius qualitatibus exprimendum eſt in impetratione beneficij, etiam cum clauſula motus proprij.*

316. *Vnio beneficij facta per Ordinarium alteri beneficio exprimenda eſt in prouiſione beneficij vnitis etiam motu proprio: & ibi quid ſi impetretur beneficium, cui aliud eſt vnitum acceſſoriè.*

317. *Reſidentia eſt exprimenda in impetratione beneficij, quod eam requirit; niſi de eo fiat promiſſio motu proprio.*

318. *Lis cœpta quando, & quomodo exprimenda ſit in impetratione commutationis vltimæ voluntatis per reſcriptum iuſtitiæ.*

319. *Proceſſus totus, & ſubſtantia cauſæ pendentis narrari debet in impetratione reſcripti iuſtitiæ; & quomodo id fiat, & quando non procedat.*

320. *Clauſula, ſtatum, & merita cauſæ pro ſufficienter expreſſis habentes, quid operetur.*

321. *Iudicis qualitas, coram quo lis pendet, an ſit Eccleſiaſticus, vel ſæcularis; ordinarius, vel delegatus; exprimenda eſt in impetranda reſcripto iuſtitiæ etiam à perſona priuilegiata.*

322. *Qualitas, & conditio perſonæ, contra quam reſcriptum ad lites impetratur, quando narranda.*

323. *Concluſio in cauſa exprimenda eſt in reſcripto ad lites, ſeu iuſtitiæ.*

324. *Sententia lata in cauſa mentio habenda eſt in reſcripto poſterioris ad lites: & ſi ea tranſiit in iudicatum, id quoque exprimi debet. & quando id non procedat; num. 325.*

326. *Appellatio interpoſita in cauſa exprimenda eſt ab impetrante reſcriptum iuſtitiæ, ſeu ad lites in eadem cauſa.*

327. *Laudum arbitri, vel tranſactio, quibus cauſa terminata fuit, exprimi debent in reſcripto ad lites in ea re poſtea impetrato: quod tamen fallit in quibuſdam caſibus; num. 328.*

329. *Impetrans poſterius reſcriptum iuſtitiæ prioris mentionem facere debet, quod ab aduerſario fuit obtentum. & ſi communi conſenſu fuerit impetratum, huius etiam conſenſus mentio fieri debet; num. 330. & quid ſi vtrumque ab eodem fuerit impetratum; num. 331. aut ſi vnum reſcriptum ſit ad vnum iudicem, aliud ad alium; num. 332.*

333. *Poſterius reſcriptum prioris mentionem facere debet ſive in eadem, ſive in diuerſa inſtantia vtrumque impetretur; & licèt poſterius tendat ad augmentum, confirmationem, vel conſeruationem prioris reſcripti gratiæ, vel iuſtitiæ.*

334. *Clauſulæ omnes notabiles prioris reſcripti in poſteriore narrandæ ſunt; quæ autem ſint notabiles, arbitrio iudicis relinquitur.*

335. *Impetrans poſterius reſcriptum ſpeciale regulariter non tenetur mentionem facere prioris generalis.*

336. *Poſterius reſcriptum motu proprio conceſſum non debet neceſſariò prioris mentionem facere.*

337. *Poſterius reſcriptum non debet neceſſariò facere mentionem prioris reſcripti vltra annum executi; idque etiam de iure ciuili.*

338. *Impetrans poſterius reſcriptum non tenetur mentionem prioris facere, quando primus index cauſam remittit, vel quando ſecundum impetratur ſuper eadem quidem materia, ſed tractanda in diuerſa cauſa; num. 339. vel denique vbi primum reſcriptum ob aliquod vitium eſt nullum; num. 340.*

341. *Arbitrio iudicis relinquitur, quænam mouere poſſint ſuperiorem ad non concedendum, vel non eo modo reſcriptum gratiæ, vel iuſtitiæ, in iis, quæ à iure, vel ſtylo curiæ definita non ſunt.*

QVÆRO QVARTO. Quænam ſpecialiter exprimenda ſint in impetranda commutatione vltimæ voluntatis.

Diximus in præced. quæſt. generatim de iis, quæ neceſſariò exprimenda ſunt in impetratione commutationis vltimarum voluntatum, vel falsò expreſſa eam vitiant. Videndum nunc in hac quæſt. quænam in ſpecie illa ſint, quæ in tali impetratione exprimi debent; ſicut in ſeq. agendum de iis erit, quæ falsò expreſſa ſpeciatim huiuſmodi impetrationem vitient, ſeu nullam, atque irritam reddant. Quoad præſentem igitur quæſt. ſit

PRIMA CONCLVSIO. Impetrans commutationem vnius vltimæ voluntatis poſteriorem † non tenetur facere mentionem iam obtentæ commutationis alterius vltimæ voluntatis: ſecus autem in commutationibus eiuſdem vltimæ voluntatis, cùm inter vtramque commutationem eſt aliqua contrarietas. Prior pars concluſ. probatur; tum quòd ita in materia diſpenſationis voluit Abb. *cap. pen. numer. 13. de præſcript.* Anchar. *conſ. 131. in fi.* Nanar. *conſ. 12. num. 2. de priuil. & conſ. 5. de conſang. & affin. in fi.* aliàs *conſ. 6. de reſcripts. & conſ. 8. d. tit. de conſang.* Petr. Ledeſ. *in ſum. ſacram.* vbi de matrim. *cap. 27.* poſt eius *7. concluſ. dub. 3.* & alij, quos refert, ac ſequitur Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſp. 22. numer. 5.* quia nulla, inquit, ratio, aut text. ad id nos cogit; neque eſt ſufficiens aliqua coniectura, vnde meritò colligatur contraria in hoc concedentis voluntas. Tum quòd regulariter † taciturnitas prioris diſpenſationis non reddit ſurrepti- 233.
tiam poſteriorem niſi aliunde conſtet de defectu voluntatis in concedente; vt poſt Put. *deciſ. 246. num. 2. & 4. lib. 1.* & Abb. *d. num. 13.* tradit Sanchez *d. diſp. 22. num. 4.* & ſuaderi poteſt ex adductis per eundem *num. 3. & 6.* ex quibus patet, text. *in cap. 2. de fil. preſb. in 6.* vel *d. cap. pen. de præſcript.* quibus potiſſimùm nituntur auctores, qui in hoc contrarium tuentur, relati à Sanchez *ibidem numer. 2.* † non probare, diſpenſationem poſteriorem de priori non facientem mentionem ob id fore ſurrep- 234.
titiam,

Digitized by Google

priciam, ſed quoad *d. cap.* 2. quia defectus natalium, quo non obſtante prior diſpenſatio conceſſa fuit, in poſteriori expreſſus non fuerat, iuxta expoſitionem multorum relatorum *d. num.* 3. quæ etiam apertè colligi videtur ex ipſo text. ibi; diſpenſationé aliam tacito de prædicto defectu: & ibi; cum non ſit veriſimile, ſedem ipſam cum illo prædictum patiente defectum voluiſſe, ſi hoc fuiſſet expreſſum eidem, in pluralitate beneficiorum huiuſmodi diſpenſare. vel quia poſterior diſpenſatio priori partim contraria erat, quoniam prior cum moderatione, poſterior abſolutè conceſſa fuerat, vt plerique exponunt, quos ſequitur Sanchez *d. num.* 6. vel etiam, quia prior diſpenſatio non aboleuerat defectum natalium, ſeu reſtituerat, vel potiùs deduxerat ad ſtatum legitimitatis, arg. *rubr. huc tot. tit.* præſertim *l. interdum ff. de natalibus reſtituend.* ſed ſolùm diſpenſatus is fuerat, vt non obſtante defectu natalium beneficium curatum poſſet obtinere, vt ex textu ipſo patet. atque hæc eſt ratio primæ rationis, ſeu expoſitionis huius text. paulo antè allatæ, ac verior mihi præ cæteris videtur. Quoad *d.* verò *cap. pen.* ideo ibi priuilegium poſterius non valuit, non ob id ſimpliciter, quòd prioris mentionem non faceret; ſed, vel quia omnino derogabat iuri Epiſcopali in collatione ſacramentorum, prius verò illud ius partim præſeruabat, quatenus diſponebat, vt ſacramenta à proprio Epiſcopo antea peterentur, quam pro iis recipiendis Abbatis illius, qui vtrumque priuilegium impetrauerat, ſubditi ad alium Epiſcopum accederent; iuxta expoſitionem Doctorum, de quibus Sanchez *d. num.* 3. vel quia prius priuilegium à poſteriori vti ſtrictius ab ampliore diſcrepabat, eique aliquo modo aduerſabatur, vt poſt alios exponit idem Sanchez *d. num.* 6. Quod autem † tradit 235.
Rot. *part.* 3. *lib.* 2. *deciſ.* 47. *num. vn. in nouiſſ. diuerſor.* & poſt *deciſ.* 3. *de fil. preſb. in antiq.* & aliàs, Mandoſ. *in prax. ſig. grat. tit. de diſpenſat.* ſecundam diſpenſationem, quæ de priori mentionem non facit, inualidam eſſe, ſi diuerſa ſit, ſeu ad diuerſum finem tendit, &, vt deciſio ipſa loquitur, vbi ambæ diſpenſationes obtentæ ſint propter diuerſa, ſecus ſi ad eundem finem; Sanchez *d. diſp.* 22. *num.* 5. *ad fin.* ingenuè fatetur, ſe penitus non intelligere, & quidem non ſine magna occaſione, vt ait Suarez *lib.* 6. *de legib. cap.* 23. *num.* 2. quia, inquit, potiùs ferè omnes auctores declarant communem ſententiam, (quæ habet in poſteriori diſpenſatione prioris mentionem eſſe faciendam,) vt intelligatur, quando ſecunda diſpenſatio verſatur circa idem cum prima; quòd ſi tendant ad fines diuerſos, omnes fatentur non eſſe neceſſariam mentionem prioris; quod *ibi* latè probat Suarez. Sed Rot. *d. deciſ.* 47. tandem velle videtur, quòd, cùm ad idem vtraque tendit, altera ſufficiat, & poterit impetrans vti qualibet illarum, omiſſa tamen altera: aliæ deciſiones à Mandoſ. citatæ ad rem non faciunt, niſi, quod *d. deciſ.* 3. 236.
habetur, † quòd quando non additur diſpenſatio diſpenſationi, ſed ſola executio præcedentis diſpenſationis, tunc non eſt eius facienda mentio; quod & poſt alios ex communi tradit Sanchez *d. diſp.* 22. *n.* 1. Deinde *dicta deciſio* 47. quæ eadem eſt cum *deciſ.* 120. *lib.* 1. *eiuſdem* 3. *part.* (licèt vtrobique littera ſit aliquantulum corruptâ;) intelligi poteſt cum Suarez *d. cap.* 23. *n.* 14. quando ſecunda diſpenſatio impetratur propter dubium de validitate prioris: & id fortè voluit Mãdoſ. *ſup.* niſi fortè is voluit, in diſpenſatione poſteriori circa eandem rem, ſi à priori diſcreper, eius faciendam eſſe mentionem, aliàs fore ſurrepticiam & inualidam; & ſic aggredimur 237.
confirmationé poſterioris † partis propoſitæ concl. quam in prædicta diſpenſationis materia idem Sanchez contendit, procedere vbi etiam inter vtramque in eadem re diſpenſationem eſt ſola diuerſitas, quam ipſe diſſonantiam vocat, & partialem quandam contrarietatem; ac probare nititur *d. num.* 6. præcipuè ex text. *d. cap.* 2. *de fil. preſb. in* 6. cuius, inquit, vera, & germana intelligentia ex Io. And. *ibi num.* 2. Abb. *d. cap. pen. num.* 17. *de præſcript.* & Pariſ. *conſ.* 74. *num.* 57. *vol.* 4. ea eſt, quòd ideo ibi poſterior diſpenſatio cum illegitimo ad duo beneficia ſit irrita, eò quòd non fuit in ea habita mentio prioris diſpenſationis ad vnicum beneficium; quia poſterior diſpenſatio eſt amplior, ac prioris moderamen excedit; necnon ex text. *d. cap. pen.* cuius eum eſſe verum, & germanum intellectum, vt ideo ibi decernatur, in poſteriori priuilegio mentionem faciendam eſſe prioris, quòd prius cum moderatione fuerat conceſſum, poſterius abſolutè, colligit ex Innoc. *ibidem num.* 4. dum illius text. eam rationem reddit, quia Princeps certior factus de priori conceſſione limitata eam non mutaſſet, eámque rationem, ait, inibi tradi à cæteris Doctor. ac tandem ex ea ratione, quod meritò præſumendum eſt, concedentem priuilegium non tam facilè velle mutare ſententiam, vt quod ſemel ipſe, aut præceſſor cum limitatione conceſſit, poſtmodum ea ſecluſa concedat; diceret enim, ſufficere priorem diſpenſationem, atque huius ſententiæ Sanchez *d. num.* 6. refert Abb. *d. cap. pen. num.* 17. Bellam. *num.* 4. Imol. *num.* 6. & alios quamplures. ex quibus omnibus redditur ſatis certa hæc poſterior pars concluſ. vbi illa diſcrepantia inter vtramque diſpenſationem, ſeu commutationem includat aliquam contrarietatem; prout fortè intendit Sanchez *d. num.* 6. *initio*, & loquuntur plerique ab eo citati, conuincítque ratio ab eo adducta. & pro hac moderatione illud eſt, quòd priuilegium primum non tollitur per ſecundum, quod primo aduerſetur, licèt de primo mentio non fiat, vt latè probat Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 53. *num.* 45. & aliquot ſeqq. iuncto præſertim *num.* 56. & 57. Quòd ſi Sanchez intelligat de ea ſola diſcrepantia, ſeu potiùs diuerſitate, per quam prior eſt ſtrictior poſteriore, non poteſt hæc eius opinio, & ſequacium ſuſtineri. contra quam vrgent ea quæ *ſeq. concl. ampl.* 1. & 2. adducemus; tenétque poſt Gemin. & Franc. *d. cap.* 1. *de fil. preſb. in* 6. Suarez *d. cap.* 23. *num.* 3. vbi *vſque ad num.* 10. & *num.* 12. id latiùs comprobat, & optimè reſpondet ad text. *d. cap.* 2. necnon *cap. pen. de præſcript.* & rationi, quibus nititur Sanchez *d. num.* 6. *num.* autem 14. *vſque ad* 19. idem Suarez idipſum exemplis propoſitis confirmat: ſicut *num.* 9. *vſque ad* 12. nonnulla exempla affert, in quibus † prioris diſpenſationis 238.
facienda eſt mentio, iuxta regulam, quam tradit *d. num.* 9. vt id verum ſit, vel in caſibus in iure expreſſis; vel vbi aliàs Princeps ignoraret totum, & proprium vinculum, quod aufert, aut qualitatem, ſeu quantitatem gratiæ, quam facit per vnam, vel plures diſpenſationes; vnde ex eius mente *d. numer.* 3. *vſque ad* 9. poſterior pars concluſionis ſic declarata, & comprobata, vt nimirum † prioris diſpenſatio- 239.
nis, vel commutationis mentio habenda ſit in impetranda poſteriori, vbi inter vtramque ſit contrarietas aliqua, præter exempla ab eo allata *d. cap.* 23. *à num.* 9. *ad* 12. poteſt etiam exemplificari, vbi poſterior conceſſio ſit amplior, vel abſoluta; prior verò ſit ſtrictior, vel limitata, non quidem negatiuè, ac ſimpliciter, ſed poſitiuè, & quodammodo contrariè, vtputa per dictionem taxatiuam, vel æquipollentem: tunc enim, cùm Princeps declaret ſaltem tacitè, ſe nolle vlteriorem diſpenſationem,

com

commutationémve concedere; nil mirum, si impetrans posteriorem tenetur de prioi mentionem facere; cùm in impetratione cuiuslibet gratiæ exprimenda sint omnia obstacula, & impedimenta, præcipue ex quibus verisimiliter colligi potest defectus intentionis in concedente, vt ex prædictis constat, præcipuè ex text. *d. cap. 2. de fil. presb. in 6.* & meliùs patebit ex tota *concl. 4.* Item exemplificari po-
240. test, † vbi eadem vltima voluntas recipiat diuisionem, & in priori concessione facta sit commutatio solùm alicuius partis: debet enim in impetranda commutatione alterius partis fieri mentio prioris commutationis; per ea, quæ in prohibitione alienationis certorum bonorum, vt, qui iam à Principe impetrauit facultatem alienandi aliquam partem illorum, si aliam similem facultatẽ impetrare vult, teneatur prioris concessionis facere mentionem, alias posterior surreptitia sit, ac nulla, optimè tradunt Molin. *de primog. Hisp. lib. 4. cap. 3. num. 43.* & alter Molin. *tom. 3. de iust. & iur. disp. 650. num. 4.* quoniam in priori concessione vel erit dictio taxatiua expressa, vel tacita, aut saltem præsumpta, excludens vlterioris concessionis voluntatem.

Porrò hæc posterior pars concluſ. ampliatur pri-
241. mò, vt procedat etiam † in commutationibus ab inferioribus Principe concessis, & impetrandis; prout in dispensationibus post glos. *d. cap. 2. verbo, sedem*, & *ibi* Gemin. *num. 7.* & Franc. *num. 5.* tradit Sanchez *d. disp. 22. num. 7.* vbi etiam ex Gemin. *d. cap. 2. num. 4.* & Franc. *num. 5.* eam doctrinam extendit ad impedimentum accidentale. Secundò am-
242. pliatur, vt procedat, † licèt in posteriori concessione adsit clausula motus proprij, vel ex certa scientia, prout in dispensationibus docet Sanchez *cod.*
243. *disp. num. 8.* Ampliatur tertiò, vt locum habeat, † licèt prior concessio strictior facta non sit motu proprio concedentis, vel sit facta ad instantiam eiusdem personæ, cui gratia concessa est; vt post alios in dispensatione satis probat Sanchez *d. disp. 22. num. 9.* & quoad posterius membrum huius ampliationis probari potest ex *cap. si motu proprio, de prab. in 6.* vbi æquè surreptitia decernitur concessio eo tacito, quod exprimendum erat, siue ea petatur ab illo, ad instantiámve illius fiat, cuius interest, siue ad instantiam, & petitionem alterius pro eo. Tandem ampliatur, vt posterior commutatio irrita, quia tacita sit prior magis stricta, irrita sit non solùm quoad excessum, sed in totum; vt in dispensatione docet Sanchez *d. disp. 22. num. 23.* & constat ex adductis per nos *quæst. præced. concl. 10. & 11.* quia est vnica gratia, & concessio.

244. Limitatur verò primò eadem concl. pars, nisi † concedens posteriorem gratiam absque moderatione nosset prioris limitationem, quia ex stylo Curiæ ea soleat adhiberi; vt post Fel. *d. cap. pen. num. 2. de præscript.* docet Sanchez *vbi sup. num. 10. & seq.* Secundò, nisi ex noua causa, eáque sufficienti peteretur posterior commutatio; per ea, quæ de dispensatione tradit Sanchez *ibidem, num. 12.* ex vtroque Molin. *loco cit.* & Guttier. *quæst. canon. lib. 2.*
245. *cap. 15. num. 95.* Tertiò, quòd non est necesse † in secunda petitione gratiæ mentionem facere denegationis eiusdem sibi à concedente factæ, cùm primò illam petiit, prout contra Menoch. *de arbitrar. ind. cas. 203. num. 6.* bene Suarez docet *lib. 6. de legibus, cap. 22. num. 1.* & Sanchez *d. disp. 22. num. 14.* ex quibus Suarez *eodem cap. 22. numer. 2.* idem probat procedere etiam in successore eius, qui priorem denegauit; & in superiore, quando inferior denegauit, *& num. 3. cum seqq.* contra Sanchez *d. lib. 8. disp. 14. numer. 15.* idipsum docet de inferiore, quando superior denegauit; & siue hanc denegationem concedens ignorauerit, siue sciuerit. Immo etiam *num. 7.* idem tradit in delegato ad dispensandum, si delegatus denegauit dispensationem. Sanchez autem *d. disp. 22. a num. 15. ad 18.* optimè & rationibus, & Doctorum auctoritate ostendit, † 246
quòd, siue posterior gratia impetretur ad prioris corroborationem, quia de eius valore dubitetur, siue etiam ad illam augendam, non corruit vtraque, si in posteriori prioris non fiat mentio, sed sola posterior, prior autem in suo robore perseuerat. Limitatur denique, vt non procedat vbi impetrans posteriorem gratiam primæ aduersantem non possit, aut re integra nolit prima vti; vt latiùs ostendemus *concl. seq. ampl. 2.* vel prior sit generalis, posterior specialis ab altero impetrata, vel contrà; ex iis, quæ adducemus *concl. 3.* vel prior nulla sit, vt *in seq. concluſ.* videbimus.

SECVNDA CONCLVSO. Quando prior commutatio vltimæ voluntatis est irrita, seu nulla, & inualida, † non est necessaria illius mentio in 247.
posteriori. Probatur, quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, *cap. non præstat, de reg. iur. in 6.* quam regulam extendi quoque ad gratias, & priuilegia, docet *ibi* glos. *verbo, non præstat impedimentum*, & Bellam. *decis. 543. num. 6.* quos refert, ac sequitur Menoch. *lib. 6. præsumpt. 40. num. 15.* & Sanchez *d. disp. 22. num. 21.* vbi etiam ex glos. *in cap. suggestum, verbo, posterius, de surrept. cap. cum nostris, verbo, de facto, de concess. prab. & cap. ex tenore, verbo, negatio, in fi. de rescript.* ibique Abb. *num. 6.* Fel. *num. 2.* Dec. *numer. 19. in non. & cap. oblate, num. 11. de appell.* eodem Fel. *cap. 2. num. 13. de rescript.* Gemin. *cap. quoniam, col. 4. vers. super tertio, dist. 18.* Barbat. *conſ. 43. num. vlt. vol. 3.* Neuiz. *conſ. 36. num. 16.* Rebuff. *de constit. reg. in præfat. num. 93.* Flam. Paris. *tract. de consident. benef. quæst. 46. num. 28.* & Mascard. multos allegante *tract. de probation. concl. 486. num. 20. & seqq.* id generatim tradit in rescriptis; & de clausula irrita alterius rescripti Sanch. *d. num. 21.* ex Ias. *in l. 1. num. 1. C. si cont. ius, vel vtil. publ.* Molin. *lib. 4. de primogen. Hispan. cap. 3. num. 32.* Gratian. *reg. 129. num. 19.* & altero Molin. *tom. 3. de iust. & iur. disp. 656.* de gratia verò, ac rescripto nullo id scriptum reliquit Gonzal. *ad reg. 8. Canc. glos. 57. numer. 22.* ex Rot. *decis. 25. num. 1. & 9. de rescript. in non. & decis. 69. num. 1. eodem tit. in antiq. ac decis. 58. de appell. in non.* Caput. *decis. 217. num. 2. part. 2.*

Ampliatur autem hæc concluſio primò, vt pro-
248. cedat, † non modò quando prius rescriptum irritum, ac nullum esset ab aduersario impetratum, posterius ab altera parte in quo omnes conueniunt, vt patet ex Sanchez *d. disp. 22. num. 22.* iuncto præced. aut vbi ab eodem vtrumque impetratum fuit; neque prius strictius esset posteriore, sed vtrumque cum eadem moderatione concessum, quod admittit Sanchez *d. numer. 22.* verùm etiam cùm prius, quod quis impetrauit, limitationem seu moderationem habet, qua caret posterius ab eodem impetratum, quod negat Sanchez *d. num. 22.* cum Menoch. *de arbitr. ind. cas. 203. in fi.* Gemin. *conſ. 141. num. 2. vers. in contrarium*, ac Dec. *d. cap. ex tenore, num. 15. in non. de rescript.* ob eam præcipuè rationem, quòd aliàs iniquus impetrator esset melioris conditionis, quàm legitimus, contra text. *in cap. cum, qui, de prab. in 6.* Nam contrarium sentiunt cæteri Doct. relati à Sanchez *numer. 21.* & alij, quos nos paulo antè recensuimus in hac ipsa concl. & ex eo suadetur, quòd aliàs ad nihil deseruiret dispositio d. regulæ, *non præstat impedimentum, quod de iure non*

sortitur

ſortitur effectum, de qua *in d. cap. non præſtat*; & illa, quæ ſumitur ex *l. nuda, ff. de contrahend. empt.* id, quod nullum eſt, nullum producere effectum; & ex *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. ac §. 1. Inſtit. de hered. qua ab inteſt. deferunt.* quod idem eſt nullum aliquid eſſe, vel non eſſe; necnon illa communis doctrina, de qua in præſenti concluſ. vt in poſteriori gratia non ſit facienda prioris irritæ mentio, ſi ſolùm ea vera eſſet, cùm prior gratia ſtrictior non eſt, nec quodammodo aduerſatur poſteriori; nam id etiam requiritur, vbi prior valida ſit. vt in præced. concluſ. vidimus. Quòd ſi Sanchez intelligat de priore diſpenſatione irrita nullo modo ſtrictiore, & in ea locum habere poſſe prædictas regulas, & communem doctrinam; prout ſentire videtur *d. numer. 22. in fi.* dum concludit dicens; vnde, ſi nollet impetrans narrare prius reſcriptum ſurrepticium, petat poſterius cum eadem moderatione, cum qua prius conceſſum eſt: tunc dicimus, iam paulo antè, & latiùs concluſ. præced. contra eundem Sanchez demonſtratum fuiſſe, non ex eo ſolùm, quòd prius reſcriptum ſtrictius ſit, eius faciendam eſſe mentionem in poſterioris reſcripti eadem de re impetratione; ſed tunc demùm cùm inſter vtrumque adeſt aliqua contrarietas expreſſa, vel tacita. Ratio autem ſumpta ex regula *d. cap. cum, qui*, ad ſummum probat ſolùm vbi prior gratia ex culpa impetrantis inualida ſit; vt quia fraudulenter, hoc eſt, à ſciente ſe teneri exprimere, aliquid in ea taceatur, vel falsò exprimatur, quod moueat concedentem ad ſimpliciter, vel taliter concedendum: at verò pleraſque alias etiam ob cauſas nulla eſſe poteſt prior gratia ſine culpa eam impetrantis, vt quia per ſimplicitatem tacuit, quod exprimi debuit; vel quia tunc nulla adeſſet cauſa diſpenſandi, ſeu commutandi, aut poteſtas ſufficiens in concedente; aliámve ſimilẽ ob cauſam. Sed & cùm prior
249. gratia nulla eſt † ex culpa impetrantis poſteriorem, idem puto probabiliter dici poſſe; quoniam Doctor. omnes relati in concluſ. Dec. excepto, non diſtinguunt de gratia nulla ex culpa, vel ſine culpa, neque *d. cap. non præſtat*, & alia iura paulo antè citata, dum ſtatuunt, id quod nullum eſt, non præſtare impedimentum, aut non producere effectum, aut pro non ente haberi, diſcrimen conſtituunt inter actum nullum ſine culpa, & nullum ex culpa: quare nec nos diſtinguere debemus, *l. 3. ff. de offic. præſid. l. de pretio, ff. de Public. in rem act.* cum ſimil. & tunc ad *d. cap. cum, qui, de prab. in 6.* ex quo habetur, non debere eſſe melioris conditionis delinquentem, quàm non delinquentem; reſpondetur, id verum eſſe, aut cùm tractatur de lucro captando, prout loquitur *d. cap. cum, qui*; non autem, cùm de damno vitando, & euadenda pœna, cuiuſmodi eſt nullitas poſterioris impetrationis: aut cùm quis delinquit in eo actu, de quo agitur; at verò impetratio poſterioris gratiæ ex ſe nullum delictum eſt, vt per ſe patet.

Ampliatur ſecundò propoſita concluſio, vt pro-
250. babiliter dici poſſit, † impetrantem poſteriorem commutationem eiuſdem vltimæ voluntatis, licet quodammodo aduerſetur prioti, vt quia etiam poſtmodò hæc ſtrictior ſit illa, ſaltem in foro conſcientiæ non teneri mentionem facere prioris, qua vti vel de facto, aut iure non poſſit, vel re integra nolit: licet contrarium in hoc poſtremo quoad beneficia ſentiat Nicol. Garz. *tractat. de benef. part. 1. cap. 2. numer. 126.* ac poſt alios Menoch. *ſup. caſ. 201. numer. 47.* apertéque etiam Gonzal. *in Commentar. reg. 8. Cancel. glo. 15. §. 2. numer. 68.* poſt Nauar. *conſ. 9. de reſcript.* aliàs 13. *de prab.* & incipit, *an impetrans*, & in diſpenſationibus contendat Suarez *d. lib. 6. de legibus, cap. 23. num. 19. ad fin. iuncto numer. 20. & 21.* Hæc autem ampliatio eatenus pertinet ad præſentem 2. concluſ. quatenus irritum etiam dicitur, † quod effectu careat, 251.
licèt validum fuerit, vt conſtat ex *l. 1. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſtam. §. alio, Inſtit. de hæredis. qua ab inteſt. defer. in princip.* Et quidem quoad eum, qui de facto vti non poſſit priori, ferè mihi certum eſt ex gloſ. ſing. ab aliis approbata *in cap. in noſtra, verbo, mentionem, in fi. de reſcript.* vbi tenet, poſteriores litteras ad diuerſum beneficium obtentas nullas non eſſe, licèt priorum mentionem non faciant, ſi prioribus vti non poſſit impetrans, & poſteriores adhuc non ſunt præſentatæ; quia, inquit, ſecundæ potiùs ad cautelam impetratæ videntur, vt, ſi non poſſet beneficium conſequi per primas, vteretur ſecundis, ſicut conſueuit dici in reſcriptis, *ſup. eodem, cap. ex tenore*, & verba † cum effectu 252.
intelliguntur, *cap. relatum, de cleric. non reſid.* vnde, cùm nihil obtinuerit per primas, valent ſecundæ, quia hæc fuit intentio Papæ, vt per litteras ſuas beneficium conſequeretur: & hoc ſatis innuitur ex eo, quod dicit eos faciens eſſe contentos Eccleſiis, in quibus recepti ſunt. hactenus gloſ. cuius quidem auctoritas, & Innoc. *ibidem* idem tradentis in initio, ac rationes ab eis allatæ cum æquè militent in nullitate, ſeu impoſſibilitate iuris, quæ ſit in prioribus litteris; maximè quoque præcedentem ampliat. confirmant, atque etiam præſentem quoad caſum, in quo, licèt valeant priores litteræ, iis tamen nequeat de iure vti ſimul cum poſterioribus: id quod etiam optimè confirmatur ex verbis *reg. 54. Cancell.* non multo pòſt per nos referendis. atque apertè tenet Rot. Rom. apud Mohed. *deciſ. 171.* aliàs 14. *numer. 2. & 3. ſub tit. de prab.* ac Suarez *d. cap. 23. num. 17.* & ſatis colligitur ex *cap. de multa, de prab. cap. cùm ſingula, & cap. licèt Epiſcopus, eod. tit. in 6. Clement. ſi plures, & Extrauag. execrabilis, eodem tit. in commun.* & inter Extrauag. Ioan. XXII. † vbi, ſi obtinens 253.
vnam dignitatem, perſonatum, vel curatum beneficium, aliquod aliud ex his obtineat, ipſo iure vacat primum, non prius tamen hoc dimittere tenetur, quàm ſecundi pacificam poſſeſſionem fuerit aſſecutus, vel per eum ſteterit, quo minùs illam aſſequatur. & quoad eum, qui aſſequitur ſecundam præbendam in eadem Eccleſia, text. eſt *in cap. litteras, de conceſſ. prab. & Clement. ſi intra, de prabend.* cum vtrobique notat. per Doctor. immo nec prius illa vacant, quàm fructus ſecundi poſſit hoc impetrans percipere, *cap. ſi tibi conceſſo, eod. tit. in 6.* hoc autem ob id potiſſimum contingit, quia impetrans, vtraque huiuſmodi gratia ſimul de iure vti non poteſt, vt ex prædictis iuribus apparet. Et in terminis generatim, quòd impetrans ſecundum beneficium incompatibile non teneatur exprimere primum ipſo iure vacaturum per adeptionem ſecundi; quia ex quo ſtatim vacabit, ceſſat ratio expreſſionis tanquam de obtenturo, tenet Gonzal. *d. numer. 68.* dicens, ita fuiſſe reſolutum in Rota, teſte Mohed. *d. deciſ. 14. de prab.* aliàs 171. in quo tamen contrarium contendit Garz *d. cap. 2. num. 126. cum ſeq.* erroris in hoc arguens ipſum Gonzal. quoniã id clarè, inquit Garz.
eſt contra † *cap. ſi motu proprio, & cap. non poteſt,* 254.
§. cùm autem, (ſed dicere debuit, *§. cùm verò,*) *de prab. in 6.* & contra praxim, & ſtylum, nec deciſio Mohed. *14. de prab.* quam allegat Gonzal. id dicit, ſed, quòd

non eſt opus facere mentionem de illa qualitate prioris beneficij, quòd ſit ſimile ſub eodem tecto. Verùm, ni ego fallor, fallitur, & errat ipſe Garz. nam ex illis duobus iuribus per eum citat. ac ſimilibus, quod ad hanc rem attinet, illud ſolum expreſsè habetur, regulare eſſe, vt in impetratione ſecundi beneficij mentio fieri debeat iam obtenti. Sed, præterquam quòd omnis regula ſuas patitur exceptiones, vt iam veteri prouerbio fertur, verba quoque accipienda ſunt cum effectu, *d. cap. relatum, de cleric. non reſid. cum ſua concord.* ibi per gloſ. allegat. vnde non dicitur obtentum, quod omnino retinendum non eſt. Minùs conſtat de praxi, aut ſtylo, qui vim legis habeat; neque enim eſt ſtylus Curiæ, qui pro nullis, & irritis habeat impetrationes huiuſmodi factas abſque expreſſione prioris beneficij omnino, & ex iuris neceſſitate vacaturi; ſed ipſorum potiùs impetrantium, qui vel ex ignorantia, vel ad abundantem cautelam ex propria voluntate prædictam expreſſionem faciunt. Quatenus autem *in d. cap. non poteſt, §. cùm verò*, qui & vltim. eſt, inſinuari videtur ſurreptitiam fore gratiam impetrantis ſecundum beneficium non expreſſo primo, licèt fortaſſe hoc velit dimittere: dicimus, quòd ibi potiùs ſupponitur, impetrantem voluiſſe non primum dimittere, ſed vtrumque ſimul retinere, vt latiùs ad finem huius ampliat. ac ſimul concluſionis deducemus: & in omnem caſum hic §. non loquitur de primo beneficio, quod ipſo iure vacat per ſecundi aſſecutionem, ſeu ex neceſſitate iuris eſt dimittendum, de quo nunc agimus. Denique deciſio illa Mohedani non id ait ſolùm, quod aſſerit Garz. impetrantem
255. ſecundum beneficium ſub eodem tecto † non teneri facere mentionem huius qualitatis primi, quòd ſit ſimile ſub eodem tecto; ſed nec omnino, quòd primum illud obtineat; ait enim *d. deciſ. 14. ſub numer. 1. ad fin. cum duob. numer. ſeqq.* fuit tentum per omnes, quòd taciturnitas in impetratione beneficiorum, quod ſcilicet impetrans habeat aliud beneficium ſimile in eadem Eccleſia, & ſub eodem tecto, non inducit ſurreptionem, neque annullat impetrationem, licèt in caſu, quo vellet retentionem, opus eſſet facere mentionem de altero beneficio ſub eodem tecto exiſtente. quando autem impetrat ſine retentione, nullo iure cauetur, quòd debeat fieri talis mentio in impetratione beneficij ab eo, qui habet aliud beneficium ſimile ſub eodem tecto: quia, cùm per aſſecutionem ſecundi vacet primum, per *cap. litteras, de conceſſ. prab.* cum aliis, nulla eſt incompatibilitas: nec eſt ratio, quæ mouerit Principem ad concedendum, expreſſio alterius beneficij: ex quo ſequitur, quòd expreſſis aliis beneficiis, & aliis omnibus, quæ tacita poſſent inducere ſubreptionem, gratia erit valida etiamſi prædictam qualitatem taceat. Hæc ibi Rota. quæ qualitatis nomine non intellexit accidens beneficij obtenti, ſeu primi; vnde erroris occaſionem ſumpſit Garz. ſed beneficij obtinendi, ſeu quòd impetratur, aut ipſius impetrantis; accidit enim impetranti, ſeu beneficio, quòd impetrantur, vt ſic, quòd impetrans aliud beneficium obtineat; & hoc illum, ſeu illud qualificat. quomodo qualitatis nomen in hac materia inter cæteros accipiunt Felin. & alij *cap. in noſtra, de reſcript.* Io. Selu. *tract. de benef. part. 3. quæſt. 11. & 12.* Menoch. *de arbitrar. indic. caſ. 201.* Atque hæc de eo, qui vtraque gratia vti non poſſit, nimirum priùs, & poſtea circa eandem rem conceſſa.

Quod illum verò, qui re integra nolit vti prima gratia, probatur: tum ex eo, quod mox attigimus, in qualibet diſpoſitione verba fore cum effectu intelligenda, *d. cap. relatum, de cleric. non reſid. cap. 1. de eo, qui mittit. in poſſeſſ. l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quiſque iur.* cum ſimil. quibus accedit illud, quod tradit, ſatiſque confirmat Gonzal. *ad reg. 8. (anc. gloſ. 55. num. 21.* paria eſſe, prouiſionem Apoſtolicam non habere, vel illam ſine effectu habere; & *num. 24.* parum intereſſe, collationem Apoſtolicam habere, nili illa ſuum debitum ſortiatur effectum, ac executioni demandetur. Tum ex eo, quod tradit Fel. *in cap. ad aures, num. 10. de reſcript.* & gloſ. ab aliis approbata *in Clement. 1. in princip. verbo, vel alteri, de prab.* quòd, † ſi impe- 256.
trans ſecundam dignitatem paratus ſit dimittere primam dignitatem, cui imminet cura animarum, non teneatur in impetratione ſecundæ dignitatis facere d. qualitatis curæ mentionem. Tum per id quod pluribus relatis docet idem Gonzal. *ad d. reg. 8. gloſ. 53. num. 54. & 57.* impetrantem priuilegium contrarium, vel incompatibile præſcriptioni, vel alteri priuilegio, † cenſeri renunciare præſcriptioni, 257.
aut priuilegio: ad quod etiam eſt optimus text. *in cap. veniens*, quod eſt antepen. *de præſcript.* & gloſ. *in cap. nullus pluribus, ad fin. de reg. iur. in 6.* Tum denique ex eo quod poſt gloſ. *in l. vniverſa reſcripta, C. de prec. Imper. offer.* & *ibi* latè Iaſ. *num. 2.* & alios, docet Gonzal. *ad d. reg. 8. gloſ. 56. num. 108.* regulariter † quemlibet actum tendentem ad fauorem al- 258.
terius eſſe intelligendum parte petente, hoc eſt, eo vti volente: quod etiam colligitur ex multis per eum adductis in pleriſque *num. præced.* Facit etiam text. *in cap. cùm non ignores, de prab.* vbi electio ad ſecundam Eccleſiam de obtinente aliam valet, ſi hanc velit dimittere; necnon *cap. eum te, de at. & qualit. & ord. præfic. cap. referente. & cap. præterea, de prabend.* vbi obtinens duo beneficia, ac præcipuè duas dignitates, poteſt altero dimiſſo alterum retinere. facit quoque *reg. 14. Canc.* vbi, poſtquam mandatur, vt in impetrationibus beneficiorum ab aliquo faciendis verus valor beneficiorum, quæ is obtinet, exprimat; ſtatim ſubiicitur; niſi perſonæ prædictæ beneficia, quæ tunc obtinuerint, aut in quibus, vel ad quæ ius ei competit, iuxta ipſarum oblationes, aut aliàs dimittere teneantur. quæ quidem verba faciunt tam pro caſu quo quis non poſſit de iure vti priori gratia, quàm quo re integra nolit vti. In hoc autem poſteriori caſu, id ſatis in ſpecie ſentit Sanchez *d. lib. 8. diſp. 22. numer. 20.* vbi, cùm docuiſſet, † eum, qui ſemel obtinuit 259.
diſpenſationem criminis ad matrimonium contrahendum, ſi illo diſſoluto in idem crimen inciderit, & velit in eo diſpenſari ad aliud matrimonium contrahendum, debet prioris diſpenſationis mentionem facere; ait *in fi.* quòd, ſi vſus non fuerit priori diſpenſatione, non tenetur eius mentionem facere in poſteriori; quia cùm prior, inquit, ad effectum perducta non ſit, perinde eſt, ac, ſi crimen prius remiſſum non foret. idem etiam ſentit *eadem diſp. numer. 13. & 19.* docens, feminam, quæ impetrauit diſpenſationem, vt conſanguineo nubat, poſſe aliam ſimilem diſpenſationem nubendi cum alio conſanguineo obtinere, prioris diſpenſationis non facta mentione, ſi priore nolit vti. necnon Innoc. & Abb. antiquus *d. cap. in noſtra, de reſcript.* tradentes, quòd, ſi receptus ad præbendam vacaturam impetrauit litteras de vacante beneficio, non facta mentione prioris receptionis, valent litteræ,

ſi is

ſi is renuntiare velit illi; quod habet ex priori receptione.

Dixi autem in concluſione, *ſi prima gratia re integra uti nolit*, hoc eſt, ſi adhuc non cœpit ea vti, propter text. *d. cap. per. de præſcript. d. cap. in nostra, cum glos. 1. & cap. ex tenore*, iuncta glos. *verbo, negotio, circa initium, de reſcript. & cap. gratia, eod. tit. in 6.* Neque huic poſteriori parti præſentis 2. ampliationis obſtat text. *in cap. ad audientiam,* 260. *il 2. de reſcript.* † vbi, ſi habens litteras Papæ ad beneficium, eis renuntiat, non valent litteræ poſteriores ad aliud beneficium impetratæ, de illis non habita mentione, reſpondetur enim, vel hoc ideo eſſe, quia iam illi clerici cœperant prioribus litteris vti, nimirum recipiendo earum occaſione penſiones, vel alia beneficia ab iis Eccleſiis ſuper quarum prouiſione litteras ipſas obtinuerant, vt patet ex ipſo text. ſiue in odium huius nundinationis, cuius mentionem facere debebat in poſterioribus litteris tanquam de qualitate, quæ veriſimiliter retrahere poterat Principem ab earum conceſſione: quod apertè inſinuat text. illis verbis, eos qui poſt litteras taliter venditas, alias, de illis mentione non habita, impetrabunt de cætero, vel hactenus impetrauerunt, carere decernas commodo earumdem.

Non obeſt etiam *cap.* 2. ſeu *fin. de fil. preſbyt. in* 261. 6. vbi † non valet tanquam ſurreptitia ſecunda diſpenſatio obtenta à patiente defectum natalium ad obtinendum beneficium etiam curatum, tacito huiuſmodi defectu, vel, vt plerique exponunt, tacita priori diſpenſatione; cùm tamen inibi ſupponi videatur, nolle impetrantem vti priore diſpenſatione, & retinere prius cum poſteriori, aut poſterioribus beneficiis. Nam quicquid ſit de intellectu illius text. quoad hoc, vt ſurreptitia ibi decernatur, & nulla poſterior diſpenſatio propter tacitam in ea priorem diſpenſationem, vel potiùs defectum natalium adhuc perſeuerantem, qua de re latiùs egimus *in præced. concluſ.* certè mera diuinatio eſt dicere, quòd ibi ſupponatur, noluiſſe illum impetrantem vti vtraque diſpenſatione, aut ob id ſurreptitiam, ac nullam declarari à Romano Pontifice poſteriorem diſpenſationem: ea enim ratio ibidem aſſignatur; cùm non ſit veriſimile, ſedem ipſam cum illo prædictum patiente defectum voluiſſe, ſi hoc fuiſſet expreſſum eidem, in pluralitate beneficiorum huiuſmodi diſpenſare: nam, vt idem Pontifex reſpondit *in cap. 1. §. vlt. eod. tit. & lib.* ille, cum quo per ſedem eandem diſpenſatur, vt præmiſſo non obſtante defectu valeat ad beneficium etiam curatũ promoueri, nequit prætextu diſpenſationis huiuſmodi, quam exorbitantem à iure oportet veluti odioſam reſtringi, niſi vnicum beneficium obtinere.

Denique non obſtat *cap. non poteſt, §. vltim. de* 262. *prab. in 6.* dum † ibi dicitur, quòd, ſi is, qui iam obtinuit beneficium, deinde à Sede Apoſtolica impetrat ſibi prouideri de aliquo beneficio cum clauſula, *non obſtante*, quòd aliud beneficium obtineat, per hoc tamen minimè intelligitur ſecum diſpenſatum, vt poſſit vtrumque ſimul retinere; ſed hæc expreſſio ſolùm operatur, ne poſterior gratia ſurreptitia cenſeatur: quaſi ſurreptitia foret, ſi mentio facta non fuiſſet prioris collationis, & gratiæ, qua fortaſſe impetrans vti nollet: vnde ſi is, qui non vult prima impetratione gratiæ vti, non tenetur de ea in ſecunda facere mentionem, non requireretur indiſtinctè mentio primi beneficij, contra tam *d. cap. non poteſt, in princip.* quàm *d. cap. ſi motu proprio, de prab. in 6. cap. cùm adeò, de reſcript. cap. cùm teneantur, de prab.* cum ſimil. Reſpondetur enim primò, id forte ſpeciale eſſe in Eccleſiaſticorum beneficiorum impetratione, vt impetrans ſecundum teneatur mentionem facere prioris, licèt illud velit dimittere; quia id ex ambi- 263
tione procedit, per text. *in cap. quamuis pleniſſima, de prab. in 6.* ibi, quamuis pleniſſima ſit alias in beneficiis, (hoc eſt, gratiis, vt communiter Doctor. intelligunt, ne id aduerſetur ſequentibus verbis,) interpretatio facienda, litteræ tamen ſuper obtinendis beneficiis impetratæ debent, cùm ſint ambitioſæ, reſtringi. quod etiam breuiùs habetur *in cap. ſi pluribus, §. 1. eod. tit. & lib.* necnon *cap. ſi gratioſè, in fi. de reſcript. eod. lib.* Secundò reſpondetur, quòd † immo iura præſu- 265
munt, impetrantem ſecundum beneficium velle etiam primum retinere, vt colligitur ex verbis modò citatis, *& d. cap. cùm adeò, de reſcript.* & apertiùs ex *d. cap. in noſtra, eod. tit.* ibi, mandamus, quatenus eos clericos Eccleſiis, in quibus recepti ſunt, faciens eſſe contentos, non permittas alios ab eis occaſione litterarum huiuſmodi moleſtari; *& cap. ſi proponente, eod. tit.* vbi ait Pontifex; ſi proponente aliquo, nondum ſe beneficium Eccleſiaſticum aſſecutum, ſuper ipſius prouiſione, licèt minùs competens obtinentis, reſcriptum Apoſtolicum de hoc mentionem non faciens impetretur, illud veluti fraudulenter obtentum dicimus non valere: necnon ex *cap. quia nonnulli, de cleric. non reſid.* iis verbis, quia nonnulli modum auaritiæ non ponentes, dignitates diuerſas Eccleſiaſticas, & plures Eccleſias parochiales nituntur accipere; *cap. præterea, de prab.* ibi, Mandamus, quatenus eundem altero, quem maluerit, Archidiaconatu facias eſſe contentum; atque etiam ex *cap. cùm non ignores, cap cùm tanducum, & cap. de multa, eodem tit.* ac denique, vt cætera ſimilia iura prætermittam, id ſatis conſtat ex *Extrauag. execrabilis, in princip. & §. porrò, quia, hoc ipſo tit. in commun.* quæ pariter habetur inter Extrauag. Ioan. XXII. *eod. tit.* cuius verba, ne longum faciam, non tranſcribo. Quare nil mirum ſi paſſim in iure decernitur, vt impetrans ſecundum beneficium teneatur primi facere mentionem; & *d. cap. non poteſt, §. vlt.* opus fuit decernere, impetrantem ſecundum beneficium, licèt exprimat, ſe aliud obtinere, adhuc vtrumque ſimul retinere non poſſe; non ideo tamẽ ibi cauetur, quòd, ſi velit prius dimittere, teneatur illud, vel prouiſionem ſuper eo obtentam exprimere in ſecundi impetratione. Immo potiùs *ibidem* ſupponitur, impetrantem ſecundum noluiſſe dimittere primum beneficium, ſed vtrumque ſimul retinere. vnde etiam cautè in eo text. non dicitur, quòd expreſſio primi beneficij in impetratione, vel prouiſione alterius facta operetur ne gratia ſurreptitia ſit, ſed ne poſſit iudicari, hoc eſt, præſumi: nam, quòd non ſit verè ſurreptitia, ſi is, qui ſecundum impetrauit, primum beneficium velit dimittere, & non vti prima gratia, quam non expreſſit in poſterioris impetratione; colligitur ex prædictis, ac præcipuè ex *d. Extrauag. execrabilis*, Ioan. XXII. *verſ. qui verò deinceps, de prab.* & ſatis apertè ſentit gloſ. ab aliis approbata *eod. Extrauag. in princip. verbo, recipere*, dum ea verba, *diſpenſatiuè recipere*, iungenda eſſe ait cum illo ſimul, quod ſtatim additur verbo *retinere*, quaſi dicat, diſpenſatiuè recipere ſimul, & retinere; aliàs enim, (ſubdit gloſ.) receptio plurium talium beneficiorum permiſſa eſt ſaltem ſucceſſiuè, in tantum, quòd receptio ſecundi facit ipſo iure vacare primum, *de prab. cap.*

de multa. hæc glos. Ex quibus iam finis fit huic 2. conclusioni.

TERTIA CONCLVSIO. Si prior commutatio vltimarum voluntatum sit generalis, posterior verò ei quodammodo contraria sit specialis, † 264
posterior derogabit priori generali ab altero impetratæ, licèt eius mentionem non faciat. Idem etiam vbi prior sit specialis, posterior verò generalis. Prior pars conclus. probatur, quia generi per speciem derogatur, *l. in toto, ff. de reg. iur. & cap. generi, eod. tit. in 6.* idque locum habet in rescriptis iustitiæ, *cap. 1. & cap. pastoralis, §. nos igitur, de rescript. cap. studuisti, de offic. leg.* & ita gratis, ita, vt de priore generali non sit necessariò facienda mentio in posteriore speciali, textus apertos habemus; nimirum *in cap. dudum, vers. nos igitur, de prab. in 6.* ibi; præsertim, quòd secundùm Canonicas, & legitimas sanctiones per speciem generi derogatur, quamquam de genere in derogante specie mentio nulla fiat. & *cap. quamuis tibi, eod. tit. & lib.* ibi; nam primæ generali gratiæ tibi factæ derogat posterior specialis, licèt de illa non fecerit mentionem; & paulo pòst fetè idem habetur. Quamuis verò in hoc text. videatur vtraque gratia tam prior generalis, quàm posterior specialis ad eiusdem collatoris fauorem facta; tamen verè sola prior est ad fauorem collatoris, posterior ad fauorem impetrantis; atque adeò in gratiam diuersarum personarum, vt colligitur ex *d. cap. dudum, vers. considerantes quoque*; apertè verò constat ex *cap. si cui, de prab. in 6.* vbi facultas conferendi beneficia nulla eorum, vel personarum, quibus conferenda sunt, facta expressione, alicui concessa, dicitur gratia facta in fauorem collatoris; quæ verò eidem concessa fuit super prouisione certæ personæ facienda expressè dicitur data non in collatoris, sed eius, cui prouideri mandatur, gratiam, vel fauorem, atque adeò non illa, sed hæc expirat omnino, si concedens re integra moriatur.

Limitatur autem prior hæc pars conclusionis, 265.
& regulæ, vt non procedat † in gratia, seu rescripto speciali contra priuilegium generale, vt voluit glos. Io. And. *d. cap. generi, verbo, generi,* per *cap. cùm ordinem, de rescript.* quem tamen text. ac simul hanc limitationem intellexit glos. Bern. *ibi, verbo, non facta mentione, ad fin. & in d. cap. 1. verbo, mandatum, circa med. & ibi* Abb. *numer.* 16. Dec. *numer.* 10. *in antiq. eod. tit.* quando rescriptum est secundùm ius commune, priuilegium autem contra ipsum. Imò glos. *d. verbo, generi,* post Gosfred. tenet indistinctè, hanc regulam non habere locum in priuilegiis, in quibus inquiunt, debere impetrantem posterius speciale mentionem facere generalis ab alio antea impetrati: quod etiam post alios tradit Dec. *d. l. in toto, numer.* 20. *& cap. 1. numer.* 9. *de rescript. in antiq.* licèt *ibidem* afferat non leuia fundamenta pro contraria sententia, quam tenent inter alios *ibidem* Host. Innoc. & But. Secundò limitanda est, † vbi prius rescriptum ge- 266.
nerale venit purificandum in illa specie, vt voluit glos. *d. cap. generi, in figurat. cas. circa medium*, per text. *in cap. ex parte, il. 1. de offic. deleg.* vbi, cùm quis impetrasset certum Archidiaconatum in Ecclesia, in qua alius iam impetrauerat Archidiaconatum, quem primò in ea Ecclesia vacare contingeret, nulla de hac priori alterius gratia facta mentione, decidit, præferendum primum impetrantem, quia, inquit, literæ generales erant purificandæ in primo Archidiaconatu: per quem text. idipsum tradit post alios Dec. *d. l. in toto, numer.* 18. *vers. secundo regula suprædicta, & d. cap. pastoralis, §. quoniam, numer.* 2. *vers. ad hoc Abb. respondet.* idem docet Gosfred. quem refert glos. *d. verbo, generi, circa medium*, sentiens vterque, potiùs rescriptum hoc vtrumque esse speciale, quod & adnotauit glos. Bern. *d. verbo, mandatum.* Tertiò limitatur eadem regula, & conclusio, † vbi prior 267.
gratia generalis tempore impetrationis, vel præsentationis posterioris specialis iam erat executa. ita glos. *d. verbo, mandatum, ad fin. & d. cap. generi, in figuratione casus, in fi. & d. verbo, generi, circa medium*, post eundem Gosfred. *d. cap. studuisti*, quod est 2. *de offic. leg.* per text. *in cap. tua*, aliàs in vulg. *cap. ex tua, de fil. presbyt.* vbi habetur, quòd, si is, cui concessum est a Papa, vt possit dispensare cum filiis Sacerdotum, vel clericorum circa Ecclesias paternas immediatè tenendas, cum aliquo dispenset; ille non poterit remoueri per litteras iustitiæ contra eum ab alio impetratas, vt illo remoto tibi assignentur. & in rescriptis iustitiæ ad idem est bonus text. à contrario sensu *in d. cap. pastoralis, §. quoniam, de rescript.* per quem, *& d. cap. 1. eodem tit.* id tradit *ibi* glos. *d. verbo, mandatum, circa initium*, & Dec. *numer. 5. in antiq.* & per vtrumque Abb. *numer.* 14. Posterior † pars conclus. probatur, quia eam in rescri- 268.
ptis tenet glos. *d. cap. 1. verbo, mandatum, circa initium, & d. cap. generi, verbo, generi, circa med.* Abb. *d. numer.* 4. Dec. *numer.* 6. Fel. *numer.* 10. *de rescript.* ac cæteri per *d. regulam, generi per speciem derogatur.* allegat etiam vtraque glos. & Abb. text. *in cap. Abbatem, de rescript.* vbi mandatum speciale de prouidendo factum ad fauorem certæ personæ derogat mandato generali pariter de prouidendo, vel prouideri faciendo ad fauorem alterius personæ postmodum concessio.

Cætera, quæ pertinere possunt ad declarationem huius conclus. petenda sunt ex dicendis *cap. 6. quæst. 6. conclus.* 4. & in vniuersum ad materiam, quando † species deroget generi, videndi 269.
sunt Doct. *in d. cap. generi, ac l. in toto*, & alibi iuribus per eos, & nos sup. citat. præsertim verò *in l. quæsitum, ff. de fund. instruct. l. vxorem, ff. de legat. 3. l. alimenta, & l. Stichum, ff. de alimen. & cibar. legat. l. 1. ff. de aur. & arg. legat. l. legata, ff. de supellect. legat. & l. si peculium, ff. de manum. testament.* Nos verò ad cæteras huius quæst. conclus. transeamus.

QVARTA CONCLVSIO. In impetratione commutationis vltimæ voluntatis † facien- 270.
da est mentio omnium vinculorum, & impedimentorum, quæ singula cognita à concedente eum reuocarent vel ab omnimoda, vel certè à tali concessione. Probatur primò; quia hæc omnia, & singula eiusmodi sunt, vt, si non exprimantur, surreptitiam reddant, ac nullam impetrationem commutationis vltimæ voluntatis; quoniam tunc deficit causa finalis ipsius gratiæ, vt latiùs ostendimus *quæst. præced. conclus.* 3. vbi etiam demonstrauimus, non esse necessariò exprimenda ea, quæ ad gratiam non pertinent; vt, quòd quis aliquo vitio affectus, quod de iure, aut stylo curiæ non impedit eam gratiam, quamuis, si cognita ea essent concedenti, is difficilior redderetur ad concedendum. Secundò probatur ex eo, quod tradit Gonzal. *in Comment. reg. 8. Cancell. glos.* 13. *in princip. numer.* 91. impetrantem beneficium pluribus reseruationibus affectum earum omnium mentionem facere debere; aliàs gratiam fore surreptitiam, ac nullam: ad id in terminis allegans Cassador. *decis.* 9. *num.* 5. *de prabend.*

Capa

Caputaq. *deciſ.* 85. *numer.* 4. *part.* 1. Pariſ. *conſ.* 138. *numer.* 8. *lib.* 4. Æn. de Falcon. *tract. de reſeruat. benef. quæſt.* 4. *princip. effect.* 44. Simonet. *eod. tract. quæſt.* 14. *numer.* 12. iuncta addit. Granat. Mandoſ. *reg.* 32. *Canc. quæſt.* 14. *num.* 1. *cum ſeqq. & in prax. ſignat. grat. tit. Indultum conferendi beneficia reſeruata, verſ. an autem, ac tit. de prouiſionibus, col.* 3. *verſic. niſi apponantur*, vbi alios citat: quod etiam confirmat Gonzal. *numer.* 92. quoniam plura vin-
271. cula † fortiora ſunt vno, §. *affinitatis*, *Inſtit. de nupt. & l. cùm in adoptiuis*, *C. de adopt. & numer.* 95. quòd duobus impedimentis exiſtentibus, vno ſublato, remanet alterum, *cap. paſtoralis, de præb. & cap. ex tenorem, de auctor. & vſu pall. numer.* autem 97. quia tot ſunt neceſſariæ diſpenſationes, quot ſunt obſtacula, Gemin. *conſ.* 33. *numer.* 8. Franc. *cap. non poteſt*, §. *fin. de prob. in* 6. Rot. *deciſ.* 233. *numer.* 22. *part.* 1. *diuerſor.* Put. *deciſ.* 39. *& deciſ.* 42. *lib.* 3. Caſſador. *deciſ.* 9. *numer.* 4. *de prob.* & alij relati à Gonzal. *ibi*, & Menoch. *de arbitrar. iud. caſ.* 203. *numer.* 12. *& ſeq.* ſic quando plura ſunt obſtacula non ſufficit clauſula generalis, ſed de ſingulis defectibus debet fieri mentio, vt poſt Bald. *l.* 1. *numer.* 22. *C. de furt.* & Fel. *in cap. nouitti, numer.* 21. *de reſcript.* tradit Gonzal. *vbi ſup. numer.* 98. ac poſt multos Molin. *de Hiſp. pri-*
272. *mog. lib.* 2. *cap.* 7. *numer.* 27. quódque, ſi fiat † derogatio indultorum Cardinalium, non ſuffragatur, quando Cardinalis erat ordinarius collator, niſi fieret etiam de hoc expreſſa mentio; ex Put. *deciſ.* 422. *lib.* 2. & aliis per eundem Gonzal. allegatis *ſup. numer.* 99. *& gloſ.* 24. *num.* 42. qui *d. gloſ.* 13. *in princ. numer.* 101. & illud fundamentum pro prædicta concl. affert, quòd indultum conceſſum ad conferenda beneficia reſeruata non extenditur ad reſeruata duplici capite, vel reſeruatione, ex Mandoſ. *d. verſ. an autem*, poſt Fel. *cap. in noſtra, coroll.* 6. *de reſcript.* & alios. Tertiò probatur ex eo, quod ait gloſ. recepta *in Extrau. execrabilis, verſ. Statuimus itaque, verbo, diſpenſationis ſufficientis, de prob. in comm.* tunc diſpenſationem eſſe ſufficientem ſi quicquid erat impedimenti, relatum in ea fuerit; ex text. *in cap. dudum*, *il* 2. *in fi. de elect. cap. quod dilectio, de conſang. & affin. & cap. non poteſt*, *de prob. in* 6. ac præter relatos, & probatos à Menoch. *d. num.* 12. tradit Sanchez *d. lib.* 8. *diſp.* 21. *numer.* 71. *& ſeq. diſp.* 23. *numer.* 1. *&* 2. *ac diſp.* 24. *numer.* 1. dicens hic docere omnes, & aliquos in ſpecie allegans, impetrantem diſpenſationem ad matrimonium contrahendum, qui plurima ad id habeat im-
273. pedimenta, † teneri ea omnia exprimere; aliàs gratiam eſſe omnino nullam, ac ſurreptitiam: quod & poſt alios tradit Suarez *lib.* 6. *de legibus, cap.* 24. & ſupponunt plerique apud Sanchez *d. diſp.* 23. *numer.* 1. *&* 2. nam in eo conueniunt, quòd omnia impedimenta matrimonij ſunt explicanda in impetranda diſpenſatione ad illud contrahendum, dum de eo quærunt, ac diſſentiunt, an omnia in ijſdem precibus ſint exprimenda; de quo nos *in ſeq. concluſ.*
274. Interim ex hac inferamus, quòd, † ſi idipſum, quod diſpoſitum fuit per vltimam voluntatem, cuius commutatio petitur, diſpoſitum etiam ſit per ſtatutum, aliámve legem, vel conſuetudinem ſpecialem, huius mentio neceſſariò facienda erit in ea commutatione: tum quòd adſunt tunc plura eius vincula, & impedimenta; vnde ſingula exprimenda ſunt; ex prædictis: tum ex eo, quod poſt Bald. *auth. ves, qua, numer.* 16. *&* 17. *C. commun. de legat.* Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 2. *numer.* 8. *&* 9. *de conſtit.* & alios tradit Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gloſ.* 13. *in princ. num.* 96. quòd, ſi concurrat duplex prohibitio, ni-

mirum ſtatuti, & teſtatoris, non poteſt filia agere ad ſupplementum legitimæ: & quod deciditur *in cap.* 1. *de conſtit. in* 6. etiam in lege poſteriore, atque adeò etiam dum derogat legi communi contrariæ, cui conformis ſit particularis alicuius loci conſtitutio, vel conſuetudo, non cenſeri Romanum Pontificem derogare ſtatutis, & conſuetudinibus particularibus rationalibus, niſi de his in ea caueatur. expreſsè faciunt etiam adducta de ſtatuto *quæſt. præced. concl.* 5. *limit.* 3. De prohibitione tamen iu-
275. ris communis † non tenetur facere mentionem is, qui commutationem vltimæ voluntatis ei iuri non conformis à Principe impetrat: quia Princeps iura omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere, vt *d. cap.* 1. *& in l. omnium*, *C. de teſtam.* & iis derogare poteſt. *l. Princeps, ff. de legib. & cap. propoſuit, de conceſſ. prab.* cum ſimil.

Limitatur autem hæc concluſio, vt inferior habens poteſtatem commutandi vltimas voluntates ad ſui fauorem conceſſam quoad plura illa vincula, † poſſit commutare, licèt ea concurrant in ea-
276. dem vltima voluntate, ſeu perſona; per ea, quæ de poteſtate legitimandi inceſtuoſum, & adulterinum, & diſpenſatione affinitatis, & conſanguinitatis tradit Sanchez *d. lib.* 8. *diſp.* 2. *numer.* 28. *& diſp.* 24. *numer.* 10. Verùm cum hoc etiam ſtare videtur, quòd ea omnia vincula talem poteſtatem habenti ſint exprimenda.

QVINTA CONCLVSIO. Satis non eſt †
277. diuerſa impedimenta in diuerſis reſcriptis commutationis eiuſdem proponi, nec quælibet valida eſt quoad impedimentum in illa explicatum; verùm neceſſariò eorum plurium impedimentorum mentio facienda eſt in eodem commutationis reſcripto, ne ea ſurreptitia ſit, ac nulla. Probatur, quia in hac difficultate quoad diſpenſationem in impedimentis matrimonij (vnde ſtatim definiri poteſt, quid circa eam in commutatione vltimarum voluntatum ſtatuendum ſit;) licet in duplici impedimento, altero dirimente, altero tantùm impediente, Nauar. *conſ.* 2. *numer.* 1. *de ſponſal. conſ.* 1. *numer.* 2. *conſ.* 2. *numer. vnic. & conſ.* 5. *numer.* 2. 3. *&* 4. *de conſanguin. & affin. in* 1. *edit.* Petr. Ledeſ. *de matrim. quæſt.* 59. *art.* 2. *dub.* 2. *diſſic.* 3. Ceuall. *quæſt. pract.* 737. *numer.* 27. Rodriq. 1. *tom. ſum. cap.* 238. *numer.* 5. Vega 2. *tom. ſum. cap.* 34. *caſ.* 97. *ad fin.* quos omnes recenſet Sanchez *d. diſp.* 23. *numer.* 1. aliquos eorum cum aliis Garz. *tract. de benef. part.* 8. *cap.* 3. *numer.* 53. & quoad forum conſcientiæ Henricq. *in ſum. Theol. moral. lib.* 12. *de matrim. cap.* 2. *numer.* 4. *in commento litera Z. & cap.* 11. *numer.* 2. & in duplici impedimento dirimente idem Nauar. *conſ.* 4. *de conſang. numer.* 2. *&* 3. Henriq. *d. lib.* 12. *cap.* 3. *numer.* 8. *& in comment. litt. N.* Rodriq. *d. cap.* 238. *numer.* 1. Eman. Sà *in ſuis Aphor. verbo, diſpenſatio, num.* 16. quos refert Sanchez *d. diſp.* 23. *num.* 1. velint ſat eſſe, ea plura impedimenta in diuerſis diſpenſationibus explicare; quod idem etiam ſentire videtur Io. Andr. *in arb. affinit.* §. *ad arborem affinitatis, numer.* 5. & habetur *tom.* 9. *tract. in nou.* & ſuaderi poteſt ſex illis rationibus, quas adducit Sanchez *d. numer.* 2. & ſoluit *numer.* 10. aſſerens, hanc opinionem eſſe probabilem, niſi tot impedimenta in eadem perſona concurrerent, vt iuſtè poſſit credi, Pontificem non diſpenſaturum ex cauſis ſibi propoſitis, ſi tot impedimenta concurrere noſſet. Tamen contraria ſententia longè probabilior nobis videtur, ſicut & viſa eſt Sanchez *d. diſp.* 23. *n.* 2. Primò, quia eo ipſo, quòd iura præcipiũt, omnia impedimenta Pontifici exprimi, nihilque taceri ex-

lis, quæ ad dispensationem intrinsecè conferunt, præcipiunt subinde, omnia impedimenta in eadem dispensatione exprimi; nam aliquo tacito, verum esset dicere, taceri veritatem intrinsece conferentem ad dispensationem. Confirmatur, quia nec impedimentum in dispensatione narratur, vt par est, cùm maiorem vim habeat ex coniunctione alterius; vnde & redditur vinculum strictius, ac difficilior dispensatio, *cap. ex tuarum, de auctor. & vs. pall. cap. 1. de treug. & pac. & cap. pastoralis, de priuil.* cui concordat principium physicum, virtutem vniuersam esse fortiorem seipsa dispersa. quare meritò Princeps vtriusque vinculi conscius hæreret, matutiùs perpendens, an eius concessio expediret; facilè
278. enim potuit † esse obliuius prioris dispensationis, & concessionis, cùm sit quid facti, arg. *cap. ex parte, vl 1. de offic. deleg.* ibi, quoniam igitur, si memores fuissemus nos pro prædicto N. litteras direxisse, pro aduersario nullatenus scripsissemus; & *cap. 1. de constit. in 6.* vbi Bonif. VIII. de quolibet Romano Pontifice, ait, quia tamen locorum specialium & personarum singularium consuetudines, & statuta, cùm sint quid facti, & in facto consistant, potest probabiliter ignorare; ipsis, dum tamen sint rationabilia, per constitutionem nouiter à se editam, nisi expressè caueatur in ipsa, non intelligitur in aliquo derogare. Secundò, quia Pontifex dispensans in
279. vno impedimento sibi proposito † decipitur in re necessaria, quoties plura subsunt impedimenta: meritò enim existimat, contrahere volentes nullo alio impedimento laborare, arg. *l. qui testamento, in princ. ff. de testam.* ibi; si aliud eos nil impediat: ac melius *in l. omnium, in fi. C. de testam.* ibi; nec pertimescat institutus heres, cùm oblatas preces secundùm voluntatem defuncti idoneis testibus possit approbare, si ei alia nocere non possunt: & in terminis impetrantis dispensationem satis constare potest ex *cap. vn. de at. & qual. & ord. præfic. in 6.* ibi; permittimus, vt Episcopi cum iis, qui 20. annum compleuerint, quòd dignitates, vel personatus, quibus animarum cura non imminet, valeant obtinere, possint, (si aliud non obstat canonicum,) dispensare; & *cap. 1. de fil. presb. eodem l. b. in princip.* iis verbis; is qui defectum patitur natalium, ex dispensatione Episcopi licitè potest, (si ei aliud Canonicum non obsistat,) ad ordines promoueri minores, &c. quæ, aut similis clausula sæpe in iure, ac rescriptis ponitur, cùm aliquis super certo impedimento dispensatur, aut mandatur dispensari. ex qua facilè etiam deprehenditur, concedentem nolle etiam in eo solo dispensationem valere, si alia subsint impedimenta, quæ non fuerint in precibus expressa. Tertiò probat Sanchez hanc posteriorem sententiam, quia quoties dispensatio est vnica, & indiuidua, vitiatur prorsus ita, vt nec pro parte valeat, quando tacetur veritas intrinseca dispensationi, vel dicitur falsitas, vt ipse docuerat *disp. 21. numer. 72.* & nos *quæst. præced. concl. 10. & 11.* Est autem hæc indiuidua dispensatio, cùm sit ad vnicum finem, iuxta *ibidem* tradita: cùm ergo veritas alterius impedimenti, quæ necessaria est, ac dispensationi intrinseca, taceatur, tota dispensatio corruet. Et confirmatur, quia aliàs dispensatio valida esset, si data opera hîc mentiretur, proponens vnum impedimentum, ac dicens, nullum aliud se habere; quippe æquè irritatur dispensatio, & rescriptum ex taciturnitate veritatis necessariæ, ac ex mendacio circa illam; vt constat *ex cap. super literis, de rescript.* & aliis adductis *sup. præmiss. 3. ad fin.* erit enim mendacium circa rem non necessariam, quod non vitiat dispensationem; sicut nec confessionem sacramentalem, vt docuit idem Sanchez *d. disp. 21. num. 74.* illud autem valde absurdum videtur. Denique huius sententiæ esse videntur plerique relati à Sanchez *d. numer. 2. post medium.* omnino verò sunt Gemin. *cons. 33. ex numer. 2.* Dec. *cons. 602. numer. 19.* Cephal. *cons. 639. a numer. 39. ad 44. vol. 5.* Mandos. *in praxi signat. grat. tit. dispensationes matrimoniales, ad fin. vers. reliquum est,* Menoch. *de arbitrar. iud. cas. 203. numer. 12.* Galleg. *de cognat. spirit. cap. 23. num. 6.* Petr. Ledes. *in sum. sacram.* vbi de matrim. *cap. 27. post 6. concl. assis. 1.* & loquentes de duplici impedimento matrimonij altero dirimente, altero impediente tantùm, Couar. 4. *Decretal. 2. part. cap. 6. §. 4. in fi.* Galleg. *sup. cap. 24. n. 7.* Petr. Ledes. *de matrim. quæst. 56. art. 2. dub. 1. ad 2.* Lud. Lopez 1. *part. Instruct. conscient. cap. 296. col. 15. vers. igitur pro expeditione,* & 2. *part. cap. 46. impedim. 4. col. 1.* quos omnes refert, ac sequitur Sanchez *d. disp. 23. numer. 2.* omnino quoque hanc † sententiam 280.
post alios tenet Garz. *d. tract. de benef. part. 8. cap. 3. numer. 54.* iuncto *numer. 53.* in dispensationibus super impedimentis, quæ se contingunt, & vbi impedimentum tacitum augeat expressum, super quo dispensatur: secus asserens *numer. 57.* ac 60. vbi ea impedimenta se non contingunt; neque vnum auget aliud: sicque verum dicere Doct. ab eo relato *d. num. 53.* Sanchez verò *d. disp. 23. num. 3.* prædictam posteriorem sententiam simpliciter, & absolute sumpeam ampliat † siue ignoranter, siue 281.
scienter, & dolosè alterum impedimentum in ea dispensatione tacitum sit; quia quando est vnica dispensatio non continens diuersas partes, nil refert, si veritas necessariò explicanda taceatur ignoranter, siue scienter, sed solùm, quando diuisibilis est; ex traditis per eum *d. disp. 21. num. 56. & 72.* ac nos *quæst. præced. concl. 9. & duabus seqq.*

Limitatur verò eadem sententia primò, † vbi 282.
ea vincula, & impedimenta sint subordinata; neque eodem modo tendant ad eundem finem; & velit quis obtinere priùs dispensationem illius impedimenti, vnde alterum pendet; vt, si quis votum habeat castitatis, vel non ducendi consanguineam, poterit is obtinere priùs dispensationem voti, deinde consanguinitatis, tacito voto, eiúlve dispensatione; vt optimè probat Sanchez *d. disp. 23. numer. 4.* quia tunc dispensatio non petitur, nec eò pertinet, vt vouenti liceat virtute illius ducere feminam, erga quam est speciale impedimentum, neque est ad aliquod peculiare matrimonium; sed tantùm, vt vouens sit capax ineundi matrimonij, & eximatur ab ea obligatione voti, quod solùm illi capacitati obstat; neque ea dispensatione obtenta potest consanguineam ducere: cùm verò voti obligatio sit per legitimam dispensationem sublata, quando deinde petitur dispensatio ad ineundum matrimonium cum hac consanguinea, solùm obstat impedimentum consanguinitatis; quare sufficit eius mentionem facere. Sed neque est necessaria mentio prioris dispensationis, quia sunt circa diuersa, & vna alteri non aduersatur; iuxta ea, quæ adduximus *quæst. præced. concl. 11. & hac quæst. concl. 2. ampl. 1.* Idem etiam ferè ob hanc rationem tradit post alios Garz. *part. 8. cap. 3. numer. 57.* licèt mendosè alleget Sanchez. Secus autem erit, si priùs quis petere vellet dispensationem impedimenti ab altero dependentis, hoc est, consanguinitatis, antequam petat dispensationé voti: erit enim surrepticia dispensatio super consanguinitate, nõ facta voti mentione. ita Sanchez *d. num. 4.* Garz. *sup. num. 58. & 59.* tunc enim sunt duo impedimenta ad illud speciale matrimonium,

trimoniam ; cuius diſpenſatio petitur , aliud conſanguinitatis , aliud voti. Vtriuſque autem ratio ex eo confirmatur, quòd tunc impedimentum dependens habet rationem ſpeciei conſequentis , & effectus ; illud verò , vnde alterum pendet , rationem generis , antecedentis , & cauſæ , quæ non inferunt ſpeciem , conſequens, & effectum ; ſed benè ab iis inferuntur , vt ex adductis ab Enerard. *in loc. leg. à ſpecie ad gen. num.* 12. *& 5. in loc. à conceſſ. conſeq. fere per tot. & loc. ab effect. num.* 1. *&* 2. colligi poteſt; atque etiam ſatis per ſe patet.

Limitatur ſecundò , eam ſententiam non procedere , † vbi ſublato vno impedimento per diſpenſationem perfectam , ſuperueniret aliud ; vt, ſi quis obtenta diſpenſatione ad ducendam conſanguineam , cùm nullum aliud tunc ſubeſſet impedimentum , & expedita iam per Ordinarium , (vel conceſſa in forma gratioſa , quia Princeps ipſe diſpenſat , non autem mandat diſpenſari ,) contraheret cum illa affinitatem , cognoſcendo eius ſororem , ſacis eſſet aliam ſuper affinitate diſpenſationem obtinere , nulla prioris impedimenti , aut diſpenſationis facta mentione , vt benè docet Sanchez *d. num.* 4. quia tunc vnicum obſtat impedimentum, & diſpenſationes ſunt circa diuerſa. Tertiò limitatur , † vbi alterum impedimentum poteſt tolli alia via , quàm per diſpenſationem. v. g. ligatus ſponſalibus cum aliqua ſi velit ducere alteram ſibi conſanguineam , poterit obtinere diſpenſationem ſuper conſanguinitate tacitis ſponſalibus , quorum remiſſionem poterit deinde,ac debebit obtinere.ita ſubtiliter more ſuo Sanchez *d. diſp.* 21. *num.* 6. quia cùm ſponſalium diſpenſatio neceſſaria non ſit , ſed alio modo poſſit hoc impedimentum tolli , non eſt opus illud narrare diſpenſanti cum eo impedimento , quod eget diſpenſatione. Quartò eſt temperanda , † niſi alterum impedimentum ſit occultum,& eius generis , vt ex manifeſtatione ſequeretur infamia : tunc enim ſat eſſet proponere Pontifici impedimentum publicum , vt in foro externo diſpenſet; occultum autē ſacræ Pœnitentiariæ, explicato quoque publico , ſuper quo Pontifex diſpenſauit , vel diſpenſaturus eſt ; vt ſatis probat Sanchez *eadem diſp.* 23. *num.* 7. Immo *num.* 8. idem docet verum eſſe, licèt illud occultum non poſſit irrogare infamiam, vt in voto occulto caſtitatis ; quia cùm Pontifex deſtinarit ſactam Pœnitentiariam , vt in occultis diſpenſet , nec ea omnino voluerit publicè in foro externo proponi , piè , ac meritò credi poteſt, velle eum tunc ſufficere , & requiri , vt vel vtrumque impedimentum ſibi proponatur , vel ſacræ Pœnitentiariæ , ſibi tamen explicato publico , ſuper quo illa caret poteſtate. quando autem priùs impetraretur voti diſpenſatio, non eſſet neceſſaria mentio alterius impedimenti , ſed tunc ſolùm quando illius alterius impedimenti diſpenſatio poſtulatur ; iuxta ea,quæ *limit.* 1. adduximus.

283. 284. 285.

Sexta conclvsio. Quando etiam vnicum adeſt vinculum , ſeu impedimentum in commutatione vltimæ voluntatis , ſed idemmet oritur ex duobus capitibus , ſeu titulis : † tunc illi duo tituli in impetratione exprimendi ſunt. Exemplum ſit , ſi non vnus teſtator , vel fundator , ſed plures ſucceſſiuè idem onus celebrandi , vel diſtribuendi pauperibus certam aliquam pecuniæ quantitatem heredi , aut legatario impoſuerat ; impetrans eiuſmodi oneris commutationem non ſatisfaciet dicendo, illud impoſitum fuiſſe ab vno teſtatore , vel fundatore ; ſed ſinguli exprimendi ſunt , dicendo , talis, ac talis; aut ſaltem , duo , vel plures teſtatores,aut fundatores voluerunt, &c. Differt autem hæc à quarta concl. quod in illa egimus de pluribus vinculis , & impedimentis diuerſarum ſpecierum, vt Philoſophi , vel generum , vt Iuriſconſulti loquuntur ; in hac verò de pluribus in eadem ſpecie, ſeu genere : ſicut cōſanguinitas,& affinitas , vel votum ſunt impedimenta matrimonij diuerſæ ſpeciei; plures verò conſanguinitates , vel affinitates , vel plura vota ex diuerſis titulis, & capitibus, ſunt eiuſdem ſpeciei impedimenta;ſpeciei,inquā, ſeu generis eſſentialis, licèt differant ſpecie accidentali;ſicut canis moloſſus,à cane venatorio , & alia huiuſmodi. Probatur nunc propoſita concluſio, primò, quia de his quoque verū eſt dicere, quòd ſunt plura vincula,& impe dimenta eiuſdem commutationis;& in iis militant fundamenta ferè omnia allata *d. concl.* 4. in impedimentis diuerſarum ſpecierum. Secundò, quia idipſum traditur † de pluribus impedimentis matrimonij, quæ ſunt eiuſdē ſpeciei, ſed ex diuerſis capitibus , ſeu titulis : qualis eſt conſanguinitas ex vtroque parente ; affinitas ex copula cum duabus conſanguineis intra ſecundum gradum eius , quam quis vellet ducere ; cognatio ſpiritualis ex eo, quòd alter alterius duos filios ex fonte leuauit , vel in confirmatione tenuit ; vel eundem filium & leuauit ex fonte , & tenuit in confirmatione ; aut alter fuit mutuò patrinus filij alterius : & duplex publica honeſtas , quia contraxit quis ſponſalia valida ex diſpenſatione Pōtificia cum duabus ſororibus eius, quam quis ducere vellet. Quamuis enim Henriq. *lib.* 12. *de matrim. cap.* 10. *num.* 3. & alij relati à Sanchez *d. diſput.* 24. *num.* 4. velint , ſufficere huiuſmodi plura impedimenta in genere explicare , vt dicendo ſe patrueles , vel conſanguineos in tali gradu , non explicando conſanguinitatem ex vtroque parente ; & ſic de cæteris. quæ opinio quatuor nititur fundamentis , quibus ipſe reſpondet *num.* 11. iunctis præced. & ſatisfiet ex mox dicendis. Tamen contrarium ſentiunt plures , quos ſequitur Garz. *d. part.* 8. *cap.* 3. *num.* 54. necnon quos refert , & laudat idem Sanchez *ſup. num.* 5. *ad ſi.* nimirum Rot. Rom. *deciſ.* 117. *num.* 2. *lib.* 1. *& deciſ.* 70. *num.* 1. *lib.* 2. *in noviſſ. diuerſ.* Put. *deciſ.* 39. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 3. Mandoſ. *in prax. ſig. grat. tit.* ſeu *verbo , diſpenſationes matrimoniales , ad fin.* Molin. *tom.* 1. *de iuſt. & iu. diſp.* 161. *col. pen. verſ. illud tamen,* Petr. Ledeſ. *de matrimon. queſt.* 56. *artic. vlt. dub.* 2. *diffic.* 3. *corol.* 5. *& in ſumm. ſacram.* vbi de matrim. *cap.* 27. *concluſ.* 6. loquentes de conſanguinitate ; ſed eadem quoque ratio eſt in cæteris ; tum illa, quòd in odioſis , qualis eſt diſpenſatio , *cap.* 1. §. 1. *de fil. presbyt. in* 6. quæ etiam in commutatione vltimæ voluntatis innoluitur ; † mixtum non comprehenditur ſub ſimplici, vt idem Sanchez probat *d. lib.* 8. *diſp.* 2. at negari non poteſt,multiplicatas cognationes mixtas eſſe. & confirmatur, quia in naturalibus calor habens duos gradus eſt intentior , licèt ſit in eodem ſubiecto. Secundò conſanguinitas , v.g. oriens ex duplici capite, ac titulo,non eſt vnica , ſed duplex. ſic & diſpoſitio à duobus facta , non eſt vnica , & ſimplex , ſed immo duplex. Tertiò,quia illegitimus ex adulterio coniugati cum coniugata † ſurreptitiam impetrabit diſpenſationem ſe adulterum narrans , niſi vtriuſque parentis adulterium exprimat , vt plerique tenent , quos refert , ac ſequitur Sanchez *d. num.* 5. *circa medium.* Idipſum verò ex eo etiam confirmatur , quod poſt alios docet Garz. *d. cap.* 3. *num.* 13. † excommunicatum vnica excommunicatione ob plures cauſas non cenſeri ab ea abſolutum , ſi in impetratione abſolutionis tacuerit aliquam cauſam ſaltem æque principalem,ac expreſſam.

286. 287. 288. 289. 290.

Ampliatur verò hæc concluſio,vt † tacito aliquo 291.

Digitized by Google

ex illis capitibus, seu titulis vnius impedimenti commutationis non prosit clausula, *non obstante*, in litteris commutationis appolita, vt reddat ipsam validam, supplens titulum non expressum: quia hæc clausula non reddit gratiam validam; neque illam auget, supplens qualitatem necessariò exprimendam, sed tantùm reddit valida, & confirmat expressa; vt post Bald. *l.1. num. 22. C. de furt.* & alios tradit Menoch. *d. cas.* 203. *num.* 13. & Sanchez *d. disp.* 24. *num.* 6.

Limitatur autem primò, vt, si dispositio illa, seu vltima voluntas geminata, seu multiplicata fuerit
292. ab eodem disponente, † tunc non sit necesse mentionem facere singularum dispositionum. ita Sanchez *d. lib.* 8. *disp.* 24. *num.* 7. & Garz. *d. cap.* 3. *num.* 77. in dispensatione affinitatis ex fornicatione multiplicata cum eadem consanguinea eius, quam quis vult ducere. probat autem id Sanchez tum ex stylo; quia nullus vnquam id exprimit; nec quando petit dispensari in affinitate ex copula coniugali, ab ipso exigitur, vt numerum copularum coniugalium, aut tempus, quo durauit matrimonium, explicet: tum quòd irregularis eò, quòd excommunicatus celebrauit, si petat dispensationem, non tenetur facere mentionem multiplicatæ celebrationis, ex Henriq. *lib.* 13. *de excomm. cap. vlt. num.* 2. *litt. M. & lib.* 14. *de irregularit. cap.* 7. *in fi.* ac Eman. Sà *verbo, irregularitas*, vbi de irregul. ex ord. abusu: quod idem etiam post alios tenet Garz. *d. cap.* 3. *num.* 80. licèt contrarium velit Rodriq. 1. *tom. summ. cap.* 182. *in fi.* Tum quòd tunc non contrahuntur plures affinitates, vel irregularitates, & in nostro casu plures dispositiones, seu vltimæ voluntates specie etiam accidentali distinctæ; sed tantùm adduntur nouæ illæ actiones, per quas contraheretur affinitas, vel irregularitas, & in nostro casu contraheretur obligatio, nisi esset iam contracta; sicut ex multiplici eiusdem voti repetitione nullum vinculum nouum consurgit necessariò exprimendum in eius commutatione, vel dispensatione, vt probat idem Sanchez *lib.* 7. *de matrim. disp.* 27. *num.* 25. *& lib.* 8. *disp.* 2. *num.* item 25. ac turpius *lib.* 4. *sum. cap.* 47. *num.* 32. & alias forsan ostendemus. Quod autem Sanchez *d. lib.* 8. *disp.* 24. *num.* 8. deducit, quòd, si quis obtenta iam dispensatione in affinitate, seu potius commissione huiusmodi dispensationis, antequam Ordinarius eam exequatur, denuò iteraret copulam cum eadē con-
293. sanguinea feminæ à se ducendæ; † valet adhuc dispensatio, quia nondum est consummata; secus si accederet copula post executam dispensationem, quia tunc per eam prior affinitas est sublata, atque adeò noua contrahitur, in qua nulla est dispensandi commissio: idem proportionabiliter dicendum est de iterante dispositionem ante, vel post executam commutationem. Secundò limitatur, quòd, licèt commutatio alicuius vltimæ voluntatis simpliciter concessa non extendatur ad eam, quæ ex
294. duplici capite, seu titulo oritur: † potestas tamen commutandi extenditur; ex iis, quæ in simili quoad potestatem dispensandi tradit, satisque probat Sanchez *eadem disput.* 24. *num.* 9. Immò etiam posset talis extensio fieri non modò vbi potestas commutandi data esset sine expressione personæ, sed etiam vbi cum expressione; modò constare posset, eam concessam fuisse in gratiam eius, qui commutare debet: per ea, quæ de potestate dispensandi docet idem Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. disp.* 2. *num.* 6. *& d. disp.* 24. *num.* 9. *in fi.*

SEPTIMA CONCLVSIO. Quando etiam vnicum vinculum, seu impedimentum commutationis vltimæ voluntatis habet annexam notabilem qualitatem, seu circumstantiam, † ea debet exprimi in illius impetratione, ne sit surrepitia, & nulla. Exemplum esse potest si testator, vel aliquis etiam fundator, aut aliter disponens inter viuos irreuocabiliter heredi, vel legatario imposuerit onus celebrandi quotidie, vel pro eius anima aut distribuendi pauperibus magnā pecuniæ, panísve quantitatem; tunc non satisfaciet impetrans commutationem, si dicat, impositum fuisse onus celebrandi certas, aut aliquot Missas; vel si non dicat, eas celebrandas pro anima; vel tantùm asserat teneri se distribuere quandam pecuniæ, panísve quantitatem: aut aliud quid his simile contingat. Probatur nunc conclusio primò ex eo, quod *quæst. præced. conclus.* 3. docuimus quòd vbi, nec ex iure, nec ex stylo Curiæ constat, qualitatem aliquam in impetratione commutationis vltimarum voluntatum fore exprimendam, tunc illius qualitatis taciturnitas vitiabit rescriptum, quando veritate cognita illud superior non concederet; vel non nisi cum aliquo moderamine. Secundò ex eo probatur, quod in foro pœnitentiali, seu sacramentali, (à quo † ad ex- 296.
ternum arguit inter alios Sanchez *d. lib.* 8. *disp.* 24. *num.* 74. *& disp.* 23. *num.* 2. *circa medium*, quoniam forus conscientiæ, & externus idem seruant vbi non adest falsa præsumptio, aut lex pœnalis, vt idem satis probat *lib.* 1. *de matrim. disp.* 5. *numer.* 10. *vers. tandem probatur*;) circumstantia notabiliter aggrauans in eadem specie † est necessariò explicanda, vt 297.
sentiunt nonnulli, quos refert, atque in hoc sequi videtur Sanchez *lib.* 9. *de matrim. disput.* 15. *num.* 6. paulo ante medium; plerique verò tenent relati pariter, ac laudati à Suar. *de pœnit. disput.* 22. *sect.* 3. *num.* 5. *cum seqq. vsque ad* 14. vbi id latè comprobat, & à contrariis tuetur, quando ea circumstantia variat iudicium morale Confessarij, at negari non potest, quin, si exprimatur vera quantitas in sua multitudine, vel magnitudine, sit apta variare iudicium commutantis: alio enim modo commutabit rem paruam, aliter magnam; & multo maiorem materiam illi, quàm huic subrogabit; vt patebit ex iis, quæ latiùs adducemus, *quæst. vlt. huius cap.* maxime cum commutatio vltimæ voluntatis non pro arbitrio commutantis, sed cum causa sufficienti facienda sit, vt patet ex iis, quæ sup. hoc eodem *cap. quæst.* 1. & 2. tradidimus. Secundò probatur ex eo quod Sanchez *d. disp.* 24. *num.* 2. tradit & satis comprobat, † in dispensatione vnius impedimenti ma- 298.
trimonij, puta consanguinitatis, etiam ex vna radice prouenientis, exprimendum esse gradum consanguinitatis; & tamen est in eadem specie etiam accidentali: & *num.* 3. multis relatis ostendit, † 299.
surrepitiam esse legitimationem spurij, si solùm declaretur eum esse spurium tacitis qualitatibus, & circumstantiis illiciti complexus, ex quo procreatus est. *num.* autem 14. in consanguinitate, affinitate ex copula licita, vel publica honestate † ne- 300.
cessariò explicandum, an distantia graduum sit in linea recta, & *num.* 15. idem esse in cognatione spirituali, quia in his casibus est notabiliter maius vinculum; ac *num.* 16. exprimendum fore, † an pu- 301.
blica honestas oriatur ex sponsalibus, an ex matrimonio rato; quoniam multo vrgentius impedimentum oritur ex matrimonio rato, quàm ex sponsalibus, necnon *num.* 24. iuncto *num.* 32. vbi probat, † quòd, licèt, si contrahere volentes distent 302.
inæqualiter à stipite, & petant dispensationem super consanguinitate, vel affinitate, sufficiat mentionem facere gradus remotioris; tamen id intelligendum est, nisi gradus ille propinquior sit primus. *disput.* autem 25. *num.* 8. probabilius esse, † copu- 303.
lam

lam habitam cum conſanguineo, quam quis vellet dicere, explicandam fore in impetratione diſpenſationis ſuper conſanguinitate, aliàs gratiam ſurreptitiam eſſe; ac nullam. & *num.* 11. *cum ſeq.* quòd ſi fuerit matrimonium celebratum, & conſummatum inter conſanguineos eo animo, vt faciliùs diſpenſaretur; mentionem faciendam eſſe matrimonij; eiúſque conſummationis, necnon prædicti animi; cuius etiam animi, & ſpei faciliotis diſpenſationis mentio facienda omnino erit, vbi cùm ea fuerit habita copula inter illos conſanguineos; vt idem latè probat *eadem diſp.* 25. *num.* 18. Ad idem etiam faciunt illæ qualitates, & circumſtantiæ, quas omninò exprimendas fore, ne gratia præſertim beneficialis ſit ſurreptitia, aſſerit, ac longa ſerie recenſet Menoch. *de arbitrar. iud. caſ.* 201. præcipuè poſt *num.* 60. & in reſcriptis iuſtitiæ *caſ.* 202. ac denique in priuilegiis legitimationum, diſpenſationum, ac ſimilibus, *caſ.* 203. forè per tot. & quidem prædicta omnia eò eam quoque rationem exprimenda ſunt, quòd eiuſmodi qualitates ac circumſtantiæ ſint, vt iis expreſſis gratia ſaltem alio modo verisimiliter concedatur, quàm ſi non exprimantur; iuxta ea, quæ adduximus *queſt. præced. concluſ.* 3. quod idem dicere meritò poſſumus de caſibus, & exemplis allatis in huius concluſ. initio, necnon etiam de ſimilibus; vtputa, ſi vltima voluntas, ac diſpoſitio emanauit à patre, matréve heredis, qui nunc illius voluntatis commutationem vult impetrare: quod etiam ſuaderi poteſt; tum ex eo, quod paulo antè diximus de neceſſitate explicandi primi gradus, aut in linea recta; tum ex ſpeciali naturæ, ac Decalogi præcepto, quo filij tenentur parentibus honorem exhibere: cuius appellatione potiſſimùm obedientiam eorum iuſſis contineri communiter tradunt illius præcepti expoſitores; atque aliis caſibus, de quibus in mox ſeqq. huius quæſt. concluſionibus.

OCTAVA CONCLVSIO. Impetrans commutationem vltimæ voluntatis † tenetur explicare
304. prohibitionem commutationis à teſtatore, alióve diſponente factam. Huius prohibitionis exemplum habemus *in l. quidam, ff. de vſu, & vſufr. leg.* vbi, cùm quidam legaſſet Reipub. nonnulla prædia, vt ex eorum reditu quotannis ludi ederentur, ea verba ſtatim ſubiecit; quæ legata peto, Decuriones, & rogo, ne in aliam ſpeciem, aut alios vſus conuertere velitis. qua quidem prohibitione non obſtante † poterit
305. adhuc ſuperior ex legitima cauſa vltimam voluntatem commutare, vt in ſpecie ſatis probat Petr. de Vbald. *in tract. de canon. Epiſc. & paroch. cap. 7. num. 42. cum ſeq.* loquens vbi ea voluntas non poſſet impleri. & in derogatione maioratus quoad hoc, vt eius bona alienari poſſint ex regia facultate, non obſtante hac in re inſtitutoris ſpeciali prohibitione, latè probant Molin. ſen. *tract. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 3. concluſ. 5. & 6.* ac Molin. iun. *de inſt. & iur. tract. 2. diſp. 670. num. 1. cum duobus ſeqq.* de quo nos fuſiùs, Deo dante, *inf. cap. 9. quæſt. 6. concluſ. 7.* An verò, & quomodo valeat prohibitio teſtatoris, ne Epiſcopus aut alius ſuperior Eccleſiaſticus ſe intromittat in diſpoſitis per eum, ipſius voluntati derogando; videndum eſt, quod latiùs diſtinguendo trademus *cap. 11. quæſt. 6. concluſ. 8.* ferè per tot. Probatur nunc propoſita concluſio; tum ex adductis in præced. concl. quia negari non poteſt, quin hæc ſit vna ex illis circumſtantiis, & qualitatibus, quæ variare poſſint iudicium & intentionem concedentis, & quarum expreſſio non modò redderet difficiliorem Principem ad gratiam concedendam, ſed etiam, vel eum omnino auerteret à cõceſſione, vel certe à tali, qui aut maiorem materiã ſubrogaret, aut aliud moderamen adhiberet, vnde locũ etiã hũc habent tradita *q. prac. concl. 3.* Tum ex eo, quod de maioratu dicemus hac in re *d. concl. 7. poſt num.* Tũ ex eo, quod † de 306.
iurante, aut voueãte aliquid facere, ac ſimul etiã non petere iuramenti, aut voti habilitationem, ſeu diſpenſationem, vt in hac impetranda debeat neceſſariò vtriuſque iuramenti, ac voti facere mentionem, tradunt communiter Doct. ex quibus pleroſque refert, ac ſequitur Sanchez *lib. 4. ſum. cap. 8. num. 29. & 30. iuncto num. 32. & ſeq.* præſertim verò Fel. *in c. conſtitutus, num. 14. de reſcr.* poſt Roman. *conſ. 116.* Poterit autem is, ac debebit, vel priùs petere habilitationem, ſeu diſpenſationem poſterioris voti, & iuramenti, deinde prioris, vt idem docet *d. num. 29.* vel, vt ipſemet tradit *d. num. 30.* vtriuſque voti, vel iuramenti eodem contextu: non ita tamen, vt petatur, obtineatúrque ſimul vtriuſque habilitatio, ſeu diſpenſatio; quia, cùm petitionis tempore nondum ſit impetrata poſterioris relaxatio, violabitur hoc ipſo poſterius votum, vel iuramentum illam non petendi: ſed ſubalternatè, ac ſubordinatè, hoc modo; peto diſpenſari in hoc poſteriori voto, vel habilitari in hoc poſteriori iuramento: deinde peto id fieri circa prius: vel proponere vtrumque ſuperiori, petendo, vt ipſe debito ordine diſpenſet; quia hoc eſt petere ſub conditione, nempe, ſi antea abſtulerit poſterius votum, vel iuramentum; & ſic non petitur, ſtante huius obligatione, ſed tempore, quo iam poſterioris obligatio ceſſarit. Atque hoc ipſum in materia maioratus ſentit vterque Molin. iun. quidem *num. 3.* ſen. verò *num. 38. & ſeq.*

NONA CONCLVSIO. Vbi in commutatione vltimæ voluntatis agatur de mutatione ſtatus alicuius Eccleſiæ, aut beneficij, vel temporali, vt cùm quis non habens qualitatem in fundatione beneficij requiſitam, illud impetrat; vel perpetua, vt in conceſſione beneficij, ſeu Eccleſiæ ſæcularis loco Regulari, aut Regularis ſæculari: † erit mentio facien- 307.
da de qualitatibus beneficij notabilibus, ſeu quæ mouere poſſent concedentem vel ad eam commutationem omnino non faciendam, vel non tali modo. Probatur tum ex iis, quæ *in præced. 7. concl.* de huiuſmodi qualitatibus, ac circumſtantiis notabilibus in cõmutationis impetratione omnino exprimendis diximus. Tum etiam à fortiori, quoniam de his qualitatibus † facienda eſt mentio in ſimplici impe- 308.
tratione eiuſdẽ beneficij, vel Eccleſiæ, quæ ad tempus ſit à priuata perſona, retento, & immutato manente eodem ſtatu beneficij, ſeu Eccleſiæ, vt poſt Abb. & alios tradit Dec. *in cap. ad aures, num. 4. de reſcript.* ſubdens poſt Gemin. *in cap. dudum, de prob. in 6.* & Fel. *cap. in noſtra, de reſcript.* id procedere † in 309.
qualitatibus, de quibus iure non eſt cautum, quòd exprimatur; quoniam in his non conſideratur, quod aliàs ſuperior gratiam non cõceſſiſſet: vt etiam patet ex latiùs per nos adductis *quæſt. præced. concl. 1.* idipſum docentes *concl. 2.* de qualitatibus, quæ ex ſtylo Curiæ debent exprimi. quòd autẽ maior ſit ratio in caſu cõcl. quàm in impetratione priuati, patet, ibi enim plerumque idipſum reperitur, quod hic, nimirum tranſlatio, ſeu conceſſio beneficij, vel Eccleſiæ, ſed ibi præterea duo ſunt, aut ſaltem vnum, vnde maius præiudicium parari poteſt concedenti, nimirum perpetuitas conceſſionis, & mutatio ſtatus beneficij, ſeu Eccleſiæ; quare aliam illius collationem, &, ſi Prælatus inferior ſit, eiuſdẽ ſubiectionem ſibi, ac ſuis ſucceſſoribus adinuit, & amittit. Dum igitur in hac concl. aliquas ſpeciales qualitates recenſebimus, quæ in impetratione beneficij, ne ſurreptitia reddatur, ac nulla, exprimendæ ſunt; inde

iure

iure optimo cõcludendum erit, eaſdem in prædicta quoque commutatione, quæ cum ſtatus beneficij mutatione ſit, omnino fore explicandas: nonnullis exceptis, quarum inf. *cap.* 10. *&* 11. *quæſt.* 6. *concluſ.* 4. mentionem faciemus.

310. Et *prima* ſit qualitas curæ animarum, quæ † ab impetrante beneficium cui ea imminet, debet exprimi; vt ex communi ſcribentium *cap. in noſtra, de reſcript.* atque ex pleriſque tradit Menoch. *d. caſ.* 201. *num.* 61. *ac* 62. & Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glof.* 6. *num.* 2. cum aliquot ſeqq. ob eam rationem, quòd beneficij appellatione non venit curatum niſi de eo mentio fiat, *cap. pro illorum, de prab. & cap. cùm in illis, eodem tit. in* 6. & in ſpecie id cauetur *in reg.* 56. *Cancell.* probátque text. *in Clem.* 1. *in princip. eodem tit.* vbi ſi Papa dignitatem habenti de alia prouideri mandat, diſpenſans cum eo, vt ſimul vtramque valeat retinere, de animarum cura, quæ illis, vel alteri earum imminet, non habita mentione, gratia huiuſmodi velut ſurreptitia nullius penitus eſt momenti; quamquam confectis ſuper ea litteris ſit inſertum, quòd animarum cura, (ſi dignitatibus ipſis, vel alteri earum immineat,) nullatenus negligatur. ex quibus verbis habetur duplex notabilis extenſio ad hoc, quod de hac qualitate omnino exprimenda diximus in impetratione beneficij, vel dignitatis, ſeu Eccleſiæ: altera, vt exprimi debeat cura imminens beneficio retinendo cum impetrato: altera, vt non ſufficiat expreſſio conditionalis in parte executiua litterarum. Sed & Menoch. *d. caſ.* 201. *num.* 63. idipſum extendit primò, vt pariter lo-

311. cum habeat, † etiamſi ex ſtatuto, vel conſuetudine impetrans non teneatur illi curæ deſeruire per ſe. & *num.* 64. pluribus Doctorib. relatis, extendit ſecundò, etiamſi gratia motu proprio conceſſa deinde fuiſſet, ex text. *d. c. cum in illis*, per quem, & alios Doctor. idipſum tradit Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib.* 6.

312. *tit. de clauſul. concluſ.* 2. *num.* 37. licèt hæc extenſio † deſtrui videatur per text. *in Clem. ſi Romanus, de prab.* quod & relato Fel. & Soc. adnotauit Gabr. *d. numer.* 37. qui *num.* 38. *&* 39. duas affert huius antinomiæ conciliationes. Declarat autem id, quod de hac qua-

313. litate ſup. dictum eſt, Menoch. *num.* 56. *& ſeq.* vt † ſufficiat narrare beneficium eſſe plebanum, vel eſſe Eccleſiam collegiatam ex multorum ſententiâ: licèt referat alios contrarium ſentientes; & quidem probabilius quoad Eccleſiam collegiatam, quę ſanè longè differt à curata, ſeu parochiali. deinde verò

314. *num.* 67. declarat ſecundò, illud non procedere, † quando cura eſt annexa acceſſoriè, poſt alios pleroſque, ac per text. *in cap. ſuper eo, de prab. in* 6. ac denique *num.* 70. non procedere in impetratione facta coram Ordinario, ex Ioan. Selu. *in tract. de benef. part.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 55. Bero. *in cap. ad aures, num.* 18. *de reſcript.* & ratione *Clem.* 2. *de offic. ord.* quæ tamen ad rem mihi facere non videtur. illa verò ratio eſſe poteſt, quam affert idem Menoch. *d. caſ.* 201. *num.* 150. vbi idipſum aſſerit, iuncto *num.* 154. & nos inf. de valore beneficij afferemus; quia eius notitiam præſumitur Ordinarius habere. Aliæ declarationes ſumi poſſunt ex Gonzal. *ad glof.* 6. *à num.* 16. *vſque ad* 112. & Garz. *tract. de benef. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 6. 7. *&* 8. *part.* 3. *cap.* 2. ſæpè, *& part.* 9. *cap.* 2. paſſim.

315. *Secunda* qualitas eſt iuriſpatronatus, quæ † exprimenda eſt. ita poſt gl. *in Clem.* 2. *de prab.* Gemin. & cæteros *in cap.* 2. *eod. tit. in* 6. Selu. *d. quæſt.* 11 *num.* 29. Cravett. *conſ.* 68. vbi etiam recenſet qualitates ipſius iuriſpatronatus exprimendas, tradit Menoch. *d. caſ.* 201. *num.* 71. & de hoc eſt *reg.* 41. *num.* 42. *Canc. Apoſt.* ſub tit. *de derogat. iuriſpatr.* quæ tamen ſolùm loquitur de iurepatronatus laicorum, non Eccleſiarum. idque procedit, non obſtante clauſula, *motu proprio*, vt pluribus relatis tradit Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 56. & Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 22. *num.* 50. Non procedit autem cùm beneficium patronatus vacat in Curia, & ſuper eo pendet inter patronos lis; Menoch. *ſup. num.* 72. poſt Callad. *deciſ.* 3. *n.* 5. *vt lit. pend.* & alios de qua re nos latiùs *inf. cap.* 10. *quæſt.* 4. *concl.* 8. *& quæſt.* 5. *concl.* 7. 10. *&* 14.

316. *Tertia* qualitas eſt † vnio beneficij, quod impetratur, iam alteri beneficio facta per Ordinarium, licèt nondum ſortita fuerit effectum: nam gratia etiam motu proprio de eo beneficio conceſſa non præiudicat illi vnioni, niſi eius mentio fiat; vt poſt alios docet Menoch. *d. caſ.* 201. *num.* 91. 92. *&* 135. Sanchez *d. num.* 50. & Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 31. ac præcipuè Fel. *d. cap. ad aures, num.* 8. *& cap. in noſtra, num.* 23. *de reſcr.* & Iaſ. *in l. ſi quis quemquam, ff. ſi quis caution.* quòd ſi vnitum eſſet acceſſoriè, & quis impetret principale, non eſt neceſſaria mentio vniti. ſic latè Menoch. *ſup. num.* 93. & Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glof.* 5. §. 7. *num.* 16. & Garz. *tract. de benef. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 20.

317. *Quarta* qualitas beneficij exprimenda ab illod impetrante, eſt † reſidentia, ſi eá requirat, vt poſt Abb. *d. cap. ad aures, num.* 3. Mant. *n.* 17. *de reſcript.* & alios ex *cap. vlt. de cler. non reſid.* tradit, ſatiſque probat, & à contrariis defendit Menoch. *d. caſ.* 201. *num.* 74. *cum duobus ſeqq. num.* autem 77. id declarat, non procedere vbi gratia motu proprio facta ſit, ex Fel. *d. cap. ad aures, num.* 7. & *ibi* Rip. *num.* 32. qui alia ſimilia adducit. facit etiam optimè text. *d. Clem. ſi Romanus, de prabend.* Verùm de materia huius qualitatis, nimirum reſidentiæ in beneficiis, videndum eſt, quod latiſſimè ſcribit Garz. *d. part.* 3. *cap.* 2. *per tot.* vnde etiam ſumes declarationes, quæ huc pertinent.

Quinta qualitas eſt valor beneficij, quod in huiuſmodi commutatione impetratur; quam, ſicut etiam cæteras qualitates in caſu propoſitæ concluſionis exprimendas tanquam magis proprio loco quæſtioni 6. capitis 10. & 11. reſeruamus.

DECIMA & poſtrema CONCLVSIO. Alia pleraque narranda ſunt in impetrãda commutatione vltimæ voluntatis per reſcriptum iuſtitiæ, ſeu ad lites. & quidem ea, quæ ſunt huius generis, eorúmque extenſiones, & declarationes attigiſſe ſufficiat, cùm rarò admodum commutatio impetretur per viam reſcripti iuſtitiæ.

In hoc igitur genere primum narrandum, quod nobis occurrit, eſt † lis cœpta etiam per ſolam cita-

318. tionem, iuxta *cap. relatum*, (vel potiùs *cap. gratum*,) *de offic. deleg. cap. fin. de off. leg. & Clem.* 2. *vt lit. pend.* cum limitata late Menoch. *ac arbitrar. iud. caſ.* 202. *num.* 4. *& ſeq.* Extenditur autem id primò, vt procedat etiamſi ſolùm impetretur collega iudici, coram quo iam lis cœpta eſt: nam adhuc litis pendentia narranda eſt, vt fusè probat Menoch *ibidem num.* 6. Secundò, etiamſi illa citatio nondum ſit executa, vt pluribus idem tradit *num.* 7. *cum duob. ſeqq.* quamuis quoad hoc, vt lite pendente nihil nouetur, debeat citatio eſſe executa, & continere id vnde reus ſufficienter inſtrui poſſit, ſuper quo conueniatur. Tertiò, vt, ſi lis narretur calumniosè, habeatur, ac, ſi narrata non ſit; vt probat *num.* 10. atque ad idem facit id, quod *num.* 5. docuerat, litis pendentiæ expreſſiſſimè faciendam eſſe mentionem. Extenditur quartò, vt adhuc ſurreptitium ſit reſcriptum iuſtitiæ, licèt per ſimplicitatem, vel ignorantiam litis cœptæ mentio facta non ſit, vt ipſemet poſt alios tradit *num.* 11. *num.* autem 12. poſt Iaſ. Ruin. Cravett. & Roland. à Valle idipſum extendit vbi etiam in reſcripto adſit clauſula motus proprij.

Decla

319. Declaratur nunc primò, † vt non procedat relata doctrina, quando reſcriptum impetratum fuit ea die, qua lis inchoata fuit; niſi appareat, quid plena citatio impetrationem præceſſerit; quod probare excipientis erit. ita poſt Fel. Menoch. *ſup. num.* 13. Secundò declaratur, vt non procedat, vbi à lite iamdiu ceſſatum eſt, ita, vt eidem renuntiatum videatur. ſic poſt Caſſad. *deciſ.* 5. *vt lit. pend.* tradit Menoch. *ibidem num.* 14. Tertiò vbi lis fuiſſet pacto, & conuentione ſopita: vt idem poſt alios docet *num.* 15. & 55. aut lis ſuſpenſa fuiſſet; *num.* 16. Quartò, non procedit, cùm lis eſt ſuper poſſeſſione, & reſcriptum impetratum ſuper proprietate; vt ſatis probat *num.* 17. *cum ſeq.* Quintò declaratur, non procedere, cùm tertius pro ſuo intereſſe impetrat reſcriptum ſuper re, de qua duo alij iam litigant; tunc enim ille tertius neceſſe non habet narrare litem illorum litigantium. ita poſt Ruin. *conſ.* 61. *num.* 19. *vol.* 5. & alios docet Menoch. *d. caſ.* 202. *num.* 22. Sextò, non procedit, quando iudex, coram quo lis pendebat, pronuntiauit ſe iudicem competentem, quoniam tunc lis amplius non pendet, (nimirum ſuper iuriſdictione, cùm iam firmata ſit:) ſic poſt Anchar. & Felin. declarat Menoch. *ſup. num.* 23. Septimò, non procedit, quando lata eſt ſententia, & ab ea appellatum; & iudex, à quo, procedit: nam tunc, ſi impetratur reſcriptum, nó eſt neceſſe narrare proceſſum, quem fecit iudex, à quo. ita Abb. Butr. & Imol. *cap. dilecta, de excep.* quos ſequutus eſt Felin. *cap. caterum, col.* 3. *verſ. limita quarto*, & Menoch. *ibidem num.* 24. ob id poſt eos affirmans, nec etiam narrandam eſſe excommunicationem ab eodem iudice, à quo, prolatam. Declaratur octauò, non procedere, quando reſcriptum dirigitur eidem iudici, cui primò cauſa commiſſa eſt: valet enim tunc ſecundú reſcriptum, non facta mentione proceſſus, vt ſatis probat Menoch. *vbi ſup. num.* 25. Nonò, locum non habet, cùm cauſa in eodem ſtatu, & gradu, quo erat coram primo iudice, committitur ſecundo: tunc enim neceſſe non eſt narrare punctualiter proceſſum. ita Menoch. *ibidem num.* 26. inter alios ex Fel. *d. cap. caterùm, col.* 3. *limit.* 7. id duobus modis reſtringente: primò, niſi per poſteriorem commiſſionem cauſa in totum auocaretur à primo iudice; quia tunc requireretur vel mentio proceſſus, vel clauſula, *cuius cauſa ſtatum dignemini habere pro expreſſo:* ſecundò niſi primo iudici præter generalem commiſſionem aliquæ eſſent commiſſa, quæ non ſaperent iuriſdictionem contentioſam, ſed per modum priuilegij eſſent conceſſa parti; quia hæc non expreſſa non tranſirent in ſubrogatum. Decimò declaratur non procedere, cùm impetratur reſcriptum ſubrogationis in lite, & in iure: nam tunc, licèt taciturnitas litis vitiet reſcriptum quoad ſubrogationem in lite; non tamen vitiat quoad ſubrogationem in iure. ita Menoch. *ſup. num.* 27. poſt Bellam. *deciſ.* 115. & Fel. *d. col.* 3. *verſ. oſtauo limita.* Vndecimò, & poſtremò declaratur, vt non procedat, ſi impetratio ſit de futuris, lis de præteritis etiam eiuſdem materiæ. hic poſt Abb. & Fel. Menoch. *loc. cit. num.* 28.

Secundò non ſolùm litis pendentia, ſed etiam narrandus eſt totus proceſſus, & ſubſtantia cauſæ. ita poſt alios Menoch. *d. caſ.* 202. *numer.* 29. & 30. inferens *num.* 31. ſi lis ſit ſuper contractu iurato, iuramenti quoque mentionem eſſe faciendam. & *num.* 32. quòd, ſi cauſa eſt poſſeſſoria narrandum erit, quis poſſideat: item narrandas fore qualitates proceſſus, & cauſæ extendens quoque relatam doctrinam, cùm incauſa proceditur ſummariè. eam verò declarat *d. num.* 50. vt ſufficiat referre proceſſum, & cauſam quoad articulos principales. & *d. num.* 52. ex communi non eſſe neceſſariam mentionem intrinſecam proceſſus, ſed ſufficere commemoratiuam. *num.* autem 53. † clauſulam illam, *ſtatum, &* 320. *merita cauſæ pro ſufficienter expreſſis habentes*, purgare hac in re vitium ſurreptionis, modò iam cauſa non ſit inſtructa; quod etiam pluribus relatis tradit nouiſſimè Iacob. Ant. Marta *in tract. de clauſul. part.* 1. *clauſ.* 157. *num.* 4. iunctis duobus præced. ſubdens *eod. num.* 4. hanc clauſulam id operari dummodo in gratia ipſa facta ſit mentio litis. Plura verò circa litis pendentiam exprimendam peti poſſint ex Lancell. quem non niſi poſt hæc ſcripta vidi in ſuo eruditiſſimo tractatu *de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. illat.* 7. ſeu *à num.* 728. *vſque ad* 762.

Tertiò narrandum eſt, † coram quo lis pendeat, 321. an coram Eccleſiaſtico, vel temporali iudice; ordinario, vel delegato; etiamſi impetrans eſſet perſona priuilegiata, vt miſerabilis, vel vidua. quo caſu, cùm impetratur cauſa alibi committi, exprimi debet iuſta cauſa, vtputa iudicem, coram quo lis pendet, negligentem eſſe. vtrumque probat Menoch. *ſup. num.* 34. *cum duob. ſeqq.* ſubdens *n.* 37. ex Bellam. *deciſ.* 9. cùm impetratur reſcriptum ad examinandos teſtes, & probationes faciendas extra locum litis, narrandam eſſe, & probandam iuſtam cauſam, vtputa quòd ibi teſtes examinari non poſſunt, aut probationes recipi.

Quartò in impetratione reſcripti ad lites † con- 322. ditio perſonę priuilegiatæ, contra quam illud impetratur, narranda eſt; vt ſi ſit perſona miſerabilis. ita poſt alios Menoch. *ſup. num.* 39. id declarans, probánſque procedere, ſi priuilegium reſpiciat exceptionem dilatoriam, non autem ſi peremptoriam, ſeu merita cauſæ, cùm tunc non inferatur præiudicium priuilegiato.

Quintò, ſi in lite pendente fuit cõcluſum in cauſa, † huius concluſionis mentio facienda eſt, vt ſatis 323. comprobat Menoch. *ibid. num.* 40. & de hoc eſt nunc *reg.* 38. *Canc.* diſponens, vt non modò mentio facienda ſit concluſionis in cauſa, ſed etiam ei expreſsè derogandum ſit, aliàs eiuſdem mentio implicita, vel explicita non proſit.

Sextò, ſi † lata fuit ſententia in ea cauſa. ita ex 324. communi Menoch. *ſup. num.* 42. quem etiam pleriſque aliis relatis refert, ac ſequitur Octau. Glorit. *in comment. ad. cap. ſuper litteris, num.* 311. & 312. *de reſcript.* vbi cùm *n. ſeq.* multis relatis docet, quòd, ſi ſententia tranſiit in iudicatum, id quoque exprimi debet; potiſſimùm ex text. *in l. fin. C. ſent. reſcin. non poſſ.* ad quod etiam eſt opt. text. *in cap. expoſita*, vbi omnes, *de arbitr.* Fel. *d. c. ſuper litteris, num.* 14. & *ibi* Bero. *num.* 72. *de reſcript.* & poſt alios Cruett. *conſ.* 79. *num.* 2. & Menoch. *d. caſ.* 202. *num.* 46. Ratio eſt, quia res iudicata pro veritate habetur, quam ſuo reſcripto euertere Princeps velle non creditur, *l. cauſas, C. de tranſact.* Extenditur autem id primò, vt procedat etiamſi Princeps in ſuo reſcripto mandet iudici, vt partes componere ſtudeat, vt apertè habetur *in d. cap. exhibita.* Secundò, licèt in reſcripto apposita ſit clauſula, *ſtatum, & merita cauſæ pro ſufficienter expreſſis habentes*; vt poſt Rotam Rom. in vna Abulen. Capellaniæ, coram Lancelloto tradit Iacob. Ant. Marta *d. clauſ.* 157. *num.* 5. aut etiam clauſula illa, *non obſtante ſententia lata*; Fel. *d. num.* 14. *verſ. amplia*, Alex. *conſ.* 94. *num.* 2. *lib.* 1. Menoch. *ſup. num.* 47. & 48. vbi id comprobat, quia ſententia differt à re iudicata. Tertiò, vt non ſufficiat dicere, ſententiam fuiſſe executam, vt *ibidem* tradit Alex. & *conſ.* 136. *num.* 4. *lib.* 2. & Ruin. *conſ.* 104. *num.* 13. *lib.* 5. Menoch. *ſup. num.* 49. A qua tamen ex-

tenſio

tensione dissentire videtur Fel. *vbi sup.* & Crauett. *cons.79.num.8.*

325. Declaratur nunc primò d. regula, † vt non procedat in sententia lata in causis, quarum priuilegio non transit in iudicatum, vt in matrimonialibus. ita Fel. *d. cap. super litteris, num.* 16. post Lap. *alleg.* 89. *col.* 2. & Menoch. *vbi sup. numer.* 51. post Barb. *cons.* 46. *num.* 5. *lib.* 2. ac post alios Glorit. *sup. num.* 317. Declaratur secundò, vt non procedat in sententia nulla, quæ non transit in iudicatum, Felin. *d. cap. super litteris, numer.* 15. *& cap. ex tenore, num.* 2. *de rescript.* Alex. *cons.* 95. *in fin. lib.* 2. Menoch. & Glorit. qui alios referunt *loc. cit.* ille *num.* 51. hic autem *num.* 316. hanc declarationem intelligentes, nisi adsint tres sententiæ conformes: hæ enim, non obstante nullitate, exequendæ sunt, *Clement. vt calumniis, de re iud.* ita post Gemin. *cons.* 120. *col.* 2. tradit *ibidem* Menoch. hoc temperans ex Ruin. nisi sententia sit euidenter nulla, & ex Soc. iun. nisi vna sit reformatoria alterius, atque adeò vbi non sunt tres conformes, quod quando eueniat, latè, præter Doctor. *d. Clem.* tradit Crauett. *cons.* 183. & Couar. *pract. quæst. cap.* 25. *num.* 6. Tertiò declaratur, non procedere, quando ipsi rei iudicatæ ex aliquo actu contrario renuntiatum fuisset ab eo, qui illam obtinuit, vt post Crauett. *d. cons.* 79. *col. pen. vers. secundò respondeo*, docet Menoch. *eodem cas.* 202. *num.* 53.

326. Septimò, si in causa illa appellatum sit, † exprimenda est appellatio, aliàs rescriptum impetratum erit surreptitium. ita per text. *in cap. ex parte, il* 2. *de rescript.* & *ibi* omnes, *cap. bona, de constit. in vel inter.* ac Bero. *d. cap. super litteris, num.* 72. *de rescript.* tradit Menoch. *d. cas.* 202. *num.* 44. subdens *num.* 45. post Abb. *cap. ad nostram, in fi. de appell.* & Fel. *d. cap. super litteris, num.* 4. *&* 17. multa alia ad id congerentem; quod immo, si appellatum ex iusta causa fuit illis casibus, in quibus regulariter appellatio non admittitur, vt puta ab executore, etiam iusta illa appellandi causa narranda est.

Octauò in huiusmodi rescripti ad lites impetra-
327. tione † facienda est mentio laudi arbitri, vel transactionis, quibus causa terminata est. ita in laudo prolato respondit Bald. *cons.* 359. *vol.* 2. *lib.* 1. & Soc. sen. *cons.* 164. *col.* 2. *lib.* 2. & in transactione, & pacto glos. *d. cap. super litteris, verbo, litteras, vers. item si statuit pactum, de rescr. & in cap. ex multiplici, verbo, intentionis, de decim.* Bald. *cons.* 345. *col.* 1. *& cons.* 347. *lib.* 1. Soc. sen. *cons.* 273. *propè fin. lib.* 2. Natt. *cons.* 368. *num.* 3. *lib.* 2. quos omnes refert, ac sequitur Menoch. *sup. num.* 55. & faciunt per eum adducta *num.* 15. Id tamen perpetuum non est, nec indistincte procedit.

328. Declaratur enim primò, † hâc regulam non procedere, vbi transactio, vel laudum esset nulla; quod enim nullum est, non præstat impedimentum, *cap. non præstat, de reg. iur. in* 6. ita post Soc. sen. *cons.* 169. *col.* 2. *vers. prima ratio est, lib.* 2. & Neuis. *cons.* 36 *n.* 16. tradit Menoch. *d. cas.* 202. *num.* 56. in fine, cuius casus alia affert his similia. Secundò non procedit in transactione elidibili per exceptionem. ita Menoch. *sup. num.* 57. ex Soc. sen. *d. cons.* 169. *col.* 2. *vers. quin immò*, in id allegante glos. *d. cap. ex tenore, de rescript.* & Abb. *in cap. cum nostris, de concess. prab.* idem asserens *num.* 58. de priuilegio per exceptionem elidibili, vt eius mentio facienda non sit in rescripto illi contrario; ex Fel. *in cap.* 1. *num.* 13. *de rescript.* Tertiò non procedit, vbi rescriptum idem contineret, quod transactio, vt ex Soc. *d. col.* 2. *vers. secunda ratio*, & ex communi *d. cap. super litteris*, tradit Menoch. *sup. num.* 59. & ea ratione, quòd, cùm iudex, & superior nihil magis exoptent, quàm partium concordiam, *l. si conuenerit, ff. de re iud. & cap. fin. de transact.* facilius concessisset Princeps rescriptum si sciuisset, nihil aliud peti, quàm quod per transactionem placuit. Quartò declaratur, non procedere, quando supprimeretur transactio illa, quæ solùm pareret exceptionem peremptoriam, atque adeò quæ duntaxat venit obiicienda ad merita causæ, non autem ad impediendum processum. ita Soc. sen. *d. cons.* 169. *col.* 3. *vers. tertia ratio, lib.* 2. ex text. *in cap.* 1. *§. vlt. de lit. contest. in* 6. quem etiam ad id ponderauit *ibi* Anch. *col.* 2. *vers. quintò collige*: idque latè comprobat, ac tuetur Menoch. *d. cas.* 202. *num.* 60. vbi idem tradit de laudo arbitratoris, modò eadem lis continuet; necnon *num.* 61. vbi idipsum docet de priuilegio respiciente merita causæ, post Rebuff. *in prafat. commentar. ad reg. constitut. num.* 107. ad idem facit, quod ex eodem Menoch. *d. cas.* 202. *numer.* 59. allegante eundem Rebuff. *in prax. benef. tit. de differem. im. rescript. grat. & iust. num.* 22. in simili diximus sup. in 4. narrando huius generis.

Nonò, & vltimò; si in ipsa causa quauis in par-
329. te aliud rescriptum fuit impetratum, † in eo prioris rescripti facienda est mentio; *cap. cæterùm*, vbi Felin. *num.* 2. & alij, *de rescript.* qui text. loquitur, cùm vnus litigantium primum rescriptum obtinuit, & deinde eius aduersarius aliud rescriptum impetrat. Ratio autem huius regulæ ex Fel. *ibidem*, quem sequitur Menoch. *d. cas.* 202. *num.* 62. ea est, quia per impetrationem secundi rescripti videtur inferri iniuria primæ iudici datæ, iuxta *l. litigatores, ff. de arbitr.*

Extenditur autem primò hæc regula, vt si pri-
mum rescriptum iustitiæ communi consensu fue-
330. rit impetratum, † & rescripti, & mutui consensus mentio fieri debeat. ita glos. recepta *cap.* 1. *verbo, mandatum, circa medium, de rescript.* per text. *d. cap. cæterùm, eodem tit. cap. comm. de offic. deleg. & cap. inter Monasterium, de re iudic.* Dec. *d. cap. cæterum, num.* 3. *prope medium*, per illum text. quo motus Soc. sen. *cons.* 164. *col.* 2. *vers. confirmatur, lib.* 2. respondit, priuilegium concessum non habita mentione contrarij actus facti partium consensu esse surreptitium. Secundò extenditur, vt pro-
cedat, † etiamsi vtrumque rescriptum ab eodem
331. impetratum fuerit. sic Menoch *sup. numer.* 64. dicens, ita sentire Doctor. *d. cap. cæterùm*; illámque afferens rationem, quia fortè Princeps concedens, cognito, se aliud rescriptum concessisse, nouum non concederet, sed diceret, *sufficit sibi prima gratia.* Quòd si vnum † rescriptum sit ad vnum iudi-
332. cem, aliud ad alium, quòd posterius rescriptum prioris mentionem non faciens sit surreptitium; text. est *in cap. ex tenore, & cap. quia nonnulli*, quod est fin. *de rescript.* Tertiò extenditur, vt procedat †
333. siue vtrumque impetretur in eadem instantia, siue vnum in prima instantia, & alterum in instantia, seu causa appellationis, vt post Rebuff. *in d. præfat. num.* 88. docet Menoch. *sup. num.* 66. Quartò procedit etiam in impetratione secundi rescripti, quod tendit ad augendam, vel confirmandam, conseruandámque primam concessionem; adhuc enim illius prioris rescripti gratiæ facienda est mentio in secundo, aliùs surreptitium erit. ita post Socin. sen. *d. cons.* 169. *col.* 3. *lib.* 2. & Gemin. *cons.* 128. *col.* 3. tenet Menoch. *d. cas.* 202. *numer.* 68. subdens, quòd, licèt hi loquantur de secundo rescripto gratiæ, tamen locum habet etiam in rescripto ad lites, post Guttierez *quæst. canon. lib.* 2. *cap.* 15. *numer.* 93 & ex mente Soc. *loc. cit.* dum ex Gemin. *in cap. si Apostolica, de prabend. in* 6. ait, quòd

quòd in omnibus litteris per quas antiquum ius augetur, vel conſeruatur, primæ gratiæ mentio
334. faciendæ eſt. Extenditur quintò, † vt etiam narrandæ ſint omnes notabiles clauſulæ prioris reſcripti, vt poſt Fel. *d. cap. caterùm*, *numer.* 4. & Dec. *numer.* 2. exempla afferentes clauſulæ, *appellatione remota*, & clauſulæ, *anteferri*, tradit Menoch. *d. caſ.* 202. *numer.* 69. *& ſeq.* ſubdens *numer.* 72. iudicis arbitrio relinqui, quæ clauſula ſit notabilis, poſt Fel. *loc. cit.* Rebuff. *in præfat. d. numer.* 93. & Bero. *in cap.* 1. *numer.* 52. *de reſcript.*

Declaratur nunc primò, vt regula prædicta
335. non procedat, † vbi primum reſcriptum vnius impetrantis eſſet generale; nam alter impetrans ſecundum ſpeciale non tenetur mentionem facere prioris generalis; vt poſt Felin. *in d. cap. caterùm*, *numer.* 8. Gemin. *conſil.* 107. *in fin.* ac Rebuff. *in d. præfat. numer.* 104. tradit Menoch. *ſup. numer.* 74. & quidem de reſcripto ſpeciali contra priuilegium generale præcedens, text. eſt *in d. cap.* 1. *de reſcript.* de reſcripto verò ſpeciali impetrato contra generale reſcriptum, eſt *in cap. ſtuduiſti*, *de offic. leg.* Se-
336. cundò non procedit, † quando ſecundum reſcriptum eſt conceſſum motu proprio. ita Menoch. *ſup. numer.* 75. poſt Fel. *d. cap. caterùm*, *numer.* 9. quibus addo alios relatos à Gabr. *commun. concl. lib.* 6. *tit. de clauſul. concl.* 2. *numer.* 25. licet ibi referat alios contrarium ſentientes: qui tamen explicari poſſunt, vt velint, poſſe obiici non de ſurreptione, ſed de intentionis defectu, quod & voluerunt Menoch. & Fel. *loc.* mox *cit.* Declaratur tertiò, quòd vbi primum reſcriptum ad li-
337. tes fuit ab impetrante vltra annum occultatum; † tunc ſi aduerſarius occultantis aliud impetrauit, neceſſe non habet in eo narrare illud primum reſcriptum ſui aduerſarij. Satis id conſtat ex *cap. ſi autem*, *& cap. plerumque*, *de reſcript.* ac vtrobique id adnotarunt Fel. Abb. & cæteri; idem Fel. *d. cap. caterùm*, *numer.* 9. *verſ. vltima reſtrictio*, *de reſcript.* Menoch. *d. caſ.* 202. *numer.* 76. vbi etiam mendosè refert Mandoſ. *reg.* 10. *Canc. quæſt.* 4. *verſ.* 44. *annus datur*; nihil enim ibi de hoc agit Mandoſ. ſed *in tract.* quem inſcripſit, *annales caſus*, *numer.* 131. ſeu *caſ.* 299. ſicut etiam malè Menoch. dixit *d. caſ.* 202. *numer.* 77. hanc declarationem non procedere de iure ciuili, per *l. falsò*, *C. de diuerſ. reſcript.* vbi dicitur, falsò aſſeuerari, auctoritatem reſcriptorum deuoluto ſpatio anni obtinere firmitatem ſuam non oportere, cùm ea, quæ ad ius reſcribuntur, perennia eſſe debeant. quæ tamen intelligi debet, niſi elapſo anno nouum reſcriptum ab aduerſario impetretur, vt *ibi*, & *in alleg. cap. plerumque*, Doctor. adnotarunt, & Iaſ. *conſil.* 97. *ad fin. lib.* 1. ait Mandoſ. *ſup.* ſed & idem Menoch. *caſ.* 204. *numer.* 2. ſic eam leg. intelligit, ac declarat, aſſerens, id noſtros vtroque in loco, hoc eſt, *d. cap. plerumque*, *& d. l. falsò*, adnotaſſe; ac præter Iaſ. *d. conſil.* 97. allegans Vant. *tract. de nullit. ſent. ex defect. iurisd. deleg. numer.* 101. & pluribus relatis ſubdens *numer.* 4. iudicis arbitrio relinqui, quando negligens dicatur ille, qui vſus non eſt reſcripto in-
338. tra annum. Declaratur quartò, vt non procedat, † quando primus iudex cauſam remittit, vtpotè, quia in ea procedere non poteſt. ita per Fel. *d. cap. caterùm*, *numer.* 5. qui allegat Bellamer. *deciſ.* 599. docet Menoch. *d. caſ.* 202. *numer.* 78. Quintò, † vbi ſecundum reſcriptum impetra-
339. tur quidem ſuper eadem materia; ſed tractanda in diuerſa cauſa, vt poſt Fel. *d. cap. caterùm*, *numer.* 7. Dec. *numer.* 2. tradit Menoch. *ibidem numer.* 79. Denique non procedit, † vbi prius reſcriptum
340. ob aliquod vitium eſt nullum. ita latè Menoch. *eodem caſu* 202. *numer.* 80. præcipuè ex Fel. *d. cap. ex tenore*, *numer.* 2. *&* 3. *de reſcript.* & *ibi* Dec. *numer.* 5. ac Rot. *deciſ.* 11. *de reſcript. in antiquior.* ad idem faciunt adducta paulo ante *in* 2. *narrand. declar.* 1. *& concl.* 2. *circa initium.* Cætera verò, quæ mouere poſſunt concedentem ad non concedendum, vel non eo modo reſcriptum ſiue gratiæ ſiue iuſtitiæ; atque adeò exprimenda ſunt in impetratione, † vbi à iure, vel ſtylo Curiæ
341. definita non ſint, relinquenda erunt arbitrio iudicis: vt de reſcriptis gratiæ poſt Couar. *lib.* 1. *var. reſol. cap. vlt. numer.* 5. *verſ. falſitas*, Nanar. *in cap. ſi quando*, *pag.* 9. *de reſcript.* & alios tradit Menoch. *de arbitrar. iud. caſ.* 201. *numer.* 13. *&* 29. *cum duobus ſeqq.* in diſpenſationibus, & aliis gratiis voluerunt plerique relati, & probati à Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſput.* 21. *numer.* 19. ac denique in reſcriptis iuſtitiæ, Fel. *d. cap. caterùm*, *numer.* 2. *&* 4. ac Dec. *d. cap. ſuper litteris*, *numer.* 9. *de reſcript.* & alij, quos laudat Menoch. *in d. commentar. de arbitrar. iud. caſ.* 202. *numer.* 2. *&* 3. & Octau. Glorit. *in commentar. d. cap. ſuper litteris*, *numer.* 306. *cum tribus ſeqq.*

SVMMÆ RERVM.

341. *Qualitates, quæ tacitæ vitiant commutationem vltimæ voluntatis, vitiant quoque ſi falsò exprimantur; & ibi an obreptio, ſeu falſi expreſſio magis vitiet, quàm ſurreptio, ſeu veri taciturnitas; cum numer. ſeq.*

343. *Expreſſa nocere, non expreſſa non nocere; quomodo intelligendum ſit; & numer. ſeq.*

344. *Expreſsio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur, niſi exprimantur aliter; quam inſunt.*

345. *Error, ſeu expreſsio falſa in nomine illius perſonæ, cui impetratur vltima voluntatis commutatio, eam non vitiat, vbi aliàs de perſona conſtet.*

346. *Nomen, cognomen, prænomen, & agnomen alienum quid ſint.*

347. *Diſpenſatio, in qua erratur in nomine impetrantis, vel cognomine patriæ, valet, ſi aliàs conſtet de perſona. & quid, ſi concedens nouit perſonam, cui gratia petita eſt, errato nomine veri petentis; numer.* 348.

349. *Error in vocabulo rei, circa quam verſatur commutatio vltimæ voluntatis, vel ipſa vltima voluntas, non vitiat commutationem, ſi aliàs conſtat de corpore.*

350. *Error in vocabulo rei legatæ, aut promiſſæ non vitiat legatum, vel promiſſionem, ſi de corpore conſtat.*

351. *Error in nomine appellatiuo rei, vel perſona denotata quando vitiat diſpoſitionem.*

352. *Error in qualitate omnino accidentali, & demonſtratiò falſa rei, circa quam verſatur vltima voluntas, vel eius commutatio, ipſam non vitiat, ſi aliàs conſtet, quòd ea de re ſenſerit impetrans, vel concedens commutationem.*

353. *Falſa demonſtratio non vitiat legatum, ſi conſtet de corpore.*

354. *Conſtare de corpore quando dicatur.*

355. *Demonſtratio ſimplex per qua verba inducatur.*

356. *Demonſtratio falſa per modum conditionis concepta vitiat quamlibet diſpoſitionem, licèt conſtet de corpore: eaque limitanda erit iuxta limites falſitatis illius.*

357. *Falſa cauſa appoſita vltimæ voluntatis commutationi ipſam non vitiat; & qua ſit falſa cauſa. vitiat autem, ſi appoſita ſit per modum conditionis; quæ, ſi diuidua ſit, iuxta ſuos limites reſtringet, ac limitabit diſpoſitionem pariter diuiduam; num. 358. & 360.*

359. *Demonſtratio, & cauſa pro eodem plerumque ſumuntur, & eandem vim habent.*

360. *Conditio, & res indiuidua in totum impleri debent.*

361. *Error diœceſis eius, contra quem impetratur reſcriptum iuſtitiæ de commutanda vltima voluntate non vitiat reſcriptum, ſi aliàs conſtare poſſit de ea perſona. ſecus ſi de ea non poſſit aliàs ex reſcripto conſtare; num. 362.*

363. *Reſcriptum iuſtitiæ impetratum contra homines certa diœceſis cum clauſula, & quidam alij non comprehendit homines illius ciuitatis.*

364. *Ciuitas, & diœceſis diuerſa ſunt, neque vnum venit alterius appellatione, maximè in materia odioſa. & quid quando diœceſis præfertur à lege; aut etiam ab homine in materia fauorabili; num. 365.*

366. *Reſcriptum iuſtitiæ impetratum contra Epiſcopum, v.g. Papien. cum clauſula, & quoſdam alios, comprehendit etiam homines illius ciuitatis, ac diœceſis.*

367. *Clauſula,* & quidam alij, *poſita in reſcripto non extenditur vltra quatuor in citatorio exprimendos.*

368. *Error in diœceſi actoris ab ipſo commiſſus vitiat reſcriptum iuſtitiæ.*

369. *Error in diœceſi Ordinarij impetrantis, cui committitur reſcriptum gratiæ commutationis vltimæ voluntatis, illud vitiat. & an illud exequi poſſit verus Ordinarius; numer. 370.*

371. *Conceſſio cenſetur facta iuxta verba ſupplicationis.*

372. *Forma delegati ibi quis ſortitur, vbi ſortitur forum Ordinary.*

373. *Falſa expreſſio maioris vinculi, ſeu impedimenti loco minoris diuerſæ ſpeciei, vitiat commutationem vltimæ voluntatis.*

374. *Legitimatio ſpecies quædam eſt commutationis vltimæ voluntatis.*

375. *Legitimatus tamquam ex inceſtu natus non cenſetur legitimatus, ſi adulterinus ſit.*

376. *Diſpenſatio ſuper vno defectu non prodeſt in alio.*

377. *Falſa expreſſio vnius minoris vinculi, ſeu impedimenti loco maioris etiam eiuſdem ſpeciei, vitiat commutationem vltimæ voluntatis.*

378. *Error ex ignorantia contingens quando non vitiet reſcriptum.*

379. *Error communis tempore impetrationis an excuſet reſcriptum maximè legitimationis ab obreptione; & num. ſeq. ac 382.*

380. *Expreſſo vno vacationis modo per communem errorem an vitietur impetratio beneficij; & num. 381.*

381. *Ignorantia non facit, vt diſpenſatio trahatur ad alium caſum, quàm expreſſum.*

382. *Error communis quem defectum ſupplent.*

383. *Falſi expreſſio an plus noceat in legitimatione, quam veri ſuppreſſio.*

384. *Falſa expreſſio maioris vinculi, ſeu impedimenti loco minoris regulariter non vitiat commutationem vltimæ voluntatis, ſicut nec diſpenſationem maximè matrimonialem.*

385. *Qualitas falsò expreſſa non vitiat conceſſionem, quando verè expreſſa reddit ſuperiorem faciliorem ad concedendum.*

386. *Argumentum à maiori ad minus an valeat in diſpenſatione.*

387. *Falſa expreſſio maioris impedimenti, ſeu vinculi loco minoris eiuſdem ſpeciei vitiat commutationem vltimæ voluntatis, quando illud minus vinculum omnino exprimendum eſt de iure, vel ex ſtylo Curiæ.*

388. *Cauſæ commutationis vltimæ voluntatis, quænam tempore veræ eſſe debeant, remiſſiùs.*

QVÆRO QVINTO, quænam in ſpecie illa ſint, quæ falsò expreſſa vitiant commutationem vltimarum voluntatum.

Poſtquam in præced. quæſt. ea ſpeciatim recenſuimus, quæ tacita, ſeu ſuppreſſa in impetranda vltimæ voluntatis commutatione, illam ſurrepticiam, ac nullam reddunt: reliquum eſt, iuxta id, quod in eius initio polliciti ſumus, vt in præſenti quæſt. ea ſigillatim referamus, quæ, ſi falsò exprimantur, eandem commutationem vitiant: quod quidem nonnullis propoſitis concluſionibus exequemur, ſi duo præmittamus. Alterum, hìc pro repetitis habendas eſſe omnes qualitates, ac ſingulas præced. quæſt. enumeratas, ex quarum taciturnitate *ibidem* docuimus ſurrepticiam, ac nullam reddi vltimarum voluntatum commutationem: eædem enim † falsò expreſſæ illam vitiant, vel maiori ratione, quàm tacitæ, ſeu ſuppreſſæ; quia obreptio magis vitiet, quàm ſurreptio, vt nonnulli voluerunt, quos refert Menoch. *de arbitrar. iud. caſ.* 201. *numer.* 18. *&* 19. & ſequitur in nonnullis caſibus, quos recenſet *num.* 21. ac præſertim in diſpenſatione, ex Abb. *in cap. quia circa, de conſang. & affinit.* vel certè pari, ſeu æquali ratione; quia obreptio, ſeu falſi expreſſio non minus vitiet reſcriptum, quàm ſurreptio, ſeu falſi taciturnitas, iuxta id, quod ex eodem Menoch. *d. caſ.* 201. *numer.* 20. & aliis tradidimus *d. quæſt. præced. præmiſſ.* 3. *ad fin.* Illas igitur dumtaxat qualitates ex enumeratis in ea quæſt. aliáſve in præſenti explicabimus, quæ tamquam ob falſi expreſſionem vltimarum voluntatum commutationem, aliúdve reſcriptum vitiantes à Doctoribus commemorantur. Alterum eſt, quomodo intelligenda ſit † regula illa deſumpta ex *l. ſi quis Sempronium, ff. de hered. inſtit. l. nonnunquam, ff. de condit. & demonſtr. ac l. expreſſa, ff. de reg. iur.* expreſſa nocere, non expreſſa non nocere: quæ quidem

342.

343.

regula

regula maximè ad hanc quæſt. facit, & non modicum faceſſere negotium videtur et, quod *quæſt. 3. huius cap. præmiſſ. 3. ad fin.* docuimus, obreptionem, ſeu falſi expreſſionem æquè gratiam vitiare, ac ſurreptionem, ſeu veri taciturnitatem, & quatenùs concluſ. quam *in d. quæſt.* firmauimus; ſicut veritatis ſuppreſſionem, ita falſitatis expreſſionem non vitiare conceſſionem, niſi ea in cauſa finali contingat. Nam illa regula, vel eſt accipienda de conditione verbis expreſſa, reſpectu eius, quæ tacitè ineſt, vt declarant exempla *d. l. ſi quis Sempronium*, & *l. nonnunquam*; vt expreſſa ſit illa, ſi Titius voluerit; tacita, ſi Titius Capitolium aſcenderit, in qua conditio voluntatis Titij tacitè ineſt, prout vtrobique explicat I. C. ac præter Dec. & alios Doctor. *ibi* adnotauit Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glo. 15. §. 2. numer. 63.* ſic expreſſum, & tacitum ſumitur *in l. cùm quid, ff. ſi cert. pet.* cùm ex ea *l.* notant Doctor. taciti, & expreſſi eandem eſſe virtutem; & *inſt. Cornelius, ff. de hered. inſtit.* vnde Bart. & alij regulam
344 ſumunt, quòd † expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur, ſi exprimantur, vt inſunt; ſecus ſi alio modo. & in hoc ſenſu regula prædicta, vt vides, non eſt ſemper vera: quare I. C. *d. l. ſi quis Sempronium*, vtitur verbis illis; *quædam enim, ſi exprimantur*, &c. & *in d. l. nonnunquam*, vtitur ea dictione, *nonnunquam*, quæ opponitur illi dictioni *ſemper*, vt de ſe patet. Vera autem erit iuxta hunc ſenſum regula ſupradicta in caſu, quem mox diximus, cùm conditio alio modo exprimitur, quàm inſit; vel cùm in expreſſione eſt ſpecialis prohibitio iuris, vt in caſu *d. l. ſi quis Sempronium*, & *d. l. nonnunquam*; nam inſtitutio, & legatum, ſi in extranei voluntatem conferantur, non valent, vt *ibid.* habetur, & in aliis iurib. *inibi* per gloſ. allegat. Quòd ſi etiam ea regula, *expreſſa nocent*, &c. intelligatur quoad expreſſa de ſuggeſtione, ſeu narratione, & expoſitione, quoad non expreſſa, de taciturnitate, ſeu ſuppreſſione, & omiſſione narrationis; prout in materia reſcriptorum ſumitur *in cap. ſuper literis, de reſcript.* & alibi ſæpe; atque in hac materia commutationis vltimarum voluntatum Conc. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 6. de reform.* atque à nobis in hac, & præced. quæſt. adhuc, præterquam quòd non ſemper vera eſt, ſed nonnunquam, vt paulo antè dictum eſt; vel erit accipienda de facto potius, quàm de iure, quia ſæpe Principes mouentur ad aliquid concedendum, aut denegandum ex leui admodum cauſa: & quædam ſunt, quæ ſi exprimerentur, in cauſa eſſent, vt petitam gratiam non concederent, & tamen neceſſariò exprimenda non ſunt, vt in exemplis allatis à Sanchez *d. lib. 8. diſput. 21. numer. 11. iuncto numer. 18.* & per nos ſup. *d. quæſt. 3. concl. 3. in fin. concl. 4.* vel non tam de falſa, quàm de vera expreſſione; prout etiam apertè loquuntur *d. l. ſi quis*, & *l. nonnunquam*, tradúntque Doctor. vtrobique, ac *d. l. expreſſa*; vel ſi de falſa expreſſione accipiantur, locum id habere poterit, cùm cauſa finalis, vel vnica etiam impulſiua falsò exprimitur: quia tunc, licèt cauſa non expreſſa non noceat, quoniam nulla cauſa eſt neceſſariò exprimenda in impetranda commutatione vltimarum voluntatum, vt ſatis oſtendimus *d. quæſt. 3. concl. vlt. huius cap.* tamen corruit gratia, ſi falsò exprimatur eius cauſa finalis, vt *eadem quæſt. 3. concl. 4.* docuimus, aut vnica etiam impulſiua, prout ea ipſa *quæſt. 3. concl. 7.* poſt alios demonſtrauimus. Ex his igitur conſtat prædictam regulam, *expreſſa nocent, non expreſſa non nocent*, nequaquam obſtare ei, quod *d. quæſt. 3. præmiſſ. item 3. ad fin. & concl. 4.* tradidimus; necnon quomodo ea intelligenda ſit in præſentis quæſt. concluſ. quas, duobus luſce præmiſſis, iam ſubiicimus.

PRIMA CONCLVSIO. Falſa expreſſio, ſeu error in nomine illius, cui impetratur vltimæ voluntatis commutatio, † eam non vitiat, 345.
vbi aliàs conſtet de corpore, ſeu de perſona eius, ad cuius fauorem fit impetratio. Dixi autem in concluſione de errore in nomine illius, cui fit impetratio, non autem impetrantis, ſeu ipſius, qui preces porrexit. licèt enim aliquando legatur, aliquem ſui nominis eſſe oblitum, vt videre eſt apud Menoch. in ſuo eruditiſſimo commentar. *de arbitrar. iudic. caſ. 26. numer. 4.* vbi cùm veniera exempla ex Iulio Solino, ac Petro Crinito, tum recens profert. tamen, & id eſt de ratò contingentibus, & is, qui nominis ſui oblitus ſit, in cóvo poſſit errare, vix ſcire poterit, quid petat. Probatur nunc concluſio ex *l. demonſtratio falſa, §. 1. ff. de condit. & demonſtrat.* ibi; nam, etſi in perſona legatarij deſignanda aliquid erratum fuerit, conſtat autem, cui legare voluerit, perinde valet legatum, ac ſi nullus error interuenitet. & ex *§. ſi quis in nomine, Inſtit. de legat.* ibi; ſi quis in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarij teſtator errauerit, ſi de perſona conſtat, nihilominus valet legatum; idémque in heredibus ſeruatur; & rectè; nomina enim ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt; qui ſi alio quolibet modo intelligantur, nihil intereſt. hæc ibi Imperator. Eſt autem † *nomen*, vt ibidem rectè ait 346.
gloſ. recepta, *verbo, in nomine*, genus, ſed ponitur hic pro ſpecie ſui, vt Albertus, quod dicitur proprium perſonæ nomen; cognomen, quaſi commune cognationis nomen, vt Aſinellus; prænomen, quod cauſa differentiæ ponitur, vt ſi ſint duo Tullij, & vni ſuperaddatur Marcus, & dicatur Marcus Tullius; nam Marcus eſt prænomen: agnomen eſt quod imponitur ab euentu, vt Africanus, qui vicit Africam: ſic etiam Iuſtinianus Imperator dicitur Alemanicus, & Gothicus *in proœm. Inſtit.* ob Alemanos, & Gothos deuictos. atque idem adnotauit gloſ. *in l. ſi in nomine, C. de teſtament.* vbi idipſum deciditur, quod *in d. §. ſi quis in nomine.* per quam præcipuè text Thom. Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 21. numer. 37.* tradit, † non vitiari 347.
diſpenſationem, & quamuis gratiam, ſed prodeſſe illi, cui comparata eſt, quamuis in eius nomine erratum ſit; ex Hoſt. *d. cap. ſuper literis, numer. 12. de reſcript.* Butr. *cap. ſignificante, num. 9.* & *ibi* Fel. *numer. 1.* qui Spec. Bart. & alios citat, *de reſcript.* Mil. *in repertor. verſ. reſcriptum, ſi continet*, Petr. Ledeſ. *in ſumm. ſacram.* vbi de matrim. *cap. 27. poſt 7. concluſ. dub. 2.* & Perez *in addit. ad Segur. l. Imperator, numer. 41. ff. ad Trebell.* referente, ſe ex multis defendiſſe, valuiſſe gratiam à Papa cuidam conceſſam, in cuius patris cognomen erratum eſt, quia dictum fuit, eum eſſe filium Ioannis Sanchez, cùm eſſet Ioannis Lopez. Extendit autem id Sanchez *d. diſput. 21. numer. 38.* vt procedat etiam, † quando concedens gratiam nôrat perſonam, cui petita eſt, errato nomine veri petentis, vbi ex aliis circumſtantiis non conſtaret à concedente ſpectatam eſſe perſonam ſibi notam, habitámque ſpecialem illius rationem in gratia concedenda, ſed conſtat, eodem modo eam concedendam quicumque petenti; quia, inquit, in his omnibus ad Principis officium ſpectantibus mens eius eſt propoſitæ cauſæ iuſtæ merita attendere, & quamuis 348.

erretur in nomine persone, intentionem dirigere ad eam, cui vere petitur, cum nullam gratiæ concedendæ ansam persona ipsi præbet, sed merita causæ. sicut in collatione sacramentorum contingit, dempto solo matrimonio, quod est contractus cum persona omnino determinata. De errore autem personæ aliquid etiam seq. concl. dicemus.

SECVNDA CONCLVSIO. Falsa expressio, seu error in vocabulo illius rei circa quam versatur commutatio vltimæ voluntatis, vel ipsa vltima voluntas, quæ commutatur, † eam commu- 349.
tationem non vitiat, si alias constat de corpore. Exemplum erroris in vocabulo rei, circa quam versatur commutatio, hoc est, ipsius vltimæ voluntatis, esse potest, si in precibus vel concessione positum fuit testamentum pro codicillo, vel è contrario; aut contractus emptionis pro contractu permutationis; aut donatio causa mortis secuta ipsa morte pro donatione inter vivos, vel contrà; aut quid simile. Exemplum verò erroris in vocabulo rei circa quam versatur ipsa vltima voluntas, sit, si erratum fuerit in nomine, seu appellatione fundi relicti, vel speciei pecuniæ pariter relictæ, aut hereditatis, in qua quis fuit institutus. Pro- 350.
batur nunc conclusio à simili ex eo, quod † in legatis decisum reperimus *in l. si quis in fundi vocabulo, in princ. ff. de legat. 1.* vbi Vlpianus. Si quis, inquit, in fundi vocabulo erravit, & Cornelianum pro Sempronio nominavit, debebitur Sempronianus. cui consonat text. *in l. si Fursidianum, C. de legat.* vbi Antonin. Imper. Error, ait, nominum in scriptura factus, si modò de mancipiis, vel possessionibus legatis non ambigitur, ius legati dari non minuit. à legatis verò ad gratiæ concessionem arguit Sanchez *d. numer. 37.* dum allegat *d. l. si quis in fundi, & d. §. si quis in nomine.* Sed & idem verum est si error contingat in nomine, seu vocabulo rei promissæ, vt patet ex *l. si in nomine, ff. de verb. oblig.* aut eius, quæ per rei vendicationem repetitur, vt *in l. si frumentum*, aliàs incipit, *idem Pomponius, §. pen. ff. de rei vendic.* & generaliter siue in nomine rei, siue personæ, ad cuius favorem facta est dispositio testatoris, est text. quem ibi ad id plerique adnotarunt *d. l. si in nomine, & C. de testam.* Et hoc quidem procedit in nomine proprio siue rei, siue personæ honoratæ. Secus verò † in 351.
appellativo, vt docuit glos. *ibidem, verbo, si in nomine*, quam inter cæteros Bald. Castr. Alexand. & Ias. *ibi* sequuntur. Idem adnotavit alia glos. *d. §. si quis in nomine, verbo, intelligantur, & d. l. si quis in fundi, in princ. ff. de legat. 1.* verbo, *vocabulo*, & verbo, *si quis*, per illum text. vbi I. C. Si quis; inquit, cùm vellet vestem legare, supellectilem adscripsit, dum putat supellectilis appellatione vestem contineri; Pomponius scripsit, vestem non deberi: quemadmodum si quis putet, auri appellatione electrum, vel aurichalcum contineri; vel, (quod est ftultius,) vestis appellatione etiam argentum contineri: rerum enim vocabula immutabilia sunt, hominum mutabilia. Ad idem quoque est opt. text. *in l. Labeo. §. Seruius, circa initium, & ad fin. ff. de supell. leg.* Id tamen quod de appellativo nomine dictum est, temperari debet ex glos. *d. verbo, intelligantur*, post Ioan. Gloss. antiq. nisi modicus sit error, vt cùm libros membranas appellat; per *l. librorum, §. quod tamen Cassius ff. de leg. 3.* facit etiam text. *in l. 3. in princ.* ac ferè per tot. & *d. l. Labeo §. Tubero, iuncta d. §. Seruius in initio ff. de supell. leg.* Cùm autem nomen, seu vocabulum rei, vel personæ sit proculdubio vna demonstratio, vt constat ex *l. nominatim, ff. de cond. & demonstr.* de eo videndum est etiam, quod de demonstratione generatim dicemus in posteriori parte seq. concl.

TERTIA CONCLVSIO. Error in qualitate omnino accidentali, & extrinseca, aut demonstratio falsa rei, circa quam versatur vltima voluntas, vel vltimæ voluntatis commutatio, † 352.
eã non vitiat; si alias constet, quòd de ea re senserit, impetrans, aut concedens commutationem. Prior pars conclus. probatur ex eo, quod de legatis cautum est *in d. l. demonstratio falsa, §. 1. in fine, ff. de cond. & demonstr.* cuius, quod ad hanc rem attinet, ea sunt verba; Igitur, etsi ita seruus legatus sit, Stichum cocum, Stichum sutorem Titio lego; licet neque cocus, neque sutor sit, ad legatarium pertinebit, si de eo sentile testamentum conueniat. secus verò dicendum, si ea qualitas sit intrinseca; nam eius falsitas vitiat dispositionem, licet constet de corpore, vt satis probat Fel. *cap. significauit, numer. 4. de rescr.* Posterior pars 353.
concluf. satis constat ex *l. demonstratio falsa, in princ.* Demonstratio falsa est, inquit Caius I. C. veluti, si ita scriptum sit, seruum Stichum, quem de Titio emi, fundum Tusculanum, qui mihi à Seio donatus est, (subintellige, Sempronio do, lego, aut aliud quid simile:) nam, si constat, subdit I. C. de quo homine, de quo fundo senserit testator, ad rem non pertinet, si is, quem emisse significauit, donatus ei esset; aut, quem donatum sibi esse significauerat, emerit. Ex quo text. Bart. *ibi*, & 353.
cæteri colligunt eam iuris decisionem, † falsam demonstrationem non vitiare legatum, si de corpore constat: quæ etiam habetur *in l. falsa demonstratio, in princ. l. nominatim, in princ. & l. quibus diebus, §. qui domum, seu pen. ff. de condit. & demonstr. l. 2. & fin. C. de fal. caus. adiect. leg. & §. hinc proxima, Instit. de legat.* atque alibi sæpe. Idem autem confirmatur ex adductis sup. *quæst. 3. huius cap. concl. 6.* Ratio verò tam horum iurium, quam huius, ac duarum præced. concl. & quando † dicatur de corpore con- 354.
stare, sumi potest tum ex *l. certum, ff. si cert. pet.* vbi Paulus I. C. Certum est, inquit, cuius species, vel quantitas, quæ in obligatione versatur, aut nomine suo, aut ea demonstratione, quæ nominis vice fungitur, qualis, quantaque sit ostendatur: quod confirmat auctoritate Pædij. tui ex *d. l. nominatim, in princ. ff. de condit. & demonstrat.* vbi Florentinus I. C. ait; Nominatim alicui legetur ita, Lucio Titio, an per demonstrationem corporis, vel artificij, vel officij, vel necessitudinis, vel affinitatis, nihil interest: nam demonstratio plerumque vice nominis fungitur; nec interest, falsa, an vera sit, si certum sit quem testator demonstrauerit. hæc ibi Iurisconsultus. Ad idem etiam est text. *in l. si in rem, ff. de rei vendic. cap. licet, il 2. §. testes autem, circa initium, de test. cap. tua nos, §. super quo, de sponsal. & cap. tua nos, de consang. & affinit.* Quæ de re videri etiam potest Mascard. *tract. de probat. concl. 503. per tot.* vbi latè tractat, quomodo probetur de corpore constare ad hoc, vt demonstratio falsa non vitiet dispositionem. ex eo autem *l. demonstratio falsa, in princ.* habetur, † 355.
quibus verbis inducatur demonstratio simplex, seu pura, nimirum per relatiuum, *qui, quæ, vel quod.* idemque colligitur ex *l. Stichum, & l. si sic, §. 1. ff. de legat. 1. l. legauit, ad fin. ff. de liberat. leg. & d. §. huic proximum, Instit. de legat.* cum simil. quod tamen intelligendum est, si verba concipiantur in præsenti, vt si testator dicat, Stichum, qui meus

Digitized by Google

meus eſt, heres dato Seio; nam, ſi concipiantur in futuro, vtputa ſic, Stichum, qui meus erit, cùm moriar, heres meus dato, tunc conditio erit potius, quàm demonſtratio, vt expreſsè habetur *in d. l. Stichum*, & colligitur ex *d. l. nominatim*, §. 1. Similiter demonſtratio ſimplex erit, ſi per modum qualitatis apponatur, vt, ſi dicatur, Stichum coquum, Stichum ſutorem Titio lego; vt *in d. l. demonſtratio falſa*, §. 1. vel teſtator legatarium fideicommiſſarium, aut heredem dixerit fratrem, vel ſororem, vel nepotem, vel aliquid aliud: hæc enim demonſtratio, & quidem falſa, ſi ſecus ſit, ac dixerit, appellatur *in d. l. falſa demonſtratio*.

Iam verò ex eo, quod paulo antè diximus de falſa demonſtratione per modum conditionis ex *d. l. Stichum*, ſumitur ſingularis limitatio huius
356. 3. concluſ. vt nimirum † demonſtratio hoc modo concepta vitiet commutationem vltimæ voluntatis, & quamuis aliam diſpoſitionem: quod etiam ſentit Fel. *cap. ſignificante, numer. 3. de reſcript.* dum poſt Rom. *conſil. 327. in fin.* tradit, quòd, quando falſa demonſtratio dat cauſam conceſſioni, tunc, etiamſi conſtet de corpore, diſpoſitio non valet, per text. *in l. ſi pater, & l. nec apud, C. de hered. inſtit. & in l. eam quam, C. de fideicommiſſ.* Et quidem limitanda erit, ac reſtringenda conceſſio, aliáve diſpoſitio diuidua iuxta limites falſitatis huiuſmodi conditionis: nam poſtquam Iulianus I.C. *d. l. Stichum*, dixerat, Stichum, qui meus erit, cùm moriar, heres meus dato, magis conditionem legato iniecciſſe, quàm demonſtrare voluiſſe, patremfamilias apparet; eò, quòd, ſi demonſtrandi cauſa hæc oratio poneretur, ita concepta eſſet; Stichum, qui meus eſt; non, qui meus erit: ſtatim ſubiicit; ſed conditio talis accipi debet, quatenus meus erit, vt, ſi totum alienauerit, legatum extinguatur; ſi partem, pro ea parte debeatur, quæ teſtatoris mortis tempore fuerit. Quæ limitatio ſic declarata confirmatur quoque ex ſimili limitatione *concluſ. ſeq.* & ex *l. ſi ſeruus legatus, §. qui quinque, ff. de legat. 1. l. cùm pater, §. dulciſſimis, & l. ſi quis ſeruum heredis, §. ſi quis legauerit, ff. de leg. 2.* cum aliis adductis *quæſt. 3. huius cap. concl. 6.*

QVARTA CONCLVSIO. Falſa cauſa appoſita commutationi vltimæ voluntatis, ipſam
357. commutationem non vitiet. † ita de legatis cauetur *in l. demonſtratio falſa, §. quod autem iuris, & l. cùm tale legatum, §. falſam cauſam, ff. de condit. & demonſtrat.* necnon *in §. longè magis, Inſtit. de legat.* & quoad alias diſpoſitiones habetur *in cap. ex parte, il 2.* maximè iuncta gloſ. *verbo, falſa ſit cauſa, de conuerſ. coniugat.* exemplum falſæ cauſæ ponit I.C. *d. §. quod autem iuris*, Titio fundum do, quia negotia mea curauit: item; Fundum Titius filius meus præcipito, quia frater eius ipſe ex arca tot aureos ſumpſit. & Imperator *d. §. longè magis*, ponit illud; Titio, quia me abſente negotia mea curauit, Stichum do, lego: item illud; Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus ſum, Stichum do, lego. Ratio autem huius concluſ. petenda eſt ex *l. certum, ff. ſi cert. petat. & d. l. nominatim, in princ. ff. de cond. & demonſtr.* quas ad confirmationem præced. concluſ. inibi ponderauimus.

Hæc verò conditio limitanda eſt, ſicut & præ-
358. cedens; † niſi falſa cauſa adiecta ſit per modum conditionis, ſeu cauſæ, ac rationis finalis: nam huiuſmodi falſa cauſa vitiat diſpoſitionem; vt ſatis colligitur ex *d. l. ſi ſic, §. 2. ff. de legat. 1. d. l. cùm tale, §. falſam cauſam, iuncto §. falſam conditionem, ff. de condit. & demonſtr.* & aperte conſtat ex *d. l. demonſtratio falſa, §. at, ſi conditionaliter, ff. eod. tit.* vbi Caius I. C. At, ſi conditionaliter, inquit, concepta ſit cauſa, veluti hoc modo; Titio, ſi negotia mea curauit, fundum do; Titius filius meus, ſi frater eius centum ex area ſumpſit, fundum præcipito: ita vtile erit legatum, ſi & ille negotia curauit, & huius frater centum ex area ſumpſit. hæc Iuriſconſ. Imperator quoque Iuſtinianus *in d. §. longè magis, Inſtitut. de legat.* poſtquam in eius initio dixerat; longè magis legato falſa cauſa adiecta non nocet: in fine eiuſdem §. ait, ſed, ſi conditionaliter enuntiata fuerit cauſa, aliud iuris eſt: veluti hoc modo; Titio, ſi negotia mea curauerit, fundum meum do, lego. Atque ad limites huius conditionis ſeu rationis, & cauſæ finalis diuiduæ reſtringitur, ac limitatur diuidua diſpoſitio; tum ex ſimili limitatione, quam de falſa demonſtratione per modum conditionis concepta in præced. concluſ. adduximus, ex *d. l. Stichum*, in eius poſterioribus verbis, *ad fin. d. concluſ. relatis*: hæc enim duo, † 359.
demonſtratio, & cauſa, vtplurimum pro eodem ſumuntur, & eandem vim habent, vt patet ex *rubr.* iuncta *l. 2. & fin. C. de falſ. cauſ. adiect. leg.* tum ex *l. cùm pater, §. dulciſſimis, ff. de legat. 2. l. Seio cariſſimo*, aliàs, *Seio amico fideliſſimo, in princ. ff. de ann. legat. & l. pen. §. 1. & 2. ff. de condit. & demonſtr.* qui omnes text. ſunt de cauſa, ſeu ratione finali, & ex *d. l. Seio cariſſimo, in princ.* quatenus † de 360.
habitatione, (quæ indiuidua eſt, vt *ibi* notat Cuiacius ad verb. *habitationem*, poſt gloſ. *in l. 1. §. ſi vſusfructus, ff. ad leg. Falcid.*) non idem dicit, quod de pecunia: necnon ex *d. l. pen. in princ.* & *ibi* Bart. & aliis; vbi pariter de conditione indiuidua dicitur, eam in totum impleri debere, vt locus ſit legato conditionali. & hæc eadem diſtinctio de conditione, ſeu cauſa diuidua, & indiuidua in ea re pariter diuidua, vel indiuidua, ponitur à gloſ. recepta *in l. ſi plures, verbo, conditionem, C. de condit. infert.* & in materia reſcriptorum, & gratiarum colligitur ex latè traditis à Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſput. 21. numer. 56. 61. & 71. cum ſeq.* ac per nos ſup. *quæſt. 3. huius cap. concl. 11.* ſicque accipiendum eſt, quod generaliter traditur, quamcumque diſpoſitionem reſtringi ad limites rationis ipſius, vt latè probat Euerard. *in loc. à rat. leg. ſtrict. numer. 1.* ex *d. §. dulciſſimis*, & aliis iuribus, ac Doctoribus. Iis verò, quæ de falſa demonſtratione, & cauſa, vel conditione in præſenti, ac proximè præced. concl. diximus, addenda ſunt, quæ præterea ſcripſimus *d. quæſt. 3. concl. 6.* ac præcipuè, quando qualitas aliqua cenſeatur diſpoſitioni adiecta demonſtrationis, vel taxationis gratia; ſeu, quod idem eſt, conditionaliter: ad quod etiam aliquo modo ſpectant, quæ in duabus ſeqq. concluſ. dicemus.

QVINTA CONCLVSIO. Error contingens in diœceſi eius, contra quem impetratur reſcriptum iuſtitiæ in commutatione vltimæ voluntatis, † non vitiat reſcriptum, ſi aliàs conſta- 361.
re poſſit de perſona, contra quam reſcriptum impetratum fuit. ita generatim in reſcripto iuſtitiæ tenet Sanchez *d. diſput. 21. numer. 37.* poſt Innoc. *in cap. ſignificante, numer. vnic.* Abb. & Imol. *num. 4.* Hent. Boich *numer. 1.* Bellam. *numer. 8.* & Fel. *numer. 1.* vbi de communi, tradentes, ideo *in d. cap. ſignificante*, reſcriptum petitum contra V. tanquam Rhemenſis, cùm verè non eſſet Rhemen. ſed Leodien. diœceſis, decerni ſurreptitium fore,

ac nullum, quia non poterat aliàs constare, contra quem fuerit rescriptum impetratum, cùm repertus fuerit alius eiusdem nominis Leodien. diœc. quem conuenit per rescriptum non faciens de ea diœcesi mentionem; & sic error fuit in persona: secus dicentes fore, si de ea persona liquere alia ratione potuisset, contra quam impetrans voluit rescriptum obtinere.

Limitatur autem hæc conclusio primò iuxta casum directum ac præcisum illius text. *d. cap. significante*, cùm nimirum † in impetratione huiusmodi 362.
rescripti iustitiæ erratum fuit in diœcesi, exprimendo aliam à vera diœcesi eius, contra quem litteræ impetrantur vbi aliàs de veritate illius personæ ex ipso rescripto non constet: idque ex mente prædictorum Doctorum. Secundò limitatur in casu *cap. Rodulphus, de rescript.* vbi decernit Romanus Pon-
363. tifex, † per rescriptum iustitiæ impetratum contra homines diœcesis, vtputa Mediolanen. cum clausula generali, & quidam alij non posse conueniri homines ciuitatis pariter Mediolanen. vbi glos. *verbo, sapien. diœcesis*, eam præcipuè rationem af-
364. fert, quia † aliud est ciuitas, aliud diœcesis, nec vnum alterius nomine venit, vt constat ex *cap. Ludouicus, 63. cap. cùm clerici, de verb. signif. cap. si ciuitas, de sent. excom. in 6.* & aliis adductis à Fel. *d. cap. Rodulphus, numer. 1. & aliquot seqq.* Mandos. *ad reg. 16. Canc. quæst. 40.* maximè in odiosis, & iis, quæ sunt stricti iuris, cuiusmodi est rescriptum delegationis, *cap. P. & G. de offic. deleg. cum suis concord.* & in specie, quòd appellatione diœcesis in materia stricta, & odiosa non veniat ciuitas, pluribus relatis tradit Gonzal. *ad reg. 8. Canc. glos. 43. numer. 196.* & Garz. *tract. de benef. part. 1. cap. 6. numer. 78.* secus docentes, hic *numer. 76.* ille 195.
365. *& 197.* vbi, † etiam in materia odiosa profertur à lege: idémque fore in omni materia fauorabili, à quocumque nomen diœcesis proferatur, docet Gonzal. *eadem glos. 43. numer. 190.* subditque glos.
366. *vbi sup.* secus dicendum, † si illud impetrasset quis contra Archiepiscopum Mediolanen. & quosdã alios; multòque magis, si addidisset iurisdictionis, vel subditos ipsius; nam tunc per eam clausulam, *& quosdam alios*, possent conueniri tam de ciuitate, quàm de diœcesi: ad quod est bonus text. *in cap.*
367. *quamuis, §. 1. ad fin. de prab. in 6.* non tamen † vltra quatuor, quorum nomina in primo citatorio exprimere debet impetrator, vt cauetur *in cap. cùm in multis*, quod est *2. de rescript. in 6.* Limitatur
368. tertiò, vt non procedat conclusio, † cùm actor erret in sua propria diœcesi. ita post Ioan. Andr. *d. cap. Rodulphus*, ad verb. text. *cùm esset*, limitat, satisque probat inter alios Fel. *d. cap. significante, num. 2. vers. secunda declaratio*, id quod confirmari etiam potest ex seq. concluſ.

SEXTA CONCLVSIO. Rescriptum gratiæ, quo commutatio vltimæ voluntatis committitur ordinario ipsius impetrantis, si erratur in diœcesi eius, ad cuius fauorem impetrata est commu-
369. tatio, † nullum est, nec poterit illud rescriptum exequi Ordinarius diœcesis per errorem expressæ, aut etiam verus Ordinarius impetrantis. Exemplum sit. Aliquis Corduben. impetrat à sede Apostolica committi ordinario quandam commutationem vltimæ voluntatis, dicendo per errorem se esse Salmanticinum, ac proinde, iuxta stylum Curiæ, qui forsasse nititur dispositioni Concil. Trident. *sess. 22. cap. 5.* ac meliùs *cap. 6. de reformat.* commissio facta est Officiali Salmantino. Dicimus ergo, neque Ordinarium Salmanticinum, neque etiam Corduben. qui est verus, ac legitimus Ordinarius impetrantis, posse eam commissionem, & commutationem exequi. ita in dispensatione tenet Sanchez *d. lib. 8. de matrim. disput. 21. num. 39.* vbi pro absoluto, ac manifesto habens, quod id facere nequeat Ordinarius diœcesis per errorem expressæ, quoniam cùm id per errorem factum sit, deficit intentio Pontificis committentis, quæ est committere legitimo Ordinario impetrantis, iuxta præscriptum Trid. Conc. *d. cap. 5. & 6.* quod confirmatur tum ex eo, quòd Concilio præsertim nouo nunquam intendit Pontifex derogare, nisi in specie id exprimat; vt pluribus comprobat idem Sanchez *lib. 3. de matrim. disput. 26. numer. 7.* tum quòd maximè in iurisdictionalibus errans non consentit, cùm nihil sit tam contrarium consensui, quàm error, vt dicitur *in l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. iud.* Quòd autem † neque etiam eam commissionem exe- 370.
qui possit legitimus Ordinarius, probat Sanchez *d. numer. 39.* quia, licèt prima facie contrarium dicendum videatur; tum quòd legitima mens Pontificis est committere vero Ordinario impetrantis, & quasi materiale, ac per accidens appellare illum Salmantinum; atque adeò, cùm de corpore constet, nihil obesse videtur error in nomine: tum quòd non minùs est de substantia gratiæ persona, cui conceditur, quàm eius gratiæ executor. vnde sicut error in illa non vitiat vbi constat de corpore; ita neque vitiabit error in hoc. Tamen in specie, de qua hîc agitur, non est error in nomine, qualis esset, si diceretur, Officialem veræ diœcesis appellari Petrum, cùm appellaretur Ioannes; sed erratum est, asserendo, postulantem esse diœcesis Salmantinæ, & virtute petita est commissio Officiali Salmantino, cùm in supplicatione dici soleat, *& committatur Ordinario*; censetur autem Princeps concedere † iuxta verba supplicationis, vt aliis 371.
citatis optimè docent Ias. *in l. Gallus, in 1. lect. §. idem credendum, numer. 30. ff. de liber. & posthum.* Loaz *de matrim. Reg. Angl. dub. 5. numer. 28.* Guttier *libr. 2. pract. quæst. cap. 18. numer. 42.* & Sanchez *d. disput. 21. numer. 37.* id probans etiam ex *l. si preces, ff. de pœn. & §. præterea, Instit. de inut. stipul.* Cordubensi verò Ordinario noluit Pontifex committere, quoniam de ea diœcesi non cogitauit, cuius mentio habita non fuit, sed eius loco alia per errorem expressa; quare & ipse Pontifex in errore facti erat. & quamuis, si petita esset executio vero Ordinario Corduben. illi commissa fuisset; tamen illi reipsa nec petita, nec commissa fuit. Affert & aliam rationem Sanchez *d. numer. 39.* quia error, quantumuis culpa vacans, non efficit, vt rescriptum extendatur ad casum, qui sub verbis eius non comprehenditur, post Innoc. *d. cap. super litteris, num. 3. & ibi* Ioan. Andr. *numer. 5.* Abb. *numer. 3. in fi.* Dec. *numer. 13.* in noua edit. alios referentem; necnon eundem Abb. *d. cap. significante, numer. 3. eod. tit.* id colligentem ex glos. *ibi, verbo, non de Rhemen.* Facit etiam, inquit Sanchez, pro hac parte doctrina Bald. *in l. præscriptione, numer. 15. C. si contra ius, vel vtil. publ.* vbi illud rescriptum surreptitium vocat, si quis in ciuitate Perusina se nummos mutuò dedisse cuidam narret, cùm in alia ciuitate eos illi mutuò dederit, & impetret rescriptum, quo in Perusina ciuitate detur iudex, qui debitorem compellat soluere; quia, si Princeps nosset contractum cum eo initum esse, qui aliàs non subest iurisdictioni Perusinæ, non commisisset iudici illius ciuitatis causam; nam † vbi quis sortitur forum 372.
Ordinarij, sortitur etiam forum delegati, vt optimè tradit Innoc. *in cap. dilecti, numer. 3. vers. sed dic, de for. compet.* Verùm hæc doctrina Bald. nec quidem

quidem iudicio, potius facit ad primam limitationem præcedentis, quàm ad confirmationem præſentis concluſ. tam enim in ea limitatione, quàm in hac doctrina agitur de falſa, ſeu erronea expreſſione ciuitatis, vel diœceſis eius, contra quem impetratur reſcriptum iuſtitiæ, ſeu ad lites. & præcipua ratio, cur in vtroque caſu illa expreſſio noceat, eſt, quoniam aliàs ex reſcripto conſtare non poteſt de corpore, hoc eſt, de qua perſona ſenſerit concedens: at verò in præſenti concluſ. agitur de falſa, ſeu erronea expreſſione diœceſis illius, qui reſcriptum gratiæ impetrat: quamuis in eo detur aliqua iuriſdictio ad ipſius gratiæ executionem, iuxta *cap. ſi ſuper gratia, de offic. delegat. in* 6. vel potiùs poteſtas, & mandatum ad eiuſdem grátiæ perfectionem, iuxta *cap. ſi pauper, cap. ſi cui, & c. mandatum*, quod eſt fin. *de prob. eod. lib.* & ex reſcripto conſtare poteſt de corpore, hoc eſt, de perſona impetrantis, & executoris: ſed aliam ob rationem nocet falſa, erroneáve expreſſio, quia nimirum hæc fuit in cauſa, vt de neutra diœceſi concedens ſenſerit, ac voluerit executorem dare; ex prædictis. Potiùs verò pro hac concluſ. faciunt quæ ſup. *concl.* 3. *huius quæſt.* adduximus de falſa demonſtratione per modum conditionis adiecta; præcipuè ex *l. ſi ſeruus legatus, §. qui quinque, ff. de legat.* 1. vbi, ſi is, qui in arca quinque habebat, legauit, vel ſtipulanti promiſit ſic, decem, quæ in arca habeo, ſola quinque debentur; & *l. ſi quis ſeruum heredis, §. ſi quis legauerit, ff. de legat.* 2. vbi, ſi quis legauerit ex illo dolio amphoras decem, & non decem, ſed pauciores in eo inueniantur, ea ſolæ debentur: vtrobique enim deficit, ſeu reſtringitur diſpoſitio ob defectum demonſtrationis loci ab eo adiectæ qui fauorabiliter, & gratioſè diſpoſuit.

SEPTIMA CONCLVSIO. Falſa expreſ-
373. ſio † vnius maioris vinculi, ſeu impedimenti loco minoris diuerſæ ſpeciei; vel minoris loco maioris eiuſdem ſpeciei in impetranda commutatione vltimæ voluntatis, illam vitiat. Probatur prior pars ex eo, quod poſt Lud. Lopez 1. *part. Inſtructor. caſe. cap.* 50. *col.* 2. *&* 2. *part. cap.* 9. *col.* 5. docet Sanchez *d. lib.* 8. *de matr. diſput.* 24. *numer.* 19. quòd, ſi impetrans diſpenſationem matrimonialem erret in narrando maius impedimentum, cùm tamen ſit minus diuerſæ ſpeciei; vt ſi dicatur, contrahentes eſſe conſanguineos in ſecundo gradu, cùm tamen non ſint niſi affines in ſecundo, vel tertio gradu, diſpenſatio erit ſurreptitia, & nulla. quod probat; tum quia, cùm ſint diuerſa impedimenta, nec vnum claudatur in altero, diſpenſatio in vno explicari nequit, vt cenſeatur in altero conceſſa. tum exemplo legitimationis ſpurij; (quod maximè ad rem quo-
374. que noſtram facit, cùm legitimatio † ſpecies quædam ſit commutationis vltimæ voluntatis, vt iam ſemel admonuimus:) nam ſpurius legitimatus tam-
375. quam ex inceſtu natus, † non cenſetur legitimatus, ſi adulterinus ſit, quamuis adulterium ſit minus delictum inceſtu; quia ſunt diuerſæ ſpecies: quod poſt alios tradunt Couar. 4. *Decretal.* 2. *part. cap.* 8. §. 8. *numer.* 11. & Ignat. Lopez *in addit. ad Bern. Diaz reg.* 195. *in fin.* Tum quòd † diſpen-
376. ſatio ſuper vno defectu non prodeſt in alio; Bald. *cap. innotuit, numer.* 17. *de elect.* Affict. *decif. Neap.*
377. 320. *numer.* 12. Poſterior pars † concluſ. probatur; quia id pariter in diſpenſatione matrimoniali, cùm quis explicat etiam ex ignorantia tertium, vel inferiorem gradum conſanguinitatis, aut affinitatis, cùm ſit ſecundus, aut ſuperior, tradit Sanchez *d. diſput.* 24. *numer.* 18. quia error contingit circa diſpenſationis ſubſtantiam, atque adeò nullatenus in illo gradu ſuperiori diſpenſatur, vtpote qui nec formaliter, nec virtute continetur in gradu inferiori: & error ex ignorantia contingens † tunc 378.
tantum non vitiat, quando eo non obſtante concederentur litteræ, & caſus, ad quem impetrans vult vti reſcripto, ſub eius verbis comprehenditur, vt idem Sanchez docet *d. libr.* 8. *diſput.* 21. *numer.* 39. poſt alios, quos retulimus *concl. praced.* at gradus ſuperior non comprehenditur in verbis reſcripti ſolùm de inferiori mentionem facientis.

Ampliatur verò hæc tota concluſio, vt procedat, † licèt tempore impetrationis adeſſet com- 379.
munis error, iuxta id, quod falsò expreſſum fuit. ita in diſpenſatione matrimoniali Sanchez *d. diſput.* 24. *numer.* 20. exemplum afferens, ſi contrahentes communiter exiſtimabantur affines, vt expreſſum eſt, cùm vere eſſent conſanguinei; vel putabantur conſanguinei in tertio gradu, vt narratum fuit, cùm tamen reipſa eſſent in ſecundo gradu: ſubdens, quòd, licèt videatur dicendum, communem errorem excuſare: tum ex doctrina, quam tuentur Valaſc. *conſil.* 80. *in fin. volum.* 1. & Molin. *tom.* 1. *de inſt. & in. tract.* 2. *diſput.* 173. *col.* 9. *verſ. quando qualitas*; vbi aiunt, quoties qualitas aliqua ideo non fuit expreſſa in petitione legitimationis, quia tempore copulæ, & expeditionis legitimationis ignorabatur, non reddi diſpenſationem, ſeu legitimationem ſurreptitiam; vt ſi quis genuiſſet filium ex ea, quæ communiter reputabatur vidua, & poſt legitimationem compertum eſt, eam fuiſſe coniugatam, dicunt, valere legitimationem, non explicato Pontifici adulterio, ſeu quòd ea mulier eſſet coniugata; id ex eo probantes, quòd communis opinio, ſeu error ad valorem actus præfertur veritati, iuxta *l. Barbarius, ff. de offic. prat.* Tum ex doctrina 380.
tradita à pleriſque Doct. quos *ibi* refert Sanchez, † expreſſo per errorem vno vacationis modo in impetratione beneficij, venire verum modum, & valere impetrationem, vbi error ille communis ſit; niſi adeſſet alius ſimul impetrans, qui verum modum expreſſerit, propter *cap. ſuſceptum, verſ.* ſeu §. *ſi duo, de reſcript. in* 6. Tamen non auderet hanc
381. limitationem admittere; quia † ignorantia, inquit, excuſat quidem à peccato; at nil poteſt conferre ad id, vt diſpenſatio trahatur ad alium caſum, quàm expreſſum, cùm potiùs tamquam odioſa ſit reſtringenda, *cap.* 1. *in princ. &* §. 1. *de fil. presbyt. in* 6. cum ſimil. Nec obſtat, ait *ibidem* Sanchez *d. l. Barbarius*, quia aliud eſt † ſupplere defectum in 382.
cauſa efficiente, quem quidem ſupplet ea lex in iudicibus, aliiſque publicis miniſtris, quando defectus iuriſdictionis erat ita occultus, vt communiter illi putarentur veri miniſtri: at ea lex non diſponit, vt conceſſum in vno caſu cenſeatur in alio conceſſum propter communem errorem; nec ſupplet defectum intentionis in Principe aliquid concedente, vt idem Sanchez in ſimili meliùs explicat *lib.* 4. *ſue ſumm. cap.* 44. *numer.* 10. Non obſtat etiam ſimile adductum de beneficio; nam, vt eam doctrinam admittamus, reſpondet Sanchez *d. numer.* 20. quòd non eſt ibi error in beneficij ſubſtantia, ſed in quodam accidente parum conferente ad collationem; & ideo iure optimo ea creditur eſſe mens Pontificis, vt propter tale accidens communiter ignoratum non vitietur collatio. at in noſtro caſu eſt error in ſubſtantia caſus, in quo diſpenſatur. Ex quibus etiam patet reſponſio ad prædictam doctrinam, quam tueri conantur Valaſc. *d. conſil.* 80. *in fin.* & Molin. *d. diſput.* 173. *col.* 9. *verſ. quando qualitas*, per *d. l. Barbarius*. præterquam quòd hæc doctrina

potius ſpectat ad veri taciturnitatem, quàm ad falſi
383. expreſſionem, quæ quidem † plus nocet, quàm veri ſuppreſſio in priuilegio legitimationis, ſi credimus Alex. *conſil. 60. in fin. libr. 2.* licèt eum reprehendat Menoch. *de arbitrar. iud. caſ. 201. num. 18.* pro quo maximè facit, quod ſcripſimus *quæſt. 3. huius cap. concl. 4.*

OCTAVA, & poſtrema CONCLVSIO, Falſa expreſſio vinculi, ſeu impedimenti maioris loco minoris eiuſdem ſpeciei in impetratione com-
384. mutationis vltimæ voluntatis † regulariter ipſam commutationem non vitiat. Exemplum affert Sanchez *d. diſput. 24. numer. 17.* in impetranda diſpenſatione matrimoniali ſuper conſanguinitate, aut ſimili impedimento, ſi exprimeret ſecundum gradum, cùm tamen ſit ſolùm tertius. & nos exemplum ad rem noſtram afferre poſſumus, ſi commutationi vltimæ voluntatis, quam quis impetrat, obſtaret dumtaxat ſtatutum Eccleſiæ particularis, ad quam pertinet vltima voluntas commutanda; & exprimeretur, quòd obſtet decretum Synodi diœceſanæ illius ciuitatis: vel obſtaret ſolum decretum huius Synodi, & diceretur, obſtare decretum, ſeu ſtatutum Synodi Prouincialis, quæ omnia comprehenduntur ſub vno genere ſtatutorũ locorum ſpecialium, aut ſingularium perſonarum diſtincto à conſtitutionibus generalibus, quæ ius commune faciunt, vt patet ex *cap. 1.* cum ibi not. *de conſtit. ext. & in 6.* Probatur nunc concluſio, quia ita in expreſſione ſecundi gradus conſanguinitatis loco tertij, quòd valeat diſpenſatio, poſt alios tradit Sanchez *d. numer. 17.* tum quòd, licèt non ſit conceſſa peculiariter pro tertio gradu, & tamen conceſſa ſimpliciter pro conſanguinitatis impedimento cum errore circa qualitatem accidentalem incluſam à
385. fortiori in gradu, ſuper quo diſpenſatur. tum quòd † non vitiatur diſpenſatio ex falſa qualitatis expreſſione, quando ea verè expreſſa redderetur facilior, vt ipſe probat *d. libr. 8. diſput. 21. numer. 35.* reſpondens *numer. 36.* ad text. *in cap. cui de non ſacerdotali, de prab. in 6.* qui aduersùs hanc doctrinam vrget, quod vtrumque nos etiam præſtitimus *quæſt. 3. huius*
386. *cap. concl. 6.* Quòd ſi quis opponat, † non valere in diſpenſatione argumentum à maiori ad minus, vt idem Sanchez probat *d. libr. 8. diſput. 21. numer. 32.* dicit, valere, vt *ibidem num. 35.* oſtendit, quando minus in maiori includitur, vt in hoc caſu contingit. Tum denique, quia ita in ſpecie diſpenſationis tenent Petr. Ledeſ. *in ſumm. ſacram.* vbi de matrim. *cap. 27. poſt 7. concl. dub. 1.* Rodriquez *tom. 1. ſumm. cap. 238. concl. 3. numer. 3.* & Veg. 2. *tom. ſum. cap. 34. caſ. 98. in initio*, quos refert, ac ſequitur Sanchez *d. diſput. 24. numer. 17.* qui id verum credit, quamuis data opera illud mendacium contingeret; quia, inquit, non tangit diſpenſationis ſubſtantiam; & ea falſitate non expreſſa diſpenſatio facilius concederetur. Id quod & nos proportionabiliter dicere debemus de commutatione vltimæ voluntatis.

387. Limitatur autem concluſio, † niſi eſſemus in falſa expreſſione qualitatis, ſeu impedimenti, quod de iure, aut ſtylo Curiæ eſſet verè exprimendum. nam ſurreptio, & obreptio in hiſce impedimentis contingens, quamuis, ſi veritatem ſciret Princeps, facilius concederet, quod petitur; conceſſionem vitiat: vt poſt alios ſentiunt, ac ſatis probant Fel. *in cap. ad aures, num. 13.* & *ibi* Dec. *numer. 4. & 10. in fin. ac 12. ad fin. de reſcript.* & conſtat ex latiùs per nos adductis ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concl. 1. & 2. iuncta concl. 4.* Poſſet autem hoc loco pro complemento tam huius, quàm 3. quæſtionis præſentis cap. diſputari, † quoniam tempore vera eſſe de-
388. beant cauſæ commutationis vltimarum voluntatum narratæ in precibus, an tempore petitionis ante datam commiſſionis ad commutandum, vel tempore huius datæ, vel cùm ipſe commiſſarius, aut Ordinarius commutat, aut tempore vſus ipſius commutationis. Verùm hac de re, præter id, quod attigimus *quæſt. præced. concl. 6. limit. 1. ad fin.* latiùs, Deo dante, agemus *cap. 8. quæſt. 5.* quæ erit, an, & quando ceſſante cauſa commutationis vltimarum voluntatum ceſſare quoque debeat ipſa commutatio, *ſuppoſ. 1. & 2. iuncta concl. 4. 5. & 6.* Quare finis iam ex his ſit præſenti quæſtioni, ſi priùs admoneamus, concluſionem illam, quæ hoc loco poni potuiſſet de qualitatibus beneficij, ſeu Eccleſiæ, quæ falsò expreſſæ vitiare poſſunt vltimæ voluntatis commutationem contingentem ex mutatione ſtatus beneficij, ſeu Eccleſiæ ſiue temporali, ſiue perpetua, reſeruari tanquam proprio loco *quæſt. 6. cap. 10. & 11.*

SVMMÆ RERVM.

389. *Mandatum multis modis accipitur in iure diuino, & humano poſitiuo; & duobus num. ſeqq.*

390. *Teſtatoris mandatum olim non cogebat, nunc autem cogit non præcisè, aut abſolutè, ſed cauſaliter, & ex ſuppoſitione.*

391. *Procurator in rem ſuam quis dicatur.*

392. *Mandatum procuratorium aliud eſt ad lites; aliud ad negotia. Item aliud generale; & hoc vel cum libera, vel ſine libera, ſeu ſimpliciter; aliud ſpeciale; num. 393.*

394. *Mandatum generale adiecta clauſula, & generaliter ad omnia, etiamſi mandatum exigant ſpeciale, an, & quando extendatur ad articulos ſpeciale mandatum exigentes.*

395. *Mandatum generale cum libera quis habere dicatur, & quando æquiparetur mandato ſpeciali.*

396. *Mandatum generale ad negotia comprehendit etiam lites, & cauſas pro iiſdem negotiis, agendo, & defendendo, exceptis caſibus exigentibus mandatum ſpeciale.*

397. *Negotium comprehendit iudicialia, & extraiudicialia.*

398. *Procurator à Prælato pro Eccleſia ſua conſtitutus per mortem illius reuocatur etiam quoad negotia cœpta, & cauſas, in quibus per ipſum procuratorem lis fuerat conteſtata; niſi cauſa eſſet ſolius Capituli, ſeu Conuentus, vel cum eo communis.*

399. *Reſcripta ad lites regulariter nequeunt ſine ſpeciali mandato impetrari. niſi à perſonis, quæ de iure ſine mandato admittuntur; numer. 400.*

401. *Perſonæ, quæ de iure ſine mandato admittuntur, hoc eſt, coniunctæ, quænam ſint.*

402. *Perſonæ coniunctæ pro coniunctis non admittuntur contra earum voluntatem, etiam cum cautione de rato; niſi pater pro filio in peculio aduentitio, ratione ſui intereſſe.*

403. *Perſonæ coniunctæ, cùm pro coniunctis comparent in iudicio, cauere debent de rato: & quid hæc cautio contineat.*

404. *Reſcripta ad lites ſine mandato ab aliis impetrata, quàm à coniunctis perſonis, nulla ſunt tantùm ope exceptionis. contrarium*

tamen

tamen poteſt ſuſtineri, & fortè communior eſt; num. 406.

405. *Reſcripta ad lites ex iis vitiantur ope exceptionis, ex quibus reſcripta gratia ipſo iure.*

406. *Reſcripta ad lites aliquando vitiantur ipſo iure.*

407. *Impetrari ſine ſpeciali mandato non poteſt commutatio vltimæ voluntatis liti accеſſoria. Idque licèt mandato generali adiiciatur illa clauſula, & generaliter ad omnia, etiamſi mandatum exigant ſpeciale, niſi in eo aliqua ſimilia exprimantur requirentia ſpeciale mandatum; num. 408. nec ſuffitit mandatum cum libera; num. 409.*

410. *Procurator etiam ſpecialis mortuo Prælato, qui cum conſtituit ad impetrandam commutationem vltimæ voluntatis, an & quando poſſit mandatum exequi.*

411. *Communia perſonæ quando poſſint ſine mandato impetrare commutationem vltimæ voluntatis liti accеſſoriam. & an valeat reſcriptum ab aliis perſonis ſine mandato impetratum; num. 412.*

413. *Procurator ad negotium controverſiæ ſuper certa vltima voluntatis executione, poterit impetrare reſcriptum ad lites, quo mandetur iudici, quòd conſtito via iuris, executionem illam eſſe valde difficilem, eandem vltimam voluntatem committat.*

414. *Curia Romana quid ſeruet circa exceptionem illam, non habes mandatum, quoad reſcripti ad lites impetrationem, eiuſque vſum.*

415. *Reſcriptum gratioſum commutationis vltimæ voluntatis impetrari poteſt ſine mandato non ſolùm à perſonis communibus, & ſimilibus, ſed etiam à quolibet extraneo.*

416. *Beneficium Eccleſiaſticum poteſt pro alio à quocunque abſque mandato impetrari. & conferri alicui per alterum; num. 417.*

418. *Diſpenſationes, & alia privilegia impetrari poſſunt abſque mandato; licèt alij contra.*

419. *Intellectus cap. innotuit, de elect.*

420. *Privilegium, & diſpenſatio an proſint à tempore conceſſionis, an à die ſcientiæ.*

421. *Intellectus l. illud, §. ſi talis, ff. de minoribus.*

422. *Reſcriptum gratioſum commutationis vltimæ voluntatis poteſt à quolibet ſine mandato impetrari, licèt in eo reſcripto data ſit aliquibus iuriſdictio vel contra contradictores, vel pro eius executione; & numer. ſeq.*

423. *Gratia facta non expirat morte concedentis etiam re integra; ſecus in facienda.*

424. *Commutatio commutationis alicuius vltimæ voluntatis non prodeſt ei, cui impetratur, niſi poſt eiuſdem ſcientiam. quæ tamen non requiritur, cùm is eam impetrat per ſuum nuntium, vel procuratorem; num. 431.*

425. *Privilegium effectum ſortitur dumtaxat ab eo tempore, quo certior de illo fit is, cui conceditur. quam notitiam habere debet ab eo, qui gratiam impetrauit, aut conceſſit; numer. 426.*

427. *Donatio, vt efficax ſit, & irrenocabilis, debet per nuntium ad id deſtinatum, vel epiſtolam intimari donatario.*

428. *Commutatio vltimæ voluntatis reuocari non poteſt ab inferiore concedente ante notitiam eius, cui conceſſa fuit. & in quibus gratiis, & privilegiis id locum habeat; num. 429.*

430. *Scientia gratiæ non requiritur ad ſui efficaciam in eo, qui ex gratia in conſequentiam damnum ſentit.*

432. *Acceptatio commutationis vltimæ voluntatis gratiæ fieri debet non ab alio, qui illam impetrauit, ſed ab eo, ad cuius commodum cedit.*

433. *Collatio beneficij, & legitimatio, ab alio pro me obtenta requirit meam acceptationem, idemque in diſpenſatione, privilegio, & donatione; num. 434.*

435. *Gratia concernens duos quando ab vtroque debeat acceptari.*

QVÆRO SEXTO, ac poſtremò in hoc cap. an poſſit quis alteri ſine mandato commutationem vltimæ voluntatis impetrare?

Non loquitur hìc de mandato, prout ſumitur † 389.
pro præcepto ſuperioris omnibus communi, quod vim legis communis habet; prout accipitur plerumque in diuinis Scripturis, vt Pſalm. 118. *Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis*, & Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata*, necnon *cap. ſi quis dogmata*, 25. *quæſt. 2. & cap. mandata, de præſumpt.* cum ſimil. Quòd autem lex ſit præceptum commune, conſtat ex *l. 1. ff. de leg.* & mandatum eſſe genus ad conſtitutiones, ac leges; atque adeò omnem legem eſſe mandatum quoddam, tradunt gloſ. & Doctor. *in comment. rubr. C. de mandat. Princip.* vel pro præcepto ſpeciali eiuſdem ſuperioris, vt *in rubr. & l. 1. C. de mandat. Princip. & in auth. eod. tit. & cap. mandamus, de offic. Archid.* ac paſſim in iure canonico. In quo genere etiam eſt mandatum diſpenſandi, vt *in cap. 1. de ſimon.* & mandatum prouidendi de beneficio, iuxta *cap. mandamus, & cap. Abbatem, de reſcript. cap. cum teneamur, de prabend. cap. cui de non ſacerdotali, cap. mandato noſtro, & cap. mandatum Apoſtolicum*, quod eſt fin. *eod. tit. in 6.* cum aliis ſexcentis, vel pro mandato teſtatoris, quod † olim non habebat vim obli- 390.
gandi, & cogendi, nunc autem iure nouo habet, vt conſtat ex *princ. Inſtit. de fideic. hered.* iuncto *§. fin. Inſtit. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict. & l. 2. C. commun. de legat. & fideicomm. cum ſuis concordant.* quæ tamen coactio, & obligatio non eſt præciſa, & abſoluta, ſed cauſalis, ſeu conditionalis, & ex ſuppoſitione, quòd is, cui teſtator aliquid iubet, percipere velit emolumentum hereditatis, vel legati ab illo ei relictum. Vel cùm ſumitur pro mandato delegationis, ſeu iuriſdictionis, de quo *in rubr. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. cap. 1. & cap. ſciſcitatus, de reſcript. cap. licet undique, & cap. cum in iure peritus, de offic. deleg. cap. cum plures, eod. tit. in 6.* atque alibi ſæpe. aut iuxta alias huius nominis ſignificationes, de quibus inter alios Alberic. *in l. mandatum, C. mand. & in ſuo Dictionario iur. verbo, mandatum*, Briſſon. *de verb. iur. ſig.* Schard. & alij Lexic. iuris auctores, *verbo, mandare*. Similiter de eo mandato hic non loquimur, per quod aliquis conſtitui dicitur procurator † in rem ſuam, 391.
vt ſi titulo donationis ceſſæ alicui ſunt actiones, & is datus eſt procurator ad eas intentandas; vt explicat gloſ. Ioan. Andr. *in cap. 1. §. 1. verbo, in rem ſuam, de procur. in 6.* dicens hunc eſſe caſum, text. *in l. illam ſubtilem, C. de donat.* & idem Ioan. Andr. *d. §. 1. in nouel.* quomodo ex parte rei detur procurator in rem ſuam, remittit ad gloſ. *in l. Flautius, ff. de procur.* quæ gloſ. incipit, *ſed qualiter*, & eſt ad verbum

verbum illius text. *in rem suam*, vbi inter alia illud exemplum affert, si vendam, aut cedam alicui hereditatem, in qua sunt creditores, vt *l. fin. §. Titius, ff. de condict. indeb.* ex parte autem actoris, constare ait ex *l. si quis in rem suam, ff. de procurat.* Verùm loquimur de communi, & vulgari mandato procuratorio, cùm nimirum quis constituitur, vt aliquid agat nomine, & ad commodum alterius: de quo *in toto tit. ff. & C. mand.* præsertim *d. l. mandatum, C. eodem*; necnon *cap. constituris, & cap. mandato*, & passim *in tit. de procur. in Decretal. & Sext.* item *in ff. & C.*

Hoc autem mandatum procuratorium, de quo
392. in hac quæst. agimus, † aliud est ad lites, siue causas, siue iudicia, seu ad agendum, vel defendendum; cuius mentio fit, (vt iura ciuilia prætermittam,) *in cap. 1. cap. in nostra, & cap. constituris, de procur. cap. 1. in princ. & cap. qui ad agendum, eod. tit. in 6.* aliud ad negotia; de quo *d. cap. 1. §. fin. cap. qui generaliter, in princ. & §. 1.*
393. necnon *cap. fin. eod. tit. & lib.* Item † aliud est generale, de quo *in cap. petitio, & cap. dilectus, de procurator. d. cap. qui ad agendum, & d. c. qui generaliter, in princ. eod. tit. in 6.* & hoc vel cum libera, vt *in d. cap. qui ad agendum, in fin. & l. procurator, cui generaliter, ff. eod.* vel sine libera, seu simpliciter, & absolutè; vt *in eód. cap. qui ad agendum, & d. l. procurator, cui.* aliud verò speciale, de quo *in l. procurator tutorum, ff. de proc. d. c. qui ad agendum, & cap. fin. eod. tit. & lib. & Clem. non potest*, seu *2. eod. tit.* atque alibi in iure frequenter.

394. Dicendum verò est † mandatum generale habere etiam eum, qui ad agendum, & defendendum, ac generaliter ad omnia, etiamsi mandatum exigant speciale, constituitur procurator, & sic ex vi generalitatis huiusmodi ad aliquem articulum in quo speciale mandatum exigitur, admitti non debet. Sed, si aliquis de articulis speciale mandatum exigentibus exprimatur, adiecta prædicta clausula generali, tunc ad non expressos etiam admittetur; ita expressè cauetur *in d. cap. qui ad agendum.* verùm adhuc admitti non poterit ad articulum maiorem expressis, vt habetur *in d. Clem. 2. in fin.* Mandatum autem generale cum libera † is habere dicitur, cui bonorum, vel causæ administratio liberè
395. sit concessa, vt constat ex *d. cap. qui ad agendum, in fine, de procur. in 6. & d. l. procurator, cui generaliter libera, ff. eod. tit.* & quamuis mandatum hoc cum libera in aliquibus casibus æquipararetur mandato speciali, vt in exactione, nouatione, & permutatione, vt habetur *in d. l. procurator*; item in alienatione immobilium, *cap. is, cui, de elect. in 6.* & in iuramenti dilatione, transactione, vel facto, iuxta *d. cap. qui ad agendum. §. seu vers. fin.* & alia iura *ibid.* allegata per *glos. fin. verbo, concessa*; non tamen in omnibus, vt in donatione, aut in collatione beneficij, *l. filiusfamilias, in princ. ff. de donat.* iuncto *cap. fin. de offic. Vicar. in 6.* & in contractu matrimonij, *cap. fin. de procur. eod. lib.*

Iam verò antequam ad conclusiones huius quæst. descendamus, præter ea quæ iam adnotauimus, aliqua pro illarum faciliori resolutione præmittenda sunt.

396. Et primò, mandatum generale ad negotia † extendi ad causas, & lites, seu potiùs eas comprehendere; atque adeò procuratorem constitutum ad negotia posse pro iisdem negotiis in iudicio agere & defendere. ita apertè definitur *in d. cap. qui generaliter, in princ. de procur. in 6.* dicitur enim ibi; qui generaliter constituitur ad negocia procurator, agere, ac experiri potest, exceptis his casibus, qui mandatum exigunt speciale. Ratio autem esse potest, quia negotium † genus est ad iudicialia, & extraiu- 397.
dicialia, & vtraque comprehendit; vt satis colligitur ex *cap. ex tenore, ad fin. de rescript.* & melius ex *cap. 2. de iudic. & cap. forus, vers. negotium multa significat, & vers. negotium autem, de verb. sign.* necnon *cap. fin. vers.* seu *§. officium autem, de offic. deleg. in 6.* & tradunt Doctorum *ibi*, tum *in rubr. ff. & C. de negot. gest.* atque alibi sæpe.

Præmitto secundò, procuratorem à Prælato, Rectore, vel alio quolibet pro Ecclesia sua, vel beneficio constitutum, † per mortem constituentis re- 398.
uocari etiam quoad negotia iam incepta, & causas, in quibus per ipsum lis fuerit ante mortem huiusmodi contestata; prout disertis verbis definitur *in Clem. procuratorem*, quæ est fin. *de procurat.* Temperanda autem est hæc decisio, vt non procedat si causa, in qua procurator constitutus fuit viuente Prælato, æque communis ei erat cum Capitulo, seu Conuentu, vel principaliter ad Capitulum, vel Conuentum pertinebat; sed solùm in causa propria ipsius Prælati. ita post Archid. *in cap. si duo, de procurat. in 6.* docet glos. *d. Clem. fin. verbo, reuocari censemus*; ex eo, quod ipsemet Ioan. Andr. d. glos. auctore, & Innoc. *in cap. cùm dilectus, super 1. glos. de consuet. & cap. 2. de in integ. restit.* tradunt, quòd mortuo Abbate Conuentus per syndicum agere potest, & conueniri de iuribus, quæ pertinent ad Conuentum, vel simul vtrosque. secus in his, quæ segregatim pertinent ad Abbatem; per *c. vlt. ne sed. vac.* vbi habetur, quòd sede vacante non possunt recipi testes, quia ea vacante nihil est innouandum, *tenc tit. ne sed. vac.*

Præmitto tertiò, rescripta ad lites † regulariter 399.
non posse sine speciali mandato impetrari. ita decernitur *in cap. nonnulli, §. sunt & alij*, edito ab Innoc. III. in Concil. generali Lateranen. vel ab ipso Concilio generali sub tit. *de rescript.* in hæc sanè verba: Cùm autem lites restringendæ sint potius, quàm laxandæ, hac generali constitutione sancimus, vt, si aliquis super aliqua quæstione de cætero sine speciali mandato domini litteras Apostolicas impetrare præsumpserit, & litteræ illæ non valeant, & ipse tanquam falsarius puniatur. idem quoque approbatur *in cap. ex parte Decani, ad fin. eod. tit.* ibi, quia verò iuxta generalis statuta Concilij Apostolicæ litteræ, quas sine speciali mandato domini quis impetrat, valere non debent, &c. Id autem temperandum est primò, † nisi impetrans huiusmodi rescriptum ad li- 400.
tes pro alio sit de personis, quæ de iure sine mandato admittuntur, & expressè tam *d. §. sunt & alij*, quàm *d. c. ex parte Decani*, statim subiungitur. Hæ autē personæ, prout vtrobique glos. adnotauit ab omnibus receptæ, † sunt illæ, de quibus *in l. sed & hæ, in princ. ff.* 401.
de procurat. & quæ vno coniunctarum personarum nomine appellantur, nimirum liberi, licèt sint in potestate: item parentes, & fratres, & affines, & liberti: liberi, inquam, & parentes vsque in infinitum, vt ibi exponit glos. *verbo liberi*, per text. *in l. liberorum, ff. de verbor. signif. & l. quique, §. parentes, ff. de in ius voc.* sed præter has personas aliæ quoque sunt, vt maritus, ita glos. *d. l. sed & hæ, in princ. verbo, liberti*, per text. *in l. maritus, C. de procurat.* item consortes litis; *glos. 1. in cap. cùm M. Ferrariensis, de consti.* & *ibi* Fel. *num. 8.* vbi id fusiùs declarat. Idem tradit glos. recepta *d. verbo, liberti*, ex text. *in l. 2. C. de consort. eiusd. lit.* quæ etiam post alios Glosæ. idipsum docet de omnibus illis personis, quæ enumerantur *in l. 1. §. fin. & l. seq. ff. de postul.* vbi prædictis adduntur, liberti pro patrona,

&

& liberis, parentibúſque patroni, patronæve: & maritus pro vxore; ex affinibus recenſentur, ſocer, ſocerus, gener, nurus, vitricus, nouerca, prouignus, priuignaque; præterea coniunctis perſonis, pro quibus poteſt quis de iure ſine mandato poſtulare, adiiciuntur, pupillus, pupilla, furioſus, furioſa, fatuus, & fatua. Non debent tamen perſonæ illæ, in quibus mandatum non exigitur, † admitti. licèt de rato offerant cautionem, contra voluntatem eorum, pro quibus interueniunt; niſi pater pro filio in peculio aduentitio, ratione ſui intereſſe, quod in eo habet pater: vt cauetur *in l. Pomponius ſcribit, §. fin. ff. de procurat.* iuncta *l. patri, in princ. ff. de minor.* glos. verò *d. §. fin. in verbo, offerant*, notat, quòd perſonæ, in quibus non requiritur mandatum, regulariter, cùm iudicem adeunt, ſeu comparent in iudicio, † debent ſatisdare, ſeu cauere de rato, per illum text. *& l. ſi cum filio, in fin. ff. de compenſat. & l. ſi cum. §. ſi pater, ff. ſol. matr.* quibus addi poteſt text. *in l. exigendi, C. de procur.* vbi glos. *verbo, pro defenſione*, docet, tria contineri in hac cautione; primò, quòd defendat vſque ad finem arbitratu boni viri, ex quo incepit; vt *l. ſeruum, §. ait prætor, ff. de procurat.* Secundò de dolo, quòd hic abſit; tertiò, quòd ſoluet condemnationem: quæ tria, inquit glos. continentur ſub illa ſtipulatione, iudicatum ſolui, vt *in l. iudicatum, ff. iudic. ſolui.* Temperandum ſecundò id quod præmiſimus; † vt litteræ ad lites pro alio impetratæ præterquam à prædictis perſonis, non ſint nullæ ipſo iure, ſed tantùm ope exceptionis, ſeu opponente, & contradicente parte. ita glos. ab aliis approbata *in d. §. ſunt & alij, verbo, ſine ſpeciali mandato*; quæ nihil ad id allegat: ſed probari poteſt tum ex eo, quòd regulare eſt in reſcriptis, ad lites, vt, † quæ in reſcriptis gratiæ inducunt nullitatem ipſo iure, in illis eam inducant duntaxat ope exceptionis, *cap. ſi autem, cap. plerumque, & cap. ex tenore, de reſcript.* cum aliis adduct. *quæſt. 3. præmiſſ. 4.* quibus adde *cap. ſignificante, cap. Rodulphus, cap. ſignificauit, & cap. fin. eod. tit.* tum ex iis, quæ ipſa glos. *ibidem* ad aliud allegat, ſibi obiiciens, quæque etiam obſtare videbantur principali deciſioni *d. §. ſunt & alij*, de qua nos initio huius præmiſſ. iuncta etiam ſolutione, dum ait; ſed nónne ratihabitio domini ſufficit ad hoc, vt litteræ valeant, ſeu valere incipiant, quæ priùs non valebant? quod videtur, *l. licet verbum, ff. de iudic.* & ratihabitio retrotrahitur, *l. ſi fundus, §. 1. ff. de pignor. cap. quod nobis, de cland. deſponſ. & cap. quod ſicut, verſ. quod ſi eos, in fin.* Item litteræ, quæ primò non valent, reconualeſcunt, *cap. licet, il 1. de for. compet. in glos. iuſtitia complementum, & 6. ex tenore, in fin. eod. tit.* ac ſtatim ad hæc reſpondet, quòd, licèt procuratio quæ nulla eſt, poſſit ratificari, non tamen valent litteræ iſtæ aduerſario contradicente. *cap. ex tenore, de reſcript.* Tum denique quia, ſi Papa voluiſſet, in his reſcriptis ad lites ſine ſpeciali mandato impetratis induci nullitatem ipſo iure, facilè id dicere, & exprimere potuiſſet; arg. *cap. 2. verſ. vnde, ſi circa, de tranſlat. Epiſc. & cap. ad audientiam, de decim.* cum ſimil. Sicut in aliis caſibus † quoad eadem reſcripta ad lites fecerunt Romani Pontifices; vt *in cap. 1. in primis verbis, & cap. ſtatutum, in princ.* iuncto §. *fin. de reſcript. in 6. cap. fin. in princ.* iuncto eiuſdem fin. *de offic. deleg. eod. lib. cum ſuis concord.* Fateor tamen, contrarium poſſe ſuſtineri; & fortè communius tenetur; vt latè per Felin. *d. §. ſunt & alij, numer. 47. cum duobus ſeqq.* qui etiam multis num. præced. & ſequentibus, alias ampliationes, & limitationes adducit, quæ videri poſſunt, ad diſpoſitionem *d. §. ſunt & alij*, & materiam totius huius noſtri 3. præmiſſ.

402.

403.

404.

405.

406.

His verò iam adnotatis, & præmiſſis, ad concluſiones huius quæſt. veniamus.

PRIMA CONCLVSIO. Non poteſt quis ſine ſpeciali mandato † alteri impetrare commutationem vltimæ voluntatis, quæ acceſſoria ſit reſcripto ad lites, ſeu reſcriptum ipſum ad lites impetrare, cuius vigore acceſſoriè facienda ſit commutatio vltimæ voluntatis: prout talis reſcripti de collatione beneficij caſum, ſeu exemplum habemus *in c. ad aures, & c. olim, de reſcript. & c. ex tua, de ſ. l. presbyt.* Probatur concluſio; quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, *c. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6. l. nihil dolo, §. cùm principalis, & l. cùm principalis, ff. de reg. iur. & cap. acceſſorium, eod. tit. in 6.* reſcriptum autem ad lites, quod hac in re eſt principale, non poteſt impetrari ſine ſpeciali mandato, vt ſup. in præmiſſ. 3. ex *d. cap. nonnulli, §. ſunt, & alij, & cap. ex parte Decani, de reſcript.* oſtenſum eſt. 407.

Ampliatur verò hæc concluſio primò, † vt nec ſufficiat ſi generali mandato adiiciatur illa clauſula, & generaliter ad omnia, etiamſi mandatum exigant ſpeciale; niſi in eodem mandato aliqua ſimilia exprimantur, quæ mandatum ſpeciale requirunt, ac deinde prædicta clauſula generalis adiiciatur ſuper ea, quæ ſup. ante 1. præmiſſ. allegauimus. 408.

Secundò ampliatur, vt † nec ſufficiat mandatum cum libera, vt ex iis deduci facilè poteſt, quæ *ibidem* adduximus. 409.

Ampliatur denique, vt procurator etiam ſpeciali † mortuo Prælato, ſeu rectore Eccleſiæ, qui eum conſtituit ad impetrandum huiuſmodi reſcriptum ad lites, non poſſit mandatum exequi poſt mortem ipſius Prælati, & Rectoris; quoniam mandatum omne expirat mortuo Prælato, ac Rectore Eccleſiæ etiam quoad negotia cœpta; vt ſup. ſecundo loco præmiſimus ex *Clem. fin. de procurat.* At verò ex doctrina Io. And. & Archid. quos *ibi* allegauimus, temperandum id eſt, modò negotium concerneret dùtaxat, vel principaliter vtilitatem Prælati, aut Rectoris; ſecùs ſi principaliter, vel æquè fauorem, & vtilitatem Collegij ſeu Conuentus, cuius ille Prælatus eſt. 410.

Limitatur nunc eadem concluſio primò, vt † poſſint cõiunctæ perſonæ, & aliæ ſimiles, quas enumerauimus *d. præmiſſ. 3.* ſine mandato impetrare huiuſmodi commutationem acceſſoriam, ſeu reſcriptum ad lites, cui acceſſoriè facienda poſtulatur commutatio: iſtæ enim perſonæ poſſunt de iure ſine mandato impetrare reſcriptum ad lites, vt *ibidem* docuimus ex *d. §. ſunt & alij, & d. cap. ex parte*, iuncta glos. vtrobique, & text. *in l. ſed & hæ, in princ. ff. de procur. & ibi* glos. *verbo, liberi, & verbo liberti*; modò tamen id non ſit contra voluntatem eorum, pro quibus interueniunt, ac pro iis caueant de rato, cùm nimirum illud reſcriptum præſentant, ac iudicium inſtituunt, vt *eodem præmiſſ. 3.* latiùs explicauimus. Secundò limitatur, vt, † ſi ab aduerſario non opponatur, quòd illud reſcriptum ad lites ab alio, quàm prædictis perſonis exceptis impetratum ſit ſine mandato, valeat reſcriptum, & proceſſus eius vigore agitatus, iuxta quæ *ibidem* generaliter de reſcripto ad lites, ſeu iuſtitiæ adduximus. Tertiò limitatur, quòd, † ſi quis conſtituatur procurator ad negotium controuerſiæ vertentis, inter conſtituentem, & alium ſuper certæ vltimæ voluntatis executione, quæ, vel impoſſibilis, vel valdè difficilis ſit, poterit is impetrare reſcriptum ad lites, quo mandetur iudici, quòd conſtito via iuris, & ſeruatis ſubſtantialibus iudicij, executionem illius vltimæ voluntatis eſſe valde difficilem, eandem vltimam voluntatem commutet. Idque ſuaderi poteſt

411.

412.

413.

ex

ex eo, quod ſup. ſecundo loco præmiſimus, generaliter conſtitutum ad negotia, cenſeri conſtitutum generaliter ad cauſas, & lites; quæ enim eſt ratio de genere quoad genus, ea eſt de ſpecie quoad ſpeciem; ſicut quod iuris eſt de toto quoad totum, idem eſt de parte quoad partem, *l. quæ de tota, ff. de rei vendic. l. iuriſgentium, §. adeò, & l. ſi vnus, §. ſi cùm tibi, & ſeq. ff. de pact.* cum aliis ad id allegatis ab Euerard. *in loc. leg. à tot. ad part. numer.* 2. 3. & 7. genus enim eſt quoddam totum reſpectu ſpeciei, nimirum vniuerſale reſpectu partium ſubiectiuarum, ſeu prædicamentalium, vt per eundem Euerard. *ibidem numer.* 10. *cum ſeq. & in loc. à gen. ad ſpec. numer.* 2. *ad fin.* iuncto eo, quod *ibid.* oſtendimus, negotium genus eſſe ad iudicialia, & extraiudicialia, & vtraque continere. Limitatur denique,
414. quòd Curia Romana † non conſueuit hanc exceptionem de mandato admittere, nec nos admittere debemus; etſi propter hoc appellaretur, non darentur litteræ ſuper tali appellatione. ita his planè verbis gloſ. *d. §. ſunt & alij, verbo, ſine mandato ſpeciali, in fin.* Verùm Ioan. Andr. *ibi* refert Goffred. dicentem, quòd talis exceptio, ſcilicet, non habens mandatum, bene admitteretur in audientia contra impetrantem, ſed poſt impetrationem iam factam, contra vtentem reſcripto non admitteretur exceptio. nec obſtat ſecundùm eum *cap. ex parte Decani, de reſcript.* quia loquitur in eo, qui non vult habere ratum factum impetrantis. Vel, (ſubdit *ibidem* Ioan. Andr.) ſecundùm Vinc. & Petr. de Samp. contra impetrare volentem admitteretur exceptio, & habebit etiam impetrare volens, probare mandatum; & poſt impetrationem etiam contra vtentem admittetur exceptio, ſed habebit excipiens probare reſcriptum impetratum ſine mandato; quæ quomodo probentur iam antè docuerat idem Ioan. Andr. ibi autem refert etiam Comp. dicentem, Curiam non compellere procuratorem impetrantem probare mandatum ad petitionem procuratoris contradicentis, niſi & ipſe ſuum probet mandatum. Certè licèt hodie, vt reor, Curia non admittat hanc exceptionem de mandati defectu, aliàs nullum penè reſcriptum impetraretur; admitteretur tamen exceptio vtriuſque partis in ipſo iudicio, in quo defectum mandati habet pro vno ex tribus inſanabilibus.

SECVNDA CONCLVSIO. Reſcriptum
415. gratioſum commutationis vltimæ voluntatis † impetrari poteſt ſine mandato non modò à perſonis coniunctis & aliis perſonis exceptis, de quibus ſup. *præmiſſ.* 3. ſed etiam à quocumque extraneo. Quoad prædictas perſonas exceptas ſatis colligitur ex *d. cap. nonnulli, §. ſunt & alij, & cap. ex parte Decani, de reſcript.* dum *ibi* abſolutè dicitur, quaſdam eſſe perſonas, à quibus de iure non exigitur mandatum; hæ verò iuxta gloſ. vtrobique receptam ſunt illæ, de quibus *in d. l. ſed & hæ, in princ.* necnon illæ, de quibus *in l. 1. §. fin. & l. ſeq. ff. de poſtul.* iuncta gloſ. *d. l. ſed & hæ, verbo, liberti*, vt *d. præmiſſ.* 3. deduximus. ex *d.* verò *l. ſed & hæ, in princ. l. Pomponius ſcribit, §. fin. ff. de proc. & l. exigendi, C. eod. tit.* apertè habetur, non diſtinguendo de negotiis iudicialibus, vel extraiudicialibus, in prædictis perſonis non exigi mandatum. Quoad alias verò quaſcumque perſonas probatur
416. primò, quia id verum eſt † in reſcripto ad beneficia Eccleſiaſtica, vt nimirum poſſit quis ſine mandato pro alio illud impetrare. ita poſt gloſ. *d. § ſunt & alij, verbo, ſine ſpeciali mandato, ad fin.* & *ibi* Abb. *num.* 1. Fel. *numer.* 46. eandem gloſ. *in cap. ad aures, verbo, literas, de reſcript.* & *ibi* Abb. & Dec. *in fin.* Imol. *num.* 3. Rip. *numer.* 44. Gemin. *in cap. ſi motu proprio, num.* 2. *de prab. in* 6. Nauar. *in rel. cap. ſi quando, prælud.* 1. *num.* 2. *de reſcript.* & alios tradit Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſput.* 26. *num.* 1. id colligens ex text. *d. cap. ſi motu proprio*, ibi; ſecus ſi ad petitionem illius, vel alterius pro eodem oblatam, gratiam huiuſmodi faciamus; iunctis illis primis verbis text. *ſi motu proprio alicui aliquod beneficium obtinenti conferamus.* cui addere poſſumus text. *in cap. accedens, de prab. & cap. ſi tibi abſenti, eodem tit. in* 6. necnon *cap. gratia, de reſcript. eod. lib.* ex quibus patet, † Epiſcopum, aliúmve Ordinarium collatorem beneficiorum poſſe alteri per alterum beneficium conferre, & hunc abſque illius mandato poſſe idem beneficium recipere. Secundò, quia † nec ſpeciale, nec 417. 418.
generale mandatum deſideratur ad diſpenſationes, & quæuis alia priuilegia impetranda, vt ſentit gloſ. *d. §. ſunt & alij, verbo, ſine ſpeciali mandato, ad fin.* dum reddens rationem, cur reſcriptum beneficij abſque mandato valeat, ait, quia ſuper nulla lite impetrantur, ſed de gratia tantùm conceduntur. & expreſsè tenet Hoſt. *ibid. in fin.* Fel. *numer.* 45. Bellam. *in cap. innotuit, numer.* 13. *de elect.* Loaz *de matrim. Reg. Angl. dub.* 8. *numer.* 5. *& ſeqq.* Rebuff. *in prax. benef. tit. differentia inter reſcripta gratia, & iuſtitia, numer.* 16. *& tit. de diſpenſat. numer.* 13. vbi aſſerit, ſe nunquam in praxi vidiſſe ſeruari, vt mandatum exigatur, Greg. Lopez *l.* 39. *tit.* 18. *part.* 3. Nauar. *conſil.* 14. *in fin. ſub tit. de ſponſal. & conſil.* 4. *numer.* 4. *& ſeqq. de priuil.* in 1. edit. & in 2. edit. *conſil.* 2. *numer.* 2. *& ſeqq. conſil.* 3. *in fin. & conſil.* 4. *à numer.* 4. *de reſcript.* Eman. Sà *in Aphoriſm. verbo, gratia, numer.* 23. quos omnes refert, ac ſequitur Sanchez *d. diſput.* 26. *num.* 4. qui id confirmat; tum ex *l. vniuerſi, C. de precib. Imp. offer.* quæ decidit non referre, à quo priuilegium impetratum ſit, dummodo à Principe fuerit conceſſum: tum ex ipſo text. *d. cap. innotuit, de elect.* quo præcipuè nititur contraria ſententia, quam tuetur Specul. *tit. de procurat. §. ratione igitur, numer.* 5. *& 6.* Abb. *d. cap. innotuit, numer.* 10. Bald. *in l. illud, §. ſi talis, ff. de minor. numer.* 1. Corſett. *in ſuis ſing. verbo, mandatum*, ſtatim *in princ.* nam *d. cap. innotuit*, † non loquitur de 419.
mandato ſpeciali eius, cui erat impetranda diſpenſatio, ſed de mandato Capituli, ac proinde ſupponit, ſufficere mandatum ſpeciale Capituli ad impetrandam diſpenſationem illegitimo malè electo. addítque Sanchez cum Loaz *d. dub.* 8. *numer.* 10. in eo text. non ad petendam diſpenſationem, ſed ſolius irritæ electionis confirmationem nuntios illos à Capitulo deſtinatos fuiſſe; & ideo non potuiſſe nomine Capituli ſupplicare Pontifici pro diſpenſatione: & quia fines mandati diligenter cuſtodiendi ſunt, *l. diligenter, ff. mand. & cap. cui de non ſacerdotali, de prab. in* 6. denegauit Pontifex diſpenſationem tamquam non petitam à Capitulo. Tum quia eſt hoc de mente Doctorum communiter, dum diſputant, † an priuilegium, & diſpenſatio proſint à 420.
tempore conceſſionis, an à die ſcientiæ (de quo latè idem Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſput.* 36. *num.* 1. *&* 2. & nos aliquid inf. *in initio ſeq. concluſ.* dicemus;) nullus enim huic controuerſiæ locus eſſet, niſi tanquam certum Doctor. ſupponerent, poſſe eam diſpenſationem à quocumque ignorantibus impetrari. Neque obſtat huic concluſ. text. *in d. l. illud, §. ſi talis, ff. de minor.* vbi illud decidi-
tur, † non poſſe peti reſtitutionem in integrum à non 421.
habente ſpeciale mandatum, ſed ſolum generale: cuius rei rationem reddit *ibi* Bald. *numer.* 1. quòd ea reſtitutio ſit contra ius commune; cuiuſmodi

eſt

eſt omnis diſpenſatio, *cap. 1. de fil. presbyt. in 6.* cum ſimil. atque etiam commutatio vltimæ voluntatis, cùm omnia penè iura clament, vltimas voluntates eſſe executioni mittendas. *l. 1. C. de ſacroſanct. Eccl. l. qua ratione, §. hæ quoque res, ff. de acquir. rer. dom. cap. vltima voluntas, 13. quæſt. 2. cap. nos quidem, cap. ſi heredes, de teſtam.* cum aliis ſexcentis. optimè enim reſpondet Sanchez *d. diſp. 26. num. 8.* illud procedere non ob prædictam rationem Bald. ſed ob aliam, quam ipſemet *ibid.* aſſignat, quia tunc procurator venit ad retractandum factum Domini, vt *in l. hominem, ff. mand.*

Ampliatur nunc propoſita concluſio, vt pro-
422. cedat † etiamſi in reſcripto, quo principaliter conceſſa eſt gratia commutationis vltimæ voluntatis, data ſit aliquibus poteſtas, & iuriſdictio, ſiue ad tuendum aduersùs contradictores eum, qui gratiam omnino perfectam obtinuit; ſiue etiam fortaſſe ad eam gratiam exequendam, hoc eſt, ad commutandum. nam ad huiuſmodi quoque reſcriptum impetrandum admitteretur quis ſine mãdato. Et quidem in prioti caſu res clara eſt: tunc enim poteſtas illa veluti acceſſoria gratiæ iam factæ ſequi debet naturam principalis, neque eam immutat; vnde & executor poterit vti poteſtate ſua etiã mortuo concedente re integra, hoc eſt, antequam inceperit exequi. Hæc omnia ſatis probantur ex *cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6.* vbi Bonifac. V I I I. Si ſuper gratia, inquit, cuiquam ab Apoſtolica Sede facta executores fuerint deputati, æquum eſſe cenſemus, vt, ſicut ipſa gratia, licèt nondum ſit in eius exequutione proceſſum, morte non perimitur concedentis; ſic nec etiam re integra perimatur executoribus data poteſtas, quam veluti gratiæ prædictæ acceſſoriam naturam ſequi congruit principalis; ne vel gratiam eamdem reddi quandoque omnino inutilem, vel ipſius effectum in tempus longius cum ipſius diſpendio, cui illa facta extitit, differri contingat. Sed & idem eſt dicendum in poſteriori caſu. quicquid enim ſit quoad principalem deciſio-
423. nem text. mox cit. quòd nimirum † ad hoc, vt facultas executorum non expiret per obitum concedentis etiam re integra, exigatur, quòd gratia ſit facta, vt quòd Papa ipſe prouiderit de beneficio, illud conferendo; vel diſpenſet; nec ſufficiat, quòd ſit facienda, quòd nimirum Papa mandet prouideri de beneficio, vel diſpenſari: prout per text. *in cap. ſi cui, de prab. in 6.* vtrobique tradit gloſ. magis communiter recepta: de quo, an verum ſit in caſu noſtro, nos latiùs *cap. 8. quæſt. 1.* certè quod ad hanc concluſ. pertinet, non puto diſtinguendum; ſed ea procedet, licèt gratia commutationis vltimæ voluntatis non ſit perfecta, quia concedens non cõmmutet, ſed committat ipſam commutationem, ſeu mandet commutari; nam & tunc admitteretur quis ſine mandato ad eam ſic impetrandam; cùm locum habeant ſaltem aliquo modo duæ rationes in eo textu allegatæ, quòd acceſſorium ſequi debeat naturam ſui principalis, & differri longiùs contigerit illius effectum: quæ ſanè aliqua gratia eſt, & in ſuo genere perfecta, hoc eſt, commiſſionis ad eam exequendam, iuxta id, quod nos ſup. *quæſt. 3. huius cap. præmiſſ. 2. poſt medium*, docuimus; atque in commiſſione diſpenſandi, ac ſimilia agendi; ita, vt executor ſit neceſſarius, non voluntarius, tradit, ſatiſque probat Sanchez *lib. 8. de matrimon. diſp. 28. numer. 87. cum tribus ſ. qq.* ſup. verò in ipſa concluſ. ſatis oſtendimus, quamuis gratiam ſine mandato poſſe impetrari.

TERTIA & poſtrema CONCLVSIO. Huiuſmodi gratia alteri impetrata commutationis, vel commiſſionis ad commutandum, † non pro- 424.
deſt ei, cui impetratur, niſi poſt eiuſdem ſcientiam, & acceptationem, vel ab ipſo vel alio cum ſpeciali mandato faciendam. Et quidem, quòd neceſſaria ſit eius ſcientia, neque antea profit commutatio, quæ eſt prior pars huius concluſ. proba-
tur, quia priuilegium † ſortitur ſuum effectum 425.
dumtaxat à tempore, quo certior de illo ſit is, cui conceditur; vt patet tum ex text. *in cap. 1. verſ. ex parte, de conceſſ. præb. in 6.* vbi expreſsè habetur, priuilegium prodeſſe à tempore ſcientiæ: item *in l. fin. C. de conſulib. lib. 12.* vbi dicitur, filium égredi à patris poteſtate per dignitatem conſularem illico à litteris præſtitis; & gloſ. *ibi in initio*, exponit, ideſt, præſentatis ſibi litteris ſuæ electionis: necnon *in l. qui abſenti, ff. de acq. poſſ.* tum quòd ita tenent gloſ. *d. cap. 1. verbo, vim ſuam habent, & ibi* Archid. *num. 3.* Innocent. & Anchar. *numer. 6.* Gemin. *d. verſ. ſeu §. ex parte, num. 5.* Franc. *num. 3.* Bart. *in l. beneficium, num. 4. ff. de conſtit. Princip. & ibi* Bald. *num. 15.* Iaſ. *num. 46.* communem Doctorum vtriuſque iuris ſententiam aſſerens, & alij plerique relati pariter, ac probati à Menoch. *de arbitrar. iud. caſ. 185. num. 30. cum ſeqq.* & Sanchez *de matrim. lib. 3. diſput. 36. num. 2.* qui idem tradit *lib. 8. diſp. 26. num. 5. & lib. 4. ſua ſum. cap. 48. num. 2.* poſt Vaſquez *1. 2. quæſt. 95. art. 3. diſp 156. cap. 4. num. 30. & 31.* Ampliatur autem hæc prior pars
concluſionis, vt † non ſufficiat notitia habita à quo- 426.
cumque, ſed illam is, cui gratia impetratur, debeat habere ab eo, qui impetranit, vel eius procuratore, aut nuntio, illiúſve, qui commutationem conceſſit; vt in voti commutatione docet idem Sanchez *d. cap. 48. num. 3.* & in diſpenſatione, ac priuilegio tradit tam *eodem num. 3.* quàm *d. diſput. 36. num. 7.* quia conceſſio priuilegij eſt quædam donatio, vt Anchar. & Franc. *vbi ſup.* adnotarunt; donatio verò, † vt efficax ſit, & irreuocabilis, oportet, vt per 427.
nuntium ad id deſtinatum intimetur donatario, iuxta veriorem ſententiam, quam ſatis confirmat idem Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 6. num. 3.* Limitatur verò primò, vt † ſaltem inferior Principe nequeat 428.
illam reuocare etiam ante notitiam eius, cui impetrata fuit commutatio. ita plerique in priuilegiis tenent, quos refert Sanchez *d. diſp. 36. num. 4.* & quamuis ipſe ibi cum Menoch. *d. caſ. 185 num. 46. & 47.* ex Couar. alios referente *lib. 3. var. reſol. cap. 16. num. 1.* id non admittant † in iis priuilegiis, quæ ex mera 429.
liberalitate concedentis proficiſcuntur, vt eſt donatio rei propriæ; admittunt tamen poſt eoſdem Doctor. in iis priuilegiis, quæ ex parte quidem accipientis merè liberalia ſunt, & gratioſa, at ex parte concedentis ex quadam neceſſitate conceduntur, vt eſt collatio beneficij; quam non poteſt reuocare Epiſcopus ignoranti, & abſenti factam, vt tauetur *in cap. ſi tibi abſenti, de prebend. in 6.* & huiuſmodi eſſe videtur commutatio vltimæ voluntatis, quæ ex quadam neceſſitate, & non niſi ex cauſa fit. Secundò limitatur, vt † non requi- 430.
ratur notitia in eo, cui ex quadam conſequentia per illam gratiam damnum ſit; prout in priuilegio tradit Sanchez *d. cap. 48. numer. 6.* & latiùs comprobat *d. diſput. 36. numer. 5.* Limitatur denique, vt procedat concluſio quoad hanc priorem ſui partem ſi commutatio, vel eius commiſſio conceſſa ſit motu proprio, vel ad inſtantiam alterius, quàm eius, cui prodeſſe debet; ſecus † ſi quis per ſuũ pro- 431.
curatorem, vel nuncium eam impetret; tunc enim prodeſt principali à puncto conceſſionis, eáque vi poterit idemmet ſtatim, ac quomodocumque ſciat

procuratorem ſuum, vel nuntium à ſe miſſum illam impetraſſe; vt in commutatione voti docet Sanchez *d. cap. 48. num. 7.* & in priuilegio, ac diſpenſatione ſatis probat tum *ibi*, tum *lib. 1. de matrim. diſput. 6. num. 29.* vbi multos ad id allegat.

Probatur nunc poſterior pars concluſionis, quòd
432. nimirum, † licèt poſſit aliquis ſine mandato impetrare huiuſmodi commutationem gratioſam; acceptare tamen non poterit; ſed requiretur acceptatio, vel eius, cui impetrata eſt, vel procuratoris ab eo mandatum ſpeciale habentis. probatur; tum
433. quòd † in beneficio latè probat inter alios Felin. *d. cap. nonnulli, §. ſunt & alij, num. 46. de reſcript.* ac ſequitur Sanchez *d. diſput. 26. num. 2.* & colligitur ex *d. cap. ſi tibi abſenti, de prabend. in 6.* ibi; ſi tibi abſenti conferatur beneficium, licèt per collationem huiuſmodi, donec eam ratam habueris, ius in beneficio non acquiras (ex quibus tamen verbis, ac multo magis ex illis ſequentib. ipſe tamen Epiſcopus, vel quicumque alius de ipſo beneficio, niſi conſentire recuſes, in perſona alterius ordinare nequibit; ſatis conſtat, ſecuta poſt impetrationem, ſeu aliàs obtenta collatione huiuſmodi acquiri ius ad beneficium ei, ad cuius commodum ea collatio facta eſt.) & in legitimatione eſt opt. text. *in §. ſit igitur*, aliàs *§. illud tamen, verſ. generaliter autem, auth. quib. mod. natur. effic. ſui*; ibi, generaliter autem in omnibus, qui per prædictos modos deducuntur ad legitimum ius, tunc hoc volumus obtinere, dum
434. & filij hoc ratum habuerint. & † in diſpenſatione, ac priuilegio docet idem Sanchez *d. diſput. 26. num. 5.* tum quòd, vt paulo antè dictum eſt, conceſſio hæc habet vim donationis, ſicut & collatio beneficij donatio dicitur *in cap. fin. de offic. Vicar. in 6.* atque alibi ſæpe: donatio autem non acquiritur abſenti perfectè ante acceptationem, *l. abſenti. ff. de donat. & l. nec ambigi, C. eod. tit.* cum aliis, quæ ad id adducit Sanchez *d. diſput. 6. num. 2.* Ampliatur verò hæc poſterior pars, vt ſi impedimentum ſit alterius tantùm, vel vtrique contrahentium commune, ſufficit, vt vel ille, vel horum quilibet acceptet gratiam: ſi verò in vtroque diuerſum ſit impedimentum, ab vtroque debet gratia pro eo impetrata acceptari; licèt abſque eius mandato poſſit impetrari; vt ſatis probat Sanchez *d. diſput. 26. num. 6. & 7.* Limitatur præterea hæc poſterior pars concluſ. à fortiori iiſdem modis, quibus prior: in iis enim caſibus, in quibus non requiritur notitia eius, cui alter aliquid impetrauit, vt ea in re ius illi acquiratur; multo minùs requiretur acceptatio, ad quam proculdubio ſcientia neceſſaria eſt. Verùm pro hac concl. quoad vtramque partem videndum eſt, quod latiùs dicemus *cap. 8. quæſt. 6. præmiſſ. 4. & concluſ. 6.* necnon *quæſt. 9. concl. 7.* Interim verò ex his iam finis ſit præſenti 6. ac poſtremæ quæſt. huius 6. cap.

CAPVT VII.

De forma obſeruanda ab ipſo commutante vltimas voluntates.

SVMMÆ RERVM.

1. *Quot quæſtiones in hoc cap. 7. ſint diſputanda.*
2. *Commutationes vltimarum voluntatum quædam ſunt iure ciuili, vel canonico præcepta, alia tantùm permiſſa.*
3. *Commutationes vltimarum voluntatum pleraque ſolis ſupremo Principi ſunt reſeruatæ, nonnullæ autem ab inferioribus fieri poſſunt.*
4. *Ordinarij iuriſdictio quando ſit delegata, & quando ordinaria excitata per reſcriptum, ſeu commiſſionem ſuperioris, ſine quoad voluntarium, ſine quoad conſentiendum iuriſdictionem; & num. ſeq.*
5. *Intellectus cap. hi, qui, de prabend. in 6.*
6. *Appellari poteſt ab Epiſcopo, cuius ordinaria iuriſdictio per reſcriptum Papæ eſt excitata, ad immediatum ſuperiorem.*
7. *Iuriſdictio ordinaria alterata per reſcriptum addendo, vel minuendo, ſit delegata. & quæ ſint ſigna huius alterationis, remiſſiuè; num. 8. & aliqua ponuntur num. 11.*
9. *Iuriſdictio data per reſcriptum iis verbis, auctoritate Apoſtolica, vel noſtra procedas, cognoſcas, aut facias, eſt delegata. & quid ſi Epiſcopo, vel alteri Ordinario per canonem detur iuriſdictio cognoſcendi, aut poteſtas aliquid faciendi auctoritate Apoſtolica; num. 10. aut huiuſmodi verba poſita ſint in parte executiua diſpoſitionis; num. 11.*
12. *Commiſſio ex certa ſcientia, & diſpoſitiuè facta Ordinario circa rem, vel perſonam exemptam facit eum delegatum. Idque etiam ſi fiat in conſtitutione, ſine illis verbis, faciat tanquam à nobis, vel à Sede Apoſtolica delegatus, ſine mentionem faciendo de rebus, aut perſonis exemptis, ſine de his diſponendo, quas aliunde conſtet eſſe exemptas; num. 13.*
14. *Commutationes vltimarum voluntatum, quæ poſſunt primata auctoritate fieri, non ſunt neceſſariò committenda Ordinario, aut ab eo, alióue ſuperiore poſtulandæ. niſi dubium ſit, an ea poſſint fieri primata auctoritate; num. 15.*
16. *Dubitans, an poſſit propria auctoritate votum commutare, confugere debet ad ſuperiorem pro ea commutatione.*
17. *Superfluum non eſt, quod tollendæ dubitationis gratia fit.*
18. *Argumentum à minore ad maius in iure validum eſt.*
19. *Commutationes vltimarum voluntatum, quæ ab inferioribus Principe ſupremo fieri poſſunt, ab iis impetrandæ ſunt; neque ſuperiores Principe minores pro illis adiri valent aut expediendis, aut committendis, etiam cum poſtulantis conſenſu, aut alterius, de cuius intereſſe agatur, vel etiam in viſitatione.*
20. *Inferiores ſupremo Principe per ſe exequi poſſunt vltimarum voluntatum commutationes, quas illis à iure permittuntur; & debent, quas maximè idem ius ab ipſis fieri præcipit. quo caſu iis recuſantibus adiri poteſt illorum immediatus ſuperior, qui vel compellet eoſdem ad commutandum, vel ipſe commutabit; num. 21.*
22. *Superiores commutare debent vltimas voluntates, quando dubium eſt de poteſtate inferiorum in commutando.*
23. *Diſpenſare in voto, aut illud commutare ad ſuperiorem ſpectat cum de poteſtate inferioris ea in re dubitatur.*
24. *Appellare omiſſo medio an liceat ad inferiores Principe de iure canonico, vel ciuili.*
25. *Princeps ſupremus poteſt per ſe facere vltimarum voluntatum commutationes, quæ ab*

ipſo

ipſo poſtulantur, & aliàs fieri poſſunt; nec eas tenetur Ordinario committere; & num. ſeq.

26. *Dicere non debemus, quod lex non dicit.*
27. *Princeps ſupremus ſecularis non adſtringitur lege merè ciuili, canonica verò adſtringitur in materia peccati, ſpirituali, vel Eccleſiaſtica; Papa autẽ neque iure ciuili, neque canonico.*
28. *Par in parem non habet imperium.*
29. *Commutatio vltimæ voluntatis à Papa concedendæ ex ſtylo Romanæ Curiæ committenda eſt Ordinario in partibus.*
30. *Diſpenſationes quascunque auctoritate concedendæ, ſi extra Romanam Curiam committuntur, committendæ ſunt Ordinariis illorum, qui eas impetrauerint.*
31. *Intellectus Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 5. & 6. de reform.*
32. *Commutationes nonnullæ vltimarum voluntatum non ita, propriè à Sede Apoſtolica impetratæ committi debent locorum Ordinariis.*
33. *Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis, quæ Ordinario locorum à iure permittitur, eidem à Romano Pontifice, vel alio ſupremo Principe facta non facit eum delegatum: ſecus in illa commutatione, quæ ſoli eiuſmodi Principi reſeruata eſt.*
34. *Commiſſiones diſpenſationum, & commutationum vltimarum voluntatum, quas ſubditi Prælatorum habentium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem à Sede Apoſtolica impetrant, iiſdem Prælatis faciendæ ſunt. & quid in adminiſtratore, ſeu viſitatore dato Eccleſiæ Cathedrali; num. 35.*
36. *Ordinarij locorum cognoſcant de commutationibus vltimarum voluntatum à Papa, vel aliis ſuperioribus ſuis in forma gratioſa conceſſis. idémque eſt in ſimilibus diſpenſationibus, & quibuſdam vnionibus; num. 37.*
38. *Intellectus Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 6. de reform. & aliquot num. ſeqq.*
39. *Epiſcopi nomine quando veniat eius Vicarius generalis.*
40. *Monaſteria pro rebus ablatis an à ſolis Epiſcopis concedi poſſint.*
41. *Matrimoniales cauſæ etiam à Vicario generali cognoſci poſſunt.*
42. *Vicarius generalis Epiſcopi poteſt audire confeſſiones, & ad eas audiendas approbare.*
43. *Commutationis vltimarum voluntatum à ſuperioribus conceſſæ validitas an cognoſci poſſit etiam ab habentibus plenam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*
44. *Approbatio ad confeſſiones audiendas concedi poteſt ab omnibus habentibus plenam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*
45. *Inferior quando poſſit ſe intromittere in cognitione de re, ad quam eius ſuperior manum apposuit; & duob. num. ſeq.*
46. *Auctoritate alterius factum ab ipſo factum cenſetur, ſiue auctoritas illa ſit ab homine, ſiue a iure conceſſa.*
47. *Intellectus cap. 2. de confirm. vt. vel inut.*

POSTQVAM in ſuperiori cap. egimus de ea cauſæ formalis, ſeu formæ commutationis vltimarum voluntatum parte, quæ ad impetrantem pertinet; ſeu formæ, quæ ab eo in commutationis impetratione obſeruanda eſt: ſequitur, iuxta id. quod in eius cap. initio propoſuimus, vt in præſenti cap. de illa parte formæ agamus, quæ ad ipſum concedentem ſpectat, ſeu forma ab eo in conceſſione, eiúſve delegato, & commiſſario in ipſa commutatione obſeruari ſolet, aut debet quod quidem, ſicut † quinque quæſtionibus comprehendi mihi poſſe videtur, ita totidem illud explicabo. quarum prima erit, an ſemper commutatio vltimæ voluntatis committenda ſit Ordinario. Secunda, & tertia verſabitur in exponenda vi quarundam inſignium clauſularum, quæ in reſcriptis commutationum, earúmve commiſſionis inſeri ſolent, aut debent. Quarta erit, an in commutationibus huiuſmodi conſenſus, aut citatio alicuius requiratur. Quinta, & poſtrema continebit quamdam praxim ſeruandam in ipſa commutatione, ac præcipuè in arbitranda qualitate cauſæ commutationis, ac materiæ ſubrogandæ, ſeu in quam facienda eſt commutatio. 1.

QVÆRO igitur PRIMO; an omnes commutationes vltimarum voluntatum committendæ ſint Ordinario?

Suppono primò, † nonnullas vltimarum voluntatum commutationes eſſe à iure ſiue ciuili, ſiue canonico præceptas, alias verò eſſe tantùm permiſſas; quas vtraſque collegimus ſup. *cap. 3. quæſt. 3. concl. 2.* & quidem prioris generis commutationes præcipuæ illæ ſunt, quæ habentur *in l. Decuriones, §. vn. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. & l. pecuniam, in princ. ff de oper. publ. l. fin. ff. de mort. inferend. l. legatum, ff. de vſu, & vſufr. leg. cap. nos quidem, de teſtam.* Concil. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 18. verſ. & quia ad Collegij fabricam. & ſeſſ. 25. cap. 8. verſ. quod ſi hoſpitalia, de reform.* poſterioris verò generis potiſſimùm illæ ſunt, quas videre licet *in l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. l. cùm hi, §. eam tranſactionem, §. in cauſa, & §. ſi cui, ff. de tranſact.* ac præterea *in l. ex pollicitatione,* iuncta *l. ſi qui ſui, verſ. ſed ſi quis. ff. de pollicit. l. vn. C. de aleator.* aut veriùs *l. fin. C. de relig. & ſumpt. fun.* necnon *l. vn. C. de expenſ. lud. lib. 11. & §. ſi autem heres,* aliàs *in §. ſi autem legatum, verſ. ſi vero loca, auth. de Eccleſiis. Clem. quia contingit, in princ. de relig. dom.* & Concil. Trident. *ſeſſ. 22. cap. 6. & ſeſſ. 25. cap. 4. de reform.* 2.

Suppono ſecundò, † non omnes commutationes vltimarum voluntatum eſſe ſummo Pontifici, aut cuilibet ſupremo Principi reſeruatas: ſed plurimas quidem ab iis fieri poſſe; vt de Romano Pontifice latè docuimus ſup. *cap. 5. quæſt. 4.* de Concilio generali, *quæſt. 5.* & generaliter de ſupremo Principe, *quæſt. 2.* aliquas etiam à Principibus inferioribus, & Magiſtratibus, prout oſtendimus *eod. cap. 5. quæſt. 3.* aliquas ab aliis ſuperioribus Eccleſiaſticis, inferioribus tamen Romano Pontifice; vt de Legato Sedis Apoſtolicæ probauimus *ibid. quæſt. 7.* de Pœnitentiaria Apoſtolica, *quæſt. 8.* de Concilio Prouinciali, *quæſt. 9.* de Patriarchis, Primatibus, & Archiepiſcopis in certis caſibus quoad ſuas prouincias, *quæſt. 10.* de omnibus Epiſcopis in ſuis diœceſibus, *quæſt. 11.* de Capitulo Sede vacante, *quæſt. 12.* de Prælatis ſæcularibus habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalẽ, *quæſt. 13.* de Officialibus, ſeu Vicariis generalibus, ſiue huiuſmodi Prælatorum, ſiue Epiſcopi, ſiue capituli Sede vacante, *quæſt. 14.* ac de Prælatis Regularium, *quæſt. 15.* Imo etiam aliquas vltimas voluntates in certis caſibus commutari primata auctoritate poſſe oſtendimus *d. cap. 5. quæſt. 1.* Has verò omnes vltimas voluntates, & caſus, in quibus & eæ commutari poſſint, hoc loco recenſere etiam ſummatim prætermittimus, ne longum nimis faciamus; & quidem ſine fructu, cùm in prædictis quæſt. facilè videri poſſint, vbi de iis opportunas concluſiones cum 3.

ſuis ampliationibus, ac limitationibus poſui mus.

4. Suppono tertiò, quòd, † licèt, vbi cauſa commiſſa aliàs non ſpectabat ad officium, & poteſtatẽ Ordinarij cui ea committitur, huiuſmodi iuriſdictio ei data cenſeatur delegata, non ordinaria; vt poſt Bartol. *in l. more, num.* 8. *ff. de iuriſd. omn. iud.* & Alber. *in l. ſepe. ff. de offic. Præſid.* ex mente quoque Anchar. & Franc. *in cap. hi, qui, de præb. in* 6. & Aretin. *in l.* 1. §. *ſi quis ſimpliciter, col.* 3. *ff. de verb. oblig.* contra alios volentes, tunc cenſeri prorogatam iuriſdictionem ordinariam, tradit, ſatiſque tuetur Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 16. *num.* 25. *& duob. ſeq.* præcipuè per text. *in l. ciſi Prætor, ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. & l.* 1. *C. qui pro ſua iuriſd. eſt in cap. cum aliquibus, in princ. de reſcript. in* 6. vbi decernitur, quòd, cùm aliquibus recipiendi aliquem in Canonicum alicuius Eccleſiæ Romanus Pontifex per ſuas litteras concedit facultatem, ſi Canonicorum receptio aliàs in ipſa Eccleſia non ſpectat ad eos, quibus huiuſmodi litteræ diriguntur, ſed ex earũ viribus recipiũt poteſtatem; is, qui recipitur, auctoritate Apoſtolica dignoſcitur eſſe receptus. Tamen vbi aliàs cauſa, ſeu negotium illud commiſſum ad poteſtatẽ, & officium Ordinarij pertinebat; tunc ex noua hac commiſſione non cenſetur ei conceſſa iuriſdictio delegata, ſed ſolùm excitata eiuſdem ordinaria iuriſdictio; vt pluribus relatis tradit Menoch. *d. præſumpt. num.* 24. quem cum aliis multis, quos recenſet, ſequitur nouiſſimè Lud. Rodolph. quem hac in re poſt hæc ſcripta vidi *in tract. quib. mod. Ordin. efficiat. delegat. num.* 3. & probat id text. quoad iuriſdictionem voluntariam *in d. cap. cum aliquibus, verſ.* ſeu §. *ſi verò*; vbi Bonif. VIII. præcitat. verbis eiuſdem text. ſtatim hæc ſubdit; ſi verò Canonicorũ receptio aliàs pertineat ad eoſdem; non Apoſtolica, ſed recipientium cenſetur auctoritate receptus; niſi, quòd eum auctoritate noſtra reciperent, in noſtris litteris caueretur expreſsè: ex quibus poſtremis verbis ſoluitur, quod contra mox allatam doctrinam obiici poterat ex *d. cap. hi, qui, de præb. in* 6. vbi dicitur, † enim, qui ad mandatum Legati, vel alterius auctoritate Apoſtolica ſibi ſpecialiter in hac parte conceſſa fungentis recipitur, auctoritate Apoſtolica eſſe receptum: hoc enim ideo verum eſt, quia illi Legato aut alteri commiſſum ſpecialiter erat, vt auctoritate Apoſtolica conferret, arg. *d.* §. *ſi verò.* Vel dici poteſt, eum text. intelligendum, cùm Legato fuit mandatum, vt recipi faciat impetrantem ad beneficium, quod tunc non ſit in Legati diſpoſitione; vel alteri, qui nullam prorſus habeat facultatem beneficia conferendi, nullámque iuriſdictionem, vt apertè ſentit, & exponit gloſ. ab aliis approbata *d. cap. hi qui, ver. ſpecialiter,* quo caſu certum eſt, ſpecialem commiſſionem facere delegatum; vt poſt Bart. *in l. ambitioſa, num.* 34. *ff. de decret. ab Ord. faciend.* & Bald. *d. l. more, col.* 2. Dec. *num.* 35. Purpur. *num.* 48. Ruin. *conſ.* 62. *num.* 5. *lib.* 5. tradit Menoch. *d. præſumpt.* 16. *num.* 29. *& de arbitr. iudic. lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 7. qui ad id allegat text. *in d. cap. cum aliquibus, in princ.* Vel denique dic, eum text. procedere, quia, cùm de certæ perſonæ receptione ſeu prouiſione inibi agatur, alteratur ordinarij iuriſdictio, cui tunc aufertur collatio illius beneficij: vnde nil mirum ſi fiat delegatus, iuxta id, quod mox in prima reſtrictione dicemus, & in terminis tradit Rodolphin. *vbi ſup. num.* 29. ſentitque gloſ. *d. cap. cum aliquibus, verbo, concedimus facultatem, & cap. fin. verbo, litteras facultatis, de conceſſ. præb. in* 6. Quoad iuriſdictionem verò contentioſam, eadem doctrina, ſeu regula, vt nimirum per nouam commiſſionem factam Ordinario circa ea, quæ ipſe facere ſua auctoritate poterat, is non fiat delegatus, ſed tantùm ipſius iuriſdictio ordinaria excitetur, conſtat tum ex *cap. licèt in corrigendis, de offic. ordin.* vbi habetur, quòd Papa per reſcriptionem, quo mandat Ordinario, vt ſubditos ſuos corrigat, non facit ex hoc ipſum delegatum, ideo † ab eo poterit appellari ad proximum 6.
ſuperiorem, ſicut ſi Papa nullum mandatum dediſſet, vt *ibi* exponit gloſ. recepta *in verbo, mãdati.* tum etiam ex *c. grane gerimus,* quod eſt pen. *eod. tit.* vbi cauetur, quòd per reſcriptum, quo mandat Ordinario, vt corrigat clericos ſuæ diœceſis, non detur ei iuriſdictio ſuper exemptos. ac per vtrumque hunc text. prædictam regulam generaliter, nulla facta diſtinctione voluntariæ, vel contentioſæ iuriſdictionis, præter gloſ. & Doctor. vtrobique, firmauit quoque Menoch. *d. præſumpt.* 16. *num.* 24. Quæ regula reſtringitur primò, vt non procedat †, vbi per com- 7.
miſſionem à ſuperiore factam Ordinario addendo, vel minuendo, alterata fuiſſet eius iuriſdictio; nam tunc ea in re ex ordinaria fit delegata, vt poſt Iaſ. *in l. ius ciuile, num.* 2. *ff. de iuſt. & iur.* Abb. *d. cap. licèt in corrigendis, num.* 2. *& ibi* Fel. *num.* 1. Aret. *in l.* 1. §. *ſi quis ſimpliciter, num.* 2. Alex. *num.* 9. Soc. ſen. *num.* 3. Galiaul. *num.* 23. & Alciat. *num.* 11. *ff. de verb. oblig.* Curt. iun. *d. l. more, num.* 47. Boër. *quæſt.* 151. *num.* 5. Verall. *deciſ.* 60. 1. *part.* docet Menoch. *d. num.* 24. & nonnullos ſecutus Iacob. Ant. Marta *tract. de claus. ſul. part.* 1. *clauſul.* 186. *num.* 1. arg. text. *in l. ius ciuile, ff. de iuſt. & iur. & l.* 1. *ff. de verb. oblig.* ac poſt alios quoque Rodolph. *d. tract. num.* 4. *in princip.* ſubdens *verſic. & licèt,* quòd licèt aliqui id non admittant cùm fit cõmiſſio dignitati; tamen non eſt diſcedendum ab hac limitatione communiter, & indiſtinctè à Doctoribus recepta, quia tunc etiam militat eadem ratio, quòd, quando additur certæ rei, aut diſpoſitioni, creatur noua res, & diſpoſitio, Iaſ. *d. l.* 1. §. *ſi quis ſimpliciter, num.* 5. *ff. de verb. oblig.* cum ſimil. Plura verò † alterationis huiuſmodi ſigna ponunt 8.
inter alios Iaſ. *d. l. ius ciuile, num.* 5. *&* 6. Dec. *d. l. more, num.* 32. Fel. *d. cap. licèt, de off. ord. & cap cùm ex officiis, num.* 20. *de præſcript.* & Afflict. *in cap.* 1. §. *ſi miles, num.* 2. *de feud. ſin. culp. non amitten.* quorum aliqua habentur ex ſequentibus reſtrictionibus huius regulæ principalis. Quæ ſecundò reſtringitur, vt non procedat, cùm Papa, aut alius ſuperior † com- 9.
mittit Ordinario his verbis, *authoritate Apoſtolica, vel noſtra proceda, aut tale quid facias,* ita Menoch. *d. præſumpt.* 16. *num.* 28. *in fin.* ac poſt alios Fel. *d. cap. licet, num.* 1. 2. *&* 7. Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 8. *num.* 10. *ad fin.* ac nouiſſimè Marta *d. clauſul.* 186. *numer.* 8. Aug. Barboſ. *in fin. tract. clauſ.* 9. & Rodolph. *vbi ſup. num.* 5. *in princ.* tradúntque Doct. communiter tum *ibi*, tum *in cap. ad abolendam, de hæret.* ac probatur ex text. *d. cap. cum aliquibus, ad fin. de reſcript. in* 6. ibi; ſi verò Canonicorum receptio aliàs pertineat ad eoſdem, nõ Apoſtolica, ſed recipientium cẽſetur auctoritate receptus: niſi quòd eum auctoritate noſtra reciperent, in noſtris litteris caueretur expreſsè. quamuis autem hic text. loquatur de commiſſione ſpeciali vnius cauſæ, vel negotij: tamen, quòd † id locum etiam habeat, vbi gene- 10.
raliter detur facultas Epiſcopis, & Ordinatiis lege, & conſtitutione, ex communi cum *gloſſ. fin. d. cap. ad abolendam, & ibi* Abb. *num.* 15. *de hæret.* & Coſm. *in pragmat. ſanct. tit. de collation.* §. *item circa, verbo, legatorum,* tradit Sanchez *d. numer.* 10. *circa medium*, cuiuſmodi pleraque iura canonica ſunt, vt præter *d. cap. ad abolendam*, §. *fin. de hæret.* videre eſt *in cap. vnic.* §. *fin. de regular. in* 6. *Clement. quia Regulares, in princ. de ſuppl. negl. prælat. Clem. attendentes,* §. 1. *de ſtat. monach. & Clem. quia contingit,*

gij, §. 1. *de relig. dom.* licèt, vt *ibidem* teſtatur Sanchez, non deſint, qui in hoc poſtremo contrariæ ſunt ſententiæ, quam & nos breuiter confirmauimus ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 12. paulo ante primam concluſ. ex eo præcipuè, quòd ordinaria eſt iuriſdictio, non delegata, quæ non competit perſonæ, ſed dignitati, vel officio, cui eſt perpetuò connexa, vt pluribus docet Suarez *lib.* 6. *de legib. cap.* 15. *num.* 1. & Sanchez *lib.* 2. *de matrim. diſput.* 40. *num.* 14. Atque adeò hæc erit prima declaratio huius ſecundæ reſtrictionis, vt locum non habeat in generali commiſſione, quæ ſit à lege, vel canone. Altera de-
11. claratio eſt, vt †omnino locum non habeat vbi ea verba auctoritate, vel vice noſtra, aut ſimilia poſita ſint nó in diſpoſitione, ſed ſolùm in parte ipſius executiua, ſeu in confirmatione ipſius diſpoſitionis, vt quia committitur iuriſdictio certo loco, & adiicitur poſtea clauſula, quòd commitrens habebit ratum quicquid eius auctoritate factum fuerit: nam per hoc non minùs erit ordinarius, quia clauſula acceſſoria non mutat naturam diſpoſitionis principalis. ita declarat Fel. *d. cap. licèt, num.* 7. *de offic. ord.* poſt Alex. *in l. & quia, ff. de iuriſd. omn. iud.* & Imol. qui allegat Butr. *in cap. quoniam, col. vlt. de offic. deleg.* ac per text. qui ſanè ad id optimus eſt, *in Clement.* 1. *de prob.* atque hanc declarationem non relato Fel. affert etiam Marta *d. clauſ.* 186. *num.* 10. eo verò, ac multis aliis citatis ſequitur Rodolph. *d. num.* 5. *verſic. hoc verum intellige.* Qui etiam auctor *in d. tract.* adducit alias reſtrictiones pleraſque prædictæ doctrinæ, ſeu regulæ habenis, quòd commiſſio noua etiam generalis facta Ordinario circa id, quod ſpectat ad eius officium, non faciat eum delegatum, ſed ſolùm excitet eius iuriſdictionem ordinariam; quas etiam latè comprobat; nimirum *num.* 1. quando Princeps, vel ſuperior in commiſſione illi facta vtitur verbo, *delegamus*; idémque de verbo, *præcipimus*, fusè tradit *numer.* 30. 33. *ac* 34. de verbo, *inhemus*, *num.* 35. aliud fore docens *num.* 31. de verbis *committimus*, & *mandamus*; quod & pluribus confirmat Marta *d. clauſul.* 186. *num.* 4. 5. 6. & 9. qui id declarat *numer.* 7. niſi dictum ſit, *committimus, quòd omnia poſſis, quæ nos poſſemus.* & *num.* 11. aliam prædictæ regulæ reſtrictionem affi-cit, niſi proceſſus non valeret, niſi cenſeretur factus tamquam à delegato; quam etiam poſt alios tenet Rodolph. *vbi ſup. num.* 2. *num.* autem 6. illam ſubiicit cùm Princeps Ordinario reſcribit, vt cauſam decidat appellatione remota; niſi tunc ius quoque prohibeat appellationem. & *num.* 7. cùm reſcribit, vt cognoſcat, & iuſtitiam faciat, & ante executionem referat. *num.* verò 8. *vſque ad* 14. cùm cauſam aliàs ordinariam ſummariè tractandam committit; ſubdens *num.* 15. 16. *ac* 17. per quæ verba cenſeatur cauſa commiſſa ſummarie tractanda. & *num.* 18. id limitat, quando cauſa de ſui natura eſt ſummaria. *num.* autem 19. id pariter ex quorundam ſententia limitat, quando ille Ordinarius eſt *iudex* omnium cauſarum tam ordinariarũ, quàm ſummariarum: verùm hanc limitationem ipſe rectè confutat *num.* 20. *cum trib. ſeqq. num.* autem 24. *cum ſeq.* diſputat, quid, cùm Princeps mandat Ordinario, vt non obſtantibus feriis procedat in cauſa, eámque decidat; in eam partem propendens, vt non fiat delegatus, cùm ſolùm remoueatur obſtaculum. omnino verò eamdem regulam reſtringit *num.* 26. & *duobus ſeqq.* ſi in commiſſione dicatur, *non obſtante aliquo ſtatuto*, quòd Ordinarius ille obſeruare teneretur. *num.* verò 33. *cum multis ſeqq.* aliam generalem reſtrictionem inſinuat, vt quoties electa eſt induſtria perſonæ Ordinarij ad aliquem actum expediendum, ita, vt illum ſubdelegare, ſeu per aliũ nequeat expedire, tunc is cenſeatur fieri delegatus; quoniã regulariter poteſt Ordinarius quod ad ſuam ordinariam iuriſdictionem, ac poteſtatẽ ſpectat alteri ſubdelegare, eámque per aliũ exercere, *l. ſæpe, ff. de offic. præſid. l. more maiorum, & ibi* Bart. *num.* 10. *ff. de iuriſd. omn. iud.* cum ſimil. Reſtringitur denique ſæpiùs memorata regula, ſeu doctrina, vt non pro-
12. cedat, † cùm ea commiſſio ex certa ſcientia & diſpoſitiuè fit circa rem, vel perſonam exemptam, quæ in eius diœceſi conſiſtat; vt ſatis colligitur, tum ex text. *d. cap. pen. de offic. ordin.* dum ibi ſummus Pontifex eam rationem reddens, cur mandatum corrigendi clericos ſuæ diœceſis Epiſcopo factum non comprehendat res, aut perſonas exemptas in eadem diœceſi conſiſtentes, ait; cùm nullam in eas iuriſdictionem habeas ordinariam, aut etiam delegatam occaſione litterarum noſtrarum, quas ſuper correctione clericorum tibi commiſimus: tum ex *cap. ſuarum, de priuil.* vbi Romanus Pontifex mandat Epiſcopo, quatenus, ſi quos clericos, aut laicos à Fratribus hoſpitalis ſancti Ioannis exemptis pro colligendis eleemoſynis cruce falsò ſignatos inuenerit, his, à quibus ipſos miſſos eſſe conſtiterit, per totam prouinciam ſuam exhortationis officium interdicat: miſſos, ſi laici fuerint, excommunicet; ſi Clerici ab Officio, beneficióque ſuſpendat; nullo prorſus priuilegij beneficio præualente. Tum denique, quia tunc omnibus perpenſis verè commiſſio Ordinario fit in iis, quæ ad eius poteſtatem nõ pertinent: quo caſu ex tali commiſſione illum fieri delegatum initio huius ſuppoſ. oſtendimus. Idque procedit non modò in commiſſionibus generalibus, quæ Ordinariis emanant per viam reſcripti, vt in
13. præcit. iuribus; ſed etiam † in illis, quæ per viam conſtitutionis, ſiue expreſsè in ea dicatur, quòd Ordinarius illud faciat tamquam à nobis delegatus, iuxta *cap. irrefragabili, §. cæterùm, ff. de offic. ord.* ſiue tamquam à Sede Apoſtolica delegatus, vt in pluribus decretis Concil. Trid. quæ collegimus *d. cap.* 5. *quæſt.* 11. *concl.* 9. ſiue etiam ſolùm in ea conſtitutione mentio fiat diſpoſitiuè de rebus, aut perſonis exemptis, iuxta *cap. auctoritate, de priuil. in* 6. aut ea conſtitutio diſponat de perſonis, aut rebus, quas aliunde conſtet eſſe exemptas, vtputa ex aliis iuribus, quæ canonum, ac legum conditor cenſetur habere in ſcrinio pectoris ſui, *cap.* 1. *de conſtit. in* 6. & *l. omnium, in princ. C. de teſtam.* cuiuſmodi caſus eſt *in cap. ad hæc, & cap. patentibus literis, de priuil.* vbi in certo caſu Romanus Pontifex dat Ordinario poteſtatem in Templarios, & hoſpitalarios, de quorum exemptione nulla ibi fit mentio, ſed conſtat ex *c. cùm & plantare, in princ. cap. dilecti filij, cap. porrò, & cap. tuarum, eod. tit.*

Neque ſupernacaneum aliquis putet, quòd id fuſiùs in hac ſuppoſitione proſequuti ſumus: maximè enim refert ad rem, de qua agimus, dignoſcere, an iuriſdictio, aut poteſtas data ordinaria ſit, vel delegata, tam ad declarationem aliquot ex ſeqq. concl. præſertim pen. tũ ob alios effectus, de quibus Doct. *d. cap. licèt, de off. ord. cap. cum aliquibus, de reſcript. in* 6. *c. bi. qui, de prob. in* 6. & *l. more, ff. de iuriſd. omn. iud.* & Menoch. *d. lib.* 2. *præſumpt.* 16. *ferè per tot.* tum ob eum, vt ſciamus, an commiſſio facta Epiſcopo, eo mortuo, tranſeat in Capitulum, de quo Sanchez *d. n.* 10. & nos *d. cap.* 5. *quæſt.* 12. vel an ea commiſſio expiret morte concedentis re integra; quem effectum ad id conſiderat Fel. *d. cap. licèt, num.* 5. & nos quoque examinabimus *cap. ſeq. quæſt.* 1. Interim his ſuppoſitis, ad concluſiones huius quæſt. deſcendamus.

PRIMA CONCLVSIO. Cõmutationes vl-

timarum voluntatum, quæ possunt priuata auctoritate fieri, (iuxta tradita, & explicata supra *cap. 5. quæst. 1. per tot.*) † non sunt necessariò committendæ Ordinario, aut ab eo, alióve superiore postulandæ. 14.
Probatur, quia superfluum est hoc precibus postulare, quod iam lege permissum est, vt dicitur *in Lenica, in princ. C. de thesaur. lib.* 10. cui consonant pleræque alia iura ad id per glos. *ibid.* allegata *in verbo, lege*; & frustrà quis ab alio petit, quod potest per seipsum præstare: vnde etiam in vita S. Luciæ, & eius diuino Officio ab Ecclesia Catholica instituto legitur, quòd, cùm ad S. Agathæ sepulchrum orãs ab ea matris suæ Eutitiæ sanitatem postularet, ab eadem responsum illud acceperit; Soror mea Lucia, quid à me petis, quod ipsa poteris continuò præstare matri tuæ? Et consonat pariter illud commune Philosophorum axioma, non esse multiplicanda entia sine necessitate; & illud, quòd ea, quæ possunt fieri per pauciora, & æquè bene, non debét fieri per plura: quod vtrumque colligi potest ex illa iuris regula, qui certus est certiorari non debet, *l. 1. ff. de act. empt. & vend. & cap. cum, qui, de reg. iur. in 6.* & ex illa; id quod propriù alicuius est, ipsius ampliùs proprium fieri non potest, *l. 4. §. 1. ff. de acq. possess. l. an eandem, §. actiones, ff. de execut. rei iud. §. rem, Inst. de legat. & §. sic itaque, Inst. de action.*

15. Limitatur autem hæc conclusio, quòd, † si dubium aliquod sit, an possit tunc quis priuata auctoritate vltimam voluntatem commutare, tunc poterit, ac debebit ad Ordinariũ confugere, atque ab eo commutationem postulare, si commutare is possit, aliàs ad eius superiorem confugiet. Probatur primò
16. ex eo, quòd de voti commutatione, vt † in dubio, an quis eam possit tunc propria auctoritate facere, debeat ad superiorem habere recursum: vt post Sanchez *lib. 4. sum. cap. 49. n. 7. 8. & 12. & cap. 50. n. 7. & 11.* Suarez *tom. 2. de relig. lib. 6. de vot. cap. 18. n. 8.* iuncto *cap. 19. n. 3. cum duob. seqq.* & alios traditimus *d. cap. 5. quæst. 1. concl. 4. ad fin.* ad quod est bonus text. *in cap. 1. de vot.* vbi satis aperte Prælati arbitrio, & iudicio committitur dubium circa voti dispensationem, vel commutationem contingens; quem text. ad id adduxit Sanchez *d. cap. 49. num. 7.* addens eam rationem *ibi, & num. 8.* iuncto *num. 12.* quæ non mediocriter ad rem nostram facit, quòd in dubio melior sit conditio possidentis, *l. in pari causa, ff. de reg. iur. cap. in pari, eod. tit. in 6.* cum simil. Quare cùm Deus ratione voti possideat, est illi soluenda materia promissa in propria specie, ad quam Deus ius comparauit, donec per Prælatos, qui eius vicem gerunt, fiat commutatio, vel interpretatio diuinæ mentis. quod idem proportionabiliter locũ habet in commutatione aliarum vltimarum voluntatum. Probatur
17. secundò, quia † illud dicitur nõ esse superfluum, quod tollendæ dubitationis gratia fit, *l. qui mutuum, ff. mand. l. qua intrinsecus, ff. de verb. oblig. l. quæ dubitationis tollendæ*, vbi latè Dec. *num. 1. & seq. ff. de reg. iur.* cum aliis ad id adductis à Card. Mant. *in suo tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 1. num. 15.* & Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 6. num. 27.* cum aliquot seqq.

Quòd si in casu dubio, an priuata auctoritate possit commutatio vltimæ voluntatis fieri, pro ea confugiendum est ad Ordinarium, si in eius sit potestate, aliàs ad superiorem, iuxta supradicta: multo magis id verum erit, vbi certum sit; arguimento
18. sumpto à minore ad maius, quod † in iure validum est, *auth. multo magis, C. de sacros. Eccl. cap. cùm in cunctis, in princ. de elect. cap. si Dominus, de simon.* & *ibi* glos. & Doct. cum aliis adductis ab Euerard. *in loc. à minor. num. 1. & 2.* & ex iis, quæ de dispensatione, & commutatione tradit latè Sanchez post alios *d. lib. 4. sum. cap. 38. & seqq.*

SECVNDA CONCLVSIO. Commutationes vltimarum voluntatũ, quæ ab Ordinariis, aliisve inferioribus Principe siue Ecclesiastico, siue sæculari fieri possunt, † non sunt necessariò à superiore eisdem inferioribus committendæ; sed eas ipsimet exequi possunt, atque etiam tunc maximè, cùm ius ab ipsis fieri eas iubet, debent: quòd si id facere nequeant, vel nolint inferiores; tunc superior aut commutabit, aut commutationem mandabit. Hæc 19.
conclusio plures habet partes, quas singillatim breuiter confirmabimus. Et quidem, quòd ea commutationes, quæ fieri possunt ab Ordinariis, aliisve inferioribus Principe, ab iis, si velint, impetrandæ sint; neque superiores Principe minores adiri valeant, satis probatur ex iis, quæ adduximus *c. 5. quæst. 10. concl. 1.* vbi ostendimus, Patriarchas, Primates, & Archiepiscopos, seu Metropolitanos regulariter nõ posse commutare vltimas voluntates subditorum suis suffraganeis, sed eas primò petendas esse à propriis Ordinariis, & immediatis superioribus. ad quod etiam aliqua ibidem attulimus *concluf. 2. circa initium.* ex quo sequitur, vt non modò necessariò ea commutationes ab hisce superioribus committi non debeant inferioribus Ordinariis, sed nec possint; excepto ipso Principe, ad quem omisso medio recurri, sicut & appellari potest, sed non necessariò debet, *cap. si quis vestrum*, cum multis seqq. *quæst. 6.* & adnotarunt *ibi* Doct. *& in cap. dilecti plu, de appell.* immo neque id facere possint eiusmodi superiores ex solo consensu postulantis, aut alterius, de cuius interesse agatur, sed omnino requiratur consensus proprij, & immediati Ordinarij postulantis, vt *d. quæst. 10. concl. 2. ampl. 1.* docuimus: ex ampliat. autem 2. constat, neque id prædictos superiores proprij Ordinarij præstare posse ob suã vilitatione. Quòd verò ipsimet Ordinarij † exequi possunt cõ- 20.
mutationes vltimarum voluntatum illis à iure permissas, & debeant tunc maximè, cũ id eis ius ipsum iubet; patet, quia supponimus, illas ab iis postulari, & intra fines eorundem potestatis concludi; iuncto eo, quòd canones, & leges ab omnibus obseruari debent, *l. 1. & toto tit. de legib. cap. 1. de constit.* atque alibi sæpe; præsertim verò ab iis, quibus iura ipsa mandant, vt ab aliis ea obseruari curent. iuxta *l. leges, la 1. & la 3. C. de leg.* cum sim.

Quòd denique recusante proprio Ordinario cõmutare volantates vltimas, quando potest, ac debet, quia subsit iusta causa id faciendi, † adiri valeat si- 21.
ue per viam appellationis, siue querelæ prætermissa debita instantia, immediatus sui Ordinarij superior, qui vel commutare debet, vel Ordinarium ad commutandum compellere, sufficienter ostendimus *d. concl. 1.* in limitationib. ad eam concl. adhibitis. *concl.* autem 2. docuimus, quoad vltimas voluntates pertinentes ad Episcoporum, Archiepiscoporum, ac Primatum personas, aut Ecclesias primò adiri posse Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas tamquam illorum debitè referendo legitimos, & immediatos iudices, ac superiores competentes: & *concl. 3.* vidimus, an Patriarchæ, Primates, & Archiepiscopi ante receptionem pallij possint in suis diœcesibus, ac prouinciis in casibus prædictis commutationes vltimarum voluntatum facere.

Nunc verò hanc postremam præsentis concluf. partem extendamus, vt non modò quando certum est, inferiores Ordinarios non posse vltimas voluntates commutare, ad superiores sit confugiendum, iuxta supradicta; verùm etiã † quando dubium 22.
est de illorum inferiorum potestate circa huiusmodi commutationes. quod facilè suaderi potest tum seruata

ſeruata proportione ex eo, quod in præced. concluſ. diximus de ea vltimæ voluntatis commutatione, de qua dubitatur, an poſſit priuata auctoritate fieri: 23. num ex eo, quod † de dubia poteſtate Prælati diſpenſandi, & commutandi vota tradit Sanchez *lib. 4. ſum. cap.* 44. *num.* 8. *& cap.* 49. *num.* 30. de dubio verò æqualitatis materiæ ſubrogandæ in commutatione, idem Sanchez *cap.* 50. *num.* 7. ſatis poſt alios probat illud non obeſſe commutationi. Eſt autem pariter in caſibus huius extenſionis, in quibus ob dubium ad ſuperiores ſuo Ordinario pro obtinenda commutatione vltimæ voluntatis eam petens recurrere debet; diſtinguendum de ſuperioribus, prout diſtinximus in caſu certi defectus poteſtatis, & cauſæ, vt nimirum ex ſuperioribus citra ſupremum, hoc eſt, Principem, priùs recurrere debeat ad proximos, & immediatos, deinde ad remo- 24. tiores, ac mediatos; cùm † omiſſo medio non liceat ad hos etiam per appellationem confugere, excepto fortaſſe quoad hoc Patriarcha, vt ſatis ex iis patet quæ *d. cap.* 5. *quæſt.* 10. *concluſ.* 1. *& 2. circa initium*, præcipuè ex *cap. nullus Primas, & cap. conqueſtus, 9. quæſt.* 3. *cap. duo ſimul, de offic. ord. & cap. dilecti filij, de appellat.* idque de iure Canonico: de iure enim ciuili res non caret difficultate, vt patet ex iuribus, quæ ad hoc allegat gloſ. *d. cap. dilecti, verbo, poſt huiuſmodi.* Ad Principem verò ſupremum, præſertim Eccleſiaſticum, qui eſt Romanus Pontifex, omiſſo medio appellari, ac recurrere quis poteſt, iuxta *cap. ſi quis veſtrum, cap. omnes Epiſcopi, cap. ſi quis putauerit, cap. ad Romanam, il 1. & il 2. 2. quæſt. 6.* cum ſimil. & adnotauit gloſ. recepta *d. verbo, poſt huiuſmodi*, quia, inquit, etiam per ſimplicem querelam poteſt Papa adiri, cùm ſit iudex ſingulorum; *cap. cuncta per mundum, & cap. per principalem, 9. quæſt. 3.*

TERTIA CONCLVSIO. Commutationes vltimarum voluntatum, quas poſtulat quis à ſupre- 25. mo Principe, † non ſunt neceſſariò committendæ Ordinario; ſed poteſt per ſeipſum eas facere, & exequi. Probatur, quia nullo iure ſaltem ſcripto cauetur, quòd Princeps illas committere debeat; 26. quod autem lex non dicit, † nec nos dicere debemus, *cap. iam nunc, 28. quæſt. 1. l. ſi verò, §. de vire, ff. ſol. matr. l. ſi ſeruum, §. non dixit prætor, ff. de acquir. vel omitt. hered. l. diſſentientis*, ibi; nulla præcipit iuris conſtitutio. *C. de repud. l. certa forma, C. de iur. fiſc. lib.* 10. *cap. Obertus, de feud. cogn. §. conſideremus, auth. de trien. & ſemiſſ. & §. cum igitur*, ibi; nec quælibet eſt lex tale aliquid dicens. *auth. de non aliegen. ſec. nuben. mul. collat.* 1. cum ſimil. Sed & vbi hac de re eſſet aliqua lex Canonica, vel ciuilis, hac 27. non adſtringeretur † Princeps ſæculatis, *l. nam & magiſtratus, & l. pen. ff. de arbitr. l. Princeps, ff. de legib. & l. digna vox, C. eod. tit.* neque etiam illa, cùm non ſimus in materia peccati, aut alia ſpirituali, vel etiam Eccleſiaſtica, generaliter ſumendo commutationem vltimæ voluntatis, prout abſtrahit à voluntate, ſeu diſpoſitione pia, vel non pia; aut potiùs loquendo de non pia. vnde quoad commutationem vltimæ voluntatis non piæ Princeps ſæcularis illi legi Canonicæ non ſubderetur, ratione prædicta; iuxta tradita per Doct. communiter cùm alibi, tum *cap.* 1. *cap. qua in Eccleſiarum, & cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit.* necnon *cap.* 1. *& 2. de non. oper. nuntiat.* omnino autem Romanus Pontifex neque ciuili iuri, neque Canonico ſubditur, *d. l. Principes*; iuncto *cap. innotuit, de elect. & cap. propoſuit, de conceſſ. prab. cum ſuis concord.* dum enim vterque Princeps legem condit, ſucceſſori ſuo non præcipit, 28. cùm par † in parem non habeat imperium. *d. l. nam & magiſtratus, ff. de arbitr. l. ille, à quo, §. tempeſtiuum, ff. ad Trebell. & d. cap. inuenit, de elect.* ſed ſolùm indicat, quid ſibi non licere patiatur; *l. digna vox, C. de legib. & cap. fin. de reſcript. in* 6. cuius vtriuſque finalia verba hæc ſunt; *quæ enim nobis licere non patimur, noſtris ſucceſſoribus iudicamus.* & gloſ. fin. vtrobique id adnotauit. Puteor tamen ex ſtylo Romanæ Curiæ, qui facit ius non ſcriptum, *cap. ex litteris, de conſtit. & cap. quàm graui, de crim. falſ.* cum ſimil. inductum eſſe, † vt commutatio- 29. nes vltimarum voluntatum, quæ à Romano Pontifice impetrantur, Ordinariis locorum committantur; forte, vt conformiter id fiat decreto Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 5. *de reform.* vbi cauetur, quòd † 30. diſpenſationes quacumque auctoritate concedendæ, ſi extra Romanam Curiam committendæ erunt, committantur Ordinariis illorum, qui eas impetrauerint: nam in commutatione vltimarum voluntatum diſpenſationem contineri ſiue quia per eam iuri communi derogetur, ſiue quia tertio aliquod præiudicium generetur, iam ſuperiùs non ſemel docuimus. Verùm ex eo Concilij decreto † non 31. inducitur neceſſitas committendi Ordinariis commutationes vltimarum voluntatum, quæ à Romano Pontifice impetrantur; tum quia noluit eas ibi Concilium ſub nomine diſpenſationum comprehendere, cùm de ipſis commutationibus in ſeq. cap. diſponat: tum quia illaſmet diſpenſationes, de quibus *in d. cap.* 5. non præcisè, & abſolutè voluit ibi Concilium, vt Ordinariis committantur; ſed cauſatiuè, & conditionaliter loquens ait, *quòd, ſi committendæ ſunt extra Curiam, committantur Ordinariis.* Sed neque ille ſtylus nititur apertæ atque expreſſæ diſpoſitioni eiuſdem Concil. *d. cap. ſeq.* quod eſt 6. *de reform.* licèt enim illud diſertis verbis loquatur de commutationibus vltimarum voluntatum, non tamen diſponit etiam cauſatiuè, & conditionaliter, nedum præcisè, vt commutationes huiuſmodi Ordinariis committantur; ſed ſolùm id, quod in ſeq. concluſ. dicemus.

Pro huius autem complemento tria priùs adnotanda ſunt. Primum eſt, quòd † aliquæ diſpoſitio- 32. nes, quas inter vltimarum voluntatum commutationes iure numerari poſſe docuimus *cap.* 4. *quæſt.* 3. *concl.* 2. cuiuſmodi ſunt vniones, ſuppreſſiones, ac perpetuæ conceſſiones beneficiorum, aut fructuum, & aliæ ſimiles, cùm à Sede Apoſtolica, ſeu à Romano Pont. impetrantur, committi debent Ordinariis locorum, ex diſpoſitione *reg.* 21. aliàs 22. *Canc.* cuius titulus eſt, de vnionibus, & vnionum confirmationibus, vbi inter cætera hæc verba legũntur: & ſemper in vnionibus commiſſio fiat ad partes, vocatis, quorum intereſt: & idem voluit obſeruari in quibuſuis ſuppreſſionibus, perpetuis conceſſionibus, diſmembrationibus, & applicationibus, etiam de quibuſcumque fructibus, & bonis Eccleſiaſticis; ac etiam in confirmationibus vniorum, ſingularúmque diſpoſitionum huiuſmodi. quamuis enim non caueatur ibi expreſsè, vt commiſſio de his fiat Ordinariis locorum, ſeu eas impetrantium, ſed ſolùm ad partes: tamen hæc verba facis declarant, eam faciendam eſſe Ordinariis locorum, aut ſolis, aut certè cum aliis Prælatis; cùm nullæ perſonæ in partibus reperiantur, quibus apriùs eiuſmodi cõmiſſiones fieri poſſint: & ſta praxis obſeruat, & rem hanc, vbi dubia ſit, interpretata eſt: cui quidem interpretationi ſtandum eſt, iuxta *l. ſi de interpretatione, ff. de legib.* Nulli tamen dubium eſſe poteſt quin huic regulæ, & praxi ſeu ſtylo Curiæ Romanus Pontifex derogare poſſit, iuxta prædicta: prout in his, & aliis ſimilibus derogat non-

33. nunquam. Alterum, † quod hoc loco adnotandum diximus, illud eſt, quòd vbi tam has commutationes vltimarum voluntatum, quàm illas, quæ magis propriè, ac communiter hoc nomine nuncupantur, à ſupremo Principe poſtulatas ipſemet Ordinariis committit: ſiquidem ex iis ſunt, quæ Ordinarius expedire per ſe atque exequi poteſt, commiſſio huiuſmodi non facit eum delegatum, ſed dumtaxat illius ordinariam iuriſdictionem excitat, vt ſup. in vlt. ſuppoſ. ante primam concluſ. oſtendimus; niſi tamen per eam commiſſionem alterata fuerit addendo, vel minuendo Ordinarij iuriſdictio; vel Princeps vſus fuerit iis verbis, *vice, vel auctoritate noſtra id faciat*, aut ſimilibus; vel denique commiſſio tangeret rem, aut perſonam ab illius Ordinarij iuriſdictione exemptam, vt *ibidem* fusè declaranimus. ſecus autem erit in ea commutatione, quæ ſoli ſupremo Principi competit. Denique illud hoc loco adnotandum eſt, † Abbatibus, & aliis Prælatis habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ac proprium diſtrictum, committendas eſſe commutationes vltimarum voluntatum, ſicut, & cæteras diſpenſationes, quas eorum ſubditi à Sede Apoſtolica impetrant: iuxta decretum Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 5. mandantis diſpenſationes; & ſtylum Curiæ Romanæ iubentis, commutationes prædictas Ordinariis committi: quoniam & ipſi Ordinarij ſunt; atque ita in his terminis poſt Flores *quæſt.* 24. *num.* 12. tradit Nic. Garz. in ſuo luculentiſſimo tractatu *de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 147. ſentitque Sanchez *lib.* 8. *de matr. diſp.* 27. *num.* 34. ad quod maximè faciunt nonnullæ declarationes factæ Congregationis Concilij, quas idem Garz. affert *a numer.* 141. *ad* 144. nam ea, quam refert *num.* 145. potiùs
35. loquitur † de adminiſtratore, ſeu viſitatore dato Eccleſiæ Cathedrali, iuxta text. *in cap. abbatum, cap. Catinenſis, & cap. quoniam*, 61. *diſt. cap. cùm nobis alim, de elect. cap. is, cui, eod. tit. in 6. & cap. fin. de ſuppl. neglig. Prælat. eod. lib.* cum ſimil.

QVARTA, & poſtrema CONCLVSIO. Antequam commutationes vltimarum voluntatum à Romano Pontifice in forma gratioſa conceſſæ
36. executioni demandentur, † Ordinarij locorum tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati ſummariè, & extraiudicialiter cognoſcere debent, in ſupplicatione nihil de exprimendis tacitum, aut de tacendis expreſſum fuiſſe. Id apertè diſponitur à Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 6. *de reform.* in hæc ſanè verba. In commutationibus vltimarum voluntatum, quæ non niſi ex iuſta, & neceſſaria cauſa fieri debent, Epiſcopi tamquã delegati Sedis Apoſtolicę ſummarie, & extraiudicialiter cognoſcant, nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum, priuſquam commutationes prædictæ executioni demandentur. Cùm autem in hoc decreto non fiat ſpecialis mentio de commutationibus conceſſis à Papa, ſed generaliter de commutationibus vltimarum voluntatum, concluſio hæc locum habebit etiam in commutationibus, quæ à quocumque ſuperiore Eccleſiaſtico citra Romanum Pontificem fuerint conceſſæ. Idipſum verò apertiùs ſimilibus
37. verbis † de diſpenſationibus cauetur ab eodem Concil. *cap. præced.* quod eſt 5. pariter *de reformat.* poſtquam enim dixerat; diſpenſationes quacumque auctoritate concedendæ, ſi extra Romanam Curiam committendæ ſunt, committantur Ordinariis illorum, qui eas impetrauerint; ſtatim ſubiicit; eæ verò, quæ gratioſè concedentur, ſuum non ſortiantur effectum, niſi priùs ab eiſdem tamquam delegatis Apoſtolicis ſummariè tantùm, & extraiudicialiter cognoſcatur, expreſſas preces ſubreptionis, vel obreptionis vitio non ſubiacere. Ac de vnionibus quibuſdam *ſeſſ.* 7. *cap.* 6. *de reform.* in hæc verba; vniones perpetuæ à quadraginta annis citrà factæ examinari ab Ordinariis tamquam a Sede Apoſtolica delegatis poſſint; & quæ per ſubreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur. quod idem de quibuſuis vnionibus Parochialium Eccleſiarum, quæ Monaſteriis, Abbatiis, dignitatibus, præbendis, beneficiis ſimplicibus, aut Hoſpitalibus, Militiiſve factæ fuerint, decernitur ab eodem Concil. *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *circa med. de reform.* & de acceſſionibus per viam vnionis à quadraginta annis citrà factæ de beneficiis liberis ad beneficia quæcumque, vel Hoſpitalia iuriſpatronatus, etiam laicorum; ita, vt beneficia libera ſub iurepatronatus conſtituantur; cauetur *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *verſ. inſuper acceſſiones, de reformat.* Quod verò ſpectat † ad *d. cap.* 6. *ſeſſ.* 22. licet ibi non Ordinarij, 38.
ſed Epiſcopi nomine vtatur, atque adeò excludi videantur eius, vel Capituli ſede vacante Vicarius generalis, & alij inferiores plenam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, de quibus nos ſup. *cap.* 5. *huius tract. quæſt.* 12. *& decimaſexta ſeqq.* tamen valde probabile puto, quòd hi omnes in eo decreto comprehendantur: prout de Vicario generali Epiſcopi omnino tenendum eſt; quia † nomine Epiſcopi, vbi non excluditur Vicarius, & eſt res, quæ conuenit Vicario ex eius officio, intelligitur etiam eius Vicarius generalis, vt poſt gloſ. *in cap. vnico, verbo, per Epiſcopos, & ibi* Gemin. *num.* 8. & Franc. *num.* 8. *de capell. Monach. in* 6. Fel. *cap. ſi quis contra, num.* 3. *de for. compet.* & Iacob. Sbroz *in tract. de Vicar. Epiſcop. lib.* 2. *quæſt.* 201. *num.* 2. *& quæſt.* 43. *num.* 28. *&* 29. tenet Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 29. *numer.* 16. ac nouiſſimè Nic. Garz. quem non niſi poſt hæc ſcripta hac in re vidi, *in d. tract. de benefic. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 52. vbi alios refert. Sanchez verò *loc. cit.* id confirmat, tum ex eo, quòd vbi Trident. Concil. voluit excludere Vicarium, id expreſſit, vt *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. in abſolutione ab hæreſi, ibi; eis tantùm, & non eorum Vicariis ſit permiſſum. tum quia *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de reform.* dicitur, † 40.
ſolos Epiſcopos poſſe concedere litteras excommunicationis pro rebus ablatis; & tamen id poſſe quoque Vicarios eorum generales, atque hos Epiſcoporum nomine comprehendi, rectè docent Guttier. *lib.* 1. *quæſt. canon. cap.* 11. *numer.* 8. Sbroz *d. lib.* 2. *quæſt.* 171. *num.* 2. Henriq. *lib.* 13. *de excommun. cap.* 17. *num.* 4. Rodriq. 1. *tom. ſum. cap.* 79. *num.* 1. tum quia cùm *ſeſſ.* 14. *cap.* 20. *de reform.* dicatur, ad Epiſcopos pertinere cognitionem cauſarum matrimonialium: tamen verior ſententia eſt, † poſſe de iis 41.
quoque ratione officij ſui cognoſcere Vicarium eorum generalem; vt multis relatis tradit, ac ſatis probat idem Sanchez *d. diſp.* 29. *numer.* 18. qui ex his rationibus *d. num.* 16. & pleriſque Doctoribus *num.* 15. allegatis docet, † poſſe Vicarium generalem Epiſcopi ex proprio officio, & audire confeſſiones, & alios ad eas audiendas approbare: cùm tamen hæc approbatio ad Epiſcopos pertineat ex diſpoſitione eiuſdem Trid. Concil. *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *de reform.* Quoad reliquos verò habentes plenam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vel in tota dioceſi, vt eſt Capitulum ſede vacante, eiúſque Vicarius generalis; vel in parte dioceſis, vt Cardinales in ſuis titulis Preſbyteralibus, vel Diaconalibus, & aliqui Prælati inferiores, qui præſcriptione, vel priuilegio acquiſierunt certam quaſi dioceſim, eorúmque Vicarij, de quibus nos *d. quæſt.* 12. 13. *&* 14. idipſum, † vt dicebam, ſaltem valde pro- 43.
babile puto; quoniã *ibidem* oſtendimus, hos omnes

ſub

ſub Ordinarij nomine ſatis comprehendi, poſt Sanchez *d. diſput. 29. num. 4. & 15. in fi.* Concil. autem Trid. in ſimilibus caſibus, nimirum diſpenſationum *d. ſeſſ. 22. cap. 5.* & vnionum *d. ſeſſ. 7. cap. 6. ſeſſ. 24. cap. 13. & ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* non Epiſcopi, ſed Ordinarij nomine vtitur. & deficiente canonis, aut legis expreſſa definitione, de ſimilibus ad ſimilia procedendum eſt, *cap. 2. verſ. ſicut ergo, de tranſlat. Epiſc. & l. non poſſunt, cum ſeq. ff. de legib.* Accedit, quòd prædicti omnes habentes plenam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem vltra Vicarium Epi-
44. ſcopi, † poſſunt approbare ad confeſſiones audiendas, vt docet, ſatiſque probat Sanchez *d. num. 15. ad fin.* cùm tamen, vt paulo antè vidimus, Concil. Trid. *d. ſeſſ. 23. cap. 15. de reform.* id ſolis Epiſcopis concedere videatur, quoniam eorum dumtaxat hac de re diſponens mentionem faciat. Idipſum autem in ſpecie quoad Prælatos habentes plenam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ſeu proprium diſtrictum, & quaſi diœceſim, confirmari poteſt ex eo, quod *concl. præced. ad fin.* tradidimus, poſſe hiſce Prælatis commiſſiones fieri diſpenſationum, & commutationum vltimarū voluntatum, quæ iuxta decretum Trid. Conc. *d. ſeſſ. 22. cap. 5. de reform.* ac ſtylum Curiæ, Epiſcopis, ſeu Ordinariis locorum faciendæ ſunt. Verùm, vt audio, ipſe ſtylus Curiæ nunc habet, vt huiuſmodi commiſſiones nunquam hiſce Prælatis, aut eorum Vicariis, ſed Ordinariis locorum, aut his deficientibus fiant Epiſcopis, ſeu Ordinariis vicinioribus.

45. Mirum autem nemini videri debet, quòd † Ordinarius, qui eſt inferior, de conceſſione facta à ſuperiore cognoſcens ſe intromittat in eo, ad quod ſuperior manum appoſuit, contra *cap. vt noſtrum, de appell.* & magis ad rem noſtram, *cap. 1. & 2. de confir. vtil. vel inut.* vbi ſi Papa manum appoſuit confirmando iura alicuius, de eorum validitate nullus inferior cognoſcere poteſt. Primò enim in caſu noſtræ concluſ. Ordinarius id facit non propria, & ordinaria, ſed demandata poteſtate ab ipſomet ſuperiore, qui gratiam conceſſit, & manum appoſuit, vt ex *d. ſeſſ. 22. cap. 5. & 6.* Concil. Trid. conſtat:
46. cùm autem quis aliquid facit auctoritate alterius, † ab eo factum cenſetur, *cap. vt fama, ad fin. de ſent. excom. & cap. hi, qui, de prab. in 6.* omnia enim noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur, *cap. ſi Apoſtolica, eodem tit. & lib. ac l. 1. §. ſeu verſ. ſed neque, C. de vet. iur. enucl.* & qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur, *cap. qui per alium, de reg. iur. in 6.* quæ iura loquuntur de auctoritate ab homine conceſſa: & de auctoritate à iure conceſſa, quòd cùm ab inferiore aliquid fit auctoritate canonis, à Romano Pontifice, & cum eius auctoritate fieri dicatur, text. optimus eſt *d. cap. 2. verſ. nec quòd, de tranſlat. Epiſc.* ibi; præſertim cùm nec ſine auctoritate Romani Pontificis fiat ceſſio, vel deiectio memorata, qui, vt hæc poſſent, ex canone illo Metropolitanis indulſit. Deinde ordinaria etiam facultate poteſt inferior in eo ſe intromittere, ad quod ſuperior manum appoſuit, in multis caſibus, de quibus per Doct. *d. cap. vt noſtrum, & d. cap. 1. ac 2.* Rot. *deciſ. 83. part. 2. in nouiſſ. diuerſ.* Lancell. *tract. de attentat. part. 2. cap. 10. à num. 22. ad fin.* Hieron. Gabr. *conſ. 182. num. 11. cum plurib. ſeqq. lib. 2.* & Hier. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 52. ex num. 38* præſertim verò ad cognoſcendum de ſurreptione gratiæ, vt per eundem Gonzal. *ibid. numer. 43.* cum aliquot ſeqq. præcipuè ex Hieron. Gabr. *d. conſ. 182, num. 15.* Rot. Rom. in vna Conchen. Archipreſbyteratus 16. Decembris 1588. coram bo. me. Cardinali Plato, necnon Roman. *conſ. 335. num. 11.* & ſequentibus, & Æn. Falcon. *tract. de reſeruat. quæſt. 4. princip. effect. 16. & 19. num. 2.* Cui doctrinæ non obſtabit † text. *d. cap. 2. de confir. vtil. vel inutil.* vbi tunc demum inferiori permittitur iudicare de gratia confirmationis per falſi ſuggeſtionem, obtenta à Sede Apoſtolica, ſi certum ſit, eam gratiam per falſi ſuggeſtionem fuiſſe elicitam: nam intelligendus eſt ille text. de tali gratia confirmationis conceſſa ex certa ſcientia, prout intelligunt ibi inter cæteros Abb. ac poſt alios Dec. *in fi.* 47.

SVMMÆ RERVM.

48. *Clauſula acceſſoriæ, ſeu appoſita ad executionem diſpoſitionis eam non immutant. Idem in iuramento; num. 49.*

50. *Clauſula acceſſoria non deſeruit niſi parti diſpoſitionis, cui adiicitur. per eam tamen declaratur intentio circa conceſſum; num. 51.*

52. *Clauſula non merè acceſſoria, ſed aliquid diuerſum, & ſeparatum æquè principaliter continens auget gratiam. idem quando clauſula acceſſoria poteſt de per ſe ſtare num. 53.*

54. *Clauſula in fine poſita regulariter ad omnia præcedentia refertur.*

55. *Clauſula poſita in principio, & medio diſpoſitionis, refertur ad præcedentia, & ſequentia.*

56. *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia etiam in materia odioſa.*

57. *Clauſula in fine poſita non refertur ad omnia præcedentia, vbi omnium capitulorum diſpoſitionis non eſt eadem ratio; & pleriſque aliis in caſibus, de quibus ibi, & trib. num. ſeqq.*

58. *Clauſula, quæ non ſtat de per ſe, verùm acceſſoriè ad aliquod capitulum, ad alia non refertur: ſicut quæ etiam ſtat per ſe, non refertur ad ea, quæ in diſpoſitione ſtant acceſſoriè, ſeu incidenter.*

59. *Pœna appoſita in vno capitulo diſpoſitionis, non trahitur ad alia, in quibus ſit ſimplex prohibitio alicuius rei: licèt alij contrà ſentiant; & in certo caſu omnino id locum non habeat. num. 60. Clauſula in fine poſita non refertur ad caſus priuilegiatos.*

61. *Clauſula tacitè ſubintellecta in aliquo capitulo numquam ad alia refertur.*

62. *Clauſula conſueta apponi de ſtylo Curiæ maximè in reſcriptis, cenſetur appoſita, licèt omittatur.*

63. *Notarius præſumitur rogatus apponere in inſtrumento omnes clauſulas conſuetas.*

64. *Clauſula ſolita apponi in certo loco reſcripti, ſi tranſponatur contra ius, intelligitur inſerta ſuo loco.*

65. *Conſuetudo generalis apponendi clauſulam, ad effectum, vt ſubintelligatur, non eget probatione; & vbi etiam generalis non ſit, non debet neceſſariò eſſe præſcripta. neque huic conſuetudini vnquam derogatum cenſetur, niſi exprimatur; num. 66.*

67. *Conſueta apponi, ſi ſint ſubſtantialia, vel facti, non cenſentur appoſita.*

68. *Clauſula conſueta rarò apponi non cenſetur appoſita, ſi omittatur: ſicut neque vbi ob id ſequeretur falſa Latinitas in reſcripto.*

69. *Clauſula omnino inſolita reſcriptorum, & inſtrumentorum reddunt ea ſuſpecta de fraude, & dolo.*

70. *Pacta inſolita inducunt præſumptionem contractus*

ferre

Digitized by Google

fœneratitij, ac ſimulati.

71. *Inſolita clauſula, vel pactum quando dicantur ad hoc, vt appoſita præſumere faciant fraudem, & ſimulationem: & quis probare debeat ea eſſe inſolita; remiſſiue.*

72. *Clauſula executiua, & acceſſoria reſcriptorum, ac inſtrumentorum potiùs de ſtylo, quam ex intentione diſponentis cenſentur appoſita.*

73. *Clauſula codicillaris an cenſeatur appoſita ex voluntate teſtatoris; & quid de aliis clauſulis in teſtamento adſcriptis.*

74. *Clauſula acceſſoria, & executiua quæ in omnibus ſimilibus diſpoſitionibus apponi ſolent, vel leguntur coram diſponente, aut aliàs illi notæ ſunt, de eius voluntate appoſita cenſentur.*

75. *Clauſula generalis adiecta poſt aliqua ſpecialiter enumerata non extenditur ad maiora expreſſis, ſed reſtringitur ad iis ſimilia.*

76. *Clauſula præcipua, quæ in commutatione vltimarum voluntatum plerumque apponi ſolent, & ad illius robur, ſubſtantiam, & ſolemnitatem pertinent.*

77. *Clauſula motus proprij tollit vitium ſurreptionis, licèt appoſita ſit ab inferiore. habet vim clauſulæ,* non obſtante; *num.* 78. *& reddit diſpoſitionem fauorabilem, num.* 79.

80. *Clauſula motus proprij ceſſare facit tit. quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur, tollíque diligentiam proceſſus ab aduerſario adhibitam; num.* 81. *& operatur circa omnes qualitates extrinſecas; num.* 82.

83. *Motus proprius ampliat gratiam circa expreſſa tantum, & quæ non ſunt contra mentem præſumptam diſponentis, aut contra ius commune.*

84. *Clauſula motus proprij poſterioribus litteris appoſita facit, vt renocetur proceſſus factus in vim priorum etiam ante poſteriorum præſentationem.*

85. *Motus proprius olim operabatur, vt non eſſet neceſſariò exprimendum valor in impetratione beneficij, hodie verò ſecus ob regulam* 54. *aliàs* 55. *Canc.*

86. *Motus proprius facit, vt conceſſio non præſumatur facta per importunitatem. item, vt concedens vſus cenſeatur plenitudine poteſtatis; num.* 87. *& ibi, an per eam cenſeatur derogatum iuri tertij.*

88. *Motus proprius an tollat vim decreti, aut reſeruationis beneficij.*

89. *Motus proprius facit, vt cauſa præſumatur in Principe reſcribente. & vt videantur probata ea omnia, quæ Princeps in litteris aſſerit; num.* 90.

91. *Clauſula motus proprij facit, vt ſi Papa mandet conferri, vel conferat prebendam, ſi vacat, ſufficit eam vacare tempore collationis, vel receptionis, licèt non vacet tempore data.*

92. *Clauſula motus proprij operatur, vt in terminis Clement.* 1. *de conceſſ. prab. tempus non currat impetranti, niſi a die ſcientiæ propriæ, licèt aliàs ſufficiat notitia publica vacationis.*

93. *Clauſula motus proprij habet vim ſpecialis expreſſionis.*

94. *Clauſula,* ex certa ſcientia, *maximam vim habet etiam in reſcripto commutationis vltimarum voluntatum.*

95. *Clauſula,* ex certa ſcientia, *confirmat actum nullum. & continetur in clauſula, de plenitudine poteſtatis; num.* 96.

97. *Clauſula,* ex certa ſcientia, *an operetur in tollendo ius alterí quæſitum. vel vt non requiratur partis citatio; num.* 98. *vel cauſa in Principe præſumatur; num.* 99.

100. *Clauſula,* ex certa ſcientia, *facit, vt valeat delegatio Papæ non exiſtenti in dignitate. habet vim clauſulæ,* non obſtante, *ac derogationis ſpecialis; num.* 101. *& tollit vitium ſurreptionis; num.* 102. *& habet vim clauſulæ,* pro expreſſis habentes; *num.* 103. *& an motus proprij; num.* 104.

105. *Clauſula,* ex certa ſcientia, *operatur, vt non liceat dubitare de eo, quod Princeps aſſerit, quódque conceſſionem fecerit ex certa ſcientia; & quod conceſſio à Principe facta non extinguatur morte concedentis; num.* 106.

107. *Clauſula,* ex certa ſcientia, *an faciat, vt valeat impetratio reſcripti ad lites pro alio ſine mandato.*

108. *Clauſula,* ex certa ſcientia, *facit, vt clauſula illa,* quatenus iuſtè poſſidetis, *aut ſimilis, non ſtet conditionaliter, ſed cauſatiue. & ſecundùm quoſdam tollit omne iuris obſtaculum; num.* 109.

110. *Clauſula,* ex certa ſcientia, *non ſupplet defectus ſubſtantiales, aut iuris naturalis. neque operatur in ignoratis; & an in iis, quæ ſunt facti; num.* 111.

112. *Clauſula,* ex certa ſcientia, *nihil operatur, quando nulla præceſſit cauſæ cognitio: & vbi adeſt duplex defectus; niſi ſimul adſit clauſula, ſupplentes omnes defectus.*

113. *Clauſula,* ex certa ſcientia, *non impedit appellationem. neque aliquid operatur in diſpenſationibus ſine cauſa factis; num.* 114.

115. *Plenitudo poteſtatis in Principe idem eſt cum abſoluta eius poteſtate.*

116. *Princeps in dubio præſumitur nolle vti plenitudine poteſtatis. quando autem id præſumatur; num.* 117.

118. *Præſumptio, & coniectura qualibet ſumenda eſt, vt actus ſuſtineatur.*

119. *Clauſula,* de plenitudine poteſtatis, *importat, vt Princeps diſpenſet in iure humano ſine cauſa, iuxta multorum ſententiam; vel ex leui cauſa, ſecundùm alios. aut in iure diuino, & naturali ex iuſta cauſa; num.* 120. *aut in iure ſaltem humano ſine ex cauſa, ſiue non; num.* 121.

122. *Clauſula,* de plenitudine poteſtatis, *idem importat, quod clauſula,* ex certa ſcientia; *ſed & quid amplius, quàm illa, vel clauſula motus proprij.*

123. *Clauſula,* de plenitudine poteſtatis, *eximit à citatione. & facit, vt nihil opponi poſſit, quod gratiam annullet; num.* 124. *& virtute continet omnes alias clauſulas; num.* 125.

126. *Clauſula,* ſi ita eſt, *aut ſimiles tacitæ, ac ſubintellectæ in reſcripto commutationis vltimarum voluntatum nomine opponente non requirunt verificationem narratorum in precibus; ſecus ſi exprimantur.*

127. *Clauſula,* ſi preces veritate nitantur, *licèt in reſcripto Apoſtolico non apponatur, ſubintelligitur. idémque de clauſula,* ſi eſt ita; & *illa,* ſi vera ſint narrata; *num.* 128.

129. *Intellectus cap. dicenti,* §. *vniuerſa,* 25. *quæſt.* 2. *& l. fin. C. de diuerſ. reſcript.*

130. *Tacitè, & expreſſè non ſemper eadem eſt virtus, etiam in tacita conditione.*

131. *Narratiua gratia an, & quando ſit verificanda*

ante

Digitized by Google

ante omnia; & an clauſula ſi ita eſt, *expreſsè appoſita reſcripto importet cognitionem, vel ſuſpendat iuriſdictionem commiſſarij vſque ad verificationem*; & *quatuor num. ſeqq.*

132. *Diſpenſatio omiſſa cauſa cognitione, quando adeſt ſola clauſula,* ſi ita eſt, *vel* , ſi preces veritate nitantur, *non eſt nulla ſecundùm aliquos.*

133. *Clauſula*, ſi preces veritate nitantur, *aquipolleat illis,* ſi tibi conſtiterit, *&* , vocatis vocandis.

134. *Clauſula*, ſi tibi conſtiterit, *&* , vocatis vocandis, *pro forma requirunt cauſa cognitionem.*

135. *Conditio, quæ tacitè ineſt, quandònam expreſſa inducat formam, vel conditionem.*

136. *Clauſula*, iuxta tenorem talium litterarum, *vel*, prout in talibus litteris continetur, *an ſitet conditionaliter, vel cauſaliter.*

137. *Clauſula*, vt aſſeris, vt aſſerit, *vel*, vt aſſeritur, *an inter ſe differant, & quid importent.*

138. *Clauſula*, ſi inueneris, ſi repereris, ſi tibi conſtiterit, *an, & in quo differam.*

139. *Clauſula*, ſi conſtiterit, *importat citationem, & facit mixtum executorem*; *& quando.*

140. *Clauſula*, auctoritate, vel vice noſtra commuta; *vel*, mandamus, vt commutes, *non inducis commutationem, ſicut etiam mandatum diſpenſandi non eſt diſpenſatio*; *& ibi, quando vera eſſe debeant cauſa diſpenſationis.*

141. *Clauſula*, auctoritate, vel vice noſtra commutes, *facit, vt commiſſarius auctoritate delegata commutet.*

142. *Clauſula*, ſecundùm iudicium, & prudentiam tuam commutes, *quid importet.*

143. *Clauſula*, prout tibi videbitur, *ac ſimiles, quid importent*; *& num. ſeq.*

144. *Dilio*, liberè, *importat plenum, & ſolutum arbitrium.*

145. *Clauſula*, miſericordiæ tuæ committimus, *quid importet.*

146. *Clauſula*, conſcientiæ tuæ committimus, *vel*, conſcientiam tuam oneramus, *quid importet.*

147. *Clauſula*, ſit tibi licentia, *&c. importat arbitrium boni viri*; *& quid de illa*, poteſtati tuæ committimus, *ac ſimilibus.*

148. *Clauſula*, procedas de bono, & æquo, *vel*, cum moderamine, *aut*, cum honeſtate, *an importet arbitrium boni viri*; *& quid in illa*, procedas ſecundùm ius, iuſtitiã, & veritatem.

149. *Clauſula*, facias ſecundùm mentem tuam, *& alia ſimiles, an importent arbitrium boni iuri.*

150. *Arbitrium liberum, & plenum, ſeu libera voluntas per quæ verba importetur.*

151. *Arbitrium boni viri potius, quam liberum in dubio conceſſum fuiſſe cenſetur.*

152. *Arbitrium liberum quoad rei ſubſtantiam non eſt conceſſum, cùm verba illud denotantia ſint adiecta eius qualitati, ſeu accidenti, & circumſtantiæ.*

153. *Clauſula arbitrium etiam boni viri denotantes non requirunt iudicialem informationem de narratis in precibus, licèt in commiſſione ſit ea clauſula*, ſi per diligentem examinationem repereris, *vel illa*, dummodo alicui non ſit ius quæſitum; *num.* 154.

155. *Citatio partis non requiritur, cùm aliquid alicuius conſcientiæ committitur*; *neque iuramentum teſtium, aut alius ordo, ſeu forma iudicij. &*

poterit extra ſuam diœceſim commiſſarius huiuſmodi informationes aſſumere; *num.* 156.

157. *Citatio & cætera iuris gentium an ſint neceſſaria, cùm cauſa arbitrio alicuius committitur*; *& an omnino debeat præſtari iuramentum calumniæ, & deferri iuramentum teſtibus.*

158. *Clauſula*, ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, *non ſupplet defectus iuris naturalis, aut diuini*; *licèt ei adiuncta ſit clauſula*, de plenitudine poteſtatis, *aut*, ex certa ſcientia: *ſed ſolùm defectus iuris poſitiui*; *& hos tantum, cùm ſunt cogniti, & ſpecificati. nec ſupplet eos, per quos actus redditur nullus, vt qui reſpiciunt perſonam ſupplicantis*; *numer.* 159.

QVÆRO SECVNDO de vi, & effectu quarundum clauſularum, quæ ad robur, & ſubſtantiam, vel ſolemnitatem commutationis vltimarum voluntatum pertinent, atque in eius reſcriptis apponi ſolent.

Antequam ad ipſas ſpeciales clauſulas huiuſmodi reſcriptorum, earúmque vim explicandam accedamus, operæpretium fore duximus nonnulla in genere de clauſulis præfari.

Præmitto igitur primò, † clauſulas acceſſorias, 48.
vel appoſitas ad executionem reſcripti, alteriúſve diſpoſitionis, eius naturam non immutare, vt plerique tradunt, quos referunt, ac ſequuntur Fel. *cap. licet in cerrigendis, num. 7. de off. ord.* Couar. *rubr. de teſtam. 2. part. num. 13. verſ. tertia concluſio.* Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib. 6. tit. de clauſul. concl. 10. num. 1.* Molin. *tract. de primogen. Hiſpan. lib. 4. cap. 2. n. 42.* Tiraq. *de conſtit. poſſeſſor. 3. part. limit. 7. n. 15.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 115. n. 43. & lib. 4. præſumpt. 60. num. 80.* necnon Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 9. in annotat. contra nullit. & attent. in cauſ. benefic. num. 243. & gloſ. 66. num. 15. & 30. cum ſeq.* vbi refert plures Rot. Rom. decil. ac de acceſſoriis plurib. pariter deciſionibus, ac Doctorib. relatis Marta *in ſuo tract. de clauſul. part. 4. clauſul. 21. per tot.* de executiuis *clauſul. 20. numer. 2. ac 10.* & de vtriſque *num. 7.* & pariter de acceſſoriis, poſt multos Aug. Barboſ. *tract. de clauſul. clauſ. 109.* & de executiuis, *clauſula 115.* Mouentur autem ferè omnes ex text. *in Clem. 1. de prab.* vbi clauſula inſerta litteris gratioſis, per quam mandatur, ne animarum cura, ſi dignitati imminet, negligatur, vel per quam inhibetur, alium ad eam dignitatem eligi, non facit extendi gratiam ad dignitatem curatam, vel ad quam quis per electionem aſſumitur. Ad idem faciunt alia adducta per Tiraq. *d. limit. 7. num. 28.* cum multis ſeqq. & Gonzal. *ad d. reg. 8. Canc. gloſ. 67. à num. 55. ad 64.* necnon text. *in l. fin. C. de non numer. pecun.* vbi iuramentum † adiectum cuiuis cautioni, vel inſtrumento non impedit exceptionem non numeratæ pecuniæ, per quem text. ac *l. ſed etſi poſſeſſori, §. item ſi iuranero, ff. de iureiur. & cap. quemadmodum, ext. eod. tit.* ac pleroſque Doct. idem Gabr. *com. concl. lib. 2. tit. de iureiur. concl. 10. num. 1.* tradit, iuramentum interpoſitum ſuper aliqua diſpoſitione aſſumete illius naturam; quod & aliis relatis docent Couar. *in rel. cap. quamuis pactum, 1. part. §. 4. num. 1. de pact. in 6.* Guttier. *de iuram. confirmat. 1. part. cap. 37. num. 2. & 3.* ac Roland. à Vall. *conſ. 6. num. 37. lib. 1.* & Tiraquel. *d. limit. 7. numer. 35. cum duobus ſeqq.* 49.

Prædicta autem regula, quòd clauſula acceſſoria, & poſita ad executionem, ſeu in parte executiua diſpoſitionis gratioſæ eam non ampliet: extenditur, vt † neque etiam deſeruiat, niſi ei parti diſpoſitionis, 50.

ſitionis, cui adiiciatur, vt poſt Gemin. *cap.* 1. §. 1. *de relig. dom. in* 6. *& cap. fin.* §. 1. *in fi. de offic. deleg. eod. lib.* & Calder. *in ſua diſput. quæ incipit, Dominus Papa dedit conſeruatorem*, tradit Fel. *d. cap. licet in corrigendis, num.* 7. *verſ. facit etiam, quod ſcribit Domin. de offic. ordin.* Et quoad executiuas Marta *d. clauſ.* 20. *num.* 3. poſt alios id extendit, licèt ea remanerent ſuperfluæ, niſi diſpoſitionem ampliarent.

Reſtringitur verò primò per eundem Fel. *cap. nonnulli, in princip. num.* 27. *verſ. quintadecima concluſio*, quòd, licet clauſula huiuſmodi acceſſoria, vel executiua non augeat gratiam, *d. Clem.* 1. *de prabend.*

51. tamen † per eam declaratur intentio circa conceſſum, poſt Bald. *in l. eam, quam, col.* 13. *verſ. ſed pone, C. de fideicomm.* latè Marta *d. clauſ.* 20. *num.* 8. Se-

52. cundò reſtringitur, vt non procedat † vbi ea clauſula non eſſet merè acceſſoria, ſed importaret aliquid diuerſum, & ſeparatum æquè principaliter; ita Gabr. *d. tit. de clauſ. concl.* 10. *numer.* 7. ſecutus Gomeſ. *ad reg. de infirm. reſig. quæſt.* 24. *num.* 3. *& ſeq.* Ruin. *conſ.* 151. *verſic. non obſtat, vol.* 3. & Dec. *cap. prudentiam,* §. *fin. verſ. non obſtat, quòd text. de offic. deleg.* cui reſtrictioni affinis eſt ea, quam multis relatis affert Marta *d. clauſ.* 20. *num.* 1. vt clauſulæ executiuæ appoſitæ in verbis ſubſtantialibus diſpoſitionis, eam mutent, & augeant. *ac num.* 5. vt ſi poſitæ ſint ad augendum eam augeant, & declarent: ſicut etiam illa, de qua *num.* 13. de verbis executiuis ex propoſito, & non obiter adiectis diſpoſitioni. Illa verò, quam idem affert *numer.* 11. poſt Soc. iun. *conſ.* 93. *numer.* 3. *vol.* 3. & Menoch. *conſ.* 37. *num.* 43. *vol.* 1. *& conſ.* 323. *numer.* 25. *vol.* 4. vt clauſulæ executiuæ in fauorabilibus diſponant, vix

53. admittenda eſt. ſed potiùs illa † de clauſula acceſſoria quæ poteſt de per ſe ſtare, vt poſt alios declarat idem Gabr. *d. concl.* 10. *num.* 10.

54. Præmitto ſecundò, † clauſulam in fine poſitam regulariter ad omnia præcedentia. Hanc regulam ſtatuit Gabr. *d. tit. de clauſul. concluſ.* 9. *num.* 1. per text. *in l. talis ſcriptura,* §. *fin. ff. de legat.* 1. *l.* 3. §. *filius, ff. de lib. & poſthum. l. dcli verbum, ff. de ſerv. corrupt. l.* 1. *C. de lib. præter. cap. olim, de reſcript. & cap. inquiſitioni, in fi. de appellat.* eámque tradunt etiam alij apud Gabr. *d. n.* 1. quoſque refert, ac ſequitur Gonzal. *ad d. reg.* 8. *Canc. gloſ.* 32. *n.* 30. *& gloſ.* 35. *n.* 26. allegans *l. fin. ff. de reb. dub. & cap. ſecundò requiris in princip. de appellat.* Fel. *cap. cauſam, qua, n.* 4. *de reſcript.* per illum text. & alia iura allegata *ibi in gloſ.* 3. *&* 4. ſed debuit allegare *gloſ.* 4. *verbo, fuerat inferenda, & 5. verbo, præced.* eandem quoque regulam poſt multos tradunt Marta, *d. tract. de clauſul. part.* 4. *clauſ.* 23. *num.* 1. & Barboſ. *in ſimili tractat. clauſul.* 119. *num.* 1.

55. Ampliatur autem primò, vt † etiam clauſula poſita in principio, vel medio diſpoſitionis extendatur ad ſequentia, & præcedentia; vt de poſita in medio probat text. *d. l. talis ſcriptura,* §. *fin.* ibi; hanc autem ſcripturam non ſolùm ad præcedentia legata, ſed & ad vniuerſa, quæ teſtamento adſcripta ſunt, extendi verum eſt. de poſita verò ſiue in principio, ſiue in medio, ſiue in fine, text. eſt inſignis *d. cap. ſecundò requiris, in princip.* vbi, ſi per reſcriptum committantur plures articuli connexi, & in vno remoueatur appellatio, intelligitur remota in aliis: ſubditque rationem Romanus Pontifex his verbis; nihil enim intereſt, vtrùm inhibeatur primò, an ſecundò, in medio, an in fine; cùm, ſicut vtriuſque iuris argumenta nos docent, ea, quæ in principio, ad medium & ad finem; illa verò, quæ in medio, ad finem, atque principium ſæpe referri contingat. gloſ. verò *in verbo, vtriuſque iuris*, exponit, canonici, & ciuilis, & ex iure Canonico profert *cap. Apoſtolus*, 22. *quæſt.* 7. ex ciuili *l. item qua,* §. *vlt. ff. de pact. l. Titia,* §. 1. *ff. de verb. obl. l. quoties, C. famil. erciſc. l. petens, C. de pact. l. lecta eſt, ff. ſi cert. pet. & l. ſi ſeruus plurium, in fi. ff. de legat.* 1. Atque hanc ampliationem quoad clauſulam poſitam in principio, vel medio, vt declaret ſequentia, ponit poſt alios Maſcard. *tract. de probat. concluſ.* 401. *num.* 5. & Gonzal. *d. gloſ.* 32. *numer.* 29. ac multis relatis Barboſ. *ſup. clauſul.* 117. *cum ſequent.* quoad poſitam verò in principio, medio, vel fine, vt referatur ad omnia contenta in ea diſpoſitione, in qua ponitur, pro regula tradit pluribus relatis Dec. *d. cap. ſecundo requiris, num.* 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 181. *num.* 2. Peregrin. *tract. de fideicommiſſ. art.* 16. *num.* 102. *&* 105. Sanchez *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 22. *num.* 19. *& lib.* 8. *diſp.* 16. *numer.* 11. *circa medium*; & Marta *d. part.* 4. *clauſul.* 23. *num.* 1. *&* 2.

Ampliatur ſecundò, vt prædicta regula procedat † etiam in materia odioſa. ita poſt alios Me- 56.
noch. *ſup. num.* 4. & Gab. *num.* 2. per text. *d. l.* 3. §. *filius, ff. de lib. & poſth. ac l.* 1. *C. de liber. præter.* Gonzal. *d. gloſ.* 35. *num.* 28. licèt contrà ſentiat Marta *d. clauſ.* 23. *num.* 6. poſt Capic. *deciſ.* 108. *num.* 14. Idem verò Marta poſt alios *numer.* 3. regulam ipſam extèdit, vt procedat etiã in ſtatuto exorbitanti, niſi diuerſitatis ratio dari poſſit, tum etiamſi omnia præcedentia diuerſa contineant à ſequentibus. *&* num. 23. in ſubſtitutionibus.

Limitatur nunc primò, vt non procedat, † vbi 57.
omnium capitulorum diſpoſitionis non ſit eadem ratio; ita plerique Doct. relati, ac probati à Menoch. *d. num.* 2. 16. 17. *&* 18. Gabr. *d. concluſ.* 9. *de clauſul. num.* 3. Dec. *d. numer.* 3. Gonzal. *d. gloſ.* 35. *num.* 27. & Sanchez *locis cit. & d. lib.* 8 *diſp.* 34. *num.* 30. Marta *vbi ſup. num.* 7. ac Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 8. quod explificat Dec. *ibidem* poſt gloſ. & Doctor. *ibi*, ſi ſint diuerſa negotia, per text. *d. cap. inquiſitioni*, vbi etiam gloſ. Dec. & alij id latiùs tradiderunt. Secundò, quando per hoc reſtringeretur materia largè interpretanda; ita poſt alios Gabr. *d. concl.* 9. *num.* 4. *ac* 30. & Menoch. *d. præſumpt.* 181. *numer.* 14. Tertiò clauſula in fine poſita non refertur ad ea, quæ ſunt iuri communi contraria, vt pluribus relatis tradit Gabr. *ead. concl. num.* 5. qui *num.* 6. id ampliat, licèt ea clauſula expreſsè in genere ſe referret ad præcedentia, ex Aret. *d.* §. *filius, in fi.* ſublimitat verò vtrumque; niſi omnia præcedentia eſſent contra ius commune; idque, ne clauſula illa ſit ſuperflua; ex Gabr. alios referente *d. concl.* 9. *numer.* 7. Marta *num.* 20. Huic ſimilis eſt declaratio, quam poſt alios affert Menoch. *de præſumpt.* 181. *num.* 10. & Marta *ſup. num.* 18. vt non fiat relatio ad ea, ob quæ induceretur legum correctio. Quartò, pariter non fit relatio ad ea, ob quæ ſequeretur abſurditas; vt plerique tenent laudati à Dec. *d. num.* 3. *verſ. quartò*, ſi ex ratione aliqua, Bero. *conſ.* 41. *numer.* 13. *& conſ.* 148. *num.* 47. *vol.* 2. Gabr. *d. concl.* 9. *num.* 28. Menoch. *ſup. num.* 13. Marta *num.* 22. aut contrarietas, & repugnantia in ipſa diſpoſitione; latè Gabr. & Menoch. *vbi ſup.* vterque *num.* 9. & Marta *num.* 10. vel non ſaluaretur ratio recti ſermonis; idem *num.* 22. & Gabr. *d. concl.* 9. *num.* 31. poſt alios: aut aliàs repugnaret ſermonis proprietas; vt ex Iaſ. & Oldr. docet Menoch. *ſup. num.* 12. aut præſumpta teſtatoris voluntas. idem Menoch. *num.* 20. ex Soc. iun. *conſ.* 81. *num.* 19. *&* 20. *lib.* 3. ad id recenſente Oldr. Abb. & Crau. & generatim non refertur ad quæ

commo

commodè referri non poteſt. ita poſt multos Gabr. *d. concluſ. 9. numer. 16.* & Marta *d. clauſul. 23. num. 5.* Quinto, vt non referatur ad illud capitulum, cui ſpecialiter eſt prouiſum, ſeu, quod habet ſuam claram, & determinatam diſpoſitionem; vt poſt alios tradit Dec. *d. numer. 3. verſ. tertiò, quando aliquis articulus*, Gabr. *d. concluſ. 9. numer. 8.* Peregr. *d. numer. 107.* Menoch. *d. præſumpt. 181. numer. 6. cum duobus ſeqq.* Marta *d. clauſul. 23. numer. 9.* Sextò non refertur ad omnia, quando ſic diſpoſitio redderetur inutilis. ita late Dec. *d. numer. 3. verſ. quintò, non debet fieri*, Gabr. *d. concluſ. 9. numer. 10.* & Menoch. *ſup.*
58. *numer. 11.* Marta *numer. 11.* Septimò, † clauſula, quæ non ſtat de per ſe, verùm accellorie ad aliquod capitulum, vt eius pars, conditio, modus, vel qualitas, ad alia non refertur; vt pluribus allegatis declarat Dec. *d. numer. 3. verſic. ſecundò, exemplum ponitur*, Bero. *conſ. 176. numer. 53. vol. 1.* & Gabr. *cod. concluſ. 9. num. 11. & 20.* Menoch. *d. præſumpt. 181. numer. 22.* Marta *d. clauſul. 23. numer. 8.* ſicut etiam contrà non fit relatio ad ea, quæ accelſoriè, & incidenter, vtputa cauſa demonſtrationis ponuntur; vt poſt alios tradit Dec. *d. numer. 3. verſic. ſeptimò, concluſio ſuprà facta*, Gabr. *d. concluſ. 10. num. 15.* & Menoch. *vbi ſup. numer. item 15.* Marta *num. 14.* multóque magis illud verum erit, ſi clauſula illa in medio vnius capituli ponatur, vt declarat Gabr. *d. concluſ. 9. numer. 27.* ex Aret. *d. l. talis ſcripturæ*; necnon Marta *ſup. numer. 21.* & Peregr. *d. art. 16. numer. 103.* ex *l. 3. §. filius, ff. de lib. & poſth.* limitans, niſi aliàs ſequens capitulum eſſet inutile. Octauò non refertur clauſula ad ea, quæ longè diſtant, ſi medient extranea, ad quæ clauſula illa referri non poſſit. ſic pluribus allegatis docet Gabr. *ibidem numer. 12. ac 14.* & Menoch. *d. præſumpt. numer. 23.* Immo etiam ſi referri poſſit, vbi ea ſint omninò ſeparata; vt ſatis probat Sanchez *lib. 7. de matrimon. diſput. 108. numer. 3.* ſentitque *gloſ. fin. Clement. fin. de pœn.* Nonò, pœna appoſita in vno
59. capitulo diſpoſitionis † non trahitur ad aliud, in quo ſimpliciter aliquid prohibetur. ita gloſ. *in Clement. 2. verbo, ſanctioni, de vit. & honeſt. cleric.* ibique Doctor. magis communiter, & Ruin. *conſil. 98. & 86. vol. 5.* quem refert, ac ſequitur Gabr. *d. concluſ. 9. numer. 22.* licèt ibidem referat alios contrarium ſentientes, & ex his Bald. *l. quiſquis, in princip. C. ſi cert. pet.* quem etiam refert, ac ſequitur Menoch. *ſup. numer. 5.* atque in hanc partem inclinant quoque pro ea multa allegantes Fel. *d. cap. cauſam, qua, numer. 4. in initio, de reſcript.* & Dec. *d. numer. 3. verſ. ſextò, ſi pœna*: vbi tamen pro noſtra limit. præter gloſ. *d. verbo, ſanctioni*, affert etiam *gloſ. fin.* quam, inquit, ſequuntur *ibi* Doctor. *in Clement. fin. de pœn.* quæ poſtrema gloſ. hoc mihi non probat, ſed potiùs octauam limit. dum vult, quòd ideo pœna vltimi caſus non extendatur ad alios caſus ſuperiores illius conſtitutionis, quia ab iis ſit valde ſeparatus. Eandem autem limitationem tenuit Rot. quam ſequitur Marta *vbi ſup. num. 23.* Reſtringenda verò eſt hæc limitatio, niſi ea clauſula pœnalis ponatur in fine diſpoſitionis cum iis verbis, *circa præmiſſa*, aut, *aliquod præmiſſorum*, vel ſimili; vt in caſu *cap. Statutum, de reſcript. in 6. & cap. fin. de offic. deleg. eodem lib.* quod ſentit gloſ. *d. cap. ſtatutum, in princip.* ſeu *§. 1. verbo, committantur, & §. in nullo, verbo, expreſſus, & §. fin. verbo, ipſo iure, ac d. cap. fin. verbo, conſeruator, & verbo, præſumant*, iuncto verbo, *omnino*, quod eſt *in §.* ſeu *verſ. vlt.* expreſsè tradit Sanchez *lib. 7. de matrimon. diſput. 108. numer. 3. circa initium*, poſt Alexand. de Næpo *in rubr. Decretal. de ſponſal. &*

matrim. numer. 3. Decimò propoſita regula non pro-
cedit † in caſibus priuilegiatis. ita poſt alios Me- 60.
noch. *d. præſumpt. 181. numer. 19.* cui affinis eſt limitatio, quam Gabr. *d. concluſ. 9. numer. 25.* affert poſt Gozad. *conſ. 2.* vt clauſula in fine poſita non referatur ad præcedentia, quando ex ea relatione ius tertij læderetur. Idem verò Marta *d. clauſul. 23. num. 19.* illam quoque affert limitationem poſt alios, vt non fiat relatio in iis, quæ in referente ſunt excepta. & *clauſ. 24. cum ſeq.* paſſim plurima tradit, vnde tam præcedentes confirmari, quàm aliæ limitationes, ſeu declarationes ad prædictã regulam deſumi poſſunt; ſicut etiam ex Gabr. *d. concl. 9.* Denique clauſula illa, quæ tacitè ſubintelligitur in aliquo ca-
pitulo, † nunquam ad alia refertur. ita aliis relatis 61.
Dec. *d. c. ſecundò requiris, ad fin.* Fel. *d. cap. cauſam, quæ, n. 4. limit. 8. de reſcript.* Gabr. *d. concl. 9. ſub tit. de clauſ. n. 17.* Menoch. *d. præſumpt. 181. n. 21. lib. 4.* ac Marta *vbi ſup. n. 17.* & ſanè text. ac Doct. prædicti in regula loquuntur de clauſula, quæ verbis exprimitur.

Hæc autem poſtrema limitatio petit, vt videamus, an aliquæ clauſulæ ſubintelligantur in diſpoſitionibus, ſeu cenſeãtur appoſitæ, quod nũc præſtabimus.

Præmitto igitur tertiò, † clauſulam conſuetam 62.
apponi de ſtylo Curiæ, cenſeri appoſitam, ac ſubintelligi, quamuis non apponatur. ita Abb. *in cap. cùm Ad. Ferrarienſis, num. 5.* Fel. *num. 6.* Rip. *num. 29. & ſeq.* Dec. *num. 6. & 7. & ibidem* Butr. Imol. Bald. & alij, *de conſtit.* per illum text. *verſ. mandamus*, ibi; mandamus, quatenus, cùm in conſtitutione prædicta, & confirmatione Sedis Apoſtolicæ, vel fuerit, vel eſſe debuerit, ſicut conſueuit, expreſſum, niſi in tantum excreſcerent Eccleſiæ facultates, quòd pluribus poſſent ſufficere competenter, &c. ad idem allegatur etiam text. *in l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, ff. de ædilit. edict. & l. fin. C. de fideiuſſor.* idque præter citatos, & probatos ab Apoſtill. Abb. Fel. ac Dec. *vbi ſup.* inter recentiores adnotauit plurimis relatis Bertazol. *tract. de clauſul. clauſul. 4. gloſ. 34.* & Barboſ. *in ſimili tract. clauſul. 111. numer. 2.* necnon Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 25. numer. 19.* vbi etiam allegat Silueſt. *in ſum. verbo, reſcriptum, quæſt. 3.* qui ſequitur in hoc Abb. *in cap. quòd tranſlationem, num. 3. de offic. leg.* vbi eſt bonus text. ſicut *& cap. 2. de reſcript.* facit & illa communis concluſio, quam ex nonnullis deciſionib. comprobat Marta *d. part. 4. tract. de clauſul. clauſ. 13.* necnon *clauſ. 33. num. 5. cum ſeq.* & latiùs confirmat, ac declarat Ant. Gabr. *com. concl. lib. 6. tit. de conſuet. concl. 3. per tot.* quòd notarius† 63.
præſumitur rogatus apponere in inſtrumento omnes clauſulas conſuetas; vbi *num. 2.* tradit idem de litteris Apoſtolicis per text. *d. cap. cùm M. & cap. accepimus, de et. & qualit.* ac pleroſque Doctor. de quo aliquid etiam inf. *præmiſſ. 5.*

Ampliatur verò hæc regula primò, vt † etiam 64.
clauſula ſolita apponi in certo loco reſcripti, ſi tranſponatur contra ius, intelligitur inſerta ſuo loco. ita Abb. *d. cap. cùm M. n. 5. in fi.* quem etiã refert conſentiens Maſcard. *de probat. concl. 299. num. 8.* & non diſſentiens Fel. *d. num. 6. circa initium*, per text. *in cap. cauſam, qua, de reſcript.* ibi; nos volentes, vt clauſula illa, (quantũ de iure poteritis,) quæ, antequã de probationum receptione mentio fieret, fuerat inſerẽda, clauſulã illam de receptione probationũ præcedat: mandamus, quatenus ipſam intelligentes ibidem, in cauſa iuxta tenorem litterarũ procedere nõ tardetis, &c. Secundò ampliatur, vt † talis cõſuetudo clauſulã 65.
aliquã apponendi, ſi generalis ſit, probatione non indigeat; ſic ex Bald. *in l. 1. C. ad Velleian.* tradit Dec. *d. n. 7.* & vbi etiã generalis non ſit, non debet neceſſariò eſſe præfixa; vt poſt Aret. *d. cap. cùm M. de conſtit. &*

ſtit. & conſ. 11. col. pen. Alexand. conſ. 107. pariter col. pen. lib. 2. & Butr. in cap. fin. verſ. ex his dicit, de conſuet. tradit Dec. d. numer. 7. Ampliatur deni-
66. que vt † huic conſuetudini nunquam derogatum videtur, niſi id ſpecialiter dicatur. ita poſt Bald. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. & Alexand. conſ. 125. col. 3. lib. 2. docet idem Dec. eodem num. 7. ſubdens, quòd immo etiam, ſi conſuetudo expreſsè reprobetur, non intelligitur de iſta conſuetudine interpretatiua, ex Anchar. conſ. 127. verſ. quintò, allegata conſuetudo.

67. Limitatur nunc prædicta regula primò, vt † ſubſtantialia, & ea, quæ ſunt facti, licèt conſueta ſint exprimi, non tamen ſubintelliguntur, ſi non exprimantur; vt poſt alios tradunt Fel, d. cap. cùm M. numer. 7. & ibidem Dec. poſt Io. And. in addit. ad Specul. tit. de inſtr. edit. §. inſtrumentum, verſic. quid ſi a contrahentibus, qui allegat l. teſtamentum, C. de teſtam. necnon cap. tua, & cap. tua, de ſponſal. idémque voluit Ang. in l. licet, C. locat. & alij relati, ac probati à Gabr. d. concl. 3. num. 27. & ſeq. Maſcard. d. concl. 299. num. 12.

Secundò limitatur, vt procedat quoad eam clauſulam, quæ conſueuit communiter, & vtplurimùm,
68. † non autem rarò apponi; vt per text. in l. Seio, §. Medico, & ibi Bart. ff. de ann. leg. declarant Fel. ac Dec. d. numer. 7. qui ad idem allegat eundem Bart. in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, in fi. ff. ſi quis caution. Butr. cap. 1. de commod. Alexand. conſil. 31. col. pen. lib. 2. & conſ. 107. pariter col. pen. lib. 3. alios adducit Gabr. d. concl. 3. num. 29. Maſcard. ſup. numer. 14. Limitatur denique d. regula, vt per Roman. conſ. 377. incip. omnipotentis, aliàs, quæſtio eſt, numquid, in fi. quam refert, ac ſequitur Dec. eodem numer. 7. ad fin. vbi falſa latinitas in reſcripto ſequeretur: quam tamen limitationem paruipendit Rip. d. cap. cùm M. vt eum refert Gabr. d. concluſ. 3. numer. 31. ſed immeritò paruipendit; nam & alias falſa latinitas vitiet reſcriptum, cap. ad audientiam, il 1. & ibi Doct. de reſcript. ex qua concluſ. 3. poſt num. 18. colligi poſſunt multæ aliæ limit. d. regulæ.

Præmitto quartò, clauſulas omnino inſolitas reſcriptorum, & inſtrumentorum † reddere illa
69. ſuſpecta de fraude, & dolo; vt poſt Aret. conſil. 16. numer. 6. Socin. iun. conſil. 77. numer. 47. Neuiz. conſ. 8. numer. 63. Alciat. reſponſ. 462. numer. 10. Crauet. conſ. 862. numer. 6. & conſ. 969. numer. 14. Decian. conſ. 32. numer. 64. & conſ. 67. numer. 15. lib. 3. ac ſeipſum conſ. 1. numer. 338. lib. 1. tradit Menoch. d. tract. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. numer. 163. ac poſt alios Maſcard. d. concluſ. 299. num. 18. Tiraq. de retract. conuention. in præfat. numer. 31. & ſeq. Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 8. numer. 6. in fin. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 36. numer. 86. ac nouiſſimè pluribus relatis Barboſ. ſup. clauſul. 20. num. 4. Marta clauſul. 18. num. 3. Ad idem faciunt Doct.
70. tradentes, † pacta inſolita inducere præſumptionem contractus fœneratitii, & ſimulati; quos recenſet, ac ſequitur idem Menoch. d. tract. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 122. numer 65. & 67. ac poſt multos Barboſ. d. clauſul. 20. numer. 5. quod & probatur ex cap. illo vos, de pignor. Quando autem
71. clauſula, vel pactum † inſolitum dicatur quod hanc rem attinet, declarat ipſemet Menoch. d. numer. 67. & d. conſ. 1. numer. 341. Et quis probare debeat, clauſulam inſolitam in inſtrumento fuiſſe appoſitã, latè tradit Maſcard. d. concl. 299. ferè per tot.

Præmitto quintò, clauſulas executiuas, & acceſ-
72. ſorias reſcriptorum, & aliorum inſtrumentorum † cenſeri appoſitas potius ex ſtylo, quàm ex intentione concedentis, aut aliàs diſponentis; prout de clauſulis, quæ apponuntur in Cancellaria reſcriptis, quæ à Sede Apoſtolica emanant, vt apponantur præter intentionem Papæ, quæ non exprimit, niſi diſpoſitiua fundantia gratiam; atque adeò hæc ſolùm excludant ſurreptionem, non alia, latiùs tradit Imol. Clement. 1. de prab. verſ. nota ſecundo, quem refert, ac ſequitur Fel. in cap. licèt in corrigendis, numer. 7. circa initium, de offic. ordin. Ad idem facit, quod plerique Doctor. voluerunt, † clauſu- 73.
lam codicillarem non cenſeri appoſitam ex voluntate teſtatoris, ſed potiùs ex conſuetudine notariorum; quos recenſet Gabr. d. tit. de conſuetud. concl. 4. num. 3. & 4. Maſcard. de probat. concluſ. 300. num. 1. & Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 10. numer. 1. Et quamuis quamplures teneant contrarium relati à Gabr. d. concluſ. 4. numer. 1. & 2. ac probati à Maſcard. d. concl. 300. numer. 2. Menoch. conſ. 87. numer. 50. Farinac. in praxi crimin. part. 6. tit. de falſit. & ſimulat. quæſt. 157. num. 48. & Mantic. d. tit. 10. numer. 2. qui lib. 5. tit. 14. numer. 1. idem generaliter tradit de clauſulis in teſtamento deſcriptis, ex Alex. conſ. 142. numer. 7. vol. 2. Rol. à Vall. conſ. 61. num 65. vol. 2. & Dec. qui pluribus relatis communem aſſerit, conſ. 490. numer. 10. quod etiam, ac ſimul de inſtrumentis contractus plerique voluerùnt relati à Marta d. tractat. de clauſul. part. 4. clauſul. 33. numer. 1. & 2. tamen, vel hoc ideo eſt, quia notarius cenſetur rogatus de apponendis clauſulis conſuetis apponi communiter à notariis in ſimilibus inſtrumentis; vt quamplurimi Doct. tradunt relati, & probati à Gabr. d. concluſ. 3. numer. 1. ſub tit. de conſuet. & Maſcard. d. concluſ. 299. num. 10. & 11. ac nos quoque attigimus ſup. præmiſſ. 3. circa init. quam rationem afferunt plerique apud Gabr. d. concluſ. 4. numer. 1. & Mantic. d. tit. 10. numer. 2. & d. tit. 14. numer. 3. Vel quia teſtamentum legitur coram teſtatore, quæ eſt potiſſima ratio Io. de Imol. in l. filio præterito, numer. 21. in fin. ff. de inoff. rupt. & irrit. teſtam. & aliorum, quos refert Maſcard. d. concluſ. 300. numer. 2. & Mantic. d. tit. 10. num. 2. & d. tit. 14. numer. 1. & 2. Ex quibus duabus rationibus † duæ ſumuntur limitatio- 74.
nes regulæ propoſitæ initio huius præmiſſ. prima, vt nimirum non procedat quoad clauſulas executiuas, & acceſſorias, quæ communiter in omnibus ſimilibus reſcriptis, & diſpoſitionibus apponi ſolent. Secunda, vt non habeat locum quoad clauſulas, quæ leguntur coram diſponente, aut quarum aliunde conſtat eum notitiam habere, illáſque approbare; vt cùm Papa manu ſua ſignat non modò gratiam principalem, ſed quaſdam etiam clauſulas, quæ in ſupplicatione adiiciuntur, & virgula, ſeu linea quadam clauduntur, & manu propria Pontificis ſignantur, appoſita priori littera nominis, quo ante pontificatum appellabatur, hoc modo, hat. quod ſatis in terminis ſentit Fel. d. cap. licèt in corrigendis, num. 7. ad fin. de offic. ord.

Præmitto denique, † clauſulam generalem ad- 75.
iectam poſt aliqua ſpecialiter enumerata non extendi ad maiora expreſſis, verùm reſtringi ad ſimilia. text. eſt quoad legata, & alias vltimas voluntates in l. fin. §. cui dulcia, ff. de vin. trit. & ol. leg. vbi Proculus I. C. ait: Quòd, ſi ita eſſet legatum; Vinum amphorarium, aminæum, Græcum, & dulcia omnia; nihil inter dulcia, niſi quod potionis fuiſſet, legatum putat Labeo ex collatione vini amphorarij quod non improbo: ad idem facit text. in l. cùm quæreretur, §. Iana, ff. de leg. 3. l. Plautius, & l. pediculis, §. item cùm quæreretur ff. de aur. & arg. leg. in mandato autem procuratorio text. ſingularis eſt in Clement.

non poteſt, quæ eſt 2. *de procurat.* vbi decernitur, non poſſe procuratorem conſtitutum ad agendum, ac defendendum, iurandúmque de calumnia, & veritate dicenda, & generaliter ad omnia alia, quæ mandatum exigunt ſpeciale, niſi aliud ſuper hoc in mandatis habeat, opponere in perſonam electi, ſeu eius, cui prouiſio facienda, vel facta, crimina, vel defectus; cùm, (vt ibi ſubditur,) ſub generalitate tali grauiora non veniant, vel maiora, quàm in ipſo procuratorio ſint expreſſa: & in reſcriptis optimum textum habemus *in cap. ſi dues, de reſcript.* ibi; decernimus, vt, cùm in commiſſionibus noſtris minores, & viliores perſonæ ſolummodo deſignantur, maiores, & digniores ſub generali clauſula, (nimirum, & quidam alij, ſtatim adiecta, vt communiter Doct. exponunt,) non intelligantur includi: ſed nec liceat occaſione generalitatis huiuſmodi multitudinem effrænatã in iudicium euocare: nec ſuper maioribus, & grauioribus negotiis audiantur, qui de minoribus, & leuioribus tantùm faciunt mentionem. Atquẽ hanc ipſam regulam poſt hæc ſcripta vidi traditam à Marta *d. tract. de clauſul. part. 4. clauſul. 1, num. 6. & 7.* vbi eam Doctorum auctoritatibus confirmat. quod tamen *num. 16.* poſt alios temperat, niſi ratio inſit, cur clauſula generalis poſt quædam expreſſa ad iis maiora referatur, ex quo auctore *eod. clauſ. 1.* & penè omnib. ſeqq. & Barboſ. *à clauſ. 109.* peti poſſunt cætera non ita neceſſaria, ex iis quæ generatim ad clauſularum materiam pertinent.

Iam verò his generatim præmiſſis de clauſulis reſcriptorum, aliarúmque diſpoſitionum, ad ſpe-
76. ciales clauſulas, † quæ plerumque in reſcriptis commutationis vltimarum voluntatum apponuntur, ad eius robor, ſubſtantiam, & ſolemnitatem pertinentes, earúmque vim, & effectus explicandos veniamus. ex quibus cùm tres illæ, nimirum, *motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis*, primum locum obtineant, de iis quoque priùs agemus; omiſſo tamen, aut vix commemorato eo, quod de clauſula, *motu proprio, & ex certa ſcientia*, diximus *cap. præced. quæſt. 3. concl. 5.* ac de plenitudine poteſtatis, *cap. 5. quæſt. 2. præmiſſ. vnic.* præſertim paulo poſt initium, & non longè à fi. necnon *concl. 1. limit. vnic.* in eiuſdem extenſ. ſeu ampl. 1. tum alias clauſulas proſequemur.

PRIMA CONCLVSIO. Clauſula motus proprij maximam vim habet in reſcriptis commutationis vltimarum voluntatum appoſita. Probatur id ex variis effectibus huius clauſulæ; quorum præcipuos hoc loco commemorabimus, & verò etiam, qua maiori fieri breuitate poterit, explicabimus, retento fetè ordine illo, quem in iis recenſendis obſeruauit Anc. Gabr. qui cæteris fuſiùs, ac meliori quo methodo rem hanc executus eſt *in lib. 6. ſuarum communiu. concluſ. tit. de clauſul. concluſ. 2.*

77. *Primus* igitur effectus eſt, vt † tollat vitium ſurreptionis huiuſmodi reſcripti; ex *cap. ſi motu proprio, de preb. in 6. & Clem. ſi Romanus, eodem tit.* cum aliis ad id adductis *d. cap. præced. quæſt. 3. concl. 5. in initio.* vbi etiam poſt alios id extendimus, ſi ea clauſula appoſita ſit ab inferiore. limitauimus autem, vt non tollat ſurreptionem, vbi taceatur inhabilitas perſonæ, & regulariter non operetur in præiudicium tertij, nec tollat defectum intentionis, aut eam ſurreptionem, quæ oritur ex falſi expreſſione, & potiùs obreptio dicitur.

Secundus effectus clauſulæ motus proprij eſt,
78. vt † habeat vim clauſulæ, *non obſtante*, vt notat Bald. *in l. omnes, & ibi* Ang. *C. de quadrien. præſcript.* Io. And. *in cap. 1. verſ. quinta opinio, de excеſſ. prał.* in 6. Soc. *conſ. 117. in fi. vol. 3.* Curt. *ſen. conſ. 66. numer. 65.* Ruin. *conſ. 21. vol. 5.* quos refert Gabr. *d. concluſ. 2. num. 58.* & licèt *ibi* referat alios contrarium ſentientes, quorum opinionem magis communem aſſerit; tamen rectè hanc pluribus relatis declarat *numer. 58.* vt clauſula prædicta vim habeat clauſulæ, *non obſtante*, ſpecialis, ſi adiunctam habeat clauſulam generalem, *non obſtante.* Item habet vim clauſulæ, *ex certa ſcientia*, vt poſt Crauetc. alios allegantem *conſil. 241. numer. 20.* nouiſſimè tradit Marta *tractat. de clauſul. part. 1. clauſul. 72. num. 7.*

Tertius effectus eſt, quia hæc clauſula † reddit 79.
diſpoſitionem fauorabilem; vt probat text. *in cap. ſi pluribus, de prab. in 6.* vbi Romanus Pontifex loquens de collatione beneficij, quæ alioqui ſtrictè eſt interpretanda *d. cap. ſi pluribus, cap. quamuis, ti 1. & cap. non poteſt, eod. tit. & lib.* ait, gratiam huiuſmodi, ſi motu proprio eam fecerimus, vt tunc fiat interpretatio pleniſſima in eadem, referri volumus ad dignitatem, vel præbendam, quæ inter illas eſſet maioris valoris; ac præter Doct. *ibi* admotarunt plerique relati, ac probati à Marta *d. num. 7.* & Gabr. *d. concl. 2. num. 61. 63. 67. & 77.* qui *n. 62.* id ampliat poſt alios in diſpenſatione, quod & nonnulli faciunt, probati à Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 22 num. 5.* quæ tamen, & ipſa ſtrictè eſt interpretanda, *cap. 1. §. vlt. de fil. preſbyt. in 6.* cum ſimil. adductis à Sanch. *d. diſp. 1. num. 3. & 4.*

Quartus effectus eſt, quia ſtante dicta clauſula † 80.
non habet locum tit. quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur; vt per text. *in l. 3. in princip. ff. eodem tit.* poſt Bart. *ibid. gloſ. 2. in auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & alios docet Gabr. *d. concl. 2. num. 66.* id limitans poſt alios *num. 67.* quando priuilegium impetratum motu proprio reſpiceret ordinaria iudicij, & illius proceſſum. *& num. 68.* vbi tale priuilegium motu proprio conceſſum ſit in ea materia, quæ alteri parificetur per viam correlatiui, vel neceſſariæ conſequentiæ, ex Fel. *cap. 2. limit. 2. de mut. petitionib.*

Quintus eſt, quia † tollit diligentiam proceſſus 81.
ab aduerſario adhibitam; vt pluribus relatis docet Gabr. *d. concluſ. 2. numer. 69.* declarans *numer. 70.* non ideo tollere poſſeſſionem patis in data, ex Bonif. Vitalin. *in Clement. ſi Romanus, num. 29. de prabend.* minúſque tollet ius ad rem ab alio priùs quæſitum, vt probat text. *in cap. ſi poſtquam, eod. tit, in 6.*

Sextus eſt, vt † operetur circa omnes qualitates 82.
extrinſecas. ſic Gabr. *d. concl. 2. num. 71.* ex Rot. *deciſ. 111. in non.* ſeu *deciſ. 6. de prabend.*

Septimus eſt, vt † ampliet gratiam circa expreſ- 83.
ſa, & quæ non ſunt contra mentem diſponentis, aut contra ius commune; vt conſtat ex adductis à Gabr. *d. concl. 2. num. 72.* innctis *quatuor, ſeqq.* vbi ſic conciliat diuerſas, vel aduerſas circa hunc effectum Doctorum opiniones.

Octauus, vt ea clauſula appoſita poſterioribus 84.
litteris, † reuocetur proceſſus factus in vim priorum ſaltem poſt illarum etiam ante earum præſentationem, vt pluribus relatis docet Gabr. *d. concluſ. 2. num. 78. cum duab. ſeqq.* ſic concordans contrarias hac in re Doctorum ſententias.

Nonus effectus eſt, vt † attento iure communi 85.
antiquo in gratia ad beneficium, cui adiecta eſt ea clauſula, non ſit neceſſariò exprimendus eiuſdem beneficij valor, vt pluribus tradit Gabr. *d. concl. 2. num. 81.* & Menoch. *de arbitrar. iud. caſ. 101. num. 79. & 80.* ex *reg.* verò *54. Cancell.* exprimendus eſt, non obſtante huiuſmodi clauſula.

86. *Decimus* eſt, vt † non præſumatur conceſſio facta propter importunitatem. ita Gabr. *d. concluſ. 2. num.* 81. poſt Bald. *in l. quod fauore, in 2. oppoſit. C. de legib.* Abb. *cap. accedentes, verſ. ego aliter dicerem, de præſcript.* Gomeſ. *ad reg. Canc. de annal. quæſt.* 10. *num.* 3. & alios.

Vndecimus, quia in reſcripto, cui adiecta eſt ea
87. clauſula, † cenſetur concedens vſus plenitudine poteſtatis; vt poſt Butr. *in cap. conſtitutus, verſ. non obſtat, de reſcript.* Rebuff. *in concord. Gall. rubr. de for. mand. Apoſt. effect.* 35. *huius clauſ.* & alios, docet Gabr. *ſup. num.* 83. Huic ſimilis eſt ille effectus, vt per hanc clauſulam cenſeatur derogatum iuri tertij, vt plerique voluerunt, quos refert Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 9. num.* 25. licèt alij contrà, quos idem recenſet *num.* 27. & Gabr. *d. concl. 2. num.* 8. & multis ſeqq. qui etiam mox ſubiiciunt varias harum opinionum conciliationes.

88. *Duodecimus* eſt, quòd † tollit vim decreti, & ideo operatur in beneficio reſeruato, vt plerique tradunt, quos idem Gabr. allegat *num.* 86. licèt *num. ſeq.* alios referat contrarium ſentientes. Verùm prior opinio confirmatur ex eo, quod idem Gabr. *num.* 85. poſt alios tradit, collationem factam de beneficio vacante in Curia, non facta de hoc mentione, valere, quæ aliàs non valeret, iuxta *cap. 2. de prab. in* 6. cum ſimil.

89. *Decimustertius*, vt † cauſa præſumatur in Principe reſcribente motu proprio; ita Gabr. *ibidem num.* 88. ex latiùs per eum adductis *lib. 3. com. concl. tit. de iur. quæſit. non tollend. concl. 3. limit. 6.* ſeu *num.* 12. ex quo, & aliis id nos quoque tradidimus ſup. *cap. 6. quæſt. 1. concl. 3. ad fin.* cùm tamen, vt *ead. concl.* oſtendimus, regulariter cauſa etiam in Principe concedente non præſumatur.

90. *Decimusquartus*, vt ſtante hac clauſula, † videantur probata ea omnia, quæ Princeps aſſerit in ſuis litteris. ita poſt Dec. *d. l. 3 ff. quod quiſque iur. & conſ.* 341. *numer.* 5. docet Gabr. *d. tit. de clauſul. concl. 2. numer.* 89. & plures allegans *lib. 1. com. concluſ. tit. de probat. concl. 2. numer.* 55. etiamſi atteſtetur de facto alieno.

91. *Decimusquintus* effectus eſt, † quòd, ſi Papa motu proprio mandet conferri, vel conferat præbendam, ſi vacat, ſatis eſt, quòd vacet tempore collationis, vel receptionis, licèt non vacaret tempore datæ. ita Gabr. *d. tit. de clauſul. concluſ. 2. num.* 91. poſt Io. And. *in cap. dilectus, il 2. verſ. & ſi Papa, de prabend.* & Staphil. *de litter. grat. & inſt. verſ. ſed quando Papa.* cùm tamen in reſcriptis gratiæ maximè beneficialis regulariter attendatur tempus datæ, *cap. eam te, de reſcript. & cap. ſi eo tempore, eod. tit. in* 6. cum ſimil.

92. *Decimusſextus*, quia † impetranti cum clauſula *motu proprio*, in terminis *Clem. 1. de conceſſ. prab.* non currit tempus à die notæ vacationis in loco, ſed tantùm à die ſuæ ſcientiæ; cum aliàs ſufficeret notitia vacationis in loco, vt *ibi* dicitur. ita poſt Lap. Abb. *d. Clem. 1.* & Soc. *conſ. 117. vol. 3.* ſentit Gabr. *ſup. num.* 92. licèt referat Card. *d. Clem. 1. 4. cæterùm, quæſt. 6.* contrarium tenentem.

Decimusſeptimus erit, quia clauſula motus pro-
93. prij † habet vim ſpecialis expreſſionis. ita poſt Ang. *in l. fed & ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis caution.* & Dec. *in l. certum, ff. ſi cert. petat.* docet Gabr. *d. concl. 2. num.* 93.

Alios verò effectus minus præcipuos huius clauſulæ videre quis poterit apud Gabr. *d. concl. 1.* & Rebuff. *in concord. d. for. mand. Apoſtol. in effectibus clauſ. motus proprij*; necnon Celſ. Hug. Vital. de Camban. Martam, Aug. Barboſ. & alios quotquot tractatus de clauſulis ſcripſere, vbi de clauſ. *motus proprij*. De modis autem, quibus probetur motus proprius, diximus *ſup. cap. 6. quæſt. 3. concl. 5. ad fin.* & quòd ſimul ſtare poſſit cum hoc, quòd præceſſerit poſtulatio impetrantis, eiúſque inſtantia; ita tamen, vt ex ea motus non ſit concedens, docuimus *d. cap. 6. quæſt. 1. concl. 3. ad fin.*

SECVNDA CONCLVSIO. Clauſula, *ex certa ſcientia*, valde vtilis eſt, maximamque vim habet cùm in cæteris, tum etiam † in reſcripto commu- 94.
tationis vltimarum voluntatum.

Probatur hæc concluſio ex plurimis, maximiſque effectibus, quos huic clauſulæ Doct. tribuunt. ex iis autem illos recenſebimus, qui rei, de qua agimus, conuenire videbuntur.

Primus eſt, quòd hæc clauſula † confirmet actum 95.
nullum, & inualidum. ita poſt Bart. *in l. ſi conſtat, ff. de appell.* Alex. *conſ. 79. vol. 1. & conſ. 1. vol. 5.* & alios tradit Gabr. *d. tit. de clauſul. concl. 1. num. 1.* qui *à num. 2. ad 5.* tractat, quando per eam cenſeantur confirmata ſtatuta iuri communi contraria, & in præiudicium tertij.

Secundus eſt, vt † idem operetur clauſula, *ex certa* 96.
ſcientia, quod clauſula, *de plenitudine poteſtatis*; vel potiùs illa in hac includatur: vt ex multis recentioribus tradit Barboſ. *tract. de clauſ. clauſul. 25. num. 2.* & ex Bald. *in l. eos, C. de appell.* Abb. *in cap. ad hæc, poſt glo. 1. de reſcript. & cap. cum inter*, vbi Fel. *de except.* & alios docet Gabr. *communn. concl. lib. 2. tit. de citat. concl. 1. num. 27. & d. lib. 6. tit. de clauſ. concl. 1. num. 6.* iunctis iis, quos refert, ac ſequitur tam ipſe *num.* 7. quàm Lud. Rodolphin. *in tract. de ſupr. ſeu abſol. Princip. poteſt. cap. 5. num.* 14. tradentibus, plus operari clauſulam, de plenitudine poteſtatis, quàm clauſulam, ex certa ſcientia. quæ tamen clauſula præſumere facit, vt Princeps vſus ſit plenitudine poteſtatis, vt dicemus *in ſeq. concluſ. circa initium.*

Tertius effectus eſt, vt † operetur etiam in tol- 97.
lendo ius alteri quæſitum, vt plerique tenent relati à Gabr. *ead. concluſ. 1. ſub tit. de clauſul. num.* 8. & Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 9. numer.* 95. ſed quia ipſe *num.* 16. & Gabr. *ſup.* ſubdunt alios contrarium tenentes; ac multos ad id quoque refert, ac ſequitur Marta *d. clauſul. 72. num.* 10. hæ duæ opiniones conciliari poſſunt, vt prior procedat in modico præiudicio, poſterior in magno; quod ſignanter tradit Socin. inter conſilia Ruin. *conſ. 71. vol. 3.* & eas ita concordat ipſe Ruin. *conſ. 12. eodem vol.* Afflict. & Marian. iun. laudati à Gabr. *ſup. num.* 9. & Menoch. *d. præſumpt. 9. num.* 18. ſubdit autem Gabr. *vbi ſub num.* 10. quòd quando cum clauſula, *ex certa ſcientia*, eſt coniuncta clauſula, *non obſtante*, tunc operatur etiam in notabile præiudicium tertij, ex Ruin. *conſ. 86.* qui hanc communem dicit, *numer.* 8. *vol. 5.* & aliis: quibus addi poſſunt plerique laudati à Menoch. *d. præſumpt. 9. num.* 18. Hæc autem ſemper intellige, dummodo ſubſit iuſta cauſa: nam etiam Princeps non poteſt ſine cauſa tollere ius alteri quæſitum, vt latiùs oſtendimus *cap. 5. quæſt. 2.* ante 1. *concluſ. & cap. 6.* quod hoc ſtatim præcedit, *quæſt. 1. concluſ. 2. circa med.* præcipuè ex eodem Gabr. *commun. concluſ. lib. 3. tit. de iur. quæſ. non tollend. concluſ. 1. numer.* 1. vbi plures allegat etiam de communi atteſtantes; apertéque ſentit, idem eſſe, licèt vtatur clauſula, *ex certa ſcientia*, iuncto *princip. illius num. cum verſ. contrarium tamen*: & in terminis derogandi vltimis voluntatibus, probat Couar. *lib. 3. var. reſol. cap. 6. numer.* 9. Quare, ſi adſit ſola clauſula, *ex certa ſcientia*, in commutationis, alióve reſcripto, quoad hunc effectum operabitur, vt voluerit Princeps tollere ius tertij, cùm aliàs in dubio non cenſeatur illud

tollere,

tollere, at certio præiudicare, iuxta *cap. quamuis, & cap. ſi propter, de reſcript. in 6.* cum ſimil.

Quartus effectus clauſulæ, *ex certa ſcientia*, eſt, 98. quòd † in diſpoſitione, cui apponitur, non requiratur partis citatio; vt voluit Abb. *in cap. cùm olim, de re iudic.* Roman. *conſ.* 369. *in 5. dubio*, & alij, quos refert Ant. Gabr. *in cit. lib. 2. commun. concl. tit. de citation. concluſ. 1. numer. 26. & d. lib. 6. tit. de clauſul. concl. 1. n. 11.* ibi tamen *n. 28* & hic *eodem num. 11.* alios recenſet contrarium ſentientes. *num.* autem 11. & 14. ex Soc. *conſ. 266. verſ. cùm ergo in caſu noſtro*, has diſſidentes opiniones conciliat, vt prior procedat in actu, qui ex liberalitate mera Principis proficiſcitur, vt collatio beneficij, in qua citatio non requiritur, *cap. licèt Epiſcopum, de præb. in 6.* poſterior in actu deciſiuo iuris contradictorij, in quo regulariter citatio requiritur, *l. de vnoquoque, ff. de re iudic.* vel prior in modico præiudicio, poſterior in magno, & graui.

99. *Quintus* eſt, quia facit, † vt cauſa in Principe præſumatur, vt poſt Corn. *conſ.* 189. *vol. 4.* tradit Gabr. *d. concl. 1. num. 25.* id amplians *num. 16.* ex Abb. *cap. cùm olim, de re iudic.* vt procedat, etiamſi Princeps rem concedat parte non citata. quæ tamen ampliatio dubia eſt, per adducta à nobis *cap. præced. quæſt. 1. concl. 4. poſt med.* ex Maſcard. & eod. Gabr. poſt alios, illo *in tract. de probat. concl. 275. num. 20.* hoc *lib. 3. com. concl. tit. de iur. quæſ. non toll. concl. 3. num. 9.*

100. *Sextus* eſt, vt † valeat delegatio Papæ facta non exiſtenti in dignitate, ſic Gabr. *d. concl. 1. num. 17.* poſt Lanfranc. *in cap. quoniam contra, verſ. hic tractabimus materiam ſententiarum, de probat.* Idque amplia quoad qualitates requiſitas in delegato Papæ, iuxta text. *in cap. ſtatutum, in prin.* ſeu *§. 1. de reſcript. in 6.* vt aperte ſentit *ibi* glos. recepta, *verbo, canonicis, & verbo, litterarum.*

101. *Septimus*, quia clauſula, *ex certa ſcientia*, † habet vim clauſulæ, *non obſtante*, glos. *l. fin. C. ſi cont. ius, vel vtil. publ.* Bart. & Bald. *in l. idem Vlpianus, §. ſunt & alij. ff. de excuſ. tut.* Fel. *in cap. nonnulli, in princ. num. 11. verſ. ſallit quartò, & §. ſunt & alij, num. 51.* ſeu *limit. 7. de reſcript. & cap. cùm inter, de except.* & alij, quos refert Maſcard. *tract. de probat. concluſ. 1080. num. 40.* & Gabr. *d. concl. 1. numer. 20. & num. 21.* ampliat, vt habeat vim ſpecialis derogationis, ex Socin. & Guid. ac Mil. *in Repert. verbo, ſcientia certa.* quæ ampliatio maximè confirmatur ex 9. eiuſdem clauſulæ effectu, de quo paulo pòſt. *num.* autem 22. declarat poſt alios, hæc procedere, ſi ageretur de modico præiudicio; ſecus ſi de graui.

102. *Octauus*, quòd † tollit hæc clauſula vitium ſurrepționis. ita Gabr. *d. concl. 1. num. 25.* ex glos. *cap. 2. de fil. preſbyt.* Mil. *vbi ſup.* & aliis. non operatur tamen quoad ea, quæ quis tenetur probare, vt *ibidem* ait Gabr. ex Rip. *lib. 2. reſponſ. reſponſ. 6.*

103. *Nonus*, quòd † clauſula, *ex certa ſcientia*, habet vim clauſulæ, *pro expreſſis habentes* Oldr. *conſ.* 257. Alex. *conſ. 11. vol. 6.* & alij, quos laudat Gabr. *d. concl. 1. num. 26.* facitque ampliatio 7. effectus, de quo paulo antè.

104. *Decimus*, quia † habet vim clauſulæ, *motu proprio.* ita Gabr. *d. concl. 1. num. 27.* poſt Dec. *conſ. 137.* & alios. quatenus verò allegat glos. *d. cap. ſtatutum, §. 1. verbo, litterarum, in fin.* hoc ſanè non dicit *ibi* glos. ſed ſolùm, quòd intelligitur Princeps aliquid facere ex certa ſcientia, ſi id in litteris exprimatur, ſicut de motu proprio dicitur *in cap. ſi motu proprio, de præb. in 6.* ſed & hoc ita accipiendum eſt, vt hic ſit vnus modus probandi certam ſcientiam, non vnicus, prout regulariter eſt in motu proprio, per illum text. nam aliis quoque modis probatur certa ſcientia, vt vidimus *cap. præced. quæſt. 3. concl. 5.* vnde quòd clauſulæ *motus proprij*, & *ex certa ſcientia*, habeant ſe ad inuicem tanquam excedentia, & exceſſa, tradit, fatiſque probat Mandoſ. *ad reg. 16. Cancel. quæſt. 6. per tot.*

Vndecimus, quòd † non liceat dubitare de eo, 105. quod Princeps aſſeruit; ſicut nec quòd conceſſionem fecit ex certa ſcientia, quod vtrumque plurib⁹ relatis tradit Gabr. *d. concl. 1.* primum quidem *num. 28.* quod procedit, etiamſi pars petat cum clauſula, *ſi ita eſt*; idem *num. 38.* illud limitans *num. 30.* quando ageretur de maximo præiudicio. ſecundum verò *num. 29.*

Duodecimus effectus eſt, quia hæc clauſula operatur, † vt conceſſio à Principe facta non extinguatur morte concedentis. ita Gabr. *d. concl. 1. num. 33.* & Affict. *deciſ. 118. n. 7.* poſt Imol. *in cap. pen. de confirmat. vt. vel inut.* qui tamen hoc mihi non dicit. 106.

Decimustertius eſt, quòd † facit, vt valeat impetrario reſcripti ad lites pro alio ſine mandato, contra text. *d. cap. nonnulli, §. ſunt & alij, de reſcript.* ita Fel. *ibi num. 51.* quem ſequitur Gabr. *d. concl. 1. num. 32.* quod tamen vix admiſerim, cùm hic non ſit vnus ex caſibus à iure conceſſis, in quibus poteſt quis reſcriptum ad lites pro alio impetrare, ob præiudicium, quod illi inde euenire poteſt. 107.

Decimoquartò operatur, † vt quamuis in reſcriptis adiecta ſit clauſula illa, *quatenus iuſtè poſſidentis*, aut ſimilis, non ſtet conditionaliter, ſed cauſaliter; vt poſt Alex. *conſ. 16. verſ. quinimmo etiam, vol. 5.* tradit Gabr. *vbi ſup. num. 33.* de qua diſtinctione eſt text. *in cap. Abbate, de verb. ſignif.* 108.

Decimoquintò † tollit omne iuris obſtaculum; 109. Fel. *d. num. 51.* poſt Bart. *in conſ. 196. incip. ciuitatis Camerini*; & ſequi videtur Gabr. *d. concl. 1. num. 37.* licèt in contrarium referat Mant. *conſ. 98.* Intelligendus autem omnino erit hic effectus de iure, cui poteſt concedens derogare.

Limitanda verò ſunt omnia ſupradicta primò, vt clauſula, *ex certa ſcientia*, † non ſuppleat defectus 110. ſubſtantiales. ita poſt alios Gabr. *d. concl. 1. num. 40.* inferens *num. 41.* ad defectus naturales, hoc eſt, iuris naturalis, *num.* autem 41. hanc illationem ampliat, aliis relatis, quamuis ſimul adſit clauſula, *ſupplentes omnes, & ſingulos defectus.* nam adhuc non ſupplerentur defectus iuris naturalis defectus verò etiam ſubſtantiales iuris tantùm poſitiui ſatis ſupplerentur etiam per ſolam clauſulam, *ex certa ſcientia*, quando expreſsè conſtaret, Principem de iis notitiam habuiſſe; vt ex Fel. *in cap. ex parte, il. 1. verſ. & iſtis adde, de reſcript.* Brun. *conſ. 87. verſ. tertiò non poteſt*, & Ruin. *conſ. 60. num. 5. vol. 1.* declarat Gabr. *d. concl. 1. num. 45.* Secundò limita ſecundùm Gabr. alios referentem *numer. 46.* vt hæc clauſula † non 111. operetur in ignoratis à concedente, aut quæ præſumitur ignorare; & inferentem *num. 47.* pluribus allegatis, vt nihil operetur in his, quæ ſunt facti; (hæc enim præſumitur ignorare, *cap. vt noſtrum, verſ. porrò, cùm donatio, vt Eccleſ. benef. ſine diuin. confer. & cap. 1. de conſtit. in 6.* ac vtrobique Doct. *& in L. 2. C. quæ ſit longa conſuet. & in l. præſcriptione, C. ſi contr. ius, vel vtil. publ.* quod etiam plerique tenent laudati à Marta *d. tract. de clauſul. clauſ. 72. num. 11.* quamuis etiam *ibidem* referat Gabr. alios contrarium ſentientes; nec immeritò; prior enim opinio ſic generaliter accepta deſtruit plures ex allatis effectibus huius clauſulæ; immo & naturam eiuſdem, quæ eſt, vt faciat præſumere in Principe ſcientiam aliquorum ex iis, quæ non præſumitur ſcire; atque adeò facti; nam quæ iuris ſunt, ſcire

præſumitur, cùm omnia iura cenſeatur in ſcrinio pectoris ſui habere, *d. cap. 1. de conſtit. in 6. & l. omnium, in princ. C. de teſtam.* vel igitur ea opinio declaranda eſt cum Gabr. *d. concl. 1. num. 51.* poſt Alex. *conſil. 111. num. 13. vol. 6.* vt non habeat locum quoties Princeps de illo facto ſaltem in genere potuit habere notitiam: vel, vt inde non inducatur præſumptio iuris, & de iure, ita, vt non poſſit probari contrarium, ſaltem cùm agitur de magno præiudicio, iuxta ea, quæ diximus *in 21. effect.*

112. Limitantur tertiò ſupradicta, † vt, quando nulla præceſſit cauſæ cognitio, nihil operetur d. clauſula, *ex certa ſcientia*; vt poſt Innoc. *cap. 1. de tranſact.* Specul. *tit. de legat. §. nunc oſtendendum, verſ. 18.* Mil. *d. verbo, ſcientia certa*, & alios pleroſque declarat Gabr. *d. concluſ. 1. num. 52.* & Marta *d. num. 11.* Quartò, non operatur d. clauſula vbi adeſt duplex defectus. ita Gabr. *ibidem, num. 59.* poſt Io. Crott. *d. cap. 12. de conſtit. in 6.* Quod temperandum eſt, niſi ſimul adſit clauſula *ſuppletis omnibus defectibus*, vt colligitur ex iis, quæ ſup. *in 1. limitatione* diximus, & dicemus de hac clauſula infr. *hac ipſa queſt. concl. 7.* Limita quintò, vt hæc clauſu-
113. la † non impediat appellationem, vt poſt gloſ. *in cap. ſi quis ſuadente, verbo, dignum, 17. queſt. 4.* docet Gabr. *d. concl. 1. num. 60.* Denique non ope-
114. ratur † in diſpenſationibus ſiue cauſa factis, vt poſt alios tradit Marta *d. clauſ. 71. num. 32.* cætera, quæ ad hanc clauſulam pertinent, ſumi poſſunt ex Gabr. *d. concluſ. 1.* & pleriſque aliis relatis, ab Aug. Barboſ. *d. tract. de clauſul. clauſ. 2. & per tot.*

TERTIA CONCLVSIO. Clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, & ipſa magnam vim habet ſi apponatur in reſcripto commutationis vltimarum vo-
115. luntatum. Hæc concluſio facilè patebit, ſi præcipuos effectus huiuſmodi clauſulæ proferamus: id quod præſtabimus, vbi prius duo circa eam admonuerimus. alterum eſt, † plenitudinem poteſtatis in Principe idem eſſe cum eiuſdem abſoluta poteſtate, quod colligi poteſt tum ex iis, quæ adduxi-
117 mus ſup. *cap. 5. queſt. 2. præmiſſ. vnic. circa princip. & ad fin.* præſertim ex Natt. *conſ. 512. numer. 19.* dum ait, ſi aliquid etiam leue Principem moueat, eum poſſe de plenitudine poteſtatis facere quicquid libet, quod intelligit de legibus humanis: tum ex Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 12. numer. 2.* iuncto *num. 3.* dum eam, quam ibi vocat abſolutam poteſtatem, hic plenitudinem poteſtatis appellat.
116. Alterum, quòd, † licèt in dubio præſumatur Princeps in reſcriptis, & conceſſionibus non vti plenitudine poteſtatis, ſed reſcribere, & concedere ſecundùm ius commune; vt ex *cap. innotuit, de elect.* Abb. *in cap. ad hæc, de reſcript. & in cap. bina quotidiana, col. 1. de elect.* Bald. & Caſtr. *in l. ſi teſta-*
117 *mentum, C. de teſtam.* Iaſ. *in l. quamquam, numer. 2. C. de teſtam. milit.* Galiaul. *l. Centurio, numer. 13. ff. de vulg. & pupill.* per text. *in l. ex facto, in fi. ff. eod.* latè Dec. *cap. 1. col. 2. de conſtit.* & eundem Caſtrenſ. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, in fi. ff. de lib. & poſth.* tradit Menoch. *d. præſumpt. 12. num. 1.* & ex aliis Mandoſ. *ad reg. 16. Canc. queſt. 7. numer. 6.* & nouiſſimè a Bud. Rodolph. quem poſt hæc ſcripta quoad hoc vidi *in tract. de ſupr. ſeu abſol. Princ. poteſt. cap. 3. numer. 1.* ac meo iudicio apertè probatur *in cap. propoſuit, §. licèt autem, de conceſſ. prab.* ibi; licèt autem intentionis noſtræ non ſit inueſtituras de vacaturis factas contra canonum inſtituta ratas habere, quæ ſecundùm plenitudinem poteſtatis de iure poſſumus ſupra ius diſpenſare.
117. Tamen hæc præſumptio locum non habet; † quando Princeps appoſuit clauſulam, *non obſtante*, &c. cùm tunc præſumatur vſus plenitudine poteſtatis. ita Menoch. *ibidem numer. 3.* ex Galiaul. *d. l. Centurio, numer. 140.* ad id allegante Bald. *in d. l. ſi teſtamentum*; ac poſt multos Rodolphin. *d. cap. 3. num. item 3.* aut clauſulam, *ex certa ſcientia*, vt idem Menoch. docet *vbi ſup. numer. 4.* poſt Galiaul. *d. l. Centurio, numer. 141.* qui ſequitur Alexand. *ibi* Abb. Fel. & alios *d. cap. ad hæc*, & Soc. ſen. *conſ. 164. col. 2. lib. 1.* idem poſt alios tradit Mand. *d. queſt. 7. numer. 3.* & Rodolphin. *eod. cap. 3. numer. 4. & 5.* id declarans, *numer. 6. & 7.* poſt alios, vt in facto non proprio, aut notorio debeat exprimi. & *num. 8.* idem alios ſecutus docet de clauſula motus proprij. & *num. 11.* quando interuenit ſecunda iuſſio Principis. ſicut *num. 2.* poſt Marſil. Abb. Iaſ. & Alexand. docet tunc cenſeri Principem vti plenitudine poteſtatis, cùm appoſuit clauſulam, *de plenitudine poteſtatis*. Ac denique locum non habet, quando aliàs actus non valeret; tunc enim Princeps præſumitur vti voluiſſe plenitudine poteſtatis. ſic Mandoſ. *d. queſt. 7. num. 6.* poſt Fel. *cap. 1. num. 27. de conſtitut.* & Menoch. *d. præſumpt. 12. num. 3.* poſt Galiaul. *d. l. Centurio, num. 145.* qui ad id etiam refert Caſtrenſ. *l. ex imperfecto, C. de teſtam. & conſ. 314. incip. in facto præſenti, lib. 1.* ac poſt multos Rodolphin. *d. cap. 3. num. 13.* inferens poſt alios *num. 14.* ad Principem remittentem damna ſubditorum illata pro obtinenda pace. *& num. 15.* de ſuburbiorum ciuitatis deſtructione tempore belli. ac *numer. 15.* de conceſſione tertiæ appellationis. *numer.* autem *17. vſque ad 24.* ipſam limitationem multis modis declarat. cuius quidem limitationis ea ratio eſt, quia † omnis coniectura, & præſumptio ſumenda eſt, per quam actus ſuſtineatur, *l. quoties, ff. de reb. dub. cap. Abbate, de verb. ſignif.* Dec. *l. in contrahenda, num. 7. ff. de reg. iur.* atque alij Docti paſſim. His præmonitis iam effectus huius clauſulæ, *de plenitudine poteſtatis*, breuiter recenſentes, primo loco ponamus quatuor illos, qui ſumi poſſunt ex iis quatuor modis, quibus abſolutam Principis poteſtatem explicauimus, eámque ab ordinaria eiuſdem poteſtate diſtinximus *d. cap. 5. queſt. 2. præmiſſ. vnic. poſt medium.*

Primus igitur effectus huius clauſulæ eſſe poteſt, † vt per eam Princeps diſpenſare cenſeatur in 119.
iure humano ſine cauſa; retenta opinione probabili, quòd hoc ei liceat, de qua *in d. præmiſſ. vnic. circa medium.*

Secundus erit, vt per eam diſpenſet Princeps in legibus humanis etiam ex leui cauſa; qui effectus eſt de mente Anchar. *d. cap. 1. numer. 30. de conſtit.* vbi ait, Principem de poteſtate ordinaria non poſſe diſpenſare in lege humana ſine magna cauſa; quaſi velit, de abſoluta poſſe ex leui cauſa: & apertiùs Natt. *conſ. 512. num. 19.* dum de humanis legibus loquens, ſcripſit, quòd, ſi aliquid etiam leue Principem moueat, poterit is de plenitudine poteſtatis facere quicquid libet.

Tertius effectus huius clauſulæ eſt, † vt per eam 120.
diſpenſare cenſeatur in iure diuino, & naturali cum iuſta cauſa in caſibus, quibus hoc ei licet; qua de re latè egimus ſup. *cap. 4. queſt. 3. concl. 2. & queſt. 4. concl.* item 2. Hic effectus eſt de mente eorum, quos refert, ac ſequitur Gabr. *lib. 3. com. concl. tit. de iur. queſt. non tollen. concl. 2. num 1.* iuncta maximè *concl. 2. n. 1.* dum aſſerunt, Principem poſſe ex plenitudine poteſtatis auferre alicui cum cauſa ius ei quæſitum etiam de iure gentium; quóſque allegat *concl. 5. num. 35. 38. & 42. & concl. 6. num. 5.* ſentientes, poſſe Principem de plenitudine poteſtatis ex cauſa reuocare contractum cum eo celebratum.

Quartus

121. *Quartus* effectus erit, † vt per eam Princeps derogetiuri ſaltem humano, etiam ſine cauſa; vt ſatis conſtat tum ex Rodolphin. *d. tract. de ſupr. ſeu abſol. poteſt. Princip. cap. 1. num. 1.* dum poſt alios tradit, plenitudinem poteſtatis nihil aliud eſſe, niſi derogationem iuris communis, ſeu ordinarij; & *num. 2.* eſſe plenitudinem arbitrij nulli neceſſitati ſubiectam; nulliſque iuris publici regulis limitatam; atque abſolutam poteſtatem non ſubiacere legibus, nimirum humanis. tum ex Menoch. *d. præſumpt. 12. num. 3. & 4.* nam, dum ibi docet, Principem in reſcriptis, & conceſſionibus contra ius cenſeri vti plenitudine poteſtatis, cùm apponit in eis clauſulam, *non obſtante*, vel *ex certa ſcientia*, proculdubio multo magis id concedit, cùm apponitur ipſa clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, arg. *cap. ſi motu proprio, in fi.* & quod *ibi* notat gloſ. recepta *verbo, expreſsè, de prob. in 6. & in cap. ſtatutum, §. 1. verbo, litterarum, in fi. de reſcript. in 6.* & Gabr. *d. lib. 6. tit. de clauſul. concl. 1. num. 64. & concl. 2. num. 102.* tum maximè ex text. *in cap. propoſuit, ad fin. de conceſſ. prab.* ibi; licèt autem intentionis noſtræ non ſit inueſtituras de vacaturis factas contra canonum inſtituta ratas habere, qui ſecundùm plenitudinem poteſtatis de iure poſſumus ſupra ius diſpenſare; & *in cap. vnic. verſ. & ideo, vt Eccleſ. benef. ſin. dimin. confer.* ibi; nos, qui non tam ex plenitudine poteſtatis, quàm ex officij debito poſſumus, & debemus de ſubditorum exceſſibus ad correctionem inquirere veritatem, &c. nam ſi id poteſt Princeps de plenitudine poteſtatis, quòd hoc fecerit, conſtabit potiſſimùm ex eo, quòd id exprimat per clauſulam hoc ſignificantem; prout de motu proprio patet ex *d. cap. ſi motu proprio, in fi.* & de certa ſcientia, ex gloſ. ab aliis approbata *d. §. 1. verbo, litterarum*, & Gabr. *d. concluſ. 1. num. 64.* & in ſpecie de clauſula hac, *de plenitudine poteſtatis*, vt non multo antè monuimus, poſt alios tradit Rodolphin. *d. tract. cap. 3. num. 2.*

Quintus effectus clauſulæ, *de plenitudine poteſtatis*, eſt, quòd † idem importat, quòd clauſula, *ex certa ſcientia*, vt præter citatos *concl. præced. in 2. effect.* voluit Alex. *conſ. 16. vol. 1. conſil. 120. vol. 4. & conſil. 1. vol. 5.* Rom. *conſ. 369. in 5. dub.* Corn. *conſil. 312. vol. 1.* & alij, quos refert, ac ſequitur Gabr. *eadem concl. 1. num. 6.* qui dum *num. ſeq.* ita hanc doctrinam declarat, vt plus operetur clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, quàm clauſula, *ex certa ſcientia*, poſt Fel. *in cap. nonnulli, in princip. verſ. tertiò, contra iſtam quartam fallentiam, de reſcript.* & Grammat. *conſil. ciuil. 100. num. 14.* conſtat præfatos Doctor. quoſque *d. effect. 2.* ex Gabr. *circumimus*, voluiſſe, clauſulam, *ex certa ſcientia*, non omnino, ſeu adæquatè idem importare, quod clauſula *de plenitudine poteſtatis*, ſed in ea tamquam partem in toto contineri, & includi; quod etiam *ibidem* admonuimus; & notauit Mandoſ. *d. reg. 16. queſt. 7. num. 8.* quòd verò clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, ſit maioris vis, quàm clauſula, *ex certa ſcientia*, immo etiam *motu proprio*, pluribus probat Mandoſ. *d. queſt. 7. n. 5.*

122. *Sextus* effectus huius clauſulæ, *de plenitudine poteſtatis*, eſt, † vt eximat à citatione. ita Innoc. poſt Innoc. & Host. *cap. in noſtra, de præſcript.* Alex. *conſ. 92. vol. 6. & 11. vol. 7.* ac Fel. *cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* quos refert, ac ſequitur Gabr. *d. concl. 1. num. 12.* ſub tit. *de clauſul. lib. 6. & lib. 2.* ſub tit. *de citation. concl. 1. num. 23.* vbi vſque ad *num. 121.* hanc opinionem multipliciter ampliat: *num. autem 24.* non paucos refert in contrariam ſententiam abeuntes; quam limitat *num. 25.* poſt alios, vt non procedat in beneficialibus, in quibus Papa poteſt de plenitudine poteſtatis procedendo etiam contra partem non citatam diſponere, & pronuntiare propter ſummam poteſtatem, quam in his habet, vt ex *cap. 2. de præb. in 6.* tradunt *ibi* Doct. magis communiter, quorum plures refert Gabr. *d. lib. 3. com. concl. 1. de iur. quæſ. non tollen. concl. 1. num. 9.* De quo tamen videndũ eſt, quod diximus ſup. *cap. 5. quæſt. 2. concl. 1. circa med.*

Septimus, & poſtremus effectus huius clauſulæ ſumi poteſt ex Mandoſ. *d. quæſt. 7.* vbi *num. 6.* ait, quòd † vbi Princeps ſcribit de plenitudine poteſta- 124.
tis, nihil opponi poteſt, quod gratiam annullet; ex Bald. *in prooem. Decretal. col. 4.* & Doc. *conſ. 341. viſo puncto*, ante *num. 4. verſ. & in noſtro caſu. num.* autem 7. quòd hæc clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, ſit potentiſſima, & multum operari debeat, ex Abb. *in cap. vnic. num. 11. not. 10. vt Eccleſ. benef. ſin. diminu. confer.* & quòd eſt tantæ potentiæ prædicta clauſula, vt † virtualiter in ſe omnes alias clauſulas con- 125.
tinere cenſeatur, poſt Bald. *in l. 3. §. ſi is, pro quo, ff. quod quiſq. iur.* & *l. fin. poſt princ. verſ. vel dic. C. ſent. reſcind. non poſ.* & Curt. ſen. *conſ. 65 ſuper præmiſſa n. 14.*

Plura de hac clauſula videri poſſunt apud Mandoſ. & alios Doct. ſup. citat. ac nouiſſimè quos poſt hæc ſcripta quoad hoc vidi in ſuis tract. *de clauſul.* Martam *in addit. ad 1. part. clauſ. 195.* & Aug. Barboſ. *in hac clauſula*; cum iis, quos hi allegant. maximè Rodolphin. *d. tract. de ſupr. Princ. poteſt.* & ſcribentes *in cap. 2. de conſtit. cap. ad honorem, de auct. & uſ. pall. cap. propoſuit, de conceſſ. prab. d. cap. vnic. vt Eccleſ. benef. ſin. dimin. confer. cap. per venerabilem, qui fil. ſint legit. l. ſi teſtamentum, C. de teſtam.* atque alibi ſæpe.

QVARTA CONCLVSIO. Clauſula, *ſi ita eſt*, aut ſimiles tacitæ, ſeu ſubintellectæ in reſcri- 126.
pto commutationis vltimarum voluntatum, † ne-
mine opponente non requiunt verificationem narratorum in precibus: ſecus ſi in eo reſcripto expreſsè ponantur. Prior pars concluſionis probatur, 127.
ſuppoſito quod deciditur *in cap. 2. de reſcript.* † clauſulam illam, *ſi preces veritate nitantur*, etiamſi in reſcripto Apoſtolico non apponatur, ſemper tamen intelligi: quam deciſionem præter ſcribentes *ibi*, adnotarunt plerique Doctor. relati ab Aug. Barboſ. *tract. de clauſul. clauſul. 97. à num. 2. ad 6.* idipſumque dicendum † de clauſula, *ſi eſt ita*; nam hæc duæ clau- 128.
ſulæ omnino idem important, vt de ſe patet, & colligitur ex Felin. *cap. 2. num. 6.* & *ibi* Add. *de præſcript.* poſt Specul. *tit. de reſcript. præſent. §. ratione quoque defectus, in verſ. Item quòd non eſt ibi clauſula*; idémque docet Abb. *d. cap. 2. num. 3.* & Dec. *num. 3.* de clauſula, *ſi vera ſint narrata*; vt de clauſula, *veris exiſtentibus prænarratis*, Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 9. in amet. contra nullit. & attent. in cauſ. beneficial. num. 229.* gloſ. verò *d. cap. 2. verbo, conditio*, contra hoc ſuppoſitum arguit ex *cap. dicenti, §. vniuerſa, 25. q. 2.* qui §. ſumptus eſt ex *l. fin. C. de diuerſ. reſcr.* vbi expreſsè cauetur, † reſcripta Principis, in quibus omittitur clauſula, *ſi preces veritate nitantur*, nulla eſſe; vnde patet, aliud eſſe quoad hoc ſecundùm canones, aliud ſecundùm leges, vt poſt gloſ. *d. verbo, conditio, in fi.* notauit Abb. *num. 9.* vbi etiam oſtendit, quomodo non obſtet illam legem à Gratiano inſeram eſſe Decreto, quamuis Rebuff. *in prax. de benef. tit. de differen. inter reſcript. grat. & inſt. verſ. vigeſimo tertio*, inſinuet, quòd tam iure ciuili, quam canonico in reſcriptis ad lites inſerenda eſt clauſula illa, *ſi preces veritate nitantur*, vel, *ſi ita eſt*, aut ſaltem ea intelligenda eſt in reſcriptis illis; litteræ verò gratiæ non habent huiuſmodi clauſulam, vbi comprobandæ, & verificandæ non ſunt; ſed ſufficit conceſſio gratiæ motu proprio facta, aut alias: & ſic Rebuff.

ibi apertè sentit vtramque propositæ concl.partem. Sed vlteriùs probatur prior eius pars, quòd nimirum eiusmodi clausulæ tacitæ, seu subintellectæ in rescripto, nemine opponente, verificandæ necessariò non sunt.eam enim satis sentit Abb.*d.cap.2.n.3.* & *ibi* Rip.*num.29.*& 30.dum post Ioan. And. *cap.1. de lit.cõtest.in 6.*& Abb. quidem ex adductis à seipso, Ripa verò ex traditis à Fel.*in cap.fin.de præsumpt.*docent, quòd, si opponatur, narrata in huiusmodi rescripto non esse vera, onus probandi incumbit impetranti; id etiam inferentes ex eo,quod ipse Abb. paulo antè *d.num.*3.& Rip. *d.cap.2.num.28.ex eodem cap.*2.& aliis iuribus adnotauerãt, in rescripto Apostolico emanato ad instantiam partis semper subintelligi clausulam, *si ita sit*,ideſt, si vera narrantur in rescripto.Idipsum apertiùs sentit Rot. *decis.*20. *circa med.de prob.in nou.*dum ibi dicitur, quòd, si non negetur valor, vel qualitas beneficij obtenti expressa in rescripto,non est necessaria eius probatio,& processus super beneficij impetrati prouisione non est nullus.& quidem est ibi casus, in quo non fuerat in rescripto posita clausula,*si ita est*, aut,*si preces veritate nitantur*, aut similis. necnon eadem Rota apud Card. Seraphin. *decis.* 989. *num.*1. dum ibi dicitur, clausulam, *si ita est*, facere gratiam conditionalem, & ostendere Papam de narratis notitiam non habuisse, & in tali casu narratiuam verificari debere, & ex alia Rotæ decisione in vna Lucana corã Orano,idé tradit Iacob. Ant. Marta *tract.de clausul.part.* 1.*clausul.*152.Idem etiam ex eo comprobatur,quòd,
130. licèt plerumque † taciti, & expressi eadem sit virtus,*l.de quibus,ff.de leg.*& *l.cùm quid,ff.si cert.pet.*cum plerisque allegatis per Euerard. *in loc. ab express. ad tacit.num.*1.*vsque ad* 8. & conditio tacita ita suspendit actum sicut expressa,glos.*l.item quia, verbo,male petitur, ff.de pact.* & alij Doct.relati a Dec.*d.cap.2.n.* 5.*vers.*& *ista conditio*, Fel.*num.*9. tamen sæpe etiam expressum plus tacito operatur, vt in exemplis adductis ab Euerard. *vbi sup.num.*10.*ad fin.* ac præsertim in consensu requisito ad prorogandam iurisdictionem,de quo idem latè *num.*13. & 15. & sic habet locum in hoc casu regula illa desumpta ex *l.si quis Sempronium, ff.de hered.inst.l.nonnumquam, ff.de condit.* & *demonstr.* & *l expressa,ff.de reg.iur.* expressa nocere, non expressa non nocere; de qua nos latiùs *cap.proced.quæst.*5.*in* 2.*præmiss.* Ad d.verò doctrinam sumptam ex glos.*d.l.item quia*,respondet Dec. *d.n.*5. *vers.ista enim conditio*; quòd,vbi cõditio respicit executionem, qualis est hæc, tunc tacita conditio non suspendit dispositionẽ,& allegat Bart.& Bald. Idem etiam comprobatur ex *reg.*60.nunc 61.*Cancell.* dum enim *ibi* decernitur,quòd in litteris super beneficiis per constitutionem,*Execrabilis*, vacantibus ponatur clausula,*si est ita*;& similiter de quibuscumque narratis informationem facti requirentibus, satis inde colligitur,regulariter, si non apponatur hæc clausula, non requiri informationem facti, seu narratorum verificationem: requiri autem, si clausula huiusmodi apponatur. Atque adeò etiam non mediocriter confirmatur ex iisdem mox cit. regulæ verbis posterior propositæ conclusionis pars, vt fusiùs mox deducemus. quæ & probatur tum ex eo, quod pluribus Doctoribus relatis tradit Gonzal. *vbi suprà num.*23.dum postquam *num.praced.* locutus fuit de clausula,*si preces veritate nitantur*, & aliis idem im-
131. portantibus; subdit *eo num.*130.omnem narratiuã † esse ante omnia verificandam. ex Roman. *cons.*35. *num.*2. Rot.apud Caputaq. *decis.*240.*part.*2. Put. *decis.*245.*num.*1.*lib.*1. & Cæs.de Graff.*decis.*1.*num.*3.*de rescript.* & *num.*232. quòd ille,cuius gratia est purificanda, non dicitur habere ius in re,aut ad rem, ex Bellam.*decis.*166.*incip. auditor,num.*1. & quod dein Gonzal.tradit *num.*233.quòd quandiu narratiua non est verificata, perinde est, ac si gratia esset surrepitia;post Caputaq.*decis.*345.*num.*3.*part.*2. Hæc enim intelligenda sunt vbi expressa conditio in gratia,seu rescripto appositа fuisset per clausulam, *si ita est*,aut similem. Et quòd clausula,*si ita est*,expressè appositа importet cognitionem, Rota Rom.non semel tenuit, vt videre est apud Martam *d. tract. de claus.* 1. *part.decis.*141.*num.*2.licèt non paucos etiam contrarium tenentes *ibid.* referat. sed pro priori sententia text.est *in cap.ab excommunicato,de rescript.*vbi simul huius rei declaratio illa habetur; nisi adiecta sit rescripto alicui directo circa proprium factum, cùm de eo certus esse debeat. Declaranda verò etiam est hæc posterior pars concl. vt prædicta clausula, *si ita est*,vel, *si preces veritate nitantur*, expressè in rescripto posita non ita conditionem faciat, vt suspendat iurisdictionem commissarij vsque ad eius verificationem; sed solùm ipsum commissarium, seu executorem instruat. ita post Bald. *in cap.super litteris,col.*5.seu *num.*19.ibi,est clausula,*si preces,de reser.* & Barbat.*d.cap.*2.tenet *ibid.* Felin.*d.num.*6.idémque post alios tradit Dec. *d.cap.2.num.*5.*vers.sed aduertendum est*,& *ibi* eius Apostillator, & Sanchez *lib.*8. *de matrim.disp.*34.*num.*26.iuncto præced.ob eam rationem, quòd tunc exprimitur conditio eo modo, quo inest: tunc autẽ non inducitur forma, aut conditio noua; sed est admonitio,vt seruetur forma iuris communis, *cap.significasti, de elect.l.*3. *ff.de legat.* 1.*&* 1.*conditiones, quæ extrinsecus, ff. de condit.* & *demonstr.* cum aliis adductis per eundem Sanchez *lib.* 3 *de matrim. disp.* 35. *num.*3. *d.*autem *num.*26. addit,
132. quòd † si omittatur cauta cognitio, & examinatio, quando adest sola clausula,*si ita est*, aut, *si preces veritate nitantur*,non est nulla, & inualida dispensatio facta à commissario; quod & voluerunt plerique probati à Macerat.*lib.*1.*var.resol.* 58.*num.*4. subdit verò *ibidem* Dec. quòd, licèt dispositio non suspendatur,quo minùs commissarius procedere possit;tamen,si narrata non sunt vera, ex defectu causæ finalis, dispositio non habet locum, iuxta mentem prædictorum,& Card.*cap.fin.de præsumpt.* Quòd si quis simpliciter,& absolutè tueri vellet hanc posteriorem partem nostræ conclus. absque alia declaratione, quàm ea, quæ ex *d. cap. ab excommunicato, de rescript.* habetur, cùm nimirum executio gratiæ dirigitur ei, qui certus est de narratis, vt cùm mandatur absolutio excommunicati ipsi excommunicatori, qui est casus illius text. eandem concl. partem præter superiùs adducta, præsertim *d. cap. ab excommunicato*, vbi expressè habetur, per clausulam, *si ita est*, mandari delegato causæ cognitionem, atque adeò examinationem narratorum, seu eorum verificationem, vt qui de iisdem certus non est: adhuc probare posset cum ex aliis ad prioris partis confirmationem adductis, vnde etiam aliqua ex contrariis huic posteriori tolluntur: tum etiam ex eo, quod post Host. *d. cap.* 2. *de rescript.*tradit Vital. *in tract. de clausul. in clausula, si preces veritate nitantur*, † hanc clausulam; (quæ idem im- 133.
portat, quod clausula, *si ita est*, vt præter suprà citatos maximè Sanchez *d. num.* 26. tenet post alios etiam Gelf. Vg. *in simili tract.* vbi de hac clausula;)
æquipollere illis, *si tibi constiterit*; &c., *vocatis vocandis*; hæ verò † important pro forma causæ co- 134.
gnitionem; prout de priori patebit ex paulo pòst dicendis ante fin. huius conclus. de posteriori ostendemus *quæst.* 4. *conclus.* 2. Immo idem Vital.*vbi sup. num.* 5. in specie docet post Bald. clausulam illam, *si preces veritate nitantur*, in litteris gratiæ facere

condi

conditionem, & inducere formam, cuius omiſſio vitiat actum quantumcumque fauorabilem. Hanc eandem verò poſteriorem concluſ. partem ſic abſolutè, ac ſimpliciter ſumpeam comprobare is poſſet etiam ex citata reg. 60. ſeu 61. Canc. nam, dum ibi decernitur, clauſulam, *ſi ita eſt*, apponendam eſſe in litteris de quibuſcumque narratis informationem facti requirentibus, ſatis apertè colligitur, eam clauſulam inducere neceſſitatem verificandi narrata, ſeu quòd executor deputatus de narratis ſe informet. Neque oppoſitum ſentit Bald. Dec. aut Fel. pro ſecunda declaratione allegati, nam Dec. præterquam quòd ſatis obſcurè loquitur, intelligi poteſt, prout eum ſub nomine Modern. intelligit Rip. *d. num.* 28. vt ſolùm velit, clauſulam, *ſi ita eſt*, expreſsè expoſitam in reſcripto non reddere reſcriptum conditionale, ideóque non ſuſpendere iuriſdictionem iudicis, ſed exercitium, (id eſt, vt velle videtur Rip.) non debent verificari narrata, antequam delegatus procedat, & vtatur iuriſdictione; & hoc fortè eſt, quod *ibi* ait Dec. eam clauſulam non ſuſpendere iuriſdictionem commiſſarij, quin procedere poſſit; & quòd ea ponitur ad iuſtificiam; ita, vt debeat conſiderari, quando agitur de meritis cauſæ; quoniam reſpicit executionem. Eodem modo Ripa intelligit Felin. qui clariùs loquitur; dum quaſi exponens, quod dixerat, clauſulam, *ſi preces veritate nitantur*, vel, *ſi ita eſt*, non facere conditionem, ſubdit, *nec fundat, vel inchoat iuriſdictionem, ſed inſtructionem ad procedendum*; & allegat Barbat. *d. cap.* 2. & Bald. *d. cap. ſuper litteris, de reſcript.* qui *ſub num.* 19. cùm quæſiuiſſet, vtrùm illa clauſula, *ſi preces veritate nitantur*, faciat conditionem, ſubiicit hæc verba; *reſpondeo, non, ſed inſtruit, & mandat potius; quia non apponitur ad iuriſdictionem fundandam, ſeu inchoandam, ſed ad procedendum ex ea*, argum. *l. ita demum, ff. de arbitr. & l. muto, §. ſub conditione, ff. de tutel.* & *d. cap.* 2. *num.* 1. ait, iſtam clauſulam non facere conditionem, quia eſt de præſenti, & non de futuro, & non ſuſpendit actum commiſſionis: atque ita etiam ferè explicat eamdem clauſulam Marta *d. tract. de clauſul. part.* 2. *clauſ.* 71. *num.* 4. poſt Butr. *cap. ex litteris, de reſcript.* & Fel. *d. cap.* 2. *num.* 15. *vol. vi.* Neque huic poſteriori parti concl. ſic ſimpliciter acceptæ obſtet, quòd conditio, quæ tacitè ineſt, ſi exprimatur eo modo tantùm, quo ineſt, non inducit formam, aut conditionem, ex ſup. adductis. dici enim
135. poteſt, † id verum eſſe, cùm ſumus in reſcripto, quod nulli dirigitur exequendum, ſed ſoli impetranti: vel ſi executori, aut delegato dirigitur, id ita eſt accipiendum, vt non ſuſpendat eius commiſſionem, & iuriſdictionem, donec verificentur narrata: vel quoad hoc, vt ſiue ea clauſula exprimatur, ſiue non, ſemper ſi falſa ſint narrata in precibus, (ex eorum tamen numero, quæ, ſi concedens ſciuiſſet, petita non conceſſiſſet, aut non eo modo, iuxta latius adducta *cap. præced. quæſt.* 3. *concluſ.* 3. & 4.) corruat gratia. ſic etiam poſſunt intelligi nonnulli ex allegatis à Macerat. *d. reſ.* 58. *num.* 4. excepto ipſo, & Lap. *alleg.* 60. *num.* 2. ibique Mandoſ. Bellam. *deciſ.* 4. & Sanchez *ſup.* ſed ex ipſo Sanchez *d. diſput.* 33. *num.* 6. *verſ. ad tertium*, aliam reſponſionem colligo ad prædictam doctrinam, dum poſt Nauar. *conſil.* 75. *dub.* 11. *num.* 37. *de regular.* in 1. edit. ait ideo ex communi Doctor. ſententia non poſſe quem abſolui ab excommunicatione vi Bullæ cruciatæ facultatem dantis, ſatisfacta parte, niſi ſecuta ſatisfactione vbi ſit poſſibilis, quamuis hæc conditio illi abſolutioni iure communi inſit, quia ponitur alio modo, quàm iure communi inſit; cùm Pontifex nollet per ſuum priuilegium, aut reſcriptum alicui damnum inferre, *cap. ſi pro eo, de offic. deleg. l.* 2. §. *ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ.* Aliæ reſponſiones colligi poſſunt ex Couarr. *in relect. cap. alma mater*, 1. *part.* §. 9. *num.* 8. *de ſent. excommun. in* 6. & Doctor. quos *inibi* allegat; maximè quòd clauſula, vel conditio ad alium finem exprimatur. Denique, circumſcripta hac clauſula notandum eſt, quod poſt Soc. *conſil.* 164. *viſa Bulla, col.* 2. *in* 2. *part.* tradit Rip. *d. cap.* 2. *num.* 29. & 30. quòd impetrans debet probare, ſi opponatur, quòd expreſſa ſunt falſa: ſi verò opponatur, reſcriptum impetratum fuiſſe per taciturnitatem veritatis, tunc excipiens probabit. allegat autem Soc. not. *in d. cap.* 2. Rip. verò *d. numer.* 30. ait iſtam eſſe theoricam. Ioan. And. *d. cap.* 1. *de lit. conteſt. in* 6. & Abb. *d. cap. fin. col.* 2. *de præſumpt.* quod limitat *ibidem* Rip. poſt Abb. *d. cap. fin. notab.* 3. niſi impetrans haberet intentionem fundatam iuris præſumptione; tunc enim in excipientem transfertur onus probandi.

Et quia in litteris Papæ aliquando dicitur *iuxta*, vel *ſecundùm tenorem talium litterarum*; vel *prout in talib. litteris continetur*; aut quid ſimile ſi quæras, an hæc verba † ſtent conditionaliter, vel cauſaliter. 136.
reſpondeo cum Fel. *d. cap.* 2. *num.* 10. quòd regulariter ſtant cauſaliter, non modò in priuilegiis, vt voluit Rom. *conſ.* 336. *circa med. per text. in cap. Abbate, verſ. contra quod fuit, de verb. ſignific.* vbi verba illa, *iuxta*, vel *ſecundùm præteriti temporis morem*, ab ipſo Romano Pontifice exponuntur cauſaliter, id eſt, quia mos præteriti temporis ſic obtinuit: verùm etiam in reſcriptis, quicquid voluerit Rom. *vbi ſup.* ex *gloſ. fin. in cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* quæ allegat illum text. & *cap. examinata, de conſtit. vt. vel inuent.* & *cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. prab.* alia ſimilis *gloſ. fin. d. cap. examinata*; nam quòd dictiones, *prout*, & aliæ relatiuæ ſimiles non modò in priuilegiis, ſed & in iis, in quibus potuit perſona referens de nouo diſponere, conditionem non denotent, vnde non ſit neceſſe verificare illud, ad quod priuilegium, ſeu alia diſpoſitio ſe refert, dum tamen eius tenor in priuilegio totus inſeratur; poſt alios plurimos tradit Horat. Mandoſ. *in tract. de priuil. ad inſtar, ſeu de communic. priuil. quæſt.* 5. *num.* 9. *iuncto num.* 7. quod etiam in confirmationibus, & quauis materia ordinata ad aliquid de nouo diſponendum hæc verba ſtent cauſaliter, ſatis probat Fel. *d. cap.* 2. *num.* 10. Dec. *d. cap. quoniam Abbas, num.* 17. *verſ. in gloſ. fin.* & *d. cap. examinata, num.* 4. *in fi.* & probatur ex text. *in cap. venerabilis, de confirm. vt. vel inuent.* Communis quoque eſt hac in re diſtinctio illa, de qua multis relatis teſtatur Marta *in ſuo tract. de clauſul. part.* 2. *clauſul.* 51. *num.* 1. vt ſi conceſſio cum huiuſmodi verbis, ſeu clauſulis facta fuerit ſuper re certa, tunc ſtent cauſaliter, non conditionaliter: ſi verò non contineatur quid certum, ſtent conditionaliter. quod tamen *num.* 2. & 3. poſt alios temperat quoad priorem caſum, niſi conſtet de modo, & ſtatu, ad quem fit relatio. Illud verò omnino certum puto, quod ait *gloſ. pen. d. cap. venerabilis*, à pleriſque *ibidem* approbata, illa verba, ſicut prouidè ſine prauitate facta eſt, ac ſimilia, ſtare cauſatiuè, non conditionaliter in confirmationibus factis ex certa ſcientia. De prædictis autem dictionibus *iuxta, prout, ſecundùm, ſicut*, ac ſimilibus, quid importent, videndus eſt Aug. Barbet. *tract. de dictionib.* & ab eo cit.

Quòd ſi conſequenter petas, quid operentur verba, quæ ponuntur in reſcriptis, præcipuè cum exprimitur valor beneficij; nimirum, † *ex aſſerto*, vel 137.

vt asseris, vel, *vt asseritur*, aut similes: breuiter respondeo, quòd si dicatur impersonaliter, vt asseritur, hæc verba parùm, aut nihil operantur; neque aditringunt partem. ita post Rot. Rom. *decis. 60. & 77. de rescript. in antiq.* atque alibi, tenet Gonzal. *ad Reg. 8. Cancell. glos. 32. num. 12. & 13.* arg. *auth. si quando, C. de const. pecun.* cum ibi not. inde probans, non esse tunc necessariam verificationem huius narrationæ: idque admittit etiam Felin. *in cap. ad aures, num. 10.* post Abb. *cap. fin. col. 4. de præsumpt.* vbi constat, quòd ea verba non referantur ad impetrantem, quasi ipse id asseruerit, sed ad alios, eorúmque assertionem; sic intelligens Card. *eodem cap. fin. col. 2.* secus verò, si ad ipsum impetrantem; sic Felin. *sup.* post Abb. *loc. cit.* & ita exponens eundem Card. *cons. 71. incip. vacante, in fi.* & Rot. Roman. *decis. 6. num. 2. de rescript. in antiquior.* Si verò ea verba dicantur personaliter, *vt asseris*, vel, *vt asseris*; tùnc quoniam aperte referuntur ad assertionem impetrantis, indistincte nocet, si falsò illud exprimatur. ita Abb. & Fel. *loc. cit.* post Rot. *d. decis. 60. & 77. de rescript. in antiq.* Hanc eandem distinctionem sequuntur etiam Rebuff. *in concord. Gall. rubr. de for. mand. Apost. verbo, omnia, & singula, vers. nota tamen*, Nauarr. *cap. si quando, except. 3. num. 2. de rescript.* Sanchez *lib. 8. de matr. disp. 35. num. 25. ad fin.* & alios referens Mascard. *tract. de probat. concl. 888. num. 40. cum duobus seqq.* Mandos. *ad reg. Canc. de annal.* seu *34. quæst. 47. num. 2.* & Marta *d. tract. de clausul. part. 1. claus. 170.*

Præterea si quæras, quid dicendum de clausula, *si inueneris*, aut, *si repereris*, aut, *si tibi constiterit*, vel simili. Dico breuiter de clausula, *si inueneris*, quòd † requirat partis citationem nulla fere dubitatio est; id enim tenet Rot. *decis. 14. de dol. & contum. in antiq.* post Ioan. And. *in Clement. iudices, de offic. deleg.* dicitque ita seruare Cancellariam, & Rotam Dominorum Auditorum. ita etiam tenet ead Rot. *decis. 12. num. 10. circa medium, de offic. deleg. in nou.* & *ibi* Papazon. *in addit.* & Fel. *cap. 2. num. 6. de rescript.* Id autem limitandum primò, si addantur ea verba, *per summariam informationem*: tunc enim potest commissarius citare, vt sumat informationem; non tamen tenetur, nec potest dare parti nomina testium, vt voluit Rot. *decis. 15. de dol. & contum. in antiq.* Secundò, vt, si agatur de re modica, non teneatur talis commissarius partes citare, secus in re graui. ita Rot. *decis. 16. eodem tit.* pariter *in antiq.* quam etiam sequitur Mart. *d. 1. part. clausul. 140. num. 3.* ad idem allegans Staphil. *de litter. inst. §. citatio, num. 11. & seqq.* Papazon. *in addit. ad d. decis. 12. num. 3.* idémque sonciens de clausula, *si repereris*, quam *num. 1.* post alios æquiparans prædictæ clausulæ, *si inueneris*. Tertiò non tenebitur citare vbi certus ei modus informationis sumendæ à committente præscribatur; vt, quòd suspectis litteris commissum negotium exequatur; prout est casus *in d. cap. 2. vers. verum, quoniam, de rescript.* De clausula verò, *si repereris*, eadem Rot. *d. decis. 14.* post Ioan. And. *d. Clem. iudices*, & post alios Gabr. *com. concl. lib. 2. tit. de citat. concl. 1. num. 500.* tenet, quòd non induat necessariò partis citationem. Quòd si discrimen hoc admittamus inter clausulam, *si inueneris*, & clausulam, *si repereris*, prout etiam illùd constituit Lap. *alleg. 27. num. 3.* & alij, quos citat Papazon. *ad d. decis. 12. num. 5.* relatus à Marta *d. num. 1.* confirmare id possumus ex illo Ouidij,

——Non inuenta, reperta ex:

quasi ad inueniendum præcedat indago, reperire sit casuale. sed verius est hæc duo ab vsu confundi, atque etiam à verborum significatione, vt ex Valla, & Iuniano adnotauit Fel. *d. num. 6.* & Papazon. *d. num. 3.* ex Ægid. *decis. 176.* alias *12. de offic. deleg. decis. 85. de prob. & decis. 68. de verb. signif.* & Staphil. *de litter. grat. & iust. fol. 132.* alias *179.* seu §. *citatio, num. 7. vers. secus forte*: facitque *decis. 16. de iudic. in nou.* cum aliis adductis per Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 33. num. 3. & 4. & lib. 8. disp. 34. num. 26.* quo vtroque loco etiam latè probat, quòd, si commissio habeat huiusmodi clausulam, nulla erit executio omissa inquisitione, quoniam per eam inducitur certa forma omnino obseruanda, cùm tunc conditio exprimatur alio modo, quàm eo, quo iure inest. Nisi subiiciatur clausula, *super quo conscientiam tuam oneramus*; nam tunc sufficiet, quòd se extraiudicialiter informet, certiórque fiat de veritate precum; vt probat idem Sanchez *d. lib. 8. disp. 35. num. 15.* ex iis, quæ ipsemet adducit *lib. 3. disp. 8. num. 4. & 5.* de clausula, *conscientia tua relinquimus*; de qua nos quoque *inf. concluf. 6.* Marta verò *d. clausul. 140. num. 2.* de prædicta vtraque clausula, *si inueneris*, & *si repereris*, docet, quòd quando adiiciuntur in personam iudicis, & circa materiam iudicialem, accipiuntur pro clausula, *si constiterit*, & ratione subiectæ materiæ omnino important causæ cognitionem, & requirunt partis citationem, arg. *l. si vno, ff. locat.* Ægid. *decis. 176.* Staphil. *d. §. citatio, num. 8. & 9.* facitque Dec. *consil. 603. sub num. 13.* vbi æquiparat clausulam, *si repereris*, clausulæ, *si constiterit.* de qua Rot. *d. decis. 15. de dol. & contum. & decis. 21. de rescript. in antiq.* post Ioan. And. *in Clem. præsenti, super verbo, constiterit, de censib.* dicit, quòd, si in aliqua commissione Papali committatur sub verbo, si constiterit de hoc contra talem, faciat contra eum, prout in commissione continetur; tunc † citanda est pars, vel eius procurator, antequam Auditor faciat informationem de contentis in commissione. sequitur Papazon. *d. num. 3.* idem voluit Abb. *cap. conquerente, col. 3. de rest. spol.* & *cap. sacro, col. 2. de sent. excomm.* & quòd requirat causæ cognitionem, & pronuntiationem super ea, plerique voluerunt probati à Barbos. *d. tract. de clausul. clausul. 87. per tot.* quódque faciat gratiam conditionalem latè idem *clausul. 18.* facitque hæc clausula mixtum executorem, Anchar. *consil. 192.* Fel. *cap. si constiterit, num. 4. de accusat.* & colligi potest ex *d. cap. 2. de rescript.* ibi; cùm de causa, quæ inter G. & F. clericos vertitur super præbenda de Noualis, cognoueris legitimè, eidem F. (secundùm tenorem litterarum nostrarum continentium, quòd si constaret, ipsum F. de periurio esse conuictum, & perpetuò illi renuntiasse præbendæ, amoueretur ab ea;) eo cognito, & probato, præbendam abiudicasses eandem: iunctis iis verbis; mandamus, quatenus sententiam præfati Episcopi confirmes. De hac quoque clausula habetur *in cap. ex parte S. de rescript.* fusiúsque agit Marta *d. part. 1. claus. 19.* sub verbo, *constiterit*; atque inter cætera *num. 1.* pluribus relatis & ipse docet eum importare partis citationem; quod *num. 2.* declarat, nisi adsit clausula, *& extraiudicialiter*; ac nisi narrata verificarentur ex actis coram eodem iudice; *numer.* autem *3.* post multos tradit ob eam requiri causæ cognitionem. quod, & illud de citatione limitat *num. 4.* in modico præiudicio addens *num. 5. cum duobus seqq.* alios secutus, quòd hæc clausula reddit rescriptum conditionale; ita vt ad eius verificationem requirantur veræ, & concludentes probationes, vbi tamen haberi possint. De eadem verò clausula, simúlque duab. prædictis latè Fel. & alij *in cap. fin. de præsumpt.* Gat. 2. *tract. de benef. part. 6. cap. 3. num. 36.*

vsque

uſque ad 39. *& num.* 70. Conſtare autem quando dicatur, ponit Maſcard. *concl.* 75. *num.* 21. & Gonzal. *ad reg.* 8. *Franc.* §. 7. *proem. num.* 233.

QVINTA CONCLVSIO. Clauſula illa poſita in reſcripto commiſſionis pro commutanda vltima voluntate, *auctoritate*, aut, *vice noſtra commuta*;
140. vel, *mandamus, vt commutes*; † non inducit commutationem; ſed *facit*, vt commiſſarius non ſua ordinaria, ſed committentis auctoritate delegata cenſeatur commutare. Prior pars concluſionis, quòd nimirum clauſula, ſeu verba illa, *commuta*, vel, *mandamus, vt commutes*, non inducant commutationem, ſed ad hanc exigatur executio commiſſarij; probatur, quia ita de mandato diſpenſandi, vt non ſit diſpenſatio, contra Præpoſ. contrarium ſentientem *in cap. quia circa, num.* 2. *de conſang. & affin.* tuentur Pariſ. *conſil.* 57. *num.* 53. *vol.* 4. Put. *deciſ.* 256. *num.* 1. *lib.* 1. Couar. *in* 4. *decretal.* 2. *part. cap.* 6. §. 9. *num. vlt.* Nauar. *conſ.* 38. *in fi. de temp. ord. conſil.* 3. *num.* 2. *de fil. preſb. conſil.* 7. *in fi. de conſang.* Mandoſ. *in prax. ſign. grat. tit. de diſpenſation. ver. diſpenſatio, & mandatum diſpenſandi*, Galleg. *de cognat. ſpirit. cap.* 23. *num.* 2. *& cap.* 24. *num.* 17. ac Rodriq. *1. tom. ſum. cap.* 238. *num.* 7. quos omnes refert, ac ſequitur Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 30. *num.* 12. & confirmatur ex eo, quod idem Sanchez latè probat *ead. diſp.* 30. *num.* 4. iuncto *d. num.* 12. cauſas expreſſas in diſpenſationis impetratione non modò veras eſſe debere tempore, quo impetratio ſit, ſeu commiſſio diſpenſationis, præcipuè ex text. *d. cap. quia circa*, necnon ex *cap. ſi eo tempore, de reſcript. in* 6. verùm etiam, quo commiſſarius diſpenſando commiſſionem exequitur, & *eod. lib.* 8. *diſp.* 25. *num.* 8. ſatis probat, reddi diſpenſationem ſurreptitiam tacito inceſtu inter conſanguineos, vel affines volentes matrimonio copulari, ſiue is contigerit ante Pontificis diſpenſationem, ſiue poſt, antequam tamen Ordinarius eam impendat; & huius ſententiæ refert inter alios Gutier. *quæſt. canon. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 16. cum multis ſeqq. *& lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 133. Galleg. *d. cap.* 24. *à num.* 3. *ad* 18. Petr. de Ledeſm. *de matrimon. quæſt.* 56. *artic. vlt. dub.* 2. *concluſ.* 2. *& 4. & in ſumm. ſacrament.* vbi de matrimon. *cap.* 27. *circa* 1. *cond. dub.* 3. *&* 4. Po-
141. ſterior † pars concluſionis probatur: quoniam, licèt Princeps committens ſimpliciter Ordinario aliquid de iis, ad quæ ſe extendit illius poteſtas, non faciat ipſum Ordinarium delegatum; ex iis, quæ latè adduximus *quæſt. præced. ſuppoſ.* 3. *ante medium*, præcipuè ex text. *in cap. licèt in corrigendis, & cap. grane nimis*; quod eſt pen. *de offic. ord.* Tamen, ſi committat cum ea clauſula, *auctoritate*, aut *vice noſtra tale quid facias*, aut ſimili, Ordinarius ea in re ſit delegatus, & dicetur vti delegata poteſtate, vt poſt Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 16. *num.* 28. ac poſt Fel. *d. cap. licèt, num.* 1. 2. *&* 7. & Sanchez *lib.* 8. *de matrimon. diſput.* 8. *numer.* 10. qui alios allegant, tradidimus *d. ſuppoſ. circa medium.* An verò hæc poteſtas, ſeu iuriſdictio à Principe data Ordinario ad commutandum, ſeu mandatum commutandi cum prædicta clauſula expiret morte ipſius committentis re integra, hoc eſt, antequam Ordinarius exequatur mandatum, ſeu commutet, dicemus *cap. ſeq. quæſt.* 2. Interim hoc loco alias clauſulas ad rem, de qua agimus, pertinentes aſſeramus; earúmque vim, & effectum explicemus.

SEXTA CONCLVSIO. Vbi in reſcripto cõmutationis directo Ordinario, aut alteri adſit clauſula, *ſecundum iudicium, & prudentiam tuam commu-*
142. *tes*, aut ſimiles clauſulæ; † licèt cauſa requiratur, non tamen exigitur, vt commiſſarius ſuper ea informationem etiam ſummariam iudicialem aſſumat; ſed ſat erit, ſi extraiudicialiter ſe informet, & certior fiat de narratis. Prior pars concluſ. probatur; quoniam, cùm aliquid iudicio, vel prudentiæ alicuius remittitur, huiuſmodi verba arbitrium prudentiale, & ratione regulatum important; vt pluribus allegatis docet Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 14. 17. *ac ſeq.* vbi de iudicio, *& num.* 26. *cum duobus ſeqq.* vbi de prudentia; ac de vtroque verbo ſentiunt alij relati à Sanchez *lib.* 3. *de matrimon. diſput.* 8, *num.* 1. de verbis autem, ſeu clauſula, † *vt tibi videbitur*, quòd importent boni 143.
viri arbitrium, latè probat idem Menoch. *d. quæſt.* 8. *num.* 2. & Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *procm. num.* 112. *& ſeq.* & idipſum de verbis, *tuo videre facias*, poſt alios tradit Menoch. *cad. quæſt.* 8. *num.* 4. ac fortiùs de illis; *facias, quod tibi videbitur expedire*, num. 5. & illis, *ſi bonum, aut iuſtum tibi videbitur*, num. 6. de iis verò, *vt tibi placuerit*, num. 7 & 9. ac de iis, *ſi tibi probetur*, num. 8. ex *l. fideicommiſſaria libertas, la* 3. *propè fin. ff. de fideicommiſſ. libert.* de illis, *facias ad tuum beneplacitum*; latè poſt alios *num.* 10. niſi ex communi vſu loquendi hæc verba pro libero arbitrio ſumerentur. *num.* autem 11. idem poſt alios dicendum ait fortiùs de verbis, *facias, vt tibi placuerit, & videbitur*, vt importent arbitrium boni viri, ſeu regulatum; quod limitat *numer.* 12. *&* 13. niſi addatur dictio vniuerſalis, vt, *quicquid*, dicendo, *facias quicquid tibi placuerit.* Præterea viri boni arbitrium oſtendunt illa verba, *diſcretioni tuæ committimus*, vt poſt alios latè docet Menoch. *d. quæſt.* 8. *numer.* 24. *&* 25. ſicut & illa, *arbitrio tuo committimus*, vel, *arbitrio tuo facias*, vt pluribus oſtendit Menoch. *vbi ſup. numer.* 29. *cum duobus ſeqq.* & poſt alios ſentit Gonzal. *ad d. reg.* 8. *Cancell. glo.* 9. *in annot. com. nullit. & aſtem. in cauſ. benef. à numer.* 285. *ad* 297. præſertim verò *num.* 295. *& glo.* 15. §. 1. *num.* 93. & eſt optimus text. in commutatione voti *in cap.* 1. *de vot.* ibi; ab eius, qui præſidet, pendet arbitrio, vt conſideret diligentiùs qualitatem perſonæ, & cauſam commutationis, &c. & quoad legata text. eſt *in l.* 1. *ff. de legat.* 2. *& l. fideicommiſſa*, §. *ſic fideicommiſſum, ff. de legat.* 3. & in commiſſione facta à lege, opt. text. eſt *in l. ſi vnius*, §. *prætor ait, ff. de inoff.* Idem autem Menoch. *d. quæſt.* 8. *num.* 33. id extendit, licèt dicatur, *pro tua voluntatis arbitrio*, ex Bart. *in Extrauag. ad reprimendum, verbo, videbitur, num.* 11. & aliis, quos idem Menoch. allegat *d. lib.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 14. & aliquot ſeqq. *num.* autem 34. id declarat primò, quando eſſet dictum, *libero tuo arbitrio committimus*, præcipuè ex Dec. alios allegante *l. in perſonam*, §. *generaliter, num.* 2. *ff. de reg. iur.* & ex eo, quod ipſe Menoch. tradit *d. quæſt.* 7. *num.* 33. *cum duobus ſeqq.* de verbo, *liberè*, † 144.
vt poteſtatem tribuat faciendi actum ſua ſponte, alterius voluntate non requiſita, de quo etiam verbo hoc ipſum, & alia pleraque tradit Gonzal. *ad d. reg.* 8. *Cancell. glo.* 44. *num.* 10. *vſque ad* 27. *glo.* 46. *à num.* 1. *ad* 6. *glo.* 48. *num.* 3. *& glo.* 53. *num.* 2. *vſque ad* 25. Iacob. Ant. Marc. *tract. de clauſul. part.* 1. *clauſ.* 68. *ad* 218. & nouiſſimè Aug. Barboſ. *in tract. de dictionib. verbo, liberè, per totum.* Declaratur autem ſecundò, non procedere, quando arbitrium ei committitur, qui illud aliàs habebat: tunc enim libera, & abſoluta facultas tributa dicitur, vt verba aliquid operentur. ita poſt alios Baſ. *l. ſi ſic legatum, num.* 10. *ff. de legat.* 1. & Menoch. *d. quæſt.* 8. *num.* 35. & ſanè, quòd hæ omnes clauſulæ, *ſi fueris arbitratus, ſi putaueris, ſi æſtimaueris, ſi vtile tibi fuerit viſum*, vel *videbitur*, importent arbitrium

boni

boni viri, apertè constat ex *l. fideicommissa, §. quamquam autem*, aliàs *§. sic fideicommissum, versic. quamquam, ff. de legat. 3.* Illa quoque clausula, † *misericordia tua committimus*, importat arbitrium boni viri, vt satis probat idem Menoch. *num. 36. & tribus seqq.* Quoad clausulam verò, † *quod conscientia tua committimus*, seu, *super quo conscientiam tuam oneramus*, quòd importet arbitrium boni viri, post glos. *Clement. 1. verbo, oneramus, de iurepatr.* Iaf. *l. si quis arbitratu, num. 23. propè fin. ff. de verbor. obligat. & d. l. si sic legatum, num. 12. ff. de legat. 1.* Georg. Natt. *in Clement. sepe, §. non sic tamen, col. 12. & duabus seqq. de verbor. significat.* Bald. *l. vltim. ad fin. C. de iur. dom. impetrand.* Felin. *cap. 1. col. 16. & ibi* Andr. ab Exea *num. 402. de constit.* atque alios tradunt Mascard. *tract. de probat. conclus. 414. & idem* Menoch. *d. quæst. 8. numer. 40.* qui id probat *in tribus num. seqq. num.* autem 44. hanc, quam vocat receptissimam sententiam, declarat ex multorum auctoritate, vt is iudex, seu commissarius cum tali clausula sequi debeat non priuatam conscientiam, sed communem, & publicam, quam etiam communem fatetur Marta *d. part. 1. clauf. 253. num. 4.* licèt contrarium posse contendat *à numer. 5. vsque ad 15.* apud quem *ibidem num. 1. 2. & 17.* necnon Barbos. *d. tract. suo de clausul. clauf. 13. ferè per tot.* cætera videri possunt, quæ ad prædictas clausulas pertinent; ac præsertim, an delegatus cum huiusmodi clausula subdelegare possit vices suas, vel admittere possit, aut debeat exceptiones; & an ab eo valeat appellari; quos videas si lubet. Pariter boni viri arbitrium † concessum fuisse per verba illa, *sit tibi licentia*, &c. pluribus relatis docet idemmet Menoch. *d. quæst. 8. num. 45. & seq. numer.* autem 47. idipsum post alios tradit de verbis illis, *potestati tuæ committimus*, quod declarat *num. 48.* non procedere, quando libera potestas est concessa; per ea, quæ suprà dicta sunt, vbi concedatur liberum arbitrium. Boni quoque viri arbitrium important ea verba, *stetur tuo dicto*, per ea, quæ de illis, *promittimus stare tuo dicto*, idem Menoch. post alios scriptum reliquit *d. quæst. 8. num. 49.* idque etiam tradit *numer. 51.* ex Bartol. *d. verbo, videbitur, numer. 4.* & Natt. *d. §. non sic tamen, col. 16.* de iis, *vt cupieris, & desideraueris*; & *num. 52.* de illis, † *de bono, & æquo*; num. autem 53. & seq. idem probat de illis, *procedas cum moderamine*: num. 55. de iis, *procedas cum honestate*, & num. 56. de illis, *procedas secundùm iustitiam, ius, & veritatem.* Idémque de illa clausula, † *facias secundùm mentem tuam*, post Natt. & Bald. docet Menoch. *d. quæst. 8. num. 57.* & de illa, *tuo ingenio committimus*, num. 58. numer. verò 59. de illa clausula, *tua deliberationi mandamus*: & num. 60. de iis verbis, *ad nutum tuum*, ex Marian. Soc. *in cap. verum, not. vlt. de for. compet.* & illis, *dispositioni tuæ*, post Imol. *cap. cùm tibi, de testam.* & Riminald. *in l. captatorias, col. 2. C. de testament.* Atque hæ quidem clausulæ important arbitrium boni viri.

Quoad verba verò, quæ important liberam voluntatem, seu liberam potestatem tribuunt, quæ à Iurisconsulto *d. §.* seu *vers. quamquam autem*, vocatur plenum arbitrium, & *in d. l. fideicommissaria, la 3.* liberum dicitur, ac simpliciter voluntas, quoniam minùs ad rem nostram faciunt, nec ita sæpe vsu veniens, † lectorem remisisse sufficiet ad Fel. & alios *d. cap. 1. de constit.* ac Menoch. *d. lib. 1. de arbitrar. iud. quæst. 7.* ex quibus illa vti communior, ita præcipua clausula est, *si voluero*, iuxta text. *d. l. fideicommissaria*, necnon *in l. si ita lega-*

tum, §. illi, si voleт, ff. de legat. 1. l. fideicommissa, §. quamquam autem, ff. de legat. 3. & *l. si ita expressum est, ff. de condit. & demonstr.* cum aliis, quæ allegat Menoch. *d. quæst. 7. num. 2. cum tribus seqq.* vbi contra alios probat, id quoque verum esse, cùm verbum hoc ad iudicem dirigitur. à *num.* autem *6. ad* 31. id quatuor modis temperat: & *num. 32.* subdit post alios, verba quoque, *vt libet*, vel *ad tui libitum*, importare arbitrium boni viri. Hic verò duo quoad hanc priorem præsentis concluſ. partem adnotabimus. Alterum, quòd in dubio dicendum est, † verba importare potius arbitrium boni viri, quàm liberam voluntatem; vt satis constat ex adductis per ipsum Menoch. *d. quæst. 7.* vbi id latè tuetur à contrariis *n. 17. vsque ad 27. & quæst. 9. num. 1. & 2.* Immo verò in criminalibus probat *d. quæst. 9. num. 3. & tribus seqq.* censeri concessum arbitrium boni viri, licèt liberum arbitrium tributum videatur. quod idem probat à *num. 8. vsque ad 13.* quando ageretur de præiudicio tertij. ac tandem *num. 14.* docet post alios, quòd etiamsi verba significent liberum arbitrium; attamen in dubio præsumitur, quòd is iudex arbitratus sit tamquam bonus vir. Alterum est, quòd, vbi aliqua ex prædictis clausulis etiam plenum, & liberum arbitrium importantibus non substantiæ rei, seu commissionis, sed alicui eius qualitati, vel quantitati adiiciatur; vt, si in nostra specie dicatur; *memorata decem anniuersaria in celebrationem totidem Missarum pro defunctis, aut prout tibi videbitur, aut libuerit, commutes*; vel si dicatur, *memorata decem anniuersaria in totidem Missas, aut quot tibi videbitur, vel placuerit, commutes*; aut denique, *prædicta anniuersaria in alia pietatis opera arbitrio tuo, vel prout volueris, aut expedire in Domino iudicaueris, commutes*: tunc † non censetur commissum liberum arbitrium; sed boni viri, seu regulatum; immo limitatum, ita, vt commissario metam, ac limites commissionis transgredi citra nullitatem agendorum non liceat: nam in primo casu solùm relinquitur arbitrio commissarij qualitas Missarum, an pro Defunctis, seu de Requiem, an secus; in secundo sola quantitas, seu numerus; in tertio species dumtaxat piorum operum: & sicut in hoc postremo casu omnino commutatio facienda erit à commissario in opera aliqua pietatis, (de quibus nos suprà *cap. 4. quæst. 2. conclus. 2.*) non autem in prophana, seu non pia; ita in secundo retinenda erit species operum, nimirum Missæ; in primo verò etiam numerus, vt colligitur ex traditis in similibus casibus commutationis votorum à Sanchez *d. lib. 8. de matrimon. disput. 34. numer. 32.* Et confirmatur tum ex eo, quòd limitata causa limitatum parit effectum, *l. in agris, ff. de acquirend. rer. domin.* & limitatus fauor limitatum producit effectum, *l. 2. ff. de seru. export. l. cum seruo, ff. de contrahend. empt. glos. 1. in cap. cùm ordinem*, & *ibi* latè Felin. *numer. 4. 5. & 6. de rescript.* & mandati fines diligenter sunt custodiendi, *l. diligenter, ff. mand. & cap. cui de non sacerdotali, de præb. in 6.* cum simil. Tum ex eo, quod suprà *hac eadem quæst. præmiss. 2. limit. 7.* post alios tradidimus, quòd clausula accessoriè posita ad vnum capitulum tamquam eius pars, modus, conditio, vel qualitas, ad alia capitula eius dispositionis non debet referri.

Probatur nunc posterior huius concluſ. pars, quòd nimirum vbi adsit in rescripto commutationis aliqua ex prædictis clausulis, arbitrium etiam boni viri denotantibus, vt, *secundùm iudicium, aut prudentiam tuam commutes*, aliáve similis; non est necesse,

153. neceſſe, † quòd commiſſarius aſſumat iudicialem informationem etiam ſummariam de narratis; ſed ſufficiet extraiudicialis. probatur, inquam, ex iis, quibus Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 8. numer. 4.* id probat in caſu diſpenſationis ſuper denuntiationibus matrimonij, de quo in decreto Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 1. verſ. quòd ſi aliquando, de reform. matrim.* ibi; niſi Ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt prædictæ denuntiationes remittantur, quod illius prudentiæ, & iudicio ſancta Synodus relinquit: tum quia iudicium, inquit ibi Sanchez, & conſcientia idem ſunt; nam iudicium eſt mentis dictamen, conſcientia autem nil aliud eſt, quàm mentis dictamẽ, ſcilte D. Thom. 1. *part. q. 79. art. 13. ad 2.* ſed quoties aliquid committitur conſcientiæ, & prudentiæ alicuius; non eſt neceſſaria probatio iudicialis, vt conſtat ex text. *in cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcript. in 6.* vbi gloſ. *verbo, relinquatur*, ait; cùm enim hoc conſcientiæ ipſius relinquatur; ergo ſoli Deo hoc, & nulli alij iudici, vel cognitori; & *ibi* hoc ex gloſ. notat Franc. *num. 6.* tum ex gloſ. *in cap. 2. §. vlt. de iuram. calumn. in 6.* vbi ad ea verba text. *poteſt iudex à partibus exigere iuramentum malitiæ, quoties viderit expedire*, Ioan. Andr. *numer. 2.* Anchar. *numer. 4.* Gemin. *numer. 9. ac 10.* & Franc. *numer. 3.* inquiunt, in tantum hoc relinqui viſioni, & arbitrio iudicis, quòd vbi hæc, vel ſimilis clauſula apponitur, nulla probationis neceſſitas imponitur: & meliùs Lap. *alleg. 61. num. 3.* ſic ait; quoties aliqua cauſa committitur alicui ſub hac clauſula, *ſi tibi videbitur*, aut, *iudicio tuo, vel conſcientiæ tuæ relinquimus*, remouetur ſtrepitus iudicij, & denotatur arbitrium boni viri; nec requiritur cauſæ cognitio, ſed ſatis eſt ſimpliciter, & de plano, & extraiudicialiter informare ſe. quam doctrinam, ait Sanchez *d. numer. 4.* ſequitur Caualcan. 1. *part. deciſ. 46. numer. 420.* vbi non eſt aliqua perſona, de cuius præiudicio agatur; & *deciſ. 22. numer. 40.* cum aliis, quos refert, ait, non requiri indaginem

154. iudicialem, † licèt in commiſſione ſit ea clauſula, *ſi per diligentem examinationem repereris*, vel illa, *dummodo alicui non ſit ius quæſitum*: tum denique ex iis, quæ tradunt Bald. *l. 2. numer. 2. C. de fideicom. l. certum, numer. 5. C. vnde legit. & l. neque naturales, numer. 7. & 8. C. de probat.* Alex. *l. de vnoquoque, in princ. numer. 10. & 11. ff. de re iudic.* Marant. *de ordin. iudiciar. 6. part.* quæ eſt de citat. tit. *rectè concipitur citatio, numer. 21.* & Guttier. *lib. 1. canon. quæſt. cap. 19. numer. 12.* qui

155. auctores docent etiam, † non requiri citationem partis cùm aliquid committitur alicuius conſcientiæ: quod & plerique tenent citati à Tiraq. *in tract. res inter alios act. al. non noc. numer. 40.* & Gabr. *com. concl. lib. 2. tit. de citation. concl. 5. numer. 378.* & alij laudati à Marta *d. tract. de clauſ. part. 1. clauſul. 253. numer. 14.* ac ſentiunt relati à Menoch. *d. lib. 1. de arbitrar. iudic. quæſt. 17. numer. 1. 2. & 3.* ex his autem infert Sanchez *d. lib. 3. de matrim. diſput. 8. numer. 5.* necnon etiam *d. lib. 8. diſput. 35. numer. 15.* primò, eum, cuius prudentiæ, & iudicio, ſeu conſcientiæ res commiſſa ſit, non teneri teſtibus iuramentum deferre, aut ordinem, & figuram iudicij obſeruare: quoniam hæc in cognitione, quæ fit ad conſcientiam, & animum ſuum informandum, non requiruntur, ex traditis ab Innoc. *in cap. cùm in tua, in fin. de ſponſal.* & aliis, quos refert, ac ſequitur Maſcard. *tract. de probat. concluſ. 1308. num. 14. & 15.* Secundò idem Sanchez *d. diſput. 8. nu-*

156. *mer. 6.* ex prædictis infert, poſſe † extra diœceſim ab huiuſmodi commiſſario actum illum informationis exerceri, cùm non ſit actus iuriſdictionis contentioſæ; præcipuè ex Lambert. *tract. de iurepatr. lib. 2. part. 2. quæſt. 2. art. 6. numer. 2. & 3.* ac Bald. *l. vnic. in princ. numer. 11. ff. de offic. Conſul.* & adductis per ipſummet Sanchez *d. lib. 3. diſput. 19. numer. 7. & 8.* Sed quia plerique relati, & probati à Menoch. *d. quæſt. 17. numer. 3.* & aliquot ſeqq. tenere videntur, † citationem ne- 157.
ceſſariam fore cùm cauſa alicuius arbitrio committitur; inter quos recenſet Bart. *in Extrauag. ad reprimendum, in verbo, & figura, numer. 6. & in l. Theopompus, numer. 9. ff. de dot. prælig.* Ruin. *conſil. 21. numer. 2. lib. 2.* Bald. *l. captatorias, quæſt. 3. C. de teſtam. milit.* Ang. *l. milites, prope fin. ff. de milit. teſtam.* Natt. *Clem. ſæpe, §. non ſic tamen, col. 14. de verb. ſig.* quoniam hic iudex tenetur ſeruare ea quæ ſunt iuriſgentium, cuiuſmodi eſt citatio, quæ immo diuini, & naturalis iuris eſſe videtur, *Clem. paſtoralis, §. cæterùm, de re iudic.* Ideo aduertendum eſt, pleroſque ex his Doct. à Menoch. allegatis loqui potiùs, cùm cauſa ſummariè, ſimpliciter, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij committitur, iuxta terminos *d. Extrau. & Clem. ſæpè.* quæ commiſſio diuerſa eſt ab ea, quæ fit arbitrio, aut conſcientiæ alicuius: cùm illa ſit iudicialis, & ſpectans ad iuriſdictionem contentioſam; hæc autem extraiudicialis, & pertinens potiùs ad iuriſdictionem voluntariam. quomodo etiam reſpondetur ad id, quod idem Menoch. *d. lib. 1. quæſt. 19.* ferè per totam latè tradit, cauſæ cognitionem, quam adhibere debet is, cuius arbitrio cauſa commiſſa eſt, requirere partis citationem, & iuris ordinem; & *quæſt. 20.* quòd in eo iudicio debeat omnino præſtari iuramentum calumniæ; & *quæſt. 26.* teſtes iuratos eſſe debere: hæc enim omnia procedunt, cùm cauſa committitur ſummariè tractanda, vel ipſæ cauſæ ſui natura ſummariæ ſint, de quibus *in Clem. diſpendioſam, de iudic.* ac Doctor. *ibi, & d. Clem. ſæpe, de verb. ſig. & d. Extrauag. ad reprimendum*; non autem cùm diſpenſatio, commutatio, beneficij collatio aliúſque actus voluntariæ iuriſdictionis committitur: qui, licèt aliquam cauſæ cognitionem exigat; non tamen iuris ordinem, qui in iudiciis, & contentioſa iuriſdictione adhiberi ſolet, ac debet. quod idem ex prædictis ſtatuendum eſt, quoties aliquid alicuius conſcientiæ, aut aliàs arbitrio boni viri committitur. Et hæc de præſenti concluſione.

SEPTIMA, & poſtrema CONCLVSIO. Clauſula, *ſupplentes omnes, & ſingulos defectus*, appoſita in reſcripto commutationis, quod etiam à Principe emanat, † non tollit, aut ſupplet de- 158.
fectus iuris naturalis, aut diuini, ſed tantùm humani, ſeu poſitiui: neque eos, per quos actus redditur nullus. Prior pars concluſionis probatur ex text. *in Clem. paſtoralis, §. cæterùm, de re iudic.* ibi; nec prædicta ſuppletio circa ſubditum etiam ad ea potuiſſet de ratione referri, per quæ de crimine præſertim ſic graui delato defenſionis, quæ à iure prouenit naturali, facultas adimi valuiſſet; cùm illa Imperatori tollere non licuerit, quæ iuris naturalis exiſtunt. quem text. ad hoc allegat Io. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de Legat. §. nunc oſtendendum, verſ. 18. & nota*; idémque docet Archid. & Gemin. *in cap. Lecnomanenſem, 56. diſt.* poſt Hoſt. ac cæteros *cap. 1. de tranſact.* & poſt alios pleroſque tradit Fel. *in cap. poſtulaſti, num. 12.* & *ibi* Apoſtill. *de reſcript.* & Ruin. quem ſequitur Card. Mant. *tract. de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 11. numer. 12.* nimirum *conſil. 79. numer. 19. volum. 3.* necnon plerique tenent laudati à Marta *d. tract. de clauſul. part. 1. clauſula*

numer. 161. *numer.* 2. 7. & 8. ac nouiſſimè Aug. Barboſ. *in ſimili tract. clauſul.* 104. *numer.* 2. *cum duob. ſeqq.* ſentiúntque Doctor. allegandi in duabus nunc ſeqq. ampliationibus huius prioris partis propoſitæ concl. quarum prima eſt, vt procedat, licèt adſit ſimul clauſula, *ex plenitudine poteſtatis.* ita Dec. *cap.* 2. *numer.* 7. *de confirm. vtil. vel inutil.* poſt Ioan. Andr. *vbi ſup.* Imol. & Butr. *cap.* 1. *de tranſact.* eundem Imol. & Abb. *d. cap.* 2. Alex. *in l. ſi filius à patre, §. fin. ff. de lib. & poſthum. & conſil.* 194. *col.* 6. *lib.* 2. Altera eſt, idem eſſe ſi clauſulæ *ſupplentes*, &c. adiuncta ſit clauſula, *ex certa ſcientia*, vt poſt Bald. & Alex. *d. §. fin.* & Rebuff. *in prax. benef. tit. de diſpenſat. numer.* 13. tradit Ant. Gabr. *commun. concl. lib.* 6. *tit. de clauſul. concl.* 1. *num.* 42. Tertia ampliatio ſit, vt nec defectus iuris poſitiui ignoratos, vel non narratos ſuppleat, ſed tantùm ſpecificatos, vt poſt alios tradit Mart. *d. part.* 1. *clauſ.* 72. *numer.* 14. & *d. clauſul.* 161. *numer.* 3. & 4. atque ex duab. Rot. Rom. deciſ. Garz. *de beneſic. part.* 2. *num.* 134. Poſterior pars † 159.
concluſionis probatur tum ex text. *d. §. cæterùm*; vbi loquens Romanus Pontifex de hac clauſula ab Imperatore appoſita in quibuſdam ſuis proceſſibus, ait; Cæterùm defectus ſuppletio circa proceſſus adhibita ſupradictos non tantum valet ad iuſtificationem ipſorum & ſententiæ ſupradictæ, quantum ad eorum ſugillationem & notam, cùm nullam ſuper præmiſſis poteſtatem haberet Imperator in Regem ſibi aliàs, quàm, vt præfertur, non ſubditum, non citatum legitimè, aut remiſſum, & extra diſtrictum ipſius continuè, ac notoriè conſiſtentem; hi enim omnes defectus reddunt actum nullum, vt patet. quare, quod Rot. *deciſ.* 2. *de conſir. vt. vel innt. in antiq.* poſt Innoc. ait hanc clauſulam ſupplere defectum vocationis partis, & alia ſolemnia non ſubſtantialia; intelligendum eſt de ea partis vocatione, ſeu citatione, quæ à iure humano pro ſolemnitate inducta eſt. Tum ex eo, quod tradit Fel. *d. cap.* 2. *numer.* 42. *de reſcript.* poſt Spec. *d. §. nunc oſtendendum*, & *ibi* Ioan. Andr. ac Hoſt. *d. cap.* 1. *de tranſact.* clauſulam *ſupplentes*, &c. ſupplere quidem defectum ſolemnitatis, ſed non defectus, quibus actus redditur nullus, & ſuper quibus requiritur diſpenſatio; vt, ſi impetrans erat excommunicatus, illegitimè natus, vel alium defectum naturalem patiebatur. quod etiam ſentit Dec. *d. numer.* 7. dum ex Rom. *ſingul.* 419. Gemin. *d. cap. Lenomanenſem*, 56. *diſt.* & ex auctore quodam *tract. de clauſul.* qui eſt Vitalis de Camban. in hac clauſula, *ſupplentes*, ait, eam non ſupplere defectus perſonæ ſupplicantis: quod & plerique alij tradiderunt laudati à Marta *d. clauſul.* 163. *numer.* 1. *ac* 10. & Barboſ. *d. clauſul.* 104. *numer.* 4. ex quibus duobus auctoribus ſumere licet alias huius concl. declarationes.

Poſſet autem hoc loco diſſeri de vi, & effectu clauſulæ, *vocatis vocandis*, ſeu, quæ ferè eadem eſt, *vocatis quorum intereſt*; & eius, quam vocant vno verbo, *anteferri*; & illius, *dummodo non ſit alteri ius quæſitum*; necnon illius, *amoto exinde qualibet illicito detentore.* verùm, cùm de prima æquè, immo magis opportuna tractatio incidat in 4. huius cap. quæſt. de illa inibi agemus, ne præſertim hæc quæſtio nimis excreſcat: quam etiam vtramque ob cauſam tres reliquas clauſulas *in quæſt.* 7. *capitis* 11. reſcimus, in quo de mutatione ſtatus beneficij ex propoſito agemus. Interim verò ad alias huius cap. quæſtiones tranſeamus.

SVMMÆ RERVM.

160. *Clauſula*, non obſtante, *tribus modis* concipi poteſt *generaliter, & ſpecialiter, & ſingulariter.*

161. *Clauſula generalis*, non obſtantibus contrariis quibuſcumque, *poſita in reſcripto commutationis vltimarum voluntatum, non tollit contraria iuris; ſed requiritur clauſula*, non obſtante quacumque lege.

162. *Reſcriptum contra legem etiam non habentem clauſulam derogatoriam, regulariter non valet, niſi ei deroget; ſecus in lege contra aliam legem; & ibi ratio diſcriminis.*

163. *Clauſula generalis*, non obſtantibus contrariis quibuſcumque, *non derogat priuilegiis inſertis in corpore iuris; neque ſtatutis inferiorum, aut conſuetudinibus locorum; vel priuilegiis continentibus meram Principis liberalitatem.*

164. *Clauſula*, non obſtante quacumque lege contraria, *neceſſaria eſt vbi eam lex requirit pro forma, licèt factum non ſit damnatum; & vbi etiam reſcripta Papa ſola lex ciuilis contraria ſit.*

165. *Clauſula*, non obſtante quacumque lege, *an ſufficiat ad derogationem; vel addi debeant illa verba, in contrarium facientes, vel ſimilia.*

166. *Reſcriptum per viam priuilegij contrarium iuri non requirit ſpecialem eius derogationem, ſed ſufficit generalis; niſi ius commune habeat derogationem ad priuilegia futura, vel priuilegium tendat ad præiudicium tertij.*

167. *Clauſula*, non obſtante, *generalis cum clauſula* motus proprij, *ſufficit ad tollendam legem contrariam reſcripto: idémque ſi tacita ſit clauſula*, ex certa ſcientia; *niſi lex habeat clauſulam derogatoriam, vel reſcriptum inferat notabile præiudicium tertio.*

168. *Clauſula*, non obſtantibus quibuſcumque, *ſeu derogatoria generalis cum clauſula*, de plenitudine poteſtatis, *tollit legem reſcripto contrariam. idémque vbi reſcriptum eſſet geminatum per ſecundam inſſionem; num.* 165. *vel emanat ad fauorem publicum. num.* 170. *vel non in totum eſt contra ius; & in quibus reſcribens habet pleniſſimam adminiſtrationem, num.* 171.

172. *Reſcriptum contra ius commune non minùs valet, quia illud ius ſit ſingulare, vt extrauagans, vel dubium, & incertum.*

173. *Clauſula*, non obſtante, *generalis, an tollat trãsactionem, præſertim penalem.*

174. *Clauſula*, non obſtante lege quacumque, aut tali lege, vel canone, *a ſolo Principe apponi poteſt.*

175. *Lex quibus modis ſit contraria reſcripto: & quibus in eo tollatur per clauſulam derogatoriam ſiue generalem, ſiue ſpecialem, ſiue ſingularem, ſeu indiuiduam.*

176. *Clauſula ſpecialis derogatoria*, non obſtante quacumque lege, aut non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus, vel ordinationibus Apoſtolicis, *vbi lex ciuilis, vel canonica habet derogatoriam ad futura reſcripta, non ſufficit in reſcripto commutationis vltimæ voluntatis ad derogandũ illi legi.*

177. Concilium

177. *Concilium generale an indigeat ſpeciali derogatione, vel ſaltem per aquipollens, tamquam continens clauſulam derogatoriam ad futura reſcripta; cum num. ſeq. & , ſi Concilium illud modernum ſit, an facienda ſit eius individua mentio; num.* 178.

178. *Priuilegium conceſſum contra ius habens clauſulam derogatoriam ad futura priuilegia exigit expreſſam illius iuris derogationem.*

179. *Reſcriptum quoque cum clauſula,* ex certa ſcientia, *conceſſum requirit expreſſam, & individuam derogationem iuris habentis clauſulam derogatoriam ad futura contraria reſcripta. idémque ſi reſcriptum conceſſum ſit à ſucceſſore eius, qui tale ius condidit; num.* 180. *& quid vbi ſub pœna lex prohibeat impetrantem, & iudicem, ne admittat impetrationem; num.* 181.

182. *Clauſula,* non obſtantibus priuilegiis, *non tollit priuilegium precedens habens clauſulam derogatoriam ad futura priuilegia.*

183. *Priuilegium ad piam cauſam eo ipſo cenſetur habere clauſulam derogatoriam, & indiget expreſſa derogatione. idem in priuilegio clauſo in corpore iuris, & quod tranſit in vim contractus, vel habet fortiores clauſulas, aut conceſſum fuit cauſa publicæ vtilitatis; num.* 184. *& ibi, an, & quando per generalem, ſpecialem, vel individuam clauſulam cenſeatur derogatum vltimis voluntatibus.*

185. *Clauſula,* non obſtante lege in contrarium faciente, *etiamſi de ipſa oporteret facere mentionem ſpecialem, ſufficienter derogat legi habenti clauſulam derogatoriam: idémque in priuilegiis.*

186. *Clauſula,* de plenitudine poteſtatis, *ſupplet derogationem legis contrariæ habentis clauſulam derogatoriam. & quid in clauſula,* ex certa ſcientia; *num.* 187.

188. *Clauſula derogatoria tacita legis, vt quia eliciatur à contrario ſenſu, non requirit in poſteriori diſpoſitione contraria individuam derogationẽ.*

189. *Clauſula,* non obſtantibus ſtatutis, *in reſcripto commutationis vltimarum voluntatum non tollit ius commune obſtans.*

190. *Clauſula,* non obſtantibus ſtatutis talis Eccleſiæ, *non tollit eius ſtatuta condita Papæ auctoritate. & ibi intellectus cap.* 1. *de conſtit. in* 6. *Idémque in ſtatutis à Papa confirmatis; num.* 191. *& quid vbi ſtatutum ſit etiam iuratum; num.* 192.

193. *Clauſula,* non obſtantibus ſtatutis quibuſcumque talis Eccleſiæ, *vbi etiam addatur, per quæ noſtra conceſſio impediri poſſet, tollit tantùm obſtacula impeditiua, non dilatiua; licèt ob dilationem gratia impediretur.*

194. *Clauſula,* non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis talis Eccleſiæ, *quamuis addatur, iuramento, confirmatione Apoſtolica, & quauis firmitate alia roboratis, non derogat ſtatuto ſingulari ſuper certo beneficio, ſaltem in prima eius fundatione per clericum, vel laicum appoſito.*

195. *Clauſula,* non obſtantibus ſtatutis talis Eccleſiæ, iuramento, &c. roboratis, per quæ, &c. *tolluntur, ſeu differuntur ſtatuta Eccleſiarum citra fundationem condita.*

196. *Clauſula generalis non inſerto tenore ſufficit, cùm Princeps derogat ſtatutis laicorum.*

197. *Clauſula,* quorum tenores, *ſeu,* pro expreſſis habentes, *generalis eſt reſpectu individuæ.*

198. *Inferior Principe licet nequeat apponere clauſulam,* non obſtante tali lege, *aut* iure communi, *poteſt tamen quoad leges, quibus ipſe derogare valet; idémque in clauſula,* pro expreſſis habentes.

199. *Clauſula,* quorum tenores, *&c. ſeu,* pro expreſſis habentes, *quomodo extendatur. & vbi pro magna parte in iure habeatur; num.* 200.

201. *Clauſula,* quorum tenores, *&,* pro expreſſis habentes, *facit, vt ſpecificata in reſcripto cenſeantur etiam per tenoris inſertionem, quæ ſpecificanda erant; licèt prior diſpoſitio haberet clauſulam derogatoriam ad futura; atque hæ motu proprio conceſſæ non ſint, aliquando ſaltem.*

202. *Argumentum à reuocatione teſtamenti ad reuocationem priuilegij valet; & ibi quænam clauſulæ efficaciores dicantur.*

203. *Clauſula,* quorum tenores, *ſeu,* pro expreſſis, *derogat priuilegiis quibuſcumque precedentib. etiamſi habeant derogatoriam ad ſequentem diſpoſitionem, cùm hæc ſit per viam legis: niſi priuilegia illa ſint inſerta in corpore iuris; quod tamen non ita certum eſt.*

204. *Clauſula,* quorum tenores, *ſeu,* pro expreſſis, *derogat precedentibus diſpoſitionibus etiam cum additur priuilegio, vel reſcripto poſteriori. & derogat diſpoſitionibus iuratis; num.* 205.

206. *Iuramentum appoſitum diſpoſitioni poſteriori habet vim clauſulæ,* pro expreſſis, *ac ſpecialis derogationis.*

207. *Clauſula,* quorum tenores, & pro expreſſis, *tollit vitium ſurreptionis; ac decretum irritans appoſitum in regula Cancellariæ: facitque vt cenſeatur falſa mentio clauſulæ,* ſublata, *&c.*

208. *Clauſula,* pro expreſſis, *apponi non poteſt à priuatis perſonis, niſi in iis, quæ ſunt in eorum poteſtate.*

209. *Clauſula,* pro expreſſis, *reſtringitur ad expreſſa, & eorum principalem diſpoſitionem. neque operatur in præiudicium tertij, de quo Princeps non intellexit, & in omni facto ignorato, & multo magis in iis, quæ ſunt contraria narratis; num.* 210.

211. *Clauſula,* pro expreſſis, *&,* quorum tenores, *an tollat legem, vel ſtatutum, cùm mandat fieri expreſſionem ſpecialem, & prohibet generalẽ.*

212. *Clauſula,* pro expreſſis, *non tollit inhabilitatem perſonæ.*

213. *Clauſula,* pro expreſſis, *ſeu,* quorum tenores, *non operatur appoſita reſcripto, aut, priuilegio, cùm non operatur appoſita legi; vt in priuilegiis inſertis in corpore iuris; aut, quæ tranſierunt in vim contractus; aut cùm ob clauſulas efficaciſſimas veriſimile eſt, Principem noluiſſe illis priuilegiis derogare.*

214. *Clauſula,* pro expreſſis, *vel,* quorum tenores, *an operetur in notabile præiudicium tertij, vbi non derogetur reg. Cancell. de non tollendo iure quæſito.*

215. *Clauſula,* pro expreſſis, *vel,* quorum tenores, *non operatur in poſteriore diſpoſitione, quoties in ea expreſsè requiritur certa ſcientia, vt in confirmatione, ex certa ſcientia.*

216. *Clauſula,* ſublata, *&c. reſcripto commutationis vltimæ voluntatis appoſita claudit os iudicibus, ne aliter decidere poſſint, & parti adimit facultatem contra eam opponendi, donec os vtrique à Principe aperiatur: & iudices aliquid contra eã attentántes grauiter puniendi ſunt.*

217. *Clauſula,*

217. *Clauſula*, ſublata, *ligat ignorantes, & quomodo futuros iudices. & excludit exceptionem de regulis Cancellaria etiam fauorabilibus; immo & omnem replicationem; num.* 218. *obſtátque etiam in iudicio ſummariiſſimo poſſeſſorio manutentionis; num.* 219.

220. *Clauſula*, ſublata, *opponi quandocumque poteſt; & ex quo tempore annullet geſta.*

221. *Clauſula*, ſublata, *facit, vt diſpoſitio facilius deroget, ac difficilius ei derogetur.*

222. *Signatura iuſtitiæ non poteſt aperire os contra clauſulam*, ſublata, *ſed ſolus Princeps.*

223. *Aperitio oris contra clauſulam*, ſublata, *an requirat derogationem reg. Canc. de iur. quæſ. non tollend.*

224. *Clauſula*, ſublata, *&c. an impediat declarationem ſuper ſolo facto; & ibi quòd pleroſque effectus clauſulæ*, ſublata, *operetur alia illi æquipollens.*

225. *Clauſula*, ſublata, *quid operetur, cùm in diſpoſitione adeſt clauſula*, cuius ad id expreſſius accedit aſſenſus; *& ibi an operetur, cùm in ſola ſupplicatione, non in Bullis poſita fuit: an claudat os quoad vitium ſurreptionis, vel defectum intentionis; an obſtet iudici conſidentiarum; & abſolutè poſita an operetur etiam reſpectu tertij.*

226. *Clauſula*, ſublata, *&c. an, & quando ſola habeat vim claudendi os parti, & cuicunque iudici; vel iunctæ alteri clauſulæ, maximè illi, quòd de ſurreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis defectu dici non poſſit: & ibi de vi huius clauſulæ; & an clauſula*, ſublata, *poſita in gratia conditionali operetur ante conditionis euentum; aut ampliet diſpoſitionem principalem.*

227. *Clauſula*, ſublata, *an habeat effectum, contra ſequentem legem contrariam, vel cùm ſequens diſpoſitio habet clauſulam*, pro expreſſis.

228. *Clauſula*, ſublata, *an operetur, cùm is, ad cuius fauorem appoſita eſt, curat committi cauſa ſuper validitate gratiæ: vel cùm pars de ea non opponit; vel non eſt appoſita integra, vt ibi.*

229. *Clauſula*, ſublata, *non obſtat dicenti, gratiam non comprehendi in caſu, de quo agitur, aut ſi facto Papa recedatur à parte tranſactionis confirmatæ cum hac clauſula; & in pleriſque aliis caſibus ibid. relatis.*

230. *Decretum irritans annullat omnia, quæ in contrarium fiunt: & habet implicitam inhibitionem, & reſeruationem; vtraque tamen fortius eſt: & contra geſtum nullum eſt ipſo iure, ſeu etiam parte non opponente; non tamen infirmat actum iam perfectum.*

231. *Decretum irritans ligat etiam ignorantes, licèt non habeat ea verba, vel ignoranter; atque etiam executorem Apoſtolicum. & an ipſum Papam; num.* 232.

233. *Decretum irritans ligat ignorantes, etiam vbi gratia ſit ab ignorante ignoranti; & ſiue decretum emanauerit motu proprio, ſiue ad inſtantiam partis; & ſiue inſtè, ſiue ininſtè; ſiue cauſa cognita, ſiue non cognita.*

234. *Decretum irritans non ligat ignorantes quoad aliam pœnam, quàm nullitatis.*

235. *Decretum irritans licèt apponi poſſit à legato ſedis Apoſtolicæ, executore Apoſtolico, & aliis inferioribus; non tamen ligat ignorantes.*

236. *Poſſeſſionis capta etiam ab ignorante contra decretum irritans non eſt faciendæ mentio.*

237. *Decretum irritans non ligat ignorantes appoſitum ſuper incerto corpore beneficij, non adiecto certo tempore; & ibi quid in decreto appoſito reſeruationi, manus appoſitioni, & alternatiuæ Epiſcopi.*

238. *Decretum irritans appoſitum reſeruationibus, & affectionibus beneficiorum inficit titulum, & poſſeſſionem eorum, qui aliter de iis prouiderint. Idque ſiue reſeruatio fiat de certo, ſiue de incerto corpore beneficij; & ſiue ſit generalis, ſiue ſpecialis; num* 239. *Idem quoque in beneficiis litigioſis, num.* 240.

241. *Renuntiari an, & quando poſſit à parte decreto irritanti, ſeu diſpoſitioni, cui adiectum eſt.*

242. *Decretum irritans inducit formam. & tollit conſuetudinem tum præteritam, tum futuram; ita, vt priuilegia, quibus adiectum eſt, non amittantur per non vſum, vel contrarium vſum; & quid in conſuetudine immemorabili, vel diſpoſitione nunquam vſu recepta; n.* 243. *& an tollat præſcriptionem; num.* 244.

245. *Princeps nunquam cenſetur velle præiudicare iuri quæſito tertij, niſi id exprimat.*

246. *Lex, ſeu conſtitutio, etiam data ſcientia, non ligat ante eius publicationem; neque poſt eam ante duos menſes. & quid ſi ei adiectum ſit decretum irritans; num.* 247.

248. *Decretum irritans tollit vires ſententiæ, eiuſque executionem impedit.*

249. *Decretum irritans appoſitum in gratia operatur etiam ante præſentationem litterarum.*

250. *Decretum irritans operatur, vt non obſtante ſuſpenſione petitorij ſuper eo pronuntiari poſſit.*

251. *Decretum irritans operatur ſuos effectus ſiue appoſitum ſit ab homine, ſiue à lege; & licèt ſolum allegetur eſſe in actis.*

252. *Decretum irritans operatur, licèt conceptum non ſit verbis communibus, ſed ſolùm dicatur, irritum, & inane, &c. & ibi, quid importet dictio, &c.*

253. *Decretum irritans operatur, licèt conceptum ſit per ea verba, nullius ſit momenti, vel roboris, aut ſimilibus; idémque de dictione*, nullatenus, omnino, *& aliis pleriſque.*

254. *Decretum irritans adiectum diſpoſitioni conditionali ipſum quoque eſt conditionale, neque operatur ante conditionis euentum; idémque in tacita conditione, & vbi adiectum ſit*, ex nunc, prout ex tunc; *atque etiam illud*, ac ſi à die datæ præſentium, &c.

255. *Decretum irritans reſtringitur ad proximam diſpoſitionem, cui magis coheret.*

256. *Decretum irritans non ampliat diſpoſitionem principalem, ſed vti acceſſorium eius naturam ſequitur.*

257. *Decretum irritans interpoſitum ex falſa cauſa non operatur, ſicut & decretum iudicis: & appoſitum in fauorem vnius, non operatur in fauorem alterius.*

258. *Decretum irritans appoſitum in gratia ſurreptitia, & nulla, pariter ſurreptitium eſt, & nullum; & ceſſat ceſſante diſpoſitione, cui coheret.*

QVÆRO TERTIO de vi, & effectu clauſularum derogatoriarum, quæ in reſcriptis commutationis vltimarum voluntatum ſæpiùs apponuntur.

Huius generis clauſulæ quatuor potiſſimùm ſunt, quarum vim, & effectum breuiter explicabi-

mus

mus, quæ ferè in omnibus reſcriptis apponi ſolent, nimirum clauſula, *non obſtante*, &c. clauſula, *quorum tenores*, &c. ſeu, *pro expreſſis habentes*, quæ eadem ferè cum ipſa eſt, neque ab illa differt, niſi vt genus à ſpecie, & eſt integralis pars illius: hæc enim omni materiæ conuenit, & abſtrahit ab eo, quòd tenor foret inſerendus; ipſiúſque rei ſola mentione contenta eſt; illa verò dumtaxat congruit materiæ tenorem aliquem habenti, & quidem in reſcripto alioqui inſerendum; & pro eadem ponit Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. glo.* 56. paſſim cum clauſula, *ſublata*, &c. ac denique clauſula decreti irritantis; quæ ſic ſolet exprimi, ſeu extendi, *irritum, & inane decernentes, ſi ſecus à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari*, aut ſimilibus
160. verbis. Et quoad clauſulam, *non obſtante*; cùm ea † tribus præcipuè modis concipi poſſit: primò generaliter, hoc modo, *non obſtantibus contrariis quibuſcunque*: ſecundò ſpecialiter ſic, *non obſtante quacunque lege in contrarium faciente*; vel, *quibuſcunque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis in contrarium facientibus*; vel, *quacunque conſuetudine, aut quouis ſtatuto illius Eccleſia*; aut, *quocunque priuilegio, vel indulto alicui conceſſo*: tertiò ſingulariter, ſeu indiuidualiter, his, aut ſimilibus verbis, *non obſtante tali lege, tali conſuetudine, ſtatuto, priuilegio, ac indulto, vinculo, & impedimento, ſeu obſtaculo*. quos tres modos derogandi, ſeu aliquid exprimendi agnouit Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 8. *num.* 6. poſt Bart. *l.* 1. *num.* 4. *ff. ſi quis in ius voc. non ier. l.* 1. *n.* 7. *ff. de vulg. & pupill. ac l. fin. num.* 4. *C. ſi contr. ius, vel vtil. publ.* quibus Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. glo.* 36. *num.* 81. addit Caſtr. *conſil.* 278. *numer.* 4. *lib.* 1. Seraphin. autem *in tract. de priuileg. iuram. priuil.* 75. *num.* 55. addit eundem Caſtr. *conſ.* 206. *&* 284. *vol.* 1. *conſil.* 408. *vol.* 2. Corn. *conſil.* 86. *vol.* 3. *& conſil.* 136. *vol.* 4. Capr. *conſil.* 30. Natt. *conſil.* 639. Soc. *in l. ſi mihi, §. in legatis, ff. de legat.* 1. & Bologn. *in l. omnes populi, num.* 114. *cum duobus ſeqq. ff. de iuſt. & iur.* ex quibus etiam Doctoribus, & aliis *ibi, & num. ſeq.* affert exempla horum trium modorum derogandi, quod & facit Mantic. *d. tit.* 8. *num.* 6. *& 16. vſque ad* 14. Nos verò de hiſce tribus modis derogandi maioris perſpicuitatis gratia quoad hanc primam clauſulam tres diſtinctas concluſiones inſtituemus: in quarum tamen ſingulis mixtim, prout occaſio tulerit, de quolibet eorum modorum non pauca dicenda ſunt; reliquas verò tres prædictas clauſulas ſingulis concluſionibus proſequemur.

PRIMA igitur CONCLVSIO ſit. Clauſula generalis, *non obſtantibus contrariis quibuſcunque*, poſita in reſcripto commutationis vltimarum voluntatum
161. † regulariter non tollit contraria iura; ſed requiritur in eo ſaltem clauſula illa, *non obſtante quacunque lege in contrarium faciente*. Probatur ex ea regula, quam poſt Ioan. Andr. Anchar. & Gemin. *cap. vnic. de exceſſ. prælat. in* 6. Abb. *cap. nonnulli, in princ. de reſcript.* tradit *ibi* Fel. *n.* 9. pluribus eam confirmans, quòd
162. † reſcriptum contra legem etiam non habentem clauſulam derogatoriam non valet. atque ita in terminis voluit Bart. *l. fin. C. ſi cont. ius, vel vtil. publ.* licèt *ibi* Caſtrenſ. velit ſufficere, ſi dicatur, *non obſtante quacunque lege*. Ad *cap.* autem 1. *de conſtit. in* 6. vbi definitur Papam condentem legem poſteriorem priori contrariam cenſeri eam reuocare, licèt eius mentionem non faciat, quoniam Princeps cenſetur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui: reſpondet *ibi* Fel diuerſam eſſe rationem reſcripti contra ius obtenti, & legis contra aliam legem conditæ; tum quia reſcriptum prima facie præſumitur obtentum per importunitatem, ex glo. *d. cap.* 1. *verbo, noſcatur*, Bart. *l.* 1. *C. de petit. bon. ſubl. lib.* 10. & Ang. Aret. *in l. ſi conſtat, col.* 1. *ff. de appellat.* tum quia Papa vbi condit ius præſumitur recordari de iure contrario, & velle ei derogare: ſed in reſcriptis non cenſetur habere memoriam iuris ita promptam, propter multitudinem reſcriptorum, quæ concedit; ex Gemin. poſt Ioan. de Fan. *d. cap.* 1. *col.* 8. dicentem poſt Imol. ad hoc facere *cap. cùm olim, de re iud.*

Ampliatur autem prædicta regula, atque adeò etiam propoſita concluſio, primò, vt dicta clauſula generalis † non deroget etiam priuilegiis 163.
inſertis in corpore iuris; ſed dici debeat, *non obſtantibus priuilegiis inſertis in corpore iuris*; vt poſt glo. *in auth. qua in prouincia, verbo, illi, & ibi* Bald. *C. vbi de crim. agi oport.* & alios, docet Fel. *d. numer.* 9. *verſ. amplia primò*, Suarez *lib.* 8. *de legib. cap.* 38. *numer.* 1. ac poſt multos Marta, & Barboſa, quos poſt hæc ſcripta vidi, in ſuis tract. *de clauſul.* ille *part.* 1. *clauſ.* 77. *numer.* 2. hîc *clauſul.* 44. & quidem à fortiori cum loquitur de clauſula derogatoria ſpeciali, *non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis*. Secundò, quòd nec ſufficit ad derogandum ſtatutis inferiorum; ita Fel. *d. n.* 9. per text. *d. c.* 1. *de conſtit. in* 6. qui quidem licèt loquatur de Papa condente legem communem, vt non cenſeatur derogare ſtatutis, & conſuetudinibus locorum ſingularium: tamen à fortiori procedit in concedente reſcriptum; cùm hoc minùs fauorabile ſit iure communi, ex adductis à glo. *d. verbo, noſcatur*, & Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. §.* 6. *proœm. n.* 42. & pro hac ampliatione eſt etiam text. *in cap. conſtitutus, de reſcript. & c. ſi propter, eod. tit. in* 6. & *ibi* Doct. cámque poſt alios tenet Marta *d. clauſul.* 77. *num.* 4.

Ampliatur tertiò, quòd per hanc clauſulam, *non obſtantibus contrariis quibuſcunque*, non intelligitur derogatum priuilegiis continentibus liberalitatem Principis, vt poſt Oldr. *conſil.* 300. *verſ. ex iſtis ergo*, docet Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. num.* 26. ad quod præter iura ab Oldrad. cit. facit *c. decet, de reg. iur. in* 6.

Ampliatur quartò, vt † vbi lex requirit pro 164.
forma hanc clauſulam, *non obſtante quacunque lege contraria*, apponenda ſit, licèt factum non ſit damnatum. ita Fel. *ſup. num.* 27. *concl.* 13. poſt Bald. *de pac. Conſtantiæ, verbo, libellarie.* Quintò amplia, regulam procedere, etiam vbi reſcripto Papæ ſola lex ciuilis contraria ſit; ex latè adductis per Fel. *d. numer.* 27. *concl.* 18. ob id præcipuè, quòd Papa non minùs afficitur conſeruatione iuris ciuilis, quàm canonici.

Denique amplia, vt † non ſufficiat dicere, *non ob-* 165.
ſtante quacunque lege, ſed addenda eſſe illa verba, *qua in contrarium loqueretur*; vel illa, *in contrarium faciente*. aut ſimilia: vt ex Bart. ita concordante multas glo. *in l. fin. C. ſi contr. ius, vel vtil. publ.* & *ibi* Bald. ac eodem Bart. *in Extranag. ad reprimendum, verb. non obſtante, in princ.* Anchar. *d. cap. ſi propter, col.* 21. & Imol. poſt Butr. *in cap. qua in Eccleſiarum, col.* 13. *de conſtit.* tradit Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. num.* 10. *verſ. fallit nouem modis.* licèt ipſe *d. numer.* 10. *verſ. aduerte ſecundò, & verſ. ſed cogitabis, in fin.* poſt Paul. de Caſtr. *d. l. fin.* ſatis probabiliter tueatur d. verba non eſſe neceſſariò addenda, quòd priora ſatis declarent, Principem derogare non niſi legibus in contrarium loquentibus. idque mihi etiam ob hanc rationem probabilius videtur.

Quam opinionem ſi retineamus, habemus primam fallentiam prædictæ reg. & concluſ. vt non modò non ſit neceſſaria derogatio indiuidua, &

ſingularis legis contrariæ, vt Bart. & alij cit. Doct. fatentur, & Ioan. Andr. *d. cap. vnic.* ſed & ſufficiat dicere, *non obſtante quacumque lege.* Fallit autem
166. eadem reg. ſecundò, † quando Princeps reſcribit per viam priuilegij; ſic poſt Hoſt. *in ſumm. tit. de reſcript. §. quas vices, verſic. ſed poteſt diſtingui*, & alios Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. numer.* 11. communem aſſerens, ob eam præcipuè rationem, quòd priuilegium ex ſui natura eſt lex priuata, & derogat legi, *cap. priuilegia, 3. diſt. cap. in his, in fin. de priuil. & cap. Abbate, §. præterea, de verb. ſignif.* cum ſimil. & *ibi* adnot. Id verò reſtringit Fel. *d. num.* 11. niſi ius commune habeat clauſulam derogatoriam ad priuilegia, vel priuilegium tendat ad tertij præ-
167. iudicium. Fallit tertiò † niſi adſit clauſula *motus proprij*: quia hæc habet vim clauſulæ ſpecialis, *non obſtante*, ſecundùm Ioan. Andr. *d. cap. vnico, de exceſſ. prælat. in 6.* vbi etiam allegat *Clem. ſi Romanus, de prab. & gloſ. fin. cap. 2. de mut. petit.* & idem notat Bald. *in l. omnes, verſ. ſaluo, niſi Imperator, C. de quadr. præſcr.* &, vt poſt Caſſador. *deciſ. 4. de prab.* ac Fab. *deciſ. 60. lib. 2.* hæc clauſula generalis iuncta cum clauſula *motus proprij*, habet vim ſpecialis derogationis etiam Concilij. de qua tamen fallentia dubitat Fel. *d. numer. 11. verſ. fallit tertiò*, poſt Abb. *ibi.* Quartò fallit vbi in reſcripto adſit clauſula, *ex certa ſcientia.* ita Fel. *d. numer. 11. verſ. fallit quartò, & numer. 12.* eam pluribus comprobans. eodem autem *numer. 12. verſ. limita primo, & verſ. limita ſecundò*, quartam hanc fallentiam reſtringit primò, niſi Princeps reſcribat contra legem habentem clauſulam derogatoriam; quia tunc non ſufficit certa ſcientia, ſed neceſſaria eſt mentio illius iuris; poſt Butr. & Abb. *d. cap. nonnulli, in princ.* de quo aliquid *inf. concl. ſeq. limit. 2.* Secundò, vbi per reſcriptum inferat notabile præiudicium tertio, poſt Bald. *in proœm. feud. col. 14. verſ. Item dicit Salicet. d. l. fin.* & alios. Quintò fallit prædicta regula, &
168. concluſio, † vbi in reſcripto eſſet clauſula, *de plenitudine poteſtatis*; quia per illam apparet, quòd vult diſponere contra ius, arg. *cap. propoſuit, de conceſſ. prab.* ita poſt alios Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. num.*
169. *13. verſ. fallit quintò.* Fallit ſextò, quando † reſcriptum eſſet geminatum per ſecundam iuſſionem; quia talis ſecunda iuſſio habet vim clauſulæ, *non obſtante*, nimirum ſpecialis; vt ex Ioan. Andr. *cap. porrecta, de confir. vt. vel inut.* Butr. *cap. 1. col. 4. & 5.* vbi communem teſtatur, *de reſcript.* tradit
170. Fel. *vbi ſup. numer. 14.* Septimò fallit, † quando reſcriptum emanat in fauorem reip. ſeu ad publicam vtilitatem. ita poſt Abb. *d. cap. nonnulli*, ad id allegantem Bart. *d. Extrau. ad reprimendum, ver. non obſtante, col. 1.* & text. *in l. quidam conſulebant. ff. de re indic. in fin.* latè docet, ac tuetur Fel. *eod. cap.*
171. *nonnulli, in princ. numer. 15. & 16.* Fallit octauò, † quando aliquid conceditur contra ius non in totum derogando, ſed in aliquo detrahendo, vel differendo; quia tunc non eſt neceſſaria illa clauſula, *non obſtante quacumque lege*, aut ſimili. ita Fel. *ſup. num. 17.* ex Butr. *d. cap. 1. de reſcript.* per illum text. & ex Gemin. *cap. quoniam, col. 2. 18. diſt.* ac text. *in l. quoties, C. de precib. Imp. offer.* Nonò, & vltimò fallit in his, in quibus Princeps habet pleniſſimam adminiſtrationem, vt Papa in beneficialibus, iuxta *cap. 2. de prab. in 6. & Clem. 1. vt lit. pend. in fin.* ita poſt Butr. *d. cap. qua in Eccleſiarum, col. pen.* Imol. *col. 13. de conſtit.* & alios tradit Fel. *vbi ſup. num. 18. verſ. fallit nonò:* vbi tamen ipſe non approbat eam rationem de pleniſſima poteſtate, quia non ideo, inquit, ſequitur, quòd eo ipſo, quòd in talibus ſcribit contra ius, videatur vti plena poteſta-

te. poſtea verò *eod. numer. 18. verſ. modò circa omnes,* refert, ac reiicit † illam reſtrictionem, quam quidam faciunt ad eas fallentias ex prædictis, in quibus dictum eſt, valere reſcriptum contra ius commune, eas non procedere, vbi illud ius commune eſt ſingulare, vt Extrauagans, vel dubium, & incertum. 172.

De ea verò fallentia, quam colligere poſſumus ex concl. firmata à Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. num. 25.* poſt Card. *conſil. 27. ad fin.* vt † clauſula, *non obſtantibus quibuſcumque in contrarium facientibus,* 173.
tollat tranſactionem etiam pœnalem, valde dubito: tum per ea, quæ ſup. *in 4. fallent.* ex eod. Fel. & aliis diximus, etiam clauſulam, *ex certa ſcientia,* non tollere ius tertij, ſine clauſula, *non obſtante quacumque lege*, tum ex eo, quod ſup. *cap. præced. quæſt. 4. concl. 10.* poſt alios docuimus faciendam eſſe in impetratione reſcripti mentionem tranſactionis. niſi forte Card. & Fel. intelligant de aliquo ex caſibus, quibus eam doctrinam declarauimus, vel cùm eſt facta tranſactionis mentio; quaſi ſolùm contendant, non eſſe neceſſarium in derogatione expreſsè dicere, *non obſtante prædicta tranſactione*; quod ſanè admitti poteſt.

Duo autem hoc in loco omnino adnotanda ſunt, quæ ad huius totius, & duarum ſequent. concluſ. declarationem pertinent. Alterum eſt, quòd nullus inferior à Principe † poteſt apponere clauſu- 174.
lam, *non obſtante iure communi*: quoniam regulariter nullus, præter Principem, iuri communi derogare poteſt, *cap. inferior, 21. diſt. cap. cùm inferior, de maior. & obed. Clem. ne Romani, de elect.* atque ita poſt Bald. *in l. reſcripta, col. 3. C. de prec. Imp. offer.* & alios docet Fel. *ſup. numer. 27.* & ſentiunt alij, quos ſequitur Marta *d. clauſul. 77. numer. 6.* & Barboſ. *vbi ſup. clauſul. 43. numer. 4. & clauſul. 45. numer. 1.* Alterum eſt, ex eodem Fel. poſt alios *d. cap. nonnulli, in princ. numer. 10. verſ. aduerte quartò, verſ. pro intelligentia, & verſ. ſic puto.* † legem 175.
contrariam, de cuius derogatione agitur per clauſulam, *non obſtante*, vel ſolùm prohibere aliquam rem, vlteriùs non progrediendo; vel prohibere non modò rem ipſam, ſed & conceſſionem, ſeu impetrationem reſcripti ea de re; idque ſiue generaliter, ac per viam cuiuſdam regulæ, vt *in l. nec damnoſa, C. de precib. Imp. offer.* ibi, nec damnoſa fiſco, nec iuri contraria poſtulare oportet: ſiue ſpecialiter, vt *in l. rasas, C. de reſcind. vend.* vbi ſpecialiter prohibetur, concedi militibus facultatem reſcindendi perfectas venditiones: & hoc vtrumque, vel ita, vt clauſula derogatoria ad futuram conceſſionem eam non annullet, vt in duobus iuribus mox citat. necnon *in l. 1. C. de petit. bon. ſubl. lib. 10. d. c. nonnulli, in princ. de reſcript. c. eam te, de at. & qual. cap. ex parte, de Capell. monach. cap. reſcripta, & cap. dicenti, §. omnes, 25. quæſt. 2.* qui §. ſumptus eſt ex *l. fin. C. ſi contr. ius, vel vtil. publ.* Vel ita, vt ea clauſula derogatoria futuræ conceſſionis eam annullet, vt *in cap. vnico, ad fin. de exceſſib. prælat. in 6. l. fin. ad fin. C. ſent. reſc. non poſ.* & in teſtamentis, & legatis, *in l. ſi quis in principio, ff. de legat. 3. & l. ſi mihi, & tibi, §. in legatis, ff. de legat. 1.* in reſcriptis, *cap. ex literis, §. verum, de dol. & contum.* latè Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 36. à numer. 2. ad 7.* ſubdens *numer. 8.* de clauſula ſeu diſpoſitione derogatoria ad futuram derogatoriam prioris. quamuis gloſ. *d. l. 1. verbo, relinquatur*, velit, & ſanè probabiliter ex pleriſque iuribus, quæ allegat, eo ipſo, quòd eſt prohibita petitio, nullã eſſe conceſſionem poſtea ſecutam, non facta derogatione legis eam petitionem prohibentis. Et quidem ſi lex contraria ſolùm

ſàm prohibeat aliquid fieri eam ſpecialiter non derogando futuræ conceſſioni, ſeu reſcripto regulariter, ſeu generaliter, aut ſpecialiter: tunc Fel. *d. verſ. ſed pone*, ait, eſſe de mente omnium, quòd etiam contra illam ſpecialem prohibitionem, quæ de reſcriptis futuris nihil dicit, ſufficiat clauſula, *non obſtante quacumque lege*; hanc verò clauſulam generalem non ſufficere, quando lex nedum prohibet aliquid ſpecialiter fieri, ſed & concedi, vel impetrari; nam tunc dicit, requiri ſpecialem clauſulam, *non obſtante lege de tali materia loquente*; vel, *non obſtante lege, etiamſi eſſet talis, de qua oporteret facere ſpecialem mentionem*: quod poſtremum generatim quoad diſpoſitiones præcedentes habentes derogationem ad futuras contrarias, poſt multos tradit Gonzal. *d. numer.* 7. addens *num.* 9. *&* 10. quòd ſi in priori diſpoſitione adſit clauſula, *derogatio futura derogatoria*, in hac poſteriori fieri debet mentio de clauſulis derogatoriis derogatoriarum. & *numer.* 11. *ac* 12. idem poſt alios ſtatuit de clauſulis derogatoriis geminatis in præcedentibus etiam diuerſis diſpoſitionibus. illud autem de lege prohibente contrarium reſcriptum à ſuperiore concedi, vel priuatum impetrari, meliùs patebit ex his quæ nunc dicemus in ſeq. concluſ. Nunc verò prò cæteris, quæ de hac generali clauſula derogatoria, *non obſtantibus quibuſcumque*, dici hoc loco poſſent, cùm non ita neceſſaria ſint, candidum lectorem ad Martam *d. clauſ.* 77. & Barboſ. *d. clauſ.* 43. atque ab his citatos remiſiſſe ſufficiet.

SECVNDA CONCLVSIO. Vbi lex Canonica, vel ciuilis habet clauſulam derogatoriam
176. ad futura reſcripta, † non valet reſcriptum commutationis vltimæ voluntatis, niſi faciat mentionem de illa lege ſpecialiter, vel ſaltem per verba æquipollentia; atque adeò non ſufficit dicere, *non obſtante quacumque lege*; aut, *non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus, vel ordinationibus Apoſtolicis in contrarium facientibus*. Ita de quolibet reſcripto contra huiuſmodi legem, poſt Ioan. Andr. & Gemin. *d. cap. vnic.* Caſtr. *conſil.* 53. *in princ.* Anchar. *conſil.* 205. *col.* 3. Salic. *l. hac conſultiſſima, §. pen. & l. ſancimus, C. de teſtam.* & Abb. *d. cap. nonnulli, in princ.* tenet *ibidem* Fel. *numer.* 2. per illum text. necnon *d. cap. eam te, & cap. ex parte, ac d. cap. vnic. cap. fin. de reſcript. in 6. & l. 1. C. ſi nupt. ex reſcript. petant.* iunctis iis, quæ ad prædictam illationem confirmandam per modum primæ ampliationis ad regulam prædictam adducuntur ab eodem Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. numer.* 3. *verſ. amplia primò*; præcipuè poſt Abb. *ibid.* & quoad regulam Cancell. Apoſt. habentem ſimilem clauſulam derogatoriam, ex quadam Rot. Rom. deciſione in vna Leodien. hereditatis, 28. Maij 1569. tradit Marta *d. clauſ.* 77. *numer.* 11. & in ſpecie non poſſe Principem per ſolam clauſulam, *non obſtante quacumque lege*, derogare vltimis voluntatibus, ſeu *l. ſi teſtamentum, C. de teſtam. & l. ſi donationem, C. de donat.* quæ leges habent derogationem ad futura reſcripta, tenent Ruin. *conſil.* 80. *numer.* 7. *&* 8. *& conſil.* 95. *num.* 7. *vol.* 3. & Cephal. *conſil.* 111. *num.* 45. *& conſil.* 186. *numer.* 40. quos refert, ac ſequitur Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 12. *numer.* 12.

Ex hac porrò concluſione infertur loco 1. am-
177. pliationis ad propoſitam concluſ. quòd † de diſpoſitione contraria Concilij generalis facienda eſt mentio, ac derogatio ſpecialis, ſeu veriùs indiuidua, vel per æquipollens; quoniam Concilium generale continet tacitam derogationem ad futura contractus reſcripta. Conſtat id ex text. *d. cap. nonnulli, cap. eam te, & cap. ex parte*, in quouis reſcripto; de quo hoc ipſum tradit Archid. *cap.* 1. *ad verbum, noſcatur, in fin. de conſtit. in* 6. Ioan. Andr. *d. cap. vnic.* Bald. *in l. humanum, not.* 2. *C. de leg.* Rom. *l. ſi verò, §. de viro, ſallent.* 23. *ff. ſol. matrim.* & alij, quos referunt, ac ſequuntur id comprobantes Fel. *d. numer.* 2. *verſ. & nota, cum duob. ſeqq.* Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſput.* 26. *numer.* 7. Nic. Garz. *tract. de benef. part.* 4. *cap.* 5. *numer.* 25. *cum ſeq.* (licèt *numer.* 27. *ac* 28. referat Innoc. *d. cap. ex parte*, & alios oppoſitum ſentientes.) Barboſ. *ſup. clauſ.* 45. *numer.* 3. quin etiam Sanchez *ibidem* poſt Henriq. *lib.* 7. *de indulgent. cap.* 26. *numer.* 3. & Viuald. *in Candel. aur.* 3. *part. cap.* 12. *numer.* 22. priorem ſententiam ita extendit, vt,† ſi Concilium 178.
generale modernum ſit, quale eſt Tridentinum, oporteat etiam illius mentionem indiuiduam facere, nec ſufficiat generalis derogatio decretorum cuiuſcumque Concilij: licèt in hoc contrarium ſentire videatur Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gloſ.* 6. *numer.* 120. Idem autem Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſput.* 35. *numer.* 17. illam communem opinionem reſtringit, vt non procedat, quando Pontifex diſpenſat in ſpeciali, & certo caſu contra Concilij generalis prohibitionem, poſt Loazes, qui relato Felin. id docet *in diſput. de matrim. Reg. Angl. dub.* 16. *num. vnic.* ob eam rationem, quia cùm prædicta clauſula generalis, *non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque*, nequeat vera reddi, niſi in eo ſolo caſu contra Concilij prohibitionem, debet hæc generica derogatio reputari pro ſpecifica, & expreſſa, *l.* 2. vbi Iaſ. multa cumulat, *ff. de lib. & poſth.* aliàs diſpenſatio hæc nullius foret momenti; ad quod etiam facit *cap. in his, de priuileg. & cap. Abbate, de verb. ſig.* cum ibi not. Quinimmo, quod ad Concilium Tridentinum attinet, cùm *ſeſſ.* 25. *cap.* 21. omnia & ſingula ſub quibuſcumque clauſulis, & verbis, quæ de morum reformatione, atque Eccleſiaſtica diſciplina tam ſub fe. re. Paulo III. ac Iulio III. quàm ſub Beatiſſimo Pio IV. Pontificibus maximis in eo Concilio ſtatuta ſunt, declaret ita decreta fuiſſe, vt in his ſalua ſemper auctoritas ſedis Apoſtolicæ & ſit, & eſſe intelligatur: ideo in eam nunc itum eſt ſententiam, vt in gratiis, & diſpoſitionibus contra Conc. Trid. manu propria Papæ ſignatis non requiratur generalis, aut ſpecialis huius Concilij derogatio; prout ex pluribus Doct. ac Rot. Rom. deciſionibus, necnon ex motu proprio Pij V. eius tenorem ponens tradit Garz. *d. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 30. cum multis ſeqq.

Ampliatur ſecundò prædicta regula, & concluſio, vt procedat, † etiamſi reſcribatur contra ta- 178.
le ius per viam priuilegij: tunc enim etiam requiretur expreſſa mentio illius iuris habentis clauſulam derogatoriam ad priuilegia futura, ita Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. numer.* 5. *verſ. amplia quartò, & numer.* 11. *verſ. limita primò hanc ſallentiam*, ex text. *in cap. vnico, de exceſſ. prælat. in* 6. & Card. *in Clem.* 1. *quæſt.* 3. *de cenſib.* Tertiò amplia, vt procedat, † licèt in reſcripto adſit clauſula, *ex certa* 179.
ſcientia; vt docet Fel. *d. numer.* 5. *verſ. amplia quintò*, ex traditis per eum *numer.* 12. *verſ. limita primò*, vbi ad id citat tum Abb. *d. cap. nonnulli, in princ.* poſt Butr. *ibi*, & Ioan. Andr. *d. cap. vnic.* tum gloſ. *in l. 1. verbo, relinquatur, C. de petition. bon. ſublat. lib.* 10. ſubdit quòd *ibi* Fel. de hoc fortè caſum eſſe *in cap. porrecta, de conſtr. vt. vel imit. & cap. ex parte, de Capell. Monach.* Ampliatur quartò, vt habeat locum non ſolùm in reſcripto conceſſo ab eo Romano Pontifice, qui legi appoſuit clauſulam dero-

180. gatoriam ad futura reſcripta, ſed etiam † in conceſſo ab eius ſucceſſore. ita Fel. *d. numer. 5. verſ. amplia ſextò*, poſt Imol. *eodem cap. nonnulli, col. 5. de reſcript.* Butr. *cap. 1. col. 5. verſ. hæc vera, eodem tit.* Gemin. *cap. 1. col. 6. verſ. ego credo, de conſtit. in 6.*

181. Ampliatur quintò, quòd † vbi lex prohibet impetrare reſcriptum ſub pœna, & prohibet iudicem, ne admittat impetrationem: ad hoc, vt profit reſcriptum obtentum in contrarium, non ſufficit, quòd in eo ſit clauſula, *non obſtante tali lege, quæ prohibet impetrari*; ſed oportet, quòd diſpenſet, vt iudex poſſit illud admittere; vt tradit Bart. *in l. nequinam, C. de canone frumen. vrb. Rom. lib. 11.* cuius dictum licèt Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. numer. 12.* priùs impugnet, tamen illud poſtea tuetur, ac ſequitur, prout etiam facit poſt alios Gonz. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 66. num. 3.* cùm hæc ſit bona pars clauſulæ, *ſublata*, &c. de qua ipſe latiùs *d. gloſ. 66.* & nos inf. *concluſ. 5.*

182. Ampliatur ſextò, vt idem ſit in priuilegiis: nam † clauſula, *non obſtantib. priuilegiis*, non tollit priuilegium præcedens habens clauſulam derogatoriam; vt poſt Cald. *conſil. 2. de priuileg.* Card. *conſil. 53. & Clem. 1. col. 4. de ſepult.* Fed. *conſil. 239.* Caſtr. *conſil. 13. & 312.* aliàs 316. incipit, *quoniam adiectione*, & alios, tradit Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. numer. 4.* & *ibi* Apoſtill. Suarez *lib. 8. de legib. cap. 38. numer.*

183. 2. Immo etiam † eo ipſo, quòd prius priuilegium eſt ad piam cauſam, cenſetur habere clauſulam derogatoriam, eiúſque mentio ſpecialis facienda eſt. ita Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. numer. 3. in fin.* ex text. *in cap. ſi propter, de reſcript. in 6.* quem ad hoc citat Rom. *in l. ſi verò, §. de viro, fallent. 24. ff. ſol. matrim.* allegans etiam text. *in l. liberis, la 2. §. poſthumis*, & *ibi* Bart. *ff. de alim. & cibar. legat.* vbi generalis derogatio beneficiorum alteri conceſſorum non extenditur ad conceſſa fauore alimentorum. ad idem etiam adducit Fel. *vbi ſup. numer. 19.* Cyn. *in l. 1. C. quand. Imper. int. pupil. & vid.* & Mart. Laudenſ. *in tract. de priuil. §. 39.* & Vital. *in lib. de clauſul. fol. 6. in princ.* Similiter non dero-

184. gat † priuilegiis clauſis in corpore iuris. ita poſt alios Fel. *cap. 1. numer. 12. & d. cap. nonnulli, num. 9. & 26. de reſcript.* quibus adde latiùs adducta per Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 36. numer. 34.* Barboſ. *d. tract. de clauſul. clauſul. 44. numer. 1.* & Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 40. numer. 25.* vbi id temperat, dummodo illud primum priuilegium tranſeat in ius commune, ſecus ſi remaneat in vim priuilegij. Pariter non derogat priuilegiis, quæ tranſeunt in vim pacti, & contractus, vt poſt alios tradit Barboſ. *d. clauſul. 44. numer. 5.* & latè probat idem Gonzal. *d. gloſ. 36. num. 36.* exemplificans in caſibus per eum relatis *gloſ. 25. & 28.* vt in concordatis, & ſimilibus; & in habentibus fortiores clauſulas, quàm poſterior diſpoſitio; vt ſentit poſt alios Gonzal. *d. gloſ. 36. numer. 37.* & Menoch. *d. præſumpt. 40. numer. 26.* vel etiam priuilegiis conceſſis gratia publicæ vtilitatis; idem Fel. *d. numer. 26.* poſt Rom. *conſil. 498. col. 5.* qui allegat text. *in l. decurionibus, C. de ſilent. lib. 12.* & in ſpecie, quod hæc clauſula generalis, ſeu ſpecialis, *non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis*, non deroget fundationi, ſeu alteri vltimæ voluntatis teſtatoris, poſt alios docet Marta *d. clauſ. 77. numer. 23. cum ſeq.* Quin immo, licèt clauſula illa ſingularis, ſeu indiuidua, *non obſtante tali teſtamento*, ei deroget; tamen, ſi Princeps id faciat temerè, hoc eſt, ſine cauſa, iniuſtè facit; vt poſt Bald. *l. ſi teſtamentum, in fin. C. de teſtam.* tradit Fel. *d. cap. nonnulli, numer. 20.* & admittit *ibidem* Apoſtillat. pari ratione ad derogandum ſine cauſa vltimis voluntatibus clauſula, *non obſtante*, ſiue generalis, ſiue ſpecialis, immo etiamſi in indiuiduo dictum fuerit, non obſtante *l. ſi teſtamentum, C. de teſtam. & l. ſi donationem, C. de reuoc. donat.* (vbi decernitur, teſtamentum iure factum, ſi heres capax ſit; & donationem ritè factam, auctoritate reſcripti Principis reſcindi non oportere:) parum, aut nihil prodeſt, vt docet Couar. *lib. 3. var. reſol. cap. 6. numer. 9. in princ.* ob rationem ab eo allatam, quia vbi deeſt poteſtas, voluntas nil iuuat. Cùm autem hæc iura habeant derogationem ad futura reſcripta, ſi adſit cauſa, requiritur ſpecialis derogatio, vel per æquipollens eorum iurium, ex ſupradictis; quæ autem ſit æquipollens, iam dicemus.

185. Limitatur nunc primò hæc concluſio, vt, † ſi in reſcripto adiecta ſit clauſula, *non obſtante lege in contrarium faciente, etiamſi de ipſa oporteret facere ſpecialem mentionem*, quia iſta verba ſufficiunt ad derogandum legi contrariæ habenti clauſulam derogatoriam ad reſcripta, licèt non ſit nominata in indiuiduo. ita poſt Bart. *in l. ſi quis in principio teſtamenti, ff. de legat. 3.* Butr. & Aret. *cap. 1. de reſcript.* tradit Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. numer. 6.* & *ibi* ſequitur Apoſtill. allegans Bart. *in Extranag. ad reprimendum, verbo, non obſtante*, Caſtr. *conſil. 53.* & Alex. *conſil. 103.* idémque eſt in priuilegiis, vt Fel. *ibid.* notat ex Aret. *d. cap. 1.* allegante *cap. fin. in fi. de ſent. excom. in 6. & Clem. dudum, verſus fin. de ſepult.* & Abb. *cap. cum inſtantia, numer. 5. de cenſib.* qui in hoc ſequi videtur Fed. Sen. *conſil. 46.* licèt in hoc contrarium teneat idem Fed. *conſil. 225.* & Caſtr. *conſil. 316.* Verùm de hac clauſula, quoniam eſt pars illius, *quorum tenores*, &c. videndum eſt, quod dicemus *concluſ. 4.* Hæc autem concluſio limitatur ſecundò, vt † clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, ſuppleat ſpecialem derogationem legis contrariæ habentis clauſulam derogatoriam. tenent id nonnulli, quos tacito nomine refert Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. numer. 8.* id colligentes ex eo, quod Bald. *in proœm. Decretal. col. 4.* tradit poſt Collectar. *in cap. dilecta, de reſcript.* quòd, cùm Papa ſcribit de plenitudine poteſtatis, nihil poteſt opponi, quod annullet gratiam, niſi reſcribatur contra ius gentium, cuius tranſgreſſio crimen inducat. Bald. quoque ſequitur Mandoſ. & Dec. quos retulimus *concl. 3.* in 7. effectu huius clauſulæ, *de plenitudine poteſtatis.* Hanc verò limitationem, licèt de ea dubitet Fel. *loc. cit.* tenet tamen ibi eius Apoſtillator, ac ſentit ipſe Fel. *numer. 13. verſ. fallit quintò*, vbi abſolutè poſt alios tradit, clauſulam, *de plenitudine poteſtatis*, habere vim clauſulæ, *non obſtante*, & vt Princeps cenſeatur diſponere ſupra ius; necnon clauſulæ, *ex certa ſcientia*; de qua Apoſtill. ad Fel. *d. numer. 8.* poſt Goffred. & Ioan. Andr. *d. cap. nonnulli*, tradit, † eam habere vim derogandi 187.
legi contrariæ habenti clauſulam derogatoriam; licèt ipſe Fel. in hoc aliter ſentire videatur *vbi ſup. numer. 12. verſ. limita primò hanc 4. fallentiam.* De-
nique limitatur hæc noſtra concluſio, † vbi præ- 188.
cedens diſpoſitio haberet clauſulam derogatoriam non expreſſam, ſed tacitam, vt quia eliciatur à contrario ſenſu: tunc enim non impedit ſecundam diſpoſitionem contrariam non facientem mentionem de prima; ſecundùm Bart. *in l. fin. in princ. ff. de leg. 2.* per illum text. quem etiam ad hoc allegat Bald. *in l. humanum, col. 3. verſ. aduertatis, C. de leg.* quos refert ac ſequitur Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. numer. 7. verſ. fallit tertiò.* idem etiam conſtat ex latiùs ad id adductis à Conar. *2. part. rubr. de teſtament. numer. 20. verſ. decimo oſtauò, ex his*, & Card. Mantic.

186.

Mantic. *tract. de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 8. *num.* 14. De materia verò huius concluſ. maximè quoad derogationem conſtitutionis Conciliaris videri poteſt Card. Iacobat. *tract. de Concil. lib.* 5. *artic.* 19. & quod nos diximus ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 5. *circa initium.* & de clauſulis derogatoriis ſpecialibus, præter id, quod dicemus quoque ſeq. concluſ. & tradunt præcit. Doct. conſuli poteſt Marta *d. clauſul.* 77. & Barboſ. *d. clauſ.* 44. *cum tribus ſeqq.*

TERTIA CONCLVSIO. Per clauſulam, *non obſtantibus ſtatutis*, appoſitam in reſcripto commutationis vltimarum voluntatum † non tollitur ius commune obſtans. ita in quouis reſcripto gratioſo tenet Rot. *deciſ.* 1. *numer.* 3. *de præb. in nou.* ex Ioan. Monach. *in cap. cum aliquibus, de reſcript. lib.* 6. *&* *cap.* 1. *de fil. presb. eod. lib.* ac Ioan. Andr. *in cap. ſi motu proprio, de præb. item in* 6. ſequitur Gemin. *in cap. ſi clericis, col.* 1. *eod. tit. & lib.* Mil. *in repertor. verbo, clauſula*, §. 1. & Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. num.* 24. *de reſcript.* 189.

Ampliatur autem primò hæc concluſio, vt † per clauſulam, *non obſtantibus ſtatutis talis Eccleſiæ*, non tollantur ſtatuta illius Eccleſiæ condita per Papam, ſeu eius auctoritate. ita poſt alios Barboſ. *d. tract. de clauſul. clauſ.* 47. *numer.* 1. & poſt Roman. *conſil.* 327. id latè probantem, præcipuè ob eam rationem, quòd difficiliùs tollantur à Papa conſtitutiones Prædeceſſoris, quàm ſtatuta inferiorum, tradit Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. numer.* 10. *verſ. nota ſecundò*; ſatis reſpondens ad id, quod obiici poterat ex *cap.* 1. *de conſtit. in* 6. vnde colligi videtur, facilius tolli ius Papæ, quàm ſtatuta inferiorum; quòd ibi non probetur, difficiliùs tolli ſtatuta, ſed quòd non præſumitur Papa ea ſcire; vnde inducitur præſumptio, quòd in dubio non velit ea tollere. 190.

Secundò ampliatur, † idem eſſe in ſtatutis confirmatis à Papa. ita Fel. *d. numer.* 10. *verſ. nota quartò*, & *ibi* Apoſtill. per Rom. *in l. ſi verò*, §. *de vivo, fallent.* 23. *ff. ſol. matr.* & Alex. *conſil.* 103. *vol.* 4. poſt alios Barboſ. *d. numer.* 1. idem Fel. *in cap. conſtitutus, numer.* 21. *verſ. conſidera tertiò, de reſcript.* poſt Rom. *ſing.* 8. *&* *conſil.* 394. *ad fin. conſil.* 136. *col.* 4. *&* *conſil.* 404. *in fin.* atque alios: vbi etiam tangit Fel. an, † vbi etiam ſimul ſtatutum ſit iuratum, ſufficiat mentionem facere iuramenti tamquam maioris vinculi, vt cenſeatur quoque derogatum confirmationi, & inclinat in partem negatiuam, ſed vtrique debeat derogari. Et ſanè, quòd iuramenti adiecti ſtatuto Eccleſiæ mentio fieri debeat, neque ſtatuto Eccleſiæ iurato derogetur per clauſulam generalem, *non obſtantibus ſtatutis Eccleſiæ*, tenet idem Fel. *d. verſ. nota quartò*, & latiùs probat *in d. cap. conſtitutus, numer.* 3. per illum text. & gloſ. *in c. cùm non deceat, verbo, effectus de elect. in* 6. Roman. *d. ſing.* 8. Butt. Abb. & Imol. *in cap.* 1. *de his, quæ ſi. à mai. part. Capit.* tradúntque poſt alios Barboſ. *d. numer.* 1. & Marta *d. clauſ.* 77. *numer.* 21. vbi nonnullos refert de communi teſtantes. Idémque eſt, licèt in ſpecie, ſecus indiuiduo dicatur, *non obſtante tali ſtatuto*: neque enim valent huiuſmodi litteræ gratiæ, niſi fiat mentio iuramenti, vt decidit Rot. Rom. *deciſ.* 18. *numer.* 1. *de reſcript. in antiq.* & *ibi* Add. poſt alios, & item vbi ſolus impetrans ea ſtatuta iuraſſet; vt poſt Rot. *deciſ. un. de iureiur. in nou.* extendit Fel. *d. cap. conſtitutus, num.* 4. *verſ. amplia hæc.* vbi etiam poſt eam *ibi* id reſtringit primò vbi adſit in reſcripto clauſula, *motu proprio*; quod & alij tenent, quos refert, ac ſequitur Fel. *d. cap. conſtitutus, numer.* 7. *&* 8. Secundò, niſi ex cauſa rationabili ſuperueniente impetraſſet, quia in quolibet iuramento intelligitur conditio, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, *cap. quemadmodum, de iureiur.* Tertiò reſtringit, vbi quis non illud ſpeciale ſtatutum, verum in genere ſtatuta Eccleſiæ iuraſſet ſeruare; quia, (inquit Rot.) non eſt veriſimile, quòd ita voluerit ſe arctare iurans, vt nunquam contra illa ſtatuta impetraret. Verùm de hac reſtrictione meritò dubitat *ibi* Fel. vbi refert Gemin. *cap. in his, in fin.* 11. *diſt.* id expreſsè reprobantem, quia is, qui iurauit ſeruare ſtatuta, & contra ea impetrat, verè venit contra iuramentum, niſi faceret ex cauſa noua. neque verum eſt, quòd ſtetur interpretationi iurantis, ſed communi hominum opinioni, *c. veniens, cum ibi not. de iureiur.* Immo veriſimilis mens iurantis eſt, vt excluſerit impetrationé contrariam; aliàs feciſſet contra vim iuramenti, aliud habendo in corde, aliud in ore, iuxta *cap. etſi Chriſtus, de iureiur.* cum ſimil. Idem verò Fel. *d. cap. conſtitutus, numer.* 5. id præterea reſtringit vbi actus iuratus concerneret ſolam reuerentiam ſuperioris; vt cùm iurat aliquid non facere ſine licentia ſuperioris: tunc enim ſufficit petere licentiam ab eo ſuperiore; allegat Ioan Andr. *in cap. vt ſuper, de reb. Eccleſ. non alien.* & Bald. *cap* 1. *col.* 9. *qui feud. dar. poſſ. & numer.* 6. reſtringit Fel. vbi Papa prouideat de beneficio vacante apud ſedem Apoſtolicam, vel aliàs reſeruato; poſt Rot. *deciſ.* 12. vel potiùs 18. *de reſcript. in antiq.* 191.

Ampliatur nunc tertiò propoſita concluſio, vt † prædicta clauſula, *nõ obſtantibus ſtatutis quibuſcumque talis Eccleſiæ*, etiã adiectis verbis illis, quæ aliquando apponũtur in reſcriptis gratiæ, nimirum, *per quæ noſtra conceſſio impediri poſſet*, quæ verba in ſimili gratia habentur *in cap. ſi propter, de reſcript. in* 6. *&* *cap. cùm non deceat, de elect. eod. lib.* non tollat obſtacula dilatiua, ſed tantùm impeditiua. ita ſentit gloſ. ab aliis approbata *d. cap. ſi propter, verbo, impediri*, quam inter cæteros ibi ad hoc adnotauit Gemin. *col.* 6. & Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. numer.* 10. *verſ. nota tertiò*: qui *numer.* 25. *in fin.* poſt eoſdem auctores, & Calder. *conſil.* 1. *de reſcript.* hoc ipſum docet de quauis clauſula remouente obſtacula impeditiua, quod non ideo remoueat obſtacula dilatiua. Immo illud probat ſatis apertè ipſe text. dum *ibi* Romanus Pontifex decidit, quòd, ſi à Papa Epiſcopo concedantur fructus primi anni beneficiorum, quæ in ſua diœceſi intra quinquennium vacabunt, non obſtantibus quibuslibet conſuetudinibus, priuilegiis, vel ſtatutis, per quæ ſua conceſſio impediri poſſet; non ideo præiudicatur fabricæ Eccleſiæ, alterive vſui, aut perſonæ, cui fructus illi ſpeciali conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto debentur. quam deciſionem, ac prædictam ampliationem extendit gloſ. *d. verbo, impediri, & verbo, præiudicium aliquod*, licèt ex dilatione gratia impediri poſſet. vnde ſubdit meritò Fel. *vbi ſup.* quòd ad hoc, vt tollantur etiam dilatiua obſtacula, dici debet, *per quæ effectus noſtra gratia impediri quomodolibet poſſet, vel differri*; prout ſæpiùs obſeruari videmus. 193.

Ampliatur denique, vt † per eandem clauſulam, *non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis talis Eccleſiæ*, licèt ei adiiciantur illa verba, quæ communiter in reſcriptis gratiæ apponi ſolent, ſumpta ex *cap. cum aliquibus, in princ. de reſcript. in* 6. *&* *cap. quia ſæpe, de elect. eod. lib.* nimirum; *iuramento, confirmatione Apoſtolica, & quauis firmitate alia roboratis*; quamuis derogetur ſtatutis generalibus omnia beneficia Eccleſiaſtica reſpicientibus; per eam tamen non derogetur ſtatuto ſingulari ſuper certo beneficio. ita poſt Gulielm. de Mont. Laudun. *in gloſ. ad Extrauag. Ioan. XXII.* quæ incipit, *ſedes Apoſtolica*, *verbo, mutari, de præb.* tenuit Fel. *d. cap. nonnulli, in princ.* 194.

princ. numer. 23. *de rescript.* & quidam Robertus relatus à Rot. *decis.* 1. *de preb. in nou. numer.* 2. vbi etiam refertur, alium Auditorem in quadam causa sic pronuntiasse. ipsa verò Rot. *ibi* voluit, ac verum id esse dixit in statuto appositio in prima fundatione certi beneficij per fundatorem siue clericum, siue laicum, vel in testamentis eorum, quibus Papa nō intendit præiudicare, nec derogare per huiusmodi clausulas generales, ne retrahantur à fundatione, & ordinatione beneficiorum. arg. *cap. cùm dilectus, de iurepatr.* & eorum, quæ notantur *in cap. licèt, de preb. in 6.* Et quamuis compilator illius decisionis distinguat in hoc de statutis, & ordinationibus laici fundatoris, & clerici, quia his Papa vult, & potest faciliùs præiudicare. arg. *d. cap. cùm dilectus, & cap. decernimus*, 16. *quæst.* 1. quem etiam sequuntur aliqui relati à Garz. *in suo tract. de benef. part. 7. cap.* 1. *n.* 119. qui omnes cum aliis per eundem num. præced. allegatis id admittunt in laico. tamen contrarium sentit Fel. *d. n.* 23. post Anchar. *consil.* 16. *incip. Dominus noster Papa, & consil.* 358. *incip. quæstio talis est*, & Vital. *in tract. de clausul. fol.* 5. & indistinctè de fundatoris ordinatione idem voluit ipsa Rot. *decis.* 41. *n.* 2. *de concess. prab. in antiq.* & sequitur Garz. *d. c.* 1. *n.* 121. nam fundatio etiam clerici est multum fauorabilis, nec ei debet censeri derogatum, nisi de ea fiat expressa mentio, maximè quia fundatio, seu ordinatio in fundatione posita non solet dici statutum. subdens *n.* 122. id habere speciale fundationē laici, vt non censeatur ei derogatum per clausulam, *non obstantib. fundationib.* ex Caputaq. *decis.* 122. *part.* 1.

Limitatur nunc primò eadem conclusio, vt per prædictam clausulam generalem consuetam nunc apponi in rescriptis gratiæ, videlicet, *non obstantibus statutis talis Ecclesiæ iuramento, confirmatione Apostolica, aut quauis alia firmitate roboratis, per quæ nostra concessio impediri posset, vel differri*, † sublata seu dilata censeantur statuta quælibet 195.
Prælatorum, & Ecclesiarum citra fundationem condita, vt sentit Fel. *d. num.* 23. & probat Rot. *d. decis.* 1. *num.* 1. *& num.* 2. *in initio, & ad fin. ac d. decis.* 41. *numer.* 1. vtrobique ex hoc decidens, statuta Ecclesiarum actu sacerdotium requirentia per clausulas generales derogatorias in litteris Papalibus positas sublata, vel saltem dilata censentur; ita, vt impetrantes Apostolici possint huiusmodi beneficia acceptare, licèt non sint in sacerdotio constituti, dummodo sint in tali ætate, vt in proximis quatuor temporibus, vel intra annum possint ad sacerdotium promoueri, per text. *in cap. ei, cui, de prabend. in 6.* cum ibi notat per Ioan. Andr. & per Ioan. Monach. *in cap. si pro pauperibus, eodem tit. & lib.* facit & *Clem.* 2. *verf. illi verò, de æt. & qual.* atque idipsum multis aliis relatis tradit Garz. *d. part.* 7. *cap.* 1. *numer.* 117. Immo idem Ioan. Andr. *in sua glos. d. cap. ei, cui, verbo, simpliciter, & in nouel.* apertè sentire videtur, eo casu non requiri eam ætatem, vt impetrans possit intra annum promoueri ad ordinem sacerdotij; sed taliter prouisum posse ordinem recipere cùm ætatis erit ad hoc aptæ. Mihi tamen verior videtur prior opinio, quòd debeat impetrans esse in ætate; vt possit intra annum ad ordinem requisitum promoueri, quo minus, quàm fieri possit, lædatur ius commune, *l. si quando, C. de inoffic. testam. l. præcipimus, C. de appellat. cap. Ecclesia vestra, il* 2. *de elect. & cap. cùm expectari, eod. tit. in 6.* cum ibi adnot. per Doctor. Secundò limitatur præfata conclusio, quòd, vbi Princeps derogat statutis laicorum, † sufficit apponere clau- 196.
sulam generalem, licèt non apponatur tenor statutorum. ita post Bald. *in auth. omnes peregrini, ad fin. C. commun. de succes.* subdentem hoc esse notatu dignum pro litteris Papalibus; & eundem Bald. *in auth. nauigia, nat.* 1. *C. de furt.* tradit Fel. *d. cap. nonnulli, in princ. numer.* 22. *initio, & ibi* Apostil. post Alex. *consil.* 215. *vol.* 2. *& consil.* 103. *vol.* 4. Quæ limitatio etiam magis patebit ex iis, quæ mox concluf. seq. dicemus de vi clausulæ, *quorum tenores*, &c. seu, *pro expressis habentes*, quæ & ipsa † generalis 197.
est respectu specificæ, & indiuiduæ expressionis; prout inter cæteros voluit Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 36. *num.* 12. 23. 28. 31. 39. 42. *&* 62. si tamen priùs pro complemento huius, & duarum præcedentium concluf. illud admonuerimus, quòd licèt inferior Principe † non possit in suis rescriptis 198.
apponere clausulam, *non obstante iure communi*, aut *tali lege*, vt post Bald. *in l. rescripta, col.* 3. *C. de prec. Imper. offer. & l. cunctos populos, col.* 14. *verf. tertiò probatur, C. de summ. Trinit.* Fel. *d. cap. nonnulli, numer.* 27. *concluf.* 14. & alios, quia non potest inferior derogare legi superioris, *cap. inferior*, 21. *dist. cap. cùm inferior, de maiorit. & obed.* & in specie derogationis iuris communis, per text. expressum *in Clem. ne Romani, in princip. de elect.* docuimus sup. *concluf.* 3. *ad fin.* poterit tamen inferior apponere clausulam, *non obstante*, quoad eas leges, quibus ipse derogare valet; puta à seipso vel pari, aut inferiore in iurisdictione, ac potestate: & de hoc nulli dubium esse potest. Idémque proportionabiliter dicendum erit de clausula, *pro expressis habentes*: de qua Fel. post alios *d. cap. nonnulli, in princ. numer.* 6. *verf. hæc, & similia*, tradit, eam non prodesse in dispositione inferioris, vbi lex requirit, aliquid esse expressum: nam & hoc accipiendum est quoad legem communem; secus quoad eam, cui potest inferior derogare; tunc enim respectu illius legis poterit clausulam hanc, *quorum tenores*, seu *pro expressis habentes*, apponere: cuius vim, & effectus præludij cuiusdam ad sequentem conclusionem nomine iam aggredimur explicare. Ea verò siue referatur ad priuilegia, siue ad statuta, aut quæuis alia scriptis exarata, quæ exprimenda forent in gratiis, seu rescriptis gratiæ, † sic integra extendi solet: *quibus omnibus,* 199.
& singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione aliàs de illis, illorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret; tenores huiusmodi, ac, si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumaxat specialiter, & expressè derogamus; quoad substantiam verò sic: *quorum tenores, ac, si de verbo ad verbum præsentibus inserti forent, pro sufficienter expressis habentes*; vel, *quorum tenores, etiamsi de iis specialis mentio habenda foret, haberi hîc volumus pro expressis*; aut aliis similibus verbis. Huiusmodi verò clausula † pro magna parte habetur 200.
in Extrauag. vnic. quæ incipit, rem non nouam, de dol. & contum. in commun. pro aliqua verò parte sumpta videtur ex *l.* 2. *C. de quadrien. præscript.* ibi; ita cunctos huiusmodi beneficiis, seu priuilegiis perfrui, tamquam si super singulis substantiis, seu patrimoniis etiam tunc, vel postea data fuisset huiusmodi dispositio. *& l. omnes, C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum*, ibi; tamquam si per hanc legem specialiter, ac nominatim fuissent enumeratæ, cum suo robore durare, & suum cunctis, quibus

quibus competunt, vel in poſterum competere valuerint, pro ſuo videlicet tenore præſidium in perpetuum deferre decernimus. pro parte etiam ex *cap. fin. in fi. de ſent. excom. in 6.* in iis verbis; non obſtantibus quibuſuis priuilegiis ſub quauis forma, vel expreſſione verborum ab Apoſtolica ſede conceſſis, quæ contra tenorem præſentis conſtitutionis nulli volumus ſuffragari. *& Clem. dudum, §. ſeu verſ. vltra portionem autem, de ſepult.* ibi; vniuerſa priuilegia, gratias, indulgentias, verbo, vel ſcripto ſub quacumque forma, vel expreſſione ſeu conceptione verborum à nobis, vel prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus cuicumque ordinum prædictorum conceſſa. facit etiam *cap. 2. de priuil. in 6. & Clem. 1. de ſepult.* ibi, *ſub quacumque forma verborum.* In quibus iuribus de hac clauſula latiùs per ſcribentes, *& in cap. cum aliquibus, de reſcript. in 6. & cap. cùm non deceat, & cap. quia ſæpe, de elect. eod. lib.* vbi ſimilia verba habentur, cùm autem Doctores huiuſmodi clauſulæ mentionem faciunt, eam duobus verbis appellant, nimirum, *quorum tenores*, vel, *pro expreſſis*, quo illam nomine nos quoque nuncupabimus, dum eius vim, & effectus ſeq. concl. breuiter tamen exponemus.

QVARTA CONCLVSIO. Clauſula, *quorum tenores, &, pro expreſſis*, eam vim habet, † vt, 201.
ſi in reſcripto commutationis vltimarum voluntatum apponatur, tunc illa, quæ in eo ſpecialiter exprimenda ſunt, expreſſa, ac ſpecificata cenſeantur. Probatur, quia hic eſt præcipuus effectus huius clauſulæ, *quorum tenores*, &c. vt totus tenor eius diſpoſitionis, quæ pro expreſſa habita fuit, cenſeatur expreſſus, ac ſpecificatus; vt plerique tenuerunt, quos refert Menoch. *tract. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 40. num. 10.* & ſequitur Barboſ. *d. tract. de clauſul. clauſ. 70. n. 2.* & quòd habeat vim ſpecialis, & indiuiduę expreſſionis, multi tradiderunt probati à Matta *eod. tract. part. 1. clauſ. 123. n. 1.* & Barboſ. *d. clauſ. 70. n. 3.* de clauſula verò, *pro expreſſis ſeorſim*, quòd habeat vim ſpecialis, & indiuiduæ expreſſionis, nimirum in quauis materia tenorem etiam inſerendum non habente, verùm ſolam quoque in poſteriori diſpoſitione, ſeu impetratione ipſius rei mentionem requirente; nonnulli tradiderunt, quos probauit Barboſ. *d. tract. clauſ. 59. n. 4. & 5.* Matta *d. part. 1. clauſ. 96. n. 2.* & Menoch. *d. lib. 6. præſumpt. 39. n. 6.* atque ex his Tiraq. inter plures nonnullos referens de communi teſtãtes *ad leg. cõnub. gl. 7. n. 202.* quin immo quòd hęc clauſula *pro expreſſis*, ſic accepta operetur inſertionẽ tenoris, vbi alias eſſet inſerendus, non pauci ſenſerunt, quos ſequitur Matta *d. clauſ. 96. n. 6.* Barboſ. *d. clauſ. 59. n. 3.* ac præterea quãplurimis Doctorib. allegatis, ac præcipuè poſt Bald. *in c. cum dilecta, verſ. Itẽ ait, de reſcript.* Butr. *conſil. 2. verſ. hiis tamen non obſtantibus.* arg. *d. l. omnes, verſ. in textu*, ibi, *ſpecialiter, C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & l. ſed & ſi quis. §. quæſitum, verſ. vltimò ſcias, ff. ſi quis caution.* & alios pleroſque docet Ant. Gabr. *com. concl. lib. 6. tit. de clauſ. concl. 5. n. 1.* multi relati à Couar. *2. part. rubr. de teſtam. num. 20. verſ. verſus erunt, cum ſeq.* inter Theologos Suarez *lib. 8. de legib. cap. 38. num. 1.* ac relato Guliel. Caſſad. *deciſ. 10. num. 2. & deciſ. 38. num. 3. de reg. Canc.* Put. *deciſ. 89. lib. 1. ac deciſ. 315. num. 2. & ſeqq. lib. 2.* aliiſque plurimis Rot. Rom. deciſionibus, & Doct. tradit Gonzal. *ad reg. 8. Canc. glo. 36. num. 22. vſque ad 26.* Licèt autem Tiraq. *d. glo. 7. num. 203.* Couar. *d. n. 20. in princ. ſeu verſic. caterum*, Gabr. *d. concl. 5. num. 2.* Menoch. *d. num. 22.* & Gonzal *d. glo. 36. numer. 13. vſque ad 21.* non paucos recenſeant in tota hac re contrarium ſentientes, & ipſimet in eadem poſtmodum diuerſas conciliationes, vel limitationes afferant. Tamen prædicta regula ſic, *vt ſup.* a nobis conſtituta aliquot modis, *vt inf.* amplianda, & limitanda videtur, permixtim accepta clauſula, *quorum tenores, & pro expreſſis*, cùm Doctores, vt vidimus, vtrique eandem vim tribuant. Igitur prædicta regula, atque adeò noſtra etiam, quam inde ſumpſimus, propoſita concluſio, procedit quoque primò vbi prior diſpoſitio habeat clauſulam derogatoriam ad ſequentes contrarias diſpoſitiones, vt ſentiunt omnes Doct. cit. latè Matta *d. clauſ. 96. n. 1. & clauſ. 123. num. 9.* Secundò non modò procedit, cùm gratia, ſeu priuilegium poſterius conceditur motu proprio; vt tenent ij, quos refert, ac ſequitur Gabr. *d. concl. 3. num. 3. item ſeq.* & Gonzal. *d. glo. 36. num. 43. item ſeq.* Couar. *d. num. 20. verſ. ſecundùm*, verùm etiam ſi ad inſtantiam partis. vt voluit Fel. *d. cap. nimirum, in princ. num. 6. verſ. addatis etiam text. de reſtripț.* Crau. *conſil. 126. in fi.* Caſſad. *d. deciſ. 10. num. 2.* Matta *d. clauſ. 123. num. 10.* & ſentiunt plerique initio concluſ. allegati non diſtinguentes, relati à Couar. *d. num. 20. verſ. verſus erunt, iuncta verſ. tertium*, Card. Mantic. *de coniectur. vltim. voluntat. lib. 12. tit. 8. numer. 11.* Gonzal. *d. glo. 36. numer. 29.* Gabr. *d. numer. 1.* & Menoch. *d. numer. 22.* licèt alij in hac ſpecie contrarium teneant; quos ſequitur Gabr. *concluſ. 5. numeri 4. & 5.* Couar. *d. numer. 20. verſ. tertium*, & Gonzal. *d. glo. 36. numer. 63.* & ſecluſo ſtylo Curiæ Romanæ, de iure communi contrarium procedere poſt multos docet Matta *d. clauſul. 123. num. 19.* quæ opiniones concordari poſſunt ex allegatis à Menoch. *d. præſumpt. 40. numer. 27.* vt prior procedat, quando clauſulæ poſterioris diſpoſitionis ſunt maioris efficaciæ, quàm prioris: poſterior verò opinio locum habeat, quando vtriuſque clauſulæ ſunt paris efficaciæ; tunc enim, vt præcedens diſpoſitio tollatur, requiritur in ſequente clauſula *motu proprio*, neque illa tolletur, ſi hæc facta ſit ad partis inſtantiam. Pariter conciliari poſſunt ex adductis à Gonzal. *d. glo. 36. à numer. 63. ad 74.* vt regulariter clauſula, *pro expreſſis*, non operetur in diſpoſitione, quæ emanauit ad inſtantiam partis; niſi aliud ſuadeat, vel materia ſubiecta, vel coniecturæ, quas ibi recenſet, vel pinguiores clauſulæ adſint in poſteriori diſpoſitione. Subdit autem *numer. 80.* poſt alios, quòd in dubio cuius priuilegij pinguiores ſint clauſulæ, non cenſebitur reuocatum præcedens priuilegium, aut teſtamentum, à cuius tamen reuocatione † ad reuocationem priuilegij non ſemper rectè argui poſſe latè tradit *ibi à numer. 73. ad 79. & numer. 83.* quæ dicantur fortiores, & efficaciores clauſulæ. Et ſic habes ſecundam huius concluſ. ampliationem declaratam. 202.

Ampliatur nunc tertiò, vt procedat non modò, † 203.
cùm hæc clauſula derogatoria apponitur in poſteriori diſpoſitione, quæ fit per viam legis; in quo omnes conſentiunt, eam derogare præcedentibus priuilegiis derogatoriam etiam habentibus; vt ait Couar. *d. numer. 20. verſ. ſecundum*, & in ſpecie tenent relati, & probati à Menoch. *d. præſumpt. 40. numer. 23.* Gabr. *ſup. numer. 14.* & Gonzal. *d. glo. 36. numer. 31. cum duobus ſeqq.* ex quibus Menoch. & Gonzal. ille *numer. 25.* hic *num. 34.* necnon Suarez *lib. 8. de legib. cap. 38. num. 1.* id temperant non procedere in priuilegiis inſertis in corpore iuris non manentibus in vim priuilegij, ſed tranſeuntibus in ius commune: quamuis hoc temperamentum impugnari poſſet ex adductis ab eodem Menoch. *n. 12.* & 13. quoniam facilius præſumitur voluiſſe tollere ius commune

commune, cuius notitiam habere cenſetur, iuxta c. 1. *de conſtit. in* 6. de quo tamen vide, quod dicemus c.
204. 8. *quæſt.* 6. *concluſ.* 4. verùm etiam † ſi ea clauſula adiecta ſit poſteriori diſpoſitioni per viam priuilegij, vel reſcripti, ſaltem cum motu proprio eſt conceſſum, iuxta prædicta: immo etiam indiſtinctè, ſaltem ex ſtylo Curiæ, de quo teſtantur eum ſequentes relati à Couar. *d. num.* 20. *verſ. primum equidem conſtat*, & à Gabr. *d. concl.* 5. *num.* 12. ac præſertim Caſſad. *d. deciſ.* 10. vbi tamen ex communi Doctor. ſententia aſſerit contrarium verius eſſe, attento iure communi, quorum nonnullos refert Gabr. *ibidem num.* 19. & plures Marta *d. clauſ.* 123. *num.* 10. *iuncto*
205. *num.* 19. Quartò ampliat, vt d. clauſula † tollat etiam diſpoſitionem iuratam, vt poſt Laſ. *l. fin. in fi. C. ſi cont. iur. vel vtil. publ.* & Soc. *conſil.* 196. *col.* 2. *vol.* 2. ſentit Couar. *d. numer.* 20. *verſ. quarum noſtræ quæſtioni*, & poſt eundem Soc. *conſil.* 120. *volum.* 4. ampliat Gabr. *d. concluſ.* 5. *numer.* 7. ſicut è contra-
206. rio † iuramentum appoſitum poſterioti diſpoſitioni habet vim clauſulæ, *pro expreſſis*, & habet vim ſpecialis derogationis; vt pluribus tradit Mantic. *d. tit.* 8. *numer.* 20. qui etiam *numer. præced.* idem latiùs oſtendit de clauſula, *omni meliori modo*, aut ſimili.
207. Ampliatur denique, vt prædicta clauſula † tollat etiam à poſteriore priuilegio, ſeu reſcripto vitium ſurreptionis, vt poſt alios tradit Marta *d. clauſ.* 123. *n.* 12. 14. & 16. Barboſ. *d. clauſ.* 59. *n.* 9. & *clauſ.* 70. *n.* 4. & Garz. *d. tract. de benef. part.* 3. *c.* 2. *n.* 234. & decretum irritans appoſitum in regula Cancellariæ, vt ſentit Gabr. *d. concl.* 5. *n.* 16. poſt Caſſad. *d. deciſ.* 10. *n.* 4. *verſ. reſponderunt Domini*: licèt contrarium ſentiat Sarnen. *in reg. de trienn. quæſt.* 4. *ad fin.* & facit, vt cenſeatur facta mentio clauſulæ *ſublata*, &c. vt ex multis Rotæ Rom. deciſ. tradit Marta *d. clauſ.* 123. *num.* 7.

Limitatur nunc primò eadem concluſio, vt non
208. procedat † in priuatis perſonis, quibus non prodeſt hæc clauſula quoad ea, quæ nominatim ex legis diſpoſitione exprimenda ſunt, vt ex text. *in cap. qui ad agendum, de procur. in* 6. & *l. ſed ſi quis*, 6. *quæſitum, ff. ſi quis caution.* & *ibi* Ang. Alex. laſ. & aliis tradit, Tiraq. *d. gloſ.* 7. *numer.* 204. Couar. *d. numer.* 20. *verſ. quinto, ea, quæ diximus*; & Gabr. *d. concl.* 5. *numer.* 8. qui *num.* 10. poſt Brun. *in tract. de form. cit. ex quibus cauſ. for. vel ſolemn. in* 5. *fallent.* id temperat quoad ea, quæ ſunt in priuatorum poteſtate, ad quæ ſpectant quæ diximus *concl. præced. ad fin.* Limitatur ſecundò, quia dicta clauſula † reſtringitur ad expreſſa, & eorum principa-
209. lem diſpoſitionem tantùm. quorum primum probat Gabr. *d. concl.* 5. *numer.* 17. ex Dec. *conſil.* 142. *verſ. non obſtat, dum Papa*: ſecundum *numer.* 18. ex Pariſ. *conſil.* 42. *verſ. ida enim verba, volum.* 4. Tertiò limitat Gabr. *ibidem numer.* 19. poſt Gozad. *conſil.* 14. *verſ. duodecimò conſidera, iuncto verſ. non obſtat*
210. *decimum.* vt non operetur † in præiudicium tertij, de quo Princeps non intellexit; immo neque in quouis facto ignorato; poſt alios Marta *d. clauſ.* 96. *numer.* 10. & *clauſ.* 123. *num.* 20. multo verò magis non operabitur in iis, quæ ſunt contraria narratis. late Marta *ibid. numer.* 4. neque enim tollit defectum intentionis, vt idem Gabr. docet *numer.* 23. ex Pariſ. *conſil.* 1. *numer.* 96. *volum.* 4. ſicut nec operatur, quando non interuenit cauſæ cognitio, prout ipſemet Gabr. limitat *num.* 20. poſt Dec. *conſil.* 695. *verſ. non obſtat clauſula illa*. Limita quartò, vt clau-
211. ſula, *pro expreſſis*, † non tollat legem, aut ſtatutum, vbi mandatur fieri expreſſionem ſpecialem, & tacitè, vel expreſſè prohibet generalem, vt pluribus relatis tradit Gabr. *d. concl.* 5. *num.* 22. quod tem-

pera, niſi adſit in diſpoſitione poſteriori clauſula illa integra, cuius verba retulimus *concl. præced. ad fin.* eorum enim aliqua ſunt expreſsè derogantia d. mandato, & prohibitioni. Limita quintò, vt clau-
ſula, *pro expreſſis*, non operetur, † vt cenſeatur 212.
diſpenſatum ſuper inhabilitate perſonæ. ita Gabr. *d. concl.* 5. *num.* 24. poſt Rebuff. *in prax. benefic. tit. de* 3. *part. ſignat. num.* 15. Limitatur ſextò, vt non operetur † 213.
in omnibus iis caſibus in quibus Gonzal. *d. gloſ.* 36. *n.* 34. & multis ſeqq. poſt alios tradit, eam non operari adiectam poſteriori legi; ac præcipuè quoad derogationem priuilegiorum inſertorum in corpore iuris, de quo *d. n.* 34. & nos *ampl.* 3. *huius concl.* id declarantes. item quoad priuilegia, quæ tranſierunt in vim pacti, & contractus, & ſic ſunt obtenta titulo oneroſo; vt in concordatis, & aliis relatis ab eodem Gonzal. *ad d. reg.* 8. *gloſ.* 25. & 28. quia numquam eſt præſumendum, quòd huiuſmodi priuilegia violentur per huiuſmodi clauſulas generales, vt idem Gonzal tradit *d. gloſ.* 36. *n.* 36. & Creſc. *deciſ.* 2. & 3. *de priuil.* Mohed. *deciſ.* 23. *in fi. de præb.* & alios, necnon Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 38. *num.* 3. Tum quando priuilegium præcedens habet fortiſſimas, & efficaciſſimas clauſulas derogatorias; ita, vt minimè veriſimile ſit, Principem voluiſſe tale priuilegium comprehendere, ex latè traditis per eundem Gonzal. *d. gloſ.* 36. *à num.* 37. *ad* 42. Limitatur ſeptimò, vt † 214.
priuilegium poſterius, quod eſt in notabile præiudicium tertij etiam motu proprio conceſſum non tollat præcedens illius tertij ſine ſpeciali derogatione regulæ 17. nunc 18. Canc. *de non tollendo iure quæſito*, vt ſuaderi poteſt ex adductis à Marta *d. clauſul.* 123. *num.* 20. & magis in terminis à Gonzal. *d. gloſ.* 36. *numer.* 54. *vſque ad* 59. præcipuè ex Rot. in vna Cæſarauguſtana exemptionis, coram Seraphino, anno 1594. in Tiraſonenſi Prioratus, coram Blanchetto, & in vna Oſcenſi, indulti, 1599. & 1601. licèt in contrarium vrgeat *deciſ.* 492. *lib.* 3. *in nouiſſ. diuerſ.* Caputaq. *deciſ.* 128. *num.* 5. & *ſeqq. ac deciſ.* 31. *num.* 3. *part.* 3. cum aliis allegatis per Gonzal. *ibidem à num.* 45. *ad* 55. quæ etiam ipſe admittit vbi agatur de ſola dilatione ad modicum tempus, ex iis, quæ idemmet affert *n.* 60. & *duobus ſeqq.* Denique hæc clauſula, *quorũ tenores*, ſeu, *pro expreſſis*, nõ operatur † 215.
quoties in poſteriori diſpoſitione expreſsè requiritur certa ſcientia, vt poſt Ferret. *conſil.* 38. *n.* 2. & *ſeqq. lib.* 1. ac Rot. Rom. in vna Calciaten. iuriſdictionis coram Rubeo, & in vna Romana ſecretariatus coram Seraphino tradit Marta *d. clauſul.* 123. *n.* 5. inde inferens *n.* 4. quòd hæc clauſula non ſufficit in confirmatione ex certa ſcientia, niſi totus tenor inſeratur, poſt eundem Ferret. ac Rot. *in duab. deciſ.* ſubdens *num.* 5. non ſufficere tenorem inſeri in expeditione litterarum tempore alterius Pontificis. hanc verò illationem temperat *n.* 18. poſt alios, niſi Princeps confirmaret priorem conceſſionem à prima linea vſque ad vltimam, aſſerens, ſe eius tenorem vidiſſe, & legiſſe, atque in confirmatione illam pro ſufficienter expreſſa habere volens. Et hæc ſint ſatis de d. clauſula, *quorum tenores*, &, *pro expreſſis*, ad clauſulam *ſublata*, &c. eiuſque vim explicandam accedamus: quæ quidem ſic extendi ſolet, *Decernentes ſic irritas omnibus, & ſingulis per quoſcumque iudices quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari debere ſublata eis aliter iudicandi, interpretandi, & diffiniendi facultate.* Sit igitur

QVINTA CONCLVSIO. Prædicta clauſula, *ſiblata*, &c. appoſita ad finem reſcripti commutationis vltimæ voluntatis † claudit os iudicibus, ne 216.
aliter decidere poſſint, & adimit parti in totum facultatem

cultatem opponendi contra eam, nisi os vtrique aperiatur à Principe. ita de hac clausula cuiuis constitutioni, gratiæ, vel concessioni adiecta, ex Bart. *in l.fin.* quæ incipit, *neminem*, vbi bona pars huius clausulæ quoad substantiam habetur, *num. 1. C. de cad. frument. vrb. Rom. lib. 11.* Fel. *cap. nonnulli, num. 22.* Anchar. *consil. 221. num. 2.* Card. Zab. *in cap. quia diligentia, & ibi* Imol. *num. 6. de elect.* Alex. *in l. 1. §. sublata, num. 2.* per illum text. *ff. ad Trebell.* & magis in terminis huius clausulæ ex Cassad. *decis. 112. num. 3. de reg. Canc.* Put. *decis. 50. num. 5. lib. 1. & decis. 377. in fi. lib. 3.* Caputaq. *decis. 134. num. 4. & decis. 218. part. 3.* Rebuff. *super Concord. Franc. tit. de form. & arrest. Concord. stabil. verf. ottauò vult iudices quoscunque.* Mandos. *tract. de monitor. quæst. 60. num. 44* super verbo, *sicque per quoscunque iudices*; & alios, docet comprobans Gonzal. *ad reg. 8. Canc. glos. 66. num. 3.* vsque ad 6. vbi etiam asserit aliàs sæpissimè ita tenuisse Rotam Romanam. idémque ex nonnullis eius Rot. decisionibus sentit Garz. *d. tract. de benefic. part. 6. cap. 3. num. 98.* & post multos tradit Marta *d. tract. de claus. part. 1. claus. 158. num. 1. & 45. cum seq.* Aug. Barbos. *in simili tract. claus. 102. num. 2.* qui etiam vterque plures eiusdem Rotæ decisiones allegat. Id verò declara ex eo, quod Marta tradit *n. 42.* ex nonnullis aliis ipsius Rotæ decisionib. hanc clausulam in fine positam respicere totam gratiam, & referri ad omnia præcedentia; præsertim quando non potest assignari ratio, cur magis ad vnum, quàm aliud capitulum referatur: & ideo iungitur clausulæ, *quòd de surreptione dici non possit*, quæ plurib. intermediis antea ponitur.

Ampliatur autem hæc conclusio primò, vt graui pœna afficiendi sint iudices sine hac oris aperitione aliter iudicantes, tamquam iurisdictionem sibi denegatam vsurpantes, falsarij, & inobebedientes; vt colligitur ex *d. l. fin.* & post Rebuff. ac Mandos. *vbi sup.* & Ruin. *consil. 76. ex numer. 9. vol. 5.* tradit Gonzal. *d. glos. 66. num. 7.* Qui etiam *numer. 8. post decis. 5. Pedemont. num. 2. & 11.* ac Marchesan. *de commissar. 1. part. tit. de commiss. appell. cap.* 217. *6. numer. 2.* ampliat secundò, vt dicta clausula † liget etiam ignorantes. immo & ligat futuros iudices, non tamen ita, vt Princeps liget manus suo successori; vt satis probat Gonzal. *d. glos. 66. num. 11.* iuncta *glos. 36.* præsertim *numer. 24.* Amplia tertiò, vt stante d. clausula † neque possit opponi de 218. regulis Cancellariæ, quamuis sint fauorabiles. ita Gonzal. *d. glos. 66. num. 9.* dicens sic fuisse decisum in vna Aretina Commendæ anno 1587. coram Seraphino, & in Anconitana fructuum, 1591. coram Pamphilio. & in specie non posse opponi reg. *de iur. quæs. non tollend.* ex Rot. Romanæ *decis. 177. num. 1.* apud Farinac. *tom. 1. part. 2.* tradit Barbos. *d. claus. 102. num. 6.* quod idem ex vna Acheruntina fructuum coram Pamphilio tradit Marta *sup. numer. 11.* Quartò, vt nec per viam replicationis aliquid opponi possit contra dispositionem continentem hanc clausulam. Gonzal. *ibidem numer. 10.* post Put. *decis. 377. sub numer. 1. lib. 3.* Quintò, vt 219. etiam obstet dicta clausula † in iudicio possessorio summariissimo manutentionis; Gonzal. *sup. numer. 12.* subdens, ita fuisse resolutum bis in vna Cæsaraugustana dismembrationis, anno 1596. coram Iusto. & licèt de hoc dubitauerit Put. *decis. 50. num. 5. lib. 1.* tamen ex aliis multis idem docet Marta *vbi sup. num. 5. & 6.* subdens *n. 15.* quòd non obstante petitorij suspensione, sententia lata super eo valet. 220. Sextò amplia, vt de hac clausula † possit quandocumque, & in qualibet instantia opponi, vt comprobant Gonz. *d. glos. 66. n. 13.* & Marta *sup. n. 43.* ex vna Calaguritana Canonicatus, seu confidentiæ coram Penia, anno 1592. & decis. Ianuen. 190. num. 8. Amplia septimò, vt non solùm sint ipso iure nulla omnia acta gesta post oppositionem dictæ clausulæ, sed etiam gesta antè; Gonzal. *ibid. num. 14.* ex prædictis duabus decis. ex quibus etiam, & aliis *num. 15. & 16.* probat, quòd processus est ipso iure nullus, etiamsi de dicta clausula nunquam opponatur, quod & pluribus confirmat Marta *d. claus. 158. num. 2. & 3. cum seq. princ. & num. 47. cum seq.* In quo tamen verius fortasse est oppositum ex iis, quæ nos post eundem Gonzal. & Martam trademus *limit. 7.* Octauò amplia, vt † dispositio, cui adiecta est hæc clausula, fa- 221. ciliùs censeatur derogare contrariæ illam clausulam non habenti, & eam habenti difficiliùs derogari à non habente, vt satis ostendit Gonzal. *d. glos. 66. num. 17.* Amplia nonò, † vt neque signatura iustitiæ possit 222. aperire os ad impugnandam concessionem, cui adiecta est ea clausula, *sed solus Princeps.* ita Gonzal. *sup. num. 19.* post Marchesan. *d. cap. 6. num. 1. & seqq.* latè Marta *d. claus. 158. num. 39.* Decimò, vt † os con- 223. tra eam clausulam aperiri nequeat sine derogatione regulæ Canc. *de iur. quæs. non toll.* saltem tacita, vt fusè tradit Gonzal. *ibidem num. 20.* licèt contrarium, vt simpliciter derogatio non requiratur, fusiùs contendat Garz. *d. cap. 6. num. 98. cum seq.* Vndecimò amplia, vt per d. clausulam † sit sublata facultas de- 224. clarandi etiam super solo facto. Gonzal. *ead. glos. 66. num. 21.* ex adductis per ipsammet *glos. 57. num. 11.* quæ tamen parum, vel etiam nihil ad hoc facere mihi videntur. Suaderi autem id potest tum ex sup. allegatis ad ipsam regulam confirmandam; tum ex eo, quod post Marchesan. tradit Barbos. *d. claus. 102. num. 2.* hanc clausulam tollere audientiam, nisi aperiatur os: & *num. 3.* post Seraphin. *decis. 1251. num. 19.* esse tantæ efficaciæ, vt nec etiam admitti possint aliqui articuli ad probandum contrarium. Ampliatur duodecimò, vt etiam procedant supradicta, quando adsunt alia verba, quę æquipolleãt clausulæ, *sublata*, &c. quale est decretum prohibitiuum, ne iudex in contrarium pronuntiet, aut declaret. ita Gonzal. *d. glos. 66. num. 18.* dicens, sic fuisse decisum in vna Hispalen. beneficij de Xerez die 6. Nouembris 1602. per doctrinam Card. *in cap. quia diligentia, num. 5. de elect.* vbi dixit, quòd illa verba contenta in restitutione Principis, *quòd confiscatio non possit allegari, nec aliquid inde secutum; nec aliquis iudex possit ex ea aliquid pronunciare, & quòd contra factum esset nullum*; causant nullitatem actus contrarij, & auferunt omnem iudicandi potestatem, saltem de facto. Decimotertiò ampliatur; vt, † si in 225. dispositione habente clausulam, *sublata*; adsit clausula, *cuius ad id expressus accedit assensus*; hic consensus non censetur positus sub conditione, sed ad opponendum eius defectum requiritur apertio oris: vt ex vna Placentina coram Pegna. docet Marta *sup. n. 14.* subdens *num. 15.* quandónam clausula, *sublata*, posita in supplicatione operetur, etiamsi in bullis non sit posita. sicut antea ex nonnullis Rot. Rom. decisionibus *num. 7.* docuerat, eam claudere os etiam quoad vitium surreptionis, & defectus intentionis. *num. 8. & 9.* quòd apposita breui resignationis, aut de capienda possessione, non possit dici, de huius nullitate. *num. 11.* quod obstet etiam iudici confidentiarum. ac *num. 12.* quòd absolutè posita maximè cum decreto irritanti, operetur etiam respectu tertij.

Limitatur nunc primò eadem conclusio, vt dicta clausula, *sublata*, &c. † habet vim claudẽdi os cuicũ- 226. que iudici, & parti, si ei adiuncta sit alia clausula, *quòd non possit contra gratiam dici de surreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis defectu*; aliàs de hoc

opponi poterit, vt ex multis Rotæ Rom.decisionib. latè comprobant Gouzal. *d.glos.66. à num.22. vsque ad 25.* Marta *d. claus.158.n.20.* & Garz.*d.part.6. cap. 3.num. 88. vsque ad 94.* satis comprobans *n.95.cum duobus seqq.* idem etiam operari solam d.clausulam, *quod non possit dici de obreptione,vel surreptione.* quoad hoc,vt opponi nequeat de surreptione, & intentionis defectu : sicut & Marta *d. claus.158.n.7.* hunc eundem effectum tribuit clausulæ,*sublata*, si iungatur cum clausulis,*motu proprio, ex certa scientia,& de plenitudine potestatis*,post Rot.in vna Portuen. coram Seraphino Gonzal. verò ex prædictis infert *num.26.* quòd,si dispositio sit generalis, aut specialis ex motu proprio,in qua non potest opponi de surreptione,prædicta clausula,*sublata*, etiam sola operabitur suum effectum; quod etiam post Rot. sentit Garz. *sup.num.99.* Marta *d.num.10.* monet autem Gonzal. *num.27.* quòd hodie ad obuiandum huic limitationi rarò reperietur gratia,in qua adsit clausula, *sublata*, &c. quæ similiter non contineat clausulam, quòd non possit dari de surreptionis, aut obreptionis vitio, siue intentionis defectu; de qua videri potest Caputaq.*decis.138.num.3.part.1.* & *decis.228.part.3.* Paris.*cons.1.num.75.vol.4.*& Garz.*d.cap.3. à num.95. ad 99.* inter cætera docens *num.98.* quòd d.clausula, *quòd de surreptione, & obreptione dari nõ possit*,etiam cum clausula, *sublata*, non facit gratiam validam in foro conscientiæ, quæ aliàs est surreptitia. Limita secundò,quòd dicta clausula, *sublata*,&c.apposita in gratia conditionali nihil operatur ante conditionis euentum,vt satis ostendit Gonzal.*d.glos.66.num.28.* & *seqq.*Tertiò limita,vt non ampliet dispositionem principalem, nec se extendat vltra eius limites, vt idem fusè probat *num.30.* & 31.ac multis comprobant Garz. *d.cap.3.num. 84. cum duob.seqq.* Marta *d. claus.158.à num.16.ad 19.& num.51.cum seq.*

Quartò dicta clausula,*sublata*, &c. non habet ef-
217. fectum,† cùm dispositioni, cui adiecta est, derogatur per legem contrariam, vel per aliam dispositionem habentem clausulam, *pro expressis*,in casibus, in quibus hæc clausula sufficit ad derogandum cuiuis præcedenti dispositioni, iuxta dicta in præced. concluſ. ita post alios Gonzal. *sup. num. 32.* quoad primum, & *num. 33.* quoad secundum. quod etiam de clausula,*quorum tenores*,&c.latè tradit Marta *ibid. num. 40.* simul probans quòd aliàs non sufficit simplex commissio causæ nõ facta huius clausulæ mentione. *num.* autem 36. & 37. Gonzal. rectè docet, quòd, si tam dispositio præcedens, quam sequens habeat clausulam,*sublata*,&c.in neutra aliquid operabitur.& hæc esse potest quinta limitatio.

218. Limita sextò, vt † non operetur, vbi pars, ad cuius fauorem apposita est,curasset committi causam super validitate gratiæ; vt latè probat Gonzal. *sup. num.38. vsque ad 42.* id temperans *num. 43.* & *seq.* nisi compulsa fuisset ad commissionem ad fugiẽdas molestationes aduersarij. Hanc eandẽ principalem limitationẽ ex multis decisionibus Rot. Rom.comprobat Marta *d.claus.158.num.31.* eam extendens *n. 32.* in compromittente d. gratiam: *num.* autem 33. temperans vbi commissio solùm fieret super executione gratiæ; vel super molestationib. *n.34.cum seq.* vbi solùm obtineretur super iniustitia, vel nullitate sententiæ latæ contra d.clausulam; vel si quis vigore signaturæ iustitiæ processit in causa respectu articuli,cui non obstabat clausula,licèt commissio esset generalis contra dispositionẽ habentem d. clausulam.Septimò limita,quòd quando pars non opponit de dicta clausula, non denegatur audientia, ex Bart.*in l.1.§ sublata,n.2. ff.ad Trebell.* & *ibi* Castr. *in princ.num.6.*& aliis adductis per Martam *sup.num.3.* & Gonzal. *d.glos. 66. num.45. vsque ad 51.* vbi hanc tamquam veriorem tuetur, illa, de qua nos sup. *in ampl. 7.* quam etiam Marta *n. 4.* declarat procedere postquam gratia est producta; secus verò ante productionem; nam hæc clausula intelligitur, quatenus is, in cuius fauorem est apposita, ea vti velit, Rot.*decis.21.de conces. prab.in antiq.*Sarnen.*de annal. quæst.4.num.4.*& Rota in vna Pampilonen,matrimonij coram Orano; quod & post alios docet idem Gonzal.*glos.56.n.107.*qui *d.glos.66. num.50. cum seq.* priorem sententiam admittit, vbi ea clausula apposita sit constitutioni,seu legi, aut quando impeditur audientia ob inhabilitatem ipsius personæ. Limita octauò,vbi non adsit clausula integra, sed solùm ea verba, quòd non possit dari de surreptione, vel obreptione; sicque in præmissis iudicari debere per quoscumque iudices,&c.latè Gonzal. *ibid. num. 52.* id temperans,nisi subiiciantur illa duo verba,*sublata*,&c.per ea,quæ de hac dictione,&c.idem latè tradit *glos. 67. à num. 2. ad 10.* Limita nonò, vt † hæc 229.
clausula,*sublata*,&c.non obstet dicenti,gratiam non comprehendere casum,de quo agitur. ita post nonnullas Rot.Rom.decis.Marta *d.claus.158.num. 17. vers.& ideo, & c.n.50.* Decimò limita,vt nõ obstet, si postea facto Papæ recedatur à parte transactionis confirmatæ cum ista clausula, vt latè docet Marta *n.19.*Vndecimò,hæc clausula non operatur,quando est detecta falsitas narratorum,vt idem probat *num. 21.* Duodecimò, non obstat cùm quis agit de retractanda executione gratiæ, cui adiecta est, iam executæ; ita post Rotam idemmet *num.22.* Decimotertiò, si pars ei renuntiet, vel toti gratiæ, non parti ipsius.sic pariter post Rot.is tradit *num. 23.* id temperans *num.44.*in beneficiato. Decimoquartò limita,quòd posita in dispositione commissaria habente clausulam,*vocatis vocandis*,non operatur,antequam secuta sit confirmatio cũ causæ cognitione;vt idem probat,*num.24.*subdens *num.28.*generatim,positam in litteris in forma commissaria non suffragari, nisi post earum executionem.Limitatur decimoquintò, quòd hæc clausula non operatur, quò minus Ordinarius auctoritate Concil. Trid. ex officio reuidere possit vniones factas à 40.annis citrà cum ea clausula; secus ad instantiam partis in contradictorio iudicio.ita post Rot. Marta *sup.num.25.* Limita decimosextò cum Marta *num.26.* ex Rota in vna coram Gipsio,vt non obstet sententiæ, quæ de ea mentionem non faciat. Decimoseptimò,cũ eodẽ post Rot. vt posita in gratia,cum clausula,*si ita est*,non operetur,nisi verificatis narratis. Decimooctauò cũ ipsomet *num. 41.* item post Rot. vt facta eius mentione possit quis à Papa obtinere absolutionẽ à iuramento ad effectum agendi, & postea agere. Limitatur denique, vt hæc clausula non obstet, cùm Papa os aperuerit per se, vel aperitionem committẽdo;iuxta id,quod ipsemet Gonzal.affert *d.glos.66. num.53.* De hac verò commissione aperitionis oris latè inter alios tradit Marches. *tract.de commiss. & rescript. iis.de commiss.aperit.or.cap.8.n.33.vsque ad 43.* Marta sup.ex *n.36.* & aliquid Garz. *d.tract.de benef.part.6.c. 3.n.99.*multa tradens *à n. 81. vsque ad* 98.de prædicta clausula,*sublata,&c.* Atque hæc de præsenti cõcl.

Sexta & postrema conclvsio.Clausula decreti irritãtis,(quæ sic extendi solet;*irritũ fore decernentes quicquid secus in præmissis à quoquam quavis auctoritate scienter,vel ignoranter contigerit attentari.*) quod ferè totum sumptum est ex *cap.si eo tempore, de elect. in 6.*& magna ex parte habetur *in c.dubium, de prab. eodem lib. & Clement. vnic. de conces. prab.* licèt plerumque etiam breuiùs sic ponatur; *quicquid secus in præmissis actum fuerit, irritum sit, & inane*

appo

eppoſita in reſcripto commutationis vltimæ voluntatis maximæ virtutis eſt,& efficaciæ. Hæc concluſio patebit ex enumeratione effectuum, quos decreto irritanti iura, & Doctores tribuunt: præcipuè autem hi ſunt.

Primus effectus,& quidem naturalis decreti irri-
230. tantis eſt, † vt irritet, ſeu annullet omnia, quæ in contrarium fiunt, & ab iis omnes iuris effectus tollat.*cap.ſi eo tempore,de elect.in 6. cap.quodam, de prab. & cap.1.verſ.adiiciebatur, de conceſſ.prab.eod.lib.* cum ibi adnot. Caſſador.*deciſ.1.ſub num.7. de reſt.ſpoliat. in 6.* latè Ant.Gabr.*commun. concluſ.lib.6. tit.de clauſ. concl.3. num.56.* cum multis ſeqq. & Gonzal.*ad reg. 8.glaſ.67.num.12.cum trib. ſeqq.* latè Marta *tract. de clauſul.part.1. clauſ.191. num.6.* & Barboſ.*in ſimil. tract.clauſul.112. num.3.* Garz.*in tract.de benefic.part. 5.cap.1.num.27. cum duobus ſeqq.* Ampliatur autem primò hæc regula, vt hoc decretum habeat implicitam inhibitionem; Gabr. *ſup. num.73.* & Gonzal. *num.16.* poſt Caſſador. *deciſ.2. num.6. de reſt. ſpol.* ac vim priuatiuam,& auocatiuam poteſtatis conceſſæ; Gonz.*ibidem* poſt Ferret.*conſ.314. num.10.lib.2.* Immo ſit potentius reſeruatione,& inhibitione;Gonz. *num. 17.* ex gloſ. *d.cap.ſi eo tempore, verbo, proniſionem*, & Caſſad. *deciſ.3.de decret. in reſerv.* Secundò, quòd contra geſtum eſt nullum ipſo iure,hoc eſt,etiam parte non opponente; Gabr. *d.concl.3. num.57.* poſt Brun. plura cumulantem, ac Ruin. & ex text. *cap.pen. de prab.in 6.* qui mihi hoc non probat, ſed potiùs *cap.ſtatutum,§. fin. de reſcript. in 6. & cap. vlt. de off.deleg.eod.lib.* iuncta *gloſ.fin.vtrobique.* idémque poſt multos tenent Marta *d.clauſ.191.num.6* Barboſ. *d.clauſ.112.num.3.*Tertiò, quòd, licèt reuocetur gratia habens decretum irritans; tamen non reconualidetur gratia priùs facta alteri contra decretum, vt poſt Anchar. *d. cap. pen.not. 5.* per illum text. tradit Gabr.*d.concl.3.num.75.*

Limitatur autem hic effectus, quia decretum irritans non infirmat actum plenè perfectum ante illius interpoſitionem; text.eſt *in d.cap.ſi eo tempore,& ibi* Doct.Gabr.*ead. concl.3.num.78.* & Gonzal. *d.gloſ. 67.num.58.*

231. *Secundus* effectus eſt, quia decretum irritans † ligat etiam ignorantes non modò ſi adſint ea verba,*vel ignoranter contigerit attentari*; vt in caſu *d.c ſi eo tempore*; verùm etiam ſi non adſint; vt probat text. *in cap.ſi poſtquam,cap.dudum, cap.ſi beneficia,& cap.quodam,de prab.in 6.& cap.1.verſ.adiiciebatur,de conceſſ. prab. eodem lib.* & poſt alios pleroſque tradit Gabr.*d.concl.5.num.2.*Gonzal.*d.gloſ 67.num.18.* Barboſ.*d.clauſ.112.num.5.*Marta *ſup.num.12.*

Ampliatur verò hic effectus primò,vt locum habeat etiam quoad executorem Apoſtolicum, vt docet Gabr.*ſup.num.3.*ex Gemin.*cap. quodam,not.4.* per illum text.& *ibi* Fſanc.*not.2.*& Anchar.*not.3.* Secun-
232. dò † etiam quoad Papam; niſi faciat contra decretum motu proprio, vel ad inſtantiam partis ex certa ſcientia cum clauſula derogatoria ipſius decreti; prout aliis relatis tradit Gabr. *d. concl. 3. n.4.* & declarat *num. 5.* ſicque conciliari poſſunt quæ pro hac ampliat.& contra eam adducit Marta *d.clauſ.191.n. 1.cum duob.ſeqq.*Garz.*tract.de benef.part.5.cap.1.n.19. & 24.uſque ad 30.*&,vt alios prætermittã, Gonz. *d. gloſ.67.n.23.& ſeq.*omiſſa etiam cõciliatione, quam ipſe Gonz.affert *num.25.cum trib.ſeqq.*& Garz. *n.28. cum ſeq.* vt opinio affirmans procedat in decreto appoſito legi generali, aut in conceſſione ſpeciali, cui addita ſint illa verba, *etiãſi per nos, aut ſucceſſores noſtros*; negans verò in aliis caſibus. Nam immo potiùs opinio negans locum habere debet in lege generali, cuius notitiam cenſetur habere poſteriorem legem condens, *cap.1. de conſtit.in 6.* & quòd dicta ampliatio locum habeat, licet non adſint ea verba, *etiãſi per nos,&c.* poſt Pariſ.*conſ.37.vol.4.* tenet Gabr. *d. concluſ.3.num.74.* & eſt *deciſio 5.*Caſſad. *de conceſſ. prab.*Tertiò amplia,† etiamſi gratia in fauorem ali- 233.
cuius ignorantis fiat ab ignorante,conſtat id ex text. *d.cap.dudum,verſic.conſiderantes quoque,& d.cap.quodam,verſ.prima enim collatio,de prab.in 6.* Quartò, vt procedat ſiue decretum emanauerit motu proprio, ſiue ad inſtantiam partis; ſiue iuſtè,ſiue iniuſtè; atque etiam ſiue cauſa cognita, ſiue non cognita; vt poſt Fel.*in cap.caterùm,verſ.ſecunda reſtrictio,ac verſ. nona,& vlt.reſtrictio,de reſcript.*Prob.*cap.tibi, qui,numer.17.eod.tit.in 6.*& alios tradit Gabr.*d.concl.3. n.7.*

Limitatur nunc primò idem effectus, quia † re- 234.
ſpectu aliarum pœnarum decretum irritans non ligat ignorantes; vt ex pluribus à ſe citatis *num. præced.*limitat Gonzal. *d.gloſ.67.n.19.*& pleriſque allegatis Gabr. *d.concl.3.num. 8.* & Sanch.*lib.3.de matr. diſp.17.num.10.*ac plerique alij laudati à Barboſa *d. clauſ.112. num.5.*Limita ſecundò, quòd † licèt Le- 235.
gatus Sedis Apoſtolicæ poſſit apponere decretum irritans,vt patet ex *cap.præſenti, de offic. legat.in 6. & cap.ſi Apoſtolica,de prab.eod.lib.*vbi gloſ.recepta *verbo, decernat*, id adnotauit. immo etiam idem poſſit executor Apoſtolicus,vt gloſ.ab aliis approbata tradit *in cap.1. verſ. adiiciebatur inſuper, verbo, irritum, de conceſſ. prab. in 6.* & quoad alios inferiores ſentit Gabr.cum nonnullis, quos refert *d.concluſ.3. num.9.* & Barboſ.poſt alios *d.clauſ.112. num.10.*Tamen decretum hoc ab inferiore poſitum non ligat ignorantes etiam quoad nullitatem actus. ita poſt Caſſad.*deciſ.3. n.2.3.& 4.de decret.in reſerv.* tenet Marta *d.num.12.*atque ex eodem,& Caputaq. *deciſ.1. nunc fin.part.2.*& alios tradit Gonzal.*d.gloſ.67.num.21.*ac plures relati, & laudati à Gabr.*d.concl. 3. num.9.& 11.* licèt *num. 12.* multos quoque recenſeat contrarium in hoc ſentientes. Tertiò limita,vt † poſſeſſio- 236.
nis captæ ab ignorante contra decretum facienda non ſit mentio ab impetrãte; licèt ſecus ſit in ſciente; vt poſt alios limitat Gabr.*d. concl.3.num.13.* Limita quartò, vt decretum irritans † non liget ignoran- 237.
tes, quando eſt ſuper incerto corpore beneficij, & non eſt adiectum tempus,vt plurib relatis docet Gabr.*ibidem num.14.*idem tradens *num.15.*in reſeruatione; *num. 16.* in manus appoſitione facta à Papa; *num. 17.* in decreto appoſito in alternatiua Epiſcopi; licèt quoad reſeruationem, manus appoſitionem, & alternatiuam contrarium contendat Gonzal. *d.gloſ. 67. à num.29. ad 36.*præſertim verò *num.32.& quatuor ſequentibus.*ex quibus ſumi poteſt alius effectus huius clauſulæ,ſeu decreti irritantis.

Tertius igitur effectus huius decreti eſt, vt † ap- 238.
poſitum reſeruationibus beneficiorum tam vigore regulæ 8. de menſibus Apoſtolicis,quàm aliis,atque item affectionibus,de quibus latè per Falcon.Simonet.& alios,qui de reſeruationib.benef. tract. ediderunt, Garz. *in d. luculentiſſimo tract. de benef. part. 5. cap. 1. ferè per tot.* Mandoſ. & alios Gloſator. *regul. Canc.*& Gonzal.*ad d.reg.8 gloſ.51.& 52.* non ſolùm inficiat titulum, ſed etiam poſſeſſionem illorum, qui prouidentur de beneficiis vacantibus reſeruatis; ita, vt talis poſſeſſor non poſſit vti aliquo ex remediis poſſeſſorijs etiam in poſſeſſorio ſummariiſſimo; vt pluribus tradit Gonzal.*d.gloſ.67. numer. 29. & duob. ſeqq.*ex adductis quoque per ipſum *gloſ. 31. à n.9. ad 16.* quoad beneficia vacantia in menſibus Martij,& Septembris; Epiſcopo gaudente alternatiua. atque hanc regulam,quod decretum irritans inficiat titulum, & poſſeſſionem,multis relatis ſtatuunt etiam Marta *d. part. 1. clauſ.191.num.7.* &

igitized by Google

8.& part.4. clauſ.19.num.1. ac Barboſ. *d.clauſ.112. num.6.* & Garz.*d.cap.1.num.27.28.29.*

239. Ampliatur autē primò hic effectus, vt procedat † non habita diſtinctione, an reſeruatio ſit de certo, vel incerto corpore beneficij, vt idem Gonzal. docet *d.gloſ.67.num.32.* ex Caſſador.*deciſ.1.num.3. de reſtit.ſpol.*& Germon.*tract.de indult. Card. §.volentes, num.30.& 31.* idque probat Gonzal.*num.33.cum duobus ſeqq.* ac ſimil.reſpondet ad text. *in cap.dubium, §. nos igitur,* & *ibi* gloſ.*verbo, incerto, de prab.in 6.*& adducta à Gabr.*d.num.15.* quibus addē quoad reſeruationem ſpecialem, ac remedium recuperandæ poſſeſſionis, Gabr. *lib.5. commun. concluſ. tit. de reſt. ſpol.concluſ.5. num.34.* iuncto *num.39. ac multis ſeqq.* cum pleriſque Doctoribus, quos *ibi* allegat.& pro ipſa ampliatione eſt opt. text. *in d.cap.1. §. ex parte verò, de conceſſ.prab. in 6.* vbi gloſ. *verbo, certam, & verbo, incertam.* de beneficio certo exemplum affert in expreſſo, vel etiam non expreſſo, puta, primam præbendam, quæ vacauerit; de incerto, cùm dicitur, præbendam conferas Titio, quā is duxerit acceptandam. Secundò procedit ſiue reſeruatio ſit generalis, ſiue ſpecialis.ita Gonzal.*ead.gl.67.n.36.* ex Caſſad.*deciſ.1. n.1. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* ac Mandoſ.*in proœm. Reg.Canc.queſt.2.n.2.& ad alleg.127.* Lap.*ſub lit.B.in fin.* ſuaderique poteſt tum ex præced. ampl. tum quòd Doctor.in regula citati hac in re non diſtinguunt. Ampliatur tertiò, vt † etiam decretū irritans, de quo *in c.fin.vt lit. pend. in 6.* contra prouidentes de beneficiis litigioſis inficiat poſſeſſionem, Gonz.*ibid.n.37.& 38.* ex Rot.*deciſ.17.n.1.& 2.de reſtit. ſpol.in antiq.*& aliis deciſionibus, ac Lancellot.*in tract.de attent.part.1.cap.3.num.111.* qui *à n.97. ad fin.* ſex ampliationes, 16.limitationes, & alias plures declarationes affert *ad d.cap.fin.* Prædictam verò regulam circa hunc effectum cum tribus allatis ampliationibus Gonzal. *ſup.n.39.* cum aliis ab eo relatis declarat procedere quando conſtat de tali reſeruatione, affectione, vel lite; aliàs, ſi bene non probaretur, interim poſſet impetrans vti remediis poſſeſſoriis. An verò decretum irritans inficiat poſſeſſionem, aut titulum in aliis caſibus, præterquam in beneficiis reſeruatis, ac litigioſis, latè diſputat Gonzal. *d.gloſ.67. à num.41. ad 49.* tandem concludens, in praxi magis receptam videri negatiuam ſententiam, quando de poſſeſſione in decreto mentio non fit, aut decretum non eſt appoſitum ſuper certo corpore; præcipuè ex Achill.Craſſ.*deciſ.8 num.4. de reſtit.ſpol.*& Put. *deciſ.27.lib.2.& deciſ.180. num.2.lib.3.* de quo etiam vid.Garz.*d.cap.1.num.412.ad 417.*

241. *Quartus* effectus eſt, vt † diſpoſitioni, cui adiectū eſt hoc decretum, licèt facta ſit ad commodum partis, non poſſit pars renuntiare ſiue expreſsè, vt voluit gloſ.*in cap.diſpendia. verbo, proceſſum, de reſcript. in 6.*& *ibi* Archid.Ioan.And. ac Gemin.& plerique, quos refert Ant.Gabr. *d. tit.de clauſul.conclus 3.num.* 18 19.& 21. vel tacitè non vtendo; vt alij, quos recenſet *num.20.& 22.* qui tamē ferè omnes loquuntur in conſtitutione, vel ſtatuto edito ad priuatam vtilitatem.Idémque etiam ſentiūt plurimi per eum relati *num.24.* id aſſerentes in forma inducta priuato fauore; quorum opinionem communem teſtatur Ioan.Crot.*in l.nemo poteſt, verſ.ex dictis Bart.ff.de leg.* 1. iuncto eo, quòd decretum irritans inducit formam, vt in ſeq.eius effectu videbimus. Non pauci tamen Doct.tenēt contrarium, quòd nimirum pars poſſit renuntiare diſpoſitioni habenti decretum irritans in fauorem partium; vel expreſsè, quos citat idem Gabr. *d. concl.3.num.* 25.29. & 30. ac ſequitur Marta *d.clauſ.191.num.5.*& Barboſ.*d.clauſul.112.n.9.* per text.*in c.dilecto, de prab.* vel tacitè non vtendo, vt iį, quos idē Gabr.refert *n.26.ac* 28. Marta *ſup.c.4.* & Gonzal.*d.gloſ.67.n.52.* præcipuè ex text.*in Clem.1. de prab.*ac pleriſque Rot.Rom.deciſ. & in forma inducta fauore priuati, voluit Alb.Brun.*tract. de form.tit. quis poſſit dare,& tollere formam,* Iaſ.*ad d.l.nemo poteſt, in 1.lect. verſ.circa ſecundum*, & alij relati ab eodem Gabr.*d.concl.3.n.27.* Pro concordia verò dici poteſt, priorem opinionē procedere in renuntiatione, poſtquam quis incepit vti diſpoſitione, cui adiectum eſt decretum irritans, poſteriorem verò antequam huiuſmodi diſpoſitione vti incipiat.ex adductis ab eodē Gabr.*d.concl.3.n.31.& 32.* actus enim nullus, quia iā contra decretū irritans factus conſenſu partiū ſuſtineri nequit, vt poſt alios citatos à Menoch.*conſ.348. n.48.* tradit Marta *ſup.n.10.* Ant cum Hier.Gabr.*conſ. 162.n.10.vol.1.* priorem procedere quando expreſsè inhibetur etiam iis, ad quorum fauorem, appoſitum eſt, ne poſſint contrauenire; poſteriorem verò cùm non adeſt hæc inhibitio. Aut priorem locum habere in diſpoſitione edita per viam legis, vt in cōſtitutione, ac ſtatuto; poſteriorem autem in reſcripto. ita poſt alios has contrarias opiniones conciliant Hier. Gabr.*d.concl.3.num.32.* & Gonzal. *d.gloſ.67.num. 53.* & ratio eſt, quia reſcriptum principaliter emanat in fauorem partis,& priuatum; illa verò concernunt ſaltem æquè principaliter publicum fauorem; atque adeò nil mirum, ſi in caſu reſcripti, nō autem legis, ac ſtatuti, cui decretum irritans appoſitū ſit, renuntiatio admittatur; fauori enim priuato, non publico renuntiari poteſt *l.iuriſgentium. §.ſi paciſcar, il 2.l.pactum,& l.in publicum.ff.de pact.& c.ſi diligenti, de for. compet.* cū ſimil.ex quibus ſumi poteſt generalis conciliatio prædictarum opinionum, quam poſt Curt.*l. pen.n.35.C.de pact.* ſentit Marta *d.num.5.* vt prior vera ſit cùm decretum adiectū eſt ſaltem æquè principaliter ad publicum fauorem; poſterior, cùm minùs principaliter ad priuatū. Alias conciliationes harum opinionum, ſen potiùs ſingularum limitationes videre licet apud Gabr.*d.concl.3.num34.vſque ad 39.*

Quintus effectus eſt, quòd clauſula decreti irritantis † inducit formam; Bald. *in l.1. verſ. quarò ergo, ff.de lib. & poſthum.* Iaſ. *l.omnium, verſ.& puto, quòd ratio, C.de teſt.* Fel.*cap.cùm acceſſiſſent, verſ.& vbi apponitur clauſula, ſub n.8.* ibique Dec. *verſ. & ad hoc etiam facit, de conſt.* cum aliis quos allegant Gabr. *d. concl.3.n.70.* & Alb.Brun.*in tract.de form.rubr.quand. aliq.cenſeat.tradit. pro ſor.* idem etiam tenet Gonz.*d. gloſ.67.n.50.* ac poſt alios Barboſ. *d.clauſ.112.num.2.* 242.

Sextus effectus eſt, quia decretum irritans † tollit conſuetudinem nedum in præteritum, ſed etiam in futurum.ita poſt Gemin.*in cap.cùm de beneficio, verſ. not.bene,* & *ibi* Archid. *verſ.ſed pone*, Franc. *verſ.ex quibus nota, de prabend.in 6.*& alios tradit Ant.Gabr. *d.concl.2. num.40.* quem ſequitur Gonzal. *d.gloſ.67. n.50.* licèt contrarium ſentiant nonnulli, quos refert Gabr.*ead.concl.3.n.43.* verùm priorē ſententiam poſt alios tuetur quoque Marta *d.clauſ.191.n.9.* dum maximè ex pleriſque Rot.deciſionib.docet, contra decretum irritans allegari non poſſe non vſum, contrariúmve vſum.& quoad contrarium vſum admittit, negans quoad non vſum, Hier.Gabr.*d.conſ.162.n. 10.in ſ.cum duob.ſeqq.* præſertim ex Fel.*d.c.cùm acceſſiſſent, col. 13. limit.3.ſub num.* 29. vbi tamen non ita clarè loquitur, *numer.* autem 42. Anton. Gabr.eandem priorem opinionem tamquam communem limitat ex Ruin. *conſil. 13. numer.30. vol.2.* vt non habeat locum in conſuetudine immemorabili; & *num.41.* idem Gabr. ex ſententia Alex. Curt. & eiuſdem Ruin. communem atteſtantis limitat ſecundò vbi illa diſpoſitio non eſſet vſu recepta. quam limitationem licèt Gabr. impugnet ex communi Doct: 243.

opinio

opinione, de qua infrà *in 8.effect.* tenentium, cõstitutionem habentem decretum irritans ligare ante illius publicationem: tamẽ sustineri posse puro, quòd aliud sit constitutionem nondum esse publicatam, quo tempore non potuit obligare; aliud non fuisse receptam eo tempore, quo obligare poterat: vnde, sicut non vsus tollit obligationem legis, quæ est principale, poterit etiam tollere decretum, quod est accessorium, iuxta ea, quæ diximus inf. in 3. limit. generali ad omnes hos effectus.

244. *Septimus* effectus huius decreti est, vt † tollat etiam præscriptionem. ita post Fel. *d.cap. cùm accessissent, verſ. quarò limita, de constit.* Rebuff. *in Concord. Gall. rubr. de sir. & irren. Concord. stabil. verſ. plus dicit*, & Prob. *cap. tibi, qui, num. 7. de rescript. in 6.* docet Gabr. *d.concl. 5. num. 44.* quem laudat Gonzal. *d.numer. 50.* Id autem intelligendum est de præscriptione futura, non autem præterita, per quam acquisi-
245. tum est ius tertio; cui † non censetur Princeps velle præiudicare, nisi exprimat, *l. 2. §. meritò, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ. & in reg. Cancell. de iur. quæſ. non tollend. cap. quamuis, & cap. si propter, de rescript. in 6. cum ſuis concord.*

246. *Octauus* effectus est, quia, licèt † lex aut constitutio, etiam data scientia, regulariter non liget ante publicationem; vt plerique tenent, quos refert, ac sequi videtur Gabr. *d.lib. 6. commun. concl. sit. de legib. & constit. concl. 4. num. 6.* & probari videtur *in cap. quod dicitis, 18. dist. & cap. 1. verſic. quòd nec ſufficit, de poſtul. prælà* contrario sensu. immo neque post publicationem, saltem non data scientia, nisi post duos menses; vt probat text. *in auth. vt facti. non constit. in princ.* & quamplurimi adnotarunt relati, & probati à Gabr. *d.concl. 4. num. 1.* Tamen, si ei constitutioni
247. adiectum sit decretum irritans, † obligat etiam ante publicationem, vt docet Gabr. *d.concl. 4 num. 9.* & post alios *d.sit. de clauſ. concl. 3. num. 45.* ob eam rationem, quòd decretum hoc ligat etiam ignorantes, vt sup. latiùs tradidimus *in 2. effect.* licèt Gabr. *d. concl. 3. num. 45.* alios referat contrarium sentientes; quod etiam est de mente eorum, quos idem recenset *num. 54. verſ. contrarium*, & suadetur ex iis, quæ inf. adducemus in 3. limit. generali horũ effectuum. Sed quicquid de hoc sit, prior sententia temperanda est cum Gabr. *d.concl. 4. num. 10.* vt non habeat locum quoad pœnam, à nullitate distinctam per ea, quæ post illũ, & alios docuimus *in d. 2. effect. limit. 1.*

248. *Nonus* effectus decreti irritantis est, vt † tollat vires sententiæ, eiúsque executionem impediat. ita post Cassad. *decis. 12. num. 5. 6. & 7. de reg. Canc.* & Sarnen. *in reg. de annal. quæſt. 5.* tradit Gabr. *d.conclaſ. 3. num. 51. ſub tit. de clauſ.* quem sequitur Gonzal. *d. glos. 67. num. 50.* in id etiam allegans eandem Rot. *decis. 24. num. 5. & decis. 149. num. 2. part. 2. diuerſ.* & suadetur ex adductis sup. in 1. 3. 4. & 5. effectu huius clausulæ.

Decimus effectus est, quòd decretum irritans ap-
249. positum in gratia † operetur etiam ante præsentationem litterarum; vt voluit Gonzal. *d. num. 50.* post Gabr. *d.concl. 3. num. 52.* qui id probat ex text. *in cap. tibi, qui, §. quin immo, & ibi* Gemin. & Franc. *de reſcr. in 6.* & glos. *in cap. ſi ſoli, verbo, contra ipſum, de conceſſ. præb. eod. lib.* Hinc verò infert post alios Gabr. *d. conclus. 3. num. 53.* per istud decretum reuocari iudicis processum etiã ante præsentatas litteras reuocatorias.

Vndecimus, & postremus effectus huius clausulæ colligi potest ex eo, quod Gonzal. *d. glos. 67. num. 64.* tradit fuisse resolutum in vna Syracusana quartæ, die 24. Maij 1585. coram Blanchetto, & in eadem
250. 20. Iunij 1586. coram Robusterio, quòd nimirum, † licèt suspendatur petitorium, vt agatur de possessorio dumtaxat: tamen stante decreto irritante, potest pronuntiari in petitorio, dimisso possessorio.

Amplia nunc principaliter, & generaliter prædictam regulam, & concl. quoad omnes præcedentes effectus clausulæ decreti irritãtis, primò, vt † eos de- 251.
beat operari siue apposita sit decreto hominis, siue legis; vt post Cassad. *decis. 1. num. 3. de restit. spol.* Anchar. *Clem. 1. oppoſit. 7. de conceſſ. præb.* & alios tradit Gabr. *d. concl. 3. num. 71. & 72.* Secundò amplia, quia sufficit allegare clausulam decreti irritantis, de quà in actis constat. ita Gabr. *ibid. num. 77.* post Sarn. *in reg. de annal. quæſt. 4. num. 3. & ſeq.* Ampliatur denique, vt † prædictos effectus operetur clausula de- 252.
creti irritantis non modò si est integra & extensa, prout eam posuimus *quæſt. præced. ad fin.* & plerumque apponitur in rescriptis; nimirum, *Decernentes irritum, & inane, ſi ſecus à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari*; sed etiam si dicatur tantùm, *irritum, & inane*, &c. prout est *in fine reg. 8. Cancell.* per ea, quæ de vi huius dictionis, &c. ad hanc rem affert Gonzal. *d. glos. 67. à num. 2. vſque ad 9.* & Tiraq. *de conſtit. 3. part. limit. vlt.* vt includat omnia, quæ sunt de natura actus, ac subiectæ materiæ, & de stylo, seu consuetudine: quod etiam alij tradiderunt; quos sequitur Barbos. *in moderno tract. de dictionibus, dict. 94.* atque adeò in hac specie includet omnia verba, & partes decreti. Idémque dicendum † de verbis illis, *nullius ſit mo-* 253.
menti; ex iuribus, & Doctor. alleg. per Gonzal. *ad d. reg. 8. glos. 57. num. 7.* præsertim verò, *L. filiusfamilias, §. diui*, & *ibi* Iaſ. *num. 2. ff. de leg. 1. cap. 2. in fi.* vbi glos. *verbo, momenti, de fil. presb. in 6.* & latè Tiraq. *l. ſi unquam, verbo, reuertatur, à num. 97. vſque ad 102. C. de reuoc. donat.* & Barbos. *ibid. diction. 193.* necnon de illis, *nullius roboris ſit*; vel, *roboris non obtineat firmitatem*; vt idem Gonzal. *ibidem* tradit *num. 8.* est text. *in cap. cæterum*, ibique Doctor. *de reſcript. & cap. ne captandæ, de conceſſ. præb. in 6.* ac Fel. *in cap. Rodulphus, num. 30. de reſcript.* Idémque de verbis illis, *aliter non valeant, & obſeruentur*, post Castr. *conſ. 82. numer. 21. vol. 1.* tradit Marta *num. 7.* Immo idipsum docet Gonzal. *d. glos. 67. num. 65. de dictione, nullatenus*, ex glos. *Clem. verbo, nullatenus*, & *ibi* Imol. *num. 20. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. & aliis*; quibus adde plerosque ad id laudatos à Sanchez *lib. 6. de matrimon. diſp. 32. n. 7.* & Barbos. *ſup. dict. 192. n. 4. & 5. d.* autè *clauſ. 112. num. 8.* post alios idem sentit de illis verbis, *nullo modo*, & *dict. 206.* de dictione *omnino*, quod etiam satis colligitur ex *cap. fin. verſ. vlt.* iuncta glos. *ibi verbo, omnino, de offic. deleg. in 6. & cap. ſtatutum, §. fin.* ibique glos. *verbo, ipſo iure, de reſcript. eod. lib.* ac de dictione, *alioquin*, docet Gonzal. *d. glos. 67. numer. 66.* post Crele. Fel. & alios referentem *decis. 18. num. 3. de præb.* quibus adde eandem Rot. *decis. 665. num. 2.* apud Farinac. *tom. 1. part. 2. decis.* ac de aliis plerisque dictionibus, quas congerit Tiraq. *d. verbo, reuertatur, à num. 21. vſque ad 243.* & ipse Gonzal. *ad d. reg. 8. glos. 56. num. 29. vſque ad 35.* tradit idemmet *d. glos. 67. num. item 67.*

Limita nunc generaliter prædictam regulam, & concluſ. principalem quoad omnes effectus decreti irritantis, primò, quòd decretum irritans adiectum conditionali dispositioni etiam ipsum conditionale redditur, & suspenditur eius effectus in euentũ conditionis. ita per text. *Clem. 1. & ibi* glos. *verbo, per Ordinarium*, Card. *in 1. oppoſit. verſ. ex hoc infertur, & quæſt. 15. verſ. ſecus eſſet*, Imol. *notab. 3.* Anchar. *not. 5. de conceſſ. præb.* Rot. *decis. 2. per tot. decis. 10. in fi. & decis. 12. n. 3. de conceſſ. præb. in nou. ac decis. 47. eod. tit. in antiq.* & alios docent Gabr. *d.concl. 3. num. 46.* Marta *d. clauſ. 191. num. 11.* & Gonzal. *d. glos. 67. n. 51.* vbi

idem ex iisdem Doct. extendit in conditione tacita, seu subintellecta: quod etiam voluit Fel. *in cap. cæterùm, num.19. vers. solutio, forte dici posset, & vers. collationis gratia, de rescript.* & alij, quos refert, ac sequitur Gabr. *d. conclus. 3. num.49.* qui *num. 47.* illud quoque extendit, etiamsi decretum adiectum in dispositione conditionali habeat clausulam, *ex nunc, prout ex tunc*; per glos. *d.Clem.1.verbo,ex tunc,* & *ibi* Card. *in 1.oppos.* Anch. *not. 5.* Imol. *ad verb & ex nunc.* Vital. *num. 32. & seq.* Cassad. *decis. 3. num. 15. de prob.* & alios. quod temperat Gabr. *num. 48.* ex Bertrand. *cons. 142. numer. 4. vol. 2. in antiq.* vbi clausulæ prædictæ, *ex nunc, prout ex tunc,* addita essent verba illa, *ac si à die datæ præsentium, &c.* Limita 255.
secundò, vt decretum irritans † restringatur ad dispositionem, cui magis proximè cohæret, & non referatur ad omnia præcedentia, vt post Boër. *decis. 119. num.5.* limitat Gabr. *d. concl. 3. num.83.* & Marta *d. tract. de claus. part. 4. claus. 19. num. 2.* apertéque sentit Hier. Gabr. *cons. 162. num.9. vol.1.* Vnde malè Flam. Paris. *tract. de resignat. benef. lib. 4. quæst. 9. num. 28.* Gonzal. *ad d. reg. 8. Cancel. glos. 15. num. 37.* & Ioan. Franc. Fagnan. *in commentar. de inst. & valid. censurar.* nuper edito, *4. part. vers. nonò, adducitur, in fi.* voluerunt, decreta omnia Conc. Trid. habere decretum irritans, quoniam in constitutione idem Concilium confirmante Pius IV. illa voluerit obseruari, adiecto decreto irritante. Nam cùm decretum illud irritans in fine d. constitutionis positum sit longè postquam in ea mandatū fuit decreta Concilij obseruari, & proximè cohæreat illi constitutionis capitulo prorsus separato, incipiente, *ad vitandam præterea,* in quo inhibetur omnibus sub certis pœnis, ne quis sine Apostolica auctoritate audeat commentarios, glosas, vllúmve interpretationis genus super ipsius Concilij decretis edere, aut quicquam statuere: eidémque Sedi reseruatur declaratio, ac decisio difficultatum, & controuersiarum, si quæ ex eis decretis ortæ fuerint: subiiciendo illa verba; decernentes nihilominus irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari dicendum omnino est, hoc decretum irritans dumtaxat ad proximum Capitulum referri, non autem ad prædictum mandatum vt Concilij decreta obseruentur, quod habet suam specialem prouisionem; tum ex præsenti limitatione, quæ etiam est de mente glos. mox allegandæ in eius sublimitatione; tum ex illis verbis decreti, super his, quæ ex sua natura solùm ad proximè dicta referuntur, *l. nemo dubitat, ff. de heredib. instit.* Surd. *decis. 125. num. 1.* cum simil. adductis à Barbos. *tract. de dictionibus, verbo, hic,* tum etiam ex aliis, quæ nos *quæst. præced. præmiss. 2.* attulimus pro limitatione illius regulæ quòd clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, maximè verò *limit. 5. 7. 8. & 9.* Neque aliquam Pij V. constitutionem reperio, quæ super confirmatione, aut obseruatione eiusdem Concil. Tridentin. emanauit, prout à Gonzal. allegatur. Minùs aliquid hac in re dicunt Felin. & Caputaq. ab eo citati. Stet igitur ex prædictis hæc secunda limitatio, vt decretū irritans non nisi ad proxima, quibus cohæret, referatur. Quum sublimita, seu tempera, nisi dictum sit, *si secus in præmissis, aut aliquod præmissorum,* vel quid simile, vnde appareat, voluisse illud apponentem ad omnia referre, vt in casu *d. cap. finem. num. §. fin.* iuncta glos. *ibi verbo, ipso iure, §. verbo, committantur, & §. cum verò, verbo, non committatur, §. in nullo, verbo, expressum, de rescript. in 6.* & in casu *cap. fin. vers. vlt.* & *ibi* glos. *verbo, omnino, & in princ. verbo seruatur,* necnon *vers. conseruatores, verbo, non præsumant; & in vers. officium, autem, verbo, ipso iure, de offic. deleg. eod. lib.* Limita denique, vt decretum irritans † non ampliet dispositionem prin- 256.
cipalem, sed tamquam accessorium illius naturam sequatur. clausulæ enim accessoriæ sequuntur naturam principalis dispositionis; neque eā ampliant glos. fin. *in cap. significantibus, de offic. deleg.* Bald. *l. eam, quam, num. 2. C. de fideic.* cum aliis adductis per Tiraq. *tract. de constit. possess. part. 3. limit. 7. num. 15.* Ant. Gabr. *d. tit. de claus. concl. 10.* cum aliquot seq. & nos *quæst. præced. præmiss. 1. circa initium,* & in specie decreti irritantis id plerique tradunt, quos refert, ac sequi videtur Gabr. *d. tit. de claus. concl. 3. num. 54. vers. contrarium,* & omnino sequitur Gonzal. *d. glos. 67. num. 55.* Qui quidem *num. 56. & seq.* hic infert primò, quòd decretum irritans oppositum in gratia Papæ concurrente cum collatione Ordinarij sub eadem die, nihil operatur, quando prouisus ab Ordinario habet possessionem in terminis, *cap. si à Sede, de prob. in 6.* quoniam decretum irritans tamquam accessorium non causat antenoritatem in data; dicens, ita fuisse resolutum in vna Hispalen. beneficij de Villanona, 2. Maij 1603. coram Iusto, & iterum de mēse Ianuarij 1604. Infertur secundò, quòd decretum irritās † 257.
non operatur, quando est ex falsa causa interpositum. ita Gabr. *d. concl. 3. num. 79.* post Rot. *decis. 39. in antiq.* alias *decis. 12. num. 3. de concess. præb. in antiq.* & Prob. *in addit. ad Io. Monach. in cap. vbi, qui, num. 20. de rescript. in 6.* quibus Gonzal. *d. glos. 67. num. 59.* addit Rom. *cons. 335. num. 11. & num. 60.* idem Garz. id confirmat ex eo simili, quod latè comprobat, quia decretū iudicis ex falsa causa interpositum est ipso iure nullum. Infertur tertiò, quòd decretum irritans appositum in fauorem vnius, non operatur in fauorem alterius, vt post Ruin. *cons. 70. n. vol. 17. 5.* tradit Gabr. *d. concl. 3. num. 81.* & Gonzal. *d. glos. 67. num. 61.* Quartò infertur, vt decretum irritans appositum in gratia de aliquo beneficio obtenta, vti de reseruato, non afficiat manus Ordinarij si non sit reseruatum; vt infert idem Gonzal. *d. glos. 67. num. 62.* ex traditis per ipsummet *glos. 52. num. 45. cum tribus seqq.* Infertur quintò, vt decretum irritans nihil operetur ad hoc, vt expressa vno modo vacandi veniat alius non expressus; ita post alios Gabr. *d. concl. 3. num. 80.* & Gonzal. *d. glos. 67. num. 63.* Sextò infertur, quòd decretum 258.
irritans † appositum in gratia surreptitia, & nulla, pariter surreptitium sit, & nullum tamquam dependens ab illa; sic Gonzal. *d. glos. 67. num. 64.* post Cassad. *decis. 10. num. 4. de reg. Canc.* & Mohed. *decis. 11. num. 1. de concess. prabend.* Limitatur denique, vt cessante dispositione principali cui cohæret decretum irritans, & ipsum decretum deficiat. Gabr. *d. concl. 3. num. 82.* post Gemin. *in cap. præsenti, in princ. vers. & nota, quòd eo ipso,* & *ibi* Franc. *notab. 3. de offic. legat. in 6.* Plura verò de hoc decreto irritante, præter citatos Doct. videre quis poterit apud Garz. quem post hæc scripta legi, *in tract. de benef. part. 5. cap. 1. ex num. 407.* necnon *cap. 3. ex num. 45. & 133.* Atque hæc de præsenti 5. quæst. iam dicta sint satis.

SVMMÆ RERVM.

259. *Citatio, vocatio, & monitio in quo conueniant, & differant; & duab. num. seqq.*

260. *Vocatio propriè sit ad actum extraiudicialem, vel iurisdictionis voluntariæ.*

261. *Monitio propriè in iure quid sit.*

262. *Monitio, vocatio, & citatio aliquando in iure confunduntur.*

263. *Clausula, vocatis vocandis; in quo differat à*

clau-

clauſula, vocatis iis, quorum intereſt.

264. *Ablatiuus abſolutus importat conditionem, & formam, cùm aliquid diſponit; idque aliquando, vt actus rectè, ac licitè, aliquando, vt validè fiat.*

265. *Exprimi quando aliquid dicatur eodem, vel alio modo, quàm inſit.*

266. *Ablatiuus abſolutus, vocatis vocandis, an importet formam ſubſtantialem, vel accidentalem.*

267. *Clauſula*, vocatis vocandis, vel, vocatis quorum intereſt, vel, dummodo alteri non ſit ius quæſitum, *tollit vitium ſurreptionis.*

268. *Clauſula*, vocatis vocandis, *facit executorem mixtum; ita, vt teneatur vocare partem, & cum cauſa cognitione procedere; ac locum ſit appellationi quoad vtrumque effectum.*

269. *Iudicialis cognitio cauſæ, ſeu partes iudicis quid importent, ac requirant maximè in mixto executore.*

270. *Cauſa ſummaria quæ ſint.*

271. *Clauſula*, vocatis vocandis, *non facit executorem mixtum, excepta citatione, quando mandans executionem iam de cauſa, ſeu negotio, cognouit, ac diſpoſuit.*

272. *Citandus, ſeu vocandus quis eſt ad actum, ex quo ladi poteſt, licèt non adſit clauſula*, vocatis vocandis, *vel*, vocatis quorum intereſt.

273. *Citatio an, & quando requiratur in notoriis, & in procedentib. à Papa, vel Imperatore; num.* 274. *aut in ſummariis; num.* 275. *vel laudo ferendo ab arbitro, aut arbitratore; numer.* 276.

277. *Exceptio defectus citationis non cenſetur excluſa a ſtatuto excludente omnes exceptiones.*

278. *Citatio, ſeu vocatio requiritur etiam in extraiudicialibus, quæ ladere poſſunt. & in actu, qui concernit fauorem non citati, vt in ſententia; num.* 279. *& quando agitur de eiiciendo aliquem ab iniuſta poſſeſſione; num.* 280. *vel actu non notabilis præiudicij, vt in abſolutione ab obſeruatione iudicij; num.* 281. *& quid in abſolutione à iuramento; num.* 282.

283. *Citatio requiritur ſiue quæſtio ſit iuris, ſiue facti; & in dilationibus probatoriis; in productione articulorum, ac iurium; & receptione teſtium, eorúmque ac proceſſus publicatione.*

284. *Citatio nona requiritur vbi iudex non ſedit die, & hora, pro qua pars fuerat citata; vel quando citatio facta fuerat pro die non iuridica; vel delegatio poſt citationem ad ſententiam facta fuit.*

285. *Exequtor teſtamentarius in executione teſtamenti an citare, ſeu requirere debeat heredem; & quid de eo, cui teſtator commiſit voluntatis ſuæ declarationem.*

286. *Citatio an excludi poſſit à ſtatuto.*

287. *Collegiales quando vocandi ſint ad actum Collegij faciendos.*

288. *Teſtis examinatus parte non citata an ſaltem faciat indicium; & num.* 296. *&* 306.

289. *Citatio non requiritur, vbi periculum eſt in mora, aut timor ſcandali.*

290. *Citatio non eſt neceſſaria, cùm ſententia, vel laudum fertur in vltima die termini, vel compromiſſi. neque in executione gratiæ, quando procedimus extraiudicialiter, niſi adiecta ſit clauſula, ſi conſtiterit, vel*, vocatis vocandis, *vel ſimilis; aut aliquis eiiciendus ſit de poſſeſſione; num.* 291.

291. *Citari amplius non debet, qui poſt primam citationem in remotas partes receſſit, aut ſe occultauit, vel non venit, aut dixit, ſe nolle venire; & num.* 306. *neque is, de cuius intereſſe non agitur principaliter; num.* 293.

294. *Citatio non requiritur in iis, quæ iudex facit ex officio ad ſui informationem; & cùm eius dictum, cui ſtandum eſt, recipitur.*

295. *Citandúſne ſit is, qui citatus, ac præſens non potuiſſet actum impedire, vel vbi nullum ei præiudicium ex actu faciendo infertur.*

296. *Teſtes quando recipi, & examinari poſſint parte non citata.*

297. *Citatio non requiritur, cùm pars dedit licentiam iudici procedendi ipſa non citata.*

298. *Citatio an requiratur, quoties non requiritur cauſæ cognitio; vel à contrario; & quid cùm aliquid alicuius conſcientia committitur.*

299. *Citatio non requiritur in præambulis ad citationem, vt eſt impetratio venia, ac ſtante partium conuentione; num.* 300. *& quoties incheari poteſt ab executione; num.* 301. *aut in iuſtificatione actus antea geſti à iure, vel ſtatuto requiſita; num.* 302.

303. *Citatio vlterior non eſt neceſſaria, cùm iudex in prima citatione comminatus eſt, quòd citato non comparente procedet etiam ad ſententiam, vbi is non compareat; idémque ſi dictum ſit, compareat ad reſpondendum, & ſe defendendum.*

304. *Interlocutoria an, & quando poſſit parte non citata ferri, aut reuocari.*

305. *Citatio an, & quando neceſſaria ſit parte præſente.*

306. *Actus factus ſeruatis ſeruandis facit præſumptionem aliquam contra non citatum in ea re intereſſe habentem; & eiuſmodi examen teſtium ita mortuis facit ſemiplenam probationem.*

307. *Citatio non requiritur in impetratione gratiæ, ac priuilegij etiam alteri præiudicialis.*

308. *Reuocari poſſunt abſque citatione à iudice ea, quæ de facto, & ſine citatione facta ſunt.*

309. *Citatio illorum neceſſaria non eſt, qui venire non poſſunt, vel vocari ſine periculo.*

310. *Citatio non requiritur, cùm iudex declarat ſuam ſententiam, vel Princeps ſuum decretum.*

311. *Abſens ex propria culpa, vel de culpa notatim non eſt neceſſariò citandus.*

312. *Actus nullus ex defectu citationis intelligitur volente eo, qui citandus erat: idémque in nullitate, & quanis pœna à iure ad alicuius fauorem inducta; ſecus ſi ad fauorem publicum ea inducta ſit.*

313. *Citationis omiſſa reproductio, vel alius defectus ſuppletur per citati comparitionem; vel ſi fecit mandatum ſpeciale ad cauſam.*

314. *Conſenſus an, & in quo differat ab aſſenſu, præſentia, iudicio, & conſilio; & num. ſeq.*

315. *Conſenſus in contractibus an ſit de iure gentium, ita, vt ſuppleri à Principe non poſſit.*

316. *Conſenſus in quo differat à licentia, iuſſu, ſeu mandato, & auctoritate; & numer.* 321. *ac ſeq.*

317. *Conſenſus ſemel nullius præſtitus iterum præſtari debet.*

318. *Conſenſus propriè dictus alius tacitus, alius expreſſus; & vterque multis modis dicitur.*

319. *Conſenſus alius præbetur propter intereſſe, alius ad integrandam alterius perſonam, ſeu auctorizabilis. & hic aliquando dicitur auctoritas, vel approbatio, aut conceſſio; aliquan-*

do etiam in iure ciuili, non autem Canonico, decretum appellatur, & cur; num. 320.

321. *Decretum propriè est sententia, & interponitur ante contractum.*

322. *Decretum, auctoritas, consensus, & licentia in quo differant; & an possint actum precedere vel sequi.*

323. *Citatio propriè dicta non est necessaria in commutatione vltima voluntatis potestate ordinaria vel delegata ab executore facienda, nisi post legitimam partis oppositionem, vbi etiam aliquis vocandus ad eam sit; & trib. seqq.*

324. *Commutatio vltima voluntatis ex natura sua pertinet ad rescriptum gratiæ potius, quàm iustitiæ.*

325. *Processus executorie litterarum Apostolicarum regulariter extraiudicialis est.*

326. *Citationes ad actus voluntarie iurisdictionis, antequam quis contradicat, sunt potiùs vocationes.*

327. *Vocandi sunt in commutatione vltimæ voluntatis, qui ex illa læsi possunt, vbi in rescripto adsit clausula, vocatis vocandis, vel, vocatis iis, quorum interest; aliàs nulla erit commutatio. fallit autem id, vt infrà num. 343.*

328. *Forma substantiali non seruata corruit actus; nec ea impleri potest per æquipollens; nisi immineat periculum scandali, aut aliud; vel finis, ad quem inducta est forma, aquè sequatur.*

329. *Formæ substantialis omissio etiam in minimo vitiat actum; vel totius formæ, licèt lenis sit, cùm ea dispositio vlteriùs procedit annullando actum contra factum.*

330. *Concomitantia formam substantialem & ipsa sunt de substantia.*

331. *Formæ substantialis transgressio annullat eius executionem, licèt illam facilliorem reddat.*

332. *Renuntiari an possit obseruationi formæ etiam habentis decretum irritans.*

333. *Forma substantialis an necessariò intercenire debeat in ipso actu.*

334. *Subrogatus quoque ei, qui seruare debebat certam formam, eam obseruare debet.*

335. *Citatio specialis omnino requiritur, cùm certus est contradictor, & is, qui habet interesse; stante clausula, vocatis vocandis, vel simili.*

336. *Forma derogare censetur faciens actum contra eam, vbi derogare illi potest. & quid in commissario faciente ex iusta causa id, quod proximum est mandato; aut recedente ab eo, quod sonant verba formæ, vt audias rationabilem exceptionem partis; num. 337.*

338. *Forma, quæ non concernit factum, sed ius, omissio non annullat actum. idem in ea forma, quæ adiecta est commissioni facta Ordinario habenti super re illa facultatem; num. 339. quod tamen fallit in nonnullis casibus; numer. 340.*

341. *Omissio formæ non limitatæ ad quid certum non annullat actum; vel vbi per confessionem partis recedatur à forma, cuius menti satisfiat per manifestationem confessionis.*

342. *Citatio generalis sufficit, vbi à principio persona non erat certa, sed post certa facta est.*

343. *Vocandus aliquis non est in commutatione vltimæ voluntatis vbi etiam in rescripto adsit clausula,* vocatis vocandis, *cùm nullus est, qui contradicere possit.*

344. *Vocandi sunt ij, qui ex commutatione vltimæ voluntatis læsi possunt vbi etiam in rescripto non adsit clausula,* vocatis vocandis, *vel quorum interest: sed actus valet quoad vocatos; & ibi, quòd res inter alios acta aliis non nocent.*

345. *Legitimatio per rescriptum requirit vocationem illorum, qui ex ea læsi possunt.*

346. *Adoptio loco nepotis requirit præsentiam filij, qui futurus est loco patris; & confirmatio adoptionis, quæ iure facta non sit, exigit præsentiam omnium, qui ex ea laderentur; sicut etiam restitutio libertini, aut serui naturalibus, præsentiam, vel consensum patroni, aut domini.*

347. *Generalis citatio non artat, quando certa est, & cognita persona, quæ ex actu faciendo læsi potest. nisi ea nequeat personaliter, vel ad domum specialiter citari; aut impedierit, ne posset citari; num. 348. & in aliis casibus, in quibus generalis vocatio, seu citatio sufficit, licèt citatio, seu vocatio pro forma sit præscripta; num. 349.*

350. *Generalis citatio certæ personæ, & cognitæ sufficit, cùm illius vigore comparuit, & aliquid fecit in iudicio. item cùm semel personaliter citata fuit contumax, vel recessit, procuratore nullo relicto; num. 351. aut est vagabunda; numer. 352. vel adest consuetudo; numer. 353.*

354. *Generalis citatio certæ personæ sufficit, cùm certum est nullum ei ius competere, & quoties nulla eius citatio requiritur; aut ea fieri potest per proclama.*

355. *Citatio per edictum requirit affixionem, non autem illa, quæ fit per proclama.*

356. *Consensus fundatoris, vel eius heredis regulariter requiritur in commutatione vltimæ voluntatis; & ibi quid si heres nolit consentire; & aliquot num. seqq.*

357. *Pensio an possit imponi beneficio patronato sine consensu patroni; aut illud permutari.*

358. *Status Ecclesiæ patronatæ ab Episcopo mutari non potest sine consensu patroni, nisi ex causa necessaria, vel fortè etiam euidenti Ecclesiæ vtilitate.*

359. *Onera beneficij an minui, vel augeri possint sine consensu patroni diminutis, vel auctis reditibus.*

360. *Heredes plures vnius fundatoris omnes vocandi sunt, & consentire debent commutationi vltimæ voluntatis.*

361. *Heres fundatoris an idem possit in mutatione voluntatis ipsius, quod ipsemet fundator posset.*

362. *Arma, seu insignia primi fundatoris an per Episcopum, vel Rectorem Ecclesiæ amoueri possint ab Ecclesia, Capella, vel sepulchro etiam de consensu heredis, vel ea simul, quæ heredis sunt, ponere.*

363. *Corpora heredum, aut aliorum an poni possint in sepulchro primi fundatoris; & an Rector possit concedere alteri capellam, vel sepulchrum primi fundatoris nullo existente de eius domo.*

364. *Ordinari an possit quis ad titulum beneficij patronati sine consensu patroni.*

365. *Vicarius, aut alius minister temporalis, vel perpetuus an possit poni in Ecclesia patronata sine consensu patroni; & ibi de vicariis perpetuis, ac temporalibus Ecclesiarum, remissiuè.*

366. *Vnire*

Digitized by Google

366. *Vtrùm an possit Episcopus beneficium iurispatronatus, aut illud concedere loco pio, seu religioso absque patroni consensu.*
367. *Constructio Ecclesiæ non potest ab Episcopo, vel executore inuito herede commutari in translationem Monasterij malè situati.*
368. *Capellanus an possit ab Episcopo sine patroni consensu compelli ad celebrandum in alio loco, quam præscripto à fundatore; & quando alibi celebrare possit.*
369. *Consensum cuiusque principale interesse habentis in vltima voluntatis commutatione requiritur.*
370. *Inferior alterare nequit relicta, nisi de causa liqueat, vocatis his, quorum interest.*
371. *Consensus eorum, qui læsi ex actu possunt, ad eum peragendum regulariter exigitur.*
372. *Relictum Ecclesiæ factum, quod non potest impleri de iure, vel de facto in vsu destinato à testatore, de consensu illius Ecclesiæ, & heredis in alium vsum conuertendum est ab Episcopo; & quid si nulli certa Ecclesia relictum sit; vel heres, aut Ecclesia nolit consentire: item quid in dispositionibus conditionalibus, vel in diem remissiuè.*
373. *Consensus, qui adhibendus est ratione interesse in commutatione vltima voluntatis, præstari potest ante, & post actum. & sufficit tacitus, siue præsumptus; num. 374.*
375. *Consensus, vel consilium Capituli Ecclesiæ Cathedralis non requiritur necessariò in vltimarum voluntatum commutatione, qua fit auctoritate Romani Pontificis. secus in ea, quæ facienda est ab Episcopo; num. 376. & seq.*
377. *Consensus Capituli Cathedralis, an solum consilium requiratur in grauioribus Ecclesiarum suarum negotijs ab Episcopo peragendis; & duob. num. seq.*
378. *Intellectus Extranag. Ambitiosæ, de reb. Eccles. non alienand. in communi.*
379. *Consensus Capituli Ecclesiæ Cathedralis an, & quando requiratur in alienatione bonorum Ecclesiasticorum ab Episcopo facienda in inferioribus Ecclesijs.*
380. *Consensus quando non sit necessariò sequendus, sed habeat se, vt consilium, remissiuè.*
381. *Consensus Capituli Cathedralis quando requiritur, potest intercenire post actum, etiam ex intervallo. idémque in consensu Episcopi in concessionibus Ecclesiarum; num. 382.*
383. *Consensus requisitus ad aliquem actum regulariter potest post eum intercenire; quæ tamen regula vbi declaratur; ac simul quid in iussu, seu mandato, licentia, consilio, & auctoritate, aut decreto statuendum sit.*
384. *Consensus tacitus Episcopi, vel Capituli Ecclesiæ Cathedralis, licèt auctoritatibilis, sufficit, & num. seq.*
385. *Voluntas non minùs facilis, quàm verbis declaratur.*
386. *Intellectus cap. is, qui tacet, & cap. qui tacet, de reg. iur. in 6. & vtriusque conciliatio.*
387. *Consensus tacitus non sufficit, vbi lex requirit expressum; aut consensus requiritur pro forma; & ibi quando censeatur requiri pro forma.*
388. *Consensus quomodo præsumatur, aut probetur, maximè Capituli & Sedis Apostolicæ, remissiuè.*
389. *Consensus quomodo præstandus per litteras, nuntium, epistolam, aut procuratorem; & quomodo is, qui præstare illum debet, ad id compellatur; remissiuè; num. 390.*
391. *Clausula,* contradictores appellatione postposita, vel districtione Ecclesiastica compescendo, *non comprehendit nisi partes, & alios, qui de facto contradicunt. potest autem delegatus vigore huius clausulæ exercere censuras, & alias pœnas imponere; num. 392.*
393. *Clausula,* appellatione postposita, *vel similis tollit appellationem quoad effectum tantum suspensiuum; ita, vt executio non veniat etiam per viam attentatorum reuocanda.*
394. *Absentes an, & quando vocandi sint illi de Collegio ad actus collegiales.*
395. *Consuetudo, vt absentes vocentur, qui non debent, & non vocentur, qui debent, valet.*
396. *Duæ partes collegialium conuenire, seu congregatæ esse debent ad actum collegialem faciendum. ab iis tamen duabus partibus excluduntur omnes, qui nolunt, non possunt, aut non debent conuenire, seu actui interesse; num. 397.*
398. *Consensus à Collegio præstandus debet præstari non singulariter, sed simul, & collegialiter. idémque in pluribus habentibus rationem vnius, vt sunt plures patroni; num. 399.*
400. *Maior pars Collegij non sufficit in communibus pluribus, vt singulis; sed singuli consentire debent; nisi rem concedant in naturalem vsum; & in casu cap. postulasti, & cap. quamuis in quibusdam, de iurepatr.*
401. *Maior pars collegij an sufficiat in actibus collegialibus faciendis ex necessitate, vtilitate, aut voluntate.*

QVÆRO QVARTO, an in commutatione vltimarum voluntatum aliquorum citatio, seu vocatio, vel consensus requiratur.

Pro clariori huius quæstionis intelligentia, & faciliori eiusdem resolutione quædam hoc loco supponenda censuimus.

Suppono igitur primò, † tria esse, quæ, licèt 259.
valde inter se conueniant, ac similia sint, aliqua tamen ratione discrepant; nimirum, citationem, vocationem, & monitionem; in eo enim omnia conueniunt, quòd sint actus iurisdictionis, quo quis vocatur, vt coram illo se certo die sistat, qui eam exercet. discrepant verò, quòd citatio propriè est actus iudicialis, seu iurisdictionis contentiosæ, quo absens à iudice in ius seu ad iudicium vocatur; sumpto genericè hìc nomine vocationis, sicut etiam *in rubr. ff. de in ius vocand. & ff. si quis in ius voc. non ier.* nimirum prout continet vocationem specificè acceptam, de qua mox dicemus, & propriam citationem, de qua sæpe in vtroque tit. nunc allegato, *cap. gratum, de offic. deleg. cap. fin. de offic. leg.* & passim *in tit. de dol. & contum.* atque alibi frequentissimè. Vocatio verò est, † qua quis vel 260.
generaliter per edictum, aut vocem præconis, vel etiam specialiter per litteras, nuntium, aut aliàs vocatur ad exercendum, vel videndum exerceri actum extraiudicialem, prout est electio; vel actum iurisdictionis voluntariæ, qualis est confirmatio electionis, beneficij Ecclesiastici collatio, aut permutatio, concessio Ecclesiæ, beneficiorum vnio, & similia: vnde stylus Curiæ inolcuit, vt in his ferè semper vtatur Romanus Pontifex, ac Princeps vocationis, non autem citationis nomine. qui sanè stylus quoad vocationem ad electionem, (quam esse actum extraiudicialem, sicut &

postu

postulationem, ac prouisionem, text. est *in cap. cor-cernationi, de appell. in 6.* nititur *in cap. quia propter, §. illud, cap. cum inter, il 2. cap. quod sicut, in princip.* ac passim *in tit. de elect.* atque alibi in iure frequenter: quoad generalem, & specialem vocationem ad confirmationem electionis, sumi potuit ex *cap. fin. de elect. in 6.* ibi; dum nullis vocatis: iunctis iis verbis; sancimus, confirmationes tales viribus omnino carere, ipsásque decernimus irritas, & inanes: vocationem autem huiusmodi nominatim, vbi est coëlectus, vel apparet oppositor, aliàs generaliter in Ecclesia, in qua electio facta est, vt, si qui sint, qui se velint opponere, compareant, assignato peremptorio termino competenti faciendam esse censemus. cuius canonis dispositionem locum quoque habere in electionis, ac præsentationis factæ à patronis confirmatione, seu institutione, pluribus comprobat Lambert. *tract. de iurepatron. lib. 2. part. 2. quæst. 6. art. 2.* qui etiam *eodem lib. 2. part. 1. quæst. 6. art. 6. num. 18. 19. & 41.* cum aliquot seqq. dum quærit, ac decidit, an permutatio beneficij patronati facta sine patronorum consensu, & vocatione, nulla sit, semper post alios vtitur nomine vocationis, non citationis; quoad liberam verò, & simplicem collationem beneficij prædictus stylus vtendi nomine vocationis, non citationis, sumi potuit ex text. *in cap. si Capitulo, in fi. de concess. præb. in 6.* ibi; executor ipse canonicatum incontinenti poterit tibi dare, ac præbendam etiam sine alia Capituli vocatione, vel monitione. quoad deputationem visitatoris ob negligentiam, vel malitiam Capituli Episcopali sede vacante ab Archiepiscopo faciendam, potuit sumi ex *cap. Ecclesia*, quod est fin. *in princ. de suppl. neglig. prælat. eod. lib.* quoad traditionem verò possessionis, ex *cap. licèt Episcopus, de præb. eod. lib.* quoad concessionem, & vnionem Ecclesiæ, ex *Clement. si vna*, quæ est 2. *de reb. Eccles. non alien.* ibi; si vna Ecclesia alteri Ecclesiæ, seu dignitati alicui, vel præbendæ per Episcopum, suo consentiente Capitulo, vniatur, aut Religioso loco donetur; ex eo, quòd Rector ipsius ad hoc vocatus, vel si vacabat, defensor ei super hoc datus non extitit, nequaquam id poterit impugnari. & quoad vnionem, conformis quoque est ille stylus Concilio Trid. *sess. 7. cap. 6. & sess. 24. cap. 13. de reformat.* ac tandem quoad translationem simplicium beneficiorum in aliam Ecclesiam, eidem Concil. *sess. 21. c. 7. de reform.* Monitio denique propriè in iure capitur † pro quodam mandato, seu præcepto à iudice alicui apud acta facto, vt compareat; de qua Bald. *in l. 2. col. 2. vers. quartò, quod hic index in facie monuit reum, vel alterum præfatum, C. quem. & quand. iud.* & alij, quos nos adduximus id latiùs comprobantes *in moder. tract. de conservatorib. iudicib. cap. 8. quæst. 1. concl. 5. limit. vlt.* quósque refert, ac sequitur Mandos. *tract. de monitor. quæst. 1. num. 8. & tribus seqq.* vbi etiam de praxi multorum Tribunalium testatur. *num.* autem 12. *vsque ad* 18. ponit alias significationes, quas in iure habet monitionis nomen: ac præcipuè sumitur pro monitoriis, quæ mittuntur, ac publicantur, antequã feratur excommunicatio ad finem reuelationis pro reb. deperditis, & subtractis; de quibus Concil. Trid. *sess. 25. cap. 3. de reform.* Mandos. *d. num. 12. & quæst. 47.* Neuiz. *in silu. nupt. tit. monitoria*, & P. Ant. Lazar. *in suo tract. de monitor. ferè per tot.* & generaliter pro monitionibus præmittendis, antequam censura feratur; de quibus *in cap. reprehensibilis, de appell. cap. sacro, de sent. excom. cap. statuimus, cap. decernimus, cap. constitutionem, & cap. statutum eod. tit. in 6.* atque alibi sæpe. item pro ea monitione, quæ sit a iudice, vel alio superiore heredi, vel aliàs grauato ad implendam testatoris voluntatem; de qua *in auth. hoc amplius, C. de pdeicom. §. si autem, auth. de Eccles. tit. cap. nos quidem, & cap. sua nobis, de testam.* ac pro monitione iudicis, vt actor infra aliquem terminum agat, vel reus excipiat; aliàs ille actione, hic exceptione priuetur; iuxta text. & ibi Doct. *in l. diffamari, ff. de inj. & mal.* Quæ quidem monitio, licèt diuersa sit à vocatione, vt constat ex *d. cap. si Capitulo*, in finalibus verbis sup. cit. dum inter vtramque ponitur alternatiua, vel, quæ regulariter cadit inter diuersa, vt tradit Gonzal. *ad reg. 8. Canc. glos. 48. num. 17. & glos. 52. num. 3.* post Bald. *in l. filia, in 1. ante num. 1. C. de collat.* & Card. *Clement. 2. num. 8. de at. & qualit.* & à citatione, vt satis probat Mandos. *d. num. 8. & 9.* Tamen quandoque † confunditur cum citatione, vt *eodem num. 9.* tradit Mandos. ex Gemin. *d. cap. si Capitulo, num. 7.* & probat text. *d. l. 2. C. quem. & quand. iud. & cap. 2. de testib.* sicut, & vocatio confunditur sæpe cum citatione, vt *in cap. ex parte 5. & cap. significauit, de rescript. d. rubr. ff. si quis in ius voc. non ier. ff. de in ius vocan. ff. in ius voc. vt eant, & ff. ne quis eum, qui in ius voc. est vi exim. & l. si quis ex aliena, ff. de iudic.* cum simil. vel certè in his iurib. vocatio genericè sumitur, vt initio huius quæst diximus. Quare nos quoque, omisso monitionis nomine, promiscuè vocationis, & citationis vocabulo in præsenti quæst. vtemur. 261.

Suppono secundò, magnam esse vim illius clausulæ, *vocatis iis, quorum interest*, quæ passim in rescriptis habetur, & cùm alibi in iure, tum in Concil. Trid. *sess. 7. cap. 6. de reform.* necnon *sess. 21. cap. 7. ac sess. 24. cap. 13. circa initium*, pariter *de reformat. & reg. 21.* nunc 22. *Canc.* atque item clausulæ, *vocatis, qui ad id fuerint euocandi*; seu clausulæ, *vocatis vocandis*, quæ & ipsa habetur *in cap. exhibita, de iudic.* & non rarò in rescriptis gratiæ apponitur loco præcedentis, nimirum, *vocatis iis, quorum interest*, à qua † nihil omnino differt, nisi tamquam tacitum ab expresso. Licèt enim regulariter illi vocandi sint ad vnumquemque actum, de quorum interesse in ipso rescripto agitur, *l. nam ita Diuus, ff. de adopt. & l. de vnoquoque, ff. de re iudicat.* cum aliis allegandis in seq. suppos. tamen, vt *ibidem* ostendemus, plerumque etiam hi, qui interesse aliquod in eo actu habent, ad eum vocandi necessariò non sunt; quare clausula hæc posterior solùm arctat ad eos vocandos, qui de iure hic, & nunc attentis omnibus circumstantiis necessariò sunt vocandi, vt in specie post Abb. *d. cap. exhibita, num. 6.* & Verall. *decis. 58. lib. 3.* tradit Marta *d. tract. de clausul. part. 1. clausul. 169. num. 4.* aliàs non arctat; vt post Rot. sentit Garz. *tract. de benef. part. 12. cap. 2. num. 139.* illa verò clausula, *vocatis quorũ interest*, necessitatem imponit vocandi omnes, qui quoquomodo in eo actu interesse habent, licèt aliàs de iure non essent necessariò ad eum vocandi. cui affinis est ea differentia, quam inter vtramque paulo pòst assignabimus. vtraque tamen, vt mox dicebamus, magnam vim habet. Et quidem primò illud animaduertendum est, † illum ablatiuum absolutum, *vocatis*, importare conditionem, ac formam, nimirum vocandi, seu citandi ad eum actum, pro quo impetratum est rescriptum, illos quorum interesse, ac præiudicium in illo actu versari potest. qua conditione non impleta suspenditur, & forma non seruata vtplurimum corruit ille actus: ablatiuus enim absolutus importat conditionem, *l. à testatore, ff. de condit. & demonstr.* quod & Doct. *ibi* adnotarunt, & Caputaq. *decis. 111. num. 3. part. 1.* conditio autem 262. 263. 264.

formam

formam inducit, *l. qui heredi, & l. Manius, ff. eod. tit.* & docent Bald. *in auth. matri, & auia, num.* 3. *C. quand. mul. tutel. offic. fun. pot.* Fel. *in cap. cùm dilecta, num.* 6. *de reſcript.* latè Tiraq. *tract. ceſſan. cauſ. limit.* 3. *num.* 61. *& de retract. conuent.* §. 2. *gloſ. un. n.* 3. quod tamen vtrumque temperandum eſt; nam ablatiuus abſolutus tunc demum importat conditionem, ſi aliquid diſponat, ſeu includat verbum diſpoſitiuum, vt ſentit Card. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11 *tit.* 2 *num.* 13 *arg. l. fideicommiſſa,* §. *cùm eſſet, ff. de legat.* 3. tam conditio verò, quàm forma induci poteſt per ablatiuum abſolutum, vel vt aliquid recte, ac legitimè, vel vt validè fiat; ſeu eſſe poteſt forma accidentalis, & de mera ſolemnitate, vel ſubſtantialis ipſius actus; prout optimè diſtinguit Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 5. *num.* 4. *verſ. ad ſecundum dic*; vbi reſpondens ad quendam ablatiuum abſolutum Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap. de ref. matrim.* colligit conditionem, & formam prioris generis, quando exprimitur per illum ablatiuum abſolutum illud, quod iure inerat, & eo modo, quo inerat; quo caſu expreſſio nihil operatur, aut addit, *cap. ſignificaſti, de elect. l.* 3. *ff. de leg.* 1. *& l. conditiones, quæ extrinſecus, ff. de condit. & demonſtr.* neque inducit formam annullantem actum aliter geſtum; vt pluribus relatis latè probat idem Sanchez *d. lib.* 3. *diſp.* 33. *num.* 3.

265. exemplum afferens, † vt ſi commiſſio dicat, beneficium conferas Petro, ſi eſt idoneus: ſecus verò ſi illud exprimatur alio modo, quàm inerat, vt poſt alios tradit Sanchez *ibidem num.* 4. vt cùm dicitur in commiſſione, ſi per ſolertem inquiſitionem inueneris illum idoneum. In noſtro autem caſu exiſti-

266. marem, † ablatiuum illum abſolutum, *vocatis vocandis*, inducere conditionem, & formam ſubſtantialem, ita, vt actus aliter geſtus ſit nullus, cùm ille ablatiuus includat verbum diſpoſitiuum, ſeu diſpoſitionem, & exprimat id quod non ſemper de iure ineſt, vel non eo modo; neque enim ſemper vocandus quis eſt ad actum ei præiudicialem, ſeu ex quo lædi poteſt, vt patebit ex ſeq. ſuppoſ. in limitationibus regulæ ibi tradendæ: & plerumque non eo modo, hoc eſt, ad formam citationis alicuius ex illis ſpeciebus citationum, de quibus latè Marian. Soc. *in rubr. de dilat.* ſeu *tract. de citation. art.* 3. *& ſeqq.* Otian. *in ſimili tract. ferè per tot.* Marant. *in ſpec. aur. part.* 6 *memb.* 1. Sigiſmond. Scacc. *tract. de indic. conſ. ciuil. criminal. & hæretical. cap.* 32. cum multis ſeqq. & non *in d. tract. de conſeruatorib. iudicib. cap.* 8. *queſt.* 5 *concl.* 5 *ante medium, verſ. iam verò, quoniam incidimus, uſque ad finem concluſ.* atque ita in ſpecie poſt multos ſentiunt Marta *d. clauſul.* 169. *num.* 1. & Aug. Barboſ. *in ſimili tract. de clauſ. clauſ.* 107. *num.* 7. *cum duob. ſeqq.* Secundò circa prædictam clauſulam, *vocatis vocandis*, ſeu, *quorum intereſt*, animadverten-

267. dum eſt, quòd, † quando in reſcripto apponitur hæc clauſula, aut illa, *dummodo non ſit alteri ius quæſitum*, gratia non poteſt dici ſurrepticia ex eo, quòd in illa mentio facta non ſit de alterius colorata poſſeſſione. ita poſt Card. *conſ.* 93. Fel. *d. cap. in noſtra, num.* 52. *verſ. primò nota, de reſcript.* & Io. Selu. *in tract. de benef. part.* 3. *queſt.* 11. *num.* 103. tradit Menoch. *de arbitrar. iud. caſ.* 201. *num.* 140. ac poſt alios Marta *d. clauſ.* 169. *num.* 4. *ac* 10. & Barboſ. *d. clauſ.* 107. *num. item* 10. Subdit autem ibidem Menoch.

268. per hanc eandem clauſulam † executorem merum fieri mixtum, & teneri vocare partem, & cum cauſæ cognitione procedere: quod, & tenuit Rot. Rom. *deciſ.* 30. *num.* 1. *de reſcript. ac deciſ.* 12. *num. item* 1. *de offic. deleg. in nou.* & *ibi* Apoſtill. *in addit.* Fel. *in cap. de cætero, num.* 10. *de re iudic.* vbi docet, quòd debet aſſumere partes iudicis; quod etiam tradit *in cap. exhibita, num.* 4. *de iudic. & cap. fin. num.* 23. *de præſumpt.* idipſum voluit Card. *conſ.* 63. *& conſ.* 92. alias 94. necnon poſt alios Marta *d. clauſul.* 169. *numer.* 1. *cum ſeq.* & Barboſ. *d. clauſul.* 107. *numer.* 6. 7. *&* 8. atque ante hos, non paucis ad id allegat. Nicol. Garz. *tract. de benef. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 111. *cum tribus ſeqq.* Hieron. Gonzal. *ad reg.* 8. *(ianc. gloſ.* 9. *in annot. contra nullit. & aſſent. in cauſ. beneficial. num.* 126. vbi etiam hi duo auctores tradunt, tunc appellationem operari non ſolùm effectum deuolutiuum, ſed etiam ſuſpenſiuum, allegatque Gonzal. inter alios Caputaq. *deciſ.* 284. *num.* 4. *part.* 2. ac dicit fuiſſe ita reſolutum in vna Barchinonen. Parochialis anno 1601. coram ſacrato, nunc Card. meritiſſimo, & in vna Abulen. Zamoren. beneficiorum, anno 1594. coram Penia, & priùs *num.* 19. docuerat poſt alios, clauſulam, *vocatis vocandis*, facere, vt proceſſus executoris, qui aliàs eſſet extraiudicialis, ſit eſſeque debeat iudicialis. idque in hac eadem clauſula poſita in gratia, *ſi in euidentem*, ex nonnullis Rotæ Rom. deciſ. tradit quoque Marta *d. clauſ.* 169. *n.* 3. qui *n.* 6. *cum ſeq.* addit, fatiſque probat, quòd hæc clauſula appoſita in reſcripto conditionali, puta, *vocatis vocandis*, ſi inueneris talem eſſe filium Sacerdotis, dat iuriſdictionem conditionalem, ideo proceſſus, & ſententia inde ſubſecuti ſine cauſæ cognitione ſunt nulli ipſo iure; ſubdens *num.* 8. id locum habere, ſi procedatur contra abſentē, ſecus ſi contra præſentem, quia ei eſt imputandum, cur non oppoſuit de illo defectu præparatoriæ cognitionis. Quòd ſi talis mixtus executor vigore dictæ clauſulæ debet adhibere cauſæ cognitionem iudicialem, ſeu aſſumere partes iudicis, vt ſatis etiam colligitur ex *d. c. p. exhibita*, quod ad id allegat Rot. *d. deciſ.* 30. *de reſcr. & 12. de off. deleg.* quod tamen verum eſt, modò adſit, qui ad eum actum vocari debeat, ſeu legitimus contradictor; nam ſi nullus huiuſmodi ſit, licèt adſit in reſcripto clauſula, *vocatis vocandis*, adhuc tunc proceditur extraiudicialiter, vt poſt alios docet Garz. *d. tract. de benef. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 139. *cum duobus ſeqq.* præcipuè ex nonnullis Rot. Rom. deciſ. licèt contrarium ſenſerit ead. Rot. apud Ægid. Bellam. *deciſ.* 617. atque in hoc differt clauſula hæc, *vocatis vocandis*, ſeu, *qui fuerint euocandi*, ſeu etiam clauſula, *ſeruatis ſeruandis*, quæ huic æquipollet, vt poſt alios tradit Marta *d. clauſ.* 169. *num.* 5. ab ea, *vocatis, quorum intereſt*; quoniam per hanc ſemper aliqui vocandi erunt, cùm ſemper ſit, qui intereſſe habeat; iuxta prædicta in initio huius ſuppoſ. inde

269. ſequitur, quòd primò debet † partem citare, vt expreſsè dicit Rot. *d. deciſ.* 30. *&* 12. Card. *d. conſ.* 63. ac poſt alios Aug. Bero. *conſ.* 21. *num.* 13. *vol.* 2. & ex eo patet, quòd cauſæ cognitio iudicialis adhiberi non poteſt ſine citatione eorum, quorum intereſt; vt colligitur ex *l. fin. C. ſi per vim, vel alio mod: ac l. in cauſa, la* 1. §. *cauſa cognita, ff. de minor.* & notauit Ruin. *conſ.* 76. *num.* 18. *vol.* 3. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 11. *num.* 12. *verſ. nec obſtat, & num.* 13. ac Menoch. *de arbitrar. iudic. queſt.* 19. *num.* 3. poſt Batt. *d.* §. *cauſa cognita, & in l. prolatam, C. de ſent. & inter locut. omn. iud.* Alexand. *l. qui Romæ,* §. *Augerius, ff. de verb. oblig.* Oldr. *conſ.* 227. & Gozad. *conſ.* 2. *num.* 15. *& conſ.* 92. *num.* 33. & in terminis huius clauſulæ *vocatis vocandis*, Rot. Rom. apud Farinac. *part.* 1. *deciſ.* 186. *num.* 1. *deciſ.* 525. *num.* 4. *& deciſ.* 624. *num.* 5. ac poſt alios Marta *d. clauſ.* 169. *num.* 4. Barboſ. *d. clauſ.* 107. *num.* 7. *&* 9. Secundò debent exaudiri iura litigantium, cùm ad cognitionem cauſæ exigatur, vt ex Soc. ſen. *conſ.* 32. *col. pen. lib.* 1. Signorol. *conſ.* 203. *num.* 5. & Marſil. *ſing.*

328. tradit

318. tradit Menoch. *d. quæſt.* 19. *numer.* 4. ſubdens *num.* 5. *& duobus ſeqq.* poſt alios, ad eandem requiri, vt ſeruetur ordo iudiciarius; quod etiam in ſpecie huius clauſulæ poſt Rot. *deciſ.* 30. *de reſcript. & deciſ.* 12. *de off. deleg.* & Marchieſan. id fuſiùs ſcribentem *tract. de commiſſ. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 21. *& ſeq.* ſentit Marta *ſup. num.* 9. *& num.* 8. exigi, vt termini ſtatuantur, intra quos poſſint partes ſuas afferre probationes: ac denique *num.* 9. eandem cauſæ cognitionem iudicialem requirere, vt hinc inde adducantur exceptiones, & replicationes, ſi quas adducere volunt partes; poſt Caſtr. *in l. nam & poſtea, §. ſi damnetur, ff. de iureiur.* & Ruin. *conſ.* 127. *num.* 19. *lib.* 5. & in ſumma debet talis iudex, ſeu mixtus executor ea omnia facere, ad quæ iudex tenetur; iudex, inquam, non merus, ſed mixtus, & participans de executore: atque adeò poterit abbreuiare terminos, & alia præſtare, quæ iudex in cauſis ſum-
270. mariis † ſiue de iure, quas habes *in Extraua. ad reprimendum*, quæ eſt Henric. VII. Imperat. *quom. in laeſ. maieſt. crim. proc. cap. indemnitatibus, §. ſi verò, de elect. in 6. & cap. fin. de haret. eodem lib.* iuncta *Clement. diſpendioſam, de iudic.* ſiue ex Principis commiſſione, facere poteſt iuxta diſpoſitionem *Clement. ſæpe contingit, de verb. ſignif.* cum ibi not. per gloſ. & Doct. præcipuè Georg. Natt. necnon per Bart. & Iuriſt. *in d. Extrau. ad reprimendum, & in auth. niſi breues*, aliàs *breuiores, C. de ſent. ex peric.* aliàs *ex breuic. recitan.* & aliis iurib. *ibid.* per gloſ. allegat. & nos *d. tract. de conſeruat. indicib. cap.* 8. *quæſt.* 2. mixtum enim debet participare de extremis, *l.* 1. *§. interdictorum autem, ff. de interd. & l. imperium, quæ eſt* 1. *ff. de iuriſd. omn. iudic. & l. vnic. §. ſin autem aliquid, C. de caduc. toll.* cum ibi notat. & *in l.* 1. *ff. de condit. & demonſtrat.* ac ſuis concordant.
Hæc autem omnia, (eo excepto, quod de citatione
271. diximus,) temperanda ſunt, vt non procedant, † vbi Papa, aut alius, qui mandat executionem cum prædicta clauſula, *vocatis vocandis*; iam cognouiſſet, ac diſpoſuiſſet de eo, quod mandat exequi; nam tunc executor ille cùm non ſit factus cognitor, nec electus, vt iudicialiter iuriſque ordine ſeruato procedat ſuper exceptionibus oppoſitis ab eo, qui fuit vocatus, maximè concernentibus titulum; immo forma hac obſeruata, videlicet, quòd citauerit, poterit de facto exequi; ne contingat, inferiorem factum ſuperioris reſcindere, ac de eo cognoſcere, vt poſt alios tradit Bero. *d. conſ.* 21. *num.* 4. iuncto *d. num.* 13. *&* 14. Neque ideo citatio eſt fruſtratoria, quia ſeruit reſpectu exceptionum, quæ executionem impedire poſſunt, non tamen concernunt titulum, & proprietatem, de quibus *in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re ind.* ac Doct. *ibi, & in cap. exhibita, de iudic. cap. cùm inter, de ſent. & re ind. & Clement.* 1. *eod. tit. cap. cum noſtris, de conceſſ. prab.* atque alibi ſæpe. & ita in his terminis ſentit, & læè probat Bero. *d. conſ.* 21. *num.* 4. *vſque ad* 9.

Supponò tertiò, quòd circumſcripta etiam à reſcripto d. clauſula, *vocatis vocandis*; vel, *vocatis quo-*
272. *rum intereſt*, † regulariter citandus, ſeu vocandus quis eſt ad eum actum, ex quo lædi poteſt text. *in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. l. nam ita Diuus, ff. de adopt. l.* 1. *§. quamuis, ff. de vent. inſp. l.* 1. *§. item ex eo edicto, ff. quæ ſent. ſin. app. reſcin. poſſ. l. ſi quando, C. de teſt. cap. cùm olim, eod. tit. cap. fin. de elect. in 6. cap. licèt Epiſcopus, de prab. eod. lib. Clement. paſtoralis, de re ind.* cum aliis concord. de quibus per gloſ. *in dd. iuribus, & d. l. in cauſa, la* 1. *§. cauſa cognita, verbo, & præſentibus, ff. de minor.* Tiraq. *in tract. ſeu commentar. res inter al. act. aliis non præiudicare, num.* 1. *&* 2. Abb. *conſ.* 68. *col. vlt. vol.* 2. *&* nos inſ. *concl.* 5. *in initio*; quibus hanc regulam tuetur inter cæteros Ant. Gabr. *commun. concl. lib.* 12. *tit. de citationib. concl.* 1. *num.* 1. ad eam per quingentos, & eo amplius numeros multas ampliationes, limitat. declarationes, & illationes afferens: nos verò illas dumtaxat ſeligemus, & aliquid ex aliis auctoribus addentes ſummatim perſtringemus, quæ præſenti quæſtioni, & rei, de qua agimus, poſſunt deſeruire, & ex his eas, quæ ad illam propiùs accedant, inferiùs hac ipſa quæſt. *concl.* 3. quæ huic 3. ſuppoſ. reſpondebit, afferendas, ac breuiter explicandas reſeruamus.

Ampliatur ergo primò prædicta regula, vt procedat † etiam in notoriis; in quibus neceſſaria eſt 273.
citatio; gloſ. *in cap. ad noſtram, il.* 3. *verbo, obſeruandus, il.* 1. *de iureiur. & cap. cum dilectis, verbo, indicenda, de purg. canon.* cum aliis pleriſque relatis à Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 2. Farinac. *lib.* 1. *quæſt. criminal. quæſt.* 21. *n.* 67. ac nos *d. tract. de conſeruatorib. iudicib. cap.* 8. *quæſt.* 1. *concl.* 5. non longè ab initio, quorũ opinionem communem afferit Alex. *in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic.* & quoniam alij plerique contrarium tenent, quorum plurimos recenſet Gabr. *d. num.* 2 Farinac. *d. quæſt.* 21. *num.* 66. ac ſequitur Scacc. *d. tract. de iudic. cauſ. ciuil. crimin. & hæretic. cap.* 76. *num.* 8. prætermiſſis aliis conciliationibus, quas *d. concl.* 5. retuli, ea mihi magis placet, quam, & *ibid.* probant poſt laudatos à Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 3. *&* 5. ac Farinac. *d. quæſt.* 21. *num.* 70. *& duobus ſeqq.* & ſequitur etiam poſt alios Tiraq. *tract. res int. al. act. num.* 36. vt prior opinio procedat in notorio, quod poteſt excuſari, & habere defenſionem; poſterior verò in notorio, quod nullam habet, nec habere poteſt defenſionem.

Secundò ampliatur, vt † etiam in procedentibus 274.
à Papa, vel Imperatore requiratur citatio, vt probari videtur *in d. Clem. paſtoralis, §. ſeu verſ. quod ſi punitio, & §. cæterùm, de re ind.* & poſt gloſ. *in l. fin.* & *ibi* Bald. & Caſtr. *C. de legib.* Innoc. & Hoſt. *cap. in noſtra, de procur.* & alios quamplurimos tradit Tiraq. *d. tract. num.* 43. *&* 44. & Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 9. magis communem afferens, *num.* 12. eam verò multis relatis reſtringit primò *num.* 13. vbi Princeps procederet de plenitudine poteſtatis, quam reſtrictionem multipliciter declarat *à num.* 14. *ad* 22. & remiſſiuè extendit *num.* 23. & limitat *num.* 29. vt non procedat in criminalibus; ac *num.* 30. contra non ſubditum, *num.* autem 24. contra eam reſtrictionem multos refert tenentes Principem etiam de poteſtatis plenitudine procedentem non poſſe omittere citationem: qua opinione retenta eam declarat *num.* 25. non procedere in beneficialibus. at verò *num.* 26. *&* 27. contrariam opinionem, ſeu prædictam reſtrictionem extendit poſt alios, vt locum etiam habeat in clauſula, *ex certa ſcientia*, licèt *num.* 28. quoſdam recenſeat contrarium in hoc ſentientes, de qua clauſula, *ex certa ſcientia*, & illa, *de plenitudine poteſtatis*, videndum eſt, quod ſcripſimus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 2. *concl.* 2. *&* 3. Reſtringe nunc ſecundò hanc ſecundam ampliationem cum pleriſque laudatis à Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 31. vt poſſit Princeps ex iuſta cauſa omittere citationem, vtputa fauore Eccleſiæ, quando procedit contra occupantes, ac detinentes terras Romanæ Eccleſiæ; quamuis *num.* 33. aliquos referat pro contraria ſententia. & *num.* 34. *cum ſeq.* eandem ampliationem declarat, vt contraria opinio procedere, & admitti poſſit, quando Princeps omitteret citationé ad ſententiam, non autem eam quæ eſt de iure naturali ad faciendas defenſiones.

Ampliatur tertiò eadem regula, vt procedat quoque † in cauſis ſummariis, in quibus etiam requi- 275.
ritur

Digitized

ſitur citatio, per text. *in d. Clem. ſæpe contingit, §. non ſic tamen, de verb. ſignif.* ac præter Doct. *ibi* id adnotarunt ij, quos ſequitur Gabr. *d. concluſ. 1. num. 36.* qui id extendit multis modis vſque ad *numer. 42.* Quartò ampliatur principalis regula, vt requiratur
276. citatio † etiam in laudo ferendo ab arbitro; vt probat idem Gabr. *num. 43.* quod multipliciter extendit vſque ad *num. 50.* dupliciter autem limitat *num. 51. & 52.* Pariter requiritur citatio in laudo ferendo per arbitratorem; latè Gabr. *d. concluſ. 1. num. 178.* quam partem limitat vſque ad *num. 182. num.* autem 183. plures pro contraria ſententia recenſet; quam *num. 184.* multipliciter conciliat cum præcedenti.
277. Quintò amplia, quòd, † ſtante ſtatuto, quòd omnes exceptiones intelligantur reiectæ, poterit dici adhuc de nullitate, ſi non interueniat citatio; latè Gabr. *d. concl. 1. num. 62.* Sextò, etiam in extraiudi-
278. cialibus † requiritur citatio; vt poſt alios tradit Gabr. *ead. concl. 1. num. 63. & 64.* licèt *num. 65.* alios referat oppoſitum ſentientes; qui intelligi poſſunt de citatione propriè dicta, prout à vocatione, vel monitione differt, vt *in 1. ſuppoſ.* docuimus.
279. Ampliatur ſeptimò, vt procedat regula, † licèt actus contineat fauorem non citati; vnde non valet ſententia lata in fauorem abſentis non citati; gloſ. *in l. ea, quæ*, vbi Bart. Ang. & Salic. *C. quom. & quand. iud.* gloſ. item *in l. furioſo, ff. de re iud.* & *ibi* Bart. Ang. Raphael Cuman. Imol. Caſtr. communem dicens; latè Gabr. *d. concluſ. 1. numer. 66.* nonnullos pro contraria ſententia referens *num. 67.* & priorem temperans *num. 68.* niſi iudex haberet à
280. reo licentiam procedendi contra eum etiam non citatum. Octauò procedit, † licèt agatur de eiiciendo aliquem de poſſeſſione, quam iniuſtè detinet; vt ſatis conſtat ex *cap. cum noſtris, de conceſſ. præb. & cap. licèt Epiſcopus, de præb. in 6.* necnon *l. fin. C. de rei vend.* & colligitur ex *l. fin. C. ſi per vim, vel al. mod. & cap. 1. & 2. de cauſ. poſſ. & propr.* pluribuſque relatis probat Gabr. *d. concluſ. 1. num. 69.* quod *num. 70. & 71.* dupliciter extendit. *num.* autem 72. *& duob. ſeqq.* tripliciter, & præcipuè *num. 73.* vbi notoriè conſtaret de iniuſta poſſeſſione, ad quod plures allegat tum *ibi*, tum *num. 436.* Nonò, habet lo-
281. cum prædicta regula, † licèt actus inferat parti graue præiudicium; vt cùm vna partium abſoluitur ab obſeruatione iudicij. ita poſt alios tenet Gabr. *d. concl. 1. num. 75.* Quod tamen intelligo de mediocri, quod nimirum neque eſt graue, neque leue, ſeu modicum; prout dicimus in percuſſione clerici aliam eſſe grauem, aliam leuem, alium mediocrem, vt adnotarunt Hoſt. Io. And. Abb. & cæteri *in cap. peruenit, de ſent. excom.* Nauar. *in Man. conſ. cap. 27. num. 91. & 92.* Suarez *tract. de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. num. 88. & 92.* Sayr. poſt alios in ſimili tract. *lib. 3. cap. 18. num. 1. & trib. ſeqq.* & expreſsè conſtat ex illa Extrau. *periclitis*, quam ferè ad verbum inſerit Nauar. *d. num. 91.* Sayr. *d. cap. 28. num. 8.* & Coſm. Philiar. *de offic. ſacerd. lib. 3. cap. 33. notab. 4.* Am-
282. pliatur decimò, vt requiratur citatio † in abſolutione à iuramento, vt pluribus allegatis tradit, & comprobat Tiraq. *in tract. res inter. alios act. aliis non præiudicare, num. 66. & 67.* id multipliciter declarans vſque ad *num. 74.* idipſum quoque aliis relatis docet Gabr. *d. concl. 1. num. 85. & ſeq.* qui *num. 88. & duobus ſeq.* hanc ſententiam tripliciter reſtringit. *num.* autem 89. *ac 91. cum duobus ſeqq.* multos pro contraria recenſet; quod & facit eos ſequens Fel. *cap. 1. ex num. 23. de iureiur.* ſicut etiam pro vtraque plurimos refert inter cæteros Didac. Couar. *lib. 1. var. reſol. cap. 4. numer. 5.* & Sanchez *lib. 3. ſum. cap. 21. num. 28.* & Io. Bapt. Marcheſan. *de commiſſion. & reſcript. part. 2. cap. 3. à num. 1. ad 13.* qui tres auctores, ſicut & Tiraq. *d. tract. num. 69. & 70.* aliis relatis has opiniones diſſidentes illo diſtinctionis fœdere conciliant, vt negatiua locum habeat cùm tollenda eſt per abſolutionem, ſeu relaxationem iuramenti tota eius vis: ſecus ſi ſolùm ea concedenda ſit ad effectum agendi. *num.* autem 68. idem Tiraq. diſputat, an in priori caſu abſolutio teneat omiſſa citatione; & inclinat in negatiuam, poſt Abb. *in d. cap. 1. col. 8. de iureiur.* quia ſine cauſæ cognitione fieri nequit, quæ omnino requirit citationem, ex adductis *in præced. ſuppoſ.* Ampliatur vnde-
283. cimò principalis regula, vt citatio requiratur, † ſiue quæſtio ſit iuris, ſiue facti; vt poſt gloſ. *in cap. ſuper, de appellat.* & alios docet Gabr. *d. concl. 1. num. 96.* nonnullos tamen referens *num. ſeq.* contrarium ſentientes. Duodecimò requiritur in dilationibus probatoriis à iudice aſſignandis; latè Gabr. *ead. concluſ. 1. num. 101. cum duob. ſeqq.* vbi hoc declarat: necnon in productione articulorum: idem Gabr. *num. 104.* in receptione teſtium *num. 105.* in productione inſtrumentorum, & aliorum iurium; vt poſt alios ipſemet tradit *num. 107.* id extendens *num. 108.* & reſtringens *num. 109. & ſeq.* necnon in publicatione teſtium, ac proceſſus, vt plerique tenent, quos refert, ac ſequitur Gabr. *d. concl. 1. num. 116. & duobus ſeqq.* necnon *num. 213.* Decimotertiò amplia, vt
284. noua citatio requiratur, † quando iudex non ſedit die, vel hora, pro qua pars fuit citata; Gabr. poſt alios *d. concl. 1. num. 111. & 113.* hoc reſtringens *num. 112.* niſi pars in termino citationis fuerit contumax. Item quando citatio facta fuit pro die non iuridica; idem Gabr. poſt alios *d. concl. 1. num. 219.* Ac pariter noua citatio erit facienda à delegato, quando ſi delegans poſt citationem ad ſententiam, cauſam delegauit, vt aliis relatis tradit Gabr. *d. concluſ. 1. num. 114.* Amplia decimoquartò, vt executor teſtamentarius † non poſſit exequi teſtamen-
285. tum non citato, aut requiſito herede; latè Gabr. *d. concl. 1. num. 191. cum duobus ſeqq.* vbi hoc declarat; de quo etiam videndus Mantic. *tract. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 1. num. 20. & 21. num.* autem 16. de eo, cui teſtator commiſit declarationem ſuæ voluntatis: ad quam rem etiam ſpectant ea, quæ diſputat Gabr. *d. concl. 1 num. 168. cum duobus ſeqq.* & quod nos dicemus *limit. 7.* Decimoquintò amplia, vt requiratur
286. citatio † etiam ſtante ſtatuto ſimpliciter eam excludente; ſecus ſi excludat quoad vnicum actum; latè Gabr. *d. concl. 1. n. 197. cum tribus ſeqq.* Decimoſextò,
287. † quòd in omnibus arduis actibus ad Collegiũ ſpectantibus vocandi ſint abſentes de collegio, vt ſentiunt plerique relati à Gabr. *d. concl. 1. num. 233.* licèt gloſ. *in cap. 2. verbo, ipſorum, de teſtib. in 6.* quam communiter approbatam dicit Imol. *c. fin. de mat. & obed.* ſequuntúrque alij, quos refert Gabr. *d. concl. 1. n. 231.* velint, eos eſſe vocãdos tantùm in caſu *d. cap. 2.* necnon in electionibus, & in receptionibus. qua de re videri etiam poſſunt text. & *ibi* Doct. *in cap. quod ſicut, in princ. cap. coram, cap. bonæ memoriæ, il 2. & cap. quia propter, §. illud, de elect.* & quod nos dicemus *inf. concl. 6. ad fin. verſic. ſi verò rurſus.* Decimoſeptimò, teſtis examinatus parte non citata, † nec facit
288. indiciũ, vt non pauci tenent, quos ſequi videtur, eorum magis cõmunem ſententiã aſſerẽs Gabr. *d. concl. 1. n. 241. & 243.* licèt *n. 242.* alios recenſeat cõtrarium ſentiẽtes: de quo videndus Gonzal. *ad d. reg. 8. gloſ. 9. in annot. contra nullis. & attent. in cauſ. benef. num. 48.* & multis ſeqq. & quod dicemus inf. *limit. 9. & 18.*

Limitatur nunc prædicta regula primò, vt † ci-
289. tatio non requiratur vbi periculum eſt in mora; vt poſt Innoc. *in cap. ſignificauit, de teſt.* Imol. & Alex.

in d. l. de vnoquoque, ff. de re ind. & alios limitat Gabr. *d.concluſ.1. num.*285. idem ſubdens *num.* 286. quando eſt timor ſcandali, ne partes veniant ad arma, iuxta text. *in l. æquiſſimum, ff. de vſufr.* & ex Nicel. *in concord.* 52. gloſ. *fallem.* 100. latè Tiraq. *in tract. res int. al. act. alios non præiudicare, numer.* 12.

190. Secundò limita, † quando ſententia, vel laudum ferretur vltima die termini præfixi, vel compromiſſi. ita plurimis relatis Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 289. id extendens *num.* 290. in die appoſita ſiue à

191. lege, ſiue ab homine. Tertiò limita † in executione gratiæ, quando proceditur extraiudicialiter, vt conſtat ex adductis à Gabr. *d. concluſ.* 1. *num.* 291. *vſque ad* 240. & Gonzal. *d. gloſ.* 9. *in annot. contra nullis. & autem. in cauſ. benef. num.* 19. *& duobus ſeqq.* id reſtringens ille niſi adſit clauſula, *ſi conſtiterit*, hic niſi adſit, vel clauſula, *vocatis vocandis*, vel quòd aliquis citetur. Reſtringe præterea vbi executor vult eiicere aliquem de poſſeſſione. ita pluribus relatis Gabr. *d. concluſ.* 1. *num.* 435. ad quod conferunt allegati *ampl.* 8. limita quartò, vt

192. † non debeat ampliùs citari, qui poſt primam citationem in remotas partes receſſit, vt poſt alios tradit Gabr. *d. concluſ.* 1. *num.* 299. qui *num.* 507. idem tradit de citato ſe occultante, poſt Afflict. *in conſtit. Reg. tit. de bannit.* quod vtrumque pluribus comprobat Tiraq. *in d. tract. num.* 47. *&* 49. *num.* autem 48. idem poſt alios tradit de eo, qui primùm fuit citatus perſonaliter, & non venit. ſicut *num.* 46. poſt alios plurimos idem docet de eo, qui primò citatus dixit, ſe nolle venire: de quo latiùs inf. *limit.* 19. Quintò citari neceſſario non debet is,

193. † de cuius intereſſe principaliter non agitur. ita poſt gloſ. *d. l. de vnoquoque, ff. de re ind. & l. in diem*, ibique Bart. *ff. de aq. pluu. arc.* & alios quamplurimos docet Tiraq. *d. tract. num.* 5. *vſque ad* 28. & Gabr. *cad. concluſ.* 1. *num.* 300. *cum duobus ſeqq.* licèt *à num.* 303. *ad* 308. non paucos referat contrarium ſentientes. *à num.* autem 309. *vſque ad* 321. plures hac in re conciliationes, ac declarationes affert; & præcipuè illam, vt prior opinio procedat quoad hoc, vt valeat actus ſine citatione; poſterior quoad hoc, vt non præiudicet non ci-

194. tato. Sextò citatio non requiritur in iis † quæ iudex facit ex officio ad ſui informationem, vt pluribus relatis tradit Tiraq. *d. tract. num.* 79. Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 329. aliquos referens *num.* 330. contrarium tenentes. Limita ſeptimò, quòd quando dicto teſtis omnino ſtandum eſſet ex voluntate defuncti, vel aliter ei nihil obiici poteſt; talis declaratio teſtis, vel dictum recipi poſſit parte non citata. Dec. *cap.* 2. *verſ. in gloſ.* & *ibi* Fel. *limit.* 9. *de teſtib.* Butr. *cap. veniens, il* 1. *eodem tit.* & alij laudati à Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 331. ad quod etiam vide, quæ idem Gabr. adducit *cad. concluſ.* 1. *num.* 168. *cum duobus ſeqq.* & nos ſup. *ampliat.* 14. Octauò limita, vt citatio non

195. requiratur, † quando certum eſt, quòd pars ſi fuiſſet citata, & præſens, non potuiſſet actum impedire, nec ei iuſtè contradicere, quia nullam habeat defenſionem, vt quamplurimis relatis tradit Tiraq. *vbi ſup. num.* 29. *vſque ad* 35. & Gabr. *d. concluſ.* 1. *num.* 332. ad quod eſt regula iuris, qui poteſt inuitis alienare, multo magis & ignorantib. & abſentibus poteſt, *l. qui poteſt, ff. de reg. iur.* cum aliis iurib. *ibi* per gloſ. alleg. quod intelligit poſt alios Gabr. ſup. *num.* 333. dummodo non poſſit trahere Principem, aut iudicem in ſuam ſententiam. Verùm hoc ipſe non intelligo; ſi enim loquitur de tractione iuſta, nihil noui dicit præter ipſam limitationem principalem; ſi de iniuſta, malè loqueretur. poſſet autem hoc procedere in collega iudicis, vel arbitri ei dato ſimul, iuxta *l. duæ ex trib. ff. de re ind.* iuncta *l. ſicut, cum præced. ff. de arb.* quas ad hoc ponderat præd. gloſ. ſicut etiam non bene percipio, quomodo illam aliam principalem limitationé ad prædictam principalem regulam, ſeu concluſionem ſubiiciat *num.* 335. vt citatio non requiratur, quando actus ipſi non citato non facit præiudicium, ex Bald. *l. ab eo, in fi. C. quom. & quand. iud.* Innoc. *cap. fin. de major. & obed.* & aliis. cùm regula procedat non niſi vbi quis lædi ex aliquo actu poſſet, ſi ad eum non citaretur; exceptio autem debeat eſſe de regula, gloſ. Dyn. Franc. & alij *in rubr. de reg. iur. in* 6. Bart. *l. ſi cum, §. quæ ſeminarium, ff. ſi quis caution.* latè Euerard. *in loc. ab excep. ad reg. num.* 9. Niſi forte cum regula accipienda ſit de præiudicio, quod ſimul de iure, & de facto inferretur non citato; limitatio intelligatur vbi præiudicium omiſſa citatione, vel de iure tantùm, vel de facto tantùm pararetur non citato. Nonò limita, quòd † teſtes recipi poſſunt, & examinari parte non citata ad probandam conſuetudinem alicuius ciuitatis quoad ordinatoria litis, & ad informationem iudicis. ita latè Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 338. iunctis *duobus num. ſeqq.* Item quando ſtatutum, vel lex in aliquo actu ſolùm exigit argumenta, & indicia, tunc poſſunt examinari teſtes parte non citata, ſi aliquod periculum immineat, vt poſt alios tradit Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 343. *cum duobus ſeqq.* & quando pars dediſſet licentiã iudici, vt etiam ea abſente reciperet examen teſtium; latè idem Gabr. *ibi n.* 346. ſubdens *ibidem* poſt alios quòd † vbi pars dediſſet licentiam iudici procedendi ad omnes, & ſingulos actus etiam ad ſententiam incluſiuè ipſa non citata, tunc poſſet cauſa expediri ſine alia partis citatione; quod & poſt Rot. tradit Gonz. *vbi ſup. num.* 75. Limita decimò, † vbi non requiritur cauſæ cognitio. ita poſt gloſ. *l.* 3. *§. ſi cauſa cognita, ff. de bon. poſſeſſ.* & alios tradit Gabr. *d. concluſ.* 1. *num.* 347. ſubdens *num.* 348. ex Bart. ac Doct. *in l. ſed ſi hæc, §. prætor ait, ff. de in ius voc.* & nonnullis, quos ibi refert, non valere regulam affirmatiuam; requiritur cauſæ cognitio. ergo & citatio; niſi in his, quæ magnum præiudicium parant; ſecus in his, quæ modicum, aut nullum, maximè ſi extraiudicialiter procedatur. cui ſimile eſt, quod pluribus relatis tradit Tiraq. *d. tract. res int. al. act. num.* 40. non requiri citationem, quando aliquid committitur conſcientiæ alicuius, quòd, & alij tenent allegati *quæſt.* 2. *conſ.* 6. *ad fin.* cùm, vt *ibi* tradidimus, tunc non requiratur cauſæ cognitio ſaltem iudicialis, ſed ſimplex informationis aſſumptio. Vndecimò limita † in his, quæ ſunt præambula ad citationem, vt eſt impetratio veniæ; latè Gabr. *d. concluſ.* 1. *num.* 354. Tiraq. *vbi ſup. num.* 81. Duodecimò, † ſtante partium conuentione non eſt neceſſaria citatio. ita poſt alios Gabr. *ibidem num.* 356. Decimotertiò, idem, † vbi inchoari poteſt ab executione, vt in nuntiatione noui operis. ita ex Bald. Marian. & Nicell. tradit Gabr. *ſup. num.* 358. Decimoquartò, † vbi ius, vel ſtatutum exigit iuſtificationem actus antea geſti. vt voluit Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 359. *&* 360. inferens poſt pleroſque ab eo relatos, quòd, ſi iudex tranſmittat præceptum cum clauſula iuſtificatiua, non eſt neceſſaria citatio cùm reſoluatur in ſimplicem citationem parte comparente. Decimoquintò limita, † quòd non ſit neceſſaria alia citatio non comparente citato, quando iudex comminatus eſt in prima citatione, quòd citato non comparente, procedet ad omnes, & ſingulos actus, etiam ad ſententiam; vt pluribus allegatis tradit Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 386. & poſt alios Gonzal. *d. gloſ.* 9. *in annot. num.* 74. Gabr. autem *vbi ſup. numer.* 387. id extendit poſt Fel. *in cap. parochianos, de ſent. excom.* vbi

296.

297.

298.

299.

300.

301.

302.

303.

dictum

dictum ſit, compareat ad reſpondendum, & ſe
304. defendendum. Limita decimoſextò, † vt interlocutoria ferri poſſit parte non citata. Innoc. *in cap. audiuis, in princip. & ibi* Io. And. *de procur.* & alij relati à Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 390. & quia multi per eum citati *num.* 391. contrarium tenent: ideo *ibidem, & num.* 392. ex Doctor. ſententia, quorum quamplurimos recenſet, priorem opinionem veram eſſe dicit in interlocutoria modici, vel nullius; poſteriorem in ea, quæ eſt grauis præiudicij: *num.* autem 393. ex Rom. & aliis, priorem procedere in interlocutoria, quæ non requirit cauſæ cognitionem; poſteriorem verò in ea, quæ requirit illam. ſubdens *num.* 394. & 395. quòd ea interlocutoria, quæ ferri poteſt, reuocari etiam poteſt parte non citata; & quæ non poteſt ferri, neque etiam reuocari, valet ſine citatione. ad quod facit limitatio 21. Limita
305. decimoſeptimò, † vt parte præſente non requiratur alia citatio. ita quamplurimis relatis, præſertim Caputaq. id latiùs declarante *deciſ.* 116. *part.* 1. *per tot.* tradit Gonzal. *vbi ſup. num.* 71. necnon Lambert. *tract. de iurispatr. lib.* 2. *part.* 2. *art.* 11. *num.* 3. 4. & 5. *in princ.* iuncto *num.* 6. *ad fi.* Andr. Gail. *practi. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 48. *num.* 4. Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 396. eam declarans *numer.* 398. vt procedat, quando pars eſt informata de actu gerendo; aliàs ſecus, poſt Bart. *l. furioſo, in fi. ff. de re iud.* Dec. alios allegantem, & de communiori teſtantem *in rubr. C. de in ius voc. numer.* 8. & Nicel. qui communem dicit *in concord.* 52. glo. *ſallem.* 6. Limita decimo-
306. octauò, † vt actus factus ſeruatis ſeruandis contra aliquem faciat aliquam præſumptionem contra non citatum in ea re intereſſe habentem; latè Gabr. *ſup. num.* 401. & Tiraq. *d. tract. num.* 55. Immo & examen eiuſmodi teſtium iis mortuis faciet ſemiplenam; ita, vt ſit locus iuramento in ſupplementum. ita poſt alios Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 403. Decimoſeptimò, quando citatus quoad omnes actus dixit, quòd nolebat comparere, non eſt amplius citandus. ſecus ſi dicat tantùm, non volo, aut non credo venire; vel ſi dixit, nolo, non fuit citatus ad omnes actus ſimul, ſed ad aliquem dumtaxat. ita quamplurimis allegatis ex mente omnium, ſic conciliant contrarias ſententias, poſt Marian. Soc. *tract. de citat. art.* 27. *quæſt.* 2. *princip.* tradit Gabr. *ſup. numer.* 417. *cum ſeq. eodem* autem *num.* 417. 419. & 493. poſt Innoc. & alios idem tradit de eo, qui eſt
307. de contumacia notatus. Vigeſimò, † non requiritur citatio in impetratione priuilegij, vel gratiæ etiam alteri præiudicialis. ita poſt pleroſque Doctor. Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 424. licèt *num.* 425. non paucos referat contrarium ſentientes. *num.* autem 426. *cum tribus ſeqq.* retenta priori parte tamquam communiori, eam tripliciter temperat; nimirum vbi illud non ſit merè priuilegium, & gratia; necnon in huius reſtrictione. *numer.* autem 421. idem poſt alios tradiderat de interpoſitione decreti, ſeu auctoritatis; *numer.* tamen 422. nonnullos allegans qui oppoſitum ſentiunt. Limita vigeſimoprimò,
308. † reuocari poſſe abſque citatione à iudice ea, quæ *de facto*, & ſine citatione facta ſunt: vt plurimi tradiderunt, quos refert, ac ſequitur Tiraquell. *d. tractat. numer.* 83. & Gabr. *d. concluſ.* 1. *de citat. num.* 430. vbi tamen alios recenſet pro contraria ſententia. priore autem retenta *num.* 431. eam temperat, niſi illum actum potuiſſet facere inuita parte.
309. Vigeſimoſecundò, non requiritur citatio † illorum, qui venire non poſſunt, vel vocari ſine periculo. ita poſt alios Gabr. *ſup. num.* 460. ad quod etiam faciunt allegati ſup. *in* 1. *limit.* præſertim Tiraq. poſt alios *d.*
310. *tract. res im. ad act. num.* 12. Vigeſimotertiò limita, † vt non ſit neceſſaria citatio quando iudex declarat ſuam ſententiam, vel Princeps ſuum decretum. ita poſt alios Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 469. 470. & 471. in contrarium alios adducens *num.* 467. id verò declarans *num.* 468. & 472. Vigeſimoquartò limita, † 311.
vt abſens ex propria culpa non ſit citandus ad actus faciendos per vniuerſitatem; vt poſt Bart. *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.* & alios tradit Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 481. idémque de eo, qui eſt culpa notatus, docet poſt alios *num.* 495. Vigeſimoquintò limita, quia actus nullus defectu citationis † intelligitur 312.
volente eo, ad cuius fauorem citatio requirebatur. ita poſt Ruin. *conſ.* 89. *vol.* 5. tradit Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 510. ad quod conferunt, quæ latè adducit Gonzal. *ad reg.* 8. *Cane. gloſ.* 56. *à num.* 48. *vſque ad* 108. dum probat, nullitatem, & quamuis aliam pœnam à iure inductam fauore alicuius intelligendum eſſe ipſo volente. *num.* autem 110. & *ſeq.* idem Gonzal. docet, id non poſſe opponi à tertio; quod & in terminis nullitatis ob omiſſam citationem, poſt eundem Ruin. *vbi ſup.* notauit Gabr. *d. num.* 510. Porrò locum id non habebit vbi nullitas illa, ſeu alia pœna inducta ſit ob fauorem publicum, vel lex annullat abſque alia declaratione actum cõtra geſtum, vt ſatis probat Gonzal. *d. gloſ.* 56. *num.* 173. Limitatur denique regula initio huius ſuppoſ. adducta, † 313.
quòd, ſi citatio non fuit reproducta in actis, quod fieri debet, vt pluribus comprobant Vant. *de nullitat. tit. de nullit. ex defect. citat. num.* 145. *cum ſeq.* & Gonzal. *ad d. reg.* 8. §. 7. *prooemial. numer.* 145. ac præſertim ex text. *in l. hac autem, §. non defendi, verſic. conſtare debet*, liquereque prætori, & *ibi* inter cæteros Bart. *num.* 2. *ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat.* aut ſi alius defectus in ipſa citatione interuenit, is ſupplebitur per citati comparitionem; vt poſt nonnullos docet Andr. Gail. *practi. obſeruat. lib.* 1. *obſerv.* 48. *num.* 4. ac poſt glo. *in l.* 1. *verbo, ſententia, ff. de fer.* Caſſad. *deciſ.* 2. *num.* 3. *de iudic.* Vant. *de nullitat. cap. vlt. num.* 41. 100. & 116. Lancell. *de attent.* 2. *part. cap.* 4. *in præfat. numer.* 129. & alios tradit Gonzal. *d.* §. 7. *prooem. num.* 147. ſubdens *num.* 148. idem fore, quando citatus conſtituit mandatum ſpeciale ad illam cauſam; ex Rot. *deciſ.* 11. *in prima. & deciſ.* 17. *num.* 5. *de del. & contum. in nou.* Achil. Craſ. *deciſ.* 7. *num.* 1. *eod. tit.* Caputaq. *deciſ.* 110. *part.* 1. & Lancellot. *d. cap.* 4. *in præfat. num.* 131. & *ſeqq.* vbi multis modis hunc limitat, & cumulat alios caſus, in quibus citationis defectus ſuppletur. Plura verò de citatione ſi quis cupiat, præter Marant. Scacc. Papienſ. & alios Practicos, ac præcipuè Andr. Gail. *d. obſerv.* 48. cum multis ſequentib. videri poſſunt apud Gabr. *d. tit. de citat.* Vant. *d. tit. de nullit. ob defect. citat.* Tiraq. *in d. tract. res inter alios actas aliis non præiudicare, ferè per tot.* Marian. Soc. *d. tract. de citation.* & Gonzal. *in d. annotat. à num.* 48. *ad* 77. & *à num.* 117. *vſque ad* 174. Nos ad alia tranſeamus.

Suppono igitur quartò, conſenſum ad aliquem actum ex legis, vel hominis diſpoſitione requiſitum, qui † idem eſt cum aſſenſu, vt ſatis probat 314.
Gonzal. *ad d. reg.* 8. *Cane. gloſ.* 47. *num.* 63. præcipuè ex *cap. ea noſcitur, & cap. tua nuper, de his, quæ fi. à Prælat. fin. conſ. Capit.* necnon *cap. vnico, §. cùm verò, & ibi* glo. *verbo, aſſenſu, ne ſed. vac. in* 6. differre à præſentia, Bald. *l. fin. §. neceſſitatem, num.* 20. *C. de bon. quæ liber.* Franc. *d. cap. vnic. §. vbi verò, num.* 6. Gonzal. *d. gloſ.* 47. *num.* 61. licèt ſæpe capiatur etiam pro præſentia, vt idem adnotauit *num.* 62. ex Put. *deciſ.* 92. *num.* 3. *lib.* 3. & glo. *in cap.* 1. *verbo, Capituli, de exceſſ. Prælat.* iuncto text. quem allegat, *in cap. Epiſcopus nullius*, 15, *quæſt.* 7. quæ tamen glo. hoc mihi non dicit, ſed ſolùm

ſentit, quòd iudicium Capituli, de quo fit mentio *d. cap. 1.* idem eſt cum aſſenſu Capituli, de quo *in cap. quæſiuit, de his, quæ fi. à mai. part. cap.* quod allegat. dum autem citat *d. cap. Epiſcopum nullius*, vbi dicitur, Epiſcopum nullius cauſam audire debere ſine præſentia ſuorum clericorum, ſolùm inde conſtat, & ſentit prædicta gloſ. præſentiam in iure aliquando ſumi pro conſenſu, non autem è contrario conſenſum pro præſentia. Verum autem puto, quod ipſemet Gonzal. monet *num. 59.* aliquando conſenſum accipi pro conſilio, vt *in cap. 1. & 2. 64. diſt. item Eſto cap. nouit, & cap. quamo, de his, quæ fi. à Prælat. ſin. conſ. Capit.* & adnotauit Hoſt. *in cap. cùm olim, num. 7.* & *ibi* Abb. *num. 2. & 5. de arbitr.* dum, qui *in d. cap. 1. & 2.* vocatur conſenſus, *in d. cap. nouit, & cap. quamo*, dicitur conſilium. regulariter autem conſenſus ponitur pro conſilio, quando is, cuius conſenſus requirendus eſt, non eſt particeps illius officij, vel ſi eſt particeps, conſenſus eſt impendendus ei, qui habet plenam poteſtatem à lege, vt ex *l. 1.* cum ibi not. *ff. de admin. tut.* poſt Bart. *in l. 1. §. ſi plures, ff. de exercit. act.* tradit Abb. *d. cap. cùm olim, num. 5.* Imol. *num. 8.* Butr. *num. 15.* quos etiam ſequitur Gonzal. *d. gloſ. 47. num. 58.* & tunc non erit is conſenſus neceſſariò ſequendus, ſed ſolùm requirendus; quod proprium eſt conſilij; *cap. cùm in veteri, de elect. & d. cap. cùm olim*, vbi Abb. *num. 2.* cum aliis latiùs adductis per Gonzal. *ad d. Reg. 8. gloſ. 46. per tot.* ſicut è contrario conſilium aliquando capitur pro conſenſu, cùm nimirum eſt impendendum ei, qui non habet integrum iudicium, vt *in l. impuberibus, ff. de ſuſp. tutor.* aut ſi impendendum eſt habenti integrum iudicium, is, qui impendere debet, eſt particeps officij, vt *in cap. Venerabili, de offic. deleg.* & hoc quoque vtrumque membrum ſequuntur Bart. Abb. Imol. Butr. *loc. citat.* atque adeò tunc conſilium neceſſariò ſequendum eſt; quod proprium eſt conſenſus, vt *ibidem* ſentiunt iidem Doct. atque alibi ſæpe, conſtatque ex *d. cap. ea noſcitur, & cap. ſua nuper, de his, quæ fi. à Prælat. ſin. conſ. Capit. cap. tua, de ſponſal. & d. cap. vnic. §. cùm verò*, iuncta gloſ. *verbo, aſſenſu, ne ſed. vac. in 6.* cum aliis ad id allegatis à Gonzal. *d. gloſ. 47. num. 3. vſque ad 8.* quod autem ſubiicit Gonzal. *ead. gl. 47. num. 60.* ex Abb. *in cap. cùm vigeſimum, num. 12. de offic. deleg.* & aliis, † conſenſum
315. eſſe de iure naturali gentium, & ideo per Principem ſuppleri non poſſe, intelligendum eſt, prout etiam Doct. ab eo citati loquuntur, in conſenſu intrinſeco, hoc eſt, voluntate partium in contractibus, & obligationibus interueniente, non autem extrinſeco, qui pro ſolemnitate, aut etiam forma à iure humano introductus fuit. Ex hac verò proprietate conſenſus, quòd ex neceſſitate ſit regulariter ſequendus, ſumi-
316. tur vna eius differentia † à licentia; hæc enim plerumque non neceſſariò debet eſſe obtenta, vt in caſu *cap. licèt, de regular. Clem. 1. §. volumus, de for. compet. & Clem. dudũ, verſ. ſi verò, de ſepultur.* traditque Gonzal. *d. gloſ. 47. num. 53.* Differt quoque conſenſus à licentia, tum quòd conſenſus regulariter poteſt conſequi ipſum actum, vt *inf. concl. 5.* oſtendemus. licentia verò debet præcedere, *auth. licentiam, C. de Epiſc. & cleric. d. cap. licèt, de regular. cap. religioſos, in princ. de teſtam. in 6. & Clem. vnic. eod. tit.* cum aliis adductis à Gonzal. *d. gloſ. 47. num. 46. cum tribus ſeqq.* & Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 35. num. 18.* atque ante hos Oct. Simoncell. cuius ij non meminerunt, ex cõmuni nonnullis relatis *in tract. de decret. in præfat. num. 56.* vbi etiam id extendit, vt ſatis ſit licentiam ex intervallo præcedere actum: *num.* autem *ſeq.* notabiliter limitat, vt poſſit etiam licentia ſequi, quando imminet neceſſitas actum faciendi, & licentia non poſſet à ſuperiore antea impetrari. tum quòd, licèt conſenſus tacitus regulariter ſufficiat, vt *d. concl. 5.* latiùs trademus; tamen licentia regulariter debet eſſe expreſſa, vt poſt gloſ. receptam *d. Clem. vnic. verbo, abſentia*, & alios late docent Gonzal. *d. gloſ. 47. numer. 50. cum duobus ſeqq.* & Sanchez *d. diſp. 35. num. 16.* quamuis aliquando ſufficiat tacita, vt per Doctores, quos allegat Sanchez *ibidem num. 15.* & quos ſequitur *num. 20.* & Gonzal. *ſup. num. 53.* ſubdens *num. 54.* licentiam intelligi regulatam ratione, poſt Abb. & Bald. quos allegat, quibus alios addit Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 8. num. 12.* Differt pariter conſenſus à iuſſu, ſeu mandato, quia hæc debent præcedere actum; Bart. *l. ſi autem, num. 1. ff. de aq. plu. arc.* vt *in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum. ff. de acquir. hæredit.* vbi ipſe Bart. *num. 5.* & cæteri, *ac l. ſi verò non remuneranda, §. poſt creditam, ff. mand.* conſenſus verò poteſt præcedere, & ſequi; vt *in d. l. ſi autem, §. 1. l. fin. C. ad Macedon. & l. ratum, C. de ſolut.* & aliis iuribus per nos allegand. *inf. d. concl. 5. ad fin. & concl. 6. circa med.* ipſe verò Bart. *d. l. ſi autem, num. 1.* & Bald. *d. l. fin. §. neceſſitatem, num. 16. C. de bon. quæ lib. & d. l. fin. num. 1. C. ad Macedon.* ac Doct. *d. l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, ff. de acquir. hæred.* tractant, quid dicendum ſit de auctoritate, vbi eſt text. quòd poteſt interponi pòſt, & *ibi* gloſ. concordans iura, quæ aduerſari videntur, docet, poſſe interponi & antè, & pòſt, non tamen ex intervallo, de ea verò, ac de decreto etiam paulo pòſt dicemus. Quòd ſi is, qui debet interponere conſenſum, vel auctoritatem, ſine iuſta cauſa recuſet, adiri debet ſuperior, qui vel compellet conſentire, vel ipſe conſentiet, vt pluribus oſtendimus ſup. *cap. 52. queſt. 10. concl. 1. in fi.* Si verò conſenſum quis nulliter præſtitit, † debet iterum illum præſtare, vt ſa- 317.
tis probat Gonzal. *d. gloſ. 47. num. 40. & ſeq.* præſertim ex Put. *deciſ. 258. ferè per tot. lib. 3.*

Ex prædictis autem colliguntur duæ diuiſiones conſenſus propriè dictiː altera, vt † alius ſit conſen- 318.
ſus tacitus, qui ex factis reſultat, alius expreſſus, qui verbis exprimitur: vt per gloſ. *in Clem. ſæpe, §. ſub verbo, non contradicentibus, de verb. ſignif.* Caſtr. *in l. ſi conuenerit*, poſt *num. 6. ff. de verb. ſignif.* & alios tradit Gonzal. *d. gloſ. 47. num. 23.* conſenſus autem expreſſus dicitur multis modis, de quibus latè Tiraq. *de legib. connub. gloſ. 7. à num. 86. ad 205.* Flam. Paris. *de reſig. benef. lib. 8. queſt. 10. num. 20. cum ſeqq.* & alij relati à Gonzal. *d. gloſ. 47. num. 24. 28. & 29.* num. autem 25. *& ſeq.* ex gloſ. *in cap. dilecti, verbo, pronuncare, de appell.* Tiraq. *de iur. conſtit. poſſeſſor. 3. part. limit. 30. num. 12.* Maſcard. *de probat. concl. 416. & 417.* atque aliis tradit, multis quoque modis induci tacitum conſenſum facto; & *num. 27.* ex eod. Maſcard. *concl. 1356.* cum pleriſque eum ponit, qui ex taciturnitate reſultat; de quo etiam *concluſ. 1224.* & text. *in cap. 2. de his, quæ fi. à Prel. ſi conſ. cap. & cap. is, qui tacet*, vbi gloſ. & Doctor. *de reg. iur. in 6.* Couar. *lib. 3. var. reſol. cap. 15. num. 4.* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 99.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 29. & 30.* Altera, vt † alius con- 319.
ſenſus præbeatur propter intereſſe, quod quis habet in eo actu; de quo conſenſu habetur *in l. fin. C. de natalib. reſtit. l. nam ita Diuus, ff. de adopt. cap. ea noſcitur, de his, quæ fi. à Prel. cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. cap. quod omnes tangit, de reg. iur. in 6.* cum ſimil. alius, qui præſtatur ad integrandam alterius perſonam, dicitúrque auctorizabilis, ſeu requiri pro forma, & ſolemnitate: de qua diſtinctione latè per Gonzal. *d. gloſ. 47. num. 21. & 30. vſque ad 35.* Garz. *tract. de benef. part. 12. cap. 2. num. 163.* cum aliquot ſeqq. & Doct. ab his citatos, & hic † vel præ- 320.
ſtatur à ſuperiore, & vocatur decretũ, & aliquando auctoritas, vt *in tot. ferè tit. C. de prad. minor. & Cquãd. decret.*

decret. opus non eſt; & in iure Canonico paſſim appellatur conſenſus, vt *in cap. cum Apoſtolica, de his, quæ p. à Pral. fin. conſ. Capit.* necnon *cap. quod autem, cap. cum laici, cap. cura, cap. nobis, de iurepatr.* nullibi verò decretum, de quo paulò pòſt; ſed aliquando auctoritas, vt *in cap. conſultationibus, de donat. cap. præterea, il. 1. cap. cura, & cap. ſuggeſtum, de iurepatr.* nonnunquam etiam approbatio, vt *in d. cap. quod autem*; aut conceſſio, vt *cap. nullus, & cap. relatum, in princip. eod. tit.* aut ab inferiore, qualis eſt tutor, & curator, & vt plurimum dicitur auctoritas, vt *l. 1. C. de prad. minor. & in rubr. de rat. tit. ff. de auctor. tut. & Inſtit. eod. tit.* & quale eſt Capitulum Cathedralis in alienatione bonorum Eccleſiæ ab Epiſcopo facienda, de quo *in cap. ſine exceptione, 12. quæſt. 2. d. cap. cum Apoſtolica, & cap. tua nuper, de his, quæ fi. à Pral. fin. conſ. Capit. cap. quæſiuit, de his quæ fi. à mai. par. Capit. cap. paſtoralis, de donat. cap. vt ſuper, §. poſſeſſiones, de reb. Eccleſ. non alien. cap. 1. eod. tit. in 6. & Clemen. ſi vna, eod. tit.* cum ſimil. & talis eſt conſenſus agnatorum ex diſpoſitione ſtatutorum in pleriſque locis Italiæ. Decretum verò ideo nullibi in iure Canonico pro conſenſu, & auctoritate ſuperioris in alienatione rerum Eccleſiaſticarum ponitur, vt notauit Abb. *cap. 2. num. 4. de tranſact.* (licèt à notariis in eorum inſtrumentis ad abundantem cautelam apponatur, & à Practicis id conſulatur, atque à nonnullis Doctoribus ita appelletur, vt Rebuff. *in l. hoſtes, verſ. decretum etiam, de verb. ſign.* Innoc. & alij *d. cap. 2. de tranſact.* quoniam de iure Canonico, quod æquitatem ſequitur, *cap. ſapientes, in fi. de elect. in 6. capi litteras, de iuram. cal. cap. ſæpe, de reſtit. ſpol. cap. 1. de dol. & contum.* vbi id tradunt Doct. *& in cap. 1. & cap. Eccleſia ſancta Maria, de conſtit. cap. 1. de pact. cap. fin. de tranſact. cap. 1. & 2. de nou. oper. nunciat. cap. cùm eſſet, & cap. relatum, il. 1. de teſtam.* poſt alios Rebuff. *in l. facere, ad fin. ff. de verb. ſignif.* in alienatione rerum Eccleſiaſticarum non requiritur rigor ille ſolemnitatis, quem exigit ius ciuile, vt tradunt Doct. *in auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. Eccleſ.* gloſ. & cæteri *in cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6.* maximè cùm decretum propriè † eſt 321.
quædam ſententia, qua ſuperior contractum iuſtum futurum eſſe decernit, auctoritatem ſuam interponendo, vel aliquem in poſſeſſionem mittendo, vel mittendum declarando, vel alimenta decernendo, & ſimilia faciendo, *l. ſi finita, §. Iulianus, & §. ſi fortè, ff. de dam. infect.* & interponitur ante contractum, *l. magis puto, §. non paſſim, & §. ſeq. ff. de reb. cor.* vt poſt Innoc. & Hoſt. *d. cap. 1.* tradit *ibi* gloſ. *verbo, tractatum, ad fin.* & nullo horum relato Alberic. *in ſuo Diction. verbo, decretum, circa initium.* & huiuſmodi decretum in alienatione bonorum Eccleſiæ non requiri, ſed ſufficere cauſæ cognitionem, auctoritatem Epiſcopi, & conſenſum cleri, poſt alios tradit *ibidem* gloſ. *in fin.* & Alberic. *vbi ſup.* necnon Abb. *d. cap. 2. numer. 4.* & Couar. *lib. 2. var. reſol. cap. 17. num. 2. in fin.* poſt Io. And. Gemin. Franc. & ipſum Innoc. *d. cap. 1.* Quòd ſi quis plura de his 322.
cupiat, ac præcipuè, † in quo differant decretum, auctoritas, conſenſus & licentia, conſulat, ſi lubet, Oct. Simoncell. *in d. præſat. tract. de decret. à num. 27. vſque ad 57.* vbi etiam diſputat an, & quando hæc præcedere, vel ſequi debeant, aut poſſint actum, ad quem requiruntur: qua de re quod ad conſenſum attinet, aliquid dicturi quoque ſumus inf. *cap. vlt. huius tract. quæſt. 7. concluſ. 7.* & hac ipſa quæſt. præcentis cap. *concluſ. 5. ad fin. & concluſ. 6. circa medium.*

Iam verò his de citatione, & conſenſu, qua fieri potuit breuitate, ſuppoſitis, ad concluſiones huius quæſt. veniamus; ex quibus tres priores ſingulis tribus prioribus ſuppoſitis reſpondebunt, aliæ verò tres circa hoc poſtremum ſuppoſ. verſabuntur; iuxta tria perſonarum genera, quarum conſenſus in commutatione vltimarum voluntatum exigi poſſe, aut debere videtur; nimirum vel fundatoris, aut heredis, ſi donatarius, aut legatarius commutationem donationis, alteriúſve vltimæ voluntatis impetret; vel ſecundò ipſius donatarij, legatariúve, vbi illam impetret fundator, aut eius heres; vel denique Capituli Eccleſiæ Cathedralis in commutatione vltimæ voluntatis ad Eccleſiam aliquam, aut alium locum pium, vel Eccleſiaſticum pertinentis ab Epiſcopo ad inſtantiam alicuius ex prælictis facienda.

PRIMA igitur CONCLVSIO ſit. In commutatione vltimæ voluntatis ordinaria, vel delegata poteſtate ab executore facienda, † vbi etiam ali- 323.
quis vocandus ſit, non eſt neceſſaria citatio propriè dicta, niſi poſt legitimam partis oppoſitionem, & contradictionem. Probatur, quia negari non poteſt, quin commutatio vltimæ voluntatis † ex ſui natu- 324.
ra ſit vel gratia, vel priuilegium, vel demum quid ſimile pertinens ad reſcriptum; & ſignaturam gratiæ, non autem iuſtitiæ: vnde & Mandoſ. *in ſua tract.* quem inſcripſit *praxim ſignaturæ gratiæ*, ſpeciale titulum conſtituit commutationis vltimæ voluntatis; quam etiam gratiam quandam eſſe, ſuperè ſentit Rebuff. *in Praxi benef.* dum poſtquam *in fin. tit. de reſcript. legitimat. mixt.* dixit ſe allaturum quædam de conceſſione, quæ ſit per Breue, quod plerumque ad gratiam reſpicit, vt inferiùs videbitur; ſtatim ſubiicit titulum *de Breui Apoſtolico*, & aliis: in quo tit. *ſub num. 56. & 57.* ponit commutationem vltimæ voluntatis. Proceſſus autem executionis litterarum Apoſtolicarum, quem facit ſuper verificatione gratiæ, † ſiquidem in commiſſione 325.
non adſit clauſula, *vocatis vocandis*, aut ſimilis, neque aliquis expellendus ſit de poſſeſſione, extraiudicialis eſt, vt poſt Innoc. & alios *in cap. fin. de præſumpt.* concludunt *ibi* latè Imol. *num. 12. & 13.* Abb. *num. 3. & ſeqq.* Fel. *num. 22. vſque ad 29.* quos cum aliis ad id refert, ac ſequitur Hieron. Gonzal. *in commentar. reg. 8. glo. 9. in annotat. contra nullitat. & attent. in conſ. beneficial. num. 19.* ſimul poſt eos ſentiens, tunc non requiri aliquam citationem, ſeu vocationem. ſed &, ſi aliquis vocandus ſit, quia ſit in poſſeſſione, aut in reſcripto adſit clauſula, *vocatis vocandis*, vel ſimilis; adhuc ea vocatio propriè non eſt citatio; (niſi aut ſuper ea re, vel vltima voluntate commutanda præceſſerit lis, quæ adhuc pendeat; aut is, qui vocatus fuit, ſe oppoſuerit, & contradixerit commutationi faciendæ, de quo paulo pòſt dicemus:) tunc enim nihilominus eſt actus iuriſdictionis voluntariæ, cùm non reddatur in inuitos, ſed inter volentes, iuxta text. *in l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. l. inter ſtipulantem, §. 1. ff. de verb. obligat. l. emancipari, ff. de adopt. & l. 2. ff. de offic. proconſ.* vbi gloſ. ab omnibus approbata, *verbo, contentioſam*, cum aliis per nos adductis ſup. *quæſt. 7. concluſ. 2.* poſt eius *vlt. limitat. verſ. quòd ſi pars*, & quòd tunc ſolùm, cùm adeſt oppoſitor, ſeu contradictor, eſt actus iudicialis, & iuriſdictionis contentioſæ, & procedi dicitur, ac debet iudicialiter, ſatis probat inter cæteros Lambertin. *tract. de iurepatron. lib. 2. part. 2. quæſt. 2. artic. 3. numer. 9. & artic. 6. numer. 2. & 3. quæſt. 6. artic. 7. numer. 6. quæſt. 8. artic. 9. & quæſt. 11. artic. 4. numer. 1. 3. 5. & 6.* necnon *3. part. eiuſdem lib. 2. quæſt. 2. artic. 11.* præſertim *numer. 3. 4. & 6.*

cum aliis, quos allegat, ac sequitur Gonzal. *d. glos. 9. in annot. contra nullit. & notent. in cauſ. benefic. à num. 15. ad 44.* præsertim verò *num. 38. 39. & 43.* ac rursus *glos. 62. num. 8.* Potissimùm autem ad huius conclus. probationem aduotandum est, quod
326. Lambert. docet *d. quæst. 6. art. 7. num. 6.* † citationes has, quæ fiunt in actibus voluntariæ iurisdictionis, antequam aliquis contradicat, aut se apponat, non esse veras citationes, sed potiùs vocationes, prout eas passim in prædictis quæst. idem Lambert. appellat, necnon *eod. lib. 2. part. 1. quæst. 6. art. 6.* atque alibi sæpe; post glos. & Doctor. *in cap. fin. de elect. in 6.* idémque apertè colligitur ex latiùs per nos adductis sup. hac ipsa quæst. *in 1. præmiss.* & faciunt, quæ de voluntaria, & contentiosa iurisdictione diximus *d. quæst. 7. conclus. 2.* & fusiùs tradit Sanchez *lib. 5. de matrim. disput. 8. & 19. ferè per tot.* Neque his obstat, quòd immo citatio est initium iudicij, & per eam executam dicitur lis pendere, *l. vbi cœptum, ff. de iudic.* iuncta *Clement. 2.* seu *fin. vt lit. pend.* cum vtrobique notat. & suis concord. vnde cùm citatio sit pars iudicij, processus iudicialis dicendus erit ante contradictionem, seu litis contestationem. respondetur enim primò, iudicium dici cœptum per citationem non tamquam per sui partem, sed vti per suum præparatorium; vnde *in cap. gratum, de offic. deleg.* dicitur per eam esse quasi cœptum. *in d.* verò *Clement. fin.* non simpliciter dicitur litem pendere per citationem, sed quoad hoc, vt nihil debeat innouari. deinde dici potest eam tunc demum esse partem iudicij, cùm ad hoc transmittitur, ac dirigitur, vt lis, & iudicium instituatur, & mox facta prosecutione in forma iuris, ac iudiciali per sententiam à iudice terminetur: finis autem in hisce moralibus, seu ciuilib. actibus dat illis speciem, vt constat ex latiùs adductis ab Euerard. *in Topic. iur. loc. à virt. fin. num. 3. & 4.* ac nos *in tract. de conseruat. iudic. cap. 7. quæst. 4.* præsertim *num. 1. 211. & 220.* causam criminalem dici quæ ad publicam vtilitatem, ac vindictam dirigitur, ciuilem verò, quæ ad priuatam tantùm vtilitatem.

SECVNDA CONCLVSIO. Vbi in rescripto commutationis vltimarum voluntatum, seu commissionis illius adsit clausula, *vocatis vocandis*, vel,
327. *vocatis quorum interest*, † necessariò vocandi sunt ij, qui ex commissionis executione lædi possunt; aliàs executio erit ipso iure nulla. Probatur ex iis, quibus sup. *in 2. suppos.* ostendimus, hanc clausulam inducere conditionem, & formam substantialem; præcipuè propter ablatiuum absolutum, *vocatis*, vnde inducitur conditio, *l. à testatore, ff. de condit. & demonstr.* Doctor. *ibi* atque alibi passim: conditio autem formam importat, vt ex *l. heredi, ac l. Manius, ff. eod. tit.* atque aliis *in d. suppos.* docuimus;
328. forma verò non seruata, † corruit actus, ac nullus redditur, *cap. cùm dilecta, de rescript. cap. Venerabili, de offic. deleg. cap. Pisanis, de restit. spoliat. l. cùm hi, §. si prætor, ff. de transact.* latè Fel. *d. cap. cùm dilecta, num. 6. §.* seu *vers. gesta contra formam*, cum aliis allegatis à Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos. 21. num. 11. cum seq. & §. 36. glos. 2. num. 26. cum tribus seqq.* & Gonzal. *ad d. reg. 8. glos. 4. num. 137. & glos. 18. numer. 76. cum duobus seqq.* ita, vt non sufficiat eam implere per æquipollens, *l. 1. §. opus nouum*, vbi omnes scribentes, *ff. de nou. oper. nunt. & l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. d. cap. cùm dilecta, de rescript.* vbi Fel. *num. 10. ampliat. 11.* latè Gonzal. *d. num. 137. & 76.* quod tamen fallit, quando aliàs immineret periculum alicuius scandali, vt per Fel. alios allegantem *d. cap. cùm dilecta, numer. 13. limit. 7.* & quando forma inducta est ad aliquem certum finem, modò illic finis sequatur; vt ex Bart. & aliis *in l. Gallus, §. & quæ si tantum, ff. de lib. & posthum.* Bald. *in l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, col. 2. de iureiur.* ac Paris. plures allegante, ac de communi testante *cons. 33. numer. 34. vol. 1.* tradit Mandos. *ad reg. 34. Cane. quæst. 68. num. 13.* ad quod etiam est opt. text. *in l. mulier, in princip. ff. ad Trebell. l. si mater, C. de institut. & substit. sub condit. fact.* ibique Castr. Ias. & alij, necnon text. *in l. fin. C. de donat. quæ sub modo.* & maximè conducunt, quæ de denuntiatione à statuto inducta pro forma, si omittatur, vbi aliàs is, cui facienda est denuntiatio, habeat rei, ad quam ea fit, notitiam; allegat Tiraq. *d. §. 36. glos. 2. num. 24. 25. & 28.* quam tamen restrictionem, seu fallentiam puto non posse habere locum in casu nostro rescripti, seu mandati ad commutandum; nam mandati fines diligenter sunt custodiendi, *l. diligenter, ff. mand. & cap. cui de non sacerdotali, de prab. in 6.* & colligitur ex *d. cap. Venerabili, ad fin. & d. cap. cum dilecta.* Hæc igitur erit prima ampliatio huius conclus. vt nimirum non sufficiat implere hanc conditionem, seu formam vocationis per æquipollens, nisi subsit periculum scandali, propter quod vitandum recedimus à regulis iuris communis, *cap. cauendum*, 10. *quæst. 3. cap. nolite*, 11. *quæst. 3. cap. ad aures, de temp. ordin. & cap. nihil prodest, de præscript.* & *ibi* glos. & Doctor. aut aliud periculum, quod & sentit Fel. *d. limit. 7.* & colligitur ex adductis sup. per nos *in 3. suppos. limit. 1. & 12.* Ampliatur secundò prædicta regula, & nostra conclusio, vt procedat, † licèt etiam in 329.
minimo omittatur forma, aliquidve citra, aut præter illam fiat; vt post Fel. *d. cap. cùm dilecta, num. 6. vers. amplia primò*, & alios docent Gonzal. *d. glos. 18. num. 77.* & Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos. 21. numer. 11. cum seq. & de retract. conuent. §. 4. glos. 6. num. 31.* quamuis dum hi allegant Fel. ille *num. 10.* hic *in 10. ampliat.* fallitur vterque: nam Fel. eo loci distinctam, longéque diuersam ampliationem ponit à præced. quæ nobis erit tertia, vt nimirum omissio formæ vitiet actum, licèt ipsa tota sit lenis; quod & pluribus relatis tradit idem Tiraq. *in tract. de iudic. in reb. exig. feren. num. 12.* hanc tamen ampliationem Fel. bene ibi temperat post alios, dummodo ea dispositio vlteriùs procedat annullando. Ampliatur quartò, vt † intelligantur de substantia 330.
formæ substantialis non solùm ipsa forma, sed etiam eius concomitantia. ita Fel. *d. num. 6. vers. amplia tertiò*, post Bald. *in cap. 1. de sent. & re iud.* & Abb. *d. cap. Pisanis, not. 4. de restit. spol.* per illum text. Quintò ampliatur conclusio, & regula prædicta de nullitate resultante ex omissione formæ tra-
ditæ in rescripto, vt procedat, † etiamsi transgressio formæ induceret faciliorem expeditionem 331.
commissionis; vt post glos. *in cap. solet*, & *ibi* Gemin. *in princip. col. 7. de sent. excomm. in 6.* docet Fel. *d. numer. 6. vers. amplia quartò*, vbi alia quoque ad id allegat. Ampliatur sextò, vt † obserua- 332.
tioni formæ non possit à partibus renuntiari; vt pluribus relatis tradit Fel. *ibidem vers. amplia quintò*, & alij relati ab Ant. Gabr. *commun. conclus. lib. 6. tit. de clausul. concluſ. 3. numer. 24.* id autem temperat post alios Fel. statim *in vers. limita hoc*, nisi forma rescripti esset merè in fauorem partium; quomodo intelligo multos cit. à Gabr. *ibid. numer. 17.* quæ restrictio maximè confirmatur quoad simplicem formam, si illa vera est quando etiam adest decretum irritans, de quo plura hinc inde affert Fel. *ibi numer. 7. & cap. cùm accessissem, col. 4. de constit.* in eam partem inclinans, vt tunc quoque vera sit; quam & nos post alios sequuti sumus *quæst. præced.*

Digitized by Google

praced. concl. 6. *in* 4. *effect.* decreti irritantis. Amplia-
333. tur septimò, † vt, quæ sunt de forma substantiali, debeant vel præcedere, vel in ipso actu interuenire, non autem sequi. ita Fel. *d. cap. cùm dilecta, numer.* 6. *circa initium, verf. quartum signum*, post Ang. *consil.* 36. Gemin. *cap. vt circa*, §. 1. *col. vlt. de elect. in* 6. Card. *in Clem. causam*, §. *pen. col.* 1. *de elect. & d. numer.* 7. *verf. amplia sextò*, post Bald. *in l.* 1. *col.* 24. *verf. extra quæritur*, *C. qui admitti*, subdentem, sufficere tamen, quòd ea solemnitas interueniat, antequam diuertatur ad actus extraneos; id quod ex eo etiam maximè confirmatur, quòd quæ incontinenti fiunt, censentur inesse, *l. lecta*, & *ibi* omnes, *ff. si cert. petat.* cum aliis ad id allegatis ab Ant. Gabr. *commun. conclus. lib.* 1. *tit. de præsumpt. conclus.* 13. *ferè per tot.* & concludendum, quòd non sufficeret ratificatio: & hoc postremum tenet quoque Castr. *in l. si cùm dotem*, §. *eo tempore*, *ff. sol. matr.* & alij quos *d. verf. amplia sextò*, refert, ac sequitur Fel. Octauò am-
334. plia, † vt etiam subrogatus ei, qui debebat seruare certam formam, eandem seruare debeat; vt constat ex adductis per Fel. *d. num.* 7. *verf. amplia septimò*; vbi etiam addit ea, quæ ad id ipse allegauit *in cap. cùm accessissent*, *col.* 12. *verf. pro isto dicto, de constit.* quem etiam quoad hoc sequitur Gabr. *commun. conclus. lib.* 6. *tit. de regul. iur. conclus.* 2. *numer.* 30.

335. Ampliatur denique, † vt citatio specialis requiratur vbi certus est contradictor, & is, qui habet interesse; ita, vt præsentia illius non sufficiat, aut suppleat defectum citationis, vel in omissione, vel quia solùm fuit generalis, nisi is faciat aliquid circa actũ ipsum; vt colligitur ex *cap.* 1. 5. *quæst.* 2. satisque probat Lambert. *lib.* 2. *de iurepatr. part.* 2. *quæst.* 6. *art.* 11. *num.* 6. *& 7. & art.* 12. *ferè per tot.* ac præsertim *numer.* 6. *&* 12. ob id præcipuè, quia in casu illius text. *cap. fin. de elect. in* 6. citatio specialis sit de forma, licèt *d. num.* 12. referat Steph. de Caiet. *d. cap. fin. col.* 5. *verf. præterea*, contrarium in hoc post alios sentiente.

Limitatur nunc primò eadem regula, & conclu-
336. sio, † vt faciens actum contra formam, si talis sit, qui possit ei derogare, censeatur derogare. ita Fel. *d. cap. cùm dilecta, num.* 11. *verf. limita regulam*, post Bald. *l.* 1. *col.* 2. *ff. de legib.* Bart. *in l. omnes populi, C. de precib. Imper. offerend. & in l. obseruare, post medium, C. de decurion. lib.* 10. Castr. *d. l. omnes populi*, & Bapt. de S. Seuerin. *in l. omnes populi, fol.* 6. *ff. de iust. & iur.* Secun-
337. dò, † si commissarius ex iusta causa faciat, quod est proximum mandato. ita Fel. *d. cap. cùm dilecta, num.* 12. præcipuè per *glos. fin. in cap. innocens*, 22. *quæst.* 4. *glos.* 2. *in cap. nullus*, 62. *dist.* ac text. *in l. iam tamen*, §. *fin.* sed debuit allegare §. *in hac, verfic. quid tamen, si*, qui §. est antepen. *ff. iudic. solu.* ibi; poterunt sumptus litis consequi, quasi iuxta mandatum, etsi non mandatum fecerint. ad quod etiam faciunt, quæ adducit Abb. *in cap. causam, col.* 2. *verf. hoc teneas, de re iudic.* atque ibi latè idem Fel. & Tiraq. *in tract. de iudic. in rub. exig. feren. à num.* 6. *vsque ad* 104. & in terminis mandati Barbat. *in cons.* 74. *col.* 2. *lib.* 4. Huic affinis est limitatio quam idem Fel. affert *d. cap. cùm dilecta, num.* 13. *verf. limita sextò*, vt delegatus recedere possit ab eo, quod sonant verba formæ, vt audiat rationabilem partis exceptionem, ex Abb. *in cap. ex parte, il* 2. *not.* 1. per illum text. *de offic. deleg.* & ex glos. *in cap. lator, verbo, excusationes*, 2. *quæst.* 7. *& glos.* 1. *in cap. placuit*, 21. *quæst.* 2. nisi factum esset notum Papæ, & excluderet omnem exceptionem. ita Fel. *ibi* post Archid. *d. cap. lator*, vbi videndus est Gemin. latiùs distinguens, ac Fel. & alij *d. cap. ex parte*. Neque huic limitationi obstat 2. ampliatio, quam suprà attulimus, vt omissio formæ etiam in minimo vitiet actum; ea enim procedit vbi sine causa recederetur à præcisa, & omnimoda forma rescripti; vel illud minimum est quid de per se, & actus distinctus: hæc verò limitatio procedit vbi ex causa in modico receditur, quod est pars alicuius actus, qui est de forma, seu solemnitate substantiali actus principalis, in quo ea seruanda est.

Limita tertiò, † vbi forma rescripti non concer-
338. nit ordinem, seu formam ipsius facti, sed iuris. ita Fel. *d. cap. cùm dilecta, numer.* 12. *verf. limita tertiò*, inter alios ex Cald. *consil.* 20. *de rescript. & conf.* 1. *de sentent. excommun.* per text. *in cap. causam, quæ de rescript.* exemplum illud afferente, cùm dicitur, absoluatur præmissa satisfactione; nam tunc is inquit, sufficere cautionem, nisi manifesta sit offensa; iuxta *cap. ex parte, il* 1. *de verb. signific.* & ex Bald. *in cap. super eo*, per illum text. *de offic. deleg.* & subdit, hoc sentire omnes, dum tractant de ordine seruando. docent enim, emissionem formæ expressæ quæ de iure inest, non annullare actum, cùm expressio eius, quod inest eo modo quo inest, nihil operetur, *l. Cornelius, ff. de hered. instit.* cum aliis sæpiùs per nos adductis. Quartò limita, vbi commissio fiat Ordinario habenti super ea re, quæ committitur, facultatem, addita sola certa forma; nam
339. tunc † eius omissio non vitiabit actum, secundùm Anchar. *in cap. ea, quæ, col.* 12. *de reg. iur. in* 6. & Imol. *d. cap. cum dilecta*, ex glos. *in Clement.* 1. *verbo, inhibentes, de iurepatron.* ad quod etiam est text. *in cap. dilectus, il* 2. *de prab.* cum aliis allegatis per Abb. Imol. & alios *in cap. ex parte*, vbi etiam Felin. *num.* 1. *verf. secunda limitatio, de constit.* licèt *d. cap. cùm dilecta, num.* 12. *verf. limita quartò*, id solùm admittere videatur in modo, & qualitate, non in forma. in qua tamen quoque puto hanc limitationem procedere ex allegatis per eum *d. cap. ex parte*; vbi hoc restringit post alios † in sex casibus; quo-
340. rum primum ponit *num.* 3. vbi Papa per suum præceptum inhibet habenti iurisdictionem, ne ea vtatur; secundum *numer.* 4. vbi nisi is seruet formam, transfertur in alium potestas; tertium *num.* 5. vbi commissio sub ea forma disponat ad vtilitatem tertij super iure illi iam quæsito; quartum *numer.* 6. quando sumus in habentibus perpetuam causam prohibitionis; quintum *num.* 7. vbi in forma adsit dictio, *nullatenus*, vel alia importans clausulam decreti irritantis; sextum *num.* 8. quando illa qualitas, & adiectio posita in commissione non tam respicit modum, & formam, quàm executionem actus; præcipuè ex Castr. *cons.* 324. ita declarante glos. *d. Clement.* 1. *verbo, inhibentes, de iurepatron.* & allegante ad id text. *in l. si in lege, ff. locat.* Limi-
341. ta quintò d. regulam, & conclus. vt non procedat, † vbi forma non est limitata ad certum quid. ita Fel. *d. cap. cùm dilecta, num.* 12. *verf. limita quintò, de rescript.* ex Ioan. And. Abb. & aliis *in cap. quod ad consultationem, de re iudic.* licèt Fel. ipse de hac limitatione dubitet. Limitatur sextò, vt non habeat locum, vbi per confessionem partis recedatur à forma, cuius menti satisfiat per manifestationem confessionis ita Fel. *d. cap. cùm dilecta, num.* 14. *verfic. limita ettanò*; vbi id latè comprobat, ac tuetur, præsertim ex Franc. *in cap. dilecto, col.* 5. *de appellat.* Bald. *in rubr. de iurisdict. omn. iud.* Abb. *in cap. Pisanis, col.* 3. *de restit. spoliat.* ex quo text. prædicti omnes mouentur. ad idem autem facit *cap.* 1. *&* 2. *de accusat. in* 6. & melius *Clement. constitutionem*, §. *fin. de elect.* ibi; illius verò constitutionis formæ omissio licèt appellantem ab obiectibus in formam

electionis, vel personas eligentium, vel electi propositis, vel proponendis, & eorum facienda probatione repellat; probationem tamen factam super his per aduersarij confessionem, vel aliàs legitimè, non infirmat. Limitatur denique prædicta
342. regula, atque adeò præsens conclusio, vt † sufficiat generalis citatio, seu vocatio, vbi à principio non erat certa persona vocanda, licèt post illam citationem facta sit certa; vt tenet Ioan. And. *in cap. fin. de elect. in 6.* quem sequuntur alij relati à Lambertin. *d. quæst. 6. art. 11. num. 4.* iuncto *num. 5.* nec ipse Lambertin. illum in hoc reprobat, vt patet ex eius discursu *ibidem num. 6. & 7.* Eadem verò conclusio directè atque in specie quoad clausulam, *vocatis vocandis*, quæ in rescripto commutationis, vel commissionis ipsius adiecta sit, limitari debet duobus modis: altero, qui colligitur ex eo, quod sup.
343. hac ipsa quæst. *suppos. 2. circa medium*, tradidimus, † hanc clausulam non operari suum effectum, vt citentur, seu vocentur aliqui, vbi nullus est contradictor, seu qui contradicere possit: altero, qui sumitur ex conclus. præced. maximè post medium; vt non obstante hac clausula in litteris derogationis, seu commissionis eiusdem appositis, licèt commissarius eius clausulæ vigore procedat ad citationem, seu vocationem generalem, aut etiam specialem eorum, quorum interesse potest; adhuc illa vocatio non dicetur propriè citatio, neque ille processus iudicialis, donec aliquis se opponat, & contradicat prædictæ derogationi, seu executioni commissionis super ea emanatæ; sed interim illa dicetur vocatio, & processus erit extraiudicialis.

Ex his autè omnibus sic declaratis infertur quid dicendum sit in casibus Conc. Trid. *sess. 7. cap. 6. sess. 21. cap. 7. ac sess. 24. cap. 13. circa initium, de reform.* necnon *reg. 21.* aliàs *22. Canc. Apost.* in quibus quædam fieri mandantur, sed vocatis iis, quorum interest, quæ citra commutationem vltimæ voluntatis plerumque executioni mitti nequeunt. eos verò casus, quoniam ad mutationem status Ecclesiarum, ac beneficiorum pertinent, *inf. cap. 11 quæst. 7. concl. 8.* ponderabimus.

TERTIA CONCLVSIO. Circumscripta clausula, *vocatis, quorum interest*, vel, *vocatis vocandis*;
344. † requiritur quidem in commutatione vltimæ voluntatis citatio, seu vocatio eorum, qui illo actu lædi possunt, vt eis præiudicet; non tamen ideo cortuit actus quoad illos, qui vocati fuerunt. Posterior pars conclusionis patet ex *l. de vnoquoque, in princip. ff. de re iudic.* ibi enim dicit Paulus Iurisconsultus de vnoquoque negotio præsentibus omnibus, quos causa contingit, iudicari oportet; aliter enim iudicatum tantùm inter præsentes tenet: satisque apertè colligitur ex iuribus mox citandis pro priori parte concluſ. in quibus solùm dicitur, actum factum sine eorum vocatione, quorum interest, quive ex eo lædi possent, iis non præiudicare; etsi quæ simpliciter dicunt, illum actum nullum esse, accipiendum est iuxta alia iura, quoad eos, qui vocari debereut, seu absentes, non autem quoad præsentes; vel vbi absens sit principalis; vt iura iuribus concordemus. *cap. cùm expediat, de elect. in 6.* cum similibus. apertius verò id colligitur ex illis iuribus, in quibus dicitur, res inter alios actas aliis non nocere, vt *l. 1. ff. de iudic. l. si cui, §. iisdem criminibus, ff. de accus. l. Modestinus, ff. de except. l. 1. ff. de except. rei iudic. l. 2. C. de fid. instr. cap. inter dilectos, ext. eodem tit. cap. cùm super, & cap. pen. de re iudic. & vbi. ac toto tit. C. int. al. act. vel ind. res al. non noc.* Prior autem pars eiusdem conclus. probatur ex *d. l. de vnoquoque, in princip.* in verbis supeiùs citat. necnon ex *cap. 1. de cons. poss. & propr.* ibi; nec nos contra inauditam partem aliquid possumus definire; ac præterea ex *cap. omnia, 3. quæst. 9.* vbi Cornelius Papas: Omnia, inquit, quæ aduersùs absentes in omni negotio, aut loco aguntur, aut iudicantur, omnino euacuentur: quoniam absentes nullus addicit, nec vlla lex damnat. idem etiam probatur *in cap. caueant, & cap. charta, ea l. cons. & quæst. cap. cùm olim, de testib. l. nam ita Diuus cum præced. l. in causa, la 1. §. causa cognita, & l. etiamsi parte, §. fin. ff. de minor. l. 3. & 2. 6. si per vim, vel alio modo, l. 1. C. de præd. minor. l. 3. C. si tut. vel curat. ex falsi. allegat. & §. si verò absens, auth. de hered. & falcid. collat. 1.* cum aliis allegat. per glos. & Doctor. *in cit. iurib. &* nos sup. hac ipsa quæst. *initio 3. suppos.* ex quibus regulam ibi constituimus, quòd circumscripta à rescripto clausula prædicta, *vocatis vocandis*, vel, *vocatis, quorum interest*, regulariter vocandus quis est ad eum actum, vnde lædi potest, vt ei præiudicet. ad quam regulam, quod ad materiam commutationis vltimarum voluntatum attinet, confirmandam, illud etiam posset hoc loco afferri quòd regulariter † in legitimatione per rescriptum requiritur ci- 345.
tatio eorum, qui ex illa lædi possent. sed quoniam id plures declarationes requirit, remittimus ad Doctor. per nos citand. inf. *cap. 9. huius tractat. in initio*, qui ex proposito de legitimatione per rescriptum agunt, præsertim verò Ant. Gabr. *commun. concl. lib. 6. tit. de legitimat. concl. 7.* maximè *num. 11.* M. Ant. Peregr. *tract. de fideicommiss. art. 43.* & Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 10.* & meliùs *tit. 11.* illúdque simile hìc attigisse sit satis, quòd † 346.
in adoptione loco nepotis adesse debet filius, qui futurus est loco patris. *l. cùm nepos, & l. si is, qui la 1. ff. de adopt.* & in confirmatione adoptionis, quæ inre facta non sit, exigitur præsentia omnium, qui ex ea læderentur, *d. l. nam ita Diuus, ff. eod. tit.* & in restitutione libertini, aut serui, natalibus requiritur præsentia, consensúsve patroni, aut domini. *l. 2. l. nec filio, & l. fin. ff. de natal. restit.* In specie autem commutationis relicti ab inferiore faciendæ, quòd necessaria sit vocatio, vel præsentia illorum, qui ex ea lædi possunt, ita, vt alterare nequeat relicta, nisi de causa ei liqueat vocatis iis, quorum interest, docet Bertach. *tract. de Episc. lib. 4 part. 4. num. 71.* post Bald. *in l. si testamentum, C. de testam.* Pariter quia illas omnes siue ampliationes, siue limitationes, quæ ad prædictam regulam in supradicto 3. suppos. adhibuimus, facilè quisque ad hanc conclusionem applicare per se, & accommodare potest; id facere breuitatis gratia nunc prætermittimus: illam dumtaxat ampliationem adiicientes, quæ magis congruere huic, & præced. etiam concl. nobis videtur, nimirum, quòd, si qua certa persona sit, quæ ex actu commutationis vltimæ voluntatis lædi possit, & cuius interesse potuit adesse eiusmodi actui, non sufficiat citatio generalis, seu per edictum, vel proclama, sed ea persona specialiter citanda, seu vocanda sit. id enim regulare est in cæteris quoque negotiis, & actibus, † vt huiusmodi citatio non ar- 347.
ctet, quando persona citanda certa est, & cognita; vt tradunt Imol. & Innoc. *cap. in nostra, de procurat.* Fel. *cap. 2. num. 8. de constit.* Doct. *in cap. exhibita, de iudic. & cap. fin. de elect. in 6.* Soc. *in rubr. de dilation.* seu *tract. de citat. art. 22. num. 4.* Marant. *in spec. aur. part. 6.* quæ est *de citat. memb. 1. num. 81. & 89.* Vant. *tract. de nullit. tit. de nullit. ex defect. citat. numer. 25.* & Sigismund. Scacc. *in tract. de indic. cauf. ciuil. criminal. & hæretical. cap. 34. num. 6. & 23.* cum aliis per nos allegat. & nos *in tract. de conseruator. indicib. cap. 8.*

cap. 8. quæst. 1. conclus. 5. circa medium; quibus nunc addo Nic. Garz. *tract. de benef. part. 9. cap. 4. num. 8. & 9.* ex nonnullis Rot. decisionibus. necnon Lambertin. qui, & alios citat, *in suo tract. de iurepatron. lib. 2. part. 2. quæst. 6. art. 10. num. 1.* & latiùs *artic. 11. num. item 1.* præcipuè per text. *in d. cap. fin. de elect. in 6.* ibi; vocationem autem huiusmodi nominatim, vbi est coelectus, vel oppositor, aliàs generaliter in Ecclesia, in qua electio facta est; vt, si qui sint, qui se velint opponere, compareant, assignato peremptorio termino competenti, faciendam esse censemus. Idem etiam colligitur ex *Clem. causam, in princ. & vers. quòd si forsan, & §. verùm, iuncto §.* seu *vers. fin. de elect.* nam *in princ. ac d. §. quòd si*, dicitur, quòd appellatio, quæ non fuit interposita præsente appellato, vel eius procuratore speciali ad illam causam, debet eorum alteri intimari: neque aliter sufficit illam generaliter publicare, quàm vbi copia eorum alterius nequit haberi, aut iis absentibus nõ possit fieri citatio ad domum consuetæ habitationis ipsius appellati, quia hæc in remotis existat. *in d.* autem *§. verùm*, subditur, quòd, si propter appellati, aut suorum metum, vel potentiam intimatio fieri nequeat, vt præfertur, appellatio in loco aliquo publico sic solemniter publicari debet, vt ad appellati notitiam possit peruenire. at verò *d. §. fin.* dicitur; idem quoque in aliis casibus obseruari volumus, in quibus requiritur intimatio facienda. Simile quid habetur *in Clement. vnic. in princip. iuncto versic. si verò, de form. compet.* vbi Episcopi expulsi, cùm in aliena ciuitate, vel dioecesi ex illius canonis indulgentia procedere volunt contra suos expulsores & eorum consiliarios, ac fautores, non aliter possunt eos citare publicè in Ecclesia, quàm si nequeant tutè citari personaliter, vel ad domum eorumdem, aut ipsi malitiosè impedimẽtum præstiterint, ne possint sic citari. Idque præter Doct. *ibi* post Bart. *in Extrauag. ad reprimendum, verbo, per edictum,* & Marant. *d. part. 6. memb. 1. num. 82.* tradit Scacc. *d. cap. 34. num. 7.* & Marian. Soc. *d. art. 23. num. 4.*

Ex prædictis autẽ duabus decretalibus Clem. habes primam limitationẽ prædictæ ampliat. vt nimirum † tunc fieri possit generalis citatio, seu vocatio 348. certæ personæ, quæ lædi ex actu possit, seu cuius interest, quando ea personaliter, vel ad domum specialiter citari nequeat, aut impedimentum præstiterit, ne posset sic citari. ad quam limitationem est etiam *Clem. 1. de iudic.* vbi Clem. V. *in Concilio Vienn.* constitutionem quandam Bonif. VIII. hoc est, *Extrau. vnic. de dol. & contum.* inter commun. incip. *rem non nouam*, in qua decreuerat, vt omnes citationes de personis quibuscumque, ipso Papa specialiter, & ex certa scientia id mandante, factæ in audientia publica Apostolicarum litterarum, vel in Papali Palatio, publicè postmodum maioris Ecclesiæ loci, in quo Romanus Pontifex cum sua Curia residebit, ianuis affigendæ, sic valeant, atque actent citatos post lapsum terminum, quem considerata distantia locorum citationibus ipsis apponi conuenit, competentem, ac si ad eos personaliter deuenissent: hanc, inquam, constitutionem Bonifacij Clemens temperans, præfatum modum citandi restringit ad illos tantùm, & in illis locum vult sibi vendicare, qui faciunt, impediunt, vel procurant per se, vel alios quoquomodo, ne ad eos possit citatio peruenire, vel quorum domicilia, siue loca non possint tutè, liberéve aditi. atque adeò hos duos casus præsentis limitationis, in quibus certa persona per edictum, seu citationem generalem vocari, citarive potest, plerique Doctor. ex *d. Clement. 1. de iudic.* agnoscunt. & quidem illum de impediente, ne ad eum perueniat citatio, ponit Bart. *in d. Extranag. ad reprimendum, verbo, per edictum*, Soc. *d. num. 4.* Fel. *in cap. quoniam contra, §. verò, num. 14. vt lit. non contest.* Gail *pract. obseru. lib. 1. obseru. 57. num. 3.* Scacc. *d. cap. 34. num. 9.* & Marant. *d. memb. 1. num. 84.* illum verò de non tuto accessu ad citandum, præter Doctor. *d. Clement. 1.* affert Soc. *d. num. 4.* Fel. *d. num. 14.* Gail *d. obseru. 57. num. 2.* Marant. *d. memb. 1. num. 85.* & Scacc. plures allegans *d. cap. 34. num. 10.* & vtrumque casum nos latiùs explicauimus *d. tract. de conseruat. cap. 8. quæst. 1. concluſ. 5. post medium*, vbi & alios retulimus, de quibus infr. *limit. 4. & seq.* Limita secundò, † nisi 349. illa certa persona facta sit certa solùm post transmissam generalem citationem, & omnibus aliis modis, quibus superior conclusio à nobis limitata fuit; illæ enim omnes limitationes multo magis locum habere debent in hac concluſ. vbi non supponimus, vt ibi, vocationem in rescripto traditam esse pro forma.

Limita tertiò, † vbi certa persona etiam ab initio cognita, & vocata per edictum, aliámve generalem citationem postea comparuit: nam per huiusmodi comparitionem, maximè si ea personæ contradicat actui, vel quid aliud faciat circa eum, sanatur huiusmodi defectus, qui in citatione interueniſſe dicatur, vt satis constat tum ex Doctor. & fundamentis ad id adductis à Lambertin. *d. art. 11. num. 3. & seqq.* atque ab eo approbatis, præsertim *num. 6. & 7.* vbi ea citatio seu vocatio specialis certi oppositoris, & contradictoris non sit à iure, vel ab homine tradita pro forma, quod accidit in casu præsentis concluſ. tum ex iis quibus sup. hac ipsa quæst. *in 3. suppoſ. limit. 10.* plurimis Doct. relatis ostendimus, præsentiam partis, modò non sit casualis, supplere omissionem citationis, & *limit. vlt.* supplere quemlibet defectum, qui in ipsa citatione interuenerit: vbi etiam docuimus, idem præstari per constitutionem specialis procuratoris ad eam causam; & simul candidum lectorem remisimus ad Lancellot. *in tract. de attentat. 2. part. cap. 4. in eius præfat. numer. 132.* & aliquot seqq. limitantem multipliciter hunc casum, & alios plures afferentem, in quibus citationis defectus suppletur. Limita quartò, † vt persona certa, & cognita, quæ aliàs 351. vocanda foret per specialem citationem, vocari possit per generalem, seu per edictum, quando quis semel personaliter est citatus, & est contumax, vel recessit nullo procuratore relicto; vt ex text. *in auth. qui semel, C. quem. & quand. ind. cap. causam, qua, & cap. fin. de dol. & contum.* ac plerisque Doctor. tradidimus *d. tract. de conseruat. cap. 8. quæst. 1. concluſ. 5. post medium, versic. tertius casus est.* Quintò limita, † vbi certa persona citanda est vagabunda; vt post Bald. *in l. si accusatoribus, col. fin. C. de accusat.* Bart. *d. verbo, per edictum, in Extrauag. ad reprimendum*, Marant. *d. memb. 1. num. 83.* Gail *d. obseru. 57. num. 4. & 5.* & Scacc. *d. cap. 34. num. 40.* alios allegantem, & tradentem formam exponendi hoc edictum iuxta rerum, de quibus agitur, diuersitatem, docuimus *d. concluſ. 5. longè post medium, verſ. quartus casus est.* Alios autem casus, in quibus fieri potest citatio generalis, vel per edictum, certæ personæ, videre est inter cæteros apud Gail *d. obseru. 57. num. 9.* Lambertin. *d. lib. 2. part. 2. quæst. 6. art. 13.* Scacc. *d. cap. 34. num. 15. 30. & 31.* ac Marant. *d. memb. 1. num. 88. vsque ad 95.* sed, vt *d. concluſ. 5. ad fin.* monuimus, ij vel dubij sunt, vel ad prædictos satis reducuntur: eo accepto, quem refert, ac satis confirmat Garz. *d. part.*

Digitized by Google

353. *d. part. 9. cap. 4. numer. 10. vsque ad 13.* vbi † esset consuetudo, quòd personæ certæ per generalem citationem, vel edictum citarentur: illosque tres generales casus adiecisse sat erit: quorum primus est quem ponit, latiúsque explicat Lambert. *d. quæst. 6.*

354. *art. 13. ferè per tot.* vbi † certum sit, certæ illi personæ ius, seu interesse non competere in, vel ad eum actum, qui expediendus est: quod tum ex eo confirmatur, quia quod licet inuitis aliquibus facere, multo magis id eis ignorantibus, aut absentibus licet, *l. qui potest, ff. de reg. iur.* tum ex eo, quod sup. hac ipsa quæst. *suppos. 3. ampl. 1.* post alios tradidimus, non esse necessariam citationem, quando notorium est, citando nullam competere defensionem; quod etiam constat ex traditis *d. suppos. 3. limit. 8.* Immo & generaliter ceteræ limitationes ibi adductæ ad eam regulam, quòd citandus quis sit ad eum actum, ex quo lædi potest, à fortiori locum habent quoad hoc, vt per generalem citationem, seu per edictum citari possit, nec specialis citatio requiratur, licèt de certa persona agatur. atque hic est alter casus generalis, in quo certa persona generaliter citari potest, seu per edictum. Tertius is est, quem affert Marant. *d. membr. 1. num. 95.* & est de mente Scace. *d. tract. de iudic. cap. 35. num. 1. 2. & 5.* vt nimirum in omnibus casibus, in quibus ius permittit, citationem fieri per proclama, in illis etiam fieri possit per edictum; quoniam hæc fauo-

355. rabilior est reo, cùm † requirat affixionem, quæ in illa non requiritur; vnde faciliùs citatio per edictum deuenire potest ad notitiam citandi, quàm ea, quæ fit per proclama; vox enim præconis paucis innotescit, *d. auth. qui semel, C. quom. & quan. iud. & Extrauag. rem non nouam, de dol. & contum. in commun.* Quibus autem casibus possit fieri citatio per proclama, videre est apud Marant. *d. membr. 1 à num. 98. ad 110.* quia verò auctor iste cuique perius est, in iis casibus recensendis non immorabimur; sed iam cœptas huius quæst. conclusiones prosequemur; & postquam de citatione, seu vocatione diximus, de consensu ad commutationem vltimarum voluntatum requisito, vt sup. polliciti sumus, tribus reliquis conclusionibus agemus.

QVARTA CONCLVSIO. Consensus fundatoris, vel eius heredis † requiritur regulariter in

356. commutatione vltimæ voluntatis prædicti fundatoris. Probatur hæc conclusio quoad consensum quidem heredis, ex text. *in l. legatum, ff. de vsu, & vsufruct. leg.* de quo etiam *in seq. concl.* necnon *in cap. nos quidem, de testam.* vbi heres intra annum à die mortionis ab Episcopo illi factæ debet ædificare Monasterium in loco à testatore præscripto; &, si in eo loco nequeat, id faciendum est in loco ab herede simul cum Episcopo designando: si verò hoc intra dictum tempus heres non præstiterit, solus Episcopus voluntatem defuncti exequetur. Necnon ex text. *in §. si autem heres*, vel potiùs *§. si autem legatum, vers. si verò loca, auth. de Eccles. tit. collat. 9.* vbi dicitur, quòd, si loca, aut personæ, ex quibus legatum pium dari præceptum est, longiùs fuerint, liceat illis, quibus hoc relictum est, si etiam pars obligata consentit, commutare legatum, & pro eo percipere reditus idoneos, & cum augmento non minùs quartæ partis relictæ quanticatis, & neque pluribus tribus fiscalibus prægranatos; aut vendere, si voluerint, huiusmodi legatum, & non minus pro pretio percipere, quàm ex tali legato intra viginti quinque annos colligitur: ita tamen, vt huiusmodi pretium ad vtilitatem Venerabilis domus, vbi relictum est, proficiat. Et in terminis, quòd consensus heredis requiratur in commutatione vltimæ voluntatis ab Episcopo facienda, post alios tenet Mandos. *cons. 33. num. 6.* & M. Ant. Genuens. *in prax. Neapol. cap. 20. num. 3.* subdens tamen post Fel. *in cap. cum accessissent, de constit.* & Roch. de Curt. *in tract. de iurepatr. verbo, pro eo, quod de Diœcesani consensu, quæst. 15.* quòd, si heres nollet consentire, posset solus Episcopus. hoc autem intelligit, & meritò, modò Ecclesiæ, cui legatur, consensus accedat, vel certè requiratur, iuxta id, quod seq. concluf. dicemus, vbi ex proposito de consensu eius, ad cuius fauorem vltima voluntas, quæ commutanda est, emanauit, agendum erit.

Quoad consensum verò alternativè fundatoris, vel heredis, hæc conclusio probatur. Primò ex eo, quod post Sarnen. qui est Lud. Gomes. *in compend. vtriusque signat. vers. & eodem modo, quando Episcopus*, & Couar. *pract. quæst. cap. 36. num. 10.* tradit, satisque comprobat Garz. *tract. de benef. part. 1. cap. 5. num. 359.* Episcopum † sine consensu patroni non 357.
posse imponere beneficio pensionem, quæ transeat ad successores; secus verò de ea, quæ non transeat ad successores. quomodo conciliari possunt opiniones hac in re contrariæ, nimirum affirmatiua, de qua *num. 357.* & negatiua, de qua *num. 358.* Rectè autem monet Garz. *num. 360.* hanc resolutionem limitari posse, vt valeat Episcopus imponere pensionem etiam transitoriam ad successores sine patroni consensu, & eo inuito, si vocatus nolit consentire, arg. eius, quod de permutatione beneficij, iurispatronatus facta sine consensu patroni ipsemet tradit *d. tract. part. 11. cap. 3. num. 19. & 23.* ac subdit idem Garz. *d. cap. 5. num. 361.* quòd, licèt Papa possit imponere pensionem super beneficio iurispatronatus sine consensu patroni, ex Marchesan. *de commission. & rescript. part. 2. cap. 4. num. 57.* & Rot. in vna Columbrien. coram Seraphino; tamen si beneficium est iurispatronatus laicorum ex fundatione, & donatione, debet in reseruatione fieri mentio de tali iurepatronatus, aliàs pensio est surrepitia, & nulla; Gig. *tract. de pension. quæst. 24.* Did. Couar. *d. num. 10.* Bursat. *cons. 178. num. 38. lib. 2.* Caputaq. *decis. 132. part. 2.* & Rot. *decis. 1044. lib. 3. part. 3. in nouiss. diuers. & in suis addit. ad d. num. 361.* idem Garz. addit Valconcell. *lib. 4. diuers. iur. arg. cap. 13.* dicentem, quòd Papa non solet imponere pensionem super beneficio iurispatronatus laicorum sine ipsorum consensu, & per consequens, nec dare facultatem transferendi; & sic data sine consensu non valet, sed est surrepitia: ad quod etiam *ibid.* Garz. allegat Cabed. *de patronat. reg. coron. Lusit. cap. 13. num. 5.* Lell. *de vir. Cardin. lib. 2. cap. 34. numer. 207.* Rot. in vna Lucana pensionis apud Pacif. *tract. de Saluian. interd. decis. 103. num. 5.* & Farinac. *decis. 689.* ac subiicit, in vna Romana pensionis 4. Iulij 1601. coram Pamphilio fuisse resolutum, in reformatione pensionis non requiri consensum patroni laici: & licèt necessaria sit notitia iurispatronatus in Papa, qui difficiliùs solet huiusmodi beneficia grauare; Gig. *d. quæst. 24.* de hac tamen notitia sufficienter constare ex derogatione iurispatronatus, quæ ostendit enixam intentionem reseruandi pensionem, etiamsi beneficium esset iurispatronatus, cùm, quatenus adesset, si laicorum etiam ex fundatione, vel dotatione, pro medietate, aliàs in totum derogauit cum clausula latissimè extendenda; quæ ad huiusmodi effectum sufficit, vt fuit resolutum in alia Lucana pensionis, 4. Nouembris 1579. coram Rubeo. Secundò quoad eundem consensum fundatoris, vel heredis probatur nostra conclusio ex eo, quod post Cald. & Host. tradit Abb. *in cap. cùm accessissent. col. 3.* seu *n. 4. in fi. de constit.* † Episcopum non posse mu- 358.

tare

tare ſtatum Eccleſiæ ſine conſenſu fundatoris, vel heredis, arg. *cap. Monaſterium, 16. quæſt. 7.* idé volunt *ibidem* Apoſt. Abb. *num. 5.* ad verbum, dictum Cald. poſt Butr. Imol. & Dom. idipſum quoque tradit Dec. *ibid. num. 11. in antiq.* & Fel. communem aſſerens *num. 17.* vbi etiam vterque refert, ac ſequitur Bald. *in l. ſi quis presbyter nat. 3. C. de Epiſc. & Cleric.* dicentem, quòd non poteſt Epiſcopus ſine conſenſu patroni facere Eccleſiam de non collegiata collegiatam; quod & tradit gloſ. recepta *in cap. nobis fuit, verbo, in Capella, de iurepatr.* Steph. de Caiet. *in repet. cap. fin. col. 20. de elect. in 6.* & alij, quos refert ac ſequitur Lambertin. *in tract. de iurepatr. lib. 3. quæſt. 6. princ. art. 1. num. 2.* & 3. d. autem *num. 2. innitlo num. 4.* poſt Butr. Abb. ac Phil. de Serra *d. cap. nobis fuit*, & alios docet, etiam ſine conſenſu patroni ex cauſa neceſſaria poſſe Epiſcopum mutare ſtatũ Eccleſiæ, ſeu beneficij patronati. *num.* autem 5. & 6. idem contendit poſſe facere, ſine eius conſenſu ex cauſa euidentis vtilitatis Eccleſiæ, cùm hæc in iure æquiparentur, vt videre eſt ex adductis per eum *d. num. 4. & 6.* ac nos ſup. *cap. præced. quæſt. 1. concl. 5. circa initium.* quod vtrumque, (& quidem multo maiori ratione,) poſt Abb. & Fel. *d. cap. cùm acceſſiſſent*, in mutatione temporali qualitatum beneficij, ſeu derogatione earumdem pro vna vice, latè tradit idemmet Lambert. *d. tract. de iurepatron. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. vlt.* ſeu 30. præſertim *num. 3. 7. 8. 12. & 15.* necnon *quæſt. 10. art. 7. num. 3.* Et in mutatione, quæ &
359. temporalis, & perpetua eſſe poteſt, nimirum † in diminutione, vel augmento onerum beneficij in fundatione appoſitorum ob diminutionẽ redituum, vel eorumdem augmentum, quòd neceſſarius ſit conſenſus patroni, hoc eſt, fundatoris, eiúſve heredis, probat idem Lambert. *d. lib. 3. quæſt. 6. art. 7. num. 7. & 9.* quod etiam quoad diminutionẽ ſentit Curt. *tract. de iurepatr. verbo, proco, quod de Diœceſani conſenſu, quæſt. 15.* quòd verò ex cauſa neceſſitatis, vel magnæ vtilitatis Eccleſiæ tam diminutio, quàm augmentum huiuſmodi fieri poſſit etiam inuito patrono, ſentit poſt alios Lambertin. *d. quæſt. 6. artic. 7. num. 3. 5. & 10.* Quamuis autem excreſcentibus reditibus poſſint augeri onera, & ſeruitia Eccleſiæ, vt tradunt Doct. *in cap. cùm M. Ferrarienſis, de conſtit.* necnon poſt alios Roch. *d. verbo, proco, quòd, quæſt. 12. circa med.* & Lambert. *d. art. 7. num. 7. & 8.* tamen id non fit ipſo iure, ſed ſolùm ob hoc datur poteſtas faciendi, vt in ſpecie poſt Abb. *d. cap. cùm M.* docet *ibid.* Felin. *col. 8.* & Lambert. *d. num. 8* per text. *in cap. fin. de verb. ſignif.* iuxta hunc exponentes text. *d. c. cũ M.* qui aduerſari huic deciſioni videtur; de cuius tamen vtriuſque text. veriori intellectu, & ratione fuſiùs agendum nobis erit *cap. ſeq. quæſt. 5.* quæ erit, an, & quando ceſſante cauſa commutationis vltimæ voluntatis ceſſare quoque debeat ipſa commutatio; vel *cap. vlt. quæſt. 8.* in ea concluſ. in qua videbimus quando ceſſante cauſa ſuppreſſionis beneficij ceſſet ipſa ſuppreſſio: ſicut etiam de conſenſu tam fundatoris, quàm eius heredis, quod ad derogationem qualitatum appoſitarum in fundatione beneficij pertinet, latiùs dicemus *cap. 10. quæſt. 5.* vel 7. quoad mutationem verò perpetuam ſtatus beneficij, & Eccleſiæ, *cap. 11. quæſt.* item 5. aut 7. ac denique quoad ſuppreſſionem beneficiorum, *cap. 12.* pariter *quæſt. 5.* vel 7. illius cap. Hic verò quod generatim ad materiam commutationum vltimarum voluntatum, & hanc concluſ. ſpectat quædam
360. adnotanda ſunt. Primum eſt, quòd † in caſibus in quibus heres primi fundatoris poteſt, & debet conſentire commutationi vltimæ voluntatis, aut heres heredis; tunc, ſiquidem ſint plures iſti heredes primi fundatoris, omnes ad commutationem vltimæ voluntatis vocandi ſint, vt ei conſentiant, & omnes, ac ſinguli conſentire debent; nam quòd omnes tangit, ab omnibus debet approbari, *cap. quòd omnes, de reg. iur. in 6.* cum aliis, quibus idipſum quoad eam vltimæ voluntatis commutationem, quæ in derogatione qualitatum in beneficij fundatione appoſitarũ conſtitit, probat Lambertin. *d. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. vlt. num. 23. & 24.* Secundum eſt, quòd, licet communior opinio Doct. *in cap. cum acceſſiſſent*, & aliorum, quos refert Lambertin. *d. lib. 2. de iurepatr. part. 1. quæſt. 7. art. vlt. num. 3. 4. 5. & 10.* habeat poſſe heredem fundatoris † in mutatione vo- 361.
luntatis defuncti quicquid poteſt fundator; quod etiam ipſe *num. 15.* confirmat, & admittit, dicens, hanc videri communem, & obſeruari in practica ob auctoritatem Abb. Felin. Corſett. & aliorum *vbi ſup.* contrariam tamen tenent Imol. & Card *in Clement. quia contingit*, ille *quæſt. 5.* hic *col. 5. de relig. dom.* Dec. *d. cap. cum acceſſiſſent, num. 11. verſ. tertio illud, in antiq. 51. in nou. edit.* & alij, quos refert Lambert. *d. art. vlt. num. 3. & 5.* ac ſequitur eam comprobans Curt. *d. quæſt. 15.* & contra priorẽ pleraque vrgent, quæ affert ipſe Lambert. *d. art. vlt. num. 10. 11. & 12.* dum eius rationes impugnat; & adhuc fortiùs *num. 16. & ſeq.* Id autem declarat ipſemet *num. 18. & 19.* dum exemplum afferens de beneficio ſacerdotali dicit, ita diſtinguendum, quòd, aut primus fundator vult, præſentari ad beneficium ſacerdotem, vel alterius ordinis virum, & vltrà procedit, prohibendo, ne alius, quàm ſacerdos præſentetur, puta quia dixerit, nolo præſentari, niſi ſacerdotem; vel, volo omnino ſacerdotem præſentari, quod verbum, *omnino*, ipſo facto, & iure inducit nullitatem actus contrarij, & eſt verbum præciſum, importans neceſſitatem, & excludit omnem gratiam, & diſpenſationem; ſicut & illud *nullo modo*; prout relatis Doct. probat Lambertin. *d. numer. 19.* ſubdens, quòd in omni caſu, quo teſtator, ſeu fundator quibuſcumque verbis, ſeu dictionibus prohibet præſentari non ſacerdotem, ſucceſſiui patroni, heredes, donatarij, vel ſimiles, quia ſunt prohibiti præſentare non ſacerdotem, indiſtincte, & indefinitè etiam cum aliquali cauſa cum conſenſu, & diſpenſatione Epiſcopi non poterunt voluntatem defuncti, quæ ſeruanda eſt in forma ſpecifica, mutare, nec alterare; quia iuſpatronatus, & cultus eius tranſmiſſibilis non operabitur quoad hoc, vt ſup. probauit, nimirum *num. 16. & 17.* iuncto *num. 15.* & faciunt, inquit, pro hoc rubricæ negatiuæ, quæ prohibent ipſo facto, puta *ne ſed. vac. ne cler. vel mon. ne prælat. vic. ſuas, ne quid in loc. publ. fiat*, & ſimiles, & ita procedant omnia adducta contra Abb. aut fundator non eſt vſus verbis prohibitiuis, vel annullatiuis, ſed tantùm diſpoſitiuis, vel tacitis, deſignando, velle præſentari in illa Capella ſacerdotem celebrantem, puta, quia diſpoſuit, tot in hebdomada Miſſas celebrari, vt in caſu *artic. 27.* eiuſdem *quæſt. 7.* (de cuius tamen exempli veritate diſſeremus *d. cap. 10. quæſt. 2. in 6.* diuiſione qualitatum beneficij, & *quæſt. 4. concl. 6. ſuppoſ. 4.* & deinceps;) vel expreſſis, vt quia diſpoſuit, ad Capellam præſentari ſacerdotem, nec vltrà proceſſit annullando actum, vt in caſu *art. 28.* de quo nos agemus *d. ſuppoſ. 4. verſ. ſecundus caſus*, & tunc, quia nulla prohibitio facta eſt per fundatorem, ſed ſola ordinario iuriſpatronatus, quæ tranſit cum eo in heredem, donatarium, & ſimiles, (iuxta per eum tradita *d. num. 15.*) dicit, eos poſſe facere, quod facere poterat fundator, cùm ei ſuccedant circa ordinationem, & gubernationem illius; & ſicut ex ali-

quali

quali causa mutasset eo casu suam dispositionem fundator, sic poterunt facere & ipsi successores in illo tenentes eius locum; hoc addito, quia fundator poterat id facere sine causa, vt dictum est, inquit, sup. *in 1. concl.* (nimirum *num.* 9.) heredes verò, & donatarij non sine aliquali causa, vt sup. latè dixerat, (hoc est *d. num.* 15.) & ita procedat dictum Abb. communis, & practicata opinio, & ratio, inquit, Dom. mei, (nimirum Corsetti, *in cap. cùm Venerabilis, fol.* 6. *de except.* de qua idem Lambert. *d. artic. vlt. nnm.* 5. 12. & 15. quia heres repræsentat personam defuncti; & quod facit committens, censetur facere commissarius;) per me, (subdit Lambertin.) fortificata, scilicet *d. num.* 15. ex eo, quòd verisimiliter idem faceret ipse fundator, si viueret. Verùm an hæc distinctio, & quod iam diximus de derogatione pro vna vice, seu temporali, & de perpetua derogatione qualitatum in fundatione beneficij appositarum habeat hodie locum, præcipuè ob dispositionem Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 5. *de refor.* dicemus, Deo dante, *cap.* 10. *quæst.* 5. *concl.* 14. & *cap.* 11. *quæst. item* 5. *concl.* 13.

362. Notandum tertiò, † non posse per Episcopum, aut Rectorem Ecclesiæ amoueri etiam de consensu heredis arma, seu insignia primi fundatoris ab Ecclesia, Capella, vel sepulchro, vel sua ibi quoque heredem ponere, si sit alterius familiæ; vt idem Lambert. latè probat *d. lib.* 3. *de iurepatron. quæst.* 5. *art.* 4. ferè per tot. præsertim verò sub *numer.* 7. & 8. quoad heredem, & quoad Rectorem *num.* 12. *num.* autem 9. id ita temperat, vt, vbi fieret Capella non pro habendo iurepatronatus, sed pro remedio animæ fundatoris, & heres, qui non est de familia fundatoris, benefactor esset illius Ecclesiæ, & nullus esset de agnatione, & familia fundatoris, posset is simul cum illius armis, & insignibus sua ponere; ex *cons.* 113. Anch. *num.* autem 10. & 11. † in sepulchro

363. primi fundatoris non posse poni, nisi heredes sanguinis, posse tamen descendentes ab eo per lineam femininam. & *num.* 13. non posse Rectorem Capellani, vel sepulturam alicui concessam pro se, & domo sua illis auferre, & alteri concedere, licèt nullus superstes sit de illa domo, contra summam Angelicam, *verbo, sepultura*, §. 61. Notandum quar-

364. tò, quòd, † licèt sine consensu patroni possit quis ordinari ad titulum beneficij patronati consentiente eius Rectore; tamen hoc non præiudicat ipsi patrono, quin mortuo Rectore possit alium præsentare; & ea intitulatio morte Rectoris desinet, nisi ei consenserit patronus. ita cauetur *in cap. postulasti, de iurepatron.* quem ita intellexit post glos. *ibi*, & alios id latè comprobans Lambertin. *d. quæst.* 5. *artic.* 6. ferè per tot. Similiter Vicarius, aut a-

365. lius minister perpetuus † poni non potest in beneficio iurispatronatus sine consensu patroni, sed solùm ad vitam præsentis Rectoris; vt satis probat Lambertin. *d. quæst.* 5. *art.* 7. Hoc tamen vtrumque temperandum est saluis Decretis Concil. Tridentin. *sess.* 7. *cap.* 7. *sess.* 21. *cap.* 8. & *sess.* 25. *cap.* 16. *de reformat. & constit.* 46. Fel. rec. Pij V. quæ incipit, *ad exequendum.* ad cuius eorúmque decretorum explicationem, & huius notab. declarationem videri possunt, quæ habet Hieron. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. §. 3. *num.* 10. 11. 17. & 18. *vsque ad* 34. & *à num.* 48. *ad finem*; vbi latè agit de Vicariis perpetuis, de quibus etiam est text. insignis *in Clem. vn. de off. vic.* & *ibi* glos. *verbo perpetuo*, sicut *numer.* 12. *vsque ad* 16. & *à num.* 35. *ad* 47. idem Gonzal. tract. 11. de Vicariis temporalibus; de quibus etiam Conc. Trid. *sess.* 6. *cap.* 2. *sess.* 7. *cap.* 5. *sess.* 21. *cap.* 6. ac *sess.* 24. *cap.* 18. *de reformat. & in cap. pernenit, il* 2. *de appell. cap. pen. de cleric. non resid.* nec hoc *cap. cùm ex eo, de elect. in* 6. & *cap. beneficium, de regulis eod. lib.*

Notandum quintò, non modò requiri consensum patroni, si Episcopus velit facere Ecclesiam de non Collegiata Collegiatam, vt sup. initio huius concl. ex Lambert. *d. lib.* 3. *quæst.* 6. *art.* 1. & aliis docuimus; sed neque † posse Episcopum sine patroni consensu 366. vnire beneficium patronatum; secus verò eo cõsentiente, vel non contradicẽte, vt idemmet latè comprobat *d. quæst.* 6. *artic.* 2. quod idem *artic.* 3. docet de concessione eiusdem beneficij loco pio, seu religioso. & *artic.* 4. ostendit, non posse per Episcopum sine patroni consensu tradi, & assignari prouentus beneficij patronati loco pio, seu religioso, vt conuertantur in eius vsus, vel præbendas: & *artic.* 5. posse ab ipso patrono cum Episcopi consensu, & Episcopo cum patroni consensu concedi loco pio, ac religioso Ecclesiam siue vacantem, siue non; de quo nos latiùs inf. *cap.* 11. *quæst.* 5. *conclus.* 14. Notandum interim sextò, quòd, si testator iussit construi Ecclesiam dato ad id executore, † non potest Epi- 367. scopus, vel executor inuito herede monasterium male situatum transferre in alium locum, & omittere Ecclesiæ ædificationem; vt satis probat Petr. de Vbald. *in tract. de canonic. Episcop. & paroch. cap.* 7. *num.* 39. & *seq.* ob id præcipuè, quòd præiudicaretur heredi in iurepatronatus, & defuncto in conseruatione eius memoriæ: quibus adde per nos allegatos sup. *cap.* 5. *quæst.* 11. *conclus.* 3. *ampl.* 3. Notandum denique, † non posse Episcopum sine con- 368. sensu patroni compellere Capellanum ad celebrandum in alio altari, quàm præscripto à fundatore. ita ex Abb. *in cons.* 99. *dub.* 3. *vol.* 2. tradit satisque probat Lambert. *d. quæst.* 6. *art.* 6. *in princip. & num.* 2. quod etiam latè probat Nauar. *in Man. de orat. cap.* 5. *num.* 3. & *cons.* 14. *num.* 10. *de testament.* iuxta editionem Brix. poterit tamen Episcopus de consensu patroni, & è contrario patronus de consensu Episcopi concedere, vt aliquando alibi celebretur, vt docet Lambertin. sup. *num.* 3. immo *num.* 4. probat, quòd stante necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ posset Episcopus sine patroni consensu non in totum, sed cùm talis necessitas, vel vtilitas occurrerit, facere, vt institutus in alio altari, seu loco celebret: quæ opinio quoad potestatem saltem alibi celebrãdi de concessu Episcopi ex aliqua causa, approbata fuit à Conc. Prou. Med. IV. sub tit. *qua pertin. ad sanctiss. Miss. sacrific. & diuin. off. vers. quicumque sacerdos.* qua de re latiùs egimus *d. c.* 5. *quæst.* 11. *concl.* 10. Atque hæc de præsenti concl. dicta sint satis.

QVINTA CONCLVSIO. Quilibet alius præter fundatorem, eiúsque heredem, vel successorem, qui principale aliquod interesse habet in commutatione vltimę volũtatis, † debet regulariter loquendo ei consentire, vt illi præiudicet. Probatur primò ex eo, quod de inferiore, vt Episcopo, quòd † non possit alterare relicta, nisi de causa liqueat, 370. vocatis his, quorum interest, post Bald. *in l. si testamentum, C. de testament.* tradit Bertach. *in tract. de Episcop. lib.* 4. *part.* 4. *num.* 71. Verùm inde potius necessitas citationis, quàm consensus elicitur. Secundò ex illa generali iuris regula, quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, quæ habetur *in l. fin. ad fin. C. de auct. vsitat. præst. & cap. quod omnes, de reg. iur. in* 6. Tertiò ex pleriſque iu- 369.
ribus, ex quibus constat, † consensum in re peragenda præstandum esse ab illis, ad quos ea res pertinet, vnde iidem læsi possent; vt *in d. l. fin.* vbi diuisa administratione inter tutores, vel curatores pro regionibus, vel substantiæ partibus, singules pro suis regionibus, & partibus in gerendis à minoribus auctoritatem

ctoritatem præſtare debere, eò, quòd fideiuſſionis onere prægranantur, & actio ſubſidiaria contra eos datur: & ſi res quæ agitur, ſolutionem faciat tutelæ, vtputa ſi pupillus in arrogationem ſe dare deſiderat, tunc quia abſurdum eſt ſolui tutelam non conſentiente, ſed forſitan ignorante eo, qui tutor fuerat ordinatus; ſiue teſtamentarij, ſiue per inquiſitionem dati, ſiue legitimi, ſiue ſimpliciter creati ſunt, neceſſe eſt omnes ſuam auctoritatem præſtare, vt quod omnes ſimiliter tangit, ab omnibus approbetur. atque hic conſenſus tutoris, & curatoris, quatenus continet auctoritatem, ſeu eſt, vt noſtrates loquuntur, auctorizabilis, ſpectat ad ſequentem concluſ. quatenus verò præſtatur ratione intereſſe, ad præſentem pertinet: ſicut & ille de quo *l. in adoptionibus*, *l. cùm nepos*, *& l. ſi is, qui filium*, *ff. de adopt.* nam *in d. l. in adoptionibus*, dicitur, quòd in adoptionibus eorum dumtaxat, qui ſuæ poteſtatis ſunt, voluntas exploratur; ſin autem à patre dantur in adoptionem, in his vtriuſque, (hoc eſt, patris, & filij,) arbitrium ſpectandum eſt vel conſentiendo, vel non contradicendo. *d.* autem *l. cùm nepos*, iuncta *d. l. ſi is, qui*, dicitur, cùm nepos adoptatur, quaſi ex filio natus conſenſum filij exigi, alias mortuo auo non recideret in eius poteſtatem. non exigitur tamen in adoptionibus conſenſus eorum, inter quos adoptati iura agnationis conſequuntur, vt deciditur *in l. cùm adoptio*, *ff. eod. tit.* fortè propter leue, ac minus principale, ſeu ſolum conſequutiuum, & indirectum præiudicium. Facit etiam ad hoc tertium, ſeu potiùs ſecundum fundamentum text. *in l. nam ita Diuus*, iuncta *l. præced. ff. eod. tit.* vbi, ſi quis impetrare deſiderat à Principe confirmationem adoptionis non iure factæ, iudices adhibitis iis, qui contradicent, ideſt, qui læderentur confirmatione adoptionis, æſtimare debent, an eam impetrare, ſeu obtinere debeat. verùm hoc potius conuincit neceſſitatem præſentiæ, quódque ij audiantur, an rationabile quid opponant, quàm conſenſus. huius verò neceſſitas potiùs probatur ex text. *in l. fin. ff. de natal. reſtituend.* vbi Modeſtinus I. C. *Patrono*, inquit, *conſentiente, debet libertus ab Imperatore natalibus reſtitui, ius enim patroni hoc impetrato amittitur.* quæ deciſio, ac ratio aliis verbis habetur *in l. 2. eod. tit.* in *l.* autem *pen.* quæ incipit, *nec filio*, Paulus I. C. *Nec filio*, ait, *patroni inuito, libertus natalibus ſuis reſtitui poteſt; quid enim intereſt, ipſi patrono, an filiis eius fiat iniuria?* & *l. in concedendo, cum duabus ſeqq. ff. de aq. pluu. arcend.* habetur, quòd in ſeruitute irreuocabiliter concedenda requiritur conſenſus omnium, qui habent ius in re, ſeu loco, vnde ſeruitus ducitur, vel in ipſa ſeruitute, aut etiam ius habere ſpectant ex cauſa de præterito: & ratio in iis omnibus legiſ. aſſignatur præiudicium, vel iniuria eius, qui conſentire debet, & omiſſis aliis iuribus ciuilibus, de quibus per gloſ. & Doctor. præcipuè *d. cap. quod omnes*, *& d. l. fin.* nonnulla iura canonica proferam, quibus illud ipſum fundamentum maximè ſtabilitur. & primo *cap. 1. 54. diſt.* vbi Leo Papa, Nullus, inquit, Epiſcoporum alterius ad Clericatus officium promouere præſumat, niſi fortè eorum petitio, aut voluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in eo vendicat poteſtatis. Item *cap. 1. cap. ordinationes*, *& cap. prouinciales. 64. diſt.* necnon *cap. 1. 2. ac 3. 65. diſt.* & *in cap. ſi Archiepiſcopus*, *de temp. ord.* cauetur, vt Epiſcopus alicuius prouinciæ ab omnibus comprouincialibus Epiſcopis, vel ſaltem à tribus de omnium conſenſu ordinetur: quod idem de Archiepiſcopo decernitur *in d. cap. ſi Archiepiſcopus*, *& cap. 1. 66. diſt.* optimus etiam ad prædictum fundamentum text. eſt *in cap. ſi tibi abſenti*, *de prab. in 6.* vbi beneficium alicui collatum ante illius diſſenſum alteri conferri non poteſt, niſi terminus priori datus ad conſentiendum ſit elapſus; & tunc etiam conſentire poterit poſt terminum, antequam beneficium alteri conferatur. Denique pro hac concluſ. text. eſt ſatis in terminis, (licèt loquatur in ſpeciali caſu, vbi illicitum ſit legatum, vt *ibi* Bart. & alij adnotarunt) *in l. legatum*, *ff. de vſ. & vſufr. leg.* vbi Modeſtinus I. C. reſpondit, quòd, ſi legatum ciuitati relictum eſt, vt ex reditibus quotannis in ea ciuitate memoriæ conſeruandæ defuncti gratia ſpectaculum celebretur, quod illic celebrari non licet; adhibitis heredibus, & primoribus ciuitatis diſpiciendum eſt, in quam rem conuerti debeat fideicommiſſum, vt memoria teſtatoris alio, & licito genere celebretur. necnon *§. ſi autem legatum*, *authi de Eccleſ. tit. coll. 9.* cuius diſpoſitionem retulimus initio præced. concl. facit etiam *cap. nos quidam*, *§i fin. de teſtam.* ibi; *quòd ſi infra prædictum tempus, ſiue in loco, quo conſtitutum fuerat, ſeu ſi ibi non poteſt, & alibi placet ordinari, tecum implere neglexerit, tunc per te adificetur*, &c. Pro complemento autem tam huius, quàm præced. concluſ. notanda eſt diſtinctio Petr. de Vbald. *in tract. de canon. Epiſc. & Paroch. cap. 7. numer. 38. & ſeq.* quòd, ſi vſus, ad quem legatum relinquitur, non poteſt impleri de iure, aut facto, † conuerſio fiet ad alium vſum de conſenſu Eccleſiæ cui legatur, & heredis grauati, vt *d. l. legatum*, *& in §. ſi autem heres*, vel potiùs *d. §. ſi autem legatum*, *authi de Eccleſ. tit. coll. 9.* quòd, ſi nulli Eccleſiæ legetur, poterit Epiſcopus cum ſolo conſenſu heredis ex cauſa legitima, vt *d. cap. nos quidem.* Si verò nec Eccleſia, nec heres conſentiant, ſolus Epiſcopus poterit. & ſi heres non conſentiat, ſed ſola Eccleſia, cùm vterque debet conſentire, Epiſcopus fauebit Eccleſiæ legatariæ, non heredi, vt *ibidem* probat, quem etiam in hoc ſequitur Genuenſ. *in Prax. Neapol. cap. 30. num. 3.* poſt alios. 372.

Porrò quid dicendum ſit de legatis, aliiſve vltimis voluntatibus, ac diſpoſitionibus irreuocabilibus, ſiue cauſa mortis, ſiue inter viuos conditionalibus, vel in diem, nimirum an, & quando exigatur conſenſus eorum ad quorum fauorem factæ ſunt, ex eo pendet, an, & quando iis ius quæſitum dici poſſit; de quo latiùs ſup. *c. 4. queſt. vlt.*

Poteſt autem hic conſenſus, qui adhibendus eſt ratione intereſſe, † præſtari etiam poſt factum, vt conſtat ex text. *in l. petens*, *C. de pactis*, *ſi vſuras*, *C. de vſur.*, *l. ſi autem plures*, *§. 1. ff. de aq. pluu. arc.*, *l. ſi quis in Senatorio*, *ff. de rit. nupt.*, *cap. eos, qui*, *§. cum ergo*, *1. queſt. 1. cap. Lugdunenſis*, *9. queſt. 3. cap. ſi quæ de rebus*, *12. queſt. 2. cap. vlt. 16. queſt. 1.* iuncta gloſ. *verbo, conſenſum*, *cap. 1. & 2. 31. queſt. 2. cap. propoſuit*, *de coning. ſerv.* & *cap. de illis*, *il 2. de deſponſ. impub.* necnon iuxta nonnullorum expoſitionem text. ſunt *in cap. cùm nos*, quod eſt *3. de iis, quæ fi. à prælat. ſine conſ. Capit.* & *in cap. cura, de iurepatron.*, ad idem etiam ſunt *l. licèt verum*, *ff. de indic. l. 3. §. falſus*, *ff. rem rat. haib. cap. ratihabitionem*, *de regul. iur. in 6.* cum ſimil. adductis per Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſ. 5. in princ. numer. 56. & gloſ. 47. numer. 33.* Et de conſenſu requiſito ratione ſolemnitatis, ſeu auctorizabili dicemus *concl. ſeq.* 373.

quali cauſa mutaſſet eo caſu ſuam diſpoſitionem fundator, ſic poterunt facere & ipſi ſucceſſores in illo tenentes eius locum; hoc addito, quia fundator poterat id facere ſine cauſa, vt dictum eſt, inquit, ſup. *in 2. concl.* (nimirum *num.* 9.) heredes verò, & donatarij non ſine aliquali cauſa, vt ſup. latè dixerat, (hoc eſt *d. num.* 15.) & ita procedat dictum Abb. communis, & practicata opinio, & ratio, inquit, Dom. mei, (nimirum Corſetti, *in cap. cùm Venerabilis, fol. 6. de except.* de qua idem Lambert. *d. artic. vlt. nnm.* 5. 12. & 15. quia heres repræſentat perſonam defuncti; & quod facit committens, cenſetur facere commiſſarius;) per me, (ſubdit Lambertin.) fortificata, ſcilicet *d. num.* 15. ex eo, quòd veriſimiliter idem faceret ipſe fundator, ſi viueret. Verùm an hæc diſtinctio, & quod iam diximus de derogatione pro vna vice, ſeu temporali, & de perpetua derogatione qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum habeat hodie locum, præcipuè ob diſpoſitionem Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 5. de refor.* dicemus, Deo dante, *cap. 10. quæſt. 5. concl. 14. & cap. 11. quæſt. item 5. concl. 13.*

362. Notandum tertiò, † non poſſe per Epiſcopum, aut Rectorem Eccleſiæ amoueri etiam de conſenſu heredis arma, ſeu inſignia primi fundatoris ab Eccleſia, Capella, vel ſepulchro, vel ſua ibi quoque hetedem ponere, ſi ſit alterius familiæ; vt idem Lambert. latè probat *d. lib. 3. de iurepatron. quæſt. 5. art. 4.* ferè per tot. præſertim verò ſub *numer. 7. & 8.* quoad heredem, & quoad Rectorem *num. 12. num.* autem 9. id ita temperat, vt, vbi fieret Capella non pro habendo iurepatronatus, ſed pro remedio animæ fundatoris, & heres, qui non eſt de familia fundatoris, benefactor eſſet illius Eccleſiæ, & nullus eſſet de agnatione, & familia fundatoris, poſſet is ſimul cum illius armis, & inſignibus ſua ponere; ex
363. *conſ.* 113. Anch. *num.* autem 10. & 11. † in ſepulchro primi fundatoris non poſſe poni, niſi heredes ſanguinis, poſſe tamen deſcendentes ab eo per lineam femininam. *& num.* 13. non poſſe Rectorem Capellani, vel ſepulturam alicui conceſſam pro ſe, & domo ſua illis auferre, & alteri concedere, licèt nullus ſuperſtes ſit de illa domo, contra ſummam Angelitam, *verbo, ſepultura*, §. 61. Notandum quar-
364. tò, quòd, † licèt ſine conſenſu patroni poſſit quis ordinari ad titulum beneficij patronati conſentiente eius Rectore; tamen hoc non præiudicat ipſi patrono, quin mortuo Rectore poſſit alium præſentare; & ea intitulatio morte Rectoris deſinet, niſi ei conſenſerit patronus. ita cauetur *in cap. poſtulaſti, de iurepatron.* quem ita intellexit poſt glos. *ibi*, & alios id latè comprobans Lambertin. *d. quæſt. 5. artic. 6.* ferè per tot. Similiter Vicarius, aut a-
365. lius miniſter perpetuus † poni non poteſt in beneficio iuriſpatronatus ſine conſenſu patroni, ſed ſolùm ad vitam præſentis Rectoris; vt ſatis probat Lambertin. *d. quæſt. 5. art. 7.* Hoc tamen vtrumque temperandum eſt ſaluis Decretis Concil. Tridentin. *ſeſſ. 7. cap. 7. ſeſſ. 21. cap. 8. & ſeſſ. 25. cap. 16. de reformat. & conſtit. 46.* Fel. rec. Pij V. quæ incipit, *ad exequendum.* ad cuius eorúmque decretorum explicationem, & huius notab. declarationem videri poſſunt, quæ habet Hieron. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 3. num. 10. 11. 17. & 18. vſque ad 34. & à num. 48. ad finem*; vbi latè agit de Vicariis perpetuis, de quibus etiam eſt text. inſignis *in Clem. vn. de off. vic.* & *ibi* glos. *verbo perpetuo*. ſicut *numer. 12. vſque ad 16. & à num. 35. ad 47.* idem Gonzal. tract. de Vicariis temporalibus; de quibus etiam Conc. Trid. *ſeſſ. 6. cap. 2. ſeſſ. 7. cap. 5. ſeſſ. 21. cap. 6. ac ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat. & in cap. parmenst, il 2. de appell. cap. pen. de cleric. non reſid.* nection *cap. cùm ex eo, de elect. in 6. & cap. beneficium, de regular. eod. lib.*

Notandum quintò, non modò requiri conſenſum patroni, ſi Epiſcopus velit facere Eccleſiam de non Collegiata Collegiatam, vt ſup. initio huius concl. ex Lambert. *d. lib. 3. quæſt. 6. art. 1.* & aliis docuimus; ſed neque † poſſe Epiſcopum ſine patroni conſenſu 366.
vnire beneficium patronatum; ſecus verò eo cõſentiente, vel non contradicẽte, vt idemmet latè comprobat *d. quæſt. 6. artic. 2.* quod idem *artic. 3.* docet de conceſſione eiuſdem beneficij loco pio, ſeu religioſo. & *artic. 4.* oſtendit, non poſſe per Epiſcopum ſine patroni conſenſu tradi, & aſſignari prouentus beneficij patronati loco pio, ſeu religioſo, vt conuertantur in eius vſus, vel præbendas: & *artic. 5.* poſſe ab ipſo patrono cum Epiſcopi conſenſu, & Epiſcopo cum patroni conſenſu concedi loco pio, ac religioſo Eccleſiam ſiue vacantem, ſiue non; de quo nos latiùs inf. *cap. 12. quæſt. 5. concluſ. 14.* Notandum interim ſextò, quòd, ſi teſtator iuſſit conſtrui Eccleſiam dato ad id executore, † non poteſt Epi- 367.
ſcopus, vel executor inuito herede monaſterium malè ſituatum transferre in alium locum, & omittere Eccleſiæ ædificationem; vt ſatis probat Petr. de Vbald. *in tract. de canonic. Epiſcop. & paroch. cap. 7. num. 39. & ſeq.* ob id præcipuè, quòd præiudicaretur heredi in iurepatronatus, & defuncto in conſeruatione eius memoriæ: quibus adde per nos allegatos ſup. *cap. 5. quæſt. 11. concluſ. 3. ampl. 3.* Notandum denique, † non poſſe Epiſcopum ſine con- 368.
ſenſu patroni compellere Capellanum ad celebrandum in alio altari, quàm præſcripto à fundatore. ita ex Abb. *in conſ. 99. dub. 3. vol. 2.* tradit ſatiſque probat Lambert. *d. quæſt. 6. art. 6. in princip. & num. 2.* quod etiam latè probat Nauar. *in Man. de orat. cap. 5. num. 3. & conſ. 14. num. 10. de teſtament.* iuxta editionem Brix. poterit tamen Epiſcopus de conſenſu patroni, & è contrario patronus de conſenſu Epiſcopi concedere, vt aliquando alibi celebretur, vt docet Lambertin. ſup. *num. 3.* immo *num. 4.* probat, quòd ſtante neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ poſſet Epiſcopus ſine patroni conſenſu non in totum, ſed cùm talis neceſſitas, vel vtilitas occurrerit, facere, vt inſtitutus in alio altari, ſeu loco celebret: quæ opinio quoad poteſtatem ſaltem alibi celebrãdi de conceſſu Epiſcopi ex aliqua cauſa, approbata fuit à Conc. Prou. Med. IV. ſub tit. *quæ pertin. ad ſanctiſſ. Miſſ. ſacrific. & diuin. off. verſ. quicumque ſacerdos.* qua de re latiùs egimus *d. c. 5. quæſt. 11. concl. 10.* Atque hæc de præſenti concl. dicta ſint ſatis.

QVINTA CONCLVSIO. Quilibet alius præter fundatorem, eiuſque heredem, vel ſucceſſorem, qui principale aliquod intereſſe habet in commutatione vltimę volũtatis, † debet regulariter loquen- 369.
do ei conſentire, vt illi præiudicet. Probatur primò ex eo, quod de inferiore, vt Epiſcopo, quòd † non poſſit alterare relicta, niſi de cauſa liqueat, 370.
vocatis his, quorum intereſt, poſt Bald. *in l. ſi teſtamentum, C. de teſtament.* tradit Bertach. *in tract. de Epiſcop. lib. 4. part. 4. num. 71.* Verùm inde potius neceſſitas citationis, quàm conſenſus elicitur. Secundò ex illa generali iuris regula, quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, quæ habetur *in l. fin. ad fin. C. de auctoritat. præſt. & cap. quod omnes, de reg. iur. in 6.* Tertiò ex pleriſque iu-
ribus, ex quibus conſtat, † conſenſum in re pera- 371.
genda præſtandum eſſe ab illis, ad quos ea res pertinet, vnde iidem læsi poſſent; vt *in d. l. fin.* vbi diuiſa adminiſtratione inter tutores, vel curatores pro regionibus, vel ſubſtantiæ partibus, ſingulos pro ſuis regionibus, & partibus in gerendis à minoribus au-

ctoritatem

Digitized by Google

ctoritatem præſtare debere, eò, quòd fideiuſſionis onere prægrauantur, & actio ſubſidiaria contra eos datur: & ſi res quæ agitur, ſolutionem faciat tutelæ, vtputa ſi pupillus in arrogationem ſe dare deſiderat, tunc quia abſurdum eſt ſolui tutelam non conſentiente, ſed forſitan ignorante eo, qui tutor fuerat ordinatus; ſiue teſtamentarij, ſiue per inquiſitionem dati, ſiue legitimi, ſiue ſimpliciter creati ſunt, neceſſe eſt omnes ſuam auctoritatem præſtare, vt quod omnes ſimiliter tangit, ab omnibus approbetur. atque hic conſenſus tutoris, & curatoris, quatenus continet auctoritatem, ſeu eſt, vt noſtrates loquuntur, auctorizabilis, ſpectat ad ſequentem concluſ. quatenus verò præſtatur ratione intereſſe, ad præſentem pertinet: ſicut & ille de quo *l. in adoptionibus, l. cùm nepos, & l. ſi is, qui filium, ff. de adopt.* nam *in d. l. in adoptionibus*, dicitur, quòd in adoptionibus eorum dumtaxat, qui ſuæ poteſtatis ſunt, voluntas exploratur; ſin autem à patre dantur in adoptionem, in his vtriuſque, (hoc eſt, patris, & filij,) arbitrium ſpectandum eſt vel conſentiendo, vel non contradicendo. *d.* autem *l. cùm nepos*, iuncta *d. l. ſi is, qui*, dicitur, cùm nepos adoptatur, quaſi ex filio natus conſenſum filij exigi, aliàs mortuo auo non recideret in eius poteſtatem. non exigitur tamen in adoptionibus conſenſus eorum, inter quos adoptati iura agnationis conſequuntur, vt deciditur *in l. cùm adoptio, ff. eod. tit.* fortè propter leue, ac minus principale, ſeu ſolum conſequutiuum, & indirectum præiudicium. Facit etiam ad hoc tertium, ſeu potiùs ſecundum fundamentum text. *in l. nam ita Diuus*, iunctæ *l. proced. ff. eod. tit.* vbi, ſi quis impetrare deſiderat à Principe confirmationem adoptionis non iure factæ, iudices adhibitis iis, qui contradicent, ideſt, qui lædentur confirmatione adoptionis, æſtimare debent, an eam impetrare, ſeu obtinere debeat. verùm hoc potius conuincit neceſſitatem præſentiæ, quódque ij audiantur, an rationabile quid opponant, quàm conſenſus. huius verò neceſſitas potiùs probatur ex text. *in l. fin. ff. de natal. reſtituend.* vbi Modeſtinus I. C. *Patrono*, inquit, *conſentiente, debet libertus ab Imperatore natalibus reſtitui, ius enim patroni hoc impetrato amittitur.* quæ deciſio, ac ratio aliis verbis habetur *in l. 2. eod. tit.* in *l.* autem *pen.* quæ incipit, *nec filio*, Paulus I. C. *Nec filio*, ait, *patroni inuito, libertus natalibus ſuis reſtitui poteſt; quid enim intereſt, ipſi patrono, an filiis eius fiat iniuria?* & *l. in concedendo, cum duabus ſeqq. ff. de aq. plun. arcend.* habetur, quòd in ſeruitute irreuocabiliter concedenda requiritur conſenſus omnium, qui habent ius in re, ſeu loco, vnde ſeruitus ducitur, vel in ipſa ſeruitute, aut etiam ius habere ſpectant ex cauſa de præterito: & ratio in iis omnibus legib. aſſignatur præiudicium, vel iniuria eius, qui conſentire debet, & omiſſis aliis iuribus ciuilibus, de quibus per gloſ. & Doctor. præcipuè *d. cap. quod omnes, & d. l. fin.* nonnulla iura canonica proferam, quibus illud ipſum fundamentum maximè ſtabilitur. & primo *cap. 1. 54. diſt.* vbi Leo Papa, Nullus, inquit, Epiſcoporum alterius ad Clericatus officium promouere præſumat, niſi fortè eorum petitio, aut voluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in eo vendicat poteſtatis. Item *cap. 1. cap. ordinationes, & cap. prouinciales. 64. diſt.* necnon *cap. 1. 2. ac 3. 65. diſt.* & *in cap. ſi Archiepiſcopus, de temp. ord.* cauetur, vt Epiſcopus alicuius prouinciæ ab omnibus comprouincialibus Epiſcopis, vel ſaltem à tribus de omnium conſenſu ordinetur: quod idem de Archiepiſcopo decernitur *in d. cap. ſi Archiepiſcopus, & cap. 1. 66. diſt.* optimus etiam ad prædictum fundamentum text. eſt *in cap. ſi tibi abſenti, de prab. in 6.* vbi beneficium alicui collatum ante illius diſſenſum alteri conferri non poteſt, niſi terminus priori datus ad conſentiendum ſit elapſus; & tunc etiam conſentire poterit poſt terminum, antequam beneficium alteri conferatur. Denique pro hac concluſ. text. eſt ſatis in terminis, (licèt loquatur in ſpeciali caſu, vbi illicitum ſit legatum, vt *ibi* Bart. & alij adnotarunt) *in l. legatum, ff. de vſ. & vſufr. leg.* vbi Modeſtinus I. C. reſpondit, quòd, ſi legatum ciuitati relictum eſt, vt ex reditibus quotannis in ea ciuitate memoriæ conſeruandæ defuncti gratia ſpectaculum celebretur, quod illic celebrari non licet; adhibitis heredibus, & primoribus ciuitatis diſpiciendum eſt, in quam rem conuerti debeat fideicommiſſum, vt memoria teſtatoris alio, & licito genere celebretur. necnon *§. ſi autem legatum, ambi de Eccleſ. tit. coll. 9.* cuius diſpoſitionem retulimus initio præced. concl. facit etiam *cap. nos quidem, §i fin. de teſtam.* ibi; *quòd ſi infra prædictum tempus, ſiue in loco, quo conſtitutum fuerat, ſeu ſi ibi non poteſt, & alibi placet ordinari, tecum impleri neglexerit; tunc per te ædificetur*, &c. Pro complemento autem tam huius, quàm præced. concluſ. notanda eſt diſtinctio Petr. de Vbald. *in tract. de canon. Epiſc. & Paroch. cap. 7. numer. 38. & ſeq.* quòd, ſi vſus, ad quem legatum relinquitur, non poteſt impleri de iure, aut facto, † conuerſio fiet ad alium vſum 372.
de conſenſu Eccleſiæ cui legatur, & heredis grauati, vt *d. l. legatum, & in §. ſi autem heres*, vel potiùs *d. §. ſi autem legatum, auth. de Eccleſ. tit. coll. 9.* quòd, ſi nulli Eccleſiæ legetur, poterit Epiſcopus cum ſolo conſenſu heredis ex cauſa legitima, vt *d. cap. nos quidem.* Si verò nec Eccleſia, nec heres conſentiant, ſolus Epiſcopus poterit. & ſi heres non conſentiat, ſed ſola Eccleſia, cùm vterque debet conſentire, Epiſcopus fauebit Eccleſiæ legatariæ, non heredi, vt *ibidem* probat, quem etiam in hoc ſequitur Genuenſ. *in Prax. Neapol. cap. 30. num. 3.* poſt alios.

Porrò quid dicendum ſit de legatis, aliiſve vltimis voluntatibus, ac diſpoſitionibus irreuocabilibus, ſiue cauſa mortis, ſiue inter viuos conditionalibus, vel in diem, nimirum an, & quando exigatur conſenſus eorum ad quorum fauorem factæ ſunt, ex eo pendet, an, & quando iis ius quæſitum dici poſſit; de quo latiùs ſup. *c. 4. quæſt. vlt.*

Poteſt autem hic conſenſus, qui adhibendus eſt ratione intereſſe, † præſtari etiam poſt factum, vt 373.
conſtat ex text. *in l. petens, C. de paëtis. ſi vſuras. C. de vſur. l. ſi autem plures, §. 1. ff. de aq. plun. arc. l. ſi quis in Senatorio, ff. de rit. nupt. cap. eos, qui, §. cum ergo, 1. quæſt. 1. cap. Lugdunenſis, 9. quæſt. 3. cap. ſi quæ de rebus, 12. quæſt. 2. cap. vlt. 16 quæſt. 1.* iuncta gloſ. *verbo, conſenſum, cap. 1. & 2. 31. quæſt. 2. cap. propoſuit, de coniug. ſerv. & cap. de illis, 11 2. de deſponſ. impub.* necnon iuxta nonnullorum expoſitionem text. ſunt *in cap. cùm nos*, quod eſt 3. *de iis, quæ fi. à prælat. ſin. conſ. Capit. & in cap. cura, de iurepatron.* ad idem etiam ſunt *l. licèt verum, ff. de indic. l. 3. §. falſum, ff. rem rat. hab. cap. ratihabitionem, de regul. iur. in 6.* cum ſimil. adductis per Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſ. 5. in princ. numer. 56. & gloſ. 47. numer. 33.* Et de conſenſu requiſito ratione ſolemnitatis, ſeu auctorizabili dicemus *concl. ſeq.*

574. Sufficit quoque tacitus, † siue præsumptus consensus, vt satis constat ex *d. l. in adoptionibus, ff. de adopt. l. 2. §. voluntatem, ff. sol. matrim. l. 2. C. quod mut. caus. §. generaliter, auth. quib. mod. nat. effic. sui, collat. 7. cap. 2. de his, quæ fi. à prælat. sin. conf. Capit. cap. ad id, quod, de sponsal. & matr. cap. significauit, de eo; qui dux. in matr. quam poll. per adult. cap. insinuante, qui cler. vel vouent. & cap. insuper, qui matrim. accus. poss.* & plerique adnotarunt, quos refert, ac sequitur Gonzal. *d. glos. 47. numer. 22.* vbi tradit, quòd sufficit tacitus consensus vbi is non requiritur pro forma; iuncto eo, quod pluribus relatis docet *numer. 32.* non dici consensum formalem, qui requiritur propter fauorem personæ, quæ debet consensum præstare. De hoc autem tacito, seu præsumpto consensu non pauca etiam dicemus concluf. seq. longè post medium, omnino ad hoc videnda.

SEXTA, & postrema CONCLVSIO: Licèt in commutatione vltimarum piarum voluntatum, quæ Romani Pontificis auctoritate
375. fit, † non requiratur consilium, vel consensus Capituli Ecclesiæ Cathedralis, in cuius ciuitate, vel diœcesi locus ille pius consistit: regulariter tamen eiusdem Capituli saltem consilium exigitur in ea, quæ facienda est ab Episcopo. Prior pars concluf. probatur ex *cap. pastoralis, de iis, quæ fi. à prælat. sin. conf. Capit.* dum *ibi* dicitur Episcopum non posse parochiales Ecclesias, aut earum portionem, seu obuentiones etiam de consensu patroni concedere Monasterio sine licentia Romani Pontificis, præter voluntatem, seu consensum sui Capituli. ex quibus verbis satis patet, eam concessionem, cùm à Papa fit, non requirere Capituli consensum; idem quoque colligitur tum ex *cap. si Capitulo, in fi. de conces. prab. in 6.* vbi executor Apostolicus in collatione præbendæ de mandato Pontificis non cogitur vocare Capitulum Cathedralis: tum ex eo, quòd omnia iura, quæ consensum Capituli Cathedralis in negotiis grauioribus Ecclesiæ peragendis requirunt, loquuntur, cùm Episcopus aliquid de hisce rebus agere intendit, vt *in cap. 1. cap. 3. cap. ea noscitur, & toto ferè tit. de his, quæ fi. à prælat. sin. conf. Capit. cap. pastoralis, de donat. cap. vt super, §. 1. de reb. Eccles. non alien. cap. 1. eod. tit. in 6. & Clem. si vna, eod. tit.* atque alibi sæpe: non autem cùm Romanus Pontifex de iis vult disponere. Sed vbi etiam ea iura ipsum Romanum Pontificem comprehenderent: tamen, cùm is sit supra ius omne humanum positiuum, neque eo ligetur, *l. Princeps, ff. de legib. & cap. proposuit, de concess. prab.* cum simil. eo ipso, quòd in rescripto commutationis, vel quo illa committitur, non mandat consensum Capituli adhiberi, is non necessariò adhibendus in illius executione erit, saltem cùm illud rescriptum habet clausulam generalem derogatoriam iurium in contrarium facientium, iuxta latè adducta *sup. quæst. præced. concluf. 1.* Atque ita in terminis alienationis rerum Ecclesiæ tenet Redoan. *tract. de reb. Eccles. non alienand. quæst. 36. numer. 18.* ex glos. & Doctor. *in cap. potuit, de locat.* ac Dec. *consil. 142. incip. pro tenui.* Posterior
376. pars † concluf. probatur ex prædictis iuribus, & aliis requirentibus consensum Capituli Cathedralis in grauioribus negotiis Ecclesiarum suarum ab Episcopo peragendis. Sed quoniam ali-
377. qua iura † solùm requirunt consilium Capituli Cathedralis, cùm Episcopus huiusmodi negotia agere intendit, vt *cap. nouit, & cap. quanto, de his, quæ fi. à prad. sin. conf. Capit.* cui consonat text. *in cap. 3. de consuet. in 6.* quæ iura de consilio præcisè, & proprie, prout à consensu distinguitur, inter cæteros intelligit Abb. *cap. cùm nos, numer. 4. & d. cap. nouit, numer. 4. & 5. de his, quæ fi. à prad. sin. conf. Capit.* necnon glos. fin. ab aliis approbata *d. cap. 3.* quæ etiam ita intelligit text. *in cap. Episcopus nullius, 15. quæst. 7.* quod vtitur nomine consensus, *& cap. 1. de excess. prælat.* vbi habetur nomen iudicij: consilium autem necessitatem, seu obligationem illud sequendi non inducit, *l. 2. §. fin. ff. mand. l. consilij, ff. de regul. iur. & cap. nullus ex consilio, eadem tit. in 6.* cum simil. *ibidem* per glos. & Doctor. allegat. Ideo primùm cum Abb. *d. cap. nouit, numer. 7. ad fin.* constituo regulam, vt in negotiis Ecclesiæ necessariò ab Episcopo requiri debeat consilium Capituli, quæ probatur ex *d. cap. nouit, cap. quanto, cap. Episcopus, cap. 1, & cap. 3.* & glos. citat. Hoc autem intelligendum est in arduis, & maioribus negotiis: secus in minoribus; nam tunc neque consilium requiritur. ita Abb. *d. cap. nouit, numer. 6.* ex dictis Doctorum *ibi*, & Innoc. *in cap. fin. de maior. & obed.* & ex *l. 2. C. de iuram. calum.* vbi Rectores cuiusque Collegij ex officio iniuncto explicant hæc minora; & facit, inquit Abb. *numer. 6. cap. edoceri, de rescript.* Item non est necessariò requirendum consilium vbi adsit ad id causa rationabilis, vtputa quia Prælatus vult procedere contra consanguineum, vel amicum Collegij. sic Abb. *eod. numer. 6.* ex Doctor. *ibi.* Consensus autem omnino requiritur, nec sufficit consilium, primò in communiter tangentibus Episcopum, & Capitulum. ita Abb. *d. cap. cùm nos, numer. 4.* ex Gofft. *ibidem* à Doctoribus approbato, & ex *cap. accedentes, de prascript.* Secundò in concernentibus interesse Capituli, sic Abb. *d. cap. nouit, numer. 7.* ex traditis à se *in cap. ex parte, & cap. tua, de cler. non resid.* & Oldr. *consil. 130.* Tertiò, consensus Capituli omnino exigitur, nec sufficit consilium, in rebus arduis concernentibus præiudicium Ecclesiæ Cathedralis, vt in alienatione rei ipsius Ecclesiæ. ita docet Abb. *d. num. 6.* id colligens ex dictis Doctor. *ibi* Goffred. *d. cap. cùm nos*, & Archid. *in cap. si Episcopus, 24. dist.* pro ratione afferens grauitatem præiudicij, & quia interest Capituli, ne Ecclesia veniat ad deteriorem exitum, & vt pauperes, & alij indigentes sustententur, vt *cap. 1. de iis, quæ fi. à prel. sin. conf. Capit. & cap. sine exceptione, 12. quæst. 2.* & quoad alienationem probat text. *d. cap. vt super, §. 1. de reb. Eccles. non alien.* vbi Cælestin. III. ad Rauenn. Archiepiscopum scribens, Possessiones, inquit, quæ Ecclesiæ tuæ minùs sunt vtiles, pro aliis vtilioribus de fratrum tuorum, & sanioris partis consilio, & assensu alienandi, seu commutandi liberam concedimus facultatem. & quoad donationem, est text. *in cap. 2. de donat.* Id autem accipiendum est, † salua dispositione 378.
Extranag. Ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien. in commun. ne bona Ecclesiarum alienentur inconsulto Romano Pontifice, quatenus ea recepta sit: quam nonnulli relati à Redoan. *d. tract. de reb. Eccles. non alien. quæst. 35. numer. 5. & 6.* ita intelligunt, vt hodie etiam in casibus à iure permissis nequeat vlla alienatio rerum Ecclesiæ fieri sine licentia Romani Pontificis. iuxta quam opinionem Rot. Roman. vt audio, solet decidere, reiecta sententia Bero. & aliorum

rum, quorum mox mentionem faciemus. alij verò, quos refert, ac sequitur id comprobans Redoan. *cod. tract. quæst.* 36. ferè per tot. *& quæst.* 42. *numer.* 11. eam constitutionem sic intelligunt, vt solùm velit, quòd alienatio fiat seruata forma ibi tradita, aut cum licentia Romani Pontificis, prout illius verba sonare videntur: quem etiam intellectum approbat Bero. *cons.* 90. mihi verò 91. *num.* 18. *vol.* 1. docens, quòd ea constitutio locum non habet, vbi in casu licito, & interuenientibus solemnitatibus fiat alienatio. Mouentur autem illi auctores potissimùm ex verbis *d. Extrauag. in princip.* ibi; præterquam in casibus à iure permissis: iunctis iis, quæ habentur in §. *si quis autem, vers. alienanti verò*, ibi; alienanti verò bona Ecclesiarum, Monasteriorum, locorúmque piorum quorumlibet inconsulto Romano Pontifice, aut contra præsentis constitutionis tenorem, &c. Verùm verba illa, præterquam in casibus à iure permissis non ad totam illam dispositionem, seu alienationis prohibitionem referuntur, sed ad solam dispositionem de contractu emphyteutico; cùm in eo capitulo illa verba includantur, quo casu clausula non ad omnia, sed illud tantùm capitulum dispositionis refertur, iuxta latè per nos tradita *quæst. præced. suppos.* 1. Sensus igitur totius illius dispositionis, ac prohibitionis, quod ad hanc rem attinet, erit, vt non liceat alienare bona Ecclesiastica inconsulto Romano Pontifice etiam per contractum emphyteuticum, præterquam in casibus, in quibus ius permittit bona huiusmodi absque solemnitatibus alienari, vt cùm reuertuntur ad Ecclesiam ob lineam finitam, ex traditis à Gabr. *com. concl. lib.* 3. *tit. de iur. emphyt. conclus.* 1. *numer.* 3. *&* 13. dum tamen non sint effecta de mensa, iuxta text. cum ibi not. *in cap. vt super, in princip. de reb. Eccles. non alien.* & quæ solent concedi in emphyteusim, vt dicitur *in d. Extrauag. in princip.* vbi etiam id permittitur de fructibus & bonis, quæ seruari non possunt. Sed quicquid de hoc sit, circumscripta prædictæ Extrauag. aut etiam Extrauag. Pauli IV. dispositione; quæ vtraque non modò alienationem rerum Ecclesiæ Cathedralis, sed etiam inferiorum Ecclesiarum comprehendit, & in casibus, in quibus ea locum non habet: attento iure communi antiquo, cùm hoc, quatenus ad inferiores Ecclesias attinet, diuersimodè loqui videatur; placet mihi ea di-
379. stinctio, † quam facit Abb. *cap.* 1. *num.* 5. *de his, quæ fi. à prælat. sine cons. Capit.* alij, quos referunt, ac sequuntur Redoan. *d. tract. de reb. Eccles. non alienand. quæst.* 26. *num.* 25. *cum seq.* & Couar. *d. lib.* 2. *variar. resolut. cap.* 17. *numer.* 11. vt, siquidem Episcopus ipse auctor sit alienationis rerum Ecclesiæ inferioris, requiratur consilium, & consensus Capituli Ecclesiæ Cathedralis: sicque procedat *cap.* 1. *cap. ea noscitur, cap. tua nuper, & cap. pastoralis, de his quæ fi. à prælat. sin. cons. Capit.* necnon *c.* 1. *de rebus Eccles. non alienand. in* 6. vel Clericus, aut Rector Ecclesiæ inferioris alienationis auctor est, qui vult alienare cum Episcopi consensu; & tunc non requiratur consensus Capituli Ecclesiæ Cathedralis; sicque procedat tum text. *in cap. placuit*, 12. *quæst.* 2. *cap.* 1. *de rebus Eccles. non alien. Clement.* 1. *eodem tit.* & alia iura, in quibus approbatur alienatio rerum Ecclesiæ cum solemnitatibus ibi expressis, nulla mentione facta de consensu Capituli Cathedralis: quo etiam argumento in simili post alios vtitur Lambertin. *tract. de iurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 2. *artic.* 15. *num.* 1. *&* *part.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 6. *& lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 1. *artic.* 4. *num.* item 1. & ipse Romanus Pontifex *in cap. cum Apostolica.*

§. pen. de his, quæ fi. à prel. sin. cons. Capit. tum doctrina Feder. Sen. *cons.* 137. Innoc. & Butr. *d. cap.* 1. *de his quæ p. a prælat.* & aliorum quotquot dixerunt, in alienatione rerum Ecclesiæ inferioris consensum, aut consilium Capituli Cathedralis non requiri; quod etiam vsu receptum esse testatur Laurent. de Rodulph. *in repet. cap.* 1. *sine exceptione*, 12. *quæst.* 2. Franc. *d. cap.* 1. *col.* 8. *de reb. Eccles. non alien. in* 6. *& in rubr. not.* 1. & alij quos laudat Redoan. *d. quæst.* 26. *numer.* 27. *in fin.* docens quoque, hanc consuetudinem valere, præcipuè per text. *in cap.* 3. *de consuetud. in* 6. quod & post alios in simili facit Lambert. *d. artic.* 15. *numer.* 1. *& d. artic.* 5. *numer.* 2. monens *d. art.* 4. *num.* 1. *in fin.* nos posse dicere, titulum *de his, quæ fi. à prælat. fin. cons. Capit.* recessisse ab aula, quia Episcopi hodie omnia expediunt sine Capituli sui consensu. & generatim, † 380.
quando consensus necessariò sit sequendus, vel habent se, vt consilium, videri potest Bart. *l.* 1. §. *si plures, ff. de exercit. act.* Host. Butr. & Abb. *in cap. cùm olim, de arbitr.*

In casibus autem in quibus requiretur consensus Capituli Ecclesiæ Cathedralis, † sufficiet, quòd in- 381.
terueniat etiam ex interuallo post actum; vt satis probatur ex text. *in cap. cùm nos*, quod est 3. *de his, quæ fi. à prælat. sin. cons. Capit.* quod, vt figuratiue ibi casum glos. & Abb. loquitur in concessione Ecclesiæ facta ab Episcopo quibusdam Religiosis, & ex ipso text. colligi potest, vbi dicitur, quòd certum est, de rigore iuris concessionem illam non tenere, quam reclamante Capitulo constat per Episcopum factam fuisse, nisi eam ratam postmodum habuisset. Idem etiam à fortiori probatur ex iuribus, in quibus habetur, † consensum ipsum Episco- 382.
pi in huiusmodi concessionibus Ecclesiarum, quæ species quædam sunt commutationis vltimarum voluntatum, posse post factum etiam ex interuallo accedere: vt *in cap. cura, de iurepatr.* ibi; Mandamus, quatenus ex donatione laicorum, nisi auctoritas diœcesani Episcopi, & assensus adsit, nullus vestrùm aliquas sibi Ecclesias vendicare præsumat, vel retinere taliter acquisitas: nisi legitima fuerit præscriptione munitus, aut diœcesani Episcopi habuerit postea consensum. & *in cap. suggestum, eod. tit.* ibi; significamus, quòd prior concessio, si cum assensu patroni, & auctoritate diœcesani Episcopi facta est, aut eius assensus fuerit postea subsequutus, posteriori concessioni præfertur. & per text. *d. cap. cura*, & alia, quæ allegat Bero. *cons.* 21. *numer.* 16. *& 27. volum.* 2. docet, consensum Episcopi, qui in aliquo casu requiritur, sufficere, quod ex postfacto interueniat per modum ratificationis. ex eod. verò *cap. cura, & cap. suggestum, de iurepatron.* pluribus Doctor. relatis Mandos. *cons.* 30. *numer.* 3. & super *regul.* 32. *Cancel.* quæ est *de impetr. benef. vacan. per obit. quæst.* 17. *numer.* 6. *cum tribus seqq.* & Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 5. *in princ. numer.* 56. *& glos.* 47. *numer.* 13. concludunt, † regu- 383.
lariter consensum, qui ad aliquem actum requiritur, posse etiam interuenire post factum. Ex iis verò, quos hi allegant, cæteris melius hanc rem tractasse mihi videtur Lambert. *d. tract. de iurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 16. qui, postquam *numer.* 6. & ipse eam regulam ex communi posuit, subdit *numer.* 7. quòd quandoque in actu exigitur iussus, vel mandatum; & tunc est necesse, quòd præcedat actum, *l. si quis mihi bona*, §. *infinem, ff. de acquir. hered.* & *ibi* Bart. *& in l. si vero non remunerandi, ff. mand.* potest tamen dici, quòd, si quis nomine alterius aliquid iubeat, seu

mandet, & is deinde illud ratum habeat, satisfactum foret; nam ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, *cap. ratihabitionem, de reg. iur. in 6. l. hoc iure, & l. semper, ff. eod. tit.* nisi dicamus, prout etiam tenuit glos. *d. cap. ratihabitionem*, eam regulam locum non habere in actibus necessariis, seu, qui obligationem sequendi inducant: iussus autem importat necessitatem, sicut & mandatum, quomodo hic etiam sumimus mandatum, & sæpe accipitur *in d. l. si quis mihi bona*; quoniam supponimus ex dispositione legis, vel hominis eorum alterum ad certum actum requiri, ita, vt parendum ei sit. Similiter licentia debet præcedere, vt docet Lambert. *d. artic. 16. numer. 8.* Gonzal. *d. glos. 47. numer. 46.* sicut etiam consilium, *cap. cùm in veteri, de elect.* Lambert. *eod. art. 16. numer. 9.* & latè Gonzal. *ad d. reg. 8. glos. 46. numer. 38. cum duobus seqq.* Quandoque requiritur auctoritas in aliquo actu, seu consensus auctorizabilis strictè sumptus: & tunc debet interuenire in actu, vel paulo antè, vel paulo pòst; prout de consensu tutoris apertè disponitur *in d. §. iussum*, necnon *in l. obligari, §. tutor, ff. de auctor. tutor. & §. tutor, Instit. eod. tit.* ac præter glos. & Doctor. *ibi*, hoc pro regula tradunt aliis relatis Mandos. *d. quæst. 17. numer. 13.* Gonzal. *d. glos. 47. numer. 34.* & Lambert. *d. artic. 16. numer. 10.* vbi eam limitat primò, nisi actus factus sine auctoritate esset vtilis Ecclesiæ, post Abb. Barb. & Fel. *in cap. edoceri, de rescript.* ad quod est text. *in cap. si qua de rebus, 12. quæst. 2.* cum aliis ad id adductis à Redoan. *d. tract. de reb. Eccles. non alien. quæst. 34.* ferè per tot. vbi in specie loquitur de consensu Capituli. Secundò limitat Lambert. *vbi sup.* nisi illa auctoritas separet naturam confirmationis, post Bald. *l. 1. col. antepenult. C. qui admitti.* latè Felin. *d. cap. edoceri, col. 6.* & facit *cap. 2. de pact. cap. 1. de transact. cap. 1.* ac totus ferè tit. *de confir. vt. vel inst.* & latè tradit Oct. Simoncell. *in præfat. sui tract. de decret. numer. 35. vsque ad 39. inclus. numer. 49.* Tertiò Lambert. limitat, nisi illa auctoritas simul haberet rationem consensus, quia actus ille tangeret eum qui consentire deberet, ex Fel. *vbi sup.* Butr. Imol. & aliis *in cap. cùm consuetudinis, de consuet.* & facit text. *in cap. quod in dubiis, de renunt.* Quandoque requiritur simplex consensus: & tunc, aut ad actum iudicialem; & sufficit interuenire tempore litis contestatæ; ita Lambert. *d. artic. 16. numer. 11.* ex glos. Bart. & scribent. *in l. fin. §. necessitatem, C. de bon. quæ liber.* aut ad actum extraiudicialem; & tunc, vel requiritur ille consensus pro forma, & solemnitate actus, vt interueniat certo tempore, & non potest interuenire pòst, vt *in cap. audiris, inclus. cap. quia propter, de elect.* Bald. *d. l. 1. col. vlt.* Franc. Præpos. Abb. & Confett. *in cap. cùm parati, de appellat.* & alij, quos allegat *ibi.* Lambertin. subdens post alios, idem dicendum, si requireretur consensus superioris pro eius auctoritate, quia ita esset, ac, si requireretur eiusdem auctoritas: vel non requiritur, pro solemnitate certo tempore, sed simpliciter ad actus validitatem; & tunc, aut actus tenet mero iure absque tali consensu, licèt ad eius, qui consentire debebat, possit irritari; & potest is consentire quandocumque; sicut Canonicus contemptus in electione, *cap. quod autem, de elect.* ac præter probatos à Lambert. *d. numer. 11.* tenet Abb. *d. cap. cùm nos, numer. 5.* licèt *cap. sicut, de elect.* aut non teneat, & pariter potest interuenire post factum; sed actus valet, vt ex nunc, non vt ex tunc; & hic est casus *d. cap. cùm nos*, vt *ibi* notat Abb. *d. numer. 5.* & post alios Lambert. *eod. num. 11.* Aliquando denique requiritur interponi decretum; & hoc etiam sufficit, quòd interueniat post actum. ita Lambert. *d. artic. 16. numer. 12.* post Bald. *d. l. 1. col. pen. C. qui admit.* arg. *l. 3. §. pen. ff. de lib. & posthum. cap. secundò requiris, de appel. & l. pen. C. de institit. & substit.* Hac tamen de re videndum etiam est, quod dicemus *cap. 12. quæst. 7. conclus. 3.*

Regulariter quoque † consensus tacitus siue 384
Episcopi, siue eius Capituli sufficiet; tum quòd taciti, & expressi eadem est virtus, *l. cum quid, ff. si cert. petat.* cum aliis adductis per Euerard. *in loc. leg. ab express. ad tacit. numer. 1.* cum aliquot seqq. Tum ex eo, quod Bero. *consil. 21. num. 28. iuncto num. præced. vol. 2.* satis probat, quòd sufficit, consensum etiam auctorizabilem Episcopi, qui in aliquo casu requiritur, pòst tacitè interuenire. Tum ex eo, quod per text. *in L. 1. C. de acquir. poss.* cum aliis, de quibus *in l. quæ dotis, ff. sol. matr.* tradit Put. *decis. 102. numer. 4. lib. 2.* consensum necessarium etiam tacitè interuenire posse, qualis est consensus Ordinarij subsistente iusta causa: tum quia de consensu tacito, qui resultat ex facto, satis id ex eo patet, quòd † non minus factis, quàm verbis voluntas declaratur, *cap. dilecti*, vbi omnes, *de appell.* latè Tiraq. *de iur. constit. possessor. 3. part. limit. 30. numer. 12.* Mascard. *de probat. conclus. 416. & 417.* Caputaq. *decis. 212. & 216. part. 1. ac decis. 81. part. 3.* eadem Rot. *decis. 812. numer. 19. cum sequentib. part. 1. diuers.* & in translatione iurispatronatus, quòd ad eam sufficiat consensus tacitus Diœcesani, qui ex factis resultat, sentit Roch. Curt. & Steph. à Caieta mox allegandi, & admittit Lambert. *d. tract. de iurepatr. lib. 2. part. 2. quæst. 1. artic. 7. numer. 5.* vbi exemplum affert in Diœcesano admittente aliquem tamquam donatarium iurispatronatus, cùm sciat, donationem factam fuisse sine consensu proprij tunc Diœcesani: licèt ipse Lambert. putet potius hunc esse consensum expressum: & in derogatione qualitatum appositarum in fundatione sufficere huiusmodi tacitum consensum Episcopi, sentit idem Lambert. *d. tract. lib. 2. part. 1. quæst. 7. art. 30.* qui est *vlt. numer. 20. cum duobus seqq.* de illo autem tacito consensu, qui resultat ex taciturnitate, probatur tum ex eo, quod in creatione iurispatronatus, hunc tacitum consensum sufficere, tradit Roch. Curt. *in tract. de iurepatron. verbo, pro 10, quod de Diœcesani consensu. quæst. §.* & in eius translatione Curt. *ibidem*, & Steph. à Caieta *in reper. cap. fin. col. 35. de testam. in 6.* post Gard. *cap. cura, cap. cùm sæpius, cap. relatum, & cap. suggestum, de iurepatronat.* tum ex eo, quod post Ias. *d. l. quæ dotis causa 11.* tradit Put. *d. decis. 100. numer. 7.* patientiam, & diuturnam taciturnitatem inducere verum consensum, & idem operari, quod consensus expressus; tum ex aliis, quæ de tacita renuntiatione adducemus inf. *cap. 8. quæst. 9. conclus. 2. cum probat. seqq.* tum ex regula iuris, qui tacet, consentire videtur, *cap. qui tacet, consentire videtur.* cui si quis obviciat regulam statim sequentem, *in qui tacet, non fatetur, sed nec vtique negare videtur*; quæ etiam habetur *in l. qui tacet, ff. de regul. iur.* † omissis aliis conciliationibus, 386
& distinctionibus, quæ pro concordia harum duarum regularum, quæ hic aduersari videntur,

de

de quibus per gloſ. & Doctor. *ibi*, & quæ verè potiùs imitationes ſunt, vel declarationes prioris regulæ, nimirum, qui tacet, conſentire videtur, ac præcipuè illa, quòd in fauorabilibus tacens conſentire videatur, ſecus in odioſis; quam etiam doctrinam poſt alios tradit Lambert. *d. tract. de iurepatr. lib. 1. part. 2. quæſt. 1. princ. artic. 7. numer. 4. & artic. 11. numer. 3.* atque ad concordiam prædictarum duarum regularum accommodauit Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 42. numer. 6. 9. & 11.* Sanchez *lib. 1. de matrim. diſput. 5. numer. 5. & diſput. 6. numer. 11.* ſemper mihi placuit, & vnica, ac veriſſima viſa eſt illa conciliatio, & ſolutio, vt quæque ex illis duabus regulis in ſuis terminis procedat, in quibus loquitur; prior enim regula verſatur circa conſenſum, & diſſenſum, qui ſunt actus voluntatis, quæ fertur in bonum & malum ſaltem apprehenſum, ſeu circa fauorabile, & odioſum, & per conſequens circa futurum, ſeu circa faciendum, vel omittendum; poſterior autem regula verſatur circa confeſſionem, ſeu affirmationem, & negationem, quæ ſunt actus intellectus, ſeu potentiæ executiuæ illius, hoc eſt, facultatis loquendi, & exprimendi verbis, quod cognouit intellectus, qui fertur in verum, & falſum, atque adeò circa præſens, vel præteritum, ſeu id, quod factum eſt, aut non factum: atque hoc diſcrimen apertè conſtat ex verbis vtriuſque regulæ, atque ad vtriuſque concordiam illud præ cæteris poſtmodum inuenit ſatis clarè perpenſum à gloſ. *d. reg. is, qui tacet*, verbo, *non fatetur*, in hæc verba: Nota, quia non dicit, non conſentit; & ſic non contradicit regula, qui tacet: ſuper confeſſione enim, vel negatione, non ſuper conſenſu, & diſſenſu fundatur hæc regula, & regula iuris ciuilis: propter attinentiam autem, quam habet confeſſio ad conſenſum, & negatio ad diſſenſum; (nimirum, quia non modò conſenſus, & diſſenſus, ſed etiam confeſſio, & negatio à voluntate procedunt, licèt illi elicitiuè, hæc imperatiuè, quæ etiam licèt actus intellectus ſint, ad voluntatem tamen dirigantur, cùm voluntas non feratur, niſi in præcognitum;) Gloſatores iuris ciuilis, & noſtri illam materiam adaptauerunt huic regulæ, quæ propriè ſpectat ad regulam, qui tacet, vt ibi etiam dixi. hæc ibi gloſ. quæ eſt Ioan. Andr. inter Canoniſtas clariſſimi. atque hanc eandem conciliationem huius vtriuſque regulæ poſt hæc ſcripta allatam vidi, licèt ſub aliis verbis, à D. Paulo Gallerato præſtantiſſimo Iuriſconſulto Nouarienſi in ſuo moderno, eóque eruditiſſimo tract. *de renuntiat. tom.* ſeu *part. 1. lib. 5. cap. 11. numer. 3.* cum aliquot ſequentibus.

Prædicta autem regula de conſenſu tacito, prout comprehendit tam eum, qui ex facto, quàm illum, qui ex taciturnitate reſultat; reſtringitur
387. primò, † niſi lex ipſa expreſſum conſenſum requirat; vt poſt gloſ. *in cap. ſtatutum, §. in nullo, verbo, expreſſus*, & *ibi* Franc. *numer. 5.* Gemin. *numer. 3. de reſcript. in 6.* & alios, tradit Gonzal. *d. gloſ. 47. numer. 20.* Secundò, cùm conſenſus requiritur pro forma; vt ex *cap. cùm ab vno*, iuncta gloſ. *verbo, mandantibus*, & *ibi* Gemin. *num. 2. de re iudic. in 6.* atque alios pleroſque docet idem Gonzal. *d. gloſ. 47. numer. 21. num.* autem *31. cum ſeq.* poſt Bart. *l. 1. §. ſed filius, num. 2. & 3. ff. de legat. 3.* & *ibi* cæteros communiter, Butr. *cap. cùm conſuetudinis, numer. 24. & 25. de conſuet.* ac plures alios docet, tunc cenſeri pro forma requiri conſenſum, quando exigitur ob fauorem publicum; ſecus verò, ſi ob ſolum priuatum, & adde, vel principaliter; quod ſemper attenditur, *iur. vulgar.* Generatim verò, † quomodo conſenſus præſumatur, vel probetur ex diuturnitate temporis, aut aliàs, videndi ſunt inter recentiores Maſcard. *de probat. concluſ. 416. 417. 1158. 1224. & 1356.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 42. & lib. 6. præſumpt. 99.* Gallerat. *d. cap. 11.* & Garz. *tract. de benef. part. 12. cap. 2. num. 177.* cum multis ſeqq. vbi etiam in ſpecie agit de conſenſu Capituli, & beneplacito ſedis Apoſtolicæ. Quomodo autem præſtandus ſit, aut præſtari poſſit conſenſus, † nimirum, an per 389.
litteras, nuntium, epiſtolam, aut procuratorem; vide gloſ. & Doctor. *in l. ſi cum dotem, §. ſi patri, ff. ſolut. matr. & l. conſenſu, ff. de act. & oblig.* atque alios, quos refert Gonzal. *d. gloſ. 47. numer. 36. num.* autem *37.* plurimos recenſit tradentes, † an, 390.
& quomodo compellatur præſtare conſenſum is, qui, cùm debeat, eum præſtare recuſat: qua de re nos quoque aliquid diximus ſup. *cap. 5. quæſt. 10. concl. 1. ad fin.*

Quòd ſi quoad hunc articulum atque etiam totam penè hanc, & duas præcedentes concluſiones, vbi docuimus, in pleriſque caſibus requiri conſenſum aliquorum in commutatione vltimarum voluntatum, quæras, quid operetur † clauſu- 391.
la illa, *contradictores appellatione poſtpoſita, vel diſtrictione Eccleſiaſtica compeſcendo*, de qua *in cap. pro illorum, in princ.* & *ibi* gloſ. *verbo contradictores*, ac paſſim *in reſcriptis*, & præſertim litteris executorialibus gratiarum, atque adeò plerumque apponetur in reſcriptis, maximè gratioſis commutationum vltimarum voluntatum. Breuiter reſpondeo cum gloſ. recepta *in d. verbo, contradictores*, non comprehendi hac clauſula, niſi partes, & alios, qui de facto contradicunt, & non de iure. Quam gloſam ſequuntur præter ſcribentes *ibi*, Fel. *in cap. cauſam, ex num. 19. de reſcript. & cap. ſuper eo, n. 5. de offic. deleg.* Staphil. *de litt. grat sit. de vi, & effect. clauſul.* Rebuff. *in form. & declarat. nona prouiſ. verbo, contradictores, & in Concord. Gall. in form. litter. executor. eod. verbo*, cum aliis pleriſque laudatis à Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 9. in annotat. nullis. in cauſ. benefic. num. 242.* Garz. *tract. de benefic. part. 6. cap. 2. num. 15.* ac nouiſſimè à Marta *tract. de clauſul. part. 1. clauſul. 21. num. 1. cum ſeq.* & Aug. Barboſ. *eod. tract. clauſul. 15. num. 2.* bene autem ſubdit Barboſ. *num. 3.* poſt Pariſ. *de reſig. benefic. lib. 8. quæſt. 7. num. 158.* † delegatum vigore huius clauſulæ, *contra-* 392.
dictores appellatione poſtpoſita compeſcendo, poſſe cenſuram exercere; quod & Doctor. communiter tradunt *in cap. 1. de offic. deleg.* & gloſ. ab aliis approbata *in cap. 1. verbo, diſtrictione, de iureiur.* in quolibet delegato cum clauſula, *diſtrictione Eccleſiaſtica compeſcendo*; quem poſſe etiam alias pœnas imponere, poſt Abb. *in d. cap. 1. de offic. deleg. cap. nuntios, de decim. & d. cap. 1. de iureiur.* ſentit Dec. *eod. cap. 1. numer. 92. & 93.* in nou. edit. *de offic. deleg.* ſubdens tamen id facere poſſe tamquam delegatum, non autem ex vi illorum verborum, quæ ſolùm intelliguntur de cenſuris, ex text. iuncta gloſ. *d. cap. 1. de iureiur. cap. pro illorum, de preb. & cap. 2. de vſur.* quare male Barboſ. *d. clauſul. 15. numer. 4.* poſt Azened. *ad l. 1. tit. 5. lib. 8. nou. recompil. numer. 5.* docet delegatum, ſeu executorem cum clauſula, *contradictores appellatione poſtpoſita compeſcendo*, non poſſe alia pœna punire, quàm per viam excommunicationis, & interdicti. Verba verò illa, *appellatione poſtpoſita*, ſeu *remota*, aut ſimilia, per quæ tollitur appellatio, † eam tollunt tantùm quoad effectum 393.
ſuſpenſiuum, & impediunt executionem; ita, vt hæc non

non veniat per viam attentatorum reuocanda: vt post alios ex communi tradunt Paris. *d. quæst. 7. num.* 163. & Barbos. *d. clauſ.* 15. *num.* 1. *& clauſul. 7. num.* 4. in qua clauſul. 7. multa de huiuſmodi clauſula docet; quod & facit Marta *d. part.* 1. *clauſ.* 12. *per tot.*

Si verò rurſus quoad hanc ſextam concluſionem petas, quot conuenire debeant de Capitulo Eccleſiæ Cathedralis ad hoc, vt conſenſum præſtet Epiſcopo commutare volenti vltimam voluntatem, vbi ad id Capituli conſenſus eſt neceſſarius, iuxta ſupradicta; & an ſinguli, qui conuenerunt, conſentire debeant, vel maioris partis conſenſus ſufficiat. Et quidem quoad priorem articulum exiſtimo,
394 quòd quicquid ſit, † an ad actus Collegiales vocandi ſint illi de Collegio, licèt abſentes ſint à ciuitate; de quo per glos. & Doctor. *in cap. factum eſt, 7. quæſt.* 1. *&* §. *hoc ius porrectum*, 10. *quæſt.* 2. *cap. cum omnes, de conſtit. cap. cùm inter vniuerſas, cap. coram, cap. bonæ memoriæ, il* 2. *cap. in Geneſi, cap. cum nobis, cap. quod ſicut, & cap. quia propter,* §. *illud, de elect. cap. fin. de maioris. & obed. cap. cùm olim, de re iudic.* necnon *cap. quamuis, in princ. de offic. ordin. in* 6. *cap.* 2. *de teſtib. & cap. cùm in Eccleſiæ, de prabend. eod. lib.* ac nos aliquid ſup. hac ipſa quæſt. *ſuppoſ.* 3. *ampliat.* 16. & latè Alph. Vilagut. *tract. de reb. Eccleſ. non ritè alienat. recuperand. lib.* ſeu *part.* 1. *cap.* 11. ferè per tot. vbi *ſub num.* 19. *vſque ad* 26. ſequitur Abb. *d. cap. cùm omnes, num.* 7. qui poſt Bart. *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.* ita diſtinguit: aut ſunt abſentes non habentes vocem; & hi indubiè non ſunt vocandi, vt *in cap. quia propter, de elect.* aut habent vocem; & tunc, aut ſunt abſentes ex neceſſitate, aut ex voluntate: ſi ex neceſſitate, vel hoc procedit ex culpa propria, & non ſunt vocandi, arg. *l. amiſſione,* §. *ſi deficiunt, ff. de cap. dimin. & cap. præter, diſt.* 32. vel ſine culpa; & tunc ſiue negotia ſint grauia, ſiue leuia, ad hoc, vt præiudicetur abſentibus, & valeat actus geſtus ſine illis, debent iſti ire ad abſentes, vel eos citare, vt ſaltem mittant procuratores, arg. *cap. quanto,* 63. *diſt.* Si verò detinentur ſola voluntate, regulariter non ſunt vocandi, prout docuit Bart. & text. *in d.* §. *hoc ius porrectum*, 10. *quæſt.* 2. à qua regula excipiendi ſunt illi tres caſus, de quibus glos. *in d. cap.* 2. *in princ. verbo, ipſorum, de teſtib. in* 6. primus, cùm eſſet prouidendum Eccleſiæ de Canonico, ſeu in receptionibus Canonici, vt *in d. cap. cùm in Eccleſiis*; ſecundus, cùm Canonici volunt ceſſare à diuinis, *d. cap. quamuis, in princ.* tertius in electionibus, vt *d. cap. quia propter,* §. *illud*; necnon *d. cap. quod ſicut, & cap. coram, de elect. & d. cap. quamuis, in princ.* ſubdit autem Abb. *d. numer.* 7. quem etiam ſequuntur alij relati à Fel. *d. cap. cùm omnes, numer.* 22. quòd alienatio rei Eccleſiaſticæ non eſt adeò magni præiudicij, vt vocandi ſint abſentes; quòd tamen bene vterque temperat *ibi*, & idem Abb. *d. cap. cùm inter, numer.* 8. vt, ſi acciderent caſus æquè grauis, & arduus, ac tres prædicti, in eo quoque vocandi eſſent abſentes; & ſic in arduis vocandi ſunt, etiamſi ſint extra ciuitatem, vt plerique tenent, quos recenſet Fel. *d. numer.* 22. & Dec. *numer.* 43. *in* 1. *lect.* licèt ipſe cum aliis ex communi contrarium ſentiat *numer.* 44. iuxta non. edit. In omnibus autem caſibus
395. † valet conſuetudo, vt abſentes vocentur, qui non debent, & non vocentur ij, qui alias deberent vocari; vt tradunt glos. & Doctor. *d. cap. cùm omnes, cap. cùm inter, cap. coram, & cap. in Geneſi*; vbi, ſicut & *d. cap. cùm inter*, ad hoc ſunt text. ſatis aperti. Quicquid, inquam, de
396. hoc ſit; exiſtimo, † regulariter duas partes Collegij, ſeu Capituli conuenire debere, vt interſint actui faciendo; quod autem fit à maiori parte conuenientium, ſeu congregatorum, id ratum eſſe, iuxta text. *in l. nulli, & l. plane, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* & *l. nominationum, C. de decur. lib.* 10. per quæ iura idem tradit Coſm. Gumier. *ad pragmat. ſanct. tit. de auctoritate general. Concil. verbo, duarum partium*, poſt Bart. *d. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. & l.* 1. *ff. de offic. proconſ.* atque hanc communem opinionem Canoniſtarum, & Legiſtarum aſſerit Abb. *d. cap. cùm omnes, numer.* 11. prout eum refert pariter, & probat Dec. *d.* 1. *lect. numer.* 51. *cum ſeq.* vbi etiam ſatis refellit diſtinctionem, quam facit Abb. *d. cap. cùm omnes, numer.* 11. *& cap. in cauſis, de elect.* vt id procedat, cùm vniuerſitas ſeipſam congregat, cùm autem congregatur à ſuperiore, ſufficere præſentes, etiamſi conſtituant minorem partem; quod etiam voluit Gumier. *loco cit.* vterque verò pro hac diſtinctione allegat Innoc. qui eam indicat *in cap.* 1. *de maior. & obed.* & apertè tenet *in cap.* 2. *de nou. oper. nunciat.* Rectè autem ſubdit *ibid.* Gumier. † ab hoc duarum partium nu- 397.
mero excipiendos eos fore, qui vocati nolunt venire, per text. *in cap. cùm nobis*, & glos. *in Clem. quia circa, de elect.* ex qua glos. & text. *d. cap. quia propter*, necnon *d. Clem. quia circa*, idem tradit Villagut. *d. cap.* 11. *numer.* 34. ſed & idipſum probat text. *d. cap. quod ſicut, in princ. & cap. Eccleſia veſtra, il* 2. *de elect.* ex quibus etiam iuribus ſatis habetur, in numero Collegialium requiſito, vt ad actum conueniat, nimirum duab. partibus non eſſe computandos, qui nolunt, poſſunt, aut non debent intereſſe; atque adeò ab iis etiam excludendos eſſe, qui de iure ab actus illius expeditione excluduntur; vt poſt glos. *d. Clem. quia circa*; & alios ſentit Villagut *d. cap.* 11. *num.* 27. *ac* 31. *cum ſeq.* inferens ad excommunicatos, & ſuſpenſos, ex *c. cùm dilectus, de conſuet.* ad impuberes, & irregulares, iuxta *cap. ex eo, de elect. in* 6. iuncto *cap. is, qui, de ſent. excom. in* 6. & ad omnes non conſtitutos in ſacris, per *Clem. vt ij, qui, de et. & qual. & ord. præfic.* quod etiam innouauit Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 4. *de reform.* id extendens, etiamſi hoc liberè ab aliis ſibi fuerit conceſſum.

Quoad poſteriorem autem articulum; eo ſuppoſito, quòd † cùm requiritur conſenſus Capi- 398.
tuli, aut Collegij, vel cuiuſque vniuerſitatis, non ſufficit, quòd conſenſus ab iis præſtetur ſingulariter, ſed omnino requiritur, quòd præſtetur collegialiter, & in communi, hoc eſt, ab ipſis ad id congregatis; vt tradunt glos. & Doctor. communiter *d. cap. cùm omnes, de conſtit. & d. cap. in Geneſi, de elect.* vbi optimus text. *& in cap. cùm M. de conſtit.* idémque voluit glos. *in l. ſicut, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* & Bart. *d. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.* latè Villagut. *d. lib.* 1. *cap.* 12. quamuis alia glos. *in cap.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien. in* 6. aliter ſentiat, quin immo Abb. *d. cap. cùm omnes, numer.* 7. *in fin. &* 8. necnon *cap.* 1. *de iurepatr.* poſt Bart. *vbi ſup.* idem probat, † quoties maior pars plurium quoquo 399.
modo habentium rationem vnius præualet minori, vt in pluribus patronis: de quo latè diſputat Dec. *in d.* 1. *lect. cap. cum omnes, numer.* 48. in nou. edit. & eius Apoſtill. *ad verbum, preſentare.* Hoc, inquam, ſuppoſito, ſatis recepta eſt à ſcribentibus ibi, & alibi, atque à Rot. Rom. ſæpiùs approbata illa diſtinctio glos. *d. cap. cùm omnes, verbo, conſtitutum, verſ. ſed numquid eſt verum generaliter*; vbi quærens, an ſit verum generaliter, quòd id, quod facit maior pars Capituli, totum Capitulum facere intelligitur; reſpondet dicens; quòd, † ſi aliquid eſt commu- 400.
ne

ne pluribus non vt Collegiatis, ſed vt ſingulis, quod ſit à maiori parte illorum, nihil valet, niſi omnes conſentiant, *l. per fundum, ff. de ſerv. ruſt. prad.* niſi rem concedant in naturalem vſum, quod poteſt facere vnus etiam inuitis ſociis, & contradicentibus, vt in caſu §. *religioſum, verſic. in commune verò ſepulchrorum, Inſtit. de rer. diuiſ.* & niſi in caſu *cap. poſtulaſti, & cap. quoniam in quibuſdam, de iurepatr.* Si verò ſint plures, vt Collegium, diſtin-
401. guendum eſſe; vt, † ſi aliqua facienda ſint ex neceſſitate, vt alienationes, electiones, & ſimilia, ſufficiat, quod maior pars facit, *cap. cùm in cunctis, de iis, quæ fi. à maior. part. Capit.* dum tamen alij abſentes vocentur, *cap. quod ſicut, & cap. venerabilem, de elect.* in aliis, quæ ex neceſſitate non fiunt, qualia ſunt, de quib. *in d. cap. cùm omnes*, (nimirum ſtatutum, vt Canonici impares ſint, ſeu inæquales in reditibus, ita, vt antiqui Canonici eos percipiant, ſiue abſentes, ſiue reſidentes, moderni verò, ſeu poſtea recepti non niſi reſidendo,) nihil poteſt fieri, niſi omnes conſentiant, vt *ibi, & d. l. per fundum*, adde pro hoc, vel potiùs pro primo huius diſtinctionis membro optimos text. *in l. fin. in fi. C. de auctor. præſtand. & in cap. quod omnes, de reg. iur. in 6.* eandem verò diſtinctionem latiùs comprobant, & explicant Abb. Felin. Dec. & alij *d. c. cùm omnes*, ac nouiſſimè Villagut. *d. lib.* ſeu *part. 1. cap. 3. vſque ad 7.* &, quod ſpectat ad illud membrum ſubdiuiſionis de actibus neceſſariis, ſatis probatur *in cap. fin. de iis, quæ fi. à mai. part. Capit.* idémque eſt in actibus vtilibus, vt ex Innoc. & communi *d. cap. cùm omnes*, tradit *ibid.* Abb. & Dec. ac Villagut *d. cap. 7.* Sed idem etiam in voluntariis tenet Card. *d. cap. cùm omnes*, quem ſequi videtur Abb. *d. num. 7.* ac ſequitur Dec. *numer. 29.* & *ibi* eius Apoſti l. ad verbum, *voluntariis*, vbi hanc opinionem temperant poſt Felin. niſi minor pars ex rationabili cauſa diſſentiat. In ſpecie verò conſenſus, quem præſtare debet Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Epiſcopo aliquid facienti, quòd ſufficiat conſenſus maioris partis, apertè poſt alios ſentit Villagut *d. lib.* ſeu *part. 1. cap. 80. num. 3. 12. 16. 17. 22. & 23.* Et hæc de præſenti quæſt.

SVMMÆ RERVM.

402. *Arbitrium habens in commutatione vltimæ voluntatis, quomodo illud regulare debeat quoad æqualitatem materiæ ſubroganda, & qualitatem cauſæ, cum num ſeqq.*

403. *Materia ſubrogata in vltima voluntatis commutatione maior dignitas ſpectanda eſt reſpectu ſolius materiæ, quæ eſt in obligatione, non autem ipſius obligationis, ſeu vinculi; idémque in commutatione voti, vel iuramenti, non autem in eius diſpenſatione, in qua vtrumque eſt attendendum. & quid ſi commutatio facta ſit ſub conditione; ſi impetrans maluerit id implere in tali materia, vel adſit ſpecialis prohibitio non petendæ commutationis; num. 404.*

405. *Bonum maius, minus, vel æquale materiæ, quæ eſt in obligatione, & eius, in quam fit commutatio, non eſt ſpectandum iuxta excellentiam virtutis, cuius eſt actus, ſed habenda eſt ratio diſponentis, & finis diſpoſitionis, aut ipſius diſponentis; non eſt tamen neceſſe vtrumque opus in genere conuenire.*

406. *Difficultas implendi diſpoſitionem attendenda eſt in commutatione vltimæ voluntatis facienda etiam ad inſtantiam heredis. idemque in commutatione voti, ibid. & num. 414. cum ſeq.*

407. *Obligatio voti, aut iuramenti quomodo tranſeat in heredem voventis, vel iurantis; & duob. ſeqq.*

408. *Heres poteſt cogi à defuncto, vt loco votorum ſuorum perſonalium aliquid faciat, vel det, atque ad id tenebitur vi mandati. & an poſſit grauare heredem etiam neceſſarium de ſuccedendo ſibi ſub conditione implendi vota ſua perſonalia; num. 409.*

410. *Heres quomodo exequi teneatur vota realia, vel mixta defuncti, maximè alternatiua.*

411. *Voti irritatio, diſpenſatio, & commutatio, quæ à defuncto poterat obtineri, an poſſit ab eius herede; & trib. ſeqq.*

412. *Heres repræſentat perſonam defuncti, & una perſona cum eo cenſetur; atque in eum tranſeunt iura paſſiua, & actiua, ſeu obligationes, & facultates, quæ defuncto ratione honorum, & hereditatis competebant.*

413. *Heres adeundo hereditatem quaſi contrahit cum teſtatore de ſoluendo ære alieno, & legatis ab eo relictis.*

414. *Votum quoque perſonale, aut mixtum cuius impletum eſt heredi à teſtatore iniunctum, poteſt ad heredis inſtantiam diſpenſari, & commutari.*

415. *Votum ieiunij à pauperе emiſſum in minorem eleemoſynam commutari poteſt, quàm ſi à diuite fuerit emiſſum; & pauciora ieiunia imponuntur laborantibus, cholericis, & debilibus, quàm otioſis, phlegmaticis, & robuſtis.*

416. *Peregrinatio quomodo commutanda maximè quoad eius votum; & qualiter tunc conſiderari debent labor itineris, & eius expenſa, ac pericula, & damnum, quod ex voluntis abſentia eius rebus conſecuturum eſt.*

417. *Eleemoſyna, in quam commutantur expenſæ peregrinationis, non eſt neceſſariò mittenda ad locum peregrinationis; neque ipſius loci ratio habenda eſt quoad hoc in commutatione peregrinationis facienda. & quid, cùm imago, ad quam quis peregrinari tenetur, vel ipſe proximior, remotiorue eſt tempore commutationis, quàm eſſet tempore obligationis; num. 418.*

419. *Mutatio ſtatus rei quando notabilis dicatur; & quando ea, vel error, ſeu ignorantia, aut ceſſatio cauſæ, quæ mouit aliquem ad ſe obligandum, eum liberet ab obligatione, remiſſiuè.*

420. *Commutatio vltimæ voluntatis non fit neceſſariò in idem in genere etiam remoto, vtpote mutando factum in factum, quantitatem in quantitatem.*

421. *Materia ſubroganda in commutatione vltimæ voluntatis, ſiue voti, non debet neceſſariò eſſe æqualis materiæ prioris obligationis magnitudine, duratione, aut numero; ſed ſufficit æqualitas ratione finis illius operis, vel operantis.*

422. *Materia ſubrogata in commutatione obligationis adſtrictæ certo die, eodem die obligat, niſi aliud ex illius qualitate, ac circumſtantiis adiunctis colligatur; & numer. ſeq.*

Digitized by Google

423. *Species alia duo non debent concurrere in eodem actu, nisi vnum ab altero pendeat.*

424. *Obligatio conditionalis quomodo ante impletam conditionem commutanda sit in absolutam aut aliam conditionalem. & quomodo post conditionem impletam; numer. 425. & seq.*

426. *Conditione impleta dispositio conditionalis pro pura habetur.*

427. *Votum, aliáve obligatio pœnalis quibus modis concipi possit, & qualiter commutari possit, aut debeat ante, vel post pœnam incursam; numer. 428. & quid si votum, aliáve obligatio pœnalis contineat commodum alicuius personæ, aut loci pij; numer. 429. & seq.*

430. *Spes, quòd conditio impleatur, non habetur in consideratione in dispositionibus causa mortis, secus verò in dispositionibus inter vivos.*

431. *Dispositiones causa mortis pœnales, licèt olim non valerent, hodie tamen valent, sive de iure ciuili, sive etiam de canonico. nisi aliquid facere legibus interdictum, vel alias probrosum, aut etiam impossibile heres, vel legatarius, vel libertate donatus iussus fuerit; num. 432.*

433. *Impossibilitas imposita heredi, seu grauato, vitiat dispositionem, in qua fuit inuncta; imposita verò legatario, non honorato vitiatur, ac reiicitur a dispositione, & hæc valet, ac sustinetur.*

434. *Dilatio sola concessa in commutatione vltimæ voluntatis modica materiæ subrogationem requirit, quando dilatio parum, aut nihil obest fini, ad quem dirigitur dispositio illa, cuius executio differtur; & quò maior est dilatio, eo maiorem materiam exigit.*

435. *Exemplum commutationis voti peregrinationis Hierosolymitanæ à puero emissi, in eleemosynas, desumptum à cap. 2. de vot. & voti redempt. & omnis voti in perpetuam Religionis obseruantiam, ex cap. scripturæ, eod. tit. & voti vltramarini ab Episcopo emissi in varia opera, ex cap. magna; & ab impeditis ad tempus, vel perpetuò in diuersa pariter opera, ex cap. quod super his, eod. tit.*

436. *Exemplum commutationis laboris in peregrinando. & ingressus Religionis, ac voti perpetuæ castitatis; num. 437.*

438. *Exemplum commutationis voti, seu alterius obligationis de non ineundo matrimonio, aut assumendi ordinis sacerdotij.*

439. *Dispensatio miscenda est commutationi in voris valde grauibus, aut Religionis, castitatis, non ineundi matrimonij, aut assumendi sacerdotij, obtenta dispensandi facultate, & existente iusta partim dispensandi causa.*

440. *Votum ieiunandi singulis sextis feriis in quæ alia opera possit rationabiliter commutari, & an in iis attendendum sit, vt materia subrogata deseruiat fini intento per illa ieiunia.*

QVÆRO QVINTO, & postremò in hoc cap. quæ obseruanda sint circa praxim commutationis vltimarum voluntatum.

Antequam ad explicandos eos modos accedamus, quibus expirat, seu extinguitur, ac desinit esse vltimæ voluntatis commutatio generatim sumpta, id, quod *in cap. seq.* exequemur; pro complemento huius, ac præcedentium cap. dicendum nobis est in præsenti quæst. de iis, quæ obseruanda sunt in praxi, seu executione huiusmodi commutationis. verùm non ea omnia, quæ ad eam praxim pertinent, prosequemur, quoniam longum nimis id esset, ac pro magna parte satis colligi potest ex iis, quæ hucusque diximus, sed illa dumtaxat, quæ vel Ordinarius in iis, quæ à iure, aut consuetudine definita non sunt, atque adeò arbitrio iudicantis relicta sunt, iuxta *l. 1. ff. de inr. delib. & cap. de causis, de offic. deleg.* cum vtrobique not. & suis simil. vel executor, cui à Principe siue Ecclesiastico, siue sæculari aliquod ea in re arbitrium relictũ sit, spectare in arbitrio suo dirigendo, &, vt cum nostratibus loquar, regulando debet † circa materiæ subrogandæ æqualitatem, & causæ illius qualitatem, ob quam facienda est commutatio, vt omnibus pensatis rectè fiat: atque adeò nonnullas ad id regulas afferemus, sequentes hac in re præ cæteris duos eruditissimos viros, qui idem in suis tractatibus de votorum commutatione præstiterunt, Franciscum Suarez, & Thomam Sanchez; ex quibus etiam auctoribus eas regulas desumemus, quæ generatim commutationi vltimarum voluntatum accommodari, & conuenire possunt; ad quam non incongruè sumi argumentum potest à voti, vel iuramenti commutatione, iuxta ea, quæ nos tradidimus *sup. cap. 2. quæst. 1. post med.* ob id præcipuè, quòd votum, & iuramentum sunt quædam vltimæ voluntates. 402.

Prima igitur regula sit. In commutatione vltimæ voluntatis maior materiæ subrogatæ dignitas † est spectanda respectu solius materiæ promissæ, seu quæ est in obligatione, neque vlla ipsius vinculi, seu obligationis ratio habenda est. hanc regulam in voti commutatione, post Caiet. 2. 2. *quæst. 88. art. 12. col. 2. vers. in commutatione autem votorum*, Sot. *lib. 7. de iust. & iur. quæst. 4. art. 3. col. 6. vers. de causis subinde*, Valent. 2. 2. *disp. 6. quæst. 6. punct. 7. col. pen. dub. 2.* & Rodriq. *in additionibus ad Bullam Cruciat. §. 9. numer. 105.* tradit Sanchez *lib. 4. sum. cap. 56. numer. 2. & 3.* ob eam rationem; quia, licèt vtrumque in votorum dispensatione attendendum sit, vt idem probauit *cap. 45. numer. 37. & lib. 8. de matrim. disput. 20. numer. 9.* in commutatione tamen secus est dicendum, cùm per illam tollatur obligatio, & vinculum voti, vel iuramenti; in hac verò transferatur in materiam subrogatam; prout de voto docet Sanchez *d. numer. 9.* & pluribus relatis *d. lib. 4. cap. 55. numer. 2.* de iuramento, *eodem cap. 55. numer. 4.* inferens *numer. 6. & 7.* idem dicendum in prorogatione termini ad soluendum; & *numer. 8. ac tribus seqq.* in prorogatione compromissi. Hæc autem doctrina, atque adeò etiam proposita regula procedet, si absolutè, & simpliciter fiat commutatio: † secus si fiat sub conditione, vt, si maluerit, possit votum illud, aut iuramentum in tali alia materia implere: tunc enim non aufertur omnino obligatio prioris materiæ, sed ex absoluta fit conditionalis, seu ex præcisa fit alternatiua: ita in voto, & iuramento Sanchez *d. cap. 55. numer. 13.* post Suarez *tom. 2. de relig. tract. de iurament. lib. 2. cap. 36. numer. 11.* atque idem proportionabiliter dicendum de commutatione cuiusuis vltimæ voluntatis. Erit ergo æqualitas, aut dignitas materiæ subrogatæ quoad hoc solùm spectanda, vt redundet in æquale, aut maius obsequium Dei, si illud continebatur in priori materia, aut æqualem, maiorémve vtilitatem eius personæ, aut loci, ad cuius vtilitatem dispositio commutan- 403. 404.

do

da emanauit. Declaratur autem hæc eadem regula, vt, quando vltra diſpoſitionem vltimæ voluntatis adeſſet ſpecialis prohibitio non petendæ commutationis, materia ſubrogata æqualis eſſe debeat vtrique vinculo, prout in voto, & iuramento ſatis probat Sanchez *d. cap. 56. num. 5.*

Secunda regula ſit. Maius, aut minus, vel æquaſe bonum materiæ promiſſæ, ſeu, quæ eſt in obli-
405. gatione, & eius, in quam fit commutatio, † non eſt ſpectandum iuxta excellentiam virtutis, cuius eſt actus, quaſi cenſeatur commutatio in melius facta, quando quid commutatur in opus excellentioris virtutis; ſed habenda eſt ratio diſponentis, & finis, quem illa diſpoſitio habet, vel per ſe, vel ex expreſſa diſponentis intentione; ita, vt materia ſubrogata quàm proximè fieri poſſit ad eum finem accedat: ſicut in voti commutatione ſi quis vouiſſet ieiunium ad carnem domandam, aut eleemoſynam ad tollendam auaritiam, non rectè fiet commutatio in alia opera excellentiora, quæ minus apta ſunt fini aſſequendo, vtputa illud in aliquas vocales orationes, ſecundum in auditionem aliquot ſacrorum diebus ferialibus, quamuis hæc vtraque materia ſpectet ad actum religionis, quæ virtus eſt perfectior abſtinentia, & liberalitate: ſed facienda erit commutatio in opus, quod vel æquè, vel magis conducat ad finem aſſequendum, ad quem prius opus dirigebatur; atque adeò ſpectanda erit ſpiritualis vouentis vtilitas, & finis ab ipſo, & voto intentus, quidque hìc, & nunc futurum ſit Deo gratius, vel æque gratum, & in commutatione cuiuslibet vltimæ voluntatis, ſi quis mandaſſet in ſuo teſtamento, vt aliquæ pauperes puellæ in matrimonium collocarentur, vel certa eleemoſyna paupercibus parochiæ ſuæ erogaretur, quò tam illarum, quàm horum inopia ſubleuetur, non benè commutabitur hæc vltima voluntas in aliquot ſacrorum celebrationem; quoniam, licèt ſacrificium Miſſæ actus ſit excellentiſſimus excellentioris virtutis, quàm ſit miſericordia, nimirum religionis; tamen non ſatisfit per eum intentioni operis, & operantis, quæ eſt ſubleuandi pauperum indigentiam. Hanc regulam in voti commutatione ex *cap. 1. de vot.* colligunt Suarez *tom. 2. de relig. tract. de voi. lib. 6. cap. 28. numer. 8. ad fin.* & Sanchez *d. cap. 56. num. 6.* vbi & alios plures refert eam tenentes; illámque adhuc magis explicat *tribus num: ſeqq.* Idem etiam, quòd nimirum in commutatione illud ſubrogandum ſit, quo ſatisfiat fini rei diſpoſitæ, ac intentioni operantis, colligo ex text. *in cap. magna, ad fin. & cap. quod ſuper his, §. rurſus, circa medium, tit. de teſt.* In commutatione verò vltimarum voluntatum, de qua agimus, optimos text. habemus tum *in l. legatum. ff. de uſu & uſufr. leg.* vbi definitur, quòd, ſi teſtator legatum reliquit ciuitati, vt ex reditibus quotannis in ea ciuitate memoriæ defuncti conſeruandæ gratia ſpectaculum celebretur, quod illic celebrari non licet; adhibitis heredibus & primoribus ciuitatis diſpiciendum erit, in quam rem conuerti debeat fideicommiſſum, vt memoria teſtatoris alio, & licito genere conſeruetur: tum ex *l. fin. ff. de mort. inferen.* ex cuius contextu ſatis habetur; quòd, ſi quis mandauit, vt monumentum perficiatur, & cùm is moritur, iam perfectum ſit, Pontifex, (hoc eſt, Epiſcopi, vt exponit *ibidem* gloſ. ab aliis approbata,) exigere debent, quatenus ſalua religione deſiderio reficiendi operis medendum ſit. Ad idem etiam facit text. *in l. pecuniam, in princ. ff. de oper. publ. & cap. nos quidem, de teſtam.* Hæc tamen regula dupliciter temperanda eſt: primò, niſi ipſe diſponens expreſſiſſet finem ab eo diuerſum, ad quem per ſe dirigitur illud opus promiſſum, ac de quo diſpoſuit; vt ſi in caſu propoſito collocandi in matrimonium pauperes puellas, aut erogandi certam eleemoſynam expreſſiſſet, vt plerumque fieri ſolet, ſe id facere in remedium animæ ſuæ, tunc enim per Miſſarum celebrationem optimè, ac directè ſatisfiet vtilitati, ac ſimul intentioni diſponentis, & quidem cum maximo lucro; idque colligitur ex iis, quæ pro ipſa regula adduximus: ſecundò, non ita preſtim, & amarè id accipiendã eſſe, vt materia ſubrogata conuenire debeat in genere cum ea, quæ promiſſa fuit, ſeu eſt in obligatione; modò tamen æquè, vel magis conducat ad finem diſponentis, vel operis commutandi conſequendum: ita in voti commutatione Sanchez *d. cap. 56. num. 7. & 8.*

Tertia regula. Habenda quoque eſt in commutatione vltimæ voluntatis † ratio difficultatis im- 406.
plendi rem promiſſam, ſeu de qua diſpoſitum fuit. Regula hæc, quæ potiſſimum locum habet in votorum commutatione, vt pluribus allegatis tradit Sanchez *d. cap. 56. numer. 10.* cum aliquot ſeqq. procedere quoque poteſt in commutatione vltimarum voluntatum, de qua nunc agimus, ac præcipuè diſpoſitionum per ſe irreuocabilium; ita, vt etiam inſtante herede circa illas poſſit fieri ea diſpoſitio, & commutatio, quæ poterat fieri ad inſtantiam defuncti; quicquid quoad votum voluerit Sanchez *d. lib. 4. cap. 24. numer. 57. & 58.* Quamuis enim obligatio voti perſonalis † non tranſeat in here- 407.
dem, vt ex communi omnium ſententia reſoluit Sanchez *d. lib. 4. ſumm. cap. 15. numer. 23.* ad quod eſt optimus text. *in l. 2. ff. de pollicitat.* immo, & ipſa obligatio voti realis in vim voti non egrediatur perſonam vouentis, vt idem docet *num. 14. num.* deinde *16. vſque ad 22.* hinc aliqua inferens † & in iuramento latiùs tradiderat *lib. 3. cap. 15. numer. 1. cum tribus ſeqq.* quibus adde alios, quos refert, ac ſequitur Gabriel *commun. concluſ. lib. 5. tit. de iureiuran. concluſ. 6. numer. 1. 2. 5. & 6.* Tamen ſicut iramentum quoad obſeruantiam rei promiſſæ, ſeu ex vi contractus tranſit in heredes, vt præter laudatos à Sanchez *d. numer. 1.* tenent alij plerique probati à Gabr. *d. concluſ. 6. numer. 2.* ita quia votum reale obligat perſonam vouentis, quatenus ille eſt dominus, & adminiſtrator rei promiſſæ, qui quoad hæc repræſentant perſonam defuncti; ideo votorum realium obligatio tranſit omnino in heredem non ex vi voti, ſed ex vi contractus; cum eo ipſo, quòd hereditatem adit, cenſeatur contractum iniiſſe ſoluendi omnia debita defuncti, vt idem Sanchez latè tradit *d. cap. 15. numer. 25. 26. 28. & 35. cum ſeq.* ita, vt poſſit compelli ad ea vota perſolueuda non modò ſub pœna priuationis hereditatis, *vt in cap. licet, de voto*, verùm etiam per excommunicationem, vt idem Sanchez latiùs explicat *d. num. 26. pradict.* autem *numer. 28.* ex quorundam ſententia contra alios rectè admonet, heredem ad ea vota implenda teneri, licèt defunctus id ei non iniunxerit, immo etiam licèt eum expreſsè ab hoc onere liberauerit. Sicut etiam rectè *numer. 29.* ſequi videtur Silueſtrum *verbo, votum, 2. quæſt. 1b. dicto 1.* dicentem, † poſſe heredem cogi à defuncto, vt loco perſonalium ipſius defuncti votorum 408.
eleemoſynam aliquam eroget. minùs autem rectè impugnat Abul. *numer. 30. quæſt. 98.* volentem, heredem iuſſum à teſtatore vota ipſius perſonalia implere, teneri vi mandati; quia, inquit Sanchez, teſtatoris ſolum eſt de propriis bonis diſponere, non autem de perſonalibus heredis actionibus: quidniam, ſi hæc ratio valeret, male idemmet Sanchez

ſtatim

409. ſtatim admitteret id, quod eſt veriſſimum, † poſſe heredem non neceſſarium a defuncto grauari, vt ſub conditione implendi ea vota ſuccederet, ſicut poſſet ſub alia honeſta conditione. ſed & hoc male reſtringit ad heredem non neceſſarium; nam etiam neceſſarium grauare poſſet tali conditione, quam imponere poteſt ſucceſſioni vltra legitimam, quæ nullam conditionem recipit, *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam.* reliquam verò hereditatem poteſt teſtator cuicumque voluerit ex perſonis à iure non prohibitis relinquere, *toto tit. C. de inoffic. teſtam.* cum ibi notat. & ſuis concord. Tenentur autem heredes vota realia defuncti vel per ſeipſos, vel per alios † exequi eo pacto, quoad id tenebatur defunctus, cùm quoad hoc ſuccedant in omnem eius obligationem; vt poſt Silueſtr. *d. quæſt.* 11. *dicto* 4. & Ang. *verbo, votum*, 3. *numer.* 8. tradit Sanchez *d. cap.* 15. *numer.* 29. rectè docens contra Innoc. & alios *d. cap. licet*, quòd, ſi defunctus promiſerat, ſe iturum ad belli ſubſidium contra fidei hoſtes, nec adiit, plenè ſatisfacere heredem mittendo alium, nomine defuncti pugnaturum, & ſubminiſtrando expenſas huic neceſſarias, ſiue defunctus maiores, ſiue minores eſſet facturus. Quando verò vota ſunt mixta: ſic diſtinguendum eſt cum eodem Sanchez plures allegante *eod. cap.* 15. *numer.* 30. & 31. ſi pars realis, & perſonalis in voto expreſſæ ſint, tenentur heredes ad realem ſolam; vt, ſi defunctus vouerat peregrinationem ad D. Iacobum, & eleemoſynam illi largiendam, heres teneretur ad ſolam eleemoſynam; quia quoad eam partem eſt votum omnino reale, & vtraque pars independenter ab alia, & æqualiter promiſſa cenſetur: ſi autem ſola pars perſonalis ſit expreſſa, ad nil tenentur heredes: vt, ſi teſtator votum peregrinationis, aut Religionis non impleuit, heres minimè tenetur ad expenſas itineris, nec ad bona tradenda, quæ ad Religionem peruentura forent, quòd hæc ſint voto perſonali acceſſoria, & ideo illo extincto pereunt, iuxta *cap. acceſſorium, de regul. iur. in 6.* cum ſimil. Quòd ſi votum fuit diſiunctiuum, cuius altera pars erat perſonalis, altera realis, & defunctus nec etiam partem implenit, heres tenetur præcisè ad partem realem; quia obligatio perſonalis alligata perſonæ defuncti iam eſt omnino extincta, ac proinde ſuccedit præcisa obligatio ad ſolam realem, iuxta regulam ab eodem Sanchez traditam *d. lib. 4. ſumm. cap.* 15. *numer.* 24. quare, licèt vouens poſſet alterutram partem eligere, heres tamen nequit. quod intelligendum eſt, niſi defunctus elegiſſet perfectè partem perſonalem, ita, vt ad eam iam præcisè teneretur: tunc enim eo non impleto ad nihil tenetur heres; quia iuxta adducta ab ipſo Sanchez *d. cap.* 15. *numer.* 26. iam votum erat omnino perſonale. Totam autem hanc diſtinctionem intellige, niſi teſtator ipſe grauaſſet heredem ſuum etiam neceſſarium ſupra legitimam ad vota ſua, licèt perſonalia, præſtanda, iuxta ſupradicta. Quæ cùm ita ſint, non video, quo iure Sanchez *d. lib. 4. ſumm. cap.* 14. *num.* 410. 57. *cum ſeq.* aſſerat, † non modò limitationem, ſed & diſpenſationem, & commutationem voti, quæ à defuncto poterat obtineri, non poſſe ab eius herede impetrari nam, vt id admittamus quoad irritationem, quoniam hoc eſt priuilegium perſonale, habéntque cautam limitatam, nimirum ſubiectionem poteſtati dominatiuæ, quæ cauſa, & ſubiectio non eſt in herede; certe id de diſpenſatione, & commutatione dici non poteſt, retentis iiſdem terminis, qui ſupponuntur in defuncto, nimirum, quòd vel non ſit ius alicui quæſitum per illud votum, vel ſi eſt quæſitum, adſit conſenſus illius, cui quæſitum eſt, vel ſubſit cauſa vrgens, ac ſufficiens ad illud ſine eius conſenſu tollendum. etenim heres † repræſentat perſonam defuncti, 411.
& vna perſona cum eo cenſetur, *l. heres, la* 1. *ff. de vſucap. l.* 3. *ff. de petit. hered. auth. de inoffic. & morient. præſt. in princ.* & in heredem tranſeunt non modò iura paſſiua, ſeu obligationes, verùm etiam actiua, & priuilegia, ac facultates, quæ defuncto ratione rei, bonorum, & hereditatis competebant; hereditas enim nihil aliud eſt, quam ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit; *l. nihil aliud, ff. de verb. ſignific. & l. hereditas, ff. de reg. iur.* & heredem eiuſdem poteſtatis, iuriſque eſſe, cuius fuit defunctus, conſtat; vt ait Vlpianus *in l. heredem, ff. eodem tit.* ergo, ſi heres tenetur ad vota defuncti, debet etiam poſſe circa vota realia, quicquid poterat circa ea defunctus; nam ſecundùm naturam eſt, commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda, inquit aulus l. C. *in l. ſecundùm naturam, ff. de reg. iur.* & qui ſentit onus, ſentire debet commodum, vt ait Bonifac. V III. *in cap. qui ſentit, eod. tit. in 6.* Neque obeſt ratio, quam allegat Sanchez *d. numer.* 57. quia illa voti obligatio tamquam perſonalis ſit prorſus extincta morte viuentis, tranſieríque illius implendi obligatio in heredem ex vinculo ſolius iuſtitiæ, & quaſi contractus cum defuncto: at hæc remedia, nimirum irritationis, diſpenſationis, & commutationis voti, non cadunt in obligationem iuſtitiæ, ſicut nec in obligationem aliorum debitorum. Nam, præterquam quòd ideo multo magis, & facilius debet heres obtinere poſſe diſpenſationem, aut commutationem voti, quàm defunctus, quoniam hic habet obligationem, & vinculum voti, ac ſimul etiam quaſi contractus cum Deo, ſi ei ſoli, vel principaliter emiſſum ſit votum, aut cum homine, ſi ei factum ſit, ab eóque acceptatum; heres verò nullum habet voti vinculum: duo enim vincula magis ligant, & difficiliùs diſſoluuntur, §. *ſed hodie, Inſtit. de adopt. & l. diſcretis, in princ.* iuncto §. *ſin autem, C. qui teſtam. fac. poſſ.* cum ſimil. Dicimus etiam, quòd ſi illa ratio Sanchez aliquid efficeret, concluderet pariter, quòd non poſſet à vouente ipſo retentis iiſdem terminis obtineri voti diſpenſatio, aut commutatio. ſi enim loquatur de obligatione iuſtitiæ erga eum, ad cuius fauorem factum eſt votum, quia ſit iam ei ius quæſitum per acceptationem eiuſdem, æquè non poterit diſpenſari, vel commutari votum ad inſtantiam vouentis ſine conſenſu hominis, cui factum eſt, ex adductis per ipſum Sanchez *d. lib. 4. ſumm. cap.* 42. *numer.* 6. 7. & 11. iuncto *numer.* 13. 14. & 16. *cum ſeqq.* aut æquè poterit ratione boni communis à Principe ſine illius hominis conſenſu, ex traditis ab eodem *d. numer.* 16. & 17. Si autem loquatur de obligatione iuſtitiæ, quæ conſurgit † ex quaſi contractu inter here- 413.
dem, & defunctum ob additionem hereditatis, proue loqui videtur *d. numer.* 57. & patet ex adductis per eum *d. lib. 4. cap.* 15. *numer.* 25. & 28. Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §. 117. *numer.* 114. & Craſſ. *de ſucceſſionib. volum.* 2. §. *acquiſitio hereditatis, queſt.* 19. *numer.* 3. qui hanc communem aſſerunt: hæc obligatio pariter contrahitur, ſeu quaſi contractus celebratur per additionem inter teſtatorem, & heredem quoad legata ſoluenda, vt ſatis comprobat Craſſ. *vbi ſup. numer.* 2. & 4. tum ex §. *ſed neque heres, Inſtit. de teſtamens.* ibi; quia totum hoc negotium, quod agitur, teſtamenti ordinandi gratia, creditur ho-

die

die inter teſtatorem, & heredem agi; uecnon *l. hoc conſequenter, §. 1. ff. famil. erciſ. l. ex maleficio, §. heres, ff. de act. & oblig. §. heres, Inſtit. de oblig. qua ex quaſi contr. & l. apud Iulianum, §. ſi pupillus, ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat.* tum aliis firmiſſimis rationibus, quas, ne longum faciam, prætermitto. ex quo fit, quòd bene adaptatur huic caſui commutationis voti doctrina illa auctorum aſſerentium, poſſe Epiſcopum cum conſenſu heredis commutare legata pia in alium vſum magis pium, quicquid voluerit Sanchez *d. cap. 24. numer.* 58. dicens hunc caſum non comprehendi in ea doctrina, quia obligatio heredis, inquit, ad ſoluenda legata oritur ex gratioſo teſtatoris præcepto, quo heres ea ſoluere iuſſus eſt; at in noſtro caſu non oritur ex gratioſa defuncti voluntate, ſed quia erat reale eius ex voto debitum, & omnia debita realia tranſeunt in heredem: nam, licèt vera ſit hæc diſtinctio, & diuerſitas caſuum; tamen in vtroque militat ad effectum, de quo agimus, eadem ratio; quia tam in legatis, quàm in debitis à teſtatore relictis cum eo contrahere adeundo illius hereditatem heres cenſetur, vt paulo antè vidimus; immo & maior ratio, cùm maior obligatio implendi, quod voto promiſſum eſt, in defuncto fuerit, quàm ſit in herede, vt dictum eſt. Stet igitur ex prædictis, votum reale teſtatoris ab eo non impletum poſſe ad heredis inſtantiam, ad quem obligatio ex vi quaſi contractus eius, quod promiſſum eſt, implendi tranſit, commutari, ac diſpenſari ab eo, à quo poſſet
414. viuente teſtatore. idémque † de perſonali, aut mixto dicendum erit, cùm illius implementum heredi fuerit ab ipſo teſtatore iniunctum; quoniam in vtriſque militat eadem ratio, atque adeò etiam eadem diſpoſitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. cap. 2. de tranſlat. Epiſc.* cum ſimil. quam ob cauſam idipſum etiã ſtatuendum eſt quoad irritationem vbi in herede cadẽ, aut alia ſubiectio ſimilis poteſtati dominatiuæ eius, qui irritare poteſt vota ſibi ſubiectorum, ſit in herede cum ea, quæ erat in defuncto. atque adeò in herede quoque locum habere poteſt tum vtraque præcedens, & quælibet ſequens regula, tum maximè illa, quæ ſtatim ſequitur, & quod initio huius regulæ diximus ex ipſo Sanchez *d. lib. 4. cap. 56. numer.* 10. in commutatione voti habendam quoque eſſe rationem difficultatis implendi rem promiſſam, ac materiam ſubrogatam, quia difficultas auget meritum, id ex eo comprobans, quod Hoſt. *in ſumm. tit. de vot. §. qualiter, & cuius, numer.* 12. Ang. *verbo votum 4. numer.* 12. Greg. Lopez *ad l. 6. regul. tit. 8. part. 1. in fin.* Nauar. *in man. Confeſſ. cap. 12. numer. 77. in fin.* Lud Lopez *1. part. inſtruct. conſc. cap. 49. col. pen.* & Suarez dicens eſſe omnium *d. tract. de vot. lib. 6. cap. 19. numer. 16.* tra-
415. dunt, † votum ieiunij à paupere emiſſum, ſi in eleemoſynam commutetur, poſſe in minorem commutari, quàm ſi dives illud emiſiſſet. cuius optima ratio ex Palatio *4. diſt. 38. diſput. 3. col. 28.* quia Deus pluris faciat modicam eleemoſynam indigentis, quàm maximam diuitis, vt patet in exemplo pauperis viduæ *Luc. 21.* eadémque ratione dicendum rectè ait Sanchez *d. num.* 10. pauciora ieiunia poſſe in eiuſdem voti commutatione imponi laborantibus, cholericis, & debilibus, quàm otioſis, phlegmaticis, & robuſtis; quia pauciora in illis æquiualent horum pluribus ratione maioris difficultatis & laboris in iis perferendis. Et hæc de præſenti tertia regula.

Quarta regula eſſe poteſt illa, quam per modum illationis ex præced. deducit Sanchez *d. cap. 56. num.* 11. in peregrinationis commutatione † conſideran- 416.
dum eſſe laborem itineris, & expenſas. id autem in voto peregrinationis comprobat tum ex eo, quòd hæc augent pondus, & æſtimationem voti, tamquam Deo dicata; tum ex text. *in cap. magna, de vot. & voti redempt.* vbi Pontifex mandat tam laboris, quàm expenſarum in voti Hieroſolymitani commutatione rationem haberi: tum denique ex quamplurimorum auctoritate, ita, vt meritò hæc opinio, mi veriſſima, ita communis dici poſſit. Hæc tamen regula quoad laborem itineris multo magis locum habet in obligatione illius conficiendi pedibus, vt tradit Sanchez *d. cap. 56. numer.* 13. ſimul monens, quòd, ſi vouit quis illud conficere mendicando, in commutatione habenda quoque ratio eſt maioris illius obſequij diuini, exercendo actus paupertatis, & humilitatis. & *numer.* 19. ex Rodriq. *2. tom. cap.* 100. *numer. 5. docum. 5.* docet, conſideranda quoque itineris pericula, & damnum ex vouentis abſentia eius rebus conſecutorum, quòd hæc omnia Deo obtulerit, & augeant meritum, ac voti æſtimationem. Quoad expenſas verò eadem regula amplianda eſt primò, vt procedat quoad expenſas iuxta ſtatus decentiam, vt ſatis probat Sanchez *d. cap 56. num. 14.* tum ratione, tum ex Suarez *d. cap. 19. num.* 20. dicente eſſe omnium, & oppoſitum eſſe contra rationem. Secundò, computandas quoque expenſas faciendas in reditu. it poſt alios docet Sanchez *d. cap. 56. num. 16.* præcipue ex *d. cap. magna, de vot.* ibi; expenſas, quas fueras eundo, morando, & redeundo facturus. ex eo autem verbo, *morando,* & aliis idem Sanchez *numer.* 20. eandem regulam extendit, vt in commutatione ſint quoque computandæ expenſæ, quæ herent commorando in loco peregrinationis. & hæc ſit tertia extenſio dictæ regulæ. Quartam ponit *num.* 19. vt habenda quoque ſit ratio tributorum, quæ ſoluenda eſſent infidelibus pro obtinendo tranſitu ad exequendum votum peregrinationis; quia hæc ad expenſas ſpectant. Reſtringitur autem, ſeu limitatur eadem regula primò, vt in commutatione peregrinationis deducendæ ſint expenſæ, quas is, qui peregrinari tenetur, domi eſſet facturus. ita in voto poſt alios Sanchez *d. cap. 56. num.* 12. quia, cùm illæ eſſent ceſſante ea peregrinatione faciendæ, non ſunt Deo dicatæ per votum. Secundò, vt non ſint in commutatione attendendæ vllæ expenſæ, quas eundo feciſſet, cùm quis tenetur mendicando peregrinari, vt rectè in voto docet Sanchez *d. numer.* 23. quoniam nullis vouentis expenſis propriis erat peregrinatio illa peragenda. Denique † illam eleemo- 417.
ſynam, in quam commutantur illæ peregrinationis expenſæ, non eſt neceſſe ad locum peregrinationis mittere, eiúſve loci rationem habere in faciendo commutatione, vt ſatis oſtendit Sanchez *eod. cap. 56. numer.* 21. *& ſeq.* Quid autem dicendum ſit, † cùm imago illa, quam quis tenetur 418.
imiſere, aut ipſemet eſt proximior tempore commutationis, quàm eſſet tempore obligationis, pendet ex eo, an quis adſtrictus ſit ſimpliciter, & ſolum ad eam imaginem imiſiendum; & tunc ſicut ſatisfacit illam adeundo ex loco proximiori; ita in commutatione ſufficit loci proximioris quoad laborem, & expenſas rationem habere: ſecus verò ſi tenetur, vt ex priori loco; id quod indubio credendum eſt; vt ſatis probat idem Sanchez *d. lib. 4. cap. 11. num. 68.* ex quo id tradit *d. cap. 56. numer.* 18. ſubdens, quòd, quando imago, aut ipſe vouens ſunt in loco remotiori, ſi eſt notabilis mutatio, non obligabit pro tunc votum ratione notabilis mutationis materiæ, donec ea ceſſet, ex traditis à ſe vbi de

muta

mutatione materiæ voti, nimirum *eod. lib. 4. cap.* 2. præsertim *numer.* 14. si verò non sit notabilis mutatio, tunc ait *d. numer.* 18. se credere, habendam esse solum rationem expensarum, & laboris iuxta distantiam itineris, seu loci, ex quo peregrinatio est debita, quòd nihil amplius comprehensum sit sub voto. Quando autem † dicatur notabilis mutatio status rei, & in vniuersum quando ratione mutationis status rei, aut erroris, vel ignorantiæ, aut quia cessaret, seu deficiat causa, qua quis motus fuit ad vouendum, iurandum, promittendum, aut aliter se obligandum, cesset obligatio; ita, vt non sit necessaria illius commutatio; videndus est post alios Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disput.* 30. *& lib.* 10. *disput.* 9. *numer.* 13. *vsque ad* 23. *& d. lib.* 4. *summ. cap.* 2. *ferè per tot.* Molin. *tom.* 2. *de iustit. & iur. disput.* 272. & alios apud Sanchez *lib.* 1. *de matrim. disput.* 5. *numer.* 20. necnon Tiraq. *in reper. l. si vnquam, in eius præfat. numer.* 166. & aliquot seqq. C. *de reuoc. donat.* & quoad cessationem causæ propriè sumptam nos latiùs agemus *cap. seq. quæst.* 5. *per tot.* 419.

Quinta verò nunc regula sit. Non est opus ad rectam commutationem vltimæ voluntatis, † vt, si quis ad factum præstandum tenetur, obligetur ad aliud factum, vel si tenetur ad certam quantitatem soluendam ad aliud quid soluendum obligetur. Probatur hæc regula ex ea, quam in voti commutatione statuit Sanchez *d. cap.* 56. *numer.* 24. votum reale, personale, aut mixtum non esse necessariò commutandum in aliud simile, sed promiscuè posse commutari dummodo fiat commutatio in maius, vel æquale; tum ratione, quia solius obsequij diuini maioris, aut æqualis est in his commutationibus ratio habenda, quæ æqualitas, seu maioritas potest reperiri in diuersa materia à priori voto: tum ex *cap.* 2. *de vot.* vbi votum personale peregrinationis Hierosolymitanæ in eleemosynam commutatur, quæ est quid reale: tum denique ex Doctor. quos *ibi* allegat, ac præcipuè Suarez *d. lib.* 6. *de vot. cap.* 19. *numer.* 16. *ac* 17. vbi respondet ad text. *in cap.* 2. *de vot.* illud, quod ibi significatur, votum peregrinationis, quod est votum mixtum, seu participans de reali, necessariò esse commutandum in opus reale eleemosynæ, id esse consilij; sicut & quod habetur *in cap. magna, de vot.* ac plerique Doctor. tradiderunt, expensas voti peregrinationis commutandas in eleemosynam, non præcepti, sed consilij, & maioris congruentiæ fore, docet Sanchez *d. cap.* 56. *num.* 25. post Sanchez *d. cap.* 19. *num.* 15. *&* 16. quinimmo text. *d. cap.* 2. iuncto maximè communi eius summario, quod est, vota possunt eleemosynis redimi, vel in aliud commutari, & glos. fin. ab aliis approbata, dum ait, in omni voto siue consistat in faciendo, siue in non faciendo, posse habere locum compensationem, satis probat hanc regulam. Quod verò *d. cap. magna, cap. quod super his, & cap. ex multa, de vot.* præscribitur, vt votum eundi Hierosolymam in subsidium illius loci commutetur in eleemosynam eodem mittendam in subsidium eius loci, tunc à Pontificibus id fiebat propter necessitatem vrgentem bellicæ expeditionis: cùm autem ea nunc cesset, cessat quoque necessitas talis commutationis illius voti, sed instar aliorum poterit commutari, vt adnotauit Sanchez *d. cap.* 56. *num.* 26. post Suarez *d. cap.* 19. *numer.* 17. 420.

Sexta regula. Non est pariter necesse ad commutationem vltimæ voluntatis, † vt materia subrogata sit æqualis priori permissæ, seu aliàs debitæ, magnitudine, duratione, aut numero, modò aliàs sit æqualis ratione finis, ad quem prior materia, vel intentio permittentis dirigebatur. ita in voti commutatione, quòd præmissa æqualitas non requiratur, sed sufficiat æqualitas ratione obsequij diuini, tenet Sanchez *d. cap.* 56. *numer.* 27. quia diuturnitas, aut maior quantitas, vel numerus prioris operis poterit qualitate, & grauitate operis subrogati minori tempore exequendi, aut minoris magnitudine, & numero compensari. qua ratione *ibidem* subdit Sanch. optimè Leonard. Less. *lib.* 2. *de iustit. & iu. cap.* 40. *dubit.* 12. *numer.* 101. & Suar. *eod. cap.* 19. *numer.* 21. tradere, non esse opus, commutari votum perpetuum in materiam perpetuam, sed posse in temporalem æqualis obsequij diuini. atque ob eandem rationem votum implendum certa die non est necessariò commutandum in aliud opus exequendum eadem die; quia potest esse maioris, aut æqualis obsequij diuini exequi materiam subrogatam altera die; vti post Henriq. *tom.* 1. *Theol. moral. lib.* 7. *de indulgent. cap.* 10. *numer.* 6. docet Sanchez *d. cap.* 56. *numer.* 28. Quando autem absolutè fit commutatio obligationis certæ diei adstrictæ, † materia subrogata, nisi aliud colligatur ex eius qualitate, ac circumstantiis adiunctis, obligat eadem die; vt rectè monet in voti commutatione Sanch. *eod. cap.* 56. *num.* 29. quia duplex commutatio, aut vna duas virtute continens concurrere debet, vt materia subrogata non obliget eadem die; quoniam in hac commutatione duplex relaxatio reperitur; altera, ne impleatur votum in propria materia; altera ne impleatur tempore promisso: quare dum commutans non explicat se vtrumque commutare, aut ex materia subrogata, & aliis circumstantiis hæc intentio non colligitur, censenda est sola relaxatio, vt votum non impleatur in eadem materia, relinquaturque pristina temporis obligatio: quia † duo specialia non debent concurrere in eodem actu, *l.* 1. *C. de dot. promiss.* nisi quando vnum pendet ab altero, atque adeò necessariam habent connexionem, vt bene notat Bart. *l. si is, qui pro tempore, in princ. numer.* 71. *ff. de vsucap.* quod hic non contingit, cùm possit relaxari obligatio eiusdem materiæ, illæsa manente eiusdem temporis obligatione. qua ratione censet quoque *ibidem* Sanchez, quòd, quando duratio materiæ subrogatæ suadet totam commutationem non esse implendam eadem die, vt, si pluries sit aliquid agendum, obligari vouentem, qui commutationem obtinuit ab illa die, qua votum obligabat; ita, vt amplius executionem differre nequeat, nisi aliud in commutatione explicetur; quia militat eadem ratio; atque adeò idem ius esse debet, *l. illud, ff. ad leg. Aquil.* cum simil. quod autem is docet de voto, idem statuendum est quoque proportionabiliter de testatoris præcepto, aut alia quauis prioris obligationis radice, & causa, propter eandem omnino rationem. 421. 422.

Septima regula. Si relictum, aut quæuis alia obligatio conditionalis ante impletam conditionem commutetur in obligationem absolutam, † spectandum est, quàm dubius sit conditionis euentus; quo enim is magis dubius fuerit, eo in minorem obligationem absolutam facienda erit commutatio. ita in voti conditionalis commutatione, post Suarez *d. cap.* 19. *num.* 21. tradit Sanchez *d. cap.* 56. *numer.* 30. id ex eo comprobans, quòd etiam in contractu assecurationis eo magis augetur eius 424.

pretium,

pretium, quo magis dubius fuerit rei aſſecuratæ euentus. quare, cùm acceptans hanc commutationem abſolutam cõtractum aſſecurationis cum Deo ineat, pro eo promiſſionem recipiente Prælato, qui commutat obligationem dubiam, eam ex ancipiti euentu pendentem reddens certam, & ſecuram; quo magis dubius euentus conditionis fuerit, eo auctius pretium recipere debet à Deo, qui id quaſi in pretium dat, vt remittat obligationem conditionalem; vnde eo minori abſoluta illam conditionalem remittere debet, quo magis dubius fuerit conditionis euentus: vt, ſi promiſi centum, ſi pater meus incolumis euaſerit; debet hoc votum, antequam pater incolumis euadat, in plus, aut minus commutari, iuxta maius, aut minus paterni morbi periculum, &, ſi hoc ſit æquale, ſufficiet commutatio in dimidium eius, in quod ea fieret, ſi votum eſſet abſolutum. Quòd ſi pariter ante impletam conditionem commutatio fiat in aliam obligationem conditionalem; tunc, ſi maneat eadem conditio, aut apponatur alia æquè dubia, debet commutatio fieri in materiam priori æqualem, cùm ſimili dubio euentui vtraque obligatio ſubiiciatur. Si autem in commutatione apponatur conditio magis certa, debet minui materia ſubrogata, & è contrario debet augeri, ſi conditio appoſita ſit magis dubia iuxta maioris, aut minoris incertitudinis proportionem. ita in voti commutatione quoad hunc poſteriorem articulum prioris membri diſtinctionis tenet Sanchez *eodem cap. 56. numer. 31.* Alterum principale eiuſdem diſtinctionis membrum eſt, † vbi commutatio obligationis, ſeu euiuſuis diſpoſitionis conditionalis fiat poſt impletam conditionem. quo caſu idem Sanchez *d. cap. 56. numer. 32.* de voti commutatione loquens docet, eam debere fieri in rem æqualem materiæ promiſſæ, perinde, ac ſi votum eſſet abſolutum; quòd impleta conditione † ſit iam abſoluta obligatio, iuxta *l. potior, in princip. ff. qui potior. in pignor. habeam.* ibi; cùm enim ſemel conditio extiterit, perinde habetur, ac, ſi illo tempore, quo ſtipulatio interpoſita eſt, ſine conditione facta eſſet; cum aliis ad id adductis ab eodem Sanchez *lib. 8. de matrimon. diſput. 10. numer. 12.* necnon *d. lib. 4. ſum. cap. 40. num. 98.* Leonard. Leſſ. *de iuſt. & iu. cap. 40. dub. 13. num. 106. caſ. 7.* Sayr. *in clau. reg. lib. 6. cap. 11. numer. 77.* & Suarez *d. lib. 6. de vot. cap. 22. num. 3. & 11.* atque adeò intrinſeca materiæ promiſſæ bonitas, non minor ſit, quàm ſi eſſet abſolutè promiſſa: & quamuis ea obligatio abſoluta procedat à voto minùs perfecto; hæc tamen imperfectio vel non minuit voluntarium, vt ſentiunt Leſſ. Sayr. & Suarez *loc. cit.* & alij apud Sanchez *d. num. 12.* vel certè ſolum efficit, vt minorem cauſam exigat eius voti diſpenſatio, non autem, vt minorem commutationem. Sicut etiam faciliùs, & ex minori cauſa diſpenſatur in voto temerè, ac ſubito ira motu facto, ratione imperfectionis voluntatis; at mera commutatio non ideo in minus fieri debet, quoniam diſpenſatio vinculum voti præcipuè reſpicit, commutatio verò potiſſimùm reſpicit materiam. Quod autem in hac 7. regula quoad ſingula prædictæ diſtinctionis membra de commutatione voti conditionalis cum Sanchez diximus reſpectu vouentis; idem ſtatuendum reſpectu heredis quoad vota realia, aut etiam perſonalia teſtatoris eidem ab ipſo iniuncta; iuxta ea, quæ ſuprà *in 3. regula* contra eundem Sanchez adduximus. in legatis autem, & aliis vltimis voluntatibus, ſeu diſpoſitionibus irreuocabilibus tam inter viuos, quàm cauſa mortis, quæ ſub conditione conceptæ ſunt, id ita intelligendum eſt, vt in commutatione requiratur conſenſus eorum, ad quorum fauorem eæ diſpoſitiones conditionales emanarunt, vbi illis ius quæſitum ex huiuſmodi diſpoſitionibus dici poſſit: qua de re videndum eſt, quod ſcripſimus ſup. *cap. 4. queſt. vlt.* & quod *in ſeq. reg. circa medium* dicemus.

425.

426.

Octaua regula ſit. Votum, aliáve obligatio † pœnalis; vt, ſi quis ita voueat, ſi luſero, voueo Religionem, quo caſu pœna principaliter cadit ſub voto, & ludus eſt quædam conditio, quam vouens vitare vellet; vel, voueo me non luſurum ſub Religionis pœna, quo caſu votum eſt de non ludendo, & ingreſſus Religionis eſt pœna acceſſoria; aut, ſi pater cupiens filium, vel amicum à ludo poſt mortem ſuam auertere, ita dicat, Seium filium meum ſi non luſerit heredem vniuerſalem inſtituo; quòd ſi luſerit, in ſola legitima eum inſtituo; & quod vltra eam fuerit, reſtituat, vel relinquo Sempronio: vel ita, Titio amico meo relinquo centum, quæ ſtatim, ac luſerit, amittat: quæ quidem diſpoſitiones hodie valent, vt conſtat ex *l. vnica, C. de his, quæ pœn. nom.* & *§. pœna*, qui eſt fin. *Inſtit. de legat.* vbi etiam alia ſimilia exempla ponuntur, quæ paulo pòſt aliquid hac de re agentes afferemus. huiuſmodi, inquam, pœnalis obligatio † poſt pœnam incurſam commutanda eſt in æqualem materiam ei, in quam fieret commutatio, ſi abſque pœna, ſeu ſimpliciter contracta eſſet obligatio; ob rationem in poſtremo mẽbro diſtinctionis quoad obligationem conditionalem in præced. reg. allatã: per quam ita in voti pœnalis commutatione tradit Sanch. *d. lib. 4. ſum. cap. 56. num. 33.* Quando verò fit commutatio ante pœnam incurſam, licèt quoad votum aliqui, quos tacito nomine citat Sanch. *d. cap. 56. num. 34.* voluerint, ſpectandam eſſe in eius commutatione ſolam dignitatem materiæ promiſſæ, non autem pœnæ impoſitæ, eò, quòd hæc, cùm ſit acceſſoria, ſublato principali cenſeatur & ipſa ſublata: tamen idẽ Sanch. *num. 35.* pluribus rationibus optimè tuetur, habendam ſemper rationẽ prædictæ pœnæ; præcipuè quia ſemper, vel ſola cadit ſub voto, vel ſimul cum oppoſito eius, ad quod vitandum apponitur, vt puta non ludere. quamuis antẽ ea pœna ſit acceſſoria rei principaliter vitandæ per vouentem, & hac ſublata ceſſet obligatio ad pœnam deinceps incurrendam: at augetur obſequium diuinum, tum ex eo, quòd in tali euentu fit obligatio illius pœnæ, vt puta Religionis; tum ex eo, quòd arctiùs ille teneatur ab eo vitio ſe abſtinere propter pœnæ incurſum, atque etiam per voti obligationem, vbi quis voueat ab illo vitio ſe abſtinere ſub tali pœna. Quod autem de voti pœnalis commutatione diximus ante, vel poſt pœnam incurſam, accipiendum eſt, † dũmodo non ſit ex eo alicui ius quæſitum, vt quia votũ illud pœnale cõtineat commodum alicuius perſonæ, aut loci pij, & ſequuta fuerit eius acceptatio; tunc enim non poſſet ſine illius cõſenſu fieri, niſi à Principe Eccleſiaſtico ob maximum bonum cõmune, iuxta tradita ſup. *in 3. reg. circa med.* Quoad reliquas verò diſpoſitiones irreuocabiles tam inter viuos, quàm cauſa mortis, quas communiter vltimarum voluntatum nomine appellant, exiſtimo ita diſtinguendũ, vt poſt incurſam pœnam alicuius commodũ continentem, quaſi poſt impletam conditionem cùm ius plenè quæſitum ſit ei, cuius commodum continet, tunc pariter non poſſit cõmutatio fieri, niſi huius accedente conſenſu, vel ſubſiſtẽte magna cauſa boni cõmunis, ab ipſo ſupremo Principe ea commutatio fiat: ante incurſam autem pœnam diſtinguendum eſt inter diſpoſitiones inter viuos, & cauſa mortis; nam,

427.

428.

429.

430. cùm in his † spes, quòd conditio impleatur, non habeatur in consideratione, vnde non transmittitur ad heredes, quod sub conditione positum est, *l. vn. §. sin autem aliquid, C. de caduc. toll.* secus autem in contractibus, ac stipulationibus, *§. ex conditionali, Instit. de verb. oblig.* notántque glos. & Doctor. vtrobique, *& in l. dies incertus, ff. de cond. & demonstr. ac l. sub conditione, ff. de condit. indeb.* hinc fit, vt in legatis, & aliis dispositionibus causa mortis ante pœnam incursam, quæ alicuius commodum, & vtilitatem contineat, non dicatur eidem ius quæsitum; fit autem quæsitum ius quoddam ad rem in dispositionibus irreuocabilibus inter viuos: atque adeò commutatio huiusmodi pœnalium dispositionum inter viuos non possit ante pœnã incursam fieri sine consensu eius cuius commodum ea contineat, aut certè non sine magna causa boni communis, ob quam Princeps iuri alteri quæsito valeat derogare; possit autem fieri commutatio etiam sine tali consensu, aut causa in legatis, & aliis dispositionibus causa mortis pœnalibus, seu quibus pœnæ nomine aliquid âlicui in testamento, vel codicillis relinquitur.

431. quæ sanè pœnales dispositiones, † licèt olim non valerent, sicut & cæteræ, quibus legatum, fideicommissum, hereditas, aut libertas datur, adimitur, vel transfertur; vt colligitur ex *l. 1. ff. de his, quæ pœn. nom. reling. l. si ita legatum, in fi. ff. de condit. & demonstrat.* ac dicitur in iuribus mox citand. hodie tamen valent, vt expressè canetur *in l. vnic. C. de his, quæ pœn. nom. in testam. vel codicill. scribunt. vel relinquunt. & §. pœna quoque*, seu *fin. Instit. de legat.* vbi illud exemplum affertur; heres meus, si filiam suam in matrimonium Titio collocauerit, vel ex diuerso, si non collocauerit, dato decem aureos Scio. item illud; heres meus, si seruum Stichum alienauerit, vel ex diuerso, si non alienauerit, Titio decem aureos dato. item illud; Titius heres esto; si Titius filiam suam in matrimoniũ Scio collocauerit, Seius quoque heres esto; ac paulo pòst subditur; & generaliter ea, quæ relinquuntur, licèt pœnæ nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium translata, nihil differre à cæteris legatis constituimus, vel in dãdo, vel in adimendo, vel in transferendo. Idem quoque procedit de iure canonico, vt *in cap. Raynaldus*, & *ibi* glos. *verbo, adiiciens, de testam.* hæc tamen decisio

432. tam *in d. l. vnic.* quàm *d. §. fin.* restringitur, † nisi aliquid facere, vel legibus interdictum, vel aliàs probrosum, aut etiam impossibile heres, vel legatarius, vel libertate donatus iussus fuerit: tunc enim sine vllo damno, etiam neglecto testatoris præcepto, seruabitur, vt dicitur *d. l. vnic. in fi.* scilicet emolumentum his, qui impossibile facere iussi sunt; eò, quòd relictum est nomine pœnæ non valente, vt exponit *ibi glos. fin. in verbo, seruabitur.* vel planiùs dic; sine damno seruabitur is, qui tale facere iussus est sub pœna adempționis relicti. Subdit autem *ibid.* glos.

433. ab aliis approbata, quòd, † licèt impossibilitas heredi, seu grauato imposita vitiet, vt *ibi, & §. fin. Instit. de legat. l. turpia, ff. de legat. 1. & l. reprehendenda, C. de inst. & substit.* tamen imposita legatario, seu honorato, non vitiat, sed vitiatur, *§. impossibilis, Instit. de hered. instit. & l. obtinuit, ff. de condit. & demonstrat.* quæ distinctio maximè notanda esset ad dicta per nos sup. *cap. 4. à quæst. 3.* nisi ea destrueretur ab Imp. *d. l. vnic.* vbi quoad hoc æquiparat legatarium, & heredem, qui etiam simul est honoratus.

Vltima regula sit. Quando non commutatur ipsa vltima voluntas principalis, seu in ea principaliter dispositum, sed sola dilatio dispositi exe-

434. quendi concluditur; † tunc potest modica materia subrogata id suppleri, quando non multum conducit obsequio diuino, aut alteri fini, ad quem dirigitur illa dispositio, eam impleri illa die destinata, vel in aliam differri; & quo maior est dilatio, eo maior debet esse materia subroganda: si autem obsequio, aut alteri fini dispositionis valde conduceret eius executionem non differri, multo maior materia debet subrogari in huiusmodi commutatione, seu dilatione concedenda. ita in dilatione voti explendi tradit Sanchez *d. cap. 56. numer. 37.* satisque per se patet; atque ex eo colligitur, quod sup. *in 2. & 6. regula* tradidimus.

Pro complemento autem huius quæstionis ponemus aliquot exempla commutationum partim à iure factarum, partim quæ à viris doctis fieri solent, & à Sanchez quoad vota recensentur *d. cap. 56. num. 40. cum seqq.*

Et quidem *in cap. veniens*, quod est 2. *de vot. & vot. redempt.* votum Hierosolymitanum cuiusdam pueri † ita commutatur, vt illud eleemosy- 435.
nis redimat, & iuxta Papæ, vel sui Episcopi consilium toto vitæ suæ tempore vni pauperi, dummodo ad hoc suæ facultates sufficiant, debeat prouidere. Præterea *in cap. scriptura, eodem tit.* definitur, omne votum mutari posse in perpetuam Religionis obseruantiam. & *in cap. magna*, votum vltramarinum cuiusdam Episcopi ita commutatur, vt expensas eundi, redeundi, & ibi commorandi integrè ad eum locum mittat, & laborem itineris compenset sollicitiùs instando vigiliis, instantiùs vacando orationibus, & in ieiuniis fortiùs se exercendo. quod idem ferè habetur *in cap. quod super his, versic. vnde credimus distinguendum, eodem tit.* vbi distinguitur de impeditis ad tempus, vel perpetuò.

Labor autem peregrinationis sic à viris doctis commutatur, quos refert, ac sequitur Sanchez *d. cap. 56. num. 40.* vt † peregrinatio vnius diei pede- 436.
stris quoad laborem commutetur in vnius diei ieiunium, non pedestris autem quatuor, vel quinque dierum pariter in vnius diei ieiunium commutetur; (idémque dic de alia obligatione sibi iniuncta.) Ingressus Religionis alicuius † commutan- 437.
dum est ab habente facultatem iuxta onera illius Religionis. vnde si quis teneretur profiteri in Religione Dominicana, cuius professus præter tria vota cæteris Religionibus communia recitandum est quotidie diuinum officium, ieiunandum septem mensibus cuiuslibet anni, & abstinendum perpetuò à carnibus, poterit secundùm Metin. *lib. 1. sum. cap. 14. §. 7. tit. de commut. reg. 3.* & Sayr. *in clau. reg. lib. 6. cap. 12. num. 21.* huiusmodi obligatio ab habente facultatem commutandi vota Religionis, ita commutari, vt ille ieiunet toto vitæ suæ tempore, singulis sextis feriis confiteatur, & Eucharistiam sumat decimoquinto quoque die, erogetque eleemosynam iuxta suas facultates, & quotidie recitet Psalmos pœnitentiales: licèt verè vota Religionis, & castitatis absoluta non possint pura commutatione tolli, vt post Sot. *lib. 7. de iust. & iur. quæst. 4. art. 3. col. 4.* & Aragon. *2. 2. quæst. 8. art. 12. dub. 1. dicto 4. coroll. 1.* tradit Sanchez *d. cap. 56. numer. 41.* quòd nihil illa melius sit, iuxta illud Prouerb. *16. Omnis ponderatio non est digna animæ continentis.* quare, inquit, admittenda est aliqua dispensatio à potente dispensare: tunc autem poterunt pura commutatione tolli, quando sunt pœnalia, vel conditionalia, nec adhuc pœna incursa, vel impleta est conditio, iuxta superiùs dicta.

Votũ verò, seu obligatio non ineundi matrimo-
nij, † cõmutari potest in confessionem mensibus sin- 438.
gulis

gulis biennio faciendam, aut triennio, & in nouem sacra. ita Sanchez *eod. cap. 56. num. 42.* dicens, sic arbitratos esse quosdam Neotericos doctos quos etiam *num. 43.* ait arbitratos, votum sacerdotij assumendi attenta sacerdotis obligatione ad castitatem solemniter promissam, & ad pensum diuini officij quotidie persoluendum, & sæpe eum verisimiliter sacra facturum, commutari posse in quotidianam Psalmorum pœnitentiæ cum litaniis recitationem, vel Officij B. Virginis, aut eius calculorũ, & in confessionem, ac communionem quintodecimo quoque die faciendúmque celebrari sacrum singulis mensibus; & vt voueat castitatem in statu sæculari, aut ieiunet omnibus sextis feriis, vt monet *ibid.* San-
439. chez, subdens, † in votis ita grauibus miscẽdam dispensationem, obtenta dispensandi facultate, & existente iusta aliqua partim dispensandi causa. Denique *num. 44.* testatur eosdem viros doctos arbitratos
440. esse, † votum ieiunandi omnibus sextis feriis commutari posse in confessionem, & communionẽ decimoquinto quoque die vnius anni, & in tria sacra facienda: aut in recitationem calculorum virgineorum, & eleemosynam modicã sextis feriis perpetuò faciendam; licèt ipse putet, priorem cõmutationem non fore æqualẽ, nisi triennio duret, aut addatur recitatio quotidiana calculorũ virgineorum: ac præterea in huiusmodi commutatione attendendum esse, an materia subrogata deseruiat fini intento per illa ieiunia, iuxta regulam ab ipso traditam *d. cap. 56. num. 6.* & nos sup. *reg.* 2. Ex quibus finem huic quæst. & toti præsenti 7. cap. imponentes, ad octauum, quod prolixius futurum est, transeamus.

CAPVT VIII.

Quibus modis expiret commutatio vltimarum voluntatum.

SVMMÆ RERVM.

1. *Commutatio vltimæ voluntatis quibus modis ab intrinseco, & sponte sua, seu per puram amissionem extinguatur; & quibus per contrariam actionem.*
2. *Quæstiones in hoc octauo capite disputandæ.*
3. *Mors alia naturalis, alia ciuilis.*
4. *Mors naturalis, qua sit, & cur sic dicatur.*
5. *Ciuilis mors quibus modis inducatur tam iure ciuili, quam canonico, & aliquot seqq.*
6. *Mortuus ciuiliter dicitur is, qui dignitatem, vel officium amittit renũtiatione, translatione, depositione, aut primatione, item Monachus, seu Religionem ingressus; num. 7. & excommunicatus, atque etiam suspensus n. 8. & quid in interdicto n. 9 aut veo peccati mortalis. n. 10.*
11. *Mors ciuilis an, & quando naturali æquiparetur.*
12. *Iurisdictio perpetuatur, seu negotium iudiciale dicitur cœptum per solam etiam citationem, cum nonnullis num. seqq.*
13. *Citatio annotata, quam creditor absque iudicis authoritate facit debitori fugitiuo, non sufficit ad perpetuandam iurisdictionem. neque ea, quæ ex defectu aliquo est irrita; nisi post eam secuta sit spontanea citati comparitio; aut citatio ipsa circumducta fuerit; n. 14.*
15. *Subdelegatio sola non perpetuat iurisdictionem. multò verò minus sola rescripti præsentatio;*

aut eius acceptatio; num. 16.

17. *Iurisdictio perpetuatur per actum citationi æquivalentem; quia foret aliquis actus parte vtraque præsente.*
18. *Citatio non executa, sed solùm decreta sufficit ad perpetuandam iurisdictionem. neque requiritur trina citatio; verum sufficit vnica, eaque non peremptoria; num. 19.*
20. *Citatio sufficit ad perpetuandam iurisdictionem quoad mortem siue ciuilem, siue naturalem delegantis; & aliquot seqq.*
21. *Cœptum negotium iudiciale, seu iudicium quoad præuentionem, & vt lite pendente nihil innouetur, dicitur per solam citationem.*
22. *Citatio perpetuat iurisdictionem etiã de iure ciuili.*
23. *Intellectus cap. grauem, & cap. relatum, de offic. deleg. & vtriusque conciliatio; ac n. 25. & 26.*
24. *Contestatio in iure aliquando pro denuntiatione, seu protestatione accipitur.*
25. *Citatio an perpetret iurisdictionem, cùm delegans certus est de morte delegantis.*
26. *Dictio, maximè, an semper sit implicatiua casus non expressi.*
27. *Verba impropriantur ad vitandam iuris correctionem, & contrarietatem.*
28. *Iurisdictio perpetuatur quoad cæteras causas per citationem factam in vna causa connexa; atque etiam non connexa, contra diuersas quoque personas, cum citatio communis est omnibus causis. idem quando commissio causarum non connexarum fit per modum vnius; vtputa causarum vnius territorij; num. 29. & ibi quid in iudice conseruatore.*
30. *Iurisdictio quomodo perpetuetur in rescriptis gratia, vt in cõmissionibus dispensandi. & quando perpetuata quoad vnam ex personis in eiusmodi litteris comprehensis censeatur etiam perpetuata quoad alias; num 31.*
32. *Plures iudices seu executores quando singuli, seu in solidum procedere possint, & vnus prosequi valeat, quod eorum alius inchoauit; ac perpetuata iurisdictione quoad vnum, cẽseatur perpetuata etiam quoad alios; ibique intellectus cap. cùm plures, de off. deleg. in 6.*
33. *Iurisdictio conditionaliter, vel in diem data non perpetuatur per actum gestum à delegato etiam volentibus partibus ante conditionis, vel diei aduentum.*
34. *Littera emanata, seu potestas data per viam legis, vel per modum contractus non expirant morte concedentis etiam re integra.*
35. *Iurisdictio commissaria cõmutationis vltimæ voluntatis data per rescriptum iustitiæ expirat per mortem naturalem concedentis re integra interuenientem; secus si re non integra contingat.*
36. *Iurisdictio delegata per rescriptum iustitiæ expirat morte naturali concedentis re integra: secus re non integra.*
37. *Iurisdictio delegati expirat morte naturali delegantis re integra, licèt delegatus ignoret mortem delegantis; secus si communiter ignoretur, quamuis ipse eam sciat.*
38. *Iurisdictio delegati expirat ipso iure morte delegantis re integra, & non solùm ope exceptionis; nec prodest partium consensus. & licèt sit delegatus Principis; aut ad vniuersitatem causarum; num. 39.*
40. *Iurisdictio delegati expirat, si ille nondum vti cœpit ante mortem naturalem delegantis; licèt delegatio facta fuit, donec is reuocauerit.*

41. *Iurisdictio delegata expirat in delegato, & ſubdelegato ſi neuter ea vti cœpit ante mortem delegantis.ſecus in ſubdelegato,ſi vel is, vel delegatus ea vti cœpit ante obitum delegantis; num.42.*

43. *Iurisdictio delegati non expirat per mortem delegantis etiam re integra interuenientem, vbi per delegationem ſolum excitatur ordinaria iurisdictio.*

44. *Ordinaria iurisdictio non expirat morte concedentis etiam re integra.& licèt ea data ſit ad concedentis beneplacitum;num.45.*

46. *Commutationes vltimarum voluntatum, quæ à legato Apoſtolico, vel ſummo Pœnitentiario Papæ expediuntur, non expirant morte Papæ etiam re integra; & num.ſeq.*

47. *Officium legati,& ſummi Pœnitentiarij non expirat per obitum Papæ etiam re integra.*

48. *Iurisdictio Vicarij expirat morte concedentis.etiam quoad negotia cœpta. & quid quoad negotia alteri commiſſa vel cœpta per Vicarium, qui viuo conſtituente moritur, vel amouetur, an poſſit ille commiſſarius, vel ſucceſſor in vicariatu ea negotia reſpectiuè perficere;num.49.*

50. *Iurisdictio delegata acceſſoriè ad gratiam iam factam non expirat per mortem delegãtis re integra interuenientem; & ibi intellectus cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6. Idque procedit etiam in gratia à legato, vel alio inferiore conceſſa; num. 51. item vbi gratia nondum eſſet ab eo, cui facta eſt, acceptata; vel executio requireret cauſæ cognitionem; num.51.& 112.*

53. *Iurisdictio delegata pro executione gratiæ, non tamen acceſſoriè, an expiret morte naturali delegantis re integra; ſicuti poteſtas gratiæ faciendæ.*

54. *Poteſtas conſeruatorum, & executorum priuilegiorũ licèt acceſſoria expirat re integra morte delegantis.*

55. *Poteſtas commutandi vltimas voluntates delegata ſub nomine dignitatis ipſius delegantis non expirat eius morte re integra interueniente: idémque ſi fiat ad beneplacitum illius dignitatis.*

56. *Commiſſio quando fieri cenſeatur nomine perſonæ, vel dignitatis committentis.*

57. *Pronomina,nos,& vos, ſimpliciter prolata à,vel de perſona conſtituta in dignitate,referuntur in dubio magis ad perſonam, quàm ad dignitatem;ſicut & quæcumque verba dubia.*

58. *Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis per reſcriptum iuſtitiæ facta expirat interueniente morte ciuili, hoc eſt,amiſſione officij concedentis re integra: ſecus re non integra.*

59. *Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis expirat Papa renuntiante re integra Papatui, vel alio prælaturæ,cuius ratione talem commiſſionem facere poteſt; idémque quoad inferiores de tranſlatione, depoſitione, ac priuatione: & quid in capto ab hoſtibus,deportato, bannito,& ſimilibus.*

60. *Princeps ſæcularis excommunicationem tam à iure,quàm ab homine latam poteſt incurrere.*

61. *Iurisdictio Eccleſiaſticarum,vel laicarum perſonarum infra Romanum Pontificem amittitur poſt denuntiationem excommunicationis, vel notoriam clerici percuſſionem.*

62. *Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis quomodo ceſſet per excommunicationem eius, qui illam commutationem committit, an minorum expiret,vel ſolum ſuſpendatur;& num.ſeq.*

63. *Intellectus cap.1.de offic. Vicar.in 6.*

64. *Commiſſio facta vicem gerenti alicuius ab alio, quia ab eo, cuius vicem gerit,non ſuſpenditur per illius, cuius vicem gerit, excommunicationem. & quid ſi Epiſcopus ſit ſuſpenſus,an iurisdictio Vicarij ab eo accepta ſuſpendatur;num.65.*

66. *Suſpenſio delegantis,quæ eſt cenſura Eccleſiaſtica, ſuſpendit iurisdictionem delegati quoad negotia non cœpta.*

67. *Suſpenſio, quæ eſt cenſura Eccleſiaſtica,locum habere non poteſt,niſi in Clericis.*

68. *Commiſſio facta à Principe,qui clericus ſit,an ſuſpendatur per huius ſuſpenſionem laicam, vel Eccleſiaſticam; & num.ſeq.*

69. *Iurisdictio temporalis competens clerico quando ſit merè ſæcularis, vel Eccleſiaſtica;& ad quem tunc ſit appellandum.*

70. *Commiſſio an,& quando ſuſpendatur per ingreſſum eius, qui commiſit, in Religionem approbatam:& ibi quæ iurisdictio tranſeat in Monaſterium capax bonorum, atque apud ipſum remaneat;& quid,ſi ſit incapax.*

71. *Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis conceſſa per reſcriptum gratiæ, ita, vt gratia facta dici poſſit, non expirat morte concedentis etiam re integra; & num.ſeq.*

72. *Gratia facta non expirat per mortem concedentis etiam re integra euenientem. idque etiamſi ea ſolo verbo ſit facta; num. 73. & nondum executa; num. 74. & vbi gratia conceſſa ſit à Legato,vel Epiſcopo; num. 75. aut etiam deroget iuri communi,aut tertij; num. 76. ac nondum acceptata fuerit;quæ tamen erit, ſicut antea reuocabilis; num.77.*

78. *Gratia commutationis vltimæ voluntatis conceſſa ad beneplacitum concedentis expirat per eius mortem etiam re non integra interuenientem. idémque ſi dicatur, donec, vel, quamdiu voluero; aut,interim donec mihi placuerit, aut ad libitum meæ voluntatis, vel ad meam voluntatem: aut concedens vtatur quibuſcumque verbis ſignantibus etiam in actum poſitiuum perſeuerantiæ antiquæ voluntatis;n.79.*

80. *Gratia conceſſa ad beneplacitum expirat etiam re non integra interueniente morte ciuili per dimiſſionem officij, renuntiationem, vel priuationem; non autem per excommunicationem, aut furorem.*

81. *Gratia conceſſa ad beneplacitum adiuncto aliquo tempore certo quando expiret.*

82. *Gratia conceſſa,donec reuocauero,vel quamdiu patiar, aut, donec reuocetur, vel ad beneplacitum cum diſdicta, non expirat morte concedentis etiam re integra. & quid in gratia facta donec concedens aliquid fecerit, puta, Romam ingreſſus fuerit; num.83.*

84. *Gratia commutationis vltimæ voluntatis facta ad beneplacitum dignitatis, vtputa,ſedis Apoſtolicæ,non expirat etiam re integra morte perſonæ concedentis.*

85. *Gratia conceſſa ad beneplacitum dignitatis non perpetuæ,vel ſucceſſorem non habentis an expiret per mortem re integra obtinentis tunc illam dignitatem; & quid cum ab huiuſmodi officium vel dignitatem obtinentibus conceſſa eſt ſimpliciter.*

86. *Gratia conceſſa ad beneplacitum perſonæ ſimul, ac dignitatis perpetuæ, an expiret morte concedentis; ac num.ſeq.*

87. *Com*

ed by Google

87. *Commissio quando sit realis, vel personalis quoad personam commissarij, ita vt non transeat in eius successorem; & num. 141.*
88. *Concessio facta sub nomine solius dignitatis in concreto, vt ad beneplacitum Papæ, an censeatur facta ad beneplacitum personæ, vel ipsius dignitatis; eum num. seq.*
89. *Pronomen, nos, & noſtrum, refertur ad personam, non autem ad dignitatem.*
90. *Commissio commutationis vltimæ voluntatis continens gratiam faciendam expirat morte committentis re integra existente.*
91. *Executio concessa ad gratiam faciendam expirat morte concedentis re integra.*
92. *Commissio continens gratiam faciendam expirat per mortem etiam ciuilem concedentis re integra.*
93. *Gratia facienda expirat morte concedentis re integra, licèt ea motu proprio fuerit concessa.*
94. *Gratia facienda expirat ipso iure, & non solùm ope exceptionis per mortem concedentis re integra.*
95. *Gratia facienda non expirat morte concedentis re integra, vbi ea concessa fuerit sub nomine dignitatis ipsius concedentis; aut ad beneplacitum eius dignitatis.*
96. *Executio gratiæ factæ accessoria, licèt ipsa faciẽda sit, non expirat morte concedentis re integra. idémque vbi executio etiam principalis fieret, dum mors concedentis communiter ignoratur; num. 97.*
98. *Gratia facienda, quæ à Vicario Episcopi, aut alterius iurisdictionem Episcopalem habentis emanauit, an possit Vicario mortuo, vel amoto perfici ab eius successore, vel delegato.*
99. *Concessio Principis facta ex certa scientia, vel cum huiusmodi clausula, non extinguitur eius morte.*
100. *Gratia facta dicitur facultas data alicui ad aliquid agendum nulla facta expressione personarum.*
101. *Gratia facienda dicitur, cum alicui datur facultas, seu fit commissio ad solum fauorem certæ personæ, secus, si ad fauorem etiam, vel solius commissarij hæc facultas, seu commissio emanauit; num. 102. & seq.*
103. *Intellectus cap. si cui nulla, de prab. in 6. & numer. 108.*
104. *Concessio ob bonum publicum licèt gratia sit facienda, non expirat morte concedentis etiam re integra.*
105. *Gratia, quæ à nullius actione, vel executione pendent, vt est non ieiunandi, aut celebrandi in priuato Oratorio, tanquam facta, non percunt morte concedentis re integra.*
106. *Gratia prouisionis beneficij quoad eum, ad cuius fauorem concessa fuit, quando censeatur facta, vel facienda.*
107. *Gratia an dicatur facta cùm minister executurus est necessarius, facienda verò cùm est voluntarius, quia habet facultatem exequendi, non præcepti necessitatem; & num. seq.*
108. *Præceptum superioris, quod non est per modum statuti cessat eo mortuo, vel amoto ab officio; licèt etiam sit generale factum omnibus, vel alicui communitati.*
109. *Licentia eligendi Confessarij an expiret mortuo Prælato concedente re integra.*
110. *Priuilegia Bullæ Cruciatæ de indulgentiis, absolutione à reseruatis, ac votorum commutatione à Confessario præstandis an expirent morte concedentis re integra.*
111. *Facultas directè data delegato ad fauorem tertij est gratia facienda; data verò directè ipsi tertio est gratia facta.*
112. *Mandatũ de facienda gratia expirat morte concedentis re integra, tanquam gratia faciẽda.*
113. *Persona, ad cuius fauorem gratia concessa, & executionem requirens dicitur facienda, quando dicatur certa; & an plures personæ contineri possint.*

ABSOLVTIS iis, quæ pertinere videbantur ad causas, & cætera, quibus vltimarum voluntatum commutatio generatim sumpta quodammodo creatur, & in esse producitur; id quod in septem præcedentibus capitibus, qua breuitate, ac facilitate nobis licuit, præstitimus: reliquum nunc est, vt in hoc octauo cap. de iis modis consimili ratione differamus, quibus eadem commutatio extinguitur, & esse definit. quod quidem nonnullis propositis ea de re quæstionibus more nostro faciemus; quas ad decem reduci posse putauimus. In iis verò tum proponendis, tum explicandis eam distinctionem, ac singulorum illius membrorum ferè eamdem dispositionem sequemur, qua in priuilegiis vsus est Suarez *lib. 8. de legib. cap. 29. & sequentib.* vt priùs agamus † de modis, quibus prædicta commutatio extinguitur, seu corrumpitur quasi ab intrinseco, & sponte sua, quam vocare possumus cum *eod. d. cap. 29. num. 2.* puram amissionem; mox de modis, quibus extinguitur per contrariam actionem, siue illius, qui commutationem fecit, aut facere cœpit, quæ actio, si sit à superiore ipso commutante, dicetur reuocatio expressa, vel tacita; si à commissario, contingere potest renuntiando expressè, vel tacitè commissioni, eáve abutendo. siue per actionem contrariam aduersarij, si quis sit, vel alterius, qui præter impetrantem interesse in ea commutatione habeat, vt per recusationem, vel appellationem, aut quid simile: siue denique per actionem contrariam eius, ad cuius fauorem facta est, & est renuntiatio pariter expressa, vel tacita eiusdem commutationis, eiúsve abusus. Quoad primum autem prædictæ distinctionis mẽbrum, quod est de pura amissione, seu cessatione spontanea, & ab intrinseco ipsius commutationis absque actione vlla contrarij corrumpentis; multis modis ea contingit, vel considerari potest, quod contingat, prout de priuilegio aduertit Suarez *d. cap. 29. num. 3.* nam cùm hi modi corruptionis prouenire soleant ex defectu alicuius causæ conseruantis, iuxta numerum causarum conseruantium etiam huius generis modi corruptionis ab intrinseco, seu spontaneæ decisionis, puræque amissionis multiplicabuntur. ex his verò duo sunt certi, scilicet ex parte formæ, seu quæ ad illam reducitur, & ex parte causæ finalis: ex parte verò causæ efficientis res est controuersa, vt videbimus. ex parte autem materiæ, cùm hæc duplex sit, alia, circa quam versatur, quæ & ipsa reducitur ad causam formalem, vel finalem, vt ex dicendis patebit; & quatenus propriè, ac per se consideratur, de ea fusiùs egimus *cap. 4.* per totum; vnde etiam facilè colligi potest, quando ex mutatione materiæ cõmutationis desinat ipsa commutatio: alia materia subiectiua, vt est persona, vel res, quæ est subiectum commutationis; & de hac, quatenus commutatio desinere potest ad eius desitionem, dicemus *quæst. 3.* cùm videbimus, quãdo 1.

priuilegium commutationis censeatur personale, vel reale, in ea quæstione, an commutatio vltimæ volũtatis extinguatur per mortem impetrantis siue
2. ciuilem, siue naturalem. Prima igitur † huius capitis quæstio erit, an commutatio vltimarum voluntatum, vel potestas commutandi expiret per mortem naturalem, vel ciuilem concedentis. Secunda, an, & quando eadem potestas commutandi expiret in commissario, vel eius substituto per alterius eorum mortem ciuilem, vel naturalem. Tertia, an commutatio vltimarum voluntatum expiret per mortem naturalem, aut ciuilem impetrantis, vel aduersarij. Quarta, an huiusmodi commutatio expiret per lapsum temporis certi, vel incerti in eius concessione præstituti. Quinta, an, & quando cessante causa finali commutationis vltimarum voluntatum expiret, seu cesset ipsa commutatio. Sexta, an commutatio vltimarum voluntatum expiret per eius reuocationẽ factam à superiore commutante. Septima, an extinguatur commutatio per expressam vel tacitam renuntiationem commissionis illius à commissario factam. Octaua, an expiret, vel saltem suspendatur per recusationem, vel appellationem aduersarij, aut aliud simile. Nona, an expiret per eius renuntiationem ab impetrante factam. Decima, & postrema quæstio erit, an hæc commutatio expiret per eius vsum, contrarium vsum, vel abusum.

QVÆRO igitur PRIMO in hoc octauo capite, an commutatio vltimarum voluntatum, vel potestas eas commutandi expiret per mortem naturalem, vel ciuilem concedentis?

Quoniam inter modos, quibus vel extinguitur, seu expirat, vel considerari saltem potest, quòd extinguatur commutatio vltimarum voluntatum, aut eius commissio per se, & quasi ab intrinseco, hoc est, absque vlla actione contrarij corrumpentis, præcipuum locum obtinet mors naturalis, vel ciuilis eius, qui commutationem concessit, vel commisit; seu defectus causæ efficientis proximæ ipsius commutationis: ideo de eo in hac prima quæst. iuxta id, quod paulò antè proposuimus, agendum nobis erit. Pro faciliori autem tam huius, quàm ferè omnium sequentium quæstio. huius cap. quædam præmittenda hoc loco censuimus.

Præmitto igitur primò distinctionem illam mor-
3. tis † in naturalem, ac ciuilem, quam Doctores passim agnouerunt; præsertim *in l. 2. ff. de public. iud. cap. placuit, 16. quæst. 1. cap. licèt, de offic. deleg. cap. susceptum, de rescript. in 6.* atque aliis in locis inferiùs allegandis. Naturalis est, quam quotidie in aliis cernimus, & aliquando in nobis experiemur; de qua Apostolus *ad Heb. 9.* ait; *statutum est hominibus semel mori*; & Imperator *in §. deinceps, auth. de nupt. collat. 4.* quòd mors omnia soluit. dici-
4. túrque naturalis, † quia post Adæ peccatũ communis facta est toti humanæ naturæ, iuxta illud Genes. 2. *In quacumque hora comederis, morte morieris*; & ad Rom. 5. *Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt*; & sub se continet tam eam, quæ alicui per vim infertur, & violenta dicitur, quàm eam, quæ sine vi oppetitur ex morbo, aut extrema senectute; & naturalis, quatenus vim excludit, sui generis retento nomine appellatur. Ciuilis au-
5. tem mors, † attento quidem iure ciuili inducitur per maximam, vel mediam capitis diminutionem, per quam libertas simul cum ciuitate, vel sola ciuitas amittitur, *l. 2. in princip. l. amissione, in princip. & §. 1. l. tutelæ, §. si libertate, & §. item cùm ciuitas, ac l. vltim. ff. de capit. diminu.* necnon *§. 1. cum duobus seqq. Instit. eodem tit.* Hanc verò vtramque capitis diminutionem dumtaxat ciuilis mortis appellatione proprie, ac stricte iure ciuili attento comprehendi, tum ipsius mortis ciuilis nomen indicat quasi per eam quis ciuitatem amittat; tum etiam aperte sentit inter alios Farinac. optimè de iurisprudentia meritus *quæst. 19. crimin. num. 1.* ac de deportatione est bonus text. *in l. 1. §. pen. ff. de bon. possess. contr. tab.* ibi; deportatos enim mortuorum loco habendos; quibus verbis similia leguntur in *l. actione, §. publicatione, ff. pro soc. & §. cum autem, Instit. quibus mod. ius patr. potest. solu.* ac de seruitute optimus text. est *in §. si verò, il 1. auth. de nupt. collat. 4.* ibi; postea verò apparens seruitus separat eos abinuicem tamquam morte secuta. Quòd si quis scire cupiat casus speciales, in quibus siue antiquitus, siue nunc huiusmodi maxima, aut media capitis diminutio, atque adeò prædicta ciuilis mors incurratur, consulat, si lubet, quæ nos hac de re post alios scripsimus *in tract. de conseruatoribus iudicibus cap. 10. eodemque vlt. quæst. 2. in 2. præmiss.* sicut etiam *in 2. præmiss.* latiùs tradidimus, quandónam per eam vtramque capitis diminutionem, atque adeò ciuilem mortem priuetur quis bonis, & quibus; ac restitutus ea recuperet. Hic verò reliquas mortis ciuilis species prosequamur. Quæ quidem si largiùs sumatur, eam quoque comprehendet pariter inspecto iure ciuili, qua solùm iura familiæ amittuntur, & ab eodem ciuili iure minima capitis diminutio appellatur; cùm nimirum quis emancipatur, vel arrogatur, *l. nam & cæteræ, l. tutelæ, & l. fin. ff. de capit. dimin.* necnon *§. minima, Instit. eodem tit.* cum ibi adnot. per glos. & Doctor. Adhæc mori ciuiliter dicitur, qui non sta-
6. tu, sed † dignitate mouetur, vt qui beneficium, aliúdve officium amittit, aut ei renuntiat, iuxta *cap. in apibus, §. ecce, 7. quæst. 1. & 33. quæst. 2. §. 1.* ex quibus de renuntiante beneficio Ecclesiastico, aut prælaturæ id tradit glos. recepta *ibidem, & cap. 1. verbo, prædecessor, de renunt. in 6.* cum aliis multis, quibus fusè id comprobat Flam. Paris. *tract. de resign. benefic. lib. 1. quæst. 4. num. 6. cum seqq. & quæst. 16. numer. 27.* ac rursus *lib. 5. quæst. 3. num. 10. & quæst. 5. numer. 32.* necnon *lib. 10. quæst. 4. num. 3.* ac nouissimè Hieron. Gonzal. *in Commentar. reg. 8. Cancellar. §. 5. proœm. num. 24. & tribus seqq.* Mandos. *ad reg. 30. Cancell. quæst. 7. numer. 4. & 11. vsque ad 15.* idémque de translatione docet post alios Mandos. *ibidem num. 13.* tradúntque Doctor. *in cap. si quis iam translatus, 21. quæst. 2.* ac Cæs. Ottinell. *in consil.* seu *tract. de fruct. Eccles. post translat. percipiend.* in depositione autem glos. recepta *d. l. licèt, verbo, re integra*; & tam in depositione, quàm priuatione latè Mandos. *vbi suprà numer. 14.* & Gonzal. *d. §. 5. num. 28.* Casus autem, in quibus de iure priuandus quis sit, aut ipso iure priuetur beneficio Ecclesiastico, ferè omnes retulimus *d. tract. de conseruatoribus indic. cap. vltim. quæst. 3.* & in depositione reali, seu degradatione est opt. text. *in cap. qualiter, & quando, il 2. de accusat.* per quem text. id adnotauit Hostiens. *in summ. tit. de recusat. iud. deleg. §. vlt. vers. quid de deposito*, quod etiam voluit glos. ab aliis approbata *d. cap. licèt vndique, verbo, re integra, de offic. deleg.* Sic etiam Monachus, seu ingressus Religionem † pro mortuo habetur *l. Deo nobis, C. de Epi-* 7.
scop. & cler. cap. placuit, il 2. 16. quæst. 1. & vtrobique Doctor. *& cap. in præsentia, de probat.* necnon *in auth. ingressi, & auth. si qua mulier, C. de*

sacros.

ſacroſ. Eccleſ. & alibi ſæpe. Excommunicatus quo-
8. que † pro mortuo habetur, & mortuus ciuiliter di-
citur, vt ſentit gloſ. Abb. & cæteri *d. cap.licet vndique*, docuitque Franc. & alij *in cap.1. de offic.Vicar.in 6.& cap.is, cui, de offic. deleg. eod.lib.* vbi opt. text. *& in §. quia enim, auth. de priuil. dotal. hered. mul. non præſtan.* necnon *in cap. vnic. in princ. & §. 1. ne ſed. vac. in 6.* vbi non modò excommunicatur, ſed & ſuſpenſus mortuo æquiparatur. & quidem quoad excommunicatum id probatur quoque ex aliis ad id per nos adductis *d.cap. vlt. quæſt. 2.præmiſſ. 2.* quibus nunc addo, quòd excommunicatus deportato aſſimilatur, vt voluit gloſ. *in cap. decernimus, de ſent. excomm. in 6. & cap. paſtoralis, §. verum, de appellat. & in §.minor, Inſtit. de capit. diminut.* Scribentes, ac præſertim Fortun. *in l. Gallus, & §. quid ſi tantum, ff. de liber. & poſth.* deportatus autem, vt paulo antè vidimus, à iure pro mortuo habetur; ſicque meritò dicitur ciuiliter mortuus: quoad ſuſpenſum verò, eum dici mortuum ciuiliter, apertè colligitur ex *d.cap.vnico, §. 1. ne ſed.vacan. in 6.* per quem text. id adnotauit *ibi* inter cæteros Gemin. *in 2. notab.* & Mandoſ. *d.reg.30.quæſt.7.num.10.*

9. De interdicto autem † nullibi reperio, quòd mortuus ciuiliter dicatur; atque adeò nihil de eo nobis dicendum in hac, vel ſequentib. quæſt. præſertim, cùm nihil operetur circa impediendam iuriſdictionem: ſolùm enim priuat diuinis officiis, certis ſacramentis, & Eccleſiaſtica ſepultura; vt poſt alios docuimus *in tractat. de diſtribut. quotid.2. part. quæſt.15. num.11.* traditque Vgol. *in ſuo tract. de cenſur.Eccleſ.cap.5.* præcipuè *cap.5. §.2.* vbi etiam in ſpecie docet, per interdictum aliquem non priuari iuriſdictione. Sicut neque aliquid dicemus de
10. peccato mortali; quod † licèt mortem ſpiritualem afferat, vt nomè etiam ipſum indicat; & iuxta illud Ezech.18. *Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur*; Sap. 1. *Os, quod mentitur, occidit animam*; & Iacob. 1. *Peccatum cùm conſummatum fuerit, generat mortem*: tamen mors hæc non ciuilis, & exterior, ſed merè ſpiritualis eſt, & ad interiorem hominis ſtatum pertinet, atque adeò vſum iuriſdictionis etiam ſpiritualis, & Eccleſiaſticæ non impedit, vt tradit communis Theologorum, & Canoniſtarum ſchola, fuitque error 4. Io. VVicleff, damnatus in generali Concilio Conſtantienſi, quòd, ſi Epiſcopus, vel ſacerdos eſt in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non conſecrat, non baptizat; itémque error 15. eiuſdem, & 30. Ioannis Huſs, nullum eſſe dominum ciuilem, nullum Prælatum, nullum Epiſcopum, dum eſt in peccato mortali: qui quidè articuli in eodem Concilio *ſeſſ.8. & 15.* meritò condemnati cum eorum auctoribus fuerunt, & quamuis peccatum mortale ab aliquibus excommunicatio quædam appelletur; tamen hæc eſt impropria vſurpatio, cùm illud ab hac valdè differat, vt pluribus comprobat inter alios Couar. *in relect. cap. alma mater, 1.part. in initio, num.5. cum ſeq. & §.6. num.3.* quamuis etiam propter peccatum mortale non notorium dicatur quis ſuſpenſus quoad ſeipſum, & propter notorium ſit ſuſpenſus etiam quoad alios; ita, vt tunc debeat in diuinis officiis euitari, vt conſtat ex *cap. fin. de cohabit. cler. & mul.* aliiſque iuribus ad id allegatis *ibi* per gloſ. *verbo, quoad ſeipſum.* Tamen hæc eſt impropria ſuſpenſio, vt patet ex adductis à Sayr. *tract. de cenſur. lib.4. cap.1.num.7. vſque ad 15.* Immo Suarez *eod. tract. diſp. 25. ſect.1. num. 2.* hanc impropriiſſimam ſuſpenſionem appellat. Hac igitur quali quali ſuſpenſione, ac morte, quæ ex lethali peccato inducitur, prætermiſſa, de reliquis dumtaxat, quæ propriè ciuilis mortis nomine veniunt, in hac, & nonnullis ſequentibus quæſtionibus agendum erit.

Præmitto nunc ſecundò, quòd, licèt ſecundùm pleroſque mors ciuilis † naturali non æquipararetur, 11.
niſi in caſibus à iure expreſſis; vt voluerunt duæ gloſ. ſolemnes, altera *in d. cap. ſtatuit, ad 2. verbo, mortuus, 16. quæſt. 1.* altera *in cap. ſuſceptum, verbo, non morte, de reſcript. in 6.* quas præter multos ſcribentes vtrobique ſecutus etiam eſt Nauar. *in Man. de orat. & hor. Canon. miſcell. 18. num. 4.* eas celebres, & approbatas appellans, necnon quamplurimi relati, ac probati à Mandoſ. communem hanc Canoniſtarum ſententiam aſſerente *ad reg. 30. Canc. quæſt. 7. num. 17.* & alij per nos citati *in d. tract. de conſervat. indicib. cap. vlt. quæſt. 2. præmiſſ. 4.* quibus nunc addo Didac. à Spin. patiter de communi nonnullis relatis teſtantem *in ſpec. teſtament. gloſ. 12. princip. num. 35. & ſeq.* Tamen Bart. *in l. ex ea parte, §. in inſulam, ff. de verb. obligat.* Butr. Imol. & Fel. *in d. cap. licèt, de offic.deleg.* Abb. *cap. in præſentia, de probat.* Soc. *conſ. 92. col. 1. vol. 1.* & alij laudati ab Euerard. *in loc. ab æquipollent. num. 10.* & Farinac. *quæſt. crimin. 34. num. 49.* tenent, mortem ciuilem æquiparari naturali, quoties operatur eundem effectum in caſu occurrenti, quem operatur naturalis; atque hanc Bart. opinionem communem dicit Aret. *d. §. in inſulam*, Galiaul. *d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num.10. & ibi* Crot. *num. 14.* quos refert, ac ſequi videtur Mich. Craſſ. *tract. de ſucceſſion. §. fideicommiſſum, quæſt.41.* receptiorem Barbol. *in l.2.1.part. num.154. ff. ſol. matrim.* communem quoque pluribus relatis aſſerunt Molin. *lib. 1. primog. Hiſp. cap. 13. num. 94.* necnon Mandoſ. *d. quæſt. 7. num. 16. & 24.* vbi veram, & indubitatam concluſionem eſſe ait, quòd mortis appellatione veniat ciuilis, vbi in omnibus, & per omnia eoſdem effectus operetur quoad id, de quo agitur; necnon in caſibus à iure expreſſis; quibus ceſſantibus, præſertim vbi extenſioni locus non eſt, ſecus dicendum ſit: quod poſtremum confirmatur ex eo, quod idem poſt alios tradit *num. 20.* & nos *d. præmiſſ. 4.* in materia ſtricta mortis appellatione non venire ciuilem.

Præmitto tertiò, quòd † ad perpetuandam iuriſ- 12.
dictionem, cuius vſus, ſeu exercitium exigit citationem; ſeu ad hunc effectum, vt negotium iudiciale dicatur cœptum, ac res non integra, requiritur, ac ſufficit ipſa citatio. Prior pars huius præmiſſi, quòd nimirum ad effectum prædictum neceſſaria ſit citatio; probatur primò ex *cap. vlt. de offic. legat.* vbi Romanus Pontifex loquens de cauſis, quas Legati Sedis Apoſtolicæ aliquibus duxerint delegandas, definit, iſtorum iuriſdictionem expirare, ſi ante illorum diſceſſum horum citatio non præceſſit: necnon ex *cap. relatum, & cap. gratum, de offic. deleg.* quorum verba ponderabimus inf. in poſteriori parte huius præmiſſ. Secundò ex illis iuribus, in quibus dicitur, delegati iuriſdictionem expirare, ſi antequam delegatus vti incipiat iuriſdictione, eius delegans decedat, aut officium dimittat; vt *in l. & quia, ff. de iuriſd. omn. ind. cap. licet vndique, de offic. deleg. cap. ſi delegatus, & cap. pen. eod. tit. in 6.* ad quod etiam facit *cap. quamuis, eod. tit. & lib.* vbi delegatus etiam in totum iuriſdictionem ſuam, poteſt eam reuocare à ſuo delegato, qui illa adhuc vti non cœpit. Dicitur autem quis incipere vti iuriſdictione, cùm primùm exercet aliquem actum circa partem, cuius reſpectu datur iuriſdictio, eiuſque perpetuatio fit. Tertiò, quia ad perpetuandam iuriſdictionem non ſufficit ingreſſus rei præambulæ ad actum, niſi detur ingreſſus in aliquid ex ſubſtantialibus iudicij, qualis eſt citatio, *cap. quoniam contra, de probat.* quæ

est fundamentum ordinis iudiciarij ; vt post Spec. *tit. de cu.tat.in princ.* tradit Lancell. *in tract. de attem. 2. part. cap. 4. in præfat. num. 32.* & omnium actionum instituendarum principium, vt habetur *in §. omnium, Institut. de pœn.temer. litig.* notántque Bart. & alij *in rubr. ff. de in ius voc.* latiúsque confirmat Andr. Gail. *pract. observat. lib. 1. obser. 48. numer. 1. & 2.* Tandem probatur hæc prior pars præmiss. quoniam eam tenent glos. *in cap. super quæstionum, §. si verò, verbo, si non possint, de offic. deleg.* Spec. *tit. de legat. §. finitur autem, in initio,* Archid. *d. cap. quamuis, num. vnic.* & *ibi* Gemin. *num. 7.* Io. Monach. *in d. cap. si delegatus,* & *ibi* Prob. *in addit. n. 1. de offic. deleg. in 6.* cum aliis plurimis, quos refert ac sequitur Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 28. num. 10.*

Hinc infertur primò, vt ad perpetuandam iurisdictionem † non sufficiat citatio anomala, idest, 13. quam absque iudicis auctoritate facit creditor debitori fugitiuo. ita Sanchez *d. disp. 27. num. 15.* post Butr. *cap. 1. num. 22. de iudic.* & *ibi* Abb. *num. 33.* Fel. *d. cap. grauem, num. 5.* quamuis enim ea citatio permissa sit à lege, iuxta doctrinam Bart. *in l. neminem, C. de exhib. reo,* per text. *in l. ait prætor, §. si debitorem, ff. de his, quæ in fraud. cred.* tamen non est legitima, vtpote facta absque iudicis auctoritate. Secundò 14. infertur, idem dicendum, † si citatio illa defectu alicuius requisiti sit irrita ; nam non facit desinere rem esse integram, vt satis probat Sanchez *ibidem num. 16.* ad id multos allegans ; atque inter hos Fel. *d. cap. grauem, num. 4.* post quem multa ad hoc adducentem id temperat, nisi post talem citationem sequuta sit spontanea citati comparitio, & perseuerantia in iudicio, quod etiam post alios tradit Gail. *d. obseru. 48. num. 4.* & nonnulli, quos retulimus *cap. præced. quæst. 4. suppos. 3. limit. vlt.* item tempera, vt per circumductionem citationis, vel pronuntiationem, quòd sit nulla, perpetuetur iurisdictio, & desinat res esse integra ; prout probabile putat Sanchez *ibidem num 17.* post Caccial. *in l. more, num. 46. ff. de iurisd. omn. iud.* quoniam circumducendo citationem, vel super ea pronuntiando iudex interloquitur : licèt in hoc contrarium velit Bald. *d. l. more, in 1. lect. in fi.* Infertur tertiò, quòd † per solam 15. subdelegationem à iudice factam non censeatur huius iurisdictio perpetuata, vt contra glos. *in cap. pen. verbo, processum, de offic. deleg. in 6.* & alios, quos refert Sanchez *d. disp. 28. num. 18.* cum quibus sentiunt alij ab eo relati *num. 9.* tenentes ad hoc, vt perpetuetur iurisdictio, & desinat res esse integra, sufficere quemlibet actum iudicis, & vsum iurisdictionis ante citationem ; docet idemmet Sanchez, ac satis comprobat *d. num. 18.* quod idem sentit Molin. *tom. 6. de iust. & iur. disp. 19. num. 3. versic. verùm autem.* Infertur denique, multo minùs † per solam 16. rescripti præsentationem iudici factam eius iurisdictionem non perpetuari, rémque adhuc integram dici. nam iudex per eam non dicitur vti iurisdictione. ita contra nonnullos cum aliis pluribus docet Sanchez *d. disp. 28. num. 19.* quia etiam acceptare rescriptum delegato præsentatum non est incipere vti iurisdictione, sed præparare se ad vtendum, *l. quemadmodum, ff. de inoff. testament. & cap. is, qui, de procurat. in 6.* ibi ; non post mandatum susceptum, etiamsi eo vsus fuerit : vbi apertè supponitur, suscipere mandatum non esse eo vti. Immo, licèt admitteremus sententiam paulo antè relatam dicentem, per actus citationi prævios desinere rem esse integram ; adhuc dicendum est, ad id non sufficere rescripti præsentationem, vt rectè monet Sanchez *d. num. 19.* post Imol. *cap. pastoralis, §. quoniam, num. 20. de rescript.* nam adhuc retenta ea opinione necesse est, actus citationi prævios eiusmodi esse, vt per eos vsus iurisdictionis inchoetur ; quod non fit per solam rescripti præsentationem, vt superiùs probatum est ; cùm à iudice non procedat, eiusve actus sit, sed partis, quæ illud impetrauit.

Restringitur nunc primò hæc eadem prior huius præmiss. pars, vt † per actum citationi æquivalentem res integra non dicatur, atque adeò perpetuetur iurisdictio ; nempe quando quicumque actus citra citationem fieret præsente vtraque parte. quia cùm pars aduersa præsens sit, perinde est ac si citata fuisset ; vt satis probat Gail. *d. num. 4.* cum aliis per nos allegat. *d. quæst. 4. suppos. 3. limit. vlt.* ita post Card. *d. cap. licet vndique, quæst. 6. de offic. deleg.* & *ibi* Fel. *num. 13. fall. 1.* tradit Sanchez *d. disp. 28. num. 11.* qui hoc idem in speciali casu actus subdelegationis docet *num. 18. in fi.* post Gemin. *d. cap. quamuis, num. 7.* Franc. *d. cap. pen. num. 2. de offic. deleg. in 6.* & Bartol. Socin. *d. l. more, num. 78. ff. de iurisd. omn. iud.* Restringitur secundò, vt † non sit necesse 18. citationem peruenisse ad notitiam citati ; sed sat sit eam esse à iudice decretam : idque non modò attento iure Canonico, prout admittunt Bald. Anchar. & Boich. *d. cap. fin. de offic. legat. in fine.* verùm etiam indistinctè, & attento quoque iure ciuili ; vt post glos. *in Clem. 2. verbo, ad partem, vt lit. pend.* & *ibi* Abb. *in fi.* Imol. *num. 7.* Vital. *num. 16.* & alios multos satis ostendit contraria quoque soluens Sanchez *d. disp. 28. num. 13.* præcipuè ex *d. cap. grauem,* ibi ; proposito citationis edicto, *de offic. deleg.* & quia cùm citatio ex tribus partibus constet, nimirum mandato iudicis, executione nuntij, & eius relatione ; prima dumtaxat est actus iurisdictionis iudicis ; qui solus pensandus est ad hoc, ne res dicatur integra, & perfectus est per solum citandi mandatum : licèt contrarium præter citatos à Sanchez *d. disp. 28. num. 12.* sentiat Molin. *tom. 6. de iustit. & iur. disput. 19. num. 3. vers. dubitant verò Doctores.* Restringitur denique hæc prior huius præmiss. pars, vt † non re- 19. quiratur trina citatio ad hoc, vt res dicatur non integra ; sed sufficiat vna : ita post glos. *Clem. 1. verbo, citationes, de iudic.* Archid. *in cap. non ita, 2. quæst. 6.* & alios, docet Sanchez *d. disp. 28. num. 14.* subdens post multos, neque illam vnicam citationem necessariò peremptoriam esse debere.

Posterior pars huius tertij præmissi, quòd nimirum ad perpetuandam iurisdictionem delegatam, & vt res dicatur non integra, seu negotiũ cœptum, sufficiat citatio, neque requiratur actus vlterior, vtputa litis contestatio ; probatur † quoad mortem 20. quidem ciuilem per dimissionem officij, ex *d. cap. vlt. de offic. legat.* cuius verba retulimus initio prioris partis huius præmiss. sumpto argumento à contrario sensu, quod in iure fortissimum est, teste Euerard. id latiùs comprobante *in argum.* seu *loc. leg. à contrar. sens.* dum enim *in d. cap. vlt.* dicitur, iurisdictionem delegati à Legato expirare, si illius citatio ante huius discessum non præcessit, apertè constat, quòd, si præcessit citatio, non expirat iurisdictio. Quoad mortem autem naturalem probatur ex *d. cap. gratum, de offic. deleg.* vbi consultus Romanus Pontifex, an ante obitum delegantis proposito citationis edicto, lite verò post mortem contestata, nihilominus debeat delegatus in causa procedere ; *in §.* seu *vers. nos autem,* respondet, quòd, cùm citatione facta negotium sit quasi cœptum, & maximè, si delegatus non sit certus de obitu delegantis, potest, & debet in causa procedi ; tenebitque, quod iustitia fuerit prævia definitum. Sic etiam per citationem † cœptum negotium dicitur ad effectum, 21. iudex dicatur prævenisse, *l. si quis postquam, & l.*

vbi

vbi cœptum, aliàs, *vbi acceptum*, *ff. de iudic. cap. propoſuiſti, de for. compet.* & ad effectum, vt nihil innouetur, iudicio, ſeu lite pendente; vt apertè cauetur *in Clem. 2. vt lit. pend.* & regulariter citatio facit deſinere rem eſſe integram, vt poſt Mil. *in repertor. verbo, citatio facit rem*, & alios tradit Lancell. *in tract. de attent. 2. part. cap. 4. in præfat. num. 34.* atque in ſpecie cœptum dici ad effectum, vt non obſtante morte delegantis iuriſdictio delegati perpetuetur, voluit gloſ. *d. cap. relatum, verbo, conteſtata, d. cap. gratum, verbo, quaſi cœptum, & verbo, maximè, cap. ſuper quæſtionum, §. ſi verò, verbo, ſi non poſſunt, & d. cap. licet vndique, verbo, vti non cœperit, de offic. deleg.* necnon *d. cap. vlt. verbo, expiret, & verbo, citatio non præceſſit, de offic. legat.* Spec. *tit. de legat. §. finitur autem, in initio*, & alij quamplurimi relati, & probati à Sanchez *d. diſp. 36. num. 10.* ex quorum ſententia
22. idem aſſerit procedere † etiam attento iûre ciuili, quicquid voluerit gloſ. *d. verbo, conteſtata*, necnon gloſ. iuris ciuilis *d. l. & quia, verbo, antequam, ff. de iuriſd. omn. iud.* Alberic. *in l. more, numer. 20.* & *ibi* Bellapert. *num. 14. ff. eod. tit.* contra quos idipſum nos quoque eorum fundamenta euertendo latè probauimus *d. tract. de Conſeruatoribus iudicib. cap. vlt. quæſt. 2. præmiſſ. vlt.* non longè ab initio; vbi etiam ſatis confirmauimus hanc poſteriorem partem præ-
23. ſentis præmiſſ. ac ſimul oſtendimus, quomodo † textui *d. cap. gratum, de offic. deleg.* non aduerſetur text. ſtatim præcedens *in d. cap. relatum, eod. tit.* nonnullas conciliationes ad vtrumque afferentes: ac præſertim duas illas, alteram, quam ex communiori ſequitur Sanchez *d. numer. 10.* vt *cap. relatum*, præcedens ſuppleatur per *cap. gratum*, quod ſtatim ſequitur: alteram, quod *in d. cap. relatum*, litis conteſtatio ſumatur pro eius denuntiatione, ſeu proteſtatione, quæ proculdubio fit per citationem; cùm
24. in iure nouum non ſit, vt conteſtatio † pro denuntiatione, ſeu proteſtatione accipiatur; vt *in l. ſi maior, La 1. C. de tranſact. l. præſcriptionem, & l. ſiquidem, C. de except. l. metum, C. quod met. cau. & § ſi autem, il 1. verſ. conteſtationem verò, auth. de temp. non ſol. pecun. ſup. dot.* quæ iura ad id *inibi* citauimus: adiicientes nunc *l. honores, ff. de decurion. l. vnic. C. ſi quacumque pradit. poteſtat. l. acceptam, C. de vſur.* cum aliis iuribus alleg. per gloſ. *ibidem verbo, conteſtationem*. Briſſon. *de verbor. iur. ſignif.* & alios auctores lexicor. iur. *verbo, conteſtatio*. Prædictis verò conciliationibus eam nunc non improbabilem addimus,
25. quòd † *cap. relatum*, definiens, iuriſdictionem delegati non perpetuari morte delegantis, niſi hæc intercedat poſt litis conteſtationem, procedat vbi delegatus, poſtquam citauit, & antequam litis conteſtatio fiat, certus ſit de obitu delegantis, qui ante citationem euenit. at verò text. *d. cap. gratum*, locum habeat, vbi certus tunc non ſit de huiuſmodi obitu. cui non obſtabit dictio, *maximè*, in hoc textu appoſita, dum *inibi* dicitur; & maximè, ſi delegatus non ſit certus de obitu delegantis, poteſt, & debet
26. in cauſa procedi; quæ dictio † ex ſua natura eſt implicatiua caſus etiam non expreſſi, & eſt idem, quod præſertim, ſeu principaliter, vt *in l. ſunt qui, & l. cùm ex cauſa, ff. de re iudic.* & alibi ſæpe, vt per Vulpell. *de præpoſit. aduerb. & coniunct. ſignif. verbo, maximè*, ac nouiſſimè multis relatis, Aug. Barboſ. *in remiſſ. Doctor. de dictionib. eod. verbo, maximè*, ſeu *dict. 168. num. 1. & 2.* atque ita in noſtro caſu exponit gloſ. *d. cap. gratum, verbo, maximè*. reſponderi enim poteſt, plerumque etiam eam dictionẽ abundare, & idem valet, quod vtique, vel tunc, ſeu tantùm, vt ſentit etiam Vulpell. *loc. cit.* Euerard. *in loc. à nat. diction. implic. num. 3.* ac latè tradit Barboſ. *vbi ſup. num. 3. & 4.* conſtatque ex *l. 2. §. per contrarium, ff. de act. præleg. l. 2. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. 2 ſucapionem, ff. de vſucap. c. ad abolendam*, & *ibi* gloſ. *verbo, maximè ſpurij, de fil. preſbyt.* cum aliis ad id allegatis ab Albertic. *in Dictionario iur.* Britton. *de verb. quæ ad ius pertin. ſignif.* & Schardio *in ſuo lexico iuridico, verbo, maximè*. Sed etſi dicamus, hanc eſſe impropriam ſignificationem dictionis, *maximè*; adhuc dici poteſt, † ad vitandam iurium correctionem (quod per ſe valdè expedit, *cap. cum expediat, de elect. in 6.* & omnino eſt faciendum, *l. præcipimus, C. de appellat.*) recedi etiam a propria verborum ſignificatione; Butr. *cap. cum dilectus, num. 15.* & Imol. *num. 12. de conſuet.* late Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 17. num. 6.* & in ſpecie, quòd ad vitandam diſpoſitionis contrarietatem dicendum ſit, hanc dictionem, *maximè*, abundare, vel impropriè ſumi, ſatis probat inter cæteros Euerard. *d. loc. legal. à natur. diction. implicat. num. 3.* Quòd ſi hæ conciliationes ad eam antinomiam alicui non placeant; quoniam tunc contrarietas illorum duorum iurium euitari non poteſt, cùm *d. cap. relatum*, non ſolùm dicat, per litis conteſtationem factam ante mortem delegantis perpetuari iuriſdictionem delegati; ſed etiam eam non perpetuari, ſi conteſtatio fiat ante delegantis mortem; neque enim d. cap. aliud continet, quàm deciſionem huius articuli de modo perpetuationis iuriſdictionis delegati, cùm moritur delegans; ſeu quando ad hunc effectum dicatur res non integra: eóque iure nunc vtimur, vt ſola etiam citatio ad huiuſmodi perpetuationem ſufficiat, quod diſponitur *in d. cap. gratum*; idque non adhibita diſtinctione, quæ ibi innuitur, an delegatus poſt citationem ab eo decretam certus eſſet de obitu delegãtis: vnde omnino ſuperfluum foret quod *in d. cap. relatum*, diſponitur; cùm tamen nulla ſuperfluitas, ſeu nulla ſuperflua Decretalis eſt in hac cõpilatione Decretalium Gregorij IX. vt ipſe in eius proœmio proteſtatur: ex quo etiam deſtruitur prima illa conciliatio, cuius vti communioris antea mentionem fecimus, vt *cap. gratum*, addat diſpoſitioni *cap. relatum*, ſeu eam ſuppleat. ideo dicere is cogitur, per inaduertentiam compilatoris, vti hominis, licèt alioqui doctiſſimi, aut incuriam ſcriptoris in compilationem Decretalium prædictarum Gregorij IX. cùm eam compilator tollere, ac delere vellet, irrepſiſſe d. Decretalem *cap. relatum*. cui ſimile quid habemus *in cap. ſi de terra, & cap. accedentibus, de priuileg.* de quo inf. *cap. 8. quæſt. vlt. concl. 2.* Verùm quicquid ſit de hac antinomia, eiúſque conciliatione, hoc iure, vt dicebamus, nunc vtimur, vt etiam per ſolam citationem perpetuetur iuriſdictio delegati, cùm illa emanauit ante mortem delegantis; nulla quoque facta deſtinctione, an delegatus poſt citationem huiuſmodi certus eſſet, vel non, de obitu delegantis.

27.

Præmitto quartò, † quando plures cauſæ, vel plures articuli committuntur in vno reſcripto; ſiquidem cauſæ illæ ſiue contra vnum, ſiue contra plures perſonas ſint connexæ; citatione facta in vna cauſa, & ſic illa cœpta, deſinere rem eſſe integram, ac perpetuari iuriſdictionem etiam quoad alias. ita Sanchez *d. diſp. 28. num. 21.* arg. *l. fin. C. de dn. b. rei.*, aſſerens in hoc conuenire omnes, quos allegat *num ſeqq.* nimirum *num. 22. vſque ad 27.* ſimiliter quando actus inceptionis, vtputa citatio illa communis eſt omnibus cauſis illius reſcripti, quia facta ſit ſimpliciter, nulla cauſa expreſſa, quamuis ſint contrà diuerſas perſonas, & minimè connexæ, cenſeri omnes cœptas, & quoad omnes perpetuari iuriſdictionem; quòd tunc non ſit maior ratio de vna,

28.

quàm

quam de alia. ſic poſt Butr. *d. cap. licèt vndique, num.* 15. & *ibi* Host. *num.* 4. Imol. *num.* 3. & alios tradit Sanchez *cod. diſp.* 28. *num.* 22. & Molin. *d. diſp.* 19. *num.* 4. Quando verò illæ cauſæ non connexæ vnius reſcripti ſunt etiam aduersùs eandem perſonam, citatio illius perſonæ in vna cauſa expreſſa, non facit deſinere rem eſſe integram, nec perpetuatur iuriſdictio quoad alias cauſas non inceptas: quia iudex ſuper vno ſolo articulo, vnáve cauſa citans videtur ſuam iuriſdictionem diuiſiſſe; & perſona citata non tenetur reſpondere, niſi circa illum articulum; vnde quoad alios remanet res integra. atque ita tenent Innoc. *d. cap. licèt vndique, num.* 2. & *ibi* Io. And. *num.* 17. Card. *quæſt.* 7. Bellam. *num.* 11. Henr. Boich. *num.* 3. & alij, quos refert, ac ſequitur Sanchez *d. diſp.* 28. *num.* 25. Molin. *d. num.* 4. ſecus
29. autem, † quando commiſſio cauſarum non connexarum ſit generaliter per modum vnius, vt ſi quis conſtituatur iudex delegatus ad vniuerſitatem cauſarum talis territorij: tunc enim citatio in vna cauſa facit rem non eſſe integram, ac perpetuat illius iudicis delegatam iuriſdictionem quoad cæteras cauſas; prout docet poſt alios Molin. *cod. num.* 4. ac probabilius putat, & multis relatis comprobat contraria ſoluens Sanchez *d. diſp.* 28. *num.* 27. atque id extendens *num.* 28. etiamſi commiſſio, ſeu delegatio eſſet non ad vniuerſitatem, ſed ad generalitatem cauſarum; quæ duo quomodo inter ſe differant, latè tractat inter alios idem Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 31. *num.* 4. Hæc autem regula fallit in iudice conſeruatore; licèt enim is delegatus ſit ad vniuerſitatem, vel certè ad generalitatem cauſarum, vt conſtat ex latiùs per nos adductis *in tract. de Conſerv. iudicib. cap.* 7. *quæſt.* 1. *concluſ.* 3. tamen eius officium quoad negotia non cœpta expirat morte concedentis, vt definitur *in cap. fin. §. officium autem, de offic. deleg. in* 6. verbum autem, *volumus*, *ibid.* poſitum, oſtendit, hoc in eo eſſe ius nouum, quòd licèt poteſtas, & iuriſdictio conſeruatoris vno reſcripto tribuatur; tamen iuriſdictio perpetuata in vna cauſa non ſit perpetuata in cæteris; vt poſt laſ. *d. l. more, num.* 56. *ff. de iuriſd. omn. iud.* tradit Sanchez *d. num.* 27. ex gloſ. *in Clem. vnic. verbo, volumus, de offic. Vicar.*

Præmitto quintò, in reſcriptis gratiæ, vt in com-
30. miſſionibus diſpenſandi, † non ipſam reſcripti præſentationem cum animo procedendi efficere ne deinceps res ſit integra, vt contra Butr. *d. cap. licèt vndique, num.* 12. *de offic. deleg.* ſatis probat Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 28. *num.* 20. quoniam per reſcripti præſentationem non incipit iudex, ſeu delegatus vti iuriſdictione, quod neceſſarium eſt ad iuriſdictionem perpetuandam, vt ſup. ex eod. Sanchez & aliis probauimus, ſed in his reſcriptis gratiæ definit eſſe integra per primum actum iuriſdictionalem, qui expediri ſolet poſt reſcripti præſentationem, vt, ſi iudex iubeat aſſumi iuformationem ſuper veritate precum, vel, vt ait Fel. *in cap. paſtoralis, §. quoniam autem, num.* 3. *de reſcript.* ſi iudex mandaret vocari illum, cum quo diſpenſandum eſt, vel ſimilem iuriſdictionis actum faceret. ita Sanchez id
31. ſatis confirmans *d. num.* 20. Quòd ſi petas, an, † quando plures diſpenſationes, aut alij huiuſmodi actus non contentioſi, ſeu gratiæ vno reſcripto alicui committantur, vt poteſtas diſpenſandi cum pluribus perſonis nominatis, & in noſtra materia commutationis vltimarum voluntatum, eas commutandi ad fauorem plurium perſonarum; cenſeatur res non integra ex eo, quòd commiſſarius cum vna diſpenſare, vel ad fauorem vnius commutare cœpit, quoad alias, cum quibus non cœpit: ſic diſtinguendum puto, prout cum pleriſque aliis in diſpenſatione diſtinguit Sanchez *d. diſp.* 28. *num.* 29. quòd, ſi commiſſarius fecit actum communem omni commutationi, res eſt non integra quoad omnes; ſecus ſi actum ſolum ſpecialem quoad certam commutationem exercuit: quia, cum vna commutatio nihil prorſus habeat commune cum alia, ex eo, quòd ſit cœptum vti vna, ſeu iuriſdictione, ac poteſtate delegata quoad vnam, non definit res eſſe integra quoad alias. Actus autem communis omni commutationi eſſet, ſi mandaret delegatus citari, ſeu vocari omnes alias perſonas, ad quarum fauorem faciendæ eſſent commutationes, prout cum Fel. *d. num.* 3. in materia diſpenſationum tradit Sanchez *cod. num.* 29. *in fine.* Nec valde ab hoc diſcrepat, quod tradit Molin *d. tom.* 6. *diſp.* 19. *num.* 4. dum illud obſeruat, quòd, ſi munus aliquod delegatum ad ea eſſet, quæ citatione non indigent, tunc prima muneris illius executione circa aliquid eorum, ad quæ id munus ſe extendit, cenſetur iuriſdictio perpetuata quoad omnia.

Præmitto ſextò, quòd † cùm plures ſub illa for- 32.
ma, vt omnes, aut duo, vel vnus eorum mandatum exequantur, aut alia conſimili, (vt, ſi dicatur, quòd quilibet eorum in ſolidum, & per ſe iudicare, & exequi poſſit, prout exemplificat *ibi* gloſ. recepta *in verbo, conſimili*;) iudices, vel executores deputari contingit: ipſorum quilibet poteſt liberè adimplere mandatum. ita decidit Romanus Pontifex *in cap. cùm plures, in princip. de offic. deleg. in* 6. ſubdens *in §.* 1. ſtatim ſeq. quòd vno eorum negotium inchoante commiſſum, alij nequibunt ſe vlteriùs intromittere de eodem, niſi vel infirmitate, vel alia iuſta cauſa illum contingeret impediri; aut ſi nollet, vel malitioſè in eo procedere recuſaret. & adiiciens in proximo §. qui eſt fin. quòd perpetuata iuriſdictione mandatore viuente per vnum ex iudicibus delegatis eo caſu, quo poteſt, (quia nimirum, prout exponit *ibi* gloſ. ab aliis approbata *in verbo, quo poteſt*, ſcriptum erat cum clauſula, *quòd ſi non omnes, & collega etiam actui perpetuationis impeditus non poterat intereſſe*; vel ſcriptum erat cum clauſula, *vos, vel alter, aut vnus veſtrùm*;) perpetuata intelligitur quoad omnes. ex quo §. colligit *ibidem* gloſ. ab aliis recepta, quòd, ſi iudex procellerat, cùm non poſſet, per illum actum non ſit perpetuata iuriſdictio: ac præterea tam ex *d. §.* quàm ex *cap. prudentiam, in princip. de offic. deleg.* & aliis determinat illam quæſtionem, quòd, † ſi iuriſdictio vni ſub conditione, 33.
vel in diem datur, & is ante aduentum conditionis, vel diei volentibus etiam partibus procedat, nihil agit, atque adeò ille actus tamquam nullus nequit perpetuare iuriſdictionem.

Præmitto denique, quòd † litteræ emanantes 34.
per viam legis, vel per modum contractus non expirant morte concedentis etiam re integra. primum patet, quia lex ſua natura ſit perpetua, *l. cum eorum, C. de ſent. & interlocut. omn. iud. & l. Ariani, C. de hæret.* idque tamquam certum docet Butr. *in cap. irrefragabili, §. cæterùm, num.* 15. ibique Abb. *num.* 1. *de offic. ord.* & alij, quos ſequitur Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 28. *numer.* 2. ſecundum docet *ibidem* Sanchez *num.* 3. poſt Fel. *in cap. licèt vndique, num.* 1. *de offic. deleg.* quia ſucceſſor contractum prædeceſſoris reuocare nequit, *cap.* 1. *de probat.* idque etiam procedit in Principe, qui regulariter contractum, vel priuilegium conceſſum à ſuo prædeceſſore per modum contractus reuocare non poteſt, latè Gabr. *commun. concluſ. lib.* 3. *tit. de iur. quæſit. non tollend. concluſ.* 5. *numer.* 2. & *concluſ.* 6. præſertim *num.* 5. & nos inf. *quæſt.* 6. *præmiſſ.* 3. & *cond.* 1. *ac* 2.

His

His præmissis iam ad conclusiones huius quæstionis veniamus.

PRIMA CONCLVSIO. Quoties commutatio vltimæ voluntatis alicui committitur per rescriptum iustitiæ, (quod quando contingat, explicauimus sup. *cap. 6. quæst. 3. in 2. præmiss.*) iurisdictio
35. hæc † expirat morte naturali concedentis re integra, (hoc est, antequam commissarius vti incipiat iurisdictione per decretum citationis, iuxta late tradita sup. hac ipsa quæst. *in 3. præmiss.*) secus autem si mors contingat re non integra. Vtraque pars propositæ conclus. probatur, quia iurisdictio delegata
36. per rescriptum iustitiæ † expirat morte naturali concedentis contingente re integra; non autem re non integra,, seu cùm delegatus cœpit vti iurisdictione. ita expressè habetur *in cap. relatum, cap. gratum, & cap. licèt vndique, de offic. deleg.* necnon *l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud.* & aliis iuribus, quæ ad id ponderauimus *in d. præmiss.* 3. ac præter Doct. in locis ibi citat. ex communi Doct. sententia id tradit Molin. *tom. 6. de iust. & iu. disp. 19. num. 2.* & Sanchez *d. lib. 8. de matrim. disp. 28. num. 30.* ob eam rationem, quòd tunc non sit gratia, vel fauor, sed quoddam mandatum de iustitia facienda; mandatum autem expirat morte mandantis re integra, *d. cap. licèt vndique, de offic. deleg. l. mandatum, C. mand. & §. recte, cum seq. Instit. eod. tit.* item quia per actum delegationis non transfertur efficaciter iurisdictio in delegatum, donec ea vti cœperit, *cap. quamuis, de offic. deleg. in 6.* quare cùm iurisdictio re integra sit cum effectu penes delegantem, & per ipsius mortem extinguatur in eo iurisdictio, extinguatur quoque in delegato; quia resoluto iure datoris, resolvitur etiam ius acceptoris, *l. lex vectigalis, ff. de pignor. & hypoth.* At per iurisdictionis exercitium in delegato radicatur, & in eum efficaciter transit, *d. cap. quamuis*, à contrario sensu: & ideo tunc morte delegantis non extinguitur iurisdictio hæc delegata.

Ampliatur autem hæc conclusio præcipuè quoad
37. priorem partem primò, vt procedat, † licèt delegatus ignoret mortem delegantis; vt plerique tenent, quos refert Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 22. num. 55. vers. primo, quia*; eorúmque opinionem communem asserunt illam sequentes Couar. *pract. quæst. cap. 11. num. 2.* & Molin. *d. disp. 19. num. 2. in fi.* ad idem allegans Greg. Lopez *ad l. 21 tit. 4. part. 3. glos. 1.* admittítque idem Sanchez *d. disp. 22. num. 59. in initio*; id temperans, ac postmodum latè comprobans, vt procedat, si solus delegatus mortem delegantis ignoret; secus verò si concurrat communis error, seu cómuniter ignoretur mors; quamuis eam
38. sciat ipse delegatus. Secundò ampliatur, vt † expiret ipso iure morte delegantis, non autem solùm ope exceptionis; vt contra nonnullos, quos refert *num. 39.* latè probat plurimos referens Sanchez *d. lib. 8. disp. 28. num. 40.* inferens *num. 41.* neque posse validè procedere post mortem delegantis etiam de partium consensu. Tertiò ampliatur, vt procedat con-
39. clusio † etiam in delegato Principis; nam per Principis mortem re integra expiret delegatio; vt constat ex *cap. relatum, cap. gratum, & cap. licet vndique, de offic. deleg.* & latiùs ostendit Sanchez *d. disp. 28. num. 33.* Quartò locum habet conclusio, quamuis ille sit delegatus ad vniuersitatem causarum: eius enim iurisdictio perit morte concedentis re integra; vt post multos, quos recenset, tradit Sanchez *d. disp. 28. num. 34.* per locum à speciali *in cap. ne aliqui, de haret. in 6.* vbi deciditur, fauore fidei officium Inquisitorum non cessare morte concedentis re integra: cum tamen eorum potestas sit delegata ad vniuersitatem causarum, vt notant Io. And. & cæteri Doct. magis communiter *in cap. per hoc, de hæret. in 6.* quod & nos pluribus relatis tradidimus *in tract. de Conseruatoribus inquisit. cap. 7. quæst. 1. concl. 3. illat. 1.* Deinde, quia licet huiusmodi iurisdictio in multis æquiparetur ordinariæ, non tamen in omnibus, vt satis ostendimus *d. concl. 3. circà initium*; iunctis iis, quæ adduximus *cap. 1. quæst. 2. eiusdem tract.* & maxime vbi subest diuersa ratio quam ratio, ob quam extinguitur iurisdictio delegata specialis, seu ad particulares causas superiùs adducta, quia iurisdictio remanet penes delegantem, donec delegatus ea vti incipiat, iux. *cap. quamuis, de offic. deleg. in 6.* & delegatus nihil habet nomine proprio, sed vice fungitur delegantis, & eius, qui mandauit, iurisdictione vtitur, *cap. fin. el 2. in princip. de offic. deleg. & l. 1. §. qui mandatum, ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd.* Ampliatur quintò, vt procedat, † licet delegatio facta sit, donec reuocauerit delegans, aliúdve fecerit: adhuc enim expirat 40.
delegatio morte concedentis re integra; secus si non sit integra; vt ex text. *in cap. si delegatus, de offic. deleg. in 6.* & nonnullis Doct. tradit, ac probat Sanchez *d. disp. 28. numer. 54.* vbi docet, secus dicendum, si delegatio facta fuerit donec delegans voluerit, vel ad eius beneplacitum: tunc enim siue res sit integra, siue non, expirat morte concedentis, quoniam voluntas per mortem naturalem cessat. ex *cap. si gratiosè, & ibi* Doct. *de rescript. in 6.* Ampliatur denique, vt, † si moriatur primus delegans re 41.
existente integra tam quoad delegatum, quàm quoad eius subdelegatum, quia neuter vti cœperit iurisdictione, expiret omnino in vtroque iurisdictio; vt satis patet ex *cap. si à subdelegato*, quod est *pen. de offic. deleg. in 6.* vbi approbatur appellatio à subdelegato, quia procederet eo non obstante, quòd primus delegans mortuus fuerit, antequam ipse subdelegatus, vel subdelegans in aliquo processisset.

Limitatur autem primò hæc eadem conclusio, vt, † si moriatur primus Ordinarius delegans, & 42.
res est integra quoad delegatum, non tamen quoad subdelegatum, quia delegatus iurisdictione vti non cœperat, verùm subdelegatus cœperat, iurisdictio in subdelegato non expirat. ita post Gemin. *d. cap. si à subdelegato*, quod est *pen. de offic. deleg. in 6.* & *ibi* Gemin. *num. 5.* Franc. *num. 2.* & Imol. *d. cap. licèt vndique, num. 2.* docet Sanchez *d. disp. 28. num. 37.* quia, cùm iam subdelegatus cœperit vti iurisdictione, tunc ea in ipso radicata est, ac proinde illius duratio iam non pendet à vita primi delegantis, aut subdelegantis. & per text. apertum *d. cap. pen.* vbi ad hoc, vt iurisdictio subdelegati expiret mortuo primo Ordinario delegante, ponderat Rom. Pont. non esse in aliquo processum per delegatum, vel ipsius subdelegatum. Secundò limitatur, quòd, si moriatur primus delegans re existente non integra quoad delegatum, integra verò quoad subdelegatum, subdelegata iurisdictio non expirat; vt in specie post glos. *d. cap. pen. verbo, processum*, & *ibi* Gemin. *num. 5.* Franc. *numer. 2.* ac Ferret. *conf. 158. num. 1. & 2. vol. 1.* tradit Sanchez *vbi sup. num. 38.* quia ne iurisdictio subdelegata expiret, satis est, ipsummet subdelegatum, vel delegatum subdelegantem cœpisse vti iurisdictione ante primi delegantis obitum, vt ex *d. cap. pen.* constat.

Limitatur tertiò, vt conclusio intelligatur, † vbi 43.
commutatio vltimæ voluntatis committatur non habenti eam potestatem commutandi, vel si committatur habenti, datur ad id noua potestas. ita generatim in delegatione post alios tradit Sanchez *d. disp.*

Digitized by Google

d. disp. 18. *num.* 42. quia tunc iis, licèt sit Ordinarius, gerit vicem delegantis, & alienam iurisdictionem exercet, *l. etsi Prator, ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd.* secus verò quando non datur noua potestas, sed excitatur antiqua, seu ordinaria per commissionem, iuxta *cap. licet, & cap. pen. de offic. ord.* cum aliis per nos adductis *cap. præced. quæst.* 1. *suppos.* 3. *per tot.* & ita post eosdem Doctor. generaliter in delegatione docet *ibidem* Sanchez; & ex eo quia tunc cessat ratio superiùs adducta, ob quam iurisdictio pereat in delegato per mortem delegantis re integra, quia nimirum delegatus nihil habet proprium, neque in eo radicatur iurisdictio ante illius vsum; necnon ex text. cum sua glos. *in §. & hoc verò iubemus, auth. vt nulli iudicum, collat.* 9. quæ tamen hoc mihi non probat; ibi enim agitur de iurisdictione transmittenda ad delegati successorem propter ipsius delegati mortem ciuilem, atque adeò pertinet ad materiam seq. quæst. quare *ibi* eum text. ponderabimus. Illud tamen satis conuincitur ex
44. prædictis; iuncto eo, quòd † ordinaria iurisdictio non expirat morte concedentis etiam re integra; vt post Vantium id latiùs tradentem *in tract. de nullitat. tit. de nullit. ex defect. iurisd. deleg. num.* 104. tenet Garz. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 12. *num.* 23. ac præterea satis constat ex *l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud. & cap.* 2. *de offic. leg. in* 6. & vtrobique notant Doctor. & plerique *in cap. relatum*, ac præcipuè Abb. *num.* 4. *& 6. de offic. deleg.* quem referunt, ac sequuntur Molin. *d. tom.* 6. *disp.* 19. *num.* 1. & Sanchez *d. disp.* 28. *num.* 4. de communi attestantes; & illam duplicem, eámque optimam ex eodem auctore rationem afferentes; quia per concessionem ordinariæ iurisdictionis fit gratia ipsi Ordinario; gratia autem facta non expirat morte concedentis etiam re integra, *cap. si super gratia, de offic. deleg. in* 6. *& cap. si cui nulla, de prab. eod. lib.* & vtrobique glos. communiter recepta: item quia iurisdictio ordinaria radicatur in persona eius, cui conceditur, & immediatè per concessionem inhæret ossibus illius; vnde sine facto eiusdem, (adde, vel concedentis,) ab eo euelli non potest. quod adeò verum est, subdit Sanchez
45. *num.* 5. vt, † quamuis iurisdictio ordinaria concessa sit ad concedentis beneplacitum, & hoc morte concedentis expiret, *cap. si gratiosè, de rescript. in* 6. illa tamen non expiret, licèt re integra moriatur concedens; idque ob fauorem, & vtilitatem publicam, quæ in conseruanda ordinaria iurisdictione versatur: allegat Bald. *in l. meminisse, num.* 2. *quæst.* 4. *ff. de offic. proconf.* & alios, quos refert, ac sequitur Menoch. *de arbitrar. iud. lib.* 1. *quæst.* 69. *num.* 9. & Ant. Gabr. *commun. conclus. lib.* 6. *tit. de prabend. concl.* 1. *num.* 14. Ex hac verò tertia limitatione sic
46. declarata infertur, † commutationes vltimarum voluntatum, quæ à Legato Apostolico, vel à summo Papæ Pœnitentiario expediuntur, nullatenus expirare morte Papæ re integra, licèt dicamus, eas esse gratias faciendas. ita in eorum dispensationibus Sanchez *d. disp.* 28. *num.* 92. quoniam neutrum of-
47. ficium † tamquam ordinarium expirat per obitum Papæ etiam re integra; vt de officio Legati habetur *in cap.* 2. *de off. leg. in* 6. & de officio Pœnitentiarij *Clem.* 2. *§. eo tamen prouiso, de elect.* Quod idem dicendum ex prædictis, licèt super iis habeant specialem commissionem, quas per se eodem modo exe-
48. qui possent. Fallit autem hæc tertia limitatio † in iurisdictione Vicarij, quæ, licèt ordinaria sit, tamen expirat morte concedentis etiam quoad negotia cœpta; vt docet Molin. *d. tom.* 6. *disp.* 19. *num.* 1. & Sanchez *d. disp.* 28. *num.* 6. latiusque tradunt ille *d. tom.* 6. *disp.* 10. *num.* 1. *&* 2. hic *lib.* 3. *de matrim. disp.* 29. *num.* 3. *&* 13. *ac disp.* 30. *num.* 2. *&* 3. inter hanc, & alias ordinarias iurisdictiones, vel delegatam eam sanè optimam rationem discriminis afferentes quòd iurisdictio Vicarij cohæreat alteri ordinariæ iurisdictioni, vti accessoria, & ab ea dependeat, nimirum Episcopi, cum quo idem tribunal, consistorium, & auditorium constituit, *cap.* 2. *de consuet. in* 6. *& cap. Romana, in princip. de appellat. eod. lib.* ex quo duo simul sequuntur: alterum, quòd, si Episcopus, qui Vicarium deputauit, moriatur siue naturaliter, siue ciuiliter, re adhuc integra, antequam Vicarius commutet vltimam aliquam voluntatem vel ex facultate sibi ex officio competente, vel attributa ab Episcopo simul in ipsa Vicariatus commissione, iuxta tradita sup. *cap.* 5. *quæst.* 14. *suppos.* 2. *& concl.* 1. non poterit ampliùs Vicarius eam commutationem facere. alterum, quòd, † si Epi- 49.
scopus adhuc viuat naturaliter, & ciuiliter, & vnus Vicarius cœpit commutare, vel commutationem commisit casu, quo potest, defuncto, vel amoto eo Vicario, poterit successor in officio, & prædictus commissarius vigore eiusdem commissionis illam commutationem quam cœpit consummare, ac perficere. idémque eadem ratione dicendum de Vicariis Capituli sede vacante, & Prælatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem: nam etiam horum Vicarij habent iurisdictionem ordinariam cohærentem iurisdictioni suorum principalium; atque idem cum ipsis tribunal constituunt, vt satis docet Sanchez *d. disput.* 29. *num.* 4. *&* 5. post alios. Ex qua ratione idem probabiliter puto quoad commutationem delegatam nondum tamen cœptam à delegato alicuius ex his Vicariis; vt nimirum dummodo adhuc viuant naturaliter, vel ciuiliter, quia iurisdictionem retineant Episcopus, aut alius, qui hos Vicarios deputauit, si moriatur, aut aliàs iurisdictionem amittat Vicarius, possit ab eo delegatus commutationem nondum cœptam inchoare, ac perficere. idque confirmatur ex ratione, qua vtuntur Doct. relati à Sanchez *lib.* 8. *ac matrim. disp.* 28. *num.* 36. *in initio*, dum tradunt, quòd, si moriatur delegatus superstite primo delegante, & re existente integra quoad subdelegatū, huius iurisdictio non expirat; quia, etsi subdelegans, à quo immediatè iurisdictionem accepit, obiit re existente quoad subdelegatum integra; tamen superstes est primus ordinarius delegans, qui fons, & radix est eius iurisdictionis: necnon ex ea ratione, qua vtuntur alij, quos refert idem Sanchez *d. num.* 36. *ad fin.* tenentes, in prædicto casu tunc non extingui iurisdictionem in subdelegato, quando delegatus subdelegauit non iure proprio, sed ex potestate accepta à primo delegante, si hic superstes sit, quasi ipse sit prima radix, & censeatur substituens. atque hanc vtramque doctrinam probabilem putat ipse quoque Sanchez *ibidem in fi.* & vtraque, (quicquid sit in casu meri, ac simplicis delegati subdelegantis, de quo nos *quæst. seq. concluf.* 5.) vèrè militat, ac locum habet in deputatione, quam Episcopus, aliúsve iurisdictionem Episcopalem habens facit in suum Vicarium, & aliquo modo delegationem vocare possumus; nam, cùm hic ex se iurisdictionem non habeat, eius fons, & radix ij sunt, qui eum deputant; qui etiam ideo censentur substituere eum, quem Vicarius suum delegatum facit, & quidem non iure proprio, sed alieno, nimirum Episcopi, vel alterius eum in Vicarium deputantis. Limitatur quartò, vt
nou procedat conclusio, † vbi litteræ emanauerint 50.
accessoriè ad gratiam iam factam, quia super ea deputati sint executores: tunc enim sicut ipsa gratia, licèt nondum sit in eius executione processum,

monte

Digitized by Google

morte non perimitur concedentis, ſic nec etiam, re integra perimitur executoribus data poteſtas; quam veluti gratiæ prædictæ acceſſoriam naturam ſequi congruit principalis, ne gratiam eandem vel reddi quandoque omnino inutilem, vel illius effectum in tempus longius cum illius diſpendio, cui facta extitit, differri contingat. ita expreſsè cauetur *in cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6.* exemplum autem affert huiuſmodi executorum Gemin. & alij *ibi*, vt, ſi cùm Papa crearet aliquem in Canonicum alicuius Eccleſiæ, mandaſsetque Canonicis, vt eum inſtallarent de facto, & ponerent in poſſeſſionem Canonicatus, præbendámque illi aſſignarent, ſi qua vacaret, alioquin proximè vacaturam, dedit eidem executores ad compellendum Canonicos. Molin. verò *d. tom. 6. de iuſtit. & iur. diſput.* 20. *numer.* 1. exemplificat in executore dato ad deducendum ad effectum gratiam factam, & defendendum in ea; vt ſi litteræ expediantur, quibus alicui Collegio beneficium aliquod vnitur, vel alij reditus Eccleſiaſtici illi vniuntur, & executores in eis deſignentur, & concedantur: quæ duo aliquando in eiſdem litteris fiunt, prout ſolent vtplurimum facere Ordinarij, aliquando in diuerſis; nam primò conceduntur litteræ prouiſionis in forma, *dignum*, vel in forma, *gratioſa*; deinde dantur aliæ litteræ executoriales, prout obſeruat Romana Curia; ac de vtroque ſtylo videtur eſſe text. *in cap. Capitulũ ſanctæ Crucis, de reſcript.* iuxta poſtrem. autem caſum poſterioris ſtyli, *in cap. ex inſinuatione, & cap. ex litteris, eod. tit.* ac potiſſimùm loquitur text. *d. cap. ſi ſuper gratia.* cuius diſpoſitio extendi etiam
91. debet † ad executorem gratiæ conceſſæ à Legato, vt poſt Franc. *ibidem in princip. & queſt. vlt.* Gemin. *queſt.* 1. & Lap. *alleg.* 17. extendit Ant. Gabr. *comm. concluſ. lib. 6. tit. de præb. concluſ.* 1. *numer.* 4. quibus Sanchez *d. diſp.* 28. *num.* 43. addit Archid. *eod. cap. ſi ſuper gratia, num. vn.* Io. And. *in initio*, & Anchar. *in fi.* atque eadem ratio, ſubdit *ibidem* Sanchez, cogit ad idem dicendum de executore cuiuſcùmque gratiæ ab aliis inferioribus conceſſæ. Item
92. extenditur, vt procedat etiam, † vbi gratia non eſſet accepta per eum, cui facta eſt: ſicut enim non perit tunc gratia morte concedentis re integra, vt *concl.* 3. oſtendemus; ſic neque executoris poteſtas; vt poſt Gemin. *d. cap. ſi ſuper gratia, num.* 5. Franc. *num.* 2. & Port. *conſ.* 157. *num.* 3. docet Sanchez *d. num.* 43. vbi etiam id extendit tertiò, licèt talis executio requirat cauſæ cognitionem, poſt Franc. *d. cap. ſi ſuper gratia, numer.* 4. & Gabr. *d. concluſ.* 1. *num.* 15. qui ad id allegat etiam Mil. *in repert. ver. gratia facta, licèt nondum executa*; contra alios, quos idem Gabr. refert *numer.* 14. excepta Rot. Roman. *deciſ.* 349. aliàs 12. *de offic. deleg. in nou.* quæ potiùs pro extenſione eſt, cùm maior pars Dominorum ita ſenſerit; prout etiam tenuit Molin. *tom. 6. de iuſt. & iu. diſp.* 20. *num.* 4. Non procedit autem de-
93. ciſio illius text. † vbi executio non ſit acceſſoria gratiæ; prout ex eo colligitur à contrario ſenſu, & poſt alios adnotauit Sanchez *d. num.* 41. & hoc ideo eſt, quia tunc ſumus in executore gratiæ faciendæ, cuius poteſtas expirat morte concedentis re integra, vt ſatis conuincitur ex *d. cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6.* necnon ex *cap. ſi cui nulla, ad fin. de præb. in 6.* & poſt alios tradit Sanchez *d. num.* 43. & Gabr. *d. concluſ.* 1. *num.* 5. id temperans poſt Lap. Gemin. & Franc. niſi executor iam cœpiſſet exequi, vt quia deueniſſet ad collationem, cùm tunc res non eſſet integra; quod & alij voluerunt relati à Gabr. *d. concluſ.* 1 *num.* 10. *in princip.* & colligitur ex *cap. præſenti, de offic. leg. in 6. & cap. ſi is, cui, & cap. quodam, de prabend.* necnon *cap. vlt. §. fin. de conceſſ. præb. eod. lib.* Tandem *deciſ.* 10. *text. d. cap. ſi ſuper gratia*, non procedit † in iudicibus conſeruatoribus 54.
priuilegiorum, quorum iuriſdictio quoad negotiæ non cœpta expirat morte concedentis, vt conſtat ex *cap. fin. §. officium autem, de offic. deleg. in 6.* & in ſpecie adnotauit *ibi* gloſ. *verbo, expirare*, Gemin. *numer.* 4. Franc. *num.* 5. & alij relati, & probati à Sanchez *d. num.* 43. *ad fin.* & Gabr. *d. concluſ.* 1. *num.* 16. qui idem tradit de executoribus cuiuſcumque priuilegij. & ratio diſcriminis ſecundùm Sanchez *vbi ſup.* duplex eſt; quia etiam expirante Conſeruatorum, aut alterius executoris priuilegiorum poteſtate, priuilegia non redduntur inutilia, eorúmque poteſtas non eſt propriè acceſſoria ad priuilegia, cùm ex priuilegiis agere, & excipere quis poſſit ſine Conſeruatore, aut executore. Limitatur denique concluſio propoſita, vt non habeat lo-
cum † vbi poteſtas commutandi delegata ſit ſub 55.
nomine dignitatis, non perſonæ committentis; vt, ſi Pontifex dicat, Sedes Apoſtolica tibi committit, aut aliis ſimilibus verbis vtatur, de quibus paulo pòſt: tunc enim non expirabit delegatio morte committentis re integra. ita generatim in delegatione pluribus relatis tradit Sanchez, ſatiſque confirmat *d. diſput.* 28. *numer.* 44. præcipuè quia cùm dignitas non pereat, neque etiam peribit eius iuriſdictio, *cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6.* vbi gratia conceſſa ab beneplacitum Sedis Apoſtolicæ non expirat morte Pontificis concedentis, quia ſedes non moritur. ex quo colligere licet extenſionem huius limitationis, vt nimirum procedat etiam vbi hæc commiſſio facta fuiſſet ad beneplacitum illius dignitatis, ſeu officij; vt plerique in ſpecie adnotarunt, quos refert, ac ſequitur Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.* 1. *quæſt.* 69. *numer.* 7. cenſebitur autem fieri commiſſio † nomi- 56.
ne perſonæ, licèt ſimul cum perſona dignitas exprimatur, niſi ſolum nomen dignitatis foret adſcriptum; vt docet Sanchez *d. diſput.* 28. *numer.* 46. poſt Abb. *in cap. licet vndique, numer.* 7. *de offic. delegat.* & Couar. *pract. quæſt. cap.* 11. *numer.* 2. *in fin.* qui & idem tradit *lib.* 3. *var. reſolut. cap.* 15. *numer.* 2. dicens, omnes conuenire, quòd vbi expreſſum fuerit proprium nomen, priuilegium extinguatur morte concedentis. verùm de hac re latiùs dicemus *concluſ.* 3. ac rurſus *quæſt. ſeq.* interim illud admoniſſe ſat erit, quod latiùs probat Sanchez *d. numer.* 46. pronomina, *nos*, & *vos*, ſimpliciter prolata à vel de perſona conſtituta in dignitate, † referri in dubio magis ad per- 57.
ſonam, quàm ad dignitatem; quod plerique etiam tradunt relati à Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gloſ.* 12. *numer.* 16. & probati ab ipſo Sanchez *eod. diſp.* 28. *numer.* 63. qui etiam *d. numer.* 46. idem eſſe docet de aliis quibuſcumque verbis dubiis; idque etiamſi in commiſſione adſint aliqua verba, quæ denotent dignitatem, vt, *auctoritate noſtra*, vel etiam *auctoritate Apoſtolica diſpenſes*; præcipuè per text. optimum *in cap. ſi cui nulla, de præb. in 6.* Et hæc de prima concluſ. huius quæſt.

SECVNDA CONCLVSIO. Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis per reſcriptum iuſtitiæ facta † expirat interueniente morte ciuili, 58.
hoc eſt, dimiſſione, vel amiſſione officij concedentis re integra: ſecus verò, ſi ea interueniat re non integra. Probatur primò ex text. *in cap. vlt. §. fin. de offic. legat.* vbi Romanus Pontifex definiuit, quòd iuriſdictio delegatorum à Legatis Sedis Apoſtolicæ expirat, ſi ante diſceſſum Legatorum à ſua prouincia, citatio delegatorum ab ipſis non

Digitized by Google

præceſſit. per quem text. Molin. *tom. 6. de iuſt. & iur. diſp. 19. num. 2.* ex communi Doctorum ſententia reſoluit, amittente quouis modo re integra iuriſdictionem delegante, ſeu finito eius officio illam quoque expirare in eius delegato: quod etiam pluribus citatis tradit Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſp. 28. numer. 32.* & nos *d. tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap. vlt. quæſt. 2. concluſ. 1. ampliat. 6.* vbi etiam oſtendimus, in hac morte ciuili militare omnes rationes, quæ à Doctoribus aſſignantur, cur morte naturali delegantis re integra expiret iuriſdictio ab eo delegati; atque adeò, quod hac in re de naturali dicitur, de ciuili quoque dicendum eſt, iuxta latiùs per nos adducta ſup. *in 2. præmiſſ.* ac præſertim militat illa ratio, quam nos *præced. concluſ.* attulimus ex eodem Sanchez *d. diſp. 28. num. 30.* quia per delegationis actum non transfertur efficaciter in delegatum iuriſdictio, donec ea vti cœperit, *cap. quamuis, de offic. deleg. in 6.* quare, cùm iuriſdictio re integra ſit cum effectu penes delegantem, & per ipſius mortem extinguatur eius iuriſdictio, extinguetur quoque iuriſdictio delegata; at per exercitium iuriſdictionis ante mortem delegantis radicatur iuriſdictio in delegato, ita, vt in eum efficaciter transferatur, *d. cap. quamuis*, à contrario ſenſu: æquè enim extinguitur iuriſdictio delegantis finito eius officio, ac morte naturali. Ex quo illud confeſtim ſequitur, hanc concluſionem eaſdem planè ampliationes, & limitationes admittere, quas ad præcedentem attulimus; quare eas pro tepetitis hoc loco habentes, ex hac ipſa concluſ. inferamus, quid dicendum hac in re ſit de nonnullis ſpeciebus mortis ciuilis, vnde ſimul ampliationes, ac limitationes eiuſdem concl. poterunt deſumi.

59. Infertur ergo primò, † Papa renuntiante Papatui, iuxta *cap. 1. de renunt. in 6.* aut alio Prælato, qui committere poſſit commutationem vltimæ voluntatis, renuntiante huiuſmodi prælaturæ, cuius ratione committere poteſt, re integra, commiſſionem commutationis vltimæ voluntatis ab eo factam expirare. probatur ex eo, quod ſup. *in 1. præmiſſ. huius quæſt. ante medium* latiùs tradidimus, renuntiantem beneficio, aut prælaturæ quoad eam pro mortuo haberi; quoniam verò hoc ipſum *ibidem* quoad inferiores de tranſlatione, depoſitione, ac priuatione docuimus, vt pro morte habeatur, ad eas quoque hanc primam concluſionis illationem extendere debemus. quod & maximè confirmatur ex iis, quæ in materia deputationis conſeruatoris quoad negotia non cœpta reſpectu inferioris Romano Pontifice non modò de tranſlatione, depoſitione, ac priuatione; verùm etiam de huiuſmodi inferiore capto ab hoſtibus, cùm accepit ſucceſſorem, aut amiſit regimen Prælaturæ, vel Principatus, tradidimus *d. tract. de Conſeruatoribus, cap. vlt. quæſt. 2. concluſ. 1. ampliat. 6. & concluſ. 2. ante medium*; ex quibus etiam locis conſtat, ſecus dicendum, ſi datus non ſit ſucceſſor; ac præſertim ſi retinuit regimen, vt de S. Siluerio Papa legitur *in eius vita, & in* eiuſdem *Epiſtola ad Amatorem Epiſcopum, ac Vigilium Diaconum*, habetúrque *in cap. Guiliſarius, 23. quæſt. 4.* ac de aliis Romanis Pontificibus extant hiſtoriæ: atque ex iiſdem locis, iunctis iis, quæ *d. quæſt. 2.* primò, ſecundò, ac tertiò præmiſimus, patet, hoc idem dicendum de deportatis, bannitis, & aliis ſimilibus. Infertur ſecundò, quid dicendum quoad excommunicationem, & ſuſpenſionem inferiorum Romano Pontifice, qui quidem eas incurrere non poteſt, vt *d. concl. 1. ad finem*, ſatis oſtendimus. 60. Nam ſi Princeps ſæcularis, qui ſanè † & ipſe, quamuis Imperator ſit, incurrere poteſt excommunicationem tam à iure, quàm à Papa propriòve Epiſcopo latam, *cap. duo, aſſ. 96.* cum aliis, quibus id ſatis comprobat inter cæteros Vgol. *in ſuo tract. de cenſur. tab. 1. cap. 17. §. 1.* aut quilibet alius ſiue Eccleſiaſticus, ſiue laicus in excommunicationem maiorem inciderit, cùm † poſt denuntiationem, vel vbi 61. eam incurrerit ob notoriam clerici percuſſionem, iuriſdictionem ſuam amittat, *cap. ad probandum, de ſent. & re iudic. cap. 1. de offic. Vicar. in 6. cap. 2. de ſuppl. negl. pral. cap. ſi is, cui, de offic. deleg. eod. lib.* & *ibi* gloſ. & Doct. iuncta *Extrauag. Martini quinti*, quæ incipit, *ad euitanda ſcandala*, edita in Conc. Conſtantienſi, cum aliis, quibus idipſum latiùs tradit Suarez *d. cenſur. diſp. 16. ſect. 1. à num. 1. vſque ad 7.* & nos quoque docuimus *d. tract. de Conſeruatoribus iudicib. cap. vlt. quæſt. 3. concl. 6.* ſi, inquam, is Princeps ſæcularis, aut alius ſuperior ſiue laicus, ſiue Eccleſiaſticus, inferior tamen Romano Pontifice, incurrerit in prædictam excommunicationem re integra, antequam ille, cui commiſit commutationem vltimæ volũtatis, quam poſſit cõmittere vti cœperit delegata ſibi hac in re ab eo iuriſdictione, † 62. ceſſabit huiuſmodi delegati iuriſdictio; vt ſentire videtur poſt alios Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 30. num. 7.* & tenent alij, quos ſequuti ſumus *in d. tract. de Conſeruatoribus iudicib. cap. vlt. quæſt. 2. concluſ. 2. circa medium.* Non expirabit tamen tunc iuriſdictio delegati, ſed ſuſpendetur donec ſequatur abſolutio. ſic diſtinguit Hoſt. *in ſum. tit. de recuſat. deleg. §. vlt. verſ. quid de excommunicato.* ſic loquitur Abb. *in cap. licet vndique, numer. 8. ff. de offic. deleg.* Gemin. & alij, quos ſequitur Sanchez *d. diſput. 30. num. 7. ac d. diſp. 28. num. 57.* & Vgol. *d. tractat. de cenſur. tab. 1. cap. 4. §. 4. num. 7. & tab. 2. cap. 11. §. 5. n. 2. verſ. ego autem.* ſic denique intelligo Specul. *tit. de iudic. deleg. §. reſtat videre, n. 7.* & Io. And. *ibidem in addit.* & meliùs *d. cap. 1. de offic. Vicar. in 6. & in gloſ. verb. ipſius, verſ. quæri ſolet*, à pleriſque approbata; necnon gloſ. Bern. *d. cap. licèt vndique, verbo, re integra*, & alios, dum ſimpliciter aſſerunt, non expirare iuriſdictionem delegati per excommunicationem delegantis; éſtque ad id optimus text. *in cap. ſi is, cui, cum ſua gloſ. in verbo, durante, de offic. deleg. in 6.* & de Epiſcopi iuriſdictione, quòd ſuſpendatur per eiuſdem excommunicationem, quamplurimi tradiderunt laudati à Sanchez *d. diſp. 30. num. 2.* qui etiam ferè omnes idem ſentiunt de iuriſdictione Vicarij, vt ſuſpendatur per excommunicationem Epiſcopi, dum per hanc ſuſpendi docent Epiſcopi tribunal, quod vnum, & idem eſt cum tribunali eius Vicarij, *cap. 2. de offic. Vicar. in 6. & cap. Romana, in princ. de appell. eod. lib.* ſed hoc in ſpecie plerique tradiderunt, quos recenſet, ac ſequitur Sanchez *d. diſp. 30. num. 6.* præcipuè per text. *in cap. 1. de offic. Vicar. in 6.* ibi; ea tamen, quæ ipſi gerendo huiuſmodi vices agunt, eo taliter excommunicato manente, ſi iuriſdictionem recipiunt tantùm, ab eodem non poſſunt obtinere vigorem. qui tamen text. † hoc mihi non probat, niſi à ſimili, 63. aut à tacita ratione; loquitur enim ille text. non de excommunicatione Epiſcopi, ſed eius Vicarij; & in hoc ſecundo reſponſo decidit, quòd qui vices gerunt huius Vicarij, aut tamquam ab eo deputati, aut in locum illius ab Epiſcopo, vel ſolo, vel ſimul etiam à Vicario ſubrogati, iuxta varios gloſ. ac Doctor. *ibi* intellectus, (ex quibus tamen prior verior eſt, & communior;) ſiquidem iuriſdictionem recipiunt tantùm ab eo Vicario, id, quod eodem excommunicato manente agunt, nullum eſt. ex iis autem verbis text. ſi iuriſdictionem tantùm recipiunt ab eodem, iuncta eiuſdem,

dem ſecundi reſponſi tacita ratione, quòd nimirum ſuſpenſa per excommunicationem iuriſdictione eius, cuius quis vicem gerit, ipſius quoque vicem
64. gerentis iuriſdictio ſuſpenſa ſit, aperte colligitur, † quòd eiuſdem vicem gerentis iuriſdictio ſuſpenſa non ſit quoad cauſas ſibi ab alio delegatas, quam ab eo, cuius vicem gerit; vt aperte ſentit glo. recepta *d. cap. 1. verbo, tantùm, de offic. Vicar. in 6.* idémque dicendum quoad cauſas delegatas Vicario Epiſcopi ab alio, quàm Epiſcopo, huius excommunicatione durante; vt in terminis non pauci tradiderunt, quos ſequitur Sanchez *d. diſp. 30. numer. 9.* licèt ſecus ſit quoad cauſas, & negotia, quæ ab eo cognoſcuntur tamquam Vicario, & vigore iuriſdictionis, quam ab Epiſcopo recepit; hæc enim ſuſpenditur in Vicario per excommunicationem Epiſcopi, vt oſtenſum eſt: & non modò quoad negotia non cœpta, verùm etiam quoad cœpta; in quo differt à delegato, vt poſt alios tradit Sanchez *d. diſp. 30. numer. 7.* *Num.* autem 8. nonnullis relatis
65. idem docet, † vbi Epiſcopus ſit ſuſpenſus. quibus adde Io. Selu. *tract. de benef. 2. part. quæſt. 14. num. 6.* Quoad delegatum verò, huiuſmodi ſuſpenſio
66. delegantis, † quæ ſit cenſura Eccleſiaſtica, de qua *in cap. quærenti, de verb. ſignif.* ſuſpendit quoque ipſius delegati iuriſdictionem quoad negotia non cœpta, licet non extinguat; vt poſt Franc. *in cap. ſi gratioſè, num. 12. de reſcript. in 6.* tenet Sanchez *d. diſp. 28. numer. 57.* idque tum ex eo confirmatur, quòd, ſicut excommunicatio, ita ſuſpenſio non modò expreſsè lata à iuriſdictione, ſed & ſimpliciter, aut ab officio lata ſuſpendit ipſam iuriſdictionem, *cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. prab. cap. un. in princip. & §. 1. ne ſed. vac. in 6.* cum aliis per nos adductis *d. tractat. de Conſeruatoribus cap. vltim. quæſt. 3. concluſ. 6.* non longè ab initio. tum etiam ex eo, quòd ratio militans in delegato, quoad caſum excommunicationis delegantis, quia nimirum illius iuriſdictio ab huius iuriſdictione dependet, de qua latiùs inter alios per Vgol. *d. tractat. de cenſur. tab. 1. cap. 2. §. 23. numer. 5. & tab. 2. cap. 11. §. 5.*
67. militat etiã quoad ſuſpenſionẽ. Et quoniam, licèt † hæc ſuſpenſio, quæ cenſura Eccleſiaſtica eſt, locum habere nequeat in laico, vt ſatis comprobat inter cæteros Vgol. *d. tractat. de cenſur. tab. 4. cap. 11. in princip. numer. 3.* poſſet tamen in Principe ſæculari, qui commutationem vltimæ voluntatis commiſerit, habere locum ſuſpenſio ab officio laico, de qua *in cap. ſi aduerſus, de hæret. & l. Imperator, ac l. ex ea cauſa, ff. de poſtul.* cum ſimil. atque adeò à dignitate, vel adminiſtratione Principatus; cùm &, quod maius eſt, ea ex iuſta cauſa priuari poſſit, *cap. ad abolendam, de hæret. cap. alius, 15. quæſt. 6.* cum vtrobique not. & *in cap. nouit, de iudic.* necnon *in cap. ad Apoſtolica,* ſeu *2. de ſent. & re iud. in 6.* quin etiam vbi hic Princeps ſit perſona Eccleſiaſtica, quia nimirum ad clericum iure ſucceſſionis, deuenerit Principatus, vel ad hunc clericus fuerit electus, quod vtrumque fieri poſſe nemo ſanè dubitabit, & aliquando experientia docuit; poterit quoque in eum cadere ſuſpenſio illa, quæ eſt cenſura: ſi quis petat, an in prædictis duobus caſibus Principis iuriſdictio, atque adeò etiam ab eo delegati per Principis ſuſpenſionem re integra ſuperuenientem
68. ſuſpendatur. Quoad primum breuiter reſpondeo † affirmatiuè; quoniam, cùm per huiuſmodi laicam ſuſpenſionem à Principatu, eiúſve adminiſtratione impediatur ipſa adminiſtratio, impeditur quoque exercitium, & vſus iuriſdictionis, illiúſque efficax transfuſio in delegatum, quæ non contingit, niſi cum delegatus ipſe incipit vti iuriſdictione ſibi mandata, iuxta *cap. quamuis, de offic. deleg. in 6. l. & quia, ff. de iuriſd. omn. iud.* cum *ibi* notat. per Doct. Quoad ſecundum reſpondeo negatiuè, licet cum Princeps tunc ſit perſona Eccleſiaſtica, atque adeò capax ſuſpenſionis Eccleſiaſticæ; quia tamen hæc cenſura priuat vſu, & exercitio iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, non autem ſæcularis, vt ſatis conſtat ex allegatis ab Vgol. *d. tab. 4. cap. 5. §. 1. num. 1. 3. & ſeqq.* iunctis iis, quæ adducit *cap. 6. in princip.* nec-non §. 1. *num. 2. & §. 2. num. 1.* non cenſebitur tunc talis Princeps clericus priuatus vſu iuriſdictionis eidem competentis ratione principatus: cùm explorati iuris ſit, † eam tunc fore laicalem, non 69.
autem Eccleſiaſticam, ſi clerico titulo, ſeu iure familiæ imperat, temporalem verò, non ſpiritualem, ſi ratione Eccleſiæ, ſeu prælaturæ; vt ſatis conſtat cum ex aliis, tum ex *cap. Romana, §. debet autem, de appell. in 6. & cap. fin. ne Cler. vel Monach. eod. lib.* cum traditis *ibi* per Doct. *& in cap. ſolita, de maior. & obed. cap. cateruum, de iudic. cap. ex tranſmiſſa, & cap. verum, de for. compet. cap. 2. de ætat. puer.* & paſſim *in tit. de feud.* at præſertim *in cap. de clerico, qui inuitat. fuit.* & nos *in tract. de Decim. cap. 8. quæſt. 1 concluſ. 1. & 4.* quamuis quod ſpectat ad appellationem, cùm ei locus eſt; ſi dominium temporale ſpectet ad clericum non iure ſanguinis familiæ, ſed Eccleſiæ, ſeu prælaturæ, gratuitus ab huiuſmodi Prælato, prout iuriſdictionem temporalem habet, non ad Principem ſæcularem, ſed ſuperiorem Eccleſiaſticum appellare debet, vt tradit glo. fin. ab aliis approbata *d. cap. 2.* & expreſsè definitur *in d. §. debet autem.* vbi glo. & Doct. omnes id adnotarunt. Infertur denique, quid dicendum ſit de illa ſpecie mortis ciuilis, quæ contingit per ingreſſum Religionis, iuxta latiùs adducta ſup. hac ipſa quæſt. *in 1. præmiſſ. circa medium.* Dicendum enim; quòd per huiuſmodi ingreſſum cum effectu, hoc eſt, ſequuta profeſſione illius, qui alteri commiſit commutationem vltimæ voluntatis, † 70.
etiam re integra non expirat talis commiſſio, poſito, quòd ingrediatur Religionem capacem bonorum: in eam enim tranſit iuriſdictio bonis annexa, vbi ea non inuoluat aliquod ſeruitium perſonale, quod non poſſit à Monacho, vel potiùs Monaſterio per ſe, vel alium honeſtè præſtari, vt plerique tenent, quos refert Clar. §. *feudum, quæſt. 78. in princip.* & Molin. *lib. 1. de primogen. cap. 13. num. 76.* & de communi teſtatur Salyc. *in auth. ingreſſi, num. 10. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Fel. *cap. in præſentia, num. 44. cum ſeqq.* ac Dec. *num. 190. de præbat.* & Alex. *conſ. 10. num. 8. lib. 5.* ſentiúntque alij, quos idem Molin. recenſet *eodem cap. 13. num. 84.* & alter Molin. *tom. 1. de inſt. & iur. diſp. 140. ante medium, verſic. regulam ſuprà ſtatutam.* quæ opinio multis optimis rationibus fulcitur, quas affert Molin. *d. cap. 13. à num. 71. vſque ad 80.* nec tamen ſoluit, licèt ipſemet in contrariam ſententiam inclinare videatur cum aliis *num. 81.* necnon Clar. *d. quæſt. 78. verſ. ſed hæc concluſio*; eúmque teneat Didac. à Spin. *in ſpec. teſtam. gloſ. 12. num. 33.* & alter Molin. *d. verſ. regulam ſuprà ſtatutam, & tom. 3. diſp. 625. num. 3. & 4.* vbi eam latè comprobat, ſicut, & ſenior Molin. *à d. num. 81. ad 94.* multis fundamentis; quæ tamen facilè euitari poſſunt; ſolùm enim probant, ipſum Monachum non retinere, vel ad eum non tranſire iuriſdictionem, ſeu feudum, aut maioratum, cui annexa ſit iuriſdictio, non autem, quòd non tranſeat ad Monaſterium; quod quidẽ per alium, nempe laicum eam exercebit iuxta *d. cap. fin. ne Cler. vel Mona. in 6.* Hæc igitur opinione tutenta, ea limitanda eſt, vt vſus illius iuriſdictionis pertinens

Digitized by Google

ad Monaſterium bonorum capax durante tantùm vita naturali Monachi, vt voluit Bald. communiter receptus, quem etiam in hoc ſequuntur Clar. *d. queſt. 78. verſ. qua tamen opinio*, Molina ſenior *d. cap. 13. num. 79.* alter Molin. *d. diſp. 140. verſ. regulam ſuprà ſtatutam.* niſi tamen feudum illud, & iuriſdictio eſſet non quidem, vt aiunt, ex pacto, & prouidentia, quia ſolùm perueniret ad eos, qui ſint de familia, aut alias ſimiles qualitates haberet, quæ non caderent in Monaſterium; ſed eſſet ſimplex, & hereditarium, ſeu hereditaria; tunc enim perpetuò tranſiret in Monaſterium, niſi aliter ingrediens diſpoſuiſſet. Toties autem mentionem feci Religionis, ac Monaſterij capacis bonorum; nam, ſi ſit incapax, tunc indiſtinctè ſtatim per profeſſionem iuriſdictio & feudum, vel deuoluerentur ad heredes ſanguinis, alioſve, qui ex tenore inueſtituræ deberent ſuccedere, vel ſi hi non ſupereſſent, reuerterentur ad dominum directum, vt ex communi tradit vterque Molin. ſenior quidem *d. cap. 13. num. 69.* iunior autem *d. diſput. 625. num. 2.*

TERTIA CONCLVSIO. Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis conceſſa per reſcriptum gratiæ, ita, vt gratia facta dici poſſit, † non 71. expirat morte committentis etiam re integra. Hæc concluſio ſatis patet ex text. *in cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6.* ibi, ſi ſuper gratia cuiquam ab Apoſtolica ſede facta executores fuerint deputati, æquũ eſſe cenſemus, vt ſicut ipſa gratia, licet nondum ſit in eius executione proceſſum, morte non perimitur concedentis, ſic nec etiam re integra perimatur executoribus data poteſtas. & *in cap. ſi cui nulla, de prab. eod. lib. in 1. reſponſ.* vbi Romanus Pontifex definit, quòd, ſi cui nulla perſonarum facta expreſſione ſit gratioſè conceſſa facultas, vt auctoritate Apoſtolica poſſit aliquibus perſonis idoneis in certa Eccleſia prouidere, vel beneficia deuoluta conferre, huiuſmodi conceſſio, quam cùm ſpecialem gratiam contineat, decet eſſe manſuram, non expirat etiam re integra per obitum concedentis. Ex quibus iuribus gloſ. *d. cap. ſi ſuper gratia, verbo, fabla, & d. cap. ſi cui, not. 2. ac verbo, moriatur*, & vtrobique Doctor. ac plerique relati, & laudati à Gabr. *commun. concluſ. lib. 6. tit. de prabend. concluſ. 1. num. 1.* Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 28. numer. 64.* & Suarez *lib. 8. de legib. cap. 31. num. 1.* eam regulam 72. conſtituunt, quòd † gratia ſemel obtenta, & conceſſa, ſeu facta non expiret morte concedentis etiam re integra. quam regulam etiam ſtatuit, ac pluribus comprobat Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 12. num. 33. vſque ad 44.*

73. Ampliatur autem hæc concluſio primò, † etiamſi huiuſmodi gratia ſolo verbo ſit facta, & nulla deſuper confecta ſit ſcriptura; vt pluribus citatis tradit Gabr. *d. concluſ. 1. num. 2.* Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſp. 29. num. 3.* & Suarez *d. cap. 31. num. 10.* ac nouiſſimè Hier. Gonzal. *d. gloſ. 12. num. 45. cum*
74. *tribus ſeqq.* Secundò procedit, † etiamſi ea gratia nondum ſit executa; vt patet ex verbis text. *d. cap. ſi ſuper gratia*, ibi, ſicut ipſa gratia, licèt nondum ſit in eius executione proceſſum, morte non perimitur concedentis; ac præter Franc. *ibi col. 2. verſ. ſed certè licet*, alij adnotarunt, quos refert, ac ſequitur Gabr. *d. concl. 1. num. 17.* Sanchez *d. diſp. 28. num. 92.* & Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 14. num. 4. & 5.* Multo verò minùs expirabit huiuſmodi gratia, ſi omnino executa ſit à commiſſario, & ſolùm remaneat vſus commutationis; prout in diſpentatione, aliis citatis, docet, fatiſque probat Sanchez *d. diſp.*
75. *28. num. 91.* Tertiò principaliter amplia † etiam in gratia conceſſa à Legato. ita Gabr. *d. concluſ. 1. num. 18.* poſt Lap. *alleg. 17.* aut ab Epiſcopo, vt plerique tradiderunt, quos laudat Gabr. *cod. concl. 1. num. 22.* tenétque etiam Suarez *d. lib. 8. cap. 32. num. 9.* cum ſit eadem ratio; qua etiam ratione, non autem Pontificia, ac ſuprema poteſtate iura, quæ de hac re ſunt, nituntur; & ſentit poſt alios Gonzal. *d. gloſ. 12. num. 36. ad 41.* Amplia quartò, vt procedat † in 76. omni gratia, & priuilegio, etiamſi deroget iuri communi, vel alicuius tertij; vt latis probat Suarez *d. cap. 31.* & conſtat etiam ex adductis à Sanchez *d. diſp. 28. num. 72. 75. & 78.* Amplia quintò, vt procedat concluſio, † licet gratia prædicta nondum ſit 77. accepta ab eo, ad cuius fauorem facta eſt; vt poſt Lap. Gemin. Franc. & Port. docet Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſp. 28. num. 43. & 69.* quem etiam ſequitur Suarez *d. cap. 31. num. 21.* tum ob eam rationem, quia priuilegium illud ex parte Principis fuit perfectè conceſſum, & in morte non eſt reuocatum per expreſſam voluntatem concedentis, vt ſupponitur; vnde in eo ſeruanda eſt regula gratiarum, quæ non expirant morte concedentis; quia in iis magis attenditur abſoluta voluntas concedentis, quàm acceptatio alterius: tum quòd in aliis donationibus ſimilis regula ſeruatur, iuxta probabiliorem ſententiam, de qua Molin. *lib. 4. de primogen. Hiſpan. cap. 2. num. 77.* Couar. *de teſtam. in 3. part. rubr. in princ. num. 3.* & alij, quos ſequitur Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 6. num. 5.* ſubdit autem *ibidem* Suar. illud priuilegium permanere in eodem ſtatu, in quo antea erat; quia non confert nouum ius priuilegiato, ſed ſolùm ad hoc perſeuerat ex vi voluntatis defuncti concedentis, vt poſſit à priuilegiato acceptari: vnde ſicut antea erat reuocabile à concedente ante acceptationem, arg. *l. nec ambigi, C. de donat.* ita poſtea poterit reuocari à ſucceſſore concedentis, antequam ſit acceptatum; nam eandem omnino, & æquè plenam poteſtatem habet; quia non ſuccedit tanquam heres ex voluntate defuncti, ſed ſuccedit ex noua electione, vel prouiſione in integra dignitate, ac poteſtate prædeceſſoris. Atque ex hoc deſumi poteſt prima limitatio præſentis concluſionis. Quæ limitatur ſecundò, vt non procedat, † cùm gratia huiuſmodi conceſſa fuerit ad be- 78.
neplacitum concedentis; tunc enim expirat etiam re non integra ipſius morte, cùm per hanc voluntas ceſſet, vt aperte diſponitur *in cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6.* & probatur aliis iuribus, quibus id adſtruunt pluribus Doctoribus relatis Gabr. *d. concl. 1. num. 22.* Molin. *lib. 1. de primogen. cap. 25. num. 5.* alter Molin. *tom. 2. de iuſt. & iur. diſp. 298. num. 9. ac 10.* Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſp. 28. num. 49. & 50.* ac Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 31. num. 2. & 3.* cum aliquot ſeqq. qui vterque poſt alios, præcipuè Couar. *lib. 3. var. reſol. cap. 15. num. 4.* id extendit locum habere non modò in priuilegio, vel gratia ambitioſa, & proinde reſtringibili, & odioſa, ſed in omnibus conceſſionibus factis ad beneplacitum perſonæ concedentis. Extenditur ſecun- 79.
dò, idem dicendum † de iis verbis, donec, vel quandiu voluero: ita Molin. *d. numer. 9.* Suarez *d. numer. 3.* Sanchez *d. diſp. 28. numer. 52.* contra alios; & de illis, interim dum mihi placuerit, vel ad libitum meæ voluntatis: Molin. *d. numer. 9.* de illis, ad meam voluntatem, Sanchez *d. numer. 52.* Extenditur tertiò in omnibus verbis ſonantibus etiam in actum poſitiuum perſeuerantiæ antiquæ voluntatis; vt poſt alios tradit Gabr. *d. concluſ. 1. numer. 28.* Extenditur quartò, vt procedat etiam † in 80.
morte ciuili ob finem officij: per hanc enim quoque expirat beneplacitum concedentis, vt contra quoidam non pauci voluerunt, quos refert, ac ſequi-

qui videtur Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 24. omnino verò sequitur aliis quoque relatis, ac satis comprobat Sanchez *d. disp.* 28. *num.* 56. secus esse docens *num.* 57. in excommunicatione concedentis; & *num.* 58. in furore: cùm per neutrum cesset voluntas concedentis. quod etiam postremum voluit ac satis confirmat Molin. *tom.* 2. *de iust. & iur. disp.* 298. *num.* 11. *vers. sunt verò.* sufficit autem, quòd finiatur officium renuntiatione, aut priuatione, vt in hac specie docet Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc.* §. 5. *procem. num.* 8. iunctis multis seqq. *& glos.* 12. *num.* 8. Restringitur autem primò hæc secunda principalis limitatio,
81. vt non procedat, † vbi beneplacito adiiciatur tempus determinatum; vt, si concedatur ad annum, & ad beneplacitum personæ; non enim expirabit morte concedentis, donec is annus elapsus sit: ita post alios Gabr. *d. conclus.* 1. *num.* 33. & Sanchez *d. disp.* 28. *num.* 51. Et quamuis de hac doctrina Suarez *d. cap.* 32. *num.* 10. dubitet; & contra eam arguat *num.* 11. *cum seq.* eius tamen rationes procedunt in casu non omnino eodem, nimirum, cùm concessio fit ad annum ad beneplacitum, vel ad beneplacitum ad annum, absque illa copula, &, quæ ex se addit; de quo latiùs nos inf. *quæst.* 4. *conclus.*
82. 6. Secundò eadem limitatio restringitur, † vbi dictum sit, *concedo, donec reuocauero*: tunc enim requiritur expressa reuocatio, atque interim gratia durat; vt satis colligitur ex *l. cùm precario, §. vlt. & l. quæsitum est, §. quod à Titio, ff. de precar. cap. vlt. extra eod. tit.* ac pluribus Doct. allegatis tradiderunt Gabr. *d. conclus.* 1. *numer.* 26. Sanchez *d. disp.* 28. *num.* 52. Suarez *d. cap.* 32. *num.* 4. Molin. *tom.* 2. *de iustis. & iur. disp.* 298. *numer.* 10. *& tom.* 6. *disp.* 20. *num.* 7. ac Menoch. *lib.* 1. *de arbitrar. iudic. quæst.* 69. *numer.* 12. *& sequentibus vsque ad* 19. malè autem Sanchez *d. num.* 52. & quidam alij ad id allegant text. *in cap. si delegatus, de offic. deleg. in* 6. potiùs enim probat contrarium; inde enim habetur, quòd cõmissio facta à delegato sub ea forma, donec vices suas duceret reuocandas, expirat morte committentis re integra; idque sumpto argumento à contrario sensu, quod in iure validissimum est, vt latè per Euerard. *in loc. leg. à contr. sens.* verùm text. ille loquitur non de rescripto gratiæ, sed iustitiæ, ac de iurisdictione contentiosa, vt etiam aduertit ipse Sanchez *vbi sup. num.* 54. ex Menoch. verò *loc. mox all. leg.* colligitur, idem significare illa verba, *quandiu patiar*, & illa, *donec reuocauero*; præcipuè per text. *l.* 2. §. 1. *& l.* 4. *in fine, ff. de precar.* ex Suar. verò *d. cap.* 32. *num.* 6. *&* 7. non esse constituendum discrimen, an dicatur, *donec reuocetur*, vel *donec reuocauero*. quod idem de iis verbis, *ad beneplacitum cum distincta*, post alios docet Gabr. *d. conclus.* 1. *numer.* 27. Cum hac porrò 2. restrictione ferè cõincidit sequens, nimi-
83. rum † vbi gratia conceditur, donec concedens aliquid fecerit, vt ingressus fuerit Romam: si enim, dum superstes fuit, id non fecit, non extinguitur gratia facta morte concedentis; sed manet perpetua, quoniam post obitum iam nequit illud efficere. ita post Io. And. *d. cap. si gratiosè, num.* 3. Gemin. *num.* 9. Franc. *numer.* 10. tradit Sanchez *d. disp.* 28. *num.* 53. Restringitur autem quartò hæc eadem se-
84 cunda limitatio, vt non procedat, † cùm gratia commutationis vltimæ voluntatis, seu eius commissio, quæ contineat gratiam factam, concessa fuerit ad beneplacitum non personæ, sed tantùm dignitatis, vt si fiat concessio ad beneplacitum sedis Apostolicæ, vel dum hæc fuerit voluntas Sedis Apostolicæ, aut sub alia simili forma: tunc enim gratia facta non expirat morte concedentis, vt expressè cauetur *d. cap. si gratiosè, in* 2. *respons. de rescript. in* 6. ac præter Doct. *ibi*, & alibi sæpe, aduertit Sanchez *d. disp.* 28. *num.* 49. Molin. *d. disp.* 298. *num.* 11. *ac d. disp.* 20. *num.* 7. & Suarez *d. cap.* 32. *num.* 8. vbi rectè, ac subtiliter more suo monet, quòd vbi in concessione perfectæ gratiæ non ponitur limitatio aliqua respectu durationis, nil refert, quòd ea concessio fiat sub nomine dignitatis vel personæ; vnde idem est, si dicatur, *concedit tibi Papa*, vel *Apostolica sedes*, & *concedit tibi Paulus V.* quia illa verba variata solùm ex parte personæ non limitant formam concessionis ex parte durationis. Secus autem quando clausula aliqua additur ad modificandam concessionem ex parte durationis ipsius, vt, *ad beneplacitum*, vel similis: & tunc habet locum regula illa, & distinctio text. *d. cap. si gratiosè*; vt si concessio cum ea clausula fiat sub nomine personæ, extinguatur morte concedentis, secus si fiat concessio sub nomine dignitatis. Cuius regulæ posterior pars declaratur, vt procedat † quando dignitas est perpetua, & 85.
successorem habens. Quare si legatus Pontificis, vel Vicarius Episcopi concedant aliquid ad suæ dignitatis beneplacitum, extinguetur eis defunctis, officiive cessatione. ita post Franc. *d. cap. si gratiosè, num.* 13. & Fel. *in cap. ex litteris, num.* 10. *vers. & secundùm prædicta, de constit.* tradit Sanchez *d. disp.* 28. *num.* 59. quòd cesset in his ratio adducta *in d. cap. si gratiosè*, nempe dignitatem non petisse; horum enim dignitatem perire cum persona idem Sanchez satis ostendit *d. lib.* 8. *de matrim. disp.* 17. *num.* 8. 10. & 11. qui quidem *eadem disp.* 28 *num.* 84. docet post Franc. *d. cap. si gratiosè, num.* 13. quòd, licèt gratiæ concessæ à Legato Pontificis & Vicario Episcopi ad beneplacitum personæ, vel dignitatis expirent morte, vel fini to officio concedentis, vt paulo antè post eundem *d. disp.* 28. *num.* 59. & alios docuimus, ac diligentiùs examinabimus *quæst. seq. suppos.* 3. *& conclus.* 1. *limit. vnic. restrict.* 1. *&* 2. ea tamen non expirant, quando simpliciter, & absolutè conceduntur, quia sunt gratiæ factæ, & absque vlla temporis limitatione.

Quòd si petas, quid dicendum sit, †: quando 86.
concessio fieret ad beneplacitum personæ simul, & dignitatis, quæ perpetua est. Respondeo, quòd, licèt probabilis sit opinio Io. And. *d. cap. si gratiosè num.* 6. *in fi.* præponderare dignitatem, & sic eam concessionem non extingui morte concedentis; item illam Imol. *d. cap. si gratiosè*, prout eum refert *ibi* Gemin. *num.* 16. & Franc. *in fi.* nomen quod præcedit, præponderare: necnon illa Gemin. *d. numer.* 16. *vers. posset in hac materia sic distinguens*, quòd aut exprimitur vtrumque nomen alternatiuè, vt *ad beneplacitum nostrum, vel sedis*; & tunc expirat gratia morte concedentis; aut copulatiuè, vt *ad beneplacitum nostrum, & sedis*; & tunc aut expressio fit in materia, quæ consueuit in successorem transire, vt in officiis, quæ non expirant Pontificis morte, & tunc neque concessio expirat; aut in materia, quæ non consueuit transire, vel est indifferens; & tunc si gratia sit motu proprio concessa, non expirat propter ampliſſimam eius interpretationem faciendam; si autem non sit motu proprio concessa, tunc nomen, quod præcedit, præponderabit: quas omnes opiniones probabiles quoque putat Sanchez *d. lib.* 8. *disp.* 28. *num.* 60. dicens, vltimam Gemin. præ cæteris sibi placere. Mihi tamen magis placet alia opinio ab his omnibus diuersa; vt nimirum, cùm nomen personæ simul, ac dignitatis exprimitur, præponderet nomen personæ siue præcedat, siue sequatur; tum per ea, quæ de concessione ipsa, seu commissione cum eodem Sanchez & aliis adduximus sup. hac ipsa quæst. *concl.* 1. *ad fin.* tum
etiam, quòd cõmissio † quoad personam cõmissarij 87.
censetur

censetur personalis, & non realis, vbi nomen dignitatis, & personæ exprimitur, vtrumuis nomen præponatur, ac proinde commissio non transit ad successorem, vt pluribus relatis late comprobat ipsemet Sanchez *d. lib.* 8. *disp.* 27. *num.* 20. præcipuè ex text. *in cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* vbi explicans Romanus Pontifex, quando commissio sit realis, ait sub expressis nominibus locorum, & nō personarum; quasi secus sit, vbi nominis personæ expressio aliqua, & mentio facta fuerit: de quo tamen nos latiùs inf. *quæst. seq. suppos. vlt. & conclus.* 1. *vers. qua in re.* atque huius sententiæ in specie videtur esse Franc. *d. cap. si gratiosè*, dum se remittit ad not. *in a. cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.*

Si autem rursus petas, an dicatur concessio facta
88. ad beneplacitum personæ, † quando sit mentio solius nominis dignitatis non in abstracto, ad beneplacitum Sedis, vel Pontificatus, sed in concreto, vt ad beneplacitum Romani Pontificis, Papæ, Principis, vel Episcopi. Breuiter respondeo, quòd non pauci Doct. voluerunt, censeri factam ad beneplacitum personæ; prout sentire videtur glos. *in cap. litteris, verbo, cum factum prædecessoris, de rescript.* Dec. *cap. sedes, in princ. eod. tit.* expressè verò tenent Anchar. *d. cap. si gratiosè, num.* 4. Franc. *num.* 7. Matian. Soc. iun. *cons.* 89. *num.* 7. *vol.* 1. Couar. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 15. *num.* 2. necnon Archid. *d. cap. si gratiosè, sub num.* 2. quem si mul cum Io. And. *ibidem* in glos. *verbo, sua, & in nouel. in fine*, ad id refert Hier. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cane. glos.* 12. *num.* 9. *ac* 10. & sequitur in terminis reseruationis *num.* 21. allegans quoque Simonet. *tract. de reseruat. quæst.* 47. *num.* 1. 2. *&* 5. Gambar. *in tract. de reseruat. quæst.* 4. *princ. effect.* 6. *numer.* 2. *in fi.* cum aliis per eum citatis *d. glos.* 12. *num.* 2. ex quibus tamen solus Mandos. *reg.* 1. *quæst.* 12. *num.* 12. *vsque ad* 17. id sentire videtur: verùm tam is, quàm Archid. satis apertè nomine Papæ intelligunt non Papam in genere, sed talem Papam in specie, seu indiuiduo illius dispositionis auctorem, vel ad cuius beneplacitum ab alio ea dispositio fit: quomodo etiam commodè exponi potest glos. Io. And. *in d. verbo, sua*, nam idem Io. And. *in nouel. num.* 5. referens quendam Garsiam *in d. cap. si gratia*, apertè tradentem, concessionem ab aliquo factam, donec Papæ placuerit, non extingui morte Pontificis tunc existentis re non integra, quoniam ea clausula respicit dignitatem: & *d. cap. litteris*, reiiciens citatam glos. *ibi*, (quæ tamen & ipsa exponi potest de Papa tunc existente, seu in indiuiduo,) ait, Hoc non credo; puto enim aliud, si dicatur, ad mandatum Papæ, quàm si dicatur ad mandatum nostrum; *ibidem*
89. docens, † hæc verba referri ad personam; quod, & alij plerique tradiderunt, quos sequutus est Sanchez *d. disp.* 28. *num.* 46. *&* 63. ac nos *concluf.* 1. *ad finem.* quare expressè pro hac priori sententia solùm est Anchar. Franc. Socin. iun. & Couar. atque in terminis reseruationis solus Gonzal. eandem verò generatim tenet Aluar. Valasc. *de iur. emphyt. quæst.* 34. *numer.* 7. relatus à Molin. *tom.* 2. *de iust. & iur. disp.* 298. *num* 12. *vers. alij*, subdens *vers. mihi hæc de re, & vers. secundum verò*, sibi hac de re duo placere: alterum cum Couar. *vbi sup.* ex circumstantiis concurrentibus esse coniiciendum, num in beneplacitum personæ in tali dignitate constitutæ id sit reseruatum, an potiùs in beneplacitum dignitatis; hoc est, obtinentis in genere eam dignitatem; atque in dubio potius inclinandum, concessionem factam esse in priori, quàm in posteriori sensu; ac proinde expirare per illius personæ mortem. alterum eiusmodi concessiones, ita vt prædictæ ambiguitati sit locus, rarò fieri, nisi à tertia persona, quæ facultatem habet concedendi aliqua nomine Principum. quo casu, licet Valasc. *d. num.* 7. velit, eas expirare cum Principe, cuius tempore factæ sunt; ipse tamen Molin. existimat, etiam in huiusmodi concessionibus expendenda esse verba, & circumstantias, an concedere intenderit ad beneplacitum Principis pro tempore existentis; neque iuta quæ Valasc. citat, probare quod intendit, si expendantur. subdit autem Molin. quòd, si diceretur: Concedo hoc ad beneplacitum Regum Lusitaniæ, aut Regis pro tempore existentis; tunc non expiraret concessio morte primi Regis, sed esset perpetua, quousque per actum contrarium reuocaretur. Sicut autem hoc postremum verissimum est, ita prædicta duo, quæ illi placent, ac præsertim, quòd ex circumstantiis coniiciendum sit, an verba illa ad Romani Pontificis beneplacitum, & similia referenda sint ad personam, vel dignitatem; quod etiam post alios generaliter loquendo admittit Gonzal. *d. glos.* 12. *num.* 17. dum ait, attendendam intentionem disponentis, & subiectam materiam: in eum sensum mihi placent, vt ea verba ad personam referantur, si id, de quo agitur, respiciat personam Pontificis tunc existentis tantùm; secus si Pontificatum, & Prælaturam, aut indifferens sit; vt post Lap. Abb. & Io. de Lign. *d. cap. si gratiosè*, tradit *ibi* Gemin. *num.* 11. Quare hi tres auctores sunt in hac posteriori opinione, vt prædicta verba, *ad Romani Pontificis, vel Papæ, aut Episcopi beneplacitum*, ac similia, referantur ad dignitatem; atque adeò illa concessio, cui adiecta sunt, non extinguatur illius Papæ, vel Episcopi tunc viuentis. in qua etiam sunt Io. And. *d. cap. litteris, in fi. de rescript.* & *ibi* Butr. *ad fin.* Abb. Imol. & Bellam. *in fi.* Fel. *cap. ex litteris, num.* 9. *de constit.* idem Io. And. *d. cap. si gratiosè, num.* 5. *de rescript. in* 6. & Gemin. *in cap. re aliqui, num.* 1. *de hæret. eod. lib.* Bero. *in cap. quoniam Abbas, num.* 90. *de offic. deleg.* quos omnes refert, ac sequitur Sanchez *d. disp.* 28. *num.* 62. & probat tum quòd hæc sint propria officij, ac dignitatis nomina: tum quòd commissio passiuè facta sub nomine concreto officij, vt Episcopo Cordubensi, censetur facta dignitati, iuxta omnes; de quo etiam nos latiùs *quæst. seq.* cur ergo commissio actiuè facta ad beneplacitum Episcopi non potiùs ad dignitatem pertinebit. eiusdem quoque sententiæ est Capic. *decis.* 136. *num.* 1. 2. *&* 3. vbi *num.* 4. dicit, quòd Concilium Neapolitanum secutum est hanc opinionem in quodam priuilegio concesso ad regium beneplacitum: eandémque post Bald. & alios sequi videtur Lud. Gomes. *cap.* 1. *num.* 2. 3. *&* 4. *de constit. in* 6. necnon quotquot voluerunt, concessum, quoad iudici placuerit, durare non tantùm quoad vixerit iudex, sed etiam, donec reuocetur per successorem: ad quod plurimos recenset idem tenens Menoch. *de arbitrar. iud. lib.* 1. *quæst.* 69. *numer.* 7. quo fundamento inter cætera nixus Mascard. quem non nisi post hæc scripta vidimus *in tractat. de probat. concluf.* 186. quæ incipit, *beneplacitum*, *numer.* 1. cum aliquot sequentibus, prædictam nostram sententiam aliis relatis fusè tuetur. Verùm de hoc articulo videri etiam potest Petr. Barbos. quem pariter non nisi post hæc scripta legi, *in repet. l. quia tale, num.* 90. *cum duobus seqq. ff. sol. matr. quemad. dos sol.* & hæc de præsenti tertia conclusione dicta sint satis.

QVARTA, & postrema CONCLVSIO. Commissio commutationis per modum rescripti gratiæ, si contineat tantùm gratiam faciendam, † 90. expirat morte committentis re integra. Hæc conclusio

cluſio probatur (text. *in cap. ſi cui nulla, in ſecundo reſponſ. de præbend. in 6.* vbi Romanus Pontifex definit, quòd, ſi cuiuſuis prouiſione certæ perſonæ facienda ſit data oteſtas non ob ſuam, ſed eius, cui prouideri manatur, gratiam, vel fauorem; illa poteſtas expirat omnino, ſi concedens re integra moriatur. ex quo ext. gloſ. *ibi, verbo, moriatur*, ac plerique relati, & probati à Gabr. *commun. concluſ. lib. 6. tit. de præbend. concl. 1. num. 5. cum duobus ſeqq* Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſp. 28. num. 64.* necnon Molin. *tom. 6. de iuſt. & iur. diſput. 20. num. 2.* & Suarez *lib. 8. de legibus cap. 31. num. 8.* eam regulam conſtituunt, vt gratia facienda expiret re integra morte concedentis.

Quæ regula atque adeò poſtrema hæc noſtra cõcluſio ampliatur primò, vt procedat † in exeçutore dato ad gratiam faciendam, prout proprie loquitur text. *d. cap. ſi cui nulla, in 2. reſponſ.* Gabr. cum aliis *d. num. 5.* & tradit Molin. *d. num. 2.* Ampliatur ſecundò, vt locum habeat † etiam in morte ciuili per renuntiationem, vt docet gloſ. ab aliis approbata *d. verbo, moriatur, in primis verbis.*

91. 92.

Tertiò amplia, vt procedat, † quamuis gratia hæc facienda ad fauorem certæ perſonæ concedatur motu proprio, vt poſt Ioan. And. *d. cap. ſi cui nulla, ad fin. & ibi* Gemin. *num. 6.* Franc. *num. 2.* docet Sanchez *d. diſp. 28. num. 65.* quia textus ille loquitur indiſtinctè, & eius ratio æquè procedit in hoc caſu. Quartò amplia, vt gratia facienda † expiret ipſo iure, & non tantùm ope exceptionis re integra. ita Sanchez *ead. diſp. 28. num. 66.* per ea, quæ generatim de poteſtate delegata ipſe latè tradidit *num. 40.* & nos ſup. *concl. 1. ampliat. 2.*

93. 94.

Limitatur nunc primò eadem regula, & ſic etiam hæc poſtrema noſtra concluſio, vt non procedat † vbi gratia facienda conceſſa ſit ſub nomine dignitatis concedentis; tunc enim non peribit morte concedentis intercueniente etiam re integra; vt tradit Sanch. *d. diſp. 28. num. 67.* ex adductis per eum in poteſtate delegata *n. 44.* & nos *concl. 1. limit. vlt.* idémque dicendum ait *d. num. 67.* quando gratia facienda conceſſa eſt ad beneplacitum dignitatis, aut Sedis, quia conceſſio huiuſmodi non perit morte concedentis, cùm Sedes non moriatur, vt ipſe docuit *num. 49.* & nos *d. limit. vlt.* ac rurſus *in præced. concluſ. 3. limit. 2 in 4. reſtrict.* Limita ſecundò, † niſi poteſtas executoris, cui commiſſio facta eſt, ſit acceſſoria gratiæ factæ; tunc enim ea poteſtas, & executio, licèt ipſa ſit facienda, non expirat morte concedentis etiam re integra, *cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6.* quod pluribus modis extendimus, ac reſtrinximus ſup. *concl. 3. huius quæſt. limit. 4.*

95. 96.

Tertiò limitatur hæc poſtrema concluſio, vt non procedat, † vbi morte concedentis ignorata executor procederet ad executionẽ gratiæ faciendæ; dum tamen mors ipſa communiter ignoraretur; per ea, quæ idem Sanchez adducit *lib. 3. de matrim. diſp. 22. num. 59* ſic temperans opinionem multorum aſſerentium, ignorantiam mortis delegantis re integra non excuſare ab extinctione poteſtatis delegatæ, ab eo relatam *num. 55.* quam communem aſſerit Cotar. *pract. quæſt. cap. 11. num. 1. & 2.* Denique limitari poteſt ſaltem probabiliter aliis duobus modis.

97. 98.

Quorum alter eſt, quòd † quando gratia facienda emanauit à Vicario Epiſcopi, alteriuſve iuriſdictionem Epiſcopalem habentis, quale eſt Capitulũ Sede vacante, aut Prælati ſimilem iuriſdictionem habentes; tunc licèt is Vicarius moriatur, aut alias iuriſdictionem amittat, quam ab Epiſcopo, aut alio ex prædictis accepit, ſi hic adhuc ſuperſtes cum iuriſdictione ſit, gratia illa perfici poſſit, ſiue à ſucceſſore in Vicariatu, ſiue etiam ab alio, cui prior Vicarius eam exequendam mandauerat. quoniam licèt adhuc gratia facta non dicatur, ſed ſit facienda; nihilominus cùm huius Vicarij generalis, & ipſius Epiſcopi (atque adeò etiam aliorum prædictorum iuriſdictionem Epiſcopalem obtinentium,) idem ſit tribunal, & conſiſtorium, ita, vt ab illo ad Epiſcopum appellari nequeat, non obſtante quacumque conſuetudine, *cap. 2. de conſuet. in 6.* iuncto *cap. Romana, in princ. de appellat. eod. lib.* & Vicarius generalis Epiſcopi, ac ſimilium iuriſdictionem habere, ac dignitatem non cenſeatur iure proprio, ſed alieno, vt tradunt Doctor. *in cap. quoniam Abbas. de offic. deleg. & Clement. 2. de reſcript.* id, quod is facit, ab Epiſcopo fieri cenſetur, aliiſve prædictis. atque adeò cũ mors concedentis, ſeu committentis nondũ euenerit, res adhuc perfici poterit. Alter modus is eſt, quem tradunt Anton. Gabr. *com. concl. lib. 6. tit. de clauſ. concl. 1. num. 33.* & Afflict. *deciſ. Neap. 128. num. 7.* conceſſionem Principis factam ex certa ſcientia, vel cum huiuſmodi clauſula, † non extingui morte concedentis, quæ re integra euenerit, ſed durare tempore ſucceſſoris. vterque autem allegat Imol. *in cap. penult. de confirmat. vtil. vel inutil.* vbi tamen hoc mihi non dicit. 99.

Quoniam verò ſæpe in hac quæſt. mentionem fecimus gratiæ factæ, ac faciendæ, inter vtramque diſtinguentes ex text. *in cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6. & cap. ſi cui nulla, de prab. eodem lib.* & gloſ. & Doctor. *ibi* atque alibi frequenter; ad eum præcipuè effectum, vt morte concedentis illius conceſſio extinguatur re integra, vel non extinguatur: videndum nunc eſt, quando gratia, vbi præſertim per viam commiſſionis concedatur, dicenda ſit facta, vel ſolùm facienda.

Qua in re certum eſt primò, quòd, † ſi facultas data ſit in gratiam commiſſarij; vt cùm nulla perſonarum facta expreſſione conceditur alicui facultas conferendi beneficia perſonis idoneis, tunc eſt gratia facta; ita, vt etiam ante vllam huius facultatis executionem, atque adeò re integra, ea non expiret morte concedentis: vt expreſsè habetur *in d. cap. ſi cui nulla, in 1. reſponſ.* adnotarúntque gloſ. & Doctor. communiter tum *ibi*, tum *d. cap. ſi ſuper gratia*, atque alibi ſæpè, & omnes inferius allegandi, ac præſertim, quos ad hoc citat Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſp. 28. num. 64. & 80. ac diſp. 2. num. 1.* innecto *num. 6.* vbi etiam probat, poteſtatem huiuſmodi diſpenſandi latè eſſe interpretandam tamquam fauorem, & gratiam ei factam, cui illa conceſſa fuit. 100.

Secundò certum eſt, quòd, † ſi commiſſio emanauerit, & data alicui poteſtas ſolùm ob fauorem certæ perſonæ, vtputa ſuper prouiſione illi faciendæ huiuſmodi gratia dicitur facienda, atque adeò eius commiſſio, & poteſtas pro ea data omnino expirat, ſi concedens re integra moriatur: vt apertè conſtat ex *d. cap. ſi cui nulla, in 2. reſponſ.* & eſt communis Doctor. ſententia tam *ibi*, quàm *d. cap. ſi ſuper gratia*, & aliis in locis; necnon eorum, quos mox citabimus, ac præcipuè illorum, quos refert, ac ſequitur Gabr. *commun. concl. lib. 6. tit. de præbend. concl. 1. num 6. & 7.* 101.

Tertiò ſatis quoque certum eſt, † eſſe gratiam factam, facultatem alicui conceſſam ad diſpenſandum etiam cum determinata perſona, quoties nõ in fauorem ſolius perſonæ, cum qua diſpenſandum eſt, ſed in fauorem ipſius diſpenſantis, aut vtriuſque ſimul conceſſa eſſet: atque adeò tunc non expirat morte concedentis, aut amotione eius ab officio etiam re integra, quoniam tunc eſt ſaltem æquè principaliter 102.

cipaliter in fauorem dispensantis, & respectu ipsius iam totam suam perfectionem habet. ita pluribus relatis tradit Sanchez *d. disput.* 28. *num.* 81. & Suarez *lib.* 8. *de legibus. cap.* 31. *num.* 8. id latiùs etiam
103. confirmans *num.* 9. & 10. ac præsertim † ex text. *d. cap. si cui nulla, in* 2. *resp.* ibi; non ob suam, sed eius, cui prouideri mandatur, gratiam, vel fauorem; quem etiam ad hoc ponderat Sanchez *d. num.* 81. & Molin. *tom.* 6. *de iustit. & iur. disp.* 20. *num.* 3. & 4. iuncto *num.* 2. sentitque glos. *d.* 2. *resp. verbo, suam.* vnde verba illa, *non ob suam, sed eius, cui prouideri mandatur, gratiam, vel fauorem,* non stant demonstratiuè, quasi velit Pontifex eo ipso, quòd datur alicui facultas super prouisione certæ personæ faciendæ, censeatur data ob gratiam, & fauorem eius, cui prouideri mandatur, non autem eius, cui scribitur, seu mandatur; sicque priora illa verba, *ob non suam*, declarentur per sequentia: sed stant taxatiuè, vt sit sensus; si, seu casu, quo potestas alicui data est non ob suam gratiam, sed eius tantùm certæ personæ, cui mandatur prouideri; quasi secus sit cùm huiusmodi facultas datur ob gratiam eius, cui, vt illi personæ prouideat, mandatur, vel magis, vel saltem æquè principaliter. Exemplum primi esse potest, si detur alicui facultas prouidendi de beneficio cum reseruatione omnium, vel maioris partis fructuum; secundi, si cum reseruatione dimidiæ partis fructuum, pro se, vel pro coniuncta persona. quare, vt rectè explicat Suarez *d. num.* 10. in hoc constituitur differentia inter facultatem datam sine expressione personarum, & datam respectu personæ determinatæ, iuxta *d. cap si cui nulla*, quòd in illa semper est magnus fauor delegati, qui non excluditur saltem præsumptione iuris, etiamsi simul fauor aliorum generaliter, seu indefinitè intendatur; qui etiam alioqui tamquam
104. publicus præfertur priuato, ita, vt † propter eum facta concessio non expiret morte concedentis etiam re integra; vt plures tradiderunt, quos sequuntur id probantes Menoch. *de arbitrar. iud. lib.* 1. *quæst.* 69. *num.* 8. *cum duobus seqq.* Mascard. *de probat. concluf.* 188. *num.* 5. 6. *ac* 7. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 12. *num.* 23. *cum seq.* & ideo huic vterque fauor, licèt non sit ad effectum perductus propter ipsam concessionem, censetur firmari ex virtuali declaratione, & concessione iuris. at verò quando facultas datur in ordine ad designatam personam, text. *in d. cap. si cui nulla, in* 2. *resp.* considerari vult, in cuius fauorem detur facultas; quia ius videtur præsumere concessionem sic factam ordinariè fieri in fauorem designatæ personæ, nisi aliud expressè declaretur; quod postremum etiam aliis relatis admittit Sanchez *d. disp.* 28. *num.* 90.

105. Denique certũ est, † gratias, quæ à nullius actione, seu executione pendent, qualis est non ieiunandi, celebrandi in priuato oratorio, censeri factas, atque adeò non perire morte concedentis re integra; vt pluribus tradit Sanchez *d. disput.* 28. *num.* 76. *cum duob. seqq, & num.* 93. vbi dicit, hoc nemini dubium esse; & docet Suarez *d. cap.* 31. *num.* 19. dicens, hunc esse fere communem Doctorum consensum.

Difficultas ergo in eo residet, quando gratia ab alterius actione dependens, seu eius commissio, & facultas censeatur concedi in fauorem commissarij, vel potiùs in fauorem illius personæ determinatæ, in ordine ad quam ea gratia, vel commissio emanauit; & quoad vtrumque censeatur gratia facta, vel facienda.

Et quidem quoad eum, in cuius fauorem gratia
106. prouisionis beneficij concessa fuit, † quando censeatur gratia facta, vel facienda, satis certa regula sumi potest ex eo exemplo, quod affert inter cæteros Gemin. *d. cap. si super gratia*, in figuratione casus, *de off. deleg. in* 6. & glos. ab aliis approbata, *cap. si cui num.* 2. *verbo, moriatur, de prab. con. lib.* vt gratia facta censeatur, cùm ipse Papa concedit, seu confert Canonicatum, & præbendam si vacat, vel quæ primò vacauerit nulli alij de iure debitam, & super hac gratia per se facta dat executores; atque adeo tunc, cum iam ille sit Canonicus, & iam sit facta gratia, potestas executorum velut accessoria non expirat, iuxta text. *d. cap. si super gratia*: at verò, si Papa non fecit gratiam, sed mandauit fieri, vt prouideri de beneficio, hic potestas executoris est principalis, & expirat re integra, tamquam gratia facienda, iuxta *d. cap. si cui nulla, in* 2. *resp.* Quamuis autem ex hoc exemplo sumi posse videatur regula generalis etiam in aliis gratiis pariter quoad eum, ad cuius fauorem conceduntur, dato plerũque ad id executore, quando eæ factæ dicendæ sint, vel faciendæ dumtaxat. Tamen quia non ita clarè loquuntur præcitati Doct. neque exemplum hoc generatim aliis gratiis ita bene potest applicari, ad alios Doct. est confugiendum. In quo duos reperio apud Doctores id deducendi, ac loquendi modos. alterum Hieronym. Paul. *in Prax. Cane. Apost. tit. de declarator. super proponente, seu venente, §. præstantissimæ Doctor*, Rebuff. *in concord. Gall. tit. de mand. Apostol. §.* 1. *ad verb. sui Pontificatus, vers. licèt quidam Doctores*, & aliorum, quos refert, ac sequitur Sanchez *d. disp.* 28. *num.* 87. vt, † quando in litteris gratiæ in alicuius fauorem concessis minister executurus est voluntarius, vtpote cui non præcipitur, vt exequatur, sed sola exequendi facultas conceditur, non fauore ipsius, sed eius, cui gratia est concedenda, tunc fit gratia facienda, ac proinde expirat morte concedentis re integra: at quando executor est necessarius, vtpote, qui exequi iubetur, si preces veritate nitantur, tunc fit gratia facta, ac proinde non pereat morte concedẽtis re integra: eámque rationem discriminis assignat *ibi* Sanchez, quòd in priori casu nemini sit ius quæsitum per illas litteras: non enim quæritur delegato executuro, eò quòd in eius fauorem concessæ non sint; nec ei, cui gratia facienda est, quia soli delegati voluntati relinquitur, velitne dispensare, aut non; atque adeò ea gratia est omnino facienda: at in posteriori est iam quæsitum ius ad rem illi, in cuius fauorem gratia concessa est; ac proinde dicitur facta respectu illius, ac sola eius executio desideratur, quæ per commissarium facienda est. idque confirmat etiam *ibidem* aliis fundamentis; & iuncto *num.* 89. respondet ad rationes, & auctoritates, quas pro contraria sententia adduxerat *num.* 86. pro qua etiam contra Sanchez, & eorum, quos ipse sequitur, sententiam illud præcipuè adducit Suarez *d. cap.* 31. *numer.* 13. quòd necessitas illa, quæ imponitur delegato, videtur potiùs obstare durationi gratiæ; nam transit in mandatum; & commune proloquium est, mandatum cessare per mortem mandantis, *cap. relatum, & cap licet vndique, de offic. deleg. l. & quia, ff. de iurisd. om. iud. l. mandatum, C. mand. & §. rette, cum seq. Instit. eod. tit.* ergo si facultas dispensandi data alicui in fauorem tãtùm eius, qui dispensandus est, durat, quia fuit præcepta, etiam durabit data sine præcepto, quia minus habet mandati, & plus fauoris respectu delegati, quandoquidem vsus facultatis ponitur in eius arbitrio, & non cogitur; quando autem adest fauor considerabilis in commissario dispensaturo, licèt etiam concurrat fauor dispensandi, est gratia facta, & non extinguitur morte committentis re integra, vt non multo antè tertio loco tamquam satis certum ex ipso Sanchez & aliis asserimus. Idẽ verò
107.

confirmat

confirmat Suarez *d. num.* 13. ex illo vulgari princi-
108. pio, † præceptum hominis, quod non eſt per modum ſtatuti, ceſſare mortuo præcipiente, vt pluribus comprobat ipſemet Sanchez *d. diſput.* 28. *num.* 47. ac Dec. *in rubr. num.* 11. *& 12. C. de mandat. Princip.* quod procedit etiam ſuperiore amoto ab officio, vt poſt alios tradit Sanch. *ibid.* idipſum docens de præceptis quoque factis generaliter omnibus, vel alicui communitati. Quare, licèt probabilis ſit prædictus dicendi, & propoſitam rem definiendi modus propter Sanch. & Hier. Pauli, aliorúmque Doctorũ, quos ſecutus eſt, auctoritatem, & fundamenta ab eo allata; quem ſi ſequamur, ad primũ, & vltimum motiuum Suarez reſponderi poteſt, non idem ſtatuendum eſſe de mandato iuriſdictionis, aut procuratorio, ac de præcepto ſuperioris obligante ad aliquid faciendum, vel non faciendum; cùm etiam re non integra hoc expiret, non illud, vt in citatis iuribus; quod etiam adnotauit Sanchez *d. num.* 47. Ad ſecundum dicendum erit, illum fauorem delegati, ſeu executoris eſſe acceſſorium, vel certè minùs principalem. Ad illud verò, quod obiici poterat ex *d. cap. ſi cui*, quatenus in 1. reſpon. vtitur Pontifex nomine facultatis, & in 2. poteſtatis, quod ſignificat actum voluntarium in executore, iuxta textum *in cap. fin. in princ. de conſuet. in* 6. quem ita intellexit *ibi* Ioan. And. & alij: ſicut etiam nomine facultatis ſignificatur actus voluntarius, & libertas faciendi, vel non faciendi, *cap. ne aliquibus*, iuncta gloſ. *verbo, concedimus facultatem, de reſcript. in* 6. *& cap. pen. in princip.* ibique gloſ. *verbo, litteras facultatis, de conceſſ. præbend. eod. lib.* & tamen *d. cap. ſi cui, in* 1. *reſpon.* apertè deciditur, illam eſſe gratiam factam; & *in* 2. *reſpon.* ſatis habetur, eam poſſe eſſe factam, iuxta id, quod ſup. tertio loco pro certo poſuimus: reſponderi poteſt, quòd in *d.* 2. *reſpon.* eadem facultas, & poteſtas vocatur mandatum. licèt, inquam, prædictus loquendi, & rem hanc definiendi modus probabilis ſit: probabilior tamen eſt ille, quo vtitur Suarez *d. cap.* 31. *num.* 18. *ac ſeq.* & in eúndem ſenſum Molin. *d. tom.* 6. *de iuſt. & in. diſp.* 20. *num.* 4. poſt Nauar. *conſ.* 1. *num.* 1. *de priuileg.* quémque admittit Sanchez *d. diſp.* 28. *num.* 5. *in initio, & num.* 93. *circa medium*, dum illic multis relatis ob id præcipuè
109. docet, † licentiam eligendi confeſſarij conceſſam alicui ab Epiſcopo, vel ab alio Prælato non expirare mortuo concedente etiam re integra tamquam gratiam factam; quia in hoc caſu non datur directè facultas confeſſori, ſicut contingit, quando datur illi facultas audiendi confeſſiones; ſed tota gratia conceditur directè pœnitenti, & per quandam conſequentiam, ac indirectè confeſſori electo. *d.* autem *num.* 91. ob eam potiſſimum cauſam tuetur, †
110. priuilegium in Bulla cruciata conceſſum de indulgentiis ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo per confeſſarium concedendis, & abſolutione à reſeruatis votorúmque cõmutatione per ipſum præſtandis, non perire morte concedentis illud priuilegium, quia non directè conceditur Confeſſario, ſed ipſi pœnitenti, qui eligat Confeſſarium, vt hæc exequatur. In hoc ergo conſiſtit poſterior hic modus, quem latiùs explicat Suar. *d. cap.* 31. *num.* 18. *&* 19.
111. vt diſtinctio fiat † inter facultatem directè datam delegato in fauorẽ tertij, & datam directè ipſi tertio, vt eligat confeſſorem, vel quid ſimile. nam per priorem non cenſetur fieri vlla gratia illi tertio, ſed ſolùm parari viã ad illam obtinendam, & creari cauſam, per quam fiat: & ideo, donec illa cauſa aliquid operetur circa illum tertium, non cẽſetur gratia vlla facta illi tertio, neque eſt in illo factum aliquid, quod in ipſo permanere poſſit, ſi concedens re integra moriatur. nam illud ius, ſeu licentia, vt aliquid fauorabile circa eum exerceatur, non reputatur, vt quid in illo exiſtens: ſed vel eſt ſola permiſſio, vt alius poſſit circa illum operari, vel eſt quaſi denominatio extrinſeca reſultans ex poteſtate alteri conceſſa; quæ denominatio non poteſt durare deficiente illa poteſtate; nec poteſtas illa firmari poteſt ex ipſa denominatione, cùm hæc ab illa potiùs reſultet. poteſtas autem ipſa ſic conceſſa licet moraliter ſit in eo, cui directè conceditur, non cenſetur priuilegium eius, nec gratia illi facta, cùm nõ ſit data in fauorem eius; & ideo per ſe non firmatur ſine aliquo vſu, quia reputatur mandatum, & non gratia. atque ob hanc rationem idem cenſet in reſcriptis diſpenſationum, quæ ſecum afferunt obligationem diſpenſandi. At verò quando reſcriptum directè concedit facultatem aliquam, vel licentiam ſubdito, licèt vſus eius pendeat ex alio operante circa ipſum; vt eſt licentia eligẽdi confeſſorem, vel confitendi tali ſacerdoti deſignato à concedente, & litteræ dimiſſoriæ ad ſuſcipiendos ordines à quocumque, vel tali Epiſcopo, & ſimiles: tamen talis licentia eſt verum priuilegium, & gratia reuera eſt iam facta quoad ſuam immediatam conceſſionem: & ideo, etiamſi moriatur concedens re exiſtente integra, non perit, ſed in eo ſeruatur regula principalis ſuperiùs poſita, vt gratia conceſſa non pereat per mortem concedentis etiam re integra. Vnde in hoc caſu poteſt habere locum, quod ſuprà etiam diximus, illum delegatum eſſe executorem gratiæ alteri iam factæ, & ideo firmari illius poteſtatẽ, etiamſi ſit res integra, iuxta *d. cap. ſi ſuper gratia, de off. deleg. in* 6. & regula generalis, quòd acceſſorium ſequitur ſuum principale. & ita conſtituitur facilè differentia inter hoc membrum diſtinctionis, & præcedens; quia in hoc gratia, quæ ſit priuilegiato, non eſt ſolus effectus futurus, neque eſt ſola permiſſio, vel denominatio à poteſtate alteri conceſſa, ſed eſt vera conceſſio alicuius immunitatis, vel moralis poteſtatis. Et hæc diſtinctio eadem planè eſt cum ea, quam aliis verbis facit Molin. *d. diſp.* 20. *num.* 4 poſt Nauar. *conſ.* 1. *de priuileg. num.* 1. vt cuique eam perpendenti facilè patebit. & iuxta hanc eandem diſtinctionem accipienda eſt illa communis doctrina, de qua Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 7. & Sanchez *d. diſp.* 28. *num.* 86. *in initio*, quòd, † cùm Pontifex non fa-
112. cit gratiam alicui, ſed mandat eam fieri, hoc mandatum expirat morte Pontificis re integra: necnon Rot. Rom. *deciſ.* 12. *de offic. deleg. in nou.* dum *ibi* dicitur, maiorem partem Dominorũ voluiſſe, quòd, ſi Papa mandet alicui executori, vt vocato poſſeſſore certi beneficij, & aliis, qui fuerint vocandi, ſi eſt ita, vel ita eſſe inuenerit, prouideat Titio de dicto beneficio, quod idem Titius expoſuit Papæ certo modo vacare; & Papa moriatur re integra ante præſentationem, & receptionem dictarum litterarum, adhuc non expirat poteſtas illius executoris, per *d. cap. ſi ſuper gratia*; quia ex quo gratia durat, durabit etiam poteſtas executoris: & *ad cap. ſi cui nulla, in* 2. *reſponſ. de prab. in* 6. dicebant, illud loqui in gratia facienda, & non facta. licèt Compilator illius deciſ. fuerit in contraria ſententia; quam malè, meo iudicio, tamquam Rotæ deciſionẽ aliqui Doct. allegant. & ſic ex ea quoque deciſ. præter alios refert. ſup. *concl.* 1. *limit.* 4. *extenſ.* 3. habemus, non ideò minùs gratiam dici factam, quòd executor pro ea deputatus adhibere debeat cauſæ cognitionem, atque adeò nõ merus ſit, ſed mixtus. Atque ex his iam finis ſit huic 1 quæſt. præſentis cap. ſi priùs tamen illud admonuerimus, quòd † certa perſona, ad cuius
113. fauorem gratia conceſſa, quæ executionẽ requirit,

dicitur

dicitur faciendа *in d. cap. ſi cui nulla*, *in 2. reſponſ. de prab. in 6.* ita accipienda eſt, non quaſi ſufficiat, perſonam illam vnicam fore, ſed vlteriùs debet eſſe expreſſa per nomen, vel quid ſimile; prout ſatis apertè ſenſit gloſ. *d. cap. ſi cui, in 1. reſponſ.* ab aliis approbata, *verbo, expreſſione*; dum inde infert, multum ergo, inquiens, operatur expreſſio perſonæ: idque probat per *cap. is, cui, de offic. deleg. in 6.* vbi aperte certa perſona dicitur, quæ eſt expreſſa: & *e proxim.* quod incipit, *ſi Epiſcopus, de prab. eod. lib.* vbi gloſ. *in 1. reſponſ. verbo, certas*, ab aliis recepta, certas perſonas ibi ſimpliciter poſitas exponit, certas, & expreſſas; nimirum, quia *in 1. reſponſ.* dictum fuerat, *nullis perſonis expreſſis*: ſicut etiam *in d. cap. ſi cui, in 1. reſponſ.* dicitur, ſi cui nulla perſonarum facta expreſſione. vide, quod *in 2. reſpon.* quod in caſu contrario loquitur, habetur de certa perſona, accipiẽdum eſt de expreſſa, cùm contraria ſint ſub eodem genere, vt poſt Ariſt. *in lib. de prædicament. cap. de oppoſitis*, ex Iuriſconſultis tradidit D. Paul. Gallerat. *tract. de remun. lib. 5. cap. 6. num. 21.* & contrariorum eadem eſt ratio, *l. erſi contra, ff. de vulg. & pupill.* cum aliis adductis ab Euerard. *in loc. à contrar. à num. 1. vſque ad 6.* atque id in ſpecie ſentit Molin. *d. diſp. 20. num. 2. & 3.* Nauarr. *in Man. Confeſſ. cap. 27. num. 253.* iuxta poſtremam editionem, ſcribentes *d. cap. ſi cui.* & quotquot hac de re ſcripſerunt. atque ad idem eſt optimus text. *in Leerum. ff. ſi cert. petat. l. quoties*, §. *ſi quis nomen. ff. de hered. inſtit. & l. nominatim, ff. de cond. & demo.* Quare, licèt plures perſonæ per nomen, aut aliam certam demonſtrationem deſignentur, idem hac in re ſtatuendum eſt, ac ſi vna tantùm deſignetur: ſicut è contrario idem dicendum erit, ſi ad fauorem vnius tantùm perſonæ commiſſio fiat, vbi vagè exprimatur, dicendo, pro vna perſona; ac ſi plurium perſonarum mentio fiat, dicendo, pro perſonis idoneis; vel etiam pro tot perſonis, puta decem, vel centum, aut alio numero, eas non deſignando. Iam ad alias huius cap. quæſtiones tranſeamus.

SVMMÆ RERVM.

114. *Cauſa auctoritate litterarum Sedis Apoſtolicæ, vel eius Legatorum quibus committenda ſint.*
115. *Delegati à Sede Apoſtolica, eiuſve Legatis, quibuſnam committere debeant vices ſuas.*
116. *Dignitas Eccleſiaſtica, de qua in cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. quid ſit; & quid perſonatus.*
117. *Executores meri gratiarum, eorumve ſubſtituti an habere debeant qualitates iudicum delegatorum, de quibus in cap. ſtatutum, de reſcr. in 6. & quid in executoribus cum clauſula, vocatis vocandis, aut aliàs mixtis; aut ſubexecutoribus; num. 118.*
119. *Intellectus cap. quoniam Abbas, de offic. deleg. & cap. ſtatutum*, §. 1. *de reſcript. in 6. & in quo hæc duo iura differant; & duob. num. ſeq.*
120. *Commiſſio cauſarũ à Sede Apoſtolica, vel Legatis facta aliis perſonis, quã deſignatis in cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. nulla eſt ipſo iure: niſi fiat ex certa ſcientia Papæ.*
121. *Dignitas conſiderari poteſt vel in abſtracto, ſeu principaliter; vel in concreto, ſeu acceſſoriè.*
122. *Dignitatem Eccleſiaſticam quinam dicantur habere.*
123. *Dignitas largè ſumpta quid comprehendat, & quomodo dividatur.*
124. *Dignitates ſæculares, vt vera dignitates ſint, perpetuæ eſſe debent; non ſic regulares.*
125. *Legati Sedis Apoſtolicæ dignitas, vel potiùs officium ſui natura temporalis eſt, licèt poſſit eſſe perpetua; & num. 127. ac 150.*
126. *Vicarius Epiſcopi vel non habet dignitatem, vel certè non perpetuam, neque propriam, & per ſe ſubſiſtentem, ſed acceſſoriam, & dependentem.*
127. *Vicarius Epiſcopi an propriè habeat ſucceſſorem; & num. 148.*
128. *Canonicus an habeat beneficium perpetuum; vel propry ſucceſſorem; ac num. 151. & quid in perſonatibus; num. 129.*
130. *Commiſſio quando cenſeatur perſonalis, ſeu facta perſonæ, aut realis, ſeu facta officio, vel dignitati, eiuſve contemplatione, præſertim ob expreſſionem nominis, vel dignitatis delegati.*
131. *Præſumptio vna tollit aliam, & fortior debiliorem; fortior ergò eſt ſpecialis generali.*
132. *Præſumptio reſpiciens perſonam fortior eſt reſpiciente dignitatem; atque adeo in dubio commiſſio cenſebitur potiùs perſonalis, quàm realis.*
133. *Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis expirat in commiſſario per eius mortem naturalem etiam quoad negotia cepta; & ibi, quòd mors omnia ſolvit.*
134. *Commiſſarius diuino miraculo reſurgens an recuperaret poteſtatem commutandi vltimam voluntatem.*
135. *Facultas commutandi duobus commiſſariis ſimpliciter conceſſa, per mortem vnius in altero quoque expirat. niſi illi duo, aut plures dati ſint cum clauſula, quòd ſi ambo non poteſtis, &c. aut clauſula, ſi non omnes, &c. num. 136. & multò magis vbi dati ſint cum clauſula, quòd quilibet eorum in ſolidum, ac per ſe indicare, & exequi poſſit; vel, vt omnes aut duo, vel vnus mandatum exequatur; aut ſub alia ſimili forma; num. 137.*
138. *Facultas commutandi vltimam voluntatem pluribus ſimpliciter, vel ſimul conceſſa non expirat per vnius eorum mortem, ſi is habeat ſucceſſorem in dignitate, ſeu officio, cui facta eſt commiſſio.*
139. *Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis non expirat per mortem commiſſarij, ſed tranſit in eius ſucceſſorem in dignitate, ſi commiſſio facta fuit dignitati, ſeu eius contemplatione; ſecus ſi perſonæ.*
140. *Intellectus cap. ſi is, cui, de offic. deleg. in 6.*
141. *Commiſſio quãdo fiat dignitati, ſeu realis ſit, ita, vt tranſeat in ſucceſſorem; vel fiat perſonæ, ſitque perſonalis, ita, vt cum ea perſona extinguatur; ex eo, quòd ſolum nomen dignitatis, aut perſonæ exprimatur. & quid quando vtrumque nomen exprimitur; num. 142.*
143. *Commiſſio facta dignitati tranſit ad ſucceſſorem mortuo commiſſario etiam re integra.*
144. *Intellectus cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.*
145. *Negotium etiam facti commiſſum dignitati tranſit ad ſucceſſorem illius commiſſarij.*
146. *Commiſſio facta dignitati non eſt neceſſariò præſentanda ſucceſſori mortuo commiſſario; neque exigitur nouum reſcriptum.*
147. *Commiſſio quoque facta Titulari ſub nomine dignitatis tranſit in commendatarium eius ſucceſſorem.*
148. *Commiſſio facta Vicario Epiſcopi ſub nomine officij an tranſeat in eius ſucceſſorem. & quid in Vicariis Capituli Sede vacante, & Prælatorum habentium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem; num. 149.*

150. Com

Digitized by Google

150. *Commissiones facta Legato Papæ etiam de latere non transeunt in eius successorem, sed cum persona Legati extinguuntur; nisi si facta sint sub nomine proprio.*
151. *Commissio facta Canonico sub nomine Canonicatus an transeat in successorem. & quid in facta obtinenti Canonicatum sub invocatione alicuius Sancti, vel prebendam qualificatam, aut personatum; num. 152.*
153. *Commissio facta coniuncto sanguine, vel arctiori amicitia vinculo an sit personalis, ita, vt non transeat ad successorem; & ibi intellectus cap. requisisti, §. 1. de testam.*
154. *Delegatio an sit onus, vel honor.*
155. *Delegatus ad commutationem vltimæ voluntatis faciendam, si seruus fiat, non expirat eius iurisdictio, sed solum suspenditur, donec is libertati restituatur; & num. seq.*
156. *Furiosus iudex esse nequit, nec tamen per furorem amittit iurisdictionem, quam sanus habebat.*
157. *Captus ab hostibus, si reuertatur, recuperat iura postliminij, iurisdictionem, & alia iura, quæ prius habebat.*
158. *Delegatio, seu facultas commutandi vltimam voluntatem non amittitur, sed solum suspenditur per damnationem ad metallum, deportationem, bannum & similia, donec sequatur restitutio. & quid in excommunicato, & suspenso; num. 159.*
160. *Delegatus in solidum cum alijs an, & quando possit se intromittere in negotio commisso, maximè ob aliorum collegarum impedimentum; & ibi intellectus cap. cùm plures, §. porrò, de offic. deleg. in 6.*
161. *Commissarius commutationis vltimæ voluntatis quando possit procedere non obstante vacatione officij, seu dignitatis, cuius ratione facta est ei commissio; & aliquot num. seqq.*
162. *Qualitas requisita in delegato iuxta cap. statutum, de rescript. in 6. an sufficiat, quòd adsit tempore commissionis; & multis seqq.*
163. *Verba accipienda sunt cum effectu.*
164. *Iurisdictio non perpetuatur morte delegantis, nisi processerit saltem citatio delegati.*
165. *Momentanea, & quæ modico tempore durant, non sunt in consideratione.*
166. *Ratio, cur in delegatis Papæ, & eius Legatorum certa qualitates requirantur.*
167. *Qualitas iuncta verbo, vel participio quomodo intelligatur iuxta tempus illius.*
168. *Initium rei quomodo spectandum sit.*
169. *Delegatus transiens ad aliam qualitatem requisitam à cap. statutum, de rescript. in 6. etiam re integra, procedere potest in causa sibi personaliter commissa. & quid si in pœnam delicti priuetur ea qualitate, quam habet; num. 170. aut transeat ad statum incompatibilem; num. 171.*
172. *Commissio facta dignitati, quocunque modo etiam extra mortem naturalem hac vacet, ad successorem in ea transit; & num. seq.*
173. *Translatus ad aliam dignitatem an, & quando possit de causa priori dignitati commissa cognoscere.*
174. *Successor in dignitate, cui facta est commissio cognoscit de causa iam capta per antecessorem.*
175. *Commissio facta sub nomine duplicis dignitatis, quorum vnum est capax delegationis Papæ, vel Legati, vtrumque tamen in vna persona sit; ea cedente, vel decedente an ad duos earum dignitatum successores transibit & quid, si vtraque dignitas est capax delegationis; num. 176.*
177. *Commissio facta duabus dignitatibus, quæ in duobus sint, si dignitas vnius eorum cedentis, vel decedentis alteri suam retinenti conferatur, ad eum solum non transibit; & num. seq.*
178. *Delegatus Principis an possit committere vices suas Collegæ sibi dato simpliciter; ita, vt his solum procedat.*
179. *Successor in ea dignitate, cui commissa erat causa, vt de hac cognoscere possit, debet non solum electus esse ad illam dignitatem, sed etiam confirmatus.*
180. *Episcopus non potest exequi commissiones factas suo Vicario generali, etiamsi is decedat, vel renunciatur; & num. seq.*
181. *Vicarius Episcopi in quibus habeat idem cum eo tribunal.*
182. *Vicarius Episcopi, cui ratione officij commissa sit commutatio vltimæ voluntatis, an eam exequi possit, si creetur Episcopus eius diœcesis, vel aliàs desinat esse Vicarius.*
183. *Vicarius constitutus ab Episcopo in locum prioris, vel substitutus à priori Vicario succedit in delegatione huic facta sub nomine dignitatis.*
184. *Vicarius Episcopi exequi non potest commissiones Episcopo directas, nisi post subdelegationem ab eo in se factam; neque directus Episcopo successori.*
185. *Vicarius Capituli Sede vacante an possit exequi commissiones directas Vicario diœcesis, vt Mediolan. vel Episcopi.*
186. *Capitulum Sede vacante non succedit in commissione facta Episcopo sub nomine dignitatis, seu officij; secus verò si competat iure ordinario, licèt speciali; & num. seq.*
187. *Potestas, seu iurisdictio perpetuò annexa dignitati, vel officio, non est delegata, sed ordinaria.*
188. *Intellectus cap. ad abolendam, de hæret. & Clem. 1. §. 1. eod. tit. & num. seq.*
189. *Fidei favore multa specialia à iure permittuntur.*
190. *Intellectus cap. vnic. de maior. & obed. in 6.*
191. *Exceptio quando firmat regulam in casibus non exceptis.*
192. *Capitulum Sede vacante non succedit in delegatione facta sub nomine officij Vicario generali Episcopi.*
193. *Commissio facta Episcopo sub nomine dignitatis ad quem eo excommunicato devoluatur; & an absolutus illam resumere possit: & quid in suspenso.*
194. *Delegatus succedens deleganti in dignitate, cuius ratione delegauit, vel ob aliàs ei par, maiórve in illa fuit, amplius procedere non potest in tali delegatione.*
195. *Iurisdictio delegati ad commutandam vltimam voluntatem in eo expirat per mortem naturalem subdelegati ab ipso in totum re non integra contingentem: idque licèt in subdelegatione male processisset ob non seruatam formam mandati, secus si subdelegatio non sit facta in totum; num. 196. vel ea mors contingat re integra; num. 197. & seq.*
198. *Dictio, quamuis sit implicatiua, seu augmentiua; & explicat, ac ponit casum magis dubitabilem.*
199. *Appellatio à subdelegato non in totum sit ad subdelegantem, exceptis quibusdam casibus: à subdelegato verò in totum sit ad primum delegantem.*
200. *Delegatus post commissionem in totum factã re-*

cusa

cusari, neque commissia impugnari potest; secus si aliquid sibi de iurisdictione reseruauit; tuncque cognoscere potest de causa suspicionis sui subdelegati.

201. *Delegatus, qui subdelegauit causam, nunquã eam reassumere potest, si fuerit à superiore auocata.*

202. *Subdelegans quando dicatur aliquid sibi de iurisdictione reseruasse.*

203. *Iurisdictio subdelegata quando expiret in delegato per mortem ciuilem subdelegati, ita, vt eam resumere non possit.*

204. *Potestas subdelegato concessa ad commutandam vltimam voluntatem in eo expirat per mortem ipsius naturalem, etiam quoad negotia cœpta; & aliquot num. seqq.*

205. *Argumentum à delegato respectu delegantis ad subdelegatum respectu subdelegantis valet.*

206. *Subdelegatus diuinitus resurgens quando recuperet potestatem commutandi vltimam voluntatem. & quid si plures subdelegati dati sint; num. 207.*

208. *Iurisdictio subdelegata ad commutandam vltimam voluntatem regulariter non expirat, sed solùm suspenditur in subdelegato per mortem ipsius ciuilem, quoad negotia cœpta, vel non.*

209. *Potestas subdelegata commutandi vltimã voluntatem, quando omnino, vel in ea solum persona expiret, ita, vt transeat ad successorem in dignitate, vel officio, cuius ratione facta est subdelegatio.*

210. *Subdelegationes facta Vicario generali Episcopi an possint expediri per Episcopum; vel per ipsum Vicarium si fiat Episcopus illius diœcesis, aut aliàs desinat esse Vicarius; vel in Vicarium Capituli Sede vacante.*

211. *Capitulum Sede vacante non succedit in subdelegatione facta Episcopo, vel eius Vicario generali; sed nec ea denoluitur ad Archiepiscopũ.*

212. *Subdelegatus ad commutandam aliquam vltimam voluntatem, si fiat paris, aut maioris ea in re potestatis cũ subdelegante, an possit in ea commissione procedere; & inibi intellectus l. iudicium soluitur, ff. de iudic. & duob. seqq.*

213. *Delegatus ad vniuersitatem causarum aequiparatur ordinario.*

214. *Subdelegatus obtinens parem dignitatẽ subdelegantis quãdo assumat delegatã iurisdictionem.*

215. *Iurisdictio subdelegati ad commutandã vltimam voluntatem expirat in eo per mortem naturalem delegati re tantùm integra contingentem, idque etiam vbi subdelegatus erat collega subdelegantis; aut subdelegatio facta est, quoties delegatus abfuerit, vel vices suas duxerit reuocandas; num. 216.*

217. *Subdelegati iurisdictio an expiret per mortẽ naturalem delegati re integra, superstite tamen primo delegante; & concluditur affirmatiuè contra alios negantes, vel distinguentes; cum multis num. seqq.*

218. *Procurator substitutus nomine domini cauere debet eum ratum habiturum; substitutus autem à procuratore principalis nomine proprio, ratum habiturum ipsum procuratorem.*

219. *Intellectus c. si delegatus, in prin. de off. deleg. in 6.*

220. *Intellectus cap. quamuis, de offic. deleg. in 6.*

221. *Argumentum a procuratore ad delegatum etiam quoad perpetrandam facultatem, seu iurisdictionem non semper valet.*

222. *Iurisdictio subdelegati in eo expirat ipso iure, & non solùm ope exceptionis per mortem naturalem subdelegantis contingentem re integra quoad ipsum subdelegatum. & licèt subdelegatus ignoret mortem subdelegantis, nisi communiter ea ignoretur, quamuis a solo subdelegato sciatur; num. 223.*

224. *Iurisdictio subdelegato data, donec reuocauerit, non expirat in eo per mortem subdelegantis re non integra; idemque si data sit, quoties eum abesse contigerit.*

225. *Iurisdictio subdelegata ad beneplacitum voluntatis subdelegantis expirat per huius mortem etiam re non integra quoad subdelegatum existẽte: subdelegata verò ad beneplacitum, vel sub nomine dignitatis, vbi similis erat delegatio, non expirat etiam re integra existente.*

226. *Iurisdictio non extinguitur, nec suspẽditur in subdelegato per mortem ciuilem delegati contingentem re non integra quoad subdelegatum.*

227. *Iurisdictio extinguitur, vel suspenditur in subdelegato, vbi adhuc illa vti non cœperit, quando per mortem ciuilem ea extinguitur, vel suspenditur in delegato; & ibi, quòd cessante causa aliquem effectum conseruante cessat etiam ipse effectus.*

228. *Iurisdictio in subdelegato an extinguatur, vel suspendatur per seruitutem delegati; aut eius priuationem, depositionem, renuntiationem, vel translationem.*

229. *Iurisdictio delegata esse non desinit, quia talis fit habenti aliquam dignitatem, vel ordinariam iurisdictionem.*

230. *Iurisdictio subdelegati an amittatur per priuationem, aut suspensionem delegati ab ipsa iurisdictione, aut per eiusdem excommunicationem. & quid per ingressum Religionis; n. 231.*

232. *Subdelegatus an possit procedere, cum delegatus transit ad statum incompatibilem, per quem est factus incapax iurisdictionis Ecclesiastica sibi delegata, re integra existente quoad subdelegatum.*

QVÆRO igitur SECVNDO, an & quando potestas commutandi vltimam volũtatem expiret in commissario, vel eius substituto per alterius eorum mortem ciuilem, vel naturalem.

Inter modos, quibus commutatio vltimarum voluntatum, eiúsve commissio per se, & absque actione contrarij extinguitur, plerũque est quoque mors naturalis, aut ciuilis commissarij, vel eius substituti. De hoc ergo in præsenti quæst. agendum est. Pro cuius faciliori resolutione præter ea, quæ initio præced. quæst. præmisimus, alia quoque nonnulla in hac supponenda sunt.

Suppono igitur primò dispositionem text. *in cap. statutum, de reser. in 6.* vbi Bonif. VIII. §. 1. *seu in princ. vers.* qui incipit *suncimus*, decreuit, † vt nullis nisi dignitate præditis, aut personatum obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonicis causæ auctoritate litteratum Sedis Apostolicæ, vel Legatorum eiusdem committantur. quæ dispositio *in Clem. etsi principalis*, seu 1. *eod. tit.* ita extenta fuit, vt Officialis principalis Episcopi, & Prior Conuentualis, licet obedientiarius, non autem Vicarius foraneus, aut Prior claustralis earumdem causarum delegati esse possint. Hoc autem vtrumque ita innouatum fuit a Trid. Conc. *sess 25. cap. 10. de ref.* vt statuerit, quòd in singulis Cõciliis prouincialibus, aut diœcesanis aliquot personæ quæ qualitates habeant, iuxta *d. statutum*, & alioquin ad id aptæ designentur, vt præter Ordinarios locorum, iis etiam causæ ad forum Ecclesiasticum pertinentes in partibus delegandæ committantur: &, si aliquem interim ex designatis 114

moti

moti contigerit, Ordinarius loci cum consilio Capituli alium in eius locum substituat vsque ad futuram prouincialem, vel diœcesanam Synodum: ita, vt habeat quæque diœcesis quatuor saltem probatas personas, ac vt suprà qualificatas, quibus huiusmodi causæ à quolibet Legato, vel Nuntio, atque etiam à sede Apostolica committantur: alioquin post designationem factam, quam statim Episcopi ad summum Pontificem tranſmittere debent, delegationes quæcumque aliorum iudicum aliis, quam his factæ, surreptitiæ censeantur. Pariter delegati à sede Apostolica, vel
115. eius Legatis † vices suas committere non possunt, nisi personis superiùs designatis, vt decernitur *in d. cap. statutum*, §. *in nullo quoque*, hoc est, vt *ibi* exponit glos. ab omnibus recepta *in verbo, designatis*, constitutis in dignitate, aut personatu, vel Cathedralium Ecclesiarum Canonicis. Est autem dignitas Ecclesiastica, de qua hîc loquitur text. vt *ibi* not. glos. ab aliis approbata *verbo, dignitate*; est, in-
116. quam, † præeminentia quædam in Ecclesia cum aliqua iurisdictione; vt colligitur ex *cap. 1. de et. & qualit.* necnon *cap. quamuis, de verb. signific.* & tradunt Archid. Gemin. & alij *in cap. 1. de consuet. in 6.* cum plerisque per nos adductis *tract. de Conseruator. indic. cap. 5. quæst. 5. concl. 2. & quæst. 7. circa initium.* personatus verò est præeminentia in Ecclesia citra iurisdictionem; vt post Archid. *d. cap. 1. numer. 2.* Card. *Clem. 2. §. illi verò, num. 2. de et. & qual.* Rebuff. *in prax. benefic. tit. benef. facul. quotup. numer. 8.* & alios latè docuimus *d. quæst. 7.* mox ante 1. concl. verùm de dignitate videndum quoque est, quod diximus infr. *suppos. 3. & concl. 1.* Prædicta verò dispositio
117. *cap. statutum*, quoad qualitatem delegatorum † non habet locum in executoribus meris gratiarum, vt ex Archid. & Ioan. Mon. *d. c. statutum*, voluit Rot. Rom. *decis. 29. num. 1. de rescript. in nou.* quæ eadem est cum *decis. 31. eod. tit. in antiq.* vbi etiam habetur, quòd, licèt ex stylo Cancellariæ non dentur executores in gratiis, nisi sint in dignitate constituti: tamen ille stylus non est seruandus, nec receptus in subdelegatis, quibus non committitur, nisi nudum ministerium, puta prouisio, & inductio in corporalem possessionem, quæ sine quacumque causæ cognitione fieri possunt; & ideo simplicibus clericis committuntur: idque etiam est de mente gl. ab aliis approbatæ *d. §. in nullo quoque, verbo, vices suas*; dum in iudicibus delegatis ad hoc ponderat, text. dicere, vices suas, quia secus si committeret audientiam, aut certum articulum, arg. *cap. super quæstionum, de offic. deleg.* & ait, se dixisse *d. §. 1.* vbi *in verbo causa*, cum aliis de ipsa commissione facienda delegatis docet, non prohiberi, quin audientia alicuius articuli, vel mera executio rei cuilibet clerico committi possit. In executoribus autem gratiarum datis cum clausula, *vocatis vocandis*, aut aliàs mixtis, qui debent procedere cum causæ cognitione,
118. & vocata parte, atque ordine iudiciario seruato, † locum habet prædicta dispositio *cap. statutum*; vt post Gul. de Monte Laud. *in Clem. 1. de rescript.* decidit eadem Rot. Rom. *decis. 30. de rescript. in nou. decis. 32. eod. tit. in antiq. ac decis. 1. de offic. deleg.* pariter *in antiq.* in qua præcipuè deciditur quoad personas subexecutorum; & iuxta has decisiones intelligenda est *decis. 55. de concess. prab. in antiq.* vbi Rot. contrarium sensisse videtur. quamuis paulo aliter eas conciliant latiùs distinguentes Gemin. & Franc. *d. cap. statutum, §. in nullo quoque, numer. 6.* sed breuiùs, ac meliùs Lud. Gomes. *in repet. d. cap. num. 75. cum duobus seqq.* vt nimirum, si à principio executores gratiarum sunt dati cum prædicta clausula, *vocatis vocandis*, requirantur in eis qualitates text. *d. cap. statutum*, quia tales dicuntur iudices delegati, ac sub eo titulo ponuntur *in Clem. 1. de offic. deleg.* quæ opinio, inquit, est communis, quam sequitur Card. *ibi*, & *Clem. 1. quæst. 15. de rescript.* vbi etiam Guliel. de Monte Laud. & ita procedat *decis. 370.* Rot. *in nouis*, quæ est *d. decis. 30. de rescript. in nou.* si verò tales executores dati sunt sine clausula, *vocatis*, &c. sed postea accidit, quòd ad executionem gratiæ, quæ forte aliter expediri non potest, incidenter cognoscunt de qualitatibus pertinentibus ad gratiam, tunc actus factus per ipsos non ideo annullabitur, quia non sint in dignitate, iuxta *d. cap. statutum*, quoniam sufficit, quòd tales dati sint principaliter ad nudum factum exequendum, licet ex pòst accidat illud, quòd cognoscant, arg. *l. si quis nec causam, ff. si cert. pet.* & sic procedat *decisio 565. in antiquis*, quæ est *d. decis. 55. de concess. prab. in antiq.*

Suppono secundò, † decisionem text. *in cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* & similium, quos infrà *concl. 1. & 2.* allegabimus, ad ostendendum commissionem factam dignitati, vel quasi, per mortem siue naturalem, siue ciuilem aliquam saltem eam obtinentis non expirare, sed transire ad illius successorem: differre à decisione text. *in cap. statutum, §. 1. de rescript. in 6.* & aliorum, ex quibus *in præced. suppos.* ostendimus commissionem ipsam, seu delegationem faciendam esse obtinenti dignitatem, vel quasi; tum, quòd illud voluntatis est ab initio, seu respectu commissionis, cùm ea possit fieri non nomine, & contemplatione dignitatis, sed personæ, quæ tamen dignitatem eiusmodi obtineat, de qua *in d. cap. statutum.* posito autem, quòd fiat dignitati, hoc est, sub nomine dignitatis, regulariter loquendo ex necessitate transit ad successorem, iuxta *d. cap. quoniam Abbas*, cum simil. hoc verò, quòd commissio fiat obtinentibus dignitatem, vel quasi, vt decernitur *d. cap. statutum.* ab initio, & per se totum est necessitatis; ita vt, † si aliis fiat, 120.
nulla sit ipso iure commissio; vt tradit glos. communiter approbata *d. cap. statutum, §. 1. verbo, committantur*, per finem illius cap. vbi ipso iure irritum, & inane decernitur quicquid contra præmissa, vel aliquod præmissorum contigerit attentari: nisi commissio fieret ex certa scientia Papæ simplici clerico, vt glos. pariter ab omnibus recepta *d. §. 1. verbo, litterarum*, adnotauit. tum quòd *d. cap. quoniam Abbas, cum suis concord.* considerat † dignitatem in abstracto, 121.
& de per se, vel certè principaliter, prout nimirum abstrahit à persona, cui tunc adhæret, licèt vti qualitas quædam nequeat esse sine subiecto, *l. 2. ff. de vsufr. leg. 1.* vbi Bart. *num. fin. ff. de vsufr. legat.* vnde si commissio facta sit sub nomine dignitatis, absolutè, ac principaliter videtur committens contemplari ipsam dignitatem, quæ non moritur, nec variatur ex mutatione personæ, *cap. si gratiosè, de rescript. in 6.* text. autem *in d. cap. statutum*, considerat dignitatem in concreto, prout cohæret personæ; & ad istum effectum dumtaxat, vt valeat commissio, atque adeò secundariò, & accessoriè ad ipsam personam; & sic ex quadam necessitate habetur respectus ad dignitatem limitatè quantum ad validitatem commissionis, sed non quoad perpetuitatem, quia in hoc attenditur intentio committentis. ita formaliter distinguit, & concordat eos text. Dec. *in d. cap. quoniam Abbas, numer. 3.* in antiqua edit. *verf. sed in hoc vltimo dicto*; dicens, ita in simili casu distinguere Bart. *in l. 1. ff. de iurisd. omn. iudic.* & Salic. *in l. more, ff. eod. tit.* quem *ibi*

refert, ac sequitur Alex. *col.* 2. quibus addo Sanchez omnino sic distinguentem in casu delegationis quoad eam perpetuandam respectu committentis, *lib.* 8. *de matrim. disput.* 28. *numer.* 44. *circa medium*, & ante eum ex aliorum mente Petr. Barbos. *in l. quia tale, numer.* 80. *ad fin. & num.* 81. *& 90. cum seq.* & quamuis hanc distinctionem quoad casum *nostrum*, vt à Dec. ponitur, impugnet Aug. Bero. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 87. tamen facile eius impugnatio ex eo impugnari potest, quòd non in ea significatione accipiat Bero dignitatem in abstracto, & in concreto, quo eam sumpsit Dec. Sanchez & Barbos. *vbi sup.* nimirum sicut Philosophi albedinem abstractum vocant, album verò concretum, docentes, abstractū illud esse, quod tanquam qualitas consideratur absque subiecto illam habente, quod est concretum: & sic abstractum est pars concreti; vtrumque verò reperire est siue in ipso genere, siue in specie, siue etiã in individuo: sed accipiat Berous abstractum pro genere, concretum pro specie, vel individuo; in quo sensu ait, potius *d. c. statutum*, loqui de dignitate in abstracto, seu in genere respectu potentiæ, & facilitatis delegandi, quia non magis vult committi causas positis in hac dignitate, quam in alia; sed respectu actus delegandi considerare dignitatem in concreto, quia causa actualiter non potest delegari nisi in certa dignitate constituto: text. autem *in d. c. quoniam Abbas*, respectu eiusdem potentiæ delegandi loqui de dignitate in concreto, neque obstare, quòd loquatur de dignitate, quæ per mortem non extinguitur; cùm etiam id, quod est in concreto, post mortem durare possit, vt patet in hac anima, in Episcopatu Bononiensi, in Abbatia certi loci, & similibus. sed quicquid sit de hoc, certè melius philosophatus est Dec. quàm Bero. nam licet Philosophis notum sit, genus abstrahi à speciebus, & speciem ab individuis: iisdem tamen incognitum est, hæc inferiora dici concreta respectu superiorum. & in omnem casum etiam Bero. sentit, alio modo sumi dignitatem *in d. cap. statutum*, atque *in d. cap. quoniam Abbas*; & diuersam esse vtriusque text. decisionem, quod præter supradicta ex eo etiam patet, quòd aliquibus dignitatibus committi possint causæ à sede Apostolica, iuxta *d. cap. statutum*, quarum tamen commissio per se perpetua non erit, neque transibit ad successores in iis dignitatibus, cùm hæ perpetuæ non sint, nec proprie successorem habeant, vt constabit ex iis, quæ dicemus *in seq. suppos.* & inferiùs *concl.* 5. *restrict.* 1.

122. Suppono igitur tertiò, † dignitatem Ecclesiasticam primæua iuris institutione eum habere, qui præeminentiam in Ecclesia, seu administrationem rerum Ecclesiasticarum cum iurisdictione habet; vt sup. hac ipsa quæst. *in* 1. *suppos. circa medium* diximus: necnon qui nomen aliquod dignitatis in iure expressum habet, vt Abbates, Decani, Præpositi, Archipresbyteri, Archidiaconi, *cap.* 1. *de at. & qualit. & ord. præfic. & cap. quamuis, de verb. sig.* Priores, *cap. nisi essent, de prab.* ac similes: sicut etiam verè dignitas est, quæ ex consuetudine in tali Ecclesia pro dignitate reputatur; & quæ ita instituta est, vt sit dignitas. quæ omnia satis probauimus *in tract. de Conseruatorib. iudicib. cap.* 5. *quæst.* 7. *ante* 1. *conclus.* vbi etiam ostendimus, dignitatis nomen aliquando confundi cum personatu, & officio, præcipuè ex *cap. cum accessissent, de constit.* vbi Primiceriatus primùm appellatur personatus, deinde dignitas, denique officium. ex quo patet, † dignitatem largiùs, seu genericè tunc sumi, prout comprehendit dignitatem stricte, ac specificè sumptam, personatum, & officium Ecclesiasticum. licèt hæc tria propriè inter se distinguantur, vt *ibidem* demonstrauimus. & quidem ipsa ea generica, & larga significatione accipitur dignitas à Doctor. dum *in cap. si gratiose, de rescript. in* 6. ex eo text. tradunt, commissionem, aut gratiam à dignitate, vel ad dignitatis beneplacitum concessam morte concedentis non expirare; & dum tum alibi, tum præcipuè *in d. cap. statutum, eod. tit. & lib. 6. d. cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* quærunt, an commissio, seu gratia facta dignitati transeat ad successorem. immo in hac posteriori quæstione præter prædicta sub dignitatis nomine ponunt etiam Canonicatum, præsertim Ecclesiæ Cathedralis. Atque in hac ipsa larga, & generica significatione accepta dignitas diuiditur in perpetuam, & temporalem: item in eam, quæ propriè successorem habet, & quæ illum proprie non habet: ac denique in propriam, ac principalem, seu per se subsistentem, & accessoriam, seu dependentem ab alia, & quodammodo alienam. Perpetua est, vt Archipresbyteratus, Archidiaconatus, Præpositura, & similes dignitates sæculares. quæ quidem, vt veræ dignitates sint, † perpetuæ esse 124.
debent, vt Innoc. & alij adnotarunt *in cap. de multa, de prab.* per text. *in cap.* 2. §. *fin. de stat. Mon.* cum aliis per nos allegat. *d. tract. de Conser. nat. cap.* 5. *quæst.* 5. *concl.* 2. *circa medium.* quibus addo Mandos. *ad reg.* 3. *Canc. quæst.* 11. *num.* 2. & Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. glos.* 5. *in princ. num.* 11. vbi alios allegant. Dignitates autem regulares non necessariò sunt perpetuæ, vt colligitur ex *cap. nisi essent, de prab.* iuncta *Clem.* 2. *de rescript.* cum vtrobique traditis per Doctor. *& d. cap.* 2. *de stat. Monach.* cum aliis allegatis per Mandos. *d. reg.* 3. *quæst.* 8. *num.* 4. *&* 5. *quæst.* 10. fere per tot. *& quæst.* 11. *num.* 3. Dignitas quoque † 125.
Legati sedis Apostolicæ, ‡ quæ tamen potiùs officium Ecclesiasticum est, vt colligitur ex *cap.* 2. *de off. leg. in* 6. ibi, commissum tibi à prædecessore nostro legationis officium, & ex *rubr. de offic. leg. ext. & in* 6. dum officium dicitur, non dignitas,) non perpetua, sed temporalis sui natura est; cùm Legatus ad nutum possit, & soleat a Romano Pontifice amoueri, licèt possit esse perpetua, si Legatus ab eo munere non amoueatur: vt inter cæteros docet post alios Sanchez *lib.* 8. *de matr. disput.* 27. *num.* 11. neque enim morte Pontificis, qui Legatum creauit, commissum ei officium etiam re integra expirat, vt decidit *in d. cap.* 2. *de offic. legat. in* 6. At verò Vicarius Episcopi, † vel non habet dignitatem, vt satis osten- 126.
dimus *d. quæst.* 5. *conclus.* 2. *post medium*; vel certè ea neque perpetua est, neque perpetua esse potest, cùm mortuo, amoto, vel resignante Episcopo, qui Vicarium deputauit, illius officium, seu qualis qualis dignitas expiret; vt post *glos. fin. in Clem. vlt. de procur.* & alios latè tradit Sbroz *in tract. de Vicar. Episc. lib.* 3. *quæst.* 42. 44. 45. & 49. & Sanchez *lib.* 3. *de matrim. disput.* 30. *numer.* 2. *cum duobus seqq.* iunctis ab eo adductis *lib.* 8. *disput.* 27. *numer.* 8. *& disput.* 28. *numer.* 59. sicut & per reuocationem; latè idem Sbroz *d. lib.* 3. *quæst.* 32. & per constitutionem secundi, *quæst.* 33. Insuper hæc qualiscumque dignitas Vicarij non est propria, & per se subsistens, sed accessoria, & dependens, quasique aliena, coruscans nimirum radiis Episcopi; (qualis est lux lunæ, quæ, vt ait quoque Marcus Tullius *in somnio Scipionis*, luce lucet aliena;) vt tradunt communiter Doctor. *in Clem.* 2. *de rescript.* & plerique probati à Sbroz *d. tract. de Vicar. Episc. lib.* 2. *quæst.* 22. fere per tot. & Sanchez *d. disput.*

123.

d. diſput. 27. *num.* 8. vbi etiam, *& d. diſput.* 28. *numer.*
127. 59. oſtendit, † eum propriè non habere ſucceſſorem; quia ea expiret cum Vicarij perſona per eius, vel Epiſcopi mortem, aut reuocationem, aut alia ceſſatione officij ipſius Vicarij, quòd etiam de Legato poſt alios docet *d. diſput.* 27. *num.* 11. *& diſput.* 28.
128. *num.* 59. Canonicatus denique, † licèt tamquam beneficium ſæculare ſui natura perpetuum ſit, iuxta *cap. ſatis peruerſum*, 56. *diſt. cap. ſanctorum*, 70. *diſt. cap. pen. de cler. egrot.* latè Gonzal. *d. glo.* 5. *in princ. numer.* 11. & Mandoſ. *d. quæſt.* 11. *numer.* 2. tamen propriè non habet ſucceſſorem; idque etiamſi certus Canonicorum numerus ſit in ea Eccleſia, vt poſt alios docet Sanchez *d. diſput.* 27. *numer.* 12. quibus adde glo. *in cap. quod ſicut*, *verbo, conſentire*, & *ibi* Vinc. Goffr. Innoc. *numer.* 5. Hoſt. Compoſt. & alios, *de elect.* ac Franc. Marc. *deciſ. Delphin.* 1232. *&* 1261. *in* 1. *part.* ad quod allegant ferè omnes textum *in cap. relatum*, *il* 2. *de teſtam.* Illud tamen probabile puto, quòd, ſi Canonicatus alicuius Eccleſiæ haberent certum titulum, & inuocationem alicuius ſancti, vtputa S. Petri, S. Ioannis, quales ſunt tituli Cardinalium, & cuiuſmodi Canonicatus audio alicubi eſſe; tunc, qui eos Canonicatus obtinerent, haberent propriè ſucceſſores. idémque dicendum de obtinentibus præbendas qualificatas, vtputa Theologalem, Pœnitentialem, & Magiſtralem, prout de Pœnitentiali ſentit Natar. *conſil.* 14. *de reb. Eccleſ. non alien.* aliàs 22. *de præb.* in quo nos ab eo non diſſenſimus *in*
129. *tract. de opt. can. cap.* 4. *concl.* 3. multo verò magis † vbi, qui eas præbendas obtinent, præcedere deberent ſimplices Canonicos; tunc enim non dicerentur illi obtinere ſimplices Canonicatus, ſed perſonatus; quos quidem, qui obtinent, propriè, ac verè habent ſucceſſorem; vt inter alios docet Abb. *d. c. quoniam Abbas*, *num.* 9. *de offic. deleg.*

130. Suppono quartò, & vltimò, ad coniectandum, † an commiſſio ſit perſonalis, ſeu facta contemplatione perſonæ, vel potiùs realis, ſeu facta dignitati, eiúſque contemplatione; non eſſe principaliter ſpectandum, an delegatio fiat expreſſo nomine delegati, an expreſſa eius dignitate, ſed priùs attendendum, an ex aliis verbis, aut ſubiecta materia eorum alterum deprehendi poſſit; quòd ſi nequeat, id diiudicandum erit ex nominis proprij delegati, aut eius dignitatis expreſſione. nam, ſi alia verba, vel materia ſubiecta indicent commiſſionem eſſe perſonalem, ſic erit cenſendum, licèt ſolius dignitatis delegati mentio fiat; exemplum ſit de verbis, ſi Pontifex committat cauſam Epiſcopo Cordubenſi ſolo dignitatis nomine expreſſo, declarans, ſe illi committere ob peculiarem ſcientiæ, ac ſanctitatis notitiam, quam de ipſo habet: exemplum in materia ſubiecta; ſi fuit excommunicatus Epiſcopus Cordubenſis ſolo dignitatis nomine expreſſo; certum eſt enim, excommunicationem non tranſire ad ſucceſſorem, niſi is participauerit in crimine, *cap.* 1. *de offic. Vicar. in* 6. *& cap. aduerſus*, *de immunit. Eccleſ.* cum vtrobique not. ſicut contrà, ſi materia ſubiecta reſpiciat dignitatem, diſpoſitio ad ſucceſſorem porrigitur, licet tantùm nomen proprium exprimatur, vt ex text. *in cap. dilecti*, & *ibi glo.* 2. & Abb. *de for. compet.* & aliis tradit Dec. *d. cap quoniam Abbas*, *numer.* 3. *in antiq. verſ. & idem eſt è contra*; ſicut *in verſ. prima concluſio*, pluribus relatis, ex Abb. & communi Doctorum *d. cap. quoniam Abbas*, docuerat, quòd, licèt in commiſſione ſit expreſſum ſolum nomen dignitatis, ſi tamen ex verbis, vel alio modo colligatur, committentem habuiſſe reſpectum ad perſonam, commiſſio cenſetur perſonalis.

Vtramque autem huius ſuppoſit. partem aliis quoque citat. tradit Conar. *in repet. cap. requiſiti*, *num.* 1. *vſque ad* 5. *de teſtam.* & Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſput.* 27. *num.* 3. ob eam rationem, quam idem Dec. latiùs *ibidem* confirmat; & inter cætera, quia vnà præſumptio † tollit aliam, & maior minorem, *l.* 131.
Diuus, *& ibi* Part. not. *ff. de in integ. reſt. cap. tranſmiſſam*, iuncta glo. *qui ſil. ſint legit.* late Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 30. *numer.* 1. at fortior eſt præſumptio ſpecialis, quæ oritur ex peculiaribus verbis, aut ſubiecta materia, quàm generalis deſumpta ex proprij nominis, aut dignitatis expreſſione. ſpecialis autem præſumptio præponderat generali, vt conſtat ex latiùs adductis à Menoch. *d. lib.* 1. *de præſumpt. quæſt.* 29. *num.* 7. *& de arbitrar. iud. caſ.* 472. *num.* 14. Ex quo Dec. *vbi ſup.* quem etiam ſequitur, & à Bero. impugnatione defendit Sanchez *d. diſput.* 27. *num.* 4. illud infert, † præ- 132.
ſumptionem reſpicientem perſonam præferri præſumptioni reſpicienti dignitatem, ac proinde concurrente vtraque præſumptione, diſpoſitionem in dubio iudicandam eſſe perſonalem; nam præſumptio reſpiciens perſonam magis ſpecialis eſt, vt ſingulariter voluit Bald. *in l.* 1. *quæſt.* 3. *ff. de offic. Conſul. & in l. executorem*, *verſic. hic redeo ad materiam*, *C. de execut. rei iudic.* quod etiam docuit Aldob. *in Apoſtill. ad Dec. d. num.* 3. *verbo ſpecialis*, allegans eundem Dec. *in cap.* 1. *num.* 44. *de reſcript.* Iam verò his ſuppoſitis ad concluſiones præſentis quæſt. deſcendamus.

PRIMA CONCLVSIO. Per mortem naturalem eius, cui commiſſa eſt commutatio vltimæ voluntatis, † expirat in eo commiſſio etiam quoad 133.
negotia cœpta. Probatur, quia mors omnia ſoluit, §. *deinceps*, *auth. de nupt. collat.* 4. cui conſonat illud Pſalm. 48. *Homo*, *cùm interierit*, *non ſumet omnia*, *neque deſcendet cum eo gloria eius*; hoc eſt, nihil ſumet, vt rectè exponit eum locum inter cæteros Ioan. Lotinus olim in Theologica facultate præceptor meus de Chriſtiana Rep. maximè in exponendis ſacris Scripturis optimè meritus, multa ad eam expoſitionem factæ Scripturæ loca afferens, vbi *non omne* accipitur pro nihilo, aut nullo; ac præſertim illud Luc. 1. *Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum*: ac ſubdens, & optimè, quòd, ſi etiam accipiantur illa verba, *non omnia*, prout ſumunt Dialectici pro aliqua non, quaſi aliqua etiam ſecum ſumat homo, dum moritur; illud rectè intelligit de temporalibus bonis, hoc verò de operibus, iuxta illud Apoſt. 14. *Opera illorum ſequuntur illos.* Sed & meliùs conſonat, quod ait Apoſtolus 1. ad Timoth. 6. *Nihil inuulimus in hunc mundum*, *haud dubium*, *quòd nec auferre quid poſſumus*; & ſimilia, quæ tam ex ſacra Scriptura, quàm ex ſacris, ac profanis Scriptoribus ad eum locum Pſal. & ad *cap.* 5. *Eccleſ.* idem eruditiſsimus auctor in medium affert.

An verò vbi commiſsarius diuino miraculo à mortuis ſtatim, aut etiam poſt aliquod tempus excitaretur, † recuperaret poteſtatem commutandi 134.
vltimam voluntatem ſibi conceſsam; quoad negotia cœpta, vel non cœpta; quoniam hoc eſt de rarò contingentibus, & nunquam fortaſse eueniet, pro huiuſmodi articulo candidum lectorem remiſiſſe ſufficiet ad ea, quæ hac in re ſcripſimus *in tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap. vlt. quæſt.* 3. *concluſ.* 1. & auctores *inibi* per nos citatos, ac præcipuè Tiraq. *in repet. l. ſi vnquam*, *verbo, ſuſceperit liberos*, *num.* 170. *C. de reuocand. donat.* & Petr. Natar. *in tract. de reſtitut. lib.* 1. *cap.* 2. *à num.* 3. *ad* 9. illúdque dumtaxat hoc loco admoniſſe ſatis erit, quod *d. concluſ.* 1. *ad fi.*

docuimus, quòd is resurgens non recuperaret iurisdictionem quoad negotia non cœpta, vbi, qui eam concessit, re integra decessisset, aut alias amisisset Pontificatum, vel Principatum, aliámve dignitatem, cuius ratione eam concessionem, seu commissionem fecerat; aut inferior Romano Pontifice excommunicatus, vel suspensus à sua iurisdictione denuntiatus fuisset; idque solùm durante tali excommunicatione, vel suspensione; iuxta latiùs per nos deducta *in præced. quæst.* quoad negotia verò etiam cœpta non recuperaret iurisdictionem sibi delegatam, vbi eam concedens successorem defuncto dedisset, vt colligi potest ex *l. mortuo iudice, ff. de iudic. §. & hoc verò inbemus, in auth. vt nulli iudic. cap quoniam Abbas, de offic. deleg. & cap. pastoralis, §. præterea, de offic. ord.* quæ iura paulo infrà ponderabimus. atque hæc esse potest prima ampliatio præsentis 1. conclusionis.

Ampliatur secundò, quòd, si duo commissarij commutationis sint dati simpliciter, † mortuo vno 135.
illorum, iurisdictio, & facultas commutandi in collega quoque expirauit; vt satis constat ex *cap. vno delegatorum*, quod est *pen. de offic. deleg.* vbi Romanus Pontifex de delegatis, & arbitris loquens, vno delegatorum, inquit, vel arbitrorum, sicut proponis, rebus humanis exempto, eorum officium expirauit. cuius ratio est secundùm glos. *ibi, verbo, delegatorum*, ab aliis communiter receptam, quia neuter illorum, qui simpliciter dati, vel electi sunt, sine altero procedere poterat; loco enim vnius sunt, & omnes iudicare sunt iussi, *l. item si vnus, §. 1. & l. si in tres, cum seq.* quæ inquit, *ficuti, ff. de recept. arbitr.* necnon *l. duo ex tribus, ff. de re iudic. §.* seu *vers. si autem duo, in auth. vt iudic. non expect. sacr. iuss. collat. 9. c. causam matrimonij, & cap. cum causa, de offic. deleg.* cum simil. & quamuis hæc iura, præsertim ciuilia, loquantur de collega absente, non autem mortuo; tamen idem omninò dicendum eo mortuo; nam mors, & absentia hac in re à iure æquiparantur *l. placuit, C. de pedan. iudic.* & apertiùs *in cap. si delegatus, de offic. deleg. in 6.* ibi; poteris, eo rebus humanis exempto, cùm & tunc censeatur abesse, &c. Hæc autem ampliatio restringitur primò, vt non
136. procedat, † vbi illi duo, vel plures delegati sint cum clausula, *quòd si ambo non potestis*, &c. aut, *si non omnes*, &c. tunc enim eorum altero, aut aliis defunctis, superstes solus, aut superstites poterunt procedere; atque adeò per illius, illorúmve mortem, huius, seu horum iurisdictio, & potestas non expirabit. ita tenet glos. communiter recepta *d. cap. pen. verbo, delegatorum*, per illum text. *in fi.* ibi; nisi aliud in delegatione fuerit expressum, *& l. non distinguemus, §. cùm in plures, ff. de recept. arbitr. & cap. Raynaldus, de testam.* quæ duo postrema iura, licèt loquantur in arbitris, valde tamen ad rem hanc faciunt, in qua illis pares facit delegatos Romanus Pontifex, *d. cap. pen.* & Iurisconsultus *in d. l. si in tres*, iuncta seq. *ff. de recept. arbitr.* & ratio huius restrictionis est, quoniam de impotentia collegæ cum tali clausula dati constare dicitur, si is mortuus fuerit, vt patet ex *cap. scisciatur, de rescript. & cap. licèt vndique, de offic. deleg.* atque adeò cùm purificata sit iurisdictio, quæ per dictam clausulam conditionalis erat, iuxta glos. & Doctor. *in cap. prudentiam, in princ. de offic. deleg. & cap. cùm plures, verbo, forma, & verbo, quo potest, eod. tit. in 6.* procedere poterit superstes, nec per mortem alterius, aliorúmve expirabit iurisdictio, ac potestas illis duobus, vel pluribus concessa. Secundò restringitur prædicta
137. ampliatio, vt multo minùs procedat, † cùm plures commissarij dati sunt cum clausula, vt omnes, aut duo, vel vnus eorum mandatum Apostolicum exequantur, aut sub alia consimili forma (hoc est, vt *d. cap. cùm plures, verbo, consimili*, explicat glos. & Doct. si dicatur, quòd quilibet eorum in solidum, ac per se iudicare, & exequi possit; vel si dicatur, quòd alter alterum non expectet, aut requirat: tunc enim per obitum talis collegæ, seu collegarum iurisdictio, & officium in superstite non expirabit; cùm stante tali commissione quilibet iudicum, vel executorum liberè possit sine alio iniunctum sibi mandatum adimplere; vt decernitur *in d. cap. cùm plures, in princ.* vbi glos. ab aliis approbata verbum, *liberè*, exponit etiam non requisito collega, arg. *cap. de multa, de prab. & cap. licèt Episcopus, eod. tit. in* 6. cùm aliis ad id adductis à Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 45. *à num.* 10. *ad* 16. *glos.* 46. *numer.* 1. *cum tribus seqq. & glos.* 53. *à numer.* 3. *vsque ad* 15. & nouissimè ab Aug. Barbos. *in suis remiss. Doctor. seu tract. de diction. & clausul. dict.* 164. præsertim *num.* 2. & 3. Restringitur denique eadem ampliatio, vt non habeat locum, † quoties ille ex pluribus collegis 138.
eiusdem iurisdictionis, seu potestatis delegatæ datis simpliciter, vel simul, qui decedit, habet successorem in dignitate cui, seu cuius contemplatione facta sit delegatio; nam tunc per eius mortem non expirat ipsius commissio, seu potestas, & iurisdictio; sed transit in successorem; vt probat text. *in cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* vbi, cùm Romanus Pontifex propriis nominibus non expressis causam delegasset Abbati Leicestriæ, & Abbati Vincestriæ, & ille Abbas cùm huius præmortui successore in causa processisset, eorum sententiam, sicuti iusta fuit, ratam, & firmam habuit. ad quod etiam faciunt *cap. pastoralis, §. præterea, de offic. ord.* & alia iura, quibus mox ostendemus, commissionem etiam circumscripto, quòd pluribus, aut vni fiat, si facta sit dignitati, seu contemplatione dignitatis, transire ad successorem in dignitate, neque expirare per mortem naturalem eam tunc obtinentis.

Limitatur ergo principaliter præsens nostra prima conclusio, vt † commissio commutationis vlti- 139.
mæ voluntatis non expiret per mortem commissarij, sed transeat in eius successorem in dignitate, vbi illa commissio fiat contemplatione dignitatis, seu ipsi dignitati: secus si fiat personæ, eiúlve contemplatione. Probatur hæc limitatio, ac regula quoad vtramque partem ex *cap. si gratiosè, de rescript. in* 6. vbi Romanus Pontifex decidit, gratiam concessam ad beneplacitum personæ expirare morte concedentis, concessam verò ad beneplacitum dignitatis, cùm ea non moriatur, non extingui morte illam tunc obtinentis. ac prædictam regulam arg. etiam huius text. tradunt glos. & Doctores communiter tum *ibi*, tum *d. cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* ac plerique *in c. si annum, de rescript. in* 6. *& Clem.* 2. *eod. tit. l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud. & l. mortuo iudice, ff. de iudic.* atque alibi sæpe. Prior verò eius pars seorsim probatur quoque *in d. c. quoniam Abbas*, cuius decisionem paulo antè ponderauimus: necnon colligitur ex *c. pastoralis, §. præterea*, seu *1. de offic. deleg.* vbi dicitur, quòd mortuo delegato Papæ, qui excommunicauit, vel actorem in possessionem induxit, absoluere, ac restituere poterit is, qui tali delegato succedit in onere, & honore: atque hunc text. ad id ponderauit glos. *ibidem, verbo, succedat*, dum pro concordante allegat textum *in d. c. quoniam Abbas*, ad idé quoque est text. *in d. l. mortuo iudice, ff. de iudic.* vbi Paulus I.C. *mortuo*, inquit, *iudice, quod eũ iudicare oportuerat, idem cum, qui subditus est, sequi oportet.* atque hunc pariter text. ad hoc allegat glos. *d. verbo, succedat, & d. cap. quoniam Abbas, verbo, substituerunt, circa medium*; vbi etiam ad idem citat text. *in §. & hoc*

verò

verò iubemus, auth. vt null. indic. collat. 9. quo loci Imperator, & hoc verò, ait, iubemus obſeruari ab omni adminiſtratore, vt, ſi contigerit in ſcriptis noſtram iuſſionem fieri ad aliquem iudicem, & interea iſte quieſcat ab adminiſtratione, is, qui poſt illum ſuſceperit dignitatem, accipiat eam, & inſinuet: &, ſiquidem priuata eſt cauſa, & implere eam, & aſſequi quemadmodum ad eum promeruit reſcriptum: ſi verò huiuſmodi in ſcriptis iuſſio publicum reſpicit, inquirat eam; & ſi quidem non lædatur fiſcus, quæ in ea comprehenſa ſunt, adimpleat; ſi verò ad læſionem eſt fiſci, nihil ſuper ea omnino agi, nuntiare verò nobis primùm, vt ſecunda noſtra ſint de hoc iuſſio. atque hunc text. ad id quoque allegat poſt alios Menoch. *de arbitrar. indic. lib.* 1. *quæſt.* 68. *num.* 4. & 11. Non parum etiam ad rem noſtram facit text. *in cap. ſi ie, cui, de offic. deleg. in* 6. dum enim
140. *ibi* decernitur, † à ſubdelegato Apoſtolico non appellari ad delegatum proprio nomine non expreſſo, quem mori contingat, ſolùm donec detur eius ſucceſſor; apertè ſupponitur delegationem tranſire ad ſucceſſorem, neque oberit, quòd dicat textus, licèt nomine proprio non expreſſo, quaſi idem ſit etiam expreſſo nomine proprio: nam, vt rectè ait gloſ. recepta *verbo, non expreſſo*, aliàs non erat dubitatio; ſi enim, inquit, nomen fuiſſet expreſſum, ſucceſſor non ſuccederet in delegatione, ſup. *eod. cap. quoniam Abbas.* Præterea Menoch. *d. num.* 21. ad idem adducit etiam text. *in l. annua, §.* 1. *ff. de annu. leg.* ac Dec. *d. cap. quoniam Abbas, num.* 3. affert alium text. *in l. quod Principi, ff. de legat.* 2. qui tamen potiùs faciunt ad id, quod gratia ſeu conceſſio tranſeat ad ſucceſſorem illius, cui ea fit, eò quòd eiuſdem dignitati facta fuerit, quæ eſt materia ſeq. quæſt. ſicut etiam alij text. à Doctoribus præter prædictos adducti; vnde ibi eos examinabimus. Interim verò hoc loco pro complemento præſentis & maiori ſequentium concluſ. explicatione videndum eſt nobis, quando commiſſio ſit perſonalis, ſeu facta perſonæ, eiúſque contemplatione, & quando realis ſit, ſeu facta dignitati, illiúſve contemplatione; vt ſimul ſciamus, quando non tranſeat ad ſucceſſores, ſeu cum perſona, cui tunc fit, extinguatur; & quando ea ad ſucceſſores tranſmittatur.

141. Qua in re illud ſtatuendum eſt, vt † quando ex aliis verbis, aut ex ſubiecta materia certior regula deduci nequit; ſed omnibus penſatis adhuc res eſt dubia, iuxta id, quod ſup. vltimo loco ſuppoſuimus: duplex regula accipienda eſt; altera, quòd, ſi ſolum nomen perſonæ delegati exprimatur, vt, committimus hoc Petro, erit commiſſio perſonalis. quando autem nomen dignitatis, vel officij ſolum exprimitur, vt, committo hoc Epiſcopo Cordubenſi, vel Prætori Cremonenſi, commiſſio erit realis. quæ regula probatur ſatis expreſſè *in d. cap. quoniam Abbas*, ibi; quia ſub expreſſis nominibus locorum, & non perſonarum, commiſſio emanauit; per loca autem ibi intelliguntur dignitates, quæ locis præſunt, vt explicat *ibi* Abb. *n.* 8. ab omnibus receptus. & ideo, vt inquit Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 27. *n.* 6. ex eo textu colligunt hanc regulam vniuerſi Doctores cum gloſ. *ibi in verbo, ſubſtituimus*; ex quibus pleroſque allegat Dec. *d. cap. quoniam Abbas, n.* 3. *in initio*, iuxta antiquam impreſſionem. idem quoque ſentit gloſ. ab aliis approbata *in cap. ſi ie, cui, verbo, non expreſſo, de offic. deleg. in* 6. & ratio eſt, quia in priori caſu commiſſio ſit perſonæ, quæ moritur; at in poſteriori ſit dignitati, quæ non moritur, ſed eſt vna, & eadem in ſucceſſore, *cap. ſi gratioſe de reſcript. in* 6. Procedit quæ hæc regula quamuis delegatus eſſet incognitus deleganti, vt contra Laſ. *in l. more, num.* 65. *limit.* 6. *ff. de iuriſd. omn. iudic.* alios etiam allegantem, ſatis probat Sanchez *d. diſput.* 27. *num.* 16. Altera regula eſt, quòd, † vbi tam nomen proprium, ſeu perſonæ, 142.
quam appellatiuum, ſeu dignitatis in commiſsione exprimatur; aliqui Doctores, quos recenſet Sanchez *d. diſp.* 27. *num.* 18. voluerint, indiſtinctè præualere nomen, quod præmittitur. quibus addo gloſ. idem ſentientem, loquentem tamen in legatis, *in l. cùm ita datur, §. ex his verbis, verbo, heredi Titio. ff. de condit. & demonſtr.* per text. *in l. ſi ſeruus communis, ff. de ſtipul. ſerv.* quæ conſtituit diſcrimen, quando ſeruus communis ſtipulatur dominis ſuis, an præcedat nomen proprium, vel appellatiuum: cæteri autem tum ex hoc text. mouentur, tum quòd ex ordine litteræ deducitur intentio concedentis, *l. quoties, ff. de vſufr. cap. ſi quis inſto, de elect. in* 6. & *cap. mandato, de prab. eod. lib.* licèt etiam non pauci, quos refert idem Sanchez *d. diſput.* 27. *num.* 19. ac ſequitur Menoch. *d. quæſt.* 68. *n.* 16. iuncto *num.* 17. diſtinxerint; vt quando committens notitiam habet perſonæ, cui committit; tunc ſi præcedat nomen proprium perſonæ, commiſsio ſit perſonalis; realis verò, ſi præmittatur nomen dignitatis: at quando committens non habet notitiam perſonæ, tunc cenſeatur commiſsio realis, & facta dignitati, vtrumuis nomen præcedat. Tamen longè verius, ac probabilius eſt huiuſmodi commiſsionem ſemper eſſe perſonalem, vtrumuis nomen præponatur; ac proinde non tranſire ad ſucceſſorem. ita poſt alios Flam. Pariſ. *in tract. de reſig. benef. lib.* 1. *quæſt.* 11. *n.* 12. & Sanchez *d. diſp.* 28. *num.* 10. qui id pluribus comprobat, ac præcipuè tum ex citatis verbis *d. c. quoniam Abbas*, nimirum, ſub expreſsis nominibus locorum, & non perſonarum, quaſi dicat; vbi nulla nominis perſonæ facta ſit expreſsio: tum quia, cùm tunc ex nominis proprij expreſsione præſumptio ſpecialis, ex appellatiui autem, ſeu dignitatis expreſsione præſumptio generalis colligatur; ſpecialis præferri debet generali, vt *in d. ſuppoſ. vlt.* oſtendimus. *ibid.* autem Sanchez ſimul etiam reſpondet ad id, quod pro ſecunda ſententia mox relata, quam ipſe pro tertia retulit, obiici poterat ex *d. l. ſi ſeruus communis*, vel potiùs *l. ſi communis ſeruus, ff. de ſtipul. ſerv.* iuncta *l. pen. ff. de reb. dub.* Sed & aliàs ad *d. l. pen.* reſpondetur, quòd loquitur ſuppoſito quòd erratum eſſet à diſponente; & in ſpecie, quæ à noſtra diuerſa eſt, nimirum in legatis, & quidem non quoad legatarium, ſed rem legatam. denique *ibi* etiam dicitur, priùs recurrendum eſſe ad alias coniecturas voluntatis; & ſic procedit in dubio. in caſu autem noſtro res dubia non eſt; per text. *in d. c. quoniam Abbas.* Ad *d.* verò *l. ſi communis ſeruus*; dicimus, & ipſam loqui in diuerſa ſpecie, nimirum ſtipulationis, & ſolum poni caſum cùm præcedit nomen, non autem cùm præcedit officium, vel quid ſimile; quod etiam ibi non excluditur omnino ſeu à toto, ſed ſolùm à tanto. nec ordo ſcripturæ ſemper ſpectatur, ſed potiùs ex iure ſumitur id, quod agi videtur, *l. nec enim ordo, ff. de ſolut. l. quidam ff. de pecul. leg. & l. ſi finita, §. ſi plures, ff. de dam. infect.* ſicque non obſtat etiam prædictæ primæ ſententiæ, quam pro ſecunda ponit Sanch. *d. n.* 18. cùm *n.* 17. pro prima referat gloſ. *d. l. cùm ita, §. heredi*, quaſi velit, quòd vbi nomen dignitatis, & perſonæ exprimitur, præualeat qualitas dignitatis tamquam potentior; cùm tamen apertè velit attendendum eſſe nomen præcedens. rectè autem Sanch. *numer.* 21. poſt alios docet, quòd quamlibet ex prædictis ſententiis amplectamur, ea reſtringenda eſt, niſi commiſsio ſecundùm alium intellectum redderetur omnino inutilis; tunc enim in dubio cenſeri debet ſpectatum id nomen ſiue proprium, ſiue dignitatis, iuxta quod diſpoſitio eſt

valida, & vtilis; quod rursus bene temperat post Bero. *d. cap. quoniam Abbas, num.* 94. nisi accepta hoc intellectu commissio alteri iniustè damnum inferret: potiùs enim sustinendum est, dispositionem esse inutilem, quàm damnum alicui iniustè inferri.

Extenditur autem primò tam ipsa principalis propositæ conclus. limitatio, ac regula ad eam confirmandam allata, quàm duæ postremæ regulæ ad eiusdem declarationem adductæ; vt etiamsi facta sit delegatio pluribus sub nomine collectiuo, vt octo Canonicis, vel Decurionibus, expressis eorum nominibus, ea non transeat ad successores; vt ex Dec. *consil.* 381. *numer.* 3. & Ruin. *consil.* 163. *numer.* 9. *lib.* 2. tradit Menoch. *d. quæst.* 68. *numer.* 19. Secundò extenditur, vt etiamsi prior commissarius
143. obierit re integra, † adhuc ad successorem transeat commissio facta dignitati; vt contra Ang. *d.* §. *& hoc verò inhemus, auth. vt nulli ind. coll.* 9. *vers. attende*, ex communi aliis relatis resoluunt Menoch. *d. quæst.* 68. *numer.* 22. & Sanchez id latiùs confirmans *d. disput.* 27. *numer.* 7. vbi ad text. *d. cap. quoniam Abbas*, qui aduertisse videtur in iis verbis; *illi mandato nostro parendo*, quæ verba, cùm sint ablatiui absoluti, important conditionem, *l. à testatore, ff. de condit. & demonstr.* respondet, †
144. iuxta multorum expositionem supplendum esse, *maximè*; neque in hoc vim fieri à textu, sed in eo, quòd delegatio dignitati facta sit, accedit, quòd ea verba commodè referri possint ad successorem præmortui iudicis, seu eius substitutum; vt post Abb. & Imol. *d. cap. quoniam Abbas*, & alios exponit *ibi* Dec. *numer.* 2. in edit. antiq. seu *notab.* 2. neque sunt dispositiua, sed solùm narratiua facti, & eius, quod contigerat; atque adeò non restringunt. quomodo etiam responderi potest ad illa verba eiusdem text. qui suscepto mandato nostro partibus diem ad agendum præfixit: vbi loquitur de delegato superstite siue mandatum susceperit, ac citauerit cum defuncto, siue solus; de quo latè disputat Bero. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 33. *vsque ad* 45. atque contra communem tenere videtur, & aliter etiam ab eo, quod ipse *numer.* 12. *& duobus seqq.* contra eandem dixerat. quæ tamen adducit *d. numer.* 33. *& seqq.* facilè euitari possunt, dicendo ea procedere, cùm delegatio fit non dignitati, sed personæ. Tertiò
145. extenditur, vt, † licèt commissum sit negotium aliquod facti sub nomine dignitatis, transeat ad successorem; vt post alios probat Menoch. *d. quæst.* 68. *numer.* 23. Extenditur quartò, vt, quando commissio facta est dignitati, †
146. mortuo prædecessore, non sit necesse præsentare commissionem successori; sed sufficiat eius exhibitio ad instructionem; vt post alios docet Dec. *d. cap. quoniam Abbas, notab.* 2. & sequi videtur Bero. *ibidem à numer.* 3. *ad* 9. Extenditur quintò, vt commissio facta dignitati transeat ad successorem absque eo, quòd per nouum rescriptum iurisdictio ei tribuatur; vt tenent Doctor. communiter *d. cap. quoniam Abbas*, post glos. *ibi verbo, substitutum*, prout testatur Bero. *ibi numer.* 38. *&* 51. licèt ipse vtrobique, *& numer.* 40. hanc communem opinionem impugnet; & *numer.* 41. solùm admittat vbi ab initio fuerit rescriptum iudici, seu iudicibus, ac cœptum in causa procedi. cuius rationes, vel solùm probant in delegatione facta personæ, vel quòd ad dignitatem acquirendam requiritur electio, & confirmatio. Extenditur nunc postremò prædicta limitatio, &
147. regula, vt locum habeat † etiam in Commendatario; nam delegatio in titularem facta sub nomine dignitatis transit in successorem per commendam. ita post alios Dec. *d. cap. quoniam Abbas, num.* 4. in antiq. edit. & Garz. mox citand. *num.* 30. quod intellige de Commendatariis nostri temporis, qui cùm perpetui sint, pro titularibus habentur: de quibus nos latiùs *a. tract. de Conservat. inuicib. cap.* 5. *quæst.* 6. Restringitur nunc eadem limitatio, & regula primò, vt † de rigore iuris delegatio, seu 148.
commissio facta Vicario Episcopi sub nomine dignitatis, vel officij non transeat in eius successorem. est id de mente eorum, quos sequuntur Barbos. *l. quia tale, numer.* 79. *ff. sol. matr.* & Menoch. *d. quæst.* 68. *numer.* 24. *& lib.* 4. *præsumpt.* 121. *num.* 10. vbi id asserunt de delegatione facta obtinenti dignitatem nomine alterius, sed in specie Vicarij Episcopi, ex eo, quòd propriè successorem non habeat, ex communi multis citatis resoluunt Dec. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 9. in antiq. & 42. in nou. edit. Bero. *numer.* 100. *cum seq.* Barbos. *d. num.* 79. Sanchez *d. disput.* 27. *numer.* 8. & post hæc Nic. Garz. *tract. de benefic. part.* 6. *cap.* 2. *numer.* 32. vbi etiam plures Rot. decisiones refert; ante eum verò Iacob. Sbroz *tract. de Vicar. Episc. lib.* 3. *quæst.* 49. *numer.* 3. eam latè confirmans vsque ad *numer.* 8. Sed quia contrarium tenent plerique alij, quos refert Dec. & Bero. *vbi sup.* Sanchez *d. disput.* 27. *num.* 9. & Sbroz *d. quæst.* 49. *numer.* 1. & 2. necnon ead. *tract. lib.* 1. *quæst.* 67. ferè per tot. & sequi videtur plerisque allegatis Garz. *d. cap.* 2. *n.* 34. & 35. vbi pariter multas Rot. Rom. decisiones ad id adducit; qui etiam omnes testantur, hanc opinionem esse praxi receptam: placet mihi opinio quædam media, quam post Abb. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 11. sequitur Sanchez *d. disput.* 27. *numer.* 10. vt, licèt prædicta opinio communis de rigore vera sit, quia stricte Vicarius non habet dignitatem, aut in ea sibi succedentem: tamen commissio facta Vicario transeat ad eius qualem qualem successorem; quia eam esse Pontificis Vicario sic committentis mentem, vt commissio ad ipsius successorem transeat; verèque ab ipso considerari Vicarij tribunal, dum hæc committit sub nomine Vicariatus, praxis ipsa satis testatur: idque suadet prudens, ac tuanis Ecclesiæ gubernatio; cùm enim commissiones dispensationum, & aliarum huiusmodi gratiarum in foro externo concessarum dirigantur semper Officiali diœcesano, si personales forent, passim petirent, magnæque expensæ fierent in aliis rescriptis impetrandis. subdit autem *vbi d.* Sanchez, quòd, licèt Doctores loquantur de Vicario Episcopi; idem tamen dicendum est † de Vicariis Capituli sede vacante, 149.
ac Prælatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, ita, vt nulli Episcopo subsint; commissiones enim huiusmodi Vicariis directæ sub nomine officij transibunt ad eorum successores; cùm militet eadem ratio, & praxis ipsa quoad eos quoque ita doceat; quos capaces fore harum delegationum ipsemet Sanchez satis probat *eadem disput.* 27. *numer.* 34. & nos docuimus *cap.* 5. *quæst.* 14. *conclus.* 2. *&* 3. ac breuiter etiam ostendemus *conclus. seq. declar.* 7.

Secundò restringitur, vt commissiones factæ Legato etiam de latere Papæ sub nomine dignitatis † 150.
non transeant ad successorem, sed cum persona Legati extinguantur: quia Legati dignitas non est perpetua in Ecclesia, sed ad Pontificis nutum reuocabilis; atque adeò finita legatione non dicitur vacare dignitas, sed semper de nouo per Pontificem creatur. ita Barbos. *d. l. quia tale, numer.* 79. & Sanchez *d. disput.* 27. *numer.* 11. id etiam confirmans ex textu *in cap. præsenti, de offic. Legat. in* 6. vbi reseruationes, ac prouisiones beneficiorum à Legato

facta.

Digitized by Google

factæ, ac nondum effectum sortitæ expirant finita legatione: & quòd commissiones causarum à Legato factæ, si eius delegatus non citauit ante eiusdem discessum, expirent per huiusmodi discessum, seu finem legationis, textus est *in c. vlt. ext. eod. tit.* vnde apertè constat, legationem ipsam extingui, nec transire ad successorem, & quòd Legatus non habeat successorem, sentiunt præcitati Doct. præsertim Sanchez, & tenet quoque expressè Gondisalu. à Villadieg. *tract. de legat. quæst.* 16. *numer.* 27. vbi etiam id sufficienter probat. Posset tamen prior Legatus cognoscere de causa sibi à Romano Pontifice, aut alio eidem non sub nomine dignitatis, seu dignitati commissa, sed sub nomine proprio, etiam post finem legationis; vt post Abb. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 11. & *ibi* Bero. *numer.* 102. *vers. in hac tamen quæstione*, de communi attestantem, tradit Flam. Paris. *tract. de resignat. benef. lib.* 1. *quæst.* 11. *numer.* 14. neque de hoc dubitari potest, ex supradictis.

Restringitur tertiò, vt commissio facta Canonico Ecclesiæ Cathedralis sub nomine Canonicatus,
151. seu dignitatis, † non transeat in successorem, etiamsi certus in ea Ecclesia sit Canonicorum numerus. ita pluribus relatis Sanchez *d. disput.* 27. *n.* 12. quoniam tunc etiam non habet successorem, quod nos quoque sup. *in* 3. *suppos.* docuimus. Non puto tamen admittendum id, quod *ibidem in fi.* tradit Sanchez, quòd licèt hoc in rigore verum sit, tamen ex mente Pontificis bene transiret talis commissio in eum, cui Canonicatus ille collatus est, ex Abb. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 9. & per ea, quæ ex eodem Abb. *ibi numer.* 11. ipse Sanchez de Vicario Episcopi docuerat *numer.* 10. quem nos etiam paulo antè secuti sumus, *ac d. suppos.* 3. nam Abb. *d. numer.* 9. de Canonico potiùs contrarium concludit. ait enim; & ex his redditur vtraque opinio dubia, & sustentabilis; & esset tutum tenere opinionem, vt commissio sit facta personæ, & cessabunt omnes ambiguitates; & saluabis, inquit, illam glos. nimirum *in cap. statutum*, §. 1. *verbo, Canonicis, de rescript. in* 6. ab aliis tum *ibi*, tum alibi sæpe communiter approbatam, quæ habet commissionem factam Canonicis non expirare, licet post commissionem desinat esse Canonicus. quod tamen quomodo accipiendum sit, & an procedat etiam in obtinentibus dignitatem, qui vere habent successores, dicemus, Deo dante, *in seq. concl.* Sed neque in Canonico militant illæ rationes æquitatis, quas sup. in Vicario Episcopi considerauimus; cuius etiam iurisdictio, & officium, cùm sit ordinarium, maiorem prærogatiuam meretur, magisque fauorabile est etiam in causis, & negotiis ei à Principe delegatis; neque, quod sciam, adest aliqua praxis pro Canonico, sicut pro Vicario: immo nunquam vidi fieri commissionem Canonico absque nominis proprij expressione; &, si fieret, fortè non valeret tamquam incerta, vt etiam adnotant Abb. *d. numer.* 9. & admittit Dec. *cod. cap. quoniam Abbas, numer.* 8. in antiq. edit. & Bero. *num.* 98. *& seq.* vnde etiam sumit Abb. *cod. numer.* 9. rationem ad probandum, commissionem factam Canonico semper esse personalem; licèt eam rationem Dec. & Bero. locis mox cit. nimis subtiliter impugnent, dum gratis dicunt, quòd immo expressio nominis proprij Canonici, cùm fiat ad certificandam personam alias incertam, non potest operari, vt commissio sit personalis, sicut operatur in commissione facta alteri dignitati, in qua absque expressione nominis proprij satis certa est persona: quasi verò eadem causa non possit plures effectus operari. Opinionem autem, seu temperamentum Sanch. admitterem † in delegatione facta Ca- 152.
nonico, qui certum titulum haberet sub inuocatione alicuius Sancti, vtputa Canonico sanctæ Margaritæ, vel alterius tituli, cùm in aliqua Ecclesia omnes Canonici habent huiusmodi titulum, vt in Catalonia; tunc enim delegatio transibit in successorem, vt in specie post Anastas. Germon. *tract. de indult. Card.* §. *Hieronymo, numer.* 78. tradit Nic. Garz. *d. tract. de benef. part.* 6. *cap.* 2. *numer.* 37. Præterea doctrina illa, seu temperamentum Sanchez *d. numer.* 12. *in fi.* admitti potest in Canonico obtinente Canonicatum, seu præbendam qualificatam, puta Theologalem, Pœnitentialem, aut Magistralem, cùm hi successorem habeant: multòque magis si qui has præbendas obtinent, præcederent alios simplices Canonicos, vt Mediolani faciunt ex decreto sancti Caroli: tunc enim obtinerent personatũ, atque adeò propriè successorem haberent, ad quem transiret commissio, iuxta ea, quæ sup. *d. suppos.* 3. *in fine* adduximus. Denique restringenda videtur præsens limitatio principalis propositæ conclus. cum Menoch. *d. quæst.* 68. *numer.* 25. *lib.* 1. *de arbitrar. iudic.* ad id allegante Ias. *in l. more, num.* 65. *ff. de iurisd. omn. iud.* per text. *in cap. requisisti*, & *ibi* Didac. Couar. *de testam. & glos. pen. in cap. religiosus, de testam. in* 6. vt, si is, cui sub nomine dignitatis facta est delegatio, sit coniunctus sangui-
ne, aut stricto amicitiæ vinculo cum delegante, † 153.
commissio sit personalis, nec transeat ad successorem. Verùm oppositum verius est, & stylo conformius, vt optimè docet Sanch. *d. disput.* 27. *num.* 15. neque obstat text. *in d. cap. requisisti*, §. 1. dum ibi dicitur, quòd relictum Episcopo à propinquo censetur relictum intuitu personæ, vbi inter cæteros Couar. *numer.* 6. *vers. vnaetiamsi*, ex hoc textu; qui *numer.* 7. idem latè probat in valde amico; primùm etenim text. ille potest ita congruè intelligi, vt loquatur de relicto tali Episcopo expresso eius nomine, sicut etiam *quæst. præced. concl.* 3. *ante medium*, post alios admonuimus, *in cap. si gratiose, de rescript. in* 6. beneplacitum Romani Pontificis, de quo *ibi*, intelligi de Romano Pontifice in indiuiduo, seu tunc existente; maximè cum text. *d. cap. requisisti*, §. 1. apertè distinguat relictum Episcopo à relicto Ecclesiæ. deinde generatim loquendo de relicto, quod proculdubio comprehendit etiam non annuum, seu certæ quantitatis, vel rei semel præstandæ, non considerat ibi Romanus Pontifex Legatum fieri contemplatione, seu sub nomine dignitatis ad effectum, vt transmittatur ad successorem; sed ad effectum, vt acquiratur etiam ab initio Ecclesiæ, vel personæ, ita, vt ad eius vtilitatem conuertatur; at verè delegatio semper recipitur in persona: atque adeò sumus in casu diuerso. Tandem ad effectum quoque, de quo agitur, potest consanguinitas, vel familiaritas aliquid operari, quod non potest delegatio: legatum enim est donatio, & quidam fauor, & honor, §. 1. *Instit. de legat.* cum simil. delegatio autem † est onus, 154.
cap. pastoralis, in princ. de off. deleg. & cap. pastoralis, §. 1. de offic. ord. l. vlt. §. iudicantis, ff. de mun. & honor. adnotauitque glos. *in cap. si contra, in princ. verbo, probari, de offic. deleg. in* 6. & licèt simul etiam sit aliquis honor, vt constat ex *cap. pastoralis, §. præterea, de offic. deleg. & d. l. vlt.* tamen hic est minùs principalis, & prædominatur onus ob labores, quos secum affert, & pœnas in vtroque pro malè iudicantibus propositas, atque adeò non potest in delegatione considerari, quòd delegans magnus fuerit amicitia, vel propinquitate ad delegandum,

ſicut in Legato. Et hæc de 1. concluſ. pro cuius complemento multa dici hîc poſſent; quæ quoniam deſeruiunt etiam ſeq. concl. inibi, & veri *limitatur nunc*, ad fin. exponenda reſeruamus; maximè cùm præſens ſua dote, quæ ſatis ampla eſt, contenta eſſe debeat.

SECVNDA CONCLVSIO. Si is, cui commiſſa fuit commutatio vltimæ voluntatis, ſeruus
155. efficiatur, † non expirat ipſo iure eius iuriſdictio, & officium, ſed ſolùm ſuſpenditur, donec is libertati reſtituatur. Probatur, quia hic ſeruus iudex eſſe nequeat, *l. cùm Prætor, §. non autem, ff. de iudic. l. ſeruus, iuncta gloſ. C. eod. tit. & cap. ſciſcitatus, de reſcript.* niſi concurrat communis error, vel certa ſcientia Principis, vt conſtat ex *l. Barbarius, ff. de offic. prætor.* cum ſimil. Id tamen ita accipiendum eſt, vt ab initio ſit incapax iuriſdictionis, non verò, quòd, ſi liber, & ingenuus illam habuerit, eandem amittat per ſuperuenientem ſeruitutem: nam ne-
156. que is, qui furioſus eſt, † iudex eſſe poteſt, *d. §. non autem*; & tamen furor ſuperueniens non tollit iuriſdictionem, quam quis ſanus habebat, *l. iudex datus, ff. de iudic.* & alioqui iure poſtliminij ſeruus captiuus iuriſdictionem non recuperaret;
157. quod tamen generatim † de iuribus cauetur *in §. ſed ſi ab hoſtibus, Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. & l. poſtliminij*, ac tot. ferè tit. *ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* atque in ſpecie iuriſdictionis de Epiſcopo capto ab hoſtibus, quòd reuerſus eam recuperet, eſt text. *in cap. ſi Epiſcopus*, quod eſt 3. idémque *pen. de ſuppl. negl. prælat. in 6.* Ratio autem huius concluſionis eſt, quoniam in hoc caſu non militat eadem ratio in morte ciuili, quæ in naturali; hæc enim tollit omne fundamentum iuriſdictionis, quæ eſt vita, non ſic mors ciuilis per ſeruitutem inducta, & ſimilis quæ relinquit potentiam, ſeu iuriſdictionem in habitu, licèt tollat eius exercitium, & vſum, quod tamen ſufficit, ne quis in alium tranſmittere poſſit efficaciter iuriſdictionem; per ea, quæ de excommunicatione, ac ſuſpenſione diximus *quæſt. præced. concluſ. 2. illat. 1.*

Ampliatur autem hæc concluſio primò, vt quod
158. de ſeruitute dictum eſt, dicendum quoque ſit † de damnatione ad metallum, deportatione, banno, & ſimilibus per quæ ciuitas dumtaxat amittitur, vt nimirum per hæc non amittatur, ſed ſuſpendatur iuriſdictio vſquequo ſequatur reſtitutio, iuxta id, quod de conſeruatore docuimus *tract. de conſeruatorib. iudicib. cap. vlt. quæſt. 3. concl. 3. in fi.* ex iis, quæ *eod. cap. quæſt. 2.* latè adduximus, præſertim *in 1. & 2. præmiſſ. & concl. 1.* & quoad bannitum reſtitutum, ex iis etiam, quæ latè tradit Peregrin. quem non niſi poſt hæc ſcripta vidi, *in tract. de iurib. & priuil. fiſc. tit. bannit. & damnat. reſtit. qua recuper.* ferè per tot. Ampliatur ſecundò, vt idem ſit ſtatuendum
159. † de ſuſpenſione, aut excommunicatione; quam incurrat commiſſarius ob notoriam Clerici percuſſionem, vel vbi denunciatus ſit excommunicatus, aut ſuſpenſus. per eam enim vtramque non expirat quidem, ſed ſuſpenditur eius iuriſdictio, donec ſequatur abſolutio ab excommunicatione, vel ſuſpenſio tollatur, iuxta latè tradita *quæſt. præced. concl. 2. illat. 2.* præcipuè quoad excommunicationem, per text. *in cap. ad probandum, de re iudic. cap. 1. de offic. Vicar. in 6. & cap. ſi is, cui, de offic. deleg. eod. lib.* quoad ſuſpenſionem ex *cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. prab. & cap. vn. in princ. & §. 1. ne ſed. vac. in 6.* ibi autem explicauimus etiam, quid dicendum ſit de ſuſpenſione, quæ non eſt cenſura, ſed à ſæculari iuriſdictione. Ampliatur denique, vt hæc vera ſint, ſiue negotium cœptum ſit, ſiue non, tempore ſuperuenientis ſeruitutis, aut communicationis, ac ſuſpenſionis, & aliorum prædictorum: cùm prædicta iura, aut Doct. *ibi*, aut *ſuperiùs*, vel *d. illat. 2.* citati non diſtinguant, & militet eadē ratio. quoad caſum verò de duobus delegatis in ſolidum, text. *in cap. cùm plures, §. ſeu verſ. porrò, de offic. deleg. in 6.* diſponit, quòd † vno tali-
160. ter delegatorum negotium commiſſum inchoante, alij poterunt ſe intromittere de eodem, ſi vel infirmitate, vel alia iuſta cauſa illum contigerit impediri. quod intellige, niſi impeditus ſubdelegatum dediſſet, qui iam vti cœpiſſet iuriſdictione: tunc enim requiritur, quòd ſubdelegatus ipſe impediatur, ad hoc, vt ſine eo alius collega ſubdelegantis non impeditus procedat, vt ſentit *ibidem* gloſ. *verbo, recuſaret*, ac Doctor. magis communiter. licèt Franc. Gemin. & Font. putent, tunc poſſe hunc collegam non impeditum præuenire ſubdelegatum collegæ impediti. quod verum eſſe poſſet, vbi ſubdelegans non inchoaſſet: aliàs, ſi inchoauit; tunc enim ſubdelegatus repræſentat perſonam delegantis etiam cum qualitate præuentionis tamquam in eius locum ſubrogatus. Si verò in commiſſione pluribus facta adſit clauſula, *quòd ſi non omnes*, aut ſimili, tunc impeditus etiam poſt cœptum negotium, ceſſante impedimento, foret admittendus; vt tenet gloſ. ab aliis approbata *d. §. porrò, verbo, nequibunt.*

Limitatur nunc, ſeu declaratur tam hæc, quàm præcedens concluſio, quòd, † vbi vacet offi-
161. cium, ſeu dignitas, ratione cuius alicui facta eſt commiſſio commutationis vltimæ voluntatis: tunc, ſiquidem perſonalis fuit commiſſio; (quia nimirum illa qualitas erat ſolùm neceſſaria ad validitatem ipſius commiſſionis, atque adeò dignitas conſiderata fuit in concreto, iuxta *cap. ſtatutum, §. 1. de reſcript. in 6. vt ſup. in 2. ſuppoſ.* explicauimus;) non expirat talis commiſſio perſonæ facta finita eius dignitate, vel officio: ſed poteſt idem commiſſarius ſuperſtes, cuius iuriſdictio ſuſpenſa non ſit per ſeruitutem, damnationem ad metallum, deportationem, bannum, excommunicationem, aut ſuſpenſionem, adhuc illa vti, & in negotio procedere. ſecus ſi commiſſio ſit realis, hoc eſt, facta dignitati, quæ in abſtracto conſiderata fuit, vt *in d. ſuppoſ.* expoſuimus: tunc enim tranſit in ſucceſſorem. hanc regulam generatim in commiſſario, ſeu delegato poſt gloſ. *in Clem. 2. verbo, principalis, de reſcript.* & *ibi* Imol. *numer. 11.* Abb. *in d. cap. quoniam Abbas, numer. 8.* Fel. *numer. 5.* Bero *numer. 102.* & alios tradit Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſp. 17. numer. 22.* ob eam rationem, quòd in priori caſu cùm ſolius perſonæ habita ſit conſideratio, ſequitur commiſſio perſonam inſtar priuilegij perſonalis: at in poſteriori, cùm ſola dignitas ſpectata ſit, illam ſequitur in quacumque perſona inueniatur, & confirmatur ex aliis, quæ latiùs hac in re adduximus *ſup.* præſertim *ſuppoſ. 2. & concluſ. 1.*

Quòd ſi contra priorem partem huius regulæ obiicias ſpectari ſemper dignitatem, cùm nemo ſit capax delegationis à ſede Apoſtolica, eiúſve Legato factæ, niſi perſona in aliqua dignitate, vel perſonatu, aut Canonicatu Cathedralis Eccleſiæ conſtituta, iuxta *cap. ſtatutum, in princ.* ſeu §. 1. *de reſcript. in 6* reſponſio patet ex iis, quæ paulo antè attigimus, & latiùs explicauimus *ſup. in 2. ſuppoſ.* eámque reſponſionem pancis, aliiſque verbis affert Sanchez *d. numer. 22* dicens; ſpectari ſemper dignitatem, vt delegatus ille ſit capax commiſſionis acquirendæ: at vbi ſemel eam acquiſiuit,

nil

nil referre ad commiſſionis perſonalis retentionem, dignitatem ceſſaſſe, vt ait, ſe dicturum *num.* 28. vbi eam doctrinam affert, vnde hæc eadem prior pars regulæ prædictæ ſummopere confirmatur, nimirum † ſufficere dignitatem illam, quam 162.
d. cap. ſtatutum, §. 1. requirit in delegato ſedis Apoſtolicæ, vel eius Legati, adeſſe tempore commiſſionis, ſeu impetrationis reſcripti, quamuis tempore præſentationis eius ceſſarit dignitas illa; non ſicè conuerſo. quæ doctrina traditur expreſsè à gloſ. *d.* §. 1. *verbo, Canonicis, in fi.* ab aliis ferè communiter approbata, quorum pleroſque refert, ac ſequitur Sanchez *d. num.* 8. citans etiam Tiraq. *in tract. cauſ. ceſſant. ceſſat effect. limit.* 4. *numer.* 4. dempto Spec. qui contrarium ſentire mihi videtur; & quos nos recenſuimus *d. tract. de Conſeruatoribus iudicib. cap. vlt. quæſt.* 3. *concluſ.* 4. *&* 5. *circa initium.* & ſacra Congregatio Cardinalium ad Trid. Conc. *ſeſſ.* 21. *cap.* 10. *de reform.* fertur declaraſſe, eum, qui tempore commiſſionis reperiebatur conſtitutus in dignitate, & deſignatus inter iudices Synodales, etiamſi poſtea reſignauerit, poſſe de eadem cauſa cognoſcere; quia ſufficit, eum ab initio fuiſſe capaceem: cuius declarationis meminit etiam Flam. Pariſ. *tract. de reſig. benef. lib.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 14. qui ex *numer.* 6. hanc opinionem, quam communem, multos Doctores allegans, appellat, pluribus confirmat, & ad contraria reſpondet, quæ poſuerat *numer.* 1. *& quatuor ſequentib.* Ab hac verò opinione, ac doctrina; quæ ita communis eſt, vt nullum reperiam, qui ab ea recedat; (exceptis tamen quibuſdam, quos tacito nomine refert Abb. *d. cap. quoniam Abbas, num.* 8. qui de ea dubitare *ibidem* videtur, *&* 10. *in fi.* ſicut & Bero *numer.* 96. *ad fin.* necnon Cyn. *in l. tutelas, ff. de capit. dimin.* Spec. *in tit. de ind. deleg.* §. *fin. verſ. quid ſi cauſa, cum duobus ſeqq.* ſeu *numer.* 22. *&* 23. poſt quendam Ioan. de Deo, qui illam extenſionem nequaquam admittunt, cùm requirant citationem, vel litis conteſtationem ante dimiſſionem dignitatis, ſeu quòd res non ſit integra, prout expreſsè, & non aliter eam communem opinionem intelligit Franc. *d. cap. ſtatutum, in princ.* ſeu §. 1. *numer.* 8. *verſ. & aduerte primò*; licèt ipſe poſtea contrarium voluerit *in cap. quamuis, in fi. de offic. deleg. in* 6.) neque ego audeo recedere propter tot, tantorúmque Patrum auctoritatem, & ſatis congruas rationes ab iiſdem allatas, quas collegit Sanchez *d. numer.* 28. & Pariſ. *d. numer.* 6. *vſque ad* 11. licèt contra eam ſententiam valdè vrgeat tum text. *d. cap. quamuis, de offic. deleg. in* 6. vbi habetur, iuriſdictionem non tranſire efficaciter in delegatum, niſi is vti incipiat eadem iuriſdictione; quare ille delegatus ſub nomine proprio, qui tempore commiſſionis habebat qualitatem dignitatis requiſitam à *d. cap. ſtatutum*, cùm hanc re integra dimittit, dicetur acquirere efficaciter iuriſdictionem ſine illa qualitate requiſita, contra mentem Pontificis *eod. cap. ſtatutum*, §. 1. cum maximè verba † ſint accipienda 163.
cum effectu, *l.* 1. §. *quod autem, ff. quod quiſq. iur. l.* 2. *C. commun. de legat. cap. relatum, de cler. non reſig.* tum quòd certum eſt in iure, iuriſdictionem non perpetuari in delegato, † interueniente 164.
morte delegantis ſalrem ante ipſius delegati citationem, *l. & quia, ff. de iuriſd. omn. iud. cap. relatum, cap. gratum, & cap. licèt vndique, de offic. deleg. d. cap. quamuis, cap. ſi delegatus, & cap. ſi à delegato*, quod eſt *pen. eod. tit. in* 6. aut fine officij eiuſdem delegantis pariter re integra, *cap. vlt. de offic. legat.* cum aliis, quibus id latè oſtendimus *quæſt. præced. præmiſſ.* 3. *circa initium, & concluſ.* 2. non poteſt autem congrua diſcriminis ratio aſſignari inter hunc, & noſtrum caſum; cùm vtrobique agatur de perpetuanda iuriſdictione in delegato. Tum quòd momentanea, ſeu quæ modico tempore durant, † non ſunt in conſideratione; vt conſtat ex *l. quicquid, ff. de regul. iur. l. ſi pro ea parte*; §. *verſum, ff. de in rem verſ.* cum aliis adductis per Gonzal. *ad regul.* 8. *Canc. gloſ.* 43. *numer.* 51. *cum duobus ſeqq.* ac Bero. *in d. cap. quoniam Abbas, num.* 47. & ante eos à Tiraq. *in tract. de indic. in reb. exig. feren. numer.* 27. 61. 77. 80. 81. 84. 85. *&* 92. 165.
Tum denique vrget illa ratio, quæ ſola inter cæteras, quas ſibi obiiciunt Doct. *d. cap. ſtatutum, d. cap. quoniam Abbas, & Clem.* 2. *de reſcript.* ac Pariſ. *d. quæſt.* 11. *à num.* 1. *ad* 5. vim aliquam habet: quòd nimirum † idcirco in ſæpe *cit. cap. ſtatutum*, §. 1. 166.
caueatur, ne cauſæ à ſede Apoſtolica, vel eius Legato committantur, niſi perſonis dignitatem, perſonatum, vel Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis obtinentibus, ne Papa, & ſedes Apoſtolica à vili miniſtro repræſentetur, vt tradit gloſ. *ibidem verbo, ſedis Apoſtolicæ, & verbo, committantur*, à Doctoribus ferè communiter approbata; hæc autem ratio militat multo magis tempore citationis, ac proceſſus cauſæ, quàm tempore commiſſionis, vel ſaltem æquè militat. Nec valet reſponſio Imol. *d. Clem.* 2. Dec. *d. cap. quoniam Abbas*, & aliorum, quòd ea non eſt finalis cauſa, ſed impulſiua; finalis verò ſola, vel æquè, ac præcedens, illa eſt, quia in his perſonis qualificatis præſumitur maior peritia, quæ durat etiam poſt dimiſſionem qualitatis. nam, vt bene replicat Bero. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 95. *in fi. & numer.* 96. ex quo per *d. cap. ſtatutum*, cauſæ committi poſſunt Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, hi autem poſſunt etiam eſſe impuberes, vt conſtat ex *cap. ex eo, de elect. in* 6. & notata *in cap. ſi eo tempore, de reſcript. eod. lib.* immo & delegationes fieri poſſunt à Papa minori etiam 18. annis, *cap. cùm vigeſimum*, vbi Abbas, & alij, *de offic. deleg.* non videtur *in d.* §. 1. conſiderata à canonis conditore præſumpta peritia delegati quoad commiſſionem; maximè, cùm ſtatim, vbi de audientia cauſæ, & proceſſu agit reſpectu peritiæ prouiderit, vt cauſæ non audiantur alibi, quàm in ciuitatibus, vel locis inſignibus, vbi poſſit commodè copia peritorum haberi; ac poſtmodum *in* §. *acceſſorem, iuncto ſeq.* vt, cùm delegatus indiguerit aſſeſſore, eum aſſumat neutri parti ſuſpectum. Similiter aliæ rationes, quæ pro communi à Doctoribus afferuntur, commodam patiuntur reſponſionem. Ad illam enim quòd, dum text. *d. cap. ſtatutum*, vult, quòd cauſæ committantur perſonis, quæ præditæ ſint illis qualitatibus, ſatis vult, eas qualitates ſolùm requiri tempore commiſſionis; nam qualitas iuncta verbo, vel participio † 167.
intelligitur iuxta tempus illius verbi, & participij, *l. in delictis*, §. *extraneus*, vbi Alex. *ff. de noxal. act. l. Titius, ff. de teſtam. milit.* cum ſimil. adductis per Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſ. limit.* 4. *numer.* 3. reſpondetur, eam regulam ita accipiendam, vt eo tempore illa qualitas requiratur; non autem quòd non etiam alio, maximè non admodum diſtante. quomodo etiam reſpondetur ad illam rationem, quòd † initium rei ſpectandum eſt, *cap.* 168.
ſi eo tempore, expreſsè decidit, ætatem requiſitam ad beneficium curatum debere adeſſe tempore impetrationis, nec ſufficere, quòd adſit tempore prouiſionis faciendæ. Sed & aliter ad hanc poſteriorem rationem reſpondetur, quòd initium in cauſis, ac præcipuè quoad perpetuandam iuriſdictionem durat ſaltem vſque ad citationem;

tionem ; & tunc solùm dicitur negotium cœptum, *d. l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud. l. si quis postquam, & l. vbi cœptum, ff. de iudic.* ibique glos. & Doctor. necnon *cap. fin. de offic. leg. d. cap. gratum, cap. licèt vndique, & cap. si delegatus.* sicque etiam commodè intelligi potest declaratio illa sacræ Congregationis, vbi subsit, dum illis verbis vti dicitur, sufficere Canonicum ab initio esse capacem delegationis, atque adeò posse procedere, postquam resignauit, in causa sibi antea commissa: vt nimirum voluerit, facere id posse, si statim transmissa citatione resignauit, non autem antea, præsertim, cùm, vt mox vidimus, negotium cœptum non dicatur, nisi saltem per citationem. cæteræ autem rationes, quæ pro communi sententia adducuntur, ad prædictas rediguntur, vnde easdem, quas illæ, responsiones admittunt.

Cùm igitur ex his satis confirmata, & defensa fuerit hæc opinio contra communem; inde colligere possumus vnam probabilem restrictionem ad prædictæ declarationis, ac regulæ priorem partem, in qua post alios diximus, commissarium, cui obtinenti quidem qualitatem requisitam *in d. cap. statutum*, sed sub nomine proprio, atque adeò personaliter facta est commissio, posse in causa procedere non obstante dimissione qualitatis, vt nimirum id accipiatur, dummodo eam dimiserit saltem post trãsmissam citationem, atque adeò re non integra; aliàs secus quam restrictionem nonnullis ex prædictis fundamentis adductis sequuti quoque sumus *in d. tract. de Conseruatorib. iudicib. quæst. 31. concl. 4. ante medium*, statim post vltimam limitationem. Communis autem opinio, & doctrina prædicta omnino debet ad-
169. mitti, † vbi, qui obtinet vnam ex qualitatibus *d. cap. statutum*, requisitis, cui personalis commissio facta est, transiret etiam re integra ad aliam ex qualitatibus ibi expressis; vt in terminis tenuit Imol. *Clem. 2. numer. 14. de rescript.* per text. *in l. filia, §. 1. ff. de condit. & demonstr. & l. penult. ff. si ex nox. caus. agat.* nósque de Conseruatore iudice latiùs ostendimus *d. tract. de Conseruat. iudic. cap. vlt. quæst. 3. conclus. 4. ad fin.* Secunda restrictio ea esse potest, quam post alios affert Sanchez *d. lib. 8. de matrimon. disput. 27. numer. 26.* nósque attulimus *d. conclus. 4.*
170. *limit. 1.* nisi persona delegati, seu commissarij † in pœnam delicti priuetur illa dignitate, vel officio, per text *in l. Cassius, ff. de Senator.* vbi remotus à senatu ob propriam turpitudinem iudicare nequit. facit etiam text. *in l. eo, ff. ad leg. Iul. repet. l. 1. & l. 2. ff. ad leg. Iul. de vi priuat. l. 2. & l. iudices, C. de dignit. & cap. scisciatur, de rescript.* quod tamen temperandum est nisi is remotus fuisset toleratus; nam interim, donec repellatur, potest procedere; per glos. singularem *in summ. 3. quæst. 7.* ad quod etiam facit text. *in cap. vlt. 15. quæst. vlt. cap. inter dilectos, de excess. prælat. cap. ad probandum, de re iudic.* vel solùm remotus ab administratione, seu suspensus à dignitate, vt voluit Franc. *d. cap. statutum, in princ. vers. secus autem*, ex not. per Archid. *in cap. audiuimus, 24. quæst. 1.* & per Doctor. *in cap. cum. §. si verò, de Cleric. ægrot. in 6.* Tertia restrictio est,
171. † quando ille delegatus Apostolicus dimittens dignitatem assumpsisset statum incompatibilem, ita, vt sit factus illius iurisdictionis Ecclesiasticæ incapax, vtputa contrahendo matrimonium, ita post alios Sanchez *d. disput. 27. numer. 27.* ex quibus Paris *d. quæst. 12. numer. 15.* de communi testatur. quamuis admittendum sit, vt saltem, cùm causa cœpta est, cognoscere possit de causa temporali; prout sentire videtur Specul. *d. tit. de iudic. deleg. §. vlt. vers. quid si causa*, seu *numer. 22.* & Gemin. *d. cap. statutum, in princ. numer. 8.* quem sequitur *ibi* Franc. *numer. 8.* Bero. *d. cap. quoniam Abbas, numer. 96.* & Fel. *numer. 5.* qui etiam excepto Spec. dicunt, quòd, si is dignitatem dimittens fiat Monachus, poterit cum licentia Abbatis de causa cœpta cognoscere: quod voluit quoque Ioan. de Deo, quem refert Spec. *d. §. vlt. numer. 23.* id solùm admittens iunctis iis, quæ dixerat *vers. numquid ergo*, vbi Monachus aliàs potuisset esse delegatus. Et hæc quoad priorem partem prædictæ regulæ, ac limitationis, seu declarationis, quam ad secundam præsentis quæst. conclusionem adhibuimus.

Posterior autem eiusdem limitationis pars, quòd nimirum † vbi commissio facta est dignitati, seu eius 172.
contemplatione, quocumque modo etiã citra mortem naturalem vacet dignitas, ad successorem in ea transeat commissio; satis probatur ex *§. & hoc verò iubemus, auth. vt nulli iudic. collat. 9.* cuius verba retulimus *concluss. præced. limit. vnic.* præsertim dum ibi absolutè decernitur, quòd, si delegatus Principis, quiescat ab administratione, is, qui post illum susceperit dignitatem, accipiat insignem, insinuet, atque in priuata causa impleat eam iuxta formam rescripti ac de eo, qui fuit depositus, in terminis sentit Sanch. *d. disput. 27. num. 23.* Goffred. *in sua summ. rubr. de offic. deleg. numer. 33.* vbi idem probat † de translato ad aliam dignitatem: 173.
de quo etiam plerique id tradunt, quos refert, ac sequitur Sanchez *d. numer. 23.* vbi post Abb. *d. cap. quoniam Abbas, numer. 14.* & *ibi* Dec. in nou. edit. *numer. 67.* Bero. *numer. 109.* & Caccialup. *in l. mare, numer. 36. ff. de iurisd. om. iud.* quam etiam opinionem communem asserit Bero. *d. n. 109.* aiens, hoc esse intelligendum, quando dignitas, ad quam delegatus ille transit, non continet primam, sed illam extinguit, vt, si commissio fiat Decano Cordubensi, & is fiat Episcopus Cordubensis; tunc enim cessabit commissio, & transibit ad successorem: secus si per adiectam qualitatem non confundatur prior dignitas, vt de causa commissa Episcopo Cordubensi posset idem cognoscere, si is Episcopatus erigatur in Archiepiscopatum; quia factus Archiepiscopus non desinit esse Episcopus eiusdemmet ciuitatis, ac diœcesis. & sic habes duas extensiones prædictæ posterioris partis, & ipsam 2. extensionem declaratam, seu potiùs restrictam.

Extenditur nunc secundò eadem posterior pars, vt procedat, † quamuis res non sit integra, si 174
delegatus vti cœperit iurisdictione, & commissione dignitati facta; adhuc enim cessabit, eo dignitatem amittente, aut ad aliam translato; & ad successorem transibit: quia cùm sit præcisè dignitati concessa, pendet ab illa in conseruatione. sic reprobato Ioan. Menoch. *d. cap. statutum, numer. 8. 9. & 20.* volente, non amitti, sed retineri commissionem, tenet Sanchez *d. disput. 27. numer. 24.* post Innoc. *d. cap. quoniam Abbas*, statim *in princ.* Card. *numer. 4.* Bald. *numer. 3.* Henric. *numer. 10.* Bellam. *numer. 1. de offic. deleg.* Ioan. Andr. *in cap. quamuis, numer. 2.* & *ibi* Gemin. *numer. 6.* Fran. & Anchar. *in fi. eod. tit. in 6.* & Caccialup. *d. l. mare, numer. 36. ff. de iurisdict. omn. iudic.*

Declaratur nunc hæc eadem posterior pars limitationis præsentis concl. ac simul etiam posterior pars præcedentis conclusionis. Primò, quòd † 175.
commissio facta æquè principaliter sub duplici nomine appellatiuo, seu dignitatis, quorum vnum, est capax, seu potiùs capacem facit delegationis Papæ, eiúsve Legati, alterum non; vt, si dicatur Præposito Nouariensi, & Capellano, vel Rectori sancti

ſancti Andreæ, & tunc quidem vtrumque reperiatur in vna perſona, poſtea verò, ea cedente, vel decedente vnum ex his beneficiis vni, alterum alteri perſonæ conferatur: ea, inquam, commiſſio tranſibit ad vtrumque ſucceſſorem ſimul. ſic intelligendus eſt, & verum dicit Abbas antiquus *d. cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* & *ibidem* Butr. *num.* 21. dum volunt, eas non tranſire ad ſuccedentem ſolùm in Præpoſitura. & ratio eſt, quia, licèt Rectoria, vel Capellania non ſit capax delegationis, iuxta *d. cap. ſtatutum*; tamen, cùm Papa committens huius iuris notitiam habeat, vel ei derogaſſe videtur ſic ex certa ſcientia committendo Rectori, arg. text. *in cap.* 1. cum ibi not. *de conſtit. in* 6. iunctis traditis per gloſ. receptam *d. cap. ſtatutum, §.* 1. *verbo, Canonicis, & verbo, litterarum*, & confirmatur ex iis, quæ dicemus *in ſeq. declarat.* vel ſaltem cenſebitur derogaſſe. vbi in eo reſcripto adſit clauſula, *non obſtante conſtitutione Bonif. VIII.* in qua cauetur, ne cauſæ vigore litterarum ſedis Apoſtolicæ committantur, niſi certis perſonis in ea deſignatis; vel alia æquipollens; per ea, quæ adduximus *cap.* 7. *quæſt.* 3. *concluſ.* 1. & 2. *circa initium*; iunctis iis, quæ de vi decreti irritantis, (quod in d. conſtitutione habetur,) diximus *ead. quæſt.* 3. *concl.* 2. *in initio.* Si autem non tamquam duabus dignitatibus commiſſio fiat, ſed vni principaliter, alteri acceſſoriè, & quaſi per accidens, quia tamen tunc reperiantur in vna perſona; eo caſu vera eſt opinio Abb. Panor. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 12. vt tranſeat in ſucceſſorem dignitatis principalis, quæ eſt capax delegationis: quam etiam opinionem *ibi* ſequuntur, latiùſque confirmant Dec. *numer.* 10. & Bero. *numer.* 106. vbi hanc communem aſſerit; atque hac potiſſimùm ratione, quam mox attigimus, nimirum principalitatis, vt ita dicam, & acceſſorietatis, comprobat. rectè autem monet *ibidem* Dec. Abbat. Panor. inaduertenter formare quæſtionem cum expreſſione nominis proprij, nimirum, Petro Præpoſito, & Capellano noſtro; quaſi aperte ſentiat *ibi* Dec. quòd, ſi exprimatur in commiſſione nomen perſonæ ſimul cum vtraque qualitate, altera capace delegationis, altera non capace; tunc commiſſio ſit perſonalis, & ad neutrum ſucceſſorem tranſeat, ſed ſimul cum perſona extinguatur; quod expreſsè voluit Bero. *d. numer.* 106. *ad fin. verſ. ſed exemplificando*; quia cùm tunc præponatur nomen proprium, cenſetur perſonalis commiſſio, per *l. ſi communis ſeruus, ff. de ſtipulat. ſeruor. & l. quoties, ff. de vſufr.* cum ſimilib. vtrobique adductis per gloſ. & Doct. necnon *in cap. cùm dilecta, de reſcript.* in quo etiam conueniunt ferè omnes Doctorum ſententiæ hac in re diuerſæ, vt patet ex allegatis Sanchez *d. diſp.* 27. *numer.* 18. *cum duobus ſeqq.* & per nos *concl. præced. verſ. qua in re illud ſtatuendum, in* 2. *regula.* vel potiùs quia appellatiuis nominibus adiunctum eſt proprium; quo caſu commiſſio perſonalis eſt, vt ex veriori pluribus relatis docet Sanchez *eadem diſput.* 27. *numer.* 20. & nos *in d.* 2. *regula.* Secundò declaratur, quòd, † ſi cauſa & in propoſito noſtro commutatio vltimæ voluntatis ſit commiſſa duabus dignitatibus capacibus delegationis, nomine proprio non expreſſo, quæ tunc vel vnitæ erant, vel ab vna perſona ex diſpenſatione obtinebantur, deinde, cedente, vel decedente commiſſario, eæ conferantur diuerſis perſonis; tunc indiſtinctè ad vtramque perſonam ſuccedentem tranſibit commiſſio, vt ſatis probat Abb. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 13. & *ibi* Dec. *numer.* 11. *in antiq.* & Bero. *numer.* 107. qui etiam communem hanc ſententiam eſſe teſtatur. Declaratur tertiò, quòd, † ſi à contrario cauſa, ſeu commutatio aliqua commiſſa erat duobus ſub nomine appellatiuo quarum dignitatum, per quas pariter capax quis eſt delegationis Apoſtolicæ, iuxta *d. cap. ſtatutum*, vtputa Præpoſiti, & Archidiaconi; contingat autem alterum cedere, vel decedere, alterum collegæ tuliſſet cedentis, vel decedentis dignitatem propria retenta ex diſpenſatione, vel illi vnitam obtinere: iſte non poterit ſolus, & inſolidum procedere, ac de cauſa illa cognoſcere, commutationémve exequi: ita contra Gulielm. de Cun. *in l. de die, §. ſi pupillus, ff. qui ſatisd. cog.* quem *ibi* ſequitur Alex. *in p.* tenet Io. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de iud. d. leg. §. reſtat, verſ. quæſtiones autem, & in cap. generi, col.* 4. *verſ. circa ſecundum, de reg. iur. in* 6. ac Lap. *alleg.* 88. quæ incipit, *communis Florentiæ, col.* 2. quos refert, ac ſequitur Dec. *d. cap. quoniam Abbas, num.* 12. in eámque ſententiam, quam communem eſſe fatetur, tandem inclinat Bero. *ibidem num.* 108. licèt contra eandem quædam adducat, quæ minus aduersùs eam vrgent, quàm pro contraria faciant text. *in cap. quamuis, cap. licèt vndique, cap. cum cauſa, & cap. ſuper quæſtionum, §. ſi verò, de offic. deleg.* cum ſimilibus, in quibus habetur, quòd † vbi duo ſunt delegati etiam ſimpliciter, poteſt alter iudicum ſuo coniudici, ſeu collegæ vices ſuas committere; ita, vt ille ſolus tunc procedat, & de cauſa cognoſcat vſque ad ſententiam incluſiuè. verùm hoc ideo procedit, quia iuriſdictio ab eo, qui illam habet, in collegam tranſmittitur canonis, atque adeò ſupremi Principis auctoritate; quod in eo caſu collationis ob ceſſum, vel deceſſum non contingit. Declaratur quartò, quòd ad hoc, vt ſucceſſor cognoſcere poſſit de cauſa, quæ ſuo præceſſori commiſſa erat ſub nomine dignitatis, † debet eſſe non ſolùm ad eam electus, ſed etiam confirmatus; vt poſt gloſ. *d. cap. quoniam Abbas, verbo, ſubſtituum, de offic. d. leg.* docet inter cæteros Bero. *ibi numer.* 51. quoniam, cùm ante confirmationem ille, qui ad dignitatem electus fuit, plenitudinem officij realiter, & effectualiter non aſsequatur, ſed ſolùm potentialiter, vt *in cap. noſſi*, cum ibi notat. *de elect.* iuncto *cap. nihil, in fi. eod. tit.* &, vt ait gloſ. *in cap. quante, verbo, relatio*, 63. *diſt.* prælatus per electionem acquirit ius prælaturæ, & adminiſtrationis, per confirmationem autem acquirit eiuſdem exercitium; non tranſibit ad eum delegata poteſtas, niſi poſt confirmationem; & nos de Epiſcopo latiùs oſtendimus ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 11. *concl.* 7. Nunc verò declaratur quintò eadem poſterior huius, ac præced. concluſ. pars, vt † commiſſiones factæ Officiali, vel Vicario generali Epiſcopi; idem enim ſunt, vt conſtat ex *Clem.* 2. *de reſcript.* iuncta gloſ. *verbo, Officiali*, necnon ex *cap.* 1. & 2. iuncto *cap. fin. de offic. Vicar. in* 6.) non poſsint per ipſum Epiſcopum expediri etiam Officiali, ſeu Vicario remoto; vt pluribus relatis tradit Sanchez *d. diſput.* 27. *num.* 30. quibus adde plures alios relatos à Nic. Garz. quem poſt hæc ſcripta vidi, *in ſuo tract. de benef. part.* 6. *cap.* 2. *numer.* 20. Ratio eſt, quoniam, cùm ſit manifeſta differentia inter Epiſcopum, & eius Officialem, vt patet ex *cap. Venerabilibus, in princ. de ſent. excom. in* 6. ibi, *Archiepiſcopo, vel eius Officiali*; commiſsio autem huic ſoli fiat, non poteſt ad illum pertinere. item quia, licèt † idem ſit Epiſcopi, & eius Vicarij tribunal, *cap.* 2. *de conſuet. in* 6. & *cap. Romana, in princ. de appellat. eod. lib.* tamen id verum eſt quoad cauſas, quæ iure ordinario ipſi Vicario competunt, non autem, quæ iure delegato; vt *ibi* tradunt communiter Doctor. atque alibi ſæpe. Ex qua declaratione facilè

176. 177. 178. 179. 180. 181.

182. facilè colligitur quid an ſi idem Vicarius † creetur Epiſcopus eiuſdem diœceſis, vel aliàs deſinat eſſe Vicarius, poſſit de cauſa, vel diſpenſatione aut commutatione ſibi tempore Vicariatus ratione officij commiſſa cognoſcere, eámve exequi. diſtinguendum enim eſt cum Sanchez *d. diſput.* 27. *numer.* 31. & aliis, quos allegat: vt, ſi commiſſio fiat, vt ſolet, dicendo, Officiali talis diœceſis, vtputa Mediolanenſi, aut Archiepiſcopi Mediolanenſis; non poterit, poſtquam deſiit eſſe Vicarius, licèt factus ſit Epiſcopus eiuſdem diœceſis, commiſſionem exequi: quia cùm commiſſio ſit realis, vtpote facta dignitati Vicarij, iſque ad alteram dignitatem, quæ priorem non continet, tranſlatus ſit, vel aliàs deſierit eſſe Vicarius; ceſſat commiſſio reſpectu ſuæ perſonæ, vt poſt eundem Sanchez id latiùs probantem *numer.* 22. *& ſeq.* nos docuimus ſup. hac ipſa concl. *verſic. limitatur nunc, & verſ. poſterior autem pars, circa initium:* transitque ad ſucceſſorem in Vicariatu, vt ipſe Sanchez latè tradiderat *eod. diſput.* 27. *numer.* 10. & nos *concluſ. præced. reſtrict.* 1. Si verò commiſſio fuit perſonalis, poterit de ea cognoſcere ceſſante Vicariatu, vt poſt ipſum Sanchez & alios docuimus *d. verſ. limitatur nunc*; & in ſpecie præter prædictos tradit quoque Abb. *d. ſtem.* 1. *in initio*, Card. *quæſt.* 6. *numer.* 7. ac Fel. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 5. hoc autem temperat *ibidem* Sanchez poſt Card. *d. numer.* 7. niſi is tranſierit ad ſtatum incompatibilem; id quod etiam confirmari poteſt ex iis, quæ nos ad hoc adduximus ſup. hac ipſa concl. *reſtrict.* 3. aut ob delictum priuatus eſſet Vicariatu, ex iis, quæ *ibidem reſtrict.* 2. ex eod. Sanchez & aliis attulimus. Denique limita vbi ante dimiſſionem officij non cœpiſſet vti iuriſdictione iuxta probabilem ſententiam, quam ibi *reſtrict.* 1. defendimus contra communem, quam inibi paulo antè retulimus. Ex huius

183. verò illationis priori parte ſequitur, quòd, † ſi Epiſcopus alium Vicarium conſtituat, vel ipſemet Vicarius facultate Epiſcopi alium ſubſtituat Vicarium generalem; (neque enim aliàs poteſt, gloſ. & Doctor. *in cap. clericos, de offic. Vicar. & cap.* 1. *eod. tit. in* 6.) poterit hic delegationem Vicario ſub nomine dignitatis commiſſam exequi, ſicut ipſe Vicarius poterat; quia non eſt alius Vicarius, ſed ipſius ſucceſſor, ac reputatur idem cum priori: ita poſt alios Sbroz *d. tract. de Vicar. Epiſc. lib.* 2. *quæſt.* 67. & Sanchez *d. diſput.* 27. *numer.* 41. poſt Put. *deciſ.* 487. *lib.* 2. per tot. Quid autem ſi delegatus ſuccedat deleganti in dignitate, dicemus inf. *declarat. vlt.*

184. Declaratur nunc ſextò, vt nec è conuerſo † poſſit Vicarius expedire commiſſiones factas Epiſcopo, niſi poſt ſubdelegationes ab eo in ſe de illis factas, vt latiùs docuimus ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 14. *notab.* 7. *poſt tertiam concluſ.* Sed neque Vicarius Epiſcopi ſucceſſoris expedire poterit, ſeu exequi commiſſiones factas Epiſcopo præceſſori; quoniam eæ tranſeunt in ipſum ſucceſſorem, vt conſtat ex *c. quoniam Abbas, de offic. deleg.* cum ſuis concordant. & aliis ſuperiùs adductis.

Declaratur ſeptimò, Vicarium Capituli ſede va-

185. cante † poſſe exequi commiſſionem factam officiali, ſeu Vicario non ſolùm ſub nomine diœceſis, vt Vicario Cordubenſi, prout in terminis tenet Sanchez *d. diſp.* 27. *num.* 31. quia Vicarius Capituli ſede vacante eſt Vicarius illius diœceſis, immo & iuriſdictionis Epiſcopalis, vt multi tenent probati à Sanchez *ibidem*, & Garz. *d. cap.* 2. *numer.* 41. vnde, licèt *ſtem.* 2. *de reſcript.* decidatur, Vicarios generales Epiſcoporum eſſe capaces delegationis Papæ, vel eius Legati: tamen idem dicendum de Vicariis Capituli ſede vacante, vt voluit *ibi* gloſ. *verbo, Epiſcopi*, Card. *quæſt.* 13. *num.* 15. Anchar. *num.* 1. Imol. *numer.* 20. Euerard. *in loc. leg. à vi ſubrogat. num.* 2. verum fortaſſe etiam factam Vicario Epiſcopi, vt idem Sanchez non leuiter comprobat *d. diſp.* 27. *num.* 43. & confirmatur ex proximo fundamento allato pro commiſſione facta Vicario ſub nomine diœceſis; verùm de hac declaratione latiùs ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 14. *concl.* 2. Octauò declaratur, vt Capitulum ſede vacante † non 186.
ſuccedat in commiſſione facta ſub nomine dignitatis Epiſcopo, vel eius Vicario generali. Quoad commiſſionem factam Epiſcopo ex eo probatur; tum quòd Capitulum ſede vacante, licèt ſuccedat Epiſcopo in iuriſdictione ordinaria, non tamen in dignitate, & officio, de quibus loquitur text. & Doctor. *d. c. quoniam Abbas*, aliiſque iuribus diſponentibus, commiſſionem tranſire ad ſucceſſores: tum quòd id tradit Dec. *d. cap. quoniam Abbas, num.* 3. *verſ. quinto nota*, vbi etiam alios allegat, idémque voluerunt Abb. Fel. ac cæteri ferè omnes *in cap. cum olim, de maiorit. obed.* Gemin. ac plerique alij *in cap. vnic. eod. tit. in* 6. ſentiúntque communiter Doctor. dum cum Innoc. *cap. cùm in cunctis, num.* 7. *de elect.* & Abb. *in cap. verum, num.* 9. *de for. compet.* tradiderunt, ad Capitulum ſede vacante non tranſire iuriſdictionem, & cætera, quæ Epiſcopo competunt iure ſpeciali, prout de communi teſtatur inter alios Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſput.* 2. *num.* 10. ſpeciali, inquam, delegato, non ordinario: ſi enim competat Epiſcopo ea poteſtas iure ordinario ſpeciali, quia ſpecialis aliquis canon eam illi tribuit, tunc in eadem ſuccedit Capitulum, vt *ibidem* explicat Sanchez poſt Abb. *d. num.* 9. & Fel. *in cap. eam te, num.* 17. *de reſcript.* poteſtas namque competens, & annexa perpetuò non perſonæ, ſed dignitati, vel officio † ordinaria cen- 187.
ſetur, non delegata, vt ex communi plurib. relatis tradit Couar. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 20. *numer.* 6. *ad* 10. Suarez *lib.* 6. *de legib. cap.* 15. *num.* 1. & Sanchez *lib.* 2. *de matrim. diſput.* 40. *numer.* 14. Ab hac tamen communi doctrina, atque adeò à præſenti declaratione quoad hanc priorem partem recedere videtur Aug. Bero. *d. cap. quoniam Abbas*, eámque latiùs tueri conatur *a numer.* 21. *vſque ad* 26. præcipuè per text. *in cap. ad abolendam, in princ.* iuncto *fin. de hæret.* nam *in princ.* habetur, quòd Epiſcopi cum conſilio clericorum, vel clerici ipſi ſede vacante poſſunt in cauſa hæreſis iudicare; *in fine* autem *cap.* videtur id extendi etiam ad poteſtatem delegatam, quam Epiſcopo *ibi* Romanus Pontifex concedit contra exemptos. quod confirmat etiam per text. *d. cap. vnic. de maior. & obed. in* 6. vbi generaliter dicitur, quòd Capitulum ſede vacante poteſt abſoluere illos excommunicatos ſiue à iure, ſiue ab homine, quos poſſet Epiſcopus, ſi viueret: ac præterea text. ille iuncta gloſ. *verbo, is, ad quem*, & text. *cap. is, cui, de elect. in* 6. parificat Capitulum ſede vacante viſitatori Apoſtolico: viſitator autem poteſt expedire omnia, quæ ſunt de iuriſdictione Epiſcopi, & ipſi, vt Epiſcopo competunt, excepta alienatione bonorum immobilium, vt cauetur *in d. cap. is cui.* cùm ergo Viſitator poſſit cognoſcere de cauſa delegata Epiſcopo, quoniam exceptio illa alienationis firmat regulam in caſibus non exceptis, *l. nam quod liquida, §. vlt. ff. de pen. leg. §. ne autem, in auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. collat.* 2. poterit & Capitulum ſede vacante. Quæ tamen nos remorari nequaquam debent, quin ad prædictam communem ſententiam, & propoſitã

declara

declarationem accedamus. Nam *in fine d. cap. ad abolendam*, † non fit extenſio quoad poteſtatem delegatam ad Capitulum Sede vacante, ſed expreſsè dicitur, exemptos iudicari de hæreſi debere ab Epiſcopo, neque ampliùs Capituli mentionem fecit, vt fecerat in princip. vnde ferè communiter Doctor. *ibi* aſſerunt, poteſtatem delegatam, de qua in fine illius capitis, ad Capitulum non tranſire; vt videre eſt apud Sanchez *d. numer.* 10. licèt dicat, aliquos contrarium ſentire, inter quos eſt Ioann. Monach. *d. cap. vnic.* & alij per nos relati *cap.* 5. *huius tract. queſt.* 12. ſtatim *ante* 1. *concluſ.* pro quibus eſt text. *in Clement.* 1. §. 1. §. *verùm*, *&* §. *porrò*, *de hæretic.* prout eum ibi ponderauimus: qui tamen non obſtabit ei, quod nunc dicimus, cùm illud ſit ius nouum diſtinctum ab hoc *cap. ad abolendam*, faciens poteſtatem ordinariam, quæ per hoc erat delegata. deinde admitti poteſt, delegatam facultatem generalem perpetuò annexam officio tranſire ad Capitulum, cùm ſit ordinaria, vt ſuprà dictum
189. eſt. Vel tertiò poſſumus dicere, ſpeciale eſſe † fauore fidei, vt poteſtas Epiſcopi delegata ad Capitulum tranſeat; fauore enim fidei pleraque ſpecialia, & à iure exorbitantia à iure ipſo conceduntur, *cap. in ſ. fauorem*, *cap. accuſatus*, §. *licèt verò*, *& cap. ne aliqui*, *de hæret. in* 6. cum aliis ſimilibus *in eo tit.*
190. Quod autem dicitur † *in d. cap. vnic. de maior. & obed. eodem lib.* Capitulum poſſe abſoluere excommunicatos, quos poſſet Epiſcopus, accipiendum eſt de poteſtate ordinaria, non autem delegata, aut generaliter, ita, vt vtraque comprehendatur. Neque verum puto, viſitatorem Apoſtolicum, niſi id in facultate habeat ſpeciali, poſſe cognoſcere de ſpeciali commiſſione, aut delegatione, quæ facta erat Epiſcopo: ſed etſi poſſet, iam id faceret poteſtate delegata, non ordinaria, cuiuſmodi eſt poteſtas Capituli Sede vacante. illa verò æquiparatio, quæ fit Capituli, & viſitatoris Apoſtolici *in d. cap. vnic.* iuncta gloſ. *ibi verbo*, *is*, *ad quem*, accipienda eſt ſolùm quoad id, quod in eo cap. diſponitur, nimirum de facultate abſoluendi excommunicatos, quæ Epiſcopo competebat, & quidem ſolùm iure ordinario, vt dictum eſt. ſicut et-
191. iam exceptio † firmat regulam in caſibus non exceptis quoad genus proximum, non autem remotum, aut diſparatum: item fallit, quando induceretur iuris communis correctio quoad alios caſus non exceptos; latè Felin. *in cap. quoniam frequenter*, *in princip. num.* 2. *&* 3. *vt lit. non conteſt.* cum aliis ad id adductis à Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 13. *num.* 25. & fallit etiam quoad caſum alio iure exceptum; vt conſtat ex *Clement. exiui*, §. *deinde*, *& ibi* gloſ. *verbo*, *deinde*, necnon Card. *de verb. ſignif.* & pluribus allatis Euerard. *in loc. ab excepr. ad reg. num.* 5. Guttier. *lib.* 1. *pract. quæſt.* 111. *num.* 1. *& lib.* 3. *quæſt.* 15. *num.* 42 at verò hîc induceretur iuris communis correctio; & caſus poteſtatis delegatæ Epiſcopo eſt alio iure exceptus, nimirum *d. cap. quoniam Abbas*, & aliis iuribus, in quibus habetur, poteſtatem delegatam dignitati ad ſucceſſorem in ea tranſire. Non poterit igitur ex prædictis Capitulum Sede vacante cognoſcere de cauſa, vel diſpenſatione, aut commutatione, quæ
192. erat Epiſcopo commiſſa. Sed neque † de commiſſa eius Vicario generali, vt in ſpecie docet Felin. *in cap. eam te*, *numer.* 17. *de reſcript.* & veriſſimum eſſe meritò ait Sanchez *d. diſput.* 27. *num.* 33. quia Capitulum non ſuccedit Vicario Epiſcopi, ſed ipſi Epiſcopo, vt ſatis conſtat ex *cap. cùm olim*, *& cap. bis*, *quæ*, *de maior. & obed. cap. illa*, *ne ſed. vac. & d. cap. ad abolendam*, *de hæret. d. cap. vnic. de ma-*

ior. & obed. in 6. *cap. ſi Epiſcopus*, *& cap. penult. in princip. de ſuppl. negl. pral. cap. vnic. in princip. &* §. *fin. ne ſed. vac. cap. cum nullus*, §. *Epiſcopo*, *de temp. ordin. cap. vnic. de inſtit. eodem lib. Clement.* 1. §. 1. §. *verùm*, *&* §. *porrò*, *de hæret.* necnon Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 10. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 16. *de reform.* idque ſiue Epiſcopus mortuus ſit, aut captus ab hoſtibus, vel ſchiſmaticis, donec libertati reſtituatur, vt in ſpecie diſponitur *in d. cap. ſi Epiſcopus*, *de ſuppl. negl. prælat. in* 6. ſiue etiam vbi Epiſcopalis Sedes vacet per renuntiationem, tranſlationem, depoſitionem, vel alio modo, vt *ibidem* tradit gloſ. recepta *in verbo*, *mortem*, & ipſa praxis docet. Declaratur nunc nonò eadem poſterior pars præſentis, ac præced. concluſ. vt † commiſſio facta Epi- 193.
ſcopo ſub nomine dignitatis, ſeu ipſi dignitati, ſi Epiſcopus communicetur, non tranſeat, ſeu deuoluatur ad Archiepiſcopum, cùm ad eum nulla iuriſdictio etiam ordinaria Epiſcopi excommunicati deuoluatur, vt apertè deciditur *in cap.* 1. *de ſuppl. negl. prel. in* 6. verùm nec deuoluitur ad Capitulum, ſed ad Papam, vt poſt Gemin. & alios *ibi* tradit Steph. Quarant. *in tract. de auctorit. Archiepiſc. num.* 22. vel potiùs ſuſpenditur eius exercitium, ita, vt abſolutus illam reaſſumere, & exercere poſſit; vt ſentire videtur gloſ. *d. cap.* 1. *verbo*, *culpis*, & conſtat ex latiùs per nos adductis ſup. *hac ipſa concluſ. ampl.* 2. *& quæſt. præced. concluſ.* 2. *illat.* 2. vbi idem quoque oſtendimus de ſuſpenſione ſiue, quæ cenſura Eccleſiaſtica eſt, ſiue, quæ non eſt cenſura. Declaratur denique, quòd, † ſi dele- 194.
gatus ſuccedat deleganti in dignitate, cuius ratione delegauit, vel aliàs ei fiat par, maiórve in illa dignitate; tunc expirabit delegatio in tali delegato: vt probat text. *in l. iudicium ſoluitur*, *ff. de iudic.* vbi dicitur, iudicium ſolui, ſi ipſe iudex eiuſdem imperij eſſe cœperit, cuius erat, qui iudicare iuſſit. id quod præter gloſ. & Doct. *ibi*, atque alibi, adnotauit quoque Molin. *tom.* 6. *de inſt. & iur.* ſeu *tract.* 5. *diſput.* 21. *num.* 3. qui hunc textum intelligit in delegato ab Ordinario, qui eſſe cœperit æqualis, aut maioris poteſtatis in eodem tribunali cum eo, qui ipſum delegauit. Vnde exemplificari poteſt in delegato ad commutandam aliquam vltimam voluntatem ab Epiſcopo, vel ab habente generaliter à Principe facultatem commutandi omnes vltimas voluntates in ſuo dominio, qui æquiparabitur ordinario; ſi is delegatus fiat Epiſcopus, vel ſimilem facultatem generalem à Principe obtineat. Verùm de materia huius declarationis plura differemus infrà hac ipſa quæſt. *concluſ.* 4. *declarat. vlt.* ex iis, quas hac de re in ſubdelegato reſpectu ſubdelegantis afferemus. Quæ autem ſint perſonæ capaces commiſſionis commutationum vltimarum voluntatum, & quibus commiſſæ cenſeantur, præſertim quoad perſonas Vicariorum, & alia, quæ aliquo modo ad hanc concluſ. pertinent, tradidimus ſup. *cap.* 5 *quæſt.* 14 *ſuppoſ.* 1. *& concluſ.* 3. Nunc verò ad alias huius quæſt. concluſiones tranſeamus.

TERTIA CONCLVSIO. Per mortem naturalem, & aliquam ſaltem ciuilè ſubdelegati à commiſſario cõmutationis vltimæ voluntatis re non integra contingentem expirat iuriſdictio in ipſo commiſſario: ſecus ſi ea mors contingat re integra. Et
quidem quòd expirat † per mortem naturalem ſub- 195.
delegati re non integra, apertè colligitur, ſumpto argumento à contrario ſenſu, (quod in iure validiſſimum eſt, vt latè probat Euerard *in loc. à contrar. ſenſ. num.* 1.) ex *cap. quamuis*, *de offic. deleg. in* 6. nã, dum *ibi* dicitur, quod delegatus Papæ, ſi ſubdelegauit etiam in totum cauſam ſibi commiſſam, poteſt eã re-

refert, ac ſequitur Alex. *col.* 3. quibus addo Sanchez omnino hic diſtinguentem in caſu delegationis quoad eam perpetuandam reſpectu committentis, *lib.* 8. *de matrim. diſput.* 28. *numer.* 44. *circa medium*, & ante eum ex aliorum mente Petr. Barboſ. *in l. quia tale, numer.* 80. *ad fin. & num.* 81. *&* 90. *cum ſeq.* & quamuis hanc diſtinctionem quoad caſum noſtrum, vt à Dec. ponitur, impugnet Aug. Bero. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 87. tamen facile eius impugnatio ex eo impugnari poteſt, quòd non in ea ſignificatione accipiat Bero dignitatem in abſtracto, & in concreto, quo eam ſumpſit Dec. Sanchez & Barboſ. *vbi ſupra*: nimirum ſicut Philoſophi albedinem abſtractum vocant, album verò concretum, docentes, abſtractū illud eſſe, quod tamquam qualitas conſideratur abſque ſubiecto illam habente, quod eſt concretum: & ſic abſtractum eſt pars concreti; vtrumque verò reperitur eſſe ſiue in ipſo genere, ſiue in ſpecie, ſiue etiã in indiuiduo: ſed accipiat Bero abſtractum pro genere, concretum pro ſpecie, vel indiuiduo; in quo ſenſu ait, potius *d. c. ſtatuimus*, loqui de dignitate in abſtracto, ſeu in genere reſpectu potentiæ, & facilitatis delegandi, quia non magis vult committi cauſas poſitis in hac dignitate, quàm in alia; ſed reſpectu actus delegandi conſiderare dignitatem in concreto, quia cauſa actualiter non poteſt delegari niſi in certa dignitate conſtituto: text. autem *in d. c. quoniam Abbas*, reſpectu eiuſdem potentiæ delegandi loqui de dignitate in concreto, neque obſtare, quòd loquatur de dignitate, quæ per mortem non extinguitur; cùm etiam id, quod eſt in concreto, poſt mortem durare poſſit, vt patet in hac anima, in Epiſcopatu Bononienſi, in Abbatia certi loci, & ſimilibus. ſed quicquid ſit de hoc, certè melius philoſophatus eſt Dec. quàm Bero. nam licet Philoſophis notum ſit, genus abſtrahi à ſpeciebus, & ſpeciem ab indiuiduis: iiſdem tamen incognitum eſt, hæc inferiora dici concreta reſpectu ſuperiorum. & in omnem caſum etiam Bero. ſentit, alio modo ſumi dignitatem *in d. cap. ſtatuimus*, atque *in d. cap. quoniam Abbas*; & diuerſam eſſe vtriuſque text. deciſionem, quod præter ſupradicta ex eo etiam patet, quòd aliquibus dignitatibus committi poſſunt cauſæ à ſede Apoſtolica, iuxta *d. cap. ſtatuimus*, quarum tamen commiſſio per ſe perpetua non erit, neque tranſibit ad ſucceſſores in iis dignitatibus, cùm hæ perpetuæ non ſint, nec propriè ſucceſſorem habeant, vt conſtabit ex iis, quæ dicemus *in ſeq. ſuppoſ.* & inferiùs *concl.* 2. *reſtrict.* 1.

122. Suppono igitur tertiò, † dignitatem Eccleſiaſticam primæua iuris inſtitutione eum habere, qui præeminentiam in Eccleſia, ſeu adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum cum iuriſdictione habet; vt ſup. hac ipſa quæſt. *in* 1. *ſuppoſ. circa medium* diximus: necnon qui nomen aliquod dignitatis in iure expreſſum habet, vt Abbates, Decani, Præpoſiti, Archipreſbyteri, Archidiaconi, *cap.* 1. *de at. & qualit. & ord. præſid. & cap. quamuis, de verb. ſig.* Priores, *cap. niſi eſſem, de prab.* ac ſimiles: ſicut etiam verè dignitas eſt, quæ ex conſuetudine in tali Eccleſia pro dignitate reputatur; & quæ ita inſtituta eſt, vt ſit dignitas. quæ omnia ſatis probauimus *in tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap.* 5. *quæſt.* 7. *ante* 1. *conclu.* vbi etiam oſtendimus, dignitatis nomen aliquando confundi cum perſonatu, & officio, præcipuè ex *cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* vbi Primiceriatus primùm appellatur perſonatus, deinde dignitas, denique officium. ex quo patet, † dignitatem largiùs, ſeu genericè tunc ſumi, prout comprehendit dignitatem ſtrictè, ac ſpecificè ſumptam, perſonatum, & officium Eccleſiaſticum. licèt hæc tria propriè inter ſe diſtinguantur, vt *ibidem* demonſtrauimus, & quidem in ea generica, & larga ſignificatione accipitur dignitas à Doctor. dum *in cap. ſi gratioſe, de reſcript. in* 6. ex eo text. tradunt, commiſſionem, aut gratiam à dignitate, vel ad dignitatis beneplacitum conceſſam morte concedentis non expirare; & dum tum alibi, tum præcipuè *in d. cap. ſtatuimus, eod. tit. & lib. ac d. cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* quærunt, an commiſſio, ſeu gratia facta dignitati tranſeat ad ſucceſſorem. intra in hac poſteriori quæſtione præter prædicta ſub dignitatis nomine ponunt etiam Canonicatum, præſertim Eccleſiæ Cathedralis. Atque in hac ipſa larga, & generica ſignificatione accepta dignitas diuiditur in perpetuam, & temporalem: item in eam, quæ propriè ſucceſſorem habet, & quæ illum proprie non habet: ac denique in propriam, ac principalem, ſeu per ſe ſubſiſtentem, & acceſſoriam, ſeu dependentem ab alia, & quodammodo alienam. Perpetua eſt, vt Archipresbyteratus, Archidiaconatus, Præpoſitura, & ſimiles dignitates ſæculares. quæ quidem, vt veræ dignitates ſint, † perpetuæ eſſe 124.
debent, vt Innoc. & alij adnotarunt *in cap. de multa, de prab.* per text. *in cap.* 2. §. *fin. de ſtat. Mon.* cum aliis per nos allegat. *d. tract. de Conſeruat. cap.* 5. *quæſt.* 5. *concl.* 2. *circa medium.* quibus addo Mandoſ. *ad reg.* 3. *Canc. quæſt.* 11. *num.* 2. & Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gloſ.* 5. *in princ. num.* 11. vbi alios allegant. Dignitates autem regulares non neceſſariò ſunt perpetuæ, vt colligitur ex *cap. niſi eſſent, de prab.* iuncta *Clem.* 2. *de reſcript.* cum vtrobique traditis per Doctor. *& d. cap.* 2. *de ſtat. Monach.* cum aliis allegatis per Mandoſ. *d. reg.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 4. *&* 5. *quæſt.* 10. fere per tot. *& quæſt.* 11. *num.* 3. Dignitas quoque † 125.
Legati ſedis Apoſtolicæ, (quæ tamen potiùs officium Eccleſiaſticum eſt, vt colligitur ex *cap.* 2. *de off. leg. in* 6. ibi, commiſſum tibi à prædeceſſore noſtro legationis officium, & ex *rubr. de offic. leg. ext. & in* 6. dum officium dicitur, non dignitas,) non perpetua, ſed temporalis ſui natura eſt; cùm Legatus ad nutum poſſit, & ſoleat à Romano Pontifice amoueri; licèt poſſit eſſe perpetua, ſi Legatus ab eo munere non amoueatur: vt inter cæteros docet poſt alios Sanchez *lib.* 8. *de matr. diſput.* 27. *num.* 11. neque enim morte Pontificis, qui Legatum creauit, commiſſum ei officium etiam re integra expirat, vt deciditur *in d. cap.* 2. *de offic. legat. in* 6. At verò Vicarius Epiſcopi, † vel non habet dignitatem, vt ſatis oſten- 126.
dimus *d. quæſt.* 5. *concluſ.* 2. *poſt medium*; vel certè ea neque perpetua eſt, neque perpetua eſſe poteſt, cùm mortuo, amoto, vel reſignante Epiſcopo, qui Vicarium deputauit, illius officium, ſeu qualis qualis dignitas expiret; vt poſt *gloſ. fin. in Clem. vlt. de procur.* & alios latè tradit Sbroz *in tract. de Vicar. Epiſc. lib.* 3. *quæſt.* 42. 44. 45. *&* 49. & Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſput.* 30. *numer.* 2. *cum duobus ſeqq.* iunctis ab eo adductis *lib.* 8. *diſput.* 27. *numer.* 8. *& diſput.* 28. *numer.* 59. ſicut & per reuocationem; latè idem Sbroz *d. lib.* 3. *quæſt.* 32. & per conſtitutionem ſecundi, *quæſt.* 33. Inſuper hæc qualiſcumque dignitas Vicarij non eſt propria, & per ſe ſubſiſtens, ſed acceſſoria, & dependens, quaſique aliena, coruſcans nimirum radiis Epiſcopi; (qualis eſt lux lunæ, quæ, vt ait quoque Marcus Tullius *in ſomnio Scipionis*, luce lucet aliena;) vt tradunt communiter Doctor. *in Clem.* 2. *de reſcript.* & plerique probati à Sbroz *d. tract. de Vicar. Epiſc. lib.* 2. *quæſt.* 22. ferè per tot. & Sanchez *d. diſput.*

123.

d. diſput. 27. *num.* 8. vbi etiam, *& d. diſput.* 28. *numer.*
127. 59. oſtendit, † eum propriè non habere ſucceſſorem; quia ea expiret cum Vicarij perſona per eius, vel Epiſcopi mortem, aut reuocationem, aut alia ceſſatione officij ipſius Vicarij, quòd etiam de Legato poſt alios docet *d. diſput.* 27. *num.* 11. *& diſput.* 28.
128. *num.* 59. Canonicatus denique, † licèt tamquam beneficium ſæculare ſui natura perpetuum ſit, iuxta *cap. ſatis peruerſum*, 56. *diſt. cap. ſanctorum*, 70. *diſt. cap. pen. de cler. egrot.* latè Gonzal. *d. glo. 5. in princ. numer.* 11. & Mandoſ. *d. quæſt.* 11. *numer.* 2. tamen propriè non habet ſucceſſorem; idque etiamſi certus Canonicorum numerus ſit in ea Eccleſia, vt poſt alios docet Sanchez *d. diſput.* 27. *numer.* 12. quibus adde glo. *in cap. quod ſicut, verbo, conſentire*, & *ibi* Vinc. Goffr. Innoc. *numer.* 5. Hoſt. Compoſt. & alios, *de elect.* ac Franc. Marc. *deciſ. Delphin.* 1232. *&* 1261. *in* 1. *part.* ad quod allegant ferè omnes textum *in cap. relatum, il* 2. *de teſtam.* Illud tamen probabile puto, quòd, ſi Canonicatus alicuius Eccleſiæ haberent certum titulum, & inuocationem alicuius ſancti, vtputa S. Petri, S. Ioannis, quales ſunt tituli Cardinalium, & cuiuſmodi Canonicatus audio alicubi eſſe; tunc, qui eos Canonicatus obtinerent, haberent propriè ſucceſſores. idémque dicendum de obtinentibus præbendas qualificatas, vtputa Theologalem, Pœnitentialem, & Magiſtralem, prout de Pœnitentiali ſencit Namat. *conſil.* 14. *de reb. Eccleſ. non alien.* aliàs 22. *de prab.* in quo nos ab eo non diſſenſimus *in*
129. *tract. de opt. can. cap.* 4. *concl.* 3. multo verò magis † vbi, qui eas præbendas obtinent, præcedere deberent ſimplices Canonicos; tunc enim non dicerentur illi obtinere ſimplices Canonicatus, ſed perſonatus; quos quidem, qui obtinent, propriè, ac verè habent ſucceſſorem; vt inter alios docet Abb. *d. c. quoniam Abbas, num.* 9. *de offic. deleg.*

130. Suppono quartò, & vltimò, ad coniectandum, † an commiſſio ſit perſonalis, ſeu facta contemplatione perſonæ, vel potiùs realis, ſeu facta dignitati, eiúſque contemplatione; non eſſe principaliter ſpectandum, an delegatio fiat expreſſo nomine delegati, an expreſſa eius dignitate, ſed priùs attendendum, an ex aliis verbis, aut ſubiecta materia eorum alterum deprehendi poſſit; quòd ſi nequeat, id diiudicandum erit ex nominis proprij delegati, aut eius dignitatis expreſſione. nam, ſi alia verba, vel materia ſubiecta indicent commiſſionem eſſe perſonalem, ſic erit cenſendum, licèt ſolius dignitatis delegati mentio fiat; exemplum ſit de verbis, ſi Pontifex committat cauſam Epiſcopo Cordubenſi ſolo dignitatis nomine expreſſo, declarans, ſe illi committere ob peculiarem ſcientiæ, ac ſanctitatis notitiam, quam de ipſo habet: exemplum in materia ſubiecta, ſi fuit excommunicatus Epiſcopus Cordubenſis ſolo dignitatis nomine expreſſo; certum eſt enim, excommunicationem non tranſire ad ſucceſſorem, niſi is participauerit in crimine, *cap.* 1. *de offic. Vicar. in* 6. *& cap. aduerſus, de immunit. Eccleſ.* cum vtrobique not. ſicut contrà, ſi materia ſubiecta reſpiciat dignitatem, diſpoſitio ad ſucceſſorem porrigitur, licet tantùm nomen proprium exprimatur, vt ex text. *in cap. dilecti*, & *ibi glo.* 2. & Abb. *de for. compet.* & aliis tradit Dec. *d. cap quoniam Abbas, numer.* 3. *in antiq. verſ. & idem eſt è contra*; ſicut *in verſ. prima concluſio*, pluribus relatis, ex Abb. & communi Doctorum *d. cap. quoniam Abbas*, docuerat, quòd, licèt in commiſſione ſit expreſſum ſolum nomen dignitatis, ſi tamen ex verbis, vel alio modo colligatur, committentem habuiſſe reſpectum ad perſonam, commiſſio cenſetur perſonalis.

Vtramque autem huius ſuppoſit. partem aliis quoque citat. tradit Couar. *in repet. cap. requiſitis, numer.* 1. *vſque ad* 5. *de teſtam.* & Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſput.* 27. *num.* 3. ob eam rationem, quam idem Dec. latiùs *ibidem* confirmat; & inter cætera, quia vna præſumptio † tollit aliam, & maior minorem, *l.* 131.
Diuus, & ibi Bart. not. *ff. de in integ. reſt. cap. tranſmiſſam*, iuncta glo. *qui pl. ſint legit.* late Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 30. *numer.* 1. at fortior eſt præſumptio ſpecialis, quæ oritur ex peculiaribus verbis, aut ſubiecta materia, quàm generalis deſumpta ex proprij nominis, aut dignitatis expreſſione. ſpecialis autem præſumptio præponderat generali, vt conſtat ex latiùs adductis à Menoch. *d. lib.* 1. *de præſumpt. quæſt.* 29. *num.* 7. *& de arbitrar. ind. caſ.* 472. *num.* 14. Ex quo Dec. *vbi ſup.* quem etiam ſequitur, & à Bero. impugnatione defendit Sanchez *d. diſput.* 27. *num.* 4. illud infert, † præ- 132.
ſumptionem reſpicientem perſonam præferri præſumptioni reſpicienti dignitatem, ac proinde concurrente vtraque præſumptione, diſpoſitionem in dubio iudicandam eſſe perſonalem; nam præſumptio reſpiciens perſonam magis ſpecialis eſt, vt ſingulariter voluit Bald. *in l.* 1. *quæſt.* 3. *ff. de offic. Conſul. & in l. executorem, verſic. hic redeo ad materiam, C. de execut. rei iudic.* quod etiam docuit Aldob. *in Apoſtill. ad Dec. d. num.* 3. *verbo ſpecialis*, allegans eundem Dec. *in cap.* 1. *num.* 44. *de reſcript.* Iam verò his ſuppoſitis ad concluſiones præſentis quæſt. deſcendamus.

PRIMA CONCLVSIO. Per mortem naturalem eius, cui commiſſa eſt commutatio vltimæ voluntatis, † expirat in eo commiſſio etiam quoad 133.
negotia cœpta. Probatur, quia mors omnia ſoluit, §. *deinceps, auth. de nupt. collat.* 4. cui conſonat illud Pſalm. 48. *Homo, cùm interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius*; hoc eſt, nihil ſumet, vt rectè exponit eum locum inter cæteros Ioan. Lorinus olim in Theologica facultate præceptor meus de Chriſtiana Rep. maximè in exponendis ſacris Scripturis optimè meritus, multa ad eam expoſitionem factæ Scripturæ loca afferens, vbi *non omne* accipitur pro nihilo, aut nullo; ac præſertim illud Luc. 1. *Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum*: ac ſubdens, & optimè, quòd, ſi etiam accipiantur illa verba, *non omnia*, prout ſumunt Dialectici pro aliqua non, quaſi aliqua etiam ſecum ſumat homo, dum moritur; illud rectè intelligit de temporalibus bonis, hoc verò de operibus, iuxta illud Apoſt. 14. *Opera illorum ſequuntur illos*. Sed & meliùs conſonat, quod ait Apoſtolus 1. ad Timoth. 6. *Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quòd nec auferre quid poſſumus*; & ſimilia, quæ tam ex ſacra Scriptura, quàm ex ſacris, ac profanis Scriptoribus ad eum locum Pſal. & ad *cap.* 5. *Eccleſ.* idem eruditiſsimus auctor in medium affert.

An verò vbi commiſsarius diuino miraculo à mortuis ſtatim, aut etiam poſt aliquod tempus excitaretur, † recuperaret poteſtatem commutandi 134.
vltimam voluntatem ſibi conceſsam; quoad negotia cœpta, vel non cœpta; quoniam hoc eſt de ratò contingentibus, & nunquam fortaſse eueniet, pro huiuſmodi articulo candidum lectorem remiſiſſe ſufficiet ad ea, quæ hac in re ſcripſimus *in tract. de Conſeruatorib. indicib. cap. vlt. quæſt.* 3. *concluſ.* 1. & auctores *inibi* per nos citatos, ac præcipuè Tiraq. *in repet. l. ſi vnquam, verbo, ſuſceperit liberos, num.* 170. *C. de reuocand. donat.* & Pett. Nauar. *in tract. de reſtitut. lib.* 1. *cap.* 1. *à num.* 3. *ad* 9. illúdque dumtaxat hoc loco admoniſſe ſatis erit, quod *d. concluſ.* 1. *ad fi.*

docuimus, quòd is resurgens non recuperaret iurisdictionem quoad negotia non cœpta, vbi, qui eam concessit, re integra decessisset, aut alias amisisset Pontificatum, vel Principatum, aliámve dignitatem, cuius ratione eam concessionem, seu commissionem fecerat; aut inferior Romano Pontifice excommunicatus, vel suspensus à sua iurisdictione denuntiatus fuisset; idque solùm durante tali excommunicatione, vel suspensione; iuxta latiùs per nos deducta *in præced. quæst.* quoad negotia verò etiam cœpta non recuperaret iurisdictionem sibi delegatam, vbi eam concedens successorem defuncto dedisset, vt colligi potest ex *l. mortuo iudice, ff. de iudic. §. & hoc verò inbemus, in auth. vt nulli iudic. cap. quoniam Abbas, de offic. deleg. & cap. pastoralis, §. præterea, de offic. ord.* quæ iura paulo infrà ponderabimus. atque hæc esse potest prima ampliatio præsentis 1. conclusionis.

Ampliatur secundò, quòd, si duo commissarij commutationis sint dati simpliciter, † mortuo vno 135.
illorum, iurisdictio, & facultas commutandi in collega quoque expirauit; vt satis constat ex *cap. vno delegatorum*, quod est *pen. de offic. deleg.* vbi Romanus Pontifex de delegatis, & arbitris loquens, vno delegatorum, inquit, vel arbitrorum, sicut proponis, rebus humanis exempto, eorum officium expirauit. cuius ratio est secundùm glos. *ibi, verbo, delegatorum*, ab aliis communiter receptam, quia neuter illorum, qui simpliciter dati, vel electi sunt, sine altero procedere poterat; loco enim vnius sunt, & omnes iudicare iussi, *l. item si vnus, §. 1. & l. si in tres, cum seq.* quæ inquit, *sicuti, ff. de recept. arbitr.* necnon *l. duo ex tribus, ff. de re iudic. §. seu vers. si autem duo, in auth. vt iudic. non expect. sacr. iuss. coll. 9. c. causam matrimonij, & cap. cum causa, de offic. deleg.* cum simil. & quamuis hæc iura, præsertim ciuilia, loquantur de collega absente, non autem mortuo; tamen idem omninò dicendum eo mortuo; nam mors, & absentia hac in re à iure æquiparantur, *l. placuit, C. de pedan. iudic.* & apertiùs *in cap. si delegatus, de offic. deleg. in 6.* ibi; poteris, eo rebus humanis exempto, cùm & tunc censeatur abesse, &c. Hæc autem ampliatio restringitur primò, vt non
136. procedat, † vbi illi duo, vel plures delegati sint cum clausula, *quòd si ambo non potestis*, &c. aut, *si non omnes*, &c. tunc enim eorum altero, aut aliis defunctis, superstes solus, aut superstites poterunt procedere; atque adeò per illius, illorúmve mortem, huius, seu horum iurisdictio, & potestas non expirabit. ita tenet glos. communiter recepta *d. cap. pen. verbo, delegatorum*, per illum text. *in §.* ibi; nisi aliud in delegatione fuerit expressum, *& l. non distinguemus, §. cùm in plures, ff. de recept. arbitr. & cap. Raynaldus, de testam.* quæ duo postrema iura, licèt loquantur in arbitris, valde tamen ad rem hanc faciunt, in qua illis pares facit delegatos Romanus Pontifex, *d. cap. pen.* & Iurisconsultus *in d. l. si in tres*, iuncta seq. *ff. de recept. arbitr.* & ratio huius restrictionis est, quoniam de impotentia collegæ cum tali clausula dati constare dicitur, si is mortuus fuerit, vt patet ex *cap. sciscitatus, de rescript. & cap. licèt vndique, de offic. deleg.* atque adeò cùm purificata sit iurisdictio, quæ per dictam clausulam conditionalis erat, iuxta glos. & Doctor. *in cap. prudentiam, in princ. de offic. deleg. & cap. cùm plures, verbo, forma, & verbo, quo potest, eod. tit. in 6.* procedere poterit superstes, nec per mortem alterius, aliorúmve expirabit iurisdictio, ac potestas illis duobus, vel pluribus concessa. Secundò restringitur prædicta
137. ampliatio, vt multo minùs procedat, † cùm plures commissarij dati sunt cum clausula, vt omnes, aut duo, vel vnus eorum mandatum Apostolicum exequantur, aut sub alia consimili forma (hoc est, vt *d. cap. cùm plures, verbo, consimili*, explicat glos. & Doct. si dicatur, quòd quilibet eorum in solidum, ac per se iudicare, & exequi possit; vel si dicatur, quòd alter alterum non expectet, aut requirat: tunc enim per obitum talis collegæ, seu collegarum iurisdictio, & officium in superstite non expirabit; cùm stante tali commissione quilibet iudicum, vel executorum liberè possit sine alio iniunctum sibi mandatum adimplere; vt decernitur *in d. cap. cùm plures, in princ.* vbi glos. ab aliis approbata verbum, *liberè*, exponit etiam non requisito collega, arg. *cap. de multa, de prab. & cap. licet Episcopus, eod. tit. in 6.* cùm aliis ad id adductis à Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 45. à num. 10. ad 16. glos. 46. numer. 1. cum tribus seqq. & glos. 53. à numer. 3. vsque ad 15.* & nouissimè ab Aug. Barbos. *in suis remiss. Doctor. seu tract. de diction. & clausul. dict. 164.* præsertim *num. 2. & 3.* Restringitur denique eadem ampliatio, vt non habeat locum, † quoties ille ex pluribus collegis 138.
eiusdem iurisdictionis, seu potestatis delegatæ datis simpliciter, vel simul, qui decedit, habet successorem in dignitate cui, seu cuius contemplatione facta sit delegatio; nam tunc per eius mortem non expirat ipsius commissio, seu potestas, & iurisdictio; sed transit in successorem; vt probat text. *in cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* vbi, cùm Romanus Pontifex propriis nominibus non expressis causam delegasset Abbati Leicestriæ, & Abbati Vincestriæ, & ille Abbas cùm huius præmortui successore in causa processisset, eorum sententiam, sicuti iusta fuit, ratam, & firmam habuit. ad quod etiam faciunt *cap. pastoralis, §. præterea, de offic. ord.* & alia iura, quibus mox ostendemus, commissionem etiam circumscripto, quòd pluribus, aut vni fiat, si facta sit dignitati, seu contemplatione dignitatis, transire ad successorem in dignitate, neque expirare per mortem naturalem eam tunc obtinentis.

Limitatur ergo principaliter præsens nostra prima conclusio, vt † commissio commutationis vlti- 139.
mæ voluntatis non expiret per mortem commissarij, sed transeat in eius successorem in dignitate, vbi illa commissio fiat contemplatione dignitatis, seu ipsi dignitati: secus si fiat personæ, eiúsve contemplatione. Probatur hæc limitatio, ac regula quoad vtramque partem ex *cap. si gratiosè, de rescript. in 6.* vbi Romanus Pontifex decidit, gratiam concessam ad beneplacitum personæ expirare morte concedentis, concessam verò ad beneplacitum dignitatis, cùm ea non moriatur, non extingui morte illam tunc obtinentis. ac prædictam regulam arg. etiam huius text. tradunt glos. & Doctores communiter tum *ibi*, tum *d. cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* ac plerique *in c. statutum, de rescript. in 6. & Clem. 2. eod. tit. l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud. & l. mortuo iudice, ff. de iudic.* atque alibi sæpe. Prior verò eius pars seorsim probatur quoque *in d. c. quoniam Abbas*, cuius decisionem paulo antè ponderauimus: necnon colligitur ex *c. pastoralis, §. præterea*, seu *1. de offic. deleg.* vbi dicitur, quòd mortuo delegato Papæ, qui excommunicauit, vel actorem in possessionem induxit, absoluere, ac restituere poterit is, qui tali delegato succedit in onere, & honore: atque hunc text. ad id ponderauit glos. *ibidem, verbo, succedat*, dum pro concordante allegat textum *in d. c. quoniam Abbas*, ad idē quoque est text. *in d. l. mortuo iudice, ff. de iudic.* vbi Paulus I.C. *mortuo*, inquit, *iudice, quod eũ iudicare oportuerat, idem eum, qui subditus est, sequi oportet.* atque hunc pariter text. ad hoc allegat glos. *d. verbo, succedat, & d. cap. quoniam Abbas, verbo, substituerunt, circa medium*; vbi etiam ad idem citat text. *in §. & hoc*

verò

verò iubemus, auth. vt null. indic. collat. 9. quo loci Imperator, & hoc verò, ait, iubemus obſeruari ab omni adminiſtratore, vt, ſi contigerit in ſcriptis noſtram iuſſionem fieri ad aliquem iudicem, & interea iſte quieſcat ab adminiſtratione, is, qui poſt illum ſuſceperit dignitatem, accipiat eam, & inſinuet: &, ſiquidem priuata eſt cauſa, & implere eam, & aſſequi quemadmodum ad eum promeruit reſcriptum: ſi verò huiuſmodi in ſcriptis iuſſio publicum reſpicit, inquirat eam; & ſi quidem non lædatur fiſcus, quæ in ea comprehenſa ſunt, adimpleat; ſi verò ad læſionem eſt fiſci, nihil ſuper ea omnino agi, nuntiare verò nobis primùm, vt ſecunda noſtra ſint de hoc iuſſio. atque hunc text. ad id quoque allegat poſt alios Menoch. *de arbitrar. indic. lib.* 1. *quæſt.* 68. *num.* 4. & 21. Non parum etiam ad rem noſtram facit text. *in cap ſi is, cui, de offic. deleg. in* 6. dum enim
140. *ibi* decernitur, † à ſubdelegato Apoſtolico non appellari ad delegatum proprio nomine non expreſſo, quem mori contingat, ſolùm donec detur eius ſucceſſor; apertè ſupponitur delegationem tranſire ad ſucceſſorem. neque obeſt, quòd dicat textus, licèt nomine proprio non expreſſo, quaſi idem ſit etiam expreſſo nomine proprio: nam, vt rectè ait gloſ. recepta *verbo, non expreſſo*, aliàs non erat dubitatio; ſi enim, inquit, nomen fuiſſet expreſſum, ſucceſſor non ſuccederet in delegatione, ſup. *eod. cap. quoniam Abbas*. Præterea Menoch. *d. num.* 21. ad idem adducit etiam text. *in l. annua, §.* 1. *ff. de annu. leg.* ac Dec. *d. cap. quoniam Abbas, num.* 3. affert alium text. *in l. quod Principi, ff. de legat.* 1. qui tamen potiùs faciunt ad id, quod gratia ſeu conceſſio tranſeat ad ſucceſſorem illius, cui ea ſit, eò quòd eiuſdem dignitati facta fuerit, quæ eſt materia ſeq. quæſt. ſicut etiam alij text. à Doctoribus præter prædictos adducti; vnde ibi eos examinabimus. Interim verò hoc loco pro complemento præſentis & maiori ſequentium concluſ. explicatione videndum eſt nobis, quando commiſſio ſit perſonalis, ſeu facta perſonæ, eiuſque contemplatione, & quando realis ſit, ſeu facta dignitati, illiuſve contemplatione; vt ſimul ſciamus, quando non tranſeat ad ſucceſſores, ſeu cum perſona, cui tunc fit, extinguatur; & quando ea ad ſucceſſores tranſmittatur.

141. Qua in re illud ſtatuendum eſt, vt † quando ex aliis verbis, aut ex ſubiecta materia certior regula deduci nequit; ſed omnibus penſatis adhuc res eſt dubia, iuxta id, quod ſup. vltimo loco ſuppoſuimus: duplex regula accipienda eſt; altera, quòd, ſi ſolum nomen perſonæ delegati exprimatur, vt, committimus hoc Petro, erit commiſſio perſonalis. quando autem nomen dignitatis, vel officij ſolum exprimitur, vt, committo hoc Epiſcopo Cordubenſi, vel Prætori Cremonenſi, commiſſio erit realis. quæ regula probatur ſatis expreſsè *in d. cap. quoniam Abbas*, ibi; quia ſub expreſsis nominibus locorum, & non perſonarum, commiſſio emanauit; per loca autem ibi intelliguntur dignitates, quæ locis præſunt, vt explicat *ibi* Abb. *n.* 8. ab omnibus receptus. & ideo, vt inquit Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 17. *n.* 6. ex eo textu colligunt hanc regulam vniuerſi Doctores cum gloſ. *ibi in verbo, ſubſtituatur*; ex quibus pleroſque allegat Dec. *d. cap. quoniam Abbas, n.* 3. *in initio*, iuxta antiquam impreſsionem. idem quoque ſentit gloſ. ab aliis approbata *in cap. ſi is, cui, verbo, non expreſſo, de offic. deleg. in* 6. & ratio eſt, quia in priori caſu commiſsio ſit perſonæ, quæ moritur; at in poſteriori ſit dignitati, quæ non moritur, ſed eſt vna, & eadem in ſucceſſore, *cap. ſi gratioſè. de reſcript. in* 6. Procedítque hæc regula quamuis delegatus eſſet incognitus deleganti, vt contra Laſ. *in l. more, num.* 65. *limit.* 6. *ff. de iuriſd. omn. iudic.* alios etiam allegantem, ſatis probat Sanchez *d. diſput.* 27. *num.* 16. Altera regula eſt, quòd, † vbi tam nomen proprium, ſeu perſonæ, 142.
quàm appellatiuum, ſeu dignitatis in commiſsione exprimatur; aliqui Doctores, quos recenſet Sanchez *d. diſp.* 27. *num.* 18. voluerint, indiſtinctè præualere nomen, quod præmittitur. quibus addo gloſ. idem ſentientem, loquentem tamen in legatis, *in l. cùm ita datur, §. ex his verbis, verbo, heredi Titio. ff. de condit. & demonſtr.* per text. *in l. ſi ſeruus communis, ff. de ſtipul. ſerv.* quæ conſtituit diſcrimen, quando ſeruus communis ſtipulatur dominis ſuis, an præcedat nomen proprium, vel appellatiuum: cæteri autem tum ex hoc text. mouentur, tum quòd ex ordine litteræ deducitur intentio concedentis, *l. quoties, ff. de vſufr. cap. ſi quis iuſſo, de elect. in* 6. & *cap. mandato, de præb. eod. lib.* licèt etiam non pauci, quos refert idem Sanchez *d. diſput.* 27. *num.* 19. ac ſequitur Menoch. *d. quæſt.* 68. *n.* 16. iuncto *num.* 17. diſtinxerint; vt quando committens notitiam habet perſonæ, cui committit; tunc ſi præeedat nomen proprium perſonæ, commiſsio ſit perſonalis; realis verò, ſi præmittatur nomen dignitatis: at quando committens non habet notitiam perſonæ, tunc cenſeatur commiſsio realis, & facta dignitati, vtrumuis nomen præcedat. Tamen longè verius, ac probabilius eſt huiuſmodi commiſsionem ſemper eſſe perſonalem, vtrumuis nomen præponatur; ac proinde non tranſire ad ſucceſſorem. ita poſt alios Flam. Pariſ. *in tract. de reſig. benef. lib.* 1. *quæſt.* 11. *n.* 12. & Sanchez *d. diſp.* 28. *num.* 10. qui id pluribus comprobat, ac præcipuè tum ex citatis verbis *d. c. quoniam Abbas*, nimirum, ſub expreſsis nominibus locorum, & non perſonarum, quaſi dicat; vbi nulla nominis perſonæ facta ſit expreſsio: tum quia, cùm tunc ex nominis proprij expreſsione præſumptio ſpecialis, ex appellatiui autem, ſeu dignitatis expreſsione præſumptio generalis colligatur; ſpecialis præferri debet generali, vt *in d. ſuppoſ. vlt.* oſtendimus. *ibid.* autem Sanchez ſimul etiam reſpondet ad id, quod pro ſecunda ſententia mox relata, quam ipſe pro tertia retulit, obiici poterat ex *d. l. ſi ſeruus communis*, vel potiùs *l. ſi communis ſeruus, ff. de ſtipul. ſerv.* iuncta *l. pen. ff. de reb. dub.* Sed & aliàs ad *d. l. pen.* reſpondetur, quòd loquitur ſuppoſito quòd erratum eſſet à diſponente; & in ſpecie, quæ à noſtra diuerſa eſt, nimirum in legatis, & quidem non quoad legatarium, ſed rem legatam. denique *ibi* etiam dicitur, priùs recurrendum eſſe ad alias coniecturas voluntatis; & ſic procedit in dubio, in caſu autem noſtro res dubia non eſt; per text. *in d. c. quoniam Abbas*. Ad *d.* verò *l. ſi communis ſeruus*; dicimus, & ipſam loqui in diuerſa ſpecie, nimirum ſtipulationis, & ſolum poni caſum cùm præcedit nomen, non autem cùm præcedit officium, vel quid ſimile; quod etiam ibi non excluditur omnino ſeu à toto, ſed ſolùm à tanto. nec ordo ſcripturæ ſemper ſpectatur, ſed potiùs ex iure ſumitur id, quod agi videtur, *l. nec enim ordo, ff. de ſolut. l. quidam. ff. de pecul. leg. & l. ſi finita, §. ſi plures, ff. de dam. infect.* ſicque non obſtat etiam prædictæ primæ ſententiæ, quam pro ſecunda ponit Sanch. *d. n.* 18. cùm *n.* 17. pro prima referat gloſ. *d. l. cùm ita, §. heredi*, quaſi velit, quòd vbi nomen dignitatis, & perſonæ exprimitur, præualeat qualitas dignitatis tamquam potentior; cùm tamen apertè velit attendendum eſſe nomen præcedens. rectè autem Sanch. *numer.* 21. poſt alios docet, quòd quamlibet ex prædictis ſententiis amplectamur, ea reſtringenda eſt, niſi commiſsio ſecundùm alium intellectum redderetur omnino inutilis; tunc enim in dubio cenſeri debet ſpectatum id nomen ſiue proprium, ſiue dignitatis, iuxta quod diſpoſitio eſt

valida, & vtilis; quod rursus bene temperat post Bero. *d. cap. quoniam Abbas, num.* 94. nisi accepta hoc intellectu commissio alteri iniustè damnum inferret: potiùs enim sustinendum est, dispositionem esse inutilem, quàm damnum alicui iniustè inferri.

Extenditur autem primò tam ipsa principalis propositæ conclus. limitatio, ac regula ad eam confirmandam allata, quàm duæ postremæ regulæ ad eiusdem declarationem adductæ; vt etiamsi facta sit delegatio pluribus sub nomine collectiuo, vt octo Canonicis, vel Decurionibus, expressis eorum nominibus, ea non transeat ad successores; vt ex Dec. *consil.* 381. *numer.* 3. & Ruin. *consil.* 163. *numer.* 9. *lib.* 2. tradit Menoch. *d. quæst.* 68. *numer.* 19. Secundò extenditur, vt etiamsi prior commissarius
143. obierit re integra, † adhuc ad successorem transeat commissio facta dignitati; vt contra Ang. *d.* §. *& hoc verò inbemus, auth. vt nulli ind. coll.* 9. *vers. attende*, ex communi aliis relatis resoluunt Menoch. *d. quæst.* 68. *numer.* 22. & Sanchez id latiùs confirmans *d. disput.* 27. *numer.* 7. vbi ad text. *d. cap. quoniam Abbas*, qui aduersari videtur in iis verbis; *illi mandato nostro parrebit*, quæ verba, cùm sint ablatiui absoluti, important conditionem, *l. à restatore, ff. de condit. & demonstr.* respondet, †
144. inxta multorum expositionem supplendum esse, *maximè*; neque in hoc vim fieri à textu, sed in eo, quòd delegatio dignitati facta sit, accedit, quòd ea verba commodè referri possunt ad successorem præmortui iudicis, seu eius substitutum; vt post Abb. & Imol. *d. cap. quoniam Abbas*, & alios exponit *ibi* Dec. *numer.* 2. in edit. antiq. seu *notab.* 2. neque sunt dispositiua, sed solùm narratiua facti, & eius, quod contigerat; atque adeò non restringunt. quomodo etiam responderi potest ad illa verba eiusdem text. qui suscepto mandato nostro partibus diem ad agendum præfixit: vbi loquitur de delegato superstite siue mandatum susceperit, ac citauerit cum defuncto, siue solus; de quo latè disputat Bero. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 33. *vsque ad* 45. atque contra communem tenere videtur, & aliter etiam ab eo, quod ipse *numer.* 12. *& duobus seqq.* contra eandem dixerat. quæ tamen adducit *d. numer.* 33. *& seqq.* facilè euitari possunt, dicendo ea procedere, cùm delegatio fit non dignitati, sed personæ. Tertiò
145. extenditur, vt, † licèt commissum sit negotium aliquod facti sub nomine dignitatis, transeat ad successorem; vt post alios probat Menoch. *d. quæst.* 68. *numer.* 23. Extenditur quartò, vt, quando com-
146. missio facta est dignitati, † mortuo prædecessore, non sit necesse præsentare commissionem successori; sed sufficiat eius exhibitio ad instructionem; vt post alios docet Dec. *d. cap. quoniam Abbas, notab.* 2. & sequi videtur Bero. *ibidem à numer.* 5. *ad* 9. Extenditur quintò, vt commissio facta dignitati transeat ad successorem absque eo, quòd per nouum rescriptum iurisdictio ei tribuatur; vt tenent Doctor. communiter *d. cap. quoniam Abbas*, post glos. *ibi verbo, substitutum*, prout testatur Bero. *ibi numer.* 38. *&* 51. licèt ipse vtrobique, *& numer.* 40. hanc communem opinionem impugnet; *& numer.* 41. solùm admittat vbi ab initio fuerit rescriptum iudici, seu iudicibus, ac cœptum in causa procedi. cuius rationes, vel solùm probant in delegatione facta personæ, vel quòd ad dignitatem acquirendam requiritur electio, & confirmatio. Extenditur nunc postremò prædicta limitatio, &
147. regula, vt locum habeat † etiam in Commendatario; nam delegatio in titularem facta sub nomine dignitatis transit in successorem per commendam. ita post alios Dec. *d. cap. quoniam Abbas, num.* 4. in antiq. edit. & Garz. mox citand. *num.* 30. quod intellige de Commendatariis nostri temporis, qui cùm perpetui sint, pro titularibus habentur: de quibus nos latiùs *d. tract. de Conseruat. inuicib. cap.* 5. *quæst.* 6. Restringitur nunc eadem limitatio, & regula primò, vt † de rigore iuris delegatio, seu 148.
commissio facta Vicario Episcopi sub nomine dignitatis, vel officij non transeat in eius successorem. est id de mente eorum, quos sequuntur Barbos. *l. quia tale, numer.* 79. *ff. sol. matr.* & Menoch. *d. quæst.* 68. *numer.* 24. *& lib.* 4. *præsumpt.* 121. *num.* 10. vbi id asserunt de delegatione facta obtinenti dignitatem nomine alterius, sed in specie Vicarij Episcopi, ex eo, quòd propriè successorem non habeat, ex communi multis citatis resoluunt Dec. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 9. in antiq. *&* 42. in nou. edit. Bero. *numer.* 100. *cum seq.* Barbos. *d. num.* 79. Sanchez *d. disput.* 27. *numer.* 8. & post hæc Nic. Garz. *tract. de benefic. part.* 6. *cap.* 2. *numer.* 32. vbi etiam plures Rot. decisiones refert; ante eum verò Iacob. Sbroz *tract. de Vicar. Episc. lib.* 3. *quæst.* 49. *numer.* 3. eam latè confirmans vsque ad *numer.* 8. Sed quia contrarium tenent plerique alij, quos refert Dec. & Bero. *vbi sup.* Sanchez *d. disput.* 27. *num.* 9. & Sbroz *d. quæst.* 49. *numer.* 1. *&* 2. necnon *eod. tract. lib.* 1. *quæst.* 67. ferè per tot. & sequi videtur plerisque allegatis Garz. *d. cap.* 2. *n.* 34. *&* 35. vbi pariter multas Rot. Rom. decisiones ad id adducit; qui etiam omnes testantur, hanc opinionem esse praxi receptam: placet mihi opinio quædam media, quam post Abb. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 11. sequitur Sanchez *d. disput.* 27. *numer.* 10. vt, licèt prædicta opinio communis de rigore vera sit, quia strictè Vicarius non habet dignitatem, aut in ea sibi succedentem: tamen commissio facta Vicario transeat ad eius qualem qualem successorem; quia eam esse Pontificis Vicario sic committentis mentem, vt commissio ad ipsius successorem transeat; veréque ab ipso considerari Vicarij tribunal, dum hæc committit sub nomine Vicariatus, praxis ipsa satis testatur: idque suadet prudens, ac tuanis Ecclesiæ gubernatio; cùm enim commissiones dispensationum, & aliarum huiusmodi gratiarum in foro externo concessarum dirigantur semper Officiali diœcesano, si personales forent, passim perirent, magnæque expensæ fierent in aliis rescriptis impetrandis. subdit autem *ibid.* Sanchez, quòd, licèt Doctores loquantur de Vicario Episcopi; idem tamen
dicendum est † de Vicariis Capituli sede vacante, 149.
ac Prælatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, ita, vt nulli Episcopo subsint; commissiones enim huiusmodi Vicariis directæ sub nomine officij transibunt ad eorum successores; cùm militet eadem ratio, & praxis ipsa quoad eos quoque ita doceat; quos capaces fore harum delegationum ipsemet Sanchez satis probat *eadem disput.* 27. *numer.* 34. & nos docuimus *cap.* 5. *quæst.* 14. *conclus.* 2. *&* 3. ac breuiter etiam ostendemus *conclus. seq. declar.* 7.

Secundò restringitur, vt commissiones factæ Legato etiam de latere Papæ sub nomine dignitatis † 150.
non transeant ad successorem, sed cum persona Legati extinguantur: quia Legati dignitas non est perpetua in Ecclesia, sed ad Pontificis nutum reuocabilis; atque adeò finita legatione non dicitur vacare dignitas, sed semper de nouo per Pontificem creatur. ita Barbos. *d. l. quia tale, numer.* 79. & Sanchez *d. disput.* 27. *numer.* 11. id etiam confirmans ex textu *in cap. præsenti, de offic. Legat. in* 6. vbi reseruationes, ac prouisiones beneficiorum à Legato

factæ, ac nondum effectum sortitæ expirant finita legatione: & quòd commissiones causarum à Legato factæ, si eius delegatus non citauit ante eiusdem discessum, expirent per huiusmodi discessum, seu finem legationis, textus est *in c. vlt. ext. eod. tit.* vnde apertè constat, legationem ipsam extingui, nec transire ad successorem, & quòd Legatus non habeat successorem, sentiunt prædicti Doct. præsertim Sanchez, & tenet quoque expressè Gondisalu. à Villadieg. *tract. de legat. quæst.* 16. *numer.* 27. vbi etiam id sufficienter probat. Posset tamen prior Legatus cognoscere de causa sibi à Romano Pontifice, aut alio eidem non sub nomine dignitatis, seu dignitati commissa, sed sub nomine proprio, etiam post finem legationis; vt post Abb. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 11. & *ibi* Bero. *numer.* 102. *vers. in hac tamen quæstione*; de communi attestantem, tradit Flam. Paris. *tract. de resignat. benef. lib.* 1. *quæst.* 11. *numer.* 14. neque de hoc dubitari potest, ex supradictis.

Restringitur tertiò, vt commissio facta Canonico Ecclesiæ Cathedralis sub nomine Canonicatus,
151. seu dignitatis, † non transeat in successorem, etiamsi certus in ea Ecclesia sit Canonicorum numerus. ita pluribus relatis Sanchez *d. disput.* 27. *n.* 12. quoniam tunc etiam non habet successorem, quod nos quoque sup. *in* 3. *suppos.* docuimus. Non puto tamen admittendum id, quod *ibidem in fi.* tradit Sanchez, quòd licèt hoc in rigore verum sit, tamen ex mente Pontificis bene transiret talis commissio in eum, cui Canonicatus ille collatus est, ex Abb. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 9. & per ea, quæ ex eodem Abb. *ibi numer.* 11. ipse Sanchez de Vicario Episcopi docuerat *numer.* 10. quem nos etiam paulo antè secuti sumus, *ac d. suppos.* 3. nam Abb. *d. numer.* 9. de Canonico potiùs contrarium concludit. ait enim; & ex his redditur vtraque opinio dubia, & sustentabilis; & esset tutum tenere opinionem, vt commissio sit facta personæ, & cessabunt omnes ambiguitates; & salubris, inquit, illam glos. nimirum *in cap. statutum*, §. 1. *verbo, Canonicis, de rescript. in* 6. ab aliis tum *ibi*, tum alibi sæpe communiter approbatam, quæ habet commissionem factam Canonicis non expirare, licèt post commissionem desinat esse Canonicus. quod tamen quomodo accipiendum sit, & an procedat etiam in obtinentibus dignitatem, qui verè habent successores, dicemus, Deo dante, *in seq. concl.* Sed neque in Canonico militant illæ rationes æquitatis, quas sup. in Vicario Episcopi considerauimus; cuius etiam iurisdictio, & officium, cùm sit ordinarium, maiorem prærogatiuam meretur, magisque fauorabile est etiam in causis, & negotiis ei à Principe delegatis; neque, quod sciam, adest aliqua praxis pro Canonico, sicut pro Vicario: immo nunquam vidi fieri commissionem Canonico absque nominis proprij expressione; &, si fieret, forte non valeret tamquam incerta, vt etiam adnotant Abb. *d. numer.* 9. & admittit Dec. *cod. cap. quoniam Abbas, numer.* 8. in antiq. edit. & Bero. *num.* 98. *& seq.* vnde etiam sumit Abb. *eod. numer.* 9. rationem ad probandum, commissionem factam Canonico semper esse personalem; licèt eam rationem Dec. & Bero. locis mox cit. nimis subtiliter impugnent, dum gratis dicunt, quòd immo expressio nominis proprij Canonici, cùm fiat ad certificandam personam alias incertam, non potest operari, vt commissio sit personalis, sicut operatur in commissione facta alteri dignitati, in qua absque expressione nominis proprij satis certa est persona: quasi verò eadem causa non possit plures effectus operari. Opinionem autem, seu temperamentum Sanch. admitterem † in delegatione facta Ca- 152.
nonico, qui certum titulum haberet sub inuocatione alicuius Sancti, vtputa Canonico sanctæ Margaritæ, vel alterius tituli, cùm in aliqua Ecclesia omnes Canonici habent huiusmodi titulum, vt in Catalonia; tunc enim delegatio transibit in successorem, vt in specie post Anastas. Germon. *tract. de indult. Card.* §. *Hieronymo, numer.* 78. tradit Nic. Garz. *d. tract. de benef. part.* 6. *cap.* 2. *numer.* 37. Præterea doctrina illa, seu temperamentum Sanchez *d. numer.* 12. *in fi.* admitti potest in Canonico obtinente Canonicatum, seu præbendam qualificatam, puta Theologalem, Pœnitentialem, aut Magistralem, cùm hi successorem habeant: multòque magis si qui has præbendas obtinent, præcederent alios simplices Canonicos, vt Mediolani faciunt ex decreto sancti Caroli: tunc enim obtinerent personatũ, atque adeò propriè successorem haberent, ad quem transiret commissio, iuxta ea, quæ sup. *d. suppos.* 3. *in fine* adduximus. Denique restringenda videtur præsens limitatio principalis propositæ conclus. cum Menoch. *d. quæst.* 68. *numer.* 25. *lib.* 1. *de arbitrar. iudic.* ad id allegante Ias. *in l. more, num.* 65. *ff. de iurisd. omn. iud.* per text. *in cap. requisisti*, & *ibi* Didac. Couar. *de testam. & glos. pen. in cap. religiosus, de testam. in* 6. vt, si is, cui sub nomine dignitatis facta est delegatio, sit coniunctus sanguine, aut stricto amicitiæ vinculo cum delegante, † 153.
commissio sit personalis, nec transeat ad successorem. Verùm oppositum verius est, & stylo conformius, vt optimè docet Sanch. *d. disput.* 27. *num.* 15. neque obstat text. *in d. cap. requisisti*, §. 1. dum ibi dicitur, quòd relictum Episcopo à propinquo censetur relictum intuitu personæ, vbi inter cæteros Couar. *numer.* 6. *vers. vnaecimò*, ex hoc textu; qui *numer.* 7. idem latè probat in valde amico; primùm etenim text. ille potest ita congruè intelligi, vt loquatur de relicto tali Episcopo expresso eius nomine, sicut etiam *quæst. præced. concl.* 3. *ante medium*, post alios admonuimus, *in cap. si gratiosè, de rescript. in* 6. beneplacitum Romani Pontificis, de quo *ibi*, intelligi de Romano Pontifice in indiuiduo, seu tunc existente; maximè cum text. *d. cap. requisisti*, §. 1. apertè distinguat relictum Episcopo à relicto Ecclesiæ. deinde generatim loquendo de relicto, quod proculdubio comprehendit etiam non annuum, seu certæ quantitatis, vel rei semel præstandæ, non considerat ibi Romanus Pontifex Legatum fieri contemplatione, seu sub nomine dignitatis ad effectum, vt transmittatur ad successorem; sed ad effectum, vt acquiratur etiam ab initio Ecclesiæ, vel personæ, ita, vt ad eius vtilitatem conuertatur; at verò delegatio semper recipitur in persona: atque adeò sumus in casu diuerso. Tandem ad effectum quoque, de quo agitur, potest consanguinitas, vel familiaritas aliquid operari, quod non potest delegatio: legatum enim est donatio, & quidam fauor, & honor, §. 1. *Instit. de legat.* cum simil. delegatio autem † est onus, 154.
cap. pastoralis, in princ. de off. deleg. & cap. pastoralis, §. 1. *de offic. ord. l. vlt.* §. *iudicandi, ff. de mun. & honor.* adnotauitque glos. *in cap. si contra, in princ. verbo, probari, de offic. deleg. in* 6. & licèt simul etiam sit aliquis honor, vt constat ex *cap. pastoralis*, §. *præterea, de offic. deleg. & d. l. vlt.* tamen hic est minùs principalis, & prædominatur onus ob labores, quos secum affert, & pœnas in vtroque pro malè iudicantibus propositas. atque adeò non potest in delegatione considerari, quòd delegans motus fuerit amicitia, vel propinquitate ad delegandum,

ſicut in Legato. Et hæc de 1. concluſ. pro cuius complemento multa dici hîc poſſent; quæ quoniam deſeruiunt etiam ſeq. concl. inibi, & veri. *limitatur nunc*, ad fin. exponenda reſeruamus; maximè cùm præſens ſua dote, quæ ſatis ampla eſt, contenta eſſe debeat.

SECVNDA CONCLVSIO. Si is, cui commiſſa fuit commutatio vltimæ voluntatis, ſeruus
155. efficiatur, † non expirat ipſo iure eius iuriſdictio, & officium, ſed ſolùm ſuſpenditur, donec is libertati reſtituatur. Probatur, quia hic ſeruus iudex eſſe nequeat, *l. cùm Prætor, §. non autem, ff. de iudic. l. ſeruus, iuncta gloſ. C. eod. tit. & cap. ſciſciatur, de reſcript.* niſi concurrat communis error, vel certa ſcientia Principis, vt conſtat ex *l. Barbarius, ff. de offic. prætor.* cum ſimil. Id tamen ita accipiendum eſt, vt ab initio ſit incapax iuriſdictionis, non verò, quòd, ſi liber, & ingenuus illam habuerit, eandem amittat per ſuperuenientem ſeruitutem: nam ne-
156. que is, qui furioſus eſt, † iudex eſſe poteſt, *d. §. non autem*; & tamen furor ſuperueniens non tollit iuriſdictionem, quam quis ſanus habebat, *l. iudex datus, ff. de iudic.* & alioqui iure poſtliminij ſeruus captiuus iuriſdictionem non recuperaret;
157. quod tamen generatim † de iuribus cauetur *in §. ſed ſi ab hoſtibus, Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. & l. poſtliminij*, ac tot. ferè tit. *ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* atque in ſpecie iuriſdictionis de Epiſcopo capto ab hoſtibus, quòd reuerſus eam recuperet, eſt text. *in cap. ſi Epiſcopus*, quod eſt 3. idémque *pen. de ſuppl. negl. prælat. in 6.* Ratio autem huius concluſionis eſt, quoniam in hoc caſu non militat eadem ratio in morte ciuili, quæ in naturali; hæc enim tollit omne fundamentum iuriſdictionis, quæ eſt vita, non ſic mors ciuilis per ſeruitutem inducta, & ſimilis quæ relinquit potentiam, ſeu iuriſdictionem in habitu, licèt tollat eius exercitium, & vſum, quod tamen ſufficit, ne quis in alium tranſmittere poſſit efficaciter iuriſdictionem; per ea, quæ de excommunicatione, ac ſuſpenſione diximus *quæſt. præced. concluſ. 2. illat. 2.*

Ampliatur autem hæc concluſio primò, vt quod
158. de ſeruitute dictum eſt, dicendum quoque ſit † de damnatione ad metallum, deportatione, bannio, & ſimilibus per quæ ciuitas dumtaxat amittitur, vt nimirum per hæc non amittatur, ſed ſuſpendatur iuriſdictio vſquequo ſequatur reſtitutio, iuxta id, quod de conſeruatore docuimus *tract. de conſeruatorib. indicib. cap. vlt. quæſt. 3. concl. 3. in fi.* ex iis, quæ *eod. cap. quæſt. 2.* latè adduximus, præſertim *in 1. & 2. præmiſſ. & concl. 1.* & quoad bannitum reſtitutum, ex iis etiam, quæ latè tradit Peregrin. quem non niſi poſt hæc ſcripta vidi, *in tract. de iurib. & priuil. fiſc. tit. bannit. & damnat. reſtit. qua recuper.* ferè per tot. Ampliatur ſecundò, vt idem ſit ſtatuendum
159. † de ſuſpenſione, aut excommunicatione, quam incurrat commiſſarius ob notoriam Clerici percuſſionem, vel vbi denunciatus ſit excommunicatus, aut ſuſpenſus. per eam enim vtramque non expirat quidem, ſed ſuſpenditur eius iuriſdictio, donec ſequatur abſolutio ab excommunicatione, vel ſuſpenſio tollatur, iuxta latè tradita *quæſt. præced. concl. 2. illat. 2.* præcipuè quoad excommunicationem, per text. *in cap. ad probandum, de re iudic. cap. 1. de offic. Vicar. in 6. & cap. ſi is, cui, de offic. deleg. eod. lib.* quoad ſuſpenſionem ex *cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. prab. & cap. vn. in princ. & §. 2. ne ſed. vac. in 6.* ibi autem explicauimus etiam, quid dicendum ſit de ſuſpenſione, quæ non eſt cenſura, ſed à ſæculari iuriſdictione. Ampliatur denique, vt hæc vera ſint, ſiue negotium cœptum ſit, ſiue non, tempore ſuperuenientis ſeruitutis, ex communicationis, ac ſuſpenſionis, & aliorum prædictorum: cùm prædicta iura, aut Doct. *ibi*, aut *ſuperiùs*, vel *d. illat. 2.* citati non diſtinguant, & militet eadé ratio. quoad caſum verò de duobus delegatis in ſolidum, text. *in cap. cùm plures, §. ſeu verſ. porrò, de offic. deleg. in 6.* diſponit, quòd † vno ta- 160.
liter delegatorum negotium commiſſum inchoante, alij poterunt ſe intromittere de eodem, ſi vel infirmitate, vel alia iuſta cauſa illum contigerit impediri. quod intellige, niſi impeditus ſubdelegatum dediſſet, qui iam vti cœpiſſet iuriſdictione: tunc enim requiritur, quòd ſubdelegatus ipſe impediatur, ad hoc, vt ſine eo alius collega ſubdelegantis non impeditus procedat, vt ſentit *ibidem* gloſ. *verbo, recuſaret*, ac Doctor. magis communiter. licèt Franc. Gemin. & Font. putent, tunc poſſe hunc collegam non impeditum præuenire ſubdelegatum collegæ impediti. quod verum eſſe poſſet, vbi ſubdelegans non inchoaſſet: aliàs, ſi inchoauit, tunc enim ſubdelegatus repræſentat perſonam delegantis etiam cum qualitate præuentionis tamquam in eius locum ſubrogatus. Si verò in commiſſione pluribus facta adſit clauſula, *quòd ſi non omnes*, aut ſimili, tunc impeditus etiam poſt cœptum negotium, ceſſante impedimento, foret admittendus; vt tenet gloſ. ab aliis approbata *d. §. porrò, verbo, nequibunt.*

Limitatur nunc, ſeu declaratur tam hæc, quàm præcedens concluſio, quòd, † vbi vacet offi- 161.
cium, ſeu dignitas, ratione cuius alicui facta eſt commiſſio commutationis vltimæ voluntatis: tunc, ſiquidem perſonalis fuit commiſſio; (quia nimirum illa qualitas erat ſolùm neceſſaria ad validitatem ipſius commiſſionis, atque adeò dignitas conſiderata fuit in concreto, iuxta *cap. ſtatutum, §. 1. de reſcript. in 6. vt ſup. in 2. ſuppoſ.* explicauimus;) non expirat talis commiſſio perſonæ facta finita eius dignitate, vel officio: ſed poteſt idem commiſſarius ſuperſtes, cuius iuriſdictio ſuſpenſa non ſit per ſeruitutem, damnationem ad metallum, deportationem, bannum, excommunicationem, aut ſuſpenſionem, adhuc illa vti, & in negotio procedere. ſecus ſi commiſſio ſit realis, hoc eſt, facta dignitati, quæ in abſtracto conſiderata fuit, vt *in d. ſuppoſ.* expoſuimus: tunc enim tranſit in ſucceſſorem. hanc regulam generatim in commiſſatio, ſeu delegato poſt gloſ. *in Clem. 2. verbo, principalis, de reſcript.* & *ibi* Imol. *numer. 11.* Abb. *in d. cap. quoniam Abbas, numer. 8.* Fel. *numer. 5.* Bero. *numer. 102.* & alios tradit Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſp. 27. numer. 22.* ob eam rationem, quòd in priori caſu cùm ſolius perſonæ habita ſit conſideratio, ſequitur commiſſio perſonam inſtar priuilegij perſonalis: at in poſteriori, cùm ſola dignitas ſpectata ſit, illam ſequitur in quacumque perſona inueniatur: & confirmatur ex aliis, quæ latiùs hac in re adduximus *ſup.* præſertim *ſuppoſ. 2. & concluſ. 1.*

Quòd ſi contra priorem partem huius regulæ obiicias ſpectari ſemper dignitatem, cùm nemo ſit capax delegationis à ſede Apoſtolica, eiúſve Legato factæ, niſi perſona in aliqua dignitate, vel perſonatu, aut Canonicatu Cathedralis Eccleſiæ conſtituta, iuxta *cap. ſtatutum, in princ.* ſeu §. 1. *de reſcript. in 6.* reſponſio patet ex iis, quæ paulo antè attigimus, & latiùs explicauimus *ſup. in 2. ſuppoſ.* eámque reſponſionem pancis, aliiſque verbis affert Sanchez *d. numer. 22.* dicens: ſpectari ſemper dignitatem, vt delegatus ille ſit capax commiſſionis acquirendæ: at vbi ſemel eam acquiſiuit,

nil

gitized by Google

nil referre ad commissionis personalis retentionem, dignitatem cessasse, vt ait, se dicturum *num.* 28. vbi eam doctrinam affert, vnde hæc eadem prior pars regulæ prædictæ summopere confirmatur, nimirum † sufficere dignitatem illam, quam 162.
d. cap. statutum, §. 1. requirit in delegato sedis Apostolicæ, vel eius Legati, adesse tempore commissionis, seu impetrationis rescripti, quamuis tempore præsentationis eius cessarit dignitas illa; non sicè conuerso. quæ doctrina traditur expressè à glos. *d.* §. 1. *verbo, Canonicis, in fi.* ab aliis ferè communiter approbata, quorum plerosque refert, ac sequitur Sanchez *d. num.* 8. citans etiam Tiraq. *in tract. cauſ. ceſſant. ceſſat effect. limit.* 4. *numer.* 4. dempto Spec. qui contrarium sentire mihi videtur; & quos nos recensuimus *d. tract. de Conseruatoribus iudicib. cap. vlt. quæst.* 3. *conclus.* 4. *&* 5. *circa initium.* & sacra Congregatio Cardinalium ad Trid. Conc. *sess.* 21. *cap.* 10. *de reform.* fertur declarasse, eum, qui tempore commissionis reperiebatur constitutus in dignitate, & designatus inter iudices Synodales, etiamsi postea resignauerit, posse de eadem causa cognoscere; quia sufficit, eum ab initio fuisse capacem: cuius declarationis meminit etiam Flam. Paris. *tract. de resig. benef. lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 14. qui ex *numer.* 6. hanc opinionem, quam communem, multos Doctores allegans, appellat, pluribus confirmat, & ad contraria respondet, quæ posuerat *numer.* 1. *& quatuor sequentib.* Ab hac verò opinione, ac doctrina; quæ ita communis est, vt nullum reperiam, qui ab ea recedat; (exceptis tamen quibusdam, quos tacito nomine refert Abb. *d. cap. quoniam Abbas, num.* 8. qui de ea dubitare *ibidem* videtur, *&* 10. *in fi.* sicut & Bero *numer.* 96. *ad fin.* necnon Cyn. *in l. tutelas, ff. de capit. dimin.* Spec. *in tit. de ind. deleg.* §. *fin. verſ. quid ſi cauſa, cum duobus ſeqq.* seu *numer.* 22. *&* 23. post quendam Ioan. de Deo, qui illam extensionem nequaquam admittunt, cùm requirant citationem, vel litis contestationem ante dimissionem dignitatis, seu quòd res non sit integra, prout expressè, & non aliter eam communem opinionem intelligit Franc. *d. cap. statutum, in princ.* seu §. 1. *numer.* 8. *verſ. & aduerte primò*; licèt ipse postea contrarium voluerit *in cap. quamuis, in fi. de offic. deleg. in* 6.) neque ego audeo recedere propter tot, tantorúmque Patrum auctoritatem, & satis congruas rationes ab iisdem allatas, quas collegit Sanchez *d. numer.* 28. & Paris. *d. numer.* 6. *vsque ad* 11. licèt contra eam sententiam valdè vrgeat tum text. *d. cap. quamuis, de offic. deleg. in* 6. vbi habetur, iurisdictionem non transire efficaciter in delegatum, nisi is vti incipiat eadem iurisdictione; quare ille delegatus sub nomine proprio, qui tempore commissionis habebat qualitatem dignitatis requisitam à *d. cap. statutum*, cùm hanc re integra dimittit, dicetur acquirere efficaciter iurisdictionem sine illa qualitate requisita, contra mentem Pontificis *eod. cap. statutum*, §. 1. cum maximè verba † sint accipienda 163.
cum effectu, *l.* 1. §. *quod autem, ff. quod quisq. iur. l.* 2. *C. commun. de legat. cap. relatum, de cler. non resid.* tum quòd certum est in iure, iurisdictionem non perpetuari in delegato, † interueniente 164.
morte delegantis saltem ante ipsius delegati citationem, *l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud. cap. relatum, cap. gratum, & cap. licèt vndique, de offic. deleg. d. cap. quamuis, cap. si delegatus, & cap. si à delegato*, quod est *pen. eod. tit. in* 6. aut fine officij eiusdem delegantis pariter re integra, *cap. vlt. de offic. legat.* cum aliis, quibus id latè ostendimus *quæst. practd. præmiss.* 3. *circa initium, & conclus.* 2. non potest autem congrua discriminis ratio assignari inter hunc, & nostrum casum; cùm vtrobique agatur de perpetuanda iurisdictione in delegato. Tum quòd momentanea, seu quæ modico tempore durant, † non sunt in consideratione; vt con- 165.
stat ex *l. quicquid, ff. de regul. iur. l. si pro ea parte,* §. *verſum, ff. de in rem verſ.* cum aliis adductis per Gonzal. *ad regul.* 8. *Cane. glos.* 43. *numer.* 51. *cum duobus ſeqq.* ac Bero. *in d. cap. quoniam Abbas, num.* 47. & ante eos à Tiraq. *in tract. de iudic. in reb. exig. feren. numer.* 27. 61. 77. 80. 81. 84. 85. *&* 92. Tum denique vrget illa ratio, quæ sola inter cæteras, quas sibi obiiciunt Doct. *d. cap. statutum, d. cap. quoniam Abbas, & Clem.* 2. *de rescript.* ac Paris. *d. quæst.* 11. *à num.* 1. *ad* 5. vim aliquam habet: quòd nimirum † idcirco in sæpe *cit. cap. statutum*, §. 1. 166.
caueatur, ne causæ à sede Apostolica, vel eius Legato committantur, nisi personis dignitatem, personatum, vel Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis obtinentibus, ne Papa, & sedes Apostolica à vili ministro repræsentetur, vt tradit glos. *ibidem verbo, sedis Apostolicæ, & verbo, committantur,* à Doctoribus ferè communiter approbata; hæc autem ratio militat multo magis tempore citationis, ac processus causæ, quàm tempore commissionis, vel saltem æquè militat. Nec valet responsio Imol. *d. Clem.* 2. Dec. *d. cap. quoniam Abbas,* & aliorum, quòd ea non est finalis causa, sed impulsiua; finalis verò sola, vel æquè, ac præcedens, illa est, quia in his personis qualificatis præsumitur maior peritia, quæ durat etiam post dimissionem qualitatis. nam, vt bene replicat Bero. *d. cap. quoniam Abbas, numer.* 95. *in fi. & numer.* 96. ex quo per *d. cap. statutum*, causæ committi possunt Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, hi autem possunt etiam esse impuberes, vt constat ex *cap. ex eo, de elect. in* 6. & notata *in cap. si eo tempore, de rescript. eod. lib.* immo & delegationes fieri possunt à Papa minori etiam 18. annis, *cap. cùm vigesimum*, vbi Abbas, & alij, *de offic. deleg.* non videtur *in d.* §. 1. considerata à canonis conditore præsumpta peritia delegati quoad commissionem; maximè, cùm statim, vbi de audientia causæ, & processu agit respectu peritiæ prouiderit, vt causæ non audiantur alibi, quàm in ciuitatibus, vel locis insignibus, vbi possit commodè copia peritorum haberi; ac postmodum *in* §. *accessorem, iuncto seq.* vt, cùm delegatus indiguerit assessore, eum assumat neutri parti suspectum. Similiter aliæ rationes, quæ pro communi à Doctoribus afferuntur, commodam patiuntur responsionem. Ad illam enim quòd, dum text. *d. cap. statutum*, vult, quòd causæ committantur personis, quæ præditæ sint illis qualitatibus, satis vult, eas qualitates solùm requiri tempore commissionis; nam qualitas iuncta verbo, vel participio † 167.
intelligitur iuxta tempus illius verbi, & participij, *l. in delictis*, §. *extraneum*, vbi Alex. *ff. de noxal. act. l. Titius, ff. de testam. milit.* cum simil. adductis per Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſ. limit.* 4. *numer.* 3. respondetur, eam regulam ita accipiendam, vt eo tempore illa qualitas requiratur; non autem quòd non etiam alio, maximè non admodum distante. quomodo etiam respondetur ad illam rationem, quòd † initium rei spectandum est, *cap.* 168.
si eo tempore, expressè decernitur, ætatem requisitam ad beneficium curatum debere adesse tempore impetrationis, nec sufficere, quòd adsit tempore prouisionis faciendæ. Sed & aliter ad hanc posteriorem rationem respondetur, quòd initium in causis, ac præcipuè quoad perpetuandam iurisdictionem durat saltem vsque ad citationem;

tionem ; & tunc solùm dicitur negotium cœptum, *d. l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud. l. si quis post quam, & l. vbi cœptum, ff. de iudic.* ibique glos. & Doctor. necnon *cap. fin. de offic. leg. d. cap. gratum, cap. licèt vndique, & cap. si delegatus.* sicque etiam commodè intelligi potest declaratio illa sacræ Congregationis, vbi subsit, dum illis verbis vti dicitur, sufficere Canonicum ab initio esse capacem delegationis, atque adeò posse procedere, postquam resignauit, in causa sibi antea commissa : vt nimirum voluerit, facere id posse, si statim transmissa citatione resignauit, non autem antea, præsertim, cùm, vt mox vidimus, negotium cœptum non dicatur, nisi saltem per citationem. cæteræ autem rationes, quæ pro communi sententia adducuntur, ad prædictas rediguntur, vnde easdem, quas illæ, responliones admittunt.

Cùm igitur ex his satis confirmata, & defensa fuerit hæc opinio contra communem ; inde colligere possumus vnam probabilem restrictionem ad prædictæ declarationis, ac regulæ priorem partem, in qua post alios diximus, commissarium, cui obtinenti quidem qualitatem requisitam *in d. cap. statutum*, sed sub nomine proprio, atque adeò personaliter facta est commissio, posse in causa procedere non obstante dimissione qualitatis, vt nimirum id accipiatur, dummodo eam dimiserit saltem post trãsmissam citationem, atque adeò re non integra; aliàs secus quam restrictionem nonnullis ex prædictis fundamentis adductis sequuti quoque sumus *in d. tract. de Conseruatorib. iudicib. quæst. 3. concl. 4. ante medium*, statim post vltimam limitationem. Communis autem opinio, & doctrina prædicta omnino debet ad-
169. mitti, † vbi, qui obtinet vnam ex qualitatibus *d. cap. statutum*, requisitis, cui personalis commissio facta est, transiret etiam re integra ad aliam ex qualitatibus ibi expressis ; vt in terminis tenuit Imol. *Clem. 2. numer. 14. de rescript.* per text. *in l. filia, §. 1. ff. de condit. & demonstr. & l. penult. ff. si ex nox. caus. agat.* nósque de Conseruatore iudice latiùs ostendimus *d. tract. de Conseruat. indic. cap. vlt. quæst. 3. conclus. 4. ad fin.* Secunda restrictio ea esse potest, quam post alios affert Sanchez *d. lib. 8. de matrimon. disput. 27. numer. 26.* nósque attulimus *d. conclus. 4. limit. 1.* nisi persona delegati, seu commissarij † in
170. pœnam delicti priuetur illa dignitate, vel officio, per text *in l. Cassium, ff. de Senator.* vbi remotus à senatu ob propriam turpitudinem iudicare nequit. facit etiam text. *in l. eo, ff. ad leg. Iul. repet. l. 1. & l. 2. ff. ad leg. Iul. de vi priuat. l. 2. & l. iudices, C. de dignit. & cap. scisitatum, de rescript.* quod tamen temperandum est nisi is remotus fuisset toleratus ; nam interim, donec repellatur, potest procedere ; per glos. singularem *in summ. 3. quæst. 7.* ad quod etiam facit text. *in cap. vlt. 15. quæst. vlt. cap. inter dilectos, de excess. prælat. cap. ad probandum, de re iudic.* vel solùm remotus ab administratione, seu suspensus à dignitate, vt voluit Franc. *d. cap. statutum, in princ. vers. secus autem*, ex not. per Archid. *in cap. audiuimus, 24. quæst. 1.* & per Doctor. *in cap. vnic. §. si verò, de sacrilegio. agrot. in 6.* Tertia restrictio est, †
171. quando ille delegatus Apostolicus dimittens dignitatem assumpsisset statum incompatibilem, ita, vt sit factus illius iurisdictionis Ecclesiasticæ incapax, vtputa contrahendo matrimonium, ita post alios Sanchez *d. disput. 27. numer. 27.* ex quibus Paris *d. quæst. 11. numer. 15.* de communi testatur. quamuis admittendum sit, vt saltem, cùm causa cœpta est, cognoscere possit de causa temporali, prout sentire videtur Specul. *d. tit. de iudic. deleg. §. vlt. vers. quid si causa*, seu *numer. 22.* & Gemin. *d. cap. statutum, in princ. numer. 8.* quem sequitur *ibi* Franc. *numer. 8.* Beto. *d. cap. quoniam Abbas, numer. 96.* & Fel. *numer. 5.* qui etiam excepto Spec. dicunt, quòd, si dignitatem dimittens fiat Monachus, poterit cum licentia Abbatis de causa cœpta cognoscere : quod voluit quoque Ioan. de Deo, quem refert Spec. *d. §. vlt. numer. 25.* id solùm admittens iunctis iis, quæ dixerat *vers. numquid ergo*, vbi Monachus alias potuisset esse delegatus. Et hæc quoad priorem partem prædictæ regulæ, ac limitationis, seu declarationis, quam ad secundam præsentis quæst. conclusionem adhibuimus.

Posterior autem eiusdem limitationis pars, quòd nimirum † vbi commissio facta est dignitati, seu eius 172.
contemplatione, quocumque modo etiã citra mortem naturalem vacet dignitas, ad successorem in ea transeat commissio ; satis probatur ex *§. & hæc verò iubemus, auth. vt nulli iudic. collat. 9.* cuius verba retulimus *conclus. præced. limit. vnic.* præsertim dum ibi absolutè decernitur, quòd, si delegatus Principis, quiescat ab administratione, is, qui post illum susceperit dignitatem, accipiat inuestiturem, insinuet, atque in priuata causa impleat eam iuxta formam rescripti ac de eo, qui fuit depositus, in terminis sentit Sanch. *d. disput. 27. num. 23.* Gosfred. *in sua summ. rubr. de offic. deleg. numer. 33.* vbi idem probat † de translato ad aliam dignitatem ; 173.
de quo etiam plerique id tradunt, quos refert, ac sequitur Sanchez *d. numer. 23.* vbi post Abb. *d. cap. quoniam Abbas, numer. 14.* & *ibi* Dec. in nou. edit. *numer. 67.* Beto. *numer. 109.* & Caccialup. *in l. more, numer. 36. ff. de iurisdict. omn. iudic.* quam etiam opinionem communem asserit Beto. *d. n. 109.* aiens, hoc esse intelligendum, quando dignitas, ad quam delegatus ille transit, non continet primam, sed illa lam extinguit, vt, si commissio fiat Decano Cordubensi, & is fiat Episcopus Cordubensis ; tunc enim cessabit commissio, & transibit ad successorem : secus si per adiectam qualitatem non confundatur prior dignitas, vt de causa commissa Episcopo Cordubensi posset idem cognoscere, si is Episcopatus erigatur in Archiepiscopatum ; quia factus Archiepiscopus non definit esse Episcopus eiusdemmet ciuitatis, ac diœcesis. & sic habes duas extensiones prædictæ posterioris partis, & ipsam 2. extensionem declaratam, seu potiùs restrictam.

Extenditur nunc secundò eadem posterior pars, vt procedat, † quamuis res non sit integra, sed 174
delegatus vti cœperit iurisdictione, & commissione dignitati facta ; adhuc enim cessabit, eo dignitatem amittente, aut ad aliam translato ; & ad successorem transibit : quia cùm sit præcisè dignitati concessa, pendet ab illa in conseruatione. sic reprobato Ioan. Menoch. *d. cap. statutum, numer. 8. 9. & 20.* volente, non amitti, sed retineri commissionem, tenet Sanchez *d. disput. 27. numer. 24.* post Innoc. *d. cap. quoniam Abbas*, statim *in princ.* Card. *numer. 4.* Bald. *numer. 3.* Henric. *numer. 10.* Bellam. *numer. 1. de offic. deleg.* Ioan. Andr. *in cap. quamuis, numer. 2.* & *ibi* Gemin. *numer. 6.* Fran. & Anchar. *in fi. eod. tit. in 6.* & Caccialup. *d. l. more, numer. 36. ff. de iurisdict. omn. iudic.*

Declaratur nunc hæc eadem posterior pars limitationis præsentis concl. ac simul etiam posterior pars præcedentis conclusionis. Primò, quòd † 175.
commissio facta æquè principaliter sub duplici nomine appellatiuo, seu dignitatis, quorum vnum est capax, seu potiùs capacem facit delegationis Papæ, eiúsve Legati, alterum non ; vt, si dicatur Præposito Nouariensi, & Capellano, vel Rectori sanctæ

ſancti Andreæ, & tunc quidem vtrumque reperiatur in vna perſona, poſtea verò, ea cedente, vel decedente vnum ex his beneficiis vni, alterum alteri perſonæ conferatur: ea, inquam, commiſſio tranſibit ad vtrumque ſucceſſorem ſimul. ſic intelligendus eſt, & verum dicit Abbas antiquus *d. cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* & *ibidem* Butr. *num.* 21. dum volunt, eas non tranſire ad ſuccedentem ſolùm in Præpoſitura. & ratio eſt, quia, licèt Rectoria, vel Capellania non ſit capax delegationis, iuxta *d. cap. ſtatutum*; tamen, cùm Papa committens huius iuris notitiam habeat, vel ei derogaſſe videtur ſic ex certa ſcientia committendo Rectori, arg. text. *in cap.* 1. cum ibi not. *de conſtit. in* 6. iunctis traditis per gloſ. receptam *d. cap. ſtatutum*, §. 1. *verbo*, *Canonicis*, *& verbo*, *litterarum*, & confirmatur ex iis, quæ dicemus *in ſeq. declarat.* vel ſaltem cenſebitur derogaſſe. vbi in eo reſcripto adſit clauſula, *non obſtante conſtitutione Bonif. VIII.* in qua cauetur, ne cauſæ vigore litterarum ſedis Apoſtolicæ committantur, niſi certis perſonis in ea deſignatis; vel alia æquipollens; per ea, quæ adduximus *cap.* 7. *quæſt.* 3. *concluſ.* 1. *&* 2? *circa initium*; iunctis iis, quæ de vi decreti irritantis, (quod in d. conſtitutione habetur,) diximus *eod. quæſt.* 3. *concl.* 2. *in initio.* Si autem non tamquam duabus dignitatibus commiſſio fiat, ſed vni principaliter, alteri acceſſoriè, & quaſi per accidens, quia tamen tunc reperiantur in vna perſona; eo caſu vera eſt opinio Abb. Panor. *d. cap. quoniam Abbas*, *numer.* 12. vt tranſeat in ſucceſſorem dignitatis principalis, quæ eſt capax delegationis: quam etiam opinionem *ibi* ſequuntur, latiuſque confirmant Dec. *numer.* 10. & Bero. *numer.* 106. vbi hanc communem aſſerit; atque hac potiſſimùm ratione, quam mox attigimus, nimirum principalitatis, vt ita dicam, & acceſſorietatis, comprobat. rectè autem monet *ibidem* Dec. Abbat. Panor. inaduertenter formare quæſtionem cum expreſſione nominis proprij, nimirum, Petro Præpoſito, & Capellano noſtro; quaſi apertè ſentiat *ibi* Dec. quòd, ſi exprimatur in commiſſione nomen perſonæ ſimul cum vtraque qualitate, altera capace delegationis, altera non capace; tunc commiſſio ſit perſonalis, & ad neutrum ſucceſſorem tranſeat, ſed ſimul cum perſona extinguatur; quod expreſsè voluit Bero. *d. numer.* 106. *ad fin. verſ. ſed exemplificando*; quia cùm tunc præponatur nomen proprium, cenſetur perſonalis commiſſio, per *l. ſi communis ſeruus*, *ff. de ſtipulat. ſeruor. & l. quoties*, *ff. de vſufr.* cum ſimilib. vtrobique adductis per gloſ. & Doct. necnon *in cap. cùm dilecta*, *de reſcript.* in quo etiam conueniunt ferè omnes Doctorum ſententiæ hac in re diuerſæ, vt patet ex allegatis Sanchez *d. diſp.* 27. *numer.* 18. *cum duobus ſeqq.* & per nos *concl. præced. verſ. qua in re illud ſtatuendum*, *in* 2. *regula.* vel potiùs quia appellatiuis nominibus adiunctum eſt proprium; quo caſu commiſſio perſonalis eſt, vt ex veriori pluribus relatis docet Sanchez *eadem diſput.* 27. *numer.* 20. & nos *in d.* 2. *regula.* Secundò declaratur, quòd, † ſi cauſa & in propoſito noſtro commutatio vltimæ voluntatis ſit commiſſa duabus dignitatibus capacibus delegationis, nomine proprio non expreſſo, quæ tunc vel vnitæ erant, vel ab vna perſona ex diſpenſatione obtinebantur, deinde, cedente, vel decedente commiſſario, ea conferantur diuerſis perſonis; tunc indiſtinctè ad vtramque perſonam ſuccedentem tranſibit commiſſio, vt ſatis probat Abb. *d. cap. quoniam Abbas*, *numer.* 13. & *ibi* Dec. *numer.* 11. *in antiq.* & Bero. *numer.* 107. qui etiam communem hanc ſententiam eſſe teſtatur. Declaratur tertiò, quòd, † ſi è contrario cauſa, ſeu commutatio aliqua commiſſa erat duobus ſub nomine appellatiuo quarum dignitatum, per quas pariter capax quis eſt delegationis Apoſtolicæ, iuxta *d. cap. ſtatutum*, vtputa Præpoſiti, & Archidiaconi; contingat autem alterum cedere, vel decedere, alterum collegæ talitèr cedentis, vel decedentis dignitatem propria retenta ex diſpenſatione, vel illi vnitam obtinere: iſte non poterit ſolus, & inſolidum procedere, ac de cauſa illa cognoſcere, commutationémve exequi: ita contrà Gulielm. de Cun. *in l. de die*, §. *ſi paciſſor*, *ff. qui ſatisd. cog.* quem *ibi* ſequitur Alex. *in* §. tenet Io. And. *in addit. ad Spec. tit. de iud. d. leg.* §. *reſtat*, *verſ. quæſtiones autem*, *& in cap. generi*, *col.* 4. *verſ. circa ſecundum*, *de reg. iur. in* 6. ac Lap. *alleg.* 88. quæ incipit, *communis Florentiæ*, *col.* 2. quos refert, ac ſequitur Dec. *d. cap. quoniam Abbas*, *num.* 12. in eamque ſententiam, quam communem eſſe fatetur, tandem inclinat Bero. *ibidem num.* 108. licèt contra eandem quædam adducat, quæ minus aduersùs eam vrgent, quàm pro contratia faciant text. *in cap. quamuis*, *cap. licèt vndique*, *cap. cum cauſa*, *& cap. ſuper quæſtionum*, §. *ſi verò*, *de offic. deleg.* cum ſimilibus, in quibus habetur, quòd † vbi duo ſunt delegati etiam ſimpliciter, poteſt alter iudicum ſuo coniudici, ſeu collegæ vices ſuas committere; ita, vt ille ſolus tunc procedat, & de cauſa cognoſcat vſque ad ſententiam incluſiuè. verùm hoc ideo procedit, quia iuriſdictio ab eo, qui illam habet, in collegam tranſmittitur canonis, atque adeò ſupremi Principis auctoritate; quod in eo caſu collationis ob ceſſum, vel deceſſum non contingit. Declaratur quartò, quòd ad hoc, vt ſucceſſor cognoſcere poſſit de cauſa, quæ ſuo præceſſori commiſſa erat ſub nomine dignitatis, † debet eſſe non ſolùm ad eam electus, ſed etiam confirmatus; vt poſt gloſ. *d. cap. quoniam Abbas*, *verbo*, *ſubſtitutum*, *de offic. deleg.* docet inter cæteros Bero. *ibi numer.* 51. quoniam, cùm ante confirmationem ille, qui ad dignitatem electus fuit, plenitudinem officij realiter, & effectualiter non aſſequatur, ſed ſolùm potentialiter, vt *in cap. noſti*, cum ibi notat. *de elect.* iuncto *cap. nihil*, *in fi. eod. tit.* &, vt ait gloſ. *in cap. quanto*, *verbo*, *relatio*, 63. *diſt.* prælatus per electionem acquirit ius prælaturæ, & adminiſtrationis, per confirmationem autem acquirit eiuſdem exercitium; non tranſibit ad eum delegata poteſtas, niſi poſt confirmationem; & nos de Epiſcopo latiùs oſtendimus ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 11. *concl.* 7. Nunc verò declaratur quintò eadem poſterior huius, ac præced. concluſ. pars, vt † commiſſiones factæ Officiali, vel Vicario generali Epiſcopi; idem enim ſunt, vt conſtat ex *Clem.* 2. *de reſcript.* iuncta gloſ. *verbo*, *Officialis*, necnon ex *cap.* 1. *&* 2. iuncto *cap. fin. de offic. Vicar. in* 6.) non poſsint per ipſum Epiſcopum expediri etiam Officiali, ſeu Vicario remoto; vt pluribus relatis tradit Sanchez *d. diſput.* 27. *num.* 30. quibus adde plures alios relatos à Nic. Garz. quem poſt hæc ſcripta vidi, *in ſuo tract. de benef. part.* 6. *cap.* 2. *numer.* 20. Ratio eſt, quoniam, cùm ſit manifeſta differentia inter Epiſcopum, & eius Officialem, vt patet ex *cap. Venerabilibus*, *in princ. de ſent. excom. in* 6. ibi, *Archiepiſcopo*, *vel eius Officiali*; commiſsio autem huic ſoli fiat, non poteſt ad illum pertinere. item quia, licèt † idem ſit Epiſcopi, & eius Vicarij tribunal, *cap.* 2. *de conſuet. in* 6. *&* *cap. Romana*, *in princ. de appellat. eod. lib.* tamen id verum eſt quoad cauſas, quæ iure ordinario ipſi Vicario competunt, non autem, quæ iure delegato: vt *ibi* tradunt communiter Doctor. atque alibi ſæpe. Ex qua declaratione facilè

176. 177. 178. 179. 180. 181.

declarationem accedamus. Nam *in fine d. cap. ad abolendam*, † non fit extenſio quoad poteſtatem delegatam ad Capitulum Sede vacante, ſed expreſsè dicitur, exemptos iudicari de hæreſi debere ab Epiſcopo, neque ampliùs Capituli mentionem fecit, vt fecerat in princip. vnde ferè communiter Doctor. *ibi* aſſerunt, poteſtatem delegatam, de qua in fine illius capitis, ad Capitulum non tranſire; vt videre eſt apud Sanchez *d. numer.* 10. licèt dicat, aliquos contrarium ſentire, inter quos eſt Ioann. Monach. *d. cap. vnic.* & alij per nos relati *cap. 5. huius tract. quæſt.* 12. ſtatim *ante 1. concluſ.* pro quibus eſt text. *in Clement. 1. §. 1. §. verùm, & §. porrò, de hæretic.* prout eum ibi ponderauimus: qui tamen non obſtabit ei, quod nunc dicimus, cùm illud ſit ius nouum diſtinctum ab hoc *cap. ad abolendam*, faciens poteſtatem ordinariam, quæ per hoc erat delegata. deinde admitti poteſt, delegatam facultatem generalem perpetuò annexam officio tranſire ad Capitulum, cùm ſit ordinaria, vt ſuprà dictum
189. eſt. Vel tertiò poſſumus dicere, ſpeciale eſſe † fauore fidei, vt poteſtas Epiſcopi delegata ad Capitulum tranſeat; fauore enim fidei pleraque ſpecialia, & à iure exorbitantia à iure ipſo conceduntur, *cap. in fauorem, cap. accuſatus, §. licèt verò, & cap. ne aliqui, de hæret. in 6.* cum aliis ſimilibus *in eo tit.*
190. Quod autem dicitur † *in d. cap. vnic. de maior. & obed. eodem lib.* Capitulum poſſe abſoluere excommunicatos, quos poſſet Epiſcopus, accipiendum eſt de poteſtate ordinaria, non autem delegata, aut generaliter, ita, vt vtraque comprehendatur. Neque verum puto, viſitatorem Apoſtolicum, niſi id in facultate habeat ſpeciali, poſſe cognoſcere de ſpeciali commiſſione, aut delegatione, quæ facta erat Epiſcopo: ſed etſi poſſet, iam id faceret poteſtate delegata, non ordinaria, cuiuſmodi eſt poteſtas Capituli Sede vacante. illa verò æquiparatio, quæ fit Capituli, & viſitatoris Apoſtolici *in d. cap. vnic.* iuncta gloſ. *ibi verbo, is, ad quem*, accipienda eſt ſolùm quoad id, quod in eo cap. diſponitur, nimirum de facultate abſoluendi excommunicatos, quæ Epiſcopo competebat, & quidem ſolùm iure ordinario, vt dictum eſt. ſicut et-
191. iam exceptio † firmat regulam in caſibus non exceptis quoad genus proximum, non autem remotum, aut diſparatum: item fallit, quando inducereter iuris communis correctio quoad alios caſus non exceptos; latè Felin. *in cap. quoniam frequenter, in princip. num. 2. & 3. vt lit. non conteſt.* cum aliis ad id adductis à Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 13. num. 25.* & fallit etiam quoad caſum alio iure exceptum; vt conſtat ex *Clement. exiui, §. deinde, & ibi* gloſ. *verbo, deinde*, necnon Card. *de verb. ſignif.* & pluribus allatis Euerard. *in loc. ab excepr. ad reg. num. 5.* Guttier. *lib. 1. pract. quæſt. 111. num. 1. & lib. 3. quæſt. 15. num. 42* at verò hîc induceretur iuris communis correctio; & caſus poteſtatis delegatæ Epiſcopo eſt alio iure exceptus, nimirum *d. cap. quoniam Abbas*, & aliis iuribus, in quibus habetur, poteſtatem delegatam dignitati ad ſucceſſorem in ea tranſire. Non poterit igitur ex prædictis Capitulum Sede vacante cognoſcere de cauſa, vel diſpenſatione, aut commutatione, quæ
192. erat Epiſcopo commiſſa. Sed neque † de commiſſa eius Vicario generali, vt in ſpecie docet Felin. *in cap. eam te, numer. 17. de reſcript.* & veriſſimum eſſe meritò ait Sanchez *d. diſput. 27. num. 33.* quia Capitulum non ſuccedit Vicario Epiſcopi, ſed ipſi Epiſcopo, vt ſatis conſtat ex *cap. cum olim, & cap. his, quæ, de maior. & obed. cap. illa, ne ſed. vac. & d. cap. ad abolendam, de hæret. d. cap. vnic. de ma-*

ior. & obed. in 6. cap. ſi Epiſcopus, & cap. penult. in princip. de ſuppl. negl. pral. cap. vnic. in princip. & §. fin. ne ſed. vac. cap. cum nullus, §. Epiſcopo, de temp. ordin. cap. vnic. de inſtit. eodem lib. Clement. 1. §. 1. §. verùm, & §. porrò, de hæret. necnon Concil. Trident. *ſeſſ. 23. cap. 10. & ſeſſ. 24. cap. 16. de reform.* idque ſiue Epiſcopus mortuus ſit, aut captus ab hoſtibus, vel ſchiſmaticis, donec libertati reſtituatur, vt in ſpecie diſponitur *in d. cap. ſi Epiſcopus, de ſuppl. negl. prælat. in 6.* ſiue etiam vbi Epiſcopalis Sedes vacet per renuntiationem, tranſlationem, depoſitionem, vel alio modo, vt *ibidem* tradit gloſ. recepta *in verbo, mortem*, & ipſa praxis docet. Declaratur nunc nonò eadem poſterior pars præſentis, ac præced. concluſ. vt † commiſſio facta Epi- 193.
ſcopo ſub nomine dignitatis, ſeu ipſi dignitati, ſi Epiſcopus communicetur, non tranſeat, ſeu deuoluatur ad Archiepiſcopum, cùm ad eum nulla iuriſdictio etiam ordinaria Epiſcopi excommunicati deuoluatur, vt apertè deciditur *in cap. 1. de ſuppl. negl. prel. in 6.* verùm nec deuoluitur ad Capitulum, ſed ad Papam, vt poſt Gemin. & alios *ibi* tradit Steph. Quarant. *in tract. de auctorit. Archiepiſc. num. 22.* vel potiùs ſuſpenditur eius exercitium, ita, vt abſolutus illam reaſſumere, & exercere poſſit; vt ſentire videtur gloſ. *d. cap. 1. verbo, culpis*, & conſtat ex latiùs per nos adductis ſup. *hac ipſa concluſ. ampl. 2. & quæſt. præced. concluſ. 2. illat. 2.* vbi idem quoque oſtendimus de ſuſpenſione ſiue, quæ cenſura Eccleſiaſtica eſt, ſiue, quæ non eſt cenſura. Declaratur denique, quòd, † ſi dele- 194.
gatus ſuccedat deleganti in dignitate, cuius ratione delegauit, vel aliàs ei fiat par, maiórve in illa dignitate; tunc expirabit delegatio in tali delegato: vt probat text. *in l. iudicium ſoluitur, ff. de iudic.* vbi dicitur, iudicium ſolui, ſi ipſe iudex eiuſdem imperij eſſe cœperit, cuius erat, qui iudicare iuſſit. id quod præter gloſ. & Doct. *ibi*, atque alibi, adnotauit quoque Molin. *tom. 6. de inſt. & iur.* ſeu *tract. 5. diſput. 21. num. 3.* qui hunc textum intelligit in delegato ab Ordinario, qui eſſe cœperit æqualis, aut maioris poteſtatis in eodem tribunali cum eo, qui ipſum delegauit. Vnde exemplificari poteſt in delegato ad commutandam aliquam vltimam voluntatem ab Epiſcopo, vel ab habente generaliter à Principe facultatem commutandi omnes vltimas voluntates in ſuo dominio, qui æquiparabitur ordinario; ſi is delegatus fiat Epiſcopus, vel ſimilem facultatem generalem à Principe obtineat. Verùm de materia huius declarationis plura differemus infrà hac ipſa quæſt. *concluſ. 4. declarat. vlt.* ex iis, quas hac de re in ſubdelegato reſpectu ſubdelegantis afferemus. Quæ autem ſint perſonæ capaces commiſſionis commutationum vltimarum voluntatum, & quibus commiſſæ cenſeantur, præſertim quoad perſonas Vicariorum, & alia, quæ aliquo modo ad hanc concluſ. pertinent, tradidimus ſup. *cap. 5 quæſt. 14 ſuppoſ. 1. & concluſ. 3.* Nunc verò ad alias huius quæſt. concluſiones tranſeamus.

TERTIA CONCLVSIO. Per mortem naturalem, & aliquam ſaltem ciuilé ſubdelegati à commiſſario cõmutationis vltimæ voluntatis re non integra contingentem expirat iuriſdictio in ipſo commiſſario: ſecus ſi ea mors contingat re integra. Et
quidem quòd expirat † per mortem naturalem ſub- 195.
delegati re non integra, apertè colligitur, ſumpto argumento à contrario ſenſu, (quod in iure validiſſimum eſt, vt latè probat Euerard *in loc. à contrar. ſenſ. num. 1.*) ex *cap. quamuis, de offic. deleg. in 6.* nã, dum *ibi* dicitur, quod delegatus Papæ, ſi ſubdelegauit etiam in totum cauſam ſibi commiſſam, poteſt eã re-

item, §. *si verò*; tum ex glos. ab aliis approbata *d. cap. iudex, in princip. verbo, aliquid*; vbi loquendo de subdelegante, qui sibi aliquid reseruauit simpliciter; nec distingueus de re integra, vel non integra, docet, eum, cùm iudex remaneat, posse reuocare ad se iurisdictionem, iuxta *l. iudicium soluitur, ff. de iudic.* vbi absolutè dicitur, iudicium solui vetante eo, qui iudicare iusserat. Immo glos. recepta *ibi* supponit, in eo text. rem non esse integram, cùm alias non esset iudicium. Cùm autem *in d. l. iudicium soluitur*, dicatur, solui iudicium non solùm vetante eo, qui iudicare iusserat, sed etiam eo, qui maius imperium in eadem iurisdictione habet; hinc sequitur, † quòd non potest, qui subdelegauit, vnquam causam reassumere, si superior in eadem iurisdictione eam ad se auocauit: quod potest quandocumque ante expeditionem facere, prout latiùs, Deo dante, ostendemus infrà *quæst.* 6. præsertim *præmiss.* 1. *& conclus.* 2. Illud verò adnotandum est, quòd † non dicetur aliquid sibi de iurisdictione, aut causa reseruasse, sed in totum commisisse, qui causam delegauit cum eo moderamine, vt subdelegatus, antequam sententiam ferat, teneatur ipsum consulere, vel aliquem alium, iuxta *cap. si pro debilitate*, & *ibi* glos. *verbo, te consulere*, & Abb. *de off. deleg.* vnde tunc re non integra expirat in subdelegante iurisdictio: latè Molin. *de iust. & iur. tom. 6. disput.* 21. at diceturreseruasse vbi etiam solùm causæ reuocationem sibi reseruauit, vt apertè constat ex *d. cap. si delegatus, § ad eum quoque*, & adnotauit *ibi* glos. recepta *in princip. verbo, reuocandas*, dicens, *reuocare iurisdictionis est, ff. de iudic. l. iudicium soluitur*; retinendo ergo reuocandi potestatem aliquid de iurisdictione retinuit. Quod autem dictum est de morte naturali, idem dicendum est de morte ciuili. nam si commissio, seu subdelegatio facta sit in totum; tunc † distinguendum erit, an re integra ciuiliter moruus sit subdelegatus, & non expirauit iurisdictio in delegato, qui subdelegauit, sed eam reassumere possit; an verò re non integra, & tunc expirauit: licèt hoc non tam eueniat propter mortem ciuilem, aut etiam naturalem ipsius subdelegati, quàm propter commissionem illi factam in totum, & citationem ab eo transmissam, seu cœptum ab eodem negotium. si verò commissio, seu subdelegatio non sit facta in totum, sed aliquid sibi de iurisdictione reseruauerit delegatus, retinendo saltem facultatem eam reuocandi; tunc siue res sit integra, siue non, poterit quandocumque delegatus negotium reassumere, ac prosequi, nisi superior ipse causam auocauerit. quod vtrumque constat ex iis, quæ antè de morte naturali diximus; æquè enim militant rationes pro ea adductæ, etiam in morte ciuili; atque adeò, quod de ea dicitur, de hac quoque dicendum est, iuxta *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap. 2. de translat. Episc.* & ex eo, quod de æquiparatione vtriusque mortis sup. hac ipsa quæst. secundo loco præmisimus: ac potissimùm, quia in subdelegatione facta in totum, si res sit integra, adhuc efficaciter non transuerit iurisdictio in subdelegatum; si verò non sit integra, tunc efficaciter transierit: in subdelegatione autem non in totum delegatus semper remanserit iudex saltem quoad facultatem reuocandi vices à se commissis, & consequenter iurisdictionem subdelegato à se concessam. Atque id etiam vtrumque latè docuimus quoad Conseruatorem, & subconseruatorem in nostro tract. *de Conseruatorib. iudicib. cap. vlt. quæst. 3. concl. vlt.* quam, si lubet, videre poteris.

201. 202. 203.

Io. Petr. Monetæ de commut. vlt. volunt.

QVARTA CONCLVSIO. Per mortem naturalem subdelegati ab eo, cui commissa sunt commutatio vltimæ voluntatis, † expirat in ipso subdelegato iurisdictio, & potestas sibi ea in re demandata, etiam quoad negotia cœpta: per ciuilem autem regulariter dumtaxat suspenditur siue quoad cœpta negotia, siue quoad non cœpta. Prior pars conclus. probatur ex iis, quibus sup. *conclus. 1. huius quæst.* ostendimus, per mortem naturalem commissarij, seu delegati in ipso extingui, seu expirare eiusdem iurisdictionem, potestatémque commutandi: illa enim ratio, quæ militat in delegato, quòd mors omnia soluit, *§. deinceps, auth. de nupt. collat. 4.* atque adeò etiam iurisdictionem, prædictámque potestatem; æque etiam locum habet in subdelegato; vnde debet eadem esse dispositio, iuxta *d. l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap. 2. de translat. Episcop.* cum simil. Quare proportionabiliter quoque ex illius conclus. ampliationibus ac limitationibus, iunctis iis, quæ in concl. præced. diximus, desumi possunt extensiones, ac restrictiones ad hanc priorem partem propositæ conclus. nam, quod de delegato statuitur, † idem quoque proportionabiliter statuendum est in subdelegato, vt colligitur apertè ex *cap. licèt vndique, cap. ex litteris, & cap. vltim. in princip. & §. 1. de offic. delegat. cap. fin. §. vices quoque, eodem in 6. cap. statutum, §. in nullo quoque, de rescript. eodem lib.* ac præter Doctor. in his iuribus, atque alibi sæpe, apertè sentit post alios Dec. *in cap. cùm te consulente, num. 2. de offic. deleg.* & facit, tum quòd subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, *l. 1. §. hæc actio, ff. si quis testam. lib. esse iuss. fuer. l. si cum, § qui iniuriarum, ff. si quis caution.* cum aliis ad id adductis ab Euerard. *in Topic. iur. loc. à vi subrogat. num. 1.* ac ferè per tot. latè Gabr. *commun. conclus. lib. 6. tit. de regul. iur. conclus. 2. numer. 31. & 55. cum seq.* tum quòd de subdelegato agitur *in rubric. de offic. delegat.* valet autem argumentum à rubro ad nigrum etiam in materia delegationis, latè probat Euerard. *in loc. legal. à rub. numer. 1. 4. & 5.* Hæc igitur prior pars conclus. declaratur primò, † vt is subdelegatus ex mortuis diuinitus resurgens recuperet iurisdictionem quoad negotia cœpta, vel non cœpta, si qui subdelegauit non in totum, non reuocauit vices suas, isque causam cognouit, aliúmve subdelegatum dedit aut ipse, aut primus delegans; idémque erit, si delegatus resurgenti in totum subdelegauerat, & vices non reuocauit, vt poterat. si verò hic subdelegans reuocauit, non recuperabit subdelegatus, nisi negotia cœpta, quæ non poterant reuocari, nisi à superiore primo delegante; quo reuocante neque cœpta hic subdelegatus recuperabit. iuxta adducta *in præced. concl.* quod tamen tempera, ac declara, vt subdelegatus resurgens non recuperet iurisdictionem sibi commissam re integra, seu quoad negotia non cœpta, vbi primus delegans, aut delegatus, qui sibi subdelegauit, re integra decessisset, aut alias amisisset Pontificatum, aliámve dignitatem, cuius ratione commissionem fecit; aut inferior Romano Pontifice excommunicatus, vel suspensus à sua iurisdictione fuisset denuntiatus, idque durante excommunicatione, vel suspensione; iuxta latiùs per nos deducta *in præced. quæst.* passim: iuncto eo, quod de delegato diminente qualitatem, ratione cuius est capax delegationis, diximus suprà hac ipsa quæst. *conclus. 2. circa medium.* Atque hinc sumitur prima, quin immo multiplex huius prioris partis conclusionis propositæ extensio. Extenditur secundò,

204. 205. 206.

cundò, vt quod *d. concluſ.* 1. *ampl.* 2. docuimus ex *cap. pen. de offic. deleg.* & aliis, quòd, ſi duo commiſſarij commutationis ſint dati ſimpliciter, mortuo vno illorum, iuriſdictio, & facultas commu-
207. tandi in collega quoque expiret; † locum etiam habeat in duobus ſubdelegatis ſiue datis à duobus, iuxta *cap. ſi duo, de offic. deleg. in 6.* ſiue etiam ab vno, ad text. *d. cap. cum te conſulente, ext. eodem tit.* vbi Innoc. Abb. Dec, & alij hoc adnotarunt. Quæ extenſio, ſeu potiùs prior hæc pars concluſ. reſtringitur primò, vt non procedat vbi illi duo ſubdelegati ſint cum clauſula, *quòd ſi ambo non poteſtis*, &c. tunc enim eorum altero defuncto, ſuperſtes poterit ſolus procedere; atque adeò per illius mortem, huius poteſtas non expirabit; per id, quod de duobus delegatis *d. concluſ.* 1. *huius quæſt. reſtrict.* 1. *ampliationis* 2. docuimus. Secundò reſtringitur, vt multo minùs procedat, cùm plures ſubdelegati dati ſint cum clauſula, *vt omnes, aut duo, vel vnus eorum mandatum exequantur*, aut alia conſimili; prout de duobus, aut pluribus delegatis *eadem ampliat.* 2. *reſtrict.* 2. oſtendimus, præcipuè ex text. *in cap. cùm plures, in princip. de offic. deleg. in 6.* Reſtringitur denique, vt non procedat prædicta 2. extenſio, ſeu ampliatio huius prioris partis, ſeu ipſa prior pars præſentis concluſ. quoties ille ex pluribus collegis eiuſdem ſubdelegationis in ſolidum, aut ſimpliciter, vel etiam ſolus ſubdelegatus habet ſucceſſorem in dignitate, cui facta ſit ſubdelegatio: prout in pluribus ſimilibus collegis eiuſdem delegationis, vel vnico delegato tradidimus *d. ampliat.* 2. *reſtrict. vlt. & limit. principali illius* 1. *concluſ.* potiſſimùm ex *cap. quoniam Abbas, de offic. deleg. & cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6.* Ibidem autem ſubiecimus quaſdam regulas ad dignoſcendum, quandónam commiſſio facta cenſeatur perſonæ, vel dignitati, ſeu alterius earum contemplatione; & mox quænam ſint illæ dignitates, quæ ita habent ſucceſſorem, vt ad eum tranſeat commiſſio. quæ omnia æquè ſubdelegationi deſeruiunt.

208. Probatur nunc poſterior pars † huius 4. concluſ. quia, ſi is, cui ſubdelegata fuit commutatio vltimæ voluntatis, ſemus efficiatur, non expirat ipſo iure eius iuriſdictio, ſed ſolum ſuſpenditur, donec libertati reſtituatur; per ea, qua *concluſ.* 2. *huius quæſt.* generatim de commiſſatio huiuſmodi commutationis quoad hoc oſtendimus. Quo loco id extendimus primò ad talem commiſſarium damnatum ad metallum, deportatum, bannitum, aut ſimilia paſſum, per quæ ciuitas dumtaxat amittitur, vt nimirum ſuſpendatur iuriſdictio, donec is reſtituatur. Secundò ad excommunicatum ob notoriam clerici percuſſionem, vel denuntiatum excommunicatum aut ſuſpenſum, donec ſequatur abſolutio ab excommunicatione, tollatúrve ſuſpenſio; ex traditis *quæſt. præced. concluſ.* 2. *illat.* 2. vbi etiam explicauimus, quid dicendum ſit de ſuſpenſione à ſæculari iuriſdictione. Recuperabit igitur iſte ſubdelegatus poſtquam fuerit reſtitutus libertati, aut ciuitati, vel communioni Eccleſiæ, aut officio, à quo ſuſpenſus fuerat, negotia à ſe cœpta, niſi ſubdelegatio facta fuerit non in totum, & delegatus interim vices ſuas reuocauerit, aut ſuperior ad ſe cauſam auocauerit: & non cœpta quoque, ſi ſubdelegans etiam in totum vices ſuas, aut ſuperior ipſe cauſam non reuocauit à ſubdelegato; iuxta id, quod in poſteriori parte præſentis, & vtraque præcedentis concluſ. late tradidimus.

Declaratur autem hæc ipſa poſterior, ac ſimul etiam prior pars concluſ. vt, † ſi vacet officium 209.
vel dignitas, cuius ratione alicui facta eſt ſubdelegatio commutationis vltimæ voluntatis: tunc ſiquidem perſonalis fuit, ſeu perſonæ facta commiſſio, quia nimirum qualitas illa ſolùm erat neceſſaria ad validitatem commiſſionis, atque adeò dignitas conſiderata fuit in concreto, iuxta *cap. ſtatutum, §. 1. & §. in nullo quoque, de reſcript. in 6.* vt ſuprà *in 2. ſuppoſ.* explicauimus; commiſſio talis facta perſonæ non expiret finita eius dignitate, vel officio, ſed poſſit adhuc de illa cognoſcere ſaltem vbi iam citationem tranſmiſiſſet, vel ad aliam qualitatem ex expreſſis *d. §. 1.* tranſiiſſet: ſi autem ea ſubdelegatio fuit realis, hoc eſt, facta dignitati, quæ in abſtracto conſiderata fuit, vt *d. ſuppoſ.* 2. expoſuimus, expiret in perſona, & tranſeat ad ſucceſſorem: prout in delegato vtrumque ſatis oſtendimus ſuprà *concluſ.* 2. *huius quæſt. verſic. limitatur nunc*, iuncto *verſic. quòd ſi contra priorem*, ſtatim *ſeq.* Secundò declaratur, vt ſi ſubdelegatus in poenam delicti remoueatur ab illa dignitate, vel officio, ſubdelegatio perſonæ facta omnino extinguatur; facta verò dignitati tranſeat ad ſucceſſorem in ea: vt ſatis conſtat ex iis, quæ in delegato adduximus *d. concluſ.* 2. *verſic. quòd ſi contra priorem, reſtrict.* 2. iunctis traditis *d. verſic. limitatur nunc, & verſic poſterior autem pars.* quorum tamen primum tempera, niſi ille remotus fuiſſet tolleratus, aut ſolùm remotus ab adminiſtratione, vel ſuſpenſus à dignitate, vt *d. reſtrict.* 2. in delegato poſt alios docuimus. Declaratur tertiò, quòd ſi ille ſubdelegatus dimittens dignitatem, aut aliam qualitatem, ratione cuius facta eſt illi perſonalis ſubdelegatio, aſſumpſiſſet ſtatum incompatibilem, ita vt factus ſit illius dignitatis Eccleſiaſticæ incapax, puta quia matrimonium contraxiſſet, tunc non poſſet cognoſcere, niſi de cauſa temporali, & ad forum ſæculare pertinente; vt in delegato ſatis oſtendimus *d. verſic. quod ſi contra priorem, reſtrict.* 3. vbi etiam attigimus, quid dicendum, ſi is delegatus fiat Monachus. Declaratur quartò, vt ſubdelegatio facta dignitati tranſeat ad ſucceſſorem depoſitum, aut tranſlatum ad aliam dignitatem, quæ priorem contineat, alias ſecus; prout de delegatione docuimus *d. verſ. poſterior autem pars*: vbi etiam oſtendimus, eam tranſire ad ſucceſſorem, licèt is tranſlatus ante tranſlationem vti cœperit commiſſa ſibi iuriſdictione. *in verſic. autem declaratur nunc*, explicauimus, quid dicendum ſit, vbi commiſſiones factæ ſint ſub duplici nomine appellatiuo, ſeu dignitatis, quorum vnum eſt capax delegationis Apoſtolicæ, alterum non; aut vbi vtrumque ſit capax; ſed in vtroque ex his caſibus illæ duæ dignitates, quæ in vna perſona erant, duabus deinde collatæ fuerint: vel contrà is, qui vnam habebat dignitatem, eam quoque aſſecutus eſt, quam eius collega in delegatione obtinebat. Quintò declaratur, quòd ad hoc, vt ſucceſſor ſubdelegati cognoſcere poſſit de cauſa ſubdelegata ſuo præceſſori ſub nomine dignitatis, debet non modò eſſe ad eam electus, ſed etiam confirmatus; vt in delegato ſatis oſtendimus *d. verſic. declaratur nunc, in 4. declaratione.* Declaratur ſextò, vt † ſubdelegationes factæ Vica- 210.
rio generali Epiſcopi non poſſint per ipſum Epiſcopum expediri etiam remoto Vicario, vt in delegatione fuiſſe comprobauimus *eodem verſic. declaratur nunc, declarat.* 5. neque per ipſummet Vicarium, ſi fiat Epiſcopus illius diœceſis, aut aliàs de-

ſinat

ſinat eſſe Vicarius, vbi ſubdelegatio facta ſit dignitati: ſecus ſi facta ſit perſonæ; maxime ſi tempore Vicariatus citationem tranſmiſerat, vt *ibidem in 6. declarat.* demonſtrauimus. Septimò declaratur, vt ſubdelegatio facta Vicario Cordubenſi, verbi gratia, aut Epiſcopi Cordubenſis tranſeat in Vicarium Capituli Sede illa vacante; vt in tali delegatione docuimus *d. concluſ. 2. verſ. declaratur nun.*, *in 7.*
211. *declaratione.* Octauò declaratur, vt † Capitulum Sede vacante non ſuccedat in ſubdelegatione facta Epiſcopo, aut eius Vicario generali; prout in delegatione fusè *d. verſ. declaratur nunc*, *in 8. declarat.* tradidimus. neque ad Archiepiſcopum etiam huiuſmodi ſubdelegatio, ſeu iuriſdictio deuoluitur, prout pariter in delegatione Epiſcopo facta, oſtendimus *in d. verſ. declaratur nunc*, *declarat. 9.*
212. Declaratur denique, vt, † ſi ſubdelegatus ad commutandam aliquam vltimam voluntatem, parem, aut maiorem poteſtatem hac in re obtineat cum ſubdelegante, extinguatur, ſeu expiret in ſubdelegato ipſa iuriſdictio ſubdelegata. ſatis id conſtat ex *l. iudicium ſoluitur*, *ff. de iudic.* vbi dicitur, iudicium ſolui, ſi iudex, qui iudicare iuſſus eſt, ejuſdem imperij eſſe cœperit, cuius erat, qui iudicare iuſſit. quamuis enim Bart. *ibi in princip. & num. 4.* Caſtr. *num. 1.* & alij eum textum exponant in delegato ab ordinario, quod & facit Molin. *de iuſt. & iur. tom. 6.* ſeu *tract. 5. diſput. 21. num. 3.* in eum ſenſum, vt, ſi delegatus ab Ordinario eſſe cœperit æqualis, (vel etiam maioris, vt addit, & meritò Molin. *ibidem*,) poteſtatis in eodem tribunali cum eo, qui ipſum delegauit, tunc expirat delegatio in tali delegato: & Bart. *d. num. 4.* exemplum afferat in duobus Conſulibus, iuxta *l. 1. ff. de offic. conſul.* ſubdens, quòd, ſi vnus Conſul delegauerit, & iudex delegatus ſit effectus poſtea ſocius eius, iudicium ſoluitur, per *d. l. iudicium ſoluitur*, quia in eadem iuriſdictione eſt effectus ſocius: idémque ſentiat de eo exemplo, ſi delegatus Epiſcopi fiat Epiſcopus illius diœceſis, dum contrarium ſentiens in delegato, qui incipit eſſe paris iuriſdictionis, ſed diuerſæ, *eodem numer. 4.* ſubiicit, ſecus fortè ſi efficeretur æqualis iuriſdictionis, non tamen eiuſdem; exemplúmque affert, ſi iudex delegatus ab Epiſcopo efficeretur Epiſcopus alterius diœceſis; cui ſimile exemplum ſubiicit de Capitaneo, & Poteſtate in quibuſdam ciuitatibus, vbi æqualem, ſed diuerſam poteſtatem habent; vnde ſi iudex delegatus à Poteſtate fieret Capitaneus, non propterea, inquit Bart. ſolueretur iudicium, quia non eſt eiuſdem iuriſdictionis, ſed alterius paris, argum. *l. etſi prætor*, *ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.* & quia text. *d. l. iudicium*, requirit, quòd ſit eiuſdem imperij. Quamuis, inquam, ex his videatur, illius text. diſpoſitionem locum dumtaxat habere in delegato Ordinarij, non autem in ſubdelegato ab eo, qui ſubdelegare poterat: tamen præterquam quòd id negari ſaltem non poteſt in ſubdelegato ad vnam cauſam ab eo, qui erat
213. delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, cùm hic † ordinario æquiparetur, gloſ. à pleriſque recepta *in cap. cùm cauſam*, *verbo, delegatus*, *de appellat. & in l. à iudice*, *verbo non habet*, *C. de iudic.* cum aliis ad id adductis à Vant. *tract. de nullit. ſent. tit. coram quo nullit. prop. poſſ. numer. 17.* & Menoch. *de arbitrar. iud. lib. 1. quæſt. 67. numer. 52. vſque ad 57.* in poſtr. edit. adhuc dici poteſt, eam diſpoſitionem locum etiam habere in ſubdelegato ab eo ſimplici delegato, qui ſubdelegare poſſit, cuiuſmodi eſt delegatus Principis, vel etiam inferioris, qui delegato dederit facultatem ſubdelegandi, vt latiùs oſtendimus ſuprà *cap. 5. quæſt. 14.* poſt *vltim. concluſ. & poſtremum notab. verſic. qua in re*, iuncto *verſ. altera regula generalis.* tum quia regulariter id, quod de delegato dicitur, debet quoque proportionabiliter ſtatui de ſubdelegato, niſi contrarium in iure de eo caueatur, vt conſtat ex adductis ſuprà initio huius concluſ. tum quòd vbi militat eadem ratio, idem ius ſtatui debet, atque à ſimilibus ad ſimilia eſt procedendum, *l. illud*, *ff. ad leg. Aquil. cap. 2. de tranſlat. Epiſcop. l. non poſſunt*, *cum ſeq. ff. de legibus.* Neque Bart. aut alij text. *in d. l. iudicium ſoluitur*, præcipuè exponentes de delegato ab Ordinario reſpectu ipſius Ordinarij, & in eo exemplum afferentes, id negarunt de ſubdelegato ab eo, qui ſubdelegare poterat, ſi fiat eiuſdem iuriſdictionis principalis cum ſubdelegante. exempla enim non reſtringunt regulam, ſiue diſpoſitionem, *l. 1. §. quod vulgò*, *ff. de vi, & vi arm. & l. damni infecti*, *ff. de damn. infect.* Hinc autem infero primò, quòd, ſi quis delegatus ad vniuerſitatem aliquam commutationum vltimarum voluntatum, vnam, aut alteram commutationem alicui ſubdelegauerit, quod poteſt, licet delegatus fuerit ad vniuerſitatem huiuſmodi ab Ordinario inferiore, iuxta latè per nos tradita *d. verſic. qua in re*; hic autem ſubdelegatus obtinuerit aliam ſimilem vniuerſalem delegationem: expirabit, & extinguetur prior ſpecialis facultas, & iuriſdictio ei ſubdelegata, per ſupradicta. Secundò, quòd, † 214.
ſi Princeps alicui dignitati non expreſſo proprio nomine tunc eam obtinentis commiſerit aliquam commutationem, & hic alicui priuatæ perſonæ vices ſuas ſubdelegauerit, quod poteſt, vt conſtat ex *cap. vlt. §. 1. de offic. deleg. & cap. ſi is*, *cui*, *eodem tit. in 6.* hæc verò perſona vel ſuccedat in dignitate eam tunc obtinenti, vbi vnica ſit, vel vbi plures inibi ſint eiuſdem iuriſdictionis, alteram ipſe ſubdelegatus obtineat; tunc quoque poteſtas, & iuriſdictio illi ſubdelegata expirabit, aſſumétque delegatam; & quidem inſolidum: vnde in poſteriori caſu inter eum, & delegatum, qui ei ſubdelegauerat, erit locus præuentioni; ita tamen, vt vno eorum negotium inchoante alter nequeat ſe vlteriùs intromittere de eodem, niſi vel infirmitate, vel alia iuſta cauſa illum contingeret impediri, aut ſi nollet, vel malitiosè recuſaret in eo procedere, iuxta *cap. cùm plures*, *de offic. deleg. in 6.* & *ibi* not. & ſuis ſimil. iuncto text. *in d. l. iudicium ſoluitur*, *ff. de iudic. & cap. quoniam Abbas*, *de offic. deleg.* Idémque dicendum, ſi à principio duobus in ſolidum facta ſit delegatio ſub nomine tantùm dignitatis, vtputa Epiſcopo Cremonen. & Nouarien. ſi enim horum alter ſubdelegauerit vices ſuas priuato, qui ei ſuccedat in dignitate, expirabit in ſubdelegato iuriſdictio ſubdelegata, iſque aſſumet delegatam, & quidem inſolidum, ex iiſdem iuribus ſimul iunctis: quòd ſi ab initio facta fuerit illis duobus delegatio vel ſimul, vel ſimpliciter, tunc vnus ſine altero, vel eius ſubdelegato procedere non poterit, iuxta *l. duo ex tribus*, *ff. de re ind. cap. quamuis*, *cap. licèt vndique*, *cap. cauſam matrimonij*, *cap. cùm cauſa*, & *cap. vltim. §. 1. de offic. delegat.* cum ſimil. iuncto *d. cap. quoniam Abbas*, cum *ibi* not. *eodem tit.* Atque hæc de præſenti 4. concluſ.

QVINTA CONCLVSIO. Per mortem naturalem commiſſarij commutationis alicuius vltimæ voluntatis re integra contingentem † expirat 215.
in eius ſubdelegato facultas commutandi: ſecus, ſi contingat re non integra. Probatur cócluſio, quoad vtramque partem, primò ex *cap. relatum*, & *c. gratum*,

de offic. deleg. & aliis iuribus, in quibus decernitur, iurisdictionem delegati expirare per mortem naturalem delegantis re integra interuenientem; iuncto eo, quod superius circa initium præced. concl. ostendimus. id, quod statuitur de delegato respectu primi delegantis, statuendum quoque de subdelegato respectu delegati subdelegantis, nisi in hoc aliquid speciale cautum reperiatur; maximè cùm eadem vtrobique sit ratio soluendi mandati, iuxta *l. & quia*, mox citand. iuncta *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap. 2. de translat. Episc.* cum simil. ex quibus habetur, quòd vbi eadem est ratio, idem esse statuendum, & à similibus ad similia procedendum. Secundò ex text. *in l. & quia*, §. seu *vers. ideoque, ff. de iurisdict. omn. iud.* vbi generaliter cauetur, quòd, si is, qui mandauit iurisdictionem, decesserit, antequam res ab eo, cui mandata est iurisdictio, geri cœperit, mandatum soluitur, sicut in reliquis causis. Tertiò, quia id specie subdelegati respectu subdelegantis definitur *in cap. licet vndique, de offic. deleg.* vbi Romanus Pontifex respondit, quòd, si delegatus iurisdictione à collega simul dato sibi subdelegata, eo viuente vti non cœperit, quia mandatum huiusmodi re integra morte mandatoris expirauit, non habet solus officium iudicandi; si verò ante mortem illius iurisdictione vti cœperit taliter demandata, vices suas, & illius poterit adimplere. Idem satis apertè constat ex *cap. si delegatus, eodem tit. in 6.* vbi habetur, quòd, si delegatus quoties eum abesse contigerit, aut vices suas reuocauerit, illas alicui commiserit, poterit hic subdelegatus mortuo delegato commissum negotium liberè definire, dum tamen illo viuente ipse subdelegatus vti cœperit iurisdictione.

Ex his verò duobus iuribus desumitur duplex extensio huius vtriusque partis propositæ conclus.
216. altera ex *d. cap. licèt vndique*; vt procedat etiam † vbi subdelegatus erat collega delegati, qui decessit re integra, vel non integra: ita, vt in primo casu expiret iurisdictio subdelegata, in secundo non expiret. Altera ex *d. cap. si delegatus*, vt locum etiam habeat vbi subdelegatio facta sit à delegato quoties eum abesse contigerit, vel vices suas duxerit reuocandas: nam tunc quoque, si delegatus decesserit, postquam subdelegatus vti cœpit iurisdictione, ea non expirat in subdelegato: secus si decesserit, antequam illa vti cœperit. Extenditur
217. nunc seorsim prior pars huius conclus. vt, † etiamsi primus delegans superstes sit; si tamen delegatus decessit re integra quoad subdelegatum, huius iurisdictio expiret; vt in specie voluit Anchar. *d. cap. licèt vndique, quæst. 5.* cuius opinionem probabilem iudicat Sanchez *lib. 8. de matrim. disput. 28. num. 36.* licèt ipse *ibi* tres alias opiniones referat, quas pariter probabiles putat: quarum prima est Ang. *d. l. & quia, num. 3. ff. de iurisdict. omn. iud.* Caccialup. *l. more, num. penult. ff. eodem tit.* videturque aliorum, quos *ibi* refert Sanchez, negans extingui, seu expirare iurisdictionem subdelegati, donec superstes est primus delegans; & pro eadem illam rationem afferens, quia cùm sit superstes primus delegans, qui est fons, & radix iurisdictionis, non potest dici iurisdictio omnino extincta, licèt delegatus decesserit antequam subdelegatus ea vti cœperit. Altera est Barth. Soc. *d. l. more, num. 74.* asserens, quòd, si subdelegatio facta fuit in totum, tunc non extinguitur iurisdictio in subdelegato per mortem delegati re integra quoad subdelegatum, superstite primo Ordinario delegante; secus si subdelegatio facta fuit non in totum: quia in primo casu delegatus a se abdicat totam iurisdictionem, & ideo tunc non appellatur ad subdelegantem, sed ad primum delegantem, *cap. super quæstionem, §. porrò, de offic. deleg.* quare iurisdictio tunc solùm pendet à primo delegante; nec debet extingui, cum maneat eius fundamentum: in secundo autem casu subdelegans non abdicat à se totam iurisdictionem, & ideo appellatur ad ipsum, *d. §. porrò.* quare cùm iurisdictio subdelegata pendeat à delegati iurisdictione, hac extrinseca re integra quoad subdelegatum, peribit quoque hæc subdelegata iurisdictio. Postrema opinio, quæ magis placet Sanchez *d. num. 36.* éstque Iaf. *d. l. more, num. 13.* asserit, quòd, quando delegatus ex speciali potestate sibi à delegante tradita subdelegat, non perit potestas subdelegantis re integra existente quoad subdelegatum, si primus ordinarius delegans superstes sit, quasi ipse sit prima radix, & censeatur substituens; secus in delegato subdelegante iure proprio in casu, in quo subdelegare potest; quia tunc non primus ordinarius, sed ipse delegatus censetur subdelegare. quam distinctionem confirmat quoque Iaf. & Sanchez ex eo, quòd in simili de procuratore tradit Bart. *in l. 2. ad fin. princip. ff. de curat. bon. dand.* quòd, † si 218.
procurator ex mandato domini substituit, tunc cùm dominus substituere dicatur, *l. 1. §. penult. ff. de procurat.* substitutus cauere debet dominum rem ratam habiturum: si verò procurator substituit iure suo, ille debet cauere, rem ratam ipsum procuratorem habiturum. Verùm adhuc nobis magis placet nostra extensio, & opinio; quam, præterquam quod, vt diximus, probabilem putat Sanchez *d. num. 36.* & tenet Anchar. *d. quæst. 5.* satis conuincunt text. *d. l. & quia, & cap. licèt vndique, de offic. deleg. & cap. si delegatus, eodem tit. in 6.* indistinctè definientes, vel commissionem, seu mandatam iurisdictionem extingui morte mandantis re integra respectu huiusmodi mandatarij, & commissarij, vel in specie subdelegatam iurisdictionem expirare morte subdelegantis re integra existente quoad subdelegatum; non distinguendo, an primus delegans superstes sit, aut obierit; vel an subdelegatio facta sit in totum, aut non. vbi autem lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. 3. ff. de offic. Præsid. & cap. si Romanorum, 19. distinct.* cum simil. ex quibus destruitur potissimùm prima, & secunda opinio: cuius quoque ratio illa, quòd primus delegans sit fons, & radix iurisdictionis, si quid efficeret, probaret etiam, quòd mortuo primo delegante siue res sit integra quoad delegatum, siue quoad subdelegatum tantùm, expiret iurisdictio subdelegata: & tamen vtriusque contrarium, non obstante prædicta ratione ex ipsomet Sanchez docuimus *concluf. 1. limit. 1. & 2.* præcipuè per text. *in cap. si à subdelegato*, quod est *pen. de offic. deleg. in 6.* Secunda verò opinio, eiúsque distinctio, & ratio confunditur pariter per *d. cap. si delegatus, & cap. quamuis, de offic. deleg. in 6.* nam ex *d. cap. si delegatus, in princip.* saltem à contrario sensu constat, † non posse 219.
subdelegatum sub ea forma, donec delegatus vices suas duxerit reuocandas, si res integra quoad subdelegatum existit, post mortem taliter subdelegantis negotium definire; non distinguendo, an primus delegans superstes sit, vel obierit: & tamen *ibid. vers. idem potest*, hunc casum quoad hoc, vt per mortē delegati re integra expiret iurisdictio in subdelegato, parē facit ei, in quo subdelegauit quoties eum abesse contigerit, & proculdubio comprehenditur etiam subdelegatio in totum: nam dictio, *idem*, æquiparat casum sequentem præcedenti, Me-

noch.

noch. *conſ.* 130. *num.* 7. & importat in vtroque eandem deciſionem. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *concluſ.* 288. *num.* 1. *ſub lit. D.* ac repetit qualitates in præcedenti diſpoſitione expreſſas, *l. à filio, §. teſtator, ff. de alim. & cibar. legat.* cum aliis adductis ab Aug. Barboſ. *in remiſſ. Doct. de diction. & clauſul. dict.* 122. *num.* 2. cùm autem ex *cap. ſi duo, cap. ſi is, cui, & cap. ſi à ſubdelegato, de offic. deleg. in* 6. conſtet, aliquando etiam cùm ſubdelegatio ſit non in totum, à ſubdelegato tamen ad primum delegantem, non ad delegatum ſubdelegantem appellari, patet, non rectè hinc arguere ſecundam opinionem ad ſuam illam diſtinctionem. ſicut etiam ex *d. cap.*
220. *quamuis*, conſtat, † delegatum ſubdelegantem in totum non ſtatim ita abdicare à ſe totam ſuam iuriſdictionem, ita, vt reſideat penes primum delegantem; quod pro fundamento aſſumebat eadem ſecunda opinio: ibi enim definitur, quòd delegatus ſubdelegans etiam in totum poteſt iuriſdictionem ſuam reaſſumere mortuo eius ſubdelegato, antequam vti cœperit ſibi ſubdelegata iuriſdictione: ac præterea conſtat, ex eo textu quoad perpetuandam iuriſdictionem non eſſe conſtituendum diſcrimen inter ſubdelegationem in totum factam, vel non in totum; prout etiam quoad eam perpetuandum morte ſubdelegantis re integra quoad ſubdelegatum, videre eſt *in d. cap. licet vndique, §.* 1. Poſtrema quoque opinio, quatenus nititur ea ratione, quòd primus delegans ſit fons, & radix iuriſdictionis, deſtruitur ex iis, quæ contra primam adduximus. quatenus verò nititur illo ſimili Bart. *de procu-*
221. *ratore*, dicimus, † quòd, licèt ſæpe valeat argumentum à procuratore ad delegatum etiam quoad perpetuandam facultatem, ſeu iuriſdictionem; vt patet ex text. *in l. & quia, ff. de iuriſd. omn. iud. cap. licet vndique, de offic. deleg.* cum aliis per nos adductis *tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap.* 10. *queſt.* 9. *concluſ.* 3. quib. addo nunc Vant. *tract. de nullitat. tit. vlt. num.* 95. & Euerard. *in Topic. iur. loc. à mand. procur. ad mand. iuriſd. num.* 1. *&* 2. non tamen ſemper; vt præter adducta per Euerard. *ibid. num.* 3. conſtat ex traditis ab Alberic. & aliis *in l. mandatum, C. mandat.* ac præcipuè ex text. *in cap. cùm plures, §. porrò, de offic. deleg. in* 6. iuncto *cap. ſi duo, in princ. de procur. eod. lib.* notauitque glos. recepta *d. §. porrò, verbo, inchoante, & verbo, recuſaret*; & quoad facultatem reaſſumendi re integra à ſubſtituto poteſtatem ei datam, text. eſt *in cap. is, qui, in princ. de procuratorib. lib.* 6. *&* d. *cap. quamuis*, iuncta glos. *verbo, efficaciter, de offic. deleg. eod. lib.* Accedit, quòd illud Bart. potiùs diſſimile videtur, tum quòd in eo nihil agitur de perpetuanda poteſtate ſubſtituti per mortem ſubſtituentis, aut domini; tum quòd ſubdelegatus nunquam admittitur cum ſola cautione de rato, ſicut admittitur ſubſtitutus procuratoris. Denique nullus delegatus aliquid habet, aut facit nomine proprio, ſed in omnibus vice fungitur delegantis, *l.* 1. *§. qui mandatam, ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. & cap. ſanè, il* 2. *in princ. de off. deleg.* Et hæc de 1. extenſione huius prioris
222. partis concluſ. Secundò extenditur, † vt extinguatur in ſubdelegato poteſtas ei ſubdelegata ipſo iure, & non ſolùm ope exceptionis, per mortem naturalem ſubdelegantis interuenientem re integra quoad ipſum ſubdelegatum; prout in delegato oſtendimus ſup. *concl.* 1. *ampl.* 2. Extenditur tertiò,
223. vt expiret quoque, † licèt ſubdelegatus ignoret mortem ſubdelegantis, modò ſolus eam ignoret; nam ſecus erit, ſi communiter ignoretur, quamuis illam ſolus ſciat. ita in delegato reſpectu primi delegantis poſt alios docuimus *d. concl.* 1. *amp.* 2. Extenditur nunc ſeorſim poſterior pars concl. vt procedat quoque, † ſi ſubdelegatio facta ſit, donec re- 224.
uocauero: adhuc enim tunc re integra non exiſtente quoad ſubdelegatum tempore mortis delegati, poterit ſubdelegatus cœptum negotium proſequi, ac definire; neque expirat ſubdelegata poteſtas morte ſubdelegantis: prout conſtat ex *d. cap. ſi delegatus, de offic. deleg. in* 6. ac præter Doct. *ibi* adnotauit Molin. *d. tom.* 6. ſeu *tract.* 5. *de iuſtit. & iur. diſp.* 11. *num.* 4. ac poſt alios Sanchez *d. diſp.* 28. *num.* 54. Idémque eſt, vbi ſubdelegato vices ſuas commiſerit delegatus, quoties eum abeſſe contigerit; tunc enim poterit ſubdelegatus eo rebus humanis exempto, cùm & tunc cenſeatur abeſſe, commiſſum ſibi negotium, dum tamen illo viuente iuriſdictione vti cœperit, liberè definire; vt diſertis verbis cauetur *in d. cap. ſi delegatus., in princ.* Declaratur verò vtraque pars concl. quòd, ſi facta ſit ſubdelegatio ad beneplacitum ſuæ voluntatis, † expirat morte 225.
ſubdelegantis etiam re non integra; prout per text. *in cap. ſi gratioſè, de reſcript. in* 6. tradit glos. *d. cap. ſi delegatus, verbo, morte, & ibi* Franc. *num.* 5. Gemin. *num.* 10. & alij, Sanchez *d. diſp.* 28. *num.* 50. & Molin. *d. num.* 4. Si verò ſubdelegatio facta ſit à delegato, cui facta fuerat commiſſio ſub nomine dignitatis tantùm, vtputa Epiſcopo Cremonen. & is pariter ſubdeleget ſub nomine ſuæ dignitatis, vel ad eius beneplacitum, non expirat per mortem ſubdelegantis, etiam re integra exiſtente quoad ſubdelegatum; per ea, quæ in delegatione poſt Sanchez *d. diſp.* 28. *num.* 44. & Menoch. *de arbitrar. iud. lib.* 1. *queſt.* 69. *num.* 7. qui alios referunt, tradidimus *d. concluſ.* 1. *limit. vltim. & illat.* quam ex ea *ibidem* collegimus.

SEXTA, & poſtrema CONCLVSIO. Per mortem ciuilem delegati ſubdelegantis commutationem vltimæ voluntatis, regulariter non extinguitur, ſed ſolùm ſuſpenditur in ſubdelegato huiuſmodi ſubdelegatio, cùm ea mors interceſſit re integra quoad ipſum ſubdelegatum: ſecus re non integra, ſeu quoad negotia cœpta; tunc enim neque etiam ſuſpenditur. Poſterior pars † concluſ. patet; quia, 226.
quando ſubdelegatus vti cœpit iuriſdictione ſibi commiſſa, in eum ita transfunditur efficaciter, vt amplius non pendeat à delegato ſubdelegante; vt ſatis conſtat ex *cap. quamuis, & ibi* glos. & Doctor. *de offic. deleg. in* 6. cum aliis, quibus idipſum in delegato quoad primum delegantem tradidimus de morte ciuili ſup. *queſt.* 1. *huius cap. concluſ.* 2. circa eius initium, *& concl.* hanc *præced.* in ſubdelegato quoad delegatum de morte naturali: eſt enim quoad hoc tum mortis ciuilis, & naturalis, tum ſubdelegati reſpectu ſubdelegantis, & delegati reſpectu primi delegantis eadem omnino ratio; atque adeò etiam diſpoſitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap.* 2. *de tranſlat. Epiſc.* iunctis maximè iis, quæ de æquiparatione mortis naturalis, & ciuilis tradidimus *queſt. præced. præmiſſ.* 2. & delegati, ac ſubdelegati ſup. hac ipſa quæſt. *concluſ.* 4. *circa initium.* Probatur nunc prior pars concluſ. breuiter diſcurrendo per ſingulas ſpecies præcipuas mortis ciuilis, quas *d. queſt. præced. in* 1. *præmiſſ. & tract. de Conſeruatoribus iudicibus, cap. vlt. queſt.* 2. *præmiſſ.* 1. 2. *&* 3. recenſuimus. ſi illud priùs tamquam certiſſimum admoneamus,
† quòd, vbi per mortem ciuilem extinguitur, aut 227.
ſuſpenditur in delegato iuriſdictio, ea quoque extinguitur, aut ſuſpenditur in ſubdelegato ſi delegatus eam ciuilem mortem incurrat, antequam ſubdelegatus iuriſdictione ſibi commiſſa vtatur; prout apertè conſtat ex *d. cap. quamuis*, vbi habetur, iuriſdictionem non tranſire efficaciter in ſubdelegatum,

donec ea vſus ſit ; vnde remanet penes eum qui ſubdelegauit etiam in totum : reſoluto autem iure datoris reſoluitur ius acceptoris , *l. lex vectigalis, ff. de pign. & hypoth.* & ſi qua iuriſdictio tranſiit in ſubdelegatum, donec is ea vtatur, pendet in conſeruatione a ſubdelegante ; cauſa autem huiuſmodi ceſſante, ceſſat effectus. latè Tiraq. *in tract. cauſ. ceſſant. limit.* 35. per tot. vbi poſt alios de tali cauſa intelligit illam regulam, *ceſſante cauſa ceſſat effectus*, de qua *in cap. cùm ceſſante, de appellat.* & aliis iuribus , quæ Tiraq. initio d. tract. allegat. Cùm igitur per ſeruitutem delegati † non extinguatur in delegato, ſed ſuſpendatur iuriſdictio, donec libertati reſtituatur, vt ſatis oſtendimus ſup. hac ipſa quæſt. *concl. 2. circa initium* ; pariter non extinguetur , ſed ſolùm ſuſpendetur iuriſdictio in ſubdelegato , qua adhuc vti non cœpit , donec delegatus reſtituatur libertati. quod etiam confirmatur ex iis , quæ de delegato reſpectu primi delegantis quoad hoc docuimus *quæſt. præced. concl. 2. illat. 1.* & latiùs per nos traditis *in tract. de Conſeruat. indic. cap. vltim. quæſt. 2. concl. 1. ampl. 6. & concl. 2. ante medium* : vbi etiam oſtendimus, ſecus dicendum , vbi delegans ita captus eſſet ab hoſtibus, vt haberet ſucceſſorem in dignitate, cuius vi delegauit, aut ea priuatus eſſet, ab eáve depoſitus ; illive renuntiaſſet , aut ad aliam tranſlatus eſſet. quæ tamen ciuilis mors non video, quomodo ad id , de quo nunc agimus , pertinere, aptarive poſſit ; cùm non, ſicut delegatio,pendet,ac procedit à dignitate , vel officio , puta Pontificatu, Principatu, legatione Pontificia, Epiſcopatu , Vicariatu, cui annexa eſt, inéſtque poteſtas ordinaria in pleriſque ſaltem caſibus commutandi, aut commutationem, vel quidpiam aliud committendi, ſeu delegandi : ita etiam prodeat poteſtas ſubdelegandi à dignitate, vel officio ; ſed ab ipſa poteſtate , vel iuriſdictione delegata ; quæ † talis eſſe non deſinit, quia facta ſit habenti aliquam dignitatem, aut ordinariam iuriſdictionem ; vt conſtat ex text. *in l. eiſi prætor , ff. de offic. eius , cui mand. eſt iuriſd.* ac notat. per Doct. *ibi, & in cap. licèt in corrigendis, de off. ord.* atque alibi ſæpe. Potiùs verò locum habebit renuntiatio ipſius commiſſionis , ſeu iuriſdictionis delegatæ, quam delegatus facit : verùm de hac ſeorſim agemus *quæſt. 7.* vel quando † delegatus ob delictum priuatur in ſpecie iuriſdictione ſibi delegata, aut generatim omni iuriſdictione , arg. *l. Caſſius, ff. de Senator.* cum aliis adductis ſup. hac ipſa quæſt. *concl. 2. verſ. quòd ſi contra , reſtrict. 2.* ad oſtendendum, ſic priuatum amittere iuriſdictionem , quam habet, & non ſolum vſum, aut exercitium ; niſi ſolùm ſuſpenſus fuiſſet ab ea, quia tunc illius dumtaxat vſum amitteret. Hoc enim operatur ſuſpenſio tam ea, quæ eſt laica, ſeu à ſæculari poteſtate, ac iuriſdictione , quàm illa , quæ eſt cenſura Eccleſiaſtica, ſequuta denuntiatione : necnon excommunicatio patiter poſt denuntiationem, vel incurſa ob notoriam Clerici percuſſionem, vt non extinguat, ſed ſuſpendat iuriſdictionem tam in delegato, quàm in delegante,qui ſit inferior Romano Pontifice,vt ſup. hac ipſa *quæſt. concl. 2. ampl. 1.* tradidimus , ac fuſiùs *quæſt. præced. concl. 2. illat. 2.* & quoad excommunicationem eſt optimus text. *in cap. ſi is, cui, de off. deleg. in 6.* in terminis huius concl. quoad excommunicationem verò conſeruatoris , qui ſubdelegauit, vt per eam non expiret , ſed ſolùm ſuſpendatur iuriſdictio ſubconſeruatoris quoad negotia non cœpta, ſatis oſtendimus *in d. tract. de Conſeruator. ib. quæſt. 4. concl. 3.* cum ex aliis, tum ex iis, quæ in ſpecie delegati reſpectu ſubdelegati quoad hoc tradunt poſt alios Vgol. *tract. ac cenſur. Eccleſ. tab. 1. cap. 4. §. 4. num. 7. & tab. 2. cap. 11. §. 5.* necnon Sayr. *cod. tract.* ſeu *tom. 1. Theſaur. caſ. conſcient. lib. 2. cap. 6. num. 20.* quod idem *concluſ. 4.* docuimus de ſuſpenſione. Quoad ingreſſum verò † Religionis cum effectu , ſeu ſecuta profeſſione , quæ & ipſa mors ciuilis eſt , iuxta latius adducta ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 1. in 1. præmiſſ.* cùm non agatur in hac quæſt. de poteſtate ordinaria commutandi vltimam voluntatem bonis annexa vnde prodierit commiſſio commutationis, ſed de poteſtate delegata alteri ſubdeleganda , quæ requirat certam qualitatem in perſona delegati, ac ſubdelegati, iuxta text. *in cap. ſtatutum, §. 1. & §. in nullo quoque , de reſcript. in 6.* necnon *Clem. 2. eod. tit.* non eſt ſeruanda diſtinctio, de qua ſup. *quæſt. 1. concl. 2. ad fin.* an delegans ingrediatur religionem bonorum capacem , vel non capacem : ſed potiùs illa diſtinctio,an tempore profeſſionis delegatus , qui habebat vnam ex prædictis qualitatibus requiſitis, iam tranſmiſerit citationem, & ſic res ſit cœpta quoad ipſum , vel non : ſi enim cœpta ſit, cùm delegatus retineat iuriſdictionem in habitu, ſubdelegatus quoque poterit negotium proſequi incipiens vti ſubdelegata ſibi iuriſdictione, aliàs ſi negotium cœptum non ſit per delegatum, cùm is deferendo qualitatem requiſitam amittat,iuriſdictionem etiam in habitu , per conſequens in ſubdelegato quoque extinguetur , iuxta ſupradicta. idque veriſſimum eſt , retenta ea opinione , quam probabilem diximus, latiſque tutati ſumus ſup. *concluſ. 2. verſ. quod ſi contra priorem* , vt nimirum aliqua ex iis qualitatibus, de quibus *in d. §. 1.* requiratur in delegato Papæ , vel Legati Sedis Apoſtolicæ non ſolùm tempore commiſſionis, ſed & citationis ad hoc, vt ſit capax prædictæ delegationis , & vſus, ſeu exercitij ipſius ; (niſi tamen Papa ex certa ſcientia committat non habenti vllam ex illis qualitatibus ; tunc enim nec tempore commiſſionis talis qualitas exigetur,iuxta gloſ. communiter receptam *d. §. 1. verbo , Canonicis , & verbo, litterarum* , quem etiam effectum tribuit clauſula *ex certa ſcientia*, poſt alios Gabr. *com. concluſ. lib. 6. tit. de clauſul. concl. 1. num. 17.* ſaltem cùm adeſt ſpecialis derogatio conſtitutionis Bonifacij VIII. quæ habetur *in d. cap. ſtatutum*, per ea, quæ diximus *concl. 1. declar. 1.* Monachus namque , & quilibet Regularis , licèt ſit Prior clauſtralis,nequit eſſe delegatus Sedis Apoſtolicæ, aut eius Legati, *Clement. 2. de reſcript.* ibique Doct. *& in d. §. 1.* quòd ſi ſequamur communem contrariam, quam *d. verſ. quod ſi contra priorem*, retulimus, videlicet , quòd ſufficiat , eam qualitatem adeſſe tempore commiſſionis , vel ſi Papa ex certa ſcientia commiſerit commutationem alicui nullam ex illis qualitatibus habenti : tunc dicendum eſt, in priori ex his duobus caſibus ſufficere , quòd ante profeſſionem tempore,quo ei commiſſa cauſa fuit, aliquam ex prædictis qualitatibus habuerit ; in poſteriori non requiri, quòd vnquam ea præditus fuerit. Veramlibet verò ex prædictis opinionibus amplectamur ; & quicquid ſit , an prima commiſſio, ſeu delegatio fiat ex certa ſcientia alicui, qui nullam ex prædictis qualitatibus *d. §. 1.* obtineat : illud tenendum omnino eſt, quòd , † ſi delegatus tranſeat re integra quoad ſubdelegatum ad ſtatutum incompatibilem, ita, vt ſit factus iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſibi delegatæ incapax ; tunc non poterit eius ſubdelegatus, niſi de cauſa temporali cognoſcere ; per ea, quæ de iuriſdictione ab ipſo delegato exercenda tradidimus *d. concluſ. 2. verſ. quod ſi contra priorem, reſtrict. 3.* ſubdelegati enim iuriſdictio re integra perdet à iuriſdictione ſubdelegantis ; ita, vt ſequatur eius extinctionem , ac ſuſpenſionem ; vt ſup.

circa

tiua initium huius concluſ. ſatis oſtendimus. Cui quidem, ac ſimul toti huic quæſtioni finem imponentes ad alias huius cap. quæſtiones tranſeamus.

SVMMÆ RERVM.

233. *Commutatio vltima voluntatis eſt quoddam priuilegium, tanquam derogans iuri communi, & iuri tertij; non autem mera diſpenſatio: & ibi quid hæc à priuilegio differat; numer. 234.*

235. *Priuilegium aliud perſonale, aliud reale; & quid vnumquodque eorum ſit; & num. 237.*

236. *Priuilegium perſonale non egreditur vitam priuilegiati; nec ab eo, dum viuit, cedi poteſt; ſicut nec conceſſum pro ſe, heredibus, & ſucceſſoribus; & qui tunc veniant nomine heredum, ac ſucceſſorum.*

237. *Priuilegium conceſſum aliquibus perſonis acceſſorie ad aliquam principalem, morte principalis in aliis etiam extinguitur.*

238. *Priuilegium reale, vel perſonale quando dicatur; & num. ſeq.*

239. *Priuilegium vnde dignoſcatur adhærere perſonæ, ideoque eſſe perſonale; vel rei, & eſſe reale; cum aliquot num. ſeqq.*

240. *Perſona alia vera, vt Petrus, alia ficta, & repræſentata, vt vniuerſitas, vel Collegium.*

241. *Priuilegium conceſſum perſonæ fictæ ſemper eſt reale. item conceſſum dignitati, ſeu officio, aut alicui loco; num. 242.*

243. *Priuilegium conceſſum perſonæ veræ, ſeu ſingulari quando ſit perſonale, vel reale; cum aliquot num. ſeqq.*

244. *Priuilegium conceſſum certo generi perſonarum, vt minoribus, an ſit perpetuum, & reale.*

245. *Cauſa, cuius intuitu principaliter datur priuilegium, ſpectanda eſt ad dignoſcendum, an illud ſit perſonale, vel reale; & ibi intellectus l. ſordiderum, C. de excuſ. mun. lib. 10.*

246. *Intentio concedentis priuilegium maximè deprehenditur ex verbis, ita, vt, ſi dirigantur ad perſonam, priuilegium ſit perſonale; ſi ad rem, reale: quod tamen aliquando fallit; & nonnullis num. ſeqq.*

247. *Priuilegium conceſſum perſonæ cum dictione, perpetuò, an ſit reale. & quid in remuneratorio meritorum; num. 248. aut conuentionali, ſeu conceſſo per viam contractus; num. 249. & trib. ſeqq.*

250. *Priuilegium conuentionale eſt irreuocabile per ſolam concedentis voluntatem. non ideo tamen de ſe eſt perpetuum ex Suarez; licèt contrarium ſit verius; num. 251. & ſeq.*

252. *Priuilegium conceſſum ob benemerita, & in vim contractus longè differunt quoad obligationem inducendam.*

253. *Qualitas etiam rei, circa quam priuilegium verſatur, attendi debet ad dignoſcendum an illud ſit perſonale, vel reale; viputa ſecundùm aliquos, an res ſit tranſmiſſibilis ad heredes, vel non; & an determinata, vel indeterminata; aut exigat indiuiduam perſonæ, vel non; licèt in hoc vtroque aliq contra.*

254. *Priuilegium in dubio an ſit cenſendum reale, vel perſonale; & aliquot num. ſeqq.*

255. *Priuilegium aliud eſt parum beneficium, aliud contra ius commune, vel tertij: & dubium aliud negatiuum, aliud poſitiuum.*

256. *Barboſ. in repetit. l. quia tale, ff. ſol. matr. manifeſta, & frequens æquiuocatio.*

257. *Priuilegium contra ius commune, aut tertij in dubio eſt perſonale.*

258. *Priuilegium quando in vtroque foro poſſit retineri tanquam reale, & quid hac in re proſit poſſeſſio, & obſeruantia; num. 259.*

260. *Reſcriptum iuſtitiæ ſuper commutatione vltimæ voluntatis expirat per mortem naturalem illud impetrantis contingentem re integra, niſi Prælatus nomine Eccleſiæ ſuæ etiam expreſſo nomine illud impetraſſet; num. 262. quod ſi tunc res non ſit integra, reſcriptum non expirat, ſed tranſit ad ſucceſſorem; num. 262. & quid ſi materia non ſit tranſmiſſibilis ad ſucceſſorem, & in annalibus actionibus; num. 263.*

264. *Commutatio vltimæ voluntatis conceſſa per reſcriptum gratiæ, ſeu priuilegium, ſi perſonalis ſit, cum perſona impetrantis extinguitur; ſi realis, ad poſteros tranſmittitur, ac rem ſequitur.*

265. *Commutatio vltimæ voluntatis per reſcriptum gratiæ, ſeu per modum priuilegij conceſſa quando cenſeatur perſonalis, vel realis; & aliquot num. ſeqq.*

266. *Legatum factum dignitati, vel officio tranſit ad ſucceſſorem. niſi fiat hæc obtinentibus nomine, & iure alieno, vt Vicario Epiſcopi, Auguſtæ, vel non habentibus ſucceſſorem; n. 267.*

268. *Priuilegium perſonæ conceſſum reale quoque cenſetur ob extrinſecum accidens verbis ſignificatum; vt ſi in conceſſione mandetur cancellari ab æſtimo nomen priuilegiati.*

269. *Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis remuneratorium, vel conuentionale an cenſendum ſit reale, vel perſonale. & quid in dubio de quolibet talis commutationis priuilegio; num. 270.*

271. *Priuilegium Principis in dubio præſumitur reale, inferioris autem perſonale.*

272. *Reſcriptum commutationis vltimæ voluntatis ſiue gratiæ, ſiue iuſtitiæ non expirat, ſed ſolùm ſuſpenditur per ſeruitutem impetrantis, donec bona, & iura priſtina recuperet, idemque in condemnatione, ac bannо, per quæ quis iura ſua amiſit; num. 273.*

274 *Publicatio bonorum quos effectus pariat quoad diſponendum de ipſis, eorúmve fructus acquirendos; & quæ bona comprehendat; vel miſſinè.*

275. *Excommunicatio impetrantis commutationem vltimæ voluntatis per reſcriptum iuſtitiæ, ſiue commiſſionem plerumque illius executionem ſuſpendit; & multis num. ſeqq.*

276. *Excommunicatus ab agendo repellitur, ſiue ſit excommunicatus a iure, ſiue ab homine; & coram iudice ſiue ordinario, ſiue delegato; Eccleſiaſtico, vel ſæculari, non obſtante quacunque contraria conſuetudine.*

277. *Excommunicatus reconuenire aliquem in iudicio non poteſt.*

278. *Excommunicatus agere non poteſt, licèt actio tempore peritura ſit; & ibi an præſcriptio currat contra excommunicatum.*

279. *Excommunicatus agere non poteſt per procuratorem, aut tutorem, vel curatorem.*

280. *Excommunicatus an poſſit agere vbi offerat probare excommunicationem nullam, aut iniuſtam; vel exceptio excommunicationis àreo non opponatur, aut reus prius cum actore communicaſſet.*

281. *Citatus*

281. *Citatus ad instantiam excommunicati notorij, vel denunciati non tenetur comparere, & gesta eo absente nulla sunt; isque repelli debet à iudice etiam ex officio.*

282. *Exceptio excommunicationis alterius opponi potest à quolibet, qui intromittat in iudicio; & opponi ei potest in quacumque parte iudicij.*

283. *Excommunicatus non potest implorare officium iudicis, nec dicere nullam sententiam, aut petere restitutionem in integrum.*

284. *Rescriptum impetratum ab excommunicato super alio, quam excommunicationis, vel appellationis articulo, & processus per ipsum habitus ipso iure non valet; & quid stante absolutione ad effectum.*

285. *Excommunicatus agere potest ad id, quod excommunicato facere in iudicio à iure permittitur; vt est constituere procuratorem ad se defendendum.*

286. *Cessionarius excommunicati an, & quando agere possit.*

287. *Acta cum excommunicato alterè valent, donec excommunicatio obiiciatur, & probetur: quæ probata actus declarantur retro nulli.*

288. *Excommunicatio impetrantis commutationem vltimæ voluntatis per rescriptum gratiæ sæpe frustratoriam eam reddit; cumplerisque numer. seqq.*

289. *Excommunicatus licèt validè, non licitè contrahit, ita, ac agere possit ex contractu secum inito: & an quis teneatur extraiudicialiter soluere excommunicato id, quod ei sine iureiurando promisit.*

290. *Testamentum excommunicati an validum sit; cum nonnullis num. seqq.*

291. *Excommunicatus ob hæresim testari validè non potest; & num. seq.*

292. *Verbum, sit, licèt forsan importet sententiam ferendam; at iunctum verbis, exnunc, aut ipso iure, sine dubio latam; quam immo verius solum quoque importat.*

293. *Excommunicatus ob infectionem Cardinalis iuxta cap. felicis, de pœn. in 6. testari validè non potest; validè tamen contrahit.*

294. *Excommunicatus pro vsuris an validè testari possit.*

295. *Excommunicatus amittit facultatem testandi sibi ex priuilegio concessam.*

296. *Commutatio vltimæ voluntatis expirat in impetrante per eius professionem in Religione approbata, & num. 298. cum seq.*

297. *Religiosus professus est incapax iuris pecuniarij: non autem spiritualis, vt honoris presbyteralis, doctoralis, Abbatialis, episcopalis, iurispatronatus, & similium; num. 298.*

299. *Commutatio vltimæ voluntatis transit in Religionem bonorum capacem, de quibus ingrediens non disposuerit; sicut & alia bona professi, non autem nouitij recedentis, vel decedentis ante professionem.*

300. *Bona ingredientis Monasterium bonorum capax subiecta restitutioni vigore alicuius substitutionis ad Monasterium pertinent quoad vsumfructum durante vita naturali ipsius professi.*

301. *Commutatio vltimæ voluntatis bonis annexa non transit ad Monasterium bonorum incapax, quod eam impetrans ingreditur, sicut nec reliqua eius bona: & ad quem transeant.*

302. *Ingrediens Religionem bonorum capacem, vel incapacem, quid obseruare debeat in dispositione de rebus suis per actum inter viuos; & ibi intellectum Concil. Trid. sess. 25. cap. 16. de regular.*

303. *Rescriptum iustitiæ generale super commutatione vltimæ voluntatis expirat per mortem naturalem aduersarij re integra euenientem; nec vt eius successor per illam nequeat conuueniri, & quomodo id procedat, cum materia non sit transmissibilis ad successorem; num. 304. & quid quando est transmissibilis; num. 305. & seq.*

306. *Rescriptum iustitiæ super commutatione vltimæ voluntatis, in quo rerus est expressus, quando expirat per eius mortem naturalem.*

307. *Actiones annales perpetuantur contra heredem aduersarij, contra quem à Principe impetratum fuit rescriptum, ex ipsa sola impetratione, modo is tunc esset in rerum natura.*

308. *Priuilegium non transit in successorem, si is, cui conceditur, mortuus est tempore datæ.*

309. *Rescriptum iustitiæ super commutatione vltimæ voluntatis non expirat, sed suspenditur per seruitutem aduersarij donec is libertati restituatur; nisi interim contra eius successorem, aut bonorum administratorem impetrans causam fuisset prosecutus, vel nouum iudicium instituisset. idem in ita condemnato, vel bannito, vt amittat iura sua; num. 310.*

311. *Bannitus cum bonorum amissione quandoque restitutus omnia bona, & iura sua recuperat.*

312. *Rescriptum iustitiæ super commutatione vltimæ voluntatis non expirat, nec suspenditur per excommunicationem aduersarij; & aliquot num. seqq.*

313. *Excommunicatus reus necessarius ad iudicium vocatus potest, ac debet respondere. & potest petere reuocationem possessionis datæ alteri in primo decreto; num. 314. & quando possit excipere, se non teneri respondere, donec absoluatur; num. 315. & an audiatur vbi se in mora petendæ absolutionis; num. 316.*

317. *Excommunicatus potest se defendere in iudicio & ea facere & habere, quæ ad defensionem suam pertinent, ibid. enumerata; vbi etiam quid in iuramento in supplementum probationis, ac litis decisiuo, & exceptione excommunicationis, aut compensationis.*

318. *Excommunicatus reus an possit appellationem interponere, ac prosequi, sine interponatur à sententia contra se lata, sine ab excommunicatione.*

319. *Excommunicatus reus an debeat per alium, vel possit ipse in iudicio respondere. & quando alicuius procurator, aduocatus, tutor aut curator ratione propriæ excommunicationis repellatur, remissiue; num. 320.*

321. *Testis, & tabellio quando ratione excommunicationis repellantur.*

322. *Reus voluntarius quis sit; & an is excommunicatus à iudicio sit repellendus.*

323. *Rescriptum iustitiæ super commutatione alicuius vltimæ voluntatis an per ingressum aduersarij in Religionem suspendatur ante professionem. & quid post professionem; num. 324.*

QVÆRO TERTIO, an commutatio vltimæ voluntatis expiret per mortem naturalem, aut ciuilem impetrantis, vel aduersarij?

Medius inter modos initio huius capitis propositos, quibus commutatio vltimæ voluntatis desinit, vel considerari potest, quòd desinat ab intrinseco:

Digitized by Google

seco, & sponte sua, seu per se, non autem per contrariam actionem, est per mortem naturalem, vel ciuilem impetrantis commutationem; aut aduersarij, si quem is habet. De hoc igitur in præsenti quæst. agendum nobis est, postquam in duobus præcedent. quæst. de duobus aliis consimilibus modis egimus, & antequam de aliis item duobus eiusdem generis modis in duabus hanc sequentibus quæstionibus differamus.

233. Quoniam verò commutatio vltimæ voluntatis † ad naturam priuilegij proximè accedit; immo priuilegium est, quod propriè, ac strictè sumptum derogat iuri communi, vel iuri tertij, vt constat ex traditis per Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 1. num. 1.* & Suarez *lib. 8. de legib. cap. 1.* fere per tot. iuncto eo, quod idem tradit *cap. 30. num. 2. & 3.* commutatio enim vltimæ voluntatis regulariter est contra regulam iuris communis mandantem, vltimas voluntates mitti executioni, *§. per traditionem, Instit. de rer. diuis. l. nulli, C. de Episc. & cler. cap. vltima voluntas, 13. quæst. 2. & cap. Ioannes, de testam.* cum aliis sexcentis; & præiudicat iuri tertij, quod quis habet, vt sua voluntas in rebus suis rata habeatur, *d. §. per traditionem, & l. 1. C. de sacros. Eccles.* cum simil. cúmque inuoluat quandam generalitatem actuum futurorum, non est mera dispensatio, sed
234. propriè priuilegium, quod † ab ea in hoc differt, quoniam dispensatio ad vnum, vel alterum actum datur, & nullum ius permanens, ac quodammodo perpetuum statuit, sicut priuilegium; vnde & lex priuata dicitur *in cap. priuilegium, dist. 3. & cap. Abbate, de verb. sig.* atque hoc discrimen in specie affert, satisque confirmat inter cæteros Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 2. num. 10.* Quoniam, inquam, commutatio vltimæ voluntatis priuilegium quoddam est; quæ de priuilegio, quatenus ad eius extinctionem per mortem impetrantis pertinet, præmittemus; ea quoque ad propositæ hac in re de commutatione vltimarum voluntatum quæstionis explicationem, ac definitionem maximè conducent.

235. Præmitto igitur primò, priuilegium † aliud esse personale, quod cum persona, cui concessum fuit, extinguitur; aliud reale, quod rem ipsam sequitur, & ad posteros transmittitur. constat id ex *l. maritum*, iuncta simul cum *l. quia tale, ff. sol. matr. l. forma, §. quamquam. ff. de censib. l. in omnibus causis, la 2. & l. priuilegia, ff. de reg. iur. cap. cùm venissent, de instit. & cap. priuilegium, de reg. iur. lib. 6.* atque aliis iuribus, quæ allegant *ibi* Doct. atque alibi passim, ac præcipuè inferiùs citandi, atque inter Theologos in iuris prudentia, quatenus ad partem Theologiæ moralem opus est, bene instructos, Suarez *d. lib. 8. de legibus, cap. 3. num. 3.* vbi optimè monet, *in d. l. priuilegia, & §. quamquam*, satis insinuari, hanc diuisionem esse sufficientem; quamuis enim addi soleant alia membra, ad hæc possunt reduci. Habet
236. verò personale priuilegium † non modò, vt ad posteros non transmittatur mortuo eo, cui concessum est, sed etiam, quòd priuilegiatus, dum viuit, non possit illud cedere; vt post alios tradit, satisque probat Barbos. *d. l. quia tale, num. 20. versic. amplia tertiò*; id extendens *num. 21.* quamuis priuilegium concessum sit pro se, heredibus, ac successoribus; (licèt hoc priuilegium reale sit, vt idem tradit *num. 34. cum seq.* & alij quos *in seq. præmiss. circa med.* referemus: quoniam adhuc aliis cedi non poterit: & docens, quòd per heredes tunc intelliguntur ij, qui iure communi vniuersaliter succedunt; per successores, qui succedunt vniuersaliter iure prætorio.
237. Præterea † vbi priuilegium concessum sit aliquibus personis accessoriè ad aliquam principalem, vtputa quando priuilegium domini prodest familiaribus; (quod quomodo intelligendum sit, colligi potest ex iis, quæ scripsimus *in tract. de Conseruatoribus iudicibus, cap. 7. quæst. 10.*) morte principalis extinguitur etiam in aliis; vt in specie post Bald. *in l. 2. num. 5. C. de Episcop. & cler.* pro regula tradit Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 47. num. 4.* necnon Suarez *d. lib. 8. de legibus, cap. 29. num. 6.* subdit autem idem Suarez *d. lib. 8. cap. 3. num. 3.* illud priuilegium † reale dici, quod conceditur directè alicui 238.
rei, muneri, vel conditioni distinctæ à persona; personale verò, quod immediatè fertur in personam ratione sui: licèt enim omne priuilegium principaliter, & quasi vltimatè referatur ad alicuius personæ vtilitatem, quia, sicut leges, ita & priuilegia non feruntur, nisi propter hominum commoditatem, aut fauorem; tamen fructus, & vtilitas priuilegij frequenter versatur proximè circa res, vt circa prædia, merces, officium, & similia, per quæ redundat vtilitas in personam habentem talem rem, vel dignitatem, aut existentem in tali loco. Si igitur priuilegium adhæret rei, distinctæ à personis, & per illam transit ad dominum, vel possessorem, priuilegium reale est, vt sunt immunitas templi, seruitus prædio adhærens: si verò immunitas priuilegij ipsi personæ immediatè quasi ratione sui inhæreat, & sub hac ratione illi est concessum, tunc personale erit. Sed quia contingit, vt quamuis priuilegium non adhæreat rei existenti extra personam, nihilominus neque sit in ipsa persona, nisi ratione alicuius conditionis adhærentis illi, vt ratione dignitatis, v. g. Episcopatus, Clericatus, Principatus, Doctoratus; aut ratione necessitatis, vt minorum, pauperum; vel ratione actionis, vt piæ causæ, &c. in his priuilegiis attendenda est qualitas conditionis, cui priuilegium proximè adhæret: nam si illa sit de se perpetua, vel per successionem, vel per adhæsionem ad aliquod corpus perpetuum, tale priuilegium reale censetur, quia cum re ipsa transit, ac durat; huiusmodi est priuilegium Episcopatus, Cardinalatus, senatoris, & similia: si autem talis conditio in se est temporalis, vel saltem finiatur cum persona, priuilegium censebitur personale, licèt interdum multum habeat de reali, & ideo mixtum appellatur. Hæc pluribus Suarez *d. num. 3.* quæ sic generatim dicta modicam habent dubitationem. Difficultas autem in duobus residet: alterum est, quomodo dignoscatur, an priuilegium adhæreat rei; alterum, quando omnibus perpensis adhuc dubium est, an priuilegium sit reale, vel personale, quid præsumendum sit, personale ne, an potiùs reale. In quibus duobus articulis pertractandis quoniam præ cæteris diligentiùs versati sunt Suarez *d. cap. 3. à num. 4. ad fin.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 103.* per tot. & Petr. Barbos. *in commentar. d. l. quia tale*, præsertim *à num. 2. vsque ad 48 ff. sol. matr.* nos quoque hos auctores ferè sequemur in iisdem articulis explicandis, quod in duobus seqq. præmissis faciemus inhærentes methodo Suarez, vt qui pancioribus regulis, meliorique ordine, vt reor, quàm Menoch. & Barbos. vsus est.

Præmitto igitur secundò cum Suarez *d. num. 4.* vt dignoscatur, † an priuilegium adhæreat perso- 239.
næ, atque adeò sit personale; vel rei, ideóque sit reale: quatuor spectanda esse; modum, seu qualitatem personæ, cui fit gratia; rationem, seu causam, quæ mouet ad concessiones; verba priuilegij; ac tandem rem, circa quam versatur priuilegium. Circa personam aduertendum est, † quandam esse 240.
personam veram, & propriam, & dicitur singularis, vt vnus homo; aliam fictam, seu repræsentatam,

tam, quæ dicitur vniuersitas, seu corpus mysticum, vt est Ciuitas, Religio, Collegium, Monasterium, & similia. Si ergo priuilegium † directe fiat per- 241.
sonæ fictæ, id satis est, inquit Suarez *d. num.* 4. vt priuilegium sit reale, quia perpetuum est, iuxta *d. l. forma, §. quamquam, ff. de censib.* talis enim persona ficta perpetua est, vt constat ex *l. proponebatur, ff. de iudic.* subditque Suarez, hoc procedere siue priuilegium concedatur corpori ad vsum totius corporis per modum vnius vniuersitatis in vnum congregatæ, siue concedatur eidem ad vsum singulorum; siue è conuerso detur singulis de tali corpore ratione totius, & vt sunt membra talis corporis, hoc est, vt ciues, vel religiosi sunt: quia, vt sumitur ex *l. 2. ff. de reb. dub.* etiam hoc modo priuilegium censetur per se primò concedi tali corpori mystico, quod est res quædam perpetua per continuã quandam successionem, & ideo tale priuilegium reale est, ac perpetuum. & hoc verumque membrum quoad omnia dicta, postremo excepto, ex iisdem fundamentis pluribus ad id Doctoribus allegatis tradit etiam Menoch. *d. præsumpt. 103. num. 24. & 25.* quoad ipsum verò postremum dictum, post alios Barbos. *d. l. quia tale, num. 14. vers. quam conclusionem amplia, in fi. & num. 39. cum seq.* Ad hoc re- 242.
ducitur † priuilegium concessum dignitati, seu officio quod perpetuum & reale est, *l. maximarum, C. de excus. mun. lib. 10. & cap. cùm venissent, de instit.* hæc enim non moriuntur, *cap. si gratiosè, de rescript. in 6. cap. quoniam Abbas, de offic. deleg. §. vlt. auth. quom. oport. Episc.* ita post alios Barbos. *d. l. quia tale, num. 41.* & Menoch. *d. præsumpt. 103. num. 44. vers. decimò, quando concessio.* omnino verò idem esse puto, quod de priuilegio concesso loco, vt & reale censeatur, post alios tradunt Menoch. *d. num. 24.* & Barbos. *d. num. 39.* qui ideo coniungunt locum cum vniuersitate, collegio, & similibus. Si autem
243. persona, cui conceditur priuilegium, est vera, † distinguendum est; nam aut est vna persona particularis, ac determinata, & priuilegium illi concessum regulariter est merè personale, vt tradit Suarez *d. cap. 3. num. 5.* ob eam rationem, quia tale priuilegium soli illi personæ adhæret, & cum illa finitur, quæ est conditio maximè propria priuilegij personalis, *d. l. priuilegia, ff. de reg. iur. l. maritum, & l. quia tale, ff. sol. matr. d. l. forma. §. quamquam, ff. de censib. & l. fordidorum, C. de excus. mun. lib. 10.* sentiúntque alij quos refert, ac sequitur Barbos. *d. l. quia tale, num. 2. vers. his ita explicatis.* aut est certum genus personarum, vt minores, mariti, vxores, ac similes: & priuilegium huic concessum pariter est personale; vt post Barbos. *d. l. quia tale, num. 14. vers. quam conclusionem, in initio,* & Ias. *d. l. maritum, num. 32.* id colligentes ex text. *d. l. quia tale,* iuncta *d. l. maritum,* statim præced. docet Suarez *d. num. 5.* quoniam tale priuilegium singulis personis veris sub illa communi appellatione conceditur non ratione communitatis talium personarum, seu alicuius corporis mystici ex illis compositi, sed ratione sui; & prout in vnaquaque est, illi soli prodest, & cum illa extinguitur: quæ sunt conditiones priuilegij personalis. Sed quia hoc priuilegium sic
244. in commune concessum certo generi personarum † moraliter perpetuum est, quia nunquam sub illo communi genere deesse possunt individua, in quibus priuilegium illud conseruetur; ideo multùm simile est priuilegio reali, & ab aliquibus ita vocatur, vt rectè monet Suarez *d. num. 5. in fi.* subiiciens *num. 6.* aliam huius rei rationem, quia tunc priuilegium non tam conceditur personæ, quàm rei, vel causæ, ac certæ conditioni existenti in persona; vt, minori conceditur priuilegium restitutionis in integrũ ob defectũ ætatis: vnde ex hoc reale est, arg. *d. l. in omnibus causis, la 2. & d. l. priuilegia, ff. de reg. iur.* maxime verò reale erit, si illud certum genus personarum per se inuoluat successionem, prout est familia; vt post alios in his terminis tradit Menoch. *d. præsumpt. 103. num. 23. ex l. 1. §. vlt. & l. immunitates, ff. de iur. immunit. ac l. vacatio, ff. de mun. & honor.* Si ergo ex parte personæ cognosci potest quando priuilegium sit personale, vel reale, non tamen id sufficit, præcipuè quando priuilegium datur personæ veræ, & singulari, arg. *l. ut si genuum, §. potest, ff. de pact.* ibi; plerumque persona infertur pacto, non vt personale pactum fiat, sed, vt demonstretur, cum quo pactum factum est. vnde *ibi* additur, æstimandam esse mentem contrahentium. idem contingit proportionabiliter in priuilegio, quia sæpe cum persona iungitur res, vel dignitas, aut similis causa: & ideo ex intentione concedentis discernere oportet, cui primariò concedatur priuilegium. Ad hoc ergo dignoscendum subiungitur secunda consideratio † ex causa, cuius intuitu principaliter 245.
datur priuilegium. nam si hæc sit persona ipsa, seu conditio per se adhærens illi, censetur priuilegium personale: si verò sit dignitas, vel res alia, seu causa, quæ cum persona non cohæreat, priuilegium est reale. atque hanc regulam post alios tradunt Barbos. *d. l. quia tale, num. 3. 4. & 5.* Suarez *d. cap. 3. num. 8.* ac Menoch. *d. præsumpt. 103. à num. 1. ad 9.* iuncto *num. 16. cum tribus sequentibus.* quæ confirmatur ex *d. l. in omnibus causis;* & ex eo, quòd in omni dispositione causa principalis, & proxima attenditur magis, quàm remota, *l. qui exceptionem, in princ. ff. de condict. indeb.* cum simil. Et ad *d. l. fordidorum, C. de excusat. mun. lib. 10.* ibi; neque enim potest esse perpetuum, quod non rebus, sed personis contemplatione dignitatis, atque militiæ indulsisse nos constat: respondet Suarez *d. cap. 3. num. 9.* ibi loqui Imperatorem de causa motiua, seu impulsiua, ad quam non est principaliter attendendum, sed obiectum proximum, ad quod concedens direxit intentionem suam. Cùm autem hæc † maximè de- 246.
prehendatur ex verbis, *l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de supell. leg.* cum aliis ad id adductis à Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 35. à num. 2. vsque ad 19.* alia consideratio occurrit, vt verba priuilegij attendantur, an dirigantur ad rem, vel ad personam. nam si ad personam dirigantur verba priuilegij, erit personale; si ad rem, reale; iuxta *l. 1. §. permittitur, ff. de aq. quotid. & æst.* ex qua, & aliis pluribus glos. ac Doct. relatis pro regula id tradunt Suarez *d. cap. 3. num. 10. & 11.* Menoch. *d. præsumpt. 103. num. 9.* iuncto *num. 26. cum duobus* statim *sequentibus,* ac Barbos. *d. l. quia tale, num. 2. vsque ad 6.* vbi id docet procedere, cùm non constat de causa principali concessionis. Suarez verò eod. *cap. 3. num. 12.* id restringit primò, nisi in priuilegio directo personæ, aut rei aliquid addatur, quod immutet eius significationem; vt, si sub nomine Episcopi talis ciuitatis ei concedatur facultas aliqua ob insignes labores, vel eminentiam scientiæ, erit personale, ex Abb. *in cap. mandata, num. 1. de præsumpt.* aut si postquam priuilegium dixit, concedimus Petro, vel tibi, addat, & heredibus tuis, vel successoribus tuis; tunc enim erit reale, ex Bart. *in l. 1. ff. de const. Princ.* per text. *in l. 1. ff. de iur. immun.* quod etiam post alios tradit Menoch. *d. præsumpt. 103. num. 44.* & Barbos. *d. l. quia tale, num. 34. & seq.* ita tamen, vt huiusmodi priuilegium cedi non possit, vt sup. *circa initium & præmiss.* ex eod. Barbos. *d. l. cum tale, num. 21.* docuimus: &, si qua pars dispositionis diuersa à priori, in

quæ

qua conceſſio facta fuerat pro ſe, & heredibus, ſolùm habeat clauſulam, *pro ſe*, hæc poſterior conceſſio erit perſonalis; vt poſt alios docet idem Menoch. *d. præſumpt.* 103. *numer.* 12. Secundò illud eſt reſtringendum, niſi ex qualitate perſonæ colligatur, perſonale priuilegium tranſire ad poſteros, quoniam aliàs eſſet penè inutile, vt quia conceſſum ſit valde ſeni. ita Menoch. *d. præſumpt.* 103. *numer.* 42. poſt Soc. ſen. *conſil.* 84. *numer.* 10. *lib.* 4. Tertiò reſtringe, ſeu tempera, † ſi additum ſit verbum, *perpetuò*,
147. vt poſt nonnullos tenent, ac tuentur contra alios Suarez *d. numer.* 12. & Menoch. *d. præſumpt.* 103. *numer.* 38. *cum duobus ſeqq.* éſtque de mente multorum, quos ſequitur Barboſ. *in remiſſ. Doctor. de dictionib. & clauſul. diction.* 216. *numer.* 1. aſſerentium de natura dictionis, *perpetuò*, eſſe, vt ſe in infinitum extendat, per text. *in l. purè, ff. de dol. except.* & accipiatur pro ſemper, & omni tempore, ex *l. fundi, §. Labeo, ff. de action. empt. & l. cum debere, ff. de ſerv. vrb. prad.* Barboſ. autem *d. l. quia tale, numer.* 11. id ſolùm admittit in priuilegiis remuneratoriis, aut vbi aliàs verba priuilegij ſint ambigua. ex ipſis verò priuilegiis remuneratoriis,
148. ſeu *in* remunerationem meritorum conceſſis † ſumi poteſt quarta reſtrictio prædictæ regulæ iuxta multorum ſententiam, quos refert Barboſ. *d. l. quia tale, numer.* 6. *verſic. contrarium tamen*, ac ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 103. *numer.* 13. aſſerentium priuilegium, ex hoc etiam ſolo, quòd, priuilegium aliquod fiat ob benemerita, licèt verba ad perſonam dirigantur, fieri, ac cenſeri reale: quamuis alij in omnino contrariam ſententiam abierint, nimirum priuilegium, etſi in rem directum, ex hoc ſolùm cenſeri perſonale, quòd ob benemerita perſonæ conceſſum ſit: quorum pleroſque refert Menoch. *d. præſumpt.* 103. *numer.* 12. Suarez *d. lib.* 8. *de legibus, cap.* 4. *num.* 2. ac ſequitur Barboſ. *d. num.* 6. *in princip. ac num.* 7. vtramque autem hanc extremam ſententiam optimè confutat Suarez *d. cap.* 4. *à num.* 3. *ad* 8. vbi etiam vtriuſque fundamenta euertit, tertiam quandam ſententiam ſatis confirmans, quæ mihi valde placet, priuilegium remuneratiuum per ſe & ab intrinſeco non habere, quòd ſit reale, aut perſonale; ſed fore indifferens ad vtrumque; atque adeò conſideranda eſſe vltetiùs verba priuilegij. nam ſi cadunt directè, & proximè in rem, licèt dicatur immunitas illius rei concedi propter merita petentis, ſeu poſſidentis illam rem; tamen priuilegium erit reale; vt tandem agnoſcit Barboſ. *d. l. quia tale, num.* 8. ſi autem verba conceſſionis directè referantur ad perſonam, cuius merita dicuntur remunerari, erit priuilegium perſonale. Quòd ſi omnibus penſatis, verba ſint dubia, ponderanda erit proportio meritorum ad priuilegium, vt latior, vel reſtrictior interpretatio fiat iuxta exigentiam meritorum: nam veriſimile eſt, concedentem priuilegium voluiſſe præmium iuſtum, & adæquatum conferre. Atque hanc opinionem ſic diſtinguentem dumtaxat probant fundamenta prædictæ vtriuſque contrariæ ſententiæ. Sed quicquid ſit de priuilegio remuneratorio, certè prædicta tertia reſtrictio admitti
149. debet † in priuilegio conuentionali, ſeu conceſſo per modum contractus, & pacti; vt nimirum regulariter cenſeatur reale, quamuis ad perſonam referatur; vt pluribus relatis tradunt Menoch. *d. præſumpt.* 103. *numer.* 14. & 22. ac Barboſ. *d. l. quia tale, numer.* 45. vbi huius opinionis fundamenta adducunt: ac præcipuum illud eſt, quòd de natura contractus ſit, vt ad heredes tranſmittatur, *l. ſi pactum, ff. de probat. l. veteris, C. de contrahen. ſtipul. & l. vn. C. vt action. & ab heredib. & cont. hered. incip.* Suarez *d. cap.* 4. *num.* 10. illud addit, quòd † priuilegium conuentionale irreuocabile cenſetur per ſolam concedentis voluntatem, latè Bald. *in l. vltim. C. vnd. liber. numer.* 33. *ac* 34. & Abb. *in cap. peruenit, de immunit. Eccleſ.* cum aliis, quos inferiùs ad id nos allegabimus hoc ipſo *cap. quæſt.* 6. *concluſ.* 2. *limit.* 2. ac præſertim Ant. Gabr. *com. concluſ. lib.* 3. *tit. de iur. quæſ. non tollend. concluſ.* 6. *numer.* 5. & eodem Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 37. *numer.* 5. & 6. nam cùm priuilegium conuentionale ex vi pacti includat mutuam obligationem iuſtitiæ, non poteſt à concedente reuocari; ergo de ſe perpetuum eſt. Ipſe tamen Suarez *d. cap.* 4. *numer.* 11. contrarium tenet, aſſerens, priuilegium conuentionale non poſtulare per ſe, & intrinſecè, vt ſit reale, ſed de ſe indifferens eſſe ad perſonale & reale; quia, inquit, ſicut priuilegium reale poteſt eſſe gratioſum, ita etiam perſonale poteſt eſſe conuentionale; bona enim perſonalia, ſeu ad tempus, vel ad vitam ſolius perſonæ conceſſa poſſunt non gratis, ſed ex pacto dari, vt experientia docet. idque confirmat primò, quia ſeruitus ſiue donetur, ſiue vendatur, poteſt & ad vitam perſonæ, & in perpetuum concedi; ergo idem cum proportione in priuilegio. Secundò, quia priuilegium remuneratiuum virtute eſt conuentionale; & nihilominus illud de ſe non eſt reale magis, quàm perſonale; ergo & hoc. & ad leges præcitatas, quæ dicunt, contractus tranſire ad heredes, reſpondet *numer.* 13. illa verba generaliter ſumpta non dicere actum, ſed aptitudinem; quia contractus de ſe poteſt ita fieri, vt tranſeat ad heredes; non tamen id ſemper eſſe neceſſarium, cùm poſſit etiam per reſpectum ad ſolas contrahentium perſonas contrahi; vt patet in matrimonio: vel certè ſi de actu ſit ſermo, intelligendum eſſe contractum tranſire ad heredes, niſi de voluntate contrahentium conſtet fuiſſe limitatum ad perſonas, iuxta *l. idem in duobus, ff. de pact.* & ad illud fundamentum contrariæ ſententiæ de priuilegio irreuocabili, reſpondet *ibidem*, † aliud eſſe, quòd 151.
priuilegium ſit irreuocabile, aliud, quòd ſit perpetuum; ideóque etiam priuilegium perſonale poſſe eſſe irreuocabile pro ſuo tempore; ſicut & votum temporale eſt irreuocabile. Hæc tamen minimè nos morantur, quia in tertia hac noſtra reſtrictione perſiſtamus, vt nimirum priuilegium conuentionale, quamuis relatum ad perſonam in dubio reale, ac perpetuum cenſeatur. Nam quod Suarez pro ſua opinione in fundamento principali, eiúſque prima confirmatione, & reſponſione ad primum fundamentum noſtræ, ac communis ſententiæ affert, ſolùm probant, non eſſe ita intrinſecum, & eſſentiale contractui, & priuilegio in modum contractus conceſſo, quòd ſit reale, ac perpetuum; quia ex ſpeciali, & expreſſa diſpoſitione fieri poſſit perſonale, ac temporale; id quod non negat noſtra ſententia, ſed ſolùm contendit, hoc eſſe naturale priuilegio conuentionali, vt ſit reale, ac perpetuum; & quòd ita regulariter cenſendum eſt, niſi contrarium exprimatur, aut ita poſcat materia, circa quam contractus verſatur, quale eſt matrimonium, & ſimiles contractus. Et ad ſecundam confirmationem reſpondeo, malè Suarez *d. numer.* 11. necnon ex noſtræ ſententiæ ſequacibus, Barboſ. *d. l. quia tale, numer.* 44. & alios, quos ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 103. *numer.* 13. æquiparare quoad rem, de qua agitur, priuilegium conceſſum ob

benemerita, & conceſſum per modum contractus:
252. latum enim eſt † inter vtrumque diſcrimen; cum ex benemeritis, ſi ſint erga perſonam concedentis, aut eam, quæ ad illum attinent, ſolum obligatio antidoralis oriatur, vt omnes fatentur; ſi autem ſint erga Remp. ad ſummum naſcitur ex iis obligatio iuſtitiæ diſtributiuæ, ac legalis, vt cuique notum eſt; at verò ex priuilegio conuentionali, ſeu in modum contractus oritur obligatio iuſtitiæ commutatiuæ; vnde de ſui natura debet perpetuò durare, nec poſſe reuocari ſine magna cauſa à Principe concedente, iuxta ea, quæ *d. quæſt. 6. concl.* 2. latiùs dicemus. Quamuis autem (vt tollamus reſponſionem Suarez ad ſecundum noſtræ ſententiæ fundamentum;) aliud ſit perpetuum, ſeu reale; aliud irreuocabile; cùm poſſit temporale, ſeu perſonale eſſe irreuocabile, vt patet in voto ad tempus emiſſo; tamen hoc in iis verum eſt, quæ de ſui natura non ſunt perpetua, ſed poſſunt eſſe temporalia æquè, ac perpetua, cuiuſmodi eſt iuramentum, & votum; immo etiam vtriuſque obligatio perpetua propriè non eſt, cùm non ſit tranſmiſſibilis ad heredes in vim voti, & iuramenti: contractus autem de ſui natura perpetuus eſt, & ad heredes tranſmittitur; vnde, niſi contrarium expreſsè appareat ex verbis diſpoſitionis, aut qualitate rei, de qua diſponitur, ſemper cenſebitur realis, ac perpetuus. Et generatim
253. † qualitas etiam rei, circa quam verſatur priuilegium, attendi debet, vt dignoſcatur, an priuilegium ipſum ſit perſonale, vel reale. ita poſt Abb. *in cap. aduerſus, num.* 17. *de immunit. Eccleſ.* & Anchar. latè id tradentem *in cap. priuilegium, quæſt.* 1. *de reg. iur. in* 6. & alios docet Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 3. *num.* 13. atque hæc eſt quarta conſideratio in re, de qua agimus, adhibenda ex illis, quas ſup. initio huius præmiſſ. ex eodem Suarez propoſuimus. Vnde ſi ipſa res non ſit tranſmiſſibilis ad heredes, erit priuilegium perſonale; vt poſt alios tradit Menoch. *d. diſp.* 103. *num.* 35. Item ſi determinata ſit, neque exigat induſtriam perſonæ, erit priuilegium reale; alias ſi res, circa quam illud verſatur, indeterminata ſit, & requirat perſonæ induſtriam, erit perſonale; vt multi tenent, quos ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 102. *num.* 10. *& 33. cum ſeq.* refértque Barboſ. *d. l. quia tale, num.* 45. licèt contra hoc vtrumque ipſe inſurgat *ibidem in fi. ac num.* 46. *&* 47. ex quibus, meo iudicio, ea dumtaxat vrgent, quæ contra primum adducit de re determinata; atque adeò id mihi quoque valde dubium videtur. Et hæc quoad ſecundum præmiſſ. & priorem ex duobus articulis in fin. præced. præmiſſ. propoſitis. Quad poſteriorem autem,

254. Præmitto tertiò, quòd, † vbi adhuc omnibus perpenſis dubium remaneat, an priuilegium ſit reale, vel perſonale; licèt nonnulli, quos refert Menoch. *d. præſumpt.* 103. *num.* 29. Barboſ. *d. l. quia tale, num.* 4. *ad fin.* & Suarez *d. cap.* 3. *num.* 14. voluerint, in dubio cenſeri potiùs reale; alij communiter teneant contrarium, quorũ plurimos referunt Barboſ. *d. num.* 4. *circa initium*, & Suarez *d. cap.* 3. *num.* 15. vbi etiam de communi teſtantur: alij, vt Barboſ. *d. num.* 4. vtramque ſententiam ita concilient, vt poſterior procedat, quando verba referuntur ad perſonam, & aliæ coniecturæ de alia principali cauſa, vel intentione non extant; prior verò, quando in ſimili dubio verba referuntur directè ad rem: quã tamen conciliationem optimè confutat Suarez *eod. cap.* 3. *num.* 16. ob id etiam, quòd egrediatur terminos huius articuli, quo quæritur de priuilegio dubio omnibus penſatis, ac præcipuè quando priuilegium dirigitur ad perſonam; & tamen aliæ coniecturæ indicant intentionem priuilegiantis principaliter reſpexiſſe ad rem, vel è contrario: quomodo etiam noſtra Menoch. *d. præſumpt.* 103. *num.* 30. & multus ſequentibus poſt alios in hoc dubio adhuc ad coniecturas recurrit, ac pleraſque enumerat, quarum nonnullas in præmiſſ. præced. ſuo loco ponderauimus: duæ tamen ex iis, cùm valde generales ſint, huic rei, de qua nunc agimus, accommodari poſſunt; quarum alteram in fine huius præmiſſ. alteram ad finem 2. concluſ. afferemus. Sic ergo intellectum articulum huius præmiſſ. cum Suarez *d. cap.* 3. *num.* 17. iuncto *num.* 18. *&* 19. reſoluendum cenſeo: qui *d. num.* 17. duplicem diſtinctionem
255. † priuilegij præmittit: alteram de priuilegio, quod eſt purum beneficium, & eo, quod eſt contra ius commune, aut tertij: alteram de duplici dubio, nimirum negatiuo, in quo deficiunt rationes determinantes intellectum ad alterutram partem, ideoque ſuſpenſus manet; & poſitiuo, in quo ſunt pro vtraque parte rationes probabiles, & ſufficientes ad definitum aſſenſum præſtandum, licèt incertum. Dico igitur cum Suarez *d. num.* 18. in quocumque ex his dubiis ſiue negatiuo, ſiue poſitiuo priuilegium fauorabile, ſeu, quod eſt purum beneficium, iudicandum eſſe reale, per regulam iuris, *decet conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum*; quæ habetur *in cap. ſi cui nulla, de præb. in* 6. *& cap. decet, de reg. iur. eod. lib.* & per aliam regulam, quòd tale beneficium latam admittit interpretationem, *l. vlt. ff. de conſtit. Princip. & cap. olim, de verb. ſig.* cum ſimil. atque ita docet Bald. *l.* 3. *ff. de conſt. Princ. lect. 1. num.* 17. ſentiique Bart. *l. vlt. num.* 4. *ff. de ſeruit. leg.* & alij, quos refert Barboſ. *d. l. quia tale, num.* 11. ac ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 103. *num.* 20. *&* 21. dicentes, priuilegium quando conceſſum fuit etiam perſonæ per modum beneficij in dubio præſumi reale, & quamuis alij, quos recenſet, ac ſequi videtur Barboſ. *d. l. quia tale, num.* 12. aſſerant, quòd etiam merum beneficium relatum in perſonam cenſeatur perſonale; tamen verè loquuntur extra caſum meri dubij, vbi, conſtat, ita relatum eſſe in perſonam, vt concedentis intentio in eam proximè, ac præcisè dirigatur: qua in re Barboſ. *in ea repetit. l. quia tale*, ſæpe † manifeſtam committit
256. æquiuocationem, confundendo meram verbalem relationem in perſonam, vel rem quæ ſit per nominationem, ſeu expreſſionem verbis, vt Petro; & realem, quæ ſit directè, ac diſpoſitiuè per intentionem concedentis: ſeu confundendo, vt cum Philoſophis loquar, relationem priuilegij in actu ſignato ad rem, vel perſonam, cum relatione ad earum alteram in actu exercito. Deinde dicendum eſt cum eodem Suarez *d. numer.* 19. priuilegium odioſum, quòd ſit contra ius commune, vel cedat in alienum præiudicium; (cuiuſmodi vtplurimum eſt commutatio vltimæ voluntatis, vt ſup. initio huius quæſt. & ſæpe aliàs diximus;) in dubio †
257. cenſendum eſt perſonale, quia ſtrictè intelligendum, iuxta tradita per Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 1. *num.* 1. & nos *in tract. de diſtribut. quotid. part.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 7. præcipuè ex *cap. ſanè*, & *ibi* Doctor. *de priuil.* & ideo ita eſt interpretandum, vt potiùs temporale damnum inferat, quàm perpetuum; & ius commune, quàm minùs fieri poſſit, lædatur, *cap.* 1. *§. vlt. de ſil. preſb. in* 6. *& cap. quæ à iure, de reg. iur. in* 6. *ac l. quod contra, ff. eod. tit.* cum ſimil. quod etiam docet Bart. *loc. cit.* & eſt de mente communis ſententiæ aſſerentis, in dubio priuilegium cenſeri perſonale; cùm ea præcipuè nitatur ratione, quòd priuilegia ſunt ſtrictè interpretanda, vt patet ex Suarez *d. cap.* 3. *num.* 15.

qui

Digitized by Google

qui *cod.num.* 19. rectè monet, quòd quia dubium hoc
est positiuum, cùm vix locum habere possit metum
negatiuum, vt idem probat *d. num.* 17. ideo oportet
supponere vtramque partem dubij esse probabilem.
nam si vna sit probabilis, altera improbabilis, illa
prior non dubia, sed certa habenda est. quòd si præ-
sumptio personalitatis, vt ita dicam, huius priuilegij
probabilior sit, a fortiori procedit simpliciter regula
prædicta, quòd sit personale. Si autè probabilius vi-
258. deatur esse reale, † tunc certè priuilegiatus potest
in foro animæ illud retinere, vt reale; idémque cen-
set *ibidem* Suarez esse iudicandum in forensi iudi-
cio, tum quia maior probabilitas est quædam mora-
lis certitudo, si excessus probabilitatis certus sit:
tum etiam, quia maior probabilitas suo modo con-
fert maius ius, quod in ferenda sententia præferen-
dum est, quia in ea seruari debet iustitia distributiua; vt docuit D. Thom. ab aliis receptus 2. 2. *quæst.*
63. *art.* 4. *ad* 1. Hæc autem intelligenda sunt per se
loquendo, vt pariter bene admonet Suarez *loco cit.*
& considerando naturam priuilegij, eiúsque origi-
nem, antequam possessio, illiúsve vsus in alterutram
259. partem inclinet; tunc enim † succedit alia regula
iuris, quòd in dubio, & pari causa potior est condi-
tio possidentis, *l. in pari, ff. de reg. iur. & cap. in pari,*
eod. tit. in 6. & ideo si priuilegiatus illud possidet, vt
reale, licèt oriatur dubium, quamdiu illa pars ma-
net probabilis, potest ius suum sic retinere, donec
aliud per iudicem authenticè declaretur. Atque huic
simile est, quod post alios tradit Menoch. *d. præsumpt.*
303. *num.* 36. *cum duobus seqq.* attendendam esse in
dubio obseruantiam. quod etiam ex eo confirmatur,
quòd priuilegia sunt quædam leges priuatæ, *cap.*
priuilegia, dist. 3. *& cap. Abbate, de verb. signif.* at verò
in legum interpretatione inspicienda est obseruan-
tia, optima enim legum interpres est consuetudo,
l. si de interpretatione, ff. de legib. cap. cùm dilectus, in
princ. de consuet. & cap. certificari, de sepultur. cum
suis concord. Iam verò his præmissis ad conclusio-
nes huius quæst. descendamus.

PRIMA CONCLVSIO. Per mortem natura-
lem impetrantis commutationem vltimæ voluntatis per rescriptum iustitiæ re integra existente, hoc
260. est, ante citationem, † tale rescriptum expirat: se-
cus si res non est integra; tunc enim vsus talis re-
scripti transit ad successorem illud impetrantis.
Prior pars conclus. probatur, quia ita generaliter in
quouis rescripto iustitiæ tradit *glos.* 1. & 2. ab aliis
approbata *in cap. significauit, de rescript.* Innoc. *in*
cap. gratum, de offic. deleg. & Spec. *in tit. de iud. deleg.*
§. restat, num. 7. & 8. facit quia rescripta personalia
sunt, cùm non egrediantur personas in ipsis com-
prehensas, *cap. T. & G. de offic. deleg.* Eam verò tem-
261. pera, vt non procedat, † vbi Prælatus nomine Ec-
clesiæ litteras impetrasset, quamuis nomen propriù
expressisset; vt expressè tenet Vinc. *d. cap. significa-*
uit, quem referunt, ac sequuntur Io. And. *in cap. is,*
qui, num. 8. *de reg. iur. in* 6. & *ibi* Franc. *num.* 3. allegans
quoque Imol. *in cap. gratum, de offic. deleg.* & est de
mente *d. glos.* 1. dum parificat hac in re mortem im
petrantis, & eius, contra quem fit impetratio; per
huius autem mortem non extinguitur rescriptum,
vbi impetratum fuit contra dignitatem, seu Eccle-
siam, *cap. dilecti filij*, vbi id notant glos. & Doct. o-
mnes, *de for. compet.* & latiùs dicemus inf. *concl.* 6.
item eam tempera, vt in ampliationibus poster.
162. partis. Posterior pars conclus. quòd, † vbi res non
sit integra, sed negotium cœptum saltem per cita-
tionem, tunc rescriptum, eiúsque vsus transit ad suc-
cessorem; probatur, quia ita generatim in rescripto
tradit *d. glos.* 1. & 2. Innoc. *d. cap. gratum*, & Specul.
num. 8. idque colligit *d. glos.* 2. cùm ex aliis iuribus,
tum præcipuè ex *auth. principales, C. de iureiur. pro-*
pter calum. dan. vbi decernitur personas principales,
vel illas, ad quas negotium in medio migrauerit,
hoc est, heredes, vt ibi explicat glos. ab aliis appro-
bata *in verbo, migrauerit*, iurare debere de calumnia,
atque adeò supponitur, negotium in medio, nimi-
rum, cùm cœptum est, migrare, seu transire ad he-
redes, & successores. necnon ex *d. cap. significauit*,
ibi; nec per ipsas, dum viueret, fuerat ad iudicium
euocatus, earum auctoritate non poterat conueniri.
iunctis iis verbis *in fine.* si est ita, reuocato in irri-
tum, &c. sumptoque argumento a morte aduersarij
ad mortem impetrantis, quod valet, vt dictum est:
vnde ampliationes ac limitationes, seu declaratio-
nes, quæ inf. *ad d. concluſ.* 6. vbi de morte aduersa-
rij agemus, afferentur, huic etiam posteriori parti
præsentis conclus. aptari, ac deseruire possunt; at-
que illa præsertim declaratio, quam in specie impe-
trantis sentiunt Io. And. *in cap. is, qui, de reg. iur. in* 6.
in Mercur. & *ibi* Franc. *num.* 3. Cald. *d. cap. signifi-*
cauit, ibique Abb. *num.* 6. vt, † si materia, super qua 263.
impetratur rescriptum, non est transmissibilis ad
successorem, v. puta beneficium, iuxta *cap. ex trans-*
missa, de fil. presbyt. aut vsusfructus, *l. si cui in annos, ff.*
quibus mod. vsusfr. amitt. tunc expiret rescriptum per
mortem illius impetrantis, nulla facta distinctione,
an mors interuenerit re integra, necne. atque item
illa, vt in actionibus annalibus, non obstante morte
impetrantis, per solam impetrationem rescripti à
Principe perpetuetur actio, vt *in l.* 1. *&* 2. *C. quand.*
lib. Princ. dat. facult. contest. vbi id notant Doct. *& in*
l. vlt. ff. de eo, per quem fact. erit.

SECVNDA CONCLVSIO. Vbi commutatio
vltimæ voluntatis concedatur per rescriptum gra-
tiæ, seu per modum priuilegij; † tunc, siquidem 264.
personalis sit, cum persona eam impetrantis extin-
guetur; sin autem realis, ad posteros transmittetur,
ac rem ipsam sequetur. Constat id ex iis, quæ sup. *in*
1. *præmiss.* de priuilegio generatim hac in re tradidi-
mus; præcipuè ex *l. maritum*, iuxta *l. quia tale, ff. sol.*
matr. l. forma, §. quamquam, ff. de censib. l. priuilegia, ff.
de reg. iur. & cap. priuilegium, eod. tit. in 6. Quando au-
tem commutatio per modum gratiæ concessa † per- 265.
sonalis censeatur respectu eius, cui conceditur, vel
potiùs realis, colligi potest ex iis, quæ generaliter de
priuilegio adduximus sup. *in* 1. *& 3. præmiss.* quæ nunc
summatim perstringemus commutationi accom-
modantes, aliquibus etiam additis. Primùm igitur
attendi debet qualitas personæ, cui fit concessio; ra-
tio mouens concedentem; verba rescripti; ac res,
circa quã illud versatur. Et quidem circa personam,
cui conceditur cõmutationis priuilegium, si ea per-
sona sit ficta, vt vniuersitas, regulariter erit priuile-
gium reale. atque idem erit dicendum, quando pri-
uilegium hoc est concessum dignitati, vel officio;
erit enim reale, translibitque ad successores; vt pro-
bat text. *in l. maximarum, C. de excus. mun. lib.* 10. & te-
nent Doct. quos secuti sumus *d. præmiss.* a. *circa initiũ*
atque ex eo etiam suadetur, quòd † legatum factum, 266.
dignitati, seu sub nomine dignitatis, vt puta Pontifici
Maximo, vel Imperatori, aut Episcopo Nouariẽ.
transit ad successorem; vt tenẽt inter alios Menoch.
de præsumpt. lib. 4. *præsumpt.* 121. *& lib.* 1. *de arbitrar.*
iud. quæst. 68. *n.* 20. Bald. *in rubr. n.* 14. *C. de iur. fisc. lib.*
10. probátque text. tum *in l. quod Principi, ff. de leg.*
2. vbi Caius I. C. quod Principi, inquit, relictũ est,
qui antequã dies legati cedat, ab hominibus ereptus
est, ex constitutione Diui Antonini successori eius
debetur: tum ex *l. annua, §. vlt. ff. de ann. legat.* vbi
relictum sacerdoti, & ministris Ecclesiæ, tamquam

officio, & Eccleſiæ relictum, in perpetuum eſſe præſtandum. & per hæc duo potiſſimum iura præter Doct. *ibi* Menoch. & Bald. *vbi ſup.* ſcribentes quoque omnes *in cap. quoniam Abbas, de offic. ord.* illud tradiderunt, relictum, & conceſſum dignitati, ſeu officio, ad ſucceſſores quoque tunc eam dignitatem, vel officium obtinentis tranſire. ac de conceſſione, & poſſeſſione inſtituendi perſonas in Eccleſiis, atque in iis vacantibus ponendi cuſtodes, ſeu œconomos, eſt opt. text. *in cap. cùm veniſſent, de inſtit.* & ratio eſt, quia dignitas, & officium non moritur, *cap. ſi gratiosè, de reſcript. in 6. & §. vlt. verſ. licentiam vero, auth. quomod. oport. Epiſc.* &c. *collat.* 1. quod tamen tempera † in Vicario Epiſcopi, & in Legato de latere, & aliis, qui proprie 267.
non habent ſucceſſorem in dignitate vel officio, vel dignitatem, aut officium obtinent nomine alieno, vt Vicarius: nam, & commiſſio his facta quamuis ſub nomine dignitatis, & officij, ſeu ipſi dignitati, & officio, non tranſit in ſucceſſorem mero iure; licèt ſecus ſit in Vicario ex quadam æquitate, quæ omnia latè probauimus *quæſt. præced. concl.* 1. *limit. vnic. reſtrict.* 1. & relictum factum huiuſmodi officiis, ac dignitatibus non tranſit ad ſucceſſores in iiſdem; vt per text. *in l. ſi Auguſta, ff. de legat.* 2. vbi legatum factum Imperatrici cum eius perſona deficit, nec tranſit ad ſuccedentem in ea dignitate, cùm non ſit propria, ſed aliena; præter Doct. *ibi, & d. cap. quoniam Abbas*, tradiderunt Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 27. *num.* 8. & ante eum poſt alios Menoch. id latè comprobans *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 121. *num.* 5. *vſque ad* 9. Si verò perſona, cui conceditur, ſeu ad cuius fauorem ſit commutatio vltimæ voluntatis, ſit non ficta, ſed vera, & quidem particularis; (vt omittam certum genus perſonarum, vtputa minores, mariti, & ſimiles; quod non video quomodo in re, de qua agimus, hoc eſt, priuilegio commutationis vltimæ voluntatis poſſit conſiderari, & ſi poſſit, potiùs reale erit, iuxta ea, quæ diximus *in d.* 2. *præmiſſ.* longè ante medium;) regulariter priuilegium huiuſmodi erit perſonale, vt patet ex *ibidem* adductis. Niſi tamen aliunde intentio concedentis colligatur, & cauſa, quæ principaliter eum mouit ad rei, vel perſonæ concedendum; quæ quidem vtraque maximè deprehenditur ex verbis conceſſionis; vt ſatis oſtendimus *in d.* 2. *præmiſſ.* paulo ante medium; vbi id declarauimus, exempla quoque afferentes: quibus nunc illud adiicimus, quod poſt alios affert Menoch. *d. lib.* 3. *de præſumpt. præſumpt.* 103. *num.* 41. vt nimirum
268. priuilegium perſonæ conceſſum † reale cenſeatur ob aliquod extrinſecum accidens ex verbis ſignificatum; vt ſi in conceſſione mandatum fuiſſet, quòd ex libro æſtimi, & cataſtri extraheretur, atque cancellaretur nomen, & æſtimum eius, cui facta eſt conceſſio; tunc enim præſumitur, quòd ea conceſſio debeat eſſe perpetua; id quod etiam poſt alios docet Barboſ. *d. l. quia tale, num.* 5. *in fine.* Quid autem
269. ſit ſtatuendum † in conceſſione commutationis remuneratoria, ſeu ob benemerita, & conuentionali, ſeu per modum contractus, conſtare poteſt ex iis, quæ latè, ac generatim *ibidem* ſubiecimus de priuilegio: ac præſertim remuneratorium per ſe indifferens fore ad reale, ac perſonale; conuentionale verò non item, ſed vtplurimum, ac regulariter cenſendũ eſſe reale; niſi ex qualitate rei aliud ſtatuendũ ſit, quæ quidem ſi ſit indeterminata, & exigat induſtriam perſonæ, perſonalem reddit conceſſionem; ſi verò ſit determinata, licèt aliqui velint, quòd eam faciat realem; nobis tamen cum aliis verius videtur, quod eandem conceſſionem relinquat in-
differentem ad realem, ac perſonalem, vt *d. præmiſſ.* 2. *in fine*, docuimus. Tandem ſi petas, an, † vbi omni- 270.
bus penſatis, adhuc dubium remanet, an priuilegium commutationis ſit reale, aut perſonale ex parte eius, cui illud fuit conceſſum, quia hinc inde ſunt probabiles coniecturæ: ſumenda eſt reſolutio ex iis, quæ generaliter de priuilegio diximus ſup. *præmiſſ.* 3. vbi cum Suarez *d. tub.* 8. *de legibus, cap.* 3. *num.* 9. docuimus, in quocumque dubio ſiue negatiuo, ſiue poſitiuo, fauorabile priuilegium, quod non derogat iuri communi, aut tertij, & dicitur beneficium (cuiuſmodi poteſt eſſe commutatio, quæ à iure, vel præcipitur, vel expreſsè permittitur, de qua nos fuse ſup. *cap.* 3. *quæſt.* 3. *concluſ.* 2.) reale iudicandum eſt; odioſum verò illud, quòd derogat aut iuri tertij, aut communi; (qualis, vtplurimum eſt commutatio vltimæ voluntatis, vt late initio huius quæſt. diximus: in dubio cenſendum eſt perſonale. Huic autem affine eſt, quod poſt Franc. *d. cap. priuilegium, col.* 1. *de reg. iur. in* 6. Bellam. *conſ.* 3. *col.* 8. *concluſ.* 2. & alios tradit Menoch. *d. præſumpt.* 103. *num.* 31. in priuilegio Principis † præſumi in dubio realem 271.
conceſſionem; at verò conceſſionem factam ab inferiore a Principe præſumi perſonalem; pro quo facit *cap. decet, de reg. iur. in* 6. vbi Romanus Pontifex hanc iuris regulam tradit, *decet conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum.* ſunt autem hæc omnia, quæ de dubio diximus, intelligenda, niſi pro altera parte ſit poſſeſſio, vel vſus, ſeu obſeruantia; hæc enim præualere debet, donec aliud ab eo, qui auctoritatem habet, legitimè declaretur, vt *d. præmiſſ.* 3. *in fine*, poſt Suarez ac Menoch. admonuimus.

TERTIA CONCLVSIO. Per ſeruitutem impetrantis commutationem vltimæ voluntatis per reſcriptum ſiue gratiæ, ſiue iuſtitiæ † non expirat, 272.
ſed ſuſpenditur in ipſo impetrante commutatio, donec bona recuperet. Probatur; quoniam interim ſeruus amittit bona, & iura ſua, quæ deinde recuperat, quando liber fit, §. *ſed ſi ab hoſtib. cum duob. ſeqq. Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. ac l.* 1. *& tot. fere tit. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* cum aliis, quibus id oſtendimus, & explicauimus *in tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap. vlt. quæſt.* 2. *in* 2. *præmiſſ.* Quod autẽ dictum eſt de ſeruitute ex eo, quòd quis captus ſit ab hoſtibus, idem ſtatuendum de eo, qui ſeruus factus eſt pœnæ in caſibus, quos retulimus *d. quæſt.* 2. *in* 1. *præmiſſ.* iuncto *d. præmiſſ.* 2. necnon † in 273.
condemnato cum bonorum amiſſione vel per ſententiam, vel ipſo iure; (quod quando contingat, conſtat ex iis, quæ *in d. præmiſſ.* 1. & 2. tradidimus,) & vbi impetrans per bannum bona, & iura ſua amittat, iuxta ea, quæ *ibidem* adduximus, & latè tradit Peregr. *tract. de iur. & priuil. fiſc. tit. bannit. & damnat. reſtit. qua recuper.* Nam quando is ex Principis gratia recuperabit bona & iura ſua, ſimul etiam iis vti poterit, ac de iiſdem in iudicio, ſi opus fuerit, experiri; cùm in his omnibus ſit eadem ratio, vnde & diſpoſitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil.* & in actore ſeruo pœnæ reſtituto, vt retineat eundem ſtatum cauſæ, eſt text. *in l. caſus, C. de ſentent. paſſ.* Hæc autem omnia dicta limitanda ſunt; niſi interim ij, ad quos bona impetrantis perueniſſent, bona illa, & iura ſua in alium tranſtuliſſent, à quo in caſu ſeruitutis pœnæ, condemnationis, vel banni nollet Princeps ea reuocare; vel in omnibus prædictis caſibus commiſſio alteri iudici, aut executori facta fuiſſet, coram quo iidem ſucceſſores agere cœpiſſent: nam tunc coram eodem negotium proſequi talis impetrans reſtitutus deberet, arg. *l. vti accepimus*, alias, *vbi cœptum, ff. de iudic.* cum ſimilibus, de quibus *ibi* per Doct. & Ant. Gabr. *comman. concluſ. lib.* 2.

tit. de

tit. de iudic. concl. 1. vbi hanc regulam multis modis extendit, ac limitat. Quòd si quis plenius scire cupiat † effectus publicationis bonorum ipso iure, 274. vel per sententiam tam quoad disponendum de ipsis, quàm de eorum fructibus acquirendis, consulat Thom. Sanchez *lib. 2. sua sum. cap. 21. cum duobus seq.* & quæ bona comprehendantur sub confiscatione, idem latè tradit *à cap. 14. vsque ad 20.* & Peregr. *d. tit. bonor. & damnat. restit. quæ recuper. ac tit. de publicat. bonor.* passim.

QVARTA CONCLVSIO. Excommunicatio impetrantis commutationem vltimæ voluntatis 275. per rescriptum institiæ, seu commissionem † plerumque illius executionem suspendit: eius verò, qui illam impetrauit per rescriptum gratiæ, eamdem in multis frustratoriam reddit. Prior pars con- 276. clus. probatur; quoniam excommunicatus † ab agendo repellitur, *cap. exceptionem, de except. cap. 1. eod. tit. in 6. cap. decernimus, de sent. excomm. eod. lib. & Clem. vn. eod. tit.* ibique Doct. & alibi sæpe id adnotarunt, ac præcipuè Vgol. Sayr. Suar. & alij quotquot de censuris scripserunt.

Ampliatur autem hæc regula, simúlque prior pars nostræ cõcl. primò, vt procedat, siue sit excommunicatus à iure, siue ab homine: ita Card. & alij *d. Clem. vnic.* Vgol. *in suo tract. de censur. tab. 2. cap. 25. in princip. num. 1.* Ampliatur secundò, vt procedat siue agatur coram iudice ordinario, siue coram delegato; glos. *d. cap. 1. verbo, opponit*, & Vgol. *vbi sup.* Tertiò procedit, siue agendum sit coram iudice Ecclesiastico, siue coram sæculari: text. *d. cap. decernimus, & d. cap. 1.* vbi glos. *verbo, Ecclesiasticis, ac d. verbo, opponit*, & Vgol. *d. num. 1. & 2.* subdens post alios, consuetudine, aut statuto induci non posse, quin hæc exceptio admittatur coram iudice 277. sæculari. Quartò, nec † reconuenire potest excommunicatus, *cap. cùm inter Priorem, de except.* glos. recepta *d. cap. 1.* latè Vgol. *vbi sup. num. 3.* & Suarez *de censur. disp. 16. sect. 3. num. 3.* vbi optimè distinguit reconuentionem à defensione. Quintò, 278. nec agere potest, † licèt actio tempore peritura sit: latè Vgol. *ibidem num. 4.* vbi etiam tractat, an præscriptio currat excommunicato. Amplia sextò, 279. vt † nec per procuratorem agere possit; vt satis probat Suarez *sup. num. 4.* Vgol. *ibidem, num. 5.* vbi id temperat in procuratore in rem suam, si ab initio fuit validè constitutus, vtputa à domino tunc non excommunicato. *Num.* autem 6. hanc ampliationem extendit etiam ad pupillum, seu minorem, vt non possit agere per tutorem & curatorem. Septi- 280. mò, vt procedat, † licèt excommunicatus offerat probare, excommunicationem nullam fuisse; interim enim in aliis vt actor cuitabitur. *cap. solet, de sent. excom. in 6.* sicut neque auditur ante absolutionem, licèt offerat probationes, quòd iniustè fuit excommunicatus, *cap. cùm contingat, de offic. deleg. cap. per tuas, de sent. excom.* latè Vgol. *vbi sup. num. 7.* vbi id declarat. Amplia octauò, licèt exceptio excommunicationis à reo non opponatur; vt satis probat Vgol. *d. num. 7.* vbi etiam idem fore ostendit, quamuis rens priùs cum actore excommunicato communicasset. Nonò amplia, vt citatus peten- 281. te excommunicato notorio, vel denuntiato † non teneatur comparere, & gesta absente eo citato indistinctè non valeant, licet alias gesta absente citato aliquando valeant; ita post alios Vgol. *vbi sup. num. 8.* Decimò, vt excommunicatus publicè etiam parte non instante, sed ex officio iudicis debeat repelli; vt disponitur *in d. cap. exceptionem, de except. & cap. 1. eod. tit. in 6.* immo, & à quolibet, 282 qui interuenit in iudicio, † hæc exceptio opponi

poterit; vt fusè docet Sayr. *de censur. lib. 2. cap. 7. num. 8.* Amplia vndecimò, vt excommunicationis actori opponi possit in quacumque parte litis, & iudicij; vt cauetur *in d. cap. exceptionem, & d. cap. 1.* Duodecimò amplia, vt excommunicatus † neque possit implorare officium iudicis, ne- 283. que dicere nullam sententiam, nec petere restitutionem in integrum, vt probat idem Vgol. *d. cap. 15. §. 2.* Ampliatur denique hæc nostra prior pars præsentis conclusionis, vt † reseriptum ab excom- 284. municato impetratum super alio, quam excommunicationis, vel appellationis articulo, & processus per ipsum habitus ipso iure non valeat; prout definitur *in cap. 1. de rescript. in 6.* cuius tamen canonis effectus hodie tollitur per clausulam consuetam apponi in reseriptis, ac litteris Apostolicis, *séque à quibusuis, &c.* per quam ad effectum illarum consequendum, hoc est, earum validitatem dumtaxat impetrans ab omnibus censuris absoluitur, vt post alios tradit Nic. Garz. *tract. de benef. part. 7. cap. 13. num. 62. cum duob. seqq.* & Iacob. Ant. Marta *tract. de clausul. part. 1. causul. 47. num. 4. & 5.* Et sic habes primam limitationem eiusdem prioris partis conclus. ac simul regulæ prædictæ, cum notabili extensione; vt nimirum possit excommunicatus reseriptum impetrare super articulo excommunicationis & appellationis; de qua limitatione videndus quoque text. *in cap. cùm contingat, de offic. deleg. cap. cùm inter, cap. significauerunt, & cap. vlt. de except. cap. cùm pro causa, & cap per tuas, de sent. excomm.* & *ibi* Doct. & Suarez *d. disp. 16. sect. 3. num. 1.* de extensione autem, & in vniuersum de vi prædictæ absolutionis ad effectum, Garz. & Mart. *sup.* Regula verò ipsa limitatur secundò, vt excommunicatus † agere possit ad id, quod excommunicato 285. facere in iudicio à iure permittitur; prout quòd conuentus constituat procuratorem ad se defendendum, iuxta *cap. intelleximus, de indic.* ita docet latiusque probat Vgol. *d. cap. 15. §. 1. num. 1.* Limita tertiò, vt † cessionarius excommunicati regulari- 286. ter agere possit, prout ostendit id declarans Vgol. *d. §. 1. num. 11.* Limita denique, vt † acta cum ex- 287. communicato actore valeant, donec excommunicatio obiiciatur, & probetur, vt ex text. *d. cap. 1. de except. in 6.* satis deducit Suarez *d. sect. 3. num. 7.* atque ex cõmuni Doctorum sententia resoluit Vgol. *d. cap. 15. §. 12.* quod intellige, vt ea probata, actus gesti declarentur retro nulli, ne aduersetur *ampl. 8.* quam ex ipsomet Vgol. paulo antè attulimus. Apud quem auctorem *d. cap. 15.* & Suarez *d. sect. 3.* ferè per tot. videre quis poterit alias ampliationes, ac limitationes prædictæ regulæ; sed eas nos retulimus, quæ magis ad rem nostram facere visæ sunt.

Posterior pars huius conclusionis, quòd nimirum † excommunicatio impetranis sæpe frustra- 288. toriam reddat gratiam cõmutationis; probatur, quia excommunicatus in multis casibus non potest liberè de bonis ac rebus, & iuribus suis disponere: quamuis enim validè, † non tamen licitè contra- 289. hit, vt inter cæteros probat Vgol. *d. tract. de censur. tab. 2. cap. 20. in princ.* iuncto §. 1. ita, vt ex contractu secum inito agere non possit, vt sibi soluatur id, quod debetur; prout idem Vgol. ostendit *d. cap. 20. §. 2. num. 1. num.* autem 2. probat, quòd, si quis præsertim sine iureiurando promisit excommunicato aliquid soluere intra certum tempus, non tenetur, dum is manet excommunicatus, illud soluere, nisi aut valde egeat, aut non sit denuntiatus, vel notorius Clerici percussor: quamuis pro contraria opinione, quòd nimirum absolutè, ac simpliciter facienda sit solutio tali excommunicato, non desint auctoritates, ac

rationes, quas ibi affert: qua de re videri etiam possunt Sayr. *d. lib. 2. de censur. cap. 9. num. 10.* cum aliquot seqq. *& num. 17. 20. ac 21.* Suarez *eod. tract. disp. 15. sect. 8.* ferè per tot. & Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 9.* maximè *a num. 3. ad 6.* Præterea, licèt com-
290. munior & forsan verior Doctorum sententia sit, † testamentum ab excommunicato conditum validum esse, vt patet ex relatis pariter, ac probatis à Gabr. *commun. concl. lib. 4. tit. de testam. conclus. 1. num. 1.* Iul. Clar. *lib. 3. sentent. §. testamentum, quæst. 24.* & *ibi* Apostill. Mich. Cras. *tract. de success. §. testamentum, quæst. 24. num. 1.* Couar. *rubr. de testam. 2. part. num. 18.* Vgol. *d. tract. de censur. tab. 2. cap. 21. in princip. num. 1. & 2.* Sayr. *d. cap. 9. num. 2.* & Suarez *in simili tract. disp. 15. sect. 9. num. 1.* Lud. Molin. *tom. 1. de iust. & iur. disp. 137. ad fin. vers. de excommunicato.* Tamen contrarium tenuerunt alij, quos recensent Clar. Cras. Gabr. Couar. Vgol. *vbi sup.* & Sayr. *d. cap. 9. num. 1.* & in notorio excommunicato non pauci relati à Gabr. *d. concl. 1. num. 2.* & in id inclinare videtur Clar. *d. quæst. 4.* in omnem autem casum certum est, eum licitè non posse testari, vt in specie tradunt Suarez, Sayr. & Vgol. *vbi sup.* quoniam prohibita est ei participatio cum testibus, & notario etiam iuxta terminos *Extravag. ad euitanda scandala*, quæ in nullo releuat ipsum excommunicatum; atque adeò prohibitum erit testari etiam occulto excommunicato. & in non-
291 nullis calibus certum est, excommunicatum non posse valide testari. quorum primus est † in excommunicato ob hæresim, si intra annum non satisfecerit: nam de credentibus receptatoribus, defensoribus, & fautoribus hæreticorum statuitur *in auth. credentes, C. de hæret. & in cap. excommunicamus, il 1. §. credentes, ext. eod. tit.* vt, si, postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit intra annum, extunc ipso iure sit factus infamis; & post pauca subiicitur; sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hereditatis successionem accedat. ac præter Doct. vtrobique, quòd nulliter tunc testetur excommunicatus, sentiunt Ang. Aret. *in §. fin. Instit. quibus non est permiss. fac. testam.* & Apost. *ibidem*, & ad Clar. *d. quæst. 24.* Couar. *d. num. 18.* Suar. *d. num. 1.* & alij, quos sequuntur Cras. *vbi sup. num. 3.* Gabr. *d. concl. 1. num. 7.* Sayr. *d. cap 9. num. 6.* & Vgol. *d. cap. 21. in prine. num. item 6.* & nonnulli, quos recenset Sanchez *lib. 2. sum. cap. 24. num. 1.* & quamuis ipsemet *num. 2.* contendat, hæreticum ante sententiam criminis declaratoriam testari posse: tum quia similiter prohibetur omnis alienatio bonorum ab ipso facta; & tamen sustinetur ante sententiam, ita, vt accipiens sit tutus in conscientia vsque ad illam, vt idem probat *d. lib. 2. cap. 22. numer. 52.* tum quia *d. §. credentes*, vbi hæc pœna imponitur, dicitur, *sit intestabilis*: at verbum, *sit*, cùm sit fu-
292. turi temporis, † importat sententiam ferendam, ex communi sententia, quam multos referens tuetur Tiraq. *in repet. l. si vnquam, verbo, reuertatur, sub num. 182. & 183.* Tamen non aduertit, vt reor, Sanchez ipsum text. *in d. §. credentes*, supponere, latam fuisse sententiam in hæreticos, seu secutam declaratoriam criminis, cùm dicat; postquam quis, seu quilibet talium fuerit excommunicatione notatus: deinde non aduertit, paulo superiùs in eodem contextu ante illa verba, *sit intestabilis*, posita esse illa, ex tunc ipso iure, quæ proculdubio important latam sententiam, non ferendam quoad pœnam impositam subeundam, ex adductis ab Aug. Barbos. *in remiss. Doctor. de dictionib. & clausul. dict. 102. num. 4. & dict. 152.* ac Tiraq. *d. verbo, reuertatur*, de dictione quidem, *extunc*, *num. 141.* de dictionib. autem, *ipso iure, num. 144.* sed & vbi dicamus, ea verba, *sit etiam intestabilis*, clausulam diuersam constituere ab illis paulo præcedentibus, *ex tunc ipso iure sit factus infamis*, quod fortè voluit Sanchez *a. num. 2.* adhuc communior est ea opinio, vt dictio, *sit*, per se importet latam sententiam, vt patet ex plurib. Doct. à Tiraq. allegatis *d. verbo reuertatur, num. 180.* quos nos quoque secuti sumus *in tract. de distribut. quotid. part. 3. quæst. 7. num. 22. & 31.* simul ad id citantes inter alios Lud. Carbon. *in tract. de legib. lib. 8. disp. 6. vers. septima regula*, ac docentes, verbum præsentis temporis imperatini modi, quod non significat ministerium hominis, inducere latam sententiam; quod etiam regulare est in verbis præsentis temporis, vt latiùs *ibidem* ostendimus *num. 19.* ex quibus, & aliis quæ idem Tiraq. adducit *d. verbo, reuertatur, n. 181. & 183.* satis patet, ipsum Tiraq. in hanc sententiam magis inclinare, quam plurimi quoque tenent laudati ab Aug. Barbos. *vbi sup. diction. 323. num. 1.* ac simul eam longè veriorem esse, quam contrariam approbatam à Sanchez *d. num. 2.* Accedit, quòd, cùm hæc pœna sit priuatiua, incurritur eo ipso ante iudicis sententiam, iuxta communem opinionem Doct. cum Caiet. *2. 2. quæst. 62. art. 3.* de qua testatur idem Sanchez *lib. 9. de matrim. disp. 30. num. 1.* licèt ipse cum aliis contrarium sentiat. Primus igitur casus, in quo excommunicatus inualidè etiam ante sententiam iudicis testamentum condit, est excommunicati ob hæresim, iuxta *d. cap. excommunicamus il 1. §. credentes, & d. auth. credentes*; non tamen statim ac excommunicationem in foro conscientiæ contraxerit, sed statim ac declaratus fuerit à iudice, in eam incidisse, nulla etiam interueniente declaratione, per quam inhabilis ad testandum declaretur, vel priuetur testandi facultate. Secundus casus, in quo excommunicatus † 293.
testari valide non potest, est in excommunicato ob insecutionem Cardinalis S. R. E. iuxta *cap. felicis, in princip. de pœn. in 6.* vbi cauetur, quòd qui S. R. E. Cardinalem fuerit hostiliter insecutus, vel percusserit, aut ceperit, vel socius fuerit facientis, aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit; aut consilium dederit, vel fauorem, aut postea receptauerit, vel defensauerit scienter eundem; sicut reus criminis læsæ maiestatis perpetuò sit infamis, diffidatus, bannitus, atque intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad alicuius bona ex testamento, vel ab intestato vocetur: cuius text. ad id meminere inter alios Couar. Molin. Vgol. & Suarez *vbi sup.* necnon Sayr. *d. cap. 9. num. 8.* & Gabr. *d. concl. 1. num. 9.* qui etiam ad idem citat Franc. *d. rubr. de testam. in 6. col. 16.* validè tamen huiusmodi insecutor contrahit, vt aperte colligitur ex *d. cap. felicis, §. verùm cùm talis, de pœn. in 6.* Ter-
294. tius est in excommunicato pro vsuris, qui † testari non potest, nisi præmissa congrua satisfactione, vel præstita idonea cautione, iuxta formam *cap. quamquam, de vsur. in 6.* vt *ibidem §. fin.* disponitur: quem text. ad id allegant Vgol. *d. num. 6.* Suar. *d. num. 1.* Gabr. *cod. concl. 1. num. 8.* Sayr. *d. cap. 9. num. 7.* qui alios citat. ex *d.* autem *§. fin.* & toto eo contextu constat, vsurarium manifestum, licèt ob id non excommunicetur, testari validè non posse. Addi etiam potest quartus casus cum Gabr. *d. concl. 1. num. 10.*
295. vt nimirum excommunicatus † amittat facultatem testandi sibi antea ex priuilegio concessam, ex Bald. *in cap. intelleximus, col. 2. de iudic.* quem refert, ac sequitur Fel. *in cap. ad probandum, col. 1. in fi. & col. seq. de re iudic.* idque latiùs confirmat idem Gabr. *vbi sup. num. 11. cum duobus seqq.*

QVINTA

QVINTA CONCLVSIO. Commutatio vl-
296. timæ voluntatis † expirat quidem in impetrante per eius profeſſionem in Religione approbata: ſed ius vtendi commutatione tranſit in Religionem ipſam, ſi ſit bonorum capax, de quibus ingrediens non diſpoſuerit: quòd ſi ſit incapax, tranſit ad eos, quibus impetrans bona ſua dederit; alias ad hæredes ab inteſtato. Hæc concluſio duas habet præcipuas partes, quas ſingulas, licèt per ſe ſatis pateant, breuiter tamen confirmabimus. Priòr igitur pars probatur, quia Monachus, ſeu Religioſus poſt profeſſio-
297. nem ‡ nullius iuris temporalis, ſeu pecuniarij eſt capax, propter votum paupertatis; vt apertè conſtat ex *cap. cui portio, & cap. non dicatis, 12. quæſt. 1. cap. Ioannes, cap. ſicut nobis, & cap. ex parte tua, de regular. cap. Monachi, §. qui verò, caput ſuper quodam, & cap. cùm ad monaſterium, in princip. & in fi. de ſtat. Monachor.* necnon ex Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 2. de regular.* idque præter ſcribentes in præcitatis iuribus, tradiderunt etiam Theologi cum S. Thom. 2. 2. *quæſt. 186. art. 3. & 6.* & poſt eum Nauar. *in commentar. 1. de regular. num. 8. verſic. ſextum, num. 15. ver. decimumoctauum, num. 18. verſ. vigeſimumſecundum, verſic. vigeſimumtertium, ac verſic. vigeſimumquartum; & num. 19. 23. & 24.* & item *commentar. 2. num. 1. 2. & 3.* diximus autem *iuris temporalis, ſeu pecuniarij*, cum Nauarr. in pluribus ex locis citat. ac præcipuè *d. num. 2. & 15.* quoniam, vt ipſemet docet *eod. num. 15. in fi.* & probat *d. num.*
298. 2. religioſi capaces ſunt † rei ſpiritualis internæ, & externæ Eccleſiæ pecunia inæſtimabilis, atque, vt omittamus bona interna, vt ſunt virtutes, dotes animi, & corporis ingenitæ, inditæ, & quæſitæ per Religioſum, de quibus id docet *d. num. 2. verſ. ſecundò dico, & verſic. ex his inferitur primò*, tamquam rem ſatis per ſe manifeſtam; eſt etiam capax iuſtè habendi honorem presbyteralem, doctoralem, Abbatialem, Epiſcopalem, & alios eiuſmodi tamquam proprios; vt idem tradit *eodem num. 2. verſ. tertiò dico*; quia, inquit, dantur propter merita, quibus non renuntiauit, vt docet S. Thom. *d. quæſt. 186. artic 7. ad 4.* vnde colligit Caietan. poſſe regularem cupere, & habere honorem doctoralem, & alios, qui dantur in teſtimonium virtutis, & eruditionis; & de doctoratu expreſſit S. Thom. *in opuſc.* ſeu *tract. 19.* contra impugnantes Religionem, *cap. 2. & 3.* quia etiam Ioan. And. *in cap. quia nonnulli, de magiſtr.* quem ſequitur Felin. *in cap. cùm dilecta, num. 19. de reſcript* probat Religioſum, qui de iuſta licentia ſtudet in aliqua vniuerſitate, poſſe obligare Monaſterium ad impenſam doctoratus; & *in cap. cùm quid, de reg. iur. in 6.* ait, licentiam datam ad ſtudendum extendi ad doctoratum: & Calder. *conſil. 2. de magiſtr.* reſpondit, eum, qui ante Monachatum ſtuduit ſufficienter in iure ciuili, poſſe poſt Monachatum aſſumere doctoratum in illo, licèt illi ſtudere non poſſet. idémque Nauar. *vbi ſuprà* rectè impugnat Rebuff. *in prax. benefic. tit. de diſpenſat. cum regular. num. 27.* aſſerentem, titulum Doctoris non deberi, nec tribui de ſtylo Curiæ Religioſo, ſed ſolùm profeſſoris. *eodem* autem *num. 2. verſ. quæ verò dico, in fine verſ. quarto, quod poteſt*, docet Nauar. quòd poteſt Religioſus cupere, & habere quædam iura Eccleſiaſtica, nimirum ius eligendi, præſentandi, confirmandi, inſtituendi, conferendi, excommunicandi, abſoluendi; & ius accipiendi beneficia regularia in titulum, & ſæcularia in commendam; & alimenta ex hoc, vel illo Monaſterio, cathedras in Academiis regendi; & omnem iuriſdictionem Eccleſiaſticam, immo & ſæcularem ciuilem tam quoad proprietatem, quàm quoad poſſeſſionem non ſolùm facti, ſed etiam iuris, vt demonſtrat totius Eccleſiæ conſuetudo: ob eam rationẽ, quia hæc iura non ſunt pecuniaria, neque ad ſtatum ſæcularem, cui Religioſi renuntiant, pertinentia: & *verſ. ex his inferitur primò*, idipſum exeo confirmat, quòd Religioſi perinde poſſunt agere, & agunt ſuo nomine ſuper proprietate, & poſſeſſione ſuorum titulorum, ac clerici ſæculares pro ſuis titulis; nomine, inquam, ſuo, & non nomine ſui Prælati, vel Monaſterij; immo frequenter contra illud; & *cap. cum dilecta, de reſcr. cap. de Monachis, cap. auaritiæ, & cap. niſi eſſem, de prabend.* Ex qua Nauar. doctrina ſic confirmata ſequitur, quòd ſi emittens profeſſionem in aliqua Religione approbata ius habebat vtendi aliqua commutatione vltimæ voluntatis, quod annexum ſit iuribus ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis prædictis, quorum ipſe ſit capax, neque ante profeſſionẽ in alium tranſtulerit, illud ſecum defert, ac retinet. Cæterùm, ſi annexum ſit bonis, ac iuribus temporalibus, ac pecuniarijs, aut in iis per ſe conſiſtat, neque de
299. eo diſpoſuerit, † tranſit in Monaſterium temporalium bonorum capax; cui etiam illud acquirit profeſſus, ſi poſt profeſſionem ſibi deferatur ex ſucceſſione, aut aliter illud acquirat; iuxta *cap. in præſentia, de probat. cap. quia ingredientibus, & cap. perlatum, 19. quæſt. 3. l. Deo nobis, §. hoc etiam cognitum, C. de Epiſc. & cler. auth. ingreſſi, C. de ſacroſanct. Eccleſ. auth. niſi rogati, C. ad Trebell. ac §. ſed & hoc præſenti, auth. de ſanctiſſ. Epiſc. & §. illud, auth. de Monach.* cum *ibidem* notatis per ſcribentes, ac Nauar. *d. comment. 2. de regul. num. 3. cum duobus ſeqq.* necnon *num. 33. & 43. vſque ad 55.* & Molin. *tom. 1. de inſt. & iur. diſp. 140. verſ. de alio ergo monaſterio, cum tribus ſeqq. ac verſic. non ſolùm bona*: vbi etiam probant, bona nouitij inteſtatò decedentis non tranſire ad monaſterium capax bonorum; id quod pariter poſt alios tradit Menoch *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 83. num. 73. & 74.* vbi id comprobat; ſatiſque conſtat ex *cap. cùm ſimus, de regular.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 16. de regular.* quare in hoc ſtandum non erit *a. l. Deo nobis, §. huius autem, C. de Epiſc. & cler.* vbi quid omnino contrarium hac in re diſpoſitum videtur. & iubet inibi Imperator, vt bona quæſita Monaſterio per ingreſſum, non reuocentur, licèt ingreſſi ad ſæcularem vitam remeauerint: nam licèt hoc continere videatur fauorem Eccleſiæ; lex tamen ciuilis, ac ſæcularis canonicæ contraria, quamuis Eccleſiis fauorabilis, eas non afficit, *cap. Eccleſia S. Mariæ*, ibique omnes, *de conſtit.* ſed nec verè illa lex eſt fauorabilis Eccleſiæ, vel certè maior eſt fauor libertatis profeſſionis; quẽ in hoc conſiderauit Pontifex *d. cap. cùm ſimus*, & Conc. *d. cap. 16.* niſi fortè dicamus, d. §. *huius autem*, accipiendum eſſe de remeante ad vitam ſæcularem poſt profeſſionem Nauarr. autem, & Molin. *ibid.* rectè docent, teſtamentum conditum antè profeſſionem non poſſe poſt eam à profeſſo reuocari etiam in fauorem Monaſterij, quod & nos pluribus oſtendimus ſup. *cap. 5. quæſt. 1. concl. 1. limit. 3.* Quòd ſi bona illius, qui eſt profeſſus in huiuſmodi Monaſterio bonorum capaci, ſubiecta ſint reſtitutioni vigore alicuius fideicommiſſariæ alteriúſve ſubſtitutionis; † tunc Mo- 300.
naſterium in iis bonis habebit vſumfructum durante vita naturali ipſius profeſſi, vt pluribus relatis ex communi tradit M. Ant. Peregrin. *in ſuo tract. de fideicom. art. 28. num. 81.*

Poſterior pars † concluſ probatur: quoniã, qui in- 301.
do Religio eſt bonorum incapax, qualis ex Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 3. de regular.* eſt Religio Capucinorum, & Fratrum Minorum, quos vocant de Obſeruantia; tunc ſtatim, ac quis in ea profeſſionẽ emiſit,

rationes, quas ibi affert: qua de re videri etiam poſſunt Sayr. *d. lib. 2. de cenſur. cap. 9. num. 10.* cum aliquot ſeqq. *& num. 17. 20. ac 21.* Suarez *eod. tract. diſp. 15. ſect. 8.* ferè per tot. & Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 9.* maximè *a num. 3. ad 6.* Præterea, licèt com-
290. munior & forſan verior Doctorum ſententia ſit, † teſtamentum ab excommunicato conditum validum eſſe, vt patet ex relatis pariter, ac probatis à Gabr. *commun. concl. lib. 4. tit. de teſtam. concluſ. 1. num. 1.* Iul. Clar. *lib. 3. ſentent. §. teſtamentum, quæſt. 24.* & *ibi* Apoſtill. Mich. Craſſ. *tractat. de ſucceſſ. §. teſtamentum, quæſt. 24. num. 1.* Couar. *rubr. de teſtam. 2. part. num. 18.* Vgol. *d. tract. de cenſur. tab. 2. cap. 21. in princip. num. 1. & 2.* Sayr. *d. cap. 9. num. 2.* & Suarez *in ſimili tract. diſp. 15. ſect. 9. num. 1.* Lud. Molin. *tom. 1. de inſt. & iur. diſp. 137. ad fin. verſ. de excommunicato.* Tamen contrarium tenuerunt alij, quos recenſet Clar. Craſſ. Gabr. Couar. Vgol. *vbi ſup.* & Sayr. *d. cap. 9. num. 1.* & in notorio excommunicato non pauci relati à Gabr. *d. concl. 1. num. 2.* & in id inclinare videtur Clar. *d. quæſt. 4.* in omnem autem caſum certum eſt, eum licitè non poſſe teſtari, vt in ſpecie tradunt Suarez, Sayr. & Vgol. *vbi ſup.* quoniam prohibita eſt ei participatio cum teſtibus, & notario etiam iuxta terminos *Extrauag. ad euitanda ſcandala*, quæ in nullo releuat ipſum excommunicatum; atque adeò prohibitum erit teſtari etiam occulto excommunicato. & in nonnullis caſibus certum eſt, excommunicatum non
291 poſſe validè teſtari. quorum primus eſt † in excommunicato ob hæreſim, ſi intra annum non ſatisfecerit: nam de credentibus receptatoribus, defenſoribus, & fautoribus hæreticorum ſtatuitur *in auth. credentes, C. de hæret. & in cap. excommunicamus, il 1. §. credentes, ext. eod. tit.* vt, ſi, poſtquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, ſatisfacere contempſerit intra annum, extunc ipſo iure ſit factus infamis; & poſt pauca ſubiicitur; ſit etiam inteſtabilis, vt nec teſtandi liberam habeat facultatem, nec ad hereditatis ſucceſſionem accedat. ac præter Doct. vtrobique, quòd nulliter tunc teſtetur excommunicatus, ſentiunt Ang. Aret. *in §. fin. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam.* & Apoſt. *ibidem*, & ad Clar. *d. quæſt. 24.* Couar. *d. num. 18.* Suar. *d. num. 1.* & alij, quos ſequuntur Craſſ. *vbi ſup. num. 3.* Gabr. *d. concl. 1. num. 7.* Sayr. *d. cap. 9. num. 6.* & Vgol. *d. cap. 21. in princ. num. item 6.* & nonnulli, quos recenſet Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 24. num. 1.* & quamuis ipſemet *num. 2.* contendat, hæreticum ante ſententiam criminis declaratoriam teſtari poſſe: tum quia ſimiliter prohibetur omnis alienatio bonorum ab ipſo facta; & tamen ſuſtinetur ante ſententiam, ita, vt accipiens ſit tutus in conſcientia vſque ad illam, vt idem probat *d. lib. 2. cap. 22. numer. 52.* tum quia *d. §. credentes*, vbi hæc pœna imponitur, dicitur, *ſit inteſtabilis*: at verbum, *ſit*, cùm ſit fu-
292. turi temporis, † importat ſententiam ferendam, ex communi ſententia, quam multos referens tuetur Tiraq. *in repet. l. ſi vnquam, verbo, reuertatur, ſub num. 182. & 183.* Tamen non aduertit, vt reor, Sanchez ipſum text. *in d. §. credentes*, ſupponere, latam fuiſſe ſententiam in hæreticos, ſeu ſecutam declaratoriam criminis, cùm dicat; poſtquam quis, ſeu quilibet talium fuerit excommunicatione notatus: deinde non aduertit, paulo ſuperiùs in eodem contextu ante illa verba, *ſit inteſtabilis*, poſita eſſe illa, ex tunc ipſo iure, quæ proculdubio important latam ſententiam, non ferendam quoad pœnam impoſitam ſubeundam, ex adductis ab Ang. Barboſ. *in remiſſ. Doctor. de dictionib. & clauſul. dict. 102. num. 4. & dict. 152.* ac Tiraq. *d. verbo, reuertatur*, de dictione quidem, *extunc*, *num. 141.* de dictionib. autem, *ipſo iure*, *num. 144.* ſed & vbi dicamus, ea verba, *ſit etiam inteſtabilis*, clauſulam diuerſam conſtituere ab illis paulo præcedentibus, *ex tunc ipſo iure ſit factus infamis*, quod forte voluit Sanchez *d. num. 2.* adhuc communior eſt ea opinio, vt dictio, *ſit*, per ſe importet latam ſententiam, vt patet ex pluribus Doct. à Tiraq. allegatis *d. verbo reuertatur, num. 180.* quos nos quoque ſecuti ſumus *in tract. de diſtribut. quotid. part. 3. quæſt. 7. num. 22. & 31.* ſimul ad id citantes inter alios Lud. Carbon. *in tract. de legib. lib. 8. diſp. 6. verſ. ſeptima regula*, ac docentes, verbum præſentis temporis imperatiui modi, quod non ſignificat miniſterium hominis, inducere latam ſententiam; quod etiam regulare eſt in verbis præſentis temporis, vt latiùs *ibidem* oſtendimus *num. 19.* ex quibus, & aliis quæ idem Tiraq. adducit *d. verbo, reuertatur, n. 181. & 183.* ſatis patet, ipſum Tiraq. in hanc ſententiam magis inclinare, quam plurimi quoque tenent laudati ab Aug. Barboſ. *vbi ſup. diction. 323. num. 1.* ac ſimul eam longè veriorem eſſe, quam contrariam approbatam à Sanchez *d. num. 2.* Accedit, quòd, cùm hæc pœna ſit priuatiua, incurritur eo ipſo ante iudicis ſententiam, iuxta communem opinionem Doct. cum Caiet. *2. 2. quæſt. 62. art. 3.* de qua teſtatur idem Sanchez *lib. 9. de matrim. diſp. 30. num. 1.* licèt ipſe cum aliis contrarium ſentiat. Primus igitur caſus, in quo excommunicatus inualidè etiam ante ſententiam iudicis teſtamentum condit, eſt excommunicati ob hæreſim, iuxta *d. cap. excommunicamus il 1. §. credentes, & d. auth. credentes*; non tamen ſtatim ac excommunicationem in foro conſcientiæ contraxerit, ſed ſtatim ac declaratus fuerit à iudice, in eam incidiſſe, nulla etiam interueniente declaratione, per quam inhabilis ad teſtandum declaretur, vel priuetur teſtandi facultate. Secundus caſus, in quo excommunicatus † 293.
teſtari validè non poteſt, eſt in excommunicato ob inſecutionem Cardinalis S. R. E. iuxta *cap. felicis, in princip. de pœn. in 6.* vbi cauetur, quòd qui S. R. E. Cardinalem fuerit hoſtiliter inſecutus, vel percuſſerit, aut ceperit, vel ſocius fuerit facientis, aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit; aut conſilium dederit, vel fauorem, aut poſtea receptauerit, vel defenſauerit ſcienter eundem; ſicut reus criminis læſæ maieſtatis perpetuò ſit infamis, diffidatus, bannitus, atque inteſtabilis, vt nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad alicuius bona ex teſtamento, vel ab inteſtato vocetur: cuius text. ad id meminere inter alios Couar. Molin. Vgol. & Suarez *vbi ſup.* necnon Sayr. *d. cap. 9. num. 8.* & Gabr. *d. concl. 1. num. 9.* qui etiam ad idem citat Franc. *d. rubr. de teſtam. in 6. col. 16.* validè tamen huiuſmodi inſecutor contrahit, vt aperte colligitur ex *d. cap. felicis, §. verùm cùm talis, de pœn. in 6.* Tertius eſt in excommunicato pro vſuris, qui † teſtari 294.
non poteſt, niſi præmiſſa congrua ſatisfactione, vel præſtita idonea cautione, iuxta formam *cap. quamquam, de vſur. in 6.* vt *ibidem §. fin.* diſponitur: quem text. ad id allegant Vgol. *d. num. 6.* Suar. *d. num. 1.* Gabr. *cad. concl. 1. num. 8.* Sayr. *d. cap. 9. num. 7.* qui alios citat. ex *d.* autem *§. fin.* & toto eo contextu conſtat, vſurarium manifeſtum, licèt ob id non excommunicetur, teſtari validè non poſſe. Addi etiam poteſt quartus caſus cum Gabr. *d. concl. 1. num. 10.* vt nimirum excommunicatus † amittat facultatem 295.
teſtandi ſibi antea ex priuilegio conceſſam, ex Bald. *in cap. intelleximus, col. 2. de iudic.* quem refert, ac ſequitur Fel. *in cap. ad probandum, col. 1. in fi. & col. ſeq. de re iudic.* idque latiùs confirmat idem Gabr. *vbi ſup. num. 11. cum duobus ſeqq.*

QVINTA CONCLVSIO. Commutatio vl-
296. timæ voluntatis † expirat quidem in impetrante per eius profeſſionem in Religione approbata: ſed ius vtendi commutatione tranſit in Religionem ipſam, ſi ſit bonorum capax, de quibus ingrediens non diſpoſuerit: quòd ſi ſit incapax, tranſit ad eos, quibus impetrans bona ſua dederit; aliàs ad hæredes ab inteſtato. Hæc concluſio duas habet præcipuas partes, quas ſingulas, licèt per ſe ſatis pateant, breuiter tamen confirmabimus. Priòr igitur pars probatur, quia Monachus, ſeu Religioſus poſt profeſſio-
297. nem † nullius iuris temporalis, ſeu pecuniarij eſt capax, propter votum paupertatis; vt apertè conſtat ex *cap. cui portio, & cap. non dicatis*, 12. *quæſt.* 1. *cap. Ioannes, cap. ſicut nobis, & cap. ex parte tua, de regular. cap. Monachi, §. qui verò, caput ſuper quodam, & cap. cùm ad monaſterium, in princip. & in fi. de ſtat. Monachor.* necnon ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 2. *de regular.* idque præter ſcribentes in præcitatis iuribus, tradiderunt etiam Theologi cum S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 186. *art.* 3. *&* 6. & poſt eum Nauar. *in commentar.* 1. *de regular. num.* 8. *verſic. ſextum, num.* 15. *ver. decimumnoſtanum, num.* 18. *verſ. vigeſimumſecundum, verſic. vigeſimumtertium, ac verſic. vigeſimumquartum*; *& num.* 19. 23. *&* 24. & item *commentar.* 2. *num.* 1. 2. *&* 3. diximus autem *iuris temporalis, ſeu pecuniarij*, cum Nauarr. in pluribus ex locis citat. ac præcipuè *d. num.* 2. *&* 15. quoniam, vt ipſemet docet *eod. num.* 15. *in fi.* & probat *d. num.*
298. 2. religioſi capaces ſunt † rei ſpiritualis internæ, & externæ Eccleſiæ pecunia inæſtimabilis, atque, vt omittamus bona interna, vt ſunt virtutes, dotes animi, & corporis ingenitæ, inditæ, & quæſitæ per Religioſum, de quibus id docet *d. num.* 2. *verſ. ſecundò dico, & verſic. ex his infertur primò*, tamquam rem ſatis per ſe manifeſtam; eſt etiam capax iuſtè habendi honorem presbyteralem, doctoralem, Abbatialem, Epiſcopalem, & alios eiuſmodi tamquam proprios; vt idem tradit *eodem num.* 2. *verſ. tertiò dico*; quia, inquit, dantur propter merita, quibus non renuntiauit, vt docet S. Thom. *d. quæſt.* 186. *artic.* 7. *ad* 4. vnde colligit Caietan. poſſe regularem cupere, & habere honorem doctoralem, & alios, qui dantur in teſtimonium virtutis, & eruditionis; & de doctoratu expreſſit S. Thom. *in opuſc.* ſeu *tract.* 19. contra impugnantes Religionem, *cap.* 2. *&* 3. quia etiam Ioan. And. *in cap. quia nonnulli, de magiſtr.* quem ſequitur Felin. *in cap. cùm dilecta, num.* 19. *de reſcript* probat Religioſum, qui de iuſta licentia ſtudet in aliqua vniuerſitate, poſſe obligare Monaſterium ad impenſam doctoratus; & *in cap. cùm quid, de reg. iur. in* 6. ait, licentiam datam ad ſtudendum extendi ad doctoratum: & Calder. *conſil.* 2. *de magiſtr.* reſpondit, eum, qui ante Monachatum ſtuduit ſufficienter in iure ciuili, poſſe poſt Monachatum aſſumere doctoratum in illo, licèt illi ſtudere non poſſet. idémque Nauar. *vbi ſuprà* rectè impugnat Rebuff. *in prax. benefic. tit. de diſpenſat. cum regular. num.* 27. aſſerentem, titulum Doctoris non deberi, nec tribui doctylo Curiæ Religioſo, ſed ſolùm profeſſoris. *eodem* autem *num.* 2. *verſ. quartò dico, iuncto verſ. quartò, quod poteſt*, docet Nauar. quòd poteſt Religioſus cupere, & habere quædam iura Eccleſiaſtica, nimirum ius eligendi, præſentandi, confirmandi, inſtituendi, conferendi, excommunicandi, abſoluendi; & ius accipiendi beneficia regularia in titulum, & ſæcularia in commendam; & alimenta ex hoc, vel illo Monaſterio, cathedras in Academiis regendi; & omnem iuriſdictionem Eccleſiaſticam, immo & ſæcularem ciuilem tam quoad proprietatem, quàm quoad poſſeſſionem, non ſolùm facti, ſed etiam iuris, vt demonſtrat totius Eccleſiæ conſuetudo: ob eam rationẽ, quia hæc iura non ſunt pecuniaria, neque ad ſtatum ſæcularem, cui Religioſi renuntiant, pertinentia: & *verſ. ex his infertur primo*, idipſum ex eo confirmat, quòd Religioſi perinde poſſunt agere, & agunt ſuo nomine ſuper proprietate, & poſſeſſione ſuorum titulorum, ac clerici ſæculares pro ſuis titulis; nomine, inquam, ſuo, & non nomine ſui Prælati, vel Monaſterij; immo frequenter contra illud; *& cap. cùm ad Eccleſia, de reſcr. cap. de Monachis, cap. auaritiæ, & cap. niſi eſſent, de prabend.* Ex qua Nauar. doctrina ſic confirmata ſequitur, quòd ſi emittens profeſſionem in aliqua Religione approbata ius habebat vtendi aliqua commutatione vltimæ voluntatis, quod annexum ſit iuribus ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis prædictis, quorum ipſe ſit capax, neque ante profeſſionẽ in alium tranſtulerit, illud ſecum defert, ac retinet. Cæterùm, ſi annexum ſit bonis, ac iuribus temporalibus, ac pecuniarlis, aut in iis per ſe conſiſtat, neque de eo diſpoſuerit, † tranſit in Monaſterium tempora- 299.
lium bonorum capax; cui etiam illud acquirit profeſſus, ſi poſt profeſſionem ſibi deferatur ex ſucceſſione, aut aliter illud acquirat; iuxta *cap. in præſentia, de probat. cap. quia ingredientibus, & cap. perlatum*, 19. *quæſt.* 3. *l. Deo nobis, §. hoc etiam cognitum, C. de Epiſc. & cler. auth. ingreſſi, C. de ſacroſanct. Eccleſ. auth. niſi rogati, C. ad Trebell. ac §. ſed & hoc præſenti, auth. de ſanctiſſ. Epiſc. & §. illud, auth. de Monach.* cum *ibidem* notatis per ſcribentes, ac Nauar. *d. comment.* 2. *de regul. num.* 3. *cum duobus ſeqq.* necnon *num.* 33. *&* 43. *vſque ad* 55. & Molin. *tom.* 1. *de iuſt. & iur. diſp.* 140. *verſ. de aliis ergo monaſteriis, cum tribus ſeqq. ac verſic. non ſolum bona*: vbi etiam probant, bona nouitij inteſtatò decedentis non tranſire ad monaſterium capax bonorum; id quod pariter poſt alios tradit Menoch *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 83. *num.* 73. *&* 74. vbi id comprobat; latiſque conſtat ex *cap. cùm ſimus, de regular.* & Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de regular.* quare in hoc ſtandum non erit *a. l. Deo nobis, §. huius autem, C. de Epiſc. & cler.* vbi quid omnino contrarium hac in re diſpoſitum videtur. & iubet inibi Imperator, vt bona quæſita Monaſterio per ingreſſum, non reuocentur, licèt ingreſſi ad ſæcularem vitam remeauerint: nam licèt hoc continere videatur fauorem Eccleſiæ; lex tamen ciuilis, ac ſæcularis canonicæ contraria, quamuis Eccleſiis fauorabilis, eas non afficit, *cap. Eccleſia S. Maria*, ibique omnes, *de conſtit.* ſed nec verè illa lex eſt fauorabilis Eccleſiæ, vel certè maior eſt fauor libertatis profeſſionis; quẽ in hoc conſiderauit Pontifex *d. cap. cùm ſimus*, & Conc. *d. cap.* 16. niſi fortè dicamus, d. §. *huius autem*, accipiendum eſſe de remeante ad vitam ſæcularem poſt profeſſionem Nauarr. autem, & Molin. *ibid.* rectè docent, teſtamentum conditum antè profeſſionem non poſſe poſt eam à profeſſo reuocari etiam in fauorem Monaſterij, quod & nos pluribus oſtendimus ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 1. *concl.* 1. *limit.* 3. Quòd ſi bona illius, qui eſt profeſſus in huiuſmodi Monaſterio bonorum capaci, ſubiecta ſint reſtitutioni vigore alicuius fideicommiſſariæ alteriúſve ſubſtitutionis; † tunc Mo- 300.
naſterium in iis bonis habebit vſumfructum durante vita naturali ipſius profeſſi, vt pluribus relatis ex communi tradit M. Ant. Peregrin. *in ſuo tract. de fideicom. art.* 28. *num.* 81.

Poſterior pars † concluſ probatur: quoniã, quan- 301.
do Religio eſt bonorum incapax, qualis ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de regular.* eſt Religio Capucinorum, & Fratrum Minorum, quos vocant de Obſeruantia; tunc ſtatim, ac quis in ea profeſſionẽ emi-

sit, sit locus substitutioni de bonis ingredientis ab aliis legitimè factæ; aliàs locus sit dispositioni, quam ipse ingrediens ante illam fecerat; & hac cessante admittuntur ad ea venientes ab intestato, vt communiter tradiderunt Doct. *in pract. iurib.* latè Peregrin. *d.artic.* 28. *num.* 63. Iul. Clar. §. *testamentum, quæst.* 28. *versic. sed retenta*, Molin. *lib.* 1. *de primogen. cap.* 13. *num.* 69. Card. Mantic. *de coniect. vlt. voluntat. lib.* 11. *tit.* 7. *num.* 8. & Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 83. *num.* 71. Debet tamen ingrediens siue Religionem capacem, siue incapacem bonorum, si vult disponere de rebus suis, de quibus po-
302. test, per actum inter viuos, † seruare formam traditam à Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 16. *de regul.* vt nimirum eam faciat intra duos menses proximos ante professionem, & cum licentia Episcopi, seu eius Vicarij; antea verò, & aliter facta renuntiatio, aut quæuis obligatio, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscumque causæ piæ sit irrita, & nullius effectus. Ad cuius decreti explicationem videri possunt, quæ scripsit Molin. *d.tom.* 1. *de iust. & iur. cap.* 139. *vers. ambiget fortasse, cum duobus seqq.* ac nouissimè præstantissimus I. C. Nouariensis D. Paulus Galleratus in suo eruditissimo tract. *de renuntiat. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 7. *post num.* 4.

Sexta conclvsio. Per mortem naturalem eius, contra quem generaliter quis impetrauit commutationem vltimæ voluntatis per rescri-
303. ptum iustitiæ, re integra superuenientem † expirat huiusmodi rescriptum; ita, vt per illud conueniri non possit successor eius, contra quem impetratum fuit. Probatur id ex text. *in cap. significauit, de rescr.* vbi, si conueniendus per clausulam generalem, (*& quidam alij*,) cùm viueret tempore impetrationis *rescripti*, non fuit ante mortem citatus non poterit per illud rescriptum conueniri eius successor. & generatim, quòd vbi aduersarius non est expressus in litteris, tunc illarum vigore nequeat eius successor conueniri, præter glos. Innoc Abb. & alios *d.cap. significauit*, tenet Franc. ac plerique *in cap. is, qui, de reg. iur. in* 6. præcipuè verò Ioan. And. *in Mercur.* dicens, ita tenere Goffr. & communiter omnes: quare sic intelligo glos. & alios *in cap. licèt vndique, de offic. deleg.* absolutè asserentes, morte litigatoris expirare iurisdictionem iudicis. Sed quoniam aliqua iura aduersari videntur, vt *cap. quia V. de iudic. & cap. dilecti filij, de for. compet.* & Doct. *in d. cap. significauit, & d. cap. is, qui*, variè hac in re locuti sunt: ideo distinguendum est cum Ioan. And. *d. cap. is, qui, in Mercur. sub num.* 5. & *ibi* Franc. *num.* 3. Calder. *d. cap. significauit*, & *ibi* Abb. *num.* 6. vnde etiam sumi possunt ampliationes, ac limitationes à nobis
304. propositæ concluf. quòd, † aût materia, super qua impetratur rescriptum, non est transmissibilis, seu extendibilis ad successorem, vt in beneficiis, iuxta *cap. ex transmissa, de fil. presbyt.* in vsufructu, *l. si cui in annos, ff. quibus mod. vsusfruct. amitt.* cum simil. vel depositio ab ordine, aut beneficio ob aliquod delictum; & tunc rescriptum expirat per mortem aduersarij, nulla facta distinctione, an res sit integra vel non, *l. si decesserit. ff. qui satisd. cog.* vbi, si reus, pro quo aliquis fideiussit de sistendo iudicio, mortuus fuerit ciuiliter, vel naturaliter ante moram, hoc est, diem exhibitionis, liberatur fideiussor; item arg. *cap. quorundam*, 23 *dist. & l.* 1. *ac* 2. *C. si reus, vel accus. mort. fuer.* vbi actio criminalis morte rei extinguitur: atque hoc præter citatos Doct. tenet quoque Apostillator Abb. *d. cap. significauit, verbo, heredem vniuersalem.* aut materia cõcernit successorem, vel heredem, seu ad eum est trans-
305. missibilis: & tunc, † siquidem est facta mentio sal-tem generalis heredis, vel successoris, planum est, ait Franc. post Ioan. And. *vbi sup.* quòd extenditur ad successorem, vel heredem, *cap. ii. primus, 2. quæst.* 1. *cap. præsentium, 7. quæst.* 1. *cap. propositi, de concess. præb.* & facit *cap. fin. de arbur.* si verò non sit mentio, tunc, aut res non est integra per citationem translimillam, iuxta *cap. propositi, de for. compet.* cum limit. & tunc secundùm multos, quos sequi videtur Ioan. Andr. *d. cap. is, qui, num.* 6. Franc. *d. num.* 3. Abb. *d. numer.* 6. rescriptum non expirat per mortem aduersarij, per text. *d. cap. significauit*, a contrario sensu, ibi; *nec per ipsas, dum viueret, fuerat ad iudicium euocatus*: quòd si res non est integra per litis contestationem; tunc omnes conueniunt, rescriptum non expirare morte aduersarij, vt ait Ioan. Andr. *d. num.* 6. & Franc. *d. num.* 3. aut res est integra: & tunc, vel prædecessor erat conueniendus vigore clausulæ generalis, (*& quidam alij*;) & eo casu rescriptum expirat morte illius, per text. *d. cap. significauit*, quem ita intelligunt *glos.* 1. *& 2. ibi*, & communiter omnes, teste Ioan. And. *d. cap. is, qui, num.* 7. Franc. *d. num.* 3. & Abb. *d. cap. significauit, num.* 4. vbi iuncto *num.* 5. aptam discriminis rationem affert inter reum expressum in rescripto, de quo paulo pòst agemus, & conueniendum ex clausula generali; nam ideo in primo casu extenditur rescriptum, quoniam habuit vires suas in personam defuncti, cùm viueret tempore datæ, vnde extenditur ad successorem, quia fingitur eadem persona cum defuncto, vt *in auth. de succur. à mar. præstit. coll.* 5. sed in secundo casu, quia reus non fuit conuentus tempore vitæ suæ, rescriptum corruit, cùm non fixerit radices in persona conueniendi: neque enim valet iudicis datio, cùm non viueret is, contra quem iudex datur, *l.* 2. *ff. qua sent. sine appell. resc.* sed ille iudex videtur datus contra conueniendum sub clausula, *tempore, quo exprimitur*; nam antea iudex non habet iurisdictionem in non expresso, *cap. pastoralis*, §. 1. iuncto *seq. de rescript.* vnde meritò tunc corruit rescriptum quoad hunc, qui decessit, antequam exprimeretur. Et hoc est verum, nisi rescriptum impetratum fuisset contra dignitatem; tunc enim re quoque non integra potest conueniri successor etiam vigore clausulæ, vt tenet *glos.* 1. *&* 2. Innoc. Cõpost. & Ioan. And. *d. cap. significauit, & ibi* Abb. *num.* 4. *&* 6. ibidem Ioan. Andr. *d. cap. is, qui, num.* 7. ibique Franc. *d. num.* 3. Vel conueniendus erat ex pressus in
306. rescripto; & tunc, † si fuit rescriptũ impetratum in materia concernente dignitatem, licèt nomen Prælati fuerit expressum, extenditur ad successorem; & in hoc casu proprie loquitur text. *in cap. dilecti filij, de for. compet.* vbi *glos.* 1. ab aliis recepta id adnotauit; necnon eadem glos. *d. cap. significauit, verbo, viueret, & ibi* Abb. *num.* 6. Ioan. And. *d. cap. is, qui, num.* 7. & Franc. *num.* 3. si verò non concernebat dignitatem, sed personam; tunc regulariter non extenditur ad successorem singularem, nisi in tribus casibus: quorum primus est, si successor scienter succedit in vitium, in quo casu loquitur *d. cap. quia V. de iudic.* secundus vbi quis alienauit causa iudicij mutandi, vt *in cap. 1. de alienat. iudic. mut. caus. fact.* tertius quando emanauit secunda iussio, vt *in d. cap. quia V.* ita Abb. *d. num.* 6. Ioan. And. *d. cap. is, qui, num.* 8. & Franc. *d. num.* 3. si autem loquimur de herede vniuersali; tunc licèt nonnulli, quos refert Ioan. And. *d. num.* 8. velint, ad eum non extendi rescriptum contra defunctum impetratum; alij verò, vt ij quos sequitur Apostill. ad Abb. *d. cap. significauit, verbo, heredem vniuersalem*, id admittant, si rescriptum sit perpetuatum per citationem: tamen, vt inquit Abb. *d. cap. significauit, num.* 6. *in fi.* opinio magis communis

communis habet, quòd indiſtinctè reſcriptum impetratum contra defunctum in eo expreſſum extendatur ad heredem vniuerſalem, quia cenſeatur eadem perſona, & quia agitur de modico præiudicio; quam præter Abb. *ibi*, tenet Damaſ. Innocent. Compoſt. Ægid. & Petr. quos ſequitur Ioan. And. *d. num.* 8. *&* 9. probatus à Franc. *d.num.* 3. In omnem verò caſum certum eſt, † quòd annales actiones perpetuantur contra heredem aduerſarij, contra quem à Principe impetratum fuit reſcriptum, ex ipſa ſola impetratione, vt patet ex *l.* 1. *&* 2. *C. quand. libell. Princ. dat. lit. conteſt. fac.* vbi id notant Doct. *& in l. fin. ff. de eo, per quem fact. erit.* Prædicta tamen intellige, dummodo defunctus eſſet in rerum natura tempore dati reſcripti; aliàs nulla eſſet impetratio, vt ſatis colligitur à contrario ſenſu ex *d. cap. ſignificanit*, ibi; quòd cùm adhuc frater eiuſdem mulieris viueret, quando eædem litteræ impetratæ fuerunt: ac per text. *in l.* 2. *ff. qua ſent. ſin. app. reſcind.* tradit Ioan. And. *d. cap. is, qui, num.* 10. *&* *ibi* Franc. *d. num.* 3. *ad fin. de reg. iur. in* 6. Abb. *d. cap. ſignificanit, num.* 6. *in fi.* idem confirmans *num.* 7. ex eo, quòd † nec priuilegium tranſit in ſucceſſorem, ſi mortuus eſt tempore datæ is, cui conceditur, iuxta text. notab. *in l. Neratius, ff. de reg. iur.* id, quod etiam tenet poſt alios Apoſtill. Abb. *in verbo, nec priuilegium*; & notandum pro reſcripto commutationis per modum priuilegij obtento; qua de re videri poſſunt Dyn. & alij *in cap. priuilegium, de reg. iur. in* 6.

308.

309.

SEPTIMA CONCLVSIO. Si aduerſarius eius, qui impetrauit commutationem vltimæ voluntatis, per reſcriptum iuſtitiæ ſeruus efficiatur, † licèt illud non expiret, ſuſpenditur tamen donec idem aduerſarius libertati reſtituatur. Probatur; quoniam ſeruus quidem per captiuitatem non poteſt ſiue de facto, ſiue de iure conueniri, cùm omnia iura ſua ſaltem quoad adminiſtrationem amittat, quæ deinde iure poſtliminij reuerſus recuperat, *l.* 2. *ff. de capit. dimin.* §. *ſi ab hoſtibus, Inſtit. quibus mod. ius patr. poteſt. ſolu.* ac toto penè *tit. ff. & C. de captiu. & poſtlimin. reuerſ.* quod idem de ſeruo pœnæ poſtmodum plenè reſtituto conſtat ex *l.* 2. *&* 3. *ff. de ſent. paſſ. & reſtit.* necnon ex *l. ſi debitor, l. ſutor, l. ſi ademptis, & l. ſi deportationis, C. eod. tit.* cum aliis adductis à Peregrin. *tract. de priuileg. & iur. fiſc. lib. bannit. & damnat. reſtit. quæ recuper.* Id tamen ita temperandum eſt, vt, ſi interim, donec captiuus reuertatur, aut ſeruus pœnæ reſtituatur, contra illius, & huius ſucceſſorem, vel heredem futurum, aut vtriuſque bonorum, & iurium deputatum adminiſtratorem vigore alterius reſcripti, vel etiam eiuſdem vbi illa cauſa concerneret dignitatem, vel officium, iuxta ea, quæ diximus *in præced. concl.* impetrans reſcriptum cauſam, & inſtantiam fuiſſet proſecutus, aut nouum iudicium inſtituiſſet; tunc reuerſus, ac reſtitutus ſtare teneretur ſiue iudicio cœpto, ſiue etiam ſententiæ latæ, ac cæteris per eos legitimè geſtis; arg. *l. vbi cœptum, ff. de iud.* iuncta *l.* 1. *& l. in bello*, §. *facta autem cauſa, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. ac l. ab hoſtibus*, §. 1. *ff. ex quibus cauſ. mai. l. mutuo*, §. *fin. ff. de tut. vel curat. l. in poſſeſſionem, in fi. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* iuncta *l.* 2. *in princ. ff. de capit. diminut.* necnon *l. cùm cognatos, C. eodem tit. & l. in quæſtione*, quæ eſt fin. §. 1. *&* 2. *C. de ſent. paſſ. & reſtit.* Idipſum verò tam quoad concluſionem ipſam, quàm quoad proximam declarationem ſtatuendum eſt † de condemnato cum bonorum amiſſione, vel ita bannito, vt amittat bona, & iura ſua; (iuxta ea, quæ *in tract. de Conſeruatorib. iudicib. quæſt.* 2. *in* 1. *&* 2. *præmiſſ.* adduximus,) vbi ea recuperet; eadem enim vtrobique eſt ratio, atque adeò etiam diſpoſitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap.* 2. *de tranſlat. Epiſc.* cum ſimil. An verò, & quandò † bannito huiuſmodi liberato à banno, & patriæ reſtituto, bona etiam, & iura quælibet reſtituta cenſeantur, aut præſumantur, late inter cæteros tradunt Sfort. Odd. *in tract. ac reſtit. in integr. quæſt.* 96. *cum ſeqq.* Peregr. *vbi ſup.* & Menoch. *de præſum. lib.* 5. *præſumpt.* 46. per tot. quos, cùm opus fuerit, conſulere poteris ſimul cum iuribus, ac Doctoribus ab iiſdem allegatis.

310.

311.

OCTAVA CONCLVSIO. Aduerſario eius, qui impetrauit commutationem vltimæ voluntatis per reſcriptum iuſtitiæ, excommunicato, † regulariter non expirat, aut ſuſpenditur iudicis iuriſdictio, quin eam exercere poſſit. Probatur, quia hic aduerſarius reus eſſe ſupponitur, quoniam cõtra eum impetratum eſt reſcriptum, iuxta *cap. ſignificante, cap. Rodulphus, & cap. ſignificanit*, ac paſſim *in tit. de reſcript.* atque alibi ſæpe. Reus autem; (de neceſſario loquitur, qui tenetur in iudicio comparere, ac reſpondere, iuxta tradita per Vgol. *tract. de cenſur. tab.* 2. *cap.* 16. *in princ. num.* 1. nam de voluntario paulo pòſt dicemus *in* 2. *limit. huius concluſ.*) poteſt, ac debet, † quamuis excommunicatus, ſi ad iudicium vocetur, venire, ac reſpondere, ne ex malitia ſua commodum reportet, *cap. intelleximus, de iudic. & c. ſi verè, de ſent. excomm.* idque adnotarunt *ibi* glol. & Doct. Sayr. *de cenſur. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 13. *cum ſeqq.* Suarez *eod. tract. diſp.* 16. *ſect.* 4. *num.* 1. Vgol. *d. cap.* 16. §. 1. *num.* 2. & aliquot ſequentibus.

312.

313.

Ampliatur autem hæc regula, atque adeò noſtra concluſio primò, quòd, † vbi reus excommunicatus citatus non veniat, & ob id actor miſſus fuit in poſſeſſionem ex primo decreto, iuxta *cap. quoniam*, §. *in aliis, vt lit. non conteſt.* poterit poſtmodum comparens, & offerens impenſas, & cautionem de iudicio ſiſti, petere reuocationem talis poſſeſſionis; vt ſatis probat Vgol. *d. cap.* 16. §. 2. *num.* 2. Ampliatur ſecundò, vt, † ſi excommunicatus ea de re conueniatur, pro qua actor ipſum curauit excommunicari, ſi probet, ſe iniuſtè fuiſſe excommunicatum, poterit excipere ſe ad reſpondendum non teneri, antequam hominũ communio ei reſtituatur, vt pluribus oſtendunt, id declarantes Vgol. *d. cap.* 16. §. 3. *n.* 2. & Suarez *d. diſp.* 16. *ſect.* 4. *num.* 11. Tertiò amplia, vt † audiatur reus excommunicatus ad ſui defenſionem, licèt ſit in mora petendæ abſolutionis; prout contra alios docet Suarez *d. ſect.* 4. *num.* 8. *&* 9. etiam quoad forum conſcientiæ: ſubdens *num.* 10. contrariam ſententiam admitti poſſe vbi cauſa agatur coram eo iudice, qui illum reum ex alia cauſa excommunicauit. Amplia quartò, vt excommunicatus † ſe defendere poſſit in iudicio, *cap. cùm inter, cap. dilecti, cap. dilecta, & cap. ſignificanit, de except.* ibique Doctor. late Vgol. *d. cap.* 16. §. 4. *num.* 1. *&* 4. Suarez *d. diſput.* 16. *ſect.* 3. *num.* 3. *& ſect.* 4. *num.* 2. Ex quo infertur primò, quòd non modò iudex ei ius reddere, notarius, & ſcriba acta pro eo ſcribere, verùm etiam procurator, & aduocatus eum defendere poteſt; vt idem Vgol. docet *d.* §. 4. *num.* 5. Infertur ſecundò, reum excommunicatum poſſe teſtes, & inſtrumenta producere, & iuramentum deferre ad formam *l.* 1. *ff. de iureiur.* vt tradit Vgol. *d. num.* 4. qui *num.* 6. docet, eum quoque ſubire poſſe, ac debere iuramentum malitiæ, & de calumnia: ſecus verò ex communi reſoluit de iuramento in ſupplementum probationis, ob eam præcipuè rationem, quòd probatio per iuramentum eſt extraordinaria, & honoris cauſa datur, quæ concedi non debet infamibus, infimiſque perſonis, ſed tantùm omni exceptione maioribus.

314.

315.

316.

317.

qua

qua ratione idem fortiùs dicendum est de iuramento litis decisiuo, vt peti ab eo non possit; valeat tamen ab eodem, sicut & præcedens actori deferri. Infertur tertiò, quòd poterit reus excommunicatus opponere exceptiones dilatorias; contra iudicem quidem, eum recusando, *d. cap. cum inter, § inquisitionis, de except.* eius forum declinando, aut excommunicationem ei obiiciendo: contra actorem pariter de excommunicatione excipiendo: contra procuratorem, eius quoque, vel principalis excommunicationem opponendo, quòd ve procurator non sit, aut non cauerit de rato, vbi tenetur: contra testes, quòd sint excommunicati, aut alias inhabiles: & in summa omnes dilatorias exceptiones obiicere poterit, vt temporis ferias, loci incongrui, rescripti surreptitij, inepti libelli, & similes: quæ omnia satis comprobat Vgol. *d. cap.* 16. §. 5. & quoad recusationem iudicis, etiam Suarez *d. sect.* 3. *num.* 3. *& sect.* 4. *num.* 2. quoad exceptionem excommunicationis contra actorem *d. num.* 3. quoad oppositionem contra testes *d. num.* 2. Infertur quartò, quòd vti poterit exceptionibus peremptoriis contra actorem, vt præscriptionis, solutionis, pacti de non petendo, rei iudicatæ, vt docet Suarez *d. sect.* 3. *num.* 3. *& sect.* 4. *num.* 2. ac post alios Vgol. *d. cap.* 16. §. 6. *num.* 1. idémque in exceptione compensationis absolute tradit Suarez *d. num.* 3. quoniam compensatio quædam solutio est, *l. si debitor, ff. qui pot. in pig hab. & l.* 4. *C. de compensat.* & potius habet rationem defensionis, & iustæ exceptionis, quàm petitionis, seu actionis, iuxta *l. si ex venditione, C. eod. tit.* quamuis Vgol. *d.* §. 6. *num.* 2. ex communi doceat, reum excommunicatum non posse compensationem obiicere, nisi vel actor illam admitteret, vel reus sibi aliter consulere non posset, vel vbi compensatio ipso iure fiat, vel tandem compensatio iam facta obiiceretur. Infertur denique,

318. quòd reus excommunicatus † appellare poterit à sententia contra se lata, *cap. reuera, 3. quæst.* 9. *cap. cum inter, & cap. vlt. de except.* & *ibi* glos. & Doct. adnotarunt, traditque Vgol. *d. cap.* 16. §. 7. *num.* 1. Suarez *d. sect.* 3. *num.* 3. *& sect.* 4. *num.* 2. quin etiam ab ipsa excommunicatione appellare poterit; ita tamen, vt si solùm iniustam eam dicat, audiendus non sit, donec absoluatur. si verò nullam contendat, admittendus sit, vt optimè docet Suar. *d. sect.* 3. *num.* 3. *& sect.* 4. *num.* 2. *in fi.* primum per text. *in cap. per tuas, de sent. excomm.* secundum per *cap. cum contingat, de offic. deleg.* & omnino quid operetur appellatio ab excommunicatione, latiùs tradidimus *in tract. de Conseruatoribus indicib. cap. vlt quæst.* 3. *concl.* 6. Appellationem quoque suam prosequi poterit reus excommunicatus; vt satis constat ex *d. cùm inter, & cap. significauit, de except.* & latiùs probat Vgol. *d. tab.* 2. *de censur. cap.* 15. §. 1. *num.* 8. & rescriptum impetrare super ea, iuxta *cap.* 1. *de rescript. in* 6.

Limitatur nunc primò prædicta regula, & nostra

319. conclusio, vt reus excommunicatus † debeat regulariter per alium, seu procuratorem; non autem per seipsum respondere; prout satis colligi videtur ex text. *in cap. intelleximus, de iud.* & *ibi* Dec. & alij adnotarunt cum glos. *in cap. pastoralis, de iudic.* & pluribus comprobat Vgol. *d. tab.* 2. *cap.* 16. §. 8. *num.* 1. vbi alios citat; probabiliéque putat Suar. *d. sect.* 4. *num.* 5. nam *num.* 6. *& seq.* cum aliis probabilius censet, non esse cogendum reum excommunicatū per alium respondere, cùm vix possit quis rebus suis consulere per alium. verior tamen mihi videtur prior sententia, propter illa verba text. *d. cap. intelleximus, debet per alium in iudicio respondere*; cum illis tamen temperamentis, quæ adhibet Vgol. *d. n.* 1. nimirum vbi excommunicatus ob inopiam comparere per procuratorem non potest; item vbi idoneus procurator non reperitur; ac denique vbi excommunicatus asserit, sententiam excommunicationis contra se latam esse nullam; de quo tamen postremo aliquatenus dubitat. An verò, & quando ipse procurator † ratione excommunicationis re- 320.
pelli possit, vel nulliger ratione excommunicationis dicatur constitutus, quoniam rem nostram non immediatè attingit, consulas, & opus fuerit, Vgol. *d. tab.* 2. *cap.* 19. fere per tot. & Suarez *d. disp.* 16. *sect.* 7. vbi etiam agit de aduocato; de quo pariter Vgol. *supra cap.* 18. licet *sect.* 8. de tutore, & curatore, de quo etiam Vgol. *d. tab.* 2. *cap.* 14. *sect.* autem 6. de † teste, de 321.
quo item Vgol. *cap.* 17. *& sect.* 5. de tabellione.

Limitatur secundò eadem regula, & conclusio, vt non procedat in reo voluntario excommunicato, qui quidem † vel is est, qui instat, vt aliquis contra 322.
se agat, & iudicium suum prosequatur, iuxta *l. diffamari, ff. de ingen. & manum.* qui ve ipso non instante generatim, aut speciatim vocatur sub hac conditione tacita, vel expressa, si sua putauerit interesse, non tamen compellitur ad comparendū; vt docet Vgol. *d. tab.* 2. *cap.* 16. *in princ. num.* 2. *&* 3. ac Suarez *d. disp.* 16. *sect.* 4. *num.* 12. nam talis reus excommunicatus in iudicio esse non potest, vt satis comprobant Vgol. *d. num.* 2. Suarez *d. num.* 12. & Sayr. *de censur. d. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 11. *cum seq.*

NONA, & postrema CONCLVSIO. Si aduersarius eius, qui impetrauit commutationem vltimæ voluntatis per rescriptum iustitiæ, ingrediatur Religionem; † tunc ante professionem quidem re- 323.
scriptum non suspenditur; post professionem verò transibit in eius heredem, vel successorem vniuersalem siue sit Religio, siue alius; & aliquando etiam in successorem singularem. Prior pars conclusionis probatur, quia siquidem ingrediens disposuit de rebus suis per testamentum, aliámve similem vltimam voluntatem, cùm hæc locum non habeat, seu effectum sortiatur, nisi secuta morte naturali, vel ciuili, hoc est, in casu nostro per professionem, vt per se patet; iura omnia remanebunt penes nouitium, vt etiam colligitur ex adductis sup. *concl.* 5. *post med.* quod idem quoque dicendum est, si de iis disponat ingrediens per actum inter viuos, propter decretum Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 16. *de Regular.* disponens, quòd nulla renuntiatio, aut obligatio facta ab ingrediente Religionem etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscumque causæ piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat intra duos mēses proximos ante professionem; ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione. si enim non habent effectum dispositiones ingredientis Religionem, nisi post eius professionem, apertè sequitur, remanere omnia iura actiua, & passiua penes ipsum ingredientem, donec, vel professionem emittat, vel ante eam naturaliter moriatur. Posterior pars † concl. probatur: quia si quidé Re- 324.
ligio, in qua profitetur ingrediens, est bonorum incapax, statim ea deferuntur ad fideicommissarium, vbi subiecta sint fideicommisso; vel ad heredem, aliúmve vocatum ab ingrediente, vbi bona libera sint, de iisque disposuerit; aliàs ad venientes ab intestato; iuxta ea, quæ tradidimus *d. concl.* 5. quòd si ea religio sit bonorum capax, neque ingrediens aliis ea reliquit, fideicommissaria quidem remanēt quoad vsumfructum penes Religionem durante naturali vita ingressi, libera verò ad Religionem transeunt, iuxta *ibidem* adducta: & si quidem Religio, aut alius sit heres vniuersalis, contra eam, eumve transibit rescriptum, eiúsve executio, & quidem indistinctè; per ea, quæ sup. hac ipsa quæst. *concl. sup.* 6. attulimus;

attulimus; quòd ſi ſit tantùm ſucceſſor ſingularis, tunc contra eum non tranſibit, niſi in tribus caſibus, quos *ibidem* poſt alios attulimus, nimirum cùm ſucceſſor ſcienter ſuccedit in vitium, iuxta *cap. quia V. de iudic.* vel vbi facta eſt alienatio iudicij mutandi cauſa, vt *in cap. 1. de alienat. iudic. mutan. cauſ. facti.* vel denique vbi emanauit ſecunda iuſſio; vt colligitur ex *d. cap. quia V.* Atque hæc de præſenti quæſt. dicta ſufficiant; iámque ad alias, ſi lubet, tranſeamus huius octaui capitis.

SVMMÆ RERVM.

325. *Extinctio commutationis vltimæ voluntatis per lapſum temporis maximè incerti in ipſa commutatione proſtituti quot modis poſſit conſiderari.*

326. *Priuilegium aliud perpetuum, aliud temporale; & quid vtrumque, ac quotuplex ſit, & trib. num. ſeqq.*

327. *Perpetuitas priuilegij an exigat, quòd illud ſine præfinitione temporis, vel cum conditione perpetua concedatur; & adhæreat rei de ſe perpetuæ: vel horum altero contenta ſit.*

328. *Priuilegium perpetuum eſt, quod conceditur rei corporali immobili, vt Eccleſiæ, vel Monaſterio. & quid ſi hæc deſtruantur, an duret priuilegium; num. 329. & trib. ſeqq.*

330. *Priuilegium loci quibus modis conſiderari poteſt.*

331. *Priuilegium conceſſum alicui loco principaliter, vel æquè principaliter loco, & perſonis, an profit ſolum priuilegiato dum ibi eſt, vel in eo loco habitantibus.*

332. *Priuilegia conceſſa Eccleſiæ, quæ deſtruitur, vt alibi ædificetur, ad nuper conſtructam transferuntur, & quid quando vna Eccleſia alteri vnitur; num. 333.*

334. *Diſpoſitio, cui nullum certum tempus præfinitur, diuerſimodè iuxta rerum diuerſitatem durat.*

335. *Diſpoſitio fauorabilis, cui certum tempus non eſt appoſitum, perpetuò durat.*

336. *Cõmutatio vltimæ voluntatis conceſſa per modum priuilegij extinguitur per lapſum certi temporis in ea præſtituti. Idémque eſt in conceſſa per reſcriptum iuſtitiæ; num. 337. cum ſeq.*

338. *Intellectus cap. cum ſit Romana, & cap. interpoſita, de appellat. ac l. meminiſſe, ff. de off. proconſ.*

339. *Iuriſdictio ad tempus data quando duret vſque ad aduentum ſucceſſoris.*

340. *Iuriſdictio data ad certum tempus, eo elapſo expirat, licèt dolo partis cauſa intra illud non terminetur.*

341. *Iuriſdictio data ad certum tempus non expirat eo elapſo, ſi illud de partium cõſenſu prorogetur. & quoad ſententiæ ſuæ executionem; n. 342. atque vbi terminus ſit præfixus iudici, non autem iuriſdictioni; dum tamen ille iudex aliàs iuriſdictionem habeat; num. 343.*

344. *Tempus iuriſdictioni præfixum quando incipiat currere.*

345. *Dilationes abbreuiari debent, cùm tẽpus delegato præfixum ad cauſam terminandam breue eſt.*

346. *Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis ſub conditione conceſſum ea deſinente ceſſabit; modò appoſita fuerit nõ ſolùm ad fieri, ſed etiam ad conſeruationẽ priuilegij. 347. & ibi, quando ſufficiat conditionem diſpoſitionis ferè eſſe impletam; & aliquot ſeqq.*

348. *Qualitas adiecta tempori, vnde diſpoſitio ſumit effectum, debet adeſſe illo tempore.*

349. *Dictiones, quãdiu, donec, quouſque, & ſimiles important ſucceſſionem, & perſeuerantiam.*

350. *Conditio adiecta diſpoſitioni ex parte actus, vel vſus, deſitione ſua deſinere facit diſpoſitionem; & num. ſeq.*

351. *Conditio negatiua, vel affirmatiua diſpoſitioni adiecta in quo differant quoad effectum.*

352. *Conditio an debeat in dubio præſumi determinata, vel indeterminata reſpectu tẽporis; & quando poſita in vna diſpoſitione, vel parte diſpoſitionis repetita cenſeatur in alia diſpoſitione, vel alia eiuſdem partis.*

353. *Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis extinguitur per mutationem ſtatus, aut vinculi, vnde illud pendebat tamquam à conditione etiam virtuali, & generali.*

354. *Nouitius, & profeſſus, aut familiaris alicuius Religionis dimiſſo illius habitu, vel ſtatu, aut habitatione, non gaudent illius priuilegiis; & num. ſeq.*

355. *Priuilegium conceſſum ratione vnionis cum alio an ſemper ceſſet vnione diſſoluta, vel eo cui facta eſt vnio, defuncto, aut amittẽte priuilegiũ.*

356. *Perſona, vel res priuilegiata propriè, quænam ſit.*

357. *Priuilegiorum ad inſtar, ſeu eorum communicationis materia, remiſſiuè.*

358. *Priuilegium ad inſtar, & priuilegij communicatio, ſeu potius participatio an idem ſint; & num. 364.*

359. *Priuilegium ad inſtar impropriè, ac propriè dictum quodnam ſit.*

360. *Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis conceſſum ad inſtar alterius, hoc ſublato, vel amiſſo non tollitur, aut amittitur.*

361. *Priuilegium, ad cuius inſtar aliud conceſſum fuit, non reuocatur hoc reuocato.*

362. *Priuilegium conceſſum ad inſtar alterius non reſtringitur iuxta huius reſtrictionem ſecutam poſt primam illius conceſſionẽ, ſicut nec exemplatum augetur aucto exemplari, aut è contrario; num. 363. vbi etiam, quid ſi eidem perſonæ, vel loco alia priuilegia poſtea fuerint conceſſa. & quid ſi priuilegium concedatur ad inſtar concedendarum; n. 364. & quando hoc fieri cenſeatur; num. 365.*

366. *Priuilegium communicatum alteri non mutatur quoad diminutionem, vel amiſſionem per non vſum, aut aliter per eiuſmodi mutationẽ poſtea contingentem in eo, cui primo conceſſum fuit, & an communicetur reſtrictio, qua inerat exemplari tempore communicationis, remiſſiuè; num. 367.*

368. *Priuilegia communicata acceſſoriè, vt familiaribus priuilegiati, amittuntur, augentur, & minuuntur in illis, cùm hæc in principaliter priuilegiato contingunt.*

369. *Priuilegium ad inſtar validum non eſt, ſi tempore conceſſionis exemplar nullum eſt; niſi in poſteriore priuilegio aliud exprimatur, vtputa ſpecies gratiarum; & num. ſeq.*

370. *Fides exemplaris priuilegij an fieri debeat, cum in priuilegio ad inſtar exprimitur ſpecies gratiæ.*

371. *Aſſertioni Principis maximè in facto proprio, quando credatur; aut in iis, quæ ſunt iuris; & an quoad vtrumque admittatur probatio in contrarium.*

372. *Commutatio vltimæ voluntatis abſoluta, & perfecta regulariter per primum eius actum, ſeu vſum non extinguitur; & ibi quando ſermo ſimpliciter prolatus intelligatur de prima vice; & multis ſeqq.*

373. Diſpen

tam, quæ dicitur vniuerſitas, ſeu corpus myſticum, vt eſt Ciuitas, Religio, Collegium, Monaſterium,
241. & ſimilia. Si ergo priuilegium † directè fiat perſonæ fictæ, id ſatis eſt, inquit Suarez *d. num.* 4. vt priuilegium ſit reale, quia perpetuum eſt, iuxta *d. l. forma, §. quamquam, ff. de cenſib.* talis enim perſona ficta perpetua eſt, vt conſtat ex *l. proponebatur, ff. de iudic.* ſubditque Suarez, hoc procedere ſiue priuilegium concedatur corpori ad vſum totius corporis per modum vnius vniuerſitatis in vnum congregatæ, ſiue concedatur eidem ad vſum ſingulorum; ſiue è conuerſo detur ſingulis de tali corpore ratione totius, & vt ſunt membra talis corporis, hoc eſt, vt ciues, vel religioſi ſunt: quia, vt ſumitur ex *l. 2. ff. de reb. dub.* etiam hoc modo priuilegium cenſetur per ſe primò concedi tali corpori myſtico, quod eſt res quædam perpetua per continuá quandam ſucceſſionem, & ideo tale priuilegium reale eſt, ac perpetuum. & hoc vtrumque membrum quoad omnia dicta, poſtremo excepto, ex iiſdem fundamentis pluribus ad id Doctoribus allegatis tradit etiam Menoch. *d. præſumpt. 103. num. 24. & 25.* quoad ipſum verò poſtremum dictum, poſt alios Barboſ. *d. l. quia tale, num. 14. verſ. quam concluſionem amplia, in fi. & num. 39. cum ſeq.* Ad hoc re-
242. ducitur † priuilegium conceſſum dignitati, ſeu officio quod perpetuum & reale eſt, *l. maximarum, C. de excuſ. mun. lib. 10. & cap. cùm veniſſent, de inſtit.* hæc enim non moriuntur, *cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. cap. quoniam Abbas, de offic. deleg. §. vlt. auth. quom. oport. Epiſc.* ita poſt alios Barboſ. *d. l. quia tale, num. 41.* & Menoch. *d. præſumpt. 103. num. 44. verſ. decimò, quando conceſſio.* omnino verò idem eſſe puto, quod de priuilegio conceſſo loco, vt & reale cenſeatur, poſt alios tradunt Menoch. *d. num. 24.* & Barboſ. *d. num. 39.* qui ideo coniungunt locum cum vniuerſitate, collegio, & ſimilibus. Si autem
243. perſona, cui conceditur priuilegium, eſt vera, † diſtinguendum eſt; nam aut eſt vna perſona particularis, ac determinata, & priuilegium illi conceſſum regulariter eſt merè perſonale, vt tradit Suarez *d. cap. 3. num. 5.* ob eam rationem, quia tale priuilegium ſoli illi perſonæ adhæret, & cum illa finitur, quæ eſt conditio maximè propria priuilegij perſonalis, *d. l. priuilegia, ff. de reg. iur. l. maritum, & l. quia tale, ff. ſol. matr. d. l. forma, §. quamquam, ff. de cenſib. & l. ſordidorum, C. de excuſ. mun. lib. 10.* ſentiúntque alij quos refert, ac ſequitur Barboſ. *d. l. quia tale, num. 2. verſ. his ita explicatis.* aut eſt certum genus perſonarum, vt minores, mariti, vxores, ac ſimiles: & priuilegium huic conceſſum pariter eſt perſonale; vt poſt Barboſ. *d. l. quia tale, num. 14. verſ. quam concluſionem, in initio,* & laſ. *d. l. maritum, num. 32.* id colligentes ex text. *d. l. quia tale,* iuncta *d. l. maritum,* ſtatim præced. docet Suarez *d. num. 5.* quoniam tale priuilegium ſingulis perſonis veris ſub illa communi appellatione conceditur non ratione communitatis talium perſonarum, ſeu alicuius corporis myſtici ex illis compoſiti, ſed ratione ſui; & prout in vnaquaque eſt, illi ſoli prodeſt, & cum illa extinguitur: quæ ſunt conditiones priuilegij perſonalis. Sed quia hoc priuilegium ſic
244. in communi conceſſum certo generi perſonarum † moraliter perpetuum eſt, quia nunquam ſub illo communi genere deeſſe poſſunt individua, in quibus priuilegium illud conſeruetur; ideo multùm ſimile eſt priuilegio reali, & ab aliquibus ita vocatur, vt rectè monet Suarez *d. num. 5. in fi.* ſubiiciens *num. 6.* aliam huius rei rationem, quia tunc priuilegium non tam conceditur perſonæ, quàm rei, vel cauſæ, ac certæ conditioni exiſtenti in perſona; vt, minori conceditur priuilegium reſtitutionis in integrũ ob defectu ætatis: vnde ex hoc reale eſt, arg. *d. l. in omnibus cauſis, la 2. & d. l. priuilegia, ff. de reg. iur.* maxime verò reale erit, ſi illud certum genus perſonarum per ſe inuoluat ſucceſſionem, prout eſt familia; vt poſt alios in his terminis tradit Menoch. *d. præſumpt. 103. num. 23. ex l. 1. §. vlt. & l. immunitates, ff. de iur. immunit. ac l. vacatio, ff. de mun. & honor.* Si ergo ex parte perſonæ cognoſci poteſt quando priuilegium ſit perſonale, vel reale, non tamen id ſufficit, præcipue quando priuilegium datur perſonæ veræ, & ſingulari, arg. *l. iuriſgentium, §. pactum, ff. de pact.* ibi; plerumque perſona inſeritur pacto, non vt perſonale pactum fiat, ſed, vt demonſtretur, cum quo pactum factum eſt. vnde *ibi* additur, æſtimandam eſſe mentem contrahentium. idem contingit proportionabiliter in priuilegio, quia ſæpe cum perſona iungitur res, vel dignitas, aut ſimilis cauſa: & ideo ex intentione concedentis diſcernere oportet, cui primariò concedatur priuilegium. Ad hoc ergo dignoſcendum ſubiungitur ſecunda conſideratio † ex cauſa, cuius intuitu principaliter 245.
datur priuilegium. nam ſi hæc ſit perſona ipſa, ſeu conditio per ſe adhærens illi, cenſetur priuilegium perſonale: ſi verò ſit dignitas, vel res alia, ſeu cauſa, quæ cum perſona non cohæreat, priuilegium eſt reale. atque hanc regulam poſt alios tradunt Barboſ. *d. l. quia tale, num. 3. 4. & 5.* Suarez *d. cap. 3. num. 8.* ac Menoch. *d. præſumpt. 103. à num. 1. ad 9.* iuncto *num. 16. cum tribus ſequentibus.* quæ confirmatur ex *d. l. in omnibus cauſis*; & ex eo, quòd in omni diſpoſitione cauſa principalis, & proxima attenditur magis, quàm remota, *l. qui exceptionem, in princ. ff. de condict. indeb.* cum ſimil. Et ad *d. l. ſordidorum, C. de excuſat. mun. lib. 10.* ibi; neque enim poteſt eſſe perpetuum, quod non rebus, ſed perſonis contemplatione dignitatis, atque militiæ indulſiſſe nos conſtat: reſpondet Suarez *d. cap. 3. num. 9.* ibi loqui Imperatorem de cauſa motiua, ſeu impulſiua, ad quam non eſt principaliter attendendum, ſed obiectum proximum, ad quod concedens direxit intentionem ſuam. Cùm autem hæc † maximè de- 246.
prehendatur ex verbis, *l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de ſupell. leg.* cum aliis ad id adductis à Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 35. à num. 2. vſque ad 19.* alia conſideratio occurrit, vt verba priuilegij attendantur, an dirigantur ad rem, vel ad perſonam. nam ſi ad perſonam dirigantur verba priuilegij, erit perſonale; ſi ad rem, reale; iuxta *l. 1. §. permittitur, ff. de aq. quotid. & eſt.* ex qua, & aliis pluribus gloſ. ac Doct. relatis pro regula id tradunt Suarez *d. cap. 3. num. 10. & 11.* Menoch. *d. præſumpt. 103. num. 9.* iuncto *num. 26. cum duobus* ſtatim *ſequentibus*, ac Barboſ. *d. l. quia tale, num. 2. vſque ad 6.* vbi id docet procedere, cùm non conſtat de cauſa principali conceſſionis. Suarez verò eod. *cap. 3. num. 12.* id reſtringit primò, niſi in priuilegio directo perſonæ, aut rei aliquid addatur, quod immutet eius ſignificationem; vt, ſi ſub nomine Epiſcopi talis ciuitatis ei concedatur facultas aliqua ob inſignes labores, vel eminentiam ſcientiæ, erit perſonale, ex Abb. *in cap. mandata, num. 1. de præſumpt.* aut ſi poſtquam priuilegium dixit, concedimus Petro, vel tibi, addat, & heredibus tuis, vel ſucceſſoribus tuis; tunc enim erit reale, ex Bart. *in l. 1. ff. de conſtit. Princ.* per text. *in l. 1. ff. de iur. immun.* quod etiam poſt alios tradit Menoch. *d. præſumpt. 103. num. 44.* & Barboſ. *d. l. quia tale, num. 34. & ſeq.* ita tamen, vt huiuſmodi priuilegium eedi non poſſit, vt ſup. *circa initium 1. præmiſſ.* ex eod. Barboſ. *d. l. cum tale, num. 21.* docuimus: &, ſi qua pars diſpoſitionis diuerſa à priori, in

quia

qua conceſſio facta fuerat pro ſe, & heredibus, ſolùm habeat clauſulam, *pro ſe*, hæc poſterior conceſſio erit perſonalis; vt poſt alios docet idem Menoch. *d. præſumpt.* 103. *numer.* 12. Secundò illud eſt reſtringendum, niſi ex qualitate perſonæ colligatur, perſonale priuilegium tranſire ad poſteros, quoniam aliàs eſſet penè inutile, vt quia conceſſum ſit valde ſeni. ita Menoch. *d. præſumpt.* 103. *numer.* 42. poſt Soc. ſen. *conſil.* 84. *numer.* 10. *lib.* 4. Tertiò reſtringe, ſeu tempera, † ſi additum ſit verbum, *perpetuò*,
247. vt poſt nonnullos tenent, ac tuentur contra alios Suarez *d. numer.* 12. & Menoch. *d. præſumpt.* 103. *numer.* 38. *cum duobus ſeqq.* éſtque de mente multorum, quos ſequitur Barboſ. *in remiſſ. Doctor. de dictionib. & clauſul. diction.* 216. *numer.* 1. aſſerentium de natura dictionis, *perpetuò*, eſſe, vt ſe in infinitum extendat, per text. *in l. purè, ff. de dol. except.* & accipiatur pro ſemper, & omni tempore, ex *l. fundi, §. Labeo, ff. de action. empt. & l. cum debere, ff. de ſeru. urb. prad.* Barboſ. autem *d. l. quia tale, numer.* 11. id ſolùm admittit in priuilegiis remuneratoriis, aut vbi aliàs verba priuilegij ſint ambigua. ex ipſis verò priuilegiis remuneratoriis,
248. ſeu in remunerationem meritorum conceſſis † ſumi poteſt quarta reſtrictio prædictæ regulæ iuxta multorum ſententiam, quos refert Barboſ. *d. l. quia tale, numer.* 6. *verſis. contrarium tamen*, ac ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 103. *numer.* 13. aſſerentium priuilegium, ex hoc etiam ſolo, quòd, priuilegium aliquod fiat ob benemerita, licèt verba ad perſonam dirigantur, fieri, ac cenſeri reale: quamuis alij in omnino contrariam ſententiam abierint, nimirum priuilegium, etſi in rem directum, ex hoc ſolùm cenſeri perſonale, quòd ob benemerita perſonæ conceſſum ſit: quorum pleroſque refert Menoch. *d. præſumpt.* 103. *numer.* 12. Suarez *d. lib.* 8. *de legibus, cap.* 4. *num.* 2. ac ſequitur Barboſ. *d. num.* 6. *in princip. ac num.* 7. vtramque autem hanc extremam ſententiam optimè confutat Suarez *d. cap.* 4. *à num.* 3. *ad* 8. vbi etiam vtriuſque fundamenta euertit, tertiam quandam ſententiam ſatis confirmans, quæ mihi valde placet, priuilegium remuneratiuum per ſe & ab intrinſeco non habere, quòd ſit reale, aut perſonale; ſed fore indifferens ad vtrumque; atque adeò conſideranda eſſe vlteriùs verba priuilegij. nam ſi cadunt directè, & proximè in rem, licèt dicatur immunitas illius rei concedi propter merita petentis, ſeu poſſidentis illam rem; tamen priuilegium erit reale; vt tandem agnoſcit Barboſ. *d. l. quia tale, num.* 8. ſi autem verba conceſſionis directè referantur ad perſonam, cuius merita dicuntur remunerari, erit priuilegium perſonale. Quòd ſi omnibus penſatis, verba ſint dubia, ponderanda erit proportio meritorum ad priuilegium, vt latior, vel reſtrictior interpretatio fiat iuxta exigentiam meritorum: nam veriſimile eſt, concedentem priuilegium voluiſſe præmium iuſtum, & adæquatum conferre. Atque hanc opinionem ſic diſtinguentem dumtaxat probant fundamenta prædictæ vtriuſque contrariæ ſententiæ. Sed quicquid ſit de priuilegio remuneratorio, certè prædicta tertia reſtrictio admitti
249. debet † in priuilegio conuentionali, ſeu conceſſo per modum contractus, & pacti; vt nimirum regulariter cenſeatur reale, quamuis ad perſonam referatur; vt pluribus relatis tradunt Menoch. *d. præſumpt.* 103. *numer.* 14. *& 22.* ac Barboſ. *d. l. quia tale, numer.* 43. vbi huius opinionis fundamenta adducunt: ac præcipuum illud eſt, quòd de natura contractus ſit, vt ad heredes tranſmittatur, *l. ſi palam, ff. de probat. l. veteris, C. de contrahen. ſtipul. & l. vn. C. vt action. & ab heredib. & cont. hered. incip.* Suarez *d. cap.* 4. *mem.* 10. illud addit, quòd † 250.
priuilegium conuentionale irreuocabile cenſetur per ſolam concedentis voluntatem, latè Bald. *in l. vltim. C. vnd. liber. numer.* 33. *ac* 34. & Abb. *in cap. peruenit, de immunit. Eccleſ.* cum aliis, quos inferiùs ad id nos allegabimus hoc ipſo *cap. quæſt.* 6. *concluſ.* 2. *limit.* 2. ac præſertim Ant. Gabr. *com. concluſ. lib.* 3. *tit. de iur. quæſ. non tollend. concluſ.* 6. *numer.* 5. & eodem Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 37. *numer.* 5. *&* 6. nam cùm priuilegium conuentionale ex vi pacti includat mutuam obligationem iuſtitiæ, non poteſt à concedente reuocari; ergo de ſe perpetuum eſt. Ipſe tamen Suarez *d. cap.* 4. *numer.* 11. contrarium tenet, aſſerens, priuilegium conuentionale non poſtulare per ſe, & intrinſecè, vt ſit reale, ſed de ſe indifferens eſſe ad perſonale & reale; quia, inquit, ſicut priuilegium reale poteſt eſſe gratioſum, ita etiam perſonale poteſt eſſe conuentionale; bona enim perſonalia, ſeu ad tempus, vel ad vitam ſolius perſonæ conceſſa poſſunt non gratis, ſed ex pacto dari, vt experientia docet. idque confirmat primò, quia ſeruitus ſiue donetur, ſiue vendatur, poteſt & ad vitam perſonæ, & in perpetuum concedi; ergo idem cum proportione in priuilegio. Secundò, quia priuilegium remuneratiuum virtute eſt conuentionale; & nihilominus illud de ſe non eſt reale magis, quàm perſonale; ergo & hoc. & ad leges præcitatas, quæ dicunt, contractus tranſire ad heredes, reſpondet *numer.* 13. illa verba generaliter ſumpta non dicere actum, ſed aptitudinem; quia contractus de ſe poteſt ita fieri, vt tranſeat ad heredes; non tamen id ſemper eſſe neceſſarium, cùm poſſit etiam per reſpectum ad ſolas contrahentium perſonas contrahi; vt patet in matrimonio: vel certè ſi de actu ſit ſermo, intelligendum eſſe contractum tranſire ad heredes, niſi de voluntate contrahentium conſtet fuiſſe limitatum ad perſonas, iuxta *l. idem in duobus, ff. de pact.* & ad illud fundamentum contrariæ ſententiæ de priuilegio irreuocabili, reſpondet *ibidem*, † aliud eſſe, quòd 251.
priuilegium ſit irreuocabile, aliud, quòd ſit perpetuum; ideóque etiam priuilegium perſonale poſſe eſſe irreuocabile pro ſuo tempore; ſicut & votum temporale eſt irreuocabile. Hæc tamen minimè nos morantur, quia in tertia hac noſtra reſtrictione perſiſtamus, vt nimirum priuilegium conuentionale, quamuis relatum ad perſonam in dubio reale, ac perpetuum cenſeatur. Nam quod Suarez pro ſua opinione in fundamento principali, eiúſque prima confirmatione, & reſponſione ad primum fundamentum noſtræ, ac communis ſententiæ affert, ſolùm probant, non eſſe ita intrinſecum, & eſſentiale contractui, & priuilegio in modum contractus conceſſo, quòd ſit reale, ac perpetuum; quia ex ſpeciali, & expreſſa diſpoſitione fieri poſſit perſonale, ac temporale; id quod non negat noſtra ſententia, ſed ſolùm contendit, hoc eſſe naturale priuilegio conuentionali, vt ſit reale, ac perpetuum; & quòd ita regulariter cenſendum eſt, niſi contrarium exprimatur, aut ita poſcat materia, circa quam contractus verſatur, quale eſt matrimonium, & ſimiles contractus. Et ad ſecundam confirmationem reſpondeo, malè Suarez *d. numer.* 11. necnon ex noſtræ ſententiæ ſequacibus, Barboſ. *d. l. quia tale, numer.* 44. & alios, quos ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 103. *numer.* 13. æquiparare quoad rem, de qua agitur, priuilegium conceſſum ob

benemerita, & conceſſum per modum contractus:
252. latum enim eſt † inter vtrumque diſcrimen; cum ex benemeritis, ſi ſint erga perſonam concedentis, aut eam, quæ ad illum attineat, ſolum obligatio antidoralis oriatur, vt omnes fatentur; ſi autem ſint erga Remp. ad ſummum naſcitur ex iis obligatio iuſtitiæ diſtributiuæ, ac legalis, vt cuique notum eſt; at verò ex priuilegio conuentionali, ſeu in modum contractus oritur obligatio iuſtitiæ commutatiuæ; vnde de ſui natura debet perpetuò durare, nec poſſe reuocari ſine magna cauſa à Principe concedente, iuxta ea, quæ *d. quæſt. 6. concl.* 2. latiùs dicemus. Quamuis autem (vt tollamus reſponſionem Suarez ad ſecundum noſtræ ſententiæ fundamentum;) aliud ſit perpetuum, ſeu reale; aliud irreuocabile; cùm poſſit temporale, ſeu perſonale eſſe irreuocabile, vt patet in voto ad tempus emiſſo; tamen hoc in iis verum eſt, quæ de ſui natura non ſunt perpetua, ſed poſſunt eſſe temporalia æquè, ac perpetua, cuiuſmodi eſt inramentum, & votum; immo etiam vtriuſque obligatio perpetua propriè non eſt, cùm non ſit tranſmiſſibilis ad heredes in vim voti, & iuramenti: contractus autem de ſui natura perpetuus eſt, & ad heredes tranſmittitur; vnde, niſi contrarium expreſsè appareat ex verbis diſpoſitionis, aut qualitate rei, de qua diſponitur, ſemper cenſebitur realis, ac perpetuus. Et generatim
253. † qualitas etiam rei, circa quam verſatur priuilegium, attendi debet, vt dignoſcatur, an priuilegium ipſum ſit perſonale, vel reale. ita poſt Abb. *in cap. aduerſus, num.* 17. *de immunit. Eccleſ.* & Anchar. latè id tradentem *in cap. priuilegium, quæſt.* 1. *de reg. iur. in* 6. & alios docet Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 3. *num.* 13. atque hæc eſt quarta conſideratio in re, de qua agimus, adhibenda ex illis, quas ſup. initio huius præmiſſ. ex eodem Suarez propoſuimus. Vnde ſi ipſa res non ſit tranſmiſſibilis ad heredes, erit priuilegium perſonale; vt poſt alios tradit Menoch. *d. diſp.* 103. *num.* 35. Item ſi determinata ſit, neque exigat induſtriam perſonæ, erit priuilegium reale; alias ſi res, circa quam illud verſatur, indeterminata ſit, & requirat perſonæ induſtriam, erit perſonale; vt multi tenent, quos ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 103. *num.* 10. *& 33. cum ſeq.* referíque Barboſ. *d. l. quia tale, num.* 45. licèt contra hoc vtrumque ipſe inſurgat *ibidem in fi. ac num.* 46. *&* 47. ex quibus, meo iudicio, ea dumtaxat vrgent, quæ contra primum adducit de re determinata; atque adeò id mihi quoque valde dubium videtur. Et hæc quoad ſecundum præmiſſ. & priorem ex duobus articulis in fin. præced. præmiſſ. propoſitis. Quad poſteriorem autem,

254. Præmitto tertiò, quòd, † vbi adhuc omnibus perpenſis dubium remaneat, an priuilegium ſit reale, vel perſonale; licèt nonnulli, quos refert Menoch. *d. præſumpt.* 103. *num.* 29. Barboſ. *d. l. quia tale, num.* 4. *ad fin.* & Suarez *d. cap.* 3. *num.* 14. voluerint, in dubio cenſeri potiùs reale; alij communiter teneant contrarium, quorũ plurimos referunt Barboſ. *d. num.* 4. *circa initium,* & Suarez *d. cap.* 3. *num.* 15. vbi etiam de communi teſtantur: alij, vt Barboſ. *d. num.* 4. vtramque ſententiam ita concilient, vt poſterior procedat, quando verba referuntur ad perſonam, & aliæ coniecturæ de alia principali cauſa, vel intentione non extant; prior verò, quando in ſimili dubio verba referuntur directè ad rem: quã tamen conciliationem optimè confutat Suarez *eod. cap.* 3. *num.* 16. ob id etiam, quòd egrediatur terminos huius articuli, quo quæritur de priuilegio dubio omnibus penſatis, ac præcipuè quando priuilegium dirigitur ad perſonam; & tamen aliæ coniecturæ indicant intentionem priuilegiantis principaliter reſpexiſſe ad rem, vel e contrario: quomodo etiam truſtra Menoch. *d. præſumpt.* 103. *num.* 30. & multis ſequentibus poſt alios in hoc dubio adhuc ad coniecturas recurrit, ac pleraſque enumerat, quarum nonnullas in præmiſſ. præced. ſuo loco ponderauimus: duæ tamen ex iis, cùm valde generales ſint, huic rei, de qua nunc agimus, accommodari poſſunt; quarum alteram in fine huius præmiſſ. alteram ad finem 2. concluſ. afferemus. Sic ergo intellectum articulum huius præmiſſ. cum Suarez *d. cap.* 3. *num.* 17. iuncto *num.* 18. *&* 19. reſoluendum cenſeo: qui *d. num.* 17. duplicem diſtinctionem
255. † priuilegij præmittit: alteram de priuilegio, quod eſt purum beneficium, & eo, quod eſt contra ius commune, aut tertij: alteram de duplici dubio, nimirum negatiuo, in quo deficiunt rationes determinantes intellectum ad alterutram partem, ideoque ſuſpenſus manet; & poſitiuo, in quo ſunt pro vtraque parte rationes probabiles, & ſufficientes ad definitum aſſenſum præſtandum, licèt incertum. Dico igitur cum Suarez *d. num.* 18. in quocumque ex his dubiis ſiue negatiuo, ſiue poſitiuo priuilegium fauorabile, ſeu, quod eſt purum beneficium, iudicandum eſſe reale, per regulam iuris, *decet conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum*; quæ habetur *in cap. ſicut nulla, de preb. in* 6. *& cap. decet, de reg. iur. eod. lib.* & per aliam regulam, quòd tale beneficium latam admittit interpretationem, *l. ole. ff. de conſtit. Princip. & cap. olim, de verb. ſig.* cum ſimil. atque ita docet Bald. *l.* 3. *ff. de conſt. Princ. lect.* 1. *num.* 17. ſentitque Bart. *l. vlt. num.* 4. *ff. de ſeruit. leg.* & alij, quos refert Barboſ. *d. l. quia tale, num.* 11. ac ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 103. *num.* 20. *&* 21. dicentes, priuilegium quando conceſſum fuit etiam perſonæ per modum beneficij in dubio præſumi reale, & quamuis alij, quos recenſet, ac ſequi videtur Barboſ. *d. l. quia tale, num.* 12. aſſerant, quòd etiam merum beneficium relatum in perſonam cenſeatur perſonale; tamen verè loquuntur extra caſum meri dubij, vbi, conſtat, ita relatum eſſe in perſonam, vt concedentis intentio in eam proximè, ac præcisè dirigatur: qua in re Barboſ. *in ea repetit. l. quia tale,* ſæpe † manifeſtam committit
256. æquiuocationem, confundendo meram verbalem relationem in perſonam, vel rem quæ ſit per nominationem, ſeu expreſſionem verbis, vt Petro; & realem, quæ ſit directè, ac diſpoſitiuè per intentionem concedentis: ſeu confundendo, vt cum Philoſophis loquar, relationem priuilegij in actu ſignato ad rem, vel perſonam, cum relatione ad earum alteram in actu exercito. Deinde dicendum eſt cum eodem Suarez *d. numer.* 19. priuilegium odioſum, quòd ſit contra ius commune, vel cedat in aliorum præiudicium; (cuiuſmodi vtplurimum eſt commutatio vltimæ voluntatis, vt ſup. initio huius quæſt. & ſæpe aliàs diximus;) in dubio †
257. cenſendum eſt perſonale, quia ſtrictè intelligendum, iuxta tradita per Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 1. *num.* 1. & nos *in tract. de diſtribut. quotid. part.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 7. præcipuè ex *cap. ſanè,* & *ibi* Doctor. *de priuil.* & ideo ita eſt interpretandum, vt potiùs temporale damnum inferat, quàm perpetuum; & ius commune, quàm minùs fieri poſſit, lædatur, *cap.* 1. *§. vlt. de ſil. preſb. in* 6. *& cap. quæ à iure, de reg. iur. in* 6. *ac l. quod contra, ff. eod. tit.* cum ſimil. quod etiam docet Bart. *loc. cit.* & eſt de mente communis ſententiæ aſſerentis, in dubio priuilegium cenſeri perſonale; cùm ea præcipuè nitatur ratione, quòd priuilegia ſunt ſtrictè interpretanda, vt patet ex Suarez *d. cap.* 3. *num.* 15.

qui

qui *cod. num.* 19. rectè monet, quòd quia dubium hoc
est positiuum, cùm vix locum habere possit merum
negatiuum, vt idem probat *d. num.* 17. ideo oportet
supponere vtramque partem dubij esse probabilem.
nam si vna sit probabilis, altera improbabilis, illa
prior non dubia, sed certa habenda est. quòd si præ-
sumptio personalitatis, vt ita dicam, huius priuilegij
probabilior sit, à fortiori procedit simpliciter regula
prædicta, quòd sit personale. Si autē probabilius vi-
258. deatur esse reale, † tunc certè priuilegiatus potest
in foro animæ illud retinere, vt reale; idémque cen-
set *ibidem* Suarez esse iudicandum in forensi iudi-
cio, tum quia maior probabilitas est quædam mora-
lis certitudo, si excessus probabilitatis certus sit:
tum etiam, quia maior probabilitas suo modo con-
fert maius ius, quod in ferenda sententia præferen-
dum est, quia in ea seruari debet iustitia distributi-
ua; vt docuit D. Thom. ab aliis receptus 2. 2. *quæst.*
63. *art.* 4. *ad* 1. Hæc autem intelligenda sunt per se
loquendo, vt paritet bene admonet Suarez *loco cit.*
& considerando naturam priuilegij, eiúsque origi-
nem, antequam possessio, illiúsve vsus in alterutram
259. partem inclinet; tunc enim † succedit alia regula
iuris, quòd in dubio, & pari causa potior est condi-
tio possidentis, *l. in pari, ff. de reg. iur. & cap. in pari,*
eod. tit. in 6. & ideo si priuilegiatus illud possidet, vt
reale, licèt oriatur dubium, quamdiu illa pars ma-
net probabilis, potest ius suum sic retinere, donec
aliud per iudicem authenticè declaretur. Atque huic
simile est, quod post alios tradit Menoch. *d. præsumpt.*
303. *num.* 36. *cum duobus seqq.* attendendam esse in
dubio obseruantiam. quod etiam ex eo confirmatur,
quòd priuilegia sunt quædam leges priuatæ, *cap.*
priuilegia, dist. 3. *& cap. Abbate, de verb. signif.* at verò
in legum interpretatione inspicienda est obseruan-
tia, optima enim legum interpres est consuetudo,
l. si de interpretatione, ff. de legib. cap. cùm dilectus, in
princ. de consuet. & cap. certificari, de sepultur. cum
suis concord. Iam verò his præmissis ad conclusio-
nes huius quæst. descendamus.

PRIMA CONCLVSIO. Per mortem natura-
lem impetrantis commutationem vltimæ voluntā-
tis per rescriptum iustitiæ re integra existente, hoc
260. est, ante citationem, † tale rescriptum expirat: se-
cus si res non est integra; tunc enim vsus talis re-
scripti transit ad successorem illud impetrantis.
Prior pars concluſ. probatur, quia ita generaliter in
quouis rescripto iustitiæ tradit *glos.* 1. *&* 2. ab aliis
approbata *in cap. significauit, de rescript.* Innoc. *in*
cap. gratum, de offic. deleg. & Spec. *in tit. de iud. deleg.*
§. restat, num. 7. *&* 8. facit quia rescripta personalia
sunt, cùm non egrediantur personas in ipsis com-
prehensas, *cap. T. & G. de offic. deleg.* Eam verò tem-
261. pera, vt non procedat, † vbi Prælatus nomine Ec-
clesiæ litteras impetrasset, quamuis nomen propriū
expressisset; vt expresè tenet Vinc. *d. cap. significa-*
uit, quem referunt, ac sequuntur Io. And. *in cap. is,*
qui, num. 8. *de reg. iur. in* 6. *&* *ibi* Franc. *num.* 3. allegans
quoque Imol. *in cap. gratum, de offic. deleg.* & est de
mente *d. glos.* 1. dum parificat hac in re mortem im
petrantis, & eius, contra quem fit impetratio; per
huius autem mortem non extinguitur rescriptum,
vbi impetratum fuit contra dignitatem, seu Eccle-
siam, *cap. dilecti filij*, vbi id notant glos. & Doct. o-
mnes, *de for. compet.* & latiùs dicemus inf. *concl.* 6.
item eam tempera, vt in ampliationibus poster.
262. partis. Posterior pars concluſ. quòd, † vbi res non
sit integra, sed negotium cœptum saltem per cita-
tionem, tunc rescriptum, eiusque vsus transit ad suc-
cessorem; probatur, quia ita generatim in rescripto
tradit *d. glos.* 1. *&* 2. Innoc. *d. cap. gratum*, & Specul.
d. num. 8. idque colligit *d. glos.* 2. cùm ex aliis iuribus,
tum præcipuè ex *auth. principales, C. de iureiur. pro-*
pter calum. dan. vbi decernitur personas principales,
vel illas, ad quas negotium in medio migrauerit,
hoc est, heredes, vt ibi explicat glos. ab aliis appro-
bata *in verbo, migrauerit*, iurare debere de calumnia,
atque adeò supponitur, negotium in medio, nimi-
rum, cùm cœptum est, migrare, seu transire ad he-
redes, & successores. necnon ex *d. cap. significauit*,
ibi; nec per ipsas, dum viueret, fuerat ad iudicium
euocatus, earum auctoritate non poterat conueniri.
iunctis iis verbis *in fine.* si est ita, reuocato in irri-
tum, &c. sumptóque argumento a morte aduersarij
ad mortem impetrantis, quod valet, vt dictum est:
vnde ampliationes ac limitationes, seu declaratio-
nes, quæ inf. *ad d. conclus. 6.* vbi de morte aduersa-
rij agemus, afferentur, huic etiam posteriori parti
præsentis conclus. aptari, ac deseruire possunt; at-
que illa præsertim declaratio, quam in specie impe-
trantis sentiunt Io. And. *in cap. is, qui, de reg. iur. in* 6.
in Mercur. & *ibi* Franc. *num.* 3. Cald. *d. cap. signifi-*
cauit, ibique Abb. *num.* 6. vt, † si materia, super qua 263.
impetratur rescriptum, non est transmissibilis ad
successorem, v. puta beneficium, iuxta *cap. ex trans-*
missa, de fil. presbyt. aut vsusfructus, *l. si cui in annos, ff.*
quibus mod. vsusfr. amitt. tunc expiret rescriptum per
mortem illius impetrantis, nulla facta distinctione,
an mors interuenerit re integra, necne. atque item
illa, vt in actionibus annalibus, non obstante morte
impetrantis, per solam impetrationem rescripti à
Principe perpetuetur actio, vt *in l.* 1. *&* 2. *C. quand.*
lib. Princ. dat. fac. lit. contest. vbi id notant Doct. *& in*
l. vlt. ff. de eo, per quem fact. erit.

SECVNDA CONCLVSIO. Vbi commutatio
vltimæ voluntatis concedatur per rescriptum gra-
tiæ, seu per modum priuilegij; † tunc, siquidem 264.
personalis sit, cum persona cum impetrantis extin-
guetur; sin autem realis, ad posteros transmittetur,
ac rem ipsam sequetur. Constat id ex iis, quæ sup. *in*
1. *præmiss.* de priuilegio generatim hac in re tradidi-
mus; præcipuè ex *l. maritum*, iuxta *l. quia tale, ff. sol.*
matr. l. forma, §. quamquam, ff. de censib. l. priuilegia, ff.
de reg. iur. & cap. priuilegium, eod. tit. in 6. Quando au-
tem commutatio per modum gratiæ concessa † per- 265.
sonalis censeatur respectu eius, cui conceditur, vel
potiùs realis, colligi potest ex iis, quæ generaliter de
priuilegio adduximus sup. *in* 2. *&* 3. *præmiss.* quæ nunc
summatim perstringemus commutationi accom-
modantes, aliquibus etiam additis. Primùm igitur
attendi debet qualitas personæ, cui fit concessio; ra-
tio mouens concedentem; verba rescripti; ac res,
circa quā illud versatur. Et quidem circa personam,
cui conceditur cōmutationis priuilegium, si ea per-
sona sit ficta, vt vniuersitas, regulariter erit priuile-
gium reale. atque idem erit dicendum, quando pri-
uilegium hoc est concessum dignitati, vel officio;
erit enim reale, transibitque ad successores; vt pro-
bat text. *in l. maximarum, C. de excus. mun. lib.* 10. & te-
nent Doct. quos secuti sumus *d. præmiss.* 2. *circa initiū.*
atque ex eo etiam suadetur, quòd † legatum factum 266.
dignitati, seu sub nomine dignitatis, vt puta Pontifici
Maximo, vel Imperatori, aut Episcopo Nouarien.
transit ad successorem; vt tenēt inter alios Menoch.
de præsumpt. lib. 4. *præsumpt.* 121. *& lib.* 1. *de arbitrar.*
iud. quæst. 68. *n.* 20. Bald. *in rubr. n.* 14. *C. de iur. fisc. lib.*
10. probátque text. tum *in l. quod Principi, ff. de leg.*
2. vbi Caius I. C. quod Principi, inquit, relictū est,
qui antequā dies legati cedat, ab hominibus ereptus
est, ex constitutione Diui Antonini successori eius
debetur: tum ex *l. annua, §. vlt. ff. de ann. legat.* vbi
relictum sacerdoti, & ministris Ecclesiæ, tamquam

officio

officio, & Eccleſiæ relictum, in perpetuum eſſe præſtandum. & per hæc duo potiſſimum iura præter Doct. *ibi* Menoch. & Bald. *vbi ſup.* ſcribentes quoque omnes *in cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* illud tradiderunt, relictum, & conceſſum dignitati, ſeu officio, ad ſucceſſores quoque tunc eam dignitatem, vel officium obtinentis tranſire. ac de conceſſione, & poſſeſſione inſtituendi perſonas in Eccleſiis, atque in iis vacantibus ponendi cuſtodes, ſeu œconomos, eſt opt. text. *in cap. cùm veniſſent, de inſtit.* & ratio eſt, quia dignitas, & officium non moritur, *cap. ſi gratiosè, de reſcript. in 6. & §. vlt. verſ. licentiam verò, auth. quomod. oport. Epiſc. &c. collat.* 1. quod tamen tempera † in Vicario Epiſcopi, & in Legato de latere, & aliis, qui proprie non habent ſucceſſorem in dignitate vel officio, vel dignitatem, aut officium obtinent nomine alieno, vt Vicarius: nam, & commiſſio his facta quamuis ſub nomine dignitatis, & officij, ſeu ipſi dignitati, & officio, non tranſit in ſucceſſorem mero iure; licèt ſecus ſit in Vicario ex quadam æquitate, quæ omnia latè probauimus *quæſt. præced. concl.* 1. *limit. vnic. reſtrict.* 1. & relictum factum huiuſmodi officiis, ac dignitatibus non tranſit ad ſucceſſores in iiſdem; vt per text. *in l. ſi Auguſta, ff. de legat.* 2. vbi legatum factum Imperatrici cum eius perſona deficit, nec tranſit ad ſuccedentem in ea dignitate, cùm non ſit propria, ſed aliena; præter Doct. *ibi, & d. cap. quoniam Abbas*, tradiderunt Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 27. *num.* 8. & ante eum poſt alios Menoch. id latè comprobans *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt* 121. *num.* 5. *vſque ad* 9. Si verò perſona, cui conceditur, ſeu ad cuius fauorem fit commutatio vltimæ voluntatis, ſit non ficta, ſed vera, & quidem particularis; (vt omittam certum genus perſonarum, vtputa minores, mariti, & ſimiles; quod non video quomodo in re, de qua agimus, hoc eſt, priuilegio commutationis vltimæ voluntatis poſſit conſiderari, & ſi poſſit, potiùs reale erit, iuxta ea, quæ diximus *in d.* 2. *præmiſſ.* longè ante medium;) regulariter priuilegium huiuſmodi erit perſonale, vt patet ex *ibidem* adductis. Niſi tamen aliunde intentio concedentis colligatur, & cauſa, quæ principaliter eum mouit ad rei, vel perſonæ concedendum; quæ quidem vtraque maximè deprehenditur ex verbis conceſſionis; vt ſatis oſtendimus *in d.* 2. *præmiſſ.* paulo ante medium; vbi id declarauimus, exempla quoque afferentes: quibus nunc illud adiicimus, quod poſt alios affert Menoch. *d. lib.* 3. *de præſumpt. præſumpt.* 103. *num.* 41. vt nimirum
268. priuilegium perſonæ conceſſum † reale cenſeatur ob aliquod extrinſecum accidens ex verbis ſignificatum; vt ſi in conceſſione mandatum fuiſſet, quòd ex libro æſtimi, & cataſtri extraheretur, atque cancellaretur nomen, & æſtimum eius, cui facta eſt conceſſio; tunc enim præſumitur, quòd ea conceſſio debeat eſſe perpetua; id quod etiam poſt alios docet Barboſ. *d. l. quia tale, num.* 5. *in fine.* Quid autem
269. ſit ſtatuendum † in conceſſione commutationis remuneratoria, ſeu ob benemerita, & conuentionali, ſeu per modum contractus, conſtare poteſt ex iis, quæ latè, ac generatim *ibidem* ſubiecimus de priuilegio: ac præſertim remuneratorium per ſe indifferens fore ad reale, ac perſonale; conuentionale verò non item, ſed vtplurimum, ac regulariter cenſendũ eſſe reale; niſi ex qualitate rei aliud ſtatuendũ ſit, quæ quidem ſi ſit indeterminata, & exigat induſtriam perſonæ, perſonalem reddit conceſſionem; ſi verò ſit determinata, licèt aliqui velint, quòd eam faciat realem; nobis tamen cum aliis verius videtur, quod eandem conceſſionem relinquat in-differentem ad realem, ac perſonalem, vt *d. præmiſſ.* 2. *in fine*, docuimus. Tandem ſi petas, an, † vbi omnibus penſatis, adhuc dubium remanet, an priuilegium commutationis ſit reale, aut perſonale ex parte eius, cui illud fuit conceſſum, quia hinc inde ſunt probabiles coniecturæ: ſumenda eſt reſolutio ex iis, quæ generaliter de priuilegio diximus ſup. *præmiſſ.* 3. vbi cum Suarez *d. lib.* 8. *ac legibus, cap.* 3. *num.* 6. docuimus, in quocumque dubio ſine negatiuo, ſiue poſitiuo, fauorabile priuilegium, quod non derogat iuri communi, aut tertij, & dicitur beneficium (cuiuſmodi poteſt eſſe commutatio, quæ à iure, vel præcipitur, vel expreſsè permittitur, de qua nos fuse ſup. *cap.* 3. *quæſt.* 3. *concluſ.* 2.) reale iudicandum eſt; odioſum verò illud, quod derogat aut iuri tertij, aut communi; (qualis, vtplurimum eſt commutatio vltimæ voluntatis, vt late initio huius quæſt. diximus: in dubio cenſendum eſt perſonale. Huic autem affine eſt, quod poſt Franc. *d. cap. priuilegium, col.* 1. *de reg. iur. in* 6. Bellam. *conſ.* 3. *col.* 8. *concluſ.* 2. & alios tradit Menoch. *d. præſumpt.* 103. *num.* 31. in priuilegio Principis † præſumi in dubio realem 271.
conceſſionem; at verò conceſſionem factam ab inferiore a Principe præſumi perſonalem; pro quo facit *cap. decet, de reg. iur. in* 6. vbi Romanus Pontifex hanc iuris regulam tradit, *decet conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum.* ſunt autem hæc omnia, quæ de dubio diximus, intelligenda, niſi pro altera parte ſit poſſeſſio, vel vſus, ſeu obſeruantia; hæc enim præualere debet, donec aliud ab eo, qui auctoritatem habet, legitimè declaretur, vt *d. præmiſſ.* 3. *in fine*, poſt Suarez ac Menoch. admonuimus.

TERTIA CONCLVSIO. Per ſeruitutem impetrantis commutationem vltimæ voluntatis per reſcriptum ſiue gratiæ, ſiue iuſtitiæ † non expirat, 271.
ſed ſuſpenditur in ipſo impetrante commutatio, donec bona recuperet. Probatur; quoniam interim ſeruus amittit bona, & iura ſua, quæ deinde recuperat, quando liber fit, §. *ſed ſi ab hoſtib. cum duob. ſeqq. Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. ac l.* 1. *& tot. fere tit. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* cum aliis, quibus id oſtendimus, & explicauimus *in tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap. vlt. quæſt.* 2. *in* 2. *præmiſſ.* Quod autẽ dictum eſt de ſeruitute ex eo, quòd quis captus ſit ab hoſtibus, idem ſtatuendum de eo, qui ſeruus factus eſt pœnæ in caſibus, quos retulimus *d. quæſt.* 2. *in* 1. *præmiſſ.* iuncto *d. præmiſſ.* 2. necnon † in 273.
condemnato cum bonorum amiſſione vel per ſententiam, vel ipſo iure; (quod quando contingat, conſtat ex iis, quæ *in d. præmiſſ.* 1. & 2. tradidimus,) & vbi impetrans per bannum bona, & iura ſua amittat, iuxta ea, quæ *ibidem* adduximus, & latè tradit Peregr. *tract. de iur. & priuil. fiſc. lib. bannit. & damnat. reſtit. quæ recuper.* Nam quando is ex Principis gratia recuperabit bona & iura ſua, ſimul etiam iis vti poterit, ac de iiſdem in iudicio, ſi opus fuerit, experiri; cum in his omnibus ſit eadem ratio, vnde & diſpoſitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil.* & in actore ſeruo pœnæ reſtituto, vt retineat eundem ſtatum cauſæ, eſt text. *in l. caſus, C. de ſentent. paſſ.* Hæc autem omnia dicta limitanda ſunt; niſi interim ij, ad quos bona impetrantis permeniſſent, bona illa, & iura ſua in alium tranſtuliſſent, à quo in caſu ſeruitutis pœnæ, condemnationis, vel banni nollet Princeps ea reuocare; vel in omnibus prædictis caſibus commiſſio alteri iudici, aut executori facta fuiſſet, coram quo iidem ſucceſſores agere cœpiſſent: nam tunc coram eodem negotium proſequi talis impetrans reſtitutus deberet, arg. *l. vti accipiamus, aliàs, vbi cæptum, ff. de iudic.* cum ſimilibus, de quibus *ibi* per Doct. & Ant. Gabr. *communi. concluſ. lib.* 2.

tit. de

y Google

*tit. de iudic. concl.*1. vbi hanc regulam multis modis extendit, ac limitat. Quòd ſi quis pleniùs ſcire cupiat † effectus publicationis bonorum ipſo iure, 274.
vel per ſententiam tam quoad diſponendum de ipſis, quàm de eorum fructibus acquirendis, conſulat Thom. Sanchez *lib. 2. ſuæ ſum. cap. 21. cum duobus ſeq.* & quæ bona comprehendantur ſub confiſcatione, idem latè tradit *à cap. 14. vſque ad* 20. & Peregr. *d. tit. b. innoc. & damnat. reſtit. quæ recuper. ac tit. de publicat. bonor.* paſſim.

QVARTA CONCLVSIO. Excommunicatio impetrantis commutationem vltimæ voluntatis
275. per reſcriptum iuſtitiæ, ſeu commiſſionem † plerumque illius executionem ſuſpendit: eius verò, qui illam impetrauit per reſcriptum gratiæ, eamdem in multis fruſtratoriam reddit. Prior pars con-
276. cluſ. probatur; quoniam excommunicatus † ab agendo repellitur, *cap. exceptionem, de except. cap. 1. eod. tit. in 6. cap. decernimus, de ſent. excomm. eod. lib. & Clem. vn. eod. tit.* ibique Doct. & alibi ſæpe id adnotarunt, ac præcipuè Vgol. Sayr. Suar. & alij quotquot de cenſuris ſcripſerunt.

Ampliatur autem hæc regula, ſimúlque prior pars noſtræ cõcl. primò, vt procedat, ſiue ſit excommunicatus à iure, ſiue ab homine: ita Card. & alij *d. Clem. vnic.* Vgol. *in ſuo tract. de cenſur. tab. 2. cap. 15. in princip. num.* 1. Ampliatur ſecundò, vt procedat ſiue agatur coram iudice ordinario, ſiue coram delegato; gloſ. *d. cap. 1. verbo, opponit*, & Vgol. *vbi ſup.* Tertiò procedit, ſiue agendum ſit coram iudice Eccleſiaſtico, ſiue coram ſæculari: text. *d. cap. decernimus, & d. cap. 1.* vbi gloſ. *verbo, Eccleſiaſticis, ac d. verbo, opponit*, & Vgol. *d. num. 1. & 2.* ſubdens poſt alios, conſuetudine, aut ſtatuto induci non poſſe, quin hæc exceptio admittatur coram iudice
277. ſæculari. Quartò, nec † reconuenire poteſt excommunicatus, *cap. cùm inter Priorem, de except.* gloſ. recepta *d. cap. 1.* latè Vgol. *vbi ſup. num. 3. &* Suarez *de cenſur. diſp. 16. ſect. 3. num. 3.* vbi optimè diſtinguit reconuentionem à defenſione. Quintò,
278. nec agere poteſt, † licet actio tempore peritura ſit: latè Vgol. *ibidem num. 4.* vbi etiam tractat, an præſcriptio currat excommunicato. Amplia ſextò,
279. vt † nec per procuratorem agere poſſit; vt ſatis probat Suarez *ſup. num. 4.* Vgol. *ibidem, num. 5.* vbi id temperat in procuratore in rem ſuam, ſi ab initio fuit validè conſtitutus, vtputa à domino tunc non excommunicato. *Num.* autem 6. hanc ampliationem extendit etiam ad pupillum, ſeu minorem, vt non poſſit agere per tutorem & curatorem. Septi-
280. mò, vt procedat, † licèt excommunicatus offerat probare, excommunicationem nullam fuiſſe; interim enim in aliis vt actor euitabitur. *cap. ſolet, de ſent. excom. in 6.* ſicut neque auditur ante abſolutionem, licèt offerat probationes, quòd iniuſtè fuit excommunicatus, *cap. cùm contingat, de offic. deleg. cap. per tuas, de ſent. excom.* latè Vgol. *vbi ſup. num. 7.* vbi id declarat. Amplia octauò, licèt exceptio excommunicationis à reo non opponatur; vt ſatis probat Vgol. *d. num. 7.* vbi etiam idem fore oſtendit, quamuis reus priùs cum actore excommunicato communicaſſet. Nonò amplia, vt citatus petente excommunicato notorio, vel denuntiato † non
281. teneatur comparere, & geſta abſente eo citato indiſtinctè non valeant, licet alias geſta abſente citato aliquando valeant; ita poſt alios Vgol. *vbi ſup. num. 8.* Decimò, vt excommunicatus publicè etiam parte non inſtante, ſed ex officio iudicis debeat repelli; vt diſponitur *in d. cap. exceptionem, de except. & cap. 1. eod. tit. in 6.* immo, & à quolibet,
282 qui interuenit in iudicio, † hæc exceptio opponi poterit; vt fusè docet Sayr. *de cenſur. lib. 2. cap. 7. num. 8.* Amplia vndecimò, vt exceptio excommunicationis actori opponi poſſit in quacumque parte litis, & iudicij; vt cauetur *in d. cap. exceptionem, & d. cap. 1.* Duodecimò amplia, vt excommunicatus † neque poſſit implorare officium iudicis, ne- 283.
que dicere nullam ſententiam, nec petere reſtitutionem in integrum, vt probat idem Vgol. *d. cap. 15. §. 2.* Ampliatur denique hæc noſtra prior pars præſentis concluſionis, vt † reſcriptum ab excom- 284.
municato impetratum ſuper alio, quam excommunicationis, vel appellationis articulo, & proceſſus per ipſum habitus ipſo iure non valeat; prout definitur *in cap. 1. de reſcript. in 6.* cuius tamen canonis effectus hodie tollitur per clauſulam conſuetam apponi in reſcriptis, ac litteris Apoſtolicis, *ſæpe à quibuſuis*, &c. per quam ad effectum illarum conſequendum, hoc eſt, earum validitatem duntaxat impetrans ab omnibus cenſuris abſoluitur, vt poſt alios tradit Nic. Garz. *tract. de benef. part. 7. cap. 13. num. 62. cum duob. ſeqq.* & Iacob. Ant. Marta *tract. de clauſul. part. 1. cauſul. 47. num. 4. & 5.* Et ſic habes primam limitationem eiuſdem prioris partis concluſ. ac ſimul regulæ prædictæ, cum notabili extenſione; vt nimirum poſſit excommunicatus reſcriptum impetrare ſuper articulo excommunicationis & appellationis; de qua limitatione videndus quoque text. *in cap. cùm contingat, de offic. deleg. cap. cùm inter, cap. ſignificauerunt, & cap. vlt. de except. cap. cùm pro cauſa, & cap per tuas, de ſent. excomm.* & *ibi* Doct. & Suarez *d. diſp. 16. ſect. 3. num. 1.* de extenſione autem, & in vniuerſum de vi prædictæ abſolutionis ad effectum, Garz. & Mart. *ſup.* Regula verò ipſa limitatur ſecundò, vt excommu-
nicatus † agere poſſit ad id, quod excommunicato 285.
facere in iudicio à iure permittitur; prout quòd conuentus conſtituat procuratorem ad ſe defendendum, iuxta *cap. intelleximus, de indic.* ita docet ſatiſque probat Vgol. *d. cap. 15. §. 1. num. 1.* Limita tertiò, vt † ceſſionarius excommunicati regulari- 286.
ter agere poſſit, prout oſtendit id declarans Vgol. *d. §. 1. num. 11.* Limita denique, vt † acta cum ex- 287.
communicato actore valeant, donec excommunicatio obiiciatur, & proberur, vt ex text. *d. cap. 1. de except. in 6.* ſatis deducit Suarez *d. ſect. 3. num. 7.* atque ex cõmuni Doctorum ſententia reſoluit Vgol. *d. cap. 15. §. 12.* quod intellige, vt ea probata, actus geſti declarentur retro nulli, ne aduerſetur *ampl. 8.* quam ex ipſomet Vgol. paulo antè attulimus. Apud quem auctorem *d. cap. 15.* & Suarez *d. ſect. 3.* ferè per tot. videre quis poterit alias ampliationes, ac limitationes prædictæ regulæ; ſed eas nos retulimus, quæ magis ad rem noſtram facere viſæ ſunt.

Poſterior pars huius concluſionis, quòd nimirum † excommunicatio impetranris ſæpe fruſtra- 288.
toriam reddat gratiam cõmutationis; probatur, quia excommunicatus in multis caſibus non poteſt liberè de bonis ac rebus, & iuribus ſuis diſponere: quamuis enim validè, † non tamen licitè contra- 289.
hit, vt inter cæteros probat Vgol. *d. tract. de cenſur. tab. 2. cap. 20. in princ.* iuncto §. 1. ita, vt ex contractu ſecum inito agere non poſſit, vt ſibi ſoluatur id, quod debetur; prout idem Vgol. oſtendit *d. cap. 20. §. 2. num. 1. num.* autem 2. probat, quòd, ſi quis præſertim ſine iureiurando promiſit excommunicato aliquid ſoluere intra certum tempus, non tenetur, dum is manet excommunicatus, illud ſoluere, niſi aut valde egeat, aut non ſit denuntiatus, vel notorius Clerici perculſor: quamuis pro contraria opinione, quòd nimirum abſolutè, ac ſimpliciter facienda ſit ſolutio tali excommunicato, non deſint auctoritates, ac

rationes, quas ibi affert: qua de re videri etiam poſſunt Sayr. *d. lib. 2. de cenſur. cap. 9. num. 10.* cum aliquot ſeqq. *& num. 17. 20. ac 21.* Suarez *eod. tract. diſp. 15. ſect. 8.* ferè per tot. & Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 9.* maximè *à num. 3. ad 6.* Præterea, licèt com-
290. munior & forſan verior Doctorum ſententia ſit, † teſtamentum ab excommunicato conditum validum eſſe, vt patet ex relatis pariter, ac probatis à Gabr. *commun. concl. lib. 4. tit. de teſtam. concluſ. 1. num. 1.* Iul. Clar. *lib. 3. ſentent. §. teſtamentum, quæſt. 24. & ibi* Apoſtill. Mich. Craſſ. *tractat. de ſucceſſ. §. teſtamentum, quæſt. 24. num. 1.* Couar. *rubr. de teſtam. 2. part. num. 18.* Vgol. *d. tract. de cenſur. tab. 2. cap. 21. in princip. num. 1. & 2.* Sayr. *d. cap. 9. num. 2. &* Suarez *in ſimili tract. diſp. 15. ſect. 9. num. 1.* Lud. Molin. *tom. 1. de iuſt. & iur. diſp. 137. ad fin. verſ. de excommunicato.* Tamen contrarium tenuerunt alij, quos recenſet Clar. Craſſ. Gabr. Couar. Vgol. *vbi ſup.* & Sayr. *d. cap. 9. num. 1.* & in notorio excommunicato non pauci relati à Gabr. *d. concl. 1. num. 2.* & in id inclinare videtur Clar. *d. quæſt. 4.* in omnem autem caſum certum eſt, eum licitè non poſſe teſtari, vt in ſpecie tradunt Suarez, Sayr. & Vgol. *vbi ſup.* quoniam prohibita eſt ei participatio cum teſtibus, & notario etiam iuxta terminos *Extrauag. ad euitanda ſcandala*, quæ in nullo releuat ipſum excommunicatum; atque adeò prohibitum erit teſtari etiam occulto excommunicato. & in nonnullis caſibus certum eſt, excommunicatum non
291 poſſe validè teſtari. quorum primus eſt † in excommunicato ob hæreſim, ſi intra annum non ſatisfecerit: nam de credentibus receptatoribus, defenſoribus, & fautoribus hæreticorum ſtatuitur *in auth. credentes, C. de hæret. & in cap. excommunicamus, il 1. §. credentes, ext. eod. tit.* vt, ſi, poſtquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, ſatisfacere contempſerit intra annum, extunc ipſo iure ſit factus infamis; & poſt pauca ſubiicitur; ſit etiam inteſtabilis, vt nec teſtandi liberam habeat facultatem, nec ad hereditatis ſucceſſionem accedat. ac præter Doct. vtrobique, quòd nulliter tunc teſtetur excommunicatus, ſentiunt Ang. Aret. *in §. fin. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam.* & Apoſt. *ibidem*, & ad Clar. *d. quæſt. 24.* Couar. *d. num. 18.* Suar. *d. num. 1.* & alij, quos ſequuntur Craſſ. *vbi ſup. num. 3.* Gabr. *d. concl. 1. num. 7.* Sayr. *d. cap 9. num. 6.* & Vgol. *d. cap. 21. in princ. num. item 6.* & nonnulli, quos recenſet Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 24. num. 1.* & quamuis ipſemet *num. 2.* contendat, hæreticum ante ſententiam criminis declaratoriam teſtari poſſe: tum quia ſimiliter prohibetur omnis alienatio bonorum ab ipſo facta; & tamen ſuſtinetur ante ſententiam, ita, vt accipiens ſit tutus in conſcientia vſque ad illam, vt idem probat *d. lib. 2. cap. 22. numer. 52.* tum quia *d. §. credentes*, vbi hæc pœna imponitur, dicitur, *ſit inteſtabilis*: at verbum, *ſit*, cùm ſit futuri temporis, † importat ſententiam ferendam,
292. ex communi ſententia, quam multos referens tuetur Tiraq. *in repet. l. ſi vnquam, verbo, reuertatur, ſub num. 182. & 183.* Tamen non aduertit, vt reor, Sanchez ipſum text. *in d. §. credentes*, ſupponere, latam fuiſſe ſententiam in hæreticos, ſeu ſecutam declaratoriam criminis, cùm dicat; poſtquam quis, ſeu quilibet talium fuerit excommunicatione notatus: deinde non aduertit, paulo ſuperiùs in eodem contextu ante illa verba, *ſit inteſtabilis*, poſita eſſe illa, ex tunc ipſo iure, quæ proculdubio important latam ſententiam, non ferendam quoad pœnam impoſitam ſubeundam, ex adductis ab Ang. Barboſ. *in remiſſ. Doctor. de dictionib. & clauſul. dict. 102. num. 4 & dict. 152.* ac Tiraq. *d. verbo, reuertatur*, de dictione quidem, *extunc*, *num. 141.* de dictionib. autem, *ipſo iure, num. 144.* ſed & vbi dicamus, ea verba, *ſit etiam inteſtabilis*, clauſulam diuerſam conſtituere ab illis paulo præcedentibus, *ex tunc ipſo iure ſit factus infamis*, quod forte voluit Sanchez *d. num. 2.* adhuc communior eſt ea opinio, vt dictio, *ſit*, per ſe importet latam ſententiam, vt patet ex pluribus Doct. à Tiraq. allegatis *d. verbo reuertatur, num. 180.* quos nos quoque ſecuti ſumus *in tract. de diſtribut. quotid. part. 3. quæſt. 7. num. 22. & 31.* ſimul ad id citantes inter alios Lud. Carbon. *in tract. de legib. lib. 8. diſp. 6. verſ. ſeptima regula*, ac docentes, verbum præſentis temporis imperatiui modi, quod non ſignificat miniſterium hominis, inducere latam ſententiam; quod etiam regulare eſt in verbis præſentis temporis, vt latiùs *ibidem* oſtendimus *num. 19.* ex quibus, & aliis quæ idem Tiraq. adducit *d. verbo, reuertatur, n. 181. & 183.* ſatis patet, ipſum Tiraq. in hanc ſententiam magis inclinare, quam plurimi quoque tenent laudati ab Aug. Barboſ. *vbi ſup. diction. 323. num. 1.* ac ſimul eam longè veriorem eſſe, quam contrariam approbatam à Sanchez *d. num. 2.* Accedit, quòd, cùm hæc pœna ſit priuatiua, incurritur eo ipſo ante iudicis ſententiam, iuxta communem opinionem Doct. cum Caiet. *2. 2. quæſt. 62. art. 3.* de qua teſtatur idem Sanchez *lib. 9. de matrim. diſp. 30. num. 1.* licèt ipſe cum aliis contrarium ſentiat. Primus igitur caſus, in quo excommunicatus inualidè etiam ante ſententiam iudicis teſtamentum condit, eſt excommunicati ob hæreſim, iuxta *d. cap. excommunicamus il 1. §. credentes, & d. auth. credentes*; non tamen ſtatim ac excommunicationem in foro conſcientiæ contraxerit, ſed ſtatim ac declaratus fuerit à iudice, in eam incidiſſe, nulla etiam interueniente declaratione, per quam inhabilis ad teſtandum declaretur, vel priuetur teſtandi facultate. Secundus caſus, in quo excommunicatus † 293.
teſtari valide non poteſt, eſt in excommunicato ob inſecutionem Cardinalis S. R. E. iuxta *cap. felicis, in princip. de pœn. in 6.* vbi cauetur, quòd qui S. R. E. Cardinalem fuerit hoſtiliter inſecutus, vel percuſſerit, aut ceperit, vel ſocius fuerit facientis, aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit; aut conſilium dederit, vel fauorem, aut poſtea receptauerit, vel defenſauerit ſcienter eundem; ſicut reus criminis læſæ maieſtatis perpetuò ſit infamis, diffidatus, bannitus, atque inteſtabilis, vt nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad alicuius bona ex teſtamento, vel ab inteſtato vocetur: cuius text. ad id meminere inter alios Couar. Molin. Vgol. & Suarez *vbi ſup.* necnon Sayr. *d. cap. 9. num. 8.* & Gabr. *d. concl. 1. num. 9.* qui etiam ad idem citat Franc. *d. rubr. de teſtam. in 6. col. 16.* validè tamen huiuſmodi inſecutor contrahit, vt aperte colligitur ex *d. cap. felicis, §. enim cum talis, de pœn. in 6.* Tertius eſt in excommunicato pro vſuris, qui † teſtari 294.
non poteſt, niſi præmiſſa congrua ſatisfactione, vel præſtita idonea cautione, iuxta formam *cap. quamquam, de vſur. in 6.* vt *ibidem §. fin.* diſponitur: quem text. ad id allegant Vgol. *d. num. 6.* Suar. *d. num. 1.* Gabr. *cad. concl. 1. num. 8.* Sayr. *d. cap. 9. num. 7.* qui alios citat. ex *d.* autem *§. fin.* & toto eo contextu conſtat, vſurarium manifeſtum, licèt ob id non excommunicetur, teſtari validè non poſſe. Addi etiam poteſt quartus caſus cum Gabr. *d. concl. 1. num. 10.* vt nimirum excommunicatus † amittat facultatem 295.
teſtandi ſibi antea ex priuilegio conceſſam, ex Bald. *in cap. intelleximus, col. 2. de iudic.* quem refert, ac ſequitur Fel. *in cap. ad probandum, col. 1. in fi. & col. ſeq. de re iudic.* idque latiùs confirmat idem Gabr. *vbi ſup. num. 11. cum duobus ſeqq.*

QVINTA

QVINTA CONCLVSIO. Commutatio vl-
296. timæ voluntatis † expirat quidem in impetrante per eius profeſſionem in Religione approbata: ſed ius vtendi commutatione tranſit in Religionem ipſam, ſi ſit bonorum capax, de quibus ingrediens non diſpoſuerit: quòd ſi ſit incapax, tranſit ad eos, quibus impetrans bona ſua dederit; aliàs ad hæredes ab inteſtato. Hæc concluſio duas habet præcipuas partes, quas ſingulas, licèt per ſe ſatis pateant, breuiter tamen confirmabimus. Priòr igitur pars probatur, quia Monachus, ſeu Religioſus poſt profeſſio-
297. nem ‡ nullius iuris temporalis, ſeu pecuniarij eſt capax, propter votum paupertatis; vt apertè conſtat ex *cap. cui portio, & cap. non dicatis, 12. quæſt. 1. cap. Ioannes, cap. ſicut nobis, & cap. ex parte tua, de regular. cap. Monachi, §. qui verò, caput ſuper quodam, & cap. cùm ad monaſterium, in princip. & in fi. de ſtat. Monachor.* necnon ex Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 2. de regular.* idque præter ſcribentes in præcitatis iuribus, tradiderunt etiam Theologi cum S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 186. *art.* 3. *&* 6. & poſt eum Nauar. *in commentar. 1. de regular. num.* 8. *verſic. ſextum, num.* 15. *ver. decimumoctauum, num.* 18. *verſ. vigeſimumſecundum, verſic. vigeſimumtertium, ac verſic. vigeſimumquartum; & num.* 19. 23. *&* 24. & item *commentar. 2. num.* 1. 2. *&* 3. diximus autem *iuris temporalis, ſeu pecuniarij*, cum Nauarr. in pluribus ex locis citat. ac præcipuè *d. num.* 2. *&* 15. quoniam, vt ipſemet docet *eod. num.* 15. *in fi.* & probat *d. num.*
298. 2. religioſi capaces ſunt † rei ſpiritualis internæ, & externæ Eccleſiæ pecunia inæſtimabilis, atque, vt omittamus bona interna, vt ſunt virtutes, dotes animi, & corporis ingenitæ, inditæ, & quæſitæ per Religioſum, de quibus id docet *d. num.* 2. *verſ. ſecundò dico, & verſic. ex his inferitur primò*, tamquam rem ſatis per ſe manifeſtam; eſt etiam capax iuſtè habendi honorem presbyteralem, doctoralem, Abbatialem, Epiſcopalem, & alios eiuſmodi tamquam proprios; vt idem tradit *eodem num.* 2. *verſ. tertiò dico*; quia, inquit, dantur propter merita, quibus non renuntiauit, vt docet S. Thom. *d. quæſt.* 186. *artic.* 7. *ad* 4. vnde colligit Caietan. poſſe regularem cupere, & habere honorem doctoralem, & alios, qui dantur in teſtimonium virtutis, & eruditionis; & de doctoratu expreſſit S. Thom. *in opuſc.* ſeu *tract.* 19. contra impugnantes Religionem, *cap.* 2. *&* 3. quia etiam Ioan. And. *in cap. quia nonnulli, de magiſtr.* quem ſequitur Felin. *in cap. cùm dilecta, num.* 19. *de reſcript* probat Religioſum, qui de iuſta licentia ſtudet in aliqua vniuerſitate, poſſe obligare Monaſterium ad impenſam doctoratus; & *in cap. cùm quid, de reg. iur. in 6.* ait, licentiam datam ad ſtudendum extendi ad doctoratum: & Calder. *conſil.* 2. *de magiſtr.* reſpondit, eum, qui ante Monachatum ſtuduit ſufficienter in iure ciuili, poſſe poſt Monachatum aſſumere doctoratum in illo, licèt illi ſtudere non poſſet. idémque Nauar. *vbi ſuprà* rectè impugnat Rebuff. *in prax. benefic. tit. de diſpenſat. cum regular. num.* 27. aſſerentem, titulum Doctoris non deberi, nec tribui de ſtylo Curiæ Religioſo, ſed ſolùm profeſſoris. *eodem* autem *num.* 2. *verſ. quartòdico, iuncto verſ. quartò, quod poteſt*, docet Nauar. quòd poteſt Religioſus cupere, & habere quædam iura Eccleſiaſtica, nimirum ius eligendi, præſentandi, confirmandi, inſtituendi, conferendi, excommunicandi, abſoluendi; & ius accipiendi beneficia regularia in titulum, & ſæcularia in commendam; & alimenta ex hoc, vel illo Monaſterio, cathedras in Academiis regendi; & omnem iuriſdictionem Eccleſiaſticam, immo & ſæcularem ciuilem tam quoad proprietatem, quàm quoad poſſeſſionem non ſolùm facti, ſed etiam iuris, vt demonſtrat totius Eccleſiæ conſuetudo: ob eam rationẽ, quia hæc iura non ſunt pecuniaria, neque ad ſtatum ſæcularem, cui Religioſi renuntiant, pertinentia: & *verſ. ex his inferitur primò*, idipſum exeo confirmat, quòd Religioſi perinde poſſunt agere, & agunt ſuo nomine ſuper proprietate, & poſſeſſione ſuorum titulorum, ac clerici ſæculares pro ſuis titulis; nomine, inquam, ſuo, & non nomine ſui Prælati, vel Monaſterij; immo frequenter contra illud; & *cap. cùm dilecta, de reſcr. cap. de Monachis, cap. auaritiæ, & cap. niſi eſſem, de præbend.* Ex qua Nauar. doctrina ſic confirmata ſequitur, quòd ſi emittens profeſſionem in aliqua Religione approbata ius habebat vtendi aliqua commutatione vltimæ voluntatis, quod annexum ſit iuribus ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis prædictis, quorum ipſe ſit capax, neque ante profeſſionẽ in alium tranſtulerit, illud ſecum defert, ac retinet. Cæterùm, ſi annexum ſit bonis, ac iuribus temporalibus, ac pecuniariis, aut in iis per ſe conſiſtat, neque de eo diſpoſuerit, † tranſit in Monaſterium tempora- 299.
lium bonorum capax; cui etiam illud acquirit profeſſus, ſi poſt profeſſionem ſibi deferatur ex ſucceſſione, aut aliter illud acquirat; iuxta *cap. in præſentia, de probat. cap. quia ingredientibus, & cap. perlatum,* 19. *quæſt.* 3. *l. Deo nobis, §. hoc etiam cognitum, C. de Epiſc. & cler. auth. ingreſſi, C. de ſacroſanct. Eccleſ. auth. niſi rogati, C. ad Trebell. ac §. ſed & hoc præſenti, auth. de ſanctiſſ. Epiſc. & §. illud, auth. de Monach.* cum *ibidem* notatis per ſcribentes, ac Nauar. *d. comment. 2. de regul. num.* 3. *cum duobus ſeqq.* necnon *num.* 33. *&* 43. *vſque ad* 55. & Molin. *tom. 1. de iuſt. & iur. diſp.* 140. *verſ. de alio ergo monaſterio, cum tribus ſeqq. ac verſic. non ſolùm bona*: vbi etiam probatur, bona nouitij inteſtatò decedentis non tranſire ad monaſterium capax bonorum; id quod pariter poſt alios tradit Menoch *de præſumpt. lib. 4. præſumpt.* 83. *num.* 73. *&* 74. vbi id comprobat; ſatiſque conſtat ex *cap. cùm ſimus, de regular.* & Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de regular.* quare in hoc ſtandum non erit *d. l. Deo nobis, §. huius autem, C. de Epiſc. & cler.* vbi quid omnino contrarium hac in re diſpoſitum videtur. & iubet inibi Imperator, vt bona quæſita Monaſterio per ingreſſum, non reuocentur, licèt ingreſſi ad ſæcularem vitam remeauerint: nam licèt hoc continere videatur fauorem Eccleſiæ; lex tamen ciuilis, ac ſæcularis canonicæ contraria, quamuis Eccleſiis fauorabilis, eas non afficit, *cap. Eccleſia S. Mariæ*, ibique omnes, *de conſtit.* ſed nec verè illa lex eſt fauorabilis Eccleſiæ, vel certè maior eſt fauor libertatis profeſſionis; quẽ in hoc conſiderauit Pontifex *d. cap. cùm ſimus*, & Conc. *d. cap.* 16. niſi fortè dicamus, d. §. *huius autem*, accipiendum eſſe de remeante ad vitam ſæcularem poſt profeſſionem Nauarr. autem, & Molin. *ibid.* rectè docent, teſtamentum conditum ante profeſſionem non poſſe poſt eam à profeſſo reuocari etiam in fauorem Monaſterij, quod & nos plurib. oſtendimus ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 1. *concl.* 1. *limit.* 3. Quòd ſi bona illius, qui eſt profeſſus in huiuſmodi Monaſterio bonorum capaci, ſubiecta ſint reſtitutioni vigore alicuius fideicommiſſariæ alteriúſve ſubſtitutionis; † tunc Mo- 300.
naſterium in iis bonis habebit vſumfructum durante vita naturali ipſius profeſſi, vt plurib. relatis ex communi tradit M. Ant. Peregrin. *in ſuo tract. de fideicom. art.* 28. *num.* 81.

Poſterior pars † concluſ. probatur: quoniã, quan- 301.
do Religio eſt bonorum incapax, qualis ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de regular.* eſt Religio Capucinorum, & Fratrum Minorum, quos vocant de Obſeruantia; tunc ſtatim, ac quis in ea profeſſionẽ emiſit,

communis habet, quòd indiſtinctè reſcriptum impetratum contra defunctum in eo expreſſum extendatur ad heredem vniuerſalem, quia cenſeatur eadem perſona, & quia agitur de modico præiudicio; quam præter Abb. *ibi*, tenet Damaſ. Innocent. Compoſt. Ægid. & Petr. quos ſequitur Ioan. And. *d. num.* 8. *&* 9. probatus à Franc. *d.num.* 3. In omnem verò caſum certum eſt, † quòd annales actiones perpetuantur contra heredem aduerſarij, contra quem à Principe impetratum fuit reſcriptum, ex ipſa ſola impetratione, vt patet ex *l.* 1. *&* 2. *C. quand. libell. Princ. dat. lit. conteſt. fac.* vbi id notant Doct. *& in l. fin. ff. de eo, per quem fall. erit.* Prædicta tamen intellige, dummodo defunctus eſſet in rerum natura tempore dati reſcripti; aliàs nulla eſſet impetratio, vt ſatis colligitur à contrario ſenſu ex *d. cap. ſignificanit*, ibi; quòd cùm adhuc frater eiuſdem mulieris viueret, quando eædem litteræ impetratæ fuerunt: ac per text. *in l.* 2. *ff. qua ſent. ſin. app. reſcind.* tradit Ioan. And. *d. cap. is, qui, num.* 10. & *ibi* Franc. *d. num.* 3. *ad fin. de reg. iur. in* 6. Abb. *d. cap. ſignificanit, num.* 6. *in fi.* idem confirmans *num.* 7. ex eo, quòd † nec priuilegium tranſit in ſucceſſorem, ſi mortuus eſt tempore datæ is, cui conceditur, iuxta text. notab. *in l. Neratius, ff. de reg. iur.* id, quod etiam tenet poſt alios Apoſtill. Abb. *in verbo, nec priuilegium*; & notandum pro reſcripto commutationis per modum priuilegij obtento; qua de re videri poſſunt Dyn. & alij *in cap. priuilegium, de reg. iur. in* 6.

SEPTIMA CONCLVSIO. Si aduerſarius eius, qui impetrauit commutationem vltimæ voluntatis, per reſcriptum iuſtitiæ ſeruus efficiatur, † licet illud non expiret, ſuſpenditur tamen donec idem aduerſarius libertati reſtituatur. Probatur; quoniam ſeruus quidem per captiuitatem non poteſt ſiue de facto, ſiue de iure conueniri, cùm omnia iura ſua ſaltem quoad adminiſtrationem amittat, quæ deinde iure poſtliminij reuerſus recuperat, *l.* 2. *ff. de capit. dimin. §. ſi ab hoſtibus, Inſtit. quibus mod. ius patr. poteſt. ſolu.* ac toto penè *tit. ff. & C. de captiu. & poſtlimin. reuerſ.* quod idem de ſeruo pœnæ poſtmodum plenè reſtituto conſtat ex *l.* 2. *&* 3. *ff. de ſent. paſſ. & reſtit.* necnon ex *l. ſi debitor, l. tutor, l. ſi ademptis, & l. ſi deportationis, C. eod. tit.* cum aliis adductis à Peregrin. *tract. de priuileg. & iur. fiſc. tit. bannit. & damnat. reſtit. quæ recuper.* Id tamen ita temperandum eſt, vt, ſi interim, donec captiuus reuertatur, aut ſeruus pœnæ reſtituatur, contra illius, & huius ſucceſſorem, vel heredem futurum, aut vtriuſque bonorum, & iurium deputatum adminiſtratorem vigore alterius reſcripti, vel etiam eiuſdem vbi illa cauſa concerneret dignitatem, vel officium, iuxta ea, quæ diximus *in praced. concl.* impetrans reſcriptum cauſam, & inſtantiam fuiſſet proſecutus, aut nouum iudicium inſtituiſſet; tunc reuerſus, ac reſtitutus ſtare teneretur ſiue iudicio cœpto, ſiue etiam ſententiæ latæ, ac cæteris per eos legitimè geſtis; arg. *l. vbi cæptum, ff. de iud.* iuncta *l.* 1. *& l. in bello, §. facta autem cauſa, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. ac l. ab hoſtibus, §.* 1. *ff. ex quibus cauſ. mai. l. mutuo, §. fin. ff. de tut. vel curat. l. in poſſeſſionem, in fi. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* iuncta *l.* 2. *in princ. ff. de capit. diminut.* necnon *l. cùm cognatos, C. eodem tit. & l. in quæſtione*, quæ eſt fin. *§.* 1. *&* 2. *C. de ſent. paſſ. & reſtit.* Idipſum verò tam quoad concluſionem ipſam, quàm quoad proximam declarationem ſtatuendum eſt † de condemnato cum bonorum amiſſione, vel ita bannito, vt amittat bona, & iura ſua; (iuxta ea, quæ *in tract. de Conſeruatorib. iudicib. quæſt.* 2. *in* 1. *&* 2. *præmiſſ.* adduximus,) vbi ea recuperet; eadem enim vtrobique eſt ratio, atque adeò etiam diſpoſitiò, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap.* 2. *de tranſlat. Epiſc.* cum ſimil. An verò, & quando † bannito huiuſmodi liberato à banno, & patriæ reſtituto, bona etiam, & iura quælibet reſtituta cenſeantur, aut præſumantur, latè inter cæteros tradunt Sfort. Odd. *in tract. ac reſtit. in integr. quæſt.* 96. *cum ſeqq.* Peregr. *vbi ſup.* & Menoch. *de præſum. lib.* 5. *præſumpt.* 46. per tot. quos, cùm opus fuerit, conſulere poteris ſimul cum iuribus, ac Doctoribus ab iiſdem allegatis.

OCTAVA CONCLVSIO. Aduerſario eius, qui impetrauit commutationem vltimæ voluntatis per reſcriptum iuſtitiæ, excommunicato, † regulariter non expirat, aut ſuſpenditur iudicis iuriſdictio, quin eam exercere poſſit. Probatur, quia hic aduerſarius reus eſſe ſupponitur, quoniam cõtra eum impetratum eſt reſcriptum, iuxta *cap. ſignificante, e.p. Rodulphus, & cap. ſignificanit*, ac paſſim *in tit. de reſcript.* atque alibi ſæpe. Reus autem; (de neceſſario loquitur, qui tenetur in iudicio comparere, ac reſpondere, iuxta tradita per Vgol. *tract. de cenſur. tab.* 2. *cap.* 16. *in princ. num.* 1. nam de voluntario paulo pòſt dicemus *in* 2. *limit. huius concluſ.*) poteſt, ac debet, † quamuis excommunicatus, ſi ad iudicium vocetur, venire, ac reſpondere, ne ex malitia ſua commodum reportet, *cap. intelleximus, de iudic. & c. ſi verè, de ſent. excomm.* idque adnotarunt *ibi* glol. & Doct. Sayr. *de cenſur. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 13. *cum ſeqq.* Suarez *eod. tract. diſp.* 16. *ſect.* 4. *num.* 1. Vgol. *d. cap.* 16. *§.* 1. *num.* 2. & aliquot ſequentibus.

Ampliatur autem hæc regula, atque adeò noſtra concluſio primò, quòd, † vbi reus excommunicatus citatus non veniat, & ob id actor miſſus fuit in poſſeſſionem ex primo decreto, iuxta *cap. quoniam, §. in aliis, vt lit. non conteſt.* poterit poſtmodum comparens, & offerens impenſas, & cautionem de iudicio ſiſti, petere reuocationem talis poſſeſſionis; vt ſatis probat Vgol. *d. cap.* 16. *§.* 2. *num.* 1. Ampliatur ſecundò, vt, † ſi excommunicatus ea de re conueniatur, pro qua actor ipſum curauit excommunicari, ſi probet, ſe iniuſtè fuiſſe excommunicatum, poterit excipere ſe ad reſpondendum non teneri, antequam hominũ communio ei reſtituatur, vt pluribus oſtendunt, id declarantes Vgol. *d. cap.* 16. *§.* 3. *n.* 2. & Suarez *d. diſp.* 16. *ſect.* 4. *num.* 11. Tertiò amplia, vt † audiatur reus excommunicatus ad ſui defenſionem, licèt ſit in mora petendæ abſolutionis; prout contra alios docet Suarez *d. ſect.* 4. *num.* 8. *&* 9. etiam quoad forum conſcientiæ: ſubdens *num.* 10. contrariam ſententiam admitti poſſe vbi cauſa agatur coram eo iudice, qui illum reum ex alia cauſa excommunicauit. Amplia quartò, vt excommunicatus † ſe defendere poſſit in iudicio, *cap. cùm inter, cap. dilecti, cap. dilecta, & cap. ſignificanit, de except.* ibique Doctor. latè Vgol. *d. cap.* 16. *§.* 4. *num.* 1. *&* 4. Suarez *d. diſput.* 16. *ſect.* 3. *num.* 3. *& ſect.* 4. *num.* 2. Ex quo infertur primò, quòd non modò iudex ei ius reddere, notarius, & ſcriba acta pro eo ſcribere, verùm etiam procurator, & aduocatus eum defendere poteſt; vt idem Vgol. docet *d. §.* 4. *num.* 5. Infertur ſecundò, reum excommunicatum poſſe teſtes, & inſtrumenta producere, & iuramentum deferre ad formam *l.* 1. *ff. de iureiur.* vt tradit Vgol. *d. num.* 4. qui *num.* 6. docet, eum quoque ſubire poſſe, ac debere iuramentum malitiæ, & de calumnia: ſecus verò ex communi reſoluit de iuramento in ſupplementum probationis, ob eam præcipuè rationem, quòd probatio per iuramentum eſt extraordinaria, & honoris cauſa datur, quæ concedi non debet infamibus, infimiſque perſonis, ſed tantùm omni exceptione maioribus.

quæ

qua ratione idem fortiùs dicendum est de iuramento litis decisiuo, vt peti ab eo non possit; valeat tamen ab eodem, sicut & præcedens actori deferri. Infertur tertiò, quòd poterit reus excommunicatus opponere exceptiones dilatorias; contra iudicem quidem, eum recusando, *d. cap. cùm inter, § inquisitionis, de except.* eius forum declinando, aut excommunicationem ei obiiciendo: contra actorem pariter de excommunicatione excipiendo: contra procuratorem, eius quoque, vel principalis excommunicationem opponendo, quòd ve procurator non sit, aut non cauerit de rato, vbi tenetur: contra testes, quòd sint excommunicati, aut alias inhabiles: & in summa omnes dilatorias exceptiones obiicere poterit, vt temporis feriæ, loci incongrui, rescripti surreptitij, inepti libelli, & similes: quæ omnia satis comprobat Vgol. *d. cap.* 16. §. 5. & quoad recusationem iudicis, etiam Suarez *d. sect.* 3. *num.* 3. *& sect.* 4. *num.* 2. quoad exceptionem excommunicationis contra actorem *d num.* 3. quoad oppositionem contra testes *d. num.* 2. Infertur quartò, quòd vti poterit exceptionibus peremptoriis contra actorem, vt præscriptionis, solutionis, pacti de non petendo, rei iudicatæ, vt docet Suarez *d. sect.* 3. *num.* 3. *& sect.* 4. *num.* 2. ac post alios Vgol. *d. cap.* 16. §. 6. *num.* 1. idémque in exceptione compensationis absolutè tradit Suarez *d. num.* 3. quoniam compensatio quædam solutio est, *l. si debitor, ff. qui pot. in pig hab. & l.* 4. *C. de compensat.* & potius habet rationem defensionis, & iustæ exceptionis, quàm petitionis, seu actionis, iuxta *l. si ex venditione, C. eod. tit.* quamuis Vgol. *d.* §. 6. *num.* 2. ex communi doceat, reum excommunicatum non posse compensationem obiicere, nisi vel actor illam admitteret, vel reus sibi aliter consulere non posset, vel vbi compensatio ipso iure fiat, vel tandem compensatio iam facta obiiceretur. Infertur denique,

318. quòd reus excommunicatus † appellare poterit à sententia contra se lata, *cap. reuera, 3. quæst. 9. cap. cùm inter, & cap. vlt. de except.* & *ibi* glos. & Doct. adnotarunt, traditque Vgol. *d. cap.* 16. §. 7. *num.* 1. Suarez *d. sect.* 3. *num.* 3. *& sect.* 4. *num.* 2. quin etiam ab ipsa excommunicatione appellare poterit; ita tamen, vt si solùm iniustam eam dicat, audiendus non sit, donec absoluatur. si verò nullam contendat, admittendus sit, vt optimè docet Suar. *d. sect.* 3. *num.* 3. *& sect.* 4. *num.* 2. *in fi.* primum per text. *in cap. per tuas, de sent. excomm.* secundum per *cap. cùm contingat, de offic. deleg.* & omnino quid operetur appellatio ab excommunicatione, latiùs tradidimus *in tract. de Conseruatoribus indicib. cap. vlt quæst.* 3. *concl.* 6. Appellationem quoque suam prosequi poterit reus excommunicatus; vt satis constat ex *d. cùm inter, & cap. significauit, de except.* & latiùs probat Vgol. *d. tab.* 2. *de censur. cap.* 15. §. 1. *num.* 8. & rescriptum impetrare super ea, iuxta *cap.* 1. *de rescript. in* 6.

Limitatur nunc primò prædicta regula, & nostra

319. conclusio, vt reus excommunicatus † debeat regulariter per alium, seu procuratorem; non autem per seipsum respondere; prout satis colligi videtur ex text. *in cap. imelleximus, de iud.* & *ibi* Dec. & alij adnotarunt cum glos. *in cap. pastoralis, de iudic.* & pluribus comprobat Vgol. *d. tab.* 2. *cap.* 16. §. 8. *num.* 1. vbi alios citat; probabiliéque putat Suar. *d. sect.* 4. *num.* 5. nam *num.* 6. *& seq.* cum aliis probabilius censet, non esse cogendum reum excommunicatũ per alium respondere, cùm vix possit quis rebus suis consulere per alium. verior tamen mihi videtur prior sententia, propter illa verba text. *d. cap. imelleximus, debet per alium in iudicio respondere*; cum illis tamen temperamentis, quæ adhibet Vgol. *d. n.* 1. nimirum vbi excommunicatus ob inopiam comparere per procuratorem non potest; item vbi idoneus procurator non reperitur; ac denique vbi excommunicatus asserit, sententiam excommunicationis contra se latam esse nullam; de quo tamen postremo aliquatenus dubitat. An verò, & quando ipse procurator † ratione excommunicationis re- 320.
pelli possit, vel nullitèr ratione excommunicationis dicatur constitutus, quoniam rem nostram non immediatè attingit, consulas, si opus fuerit, Vgol. *d. tab.* 2. *cap.* 19. fere per tot. & Suarez *d. disp.* 16. *sect.* 7. vbi etiam agit de aduocato; de quo pariter Vgol. *supra cap.* 18. sicut *sect.* 8. de tutore, & curatore, de quo etiam Vgol. *d. tab.* 2. *cap.* 14. *sect.* autem 6. de † teste, de 321.
quo item Vgol. *cap.* 17. *& sect.* 5. de tabellione.

Limitatur secundò eadem regula, & conclusio, vt non procedat in reo voluntario excommunicato, qui quidem † vel is est, qui infitiat, vt aliquis contra 322.
se agat, & iudicium suum prosequatur, iuxta *Laffamari, ff. de ingen. & manum.* qui re ipso non instante generatim, aut speciatim vocatur sub hac conditione tacita, vel expressa, si sua putauerit interesse, non tamen compellitur ad comparendũ; vt docet Vgol. *d. tab.* 2. *cap.* 16. *in princ. num.* 2. *&* 3. ac Suarez *d. disp.* 16. *sect.* 4. *num.* 12. nam talis reus excommunicatus in iudicio esse non potest, vt satis comprobant Vgol. *d. num.* 2. Suarez *d. num.* 12. & Sayr. *de censur. d. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 11. *cum seq.*

NONA, & postrema CONCLVSIO. Si aduersarius eius, qui impetrauit commutationem vltimæ voluntatis per rescriptum institiæ, ingrediatur Religionem; † tunc ante professionem quidem re- 323.
scriptum non suspenditur; post professionem verò transibit in eius heredem, vel successorem vniuersalem siue sit Religio, siue alius; & aliquando etiam in successorem singularem. Prior pars conclusionis probatur, quia siquidem ingrediens disposuit de rebus suis per testamentum, aliámve similem vltimam voluntatem, cùm hæc locum non habeat, seu effectum sortiatur, nisi secuta morte naturali, vel ciuili, hoc est, in casu nostro per professionem, vt per se patet; iura omnia remanebunt penes nouitium, vt etiam colligitur ex adductis sup. *concl.* 5. *post med.* quod idem quoque dicendum est, si de iis disponat ingrediens per actum inter viuos, propter decretum Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 16. *de Regular.* disponens, quòd nulla renuntiatio, aut obligatio facta ab ingrediente Religionem etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscumque causæ piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat intra duos mẽses proximos ante professionem; ac non aliàs intelligatur effectum sum sortiri, nisi secuta professione. si enim non habent effectum dispositiones ingredientis Religionem, nisi post eius professionem, apertè sequitur, remanere omnia iura actiua, & passiua penes ipsum ingredientem, donec, vel professionem emittat, vel ante eam naturaliter moriatur. Posterior pars † concl. probatur: quia si quidẽ Re- 324.
ligio, in qua profitetur ingrediens, est bonorum incapax, statim ea deferuntur ad fideicommissarium, vbi subiecta sint fideicommisso; vel ad heredem, aliúmve vocatum ab ingrediente, vbi bona libera sint, de iisque disposuerit; aliàs ad venientes ab intestato; iuxta ea, quæ tradidimus *d. concl.* 5. quòd si ea religio sit bonorum capax, neque ingrediens aliis ea reliquit, fideicommissaria quidem remanent quoad vsumfructum penes Religionem durante naturali vita ingressi, libera verò ad Religionem transeunt, iuxta *ibidem* adducta: & si quidem Religio, aut alius sit heres vniuersalis, contra eam, cúmve transibit rescriptum, eiúsve executio, & quidem indistinctè; per ea, quæ sup. hac ipsa qua st. *concluf.* 6. attulimus;

y Google

attulimus; quòd ſi ſit tantùm ſucceſſor ſingularis, tunc contra eum non tranſibit, niſi in tribus caſibus, quos *ibidem* poſt alios attulimus, nimirum cùm ſucceſſor ſcienter ſuccedit in vitium, iuxta *cap. quia V. de indic.* vel vbi facta eſt alienatio iudicij mutandi cauſa, vt *in cap 1. de alienat. iudic. mutan. cauſ. fact.* vel denique vbi emanauit ſecunda iuſſio; vt colligitur ex *d. cap. quia V.* Atque hæc de præſenti quæſt. dicta ſufficiant; iámque ad alias, ſi lubet, tranſeamus huius octaui capitis.

SVMMÆ RERVM.

325. *Extinctio commutationis vltimæ voluntatis per lapſum temporis maximè incerti in ipſa commutatione proſtituti quot modis poſſit conſiderari.*

326. *Priuilegium aliud perpetuum, aliud temporale; & quid vtrumque, ac quotuplex ſit, & trib. num. ſeqq.*

327. *Perpetuitas priuilegij an exigat, quòd illud ſine præfinitione temporis, vel cum conditione perpetua concedatur; & adhæreat rei de ſe perpetuæ: vel horum altero contenta ſit.*

328. *Priuilegium perpetuum eſt, quod conceditur rei corporali immobili, vt Eccleſiæ, vel Monaſterio. & quid ſi hæc deſtruantur, an duret priuilegium; num. 329. & trib. ſeqq.*

330. *Priuilegium loci quibus modis conſiderari poteſt.*

331. *Priuilegium conceſſum alicui loco principaliter, vel æquè principaliter loco, & perſonis, an proſit ſolum priuilegiato dum ibi eſt, vel in eo loco habitantibus.*

332. *Priuilegia conceſſa Eccleſiæ, quæ deſtruitur, vt alibi ædificetur, ad nuper conſtructam transferuntur, & quid quando vna Eccleſia alteri vnitur; num. 333.*

334. *Diſpoſitio, cui nullum certum tempus præfinitur, diuerſimodè iuxta rerum diuerſitatem durat.*

335. *Diſpoſitio fauorabilis, cui certum tempus non eſt appoſitum, perpetuò durat.*

336. *Cõmutatio vltimæ voluntatis conceſſa per modum priuilegij extinguitur per lapſum certi temporis in ea præſtituti. Idémque eſt in conceſſa per reſcriptum iuſtitiæ; num. 337. cum ſeq.*

338. *Intellectus cap. cum ſit Romana, & cap. interpoſita, de appellat. ac l. meminiſſe, ff. de off. proconſ.*

339. *Iuriſdictio ad tempus data quando duret vſque ad aduentum ſucceſſoris.*

340. *Iuriſdictio data ad certum tempus, eo elapſo expirat, licèt dolo partis cauſa intra illud non terminetur.*

341. *Iuriſdictio data ad certum tempus non expirat eo elapſo, ſi illud de partium cõſenſu prorogetur. & quoad ſententiæ ſuæ executionem; n. 342. atque vbi terminus ſit præfixus iudici, non autem iuriſdictioni; dum tamen ille iudex aliàs iuriſdictionem habeat; num. 343.*

344. *Tempus iuriſdictioni præfixum quando incipiat currere.*

345. *Dilationes abbreuiari debent, cùm tẽpus delegato præfixum ad cauſam terminandam breue eſt.*

346. *Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis ſub conditione conceſſum ea deſinente ceſſabit; modò appoſita fuerit nõ ſolùm ad fieri, ſed etiam ad conſeruationẽ priuilegij. 347. & ibi, quando ſufficiat conditionem diſpoſitionis ſemel eſſe impletam; & aliquot ſeqq.*

348. *Qualitas adiecta tempori, vnde diſpoſitio ſumit effectum, debet adeſſe illo tempore.*

349. *Dictiones, quãdiu, donec, quouſque, & ſimiles important ſucceſſionem, & perſeuerantiam.*

350. *Conditio adiecta diſpoſitioni ex parte actus, vel vſus, deſitione ſua deſinere facit diſpoſitionem; & num. ſeq.*

351. *Conditio negatiua, vel affirmatiua diſpoſitioni adiecta in quo differant quoad effectum.*

352. *Conditio an debeat in dubio præſumi determinata, vel indeterminata reſpectu tẽporis; & quando poſita in vna diſpoſitione, vel parte diſpoſitionis repetita cenſeatur in alia diſpoſitione, vel alia eiuſdem parte.*

353. *Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis extinguitur per mutationem ſtatus, aut vinculi, vnde illud pendebat tamquam à conditione etiam virtuali, & generali.*

354. *Nouitius, & profeſſus, aut familiaris alicuius Religionis dimiſſo illius habitu, vel ſtatu, aut habitatione, non gaudent illius priuilegiis; & num. ſeq.*

355. *Priuilegium conceſſum ratione vnionis cum alio an ſemper ceſſet vnione diſſoluta, vel eo cui facta eſt vnio, defuncto, aut amittẽte priuilegiũ.*

356. *Perſona, vel res priuilegiata propriè, quænam ſit.*

357. *Priuilegiorum ad inſtar, ſeu eorum communicationis materia, remiſſiuè.*

358. *Priuilegium ad inſtar, & priuilegij communicatio, ſeu potiùs participatio an idem ſint; & num. 364.*

359. *Priuilegium ad inſtar impropriè, ac propriè dictum quodnam ſit.*

360. *Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis conceſſum ad inſtar alterius, hoc ſublato, vel amiſſo non tollitur, aut amittitur.*

361. *Priuilegium, ad cuius inſtar aliud conceſſum fuit, non reuocatur hoc reuocato.*

362. *Priuilegium conceſſum ad inſtar alterius non reſtringitur iuxta huius reſtrictionem ſecutam poſt primam illius conceſſionẽ, ſicut nec exemplatum augetur auctо exemplari, aut è contrario; num. 363. vbi etiam, quid ſi eidem perſonæ, vel loco alia priuilegia poſtea fuerint conceſſa. & quid ſi priuilegium concedatur ad inſtar concedendorum; n. 364. & quando hoc fieri cenſeatur; num. 365.*

366. *Priuilegium communicatum alteri non mutatur quoad diminutionem, vel amiſſionem per non vſum, aut aliter per eiuſmodi mutationẽ poſtea contingentem in eo, cui primo conceſſum fuit, & an communicetur reſtrictio, qua inerat exemplari tempore communicationis, remiſſiuè; num. 367.*

368. *Priuilegia communicata acceſſoriè, vt familiaribus priuilegiati, amittuntur, augentur, & minuuntur in illis, cùm hæc in principaliter priuilegiato contingunt.*

369. *Priuilegium ad inſtar validum non eſt, ſi tempore conceſſionis exemplar nullum eſt; niſi in poſteriore priuilegio aliud exprimatur, viputa ſpecies gratiarum; & num. ſeq.*

370. *Fides exemplaris priuilegij an fieri debeat, cum in priuilegio ad inſtar exprimitur ſpecies gratiæ.*

371. *Aſſertioni Principis maximè in facto proprio, quando credatur; aut in iis, quæ ſunt iuris; & an quoad vtrumque admittatur probatio in contrarium.*

372. *Commutatio vltimæ voluntatis abſoluta, & perfecta regulariter per primum eius actum, ſeu vſum non extinguitur; & ibi quando ſermo ſimpliciter prolatus intelligatur de prima vice; & multis ſeqq.*

373. Diſpen

373. *Dispensatio, priuilegium, & gratia an intelligatur de prima vice tantùm. & quid in hoc deferuiat, dispositionem fauorabilem esse, vel odiosam; num.374.*

375. *Regula ad dignoscendum, quando dispositio extinguatur primo vsu. aut etiam ante perfectum primum actum; num.376.*

377. *Priuilegium regulariter primo vsu, seu actu non extinguitur. & quid in dispensatione voti castitatis, religionis, aut non nubendi; num.378. & trib.seqq. vel cum illegitimo ad obtinẽdum beneficium; num.379.*

380. *Concessio pro certa, & determinata causa non extinguitur primo vsu, sed durat donec ipsa causa durat.*

381. *Verba illa,* votum N. commutes, vt matrimonium tunc contrahere possit, *quem sensum habeant; & quid de illis,* hac vice dispensa.

382. *Commutatio illa vltimæ voluntatis, per quã mandatur aliquid non fieri, non restringitur ad primum actum. & vbi per primum actum non satisfit menti commutantis; vel causa, ob quam fit commutatio, plures actus exigenti; num.383.*

384. *Commutatio vltimæ voluntatis non extinguitur per primum actum, cùm in ea præfixum est certum tempus; vel concedens vtitur verbis pluralis numeri, aut vniuersalibus, vel indefinitis, quæ æquipolleant vniuersalibus.*

385. *Commutatio vltimæ voluntatis de re annua, & iterabili, aut aliàs vbi talis mens colligitur in commutante, vel æquitas id suadeat, non extinguitur per primum actum.*

386. *Commutatio vltimæ voluntatis vbi restringatur ad primũ actum, restringetur solùm ad actum validum, & vtilem, quique effectum suũ consecutus sit: nisi impetrans ex culpa sua deceptus fuerit in exercendo illo vnico actu; vel dispositio merum factum respiciat; num. 387. aut agatur de nouo iure quærendo per impetrantem; vel de actu, qui ei iure tantùm speciali competit; aut alias nullus esset ipso iure; num.388.*

389. *Ordinarius, qui nulliter iudicauit, vel aliud fecit, iterum iudicare potest, & actum retractare; secus in delegato; quod declara, vt aliquot num.seqq.*

390. *Intellectus Iudex posteaquam.ff.de re iud.*

391. *Iudex delegatus an possit declarare suam sententiam, aut retractare maximè cum nulliter eam tulit ob non seruatam formam mandati, vel est delegatus Principis; num.392. & quid in delegato ad vniuersitatem causarum, aut cum delegatus per errorem facti iudicauit; numer.393.*

394. *Actus inualidus retractari potest sine ab ordinario, sine à delegato in extraiudicialibus, & actibus iurisdictionis voluntaria; vel delegato ad dispensandum in foro conscientiæ tantùm.*

395. *Commutatio vltimæ voluntatis concessa ad beneplacitum simpliciter, & absolutè, an, & quando expiret morte concedentis re integra. & quid si beneplacito iungatur certum tempus; numer. 396. aut ad beneplacitum concedatur id, quod certo tempore finitur; num.397.*

398. *Commutatio vltimæ voluntatis per rescriptum gratiæ facta, nisi aliud tempus certum, vel incertum præfigatur, perpetua est; & n.seq.*

399. *Gratia de sui natura est perpetua; sicut & priuilegium.*

400. *Exemplum commutationis vltimæ voluntatis ad tempus.*

QVÆRO igitur QVARTO, an commutatio vltimæ voluntatis expiret per lapsum temporis certi, vel incerti, maximè in ipsa commutatione præstituti.

Prosequimur adhuc modos, quibus commutatio vltimæ voluntatis sponte sua, & ab intrinseco, nimirum absque contratia actione extrinseci corrumpentis expirat, & extinguitur; nam eo ipso, quòd labitur tempus, ad quod concessa est commutatio, ea desinit absque vlla alterius actione, quæ tunc intercedat. Quoniam verò valde latè patet † hic modus extinctionis per lapsum temporis, præsertim incerti, ad quod commutatio concessa fuit: nam comprehendit etiam extinctionem per mortẽ naturalem, vel ciuilem concedentis, seu committentis commutationem, de quo extinctionis modo propriam quæstionẽ instituimus sup. hoc ipso cap. *quæst.* 1. necnon per mortem naturalem, vel ciuilem commissarij, vel eius substituti, de quo modo latiùs egimus *quæst.* 2. eiusdem cap. per totam; item per mortem naturalem, vel ciuilem impetrantis commutationem, vel aduersarij, de quo fuit integra præcedẽs quæstio; ac denique per cessationẽ causæ, ob quam fuit cõcessa commutatio, in quo modo tota sequens quæstio versabitur: quinimo etiam hic modus per lapsum temporis aliquo etiam modo comprehendit quinque alios modos, quibus cõmutatio vel extinguitur, vel certè suspenditur per actionem aliquam contrariam, de quibus *quæst.6. & seqq.* ideo in titulo præsentis quæstionis subiecimus illa verba, *in commutatione præfiniti:* addidimus autem etiam illam dictionem, *maximè,* vt appareret, de aliquibus etiam casibus extinctionis per lapsum temporis nos acturos, qui ad tempus in commutatione, saltem expressè, præstitutum non pertinent, nec tamen discussi sunt in præcedentibus quæstionibus, aut in sequentibus discutientur; qualis est dimissio, seu mutatio status, & vinculi, à quo pendebat tale priuilegium commutationis tamquam à cõditione necessaria saltem virtuali, seu generali, & ideo desinunt esse desinente conditione: qualis etiam est amissio priuilegij commutationis per vnum, eúmque primum actum vtendi illo. de quibus singulis, & aliis, si qui sunt, ac simul de iis, qui propriè ad tempus in commutatione præstitutum spectant, singulas statuemus conclusiones; nonnullis tamen præmissis, quæ faciliori earum explicationi, ac resolutioni possunt deseruire. 325.

Præmitto igitur primò, † priuilegium, (cuiusmodi est commutatio vltimæ voluntatis, vt initio præced. quæstionis tradidimus) aliud esse perpetuum, aliud temporale; vt colligitur ex *cap.decet, & c.priuilegium, de reg.iur.in 6. l.priuilegia, & l.in omnibus causis, la 2.ff.eod.tit.* tradiderúntque *ibi* Doct. necnon *in l.forma, §.quamquam, ff.de censib. & cap.sanè, de priuil.* atque alibi sæpe, & maximè in locis per nos *d.quæst. præced.in 1.præmiss.* citat. 326.

Perpetuum est non quòd finiri non possit; pluribus enim modis amittuntur omnia fere priuilegia, vt constat ex præcedentibus, & melius apparebit ex sequentibus quæstionibus huius cap. sed, vt rectè ait Suar. *lib.8. de legib.cap.5.n.1.* dicitur perpetuũ, quod vel adhæret alicui rei de se perpetuæ, vel sine temporis limitatione conceditur; durat enim de se, quãdiu reuocatum non fuerit. temporale autem multis modis contingit, primò quia ad certum, ac definitum tempus conceditur, quo elapso finitur, vt latiùs docebimus *concl.1.* Secundò, licèt indefinitè concedatur,

Digitized by Google

datur, temporale erit, ſi ſoli perſonæ concedatur; ita, vt ſit perſonale, vt *quæſt. præced.* præcipuè *in 2. præmiſſ. & concluſ. 2.* ſatis declarauimus. licèt enim priuilegium ad vitam reſpectiuè ac ſecundùm quid poſſit dici perpetuum, quia pro tota vita conceditur, ſicut etiam exilium ad vitam dicitur perpetuum, & colligi poteſt ex *cap. ex literis, de conſtit. l. 1. ff. pro ſoc. l. relegatorum, §. hæc eſt differentia, ff. de interd. & relegat.* aliiſque iuribus, quæ ad id allegant Aleiat. *conſil. 203. numer. 25.* aliàs *conſil. 7. numer. 8. lib. 4.* & alij, quos ad id refert Barboſ. *in l. quia tale, numer. 10. ad fin. ff. ſol. matrim.* immo etiam perpetuum iuxta ſubiectam materiam verificetur in ſolo triennio, decennio, vicennio, ac tricennio, vt ex allegatis à Tiraq. *tract. de retract. conuent. §. 1. glo. 2. num. 8. & 11.* ac multis aliis modis perpetuum dicatur, vt per gloſ. *§. perpetua, 10. quæſt. 2.* & Mandoſ. *in ſuperſcript. gloſ. facult. verbo, ad perpetuam, & in §. volentes, verbo, perpetuo,* Alberic. *in ſuo Dictionario,* & alios *in lexic. verbo, perpetuum.* Tamen propriè, ac ſimpliciter loquendo illud priuilegium erit temporale, vt rectè monet Suarez *d. num. 3.* quia perpetuum propriè eſt, quod ex ſe finem non habet; vt idem poſt alios ſentit *d. lib. 8. cap. 3. n. 12.* necnon ij, quos refert Barboſ. *d. num. 10.* ac ſequitur Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 103. numer. 38. & 40.* ac ſequi videtur Tiraq. *d. glo. 2. num. 18. & 19.* facitque text. *in d. cap. priuilegium, de reg. iur. in 6. ac d. l. priuilegia, & l. in omnibus cauſis, ff. eod. tit. & Inſtit. de perpet. & temporalib. action. in princ.* Tertiò eſt priuilegium temporale, quod ſub conditione datur, quæ lapſu temporis finitur; nam illa conditione impleta ceſſat priuilegium, quia voluntas concedentis vltrà non extenditur. & ſic poteſt priuilegium eſſe vitale ex parte concedentis; vt ſi dicat, donec deceſſero, vel ad beneplacitum meum; ſecus verò, ſi dicat, donec reuocauero, vel ad beneplacitum ſedis; de quo latiùs diximus ſup. *hoc eod. cap. quæſt. 1. concluſ. 1. ad fin. & concl. 3. limit. 2.* vbi fuſiùs declarauimus, quando conceſſio cenſeatur facta ad beneplacitum perſonæ, vel dignitatis. Cæterùm dum idem Suarez *d. cap. 5. num. 2. &* 3. ex
327. prædictis infert, † duo eſſe neceſſaria, & ſufficere ad perpetuitatem priuilegij: alterum, vt ſimpliciter, & abſolutè concedatur, vel cum aliqua conditione perpetua, vt eſt illa, *ad beneplacitum ſedis*, & illa, *donec reuocetur*, vel alia ſimili; alterum, vt adhæreat rei perpetuæ; quia aliàs cum reipſa finietur, vt dictum eſt: ita eſt accipiendum, vt ſolùm velit, quòd, ſi abſoluta conceſſio, vel cum aliqua ex prædictis conditionibus fiat rei non perpetuæ, tunc ſit temporalis, cùm aliquo modo aliunde apparet, concedentem velle, eam non eſſe perpetuam; & pariter, quòd conceſſio rei perpetuæ facta ſit temporalis, vbi appareat, concedentem illam ad certum tempus reſtrinxiſſe; aliàs ſibiipſi aduerſaretur Suarez tum *d. lib. 8. de legib. cap. 3.* tum etiam ei, quod dixerat *eod. cap. 5. numer. 1.* vt paulo antè vidimus, dum ait, perpetuum priuilegium dici, quod vel adhæret rei de ſe perpetuæ, vel ſine limitatione temporis conceditur. & hoc ipſum probant, quæ ipſe *d. num. 2. &* 3. ad vtriuſque confirmationem adducit: primum enim probat *d. num. 2.* ex eo, quòd eædem prædictæ conditiones, cum virtute includantur in priuilegio, licèt exprimantur, non immutant naturam eius, iuxta *l. 3. ff. de legat. 1. & l. non refè, C. de fideiuſſ.* cum ſimil. & ideo tale priuilegium ex parte dantis perpetuum eſt, vt ſumitur apertè ex *cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6. & cap. ſi cui nulla, in 1. reſpon. de præb. eod. lib.* quibus locis gloſ. & Doct. id notant; necnon ex gloſ. *in cap. cùm ex eo, de*

elect. in 6. & cap. vlt. de offic. deleg. vbi Abb. & Nauar. qui hanc regulam ſimpliciter approbant *in conſ. 1. de priuil. & cap. placuit, numer. 101. de pœnit. diſt. 6.* & conſonat regula iuris, *decet beneficium Principis eſſe manſurum*: & quia poteſtas in concedente ſupponitur, & voluntas non deeſt; nam abſolutè poſita virtute durat, donec reuocetur. Alterum verò, quòd nimirum ad hoc, vt priuilegium ſit perpetuum, debeat adhærere rei perpetuæ, exemplificat *d. numer. 3.* dicens, res humanas maximè eſſe perpetuas per ſucceſſionem quamdam. & hoc modo ſubdit, eſt in primis perpetuum priuilegium conceſſum Religioni; quia, licèt perſonæ illius finiantur, Religio manet. item, eſt perpetuum priuilegium conceſſum dignitati, quia illa etiam ſemper durat per ſucceſſionem perſonarum. Denique cenſetur perpetuum, † quod conceditur rei corpo- 328.
rali immobili, vt Eccleſiæ, vel Monaſterio, quia res ipſa perpetua eſt, *cap. quæ ſemel, 19. quæſt. 3.* quod tamen poſtremum declarandum eſt, vt mox *in ſeq. præmiſſ.* dicemus.

Præmitto ergo ſecundò, quòd, licèt priuilegium conceſſum loco, vtputa Eccleſiæ, vel Monaſterio ſit reale, ac perpetuum, vt paulo antè ex Suarez admonuimus, & conſtat ex adductis ſup. *quæſt. præced. præmiſſ. & concl. 2.* ſentiúntque Doctor. nunc citan. tamen, quia contingit hunc ipſum locum deſtrui; ſi † ita id eueniat, vt extinguatur, finietur etiam 329.
priuilegium; prout argum. *cap. & hoc diximus, 16. quæſt. 7.* notat *ibi* gloſ. necnon gloſ. *in cap. 2. verbo, non teneat principale, de oper. non. nunt.* vbi Innoc. & Abb. *numer. 5.* & Alex. de Neuo alios referens, Silu. *verbo, ciuitas, quæſt. 2.* gloſ. item *in cap. priuilegium, de reg. iur. in 6. & in cap. Abbate, verbo, donec ibidem*, quæ eſt *vlt.* vbi omnes, *de verb. ſignif.* Tiraq. *in tract. ceſſant. cauſ. ceſſat effect. in princ. numer. 212.* bonus etiam ad id text. *d. cap. 2. de non. oper. nunt.* Verùm hoc ita accipiendum eſt, vt ſiquidem auctoritate Superioris deſtructum ſit, tunc amittat omnino priuilegia, neque ea recuperet, ſi deſtructum ſit ſine animo, ac ſpe reficiendi; ſecus verò ſi cum tali ſpe, & animo; vt colligitur ex *d. cap. & hoc diximus, ac d. cap. 2.* & adnotarunt Doct. quos referunt, ac ſequuntur Tiraq. *d. num. 212.* iuncta *limit. 30. num. 1. & 2.* ac Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 5. num. 4. cum duobus ſeqq.* Si autem ab hoſtibus, aut caſu deſtruatur, tunc non omnino amittit priuilegium; ſed illud recuperat, ſi reædificetur; vt eſt de mente Abb. *d. cap. Abbate*, quem ſequitur Tiraq. *d. numer. 12.* & tenent alij, quos refert, ac probat Suarez *d. numer. 4. ac tribus ſeqq.* præcipuè ex text. *in cap. paſtoralis, 7. quæſt. 1. cap. quia monaſterium, de relig. dom. & d. cap. quæ ſemel,* (cui ſimile eſt ſequens,) *9. quæſt. 3.* necnon ex *l. cùm loca, ff. de relig. & ſumpt. fun.* vbi Pomponius I. C. cùm loca, inquit, capta ſunt ab hoſtibus, omnia deſinunt religioſa, vel ſacra eſſe, ſicut homines liberi, qui in ſeruitutem perueniunt: quòd, ſi ab hac calamitate fuerint liberata, quaſi quodam poſtliminio reuerſa, priſtino ſtatui reſtituuntur. optimè autem idem Suarez *d. cap. 5. numer. 6.* in illo caſu, quando locus per vim hoſtium, vel caſu diruitus eſt, aut combuſtus cum ſpe refectionis diſtinguenda putat † priuilegia loci, quæ ipſi ſolo, 330.
ſiue pauimento conceſſa ſunt, eique nudè ſumpto adhærere poſſunt, ab his, quæ directè reſpiciunt ædificium, vt templum, vel quid ſimile; vt priora ſine dubio maneant, quia eorum fundamentum non eſt deſtructum; & tale eſt illud, de quo *in l. ade ſacra, ff. de contrah. empt.* vbi dicitur, diruta æde ſacra locum non fieri profanum, & ideo vendi non

posse: quia semel Deo dicatum non debet ampliùs in in profanos vsus conuerti, *d. cap. quæ semel, 19. quæst. 3. & cap. semel, de reg. iur. in 6.* nisi expressè in profanos vsus, non tamen sordidos, conuertatur ab habente auctoritatem, & seruatis seruandis, præsertim iis, quæ à Trid. Conc. præscribuntur *sess. 21. cap. 7. de reform.* de posterioribus verò subdistinguendum ait: nam quædam sunt priuilegia, quorum vsus esse potest extra illum locum; alia, quæ præcisè requirunt, vt intra talem locum, vel templum aliquid fiat. quæ sunt prioris modi, nec amittuntur, nec suspenduntur pro illo tempore, quia per habitudinem ad locum manent in personis, quæ habent morale ius illius; & tunc maximè præcedunt, quæ multi ex prædictis auctoribus dicunt, quòd Episcopus, vel Canonicus talis loci, vtputa Cantuariensis in Anglia, retinet denominationem ab illo, & fruitur priuilegiis sibi concessis ratione Episcopatus, vel Canonicatus talis loci, ac similia: quia ille locus non est fundamentum directum illorum priuilegiorum, sed solùm in obliquo, idest, vt terminus illius habitudinis; qualis esse potest, licèt non subsistat in re, sed in spe, & in iure, quamuis nunc sit occupatus ab hostibus, vel hæreticis, &c. priuilegia verò, quæ sunt posterioris modi, licèt non amittantur omnino, tamen pro illo tempore cessant, & quasi suspenduntur. sic ait *ibidem* Suarez se dixisse *in vlt. sect. de Indulgent.* cessare indulgentiam templo concessam, si templum destruatur; & eadem ratione cessare immunitatem loci, si censeatur primariò concessa ratione ædificij, non areæ. sic etiam in simili nonnulli, quos refert, ac sequitur Barbos. *d. l. quia tale, numer. 40. ff. sol. matr.* voluerunt, quòd † priuilegio concesso vel principaliter loco, vel æquè principaliter loco, & personis, poterit priuilegiatus vti solùm in eo loco, seu in eo habitantes tantùm; quamuis alij plures, quos *ibidem* recensет, velint, quòd modò non sit principaliter concessum priuilegium ratione loci, poterit priuilegiatus eo vti etiam extra locum. Sed quicquid de hoc sit, verum omnino est, quod tradit Suar. *d. cap. 5. num. 8.* atque ex prædictis deducit, quòd, † si Ecclesia in vno loco destruatur, non vt destructa simpliciter maneat, sed, vt in alium locum transferatur, non amittit priuilegia, sed cum illa transferuntur, quando non sunt concessa ratione situs, sed directè ipsi templo, & sub suo nomine: tunc n. censetur templum comparari personæ, quæ secum defert priuilegium personale: nam vtraque Ecclesia vna numero moraliter censetur, vt communiter docent iuris interpretes *in d. cap. priuilegium, de reg. iur. in 6.* Bald. *in l. non ambigitur, ff. de legib.* Alex. *l. inter stipulantem, §. sacram rem, ff. de verb. oblig.* Fel. *in cap. cùm dilecta, numer. 25. de rescript.* & S. Ant. 1. *part. summ. tit. 19. cap. 1. §. 2.* Quid autem dicendum sit, † quando vnus locus, vel Ecclesia alteri vnitur, videas, si lubet, apud glos. Host. Abb. & alios *in cap. 1. ne sed. vacant.* & quotquot de vnionibus Ecclesiarum egerunt.

331.

332.

333.

Præmitto denique, quòd iuxta negotiorum, & causarum diuersitatem, tunc quando nullum certum tempus in aliqua dispositione præfinitur, † diuersimodè illa, seu illius effectus durare intelligitur; vt adnotauit glos. recepta *in cap. ex litteris, verbo, in perpetuum, de constitut.* aliquando enim aliud est simpliciter excludere, aliud in perpetuum, vt *d. cap. ex litteris*; ad quod etiam est text. *in l. 3. §. 1. & l. cùm societatem, ff. pro soc. cap. sunt nonnulli, verf. beatus, 1. quæst. 1. cap. non oportet, il 2.* iuncta *glos. fin. 33. quæst. 4. & cap. pastoralis, de donat.* aliquando tempus prolatum simpliciter intelligitur de decennio, vt *in l. fine præfinito, ff. de pœn.* aliquando etiam de anno: sicut etiam tempora de biennio, & dimidium temporis de sex mensibus; vt ex glos. *in l. cùm fure, C. de vsur.* voluit *ibi* Bald. quem etiam refert Tiraq. *de retract. conuention. §. 1. glos. 2. num. 4.* & sequitur Fel. *d. cap. ex litteris, num. 9.* & *ibi* eius Apostillator post alios; quomodo etiam ex communi interpretum expositione accipitur, quod de regno, seu potiùs tyrannide Antichristi dicitur *Daniel. 7. ac 12.* necnon *Apoc. 12.* fore, vt duret vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis; quæ explicatio conuincitur ex *d. cap. 12. Apoc.* vbi de eodem regno dicitur, illud duraturum menses quadraginta duos, & *d. c. 12. Daniel.* dies mille ducentos nonaginta, qui tres annos cum dimidio conficiunt. aliquando etiam tempus simpliciter prolatum intelligitur de perpetua duratione, hoc est, ad vitam, vt *in l. seruus, C. de pœn. l. si rem, §. vlt. ff. de euict. cap. eos, & cap. reperiuntur, 1. quæst. 1. & cap. vlt. de rescript. in 6.* vbi glos. *in verbo, perpetuæ*, cum aliis adductis per glos. *d. cap. ex litteris, verbo, in perpetuum, de constit.* Sed quicquid sit in aliis, † certè in fauorabilibus, vbi certum tempus non apponitur, dispositio perpetua intelligitur; vt ex text. *in l. sufficit, ff. de condict. indeb. l. iurisperitos, in princ.* & *ibi* Bart. *ff. de excus. tutor.* & aliis tradit inter cæteros Cast. *d. l. sufficit*, & Dec. *d. cap. ex litteris, ad fin. de constit.* quem sequitur alios allegans Tiraq. *de retract. conuention. §. 2. glos. vnic. num. 39.* ac Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 109. num. 7. cum duobus sequentib.* & in specie quoad priuilegia satis probat text. *in cap. quia circa, de priuil. & cap. decet, de reg. iur. in 6.* necnon *cap. si super gratia, de offic. deleg. & cap. si cui nulla, in 1. resp. de prob. eod. lib.* cum aliis adductis à Suar. *d. lib. 8. de legib. cap. 5. num. 1.* iuncto *num. 2.* & à nobis *in 1. præmiss. huius quæst. ad fin.* necnon à Hieron. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 9. §. 2. num. 11.* vbi docet, priuilegium debere esse perpetuum; *& glos. 11. numer. 31.* vbi tradit, priuilegium propriè non dici, quod non est perpetuum. Iam verò his præmissis, ad huius quæst. conclus. descendamus.

334.

335.

PRIMA CONCLVSIO. Commutatio vltimæ voluntatis concessa † siue per modum priuilegij, siue per rescriptum iustitiæ extinguitur per lapsum certi temporis in ea præstituti. Probatur prior pars conclus. quia ita generatim in priuilegio docet inter cæteros Suarez *d. lib. 8. de legibus, cap. 5. numer. 1. & cap. 29. numer. 4.* tum per text. *in cap. de causis, de offic. deleg.* qui tamen potiùs probat posteriorem partem conclus. tum per *l. 2. & 4. C. de precib. Imper. offerend.* quæ tamen hoc mihi non dicunt; sed *in l. 2.* quæ incipit, *quoties*, illud dumtaxat, quòd debitor potest à Principe impetrare moratoriam præscriptionem, seu dilationem solutionis, non autem peremptoriam, seu liberationem à debito: *in l.* autem 4. quæ incipit, *vniuersa*, quòd in impetranda moratoria, seu dilatione solutionis debet præstare idoneam fideiussionem super debiti solutione; neque aliter dilationes valeant. tum denique ob illam rationem, quia priuilegium temporale illud dicitur, quod ad definitum tempus conceditur, vnde necesse est finiri finito eo termino, quia cessat influxus causæ conseruantis, scilicet voluntas concedentis, quæ in priuilegio inesse censetur tamquam in signo; & ideo solùm durat, quantum in priuilegio significatur: vel certè quia à principio datum fuit sub illa conditione, vt illo tempore finiretur; & ita non fuit productum, nisi cum illa duratione.

336.

Sed

Sed & idem, quòd nimirum priuilegium extinguatur per lapsum certi temporis in eo præfituti, adnotarunt Doctor. *d. l. quoties*, Abb. *in cap. cùm accessissent, numer.* 6. & Fel. *numer.* 24. *de constitu.* vbi Dec. *numer.* 14. idipsum pluribus confirmat; ac præcipuè ex eo, quòd priuilegium debet seruari iuxta quod in eo continetur, vt ait *glos. fin. in cap. fin. de transl. prælat.* & tenor priuilegij in primis inspicitur, *cap. perrò, & cap. recepimus, de priu.* cum sim. Idipsum etiam de priuilegio tradit post alios Roder. *quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 9. *artic.* 4. *in prine.* Posteriot † pars concl. pro- 337.
batur ex text. *d. cap. de causis, in princ. de offic. deleg.* vbi Alex. III. de causis, quæ infra certum terminum decidendæ committuntur, ait, quòd, nisi dies præfixus de communi consensu partium prorogetur, eo transacto mandatum expirat. Idem etiam colligitur à contrario sensu ex *l.* 2. *§. si & iudex, ff. de iudic.* vbi dicitur, quòd, si & iudex ad tempus datus, & omnes litigatores consentiant, (nisi specialiter principali iussione prorogatio fuerit inhibita,) possunt tempora, intra quæ quis iussus est litem dirimere, prorogari. optimus etiam text. *in l. cùm non eo die, C. quand. prouoc. non est necess.* vbi cauerit, quòd iudex delegatus pronuntiauit post tempus sibi à delegante præfixum, ab ea sententia tamquam nulla non est necesse prouocare. Vtraque autem pars conclusionis simul probatur tum ex *l. stichum, §. Stichum, ff. de legat.* 3. *l. pater filium, §. fundum, ff. de legat.* 3. *l. si ita quis*, & *ibi* Bald. Imol. Alex. Aretin. & Ias. *ff. de vulg. & pupill.* & aliis, quibus probatur permissum ad tempus post illud censeri prohibitum, congestis per Crauett. *consil.* 216. *numer.* 20. & Tiraq. *de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 10. *numer.* 19. *& §.* 3. *glos.* 4. *numer.* 2. *cum seq. & de retract. conuent. §.* 1. *glos.* 2. *numer.* 46. vbi cum aliquot num. seqq. rem hanc latiùs exornat; quod etiam facit inter recentiores præstantissimus I. C. D. Paulus Gallerat. *in suo moder. tract. de renuntiat. tom.* seu *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 16. *numer.* 4. passim verò in eo cap. ostendit, ex eo, quòd quis labi patitur tempus in vsu sui iuris præstitutum, induci tacitam eiusdem iuris renuntiationem: tum ex eo, quod de litteris Conseruatoriis, vt exprirent per lapsum temporis in iis præstituti, etiam quoad negotia cœpta ante mortem quoque concedentis, si ante eam illud labatur, fusiùs tradidimus *in tract. de Conseruatoribus iudicibus, cap. vlt. quæst.* 6. *conclus. vlt.* vbi etiam ostendimus, quomodo illi conclus. & consequenter etiam huic, præsertim quoad posteriorem partem non obstet † *cap. cùm sit Romana, & cap. inter-* 338.
posita, de appell. vbi si appellatio deferatur, debet fieri remissio ad iudicem à quo; quæ fieri non posset, si appellaretur ab interlocutoria statim ante finem illius certi temporis, ad quod datus est iudex: nam ea iura loquuntur, vbi iudex datus fuit sine temporis præfinitione: ac pariter non obstet text. *in l. memisse, ff. de offic. proconf.* vbi proconsul post tempus finitum cognoscit vsque ad aduentum successoris; tum quòd hæc lex, & similes loquuntur in ordinario, cuius iurisdictio fauotabilior, ac firmior est, quàm delegata; *glos. pen. Clem.* 2. *de offic. ord.* Rot. *decis.* 5. *numer.* 2. *de concess. prab. in antiquior.* Crescent. *decis.* 3. *numer.* 1. *de priuil.* cum aliis adductis à Gonzal. *ad reg.* 8. *Cane. §* 6. *præam. numer.* 7. & 8. tum quòd Proconsulis, Præsidis, ac similium officium quamuis temporale sit, non dicitur finitum, nec tales dicuntur personæ priuatæ, donec successor aduenerit, & ipsi id sciuerint, *l. vnic. ff. de offic. præfect. Augustal. & l. si forte, ff. de offic. præsid.* quod hic non contingit tum quòd, vt bene respondent Butr. Anchar. & Franc. *in cap. fin. §. officium, de offic. deleg. in* 6. tunc † 339.
durat post tempus iurisdictio vsque ad successoris aduentum quando post illud tempus non reperitur successor, nisi, qui datur ab homine: secus vbi aliquis successor statim datur à iure; prout in casu nostro, in quo delegato succedit delegans etiam in processu, vt *d. l. cum non eo die, C. quand. prou. non est necess. & Clem. si appellationem, de appell.* tum denique, quia duplex illa ratio, quam Vlpianus I. C. exprimit *in d. l. memisse*, quòd nimirum vnicus sit proconsulatus, & quòd vtilitas prouinciæ exigat aliquem, per quem negotia sua prouinciales explicent, cessat in nostra specie; neque enim vnicum est tribunal, & officium delegati, eiúsque successoris; neque hìc versatur publica vtilitas, vt ibi.

Ampliatur autem hæc conclusio quoad posteriorem eius partem ex Innoc. Abb. Imol. & Dec. *d. cap. de causis*, Innoc. & Franc. *in cap. super eo, il* 2. *de appellat.* necnon Dec. *in cap. ex ratione, col.* 8. *eod. tit.* vt, † licèt dolo partis causa non terminetur intra 340.
statutum tempus, adhuc expiret iudicis iurisdictio, sed contra partem dolosam detur actio de dolo, arg. *l. arbitrio, §. dolo, ff. de dol.*

Limitatur nunc primò hæc conclusio quoad eandem posteriorem eius partem, vt non procedat, † vbi tempus certum in commissione com- 341.
mutationis præfixum prorogetur de partium consensu: nam tunc non expirat iurisdictio per lapsum huiusmodi temporis: illud enim generale est in iurisdictione concessa ad certum tempus, vt partium consensu prorogari possit; prout est text. expressus *in d. cap. de causis, in princ. de offic. deleg. & d. l.* 2. *§. si & iudex, ff. de iudic.* cum aliis, quibus hoc latiùs comprobauimus idipsum declarantes *d. tract. de Conseruatorib. iudicib. cap.* 7. *quæst.* 8. *concl.* 5. Limitatur secundò, vt possit talis commissarius † sententiam intra tempus in delegatione 342.
præstitutum super commutatione latam, post illud exequi. ita in delegato ad certum tempus dato docet glos. *d. cap. de causis, in princ. verbo, transacto*, quoniam, inquit, potestas cognoscendi expirauit, non potestas exequendi, argum. *cap. ex litteris, eod. tit. de offic. deleg.* vbi nihil ad rem, sed voluit allegare *cap. in litteris, eod. tit.* vbi tunc demum delegatus dicitur functus officio suo, eiúsque iurisdictio, & auctoritas cessat cùm per se, vel alium executus est suam sententiam. facit etiam text. *in cap. quaremis, de offic. deleg.* vbi de iudice delegato indistinctè, ac simpliciter, atque adeò etiam de dato ad certum tempus, cauetur, eum posse suam sententiam intra annum exequi. Limitatur denique ac declaratur hæc conclusio iisdem modis, quibus à Fel. Abb. Dec. & aliis limitatur, siue declaratur text. *d. cap. de causis, in princ. & cap. super eo, il* 2. *de appellat.* præcipuè verò, vt non habeat locum, † vbi terminus præfixus sit iudici tan- 343.
tùm, & non iurisdictioni; tunc enim per lapsum termini non expirat iurisdictio, licèt iudex veniat puniendus; vt post Bart. *in l. properandum, in prine. numer.* 6. *C. de indic.* & text. *in l.* 1. *C. vt omn. cauf. tam ciuil. quàm crimin.* docet Abb. *d. cap. de causis, numer.* 9. & post alios quoque Dec. *ibidem, numer.* item 9. vterque autem id temperat per glos. notab. *in Clem.* 1. *in princ. verbo, inhibentes, de inrepar.* quam bene contra Castr. exponit Dec. *loco cit.* vt nimirum velit, quòd vbi etiam termi

terminus eſt præfixus iudici, ſi detur iuriſdictio eam non habenti, non valet proceſſus ab eo poſt laplum termini factus. Præterea declaratur, vt illud tempus † incipiat currere a die 344.
præſentationis reſcripti; gloſ. 1. ab aliis approbata *d. cap. de cauſis, in princ.* per text. *in d. cap. ſuper eo, d. 2. de appellat.* late Dec. *d. cap. de cauſis, numer. 5. & d. cap. ſuper eo, numer.* 18. Hæc autem reſtringit poſt alios Dec. *d. numer. 5. & d. cap. ſuper eo, numer.* 11. primò dummodo terminus ſit præfixus per numerum dierum, vel mensium, aut annorum: ſecus ſi ad certum diem; tunc enim ſemper terminus currit, quia conſtat de expreſſa voluntate, ac reuocatione delegantis. Secundò, quòd, ſi ante præſentationem reſcripti de conſenſu partium procedatur, tunc a die proceſſus curret ille terminus præfixus iuriſdictioni, & iudici; vt poſt Bald. *in l. nec quicquam, §. vbi decretum, in fin. ff. de offic. proconſ. & leg.* ſensit Dec. *d. cap. de cauſis, numer.* 5. licet enim *d. cap. ſuper eo, numer.* 12. ſecutus Franc. ibi contrarium ſenſerit, quoniam iuriſdictionem non habet iudex ante præſentationem reſcripti, vt pluribus relatis ex communi reſoluit *ibidem* Dec. eiúſque Apoſtillator pro hac regula alios recenſet; partium autem conſenſus illam tribuere non poteſt, *l. priuatorum, C. de iuriſd. omn. iud.* tamen *d. numer.* 5. in ſententiam Bald. magis inclinat: & ad prædictum motiuum Franc. ſubtiliter more ſuo reſpondet, quòd hic conſenſus partium tunc non tribuit iuriſdictionem de nouo, ſed ſolum intimare videtur iuriſdictionem datam in reſcripto nondum præſentato; & iudex verisimiliter debuit credere partibus, de quorum præiudicio tractatur; atque adeò inducitur ex eo conſenſu, & proceſſu tacita, immo etiam expreſſa, licèt non ita ſolemnis, ac formalis præſentatio reſcripti, qualis ea eſt, quæ fit per inſtrumentum. Idem autem Dec. *d. cap. ſuper eo, numer.* 18. tertiam reſtrictionem prædictæ declarationis addit poſt Abb. & Hoſt. *ibidem*, quòd nimirum, ſi iudex poſt datam reſcripti excommunicatus ſit ante receptionem litterarum, tempus appoſitum non currit à die receptionis, quia hoc impedimentum eſt iuris, quo caſu tempus non currit, *l. 1. C. de annal. except.* Ad hæc adnotanda eſt declaratio quam poſt *gloſ. 1. d. cap. de cauſis*, & *ibi* Abb. *numer.* 6. necnon eundem Abb. & Innoc. *d. cap. ſuper eo*, affert Dec. *d. cap. de cauſis, numer.* 5. aliàs 36. *& d. cap. ſuper eo, numer.* 19. ſeu 41. *cum ſeq.* vt, † ſi breuis terminus iudici, eiúſque iu- 345.
riſdictioni à delegante præfigatur ad cauſam terminandam, poterit, & debebit index abbreuiare dilationes iuris, & ita agere, vt cauſa intra præfixum terminum finiatur: quod tamen rurſus declarandum eſt, vt per Innoc. Abb. & alios *d. cap. de cauſis*, eoſdémque, ac Franc. *d. cap. ſuper eo*, & *ibi* Dec. *à numer.* 41. *vſque ad* 48. iuxta nou. edit.

SECVNDA CONCLVSIO. Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis ſub conditione
346. conceſſum † tamquam conceſſum ſub tempore incerto ceſſabit deſinente huiuſmodi tempore, ſeu ceſſante tali conditione. ita de quouis priuilegio ex Couar. *lib. 1. var. reſol. cap.* 15. & Molin. *tom. 2. de iuſt. & iur. diſp.* 298. tradit Suarez *lib. 8. de legib. cap.* 29. *num.* 5. ob eam rationem, quia tale priuilegium virtute continet in ſua conceſſione terminum temporis, ac durationis præfinitum, non quidem fixum, & certum, ſed per comparationem ad conditionem, ſcilicet, vt tamdiu duret, quamdiu conditio duraueri: talis enim voluntas per aduenientem conditionem ligniheatur; & ideo ſolùm confert priuilegio durationem proportionatam: quare huiuſmodi priuilegium ideo perditur abiata conditione, quia finitum eſt tempus, pro quo fuit conceſſum. Hinc verò conſtat, † neceſſa- 347.
rium eſſe, vt conditio ſit appoſita non ſolum ad fieri, ſeu productionem, ſed etiam ad conſeruationem priuilegij. certum eſt enim vtroque modo adiungi poſſe, & poſitam ſolum pro fieri non ſufficere, vt ad eius ceſſationem extinguatur priuilegium; quod quidem tunc erit tantum conditionatum quoad productionem, non autem quoad durationem, ac perſeuerantiam: vnde impleta conditione in ipſo fieri poſtea manet priuilegium omnino abſolutum, & ideo non perditur mutata conditione. exemplum huius prioris modi affert Suarez *d. numer.* 5. ſi Papa concedat alicui Monaſterio priuilegium non ſoluendi decimas, ſi Epiſcopus conſenſerit: nam, ſi Epiſcopus ſemel conſentiat, acquiritur priuilegium, neque erit in poteſtate Epiſcopi illud reuocare, quia non ipſe illud donauit, ſed Papa: & non amittitur per diſſenſum Epiſcopi ſubſequentem, quia non fuit eius conſenſus requiſitus, vt conditio perpetua, ſed ſolùm ad valorem conceſſionis. ſecus verò eſſet, (ſubdit *ibidem* Suarez,) ſi in priuilegio diceretur, quamdiu Epiſcopus conſenſerit; vel ſi conditio poneretur non ex parte priuilegij, ſed ex parte actus, & vſus eius: vt ſi diceretur; concedimus tibi, vt poſſis non ſoluere decimas non reſiſtente Epiſcopo; vel vt poſſis concionari conſentiente Epiſcopo: tunc enim ceſſaret priuilegium ceſſante conditione, non tamen omnino amitteretur priuilegium, ſed ſolùm quoad vſum pro illo actu: nam poſtea iterum conſentiente Epiſcopo poſſet quis vti tali priuilegio, quia conditio non fuit appoſita pro ipſo priuilegio in ſe, ſed tantùm pro vſu. ſimilia quoque exempla proportionabiliter, ac mutatis verbis formari poſſent in commutatione vltimarum voluntatum. idémque in his, ac in prædictis exemplis Suarez eſt ſtatuendum, rationibus ab eo adductis. quæ quoad primum exemplum de priuilegio conceſſo, ſi Epiſcopus, aliúſve conſenſerit, confirmari poſſunt ex eo, quod tradit poſt alios Pereg. *in tract. de fideicomm. artic.* 29. *numer.* 2. *cum duob. ſeqq.* quòd quando conditio affirmatiuè, & abſolutè profertur à diſponente eam non reſtringente ad certum tempus, ſufficit conditionem ſemel impletam fuiſſe, licèt non duret illius implementum; ex text. *in l. heredibus, in princ. ff. ad Trebell. l. in ſubſtitutione, ff. de vulg. & pupill. l. cùm vxori, C. quand. dies leg. ceſſ. l. ſi quis heredem, C. de inſtit. & ſubſtit. & l. fin. C. de indict. viduit. tollend.* quòd ſi illa conditio affirmatiua eſt reſtricta ad aliquod tempus momentaneum, debet ea tunc purificari, vt locus ſit diſpoſitioni, ſiue legis, ſiue hominis, nec ſufficit, quòd conditio antea impleatur, ſi poſtea deficiat: ita Peregr. *d. artic.* 29. *numer.* 6. per text. *d. l. in ſubſtitutione, in reſponſ.* ſecundùm intellectum gloſ. & Bart. & aliorum, *ff. de vulg. & pupill. ac numer.* 8. per text. *in l. inter ſocerum, in princ. ff. de pact. dotal.* Raph. Imol. & Soc. *in l. ſolemnis, ff. de condit. & demonſtr.* Dec. *conſil.* 63. *col.* 2. & Rol. à Vall. *tract. de lucr. dot. quæſt.* 51. rationem autem affert Peregr. *num.* 7. quia qualitas, quæ determinat verbum, per quod ſignificatur tempus, à quo diſpoſitio ſumit effectum, † debet adeſſe il- 348.
lo tempore, iuxta doctrinam Bart. *in l. ex facto, col.* 2.

ff. de

ff. de vulg. & pupill. communiter receptam, quam etiam multis relatis sequitur Tiraq. *tract. cauſ. ceſſans. limit.* 4. *numer.* 1. *cum duobus ſeqq. & numer.* 5. *cum aliquot ſequentib.* vbi etiam multis tradit, ſufficere eam qualitatem illo tempore adeſſe, licet poſtea ceſſet. Idipſum etiam confirmatur ex eo quod poſt alios docet Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſ. limit.* 35. *per tot.* effectum non ceſſare ceſſante cauſa producente tantùm, non conſeruante. Quoad ſecundum autem exemplum, & caſum, quando conceditur priuilegium cum ea clauſula, *quandiu Epiſcopus, aliiſve conſenſerit*, aliáve ſimili, ſeu cum conditione relata ad tempus ſucceſſiuum, maximè confirmatur tum ex eo, quod de cauſa conſeruante, vt ea ceſſante ceſſet effectus, tradit poſt alios Tiraq. *d. limit.* 35. tum ex eo, quod de tali vi huius dictionis, *quamdiu*, ac ſimilium † docet non paucis relatis inter cæteros Gonzal. *ad regul.* 8. *Canc. gloſ.* 43. *numer.* 14. 137. & 144. Card. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 19. *numer.* 22. vbi idem aſſerit de dictionibus, *donec*, & *quouſque*; de quibus etiam omnib. Oct. Vulp. *de præpoſ. aduerb. & coniunct. ſig.* ac nouiſſimè poſt alios Aug. Barboſ. *in remiſſion. Doctor. de dictionib. & clauſul. diction.* 76. *numer.* 4. *dict.* 254. *numer.* 1. *ac dict.* 292. *numer.* 2. ac de dictione, *quamdiu*, eſt opt. text. *in l. quamdiu prior, l. quamdiu poteſt, & l. quamdiu inſtitutus, ff. de acquir. hæred. l.* 1. *C. de profeſſ. & medic. lib.* 10. Clem. *quamdiu, de appell.* cum aliis ſexcentis; de dictione, *quouſque, in l. Imperatores, ff. de mannm. teſtam.* de dictione, *donec, l.* 2. *C. de legat.* §. *manet, Inſtit. pro ſoc. cap. Abbate, in fi. de verb. ſignif. & cap.* 2. *de in integ. reſtit. in* 6. atque alibi ſæpè; de dictione, *quoties, in l. ſicut in annos, ff. quib. mod. uſufr. amitt.* Quoad exemplum denique, & caſum conditionis adiectæ † ex parte actus, vel vſus confirmari id poteſt ex text. *in cap. venient, de præſcript. & d. cap. Abbate, de verb. ſig.* iunctis vtrobique notat. per gloſ. & Doctor. necnon ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 2. & *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. *de reform.* vnde, ni fallor, exemplum ſumpſit Suarez *vbi ſup.* de actu prædicationis, præſertim quoad conditionem negatiuam. De qua diligenter adnotanda eſt diſtinctio, † quam poſt alios facit Peregr. *d. artic.* 29. *numer.* 9. *vſque ad* 14. quòd nimirum ſi ea indeterminatè, ſeu abſolutè, ac ſimpliciter adiecta ſit, vtputa in ſubſtitutione facta, ſi liberos non ſuſceperit, tunc donec poteſt eſſe ſpes, liberos extare, non eſt locus ſubſtitutioni. gloſ. *in l. peto*, §. *fratre, in verbo, ex familia, ff. de legat.* 2. hæc enim eſt natura conditionis negatiuæ, vt tunc impleatur, quando certum eſt, eam eſſe non poſſe, & ad impoſſibile reducitur; Bald. *in l. Mutiana, in ſi. ff. de condit. & demonſtr.* Vinc. Franç. *deciſ. Neap.* 169. *numer.* 14. vbi refert, ſic in ſpecie fuiſſe in eo Conſilio deciſum: quandocumque verò contingat liberos non extare, impleta erit conditio, & locus erit ſubſtitutioni; quia teſtator liberorum defectum in omni tempore conſiderauit: & quia ſicut in conditione liberorum affirmatiuè prolata, & indeterminatè reſpectu temporis ſufficit, quandocumque liberos exiſtere; ſic etiam in ſimili conditione negatiua ſufficiet quandocumque liberos non exiſtere, vt contrariorum contraria ſit ratio, *l.* 1. *ff. qui ſunt ſui, vel alien. iur.* & quod operatur propoſitum in propoſito, operetur oppoſitum in oppoſito, *l. fin.* §. *vlt. de legat.* 3. Si autem conditio negatiua, vtputa defectus filiorum, refertur ad aliquod tempus, vt mortis alicuius, puta grauati, ſi deceſſerit ſine liberis; tunc requiritur, eam impleri eo tempore; v. g. non extare liberos tempore mortis grauati; ita, vt liberi antea nati, & præmortui non faciant deficere conditionem, ſed ſolum qui eo tempore extant; *l. filiusfamilias*, §. *cum quis, ff. de legat.* 1. cum aliis iuribus ad id allegatis ab eod. Peregr. *d. art.* 29. *numer.* 13. & 14. ob eam rationem, quia liberorum defectus reperitur determinatus reſpectu certi temporis, certi, inquam, quatenus omnino exiturum eſt, incerti verò quoad eius differentiam, ſeu diem. neque quoad hoc vim facit Peregr. aut alij Doctor. quod tempus ſit certum, vel incertum, ſed potiùs in eo facienda vis eſt, quòd ſit momentaneum, vel ſucceſſiuum, de quo ij hac in re non loquuntur, ſed ſolùm de momentaneo. Quòd, ſi conditio negatiua priuilegio adiecta reſpiciat tempus ſucceſſiuum, vt ſi dicatur, concedimus tibi commutationem talis vltimæ voluntatis, quamdiu non diſſenſerit Epiſcopus; tunc durabit priuilegium, donec Epiſcopus diſſentiat; quo diſſenſu adueniente ceſſabit priuilegium, quod iterum vires aſſumet recedente tali diſſenſu per eius reuocationem, aut contrarium conſenſum, iuxta adducta ſup. hac ipſa concl. ex Suarez *d. numer.* 5. & ea quæ de dictione *quamdiu*, ac ſimilibus diximus. An verò conditio † debeat in dubio præſumi reſpectu temporis determinata, vel indeterminata, late diſputat Peregr. *d. art.* 29. *numer.* 15. & 18. *cum duobus ſeqq.* & quando poſita in vna parte diſpoſitionis, vel vna diſpoſitione, cenſeatur repetita in alia parte eiuſdem diſpoſitionis, vel in alia diſpoſitione, quæ eadem de re facta fuit, tractat idemmet *eod. artic.* 29. *numer.* 16. *cum ſeq.* & latiùs *art.* 16. *ferè per tot.* Card. Mantic. *d. tract. de coniect. vlt. vol. lib.* 10. *tit.* 6. & Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 176. *vſque ad* 181.

TERTIA CONCLVSIO. Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis expirat, ſeu amittitur † permutationem ſtatus, aut alicuius vinculi, à quo tale priuilegium pendebat tamquam à conditione neceſſaria etiam virtuali, & generali. Explicatur, ac ſimul comprobatur hæc concluſio tum exemplis, & rationibus præcedentis concluſionis, vnde præſens ferè deducitur: tum etiam exemplis, quibus Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 29. *numer.* 6. idipſum tradit, & confirmat generatim quoad priuilegia. ait enim, quòd talia priuilegia quoniam ab eo ſtatu, aut vinculo pendent tamquam à conditione neceſſaria ſaltem virtuali, & generali, per eius deſitionem, vel mutationem deſinunt; habent enim certum terminum durationis in conceſſione præfixum, non in particulari definitum, ſed per comparationem ad alium terminum, ſeu conditionem. ſic, inquit, nouitius Religionis † dimiſſo eius habitu, amittit priuilegia, quibus in probatione gaudebat, quia ſolùm fuerunt conceſſa ſub illa conditione, ſeu durante illo viuendi modo. ſic etiam Religioſus mutata profeſſione amittit priuilegia prioris Religionis, vt illius ſunt: & à fortiori ſi poſſit tranſire à ſtatu religioſo ad non religioſum per diſpenſationem, alióve modo, amittit priuilegia omnia Religioſi, quia ſtatui, ſeu ratione ſtatus potiſſimè conceduntur, atque adeò dependenter ab illa conditione. & eadem ratione familiaris Religionis intra illam habitans mutando habitationem amittit priuilegia, quæ per Religionem ei communicabantur, quaſi ſub conditione vnionis cum illa, iuxta regulam traditam à Bald. *in l.* 1. *num.* 5. *C. de Epiſc. & Cler.* quam inter alios etiã approbat Sanchez *lib.* 7. *de matrim. diſp.* 47. *n.* 4. nimirũ quòd quotieſcũque vnus gaudet priuilegio

propter vnionem cum alio, cui illud principaliter concessum est, & in quo solo ratio concessionis inuenitur, tunc † dissoluta vnione, & à fortiori interueniente morte priuilegiati, consequenter amitti priuilegium ab altero, vel aliis, qui per talem vnionem, seu communicationem ex eo participabant. Fundamentum autem huius regulæ ex Suarez *d. num.* 6. ea est, quia respectu aliorum concessio illa est naturaliter conditionata, & temporalis, nimirum, quamdiu ille vixerit, vel quamdiu durauerit coniunctio cum illo. Et hoc modo idem Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 11. præsertim *num.* 2. *cum duobus seqq.* post alios docet, aliquibus priuilegiis gaudere vxorem ratione mariti, & filios viuente patre, quibus non gaudent iis mortuis, vel amittentibus priuilegium: de quo etiam latè Barbos. *in l. mariuum, & l. quia tale, ff. sol. matrim.* ferè per tot. & de priuilegio vxoris ratione mariti Sanchez *d. disput.* 47. ferè per tot. & Tiraq. *de legib. connubial. glos.* 2. & generaliter de correlatiuis Suarez *d. cap.* 11. & Ant. Gabr. *commun. concl. lib.* 6. *tit. de legib. concl.* 3. hoc autem vniuersale non est, vt inquit Suarez *d. numer.* 6. Sed regulare, vbi nimirum aliunde ex materia, vsu, & verbis priuilegij, vel ex alia iuris dispositione non constet, maiorem communicationem, aut extensionem faciendam, vt *d. cap.* 11. latiùs explicat, & comprobat: vbi etiam, iuncto *cap. prased.* eam generalem regulam
356. statuit, confirmat, ac declarat, † personam, vel rem, cui actu conceditur priuilegium, illam tantùm esse, quæ in ipso priuilegio exprimitur; vel ex vi vocis, aut actionis, seu materiæ, vel ex aliqua iuris dispositione sub illa comprehenditur. At ve-
357. rò *cap.* 15. *cum duobus seqq.* fusè tractat † de priuilegiis ad instar, & communicatione priuilegiorum; de qua etiam aliquid Confett. *in sum. mater. priuileg. Ord. Mendicant. tit.* 2. *c.* 5. pluta Alphons. Casarub. *in suo compend. Priuileg. Minor. verbo, communicatio priuilegiorum*, ibique Ant. Cordub. & Hier. Sorb. *in suis annotat.* necnon Eman. Rodriq. *tom.* 1. *quæst. regular. & canon. quæst.* 55. præcipuè *ab artic.* 18. *vsque ad* 22. omnium verò latissimè Horat. Mandos. qui luculentum hac de re tractatum edidit, quem inscripsit *de priuilegiis ad instar*, seu *de communicatione priuilegiorum*. ex hoc autem pro titulo apparet hunc grauissimum auctorem eius esse
358. sententiæ, vt † idem sit concedere priuilegia ad instar, & communicationem priuilegiorum, quod & ipsemet deinde latiùs comprobat *eod. tract. quæst.* 2. *à numer.* 9. *vsque ad fin.* simul soluens contraria, quæ sibi obiecerat *à numer.* 1. *ad* 8. atque illud præcipuè, quòd priuilegium ad instar importet solùm similitudinem priuilegiorum, communicatio verò priuilegiorum identitatem eorumdem significat: sed & idem in effectu, & quoad substantiam vtrumque esse, constat ex adductis à Suarez *d. cap.* 15. *&* 16. præsertim verò *d. cap.* 16. *numer.* 8. *vsque ad* 10. etsi ipse *numer.* 4. *&* 5. impugnet modum loquendi Mandos. dum contendit, tam per concessionem priuilegij ad instar, quàm per communicationem priuilegij idem priuilegium concedi, & constitui similitudinem solùm inter res, aut personas priuilegiatas; ipse verò Suarez satis ostendit in vtroque eodem modo reperiri similitudinem, & identitatem, nimirum specificam, cùm numerica in neutro esse nequeat. & quòd verba, *ad instar*, in priuilegiis importent veritatem, nouissimè tradit Marta *in tract. de clausul. part.* 1. *clausul.* 176. *num.* 2. *&* 4. ex ipso Mand. & text. *in l. sed si accepto, ff. de iur. fisc.* contra Bald. *in l.* 1. *in fi. C. de patr. qui fil. distr.* hanc autem æqualem similitudinem, & identitatem vtriusque rectè idemmet Suarez *eod. cap.* 16. *numer.* 9. iuncto *numer.* 10. intelligit non de illo priuilegio ad instar † impropriè dicto, quod conce- 359.
ditur per similitudinem, seu imitationem conditionis, & proprietatis, quæ alteri competit ex naturali origine, vel ex antiquo, aut ordinario iure, non autem ex priuilegio; sed de illo priuilegio, quod conceditur ad imitationem iuris alteri competentis ex speciali priuilegio. sicut *numer.* 11. iuncto *numer.* 12. *& tribus seqq.* pariter docet illud esse intelligendum non de priuilegio alicui communicato accessoriè ad alium, vtputa familiari, vel famulo accessoriè ad dominum, sed de communicato, seu concesso alicui æquè principaliter; illud enim nec dici potest priuilegium ad instar, neque communicatio priuilegij propriè loquendo, sed extensio quædam eiusdem numero priuilegij. Cætera, quæ ad hanc materiam priuilegiorum ad instar, seu communicationis priuilegiorum pertinent, pedi possunt ex præcit. Doctor. præcipuè ex Mandos. *d. tract.* Rodriq. *d. quæst.* 55. & Suarez *d. cap.* 15. *cum duobus seqq.* nobis verò sufficiet hoc loco illud videre, quod hanc quæstionem spectat, an, & quando amisso priuilegio exemplari, seu ab eo, cui fuerat priùs concessum, amittatur etiam priuilegium ad instar, seu in eo, cui fuit illud postea communicatum: quod idem proportionabiliter quæritur de amisso ab eo, cui fuit postea concessum, an amittatur ab eo, cui fuit antea communicatum, quando communicantur alicui priuilegia in posterum alteri concedenda; prout pleræque communicationes priuilegiorum fiunt à Romanis præcipuè Pontificibus, & in iure ciuili exemplum habemus *in l. omnia, C. de Episc. & Cleric.* ibi; omnibus priuilegiis, quæ eadem sancta Ecclesia nunc adipiscitur, vel postea merebitur. vtrique autem quæsito *in seq. concl.* respondebimus.

QVARTA igitur CONCLVSIO sit. Abrogato, vel quomodolibet amisso, aut destructo exemplari, hoc est, priuilegio commutationis vltimæ voluntatis, ad cuius instar aliud simile con-
360. cessum fuit, † non censetur reuocatum, amissum, vel destructum priuilegium ad instar concessum. ita generatim in priuilegiis post Guliel. de Cun. tradit Bald. *in d. l. omnia, C. de Episc. & cler. quæst.* 2. Abb. *in cap. vlt. numer.* 6. *ne cleric. vel Monach.* Nauar. *in commentar. de iubil. notab.* 26. *numer.* 8. & Mandos. *d. tract. de priuil. ad instar, quæst.* 6. præsertim *numer.* 1. vbi alios allegat; *& numer.* 2. vbi de communi testatur. & hos quinque auctores recenset quoque, ac sequitur Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 15. *numer.* 5. Mouentur autem ferè omnes ea ratione, quia priuilegium ad instar in reipsa est distinctum à suo exemplari, & non est correlatiuum eius, neque ab illo pendet in conseruari; quia verba priuilegij absoluta sunt, vt supponimus; & ex vi particulæ, *ad instar*, non sequitur talis dependentia; (quod etiam colligitur ex iis, quæ non multo ante fin. præced. concl. adduximus:) immo exemplar non est propria, & per se causa alterius; sed ponitur tantùm ad determinandam significationem generalium verborum, quibus priuilegium exemplatum conceditur; & licèt esset propria causalitas exemplaris, non est talis, vt ab existentia exemplaris pendeat exemplatum postquam factum est; vt videmus in ædificiis, & multis rebus factis ad instar aliarum, quæ manent his destructis.

Ampliatur autem primò hæc conclusio, vt † 361.
multo magis reuocato priuilegio ad instar alterius concesso non reuocetur aliud, ad cuius instar illud concessum

conceſſum fuit. ſic Suarez *d. numer.* 5. quia illud eſt omnino prius, & abſolutum, atque independens
362. à poſteriori. Secundò ampliatur, vt † neque ad reſtrictionem exemplaris ſecutam poſt conceſſionem priuilegij exemplati, ſeu conceſſi ad inſtar, hoc priuilegium reſtringatur. ita Suar. *eod. numer.* 5. poſt Abb. *vbi ſup.* qui exemplum ponit *in Clem. dudum, de ſepult.* quod tamen parum ad hanc rem facit, vt ibi oſtendit Suarez. Ampliatur tertiò, vt †
363. priuilegium ad inſtar non augeatur aucto exemplari, nouis conceſſionibus, neque exemplar augeatur aucto priuilegio ad inſtar. priorem huius ampliat. partem docet Suarez *d. cap.* 15. *numer.* 3. poſt Bald. *d. l. omnia*, allegantem prædictum Guliel. necnon poſt Abb. *d. cap. vlt. numer.* 5. & Mandoſ. *d. tract. de priuil. ad inſtar, quæſt.* 9. vbi de communi teſtatur, séque remittit ad ea, quæ latiùs dicturus eſt *d. tract. gloſ.* 14. quo loco *à numer.* 7. *ad fin.* oſtendit, quòd priuilegium conceſſum alicui, vt gaudeat priuilegiis alteri quomodolibet conceſſis, & approbatis, non extenditur ad priuilegia huic poſtea conceſſa, ſeu ad futura; ſimúlque reſpondet contrariis, quæ oppoſuerat *à numer.* 3. *ad* 6. ſed, vt vides, Mandoſ. ſicut etiam Bald. Gul. & Abb. *loco cit.* & alij quos allegat Mandoſ. *d. quæſt.* 9. *numer. vnic. & d. gloſ.* 14. *numer.* 9. loquuntur de perſona, aut loco priuilegiato, cui facta ſit acceſſio nouorum priuilegiorum, non autem de vno, eodémque priuilegio, quod ampliatum, auctúmque fuerit noua aliqua prærogatiua reſpectu alicuius; de quo tamen etiam caſu dubitationem videtur propoſuiſſe Suarez *d. numer.* 3. vbi quoad eum quoque negatiuam ſententiam tenet; tum ob eam rationem, quia priuilegium ad inſtar, quatenus tale eſt, dicit reſpectum imitantis aliud; dicitur autem aliquid fieri ad imitationem eius, quod iam exiſtit, ſeu priùs factum eſt, non eius, quod futurum eſt; &, moraliter loquendo, qui concedit priuilegium ad inſtar, de illo tantùm cogitat, quòd eſt alteri conceſſum, non de futuris; tum ex text. *in l. ſi teſtamento, la* 2. Sed voluit allegare *la* 1. *ff. de condit. & demonſtr.* quæ ſola huic caſui adaptatur; vbi, Si teſtator, inquit Suar. iubeat ſibi fieri monumentum ad inſtar alterius, quod eſt in tali loco, licèt poſtea, quod poſitum fuerat in exemplum, augeatur, & perficiatur, non tenebitur heres augere, quod ipſe fecit, vel imitari aliud, prout auctum fuit, ſed prout erat tempore conditi teſtamenti; quia teſtator de illo tantùm cogitauit: & quamuis hoc mihi non dicat ille textus, ſed ſolùm, quòd, ſi poſſit intelligi, de quo alterius monumento ſenſerit teſtator, vt ad eius exemplum aliud heres faceret, licèt in eo demonſtrando errauerit, iuxta illud ab herede erit aliud faciendum; ſin autem voluntas teſtatoris, poenam quidem appoſitam nullam vim habere, quoniam ad quod exemplum fieri iuſſiſſet monumentum, id nuſquam extaret; tamen omnino ſecundùm ſubſtantiam, & dignitatem defuncti extrui debere: nihilominus pro hoc poſtremo caſu habeo auctoritatem Suarez, ac prædictam eius rationem; quæ etiam valde confirmatur ex fundamento, & auctoritatibus pro caſu præced. adductis. Alteram partem huius ampliationis, quòd nimirum ſi priuilegium, ſeu priuilegiatum ad inſtar augeatur nouis gratiis, ac priuilegiis, non ideo gaudeat illis exemplar, in ſpecie tenet Suarez *d. cap.* 15. *numer.* 4. quoniam exemplatum, & exemplar ſunt ſimpliciter diuerſa; & in priuilegiis non habet locum extenſio per æquiparationem, vel ſimilitudinem rationis. item exemplar non habet habitudinem ad exemplatum, licèt hoc ad illud referatur, quia illa relatio non eſt mutua: nec etiam exemplatum eſt cauſa ſui exemplaris; & nouum priuilegium, quod ei additur, nullo modo datur per reſpectum ad exemplar; ergo non eſt, cur in ipſum redundet. Quinimmo, ſubdit ibidem Suarez, † licèt priuile- 364.
gium ad inſtar contingat aliquando extendi ad futura, (vt etiam ſup. ad fin. præced. concl. admonuimus, & paulò pòſt latiùs dicemus;) quia in eo id exprimitur, vel de ſeruanda ſemper priuilegiorum æqualitate ſufficienter diſponatur: hoc tamen vſu venire non poteſt reſpectu exemplaris, niſi noua illi conceſſio fiat, vel declaretur, vt illa æqualitas ſemper ſit reciproca. nam cùm priuilegium priori loco, vel perſonæ conceſſum antecellerit ſine vllo reſpectu ad poſterius, non poteſt mutari propter mutationem ſubſequentis. Et hæc de 3. ampliatione huius concluſ. Ampliatur nunc quartò eadem concluſio, vt quod dictum eſt de priuilegiis ad inſtar quoad amiſſionem, augmentum, aut diminutionem vnius, per amiſſionem, augmentum, vel diminutionem alterius; idem dicendum ſit de communicatione priuilegiorum, quoniam conceſſio priuilegij ad inſtar propriè ſumpti, & communicatio priuilegiorum idem in re ſunt, vt ſuprà ad fin. præced. concl. latiùs docuimus, præſertim ex Mandoſ. *d. tract. de priuileg. ad inſtar, quæſt.* 2. & Suarez *d. cap.* 16. *numer.* 10. *vſque ad* 15. vbi tandem concludit, quòd, cùm dicitur, hoc priuilegium communicari, nihil aliud per hoc ſignificatùr, niſi, quòd priuilegium, vt receptum in eo, cui communicatur, ſit eiuſdem rationis cum illo, quod communicatur; hoc autem ideo eſt, quia fit ad inſtar, & ſimilitudinem illius: eſt ergo, ſubdit, priuilegium ad inſtar, & quod per hanc vocem ſignificatur quaſi in actu ſignato, per verbum communicationis ſignificatur in actu exercito, res autem eadem eſt. Hæc Suarez ibi. qui ſtatim *numer.* 16. hinc infert, vt proprietates ſuprà declaratæ in priuilegio ad inſtar, locum habeant in priuilegiis communicatis abſoluto, & perfecto modo. nam per communicationem hanc, inquit, ita fit proprium priuilegium in eo, cui communicatur, vt mutatio in vno facta, non neceſſariò fiat in altero, nec è conuerſo, ſiue illa ſit per modum augmenti, ſiue per modum diminutionis, aut corruptionis. Et quidem quoad augmentum, præter ſuperius ab eo, & nobis adducta, id probat *ibidem* Suarez; quia communicatio priuilegij, ſeu priuilegiorum, ſi nihil aliud addatur, † intelligitur fieri 365.
de priuilegiis conceſſis, vel ſecundùm menſuram conceſſionis iam factæ. nam aut verbum communicandi regularitèr iungitur verbo de præterito, quod ad futurum de ſe non extenditur. vt dicendo: Communicamus huic Hoſpitali priuilegia conceſſa tali Hoſpitali; vel licèt non addatur verbum, *conceſſa*, ſed ſimpliciter dicatur, tale Hoſpitale gaudeat priuilegiis talis Hoſpitalis, aut Eccleſiæ, adhuc intelligitur de conceſsis, quia non ſunt eo tempore priuilegia talis Eccleſiæ, niſi quæ illi conceſſa iam ſunt: & ideo, vbi Princeps vult communicare etiam concedenda, id exprimit; vt videre eſt *in l. omnia, C. de Epiſc. & cler.* necnon in multis Bullis communicationum, de quibus *in d. compend. priuilegiorum, verbo, communicatio priuilegiorum*; & ita præter Suarez *d. numer.* 16. ſentiunt alij relati ſup. *ampliat.* 3. ac præcipuè Mandoſ. *d. tract. de priuileg. ad inſtar, quæſt.* 9. *numer. vnic. & gloſ.* 14. *à numer.* 7. *ad fin.* vbi *numer.* 12. *in fi. & numer.* 15. illud etiam docet, quòd ad hoc, vt is, cui communicantur immediatè, ac directè alicuius priuilegia, gaudeat etiam priuilegiis concedendis ei, cuius priui-

legia ille mediatè participat, sufficit, vt hic medius habeat priuilegium gaudendi priuilegiis etiam concedendis ei, cuius priuilegia sibi immediatè communicata sunt. & hoc probabile quoque putat Suarez *d. numer.* 16. qui *numer.* 17. subdit simili modo
366. dicèndum esse † de mutatione priuilegij communicati, quoad diminutionem, vel amissionem, quòd, licèt priuilegium minuatur, vel amittatur, siue per reuocationem, siue per non vsum, siue quocumque alio modo, in eo, cui priùs directè fuit concessum, inde nulla resultat mutatio in eo, cui postea fuit communicatum, quia hæc posterior concessio non pendet à prima; cùm non concedatur posteriori tamquam accessorio, seu connexo cum priori, sed per se, ac directè ex propria, & in propria persona. atque ita post Abb. *in cap. cùm accessissent, de constit.* tenet quoque Siluest. *in verbo, priuilegium, quæst.* 11. sentitque Rodriq. *d. tom.* 1. *quæst. regul. quæst.* 55. *artic.* 19. Cordub. *in annot. ad d. compend. priuileg. verbo, absolutio quoad seculares, primò, vers. quoad*, §. 19. & Sotb. *in annot. ad d. compend. verbo, absolutio quoad seculares, secundò, in suis resolut. mater. absolut. versic. Vrbanus V. cum seq.* aliique citati suprà initio huius conclus. maximè verò Mandos. *d. tract. quæst.* 6. *numer.* 1. vbi etiam ex illorum sententia, quos ibi refert, tradit, quòd, si in communicatione priuilegiorum, seu eorum concessione ad instar, fiat relatio per modum causæ fiendi, vt ipsi loquuntur; veluti, si Societati, v. g. Iesu fuissent concessa priuilegia Mendicantium, quibus, seu, prout ipsi Mendicantes vtentur, & gaudebunt; tunc, cùm gratia, seu concessio priuilegiorum huiusmodi semper ab vsu Mendicantium dependeat; ideo cessante illo vsu, gratia quoque
367. cessaret: an verò, & quando † communicato priuilegio restrictio quoque adiecta, & quæ inerat tempore communicationis, simul communicari censeatur, videas, si lubet, apud Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 17. per tot.

Limitatur nunc primò eadem principalis con-
368. clusio, vt, † si alicui communicata sint alterius priuilegia accessoriè, vt familiaribus ac similibus, tunc aucto, ac diminuto, vel reuocato, seu aliter amisso priuilegio principalis, augetur quoque, minuitur, ac reuocatur horum priuilegium. quod quidem quoad reuocationem, seu amissionem præter citatos per nos *in præced. concl.* ante, & post medium, tenent post alios Cordub. *in annot. ad compend. priuilegiorum d. verbo, communicatio priuilegiorum, vers. tandem*, & Confert. *d. summar. mater. priuileg. tit.* 2. *cap.* 5. *in fi.* & quoad augmentum, vel diminutionem colligi potest ex *cap. licet, de priuil. in 6.* & quoad omnia prædicta satis confirmatur ex reg. illa vtriusque iuris, accessorium sequi naturam sui principalis. Secundò limitatur, quòd,
369. † si contingat concedi priuilegium ad instar, & postea nullum inueniri priuilegium in loco, persona, vel corpore, ad cuius instar alteri est concessum priuilegium, tale priuilegium ad instar validum non est, si in eo nihil aliud exprimitur. ita Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 15. *numer.* 6. tum ex communi sententia Doctorum, quos refert *numer.* 7. atque ex his Mandos. alios allegantis *d. tract. de priuileg. ad instar, quæst.* 5. *num.* præsertim 1. tum ex ea ratione, quia illa concessio generalis manet incerta, & non potest ad particularia determinari; ergo est inutilis: quoniam actiones morales, & humanæ sunt circa particularia. tum arg. *l. si sic legatum*, §. *si mihi, ff. de legat.* 1. ibi, si quantitas non sit adiecta, euidenti ratione nihil debetur, quia non apparet, quantum fuerit legatum. & confirmari etiam potest ex *d. l. in testamento, la* 1. *in* 2. *respons. ff. de condit. & demonstr.* cuius verba sup. retulimus *ampliat.* 3. *circa medium*; ex quibus aperte habetur, quòd, si non reperitur monumentum ad cuius exemplum heres grauatus est aliud construere, ad illud construendum heres non tenebitur; vnde Bart. & alij text. illum sic summant, si deficit exemplar, deficit etiam exemplandum. neque obstat idem text. *in seq. versic.* dum *ibi* dicitur, quòd nihilominus debet heres extruere monumentum secundùm substantiam, & dignitatem defuncti: vnde dicendum videri posset, tunc prudentis arbitrio determinandum modum & quantitatem, vel qualitatem priuilegij, considerata conditione materiæ, ac personarum, & coniectata mente concedentis, nam præter solutionem, quam *d. numer.* 6. affert Suarez; ego aduerto, I. C. id respondisse faciendum in casu, quo ignoretur voluntas testatoris, seu potiùs de ea dubitetur, quoniam ex quatuor demonstrationibus exemplaris tres concurrebant, nimirum prænominis, nominis, & loci; erratum autem tantùm erat in cognomine. At verò in nostro casu non adest huiusmodi ignorantia, aut dubitatio de voluntate concedentis, sed potiùs adest certitudo, non extare illud exemplar; neque tot eius demonstrationes concurrunt in aliquo alio ab eo, de quo loquitur concessio, ac dispositio; immo vix vna demonstratio reperietur, nimirum qualitas priuilegij. Accedit, quòd *in d. l. in testamento*, qualitas illa, vt monumentum ad alterius exemplum fieret, apposita erat non taxatiuè, sed demonstratiuè, cùm adiecta fuerit in diuersa oratione; atque adeò nil mirum, si deficiente, seu falsa existente demonstratione, nihilominus non deficit dispositio; iuxta latè per nos tradita sup. *cap.* 6. *quæst.* 3. *concl.* 6. *initio. & ante med.* Dixi autem in limitatione, *si nihil aliud exprimitur in priuilegio ad instar*; quoniam, vt rectè ait Suarez *d. cap.* 15. *numer.* 7. si in eo exprimantur species fauorum, & gratiarum cum relatione ad aliud, v. g. dicendo, concedimus vniuersitati Conimbricensi tale, & tale priuilegium, sicut Salmaticensis eis fruitur: tunc, licèt vniuersitas Salmaticensis talia priuilegia non habeat, nihilominus priuilegium illud ad instar erit validum, & habebit effectum specificum in eo declaratum. ita præter Suarez *d. numer.* 7. contra quosdam, quos refert *d. cap.* 5. *numer.* 9. tenere videtur Mandos. plures referens *in d. cap.* 5. *numer.* 4. & 9. *in fi.* quod confirmat ex multis similibus *numer.* 5. *vsque ad* 9. ac præcipuè ex text. (quem etiam ad id adducit Suar. *d. numer.* 7.) *in cap. Abbate, de verb. sig.* vbi deciditur priuilegium illud concessum à Papa, vt Abbas vnius Monasterij assumatur ex alio Monasterio iuxta, vel secundùm præteriti temporis morem non esse conditionale, sed absolutum, ac proinde subsistere, licèt de illo antiquo more non constet, quando de specie fauoris, & priuilegij constat. Qua tamen in re duo aduertenda puto: quorum primum est, quod post Bart. *in extrauag. ad reprimendum, verbo, prout*, & alibi tradit Fel. *in cap. quoniam Abbas, numer.* 11. *de offic. deleg.* non solùm valere tunc priuilegium, in quo concedens vtitur, illud communicando alteri, dictione, *prout*, vel simili; verùm etiam quodammodo esse magis absolutum, quando exemplar non comparet, quàm si inueniretur: quia, si inueniatur, debet secundùm illud regulari; si autem non inuenitur, tunc absolutè accipitur; idque etiam admittit Suar. *d. numer.* 7. nam posset quoque ampliari iuxta exemplar, si inueniretur, & sine illo non poterit. Alterum est, aliud esse, quòd, † cùm 370.
species

ſpecies gratiæ in priuilegio ad inſtar exprimitur, non neceſſariò debeat fieri fides exemplaris, ſeu eius, ad cuius inſtar conceditur, prout loquuntur ferè omnes præcitati Doctor. & procedit text. *d. cap. Abbate*, immo etiam Mandoſ. & plerique ab eo relati in hoc etiam caſu exigunt, vt in priuilegio ad inſtar tenor priuilegij, ad cuius ius exemplũ fieri dicitur, inſeratur. aliud verò eſſe, quod ſi ſufficienter conſtet non adeſſe exemplar, ſeu priuilegium, ad cuius inſtar, valeat nihilominus priuilegium ad inſtar, ſi ſpecies gratiæ in eo exprimatur, quod ſolus Suarez expreſsè tenet *d. numer.* 7. verumtamen hoc etiam puto, tum propter rationem, quam ibidem affert Suarez, quia illa particula relatiua, *ad inſtar*, vel *ſimil*, ac ſimiles, non eſt conditionalis, ſed exemplificatiua, ſeu demonſtratiua; atque, vt dicitur *d. cap. Abbate*, in priuilegiis intelligitur cauſaliter pro, *quia*, non autem conditionaliter: & ideo non ſubſiſtente exemplari valet priuilegium ad inſtar, cuius determinatio ab eo non pendet; quia, vt ſupponitur, ſatis determinata, & ſpecifica eſt conceſſio: neque etiam voluntas concedentis pendet ex illo exemplo, quia non eſt conditionata, ſed abſoluta, & diſpoſitiua: tum quòd, vtplurimum concedens priuilegium eſt Princeps; Principis autem
371. aſſertioni † in facto proprio, ſuper quo gratia, aut alia eius diſpoſitio fundatur, plenè creditur; prout de Papa eſt text. *in Clem.* 1. quæ incipit, *litteras, de probat.* & in Imperatore, ac Rege, alióve Principe non recognoſcente ſuperiorem pluribus relatis tradit Gabr. *commun. concluſ. lib.* 1. *tit. de probat. concluſ.* 2. *numer.* 18. *& ſeq.* multóque magis ſi Papa, aut Princeps atteſtetur de iis, quæ ſunt iuris, vt poſt Anchar. *conſil.* 288. & Soc. *conſil.* 87. *col.* 8. *vol.* 3. tradit Gabr. *d. concluſ.* 2. *numer.* 24. & ratio eſſe poteſt, quia Papa, & ſupremus Princeps cenſetur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui, *cap.* 1. *de conſtit. in* 6. *& l. omnium, C. de teſtam.* quamuis etiam admittatur probatio in contrarium tam quoad ius, quàm quoad factum; ita, vt non ſtetur aſſertioni Principis, ſi de contrario apertè conſtet: prout quoad ius poſt alios docet idem Gabr. *d. concluſ.* 2. *numer.* 41. *&* 43. & quoad factum etiam proprium latè *numer.* 44. quoad factum verò alienum, ſi non plenam fidem facit Principis aſſertio, certè facit præſumptionem, quæ transfundit onus probandi in aduerſarium, vt plures tradiderunt, quos refert, ac ſequi videtur Gabr. *d. concluſ.* 2. *numer.* 49. omnino verò ſequitur poſt alios Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 11. *numer.* 2. *cum duobus ſeqq.* & Maſcard. *de probat. concl.* 1139. *numer.* 21. *& concluſ.* 1228. *numer.* 74. apud quos auctores ibi latè videre eſt totum hunc articulum an, & quando Principis aſſertioni ſtandum ſit.

QVINTA CONCLVSIO. Commutatio vltimæ voluntatis abſoluta, & perfecta †
372. regulariter non extinguitur per primum eius vſum, ſiue actum. Probatur, quia, quamuis regula illa, ſermonem ſimpliciter prolatum intelligi de prima vice, ſeu ad primum actum reſtringi, quæ probatur ex *l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. l. cùm pater, §. pater certam, ff. de legat.* 2. cum aliis, quæ ad id allegat Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib.* 6. *tit. de legib. & conſtit. concluſ.* 2. *numer.* 1. Alciat. & Rebuff. *in d. l. boues, §. hoc ſermone, in initio*, ac Tiraq. *in commentar. illius §.* præſertim *à numer.* 2. *vſque ad* 140. *ff. de verb. ſignif.* in omni diſpoſitione, ac materia locum habeat, ſeruarique debeat, vt poſt Alex. *conſil.* 16. *numer.* 9. *lib.* 4. Curt. iun. *conſil.* 132. *col.* 1. & Laſ. *conſil.* 36. *col. vlt. verſ. iſta reſponſio, lib.* 1. tradit Gabr. *d. concluſ.* 2. *numer.* 19. ac Tiraq. *d. §. hoc ſermone, numer.* 1. & colligere licet ex multis ampliationibus, & illationibus, quas affert Gabr. *d. concluſ.* 2. *a numer.* 2. *ad* 26. *&* 90. & caſibus, quos Tiraq. recenſet *d. §. hoc ſermone, à numer.* 2. *vſque ad* 6. *& à numer.* 10. *ad* 140. & vt eos caſus dumtaxat ſeligam, qui propiùs rem noſtram attingunt; quamuis ea regula locum etiam habeat † in
373. diſpenſatione, vt patet ex text. *in cap. Ordinary, ad fin. & ibi* glo. *verbo, ea, quæ, de offic. ord. in* 6. & apertiùs ex *cap. non poteſt, §.* 1. *de prab. eod. lib.* vbi diſpenſatio ad duo beneficia curata, intelligitur de duobus primis: per quem ita aliis relatis, qui ad id quoque allegant *d. §. hoc ſermone*, tradunt Tiraq. *ibidem numer.* 28. Gabr. *d. concluſ.* 2. *numer.* 4. & de diſpenſatione cum illegitimo ad obtinendum beneficium, vt non poſſit obtinere ſecundum, etiam dimiſſo primo, tenent alij, quos refert Tiraq. *vbi ſup. numer.* 29. *&* 30. per text. *in cap.* 1. *§.* 1. *de fil. preſb. eod. lib.* præterea quamuis eadem regula locum habeat in gratia, ſeu priuilegio; vide priuilegium conceſſum alicui, & heredi ſuo, quòd intelligatur de primo herede, poſt Bart. Fel. & ſup. tradit Gabr. *d. concluſ.* 2. *numer.* 3. & alij, quos refert Barboſ. *l. quia tale, numer.* 34. *ff. ſol. matrim.* ac Tiraq. ſup. *numer.* 74. *cum ſeq.* & probari etiam videtur *in l. antiquitas, C. de vſufr.* & mandatum prouidendi alicui de beneficio vacaturo, intelligitur de primo, vt ex text. *in cap. mandato, & cap. ſicleriens, de prab. in* 6. ibique Gemin. & Franc. tradit Tiraq. *d. §. hoc ſermone, numer.* 39. quibus Gabr. *d. concluſ.* 2. *numer.* 6. addit Bald. *conſil.* 228. *volum.* 4. *eodem* autem *numer.* 6. necnon 7. 9. 12. 13. *ac* 18. alia pleraque exempla gratiarum, ac priuilegiorum recenſet Gabr. in quibus ea regula locum obtinet; quod etiam facit Tiraq. *d. §. hoc ſermone, numer.* 50. *vſque ad* 56. necnon *numer.* 64. *&* 69. *cum tribus ſeqq.* 73. 80. 81. 122. 128. *&* 137. Gabr. verò *d. concluſ.* 2. *numer.* 26. eandem regulam poſt alios extendat, vt procedat, licèt ageretur de fauore piæ cauſæ; quibus in eodem caſu alios addit Tiraq. *d. §. hoc ſermone, numer.* 88. quamuis denique nonnulli, quos refert Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 29. *numer.* 7. eam diſtinctionem hac in re tradere videantur, † odioſa priuilegia, quæ ad lites dan- 374.
tur, finiri per vnum actum conſummatum, fauorabilia autem non amitti etiam finito tali actu; quod idem voluerunt alij relati à Gabr. *d. concluſ.* 2. *numer.* 37. ſeu *limit.* 6. & Tiraq. *d. §. hoc ſermone* 3 *limit.* 3. *à numer.* 1. *ad* 17. licèt *numer.* 18. alios referat contrarium ſentientes: atque adeò priuilegium ad agendum, cùm ſit contra alium, tamquam odioſum finiri primo actu; priuilegium verò ad excipiendum, cùm ſit ad propriam defenſionem, tamquam fauorabile eſſe perpetuum; vt ſumitur ex Bart. *in l. vlt. numer.* 6. *ff. de conſtit. Princip.* iuncta glo. *in l. falsò, verbo, præmia, C. de diuerſ. reſcript.* & latiùs ex Abb. *in cap. cùm acceſſiſſent, num.* 6. *de conſtitut.* Quamuis, inquam, hæc ita ſint, (vt ab hoc poſtremo exordiar,) reſolutio præſentis dubij, vt bene ait Suarez *d. cap.* 29. *numer.* 6. *&* 9. non pendet per ſe loquendo ex eo, quòd priuilegium ſit fauorabile, vel odioſum; ſed ex forma conceſſionis, & vi verborum eius. nam ſi priuilegium detur ad vnum actum, illo finito, finitur priuilegium, ſiue ſit in materia odioſa, ſiue fauorabili. ſiue reſcriptum ſit ad litem, ſiue ad electionem, ſiue ad indulgentiam: in quacumque enim materia poteſt ad vnum actum dari pro arbitrio concedentis: idéoque ob eandem rationem erit in priuilegio dato ad excipiendum. E contrario verò, ſi priuilegium detur indefinitè ad aliquam ſpeciem actuum,

vel

vel detur per modum poteſtatis ad aliquid agendum abſolutè, vt ad eligendum confeſſorem, audiendas cõfeſſiones, &c. tale priuilegium non finitur per vnum actum, quia de ſe eſt vniuerſale, immo perpetuum, donec reuocetur, ſi temporis limitatio in eo non addatur: idque ſiue materia ſit fauorabilis, ſiue odioſa; quia hoc etiam pendet ex arbitrio concedentis. Igitur materia fauorabilis, vel odioſa, (inquit ibidem Suarez,) poterit deſeruire ad reſtringenda, vel ampliãda verba reſcripti, & interpretandum, dari ad hos, aut illos actus, ſeu effectus, iuxta ſupradicta. adde illam attendendam quando cęteris penſatis adhuc remanet dubium, an priuilegium primo vſu extinguatur, vt in ſimili nos tradidimus *quæſt. præced. præmiſſ. 3. vſque ad medium, & concl. 2. ad fin.* quoad dignoſcendum, an priuilegium in dubio cenſendum ſit reale, vel perſonale, ex eod. Suarez *d. lib. 8. de legib. c.*
375. *3. n. 17. 18. & 19.* Proxima verò, & per ſe † regula, (ſubdit Suarez *d. n. 9.*) eſt forma conceſſionis, an ſit definita ad vnum actum, vel ad certum numerum actuum, necne. quod primò, & præcipuè ex verborũ proprietate colligendum eſt: nam quando conceſſio datur ad vnicum actum, addi ſolet, ſemel in vita, vel in morte, vel in anno, aut pro hac vice dumtaxat; (quando nimirũ hæc verba adiecta ſunt vſui gratiæ, non poteſtati executoris, ſeu commiſſarij, vt paulo pòſt cum Sanchez dicemus;) vel ad talem effectum, aut quippiam ſimile. quando verò hoc non additur; regulare eſt, vt latiùs detur, niſi ex ſupplicatione facta, vel ex qualitate materię, (hoc eſt, vt ego eum intelligo, ſi non ſit iterabilis ab eadem perſona, iuxta latè tradita per Gabr. *d. concl. 2. n. 42.* & Tiraq. *d. §. hoc ſermone, limit. 2. 13. 20. & 12.* aut quid ſimile; non autẽ ſi ſit odioſa, alias ſibiipſi idem Suar. aduerſaretur,) vel ex aliis circumſtantiis contrarium ſatis conſtet. Intellecta autem mente concedentis, quòd fuerit concedere priuilegium ad vnicum actum, certiſſimũ eſt, illo ſecuto extingui priuilegium; idémque erit de duobus, & alio certo numero. tunc autem, vt rectè ſubiicit Suarez *eod. n. 9.* modus hic definiendi priuilegij coincidit cum illo, qui eſt per lapſum temporis in priuilegio deſignati: nam, licèt ibi non determinetur certa menſura temporis abſolutè, deſignatur tamen quaſi ſub conditione, ſcilicet ſtatim, ac fuerit actus perfectus: niſi decernatur, vt actus intra tale, aut tan-
376. tum tempus fiat; tunc enim † finito eo tempore finitur quoque priuilegium, licèt actus factus nõ ſit; quia ſub illa conditione, & menſura fuit datum; vt tradit Bart. *d. l. vlt. n. 6. ff. de conſtit. Princip.* Hæc Suarez his ferè verbis *d. n. 8. & 9.* ex quibus illud præcipuè habes, in ea illum eſſe ſententia, vt niſi in priuilegio etiam odioſo apponantur verba, quæ illius vſum ad primũ actum, aut certum eorum numerum reſtringãt, vnico actu, aut certo eorum numero illud non conſumatur, ſeu extinguatur. Idem generatim, quòd priui-
377. legium non expiret, ſeu extinguatur per primũ eius actum, ſiue vſum, poſt alios docet Gabr. *d. concl. 2. n. 44. cum ſeq.* & Tiraq. *d. §. hoc ſermone, limit. 8. per tot.* Ad illud verò, quod obiecimus de priuilegio cõceſſo alicui, & eius heredi, vt non excedat primum heredem, præterquam quod diuerſum quid videtur à caſu noſtro, adhuc dicimus, quòd verius, & cõmunius eſt, tranſire ad heredem heredis in infinitum, vt ſatis probatur *in l. hæredis appellatio; & l. ſciendum, ff. de verb. ſignific.* cum aliis adductis per Tiraq. *de retract. conuent. §. 1. glo. 6. n. 20. cum duobus ſeqq.* & Barboſ. *in repet. l. quia tale, n. 34. & 35. ff. ſolut. matrim.* & in diſpen-
378. ſatione † voti caſtitatis, religionis, aut non nubendi, ſi diſpenſatio ſit abſoluta, & totalis, non autem partialis, hoc eſt, reſtricta ad certum actum, aut perſonam determinatam, quòd non extinguatur prima vice, tradit, ſatiſque probat Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 31. n. 8.* iuncto *n. . . & 7.* quod tamen temperat *n. 9.* niſi cauſa finalis diſpenſationis omnino ceſſarit; & *n. 10.* niſi poteſtas diſpenſantis limitata ſit ad ſuccurrendum neceſſitati tunc occurrenti. Conſueuit autẽ nunc ſacra Pœnitentiaria in litteris huiuſmodi diſpenſationum eas limitare, ac reſtringere ad primum actum, propter verba, quæ in diſpenſatione ad matrimonium contrahendum ſolet apponere, ita, quòd, ſi viro, cui coniungetur, ſuperuixerit, &c. mox referenda. immo *n. 11.* idem Sanch. probabilius putat, fatiſque confirmat, quòd, ſi diſpenſatio ſit partialis quoad certum actum, puta contrahendum matrimonium, ſi aliàs ſit abſoluta, eam non reſtringi ad primum vſum illius actus; cùm ex aliis, tum ex eo, quod valde probabile eſt, diſpenſationẽ cum illegitimo † 379.
ad obtinendum beneficium intelligi quidem de primo, ſed ſucceſſiuè poſſe aliud obtinere dimiſſo priore, vt tenet Io. Andr. *in c. 1. de fil. presb. in 6. & in c. non poteſt, n. 5. de præb. eod. lib.* & alij, quos refert, ac ſequitur idem Sanchez *d. n. 11.* atque in certis caſibus admittit Tiraq. *d. §. hoc ſermone, n. 31. vſque ad 38.* ſed, etſi verior eſſet, aut communior contraria, id procedit ob fauorem curæ animarum, iuxta *c. cum in illis, de præb. in 6.* cum aliis iuribus *ibid.* per gloſ. & Doct. alleg. aut quia ſimul cum diſpenſatione, quæ vti à iure exorbitans eſt reſtringenda, *d. c. 1. §. 1. de fil. presb. in 6.* concurrit etiam gratia ad beneficium, quæ pariter tamquam ambitioſa eſt reſtringenda, *c. quamuis pleniſſima, de præb. eod. lib.* Sicque ſoluitur quod ſuprà circa initium huius concl. obiiciebatur ex *c. Ordinem, in fi. de offic. ord. in 6. & d. c. non poteſt, in §. 1.* necnon ex *c. mandato, & c. ſi clericum, de præb. eod. lib.* ſimiliter Sanchez *d. diſp. 31. n. 12.* ex prædicta ſua ſententia deducit, quòd, ſi cauſa diſpenſationis abſolutè in voto ſolemni caſtitatis ad incundum matrimoniũ adhuc permaneat, licebit primo matrimonio diſſoluto ad aliud tranſire. quod etiam confirmatur ex eo, quod generatim poſt alios tradunt Gabr. *d. concl. 2. n. 39. &* 380.
40. ac Tiraq. *d. §. hoc ſerm. limit. 5. ac 10. per tot.* quòd, † quando conceſſio ſit pro certa, & determinata cauſa, ea non extinguitur primo vſu, ſed durat, donec cauſa ipſa durat, & manet in vlterioribus actibus eadem ratio conceſſionis. Quin etiam idem Sanchez *d. diſp. 31. n. 13.* docet, quòd quando diſpenſatio in illis votis limitatur quoad perſonam, cum qua ineundum eſt matrimonium, ſi cauſa allegata nullatenus concernat perſonam illam, ſed omnino ſe teneat ex parte eius, cum quo diſpenſatur, nec diſpenſans motus fuerit, vt ſpecialiter gratificaretur illi perſonæ, cum qua contrahendum eſt; ea diſpenſatio cenſeretur abſoluta ad matrimonium, ac proinde cauſa perſeuerante, extenderetur ad quoduis aliud matrimonium, & ad ineundum quoque illud cum quauis alia perſona. ſecus ſi cauſa teneret ſe ex parte perſonæ illius, cum qua eſt contrahendum vel ob aliquam ſpecialem rationem diſpenſans vellet ei gratificari: affértque ibi exemplum, ac fundamentum vtriuſque. *n.* autem *14.* hinc deducit, quòd, ſi duo voto caſtitatis adſtricti diſpenſationem ad mutuò contrahendum impetrẽt, allegata cauſa cuiuſuis illorum independente ab altero, vt, ſi quiuis illorum allegaret ſe carnis ſtimulis agitari, aut quid ſimile; poſſet illius virtute quilibet eorum cum quauis alia perſona non impedita contrahere, & durante cauſa, ſi diſpenſatio non ſit expreſsè ad vnicum matrimonium reſtricta, poſſet eo ſoluto ad aliud tranſire; quia tunc eſt duplex omnino diuerſi diſpenſatio, & neutra ab alia pendet: ſecus verò, ſi cauſa allegata ſpecialiter inter hos verſaretur, vt ſi allegarent mutuum concubinatum, vel feminam illam ab hoc infamaturet: tunc enim ad matrimo-

tpimonium inter eos dumtaxat ineundum, diſpenſatum cenſeretur. Immo ipſemet Sanchez *d. diſp.*
381. 31. *num.* 2. docet, † verba illa commiſſionis diſpenſationis voti caſtitatis, aut religionis, *votum commutes præfata N. vt matrimonium tunc contrahere poſſit*; aut illa, *ad hoc tantum, vt tunc matrimonium contrahere poſſit*, non denotare, vt matrimonium reſtringatur ad primam vicem: ſed eorum ſenſum eſſe; commuta votum, & partim diſpenſa in illo, ad eum ſolum effectum, vt, cùm commutaueris, & diſpenſaueris, poſſit matrimonium inire, non autem ad alios effectus. & quod plus eſt, *ibidem* quoque docet, quòd, quamuis litteræ dicant; hac vice diſpenſa, vt poſſit matrimonium inire; non denotatur reſtrictio ad vnicum matrimonium: ſed ſenſus eſt; pro hac vice concedimus tibi facultatem diſpenſandi in eo voto, & non generalem facultatem diſpenſandi in eodem voto; quare, ſi perſona voti diſpenſationem conſecuta iterum emitteret illud votum, non poſſet hic commiſſarius cum illa diſpenſare: ſubdens, quòd, in omnibus prædictis verbis non eſſe animum committentis diſpenſationem eam reſtringendi ad vnicum matrimonium, vel ex eo colligi videtur, quia, quando reſtringitur, id apertis verbis ſolet fieri, adiecta ea clauſula; ita, quòd, ſi viro, cui coniungetur, ſuperuixerit, viuat poſtea cœlebs, & in caſtitate, vtpote eodem voto obligata: quæ quidem verba ex ſtylo ſacræ Pœnitentiariæ in huiuſmodi matrimonialibus diſpenſationibus conſueuerunt hodie apponi. cùm ergo id non apertè dicitur, ſed verbis tam ambiguis, non eſt, inquit, credendum, eam eſſe mentem; vnde, an tunc accipienda ſit ea diſpenſatio de ſola prima vice, ex principiis generalibus deducendum eſt.

Sed quicquid etiam hac de re ſit, certè regula, & concluſio propoſita locum obtinebit, verae-
382. que erit primò † in illa vltimæ voluntatis commutatione, per quam mandatur aliquid non fieri, ſeu in commutationem datur, vt impetrans ab aliquo abſtineat: nam in diſpoſitione negatiua venit non modò primus actus, ſed etiam quilibet actus ſucceſſiuus in futurum faciendus; vt pluribus relatis tradit *Gabr. d. tit. de legib. & conſtit. concluſ.* 2. *numer.* 27. ac Tiraq. *d.* §. *hoc ſermo-*
383. *ne, limit.* 7. *per tot.* Secundò, † vbi per primum actum non ſatisfit menti, & intentioni commutantis, vel commutationem committentis; ita in quauis diſpoſitione poſt alios plurimos reſoluunt Gabr. *d. concluſ.* 2. *numer.* 28. & Tiraq. *d.* §. *hoc ſermone, limit.* 9. *per tot.* Huic affine eſt, quod poſt alios tradit Gabr. *ead. concluſ.* 2. *numer.* 29. & Tiraq. *vbi ſup. limit.* 5. *numer.* 1. diſpoſitionem factam ad certam cauſam, quæ plures actus ſucceſſiuos exigat, non extingui primo actu; ſed tot fieri poſſe, quot neceſſarij ſunt ad hoc vt cauſa ſequa-
384. tur. Tertiò, † quando in commutatione præfixum eſſet certum tempus; nam tamdiu iterari poterit actus, & vſus illius, quamdiu illud tempus durat; vt generatim in qualibet diſpoſitione multis allegatis docent Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 38. & Tiraq. *d.* §. *hoc ſermone, limit.* 4. *& de retract. lignag.* §. 8. *gloſ.* 7. *numer.* 9. per text. *in l. ſicut in annos, ff. quib. mod. vſusfr. amittat.* Quartò locum omnino habet, vbi commutatio loquatur per verba pluralis numeri: ita in quauis diſpoſitione poſt Dec. *conſil.* 562. tradit Gabr. *d. concluſ.* 2. *num.* 46. idéunque eſſe, vbi diſpoſitio ſit vniuerſalis, vel indefinita, quæ æquipolleat vniuerſali, poſt alios voluit Tiraq. *d.* §. *hoc ſermone, limit.* 25. per text. *in l. ſi ſeruitus, ff. de ſeruit. vrban. prad.*

Quintò, vbi ſit de re, † quæ ſingulis annis 385.
redit, prout in legato reditus, ſeu annuo poſt alios docet Gabr. *ead. concluſ.* 2. *numer.* 47. ad quod facit limitatio 18. Tiraq. quam affert *ua regul. d.* §. *hoc ſermone*, vt non procedat, ſi natura rei, aut ſubiecta materia repugnet: necnon limitatio 2. 13. 20. & 22. de materia iterabili. Denique vbi expreſsè, aut etiam ex coniecturis appareat, commutantem, vel commutari mandantem voluiſſe, diſpoſitionem ſuam ad vlteriores actus extendi; vt in quauis diſpoſitione pluribus relatis docet Gabr. *d. concluſ.* 2. *numer.* 48. & Tiraq. *d.* §. *hoc ſermone, limit.* 11. & 12. quò etiam pertinet limitatio eiuſdem 19. vbi æquitas ſuadeat, diſpoſitionem ad vlteriorem actum prorogandam: & limitatio 26. vbi diſponens vtatur verbo *quoties*, aut ſimilibus; hæc enim dictio *quoties*, eſt repetitiua, *d. l. ſicut in annos, ff. quib. mod. vſufruct. amitt. & l. fin. C. de indict. vid. toll. & cap. quoties*, 2. *quæſt.* 6. Verùm retentis terminis noſtræ concluſionis, vbi etiam expreſsè conſtet, commutationem vltimæ voluntatis fore ad primum actum reſtringendam; adhuc id intelligendum
386. eſt, † dummodo ille primus actus ſit validus, & vtilis; ita generatim in qualibet diſpoſitione pluribus allegatis tradit Gabr. *d. concluſ.* 2. *numer.* 27. ac Tiraq. *d.* §. *hoc ſermone, limit.* 1. *per tot.* & in diſpenſatione Sanchez *d. diſput.* 31. *numer.* 3. ad quod etiam optimè facit limitatio 21. vbi latè probat, regulam illius §. *hoc ſermone*, non procedere, quando quis in primo ſuo actu ſine ſua culpa fuit deceptus; ita, vt alium accedere poſſit. Immo idem eſt, vbi actus ille primus ſit validus, & vtilis, ſed adhuc imperfectus, quia non eſt conſecutus finem ſuum; prout in matrimonio ſoluto ante conſummationem tradit Sanchez *d. diſput.* 31. *numer.* 6. & de quauis diſpoſitione, vbi actus ille non habuiſſet perfectionem, Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 28. *in fi.* poſt Marian. Soc. inn. alios allegantem *conſil.* 89. *col.* 1. *volum.* 1. & faciunt à fortiori, quæ de diſpoſitione ad certam cauſam plures actus requirentem, adhuc non ſubſecuta per primum actum, vt ad vlteriorem portigatur, non multo antè docuimus, præſertim ex Gabr. *d. concluſ.* 2. *num.* 29. & Tiraq. *d.* §. *hoc ſermone, limit.* 5. Ex d. verò limit. 21. ſimul habemus primam doctrinæ mox traditæ declarationem, vt nimirum † actus in- 387.
ualidus, & inutilis iterari non poſſit ab eo qui ex culpa ſua fuit deceptus in exercendo vnico actu, ad quem expreſsè reſtricta fuit à concedente diſpoſitio; quod & data ſola ſcientia inualiditatis, & inutilitatis primi actus in vtente, latè docet *d. limit.* 1. *à numer.* 29. *ad* 36. ex quo, & aliis idipſum in diſpenſatione reſoluit Sanchez *d. diſp.* 31. *numer.* 4. Declaratur ſecundò prædicta doctrina, vt procedat, cùm ad ius ſit relatio, hoc eſt, vt ego intelligo, cùm diſpoſitio requirit vel ex intentione concedentis, vel aliunde actum legitimum, & validum atque vtilem; ſecus ſi ſit relatio ad merum factum, quia diſpoſitio merum factum reſpiciat: ita Tiraq. *d.* §. *hoc ſermone, limit.* 1. *num.* 37. potiſſimùm ex *l. fideicommiſſa*, §. *ſi quis decem, ff. de legat.* 3. & Bald. *in l qui per ſalutem, in princ. ff. de iureiur.* Tertiò declaratur, vt procedat, cùm agitur de iure quæſito conſeruando, vt *in d. l. qui per ſalutem.* ſecus † vbi de 388.
nouo iure quærendo tractatur; prout per *l. matrimonij cauſa, ff. qui, & à quib.* atque alia declarat Tiraq. *d. limit.* 1. *numer.* 38. *& ſeq. ac limit.* 23. *num.* 8. id autem accipiendum eſt de iure quæſito, aut quærendo reſpectu vtentis diſpoſitione; quoad

tertium

tertium verò,seu eum,qui ex variatione, seu ex secundo actu lædi potest, omnino oppositum erit dicendum; nam ad secundum actum veniri non potest, vbi ex priori ius alteri quæsitum est; vt constat ex adductis à Tiraq. *d. §. hoc sermone,limit.* 23. *n.* 1. *cum duob. seqq.* idque procedit licèt illud ius effectum non habuerit,vt idem probat *ibid. n.* 4 *& in princ. illius §. n.* 115. Declaratur quartò,vt procedat in eo,qui exercet actum iure communi,non autem iure dumtaxat speciali sibi competentem, ex adductis à Tiraq. *d. limit.* 1. *n.* 50. Quintò, vt procedat in actu inualido ipso iure, non autem nullo dumtaxat ope exceptionis,vt pluribus comprobat idem Tiraq. *d. limit.* 1. *n.* 55. Declaratur sextò, vt eadem doctrina procedat †
389. in eo,qui iure suo aliquid facit, vt in iudice ordinario; non autem,qui iure alieno,vt in delegato, qui siue nulliter, siue validè sententiam tulit, aut aliud fecit,non potest actum retractare. & quidem quoad ordinarium constat ex *l. si Præses, C. quom.& quand. iud. l.* 1. *C. de sent.& interl. omn. iud. & l. si accusatoribus, C. de accusat.* traduntque *ibi* glos. & Doct. *& in l. index posteaquam, ff. de re iud. & cap. in litteris, de offic. deleg.* latè Tiraq. *d. limit.* 1. *num.* 40. & Menoch. *de arbitrar. iud. lib.* 1 *quæst.* 67. *n.* 2. *vsque ad* 20. vbi id extendit, ac declarat. quoad delegatum satis probat text. *in l. si vt proponis, la* 1. *C. quom.& quand. iud. & d. cap. in litteris, de offic. deleg.* & quoad actum iudicis ante sententiam definitiuam, *in cap. venerabili, & cap. significantibus, eod. tit.* ac præter glos. & Doct. *in præcit. iuribus,* tradunt multis relatis Tiraq. *d. limit.* 1. *num.* 40. & multis seqq. necnon *limit.* 21. ferè per tot. & Menoch. *d. quæst.* 67. *num.* 21. *vsque ad* 25. vbi optimè ostendit, huic distinctioni non repugnare text. *in d. l. iudex posteaquam*, quatenus ibi de iudice indistinctè, atque adeò etiam de ordinario, dicitur,quòd posteaquam semel dixit sententiam,iudex
390. esse desinit: quoniam loquitur † non de sententia nulla, sed iniusta; quod rectè post alios colligit ex illis verbis, *malè*, seu *bene*, & illis, *corrigere sententiam*, quæ ad iniustitiam,vel iustitiam pertinent:sed & colligi id potest ex verbis illis statim præcedentibus, iudex, qui semel vel pluris,vel minoris condemnauit, quæ & ipsa non nullitatem, sed iniustitiam important. Extendit autem † hoc Menoch. *d.*
391. *quæst.* 67. *n.* 26. & in noua edit. 28. quoad delegatum, vt nec declarare possit,præcipuè ex Alciat. *resp.* 439. *in fin.* & Doct. *in cap. ex parte, il* 3. *de verb. sig. num.* autem 30. iuxta eandem noui edit. extendit secundò, vt locum habeat etiam in causis, in quibus secundùm æquitatem procedi potest. & *n.* 31. *cum duob. seqq.* quando delegatus nulliter iudicauit deceptus errore etiam solius facti:multo verò magis cùm simul fuit deceptus errore iuris,vt idem ostendit *num.* 26. *& seq. num.* verò 34. quando tulit sententiam sine scriptis; ac *n.* 35. vt procedat etiam in eo, qui est ordinarius in cognoscendo, & delegatus in pronuntiando,vt sunt Rotæ Rom. Auditores. ac denique *n.* 40. *cum seq.* vt locum habeat, etiamsi ex noua delegatione vellet denuo iudicare, nisi e m à Principe habeat. *num.* autem 42. declarat primò, vbi
392. iudex delegatus † nulliter ob non seruatam formam delegationis sententiam tulit, post alios, ac præcipuè Tiraq. multos referentem *d. limit.* 1. *num.* 51. *ac seq.* Secundò id declarat Menoch. *n.* 43. in delegato Principis,iuxta quorundam sententiam,quos *ibi* recenset:licèt *n.* 44. plures referat contrarium sentientes;qui præcipuè nituntur text. *in d. l. si vt proponis, la* 1. quæ tamen, vt *ibi & duob. n. seqq.* rectè aduertit post Dec. *d. cap. in litteris, n.* 5. & alios loquitur in delegato inferioris. fortiùs vrget text. *d. cap. in litteris*, quem communiter scribentes intelligunt de deleg to Principis: cùm tamen *ibid.* dicatur, eum tamquam semel functum officio suo,non posse suã sententiam retractare. verum,si aduertatur, text. ille loquitur in sententia executa,vnde nil mirum si retractari nequeat, per ea, quæ de interlocutoria tradunt per Doct. omnes *ibi, & in cap. cum cessante, de appell.* necnon *in d. l. vnica posteaquam.* quare *d. cap. in litteris*, potiùs fauet contrariæ sententiæ. Tertiò illud declarat Menoch. post alios *n.* quidem 47. vt non procedat † in delegato ad vniuersitatem causarum; 393.
& *n.* 52. iuxta 1. edit. quando delegatus per errorem facti iudicasset, post Tiraq. *d. limit.* 1. *n.* 41. *cum seq.* qui idem multis allegatis tradidit *limit.* 21. *num.* 4. licèt postmodum vtrobique alios referat aliter sentientes:quibus, ac plerisque aliis consensit Menoch. *n.* 31. *cum duob. seqq.* in postrema edit. vt paulo antè admonuimus. Denique vtrumque caput declarat Menoch. *d. quæst.* 67. *n.* 71. in ead. nou. edit. vt locum sibi non vendicet † in extraiudicialibus, in quibus siue 394.
ordinarius, siue delegatus potest actum inualidum retractare; vt satis probat Menoch. *ibi*, & Tiraq. *d. limit.* 1. *n.* 47. *cum seq. & limit.* 21. *n.* 6. idémque post Rip. & Felin. docet Menoch. *n.* 42. in actibus iurisdictionis voluntariæ. atque idipsum dicendum est in Confessario, cui committi est dispensatio in foro conscientiæ, vt ostendimus sup. *cap.* 5. *quæst.* 14. *notab.* 5. *post vlt. conclusionem.* Atque hæc de præsenti quinta conclusione.

SEXTA CONCLVSIO. Vbi commutatio vltimæ voluntatis à Superiore simpliciter conceditur ad beneplacitum suæ voluntatis, †regulariter ex- 395.
pirat iurisdictio,& gratia morte concedentis etiã re non integra:secus verò, si eũ beneplacito i ungatur certum tẽpus. Prior pars concl. patet ex *c. si gratiosè, de rescript. in* 6. cum aliis ad id a nobis adductis *quæst.* 1. *concl.* 1. *ad fin. & concl.* 3. *limit.* 2. necnon *quæst. & concl* 5. paulo ante fin. quibus locis id quoque declaraumus.quibus nunc addo declarationem,quam satis confirmat Iacob. Ant. Marta *in tract. de clausul. part.* 2. *clausul.* 1. *n.* 5. valde differre,si dicatur,placet Regiæ Maiestati ad ipsius Regiæ Maiestatis beneplacitum; & dicere, placet ad beneplacitum Regiæ Maiestatis, quia hoc casu beneplacitum ad dignitatem confertur, quia vnica est oratio; secus verò in priori,in quo duæ sunt partes, altera respiciens gratiam,altera tempus gratiæ,& cùm prima æquè conueniat personæ, ac dignitati, non apparet ad quam referatur secunda;& ideo cùm probatio maneat dubia,fit interpretatio contra illum, qui ea innititur, *c. in præsentia, de probat.* cum aliis *ibid.* per ipsum alleg. Posterior autem pars eiusdem concl. probatur. Nã, † 396.
si iungatur illud tempus certum beneplacito personæ concedentis cum copula, *&*, aut simili, vtputa ad annum, & ad beneplacitum nostrum; tunc non expirabit concessio morte ipsius concedentis, antequam annus elapsus fictita in quauis gratia post alios Gabr. *common. conclus. lib.* 6. *tit. de prabend. conclus.* 1. *n.* 23. & Sanchez *lib.* 8. *de matrim. disp.* 28. *n.* 51. quia est sensus; concedo ad annum, & vlteriùs secundùm meam voluntatem; vnde etiam fit,vt ex horum sententia,si post annum non moriatur concedens, non extinguatur priuilegium,sed duret donec concedens moriatur,vel illud reuocet; ita, vt prior duratio sit absoluta,& independens à vita,non autem à voluntate concedentis;sed nec præcisè sit definita ad illud tempus, cùm possit continuari alio modo, scilicet cum dependentia à vita, & beneplacito concedentis. idémque sentit Sanchez *ibidem* post Henriq. *lib.* 7. *de indulgent. c.* 21. *n.* 4. si dicatur, concedimus ad beneplacitum ad annum. Ab hac tamen sententia, quoad prius exemplum recedere videtur, omnino verò

verò quoad posterius recedit Suarez *lib. 8. de legibus, cap. 32. num. 11.* dicens simpliciorem sensum, & magis intentum, ac sumptum ex vi verborum esse, concedo per annum, & in illo, ac intra illud ad beneplacitum meum, ita, vt non duret concessio ad annum, si interim moriatur concedens, &, si viuat, nec reuocet, non extendatur vltra annum. quoad primum probat *d. num. 11.* quoniam illa additio, ad beneplacitum meum, in concessione absoluta non fit natura sua ad augendum, sed ad restringendum, vt patet ex *cap. si gratiosè, cum ibi not. de rescript. in 6.* ergo etiam addita post concessionem ad annum additur ad restringendam cum proportione concessionem illius anni, vt sit dependens à vita concedentis. nec refert, inquit, quòd verbis mutatis dicatur, concedo tibi licentiam ad beneplacitum ad annum; quia, licèt materialis ordo verborum sit diuersus, sensus est idem, scilicet, licentiam ad beneplacitum tantùm ad annum concedi; licentia ergo semper est annua tantùm, & intra illum limitata ad beneplacitum. Secundum autem dictum probat Suarez *eodem cap. 32. num. 12.* tum quòd prædicta concessio annua tantùm est, & additio ad beneplacitum videtur restringere, non augere: tum quòd, si concedens dicat, ad annum, nisi reuocauero, certè finito anno extinguitur facultas, etiamsi non reuocetur, quia secundùm communem sententiam, nimirum *in l. precario, & l. quæsitum est, ff. de precar. cap. fin. eodem tit. cap. si gratiosè, de rescript. in 6. & cap. si delegatus, de offic. deleg. eodem lib.* illa additio, si non reuocauero, non auget, sed limitat, vel declarat concessionem annuam, vt nihilominus possit intra annum reuocari; idémque erit, si dicatur, ad annum, donec reuocauero, quia idem sensus erit, & intentio loquentis; alioqui censeretur concedere irreuocabiliter per annum, & postea perpetuò, donec reuocetur, quod verisimile non est. Ergo idem cum proportione dicendum videtur de illo complexo, ad annum, secundùm, seu ad beneplacitum; tum quia magis restrictiua est hæc particula, *ad beneplacitum*, quàm illa, *donec reuocauero*, vt patet ex iis, quæ nos adduximus *quæst. 1. huius cap. conclus. 3. limit. 2. restrict.* item 2. tum quia magis ampla esset concessio illa complexa, ad annum, secundùm, seu ad beneplacitum; quàm simplex, ad beneplacitum, quod non est verisimile. Quòd si dicatur, ad annum, & ad beneplacitum, tunc ipse quoque Suarez *d. num. 12.* admittit priorem expositionem, cum quo & ipse sentio, & consentiunt præcitati Doct. & ratio esse potest, quia copula, *&*, ac similes ex sui natura est augmentatiua, *l. ea adiectio, ff. de legat. 3.* & *ibi* Doct. Alberic. *in dictione, &*, vbi etiam notat, eam coniungere æquè principalia, ponique inter diuersa, *cap. querelam, de simon.* vbi glos. & Doctor. *cum suis concord.* consentire autem non possum Sanchez, dum putat, idem fore statuendum, si dicatur, concedo ad beneplacitum ad annum; propter rationes Suarez superiùs allatas, quæ, meo iudicio, valde vrgent: prout etiam illa, quam *d. numer. 12. ad fin.* affert. sicut pariter cum eodem Suarez sentio quoad illam formulam, concedo ad annum ad beneplacitum, seu secundùm beneplacitum; quòd nimirum tunc quoque concessio sit annua tantùm, & intra annum illum limitata ad beneplacitum; ita, vt, si moriatur interim concedens, gratia, & concessio expiret, propter rationem superiùs à nobis, & ab eo *d. numer. 11.* adductam, qui tamen *d. num. 12. in fi.* dicit, quòd hic sensus in rigore verborum sibi videtur magis intentus, licèt fortasse prior, vt fauorabilior frequentiùs sit acceptandus; quem etiam aduertit *numer. 13.* probabiliorem videri, si verba ipsius concessionis sint, do licentiam ex beneplacito ad annum, de qua forma loquitur Henriq. *vbi sup.* quia ibi beneplacitum non ponitur ex parte termini, neque, vt limitatio durationis annuæ, sed tantùm, vt principium gratiæ, & concessionis simpliciter factæ per annum. & in hoc sensu, & casu verissimum censet, non cessare gratiam intra annum per mortem concedentis, quia pro illo anno simpliciter est facta ex beneplacito: consequenter tamen in eodem sensu dicendum esse, gratiam hanc non durare post annum, etiam viuente concedente; quia præcisè ad annum illam concessit, nec beneplacitum eius ad maius tempus fuit extensum; neque per solam vitæ durationem extenditur, vt per se notum est. Quòd si petas, quid dicendum, † cùm ad beneplacitum conceditur aliquid, quod suapte natura certo tempore finitur; responsio patet ex eo, quod tradit, satisque comprobat Marta *in tract. de clausul. part. 2. clausul. 1. numer. 6. vsque ad 11.* quòd cùm in concessione feudorum, quæ certis officiis annexa sunt, & anno finiuntur, apposita est clausula, *ad beneplacitum*, siue *voluntatem domini*, hunc effectum habebit, vt dominus non solùm post annum, sed etiam intra annum possit feudum auferre. 397.

SEPTIMA, & postrema CONCLVSIO. Vbi aliud tempus siue certum, siue incertum commutationi vltimæ voluntatis expresse, vel tacitè non præfigitur; tunc, siquidem per rescriptum iustitiæ concessa fuit re integra, expirat morte concedentis: idémque si per rescriptum gratiæ faciendæ; si verò per rescriptum gratiæ factæ, † ea regulariter perpetua est. Prima pars conclusionis probatur ex iis, quibus eam latiùs comprobauimus, ac declarauimus sup. hoc ipso cap *quæst. 1. concl. 1. & 2.* vbi adiecimus, quid statuendum hac in re sit quoad mortem ciuilem. 398.

Secunda pars conclusionis satis patet ex adductis eadem *quæst. 1. conclus. 3.* in eius posteriore parte, vbi ostendimus, commissionem commutationis per modum rescripti gratiæ, si contineat tantùm gratiam faciendam, expirare morte committentis re integra; ac potissimùm ex *cap. si cui nulla, in 2. respons. & ibi* glos. recepta *in verbo, moriatur, de prabend. in 6.* vbi etiam hanc regulam non vno modo ampliauimus, ac limitauimus; postmodum latiùs declarantes, quandónam gratia dicatur facta, vel facienda. Tertia pars conclusionis probatur tum ex iis, quibus *d. conclus. 3.* in priore illius parte docuimus, gratiam factam non expirare morte concedentis etiam re integra, præcipuè ex *d. cap. si cui nulla, in 1. respons. & ibi* glos. ab aliis approbata *not. 2. & d. verbo, moriatur, de prabend. in 6.* necnon ex *cap. si super gratia*, ibique glosa recepta *in verbo, facta, de offic. deleg. eodem lib.* quam regulam *ibidem* multis modis extendimus, ac declarauimus. tum ex eo, quòd gratia † de sui natura perpetua est, *d. cap. si cui nulla, de prab. in 6. & c. decet, de reg. iur. in 6.* & in priuilegio est optimus text. *in l. falsò, C. de diuers. rescript.* quem glos. recepta *ibi, verbo, perennia*, etiam de priuilegio intellexit; sicut etiam glos. ab aliis approbata *d. cap. decet*, text. hunc pariter de priuilegio intellexit in verbo, *decet concessum*, & verbo *mansurum*, vbi alia quoque iura ad id allegat. & priuilegium fore sui natura perpetuum post alios plerosque tradunt Gabriel 399.

briel *communi, concluſ. lib. 6. tit. de legibus & conſtit. concluſ. 2. num. 44. cum ſeq.* & Tiraquell. *in l. bones, §. hoc ſermone, limit. 8. per tot. ff. de verbor. ſignific.* ex quibus etiam, & aliis ſupra hac ipſa quæſt. *concluſ. 5. ante medium*, docuimus, priuilegium, licèt odioſum, non conſumi, aut extingui primo vſu, ſeu actu, ſed ad vlteriores extendi. quibus addi poſſunt ea, quibus ſuprà hac ipſa quæſtio. *præmiſſ. 2. & 3.* oſtendimus, priuilegia abſque reſtrictione conceſſa regulariter eſſe, ac cenſeri in dubio perpetua, & faciunt etiam alia, quibus *quæſt. præced. præmiſſ. & concluſ. 2.* vtplurimum, *præmiſſ.* autem 3. in dubio fere ſemper priuilegium potius cenſendum eſſe reale, quàm perſonale: cum declarationibus tamen, quas *ibidem* adhibuimus. Maximè autem confirmatur hæc tertia pars concluſ. ex eo, quòd iura omnia, quæ vel permittunt, vel præcipiunt commutationem vltimarum voluntatum à nobis collecta ſuprà *cap. 3. quæſt. 3. concluſ. 2.* ſi rectè perpendantur, apertè ſupponunt, commutationem perpetuum effectum ſortiri debere, quate-
400. nus ſubiecta materia patitur; excepta † *l. vnic. C. de expenſ. lud. lib. 11.* vbi Imperatores Diocletianus, & Maximianus approbant commutationem, ſeu conuerſionem pecuniæ deſtinatæ, & iam cœptæ expendi ad ludos edendos, quam Præſes prouinciæ ad tempus fecerat in murorum ciuitatis refectionem; ita tamen, vt muris inſtauratis iterum in ludorum editione pecunia illa impendatur; verùm illud euenit, quia ceſſabat tunc cauſa finalis commutationis, nimirum murorum refectio; ceſſante autem cauſa finali commutationis vltimæ voluntatis, ceſſat etiam ipſa commutatio, *cap. cùm ceſſante, de appellat.* cum aliis, quibus id latiùs *quæſt. ſeq.* comprobabimus, ac ſimul etiam declarabimus, an perpetuum hoc ſit, vel aliquibus in caſibus locum non habeat.

Cætera, quæ, cùm ad hanc quæſtionem de extinctione, ſeu ceſſatione commutationis vltimæ voluntatis per lapſum temporis aliquo modo pertineant, potuiſſent hoc loco tractari, quoniam, vt etiam initio huius quæſt. admonuimus ad alias præſentis cap. quæſtiones iure præcedentes, ſiue ſequentes magis propriè, ac directè ſpectant; ideo hîc omittimus; de iiſdémque partim in præcedentibus huius eiuſdem cap. quæſtionibus egimus, partim in ſequentibus, Deo bene iuuante, ſuis locis agemus; ac præcipuè quando, & quomodo extinguatur per non vſum, aut contrarium vſum intra certum, vel incertum tempus, infrà hoc ipſo cap. *quæſt. vlt.* Nunc verò ad poſtremum ex iis modis veniamus, quibus commutatio vltimæ voluntatis ſponte ſua, & abſque vlla actione contraria eſſe deſinit, iuxta id, quod initio huius cap. propoſuimus; an nimirum, & quando ceſſante cauſa commutationis ceſſet commutatio ipſa vltimæ voluntatis.

SVMMÆ RERVM.

401. *Commutatio vltimæ voluntatis cùm ceſſat ceſſante eius cauſa, deſinit ab intrinſeco, & ex ſe abſque actione contraria.*

402. *Commutatio vltimæ voluntatis in quotuplici ſtatu, ſeu tempore conſiderari poteſt cùm ab Ordinario ſiue ſupremo, ſiue inferiori, vel eius delegato fit.*

403. *Diſpenſatio ſurreptitia ne ſit, quando cauſa fuit falſa tempore, quoad ſuperiorem miſſum eſt pro ea impetranda, licet vera ſit, quando is diſpenſationem commiſit.*

404. *Pœnam remittere quis ſubire non tenetur ante ſententiam.*

405. *Commutatio vltimæ voluntatis ſurreptitia non eſt vbi cauſa falſa fuit tempore quo ad ſuperiorem miſſum eſt pro ea impetranda, vera autem cum hic commutationem commiſit.*

406. *Preces an veræ eſſe debeant tempore, quo fit commiſſio commutationis vltimæ voluntatis, nec ſufficiat veras eſſe cum ea porriguntur, vel commutatio fit; & dub. numer. ſeqq. &* 437.

407. *Data tempus in gratiis inſpicitur; & in diiudicanda ſurreptione.*

408. *Superior diſpenſationem committens ipſe deinde diſpenſare cenſetur.*

409. *Effectus commutationis vltimæ voluntatis alius proximus, alius vltimatus; & hic alius diuiſibilis, alius indiuiſibilis; tumque in diſpenſatione. quid autem in priuilegio; numer.* 410.

411. *Cauſa alicuius diſpoſitionis alia momentanea, alia ſucceſſiua ſunt; & vtraque habentes effectum vel momentaneum, vel ſucceſſiuum.*

412. *Cauſa impulſiua commutationis vltimæ voluntatis, eiuſve commiſſionis poſtea ceſſante non ceſſat commutatio ipſa, vel eius commiſſio.*

413. *Cauſa remota, ſeu mediata; vel proxima, ſeu immediata, quæ ſit, & per quæ verba inducatur.*

414. *Cauſa commiſſionis, ſeu delegationis, conceſſionis, diſpenſationis, gratiæ, ac priuilegij ceſſante, hæc omnia ceſſant; & num.* 442.

415. *Cauſa ceſſante in dubio non ceſſat eius effectus, cùm in dubio cauſa præſumatur impulſiua.*

416. *Cauſa etiam finali commutationis vltimæ voluntatis ita ceſſante, vt eius cauſa aliqua reliquia maneant, non ceſſat commutatio; idemque in priuilegio, & in diſpenſatione; num.* 417. *& ſeq.*

418. *Facta multa tenent, quæ fieri prohibentur.*

419. *Diſpenſatio, & commutatio vltimæ voluntatis valida erit in dubio, an eius cauſa omnino ceſſauerit; ſicut etiam in dubio, an valeat, iudicanda eſt valida.*

420. *Commutatio vltimæ voluntatis, quæ eſt mera gratia, & beneficium Principis, non ceſſat ceſſante quandocumque eius cauſa.*

421. *Commutatio vltimæ voluntatis deducta ad vltimatum actum, qui in vnica actione conceſſionis, & impetrantis conſiſtit, non ceſſat eius cauſa ceſſante; & num. ſeq.*

422. *Cauſa ceſſante non ceſſat effectus, per quem aliquid eſt ius quæſitum.*

423. *Diſpenſatio ſpecificè ſumpta in quo differat à priuilegio.*

424. *Factum legitimè non retractatur, licèt caſus ad eum ſtatum deueniat, à quo non potuit inchoari.*

425. *Effectus iam conſummatus, & perfectus non ceſſat ceſſante eius cauſa. idem, ſi ſit inchoatus, qui habeatur pro perfecto; n.* 426. *vel conſequatur ad conſummatum, & perfectum; numer.* 427.

428. *Alienatio rei Eccleſiaſticæ non reuocatur, ceſſante poſtmodum eius cauſa.*

429. *Eſſe*

Digitized by Google

429. *Effectus vltimatus, qui non poteſt commodè diuidi, non ceſſat quoad actus etiam futuros, licèt omnino ceſſet eius cauſa finalis.*

430. *Effectum etiam conſummatæ commutationis vltimæ voluntatis ceſſat eius cauſa ceſſante, cùm habet expreſſam, vel tacitam illam conditionem, durante tali cauſa; & ibi intellectum l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. idémque eſt in cauſa eſſendi; num.431. & ibi quæ ſit cauſa eſſendi, vel finalis.*

432. *Effectus etiam vnicus, ſed ſucceſſiuus ceſſat ceſſante cauſa, quamuis efficiente, ac ſimul conſeruante.*

433. *Effectus momentaneus præteritus ceſſat ſuperueniente cauſa eum infirmante.*

434. *Mandatum, ſeu facultas commutandi vltimam voluntatem conceſſa ex cauſa legitima ceſſat, ſi hæc ceſſauit ante executam commiſſionem, & duob. num. ſeqq.*

435. *Mandatum, ſeu facultas diſpenſandi non habet vim perfecta diſpenſationis, donec commiſſarius diſpenſet.*

436. *Mandatum ceſſat ceſſante eius cauſa finali; & ibi intellectum cap. quia circa, de conſang. & affin.*

437. *Facultas commutandi vltimam voluntatem cadit, ſi cauſa, quæ ante executionem ceſſauerat, poſt eam redeat. idémque eſt in obligatione legis; num.438. & duob. ſeqq.*

439. *Priuilegium conceſſum Monaſterio, vt ex eo eligatur Abbas alterius Monaſterij, licèt in prima vacatione ceſſet ob defectum perſonæ idoneæ, locum deinde habebit in aliis vacationibus vbi ceſſet talis defectus.*

440. *Monaſterium deſtructum amittit priuilegium ſibi conceſſum, quod recuperat, ſi reædificetur.*

441. *Commutatio vltimæ voluntatis an ceſſet in futurum ceſſante eius cauſa, poſtquam commiſſarius, aut ſuperior commutauit, ſed antequam ſortiatur effectum; vel, ſi hunc ſortita fuit, is commodè diuiſibilis eſt; & quid in diſpenſatione; cum aliquot num. ſeqq.*

442. *Cauſa ceſſante regulariter ceſſat eius effectus.*

443. *Momentaneum, & ſucceſſiuum quid ſit. & quando in cauſis momentaneis ceſſante cauſa ceſſet effectus; num.444. & quando in ſucceſſiuis; num.445.*

446. *Factum quando deſtruatur ex eo, quod impedit faciendum; & ibi intellectum l. Vranius, ff. de fideiuſſ.*

447. *Ius extraordinarium, & ſpeciale facilius tollitur, quàm ordinarium, & commune.*

448. *Lex generalis indulgens aliquod priuilegium ceſſat ceſſante eius cauſa finali. & hoc priuilegium eſt latè interpretandum; ſicut diſpenſatio ſpecialis tanquam odioſa eſt reſtringenda; num.449.*

450. *Diſpenſatio qualibet habet eam tacitam conditionem, ſi cauſa permaneat.*

451. *Cauſam ab initio non fuiſſe, & eam omnino eſſe finitam, paria ſunt.*

452. *Factum legitimè quando retractetur.*

453. *Opinio probabilior, & amplectenda, eſt quæ diſcordantes ſententias rationabili diſtinctione conciliat.*

454. *Cauſa priuilegij poteſt ceſſare vel contrariè, vel negatiuè.*

455. *Priuilegium definit eius cauſa contrariè ceſſante.*

456. *Remanere an, & quando aliquid poſſit in ea ſtatu,*

à quo non poteſt incipere; & ibi intellectum l. Vranius, §. ſeu verſ. ſed cum duo, ff. de fideiuſſor.

457. *Lex ceſſat ceſſante contrariè eius cauſa, ſeu ratione.*

458. *Diſpenſatio ad comedendum carnes tempore Quadrageſimali ob corporis imbecillitatem, cur hac cauſa etiam negatiuè ceſſante ceſſet.*

459. *Priuilegium alicui Monaſterio conceſſum cum nullo, aut leui Eccleſiæ præiudicio ceſſat, ſi eidem Eccleſiæ incipiat eſſe damnoſum; & ibi cum num. ſeq. intellectum cap. ſuggeſtum, de decim.*

460. *Priuilegium, aut diſpenſatio non ceſſat ceſſante eius cauſa ſolùm negatiuè; vt in priuilegio non ſoluendi decimas, aut retinendi plura beneficia ob indigentiam, ceſſante indigẽtia. & quid in priuilegio anticipandi tempus diuini Officij ratione occupationis certi muneris, relicto munere; num.461.*

462. *Lex communis non deſinit obligare, quia eius cauſa, & ratio ceſſat in particulari ſolùm negatiuè.*

463. *Diſpenſata in voto caſtitatis ob periculum incontinentiæ an poſſit ſecundò nubere ceſſante quoque eo periculo.*

464. *Sententia reſciſſoria an requiratur ad hoc, vt priuilegium ceſſet eius cauſa ceſſante; & num.469. cum ſeq.*

465. *Commutatio vltimæ voluntatis, ſicut & quæuis alia diſpoſitio non ceſſat ceſſante vna, vel pluribus eius cauſis finalibus, ſi remaneat vna quæ ad illam per ſe ſufficiat. & quid ſi vna ſufficiens alteri pariter ſufficienti ſuccedat; num.466.*

467. *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur; nec refert quid ex æquipollentibus fiat.*

468. *Extenſio fit ab vno æquiparato à iure ad aliud.*

469. *Commutatio vltimæ voluntatis an ceſſet ipſo iure ceſſante eius cauſa, vel potius media actione, ſeu miniſterio hominis; & quid hoc referat.*

470. *Gratia, per quam ius alicui eſt quæſitum, non ceſſat eius cauſa.*

QVÆRO igitur QVINTO in hoc capite, an & quando ceſſante cauſa commutationis vltimarum voluntatum ceſſet, ſeu expiret ipſa commutatio.

401. Inter modos, quibus commutatio vltimarum voluntatum † deſinere, ſeu extingui, & expirare poteſt ab intrinſeco, & ex ſe abſque dependentia à perſona, quæ in commutatione interuenerit, eiúſve actione, ille poſtremus mihi occurrit, qui eſt per ceſſationem cauſæ finalis, ſicut eum modum in priuilegio appellat Suarez *lib. 8. de legib. cap. 30. num. 1.* De eo igitur nunc agemus.

402. Cùm autem † in triplici ſtatu, ſeu tempore conſiderari poſſit commutatio vltimarum voluntatum vbi ea ab ipſo Ordinario, ſiue ſupremo, ſiue inferiori fiat; in quadruplici verò, cùm ab eiuſdem Ordinarij delegato, ſeu commiſſario fit: primò dum ea commutatio petitur; ſed ante datã commiſſionis, ſeu conceſſionis facultatis ad commutandum; ſecundò cùm ab Ordinario prædicto fit commutationis commiſſio; tertiò cùm ipſe ordinarius, vel eius commiſſarius, aut ab eo ſubſtitutus, ſeu ſubdelegatus commiſſionem exequendo commutat; quartò quando impetrans com-

mutationem ea vti vult: de hiſce omnibus temporibus dubitari contingit, an in eorum ſingulis cauſa commutationis ceſſante ceſſet ipſa cõmutatio, ſeu cauſæ in precibus, hoc eſt, eius impetratione narratæ veræ ſint; prout ea quatuor tempora ad hoc in diſpenſationibus cõſiderat Sanch. *lib.8. de matr. diſp. 30. n. 1.* & eadem primo prætermiſſo cõſiderat Suar. *lib.8. de legib. cap 20. num.2.* Verùm, cùm duo priora tempora non ad materiam huius capitis pertineant, in quo de commutationis extinctione agimus, atque adeò tunc, cùm iam ſupponitur commutatio in eſſe producta; ſed potiùs ad præcedentia, ac præcipuè ad *queſt. 3. & 5. cap. 6.* de hiſce duobus temporibus non ſtatuemus concluſiones, ſed ſingula dumtaxat concluſionibus quoad reliqua duo tempora poſtmodum ſtatuendis ſuppoſita præmittemus, illa partim etiam confirmantes ex traditis *d. queſt. 3. & 5.* tertium verò ſuppoſitum adiiciemus de nonnullis, quæ ad maiorem intelligentiam, & comprobationem concluſionum circa prædicta duo poſteriora tempora proponendarum opportuna nobis, ac neceſſaria videbuntur.

Suppono igitur primò, quòd, licèt nonnulli, quos tacito nomine refert Sãchez *d. diſput. 30. num. 2.* exiſtimauerint, † diſpenſationem eſſe ſurreptitiam, quando cauſa falſa fuit tempore, quoad ſuperiorem miſſum eſt pro ea impetranda, licèt vera ſit, quando Pontifex, vel Pœnitentiarius diſpenſationem committit, & deinceps; quia, cùm cauſa ſit allegata dolosè, & animo decipiendi Principem, ſeu ſuperiorem, nec fraus, & dolus alicui patrocinari debeant, *cap. dictum eſt, 30. queſt. 1. cap. ſedes, cum ſeq. de reſcript. cap. ex litteris, de dol. & contum. & l. fin. C. de legib.* cum aliis ſexcentis; videtur contra eius mentem impetrata, vtpote, qui nullatenus concederet doli conſcius, *cap. ſuper litteris, & cap. ſi proponente, de reſcript.* cum ſimil. Tamen contrarium in diſpenſationibus expreſsè tradit Sanch. *d. num. 2.* tum quòd Doct. omnes, ac text. quos ipſe refert *ead. diſp. 30. num. 4.* & nos inf. *in 2. ſuppoſ.* ſolam cauſæ veritatem tempore conceſſionis Pontificiæ attendunt, nec tempus antecedens conſideratur; quibus adde optimos text. *in cap. ſuper litteris, & cap. ſi proponente, de reſcript.* necnon *in cap. dudum, in 2. §. ſeu verſ. inſuper, de elect. & cap. 2. de conſtit. vt. vel inutil.* tum quòd clauſula illa in diſpenſationibus appoſita, (& quæ etiam non appoſita in omnibus reſcriptis ſubintelligitur, *cap. 2. de reſcript.*) *ſi preces veritate nitantur*, ad id tempus refertur, quo Pontifex, vel Pœnitentiarius diſpenſationem concedit; quia veritatem precum poſtulat, ne diſpenſatio à rectitudine deficiens ſit diſſipatio: ad quod nil refert, an cauſa tempore præcedenti fuerit vera, nécne; ſed an tunc vera ſit. Neque obſtat, Principem, aut ſuperiorem fraudis conſcium non cõceſſurum diſpenſationem; tum quia taciturnitas veri, vel expreſſio falſi extrinſeci, nec conferentis ad diſpenſationis ſubſtantiam, illam non vitiat, quamuis Princeps veritate cognita non diſpenſarer, vt idem Sanchez probauit *d. lib.8. de matrim. diſp. 21. num. 17. 18. & 32.* ac nos ſup. *cap.6. queſt. 3. concl. 3. & 4.* huiuſmodi autem eſt veritas cauſæ pro tempore præterito: tum quia Princeps diſpenſationem denegaret in pœnam doli, quam dolus † ſubire non tenetur antequam ſibi infligatur, iuxta *cap. cùm ſecundùm leges, de hæret. in 6.* cum ibi not. per Doct. & communem Theologorum, & Canoniſtarum ſententiam, vt patet ex relatis, ac probatis per Simanc. *de Cathol. inſtit. tit. 9. à num. 161. ad 252.* Molin. *tom. 1. de inſt. & iur. diſp. 65. col. 7. verſ. contrarium ſententiam*, Sanch. *lib. 2. ſuæ ſum. cap. 22. num. 7.* Farinac. qui de communi poſt alios teſtatur *lib. 1. queſt. criminal. tit. de inquiſit. queſt. 11. num. 102.* ac nos *tract. de diſtribut. quotid. part. 3. queſt. 7. concluſ. 2.* Hoc autem, quod de diſpenſatione tradit, ac ſatis confirmat Sanchez *d. num. 2.* dicendum quoque eſt † de commutatione vltimarum voluntatum; quoniam in vtraque militat eadem ratio, atque adeò eadem eſſe debet diſpoſitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil.* cùm aliis ad id adductis ab Euerard. *in loc. leg. à ſimili, num. 1. & 2.* maximè cùm ipſa commutatio vltimæ voluntatis ſit quædam diſpenſatio, vt iam ſæpiùs admonuimus, ex eo præcipuè quòd per eam diſpenſatur contra *l. qua ratione, §. hæ quoque res, ff. de acquir. rer. dom. l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. cap. vltima voluntas, 13. queſt. 2. cap. ſi heredes, & cap. una nobis, de teſtam.* cum aliis iuribus, in quibus habetur, vltimas voluntates executioni fore mandandas. Id autem ſemel admoniſſe ſufficiat etiam pro aliis, quæ in tota hac, & cæteris quæſtionibus tam præſentis, quàm aliorum conſequentium capitum huius tractatus dicemus, dum illa confirmabimus ex iis, quæ idem Sanchez aliique Doctores de diſpenſationibus tradiderunt.

Suppono ſecundò, quòd, licèt aliquibus videri poſſet, † ſufficere, preces pro commutatione obtinenda eſſe veras, vel cùm ea porriguntur ſuperiori, vel cùm ipſe, aut eius delegatus, vel ſubdelegatus commutat; nec requiri, quòd veræ ſint eo tempore, quo fit commiſſio; tum quia illius clauſulæ, *ſi preces veritate nitantur*, is videtur ſenſus eſſe, ſi preces veræ ſint, quatenus fuerunt Principi, aut alteri ſuperiori propoſitæ; ac modò veræ ſunt; nam tempore, quo porrectæ, ſeu propoſitæ fuerunt, erant veræ: tum quia, cùm ſuperior veritatem precum non examinet, neque diſpenſet, ſeu commutet, ſed vtrumque delegato committat, ſufficiat veritas cauſæ tempore, quo hic commiſſionem diſpenſando, ſeu commutando exequitur: tum denique quia veritas cauſæ exigitur, vt diſpenſatio, vel commutatio licitè concedatur; ergo tunc eam cauſam adeſſe ſat erit, cùm ipſa diſpenſatio, vel commutatio à commiſſario fit. Nihilominus tamen omnino dicendum eſt, requiri, vt tempore commiſſionis cauſæ in precibus allegatæ veræ ſint; & ſurreptitiam fore commutationem ſi tunc veræ non ſint, quamuis tempore præcedẽti fuerint, & ſubſequenti veræ exiſtant. ita in diſpenſationum commiſſionibus his plane verbis tradit Sanchez *d. diſput. 30. num. 4.* idque probat primò ex text. *in cap. quia circa, de conſang. & affinit.* vbi dicitur, falſam fuiſſe cauſam allegatam ad diſpenſationem matrimonialem, nimirum prolem habitam: cuius rei ratio redditur his verbis; cùm tamen ante diſpenſationem obtentam vnica filia, quam habebat, viam fuerit vniuerſæ carnis ingreſſa; vnde non ſufficit, cauſam tempore præcedenti fuiſſe veram. Secundò ex *cap. ſi eo tempore, de reſcript. in 6.* vbi deciditur, eum, cui prouideri mandatur de beneficio curato, non poſſe id conſequi, ſi tempore datæ non ſit legitimæ ætatis, quamuis tempore collationis illius ætatis effectus ſit: & ea ratio redditur, cùm tempore datæ literarum adhuc nõ eſſes idoneus, vbi gloſ. *in verbo, cùm tempore datæ*, allegat alios text. ad hoc, quòd † tempus datæ in gratiis ſit inſpiciendum, nimirum *cap. eam te, de reſcript. cap. tibi, qui, eodem tit. in 6. & cap. cum, cui, de præb. eodem lib.* & quòd in diiudicanda ſubreptione tempus datæ attenditur, ex Fel. *d. cap. eam te, num. 18.* id latiùs comprobante, & aliis fusè tradit Mandoſ. *ad reg. 18. Cancell. queſt. 12. num. 15.* Ad prædictam verò principalem doctrinam facit text. *in cap. ſedes, cap. ſuper litteris, & cap. ſi proponente, de reſcript.* necnon *cap. dudum, in 2. §. inſuper*

403.

404.

405.

406.

407.

insuper, de elect. & cap. 2. de confir. vt. vel inut. item *in l. 2. l. etsi non cognitio, & l. etsi legibus, C. si contra ius, vel vtil. publ. l. vniuersa*, quæ est fin. *C. de diuers. rescript.* cum aliis iuribus, in quibus habetur, obreptionem, seu falsi expressionem vitiare litteras, & rescripta; inde enim apparet tempus concessionis rescripti, ac litterarum fore attendendum, ad dignoscendum an preces, & causæ in iis expressæ veritate nitantur, nécne; quibus addi possunt quæcumque suprà *d. cap. 6. quæst. 3. & 5.* adduximus ad ostendendum, falsæ causæ expressionem in impetranda vltimarum voluntatum commutatione illam vitiare; illa enim omnia ad tempus commissionis eiusdem, vbi ea committatur; aliàs ad tempus commutationis referenda sunt, vbi ea ab ipso superiore fiat. Rationem quoque eiusdem doctrinæ affert Sanchez *d. num. 4.* tum illam, quia superior ipse committens dispensationem, † ille re- 408.
uera est, qui dispensationem, & gratiam concedit, & solam executionem commissario remittit, præmisso veritatis precum examine. argum. *cap. cum aliquibus, & cap. tibi, qui, de rescript. in 6. cap. si eum, cap. hi, qui, cap. si Apostolica, & cap. quadam, de prabend. in 6. cap. ne captanda, & cap. auctoritate, de concess. prabend. eodem lib. & l. 1. §. seu versic. omnia, C. de vet. iur. enucl.* Ne ergo superior sit dissipator, seu iniquus, & minùs fidelis, ac prudens dispensator, & abutatur potestate sibi à Domino tradita non ad destructionem, sed ad ædificationem, iuxta 2. *Corinth.* 10. & 13. oportet tunc veram esse causam: tum illam rationem, quia sensus illius clausulæ, *si preces veritate nitantur*, is videtur esse, si preces mihi propositæ veræ sint; at non dicuntur veræ propositæ, si vel tempore præcedenti, vel subsequenti verificentur, sed quando ipsi superiori proponuntur non sunt veræ. Et ex his patet solutio ad rationes in contrarium paulo antè adductas. Tandem quia hanc sententiam sustinent Hostiens. *d. cap. quia circa, ad verb. ingressa, & ibi* Ioann. Andr. & Butr. *numer.* 3. Abb. & Alex. de Neuo *numer.* 4. Præpos. *num.* 1. *de cons. & affinit.* Rebuff. *tom.* 2. *constit. reg. tit. de rescript. in præfat. num.* 56. Mil. *in repert. verbo, gratia*, Mascard. *de probat. conclus.* 1128. *numer.* 22. Guttier. *quæst. canon. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 131. & 133. Cordub. *in summ. quæst.* 45. *opin.* 2. *punct.* 1. Petr. Ledes. *in summ. Sacrament.* vbi de matrimon. *cap.* 27. *post* 7. *conclus. difficult.* 4. Eman. Rodriq. 1. *tom. summ. cap.* 238. *num. vlt.* Veg. 1. *tom. summ. cap.* 88. *cas.* 4. quos omnes recensèt, ac laudat Sanchez *d. numer.* 4. *ad fin.* rectè ex prædicta doctrina inferens *numer.* 5. vt cautissimè se habeant Ordinarij, vel Confessores, quibus hæ dispensationes committuntur, dum precum veritatem examinant; nam facillimo negotio decipientur solam causæ veritatem examinantes, neque animaduertentes, an ea vera fuerit tempore datæ, quod necessarium est, ex iuribus, rationibus, & auctoritatibus superiùs adductis.

Suppono tertiò circa tertium, & quartum tempus, de quo suprà initio huius quæstio. nimirum cum alicuius vltimæ voluntatis commutatio fit vel ab ipso superiore, vel commissario ipsius; & cùm impetrans vti vult ea commutatione; duplicem es- 409.
se † dispensationis, atque adeò etiam commutationis vltimæ voluntatis effectum: quidam enim est proximus, nimirum ablatio vinculi legis impedientis rem fieri; alter verò vltimatus, nempe opus illud, ad quod faciendum, vel omittendum conceditur dispensatio, vt matrimonium, non recitare, non ieiunare; seu in quod fit commutatio, vt constructio Ecclesiæ loco hospitalis, celebratio Missarum loco Anniuersariorum. Hic autem vltimatus effectus aliquando est indiuisibilis, hoc est, eius naturæ, vt, licèt ex pluribus partibus constet, ac sit opus successiuum, at commodè diuidi non potest, quale est matrimonium; non enim commodè diuidi potest, vt pro aliquo tempore dispensatus eo vti possit, pro alio non vtatur; idémque dicendum de dispensato ad ordines, maximè sacros, qui iam subdiaconatum vigore dispensationis suscepit; & in casu nostro erit etiam constructio Ecclesiæ, vel hospitalis, aut Capellæ: aliquando verò est diuisibilis, qui commodè diuidi potest, vt dispensatio ad edendas carnes, vel non ieiunandum in Quadragesima, vel ad non recitandum diuinum officium; & in nostra materia commutationis erit eleemosyna pauperum, celebratio Missarum, & huiusmodi. ita in dispensatione distinguit Sanchez *d. disp. 30. num. 6.* quam meliùs explicat *num. 10. & 11.* necnon etiam partim Suarez *lib. 6. de legib. cap. 20. n. 1. & 2.* At in priuilegio propriè sumpto, quod iuri vel communi, vel alicuius tertij derogat, vt docet Suarez *lib. 8. de legib. cap. 30. num. 2. & 3.* Sanch. *d. lib. 8. de matrim. disp. 1. n. 1.* & nos *d. tract. de distrib. quotid. part. 2. quæst. 14. præmiss. 1.* paulo aliter † rem 410.
hanc definire videtur idem Suarez *d. lib. 8. cap. 1. numer. 5. & duobus seqq. & cap. 2.* ex *num. 7.* vbi etiam latiùs agit quomodo priuilegium differat à rescripto, ac dispensatione; de quo postremo nos aliquid inf. *conclus. 4.* qualis saltem fere semper est commutatio vltimarum voluntatum, cùm per eam derogetur iuri communi, vt sup. *ad fin. 1. suppos.* deduximus; atque etiam plerumque iuri tertij, nimirum defuncti, cuius voluntati vtplurimum aduersatur eiusdem mutatio, aut eius, cuius fauorem, & commodum sæpe saltem indirectè, ac secundariò continet voluntas commutanda: in priuilegio, inquam, propriè sumpto, ac rigoroso, vt ipse loquitur, paulo aliter distinguit Suarez *d. cap. 30. num. 3. & 4.* vt aliud sit, quod vno actu consummatur, ac perficitur, quia vel solùm est per modum vnius actionis in concedente priuilegium, cuiusmodi est habilitare personam, legitimare, nobilitare, &c. atque huius generis priuilegium potiùs habet rationem dispensationis: vel ad summum per modum potestatis ad vnum actum; cuiusmodi esset priuilegium percipiendi fructus vnius anni certi beneficij, cùm vacauerit: aliud sit, quod habet tractum successiuum, quia datur per modum potestatis ad successiuè operandum, quale est priuilegium percipiendi decimas in aliena parochia, vel aliquid successiuè omittendum, quale est priuilegium non soluendi propriæ parochiæ decimas. Verùm hæc distinctio Suarez, si rectè, ac diligenter ponderetur, vel coincidit, vel certè optimè se compatitur cum distinctione Sanchez superiùs allata. sicut etiam ad vtramque hanc distinctionem declarandam maximè pertinet illa distinctio, quam post Cyn. Bald. Petr. & alios antiquiores *in l. generaliter, C. de Episc. & Cler.* necnon Boich. & Bellamer. *in cap. etsi Christus, de iureiur.* facit Tiraq. *d. tract. cauſ. cess. limit. 23. num. 3.* causas † alias esse momentaneas, quæ & mo- 411.
mentaneum habent effectum; alias momentaneas, quæ habent effectum successiuum: alias successiuas, quæ & successiuum effectum habent; atque alias denique successiuas, quarum effectus est momentaneus. Iam verò his suppositis ad huius quæstionis conclusiones descendamus.

PRIMA CONCLVSIO. Quando causa, quæ à principio fuit vera, erat impulsiua commissionis commutationis, vel etiam impulsiua ipsius commutationis, † licèt postea cesset, non corruet com- 412.
mutatio,

mutatio, eiúſve commiſſio. ita quoad priuilegium eſt de mente Suarez *d. lib. 8. de legibus, cap. 30. num. 1. & 6.* atque aliorum quos *ibi* recenſet: quoad diſpẽſationem verò eſt de mente eiuſdem *lib. 6.* item *de legib. cap. 20. num. 12.* & expreſsè poſt gloſ. *in cap. decet, verbo, decet conceſſum, de reg. iur. in 6.* & *ibi* Dyn. *num. 3.* Franc. Rip. *in l. ex facto, numer. 15. ff. de vulg. & pupill.* Tiraq. *in tract. cauſ. ceſſant. ceſſ. effect. limit. 1. num. 18.* Couar. *lib. 1. variar. reſol. cap. 20. num. 5. verſic. his breuiter*, & Henriq. *lib. 15. de irregular. cap. 17. in fi.* ttadit Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſput. 30. num. 7.* ſubdens, id probari etiam poſſe ex multis congeſtis per ipſummet Tiraq. *eod. tract. limit. 4. & 12.* ad quas pariter ſe remittit ipſe Tiraq. *d. num. 18.* ſed vterque voluit allegare *limit. 6.* vbi Tiraq. id probat de cauſa ſeu ratione probabili tantùm, non neceſſaria; *& limit. 13.* vbi de occaſione, cuiuſmodi cenſetur eſſe cauſa impulſiua, vt idem *ibi* probat *num. 4.* ad quod etiam facit maximè *limit. 20.* vbi hoc ipſum docet latiſſimè de cauſa remota, non tamen immediatè coniuncta
413. proximæ; vbi etiam fusè tradit, † quando cauſa dicatur remota, ſeu mediata, vel proxima, ſeu immediata; ac per quas dictiones earum altera inducatur. quibus adde ea, quibus Tiraq. *d. limit. 1. à num. 1. ad 17.* latiùs illud generatim confirmat, regulam illam, ceſſante cauſa, non habere locum in cauſa impulſiua. ac de cauſa finali accipienda ſunt omnia iura, vel Doctorum placita, quibus, vel generaliter probatur, ceſſante cauſa ceſſare effectum, relata per ipſum Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſ. in
414. princip. num. 11. cum tribus ſeqq.* vel † commiſſionis, conceſſionis, diſpenſationis, gratiæ, priuilegij cauſa ceſſante hæc omnia ceſſare; prout de commiſſione docet *num. 50 & 73. cum ſeq.* vbi de delegatione; de conceſſione verò, *num. 52.* de diſpenſatione, *num. 91.* de gratia, *num. 116.* de priuilegio, *num. 11c.* Hoc autem maximè verum eſt, retenta ſententia, quam ex eodem Sanchez *d. lib. 8. diſput. 11. num. 17. 18. & 32.* eam comprobante in diſpenſationibus, nos quoque in commutationibus vltimarum voluntatum ſecuti ſumus ſup. *cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 3. & 4.* aſſerentem, taciturnitatem cauſæ impulſiuæ, vel falſitatem circa illam etiam à principio contingentem minimè vitiare gratiam, & conceſſionem; ſed ſolùm vbi taciturnitas, aut falſitas contingat in cauſa finali: quando autem dicatur cauſa finalis, vel impulſiua, & quæ in dubio præſumatur, diximus breuiter *d. concluſ. 3. ad fin.* & quia *ibi* poſt alios pleroſque tenuimus, in dubio præſumi potiùs impulſiuam; †
415. in dubio quoque non ceſſabit effectus cauſa ceſſante, vt in ſpecie tenet gloſ. *d. verbo, decet*, & *ibi* Dyn. *num. 6.* eiúſque Apoſtillator, *ad verb. impulſiua*, vbi alios citat.

SECVNDA CONCLVSIO. Si cauſa finalis commutationis vltimæ voluntatis non omnino ceſſet, verùm adhuc aliquot illius reliquiæ remanent; †
416. non extinguitur ipſa commutatio. Exemplum ſit, ſi ea conceſſa ſit ob paupertatem impetrantis, & hæc non omnino ceſſarit, ſed ſolùm magna ex parte. Probatur nunc concluſio, quia eam in priuilegio tenet gloſ. *d. verbo, decet, ad fin.* & Dyn. *ibi num. 3. & 4.* argum. *l. vnica, §. ſeruus, ff. de quæſtion. l. fin. ff. de decurion. ac l. 2. & 3. ff. rer. amot.* & alij plerique relati à Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſant. limit. 16. numer. 1. vſque ad 8.* vbi id latiùs comprobat. ad quod etiam faciunt, quæ tradit *limit. 15. 17. 22. 30. & 31.* necnon ex Rol. à Vall.
417. *conſil. 52. numer. 55. vol. 2.* multos allegante, † in diſpenſationibus tradit Sanchez *d. diſput. 30. num. 8.* quod probat primò, quia in moralibus non eadem cauſa requiritur, vt primò fiat aliquod opus, & vt permaneat, poſtquam factum eſt; & minor cauſa delideratur ad licitum conceſſionis vſum, quàm ad ipſam conceſſionem; nam facilius ab obtinendo quis reiicitur, quàm ab obtento, *cap. ſuper his, de accuſat.* & multa † impediunt aliquid fieri, 418.
quæ factum non diuimunt, *l. 1. §. 1. ff. ad ſer. & l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. furor, ff. de nupt. l. ſi patronus, ff. de concubin. l. furor, ff. de ſponſal. l. oratione, §. fin. ff. de rit. nupt. & l. 1. §. cæſum, in fi. ff. de poſtul.* necnon *cap. ſi vir, 17. diſt. cap. biduum, 2. quæſt. 6. cap. nos nouimus, 17. quæſt. 2. & cap. ad Apoſtolicam, de regular.* cum ſimil. Secundò, quia decet beneficium conceſſum à Principe eſſe manſurum in quantum fieri poteſt, *cap. ſi cui nulla, de prab. in 6. & d. cap. decet, de regul. iur. eodem lib.* quare in eam partem ſemper inclinandum eſt, vt permanentibus reliquiis cauſæ conceſſionis illius gratiæ, ac beneficij, ipſum quoque permaneat. Id autem extendit *ibidem* Sanchez, quamuis reliquiæ manentes non eſſent ſufficientes ad priorem conceſſionem; quia, inquit, hoc expedit bono communi; tum, vt ſcrupulis obuietur; tum etiam ne beneficia Principis, quæ permanere decet, facilè valore ſuo deſtituantur, atque periculo exponatur valor rei faciendæ virtute illius conceſſionis. & ad hoc etiam applicari poteſt illa iuris regula, quòd factum legitimè retractari non debet, licèt caſus poſtea eueniat, à quo non potuit inchoari; de qua *in l. in ambiguis, §. 1. ff. de regul. iur. & cap. factum legitimè, eodem tit. in 6.* & in
dubio, an ceſſarit omnino cauſa commutationis, † 419.
iudicandum eſt, commutationem eſſe validam: ita in diſpenſatione Sanchez *d. diſput. 30. num. 9.* quia ſtat poſſeſſio pro ipſa vbi ſemel valida fuit; quare valore ſuo ſpolianda non eſt, dum non conſtat, cauſam eius ceſſaſſe: & quia in dubio, an valeat diſpenſatio, iudicanda eſt valida, vt idem probauit *d. diſput. 21. num. 25.* multo ergo magis, quando ſemel de eius valore conſtitit, & ſolum dubitatur, an ceſſarit ob cauſæ ceſſationem.

TERTIA CONCLVSIO. Commutatio vltimæ voluntatis, quæ non deroget iuri communi, aut alterius, ſed ſit mera gratia, & beneficium Principis, aut alterius concedentis; (vtputa ſi diſponens in vltima voluntate poſt diſpoſitionem ſuam addat hæc, aut ſimilia verba; niſi ſuperiori viſum fuerit hoc, quod diſpoſui, in aliud commutare:) proculdubio † non ceſſabit, licèt ceſſet quan- 420.
documque cauſa huiuſmodi commutationis. Probatur, quia ità in huiuſmodi priuilegio, quod eſt mera gratia, & beneficium concedentis ſine iuris communis, aut tertij præiudicio, & proprie beneficium dicitur, iuxta per nos adducta *d. tract. de diſtribut. quotid. part. 2. quæſt. 14. in 1. præmiſſ.* quòd nimirum numquam ceſſet ex eo, quòd eius cauſa ceſſet, docet, ac probat Suarez *lib. 8. de legib. cap. 30. numer. 2.* quia, inquit, vt tale priuilegium ritè, & licitè concedatur, vel non requirit cauſam, vt aliqui volunt, vel licèt requirat, vt honeſtè, ac prudenter concedatur; (prout ipſe docuit *d. lib. 8. cap. 21. num. 2. & 3.*) poſtquam ſemel facta eſt conceſſio, iam non ampliùs requiritur talis cauſa; quia ſolùm fuit neceſſaria reſpectu voluntatis Principis, vt honeſtè moueretur: voluntas autem Principis ſimpliciter contulit beneficium, & ad hoc habuit legitimam cauſam; & ideo beneficium permanet, etiamſi cauſa ceſſarit: decet enim conceſſum à Principe beneficium perpetuò eſſe manſurum, *cap. decet, de regular. iur. in 6.*

in 6. quod idem de mera gratia dicitur *in d. cap. si cui nulla, de prab. in 6.* quæ regula potiſſimùm locum habet in beneficio puro, & fauorabili, quod ſine conditione, & abſolutè ſit. ſicut eleemoſyna facta pauperi rata manet, etiamſi is deſinat eſſe pauper, & donatio facta amico ſemper durat, licèt amicitia ceſſet. Vnde fit, ad hanc priuilegij amiſſionem non ſufficere, vt ſit talis mutatio cauſæ, quæ mutaſſet voluntatem Principis, ſi tunc eſſet operatura; quia nimirum ceſſante tali cauſa eo tempore, quo conceſſit priuilegium, fortè non conceſſiſſet; vel quia ſi nunc eſſet conceſſurus priuilegium, ſecundùm præſentem rerum ſtatum non concederet; nam hæc conditio non variat priorem voluntatem, quæ abſoluta, & efficax fuit.

QVARTA CONCLVSIO. Quando commutatio vltimæ voluntatis eſt deducta ad conſummatum effectum, ſeu vltimatum actum, qui in vnica actione ſiue concedentis, ſiue impetrantis
421. conſiſtit; † tunc ceſſante cauſa commutationis non ceſſat commutatio. ita expreſsè in quolibet priuilegio tradit Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 30. *num.* 3. & 4. quia, inquit, conſummato effectu iam priuilegium non eſt, ſed tranſiit; vnde non eſt, quod poſſit deſinere ceſſante cauſa. quòd ſi dicas, poſſe retractari effectum, qui per priuilegium factus fuerat; rectè reſpondet Suarez *d. num.* 3. dicendo, effectum non ita pendere à cauſa priuilegij, ſicut priuilegium ipſum, quia priuilegium pendet à ſua cauſa proximè, ac per ſe; effectus verò ſolùm remotè, & per accidens, quatenus ad eſſe priuilegij neceſſaria fuit illa cauſa; vnde non ceſſat effectus iam ſecutus, licèt cauſa priuilegij ceſſet. & confirmat primò *d. num.* 3. quia, ſi vſus priuilegij conſideretur, vt eſt actus præteritus, irreuocabilis eſt; ſi verò ſpectetur effectus, quem reliquit, iam eſt in illo ius
422. quæſitum; (quo caſu † ceſſante cauſa non ceſſat effectus; vt pluribus tradunt Tiraq. *d. tractat. cauſ. ceſſant. limit.* 11. & Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 189. *numer.* 198.) & in eo effectu iam facta eſt talis mutatio, vt non pendeat ex cauſa priuilegij. *numer.* autem 4. idipſum confirmat ſecundò, quia ſi priuilegium conſiſtat in vnica tantùm actione, quam Princeps per ſe facit, vt eſt habilitatio perſonæ, legitimatio, & ſimiles; tale priuilegium potiùs habet rationem cuiuſdam diſpenſationis; (in hoc enim proprie differt diſpenſatio
423. ſpecificè ſumpta † à priuilegio, quòd illa eſt ad vnicum, vel paucos actus, hoc verò ad plures, & eſt permanens, licèt non ſemper perpetuum; vt ſatis probat Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 2. *num.* 10. & ex eo ſuadetur, quòd priuilegium eſt lex priuata, *cap. priuilegia, diſt. 3. cap. Abbate, de verb. ſig.* diſpenſatio autem poſtquam habuit conſummatum effectum, non retractatur quoad eum effectum, etiamſi cauſa mutetur, vt idem Suarez latè probat *lib.* 6. *de legib. cap.* 20. *num.* 2. & 3. idémque ait Suarez *d. cap.* 30. *num.* 4. de priuilegio dante poteſtatem ad vnum actum, quando iam operatum eſt perfectè, & integrè ſuum actum, quia tunc etiam ſe habet, vt diſpenſatio conſummata; quæ eo caſu non ceſſat ceſſante cauſa ipſius; ſicut probat idem Suarez *d. numer.* 2. & 3. vbi etiam idem ſatis oſtendit de diſpenſatione, vel priuilegio ad plures actus, ſeu habente tractum ſucceſſiuum quoad actus iam perfectos, & conſummatos, & quoad hos omnes caſus nulla videtur eſſe poſſe difficultas; tum ex prædictis, maximè quia tunc non tam agitur de ceſſatione priuilegij, aut diſpenſationis, quàm de retractatione actus præteriti iam perfecti, & cõſummati:
424. tum ex illa iuris regula, † factum legitimè non debere retractari, licet caſus ad eum ſtatum deueniat, à quo non potuit inchoari, quæ habetur *in c. cap. factum legitimè, de reg. iur. in 6.* ac *l. in ambiguis, §. 1. ff. eod. tit.* & probatur *in l. sacrilegium, in princ. & l. ſi qua, ff. de rit. nupt. cap. neque furioſus, 32. quæſt. 7. & cap. pen. de eo, qui cogn. conjung. ux. ſua.* tum denique quoniam communis, & verißima eſt illa concluſio, quòd † effectus cauſæ iam conſummatus, & perfe- 425.
ctus non ceſſat ceſſante cauſa, vt patet ex iuribus allegatis, & Doctoribus relatis patiter, & probatis inter cæteros à Dec. *in cap. qua in Eccleſiarum, col. 7. de conſtit. cap. cum ceſſante, col. 1. de appell. & l. 1. num.* 79. *ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.* Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſan. limit.* 12. *a num.* 1. *vſque ad* 17. & Menoch. *tract. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 189. *num.* 197. Ad *l. ex facto*, quæ obſtare videtur, reſpondebimus infr. hac eadem concl. *limit.* 1. atque interim hîc dicimus, ibi non agi de effectu plenè conſummato, ac perfecto, neque de vltimato, ſed potiùs proximo, & immediato.

Ampliatur verò hæc concluſio primò, vt locum habeat non ſolùm in effectu omninò conſummato, ſed † & inchoato, qui habetur pro perfecto; vt per 426.
text. *in l. cùm autem, §. infecti autem, ff. de aur. & arg. leg.* tradit Franc. Curt. iun. *in l. more, num.* 12. *ff. de iuriſd. omn. ind.* quem refert non omnino diſſentiens Tiraq. *d. limit.* 12. *num.* 19. ad quod etiam faciunt, quæ idem adducit *ibi num.* 19. & 20. necnon *de legib. connubialib. gloſ.* 2. *num.* 7. quamuis hæc ampliatio non tranſeat ſine difficultate, per ea, quæ idem allegat poſt *d. num.* 7. & nos dicemus inf. *limit.* 1. præcipuè per *l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Secundò ampliatur, vt procedat etiam in effectu non conſummato, ſed † qui habet conſequentiam ab 427.
ipſo actu perfecto, & conſummato: hic enim actus quoque non ceſſat ceſſante cauſa illius actus principalis iam conſummati; vt per text. *in l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* tradit Imol. *in l. pluribus, §. & ſi placeat, verſic. circa tertium membrum, ff. de verb. oblig.* & Tiraq. *d. limit.* 12. *num.* 22. Idem etiam ſenſit Suarez *d. lib.* 6. *de legib. cap.* 20. *n.* 3. dum ait, effectum etiam permanentem, ſiue irreuocabilem, vt eſt matrimonium, profeſſio, & ordinis ſuſceptio, quoad vſum quoque eius, ſiue etiam reuocabilem, vt eſt alienatio rei, & alij cõtractus; nõ reuocari, aut ceſſare ceſſante eius cauſa. & quidẽ quoad alienationem rei Eccleſiaſticæ † eſt optim. text. *in* 428.
cap. ad aures, de reb. Eccleſ. non alien. vbi læſio in huiuſmodi contractu Eccleſiaſtico, & valor rei attenditur reſpectu temporis, quo is celebratus fuit; ita, vt, licèt poſtea valor creuerit, non ideo contractus reſcindatur, vt ex eo text. communiter tradunt *ibi* Doct. idémque in profanis, vt in æſtimanda læſione, & rei valore attendatur tempus contractus, conſtat ex *l. 2. & l. ſi voluntate, C. de reſcind. vendit.*

Ampliatur tertiò, vt, quando ille vltimatus effectus, ad quem deducta eſt commutatio vltimæ voluntatis, quamuis diuidi poſſit, non tamen poteſt commodè; † is non renocetur etiam quoad actus 429.
futuros, licèt omnino ceſſet cauſa finalis commutationis. ita in diſpenſatione ſatis ſentit Suarez *d. num.* 3. dum exemplum affert in vſu matrimonij. expreſsè verò in diſpenſatione docet Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 30. *num.* 10. quòd hanc eſſe diſpenſantis, aut diſpenſationem committentis mẽtem iure optimo præſumatur, ne ex diſpenſatione grauia mala oriantur; ſi enim, exempli gratia, is, qui virtute diſpenſationis in voto caſtitatis ex iuſta cauſa obtentæ iniit matrimonium, teneretur poſtea ceſſante cauſa ſeruare votum in quantum poteſt, nempe non petendo debitum, vel deberet diſcedere ab vxore,

id esset cum magno illius, ac filiorum detrimento, & aliorum scandalo; vel si in matrimonio permaneret, esset cum magno animæ periculo. Similiter quando irregularis ex iusta dispensatione ad omnes ordines obtenta recepit subdiaconatum; si cessante tunc causa dispensationis, ea cessaret, nec posset ad vlteriores ordines ascendere, cogeretur ad rem valde difficilem, cùm iam ligatus sit, nec retrocedere valeat alio statu assumpto.

Limitatur nunc prædicta conclusio primò, nisi commutatio ipsa, vel eius effectus haberet expressam, vel tacitam illam conditionem, subsistente,
430. seu durante tali causa: nam tunc † cessat etiam quoad actum præteritum, & consummatum; quia tunc tamquam pendens quoad sui reuocationem, aut subsistentiam, & durationem à futura conditione, non dicetur omnino consummatus, & perfectus etiam quoad essentiam. Hæc limitatio probari potest ex text. *in d. l. ex facto, ff. de vulg. & pupill.* vbi priuilegium datum ad substituendum pro filio amente non solùm dicitur cessare cessante causa amentiæ quoad futurum vsum, sed etiam retractari quoad iam factum; quia filio amente ad mentem restituto dicitur euanescere substitutio iam facta; eaque ratio redditur, quia iniquum incipit esse priuilegium Principis, si adhuc id valere dicamus; auferet enim testamenti factionem homini sanæ mentis: nam, vt rectè ait Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 30. num. 5.* effectus, de quo *ibi*, non fuit plenè consummatus, quia semper erat in fieri, & pendens à futuro euentu; nondum enim substitutus successerat; (atque adeò neque etiam fumus in vltimato effectu;) & substitutio includebat eandem conditionem, quam priuilegium, scilicet, nisi filius habere posset heredem, seu durante amentia, vt *ibidem* latiùs declarat. Probari etiam potest hæc limitatio ex *cap. cùm M. Ferrariensis, de constit.* vbi taxatio numeri Canonicorum habet tacitam conditionem, nisi excrescât facultates Ecclesiæ, quibus excrescentibus frangitur numerus. quomodo autem huic non repugnet text. *in cap. fin. de verb. sig.* & de tota hac re diximus *quæst. 4. concl. 2. & 3. huius cap.* vbi de conditionali commutatione, & dicemus *cap. 10. & 12. quæst. 8.* Secundò limitatur; (& hæc limitatio maximè confirmat præcedentem, eique similis est;)
431. in causa essendi, hac enim cessante † cessat effectus reuocabilis etiam præteritus, & consummatus; vt ex Bald. *in cap. etsi Christus, col. vlt. de iureiur.* allegante Io. Menoch. *in procem. sexti Decretal.* tradit Tiraq. *d. limit. 12. num. 23.* quod latiùs confirmat *limit. 27. num. 3. cum seq.* vbi post alios docet, causam fiendi esse efficientem, & finalem, causas autem essendi fore materialem, & formalem, *& limit.*
432. 40. eadémque *vltim.* Limitatur tertiò, vt † cessante causa quamuis efficiente, quæ non solùm producit, sed & conseruat, tunc cesset quoque effectus etiam vnicus, sed continuus, ita post Bellam. *in cap. post translationem, col. 4. de renuntiat.* ad id allegantem *l. vlt. in 2. respons. ff. vnd. lib. l. 1. in fin. ff. vnd. legit. l. non tantùm, §. si emancipatus, il 2. ff. de bon. poss. cont. tab. l. tutelas, ff. de capit. diminut. & §. vlt. Inst. de legit. agnat. succes.* docet Tiraq. *d. limit. 27. num. 6. ad fin.* & post alios *limit. 35. per tot.* Limitatur denique,
433. † nisi effectui momentaneo præterito superueniat causa eum infirmans; vt per text. *in l. si quis heredem, C. de instit. & substit.* voluit Bald. *in cap. quem admodum, col. 2. de iureiur.* & Francis Ozet. *in §. supradicta, num 18. Inst. de milit. testam.* quos refert, ac sequitur Tiraq. *d. limit. 12. num. 24.* seu, quod idem est, vbi superueniat causa retrò contraria remouens effectum iam consummatum, & in esse productum; tunc enim cessat effectus etiam consummatus, & perfectus. verbi gratia, grauamen est causa appellationis, & ea quidem in esse producta statim, ac interposita fuit; & tamen reuocato, & ita cessante grauamine cessat appellatio: prout hanc limitationem his fermè verbis ponit Tiraq. *d. limit. 12. num. 25.* per text. *in cap. cum cessante, & ibi* Bald. *in 4. notab. de appell.* eadémque, meo iudicio, est cum ea, quam clarioribus verbis, licet et obscura visa sint, ponit idem Tiraq. *eod. tract. caus. cessant. limit. 34.* ex Salic. post Iacob. Butrig. *d. l. generaliter, oppos. 3. C. de epis. & Cler.* vt quando defectus finalis causæ, seu finis est ordinatus ad impediendum effectum ex tunc, & retrò; tunc cessante ea causa hauddubiè cessat effectus, ex *l. pro parte, ff. de seruit. legat. l. 3. §. adeò, ff. de lib. agnosc. & l. Vranius Antonius, §. & quidam si vnus, versic. vt quemadmodum, vel potius, in princ. vers. sed cùm duo*, ibi, vt quemadmodum, *ff. de fideiuss.* &, si benè perpendantur hæc verba, optimè adaptantur decisioni text. *d. cap. cùm cessante.*

QVINTA CONCLVSIO. Quamuis, vbi mandatum, seu facultas commutandi vltimam voluntatem concessa fuit ex legitima causa tunc existente, si causa cessauit ante executam à commissario commutationem, † esset etiam vsus talis fa- 434.
cultatis; nec possit ex vi illius, commutatio actualis validè, ac iustè fieri: si tamen causa rediret, etiam commutatio posset concedi. Prior pars conclusionis probatur. Nam, licèt contra illam sentire videatur in dispensatione Rebuff. *tom. 2. constit. reg. tit. de rescript. in præfat. num. 56.* Mascard. *de probat. concl. 1128. num. 22.* & Eman. Sà *in sum. verbo, gratia, num. 6. & 10.* pro quibus facit text. à contrario sensu *in cap. quia circa, de consang. & affin.* vbi ponderat text. dispensationem, in qua proles habita allegata est, fuisse surreptitiam, quia tempore impetrationis mortua erat; quasi secus fuisset, si tunc proles vixisset: eam tamen in dispensatione tenet Suarez *d. lib. 6. de legib. cap. 20. num. 13.* & Sanchez *d. lib. 8. de matrim. disp. 40. num. 12.* Mouetur autem Suarez, quia talis dispensatio in eo casu non esset iusta; quoniam cùm per mandatum dispensandi non sit facta dispensatio, vt mox ostendemus, si postea fiat, iam, non existente causa iusta, fit indebito modo, & sine legitima causa: & cùm id sit contra intentionem delegantis, seu committentis, ac formam mandati, erit nulla ex defectu potestatis; in rescripto enim commissionis, vel apponitur clausula, *si preces veritate nitantur*, vel certè subintelligitur, iuxta *cap. 2. de rescript.* Sanch. verò mouetur primò, quia dispensatio, dum est in fieri, ac nondùm consummata, cessat cessante omnino causa finali, dicens in eo omnes fermè Doct. concordare, vt patet ex relatis ab eo *num. 13.* & à fortiori ex allegatis *num. 14.* At huiusmodi mandatum, & facultas dispensandi † non habet vim 435.
veræ, & consummatæ dispensationis, donec commissarius dispenset, vt bene reprobato Præposito contrarium sentiente *in d. cap. quia circa, num. 2. de consang. & affin.* & allegante pro se Io. Andream, tuentur Paris. *cons. 57. num. 53. vol. 4.* Put. *decis. 256. num. 1. lib. 1.* Couar. id latiùs probans, & dicens Io. And. non sensisse contrarium, *in 4. Decretal. 2. part. cap. 6. §. 9. num. vlt.* Nauar. *cons. 7. in fi. de consang. & affin. cons. 18. in fi. de temp. ordin. & cons. 3. num. 2. de fol. presbyt.* in 1. edit. Mandos. *in prax. signat. tit. de dispensationib. vers. dispensatio, & mandatum*, Galleg. *de cognat. spirit. cap. 23. num. 2. & cap. 24. num. 17.* & Eman. Rodriq. *1. tom. sum. cap. 238. num. 7.* in 1. edit. Secundò, quia mandatum cessat † cessante causa illius finali, vt probat text. *in cap. si pau-* 436.
per, de

per, de prab. in 6. & docet ibi glos. *verb. cesset*, ac Gemin. *notab.* 3. & Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſant. num.* 180. Neque obſtat text. *d. cap. quia circa*, dum ibi ponderat, eſſe ſurreptitiam diſpenſationem, in qua falſa cauſa fuerat allegata, proles videlicet; cùm tamen, vt *ibidem* dicitur, ante diſpenſationem obtentam vnica filia, quam habebat, viam fuerit vniuerſæ carnis ingreſſa: quaſi contrarium ſentiat text. ſi tempore impetrationis ſoboles extitiſſet, quamuis tempore comprobationis mortua ſit. tum quòd argumentum à contrario ſenſu non procedit, vbi contrarium ex alio iure habetur, vt *in l. 2. C. de condit. inſert. l. fin. §. filij autem familias, C. de bon. quæ lib.* iuncta *l. pen. C. qui teſtam. fac. poſſ.* cum aliis iuribus, ac Doct. ad id allegatis ab Euerard. *in loc. leg. à contr. ſenſ. num. 4. 6. 8. & 9.* tum quòd ille text. ſi rectè perpendatur, loquitur in caſu, quo à Papa ipſo facta erat diſpenſatio, & non alteri commiſſa, atque adeò perfecta erat, & conſummata quoad proximum effectum, qui eſt vinculi relaxatio, vt patet & figuratione caſus, & illis verbis, ante diſpenſationem obtentam, quæ etiam vbi in eo text. facta fuiſſet commiſſio, debent intelligi ſaltem cum prædicto effectu proximo; verba enim cum effectu ſunt intelligenda, *cap. relatum, de cleric. non reſid.* cum ſimil. *ibidem* adductis à gloſ. *in verbo, cum effectu.* Poſtetior pars † concluſ. probatur, quia eam pariter 437.
in terminis diſpenſationis teneat Suarez *d. cap. 20. num. 14.* quia, inquit, ſi ceſſatio cauſæ non fuit perpetua, iam tunc diſpenſatio etiam erit iuſta, vt ex contrario diſcurſu in priori parte facto probari poteſt; ergo nihil eſt, propter quod non poſſit tunc eſſe licitus, & validus vſus prioris facultatis: neque enim per talem ceſſationem cauſæ temporalem omnino extinguitur mandatum illud, ſeu commiſſio, ſed ſuſpenditur, vt exerceri non poſſit, quamdiu ceſſat cauſa; quoniam ea redeunte vera inueniuntur verba reſcripti, & conditio in eo expreſsè, vel tacitè contenta, *ſi preces veritate nitantur.* vnde, licèt in priori tempore non poſſit concedi diſpenſatio, poterit in poſteriori ex vi eiuſdem indulti, quod non poſtulat, vt cauſa illa toto tempore duret, ſed ſolùm, vt ſubſiſtat, quando datur diſpenſatio. Non ideo tamen ſequitur, quòd, licèt in principio, quando fuit petita, & obtenta commiſſio diſpenſationis, cauſa non extitiſſet, ſi ea poſtea exiſtat, cùm datur diſpenſatio, id ſatis ſit ad eius validitatem: nam ſi in principio cauſa non exiſteret, diſpenſatio fuiſſet ſurreptitia, ac ſubinde inualida quoad ipſam delegationem, tum iuxta ea, quæ idem Suarez late tradit *d. lib. 6. cap. 21.* tum quia, vt ipſe docet *d. cap. 20. num. 13.* præſumi non poteſt, Principem velle concedere diſpenſationem iniuſtam, ſeu ſine iuſta cauſa, aut ad hoc dare facultatem; tum denique ex aliis, quibus id oſtendimus ſup. hac ipſa quæſt. *in 2. ſuppoſ.* & conſequenter diſpenſatio poſtea ſubſecuta non poſſet eſſe valida ob defectum poteſtatis in proximo diſpenſante, ſeu commiſſario: ſecus verò eſt, quando narratio in principio fuit vera; nam tunc delegatio valida fuit, & poſtea ceſſante cauſa non extinguitur omnino, niſi cauſa etiam perpetuò ceſſet. Eandem quoque poſteriorem concluſionis partem in diſpenſatione ſatis tenet Sanchez *d. diſp. 30. num. 16.* dum reſoluit, quòd, ſi medio tempore inter conceſſionem Pontificis, vel Pœnitentiarij, & executionem Ordinarij, vel Confeſſoris deficiat veritas cauſæ, at vtroque hoc tempore vera ſit, non corruere diſpenſationem: id autem potiſſimùm aſſerit ob eam rationem, quia, cùm vim ſuam, & valorem habere debeat ex voluntate committentis, & commiſſarij eam exequentis, ſufficit in vtroque eo tempore cauſam eſſe veram, ne ſurreptionis vitio ſubiaceat: ſicut ad hereditatem teſtamentariam exigitur, & ſatis eſt capacitas heredis tempore facti teſtamenti, mortis teſtatoris, & additionis hereditatis; nec de alio medio tempore curatur, vt per text. expreſſum *in l. ſi alienum, §. in extraneis, ff. de hered. inſtit.* docent gloſ. *fin. in l. non oportet ff. de legat. 2.* Sarmien. *lib. 8. ſelect. interpretat. ad eandem l. non oportet, in fi.* Molin. *lib. 3. de primogen. Hiſp. in. cap. 2. num. 18. cum ſeq.* & omnes. magiſque confirmatur ex eo, quod idem Sanchez tradit *eadem diſp. 30. num. 17.* quòd immo etiam, ſi cauſa vtroque hoc tempore verificetur, atque adeò legitimè concedatur diſpenſatio, licèt poſtea hæc deficiente cauſa deficiat, non ita ceſſat, quin poſtea redeunte eadem cauſa, valeat diſpenſatio, ſed ſolùm ſuſpenſus erit eius valor, donec redeat illa cauſa; quia cùm ſemel valida diſpenſatio fuerit, ſolùm cogimur iudicare, mentem concedentis eſſe, vt ceſſante cauſa ceſſet illius vſus, ne illicitus ſit defectu cauſæ, qua honeſtari debet, per hanc ipſam regulam, *ceſſante cauſa ceſſat effectus.* Id autem præterea comprobat Sanchez ex eo ſimili, quod habet Minchaca, hoc eſt, Fern. Vaſq. *de ſucceſſ. progreſ. in præfat. num. 67. cum duobus ſeqq. & lib. 1. controuerſ. illuſtr. cap. 46. num. 3.* dum cenſet, † obligationem legis non omnino extingui 438.
ceſſante cauſa, ſed ſuſpendi, & ſopiri; ac proinde redeunte cauſa reuiuiſcere. Idem quoque ſentit ex his, & aliis comprobans Suarez *lib. 8. de legib. cap. 30. num. 22.* ſed & valde ex eo confirmatur, quod poſt alios tradit Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſ. limit. 17.* ceſſante cauſa non ceſſare effectum, vbi ea cauſa ſolùm ſuſpenditur, non obrumpitur, ſeu extinguitur: & apertiùs *limit. 30.* vbi ex Abb. Panorm. *in cap. Abbate, n. 17. de verb. ſignif.* quem ſequitur etiam Dec. *cap. cum ceſſante, col. 1. verſic. quinto limita, de appellat.* docet, quòd, ſi poſtquam ceſſauit cauſa, ea redeat, redit quoque illius effectus; exemplum ad id afferens † in priuilegio conceſſo alicui Cœnobio, vt 439.
aliud Monaſterium occurrente in hoc vacatione Abbatiæ teneatur eligere in ſuum Abbatem vnum ex Monachis illius Cœnobij: nam, licèt occurrente poſtea prima vacatione non fuerit facta electio Abbatis ex illius Cœnobij Monachis, quia nullus in eo eſſet idoneus, atque adeò ceſſaret cauſa electionis: tamen ſi poſtea tempore alterius ſequentis electionis ſit aliquis idoneus, tenentur eligentes eum eligere vi illius priuilegij, vt voluit *gloſ. fin.* communiter recepta *d. cap. Abbate, arg. cap. quia diligentia, de elect. & l. Attilicinus, ff. de ſeruit. ruſtic. prad.* & quia ceſſante cauſa illa impediente electionem, atque adeò priuilegium prædictum, nimirum defectu perſonæ idoneæ, debet quoque ceſſare effectus, hoc eſt, illud impedimentum, & ſic habere locum ipſum priuilegium; arg. *l. pen. C. de curat. furioſ. cap. prudentiam, §. ſexta, de offic. deleg. & cap. duobus, de ſent. excom.* vbi etiam allegat *cap. pen. & vlt. 15. quæſt. 6. & cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. præb. & Eccleſ. non vacan.* Idem ſentiunt Innoc. Io. And. Card. Flor. & Abb. *d. cap. Abbate*; dum gloſ. fin. *ibidem* tradentem, † deſtructo Mo- 440.
naſterio ceſſare priuilegium illi conceſſum, ita temperant, vt, ſi Monaſterium illud reædificetur, recuperet ſuum priuilegium: eos refert, ac ſequitur Tiraq. *d. tract. in princ. num. 212.* qui poſtea *limit. 23. num. 3. & 9.* nonnulla affert, quæ ad hoc conducunt. facit etiam *d. cap. Abbate, in fi.* vt ſentire videtur *d. gloſ. fin.* & ex eo colligitur, quòd *de* Innoc. III. priuilegium à ſuis prædeceſſoribus Paſchali, & Calixto Cœnobio Sancti Bettini conceſſum, vt ex eo eligerentur Abbas Monaſterij Alciaten. ita interpretatur,

tur, vt Cœnobium prædictum tamdiu hac honoris prærogatiua debeat gaudere, donec ibidem viguerit obseruantia regularis, & idoneæ personæ inueniantur in illo Monasterio, quæ possint in Abbatem assumi. dictio enim, *donec*, *quamdiu*, & similes diuidit tempora, *l. pater Seuerinam, §. fin. ff. de condit. & demonstr.* cum aliis adductis per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 43. *num.* 14. *&* 144. necnon Aug. Barbos. *in remiss. Doctor. de diction. & clauſ. dict.* 76. *num.* 5. *& dict.* 274. *num.* 1.

SEXTA, & postrema CONCLVSIO. Quamuis probabile sit, † cessante causa commutationis 441.
vltimarum voluntatum, postquam commissarius, aut superior commutauit, antequam ea sortiatur effectum vltimatum; vel, si hunc sortita fuit, is commodè diuisibilis est; non cessare ipsam commutationem in futurum: probabilius tamen est, eam in vtroque casu cessare. Quem vtrumque casum coniungo, quia, licèt videatur potius cessare debere, cùm aliquem effectum vltimatum sortita fuit commutatio, quàm, cùm nullum, quia tunc perfecta commutatio iam non est frustrata omnino fine suo; sicut & verba cum effectu accipienda sunt, *d. cap. relatum, de cler. non resid. l. si per alium, §. decere, ff. ne quis eum, qui in ius vocat. est, l. 1. §. hoc autem, ff. quod quisque iur.* cum simil. nihilominus de vtroque casu idem puto iudicandum, sicut etiam rectè vtrumque in dispensatione parificant Sanchez post alios *d. disp.* 30. *num.* 13. *&* 14. & Suarez *d. lib.* 6. *de legib. cap.* 20. *num.* 2. *&* 15. *& lib.* 8. *cap.* 30. *num.* 4. quia commutatio, siue dispensatio, cùm per se durare debeat tamquam gratia, & beneficium Principis, iuxta *cap. decet, de reg. iur. in* 6. *cum suis concord.* & absolutè sine vlla conditione, aut limitatione temporis concessa sit, vt supponimus; parum refert, an nunquam effectum sit sortita, vel cùm aliquem momentaneum iterabilem fuerit sortita, aut successiuum habere cœperit, vlteriore careat, vel in cœpto perdurare non possit. Probatur nunc prior pars conclusionis, quoniam eam in materia dispensationis plerique tenent, quos refert Sanchez *d. disp.* 30. *num.* 13. & sequitur Suarez *d. cap.* 20. *num.* 15. *cum tribus seqq.* nonnullásque ad eam confirmandam probabiles rationes vterque affert; ac præcipuè, quia gratia dispensationis consummatur, ac perficitur in relaxatione legis, seu ablatione vinculi, aut impedimenti per legem introducti; ergo non reuocatur propter cessationem causæ; quia, licèt causa postea cesset, nihilominus dispensatio manet iusta, & valida; ergo & effectus eius permanet, cùm ille effectus non pendeat in suo esse à tali causa: & quia causa cessante non cessat effectus consummatus; Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſ. limit.* 12. & Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 189. *num.* 197. vbi alios allegant. Alterum fundamentum desumi potest ex regula illa iuris superiùs cit. factum legitimè retractari non debere, licèt casus deueniat ad eum statum à quo non potuit inchoari; *cap. factum legitimè, de reg. iur. in* 6. *ac l. in ambiguis, §. non est nouum.* seu *fin. ff. eod. tit.* quam regulam glos. & alij vtrobique intelligunt in facto consummato. ac denique quia per dispensationem obligatio legis extinguitur; nec videtur posse reuiuiscere ex eo, quòd dispensatio tacitam conditionem habeat, durante causa; quia intentio dispensantis est absolutè dispensare; nec tenetur, aut censetur velle præuenire effectus, seu casus contingentes, & accidentarios, sed illud solùm spectat, quòd tempore concessionis habeat iustam causam.

Posterior pars concluſ. probatur tum ex iuribus, 442.
ex quibus generaliter probatur, † cessante causa cessare effectum, vt *in cap. etſi Chriſtus, ad fin. de iureiur. cap. cùm cessante, de appell. l. in omni, ff. de adopt. & l. licet §. ea obligatio, ff. de procurat.* cum aliis ad id allegat. à Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſan. in princ. num.* 11. *cum tribus seqq.* tum quia eam in dispensatione multo probabiliorem asserit Sanchez *d. disp.* 30. *num.* 14. vbi *circa fin.* ad id citat plerosque, & inter hos Tiraq. alios allegantem *d. tract. cauſ. ceſſ. in princ. num.* 91. qui omnes generaliter tradunt, causa dispensationis cessante, cessare ipsam dispensationem: sicut etiam gratiæ, ac priuilegij, & concessionis causa cessante ipsam concessionem, gratiam, ac priuilegium cessare voluerunt relati, ac probati ab eodem Tiraq. *d. tract.* pariter *in princ.* quoad concessionem *num.* 52. quoad gratiam, *num.* 116. quoad priuilegium *à num.* 210. *vsque ad* 220. cum aliis, quos recenset communem asserens Suarez *d. cap.* 30. *num.* 1. qui *num.* 4. *in fine* eam intelligit de priuilegio habente tractum successiuum, & prout respicit vsum futurum; quomodo verè loquitur in priuilegio inter alios Abb. *in cap. suggestum, num.* 5. vbi est optimus text. *de decim.* & in dispensatione Tiraq. *d. tract. in princip. num.* 92. *&* 94. præcipuè per text. & *ibi* glos. *in cap. ex tua, verbo, irritari, de fil. presbyt.* & in aliis dispositionibus post alios *limit.* 4. *num.* 13. *&* 14. *limit.* 12. *num.* 24. *& limit.* 23. *num.* 1. *&* 5. *cum quatuor seqq. limit.* 27. *num.* 6. *& limit.* 34. *circa initium*, iuncto eius fine. præcipuè verò attendenda est distinctio, quam post alios facit Tiraq. *d. limit.* 23. *à num.* 3. *vsque ad* 11. vbi cùm *num.* 3. distinxisset potissimùm ex Cyn. Bald. ac Petr. *in l. generaliter, C. de Episc. & cler.* Boich. & Bellam. *in cap. etsi Christus, de iureiur.* quatuor causas, de quibus nos sup. *suppos.* 3. *in fin.* nimirum quasdam causas esse momentaneas, quæ & momentaneum habent effectum, alias momentaneas habentes effectum successiuum, alias successiuas, quæ habent successiuum effectum; alias denique successiuas habentes effectum momentaneum; *& num.* 4. ex iisdem Doctoribus explicasset, † mo- 443.
mentaneum esse, cuius est esse tempore momentaneo, vt quod momento acquiritur, veluti hereditas, *l. placet, ff. de acquir. hered.* item agnatio, *§. sui autem, Instit. de hered. qual. & differen.* successiuum autem, quod ad suum esse requirit successionem temporis, vt tutela, quæ est ius in successione temporis consistens, & ad sui esse requirit totum tempus impubertatis; (atque adeò est successiua quoad exercitium, & durationem, licèt momentanea quoad acquisitionem, sicut hereditas, vt paulo pòst ex eod. Tiraq. videbimus:) is statim *num.* 5. in primo, inquit, casu, † si causa cesset post completum ef- 444.
fectum, non cessat effectus; vt exempli gratia, cùm agnato defertur certa hereditas, ideo ei sufficit momentanea agnatio tempore, quo quæritur hereditas, quia tunc sumus in causa momentanea habente pariter momentaneum effectum, qui iam completus est, & consummatus; vnde, licèt postea desinat causa, id est, ipsa agnatio, non desinit effectus iam quæsitus, scilicet hereditas iam delata, *l. vlt. in* 1. *respon. ff. vnde lib.* & arg. *l. friendum, §. vlt. ff. qui satisd. cog. & l. cognatis, in* 1. *respon. ff. de reb. dub.* si verò cesset causa ante completum effectum, cessabit effectus, vt docet Tiraq. *ibidem num.* 6. illud asserens exemplum: agnatis defertur hereditas, & tutela; si desinat quis esse agnatus, non habebit hereditates, vel tutelas, quæ postea deferuntur, *d. l. vlt. in* 2. *respon. ff. vnd. lib. l.* 1. *in fi. ff. vnde legit. & l. non solùm, §. si emancipatus, ff. de bon. poss. cont. tab.* In secundo casu causa momentanea, vt agnatio, si cesset ante completum effectum successiuum, vt tutelam, cessabit effectus; ideo, si ante finitam tutelam delatam agnato, ipse capite minuatur, finitur tutela, *l. tutelæ, ff.*

de

de capit. diminu. §. vlt. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. & §. ſed & capitis, Inſtit. quib. mod. tut. finiat. ita Tiraq. *d. limit. 23. num. 7.* ex Bald. *d. l. generaliter, C. de Epiſc. & cler.* poſt quem id intelligit pro tempore futuro; quia adminiſtratio præteriti temporis manet firma, *d. l. tutelæ.* ſi verò ceſſat cauſa poſt huiuſmodi effectum completum, tunc effectus non ceſſat, vt *ibidem* ait Tiraq. ex dictis in primo membro præce-
445. dentis caſus. In tertio caſu † ceſſante cauſa ſucceſſiua, ceſſat eius ſucceſſiuus effectus, vt tradit Tiraq. *ead. limit. 23. num. 8.* id exemplo comprobans abſentiæ reip. cauſa, quæ eſt quid ſucceſſiuum; & excuſationis à tutela, quæ eſt effectus ſucceſſiuus: nam, ſi tutor abeſt, reip. cauſa, excuſatur à tutela quamdiu abeſt; ceſſante autem abſentia ceſſat excuſatio, §. *item, qui reip. cauſa, Inſtit. de excuſ. tut.* & aliis exemplis petitis ex *d. l. generaliter, d. cap. etſi Chriſtus, in fi. & cap. poſt tranſlationem, §. cæterùm, de renunt.* In quarto denique caſu, ceſſante cauſa ſucceſſiua ceſſat quoque illius effectus momentaneus, vt patet, inquit Tiraq. *d. limit. 23. num. 9.* ex Bald. *vbi ſup.* in illa ipſa abſentia reip. cauſa, quæ eſt cauſa dandi reſtitutionem in integrum, ſi abſens læſus fuerit: ideo ea abſentia ceſſante, ſi interim ille lædatur, ceſſat reſtitutio, *l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter, ff. ex quib. cauſ. maior. & l. quod tempore, C. de reſtit. milit.* quod tamen intelligit *ibi* Tiraq. ex eod. Bald. *loco cit.* vt in eo, in quo fuit læſus tempore abſentiæ, non ceſſet effectus, cùm iam is quæſitus ſit pariter *num. 11.* ex ipſo Bald. *vbi ſup.* opinionem illam, quæ habet, ceſſante cauſa ceſſare effectum in his, quæ habent tractum ſucceſſiuum quoad futurum, non autem in his, quæ ſunt momentanea; ita declarat, vt, ſi requiratur, cauſam adeſſe certo, & determinato tempore, ſufficiat eam adeſſe eo tempore, neque ea poſtea ceſſante ceſſat effectus, ſiue cauſa ſit momentanea, ſiue ſucceſſiua; quod & aliis pluribus relatis fusè comprobat idem Tiraq. *d. tract. limit. 4.* ferè per tot. Ex hac porrò diſtinctione ſic declarata conciliari poſſunt prædictæ duæ opiniones inter ſe diuerſæ, vel potiùs aduerſæ, de quibus in vtraque parte propoſitæ concluſ. & præcipuis vtriuſque fundamentis ſatisfieri poteſt; quæ quidem quoad priorem ſententiam Suarez *vbi ſuprà*, & eorum, quos ipſe ſequitur in materia diſpenſationis, & retulimus in comprobatione prioris partis noſtræ concluſ. fundamenta verò poſterioris ſententiæ, cui tamquam probabiliori adhæret, vt diximus, Sanchez *d. diſp. 30. num. 14.* vnde etiam confirmatur præſens poſterior pars noſtræ concluſ. ab eodem Sanchez *ibi* allata ad probandum, ceſſante cauſa priuilegij, ac diſpenſationis, & cuiuſuis gratiæ ante illius vltimatum effectum, vel ſi cœpit fortiri effectum, is diuiſibilis eſt, ceſſare ipſam gratiam, in ſumma hæc ſunt. Primum deſumitur ex *cap. generaliter, in princ. 16. quæſt. 1.* ſumpto ex *l. generaliter, C. de Epiſc. & cler.* necnon *cap. nuæ, de cler. non reſid. & cap. Abbate, in fi. de verb. ſig.* ex quibus iuribus colligitur, reuocari gratiam, & priuilegium ceſſante eius cauſa. Secundum ex *l. Vranius, verſ. ſed cùm duo, ff. de fideiuſſ.* vbi dicitur, quandam fideiuſſoris obligationem extingui, & redditur ratio his verbis, vt quemadmodum incipere aliàs non poſſunt, ita nec remaneant. vbi glo. *verbo, remaneant*, inde in-
446. fert, † quod impedit faciendum, deſtruere iam factum; ſe remittens ad ea, quæ dixit *in l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* vbi *in verbo, retinere*, cùm opponat ex ea l. & aliis, multa impedire rem faciendam, quæ iam factam non diſſoluunt: reſpondet, id eſſe verum, quando cauſa impediens eſt efficiens, ſecus ſi finalis: eam enim dicit, ſicut à principio impedit actum faciendum, ita impedire factum, nimirum quoad vlteriorem actum. Certum
447. eſt, quia † facilius tollitur priuilegium, ſeu ius extraordinarium, & ſpeciale, quam ius ordinarium, & commune, *l. cum militis, §. 1. & ibi* glo. *verbo, quocumque modo, ff. de milit. teſtam. l. antiqua, C. ad S.C. Velleian.* cum aliis ad id allegatis à Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſan. limit. 11. in p.* at ius commune ceſſat ceſſante eius cauſa finali, vt ex *l. zaigere, §. quamuis, ff. de inrepar. l. quod actum, ff. ac pati.* & aliis late tradit Euerard. *in loc. à ceſſat. ration. num. 1. cum duobus ſeqq.* & Tiraq. *d. tract. in princ. num. 55. & 130.* cum aliquot ſequentibus. Et confirmatur,
448. quia † lex generalis indulgens priuilegium aliquod ceſſat eius ratione finali ceſſante, vt ex Barboſ. poſt alios multos *l. 1. §. 1. ex num. 85. ff. ſol. matrimon.* id quod etiam conſtat ex *cap. quod pro neceſſitate, 1. quæſt. 1. & cap. quod pro remedio, 1. quæſt. 7.* vbi glo. *verbo, ceſſante*, allegat etiam ad id *cap. de Syracuſana, 28. diſt. cap. quoniam multa, 48. diſt. §. his omnibus, & cap. neophitus, 61. diſt. §. verum, 63. diſt. & cap. ordinationes. 9. quæſt. 1. & in verbo, vrgebat*, citat *l. in omni ferè iure, ff. de adopt. & l. homo liber, ff. de ſtat. hom.* quibus adde *l. in tantum, in princ. ff. de diuiſ. rer. & qualit. l. fœmine, & l. ſenatoris filius, ff. de Senator. ac l. qui tutelã, in princ. ff. de teſtam. tut.* At verò priuilegium lege generali indultum † eſt tamquam fauorabile latè in-
449. terpretandum, vt fusè probat idem Sanchez *d. lib 8. de matrim. diſp. 1. num. 7.* cùm tamen diſpenſatio ſpecialis vti odioſa ſit reſtringenda, *cap. 1. §. 1. de ſil. preſbyt. in 6.* cum aliis per eundem Sanchez adductis *ead. diſp. 1. num. 3.* Si ergo ius commune, & priuilegium ab eo indultum ceſſat eius ratione, & cauſa finali ceſſante, multo magis ceſſabit ius ſpeciale. Quartò, quia actus agentium non operantur vltra eorum intentionem, *l. omnis, ff. ſi cert. petat. cap. quemadmodum, de iureiur.* cum ſimil. at in omni
450. diſpenſatione † intelligitur ea conditio, ſi cauſa permaneat; aliàs iniquus eſſet diſpenſans, ſi vellet ſuam diſpenſationem ad eum caſum extendi, quæ cauſa prorſus ceſſaret: quod confirmatur tum ex text. *in l. ex facto, ff. de vulg. & pupill.* prout eam ex ipſo Suarez ponderauimus *concluſ. 4. huius quæſt. li-*
451. *mit. 1.* tum quòd paria ſunt † nullam ab initio fuiſſe cauſam, & fuiſſe aliquam, ſed illam omnino finitam eſſe, vt patet ex *l. 1. ff. de condict. ſin. cauſ. & l. nihil intereſt, ff. de nautic. fœn.* docentque Afflict. & gloſat. cuiuſdam conſtit. Siciliæ, quos refert, ac ſequitur Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſ. in princ. num. 14.* at quando à principio nulla adeſſet cauſa, diſpenſatio irrita eſſet, vel ſaltem illicita, iuxta ea, quæ ex Suarez, ac Sanchez tradidimus, hinc inferentes ad commutationem vltimarum voluntatum, ſup. *cap. 6. quæſt. 1. concl. 2.* ergo eodem vitio afficietur, ſi, ceſſante poſtea cauſa, diſpenſatio, ſeu alia gratia permaneat: non eſt autem credendum, velle diſpenſantem peccare, intendendo, vt diſpenſatio vim habeat in caſu, quo irrita ea eſſet, aut illicita; omnis enim præſumptio capienda eſt, qua delictum excludatur, *l. meritò, ff. pro ſoc.* cum aliis adductis per Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 2. num. 1. vſque ad 23.* & quilibet, nedum Superior, bonus præſumitur, *l. cùm pater, §. rogo, ff. de legat. 2. cap. 1. de ſcrutin.* cum aliis allegatis à Menoch. *d. lib. 5. præſumpt. 1. num. 15. cum trib. ſeqq.* Quintum fundamentum ſumitur ex eo, quod tradit Dec. *in l. in ambiguis, §. non eſt nouum, num. 3. ff. de regul. iur.* poſt Bart. *d. l. Vranius, §. ſeu verſ. ſed cùm duo, col. 1.* per illum text. *ff. de fideiuſſ.* legitimè factum † retracta-
452. ri, (intellige quoad futuros actus,) quando res deuenit ad talem caſum, quòd cauſa finalis deficeret.

Tandem,

Tandem, quia abſurdum videtur, vt is, cum quo eſt legitime diſpenſatum ad eſum carnium tempore vetito ratione debilitatis dubiæ, & quæ ex ſe non excuſabat ſecluſa diſpenſatione, poſſit eis veſci, ſi integram etiam miraculosè ſanitatem recuperaret. Hæc ſunt præcipua fundamenta, quibus nititur opinio, quam potiſſimùm in diſpenſatione, ac priuilegio ſequitur Sanchez *d. num.* 14. & contra quam in diſpenſatione tenet Suarez, quarto, & poſtremo fundamento ſatis congruè reſpondens *d. lib.* 6. *de legib. cap.* 20. *num.* 15. 16. *&* 17. iuncto *num.* 18. & in priuilegio admittit *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 30. *num.* 1. *&* 4. iuncto *num.* 15. vbi cauſa ceſſet contrariè, vt mox explicabimus; pro ſe adducens cætera ferè omnia prædicta fundamenta à Sanchez *d. num.* 14. & à nobis paulo antè adducta.

Sed quoniam vtraque opinio habet pro ſe & auctores, & congruas, atque vrgentes rationes; & illa ſemper probabilior ſententia cenſetur, & amplectenda eſt, † quæ diſcordantes rationabilis alicuius diſtinctionis fœdere conciliat, vt probat text. *in l. adeò*, §. 1. *ff. de acquir. rer. domin. cap. ſuper litteris, de reſcript.* cum aliis iuribus, & auctoritatibus, quibus id latè comprobant Contard. *in repet. l. diffamari, quæſt.* 18. *num.* 114. *C. de ingen. & manum.* Rip. *in l. ita ſtipulatus, num.* 6. *ff. de verb. oblig.* & Ant. Mar. Corat. *in tract. de commun. opin. lib.* 1. *tit.* 6. *inſpect.* 5. *num.* 80. *cum tribus ſeqq.* vbi hanc dicit eſſe omnium receptiſſimam & veriſſimam opinionem. Ideo præter eam diſtinctionem, quam paulò, poſt initium confirmationis poſterioris partis huius concluſionis attulimus ex Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſ. limit.* 23. *à num.* 3. *ad fin.* aliam hìc ſubiiciemus ex Suarez, vt candidus lector vel alteram eligat, vel hanc ſic ad illam dirigat, & vtramque coniungat, vt primum huius membrum in illam diuidat, ac diſtribuat. Igitur Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 30. *num.* 6. *&* 7. loquendo de priuilegio præſertim habente tractum ſucceſſiuum ita diſtinguit. Cauſa priuilegij poteſt ceſſare † vel contrariè, quando vſus priuilegij propter mutationem materiæ, vel circumſtantiarum factus eſt iniuſtus, vel iniquus: v. g. ſi Monaſterio applicata eſt pars decimarum alicuius Eccleſiæ, quia tempore conceſſionis ex reliquo poterat Eccleſia ſuſtentari; poſtea verò mutatis rebus non poteſt ſuſtentari, ſi tota illa decimarum pars ei ſubtrahatur; dicitur tunc ceſſare cauſa priuilegij contrariè: idémque ob eamdem rationem erit, ſi per priuilegium aliqua perſona, vel Eccleſia eximatur à ſolutione decimarum alteri Eccleſiæ, quibus tunc ea non indigebat, pòſt verò iiſdem egere cœpit: negatiuè autem tantùm ceſſabit, quando ratio, quæ induxit Principem ad concedendum priuilegium, iam non ſubſiſtit; ſed tamen vſus priuilegij non eſt iniuſtus, nec per ſe contra aliquam virtutem; vt ſi Monaſterio datum ſit priuilegium non ſoluendi decimas propter indigentiam, & ſolùm ceſſet eiuſdem indigentia: vel ſi alicui conceſſum ſit priuilegium retinendi plura beneficia ſimul, quia neutrum ſufficiebat ad ſuſtentationem; & deinde vnum beneficium augeatur in reditu, ita, vt fiat ſufficiens ad ſuſtentationem. Hoc poſito Suarez *d. num.* 6. admittit, † quòd ceſſante contrariè cauſa priuilegij, ceſſet ipſum priuilegium; quia priuilegium de re illicita nullum eſt; ergo priuilegium, cuius vſus factus eſt illicitus, factum eſt nullum: quia quoad hoc eadem eſt ratio de conſeruatione, quæ de inceptione; neutro enim modo poteſt dari licentia ad illicitum perpetrandum: ſicque habet hìc locum principium illud iuris, † quod peruenit ad ſtatum, in quo incipere non poſſet, in eo remanere non poteſt, de quo *in d. l. Vranius*, §. ſeu *verſ. ſed cùm duo, ff. de ſideiuſſ.* & quod ait gloſ. *in l. patre furioſo, verbo, retinere, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* hoc principium procedere, quando impedimentum eſt ex parte cauſæ finalis; intelligendum enim quoque eſſe, ait *ibidem* Suarez, de impedimento contrario, & tunc deſtrui, quod factum eſt quatenus eſt principium actus futuri, & faciendi, in quo tale impedimentum inuenitur. Deinde id confirmat *ibi* Suarez, quia etiam lex † ceſſat ceſſante contrariè illius cauſa, ſeu ratione, vt idemmet latè probat *d. lib.* 6. *de legib. cap.* 9. præſertim *num.* 2. 3. *ac* 10. *cum duobus ſequentibus*: priuilegium autem eſt quædam lex priuata, *cap. priuilegia*, 3. *diſt. & cap. Abbate, circa medium, verſ. hic autem ſenſus, de verb. ſignif.* & eo mutabilior, quo ſpecialior, vt ſup. *ex l. eius militis*, §. 1. & *ibi* gloſ. *ff. de milit. teſtam.* & aliis deduximus ſup. in 3. fundamento pro opinione Sanchez: quod ideo ſimul cum aliis pro eadem opinione adductis ſolùm probat, cauſa priuilegij, diſpenſationis, aut alterius gratiæ ceſſante contrariè, illius effectum ceſſare; poſtremo excepto, quod peculiarem habet reſponſionem, quam affert idem Suarez *d. lib.* 6. *cap.* 20. *num.* 18. nam diſpenſatio conceſſa ad comedendum carnes tempore Quadrageſimali ob corporis debilitatem, † ideo ceſſat durante eo tempore, ſi cauſa ceſſet etiam negatiuè, quia diſpenſatio illa non eſt talis, quæ ſimul, & de præſenti tota fiat, nam materia eius, hoc eſt, lex ieiunij, & abſtinentiæ Quadrageſimalis, eſt per ſe diuiſibilis: licèt enim hæc lex per modũ vnius concipiatur, reuera virtute multiplex eſt, & ſingulis diebus quaſi nouam obligationem imponit; vnde etiam illius diſpenſatio virtute eſt multiplex, ac pro ſingulis diebus quaſi ſingulæ diſpenſationes conceduntur, & vnaquæque propriam cauſam pro ſuo tempore, ac die requirit; nec ſtatim ab initio aufert totum vinculum legis pro tota Quadrageſima, ſed ſucceſſiuè, prout ſucceſſiuè obligat, ſi eadem ratio excuſationis perſeueret, vt latiùs explicat *ibidem* Suarez. Quamuis etiam dici poſſit, tunc cauſam huius diſpenſationis non ceſſare merè negatiuè, ſed contrariè, quia fit illicitus illius vſus, cùm lex prohibens carnes valentibus ab eis abſtinere tempore Quadrageſimali ſemper loquatur. atque adeò etiam illud poſtremum fundamentum Sanchez confirmat hoc prius membrum diſtinctionis Suarez, quod etiam mirè roboratur exemplo ab eo *d. num.* 6. & nobis paulo antè allato de priuilegio partis decimarum alicuius Eccleſiæ, vel exemptionis ab earum ſolutione conceſſæ monaſterio. nam ideo hoc priuilegium † ceſſat, quando incipit eſſe damnoſum illi Eccleſiæ, quia ceſſat contrariè, & fit illicitum ob damnum ei ſuperueniens; vt eſt caſus *in cap. dilecti filij, de decim.* atque etiam, iuxta gloſ. & Doct. interpretationem, *in cap. ſuggeſtum, eod. tit.* necnon *in cap. pen. de cleric. non reſid. & cap. quid per nouale, de verb. ſignif.* vbi *gloſ. vlt.* alia iura ad id allegat. Quando verò cauſa priuilegij ceſſat ſolùm negatiuè; (quod erat alterum membrum diſtinctionis paulo antè allatæ à Suarez:) tunc ipſe *d. cap.* 30. quoad priuilegium *num.* 6. *&* 7. & de diſpenſatione *num.* 12. ait, † non eſſe id ſufficiens ad hoc, vt ceſſet priuilegium, aut diſpenſatio. Probat autem *d. num.* 7. hanc aſſertionem primò exemplo illius priuilegij non ſoluendi decimas ob indigentiam priuilegiati; ceſſante enim, inquit, ſola illius indigentia, non ideo ceſſat priuilegium, quia nimirum illius cauſa non contrariè, ſed negatiuè ceſſat. cui exemplo non obſtabit text. *d. cap. ſuggeſtum*; dum Pontifex ideo definit, illud priuilegium non ſoluendi decimas eſſe reuocandũ, quia Abbatiæ

Ordinis

453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460.

Ordinis ſuper hoc priuilegiati eſſent augmentatæ, ac poſſeſſionibus ditatæ; nam, vt diximus, cõmuniter *ibi* gloſ. & Doct. reuocationẽ priuilegij tribuunt damno, quod ſuperuenit Eccleſiæ, cui decimæ ſoluendæ erant; & meritò, quia per huiuſmodi augmentum Abbatiarũ, & poſſeſſionũ Ordinis priuilegiati, quæ priùs erant decimales, priuilegium decimas non ſoluendi factum eſt nociuum Eccleſiæ, cui eæ debebantur. præterquam quòd ſuperuenit damnum ſpirituale aliorum, nimirum ſcandalum, cuius *ibi* Pontifex expreſsè meminit, illud quoque pro ratione reuocationis priuilegij aſſignans. ac denique dici poteſt, ex eo textu ſolùm concludi iuſtam cauſam illud priuilegium non ſoluendi decimas, non autem eiuſdem reuocationẽ ipſo iure. optimũ ad id etiam eſt exemplum à Suarez *d.num.*7. & à nobis ſuperiùs allatum, nimirum de priuilegio alicui conceſſo retinendi ſimul plura beneficia, quia neutrum ſufficeret ad ſuſtentationem: nemo enim dixerit, illud priuilegium extingui, ſeu ceſſare, etiamſi vnum beneficium, aut etiam vtrumque in reditu creſcat, & fiat ſufficiens ad congruam ſuſtentationem; non niſi quia cauſa priuilegij huiuſmodi ſolùm negatiuè
461. ceſſet. quod idem dicit *ibi* † de priuilegio ad anticipandum tempus recitandi diuinum officiũ vltra ius commune alicui conceſſum propter nimiam occupationem certi muneris, vt non ceſſet, etiamſi is munus relinquat; niſi in priuilegio dicatur, quamdiu tale munus exercueris, vel quid æquiualens: & de multis priuilegiis Religionum, quæ non ceſſarunt, licèt per temporum varietatem, & morũ mutationem ceſſarint cauſæ, ac rationes, ob quas conceſſa ſunt. Ratio verò, inquit, ibi Suarez, eſt, quia tunc, licèt cauſa ceſſauerit, non eſt factum iniquum priuilegium, aut illicitus, & iniuſtus eius vſus, vt ſupponitur; ergo non eſt, cur priuilegium cenſeatur ſtatim euerſum, ac deſtructum, idque confirmat
462. exemplo legis communis, quia † non ceſſat illius obligatio ex eo, quòd negatiuè tantùm ceſſet ratio eius in particulari; vt idemmet Suarez latè probat *d.lib.6. de legib.cap.*9.*n.*4.7.9. *&* 16. eodem. ſcrò *cap.* 30. *n.*12. *at* 13. illud ipſum confirmat exemplo diſpenſationis feminæ in voto caſtitatis ob periculum incontinentiæ, ita, vt hæc ſit cauſa expreſſa in indul-
463. to, & vnica: nam, † ſi illa poſtea nubat, non modò non obligabitur ad non petendum debitum, etiamſi pro certo ſupponamus, quoad hoc ceſſaſſe periculum incontinentiæ, cui ſufficienter ſubuentũ eſt, ſi ſit in ſtatu, in quo poſſit licitè reddere, quia honeſtæ fœminæ vix ſolent petere; verùm etiamſi iudicetur in ætate, ac diſpoſitione, in qua iam non timet periculum incontinentiæ, poterit iterum licitè nubere; ergo non ceſſat diſpenſatio ceſſante cauſa negatiuè. His verò addi poſſunt tria illa fundamenta, quibus comprobata fuit prior pars concluſ. nam ea optimè concludunt, ad hoc, vt deficiat diſpenſatio, non ſufficere, vt eius cauſa ceſſet negatiuè: quomodo etiam intelligi debet, quod poſt alios tradit Tiraq. *d.tract.cauſ.ceſſ.in princ.n.*220. ad hoc, vt ceſ-
464. ſante cauſa priuilegij, ceſſet ipſum priuilegium, † requiri ſententiam reſciſſoriã. quamuis autem contra hanc doctrinã idẽ Suarez *d. cap.* 30.*n.*8. *cum duab. ſequentib.* nonnulla ſibiipſi obiiciat, quæ nõ parũ vrgere videntur; tamen ea ſatis congruè diſſoluit, ac latiſſimè ſimul, ac ſubtiliter more ſuo *à n.*14. *ad* 20. eum videas, ſi lubet. Illa verò fundamenta, quæ ex Sanch. *d.diſp.* 30.*n.*14. adduximus ſitp. hac ipſa concl. *verſ. ex hac porrò diſtinctione*, cõmodè tolli poſſunt dicendo, prout etiã nõ multo antè admonuimus, inde ſolùm concludi, priuilegiũ, gratiã, diſpenſantionem ceſſare, eius cauſa ceſſante contrariè, non autem ne-

gatiuè dumtaxat, vt ſup. explicatũ eſt ex Suãr. & aliis.

Nunc autem pro declaratione, & cõplemento huius concl. ac ſimul quæſtionis nonnulla hic adnotemus. Et quidẽ primò notandum eſt, quòd, † ſi plu- 465.
res fuerint cauſæ finales commutationis vltimæ voluntatis, quarũ vnaquæque per ſe ſufficeret, vna earum ceſſante, non ceſſat ipſa commutatio; ſufficit enim, quòd vna earũ dutet. patet tum ex eo, quod generatim in quauis diſpoſitione, vt ſatis ſit, vnã ex pluribus eius cauſis per ſe ſufficientẽ durare ad hoc, ne ceſſet diſpoſitio, multis iuribus, Doctoribus, & rationibus allatis cõprobat Tiraq. *d.tract.cauſ.ceſſan. limit.*22. *à n.*1. *ad* 14. ac præſertim *d.n.*1.6.13. *&* 14. vbi tamen *à n.*12. *vſque ad fin.* id multiplicitèr temperat. Tum etiam ex eo, quod præcipuè ex Sanchez *lib.*8. *de matrim. diſp.*21.*n.*42. & Maſcard. *tract. de prob. concl.*325.*n.*3.4.6. *& duob. ſeqq.* qui alios quoque allegant, idipſum latiùs quoad diſpenſationem, & alia teſcripta tradentibus nos in commutatione vltimæ voluntatis docuimus ſup. *cap.*6. *quæſt.*3. *concl.*8. quod, quando copulatiè plures cauſæ exprimũtur in precibus, quæ ſingulæ per ſe ſufficiunt, ſi tempore impetrationis, aut commiſſionis vna earũ dumtaxat ſit veta, non ideo gratia eſt ſurreptitia. Secundò notandum, quòd, † ſi ceſſante vna cauſa finali cõmutatio- 466.
nis, vtputa neceſſitate, alia ſufficiens ſuccedat, quæ illi æquiparetur, vt, exempli gratia, euidens vtilitas; non ceſſet effectus: ita in diſpenſatione poſt Card. Alex. *in cap. quod pro remedio, in fi.*1. *quæſt.*7. tradit Tiraq. *d. tract. cauſ.ceſſan.n.*95. & generatim in quauis diſpoſitione latè docet *eod. tract. n.*184. iuncto *n.ſeq.* nam cùm *d.n.*184. ex text. *in cap.*2. & *ibi* Card. Flor. *in* 3. *not.* Anchar. & Butr. *notab.*1. *de cuſtod. Euchar.* atque aliis iuribus, ac Doctoribus tradidiſſet, neceſſitatis cauſa ceſſante ceſſare quod ob neceſſitatẽ ſtatutum eſt, aut introductum; ſtatim *n.* 185. ſed hoc ait, primò intellige, niſi vtilitas ſuccederet in locum illius neceſſitatis ceſſantis; vt eſt de Monachis ordinandis *in cap. ſunt nonnulli, in fi. & cap. cùm pro vtilitate,*16. *quæſt.*1. & arg. *cap. priſcis,*55. *diſt.* & voluit gloſ. *in cap. in argumentum, in fi. de reg. iur. in* 6. Archid. poſt Vgon. *in cap. ſtatuimus, circa medium*, & iterum *in cap. neophitus, in fi.*61. *diſtinct.* Henr. Boich. *in cap. etſi Chriſtus, col. vlt. de iureiur.* Card. Alex. *d. cap. quod pro remedio,* 1. *quæſt.*7. Hæc ibi Tiraq. licèt autem mox relata eius doctrina, & hoc notabile, quod ex ea confirmauimus, aliquam pati poſſit difficultatem, quoniam neceſſe ſit, vt cauſa narrata in precibus verificetur, & tempore quo Superiori proponitur, & eo, quo ipſe, vel eius commiſſarius examinata precum veritate diſpenſationẽ exequitur; neque cauſa omnino ceſſarit ſaltem contrariè, cùm diſpenſatio aſſequitur ſuum vltimatum indiuiſibilem effectum, vt conſtat ex ſuperiùs in hac quæſt. adductis, ac præſertim *in* 2. *ſuppoſ. & concl.* 2. *&* 4. *cum duobus ſeqq.* ex Sanchez & aliis, & in ſpecie id ipſe concludat *d. diſp.* 30. *n.*12. *in fi. & n.* 15. Tamen præter prædicta, maximè quoque ea doctrina confirmatur tum ex regula ſubrogatorũ, vt nimirum † ſapiant naturam 467
eius, in cuius locũ ſubrogantur; quæ regula habetur *in l.*1. *§. hac actio, & ibi* Bart. *ff. ſi quis teſtam. lib. eſſ. iuſſ. fuer. l. ſi cum, §. qui iniuriarum*, ibique gloſ. Bart. ac cæteri, *ff. ſi quis caut.* cum aliis ad id allegatis ab Euerard. *in loc. leg. à vi ſubrogation. num.*1. *vſque ad* 19. & Ant. Gabr. *commun. concl. lib.*6. *tit. de reg. iur. concl.*2. *à num.*1. *ad* 57. Tum ex regula illa, non referre, quid ex æquipollentibus fiat, de qua *in l. mulier, in princ. ff. ad Trebell. & in l. ſi mater*, iuncta gloſ. *C. de inſtit. & ſubſtit.* & aliis ad hoc allegatis ab Euerard. *in loc. ab æquipollent. num.*1. & multis ſeqq. præſertim verò ea doctrina locum habebit in ſpecie cauſæ vtilitatis

ſubrogatæ in locum neceſſitatis, cùm hæ duæ in iure æquiparentur, vt pluribus oſtendimus ſup. *cap. 6. quæſt. 2. concl. 5.* eáque poſtrema, circa initium:

468. nam, cùm duo in iure æquiparantur, † ab vno ad alterum fit extenſio, quæ alias non fieret, vt patet ex adductis ab eodem Euerard. *in loc. à ration. leg. larg. &c. num.27.* iuncto *num.41. & ſeq.* Ad motiuum autem contrarium reſponderi poteſt, ſatis dici verificari, neque omnino ceſſaſſe cauſam diſpenſationis, cùm aliqua ſufficiens adſit iis omnibus temporibus, dum vel ſubrogata adeſt, vel ea, in cuius locum ſubrogatur, præſertim ſi vtraque à iure æquiparetur, vt dictum eſt. Notandum denique, quòd, cùm dupliciter intelligi poſſit, ceſſare commutationem vltimæ voluntatis ceſſante eius cauſa finali; nimirum†

469. vel ipſo iure, ſeu facto, vel media actione, ſeu miniſterio hominis; (quod ſanè multum intereſt; nam in primo caſu erit commutatio ſtatim nulla, in poſteriori erit ſolùm retractabilis, & requiret hominis ſententiam retractantem, interim autem erit valida, prout in priuilegiis adnotauit Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 30. num.21.* ex iis etiam, quæ ipſe dixerat de irritatione legum, nimirum *lib.6. cap.6.* cum aliquot ſeqq. ac præcipuè *cap. 9. num. 6. 7. & 12.* & conſtat ex latè adductis inter alios per Tiraq. *in repet. l. ſi vnquam, verbo, reuertatur, de reuoc. donat. à num.266. vſque ad 463.* & ab eo *inibi* allegatos, præſertim verò *num.266. 267. 268. 291. 295. 296. 300. 303. 310. 316. 324. 335. 354. 356. 365. 368. 386. 398. 414. 417. 435. 440. 448. 456. & d. num. 463.*) cùm, in quam, hæc duo ita inter ſe differant, aduertendum eſt, ea, quæ dicta ſunt in hac quæſtione de ceſſatione commutationis vltimarum voluntatũ ceſſante eius cauſa, accipienda ſunt de ceſſatione ipſo iure, & facto: atque adeò retenta illa opinione, quòd propter ceſſationem cauſæ negatiuam non ceſſet commutatio, intelligendum eſt id, vt non ceſſet ipſo iure; prout etiam Suarez *d. num. 21.* admonet, ea, quæ à ſe dicta ſunt de ceſſatione priuilegij ob eius cauſæ ceſſationem negatiuam in eodem ſenſu eſſe dicta, vt non ſtatim ceſſet, ideſt, annulletur, & irritum fiat priuilegium; & hoc etiam ſuaderi rationibus allegatis: cum hoc tamen ſtare, vt priuilegium fiat irritabile per ceſſationem tantùm negatiuam cauſæ, quia ex illa ſumi poteſt iuſta ratio, propter quam priuilegium reuocetur: & de hac irritatione, inquit, loquuntur multa iura allegata, & declarat Dec. *l. in ambiguis, §. non eſt nouum, num.4 ff. de reg. iur.* cui etiam doctrinæ fauent Doct. *ibidem* ab eo relati tradentes,

470. † gratiam, vel diſpenſationem poſtquam ius eſt perfectè, & conſummatè acquiſitum, non ceſſare, licèt illius cauſa ceſſet; vnde idem infert de priuilegio, per quod iam eſt ius acquiſitum, vt, niſi reuocetur, non amittatur propter ceſſationem ſolam cauſæ, niſi talis ſit, quæ vſum eius reddat illicitum: nullũ autem quoad priuilegium citat auctorem; ſed ego reperio Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſan. in princ. n.120.* generatim dicentem, quòd tunc, cùm ceſſat priuilegium, quia ceſſet cauſa priuilegij, requiritur ſententia reſciſſoria, ex Bald. *in addit. ad Io. And. in cap. decet, & ibi* Franc. poſt gloſ. *de reg. iur. in 6.* & quod notatur *in l. quæro, §. inter locatorem, ff. loc at. & in cap. cùm ſecũdùm, de haret. in 6.* & ex traditis à ſe *d. verbo, reuertatur, n.398.* & multis ſeqq. Atque hæc de præſenti quæſt. in qua potuiſſet quoque videri, an ceſſante cauſa reductionis onerũ, veputa certi numeri Miſſarum, ſeu ſuppreſſionis beneficiorum, ceſſet ipſa reductio, ſeu ſuppreſſio: ſed quoniã cõmodior, & magis proprius locus eſſe videtur, vbi de derogatione qualitatũ beneficij, & ſuppreſſione agemus; ideo ad eum lectorẽ remittimus, nimirũ ad *c.10. & 12. quæſt.8. circa mediũ.*

Interim verò ad alias huius cap. quæſt. trãſeamus.

SVMMÆ RERVM.

471. *Reuocatio cõmutationis vltimæ voluntatis à ſuperiore facta alia expreſſa, alia tacita; & n.485.*

472. *Commiſſio cõmutationis vltimæ voluntatis per reſcriptũ iuſtitiæ facta an, & quomodo reuocari poſſit, & quis ſit huius reuocationis effectus, remiſſiuè.*

473. *Commutatio vltimarum voluntatum, quæ ab inferiore ordinaria, vel delegata auctoritate fit, quamuis extraindicialis ſit, poteſt per ſuperiorem reuocari, antequam perficiatur.*

474. *Reuocari poteſt etiam negotiũ extraindiciale; quod proprie nomine negotij venit; num. 475.*

476. *Iuriſdictio reuocari poteſt per eum, qui illam dedit, & ſuperiorem ab inferiore; ita, vt nullus poſtea procedat is, à quo reuocata eſt.*

477. *Reuocatio iuriſdictionis, ſeu negotij, quam ordinarius facit à ſuo delegato, in quo differat ab ea, quã facit delegatus à ſuo ſubdelegato; & n. ſeq.*

478. *Delegatus Papa, aut eius legati non niſi certis perſonis ſubdelegare poteſt; & quilibet delegatus dat iuriſdictionem vti alienam.*

479. *Metropolitanus reuocare non poteſt negotium commutationis vltimæ voluntatis, aut aliud cœptum ab Epiſcopo ſuo ſuffraganeo.*

480. *Legatus Sedis Apoſtolicæ non poteſt ab ordinariis cauſas coram iis pendentes reuocare, ſed ſolum à ſuis Vicelegatis, vel delegatis; n.481. & ſeq.*

482. *Intellectus §. ſi vero iudex, & §. ſi quis autem, in auth. de iudicib.*

483. *Inferior Princips, etiam Præſes, vel Proconſul, ſine Principis licentia remouere poteſt ab eo delegatos, vel Ordinarios conſtitutos; & n. 486.*

484. *Duces, Comites, & Marchiones non habentes iura Principum non poſſunt reuocare cauſas pendentes coram iudicibus Ordinariis, quos cum aliis, vel ad aliorum electionem, ſed quos ſoli, ac liberè conſtituunt.*

485. *Reuocatio negotij alia eſt expreſſa, alia tacita; & hæc duplex eſt.*

486. *Inferior Principe reuocare nequit commiſſionem commutationis vltimæ voluntatis à Principe factam, à ſe verò factam aliquando poteſt.*

487. *Princeps regulariter reuocare poteſt commiſſionem commutationis vltimæ voluntatis à ſe, & à ſuo inferiore factam.*

488. *Commutatio vltimarum voluntatum executa à ſuperiore, vel eius commiſſario, vt omnino perfecta ſit, debet eſſe nota, & acceptari ab eo, ad cuius fauorẽ facta eſt; idemque eſt in priuilegio, & aliis. & quid de iis, quæ ſunt neceſſitatis, vt eſt collatio beneficiorum; n.489. quomodo amẽ haberi debeat hæc notitia; n. 490. & n. ſeq.*

491. *Priuilegium per modum ſtatuti, ſeu conſtitutionis non neceſſariò debet ad ſui perfectionẽ notificari priuilegiato per nuntium, aut ſimilem modum; quod tamen ibidem declaratur, remiſſiuè.*

492. *Acceptatio inducitur ex præſentia cum taciturnitate; & ex petitione eius, quod quis acceptare deberet, aut poſſet.*

493. *Acceptatio vnius, vel plurium, quos gratia concernit, quando requiratur, & an eius, qui inde damnum ſentit; num. 494.*

495. *Priuilegiorum varia genera ſunt, quæ ad duo reducuntur, nimirum dans ius, ſeu facultatem, & ablatiuum oneris.*

496. *Inferior Principe ſupremo nequit regulariter commutationem vltimæ voluntatis ex parte*

concedemus

concedentis completam, & perfectam etiam ex causa reuocare; & num. seq.

497. *Inferiores supremo Principe, neque huius officiales possunt etiam ex causa publica subditum priuare saltem perpetuò re sua. nisi ad id à supremo Principe potestatem accepissent; num. 498. vel nisi illud facerent ad tempus; vel ex causa necessitatis; num. 499.*

500. *Princeps supremus potest ex iusta causa reuocare commutationem vltimæ voluntatis perfectam, & acceptatam; cum aliquot num. seqq.*

501. *Princeps supremus potest ex iusta causa priuare subditum dominio ei quæsito sine iure gentium, siue ciuili. & reuocare priuilegium concessum, aut constitutionem editam in vim contractus; num. 502.*

503. *Princeps supremus potest tollere subdito ex causa priuilegium ei concessum à suo antecessore, aut inferiore. & simplex priuilegium à se concessum potest etiam sine causa, vbi per illud non transferatur aliquod dominium; num. 504.*

505. *Princeps supremus sine causa reuocare non potest commutationem vltimæ voluntatis, aut aliud priuilegium, quod transiit in contractum. nec priuilegium quodlibet cum causa, qua aliunde haberi possit; num. 506.*

507 *Princeps supremus non potest etiam ex causa reuocare priuilegium, & tollere ius tertio quæsitum, nisi data condigna recompensatione.*

508. *Princeps non potest etiam cum causa tollere ius, vel reuocare priuilegium non subditi sine transierit in contractum, sine non; & siue à se concessum, siue ab antecessore. nisi illud esset in notabile detrimentum Principatus; aut reuocatio priuilegij fieret ex causa, ob quam reuocari potest donatio; vel priuilegium consisteret in iurisdictionis concessione; num. 509.*

510. *Dispensatio à superiore facta absque vlla compositione in lege sua, potest sine causa ab eo valide, non tamen licitè reuocari; quòd si data fuit aliqua compositio, ea restitui debet: in lege autem superioris facta dispensatio reuocari omnino nequit absque causa.*

511. *Commutatio vltimæ voluntatis deducta ad vltimum effectum ex parte concedentis, & acceptata in dubio non censetur reuocata; sicut & quodlibet priuilegium; &, si hoc est concessum in vim contractus, eget expressa derogatione saltem generali.*

512. *Mutatio voluntatis non præsumitur, sed potius perseuerantia in ea.*

513. *Ius tertij etiam Princeps tollere velle non censetur, sed rescribere, seu concedere secundum ius commune; & num. 517.*

514. *Priuilegium concessum auferre an sit odiosum, & contra ius commune; maximè vbi concessum sit personis dilectis, ac benemeritis, aut miserationis causa, vel publicæ vtilitatis.*

515. *Mutatio voluntatis non præsumitur etiam post longum tempus: & licèt personæ ipsæ priuilegiatæ variarentur; aut res vbi earum dispositio à duorũ voluntate pendeat; & n. 524.*

516. *Commutatio vltimæ voluntatis licèt mutata sit quoad substantiam, non tamen censetur mutata quoad qualitates.*

517. *Priuilegium non censetur reuocatum per posterius rescriptum etiam verbis generalibus concepsum, quæ in reuocationem sonare videntur.*

518. *Ius tertij, licèt veniret in consequentiam iuris Principis, non censetur ab eo in dubio abla-*

tum. & licèt in rescripto posteriori adsit clausula, ex certa scientia; num. 519. aut hoc sit ad fauorem piæ causæ concessum; num. 520.

521. *Ius tertij, vbi de leui præiudicio agitur, tolli censetur, quando in posteriori Principis dispositione diceretur, non obstante iure hoc præiudicio tertij; & si adiecta fuisset clausula, ex certa scientia, præiudicare velle etiam in magnis censeretur.*

522. *Ius tertij contingens, seu non ordinarium non censetur Princeps tollere nolle.*

523. *Ius tertij tollere velle censetur Princeps, vbi aliàs concessio nihil operaretur; aut constat de eius enixa voluntate præiudicandi tertio; & hæc vnde colligatur.*

524 *Reuocatio commutationis vltimæ voluntatis præsumitur mutatis rebus, vbi ea commutatio à solius commutantis voluntate pendeat; & ibi remissiùs quando ita dicatur mutatis rerum statu, vt liceat alicui a priori voluntate recedere.*

525. *Dispositio reuocata præsumitur, quando disponens aliquem actum ei contrarium facit.*

526. *Prior commutatio vltimæ voluntatis non censetur reuocata per posteriorem alteri concessam, quæ de priori mentionem non facit; idemque est in quolibet priuilegio etiã per legem posteriorem.*

527. *Prior cõmutatio vltimæ voluntatis non reuocatur per posteriorẽ alteri concessam, etiamsi habeat clausulã, ex certa scientia, vel, non obstante.*

528. *Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis non reuocatur per sententiam sequentem, licèt possit aliquando per eam reprobari; & vbi quid differant reuocatio, & reprobatio.*

529. *Priuilegium præcedens speciale an, & quando tollatur per posterius generale, vel contra, non facta prioris mentione; & quid quando vtrumque est generale, vel speciale.*

530. *Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis tribuens etiam solum ius ad rem non tollitur per sequens non facta illius mentione.*

531. *Clausularum quoque derogatoriarum prioris priuilegij mentio facienda est in posterioris impetratione.*

532. *Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis, aut aliud conforme omnino iuri cõmuni, tollitur per posterius nulla prioris facta mentione. & quid de inserto in corpore iuris; num. 533.*

534. *Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis surreptitium tollitur per posterius nulla etiam prioris facta mentione: idemque si prius sit valde vulgare.*

535. *Mentio præcedentis priuilegij pro ea tantùm parte facienda est in posteriori, pro qua hoc illi derogat.*

536. *Priuilegium præcedens tollitur per sequens, in quo de priori alteri concesso saltem in genere cogitatum fuit.*

537. *Clausula generalis*, non obstantibus quibuscumque commutationibus vltimarum voluntatum alteri hac in re concessis, *regulariter sufficit ad reuocationem commutationis alteri antea concessa; & trib. n. seqq.*

538. *Cogitatum fuisse in genere regulariter in quauis dispositione sufficit.*

539. *Clausula generalis*, non obstantibus quibuscumque priuilegiis, *quando sufficiat in derogatione priuilegiorum.*

540. *Expressio triplex, in genere, in specie, & in individuo.*

541. *Commutatio vltimæ voluntatis concessa pia causa*

reuocata non cenſetur per poſteriorem alteri conceſſam, niſi adiecta clauſula illa, non obſtante tali commutatione pia cauſa conceſſa; idémque in conceſſa miſerabilibus perſonis, aut aliàs priuilegiatis, & inſignibus. & quid de contenta in corpore iuris; num. 542. aut habente clauſulam derogatoriam ad futuras commutationes; num. 543.

544. *Commutatio vltimæ voluntatis conceſſa per modum contractus, vel titulo oneroſo, quam clauſulam requirat in diſpoſitione poſteriori, vt ei deroget.*

545. *Reuocatio commutationis vltimæ voluntatis facta per viam legis ſortitur effectum ſuum eo tempore, quo lex ſolet obligare, idémque eſt in reuocatione priuilegiorum, ac lege irritante; quæ non prius obligat, quam irritet; num. 546.*

547. *Lex reuocans priuilegium commutationis vltimæ voluntatis ſortitur effectum poſt promulgationem ſtatim, ac elapſum eſt tempus ſufficiens ad communiter obligandum. & quia ſi communiter ea lex ignoretur, an, & quomodo valeat vſus priuilegij; num. 548.*

549. *Lex non obligat etiam ſcientes ante ipſius promulgationem, & qualis hæc eſſe debeat in legibus ciuilibus, aut particularibus alicuius ciuitatis, prouinciæ, vel parui regni; num. 550. & quid in legibus Pontificiis, aut Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & Conciliorum prouincialium, vel generalium; aut reuocantibus priuilegia; num. 551. & 554.*

552. *Lex regulariter non obligat, niſi ſtatim poſt duos menſes à die publicationis; & quid ſecluſa determinatione temporis à iure poſitiuo, vel Principe, ſeu lege ipſa; & num. ſeq.*

553. *Lex non ligat ignorantes quoad pœnam ſiue ante, ſiue poſt lapſum duorũ menſiũ à publicatione.*

554. *Statutum particulare ligat ſtatim poſt ſufficientem promulgationem ante duos menſes.*

555. *Iuri ciuili ſtandum etiam in foro Canonico, cùm aliquid in materia indifferenti ſtatuitum eſt à iure ciuili, non à Canonico.*

556. *Leges Regum, qui in temporalibus ſuperiorem non recognoſcunt, quando incipiant obligare.*

557. *Lex in quibus caſibus incipiat obligare ſtatim, vel ante duos menſes à publicatione.*

558. *Reuocatio commutationis vltimæ voluntatis facta per reſcriptum, aut priuatam diſpoſitionem, non habet effectum, niſi ad eius notitiam perueniat, cui conceſſa fuerat commutatio; idemque in reuocatione priuilegiorum, gratiarum, indulgentiarum, ac iuriſdictionis. & qualis eſſe debeat hæc notitia; num. 559.*

560. *Intellectus regulæ iuris, omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.*

QVÆRO SEXTO, an commutatio vltimarum voluntatum expiret per eius reuocationem à commutante factam.

Poſtquam in præcedentibus quæſt. huius cap. egimus de extinctione commutationis vltimarum voluntatum quodammodo ab intrinſeco, & ex ſe, ſeu ſponte ſua, hoc eſt, per ceſſationem, ſeu amiſſionem putam eiuſdem, prout reſpectu priuilegij, cui maximè aſſimilatur noſtra commutatio, eas appellat Suarez *d. lib. 8. de legibus, cap. 29. num. 2.* quia ea non procedit ab actione, ſiue mediata, ſiue immediata alicuius perſonæ, quæ in ea commutatione concedenda intercenerit, nimirum vel concedentis, ſeu committentis, ſiue commiſſarij, vel impetrantis: videamus nunc, iuxta ordinem initio huius capitis à nobis propoſitum, de modis, quibus ceſſare, ſeu extingui poteſt per actionem alicuius; & primò de actione Superioris ipſam commutationem reuocantis. Cùm autem hæc reuocatio † 471.
duplex eſſe poſſit, altera expreſſa, nimirum, quæ verbis expreſſis fiat ſiue ſpecialibus, ſiue generalibus; altera tacita, vtputa per conceſſionem alterius commutationis alij, quam impetranti factam, vel actum Superioris incompoſſibilem cum præcedenti commutatione: de hac vtraque reuocatione in præſenti quæſt. agendum nobis eſt.

Et quoniam rarò admodum commutatio vltimæ voluntatis fit, aut committitur per reſcriptum iuſtitiæ, ſeu ad lites, verùm vtplurimum eſt in genere reſcripti gratiæ, & gratia, quamuis in ea committatur examinatio, & verificatio cauſarum in precibus narratarum, aut detur iuriſdictio executoribus pro defenſione illam impetrantis, vt ſatis oſtendimus *cap. 6. quæſt. 3. præmiſſ. 2.* ideo, ſi quando contingat, vt commutatio vltimæ voluntatis per reſcriptum iuſtitiæ committatur, & ſcire quis cupiat, † an, & 472.
quomodo auocari, ſeu reuocari poſſit huiuſmodi commiſſio; & quis ſit huius reuocationis effectus; præter text. & Doct. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ 2. vt lit. pend.* & *cap. vt noſtrum, de appell.* Conar. *pract. quæſt. cap. 9.* Mandoſ *in formul. commiſſ. auocator. & commiſſion. cauſ. cum clauſ. auocator.* Veltr. *in prax. Rom. Cur. lib. 3. cap. 9.* Rebuff. *tom. 1. reg. conſtit. tract. de reuocat. quæſt. 2.* Marant. *in ſpec. aur. part. 4. diſt. 16. & 58. cum duabus ſeqq.* Rob. Lancell. *in tract. de attentat. part. 2. in præfat.* inter recentiores Marcheſan. *tract. de commiſſ. & reſcript. part. 2. in for. commiſſ. auocat. cauſ.* videre poteſt, quæ nos ſcripſimus *in noſtro tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap. 10. eóque vlt. quæſt. 1.* & ad *ibidem* dicta candidum lectorem remiſiſſe ſufficiat. Nos verò hîc agemus de reuocatione commutationis vltimarum voluntatum quatenus quædam gratia eſt, ac præcipuè cùm eſt conſummata, & perfecta.

Præmitto autem primò, † etiam eam commuta- 473.
tionem vltimarum voluntatum, quæ ab inferiore ſiue ordinaria, ſiue delegata auctoritate fit, quamuis extraiudicialis ſit, poſſe per Superiorem, antequam perficiatur, ad ſe auocari in eo ſtatu, quo eſt; nimirum vel vt ipſe eam perficiat, vel vt de eiuſdem iuſtitia cognoſcat, vel vt alij rem committat: ita, vt, ſi inferior poſt notitiam huius auocationis in eo negotio vlteriùs ſe intromittat, nulliter omnino agat, & procedat. Probari autem id poteſt; tum quòd nó eſt aſſignare quoad hoc diſcriminis rationem inter auocationem negotij iudicialis, ſeu cauſæ, & auocationẽ negotij extraiudicialis; cùm in neutro Superior iuri alicuius deroget; vnde † poſſe quoque 474.
extraiudiciale negotiũ auocari; monuimus *d. quæſt. 1. initio.* tum quòd huiuſmodi negotio optimè adaptatur, quod de auocatione cauſæ dicitur *in d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, vt lit. pend.* ibi; nos quicquid ab aliis factum fuit, poſtquam prædeceſſor noſter ad curiam ſuam idem negotium reuocauit, irritum decernimus, & inane. & *d. cap. vt noſtrum, de appell.* vbi Romanus Pontifex Mediolanen. Archiepiſcopo reſcribens ait; Iudicibus deſimus in mandatis, vt, ſi poſt ſecundum mandatũ, per quod totius cognitionem negotij ad noſtrum iudicium reuocauimus, traditionẽ ſigilli dicto N. à te cognoſceret eſſe factam, eam decernerent irritam, & inanẽ; inhibẽtes illi, ne quomodolibet eo vti præſumeret; cùm plus ſit, Romanũ Pontificẽ ad ſe aliquod reuocare negotiũ, quàm quemquã ad eum ſuper aliquo negotio prouocare; præſertim cùm negotij nomine † nõ modò iudiciale, 475.
ſeu

seu causa, vel iudicium, sed etiam extraiudiciale contineatur, vt constat ex *cap. forus, de verb. sig.* & traditis *ibi* per Doct. & Marant. *in Spec. aur. 2. part. princip. à num. 1. ad 14. & part. 5. num. 66. cum duobus seqq.* Tum quòd is, qui dat iurisdictionem, † eam potest quoad vlteriorem illius vsum reuocare ab eo cui illam dedit; sicut & superior à suo inferiore; ita, vt nulliter is deinceps procedat; vt ex *l. cùm prætor, in princip. ff. de iudic.* colligitur, & apertè constat ex *l. iudicium soluitur, ff. eod. tit.* ibi; iudicium soluitur vetante eo, qui iudicare iusserat, vel etiam eo, qui maius imperium in eadem iurisdictione habet: necnon *cap. quamuis, de offic. deleg. in 6.* ibi; si tamen, antequam ille iurisdictione vsus fuerit, commissio huiusmodi per te reuocetur ab ipso, vel eum rebus eximi contingat humanis, causam ipsam resumere poteris. *& in cap. si delegatus, eodem tit. & lib.* non semel supponitur, posse delegatum reuocare vices suas re integra. & hac ratione vtuntur ferè omnes Doct. qui facultatem auocandi ab inferiori, vel suo delegato confirmant; ac præcipuè Couar. *d. cap. 9. num. 1.* inde inferens ad Principem respectu suorum iudicum inferiorum, & Episcopum respectu sui Vicarij. Hoc tamen discrimen est † inter ordinarium auocantem negotium à suo inferiore, cui iurisdictionem dedit, & delegatum, qui illud auocat à suo subdelegato; quòd ille poterit in quocumque statu negotium, seu causam auocare; secus verò est in delegato; nam is, si commisit in totum, & subdelegatus vti cœpit iurisdictione, non potest ampliùs eam reuocare, vt constat ex *d. cap. quamuis*, à contrario sensu, & *ibi* glos. ac Doct. communiter adnotarunt; poterit autem si subdelegatus vti non cœpit iurisdictione, vt in eo text. cauetur expressè; aut si commisit cum clausula, *donec vices suas duxerit reuocandas*, per quam commissionem censetur commissa etiam sententiæ prolatio; nam quoad ea, quæ non sunt per subdelegatum expedita, poterit delegatus suam iurisdictionem reuocare, seu negotium à suo subdelegato auocare; prout satis aperte constat ex *d. cap. si delegatus.* Similiter idem poterit, qui aliquem sibi articulum reseruauit, respectu eius articuli re integra, hoc est, vbi adhuc per subdelegatum expeditus non fuerit, vt sentit glos. recepta *d. cap. quamuis, verbo, in totum*; vnde & ad hunc delegatum, qui sic subdelegauit, non ad primum delegantem appellatur, etiamsi post sententiam fuerit appellandum, vt disponitur *in d. cap. si delegatus, in vlt. respon.* Prædictum verò principale discrimen inter Ordinarium, & delegatum committentem apertè sentit Couar. *d. num. 1.* dum ait, eum, qui liberè iudicare iussit, & cui liberum fuit causæ cognitionem huic, vel illi committere, & iurisdictionem dare, poterit eandem auocare, & quocumque in statu causæ prohibere, quòd iudex ab eo datus de causa illa cognoscat. nam delegatus, † si quidem Pontificis, aut eius Legati sit, non potest, nisi certis personis, causam committere, seu subdelegare, vt habetur *in cap. Statutum, in princip.* iuncto §. *in nullo quoque, de rescript. in 6.* & quilibet delegatus non dat alicui suam iurisdictionem, vt sibi propriam, sed alienam; cùm is vice fungatur delegantis, *l. 1. §. qui mandatum, & l. etsi prætor, ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. l. more maiorum, & l. solet, ff. de iurisd. omn. iud.* idque licèt is delegatus aliàs ordinarius sit, *d. l. etsi Prætor.*

476. 478.

479. † Præmitto secundò, † Metropolitanum non posse auocare negotium commutationis vltimæ voluntatis iam cœptum ab Episcopo suo suffraganeo. Probatur ex eo, quòd idipsum de auocatione causæ coram Episcopo pendentis tradit Couar. *d. cap. 9. num. 2.* illud inferens ex prædicta eius doctrina paulo antè à nobis relata; & confirmans tum auctoritate Rip. id expresse tenentis *in cap. cùm M. Ferrariensis, num. 195. de constit.* tum quòd Archiepiscopus in suorum Suffraganeorum subditos, eorumque causis non habet iurisdictionem, nisi per appellationem, vt *in cap. 1. de offic. leg.* & aliis iuribus per nos allegatis *cap. 5. quæst. 10. in 2. suppos.* quod tamen intellige, præcipuè; nam in aliis quoque casibus posse in subditos Suffraganeorum suorum, & eorum causis iurisdictionem à Metropolitano exerceri, notauit glos. recepta *d. cap. 1. verbo, per appellationem*, ac nos *loc. cit.* remissiuè docuimus: tum denique aliis fundamentis, quæ ipse Couar. allegat *d. numer. 2.* qui *numer. 3. vers. quartò hinc*, ex præmissis deducit, iure Pontificio probari, † Legatum Sedis Apostolicæ non posse ab Ordinariis causas coram iis pendentes auocare; cùm sit, inquit, locus præuentioni inter eum, & Ordinarios, *cap. si à sede, de præb. in 6.* & constat ex traditis *ibi* per Doctor. & allegatis ab eodem Couar. *in Epit. 4. Decretal. 2. part. §. 10. numer. 11.* & nobis *d. cap. 5. quæst. 7. concl. 2.* notánteque expressim Specul. *tit. de legat. §. nunc ostendendum, vers. præmissa*, Abb. *d. cap. 1. num. 4. de offic. deleg.* & *ibi* Sapia post Anchar. *conf. 131.* necnon Gemin. *cap. 1. in princip. de for. compet. in 6.* & Rip. *d. cap. cùm M. num. 195.* Ab iis tamen, quibus ipse tribuit iurisdictionem, vt Vicelegatis, aut aliis suis delegatis, † potest eam auocare; quod etiam ex eo constat, quòd Legati de latere æquiparantur proconsulibus, sicut cæteri Legati præsidibus prouinciarum, vt dicitur *in cap. 2. de offic. legat. in 6.* at verò Proconsul adimere mandatam à se aliis iurisdictionem potest, vt dicitur *in l. solet, §. sicut autem, ff. de offic. procons. & legat.* & quamuis *ibidem* statim subijciantur ea verba; non autem debet inconsulto Principe hoc facere; tamen rectè glos. *ibidem, verbo, debet*, hoc ipsum verbum exponit, ex honestate; prout etiam sumitur *in l. 3. C. de pignor.* dicens, quòd potest tamen illud facere inconsulto Principe, per *d. l. iudicium soluitur, ff. de indic. & §. si verò index, auth. de iudicib.* &c. *collat. 6.* qui tamen §. † non loquitur de iudicibus amouendis, aut substituendis, sed ministrantibus, seu ministris, ac nuntiis publicis. Non leue autem faceßere negotium potest, quod de iudicibus hac in re decernitur in §. statim seq. qui incipit, *si quis autem*, vbi cauetur, quòd, si quis iudicum quauis ex causa remoueatur à iudicando, solus Princeps potest alium subrogare. Verùm respondeti potest, ibi vel non ideo prohiberi, quin possit inferior à Principe ipse resumere causam, quam alteri delegauit; vel loqui Imperatorem de iudicibus à Principe delegatis, vel de ordinariis ab eodem constitutis; quorum neutros † potest inferior ipso Principe, licèt Præses, aut Proconsul, sine Principis licentia remouere, & alios subrogare. & sic quoad hos postremos ea decisio valde fauet priori parti huius posterioris illationis, quam ex præmissis cum Couar. deduximus. Qui quidem *num. 4.* aliam quoque in praxi deducit, ac satis confirmat; nimirum, † non posse Duces, Comites, aut Marchiones, aliósve iurisdictionem, non tamen iura Principum habentes, causas apud iudices ordinarios pendentes auocare, etiamsi ad plebis electionem per ipsum Dominum confirmentur, & constituantur; idque etiam auctoritate Castr. *in l. nemo, C. de iurisd. omn. iud.* quem sequitur Auendan. *in tract. de exequend. mandat. reg. cap. 6. num. 28.* quòd si Dux, Marchio, vel Comes, aut is, qui iurisdictionem habet in oppido, causam

477. 480. 481. 482. 483. 484.

auocare velit ab eo iudice, quem ipſe ſolus, & liberè conſtituit, & cui propriam iuriſdictionem commiſit, & in oppido exercendam; id poterit facere, ait *ibidem* Couar. abſque vlla ſubditorum, & iudicis iniuria, quemadmodum tenuerunt Io. Montag. *in tract. de auctoris. mag. conſil. & ibi* Nic. Boër. *num.* 158. Ang. *d. l. iudicium ſoluitur, ff. de iuris.* & Rebuff. *tom. 1. ad Reg. conſtit. tract. de euocat. quæſt. 5. in princ.* Quæ quidem omnia, &, ſi quæ alia traduntur de auocatione cauſæ, ſeu negotij iudicialis, ſeruata proportione dicenda quoque ſunt de auocatione negotij extraiudicialis, atque adeò etiam commutationis vltimarum voluntatum. ex quibus illud quod initio quæſt. attigimus, prætereundum hoc loco nequaquam eſt, † duplicem eſſe negotij auocationem; alteram expreſſam, quæ verbis expreſſis fit, de qua *d. cap. vt noſtrum, de appellat. & d. cap. Eccleſia, il 2. vt lit. pend.* alteram tacitam: quæ duplex eſt, nimirum, vel cùm Princeps, aliúſve Superior illud alteri committit, vt *in cap. cæterùm, & cap. paſtoralis, §. vlt. de reſcript. cap. ſanè, il 1. & cap. paſtoralis, §. præterea, de offic. deleg.* vel cùm ipſe Princeps, aliúſve ſuperior incipit de ipſo negotio, cauſáve pendente coram inferiore cognoſcere; quam tacitam auocationem agnouit Mandoſ. *in form. commiſſ. auocator. verſ. ſed ſupereſt,* & alij, quos retulimus *d. tract. de Conſeruatorib. iudicib. quæſt. 1. præmiſſ. 2.* vbi, & cæteras ſpecies auocationis attulimus, & explicauimus. quem locum ſimul cum ea ferè tota quæſt. pro hac materia auocationis cœpti negotij videas, ſi iubet. nos verò in hac quæſt. iam propiùs accedamus ad materiam reuocationis commutationis perfectæ, & conſummatæ vltimarum voluntatum: ſi duo priùs videamus; alterum, an mandatum, ſeu commiſſio faciendæ commutationis reuocari poſſit ad effectum, vt ea denegetur, & hoc ſiue commiſſarius iam exequi cœperit ſuam commiſſionem, ſiue etiam nondum cœperit exequi; alterum, an ad prædictam perfectionem, & conſummationem commutationis vltimarum voluntatum, præter eiuſdem commutationis executionem à ſuperiore, vel eius commiſſario factam, citra tamen vltimatum effectum, iuxta duos poſteriores illius ſtatus, quos initio præced. quæſt. conſiderauimus, requiratur ex parte illius, ad cuius fauorem fit commutatio, huiuſmodi gratiæ notitia, & acceptatio: quæ duo ſequentibus duobus præmiſſ. exequemur.

485.

Præmitto igitur tertiò, quòd, licèt inferior Principe † nequeat reuocare commiſſionem commutationis vltimæ voluntatis à Principe factam vllo modo: à ſe tamen factam poteſt aliquando; & Princeps regulariter vtramque, etiam ad effectum, vt eam deneget, hoc eſt, neque ipſe illam faciat; neque alteri committat. Primum colligitur ex *§. ſi quis autem, in auth. de indicib. collat. 2.* prout eum paulo antè ponderauimus; omnino verò idipſum ex eo patet, quoniam nequit inferior ſe intromittere, vbi ſuperior manum appoſuit; vt ex *cap. vt noſtrum, de appell. & cap. Eccleſia S. Mariæ, il 2. vt lit. pend.* colligunt *ibi* Doct. atque alibi ſæpe: nec poteſt alicui auferre gratiam ei à Superiore conceſſam, vt colligitur ex *cap. cum inferior, de maior. & obed. & cap. 1. ac 2. de conſtr. vt. vel innt.* & meliùs ex *cap. ſanè, & cap. cùm ad quorumdam, de exceſſ. prælat.* necnon ex *cap. dilecti, de priuil.* cum ſimil. Secundum probatur. nam, ſi quidem teneatur tunc inferior eam commutationem facere, vt quia adſit cauſa neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis publicæ, aut aliàs ſit debita, iuxta ea, quæ diximus ſup. *cap. 6. quæſt. 3. præmiſſ. 2. poſt medium*, & arg. eorum, quæ dicemus *præmiſſ. ſeq. circa medium*, præcipuè ex *cap. ſi tibi abſenti, de prab. in 6.* tunc multo minùs reuocare poterit commiſſionem alteri à ſe factam de commutando: ſi verò non teneatur eo caſu commutare, poterit huiuſmodi commiſſionem à ſe factam reuocare; quoniam tunc nullam, aut leuem iniuriam, modicúmque admodum præiudicium infert ſiue à ſe delegato, ſiue ei, qui commiſſionem impetrauit; niſi forte iam delegatus vti cœperit iuriſdictione, arg. *cap. quamuis, de offic. deleg. in 6.* iuncto *d. cap. ſi tibi abſenti.* Tertium denique † patet, 487.
quoniam Papa, & Princeps ex certa ſcientia poteſt alicui auferre ex cauſa ius quæſitum ad rem, vt conſtat ex *cap. quamuis, il 1. de reſcript. in 6. cap. ſi is, cui, & cap. pen. de prab.* necnon *cap. fin. de conceſſ. prab. eod. lib.* & *ibi* Doct. *& in l. ſi teſtamentum, C. de teſtamen. & cap. qua in Eccleſiarum, de conſtit.* & alibi ſæpe. atque idipſum etiam confirmatur ex eo, quod de auocatione cauſæ quoad hoc tradidimus *in 1. præmiſſ. ante med.* Pro huius autem, ac duorum præced. præmiſſ. declaratione videri poteſt, quod tradunt Sanchez, & Suarez, quos hac in re non niſi poſt hæc ſcripta vidi, illum *lib. 8. de matrim. diſput. 33. num. 6. & 7.* hunc *tom. 4. diſp. 26. ſect. 3. & lib. 6. de legibus, cap. 15. & cap. 20. num. 5. ac lib. 8. cap. 37. à num. 11. ad 17.*

Præmitto nunc quartò, † commutationem vl- 488.
timarum voluntatum executã à ſuperiore, vel eius cõmiſſario, vt omnino perfecta ſit, habeátque ſuum effectum, requiri, vt nota ſit, vel notificetur ei, ad cuius fauorem facta; atque ab eo acceptetur. Probatur, quoniam ita de priuilegio, (cuiuſmodi eſt commutatio vltimæ voluntatis, vt iam non ſemel docuimus,) quòd ſolùm poſſit ſortiri ſuum effectum à tempore, quo certior de illo fit is, cui conceditur, voluit gloſ. *cap. 1. verbo, vim ſuam habent,* & *ibi* Archid. *num. 3. verbo, facultatem*, Innoc. *num. 6.* Hoſt. *col. 5. de conceſſ. prab. in 6.* & alij plerique relati paſſim, & probati à Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. caſ. 185. num. 30. vſque ad 41.* Suarez *lib. 8. de legib. cap. 25. num. 2.* iuncto *num. 15.* & multis ſeqq. ac Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp., 6. num. 2.* quibus *lib. 4. ſum. cap. 48. num. 2.* addit Vaſquez *1. 2. quæſt. 95. art. 3 diſp. 156. cap. 4. num. 30 & 31.* ita vt hæc communis, ac recepta Doct. ſententia ſit, prout eam appellat Suarez *d. num. 2.* & Menoch. *d. caſ. 185. num. 42.* confirmatur autem id ſum ex text. *d. cap. 1. verſ. ex parte,* vbi expreſsè habetur, priuilegium prodeſſe à die ſcientiæ; & licet id videatur allegatio partis; tamen ſatis approbatur à Pontifice, dum pro ea parte reſcribit, eiúſque rationibus nititur, vt patet ex fine illius text. tum ex *l. qui abſenti, ff. de acquir. poſſ.* ibi; qui abſenti ſeruo ſcribit, vt in libertate moretur, non eam mentem habet, vt ſtatim velit ſerui poſſeſſionem dimittere, ſed magis deſtinationem ſuam in id tempus conferre, quo ſeruus certior factus fuerit. *& l. fin. C. de conſulib. lib. 12.* vbi dicitur, filium egredi à patris poteſtate per illius electionẽ ad dignitatem conſularem illico à litteris præſtitis, hoc eſt, vt *ibi* gloſ. exponit, præſentatis ſibi litteris ſuæ electionis: atque aliis iuribus, quæ probant, requiri acceptationem priuilegiati; vt *cap. ſi tibi abſenti, de prab. in 6.* ibi; ſi tibi abſenti conferatur beneficium, licèt per collationem huiuſmodi, donec eam ratam habueris, ius in beneficio non acquiras; & *in §. generaliter autem*, aliàs *§. illud tamen, verſ. generaliter autem, auth. quib. mod. natur. effic. ſui, collat. 7.* vbi de legitimatione filiorum, quæ quoddam priuilegium eſt, loquens Imperator; generaliter autem, inquit, in omnibus, qui per prædictos modos deducuntur ad legitimum ius, tunc hoc volumus obtinere, dum & filij hoc ratum habuerint. Et quoad ſcientiam,

Digitized by Google

tiam, & acceptationem priuilegiati, quòd ea requiratur, probatur tum ex adductis à Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 26. ex num. 3. ad 23.* tum etiam ratione illa, quam affert Suarez *d. num. 2.* quia ad effectum priuilegij non satis est concessio actiua, sed debet etiam supponi acquisitio passiua, quæ non fit sine voluntate priuilegiandi acceptantis, quia beneficium non confertur in inuitum, *cap. beneficium, de reg. iur. in 6. cum suis concord. ibidem* per glos. & Doctor. allegatis; neque aliquis potens vti voluntate aliquid acquirit non volens; ad voluntatem autem acceptandi necessaria est notitia, quia voluntas non fertur in incognitum: tum etiam illa ratione, quam affert Sanchez *d. disput. 36. num. 2. & d. cap. 48. num.* item 2. quoniam priuilegium est quædam donatio, vt docent Anchar. *d. cap. 1. numer. 6. & ibi* Franc. §. *ex parte, numer. 3. de conces. prabend. in 6.* hæc autem non acquiritur absenti ante acceptationem; ita, vt ante eam reuocari possit; quod ex *l. absenti, ff. de donat. & l. nec ambigi, C. eodem tit.* pluribúsque Doctor. relatis comprobat Sanchez *lib. 1. de matrim. disput. 6. num. 2.* illam subiiciens rationem, quia obligatio non oritur, nisi ex mutuo duorum consensu, *l. 1. ff. de pact.* & in priuilegio, quòd reuocari illud possit ante acceptationem priuilegiati, si de iis sit, quæ pendent ex mera liberalitate concedentis, vt est donatio rei propriæ;
489. licèt secus sit de iis, † quæ ex parte concedentis sunt necessitatis, qualis est collatio beneficiorum, prout post alios declarando tradit Couar. *lib. 3. var. resol. cap. 16. num. 1.* Menoch. *d. cas. 185. num. 46. cum seq.* Gonz. *sup. num. 14.* & Sanchez *d. disp. 36. num. 4.* & quoad secundum est text. *d. cap. si tibi absenti, de præb. in 6.* vbi definitur, beneficium absenti collatum ante eius dissensum, vel lapsum termini eidem ad consentiendum præfixi alteri validè conferri non posse: facitque *cap. gratia, de rescript. eod. lib.* commutatio autem vltimæ voluntatis, siquidem ex causa necessaria, aut ex euidenti vtilitate publica facienda sit, (cui vtrique consulere debet superior ex officio suo, *iur. vulg.*) erit in hoc posteriori, aliàs in priori priuilegiorum genere. & sic habemus primam extensionem regulæ initio huius præmiss. propositæ declaratam. quæ regula ampliatur, seu extenditur
490. secundò, vt † non sufficiat in priuilegiato quæuis notitia priuilegij, sed ei debet notificari per nũtium, vel epistolam eius, qui impetrauit, vel concessit priuilegium, vt sensit Suarez *d. cap. 25. num. 15.* & docet Sanchez *d. cap. 48. num. 3. & d. lib. 3. disp. 36. num. 7.* ex eo, quòd concessio priuilegij est quædam donatio, vt mox dictum est; hæc verò vt efficax sit, & omnino valida, & irreuocabilis, debet intimari per nuntium ad id destinatum, vel epistolam, vt pluribus comprobat idem Sanchez *d. lib. 1. de matrim. disp. 6. num. 3.* sicut & reuocatio delegationis, & licentiæ debet eodem modo intimari ei, cui concessa fuerat, vt ipsemet docet *d. lib. 3. disput. 30 num. 13.* atque eadem ratio idem probat in commutatione, ait Sanch. *d. lib. 4. sum. cap. 48. num. 3.* Id verò intelligendum est quando priuilegium est motu proprio concessum, aut ad alterius, quàm eius, cui conceditur, instantiam: secus si quis per suum procuratorem, vel nuntium illud impetret; tunc enim valet à tempore, quo eius procuratori, aut nuntio intimatur, vt idem Sanchez tradit *d. cap. 48. num. 3. & 7. ac d. disp. 36. num. 6.* & adductis per eum *d. disp. 6. num. 29.* quod idem voluit Vasq. *d. cap. 4. num. 30. & 31.* relatus à Sanch. *d. num. 7.* vbi subdit, quòd tunc ad licitũ eius dispensationis vsum, satis erit, priuilegiatum habere notitiam illius priuilegij ex relatione cuiusuis personæ fide dignæ, etsi non sit nuntius, aut procurator eius, aut concedentis; quoniam à tempore acceptationis per procuratorem, aut eum nuntium, fuit iam satis acceptata per ipsum impetrantem, solaque ad licitum vsum desiderabatur notitia illius, quæ satis habetur à persona fide digna. atque idem prorsus, ait *ibidem* Sanchez, dicendum est de commutatione. Et hæc est prima limitatio prædictæ regulæ. quæ limitatur secundò, vt intelligatur de priuilegiis concessis gratiosè, ac per modum rescripti: secus de
concessis † per modum statuti, & constitutionis; vt 491.
docet idem Sanchez *d. cap. 48. num. 4.* & contra alios defendit *d. disp. 36. num. 3.* Idem sentiunt nonnulli, quos recenset Suarez *d. cap. 25. num. 4.* licèt *ibidem* alios referat contrarium sentientes; quod *num. 5.* confirmat: ipse verò *num. 16.* idem cum Sanchez regulatiter tenet, sed vsque ad *num. 21.* idipsum multis
modis declarat. Limitatur tertiò, quòd acceptatio † 492.
inducitur ex præsentia cum taciturnitate, iuxta *cap. qui tacet, de reg. iur. in 6.* cum aliis adductis per Sanchez *lib. 1. de matrim. disput. 6. num. 11.* & Gonzal. *d. glos. 26. num. 25.* vbi etiam allegat text. *in l. qui patitur, ff. mandat. & l. Paulus, ff. rem rat. hab.* quibus ego addo text. opt. *in Clem. vnic. §. 1. vers. quin etiam, de conces. prabend.* quomodo autem d. regula, *qui tacet*, conciliari debeat cum illa, *id, qui tacet, nec fateri, sed nec vtique negare videtur*, videndum est, quod scripsimus *cap. præced. quæst. 4. ad fin.* ex *d.* verò *vers. quin etiam*, simul habetur alius modus, quo acceptatio inducitur, nimirum ex petitione eius, quod acceptare deberet, aut posset; ibi enim dicitur; quin etiam beneficium, quod acceptare poterat, petendo sibi per suum executorem conferri, aut recipiendo sibi præsenti collatum ipsum ex hoc acceptare, & collationem taliter sibi factam valere
censemus. Quartò limita, vt, † si impedimentum, 493.
super quo facta est gratia, sit alterius tantùm contrahentium, vel vtrique commune, tunc sufficiet acceptatio illius, & horum vnius: si verò in vtroque sit diuersum impedimentum, requiretur vtriusque acceptatio; vt satis probat Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 26. num. 6 & 7.* vbi loquitur de contractu matrimonij; sed eadem est ratio in cæteris. Limitatur denique, vt † non requiratur notitia eius, qui solùm 494.
in consequentiam damnum sentit ex priuilegio; prout ex text. *in cap. 1. vers. dicebat autem, & vers. similiter, de conces. prab. in 6.* Rom. *cons. 330.* Dec. *cap. 2. in 1. lect. num. 42.* & *ibi* Fel. *num. 7.* Mant. *num. 45.* & Menoch. *d. cas. 185. num. 28.* alios allegante, tradit Sanchez *d. disp. 36. num. 5.* ac tandem admittit Suarez *d. cap. 25. num. 30.* sicut de acceptatione, seu consensu docuerat *num. 27.* qui auctor hac in re videndus est *d. cap. 25.* vbi de ea latè differit, di-
stinguendo de variis † priuilegiorum speciebus, seu 495.
generibus, quæ ad duo reducit, nimirum dans ius, seu facultatem, & ablatiuum oneris. quamuis autem *eodem lib. 8. cap. 3. vsque ad 7.* alias pleraque species priuilegiorum referat, ac latiùs explicet; eæ tamen omnes accidentariæ sunt, & ad duas prædictas commodè reducuntur. Iam verò his præmissis, ad concluſ. huius quæst. veniamus.

PRIMA CONCLVSIO. Inferior Principe supremo non potest commutationem vltimæ voluntatis ad vltimum effectum proximum adductam, seu ex parte concedentis completam, ac perfectam, & ab eo cui concessa est acceptatam regulariter etiam ex causa reuocare. Probatur, quia † inferiores 496
à Principe, seu non habentes iura imperij, vel officialis Principis non possunt etiam ex causa publica priuare saltem perpetuò subditum re sua. ita post Fel. *in cap. quæ in Ecclesiarum, vers. quarta declaratio, & seq. de constit.* tradit Anton. Gabr. *commun.*

concluſ. lib. 3. tit. de iur. quaſ. non toll. concl. 2. num. 12. ſic intelligens Loffred. *conſil. 30. num. 7.* Bolognett. *conſil. 6.* Ruin. *conſ. 229. vol. 1. & conſ. 105. vol. 5.* tenentes, Principes inferiores non poſſe priuare ſubditos dominio rerum ſuarum; ſicut glol. *in cap. conſtitutus, verbo, quacunque, de relig. domib.* Iaſ. *in l. Barbarius, verſ. neno facit, ff. de offic. prætor.* Card. *conſ. 85. verſ. at ſuperior alicuius*, Alex. *conſil. 101. verſic. & etiam hoc permittitur, vol. 1. & conſ. 217. verſ. accedit quarto, vol. 2.* ac Paul. Caſtr. *conſ. 34. vol. 2.* aſſerentes, etiam inferiores ſupremo Principe poſſe ex cauſa publicæ vtilitatis perpetuò priuare ſubditum re ſua, intelligit de inferioribus Principibus, qui in ſuis terris obtinent vices Imperatoris, ſeu habent iura Imperij, cuiuſmodi nunc ſunt omnes ferè Duces in Italia. Idipſum quoque, quòd inferior ſupremo Principe, etiamſi ſit Legatus à latere, non poſſit tollere ius alteri quæſitum, latè tradunt Gomeſ. *ad reg. de non tollend. iur. quæſt. 7.* præſertim *num. 5.* vbi ad id allegat Bald. *in l. ſi teſtamentum, C. de teſtam.* Alex. *conſ. 94. incip. conſideratis, numer. 8. verſic. tamen ſecus eſt in inferiori à Principe, vol. 1.* Abb. *conſ. 61. num. 2. & 3. vol. 1.* Fel. *cap. vlt. num. 32. de præſumpt.* Rebuff. *in præx. benef. ad d. reg. Cancell. de iur. quæſ. non toll. gloſ. 6. num. 4.* Dec. *conſ. 288. num. 8. conſ. 292. col. 2. in fi. & conſ. 525. num. 8.* eundem Dec. poſt alios *d. cap. quæ in Eccleſiarum, ante num. 25.*

498. Declaranda verò eſt hæc concluſio, † niſi inferior ab ipſo Principe hanc facultatem acciperet præiudicandi iuri ſubditi ex cauſa; prout quoad ablationem dominij poſt Felin. *d. cap. quæ in Eccleſiarum*, & Marian. iun. *conſil. 121. vol. 2.* declarat Gabr. *d.* 499. *concl. 2. num. 13.* Secundò, quòd † poſſet ad tempus ob publicam vtilitatem ex adductis à Gabr. *eadem concluſ. 2. numer. 7.* Tertiò niſi ſupereueniret neceſſitas ita faciendi; neceſſitas enim non habet legem, *l. aliquando, ff. de offic. proconſ. & leg. & cap. 2. de obſeru. ieiun.* & facit licitum, quod aliàs non eſt, *cap. ſi verò, de iureiur. & cap. quod non eſt, de reg. iur.* cum ſimil. Denique pro limitatione videri poteſt Suarez *lib. 8. de legibus, cap. 37. à num. 11. ad 16.*

500. SECVNDA CONCLVSIO. Supremus Princeps † ex iuſta cauſa poteſt reuocare cõmutationem vltimæ voluntatis perfectam, & acceptatã. Probatur
501. primò, quia Princeps ſupremus † poteſt iuſta cauſa interueniente, puta propter publicã vtilitatem dominium tam de iure ciuili, quàm de iure gentium quæſitum tollere. ita ex *l. Lucius, ff. de euict. l. item ſi verberatum, §. 1. ff. de rei vendic. & l. quod ſemel, ff. de decret. ab ord. faciend.* quamplurimis Doctor. relatis tradit Anton. Gabr. *d. concluſ. 2. num. 1.* idémque ſentiunt plerique ex relatis ab eodem *d. tit. de iur. quæſ. non toll. concluſ. 1. num.* item 1. *& concluſ. 5. num. 38. 41. & 42.* & ij, quos refert, ac ſequitur Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 33. numer. 2.* Secundò, quia idipſum, quòd nimirum à ſupremo Principe reuocari quoad ſubditum ex iuſta cauſa
502. maximè publicæ vtilitatis poſſit, de priuilegio, † quod tranſiuit in contractum, vt quia conceſſum ſit pretio recepto, vel propter obſequium exhibitum, aut exhibendum, multi tradunt laudati à Gabr. *d. tit. de iur. quæſ. non tollend. concluſ. 6. numer. 19.* iuncto *num. 6. cum tribus ſeq.* Sanchez *d. diſput. 33. num. 3.* & Suarez *lib. 8. de legibus, cap. 37. num. 9.* & in conſtitutione, quæ tranſiuit in contractum, vt ex cauſa publicæ vtilitatis reuocari poſſit, latè Gabr. *d. concl. 6. num. 3.*

Ampliatur autem primò, vt etiam poſſit ſupre-
503. mus Princeps ex cauſa tollere ſubdito † priuilegium ei conceſſum à ſuo anteceſſore, vt poſt Affict. *deciſ. 392.* tradit Suarez *d. cap. 37. numer. 11.* aut ab inferiore, vt idem Suarez docet *ibidem num. 17.* Secundò ampliatur, vt † etiam ſine cauſa poſ- 504.
ſit ſupremus Princeps reuocare ſimplex priuilegium, hoc eſt, gratis ſubdito conceſſum, vt poſt alios tradit Anton. Gabr. *d. tit. de iur. quæſ. non tollend. concluſ. 7. numer. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 35. num. 32.* Sanchez *d. diſput. 33. num. 1.* & Suarez *d. cap. 37. num. 7. & 10.* niſi tamen per hoc priuilegium transferretur dominium; tunc enim nequit ſine cauſa reuocari; vt poſt alios tradit Gabr. *d. concluſ. 7. num. 3. cum duobus ſeqq.* Sanchez *d. diſp. 33. num. 2.* & Suarez *d. cap. 37. num. 7. & 8.* ſentiúntque alij relati, & probati ab eodem Gabr. *d. tit. de iur. quæſ. non tollend. concluſ. 1. num. 1. verſic. contrarium tamen, & num. 2. 3. & 5. cum tribus ſeqq. num. 10. ac 17. verſ. contrarium Bald. & numer. 18. 20. ac 32.* necnon *concluſ. 5. ferè* per totam, præſertim *num. 28. 33. 35. 36. 37. & 41. verſ. contrarium.* Et ex hoc poſſumus colligere primam limitationem propoſitæ concluſ. ac regulæ, vnde illa probatur. Secunda limitatio eſſe poteſt illa, quæ colligitur ex ſecundo fundamento præſentis concl. vt ni-
mirum † priuilegium, atque adeò commutatio vl- 505.
timæ voluntatis, quæ tranſiuit in contractum, iuxta exempla *ibi* tradita, reuocari nequeat à Principe ſine cauſa; vt plerique voluerunt, quos referunt, ac ſequuntur Gabr. *d. concl. 6. num. 5. & 10.* Tiraq. *in repet. l. ſi vnquam, verbo, donationis la. gitur, numer. 14.* necnon Sanchez *d. diſp. 33. num. 3. & 4.* Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 37. num. 5.* ac 6. Mandoſ. id latè comprobans *ad reg. 13. Cancell. quæſt. 8. num. 7. cum tribus ſeqq.* quod etiam facit Gonzal. *ad reg. 8. gloſ. 9. §. 2. num. 20. 49. & 50. & gloſ. 28. num. 22. 23. 24. & 26. vſque ad 30.* Limita tertiò, † dum- 506.
modo aliàs illa cauſa, vtputa publica vtilitas, ſequi non poſſet, niſi priuilegium reuocaretur, vt pluribus tradit Gabr. *d. tit. de iur. quæſ. non tollend. concl. 1. num. 4. 5. & 24.* Limitatur quartò, poſſe priuilegium reuocari, & ius alteri quæſitum tolli, † 507.
ſi detur condigna recompenſatio; aliàs ſecus; vt latè docet Gabr. *d. concluſ. 2. num. 25.* quod etiam poſt alios tradit Sanchez *d. diſp. 33. num. 9.* quando Princeps ex iuſta cauſa reuocat priuilegium, quod tranſiuit in contractum. Limitatur denique, vt † priui- 508.
legium conceſſum non ſubdito, & ab eo acceptatum, quod in contractum tranſierit, reuocari non poſſit etiam cum cauſa, vt plerique tenent, quos refert, ac ſequitur Gabr. *d. concluſ. 5. num. 44. concl. 6. num. 20.* & à fortiori *concluſ. 7. numer. 10. cum tribus ſeqq.* vbi de ſimplici priuilegio: & indiſtinctè, ac ſimpliciter de priuilegio conceſſo non ſubdito, vt reuocari non poſſit, ex communi Canoniſtarum *in cap. nouit, de iudic.* ac multis allegatis tradit, & ſatis probat Suarez *d. cap. 37. num. 2.* qui *num. 5.* id extendit ad ſucceſſorem in dignitate; pro quo faciunt, quæ adducit Gabr. *d. tit. de iur. quæſ. non toll. concl. 5. num. 2.* vbi probat, ſucceſſorem non poſſe reuocare contractum factum cum anteceſſore etiam Principe.

Reſtringitur autem hæc limitatio, vt non procedat, † quando eſſet conceſſio in notabile detrimen- 509.
tum principatus: tunc enim non valeret in præiudicium ſucceſſoris; vt ſatis probat Gabr. *d. concluſ. 5. num. 8. 46. & 48. cum duob. ſeqq. & concl. 6. num. 23.* ac Suarez *d. cap. 37. num. 3.* Secundò reſtringitur, vbi reuocatio priuilegij conceſſi non ſubdito fieret ex cauſa, ex qua poteſt reuocari donatio; vt poſt alios docet Gabr. *d. concl. 6. num. 21.* & iuxta has duas reſtrictiones prædictæ limitationis intelligendum

Digitized by Google

dum puto, quod post Fel. *d. cap. nouit, num.* 8. *ac* 10. & Mattienz. *lib.* 5. *recompilat. tit.* 10. *lib.* 9. *glos.* 1. *num.* 4. ait Sanchez *d. cap.* 33. *num.* 5. priuilegium non subdito concessum, & ab eo acceptatum non posse absque causa reuocari. Restringitur denique quoad iurisdictionem; nam hæc concessa etiam non subdito sine causa reuocari potest; vt sentire videntur, quos recenset, ac sequitur Gabr. *d. concl.* 5. *num.* 5. *&* *concl.* 6. *num.* 22. & expressè aliis relatis tenet Sanch. *d. disp.* 33. *num.* 6. Gonzal. *d. glos.* 35. *num.* 33. licèt contrarium contendat Suarez *d. num.* 3.

Ex prædictis verò deducit Sanchez, & probat *d. disp.* 33. *num.* 11. quando superior dispensat in lege sua cum aliquo, nulla compositione facta, sed omnino gratis, † posse dispensationem validè ab ipsomet reuocari absque aliqua causa, non tamen licitè, nisi cum iusta causa. *Num.* autem 12. dispensationem in lege superioris factam per inferiorem casu, quo potest, non posse ab ipso inferiori reuocari absque legitima causa; cum hac tamen posse. *Num.* verò 13. deducit, dispensationes in foro externo à Pontifice concessas non posse ad libitum ab ipso reuocari, sed ex causa iusta, & tunc restituta compositione soluta per eum, cum quo dispensatum est. Denique infert *num.* 14. dispensationes fori pœnitentiæ, siue conscientiæ à sacra Pœnitentiaria concessas non posse ab ipsa absque causa reuocari; at posse, ea causa existente. §10.

TERTIA CONCLVSIO. Commutatio vltimarum voluntatum perfecta quoad proximum effectum, eúmque vltimum ex parte concedentis, & acceptata, à quocumque concessa fuerit, † in dubio non censetur reuocata. §11.

Probatur; quoniam ita de priuilegio pluribus relatis tradiderunt Mandos. *ad d. reg.* 3. *Cancell. quæst.* 8. *num.* 11. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 37. *num.* 7. Gonzal. *ad d. reg.* 8. *Cancell. glos.* 9. §. 2. *num.* 29. *&* 30. & in priuilegio per modum contractus concesso opus esset saltem generali mentione cuiusuis indulti concessi per modum contractus; vt tradunt post alios Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 38. *num.* 3. & Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. disp.* 33. *num.* 8. ob eam rationem, quia non præsumitur reuocandi voluntas, quando ea tertij ius aufert, vt latè probat Bolognett. *cons.* 2. *num.* 37. Quæ ratio quoad reliquorum priuilegiorum reuocationem, vt regulariter in dubio non præsumatur fuisse facta, confirmatur tum ex eo, §12. quòd † mutatio, seu correctio voluntatis non præsumitur, sed potiùs in eadem, qua semel fuit, perstitere credatur; prout ex text. *in l. eum, qui, ff. de probat. & l. cùm hic status, §. pœnitentiam*, vel potiùs *§. sed vbi semel, ff. de donat. int. vir. & vxor. l. Lucius, la* 1. *ff. de legat.* 2. *cap.* 1. vbi glos. *verbo, non timere, quod met. caus. cap. maiores, §. vlt. de baptis.* & aliis tradit Menoch. *d. præsumpt.* 37. *num.* 1. *vsque ad* 34. Tum §13. ex eo, quòd in dubio etiam Princeps † non censetur velle tollere ius tertij, vt ex *l.* 2. *§ meritò, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ. cap. ex tuarum, de auctoritat. & vs. pall.* atque aliis probat Menoch. *lib.* 2. *de præsumpt. præsumpt.* 9. *à num.* 1. *ad* 17. quibus adde *cap. nunc verò, 9. quæst.* 3. *cap. cùm olim, de consuet. cap. super eo, de offic. deleg. cap. licèt, de offic. ord. cap. cum inferior, de maior. & obed.* necnon *cap. quamuis, & cap. si propter, de rescript. in* 6. & in dubio censetur Princeps vti voluisse iure communi, & ordinario, & secundùm illud rescribere, & concedere, vt idem Menoch. latè probat *d. lib.* 2. *de præsumpt. præsumpt.* 12. *num.* 1. *&* 2. præsertim ex *cap. innotuit, de elect. & l. ex facto, in fin. ff. de vulg. & pupill. substitut.* Tum denique ex eo, quòd auferre §14. priuilegium concessum † videtur odiosum, vt ait Gonzal. *ad d. reg.* 8. *glos.* 36. *num.* 56. quia postquam priuilegium est concessum, non dicitur contra ius commune, sed de iure communi, *l.* 1. *ff. ad consul. Princip. cap. accei, de reg. iur. in* 6. Rot. *decis.* 33 *num.* 17. *de prob. in antiq.* Cæs. Crall. *decis.* 1. *num.* 6. *&* 7. Multo verò minus censebitur reuocatum priuilegium commutationis concessum à Papa aliove Principe personis ab eo dilectis, ac benemeritis, per ea, quæ tradit Gonzal. *d. glos.* 36. *num.* 70. vel si fiat concessum miserationis causa, vtputa hospitalibus, pauperibus, Monialibus, vel similibus, aut in fauorem publicæ vtilitatis; ex iis, quæ idem adducit *ibid. num.* 71.

Ampliari autem, & limitari potest hæc conclusio iisdem modis, quibus duæ prædictæ regulæ de mutatione voluntatis, & derogatione iuri tertij, quos collectos habes apud Menoch. quoad primú *d. præsumpt.* 37. quoad secundum *in alleg. præsumpt.* 9. ex iis verò ipse illos feligã, qui huic nostræ materiæ commutationis vltimarum voluntatũ possunt deseruire.

Ampliatur igitur primò præsens nostra conclusio, vt procedat, † etiamsi longum tempus lapsum §15. sit à commutatione facta. nam adhuc non præsumitur voluntatis mutatio, vt ex *l. sancimus, C. de testam. & ibi* Ias. *not.* 3. & aliis tradit Menoch. *d. præsumpt.* 37. *num.* 28. Secundò etiamsi personæ quibus concessum est priuilegium, mutarentur, ac variarentur; nam adhuc non præsumitur mutata voluntas, sed eademmet perseuerare; vt ex Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præsumpt.* 16. *num.* 1. *vers. secundò ampliat*, post Bart. *in l. Caio, in princip. ff. de alim. & cibar. legat.* extendit Menoch. *d. præsumpt.* 37. *num.* 29. Tertiò etiamsi res ipsæ mutatæ sint, vbi dispositio pendeat à voluntate duorum; vt idem probat *num.* 31. *& seq.* & exemplum afferri potest in commutatione, alióve priuilegio, quod concessum fuit titulo oneroso, seu per modum contractus, iuxta supradicta *in præced. concluf.* de hac tamen mutatione status rei videndum, quod dicemus infrà hac ipsa concluf. *limit.* 5. Quartò ampliatur dicta conclusio, vt, † licèt commutatio sit mutata §16. quoad substantiam, tamen non censeatur mutata quoad qualitates: ita ex *l. qui testamentum, ff. de probat.* in quauis dispositione tradit Menoch. *cad. præsumpt.* 37. *num.* 33: qui tamen text. hoc mihi non satis probare videtur Quintò ampliatur conclusio, vt procedat, licèt posterius rescriptum, per quod dubitatur, an sit reuocata præcedés commutatio, conceptum sit verbis generalibus: adhuc enim † præ- §17. sumitur concessum huiusmodi rescriptum secundùm legis dispositionem, ne scilicet ius tertij lædatur; vt post Alciat. *d. tract. de præsumpt reg.* 3. *præsumpt.* 11. *num.* 2. ex Comens. qui est Raph. Cuman. *cons.* 158. *dub.* 1. præfatam regulam de præiudicando iuri tertij extendit Menoch. *d. præsumpt.* 9. *n.* 10. *&* 11. Sextò, † etiamsi ius tertij, vel alteri quæsitum §18 veniret in quandam consequentiam iuris Principis, vt contingit in remissione pœnæ delicti, quæ pro parte deferatur accusatori, vel læso; nam adhuc illud ius non censetur remissum ad præiudicium tertij, vt idem Menoch. satis probat *eadem præsumpt.* 9. *num.* 12. *cum tribus seqq. & cons.* 186. *num.* 10. *&* 13. Septimò procedit, † etiamsi adiecta sit rescripto §19. clausula *ex certa scientia*: nam adhuc non censetur velle reuocare præcedentem commutationem; prout generaliter in rescripto, cui ea clausula sit apposita, vt non præsumatur Principem rescripsisse in præiudicium tertij, post Marsil. alios commemorantem *sing* 440. tradit Menoch. *d. præsumpt.* 9. *num.* 16. De cuius tamen clausulæ hac in re vi, & effectu videndum est, quod dicemus inf. *limit.* 4. Octauò, vt

procedat

procedat etiam in posterioris rescripti commutationis eadem de re alteri, quàm impetranti concessione; per eam enim non censetur prior commutatio sublata, vt latiùs ostendemus id declarantes *in seq. conclus.* quid autem dicendum sit de posteriori commutatione eidem impetranti concessa, consulendum est, quod fusiùs scripsimus sup. *cap.6. quæst. 4. concl.1. & 2. post med.* Ampliatur denique vt etiam
520. procedat † in dispositione, seu rescripto ad fauorem piæ causæ; nam adhuc non præsumitur voluisse præiudicare tertio; vt post alios tradit Gomes. *ad reg.Canc.de non toll. iur.quæs.quæst.1. concl.2.* & extendit Menoch. *ead. præsumpt.9.num.17. & cons.36.n.54.*

Limitatur nunc primò præsens nostra tertia conclusio, vt ea non procedat, atque adeò cesset dicta
521. præsumptio, † quãdo in posteriori Principis dispositione diceretur, non obstante iure, & præiudicio tertij; tunc enim in rebus leuis, non magni præiudicij, censeretur præiudicare voluisse; vt ex *d. l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ.* glos. *in l. sed cum ab herede, ff. ad S.C. Trebell.* & plerisque etiam ex communi docet Menoch. *d. præsumpt.9. num.18.* subdens post alios *num. 19.* quòd, si huic clausulæ adiecta quoque esset clausula *ex certa scientia*, tunc etiam in rebus magnis vellet præiudicare. Secun-
522. dò, vt non procedat, † quando esset ius quoddam contingens, & non ordinarium; ita post alios Menoch. vbi sup. *num.21. & seq.* exemplum afferens in Principis concessione de construendo molendino, vt censeatur facta etiam ad præiudicium eius, qui habet aliud molẽdinum. idémque sentiunt alij quos sequitur Anton.Gabr. *com.concl.lib.3. tit. de iur.quæs. non tollend. concl. 1. limit. 6. ac 12. & conclus.2. limit. 5.* dum asserunt posse Principem auferre ius quærendum, vel quæsitum non certitudinarie, sed causatiuè tantùm, vel occasionaliter. Tertiò non proce-
523. dit, † quando alias Principis concessio nihil operaretur; nam, vt aliquid vel modicum, quod sufficit, operetur, censetur præiudicare tertio; vt post alios docet Menoch. *d. præsumpt. 9. num. 23. & lib. 6. præsumpt. 4. num.4.* Quartò non procedit prædicta præsumptio, quando constat de enixa voluntate Principis volentis præiudicare tertio: vt post glos. *d. §. si quis à Principe*, quam plerique sequuntur, præsertim Alciat. *d.præsumpt.11.num.7.* tradit Menoch. *d. præsumpt.9. num. 24.* Hæc autem enixa Principis voluntas derogandi iuri tertij colligitur, quando rescribit, aut concedit ex certa scientia, vel motu proprio; vt plerique voluerunt, quos recenset Menoch. *ibid.num.25.* licèt *num. 16. & 26.* alios referat contrarium sentientes, quos reiecta conciliatione Alciati, ipse post alios conciliat *d. num. 26.* vt prior opinio vera sit quoad modicum; posterior quoad magnum præiudicium; quæ conciliatio approbatur quoque quoad certã scientiam à Gabr. *com.concl. lib.6. tit.de clausul. concl.1.num.9.* quoad motum proprium *conclus. 1. num. 14.* qui tamen *num.12.* quoad eundem motum próprium aliam iniuit conciliationem; nimirum, vt prior opinio vera sit, vbi simul adesset clausula *non obstante, & num. 13.* vbi verba expressa importarent tertij præiudicium. de qua clausula *motus proprij*, videndum, quod scripsimus *cap.6. quæst.3. concl. 5. & cap.7. quæst.2. conclus. 1. & quæst. 3. concl. 4. in mitio, & fi.* sicut etiam, quæ de clausula *ex certa scientia*, latiùs tradidimus *d. quæst. 3. concl. 5. & d. quæst.2. concl.2.* quæ fauè ad præsentis quartæ limit. declarationem optimè deseruire possunt. quamuis ibi loquamur de concedentis potestate ex vi harum clausularum, hic de voluntate.

524. Limita quintò hanc eandem conclus. vt † præsumatur reuocatio præcedentis commutationis vltimæ voluntatis, rebus mutatis, vbi ea commutatio à sola eius, qui commutauit, voluntate pendeat. ita in quolibet actu pendente ab vnius voluntate, vt rebus mutatis voluntatis mutatio præsumatur, post Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 16. num. 2.* & alios, tradit, & probat Menoch. *a.lib.6.de præsumpt. præsumpt.37.num.35.vsque ad 41.* Quando autem ita dicatur mutatus rerum status, vt liceat alicui à priori voluntate recedere, videndus Tiraq. *in repet. l. si vnquam, in præf. num. 166.* cum aliquot seqq. *C. de reuoc.donat.* Molin. *tom.2.de iustit. & iur. disp.272.* Sanchez *lib. 10. de matrim. disp.9. num. 13. vsque ad 23. & lib.4. sum.cap.2. à num.18. ad 34.* Limita sextò, vt † locum non habeat prædicta præsumptio, & 525.
conclusio nostra, quando aliquis contrarius actus à disponente gestus est aduersus illam expressam voluntatem; vt satis probat Menoch. *eadem præsumpt. 37. num. 48.* & confirmari potest ex iis, quæ idem adducit *lib.4. præsumpt.165.* de quo etiam nos latiùs *concl.seq.* Limita denique hanc conclus. vbi expressis verbis siue in genere, siue in specie derogetur præcedenti commutationi vltimæ voluntatis, iuxta ea, quæ fusiùs *concl.5.* dicemus.

QVARTA CONCLVSIO. Per posteriorem commutationẽ eadem de re concessam alteri, quàm
526. ei, qui priorem impetrauit, † ipsa prior non censetur reuocata, cuius facta mentio non sit. Probatur, quia ita in priuilegiis tradit glos. *vlt.* communiter recepta *in cap.1.de rescript.* ac præsertim Rip. *num. 38.* Menoch. *d.tract.de præsumpt. lib. 6. præsumpt.40. n.2.* atque inter Theologos Rodriq. *tom. 1. quæst. 9. reg. art.3.* Suarez *lib.8.de legib.cap.39.num.3. & 5.* qui id probat, tum ex text. *in cap. cùm ordinem, de rescript.* tum à fortiori, quia, nec per legem censetur iis derogatum, vt ex *cap.1.de constit.in 6.* idem tradit *num. 2.* post alios ab eo citat. *cap.præced.num.6.* præsertim cùm, vt ait glos. quam alij sequuntur *d.cap.1. de constit.in 6.verbo, noscatur*, maiori cum deliberatione, ac maturitate fiat publicæ legis editio, quàm priuati rescripti concessio: tum etiam, quia non præsumitur Princeps habere notitiam priuilegij præcedentis, cùm sit quid facti, & particulare, iuxta *cap.1.* mox citatum, atque adeò non censetur ei velle derogare, vt *ibid.* dicitur; allegat quoque text. *in cap. Abbatem, de rescript.* ab omnibus verò citatur *cap.veniens, de rescript.*

Ampliatur autem hæc conclusio primò, vt pro-
527. cedat, † licèt in rescripto, seu priuilegio posterioris commutationis adsit clausula *ex certa scientia*, vel *non obstante*; ita de quouis posteriori priuilegio tradit Menoch. *d.præsumpt.40.num.5.* & latiùs idem respondit *cons.36.num.59. lib. 1.* quæ ampliatio etiam confirmatur ex iis, quæ adduximus *concl. præced. ampliat.7. & limit.4.* Secundò amplia, vt † neque per
528. sententiam reuocetur præcedens priuilegium commutationis; sed solùm aliquando reprobari possit: vt generatim in priuilegio pro regula tradit Suarez *d.cap.39.num.4.* per *cap.suborta, de sent. & re iud.* ibi; si Innocentij priuilegium fuit Alexandro præsentatum, & contra illud sententiam tulit, per hoc ipsum intelligitur reprobasse; prout legendum est, & communiter in codicibus habetur, non autem, *reuocatum*, vt aliqui legunt, seu allegant contrarium tenentes. longè autem diuersum est *reprobare*, ac *reuocare*; nam reprobatio est declaratio nullitatis priuilegij, vel quia malè obtentum fuit, vel quia iam erat dissuetudine amissum, ait *ibid.* Suarez; & addi potest, vel quia non obstabat actori, vnde & remanere quoad alios casus potest; reuocatio verò est ablatio priuilegij prius validi, & possessi, prout latiùs explicat, ex eo prædictam regulam confirmans Suar. *cod.n.4.*

Tertiò

529. Tertiò procedit, † licèt primum priuilegium sit generale, secundum verò speciale, vel cõtrà. vtramque partem ampliationis post alios tenet in quouis priuilegio Menoch. *d. præsumpt.* 40. priorem quidem *num.* 7. posteriorem *num.* 8. quam etiam amplectitur Eman. Rodriq. *d. art.* 3. *circa medium*, & Suarez *d. cap.* 39. *num.* 6. vbi idem docet, quando vtrumque priuilegium est generale, vel vtrumque speciale. *num.* autem 7. priorem ampliationis partem ita temperat, vt, licèt speciale priuilegium sequẽs non possit in totum auferre generale præcedens; nihilominus potest ex ea speciali parte illud minuere; sicque intelligit, & probabiliorem censet opinionem illam Doctorum asserentium, posse priuilegio generali tacitè derogari per posterius speciale; quæ sententia, inquit, frequentiùs recepta est *in d. cap.* 1. *de rescript. & cap. veniens, de præscript.* & eam tenet Silu. Hostiensem referens, *verbo, priuilegium, quæst.* 10. & videtur expressè probari *in cap. dudum*, §. *nos igitur, & cap. quamuis tibi, de præb. in* 6. vbi etiam allegatur communis illa regula, *generi per speciem derogatur.* & cõfirmatur à Suar. *ibidem*, ea ratione, quia Princeps concedendo generalem fauorem non censetur sibi auferre potestatem faciendi aliam specialem gratiam, illa generali non obstante, illam ab hac excipiendo absque dependentia ab eiusdem expressione: quod satis apertè declarauit Bonif. VIII. *d. cap. dudum*, vt notauit Suar. *d. num.* 7. qui *num.* 8. soluit contraria: ac tãdem valde probabile putat, quod ait Abb. *d. cap. veniens, num.* 12. quem alij sequuntur, posterius priuilegium speciale nullo modo derogare priori generali, non facta eius mentione, quando illius virtute res sit iam acquisita, & possessa tamquam propria. Sed & prædicta regula, seu ampliatio alias restrictiones patitur, quas attulimus *c.* 6. *quæst.* 4. *concl.* 3. Ampliatur autem quartò præsens conclu-
530. sio, vt procedat † etiamsi per prius priuilegiũ commutationis solùm fuerit acquisitũ ius ad rem, quod non competit de præsenti, sed est spes de futuro, *cap. pen. de præb. in* 6. *& cap. vlt. de conces. præb. eod. lib.* & *ibi* Doct. Dec. *cons.* 147 *n.* 4. Menoch. *d. præsumpt.* 40. *num.* 10. nam adhuc secundum priuilegium non derogat primo, nulla eius mentione facta; vt idem Menoch. tradit, ac probat *d. præsumpt.* 40. *num.* 9. *cum seq. & d. cons.* 36. *num.* 22. contra alios ab eodem *ibi* relatos *num.* 4. quæ contrarię opiniones conciliari fortasse possunt ex his, quæ scripsit Rip. *d. cap.* 1. *n.* 50. *de*
531. *rescript.* Ampliatur denique, vt † etiam facienda sit mentio in posteriori priuilegio clausulæ derogatoriæ, aut etiam plurium clausularum derogatoriarum, quæ appositæ sint in priori priuilegio; ita post Ruin. *cons.* 128. *num.* 8. *lib.* 1. tradit Rodriq. *tom.* 1. *quæst. regul. quæst.* 9. *art.* 3. *vers. & nota.*

Limitatur nunc primò prædicta conclusio, vt non
532. procedat, † quando priuilegium, seu facultas commutandi priùs concessa est conformis iuri cõmuni, vt quia expressè à iure præcipiatur, vel permittatur, iuxta exempla adducta sup. *cap.* 3. præsertim *quæst.* 3. *concl.* 2. nam per secundum priuilegium contrarium priori, quod est conforme iuri communi censetur derogatum, nulla etiam eius mentione facta; vt post Abb. Fel. & reliquos *d. cap.* 1. *de rescript. & ibi* Rip. de communi attestantem *num.* 52. Gomes. *cap.* 1. *numer.* 211. *de constit. in* 6. & alios tradit Menoch. *d. cons.* 36. *num.* 16. *ac d. præsumpt.* 40. *num.* 11. vbi ex Fel. & Gomes. id temperat, nisi vltra ius commune adsit aliqua qualitas; nam tunc eius facienda esset mentio.

533. Secundò limitatur, vt non procedat, † quando primum commutationis priuilegium esset insertum in corpore iuris: ita in quouis priuilegio post Abb. & cæteros *d. cap.* 1. *de rescript.* ibique Rip. *num.* 53. & Gomes. *d. cap.* 1. *num.* 168. *de constit. in* 6. communem hanc asserentes, docet Menoch. *d. præsumpt.* 40. *num.* 12. ob eam rationem, quia præsumitur, Principem satis scisse, eximere priuilegium illud, atque adeò ei velle derogare, nulla etiam illius habita mentione; iuxta *d. cap.* 1. *de constit. in* 6. quæ ratio mouit quoque ad idem asserendum Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 39. *numer.* 5. contrarium tamen in hoc tenet Ias. *l.* 1. *num.* 15. *ff. de constit. Princip.* & alij relati à Rip. *d. num.* 53. & à Menoch. *d. num.* 12. *in fi.* ea ratione adducti, quòd priuilegium insertum in corpore iuris potentius est non inserto, cùm reuocatio omnium priuilegiorum non intelligatur comprehendere inserta in corpore iuris, licèt non inserta reuocet, vt *concluf. seq. limit.* 2. videbimus. Verùm respondet Gomes. *d. num.* 168. & Rip. *d. num.* 53. ac post eos Menoch. *vbi sup. num.* 13. ex mente quoque Felin. *d. cap.* 1. *col.* 8. *de rescript.* quòd, etsi difficiliùs tollitur priuilegium in corpore iuris relatum; tamen Princeps, si vult, tollere potest; at in casu nostro non disputatur de potestate, sed de voluntate, quæ non coniicitur in primo non inserto in corpore iuris, cuius mentio facta non sit, quia præsumitur Princeps illud ignorasse; coniicitur autem in inserto, quia præsumitur eius scientia in Principe, atque adeò ei derogare voluisse. sed quoniam non assignatur ex hoc ratio, cur præcedens priuilegium insertum in corpore iuris tollatur per posterius, quod non habeat clausulam illam, *non obstantibus quibuscumque priuilegiis*, non autem tollatur ab habente eam clausulam; dicerem illam esse huius discriminis rationem; quod ex dicta clausula apparet, nolle Principem tollere nisi ea, quæ simpliciter ac propriè sunt priuilegia, non autem ea, quæ habent aliam naturam, hoc est, iuris communis; cùm verò deest illa clausula, constat, Principem velle tollere quicquid habet naturam iuris communis. Restringitur autem, seu sublimitatur hæc limitatio, vt non habeat locum, vbi prius priuilegium insertum in corpore iuris haberet derogatoriam ad futura priuilegia: tunc enim non tollitur; ita Menoch. *d. num.* 13. post Rip. *d. num.* 53. *in fi.* tradentem, in hoc par esse cum non inserto. ac præter alias duas sublimitationes, quas affert Rip. *d. cap.* 1. *num.* 56. vnam subiicit Menoch. *d. num.* 14. de qua nos cum eòdem infrà *concluf. seq. limit.* 3. interim hanc nostram 4. concluf. Limita tertiò, vt † præ- 534
cedens priuilegium commutationis vltimæ voluntatis surreptitium tollatur per posterius, nulla etiam eius facta mentione; vt post Rip. *d. cap.* 1. *num.* 56. & alios idem Menoch. satis in quouis priuilegio probat *d. præsumpt.* 40. *num.* 15. & constat ex latiùs per nos adductis sup. *cap.* 6. *quæst.* 4. *concl.* 2. præsertim *ampliat.* 1. Limita quartò, vt præcedens priuilegium commutationis multùm vulgare tollatur absque eius mentione, vt generatim in priuilegio, & rescripto latiùs ostendit post alios Menoch. *d. præsumpt.* 40. *num.* 16. *cum tribus seqq.* Limita quintò, vt locum non habeat prædicta regu-
la, & conclusio, † quando secundum priuilegium 535.
commutationis derogaret primo non in totum, sed in aliqua tantùm parte; tunc enim eius non est facienda mentio, sed in ea parte censebitur derogatum: ita in quibusuis priuilegiis probat Menoch. *d. præsumpt.* 40. *num.* 25. præcipuè ex Ruin. *consil.* 218. *num.* 5. *versic. tertiò dicitur, lib.* 1. qui id intelligit, nisi in primo priuilegio adiecta esset clausula derogatoria ad futura priuilegia, de qua paulo pòst dicemus *seq. concluf.* Limita denique, vt non habeat

habeat locum prædicta præsumptio, † quando Princeps concedendo secundum priuilegium cogitauit saltem in genere de primo nam alteri concesso; nam tunc illi primo derogasse præsumitur; vt generatim in priuilegiis tradit Menoch. *d. præsumpt. 40. num* 20. & ex eo confirmat, quod *præsumpt. 39. declaret. 2.* seu *num. 8.* post alios tradiderat, Principem concedendo Comiti Palatino priuilegium legitimandi illegitimè natos præsumi derogasse etiam statuto exclusiuo fœminarum extantibus masculis, quando constat, illum de eo statuto in genere cogitasse: ac præterea confirmari potest ex priori fundamento *seq. concl.* 536.

QVINTA CONCLVSIO. Ad reuocationem prioris commutationis vltimæ voluntatis † sufficit regulariter, vt in posteriori dispositione ad fauorem alterius facta apponatur clausula illa generalis, *non obstantibus quibuscumque commutationibus vltimarum voluntatum alteri hac in re concessis.* Probatur primò, quia regulare est in quauis dispositione, vt † sufficiat in genere cogitarum: quam regulam communiter admitti, præcipuè ex text. *in l. qui iure militari, ff. de testament. milit.* Ang. *l. qui Romæ, §. duo fratres, super 5. quæst.* Bart. *ff. de verb. obligat.* Felin. *in cap. cùm venerabilis, verſ. non obstant adducta, de rescript.* & aliis, adstruit Ant. Gabriel *commun. conclus. lib. 6. tit. de regul. iur. conclus. 4. num. 1. nota.* autem 2. id ampliat procedere etiam in rescripto, post eundem Felin. *in cap. nonnulli, versic. nam certè illud est denegandum, & in cap. sedes, verſ. sexta declaratio, de rescript. & num. 4.* alios refert idem tenentes in legitimatione. Secundò, quia ita generaliter in priuilegiis, † vt nimirum regulariter per clausulam illam generalem, *non obstantibus quibuscumque priuilegiis*, sufficienter derogatum censeatur præcedentibus priuilegiis, quæ posterioribus alteri concessis aduersantur, tenet Suarez *d. lib. 8. de legibus, cap. 38. num.* 1. quia genus, inquit, de se comprehendit species; pro quo nihil allegat, sed illud adduci potest, quod sæpe Iurisconsulti dicunt speciem inesse generi, hoc est, contineri, seu comprehendi sub genere, vt *in l. iurisgentium, §. sed si fraudandi, in fi. ff. de pact. l. item legato, §. item interest, ac l. chorus, in princip. ff. de legat. 3. per seruum, §. 1. de vs. & habit.* & Imperator *Iustit. de seruit. rustic. & vrban. præd. in princip.* ait, eum, qui iter habet, actum non habere; sed qui actum habet, iter habere. Rectè autem Suarez *d. numer. 1.* hanc reuocationem priuilegij præcedentis, quæ fit per huiusmodi clausulam generalem, vocat directam, & expressam, non tamen in specie; hoc est, generalem, non specialem; duplex enim est expressio; alia generalis, seu in genere; alia specialis, seu in specie; idque retento eo modo loquendi, quo frequentiùs vtuntu Iurisconsulti, dum, quam Dialectici vocant ind ui duum, ipsi speciem appellant; & generis nomen tri buunt ei, quod illi speciem nuncupant; vt videre est ex iuribus, ac Doctoribus ad id allegatis ab Euerard. *in loc. à spec. ad gen. num. 2.* licèt aliquando etiam Iuristæ loquētes cum Dialecticis hæc tria agnoscant, ac distinguant, genus, speciem, & indiuiduum, vt constat ex Bart. *in l. 1. ff. de vulg. & pupill.* dum distinguit substitutionem vulgarem expressam † in genere, in specie, & in indiuiduo, seu singulariter, quem omnes sequuntur, vt post Anton. Gomez *tom. 1. variar. resolut. cap. 3. numer.* 10. & Sfort. Odd. *in prælud. sui tract. de compendios. substit. part. 2. quæst. 3.* testatur Mich. Craff. *in tract. de success. §. substitutio, quæst. 7. numer. 2.* quibus adde alios superiùs per nos allegat. cap. præced. 537. 538. 539. 540.

quæst. 3. in initio. iuxta quod hæc derogatio, & expressio, quæ fit illis verbis, *non obstantibus quibuscumque priuilegiis*, & in casu nostro ea clausula, *non obstantibus quibuscumque commutationibus vltimarum voluntatum alicui concessis*, erit specialis, habito nimirum respectu ad indiuidualem, ac singularem expressionem, quæ hîc pollet illis verbis, *non obstante tali commutatione vltimæ voluntatis tali personæ, Ecclesiæ, aut pio loco concessa*, & iuxta communem modum loquendi Iurisconsultorum, cui se accommodauit Suarez *d. numer. 1.* vocanda esset specialis; iuxta quem modum, vt cum eodem Suarez diximus, clausula illa, *non obstantibus quibuscumque commutationibus vltimarum voluntatum alicui hac in re concessis*, ac derogatio, seu reuocatio, quæ per eam clausulam fit, dicenda est generalis, seu expressa generaliter.

Limitatur nunc præsens nostra conclusio primò, vt † præcedens commutatio vltimæ voluntatis concessa piæ causæ non censeatur sublata, seu reuocata per posteriorem alteri concessam, cui solùm d. clausula generalis sit adiecta, sed requiritur illa specialis, seu indiuidua, *non obstante tali commutatione pia causa concessa*: ita generatim in priuilegiis, post Roman. *in l. si verò, §. de viro, salent. 24. ff. sol. matrimon.* & Felin. *in cap. nonnulli, col. 23. in 1. reg. de rescript.* docuit Crott. *in capl 1. numer. 48. de constit. in 6.* quem refert, ac sequitur Menoch. *d. præsumpt. 40. numer. 6.* quibus adde alios, quos sequuti sumus *d. quæst. 3. conclus. 2. ampliat. 6.* Crott. verò *d. cap. 1. num. 49.* quem etiam sequi videtur Menoch. *d. num. 6* idem esse scripsit in priuilegio miserabilibus personis concesso. Non video autem quomodo verum esse possit, quod statim post alios subdit *ibidem* Menoch idem esse quando certæ singulari personæ concessum est prius priuilegium, vt nec tunc censeatur ei derogatum, nisi singulariter eius mentio fiat; nam tunc non esset hæc specialis prærogatiua loci pij, aut miserabilis personæ, aut alterius similis qualitatis, si ea communis esset omnibus singularibus personis: nisi fortè nomine singularis personæ intelligat personam insignem, & aliàs priuilegiatam. Secundò limitatur prædicta conclusio, vt non habeat locum † quoad præcedentes commutationes vltimarum voluntatum in corpore iuris contentas, seu insertas; iis enim non censetur derogatum per prædictam clausulam generalem, sed debet addi derogatio illius iuris, quod obstat; vt quoad priuilegia voluit gl. *in auth. qua in prouincia, C. vbi de crimin. ag. oport. verbo, illic omni priuilegio*, quæ ibi communiter ab aliis probatur; sensitque etiam glos. *in l. heres absens, verbo, excusatur, ff. de iudic. & glos. 1. l. 3. C. de silentiar. lib. 10.* & expressè quoque tradiderunt Felin. *in cap. nonnulli, col. 8. de rescript.* Ias. *in l. 1. §. vltim. ff. de constitut. Princip.* Suarez *d. cap. 38. numer. 1.* qui subdit posse hoc sumi ex illis verbis d. l. 3. *non præiudicatura quacumque generalitate pragmatica*; nec dissentit in hoc Menoch. *d. præsumpt. 40. nota. 13.* ac Rip. & Gomes. ab eo relati; sed solùm in eo, an per posterius priuilegium sine clausula generali derogatoria priuilegiorum censeatur reuocatum prius in corpore iuris insertum, vt *in præced. conclus. 2. limit.* vidimus. Tertiò limita, vt per prædictam clausulam generalem † non censeatur reuocata præcedens commutatio habens clausulam derogatoriam ad futuras commutationes. ita in priuilegiis post alios tradidimus *d. cap. præced. quæst. 3. conclus. 2. ampliat. 6.* ac præcipuè Suarez *d. cap. 38. numer. 2.* vbi tamen hoc restringit, nisi posterior dispositio haberet 541. 542. 543.

haberet clauſulam, *pro expreſſis*, nimirum illam, *non obſtante quocumque priuilegio ſub quacumque verborum forma conceſſo, quod pro expreſſo haberi volumus*, aut alia ſimili; vt voluit idem Suarez *d. num.* 2. & alij, quos retulimus *d. quæſt.* 3. *concl.* 4. ac recenſet Menoch. *d. præſumpt.* 40. *num.* 22. ſed quoniam alij contrarium tenent, quos *ibidem* refert Menoch. alij aliter diſtinguentes id temperant, ne actum agamus, videndum eſt, quod de hac clauſula *pro expreſſis*, etiam quod ad hanc rem attinet, latiùs ſcripſimus *d. concl.* 4. præſertim *ampliat.* 1. & 2.

544. limitatur quartò, vt † priuilegium commutationis, ſeu commutatio vltimæ voluntatis conceſſa per modum contractus, ſeu titulo oneroſo, non renocetur per prædictam clauſulam generalem, *non obſtantibus quibuſcumque commutationibus vltimarum voluntatum*, ſed ſaltem addendum ſit, *etiamſi per modum contractus fuerint conceſſa*: ita tradit poſt alios in priuilegiis Suarez *d. cap.* 38. *num.* 3. & in diſpenſationibus Sanchez *d. lib.* 8. *diſput.* 33. *numer.* 8. tum quòd, cùm talia priuilegia iure ordinario ſint irreuocabilia, & neceſſaria ſit grauiſſima cauſa, vt iuſtè reuocentur, prout ſatis conſtat ex adductis *ſup.* hac ipſa quæſt. *concl.* 2. *ampl.* 2. non præſumuntur reuocata, niſi prædicto ſaltem modo ſufficienter id exprimatur: tum quia talis reuocatio eſt in præiudicium tertij in iure acquiſito, & iuſtitiæ; tale autem præiudicium non præſumitur niſi exprimatur, vt ſup. *concluſ.* 3. atque alibi ſæpe oſtendimus.

SEXTA & poſtrema CONCLVSIO. Reuocatio commutationis alicuius vltimæ voluntatis, ſi

545. fiat per viam legis, † ſortitur effectum ſunm eo tempore, quo ſolet lex obligare; ſi autem fiat ab homine per reſcriptum, aut aliam priuatam diſpoſitionem, non habet effectum, antequam perueniat ad notitiam illius, cui conceſſa fuerat commutatio. Prior pars concluſionis probatur, quia

546. ita † in reuocatione priuilegiorum, quæ fit per legem generalem, ſeu in ipſa lege, tradit ſatiſque comprobat Suarez *d. lib.* 8. *de legibus*, *cap.* 40. *num.* 3. tum quia nihil ſpeciale de hoc diſponunt iura, nec ex natura rei cum fundamento excogitari poteſt: tum quia idem eſt in lege irritante, vt non prius irritet, quàm obliget, vt ipſemet Suarez latiùs oſtendit *lib.* 5. *de legib. cap.* 33. ferè per tot. præſertim *num.* 3. 4. & 6. hic autem effectus valde ſimilis eſt reuocationi priuilegiorum: tum denique, quia lex reuocans priuilegium ſimul obligat ad non vtendum illo; igitur non prius reuocat, quàm poſſit obligare; & conſequenter idem tempus ad vtrumque requirit. probatur conſequentia, quia moraliter loquendo non minùs conueniens, ac neceſſaria eſt publica notitia legis, vt reuocatio priuilegiorum conuenienter, & ſine publicis incommodis fiat, quàm, vt obligatio imponatur. Et licèt contra hanc aſſertionem ſentiat Franc. *cap.* 1. §. ſeu *verſic. ex parte*, *de conceſſ. præb. in* 6. putans, à die publicæ promulgationis manere priuilegia reuocata, quando lex directè fertur ad illorum abrogationem, ex *l. vlt. C. de decurionib. lib.* 10. ibi, omnibus anterioribus modis, quos non comprehendit præſens ſanctio, ex præſenti die antiquandis; & aliqui hoc maximè affirment de legib. Pontificiis reuocatoriis priuilegiorum, exiſtimantes, à die factæ promulgationis Romæ ita reuocari priuilegia, vt actus eorum non valeant, etiamſi propter ignorantiam ſine culpa fiant; eaque ratio reddi poſſit, quia plus requiritur ad obligationem, quàm ad reuocationem priuilegij, cùm illa pendeat ex conſcientia, atque adeò ex notitia legis, reuocatio autem fiat ab extrinſeco per voluntatem reuocantis; vnde ad illam non eſt neceſſaria tanta temporis dilatio. Tamen, vt inquit Suarez *d. numer.* 3. hæc parum vrgent. nam verba illa *in d. l. vlt.* ex præſenti die, ſecundùm ius, ac debitum ordinem intelligenda ſunt; alioqui etiam poſſent intelligi ex die conditæ legis in regio conſilio, quod nemo vnquam dixerit: vel poteſt admitti in caſu ſpeciali, vbi adſit huiuſmodi clauſula in lege reuocante, ſicut de clauſula, *ex nunc*, quæ appoſita ſit legi, vt faciat eam obligare etiam ignorantes ſtatim à die promulgationis, paulo pòſt ex eodem Suarez dicemus; qui quidem *d. num.* 3. ad prædictam rationem reſpondet, verum quidem eſſe, notitiam legis magis ab intrinſeco eſſe neceſſariam ad obligationem legis, quàm ad effectum reuocandi, quia fit per extrinſecam voluntatem: ſed tamen ad conuenientem ordinem, & ad vitanda publica incommoda moraliter neceſſarium eſt, vt reuocatio non fiat, niſi tali modo, quo poſſit commodè ad notitiam priuilegiatorum peruenire; & ideo ſecundùm iura, & rectam rationem æquè expectari debet tempus ſufficiens ad legis diuulgationem quoad reuocationem priuilegiorum, ſicut quoad legis obligationem. Ampliatur autem hæc prior pars noſtræ concluſ. vt lex reuocans priuilegium commutationis † effectum hunc ſortiatur poſt pro- 547.
mulgationem ſtatim, ac elapſum eſt tempus ſufficiens ad communiter obligandum, etiamſi in particulari ignoretur inuincibiliter. ita in quouis priuilegio Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 40. *num.* 4. vbi id ſatis confirmat; & *numer.* 5. vbi contraria ſoluit, ſubdens, ob incommoda vitanda, quòd, † 548.
ſi contingat aliquem vti priuilegio ſic reuocato ex ignorantia publica, & communi, & vſum priuilegij publicum munus continere, is ſuſtinebitur non in vim ſolius priuilegij, ſed adminiculo iuris ſuſtinentis ſimiles actus factos titulo communiter valido reputato, iuxta *l. Barbarius, ff. de offic. prætor.* cum ſimil.

Si autem petas quódnam ſit hoc tempus, quo incipit lex obligare. Reſpondeo primùm quidem, † 549.
regulariter eam non obligare etiam ſcientes ante promulgationem, vt ex *cap.* 2. *de conſtit. cap.* 1. *de poſtulat. prælat. l. leges ſacratiſſimæ*, *C. de legib. & auth. vt fact. nov. conſtitut. in princ.* necnon §. *ſancimus igitur, ac* §. *igitur etiam*, cum ſeq. atque aliis latè tradit, ac probat Suarez *d. tract. de legib. lib.* 1. *cap.* 11. præſertim *num.* 1. 3. 5. & 6. ac rurſus *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 1. *cum duob. ſeqq.* itémque Menoch. *de arbitrar. iud. caſ.* 185. Ant. Gabr. *commun. concl. lib.* 6. *tit. de conſtit. concl.* 4. ferè per tot. maximè *num.* 5. 6. 7. & 8. vbi de ſcientibus, & alij, quos retulimus, & ſecuti ſumus *in tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap.* 10. *numer.* 382. ſeu *quæſt.* 9. *concl.* 2. *ante med.* Non ſufficit autem ſolemnis editio, ſed promulgatio legis requiritur; cuius forma, & ſolemnitas, † cùm ex natura rei non ſit poſitiuè de- 550.
terminata, in legibus ſaltem ciuilibus ex ipſomet iure ciuili, vel ex recepta conſuetudine, vel ex voluntate expreſſa legislatoris determinanda eſt; vt ſatis comprobat Suarez *d. cap.* 16. *numer.* 2. iunctis tribus ſeqq. qui etiam *num.* 6. & 7. Satis probat, leges particulares alicuius ciuitatis, prouinciæ vel parui regni ſufficienter promulgari vnica ſolemni publicatione facta in Curia, vel præcipua ciuitate, vel in loco ſecundùm morem patriæ

tria conſueto. *numer.* autem 8. *& 10. cum tribus ſeqq.* contra Vaſquez 1. 2. *diſput.* 156. *cap.* 2. latè docet in legibus communibus Imperialibus vel magnorum regum neceſſarias eſſe plures promulgationes, quæ fiant in capitibus regnorum, vel prouinciarum, & factum in vnaquaque metropoli ſolùm pro ſua prouincia ſufficere; vel ſi fiat in Curia regis, ſolùm ſufficere pro illa prouincia, cuius eſt caput. Quoad leges verò Pon-
551. tificias, † licèt nonnulli relati à Suarez *lib.* 4. *de legibus cap.* 15. *numer.* 1. contendant, in iis quoque neceſſariam eſſe publicationem in ſingulis prouinciis, & Epiſcopatibus; quod confirmat *numer.* 2. contrarium tamen ex communiori reſoluit *à numer.* 3. *ad* 8. vbi etiam tangit, quid de conſtitutionibus Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & Conciliorum tam prouincialium, quàm etiam generalium ſtatuendum ſit: qua de re nos etiam aliquid non multo pòſt dicturi ſumus. & in reuocantibus priuilegia idem Suarez docet *lib.* 8. *cap.* 40. *numer.* 2. Dein-
552. de reſpondeo, † regulariter legem non obligare, niſi poſt duos menſes à die publicationis, poſt eos verò obligare; vt quoad leges ciuiles probat text. *in d. auth. vt fall. non. conſtitut. in rubric. & §. ſancimus igitur, ac §. alteram verò*, latéque inter alios probat Gabr. *d. concluſ.* 4. *numer.* 1. Menoch. *d. caſ.* 185. *numer.* 7. Sanchez *lib.* 9. *de matr. diſput.* 32. *numer.* 3. *cum ſeq.* & Suarez *d. lib.* 3. *de legib. cap.* 18. *numer.* 1. *&* 2. vbi etiam *numer.* 5. poſt plurimos docet, id procedere etiamſi quis ſciat ante duos menſes futuram legis publicationem; quibus adde alios laudatos à Gabr. *d. concluſ.* 4. *numer.* 7. & Menoch. *d. caſ.* 185. *numer.* 18. *& ſeq.* licèt *num.* 14 alios pleroſque referat contrarium ſentientes; quod confirmat *numer.* 15. *cum tribus ſeqq.* idque facit etiam Suarez *d. cap.* 18. *numer.* 4. & Gabr. *d. concluſ.* 4. *numer.* 3. *cum duobus ſeqq.* qui etiam *cap. præced.* ſeu 17. *numer.* 5. *& duob. ſeqq.* docet, ſecluſa determinatione temporis à iure poſitiuo, vel Principe facta, legem ſufficienter promulgatam in loco debito ex natura ſua ſtatim incipere obligare; non tamen ſimul in toto territorio, pro quo fertur, ſed ſucceſſiuè, & intra tempus moraliter ſufficiens, vt notitia legis, & promulgationis eius per totum territorium diffundatur. quorum primum etiam probatur ex adductis per eum *eod. cap.* 17. *numer.* 2. Secundum ex allegatis *numer.* 3. *à num.* autem 8. *vſque ad finem cap.* hinc multa infert, quæ per te videas, ſi lubet. *d.* verò *cap.* 18. *numer.* 3. id probat, quod *ibidem num.* 1. tradiderat, poſſe legem obligare ante duos menſes ſi id expreſſum in ipſa lege ſit; vt etiam in ſpecie poſt alios adnotauit Menoch. *d. caſ.* 185. *numer.* 1. *&* 2. exemplum afferens ex *cap. cùm ſingula, de prab. in* 6. vbi terminus vnius menſis ſolùm ſtatuitur à die publicationis, vt illa decretalis obſeruetur. necnon *in auth. vt in prin. domib. ſacr. myſt. non ſi. prope fin. & in §. ſint igitur, auth. vt neque mil. neq. fœderat.* in quibus tempus triginta dierum dumtaxat conſtituitur. Immo & ſtatim poſt publicationem obligabit lex, ſi in ea dicatur, vt ſtatim, vel ex nunc obſeruetur; vt *ibidem* docet Suarez, & tenent plures ab eo citati *d. cap.* 17. *numer.* 2. & Menoch. *d. caſ.* 185. *numer.* 3. ex Doctoribus ab eo relatis *numer.* 1. & gloſ. *in ſiem.* 2. *verbo, ex nunc, de hæret.* ex quibus, & aliis
553. idem Menoch. *d. numer.* 3. *&* 4. hoc intelligit † quoad annullationem actus, non quoad pœnam; quod etiam tenent plerique laudati à Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſput.* 17. *n.* 10. *verſ. præterea*, & generatim, conſtitutionem pœnalem non afficere ignorantes quoad pœnam, tenet Gabr. *d. concl.* 4. *n.* 10. & alij probati à Sanchez *d. numer.* 10. *in initio, & d. lib.* 9. *diſput.* 32. *numer.* 6. Sentiúntque plures, quos refert, ac ſequitur Gabr. *d. lib.* 6. *com. concluſ. tit. de clauſul. concluſ.* 3. *numer.* 8. generaliter tradentes, decretum irritans non ligare ignorantes quoad pœnam diſpoſitionis, cui appoſitum eſt. Præterea ſtatutum particulare † ligat ſtatim poſt 554.
ſufficientem promulgationem ante duos menſes; vt multi voluerunt, quos probat Suar. *lib.* 3. *de legib. cap.* 18. *numer.* 9. & Gabr. *d. concluſ.* 4. *numer.* 11. licèt Menoch. *d. caſ.* 185. *numer.* 5. poſt alios velit, ſtatim quidem conſtitutionem particularem alicuius loci ligare ſcientes; reſpectu verò ignorantium tempus eſſe arbitrarium: ſicut etiam *numer.* 6. multos ſecutus indiſtinctè docet, conſtitutionem Concilij Prouincialis cùm tempus determinatum non habeat, vt liget poſt publicationem, arbitrarium habere; quod quidem admitti poteſt; non autem, quod poſt alios contendit Suarez *d. lib.* 4. *de legib. cap.* 15. *numer.* 11. *vſque ad* 15. & Menoch. *d. caſ.* 185. *numer.* 8. *cum trib. ſeqq.* conſtitutiones Pontificias habere tempus non quidem ſimpliciter duorum menſium, vt in iure, & legibus ciuilibus, ſed arbitrarium nunc maius iuxta prouinciarum diſtantiam, in quibus eæ publicari non ſolent, ſed Romæ. contrarium enim, vt & in ipſis attendatur tempus duorum menſium præter Aufrer. Ioan. Andr. & Fel. relatos à Menoch. *d. caſ.* 185. *numer.* 11. tenent alij quamplurimi, quos recenſet Suar. *d. cap.* 15. *numer.* 10. & Gabr. *d. concluſ.* 4. *numer.* 1. 7. *&* 8. non diſtinguentes de lege, ſeu conſtitutione ciuili, & Imperiali, vel canonica, & Pontificia. quod, & comprobatur tum ex quibuſdam verbis Bullæ Pij IV. ſuper declaratione temporis ad obſeruanda decreta Concilij Tridentini, illis nimirum; iure etiam communi ſancitum eſt, vt conſtitutiones nouæ cùm non niſi poſt certum tempus obtineant; quæ non niſi de iure d. auth. *vt fall. non. conſtit.* intelligi poſſunt, cùm alibi in iure communi id non caueatur; vnde dici poteſt, prædictum ius ciuile à iure canonico quoad hoc expreſsè, & in ſpecie approbari: tum quòd regula communiter recepta eſt, quòd † vbi iure canoni- 555.
co aliquid definitum non eſt in materia indifferenti, quod definitum ſit à iure ciuili, huic ſtandum eſt, eóque vtendum etiam in foro canonico. quæ regula habetur *in cap. ſi in aditorium*; 10. *diſt. & cap.* 1. *de oper. non. nuntiat.* quam tradunt vtrobique Doctor. *& in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit.* Bart. *in Extrau. ad reprimendum, verbo, per edictum, num.* 2. Soc. ſen. *conſil.* 33. *col.* 6. *lib.* 1. latè Neuizan. *in ſilu. nupt. lib.* 2. *num.* 69. & Suarez *lib.* 4. *de legib. cap.* 11. *num.* 14. Nec valet reſponſio Menoch. *d. caſ.* 185. *numer.* 12. quòd tunc iuri ciuili ſtamus etiam in foro canonico, quando inter vtrumque ius differentiæ ratio aſſignari non poteſt; ſecus, ſi poſſit, ex Dec. *in l. edita, num.* 1. *C. de edend.* & Rebuff. *in tract. nominat. quæſt.* 5. *princ. num.* 16. hìc autem patet differentia ratione differentis publicationis, quoniam conſtitutiones Pontificiæ Romæ ſolùm publicantur, vbi ſemper Papa reſidet, cùm tamen leges Imperiales in prouinciis publicentur, per quas etiam Imperator diſcurrit. Nam ſi hæc diſcriminis ratio quicquam efficeret, ſolùm probaret, indiſtinctè requiri ſemper maius tempus, quàm duorum menſium in conſtitutionibus Pontificiis, nõ autẽ modò maius, modò minus iudicis arbi-

trio

trio, prout contendere Menoch. paulo antè vidimus. Præterea inde solùm concludi potest, quòd, si id, quod *in d. auth. vt facta non. constit.* cauetur, etiam in legibus Pontificiis non obseruetur, quòd nimirum illarum publicatio fiat saltem in prouinciis, seu eorum capitibus, iuxta supradicta; non habebit locùm, quòd in ea disponitur, vt leges non obligent ante duos menses, statim autem pòst obligent; sed obligabunt eo tempore, quo suprà ex natura sua leges obligare diximus circumscripta dispositione d. auth. aut voluntate expressa legislatoris; nam ea lex, sicut quæuis dispositio, recipienda est cum suis qualitatibus, *iuxt. vulgar.*

Sed, quicquid sit de hac postrema restrictione huius posterioris regulæ, sett dictl; certè illæ duæ restrictiones omnino admittendæ sunt; quarum alteram ponit, & satis confirmat Suar. *d. lib. 3. de legib. cap. 18. num. 8.* vt nimirum † leges Regum, 556.
qui non recognoscunt Superiorem in temporalibus, nec legibus Imperatorum subiiciuntur, non esse regulanda hac in re iuxta ius commune prædictę auth. ac subinde statim incipere obligare; nisi vel in ipsa lege aliud declaretur, vel per leges proprij regni alius modus determinatus sit, aut illud ius commune sit consuetudine saltem acceptatum. Altera est, quam affert Menoch. *d. cas.* 185. *numer.* 26. cùm lex, & constitutio promulgata respicit præterita, vtputa si esset iuris antiqui declaratoria; nam tunc † frustrà bimestre expectaretur, 557.
ex quo iam lex vinculum iniecit; ex Fel. *in cap. cognoscentes, numer. 7. in fin. de constit.* & Ioan. Bapt. à S. Seuerino *in l. omnes populi, num. 145. ff. de iust. & iur.* dicens, id procedere siue Princeps vtatur verbo declaratiuo, siue non: idémque docens, quando mandaret Princeps iura veteta seruari sine adiectione pœnæ; & quando ius nouum concordat cum antiquo. Aliud exemplum huius restrictionis ex Fel. *loc. cit.* adducit Menoch. *d. cas.* 185. *numer.* 27. cùm Extrauagantes constitutiones in corpus iuris rediguntur: nam tunc non est necesse præstituere illis tempus hoc duorum mensium, cùm iam in earum promulgatione fuerit præstitutum. quod verum esse ait Menoch. *ibidem* pòst Ioan. Bapt. *vbi sup. numer.* 155. nisi illis Extrauagantibus alia data esset forma; vel nisi fuissent per suum antecessorem reuocatæ: quoniam tunc illa intelligitur esse noua promulgatio. Hæc verò restrictio ex eodem Menoch. *d. numer.* 26. & S. Seuerin. *d. numer.* 145. non procedit vbi lex noua esset modificatiua, & correctoria antiquæ. Et hæc de priori parte huius sextæ ac postremæ concluſ.

Posterior autem pars eiusdem concluſ. quòd nimirum † reuocatio commutationis vltimæ vo- 558.
luntatis facta non per legem, sed per rescriptum, aut priuatam dispositionem non habeat effectum, nisi perueniat ad notitiam eius, cui concessa fuerat commutatio. probatur, quoniam idipsum generaliter de priuilegiis docet Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 40. numer. 6.* ex Doctoribus ab eo *numer. præced.* allegatis, qui id tradunt de priuilegio, & gratię; nimirum Siluestr. *in summ. verbo, gratia, numer. 4. & verbo, indulgentia, numer. 17.* Armill. *verbo, gratia, numer. 6.* Corduben. *in quæstionar. libr. 4. quæst. 36. concluſ. 3.* & Gemin. *cap. 1. de concess. prab. in 6.* necnon ex aliis, quos in materia indulgentiarum ipsemet Suarez retulit, ac sequutus est *tom. 4. tract. de indulgent. disput. vlt. sect. 2.* quósque in reuocatione iurisdictionis ordinatij, vtputa Vicarij, aut etiam delegati, recenset, ac laudat Sanchez *lib. 3. de matrim. disput. 30. numer. 11.* & quoad ordinarium est optimus text. *in l. Barbarius, ff. de offic. prætor. & in l. si forte, ff. de offic. præsid.* ibi, si fortè præses prouinciæ manumiserit, vel tutorem dederit, priusquam cognouerit successorem aduenisse, erunt & hæc rata: vbi glos. ab aliis approbata *in verbo, cognouerit*, ait, vsque ad cuius aduentum durat eius iurisdictio. Id autem extendit *ibidem* Sanchez *in fin.* vbi etiam Vicarius reuocetur ex culpa sua, pòst Ant. Cucch. *lib. 2. Instit. maior. tit. 8. numer. 149.* contra Selu. *tract. de benef. 2. part. quæst. 14. numer. 13.* ne culpa Vicarij aliis noceat. *d.* autem *numer. 11. in initio*, extendit quoque, vt quando esset communis error reuocationis Vicarij etiam ipso illius conscio, valeant tamen gesta per ipsum; secus verò si cum scientia Vicarij non concurrat communis error, ex latiùs traditis per ipsummet *d. lib. 3. de matrimon. disput. 22. numer. 59.* Quòd, si petas, an in casu huius posterioris partis concluſionis intimatio reuocationis † fieri debeat per epistolam, 559.
aut nuntium ad id destinatum. Respondeo cum Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 40. eodémque vlt. numer. 7.* quòd, quicquid sit in speciali casu iurisdictionis, vel commissionis muneris per se ordinati ad regimen communitatis, seu reip. vtputa Vicarij Episcopalis; in quo etiam plerique talem intimationem reuocationis necessariam non esse putant, sed sufficere quamcumque scientiam, quos refert Sanchez *d. disput. 30. numer. 12.* ac sequitur Iacob. Sbroz *tract. de Vicar. Episc. lib. 3. quæst. 33. numer. 10.* licèt ipse Sanchez *d. disput. 30. numer. 13.* contrarium in reuocatione Vicarij pòst alios sentiat; quod idem de reuocatione iurisdictionis, ac licentiæ ad assistendum matrimonio docet, *eodem lib. 3. disput. 36. numer. 9.* certè in reuocatione priuilegij non apparet fundamentum, cur requiratur nuntius, vel epistola; quare pendebit ex voluntate reuocantis, qui poterit absolutè reuocare; ita, vt quacumque ratione reuocatio perueniat ad notitiam priuilegiati, effectum suum faciat: nam ad valorem reuocationis non est necessaria acceptatio priuilegiati, cùm eo inuito possit priuilegium reuocari; ergo notitia solùm expectatur ad vitanda inconuenientia, quæ aliter sequi possent: at verò ad hoc sufficit notitia quacumque via comparata: vnde sine fundamento alius modus præscribitur sine iure, vel ratione cogente. Ratio enim illa, quòd omnis res per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur, non vrget, quia facilius est destruere, quàm construere; eaque regula, *omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur*, 560.
vtplurimum † accipitur de causa sufficienti, non necessaria, vt videre est ex Doctor. *in cap. omnis res*, seu *1. extr. de regul. iur. ac l. nihil tam naturale, ff. eod. tit.* atque alibi sæpe: & ad acquisitionem priuilegij per se requiritur acceptatio recipientis; ad reuocationem verò sufficit voluntas reuocantis, vt dictum est. Atque hæc de præsenti quæstione; iam ad alias transeamus.

Svmmæ Rervm.

561. *Actiones commissarij, vel subdelegati ad vltimam voluntatem commutandam, quibus commutatio reuocari potest.*

562. *Delegatus à suo Superiore ad commutandam aliquam vltimam voluntatem nequit sine iusta*

cauſa commiſſionem non ſuſcipere, aut ſuſceptam dimittere ſine ſubdelegando, ſine commiſſionis renuntiando; num. 563.

564. *Delegatus ſubdelegando, aut delegationi renuntiando ſine iuſta cauſa, licet male, valide tamen facit.*

565. *Subdelegatio à delegato Principis facienda non ex eo ſolùm impeditur, quòd res commiſſa ardua, grauiſque ſit; & ibi intellectus cap. ſi pro debilitate, de offic. deleg.*

566. *Preſentia ad aliquem actum requiſita quid importet.*

567. *Delegatio facta per verbum, precipimus, an impediat ſubdelegationem.*

568. *Subdelegatio an, & quando impediatur à clauſula, quòd ſi non omnes, vel illa, quòd ſi ſi ambo, non poteſtis, &c. cum duobus num. ſeqq.*

569. *Intellectus cap. prudentiam, §. adiicimus, de offic. deleg.*

570. *Intellectus cap. coram, de offic. deleg.*

571. *Delegatus renuntians delegationi per ſubdelegationem, aut ſimpliciter quando poſſit iuriſdictionem reſumere.*

572. *Renuntiatio, aliiſve actus etiam ad Superiorem pertinens quando reuocari poſſit.*

573. *Subdelegatus ad commutandam aliquam vltimam voluntatem poteſt compelli ad ſubdelegationem ſuſcipiendam, etiam quoad partem.*

574. *Delegatus quilibet ex pluribus poteſt ſine aliis vices ſuas committere.*

575. *Subdelegatus quomodo compellendus ſit ad ſuſcipiendam ſubdelegationem, maximè ſi de Epiſcopo compellendo agatur.*

576. *Delegatus, qui malitioſè exonerare ſe vult, non poteſt ſubdelegatum compellere ad ſubdelegationem ſuſcipiendam.*

577. *Delegatus vnus ex duobus, vel pluribus poteſt collega ſua cauſam ſubdelegare; non poteſt tamen eum compellere ad recipiendam ſubdelegationem.*

578. *Subdelegatus non poteſt ſine cauſa dimittere ſubdelegationem ſibi factam ad commutandam aliquam vltimam voluntatem.*

579. *Delegatus, & ſubdelegatus poteſt ex iuſta cauſa commiſſionem non acceptare, & acceptatam dimittere. niſi impedimentum, aut excuſatio eſſet ab initio, vel temporalis; num. 580.*

581. *Renuntiatio delegationis quomodo inducatur ex ſubdelegatione in totum, & in delegato expiret iuriſdictio.*

582. *Iuriſdictio delegati expirat per executionem ſententiæ ab ipſo factam per ſe, vel alium intra annum.*

583. *Delegatus ad commutandam vltimam voluntatem, referendo negotium ad committentem, ſeu Superiorem, amittit iuriſdictionem circa illud.*

584. *Relatio negotij ad Superiorem quomodo, & quando auferat iuriſdictionem, & cognitionem referenti.*

585. *Relationis negotij ad Superiorem quot ſint ſpecies; & de qua ſpecie loquantur iura diſponentia, iuriſdictionem iudicis extingui, vel ſuſpendi per relationem.*

586. *Relatio cauſæ ad Superiorem, ſi hæc perfectè examinata eſt, hodie fieri non poteſt.*

587. *Index, qui retulit cauſam, an verum de ea cognoſcere poſſit ad maiorem Superioris inſtructionem.*

588. *Relatio cauſæ Superiori fieri à iudice non debet ad ſolum odium euitandum.*

589. *Relatio cauſæ an poſſit fieri poſt ſententiam in cauſa ciuili, vel criminali.*

590. *Appellatio à non plena relatione quando interponatur in cauſa ſine ciuili, ſiue criminali.*

591. *Iudex, qui premiſſis ſe relaturum cauſam ad Superiorem, vel pronuntiauit eam eſſe referendam, adhuc poteſt ex partium conſenſu de illa cognoſcere. non autem poſt factam relationem; niſi forte antequam eam Superior admittat.*

592. *Conſilium ſapientis petitum quando ſuſpendat, vel extinguat iuriſdictionem iudicis, remiſſiuè.*

593. *Iuriſdictio commiſſarij ad commutandam vltimam voluntatem expirat, ſi aſſociet ſibi tanquam collegam eum, qui iuriſdictionem non habet; ibique intellectus cap. cum ſuper, de offic. deleg.*

594. *Recuſatio iudicis non auferet ab eo iuriſdictionem, niſi ſecuta appellatione, vel pronuntiatione, cauſam recuſationis fuiſſe legitimam.*

595. *Propter quod vnumquodque tale eſt, illud magis eſt tale.*

596. *Iuriſdictio iudicis dati in ſolidum non expirat per aſſociationem collegæ non habentis iuriſdictionem: & vbi etiam datus ſit non in ſolidum, cum ſciebat, ſe ſolum poſſe procedere, & ad cautelam tantùm, id proteſtando, cum alio procedit; vel cùm erranit in facto, non in iure.*

597. *Iudex non amittit iuriſdictionem aſſumendo ſibi aſſeſſorem cùm poteſt, aut debet; immo etiam, cum non debet; ibique quando, & quomodo eum aſſumere poſſit, aut debeat. & qualem; num. 598 & ſeq.*

599. *Aſſeſſor iudicis laici in cauſa ciuili an poſſit eſſe clericus, & laicus iudicis Eccleſiaſtici. & quando index teneatur eius conſilium ſequi; numer. 600.*

601. *Iuriſdictio commiſſarij pro commutatione vltimæ voluntatis ab eo amittitur, ſi deferat appellationi ab ipſo interpoſitæ, licèt friuole. poteſt tamen ei à Superiore cauſa remitti, & omnino eſt remittenda, ſi index non detulit appellationi; n. 602. vtroque verò caſu, & appellatore negligente in proſequenda appellatione etiam legitima reaſſumit iuriſdictionem; numer. 603.*

604. *Delatio appellationis qualis eſſe debeat, vt per eam deferens amittat iuriſdictionem.*

605. *Iuriſdictio commiſſarij ad commutandam vltimam voluntatem extinguitur, ſi is pronuntiet, nullam ſibi eo in re competere iuriſdictionem. idque etiamſi velit eam reſumere de conſenſu partium; & ſiue bene, ſiue malè pronuntiauerit; num. 606. & ſeq.*

607. *Vidua quando eſt de foro Eccleſiaſtico; & ibi intellectus cap ſignificantibus, de offic. deleg.*

608. *Intellectus cap. dilectus, il 3. de prabend.*

609. *Iuriſdictio, ſeu poteſtas executoris nõ extinguitur, ſi is pronuntiet nullam ſibi poteſtatem exequendi competere; idemque in Confeſſario, cui commiſſa eſt commutatio vltimæ voluntatis in foro conſcientiæ.*

QVÆRO SEPTIMO; an per expreſſam, vel tacitam renuntiationem commiſſionis commutationis vltimæ voluntatis à commiſſario eiúſve ſubſtituto factam expiret in eorum altero facultas commutandi.

Secundus

Digitized by Google

Secundus modus ex propoſitis initio huius cap. quibus commutatio vltimæ voluntatis, ſeu facultas commutandi conſiderari poteſt quòd expiret, aut ſaltem ſuſpendatur non per ſe, ac ſponte ſua, ſed per actionem contrariam, eſt per actionem commiſſarij, ſeu eius ſubſtituti; de qua meritò dicendum eſt in præſenti quæſt. cùm in proximè præcedenti dixerimus de actione contraria ipſius committentis. Licèt autem hæ contrariæ actiones commiſſarij, aut ab eo ſubdelegati † multæ ſint; nimirum, ſi commiſſarius & ſubdelegatus remiat acceptare ille delegationem, hic ſubdelegationem; aut ſemel acceptatæ expreſſis verbis renuntiet, aut negotium cœptum referat, aut dicat, ſe referre velle Principi, alteriſve committenti; ſi in iuriſdictionis exercitio aſſociet ſibi aliquem, cùm non debeat, iuxta quorundam opinionem; ſi deferat appellationi à ſe interpoſitæ; ac denique ſi pronuntiet, ſe iuriſdictionem non habere: hæ omnes ad duo propoſita capita commodè reduci poſſe videntur. de iis verò ſingulis maioris perſpicuitatis gratia ſingulas concluſiones inſtituemus. 561. 562.

I PRIMA CONCLVSIO. Is, cui commiſſa eſt à ſuo Superiore commutatio alicuius vltimæ voluntatis; † non poteſt, ſeclusa iuſta cauſa, non ſuſcipere commiſſionem, aut ſuſceptam dimittere. Prior pars concluſionis probatur, quia id regulare eſt in delegatis à ſuis Superioribus, vt ſine iuſta cauſa nequeant delegationem detrectare; vt ſatis probat text. *in l. prætor*, aliàs *Prætor*, §. ſeu *verſ. qui autem*, *ff. de vacat. & exuſat. mun.* vbi dicitur, quòd qui excuſationem non habet, etiam inuitus iudicare cogitur. facit etiam text. *in l. ſancimus*, *la* 1. *C. de aduoc. diuerſ. iudic.* quem inter alios adnotarunt *ibi* gloſ. & Doctor. necnon text. *in l. fin.* §. *iudicandi quoque neceſſitas*, *ff. de muner. & honor. ac l. vnic. C. qui pro ſua iuriſd.* quæ iura ad id allegat gloſ. recepta *in cap. paſtoralis*, *in princ. verbo*, *renitentem*, *de offic. delegat.* & in delegatis ſedis Apoſtolicæ tradit Rot. Roman. *deciſ.* 12. *numer.* 1. *de prob. in nou.* & apud Caſſad. *deciſ. vnic. numer.* 4. *de verb. ſignific.* Quòd ſi is, cui fit commiſſio, non ſit ſubditus committentis, non poteſt compelli, nec tenetur, etiamſi nullam excuſationis cauſam habeat, delegationem recipere; vt probat text. *in cap.* 1. §. 1. *de for. compet. in 6.* dum prohibet Archiepiſcopo, ne ſubditos ſuorum ſuffraganeorum compellat ſuſcipere ſuam delegationem, aut ſententias à ſe latas, vel præcepta exequi, cuius rei ratio eſt, vt *ibi* ait gloſ. communiter approbata *in verbo*, *ſuſcipere*, quoniam Archiepiſcopus in ſubditos ſuffraganeorum ſuorum iuriſdictionem non habet; idque probat per text. *in cap. paſtoralis*, *in princ. de offic. ord.* cui adde inter alios text. *in cap. venerabilibus*, *in princ. de ſent. excommun. in 6.* Poſterior pars concluſionis probatur ex *cap. prudentiam*, §. *adiicimus*, *de offic. delegat.* vbi Romanus Pontifex de tertio iudice dato cum clauſula, *quòd ſi omnes intereſſe nequiuerint*, *duo eam nihilominus exequantur*; ait, quòd, ſi, cùm poſſit, noluerit intereſſe, grauiſſimè eſt arguendus: vbi gloſ. ab aliis approbata *in verbo*, *arguendus*, ait, eum eſſe quoque puniendum; quod & ſatis confirmat *ibi* Barbat. & Dec. *d.* §. *adiicimus*. nam text. quem ad id allegat gloſ. nimirum *in cap. ſciſcitatus*, *de reſcript.* hoc non probat, ſed tantùm poſteriorem † partem propoſitæ concluſ. dum *ibi* ſolùm habetur, quod ad hanc rem attinet, delegatum cùm dicta clauſula, *qui non vult intereſſe cauſa cognitioni*, *& proteſtari*, non poſſe aliquatenus excuſari. Sed & hæc eadem poſterior concluſ. pars probatur ex *d. c. paſtoralis*, *in princ. de offic. deleg.* lex quo apertè conſtat, non poſſe delegatum ſine iuſta cauſa ab exercitio, & vſu delegationis ſe exonerare ſubdelegando, ibi; dummodo ipſe exonerare ſeipſum inaliuioſe non quærat: necnon ex *cap. ſi pro debilitate*, *eodem tit.* iis verbis; ſi pro debilitate, vel pro qualibet alia graui cauſa, vel neceſſitate tractandis cauſis, quæ tibi à ſede Apoſtolica committuntur, intereſſe non poteris, liberum tibi ſit perſonis diſcretis, & idoneis vices tuas committere: per quem text. id adnotauit *ibi* gloſ. *in verbo*, *liberum*, *in fi.* his planè verbis, & ſic ſemper iuſta cauſa debet ſubeſſe, quando cauſam committit, vt hic habes: licèt eadem gloſ. *d. cap. paſtoralis*, *in princ. verbo*, *exonerare*, contrarium velit, cuius opinionem vtrobique ſequuntur communiter Doctor. vt teſtatur Dec. *d. cap. ſi pro debilitate*, *numer.* 2. in eam ipſe partem inclinans, quam nos hic ſuſtinemus, vt cauſa requiratur ad ſubdelegationem; non quidem valide, ac ritè, vt paulo pòſt dicemus, verùm licitè, ac rectè faciendam, per *d. cap. ſi pro debilitate*, *& cap. paſtoralis*, *in princ. de offic. deleg.* per quæ iura tamquam ſpecialia inquit declarari alia generaliter permittentia delegato Papæ, ac Principis, vt ſubdelegare poſſit; vt *cap. quamuis*, *cap. ſuper quæſtionum*, §. *ſi verò*, *& cap. fin. in princ. de offic. deleg.* cum aliis per nos adductis ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 14. poſt *vlt. not. verſ. altera regula generalis*; vbi hanc regulam multis modis extendimus, ac limitauimus: quibus hìc loco, quatenus ad rem præſentem attinet, aliquid adiiciimus; ſi duo priùs adnotemus, quæ immediatè, ac per ſe ad huius totius concluſ. declarationem pertinent. Alterum eſt; quòd in caſibus, quibus delegatus, ſeu commiſſarius commutationis vltimæ voluntatis renuntiare non poteſt commiſſioni ſubdelegando, multo minùs poterit renuntiare ſimpliciter; cùm in priori caſu maius præiudicium, ac damnum ſequatur impetranti, quia nouam commiſſionem obtinere debet, niſi prior fuerit pluribus facta vel in ſolidum, vel cum clauſula, quòd, ſi non omnes, vel ſi ambo non poteſtis; argum. *cap. quamuis*, *& cap. prudentiam*, *in princ. de offic. deleg. & cap. cùm plures*, *eodem tit. in 6.* Alterum eſt, quòd, † licèt delegatus malè faciat renuntiando ſine iuſta cauſa delegationi, aut ſimpliciter, aut per ſubdelegationem; validè tamen vtrumque facit; argum. *d. cap. prudentiam*, §. *adiicimus*, *& d. cap. paſtoralis*, *in princ. de offic. deleg.* nec mirum; multa enim facta tenent, quæ tamen fieri prohibentur, *l. patre furioſo*, *ff. de his*, *qui ſunt ſui*, *vel alien. iur. l. Græcè*, §. *& poſt litem*, *ff. de fideiuſſor.* vbi gloſ. *verbo*, *datur*, multa iura ad id allegat. quod & facit gloſ. Bern. *in cap. ad Apoſtolicam*, §. 1. vbi text. expreſſus, *verbo*, *obtinent roboris firmitatem*, *de regular.* Iam verò ad id, quod de illa regula delegatum Principis poſſe delegare, ſeu ſubdelegare, ſcripſimus *d. cap.* 5. *quæſt.* 14. *poſt vlt. notab. in cit. verſic.* Altera regula generalis; addimus primò, quòd doctrinæ, quam *ibidem* ſatis confirmauimus, & cum aliis contra alios tradidimus, † arduitatem, ſeu grauitatem rei commiſſæ per ſe ſolam non impedire ſubdelegationem à delegato Principis faciendam; non obſtat 563. 564. 565.

textus *d. cap. ſi pro debilitate*, dum præcitatis verbis, quibus dicitur, libetum eſſe delegato ex cauſa ſubdelegare, illa ſubiiciuntur; ita tamen, quòd, ſi res tanti eſt, te conſulere debeant; niſi forte cauſæ ita graues ſint, quòd ſine præſentia tua non poſſint commodè terminari. Reſpondetur enim primò cum Dec. *d. cap. ſi pro debilitate, numer.* 4. text. hunc non loqui ſimpliciter de cauſis grauibus, ſed ponderare qualitatem, ſeu quantitatem grauitatis, dum ait, *niſi ita graues ſint*, &c. quo loquendi modo in ſimili vtitur text. *in cap. quanto, de iudic.* ibi, ita coniuncta, & connexa eſt; idque valde referre conſtat ex *ibidem* adductis per Dec. & alios. quare grauiſſimæ aut valde graues eſſe debent; nam de grauibus ſatis diſpoſuerat iis verbis ſtatim præcedentibus, ac mox relatis; *ita tamen, quòd ſi res tanti eſt, te conſulere debeant.* Secundò reſpondeo, quòd etiam ſuſtineri poteſt, rei quantamuis grauitatem non impedire ſubdelegationem, niſi aliunde impediatur; nam illa exceptio, niſi fortè cauſæ ita graues ſint, quòd ſine præſentia tua non poſſint commode terminari, non refertur ad facultatem ſubdelegandi, cuius non immediatè mentio facta fuerat, ſed interpoſita clauſula illa mox relata; *ita tamen, quòd ſi res tanti eſt, te conſulere debeant*; ſed ad hanc ipſam clauſulam immediatam: vnde ſenſus erit, & quidem magis planus, ac proprius; ſubdelegari à te ex cauſa teipſum conſulere debebunt, ſi res tanti eſt, vt conſilium mereatur, quia grauis ſit: quòd, ſi tanta ſit grauitas cauſarum, vt ſine ſua præſentia nequeant terminari, tunc ſingulis earum actibus intereſſe debebis: neque enim ea poſtrema verba ſignificant ſubdelegationem tunc fieri non poſſe; ſed ſolùm ſubdelegantem intereſſe ſingulis actibus in cauſa faciendis debere, eiúſque conſilium à ſubdelegato ſequendum, licèt aliàs, qui conſilium requirere debet, illud ſequi non teneatur; vt pluribus tradit iuxta terminos prædictorum verborum, *ita tamen, quòd ſi res tanti eſt, te conſulere debeant*, ſentit Dec. *d. cap. ſi pro debilitate, numer.* 7.

566. *cum duobus ſeqq.* maximè cùm præſentia † ad ſummum importet conſenſum, Bald. *l. fin. §. neceſſitatem, numer.* 10. *C. de bon. quæ liber.* Franc. *in cap. vnico, §. cùm verò, numer.* 6. *ne ſed. vac. in* 6. gloſ. *cap.* 1. *verbo Capituli, de exceſſ. prælat.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cane. gloſ.* 47. *numer.* 61. *& ſeq.* ex quibus etiam ſatis colligitur præſentiam, vel conſenſum non importare actum iuriſdictionis: ſed etſi in caſu *d. cap. ſi pro debilitate*, dicamus, ab ea iuriſdictionem importari; adhuc ad ſummum delegatus eſſet tunc collega ſui ſubdelegati; nam apertè ibi ſupponitur, ſubdelegatum procedere tunc debere in præſentia delegati, qui ſibi ſubdelegauit: aliàs enim dixiſſet Pontifex, niſi fortè cauſæ ita graues ſint, vt per te debeant terminari, aut quid ſimile. Secundò circa prædictam regulam, delegatum Principis poſſe ſubdelegare, illud addimus, eam præter caſus *ibidem* relatos, fallere quoque potiſſimùm in aliis duobus caſibus, quamuis ſubdelegare velit ex iuſta cauſa; qui tamen dubitatione non carent. Primus eſt, vbi committens vtatur non verbo, *mandamus*, aut ſimili, ſed, † *præcipimus*; vt volunt

567. gloſ. *in l. ſæpe, ff. de offic. præſid.* quam Alex. *in l. more, numer.* 40. *ff. de iuriſd. omn. iud.* dicit in toto mundo approbatam; tenuítque Bald. *in l.* 1. *C. quem. & quand. iud.* cum aliis relatis à Fel. *d. cap. ſi pro debilitate, numer.* 1. ac ſequitur *ibi* Dec. *numer.* 2. *& d. l. more, numer.* 51. vbi probat præceptum magis adſtringere, quàm mandatum, *& cap. eam te, not.* 2. *& ibi* Fel. *numer.* 11. *de reſcript.* quod etiam ſentiunt, quos laudat Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſput.* 28. *numer.* 87. diſtinguentes inter executorem gratiæ voluntarium, cui datur poteſtas exequendi, & neceſſarium, cui præcipitur, ac iubetur executio. hunc verò caſum expreſsè tenet etiam multis relatis Ludou. Rodolphin. *in tract. quib. mod. ordin. effic. delegat. numer.* 31. *ac* 33. *cum ſeq.* idem poſt alios tradens *numer.* 35. de verbo, *iubemus*, vt hoc quoque in commiſſione, ſeu delegatione appoſitum impediat ſubdelegationem; quinimmo *d. numer.* 31. aliquos refert cenſentes idipſum etiam ſtatuendum de verbo, *mandamus*. Sed quamuis hic caſus prohibitæ ſubdelegationis etiam ex cauſa in delegato Principis ob verbum, *præcipimus*, ſit probabilis ex prædictis, verius tamen eſt oppoſitum, quod præter Fel. & Alex. *vbi ſup.* tenet Ioan. Imol. *in Clem. ſæpe, verſ. ſed aduerte, de verb. ſignif.* Apoſtill. Dec. *d. numer.* 2. qui etiam allegat Ial. *in l. à iudice, C. de iudic. & l.* 2. *C. commun. de legat.* immo ipſum Dec. *in rubr. C. de mandat. Princip.* ex adductis per Dec. *ibi* Fel. & Imol. *vbi ſup.* & Doctor. *in l.* 1. *ff. quod iuſſu.* Magis verò probabilis, ac certior caſus eſt ſecundus, † 568.
vbi cauſa, negotiúmve commiſſum eſt cum clauſula, *quòd, ſi non omnes*; vel, *ſi ambo non poteſtis*; vt ſatis conſtat ex *cap. coram, de offic. deleg.* iuxta multorum interpretationem, ac præcipuè Fel. *ibi numer.* 11. Bellamer. *numer.* 4. Imol. *numer.* 23. *cum ſeq.* & Goffred. quem refert *ibidem* Ioan. Andr. *numer.* 18. *&* 19. ac ſequitur Spec. *de int. deleg. §. ſequitur, numer.* 10. & quamuis ipſe Ioan. Andr. *ibi* aliter diſtinguat, aliter gloſ. *verbo, quod non intelligitur*; aliter quoque Cald. Butr. Card. & Abb. tamen verior mihi videtur, & planior diſtinctio illa, quam faciunt Goffr. Fel. Bellam. Boich. & Imol. *vbi ſup.* poſt alios, atque etiam quoad hanc partem admittit gloſ. *ibid. poſt med.* vt ſtante in commiſſione, ac delegatione prædicta clauſula, ſi talis delegatus ſubdelegare velit ratione impedimenti perpetui, aut temporalis ineuitabilis; tunc non poſſit, quoniam purificata eſt conditio iuriſdictionis collegæ, vel collegarum, & ad eos deuoluta eſt tota iuriſdictio, *cap. ſciſcitatus, de reſcript. & cap. prudentiam, in prine. de offic. deleg.* cum ſimil. Si verò ratione temporalis impedimenti ineuitabilis, aut ratione incommoditatis nolit delegatus intereſſe, atque adeò velit ſubdelegare, tunc poterit, & collegæ tenebuntur ſubdelegatum admittere: ſic intelligi poteſt *cap. licèt vndique, de offic. deleg.* vbi admittitur, & approbatur ſubdelegatio facta ab vno delegato ex pluribus datis cum clauſula, *quòd, ſi non omnes.* Quòd, & quis obiiciat text. *d. cap. prudentiam, §. aduertimus*; vbi, ſi vnus ex pluribus delegatis cum clauſula, *quòd, ſi non omnes*, nolit intereſſe, cæteri collegæ procedere ſoli poſſunt, ac debent; atque adeò ille non poteſt ſubdelegare: nam † vel iſte §. eſt accipiendus de eo, qui non vult intereſſe ex ſimplici, ac 569.
mera voluntate, ac ſine cauſa, vel ex contemptu; nos autem loquimur de eo, qui non vult intereſſe ex cauſa, ratione incommoditatis; prout reſpondet Boich. *d. cap. coram, numer.* 7. Goffr. & Spec. *vbi ſup.* vel eſt accipiendus, quando non vult intereſſe per ſe, vel alium; ſic reſpondet Imol. *eodem cap. coram, numer.* 23. & prædicta principalis diſtinctio approbatur etiam à *gloſ. fin. d. cap. coram.* Quòd, ſi ea fortè alicui non placeret; vel dicere poſſet cum relatis tacito nomine à *d. gloſ. fin.* poſſe quidem delegatum cum dicta clauſula, *quòd, ſi non omnes*, vel ille, *ſi ambo non poteſtis*, ſubdelegare, ſed collegas, vel collegam non teneri eum admittere; quod etiam apertè ſentit *ibi* Innoc. *n.* 2. ad verbum, *noluit*, dum ait, & hoc quidem confitemur, quòd committere poteſt, ſed tunc condelegatum non tenetur recipe-

re

re ſubdelegatum: vel poſſet dicere cum eodem Innoc. *d. numer. 2. ad verb. per alios*, quod non poteſt quidem vnus ex duobus delegatis cum clauſula, *quòd, ſi ambo*, &c. ſubdelegare, neque collega tenetur admittere ſubdelegatum, vt *in d. cap. coram*, quod verè loquitur † de clauſula, *quòd, ſi ambo*, non autem de clauſula, *quòd, ſi non omnes*; quæ ſi adſit, tunc poteſt vnus ex delegatis ſubdelegare, & cæteri tenentur ſubdelegatum admittere, vt *in d. cap. licèt vndique, de offic. deleg.* quod loquitur in clauſula, *quòd, ſi non omnes*. Rationem autem diuerſitatis, quam *ibidem* affert Innoc. quia, cùm duo ſunt delegati, non poteſt euenire caſus, vt alter delegatus per alium poſſit de cauſa delegata cognoſcere: cùm autem tres ſunt delegati, caſus euenire poteſt, vtputa, ſi tertius ſit mortuus, vel aliàs excuſatus legitimè, & vnus ex duobus ſubdeleget; non bene percipio; tum quòd etiam vbi duo ſint delegati, ſi alter impeditus ſubdeleget, iam hic cognoſcet per alium de cauſa delegata; quòd ſi Innoc. loquatur de caſu, quo vnus ex collegis cum clauſula, *ſi ambo*, velit collegæ ſubdelegare; adhuc hic repræſentat collegam ſubdelegantem, & ſolus procedere poteſt, vt ſatis conſtat ex *cap. ſuper quæſtionum, §. ſi verò, de offic. deleg.* tum quòd allegatio partis *d. cap. coram*, qua, licèt fortè non ſola, nititur deciſio, apertè reprobat illam ſuppletionem, per ſe, vel alium, in clauſula, *ſi non poſſint intereſſe*; dicitur enim *ibi*, quòd ea non intelligitur, ſi per ſe, vel alios intereſſe non poſſent, quia id rarò, vel nunquam contingeret; ſed, ſi non poſſent perſonaliter intereſſe. Eadem verò principalis diſtinctio Innoc. probatur etiam ex *cap. vlt. §. 1. de offic. deleg.* vbi ſaltem virtualiter erat ſimplex clauſula, *quòd ſi non omnes*, ſed cum prælectione, nimirum ſi non omnes intereſſe poteſtis, tu Epiſcope cum altero tuorum coniudicum mandatum exequaris; & tamen *ibi* ſubiicitur, quòd tunc ſine ſubdelegato ab ipſo Epiſcopo reliqui duo procedere non valebunt. cùm autem ſimilis clauſula, *ſi ambo*, hoc eſt, cum prælectione, adſit *d. cap. coram*, rectè *ibi* aſſerunt Doctor. ferè omnes, collegam, vel collegas teneri recipere ſubdelegatum à prælecto; quod & voluit gloſ. ab aliis recepta *d. §. 1.* per illum text. probabileque redditur id, quod pariter ferè omnes tradunt *d. cap. coram*, quòd licèt delegatus cum clauſula, *ſi non omnes*, vel, *ſi ambo non poteſtis*, habente prælectionem poſſit ſubdelegare; ſecus tamen eſt, ſi prælectionem non habeat; & hæc eſt quarta probabilis diſtinctio ad intellectum *d. cap. coram.* cui nos addimus quintam à nemine quem viderim tactam, quoad duos, vel plures delegatos cum clauſula, *ſi ambo*, vel *ſi non omnes*, vel ſimplici, hoc eſt, ſine prælectione, vel etiam cum prælectione, vbi agatur de ſubdelegatione facienda à collega non prælecto; quòd nimirum poſſit vnus ex duobus ſic delegatis collegæ ſuo vices ſuas committere, vt eſt caſus *in cap. quamuis*, & *d. cap. ſuper quæſtionum, §. ſi verò, de offic. deleg.* ac de vno ex pluribus, ſeu in clauſula, *quod ſi non omnes*, caſus eſt *in d. cap. licèt vndique*; extraneo verò, ſeu non collegæ non poſſit, qui eſt caſus *d. cap. coram*; qui text. non obſtabit huic noſtræ diſtinctioni, quatenus ibi erat clauſula *ſi ambo*, cum prælectione, quoniam *ibi* non agebatur de ſubdelegatione facta à collega prælecto, ſed à non prælecto, vt *ibi* videre eſt. Huius verò noſtræ diſtinctionis ea ſatis congrua ratio aſſignari poteſt, quòd omnium collegarum perſonæ, ſunt à committente approbatæ ad cauſam cognoſcendam, negotiúmve exequendum, non ſic in extraneo.

570.

Quòd ſi pro complemento huius concluſionis petas, an delegatus renuntians delegationi ſiue cauſa ſubdelegationis, ſiue ſimpliciter, rerum poſſit iuriſdictionem ſuam reaſſumere. Breuiter reſpondeo † quoad renuntiationem cauſa ſubdelegationis, quòd, ſi ſubdelegatio facta ſit non in totum, tunc indiſtinctè poteſt vices ſuas reaſſumere, ſiue res ſit integra quoad ſubdelegatum, ſiue non; ſi verò facta ſit in totum, tunc non niſi re integra exiſtente vices ſuas poteſt reuocare; quorum primum ſatis colligitur à contrario ſenſu ex *cap. venerabili, §. porro, de offic. deleg.* necnon ex *cap. quamuis.* iuncto *cap. ſi delegatus, eodem tit. in 6.* cum aliis adductis ſup. hoc eodem cap. *quæſt. 4. concluſ. 3.* & quæſt. hanc præced. *in 1. præmiſſ.* ex vtrobique autem traditis conſtat pariter ſecundum, ac præcipuè ex *d. cap. quamuis*, vbi eſt text ſatis expreſſus, *de offic. deleg. in 6.* ex quibus etiam ſatis colligitur idem dicendum de renuntiatione delegationis facta ſimpliciter, vt reuocari poſſit, atque adeò reſumi iuriſdictio re adhuc integra exiſtente, hoc eſt, antequam ſuperior cauſam, ſeu negotium ad ſe aduocet, alteríve committat, præſertim ex *c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, il 2. vt lit. pend. & cap. vt noſtrum, de appell.* cum vtrobique notat. per Doctor. ac Menoch. poſt alios *in commentar. de arbitrar. iud. quæſt. 67. numer. 30.* Id quod etiam confirmari poteſt; tum ex eo, quòd, † vbi per aliquem actum non eſt alicui ius quæſitum, vel ſi ad Superiorem pertineat, non eſt ab eo adhuc acceptatus locus pœnitentiæ, iſque reuocari poterit ab illum faciente, vt tradunt Doctor. *in cap. quod ſemel placuit, de regul. iur. in 6.* & conſtat ex latiùs adductis per Flam. Patiſ. loquentem de renuntiatione beneficij *in tract. de reſign. benefic. lib. 1. quæſt. 12.* ferè per tot. *& lib. 3. quæſt. 18.* paſſim *à numer. 64. vſque ad 84.* tum ex eo, quòd ſimplex renuntiatio, hoc eſt, quæ non ſit per modum pacti, poteſt quandocumque reuocari, antequam alter ius apprehendat; & idem cùm ſit animo, vt alteri quæratur, & non acquiritur; vt per text. *in l. ſime in vacuam, ff. de acquir. poſſ. & l. certum, §. ſi quis abſente, ff. de confeſſ.* tradit doctiſſimus D. Paul. Gallerat. *in ſuo* luculentiſſimo *tract. de renunt. lib. 4. cap. 3. numer. 8.* & facit *l. ſi pecuniam, ff. de condict. ob cauſ.* ſecus dicens eſſe in renuntiatione per modum pacti, per quod ius alicui quæratur, ex Bologn. *in l. poſtquam liti, in princ. num. 1. C. de pact.* quomodo intelligenda ſunt, quæ idem D. Gallerat. latiùs adducit *d. tract. de renunt. lib. 2. cap. 5. à numer. 12. ad 23.* qui tamen *numer. 24.* id quoque declarat, & aliquot *numer. ſeqq.* comprobat, non procedere ex noua cauſa, ſeu nouo iure ſuperueniente. *numer.* autem 26. vbi ceſſet cauſa renuntiationis, & *numer. 31. verſ. eo quoque caſu*, pluribus allegatis docet, regreſſum renuntianti dari, cùm ius non acquiritur ei, cui facta eſt renuntiatio, præcipuè per *l. nec vtilem, ff. ex quib. cauſ. maior. & verſ. præterea*, regreſſum dari renuntianti, quoties reuocat renuntiationem re integra, ex Bolognett. *d. numer. 1.* Tum denique ex iis, quæ de reuocatione renuntiationis commutationis alicuius voluntatis ab impetrante facta dicemus *quæſt. 9 huius cap.* Verùm hac de re aliquid etiam dicturi ſumus *ad fin. ſeq. concluſ.* Interim verò ad reliquas præſentis quæſt. concluſiones tranſeamus.

571.

572.

Secvnda conclvsio. Subdelegatus ad commutandam aliquam vltimam voluntatem † poteſt compelli ad ſubdelegationem ſuſcipiendam; & ſuſceptam ſine iuſta cauſa nequit dimittere. Prior pars concluſionis probatur ex *cap. paſtoralis, in princ. de offic. deleg.* vbi de Legato à Principe Romanus

573.

Pontifex ait; Conſultationi tuæ duximus reſpondendum, quòd, cùm delegato à Principe iuriſdictio dandi iudicem ſit a lege conceſſa, dummodo ipſe exonerare ſeipſum malitioſè non quærat, poteſt compellere renitentem, eò quòd iuriſdictio illa nullius videretur eſſe momenti ſi coercionem aliquam non haberet. ad idem ſunt alij text. nimirum *in d. cap. paſtoralis, §. quia verò, cap. in literis, cap. ſanè, il. 2. eodem tit. de offic. deleg.* necnon *cap. 2. eod. tit. in 6.* quos ad id ponderauimus *in tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap. vlt. quæſt. 7. concl. 2.* vbi etiam retulimus gloſ. communiter receptam *in cap. ſignificaſti, verbo, non vult, de offic. deleg.*

Ampliatur autem hæc prior pars concluſ. primò, vt non modo poſſit delegatus compellere ſubdelegatum ad ſuſcipiendam ſubdelegationem, cùm totam cauſam ei committit, ſed etiam cùm ſolùm partem, vtputa citationem. ita decernit idem Romanus Pontifex *d. cap. paſtoralis, §. 1.* dum ait; item cùm totum negotium alij poſſit committere delegatus, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum, citationis officium poteſt cuilibet diſcretione præuia demandare, ac punire meritò contemptorem. Secundò,
574. vt, licèt plures ſint delegati, † poſſit tamen vnus eorum ſine aliis vices ſuas committere, vt poſt Butr. *in cap. fin. de offic. deleg.* tenet *ibi* Ioan. Imol. *numer. 11.* quia illi ſoli etiam ſine aliis datur à iure hæc poteſtas ſubdelegandi, per eum text. nimirum *in princ. & §. 1.* qui id ſatis bene probat: ſed melior, meo iudicio, eſt *in cap. quamuis, & in cap. ſuper quæſtionum, §. ſi verò*, vbi de dnob. iudicib. delegatis ſimpliciter, vel cum clauſula, *ſi ambo, & cap. licet vndique, in princ.* vbi de tribus datis cum clauſula, *quòd ſi non omnes.*

575. Limitatur nunc primò, vt † in huiuſmodi compulſione, ſeu coactione ſubdelegati ad acceptandam ſubdelegationem, deferendum ſit dignitati, ac perſonæ, vt dicitur *d. cap. paſtoralis, in princ.* quod magis declaratur *in d. cap. ſanè, il. 2. §.* ſeu *verſ. ita quod*, decernente, quòd delegatus in compulſione Epiſcopi ſecundùm negotij qualitatem temperatè procedens, ante illius ſuſpenſionem, ei vel ingreſſum Eccleſiæ, vel Sacerdotale officium interdicat, aut etiam terram illius, quæ ad iuriſdictionem ſuam pertinet, ſpecialiter interdicto ſupponat. quod idem, omiſſa interdicti ſententia decernitur *d. cap. 2. de offic. deleg. in 6.* quoad delegatos, & Conſeruatores Apoſtolicos, ſubditurque deinde aggrauandam contra eos Eccleſiaſticam cenſuram; ſimiliter in cenſuris hac de cauſa ferendis ea ſeruanda ſunt, quæ cum alia quauis de cauſa feruntur, obſeruanda tradidimus *ind. tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap. 8. quæſt. 5.* fere per tot. Secundò limitatur hæc eadem poſterior pars concluſ. vt
576. delegatus † nequeat compellere ſubdelegatum ad recipiendam ſubdelegationem ſi ipſe delegatus malitioſè quærat ſe exonerare, vt dicitur *in d. cap. paſtoralis, in princ.* vbi gloſ. recepta *in verbo, exonerare*, docet hanc malitiam in dubio non eſſe præſumendam. Denique eadem concluſ. pars limitatur,
577. vt, licèt † poſſit vnus ex duobus vel pluribus delegatis collegæ ſuæ cauſam ſubdelegare, *cap. quamuis, cap. ſuper quæſtionum, §. ſi verò, & cap. licet vndique, de offic. deleg.* cum ſutil. non tamen poterit collegam compellere ad ſubdelegationem ſuſcipiendam non modò quando malitioſè vellet ſe exonerare, quod commune eſt cæt. in ſubdelegationi, quæ fit alij, quàm collegæ, vt monuimus, vel vbi vulneraretur iuriſdictio ipſius collegæ, ſi cogeretur delegationem ſuſcipere, vt quia cauſa committi poſſit ſine appellatione remota; tunc enim ſi reciperet à collega ſubdelegationem, neque etiam ex propria iuriſdictione poſſet cautam cognoſcere appellatione remota, vt ſingulariter decernitur *in d. §. ſi verò*, ibique adnotarunt Doctores communiter; in quibus duobus caſibus id admittit Butr. *d. cap. paſtoralis, & d. cap. pen. de offic. deleg.* vel vbi delegatus non eſſet impeditus de iure, aut de facto, vt ſentit Spec. *in tit. de mandat. deleg. §. ſequitur, numer. 8.* ſeu *verſic. tempore ſui conadelegato*; quaſi ſecus ſit, vbi delegatus foret impeditus. verùm etiam indiſtinctè, atque in omni caſu nequit collega compelli à collega ad ſuſcipiendam eius ſubdelegationem; vt optimè tradit inter cæteros Imol. *d. cap. fin. num. 12. & 13.* tum quia collegæ illi ſunt pares in iuriſdictione, *l. collegarum, ff. de verb. ſignif.* par autem in parem non habet imperium, *cap. innotuit, de elect. l. nam magiſtratum, ff. de arbitr. & l. ille, a quo, §. tempeſtivum, ff. ad Trebell.* cum ſimil. tum quia licèt collega non acceptet, poterit alteri ſubdelegare; & ſic non impedietur omnino poteſtas eius in ſubdelegando.

Probatur nunc poſterior † pars huius concluſionis, nimirum ſubdelegatum non poſſe receptam ſubdelegationem ſine cauſa dimittere; primò ex fundamentis poſteriorum partis præced. concluſ. vbi oſtendimus, teneri committentem, ſeu eum, cui delegata eſt, & commiſſa commentio vltimæ voluntatis, retinere, & exequi huiuſmodi delegationem, ſeu commiſſionem: quod enim de delegato ſtatuitur, idem proportionabiliter dicendum eſt de ſubdelegato, vt docuimus ſup. *quæſt. 2. huius cap. concluſ. 4. circa initium*, & ſatis colligitur tum ex *cap. licèt vndique, & cap. fin. in princ. de offic. deleg.* vbi iuriſdictio ſubdelegata vocatur delegata, & ſubdelegatio delegatio: tum ex eo, quod *tit. vbi ſupr. & tit. de iud. deleg.* tractatur etiam de ſubdelegato, & materia ſubdelegationis. præſertim verò ex iuribus, quibus generatim probatur, iudicandi munus eſſe neceſſarium. Secundò ex fundamentis prioris partis huius concluſ. Si enim ſuſcipere tenetur ſubdelegationem, tenetur quoque iuſta cauſa ceſſante ea vti vſque ad ſententiam incluſiuè; aliàs talis commiſſio ludibrio eſſet, & ſic fierent ludibrio leges, quod eſſe non debet, *l. vlt. §. vbi autem, C. de bon. quæ liber.* &c. cum ſimil. & verba ſunt accipienda cum effectu, *l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quiſque iur. & cap. relatum, de cler. non reſid. cum ſuis concord.* vtrobique per gloſ. alleg. pro vtroque argumento fere in hac ſpecie vtitur gloſ. *in cap. coram, verbo, non intelligitur, de offic. deleg.*
578.

Limitatur autem tam hæc poſterior pars præſentis concluſ. quam eiuſdem prior, & vtraque pars concluſ. præced. vt † ſiue delegatus, ſiue ſubdelegatus, poſſit ex iuſta cauſa illi commiſſionem, ſeu delegationem, hic ſubdelegationem commutationis vltimæ voluntatis non acceptare, & ſemel acceptatam dimittere; vt colligitur tum ex *cap. ſciſcitatum, de reſcript. cap. ſi pro debilitate, cap. prudentiam, in princ.* ſeu *§. in hoc caſu, ac §. adiicimus, de offic. deleg.* vbi id ſatis habetur in ſenſu directo; necnon ex *cap. paſtoralis, in princ. eod. tit.* à contrario ſenſu; tum ex *l. prætor*, aliàs *prætor*, quæ eſt *pen. in princ.* iuncto *§. qui autem, ff. de vacat. & excuſ. mun.* vbi Vlpianus I. C. cum excuſari ait à munere iudicandi, qui in eam valetudinem incidit, vt certum ſit, eum ciuilia officia ſubire non poſſe; aut ſi alio morbo laboret, vt ſuis rebus ſupereſſe non poſſit; vel ſi qui ſacerdotium nacti ſunt, vt diſcedere ab eo ſine religione non poſſint: qui autem non habet excuſationem, etiam inuitus iudicare cogi-
579.
tur.

Digitized by Google

tur. Subdit autem ſtatim I. C. *in §. ſi poſt actam*, id, vnde etiam duas huius limitationis reſtrictiones li-
580. cet ſumere; nimirum, † quòd, ſi poſt cauſam actam, (aliàs acceptam, ideſt, cœptam, vel acceptatam, vt *ibidem* gloſ. & Doctor. exponunt,) cœperit ſe excuſare iudex, ſi quidem priuilegio, quod habuit antequam ſuſciperet iudicium, velit ſe excuſare, nec audiendus eſt, ſemel enim agnoſcendo iudicium renuntiat excuſationi: quòd, ſi poſtea iuſta cauſa incidat, vt iudex ad tempus excuſetur, non debet in alium transferri iudicium, ſi cum captione, (hoc eſt, damno,) id futurum eſt alterutrius. tolerabilius enim eſt interdum iudicem qui ſemel cognouerat, tantiſper expectare, quàm iudici nouo rem turſum iudicandam committere. Hæc ibi Vlpianus. Ex quibus finis ſit huic concluſ. ſi illud priùs admoneamus, quod etiam ex
581. prædictis colligi poteſt, † per ſubdelegationem in totum à delegato factam induci tacitam renuntiationem, in eóque expirare iuriſdictionem, vt ſatis conſtat ex *cap. ſuper quæſtionum*, §. *porrò*, *cap. venerabili*, item §. *porrò*, *de offic. deleg. cap. ſi duo*, *cap. quamuis*, *cap. ſi delegatus*, *cap. ſi is*, *cui*, & *cap. pen. eod. tit. in 6.* cum *ibi* adnot. per gloſ. & Doctor. niſi tamen iuriſdictio re integra per delegatum reuocetur, *d. cap. quamuis*; facitque *d. cap. ſi delegatus*, *in princ.* ſicut etiam ex quo delegatus per ſe, vel per alium ſententiam executioni mandauit, vel
582. mandari præcepit, † eius auctoritas, & iuriſdictio ceſſat, quia ſemel eſt officio ſuo functus, vt ait Romanus Pontifex *in cap. in litteris*, *de offic. deleg.* ita tamen, vt, ſi is, cui delegatus mandauit executionem, non paruit, quia noluit, aut aliis reſiſtentibus non potuit, ipſe potui exequi, vt *ibidem* tradit gloſ. recepta *in verbo præcepit*, per text. *in cap. ſignificaſti*, *eod. tit.* ſed intra annum à die latæ ſententiæ, vt gloſ. *ibidem* adnotauit ex *cap. quærenti*, pariter *eodem tit.*

TERTIA CONCLVSIO. Commiſſarius, ſeu cui delegata eſt commutatio vltimæ voluntatis, † referendo negotium ad committentem, 583
ſeu delegantem, vel ad Superiorem, amittit iuriſdictionem circa illud. Satis id patet ex eo, quod generatim de iudice deciſum eſt *in cap. licèt*, *de offic. leg.* vbi deciditur, quòd ex quo legatus ſedis Apoſtolicæ retulit cauſam Papæ, deſinit eſſe iudex, &, ſi quid poſtea fecerit, nihil valet. ex quo text. id in quouis iudice adnotauit gloſ. ab aliis recepta *ibi* in figuratione caſus, *not. 3. & verbo*, *tranſtulerat*, necnon *in cap. in litteris*, *verbo*, *officio ſuo functus*, & *cap. ſignificantibus*, *verbo*, *procedere non debere*, *de offic. deleg.* ad idem quoque allegat gloſ. *d. cap. licèt*, *verbo*, *examinare*, text. *in cap. bona*, *il 2. de poſtul. prælat.* vbi *in verſ.* ſeu §. *nec obſtabat*, habetur, poſt delatam ad Papam poſtulationem Prælati, poſtulantes non poſſe ab ea recedere. eadem verò gloſ. *d. cap. licèt*, *verbo*, *tranſtulerat*, ad idem pariter adducit text. *in cap. nomen presbyteri 2. quæſt. 1. & cap. multum ſtupeo*, *3. quæſt. 6.* quatenus inde habetur, translato negotio ad Papam non poſſe aliquem de eo cognoſcere. immo *in d. cap. nomen presbyteri*, ge-
584. neratim dicitur de iudicibus, quòd, † quando cauſæ dubitatio ad maiorem poteſtatem refertur, pendente relatione nihil audeant commutare; vbi gloſ. 1. ab aliis approbata *in verbo*, *relatione*, hanc regulam ita extendit, vt etiamſi iudex dicat, ſe velle negotium illud referre, non poſſit ampliùs de eo cognoſcere, per text. *in l. de illo*, *C. de appellat. & cap. cùm ſuper*, *de offic. deleg.* quam extenſionem tradit quoque gloſ. recepta *d. cap. licèt*, *verbo*, *tranſtulerat*, & *d. cap. ſignificantibus*, *verbo*, *procedere non debere*, per text. *in l. 1. C. de relat. & cap. intimaſti*, *de appellat.* ex quibus duobus iuribus ſumitur ſecunda extenſio prædictæ regulæ, atque adeò huius noſtræ concluſ. vt nimirum quoties relaturum ſe iudex quilibet pollicetur, illico litigatoribus apud acta conſultationis exemplum edere teneatur; quod idem ferè decernitur *in l. 2. C. de relat.* Dum autem in his tribus iuribus, ac ſimul *in l. fin. C. eod. tit. & d. cap. multum ſtupeo*, *3. quæſt. 6.* mentio fit vel conſultationis, vel reſponſi Superioris, apparet ſimul de qua ſpecie relationis † ex 585.
quinque enumeratis tract. noſtro *de Conſeruatorib. iudicib. cap. 9. quæſt. 2. præmiſſ. 2.* potiſſimùm loquantur iura diſponentia, per relationem extingui, ſeu ſuſpendi iuriſdictionem iudicis; nimirum de prima ibidem relata, quam iudex voluntariè facit Principi ante ſententiam in cauſa ſiue ciuili, ſiue criminali, quoties de iure dubitat; de qua etiam Specul. *in tit. de relation. §. de quibus*, *& §. quando autem*, Marant. & Lancellot. mox citand. etſi aliæ quoque quatuor ſpecies relationis, de quibus ſimul cum prima mox relata nos *d. præmiſſ. 2.* poſt Marant. *in ſpec. aur. 3. part. 6. part. princ. in 2. act. princ. numer. 4. 7. & duob. ſeqq.* Lancellot. *in ſuo tract. de attentat. 2. part. cap. 8. & 9.* nimirum ea, quæ fit ex neceſſitate delegationis, quia cauſa commiſſa fuit cum poteſtate procedendi vſque ad ſententiam excluſiuè, & mandato, vt cauſam inſtructam ad committentem tranſmittat ab eo decidendam; item ea, quæ fit ex neceſſitate cauſæ, quia ſpectet ad Superiorem, & potiùs remiſſio cauſæ dici debet. & ea, per quam cauſa deuoluta ad ſupremum magiſtratum, ab eóque commiſſa alicui iuriſperito, vel iudici, qui proceſſum inſtruat vſque ad ſententiam, & mox illam referat cum voto, is proceſſum cum voto ad eundem magiſtratum tranſmittit; atque illa tandem ſpecies relationis, qua iudex aliquando ex voluntate, aliquando ex neceſſitate, vtputa propter aliqualem, vel omnimodam imperitiam, petit conſilium alicuius iuriſperiti: hæ, inquam, omnes quinque ſpecies relationis iuriſdictionem iudicis ea pendente ſuſpendunt; prout de conſilio ſapientis tradunt Bald. & alij *in l. fin. C. de appellat.* pluribúſque oſtendit Lancellot. *d. cap. 9. numer. 1. vſque ad 5.* de aliis quatuor idem Lancellot. *d. cap. 8. numer. 6.* & multis ſeqq. de omnibus verò Marant. *vbi ſup. numer. 10.* de quibus ſimul poteſt intelligi text. *d. l. ex illo*, cùm generaliter de relatione, & conſultatione loquatur; quamuis tres ſpecies mediæ potius tollant iuriſdictionem, quàm ſuſpendant, quoniam in iis poſt relationem aliud non remanet iudici faciendum.

Limitatur autem, ſeu declaratur prædicta regu-
la, ſimúlque noſtra concluſio primò, vt † nouo 586.
iure cauſa perfectè examinata non ſit referenda Superiori, ſed debeat ſententia terminari, quæ executioni legitimæ demandatur, niſi ab ea fuerit appellatum; vt diſponitur *in auth. nouo iure*, *C. de relat. &* latiùs in corpore, vnde ſumitur, nimirum §. 1. *auth. vt iudic. non expect. ſacras iuſſion. collat. 9. conſtit. 4.* In idem verò ferè coincidit, quod plerique tradiderunt, iudices præſertim delegatos cauſas, in quibus pronuntiare debent, ac poſſunt, remittere, ſeu referre non debere Superiori ad iudicandum; nimirum gloſ. ab aliis approbata *in l. 1. verbo*, *conſulat*, *C. de relat. & d. cap. intimaſti*, per text. *in l. placet*, *la 2. C. de pedan. iudic. l. cum, quem temerè*, §. *iudicibus*, qui eſt *1. ff. de indic.* §. *vlt. auth. de iud. coll. 6.* facitque *l. 3. C. de offic. præf. orient. in fi.* necnon *cap. ſi cuſtos*, & *cap. ſi homo.*

homo, 27. *quæst.* 1. nisi id faciat ob defectum iurisdictionis, glos. *d. verbo*, *consulat*, per text. *in l. vbi*, *ff. de falsis. & l. solent*, *ac l. si quid*, *ff. de offic. proconsul.* facitque *cap. vt debitus*, *& cap. vt nostrum*, *de appellat. cap. dudum*, *il* 1. *de elect. & cap. maiores*, *de bapt.* Secundò limitatur, vt
587. ad maiorem instructionem ipsius Superioris † possit, qui causam retulit, iterum de ea cognoscere, vt colligi videtur ex *cap. nomen presbyteri*, 2. *quæst.* 1. *cap. constitutus*, *de appellat. & cap. ea*, *quæ*, *vers. hac eadem*, *de stat. Monach.* quamuis contrarium in hoc sentiat glos. *d. cap. licet*, *verbo*, *examinare*, *de offic. legat.* quam inter cæteros sequitur *ibi* Ioan. Andr. qui ad *d. cap. nomen*, *& cap. ea*, *quæ*, respondet procedere ante directam relationem ad Superiorem: & *ad cap. constitutus*, respondet ex *ibi* notat. per Doctor. qui; vel dicunt illud esse speciale in appellatione ab electione; vel interuenisse partis consensum, vt causam magis instructam transmitteret inferior ad Superiorem: vel etiam dici potest, eum text. loqui in causa, seu re delata ad Superiorem non per relationem ab inferiore ei factam, sed per appellationem ad eundem à parte interpositam, cui partes facilè etiam tacitè renuntiare possunt, *cap. sollicitudinem*, *de appellat.* cum aliis
588. sexcentis. Tertiò limitatur, quòd † non debet iudex referre causam ad Superiorem, vt odium euitet, glos. recepta *d. verbo*, *consulat*, per text. *in §. 1. auth. vt iudic. non expect. facr. inssion. collat.*
589. 9. Limitatur quartò, vt † non sit facienda relatio post sententiam in causa ciuili, vt apertè disponitur *d. l.* 1. *C. de relat.* ibi; aut si tulerit sententiam, minimè postea, ne à se prouocetur, relatione præmissa, (aliàs *promissa*,) teneat litigantes; sciens, quòd, si hoc fecerit, nihilominus iure appellationis res agitabitur. Hæc inibi Imper. in causa verò criminali, cùm agitur de exequenda pœna deportationis, relatio fieri post sententiam poterit; Specul. *d. rubr. de relat. §. quando autem*, glos. *d. l.* 1. *verbo*, *pronuntiat*, per text. *in l. inter pœnas*, *ff. de interd. & releg. l. si quis filio*, *§. quod tamen*, *ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. & l.* 1. *§. hi*, *quib. ff. de legat.* 3. sicut etiam in eo differt causa ciuilis à
590. criminali, quòd † in illa ante rescriptum Principis appellandum sit à non plena relatione iudicis, *l.* 1. *C. de relat. l.* 3. seu *fin. ff. quand. appell. sit. & cap. biduum*, *§. vlt.* 2. *quæst.* 6. at verò in causa criminali tam ante, quàm post rescriptum appellari potest, *l.* 1. *in princ. ff. quand. appell. sit*, *& d. cap. biduum*, *§. si quem in insulam.* quomodo etiam exponi potest *l.* 1. *in fine princ. ff. de appellat.* vel hic non appellatur, quia sententia non est lata; vel non appellatur à sola pronuntiatione de consulendo Principe; vel non de necessitate, cùm possit postea: ita *ibi glos. vlt.* Limitatur denique, seu declaratur prædicta regula, & nostra conclusio, vt,
591. † si partes non approbauerint relationem, sed consenserint, vt non obstante promissione, seu pronuntiatione de referendo, iudex iterum cognoscat, possit ante factam relationem procedere; ita glos. *d. cap. nomen presbyteri*, *verbo*, *relatione*, 2. *quæst.* 1. per text. *in l.* 2. *C. de relat.* & alia glos. *d. cap. licet*, *verbo*, *transsulerat*, *de offic. legat. ex l.* 2. *& 3. C. eod. tit.* Secus post factam relationem, vt eadem glos. sentit, & *in cap. significantibus*, *verbo*, *non potest procedere*, & alij, quos sequitur Menoch. *de arbitrar. iud. lib.* 1. *quæst.* 67. *numer.* 30. Satisq; e probat text. *d. cap. licet*, ac cætera iura initio huius concluſ. allegata. Nisi forte ante admittam à Superiore relationem, quam Ordinarius fecit, si partes in id consentiant: sic intelligendus est text. *in l. ad Imperatorem*, *ff. de appellat. & relat.*

Quod autem in specie spectat † ad consilium 592
sapientis, vbi casus occurrat in hac materia, de qua agimus, consulere poterit Lancellot. *d. cap.* 9. Marant. *d.* 3. *part.* 6. *part. princ. numer.* 8. *cum duob. seqq.* Spec. *tit. de requisit. consil.* Bart. *in tract. de consil. habend.* & Pac. Scal. *in tract. de consil. sapient.* ac nouissimè Horat. Carpan. *ad statuta Mediol. de consil. sapient.* nimirum *cap.* 17. 18. 19. 27. *cum quatuor seqq. & cap.* 57. *cum seq.* & alios Doctor. ab his citat. & à nobis *d. tract. de Conseruatorib. iudicib. cap.* 9. *quæst.* 2. præsertim *conclus. vlt.*

QVARTA CONCLVSIO. Si commissarius commutationis vltimæ voluntatis associet sibi in causæ cognitione tanquam suum collegam eum, qui tunc secum iurisdictionem non habet, † expirat, seu extinguitur ipsius com- 593.
missarij iurisdictio. ita in delegato tradit glos. ab aliis approbata *in cap. significantibus*, *verbo*, *procedere non debere*, *de offic. deleg.* per text. *in cap. cùm super*, *eod. tit.* vbi iuxta communem intellectum glos. & aliorum sumptum ex integra decretali, deciditur, quòd, si duo sint delegati cum clausula, *quòd si ambo non possint*, vno ex causa legitima recusato, & propter non admissam recusationem interposita à recusante appellatione, alter solus procedere potest, ac debet, nec tenet processus, si cum recusato procedat. Immò etiam, secluſa recusatione, ob solam appellationem legitimam interpositam ab vno ex delegatis cum prædicta clausula; (tunc nimirum solo procedente ob alterius impotentiam, vel voluntatem, iuxta *cap. prudentiam*, *§. adiicimus*, *& seq. de offic. deleg.* cum simil. alias enim ab vtroque esset appellandum, cum ab vtroque grauaretur, arg. *cap. si duo*, *eod. tit. in 6.*) si alter postea, cessante impedimento, procedere volens admitteret ad processum collegam, à quo fuerat appellatum, nulliter procederet; per text. *d. cap. cùm super*, prout est Decretalibus insertum, cùm nullam recusationis, sed solius appellationis mentionem faciat: nec mirum, cùm sola appellatio legitima sit per se sufficiens ad impediendam iurisdictionem iudicis, à quo est appellatum, vt latiùs dicemus *in seq. quæst. concluſ.* 5. maximè cùm, vt *ibidem concluſ.* 2. ostendemus, † sola recusatio non sufficiat ad iurisdi- 594
ctionem impediendam, seu illius vsum tollendum, nisi secuta appellatione ob id, quòd recusatio legitima admissa non fuerit, prout etiam sentit glos. *d. cap. cùm super*, post figurationem casus, *notab.* 1. & probat text. *in cap. super quæstionum*, *§. fin. de offic. deleg.* etiamsi appellatio à subdelegato non in totum ob id sit interposita quòd datus sit sine appellantis consensu, vt *in §. eius ergo*, statim præced. vel secuta pronuntiatione, causam recusationis fuisse legitimam, iuxta *cap. index*, *de offic. deleg. in 6.* vt fusiùs *quæst. seq.* dicetur. Si igitur in casu *d. cap. cum super*, recusatio hunc effectum habet propter appellationem, multo magis illum habebit appellatio, ex axiomate illo † non modò Philosophis commu- 595.
ni, sed etiam Iurisconsultis, *propter quod vnumquodque tale est*, *illud magis est tale*; de quo *in auth. multo magis*, iuncta *l. præced. C. de sacrosanct. Eccles.* cum simil.

Limi

Limitatur verò, ſeu declaratur hæc concluſio, vt non expiret, aut ſuſpendatur iuriſdictio huiuſmodi commiſſarij, primò, † vbi à principio 596. commiſſarius haberet iuriſdictionem in ſolidum, ita *gloſ. pen. d. cap. cùm ſuper*, quam ibi ſequuntur Abb. Imol. & Fel. per text. *in l. 1. §. 1. ff. quod cum falſ. tut.* Secundò, ſi is ſciebat, ſe ſolum poſſe procedere, & ad cautelam tantùm, id proteſtando, cum alio procedit; ita ſentit *d. gloſ. fin.* referens Ioan. Gloſat. antiq. eámque ſequi videtur *ibidem* Dec. *numer. 7.* & Ioan. Andr. Tertiò, ſi error ſit in facto, non in iure. idque eſt de mente Hoſt. & Ioan. Andr. *d. cap. cum ſuper*, quoniam regulariter ignorantia facti, non iuris excuſat, *l. regula, ff. de iur. & facti. ignor. cap. ignorantia, de regul. iur. in 6.* Limitatur denique, 597. ſeu declaratur noſtra concluſio, vt † non expiret, aut ſuſpendatur commiſſarij iuriſdictio, ſi aſſumat ſibi aſſeſſorem, cùm poteſt, aut debet, iuxta *cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcript. in 6.* ac paſſim *in tit. ff. de offic. aſſeſſor. & C. de aſſeſſor.* & tradita per Doctor. *ibi*, & Spec. *in rubr.* ſeu *tit. de aſſeſſor.* cuius rei ratio eſt, quia, cùm hoc lex non dicat, nec nos dicere debemus; erubeſcimus enim cum ſine lege loquimur, *l. ſi verò, §. de viro, ff. ſol. matr. & l. diſſentientis, C. de repud.* & pœna non incurritur, niſi à iure imponatur, *cap. is, qui, de ſent. excom. in 6.* neque contrahitur ſine culpa, *l. ſancimus, C. de pœn.* multóque minùs vbi quis lege permittente aliquid facit. quo caſu quis nullam pœnam meretur, aut damnum ſentire debet, *l. nemo damnum, ff. de reg. iur. & l. Gracchus, in princ. C. ad leg. Iul. de adulter.* Sed neque extinguetur, aut ſuſpendetur iuriſdictio commiſſarij ſi aſſumat aſſeſſorem cùm non debet, vt in caſu *d. §. aſſeſſorem*, & præcit. iurium cum ibi notat. ob rationem paulo antè tactam, quia nullo iure, quod viderim, hæc pœna iudici aſſeſſorem tunc aſſumenti cùm non indiget, aut aliàs non debet, irrogatur. Poteſt autem iudex delegatus, licèt non indigeat, aſſumere aſſeſſorem, dummodo de ſuo proprio eidem prouideat; ſi verò indigeat aſſeſſore, debet ipſum aſſùmere neutri parti ſuſpectum, eique de competenti ſalario à ſe moderando, atque à partibus communiter præbendo prouidere; vt apertè diſponitur *in d. cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem, cum ſeq. de reſcript. in 6.* quod idem in caſu imperitiæ decretum fuit in Conc. Lateran. ſub Leon. X. ſeu ab ipſo Leone X. in Conc. Lateran. *ſeſſ. 10.* in Bulla, quæ incipit, *ſacro approbante Concilio; Regimini vniuerſalis Eccleſiæ, verſ. iudices autem*, in hæc verba; Iudices autem, & Conſeruatores à ſede Apoſtolica deputati, ſi in altero iurium graduati non fuerint, aſſeſſorem partibus non ſuſpectum ab ipſis partibus, vel earum altera requiſiti aſſumere, & ſecundùm eius relationem iudicare teneantur. Quamuis autem in caſu d. Concilij, ſeu Bullæ non poſſit iudex aſſeſſorem aſſumere ſine vnius ſaltem partium conſenſu, & inſtantia, vt patet ex iis verbis; *ab ipſis partibus, vel earum altera requiſiti:* tamen in cæteris caſibus poteſt ſine earum conſenſu, & abſque vllius inſtantia, & ex officio, motúque proprio; vt ſatis colligitur ex *d. §. aſſeſſorem*; & notauit Spec. *in rubr. de aſſeſſor. §.* ſeu *verſ. eligitur autem.* vtrobique verò, vt mox vidimus, ſtatuitur, quòd † neutri partium de- 598. bet eſſe ſuſpectus; aliàs poſſet recuſari; vt per *l. 1. ff. de offic. aſſeſſ.* notauit Spec. *d. rubr. de aſſeſſor. §. debet autem.* & conſtat ex *l. fin. C. de aſſeſſor.* Debet præterea aſſeſſor eſſe idoneus ad inſtruendum iudicem, eúmque inſtruere in proceſſu, & ſententia. quorum primum ſatis demonſtrauimus *d. tract. de Conſernat. c. 9. quæſt. 2. concl. 2.* præcipuè ex eo, quòd, vt mox etiam docebimus, ea inſtructio ad eius officium ſpectat; debet autem ea quiſque ſcire, quæ ad ſuum munus pertinent: vbi etiam oſtendimus, cum hoc ſtare, quòd, ſi vtraque pars conſentiat in aſſeſſorem non habentem ſcientiam iuris, qui etiam ab imperito iudice aſſumatur, valere ſententiam, licèt ea iniuſta ſit; indeque deduximus, multo magis poſſe ex certa ſcientia partium admitti in aſſeſſorem eum, qui ſolùm ſit peritus in iure ciuili, quamuis aliàs is, qui futurus eſt aſſeſſor iudicis Eccleſiaſtici, ſaltem in cauſa ſpirituali debeat eſſe peritus in iure canonico. Secundum patet ex *l. 1.* & toto ferè tit. *ff. de offic. aſſeſſor. & C. de aſſeſſ.* neenon *§. 1. auth. de iudic.* cum aliis ad id per nos adductis *d. quæſt. 2. concl. 5.* Debet etiam aſſeſſor eſſe integri ſtatus, & famæ, vt ex *l. 2. ff. de offic. aſſeſſor. & l. neque, C. de dignit. lib. 12.* tradit Spec. *d. rubr. de aſſeſſor. verſ. debet autem*, neque excommunicatus, vt docuimus *d. quæſt. 2. concl. 3.* præcipuè ex Vgol. *in tract. de cenſur. tab. 2. cap. 18. in princ. numero 2.* Sicut autem clericus † poteſt in cauſa ci- 599. uili eſſe aſſeſſor iudicis laici; ita laicus eſſe poteſt aſſeſſor iudicis Eccleſiaſtici. Primum tenet quoad vnam cauſam Dec. *cap. 2. num. 17. in fin.* iuxta antiq. *numer.* autem *141. cum ſeq.* iuxta nou. edit. *de iudic.* exponens Spec. *d. rubr. de aſſeſſor. §. debet autem*, vt ſolùm velit, non poſſe Clericum eſſe generalem aſſeſſorem iudicis laici: cæterùm pro vna cauſa poſſe; ſicut & poſſe in vna cauſa ciuili, non autem ſpirituali, aut criminali eſſe iudicem, idem latè probat *numer. 7.* aliàs *26. vſque ad 45.* & ſatis conſtare videtur ex *cap. in Archiepiſcopatu, de raptor.* qua tamen de re nos quoque latiùs egimus *d. tract. de Conſernat. iudicib. cap. 4. quæſt. 5. concluſ. 2.* per tot. Secundum probatur ex communi Doctor. ſententia, quæ habet, laicum poſſe eſſe aſſeſſorem Epiſcopi, alteriúſve iudicis Eccleſiaſtici; de qua teſtatur eam ſatis confirmans, pluréſque referens Dec. *d. cap. 2. numer. 17.* aliàs *131. vſque ad 139.* multóſque recenſet, ac ſequitur Sanchez *lib. 7. de matrim. diſput. 46. numer. 14.* Illud verò eſt hoc loco adnotandum, quod poſt Ioan. Andr. & Abb. *in cap. ſi pro debilitate, de offic. deleg.* eundem Abb. & Innoc. *d. cap. 2.* tradit *ibi* Dec. *d. num. 17.* ſeu *135.* quòd, vbi conſilium aſſeſſoris ſequendum eſſet ex neceſſitate, tunc non poteſt laicus eſſe aſſeſſor iudicis Eccleſiaſtici, cùm *in d. cap. 2.* caueatur expreſsè, ne Prælati iudicio laicorum Eccleſiaſtica negotia diſponant: hinc inferens *numer. 136.* quòd, † quando iudex im- 600. peritus conſilium requirit, non poſſit iudex Eccleſiaſticus illud à laico habere; quia tunc iudex ſequi tenetur conſilium aſſeſſoris, Butr. *cap. cùm olim, col. fin. de arbitr.* quem etiam ſequitur Alexand. *in l. ſi conuenerit, col. pen. ff. de re iudic.* ac Dec. *d. numer. 17.* probatúrque *in d. verſ. iudices autem*, Bullæ Leon. X. ſup. cit. & hic eſt vnus caſus, in quo iudex tenetur ſequi conſilium aſſeſſoris, cùm nimirum illud requirit ob imperitiam. Secundus eſt, cùm in reſcripto id mandatur; ita Abb. *d. cap. 2. numer. 13. de iudic.* Sentiúntque idem Abb. Fel. Dec. & alij *d. cap. ſi pro debilitate.* Tertius cùm aſſeſſor aſſumitur loco arbitrorum iuris, vbi iudex tamquam ſuſpectus habetur, iuxta per nos adducta

zed by Google

ducta *d. cap. 9. quæſt. 2. concluſ. 5.* Cæterùm regulariter non tenetur iudex ſequi conſilium aſſeſſoris, vt præter citatos à nobis *d. tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap. 8. quæſt. 8. concluſ. 2. ad fin. & d. cap. 9. quæſt. 2. concluſ. vlt.* (vbi idem docuimus, licet de conſenſu partium electus fuerit ;) tenet Dec. *d. numer.* 17. ſeu 135. arg. *cap. cùm olim, de arbitr.* atque ex eo ſuadetur, quòd officium aſſeſſoris regulariter eſt in conſulendo, vt conſtat ex *l. 1. & l. conſiliariis, ff. de offic. aſſeſſor.* necnon *l. conſiliarios, C. de aſſeſſor.* illud autem regulare quoque eſt, vt conſilium ſequi non teneamur *cap. nullus, de reg. iur. in 6. l. 2. ff. mand. & §. ex diuerſo, Inſtit. eod. tit.* cum ſimil. allegat. præcipuè per Dec. Fel. & alios hanc regulam firmantes *d. cap. ſi pro debilitate, de offic. deleg.* ac Proſp. Farinac. *quæſt. crim.* 111. *numer.* 467. Apud quos auctores, & alios ab his citatos, & à nobis *d. tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap. 8. quæſt. 8. & cap. 9. quæſt. 2.* paſſim, plura videre poterit, ſi ei libuerit, de hiſce aſſeſſoribus. Nos verò ſatis, quod ad rem præſentem attinet, de iis hucuſque dixiſſe iudicantes, ad alia tranſeamus.

QVINTA CONCLVSIO. Commiſſarius commutationis vltimæ voluntatis, ſi deferat
601. appellationi à ſe interpoſitæ, † ita renuntiat iuriſdictioni in eo negotio, vt eam amittat. ita generatim in delegato tradit gloſ. ab aliis approbata *d. cap. in litteris, verbo, officio ſuo functus, ff. de offic. deleg.* arg. text. *in cap. ſæpe, & cap. interpoſita, §. eidem, de appellat.* melior text. *in cap. dilectis filiis, §. præterea, eod. tit.* omnium optimus text. vbi ſimul habetur ampliatio huius regulæ, ac ſimul noſtræ concluſ. vt nimirum deferens appellationi etiam friuolæ abdicet à ſe iuriſdictionem ; eſt *in cap. cum appellationibus, §. ſi verò, eod. tit. in 6.* in hæc verba ; ſi verò iudex admittat eandem, (hoc eſt, friuolam appellationem, de qua mox dixerat,) licèt tam appellatio, quàm iudicis delatio à Superiore valeant refutari ; quia tamen iudex ipſe, quantum in ſe fuit, à ſe iuriſdictionem abdicauit eandem appellationi deferens minùs iuſtæ, totius cauſæ deciſio in Superioris eſt poteſtatem transfuſa : nec eſt illi cauſa de neceſſitate alterius remittenda. Ex iis autem verbis, *quantum in ſe fuit*, & illis, *ex neceſſitate*, iuncta gloſ. *ibi verbo, in ſe, & verbo, remittenda*, conſtat, † poſſe à Superiore remitti ; ne-
602. que funditus amitti iuriſdictionem in hoc caſu à deferente appellationi ; immo ſi non deferat, neceſſariò eſt remittenda, vt *in eod. text.* cauetur *in princ.* In vtroque verò caſu, & qnoties defert etiam legitimę appellationi, elapſo termino appellatori ad eam proſequendam aſſignato, & appellatore negli-
603. gente † reaſſumit iudex iuriſdictionem ; vt tradit gloſ. *d. verbo, remittenda*, per *d. cap. ſæpe, de appell.* & ſic habes duas limitationes prædictæ regulæ, & ſimul huius noſtræ concluſ. Tertia eſſe poteſt, quòd non ſtatim, & eo ipſo, quòd iudex detulit appellationi in aliquo negotio, amittit in eo iuriſdictionem, & eius proceſſus poſtea habitus eſt nullus, ſed
604. tunc demum, † cùm dat libellos, ſeu Apoſtolos dilatorios ; aut cùm ſuper hoc cum debita inſtantia, hoc eſt, ſæpiùs, & inſtanter etiam vno contextu, loco, & tempore congruo, nimirum intra triginta dies à die appellationis, niſi tempus hoc iudex breuiet,) requiſitus eos expreſsè deneget, vel infra præmiſſum tempus malitiosè, aut negligenter illi dare prætermittit ; vt conſtat ex *cap. 1. & cap. vt ſuper*, iuncto *cap. ab eo, de appellat. in 6. & Clem. quamuis, eod. tit.* Aliæ limitationes, atque etiam extenſiones prædictæ regulæ, atque adeò noſtræ concluſ. ſumi poſſunt ex Lancellot. *in tract. de attentat. 2. part. cap. 12. limit. 1. num. 72. vſque ad 97. in not.* necnon ex Soc. Fel. & aliis *in cap. qualiter, & quando il 1. de accuſat.* ac Doct. præcipue *d. cap. ſæpe, & cap. cum appellationibus.*

SEXTA, & poſtrema CONCLVSIO. Iuriſdictio commiſſarij, ſeu delegati ad commutandam aliquam vltimam voluntatem † extinguitur, 605.
ſi is pronuntiet, nullam ſibi hac in re iuriſdictionem competere. Probatur, quia ita generatim in delegato decernitur *in cap. ſignificantibus, de offic. deleg.* quem text. Doct. communiter ita ſummant ; ſi delegatus pronuntiauerit, ſe iuriſdictionem non habere, ipſam etiam de conſenſu partium non reaſſumit. vtrumque autem plerique confirmant cum gloſ. *ibi, verbo, procedere non debere*, quia iudex, ſiue bene, ſiue malè pronuntiando, functus eſt officio ſuo, *l. iudex poſteaquam, ff. de re iudic. c. in litteris, & cap. venerabili, de offic. deleg.* & ideo non poteſt poſtea iuriſdictionem reſumere, cùm ea expirauerit ; nec partes poſſunt dare iuriſdictionem, quia conſenſus priuatorum iudicem non facit eum, qui nulli præeſt iudicio, *l. priuatorum, C. de iuriſd. omn. iud.* Et ſic habemus † duas ampliationes prædictæ regulæ, & noſtræ concluſionis ; altera eſt, vt iu- 606.
dex pronuntians ſe iuriſdictionem non habere, non poſſit poſtmodum illam reſumere etiam de conſenſu partium : altera, vt locum habeat, ſiue bene, ſiue malè pronuntiauerit ; prout contra Hoſt. ſentit Ioan. Andr. Imol. & alij *d. cap. ſignificantibus*, poſt gloſ. *ibi, verbo, procedere non debere*, iuncta *gloſ. 1. in verbo, pauperem ſe dixit* ; nam vidua illa prætendebat conuenire poſſe laicum abſolutè coram iudice Eccleſiaſtico ; cùm tamen † non ſit de eius foro, niſi quoad 607.
protectionem, ac defenſionem, *cap. 1. & 2. 87. diſt. cap. adminiſtratores 23. quæſt. 5. cap. nuper, in 2. reſpon. de donat. inter vir. & vxor. & cap. ſuper quibuſdam, in fi. de verb. ſig.* aut vbi cauſa ſit Eccleſiaſtica, aut in defectum iudicis ſæcularis, *cap. ex tenore, de for. compet.* aut in interdicto vnde vi, etiamſi res ſubtracta ſit feudalis, *cap. ex parte B. eod. tit.* cùm autem in caſu *d. cap. ſignificantibus*, ſaltem potuiſſet adeſſe defectus iuſtitiæ à iudice ſæculari, non bene pronuntiauerunt illi iudices, ſe iuriſdictionem non habere ; ſed ſuperſedere debuerunt, quouſque procederetur coram iudice ſæculari : & ſi ille fuiſſet negligens in iuſtitia exhibenda, ipſi poſtea procedere potuiſſent, *cap. ex tranſmiſſa, cap. licèt, il 1. & cap. ex tenore, de for. compet.* vt rectè ait gloſ. *d. verbo, procedere non debere* : ſubdens, quòd ideo ſic pronuntiando amiſerunt iuriſdictionem.

Quòd ſi contra prædicta obiicias primò text. *in cap. dilectus, il 3. de præb.* vbi Romanus Pontifex friuolam appellat occaſionem, ob quam executor deſtitit ab executione mandati Apoſtolici, quia pro-
nuntiauerat, ſe non eſſe executorē, † omiſſa reſpon- 608.
ſione Hoſt. quod ibi malè pronuntiauerat ; quoniam vt rectè Imol. dicit *vbi ſup. num. 5.* & nos paulo antè oſtendimus, etiam illi iudices, de quib. *d. cap. ſignificantib.* malè pronuntiauerant : necnon aliorum, quòd ibi fuerat appellatum ab ea pronuntiatione ; tum quòd hęc reſponſio eſt diuinatiua : cùm *ibi* nulla mentio fiat appellationis ; tum quòd, vt bene ait Imol. *d. num. 5.* non reuocaſset pronuntiationem is, qui eam tulit, ſed iudex appellationis, iuxta *c. vt debitus, de appellat.* atque etiam reſponſione ipſius Imol. quam tangit Ioan. Andr. quòd nimirum ibi facta eſt reuocatio vigore ſecundi reſcripti, quoniam hoc ſecundum reſcriptum eſt potius reſponſum, ac declaratio iuris, quàm conceſſio nouæ facultatis ; quòd autem interceſſerit aliud, quod eſſet

esset verum rescriptum, seu noua commissio, est mera diuinatio, gratisque dicitur: verior mihi, ac melior responsio videtur, vt *d. cap. dilectus*, loquatur in executore, in quo † aliud dicendum sit, atque in iudice, de quo loquitur *d. cap. significantibus*; & sic habemus notabilem limitationem prædictæ regulæ, simúlque nostræ conclus. Cui non obstabit secundò, quòd superflua videatur pronuntiatio, quando ea iusta est, quia nulla fuerit commissio; nam, vt rectè ait Imol. *suprà numer. 3. & seq.* ad id deseruit pronuntiatio, vt funditus tollat iurisdictionem in rescriptis ad lites, seu contentiosis, quæ aliàs regulariter nulla non sunt ipso iure ob surreptionem, vel quid simile, sed nulla sunt solùm ope exceptionis; vt constat ex *cap. si autem, & cap. plerumque, de rescript. l. 2. C. si contra ius, vel vtil. publ.* cum aliis adductis suprà *cap. 6. quæst. 3. præmiss. 4.* Omnino verò hæc conclusio limitanda est in Confessario, cui commissa est commutatio vltimæ voluntatis in foro conscientiæ: is enim, licèt pronuntiauerit rescriptum esse surreptitium, potest re meliùs perspecta vti commissione; licèt non possit commutationem semel factam reuocare, vt ostendimus suprà *cap. 5. quæst. 14. notab. 5.* quod habetur post vlt. concl. illius quæst.

609. † aliud

SVMMÆ RERVM.

610. *Iudex ordinarius, vel delegatus, si recusetur, quid de iure ciuili facere possit, aut debeat, & quid de iure canonico; num. 611. & seq.*

611. *Iudex delegatus cum clausula, si ambo, aut, si non omnes, &c. cognoscit de causa suspicionis sui collega recusati. idémque si ha clausula sint cum præelectione vnius ex collegis; numer. 613.*

614. *Episcopus cognoscit de causa suspicionis sui delegati, & Vicarij generalis.*

615. *Delegatus Apostolicus cognoscit de causa suspicionis sui subdelegati non in totum; immo & in totum, si hic recusetur ante citationem ab eo decretam.*

616. *Causa suspicionis de iure ciuili non est exprimenda, sed sufficit iuramentum recusatoris, quòd habeat iudicem suspectum; secus verò de iure canonico. & in quo hæc iura differant, quoad modum proponendæ recusationis; n. 617. & qualiter quoad tempus conueniant; numer. 618. quidque circa terminandum recusationis negotium statuat ius canonicum; numer. 619.*

620. *Recusari quinam possint ratione officij. & quæ sint causæ iustæ suspicionis, seu recusationis, remissiuè; 621.*

622. *Instantia appellationis non currit pendente compromisso; idque sine tempus instantiæ sit à iure, siue ab homine.*

623. *Prima instantia, seu principalis causæ iure canonico, vel ciuili quanto tempore finiatur. & an suspendatur per compromissum; n. 624.*

625. *Instantia compromissi an sit triennalis; & coram quo, quámve ob causam petenda sit reductio laudi ad arbitrium boni viri, remissiuè.*

626. *Appellare an liceat à qualibet grauamine de iure canonico, vel ciuili.*

627. *Grauamen irreparabile per sententiam definitiuam, quodnam sit, & quænam sit sententia meræ interlocutoria, vel habens vim definitiuæ.*

628. *Sententia meræ interlocutoria potest ab eo, qui illam tulit, reuocari sine secuta appellatione, sine non secuta. habens autem vim definitiuæ non potest: nisi post appellationem ab ipsa, vel definitiuam, & per iudicem appellationis.*

629. *Sententia definitiua regulariter reuocari non potest à delegato, licet male sit lata.*

630. *Tertius comparens pro suo interesse an, & quando admitti debeat ad appellandum, vel dicendum de nullitate, vt impediat executionem trium conformium; remissiuè.*

631. *Nullitas sententiæ quot modis intentari possit, eorúmque modorum effectus; remissiuè.*

632. *Appellatio principaliter intentata includit dictionem de nullitate, & e contrario.*

633. *Nullitatem intra quantum tempus intentare debeat quis, aut prosequi.*

634. *Inferior, qui commutare poterat vltimam voluntatem iure ordinario, vel delegato, si recusatus fuerit, quid facere debeat, aut possit non probata, vel probata causa recusationis; & dub. num. seqq.*

635. *Intellectus cap. cum speciali, in princ. & cap. ad hæc, il 3. de appellat. necnon cap. si quis contra, & cap. licet ex suscepto, de for. compet.*

636. *Iudex delegatus nequit post pronuntiationem super causa suspicionis probata, committere causam sibi delegatam; & an idem sit in ordinario.*

637. *Delegatus Papæ quando recusari possit post subdelegationem factam in totũ. & an possit negotium principale committere non obstante pronuntiatione arbitrorum super causa suspicionis probata, vbi ab ea pronuntiatione fuerit appellatum; num. 638.*

639. *Subdelegatus sine partium consensu poterit ab altera earum recusari siue datus sit in totum, siue non in totum; & causa suspicionis coram subdelegante est probanda. qui etiam poterit non obstante tali recusatione de negotio principali cognoscere; licet etiam recusator appellauerit; num. 640.*

641. *Gesta per commutantem vltimam voluntatem post legitimam recusationem quando sint ipso iure nulla; & aliquot num. seqq.*

642. *Recusatio etiam sola de iure ciuili suspendit iurisdictionem iudicis.*

643. *Iurisdictio iudicis recusati de iure canonico suspenditur etiam statim post appellationem ante eius prosecutionem; nec tunc necesse est probare causam suspicionis legitimam. non suspenditur autem, si causa suspicionis est notoriè falsa, vel frustratoria; num. 644.*

645. *Appellatio, vt inducat nullitatem actorum, debet fieri in scriptis, eiusque cedula dari in actis, idémque in recusatione.*

646. *Commissio causæ ab ordinario facta post recusationem ante appellationem ab eius reiectione valet; idémque in delegato committente de consensu recusatoris.*

647. *Recusatore renuntiante recusationi expressè, vel tacitè, processus iudicis recusati valet, non obstante appellatione.*

648. *Gesta per iudicem recusatum etiam post appellationem valida sunt vbi causa commissa est, recusatione vel suspicione remota.*

649. *Delegatus cum alio an possit procedere in causa pendente probatione suspicionis illius, vbi commissa est pluribus simpliciter, seu communiter, vel cum clausula, quòd si non omnes potestis, duo procedatis, vel, tu cum altero procedas. & quid si dati sint in solidum; num. 650. & seq.*

651. Delegati in ſolidum poſſunt ſimul procedere; licet ſi vnus tantùm incipiat procedere, alij nequeant ſe intromittere, niſi hoc impediat. quod impedimentum conſurgit etiam ex eius ſola recuſatione; num.652.

653. Delegatus in ſolidum, qui inchoauit, poteſt dare ſubdelegatum, qui preferatur collegæ non prænienti in proſecutione; & ſi collega procedit, ipſe inchoans ceſſante impedimento non poteſt reſumere cauſam, niſi ille proſequens impediretur, vel procedere nollet: & ibi quid in his caſibus quoad delegatos cum clauſula, ſi ambo, vel, ſi omnes, &c.

654. Delegatus ſecundum multos procedere non poteſt in negotio principali pendente probatione ſuſpicionis collegæ dati cum clauſula, ſi ambo, aut, ſi omnes, &c. contrarium tamen etiam indiſtinctè cum aliis verius eſt; num.656.

655. Opinio communis deſeri poteſt, & minùs communi adhæreri ob firmiora fundamenta.

657. Delegati cum clauſula, ſi ambo, vel, ſi omnes, procedere ſolis poſſunt vbi collega eſt impeditus de iure, vel de facto etiam ad tempus; & ibi, quòd [illegible]ſatus de iure nequit procedere.

658. Intellectum cap. quoniam Abbas, de offic. deleg. & cap. ſciſcitatus, de reſcript.

659. Intellectum cap. cum ſuper, de off. deleg.

660. Intellectum cap. licèt vndique, de offic. deleg. & num. 664.

661. Intellectum l. diximus, in princ. ff. de excuſ. tut. & l. pen. C. de curat. furioſ.

662. Appellatio recuſatoris an requiratur ad hoc, vt proceſſus recuſati nullus ſit ipſo iure.

663. Geſta per recuſatum poſt recuſationem, quando nulla ſint ipſo iure ſine appellatione, & circumſcripta auocatione, ſine quoad delegatum, ſine quoad ordinarium; & num. ſeq.

664. Ordinarius poteſt committere vices ſuas etiam poſtquam pronuntiatum fuerit, eum fuiſſe legitimè recuſatum, vel proſequi cauſam, ſi hoc faciat de conſenſu recuſatoris; & poteris tunc etiam exequi ſententiam ſui delegati: quod ſi partes non conſentiant, remittere debet negotium ad ſuperiorem.

665. Intellectum cap. licet ex ſuſcepto, de for. compet. & cap. ſecundò requiris, §. 1. de appellat.

666. Verbum, debet, non ſemper importat neceſſitatem, ſed plerumque honeſtatem tantùm.

667. Intellectum l. vnic. C. ſi quacunque prædit. poteſt.

668. Proceſſus contra ordinem iuris quando ipſo iure non valeat.

669. Pendente compromiſſo ſuper vltima volũtate, vel re, in quam ea commutanda eſt, aut etiam ipſa commutatione, licet alteri partium ſoluta pœna compromiſſi adire Ordinarium, vel delegatum ad commutandum, & aduerſarium ſuper re compromiſſa conuenire, nec tenebitur ad pœnam, ſi eum iudicem adeat, vt cogat arbitres ad laudandum, vel eligendum tertium; num. 670.

671. Dominus non incurrit pœnam compromiſſi, cùm eius procurator abſque ipſius ſpeciali mandato, vel ratihabitione dimiſſis arbitris adit iudicem: ſed tunc proceſſus eſt nullus.

672. Arbiter non cogitur ſententiam dicere cum altera partes eo dimiſſo conſentiunt adire iudicẽ; & ſoluitur compromiſſum; quòd ſi vna tantùm pars iudicem adeat, non ſoluitur compromiſſum, niſi poſt litis conteſtationem.

673. Commutatio vltimæ volũtatis tanquam actus iuriſdictionis regulariter cõpromitti ſen ab arbitro fieri non poteſt: & quando poſſit; n. ſeq.

674. Arbiter per compromiſſum electus non habens iuriſdictionem, ſed notionem tantùm; licet arbitria ſint reducta ad inſtar iudiciorum quoad modum procedendi.

675. Pendente reductione laudi ad arbitrium boni viri ſuſpenditur illius executio, cum latum eſt circa vltima voluntatis commutationem. idéque eſt pendente tempore ea eam petendam; & quænam ſit hoc tempus; num. 676. & quid ſtante obligatione Camerali; num. 677.

678. Reductio laudi ſuper commutatione vltimæ voluntatis ad arbitrium boni viri, ſeu eius reductionis petitio ſuſpendit poteſtatem Ordinarij, vel delegati circa eam commutationem; & quando id locum non habeat, remiſſiùs.

679. Reductio laudi ad arbitrium boni viri ex communi ſententia locum obtinet in laudo arbitratoria; non autem in laudo arbitrio, niſi in certis caſibus, ac præſertim ſtante dolo partis, aut enormiſſima læſione in ipſo laudo, vel etiam enormi; num. 680. & ibi quæ dicatur enormis, vel enormiſſima læſio remiſſiùs.

681. Reductio laudi ad arbitrium boni viri fere locum habet regulariter in laudo arbitrio, non autem arbitratoria.

682. Appellatio interpoſita ab inferiore commutante vltimam voluntatem, cum interponi poteſt, illius facultatem eam voluntatem commutandi ſuſpendit, & executionem ſecutæ commutationis impedit; cum duob. num. ſeq.

683. Appellatio regulariter ſuſpendit iuriſdictionem illius, à quo interponitur, ne vlterius in ea re procedat: idque ſive ſit iudicialis, ſive extraiudicialis; & ſive delatum ſit appellationi, ſive non.

684. Appellatio impedit executionem iudicati, licèt ſit à tertio cõparente pro ſuo intereſſe interpoſita.

685. Appellatio extollat præſumptionem, qua eſt pro iuſtitia ſententiæ; & trib. num. ſeqq.

686. Alimenta cur ſubminiſtrantur lite pendente non obſtante appellatione à ſententia.

687. Sententia retinet integram præſumptionem, quam pro ſe habet, ſi tranſiit in iudicatum, & contra eam petitur reſtitutio in integrum.

688. Appellatio extinguit iudicatum quoad geſtationem poſt litis conteſtationem.

689. Geſta appellatione pendente ſunt attentata, inualida, & reuocanda, quod multis modis ampliatur, limitatur, ac declaratur, remiſſiùs.

690. Appellatio locum habet in commutatione vltimæ voluntatis, quando proceditur adhibita plena cauſæ cognitione; & cum ſummariè.

691. Appellatio ab executore ſiue legis, ſiue hominis in commutatione vltimæ voluntatis non admittitur, niſi modũ excedat; num. 692. & ibi, quid in pronuntia de exequendo.

693. Appellari poteſt ab executore, quando mandatum de exequendo conceſſum fuit parte non vocata; vel fuit appellatum à reiectione exceptionis contra executionem oppoſita.

694. Appellari poteſt à ſententia, per quam inducitur executio alterius ſententiæ, a qua non erat prohibita appellatio.

695. Appellari quando poſſit ab executore dato cum clauſula, vocatis vocandis; vel amoto quolibet illicito detentore.

696. Appellare poteſt etiam grauatus à commutante vltimam voluntatem per actum voluntariæ iuriſdictionis, immo & per extraiudicialem; num. 697.

698. Appel

698. *Appellatio extraiudicialis regulariter non causat attentata, sed eorum reuocatio pendet à futuro euentu iustificationis appellationis.*

699. *Appellari an, & quando possit à commutante vltimam voluntatem qui procedere potest secundùm conscientiam, vel arbitrium suum.*

700. *Supplicatio, seu recursus ad Principem an competat ei, qui contra se reportauit sententiam à iudice arbitrario: & in quo differant quoad effectum supplicatio, seu recursus, & appellatio; remissiuè.*

701. *Appellare non licet regulariter à commutante vltimam voluntatem dum pronuntiat, aut aliàs procedit in notoriis siue facti, siue iuris.*

702. *Notorij modi legitimi quinam sint, atque inter hos an sint probationes ad effectum, vt impediant appellationem; num. 703. & quid in confessione; num. 704.*

705. *Appellatio ad quos interponenda sit à grauante in commutatione vltima voluntatis.*

706. *Iurisdictio commutantis vltimam voluntatem, & executio sententiæ superinde latæ suspenditur, dum eius commutationis; & sententia nullitas incidenter cognoscitur, siue tanquam inclusa in appellatione, siue per modum exceptionis non requirentis altiorem indaginem, secus si hanc requireret, aut opponeretur contra trium conformium executionem; numer. 707.*

708. *Iurisdictio commutantis vltimam voluntatem, & executio sententiæ superinde latæ non suspenditur dum nullitas eius commutationis, & sententia principaliter cognoscitur: nisi agatur de trium conformium executione; vel iudex nullitatis inhibuisset vbi commissio non esset signata, prout de iure; aut nullitas fuisset aquè principaliter cumulata cum appellatione; & aliis casibus, de quibus ibi remissiuè.*

709. *Nullitas quando denuò proponi possit à succumbente in causa appellationis, aut hac deserta remanente.*

710. *Nullitas coram quo proponi possit, ac debeat, remissiuè.*

QVÆRO OCTAVO, an iurisdictio commissarij commutationis vltimarum voluntatum expiret, aut saltem suspendatur per recusationem, appellationem, aut quid simile.

Prosequentes eos modos, quibus commutatio vltimarum voluntatum considerari potest expirare per actionem contrariam; cùm in præced. quæst. dixerimus de actione contraria commissarij huiusmodi commutationis, aut ab eo substituti; videamus nunc de simili actione aduersarij, alteriusve tertij, cuius interesse possit, commutationé non fieri: eáque aut eius propria, aut etiam communi cum impetrante; dicturi in duab. seqq. quæstionibus de actione contraria ipsius duntaxat impetrantis propria. Prædictas autem actiones aduersarij, vel tertij ad tres reduci posse puto, nimirum ad recusationem, compromissum, & appellationem. Has verò singulas actiones opportunis conclusionibus propositis absoluemus; si tamen quædam de singulis illis actionibus præmittamus.

610. Præmitto igitur primò, quòd de iure ciuili, † quoties iudex ordinarius tamquam suspectus recusatur, potest de causa cognoscere adiuncto sibi simul Episcopo loci: quem socium sibi debet assumere in causæ illius cognitione, ac definitione, *auth. si verò contigerit, C. de iudic.* quamuis, vt post Dec. *in cap. cum Io. Petr. Monet. de commut. vlt. volunt.* *speciali, col. 2. de appell.* Bald. Castr. Salic. Iason. & alios *d. auth. si vero*, adnotauit Couar. *pract. quæst. cap. 26. num. 1.* moribus receptum sit, vt iudex ordinarius accipiat sibi socium non Episcopum loci, sed alium bonum, & candidum virum. Cum autem recusatur iudex delegatus etiam à Principe, partes debent concorditer eligere arbitros, coram quibus causa ipsa principalis terminetur; quòd si in electione partes variauerint, ea facienda erit ab Ordinario loci: arbitrorum verò sententia executioni mittetur à recusato, nisi pars appellauerit; quod fieri debet ad delegantem. ita cauetur *in l. apertissimi*, adiuncta *l. vlt. C. de iudic.* ibique omnes notant. De iure autem canonico † siue ordinarius sit, siue de- 611.
legatus iudex ille, qui vti suspectus recusatur, ad arbitrorum iuris electionem recurritur, coram quibus probentur causæ suspicionis; *cap. suspitionu, in princip. de offic. deleg. cap. si contra vnum, & cap. ab arbitris, eodem tit. in 6. cap. secundo requiritur, §. 1. ac d. cap. cum speciali, in princip. de appellat. & cap. legitima, eodem tit. in 6.* traditque glos. Bern. ab aliis recepta *d. §. 1. verbo, coram eodem allegare, d. cap. cum speciali, verbo, de recusatoris*, necnon glos. Ioan. And. à cæteris approbata *d. cap. si contra vnum, verbo, Episcopi, d. cap. ab arbitris, verbo, iudicem, & d. cap. legitima, verbo, iudici.* allegant autem fere omnes quoad ordinarium, text. *in d. cap. cum speciali*, qui tamen in specie non loquitur de ordinario. sed neque hoc ex eo colligi potest, quòd ibi iudex recusatus committit alij negotium, quod non facit delegatus inuito recusatore, immo eius potestas statim est suspensa, *d. cap. secundo requiritur, §. 1.* qui loquitur in delegato tantùm; vt malè ait glos. *d. verbo, de recusatoris*, tum quòd *in d. cap. cum speciali, in princip.* iudex recusatus debet committere de consensu recusatoris, vt satis constat ex text. ibi; de recusatoris assensu personæ idoneæ committat negotium recusatus; tum quòd, etiam ordinarium recusatum non posse committere negotium, nisi de consensu recusatoris, ex communi tradit Dec. *ibid. num. 8. ad fin.* in antiq. & 28. in nou. edit. nósque latiùs ostendemus inf. *concluf. 1.* similiter nõ apparet, quòd *d. cap. secundò requiritur, §. 1.* de delegato tantùm loquatur. & in omnem casum text. *in cap. iudex, §. 1. de offic. deleg. in 6.* etiam in commissione facienda à delegato recusato exigit recusatoris assensum; immo cùm tam text. *d. cap. secundò requiritur, §. 1.* quàm *d. cap. ab arbitris, & cap. legitima*, indistinctè disponant de iudice, quòd, si recusetur, ad arbitros iuris recurratur, hinc melius fundamentum sumitur, quòd id locũ habet tam in ordinario, quã in delegato. verùm in ordinario est text. apertissimus *in cap. licèt ex suscepto, in fi. de for. comp.* ibi, si verò Consules iustitiæ tãquam meritò suspecti fuerint recusari, coram arbitris communiter electis de causa suspicionis agatur; quæ si probata fuerit esse iusta, ad te, vel ad nos pro iustitia recurratur. Quæ tamen regula fallit primò, vbi causa sit delegata à Sede Apostolica duob. cum clausula, *quòd si ambo interesse non possunt, alter eorum in causa procedat*; tunc enim, † si contra vnũ ex illis suspicionis causa 612.
legitima proponatur, ea probari, & expediri debebit coram coniudice non recusato, vt cauetur *in d. cap. si contra vnum, in prine. de off. deleg. in 6.* vbi glos. recepta *in verbo, ex duob.* idẽ dicit, si proponatur contra vnum ex pluribus, (scilicet datis cũ clausula illa, *quòd si non omnes*, &c.) vt nimirũ causa recusationis probetur, & expediatur coram reliquis collegis non recusatis, cùm, vt ait glos. sit eadem ratio. sed & idem puto, † vbi hæ duæ clausulæ sint cum præle- 613.
ctione vnius ex collegis; vt si dicatur, *si ambo non potestis, tu procedas*; aut, *si non omnes potestis, tu cum*

Digitized by Google

altero procedat, vbi non prælectus, ſed alter ex collegis recuſetur; cùm tunc pariter ſit eadem ratio: ſecus verò vbi ipſe prælectus recuſetur; tunc enim hic non eſt par, ſed præfertur in iuriſdictione alteri, & ceſſat ratio expreſſa in text. quòd ad alterum ex vi prædictæ clauſulæ debet ipſius cauſæ cognitio pertinere. Et hoc idem dicendum, ſi commiſſio facta ſit pluribus in ſolidum, ſeu eorum cuilibet; tum quòd hæc clauſula eſt omnino diuerſa ab illis duabus, *ſi ambo*, &, *ſi non omnes*: at verò *in d. cap. ſi contra vnum*, expreſsè dicitur, quòd, vbi in reſcripto non adeſt clauſula, *ſi ambo*, recurrendum eſt ad arbitros; tum aliis rationibus, quibus id comprobant Doctor. *ibi*, & Couar. *pract. quæſt. cap.* 26. *num.* 5. ac ſimul hoc ipſum probatum remanet vbi duo aut plures ſint delegati ſimpliciter, vel, quod idem in effectu eſt, coniunctim, ſeu ſimul dati ſint; vt in ſpecie voluit gloſ. recepta *in verbo, clauſula*, quia vnus ſine alio nequit procedere, ita impedito, vt nequeat committere; qualis eſt recuſatus, niſi cum recuſatoris aſſenſu, vt *in cap. iudex, in princip. de offic. deleg. in* 6. apertè definitum fuit. Prædicta verò principalis regula fallit ſecundò in delegato, vel Officiali Epiſcopi; nam, ſi
614. is recuſetur, † non eliguntur arbitri, ſed recuſationis cauſa coram Epiſcopo eſt probanda; vt decernitur *in d. cap. ſi contra vnum, §. cùm autem, &*
615. *ſeq.* Tertiò fallit † in ſubdelegato Apoſtolico non in totum: nam ſi is recuſetur, debet recuſator coram delegato iuſtam recuſationis cauſam oſtendere, prout habetur *in cap. ſuper quæſtionum, §. quem verò, & §. eius ergo, de offic. deleg.* & adnotauit gloſ. Ber. *d. §. quem verò, in verbo, ab eo*, & Ioan. And. *in gloſ. d. cap. ſi contra vnum, verbo, Epiſcopi*, necnon *d. cap. ſuper quæſtionum, ad fin. ſuper verbo, auditores*; vbi poſt Innocent. tenet id etiam verum eſſe in delegato in totum, antequam ſubdelegatus citet, arg. *cap. quamuis, de offic. deleg. in* 6. Differunt quoque hac in re ius ciuile, & canonicum,
616. quòd † de iure ciuili in recuſatione non eſt neceſſariò exprimenda cauſa ſuſpicionis; ſed ſufficit iuramentum recuſatoris, quòd habeat iudicem ſuſpectum; vt ſatis conſtat ex *l. vlt. C. de indic.* & colligitur ex *l. apertiſſimi, C. eodem tit.* vbi gloſ. & cæteri communiter id tradiderunt; ac de communi fatentur eam ſequentes inter alios Abb. *in cap. ſi quis contra, num.* 12. *de for. compet.* Lanfranc. de Orian. *in cap. quoniam contra, verbo, recuſationis, col.* 2. *de probat.* Steph. Aufrer. *tract. de recuſat. numer.* 3. & Couar. *d. cap.* 26. *pract. quæſt. num.* 1. *ad fin.* At verò de iure canonico exprimenda eſt cauſa, *d. cap. ſecundò requiris, §.* 1. *& cap. cum ſpeciali, de appellat. cap. legitima, eodem tit. in* 6. *cap. quæſtionum, §. quem verò, & §. eius ergo*, necnon *cap. ſuſpicionis, de offic. deleg. & d. cap. ſi contra vnum, in princip. eodem tit. in* 6. Conueniunt autem partim, & partim differunt ius ciuile, & canonicum
617. † quoad proponendam recuſationem; nam de iure ciuili recuſationis libellus, cùm recuſatur delegatus, ei porrigendus eſt, ſi illius copia commodè haberi poſſit; aliàs præſidi prouinciæ, ſi in ea ciuitate reperitur; vel eo non extante, hoc apud defenſorem loci, vel duùmuiros municipales, geſtis apud eos habitis, celebrare, & intra triduum arbitrum, vel arbitros prædictos eligere, qui cauſam principalem terminent. ita cauetur *in d. l. apertiſſimi*, iuncta *l. fin. C. de indic.* De iure autem canonico indiſtinctè cauſa recuſantis proponenda eſt coram iudice recuſato; prout apertè diſponitur *in d. cap. ſecundo requiris, §.* 1. *& cap. cum ſpeciali, in princ. de appellat.* ex quibus probabilius mihi eſt, etiam vbi ſubdelegatus recuſetur, cauſam ſuſpicionis coram eo eſſe proponendam, quicquid in contrarium ſenſerit Ioan. Andr. *in ſua gloſ. a. cap. ſi contra vnum, §.* 1. *verbo, Epiſcopi, & d. cap. ſuper quæſtionum, ad fin. ſuper verbo, auditores*, poſt Innoc. *ibi.* cum quo tamen ſtat id, quod non multo antè docuimus, eam cauſam probandam eſſe coram delegato, qui poſtea recuſatum ſubdelegauit. Magis verò certum illud eſt non modò in caſu vnius delegati, vel plurium delegatorum ſimpliciter, ſeu ſimul, vel in ſolidum, aut cum clauſula, *quòd ſi non omnes, tu cum altero*, vel, *ſi ambo non poteſtis, tu procedas*, vbi is, ad quem dirigitur, hoc eſt, prælectus, recuſatur; vt poſt Archid. *d. cap. ſi contra vnum, in princip.* admittit *ibi* gloſ. *in verbo, probari*, quod tenet quoque Gemin. *ibidem num.* 8. poſt Ioan. de Fant. licèt Imol. *d. cap. cùm ſuper, num.* 13. poſt Butr. *ibidem, de offic. deleg.* extra caſum etiam *d. cap. ſi contra vnum*, nimirum clauſulæ, *ſi ambo*, contrarium ſentire videatur. verùm etiam in caſu *d. cap. ſi contra vnum, in princ.* cùm delegatio ſit cum clauſula, *quòd ſi ambo non poteſtis, alter veſtrùm*; vel illa, *quòd ſi omnes non poteſtis, duo, aut vnus veſtrùm procedat*, vt ſentit Innoc. *in d. cap. cùm ſuper, de offic. delegat.* & verè ſentit Archid. *d. cap. ſi contra vnum, ad verb. proponatur*, & Franc. *ibid. num.* 5. *& in cap. legitima, num.* 1. *de appellat. in* 6. quod ſatis colligi poteſt ex *d. cap. ſi contra, in princ.* dum facta mentione propoſitionis cauſæ, & probationis, ſolùm de probatione dicit, eam faciendam coram coniudice non recuſato in caſu illius cap. in aliis verò eſſe recurrendum ad arbitros; nulla autem mentio fit, quòd coram iis proponenda ſit; quod facilè dicere potuiſſet; arg. *cap.* 2. *de translat. Epiſc. & cap. ad audientiam, de decim.* & tamquam caſus omiſſus relinquitur in diſpoſitione iuris communis, *l. commodiſſimè, ff. de lib. & poſth. & l. ſi cùm dotem, in princ. ff. ſol. matrim.* & quod in noua lege non eſt ſpecialiter expreſſum, veterum legum, & conſtitutionum regulis relinquitur, *l. præcipimus, in f. C. de appell.* at iure communi antiquo, vt vidimus, cauſa ſuſpicionis eſt coram iudice recuſato proponenda.

Proponi autem debet recuſatio, eiúſve cauſa † 618.
tam iure ciuili, quàm canonico ante litem conteſtatam; & omnium dilatoriarum hæc prima exceptio cenſetur, ne per alterius exceptionis obiectum videatur quis in iudicem conſenſiſſe, text. *d. l. apertiſſimi, C. de ind. & cap. inter Monaſterium, de ſent. & re ind.* cum aliis ad id per nos adductis *in tract. de Conſerua. indicib. cap.* 9. *quæſt.* 1. *concl.* 4. vbi etiam poſt alios docuimus, quòd, ſi poſt litis conteſtationem cognita fuerit cauſa recuſationis, poterit quis, præſtito de huiuſmodi ignorantia iuramento, iudicem recuſare; idémque dicendum fore, ſi ſuperuenerit aut cauſa ſuſpicionis, aut eius cognitio poſt cauſæ concluſionem, vt poſt eam proponi poſſit; quod etiá vtrumque latè poſt alios tradit Ant. Gabr. *comm. concl.* 5. *n.* 8. *& 9.* per text. *in cap. paſtoralis, de excep.* qui tamen loquitur in termino à iudice ſtatuto ad dilatorias exceptiones proponendas. melior autem text. eſt *in cap. inſinuante, de off. deleg.* Propoſita verò congruo tempore cauſa ſuſpicionis coram recuſatò, vbi ad arbitros recurrendum ſit, iuxta ſupradicta, † debet 619.
is cum recuſatore, ſi aduerſarium non habeat, aliàs ipſe recuſator cum aduerſario arbitros eligere, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcant; &, ſi nequiuerint in vnam concordare ſententiam, aduocent tertium, vt, quod duo ex ipſis decreuerint, robur obtineat firmitatis; vt cauetur *in d. cap. cum ſpeciali, in princ. de appell.* quod idem ferè habetur *in cap. ſuſpicionis, §.* 1. *de off. deleg.* vbi etiá dixit text. quòd ab ipſo recuſato cogendi ſunt arbitri ad conueniendum in vnam

ſenten

ſententiam, vel aduocandum tertium: in qua tamen coactione abſtinere debet à cenſura excommunicationis; vt apertè decernitur *in cap. legitima, eodem tit. in 6.* vbi etiam deciditur, ipſum iudicem recuſatum ſtatuere terminum competentem arbitris ad conueniendum in vnam ſententiam, vel aduocandum tertium, cum quo ambo, vel alter eorum negotium ſuſpicionis terminare procurent: alioquin iudex ex tunc in principali negotio procedere non omittat. *in d.* autem *cap. ſuſpicionis, in princip.* diſponitur, quòd terminus competens partibus ad probandam cauſam ſuſpicionis non à iudice recuſato, ſed ab ipſis arbitris eſt aſſignandus.

620. Quòd ſi petas, †quinam ratione officij poſſint recuſari: iam de delegato Epiſcopi, eiúſque officiali, & generatim de ordinario, ac Principis delegato, aut ſubdelegato diximus eos poſſe. In ſpecie verò de Epiſcopo text. eſt *in cap. ſi quis contra, de for. compet.* ibique notant Doct. ac Dec. *d. cap. cum ſpeciali, num. 5. in nou.* ſubdens tamen *num. 6.* poſt alios, id non ſeruari de conſuetudine, ſed ſufficere, quòd alius vir probus ei aſſocietur. Cardinalis quoque recuſari poteſt, ſed cauſa multùm iuſta requiritur, vt idem probat *in cap. nouit, num. 5. de appell.* licèt etiam ſit Legatus de latere, vt ipſemet oſtendit *in cap. propoſuit, num. 4. eod. tit.* ſimiliter tota ciuitas recuſari poteſt, *Clement. paſtoralis, §. Piſana, de re iudic.* & tota Synodus prouincialis, *cap. quod ſuſpecti,* eóque *fin. 3. quæſt. 5.* per quæ iura Dec. cum aliis *cap. 1. in 1. lect. num. 66 cum tribus ſeqq. de iudic.* vtrumque ex communi docet; idem ex Spec. & Alber. tradens de omnibus Doctoribus alicuius ciuitatis. in Papa verò recuſari non poteſt, vt idem comprobat *d. cap. 1. num. 77. de iudic. & cap. poſtremo, num. 32. de appellat.* nec mirum, quia in cauſis Eccleſiaſticis vbi appellationis remedium locum non habet, nec habet recuſatio, *cap. ſuper eo, §. 1. de appellat.* non poteſt autem à Papa appellari, cùm non habeat ſuperiorem, ſeu maiorem in terris; appellatio autem eſt prouocatio ad maiorem, Goffr. Hoſt. & alij Summiſtæ *ſub tit. de appell.* Franc. Dec. & alij *in rubr. eodem tit.* ita vt non valeat contraria conſuetudo, gloſ. ab aliis approbata *in cap. 2. verbo, officiali, de conſuetud. in 6.* De aſſeſſore, ac notario illud tenendum, quod ſatis docuimus *d. tract. de Conſeruatorib. cap. 9. quæſt. 1. concl. 3.* aſſeſſorem quidem poſſe recuſari, ſed ex grauioribus cauſis, quàm iudicem; ex iiſdem verò, cùm iudex eius conſilium ſequi tenetur. notarium autem aliquando, vt per Doct. *ibi* cit. ac præcipuè Gail. *lib. 1. pract. obſer. obſerv. 33.* Caputaq. *deciſ. 202. part. 1.* & Franc. *d. cap. cum ſpeciali, in princ. num. 41. & 43.* vbi etiam docet, non eſſe neceſſariò probandam cauſam ſuſpicionis: nos verò *ibid.* alios allegauimus, qui tractant, an Capitulum recuſari poſſit, ac præſertim Gail ſup. Menoch. *conſ. 94. lib. 1.* & Boër. *deciſ. 269.* De iudice procedente in notoriis tenenda eſt regula, quam latè ſtatuimus, ac declarauimus *d. quæſt. 1. concl. 1.* vt regulariter nequeat recuſari; ſecus verò dicendum eſſe de procedente ſummariè, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, licèt is non ita facilè recuſari poſſit, vt ſatis oſtendimus *cad. quæſt. 1. concl. 2.* De mero executore ſatis certum eſt, eum non poſſe recuſari, etiamſi ab eo appelletur, cùm ab illo nequeat appellari; idque maximè, cùm in deputatione executoris inhibita fuit appellatio; quæ omnia ſatis habentur *in cap. nouit, de appell.* idque præter Doct. *ibi* tradiderunt quoque Franc. *d. cap. cum ſpeciali, in princ. num. 35.* & Lancellot. *tract. de attent. 2. part. cap. 6. numer. 64* poſt Bart. *in l. ſi quis, §. ſi quos, ff. de pœn.* De Cardinali autem, quòd non ita de facili recuſari poſſint, præter Franc. Dec. & alios *d. cap. nouit,* vbi bonus text. tradunt latè Barbat. *in tract. de præſt. Card. 2. part. princ. quæſt. 3* Boër. *d. deciſ. 269.* ſicut de ordinario docet inter alios Spec. *tit. de recuſat. §. cauſa.* Et generatim de perſonis, quæ recuſari non poſſunt, videndi ſunt præ cæteris Lancellot. *in tract. de attent. 2. part. cap. 6. num. 36. cum duobus ſeqq.* Franc. *d. cap. cum ſpeciali, quæſt. 8. & ſeq. de appellat.* ac Boër. *d. deciſ. 269.* De cauſis autem † ſuſpicionis, ſeu recuſationis, idem Franc. Dec. & alij *in cap. poſtremò, de appellat.* Marant. *in ſuo ſpec. aur. 3. part. 6. part. princip. à num. 24. ad 73.* & Spec. *tit. de ind. deleg. §. ſupereſt.* 621.

Præmitto ſecundòquoad compromiſſum nos hic non quærere, an compromiſſo durante ſuſpendatur inſtantia, ſeu tempus commutandi aliquam vltimam voluntatem: nam licèt de inſtantia appellationis expreſſum ſit in iure, quòd † compromiſſo pendente ea non currat appellanti ad proſequendam appellationem, *auth. ſi tamen, C. de temp. appell. & Clement. quamdiu, de appellat.* quæ idem decernit in tempore ad huiuſmodi proſecutionem præfixo ab homine: qua de re latiùs præter Doct. vtrobique tractat inter cæteros Anton. Gabr. *lib. 2. commun. concluſ. tit. de arbitr. concl. 4.* per tot. quem, cùm opus fuerit, candidus lector conſulere poterit. tamen id ferè nihil ad nos, cùm inſtantia appellationis vix habere poſſit locum in commutatione vltimæ voluntatis; niſi fortè cum quis appellauerit à denegata commutatione, quam Ordinarius facere teneretur, vel minùs rectè facta, per quam quis grauatus fuerit. nam vel ſemper, vel vtplurimum commutatio huiuſmodi fit in prima inſtantia ſiue ab Ordinario, ſiue à delegato: quamuis nec ea propriè dicatur inſtantia, niſi cùm procedit iudicialiter: quo caſu etiam prima inſtantia † de iure canonico (atque adeò in foro Eccleſiaſtico vbique terrarum Chriſtiani orbis, vel etiam ſæculari in terris Eccleſiæ, iuxta tradita per Doctor. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. cap. quod clericis, de for. compet. cap. cùm eſſes, de teſtam. cap. 1. & 2. de nou. oper. nunc.* atque alibi ſæpe;) non finitur triennio, vt apertè conſtat ex *cap. venerabilis, de iudic.* vbi omnes ferè Doctor. id adnotarunt, & Felin. latiùs confirmat hanc communem concluſionem aſſerens. Et vbi etiam iudicium coram Ordinario, qui iudicialiter commutaturus eſſet vltimam voluntatem, intentatum certi temporis inſtantiam haberet, vtputa biennij, ſaltem ad effectum, vt poſt illius lapſum ab eo cauſa poſſit auocari, iuxta diſpoſitionem Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 20. de reform.* quoad iudices Ordinarios Eccleſiaſticos: vel etiam inſtantiam triennij, vbi Ordinarius inferior laicus, vel à Principe ſæculari deputatus aliquam vltimam voluntatem ſit commutaturus; quo caſu in ordinatoriis coram eo ſeruabitur ius ciuile, ad tradita per Doctor. *d. cap. Eccleſia S. Mariæ, cap. quod clericis,* & in aliis iuribus paulo antè cit. necnon *in d. cap. venerabilis,* vbi Abb. *num. 12.* & alij: ius autem ciuile pro prima inſtantia quoad cauſas ciuiles, exceptis fiſcalibus publicarum functionum ſtatuit triennium, *l. properandum, in princ. §. 1. & §. vlt. C. de iud.* ſicut quoad criminales ſtatuit biennium, *d. l. properandum, in princ. & l. fin. C. vt intra cert. tempus.* adhuc certum eſt, † per compromiſſum huiuſmodi primam inſtantiam, ſeu cauſæ principalis non ſuſpendi, vt contra Bart. *d. auth. ſi tamen,* cum eodem Bart. *d. l. properandum,* Imol. *in cap. de cauſis, de offic. deleg.* Butr. & Aret. *d. cap. venerabilis,* & *ibi* Abb. *n. 14.* tenet *ibid.* Fel. *n. 11.* latè Franc. *in c. ex ratione, col. 6. de appell.* M. Anton. Blanc. *in tract. de compro* 622. 623. 624.

compromiſſ. quæſt. 6. princip. numer. 22. & alij, quos ſecuti ſumus *d. tract. de Conſeruatoribus, cap. 9. quæſt. 4.* ſtatim *ante* 1. *concluſ.* apud quos etiam, præſertim Abb. Fel. & Blanc. necnon Aſin. *in ſua prax. iudic. in princip. cap. 3. à num.* 53. *ad* 68. videri poteſt,

625. † an inſtantia ipſius compromiſſi ſit triennalis: & coram quo petenda ſit reductio ad arbitrium boni viri, ex iis colligi poterit, quæ nos diximus *d. tract. de Conſeruatoribus, cap. 9. quæſt. 4. concluſ.* 3. ſicut *concluſ.* 2. egimus, quam ob cauſam eam petere liceat, ac præcipuè an ob enormem læſionem; de quo etiam latè Anton. Gabr. *commun. concluſ. lib.* 2. *tit. de arbitr. concluſ.* 3. per tot. vbi cùm opus fuerit, videre quis poterit. Quæſtio igitur hæc, quod ad compromiſſum pertinet, duas inſpectiones habebit; alteram, an, & quando ſit compromiſſum, ſiue ante, ſiue poſt introductum commutationis negotium coram eo, qui commutare poteſt vltimam voluntatem, illius iuriſdictionem ſuſpendat; ita, vt eo pendente nequeat is adiri pro inchoanda, vel perficienda commutatione: alteram, an, & quando eadem iuriſdictio ſileat, ſeu ſuſpendatur pendente reductione laudi ea in re ſecuti ad arbitrium boni viri. ad quas duas inſpectiones *concl.* 3. *&* 4. reſpondebimus.

626. Præmitto nunc tertiò, quòd, licèt † de iure communi antiquo ſaltem canonico licuerit appellare ab omni grauamine, ſiue iudiciali, *cap.* 1. *de dilat. cap. ex parte, il* 1. *cap. de appellationibus, & cap. ſuper eo, il* 2. *de appell.* cum ſimilibus, ſiue extraiudiciali, *cap. Romanam,* 2. *quæſt.* 6. *cap. accedens, il* 1. *vt lit. conteſt. cap. cùm ſit Romana, in princip. de appell. & cap.* 1. *cap. concertationi, & cap. à collatione, eodem tit. in* 6. ita, vt appellans ab interlocutoria, & grauamine extraiudiciali exprimere teneretur cauſam rationabilem appellationis, ſeu grauaminis, hoc eſt, talem, quæ ſi foret probata, deberet legitima reputari, *cap. vt debitus, cap. cum ſpeciali,* §. *porrò, de appellat. & d. cap.* 1. *eodem tit. lib.* 6. Tamen de iure canonico nouo appellationes interponi non debent, aut à ſuperioribus recipi, commiſſióve, aut inhibitio fieri, niſi à definitiua, vel à definitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à definitiua reparari nequeat. ita quoad cauſas primæ inſtantiæ diſponitur à Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *de reformat.* quod idem paulò aliis verbis quoad omnes inſtantias ſtatuitur *in reg.* 36. nunc 37. *Canc.* cuius verba ad id retulimus *d. tract. de Conſeruatoribus, cap. 9. quæſt. 5. præmiſſ.* 2. vbi etiam oſtendimus in hoc Concil. & Romanos Pontifices imitatos eſſe ius ciuile, quod non admittit appellationes ab interlocutoria, niſi in caſibus prædictis, vt *in l. apertiſſimi, C. de iudic. l. ante ſententia tempus, C. quor. appellat. non recip.* iuncta *l.* 2. *ff. de appell. recip. l. fin. ff. à quibus appell. non lic.* necnon, & aliis iuribus *ibid.* per nos alleg. atque hanc regulam poſt hæc ſcripta quoad interlocutoriam habentem vim definitiuæ firmatam vidi à Lancellot. *in tract. de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 1. *à numer.* 57. *ad* 62. *in nou.* quoad grauamen verò irreparabile *à num.* 100. *ad* 105. ac poſt alios Menoch. *de arbitrar. iud. caſ.* 490. *num.* 3. & Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 9. *in ſuis annot. ad nullit. & attent. in cauſ. benef. n.* 176. *num.* autem 177. alios ſecutus idem dicit de grauamine, quod difficilè reparari poteſt per definitiuam; quod & facit Lancellot. *vbi ſup. num.* 104. ſubdens *num.* 105. *cum duobus ſeq.* alias duas ampliationes; alteram, quòd non ſit expectanda inhibitio iudicis ad quem; alteram, quòd iudici, à quo, volenti exequi poſſit impunè reſiſti. ſicut alias duas affert poſt alios Gonzal. ſup. *num.* 178. *cum duobus ſeqq.* alteram quando grauamen non poteſt ex toto reparari per definitiuam; alteram quando articulus interlocutoriæ eſſet præiudicialis negotio principali, vel ingereret difficultatem circa cauſæ deciſionem. Quodnam autem grauamen † dicatur irreparabile per appellationem à definitiua, colligi poteſt ex *l.* 3. *ff. ad appellat. recip. & cap. fin. de appellat. in* 6. ibique Doct. & in mox cit. iuribus, necnon ex Lancellot. *d. limit.* 1. *num.* 101. *vſque ad* 103. Blanc. *d. tract. de comprom. quæſt.* 5. *princip. num.* 8. Aſin. *in prax. iud.* §. 31. *cap.* 2. *limit.* 13. *& cap.* 18. *limit.* 1. exemplúmque eſſe poteſt in tortura, vt in prædicta *l.* 3. & quænam ſit mera interlocutoria, quæve habens vim definitiuæ, ſumi poteſt ex Doctor. cùm alibi, tum *in l. quod iuſſit, ff. de re ind. & cap. cùm ceſſante, de appellat.* ac pleriſque per nos relatis *d. præmiſſ.* 2. *verſ. quænam autem.* quo loco ipſi quoque aliquid ea de re poſt alios tradidimus: nimirum, omnem pronuntiationem poſt ſententiam definitiuam eſſe mere interlocutoriam; ſicut, & habere vim definitiuæ omnem ſententiam ſuper exceptione peremptoria, vel incompetentia iudicis; & generatim illam eſſe interlocutoriam habentem vim definitiuæ, quæ non totam cauſam, ſed eius vnam partem ſubſtantialem definit. Eſt autem regula in ſententiis interlocutoriis, quòd meræ interlocutoriæ † reuocari poſſint ab eo, qui illas tulit, ſiue ſecuta appellatione, *cap. cùm ceſſante, de appellat. & cap. ſi a iudice, eodem tit. in* 6. ſiue non ſecuta, *l. quod iuſſit, ff. de re ind.* habentes autem vim definitiuæ non poſſunt, vt *ibidem* tradunt Doctor. omnes, *& in l. iudex poſteaquam, ff. eodem tit. cap. in litteris, cap. coram, cap. ſignificantibus, & cap. venerabili, de offic. deleg.* ex quibus etiam iuribus id ſatis colligitur; niſi poſt appellationem ab ipſis, aut ab ipſa definitiua, per iudicem tamen appellationis, vt ſatis deducitur ex præcit. iuribus permittentibus appellationem ab interlocutoria habente vim definitiuæ; præcipuè verò ex *d. cap. vlt. de appellat. in* 6. *in* 1. *reſponſ.* dum tamen ſecundò appellans à repulſione exceptionis peremptoriæ, in illa non ſuccubuerit; tunc enim non eſt ſuper ea in cauſa appellationis poſtmodum à definitiua emiſſæ vlterius audiendus; niſi ſolùm propter ineptitudinem ea exceptio fuerit repulſa, vt cauetur *in Clement. fin. de appellat.* quam etiam regulam præter Rip. & alios *in d. l. quod iuſſit,* Franc. & cæteros *in d. cap. cùm ceſſante,* latè ponit, & explicat Lancellot. *d. tract. de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 1 *à num.* 16. *ad* 30. iuxta nouam impreſſionem. Quoad ſententiam autem definitiuam, quòd † regulariter reuocari non poſſit ſaltem à delegato, licèt malè ſit lata, ſatis conſtat ex *d. l. iudex, poſteaquam, & d. cap. in litteris.* an autem, & quando iudex ſaltem eam declarare, & interpretari poſſit, tradunt vtrobique Doct. Fel. *cap. qualiter, & quando, il* 1. *ex num.* 23. *de accuſ. & ibi* Soc. & alij; vbi etiam tractant, an, & quando ordinarius, vel delegatus poſſit reuocare ſuam ſententiam nullam, aut iterum pronuntiare. de quo agit quoque Vant. *tract. de nullit. proceſſ. & ſent. tit. coram quo poſſ. nullit. prop. num.* 17. ac Menoch. *lib.* 1. *de arbitrar. iud. quæſt.* 67. ferè per tot. quod vtrumque nos etiam ſup. non vno in loco tractauimus, ac præcipuè *cap.* 5. *quæſt.* 14. *not.* 4. *poſt vlt. concluſ.* & hoc ipſo cap. *quæſt.* 4. *concluſ.* 5. *declar.* 6. *princip.* An verò, & quando tertius comparens pro ſuo intereſſe † admitti debeat ad appellandum, latè tractant Doctor. *in cap. cùm ſuper, & cap. quamuis, de re iudic.* necnon *in cap. ſuper eo, de offic. delegat. & cap. veniens, de teſtibus.* Bartol. & alij *in l. à diuo Pio, ff. de re iudic. &*

627.

628.

629.

630

in

in l. à ſententia, ff. de appellat. & l. 1. ac tot. tit. C. res int. al. alt. Couar. *lib. pract. quæſt. cap.* 15. Lancellot. *d. cap.* 12. *ampliat.* 14. per tot. & Marcheſ. *de commiſſion. & reſcript. tit. de commiſſ. appellat. part. 2. cap.* 6. & an poſſit dicere de nullitate, & eo prætextu impedire executionem trium conformium, Doct. *in Clem. 1. de re iudic.* Couar. *d. cap.* 15. *num.* 9. Lancellot. *d.* 2. *part. cap.* 17. *num.* 128. & Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib.* 2. *tit. de execut. rei iudic. concl.* 2. *num.* 19. & Vant. *tract. de nullit. proceſſ. & ſentent. tit.* ſeu *rubr. quis dicere poſſ. de nullit.* præſertim *num.* 19. Neque enim ſolùm poteſt à ſententia appellari, ſed etiam de eius nullitate dici, vt patet ex *l. ſi expreſſim, ff. de appell. & Clem.* 1. *de re iudic.* cum aliis iuribus per nos allegatis *d. tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap.*
631. *9. quæſt. vlt. præmiſſ.* 3. vbi etiam latiùs tradidimus, † eam poſſe proponi, ſeu intentari cum appellatione, vel acceſſoriè, vel æquè principaliter, vel prrincipaliter, quemlibet horum modorum explicantes, & aliquos eorum effectus; alios verò *concluſ. 6. & ſeqq.* Sicut autem appellatio principaliter intenta-
632. ta † includit incidenter dictionem de nullitate, vt ex *l. Carmelia Pia, ff. de inrepatr.* & aliis docuimus initio *d. 3. præmiſſ.* ſic ad finem eiuſdem ſub *numer.* 169. plurib. relatis oſtendimus, ſolam nullitatem principaliter intentatam includere appellationem; ita, vt, ſi de meritis cauſæ huic iudici nullitatis conſtet, poſſit ſuper iis pronuntiare, ſententiam prioris iudicis confirmando, infirmando, vel reformando, prout iuris fuerit. Denique illud hìc adnotandum
633. eſt, quod *in fi. d. præmiſſ.* 3. latè confirmauimus, † tempus intentandæ nullitatis principaliter, & directò eſſe triginta annorum; eiuſdem verò proſequendæ eſſe in foro ciuili triennij, in foro autem Eccleſiaſtico certum tempus non habere: ſaluo tamen, quod de auocatione cauſæ poſt biennium ſup. hoc ipſo præmiſſ. circa initium tradidimus ex Trid. Conc. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *de reform.* His præmiſſis ad huius quæſt. concluſiones veniamus.

PRIMA CONCLVSIO. Propoſita cauſa legitima recuſationis, ſed non probata, (ſiue coram arbitris, ſiue coram aliis, iuxta tradita ſup. *in 1. præmiſſ.*) inferior, qui commutationem vltimæ voluntatis facere poterat iure, ſiue ordinario, ſiue delega-
634. to, † ex tunc iuriſdictione ſua vti poteſt: at ipſa probata legitimè, recuſatus de recuſatoris aſſenſu perſonæ idoneæ negotium committere debet, vel ad Superiorem tranſmittere, vt in eo ipſe procedat ſecundùm quod fuerit procedendum. Prior pars concluſ. patet ex text. *in cap. ſecundò requiris, §. 1. & cap. cum ſpeciali, in princ. de appellat.* necnon *in cap. legitima, in fi. eod. tit. in 6.* quæ quidem iura cùm indiſtinctè loquantur de iudice, tam de ordinario, quàm de delegato debet intelligi: neque de hac concluſ. parte, vlla apud aliquem eſt difficultas. Poſterior pars concluſ. probatur quoad ordinarium ex *cap. licèt ex ſuſcepto, de for. compet.* vbi de remiſſione ad ſuperiorem agitur, iuncto *cap. ſi quis contra, eod. tit. & cap. ad hæc, il* 3. *de appellat.* vbi de commiſſione cauſæ de partium conſenſu. & ſic intelligi poteſt gloſ. *d. cap. cum ſpeciali, in princ. verbo, de recuſatoris,* dum ait, eſſe in electione iudicis ordinarij
635. recuſati, de quo † ab ipſa, & aliis ferè communiter illa text. intelligitur, an probata legitimè cauſa recuſationis committat cauſam principalem alteri de conſenſu vtriuſque partis, vel ad Superiorem eam tranſmittat. Sed quia licèt hæc gloſ. quoad prædictam electionem à nemine, quem viderim, ſit reprobata; & ſatis fundetur in illis finalibus verbis text. *d. cap. cum ſpeciali, in princ.* at ipſa probata legitimè, de recuſatoris aſſenſu perſonæ idoneæ committat negotium recuſatus, vel ad Superiorem tranſmittat; & concludunt abſurda per gloſ. *ibidem* deducta. tamen quatenus eadem gloſ. vult, conſenſum vtriuſque partis in delegatione requiri, poſtquam partes ipſæ non concordauerint in iudicis electione ab iiſdem facienda, inſiſtente iudice ordinario recuſato; prout ipſa gloſ. intelligit text. *d. cap. ſi quis contra, & d. cap. ad hæc*; à Dec. Franc. Abb. & aliis *in d. cap. cum ſpeciali,* reiicitur, dicentibus, ſufficere tam in delegato, quàm in ordinario conſenſum recuſatoris, licèt ſalua ſit alteri parti recuſatio delegati ab ordinario, vel ſubdelegati à delegato Principis; & in delegato eſt text. *in cap. iudex, §. 1. & ibi* gloſ. recepta *verbo, recuſatoris, de offic. deleg. in 6.* text. autem *d. cap. ſi quis contra,* loquitur tunc, cùm non adhuc eſt cognita cauſa recuſationis, nec ordinarius recuſatus refert quæſtionem ſuſpicionis, vt *ibi* inter cæteros adnotauit Imol. *num.* 3. quomodo etiam procedit *d. cap. ad hæc,* vt *ibid.* docet Franc. pariter *num.* 3. *d.* autem *cap. licèt,* eſt locale ratione ſpecialis conſuetudinis, vt notauit gloſ. ab aliis approbata *ibi in verbo, ad te, vel ad nos, & in d. cap. cum ſpeciali, in princ. verbo, de recuſatoris.* Ideo hæc eadem pars concluſionis omnino probatur *in d. cap. cum ſpeciali, in princ.* quod vel loquitur in ſolo ordinario, vt gloſ. *ibidem,* ac pleriſque viſum eſt, vel ſaltem, tam de ordinario accipiendum eſt, quàm de delegato, vt nobis videtur, cùm indiſtinctè, ac ſimpliciter loquatur. ex d. verò *cap. ſi quis contra, & cap. ad hæc,* potiùs ſumitur quoad ordinarium recuſatum extenſio huius poſterioris partis noſtræ concluſ. vt nimirum poſt recuſationem ante cauſæ ſuſpicionis probationem poſſit cauſam principalem committere etiam ſine partium conſenſu, & ſic vera eſt opinio Abb. *d. cap. ſi quis contra, num.* 14. *& d. cap. cum ſpeciali, in princ. num.* 11. & *ibi* Franc. *num.* 15. quòd ordinarius recuſatus poſſit inuitis partibus committere cauſam, nimirum antequam probetur cauſa ſuſpicionis, ſeu ſtatim propoſita recuſatione, prout ſatis apertè loquuntur text. *d. cap. ſi quis contra, & l. prætor, ff. de iuriſd. omn. iud.* quos allegant; non autem etiam probata cauſa ſuſpicionis, contra communem aſſerentem, quòd tunc requiratur aſſenſus recuſatoris, de qua communi teſtatur vtrobique Abb. & Dec. *d. cap. cum ſpeciali, num.* 8. aliàs 28. vbi eam ſequitur; quod & facere videtur *ibid.* Franc. *num.* 15. *&* 16. vbi etiam poſt Imol. & Abb. retenta prædicta cõmuni opinione tenet contra Butr. conſenſum recuſatoris requiri quoque in commiſſione ab ordinario recuſato facienda ſtatim probata coram arbitris cauſa ſuſpicionis, antequam ſuper ea pronuntient; ac præterea retenta eadem communi Dec. *d. cap. cum ſpeciali, num.* 8. ſeu 28. & *ibi* Franc. *d. n.* 16. contra gloſ. *ibidem verbo, de recuſatoris,* probant cum Abb. *ibi num.* 11. etiam in commiſſione facienda ab ordinario recuſato probata cauſa ſuſpicionis, ſufficere conſenſum recuſatoris, nec requiri conſenſum aduerſarij, quæ tria ſatis mihi videntur probari *in d. cap. cum ſpeciali, in princ.* iis vẽrbis; *at ipſa probata legitimè, de recuſatoris aſſenſu perſonæ idoneæ committat negotium recuſatus*; poſito, vt ſuprà dictum eſt, eum text. loqui etiam de iudice ordinario. Quòd ſi petas, an poſt pronuntiationem arbitrorum poſſit ordinarius recuſatus committere cauſam ſaltem de recuſatoris aſſenſu, prout † de 636.
delegato negatur *in cap. iudex, §. 1. de offic. deleg. in* 6. vt infrà dicemus: reſpondet Franc. *d. cap. cum ſpeciali, in princ. num.* 18. *& ſeq.* poſſe, quia ordinarius per hoc non deſiit eſſe iudex, & habere iuriſdictionem; prout de delegato pro ratione, vt non poſſit, aſſertur à Pontifice *in d. cap. iudex.* ſed, ſi partes non

conſentirent, tunc deberet ordinarius remittere cauſam ad Superiorem, iuxta text. *in d. cap. cum ſpeciali, in princ.* in finalibus verbis. Eadem verò poſterior pars concluſionis quoad delegatum probatur ex *d. cap. cum ſpeciali, in princip.* poſito, quòd etiam in delegato loquatur; prout omnino dicendum videtur, cùm indiſtinctè de iudice recuſato diſponat, quòd cauſa ſuſpicionis legitimè probata, is de recuſatoris aſſenſu negotium, hoc eſt, cauſam principalem perſonæ idoneæ committat, vel ad Superiorem tranſmittat. vnde nec nos debemus diſtinguere, *l. 3. in fi. ff. de offic. Præſid.* cum ſimil. omnino verò quoad delegati recuſationem, & commiſſionem ante, vel poſt eam ab ipſo faciendam adnotanda eſt diſpoſitio text. *in d. cap. index, de offic. deleg. in 6.* vnde confirmatur, ac ſimul declaratur hæc poſterior pars noſtræ concluſ. dicit enim *ibi* Bonif. VIII. *in princ.* quòd iudex ab Apoſtolica Sede datus, quamuis legitimè recuſari valeat, vt ſuſpectus, poteſt licitè vices ſuas committere, antequam recuſatio contra ipſum proponatur: &, ſi in totum commiſerit, recuſari vlteriùs, aut facta per eum commiſſio impugnari nequibit; quod poſſet, ſi ſibi de iuriſdictione aliquid reſeruaſſet. ſubdit autem §. 1. quòd poſt recuſationem propoſitam committere, niſi de recuſatoris aſſenſu non poteſt: ſed eo volente hoc poteſt, etiamſi iam recuſatio eadem ſit probata; dummodo pronuntiatum non fuerit ſuper ea: ex tunc enim, cùm omnino iudex eſſe deſierit, nulla etiam cum illius aſſenſu poteſt fieri commiſſio per eundem. Hæc *ibi* Romanus Pontifex. Gloſ. verò, *ibidem verbo, recuſatoris*, quam præter Doct. *ibi*, ſequitur inter alios Dec. *d. cap. cum ſpeciali, num. 8. in fi.* aliàs 28. ex eo, quòd Bonif. VIII. ſolius recuſatoris facit mentionem, infert, non eſſe neceſſarium conſenſum aduerſarij; quoniam facultas, quam habet à iure delegatus Principis, vt poſſit ſubdelegare, ſolùm impeditur ex facto recuſantis. in verbo autem, *nequibit*, iuncto eo, quod idem Io.
637. And. auctor gloſ. tradit *in Nouel.* docet, † quòd delegatus poſt commiſſionem, ſeu ſubdelegationem factam in totum, adhuc poſſet recuſari, ſi ſubdelegatus non recepiſſet ſubdelegationem, vel, ſi antequam ſubdelegatus vti cœperit iuriſdictione, mortuus fuerit, aut delegatus commiſſionem ab eo reuocauerit, iuxta text. *in cap. quamuis, de offic. deleg. in 6.* Franc. verò *d. cap. cum ſpeciali, in princ. num. 14.* poſt Lap. & Gemin. *d. cap. index*, quod *ibidem* §. 1. dicitur, facta pronuntiatione ſuper recuſatione probata, non poſſe ampliùs etiam cum aſſenſu recuſatoris à iudice delegato recuſato cauſam principa-
638. lem alteri committi, notabiliter limitat, † niſi à ſententia arbitrorum ſit appellatum; (quod fieri poteſt, & cùm ſit ad Papam eſt faciendum, *cap. ab arbitris, de offic. deleg. in 6.*) tunc enim, inquit, quando appellatio erit legitima, poterit de voluntate recuſatoris iudex etiam poſt dictam pronuntiationem arbitrorum alteri committere vices ſuas: & allegat præter cit. Doct. text. *in cap. dilectus, il 3.* ibique Doct. *de prebend.* Subdelegatus verò ipſe, ſiquidem
639. non ſit datus, vel receptus de conſenſu partium, † poterit ab altera earum recuſari, ſiue in totum is datus fuerit, ſiue non in totum; vt ſentit apertè gloſ. recepta *d. cap. cum ſpeciali, in princ. d. verbo, de recuſatoris, de appellat.* & quoad ſubdelegatum non in totum eſt text. *in cap. ſuper quæſtionum, §. verum, §. quem verò, & §. eius ergo, de offic. deleg.* neque iſte ſubdelegatus non in totum poteſt cauſam cognoſcere, vbi recuſator paratus ſit coram delegato iuſtam cauſam recuſationis oſtendere, vt dicitur *in d. §. quem verò, §. eius ergo.* immo ſi tunc delegatus cogat partem coram ſuſpecto iudice ſic ſubdelegato litigare, poterit hæc appellare, & quod poſt appellationem actum fuerit, irritum erit, & inane, vt *ibidem §. vlt.* cauetur. Quòd ſi ipſe delegatus ſubdelegans non in totum velit cauſam principalem cognoſcere poſt recuſationem taliter a ſe ſubdelegati,
† id poteſt facere, non obſtante etiam recuſatoris 640.
appellatione, vt parcatur partium laboribus, & expenſis. ſic apertè diſponitur *d. cap. ſuper quæſtionum, §. porrò, & d. §. eius ergo*, vel potiùs *§. vlt. incip. qui etiamſi, in d. tit. de offic. deleg.* facitque *cap. cùm te conſulente, eod. tit.* quo ipſe Pontifex nititur *in d. §. porrò*, iuncta gloſ. *ibid. verbo, conſultationem præmiſſam, & in princ. d. cap. ſuper quæſtionum, verbo, conſultationi, & d. cap. cum te, verbo, à perſonis Eccleſiaſticis.*

SECVNDA CONCLVSIO. Proceſſus, ſententia, & alia geſta per ordinarium, vel delegatum commutantem aliquam vltimam voluntatem poſt legitimam recuſationem, † ſi per recuſatorem ab 641.
eius reiectione appellatum fuerit, vel ſi negotium per Superiorem fuerit legitimè auocatum: & quoad delegatum etiam vbi per cognoſcentem de cauſa ſuſpicionis pronuntiatum fuerit eam eſſe legitimam, nullius ſunt roboris, aut momenti; aliàs ipſo iure valent. Priors pars concluſionis quoad appellationem concluſ. ſatis probatur ex eo, quod generatim in iudice etiam delegato habetur *in cap. 2. §. cùm igitur, vt lit. non conteſt. & cap. ſuper quæſtionum, §. fin. & cap. cùm ſuper*, præſertim in integra Decretali, *de offic. deleg.* & gloſ. recepta *inibi* adnotauit; necnon Doct. *in cap. cum ſpeciali, in princ. de appellat. & cap. index, de offic. deleg. in 6.* nimirum geſta per iudicem poſt legitimam recuſationem, ſi per recuſatorem ab eius reiectione fuerit appellatum, eſſe ipſo iure nulla: quoad auocationem verò ſatis conſtat ex *cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, vt lit. pend. & cap. vt noſtrum, de appell.* cum aliis adductis ſup. hoc eod. cap. *quæſt. 6. in 1. præmiſſ.* & in ſpecie recuſationis ex Innoc. *in cap. cum ſpeciali, num. 6. verſ. illud autem.* quoad pronuntiationem autem reſpectu delegati patet ex *d. cap. index, §. fin.* Atque in hac priori parte noſtræ concluſ. conueniunt omnes citandi in poſteriori eiuſdem parte, etiam ij, qui illam quoad iudicem delegatum, vel ordinarium oppugnant. ſolùm enim dubitant, an prædicta appellatio, vel pronuntiatio neceſſaria ſit ad annullandum ipſo iure proceſſum, & geſta per iudicem recuſatum poſt propoſitam contra eum recuſationem.

Qua in re; (ſicque aggredimur explicationem, ac mox probationem dictæ poſterioris partis huius noſtræ concluſ.) licèt plures fuerint Doctorum opiniones, quas ad quinque reducit Franc. *d. cap. cum ſpeciali, in princip.* ſub *num.* 47. ad duas verò Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib. 2. tit. de indic. concl. 5. num. 1. & 2.* ac Rob. Lancellot. *in tract. de attent. 2. part. cap. 6. num. 2.* quarum vnaquæque habet ſuos auctores, & aliquod fundamentum: nos certa priùs ab incertis ſecernentes vtrumque membrum huius poſterioris partis noſtræ concluſ. confirmabimus. Et quidem primò certum eſt, quòd † de iure ciuili 642.
per ſolam recuſationem ſuſpenditur iuriſdictio iudicis: quod multi tenent, quos referunt, ac ſequuntur Gabr. *d. concl. 5. num. 3.* & Lancellot. *d. cap. 6. num. 4. in princ.* ac præcipuè Abb. Bald. Franc. Imol. Dec. & alij *d. cap. cum ſpeciali.* mouentur autem ferè omnes, quia iure ciuili non requiritur probatio cauſæ ſuſpicionis, ſed ſufficit eius allegatio cum iuramento; *l. apertiſſimi*, vbi gloſ. *verbo, recuſaret, & verbo, executore, C. de iudic.* cum aliis adductis ſup. *in 1. præmiſſ. ante med.* ſed melior eſt illa ratio, quòd de iure ciuili in arbitros transfertur cognitio tota, &

iuriſdictio

iurisdictio in causa principali, *d. l. apertissimi, & l. fin. C. de iudic.* de iure autem Canonico ad eos pertinet sola cognitio causæ suspicionis, *cap. suspicionis, de offic. deleg. d. cap. secundo requiris, & cap. cum speciali, de appell. cap. legitima, eod. tit. in 6.* & *ibi* Doctor. omnes. Secundò certum est, quòd etiam de iure
643. Canonico † ad hoc, vt suspendatur iurisdictio iudicis recusati per appellationem à non admissa recusatione legitima, non est necesse prosequi appellationem huiusmodi; vt post Bursat. *cons. 21. n. 36. lib. 1.* & plures Rot. decis. tradit Lancell. *d. cap. 6. num.* 18. Tertiò, quòd, si sit interposita appellatio, non est necesse, vt probetur causa suspicionis legitima; ita post Bursat. *ibid.* alios allegantem, & Rot. tenet Lancellot. *d. cap. 6. num.* 20. *&* 21. quib. adde Bald. *d. cap. cum speciali,* & *ibi* Franc. *num.* 23. 26. *&* 47. *versic.* seu §. *sed aduerte.* Sicut etiam certum est,
644. quòd, † quando causa recusationis est notoriè falsa, & frustratoria, valet processus, non obstante appellatione; ita post Franc. *d. num.* 23. & alios Lancellot. *d. cap. 6. num.* 31. *&* 34. ex quo infertur, quòd, si post conclusum in causa facta sit recusatio, nisi iuramento probetur, quòd ea, eiúsve notitia tunc solùm superuenerit, valebit processus iudicis recusati; vt pluribus relatis docet Lancellot. *d. cap. 6. num.* 59. *cum quatuor seqq.* & Gabr. *d. concl. 5. num.* 7.
645. 8. *&* 9. Quartò certum est, † appellationem, vt inducat nullitatem actorum debere fieri in scriptis, & cedulam eius dari in actis; vt satis probat Lancellot. *eod. cap. 6. num.* 75. *&* 76. vbi inter alia requisita idem post alios docet de ipsa etiam recusatione; quod & aliquibus relatis tradit Gabr. *d. con-*
646. *clus. 5. num.* 6. Quintò, quòd † saltem commissio causæ post recusationem facta ab Ordinario recusato est valida, ex latiùs adductis per Lancellot. *d. cap. 6. num.* 52. *& seq.* immo, & in delegato de consensu recusantis, vt patet ex *d. cap. iudex,* §. 1. Sextò
647 certum est, quòd, † si recusator renuntiauerit expressè appellationi, ac recusationi propositæ, vel tacitè, comparendo, & coram iudice recusato litigando absque vlla protestatione, seu reseruatione probationis suspicionis propositæ; tunc valebit processus iudicis recusati: vt post Abb. *d. cap. cum speciali, in princ.* & *ibi* Franc. *d. num.* 47. *versic. secundo aduerte,* & alios docet Lancellot. *d. cap. 6. num.* 35. *cum duob. seqq.* & Gabr. *d. concluf. 5. numer.* 4. quod respectu iudicis delegati, intellige si hic consensus recusantis accedat ante pronuntiationem super causa suspicionis probata; nam post pronuntiationem non iuuat, vt habetur *in d. cap. iudex,* §. 1. Denique
648. certum est, † validum esse processum factum à iudice recusato, etiam post appellationem à reiectione, vbi in commissione remota est recusatio; vt pluribus relatis docent Gabr. *d. concl. 5. num. 5.* & Lancellot. *d. cap. 6. num.* 38. *& seq.* qui tamen *num.* 40. post alios tradit, quòd, si causa sit commissa recusatione, seu suspicione remota, id intelligatur solùm de suspicione friuola. Et hæc quidem certa mihi sunt, atque etiam, vt reor, apud cæteros, maximè verò apud citatos auctores.
649. Difficultas autem primò est, † an pendente probatione, seu cognitione suspicionis vnius ex pluribus delegatis, possint cæteri procedere in causa principali. Et quidem vbi causa commissa sit duobus, aut pluribus simpliciter, vel cum clausula, *simul, aut coniunctim proceduis*, vel simili; nulla ferè est difficultas; cùm tunc, licèt vnus eorum sit impeditus etiam legitimè, aut nolit interesse, alter, seu alij nequeunt procedere, *l. duo ex trib. ff. de re iudicat. cap. causam matrimonij, & cap. pen. de offic. deleg.* idémque est, si causa trib. commissa sit cum clausula, *quòd si non omnes, duo,* &c. quoad illos duos, vbi tertio aliàs impedito, eorum alter recusetur; *cap. cum causa, eod. tit.* iuxta multorum illius text. intellectum; vel cum clausula, *quòd si non omnes, tu cum altero,* &c. iuxta *cap. fin. §. 1. eod. tit.* si præelectus fuerit recusatus; vt *ibi* tradunt communiter Doct. vbi verò causa sit commissa duobus, vel pluribus in solidum, aut cum clausula, *disiunctim procedatis*; vel, *& cuilibet vestrum*, aut simili: tunc, quòd † statim post 650.
recusationem eius, qui inchoauit, procedere possint habentes, vel habens iurisdictionem insolidum, post Doct. *d. cap. cum super*, præsertim Fel. *col. 2.* & Dec. *col. 3.* tenuit Rot. Rom. apud Achill. *decis. 319. & 320.* quam refert, ac sequitur Lancellot. *d. cap. 6. num.* 23. licèt contrarium sentire videatur Couar. *pract. quæst. c. 26. num. 5. vers. secundò est animaduertendum*, in illa ratione, quam minùs rectè affert ad eam veram doctrinam, quam nos quoque secuti sumus sup. *in 1. præmiss. fall. 1. in fi.* delegatum cum clausula, *in solidum*, non posse cognoscere de causa suspicionis sui collegæ; nimirum, quia, cùm vnus tantùm ex iis possit causam cognoscere, dum hic collega recusatus impeditus non est, qui iam cœpit, alius non potest vti iurisdictione etiam quoad recusationem, quia nondum apparet, alium, qui cœpit iurisdictionem exercere, impeditum esse: subdens, quòd, si semel pronuntiatum fuerit, iudicem illum esse suspectum, tunc poterit collega causam ipsam examinare, iuxta *cap. cum plures, de offic. deleg. in 6.* Hæc enim ratio Couar. quædam vera continet, quæ-
dam falsa. primùm enim falsum est, † vnum solum 651.
ex pluribus in solidum delegatis posse causam cognoscere, si credimus glos. ab aliis approbatæ *d. cap. cùm plures, §. 1. verbo, vno eorum*; quamuis verum sit, quòd vno eorum inchoante negotium commissum, alij nequibunt se vlteriùs intromittere, nisi vel infirmitate, vel alia iusta causa illum contingeret impediri; aut si nollet, vel malitiosè in eo procedere recusaret; vt *ibidem* in text. dicitur. Vnde illud etiam rectè dicit Couar. dum iudex, qui cœpit, impeditus non est, alium non posse vti iurisdictione etiam quoad recusationem, cùm id satis constet ex text. *in d. §. 1.* iuncto *cap. si contra vnum, in princip. eod. tit. in 6.* At minùs recte dicit, † collegam re- 652.
cusatum non esse per solam legitimam recusationem impeditum ad effectum, vt collega non impeditus possit in causa principali procedere; & ad id requirere videtur, vt pronuntiatum fuerit, illum iudicem esse suspectum: quod, & magis patebit ex eo, quod in fortioribus terminis mox dicemus, & satis ostendemus contra communiorem de duobus aut pluribus delegatis cum clausula, *si ambo*, aut *si non omnes*, quòd, si eorum vnus legitimè recusetur, alter, vel alij, pendente etiam cognitione super causa suspicionis, possint in causa principali procedere; in hoc enim casu quilibet delegatorum minus firmam, ac solidam iurisdictionem habet, quàm in præcedenti, cùm in solidum quisque iurisdictionem accepit. tunc enim regulariter impeditus, qui inchoauit, † potest dare subdelegatum, qui præferetur 653.
collegæ, nisi ab eo præueniatur in prosecutione; vt tenet glos. recepta *d. §. 1. verbo, recusaret.* non sic impeditus in casu clausulæ *si ambo*, vel *si omnes*, potest vices suas committere, sed solùm in certis casibus, *cap. coram*, cum *ibi* not. *de offic deleg.* similiter cùm collega datus in solidum ob impedimentum inchoantis procedit, ipse inchoans cessante impedimento suo causam resumere non poterit, nisi & ille prosequens impediretur, vel procedere nollet: vt voluit glos. recepta *d. verbo, recusaret*, per ea, quæ eademmet dicit *in cap. si duo, §. 1. de præbend. in 6.*

vbi

vbi eſt text. in procuratore, at verò in collegis datis cum clauſula, *ſi ambo*, aut, *ſi omnes*, vno impedito, procedit alter, vel alij; ceſſante autem impedimento ſimul omnes procedùt: ille enim impeditus poſtea veniens, & cum alio volens procedere, admittetur; vt voluit eadem gloſ. quam omnes ſequuntur, *d. cap. cùm plures, §. 1. verbo, nequibunt*, & nos latiùs paulo pòſt demonſtrabimus in prædicto caſu principali, cùm cauſa duobus, aut pluribus commiſſa fuit cum clauſula, *ſi ambo*, aut, *ſi omnes, & vnus*
654. *eorum recuſatur*. In quo quidem, quòd † alter, vel alij non poſſint procedere pendente huiuſmodi probatione, aut cognitione ſuſpicionis collegæ recuſati, tenet gloſ. *in cap. ſi contra vnum, in princ. verbo, probari, de offic. deleg. in 6.* quam *ibi* ſequi videtur Gemin. *num.* 8. Franc. *num.* 5. ſed expreſsè eam tenet Hoſt. *in cap. legitima, num. 8. de appell. in 6. & cap. cùm ſuper, num. 2. de offic. deleg.* poſt Innoc. *ibi num. 2. in fi.* quam etiam ſequitur Bellamer. *ibid. num.* 5. Card. Zab. *num. 4. circa initium.* Imol. *num.* 14. Butr. *num.* 19. Anchar. *num. 4. ante med.* & Io. And. auctor præd. gloſ. *num. 6. ac 7. in Nouel. ſup. d. gloſ. d. cap. ſi contra vnum, num.* 3. idem quoque ſentire videtur Lancell. *d. cap. 6. num.* 22. poſt Bertrand. *conſ.* 122. *num. 4. lib. 2.* quare meritò hæc poteſt dici communis opinio; cuius fundamenta præcipua, quæ collecta ferè omnia habentur apud Io. And. *d. cap. ſuper num. 6. & 7.* & Butr. *d. num.* 19. iuncta gloſ. *d. verbo, probari*, hæc ſunt. Primò, quia durante cauſa ſuſpicionis, poteſt recuſatus intereſſe, dummodo cauſa ſuſpicionis vera non ſit; ſed tunc differtur propter eiuſmodi exceptionem propoſitam; & vult intereſſe, nec adhuc apparet eum non poſſe; per negationem enim fit res dubia, *l. 3. C. quib. ad libert. proclam. non lic.* debet igitur priùs conſtare de impotentia, aut noluntate, vt purificetur huiuſmodi iuriſdictio conditionalis, *cap. ſciſcitatus, de reſcript. & cap. prudentiam, in princ.* iuncto *§. adiicimus, de offic. deleg.* & hoc dubium definiri debet, antequam procedatur, *cap. ſuſpicionis, eod. tit.* Secundò, quia continentia cauſæ diuidi non debet, *cap. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* Tertiò, quia ſuper diuerſis perſonalibus actionibus coram diuerſis iudicibus non eſt eodem tempore agendum, *cap. fin. de reſcript. & cap. diſpendia, eod. tit. in 6.* & multo minùs coram coniudice ſuper principali, & coram arbitris ſuper acceſſorio, quod tamquam præiudiciale cognitionem principalis ſuſpendit, ſicut & aliàs, *cap. tuam, de ord. cognit.* Card. verò *loco cit.* addit aliam rationem, quia, ſi pendente cognitione recuſationis poſſet collega non recuſatus in cauſa principali procedere, fruſtrà mandaretur *in d. cap. ſi contra*, quòd probaretur cauſa ſuſpicionis ipſius recuſati. Denique gloſ. *d. verbo, probari*, in id allegat ſimile ex *l. diximus, in princ. ff. de excuſ. tutor.* vbi pendente iudicio ſuper appellatione à tertia tutela non debet quis promoueri ad quartam.

Verùm, licèt hæc opinio aliquo modo probabilis ſit propter tot, tantorúmque Patrum auctoritatem,
655. & aliqua ex prædictis fundamentis. quia tamen † à communi etiam opinione ob firmiora fundamenta recedere licet; nam, vt ait Imperator *in l. 1. §. ſed neque, C. de vet. iur. enucl.* non debet ex multitudine auctorum, quod melius, & æquius eſt, iudicari; nec ſequi debet quis opinionem communem, ſi erronea ſit, vt pluribus docet Ant. Mar. Corat. *in tract. de commun. opin.* ſeu *de electi. opin. ſub tit. commun. opinio quando amplectenda ſit, vel non, num.* 118. ſicut & quando eſt contra text. quem eam ſequentes non viderint, vt idem probat *d. rubr. num.* 135. *cum duob. ſeqq.* At verò contra prædictam etiam communem ſententiam eſt text. apertus inter alios *in cap. licet vnàique, de offic. deleg.* prout eum mox ponderauimus, cuius nullus prædictorum Doct. quod valde miror, mentionem facit, etſi verè ab eorum numero excludi poteſt Gemin. & Franc. qui ſolùm referunt gloſ. & alios quoſdam eam ſequentes. Innoc. verò non bene in ea ſententia pedem firmat, & Butr. vt paulo pòſt videbimus, oppoſitum poſtea tenet. Idcirco audacter in † contrariam deſcendo 656.
ſententiam, non modò cùm reſcriptum commiſſionis cum dicta clauſula, *ſi ambo*, aut, *ſi non omnes*, eſt conuentionale, hoc eſt, communi partium conſenſu impetratum, aliàs ſecus, arg. *cap. cùm olim, de cauſ. poſſeſſ. & propr.* aut cùm actor recuſat, non cùm reus, ex not. *in cap. ex litteris, in princ. vlt. gloſ. de ſponſal.* aut de iuris tantùm rigore, non de æquitate, per *cap. 1. de dol. & contum. & cap. Abbate, de re iud.* aut ſolùm vbi eſt periculum in mora, arg. *cap. quoniam contra, §. porrò, & cap. oblata, de appell.* in quib. caſibus hanc poſtremam opinionem admittit quidam Boatin. ad *d. cap. prudentiam*, prout eum refert Gemin. *d. cap. ſi contra vnum, num.* 8. & *ibi* Io. And. *in Nouell. num.* 3. verùm etiam ſimpliciter, & indiſtinctè vbi dati ſint duo, aut plures delegati cum dicta clauſula, *ſi ambo*, aut, *ſi non omnes*, & vnus eorum recuſetur, poſſit non recuſatus pendente probatione recuſationis, in principali negotio procedere: in qua ſatis apertè ſunt Abb. *d. cap. cùm ſuper, num.* 10. & *ibi* Dec. *num.* 7. dum aſſerunt, quòd collega cum clauſula, *ſi ambo*, de qua *ibi*, recuſato alter ſolus poterat procedere vigore dictæ clauſulæ; & Io. Monach. *d. cap. ſi contra vnum, num.* 2. dum in ſpecie ait, quòd pendente iudicio recuſationis factus eſt locus d. clauſulæ; & adhuc apertiùs eam tenet Butr. *d. cap. cùm ſuper, num.* 21. vbi ſoluit ferè omnia fundamenta, & motiua Io. And. quæ *ibi* idem Butr. poſuerat *d. num.* 19. expreſsè quoque eam ſequitur quidam Ioan. Car. quem refert gloſ. *d. verbo, probari*, & alij, quos tacito nomine allegat Butr. *d. num.* 19. iis verbis, *quidam dicunt*. Huius ſententiæ fundamenta hæc ſunt. Primò, quia, cùm duo, aut plures delegati ſunt cum clauſula, *ſi ambo*, aut, *ſi non omnes*, † 657.
ad eorum vnum excludendum à procedendo in cauſa commiſſa, ſufficit, eum vel nolle intereſſe, vel non poſſe ob impedimentum iuris, aut facti, *cap. prudentiam, in princ. & §. adiicimus, de offic. deleg.* iuncto *cap. ſciſcitatus, de reſcript.* At verò talis iudex recuſatus, licèt velit intereſſe proceſſui, & cum collega procedere, tamen non poteſt ſiue de facto, quia recuſator, aut collega in delegatione id non permittet; ſiue de iure, quod ei hoc prohibet, *cap. peruenit, 11. quæſt. 1. cap. ſuper quæſtionum, §. fin. & cap. ſuſpicionis, de offic. deleg. cap. index, eod. tit. in 6. cap. ſi quis contra, & cap. licet ex ſuſcepto, de for. compet. cap. ad hæc, il 3. cap. ſecundo requiris, §. 1. & cap. cum ſpeciali, in princ. de appellat. & cap. legitima, eod. tit. in 6. l. apertiſſimi, auth. ſi verò contigerit, & l. fin. C. de iud.* & in terminis clauſulæ *ſi ambo*, aut, *ſi omnes*, *d. cap. cùm ſuper*, iuxta multorum interpretationem ex integra Decretali, *& cap. licèt vndique, de offic. deleg.* quæ duo iura paulo pòſt pro ſecundo principali fundamento huius poſterioris ſententiæ examinabimus. Confirmatur, quia ad hoc, vt collegæ cum clauſula *ſi ambo*, aut, *ſi omnes*, poſſit ſine impedito, aut impeditis procedere, ſufficit impedimentum temporale; ita, vt eo ceſſante iterum admittatur collega, qui ratione impedimenti temporalis fuerat excluſus, vt ſatis colligitur ex *cap. prudentiam, §. 1. & §. adiicimus, d. cap. cùm ſuper*, iuxta integram decretalem, *cap. licet vndique, & cap. coram, de offic. deleg.* dum in his clauſulis non diſtinguunt de impo-

tentia

tentia temporali, vel perpetua: idque *ibidem* adnotarunt plerique Doct. fere autem omnes *in d. cap. coram*, & expreſſe quoque tenet gloſ. ab aliis approbata *in cap. cùm plures, §. 1. verbo, nequibunt, de offic. deleg. in 6.* Immo text. *in cap. quoniam Abbas, ext. eod. tit.* ſecundùm vnum intellectum ſatis communiter approbatum, præcipuè à gloſ. in figuratione
658. caſus, & verbo *, præfixit*, procedit † in temporali impedimento vnius collegæ dati cum clauſula, *ſi ambo*; ibi autem allegat in id optimum text. *in l. pen. C. de curat. furioſ.* vbi adminiſtratio data curatori furioſi, quæ ceſſat ceſſante etiam ad modicum tempus furore, eo redeunte redintegratur. & hunc text. multi quoque ad idem adducunt *in d. cap. coram*, neque huic confirmationi obſtat text. *in cap. ſciſcitatus, de reſcript.* vbi non niſi perpetui impedimenti ratio haberi videtur, vt locus ſit dictæ clauſulæ *ſi ambo*, vel *ſi omnes*. nam primum dici poteſt illum text. quoad hoc eſſe correctum per prædicta iura; ſicut etiam quoad illud, vt noluntas comprehendatur ſub impotentia, corrigitur per *d. §. adiicimus*, vt de ſe patet, & vtrobique omnes adnotarunt. Deinde dicimus, immo *in d. cap. ſciſcitatus*, ſi rectè aduertatur, admitti aliqua impedimenta temporalia ſiue iuris, vt in ſeruitute, quæ poteſt tolli per libertatem; aut alio legitimo impedimento, vbi gloſ. recepta *verbo, in famam*, exemplificat in excommunicatione, quæ poteſt tolli per abſolutionem; in infami, qui poteſt famæ reſtitui, vtroque caſu alſerens, ab huiuſmodi impedito, ceſſante hoc impedimento, reaſſumi iuriſdictionem, arg. *cap. prudentiam, §. ſexta, de off. deleg. cap. ſi quem, §. notandum, 2. quæſt. 3. & d. l. pen. C. de curat. fur.* ſiue etiam facti, per ea verba, *aut ineuitabilis neceſſitatis articulo impediri*. Ex hac porrò confirmatione ſic defenſa tollitur reſponſio Innoc. & aliorum, qua ſe euadere putarunt vim huius prioris fundamenti principalis, dicendo, per recuſationem, eiúſque cognitionem, ſeu iudicium non impediri collegam, quin intereſſe poſſit proceſſui, ſed ſolum vſum huius potentiæ differri.

Secundum principale fundamentum huius poſterioris ſententiæ ſumitur ex duobus iuribus, quibus ea, ni fallor, conuincitur. alterum eſt *in dicto cap. cùm ſuper, de offic. deleg.* iuncto eius ſupplemento ex integra decretali, iuxta caſum *ibi* à gloſ. figuratū, quem Innoc. Io. And. Abb. & cæteri ſequuntur.
659. ibi enim, †cùm vnus ex duobus iudicibus datis cum ea clauſula, ſeu forma, *vt alter ſolus, altero nolente, aut etiam non valente negotio intereſſe, illud mandatum Apoſtolicum adimpleret*, fuiſſet recuſatus ex legitima cauſa; hic verò cauſæ probationem admittere noluiſſet: immo recuſatore ob id ab eo appellante, ac poſtea etiam à coniudice, ne cum recuſato procederet, nihilominus ambo interloquentes, appellationem non tenuiſſe, in cauſa principali proceſſiſſent: Romanus Pontifex inter cæteta *ibi* reſpondet, quòd ſolus non recuſatus ante appellationem ab eo poterat ſine recuſato in negotio, ſeu cauſa principali procedere, poſt eam verò non poteſt; vnde eum text. communiter Doct. ſic ſummant. Si duo ſunt delegati cum clauſula *ſi ambo*, &c. vno recuſato alter ſolus procedere poteſt; nec tenet proceſſus, ſi cum recuſato procedat. apertè autem loquitur ille text. antequam cognoſceretur ſuper legitima cauſa ſuſpicionis, immo, & antequam admitteretur eius probatio, quin etiam poſt interpoſitam à recuſatore appellationem ob non admiſſam legitimam recuſationem: qui, meo iudicio, ſunt fortiores termini, quàm cùm pendet cognitio, ſeu iudicium ſuper cauſa ſuſpicionis propoſita, & allegata. Alter text. quo hæc noſtra opinio minùs communis conuincitur, eſt *in d. cap. licet vndique, de offic. deleg.* a nullo eius, vel contrariæ ſententiæ ſectatore, (quod mirum eſt,) citato: ibi enim † interrogatus Romanus 660.
Pontifex, an, cùm cauta tribus delegatur cum clauſula, *quòd ſi non omnes*, & vnus poſtquam commiſerit cuidam ex aliis vices ſuas, de medio ſit ſublatus, tertius, vt ſuſpectus meritò recuſetur; an, inquam, collega ſuperſtes ſuo nomine, ac defuncti poſſit negotium definire; reſpondet, quòd, ſi ante mortem illius iuriſdictione vti cœperit taliter demandata, vices ſuas, & illius poterit adimplere. dum autem nihil dicit de recuſatione, aperte voluit, eam fecille locum clauſulæ, *quòd ſi omnes*; ita, vt ſola recuſatio, cuius dumtaxat ad id ibi fit mentio, ante omnem probationem ſufficiat ad hoc, vt reliqui collegæ poſſint procedere; quod & omnino ſentit *gloſ. pen. d. cap. coram, ad fin.* vbi inter cæteros caſus, in quibus ait, locum habere dictam clauſulam, *quòd ſi non omnes*, &c. ponit recuſationem, per *d. cap. cùm ſuper, & cap. licet, de offic. deleg.* Quòd ſi dicas, text. *in hoc cap. licèt*, cùm requirat, quòd talis collega ſit meritò ſuſpectus, ſatis innuere, quòd conſtare debeat de cauſa ſuſpicionis per probationē; ſtatim reſpondeo, illud, meritò, ſolùm ſignificare, quòd debet cauſa illa eſſe legitima, hoc eſt, à iure approbata; prout etiam ſumitur quoad hanc materiam ſuſpicionis *in cap. inſinuante, & cap. ſuper quæſtionum, §. verùm, & §. porrò, de offic. deleg. & cap. licet ex ſuſcepto, de for. compet.* atque alibi ſæpe. Et ex his facile erit ad fundamenta contrariæ ſententiæ reſpondere. Ad primum enim patet reſponſio ex fundamento principali pro noſtra ſententia allato, ac præſertim ex illius confirmatione. In ſpecie tamen ad illud de cauſa dubia, ex abundanti reſpondeo cum Butr. *d. num. 21.* quòd etiam ſola dubietas reddit iudicem recuſatum certitudinaliter, licèt temporaliter impeditum: ergo interim eſt purificata poteſtas in collega non recuſato conditionaliter data in dicta clauſula. ſed nec omnimoda certitudo requiritur impedimenti collegæ: nam, ſi ſe abſentauerit, vel in remotis reperiatur, non tenetur alter eum requirere, ad hoc, vt procedere poſſit, prout tenet, ac probat ipſemet Io. And. *d. cap. ſi contra vnum, num. 3. in Nouel.* quem ſequitur *ibi* Gemin. *numer. 8. circa initium.* neque text. *in d. cap. ſciſcitatus, de reſcript.* aut *d. cap. prudentiam, in princ.* ſeu §. 1. *de offic. deleg.* ſi bene ponderentur, hanc omnimodam certitudinem impedimenti, aut noluntatis exigunt in altero collega. Ad ſecundum, & tertium breuiter dico cum Butr. *d. num. 19. & 21.* in caſu dictæ clauſulæ, *ſi ambo*, aut, *ſi omnes*. &c. vno recuſato non diuidi continentiam cauſæ; neque aliquem trahi eodem tempore pro diuerſis actionibus perſonalibus coram diuerſis iudicibus, cùm idemmet coniudex non recuſatus debeat cognoſcere de cauſa tam principali, quàm ſuſpicionis; vt de clauſula, *ſi ambo*, cauetur *in d. cap. ſi contra vnum, in princ. de offic. deleg. in 6.* & idem de clauſula, *ſi non omnes*, tenet *ibidem* gloſ. recepta *in verbo, ex duobus*, cùm ſit eadem ratio. & *ad cap. tuam, de ord. cog.* in ſpecie reſpondet Butr. *d. num. 21.* quòd *ibi* ex proceſſu ſuper emergenti intricaretur proceſſus; hic non, quia recuſatus, cognito de iniuſtitia cauſæ ſuſpicionis, ad ſequentia foret admittendus. Ex quo ſimul patet reſponſio ad motiuum Card. non enim fruſtrà mandatur *in d. cap. ſi contrà*, vt fiat probatio cauſæ ſuſpicionis collegæ dati cum dicta clauſula. ſed ad eum finem mandatur, vt conſtito de iniuſtitia cauſæ ſuſpicionis is ad actus ſequentes ſimul cum non recuſato admittatur; conſtito verò de eiuſdem iuſtitia, deinceps ſolus non recuſatus

cuſatus irrevocabiliter procedat, ex prædictis. Denique *ad d.l. diximus, in princ. ff. de excuſ. tut.* reſpon-
661. deo nihil vrgere, quia non agitur † ibi de aliqua qualitate in alio, à qua alicuius facultas pendeat; prout in caſu *d. l. pen. C. de curat. furioſ.* Deinde ratio illius deciſionis inibi à I.C. affertur, quia ſi eo ordine quartam tutelam ſuſcipiat quis, eueniet, vt poſt tertiam extantem, iniuſta tertiæ appellatione apparente, quatuor oneribus grauetur, contra leges: in noſtro autem caſu, ſi ſolus procedat collega durante impedimento recuſati, nihil ſequitur contra, ſed potiùs iuxta leges, vt ex dictis patet. Et hæc de prima difficultate circa poſteriorem huius 2. concluſionis partem.

Altera circa eamdem principalis difficultas eſt, an ad hoc, vt proceſſus commiſſarij, ſeu delegati, qui recuſatus fuerit, nullus ipſo iure ſit, requiratur recuſatoris appellatio, & loquimur vbi is ſolus po-
662. teſt procedere. Et quidem indiſtinctè, † quòd in hoc caſu requiratur appellatio recuſatoris, tenuit gloſ. Bern. *in cap. cùm ſuper, in notab.* 1. poſt figurationem caſus, *de offic. deleg. & in cap. quoniam contra, §. 1. verbo, recuſationes, de probat.* Spec. *in tit. de recuſat. §. qualiter autem, verſ. quid ſi ſubdelegatus, & ſeq.* qui incipit, *generaliter enim*, ſeu *num. 9. & 10.* Innoc. *in cap. cum ſpeciali, col. 2.* ſeu *num. 3. de appell.* & adhuc apertiùs *num. 6. verſ. illud autem*, vbi ait, quòd non meminit ſe inueniſſe, quin proceſſus ſubdelegati, & delegati, aut ordinarij teneat etiam poſt recuſationem habitus, niſi appellaretur, vel alio modo ad alterius audientiam cum effectu ſit cauſa reuocata; & *ibi* Bellam. *in princ. num. 7.* Butr. *num. 10.* & alij, quos referunt Gabr. *d. lib. 2. commun. concluſ. tit. de iudic. concluſ. 5.* & Lancellott. *d. tract. de attent. part. 2. cap. 6. num. 2. & 58.* vbi plures refert Rot. Rom. deciſ. & ſequi videtur Franc. *d. cap. cum ſpeciali, in princip. num. 47. verſ. & ex prædictis*, vbi de communi teſtatur; contrariam verò ſententiam ſecutus eſt Hoſt. *d. cap. cum ſpeciali, col. 3. & in ſum. tit. de recuſat. iudic. §. quis ſit effectus, in princ.* gloſ. *in cap. quoties, verbo, appellant. 2. quæſt. 6. & cap. quod ſuſpicati, ver. canonicè, 3. quæſt. 5.* Bart. *in l. quia poterat, verſ. ſed quæro*, & *ibi* Alexand. *col. 2. & 4. ff. ad Trebell.* & alij plerique tenuerunt, quos referunt, ac ſequuntur Gab. *d. concl. 5. num. 1.* iuncto *num. 2. in fi.* & Lancellott. *d. cap. 6. num. 4.* cum aliquot ſeqq. vbi pariter alias Rot. deciſiones pro ea refert.

Nobis verò ſaluis diſtinctionibus, ſeu declarationibus, quæ colligi poſſunt ex iis, quæ ante primam difficultatem tamquam certa hac in re ſtatuimus; necnon ſalua legitima ſuperioris auocatione, de qua nemo dubitat, & nos aliquid ſup. circa initium huius concl. veriſſima mihi videtur illa opinio, quam pro ipſa poſteriori parte huius 2. concluſ.
663. poſuimus; nimirum † ad annullandum proceſſum recuſati habitum poſt recuſationem, non requiri præcisè appellationem recuſatoris à non admiſſa recuſatione legitima, ſed alternatiuè, aut huiuſmodi appellationem, aut pronuntiationem, quòd cauſa fuerit legitima; & hoc quidem in delegato: in ordinario autem, niſi interueniat auocatio, præciſè neceſſariam eſſe appellationem. Hæc opinio expreſsè inter alios eſt Card. Zab. *d. cap. cum ſpeciali, in princip. num. 6. de appellat.* dum relata prædicta opinione Innoc. & ſequacium, quòd valeat proceſſus recuſati niſi appelletur, ſubdit, dicendum, vt *in d. cap. index, de offic. deleg. in 6.* (vbi §. 1. habetur, quòd in delegato recuſato ceſſat iuriſdictio per pronuntiationem ſuper cauſa ſuſpicionis probata;) quaſi dicat Card. non per ſolam appellationem recuſatoris, ſed & per pronuntiationem ſuper cauſa ſuſpicionis abdicatur iuriſdictio à recuſato delegato, in quo loquitur ille text. ſubdit autem Card. Dic, quòd, ſi eſt ordinarius, indiſtinctè valet proceſſus, ſi non appellatur, quia per recuſationem non deſinit eſſe iudex, immo poteſt cauſam committere, vt hic (hoc eſt *d. cap. cum ſpeciali, in princip.* addere autem poterat, *cap. peruenit 11. quæſt. 1. cap. ſi quis contra, de for. compet. & cap. ad hæc, il 3. de appell.*) ſi verò delegatus, dic, vt *in d. cap. index*; (vbi *in princip.* habetur, quòd delegatus ante propoſitam recuſationem poteſt committere vices ſuas, poſtea verò, vt dicitur §. 1. committere, niſi de recuſatoris conſenſu non poteſt, ſed eo volente poteſt, etiamſi iam recuſatio ſit probata, dummodo pronuntiatum non fuerit ſuper ea; ex tunc enim deſinit eſſe iudex, cùm fuerit pronuntiatum ſuper cauſa recuſationis probata; ita, vt neque de recuſatoris aſſenſu poſſit cauſam principalem alteri committere.) & ſecundùm illud cap. intellige, inquit Card. gloſam *in l. apertiſſimi, C. de indic.* cùm dicit, quòd recuſatus deſinit eſſe iudex. Hanc eandem noſtram opinionem ſatis tenent quoque ij Doct. qui Innoc. & ſequacium opinionem veram eſſe dicunt de iure Canonico, de qua nos etiam loquimur, non de iure ciuili, quos refert Lancellot. *d. tract. de attent. 2. part. cap. 6. num. 3.* & ſequitur Gabr. *d. lib. 2. com. concluſ. tit. de iudic. concluſ. 5. num.* item 3. nam in delegato aſſerunt, attendendam diſpoſitionem *d. cap. index*, mox relatam: ſupponunt autem hi Doct. ſicut & Card. *loco præcit.* & admittunt id, quod nullo modo negari poteſt, vt *concluſ. 5.* probabimus, appellationem legitimè interpoſitam ſuſpendere iuriſdictionem iudicis, ſiue ordinarij, ſiue delegati, & magis in ſpecie Franc. *d. cap. cum ſpeciali, in princip. num. 18. & 19.* dum poſt Imol. *ibi*, & Abb. *d. cap. ſi quis contra, col. 6. & ſeq.* docet, † ordinarium poſſe poſt pronuntiationem 664.
ſuper cauſa recuſationis probata, cauſam committere de conſenſu recuſatoris; & ſic in eo non habere locum prædictam diſpoſitionem *d. cap. iudex*, quia ordinarius non deſiit per hoc eſſe iudex; immo retinet iuriſdictionem; & ideo ad eum ſpectat executio ſententiæ ſui delegati etiam poſt recuſationem, iuxta text. *d. cap. ſi quis contra.* Sed ſi partes non conſentirent, tunc debet remittere negotium ad Superiorem; & ita, inquit Franc. poteſt ſecundùm Imol. intelligi vltima pars alternatiuæ text. *d. cap. cum ſpeciali, in princip.* (qui, vel de ſolo ordinario loquitur, vt ferè omnes cum gloſ. *ibi verbo, de recuſatoris*, voluerunt, vel certè de eo etiam accipiendus eſt, cùm indiſtinctè de iudice loquatur;) vbi dicitur, quòd probata legitimè cauſa ſuſpicionis iudex recuſatus, vel de recuſatoris aſſenſu perſonæ idoneæ negotium committat, vel ad ſuperiorem tranſmittat. Atque ex hoc poſtremo habes ſingularem limitationem ſecundi membri prædictæ noſtræ ſententiæ, ſeu poſterioris partis propoſitæ concluſ. ac ſimul etiam ampliationem prioris partis eiuſdem concluſ. vt nimirum ordinarij quoque recuſati iuriſdictio ſuſpendatur per pronuntiationem ſuper cauſa recuſationis eiuſdem probata, quoad hoc, vt nequeat ſine conſenſu recuſatoris poſt eam pronuntiationem procedere in cauſa principali; cum quo poſſet: atque in hoc differt à delegato, qui etiam cum eo conſenſu non poteſt, vt *in d. cap. index, in fi.* Ex prædictis verò ſatis confirmata manet tota memorata noſtra opinio, & poſterior concluſ. pars; iuncto maximè text. *in cap. cùm ſuper*, ſumpto ex integra decretali, & *cap. ſuper quæſtionum, § fin. de offic. deleg.* ex eo enim ſolùm, quòd

quòd recusator appellauerat ob non admissam recusationem legitimam, dicitur illic quidem, recusatum desiisse esse iudicem; hìc verò, quòd post appellationem huiusmodi est præsumptum iudicari debere irritum, & inane.

Neque huic nostræ opinioni, & posteriori parti conclus. obstat text. *in cap. licèt vndique, de offic. deleg.* vbi sola recusatio legitima iudicis delegati suspendit, immo tollit eius iurisdictionem, eúmque excludit à cognitione causæ principalis. Nam id admittendum esse docuimus *in præced. difficult. ante medium*, & ad finem in casu speciali delegati cum clausula, *si ambo*, vel, *si omnes*, ad hoc, vt alter collega non recusatus possit procedere in causa principali, ob specialem rationem *ibid.* assignatam, & latiùs confirmatam, quoniam ad id sufficit impedimentum licèt temporale collegæ. Non obstat etiam text. *in cap. licet ex suscepto, de for.*
665. *compet.* vbi † quoad ordinarium recusatum ex eo solùm, quòd causa suspicionis probata fuerit iusta coram arbitris, atque adeò citra pronuntiationem causa principalis remittitur ad Superiorem; & sic, cùm à recusato abdicetur iurisdictio ante pronuntiationem, & citra appellationem, cuius ibi nulla mentio fit, processus nullus erit. respondetur enim primò dispositionem illius text. quoad hoc esse localem, & speciali consuetudine, vt *ibi* notat *glos. fin.* quam *ibidem* ferè omnes sequuntur, ac plerique *in cap. si quis contra, eod. tit. & d. cap. cum speciali, de appellat.* deinde dicimus, verba illa, quæ, si probata fuerit esse iusta, accipienda esse cum effectu, hoc est, secuta super hoc arbitrorum pronuntiatione, quæ vix vnquam omittitur. Et sic soluitur id, quod generatim de iudice recusato habetur *in cap. secundò requiris*, §. 1. *de appellat.* vbi dicitur, quòd si coram arbitris electis causa suspicionis probata fuerit, causæ cognitioni supersedere tenebitur recusatus; ipsa namque ratio dictat, quòd suspecti, & inimici iudices esse non debent. præterquam quòd hìc non definitur, abdicari à recusato iurisdictionem per probationem causæ suspicionis, sed solùm ei mandatur, vt supersedeat; & quòd iudex esse non debet: multa autem facta tenent, quæ fieri prohibenter, *cap. sicut, ne cler. vel monach. l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & l. Græcè, §. & post litem*, vbi glos. *verbo, datus, ff. de fideiuss.* Doctor. *in l. non dubium. C. de legib.* & verbum, *debet*, † non semper
666. necessitatem inducit; prout per text. *in cap. 1. de despons. impub.* notat *ibi* glos. *verbo, debet*, atque alia glos. *in Clement. 2. in princip. verbo, debeant, de stat. monach.* cum plerisque adductis à Barbos. *in remiss. Doctor. de diction. & clausul. dict. 62. numer. 3. 4. & 7.*

Non obstat denique text. *in l. vnic. C. si quacumque pradit. potest.* per quam Bart. *d. l. quia poterat, vers. sed quæro*, seu *numer. 3. ff. ad Trebell.* impugnat sententiam Innoc. *d. cap. cum speciali*, initio huius 2. difficult. relatam, dicens *in d. l. probari*, processum recusati esse ipso iure nullum, quia recusator proposita recusatione est ipso iure exemptus ab eo, & ab eius iurisdictione: &, si quis dicat, ibi esse speciale; (quod dixit idem Innoc. licèt ad rem non omnino eamdem, nimirum quoad exemptionem totius familiæ contemplatione domini à iurisdictione suspecti iudicis, *in cap. insinuante, numer. 1. de offic. deleg.*) respondet Bart. fateor, in hoc esse speciale, quòd ordinarius recusetur de iure ciuili, sed non in eo, quod dicitur, quòd processus est ipso iure nullus. Nam, præterquam quòd ea dispositio est iuris non Canonici, sed ciuilis, de quo non contendimus, vt antea dictum est, & diuersa hac in re est vtriusque ratio, vt patet ex adductis non longè ab initio huius conclus. adhuc, vt ait Imol. *d. cap. cum speciali, numer. 21. circa initium*, & paulo ante medium: reuera † *ibi* 667.
ponitur casus specialis propter enormitatem delicti, nimirum, quòd quis potestate præditus compellat sibi ratione iurisdictionis subiectam ad contrahendas secum nuptias, idve conetur facere. Accedit, quòd, si ille text. diligenter perpendatur, neque illi iudici aufertur ipso iure iurisdictio, sed tantùm volente tam iniuriam passo; atque id etiam non ratione recusationis, sed in pœnam tanti criminis.

Cætera, quæ huic nostræ sententiæ, ac posteriori parti conclus. obesse possent, satis tolluntur per Doctor. *d. cap. cum speciali*, maximè per Franc. Imol. & Dec. qui *numer. 9.* in specie optimè tollit illud, quod à multis contrarium sentientibus obiicitur, † non valere ipso iure processum, tam- 668.
quam contra ordinem iuris, iuxta *l. prolatam, C. de sent. & interl. omn. iud.* cum prius esset super recusatione pronuntiandum, quàm de causa principali cognoscatur: respondens, quòd præposteratio vnius causæ ad aliam non vitiat processum, *l. 1. C. de appellat.* & hoc esse, quod ait Bald. *d. cap. cum speciali*, quòd, quando forma cadit inter duo, quorum quodlibet in sua specie est perfectum, actus valet, nisi appelletur: secus quando ordo respectu eiusdem causæ requiritur, vt *in d. l. prolatam*, & voluit idem Bald. *in cap. fin. de ordin. cognit.* præterea ordo iudicij tantùm consideratur post litem contestatam, non antè, ex Spec. Bald. & Bart. quos Imol. *ibi* allegat; recusatio verò, cùm contineat exceptionem dilatoriam, fit ante litem contestatam, iuxta ea, quæ adduximus sup. *in 1. præmiss. post medium.* Et hæc de præsenti 2. conclus.

TERTIA CONCLVSIO. Pendente compromisso super vltima voluntate vel re, in quam ea commutanda est, aut etiam super ipsa commutatione, (in casibus, quibus hæc compromitti, seu ab arbitro fieri potest, paulo pòst breuiter explicandis;) licebit † alteri partium soluta pœna in 669.
compromisso apposita adire ordinarium, vel delegatum facultatem habentem ad commutandum, & aduersarium suum super re compromissa conuenire. Probatur hæc conclusio ex iuribus, in quibus cauetur, posse alteram partem soluta pœna compromissi dimittere arbitros, & adire iudicem competentem, aduersariúmque suum super re compromissa coram eo conuenire, qui validè poterit in causa procedere; nimirum *in l. si quis rem, l. non distinguemus, §. compromisso, l. litigatores, l. item si vnus, §. 1. l. sed si in seruum, in fin. cum l. seq. ff. de recept. arbitr.* per quæ iura, vel potiùs eorum aliqua id tradit Bart. *in l. qui fidem, ff. de transact.* Franc. *in cap. ex ratione, num. 29. & seq. de appellat.* glos. & Doctor. *in Clement. quamdiu, de appell.* cum aliis, quibus id firmant Lanfranc. Orian. *in tract. de arbitr. part. 6. num. 50.* Io. Bapt. Perusin. *tract. de arbitr. & compromiss. lib. 13. cap. 3.* M. Ant. Blanc. *tract. de compromiss. quæst. 7. princ. num. 10.* & Lancellot. *tract. de attentat. 2. part. cap. 15. num. 7. & num. 162. cum seq.*

Ampliatur verò hæc conclusio, vt † pars, quæ 670.
dimissis arbitris adit iudicem, non teneatur ad pœnam in compromisso appositam, vbi eum adiret ad implorandum ipsius officium, vt cogat arbitros ad laudandum, vel eligendum tertium: ita Lancellot. *d. cap. 15. numer. 204.* & Io. Bapt. Perusin. *d. tractat. lib. 5. cap. 7. & lib. 6. cap. 14.* ratio est, quoniam per hanc implorationem, quæ

fit lege permittente, ad text. *in d. l. item si vnus, §. principaliter, ff. de arbitr.* non debet pars aliquam pœnam incurrere, arg. *l. Gracchus, in princip. C. ad leg. Iul. de adult.* cum ſim. Secundò eam
671. pœnam non incurreret dominus, † quando ille acceſſus ad iudicem factus fuiſſet per procuratorem abſque ſpeciali mandato, aut ratificatione domini; vt poſt eundem Io. Bapt. *d. tractat. lib. 9. cap. 6. colum. 3.* tradit Lancellot. *d. cap. 15. numer. 205. & quatuor ſeqq.* Verùm tunc proculdubio non valeret proceſſus iudicis ob defectum legitimæ perſonæ in iudicio comparentis, *iurib. vulgar.* maximè *l. Pomponius, ff. de procur. & cap. qui ad agendum, eod. tit. in 6.*

Et hæc eſſe poteſt prima declaratio, ſeu limitatio ad præſentem concluſ. Secunda eſt, quam poſt Io. Bapt. *d. cap. 3.* affert Blant. *d. quæſt. 7. numer. 10.* ac poſt vtrumque Lancellot. *d. cap. 15.*
672. *numer. 111.* quòd, † ſi vtraque pars conſentiat dimiſſis arbitris iudicem adire; tunc non cogitur arbiter ſententiam dicere, ſoluitúrque compromiſſum. Tertia, quòd, quando vna tantùm pars adit iudicem, non ſoluitur compromiſſum, niſi ſecuta litis conteſtatione, vt poſt gloſ. *d. l. litigatores, ff. de arbitr.* docet idem Io. Bapt. Peruſin. *d. cap. 3. circa princip.* Cæteras verò declarationes, ſeu limitationes, quæ ad præſentem concluſionem afferri hoc loco poſſent, quoniam ſumus in articulo, qui ratò, vel nunquam continget, petere poterit candidus lector ex adductis per nos ad ſimilem omnino concluſionem, quam ſtatuimus in materia Conſeruatorum d. noſtro tractat. *de Conſeruatorib. indicib. cap. 9. quæſt. 4. concluſ. 1.* Nos autem hîc dumtaxat rationem afferamus, cur in præſenti concluſione dixerimus, (in caſibus, quibus commutatio vltimæ voluntatis compromitti, ſeu ab arbitro fieri poteſt.) Ra-
673. tio autem ea eſt; quoniam exiſtimo, † huiuſmodi commutationem non poſſe regulariter compromitti, ſeu fieri ab arbitro: eſt enim regulariter hæc commutatio actus iuriſdictionis, vt ſatis colligitur ex *l. legatam, ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. l. fin. §. 1. ff. de mort. inferen. l. 1. C. de aleator.* vel potiùs *l. fin. C. de relig. & ſumpt. funer.* necnon ex *l. vnic. C. de expenſ. lud. lib. 11. cap. nos quidem, de teſtament. Clement. quia contingit, in princip. de relig. dom.* cum *ibi* notat. & Concil. Trident. *ſeſſ. 22. cap. 6. de reformat. & ſeſſ. 25. cap. 4. & 8.* item *de reformat.* ac penè omnibus aliis iuribus de commutatione vltimarum voluntatum loquentibus per nos relatis ſup. *cap. 3. quæſt. 3. concluſ. 2.* ibique hoc ſupponunt Doctor. arbi-
674. tri autem per compromiſſum electi † non habent iuriſdictionem, ſed tantùm notionem, *l. ait prætor, in princip.* iuncta gloſ. *ibi verbo, notionem, ff. de verb. ſignif.* gloſ. item ab aliis approbata *in cap. cùm dilectus, verbo, niſi de his, de arbitr.* Lanfranc. Orian. *in tractat. de arbitr. part. 1. numer. 9.* Io. Bapt. Peruſin. *in tractat. de arbitr. & compromiſſ. lib. 1. cap. 11. num. 1.* & Io. Bapt. à S. Blaſ. *in tractat. de differ. inter arbitr. & arbitrat. quæſt. 2.* ſub *numer. 2. & quæſt. 3.* ſub *numer. 7.* & Iunpp. *in l. primatorum, C. de iuriſd. omn. iud.* priuatorum, inquiunt, conſenſus iudicem non facit eum, qui nulli præeſt iudicio; nec, quod is ſtatuit, rei iudicatæ continet auctoritatem. & quamuis compromiſſa & arbitria redacta ſint ad ſimilitudinem iudiciorum, vt dicitur *in l. 1. ff. de recept. arbitr.* tamen id accipiendum eſt quoad ordinem procedendi. Sed & in hoc aliquo modo differunt, vt conſtat ex gloſ. *ibi, verbo, compromiſſum, & d. verbo, niſi de his.*

In iis ergo dumtaxat caſibus commutatio vltimæ voluntatis poterit compromitti, atque adeò ab arbitris compromiſſariis fieri, in quibus poteſt quis priuata auctoritate huiuſmodi commutationem facere. hos autem caſus colligere licet ex iis, quæ latiùs ſcripſimus ſup. *cap. 5. huius tractat. quæſt. 1.* ferè per tot. & aliis, accedente illius ſuperioris auctoritate, ad quem aliàs ea commutatio pertinet.

QVARTA CONCLVSIO. Pendente reductione laudi ſuper re commutanda, vel ipſa commutatione ad arbitrium boni viri, ſeu reductionis huiuſmodi petitione, † regulariter ſuſpenditur 675.
non ſolùm executio laudi, verùm etiam poteſtas Ordinarij, vel delegati circa eam commutationem. Prima pars concluſ. ex eo probatur, quòd regulariter pendente huiuſmodi reductione, vel eius petitione nequit executioni mitti ipſum laudum; vt poſt Bald. *in l. tale pactum, §. qui prouocauit, col. fin. quæſt. pen. ff. de pact.* Abb. *in cap. Quintauallis, numer. 41. ff. de iureiur.* docet Marant. *in ſpec. aur. 3. part. 6. partis princip. in 2. act. princip. numer. 122.* & Lancellot. *d. tract. de attent. 2. part. cap. 16. numer. 5. 10. & 16. cum trib. ſeqq.* præcipuè ex *l. non diſtinguemus, §. cùm quidam, ff. de recept. arbitr.* vbi dicta reductio æquiparatur appellationi; hæc autem ſuſpendit iudicatum, vt *in ſeq. concluſ.* oſtendemus. Ampliatur autem hæc regula,
676. atque adeò prior pars noſtræ concluſ. vt † etiam pendente tempore ad petendam reductionem non poſſit fieri executio laudi, vt ex Soc. *conſ. 227. incip. viſis, numer. 35. lib. 4.* idem Lancellot tradit *d. cap. 16. numer. 25.* quòd tempus in laudo, ſeu ſententia arbitri eſt decem dierum, prout ex *l. cùm antea, C. de recept. arbitr.* poſt Abb. *in d. cap. Quintauallis, col. 6. verſ. octaua differentia,* docet Marant. *vbi ſup. numer. 125.* in ſententia verò, ſeu laudo arbitratoris eſt triginta annorum, vt plurib. citat. tradit Blanc. *d. tractat. de compromiſſ. quæſt. vltim. num. 18.* & Marant. *loco cit. numer. 123.* ex Dec. *conſ. 39. col. pen. in fi.* & de communi teſtatur idem Soc. *conſ. 104. ſub numer. 10. lib. 4.* Limitatur verò,
677. vt † ſtante obligatione Camerali non ſuſpendatur executio laudi per eius reductionem, ſeu reductionis petitionem, vt ſemel à Rot. Rom. deciſum fuit, nimirum *deciſ. 182. lib. 1. in nouiſſ. diuerſ.* licèt Lancellot *d. cap. 16. num. 13. 14. & 34.* in contrariam ſententiam inclinet ex alia Rot. deciſ. & Ant. Galleſ. *de obligat. in form. Cam. quæſt. 3. 4. partic. num. 5. & ſeqq.*

Poſterior † pars concluſ. probatur ex eo, quòd 678.
reductio, ſeu petitio reductionis laudi ad arbitrium boni viri ſuſpendit iudicis iuriſdictionẽ, vt ſatis apertè tenet Lanfranc. Orian. *in tract. de arbitr. 1. part. num. 32.* & Lancellot. *d. cap. 16. num. 17. cum trib. ſeqq.* vbi id comprobat, tum ex eo, quòd reductio dicitur eſſe actus ſuſpenſiuus, & operari effectum ſuſpenſiuum, vt voluit Bald. *in cap. 1. §. ſancimus, num. 3. verſic. & nota, quòd tria ſunt,* iuncto *verſ. item recurſus, tit. quo temp. mil. inueſtit. pet. deb. in vſib. feud.* Boër. *deciſ. 184. num. 28.* necnon Matant. *vbi ſup. num. 4. & 122.* tum quod, reclamationem, & reductionem ad arbitrium boni viri impedire aliquid innouari, reſpondit Alexand. *conſ. 43. num. 9. lib. 6.* & de reductione Grat. *conſ. 118. num. 19. lib. 2.* tum denique quia huiuſmodi reductio eſt quædam ſpecies appellationis, *d. l. non diſtinguemus, §. cùm quidam,* ibi; quædam appellandi ſpecies eſt, *ff. de recept. arbitr.* quod & latiùs confirmat Lancellot. ſup. *numer. 20. vſque ad 24.* ſicut ergo appellatio iudicis à quo, iuriſdictionem ſuſpendit, toto tit. *ff. nil nou. appellat. interpoſ.* cum aliis ad id per

nos

nos allegand. *concluſ. ſequent.* ſic etiam eam ſuſpendet reductio ad arbitrium boni viri, eiúſve petitio.

Limitari autem, ſeu declarati multis modis poteſt tam hæc poſterior pars, quàm præcedens multis modis, quorum præcipuos in ſimili concluſione de Conſeruatoribus iudicibus retulimus, *d. tract. de Conſeruatorib. cap. 9. quæſt. 4. concluſ. 2.* eos *ibi*, cùm caſus euenerit, videre quis poterit; conſultò enim illos hîc recenſere prætermittimus, ne nimis longum faciamus in re, quæ tarò admodum, quod ad materiam, de qua agimus, attinet, poteſt contingere: ſolúmque illum commemorabimus, qui, vt *ibi* ordine poſtremum, ſic inter cæteros modos dignitate primum locum obtinet, vt nimirum prædicta regula, & noſtra concluſio procedat † in arbitratore, non autem in arbitro: licèt enim regulariter in laudo arbitratoris locum habeat reductio ad arbitrium boni viri, *l. ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſoc.* ſecus tamen eſt in arbitro, *d. §. arbitrorum*: ibi enim dicitur; arbitrorum genera duo ſunt, vnum eiuſmodi, vt ſiue æquum ſiue iniquum ſit, parere debeamus; quod obſeruatur, cùm ex compromiſſo ad arbitrium itum eſt; alterum eiuſmodi, vt ad boni viri arbitratum redigi debeat. ad idem eſt text. *in l. diem proferre, §. ſtari, ff. eod. tit.* atque hoc diſcrimen inter arbitrum, & arbitratorem adnotarunt Doctor. *d. §. arbitrorum, & cap. 2.* vbi bonus text. *de arbitr.* Abb. *d. cap. Quintanallis, num. 30.* Marant. *vbi ſup. numer. 267.* latè Io. Bapt. de S. Blaſio, quem poſt hæc ſcripta vidi *in tract. de different. int. arbitr. & arbitr. quæſt. 76.* vbi etiam plures huius limitationis ſublimitationes affert, quæ tamen adhuc ſublimitatur primò, † ſi adſit dolus; nam tunc etiam in laudo arbitri habebit locum reductio, *l. ita demum, & l. non diſtinguemus, §. cùm quidam, ff. de arbitr.* Marant. *d. act. 2. num. 166.* idem aſſerens, vbi laudum arbitri contineret rem illicitam: quod etiam ſatis colligitur ex *d. cap. 2. & cap. veniens, de iureiur.* Secundò ſublimita, quoties laudum arbitri contineret enormiſſimam læſionem, vt ſatis conſtat ex *l. in propoſita, cum ſeq. ff. pro ſoc.* ac poſt Abb. & alios *d. cap. Quintanallis*, in ſpecie aduotauit Marant. *d. num. 266. cum ſeq.* ob eam præcipuè rationem, quòd ex enormiſſima læſione reſultat dolus præſumptus, *cap. 1.* cum ibi not. *de præſumpt. l. creditor, §. Lucius, ff. mandati, l. ſi ſuperſtite, C. de dol.* & plerique tradiderunt relati à Maſcard. *tract. de probat. concluſ. 531. numer. 27. cum ſeq.* Gabr. *commun. concluſ. lib. 2. tit. de arbitr. concluſ. 3. num. 49.* & Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. num. 69.* vbi ex Gomeſ. alios allegante *in §. item ſi quis in fraudem, numer. 19. Inſtit. de action.* idem aſſerit in enormi læſione; ob quam etiam peti poſſe rẽductionem laudi arbitri ad arbitrium boni viri, ex Bart. ac cæteris *d. §. arbitrorum*, Ferrat. *cautel. 8.* & aliis reſoluit Menoch. *de arbitrar. iud. caſ. 73. num. 1. & 5.* Quæ autem dicatur enormis, vel enormiſſima læſio, inter cæteros latè tractant duo eruditiſſimi viri Menoch. *d. caſ. 73. cum duob. ſeqq.* & Sfort. Odd. *tract. de reſtit. in integr. quæſt. 4. art. 13.* Quinimmo omnino contrarium d. principali limitationi attentari poteſt, † vt nimirum reductio ad arbitrium boni viri locum dumtaxat habeat regulariter in laudo arbitri, non autem arbitratoris, ex fundamentis, quæ attingemus *cap. ſeq. quæſt. 8. concluſ. 21. ad fin.*

679.

680.

681.

QVINTA CONCLVSIO. In caſibus, quibus ab inferiore commutante vltimam voluntatem appellari poteſt, paulo pòſt recenſendis, appellatio ab eo interpoſita † illius iuriſdictionem, & facultatem illam vltimam voluntatem commutandi ſuſpendet, atque executionem ſecutæ commutationis impediet. Probatur, quia hæc eſt vis appellationis, vt † ſuſpendat iuriſdictionem illius, à quo interponitur, ne vlterius procedat ea in re; aut ſi iam iudicatum eſt, impediat eius executionem. Primum atque adeò prior pars noſtræ concluſ. ſatis conſtat ex *rubr. & l. 1. ac toto tit. ff. nil non. appellat. interp. l. appellatione interpoſita, C. de appellat. cap. cùm ſuper, & cap. ſuper quæſtionum, §. vltim. de offic. delegat.* ac paſſim *in tit. de appellat.* præſertim verò *in cap. bona memoria*, vbi de appellatione extraiudiciali, *& in cap. dilectus filius*, vbi de iudiciali; ac plerique adnotarunt, quos refert, ac ſequitur inter alios Lancellot. *d. tract. de attent. 2. part. cap. 12. in præfat. num. 107. & 119. in not.* qui *numer. 108. & 120.* poſt alios id ampliat procedere ſiue delatum fuerit appellationi, ſiue non. Secundum, & ſic etiam poſterior † pars noſtræ conclu. probatur tum ex prædictis iuribus, & Doctor. ſi enim pendente appellatione nil nouare poteſt iudex à quo, eiúſque iuriſdictio ſuſpenditur; neque etiam exequi poterit à ſe iudicatum: tum quia id in ſpecie habetur, cùm in aliis iuribus, tum *in d. l. 1. in fin. ff. ad Turpill. cap. venientes, in princip. & §. vltim. de iureiur. cap. 1. cap. cùm inter vos, in princip.* in verbis finalibus, *& cap. cùm ſuper controuerſia, §. vltim. de ſent. & re iudic.* vbi eſt caſus de tertio comparente, & appellante ratione ſui intereſſe: ad quod etiam eſt text. *in cap. ſuper eo, de offic. deleg.* eſtque hæc regula certiſſima, quam præter Doctor. *ibi*, alij tradiderunt, quos refert, ac ſequitur Lancellot *d. cap. 12. in præfat. numer. 93. vſque ad 106. & num. 118. ac 126.* Ea verò extenditur, vt appellatio † tollat etiam præſumptionem, quæ eſt pro ſententiæ iuſtitia, vt pluribus relatis ex communi ſententia tradit Lancellot. *d. præfat. numer. 127. vſque ad 130.* licèt *numer. 125.* contrarium expreſsè ſentiat, ex eo comprobans, quòd † non obſtante appellatione à ſententia de ſubminiſtrandis alimentis lite pendente, adhuc ea ſubminiſtrantur; ex iis, quæ ipſe adducit *d. cap. 12. limit. 14.* Couar. *pract. quæſt. cap. 6. ſub numer. 5, & 6.* & Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 35. numer. 19.* quæ tamen procedunt fauore alimentorum, & ne is fame pereat, qui ius aliquod habet circa id, de quo controuertitur; non autem quia maneat præſumptio pro ſententia: vel dicendum eſt, tunc illa procedere, cùm iudex eſt executor legis iubentis alimenta ſubminiſtrari; ab executore autem legis non appellatur, vt mox dicemus, niſi diſtinguamus cum Couar. *d. numer. 6. verſ. ſecundum*, manere quidem poſt appellationem aliquam leuem præſumptionem pro ſententiæ rectitudine, vrgentem autem præſumptionem, quæ pro ea erat, tolli. Manet autem integra præſumptio pro ſententia, † ſi ea tranſierit in iudicatum, dum contra eam petitur reſtitutio in integrum; vt poſt alios rectè docet Lancellot. *in tract. præfat. numer. 131, numer.* verò *132. cum ſeq.* ex communi multis allegatis hanc eandem regulam reſtringit, ſeu declarat, † vt extinctio iudicati, quæ ex appellatione reſultat, non operetur, niſi quoad ea, quæ facta ſunt poſt litis conteſtationem; quoniam appellatio cauſam ad illum ſtatum reducit, quæ erat ante conteſtationem litis.

682.

983.

684.

685.

686.

687.

688.

Cùm autem idem Lancellot. huius eiuſdem, ac præced. regulæ ſimul iunctæ, in eam ſenſum, vt geſta pendente appellatione † dicantur attentata, nec valeant, & ſint reuocanda, id quod pluribus in

689.

ſpecie confirmat *d. cap.* 12. *ampl.* 17. præſertim *à num* 4. *ad* 13. afferat *eod. cap.* 12. principales ampliationes 21. & limitationes 53. earum ſingulas propriis ampliationibus ac limitationibus declarando: quoniam infinitum propè eſſet eas percenſere, nedum diligentiùs examinare; neque id cùm eo, de quo agimus, proximè coniunctum eſt: pro iis, ſi quando caſus contingat, ad eum auctorem remiſiſſe candidum lectorem ſufficiet; ita tamen, vt ex iiſdem eliciam, ſi quid eſt, quod ad eos caſus explicandos pertineat, in quibus à commutante vltimam voluntatem liceat, vel non liceat appellare, iuxta id, quod initio huius concluſ. propoſui, & hoc loco me tractaturum pollicitus ſum.

Qua in re, vt dilucidiùs procedamus, nonnulli caſus diſtinguendi ſunt, in quibus vltimæ voluntatis commutatio appellationem admittit, vel non.

690. Primus caſus eſt, † cùm commutatio vltimæ voluntatis facienda eſt adhibita plena cauſæ cognitione, & ſeruato ordine iudiciario, qui in plenariis cauſis ſeruandus eſt; & tunc nemini dubium eſſe poteſt, quin liceat appellare ſaltem à definitiua, vel definitiuæ vim habente, *cap. de appellationibus, cap. ſuper eo, il* 1. & paſſim *in tit. de appellat. l.* 1. & toto ferè tit. *ff. & C. de appellat.* cum aliis allegat. ſup. hac ipſa quæſt. *in 3. præmiſſ. circa initium.*

Secundus eſt, cùm is, qui commutat, procedit ſummariè; & tunc quoque ab eo appellari poteſt, vt ſatis colligitur ex *Clement. ſæpe contingit, in princ. de verb. ſignif.* dum enim in cauſis ſummariis mandatur dumtaxat iudici, vt appellationes dilatorias, & fruſtratorias repellat, cæteras admittit; tum argumento ſumpto à contrario ſenſu, & ab exceptione ad regulam, quod vtrumque in iure validiſſimum eſt; vt latè per Euerard. *in hiſce locis*, ſeu *argum. legal.* tum quòd excluſio vnius in aliquo genere eſt incluſio aliorum in eodem genere, *l. cùm prator, ff. de iud. l. Tribunus, §. fin. ff. de milit. teſtam. l. vnic. §. ſin autem, C. de caduc. toll. cap.* 2. *de tranſlat. Epiſc. & cap. ad audientiam, de decim.* & è contra; *cap. nónne, de præſumpt.* cum ſimil. allegatis per Card. Pariſ. *conſil.* 35. *num.* 9. cum aliquot ſeqq. *vol.* 1. & exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, vulg. *l. nam quod liquida, §. fin. ff. de pen. leg.* latè Euerard. *in loc. legal. ab excep. ad regul. num.* 1.

Tertius caſus eſt, quando, qui commutaturus eſt vltimam voluntatem, procedit tamquam executor ſiue legis, quia nimirum lex præcipit eam commutationem fieri, quod plerumque accidit, vt conſtat ex adductis ſup. *cap.* 3. *quæſt.* 3. *concluſ.* 2. ſiue hominis, quia deputatus quis ſit ab eo, qui poteſt, ad
691. executionem alicuius commutationis: & tunc † à neutro horum executorum appellari poterit. nam neque ab executore legis appellatur, vt colligitur ex *cap. cùm ſit Romana, §. vlt. cap. pervenit, il* 1. & *cap. conſuluit, il* 1. *de appel. ac l. ſi qua pœna, ff. de verb. ſignif.* & notauit *ibi* gloſ. *verbo, pœna, & gloſ. fin. in cap. quia nos, de appellat.* facit etiam *l. ab executore, ff. de appellat. & l. ab executione, C. quor. appellat. non recip.* vbi definitur ab executione, ſeu executore ſententiæ definitiuæ iure non appellari; quæ iura ad id allegat Gonzal. *ad reg.* 8. *Cane.* §. 7. *proœm. num.* 86. quod etiam habetur *in cap. ei, qui, §. ſunt etiam quorum, & §. ab executore,* 2. *quæſt.* 6. *cap. quod ad conſultationem, in fi. de ſent. & re ind.* & generatim ab executore non appellari, probat text. *in l. quoniam iudices, C. de appellat. cap. ſuper quæſtionum, §.* 1. *& §. porrò, de offic. del. g.* & omnium optimus *in cap. nouit, de appellat.* ibi; vnde cùm ſecundùm ius ab executoribus appellari non poſſit, niſi forſan modum excederent in exequendo. Ex quibus poſtremis verbis, quæ etiam habentur *a. §.* 1. *& §. porro, ad d. cap. quoa ad conſultationem, & l. ab executione*, habemus primam reſtrictionem huius caſus, & regulæ, vt nimirum † ab executore etiam mero 692.
appellari poſſit, ſi modum excedat; quod & pluribus relatis latiùs confirmat, ampliat, ac declarat Lancellot. *d. tract. de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 53. *à num.* 24. *ad* 36. *& num.* 45. in nou. impreſſ. huius autem exceſſus aliqua exempla ponuntur *in d. l. ab executione*, ac Doctor. *ibi, & alius practt. in locis*, ac præſertim *d. cap. quod ad conſultationem.* poſt gloſ. *ibi, verbo, excedatur, de ſent. & re ind.* Altera reſtrictio affertur *à gloſ.* 1. *d. l. ab executione, & d.l. ab executore*, quam plerique ſequuntur, quos refert Gabr. *commun. concluſ. lib.* 2. *tit. de appell. §. in quibus, verſ. & ſcias*, Bart. *d. l. ab executione, in* 1. *oppoſ.* & Salic. *verſ. contra primum*, vbi dicit Doct. ita communiter tenere; atque alios pariter de communi teſtantes recenſet Lancellot. *d. limit.* 53. *num.* 15. vt nimirum appellari poſſit à ſententia, ſeu pronuntiatione de exequendo. Verùm ab hac ſententia meritò recedunt idem Bart. & Spec. atque alij relati pariter, & probati à Gabr. *d. concluſ.* 4. *num.* 1. *verſ. contrariam autem opinionem*, & Lancellot. *d. limit.* 53. *num.* 16. *ac* 17. eam confirmans vſque ad *num.* 22. qui duo auctores non paucos referunt, qui hanc ſententiam communem, aut magis communem aſſerunt, quæ ea manifeſta ratione probatur, quòd magis quis grauatur executione, quàm pronuntiatione. nec text. quem pro ſua opinione allegat gloſ. *in l. & in maioribus, C. de appellat.* ſolùm enim *ibi* dicitur, quòd & in maiorib. & in minoribus negotiis appellandi facultas eſt. Lancellot. verò *d. limit.* 53. *num.* 23. ſuam noſtrámque ſententiam poſt alios declarat, vt non procedat, quando ſententia, de cuius executione agitur, eſſet lata contra vnum, pronuntiatio verò de exequendo contra alium. & Gabr. *d. concl.* 4. *num.* 2. *cum duobus ſeqq.* alias tres eiuſdem declarationes affert; quarum prima eſt, vbi ex ea pronuntiatione nouum grauamen inferretur: altera, quando pronuntiatio fieret intra tempus, intra quod poterat etiam appellari à prima ſententia: poſtrema, vbi ſuper eo, in quo petitur executio, non eſſet lata aliqua ſententia. & ſic ex his declarationibus poſſunt ſumi totidem reſtrictiones, ſeu limitationes huius noſtri tertij caſus principalis, & regulæ in eo poſitæ. cuius nonnullas alias limitationes adducit idem Lancell. *d. limit.* 53. *à num.* 37. *vſque ad* 47. vnam *d. num.* 37. † quando eſſemus in mandato de exequendo conceſſo parte non vocata: alteram *num.* 38. niſi 693.
fuiſſet appellatum à reiectione exceptionis contra executionem appoſitæ. quam declarat *num.* 39. *&* 40. dummodo iſtæ exceptiones oppoſitæ, & reiectæ fuerint ante pronuntiationem, & ſic cõmiſſionem de exequendo. tum illam *num.* 41. vt non procedat regula prædicta † in ſententia, per quam inducitur 694.
executio alterius ſententiæ: id declarans, niſi à prima ſententia, cuius executio dicitur eſſe ſecunda ſententia, fuiſſet prohibita appellatio, ac denique illam ſub *num.* 44. *&* 46. vbi † executor datus ſit 695.
cum clauſula, *vocatis vocandis*; quoniam tunc non eſt merus executor, ſed mixtus. ob quam rationem idem etiam poſt alios tradit Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 9. *in annotat. nullit. & attent. in conſ. benef. num.* 226. cum pleriſque à nobis allegatis ſup. *cap.* 7. *quæſt.* 4. *ſuppoſ.* 2. hoc autem declarat Lancell. *d. limit.* 53. *n.* 47. poſt Card. *conſ.* 63. *n.* 1. *in fi.* niſi poſſeſſor, qui fuit ab executore citatus ante definitiuam ab interlocutoria appellaſſet, ac poſtmodum in definitiua fuiſſet contumax; quia ſtante contumacia,

ſi à

ſi à definitiua poſtea appellet, poteſt executor, hac ſua appellatione pendente, ſuam ſententiam citra vitium attentatorum executioni demandare. Quod autem dictum eſt de clauſula, *vocatis vocandis*, vt ab executore cum ea dato appellari poſſit etiam in clauſula, *amoto quolibet illicito detemore*; quoniam, & hæc facit executorem mixtum, ſentit poſt alios Gonzal. *vbi ſup. num.* 236. id declarans *num.* 237. non procedere, vbi gratia iam eſt verificata legitimè, & literæ non ſunt expeditæ ſub intruſione. *à num.* autem 227. *vſque ad* 235. alias quatuor limitationes affert ad præd. regulam de executore, quas per te videas, ſi lubet. nos verò alios caſus principales proſequamur, in quibus à commutante vltimam voluntatem licet, vel non licet appellare.

Quartus igitur caſus eſt, vbi commutans vltimam voluntatem manet intra limites actus voluntariæ iuriſdictionis; (quod quando contingat, colligitur ex iis, quæ tradidimus ſup. *cap.* 5. *queſt.* 7. *concluſ.* 2.) tunc † adhuc ab eo appellare poterit
696. grauatus; nam in his etiam, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis appellari poteſt, & appellatio interpoſita cauſat attentata: vt poſt Alexand. *in l.* 1. per illum text. *not.* 1. *num.* 2. *C. de bonor. poſſ. contra tab.* Vital. *in tract. de clauſul. in clauſul. nil nouar. appell. pend. num.* 22. & Guid. Pap. *tract. de appellat. queſt.* 94. tradit Lancellot. *d. tract. de attent.* 2. *part. cap.* 12. *ampliat.* 9.

Quintus caſus eſt, quando commutans procedit
697. extraiudicialiter. nam non ideo minùs † poterit ab eo appellari; cùm etiam appellatio extraiudicialis à iure admittatur, *cap.* 1. *& cap. concertationi, de appell. in* 6. cum aliis adductis ſup. *in* 3. *præmiſſ. circa*
698. *initium*: quamuis hæc † regulariter non cauſet attentata, & eorum reuocatio pendeat à futuro euentu iuſtificationis ipſius appellationis, quod latè confirmat Lancellot. *d. cap.* 12. *limit.* 3. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi id multipliciter declarat. Nos verò illud ſolùm admonemus, in hoc caſu ſermonem eſſe de commiſſario procedente extraiudicialiter, quando ſic poteſt procedere, ſed aliàs grauat: ſi enim ſic procedere non poſſit, iam hoc ipſo grauat; ideóque nemini dubiũ eſſe debet, quin appellari tunc poſſit.

Sextus caſus eſt, vbi commiſſarius commutationis vltimæ voluntatis datus ſit cum clauſula, per quam ſecundùm conſcientiam, vel arbitrium ſuum
699. poteſt procedere; & tunc, † licèt variæ ſint ſententiæ quoad iudicem, qui ſic iudicare poteſt, quas referunt Menoch. *de arbitrar. iud. lib.* 1. *queſt.* 70. *à num.* 1. *vſque ad* 17. & Lancellot. *d. cap.* 12. *limit.* 10. *à num.* 2. *ad* 8. Mihi tamen diſtinguendum ita videtur; vt, ſi quidem is iudex, ſeu commiſſarius habeat liberum arbitrium, non autem regulatum; (quorum alterum quando contingat, conſtat ex iis, quæ nos adduximus ſup. *cap.* 7. *queſt.* 2. *concluſ.* 6. poſt Menoch. *d. lib.* 1. *de arbitrar. indic. queſt.* 7. 8. *& 9.*) tunc indiſtinctè appellari non poteſt; vt in ſpecie plerique ſentiunt, quos refert Menoch. *d. queſt.* 70. *num.* 13. ſicque exponi poſſunt indiſtinctè aſſerentes, ab eo, qui iudicare poteſt ſecundùm arbitrium ſuum, appellari non poſſe, quos recenſet Menoch. *eadem queſt.* 70. *num.* 6. *&* 7. paucis exceptis; quos tamen omnes Menoch. *ibidem* intelligit, vbi agitur de modico præiudicio. ſi verò habeat ſolùm iudicium regulatum, vt, cùm dicitur, facias ſecundùm iudicium, prudentiam, conſcientiam tuam; tunc veram puto diſtinctionem illam gloſ. & aliorum *in Clemem.* 1. *verbo, oneramus, de iurepatr.* vt appellari poſſit, quoad effectum deuolutiuum, non autem quoad ſuſpenſiuum; quam etiam

refert Lancellot. *d. limit.* 10. *numer.* 5. & ſequitur *num.* 9. poſt Ægid. Bellam. *deciſ.* 18. *incip. oneratio conſcientiæ*, & Mil. *in ſuo repertor. verbo, appellatio, verſ. appellari non poteſt*; ſic intelligentem Doctor. ſimpliciter aſſerentes, appellationem interponi non poſſe ab eo, cuius arbitrio res committitur; quorum plurimos refert Lancellot. *ibidem num.* 6. & iuxta hanc diſtinctionem intelligi poſſunt relati à Menoch. *d. queſt.* 70. *numer.* 1. ſimpliciter aſſerentes appellari ab eodem poſſe: licèt verè horum aliqui in omnem caſum appellationem admittant ab hoc arbitrario iudice; aliqui, vt Tiraq. *de retract. conſang.* §. 4. *gloſ.* 1. *num.* 11. quóſque Menoch. refert *num.* 16. ipſeque Menoch. tam *ibi*, quàm *num.* 7. diſtinguendum putent inter modicum, & magnum præiudicium, ſeu enormem læſionem. quam etiam diſtinctionem adhibet, ac multis modis declarat *ead. queſt.* 7. *à numer.* 18. *ad* 44. in eo articulo; † an is, qui contra ſe reportauit ſententiam
700. iudice arbitrario, habeat recurſum, ſeu ſupplicationem ad Principem; *num.* autem 47. *vſque ad finem*, nonnullas aſſignat differentias effectuum inter huiuſmodi recurſum, ſeu ſupplicationem, & appellationem.

Septimus, ac poſtremus caſus eſt, quando commiſſarius commutationis alicuius vltimæ voluntatis quomodocunque procedens † ſuper re noto-
701. ria pronuntiat, aut aliàs procedit: & tunc regulariter loquendo ab huiuſmodi commutante appellare non licebit. Nam in notoriis regulariter non admittitur appellatio, vt probat text. *in cap. cùm ſit Romana, §. præterea, cap. pervenit, il* 1. *cap. conſuluit, il* 1. *in princip. cap. cum ſpeciali, §. porrò, de appellationib. & cap. Romana, §. ſi autem, eod. tit. in* 6. ibique adnotarunt gloſ. & Doctor. atque alibi ſæpe, Rot. *deciſ.* 68. *circa med. de appellat. in antiq.* latè poſt alios Farinac. *queſt.* 21. *crimin. numer.* 117. & quoad effectum ſaltem ſuſpenſiuum pluribus relatis tradit Lancellot. *d. cap.* 12. *limit.* 9. *numer.* 5. Quod quidem procedit non modò in notorio facti, ſed etiam in notorio iuris per confeſſionem iudicialem, vt expreſsè habetur *in d. §. porrò, & §. ſi autem*, aut alio legitimo modo, vt dicitur *in eod. §. porrò*, ac præter Doctor. *ibi* notauit Spec. *tit. de appellat. §. in quibus caſibus, ſub num.* 14. dum ait, appellationem non admitti in notorio, ſiue de iure, ſiue de facto, per text. *d. §. porrò*. Legitimi autem
702. modi notorij, † præter euidentiam rei, & confeſſionem iudicialem, ſunt per ſententiam, aut probationes; vt latè oſtendimus *in tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap.* 7. *queſt.* 3. præſertim *concluſ.* 10. 11. *& 12.* & de ſententia eſt text. *in cap. veſtra, & cap. fin. de cohabit. cler. & mul.* necnon *cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſignif.* de probationibus verò eſt text. ſatis apertus *in cap. quæſitum, de temp. ord.* ibi; ſi propoſita crimina ordine iudiciario comprobata, vel aliàs notoria non fuerint. dictio enim, *aliàs*, ſumpta pro aliter, ſeu alio modo, prout hîc accipitur, & *in l. denique, §. verum, ff. de pecul. leg. 2. l.* 1. *§. illud, ff. de aq. quotid. & eſt.* & à Doctoribus quos ſequitur Barboſ. *in remiſſ. Doctor. de diction. & clauſul. diction.* 9. *num.* 4. denotat ſimilitudinem, ſeu repetit ſimilia, & implicat eamdẽ qualitatem, gloſ. *l ſi fugitiui, C. de ſerv. fugit.* cum multis adductis per Afflict. *deciſ.* 144. *num.* 1. Surd. *deciſ.* 165. *num.* 24. & Barboſ. *vbi ſup. dict.* 17. *num.* 1. *&* 2. text. verò apertiſſimus eſt *in cap. cùm olim, de verb. ſignif.* ibi; *offenſam illam nos reſcribimus intelligere manifeſtam, quæ vel per confeſſionem, vel probationem legitimè nota fuerit, aut euidentia rei, quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari*; manifeſtum autem ibi ſumitur pro notorio,

tio, vt exponit *ibi* glos. recepta in verbo, *non quæ iudici.* ex quo dubia redditur limitatio, quam ad prædictam regulam, vt appellatio saltem quoad suspensiuum non admittatur in notoriis, post Mil. *in suo Repertorio, verbo, notorium an impediat appellationes, perfic. in notorio autem probationis*, afferunt Lancellot. *d. limit. 9. num. 12.* & Farinac. *d. quæst. 21. num. 114.* quòd nimirum † in notorio probationis audiatur appellans, & appellatio operetur effectus suos. Nisi fortè intelligant de probationibus ante conclusionem in causa, & in eodem iudicio; quia tunc non inducunt notorium, saltem perfectum, cùm sit commutabile, per ea, quæ adduximus *d. concluſ. 10. limit. 2.* & post *d. concluſ. 12. verſ. hoc tamen, ſub num. 205.* in quo sensu hæc erit prima limitatio prædictæ regulæ. Altera limitatio esse potest quoad confessionem, vt nimirum † ea non inducat notorium, à quo nequeat appellari; sed immo appellatio in hoc casu interposita admittenda sit etiam quoad suspensiuum, quando appellans expressit aliquam iustam causam offuscantem notorium, vtputa, se timore tormentorum, vel per errorem fuisse confessum; ita post glos. *d. §. ſi autem, verbo, mandetur*, ac Doctor. *ibi, & in d. §. verò*, maximè Franc. *numer. 7.* tenet, ac probat Lancellot. *d. limit. 9. num. 4. vſque ad 8.* & Farinac. *d. quæſt. 21. num. 118. & 120.* subdens *num. 121.* post quamplures Doct. quos refert, quòd, si non exprimatur hæc causa, non tenetur iudex à quo, supersedere executioni, nisi fuerit sibi à Superiore inhibitum; tunc enim recurri debet ad iudicem ad quem, vt tollat inhibitionem, vt latè idem probat *num. 122. & ſeq.* Alias limitationes eiusdem regulæ colligere poteris ex adductis à Lancellot. *d. limit. 9. num. 9. 10. 11. & 13.* Farinac. *d. quæſt. 21. num. 124. cum duob. ſeqq.* & à nobis *d. tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap. 9. quæſt. 5. concluſ. 1.* Nunc verò ad vlt. huius quæst. conclusionem veniamus: si priùs illud admoneamus, quòd, si quis scire cupiat, † ad quos appellandum sit à grauante in commutatione vltimæ voluntatis, siue sit ordinarius, siue delegatus, aut subdelegatus; id colliget ex traditis per Franc. & alios *in rubr. de appellat.* Federic. Schenck *tract. de appellat. num. 7.* & 18. Guid. Pap. *in simil. tract. num. 5. & 81.* & Io. Ferrar. *eod. tract. lib. 2. cap. 5.* & nos *d. tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap. 9. quæſt. 5.* eáque vlt. *concluſ. 4. & 5.* sup. *in hoc tract. cap. 5. quæſt. 10. concluſ. 1. ad fin. & concluſ. 2.* quoad subdelegatum verò, hoc ipso cap. *quæſt. 2. concluſ. 3. circa medium.*

703.

704.

705.

SEXTA, & postrema CONCLVSIO. Iurisdictio commutantis vltimam voluntatem, & executio sententiæ super ea commutatione latæ † suspenditur, dum huiusmodi commutationis, & sententiæ nullitas incidenter cognoscitur: secus verò vbi ea cognoscitur principaliter. Prior pars concluſ. ex eo probatur, quòd, cùm nullitas incidenter duobus præcipuè modis proponi possit, vel vt inclusa in appellatione, seu accessoriè ad illam; vel seorsim, verùm per modum exceptionis, vt *d. tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap. 9. quæſt. 5. in 3. præmiſſ. circa initium*, latiùs explicauimus: de priori modo dubitari nequit, cùm accessorium sequatur naturam sui principalis, *l. cùm principalis, ff. de reg. iur. & cap. acceſſorium, eod. tit. in 6.* appellatio verò hanc vim habeat, vt suspendat eius iurisdictionem, à quo interponitur, vt *concluſ. præced. circa initium* demonstrauimus. Quoad posteriorem autem modum saltem vbi hæc exceptio nullitatis altiorem non requirat indaginem, id tradiderunt post alios Vant. *in tract. de nullit. proceſſ. & ſentent. rubr. quot, & quib. mod. null. prop. poſſ. num. 32.* & Lancellot. *d. tract. de attent. 2. part. cap. 17. num. 36. in fin. & num. 45. vſque ad 49. in non.* quod ampliat quinque modis *à num. 50. ad 61.* Limitatur verò, vt non procedat † primò, quando exceptio nullitatis requireret altiorem indaginem, vt pluribus comprobat, ac declarat Lancellot. *d. cap. 17. a numer. 98. vſque ad 122.* Limita secundò, vt non procedat in executione trium conformium; prout per text. *in Clement. 1. de re iudic.* inter alios docent id declarantes Lancellot. *d. cap. 17. numer. 123. vſque ad 129. in non.* & Couar. *pract. quæſt. cap. 25. num. 2. verſ. primùm igitur, circa medium*, docens, in hoc differre executionem trium ab executione vnius, aut duarum sententiarum conformium, quæ transierint in iudicatum; quòd in his exceptio nullitatis non requirens altiorem indaginem, & quidem sola, impediat executionem, iuxta text. *in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudic.* cum aliis adductis à Couar. *d. cap. 25. in princip.* quæ tamen exceptio non impediet executionem trium conformium, vt *in d. Clement. 1.* qua etiam de re videri possunt, quæ latiùs tradit Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib. 2. tit. de execut. rei iudic. concluſ. 1.* & nos *d. cap. 9. quæſt. 5.* eáque *vlt. concluſ. 6.* Posterior autem pars † huius concluſ. præsentis quæst. probatur, quia ita generatim in iurisdictione iudicis post alios firmat Lancell. *d. cap. 17. n. 62. cum duob. ſeqq.* quod & latiùs probauerat *n. 17. vſque ad 38.* concludens iuribus, auctoritatibus, & rationibus, hanc esse veriorem, & communiorem sententiam. Limitatur verò hæc regula, & posterior pars nostræ concluſ. primò, vbi adsint tres conformes, iuxta text. *in d. Clement. 1. de re iud.* quæ de tribus conformibus decernit, vt, qui eas contra se reportauit, non audiatur nullitatem ipsarum, vel alicuius ex eis proponens, donec huiusmodi sententiæ plenariè fuerint executioni mandatæ: quæ quidem dispositio saltem præcipuè intelligi debet de nullitate principaliter proposita, seu intentata, vt satis colligitur ex iis verbis, *ad agendum de nullitate ipſarum, vel alicuius ex eis nullatenus admittatur.* Secundò limitatur, vt non procedat, vbi iudex nullitatis inhibuisset; ex Lancellot. *d. cap. 17. num. 65. cum trib. ſeqq.* post Dec. *conſ. 103.* Natt. *conſ. 217. ſub num. 7. lib. 1.* Gig. *tract. de penſion. Eccleſ. quæſt. 69.* & stylo Rot. Roman. modernæ, qui habet, inhibitionem, siue iustam, siue iniustam esse timendam, & causare attentata. quæ limitatio, licèt aliquibus non placeat, quos idem Lancellot. refert *vbi ſup. numer. 66.* omnino tamen venit admittenda, vbi nullitas constaret ex actis, & incontinenti posset probari; vt post alios docet *num. 67.* non admittenda verò, vbi commissio huiusmodi nullitatis principaliter intentatæ signata esset, prout de iure; cùm etiam hæc clausula apposita censeatur inhibitioni, vt probat *num. 69.* Limitatur tertiò, vt non procedat vbi nullitas principaliter fuisset cumulata cum appellatione. tunc enim propter mixturam æquè principalem appellationis hoc iudicium nullitatis causat non modò suspensionem executionis, verùm etiam attentata; vt ex *cap. exhibita, de re iudic. & cap. ſuper quæſtionum, in fi. de offic. deleg.* pluribus relatis docet Lancellot. *d. cap. 17. numer. 70.* Alias quoque limitationes minùs præcipuas sumere quis poterit ex his, quæ latè adducit Lancellot. *d. cap. 17.* passim; præsertim verò à *num. 79.* vsque ad 97. & Gabr. *d. concluſ. 1.*

706.

707.

708.

Declaratur autem tota hæc conclusio primò, † quòd is, qui nullitatem sententiæ latæ à cõmutante aliquam vltimam voluntatem proponit incidenter, seu accessoriè, si succumbat in causa appellationis, 709.

poterit

poterit nihilominus eãdem nullitatem denuò principaliter intentare: secus si nullitas ab initio principaliter fuerit intentata. Hanc distinctionem in iudice post Bart. *in l. si expressim, num. 3. ff. de appellat. & l. 1. C. quand. prouoc. non est necess.* Abb. & alios *in cap. dilecto, de appellat.* ex communi tenuit Couarr. *pract. quæst. cap. 24. num. 8. in princip.* & sentiunt alij eam declarantes, quos retulimus, ac secuti sumus *d. tract. de Conseruatoribus iudicibus, cap. 9. quæst. 5.* eáque *vlt. conclus.* 8. Declaratur secundò, quòd vbi nullitas incidenter in causa appellationis proposita fuit, si appellatio remansit deserta, licèt deserta remaneat illa nullitas accessoria, poterit tamen de ea postmodum principaliter agi. ita ex *cap. concertationi, de appellat. in 6. & cap. licèt, de sent. excomm. eod. lib.* Dec. *in cap. cum sit Romana, num. 27. de appell.* & aliis, probat Couar. *d. num. 8. vers. quòd si deserta sit*, & Muscatell. *lib. 2. pract. ciuil. iudiciar.* in glos. *nullitatis, num. 13. & quatuor seqq.* quos nos etiam allegauimus, & sumus secuti *d. quæst. 5. conclus. 9.* Idémque erit vbi nullitas simul cum appellatione principaliter in iudicium deducatur, & deserta fuerit appellatio: nam tunc deserta non remanet nullitatis actio; quare adhuc de ea cognosci poterit; vt post Bartol. *d. l. si expressim, num. 11.* & alios ex communiori tradit Couarr. *d. num. 8. vers. verùm*, vbi nullitas; & tenent multi relati à Lancellot. *d. cap. 27. numer. 72. cum tribus seqq. in nou.* licèt alij, quos idem recensет, ac sequi videtur *d. num. 72. & præced.* contrarium in hoc sentiant.

Quòd si pro complemento huius conclus. scire
710. cupias, † coram quo nullitas proponi possit, ac debeat, præter Doct. *in cap. 1. de sent. & re iud. cap. dilecto, de appellat. & Clem. 1. de re iudic.* videre potes Muscatell. *in d. glos. nullitatis*, ac præcipuè Vant. *d. tract. de nullitat. proceff. & sentent. in rubr. coram quo poss. ac deb. nullit. prop.* Neque enim frustrà in hoc immorandum nunc censeo, sed potiùs ad alias quæstiones huius cap. quę iamdiu nos vocant, transeundum.

Svmmæ Rervm.

711. *Actiones contrarię, quibus considerari potest expirare commutatio vltimæ voluntatis, & maximè huiusmodi actiones impetrantis, quænam sint.*

712. *Renũtiari non potest priuilegio momentaneo concesso per modum dispensationis tollentis aliquod vinculum, seu impedimentum: secus per se loquendo in priuilegio habente permanentem durationem cum tractu successiuo ad futuras actiones, vel receptiones, aut earum omissionem; & num. seq.*

713. *Priuilegium, seu beneficium non est coactum respectu priuilegiati adæquati.*

714. *Renunciari priuilegio quando non possit; & duobus num. seqq.*

715. *Clericus renunciare non potest priuilegio fori, vel canonis.*

716. *Prælatus non potest renunciare libertati Ecclesiæ ad ius Romanæ Ecclesiæ pertinentis, nec iuribus Ecclesiæ saltẽ quæsitis; sicut nec cæteri administratores iuribus eorum, qui ipsis commissi sunt.*

717. *Mulieres, & minores, ac rustici an suis priuilegiis renunciare possint, remissiuè.*

718. *Renunciatio priuilegij alia impropria consistens in puro illius non vsu actuali; alia propria, per quam ius vtendi abdicatur; & num. seq.*

719. *Renunciatio propria priuilegij, vel aberrans iuris, quomodo definiatur.*

720. *Vsus priuilegij post renunciationem non est licitus; & ideo non est necessarius, nisi in certis casibus.*

721. *Renunciatio alia expressa, alia tacita.*

722. *Renunciatio expressa requirit protestatem, & voluntatem renunciandi; & ex hac limitatur renunciatio quoad tempus, quantitatem, & similia.*

723. *Voluntas, qua fit renunciatio, debet esse exteriùs declarata, siue quoad forum conscientiæ, siue quoad externum; & num. seq.*

724. *Voluntas non declarata, seu mente retenta est velut abortiua, nihilque operatur in actibus humanis.*

725. *Voluntas declaratur expressè verbis, & tacitè factis; licèt aliquando etiam tacitè verbis, & expressè factis declaretur.*

726. *Tacita renunciatio, & quænis alia res tacita quænam sit; & quomodo ex factis, aut verbis expressis colligatur tacita renunciatio.*

727. *Renunciatio expressa quomodo colligatur ex factis, & quando.*

728. *Renunciatio expressa fit verbis generalibus, specialibus, vel indiuidualibus, seu singularibus.*

729. *Expressum tripliciter dicitur, generaliter, specialiter, & indiuidualiter, seu singulariter.*

730. *Renunciatio generalis in quo genere debeat esse concepta.*

731. *Vniuersalis renunciatio, vel propositio, seu oratio, an idem sit cum generali, & indefinita.*

732. *Renunciatio vniuersalis, siue generalis est formalis non solùm de genere, sed etiam de speciebus, & comprehendit omnes species sub eo genere contentas.*

733. *Generalis concessio etiam expressa nõ continet ea, quæ quis verisimiliter non esset cõcessurus; & ibi intellectus cap. in generali, de reg. iur. in 6.*

734. *Generalis clausula comprehendit species quantum potest, salua ratione iuris, & rectis sermonis, etiam quoad renunciationem expressam generalem.*

735. *Voluntas formalis etiam quoad renunciationem comprehendit conditiones sufficientes, ac necessarias ad contrahendum, seu se obligandum; vt quòd absit coactio, metus, dolus, error, & ignorantia.*

736. *Verba quantumuis generalia restringi debent de habilitate, & ciuiliter intelligi, etiam in renunciatione. & vnde sumantur hæ restrictiones; num. 737.*

738. *Specialis renunciatio non requirit expressionem singularem, sed nec ea contenta est, quæ fit per relationem ad aliud.*

739. *Tacita, & expressa renunciationis, ac taciti, & expressi consensus materia, remissiuè.*

740. *Renunciatio licèt non præsumatur, vbi alia coniectura capi possit; inducitur tamen ex fortioribus indiciis, & præsumptionibus.*

741. *Renunciatio expressa an plus operetur, quã tacita.*

742. *Renunciatio primò diuiditur in expressam, & tacitam; expressa in eam, quæ factis, & quæ verbis exprimitur; hæc præcipuè in generalem, specialem, & singularem, seu indiuidualem: tacita verò in eam, quæ colligitur ex verbis, ex actu, & ex omissione; atque hæ duæ variè subdiuiduntur, vt ibi.*

743. *Impetrans commutationem vltimæ voluntatis regulariter potest ei expressè renunciare; & num. seq.*

744. *Renuntiare fauori, & iuri ſuo regulariter quilibet poteſt. ſecus ſi non in eum ſolum fauorem illud inductum ſit ; num. 745.*

746. *Prælatus non poteſt expreſsè renuntiare priuilegiis, ac iuribus Eccleſiæ.*

747. *Tutores, & curatores non poſſunt expreſsè renuntiare iuribus pupillorum, prodigorum, furioſorum, & minorum, niſi renuntiatio tendat ad eorum vtilitatem. idemque in adminiſtratoribus ciuitatis, & aliorum locorum; n. 748.*

749. *Renuntiari non poteſt per priuatos inductu in fauorem publicum, hoc eſt, iuri publico vtilitate, & non auctoritate tantum ; & principaliter, non tantum in conſequentiam.*

750. *Renuntiatio fieri non poteſt vbi ea ſtatuta, aliouе iure prohibita ſit ; niſi prohibitio contineat ſolum fauorem perſonæ prohibitæ, non autem eius odium, aut fauorem alterius ; & quid, ſi tunc renuntietur cum iuramento.*

751. *Renuntiare non poteſt, qui ad id contrahendum de ea re inhabilis eſt, vt minor de rebus ſuis, & mulier de fundo dotali ; & aliquot n. ſeqq.*

752. *Mulier de iure communi exceptis caſibus ab eo expreſſis nullam prærogatiuam habet præ maſculis, etiam quoad renuntiationem.*

753. *Mulieri ſuccurritur plerumque ob iuris ignorantiam, ac ſexus fragilitatem ; & quando. nunc autem nec renuntiare poteſt auxiliis ob id ſibi à iure conceſſis ; num. 754. niſi in caſu auth. matri, & auiæ, C. quand. mul. tutel. offic. fung. num. 755. & caſu num. ſeq.*

756. *Iuramentum quid operetur in renuntiatione S.C. Velleiani, & aliorum auxiliorum mulieribus à iure conceſſorum.*

757. *Minor quoque renuntiare poteſt beneficio à iure pro ſe introducto.*

758. *Minor quenam validè gerere nõ poſſit, vel poſſit.*

759. *Minor renuntiare non poteſt beneficio ſibi à iure conceſſo ob ætatis imbecillitatem ; & num. ſeq.*

760. *Minor renuntiare non poteſt reſtitutioni in integrum, niſi tacitè, & quid in ſolemnitatibus à iure communi, vel ſtatutario requiſitis in eorum contractibus, & obligationibus ; num. 761.*

762. *Iuramentum an, & quando confirmet renuntiationem muneris, qua alias ei prohibita eſt.*

763. *Mulier, minor, & ruſticus, dum renuntiant ſuis auxiliis iuris, de iis certiorari debent ob præſumptam iuris ignorantiam : non autem de iis, quæ in facto conſiſtunt ; licèt id vtile ſit ; & neceſſarium in remiſſione eorum quæ ex teſtamento oriuntur, & in ſpiritualibus.*

764. *Ruſticus regulariter renuntiare poteſt iuribus ſuis.*

765. *Renuntiatio etiam tacita, quæ ex verbis colligitur, extinguit commutationem vltimæ voluntatis ; & nonnullis num. ſeq.*

766. *Conſenſus tacitus quando ſufficiat.*

767. *Renuntiatio tacita, & expreſſa ex verbis inducta nihil differunt quoad eſſentiam conſenſus, & abdicationem, ſeu priuationem iuris ſui ; cum num. ſeq.*

768. *Renuntiatio tacita, & expreſſa beneficij Eccleſiaſtici æquè inducunt eius priuationem.*

769. *Renuntiatio quoque tacita, quæ ex actu noſtro inducitur, extinguit commutationem vltimæ voluntatis ; & num. ſeq.*

770. *Voluntas noſtra non modò verbis, ſed etiam factis declaratur ; immo magis.*

771. *Renuntiatio tacita ex actu noſtro quomodo, & quando iudicatur ; cum num. ſeq.*

772. *Proteſtatio contraria facto non relenat, nec iuuat proteſtantem.*

773. *Dominum recipiens canonem decurſum cum proteſtatione quando cenſeatur remiſſe emolumentum.*

774. *Vaſallus, vel emphyteuta alienans rem feudalem, aut emphyteuticam, ſaluo iure domini, an eiusdem cauſidicus.*

775. *Iuramentum tollit ea iuris auxilia, quibus actus alias ſine iuramento poteſt irritus fieri ſi fuerit iuratus.*

776. *Iuramentum quam vim habeat ad confirmandas renuntiationes, & validandos actus alias irritos, ac nullos, remiſſiuè.*

777. *Iuramentum quando operetur renuntiationem eius iuris, cui alias renunciari nunc à tali renuntiante ſine iuramento non poſſet ; cum aliquot num. ſeqq.*

778. *Intellectus cap. quamuis pactum, de pact. in 6. cap. cum contingat, de iureiur.*

779. *Iuramentum metu extortum an teneat, & iurans egeat abſolutione.*

780. *Iuramentum non operatur renuntiationem eius iuris, quod non eſt in iuranris poteſtate ; nec reſpicit illius meram fauorem.*

781. *Iuramentum non tollit diſpoſitionem prohibentem malos mores, & peccatum ; malos inquam mores iuranris, non eius, cui iuratur.*

782. *Geminatio actus vim habet renuntiationis ; & aliquin geminatio verborum, vel actuum oſtendit enixam voluntatem, & multùm operatur ; & geminatus conſenſus iurati vim habet ſecundùm multos.*

783. *Geminatio actuum, vt effectum ſuum operetur, quid requirat.*

784. *Renuntiatio inducitur ex actu abiiciendi rem mobilem, vel exeundi de re immobili, cum animo rem derelinquendi ; & quid ad hoc requiratur.*

785. *Renuntiatio expreſſa in quo differat ab ea tacita, quæ inducitur ex actu abiiciendi.*

786. *Renuntiatio tacita inducitur quoque vbi ex natura actus venit renuntiatio ; & aliquot num. ſeqq.*

787. *Actum aliquem faciens, cenſetur velle facere ſecundum legis diſpoſitionem.*

788. *Naturalia in actibus humanis, licèt omiſſa fuerint, ex diſpoſitione legis tacitè intelliguntur. idemque de iis, quæ conſueta ſunt in actu apponi ; num. 789.*

790. *Renuntiatio tacita commutationis vltimæ voluntatis inducitur quoque ſæpe ex actu alterius, cui nos conſentimus ; & nonnullis num. ſeqq.*

791. *Conſenſus alius diſpoſitiuus, ſeu conuentionalis, alius permiſſiuus : & hic alius præſtatur ratione domini, alius ratione adminiſtrationis ; ex his autem per priorem, non poſteriorem quis actum facere cenſetur.*

792. *Conſentiens tamquam dominus actui, quem alius facit ad præiudicium iuris, quod ipſe habet, ſi iuri renuntiare cenſetur. & an etiam pretio ; num. 793. & quid in herede conſentiente ; num. 794.*

795. *Ratihabitio conſenſus ab alio præſtiti etiam nomine ſuo tamquam domino inducit tacitam meam renuntiationem ad tui præiudicium, non autem iuris interim quæſiti tertio. idemque in ratihabitione tacita, vt lapſu temporis, ſolutione, & aliis actibus, per quos contractus approbatur ; num. 796.*

797. *Renuntiatio tacita non inducitur ex conſenſu præſtito actui alterius ex neceſſitate, vtpote ſtatuti, vel officij ; cum aliquot num. ſeqq.*

798. *Tutor,*

798. *Tutor, vel curator nomine pupilli vel minoris conſentiens alicui actui ſibi non praiudicat in iure, quod habet ſuper re, de qua diſponitur.*

799. *Index, ſi ſententiam ferat adiudicando rem ſuam vni ex collitigantibus coram ſe ſibi non praeiudicat; & auctoritatem ſubhaſtationi bonorum interponens ſibi non praiudicat in iure retractus.*

800. *Conſentiens ratione officij voluntariè, ſeu ex officio voluntario ſibi praiudicat in iure proprio, quod ea in re habet.*

801. *Conſenſus adminiſtratorio nomine praeſtitus, licèt non praiudicet conſentienti quoad actionem, praiudicat tamen quoad exceptionem; & quoad actionem, cùm conſentiendo eo nomine bona ſua obligauit, aut aliàs conſenſit quoque nomine proprio.*

802. *Conſentiens actui alterius ſuper iure proprio ei renuntiare non cenſetur, ſi illud ius ſit futurum etiam ex cauſa de praeſenti; vt ſi conſentiat alienationi rei ſubiectae fideicommiſſo conditionali facta pendente conditione.*

803. *Conſentiens actui alterius ſuper iure proprio, ſaluo iure ſuo, non cenſetur ei renuntiare.*

804. *Actus non vitiatur, quando verba ipſius, & proteſtationis poſſunt referri ad diuerſos caſus; & ibi quando proteſtatio dicatur contraria facto, & non relenare.*

805. *Conſenſus actui alterius non operatur renuntiationem iuris ſui, vbi actus ille eſt inualidus, & non ſortitur effectum.*

806. *Conſentiens actui alterius, licèt ei contrauenire non poſſit; non poterit tamen pro eo conueniri.*

807. *Conſenſus actui alterius praeſtitus ab eo, qui non poteſt remittere ius ſuum, non inducit renuntiationem.*

808. *Conſentiens ſimpliciter actui alterius non tenetur de euictione, niſi eam promiſerit: nec cenſetur renuntiare iuri ſuo, quoties alia coniectura, quàm renuntiationis capi poteſt; & tali conſenſu praeſtitus ſuper vna re, non extenditur ad aliam.*

809. *Conſenſus actui alterius, vt inducat tacitam iuris ſui renuntiationem, expreſſus eſſe debet, nec ſufficit praeſentia, & taciturnitas, regulariter loquendo. fallit autem, vt in pleriſque num. ſeqq.*

810. *Conſilium prabens ſcienter & voluntariè ad aliquem actum faciendum ei conſentire videtur; & ibi de aduocato patrocinante, cùm ſcit rem ad ſe ſpectare, an ſibi praiudicet; & de procuratore, ſeu cauſidico, qui in facto allegat: & eo qui cum mandato negotia alterius gerit.*

811. *Cooperator actus alterius circa rem propriam tacitè ei renuntiare videtur: & ibi de notario adſcribente ſe tutorem in teſtamento an amittat excuſationem à tutela; vel conficiente inſtrumentum ſuper re, in qua ſcit ſe ius habere, an ſibi praiudicet.*

812. *Subſcribens alicui ſcripturae tanquam teſtis, vel pari, quando cenſeatur eam approbare.*

813. *Sigillum proprium apponens, vel apponi mandans alicui ſcripturae, quando eam approbare cenſeatur.*

814. *Fideiubens pro aliquo contractu, an cenſeatur illi conſentire ad ſui praiudicium.*

815. *Praeſens actui alterius de re ſua, & tacens ſibi regulariter ex hoc ſolo praiudicat; & ibi an, & quando tacens conſentire videatur.*

816. *Taciturnitas, & patientia, niſi tanta ſint alteri rei indicatiua conſenſus, non inducunt remiſſionem iuris tacentis; & num. 818. cum aliquot ſeqq.*

817. *Praeſumptio, ſeu coniectura ex non factis, vel non dictis regulariter ſumi non poteſt; & numer. 817.*

818. *Taciturnitas inducit conſenſum, quando ſimul interuenit actus aliquis poſitiuus; & ibi quid de recipiente litteras, vel inſtrumentum.*

819. *Taciturnitas cum aliqua circumſtantia inducit conſenſum; ha autem circumſtantiae ſunt cauſa, perſona, locus, tempus, & qualitas.*

820. *Circumſtantia cauſa quando cum taciturnitate inducat conſenſum.*

821. *Taciturnitas cum circumſtantia perſonae quando inducat conſenſum? & quando cum circumſtantia loci; num. 822. aut temporis; n. 823.*

824. *Fraus, & dolus cum taciturnitate inducunt conſenſum; & ibi quis probare debeat fraudem, ac dolum, & an praeſumatur.*

825. *Tacens quando ex circumſtantiis, ſeu coniecturis praeſumatur non conſentire.*

826. *Remiſſio tacita, quando ex taciturnitate, ſeu patientia inducitur, numquam extenditur, niſi quatenus illa neceſſariò infertur.*

827. *Renuntiatio commutationis vltimae voluntatis induci quoque tacitè poteſt ex omiſſionibus; cum aliquot num. ſeqq.*

828. *Omiſſio actus regulariter non infert voluntatem, aut renuntiationem; niſi cùm quis aliquid facere, aut dicere debet; vel ipſa lex praeſumit ex omiſſione, aliquid dictum, aut factum fuiſſe.*

829. *Voluntas hominis declaratur ex non facto: & ibi quòd aliquando is, qui omittit, dicitur remittere, & omittere eſt repudiare; atque ex omiſſione, ſeu non facto, vel non dicto induci poteſt renuntiatio.*

830. *Omittendo non ſolùm ſibi, ſed & alijs poteſt quis praiudicare, quibus aliàs expreſsè non poſſet.*

831. *Renuntiatio coniicitur ex omiſſione implementi ex parte ſua.*

832. *Omittens implere conditionem, vel aliud, ad quod tenetur, videtur remittere commodum, quod inde conſequi poſſet; cum numer. ſeq. immo cenſetur eam diſpoſitionem, circa quam illud verſatur, impugnare, eique contrauenire; num. 833.*

834. *Renuntiatio tacita, quae ex non implemento formae colligitur, aliquando plus virium habeat, quàm expreſſa renuntiatio, cùm per illam amittatur plerumque ius, cui aliàs renuntiari non poteſt expreſsè.*

835. *Renuntians expreſsè, vel tacitè, ac validè, ac licitè commutationi vltimae alicuius voluntatis, poteſt, ac tenetur redire ad priorem materiam, ſeu implere praecedentem obligationem; & num. ſeq. poſtea verò nequit iterum vti commutatione obtenta; numer. 837. cum duob. ſeqq.*

836. *Renuntians commutationi voti poteſt, ac tenetur redire ad priorem voti materiam, & obligationem; & ibi, quòd commutatio voti non aufert, ſed transfert eius obligationem in aliam materiam.*

837. *Renuntians etiam tacitè beneficio Eccleſiaſtico non poteſt illud repetere: idémque de renuntiatione*

Digitized by Google

nuntiatione iuris ad beneficium; vel cùm renuntiat per procuratorem ſpecialem, aut litteras miſſivas, vel nuntium; & renuntiatione etiam non iurata: & obtinens à ſuperiore licentiam cedendi, cogi poteſt ad renuntiandum.

838. *Renuntians quilibet etiam tacitè redire non poteſt ad ius, cui renuntiauit, vt in renuntiante commutationi voti iam obtentæ, aut diſpenſationi ipſius, vel iuramenti.*

839. *Renuntians iuri ſuo, eique contradicens non auditur amplius illud allegans, neque repetere illud ipſum poteſt.*

840. *Renuntians commutationi vltimæ voluntatis poteſt iterum ea vti, ſi renuntiatio non ſit acceptata à tertio, cuius ea interſit; vel vbi alterum non reſpiciat, ſaltem à ſuperiore.*

841. *Mandatum procuratorium non cenſetur abſolutè reuocatum, licèt conſtituti procurator dixerit, ſe nolle illud acceptare; vnde poteſt illud poſtea acceptare.*

842. *Renuntiatio priuilegij non eſt irreuocabilis, niſi acceptata ſit ab eo, cuius renuntiatio ipſa interſit.*

843. *Acceptatio renuntiationis à ſuperiore facta requiritur ad hoc, vt ipſa renuntiatio ſit irreuocabilis in iuribus ab ipſo ſuperiore acceptis.*

844. *Matrimonium, in quod alter coniugum fictè, alter verè conſenſit, conualidatur per conſenſum verum ſuperuenientem in eo, qui fictè conſenſerat.*

845. *Electus renuens conſentire electioni poteſt mutata voluntate eandem acceptare, electoribus in priori voluntate perſiſtentibus. idémque debitè referendo in arbitro, & delegato repudiante arbitrium, vel delegationem; & proniſo diſſentiente collationi ſibi facta.*

846. *Renuntiatio beneficij Eccleſiaſtici reuocari poteſt, ſi nondum à ſuperiore ſit admiſſa.*

847. *Renuntians diſpoſitioni voti, vel iuramenti, licèt renuntiatio à ſuperiore non accepietur, eur non poſſit iterum vti diſpenſatione. & quid in commutatione voti; numer. 848. aut cùm diſpenſatio non eſt perfectè conceſſa, ſed ſolùm commiſſa; numer. 849. & aliquot ſeqq.*

850. *Superior, qui acceptare debet renuntiationem gratia ad hoc, vt gratia in futurum non proſit, quiſnam ſit.*

851. *Renuntiatio beneficij Eccleſiaſtici recipi non poteſt ab eo, ad quem ipſius collatio iure tantùm ſpeciali pertinet.*

852. *Diſpenſatio per ſuperiorem nondum acceptata non extinguitur, licèt impetrans eius litteras cancellet, aut concidat.*

853. *Diſpenſati, vt inter ſe matrimonium contrahant, ſi aliis nubant, an poſſint vidui effecti ea diſpenſatione vti; licèt etiam impedimentum nondum ſit ablatum.*

854. *Renuntiatio quoque tacita ad hoc, vt reuocabilis non ſit, requirit ſuperioris acceptationem.*

855. *Acceptatio renuntiationis à concedente facta quot modis poſſit contingere.*

QVÆRO igitur NONO in hoc cap. an, & quando vltimæ voluntatis commutatio expiret per eius renuntiationem expreſſam vel tacitam ab impetrante factam.

Proſequimur adhuc modos, quibus commutatio vltimæ voluntatis expirat, vel ſuſpenditur, aut conſiderari poteſt, quòd expiret, vel ſuſpendatur per actionem aliquam contrariam. Cùm autem hæc eſſe poſſit † vel concedentis commutationem, 711.
vel commiſſarij, ſeu executoris, ab eove ſubſtituti, vel partis, aut tertij, cuius interſit, vel denique impetrantis; & de primo genere perſonarum egerimus *quæſt. 6. huius cap.* de ſecundo, *quæſt. 7.* de tertio, *quæſt. 8.* hoc eſt, hanc ſtatim præced. reliquum nunc eſt, vt de quarto, eóque poſtremo agamus; id quod in hac, & ſeq. quæſt. Deo dante, præſtabimus. Huiuſmodi verò actiones contrariæ impetrantis ad duas ſpecies reducuntur: alia enim actio eſt licita ex genere ſuo, & hæc eſt renuntiatio; alia illicita, & erit abuſus ipſius commutationis, & quidem de actione illicita, ſeu de abuſu in ſeq. quæſt. poſt medium tractabimus. Porrò, cùm renuntiatio alia ſit expreſſa, alia tacita, vt infrà *in 3. præmiſſ.* latiùs oſtendemus; de illis quidem tacitis, quæ aliquam affinitatem cum abuſu habent, (qui & ipſe tacitam quandam renuntiationem inducit,) qualis eſt non vſus eſt, & contrarius vſus, pariter *in quæſt. ſeq. ante medium* agemus: de aliis verò tacitis, ſi quæ ſunt, ac ſimul de expreſſa, *in præſenti quæſt.* diſputabimus.

Præmittendum autem eſt primò, quòd, licèt † 712.
priuilegium, quod momentaneum habet effectum, & ſolùm datur per modum diſpenſationis tollentis aliquod vinculum, vel impedimentum, poſtquam ſemel eſt conceſſum, renuntiabile non ſit; quia ſemel factum infectum eſſe non poteſt, ſeu quod ablatum eſt, nequit redire, præcipuè per priuatam hominis voluntatem; vt optimè notauit inter alios Suarez *lib. 8. de legibus, cap. 33. numer. 1.* exemplum afferens in priuilegio tollente irregularitatem, & diſpenſatione voti acceptata, aut in impedimento conſanguinitatis: nam, qui hæc obtinuit, poteſt quidem iis non vti ad eum effectum, ad quem obtenta ſunt, vtputa ordines non ſuſcipere, aut matrimonium non contrahere; ſed iis propriè renuntiare non poteſt. Tamen priuilegium habens permanentem durationem cum tractu ſucceſſiuo in ordine ad futuras actiones, vel receptiones, aut omiſſionem illatum, ſeu habens ſe per modum potentiæ, & actus primi, renuntiabile eſt à priuilegiato per ſe loquendo. ita Suarez *d. num. 1.* dicens, id omnia iura ſupponere, vt patet ex *cap. ſi de terra, & cap. accedentibus, de priuileg. cap. ad Apoſtolicam, de regul. & l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* & aliis iuribus, *ibidem* à gloſ. & Doctoribus allegatis. Dixi autem cum Suarez *eodem numer. 1. & 2.* per ſe loquendo, quia † hoc 713.
poſtulat natura priuilegij, ſi ad ipſum priuilegiatum proprium, & quaſi adæquatum comparetur. nam reſpectu illius beneficium priuilegij non eſt coactum, nec confertur in inuitum, iuxta *l. inuito, ff. de regul. iur.* cum ſimil. ideoque eidem is renuntiare poteſt ſi velit. atque hac ratione, ac ſimul illa, quòd conceſſum fauore alicuius non debet in eius odium retorqueri, quam vtramque latiùs confirmat; idipſum latè tradit eruditiſſimus Iuriſconſultus D. Paulus Galleratus *in ſuo moderno tract. de renuntiat. tom.* ſeu *part. 1. lib. 3. cap. 1. numer. 37. vſque ad 41.* contingit autem, vt rectè ſubiicit Suarez *d. num. 2.* priuilegio † non poſſe renuntiari ab 714.
aliquo, qui illo gaudet, quia vel is non eſt proprium ſubiectum, cui datum eſt priuilegium, & propter quod eſt datum, vel non pendet adæquatè ex voluntate illius. Priori modo non poteſt renuntiari à ſingularibus perſonis priuilegio principaliter conceſſo in gratiam communitatis. ſic clericus

715. eus † non poteſt renuntiare priuilegio fori, vel canonis, quod eſt introductum in fauorem non ipſius clerici, ſed ſtatus, ſeu ordinis clericalis: prout de primo eſt text. *in cap. ſi diligenti, de for. compet.* de ſecundo *in cap. contingit, il 2. de ſentent. excommun.* & vtrobique hæc ipſa ratio à canonis conditore aſſignatur. Poſteriori autem modo, quando ſcilicet priuilegium non pendet adæquatè ex voluntate eius, qui renuntiare vellet, non poteſt aliquis renuntiare priuilegio ſibi conceſſo, quod continet etiam ius alterius, cui per talem renuntiationem
716. præiudicarétur. Sic prælatus † non poteſt renuntiare libertati Eccleſiæ ad ius Romanæ Eccleſiæ pertinentis, *cap. cum tempore, de arbitr.* & generaliter Prælatus non poteſt renuntiare iuribus Eccleſiæ ſaltem quæſitis, ſicut nec cæteri adminiſtratores iuribus eorum, qui eorum fidei ſunt commiſſi; vt pluribus tradit D. Gallerat. *d. lib. 3. cap. 4.* præſertim *à num. 4. ad 15.* de prælatis quidem præcipuè per text. *in cap. 2. de donat. & cap. accedentibus, de exceſſ. prælat.* de cæteris adminiſtratoribus, per *l. creditor, §. Lucius, ff. mand. l. contra iuris, §. fin. ff. de pact. & l. pactum curatoru, C. eodem tit. l. præſes, C. de tranſact. & l. non omni, C. de adminiſtrat. tut.* Verùm, cùm hic caſus, & modus vix diſtinguatur à præcedenti, in eius locum ſubrogemus eum, quem affert, & latiùs confirmat D. Gallerat. *d. tract. tom. 1. lib. 3. cap. 1. numer. 65. & 66.*
717. exemplum præcipuè adducens † in minore, ac muliere, de qua etiam fuſiùs id declarans *cap. 2.* ferè per tot. ſicut de minore *cap. 3.* vbi etiam oſtendit, quid in hoc poſſit iuramentum à minore præſtitum; ac de vtroque & ruſtico latiùs nos agemus inf. hac ipſa quæſt. *concluſ. 1. limit. 2.* Nunc autem
718. præmittendum ſecundò, † duplicem poſſe diſtingui renũtiationem priuilegij; alteram impropriam, quæ conſiſtit in puro non vſu actuali priuilegij, vt cùm quis habens ſufficientem excuſationem, vel conceſſionem ad non ieiunandum, nihilominus ieiunat: alteram propriam, cùm quis non ſolùm non vtitur priuilegio etiam voluntariè, ſed à ſe abdicat ius, & poteſtatem illo vtendi. ille autem non vſus per ſe, & intrinſecè non eſt propriè renuntiatio priuilegij, vt latiùs explicat Suarez *d. cap. 33. numer. 3.* illam afferens quaſi definitionem propriæ
719. renuntiationis priuilegij, vt ſit † voluntaria abdicatio, ſeu refutatio illius iuris, & poteſtatis, quam priuilegium concedebat; & generatim propriæ renuntiationis illam definitionem cæteris reiectis affert D. Gallerat. *d. tract. de renuntiat. tom. 1. lib. 1. cap. 8. num. 6.* quòd ſit actus conſtans nuda vnius voluntate, quo quis agit, vt ius in re, vel ſpe ſibi competens à ſe abdicet. quam definitionem latiùs explicat mox *num. 7. & ſeq.* De ea verò nos aliquid infrà in hac ipſa quæſt. dicemus. Rectè autem Suarez
720. *d. numer. 3.* ſubdit, & fusè comprobat; † ex illa ablatione, ſeu iuris abdicatione conſequi, vt non poſſit quis ampliùs licitè vti tali priuilegio; quia nemo poteſt vti re, quæ iam non eſt, maximè cum alterius deceptione, & actus nullitate. pro quo eſt bonus text. de renuntiatione tacita iuris ex contractu competentis *in l. poſt diem, ff. de leg. commiſſor.* ibi; legi commiſſoriæ renuntiare videtur; nec variare, & ad hanc redire poteſt. De illa verò impropria renuntiatione priuilegij illud ſolum hoc loco dicimus cum Suarez *d. cap. 33. numer. 4.* eam per ſe licitam eſſe, & formaliter conſiſtere in voluntario non vſu. priuilegium enim quoad ipſum priuilegiatum eſt lex quædam priuata permittens, & dans facultatem, non autem obligans ad vſum illius. & ita liberum eſt vnicuique illo non vti, argum. *cap. cum nobis, de elect.* cum ſimil. Dictum fuit per ſe, hoc eſt, niſi aliunde à ſuperiore, aut à lege poſitiua, vel naturali cogatur quis ad vſum priuilegij, vt in multis caſibus not. a gloſ. & Doctor. *d. l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* atque alibi ſæpe: maximè autem hoc contingit, quando priuilegium eſt iuris publici, & non tantum priuati; vt idem Suarez latè probat *d. lib. 8. de legibus, cap. 6.* præſertim *à numer. 1. ad 4.* An verò eadem impropria renuntiatio priuilegij, quæ conſiſtit in voluntario non vſu ſaltem ratione frequentiæ ſit ſignum, vel etiam cauſæ tacitæ renuntiationis, & amiſſionis priuilegij, dicemus *quæſt. ſeq.*

Præmitto denique, † renuntiationem aliam eſſe expreſſam, aliam verò tacitam, quam diſtinctionem admittunt Doctores *in l. 1. ff. de vulg. & pup. l. Paulus, ff. rem rat. hab. d. l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. l. 1. C. de in integ. reſt. min. l. 1. C. de edict. Div. Adr. toll. cap. ſuper hoc, de renunt. cap. ſi de terra, & cap. accedentibus, de priuileg.* atque alibi ſæpe; inter recentiores Suarez *d. cap. 33. num. 5.* & Gallerat. *d. tract. de renunt. tom. 1. lib. 4. cap. 2. num. 6. & 15. ac lib. 5. cap. 1. numer. 1. &* 20. cum multis ſequentibus: & conſtat ex text. *in d. l. 1. C. de in integ. reſtitut. min.* ibi; vel palàm, vel tacita diſſimulatione ſit renuntiatum; necnon *d. cap. ſuper hoc, & cap. in præſentia, de renunt.* iuncto *cap. cùm olim*, ibi; ex ea non debuit beneficium conſequi, cui renuntiaſſe tacitè videbatur de cenſib. & *d. cap. accedentibus, §. 1.* dicitur; cùm enim tanto tempore contra indulta priuilegia decimas ſoluerint, eis tacitè renuntiaſſe præſumuntur; optimus etiam text. *in cap. gratum, de offic. deleg. cap. ex ore, de iis, quæ fi. à mai. part. Capit. & d. cap. ſi de terra*, & in aliis iuribus *inibi* per gloſ. & Doctor. allegatis. Ad expreſſam autem renuntiationem primò requiritur † præter poteſtatem, voluntas renuntiantis: prout de voluntate docet, ſatiſque confirmat Suarez *d. cap. 33. num. 5.* & de vtraque idem latè probat Gallerat. *d. tract. de renunt. tom. 1. lib. 3. cap. 1. num. 1. & duobus ſeqq.* inter cætera ex eo, quod ad vnumquemque actum requiritur poteſtas, & voluntas, *l. cum te, C. de donat. ante nupt. & cap. cùm ſuper, de offic. delegat.* quod etiam poſt alios tradunt Couarr. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 6. num. 9.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 9. §. 2. numer. 71. cum duobus ſeqq.* & de voluntate libera, quòd neceſſaria ſit ad renuntiationem, latè probat idem Gallerat. *d. lib. 3. cap. 8. num. 1. 2. & 3.* ita, vt ad limites voluntatis limitetur quoque renuntiatio; vtputa pro vna vice, pro aliqua parte; quo caſu erit renuntiatio tantùm partialis, & ſecundùm quid, vt optimè docet Suarez *d. numer. 5.* argum. *l. voluntaria tutela, cum gloſ. 1. ibid. verbo, voluntaria, C. de excuſ. tutor.* Præterea hæc voluntas † debet eſſe exteriùs declarata, ſiue quoad forum conſcientiæ, ſiue quoad externum, vt pluribus comprobat Suarez *d. cap. 33.* quoad forum quidem externum, *num. 9.* quoad forum conſcientiæ, *numer. 14. vſque ad 21.* vbi *num. 20.* idem probat de priuilegiis, per quæ delegatur iuriſdictio, *num.* autem 22. ſoluit argumenta, quæ præcipuè quoad forum internum formauerat *num. 11. & duob. ſeqq.* & quoad vtrumque ſatis conſtat ex adductis à Molin. iun. *de inſt. & iur. tract. 2. diſput. 266. §. vt autem ad id.* & latiùs à Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 3. num. 2. 3. & 5.* reſpondens *num. 6.* ad argumenta, quæ pro contraria ſententia attulerat *num. 4.* ſed & nulla facta fori diſtinctione ad renuntiationem requiri voluntatem exteriùs declaratam, huiuſmodi declarationem voluntatis aſſerens eſſe formam renũtiationis,

721.

722.

723.

tradit

tradit Gallerat. *d. tom. 1. de renuntiat. lib. 4. cap. 1. num. 1.* id autem probat tum *num. 2.* quia, licet additio hereditatis consistat in voluntate vnius, tamen exigitur pro forma, vt ea voluntas sit declarata expressè per aliqua verba, vel tacitè per aliquod factum, vel non factum, ex *glos. 1. in l. mutum, & ibi,* Castrens. *numer. 2.* & Bald. *ff. de acquir. hered.* tum
724. *num. 3. & 4.* quia voluntas non declarata † censetur abortiua, & tamquã posthumus, qui, si non edatur, nihil est, vt post Bald. *in l. 1. col. 9.* seu *n. 32. vers. circa secundum, C. qui admitt.* Ias. *l. 1. col. 2. ff. de condit. caus. dat.* ait Gonz. *ad d. reg. 8. Canc. §. 1. præam. n. 71.* quin etiam voluntas in mente retenta non dicitur voluntas, sed veriùs cogitatio, propositum, vel destinatio; nihilque operatur in actibus humanis; Gonzal. *ibid. n. 70.* Bald. *tract. de schismate,* quem posuit *sub rubr. C. si quis aliq. test. prohib. col. 9. vers. in contrarium*; quod etiam tradit Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 26. num. 13.* ex *l. quidam cum filium,* vbi Bald. & Imol. *ff. de hered. instit. & lib. 4. præsumpt. 67. n. 15.* ex *l. si repetendi, C. de condict. ob caus.* per quem text. & *in l. potuit, C. de iur. delib.* & ex aliis idem notauit Mandos. *ad reg. 11. Canc. quæst. 4. numer. 3.* qui etiam omnes in eo
725. conueniunt, † voluntatem, vt operetur in humanis actibus, declarandam esse verbis, vel factis; simul sentientes, eam quæ verbis declaratur, esse expressam, quæ factis, tacitam: quod etiam de consensu plerique docuerunt, quos refert ac sequitur Gonzal. *ad reg. 8. Canc. glos. 47. num. 23.* qui omnes allegant glos. receptam *in Clem. sepe contingit, §. fin. verbo, non contradicentibus, vers. nota secundò casum:* ex qua etiam & aliis hanc regulam in specie tradit D. Gallerat. *d. tom. 1. sui tract. de renuntiat. lib. 5. cap. 1. num. 20. & 21. 24. & 29.* quamuis etiam voluntas, & renuntiatio tacita ex verbis, & expressa ex factis aliquando sumatur; vt constat ex iis, quæ idem auctor adducit *eodem cap. 1. num. 3. 4. 25. cum trib. seqq.* necnon *num. 30. 31. & 32.* simul etiam docens,
726. † tacitam renuntiationem, sicut & alia tacita ea dici, quæ ab expresso, & aliquando ex omissione colliguntur medio præsumptionis, & sequuntur ex præcedentibus propositionibus, quasi præmissis; exemplum illud afferens ex *l. de lege, §. fin. ff. de leg. commissor.* vnde cum l. seq. conficitur hæc argumentatio: qui facit actum contrarium legi commissoriæ, ei renuntiare videtur; sed recipiens pretium facit actum contrarium commissoriæ; ergo recipiens pretium renuntiare videtur commissoriæ. neque enim intelligi potest hæc conclusio, nisi præcognitis maiore, & minore propositione, ex quibus ipsa sequitur: medium autem intelligendi est ea præsumptio, nimirum, quòd faciens actum contrarium iuri suo illi renuntiare censeatur: vnde hæc renuntiatio tacita sequitur ab expresso, hoc est, ab actu recipiendi pretium. Dicitur autem ex verbis colligi tacita renuntiatio per interpretationem extensiuam, aut per coniecturas, & præsumptiones; vt idem tradit *d. lib. 5. cap. 1. num. 25. 27. 30. 61. & 62.* ac declarat *cap. 2. num. 2. & 3. num.* autem *4. & 5.* probat, ex verbis præcedentibus expressis colligi in sequentibus, & è contrario tacitam renuntiationem; & *num. 6. ac 7.* tacitam renuntiationem specialem induci ex verbis generalibus expressis.
727. Tunc autem dicetur expressa renuntiatio † ex factis colligi, quando immediatè, & directè illud factum contrariatur priuilegio; cùm nimirum priuilegiarius exercet actum omnino contrarium ipsi priuilegio, vt si quis habens priuilegium non soluendi decimas, eas solvat; & sic solùm id locum habebit in priuilegio negatiuo, non autem in affirmatiuo; in eo enim verba expressa requirentur ad expressam renuntiationem: & vbi factum non directè, & immediatè, sed solùm indirectè, & mediate aduersetur priuilegio; tunc solùm tacitam eius renuntiationem inducet per illationem, & quandam deductionem ex actu expresso: vt est de mente ipsius Galler. *loc. cit.* & Doct. quos allegat; magisque constabit ex iis, quæ *in seq. quæst.* dicemus, vbi etiam ostendemus, ad huiusmodi tacitam renuntiationem, quæ ex factis, aut etiam ex omissione; vel expressam, quæ ex factis colligitur, requiri horum frequentiam, certive temporis lapsum.

Nunc verò constituta hac diuisione bimembri expressæ renuntiationis in eam, quæ ex factis inducitur, & eam, quæ ex verbis; hæc diuiditur † in 728.
eam, quæ verbis generalibus, quæ specialibus, & quæ indiuidualibus, seu singularibus fit. ita post Bart. *in l. 1. in fi. ff. si quis in ius voc. non ier.* & Alex. *cons. 1. num. 6. vol. 2.* notauit Gallerat. *d. lib. 4. de renunt. cap. 2. n. 1.* & quamuis Suar. *d. cap. 33. num. 6.* solius renuntiationis generalis, & specialis mentionem facit, vtramque admittens: tamen vel pro speciali accepit prædictam specialem, prout speciè sumunt Dialectici; & singularem, quam Iurisconsulti specialem vtplurimum vocare solent: vel pro generali accepit ipsam generalem Dialecticorum, & specialem, quam generalem Iuristæ solent appellare: vel certè in hoc standum erit Iurisconsultis, qui hanc distinctionem apertè admittunt, dum post Bart. *in l. 1. num. 7. ff. de vulg. & pupill. & d. l. 1. num. 4. ff. si quis in ius vocat. non ier. ac l. fin. num. 4. C. si contra ius, vel vtil. public.* & Castr. *cons. 228. num. 4. lib. 1.* generatim tradunt, † expressum tripliciter dici, gene- 729.
raliter, specialiter, seu specificè, & indiuidualiter, seu singulariter; quod etiam docuerunt alij, quos idem Gallerat. refert *d. cap. 2. num. 8. vers. quod autem attinet*; atque adnotarunt pluribus citatis Tiraq. *de legib. connubial. glos. 7. num. 86. 87.* & 110. inter recentiores Card. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 8. num. 6.* & Gonzal. *ad reg. 8. Canc. glos. 36. num. 82.* & ipse Gallerat. *d. vers. quod autem attinet*, exemplum afferens ex Doct. ab eo citatis, vt, si renuntiatum sit omnibus priuilegiis, renuntiatio generalis dicatur; si autem omni priuilegio fori, sit specialis; si verò dicatur, priuilegio fori, quod habent scholares, sit renuntiatio singularis, seu indiuidualis.

Quoad generalem autem renuntiationem rectè docet post alios Gallerat. *d. cap. 2. num. 6.* quòd, † vt 730.
dicatur expressa, non debet esse concepta verbis generalibus genere generalissimo, sed concipi debet saltem verbis generalibus genere subalterno. sicut etiam *num. 2.* iuncto *num. 3.* bene tradit, quòd, quicquid sit, an renuntiatio † considerata, vt quædam 731.
propositio dici possit alia vniuersalis, alia generalis, alia indefinita; (licèt in hoc etiam probabilior, & verior sit ea opinio, quam Dialectici, ac plerique Iurisperiti, quos refert, ac sequitur D. Gallerat. *d. num. 2. & 3.* quòd tam generalis, quàm vniuersalis oratio, seu propositio constituatur per signum vniuersale, *omnis, nullus*, & similia; indefinita verò ea sit, quæ nullum habet signum vniuersale;) certè, si consideretur res, aut ius, cui renuntiatur, vniuersalis erit renuntiatio, si renuntiatum fuerit hereditati, doti, & similibus; generalis, si cuipiam rei generali, puta exceptionibus, legum beneficiis, & aliis huiusmodi: vniuersitas enim, & generalitas differunt, quòd vbi plura continentur sub vniuersitate, ea sunt vnum & idem corpus; vniuersale quippe constituit vnum totum, *l. eum, qui ædes, ff. de vsucap.* & comprehensa sub vniuersitate non considerantur separatim, sed, vt pars vniuersalis; quæ verò continentur sub generalitate, consi-

derantur

derantur, vt ſeparata. Hæc ibi Galleratus, inde inferens *numer.* 4. generalem renuntiationem eſſe illam, quæ in genere enuntiata continet plures renuntiationes inter ſe ſpecie differentes: vnde, ſi renuntiatum fuerit priuilegiis, in hac renuntiatione continentur plures priuilegiorum ſpecies, Bart. *d. l.* 1. *ff. ſi quis in ius vocat. non ier.* & *ibi* Ias. ſimiliter renuntians omni priuilegio cenſetur omnibus, & ſingulis priuilegiis ſpeciatim renuntiaſſe, Cravett. *conſil.* 294. quod etiam admittit Suarez *d. cap.*
732. 33. *num.* 6. ſimul quoque *ibidem* probans, † vniuerſalem, & generalem, ſeu genericam renuntiationem eandem eſſe, eámque poſſe dici, & eſſe formalem non ſolùm de ipſo genere, ſed etiam de ſpeciebus, quæ ſub illo conceptu confuſo comprehenduntur: nam licèt, inquit, ex parte intellectus confusè cognoſcantur; tamen, quia affectus tendit ad res in ſe, ideo voluntas illa formalis eſt de omnibus ſpeciebus ibi contentis; & concludit, quòd renuntiatio expreſſa non requirit ſpecificam voluntatem, vt ratio allata probat, & vſus confirmat. ratióque eſt, quia voluntas generalis de ſe vſque ad ſpeciem deſcendit: & ideo ad talem renuntiationem ſufficit, ac requiritur formalis voluntas abdicandi à ſe tale ius, ſiue illud in ſpecie proponatur voluntati, ſiue ſub genere, in quod voluntas indiſtinctè, & generaliter feratur; & generalem renuntiationem regulariter valere, & comprehendere omnes ſpecies ſub eo genere contentas, latè tradit Gabr. id declarans poſt alios *com. concluſ. lib.* 6. *tit. de reg. iur. concluſ.* 4. *numer.* 5. *ad* 10. & latiſſimè probat D. Gallerat. *d. cap.* 2. *numer.* 25. *cum trib. ſeqq. num.* autem 29. ſatis ſoluit argumenta, quæ obiecerat *numer.* 16. *vſque ad* 24. & præterea *d. numer.* 29. id ampliat in nonnullis caſibus: & *à numer.* 30. *ad* 37. alios enumerat, in quibus idipſum abſque difficultate locum habet. *num.* verò 38. *& ſeq.* ex eo infert ad quorumdam renuntiationem. Optimè autem monet Suarez *cod. cap.* 33. *numer.* 7. in hoc, ideſt, in
733. hac renuntiatione expreſſa generali, † applicandam, & ſeruandam eſſe regulam iuris, vt ſub generali conceſſione ea non veniant, quæ quis in ſpecie non eſſet veriſimiliter conceſſurus; de qua *in cap. vlt. de offic. vicar. in* 6. *cap. ſi Epiſcopus, de pœnit. & remiſſ. & cap. in generali, de reg. iur. eod. lib.* eadem enim, inquit, eſt ratio in renuntiatione generali priuilegij: maximè cùm hæc regula habeat quoque locum in obligationibus, vt *in l. qui peculij, ff. de pecul. l. obligatione generali, ff. de pign. & hypoth. & l.* 1. *C. quæ res pig. oblig. poſſ.* eámque regulam etiam in ſpecie ad renuntiationem applicat D. Gallerat. *d. cap.* 2. *numer.* 43. ſubdit autem *d. numer.* 7. Suarez, in vniuerſum locum hic habere vulgatam illam regulam; quòd †
734 clauſula generalis comprehendit ſpecies, quantum poſſet ſalua ratione iuris, & recti ſermonis, arg. *l. ſi ex pluribus, ff. de ſolut.* cum ſimil. ſicut enim conſenſus non extenditur ad non cogitata, & veriſimiliter non comprehenſa ſub cogitatis; ita nec renuntiatio, quia conſenſum
735. requirit. & ideo ſub formali voluntate † comprehendimus illas conditiones, quæ ad voluntarium conſenſum, & ad contrahendum, ſeu ſe obligandum ſufficientes, ac neceſſariæ ſunt; vt quòd non ſit voluntas coacta, vel per dolum, deceptionem aut ſimilem iniuriam extorta; nam ſi hæc deficiant, non cenſebitur eſſe voluntas ſufficiens; quia eadem eſt ratio de renuntiatione, quæ de aliis contractibus, vel obligationibus, vt latè per Soc. *conſil.* 263. *volum.* 2. & Card. Tuſc. *in ſuis concluſ. ſub litter. R. concluſ.* 167. 168. *&* 169. & in ſpecie renuntiationis quòd abeſſe ab ea debeat coactio, metus, ignorantia, ſeu error, & dolus, late probat Gallerat. *d. lib.* 3. *ſui tract. de renuntiat. cap.* 8. *numer.* 4. Cùm autem renuntiatio quantumuis generalis, ſicut & verba † reſtringi debeant de habilitate, 736.
& ciuiliter ſint intelligenda, *cap. ſignificauit, de prob. l. fin.* §. *iaem reſponsat, ff. de conditt. indeb.* cum aliis adductis ab Euerard. *in loco leg. à generalit. numer.* 1. *&* 8. atque in materia renuntiationis per Gallerat. *d. cap.* 2. *numer.* 40. in qua omnes reſtrictiones † ad quatuor capita reduci- 737.
cit ſingula fusè comprobans idem Gallerat. *d. num.* 40. *in fi.* iuncto *num.* 41. *& ſeqq. vſque ad fin. cap.* nimirum ex verbis, *necnon præcedentib. & ſequentib.* ſub quo capite ponit *d. numer.* 41. perſonas, ac res ſpecialiter expreſſas, & verba ſpecialia, ſiue præcedentia, ſiue ſequentia; atque etiam rationem expreſſam. Secundò ex mente, ac voluntate renuntiantis *numer.* 42. ſub qua ponit *numer.* 43. cùm quis alicui iuri veriſimiliter in ſpecie non eſſet renuntiaturus, & *numer.* 44. cùm de eo ſaltem in genere non cogitauit, vt quæ ex teſtamento relinquuntur; *numer.* verò 45. *&* 49. quæ ſunt magni præiudicij, & *num.* 46. *cum duob. ſeqq.* quæ habent ſpecialem fauorem, vt reſtitutio in integrum, legitima, dos, alimenta, feudum, vel emphyteuſis, ius fideicommiſſi, & conſuetudo. *numer.* autem 50. *cum duob. ſeqq.* inſolita, vt caſus fortuitus, & ius futurum: de quo tamen poſtremo videndum, quod idem auctor tradit *eod. cap.* 2. *numer.* 52. Tertiò ex poteſtate, *numer.* 53. *&* 54. nimirum quoad ea, quibus quis ſpeciatim renuntiare non poteſt, vt debita reuerentia, dolus futurus, exceptio ſimulationis. Denique *numer.* 55. ex natura actus; nam in generali renuntiatione non comprehenditur, niſi id, quod venit ex natura actus, *l. ſi vno, ff. locat. l. ſi inſulam, ff. de præſcript. verb. & l. inter ſtipulantem, in princ. ff. de verb. oblig.* Reſtrictiones autem, quæ ſpectant ad coarctandam quamlibet generalem diſpoſitionem, ponit Euerard. *vbi ſup. numer.* 3. *vſque ad* 7. *& numer.* 10. *cum ſeq.* ac Doct. *d. cap. in generali.* Et hæc de renuntiatione generali.

Quoad renuntiationem autem ſpecialem, & indiuiduam, ſeu ſingularem, illud præmiſiſſe ſufficiat, quod ſatis comprobat D. Gallerat. *d. cap.* 2. *numer.* 13. *& ſeq.* quòd, † vbi ſpecialis re- 738.
nuntiatio exigitur, ſicut non requiritur expreſſio ſingularis; ita non ſufficit renuntiatio per relationem ad aliud: hæc enim eſt impropria, & ficta expreſſio, atque adeò haberi non poteſt pro ſpeciali, vt plures tradiderunt apud Tiraq. *ad leg. connub. gloſ.* 7. *numer.* 187. *vſque ad* 190. licèt ipſe *numer.* 195. accedat Franc. Aret. qui *in l. pluribus, in princ. ff. de verb. oblig.* vult, expreſſionem, quæ fit per relationem ad aliud, eſſe propriè generalem, impropriè ſpecificam; ſicque poſſunt conciliari diuerſæ hac in re opiniones; cùm etiam plerique ſentiant, eam expreſſionem eſſe propriam, quos refert Tiraq. *d. gloſ.* 7. *num.* 191. *cum duob. ſeqq.* niſi admittamus diſtinctionem Ruin. quam refert, ſatiſque confirmat Tiraq. *ibidem numer.* 194. relationem generalem eſſe impropriam, non autem ſpecialem, aut ſingularem. Cætera, quæ † de 739.
expreſſa, vel tacita renuntiatione præmitti hoc loco poterant, nec ita neceſſaria ſunt, conſultò prætermittimus; maximè cùm facilè peti poſſint ex eo, quod de hac tacita, & expreſſa renun-

tiatione tradit D. Gallerat. *d. tract. de renunt. lib. 4. cap. 1. & 2. ac lib. 5. cap. 1.* & passim; ac de tacito, & expresso consensu Tiraq. *d. glos. 7.* ferè per tot. Caputaq. *decis. 212. & 216. part. 1.* Flamin. Patis. *tract. de resig. benef. lib. 8. quæst. 10.* Mascard. *de probat. conclus. 416. cum seq.* & Gonzal. *ad reg. 8. Canc. glos. 47. à numer. 20. ad 29.* Illaque tria hîc monuisse sit satis. Primum, quòd,
740. licèt † renuntiatio, vbi alia coniectura capi possit, non præsumatur, vt satis probat Gallerat. *d. lib. 5. cap. 1. & numer. 9. ad 13. & numer. 19.* & in renuntiatione priuilegij post alios tradit Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 41. numer. 1.* tamen ea quoque inducitur ex fortioribus indiciis, ac præsumptionibus; vt sentit Menoch. *d. præsumpt. 41.* passim, & latè probat Galler. *d. cap. 1. numer. 5. vsque ad 8. & numer. 14. ac 16.* cum
741. multis sequentibus. Alterum, quòd, † licèt regulariter, & in dubio plus operetur renuntiatio expressa, quàm tacita, vt latè probat idem Gallerat. *d. lib. 5. de renunt. cap. 1. numer. 36. cum duob. seqq. & numer. 41. 42. 46. & 48.* tamen interdum plus operatur tacita, quàm expressa, vt ipsemet docet, ac confirmat *d. cap. 1. numer. 39. 40. 41. in initio, 45. & 46.* interdum, & quoad aliquod æquè operantur, vt idemmet tradit *d. numer. 41. 43. 44. 46. & 60.* Tertium, quòd, cùm
742. renuntiatio † primò diuidatur in expressam, & tacitam, & expressa in eam quæ factis, & quæ verbis exprimitur; hæc verò præcipuè in generalem, specialem, & singularem, vt sup. hoc ipso *præmiss. 3.* ex eodem auctore, & aliis ostendimus: tacita, vt *ibid.* indicauimus, & latiùs ipsemet prosequitur *d. cap. 1. numer. 27. 30. 61. & 62.* & meliùs constat ex tabula, seu arbore tacitæ renuntiationis, quam in fine eiusdem cap. posuit, & fusiùs explicat *in seqq. capitib.* eius *lib. 5.* primò diuiditur in tria membra, nimirum eam tacitam renuntiationem, quæ colligitur ex verbis, cùm scilicet ea quidem verbis non comprehenditur, sed ex mente; (verbis nimirum perpensis,) deprehenditur; eam, quæ colligitur ex actu; & eam, quæ colligitur ex omissione. de primo membro agit *cap. 2.* eiusdem *lib. 5.* secundum, de quo *in cap. 3.* diuidit in eam tacitam renuntiationem, quæ colligitur ex actu nostro, vel iurato; de quo *cap. 4.* vel geminato, de quo *cap. 5.* vel contrario iuri nostro; de quo *cap. 6.* vel ex actu nostro abiiciendi, derelinquendive rem; de quo *cap. 7.* vel denique ex natura actus, de quo *in cap. 8.* & in eam, quæ colligitur ex actu alterius, cui consensimus, vel tunc permittendo, aut expressè, de quo *cap. 9.* aut tacitè per actum siue consilij, siue cooperationis, siue auctoritatis, de quo *cap. 10.* per omissionémve, seu negligentiam tacendo, seu patiendo; de quo *cap. 11.* vel post actum, ex interuallo eum ratificando; de quo *in cap. 12.* Tertium membrum principale tacitæ renuntiationis, quod est ex omissione, & ab eo tractatur *cap. 13.* diuidit in eam omissionem, quæ fit non vtendo; & de hac agit *cap. 14.* eam, quæ fit non implendo ex parte sua; & hanc prosequitur *cap. 15.* ac denique in eam, per quam quis finit labi tempus præstitutum in vsu iuris sibi concessi; & de hac disserit *cap. 16.* eóque *vlt.* eiusdem *lib. 5.* Nos autem de his omnibus speciebus tacitæ renuntiationis; (illa excepta, quæ est ex temporis lapsu, cùm de ea satis egerimus sup. hoc ipso cap. *quæst. 4.* necnon excepta illa, quæ inducitur ex non vsu, & quæ ex contrario vsu, quoniam huius vtriusque disputationem seq. quæstioni reseruamus;) de cæteris, inquam, speciebus prædictis tacitæ renuntiationis in præsenti quæst. breuiter tamen, differemus. Iam verò his præmissis, ad huius quæst. conclusiones descendamus.

PRIMA CONCLVSIO. Potest regulariter is, qui impetrauit commutationem vltimæ voluntatis, † ei expressè renuntiare, & per hanc 743.
expressam renuntiationem extinguitur commutatio. Probatur tum ex iis, quæ in specie renuntiationis priuilegij, regulariter eam cuique concedi, tradidimus sup. *in 1. & 2. præmiss. huius quæst. circa initium*, tum quia regulare est, vt † vnicuique li- 744.
ceat fauori, & iuri suo renuntiare: quæ regula habetur *in l. si iudex circumuento, & l. si filius, ff. de minor. l. pacisci, l. pactum inter heredem, & l. ius publicum, ff. de pact. l. postquam liti, & l. si quis in conscribendo, C. eod. tit. cap. mandastis, 2. quæst. 4. cap. quam periculosum, 7. quæst. 1. cap. cum nobis olim, de elect. cap. quod in dubiis, de renunt. cap. statuimus, & cap. ad Apostolicam, de regular. cap. si de terra, de priuil. & cap. vlt. in fi. de crim. falsi.* cum aliis tam iuribus, quàm Doctorib. ad id fusiùs allegat. per D. Gallerat. *d. tract. de renunt. tom. 1. lib. 3. cap. 1. numer. 4.* qui *numer. 5.* subdit, & multis relatis tradit, hanc regulam fundamentum capere ab alia regula, qua proditum est, in re sua quemlibet esse legitimum administratorem, & arbitrum, de qua *in l. 2. ff. de iis, qui sunt sui, vel al. iur. & l. in re mandata, C. mand. cum suis concord.*

Limitatur autem hæc conclusio primò, vt procedat, dummodo † id quod renuntiatur fit in- 745.
ductum in fauorem eius solius, qui renuntiat; aliàs secus. ita de renuntiatione priuilegij sentit Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 41. numer. 7. & 8.* post Fel. *in cap. cùm accessissent, numer. 29.* & ibid. Dec. *col. pen. versic. secundò, præfata conclusio, & numer. 18. & col. vlt. conclus. 6.* atque alios, & expressè tenet, ac probat Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 33. numer. 1.* & nos attigimus sup. *in 1. & 2. præmiss.* ac generatim de renuntiatione tradit Gallerat. *d. cap. 1. numer. 4. vers. & ideo, & numer. 6. ex l. non videtur, ff. de reg. iur. & l. si quæramus, ff. de testam.* Bald. *tit. qualiter feud. alien. poss. §. porrò, numer. 1. in vsib. feud.* Castr. *in l. penult. col. fi.* & *ibi* Ias. *numer. 14. C. de pact.* Hinc
infertur, † prælatum non posse expressè renun- 746.
tiare priuilegiis, ac iuribus Ecclesiæ, de quo loquitur Suarez, & Menoch. *ibidem*, latéque id declarans confirmat Gallerat. *d. lib. 3. de renunt. cap. 4. à numer. 14. vsque ad 18.* Idémque dicendum † de tutoribus, 747.
& curatoribus, nisi ea renuntiatio tendat ad fauorem pupillorum, prodigorum, furiosorum, & minorum, ex latè per eundem adductis *d. cap. 4. à num. 20. vsque ad fin.* & de † ciuitatis, aliorúmve loco- 748.
rum administratoribus, ex iis, quæ idemmet auctor fusè tradit *eod. cap. 4. à num. 4. ad 13.* vbi id declarat. Infertur quoque idem statuendum † quoad 749.
ea, quæ sunt inducta in fauorem publicum; vt cum Suarez *d. cap. 33. num. 2.* docuimus sup. *in 1. præmiss. ad fin.* traditque Gallerat. *d. lib. 3. cap. 1. num. 4. vers. & ideo, & numer. 34.* necnon *cap. 2. numer. 31. vers. quod ergo.* probatur ex iis iuribus, in quibus habetur, iuri publico pacto priuatorum derogari non posse, nimirum *l. ius publicum, ff. de pact. l. neque pignus, §. priuatorum, ff. de reg. iur. & cap. si diligenti, de for. compet.* cum simil. *inibi* per glos. & Doctor. alleg. Id autem intelligendum est, vt rectè monet, & fusè comprobat D. Gallerat. *d. numer. 34. cum duob. seqq.* quoad ius publicum non auctoritate tantùm, sed vtilitate; necnon vbi illud priuilegiù, cui renuntiandum

dum est, inductum fuit principaliter in fauorem publicum, non autem dumtaxat in consequentiam; vt idemmet latè confirmat *d. cap. 2. numer. 28. vsque ad 31.* Limitatur secundò, vt non pro-
750. cedat prædicta regula, & nostra conclusio, † vbi statutum, aliúdve ius prohibet renuntiationem; vt ex glos. *in l. non vsque adeò, ff. si à parent. quis fuer. manumiss.* Alexand. *consil. 158. numer. 10. lib. 5.* Marzar. *consil. 19. numer. 7.* Couar. *in rel. cap. quamuis pactum, 2. part. §. 2. numer. 7. de pact. in 6.* Guttier. *de contract. iurat. cap. 14.* Vasq. *de success. creat. lib. 3. §. 28. numer. 31.* tradit Gallerat. *d. lib. 3. cap. 1. num. 67. cum seq.* id temperans *num. 69. & 73.* vt non obtineat locum, quoties prohibitio renuntiationis continet solum fauorem, non autem odium personæ prohibitæ, aut fauorem alterius. sed & his duobus postremis casibus renuntiari cum iuramento poterit, si iuramentum non redundet in alterius præiudicium, nec obseruata vergant in dispendium salutis æternæ; vt idem tradit *d. numer. 73. ex cap. cùm contingat, de iureiur.* Limitatur tertiò eadem regula principalis, & nostra
751. conclusio, vt non procedat, † vbi ius, de cuius renuntiatione agitur, est quidem proprium renuntiare volentis, & in eius solius fauorem inductum; sed persona, quæ renuntiare vult, non est habilis ad renuntiandum: vt post Castr. *in l. pen. col. fin. vers. in concludo, & ibi* Ias. *numer. 14. C. de pact.* & illo Pauli Apostoli ad Galat. 4. *Quanto tempore heres parvulus est, nihil differt à seruo, cùm sit dominus omnium, sed sub tutoribus, & actoribus est vsque ad tempus præfinitum à patre*; & ex *Instit. tit. quib. alien. non lic.* vbi *in princ.* dicitur, accidere aliquando vt, qui dominus rei sit, alienare non possit; exemplúmque affertur de fundo dotali, quem maritus etiam consentiente vxore alienare, aut obligare non potest: & *in §. nunc admonendi sumus*, habetur, pupillo sine tutoris auctoritate interdictam esse alienationem; & *in §. fin.* additur quoque de debiti solutione. de minore verò, ac muliere in specie renuntiationis ex Castr. & Ias. *vbi sup.* exemplum affert idem Gallerat. *d. cap. 1. numer. 66.* qui quoad mulierem in nonnullis casibus idipsum latè comprobat *eod. lib. 3. cap. 2.* præsertim *num. 9. vsque ad 14. & à num. 17. ad 26. & numer. 32. cum trib. seqq.*
752. Licèt enim regulariter mulier † de iure communi nullam prærogatiuam, exceptis casibus in iure expressis, habeat præ masculis, *l. vlt.* & *ibi* Bald. *C. de iur. & fact. ignor.* cum aliis adductis à Tiraq. *de retract. conuent. §. 4. glos. 7. numer. 13.* & Gallerat. *d. cap. 2. num. 15.* inde inferens *num. 16.* eam posse quoque regulariter renuntiare iuri suo, ex *l. pen. C. de pact. & l. vnic. §. licèt, C. de rei vxor. act. l. inuenus, C. ad Velleian. & l. mulier, C. de in integ. restit. min.* & plerisque Doct. *ibi* per eum relatis. Rectè autem subdit D. Gallerat. *eod. cap. 2. num. 17.* à su-
753. pradicta regula recedi, † quoties mulieri succurritur propter eius fragilitatem, adde autem, & propter ignorantiam iuris, in certis nimirum casibus, vt idem tradit *num. 13.* præcipuè ex Bart. *in auth. matri, & auiæ, num. 121. C. quand. mul. tut. offic. fungat.* vnde ratione præsumptæ ignorantiæ mulier renuntians certiorari debet, vt idemmet Gallerat. latè probat *eod. lib. 3. cap. 9. numer. 4. vsque ad 8.* Propter fragilitatem autem succurritur mulieri in duobus casibus. primò in intercessione, & obligatione pro altero; vnde prodiit auxilium S.C. Velleiani, *vide tit. ad Velleian.* & in alienatione fundi dotalis, suæque dotis; cuius conditionem pacto deteriorem facere non potest, *l. de die, l. Atilicinus,*

& l. vt autem longiore, ff. de pact. dotal. l. vnic. § & cum lex, C. de rei vxor. act. & Instit. quib. alien. non lic. in princ. cum aliis iuribus, quorum fere omnium quoad hoc verba refert, ac rationibus, & Doctoribus allegatis per D. Gallerat. *d. cap. 2. num. 10. 11. 12. 19. & 20.* Optimè autem docet *eod. cap. 2. num. 11. & 25.* mulierem multa alia priuilegia habere ratione dotis suæ ob propriam fragilitatem, quæ collegit Bald. nouell. *in tract de dot. & eius priuil. & num. 8. ac 34.* quòd iure statutorum ferè totius Italiæ mulieres non possunt contrahere absque consensu viri, aut, si nuptæ non sint, consanguineorum; idque ob fragilitatem: *num.* verò 17. *&* 21. *vsque ad* 26. probat, † ob eandem non posse 754.
renuntiare illis auxiliis, quæ ob id sibi competunt: siquidem renuntiatione alicuius ex his auxiliis non tollitur fragilitas, cùm non possit quis renuntiando tollere suam imbecillitatem; Tiraq. ad *l. si vnquam, in præfat. num. 100. C. de reuoc. donat.* neque potest in eodem actu esse magis deliberata, & consulta renuntiatio, quàm principalis obligatio; & qua fragilitate, ac leuitate mulier in principali obligatione labi potest, eadem quoque renuntiando auxiliis fragilitati occurrentibus lædi, & captari rursus potest; cùm eadem fragilitatis ratio, quæ consideratur in principali obligatione, pariter inspici debeat in renuntiatione, ex qua mulier obligatur, arg. *l. doli, vers. diuersum est, il 1.* vbi Ang. & alij, *ff. de nouat. l. index circumuento*, & *ibi* notat. *ff. de minor.* Bart. *l. si quis in conscribendo*, & *ibi* Dec. *numer. 30. C. de pact.* Abb. *in cap. cum contingat, numer. 20. de iureiur.* Fel. *in cap. si diligenti, numer. 13. vers. quartò fallit, de for. compet.* Hæc autem regula sumpta ex *d. l. doli*, procedit cùm ratio fragilitatis impedit contrahere, quoniam eo casu eadem fragilitatis ratio obuiat renuntiationi in eodem contractu factæ; secus si ea fragilitas non impediat eum contractum mulieris. ita post Ias. *in l. 1. numer. 11. ff. de condict. indeb.* declarat Gallerat. *d. cap. 2. numer. 18.* Item
fallit † in casu speciali matris, & auiæ, quæ 755.
potest, & debet renuntiare auxilio Velleiani, vt tutelam filij, aut nepotis suscipere cum decreto possit, vt ex text. *in auth. matri, & auiæ, C. quand. mul. tutel. offic. fung.* & Doctor. *ibidem*, ac plerisque relatis tradit idem Gallerat. *d. cap. 2. numer. 16. & 24.* vbi eius rei rationem affert. qui etiam *à numer. 36. vsque ad fin. cap.* necnon *lib. 5. cap. 4.* præsertim *numer. 6. 28. 29. & 34.* ita exactè tractat, † quid in hac, & aliis renuntiationi- 756.
bus mulierum possit iuramentum, vt ad eum auctorem candidum lectorem remisisse sufficiat; vt aliquid ex eodem auctore dicamus de renuntiatione minorum, quod erat alterum exemplum ex propositis in hac secunda limitatione præsentis à nobis propositæ conclusionis: & aliquid etiam de rustico, ex eodem, & aliis Doctor. De minore igitur idem D. Gallerat. *d. lib. 3. cap. 3. numer. 7.* eam regulam constituit, vt minor quo-
que † renuntiare possit suo beneficio, per text. *in l.* 757.
si index circumuento, ff. de minor. vbi Iulianus I.C. hac in re de minore loquens eam rationem subdit; quia vnicuique licet contemnere hæc, quæ pro se introducta sunt; & ex glos. *ibi, & d.l. si quis conscribendo, C. de pact.* idque confirmat tum ex eo, quòd † 758.
non omnia, quæ minores vigintiquinque annis gerunt, irrita sunt, sed ea tantùm, quæ causa cognita eiusmodi deprehensa sunt, vt ab aliis circumuenti, vel sua facilitate decepti, aut quod habuerunt, amiserint, aut quod acquirere emolumentum potuerunt, omiserint, aut se oneri, quod non suscipere

licuit, obligauerint; vt dicitur *in l. non omnia, ff. de minor.* & vt dicitur *in l. quod si minor*, §. 1. *ff. eod. tit.* non ſemper ea, quæ cum minoribus geruntur, reſcindenda ſunt, ſed ad bonum, & æquum redigenda, ne magno incommodo huius ætatis homines afficiantur, & nemine cum his contrahente, quodammodo commercio eis interdicatur. tum ex eo, quòd fauor in odium retorqueretur, cùm interdum minor renuntiando maiorem conſequi poſſet vtilitatem, Caſtr. *in l. cùm pater*, §. *curatoris*, *numer.* 3. *ff. de legat.* 2. vnde minor poteſt validè reſignare beneficium, gloſ. *in cap. ex parte*, vbi Abb. *num.* 14. *de reſtit. ſpol.* Flamin. Pariſ. *tract. de reſign. benefic. lib.* 3. *queſt.* 7. *numer.* 2. Hanc autem regulam temperat Gallerat. *d. cap.* 3. *numer.* 8. vt non procedat † in beneficio conceſſo ob ætatis imbecillitatem: nam hoc caſu minori non eſt permiſſa renuntiatio; quia qua fragilitate, & facilitate incidit in captionem, eadem quoque renuntiando rurſus captatur, iuxta *l. doli*, *verſ. diuerſum eſt*, *il.* 1. iuncto *verſ. idémque eſt*, *ff. de nouat.* not auitque Bart. *conſil.* 88. *numer.* 3. *lib.* 1. immo huiuſmodi renuntiatio non valet ipſo iure, ne detur reſtitutio ad reſtituendum, arg. *l. interdum*, *ff. de minor.* Caſtr. *in l. ſi intra*, *C. de in integr. reſtit. min.* ex hoc autem infert Gallerat. *num.* 9. primò ex gloſ. *d. l. ſi index*, & pluribus relatis ex communi, † non poſſe minorem renuntiare beneficio reſtitutionis in integrum; quod etiam ex communi reſoluit Odd. *tract. de reſtit. in integ. part.* 1. *queſt.* 26. *artic.* 4. & latè tradit idem Gallerat. *d. tract. de renuntiat. part.* 2. *renunt.* 59. quam illationem *d. numer.* 9. *verſ. ſed hæc intellige*, declarat, vt non procedat in tacita renuntiatione reſtitutionis iam conceſſæ per eius non vſum, tum arg. *d. l. ſi iudex*, ibi, & hîc nolit vti hac in integrum reſtitutione; tum ex Dyn. *in cap. quod ob gratiam*, *numer.* 2. *de reg. iur. in* 6. & Bald. *in addit. ad Specul. tit. de reſtit. in integr. verbo*, *minor.* tum ea ratione, quia in renuntiatione auxilij futuri obſtat fragilitas, non ſic præteriti, cùm facilius quis adducatur ad renuntiandum iuri futuro, quàm quæſito, *l. cùm hi*, *in princ. ff. de tranſact.* ibi; facilè tranſigerent contenti modico præſente, & *ibi gloſ.* 1. vbi ad id refert illud Claudiani,

—— *omne futurum*
Deſpicitur, ſuadénique ſuum præſentia fructum.

759. 760. 761. 762.

Num. autem 10. *d. cap.* 3. infert ſecundò idem D. Gallerat. non poſſe minorem † renuntiare ſolemnitatibus, quæ à iure communi, vel ſtatutario exiguntur in contractibus, & aliis obligationibus minorum; niſi hæ in vtilitatem minoris contractæ fuerint, ex *d. l. cùm hi*, §. *eam tranſactionem*, & communi Doctor. ſententia. *numer.* verò 11. ſubdit, ſatisque probat, minorem non poſſe gratis renuntiare etiam cum iudicis decreto, cùm non poſſit donare etiam cum huiuſmodi decreto, præcipuè ex Menoch. *conſil.* 813. *numer.* 49. Quod autem dictum eſt de renuntiatione minoribus prohibita in prædictis caſibus, & aliis, de quibus D. Gallerat. *d. cap.* 3. *à numer.* 12. *ad* 15. procedit, † niſi interuenerit iuramentum: hoc enim regulariter confirmat omnem renuntiationem ipſorum, vt latè idemmet auctor comprobat *d. cap.* 3. præcipuè per text. *l.* 1. *&* 2. quæ incipit, *ſacramenta puberum*, ac ſub nomine auth. *ciſtari ſolet*, *C. ſi aduerſ. vendit.* multis modis id declarans *à numer.* 16. *ad fin. & lib.* 5. *cap.* 4. præſertim *numer.* 6. 22. 28. 31. *&* 32. Sicut autem mulieri, ita minori, & ruſtico ſuccurritur ob præſumptam ignorantiam iuris; vnde † de auxiliis in eorum fauorem à iure inductis certiorari debent, vt latè probat idem D. Gallerat. *d. lib.* 3. *cap.* 10. *à numer.* 4. *vſque ad* 11. docens *numer.* 9. ex Burſat. *conſil.* 115. *numer.* 10. *lib.* 1. eos non debere neceſſariò certiorari, de iis, quæ in facto, ſed ſolùm de iis, quæ in iure conſiſtunt; licet illa quoque certioratio valde vtilis ſit, vt renuntians excludatur à probatione erroris, Iacob. de Beluiſ. §. 1. *addit. quæmod. operet. Epiſc.* quem ſequitur Ferrar. *in for. libell.* contra plures reos debendi, in gloſ. aliiſque omnibus. In duobus tamen caſibus neceſſaria eſt certioratio renuntiantis de iis, quæ in facto conſiſtunt, vt idemmet Gallerat. oſtendit *eod. cap.* 3. *numer.* 12. nimirum in remiſſione eorum, quæ ex teſtamento, aliáve ſimili vltima voluntate proficiſcuntur; præcipuè ex *l. de his*, & *ibi* Doctor. *ff. de tranſact.* Alex. *conſil.* 114. *in fi. lib.* 7. & Peregr. *tract. de fideicom. art.* 52. *numer.* 13. necnon in ſpiritualibus, ex *d.* §. 1. & Ferrar. *in d. gloſ.* aliiſque omnibus, *numer.* 3. quibus addo quoad pactum & tranſactionem, vt non trahantur ad ius, quod ex teſtamento competit, niſi viſis & cognitis eius verbis, Euerard. *in loc. à generalit. numer.* 10. *ad fin.* inter alios poſt Alex. *conſil.* 11. *volum.* 2. & Ioan. Imol. *in cap.* 1. *de tranſact.* Ex his autem facilè colligi poteſt, quid ſit dicendum de ruſtico quoad renuntiationem; nimirum eum renuntiare poſſe, ſed certiorari debere de auxiliis iuris, quibus renuntiat virtute clauſularum; quod in ſpecie ſentit poſt alios Maſcard. *de probat. concl.* 1286. *n.* 17. & Odd. *d. tract quæſt.* 9. *n.* 43. Menoch. *de arbitrar. iud. caſ.* 194. *n.* 76. poſt Marſ. alios referentem *in ſuo ſing.* 12. atque etiam de iis, quæ ex teſtamento ortum habent, ſeu dependent, & ſpiritualibus, vt mox dictum eſt; cæterùm † eum renuntiare poſſe: neque enim in hoc priuilegiatus eſt, quòd aliquibus in caſibus renuntiare nequeat; vt ſentiunt Doct. quos refert Menoch. *d. caſ.* 194. *num.* 82. *& de recuper. poſſeſſ. remed.* 9. *num.* 17. atque ex eo etiam colligere licet, quòd hic non eſt ex caſibus, in quibus ruſticus in iure priuilegiatus eſt, collectis à Rip. *in tract. de peſt. tit. de remed. præſeruat. numer.* 226. cum multis ſeqq. & Menoch. *d. remed.* 9. *queſt.* 2. *& d. caſ.* 194. paſſim, ac Renat. Choppin. *in tract. de priuileg. ruſtic. lib.* 1. *part.* 2. *& lib.* 3. ferè per tot.

763. 764.

SECVNDA CONCLVSIO. Per renuntiationem quoque tacitam impetrantis, quæ ex verbis colligitur, † regulariter extinguitur commutatio vltimæ voluntatis. Probatur tum ex eo, quòd regulariter taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, vulg. *l. cùm quid*, *ff. ſi cert. petat. & l. qui ad certum*, *ff. locat.* cum aliis ad id allegatis ab Euerard. *in loc.* ſeu *argum. leg. ab expreſſ. ad tacit. & contr. à numer.* 1. *vſque ad* 8. tum ex eo, quòd † tacitus conſenſus ſufficit, & idem operatur, quod expreſſus, vbi lex, aliáve diſpoſitio non requirit conſenſum aut expreſſum, aut pro forma; vt per text. *in l.* 2. §. *voluntatem*, tradit *ibidem* Bart. *numer.* 1. *&* 2. Iaſ. *num.* 5. *&* 6. *ff. ſol. matrim.* gloſ. & Doctor. per text. *ibi*, *in cap. ea noſcitur*, *de his*, *quæ fi. à prælat. fin. conſenſ. Cap.* cum pleriſque Doct. & Rot. deciſionibus ad hoc adductis à Gonzal. *in commentar. reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 47. *numer.* 22. iunctis *duob. præced.* tum quia quoad eſſentiam conſenſus † nihil differunt tacita, & expreſſa renuntiatio, vt ſatis probat Gallerat. *d. lib.* 5. *de renunt. cap.* 1. *num.* 43. vbi etiam in terminis docet quoad abdicationem, ſeu priuationem iuris ſui æquè operari tacitam renuntiationem, quæ ex verbis colligitur, & eam

765. 766. 767.

eam, quæ expreſſis verbis fit; præcipuè quia neque intereſt, quòd pactum tacitè fiat, ex notat. per Doctor. *in l. poſt venditionem, C. de pact. ac l. Labeo, & l. item quia, ff. eod. tit.* poſt gloſ. *in l. ſi mulier, ff. ſol. matrim. l. ad ſolutionem, C. de re iudic. & l. poſtquam liti, C. de pact.* & ex eo, quod pluribus relatis tradit, & latè probat Flam. Pariſ. *tract. de reſig. benefic. lib. 1. quæſt. 1. numer. 7. vſque ad 10. & num. 23.* necnon *quæſt. 13. à num. 10. ad 15.* tacitam
768. renuntiationem æquè, ac expreſſam † inducere priuationem beneficij Eccleſiaſtici; ita, vt renuntians illud repetere non poſſit; præcipuè per text. *in cap. ex ore, & ibi* gloſ. & omnes, *de his, quæ fi. à mai. part. cap.* Card. Pariſ. *conſil. 76. in princ. vol. 4. & in cap. cùm Eccleſia, numer. 1. de except.* & ex communi teſte Hoied. quamplurimos referente *in tract. de incompat. benef. part. 1. cap. 13. num. 63.* necnon per text. *in cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. & §. ecce, 7. quæſt. 1.* ſubditque *num. 15.* pluries fuiſſe reſolutum in Rota, quòd etiam per tacitam renuntiationem inducitur vera vacatio beneficij tacitè renuntiati. Ad rem autem noſtram ſatis appoſitum exemplum eſt, quod idem affert *d. num. 23.* in eo, qui conſenſit, vt beneficium ſuum conferatur alteri; namque is videtur tacitè illud renuntiare, ex gloſ. *in cap. beneficium, verbo, aſſenſu, de regular. in 6.* Card. Alex. *in cap. quamuis enim, 17. quæſt. 1.* Abb. *d. cap. ex ore, numer. 5. & 9. de his, quæ fi. à mai. part. Cap.* & Mohedan. *deciſ. manuſcr. 335. incip. an indultum.*

TERTIA CONCLVSIO. Per eam quoque tacitam renuntiationem, quæ inducitur ex actu
769. noſtro, † extinguitur commutatio vltimæ voluntatis. Probatur concluſio tum ex eo, quod initio præced. concluſ. oſtendimus, taciti, & expreſſi eamdem eſſe virtutem; & circa medium, quoad priuationem iuris æquè operari tacitam, & expreſſam renuntiationem: tum ex eo, quòd voluntas noſtra † non modò verbis, ſed etiam fa-
770. ctis declaratur, *l. reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſtit.* & *ibi* gloſ. *verbo, comprobaſti, l. de quibus, & l. recuſari, ff. de acquir. hered. l. Paulus, ff. rem rat. haber.* cum aliis iuribus ac Doctor. ad id alleg. à Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 35.* & Gallerat. *d. lib. 5. de renunt. cap. 3. num. 1.* plurib. comprobante *numer. 2.* immo magis oſtendi voluntatem factis, quàm verbis, præſertim ex text. *in l. ſi tamen, §. ei, qui, ff. de ædilit. edict. cap. dilecti, il 1. de appell. & d. cap. ex ore, de his, quæ fi. à mai. part. Capit.* & in ſpecie ex actu induci tacitam renuntiationem, idemmet Galler. probat *eod. cap. 3. numer. 3. & 5.* ac priùs docuerat *cap. 1. numer. 24. 27. ac 30.* probátque text. *in d. cap. ex ore,* necnon *cap. ſi de terra, & cap. accedentibus, de priuileg.* ac præter Scribentes *ibi*, ſentiunt Doctores relati, ac probati à Flam. Pariſ. *d. quæſt. 1.* præſertim in exemplis tacitæ renuntiationis, quæ is adducit ex eorumdem Doctor. ſententia *à num. 11. ad 22.* iuncto maximè, quod idem poſt alios *num. 7. cum duob. ſeqq.* docuerat ex communi, tacitæ renuntiationis, & expreſſæ beneficij eandem eſſe virtutem quoad ipſius beneficij ſic renuntiati priuationem. Vt autem hæc
771. tacita renuntiatio inducatur ex noſtro actu, † ille actus primò debet eſſe expreſſus, vt idem Galler. tradit *d. cap. 1. numer. 51.* ex Tiraq. *de legibus connubial. gloſ. 7. numer. 171.* Secundò debet fieri ab eo, qui renuntiare poteſt, vt idem Galler. poſt alios docet *d. cap. 1. num. 52. num.* autem 53. aliis relatis probat, requiri tertio loco, quòd ille actus ſit voluntarius, non coactus. Quartò requiritur, quòd renuntiatio tacita neceſſariò ex illo actu inferatur; ſecus autem erit, ſi alia coniectura, quàm renuntiationis ſumi poſſit, vt pluribus allegatis oſtendit *eod. cap. 1. numer. 54. & d. cap. 3. numer. 4.* Quintò tacitè remittens cenſetur renuntiare quoad illum actum, non quoad alios, nimirum ſequentes; vt poſt alios docet Gallerat. *d. cap. 1. numer. 55.* Sextò non inducitur renuntiatio tacita ex actu, quem pars impugnauit, vt idem probat *numer. 56.* ſubdens *numer. 57.* alios ſecutus, requiri, vt actus ille, ex quo inducitur tacita renuntiatio, fortitus ſit effectum, & ſit perfectus; quod etiam poſtea tradidit *d. cap. 3. numer. 7.* Septimò ad hoc, vt agens cenſeatur remittere ius ſuum, ſiue renuntiare, non debet ignorare ius, cui renuntiatum videtur; vt idemmet aliis relatis comprobat *d. cap. 1. numer. 58.* Denique *numer. 59.* docet poſt alios, ex actu non colligi renuntiationem, vbi proteſtatio fiat, quæ ius tuetur. quæ doctrina, ne eadem ſit cum tertio, vel aduerſetur quarto requiſito mox poſito, intelligenda eſt, vbi actus ille, qui fit cum proteſtatione, neceſſitate non coactiua, vel ſimplici, ac præciſa conſequentiæ, ſed ſecundùm quid inferat renuntiationem; illud verò tertium requiſitum intelligitur de omnimoda, ac præciſa neceſſitate per vim cogente, ad aliquid agendum; quartum de neceſſitate illationis, ſeu conſequentiæ præcisè, ac ſimpliciter: vbi enim adſit hæc ſimplex, & præciſa neceſſitas, vt quia actus ſit directè contrarius priuilegio, ſeu iuri indiuiduo, inuoluens tempus futurum; tunc habet locum illud commune axioma, quòd † proteſtatio contraria facto non 772.
releuat, aut tuuat proteſtantem; de qua *in cap. ſollicitudinem, in fi. de appell.* ac Doctor. *ibi, & in cap. cùm M. Ferrarienſis, de conſtit.* Ioan. Andr. *in cap. in generali, de reg. iur. in 6.* in Mercur. Bart. & alij *in l. non ſolum, §. morte, ff. de non. oper. nunt.* inter alios Clar. *§. emphyteuſis, quæſt. 13. verſ. item quæro,* & Pariſ. *d. tract. de reſig. benef. lib. 6. quæſt. 3. numer. 33.* vbi exemplum afferunt de recipiente canonem emphyteoticum decurſum cum proteſtatione, dicentes, eum nihilominus cenſeri remittere caducitatem declaratam; licèt Pariſ. *numer. præced.* alios retulerit contrarium ſentientes: quæ opiniones ita conciliandæ ſunt, vt † poſte- 773.
rior procedat in recipiente canonem decurſum ante, prior in recipiente decurſum poſt declaratam caducitatem: quod etiam poſt alios ſentit Corbul. *de cauſ. ex quib. emphyt. priuat. ob non ſol. can. ampliat. 21. numer. 1. 2. & 3.* Idem verò Pariſ. *d. tract. lib. 7. quæſt. 1. numer. 69. cum duob. ſeqq.* ponit exemplum † de vaſallo, aut emphyteota alie- 774.
nante rem feudalem, vel emphyteoticam, ſaluo iure domini, ſecuta poſſeſſionis traditione ipſi acquirenti; vt nimirum caducitatem non euitet; quod & pluribus comprobat quoad emphyteotam Corb. *de cauſ. ex quib. emphyt. priuat. ob alienat. ampliat. 31. n. 1. cum duob. ſeqq.* & quoad vaſallum, poſt alios Iul. Clar. *§. feudum, quæſt. 31. numer. 5.* Verùm de hoc aliquid etiam inf. *concl. ſeq. declarat. 3. & quæſt. ſeq. concluſ. 2.*

Declaratur autem primò noſtra hæc tertia concluſio præcipuè quoad ſecundum, & ſeptimum requiſitum paulo antè relatum; quoniam iura-
775. mentum ſuper actu interpoſitum † tollit ea iuris auxilia, quibus ipſe actus aliàs ſine iuramento poteſt inualidus fieri fauore iurantis; vt ſatis colligitur ex *l. ſi quis maior, C. de tranſact. auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit. cap. ſuper eo, de conſanguinit. & affinit. cap. cùm contingat, de iureiur.* necnon *cap. quamuis pactum, de pact. lib. 6.* notanitque Bart. *in l. ſi*

l. si quis pro ea, numer. 3. ff. de fideiussor. Seraphin. *de priuil. iuram. priuil. 61. & seq.* Mancin. *tract. de iuram. effect. § 17.* cum aliis ad id allegatis per D. Gallerat. *d. tract. de renuntiat.* id latiùs explicantem, ac declarantem *tom.* seu *part. 1. lib. 3. cap. 2.* ex *numer.* 36. vbi de actu nullo mulieris, *& cap. 3. à numer.* 16. *ad fin.* vbi de actu minoris; *ac lib. 5. cap. 4.* ferè per tot. præsertim *a numer. 6. vsque ad* 43. vbi tam de muliere, ac minore, quàm de aliis tradit, quorum actus alioqui inualidi, firmantur iuramento; ac generatim † de vi iuramenti ad confirmandas renuntiationes, & validandos actus aliàs inualidos, ac nullos. *à n.* autem 49. *vsque ad* 95. tres regulas tradit, & latiùs cõprobat, ac declarat ad dignoscendum, † quando iuramentum operetur renuntiationem eius iuris, cui aliàs renuntiari nunc à renuntiãte non posset; quas colligit ex *d. c. quamuis pactum, de pact. in 6. & c. cum cõtingat, de iureiur.* vbi deciditur, † iuramentum ita demum seruari omnino debere, etiam non obstante auxilio iuris, si illud præstitum fuit non vi, nec dolo, (hoc est, si habet iurantis consensum liberum;) item si non redundat in alterius detrimentum, (id est, si agitur de tollendo ius in præiudicium tantum ipsius iurantis;) denique si non vergit in æternæ salutis dispendium, (videlicet, si iuramentum non tollit dispositionem prohibentem peccatum.) ex huius enim decisionis prima parte colligit primam regulam sub *num.* 49. vt iuramentum non operetur renuntiationem eius iuris, in quod minimè apparet renuntiantem consensisse; quam latiùs comprobat tam *ibi*, quàm *numer. seq.* præcipuè per *l. fin. C. de non numer. pecun. à num.* autem 51. *vsque ad* 76. multa inde infert, quæ declarat. Neque huic regulæ obstat text. *in cap. auctoritatem* 15. *quæst. 6. cap. Abbas, cap. ad aures, & cap. ad audientiam, de iis, quæ vi, metusve caus. fi. cap. peruenit, il 1. cap. si verò, & cap. verum, de iureiur.* cum simil. vbi habetur, † coactè iurantes absoluendos, ex quibus glos. & Doct. magis communiter *ibi*, atque alibi sæpe tradunt, iuramentum metu extortum ipso iure tenere. Nam ea omnia iura procedunt vbi iuramentum interponitur super actu aliàs non prohibito à iure; at regula hæc procedit de actu iurato alioqui improbato à iure. Ex secunda verò prædictæ decisionis parte secundam regulam sumit *sub numer. 77.* vt iuramentum † non operetur renuntiationem eius iuris, quod non est in iurantis potestate, & non respicit illius merum fauorem: eam confirmans ex *l. cum pater, §. filium matrem, ff. de legat. 2.* & citans Vasq. *de succes. lib. 3. §. 28. numer. 61. vers. tertiò, iuramentum; num.* autem 78. ipsemet Gallerat. præter text. *d. cap. cùm contingat, & cap. quamuis*, in idem allegat Bart. *in l. Titia, §. Imperator, numer. 5. ff. de legat. 2.* & alios quamplurimos. hinc verò *in fine d. numer. 78. vsque ad* 87. multa infert, quæ per te videas, si lubet. Denique ex tertia parte eiusdem decisionis sumit tertiam regulam *sub numer.* 88. quòd iuramentum † non tollit dispositionem prohibentem malos mores, & peccatura, iuxta *cap. non est obligatorium, de reg. iur. in 6.* & alia per eum *ibi* alleg. qui *num. seq.* optimè distinguit inter malos mores debitoris iurantis, & creditoris cui iuratur: subdens post alios *numer.* 89. regulam hanc procedere in malis moribus iurantis; nam si sit contra bonos mores eius, cui iuratur, non impeditur obseruantia iuramenti; vt constat in vsuris promissis cum iuramento, quas soluere quis debet, ac postea poterit eas repetere, iuxta *cap. debitores, de iureiur.* quamuis consulere possit sibi debitor, qui iurauit, petendo absolutionem à iuramento, vt sentit glos. recepta *ibid. in verbo, cogendi sum, in fi.* & Gallerat. *d. num.* 89. item *in fi.* post Cran. alios allegantem *consil. 192. numer. 41.* vel cogendo creditorem coram iudice Ecclesiastico ad relaxanda talia iuramenta, vtentit glos. *d. verbo, cogendi sum, ad fin.* & latiùs constat ex *cap. 1. de iureiur. & cap. inter, ac vsur. cum suis concord.*

Declaratur nunc secundò hæc eadem nostra tertia conclusio, præcipuè quoad quintum requisitum superiùs allatum, vt geminatio actus † vim habeat renuntiationis: quod in specie post Soc. iun. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, numer. 120. ff. de verb. oblig.* & *ibi* Rip. *num. 69. & consil. 20. lib. 4.* tradit Gallerat. *d. lib. 5. de renunt. cap. 5. numer. 3.* quoniam ex actu declaratur voluntas, *l. reprehendenda, & ibi* glos. *C. de constit. & iubitat.* ex verbis autem, & actibus geminatis elicitur voluntas enixa, & propensa, vt *l. quinquaginta, ff. de probat. l. balista*, iuncta glos. *ff. ad Trebell. l. si mulier la 2. & auth. sine à me, C. ad Velleian. l. cum scimus*, & *ibi* Bart. *C. de agric. & censit. lib. 11. & in cap. cum te*, vbi Bald. *de rescript.* cum aliis plurimis, quibus id comprobant Euerard. *in loc. à vi geminat. à numer. 1. vsque ad 15.* Mandos. *ad regul. 32.* Canc. *Apost. quæst. 5. numer. 31.* & Gallerat. *d. cap. 5. numer. 1. & 2.* vbi etiam refert, ac sequitur Corsett. *de verb. geminat. num. 202.* allerentem, actum alioquin inualidum geminatione conualescere, & Castr. *in l. 1. in princ.* qui scripsit actum simplicem aliàs inutilem; quod etiam sentio post alios Euerard. *d. loc. à vi geminat. numer. 2. 3. 4. & 8.* præsertim dum *d. numer. 3.* in initio alios secutus docet consensum geminatum habere vim consensus iurati: inde inferens, quòd, sicut consensus mulieris iuratus validat alienationem fundi dotalis, & fideiussionem pro alio; ita & consensus geminatus: & generatim actus geminationem habere vim iuramenti, & consensus iurati, post alios tradit D. Gallerat. *d. cap. 5. numer. 5.* vbi etiam *vsque ad numer. 13.* latè probat pluribus relatis, ex actu geminato inferri renuntiationem omnium auxiliorum iuris, quibus actus impugnari potest. Rectè autem monet *numer. 6. vers. sed contrarium*, quòd † ad hoc, vt actus geminatio importet enixam voluntatem, atque adeò inducat remissionem iuris, seu remedij sibi competentis, requiritur, vt actus necessariò inferat voluntatem, ac consensum. & *numer. 15.* quod ad hoc, vt geminatio effectum suum, & pondus habeat, fieri debere interpolatis temporibus, seu ex intervallo; quod præter ab eo citat. adnotauit quoque Euerard. *d. loc. à vi geminat. numer. 15. in fi.* qui *numer. 16. ad fin.* illud docet, geminationem non operari, licèt ex intervallo fiat, vbi ex hoc aliquis fraudaretur; vel vbi in fraudem actum esset de geminatione ex intervallo faciendâ. Gallerat. autem *d. numer. 15.* illud post alios tradit geminatum actum non dici, quando secundus actus factus fuit vigore primi: & approbationem actus per eam non induci, nisi illa ex hac necessariò inferatur. nam vbi subest aliqua coniectura, quòd geminatio facta fuerit alia ratione, quàm approbandi actum, tunc geminatio non inducit approbationem, ex Bart. & Castr. *in l. 2. C. quod met. caus. & numer. 16.* geminationem non operari quando in actu geminato intercenit idem defectus, vel eadem causa, quæ in primo; aut quando gerens actum non habet potestatem illum tunc faciendi.

Declaratur tertiò eadem nostra conclusio, vt faciens actum contrarium commutationi vltimæ voluntatis obtentæ eidem commutationi renuntiare censeatur; quod quidem hoc loco commemorasse sufficiet,

776. 777. 778. 779. 780. 781. 781. 782. 783.

ſufficiet, quoniam, vt iam admonuimus, ſeorſim, & latiùs *in ſeq. queſt.* acturi de eo ſumus: quare ad alias declarationes tranſeamus.

784. Declaratur ergo quartò hæc ipſa concluſio, vt † ex actu abiiciendi rem mobilem, ſeu exeundi de re immobili cum animo rem derelinquendi, ſeu habendi pro derelicta, inducatur eius renuntiatio; vt ſatis probat Gallerat. *d. lib. 5. de renunt. cap. 7. num. 1. & 3. vſque ad 6.* præſertim ex *l. 1. & ibi* gloſ. *ff. pro derelicto & §. vlt. Inſtit. de rer. diuiſ.* vbi pro derelicto haberi id dicitur, quod dominus abiicit ea mente, vt id in numero rerum ſuarum eſſe nolit: necnon in ſpecie ex gloſ. *§. pen. verbo, nolit, Inſtit. de rer. diuiſ.* ex text. *in l. quacumque, ff. de acquir. rer. domin. ac l. 1. & 2. ff. pro derelicto. & l. quod ſeruus, ff. de ſtipul. ſeru.* Rectè autem monet idem Gallerat. primùm quidem *d. numer. 3. verſ. quin, vt ex*
785. *actu, & numer. 5. verſ. vt res igitur*, ad hoc, vt actus abiiciendi, vel exeundi ex re inducat renuntiationem, requiri, actum eſſe talem, vt ex eo neceſſariò inferatur renuntiandi ei rei animus, neque alia coniectura, quàm renuntiationis, capi poſſit, nam hoc eſt generale in actu, vnde infertur renuntiatio, *l. de lege, §. fin. cum l. ſeq. ff. de leg. commiſſor. l. ſi mulier, ff. ſol. matrim.* cum aliis ad id adductis à Gallerat. *d. lib. 5. de renunt. cap. 1. numer. 54. & cap. 3. numer. 4.* Deinde *numer. 6. verſ. verùm ſciendum eſt*, bene docet, quòd vbi habens rem pro derelicta, vult in aliquem eam transferre, tunc nihil amittit, quamuis exierit, vel abiecerit animo derelinquendi, niſi alius capiat, *l. quod meo, §. ſi furioſo, ff. de acquir. poſſeſſ. & l. ſi vir vxori, ff. de donat. inter vir. & vxor.* ſi verò noluerit, eam alicuius certæ perſonæ eſſe, tunc ſtatim deſinit derelinquentis eſſe, etiamſi alius nondum eam occupauerit, *d. l. 1. & 2. ff. pro derelicto.* Tertiò *numer. 8. &*
785. *numer. 9.* rectè tradit, † renuntiationem expreſſam ab ea tacita, quæ inducitur ex actu abiiciendi, ac derelinquendi inter cætera diſcrimina, quæ *ibi* affert, illud habere, quòd illa eſt etiam de re incorporali, hæc non niſi de corporali, ſiue mobili, ſiue immobili; vt colligitur ex *l. 1. cum duob. ſeqq. ac l. pen. & vlt. ff. pro derelicto.* iuncta *l. 1. & toto ferè tit. ff. & C. ac Velleian. ac l. ſi iudex, ff. de minor.* vbi Doctor. *& in l. poſtquam liti, ac l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* atque alibi ſæpe.

Declaratur denique noſtra hæc tertia concluſio,
786. vt † tacita renuntiatio inducatur, quando ex natura actus venit renuntiatio: ita Gallerat. *d. lib. 5. de renunt. cap. 8. numer. 1. & 3.* id quod ex duabus præmiſſis deducit, quarum alteram ponit *ibidem numer. 1.* nimirum, quòd actum quempiam fa-
787. ciens, † cenſetur velle facere ſecundùm legis diſpoſitionem, ex *l. ſi duo*, vbi gloſ. & Doctor. *ff. de acquir. vel omit. hered.* Bart. & Alex. *in l. heredes mei, §. cùm ita, ff. ad Trebell.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 32. numer. 14.* gloſ. & Bald. *in l. Gallus, §. 1. ff. de lib. & poſthum.* Surd. *deciſ. 13. numer. 5.*
788. alteram *d. numer. 1. & 2.* quòd lex † in actibus humanis diſponit circa naturalia, vt ſi omiſſa fuerint, tacitè intelligantur, ex *l. cùm quid, ff. ſi cert. petat. & ibi* Bologn. & aliis, *l. pacta conuenta, & ibi* gloſ. & Bereng. Fern. *numer. 47. ff. de contrah. empt. l. ſancimus, C. de fideiuſſor.* Aret. *l. 4. §. Cato, col. 9. ff. de verb. oblig.* & actus factus præſumitur ſecundùm propriam naturam, & legis diſpoſitionem, latè Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 38. & lib. 6. præſumpt. 10.* ferè per tot. præcipuè ex *l. quæro, §. inter locatorem, ff. loc.* & Alciat. *d. præſumpt. 32.* & ſemper actum tacitè videtur ſecundùm naturam actus, *l. exemplo, in 2. reſpon.* ibi, quæ naturaliter inſunt, *ff. de act. empt.* nam voluntas datur intelligi ex natura actus, *l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur.* Rebuff. *tract. de nominat. quæſt. 10. princ. numer. 4.* & mens colligitur ex natura actus, qui geritur, Maſcard. *de probat. verbo, mens 1. tom. concluſ. 1046. numer. 4.* idipſum quoque confirmant nonnulla exempla, quæ affert Menoch. *d. præſumpt. 38. à numer. 2. ad 7.* & Gallerat. *d. numer. 3.* qui *numer. 4.* id, quod dictum eſt de natura actus, dicendum eo-
789. iam ait † de iis, quæ conſueta ſunt in actu appo-ni; præcipuè ex *l. quod, ſi nolit 39. qui mancipium, ff. de ædil. edict. & l. ſi prius, §. 1.* ibique Bart. *ff. de aq. pluu. arcen.* ratio eſſe poteſt, quia quæ ſunt accidentalia rei, per conſuetudinem ſuam poſſunt naturalia, vt poſt Bologuet. *l. nemo poteſt, numer. 9. ff. ad legat. 1. & d. l. cum quid, num. 7.* tradit Gallerat. *d. numer. 2.* concluditque *d. numer. 4.* quòd; quoties ea, quæ ſunt de natura actus, ſunt ipſi agenti præiudicialia, tunc ex eo actu infertur renuntiatio in
792. præiudicium agentis. vnde rectè monet eum, qui actum aliquem facit, vt prius naturam ipſius actus perquirat, ne tacitè ius ſuum remittat, quamuis poſſit contraria expreſſione ipſis naturalibus ſibi cauere, iuxta latè tradita per eundem auctorem *d. tract. de renunt. tom. 1. quæſt. 2. numm. 21.*

QVARTA CONCLVSIO. Commutatio vltimæ voluntatis † plerumque extinguitur et-
790. iam per eam tacitam renuntiationem, quæ colligitur ex actu alterius, cui nos conſentimus. Proba-
791. tur, quia, cùm duplex † ſit conſenſus, alter diſpoſitiuus, ſeu conuentionalis, de quo *in præcedenti* diximus; alter permiſſiuus dans alteri licentiam diſponendi; prout poſt Bald. *in l. 1. numer. 10. & ibi* Zuccard. *numer. 115.* & Gozad. *numer. 16.* & alios, *C. qui admitt.* diſtinguit Gallerat. *d. lib. 5. de renunt. cap. 9. numer. 1.* hic autem, de quo agimus in præſenti concluſ. alius ſit, qui præſtatur vti à domino ipſo rei, ſeu iuris; alius, qui non tanquam à domino, puta à tutore, & curatore; licet is, qui
792. poſteriori modo conſentit ipſum actum facere non cenſeatur, facere tamen cenſetur, qui priori modo, hoc eſt, vti dominus rei, ſeu iuris; prout iuribus, ac Doctor. relatis tradunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glo. 47. numer. 19.* & Gallerat. *d. cap. 5. numer. 2. circa medium, & numer. 3.* vnde, † qui conſentit priori modo, (de quo nunc loquimur, de poſteriore enim paulo pòſt hac ipſa concluſ. dicemus;) actui, quem alius facit contra ſuum priuilegium, aut aliud ius, illud ius remittere, eique renuntiare videtur, perinde, ac, ſi ipſe actum faceret, cui conſenſum accommodauit; vt per text. *in l. nihil, §. 1. ff. de legat. 1. l. fideiuſſor, §. pater, ff. de pignor. l. quæritur, §. ſi venditor, ff. de ædil. edict. l. ſi ſeruus communis, ff. de donat. int. vir. & vxor.* & alios text. ac Doctor. latè probat Gallerat. *d. cap. 9. numer. 2. in initio, & in fi.* ac latiùs *numer. 4.* ferè per tot. *num.* autem 5. id extendit, † vt conſen-
793. tiens alteri diſponenti, & contrahenti de re ſua, cenſeatur non ſolùm abdicare ius, quod in re habet, ſed etiam renuntiare pretio, per text. *in l. codicillis, §. inſulam, ff. de legat. 2.* & Peregr. communem aſſerente *in tract. de fideicommiſſ. artic. 44. numer. 42.* quamuis contrarium voluerit Bart. *in l. quæ dotis, numer. 14. ff. ſol. matr.* per text. *in l. ſi fundum per fideicommiſſum, ff. de leg. 1.* & faciat text. *in l. mater*, vbi Doctor. *C. de rei vendic.* ſentiátque Burſat. *conſil. 303. numer. 12.* quæ opinionis contrariæ eius diſtinctionis fœdere conciliari poſſunt, quam ſubdit *ibid.* Gallerat. inter alios etiam poſt Bart. *d. l. ſi fundum, numer. 1.* vt vbi res mea vendi-

tur tamquam mea, & venditioni conſentio, ſalua mihi maneat petitio pretij; ſecus ſi alienata fuerit tamquam eius, qui contrahit: quod tamen adhuc dupliciter declarat *eod. numer.* 5. *num.* autem 15.
794. poſt Menoch. *conſil.* 58. *in fi.* id extendit † ad heredem conſentientis. pro quo etiam faciunt, quæ adducit Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 9. *numer.* 47. aliàs 48. *cum duob. ſeqq.* licet ipſe ſaltem in retractu iure conſanguinitatis ob ſtatutum, vel conſuetudinem contrarium ſentiat *numer.* 142. aliàs 144. ex adductis à ſe eadem *gloſ.* 9. *numer.* 51. *cum duob. ſeqq. & numer.* 58. præcipuè ex *cap. conſtitutum, de in integ. reſtit. & l. debitor, §. vlt. ff. ad Trebell.* & ob ſpecialem ſtatutorum diſpoſitionem; vel, vt ego addo, quia ſtatuta generaliter admittunt ad retractum proximiores, qui aut præſumptione iuris ſunt heredes, aut veriſimiliter futuri ſunt heredes venditoris. Extenditur denique, ſeu ampliatur prædicta doctrina principalis, atque adeò noſtra hæc concluſio, vt non ſolùm conſenſus permiſſivus actui alterius præſtitus, nimirum initio actus; ſed
795. etiam † noſtra ratihabitio huiuſmodi actus, ſeu conſenſus ex interuallo ei præſtitus operetur amiſſionem noſtri iuris, ſeu eius tacitam renuntiationem inducat; vt poſt Bald. *in l. mater, numer.* 6. *& not.* 4. *C. de rei vendic.* ac Signorol. *in l. poſtquam liti, numer.* 29. *verſic. venio ad tertium, C. de pact.* in ſpecie tradit Gallerat. *d. lib.* 5. *de renunt. cap.* 12. *num.* 1. *&* 3. in idem adducens *numer.* 2. text. *in l. ſi fundus, §.* 1. *ff. de pignor. l. fin. C. ad Macedon. & d. l. mater. num.* autem 4. idem comprobat ex eo, quòd ratihabitio retrotrahitur ex voluntate ratificantis, Bald. *d. §.* 1. & Bart. *in l.* 1. *col. pen. verſ. contra hoc oppono, C. qui admit.* immo ratum habens contractum ab alio geſtum, obligatur perinde, ac ſi ipſe contraxiſſet, ac dicitur facti auctor; vt *ibidem* probat Gallerat. ſubdens *numer.* 5. quòd, licèt ratificare quis id non poſſit, quod ipſius nomine geſtum non eſt, *cap. ratum, de reg. iur. in* 6. tamen id procedit quoad alterius, non autem ipſius ratificantis præiudicium, *d. l. mater*, vbi gloſ. & Bald. cum aliis *ibid.* per D. Gallerat. latiùs adductis. qui *numer.* 6. prædictam principalem extenſionem, vt renuntiatio colligatur quoque ex conſenſu ſuperueniente ex interuallo poſt actum. per ratihabitionem, pluribus aliis confirmat, quæ candidus lector, ne hic nos diutiùs immoremur, per ſe videre poterit: ſi tamen non omittamus tum vnam ſingularem reſtrictionem, quam ad eandem extenſionem affert ipſemet Gallerat. *d. cap.* 12. *numer.* 7. nimirum, vt ratihabitio non retrotrahatur in præiudicium iuris medio tempore quæſiti tertio, poſt Alex. *conſil.* 78. *numer.* 20. *& conſil.* 81. *numer.* 5. *lib.* 5. Bald. *conſil.* 198. *numer.* 10. *lib.* 1. Dec. *conſil.* 247. *numer.* 5. & aliis, quib. adde Caſtrenſ. & Curt. iun. per eundem Gallerat. allegatos *d. lib.* 5. *cap.* 9. *numer.* 12. *verſic. intellige etiam*: tum vnam eiuſdem extenſionis ampliationem, vt non modò ex ratihabitione expreſſa inducatur renuntiatio, verum et-
796. iam † ex tacita, veluti ex lapſu temporis, vel ex ſolutione, & ex iis actibus, per quos inducitur approbatio contractus; vt declarat Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *numer.* 112. *cum ſeqq.* Sed de lapſu temporis latiùs nos diximus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 4. de aliis conſtabit ex iis, quæ de contrario actu dicemus *quæſt. ſeq.* Interim verò; (vt ad declarationes huius noſtræ concluſ. & principalis fundamenti, quo etiam nititur, tranſeamus;) idemmet D. Gallerat. *d. lib.* 5. *cap.* 9. *numer.* 6 id, quod dictum eſt, conſenſum ſimplicem actui alterius ſuper iure conſentientis ei præiudicare, & inducere renuntiationem: atque adeò concluſ. noſtram, declarat primò poſt Cuman. *d. l. ſi fundum, numer.* 4. & Tiraq. *de retract. lign.* 9. 1. *gloſ.* 9. *numer.* 149. ſi conſenſus appoſitus fuit in actu voluntario; † ſe- 797.
cus in actu neceſſario: inde inferens conſenſum præſtitum ex neceſſitate ſtatuti, vel officij, minimè præiudicare in iure proprio, ex *l. cum quadam, C. de adminiſtr. tut.* Bald. *conſil.* 102. *numer.* 2. *lib.* 2. & aliis; quod & latiùs comprobat *cap.* 10. *num.* 10. *&* 13. *d. lib.* 5. quoad neceſſitatem officij; ac de neceſſitate ſtatuti *eod. cap.* 10. *numer.* 12. *&* 16. quibus adde pleroſque relatos pariter, ac probatos ab Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib.* 3. *tit. de rer. alienat. concluſ.* 2. *à numer.* 1. *ad* 10. quoad officium, *num.* autem 21. quoad ſtatutum. quoad officium quoque facit, quod de ſubſcribente illius tatione ſcripturæ alterius idem tradit *lib.* 1. *tit. de præſumpt. concluſ.* 3. *numer.* 20. *cum duobus ſequentibus.* Et quidem † in 798.
tutore, & curatore eſt text. *in d. l. cum quadam, & l. ſi non ſubſcripſiſti, C. de admin. tut. ac l. aduerſus, §. tutorib. ff. de inoffic. teſtam. & §. ſi tutor, Inſtit. eod. tit.* ac præter Doctor. *ibi* alij adnotarunt, quos ſequitur Gabr. *d. concluſ.* 2. *numer.* 17. *&* 18. vbi etiam hoc extendit, vt procedat licèt tutor in iudicio pro pupillo inſtituto ſuccumbat, aut extra iudicium faciat ei actum præiudicialem. Quid verò ſtatuendum ſit in teſte, aduocato, procuratore, notario, aut ſigillum ſuum apponente in inſtrumento, in quo de proprio iure agitur, cùm hæc ad conſilium potiùs, cooperationem, aliúmve tacitum conſenſum pertineant, paulo pòſt dicendum erit; nunc enim ſolùm agimus de conſenſu expreſſo actui alterius tempore, quo ipſe actus geritur, adhibito, vnde tacita quædam renuntiatio iuris ſui reſultat. Quo
in numero, cùm ſit iudex, quòd is † ſibi non 799.
præiudicet, ſi ſententiam ferat adiudicando rem ſuam vni ex collitigantibus coram ſe, tradit Gabr. *d. concluſ.* 2. *numer.* 20. ex text. *in cap. ſuborta, verſ. iudicibus autem, de re iud. & ibi* Butr. *col.* 1. & aliis; necnon Gallerat. *d. cap.* 10. *num.* 12. poſt Menoch. *conſil.* 58. *numer.* 7. qui alios refert. quod idem de iudice auctoritatem interponente ſubhaſtationi bonorum venditorum, vt ſibi non præiudicet in iure retractus, poſt Tiraq. *d. gloſ.* 9. *numer.* 172. tradit Gallerat. *d. cap.* 9. *numer.* 6. ſubdens *ibid.* id, quod dictum eſt, conſentientem ratione officij ſibi non præiudicare in iure proprio, † non procedere vbi 800.
conſenſus ille ſit voluntarius, atque ex officio voluntario, poſt Menoch. *conſil.* 58. *numer.* 17. Crauet. *de indemnit. mulier. numer.* 38. necnon ex *l. fin. ff. de inoffic. teſtam. & cap. ex litteris*, ibique gloſ. *de tranſact.* quib. adde alios, quos ſequitur Gabr. *d. concluſ.* 2. *numer.* 22. qui *num. ſeq.* hanc eandem regulam limitat, vt, † licèt conſenſus adminiſtra- 801.
torio nomine præſtitus non præiudicet conſentienti, ita, vt contra eum actio dari poſſit; præiudicat tamen, vt repelli exceptione poſſit; poſt Crauett. *in quæſt.* poſt *tract. de antiquit. temper. num.* 14. 20. *&* 41. per text. *in l. illicite, ff. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur. ſunt.* Limita tertiò, quando adminiſtrator conſentiendo eo nomine bona propria obligaſſet. ita ex *l. ciſi is, C. de prad. min.* Crauett. *d. quæſt.* ſeu *tract. de indemnit. mulier. numer.* 15. *&* 39. atque aliis tradunt Gabr. *d. concluſ.* 2 *numer.* 14. & Gallerat. *d. numer.* 6. *poſt med.* qui *ibid.* poſt Menoch. *d. conſil.* 58. *numer.* 53. limitat præterea. quando conſentiens ratione officij conſenſiſſet quoque nomine proprio; quod etiam poſt Crauet. *d. numer.* 39. docet Gabr. *d. concluſ.* 2. *numer.* 25. ponens exemplum in conſentiente adminiſtratorio nomine pro ſe, & heredibus ſuis.

Decla

Declaratur nunc ſecundò prædicta principalis doctrina, conſenſum ſimplicem actui alterius ſuper iure conſentientis, ei præiudicare, & renuntiationem inducere; atque adeò concluſio noſtra; 802. vt non procedat † quoad ius futurum etiam ex cauſa de præſenti. ita Gallerat. *d. cap. 9. numer. 7.* inter cætera per text. *in l. 1. §. quod ait*, & *ibi* Bart. *ff. quor. legat.* inde inferens, poſt Soc. *conſil. 43. num. 19. lib. 4.* & alios, quòd conſentiens alienationi rei ſibi debitæ ſub conditione eueniente caſu fideicommiſſi, ſibi non præiudicat. Declaratur tertiò, vt non 803. procedat, † vbi quis conſenſit ſaluo iure ſuo: vt per text. *in l. ſi debitor*, §. *in venditione*, *ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolu.* poſt Dec. *l. creditor*, *numer. 1. verſ. ſecunda regula*, *ff. de reg. iur.* Neguſ. *tract. de pignor. & hypoth. 3. membr. ſexta part. numer. 26.* & alios, tradit Gallerat. *d. cap. 9. numer. 8.* eam rationem afferens ex Rom. *conſil. 94. numer. 6.* quia, cùm ille repugnantia faciat, actum nullum gerit: quoniam, ſi creditor conſentit alienationi rei ſibi hypothecatæ, iam vult, pignoris ius ſolui, quod ſibi per proteſtationem præſeruat. ſubdit tamen *ibidem* 804. Gallerat. quòd tunc non vitiatur actus, † quando verba ad duos caſus referri poſſunt; exemplum poſt alios afferens in conſentiente alienationi rei ſuæ, ſaluo iure ſuo, vt cenſeatur ſibi præſeruare pretium. Et ſic non repugnat illud axioma, proteſtationem contrariam facto non releuare, de quo *concluſ. præced.* ſtatim ante 1. declarationem. illud enim verum eſt, vt *ibi* diximus, & latiùs fortaſſe dicemus *queſt. ſeq. concluſ. 2.* vbi actus ille, cui conſentio, directè aduerſatur priuilegio, ac iuri meo in futurum, & proteſtatio directè aduerſatur facto, hoc eſt, conſenſui, qui eſt circa rem indiuiſibilem, qualis eſt ius pignoris; ſecus autem eſt, vbi vel actus ille non aduerſetur directè priuilegio, vel non inuoluat tempus futurum, vel poſſit habere plures effectus, atque adeò tunc verè proteſtatio non eſt contraria facto, nec factum contrarium vſui futuro priuilegij, & iuris; vnde non poteſt inducere renuntiationem ipſius in futurum, ſed ſolùm quoad illum actum: quod etiam colligitur ex iis, quæ *ibid.* diximus in quinto requiſito: & verum erit, modò illa duo concurrunt, quæ mox commemoranimus, vt nimirum actus ille aduerſetur directè iuri meo, & eum vnicum effectum habeat. Declara- 805. tur quartò, vt conſenſus actui alterius † non operetur renuntiationem iuris ſui, vbi actus ille eſt inualidus, vel non ſortitur effectum, vt ſatis probat, id extendens, ac nonnullis modis limitans poſt alios Gallerat. *d. cap. 9. numer. 9.* Quintò declara- 806. tur, vt conſentiens actui alterius † ita obligetur, vt non poſſit ei contrauenire, non autem, vt ex eo conueniri poſſit. ſic poſt Bart. *conſil. 211. col. 1.* & alios tradit Gallerat. *cod. cap. 9. numer. 11.* Sextò, huiuſmodi conſenſus ab eo interpoſitus, qui non 807. poteſt remittere ius ſuum, † non inducit renuntiationem, vt poſt alios docet Gallerat. *d. cap. 9. numer. 12. verſic. neque prædicta.* ſicut *verſ. rurſus*, ex 808. *l. exceptione*, *C. de euict.* & aliis, tradit, † ſimpliciter conſentientem non teneri de euictione, niſi expreſſim eam promiſerit: *& verſ. item alio modo*, conſentientem actui alterius non cenſeri iuri ſuo renuntiare, vbi alia coniectura, quàm renuntiationis capi poſſit. *Num.* autem 13. ex iurib. ac Doctorib. oſtendit, conſenſum præſtitum ſuper vna re non extendi ad aliam. Ac denique *num. 14.* prædictam principalem doctrinam declarando pro- 809. bat, (atque hæc ſit ſeptima declaratio,) † conſenſum hunc alterius actui, vt inducat proprij iuris tacitam renuntiationem, expreſſim eſſe debere; ita, vt ſola præſentia, & taciturnitas non ſufficiat; præcipuè ex Bart. *in l. qua datis*, *numer. 22.* & Roman. *numer. 31. ff. ſol. matr.* Burſat. *conſil. 22. num. 38.* Menoch. *conſil. 58. numer. 29.* & Peregr. *tract. de fideicommiſſ. art. 40. numer. 89. & artic. 44. numer. 34. & 41. ac l. Caius*, *ff. de pignorat. act.* Id autem accipiendum eſt, vt procedat regulariter, contrarium verò, quòd ſufficiat tacitus conſenſus, prout idem Gallerat. poſt alios tradit *d. lib. 5. cap. 10. num. 2.* intelligendum eſt caſualiter, & aliquando, aliàs ſibiipſi manifeſtè aduerſaretur.

Hæc igitur ſeptima declaratio fallit primò † in 810. præbente conſilium alicui actui ſcienter, ac voluntariè; nam is conſentire videtur, vt tradit Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos. 9. numer. 159.* & Gallerat. *d. cap. 10. numer. 4.* præcipuè per text. *in cap. dilecti*, *de arbitr.* & *ibi* Abb. *col. 2.* ac Roman. *d. l. quæ dotis*, *ff. ſol. matrim.* qua ratione aduocatus ſciens rem ad ſe ſpectare, pro alio in ea voluntariè patrocinans, ſibi præiudicat; prout per text. *in l. fin. ff. de inoffic. teſtam. & ibi glos. 1. verſ. vel hic ſciens, & l. inter officium*, *verſ. & hoc*, *ſi fuit*, *ff. de rei vendic. cap. ex litteris*, *& ibi glos. 1. & 2. de tranſact.* cum aliis tradunt Gabr. *commun. concluſ. lib. 3. tit. de rer. alien. concluſ. 2. numer. 9. & 11.* & Gallerat. *d. cap. 10. numer. 5.* Secus verò ſi ignoranter, aut ex neceſſitate patrocinetur; vt ſentiunt præcitati Doctor. cum aliis allegatis per Gabr. *d. concluſ. 2. numer. 12.* ſic accipiendus eſt text. *d. l. inter officium*, *ff. de rei vendic. & l. poſt legatum*, §. *aduocatum*, *ff. de his quib. vt indig.* cum Doctor. quos is allegat *numer. 8.* & aliis, ex quibus probari abſolutè videtur, aduocatum ſibi non præiudicare: & Bart. atque alij, quos refert Gabr. *d. numer. 9. verſ. contrarium*, aſſerentes, aduocatum etiam ſcienter patrocinantem ſibi non præiudicare, intelligendi ſunt quando ex neceſſitate id faciunt; ſecus quoque, cùm actus non perficitur ſolo conſenſu, qualis eſt translatio dominij: ſic poſt Bart. & alios Gabr. *d. concluſ. 2. numer. 10.* Quod autem dictum eſt de aduocato, idem dicendum de procuratore, hoc eſt, cauſidico, qui in facto allegat; prout poſt alios tradunt Gabr. *d. concl. 2. numer. 13.* & Gallerat. *d. cap. 10. numer. 5. in fi.* & de eo procuratore, qui ex mandato nomine alterius contrahit, vel cauſam in iudicio agit, vt vendens rem ſuam nomine alterius non præiudicet ſibi in iure dominij, ſed ſolùm in poſſeſſione, poſt alios docet Gabr. *d. concluſ. 2. numer. 14. & 15.* ac de ſubſcribente ſe nomine alieno ſcripturæ alterius, quòd ſibi non præiudicet, niſi actus ipſe, cui ſubſcribit, ei ſit præiudicialis, & eum non impediat cùm poſſit, poſt alios tradit idem Gabr. *lib. 1. com. concl. tit. de præſumpt. concluſ. 3. numer. 9. & 10.* Fallit ſecundò in cooperatore actus alterius; nam hic † re- 811. nuntiare tacitè videtur, vt tradit inter alios Gallerat. *d. cap. 10. numer. 6.* inde inferens de notario, qui adſcribens ſe in teſtamento tutorem, amittit excuſationem tutelæ, iuxta text. *in l. ex ſententia*, *ff. de teſtam. tut. & l. uxori*, *ff. ad leg. Cornel. de falſ.* verùm hoc potiùs ſpectare videtur ad conſenſum expreſſum, & quidem conuentionalem, ſeu diſpoſitiuum de proprio iure; de quo conſenſu *in 1. & 3. concl.* non autem ad conſenſum tacitum actus inter alios celebrati, de quo nunc agimus: quare, quòd notarius inſtrumentum conficiens ſuper re, in qua ſcit ſe ius habere, ſibi præiudicet; meliùs probatur tum ex ratione, quam *ibid.* inſinuat Gallerat. quia non cogitur recipere inſtrumentum aduersùs ſeipſum, atque adeò voluntariè recipiendo ſibi præiudicat; tum auctoritate Crauett. *d. queſt.* ſeu *tract. de indemn. mulier. numer. 38. & 41. in fi.* quem

ſequi

ſequi videtur Gabr. *d. lib. 1. commun. concluſ. tit. de præſumpt. concl. 3. numer. 24. & d. lib. 3. tit. de rer. alienat. concl. 2. num. 6. verſ. contrarium* : ij verò, quos vtrobique refert Gabr. ac ſequitur Tiraq. *d. gl. 9. n. 142.* contrarium ſentientes commodè exponi poſſunt, vbi vel ignorans, vel ex neceſſitate conficiat inſtrumentum; quod & meliùs patet ex relatis, & probatis ab eod. Gabr. *d. concl. 3. num. 25.* loquente tam in notario, quàm in teſte; de quo *ead. concl. 3. n. 23.* docuerat (& hæc ſit tertia fallentia prædictæ poſtremæ declarationis;) quòd † ſe ſubſcribens tamquam teſtis non præiudicat ſibi in proprio iure, ex *l. Caius, ff. de pign. act. gloſ. 2. in cap. ſi quis presbyterorum, de reb. Eccleſ. non alien.* Bart. *in l. ſicut, § non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* & aliis pleriſque; quibus plurimos addit *in d. concl. 2. num. 2.* ac text. *in l. munus, C. ſi cert. petat, & l. ſi pater, C. de fideiuſſor. &* n. 3. poſt alios idem ait procedere in teſte non ſe ſubſcribente, ſed adhibito in inſtrumento. *num.* autem 4. *&* 5. id limitat poſt alios, tum quando idem teſtis fuiſſet, & mediator, ſeu auctor contractus; tum quando teſtis fuit ſciens, & poterat actum impedire; quod etiam alios ſecutus docet *d. concl. 3. num. 25. &* 26. ſicut primum plurib. relatis tradit *num. 27.* addens *num. 28.* aliam generalem limitationem, pro qua multos adducit, quando ſubſcribens non legiſſet ſcripturam, cui ſe ſubſcripſit, quia tunc non cenſeretur illam approbare. iuxta quas limitationes explicari poſſunt, quæ ſuboſcurè affert D. Gallerat. *d. cap. 10. num. 7.* licèt ferè omnia illa procedant in ſubſcribente ſe principaliter, & proprio nomine alicui ſcripturæ, ſeu tamquam pars, hoc eſt, quando ſcriptura concepta eſt ſub nomine ſubſcribentis, & quidem ſubſcribens, vt pars præſumitur habuiſſe notitiam contentorum in ea, non ſic ſe ſubſcribens tamquam teſtis, vt latè probat Gabr. *d. concl. 3. num. 29. iunctis duob. ſeqq.* prædictas verò limitationes idem Gallerat. pluribus citatis apertè admittit, ſatiſque confirmat *eod. cap. 10.* Reliqua de eo qui ſe ſubſcribit alicui ſcripturæ tamquam pars, peti poſſunt ex Gabr. *d. concl. 3.* paſſim, vbi ſub *n. 11. vſque ad 15.* agit de illo, qui ſcripſit ſcripturã; & *n. 16.* de ſuprascribente concludens vtrumque regulariter cenſeri eam ſcripturam approbare. Quod autem dictum eſt de ſubſcribente, dicendum eſt † de ſigillante; 813.
(& hæc ſit quarta fallentia huius ſeptimæ declarationis;) vt nimirum, licèt ſignans, ſeu ſigillans proprio ſigillo aliquam ſcripturam ſub proprio nomine concepeam, in qua principaliter is ſolus eſt, aut vnus ex contrahentibus, & de cuius intereſſe principaliter agitur, cenſeatur approbare contenta in ea, vt conſtat ex pluribus, quæ affert Gabr. *d. tit. de præſumpt. concl. 4.* præſertim *num. 1.* id multis modis amplians, ac limitans *num. ſeqq.* tamen, quando ſigillans, vel ſigillum ſuum tradens apponendum ſolum ius habet ad rem, de qua diſponitur, neque is aut ſolus, aut vnus eſt ex diſponentibus; tunc regulariter non cenſetur conſentire, aut approbare contenta in ea ſcriptura; vt poſt alios tradit Gabr. *d. tit. de rer. alienat. concl. 2. num. 16.* per text. qui ſatis expreſſi ſunt, *in l. 2. C. de reb. alien. non alienand. & l. Caius*, iuncta gloſ. ab aliis approbata *verbo, ſignauit, & verbo, non obeſſe, ff. de pignor. act.* quare cautè legendus eſt D. Gallerat. dum *d. cap. 10. num. 8.* allegat text. *d. l. 2.* & Gabr. *d. num. 16.* ad hoc, quòd ſigillum apponens conſentire videatur. Fallit quintò eadem declaratio, vt fideiubens † cenſeatur 814.
conſentire contractui; vt ex text. *in l. 1. § ſed &, ſi ſervi*, & *ibi* gloſ. & Doctor. *ff. quod iuſſu, & l. exceptione*, ibique Bald. & Alber. *C. de euiction.* aliiſque iuribus tradunt Tiraq. *d. gloſ. 9. numer. 273. & in legib. connubial. gloſ. 7. numer. 24.* & Gallerat. *d. cap. 10. numer. 9.* licet in contrarium alleget Bald. *in addit. ad Spec. tit. de reo*, & text. *in l. fin. C. de euict.* vbi deciditur, quòd heres fideiuſſoris teneatur heredis, licèt tamquam heres fideiuſſoris teneatur erga emptorem de euictione; tamen ex perſona ſua poteſt euincere, contra regulam, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, de qua *in d. l. exceptione, & l. venaſcantem, ff. eod. tit.* prout adnotauit gloſ. recepta *d. l. fin. verbo, perſona.* verùm ex hac *l. fin.* potiùs dicendum eſt, limitari præd. regulam ſumptam ex præcitat. iurib. quàm quòd iis aduerſetur, aut cogat nos ab ea recedere. Et hoc de fallentiis huius ſeptimæ declarationis præſentis noſtræ concluſ.

Declaratur nunc octauò, & poſtremò; (quæ declaratio ex præcedenti quoque infertur; vt † is, 815.
qui alterius actui præſens eſt, ſi taceat, non cenſeatur renuntiare, aut præiudicet iuri ſuo ex ſola taciturnitate. licet enim is, qui tacet, regulariter conſentire videatur, *l. ſemper, qui non prohibet, ff. de reg. iur. & cap. qui tacet, eod. tit. in 6.* quæ regula non aduerſatur illi; *is, qui tacet, nec fateri, ſed nec vtique negare videtur*; quæ habetur *in cap. is, qui tacet, eod. tit. & lib. 6. l. qui tacet, ff. eod. tit.* cum illa de actu voluntatis, hoc eſt, conſenſu, eiúſque obiecto, quod eſt bonum, & concupiſcibile, loquatur; hæc verò de actu intellectus, ſeu eius declaratione, quæ eſt affirmatio, vel negatio, eiuſdémque obiecto, quod eſt verum; prout latiùs explicauimus *cap. præced. quæſt. 4. ad fin.* ſentítque inter alios D. Gallerat. *d. lib. 5. de renunt. cap. 11. num. 5. cum duob. ſeqq.* idque etiam procedat non modò vbi agitur de vtilitate, & commodo tacentis; in quo res ſatis clara eſt, vt patet ex adductis à Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 99. num. 11. vſque ad 14.* & Gallerat. *d. cap. 11. num. 9.* & Sanchez *lib. 1. de matr. diſp. 5. num. 5. & diſp. 6. num. 11.* Sed & cùm agitur de præiudicio, ſi tacens potuit contradicere, iuxta quorumdam ſententiam, quos refert, ac ſequitur Menoch. *conſil. 120. num. 10. lib. 2. & de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 99. num. 15.* vbi etiam aſſerit non eſſe hac de re magnam controuerſiam, quando agitur de modico præiudicio, & tacens poterat contradicendo actum impedire, nonnullos ad id allegans, quibus alios addit Gallerat. *d. cap. 11. num. 11.* quin etiam in magno præiudicio id voluit Menoch. *eod. num. 15. verſ. caterùm*, vbi *vſque ad num. 22.* id latiùs confirmare nititur; pro qua opinione aliqua etiam argumenta affert Gallerat. *vbi ſup. num. 15.* Maſcard. *concluſ. 1153. num. 2.* & Abb. *conſil. 7. verſ. ex ſecundo capite, vol. 2.* Nihilominus tamen aut ea regula dumtaxat locum habet, cùm agitur de vtilitate, & commodo tacentis, vt ſentiunt Doctor. relati à Gallerat. *d. numer. 9.* & Menoch. *d. præſumpt. 99. à num. 11. ad 14.* & expreſsè tenet inter alios *gloſ. 1.* à pleriſque recepta *in d. cap. is, qui tacet, de reg. iur. in 6. verbo, is, qui tacet, verſ. vel die tacito*, & alij plurimi, quos ſequitur Sanchez *d. diſput. 5. num. 5. & diſput. 6. num. 11.* quóſque refert Gallerat. *d. cap. 11. num. 10. &* 18. cum multis ſeqq. nonnullos Doctor. *ibidem* recenſens idem aſſerentes, vbi tacens poterat contradicendo actum impedire; quod etiam voluit Fel. *in cap. nónne, num. 12. de præſumpt.* aut ad ſummum locum habet, cùm agitur de modico, non autem cùm de magno præiudicio; vt plerique voluerunt, quos recenſet Menoch. *d. numer. 22.* & Gallerat. *d. cap. 11. num. 12.* Et omnino vera eſt illa doctrina, quam tradit *gloſ. 1.* ab aliis approbata *d. cap. is, qui tacet, in initio, & in fine*, veritate

tate considerata tacentem non loqui, & sic nec videri contradicere, nec consentire; & quod tacere est quoddam medium inter expressam voluntatem & contradictionem; id quod etiam ante eam tenuit *ibi* Dyn. *numer.* 1. docétque Gallerat. *d. cap.* 11. *numer.* 6. & 7. præcipuè ex text. *in l.* 1. §. *scientiam*, & *ibi* glos. *verbo, velle, ff. de tributor. act.* Bart. *in l. iam dubitari, ff. de hered. instit.* & Bald. *in l. verbum, numer.* 1. *C. de fideic.* subdens *ibid. iuncto numer.* 8. 17. *ac* 18. quòd vbi taciturnitas consequi potest effectum ab extremis separatum, illum consequitur, neque ad aliquod eorum accedit, *d.* §. *scientiam*, Dyn. *d. cap. is, qui tacet, in fi.* Abb. & Fel. *d. cap. nónne, col.* 2. *de præsumpt.* aliàs sumit effectum vnius extremorum, hoc est, dissensus, vel consensus; idque ex coniecturata, & præsumpta mente tacentis, Cagnol. *d. l. qui tacet*, Aret. *consil.* 160. *col.* 2. Fel. *d. cap. nónne, numer.* 6. & *ibi* Abb. *col.* 2. & quia facilè præsumitur, vt quis vtilia complectatur, & damnosa respuat; ideo tacens regulariter in illis consentire, in his dissentire censetur, vt optimè post alios infert Gallerat. *d. cap.* 11. *numer.* 17. *cum seq.* & constat ex prædictis. ex quo etiam rectè *numer.* 15. & 53. eam regulam
816. hac in re statuit, quòd † taciturnitas, & patientia, si non fuerint iunctæ alteri rei indicatiuæ consensus, non inducunt remissionem iuris tacentis: quam confirmat quoque ex *l. sicut*, §. *non videtur, vers. sed si subscripserit, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. l. item quæritur*, §. *qui impleto, ff. locat. l. quidam, ff. de euict.* Iacob. de Aren. *l.* 2. §. *voluntatem, vers. si verò sit, ff. sol. matr.* & Bald. *in l. si certis annis, num.* 16. *C. de pact. & in l. filiusfamilias*, §. *innitur, ff. de*
817. *procur.* & confirmari etiam tum ex eo potest, quòd † ex non factis, vel non dictis regulariter non potest sumi coniectura, seu præsumptio; vt pluribus docet Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 23. *à num.* 1. *ad* 7. *& consil.* 121. *num.* 83. *&* 84. *lib.* 2. tum ex aliis, quæ idem Gallerat. adducit *numer.* 25. 26. 27. *ac* 30. Vbi verò præter taciturnitatem accedit
818. actus positiuus, † tunc ex ea inducitur consensus; vt latè comprobat idem Gallerat. *d. cap.* 11. *numer.* 28. *& seq. num.* autem 31. *&* 32. inde infert ad recipientem litteras: *numer.* 33. ad recipientem
819. instrumentum; *num.* verò 35. docet, quòd † ex aliquo etiam adminiculo, aut circumstantia indicatiua consensus iuncta taciturnitati inducitur, seu præsumitur consensus tacentis etiam in onerosis, seu damnosis. Has porrò circumstantias ad quinque reducit *numer.* 36. nempe causam, personam, locum, tempus, & qualitatem. Cau-
820. sa † triplex est: prima implementum obligationis præcedentis; ex quo quidem iuncto taciturnitati induci consensum, docet Gallerat. *ibid.* ex *l.* 2. *C. de acquir. poss.* & *ibi* Salic. Bart. *d. l. qua dotis, numer.* 24. Rom. *numer.* 47. & Menoch. id latiùs tradente *d. lib.* 6. *præsumpt.* 99. *numer.* 32. *vers. quartus casus*; quibus idem Gallerat. alios addit sub *numer.* 52. secunda est perseuerantia præcedentis consensus expressi: de qua fusè id probat Gallerat. *eod. cap.* 11. *numer.* 51. & Menoch. *d. præsumpt.* 99. *numer.* 48. tertia est affectionis, de qua latè Menoch. *ibid. numer.* 33. *cum trib. seqq.* & Gallerat. *vbi sup. numer.* 46. 47. *&* 48. id declarantes:
821. licèt hæc ad circumstantiam personæ; de qua, † quòd iuncta taciturnitate inducat consensum, pluribus tradunt Menoch. *d. præsumpt.* 99. *num.* 29. *cum trib. sequentib.* & Gallerat. *d. cap.* 11. *n.* 49. exemplúmque affert Menoch. *d. n.* 29. secundùm aliquos in pupillis, licèt *ibid.* referat plures contrarium sentientes. *num.* autem 30. rectius ait exemplum afferri quando agitur de Reip. fauore, quod *ibi* satis confirmat; sicut & *numer.* 31. post multos idem exemplum adducit de pia causa; inde inferens hac in re post alios de causa dotis, quæ æquiparatur piæ. Quoad locum regula est, † taciturnitatem in iu- 822.
dicio, vel absentia ab eo contumaciter inducere consensum, quam latè comprobant, ac declarant Gallerat. *d. cap.* 11. *numer.* 37. *esque ad* 42. Menoch. *d. præsumpt.* 99. *numer.* 29. *vers. caterùm, ac* 37. 38. *&* 43. *atque lib.* 2. *præsumpt.* 46. ferè per tot. Temporis quoque diuturnitas † simul cum tacitur- 823.
nitate, seu potentia diuturni temporis consensum inducit; vt post alios tradit Menoch. *d. præsumpt.* 99. *numer.* 28. & Gallerat. qui id declarat, *d. cap.* 11. *numer.* 43. *cum auct. seqq.* Tandem qualitas adiuncta taciturnitati, & maximè fraus, & dolus, † inducit consensum, vt latè probat 824.
Gallerat. *d. cap.* 11. *numer.* 50. & Menoch. *d. præsumpt.* 99. *numer.* 39. *&* 40. tangens *numer.* 41. *&* 42. quis probare debeat fraudem, vel dolum. Prædicta verò multis modis declarat post alios Gallerat. *d. cap.* 11. *à numer.* 54. *ad fin.* primò *d. num.* 54. vt non arguatur consensus † ex taciturni- 825.
tate eius, qui scit ius suum sibi saluum manere. Secundò *numer.* 55. vt non arguatur consensus, seu inducatur animus remittendi, vbi capi potest alia coniectura. Tertiò *numer.* 56. vt patientia non inducat consensum in iis, quæ requirunt expressum consensum. Quartò *numer.* 57. vt consensus non inducatur, cùm tacens non intelligit, sed ignorat. Quintò *numer.* 58. quòd vbi expressus consensus non operatur, ibi neque taciturnitas poterit inducere tacitum consensum. Denique *numer.* 59. vt † tacita remissio, 826.
quæ ex taciturnitate, seu patientia colligitur, nunquam extendatur, nisi quatenus ea necessariò infertur; præcipuè ex *l. vlt. C. ne vx. pro marit.* Et hæc sufficiant pro nostra hac quarta conclusione, ac principali doctrina de consensu actui alterius; quòd inducat tacitam renuntiationem iuris, quod quis ea in re habet, atque adeò obtentæ commutationis alicuius vltimæ voluntatis. Sícque expediti sumus de duobus primis membris, seu modis principalibus tacitæ renuntiationis, altero ex verbis, altero ex actu siue nostro, siue alterius, excepto actu nostro contrario, de quo *in seq. quæst.* dicturi sumus. Reliquum igitur nunc est, vt de tertio, cóque vltimo membro, seu modo tacitæ renuntiationis breuiter agamus, nimirum per omissionem; quod *in seq. concl.* præstabimus; prætermissa tamen prima, ac tertia eius specie, nimirum per non vsum, & per lapsum temporis, cùm de hac satis dixerimus sup. hoc ipso cap. *quæst.* 4. de illa dicturi simus *quæst. seq.* vnde solùm restat, vt in mox seq. conclus. agamus de ea specie omissionis, quæ est ex non implementum eius, quod implendum erat.

QVINTA igitur CONCLVSIO sit. Renuntatio commutationis vltimæ voluntatis inducí quoque tacitè potest † ex omissionibus; atque 827.
adeò per eas extinguitur ipsa commutatio: inter cæteras verò potissimùm per omissionem implementi ex parte sua. Prior pars concluſ. probatur primò, quia, licèt non facta, aut non dicta regulariter non inducant coniecturam, aut præsumptionem, vt latè inter alios probat Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 23. *numer.* 1. *vsque ad* 7. actúsque omissiuus † non inferat voluntatem, Dec. *consil.* 828.
79. *col.* 1. *in fi. & consil.* 151. *col.* 5. *vers. vltimò non obstat*, & Alb. *consil.* 25. *num.* 14. atque ex omissione non inducí renuntiationem voluerit Fortun. Garz.

inl.

in l. 2. in princ. verſ. nota ex iſto text. ff. de pact. Tamen hæc regula fallit, quando is, qui debet aliquid facere, vel dicere, nihil facit, vel dicit; tunc enim ex eo non facto, vel non dicto colligitur præſumptio, & coniectura; ita poſt Bart. *in l. geris, numer. 28. ff. de acquir. hered.* ad id allegantem text. *in l. vlt. §. ſin autem hoc, C. eod. tit. & l. quandiu, ff. eod.* tradit Menoch. *d. queſt. 23. numer. 8.* qui *numer. 9.* exempla affert in non facto, ſiue præteriti, ſiue præſentis temporis; & *numer. 13. cum trib. ſeqq.* aliam huius regulæ fallentiam affert, ſatiſque confirmat, vt nimirum non habeat locum, quando lex ipſa præſumptionem colligit, ſeu imaginatur, quòd, licèt nil dictum, aut factum ſit; tamen aliquid dictum, vel factum fuerit. Menoch. refert quoque, ac ſequitur in vtraque hac fallentia, priorem latiùs probans Gallerat. *d. tract. de renuntiat. lib. 5. cap. 13. numer. 1. & 2.* vbi etiam poſt
829. alios docet, † voluntatem hominis declarari ex non facto. Secundò probatur, quia is, qui omittit, aliquando dicitur remittere, *l. ſi cum, §. qui iniuriarum*, iuncta gloſ. *ibi, verbo, omiſſa, ff. ſi quis caution.* immo omittere eſt repudiare, *l. 1. & ibi* gloſ. *C. quand. non petent. part. l. 2. §. ſi ſit conſanguinea, ff. ad Tertull.* ex quibus, & aliis Gallerat. *d. lib. 5. de renuntiat. cap. 1. numer. 62.* necnon *eod. lib. cap. 13. numer. 3. & 5. ac 6. in fi.* comprobat, ex omiſſione, hoc eſt, non facto, vel non dicto induci poſſe renuntiationem, remittens ſe *d. num. 5.* ad Sfort. Odd. *tract. de reſtit. in integr. queſt. 86.* & aliquot ſeqq. quoad reſtitutionem in integrum aduersùs eas renuntiationes, quæ ex omiſſione
830. colliguntur. Quin etiam omittendo † non tantùm quis ſibi, ſed & aliis poteſt præiudicare, quibus aliàs expreſsè minimè poſſet præiudicare; vt poſt Bald. *in cap. cùm olim, in fi. de offic. deleg.* & Tiraq. *de legib. connubial. gloſ. 7. num. 78.* tradit Gallerat. *d. num. 5. verſ. quinimmo omittendo.*

Poſterior pars concluſionis probatur; quia in
831. ſpecie, quòd † ex omiſſione implementi ex parte ſua coniicitur renuntiatio docet Gallerat. *d. c. 13. in fi. & cap. 15. numer. 1.* vbi id ex eo præcipuè confirmat, quòd non implens pactum, vel contractum ex parte ſua, ipſius pacti, vel contractus beneficio renuntiare cenſetur; *gloſ. fin. in fi. in l. ſi cùm fundum*, vbi Bald. *numer. 4. ff. de pact.* & partes non obſeruantes inſtrumentum præſumuntur illi renuntiare concurrente aliquo temporis interuallo, Bertaz. *conſ. ciuil. 1. num. 132. lib. 1.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1264. numer. 24. num.* autem 3.
832. 4. & 5. id ex eo Galler. probat, quòd † non implens conditionem, vel aliud, ad quod tenetur, videtur remittere commodum, quod inde conſequi poſſet; vt conſtat ex adductis à Maſcard. *concluſ. 890. verb. implementum.* item primogenitus non implens conditiones, aut voluntatem teſtatoris, remittere videtur ius primogenituræ, gloſ. & Doct. *in cap. licèt, de vot.* & non implens modum, vel formam expreſſam in ſententia, ipſi ſententiæ, eiúſque beneficio renuntiare cenſetur, Burſat. *conſil. 155. num. 12.* Immo non implens ex parte ſua, quod debet circa diſ-
833. poſitionem, † ipſam dicitur impugnare, & contrauenire, Dec. *in l. cùm proponas, la 2. num. 9. C. de pact.* Rom. *conſil. 204. num. 9. & conſil. 244.* Cranett. *conſil. 1. num. 3.* Ratio autem, (inquit Gallerat. *d. num. 5.*) cur omittens implere conditionem, vel formam, remittere cenſeatur, illa eſt, quoniam non impleta conditione defecit ipſa diſpoſitio; cùm non implentis ea cogitatio fuerit, vt nihil agi exiſtimet, non impleta conditione, vel forma, vt dicitur *in l. non ſolùm, in fi. ff. de act. & oblig.* (quæ tamen lex illud potiùs mihi dicit, quòd impoſſibilis conditio vitiat omnem contractum, quia hoc tacitè videtur agi inter contrahentes, vt non valeat, cùm impoſſibilis conditio contractui apponitur; prout eum text. communiter intelligunt, ac ſummant Doctor. Jac præterea, quoniam, qui omittit implere, cenſetur nolle ex contractu, aliáve diſpoſitione commodum conſequi; vt eſt bonus text. *in l. ac ait, §. fin. ff. qui ſatisd. cog.* ac melior *in l. Iulianus, §. offerri, ff. de action. empt.* vbi Bart. *in 2. notab. & in l. filia, licèt, C. de collat. ac, d. l. cùm proponas, la 2. C. de pact.* ſcire enim debet is, qui implere tenetur, quòd omittens facere id, ad quod tenetur, conſequi non poteſt commodum contractus, neque id, quod ipſi dari oportet, *l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat.* Bald. *cap. 1. tit. qual. nom. prop. feud. primet. in vſib. feud.* cum aliis ad id adductis à Maſcard. *de probat. d. concluſ. 890. numer. 4.* & Gallerat. *d. cap. 15. numer. 1. in fi.* qui quidem mox *numer. 6.* poſt Pariſ. *conſil. 19. numer. 60. & 146. lib. 2.* docet, † hanc tacitam renuntiationem, 834.
quæ ex non implemento formæ colligitur, plus roboris, ac virium habere, quàm expreſſam renuntiationem; ſiquidem per non implementum formæ amittitur ius, cui aliàs expreſsè renuntiari non poſſet. Atque hæc de tacita renuntiatione ſeorſim dicta ſint; in his quatuor poſtremis concl. ſicut in prima dictum eſt de expreſſa. Iam duas ſubiiciamus concluſ. quæ ad vtramque, præcipuè tamen ad expreſſam renuntiationem pertinebunt.

SEXTA CONCLVSIO. Is, qui expreſsè, vel tacitè, at validè, ac licitè renuntiat commutationi vltimæ voluntatis, † poteſt, ac tenetur re- 835.
dire ad priorem materiam, ſeu implere præcedentem obligationem: nec poſtmodum valet iterum vti commutatione obtenta. Prior pars concluſ. pro-
batur ex eo, quòd † de illo, qui obtinuit commu- 836.
tationem voti, eáque vti non vult, talem renuntiantem poſſe & debere ad priorem voti materiam, & obligationem redire, ſatis conſtat ex traditis per Suarez *tom. 2. de relig. tract. 6.* qui eſt *de vot. lib. 6. cap. 20. à num. 1. ad 13.* & Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 9. num. 2. diſput. 14. num. 4. ac diſp. 32. num. 3.* & latiùs *in lib. 4. ſuæ ſumm. cap. 55. à num. 24. ad fin.* & quòd redire teneatur, eſt ratio manifeſta; quia tunc, cùm renuntiauerit commutationi voti caſu, quo poteſt, iam vrget obligatio voti ex diuino illo præcepto, *Vouete, & reddite*; quoniam commutatio non ſuſtulit, ſed tranſtulit obligationem voti in aliam materiam; vt ex communi pluribus relatis tradunt Suar. *d. cap. 20. num. 10.* & Sanchez *d. cap. 55. num. 2.* iuncto *num. 26.* Sic in propoſito noſtro cùm renuntians commutationi vltimæ voluntatis in caſibus quibus poteſt, iuxta latiùs adducta ſup. præſertim *concl. 1.* iam nolit ea vti, ſtatim conſurgit prior obligatio; quoniam vrget neceſſitas implendæ vltimæ voluntatis, ac diſpoſitionis commutatæ, iuxta text. *in l. de ſocietate, in fi. C. pro ſoc. cap. 1. & 3. de pact. §. exheredatos, auth. de hered. & Falcid. cap. vltima voluntas, 13. quæſt. 2. cap. nos quidem, & cap. ſi heredes, de teſtam.* cum aliis per nos allegat. ſup. *cap. 3. quæſt. 3. concluſ. 1. circa initium.* Poſterior pars concl. probatur, tum quòd ita in renuntiante beneficium Eccleſiaſticum, vt † non poſſit illud re- 837.
petere, præcipuè per text. *in cap. ex tranſmiſſa, de renunt. cap. 1. & cap. ſi te prabendam, eod. tit. in 6.* ac Doctor. cùm in his iurib. tum *in cap. quod in dubiis, ext. eod. tit. & cap. quàm periculoſum, 7. quæſt. 1.* atque alibi ſæpe; & ex aliis fundamentis latè probat Flam. Pariſ. *tract. de reſig. benef. lib. 1. quæſt. 15. à*

num. 1

num. 1. *ad* 9. quod idem de tacita eiusdem renuntiatione plurib⁹ tradit, & comprobat *num.* 10. *vsque* 15. & de renuntiatione iuris ad rem, *num.* 16. *vsque ad* 23. de renuntiatione autem per specialem procuratorem, *num.* 24 *&* 25. aut per literas missiuas, vel nuntium, *n.* 26. *cum trib. seqq.* & de renuntiatione siue iurata, siue non, *à num.* 30. *ad* 37. id tamen declarans vsque *ad num.* 54. lib. autem 3. *quæst.* 18. *num.* 48. *vsque ad* 58. fusè docet, eum, qui petiit à superiore, & obtinuit licentiam cedendi, cogi posse ad renuntiandum, nec esse locum pœnitentiæ; quod deinde vsque *ad num.* 66. multis modis extendit. Tum ex eo,

838. quod de quolibet etiam tacitè renuntiante, vt † non possit redire ad ius, cui renuntiauit, tradit Gallerat. *d. tract. de renunt. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 43. per text. *in l. post diem. ff. de leg. commissor.* vbi tacitè renuntians beneficio legis commissoriæ per pretij petitionem, non potest postea variando ad illud beneficium redire. Tum ex eo, quod de illo, qui obtinuit commutationem voti, vt regulariter postquam ei renuntiauit, iterum nequeat ad commutationem redire, tradũt, ac probant Suar. *d. cap.* 20. *num.* 13. & Sanchez *d. cap.* 55. *num.* 29. *& d. disp.* 32. *num.* 3. vbi idem docet de eo, qui obtinuit dispensationem voti, vel iuramenti, eique mox renuntiauit, vt nequeat postea illa vti: de quo videndum id, quod dicemus *concl. seq.* Tũ, quòd is, quem pœnitet, quique iuri suo renuntiat, ac con-

839. tradicit, † non auditur amplius illud allegans, *cap. prohibentur, 2. quæst. 2. cap. de his, de accusat. d. cap. quàm periculosum, 7. quæst. 1.* vbi glos. *in verbo, quàm periculosum*, alia iura in id citans, inde infert, renuntiantem iuri suo illud repetere non posse; quod & probat text. *in l. quæritur, ff. de ædilit. edict.* vbi dicitur, remittẽtibus actiones suas non esse regressum dandum, nisi ob dolum aduersarij; *& in l. fin.* vbi id notat Bald. *num.* 3. *not.* 4. *C. de condit. insert.* ibi; quod enim semel repudiatum ab eo est, redintegrari minimè concedimus. Tum denique ex illa iuris regula, quod semel placuit, amplius displicere non potest, quæ habetur *in cap. quod semel, de reg. iur. in 6.* sumiturque ex aliis iuribus *ibid.* per glos. allegat.

SEPTIMA, & postrema CONCLVSIO. Ad hoc, vt renuntiantem commutationi vltimæ voluntatis non possit pœnitere, atque adeò teneatur im-

840. plere priorem obligationem, † requiritur, vt renuntiatio sit acceptata à tertio, cuius ea interest, vel vbi alterum non respiciat, saltem à superiore. Et quidem quoad acceptationem tertij, probatur; quoniam id generatim in priuilegio tradit Suar. *lib.* 8. *de legibus, cap.* 33. *num.* 21. *circa initium*: quod, inquit, egregiè

841. confirmatur ex *cap. licèt, de procur. in 6.* vbi dicitur, † mandatum procuratorium non censeri absolutè reuocatum, etiamsi is, ad quem dirigitur mandatum, dixerit, se nolle illud acceptare; nam hoc non obstante poterit mutata voluntate acceptare mandatũ, quamdiu mandans in eadem perstiterit voluntate; cùm mandatum de se semper duret, donec reuocetur; & alter etiam liberè potest suam voluntatẽ reuocare. quæ doctrina ex iisdem principiis in omni casu simili procedit, vt *ibid.* notauit Anchar. sed & idem confirmatur ex eo, quòd donatio, & promissio quælibet vt sit irreuocabilis requirit acceptationẽ, tum de iure communi, vt latè probat Sanch. *lib.* 1. *de matrim. disp.* 6. *num.* 2. *cum duob. seq.* tum attento iure

842. naturæ, vt idem ostendit *num.* 10. & in specie † renuntiationem priuilegij non esse irreuocabilem, nisi sit ab alio acceptata, cuius ea interest, sentit glos. *in cap. cùm venissent, verbo, obtulit*, & *ibi* Bald. *num.* 8. *de eo, qui mittit. in poss. ff.* latè Tal. alios adducens *in l. post quam liti, num.* 1. *C. de pact.* Quoad acceptationem ve-

843. rò superioris, quòd requiratur, † vt renuntiatio sit irreuocabilis, quandiu nimirum, quæ ab ipso superiore recipiuntur, vel saltem ad sui perfectionem eius auctoritatem exigit; probatur, quia ita in specie priuilegij, ac dispensationis potest Lanzes *de mutr. Regis Angliæ, dubio* 12. *num.* 28. tenet Sanch. *lib.* 8. *de matrim. disput.* 32. *num.* 2. & Suarez *lib.* 8. *de legib. cap.* 31. *num.* 21. Moueatur vterque, quia vis priuilegij, & dispensationis pendet à voluntate superioris concedentis, & acceptatione eius, cui conceditur. ergo, quamdiu voluntas concedentis manet, quia renuntiationem nondum acceptarit, potest is, cui conceditur, priuilegio vti non obstante priore contradictione. Confirmat Sanch. tum quòd omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur, *cap. omnis res*, quod est 1. *de reg. iur. & l. nihil tam naturale, ff. eod. tit.* cum simil. tum quòd nil ita duorum consensum exigit, ac contractus matrimonij; & tamẽ, † 844. quando alter coniux verè consensit, alter autẽ fictè, satis est ad conualidandum matrimoniũ, si altero in priori consensu permanente, is, qui priùs fictè consensit, nunc verè consentiat; vt idem Sanchez latè probat *lib.* 2. *de matr. disp.* 32. Suar. verò *d. n.* 21. illud ipsum confirmat; tum quòd ad superiorem per se pertinet tam mutatio priuilegiorum, quàm concessio, & ab illius consensu per se pendet siue priuilegij effectus, siue etiam effectus priuilegio contrarius: tum quòd ita expedit humanæ gubernationi, vt nimirum priuilegij renuntiatio non antea sit irreuocabilis, quàm à superiore acceptetur, quò omnia ordinatè fiant. Hoc autem ipsum comprobat præterea Sanchez *d. num.* 2. tum ex *d. cap. licet, de procurat. in 6.* per quem *glos. fin. ibi*, Archid. Gemin. Franc. & Anchar. dicunt, † electum renuentem consentire elec- 845. tioni posse, mutata voluntate, eamdem acceptare, electoribus in priori voluntate persistentibus. quod idem de arbitrio, & delegato, qui semel arbitrium, aut delegationem repudiarunt, docent glos. & iidem Doct. *ibi* tum ex doctrina *glos. penult. cap. si vbi absentes, de prabend. in 6.* & *ibi* Anchar. *num.* 3. Gemin. *num.* 16. & Franc. *num.* 12. tradentium, dissentientem collationi beneficij sibi factæ posse re integra mutare voluntatem, & consentire, permanente collatore in eadem voluntate; quod limitant Gemin. & Franc. nisi dissensum illum acceptet conferens, quia tunc non censetur in eadem voluntate permanere. tum denique ex *l. sicut, §. si volumate, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol.* vnde habetur, quòd creditor, ex cuius consensu pignus est venditum, censetur ius pignoris remittere, si tamen iam vænierit; ac ante venditionem posse mutare voluntatem. Ad idem etiam sunt text. *in l. si minor, §. Scævola, ff. de minor. l. si quis, ff. de iur. delib. & l. fin. C. de repud. hered.* Idipsum quoque confirmari potest ex eo, quòd ad hoc, vt renuntiatio beneficij Ecclesiastici sit irreuocabilis, † re- 846. quiritur admissio renũtiationis à superiore Ecclesiastico facta; vt constat ex latiùs adductis per Flam. Paris. *tract. de resign. benef. num.* 3. *cum duobus seqq. & num.* 7. *vsque ad* 15. Ad ea verò, quæ contra hanc necessitatẽ acceptationis superioris ad hoc, vt renuntiatio irreuocabilis fiat, sibiipsi obiecerat Sanch. *d. disp.* 32. *num.* 1. satis idemmet respondet *num.* 7. ea, præter vltimum, procedere, quando renuntiatio est perfecta, & consummata, quòd nimirum à superiore sit acceptata. Ad vltimum autem, quòd priuilegium amittatur per non vsum, quæ est tacita renuntiatio; vnde multo magis debeat amitti per expressam; respondet *eod. n.* 7. per non vsum legitimè præscriptum amitti priuilegiũ non quasi per renuntiationem, sed per legitimam præscriptionẽ iure inductam; de quo nos latiùs *quæst. seq, concl.* 1. accedit, quòd aliquãdo tacita renuntiatio maximè per omis-

ſionem, plus operatur, quàm expreſſa, vt ſup. poſt Galler, id fuſius tradentem *in ſup. tract. de renunt. lib. 5. cap. 1. num. 45. & cap. 13. num. 5.* ſatis oſtendimus.

Prædictam verò regulam, quòd acceptatio ſuperioris requiratur ad irreuocabilitatem renuntiationis, temperat Sanchez *d. diſput. 32. num. 3.* vt non
847. procedat † in diſpenſatione circa votum, vel iuramentum: nam, ſi diſpenſatione, inquit, ſemel perfectè conceſſa, is, cui conceditur, renunciaret illi etiam actu ſolùm interno, non poſſet ampliùs ea vti, ſed teneretur ad prius votum, vel iuramentú. & rationem diſcriminis aſſignat, quia cætera vincula non poteſt ſibi imponere is, cum quo in eis eſt diſpenſatum, niſi accedat ſuperioris auctoritas; at verò, quãuis ſemel conceſſa ſit diſpenſatio in voto, vel iuramento, poteſt quis, ſuperiore manente in eadem voluntate, iterum iis vinculis Deo obligari; quod facit, quando deliberata voluntate eligit renuntiare diſpenſationi; ſenſus enim huius renuntiationis eſt, volo redire ad priorẽ voti obligationem; & perinde eſt, ac ſi denuò id voueret; at diſpenſatio prior non eſt conceſſa, niſi ad votum ante illam emiſſum: & ideo iam non erit integrum renuntianti ea vti. atque
848. inde poſtmodum infert etiam † ad voti commutationem, vt, licèt ea relicta poſſit ad prius votum redire; at vbi elegit priùs votum, integrum ei non ſit iterum commutationem eligere: niſi votum illud eſſet ex non reſeruatis, & commutatio priùs facta eſſet in rem meliorem; cùm hæc fieri poſſit propria auctoritate, vt docuimus ſup. *cap. 5. quæſt. 1. concluſ. 4.* ſubdit autem *ibid.* Sanchez, ideo ſe dixiſſe, (quando perfectè conceſſa eſt diſpenſatio;) quia,
849. † ſi non ſit perfectè conceſſa, qualis eſt commiſſio à Pontifice facta Ordinario, vel à Pœnitentiario Confeſſori, vt in votis diſpenſet; licèt is, cum quo diſpenſandum eſt, ei priuilegio renuntiet, poteſt mutata voluntate eo vti, antequam Superior renuntiationem acceptet; ea enim commiſſio eſt priuilegium quoddam, quod non à ſola voluntate impetrantis pendet, vnde nec eius ſola voluntate extingui poteſt: &, licèt ſæpe multiplicetur votum illud, antequam Ordinarius, vel Confeſſor diſpenſet, non eſt noua obligatio, ſed eadem repetita; & ideo virtute illius commiſſionis poteſt in eo diſpenſari. Paulò tamen aliter, quod ad commutationem votorum pertinet, diſtinguere videtur idem Sanchez *d. cap. 55. ſua ſum. num. 29.* & Suarez *d. cap. 20. num. 13.* quos, ſi iubet, conſulas. Nunc autem pro complemento huius concluſ. nonnulla cenſuimus adno-
850. tanda. Quorum primum eſt, † ſuperiorem acceptaturum renuntiationem gratiæ, vt hæc deinde non proſit, non eſſe Ordinarium, aut Confeſſarium, cui Pontifex, aut Pœnitentiarius commiſit gratiæ executionem cognita precum veritate; ſed eum ſolum, à quo hæc gratia promanat: ita Sanchez *d. diſp. 32. num. 4.* tum quia valor eius gratiæ ab illius voluntate pendet; ergo, quamdiu ille in ea voluntate perſtiterit, poteſt is, cui conceditur, reſilire, & acceptare; hoc enim ſolum ad plenum gratiæ valorem deſideratur. tum quia, cùm poteſtas illius Ordinarij, vel Confeſſoris limitata ſit ad cognoſcendum de precum veritate, & ea inuenta exequendũ, non poſſunt renuntiationem acceptare, alàs limites ſuæ pote-
851. ſtatis, ac mandati excederent. tum quia † is, cui ex priuilegio, vel conſuetudine, alióve iure ſpeciali incumbit conferre beneficium, nequit illius reſignationem, ſeu renuntiationem acceptare; ſed is ſolus, cui iure ordinario collatio competit; vt poſt Feder. Sen. docet Rebuff. *in prax. benef. tit. de for. Vicariat. num. 108.* & alij, quos refert, ac ſequitur Flam. Pariſ. *tract. de reſign. benef. lib. 7. quæſt. 14. num. 15.* cum *ſeqq.* Hinc autem deducit Sanchez *d. diſp. 32. num. 5.* non deſtitui virtus diſpenſationem, † nec is, cui
852. conceditur, litteras cancellet, aut concidat; quia hoc ſolum illius renuntiationem importat, quæ, dum non eſt à ſuperiore acceptata, minime vim diſpenſationis exeruat; deinde, quia, licet ad valorem diſpenſationis, & gratiæ litteræ deſiderentur, de quo late idem Sanchez *d. lib. 8. de matrimon. diſput. 29.* ferè per tot. & nos ſup. *cap. 6. quæſt. 3. in 1. præmiſſ.* ſuſtinentes poſt alios, eas non deſiderari: tamen vbi ſemel litteris expeditis conceſſa eſt, non pendet eius firmitas à litterarum conſeruatione. *eadem* autem *diſp. 32. num. 6.* ex prædictis idem Sanchez deducit ſecundò, quando, verbi gratia, diſpenſatione obtenta, vt inter duos conſanguineos matrimonium ineatur, alter, vel vterque aliis nu-
853. ptiis copulatur, † poſſe viduos effectos iungi inter ſe matrimonio virtute prioris diſpenſationis; ex iis, quæ idemmet attulit *lib. 7. de matrimon. diſput. 24. numer. 9.* cùm enim ſemel ablatum ſit conſanguinitatis impedimentum, & illi habiles effecti ſint ratione præteritæ diſpenſationis, non eſt, cur ob ſequens matrimonium impedimentum illud reuiuiſcat. Nec obſtat, inquit, tacita ea renuntiatio per tranſitum ad ſecundas nuptias inducta, cùm ea non fuerit à concedente acceptata. Immo idem ſe ait ſentire, quamuis impedimentum nondum ſit ablatum, eo, quòd Ordinarius, vel Confeſſor, cui diſpenſationis executio eſt commiſſa, nondum illam ſint executi: quia, cùm tacita illa renuntiatio non ſit acceptata à ſuperiore, non periit facultas illa ad exequendam diſpenſationem. ex quo obiter
854. adnotare licet, † non modò expreſſam, ſed & tacitam renũtiationem eorum, quæ ſuperioris exigunt auctoritatem, ad hoc, vt irreuocabilis ſit, requirere eiuſdem ſuperioris acceptationem; vt ex prædicta doctrina, eiúſque extenſione à Sanchez allata ſatis conſtat.

Adnotandum verò eſt ſecundò principaliter id, quod ad hanc rem tradit Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 33. num. 21.* hanc concedentis acceptationẽ † tripli-
855. citer intelligi poſſe: vno modo ab homine, vt quia ſuperiori datur notitia renuntiationis priuilegij, & gratiæ, & ille acceptat; ſicut fit in beneficiis Eccleſiaſticis; & tunc erit res clara, ſed non poteſt ſemper poſtulari talis acceptatio: alio modo poteſt intelligi conſenſus ille ſuperioris datus antecedenter; vt, ſi in priuilegio ſit clauſula, vel conditio, ſi Petrus non acceptauerit priuilegium, tranſeat ad Paulum, vel cenſeatur non conceſſum: tunc enim eo ipſo, quòd Petrus non acceptat, cenſetur concedens acceptare ipſo facto renuntiationem, & ſuam voluntatem mutare; vt ſumitur ex gloſ. *in d. cap. licèt, de procur. in 6.* Tertio denique modo contingit hæc acceptatio ex vi alicuius iuris, aut legis, vt *in d. cap. quàm periculoſum. 7. quæſt. 1. cap. ſi de terra, de priuil. quæritur, ff. de ædil. edict.* cum aliis iurib. ad fin. præced. concluſ. per nos citat. & in ſeq. quæſt. *concluſ. 1. & 2.* allegandis.

SVMMÆ RERVM.

856. *Non vſus quomodo inter actiones numeretur.*
857. *Abuſus, non vſus, & contrarius vſus aliquando ſaltem inducunt tacitam renuntiationem.*
858. *Impetrans reſcriptum iuſtitiæ, ſi ex dolo, vel negligentia eo non vtatur intra annum, non poteſt poſtmodum, parte opponente, illo vti. quomodo autem & à quo probetur dolus hic, vel negligentia; numer. 859. quod ſi nulla*

nulla littera poſtea ab aduerſario impetrẽtur, prima ſunt perpetua ; num.860. & ibi intellectui cap.ſi autem, & cap.plerumque, de reſcript. ac l.falsò, C.de diuerſ.reſcript.

861. *Priuilegium aliud eſt affirmatiuum concedens facultatem aliquid agẽdi; aliud negatiuũ dans licentiam aliquid non faciendi, ſeu omittendi.*

862. *Priuilegium negatiuum regulariter eſt contra legem; affirmatiuum autem aliquando eſt ſolum præter legem. & quando vtrumque eſt contra legem, negatiuum eſt contra præceptum affirmatiuum; priuilegium verò poſitiuum, ſeu affirmatiuum eſt contra præceptum negatiuum; num.863.*

864. *Contrarius vſus, & per eũ amiſſio priuilegij proprie non poteſt habere locũ, niſi in priuilegio negatiuo, & non vſus, amiſſioque per eum priuilegij non niſi in affirmatiuo.*

865. *Non vſus priuilegij alius merè negatiuus, quia non occurrit occaſio eo vtendi; alius primatiuus, per quem quis priuilegio non vitur, cum euenit occaſio vtendi.*

866. *Non vſus primatiuus priuilegij eidem opponitur; & eſſe poteſt morale indicium voluntatis renuntiandi illi; & quid ad hoc requiratur.*

867. *Amiſſio priuilegij per non vſum, prout importat tacitam renuntiationem, in quo differat ab eiuſdem amiſſione per præſcriptionem.*

868. *Oppoſitorum alia ſunt relatiua, alia contraria, alia primatiua, alia negatiua, ſeu contradictoria.*

869. *Oppoſitio, per quam contrario vſu amittitur priuilegium, eſt contraria. non vſus verò non habet propriam oppoſitionem cum priuilegio, ſed ſolum cum eius exercitio, ſeu actu; & quidem contradictoriam; num.870.*

871. *Contrarius vſus, ſeu actus, vt poſſit priuilegium extinguere, requirit, vt fiat ab ipſo priuilegiato. debẽque eſſe repugnans facultati, ſeu exemptioni; vt nimirum ſciens, & volens formaliter quis operetur contra priuilegium; num. 872. & ibi quod actus contrarius non inducit renuntiationem iuris, quod ignoratur; neque eius, quod ſcitur, ſi ſit coactus.*

873. *Contrarius vſus non inducit renuntiationem, niſi ſit perfectus, ſeu fortitus fuerit effectum; ac validus. & fiat à perſona, quæ de iure poteſt renuntiare; ſiue ratione materiæ, vt quia ſit ius publicum, ſiue ratione ipſius perſonæ, quia ſit membrum alicuius communitatis, cui priuilegium inſeparabile conceſſum fuit; num. 874.*

875. *Priuilegium amitti poſſe intelligitur per contrarium vſum dupliciter, nimirũ aut in vim tacitæ renuntiationis, aut in vim præſcriptionis.*

876. *Renuntiatio priuilegij per contrarium vſum intelligi poteſt vel quoad valorem illius actus, ſeu pro illa vice; vel quoad totam eius facultatem, ſeu pro toto tempore futuro.*

877. *Priuilegium amitti propter delictum, & propter abuſum in quo differant.*

878. *Priuilegium amitti poteſt ob aliud delictũ, quàm eius abuſum, cum id ab eo ſtatuitur, qui poteſt priuilegio priuare: ſic autem non amittitur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

879. *Abuſus priuilegij alius formalis, exercẽdo actum vltra priuilegium, qui variatur iuxta circumſtantias loci, temporis, materiæ, perſonæ, & modi; alius occaſionalis, cum quis ex priuilegio ſumit occaſionem delinquendi; alius repugnans fini priuilegij, eiuſque fundamentum deſtruens.*

880. *Amiſſio priuilegij per abuſum contingere poteſt vel pro vna vice, vel pro vſu totius temporis futuri. atque item vel ex natura rei, vel ex iuris diſpoſitione; & quando hic vterque modus locum habeat; num.881.*

882. *Commutatio vltimæ voluntatis per modum priuilegij, ſeu per reſcriptum gratiæ conceſſæ aliquando ſaltem amittitur, ſeu extinguitur per non vſum; idémque eſt in quouis priuilegio; & num.ſeq.*

883. *Renuntiatio tacita priuilegij ex eius non vſu inducitur.*

884. *Priuilegium reſtringitur per eius vſum ſtrictum, ſeu non vſum in tota latitudine.*

885. *Priuilegium non amittitur per non vſum, quando non euenit occaſio eo vtendi; ac dum incertum eſt, quando caſus eueniet, quo eo vti poſſit.*

886. *Priuilegium non amittitur quamdiu priuilegiatus eo vti non poteſt, licèt ſemel illo vſus ſit. vel quando ignorauit, ſe illud habere; niſi elapſi eſſent 30.anni; num.887.*

888. *Priuilegium pecunia quæſitum, ſeu per viam contractus; aut pro remuneratione meritorum, vel annua penſione conceſſum non amittitur per non vſum ſaltem decennalem.*

889. *Priuilegium datum ad exceptionem, vtputa, ne cui ſuper aliqua re moleſtia inferatur, non amittitur per non vſum.*

890. *Priuilegium, quod conſiſtit in mera voluntate, & arbitrio priuilegiati, vt quod in certo flumine conſtruere poſſit molendinum ad ſui beneplacitum, non amittitur per eius priuilegij non vſum; & ibi quòd iuris facultatis regulariter non præſcribatur.*

891. *Facultatis iura quædam conſiſtunt in faciendo, ſeu affirmatiua ſunt, quædam in non faciendo, quædam in vtroque, & dici poſſunt mixta.*

892. *Facultati affirmatiuæ, ſeu quæ in faciendo conſiſtit, an, & quando præſcribatur; ibique variæ hac in re Doctorum diſtinctiones afferuntur.*

893. *Exemplum facultatis mixtæ, ſeu negatiuæ, quæ affirmatiuam inuoluit.*

894. *Præſcriptio contra priuilegium non habet locum in eius ſolo non vſu.*

895. *Priuilegia quædam redundant in grauamen aliorum, quædam aut in fauorem, aut in neutrum, ſed dumtaxat continent fauorem ipſius priuilegiati. & quomodo contra prius ex his generibus locum habeat præſcriptio; num. 896. & an contra poſterius ea locum obtineat, vel potiùs tacita renuntiatio; num. 897. & ſeq.*

898. *Priuilegium, quod ex iuris diſpoſitione amittitur per non vſum, an amittatur quaſi per tacitam renuntiationem, vel potiùs alio modo.*

899. *Priuilegium, per quod datur facultas aliquid faciendi, amittitur per non vſum decennalem. etiam à ciuitate; num.900. ſecus in Eccleſia, in qua requiritur ſpatium 40. annorum; num.901.*

902. *Præſcriptio priuilegij per non vſum quanto tempore inducatur, cum priuilegiũ alios gratiæ.*

903. *Iuribus incorporalibus realibus, vt ſeruitutibus, quanto tempore præſcribatur.*

904. *Priuilegium abſolutum, quod alios nõ reſpicit, niſi*

fauorabiliter, quanti temporis præscriptione amittatur, si eo quis non vtatur.

905. *Intellectus l.1.ff.de nundin.*

906. *Priuilegium an amittatur per eius non vsum in foro externo tantùm, an etiam in foro conscientiæ, maximè quando priuilegiatus non habuit animũ ei renuntiandi; & duob.n.seqq.*

907. *Priuilegium absolutum nemini onerosum in neutro foro amittitur per solum non vsum.*

908. *Priuilegia, quæ ex dispositione iuris per non vsum decennalem amittuntur, probabile est etiam in foro conscientiæ amitti.*

909. *Commutatio vltimæ voluntatis per modum priuilegij, seu rescriptum gratiæ concessa plerumque amittitur, seu extinguitur per contrarium vsum.*

910. *Priuilegium amittitur per contrarium vsum, si circumstantiæ necessariæ concurrant.*

911. *Contrarius vsus, seu actus inducit tacitam renuntiationem.*

912. *Impugnans aliquod beneficium, seu ius, censetur ei renuntiare; & ex actu impugnato non debet quis commodum consequi.*

913. *Renuntiatio beneficij, seu commodi inducitur etiam ex sola eius negatione.*

914. *Receptio inducit tacitam renuntiationem iuris, cui aduersatur.*

915. *Petitio iudicialis, vel extraiudicialis, & qualitas actionis in iudicio alteri contraria inducit tacitam eius renuntiationem; idémque de actu soluendi, qui iuri proprio aduersatur.*

916. *Reddens debitori instrumentum debiti, censetur illud remittere, & facere debitori pactum de non petendo.*

917. *Iudices adiens renuntiat compromisso; & comparens coram iudice à quo, renuntiat appellationi; adiénsque iudicem recusatum renuntiat recusationi.*

918. *Producens pro se in iudicio scripturam, eam approbat, ac renuntiat oppositionibus contra illam; & faciens actum contrarium testamento illi renuntiare videtur.*

919. *Renũtiatio an inducatur per vnicum actum contrarium eius, qui renuntiare potest. & quid in eo, qui conuentus in iudicio non allegat priuilegium; num.920.*

921. *Priuilegium, seu facultas non faciendi non amittitur per vnicum actum contrarium pro toto tempore futuro, sed requiritur legitima præscriptio etiam contra priuatam personam; nec sufficiunt plures actus in quolibet numero. & quid si tempus cum aliis requisitis ad præscriptionem intercedat; n.922.*

923. *Priuilegium non amittitur per vnicum actum contrarium, quando illud habet effectum successiuum, & iterabilem; nisi contrauentio esset vniuersalis quoad omnes actus, aut ab eo, qui tunc sit, ceteri penderent, vel substantia priuilegij impugnaretur.*

924. *Actus contrarius quoad vnam speciem non præiudicat quoad aliam contentam sub eodem priuilegio; neque contrarius quoad vnam personam præiudicat, quin vti possit eodem priuilegio contra aliam, quam pariter illud respicit.*

925. *Priuilegium quæsitum consuetudine non tollitur per vnicum actum contrarium, nisi actus gestus sit collegialiter.*

926. *Priuilegium non amittitur per actum contrarium coactũ, aut cum actum faciens ignorat suum priuilegium, vel per oblitionem, aut errorem priuilegio contrauenit; num. 927. vel actus non est perfectus, aut inualidus; aut si ab eo, qui expresse renuntiare non potest priuilegio; num.928.*

929. *Priuilegium non amittitur per contrarium vsum vbi illum faciens protestatur se nolle ei præiudicare.*

930. *Protestatio adiecta actui contrario quando iuuet protestantem, ne priuilegium aliúdue ius amittat. & an sit necessaria, ne priuilegium amittatur per vnicum actum contrarium; numer.931. & quando ea vtilis sit, etiam quoad actum præsentem; num.932.*

933. *Priuilegium non faciendi aliquid non amittitur, seu ei non renuntiatur per actum contrarium, vbi capi possit alia coniectura, quam renuntiationis. & quando tale priuilegium collatum est in liberam voluntatem priuilegiati; num.934.*

935. *Præscriptio non inducitur faciendo ea, quæ fiunt mera facultate; vt quòd quis accedere teneatur ad molendinum Titij seclusa consuetudine, aliúdue obligatione præcedente; aut hospitari aliquem, quem ex mera voluntate solitus fuit hospitari; idque etiam si solitus fuisset vtrumque facere per mille annos immemorabili tempore maiorum suorum, secus si illud factum fuerit ex certa causa pretensa.*

936. *Renuntiatio non inducitur ex actu contrario impugnato à iudice, vel à parte.*

937. *Priuilegium, cui apposita est clausula decreti irritantis, aut alia prohibitiua, non tollitur per actum contrarium, nisi clausula decreti adiecta, & in meram fauorem priuilegiati.*

938. *Actus contrarius priuilegio non inducit eius renuntiationem ad alterius, maximè Principis, præiudicium. neque eum illum quis facit ex Principis dispensatione; num. 939. aut ille actus non est omnino contrarius origini, & effectui; num. 940. & ibi quid si conformis sit iuri communi.*

941. *Priuilegium absolutum, quod non versatur circa alios, eósve non grauat, non amittitur per contrarium vsum.*

942. *Amissio priuilegij per contrariũ vsum, & per non vsum in quibus conueniant, aut discrepent.*

943. *Priuilegium alios respiciens amittitur per viam præscriptionis tempore ad præscriptionem requisito in ceteris iuribus incorporalibus, quæ alios respiciunt, & habent se per modum seruitutis realis, hoc est decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, si habeat causam continuam, vel quasi; aliàs requiritur immemorabilis, vel scientia, & patientia domini cum allegatione tituli. & quid si titulus probetur à non domino; vel quoad Ecclesiam; num.944. & seq.*

945. *Priuilegium Ecclesiæ quanto tempore amittatur; & ibi, ac n.seq. quam præscriptionẽ in iuribus suis patiatur Ecclesia inferior, vel Romana.*

946. *Intellectus cap. si de terra, & cap. accedentibus, de priuil. & vtriusque conciliatio.*

947. *Amissio priuilegij per contrarium vsum an, & quando locũ habeat etiam in foro conscientiæ.*

848. *Abusus commutationis vltimæ voluntatis obtentæ per modum priuilegij, seu per rescriptum gratiæ plerumque eam extinguit; sicut & in aliis priuilegiis contingit: inducítque tacitam renuntiationem: idque procedit siue abusus sit formalis, siue occasionalis, siue repugnans fini priuilegij, eiusque fundamentum destruens.*

Digitized by Google

949. *Priuilegiũ amittitur aliquando quoad ius ipsum, & omnem vsum priuilegij, idque siue adæquatè, seu in tota materia; siue inadæquatè, seu in parte materiæ: aliquando verò solùm quoad illum actum, qui tunc geritur.*

950. *Amissio priuilegij ob eius abusum an, & quando ipso iure incurratur, & in foro etiam conscientiæ; vel solùm in foro externo, & sententiam priuationis requirat; & num. seq.*

951. *Amissio priuilegij per modum pœnæ non incurritur ipso facto, & iure, nisi verba id satis expressè contineant; & num. 953. quæ autem verba importent sententiam latam, vel ferendam; num. 952.*

953. *Amittere priuilegium facto, vel ipso facto, diuersa sunt; ibique intellectus cap. fin. de vit. & honest. cleric. & ibid. glos. verbo, cum facto.*

QVÆRO DECIMO, & postremò in hoc octauo cap. an, & quando vltimæ voluntatis commutatio expiret per ipsius non vsum, contrarium vsum, vel abusum.

Est hic postremus modus, seu hi sunt postremi modi ex propositis per nos suprà initio huius cap. quibus commutatio vltimæ voluntatis expirat, seu extinguitur ab extrinseco, seu per contrariam actionem: simúlque sunt modi, quibus tacita renuntiatio inducitur, iuxta id, quod initio præced. quæst. admonuimus. Neque alicui mirum videri debet,
856. quòd non vsum † inter actiones numeremus; nam & qui non facit, maximè cùm facere deberet, facere dicitur, vt constat ex *l. si mora, ff. sol. matr. l. cùm quid, ff. de verb. oblig. l. qui non facit*, vbi Dec. *ff. de reg. iur.* glos. *l. 2. in princip. verbo, in dando, ff. de verb. oblig. & in l. adigere, ff. de iurepatronat.* cum aliis ad id allegatis à Tiraqu. *tract. de pœn. temper. cauſ. 44. num. 13.* Card. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 13. num. 9.* ac nouissimè D. Paul. Gallerat. *in suo tract. de renuntiat. lib. 5. cap. 1. numer. 62. & cap. 13. numer. 2.* eadémque ratione peccatum omissionis comprehenditur in ea definitione peccati à D. Augustino allata *lib. 2. contra Faust. cap. 27.* quòd sit dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam; prout tradunt Theologi cum Magistr. sent. *lib. 2. distinct. 35.* & S. Thom. *1. 2. quæst.*
857. *71. artic. 5. & 6.* & in specie, quòd abusus † saltem aliquando inducat tacitam renuntiationem, notat Suarez *lib. 8. de legibus, cap. 34. num. 1. & cap. 36. num. 8.* post glos. *in cap. recolentes, ver. communi iure, de stat. mon.* & alios: de non vsu autem, aut contrario vsu, quòd vim renuntiationis habere possit, constabit ex his, quæ *in 1. & 2. conclus.* afferemus: & in contrario vsu est text. *in cap. si de terra, de priuileg.* ibi; de priuilegio tamen indulto tanto tempore vobis detrahere voluistis, cùm liberum sit vnicuique suo iuri renuntiare; iunctis iis verbis; si de terra, quam habetis in parochia Canonicorum de Plautio, per triginta annos eis decimas persoluistis. His præmonitis, vt rationem tituli, ac loci præsentis quæst. ostenderemus, antequam ad illius conclusiones descendamus, aliqua breuiter pro eiusdem faciliori resolutione præmittenda sunt.

858. Præmitto igitur primò, quòd † impetrans rescriptum iustitiæ, si eo non vtatur intra annum, non potest postmodum, opponente parte, illo vti: vt constat ex text. *in cap. plerumque, de rescript.* vbi Innoc. III. Romanus Pontifex statuit, valere secundum rescriptum, licèt de primo non faciat mentionem, quo impetrans dolo, vel negligentia non est vsus intra annum, postquam copiam iudicum habuit. Ac iuxta hunc text. (vt iura iuribus concordemus, *cap. cùm expediat, de elect. in 6.* cum simil.) intelligendum est *cap. si autem, de rescript.* vbi Luc. III. idipsum disponit, quod Innocent. III. *d. cap. plerumque*, eo excepto, quòd nullam de anno facit mentionem. Quod quidem declaratur primò, vt † huiusmodi dolus, & negligentia 859.
primi impetrantis in præsentando suas litteras non præsumatur, sed probanda sit saltem signis, & coniecturis ab ipso opponente, vt adnotarunt Felin. & Doctor. communiter *in d. cap. si autem*, & Innoc. *d. cap. plerumque, eodem tit.* qui etiam tradiderunt, quod saltem negligentia præsumatur per lapsum anni. Secundò, vt, † si nullæ posteriores litteræ ab 860.
aduersario impetrentur, primæ non expirent etiam volente ipso aduersario per lapsum anni, sed ex sua natura sint perpetuæ; vt voluerunt Abb. Felin. Dec. & alij *d. cap. si autem*, idémque Abb. & Innocent. *d. cap. plerumque*, per text. *in l. falsò, C. de diuers. rescript.* quæ textum *in d. cap. si autem, & cap. plerumque*, ita limitat, & ab eo inuicem sic limitatur, vt, si priores litteræ per posteriores non renouentur, quia nullæ post illas fuerint ab aduersario impetratæ, vt paulo antè diximus; durent saltem per triginta annos: aliàs si quidem de iis fiat mentio in posterioribus, statim tollantur priores; si non fiat mentio, tollantur post annum data negligentia, vel dolo primi impetrantis: quod etiam sentit Bart. Bald. & Castrens. *d. l. falsò*, relati à Dec. *d. cap. si autem, in initio.* Ex quibus facilè colligere licet, quid statuendum sit, cùm vltimæ voluntatis commutatio impetratur, seu conceditur per rescripum iustitiæ; quod quomodo contingat, diximus *cap. 6. quæst. 3. præmiss. 2.* In quo articulo diutiùs non putauimus immorandum, cùm rarò admodum contingere possit; &, si quando contingat, pro eo candidum lectorem remisisse sufficiat ad Doctor. *d. cap. si autem, cap. plerumque, ac l. falsò*, & tradita per nos *in tract. de Conseruatoribus iudicibus, cap. vltim. quæst.* item *vlt. conclus. 1.* In hac verò quæst. deinceps de commutatione vltimæ voluntatis agemus concessa per modum priuilegij, seu per rescriptũ gratiæ.

Præmitto autem secundò, quòd, cùm † duplex 861.
sit priuilegium; aliud affirmatiuum; quod concedit facultatem agendi aliquid, vtputa exigendi decimas concessum non Parocho, aut celebrandi in loco interdicto, & similia; aliud negatiuum, quod dat licentiam aliquid omittendi, quale est non soluendi decimas, & alia huiusmodi: quam diuisionem tradit, latiúsque explicat Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 6. num. 9. & 10.* illud præcipuè tradens, † 862.
priuilegium negatiuum ferè semper esse contra legem, quoniam ad omittendum id, quod non est præceptum, non est necessarium priuilegium; affirmatiuum autem non semper est contra, sed interdum præter legem, vt idem latè docet *d. lib. 8. cap. 1. num. 5.* & quando vtrumque est contra legem, † et- 863.
iam differunt, quia priuilegium negatiuum est contra præceptum affirmatiuum; priuilegium autem positiuum, seu affirmatiuum est contra præceptum negatiuum. cùm, inquam, priuilegium aliud sit
affirmatiuum, aliud negatiuum, sicut † contrarius 864.
vsus, & per eum amissio priuilegij non potest habere locum, nisi in priuilegio negatiuo; ita non vsus, & priuilegij per eum amissio locum habere nequit, nisi in priuilegio affirmatiuo: sicut enim affirmatio negationi, sic negatio affirmationi opponitur: ex quo, & aliis id de contrario vsu probat Suarez *d. lib. 8. cap. 35. numer. 5.* & de non vsu *d. cap. 6. num. 10. & cap. 34. num. 3.* vbi subdit, † duobus modis posse contingere, vt aliquis 865.

non vtatur priuilegio affirmatiuo. vnus dici potest merè negatiuus, quo quis non exercet priuilegium, quando non occurrit occasio, pro qua datum est; sicut etiam dicitur non vsus mere negatiuus præcepti affirmatiui, quod pro certo tẽpore datur, quando non exercet actum præceptum eo tempore, quo non obligat; neque enim tunc dicitur omittere præceptum, sed tantùm non exercere actum ipsius præcepti; vnde etiam fit, inquit *num.* 4. vt, sicut hæc negatio non est contraria præcepto, ita ille nõ vsus non opponitur priuilegio: alius non vsus, seu eius modus, vt idem subiecit *num.* 5. dici potest priuatiuus, seu omissiuus priuilegij affirmatiui, quando in propria occasione, & pro eo tempore, pro quo concessum est, omittitur eius vsus; est enim carentia actus in tẽpore habili, & pro quo maximè esse posset, vel deberet iuxta tenorem priuilegij, seruata proportione ad omissionem actus præcepti pro eo tempore, quo præceptum obligat. talis autem non
866. vsus † opponitur suo modo priuilegio, & potest esse aliquod morale indicium voluntatis renuntiandi illi. vnde necesse est, vt in tali omissione concurrant conditiones necessariæ, vt ille non vsus sit voluntarius, quæ sunt scientia, & potẽtia; renuntiatio enim est actus voluntarius, vt *quæst. præced.* vltimo loco præmissimus; necnon *concl. 3. in 3. & 7. requisito.* & quoad tacitam est bonus text. *in cap. si de terra, de priuileg.* idque docet Suar. *d. num.* 5. præcipuè ex glos. *in cap. Abbate, verbo, donec, de verb. signif.* Differt au-
867. tem † hic modus amittendi priuilegium per non vsum, prout importat tacitam renuntiationem, ab eo modo, qui est per viam præscriptionis, vt monet idem Suarez *d. lib.* 8. *cap.* 34. *num.* 6. hoc enim modo, seu casu non amittitur ex voluntate amittentis, sed ex efficacia alicuius legis etiam inuito priori domino, & possessore; quando verò priuilegium deseritur per renuntiationem, amissio fit ex voluntate possidentis, vt dictum est, siue illa voluntas expressè, siue tacitè solùm indicetur. subdúntque Suar. glos. hos duos modos distinxisse *in cap. vlt.* 16. *quæst.* 4. significantem, longius tempus requiri ad præscriptionem, quàm ad tacitam renuntiationem. sed & eamdem distinctionem facit Sanchez *d. lib.* 8. *de matrim. disp.* 32. *num. vlt.*

868. Præmitto tertiò, quòd † oppositorum quatuor sunt genera, vt cum Arist. *in lib. de prædicament. cap. de oppositis*, tradunt Philosophi, & inter Iurisconsultos ad rem, de qua agimus, D. Paul. Gallerat. *in tract. de remun. sem.* seu *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 21. nimirum relatiuè, vt pater, & filius; emere, & vendere; dare, & accipere; res, & pretium, quæ minimè se compatiuntur in eodem subiecto respectu eiusdem; vnde quis nequit simul esse pater, & filius respectu eiusdem personæ, emptor, & venditor eiusdem rei, aut consequi rem simul, & pretium: contrariè; quæ oppositio est repugnantia duorum contrariorum; hæc autem sunt, quæ sunt sub eodem proximo genere posita, maximè inter se distant differentia formali, seque mutuò expellunt ab eodem subiecto, in quo tamen successiuè esse possunt; vt bona, & mala fides, *l.* 1. *C. de furt.* & calor, ac frigus; adde etiam simul, sed in gradu remisso, vt de calore, & frigore, & humiditate, ac siccitate non modò in mixtis, sed & in elementis aeris, ac terræ frequentior Philosophorum schola admittit; & in exemplo proposito est fides dubia. Tertia oppositio est priuatiua, habitus nimirum, & priuationis, quæ se non compatiuntur in eodem subiecto, vt cæcitas, & videndi potentia; & esse sui, vel alieni iuris. Quarta est per affirmationem, & negationem, dicitúrque negatiua, vel contradictoria, vt albus, non albus; testatus, & intestatus, *l. 1. nostrum, ff. de reg. iur.* vbi Iurisconsultus ait, inter hæc naturaliter esse pugnam, quia in his non datur medium; &, vt inquit Philosophus *lib.* 4. *Metaph.* de quolibet vera est affirmatio, vel negatio. Cum igitur hæc sint genera oppositorum; oppositio, de qua hic agimus, cum iuribus & Doct. hac in re loquentibus, nimirum inter priuilegium, eiúsque actum contrarium, † quoad id, vt per hunc 869.
illud amitti possit, dicitur contraria; vt recte monet Suarez *d. lib.* 8. *de legibus, cap.* 35. *num.* 1. quia, licèt inter positiuum actum, & negationem eius tantùm videatur esse oppositio contradictoria, tamen actus ille positiuus cum ipso priuilegio, seu eius concessione habet positiuam oppositionem; & ideo meritò contrarietas appellatur: sicut, inquit, assensus propositionum contradictoriarum inter se contrarij sunt. & ità subdit, in hoc multum differre vsum contrarium priuilegij à non vsu, quia non
vsus † re vera non habet propriam oppositionem 870.
cum priuilegio, sed tantùm cum exercitio eius, seu cum illius actu, cui contradictoriè opponitur. vsus autem contrarius priuilegio negatiuo non solùm opponitur vsui priuilegij, sed etiam positiuè repugnat ipsi priuilegio; quia, qui sic operatur, actu ipso profitetur, se non habere tale priuilegium. Vt autem hic vsus, seu actus contrarius possit extinguere priuilegium, quædam necessaria sunt, & primò, † vt sit actus ipsiusmet priuilegiati: ita Sua- 871.
rez *d. cap.* 35. *num.* 3. nam si is sit ab alio, non erit priuilegio contrarius, cùm contraria debeant circa idem versari; subdens, † pariter debere esse re- 871.
pugnantem non tantùm materiali omissioni talis actus, seu carentiæ illius, sed etiam exemptioni, seu facultati, quam priuilegium concedebat; ita, vt intelligatur actus fieri ex illa obligatione, quam auferebat priuilegium: vt si quis habens priuilegium non ieiunandi, ieiunet diebus non præceptis, actus ille non censebitur cõtrarius priuilegio, quod pro illis diebus datum non est; sed in iis, in quibus ieiunium præcipitur. immo idem erit, si exerceat actum eo tempore, quo, secluso priuilegio, adest obligatio; vt in habente priuilegium non ieiunandi, si ex deuotione ieiunet diebus præceptis; dummodo appareat, illum id facere non velle ex obligatione; vtputa si protestetur. ita Suarez *d. cap.* 35. *num.* 4. tenétque Bart. *in l.* 1. *C. de his, qui fiunt. mun. publ. sub lib.* 10. quem sequuntur Abb. Felin. & alij *in cap. cùm accessissent, de constit.* cum plerisque ad id allegatis, ac probatis à Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 41. *numer.* 11. & Gallerarus *d. cap.* 6. *num.* 27. Id verò confirmat *ibidem* Suarez ex eo, quòd ad hunc modum amittendi priuilegium necesse est, vt quis sciens, & volens formaliter operetur contra priuilegium; debet enim hic vsus esse voluntarius: vnde actus contrarius non inducit renuntiationem iuris, quod ignoratur, vt latè probat Gallerat. *d. cap.* 6. *numer.* 23. neque eius, quod scitur, si sit coactus, vt idem post alios tradit *num.* 25. Debet præterea † esse actus perfectus, 873.
seu, qui fortitus sit effectum, vt ipsemet ostendit *eodem cap.* 6. *num.* 24. præcipuè ex glos. *in cap. cùm venissent, de eo, qui mittit. in poss. caus. rei serv.* Felin. *d. cap. cùm accessissent, num.* 30. & *ibi* Dec. *col. penult. versic. quarto declaratur*, Ias. *l. vlt. num.* 20. *ff. de constit. Princip.* quos etiam sequitur Menoch. *d. præsumpt.* 41. *numer.* 12. communem asserit Decian. *consil.* 27. *numer.* 4. *lib.* 2. debétque esse validus; nam scienter faciens actum contrarium inualidum, non renuntiat iuri suo, vt Gallerat probat *d. num.* 24. & latiùs *num.* 28. Ad hæc necesse est, † vt vsus ille, 874.
seu

seu actus contrarius fiat à persona, quæ de iure possit renuntiare priuilegio: ita pluribus relatis, Mandos. *in tract. de priuileg. ad instar, glos. 15. num. 28. & sequent.* Roderic. *tom. 3. quæst. regul. quæst. 51. art. 5. versic. secundò fallit,* Menoch. *d. præsumpt. 41. num. 7. cum duob. seqq.* & Gallerat. *d. cap. 6. num. 28. & 32.* inde inferentes post alios ad Prælatum facientem actum contrarium priuilegio Ecclesiæ concesso. Idem quoque docet Suar. *d. cap. 35. num. 5.* quoniam, si quis, ait, est impotens ad renuntiandum priuilegio, multo magis erit impotens ad illud destruendum per actus contrarios: quia nec tales actus recipient efficaciam à voluntate operantis, vt per se constat; nec ab aliquo iure, quia ius potiùs prohibet tales actus tali personæ; ergo non potest dare illi efficaciam ad tollendum priuilegium. subdit autem satisque confirmat *ibid. & num. 6.* quòd duobus modis contingit hæc inefficacia renuntiationis, seu iuris prohibitio, siue quia priuilegium contineat ius publicum, vt priuilegium canonis, & fori clericis concessum, cui ideo renuntiare non possunt per actum contrarium, vt de primo est text. *in cap. contingit, il 1. de sent. excom.* de secundo *in cap. si diligenti, de for. compet.* siue quia concessum sit alicui cõmunitati, cui nequeunt singuli præiudicare, nisi quoad suum fauorem, qui ab iis separabilis sit sine præiudicio communitatis. An verò hæc renuntiatio sit de toto priuilegio etiam pro futuris temporibus, vel solùm pro actibus præsentibus, qui contra priuilegium fiunt, dicemus inf. *concl. 2.* ex cuius etiam limitationibus, necnon ex restrictionib. quas ad 3. ampliationem eiusdem 2. concluſ. adhibebimus, colligere licebit alia requisita, seu necessaria ad hanc actus contrarietatem ipsi priuilegio, vt eius renuntiationem inducere, illúdque tollere possit. Hic verò pro complemento huius præmissi adnotandum est primò cum Suarez *d. cap. 35. num. 7.* duob. modis superiùs quoad non vsum ex-
875. plicatis *in præced. præmiss.* † intelligi posse amitti priuilegium per contrarium vsum, nimirum, vel per renuntiationem tacitam, vel per modum cuiusdam præscriptionis. quorum prior modus insinuatur *in cap. ex ore, de his, qua fi. à mai. part. Capit.* vterque verò *in cap. si de terra, & cap. accedentibus, de priuileg.* quamuis autem hanc distinctionem non agnoscant glos. ac plerique Doctor. in his iurib. atque alibi; neque Menoch. *d. præsumpt. 41.* & Gallerat. *d. cap. 6.* passim tamen eam faciunt Abb. *d. cap. cùm accessissent, num. 8.* & Felin. *num. 28. ac 29. de constit.* asserentes, per contrauentionem amitti priuilegium ex tacita renuntiatione, quoties contrauentio fiat à persona, quæ potest renuntiare priuilegio; si verò talis persona non sit, esse necessariam præscriptionem. de cuius tamen dicti veritate videbimus *concl. 2.* Nunc adnotandum est secundò cum eodem Suarez *sup. num. 9.* quod & ipse *num. 6.* &
876. nos paulo antè indicauimus, † renuntiationem, seu amissionem priuilegij per actum contrarium posse intelligi, vel quoad valorem illius actus, qui continet vsum priuilegij, seu pro illa vice; vel quoad totam facultatem priuilegij, seu quoad vsum eius in toto futuro tempore.

877. Præmitto quartò, & postremò, † aliud esse priuilegium amitti propter delictum, aliud propter abusum; nam abusus propriè significat defectum in ipsomet vsu priuilegij, vel in his, quæ illud concernunt, vt ex vi ipsius vocis satis constat; delictum autem latiùs patet, & comprehendere potest quodcumque peccatum ipsius priuilegiati. ita optimè aduertit Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 36. num. 2.* in præsenti quæst. agimus de abusu propriè sumpto; nam quodammodo confert ad amissionem priuilegij, vel tollendo eius fundamentum, vel secundum quandam proportionem pœnæ ad culpam; quia in his quis punitur, in quo deliquit; vt satis constat ex *cap. gratum, de postul. prælat. cap. licet de regular. cap. suarum, & cap. vt priuilegia, de priuil.* iuncto *cap. literas, de tempor. ordin. cap. pastoralis, de iurepatr. cap. postulastis, de cleric. excom. ministr. & cap. inter dilectos, de excess. prælat.* cum simil. Propter alia verò delicta, quæ non continent abusum priuilegij, puniri quidem potest aliquis eius amissione pro arbitrio legis, aut Principis; sicut potest in aliis bonis; tamen id extraneum, & accidentarium est, & ideo hoc non consideratur; sed illud solùm dicimus,
† posse priuilegium propter delictum amitti, si id 878.
per legem aliquam statuatur, ab eo nimirum, qui possit ex causa priuilegio aliquem priuare. vnde regula est frequenter à Iurisconsultis recepta, vt per Socin. *reg. 380.* aliàs 31. & Bern. Diaz *reg. 592.* priuilegium non amitti propter delictum, nisi in casibus à iure expressis; cuiusmodi est *cap. vlt. de vit. & honest. cleric.* Constitutio Pij V. de clericis sodomiam exercentibus, & Concil. Trid. *sess. 7. cap. 10.* de clericis non arctatis recipientibus ordines minores vi licentiæ, vel dimissoriæ concessæ intra annum à Capitulo sede Episcopali vacante. Abusus autem pri-
† uilegij multiplex subdistingui potest, vt rectè do- 879.
cet Suarez *d. cap. 36. num. 3.* Vnus est quasi formalis in ipsomet actu priuilegij exercendo illum plus, quàm priuilegium concedat: semper enim hic abusus est per excessum; nam, si defectus sit in minori vsu, vel in non vsu, aut contrario vsu, non potest dici abusus priuilegij; quia vel nullus est vsus prætextu priuilegij, vel non est vsus culpabilis, seu peccaminosus, qui solus dicitur abusus: vbi verò quis tenetur priuilegio vti, licèt, si id nõ faciat, quantum potest, ac debet, dici possit priuilegio abuti; tamen ille abusus magis pertinet ad non vsum, vel contrarium vsum, de quibus seorsim dictum est *in 2. & 3. præmiss.* ac dicemus *in 1. & 2. concluſ.* Abusus ergo, de quo hic loquimur, & agemus latiùs *in 3. concluſ.* per excessum propriè committitur. Hic autem excessus vtendi priuilegio amplius, quàm ipsum concedat, per omnes fere circumstantias humanorum actuum variari potest, scilicet vtendo priuilegio in loco, tempore, aut circa materiam, vel personam non concessam, aut aliter illud iniustè, & irrationabiliter extendendo. Alius abusus dici potest occasionalis, cùm quis ex priuilegio sumit occasionem delinquendi, vt cùm exemptus inde sumit licentiam peccandi, & inferendi alteri iniuriam, non quidem prætextu priuilegij, (hoc enim pertinet ad priorem modum,) sed quia spe impunitatis ex priuilegio concepto liberiùs delinquit, vel alio modo ex priuilegio corripit peccandi occasionem. Tertio modo dicitur aliquis abuti priuilegio, quando priuilegiatus suis prauis moribus repugnat fini priuilegij, seu eius fundamentum destruit: sic clericus beneficiatus priuilegiatus, vt sit absens causa studij, & interim faciat fructus suos; (prout hoc exemplum explicat idem Suar. paulo pòst *sub num. 7.*) dicetur abuti priuilegio, quando neglecto studio aliis noxiis, aut inutilibus actionibus occupatur. & ad hæc tria membra, inquit Suarez *d. num. 3. in fin.* videntur posse reduci omnes priuilegiorum abusus. *Num.* autem 5. bene id aduertit, quod & in præmiss. præced. de contrario vsu cum eodem animaduertimus,
† duplicem esse posse hanc priuilegij amissionem 880.
per abusum; alteram radicabilẽ, quando ius ipsum vtendi etiam in futurum amittitur siue in tota materia priuilegij, siue in aliqua eius parte; alteram in

p ræſenti, ſeu quoad actum illum, qui fit cum abuſu p[r]iuilegij, & ratione abuſus perdit valorem, vel qualitatem, quam ex influxu priuilegij, ſeu poteſtatis habiturus eſſet, ſi foret legitimus. Denique amiſſio priuilegij per abuſum, vt rectè docet idem Suarez
881. *d. cap.* 36. *num.* 7. † poteſt intelligi; vno modo ex natura rei, altero ex iuris poſitiui diſpoſitione. Prior modus, vt *ibid.* tradit, poteſt habere locum in ceſſatione priuilegij quoad valorem actus, qui per abuſum fit ſub vmbra, ſeu colore priuilegij. Alter modus, vt idem monet *num.* 8. includit ſententiam iudicis, vel actionem Superioris, quæ ſecundùm ius eſſe debet, ac diſpoſitionem ipſiuſmet priuilegij, in quo interdum additur clauſula, vt propter talem, vel talem abuſum amittatur; potéſtque inducere huiuſmodi amiſſionem, ſeu priuationem ipſo facto, aut imponendâ à iudice, vel Superiore per ſententiam. His de non vſu, contrario vſu, vel abuſu priuilegij, & gratiæ, quod maximè pertinet ad commutationẽ vltimæ voluntatis, quatenus per modum gratiæ, vel priuilegij conceditur, præmiſſis, iam ad concluſiones præſentis quæſt. veniamus: quarum prima erit de huiuſmodi commutationis extinctione, ſeu amiſſione per non vſum, ſecunda per contrarium vſum; tertia verò, ac poſtrema per abuſum.

Prima conclvsio. Commutatio vltimæ voluntatis conceſſa per modum priuilegij, ſeu
882. per reſcriptum gratiæ † ſaltem aliquando per non vſum amittitur, ſeu extinguitur. Patet hæc concluſio; quoniam id præcipuè in priuilegio ſatis conſtat tum ex text. *in l.* 1. *ff. de nundin. l. falsò*, *C. de diuerſ. reſcript. cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit. cap. ſi de terra, & cap. accedentibus, de priuileg.* ibique id adnotarunt gloſ. & Doctor. communiter; & inter recentiores Eman. Roderic. *quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 9. *art.* 4. *verſ. tertiò dico, & tom.* 3. *quæſt.* 51. *art.* 5. *in princ.* nonnullos ad id Doctor. referens; quod & facit Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 41. *num.* 16. Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 14. *num.* 1. vbi etiam aſſerit, hanc eſſe ſententiam valde receptam; plures verò recenſet ac ſequitur D. Paul. Gallerat. *d. tract. de renuntiat. lib.* 5. *cap.* 14. ferè per tot. vbi præcipuè *num.* 3. *&* 4. pleraque alia iura ad id adducit, vt *l. ſi habitatio, ff. de vſ. & habit. l. hæc autem iura, ff. de ſeruit. vrb. prad. l. ſicuti, §. planè, ff. ſi ſeruit. vendic. l. ſi tibi, C. de ſeruit. & aq. §. finitur, Inſtit. de vſufr.* ex iis poſtmodum
883. docens, † ex huiuſmodi non vſu priuilegij, alteriúſve iuris ſui plerumque induci tacitam renuntiationem: & in id allegans quoque text. *in l. ſi index circumuento, ff. de minor. l. & Attilicinus, ff. de ſeruit. ruſt. prad. l. ſi ſic, ff. quemadmod. ſeruit. amitt. l. alienationis, ff. de verb. ſignif. l. pen. & l. fin. C. de ſeruit. & aq. ac l. in filiis, C. de decurion. lib.* 10. *Num.* autem 5. *verſ. extenditur*, hanc regulam de priuilegio, vt per non vſum plerumque amittatur, ita extendit,
884. vt † habens priuilegium latum, ſi eo vtatur ſtrictè, atque adeò per non vſum in tota latitudine, ſibi præiudicat, vt ampliùs eo vti non poſſit, latè, poſt Bart. *in l. vſum aquæ, C. de aquæduct. lib.* 11. Alexand. *conſ.* 33. *lib.* 4. Ferret. *de re naual. lib.* 5. *num.* 18. Horat. Mandoſ. *in d. tract. de priuileg. ad inſtar, gloſ.* 15. *num.* 39. *cum ſeq.* & alios: quam extenſionem admittit etiam Suar. *d. cap.* 34. *num.* 1. vbi præter Bart. *loc. cit.* allegat Bald. necnon Iaſ. *in l. vlt. ff. de conſtit. Princip.* illámque rationem affert, quòd eadem ſit ratio in non vſu quoad partem, quæ eſt in toto, arg. *l. quæ de tota, ff. de rei vendic.* cum ſimil. coarctat verò, vbi non euenit caſus eo vtendi largè, idem Mandoſ. *d. gloſ.* 15. *num.* 41. poſt Iaſ. *d. l. fin. num.* 56. *ff. de conſtit. Princip.* & ea, quæ ipſe dixerat *in* 1. *concluſ. fall.* 2. nóſque nunc dicemus.

Limitatur autem prædicta regula, noſtraque concluſio primò, vt non procedat, † quando non 885.
euenit vtendi occaſio: ita pluribus relatis Menoch. *d. præſumpt.* 41. *num.* 16. *ad fin.* Mandoſ. *d. tractat. de priuileg. ad inſtar, gloſ.* 15. *num.* 9. necnon Balb. *tract. de præſcript. in* 4. *part.* 5. *partis princip. quæſt.* 4. *num.* 3. Eman. Roderic. *d. quæſt.* 51. *art.* 5. *verſ. ſecundò fallit*, Caputaq. *deciſ.* 379. *part.* 2. Suar. *d. cap.* 34. *num.* 4. & Gallerat. *d. cap.* 14. *num.* 6. *in princip.* qui aliquos refert de communi teſtantes, eámque rationem affert, quoniam priuilegium amittitur ob negligentiam non vtentis, quæ ceſſat in eo, cui non fuit oblata occaſio vtendi; quare ceſſante cauſa amiſſionis, ceſſare debet ipſa amiſſio: ſicut etiam Suarez *d. num.* 4. ait, hoc docere omnes, eámque rationem adducit, quia talis non vſus nec per ſe inducit aliquid priuilegio repugnans, cùm illi non opponatur, nec inducit tacitam renuntiationem, quia nullum indicium eſt voluntatis relinquendi priuilegium, cùm non procedat à tali voluntate, neque à voluntate non vtendi priuilegio, ſed habet aliam moralem cauſam adæquatam, & propriam, ſcilicet carentiam occaſionis exercendi actum conceſſum à priuilegio: quam etiam rationem confirmat, id quod ex eodem Suar. diximus *in* 2. *præmiſſ.* immo, dum incertum eſt, quando caſus eueniet, vt quis vti poſſit ſuo priuilegio, illud non amittit per non vſum; vt poſt Rebuff. *in tract. de nomination. quæſt.* 14. *in princ. num.* 38. docet Gallerat. *d. cap.* 14. *num.* 6. *ante med.* Secundò limitatur eadem regula, & concluſio, vt non procedat, † quando priuilegia- 886.
tus non potuit vti priuilegio: ita ſentiunt Doctor. quos ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 41. *num.* 16. *in initio.* & expreſsè poſt alios tradit Mandoſ. *d. gloſ.* 15. *num.* 11. Suar. *d. cap.* 34. *num.* 5. Roderic. *d. art.* 5. *verſ. tertiò fallit, quando*, & Gallerat. *d. num.* 6. *ante med.* per text. qui ad id optimus eſt, *in d. l. Attilicinus*, qui loquitur etiam, vbi ſemel priuilegio, aut iure ſuo, qui illud habebat, vſus fuit. Tertiò regula hæc non habet locum, † vbi quis ignorauit, ſe illud 887.
ius, ſeu priuilegium habere; tunc enim ob ignorantiam deeſt voluntas renuntiandi: ita Suarez *d. num.* 5. ac poſt alios Mandoſ. *d. gloſ.* 15. *num.* 12. & Galler. *d. num.* 6. *verſ. non procedit quoque*: quod vterque declarat niſi elapſi eſſent triginta anni; poſt Innoc. & Afflict. Quartò non procedit † in priui- 888.
legio pecunia quæſito, quod habet naturam contractus, & eſt irreuocabile: ita poſt alios Mandoſ. *d. gloſ.* 15. *numer.* 17. *ac* 18. & Galler. *d. num.* 6. *verſ. ſed & fallit.* ad quod faciunt quæ de huius priuilegij irreuocabilitate tradidimus ſup. *hoc eod. cap. quæſt.* 6. *concluſ.* 2. & quod de priuilegio conceſſo in remunerationem meritorum, vt per non vſum non tollatur, cùm habeat aliquam rationem contractus, pluribus tradunt Mandoſ. *d. gloſ.* 15. *num.* 19. *&* 20. Roderic. *d. art.* 5. *verſic. quintò fallit*, & Gallerat. *d. cap.* 14. *num.* 6. *verſ. declaratur etiam.* quod idem de priuilegio, cuius ratione ſoluitur annua penſio concedenti, poſt Alber. *in l. de quibus, ff. de legib.* & Balb. *d. tract. de præſcript.* 4. *part.* 4. *partis princ. quæſt.* 4. *verſic. quartò limita*, docet Mandoſ. *d. gloſ.* 15. *num.* 10.
Limitatur quintò prædicta regula, noſtraque concluſio, vt non procedat, † vbi priuilegium ſit ad 889.
exceptionem, vtputa ne cui ſuper aliqua re moleſtia inferatur: ita per text. *in l. purè*, *§. fin. ff. de dol. mal. & met. except.* poſt alios docent Roderic. *d. art.* 5. *verſ. quartò fallit*, Balb. *vbi ſup. d.* 4. *part.* 5. *partis quæſt.* 2. *num.* 2. Mandoſ. *d. gloſ.* 15. *num.* 16. & Gallerat. *d. num.* 6. *verſ. præterea fallit.* Limitatur
ſextò vt non habeat locum regula prædicta, † 890.
quoties

quoties priuilegium consistit in mera voluntate, & arbitrio priuilegiati; vt si Princeps alicui concederet, vt in certo flumine ad sui beneplacitum construere possit molendinum: ita post *glos. pen. in cap. vt priuilegia, de priuil.* & alios plurimos tradunt Balb. *tract. de præscript. part. 4. 5. partis princip. quæst. 2. per tot. & quæst. 4. num. 4.* Mandos. *d. glos. 15. num. 14. cum seq.* Gallerat. *d. num. 6. vers. non procedit etiam*, & ante hunc Ant. Gabr. *commun. concl. lib. 5. tit. de præscript. concl. 10. num. 1.* vbi hanc esse communem conclusionem asserit, ac pro eadem allegat præcipuè text. *in l. viam publicam*, & *ibi* Bart. *ff. de via publ. & itin. publ. refic. cap. possessiones, 16. quæst. 1. & in cap. significante*, vbi Abb. & cæteri, *de appell.* cum aliis congestis per Tiraq. *in vol. consuetud. tit. 3. §. 1. glos. 2.* quem etiam cum plerisque allegauimus in nostro tract. *de option. canon. quæst. 2. sub num. 20. cum seq.* prout etiam idem Tiraq. seipsum allegat in suo commentar. *de retract. conuent. §. 1. glos. 2. sub num. 12.* necnon cum aliis congestis per nos *in tract. de Conseruat. iudicib. cap. vlt. quæst. vltim. conclus. 2. sub num. 418.* & Gonzal. *ad reg. 8. Cane. glos. 5. §. 6. num. 35. & 37.* vbi prædictam regulam, & conclusionem, quòd facultati non præscribitur, cum illa coniungit, quòd facultati implendi conditionem potestatiuam non præscribitur, dum allegat Gabr. *d. tit. de præscript. concl. 11.* quæ tota de hac re est, & asseritur quoque à Tiraq. *d. num. 22.* per text. *in l. seruus quoque, §. vlt. ff. de hered. instit. & l. vlt. ff. de condit. instit.* itémque cum illa, quòd libero arbitrio non præscribetur, dum pariter citat Gabr. *d. tit. de præscript. concl. 12.* quæ tota, & ipsa in hoc versatur; & verè hæc tertia vix discerni potest à prima, prout etiam eas coniungit Balb. *d. quæst. 1. num. 5. & quæst. 4. num. 4.* media verò vel ex vtraque, vel certè ex prima sequitur, vt idem Gabr. fatetur *d. concl. 12. num. 1.* Potiùs verò distinguenda est prædicta regula, quòd meræ facultati, seu iis, quæ meræ facultatis sunt, liberóve arbitrio non præscribitur, prout sup. *in 2. præmiss.* de priuilegio distinximus,

891. vt † quædam facultas sit affirmatiua, cuius fauor sit in faciendo, quale est exemplum suprà in limitatione positum de habente priuilegium construendi molendinum in certo flumine; & qualis est facultas optandi pinguiores præbendas, cùm vacauerint, de qua *in cap. fin. de consuetud. in 6.* alia sit facultas negatiua, seu aliquid onerosum non faciendi, vt non soluendi decimas, de qua *in cap. si de terra, de priuileg.* alia quodammodo mixta ex vtraque, quia in earum vna altera inuoluitur, qualis est facultas accedendi ad furnum, vel molendinum, quò libuerit; quod exemplum afferunt cum aliis Abb. *in cap. suam nobis, num. 5. de simon.* Balb. *d. part. 4. 5. partis princip. quæst. 5. num. 1.* & Gonzal. *d. num. 37.* de hac postrema in præsenti, ac seq. concl. aliquid dicemus: de secunda, cùm is proprius locus sit, quoniam ei opponitur actus positiuus contrarius, agemus latiùs *in seq. concl.* de prima verò, cui opponitur negatio actus, seu non vsus in præsenti concluf. nunc breuiter differendum erit; & videndum,

892. † an indistinctè verum sit, facultati affirmatiuæ, seu quæ in faciendo consistit, non præscribi. Et quidem cùm id valde absurdum esse videatur; aliàs enim sequeretur nulli priuilegio, aut facultati consistenti in faciendo præscribi, cuius tamen contrarium constat ex toto ferè tit. *de præscript.* tam iuris ciuilis, quàm canonici, & Scribentib. *ibi*, ac Doctorib. qui aliquam ex infrascriptis distinctionibus secuti sunt, necnon, quos refert Gabr. *d. conclus. 10. num. 1. vers. contrarium, & concl. 11. ac 12.* Mandos. *d. glos. 15. num. 15.* & Balb. *d. quæst. 1. 2. & 3.* ideo vel admittenda est illa distinctio, quam post Ægid. Bost. *tract. de principe, & priuil. eius*, facit Horat. Mandos. *d. num. 15.* & Roderic. *d. tom. 1. quæst. 7. & 8. quæst. 9. art. 4. versic. quartò dico*; an arbitrium, seu libera facultas concessa priuilegiato referatur ad ipsum priuilegium, vt si dicatur, si volueris, (vt *in d. cap. fin. & l. si ita legatum, §. illi, si velet, ff. de legat. 1. ac l. si ita expressum erit, ff. de condit. & demonstr.*) an verò ad tempus, vt si dicatur, quando volueris, aut quid simile; ita, vt in priori casu præscribatur, non in posteriori; quamuis malè Roderic. *ibi* idem putet, si dicatur ad libitum voluntatis, ac, si volueris; ita, vt & illud ad substantiam priuilegij referatur, non etiam ad tempus; in quo pariter rectè Bossium reprehendit Mandos. *d. num. 15.* Vel illa distinctio, quam post alios faciunt Fel. *d. cap. cùm accessissent, num. 26. de constit.* Gabr. *d. concl. 10. num. 9.* & Balb. *d. quæst. 4. num. 4.* vt si quidem expressè collata sit facultas aliquid faciendi in priuilegiatum, dicendo, si volueris, vt *in d. cap. fin.* vel quid simile, tunc non præscribatur; secus si solùm tacitè, ac inuolutè, nimirum concedendo simpliciter facultatem aliquid faciendi: licèt hanc distinctionem impugnent Ias. *d. l. fin. ff. de constit. Princ.* & Dec. *d. cap. cùm accessissent, num. 17.* pro qua tamen est optimus text. cum ibi not. *d. cap. fin.* necnon *d. §. illi, si velet, ac d. l. si ita expressum, & l. nonnunquam, ff. de condit. & demonstr.* iuncta *d. l. 1.* & *ibi* adnotat. *ff. de nundin.* Vel illa, quam post alios facit Tiraq. *in d. commentar.* seu *tract. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 23.* vt præscribi non possit facultati non procedenti ex aliqua actione ortum non habente ex aliquo contractu, vt ire ad S. Iacobum, & simili; secus autem in facultate procedente ex aliquo contractu, & consequenter ex actione inde orta; tunc enim ei præscribetur spatio triginta annorum, sicut & actioni, quod idem sentiunt Doct. quos sequitur Gabr. *d. concl. 10. num. 10. & 11.* quæ distinctio valde similis est illi, etsi magis generali, vt nimirum præscribi non possit meræ facultati in facto consistenti, secus si quid competat per modum iuris, quale est ius adeundi; prout post alios distinguunt Tiraq. *d. num. 23.* Balb. *d. part. 4. 5. partis principal. quæst. 1. num. 4. & quæst. 2. num. 1.* & Gabr. *d. concl. 10. num. 8.* qui tamen de iure offerendi latiùs distinguit *concl. 7. eod. tit.* quod & facit Balb. *d. quæst. 2.* ferè per tot. Vel denique illa distinctio admittenda erit, quam faciunt Gonzal. *d. glos. 5. §. 6. num. 36.* ex mente Doctor. quos citat *num. 37.* & alij, quos laudat Balb. *loc. cit. quæst. 5. num. 2.* Gabr. *d. concl. 10. num. 13. cum duobus seqq.* vbi ponit exemplum † 893.
facultatis mixtæ, hoc est, negatiuæ, quæ inuoluit affirmatiuam, nimirum facultatis Seij non accedendi ad molendinum, vel furnum Titij, cùm posset ad aliorum accedere, si Titius nunc prætendat præscripsisse facultati Seij aliò accedendi; vt videlicet præscribi possit facultati à tempore prohibitionis eius, qui præscribit, & patientia habentis facultatem: & hoc idem voluisse puto Cranet. *in tract. de antiq. tempor. 4. part. num. 255.* post Castr. *cons. 243. vol. 2.* quos etiam sequitur Gabr. *d. concl. 10. num. 14.* limitantes prædictam regulam, quòd facultati non præscribitur, vt non procedat interueniente hominis ministerio. à quo etiam parùm distat, quod latè tuetur Suarez *d. cap. 34. à num. 7. vsque ad 14.* in solo non vsu † non habere locum præ- 894.
scriptionem contra priuilegium; quicquid sit de iurib. incorporalib. vt seruitutibus, & actionibus, aut legibus.

Omnino verò adnotandum est, quod pluribus tradit Suarez *d. cap. 34. num. 15. cum duob. seqq.* vt

nimirum

895. nimirum hac in re distinguendum sit † inter priuilegia; alia enim aliquid concedunt priuilegiato respectu aliorum, ex quibus in eos redundat aliquod onus, & quasi seruitutis genus; quale est decimas percipiendi extraordinario modo, vel imponendi aliquod tributum, aut eligendi ad dignitates, vel beneficia, cùm id redundat in aliorum grauamen, & secundùm glos. *in l. 1. ff. de nundin.* priuilegium nundinarum alia sunt vel absoluta, quia solùm concedunt priuilegiato aliquid circa actiones suas sine respectu ad alios, quale est audiendi Missam in loco interdicto; vel, si circa alios versentur, fauorabilia simpliciter reputantur respectu aliorum, quia sunt vtilia, & in rigore neminem grauant; cuiusmodi est priuilegium audiendi confessiones, aut eligendi confessarium, & similia.

896. Et quidem priuilegia prioris generis † eatenus, inquit Suar. *vbi sup. n. 16.* posse præscriptione amitti per non vsum priuilegiati, quatenus alij possunt contra ipsum præscribere; quod frequenter non fit sine aliquo positiuo actu præscribentis. Quæ assertio sumitur ex cõmuni sententia superiùs per ipsum initio *d. cap.* 34. & nos in principio huius concl. relata. nam auctores illi, qui dicunt, priuilegiũ amitti per non vsum, dum certum tempus requirunt ad illam amissionem, planè sentiunt, illam fieri ratione alicuius præscriptionis: vnde necesse est, hoc intelligi de priuilegiis, in quibus alius potest præscribere contra priuilegiarum ob non vsum: & quidem extra casus in scriptura huiusmodi priuilegij, aut in iure expressos, non est assignare aliã causam, quàm non vsum priuilegij per legitimum tempus ex vi communis iuris ad præscriptiones pertinentis; & quia hæc priuilegia redundant in seruitutem, seu obligationem aliorum: & ideo iura, quæ disponunt de amissione seruitutum per non vsum, in similibus priuilegiis locum habent, vt *in l. sequitur, §. si viam, ff. de vsucap. l. hac autem, ff. de seruit. vrb. prad. & l. pen. C. de seruit. & aq.* cum aliis circa initium huius concl. adductis. Ideo autem in fi. præsentis assertionis cum Suarez addidimus, frequenter hanc præscriptionem non fieri sine actu positiuo ipsius præscribentis, quia priuilegiatus vix intelligitur non vti priuilegio, nisi quando alij exercent actum sine illo, vt eligendo sine priuilegiato ad eligendum: immo regula est, vt sine possessione non currat præscriptio, *cap. sine possessione, de reg. iur. in 6.* cum simil. Altera assertio Suar. *d. cap. 34. sub num. 17.*

897. est, quòd † priuilegia, quæ non cedunt in aliorum grauamen, non amittuntur per non vsum, vel aliorum præscriptionem: possunt tamen per tacitam renuntiationem amitti, si interpretatio talis voluntatis sufficienter ex iure constet. Cuius assertionis prior pars probatur argumentis per eum factis *eod. cap. 34. num. 7. & 8.* quia intelligi non potest in his priuilegiis præscriptio aliorum contra illa, cùm eos non respiciant, aut grauent; multóque minùs in ipso priuilegiato, vt *inibi* ostensum est. Posterior pars probatur, quia solus non vsus non est signum certum voluntatis renuntiandi: vnde requirit adminiculum iuris communis, vel specialis; cùm propter alias causas, vel occasiones potuerit priuilegiatus non vti priuilegio. Rectè autem aduertit Suarez

898. *d. cap. 34. num. 18.* quòd, † etiamsi iure statutum sit, vt priuilegium aliquod per non vsum amittatur; tamen non amittitur per tacitam renuntiationem; sed quia cum limitata conditione fuit concessum, qua non impleta, vel ab ipso iure, aut à concedente tollitur, vel certè per se cessat per lapsum temporis, modo explicato per ipsum Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 28. & seqq.* ac nos sup. hoc ipso cap. *quæst. 4.* idque confirmat *eod. num. 18.* tum exemplo priuilegij nundinarum, quod amittitur per non vsum decennij ex dispositione *d. l. 1. ff. de nundin.* tum quia fieri potest, vt tale tempus elabatur sine aduertentia priuilegiati, & eo post lapsum temporis inuito. subdit tamen, hunc modum amissionis posse quoque satis conuenienter dici tacitam renuntiationem; quia is, qui non vtitur priuilegio, non obstante tali iure, moraliter conuincitur nolle illud, saltem virtute, & interpretatiue, per ea, quæ diximus sup. *in 2. præmiss.* de hoc modo amittendi priuilegium per non vsum; & à fortiori *in 4. præmisso* de amissione per abusum, quòd sit quædam tacita renuntiatio.

Quòd si quæras, quanti temporis non vsus necessarius sit, & sufficiat, vt per illum priuilegium amittatur. Respondet Suarez *d. cap. 34. num. 19.* ferè communem sententiam esse, † decennium 899.
sufficere, ac requiri in priuilegio, quo datur facultas aliquid faciendi. ita docet Bart. *in l. falsò*, vbi latè Las. *C. de diuers. rescript.* idem Bart. & alij communiter *in l. 1. ff. de nundin.* Abb. Dec. Fel. & alij *d. cap. cùm accessissent, de constit.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de differens. inter priuil. & rescript. numer. 41.* Horat. Mandos. *in tract. de priuil. ad instar, glos. 15. num. 5.* vbi multos recenset, Balb. *d. tractat. de præscript. 4. part. 5. partis princip. quæst. 4. num. 2.* inter recentiores Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 41. num. 16.* & Eman. Roderic. *quæst. regul. tom. 1. quæst. 9. art. 4. vers. tertiò dico, & tom. 3. quæst. 51. art. 5. in princ.* sentitque cum aliis Paulus Gallerat. *d. lib. 5. de rerum. cap. 14. num. 5.* Quod quidem Roderic. *d. vers. tertiò dico*, extendit, vt procedat † non modò 900.
in priuato, seu singulari persona, verùm etiam in ciuitate, post Bart. *d. l. 1.* & Doct. communiter *in d. cap. cùm accessissent*; quod etiam docet Mandos. *d. num. 5. in fi.* post Ægid. Bosl. *in praxi crim. tit. de princ. & priuil. eius, num. 319.* Pluribus autem modis limitant inter alios Fel. *d. cap. cùm accessissent*, Mandos. *d. glos. 15. post num. 5.* & Balb. *d. quæst. 4. post num. 2.* ac Roderic. *d. art. 5.* conueniunt autem ferè omnes in ea limitatione, vt † Ecclesia non amittat 901.
priuilegium suum per non vsum, nisi spatio quadraginta annorum, vt patet ex relatis, ac probatis à Balb. *d. quæst. 4. num. 5.* Mandos. *d. glos. 15. num. 6.* Roderic. *d. art. 5. vers. quod fallit primò*, Menoch. *d. lib. 6. præsumpt. 41. num. 16.* Gallerat. *d. lib. 5. de rerum. cap. 14. num. 6. vers. fallit præterea*, ac nos *in tract. de Conseruator. iudicib. cap. vlt. quæst. vltim. concl. 2. sub num. 420.* vbi *innecto num. seq.* hanc limitationem defendimus contra Dec. eam impugnantem *d. cap. cùm accessissent, num. 17. vers. sed tamen in vtroque dicto.* Eandem limitationem tenet quoque Suarez *d. cap. 34. num. 20.* & Mandos. *d. glos. 15. num. 7. & 8.* eam extendit ad Monasteria, quia æquiparantur Ecclesiis, *cap. 1.* & *ibi* omnes *de reb. in integ. in 6.* Suarez verò *d. num. 20. cum duob. num. seqq.* eam regulam tradit, satisque confirmat, nimirum, † quoties per non vsum priuilegium amittitur, 902.
quia alius contra alium priuilegiatum præscribit, nullum tempus esse determinatum in ipso non vsu ad amittendum priuilegium; sed illud tempus necessarium esse, ac sufficere, quod ex parte alterius tertij fuerit determinatum ad præscribendum contra hunc, vel illum; qua de re Balb. *d. tract. de præscript. 4. part. princ.* per tot. necnon 1. 2. & 3. *part. 5. partis princip.* vbi singulis præscriptionibus proprium tempus, allegatis ad id iuribus, ac Doctoribus, assignat, & regulariter in seruitutibus, & aliis iuribus incorporalibus realibus † est decem annorum in- 903.
ter præsentes, & viginti inter absentes, in Ecclesiis verò,

verò, Monaſteriis, & locis piis eſt triginta, vel quadraginta annorum, vt idem Suarez docet *d. num.* 20. in ſpecie priuilegiorum huiuſmodi, quæ alios reſpiciunt, eóſque grauare poſſunt, atque adeò præſcriptionem admittunt, & exigunt, qua de re videndum etiam, quod dicemus infrà hac ipſa quæſt. *concluſ.* 2. *ad fin.* in priuilegiis autem abſolutis † regulam generalem eſſe, talia priuilegia per nullius temporis etiam longiſſimi non vſum amitti; in caſibus verò à iure, vel concedente expreſſis amitti tempore pro eis definito. ex *d.* verò *l.* 1. *ff. de nundin.* decernente, priuilegium nundinarum amitti per non vſum decennij † non ſumi ius generale pro omnibus priuilegiis; ſed ſolùm ſpeciale pro nundinis, ob ſpecialem aliquam rationem in illo priuilegio inuentam; vel ſolùm pro priuilegiis in aliorum grauamen, ac præiudicium redundantibus, vt *d. cap.* 34. *num.* 22. ſatis comprobat Suar. tum rationib. tum Doct. ad id allegatis.

904. 905.

906. Si verò adhuc petas, † an amiſſio priuilegij per non vſum intelligatur eſſe in foro exteriori tantùm, vel etiam in foro conſcientiæ, etiamſi reuera priuilegiatus non habuerit animum, ſeu voluntatem renuntiandi priuilegio. Huic dubitationi, quam Suarez proponit *d. cap.* 34. *num.* 25. ipſemet reſpondet *num.* 26. ac dicit primò, quando priuilegium amittitur per non vſum, quia alius legitimè contra illud præſcribit, non ſolùm perdi quoad forum externum, ſed verè, & in reipſa, ac proinde in conſcientia ſine vlla condemnatione, vel declaratione facta in foro contentioſo, quando priuilegiato ſufficienter conſtat de legitima aliorum præſcriptione; cùm hæc ex vera, & ferè indubitata ſententia det iuſtum titulum etiam in foro conſcientiæ; vnde etiam fit, vt quacumque ex cauſa impediatur præſcriptio contra tale priuilegium, conſequenter non amittitur priuilegium non obſtante quocumque non vſu; vt in caſu, de quo Mandoſ. *d. gloſ.* 15. *num.* 10. & poſt alios Balb. *d. quæſt.* 4. *num.* 6. cùm quis recipit ab aliquo penſionem annuam pro facultate illi conceſſa. Idem autem Suarez *d. cap.* 34. *num.* 27. dicit

907. ſecundò, † priuilegia omnino abſoluta, & nemini oneroſa, contra quæ ab aliis non præſcribitur, non amitti regulariter in foro conſcientiæ per ſolum non vſum: quia ceſſat in eis ratio facta de præſcriptione; neque adeſt acceptata, aut voluntaria renuntiatio, quæ ex ſolo non vſu non inducitur, vt ſup. oſtendimus: nec inuenitur ius faciens huiuſmodi interpretationem in talibus priuilegiis; aut diſponens, quòd ipſo facto per ſolum non vſum amittantur; aut talem pœnam imponens, maximè cùm in eorum non vſu nulla culpa inueniatur; ex quo, & aliis idem Suarez *d. cap.* 34. *num.* 28. ſentit, neque etiam in foro externo priuandum aliquem eſſe hiſce priuilegiis ob ſolum non vſum.

908. *Num.* autem 29. dicit tertiò, † probabile eſſe, quamuis non omnino certum, priuilegia illa, quæ ex diſpoſitione iuris per decennium non vtendo amittuntur, in conſcientia quoque amitti; tum quòd probabile eſt, per huiuſmodi leges induci præſcriptionem reſpectu aliorum, quibus talia priuilegia poſſunt eſſe oneroſa, vt ſuprà dictum eſt. tum quòd intelligi poteſt hæc priuatio per modum pœnæ ipſo iure impoſitæ propter non acceptam poſſeſſionem priuilegij, vel propter quemdam quaſi contemptum eius: tum quòd valde probabile eſt, talia priuilegia quoad durationem ſuam fieri conditionata ex vi illarum legum, atque adeò, illa conditione non poſita, ceſſabit priuilegium non præſumptione tantùm, ſed verè, ac reipſa, & ſubinde in conſcientia. & in his atque aliis priuilegiis, de quib. in primo dicto ſufficienter videtur procedere communis ſententia, de qua ſup. initio huius concl. quæ abſolutè loquitur de amiſſione talium priuilegiorum per non vſum: vnde videtur planè intelligere de amiſſione vera, & in reipſa, ac proinde ipſo facto, & in conſcientia, & non tantùm præſumptione iuris, vel in pœnam per iudicem imponendam.

SECVNDA CONCLVSIO. Commutatio vltimæ voluntatis per modum priuilegij, ſeu per reſcriptum gratiæ conceſſa † plerumque amittitur, 909.
ſeu extinguitur per contrarium vſum. Probatur, quia, vt ait Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 35. *num.* 2. regula magiſtralis in materia amiſſionis priuilegij per contrarium vſum eſt, † priuilegium amitti 910.
per contrarium vſum, ſi circumſtantiæ neceſſariæ concurrant; ita inquiens ſentire gloſ. *in cap. gratum, verbo, receſſum, de offic. deleg. in cap. ex ore, verbo, renuntiaſſe, de his, quæ fi. à mai. part. Capit. & in cap. vlt. verbo, cum facto, de vit. & honeſt. cleric.* per illos text. & ab iis gloſ. ad id etiam alia iura ciuilia, & canonica adduci. & idem ſentire interpretes eiſdem in locis, *& in cap. cùm acceſſiſſem, de conſtit. cap. ſi de terra, & cap. accedentibus, de priuil.* Bart. *in l.* 1. *C. de his, qui ſpont. mun. ſub. lib.* 10. *& in l. vlt. ff. de conſtit. Princip.* ibique laſ. & alios: plurimos verò pro regula ipſa ſimpliciter accepta, nimirum, vt priuilegium per contrarium vſum amittatur, citant, ac ſequuntur Horat. Mandoſ. *in d. tract. de priuileg. ad inſtar, gloſ.* 15. *num.* 21. Menoch. *d. lib.* 6. *præſumpt.* 41. *num.* 3. & 4. Roderic. *d. tom.* 1. *quæſt. regul. quæſt.* 9. *art.* 4. *verſic. quinto dico, & tom.* 3. *quæſt.* 51. *art.* 5. *verb. dico ſecundò,* & Gallerat. *d. lib.* 5. *de renunt. cap.* 6. *num.* 2. 3. 17. & 20. qui etiam plura iura allegant ad probandum, quòd † ex hoc actu 911.
contrario inducitur tacita renuntiatio; ac præcipuè *d. cap. cùm acceſſiſſent, cap. ex ore, cap. ſi de terra, & cap. accedentibus,* necnon *cap. priuilegium,* 11. *quæſt.* 3. *cap. gratum, de offic. deleg. l.* 2. *C. de iure domin. impetr. & d. l.* 1. *ac tot. ferè tit. C. de his, qui ſpont. mun. ſub. lib.* 10. ad quod etiam confirmandum alia pleraque adducit Gallerat. *ibid. & num.* 4. *cum ſeq.* inde inferens *num.* 6. quòd † impugnans quodpiam be- 912.
neficium, ſeu ius, intelligatur ei renuntiare, per text. expreſſum *in cap. cùm olim, de cenſib.* ibi; quia tamen compoſitionem idem Abbas nullatenus approbauit, ſed ſtuduit multipliciter impugnare, ex ea non debuit beneficium conſequi, cui renuntiaſſe tacitè videbatur. id quod etiam *in ſibi* ex aliis confirmat; præcipuè ex ea regula iuris, quòd ex actu impugnato non debet quis commodum conſequi, de qua *in cap. ex eo, de reg. iur. in* 6. & Gabr. latiùs eam examinans *lib.* 6. *commun. concluſ. tit. de reg. iur. concluſ.* 1. per tot. *num.* autem 7. idem Gallerat. fusè probat, † ex ſola etiam negatione, quaſi quadam 913.
impugnatione induci renuntiationem beneficij, quod negauit. Et hæc eſſe poteſt prima ampliatio, ſeu illatio propoſitæ regulæ, atque adeò noſtræ concluſ. vt nimirum impugnans etiam per ſolam negationem priuilegium, ſeu ius, quod habebat, tamquam exercens actum ei contrarium, intelligatur ei renuntiare. Altera eſſe poteſt de actu receptionis, vt † inducat renuntiationem ſui iuris, ſi illi 914.
aduerſetur, vt idem Gallerat. latè comprobat *d. cap.* 6. *num.* 8. ſicut *num.* 9. idipſum oſtendit † de 915.
actu petitionis ſiue iudicialis, ſiue extraiudicialis; & *num.* 10. de actione in iudicio, exemplum afferens de agente petitorio, qui dicitur poſſeſſioni renuntiare, ex gloſ. Bart. ac cæteris communiter *in l. naturaliter, §. nil commune, ff. de acquir. poſſeſſ.* aliáſque exemplisid confirmans. *num.* autem 11. idem pluribus

docet

docet de actu soluendi, vbi aduersetur iuri suo; vnde soluens ex aliquo contractu videtur illum approbare, eiusque reicithoni renuntiare, *l. Iulianus, §. fin. ff. ad Macedon.* cum aliis *ibi* per eum adductis; ac præcipuè *cap. accedentibus, de priuileg.* vbi habens priuilegium non soluendi decimas, eas soluendo illi censetur renuntiare, sibique præiudicat; de quo etiam est text. *in cap. si de terra, eod. tit.* & videndus Menoch. *d. præsumpt. 41. num. 4.* & ab eo allegati de immuni soluente collectas. Idem verò Gallerat. *d. cap.*
916. *6. num. 12.* pluribus docet, quòd † reddens debitori instrumentum crediti remittere videtur debitum, & facere pactum de non petendo. & *num. 13.* quòd ad-
917. iens † renuntiat compromisso: & comparens coram iudice à quo, renuntiat appellationi; & adiens iudicem recusatum renuntiat recusationi. ac *num. 14.* de clemente, aut concedente rem ad quam vendicandam competebat remedium rescissorium. *num. 15.* quòd
918. producens pro se in iudicio scripturã, † eam approbat, ac renuntiat oppositionibus aduersùs illam. ac denique *num. 16.* late probat, quòd facieus actũ contrarium testamento, illi renuntiare videtur, multa ad eam rem affertis exempla. Tertia prædictæ regulæ, ac nostræ conclus. ampliatio ea est, quam post alios tradunt Mandos. & Roderic. *locis cit.* & plerique tenent, quos refert Suarez *d. cap. 35. num. 8.* ac sequitur D. Gallerat. *d. cap. 6. num. 18. circa initium,*
919. vt † per vnicum actum contrarium eius, qui iuri suo renuntiare potest, amittatur priuilegiũ aliquid non faciendi, eique renuntiare censeatur. quod etiam ita admittit Suarez *d. cap. 35. n. 9.* iuncto *n. 13.* vt amittatur priuilegium, vel potiùs fructus priuilegij quoad præsentem actum, seu causam, de qua tractatur, propter tacitam renuntiationem absque titulo contrariæ præscriptionis. quam assertionem cõmuniter receptam esse ait à Doctorib. per eum allegatis *ibi, ac num. præced. & seq.* & sumi ex *d. cap. ex ore, de his, quæ fi. à Prel. fin. conf. Capit. & cap. gratum,* cum glos. *ibi, de offic. deleg.* quæ allegat varia iura hoc probantia, & non quid amplius; necnon ex *l. vlt. ff. de priuil. veteran. l. 2. ff. ad municip. l. 2. in fi. ff. de decurion. & l. 3. C. de his, qui spon. mun. sub. lib. 10.* ex quib. postremis iurib. & congrua ratione, quam affert *d. num. 9.*
920. idem probat procedere † in eo, qui in iudicio conuentus non allegat priuilegium, cùm talem causam agere in iudicio, & velle iudicare sine fundamento priuilegij est vsus positiuus contrarius priuilegio; qui satis est, vt actus repugnans priuilegio validus sit contra priuilegiatum, non obstante ipso priuilegio: quæ amissio certè non posset fundari in præscriptione, quæ ibi non interuenit; ergo prouenit ex tacita renuntiatione, quæ fit per positiuã actionem, per quam ius acquiritur alteri, à quo acceptatur; & ideo quoad illum effectum rata, & firma manet. *d.* autem *num. 13.* Suar. contra Abb. *d. cap. cum accessissent, & ibi* Fel. *num. 28. & 29.* illud ipsum probat procedere siue ille actus vnicus fiat à priuata persona, siue à communitate aliqua, vel Ecclesia, seruata proportione. Quoad amissionem verò totius priuilegij, ac facultatis aliquid non faciendi pro toto tempore futuro idem Suarez *d. cap. 35. num. 10.* iuncto *num. 12. & 14. vsque ad 18.* multis auctoritatibus aliisque
921. fundamentis tuetur, † eam non fieri per vnũ actum contrariũ; sed requiri, vt legitima præscriptio contra priuilegiatum intercedat, quam pluribus allegatis sequitur etiam ex magis cõmuni sententia Gallerat. *d. cap. 6. num. 18. post med. vers. ex quibus id consequens est.* idque procedit licet priuilegiatus sit persona priuata, vt satis probat Suarez *d. num. 12.* sicut *num. 19. & 20.* sufficienter ostendit, quòd nec plures actus in quolibet numero sufficiunt ad omnino destruendum priuilegium, nisi legitimo tempore præteribendum non cessatio talis vsus continuetur; si verò tempus necessarium ad præscriptionem cum aliis conditionibus requisitis intercedat, † non esse 922.
necessarium certum numerum actuum, immo nec plures actus, nisi quatenus necessarij fuerint, vt præscriptio per totum legitimũ tempus non interrumpatur. ad continuationem autem, & consummationem præscriptionis necesse fore, vt post vnũ actum priuilegio contrarium nihil priuilegiatus faciat, quo videatur priorem actum retractare: idque sufficiet siue repetat similes actus, siue non. Quod autẽ tempus requiratur, infrà dicemus. Nunc verò prosequamur reliquas restrictiones huius tertiæ principalis ampliationis regulæ initio huius concl ad illius confirmationem propositæ. Secunda ergo restrictio prædictæ ampliationis, quòd nimirum per vnum actum contrarium amittatur priuilegium, ea est, vt
non habeat locum † in priuilegio habente effectum 923.
sæpiùs reiterabilem, & successiuum, quale est soluere collectas, & exactiones; nam semel soluendo etiam sine protestatione sibi in futurum non præiudicat priuilegiatus: ita post Bart. *l. fin. ff. de constit. Princip.* & Alex. *in multis consiliis,* tenet Bossi. *in prax. crim. tit. de Princ. & eius priuil. num. 310.* & Roderic. *d. art. 4. vers. quinto dico,* ac post alios *d. art. 5. vers. quod fallit,* & ante eum pluribus relatis Mandos. *d. glos. 15. num. 22.* iuncto *num. 23.* post eum verò Gallerat. *d. cap. 6. num. 18. post med. & ad fin.* id temperans vterque post alios, non procedere, quando contrauentio esset vniuersalis quoad omnes actus: vel ab actu, in quo quis contrauenit, cæteri actus dependerent; veluti si exemptus à gabellarum solutione pateretur se scribi in libro communis, & æstimi. Ac præterea id temperat, seu declarat *ibid.* Gallerat. post Salic. ex quibusdam iurib. vbi actus ille contrarius impugnat substantiam ipsius priuilegij. Tertia restrictio est, vt,
† si priuilegium vnũ plura contineret etiam sub eo- 924.
dem genere, vtputa exẽptio ab oneribus, tunc vnus actus contrarius quoad vnam speciem non præiudicat quoad aliam: ita per text. *in l. voluntariæ, C. de excus. tut.* tradit post alios Roderic. *d. vers. quinto dico,* Mandos. *d. glos. 15. num. 24.* & Gallerat. *d. num. 18. post medium.* quod idem de pluribus personis, quas priuilegium respicit, vt actus cõtrarius quoad vnam non extinguat priuilegium, seu priuilegiato præiudicet, quin eo vti possit contra alias. ita post Ruin. tradunt Mandos. *d. glos. 15. num. 25.* & Gallerat. *d. num. 18. circa medium, vers. vnde quæritur.* Verùm hæc potiùs videtur generalis limitatio regulæ prædictæ, quàm restrictio d. ampliationis eiusdem. Eius verò ampliationis propria restrictio, & quidem postrema,
ea est, † vt vnus actus contrarius nõ præiudicet pri- 925.
uilegio, seu iuri, & facultati aliquid non faciendi, vbi huiusmodi priuilegium, seu ius ortum habeat ex consuetudine; sicut etiam vnicus actus non tollit consuetudinem: ita post alios Menoch. *d. lib. 6. præsumpt. 41. num. 13.* Gallerat. *d. cap. 6. num. 18. ante medium vers. intellige tamen,* & Mandos. *d. glos. 15. n. 35. & 36.* vbi post Abb. Butr. Fel. & Nat. id temperat; nisi actus ille contrarius factus sit collegialiter. Denique prædicta ampliatio restringi potest omnibus modis, quibus principaliter limitatur ipsa regula, quòd priuilegium actu contrario amittatur. Quæ limitatur primò, vt non procedat, † vbi actus contra- 926.
rius fiat coactè, seu per vim; vt post alios tradit Menoch. *d. præsumpt. 41. num. 14. & 15.* Suar. *d. lib. 8. cap. 35. num. 4.* Mandos. *d. glos. 15. num. 27.* & Gallerat. *d. cap. 6. num. 25.* Secundò, vt non procedat, † vbi fa- 927.
ciens actum contrarium ignoret suum priuilegium, vt post alios docet Mandos. *d. glos. 15. num. 30.* & late

comprobat

comprobat Suar. *d. num.* 4. & latiùs multis relatis Gallerat. *d. cap.* 6. *n.* 23. Idipsum verò post alios extendit Mandos. *d. glos.* 15. *n.* 31. vbi quis per obliuionẽ sui priuilegij, aut ex alia causa per errorem ei contrauenit.

928. Tertiò, † vbi actus contrarius non sit perfectus, aut inualidus, vt sup. *in 3. præmiss. circa med.* post alios tradidimus; & quoad actũ perfectũ, seu qui non sit fortitus effectũ, nonnullos secutus docet Mandos. *d. glos.* 15. *n.* 34. Quartò non procedit, si fiat ab eo, qui renũtiare expresse nõn potest, vt *ibid.* latiùs ostendimus.

929. Quintò limitatur eadẽ regula, vt non procedat, † vbi is, qui facit actum contrariũ priuilegio, seu iuri suo, protestatus est, se nolle ei præiudicare; ita post alios Menoch. *d. præsumpt.* 41. *n.* 11. Mandos. *d. glos.* 15. *n.* 33. Roderic. *d. tom.* 1. *quæst.* 9. *art.* 4. *versic. quinto dico*, latissimè Gallet. *d. cap.* 15. *n.* 27. vbi etiam id declarat,

930. docens post alios, † protestationẽ adiectã actui contratio iuuare, vbi contrauẽtio est vniuersalis: si verò est particularis, iuuare quoad id, quod in actu cõtrario tacitè, & indirectè, non autem, quod expressè, ac directè cõtinetur; & cùm actus potest pluribus, non autẽ vno tantùm modo intelligi, itémque nõ iuuare, vbi protestatio est cõtraria actui, quẽ protestans perficit nemine repellente. pariter protestationem, vt prosit, debere esse cõtra consecutiua actus pendentia à voluntate protestantis; secus si sit cõtra cõsecutiua actus surgentia ex iuris dispositione, in quibus protestãs nõ potest alteri præiudicare: atque etiam vbi nõ potest sumi ex actu alia coniectura, quàm renuntiationis priuilegij. Ac denique docet post alios, tunc demũ iuuare protestationẽ, si fiat ante actum, vel in ipso actu, vel statim post eum; secus verò si fiat ex interuallo. Sed & illud hac in re adnotandũ est, quòd, quicquid voluerit Abb. *d. cap. cùm accessissent, num.* 7.

931. & Fel. *num.* 30. alios citans, *de constit.* protestatio † non est necessaria, ne amittatur priuilegiũ per vnum actum contrarium, vt rectè docet Suarez *d. cap.* 35. *num.* 14: quoniam, vt sup. hac ipsa quæst. post ipsum & alios satis ostendimus, priuilegiũ per vnum actum contrariũ etiam sine protestatione non amitti quoad actus futuros, & totã facultatem. Sed bene, vt idem

932. Suar. *ibid.* tradit, vtilis erit protestatio † quoad forum externũ, vt magis constet de animo operantis, iuxta latè deducta per Gallerat. *d. n.* 27. *vers. modum.* Præterea verò, (subdit *ibid.* Suar.) vtilis esse poterit hæc protestatio ex iusta causa facta, vt ipsemet actus, qui in præsenti fit, non noceat in aliquo contra priuilegium etiam secundùm præsentem effectum, quem habere posset, vt si per talẽ protestationẽ profiteatur operans, vel non voluntarie, sed coactè se operari talem actum, vel certè ignorare se, an aliquid detrimenti contra sinum priuilegium sibi afferre possit; & ideo non esse intentionis suæ cum suo præiudicio illum facere. nam, cùm actus agentium non operentur vltra eorum intentionem, *l. non omnis, ff. si cert. petat. cap. fin. de præb.* cum simil. & renuntiatio priuilegij etiam secundùm quid, & quoad præsentem effectum à voluntate priuilegiati pendeat, meritò per talem protestationem is effectus impedietur. Denique, vt *ibi* subiicit Suar. potest etiam prodesse tunc protestatio, vt à tali actu nõ possit incohari præscriptio cõtra priuilegium; quia per illam fit, vt nullum ius tribuatur alteri, nec aliquis modus possessionis; & consequenter etiam bona illius fides impediatur. & in hoc sensu verum est, protestationem illam defecisse, ne amittatur priuilegiũ, non quidem per vnum solum actum integrè; sed ne per illum inchoetur, & consequenter, ne consummari possit eius amissio præcedente illo contrario actu. Quando autem talis protestatio nihil prosit, præter ea, quæ paulo antè ex Gallerat. diximus, videri possunt glos. & Doct. *in l. non solùm, §. morte, ff. de oper. non nunt. l. 1. C. de his, qui spon.*

mun. pub. sub lib. 10. necnon *d. cap. cùm accessissent, & cap. cùm M. Ferrariensis, de constit.* atque alibi læpe. Sextò regula prædicta nõ procedit, † vbi ex actu con- 933.
trario potest capi alia cõiectura, quam renuntiationis priuilegij, vt post alios docet Mandos. *d. glos.* 15. *n.* 26. Roderic. *d. art.* 4. *in fi.* & Gallerat. *d. cap.* 6. *n.* 26. Septimò, non inducitur renuntiatio iuris, seu priuilegij ex actu contrario, † quando priuilegiũ illud non faciendi est collatum in liberam voluntatẽ priuilegiati: ita 934.
post Bossi. *d. prax. crim. tit. de Princ. & eius priuil. n.* 319. tradit Gallerat. *d. cap.* 6. *n.* 18. *post medium versic. caterùm.* & est de mente eorum, quos refert, ac sequitur communem asserens Balb. *d. tract. de præscript.* 4. *part.* 5. *partis princip. quæst.* 5. *num.* 1. & 2. dum exemplũ affert facultatis mixtæ, nimirum accedendi ad furnum, aut molendinum, quò quis maluerit; hæc enim inuoluit facultatẽ negatiuã non accedendi ad certũ furnum, vel molendinũ; prout explicat post alios Gabr. *comm. concl. lib.* 5. *tit. de præscript. concl.* 10. *n.* 4. ita extẽdens, seu amplians communẽ conclusionẽ, de qua ipse *n.* 1. nimirũ ea, quæ sunt facultatis, præscribi non posse, seu quòd facultati non præscribatur; vt, sicut non vtendo quis non amittit ea, quæ sunt facultatis, ita etiã † 935.
faciendo ea, quæ sunt meræ facultatis, nõ ideo inducatur præscriptio: vnde, si quis consueuit ire ad molendinũ Titij per mille annos, non propterea contra eum inducitur præscriptio, vt ipse non possit ire ad aliud molendinũ, ex Bald. *in l. 1. col. 2. C. de seruit. & aq.* & Abb. *in cap. Abbate, col. 2. de verb. signif.* quibus alios addit Balb. *d. n.* 2. vbi etiam, *& quæst.* 1. *n.* 2. id expressè tenet de facultate merè negatiuã, dum exemplũ affert de eo, qui per multos annos etiã millies iuncto tempore maiorum suorũ solitus erat ex gratuita voluntate hospitari aliquem; & resoluit post alios, non censeri præscriptum contra eum, vt in posterum id facere teneatur; quod & post alios tradit Gabr. *d. concl.* 10. *num.* 5. simul addens exemplum, de eo, qui solitus est per multum tempus dare alicui gratuitò par caponum, vt non ex hoc contra eum aliqua præscriptio inducatur: quæ etiam tria exempla ad id adducit ac sequitur aliis citatis Abb. à nemine, quẽ viderim, allegatus *in cap. suam, n.* 5. *de simon.* vbi *sub n.* 7. allegans Bart. & Apostillator alios addens id notabiliter limitãt, vbi donatio, aut præstatio, seu actus ille contrarius facultati fit ex certa causa præsa, vt quia teneret aliquid ab eo, cui præstatio, actusve ille fit. Limitatur octauò prædicta regula, simúlque nostra conclusio, vt renuntiatio † non inducatur ex actu 936.
contrario, quando actus impugnatur à iudice, vel à parte: vt ex glos. & Doct. *in cap. cùm venissent, de eo, qui mittit. in possess. caus. rei seruan.* & aliis tradit Galler. *d. cap.* 6. *num.* 29. Nonò, ex contrauentione non tollitur priuilegium, † vbi in eo adscripta est clausula 937.
decreti, aut alia prohibitiua; ita post alios Mandos. *d. glos.* 15. *num.* 32. Menoch. *d. præsumpt.* 41. *num.* 10. & Gallerat. *d. cap.* 6. *num.* 30. Mandos. verò, & Gallerat. *ibid.* quod de clausula decreti dictũ est temperant vbi priuilegiũ concerneret solum fauorem priuilegiati; tunc enim priuilegiatus renuntiasse potest huic clausulæ, quando adiecta est principaliter in fauorẽ priuilegiati, seu priuatũ; vt constat ex adductis à Gabr. *commun. conclus. lib.* 6. *tit. de clausul. concl.* 3. *n.* 23. *& seq.* iuncto *num.* 32. *&* 34. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. glos.* 67. *num.* 53. Decimò procedit regula quoad præiudicium ipsius facientis actum contrariũ; secus verò † quoad 938.
alios, quibus minimè præiudicare potuit, ac præsertim Principi, alterive, qui concessit; vt post Fel. *in d. cap. cùm accessissent, num.* 28. *de constit.* & alios tradunt Mandos. *d. glos.* 15. *n.* 38. & Gallerat. *d. cap.* 6. *n.* 31. Vndecimò, non procedit † in contraueniente priui- 939.
legio ex Principis dispensatione. ita post Ias. *in l. fin. ff. de constit. Princip.* declarant Mandos. *d. glos.* 15. *n.* 37.

& Gallerat. *d.cap.6. num.32. verſ.duodecimò non procedit.* qui quidem *num.33. cum duob. ſeqq.* quinque alias declarationes affert, ac ſatis comprobat, quæ nobis erunt loco duodecimæ limitationis, vt nimi-
940. rum † actus ille omnino contrarius eſſe debeat origine, & effectu. Aqua parum diſtat declaratio, quam idem poſt alios affert *cod. cap. 6. num. 35. verſic. non procedit*, eritque nobis pro decimatertia limitatione prædictæ regulæ, vt nimirum priuilegiatus, qui vtitur iure communi, non cenſeatur per huiuſmodi electionem renuntiare priuilegio ſuo, quod circa eandem rem habet. quod quidem præcipuè contingere poteſt in iis priuilegiis, quæ non ſunt contra ius commune, iuxta tradita per Suarez *d. lib.8. de legib. cap. 1. num. 5.* ſed ſolùm addant iuri communi aliquid ſpeciale, iuxta *cap. in hu, de priuil. & cap. Abbate, de verb. ſignif.* cum aliis adductis per eundem Suarez *d. cap. 1. num. 3. & 4.* ſiue illud ſpeciale conſiſtat in aliqua re ad ſubſtantiam pertinente, vt *ibi*; ſiue in declaratione iuris dubij, vel admonitione, & vt quis iure communi gaudeat, cum maiori auctoritate, vt per eundem *num.7.* ſiue in adiectione pœnæ prohibitioni iuris, iuxta id, quod ipſemet docet *num. 8.* ſiue in iure, ne quis impediatur ab inferiore in eo, quod licitè poteſt quis facere, niſi prohibeatur, vt *ibid.* tradit. in noſtra autem ſpecie commutationis vltimarum voluntatum contingere id poterit in iis commutationibus, quæ iure permittente, aut præcipiente fieri poſſunt, aut debent, de quib. ſup. *cap. 3. quæſt.3.concl.2.* Decimaquarta, & poſtrema limitatio prædictæ regulæ noſtræque concluſionis ſumi poteſt ex Suar. *d.cap.35.num.22.* vt nimirum amiſſio priui-
941. legij per contrarium vſum † non habeat locum in priuilegiis, quæ *concl. præced.* cum eodem abſoluta appellauimus, quatenus non verſantur circa alios, nec tertiam perſonam grauant. Ratio eſt, quia contra hæc priuilegia non præſcribitur ab aliis, cùm alios non reſpiciant, nec per contrarium vſum aliis conferatur aliquod ius. idque patet exemplis: nam, ſi quis habens priuilegiũ non recitandi officium, per multũ tempus illud recitet, non amittit priuilegium; quia nullus contra eum præſcribit: & ſic de omnibus ſimilibus; & rationes, quas cum eodem Suar. adduximus *d. concluſ. præced.* de non vſu procedunt etiam quoad hoc de contrario vſu: rectéque ex hoc, & aliis prædictis tam in hac, quàm præced. concluſ. infert ipſemet Suar. *d.cap.35.num.25.* amiſſionẽ priuilegij per contrarium vſum
942. † in multis conuenire cum illa, quæ eſt per ſolum non vſum. nam primò conueniunt in eo, quod mox diximus, neutrã habere locum in priuilegiis abſolutis. deinde, quòd in neutra earum ſufficit ſola præſumpta renuntiatio, vt verè, & in re deſtruatur priuilegium; quia in vtraque debet adiungi præſcriptio. in qua præſcriptione tertiò conueniunt quoad temporis requiſiti longitudinem, de quo nos paulo pòſt quoad contrariũ vſum, quoad non vſum *concl.præced.* longè poſt med. & ita in hoc indifferenter de vtraque Doct. loquuntur. In duobus tamen etiam maximè differunt: primò, quia priuilegium ad agendum per vnam omiſſionem, vel plures, ſeu per ſolum non vſum non amittitur, nec minuitur: priuilegium autem ad non agendum per vnam contrauentionem quodãmodo amittitur per renuntiationem operantis, nimirum quoad illum actum, quantum ad hoc, vt ſolutio, vel alia ſimilis actio facta contra priuilegiũ alios reſpiciens teneat, cui in hoc derogatur: ſecundò, quòd contra priuilegia affirmatiua præſcribi poteſt ſine vlla actione priuilegiati, quia per ſolum non vſum eius poteſt inchoari, & conſummari alterius præſcriptio: in negatiuis autem, vt præſcribatur contra illa, neceſſe eſt, vt inchoetur præſcriptio ab aliquo vſu contrario priuilegiati; quia ſine tali actu nullum ius, nullúſve poſſeſſionis modus poteſt in altero conſiderari, quod illi tribuat initium præſcribendi.

Quòd ſi pro complemento huius concluſionis petas, quantum tempus neceſſarium ſit, vt amittatur priuilegium commutationis vltimæ voluntatis per contrarium vſum; & an, quæ dicta ſunt de hac amiſſione per contrarium vſum, locum habeant ſolùm ex præſumptione iuris, & in foro externo, an verò etiam in foro conſcientiæ.

Ad primum reſpondeo ex iis, quæ generatim de priuilegiis alios reſpicientibus tradit Suar. *d.cap.35. num.* 21. nimirum † illud tempus neceſſariũ eſſe ad 943.
amiſſionem priuilegij, quæ fit per viam præſcriptionis, quod neceſſarium eſt ad præſcriptionem in aliis iuribus incorporalibus alios reſpicientibus, quos grauare poſſunt, quæ ſe habent per modum ſeruitutis realis, & inter immobilia bona computantur. hoc autem tempus regulariter eſt decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, vt videre, inquit, licet in Couar. *lib. 1. var. reſol. cap.17. num.11.* Ant. Gomez *tom. 2. var. reſol. cap.15.* & Lud. Molin. *tract. 2. de inſt. & iur. diſp.70.* quib. addo Balb. *d. tract. de præſcript. 2. part. 4. partis princ. quæſt. 1 num.2.* vbi communem aſſerit, iura & Doct. ad id afferens; cum ea tamen diſtinctione, quam etiam præcitati Doct. poſt alios ſequuntur, vt locum habeat in ſeruitute reali continua, ſeu habente cauſam continuam, quia ad eius vſum non requiritur ſemper factum hominis, licet requiratur à principio, vt eſt ſeruitus aquæductus; itémque in ſeruitute habẽte cauſam quaſi continuam, qualis eſt ſeruitus ſtillicidij, in ſeruitute autem diſcontinua, cuius vſus ſemper requirit factum hominis, vt eſt ſeruitus viæ, & itineris, requiri ſpatium immemorabile, ex *l. ſeruitutes, la grãde. ff. de ſeruit. & l.1.§.fin. ff. de aq. plun. arc.* & *ibi* gloſ. & Doct. ſed & in diſcontinua ſufficiunt decem, & viginti anni, vbi adſit vſus per tantum tempus ſciente, & patiente domino; allegetúrque, licèt non probetur titulus; vt poſt alios tradit Balb. ſup. *num.3.* qui *num.4.* idem tradit poſt alios, † vbi titulus probetur à non domino: 944.
quod & facit Molin. *vbi ſup. Num* autem 7. probat, quòd in iuribus omnibus ſpiritualibus ſemper requiritur ſpatium quadraginta annorum, non attento, an habeant cauſam continuam, vel diſcontinuam, ſicut *num.* 6. quoad Eccleſiam docet, quòd, licet ſeruitus realis diſcontinua cõſtituta in prædio illius regulariter non præſcribatur minori ſpatio quàm immemorabili, ne ſit deterioris conditionis, quàm priuatus; & quia præſcriptio quadragenaria inducta eſt ad fauorem Eccleſiæ eo caſu, quo minori ſpatio præſcribitur contra priuatum. tamen in ſeruitute reali continua ſemper requiritur ſpatiũ quadraginta annorũ, ſicut in præſcriptione dominij, ſecundùm Innoc. & Canoniſt. *in cap. ſi diligenti, de præſcript.* & Caſtr. *d. l. ſeruitutes, col.3. verſ. tertiò requiritur*; atque in ſpeciè priuilegiorũ Eccleſiæ tandem admittit Suarez *d.cap.35. num.21.* ex Doctorum ſententia vſu confirmata, & text. *in cap. accedentibus, de priuil.* vbi Innoc. III. ſatis apertè definire videtur, † requiri ad amittendum 945.
priuilegium non ſoluendi decimas ſpatium quadraginta annorum. quæ etiam opinio iuuatur communi regula, quòd contra iura Eccleſiæ non admittitur præſcriptio minor quadragenaria; quæ ſumitur ex iure tam ciuili *in auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ.* quàm Canonico *in cap. ex litteris, de probat. cap. de quarta, cap. ad aures, cap. illud, cap. quia indicante, & cap. auditis, de præſcript.* præcipuè verò ex *d. cap. illud*; vbi Alexand. III. illud, inquit, te ſcire volumus, & tenere, quòd aduersùs Eccleſias minorem

minorem præſcriptionem, quàm quadraginta annorum Romana Eccleſia non admittit, licèt quidam canones comprobent tricennalem: canones autem hi, ad quos ſe refert Alex. III. ſunt canones Decreti, nimirum *cap.* 1. *& 2. cap. quicumque, & cap. placuit,* 16. *quæſt.* 3. qui tamen confirmantur *in cap. ſanctorum Patrum,* quod eſt 3. *eod. tit. de præſcript.* quoad præſcriptionem actiuam Eccleſiæ contra priuatum, iuxta communiorem, ac veriorem intellectum illius text. & quoad paſſiuam videtur eſſe text. *in cap. ſi de terra,* quod eſt eiuſdem Alex. III. *de priuil.* Atque hanc regulam, quòd contra Eccleſias inferiores Romana non admittatur præſcriptio minor quadragenaria, præter Doct. *in præcitat. iurib.* firmat Balb. plurib. relatis *d. tract. de præſcript. 3. part. 4. partis princip. quæſt. 2. & 1. part. 5. partis princip. quæſt. 1. num. 9.* iuncto *num.* 2. vbi eam extendit quoque poſt alios ad conſuetudinem inductam contra Eccleſiam; & *num.* 4. ad Eccleſiam præſcribentem contra aliam Eccleſiam, & ſunt text. expreſſi *d. cap. ex litteris, cap. de quarta, cap. ad aures, cap. illud, cap. quia indicante, & cap. auditis.* ac *num.* 11. extendit ad præſcriptionem quadriennalem, de qua *in l. benè à Zenone, C. de quadrien. præſcript.* ſaltem de iure canonico. *Num.* autem 10. eam limitat in triennali præſcriptione rerum mobilium, quam Eccleſia quoque patitur; *& num.* 12. *ac* 13. in præſcriptionibus annalib. ſemeſtrib. & aliis temporalibus præſcriptionibus actionũ prætoriarum: *num.* 14. quando ageretur de præſcribendo rem ſpectantem ad Eccleſiam iure quaſi dominij tantùm, pro qua ei competeret publiciana, non rei vendicatio. ac denique *num.* 15. eandem limitat vbi Eccleſia ſumeret fundamentũ ex aliquo ſtatuto laicorum, in quo erat præfixum certum tempus: & ratio eſt, quia debet vti ſtatuto cum ſua qualitate. In reliquis autem firma remanet regula, quòd iuribus inferioris Eccleſiæ non præſcribitur niſi ſpatio quadraginta annorum etiam ab Eccleſia ex iuribus, ac Doctorib. ſuprà allegatis, atque adeò etiam in eiuſdem priuilegio, iuxta *d. cap. accedentibus, de priuileg.* immo ſi priuilegium inferioris Eccleſiæ tangat principaliter ius Romanæ Eccleſiæ, tunc requiretur centenaria præſcriptio, vt ſatis conſtat ex *cap. ad audientiam, de præſcript.* quoniam contra Romanam Eccleſiam non niſi centenaria præſcriptio currit, vt *ibid.* dicitur, *& in cap. cùm vobis, & cap. ſi diligenti, in ſi. eod. tit. cap. nemo,* 16. *quæſt.* 3. *auth. quas actiones, & l. vlt. C. de ſanctiſ. Eccleſ.* Quod autem pertinet ad id, quod paulo antè probauimus, contra priuilegiũ inferioris Eccleſiæ non præſcribi niſi ſpatio quadraginta annorum, maximè ex *d. cap. accedentibus, de*
946. *priuil.* huic † non obſtabit text. *in cap. ſi de terra, eod. tit.* ex quo apertè conſtat, ad præſcribendum priuilegium negatiũ Eccleſiæ contra aliam Eccleſiã ſufficere triginta annos, ſeu tricennalem præſcriptionẽ: cùm hodie ſtandũ ſit *d. cap. accedentibus*; prout vtrobique tradunt gloſ. & Doctor. cõmuniter, ac tandem admittit Suarez *d. cap.* 35. *num.* 21. nam, cùm paulo antè dixiſſet, veriſimile ſibi eſſe, Alex. III. licèt in aliis præſcriptionibus contra Eccleſiam quadraginta annorum tempus neceſſariũ eſſe voluerit, in hac, quæ eſt contracta priuilegio, minori tempore fuiſſe contentum; vel quia non conſiderauit illam, vt puram præſcriptionem, ſed vt coniunctam voluntariæ renuntiationi priuilegij, quæ facilitate videtur præſcriptionem; vel etiam quia per præſcriptionem contra priuilegium reuertitur res ad ius commune, & ideo etiam debet breuiori tempore fieri: ſtatim ſubdit idemmet Suarez; nihilominus tamen Innoc. III. *in d. cap. accedentibus,* extendiſſe videtur regulam *cap. illud, de præſcript.* etiam ad præſcriptionem contra priuilegia Eccleſiarum. & hoc vſu confirmatum eſt, & communi ſententia Doctorum. Quare huic ſtandum eſt; & motiua Suarez facilè excludũtur dicendo, iis non obſtantibus ita deciſum fuiſſe à Romano Pontifice *in d. cap. accedentibus*, in ſpecie priuilegiorum, & in genere iurium Eccleſiaſticorum, *d. cap. ex litteris, de probat.* & aliis iuribus ſuperiùs citat. Reſponſio autem quorumdam *ad d. cap. ſi terra,* quòd ſit correctum per *d. cap. accedentibus,* mihi non placet, quoniam admitteret contrarietatem, vel ſuperfluitatem in compilatione, ſeu iuribus Decretalium Gregorij IX. contra eorumdem proœmium. Quare ego dicerem, vel ſpeciale eſſe in caſu text. *d. cap. ſi de terra*, ac ſimilib. vt ſufficiant triginta anni, quando nimirum præſcribens habet ſpecialem iuris aſſiſtentiam, & priuilegiatus iuris reſiſtentiam: ibi enim agebatur de priuilegio non ſoluendi decimas contra Parochum, qui in iis fundatam de iure habet intentionem, *cap. quæſti; cap. decimæ,* ac paſſim 16. *quæſt.* 1. *cap. commiſſum, cap. dilecti filij, cap. ex parte tua, cap. quoniam, cap. de terris, cap. cùm ſint homines, & cap. ad Apoſtolicæ*, ac ſæpe *in tit. de decim.* necnon *cap. ad decimas, de reſt. ſpol. in 6. & cap.* 1. *de præſcript. eod. lib.* cùm tamen *in d. cap. accedentibus,* nihil tale habeatur; nam neque priuilegiatus, neque præſcribens contra priuilegium *ibi* parochiam habebat, aut aliàs ſpecialem iuris aſſiſtentiam, fundatámve ſpecialiter in iure ſuam intentionem, vt *d. cap. ſi de terra.* Atque hæc ſolutio, vt arbitror, eſt de mente illorum, quos tacito nomine refert gloſ. *d. cap. accedentibus, verbo, per quadraginta annos,* & Suarez *d. num.* 21. & ſequi videtur eadem gloſ. *d. cap. ſi de terra, verbo, tanto tempore,* & *ibi* Io. And. dum ad hanc rem illud afferunt, quòd res facilè redit ad ius commune, & ſuam naturam, *l. ſi vnus, §. quod ſi, ff. de pact. l. 4. ff. de adim. legat. & cap. ab exordio,* 35. *diſt.* ſicut & facilius perditur priuilegium, quàm ius commune, *l. antiqua, C. ad Velleian.* & ius ſpeciale, quàm ius commune, *l. eius militis, §. 1 ff. de milit. teſtam.* latè Tiraq. *in tract. cauſ. ceſſan. ceſſat effect. limit.* 11. *num.* 4. Vel dicendum eſt, per inaduertentiam compilatoris tamquam hominis, licèt alioqui docti æquè, ac ſancti, errorémve librariorum irrepſiſſe in eam compilationem d. Decretalem *cap. ſi de terra*, quæ cùm nihil aliud contineat, quàm *d. cap. accedentibus*, hoc eſt, deciſionem circa præſcriptionem Eccleſiæ contra priuilegium alterius Eccleſiæ non ſoluendi decimas; reſecari debuerat, ac prætermitti tamquam ſuperflua, vel contraria. cuius rei exemplum quoque habemus in aliis duabus Decretalib. eiuſdem compilationis ſub tit. *de offic. deleg.* nimirum *cap. relatum, & cap. gratum,* ſtatim ſeq. in materia perpetuationis iuriſdictionis intercedẽte morte delegantis; quòd enim ea fiat per citationem, habetur *d. cap. gratum*; quòd autem requiratur litis conteſtatio, expreſsè diſponitur *d. cap. relatũ*; cùm autem nunc vtamur iure *d. cap. gratum*, in compilationem irrepſiſſe videtur *d. cap. relatum*, quod nullam aliam deciſionẽ etiam incidentem continet, per inaduertentiã compilatoris, vel errorem librariorũ: quamuis etiam aliquas cõciliationes *d. cap. gratum, & cap. relatum,* afferre conati ſimus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 1. in poſteriori parte 3. *præmiſſ.* & latiùs tract. *de Conſeruatorib. iudicib. cap. vlt. quæſt.* 2. *præmiſſ.* item *vlt.* Atque hæc de priori dubio, ſeu quæſito ex duobus ſuprà pro complemento huius concluſionis propoſitis.

Ad ſecundum † breuiter reſpondeo cum Suarez 947.
nonnulla; quorum priora duo ſatis conſtant ex iis, quæ ſuperiùs dicta ſunt. & primò, quoties vſus contrarius priuilegij dat alteri occaſionem, & tempus præſcribendi contra priuilegium, conſummata præ-

ſcriptione illud amitti in reipſa, ac ſubinde in conſcientia. Secundò, quamdiu alter non præſcribit contra priuilegium habens tractum ſucceſſiuum, per nullum vſum contrarium illud amitti in conſcientia omnino, & quoad facultatem eo vtendi futuris temporibus. Tertiò illam amiſſionem priuilegij alterum reſpicientis, (de hoc enim hic dumtaxat loquimur,) quæ fieri cenſetur per quemlibet actum contrarium in modum tacitæ renuntiationis, vel ſimpliciter, ſi priuilegium in vno tantùm actu conſiſtat, vel ſecundùm quid tantùm quoad præſentem actum, & eius effectum, ſi priuilegium illud habeat tractum ſucceſſiuum; eſſe validam in conſcientia: tum quòd verſatur circa alterum, qui ſtatim eam renuntiationem acceptat, ſeu eius effectum, qui ab illa pendet, quod perinde eſt: tum quòd, licèt hæc renuntiatio non ſit expreſſa, ſed tacita; tamen moraliter loquendo, ac per ſe procedit ex interno affectu ſufficiente; quia ille actus contrarius exterior voluntariè ſit, vt ſupponimus, & ex animo validè, & cum effectu operandi, etiamſi ſit contra proprium priuilegium, arg. *cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* ſic, qui acceptat munus, cùm eſſet ab eo exemptus, in conſcientia tenetur illud adminiſtrare; ſecus ſi coactè, aut per ignorantiam ſui præiudicij exerceret actum contrarium; tunc enim ob defectum conſenſus in conſcientia poſſet etiam condemnatus ob defectum probationis vti priuilegio, ſi poſſit ſine ſcandalo. Quòd ſi per ſententiam confirmaretur talis renuntiatio priuilegij, etiamſi non eſſet ex animo facta, in pœnam fictionis, vel negligentiæ; tunc poſt ſententiam teneretur quis in conſcientia non vti priuilegio quoad talem effectum, ſeu ratum habere vſum contrarium priuilegio, etiamſi fortaſſe antea non teneretur; quia ſententia iuſta poteſt effectum hunc inducere, vt ſatis conſtat ex traditis per eundem Suarez *lib. 5. de legib. cap. 5. & d. lib. 8. item de legib. cap. 39. num. 4.* ac nos *in tract. de diſtribut. quotid. part. 3. queſt. 7. concluſ. 2.* & Doctor. *in cap. cùm ſecundùm leges, de hæret. in 6. & cap. ſuborta, de ſent. & re iudic.* Atque hæc de hac ſecunda concl. præſentis quæſt. dicta ſint ſatis.

TERTIA, & poſtrema CONCLVSIO. Commutatio vltimæ voluntatis per modum priuilegij,
948. ſeu per reſcriptum gratiæ obtenta † plerumque amittitur, ſeu extinguitur per eiuſdem commutationis abuſum. Probatur, quia id de priuilegio generatim tamquam vulgarem iuris regulam tradit Suar. *d. lib. 8. de legib. cap. 36. num. 1.* vt amittatur per abuſum, præcipuè ex text. *in cap. vbi, 74. diſt. cap. priuilegium, 11. quæſt. 3. cap. licèt, de regular. cap. vt priuilegia, de priuil. & cap. contingit, il 2. de ſent. excom.* vbi dicitur, quòd priuilegia meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate, cui quid ſimile habetur *in l. libera, ff. de pecul. l. qui ſine, ff. de negot. geſt. l. Iudæos, C. de Iudæ. & §. nos autem, in auth. de tabell. collat. 4.* necnon *in cap. 1. & 2. de poſtul. prælat. cap. vlt. de vit. & honeſt. cler. cap. ex parte, de cler. coniug. & c. recolentes, de ſtat. monach.* ibique gloſæ ab aliis approbatæ prædictam regulã, alia quoque ad eam iura allegantes, ponunt; quam etiam nouiſſimè admittit Gallerat. *d. tract. de remunt. lib. 5. cap. 6. num. 18. in fi.* per text. *d. cap. recolentes, verſic. ſi enim*; ex quo illud pariter docet, per abuſum induci tacitam renuntiationem; quod etiam ex Suar. ac nonnullis fundamentis confirmauimus ſup. *initio huius quæſt.* vt in caſu illius text. ſenſit *ibidem* gloſ. *verbo, communi iure,* & in ſimili Anchar. *conſ. 104.* quem ſequitur Fel. *d. cap. cùm acceſſiſſent, num. 28.* Et ſic habemus primam ampliationem præſentis regulæ, ſimúlque noſtræ concluſ. nimirum, quòd per abuſum priuilegij, atque adeò commutationis obtentæ per reſcriptum gratiæ, inducitur tacita eiuldem renuntiatio. Ampliatur ſecundò, vt procedat in quauis ex illis tribus ſpeciebus abuſus propriè dicti, quas latiùs circa initium 4. præmiſſ. explicauimus, nimirum formalis, cùm quis excedit in vſu ipſius priuilegij; occaſionalis, cùm eo quis abutitur in alterius iniuriam, aliúdve delictum; & repugnantis fini priuilegij, & conceſſionis. hanc ampliationem quoad priuilegium expreſsè ponit Suarez *d. cap. 36. num. 4.* & probat; tum quia ita videtur ea regula communiter à Doctoribus intelligi; tum etiam, quia verba prædictorum iurium ſunt abſoluta, & non debent à nobis limitari; cùm omnes illi exceſſus propriè ſint abuſus priuilegij, & in illius iniuriam, vel concedentis cedunt: tum maximè, quia de omnibus illis modis ſeu ſpeciebus exempla in iure inueniuntur. nam iura, quæ in regula ſuperiùs allegauimus, pleraque loquuntur de primo abuſu per exceſſum, vtendo poteſtate vltra eius limites, vt eſt *d. cap. vbi, 74. diſt.* loquens de vſu poteſtatis ordinandi, cogendo ſubditum, vt ordinetur. cui ſimilis abuſus eſt negare licentiam tranſeundi ad religionem ſtrictiorẽ legitimè illam poſtulanti; de quo eſt ſermo *in d. cap. licèt.* ſimiliſque eſt indiſcreta extenſio priuilegij, de qua *d. cap. 1. & 2. de poſtul. prælat.* & latiùs *in d. cap. vt priuilegia, & cap. inuenum, §. verum, de priuil.* ad quod etiam eſt text. *in d. l. qui ſine, ff. de negot. geſt.* cum aliis iuribus, & exemplis ad id allatis à Greg. Lopez *in commentar. leg. 42. tit. 18. part. 3. gloſ. vlt.* At verò *d. cap. contingit*, apertè loquitur de abuſu occaſionali, qui committitur, quando occaſione priuilegij ſumitur licentia peccandi, & eundendi iuſtas pœnas: de eodémque ferè abuſu loquitur *d. cap. fin. de vit. & honeſt. cleric.* vbi clericus, ſi tertiò monitus non abſtinet à negotiatione, priuatur quoad bona priuilegio clericali. & ad eamdem ſpeciem reducitur *cap. vlt. de immunit. Eccleſ.* vbi delinquens in Eccleſia Eccleſiæ immunitate priuatur: & quod habetur *in l. Iudæos, C. de Iudæ.* vbi Iudæi, ſi dum celebrant ſuas ſolemnitates, aliquid agunt in contemptum fidei Chriſtianæ, priuantur facultate, ſeu permiſſione celebrandi ſuas ſolemnitates, ibi; amiſſuri ſine dubio permiſſa hactenus; niſi ab illicitis temperauerint poteſtate. Denique *in d. cap. recolentes*, ſermo videtur eſſe de abuſu contra finem, & fundamentum priuilegij; ibi enim decernitur Monachos Ciſtercienſes ſi non viuant iuxta prima ordinis inſtituta, communi iure cenſeri debere, atque adeò priuilegia ſua amittere. atque ad idem caput reuocantur canones, qui clericos coniugatos laicè viuentes priuant priuilegio clericali, vt *d. cap. ex parte, de cleric. coniug. cap. vnic. eod. tit. in 6.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 6. de reform.* necnon, quod habetur *in d. l. libera, ff. de pecul.* liberam peculij adminiſtrationem conceſſam ſeruo in eo non permanere, ſi fugiat. ratio autem omnium eſt, vt ait Suarez *d. num. 4. in fi.* quia quilibet ex dictis abuſibus culpabilis eſt, & priuilegio iniurioſus, & ideo priuatio priuilegij meritò ibi correſpondet, vel in pœnam proportionatã, vel alio ſimili modo mox explicando. Aliquando enim
† amittitur priuilegium quoad ius ipſum, & omnem 949.
futurũ vſum priuilegij ſiue adæquatè, & in tota materia, vt *in d. cap. priuilegium, 11. quæſt. 3.* atque alibi ſæpe; vnde apud D. Auguſtinũ *ſerm. 247.* legitur, iudicio legum iure obtẽta dignitate deiicitur, qui priuilegio ſibi conceſſo abutitur: ſiue inadæquatè, ſeu in parte materiæ, vt *d. cap. vbi, 74. diſt. & in cap. denuntiamus, 25. quæſt. 2.* aliquando verò amittitur ſolùm quoad illum actum, vt *in cap. cùm in cunctis, §. vlt. & cap. cùm Vicinienſis, de elect.* necnon *d. cap. 1. & 2. de poſtul. prælat.* ita ferè, ſed latiùs Suarez *d. cap. 36. num.*

36. *num.* 6. eam rationem addens, quia non ſemper exceſſus eſt dignus æquali pœna: vnde etiam fieri poteſt, vt tantùm priuetur quis priuilegio in illo actu quoad actus eiuſdem irritationem, vt *in cap.* 1. 71. *diſt. cap. determinamus*, 16. *quæſt.* 7. *& cap. vel non eſt compos, de temp. ord.* vbi etiam eſt caſus temporalis priuationis, ſeu ſuſpenſionis priuilegij in eo, qui priuilegio abutitur: cuiuſmodi etiam eſt *in d. cap. tuarum, §. verùm, de priuil.*

950. Quòd ſi petas, † an per abuſum priuilegij quis ipſo iure, ſeu ex natura rei, atque adeò etiam in conſcientia amittatur, vel ſolùm ex iuris poſitiui diſpoſitione, requirátque ſententiã priuationis. Reſpondeo cum eodem Suarez *d. cap.* 36. *num.* 7. poſſe vtroque modo huiuſmodi amiſſionem contingere. prior enim modus poteſt habere locum in ceſſatione priuilegij quoad valorem actus, qui per abuſum fit ſub vmbra, ſeu colore priuilegij; quod tunc poteſt contingere, quando quis vtitur priuilegio vltra eius vires, vel extra materiam, aut caſum, in quo ipſum loquitur; vel quando actus non fit ſecundùm formam in priuilegio præſcriptam; tunc enim actus fit ſine legitima poteſtate, & conſequenter eſt nullus vel ſimpliciter, vel quoad id, in quo excedit poteſtatem; idque ſignificauit Silueſt. *in verbo, priuilegium, quæſt.* 10. *diſt.* 3. arg. *cap. porrò, & cap. recipimus, de priuil.* verùm, vt rectè *ibid.* monet Suar. ſi quis rectè conſideret, hæc non eſt amiſſio priuilegij, quando talis defectus ex natura rei contingit, quia potiùs hic defectus ſequitur ex carentia priuilegij quoad talem caſum, quàm ſit cauſa illius. magis autem propriè locum habet hic prior modus vbi per abuſum tollitur fundamentum priuilegij, vt in illo exemplo de beneficiato habente priuilegium, vt in abſentia cauſa ſtudij faciat fructus ſuos: nam, ſi nihil ſtudeat, reuera non faciet fructus ſuos, vt probabiliter dixit Perez *lib.* 1. *ordin. reg. tit.* 2. *leg.* 8. quia ſeruitium Eccleſiæ commutatum eſt in ſtudium, vt bene explicat Suar. *d. num.* 7. addens deciſionem, ſeu declarationem in ſimili caſu ex *l. generaliter, C. de Epiſc. & cler. & cap. generaliter*, 16. *quæſt.* 1. & ſubdens, idem fore quoties ex priuilegio conſtiterit, priuilegium omnino ob talem actionem concedi: tunc autem, & in ſimilibus caſibus non amitti priuilegium in radice, vel pro tempore futuro, ſi eius abuſus tollatur, quia hoc ex natura rei non ſequitur, vt per ſe conſtat, nec in iure ſtatutum eſt, vt ſupponitur. Aliquando verò poteſt per abuſum fieri, vt ceſſet omnino cauſa priuilegij adæquata illi ſecundùm ſe, ac ſimpliciter ſpectato; & tunc ait *ibid.* Suar. fore, vt priuilegium ceſſet, non formaliter ratione abuſus, cùm idem eſſet, ſi abſque abuſu cauſa ceſſaſſet; verùm immediatè ob ceſſationem cauſæ; ideoque tunc ſeruandas eſſe regulas per eum datas de modo deſinendi priuilegij cauſa ceſſante, *eod. lib.* 8. *de legib. cap.* 30. & nos ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 5. Alter verò modus amittendi priuilegium per abuſum, qui eſt ex iuris diſpoſitione, frequentior eſt, vt inquit Suarez *d. lib.* 8. *cap.* 36. *num.* 8. & inſinuatur in verbis illis regulæ propoſitæ, priuilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate. nam licèt meritum hoc ex natura rei inſit tali abuſui; quia tamen amiſſio non ſequitur intrinſecè, niſi ab alio inferatur, nimirum in lege, reſcripto, vel ſententia, quæ omnia ſub iure includimus, vt admonnimus ſup. *in 4. præmiſſ. huius quæſt.* cum eodem Suarez *d. num.* 8. vbi ſubdit, quòd, cùm hæc amiſſio ſit pœna illius mali meriti, attendenda ſunt verba legis, vel reſcripti ad iudicandum, an per talem abuſum amittatur ipſo facto priuilegium, vel ſolùm quis veniat eo priuandus aut omnino, aut ex parte. nam, ſi verba non contineant ſatis expreſsè ſententiam ipſo iure latam, † non amittitur ipſo 951.
facto, iuxta regulam legis pœnalis, de qua latè idem Suarez *lib.* 5. *de legib. cap.* 5. & 6. necnon legis irritantis, de qua fusè ideimmet *d. lib.* 5. *cap.* 19. cum aliquot ſeqq. & ſatis colligitur ex præcitatis verbis d. regulæ; qui enim † meretur, non ſtatim habet, 952.
quod meretur. idémque erit, ſi lex dicat, priuetur, vel careat priuilegio, ex latiùs adductis per ipſum Suarez *d. cap.* 6. & nos *in tract. de diſtribut. quotid. part.* 3. *quæſt.* 7. & à fortiori, ſi dicat, propter abuſum poſſe auferri, aut reuocari priuilegium; vt *in d. cap.* 1. *de poſtul. prał. & d. cap. vt priuilegia, de priuileg.* at ſi dixerit, nouerint ſe priuatos, aut quid ſimile, ipſo facto incurretur, vt *in cap. cùm in cunctis, §. vlt. de elect. & d. cap.* 2. *de poſtul. prælat.* & conſtat ex allatis ab ipſo Suarez *d. cap.* 6. maximè *num.* 27. & nos *d. quæſt.* 7. *num.* 50. Rectè autem docet Suarez *d. cap.* 36. *num.* 8. aliud eſſe † facto amit- 953.
tere priuilegium, aliud ipſo facto; licèt gloſ. *d. cap. vlt. verbo, cum facto, de vit. & honeſt. cleric.* vtrumque videatur confundere: aliud enim eſt facto abiicere priuilegium, quod ibi dumtaxat dicitur; aliud amittere priuilegium ipſo facto, ſeu ipſo iure, & eo ipſo; cùm is, qui per prauum vſum meretur priuari priuilegio, dici poſſit ſuo facto abiicere priuilegium, licèt eo non priuetur ipſo facto, & iure. Niſi dicamus, gloſ. ſumere ea verba, *ipſo facto*, ac ſi dicat, facto ipſo; prout paulo pòſt ſumit, cùm ait, *ipſo facto appellari, ex cap. dilecti, & cap. vt noſtrum, de appell.* & mox comparat ei, quod eſt aliquid ipſo verbo agere. Rectè quoque docet idem Suarez *d. num.* 8. *in fi.* in his, & ſimilibus caſibus ordinariè neceſſariam eſſe ſententiam ſaltem declaratoriam criminis, quando priuatio fuerit pœnalis, iuxta prædictam doctrinam per eum traditam de lege pœnali *d. lib.* 5. *cap.* 5. cum multis ſeqq. ac præſertim *cap.* 7. 8. & 9. ac nos *d. quæſt.* 2. *concluſ.* 1. & 2. In aliis verò caſibus, quando abuſus tollit fundamentum priuilegij, ſi res ſit certa, & clara, non erit neceſſaria alia declaratio; in caſu autem dubio ea poterit expectari, vt etiam conſtat ex iis, quæ paulo antè cum eodem Suarez *d. cap.* 36. *num.* 7. & 8. diximus. Ex quibus finis iam ſit præſenti quæſt. & 8. cap.

CAPVT IX.

De fideicommiſſorum derogatione.

SVMMÆ RERVM.

1. *Alienatio rerum eccleſiaſticarum, commutatio veterum, & iurameniorum, legitimatio ad ſucceſſiones per reſcriptum, & reſeruatio penſionis, ac fructuum beneficij quomodo ad commutationem vltimarum voluntatũ pertineant.*
2. *Alienationis rerum eccleſiaſticarum materia, remiſſiuè.*
3. *Commutationis veterum, & iurameniorum materia, remiſſiuè.*
4. *Legitimationis per reſcriptum materia, remiſſiuè.*
5. *Reſeruationis penſionis, ac fructuum beneficij materia, remiſſiuè.*
6. *Methodus ſeruanda in hoc nono, & tribus reliquis ſequentib. capitib.*
7. *Quid nominis explicandum eſt ante quid rei.*
8. *Abrogatio, & derogatio in quo differant; & n.* 10.

9. *Argumentum à lege ad testamentum, & similes vltimas voluntates valet.*
10. *Derogatio, & abrogatio legis quid sit.*
11. *Derogare aliquando significat in totum tollere. aliquando indifferenter siue in totum tollere, siue aliquid detrahere; num. 12. & duob. seqq.*
13. *Derogationis nomen quomodo sumatur in hoc cap.*
14. *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
15. *Derogatio fideicommissorum apud quos habeatur. & quibus aliis nominibus à iure explicetur; num. 16.*
17. *Derogationis, & abrogationis nomen vnde sumptum sit.*
18. *Fideicommissi nomen vnde sumptum fuerit; & fideicommissorum origo quoad obligationem.*
19. *Verba precaria, quæ olim in fideicommissis vim obligandi non habebant, nunc autem habent, quænam sint.*
20. *Verbum*, lego, *tamquam obliquum adiectum hereditati importat fideicommissum vniuersale, siue alius sit heres institutus, siue non; & numer. 26.*
21. *Verba illa*, si fueris arbitratus, si putaueris, si existimaueris, si vtile tibi visum, *vel* videbitur, *important fideicommissum; & ibi quid de quibusdam aliis verbis.*
22. *Fideicommissum aliud vniuersale, aliud particulare; & num. 57.*
23. *Legata per omnia sunt exequata fideicommissis particularibus; & an hæc fideicommissa per omnia sint exequata legatis; & num. seq.*
24. *Verbum*, relinquo, *cui magis conueniat, legato, an fideicommisso.*
25. *Legata vniuersalia, & similia fideicommissa, an per omnia sint exequata.*
26. *Verbum*, lego, *siue adiiciatur vniuersitati, siue certa rei, semper est obliquum.*
27. *Legata, & fideicommissa in quo adhuc differant.*
28. *Legatum particulare non est exequatum fideicommisso vniuersali, nec legatum vniuersale fideicommisso particulari, aut fideicommissum vniuersale fideicommisso particulari.*
29. *Derogatio fideicommissi in quo sensu accipiatur in hoc cap.*
30. *Definitio derogationis fideicommissi traditur.*
31. *Definitio bona qualis esse debeat; & num. seq.*
32. *Differentia vna specifica est vnius speciei.*
33. *Definiri potest quodlibet genus non generalissimum, & qualibet species, non autem individua.*
34. *Homo an rectè definiatur, animal rationale, mortale. & Angeli non sunt animalia rationalia, neque corporei; num. 35.*
36. *Pluralitas aliquando resolutur in singularitatem.*
37. *Definitio quando continere possit, ac debeat plures differentias.*
38. *Definitio constare debet ex propriis verbis. attento tamen etiam communi vsu loquendi.*
39. *Derogatio est quædam mutatio, & fideicommissum est vltima voluntas; ac num. seq.*
40. *Legitimum est, quod ab aliqua lege confirmatur.*
41. *Obiectum formale in moralibus, & artificialibus dat speciem actui.*
42. *Fideicommissum in testamento, codicillis, & omnino ab intestato relinqui potest.*
43. *Hereditas codicillis nec directò dari, nec adimi potest; neque conditio heredi instituto adiici, aut directo substitui.*
44. *Heredis, & bonorati nomen quid contineat.*
45. *Grauari quis possit fideicommisso, vel relicto; & in quibus rebus.*
46. *Rei appellatione quid veniat.*
47. *Dictio* aliquid, *includit etiam quid minimum.*
48. *Verbum*, relinquo, *conuenit fideicommissis siue vniuersalibus, siue particularibus. & propriè pertinet ad testamentum, & similes vltimas voluntates, ac respicit tempus mortis; n. 49.*
50. *Fideicommissa fieri non possunt in contractibus, sed solùm in testamentis, & similib. vltimis voluntatib.*

QVAMQVAM ex præcedentibus octo capitibus, in quibus sufficienter, ni fallor, egimus de commutationibus vltimarũ voluntatũ generatim, & in vniuersum, totus hic tractatus iam absolutus nõ immeritò videri alicui posset; cùm præsertim non pauca etiam inibi, prout occasio tulit, dixerimus de iisdemmet commutationis vltimarum voluntatum quatuor speciebus, de quibus mox ex proposito differemus, nimirum de fideicommissorum derogatione, de derogatione qualitatum in fundatione beneficij appositarum, de mutatione status Ecclesiæ, seu beneficij, ac de suppressione beneficiorum. quia tamen hæ ipsæ species commutationis huiusmodi præcipuæ sunt, ac de iis multo plura remanent dicenda, & quotidie dubitari contingit, operæpretium duximus, si de iisdem, vt in ipsius tractatus initio proposuimus, singula capita sub propriis titulis instituamus; prætermissis aliis quatuor eiusdem commutationis quasi speciebus, de quibus in hoc tractatu singulis pariter propositis capitibus agere penè statueramus; hoc est, de alienatione rerum Ecclesiasticarum, de commutatione votorum, & iuramentorum, de legitimatione ad successiones per rescriptum, ac de reseruatione pensionis, & fructuum beneficij: quæ quidem † eatenus ad commutationem vltimarum voluntatum pertinent, quatenus certa bona pro Ecclesiarum dote in testamentis aut voluntatibus inter viuos assignata in eorum alienatione ad diuersos casus conuertuntur: quatenus votum, & iuramentum vti actus voluntatis irreuocabilis non immeritò vltima dici potest; & in legitimatione per rescriptum ad successiones is, qui ex testatoris, alteriúsve irreuocabili dispositione incapax est successionis, ad eam capax fit; ac denique fructus beneficiorum pro ministrorum Ecclesiæ sustentatione deputati aliorum vsibus saltem pro parte applicantur. has autem prætermittimus, (etsi nonnihil etiam de iis in præcedentibus capit. cùm opus fuit diximus:) tum quòd non ita propriæ species commutationis vltimarum voluntatum sint: tum etiam quòd de iis plerique fusiùs differuerunt. quoad primam enim † speciem duo proprij commentarij extant duorum de Christiana Republica optimè meritorum, alter Petri Rebuffi, alter Martini Nauarri, duóque item iusti tractatus, alter Guilielmi Redoani, alter Alphonsi Villaguti *de alienat. rer. Eccles.* vt interim omittam breuiorem ea de re tractatum Stephani Quarantæ, quem cum aliis nonnullis adiunxit ad suam Bullarij summam. De secunda † inter alios per multa capita disseruit doctissimus ille, piissimúsque vir Thomas Sanchez, nimirum de commutatione iuramenti *lib. 3. cap. 19. & 21. eruditissimi sui operis moralis in Decalogum*, ac de commutatione voti *lib. 4. eiusdem operis cap. 46. cum seqq.* & de vtraque Azor, Suarez, atque alij à Sanchez vtrobique citati. Quoad tertiam speciem, † hoc est, de legitimatione per rescriptum, præter id, quod de ea fusiùs tractat Imperator *in tit. auth. quib. mod. natural. fil. effic. legit. collat. 6.* &, *quibus mod. natural. effic. sui, collat. 7.* ibique glos. & Doctor. necnon Romanus Pontifex, & *ibi* Canonistæ

1. 2. 3. 4.

niſtæ *in cap. per Venerabilem, qui fil. ſint legit.* Couar. *in 4. Decretal. 2. part. cap. 8. §. 8. cum duobus ſeqq.* Peregrin. *tract. de fideicom. art. 23.* Card. Mantic. *tract. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 10. & 11.* Michaël Craſſ. *in tract. de ſucceſſ. §. teſtamentum, quæſt. 38.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 79.* Camill. Borell. *tract. de præſtant. & poteſt. Reg. Cathol cap. 35.* Mart. *tract. de iuriſd. per, & inter iud. Eccleſ. & ſecul. exercen. p. 4. caſ. 79.* Ludou. Molin. ſen. *tract. de Hiſpan. primog. lib. 3. cap. 3.* & Lud. Molin. iun. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 174.* Anton. Gabr. *comm. concluſ. lib. 6. tit. de legitimat. concl. 3. vſque ad 8.* Didac. à Ɛpin. *in ſpec. teſtam. gloſ. 16. princip. ex num. 124.* Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 2. ex num. 27. ac diſput. 7.* ferè per tot. Benedict. Barz. *in tract. de fil. non legit. nat. num. 44. vſque ad fin.* & Ludouic. Sard. *in tract. de natural. lib. ac ſucceſſ. eor.* in ſpeciali titulo *de legitimat. per reſcript. & quatuor ſeqq.* duos tractatus proprios habemus in materia legitimationis, alterum Anton. Roſell. qui de legitimatione per reſcriptũ agit *in ſuo tract. de legitim. toto lib. 2.* alterum Martin. Carat. Lauden. qui de ea in ferè toto ſuo ſimili tractatu fuſiùs diſſerit. Denique de † reſeruatione penſionis, ac fructuum beneficij, præter id, quod ſatis fusè tradiderunt Quintil. Mandoſ. *in prax. ſign. grat. ſpecialibus tit.* Petr. Andr. Gambat. *in tract. de offic. atque auctor. legat. à latere, lib. 6.* per tot. & inter recentiores Flamin. Pariſ. *tract. de reſignat. benef. lib. 6. quæſt. 1. cum trib. ſeqq.* Ioan. Azor *Tuscol.* ſeu *Inſtit. moral. p. 2. lib. 8. cap. 5. vſque ad 13.* Læl. Zech. *in ſuo lib. de benef. & penſion. Eccleſ. cap. 18.* & Hier. Gonz. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 5. §. 5.* ac nupertimè Nicol. Garz. *in ſuo luculentiſſimo tract. de benef. lib. 1. cap. 5.* per tot. Proprij quoque tractatus de hiſce penſionibus prodierunt, vnus quidem breuiſſimus ſub tit. *de penſion.* Thom. Campegij, ac ſimilis eiuſdem *de omnium fructuum reſeruatione*; alius non ita breuis Camilli Cauti *de penſionibus Epiſcopalib.* tres verò iuſti tractatus *de penſionibus Eccleſiaſticis*, trium doctrina inſignium virorum Pauli Romani, Ioan. Bapt. Caccialupi, & Hieronymi Gigantis. De illis igitur dumtaxat prioribus quatuor commutationis vltimarum voluntatum ſpeciebus, quas initio huius cap. commemorauimus, atque in principio præſentis tractatus propoſuimus, in his quatuor reliquis capitibus ſingilatim agẽdum erit in quibus † eandem methodum retinebimus, quæ in præcedentibus adhibita fuit: ita tamen, vt quæſtiones in his diſputandæ quoad earum titulos ſingulis præcedentium capitum titulis; concluſiones autem eorum capitum quæſtionibus quoad fieri poterit, reique natura, & qualitas patietur, reſpondeant: ſicque noſter hic ipſe tractatus, Deo dante, plenè, vt reor, abſolutus remanebit. 6.

Præſens ergo nonum caput, quod eſt de prima ex illis quatuor propriis, ac præcipuis ſpeciebus commutationis vltimarum voluntatum, octo ſpeciales quæſtiones continebit: earúmque prima erit, quid ſit fideicommiſſorum derogatio.

QVÆRO igitur PRIMO, quid ſit derogatio fideicommiſſorum? 5.

Cùm initio 1. cap. huius tract ex Rhetorum, & Dialecticorum, necnon etiam Iuriſcõſultorum traditione docuerimus, in quæſtione de quaque re, quid ea ſit, duo dumtaxat contineri, alterum ad quid nominis, variáſque eius ſignificationes pertinens; vt præcipuè cognoſcamus, in qua ſignificatione ſumatur propoſita diſputatio; alterum ad quid rei, ſeu illius definitionem: eam ob cauſam nobis quoque in mox propoſita quæſtione duo dumtaxat videnda eruut; alterum, quomodo hic ſumamus derogationis, ac fideicommiſſi nomen; alterum, quomodo fideicommiſſi derogatio poſſit definiri. Ex his autem duobus de primo priùs agemus, quoniam † explicandum antea eſt quid nominis, quam quid rei, vt ex *l. 1. ff. de iuſt. & iur. Inſtit. de teſtam. in princ.* atque aliis iuribus, ac Doct. *ibid.* admonuimus; præſertim verò ex Sebaſt. Medic. *in proœm. ſui tract. de definit. n. 1. & 5.* ac meliùs *quæſt. 2. n. 3. & 4.* quibus nunc addo D. Paul. Gallerat. *tom.* ſeu *vol. 1. ſui eruditiſſimi tract. de rerum. lib. 1. cap. 1. num. item 1.* 7.

Quoad primum ergo ſciendum eſt, † differre inter ſe abrogationem, & derogationem, prout præter alia quæ mox afferemus, conſtat ex auctore *lib. ad Heren.* (ſiue is fuerit M. Tullius, ſiue Cornificius, ſiue quis alius:) ait enim; dum duæ leges inter ſe diſcrepant, videndum eſt primum, num quæ abrogatio, aut derogatio ſit. & ipſo Tullio *lib. 2. ac Innem.* dum inquit: Indignum eſt de lege aliquid derogari, vel legem abrogari. ex quibus verbis colligitur etiam differẽtia inter abrogationem, & derogationem, quòd nimirum abrogatio in totum tollit, derogatio verò aliquid dũtaxat detrahit: id quod ſanè de lege; (à qua † ad teſtamentum, & alias vltimas voluntates rectè argui, probat text. *in §. diſponat, auth. de nupt. collat. 4.* ibi, diſponat itaque vnuſquiſque in ſuis, vt dignum eſt, & ſit lex eius voluntas; cum aliis iuribus, quæ ad id allegat inter ceteros Euerard. *in loco à lege ad teſtatorem*, per tot.) id, inquã, de lege expreſsè cautũ eſt *in l. derogatur. ff. de verb. ſign.* vbi Modeſt. I.C. derogatur, inquit, legi, aut abrogatur: derogatur † legi, cùm pars detrahitur; abrogatur legi, cùm prorſus tollitur, ac per eum text. præter Alciat. Rebuff. & ceteros *ibi* gloſ. ab aliis approbatam *in cap. in iſtis, §. leges, verbo, abrogata, 4. diſt.* & Archid. *cap. conſuetudo, 1. diſt.* & alios ſcribentes tam *ibi*, quàm alibi ſæpe; adnotauit quoque Spiegel. *in lexic. iur.* & Alberic. *in diction. iur. verbo, derogat*, Schard. *in lexic. iuridic.* & Brillon. *de verber. quæ ad ius pertin. ſignificat. verbo, abrogare, & verbo, derogare*, Hippol. Rimin. *in repet. cap. canonum ſtatuta*, quod eſt 1. *num.* 109. *de conſtit.* atque inter Theolog. Ioan. Azor *tom. 1. Inſtit. moral. com. 1. lib. 5. cap. 15. in princ.* Suarez *lib. 6. de legib. cap. 10. num. 1.* iuncto *cap. 25. num. item 1.* & Sanchez *lib. 8. de matrimon. diſp. 1. num. 1.* atque in hoc ſenſu derogari alicuius priuilegiis, dicitur *in l. voluntaria, C. de excuſ. tutor. & curator.* ac derogari iuri primato, *in l. ſi Gaudentius, C. de contrab. empt. l. 2. C. res inter al. act. vel iudic. al. non noc. & in l. 2. C. de his, qui in prior. cred. loc.* in hoc etiam ſenſu dicitur mandatum ſpeciale derogare gẽnerali, *cap. 1. & cap. paſtoralis, §. vlt. de reſcript. cap. ſtuduiſti, de offic. leg.* necnon *cap. audum, de prabend. in 6.* & ſpecies derogare generi, *cap. generi, de reg. iur. eod. lib. & l. in toto, ff. eod. tit.* Aliquando tamen derogare † ſignificat quoque in totum tollere, vt *in l. 1. ff. ad leg. Aquil. l. 2. C. ſol. matrim.* ibi, iuri ſuo hoc derogare non poteſt; *& l. coheredibus, C. famil. erciſcund.* ſic poſteriores leges, & conuentiones communiter dicuntur prioribus derogare; & generatim, quòd ea, quæ poſtea geruntur, derogant prioribus, ait Mutianus I.C. *in l. dini, §. 1. ff. de iur. codicill.* loquẽs de mutatione ſuæ voluntatis, quam defunctus ipſe fecit in codicillis recedendo facto ipſo à certa lege, quam ſibi in iis obſeruandã præſcripſerat. Aliquando etiam † ſumitur indifferenter, & genericè, prout ſignificat ſiue in totum tollere, ſiue aliquid detrahere, vt *l. 1. ff. de fer.* ſic dicitur, iuri publico priuatorum pactionibus non derogari, *in l. iuriſgentium., §. ſi paciſcar, il 2. & l. ius publicum, ff. de pact. l. neque pignus, §. priuatorum, ff. de reg. iur. l. teſtandi cauſa, C. de teſtam. cap. ſi diligenti, de for. compet.* cum ſimil. Atque in hac ſignificatione; (omiſſis ceteris, quæ ad rem noſtram non faciunt;) ſumimus † in hac quæſt. & toto ferè præſenti 8. 9. 10. 11. 12. 13.

præſenti capite derogationis nomen: quomodo etiam ſumitur vtplurimũ in reſcriptis,& gratiis Principum, cùm in iis paſſim mentio fit clauſularum derogatoriarum,& apponitur illa,vel alia ſimilis clauſula; (quibus omnibus,ac ſingulis, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus.) dum enim ea exceptio ac reſtrictio ad rem, de qua tunc agitur, in reſcripto ipſi derogationi adiicitur,ſatis inde colligitur, derogationis nomen inibi latiùs ſumi, prout per eam etiam in totum tolli poſſent ea, quæ obſtant, & quibus tunc limitatè derogatur. exceptio enim † firmat 14.
regulam in contrarium, *l.nam quod liquida, §.fin. ff. de pen. legat. l. quæſitum, §.denique*, & *ibi* Bart. *ff. de fund.inſtruct.* text.quoque *in §.vt autem*, iuncta gloſ. *auth. de non alien. vel permut. reb. Eccleſ.collat.1.& in cap.Dominus, 12.quæſt.7.* cũ aliis ad id alleg. ab Euezard.*in loc.* ſeu *argum.leg.ab except. ad regul.num.1.* & aliquot ſeqq.Cùm autem id redoleat ſtylum Curiæ, ſeu Cancellariæ,præſertim Romanæ, faciet ius,iuxta *cap.ex literis,de conſtit.& cap.quàm graui,de crimin. falſ.*cum ſuis concord.In hac etiam ſignificatione,ni fallor, ſumitur à Conc. Trid. *ſeſſ.25.cap.5.de reform.* ibi, quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione, ſeu fundatione, aut aliis conſtitutionibus qualitates aliquæ requiruntur, ſeu certa illis onera ſunt iniuncta, in beneficiorum collatione,ſeu in quacumque alia diſpoſitione eis non derogetur: quod decretum *cap. ſeq.* & quoad vim huius verbi, *derogetur,cap.11. quæſt.3 concluſ.3.* latiùs ponderabimus. In eadem etiam ſumunt ferè quotquot Doctor. derogationis fideicommiſſi mentionem fecerunt; qua loquendi formula † vſos fuiſſe reperio in 15.
hac materia inter ceteros Couar. *lib.3.var.reſol. cap. 6.num.3. in fin.num.7.verſ.ſexto, hanc ſententiam,num. 9. in princ. & verſ.quæritò, hinc quæritur,ac num.10. in princ. & verſ.quod verò*, qui eſt fin.Peregr. *tract.de fideicom. artic.52. num.158.* Lud. Molin. ſen. *tract. de Hiſpan. primogen. lib.1. cap.8. num.31.& lib.3. cap. 3.num.11.* In hac denique ſignificatione ſumitur à Practicis in hac materia, de qua agimus, hoc eſt, cùm aliquod fideicommiſſum tollitur, ſiue id in totum fiat, ſiue pro parte: quos in hoc cap.ſequemur: licèt ius ad explicandam eius derogationem in totum vtatur † nomine euerſionis; vt *in l.mulier, §.* 16.
cùm proponeretur, ff. ad Trebell. vel ſubuerſionis fideicommiſſi; vt *in l.1. §.interdum, ff.de adimend. legat.* vel vtatur nomine interuerſionis; vt *in l Titius, ff. ad Trebell. & in §.* ſeu *verſ. non enim concedimus, auth.de reſtitut.collat.8.* aut ſolutionis fideicommiſſi, vt *in §. nouimus igitur, auth.eod.tit.* ſicuti ad ſignificandam fideicommiſſi derogationem pro parte vtimur nomine diminutionis; vt *in §.ſi verò & ipſam quartam, auth.eod.* necnon *d.l.Titius*, atque alibi ſæpe.quamuis quoad nomina euerſionis,ſubuerſionis, & interuerſionis fideicommiſſi dici poſſit,ea inibi à iure in malam accipi partem, hoc eſt, pro inualida, vel iniuſta fideicommiſſi derogatione, non autem de valida, & iuſta, de qua nos agimus: vt colligere licet ex *l.conſulta diualia.& l.ambiguitas, C.de teſtam. l.ſi quis rem, ff.de acq.poſſ. l.inficiando, ff.de furt. l. officialis, C. de Epiſcop. & cler. l.colonus, ff.de vi & vi armat.* cum multis ſimil. Atque hæc de nomine derogationis: quod † ex eo ſumptum eſt, quoniam, 17.
ſicut leges ferebantur aut à Principe ad interrogationem, ſeu rogationem populi, aut à plebe ad huiuſmodi rogationem per Tribunum eius factam, vt ex Feſto,M.Tullio,& aliis auctor eſt Alciat.*d.l.derogatur*,Schard.& Briſſon.*ditto verbo,abrogare*; & conſtat quoad primum ex *l. conſtat autem, verſ.lex eſt, Inſtit. de iur.nat.gent. & ciuil.* quoad ſecundum ex *§.capite tertio, in fin. Inſtit. de leg. Aquil. & l.1. in fin.ff. ad leg. Aquil.* ita ad eiuſdem populi rogationem lex vel in totum tollebatur,vel aliquid ei detrahebatur: prout ex Bald. & Quintil. tradit Schard. & Briſſon. *ſup.* aut cùm ex vi, & effectu illius rogationis, hoc eſt, legis quicquam diminuitur, derogatio dicitur: ſicut abrogatio, cum tota illa vis penitus tollitur;vt poſt Alciat.*d.l.derogatur*, qui ad id allegat Victorin. *in 2.lib.Rhetoric.Ciceron.* adnotauit inter ceteros Rimin. *d.cap.canonum ſtatuta, num.109. de conſtit.* ſimili ratione, quoniam in reſcriptis, & gratiis huiuſmodi clauſulæ in totum, aut pro parte aliqua fideicommiſſum, vel alia obſtacula gratiæ remouentes ad alicuius rogationem,ſeu preces apponuntur:ideo per eas meritò dicitur obſtaculis, ſeu impedimentis prædictis derogari, & in ſpecie fideicommiſſo, de quo nunc agimus,ſiue in totum,ſiue pro aliqua eius parte,vel effectu.

De nomine autem fideicommiſſi, quod ex eo ſumptum eſt, † quoniam fidei heredis, alteriúſve 18.
honorati relinquebatur illud alteri præſtare, quod eidem ab ipſo præſtandum committebatur; vt ex iis patebit,quæ nunc dicturi ſumus. Sciendum itaque eſt, (vt verbis vtar Iuſtinian. Imperat. *Inſtit. de fideicommiſſ.hered.in princ.*) omnia fideicommiſſa primis temporibus infirma fuiſſe, quia nemo inuitus cogebatur præſtare id, de quo rogatus erat. quibus enim non poterant hereditatem, vel legata relinquere, ſi relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex teſtamento poterant hereditatem: & ideo fideicommiſſa appellabãtur, quia nullo vinculo iuris, ſed tantùm pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Poſtea D.Auguſtus primùm ſemel, iterúmque gratia perſonarum motus; vel quia per ipſius ſalutem rogatus quis diceretur, aut ob inſignem quorumdam perfidiam iuſſit Conſulibus auctoritatem ſuam interponere. Quod quia iuſtum videbatur, & populare erat, paulatim conuerſum eſt in aſſiduam iuriſdictionem; tantúſque eorum fauor factus eſt, vt paulatim etiam prætor proprius crearetur, qui de fideicommiſſis ius diceret; quem fideicommiſſarium appellabant. Hæc *ibi* Iuſtinianus. qui *in §. & quia*, ſeu *tm.* idipſum paucis eleganter præſtringens, quia, inquit, prima fideicommiſſorum cunabula à fide heredum pendent, & tam nomen,quàm ſubſtantiam acceperunt: ideo D. Auguſtus ad neceſſitatem iuris ea retraxit. Ad præmiſſam verò nominis fideicommiſſi derivationem alludens Tertullian. *in lib. de præſcript. aduerſ. hæret.*ait:Sicut Apoſtoli cauerunt,ſicut fideicommiſerunt,ſicut abiurauerunt; ita teneo.& in fideicommiſſi origine, ac primo ſtatu ludens *in lib. ad vxor.* tu modò, inquit, vt ſolidum poſſis capere admonitionis noſtræ fideicommiſſum. De eo verò ſeriò agens Soſipat. Charif. *lib.2. inſtit.Grammat.*illud ſcripſit: Itaque nec fideicommiſſorum volũtas æquiùs acceſſit vt non in ea præter iudicium,quamuis tacitum, nec adſcriptum, votorum ſolis nitibus, & beneficiis crederemus; & Arnob. *lib. 6. aduerſ. Gentil.* Per tramites ergo quoſdam,ait, & per quædam fideicommiſſa, vt dicitur, veſtras ſumunt atque accipiunt cultiones. Verba autem fideicõmiſſi, ſeu precaria, quæ olim maximè in vſu erant, nec vim cogendi habebant, ſicut nunc habent, ac proinde firma ſunt,atque ſi omnia in vnum congeſta eſſent, † 19.
hæc fermè ſunt, peto, volo, rogo, mando, fidei tuæ committo, cupio des, opto des, credo, vel non dubito te daturum, exigo,deſidero, vt des; prout conſtat ex Vlpian.*tit.21.regular.l.etiam hoc modo, ff.de legat. 1.* & Martiano *in l. ſeruo alieno, §.1. ff. eod.* & aliis I.Ctis *in l.vnum ex familia, §. vlt. & l. peto, in princ.*

princ.ff.de leg.2. l.fideicommiſſa, §.ſi filio, ff. de leg. 3. l. & ſi quis, §.ſi tui, & §. idem Labeo ait, ff. de relig. & ſumpt. funer. l.ſi prædiorum, C. ad leg.falc. l.omne verbum, quæ eſt 2.*C.commun. de legat. &* §.*fin. Inſtit. de ſingul.reb.per fideicom.relict.* quod idem de verbo, *lego*, ſatis conſtat ex *l.legatum, ff.de uſu, & uſufr.legat. acl.& fideicommiſſum, ff. de legat.*3. Et quòd hoc ver-
20. bum tamquam obliquum adiectũ hereditati † importet fideicommiſſum vniuerſale, ſiue alius ſit heres inſtitutus, ſiue non, ex communi reſoluit Craſſ. *d.tract.de ſucceſſion.* §.*inſtitutio, quæſt.*15.*num.*2. *&* 3. necnon §.*ſubſtitutio, quæſt.*5. *num.*23. An autem verbum, *do*, importet fideicommiſſum vti obliquum, dicemus *quæſt. ſeq. verſ.ex parte igitur cauſa materia-*
21. *lis.* Certè,quòd illud importetur † illis verbis,*ſi fuerit arbitratus, ſi putaueris, ſi exiſtimaueris, ſi utile tibi viſum fuerit,* vel *videbitur*, cauetur *in d.l.fideicommiſſa,*§.*ſi fideicommiſſum,verſ.quamquam autem*; & de illis, *pro tua diligentia curam prædiorum, quæ ad te pervenerint, agas, vt poſſint ad filios tuos pervenire, in* §. *hac verba.* ſecus autem decernitur *in dicta verſ. quamquam autem*, de illis verbis, *ſi voluerit*: ſicut etiam *in* §.1. dicitur: Si ita quis ſcripſerit, illum tibi commendo,D.Pius reſcripſit,fideicommiſſum non deberi; aliud eſt enim perſonam cõmendare, aliud voluntatem ſuam fideicommittentis heredibus inſinuare. idipſum fere,ſed latiùs tradit Peregr. quem non niſi poſt hæc ſcripta vidi, *in tract. de fideicomm. art.*2. *num.*46. *cum ſeqq.* vbi hoc extendit, ac mul-
22. tis modis declarat. Cùm autem duplex † ſit fideicommiſſum, aliud vniuerſale, quo tota hereditas, vel eius pars ſub nomine quotæ hereditatis relinquitur; aliud ſpeciale, ſeu particulare, quo certa res,ſeu quantitas relinquitur;vt conſtat ex §.1.§.*ſed quæ heredes*, §. *nihil autem*, §. *præterea*, & §. *fin. Inſt. de fideicom. hered.* cum ſimil. qua de re latiùs *quæſt.*
23. *ſeq.* agemus; hiſce † fideicommiſſis particularibus per omnia exæquata ſunt legata; vt ait Vlpian. *in l.* 1. *ff.de legat.*1. & cautum etiam eſt à Iuſtiniano *in l.* 1. *&* 2. *C. commun. de legat. &* §. *ſed non uſque, Inſtit. de legat. cum ſuis concord.* tamen non ideo huiuſmodi fideicommiſſa per omnia exæquata eſſe legatis, poſt Zaſ. & Alciat. adnotauit Spiegel.*in lexic. iuris.* & Schard.*in lexico iuridico, verbo, fideicommiſſum*, & colligi etiam videtur ex adductis à gloſ. *in d.l.*1.*verbo, per omnia exæquata, ff. de leg.* 1. præcipuè ex *d.* §. *præterea*, ibi;inteſtatus quoque moriturus poteſt rogare eum, ad quem bona ſua vel legitimo iure, vel honorario pertinere intelligit,vt hereditatem ſuam totam,partémve eius, aut rem aliquam, veluti fundum, hominem, pecuniam alicui reſtituat, cùm alioqui legata niſi ex teſtamento non valeant. & ex *prine.Inſtit.de ſing.reb.per fideic. relict.*iis verbis; poteſt tamen quis etiam ſingulas res per fideicommiſſum relinquere, veluti fundum, argentum, hominem, veſtem, & pecuniam numeratam; vel ipſum heredem rogare, vt alicui reſtituat, vel legatarium, quamuis à legatario legari non poſſit. vbi Angel. refert quemdam Raphael.id nunc quoque procedere ſentientem.Verùm non recedas à communi gloſ. & Doct.in omnibus iuribus hac de re allegat. quòd non modò legata fideicommiſſis particularibus,ſed etiam hæc fideicõmiſſa legatis per omnia exæquata ſint: vt in ſpecie inter ceteros ex communi reſoluit Craſſ. *d.tract.de ſucceſſion.*§.*legatum,quæſt.*1.*num.*2. & alij mox citandi:ſatiſque colligitur tum ex eo, quòd exæquatio intelligi non poteſt inter illa, quorum vnum alterum excedit: tum ex illis verbis *d.* §. *ſed non uſque*; neceſſarium eſſe duximus omnia legata fideicommiſſis exæquare, vt nulla ſit inter ea differentia; ſed quod deeſt legatis, hoc repleatur ex natura fideicommiſſorum; & ſi quid amplius eſt in legatis,per hoc creſcat fideicõmiſſorum natura: tum ex illis,quæ leguntur *d.l.*1. *circa initium, C.commun. de legat.& fideicom.*nimirum; rectiùs igitur eſſe cenſemus in rem quidem miſſionem penitus aboleri; omnibus verò tam legatariis, quàm fideicommiſſariis vnam naturam imponere: & *l.* 2. *verſ. ſit igitur, C.eodem tit.* vbi Imper. Sit igitur, inquit, ſecundùm quod diximus, ex omni parte verborum non ineffi-cax voluntas ſecundùm verba legãtis,vel fideicommittentis; & omnia,quæ naturaliter inſunt legatis, & fideicommiſſis inhærere intelligantur:& contrà, quicquid fideicommittitur, hoc intelligatur eſſe legatum; &,ſi quid tale eſt,quod non habet naturam legatorum, hoc ei ex fideicommiſſis accõmodetur; & ſit omnibus perfectus euentus;& ex omnibus naſcantur in rem actiones,ex omnibus hypothecariæ, omnibus perſonales: vbi autem aliquid contrarium in legatis,& fideicommiſſis eueniet, hoc fideicommiſſo quaſi humanioti aggregetur, & ſecũdùm eius dirimatur naturã.pauciſque interpoſitis: Et, ſi ſpecialiter legati tantùm faciat teſtator mentionem, hoc legatum, & fideicommiſſum intelligatur etſi fidei heredis,vel legatarij aliquid committatur,hoc & legatum eſſe videatur.ex quibus,maximè poſtremis, verbis patet, id, quod ex eod. Imper.Iuſtin. *de ſing.reb.per fideic.relict.*ſuprà in cõtrarium adductum fuit,à legatario fideicommitti, non autẽ legari poſſe,accipiendum eſſe, prout omnes ferè intelligunt, attento iure antiquo ante Pandectas, vel certè ante Codicem,& Inſtit. vnde idipſum colligitur quoque ex §.*fin.Inſtit.de fideicom.hered.& §.poteſt autem, Inſt. de ſing. reb. per fideic.relict.* quatenus ibi dicitur,à le-
24. gatario poſſe relinqui: verbum autem *relinquere*, † vel magis conuenit legato,quàm fideicommiſſo,vel ſaltem æqualiter; vt ſatis conſtat ex *l.*1. §.*ſi debitori, ff.vt in poſſ.legat.l.*2. *ff.de tabul.exhib.l.*1. *&* l.*iubemus*, §.*vlt.& in vlt.gloſ.C.de ſacroſ.Eccl.cap.requiſiſti*, paſſim,ac præſertim §.1.*de teſtam.*prout etiam à gloſ.*in d.*§.*præterea, Inſtit.de fideic. hered.verbo,non valeant*, ab aliis *ibid.* communiter recepta id, quod ſuprà ex eo §.obiecimus, eum, qui moriturus eſt inteſtatus, poſſe & vniuerſaliter, & ſpecialiter fideicommittere; cùm tamen legata, niſi ex teſtamento, non valeãt,exponit de iure Pandectis antiquiore. Illud igitur ſtet inconcuſſum, quicquid fuerit iure Digeſtorum poſt tempus Vlpiani, de quo hinc inde cõmunem ſententiam refert Michael Craſſ. *tract. de ſucceſſion.*§.*legatum, quæſt.*1.*num.*1.certè Iuſtinianæo iure tam fideicommiſſa ſpecialia, ſeu particularia legatis,quàm legata fideicõmiſſis huiuſmodi per omnia fuiſſe exæquata quoad iuris effectus, ac modum deducendi in eſſe,immo & quoad nomina regulariter loquẽdo; vt latè probat Peregr.quem poſt hæc ſcripta vidi *d.tract.de fideicom. art.*1.*num.*53.*vſque ad* 56.ſeu quoad finẽ,& tractatum, vt verbis vtar gloſ. ab aliis approbatæ *d.*§.*ſed non vſque,verbo, exæquare, Inſtit.de legat.* &, vt loquitur,& ex communi tradit poſt alios Craſſ.*d.quæſt.*1.*num.*1 quoad ſui effectum, vim,& poteſtatem,ac modum inducendi tam circa perſonas legantis, & legatarij, quàm circa res,& actiones. Hæc autem adæquatio procedit non modò quoad legata particularia, & ſimilia fideicommiſſa; verùm etiam † quoad legata, & fideicommiſſa vni- 25.
uerſalia inter ſe; vt colligi videtur ex prædictis iuribus, quæ non diſtinguunt de fideicommiſſis, aut legatis vniuerſalibus, vel particularibus; & in ſpecie ex Bart. & Doctor. communiter *d.l.*2.*ff.de leg.*1. tradit Card.Mantic. *d.tract.de coniect. vlt. vol.lib.*7.*tit.* 2.*num.*4. Craſſ.*d.quæſt.*3.*num.*2.& Peregr.*d.tract.art.* 3.*num.*13.*& art.*5.*num.*26. Ideoque verbum,*lego* † 26.

nunc

nunc eſt obliquum ſiue certæ rei ſit adiectum, ſiue vniuerſitati, vt non multo antè docuimus. Quamuis
27. adhuc remaneat aliqua differentia † inter legata, & fideicommiſſa ſiue nominis, & verborum, vt in libertate, & hereditate fideicommiſſaria, quæ non dicitur legataria, vt adnotauit gloſ. recepta *d. §. ſed non vſque, verbo, exæquare, & d. l. 1. verbo, per omnia*, tum rei, vbi circuitus fideicõmiſſi vtilis eſſe poteſt, vt in ipſa fideicommiſſaria libertate. nam, ſi datur de manu heredis, ipſe heres conſequitur iuſpatronatus, aliàs ſecus, vt explicant hanc regulam tradentes, Bart. & Caſtr. *d. l. 2. C. commun. de legat.* & Craſſ. *d. §. legatum, quæſt. 1. num. 3.*
28. Legatum autem particulare † non eſt exæquatum fideicõmiſſo vniuerſali, vel legatum vniuerſale fideicommiſſo particulari, aut etiam fideicommiſſum vniuerſale fideicommiſſo particulari; vt ex communi ſentit Mantic. *d. num. 4.* Vnde gloſ. ab aliis approbata *d. §. ſed non vſque, verbo, exæquare*, docet, quòd propter legatum non cogitur quis adire, ſed propter fideicommiſſum vniuerſale ſic; vt *in l. quia poterat, ff. ad Trebell. §. quantitas, verſ. ex diuerſo, Inſtit. de leg. Falcid. & §. ergo, verſ. ſed ſi recuſet, Inſtit. de fideicomm. hered.* quod idem adnotauit quoque gloſ. recepta *d. l. 1. verbo, per omnia exæquata, ff. de leg. 1.* vbi ad hoc poſtremũ allegat quoque text. *in l. mulier, §. fin. ff. ad Trebell. & l. ſi quis omiſſa, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* & quoad hoc vt fideicommiſſa vniuerſalia non ſint exæquata particularibus, vel legatis, ex communi nonnullis relatis adnotauit Craſſ. *d. quæſt. 1. num. 4* qui etiam *eod. tract. §. fideicommiſſum, quæſt. 3.* multas differentias affert inter fideicommiſſum vniuerſale, & particulare. Et in vniuerſum de hac exæquatione legatorum, & fideicommiſſorum fusè quoque tractat Euerard. quem nó niſi poſt hæc ſcripta vidi, *in ſua Topic. inv. loc. à leg. ad fideicom. per tot.* vbi *ſub n. 1. & 2.* probat legata particularia non eſſe exæquata fideicommiſſis particularibus, niſi in concernentibus commodum pecuniarium. & *num. 4. & 5.* quòd hodie quoque legata, vel fideicommiſſa particularia in multis differunt à legatis, vel fideicommiſſis vniuerſalibus.

Iam verò ex his, quæ in hac quæſt. de ſingulis derogationis, & fideicommiſſi incomplexis nominibus, eorúmque ſignificatione diximus, facilè colligere licebit, † in qua ſignificatione, quove ſenſu accipiamus hoc cõplexum derogationis fideicõmiſſi; nimirum pro actu, quo quis voluntatem defuncti grauantis heredem ſuum, aut fideicommiſſarii vniuerſalem, vel ſpecialem, ſeu legatarium alterũ hereditatem, eiúſve partem, aut certam rem, vel quantitatem reſtituere, immutat, ſeu eandem voluntatem omnino, & in totum tollit, aut ei aliquid detrahit. quæ quidem derogationis fideicommiſſi declaratio, quoniam prolixior eſt, & non ſolùm ſubſtãtiam ſeu naturam derogationis fideicommiſſi, ſed eiuſdem etiam qualitates, & proprietates, necnon effectus, & nomen declarat, & impropriam quoque illius ſpeciem, nimirum illicitam, & nullam, quæque ſit ab ipſo defuncto, eiúſve herede, executore, aut fideicõmiſſario comprehendit; non propria & ſubſtantialis definitio, ſed deſcriptio potius ſeu definitio quid nominis, dici debet, iuxta tradita per Euerard. *in loco legal. à definit. num. 4.* & Sebaſt. Medic. *in tract. de definit. part. 1. quæſt. 1. num. 8. ad fin. quæſt. 2. num. 7. 8. ac 12. & quæſt. 3. num. 7. cum trib. ſeqq.*

Propria verò, & ſubſtantialis definitio derogationis fideicommiſſorum (ſicque ingrediamur poſteriorem articulum, ſeu inſpectionem propoſitæ quæſt.) cum a nemine, quem viderim, tradita reperiatur, ea
30 eſſe poteſt, quòd ſit † mutatio à ſuperiore legitimè facta vltimæ voluntatis defuncti, qua is ab. herede ſuo, aliáſve à ſe honorato rem aliquam alteri reliquit. Hæc definitio, ni fallor, ſatis perfecta eſt, cum & ſubſtantiam ſeu eſſentiam explicet, & breuis ſit, nihil ſuperflui continens; qualis † omnis bona de- 31.
finitio eſſe debet, ex adductis per Cornel. Beninca. *tract. de paupert. quæſt. 1. num. 3. & 16.* Sebaſtian. Medic. *d. quæſt. 1. num. 3. 4. & 8. & quæſt. 4. num. 5. & 32. ac 38. cum ſeq.* Euerard. *d. num. 4.* & conuertetur cum ſuo definito, vt ex illius explicatione, ſeu declaratione patebit; omnis autem definitio propria, & perfecta conuerti debet cum ſuo definito, *l. 1. §. dolum, ff. de dol.* & latè probat Euerard. *d. loc. à definit. num. 3.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. tit. 4. num. 4.* Beninca. *ſup. num. 17.* & Sebaſt. Medic. *d. quæſt. 4. numer. 21.* conſtárque ex genere proximo, & vltima differentia à ſubſtantiali, & conſtitutiua, vt in eiuſdem explicatione videbimus; quod neceſſarium eſt in omni bona definitione, *l. 1.* vbi Bart. & ceteri, *ff. de teſtament.* cum aliis adductis per Euerard. *d. num. 3.* Sebaſtian. Medic. *d. quæſt. 1. num. 8. & quæſt. 4. num. 2. vſque ad 8.* quamuis dum hoc *num. 8.* poſt Cagnol. *in l. omnis definitio, num. 9. verſ. ad minus, ff. de reg. iur.* contendit, aliquando, immo regulariter ponendas eſſe in definitione ſaltem duas differentias, arg. *l. vbi numerus, ff. de teſtib. & cap. pluralis numerus, de reg. iur. in 6.* cùm regula, quam ponunt hac in re Doct. *d. l. 1.* habeat, quòd bona definitio conſtare debet ex genere, & differentiis: exemplum afferens in definitione hominis, vbi, inquit, ſunt duæ differentiæ, rationale, & mortale, vna ad differentiam animalium brutorum, & terreſtrium, alia ad differentiam cœleſtium, cautè vterque legendus ſit. nam certũ eſt apud omnes Philoſophos, † vnius ſpeciei naturalis vnicam 32.
eſſe vltimam differentiam eſſentialem, & conſtitutiuam eſſentiæ rei; aliàs enim ſequeretur, vnicam rem duas eſſentias habere, quod implicat contradictionem: vnde, ſi definiatur genus aliquod vltimum, aut ſubalternum, ſeu ſpecies ſubalterna; (neque enim ſola ſpecies infima, ſed & † omnis ſpe- 33.
cies, omnéque genus, non tamen ſummum, quod generaliſſimum vocant, exceptis quoque indiuiduis, ſeu ſingularibus, propriè definiri poteſt; vt conſtat ex latius adductis per Sebaſt. Medic. *d. tract. de definit. quæſt. 5.* ferè per tot.) in definitione illius generis, ſeu ſpecie ſubalternæ ſumetur genus proxime ſuperius, & vnus ex vltimis gradibus, ſeu differentiis ipſius, ſeu potiùs vltimus gradus, & vltima eius differentia, quæ non niſi vna eſſe poteſt in qualibet generis ſpecie: vt in definitione animalis ſumetur pro genere viuens, & pro differentia, ſenſitiuum, per quod differt à planta, ſeu vegetatiuo, quæ eſt altera viuentis differentia; ſicque definitio animalis erit, viuens ſenſitiuum, animal verò eſt genus vltimum, nec habet ſub ſe, niſi ſpecies vltimas, ſeu infimas, quæ ſunt homo, leo, equus, &c. nam rationalitas eſt propria hominis differentia; ſicut leo, & equus habent ſuas proprias differentias; ſed quoniam nomina earum nobis incognita ſunt, ſumuntur ex horum animalium proprietatibus, atque adeò leonis differentia dicitur rugibilitas, equi hinnibilitas; & ſic de ceteris. atque in hoc conueniunt omnes ferè Philoſophi melius loquentes, ac ſentientes, quàm qui in brutis pro differentia aſſignant negationem, hoc eſt, irrationale, vt facit D. Sebaſtian. Medic. *d. quæſt. 4. num. 5.* definiens leonem animal irrationale, & lapidem quid inanimatum, quæ definitiones vel ex eo admittendæ non ſunt, quòd pro differentia ponitur id, quod eſt proprium ſolùm primo modo, atque adeò commune aliis, quia conuenit omni, ſed non ſoli, vt eſt in homine, leone,

equo,

equo, & ceteris animalibus motus, ſed neque animal rationale diuiditur in mortale, & immortale, tamquam in differentias genericas. Sebaſtian. Medic. *d. quaſt. 4. numer. 5. & 8.* dum † definit hominem animal rationale mortale. quam etiam definitionem reperio apud D.Ambroſ. *lib. de Noë & Arca, cap. 4.* quaſi rationale ponatur ad differentiam brutorum, mortale verò ad differẽtiam cœleſtium, hoc eſt, Angelorum, quia animalia rationalia ſint, ſed immortalia, vt expreſsè voluit Porphyr. *in prædicabilibus*, ac ſenſiſſe videtur D. Gregor. Papa *homil. 10. in Euangel.* dum ait, Iudæis tamquam ratione vtentibus, rationale animal, id eſt, Angelus prædicare debuit; necnon aliqui Patres aſſerentes, Angelos eſſe corporeos, relati à Gabriele Vaſquez *in 1. part. S. Thom. diſput. 178. cap. 2.* Etenim falſa eſt omnino † ea opinio, quæ aſſerit, Angelos eſſe corporeos, & ſaltem ſine temeritatis nota ſuſtineri nunc non poteſt, cùm contrarium omnes ferè Scholaſtici *lib. 2. ſentent. diſtinct. 3. S. Thom.* Caiet. & ceteri Thomiſt. *1. part. quaſt. 50. artic. 1. & 2.* & SS. Patres magis communiter; ex quibus Vaſquez *vbi ſuprà, cap. 3.* refert Dion. Areopag. Greg. Nazianzenum, Athanaſium, Baſilium, Gregorium Niſſenum, Cyrillum, Theodoretum, Chryſoſtomum, Nicetam, Damaſcenum, Gregorium Papam, & Ricardum de ſancto Victore. ſed & pro ea refert Ariſtotelem, qui *lib. 12. Metaphyſ. cap. 6. 7. & 8.* ex profeſſo probat intelligentias, (hoc eſt, Angelos, vt omnes eum exponunt,) eſſe ab omni materia & magnitudine ſeparatas. necnon citat text. *in cap. firmiter*, quod eſt *1. in princ. de Trinit. & fid. Cathol.* vbi Innoc. III. *in Concil. generali Lateranen.* de Patre, & Filio, & Spiritu ſancto loquens, creator, ait, omnium viſibilium, & inuiſibilium, ſpiritualium, & corporalium, qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem, & corporalem, Angelicam videlicet, & mundanam; ac deinde humanam quaſi communem ex ſpiritu, & corpore compoſitam. *cap.* autem 4. idem Vaſquez plura ſacræ Scripturæ teſtimonia, & rationes ad eandem veritatem confirmandam affert: ſicut *cap. 5.* diluit ea, quæ pro oppoſita ſententia *cap. 2.* adduxerat. Nobis verò duo dumtaxat remanent diſſoluenda; alterum, quod ex D. Ambroſio, & Gregorio nobis ipſis paulo antè obiecimus; alterum, quod Sebaſt. Medices adducit ex regula Bart. & aliorum *d.l. 1. ff. de teſtam.* quæ habet, definitionem conſtare ex genere, & differentiis. id quod poſt alios etiam docet Benincaſ. *d. tract. de paupert. quaſt. 1. numer. 18. cum ſeq.* Ad primum autem dicimus, D. Ambroſium, cùm ait, hominem definiri animal viuum, rationale, mortale, ſumpſiſſe definitionis nomen non ſtrictè, & propriè, ſed largè, & impropriè pro deſcriptione, cùm in ea præter eſſentialia ponatur etiam id quod eſt proprium hominis ſolùm primo modo, eique commune etiam aliis animalibus, nimirum mortalitas ab homine etiam actu ſeparanda in reſurrectione: & omnino fruſtrà adiicitur, viuum, cùm animal mortuum non ſit animal, ſicut homo mortuus non eſt homo, niſi æquiuocè. D. autem Gregor. qui, vt ex Vaſquez admonuimus, ac præterea *homil. 34. in Euang. ante med.* apertè vult, Angelos eſſe incorporeos, atque adeò non eſſe animalia; *in d. homil. 10.* ſolùm voluit, Angelum ratione vti, ſicut Iudæi ad quos miſſus fuit; dum illum opponit ſigno, ſeu ſtellæ irrationali, & inanimatæ ſubſtantiæ, qua Gentiles ratione non vtentes, hoc eſt, belluarum more viuentes, ad Redemptorem noſtrum cognoſcendum perducuntur. Ad ſecundum breuiter dicimus, quod & idem Sebaſt. adnotauit *d. quaſt. 4. num. 8.* pluralitatem † aliquando reſolui in ſingularitatem, *l. falſa, §. fin.* vbi Bart. *ff. de condit. & demon.* Bald. *in l. fin. §. illum, col. 2. ff. de leg. 2.* & Doct. communiter *in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* quare Doct. in ea regula accipiunt differentias pro differentia; vel loquuntur vbi non eſt ita facilè reperire differentiam eſſentialem eius rei, quæ definitur; quod vtplurimum accidit in moralibus, ſeu artificialibus, qualia ſunt, de quibus Iuriſconſulti agunt, & quæ ſuſcipiunt definienda. Et hanc fortaſſe ob cauſam dixit Sebaſt. Medic. *in d. tract. de definit. quaſt. 2. num. 2.* quòd quando definitio quid rei traditur à Iureconſultis, quomodocumque ſit, illam defendere cogimur; ipſi enim diuinitus locuti ſunt; allegat Tob. Non. *Inſtit. de teſtam. in princ.* ac ſeipſum id latiùs agentem *in tract. de legib. & ſtat. quaſt. 1. per tot.* omnino verò ob hanc cauſam Card. Mantic. *in ſuo erudito, ac luculentiſſimo tract. de coniect. vltim. vol. lib. 1. tit. 4. num. 11.* pluribus oſtendit Iuriſconſultis non eſſe valde laborandum, ſi ita exactas, atque ad Dialecticorũ præcepta examinatas definitiones non afferant. id quod etiam non ſemel admonuimus *ſuprà cap. 1. quaſt. 2. paulo poſt initium*; ex eóque colligitur, quod ſcriptum reliquit Vlpianus *in l. omnis definitio*, iuxta multorum expoſitionem, dum ait: Omnis definitio in iure ciuili periculoſa eſt; vix enim verũ eſt, vt ſubuerti non poſſit. multo verò magis illud de pluribus differentiis in bona definitione ponendis locum obtinere poterit, immo debebit, † vbi non vnum quid ſimplex, & incomplexum, ſed potiùs complexum, & multiplex definiendum eſt. atque adeò plures ſimul & in vna oratione tradendæ ſunt definitiones; vnde plura quoque genera, ſeu loco generis in ea multiplici definitione ſunt ponenda: quod nobis accidit in definitione commutationis vltimæ voluntatis allata *d. quaſt. 2. in princ.* necnon in hac ipſa definitione derogationis fideicommiſſi non multo antè in præſenti quæſt. à nobis tradita: & eueniet in tribus aliis definitionibus, quas in ſingulis tribus ſtatim ſeq. cap. ſumus allaturi. Proprietatem autem verborum ſemper ſeruabimus; prout etiam hucuſque retinuimus, & eam † in omni definitione ſeruari, ac retineri debere, ſalua tamen ea ſignificatione, quam verba habent ex communi vſu loquendi, ſatis comprobat idem Sebaſt. Medic. *d. quaſt. 4. num. 13. vſque ad 19.* vbi etiam poſt alios docet, quænam propria ſit locutio; pro quo ad ea quoque lectorem remittit, quæ ipſemet ſcripſit *in d. tract. de legib. & ſtat. part. 3. quæſt. 15. & ſeq.*

Iam verò his breuiter, obitérque præmonitis de conditionibus bonæ definitionis ad noſtræ derogationis fideicommiſſi ſuperiùs traditam definitionis confirmationem, quæ ferè ex ſola eiuſdem explicatione habebitur, accedamus.

Dixi ergo primò in præcedenti definitione, *mutatio à ſuperiore legitimè facta vltimæ voluntatis defuncti*, pro genere proximo tam derogationis, quàm fideicommiſſi, illud enim verbum *mutatio*, poſitum eſt † pro genere derogationis, quæ ſpecies quædam eſt mutationis; quoniam per derogationem mutatur id, cui derogatur, vt de ſe patet, & colligitur tum ex eo, quòd per mutationem, & commutationem aliud quid ſit ab eo, quod erat, vt conſtat ex *l. nemo poteſt, ff. de reg. iur. & cap mutare, eodem tit. in 6.* cum aliis adductis ſuprà *cap. 1. quæſt. 1. per tot.* tum etiam ex iis verbis Fab. Quintilian. *declam. 11. 264.* agitur apud populum, cui mutare, cui abrogare, cui ferre, quas velit, rogationes licet: vbi apertè ponit mutationem loco derogationis, cùm in aliis duobus membris lationis, ſeu promulgationis,

& abro

& abrogationis legis mẽtionem faciat, quę tria dum-
taxat præcipuè in legem cadere ex eo conſtat quod
in præcedenti inſpectione, ſeu articulo de legis de-
rogatione, & abrogatione diximus; vbi oſtendimus
quoque derogationem etiam aliquando proprie ſu-
mi generice; prout comprehendit ſublationem in
totum, & alicuius partis detractionem: ſicut & mu-
tationis nomen; ipſaque mutatiõ ſubſtantialem, ſeu
quæ in totũm fit, & accidentalem, ſeu quæ ſit ex par-
te, comprehendit; vt ſatis oſtendimus ſuprà *cap. 1. quæſt. 1. in princ. & in fin.* Adieci verò, *à ſuperiore fi-
cta*, vt includerem ſolam propriam derogationem
fideicommiſſi, & excluderem impropriam, quæ ſit
aliquando ab ipſo defuncto, eiuſve herede, exẽcu-
tore, aut fideicommiſſario, iuxta ea, quæ dicemus
infrà *quæſt. 5. concl. 1. & 3. huius eiuſdem cap.* Addidi
autem, *legitimè*, vt ſignificarem, hic à nobis definiri
validam dumtaxat, & licitam derogationem fidei-
commiſſi, quæ nimirum ſit ex iuſta cauſa, & obſer-
uata debita forma, aliiſque requiſitis ex parte tam
impetrantis, quàm concedentis; de quibus ſingulis
infrà propriis locis agendum erit, etenim id legiti-
40. mum dicitur †, quod ab aliqua lege confirmatur;
vt conſtat ex *l. legitima, ff. de pact. toto tit. ff. de legit.
tutor. & C. vnde legit.* cum aliis adductis per Schard.
in lexic. iuris, d. verbo, legitima, & Driſſon. *de verbor. ad
ius pertinent. ſignificat. verbo, legitimi.* Subieci verò,
vltimæ voluntatis defuncti, pro genere proximo fidei-
commiſſi. nam fideicommiſſum eſſe ſpeciem quan-
dam, licèt non per ſe ſubſiſtentem, illius vltimæ vo-
luntatis, quæ communiter hoc nomine appellatur,
quale eſt teſtamentum, codicillos, & ſimilia; (quam
nos diſpoſitionem cauſa, ſeu contemplatione mor-
tis nuncupauimus *cap. 2. quæſt. 1.* paſſim, ob ratio-
nem *ibidem* allatam; ob quam etiam ſimul ob mox
factam in hac parte definitionis verbis illis, *vltima
voluntatis*, adiecimus quoque illud *defuncti*;) auctor
eſt inter ceteros Card. Mantic. *d. tract. de coniect. vl-
tim. volunt. lib. 1. tit. 5. num. 1. & 2.* Hæc autem ea-
dem poſterior præſentis partis definitionis particu-
la, nimirum, *vltimæ voluntatis defuncti*, ſimul eſt ap-
poſita pro genere proximo, ſeu differentia generica
derogationis fideicõmiſſi, ſpecifica verò, & propria
generis ipſius derogationis præciſè, & ſeparatim
ſumptæ; per quam differentiam derogatio fideicom-
miſſi cõpletur in ratione derogationis, & diſtingui-
tur, ac differt à derogatione legis per ſuperioré latè,
de qua *in d. l. derogatur, de verb. ſign.* & aliorũ dero-
gationibus, de quibus ſuprà circa initium huius quæſt.
cuius fatis aptum, & accommodatum exemplum
habemus *in l. Diui, §. 1. ff. de iur. codicill. & in Conc.
Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat. circa initium.* Secun-
dò principaliter dixi in definitione, *qua is ab herede
ſuo, aliáſve à ſe honorato rem aliquam alteri relinquit*;
pro differentia vltima, & ſpecifica derogationis,
prout fideicommiſſo applicatur, & citra illud exer-
cetur, & verſatur; dum per ea verba explicatur na-
tura, & eſſentia fideicommiſſi, quæ eſt obiectum,
ſeu materia, circa quam ipſa derogatio verſatur. Ob-
41. iectum autem huiuſmodi formale † dat ſpeciem, &
vltimam differentiam actibus moralibus, & artifi-
cialibus; vt de ſcientiis, & artibus communiter eru-
dunt Philoſophi, & in vitiis, ac virtutibus cum mo-
ralibus Philoſophis etiam Theologi docent. & in
primis diximus, qua, nimirum vltima voluntate,
is, hoc eſt, defunctus, cuius vtriuſque ſtatim antè in
definitione fecimus mentionem: non autem di-
ximus, teſtator, vt comprehenderem id quod re-
linquitur tam ex codicillis, & omnino ab inteſtato,
42. quàm ex teſtamento; quoniam fideicommiſſum †
non ſolùm in teſtamento relinqui poteſt, ſed & in
codicillis, & omnino ab inteſtato, ſiue relinqua-
tur tota hereditas, ſiue eius pars, ſiue certa res ſingu-
laris, vt *in §. præterea*, iuncta glo. recepta, *verbo, non
valeant, Inſtit. de fideicom. hered.* & *§. codicillis autem,
Inſtit. de codicill.* cum ſimil. quamuis alioqui co-
dicillis † hereditas nec directò dari, neque adimi, 43.
neque conditio heredi inſtituto adiici, ſiue dire-
ctò ſubſtitui poſſit; vt expreſsè cauetur *in d. §. codicillis
autem.* ſubieci deinde, *ab herede ſuo, aliáſve à ſe hono-
rato*, vt apertiùs contineretur tam quod relinqui-
tur ab inteſtato, quàm ex teſtamento. nomen nam-
que heredis † vtrumque continet, *l. 3. ff. de iur. co-* 44.
dicill. & tot. tit. de hered. inſtit. cum aliis ſexcentis. &
honorati nomen comprehendit tam heredem ſcri-
ptum, quàm legatarium; aut fideicommiſſarium
particularem, *l. Iulianus, ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam.
l. filium, §. ſed etſi portio, ff. de legat. præſtand. l. fidei-
commiſſa, §. plerumque, ff. de leg. 3.* nam tam ab here-
de, ac legatario, quàm à fideicommiſſario † relin- 45.
qui per teſtatorem, aut inteſtatum morituru poteſt; vt conſtat ex *d. §. præterea, Inſtit. de fideicom. here-
ed.* ibi; eum quoque, cui aliquid reſtituitur, po-
teſt rogare, vt id rurſum alij aut totum, aut partem,
vel etiam aliquid aliud reſtituat: iuncto *princ. Inſtit.
de ſing. rebus per fideicom. relict.* vbi ait Imper. quod
poteſt quis heredem, vel legatarium rogare, vt ali-
cui rem ſingularem reſtituat. *& §. 1. Inſtit. eod. tit.*
ex quo ſimul huius rei extenſio, reſtrictio, & decla-
ratio habetur, in hæc verba: poteſt autem non ſo-
lùm proprias res teſtator per fideicommiſſum re-
linquere; ſed & heredis, aut legatarij, aut fideicom-
miſſarij, aut cuiuslibet alterius: itaque & legatarius,
& fideicommiſſarius non ſolùm de re rogari poteſt,
vt eam alteri reſtituat, quæ ei relicta ſit; ſed etiã de
alia ſiue ipſius, ſiue aliena ſit: hoc ſolùm obſeruan-
dum eſt, ne plus quiſquam rogetur alteri reſtitue-
re, quàm ipſe ex teſtamento ceperit; nam, quod
amplius eſt, inutiliter relinquitur: cùm autem alie-
na res per fideicommiſſum relinquitur, neceſſe eſt
ei, qui rogatus eſt, aut ipſam redimere, & præſtare,
aut æſtimationem eius ſoluere. Hæc Imperator: ex
quibus, iunctis ſuperiùs per nos adductis, ſatis con-
ſtat meritò nos in definitione dixiſſe, *alteri rem ali-
quam relinquere*, non autem, *heredi, legatario, aut fidei-
commiſſario*; quoniam cum ex prædictis liqueat tum
heredem, tum legatarium, tum etiam fideicom-
miſſarium grauari poſſe ad præſtandum alteri fidei-
commiſſum vel vniuerſale, vel ſpeciale, ſeu parti-
culare, debuit poni dictio, ſeu nomen, quod hiſce
ſingulis referri poſſet, cuiuſmodi eſt, aliquis, alter,
alius, vt ſic ad ſingulos illos tres congruè referretur,
prout ſingulis aut mediatè, aut immediatè vel fidei-
commiſſum ſpeciale, ſeu certa res ſingularis, vel
vniuerſale, hoc eſt, hereditas, eiuſve pars à defun-
cto relinqui poteſt; atque hanc etiam ob cauſam
diximus, *rem aliquam*; nomen enim rei: non mo-
dò comprehendit † certam rem, ac ſingularem, 46.
quæ relinquitur, veluti fundum, argentum, homi-
nem, veſtem, & pecuniam nometatam, vt conſtat
ex *d. §. præterea, Inſtit. de fideicom. hered.* & ex *princ.
Inſtit. de ſing. rebus per fideicom. relict.* verumetiam
quicquid eſt in patrimonio noſtro; vt ſatis liquet ex
*l. pecuniæ, l. Vt appellatio, in princip. & l. rei appellatio-
ne, ff. de reg. iur.* cum ſimil. Adiecimus autem, *ali-
quam*, vt quid etiam † minimum ſi excluderemus, iux- 47.
ta glo. communiter receptam *in Clement. 1. in princ.
verbo, aut earum parte aliqua, de ſer. compet.* quam
etiam inter alios ſequitur Bart. *in l. ſi ſeruum, §. præ-
tor ait, ff. de acquir. hered.* Ias. *in l. 1. ff. de pact.* Alex.
conſil. 58. lib. 4. & plerique relati pariter, ac pro-
bati à Tiraquell. *in reped. l. ſi vinquam, verbo, omnia,*

vel

*vel partem aliquam,num.*13.*vſque ad* 17. *&* *num.*21.*& ſeq. C. de reuoc. donat.* vbi allegat quoque ad id optimos text. *in l. hanc legem, ff. de contrab. empt. d. l. ſi ſeruum, §. prater ait, ff. de acq. hered. l. eorum, §.* 1. *ff. de damn. infect.* iuncta *l. ſi proprietarium, ff. eod. tit. l.* 2. *in princ.* iuncto *§. ſi quis igitur, ff. vi bon. rapt. l.* 2. *§. meritò, ff. ne quid in loc. publ. l. Gallus, §. in omnibus, ff. de lib. & poſtbum.* iuncta *l. Papinianus, §. quoniam autem, ff. de inoffic. teſtam.* facit etiam text. *in l. ſi poſt pubertatem, ff. de tut. & rat. diſtrab.* necnon *d. Clem.* 1 *in princ. de for. compet.* quo præcipuè nititur dicta gloſ. & quamuis in contrarium faciant pleraque allegata per Tiraq. *vbi ſuprà num.*15.*&* 21. tamen ea vel ita accipienda ſunt, vt etiam magna comprehendat; vel ad ſummum iuxta ſubiectam materiam: quorum neutrum officit rei, de qua agimus. Denique in definitione vſi ſumus verbo, *reliquit*, quod ex proprietate vocabuli † non ſolùm congruit fideicommiſſis particularibus, ſeu legatis, vt conſtat ex *cap. requiſiſti,* paſſim, *de teſtam. l.* 1. *§. ſi debitori, ff. vt in poſſeſſ. legat.* necnõ ex *rubr. ex toto ferè titulo Inſtit. de ſingulis rebus per fideicom. relict.* verùm etiam fideicommiſſis vniuerſalibus; vt conſtat ex *§.* 1. *& vlt. in fin. Inſtit. de fideicom. hered. l. cum filiofamilias, ff. de legat.* 1. iis verbis; fideicommiſſum vires capit, cùm ipſis, per quos commodum hereditatis, vel legati patri, dominóque quæritur, fideicommiſſum hereditatis relinquitur: *& §. codicillis autem, Inſtit. de codicill.* ibi; nam per fideicommiſſum hereditas relinquitur. Et quoniam verbum, *relinquere*, propriè † pertinet ad teſtamenta, & ſimiles vltimas voluntates, & tempus mortis ſignificat; vt ſatis probat Peregr. *d. tract. de fideicomm. art.*45 *num.*6. in quibus etiam dumtaxat, non autem in contractibus † fideicommiſſa fieri poſſunt, vt idem latiùs oſtendit *art.* 1. *num.* 12. *&* 15. necnon *art.* 51. *num.* 2. præcipuè per text. *in l. quidam cùm filium, ff. de hered. inſtit.* & per alia iura; & Doctor. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *cap.* 1 *numer.* 9. *&* 14. ideo etiam iure optimo in prædicta definitione derogationis fideicommiſſorum verbo, *relinquere*, vſi ſumus. Atque ex his ſatis, ni fallor, explicata ſimúlque confirmata manet definitio, quam attulimus derogationis fideicommiſſi: finiſque ſit præſenti primæ huius cap. quæſtioni.

48.

49.

50.

Svmmæ Rervm.

51. *Diuiſionis, ſeu partitionis vtilitas in qualibet diſputatione.*
52. *Derogationis fideicommiſſorum genera, ſeu ſpecies vnde ſumi poſſint.*
53. *Derogatio fideicommiſſi alia ſit à ſuperiore fideicommittentis, ſeu derogationem impetrantis; alia verò à perſona priuata; & vtraque quot modis poſſit contingere.*
54. *Derogatio fideicommiſſi, quæ ſit auctoritate legis, ad cauſam efficientem reducitur; & quando fiat; cum duob. num. ſeqq.*
55. *Derogatio fideicommiſſi per præſcriptionem, aut conſuetudinem ad quam ſpeciem reducatur.*
56. *Derogatio fideicommiſſi ex parte materiæ quotuplex ſit; cum aliquot num. ſeqq.*
57. *Fideicommiſſum aliud vniuerſale, aliud particulare; & quid vtrumque ſit.*
58. *Fideicommiſſum quomodo definiatur.*
59. *Fideicommiſſum ſingulare an detur præter ſpeciale, ſeu particulare, & vniuerſale.*
60. *Fideicommiſſum vniuerſale, & particulare, ſeu ſpeciale in quo differant.*
61. *Fideicommiſſarius vniuerſalis quis eſſe cenſeatur.*
62. *Fideicommiſſum aliud expreſſum, aliud tacitum, & quid vtrumque ſit, & quibus verbis inducatur: cum pleriſque num. ſeqq.*
63. *Verbum*, do, *quando obliquetur, & inducat fideicommiſſum.*
64. *Verbum*, reſtituo, *& alia obliqua prolata in perſona teſtatoris, habent ſenſum directum.*
65. *Verba directa, obliqua, communia, ſimilia, & naturalia quæ ſint; huiuſque rei vtilitas; remiſſiuè.*
66. *Fideicommiſſum tacitum quòdnam ſit; & ibi quòd voluntas teſtatoris maximè in fideicommiſſis ſpectanda eſt.*
67. *Fideicommiſſum inducitur non modò per verba obliqua præceptiua, aut precaria, ſeu deprecatiua, vel per directa quoad fideicommiſſum particulare, non vniuerſale; ſed etiam quoad vtrumque per verba enuntiatiua relata non ad honoratum, ſed ad grauatum, qui non ſit de filiis teſtatoris; & niſi denotent ſolum conſilium, vel poteſtatem.*
68. *Verba conditionalia non niſi conditionale fideicommiſſum inducunt.*
69. *Voluntas teſtatoris, quæ venit in neceſſariam conſequentiam verborum expreſſorum, habetur pro legitima etiam ad inducendum fideicommiſſum, vel non inducendum; & numer. ſeq.*
70. *Fideicommiſſum inducitur, licèt oratio ſit imperfecta ex defectu vnius verbi; & vbi aliàs diſpoſitio teſtatoris non poſſet conſequi ſuum effectum; & num. ſeq.*
71. *Subſtitutio directa pupillaris inutilis conuertitur in fideicommiſſariam pupillarem vtilem.*
72. *Fideicommiſſum tacitum inducitur per ea verba; & volo, quòd hereditas mea vadat de herede in heredem; vel, quod mea bona in perpetuum remaneant infraſcriptis filiis, & heredibus meis, eorumque deſcendentibus.*
73. *Fideicommiſſum tacitum an inducatur cauſa vitandi abſurdi; aut cum effectus idem euenit, ob quem in alio caſu, qui non contigit, teſtator fideicommiſſum conſtituit.*
74. *Fideicommiſſum tacitum inducitur, ampliatur, reſtringitur, ac declaratur ex ratione, ſeu cauſa expreſſa in diſpoſitione, per quam teſtator fideicommiſſum aliquod conſtituit; idemque in ratione, ſeu cauſa vnica, licèt non expreſſa: niſi appoſita fuiſſet aliqua dictio reſtrictiua. ad præcedentia, vt, modo ſupraſcripto; vel illa non eſſet propria ratio, ſed illatio.*
75. *Fideicommiſſum tacitum pleriſque modis inducitur remiſſiuè.*
76. *Prohibitio nuda, & ſimplex alienationis non valet, neque inducit tacitum fideicommiſſum; licèt teſtator alienationem infirmaſſet; & ſine vnus, ſiue plures fuerint inſtituti; ac ſine prohibitio facta ſit per modum conditionis, ſiue diſpoſitiuè.*
77. *Prohibitio alienationis facta fauore familiæ, aut certarum perſonarum valet; ac vbi fiat nulla cauſa generali adiecta, quia volo, &c. inducit fideicommiſſum ſolùm in caſum alienationis. & quid ſi poſt prohibitionem alienationis adiecta ſit prædicta cauſa generalis; num.* 78.
79. *Fideicommiſſum aliud purum, aliud in diem, aliud conditionale; & quid eorum quodque ſit.*
80. *Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, & illa, poſt mor-*

tem,aquiparantur.

81. *Fideicommiſſum etiam diuidi poteſt ſolùm in purum,& conditionale; quia illud,in diem, ad horum alterum plerumque accedit.*

82. *Fideicommiſſum aliud eſt reale,quod rem ſequitur, & ad heredes tranſit, aliud perſonale, quod non egreditur perſonam,cui eſt iniunctum;& quando præſumatur reale, vel cenſeatur perſonale.*

83. *Fideicommiſſum aliud eſt aſcendentium,aliud collateralium, aliud penitus extraneorum: item aliud relictum certæ perſonæ,aliud certæ familiæ;& hoc vel totiſ familiæ,vel certæ qualitati perſonarum illius,vt primogenito.*

84. *Derogatio fideicommiſſi alia ſit in totum,& dicitur propriè abrogatio: alia ſit in aliqua parte, ac propriè dicitur derogatio.*

85. *Derogatio fideicommiſſi ſiue in totum ſiue pro parte,quomodo ratione cauſæ formalis diuidi poſſit. & quomodo ex parte cauſæ finalis; num.86.*

87. *Formula derogationis fideicommiſſi,qua ſupremus Princeps ſecularis cum voto ſui ſenatus concedit, vt vendi poſſint aliqua bona fideicommiſſaria, ob id maximè,quòd ſupplicans vltimus ex vocatis eſſe videatur.*

88. *Formula derogationis fideicommiſſi faciendæ ab eo, qui facultatem habet derogandi fideicommiſſis in caſibus à iure permiſſis; maximè pro alienatione bonorum fideicommiſſariorum ad ſananda debita heredis.*

89. *Formula ſupplicationis pro derogatione fideicommiſſi obtinenda à Romano Pontifice ratione dominij temporalis, vt alienari poſſint ad tẽpus & vſque ad certam ſummam bona à teſtatore prohibita alienari, & fideicommiſſo ſubiecta pro diſſoluendo ære alieno ipſius, & heredum.*

QVÆRO SECVNDO, quotuplex ſit derogatio fideicommiſſorum.

Præmiſſis, vel potiùs prætermiſſis iis, quæ ſuprà initio 2. cap. huius tract.de diuiſione, ſeu partitione poſt explicatum quid nominis,& quid rei ſubiicienda,breuiter tamen,diximus:& omiſſis etiam iis,quæ
51. de vi,& vtilitate † diuiſionis eiuſdem, ſeu partitionis in quauis diſputatione Rhetores tradiderunt, ac præcipuè Marcus Tullius *in Topic.ac de Inuent.* illud vnum admonuiſſe hoc loco ſit ſatis,quod ex noſtris tradidit gloſ.*in proœm. Inſtit. Iuſtin.* §. *igitur, verbo, eaſdem inſtitutiones*,dum ait, quòd partitio animum legentis inuitat, mentem intelligentis præparat,& memoriam artificiosè reformat: id confirmans ex §. *ſed non vſque,verſ.ſed ne in primis, Inſtit.de legat.& l.1. ff.de dol. mal. & met. except.* Sebaſt. autem Medic. *in proœm.d.ſui tract.de diſtinction.n.*16.huius rei addit rationem; quia difficultas ex permixta traditione procedens per ſeparationem explicatur,ac tollitur, vt *in d.*§.ſeu *verſ.ſed ne in primis*; facitque § *alio quoque modo,in fin.Inſtit.quib.mod.teſtam.infirm.*

His de diuiſione leuiter tactis, & primoribus labiis,vt aiunt, deguſtatis, ad genera, & ſpecies, ſeu quaſi derogationis fideicommiſſi veniamus, eas deſumenda †tum ex cauſa efficiente,nimirum ex per-
52. ſona illius,qui derogare poſſit;tũ ex cauſa materiali, hoc eſt,fideicommiſſo ipſo,eius varias ſpecies recenſendo, circa quas conſiderari poteſt derogationem verſatiſtum ex cauſa formali,ſcilicet ex diuerſis modis,quibus ea valeat exerceri;tum denique ex cauſa finali,ob quam huiuſmodi derogatio fieri poſſit. nõ tamen confeſtim ſequitur,vt in his omnibus ſpeciebus facta derogatio fideicommiſſi valida ſit, & licita:neque id nos in hac quæſtione intendimus;ſed illud ſolum,vt videamus,in quibus ſpeciebus,& caſibus ea contingere ſiue de iure, ſiue de facto poſſit. nam in quibus fieri de iure dumtaxat valeat, latiùs differemus quoad cauſam quidem efficientem *quæſt. ſeq. & 5.* quoad cauſam materialem,*quæſt.* 4. quoad formalem,*quæſt.*6.*&* 7. quoad cauſam denique finalem aliquid dicemus *quæſt.ſeq.ad fin.& quæſt.*8. *concl.* 14.*cum ſeq.*plura verò *d.quæſt.*6.*concl.*2.3.*&* 4.in hac porrò quæſt.poſtquam genera,& ſpecies, ſeu quaſi derogationis fideicommiſſorum propoſuerimus, afferemus aliquas earum formulas, illas nimirum, quas poterimus reperire.

Et quidem primò ex parte cauſæ efficientis dero-
53. gatio fideicommiſſi † poteſt diuidi, vt alia ſit,quæ ſit à ſuperiore ipſius fideicommittentis, eámve impetrantis,atque adeò publica auctoritate;alia quæ ſit à priuata perſona,& ſic auctoritate priuata. quæ diuiſio, & diſtinctio derogationis fideicommiſsi præterquam quòd per ſe patet,ſatis etiam aperte ponitur à Molin. ſeniori *tract.de primog. Hiſpan.lib.4.ferè per tot.*altero Molin.*de inſt.& iur.tract.*2.*diſput.* 470. 557.583.647.*&* 649.*vſque ad* 653.Peregr.*in tract.de fideicom.art.*40.52.*&* 53.paſsim.Quæ autem ſit à ſuperiore, vel eſt à ſupremo Principe, vel à Principe recognoſcente ſuperiorem,vel denique à iudice;de quorum primis duobus agit Peregr.*d.art.*52.*ex num.* 107.de poſtremo *art.* 53. de quo etiam Molin. prior *d.lib.4.cap.*8. poſterior *d. diſp.*647.ſicut de primo latiùs tractat ille *d.lib.4.cap.*3.4.*&* 6. hic *diſp.*649. *cum duabus ſeqq.* Derogatio verò fideicommiſsi, quæ ſit priuata auctoritate, vel eſt per reuocationem fideicommiſsi factam ab ipſo fideicommittente, de qua fuſiùs Peregr. *d.art.*40.*n.*45.*&art.*52.*à n.*1.*vſque ad* 8.prior Molin.*d.lib.4.cap.*1. & poſterior *d. diſp.* 585. aut ab eius ſucceſſore,de qua hic ipſe Molin. *diſput.* 470.& ille *d.lib.*1.*cap.*19.20.*&* 21. vel per remiſsionem,compromiſſum,aut tranſactionem ſuper eo factam à fideicõmiſſario, qua de re pluribus agit Molin. ſenior *d.lib.4.cap.*9.& iunior *d.tract.* 2. *diſp.*557. Peregr.*d.art.*40.*ex n.*119.*&art.*52.*à num.*9.*vſque ad* 105.& Michaël Craſſ.*in tract.de ſucceſſ.*§.*fideicommiſſum,quæſt.*62.*cum duabus ſeqq.* Ad hoc caput cauſę efficientis reducitur† derogatio fideicommiſsi,quæ ſit 54.
auctoritate legis,ſic appellata inter ceteros à Peregr. *d.art.*52.*n.*106.hic autem modus derogationis fideicommiſsi per legis auctoritatem vagatur per omnes penè ſpecies huius multiplicis derogationis fideicommiſſorum ex capite cauſæ illius efficientis,& in iis ſpeciebus reperitur partim tacitè, acceſſoriè, & indirectè; partim etiam & in earum aliquibus directè,ac principaliter,cùm nimirum ius eiuſmodi derogationem expreſsè præcipit,aut permittit:eatenus autem reducitur ad eam derogationem, quæ ſit à ſuperiore,quatenus lex omnibus ſuperior eſt, eique omnes ſubſunt,excepto ſupremo Principe,*l.1.ac ferè toto tit. ff.& C. de legib.cap.*1.*de conſtitut. cap. ſolite,de maioris.& obed.& cap. omnis anima,de cenſib.* cum ſimilib.iuncta *l.Princeps.ff.de leg.l.digna vox, C.eod.tit. & cap.propoſuit,de conceſſ.prabend.*cum ſuis concord. necnon quatenus Princeps velle non creditur per reſcriptum, & magiſtratus,ſeuiudex etiam non poteſt per ſententiam fideicommiſſis derogare;niſi lege aliqua permittente. Similiter cùm fideicommittens,eiúſve heres,& ſucceſſor,aut executor reuocat in totum, vel pro parte fideicommiſſum in caſibus à iure permiſſis, aut cùm fideicommiſſarius ſeruatis ſeruandis illud remittit,fideicõmiſſo derogare quodammodo, conſequenter nimirum & indirectè,ac tacitè cenſetur auctoritate legis. Huic affinis eſt etiam modus derogandi fideicõmiſſis † per præſcri- 55.
ptionem

ptionem,de quo latè Peregr. *d. tract. de fideicom. art.* 41. cùm præſcriptio ipſa à lege inducta ſit, *tot. tit. de præſumpt. ff. C. & in Decretal.* idémque dicendum de conſuetudine ſeu auctoritate legis non ſcriptæ, quæ & ipſa eſt à iure approbata, *l. de quibus, ff. de legib. l. 1. & tot. tit. C. quæ ſit long. conſuet. cap. cùm dilectus, cap. cùm conſuetudinis, & cap. fin. de conſuet.* cum ſimil. Principaliter autem, expreſsè, ac directè legis ſcriptæ auctoritate fideicommiſſo derogatur, cùm res fideicommiſſo ſubiectæ alienantur cauſa dotium conſtituendarum,& reſtituendarum; quam rem latè proſequitur idem Peregr. *d. tract. artic.* 42. vel pro detractionibus ex cauſa æris alieni, legatorum,legitimæ,ac Trebellianicæ; de quibus fusè inter cæteros ipſemet affert *d. num.* 106. pro exemplis derogationis,quæ auctoritate legis ſcriptæ, hoc eſt, expreſsè, directè, & principaliter legis auctoritate fit;de quibus cauſis nos quoque,Deo dante,quod ad rem noſtram attinet infrà ſuis locis agemus, ac præſertim *quæſt. ſeq. concluſ.* 3. *uſque ad* 11. vbi alias quoque nonnullas addemus: necnon *quæſt.* 5. *concl.* præſertim 5. vbi de derogatione per nouam legem agemus. Nunc verò expedito capite diuiſionis derogationis fideicommiſſorum ex parte cauſæ illius efficientis, ad reliquas eiuſdem cauſas iuxta ordinem non longè ab initio huius quæſtionis propoſitum tranſeamus.

Ex parte igitur cauſæ materialis derogationis fideicommiſſorum, ſeu materiæ, circa quam huiuſmodi derogatio verſatur, hoc eſt, ex parte ipſius
56. fideicommiſſi; eiuſdem derogationis diuiſio † ſumi debet ex multiplici diuiſione fideicommiſſi, ſeu variis eius ſpeciebus. Quatuor autem præcipuas
57. reperio fideicommiſſi diuiſiones. Prima eſt † in vniuerſale, per quod tota hereditas, vel quota hereditatis pars alicui per modum obliquum defertur, ſeu relinquitur: de quo habetur *ff. & C. ad S.C. Trebell. & Inſtit. de fideicom. hered.* vbi, & aliàs ſæpe dicitur fideicommiſſaria hereditas: & particulare, ſeu ſpeciale, per quod certa res, hoc eſt, ſingularis alicui quibuſcumque verbis in vltima voluntate relinquitur: de quo agitur *Inſtit. de ſing. reb. per fideicom. relict. & Inſtit. de legat.* necnon *in tit. ff. de legat. & fideicom. l. 2. ac 3. & C. de legat. C. de fideic. & C. comm. de legat. & fideicom.* vocaturque pecuniarium fideicommiſſum *in l. nam quod, §. vlt. ff. ad S.C. Trebell.* Omiſſa verò deſcriptione Marzar. *in epit. fideicomm. quæſt. 1.* fideicommiſſum vniuerſale ſatis congruè definitur à Peregr. *d. tract. de fideicom. art. 1. numer. 2.* paſſiuè quidem ſumptum, (quod paſſim in iure dicitur fideicommiſſaria hereditas, vt diximus;) quòd ſit ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti per modum obliquum: actiuè verò ſumptum pro ſubſtitutione fideicommiſſaria, quòd ſit ſubrogatio in locum alterius obliquo modo per vltimam voluntatem facta. vbi ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti, vel ſubrogatio in locum alterius per vltimam voluntatem facta, ponitur loco generis proximi: illud autem per obliquum modum, ſeu obliquo modo, ponitur loco differentiæ, (vt idem explicat *d. numer. 2. cum duobus ſeqq.*) ab inſtitutione, & ſubſtitutione directa,per quam heres, vel directè ſubſtitutus capit hereditatem vti iacentem, non autem miniſterio alterius, prout facit fideicommiſſarius; legatum verò, atque adeò fideicommiſſum particulare definitur à I.C. Florentino *in l. legatum eſt, in princ. ff. de legat. 1.* delibatio hereditatis, qua teſtator ex eo, quod vniuerſum heredis foret, alicui quid collatum velit: & à Modeſtino *in l. legatum eſt, ff. de legat. 2.* definitur donatio quædam teſtamento relicta: quam definitionem *gloſ. 2.* ibidem communiter recepta, teſte Ant. Gomez *tom. 1. var. reſol. cap. 12. numer. 3.* Craſſ. *d. §. legatum, quæſt. 3. in princ.* Peregr. *d. artic. 1. numer. 5.* & alij ſæpe his verbis ſuppliendo explicant; donatio quædam à defuncto relicta ab herede præſtanda; quibus etiam verbis prorſus eam profert Imper. *in §. legatum*, qui eſt *1. Inſtit. de legat.* & hanc definitionem refert quoque,ac ſequitur Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 2. num. 2.* vbi
58. fideicommiſſum † ſic definit, vt ſit donatio quædam verbis precariis, ſeu inflexis non ciuilibus à defuncto relicta. quam definitionem colligit ex *tot. tit. C. de fideicom. & §. vlt. Inſtit. de ſing. reb. per fideicom. relict. num.* autem 3. & 4. expreſsè approbat hanc diuiſionem fideicommiſſi in vniuerſale,& ſpeciale. & licèt *numer. 7.* addat tertiam ſpeciem,
59. † nimirum ſingularis; dicens, vniuerſale eſſe, quod defunctus relinquit totam hereditatem ſuam, vel eius partem,vt *tot. tit. Inſtit. de fideicom. hereditat.* ſpeciale autem ſi quis per fideicommiſſum relinquat hereditatem alterius,quæ ſibi obuenerit, Bart. *in l. cùm filius, §. 1. ff. de legat. 2.* Cranet. *lib. 1. num. 144. ff. de legat. 1.* ſingulare denique vbi res ſingulæ per fideicommiſſum fuerint relictæ, *Inſtit. de ſing. reb. per fideic. relict.* tamen & ipſe Mantic. *d. tit. 2. num. 5. &* 6. fideicommiſſum ſpeciale ſingularis nomine appellat; & ita ſumit Imper. *in d. tit. Inſtit. de ſing. reb. per fideicom. relict.* & expreſſa diuiſio fideicommiſſi in vniuerſale, & ſpeciale, nulla ſingularis habita mentione, non ſemel in iure habetur, ac probatur, vt *in l. fin. in prin. C. de fideicom.* necnon *§. in primis igitur, §. ſed quia ſtipulationes, & §. præterea*, iuncto *§. & quia*, ſeu *fin. Inſtit. de fideicom. hered. & l. 3. §. ſin autem*, qui eſt fin. *C. comm. de legat.* ac præter Doctor. tum *ibi*, tum alibi ſæpe approbatur à Peregr. *d. tract. de fideicom. art. 1. num. 1.* & Michaël. Craſſ. *d. tract. de ſucceſſion. §. legatum, quæſt. 1. numer. 4. & §. fideicommiſſum, quæſt. 3. num. 1. & 2.* vbi *uſque ad numer. 7.* aliquot differentias † inter vtrumque aſſignat: vt etiam facit
60. Mantic. *d. tit. 2. n. 5. & 6.* quas commemorare non eſt neceſſe:illa verò præcipua eſt,quam idem Craſſ: ex communi affert *d. quæſt. 3 num. 2. & quæſt. 46. n. 1. cum ſeq.* ac nos aliquibus gloſ.& iuribus cit.admonuimus *ſup. quæſt. precedent. circa med.* vt nimirum ad inſtantiam fideicommiſſarij particularis,ſeu legatarij non cogatur heres adire: ſecus ad inſtantiam fideicommiſſarij vniuerſalis. quibus nunc addimus text. *in d.l. nam quod, §. vlt.* vbi eius rei ratio affertur. Idémque decernitur, licèt fideicommiſſarius particularis offerat heredi cautionem indemnitatis; atque etiam † heredem rogatum reſtituere hereditatem, hoc eſt, totam, eiúſve partem quotam,vt *ibi*
61. probat gloſ.recepta *in verbo, hereditatem*, cogi adire tamquam à fideicommiſſario vniuerſali, ab eo, cui heres illam rogatus eſt reſtituere: idémque cauetur *ibidem* de eo,qui rogatus ſit reſtituere bona, vel familiam,vel pecuniam,vel vniuerſam rem meam;& *l. ſeq. qua incipit, vel omnia*,de rogato reſtituere omnia bona ſua,alia verò ſtatim ſeq. *incip. cogi poteris, in prine.* idipſum dicitur, &, ſi patrimonium fuerit rogatus;&,ſi facultates;&,ſi quicquid habeo; &,ſi cẽſum meum,fortunas meas,ſubſtantiam meam, aut peculium meum, teſtator dixerit; aut quicquid ad te ex hereditate boniſve meis peruenerit, rogo reſtituas. In §. autem *inde quæritur, cum ſeq.* illius *l. cogi*,aliæ quoque extenſiones, & declarationes habentur prædictæ differentiæ: quas, ne longum faciàm,cùm maximè eas hoc loco referre neceſſarium non ſit, conſultò prætermitto: & ad alteram fideicommiſſi præcipuam diuiſionem tranſeo; quæ

62. est † in expressum, & tacitum. ita post alios Crass. *d. tract. de success. §. fideicommissum, quæst. 4. numer. 1. cum tribus seqq.* docens expressum esse, quod fit verbis precariis, seu obliquis; vt, si testator dixerit, rogo heredem meum vt hereditatem alteri restituat; vel, volo quòd hereditas mea detur Titio; aut, cùm substituit his verbis, vulgariter, & per fideicommissum. quod idem dicendum est de aliis verbis siue deprecatiuis, siue precariis, vt, mando, peto, opto, exigo, desidero, cupio, fideicommitto; siue, & multo magis de præceptiuis, iubeo, & præcipio; de quibus omnibus mox dicemus, præcipuè ex *l. 2. C. comm. de legat.* & Peregr. *d. tract. de fideicomm. artic. 1. numer. 46. 47. & 51.* de verbo
63. autem *do*, ipse censeo, quòd, † si iungatur verbo, *lego*, dicendo, do, lego, prout sæpe habetur *in tit. ff. de legat. & fideicomm. 1. 2. & 3.* obliquetur, & fideicommissum inducat; quoniam verbum, *lego*, vti obliquum importat fideicommissum, vt *quæst. precedent. ante medium vers. de nomine autem fideicommissi*, ostendimus. Idémque erit, si referatur ad grauatum, vt, volo, quòd hereditas mea, vel talis res detur Titio; aut heres meus damnatus sit, vel damnas esto dare; iuxta latè tradita per Crass. *dicto tract. de succes. §. substitutio, quæst. 5. num. 22. & §. fideicommissum, quæst. 4. numer. 2.* multo verò magis, si expressè ponatur in persona heredis, alteriúsve grauati. nam tunc etiam verbum directum obliquatur; vt, si dicatur, heres meus Titium faciat heredem; vt satis probat Crass. *d. §. substitutio, quæst. 4. numer. 9. vers. quando verò verba etiam directa.* Quòd si prædictum verbum, *do*, prolatum sit in persona testatoris solùm, & de per se; cuius rei exemplum nullum in iure humano reperi, sed in iure diuino, *Gen. 48. in fin.* vbi Iacob morti proximus dixit Ioseph filio suo, *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo*; (nisi dicamus vel propheticè eum loquutum prædicendo futurum, vt eius descendentes eam partem haberét, quam obtinuisse videntur *Iosue 16. cum seq.* vel tunc eam partè per actum inter viuos illi tradidisse:) tunc existimo, verbum illud, *do*, habere sensum directum, atque adeò non inducere fideicommissum; ex eo,
64. quòd † de verbo etiam obliquo, vt, *restituere*, (iuxta tradita per eundem Crass. *d. §. substitutio, quæst. 5. num. 24.*) docet ipsemet *eod. §. quæst. 4. numer. 9. in princip.* huiusmodi verbum, aut aliud obliquum, si prolatum sit absolutè in persona testatoris, vt, quando Titius decesserit, hereditatem meam restituo
65. Caio, habet sensum directũ. Quæ autem sint † verba directa, quæ obliqua, & quæ communia, & quę ciuilia, vel non ciuilia, seu naturalia; huiusque rei effectũ & vtilitatem videas, si lubet, apud Menoch. *tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 52. vsque ad 58.* & Michael. Crass. *d. tract. de successionum. §. institutio, quæst. 14. cum seq. §. substitutio, quæst. 4. & 5.* atque ab his citatos, præcipuè verò Sfort. Odd. *in tract. de compend. substit. part. 4. & 5.* glos. Bart. & alios *in l. 2. C. communia. de legat. & l. Centurio, ff. de vulg. & pupill.* Nos verò, cùm de primo membro huius diuisionis fideicommissi dixerimus, nimirum de expresso, aliquid nunc dicamus de altero membro eiusdem diuisionis, hoc est, de tacito. Igitur tacitum fideicommissum † illud est, quod inducitur
66. ex coniecturata mente, & voluntate testatoris; quoniam hæc maximè in fideicommissis spectanda est, *l. pen. ff. de leg. 2 l. fideicommissa, §. item, si quis, & l. quisquis, ff. de legat. 3.* latè Crass. *d. §. fideicommissum, quæst. 4. numer. 5.* & Peregr. *d. tract. de fideicomm. artic. 11. numer. 1. & 2.* qui *à numer. 4. vsque ad 24.* pluribus docet, (id tamen declarans,) quòd, si satis ex coniecturis appareat de mente, & voluntate testatoris, recedítur à proprietate verborum; quod & facit Crass. *d. quæst. 4. numer. 6. cum quatuor seqnent.* Huc spectat, quòd fideicommissum inducitur † non modò per verba obliqua præceptiua, 67.
vt, *iubeo, & præcipio*, quæ directa vocantur, *in l. 2. C. commun. de legat.* aut precaria, seu deprecatiua, vt, *volo, mando, cupio, peto, rogo, opto, fideicommitto, desidero*, iuxta *l. omne verbum*, seu *2. C. commun. de legat. & §. vlt. Instit. de sing. reb. per fideicomm. relict. l. etiam hoc modo, & l. eo modo, ff. de leg. 1.* cum aliis adductis à Peregr. *d. artic. 1. numer. 46. & 51.* quæ verba inducunt expressum fideicommissum, & sonant, vt quis capiat de manu alterius; immo & directa illa, quæ sonant, vt quis capiat de manu sua, & propria auctoritate; idque quoad fideicommissum particulare, secus quoad vniuersale; vt probat inter alios Bart. *d. l. 2. num. 1. & 2.* sed etiam quoad vtrumque, per verba enuntiatiua, vt, *credo, se daturum; scio, te daturum*, seu *restituturum Titio*, & similia, *d. l. etiam hoc modo, l. & eo modo, ff. de legat. 1. l. vnum ex familia, §. fin. ff. de leg. 2. l. Pamphilo, in princ. ff. de leg. 3.* & aliis in iuribus ad id adductis à Peregr. *d. artic. 1. numer. 47.* vbi etiam docet, hoc procedere, vbi hæc verba enuntiatiua referuntur ad alios grauatos, quàm filios testatoris. *numer.* autem 48. eandem regulam ex communi temperat primò, vt procedat dummodo verba enuntiatiua referantur ad grauatum: secus si ad honoratum; tunc enim sunt adulatoria, per text. *in l. Iulianus, §. ex his, ff. de leg. 3. & l. generali, in princ. ff. de vs. & vsufr. legat.* idémque ex communi resoluit Crass. *d. quæst. 4. numer. 12.* id tamen sublimans *num. 13.* post alios, nisi post verba enuntiatiua per se non sufficientia ad inducendum fideicommissum testator onus successiuè iniungeret. Secundò prædictam regulam temperat Peregr. *d. artic. 1. numer. 49.* quòd verba etiam ad grauatum relata, si solùm consilium denotant, aut potestatem, non inducunt fideicommissum: & de consilio probat per text. *in l. cùm pater, §. mando, ff. ad legat. 2.* de potestate ex Bart. *in l. fideicommissa, §. si quis ita, ff. de legat. 3.* & satis probat text. *d. l. fideicommissa, §. quamquam autem.* sicut *in §. ita quis*, habetur de iis verbis, *illum tibi commendo*, vt *quæst præced.* admonuimus; & per eum text. adnotauit Peregr. *d. artic. 1. numer. 51.* idem ex iuribus, ac Doctor. subdens
numer. 52. de verbis † conditionalibus, vt fidei- 68.
commissum non inducant absolutum nimirum, sed solùm conditionale, de quo nos aliquid *infrà*. Interim verò adnotanda est altera regula, quam circa hoc tacitum fideicommissum sumptum ex coniecturata mente testatoris tradit, & latiùs comprobat
Peregr. *d. tract. de fideicomm. art. 11. num. 25.* vt † vo- 69.
luntas testatoris, quæ non fuit expressa per verba; si tamen veniat in necessariam, & manifestam consequentiam verborum expressorum, habetur pro legitima etiam ad inducendum, vel non inducendum fideicommissum; inter alia ex text. *in l. Titia Seio, §. Seia libertis. l. Titia cum testamento. §. Titia, ff. de leg. 2. & d. l. fideicommissa, §. item si quis. ff. de legat. 3.* quam regulam *num. 26.* multis iuribus ad id allegatis, præsertim *l. si in testamento, ff. de legat. 1. l. cùm pater, §. cum imperfecta, ff. de legat. 2. & l. verbum, volo, C. de fideicom.* intelligit primò procedere, † quando verba fidei- 70.
commissi non essent integraliter explicita, vt quia oratio esset imperfecta; nam ad ipsam perficiendam subaudiretur verbum, aut aliqua alia vox. *num.* autem 29. *cum tribus sequentibus*, eamdem intelligit

git ſecundò, quando teſtatoris diſpoſitio non aliter poſſet conſequi ſuum effectum; tunc enim, vt valeat voluntas teſtatoris, quamuis non expreſſa, habetur pro expreſſa etiam ad fideicommiſſum inducendum: ad id præcipuè adducens textum *in d. l. Seia libertis, & l. peculium, §. interdum, ff. de pecul. leg.* quod idem ex communi ſentit Craſſ. *d. §. fideicommiſſum, quæſt. 4. numer. 14. & 15.* ex aliis, quæ latiùs ipſemet pluribus relatis tradiderat *d. tract. de ſucceſſion. §. ſubſtitutio, quæſt. 71. numer. 3. & ſeqq.* docens, verba directa, licèt in fideicommiſſum non ſonent, nec iure fideicommiſſi intelligantur; tamen, ſi directo iure valere non poſſent, ad fideicommiſſi interpretationem trahi ex voluntate teſtatoris. quinimmò idem ferè, ſi valere aliàs poſſint iure directo, ſed propter non obſeruatam ſolemnitatem diſpoſitionis nequeant; vt, ſi pater filio impuberi fecit teſtamentum pupillare, quod propter ſolemnitates non obſeruatas, vt
71. teſtamentum pupillare valere nequit: namque † directa pupillaris inutilis per benignam interpretationem conuertitur in fideicommiſſariam pupillarem vtilem. Subdit autem *d. quæſt. 4. numer. 16. & 17.* ex communi nonnullis relatis, tacitum
72. fideicommiſſum induci, † ſi teſtator inſtitutis heredibus ſubiiciat hæc verba; *& volo, quod hereditas mea vadat de herede in herdem*; vel ſi ordinet, quòd ſua bona in perpetuum remaneant infraſcriptis filiis, & heredibus ſuis, eorúmque deſcendentibus. Tacitum pariter fideicommiſſum inducitur, iuxta multorum ſententiam, quos refert Peregr. *d. artic. 11. numer. 45.*
73. gratia † vitandi abſurdi; vtputa inhumanitatis, aut ſcandali, alteriúſve inconuenientis. *& numer. 46.* poſt alios, (id declarans *numer. 47. cum ſeq.*) ex eo docet induci quòd diſpoſitio conferatur in certum caſum à teſtatore conſideratum reſpectu alicuius effectus, tunc enim licèt caſus ille non eueniat; ſi tamen caſus contingat, per quem idem ſequatur effectus, diſpoſitio trahitur ad caſum euenientem, conſiderata voluntate defuncti. Præterea tacitum fideicommiſſum † ex ra-
74. tione, & cauſa inducuntur, & inducta ampliantur, reſtringuntur, ac declarantur; ita, vt, ſi teſtator fideicommiſſum relictum ad certas perſonas, & tempora conſtituiſſet, ſubiecta generali ratione apta comprehendere plures alias perſonas, & plura alia tempora, ad eas quoque perſonas, & illa tempora extendatur; vt pluribus relatis tradunt Peregr. *d. artic. 11. numer. 54.* & Craſſ. *d. quæſt. 4. numer. 20. & 21.* qui id extendens quoque ad rationem non expreſſam, vnicam tamen, & quæ ſola poſſit aſſignari. Peregr. autem *d. artic. 11. numer. 55. & ſeq.* prædictam doctrinam alios ſecutus declarat primò, vt ratio non ampliet fideicommiſſum, & prohibitionem, quando commodè reſtringi poteſt ad terminos conſtituti fideicommiſſi, & prohibitionis præcedentis; veluti ſi dictum fuiſſet, quia voluit bona ſemper permanere in familia ſua ſecundùm modum ſupraſcriptum: ſecundò vt locum non habeat, quando teſtator per modum non rationis, ſed illationis, & cuiuſdam futuri euentus locutus fuiſſet, quia dixiſſet, ita enim fiet, vt res de familia non exeat; vel quid ſimile; præcipuè ex Bart. *in l. pater filium, §. fundum*, per illum text. *ff. de legat. 3.* Denique, omiſſis aliis coniecturis, &
75. modis, vnde tacitum fideicommiſſum inducitur, de quibus latè inter cæteros Card. Mantic. *tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 3. 4. & 5. lib. 8. tit. 1. lib. 10. tit. 1. & lib. 11. tit. 1. cum duob. ſeqq.* Sfort. Odd. *in tract. de compend. ſubſtit. 4. & 5. part.* Craſſ. *d. §. fideicommiſſum, quæſt. 4. 13. & 14.* necnon *§. ſubſtitutio, quæſt. 4. 61. 71. 72. 74. 77. ac 78.* Malcard. *concluſ. 774.* Peregr. *d. tract. de fideicom. art. 5. 11. 13. & 18.* Menoch. *tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 55. cum tribus ſeqq.* necnon *præſ. 62. 67. 68. 69. 71. 73. 76.* inſignis eſt illa, quæ capitur ex prohibitione alienationis. Ad id tamen neceſſe eſt, vt non fiat nudè, ac ſimpliciter; tunc enim, cùm non valeat talis prohibitio, † neque etiam inducit fidei- 76.
commiſſum, vt per text. *in l. filiusfamilias, §. diui, il 2. ff. de legat. 1.* tradunt *ibi* communiter Doct. pluribúſque relatis docet Gabr. *com. concl. lib. 4. tit. de fideicomm. concl. 9. num. 1.* & Peregr. *d. tract. de fideicom. art. 14. num. 1.* qui etiam addit text. *in l. pater, §. Iulianus, & in l. Lucius, in princ. ff. eod. tit.* vbi huius rei rationes affert, explicátque nudum præceptum, hoc eſt, à cauſa, & à perſona, ſimúlque poſt alios hanc regulam extendit, licèt teſtator talem alienationem infirmaſſet. Craſſ. verò *d. §. fideicommiſſum, quæſt. 5. num. 1.* ſecutus Pariſ. de communi teſtantem *conſil. 92. n. 12. vol. 2.* eandem extendit, ſiue vnus, ſiue plures ſint inſtituti; & ſimpliciter prohibiti alienare; quod etiam ex communi multis relatis docet Peregr. *d. art. 14. numer. 2.* Craſſ. autem *d. quæſt. 5. numer. 2.* extendit præterea, vt locum habeat ſiue prohibitio facta ſit per modum conditionis, ſiue per modum diſpoſitionis, poſt alios, quos allegat. inter quos Gabr. *d. concluſ. 9. num. 2. & 3.* vbi talis prohibitio fiat per viam conditionis, tenet valere prohibitionem, per text. *in l. 4. ff. de condit. inſtit.* non tamen ex ea induci fideicommiſſum, ex Soc. & Gozad. Quòd ſi prohibitio facta ſit fauore familiæ, aut certarum perſonarum, quia dictum ſit, vt bona in familia ſeruentur, ſeu prohibita ſit alienatio extra ſuos, ſeu deſcendentes, aut in pœnam alienationis alius ſit vocatus; tunc † alienante prohibito aduersùs teſtatoris 77.
prohibitionem & res alienata reuocatur; & ideo fauore illorum committitur fideicommiſſum, ac ſatis probat Peregr. *d. artic. 14. numer. 3.* atque in eo caſu, cùm alienatio prohibita eſt extra familiam, nulla adiecta cauſa generali, quia volo bona permanere in familia, communis eſt concluſio, vt ſolùm in caſum alienationis, non autem in caſum mortis, ſeu ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum inducatur; vt pluribus allegatis ex communi tradunt Peregr. *d. art. 11. num. 10.* Craſſ. *d. quæſt. 5. num. 3.* atque ante hos Gabr. *d. concl. 9. num. 33.* & ſentit Mantic. *d. tract. de coniect. vltimar. volunt. lib. 6. tit. 14. numer. 25.* cùm autem facta eſt prohibitio non ſimpliciter, ſed cum cauſa, quia volo, bona remanere in familia: tunc † di- 78.
ſtinguendum eſt, quòd aut poſt prohibitionem ſimpliciter factam non expreſſo, extra familiam, aut aliquo ſimili, adiecta tamen eſt prædicta cauſa generalis, quia volo, &c. & tunc non inducitur fideicommiſſum, niſi in caſum alienationis: ſi verò prohibitio alienationis facta eſt extra familiam, ac deinde adiecta eſt prædicta cauſa; tunc cenſetur inductum fideicommiſſum ſimplex & abſolutum, hoc eſt, etiam in caſum mortis. ita ex magis communi pluribus relatis Gabr. *d. concl. 9. num. 7. & 9.* iuncto *num. 17.* Michaël Craſſ. *dicta quæſt. 5. num. 4. 5. & 9.* Mantic. *dicto tit. 14. numer. 14. verſ. quod igitur ad propoſitum*; vbi refert quoque multos, qui ſic conciliant diſſidentes opiniones. de quibus latè idem *d. numer. 24. in princ. & verſ. ſed contrariam opinionem*; dum alij negant dictam cauſam, ſeu rationem adiectam alienationis prohibitioni inducere ſimplex fideicommiſſum

in casum mortis, alij affirmant. Primum autem membrum dictæ distinctionis idem Gabr. *d. concl. 9. numer. 29. & 32.* Crasſ. *d. quæst. 5. numer. 6.* & Peregr. *d. artic. 14. numer. 11.* iuncto *12. & 15.* post alios restringunt, & intelligunt, vt procedat, quando dicta verba rationis, seu causæ prolata sunt per modum causæ enuntiatiuæ, vt si dicatur, prohibeo alienari bona, vt permaneant in familia; (vel, ita enim fiet, vt fundus non exeat de nomine, seu familia, iuxta textum *in l. pater filium, §. fundum Titianum*, ibique glosa recepta *verbo, in extraneos, ff. de legat. 3.*) secus si per modum dispositiuæ rationis, vt si prohibitione facta testator subiecit, & hoc quia volo vt bona alienari prohibita in familia mea permaneant; tunc enim clarum est induci simplex fideicommissum in casu mortis. idémque alios sequutus docet Crasſ. *d. quæst. 5. numer. 7.* vbi rationi, & prohibitioni additum esset, quòd bona debeant transire de herede in heredem: & *numer. 8.* quando dictum fuit, in ratione semper, & perpetuò sit, & vadat in masculos, aut in filios, & descendentes de familia; quod etiam post alios sentit Peregr. *d. numer. 13.* quinimmo indistinctè, quòd eadem causa, seu clausula, validans prohibitionem alienationis, quæ alioqui tanquam nudum præceptum non valeret, sufficiat quoque inducendum simplex, & absolutum fideicommissum etiam in casum mortis, præterquam quod sentiunt plerique Doctor. citati à Gabr. *d. conclus. 9. numer. 11, 30. & 33. vers. contrarium*, Crasſ. *d. quæst. 5. numer. 5.* Mantic. *d. tit. 14. numer. 24. vers. sed contrariam.* in specie tenet, ac satis tuetur Andr. Fachin. *controuers. iur. lib. 4. cap. 49. versic. ego sanè, iuncto primo eius cap.* estque de mente Alciat. *cons.* seu *resp. 36. numer. 12.* relati à Mantic. *d. vers. sed contrariam.* Apud eundem verò Fachin. *d. cap. 49.* necnon Peregrin. *d. artic. 14.* Gabr. *d. conclus. 9. & seq.* Crasſ. *d. quæst. 5.* Mantic. *d. tit. 14. numer. 23. cum duobus seqq. & tit. 15.* & Petrum Ant. à Petra *d. tract. de fideicom. prohib. quæst. 5.* ferè per tot. Menoch. *d. tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 68. numer. 14. 16. ac 18. cum duobus seqq. & consil. 197. numer. 10.* ac deinceps, & alios ab his citatos plures declarationes, & effectus prædictæ prohibitionis alienationis videre quis poterit: has verò, & illos consultò ipse prætereo, ne à consueta breuitate discedam, & præter necessitatem à proposita quæstione digredi videar. In qua, prosequendo diuisiones fi-
79. deicommissorum tertiam reperio † in fideicommissum purum, in diem, & conditionale; quæ diuisio apertè colligitur ex toto penè tit. *ff. de condit. instit. ff. de condit. & demon. ff. quand. dies legat. vel fideicom. ced. C. de instit. & substit. & restitut. sub condit. fall. C. de condit. insert. & C. quand. dies leg. vel fideicom. ced.* atque hanc diuisionem inter cæteros posuit expressè Peregr. *d. tract. de fideicom. artic. 40. numer. 1, artic. 43. numer. 9. & artic. 45. numer. 1.* Mantic. *d. tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 20. numer. 2. cum seq.* & Crasſ. *d. §. fideicommissum, quæst. 20. numer. 1.* vbi etiam declarat, purum esse, quando dies, vel conditio non apponitur; vt, Titium instituo, & rogo, vt hereditatem meam restituat Sempronio; ita, vt tunc mortuo testatore illico cedat dies restituendæ hereditatis. *num.* autem *2.* docet, tunc dici fideicommissum in diem, quando heres gratiatus est restituere post certum tempus, puta decem annos: aut incertum, vt, cùm heres, aut fideicommissarius morietur, vel cùm Titius Capitolium ascendet, vel Consul factus fuerit. tunc autem non cedit dies solutionis, nisi eo tempore adueniente. At verò *numer. 5.* ait, fideicommissum conditionale esse, seu sub conditione fieri, quando in futurum euentum suspenditur: & tunc eius diem cedere aduenientè conditione. Frequens autem est illa conditio, si sine liberis decesserit, seu post mortem: quos duos casus † omnino æquiparari, pluribus ostendit idem Crasſ. *d. tract. de succeſſ. §. legatum, quæst. 43.* vbi pariter eandem distinctionem puri, in diem, & conditionalis, affert post alios in legato. Nonnulli tamen, vt Peregr. *d. tract. de fideicom. artic. 35. numer. 1.* Menoch. *tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 193. numer. 18.* nulla mentione facta fideicommissi in diem, fideicommissum distinguunt † in purum, & conditionale. quod ideo fortasse est, quia fideicommissum in diem aliquando accedit ad conditionale, aliquando ad purum; vt constat ex traditis à Crasſ. *d. quæst. 40. & 43.* & quidem ad conditionale accedit, cùm dies est incertus, iuxta *l. dies incertus, ff. de condit. & demonstr.* cum aliis adductis per Mantic. *d. tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 10. n. 3.* vbi etiam idem probat procedere, licet dies incertus apponatur executioni legati. id autem intelligendum est iuxta distinctionem à nobis allatam suprà *cap. 4. quæst. 7. in 2. præmiss.* vbi etiam ex multis iuribus ostendimus, quòd, cùm dies certus legato, seu fideicommisso adiicitur, illud pro puro habetur. Quarta, & postrema principalis diuisio fideicommissi est † in reale, quod ad heredes, & successores transit, rem ipsam sequitur, extenditúrque de persona ad personam; & personale, quod non egreditur personam, cui iniunctum est atque hæc diuisio, ac distinctio præcipuè locum habet in eo fideicommisso, quod inducitur ex prohibitione alienationis; vt patet ex adductis à Crasſ. *d. §. fideicommissum, quæst. 5. numer. 10. cum sequ. seqq.* & Menoch. *d. lib. 4. de præsumpt. præsumpt. 68. numer. 22. & seqq.* vbi *à numer. 24. vsque ad 27.* vtia signa affert, ex quibus colligitur, huiusmodi fideicommissum esse reale. & *numer. 28.* post quendam Didac. Burg. Salon. *quæst. 2. ampl. numer. 96.* & Lud. Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 5. numer. 25.* qui refert Bald. tradit, fideicommissum præsumi reale quando testator reliquit bona agnationi, cognationi, vel familiæ. indéque Menoch. infert ad primogenituram, quæ in multis conuenit cum fideicommisso relicto familiæ, vt infra hoc ipso *cap. 9. quæst. 3.* dicemus. *num.* autem *29.* docet post alios, fideicommissum personale illud esse, quod ipsimet personæ, non autem rei cohæret; vt, si testator, institutis coheredibus Caio, & Sempronio, dixit; quos prohibeo, ne possint alienare aliqua ex bonis meis sibi relictis: vel si dixit, quòd prædicti, vel ipsi heredes instituti alienare non possint. fiunt *numer. 22. & seq.* docuerat alios secutus, ac præsertim Petram *d. tract. de fideicom. prohib. quæst. 2. numer. 12. & 19.* Atque hæc de diuisione, ac generibus, & speciebus, seu quasi derogationis fideicommissorum ex parte, seu capite causæ materialis ipsius. Ad quam ea etiam pertinet, vt † alia 83.
derogatio sit fideicommissorum ascendentium, alia collateralium, alia penitus extraneorum. item illa, vt quædam derogatio sit fideicommissi certæ familiæ, alia certæ personæ relicti: eius verò, quod familiæ relinquitur, vel cùm relictum est toti familiæ, vel cùm certæ qualitati personarum ex familia, veluti primogenito, aut maiori, & vocatur primogenitura, seu maioratus.

Ex parte autem causæ formalis primò diuidi potest derogatio fideicommissi, vt † alia sit, quæ 84.
sit prorsus, & in totum, dicique possit abrogatio, iuxta

iuxta *l. derogatur*, *ff. de verb. ſign.* ibi, abrogatur legi, cùm prorſus tollitur, cum aliis circa initium præced. quæſt. per nos adductis. & ab aliquibus appellatur etiam euerſio fideicommiſſi, vt à Peregr. *d. tract. de fideicom. artic.* 52. *numer.* 101. 106. 153. & 154. & poſt alios Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 189. *numer.* 21. & *præſumpt.* 190. *numer.* 20. quamuis & euerſionis nomen ei quoque derogationi à iure tribuatur, quæ pro parte fit, vt *in l. mulier*, *§. cum proponeretur*, *ff. ad Trebell.* & eam derogationem fideicommiſſi, quæ in totum fit inter cæteros, abrogationem quoque vocet idem Peregr. *d. artic.* 52. *numer.* 113. & *ſeq.* & derogatio dici poſſit, ſumpto hoc nomine genericè, iuxta ea, quæ *ibidem* adduximus: alia, quæ in aliqua parte fit, & dicitur ſtrictè derogatio, ſumpto nimirum ſpecificè derogationis nomine, iuxta textum *in d. l. derogatur*, ibi, derogatur legi, cùm pars detrahitur; iunctis aliis, quæ pariter circa initium præceden. quæſt. adduximus. Atque hæc diuiſio, præterquam quòd per ſe patet, ponitur etiam quoad ſubſtantiam à Peregr. *d. artic.* 52. *numer.* 107. 113. 116. & 151. & 154. *cum duobus ſeqq.* necnon *numer.* 159. & 160. Lud. Molin. ſen. *de Hiſpan. primog. lib.* 4. *cap.* 1. 2. 3. & 4. paſſim, & altero Molin. *de iuſt. & iur. tract.* 2. *diſput.* 470. 694. & 651. apud quos etiam videre licet varias ſpecies derogationis fideicommiſſi ſiue in totum, ſiue in parte, quas *infrà* ſuis locis, præſertim *quæſt.* 4. 5. & 7. terminabimus. Præcipuè verò illæ ſunt, † quibus 85.
bona fideicommiſſo ſubiecta vel ſimpliciter alienantur, ſeu diſtrahuntur, vel permutantur, atque alia bona in locum alienatorum ſubrogantur; & cùm derogatur fideicommiſſo vel quoad perſonam, ſubrogando aliam ſiue abſolutè, ſiue per habilitationem; vel quoad vſum, ſeu onus adiunctum, illum, illúdve commutando. Secundò diuidi poteſt derogatio fideicommiſſi ex parte cauſæ formalis, & quidem magis propriè, quàm in præcedenti diuiſione, quæ etiam ſpectat ad cauſam materialem: vt alia derogatio fiat per legem nouam generalem, qua vel in totum, vel in parte tollatur fideicommiſſum; alia per decretum, ſeu reſcriptum, qua Princeps, aliúſve ſuperior per reſcriptum particulare aliquid decernat contra certum, & determinatum fideicommiſſum. hanc diuiſionem, ſeu diſtinctionem diſertis verbis inter cæteros ponit Peregr. *d. artic.* 52. *numer.* 167. 113. & 116. His diuiſionibus addi poſſet etiam illa, vt alia derogatio fideicommiſſi ſit, quæ fit cum conſenſu eorum, quorum intereſt, iiſque vocatis; alia, quæ abſque huiuſmodi conſenſu, & vocatione. Verùm de hac latiùs agemus *d. quæſt.* 7. de aliis verò diuiſionibus minutioribus, ſi quæ ſunt, ſiue obiter, ſicut ex propoſito, quatenus opus fuerit, & prout occaſio tulerit, dicemus. Nunc autem ad poſtremum caput diuiſionum huius derogationis tranſeamus, quod eſt ex parte cauſæ finalis ipſius.

Ex qua cauſa diuidi poteſt derogatio fideicom- 86.
miſſi † in eam, quæ ſit ſine cauſa, iuxta quorumdam ſententiam, & eam, quæ ex aliqua cauſa: hanc verò in eam, quæ ſit ex neceſſitate, & quæ ex vtilitate ſiue publica, ſiue priuata, iuxta tradita per vtrumque Molin. *locis* mox *citat.* & Peregr. *d. artic.* 52. *à numer.* 113. *vſque ad fin.* & nos generatim agentes de commutatione vltimarum voluntatum *cap.* 6. *per tot.* & quæ in ſpecie derogationis fideicommiſſi trademus infrà hoc ipſo cap. *quæſt.* 6. Ad hanc cauſam reduci quoque poteſt illa diuiſio derogationis fideicommiſſorum; vt alia fiat ad hoc, vt perpetuò duret; alia vt ad certum, vel incertum tempus: de his autem ſpeciebus agemus infrà *in vlt. huius cap. quæſt.* Nunc verò, poſtquam de hiſce diuiſionibus, ſeu ſpeciebus derogationis fideicommiſſi ſummatim quidem, ſed ſatis quod ad hanc quæſtionem attinet, diximus; pro iptius abſolutione, vt in eiuſdem initio pollicíti ſumus, aliquas formulas eiuſmodi ſpecierum derogationis, aut ſupplicationis pro tali derogatione obtinenda, afferemus, & inſeri hoc loco curabimus, quas nimirum non mediocri adhibita diligentia reperire potuimus: ſicut ſuprà *cap.* 2. cùm de multiplici commutatione vltimarum voluntatum generatim ageremus, aliquas illius formulas inſeri curauimus: ad eam enim diſputationem, quotuplex ſit commutatio vltimarum voluntatum, aut derogatio fideicommiſſorum, maximè pertinet, ſi aliquæ ſaltem illius formulæ habeantur, ad quas tanquam ad quoddam exemplar aliæ formari, & effingi poſſint.

Prima igitur formula derogationis fideicommiſſi † ea eſſe poteſt, qua Princeps ſupremus 87.
ſæcularis, cum voto ſui Senatus concedit, vt vendi poſſint aliqua ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, eidem ſupponendo, illiſque ſubrogando alia bona æquiualentia; idque attento maximè, quòd ſupplicans ex informationibus aſſumptis vltimus eſſe videatur ex vocatis in teſtamento. eius autem formulæ, omiſſis precibus, quarum mentio in ipſa conceſſione fit, cui omnino conformes erant, eſſe poteſt huiuſmodi:

His in Senatu noſtro relatis, ſancitum fuit, concedendum eſſe; prout nos de eiuſdem Senatus voto tenore præſentium concedimus, & diſpenſamus, dictum N. deuenire poſſe ad ipſius turris, & bonorum adiacentium fideicommiſſo prædicto obnoxiorum venditionem; modò alia bona æquiualentia dicto fideicommiſſo ſupponantur loco turris, & bonorum prædictorum alienari prohibitorum; & hæc ea potiſsimùm ratione, quòd ſupplicans ex informationibus videatur eſſe vltimus ex vocatis in dicto teſtamento; & vtilius cenſeatur ipſam turrim vendere, quàm alia bona magis proficua, & vtilia. Quam venditionem ita factam decernimus, valituram ſæpiùs memorato fideicommiſſo, & prohibitione non obſtante, cui in hac parte dumtaxat derogamus. Dat. &c. Sig. CAROLVS.

Altera formula eſt derogationis † faciendæ à 88.
Senatu, qui iura ſupremi Principis, vel ſpecialem à ſupremo Principe facultatem non habeat fideicommiſsis derogandi extra caſus à iure permiſſos, de quibus nos in ſeq. potiſsimùm quæſt. agemus: & in ſpecie continentis facultatem alienandi vſque ad certam ſummam bona fideicommiſſo ſubiecta heredi fideicommittentis conceſſæ pro ſuis debitis ſanandis, & vt à carceribus valeat liberari. huiuſmodi verò formula derogationis iuxta, & poſt preces ipſi conceſsioni omnino conformes breuiter concipi poteſt in hæc, vel ſimilia verba:

Diſpenſamus, vt ſupplicans, vbi aliam in præiudicium filiorum ſuorum diſpenſationem non obtinuerit, partem bonorum ſuorum narrato fideicommiſſo ſubiectorum tutò alienare poſsit; modò pretium ex ipſa alienatione percipiendum impendatur in ſanandis recitatis debitis, vt carceres exire valeat, & ſumma non excedat tot libras. Dat. &c. Hæc autem ſumma augetur, minuitur, & mutatur pro modo facultatum, aut aliam ob cauſam; vt habetur in formulario Cancellariæ Excellentiſsimi Senatus Mediolanen. vnde hanc formulam deſumpſimus; & cuius non ſemel facienda nobis erit

mentio *quæſt. 5. huius cap.* vbi de poteſtate Principum ſupremo inferiorum, & Magiſtratuum in fideicommiſſorum derogatione diſſeremus.

89. *Tertia*, eaque poſtrema formula ſit † ſupplicationis, in qua quidem ſubditus ciuitatis ſtatus Eccleſiaſtici, ſeu de dominio temporali Eccleſiæ, ac Romani Pontificis ei tamquam ſupremo Principi temporali ſupplicat, quatenus derogare velit fideicommiſſo perpetuo, & in infinitum conſtituto à patre ad fauorem deſcendentium, cum expreſſa prohibitione alienationis, etiam ex cauſa dotis, aut alia priuilegiata, bonorum, & hereditatis ipſius teſtatoris tam præſentium, quàm eorum, quæ per ſuos heredes redimi, ac recuperari contigerit, & cuiuſcumque partis eorumdem bonorum; necnon cum prohibitione petitionis derogationis huiuſmodi fideicommiſſi, & prohibitionis alienationis, etiam largiſſimè ſumpto alienationis vocabulo; vocando non conſentientes tali petitioni iuxta ſuam ordinem in locum conſentientium, quos tunc priuauit omni commodo, & iure ſuæ hereditatis: ita verò petit derogari, vt de conſenſu trium filiorum maſculorum ex quatuor, quorum trium minimus erat decem annorum; poſſit ex bonis, & hereditate prædicta valoris vndecim millium ſcutorum, fieri alienatio, fructuúmve obligatio, vel cenſuum conſtitutio vſque ad ſummam ſcutorum mille ducentùm per duodecim annos proximos à die deſuper celebrandorum contractuum decurrendos: ad effectum extinguendi debita ſiue per tutricem filiorum prædictorum, atque ipſum ſupplicantem, ſiue per teſtatorem contracta, cum ampliſſimis clauſulis: ita, vt, cùm hæc ſupplicationis formula optimum exemplum eſſe poſſit pro aliis quibuſcumque ſupplicationibus, vt fideicommiſſis, & prohibitionibus alienationis derogetur, ab aliarum formularum inſertione meritò valeat ſuperſederi. Ideo autem in hac ſupplicationis formula nomen tam fideicommittentis, quàm ciuitatis, vnde is oriundus erat, & in cuius territorio ſita ſunt bona fideicommiſſo ſubiecta, ſuppreſſimus, ſubrogatis quoque loco nominis, & cognominis aliarum perſonarum, quarum inibi mentio habebatur, variis litterarum characteribus; quoniam cùm de facto non admodum antiquo ibidem ageretur, haud gratum iis, quos negotium tangit, futurum exiſtimauimus, ſi huiuſmodi nomina exprimerentur. Iam igitur tenorem memoratæ ſupplicationis, vnde facillimè derogatio ipſa formari poteſt, eam concipiendo ſub nomine Pontificis concedentis, ac derogantis, ipſíque ſupplicanti, vel commiſſario in partibus eandem dirigendo. qui tenor talis eſt:

BEATISSIME Pater. Cùm aliàs quondam A. de B. ſenior, dum vixit laicus ciuitatis Tuderti, & ciuis Romanus, ære alieno ad notabilem ſummam aſcendente contracto, deinde condito teſtamento in Vrbe, inſtitutiſque in eo heredibus deuoto S. V. oratore A. B. iuniore nato ſuo legitimo, & naturali ex C.D. ſua tertia vxore procreato, omnibúſque aliis maſculis ex ea naſcituris ſuã hereditatem omnem perpetuis, ſtrictiſſimis, & arctiſſimis fideicommiſſis, ac quampluribus ſubſtitutionibus ad fauorem agnationis ſuppoſuerit; &, vt bona ſua, quæ per heredes ſuos redimi, & recuperari contigiſſet, in familia, ſeu familiis ſecundùm ſuam diſpoſitionem remanerent, & in perpetuum conſeruarentur, etiam vltra decimum gradum, & in infinitum, ſi fieri poſſet: & ad hunc effectum, necnon quia ſic ei diſponere placuit, prohibuerit, & vetuerit expreſsè ſuis heredibus, & ſideicommiſſariis in perpetuum, & in infinitum, ne poſſent, néve præſumerent de ſuis bonis ſtabilibus quicquam, etiam quantumuis minimum, detrahere occaſione Falcidiæ, Trebellianicæ, legitimæ, aut alia quauis cauſa, vel ratione etiam ibi non expreſſa, in quauis vltima voluntate, vel inter viuos, tacitè, vel expreſsè, verbo, vel facto, nec hereditatem, aut bona prædicta, vel eorum aliquam partem quamuis minimam vendere, donare, ad longum tempus locare, hypothecare, ſeu alio quouis titulo, & cauſa etiam oneroſa diſtrahere, in alios transferre, alienare, etiam alienationis largiſſimo modo ſumpto vocabulo, ex quauis cauſa, etiam dotium tradendarum, vel aſſecurationis, & collationis dotium accipiendarum, exceptis caſibus redemptionis à manibus infidelium, & liberationis à carceribus, dummodo ſine eorum culpa, quæ infamiam irrogaret, carcerati, vel capti fuiſſent, quibus duobus caſibus, ſi fructus hereditatis non ſufficerent, poſſet alienari vſque ad ſummam duorum millium ſcutorum; & alia quacumque vrgenti, vrgentiſſima, & quantumuis priuilegiata, & fauorabili cauſa: & ne eius diſpoſitio euanesceret, mandauerit à quibuſcumque ſuis futuris heredibus, vel fideicommiſſariis, ſub caducitatis, & deuolutionis pœna, obſeruationem teſtamenti promitti, & iurari debere: prohibens etiam expreſsè, vt nullo modo pro derogatione huius fideicommiſſi, & prohibitionis impetrare poſſent, aut quærerent diſpenſationem, indultum, licentiam, aut reſcriptum, ſeu quamuis aliam derogationem: immo ſi concederetur, etiam motu proprio, cum quibuſuis clauſulis, & decretis etiam huiuſmodi teſtamenti, & vltimæ voluntatis derogatoriis: etſi accederet aſſenſus aliorum tunc viuentium fideicommiſſariorum; tamen huiuſmodi licentia, indultus, motu proprio vti non poſſent; quinimuo taſes impetrantes derogationem, vel ea vtentes, & etiam conſentientes illico abſque aliqua iudicis, magiſtratus, & ſuperioris declaratione, ipſo iure, & facto caderent, & cecidiſſe intelligerentur ab omni iure, & commodo ſucceſſionis, & hereditatis ſuæ, quos extunc dictus teſtator omni iure, & commodo ſuæ hereditatis priuauit, & voluit ſuccedere alios heredes, & fideicommiſſarios iuxta gradum, & ordinem in ſuo teſtamento diſpoſitum; ita, vt dicti heredes, & fideicommiſſarij dictæ prohibitioni alienationis, & alteri prohibitioni, vt ſuprà, facta numquam contrauenire, aut illas infringere valerent, etiam quibuſuis quantumcumque licitis, & honeſtis, atque neceſſariis cauſis, & bona teſtatoris nullo tempore efficerentur, neque cenſerentur facta alienabilia, etiamſi omnes fideicommiſſarij, eorúmque poſteri ſimul; vel ſucceſsiuè, & ſeparatim conſentirent: quia prohibitionem ſuprædictam ad vnguem, in perpetuum, in infinitum, & irrenocabiliter obſeruari mandauit. Subinde verò ad æris alieni diſſolutionem declarauerit, in ſua hereditate ſe habere multa bona mobilia, ſocalia, & alia pretioſa ſupellectilia, ac vtenſilia, & maſſaritias domus; voluerítque quòd dicta cum executoribus teſtamentariis ſuis, vno, aut duobus eorum, poſſet ad eorum libitum illa, ſiue illorum partem ipſa beneuiſam vendere, de illorum pretio debita ipſius teſtatoris extinguere; &, ſi non ſufficerent, voluit ſuppleri de fructibus hereditatis, ex quibus pariter ſoluenda eſſent plura legata, & dotes in eodem teſtamento relictæ: prout in eodem teſtamento, ad quod, &c. pleniùs continetur. Cùm autem Pater ſanctæ, poſt dicti teſtatoris obitum, ipſa oratore tunc in infantili ætate conſtituto, dicta C. non mo-

ab

dò prædicta bona mobilia pro ære alieno huiuſmodi iuxta mentem dicti teſtatoris perſoluendo vendere curauerit, ſed aliis debitis etiam cum obligatione ipſius oratoris hereditatem ipſam grauauerit; ipſeque orator, qui nonnulla bona ſtabilia ad ſummam quatuor millium ſcutorum circiter aſcendentia à deuoto veſtro E. etiam B. eius fratre germano emit, & quæ fideicommiſſo huiuſmodi ſuppoſita exiſtunt, & oratoris ſucceſſoribus accreſcunt; propterea variis ſibi ſubinde ſuperuenientibus neceſſitatibus aliquas pecuniarum ſummas ad ſocietatem officiorum, ac aliàs acceperit, illiſque nunc grauatus reperiatur; ideoque pro ære alieno huiuſmodi, præſertim poſt obitum d. ſui genitoris fideicommittentis contracto, ne creditores ipſi ſuperueniente obitu ipſius oratoris eorum credita amittant, & damnum patiantur, commodiori, & faciliori, ac minori cum iactura, & vocatorum damno diſſoluendo; per S. V. vt infrà, ſibi benignè conſuli plurimùm cupiat. Supplicat igitur humiliter eidem S. V. dictus orator, qui vſquedum x. natos, quatuor videlicet mares, & ſex feminas habet, quatenus in præmiſſis opportunè prouidentes, ipsúmque ſpecialis gratiæ fauore proſequentes, eidem oratori, vt de conſenſu trium natorum ſuorum marium, quorum primus xv. ſecundus verò xj. & tertius x. eorum ætatis annum circiter agunt, ex fructibus ſuorum bonorum ſtabilium per ipſum poſſeſſorum, & fideicommiſſo dicti ſui genitoris, ſeu forſan aliorum ſuorum prædeceſſorum ſubiectorum in ciuitatis Tuderti, & circumuicinorum locorum territoriis exiſtentium ad valorem annuum vndecim millium ſcutorum monetæ circiter aſcendentium, vſque ad ſummam M. CC. ſcutorum ſimilium per xij. annos proximos à die deſuper celebrandi contractus, ſeu celebrandorum contractuum decurrendos; cuicumque ſeu quibuſcumque perſonis meliorem conditionem facientibus in vna, ſeu pluribus partitis pro pretio, ſeu pretiis reperibilibus, & cum pactis, capitulis, & conditionibus ſibi aliàs beneuiſis, & inter partes concordandis, ad effectum extinguendi tam ſocietates officiorum, aliaque debita per ipſum oratorem, ſeu dictam C. tutricem, & curatricem poſt obitum dicti A. ſenioris, & pro quibus bona prædicta attento dicto, ſeu aliis fideicommiſſis obligata non exiſtunt; quam debita per dictum A. ſeniorem contracta vnà cum interuſuris decurſis, & decurrendis, vendere, & alienare, cedere, & aſſignare, inſolutum dare, vel cenſum, aut cenſus annuos, quorum fructus perſolui, & ſortes principales infra idem tempus ex eiſdem redditibus extingui debeant, conſtituere, & conſtitutos vendere; ſiue alios quoſcumque cuiuſuis generis, & qualitatis, licitos tamen, & de iure permiſſos contractus inire, ſeu fructus huiuſmodi per 12. annos prædictos, vt ſuprà, decurrendos alioquouis modo, etiam alienationis latiſſimè ſumpto vocabulo, obligare, & hypothecare, creditores verò illos inſolutum, vel aliàs accipere, ac emptores illos emere, acquirere, ac aſſequi, & prædictis 12. annis durantibus, illis vti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè, & abſque alicuius pœnæ, ſeu caducitatis incurſu, in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi fructus vendendi, ſeu hypothecandi, inſolutum dandi, vel aſſignandi huiuſmodi, & ipſa bona, ex quibus percipiuntur, 12. annis huiuſmodi durantibus, & currentibus, fideicommiſſo, ſeu fideicommiſſis prædictis nullatenus ſubiecta eſſent, aut in illis non comprehenderentur, poſſint, & valeant concedere, & indulgere; & ad hunc effectum, ac pro potiori contractus, ſeu contractuum, vt ſuprà cum dictis creditoribus, ſeu aliquo, vel aliquibus eorum, vel cum quacumque perſona, ſeu perſonis iniendorum, ſeu aliàs quomodolibet intereſſe habentium, ſeu habiturorum cautela, & ſecuritate, omnia, & ſingula bona in inſtrumento, ſeu inſtrumentis deſuper conficiendis ſpecificanda, quorum fructus, &c. ad M. CC. ſcuta huiuſmodi annuatim aſcendentes pro dictis 12. annis obligari, & hypothecari, in ſolutum dari, vel aſſignari contigerit; ac fructus, &c. ipſos, dictis 12. annis durantibus, tam à prædicto, quàm ab omnibus, & quibuſcumque aliis fideicommiſſis, ſubſtitutionibus, prohibitionibus, & quibuſuis diſpoſitionibus tam purificatis, quàm purificandis dicti teſtatoris, ac quorumuis aliorum, quatenus adſint, ac aliis promiſſionibus, obligationibus, & vinculis tam inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus, & aliàs quomodolibet ſuper dictis bonis, & fructibus, & quibuſuis illorum membris, portionibus, & iuribus; tam in toto, quàm in parte, ſub quibuſcumque tenoribus, ac etiam in Cameræ Apoſtolicæ, & aliis formis, & cum pactis de inuicem ſuccedendo; necnon priuationis, deuolutionis, amiſsionis, caducitatis, applicationis noxibus; ac cum prædictis, & aliis quibuſcumque etiã prægnãtiſsimis, fortiſsimis, & efficaciſsimis, ac inſolitis clauſulis quomodocumque, qualitercumque & quandocumque impoſitis, & factis; & ad quæ tam ex forma dicti teſtamenti, quàm aliàs quomodolibet ſubiecta eſſe appareret, ſeu apparere poſſet in futurum: ad effectum prædictum, & dictis 12. annis dumtaxat durantibus, abſoluere, eximere, & liberare; & ab illis fideicommiſſa, prohibitiones, ſubſtitutiones, pacta, vincula, promiſsiones, & alias diſpoſitiones huiuſmodi, & obligationes, & cætera omnia, quæ præmiſsis obſtare, vel aliàs impedimentum, aut præiudicium afferre poſſent, ad effectum validitatis omnium, & ſingulorum præmiſſorum, & inde ſecuturorum, ſimiliter tollere, & abrogare, ac abolere: ipsúmque oratorem, & eius natos ob præmiſſa, vel præmiſſorum occaſione caducitatem, deuolutionem, aut quamcumque aliam pœnam à dicto, ſeu aliis teſtatoribus, vel à iure, aut ab homine quomodolibet inflictam, aut comminatam minimè incurrere, aut incurriſſe dici, vel prætendi poſſe: nec ſuper præmiſsis, aut eorum aliquo, minúſque dictorum fructuum emptores, ſeu affictuarios, ſeu creditores, quibus illis inſolutum dari, vel aliàs aſsignari contigerit, aut alios quoſcumque intereſſe habentes ſuper illorum libera perceptione dictis annis 12. durantibus, à quoquam quauis auctoritate moleſtari, vexari, impediri, perturbari: prædictos verò oratoris filios tam natos, quàm naſcituros, & alios fideicommiſſarios, ad quos bona prædicta, ſeu illorum fructus, &c. in euentum obitus oratoris, & natorum ſuorum huiuſmodi, vel aliàs deuoluerentur, dictos fructus, &c. eiſdem 12. annis durantibus, petere, exigere, leuare, aut aliàs quomodolibet aſſequi poſſe, aut debere. Sicque per quoſcumque iudices, &c. etiam Cameræ Apoſtolicæ generalem, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & ſedis Apoſtolicæ Nuntios ſublata, &c. iuriſdictioni, &c. debere; acirritum, &c. decernere dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtantibus præmiſsis, & ſingulis aliis, ſi quæ ſint, inſtrumentis, appoſitionibus, pactis, conuentionibus, teſtamentis, codicillis, fideicommiſsis, ſubſtitutionibus, ſubrogationibus, prohibitionibus, deuolutionibus, conditionibus, priuationibus, applicationi

cationibus, etiam hactenus propter præmissa quomodolibet forsan incursis, dispositionibus, vltimis voluntatibus, cõtractibus, promissionibus, denominationibus, vinculis, oneribus, conditionibus, hypothecis, obligationibus etiam medio iuramento, etiã in forma Cameræ Apostolicæ, vel quauis alia, etiam Apostolica auctoritate, cum quibusuis etiam fortissimis, & amplissimis, & insolitis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque clausulis, & decretis concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis, dicta bona, & illorum membra, iura, ac fructus, &c. alienari quomodolibet prohibentibus, aut aliàs contra præmissa quomodolibet disponentibus. necnon quatenus opus sit vestra, & Cameræ Apostolicæ de iure quæsito nõ tollendo, aliisque quibusuis Apostolicis, etiã in vniuersalibus, prouincialibus, & Synodalibus Conciliis, editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus: necnon ciuitatis Tudertì huiusmodi, & aliarum quarumcumque ciuitatum, etiam Vrbis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, fideicommissariis, substitutis, vocatis, creditoribus etiam ex causa dotis, & quibusuis aliis personis, etiam quantumuis priuilegiatis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque clausulis, & decretis, etiam irritantibus, & ex titulo oneroso, etiam in vim contractus, & per viam legis generalis, seu particularis, aut aliàs quomodolibet in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & consistorialiter pluries, & iteratis, ac multiplicatis vicibus concessis, confirmatis & innouatis; etiamsi in illis caueatur expressè, quòd per quascumque derogationes generales tolli non possint. quibus omnibus, etiamsi de illis, &c. illarúmque totis tenoribus specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio, seu quæuis alia expressio habenda, & facienda foret, illis aliàs in suo robore permansuris; hac vice dumtaxat specialiter, expressè, ac plenissimè derogare placeat: ceterísque contrariis quibuscumque.

Et cum absolutione, &c.

Iam verò ex his formulis derogationis fideicommissorum finis sit præsenti 2. quæstioni tertiæ huius capitis.

SVMMÆ RERVM.

90. *Ius humanum in quibus præcipuè casibus deroget fideicommissis.*
91. *Derogatio fideicommissorum non est omnino contraria iuri naturali; & aliquot num. seqq.*
92. *Ius naturale quid sit secundum Legistas, Canonistas, & Theologos.*
93. *Fideicomissa ortum habuerunt ex iure ciuili tempore Augusti; idemque in Codicillis.*
94. *Intellectus l. verbis legis, ff. de verb. signif.*
95. *Lex duodecim tabularum spectat ad ius ciuile: ius autem ciuile quid sit.*
96. *Argumentum à contrariis, & oppositis in iure validum est.*
97. *Legitima quomodo sit iure naturæ debita; & an statuto minui, aut tolli possit.*
98. *Primogenia fideicommissis similia an à iure naturali sint introducta.*
99. *Derogatio fideicommissorum non est à iure naturali introducta, sed est præter ius naturale.*
100. *Contrariorum eadem est regula, & disciplina.*
101. *Non entis nulla sunt qualitates; & qualitas nequit esse sine subiecto.*
102. *Primogenitura an tamquam in vsu apud plerasque nationes sit de iure gentium.*
103. *Derogatio fideicommissorum non est contraria iuri diuino positiuo etiam veteris legis; cum aliquot seqq.*
104. *Ius diuinum positiuum aliud est legis veteris, & Mosaica, aliud noua, seu Euangelica: & illius præcepta vel moralia, vel iudicialia, vel cæremonialia; huius verò vel ad fidem pertinent, vel sacramenta.*
105. *Legis propria, & virtutes quæ sint.*
106. *Præcepta iudicialia, & cæremonialia legis veteris expirarunt per Christi mortem; & ibi intellectus cap. 21. Deuteron.*
107. *Præcepta moralia legis veteris an alia dentur, præter præcepta Decalogi.*
108. *Ius primogenitura an, & vbi in sacra Scriptura veteri habeatur. & in quibus consisteret etiam apud gentes; n. 109. & quomodo vtrumque differat à nostro primogenio; n. 110. & seq.*
111. *Spirituale, seu spirituali annexum vendi potest accessoriè cum bonorum vniuersitate.*
112. *Derogatio fideicommissorum non est contraria legi Euangelicæ; & num. seq.*
113. *Lex Euangelica nullum aliud præceptum positiuum habet, quàm fidei, & sacramentorum.*
114. *Derogatio fideicommissorum non est inducta iure diuino positiuo.*
115. *Derogatio fideicommissi non est regulariter, & omnino conformis iuri humano positiuo, in aliquibus tamen casibus est illi conformis, & ab eo inducta; num. 116. & ibi, quomodo fideicommissum plerisque iuris regulis aduersetur; quodque imponit onus, immo ipsum est onus; & pleraque affert incommoda.*
117. *Testator non potest præcipere heredi, vt de rebus suis non disponat.*
118. *Derogatio fideicommissi iuris auctoritate fit ob æris alieni à testatore contracti solutionem. quid si illud debitum sit heredi; num. 119. cum aliquot seqq.*
120. *Heres testatoris, vel heres heredis grauatus fideicommisso an possit tempore restitutionis detrahere tot bona fideicommissaria pro suis creditis erga testatorem. & quomodo creditum suum imputet in bonis alienatis, vel legitimæ, aliisve detractionibus illi cõpetentibus; n. 121.*
122. *Æs alienum diminuit hereditatem, & præualet legitimæ, ac Trebellianicæ.*
123. *Heres an, & quomodo computet suum creditum erga fideicõmittentem cum fructibus perceptis.*
124. *Bona prohibita alienari, quando alienari possint per heredem ob propria debita.*
125. *Decretum iudicis non est necessarium pro validitate alienationis rerum fideicommissariarum in satisfactionem creditorum. neque quòd ad instantiam creditorum bona capiantur, & subhastentur; num. 126.*
127. *Fideicommissarius nequit etiam pretio restituto reuocare alienationes ab herede factas ob solutionem debitorum testatoris, vel causa constituendarum, aut restituendarum dotium.*
128. *Alienatio rei alicui particulariter legatæ pro solutione debitorum an ei præiudicet.*
129. *Bona fideicommissaria possunt alienari pro solutione debitorum testatoris, licèt is prohibuerit alienationem. & non confecto etiam per heredem solemni inuentario; num. 130. & quid si testator cum obligasset creditori prædium suum, illud in testamento fidei commisit, & alienari prohibuit; num. 131.*

132. *Bona*

132. *Bona fideicommiſſaria alienari nequeunt pro ſolutione aris alieni, ſi extent alia bona hereditaria libera; & quis probare debeat alia bona extitiſſe, vel non.*

133. *Alienatio bonorum fideicommiſſariorum pro ſolutione debitorum maiori pretio, vel in maiori numero, quàm opus eſſet, inualida redditur in exceſſu. & quid ſi res alienata digna erat affectione fideicommiſſarij, num. 134.*

135. *Fundus fideicommiſſo ſubiectus ſuper quo heres conſtituit censum pro ſoluendo ære alieno teſtatoris, an, & quomodo ſit reſtituendus fideicõmiſſario.*

136. *Heres, qui ſoluit creditoribus teſtatoris, vel heres heredis poteſt tempore reſtitutionis ſibi retinere tot bona fideicommiſſaria iuxta pretium temporis, quo creditoribus facta eſt ſolutio; & an in hac retentione ſeruandus ſit aliquis ordo inter bona.*

137. *Debita hereditaria, & legata præſumi in dubio ſoluta de proprio heredis ære, non de bonis hereditariis.*

138. *Heres, id quod ſoluit pro debitis teſtatoris, non capit ſolum ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, ſed etiam proportionabiliter ex ſuis detractionibus pro legitima, & Trebellianica.*

139. *Emens vno ex fideicõmiſſariis ex cauſa aris alieni rem fideicommiſſo ſubiectam, is tenetur aliis portiones ſuas reſtituere debito priùs reſtituto.*

140. *Bona fideicommiſſaria nequeunt per heredem alienari pro debito antiderati teſtatoris; cum hæc nullam pariat alienẽ. licèt aliàs multa prohibita permittãtur cauſa remunerationis; n. 141.*

142. *Bona fideicommiſſi alienari nequeunt pro remedio animæ teſtatoris, qui pro ea iam aliqua legata fecit; ſecus verò ſi nulla; & ibi, quod prima charitas incipit à ſeipſo, & bona ſuperioris ordinis præferendæ ſunt bonis ordinis inferioris.*

143. *Alienatio bonorum fideicommiſſariorum fieri etiam poteſt pro ſolutione legatorum per teſtatorem fideicommittentem relictorum; idque licèt teſtator expreſsè prohibuerit alienationem: nec compenſantur cum fructibus ab herede perceptis pendente conditione fideicommiſſi.*

144. *Heres legata quoque ſibi relicta an detrahat ex fideicommiſſo.*

145. *Legata annua non detrahuntur per heredem ex fideicommiſſo, ſed compenſantur cum fructibus perceptis, ex quibus ea ipſe ſoluere debet; niſi à teſtatore alteri relictus ſit uſusfructus omnium bonorum; modo uſusfructus apud eorum quemlibet remanſerit inutilis.*

146. *Legata etiam antiqua regulariter ſoluta non præſumuntur.*

147. *Legata ſoluta per heredem, vel heredem heredis, euenientia caſu reſtitutionis deduci debent ex fideicommiſſo pro pretio, quod habebant tempore ſolutionis: & in quibus bonis; & quid ſi ex inuentario non appareat de bonis mobilibus, vel de ipſo inuentario.*

148. *Legata ſoluta præſumuntur ab herede ex proprio ære, niſi appareat, in hereditate extitiſſe pecuniæ, vel de diſtractione bonorum mobilium, vnde pecunia conflari potuerit.*

149. *Alienata ex bonis fideicommiſſariis per heredem imputantur in ſummam creditam pro legatis ſolutis.*

150. *Bona fideicommiſſi per heredem alienata quando, & quomodo imputentur in eius creditã ex quacumque cauſa; remiſſiuè.*

151. *Funeris impenſa facta ab herede fideicommitten-*

tis pro tumulando ipſum corpore detrahi ab eoaem poteſt ex bonis fideicommiſſi. ſecus autem in impenſa monumenti, niſi & hoc ſit neceſſarium; num. 152.

153. *Succeſſor in fideicommiſſo, vel maioratu an teneatur ad impenſam funeris ſui prædeceſſoris.*

154. *Gratiatus reſtituere quicquid ſupereſt de hereditate poteſt iuris auctoritate res tali fideicommiſſo ſubiectas alienare commutando eas, vel pretium in alias res magis, vel etiam æquè vtiles, aut commodas. & quid in fideicommiſſo ſimpliciter relicto; num. 155.*

156. *Gratiatus reſtituere quicquid ſupereſt de hereditate, vel ſimpliciter non poteſt res obnoxias huic reſtitutioni, vel earum pretium in alias res etiam vtiliores commutare vbi conſtet de præciſa voluntate etiam tacita teſtatoris nolẽtis bona ſua quoquo modo alienari, vt in exẽplis ibi poſitis. & quid in bonis maioratus; n. 157.*

158. *Permutatio rerum fideicommiſſariarum inter ipſos conſideicommiſſarios regulariter permittitur, ſicut & diuiſio.*

159. *Conſenſus fideicommiſſarij an exigatur in permutatione rerum fideicommiſſariarum.*

160. *Heres alienans bona fideicommiſſi in fraudem, vel damnũ, tenetur ea imputare ſibi in legitimam detractionem; niſi cum rogatus tantùm eſt reſtituere quod ſupereſt.*

161. *Bona fideicommiſſi diuidi poſſunt inter coheredes gratiatos, & vtraque portio ſubiacet fideicommiſſo, iuxta perſonam gratiatam.*

162. *Heres alienare poteſt res fideicommiſſi vbi aliàs eſſent peritura, aut deteriores futura; vel vbi ſint ſteriles, onoroſæ, aut ſumptuoſæ, vel fortuitis caſibus ſubiectæ; atque etiam ad neceſſarias impenſas hereditatis, & rerum hereditariarum.*

163. *Alienatio bonorum fideicommiſſi ab herede ex quauis iuſta cauſa ignorante in ignorantem facta valet irrenocabiliter, ſeruata actione fideicommiſſario aduerſus heredem pro pretio. & an id procedat in fideicommiſſo ſiue vniuerſali, ſiue particulari; n. 164. & quid ſi heres non ſit ſoluendo; num. 165. & an in relicto puro, vel ſolùm conditionali; num. 166. & alienatione expreſsè prohibita a teſtatore; num. 167. vel alienatione titulo lucratiuo; num. 168.*

169. *Heres alienans ignoranter in emptorem ignorantem bona fideicommiſſi an teneatur ad eſtimationem rei alienatæ, vel ſolùm ad pretium receptum.*

170. *Gratiatus reſtituere, cum ſine liberis deceſſerit id, quod ſupereſt de hereditate dodrantem alienare poteſt, & quam cautionem præſtabit. & an alium quartam partem alienare poſſit ex cauſa dotis, aut donationis propter nuptias, redemptionis captiuorum, vel alimentorum; n. 171.*

172. *Gratiatus etiam ab extraneo reſtituere, quod ſupereſt, poteſt alienare dodrantem; ſecus in gratiato ſimpliciter.*

173. *Intellectus auth. contra, cùm rogatus, C. ad Trebell. & authorum, qua, C. commun. de legat.*

174. *Fideicommiſſarius quomodo agat ad ſupplementum quartæ, cum gratiatus reſtituere, quod ſupereſt, de hereditate aliquid de ea alienauerit extra caſus ſibi à iure permiſſos.*

175. *Heres gratiatus reſtituere, quod ſupereſt, an poſſit alienare dodrantem in vltima voluntate; & an inter viuos poſsit etiã diſſipando, licèt ex dolo.*

176. *Heres gratiatus reſtituere quicquid ſupereſt, ſi ex rebus alienatis alias compararit, has*

reſtituere

restituere debet tempore mortis.

177. Facultas alienandi, quam habet grauatus restituere quicquid supererit, ei competit ex tacita permissione fideicommittentis.

178. Grauatus fideicommisso vniuersali alienare potest aliquas res fideicommissarias pro impensis ab eo factis in ceteras; aut saltem eas impensas detrahet in restitutione fideicommissi.

179. Intellectus l. vbi pure, §. in distrahendis, ff. ad Trebell.

180. Impensarum materia etiam cum agitur de restituendo fideicommisso, remissiuè.

181. Heres grauatus simplici fideicommisso hereditatem, eiúsve partem restituere, quando possit pro suis alimentis aliqua bona fideicommissi alienare. & quid in alimentis filiorum, nurus, & aliorum de sua familia; num. 182. cum seq. & an filius fideicommittentis excusetur à restitutione fideicommissi, cùm eum vrget necessitas; num. 183.

184. Heres extraneus grauatus simplici fideicommisso an alienare possit bona fideicommissi pro suis alimentis.

185. Heres grauatus simplici fideicommisso licèt non extraneus an possit ob alimenta bona aliqua fideicommissi alienare, cùm testator prohibuit alienationem ex causa famis, & alimentorum. aut cùm filius grauatus habuit legitimam, & Trebellianicam, quam malè consumpsit; num. 186.

187. Bona fideicõmissaria possunt alienari pro redimendo filio fideicommittentis capto ab hostibus barbaris; & ibi quid in redemptione extranei heredis, saltem cum est rogatus restituere quicquid supererit de hereditate. quid autẽ in filio capto ab hostibus Christianis in bello; n. 188.

189. Capti ab hostibus siue Christianis, siue barbaris an fiant eorum serui.

190. Bona fideicommissaria an alienari possint ad redimendum filium fideicommittentis captiuum pro ære alieno ex culpa contracto, vel ob delictum ab eo commissum; & duob. num. seqq.

191. Culpa non ordinata ad casum considerabilis non est quoad amissionem priuilegij iuris.

192. Bona fideicommissi alienari possunt ad redimendum a carcere heredem fideicommittentis, qui malè consumpsit substantiam: & ipsum filium fideicommittentis carceratum ob culpam non ordinatum ad casum. & quid pro redimenda anima filij defuncti, pro qua neque ipse, nec eius pater fideicommittens aliquid reliquit; num. 193. & quoties ea in re colligitur mens patris fideicommittentis, vt filius à carcere redimatur; num. 194. & seq.

195. Heres fideicommittentis facere potest quicquid fideicommittens facturus fuisset.

196. Bona fideicommissi alienare non licet pro impensis studiorum, & militiæ, aut emptione dignitatis. & quid cum pater filium studiis non destinauerat; num. 197. cum seq.

198. Studia litterarum continent publicam vtilitatem.

199. Bona fideicommissi an possint alienari pro instruendis in artibus liberalibus fratribus, sororibus, & aliis, quibus fideicommittens alimenta præstare tenetur; & an iudicis decretum requiratur; ibique intellectus l. qui filium, ff. vbi pupill. educ. vel mor. deb. & quid in filio naturali; aut cum aliunde posset sibi quis impensam studij facere; num. 200.

201. Bona fideicommissaria alienari possunt pro dotanda competenter filia fideicommittentis.

202. Congrua dos, & donatio propter nuptias quæ sit.

203. Bona fideicommissi ab auo relicti alienari possunt pro dotanda nepte, vbi pater in medio nõ existat, vel eam dotare nequeat; & n. 205.

204. Bona fideicommissi paterni an alienari possint à filio pro dotanda propria filia.

205. Bona fideicommissi auiti alienari possunt pro dote neptis à patre siue inter viuos, siue in dispositione causa mortis.

206. Bona fideicommissi alienari possunt pro dote filiæ, vel neptis, licèt hæ natæ non sint, vel concepta in vita fideicommittentis.

207. Bona fideicommissi possint alienari etiam pro dotanda filia naturali, vel spuria fideicommittentis.

208. Bona fideicommissi an possint alienari solùm pro filiabus maritatis non dotatis, vel nõ congruè. & quid, si dos filiæ promissa fuerit soluta pro parte; num. 209.

210. Frater alienare potest bona fideicommisso subiecta à patre, vel auo, vt dotem sorori constituat.

211. Bona fideicommissaria alienari possunt pro constituenda dote spirituali filiæ, vel nepti, quæ Religionem ingredi vult.

212. Bona fideicommissi quoties alienari possunt pro constituenda dote, possunt etiam non obstante expressa prohibitione generali, ne illa bona alienentur.

213. Bona fideicommissi ad piam causam relicti, an, & quando alienari possint pro constituenda dote.

214. Bona fideicommissi siue vniuersalis, siue particularis, & siue puri, siue conditionalis, alienari possunt pro constituenda dote.

215. Bona fideicommissaria possunt alienari quicumque sit substitutus, etiam alter filius testatoris frater grauati.

216. Bona emphyteutica fideicommisso legitimè subiecta alienari possunt pro dote constituenda; & ibi quando legitimè subiici valeant. & quando possit pater dare in dotem filiæ bona emphyteutica; num. 217. & quid in bonis feudalibus, maioratus, aut aliis ex contractu filiæ datis ea lege, ne possint alienari, sed post eum vadant in aliquam personam; num. 218.

219. Bona fideicommisso subiecta à matre, vel auo materno an possint alienari à filia, vel nepte, vt dotem sibi constituat.

220. Bona fideicommissaria quando alienari possint pro constituenda dote sorori fideicommittentis.

221. Bona fideicommissaria patrui alienari non possunt pro dotanda filia fratris ipsius; idemque in aliis extraneis, vel transuersalibus testatoris.

222. Bona fideicommissaria an alienari possint ex causa dotis constituendæ, vel restituendæ vbi testator ea expressè prohibuit alienari etiam ex causa constitutionis, vel restitutionis dotis; & num. seq.

223. Nemo potest facere, quin leges locum habeant in suo testamento; & ibi intellectus l. nemo potest, ff. de legat. 1.

224. Bona fideicommissi alienari non possunt pro dote ascendentibus, vel extraneis constituenda.

225. Bona fideicommissaria quando alienari possint pro augmento dotis.

226. Bona fideicommissi an possint alienari pro dote filiæ, quæ fructus percepit ad dotem congruam ascendentes ex hereditate, quam restituere debet.

227. Bona fideicommissaria alienata causa dotis quandóquam regrediantur in causam fideicommissi,

commiſſi, ita, vt ſint reſtituenda fideicommiſſario; remiſſiuè.

228. Bona fideicommiſſi alienari poſſunt cauſa dotis conſtituenda, vel reſtituenda, aut donationis propter nuptias ſolum in ſubſidium, non extantibus aliis bonis liberis. & quid ſi teſtator expreſsè dixit, quòd femina dotentur ex bonis fideicommiſſi; num. 229.

230. Bona omnia fideicommiſſi alienari poſſunt pro dotis conſtitutione, vbi non ſint alia libera, & ea omnia neceſſaria ſint ad congruam dotem: & ibi, quid, ſi grauata præter legitimam detrahat Trebellianicam, aut habeat bona aduentitia. quid autem ſi bona libera non ſufficiant, & fundus fideicommiſſarius non poſſet in parte tantùm alienari; num. 231.

232. Fideicommiſſum an ſit reintegrandum ex bonis liberis, quæ ſuperuenerunt poſt dotis conſtitutionem.

233. Decretum iudicis non eſt neceſſarium cùm ex priuilegio iuris bona fideicommiſſi alienantur cauſa dotis.

234. Bona fideicommiſſaria alienari poſſunt cauſa dotis conſtituenda vel reſtituenda, vbi legitima, Trebellianica, & alia bona libera non ſufficiant.

235. Dos congrua an excedere poſſit legitimam; & an dos ſuccedat loco legitimæ; cum num. ſeq.

236. Inductum ad diminutionem an poſſit operari augmentum.

237. Dos congrua in caſu auth. res, quæ, C. commun. de legat. quænam dicatur.

238. Donatio propter nuptias, ob quam alienari poſſunt bona fideicommiſſaria, quomodo à iudice moderanda ſit.

239. Bona maioratus an alienari poſſint pro reſtituenda, vel conſtituenda dote, aut donatione propter nuptias, etiam deſcendentium conſtituentis maioratum.

240. Bona fideicommiſſi alienari poſſunt pro reſtituenda dote vxoris filij fideicommittentis, maximè quando hic dotem recepit. idque licèt pro ea non conſtituerit hypothecam in bonis ſuis; numer. 241. & quid ſi poſt conſtitutum fideicommiſſum, & mortem patris ipſe filius dotem recepit; num. 242. aut legitima, Trebellianica, & alia bona libera tempore reſtitutionis dotis, erant conſumpta; num. 243.

244. Bona fideicommiſſi alienari an poſſint pro reſtitutione dotis, licèt vxor grauati vltra bonorum hypothecam cauerit ſibi de fideiuſſoribus idoneis pro dotis reſtitutione; & ibi quando fideiuſſores dotium admittantur.

245. Dotis conſtitutio, & reſtitutio à pari procedunt quoad facultatem ob id alienandi bona fideicommiſſi.

246. Mulier, quæ ſcinit bona mariti eſſe ſuppoſita fideicommiſſo, non poteſt retinere, vel alienari facere bona illa pro dotis ſuæ reſtitutione.

247. Bona fideicommiſſi quando alienari poſſint pro reſtitutione dotis tantùm confeſſatæ; & ibi an dos confeſſata habeat omnia priuilegia dotis datæ.

248. Mulier, quæ fuit negligens in repetitione dotis marito vergente ad inopiam, non poteſt retinere, vel alienari facere bona fideicommiſſi pro dotis reſtitutione.

249. Bona fideicommiſſi à matre relicti quando poſſint alienari pro reſtitutione dotis, aut pro dotis augmento; num. 250.

251. Bona fideicommiſſi an, & quando alienari poſſint pro oblatione, ſeu obligatione donationis propter nuptias; & duob. num. ſeqq.

252. Pactum de lucrando partem dotis, & donationis antenuptialis an locum habeat in rebus fideicommiſſariis. & quid in ſimili ſtatuto; numer. 253.

254. Bona fideicommiſſi nequeũt alienari cauſa donationis propter nuptias, vbi adſint alia bona libera, vnde ea conſtitui poſſit.

255. Legitima deduci poteſt ex fideicommiſſo; quod, ſicut & aliud quoduis grauamen ab ea reuocatur. idque procedit in legitima auctа iure nouiſſimo, aut auctа, vel diminuta per ſtatutum. num. 256.

257. Legitima deduci poteſt ex fideicommiſſo tum quoad proprietatem, quam quoad vſumfructum.

258. Legitima grauari non poteſt fideicommiſſo etiam reciproco.

259. Legitima grauari non poteſt fideicõmiſſo, licèt is, cui ea debetur, inſtitutus ſit heres vniuerſalis in bonis, quæ deinde grauatus eſt reſtituere.

260. Legitima detrahi poteſt nunc de fideicommiſſo relicto poſt certum, vel incertum tempus ei, cui debetur legitima, extraneo heredi inſtituto.

261. Legitima grauari non poteſt fideicommiſſo relicto ab herede eius, cui illa debetur, ſi pubes ſit; ſecus ſi impubes, & in ea ætate decedat; & num. 266.

262. Legitima grauari non poteſt fideicommiſſo etiam relicto piæ cauſæ.

263. Legitima quoque debita aſcendentibus, vel fratri, vbi turpis perſona fuerit inſtituta grauari nequit fideicommiſſo.

264. Legitima nequit grauari fideicommiſſo etiam vbi detrahenda cum ea foret Trebellianica.

265. Præteriti, aut exheredati, quibus legitima debetur, rumpunt, vel nullum dicunt teſtamentum iuxta vetera iura, nec mouent quædam inofficioſi; & ibi, quid vetera iura diſponant.

266. Fideicommiſſum iniunctum filio in pupillari ætate decedenti, eiuſve heredibus ab inteſtato firmum remanet, nec prætextu legitimæ minuitur.

267. Legitima grauari quomodo poſſit fideicommiſſo per indirectum, ſeu cauſaliter. aut ex eo, quod filius agnouit patris iudicium, quo eum in legitima grauauit; num. 268.

269. Alienata per eum, cui debetur legitima, imputantur illi in legitimam.

270. Imputari in legitimam quænam debeant, remiſſiuè.

271. Argumentum à falcidia ad Trebellianicam, & contra, an valeat; & num. ſeq. ac 302.

272. Trebellianica de fideicommiſſis vniuerſalibus detrahitur, falcidia de particularibus, licèt hæc miſceantur; & num. 322.

273. Heres grauatus fideicommiſſo vniuerſali detrahere ex eo poteſt tempore reſtitutionis fideicommiſſi quartam Trebellianicam. idque ſiue grauatus ſit in teſtamento, ſiue ab inteſtato; & licèt teſtamentũ deficiat in ſolemnitatibus, ſi habeat clauſulam codicillarem; num. 274.

275. Heres heredis grauati fideicommiſſo vniuerſali detrahit quartam Trebellianicam, quam primus heres non detraxit. idémque in bonorum poſſeſſore ſimiliter grauato, & quid de inſtituto in re certa, vel fideicommiſſario; num. 276. quid in eo, qui ex perſona heredis inſtituti factus eſt heres, vt dominus per ſeruum, & pater per filium; num. 277.

278. Fiſcus ſuccedens in iuribus grauati tanquam indigni

digni, vel ex publicatione bonorũ cùm hæres restituere debet, detrahere potest Trebellianicã.

279. Trebellianica deducitur etiam ex legato vniuersali hereditatis, vel eius partis sub nomine quotæ. & ex fideicommisso constituto à milite in suo testamento; num. 280. & 302.

281. Heres, cui debetur legitima, gratuitus fideicommissi vniuersali in diem, vel sub conditione, detrahere potest duas quartas, hoc est, legitimam, & Trebellianicam; & ibi quomodo hæc detractio fiat. quibus autem casibus cesset hæc duarum quartarum detractio; num. 282.

283. Trebellianica detrahitur etiam contra filium fideicommissarium.

284. Trebellianica detrahitur à liberis primi gradus etiam contra expressam testatoris prohibitionem; & ibi an, & quando prohiberi possit detractio Trebellianicæ.

285. Trebellianica detrahi non potest ab herede, qui coactus adiicit hereditatem: & quoties fideicommissum indultum non fuit, aut postea euanuit; num. 286. aut vbi quis rogatus est restituere hereditatem, vel eius quotam alteri tacito, licet vniuersali, quàm heredi; num. 287.

288. Fideicõmissarius totius, vel partis quotæ hereditatis rogatus eam alteri restituere regulariter non detrahit Trebellianicam. & quid si ille primus fideicommissarius est de filiis testatoris; num. 289. vel heres non detraxit in gratiam fideicommissarij; num. 290. & ibi quid in confideicommissario. quid autem si heres ipse fuit prohibitus detrahere Trebellianicã; vel coactus à fideicommissario adiuit hereditatem; num. 291.

292. Instituens in re certa dato illi coherede vniuersali, eóque adeunte non detrahit Trebellianicam: idémque in instituto in quota parte bonorum.

293. Fiscus non detrahit Trebellianicam cùm succedit bonis vacantibus, aut deficientibus aliis successoribus; & vtroque casu non tenetur ad præstationem legatorum, seu fideicõmissorum.

294. Trebellianica non detrahitur, sed falcidia à gratuito restituere hereditatem, quæ alterius est, quàm testatoris. idémque in gratuito restituere bona mobilia, & immobilia ipsius testatoris; in qua restitutione non veniunt actiones; num. 295.

296. Gratuitus ex contractu hereditatem restituere non detrahit Trebellianicam. idem in gratuito restituere hereditatem certo pretio; aut creditori in recompensationem; num. 297.

298. Heres fiduciarius, seu institutus in gratiam fideicommissarij Trebellianicam non detrahit, nec interim fructus percipit.

299. Trebellianicam non detrahunt pater, vel dominus rogati hereditatẽ restituere filio, vel seruo heredibus institutis, cum sui iuris erunt: secus si rogati sint eam restituere extraneo; vel pater fuisset heres institutus, & rogatus restituere filio.

300. Gratuitus per directam substitutionem restituere hereditatem non deducit Trebellianicam.

301. Heres, qui fideicommissum, vel legata relicta euertere curauit, Trebellianicam non detrahit: neque is, qui fidem præstitit de restituendo hereditatem incapaci.

302. Trebellianica an cesset in eorum testamentis, in quibus cessat falcidia.

303. Trebellianica cessat quoties cessat falcidia fauore honorati; & aliquot num. seq.

304. Vniuersalis locutio concurrente eadem fauoris ratione includit etiam ea, quæ sub lata verborum significatione continentur.

305. Trebellianica non deducitur de fideicõmisso vniuersali relicto pia causa; licet filij, seu liberi primi gradus sint instituti; & quamuis locus ipse non sit pius. & quid si restitutio facienda sit mediante Ecclesia, seu pia causa, cum certum est, eam successuram; cum verò incertum est, heres cauere debet de restituẽda Trebellianica eueniente casu; num. 306. & quid si fideicõmissum vniuersale esset partim pium, partim non; vel relictum excederet pij operis iuuentis necessitatem. num. 307. vel pia causa esset instituta; num. 308.

309. Trebellianica non deducitur cum legitima, vbi vtraque eodem tempore esset deducenda; potuit autem tunc is, cui vtraque debetur, quam maluerit, eligere; heres verò filij, cum ei, non filio, iniunctum est fideicommissum, non nisi Trebellianicam detrahere potest.

310. Trebellianica non detrahitur, vbi lex prohibet detrahi falcidiam in edium, & præindicium heredis, ac materia congruis etiam relictis vniuersalibus.

311. Heres non conficiens inuentarium an sicut amittit falcidiam, ita etiam amittat Trebellianicam, & an conficiens, si supprimat aliquas res, vtramque amittat.

312. Trebellianica non detrahitur ab eo, qui illam remisit expressè, vel tacitè, restituendo citra errorem integram hereditatem.

313. Trebellianica non deducitur ex bonis primogenitura; aut expressè à testatore prohibitus alienari; & num. seq.

314. Trebellianica non deducitur regulariter, vbi à testatore aliis, quàm liberis primi gradus, prohibita est deduci expressè, & equipollẽter; & ibi ex quibus vtraque prohibitio inducitur, ac præsertim an ex prohibitione alienationis.

315. Filius approbans expressè per actum iudicialem, vel extraiudicialem patris testamentum, in quo ei Trebellianicam prohibuit, non potest eam detrahere; secus si solum tacitè approbauit, simpliciter adeundo hereditatem.

316. Imputari ab herede in Trebellianicam debent quæcunque capit iudicio testatoris.

317. Imputationum faciendarum in Trebellianicam maxime fructuum, & ipsius Trebellianicæ materia, remissimè.

318. Defalcari omissum ex fideicommissi parte non defalcabilis an cedat ad eam partem defalcabilem.

319. Heres gratuitus legatis, seu fideicommissis particularis in eorum restitutione detrahere potest quartam falcidiam.

320. Falcidia resecat ipso iure quoad dominium; & inducta etiam est fauore testatoris, vt facilius ab eo institutus, adeat hereditatem, ipsiusque voluntatem impleat.

321. Fideicommissarius vniuersalis detrahit falcidiam ex legatis, seu fideicommissis particularibus aut simpliciter relictis, aut in quibus gratuitus fuit heres, qui cogitur hereditatem adire; vel in gratiam fideicommissarij non detraxit falcidiam.

322. Heres gratuitus fideicommisso vniuersali, ac simul particularibus, detrahere potest falcidiam, & Trebellianicam pro rata; & ibi quid si legata non sint defalcabilia.

323. Falci

323. *Falcidia deducitur quoque ex legato relicto filiis teſtatoris.*

324. *Falcidia deducitur à coheredè vniuerſali adeunte ex re certa, in qua quis inſtitutus fuit, licèt ſit filius teſtatoris; idémque inſtituto in quota hereditatis dato pariter ei alio coheredè vniuerſali adeunte.*

325. *Heres, cui debetur legitima, grauatur legatis, ſeu fideicommiſſis poſt mortem, vel ſub conditione, poteſt de ea falcidiam, præter legitimam deducere.*

326. *Falcidia detrahi poteſt ex legatis ſeu fideicommiſſis particularibus relictis ſiue in teſtamento, ſiue ab inteſtato. atque item de legato, ſeu fideicommiſſo hereditatis alterius, aut bonorum mobilium, vel immobilium; n. 327. ac de legatis alicui in alterius pœnam; n. 328. ac de donationibus cauſa mortis; n. 329. & ibi quid in donationibus, quæ morte confirmantur.*

330. *Heredes ſinguli detrahere poſſunt falcidiam. & quid in coheredè an poſſit ſuo coheredi de illi prælegatis detrahere, cùm in ſua portione grauatus eſt vltra dodrantem; num. 331.*

332. *Fideicommiſſarius vniuerſalis, an legatarius quando detrahere poſſit falcidiam. & quid in inſtituto in re certa; num. 333.*

334. *Falcidia non detrahitur de relictis ad pias cauſas, etiam mediatè; & licèt filij eſſent inſtituti; & latus, cui ea fuerunt ad piam cauſam relicta, non eſſet pius. & quid, ſi teſtator inſſit falcidiam detrahi etiam de legatis piis; vel pia ſimul cum non piis excederent vires patrimonij; num. 335.*

336. *Falcidia an detrahatur ex relictis piis, vbi cauſa pia eſt inſtituta; vel de eo, quod ſupereſt certo operi pio. & quid in nudo relictorum piorum executore; num. 337.*

338. *Falcidia non detrahitur de legitima filiorum. & quid in legato dotis, vel pro virginibus maritandis; aut legato dotis reſtituendæ vxori; num. 339.*

340. *Falcidia non detrahitur per eum, qui expreſsè, vel tacitè illi renuntiauit. aut legata relicta euertere curauit; aut monitus intra annũ non implenit voluntatem defuncti; num. 341.*

342. *Falcidia an detrahatur ex relicto in teſtamento militis.*

343. *Heres non conficiens inuentarium rerum hereditatis an amittat ius detrahendi falcidiam; & ibi an hoc inuentarium profit fideicõmiſſario, vel ab eo confici poſſit, etiam vt detrahat falcidiam.*

344. *Falcidia non detrahitur, vbi eam teſtator expreſsè prohibuit; & quando dicatur ea detrahi contra expreſſam, vel tacitam, aut ſecundùm voluntatem teſtatoris.*

345. *Falcidia per quæ verba cenſeatur prohibita. & an per prohibitionem alienationis; num. 346.*

347. *Falcidia prohiberi non poteſt liberis primi gradus, ſeu filiis teſtatoris.*

348. *Falcidia quando prohiberi cenſeatur per verbum vniuerſale prohibitionem ſignificans.*

349. *Alienata per heredẽ illi imputantur in falcidiã; & quæ alia in eam imputanda ſint, remiſſiuè.*

350. *Publica vtilitas, vel neceſſitas eſt cauſa, cur introducta à iure fuerit derogatio fideicommiſſi.*

351. *Falcidiæ, & Trebellianica inducta ſunt ad publicam vtilitatem, vt vltimæ voluntates defunctorum facilius executioni mittantur.*

352. *Publica vtilitas, vel neceſſitas eſt cauſa derogandi maioratibus, ſeu primogenitis, eorumve*

Io. Petr. Moneta de commut. vlt. volunt.

qualitatibus, & conditionibus.

353. *Vtilitas, at neceſſitas priuata eſt cauſa ob quam derogatur aliquando fideicommiſſis.*

354. *Communari poteſt ſaltem cum Principis auctoritate vna res fideicommiſſi, vel maioratus in aliam eidem vtiliorem.*

355. *Derogatio fideicommiſſorum per ſe, ac regulariter eſt odioſa; cum aliquot num. ſeq.*

356. *Cõtrariorũ contraria eſt ratio, & contrarij effectus.*

357. *Fideicommiſſum in ſui conſeruatione eſt fauorabile; & num. ſeq.*

358. *Fauorabilia pleraque ſunt poſt deductionem in eſſe, quæ in fieri ſunt odioſa.*

359. *Fideicommiſſum gratia conſeruandæ familiæ, ſeu agnationis iam inſtitutum maximè fauorabile præ ceteris eſt; idémque in maioratu; & num. 367.*

360. *Fideicommiſſum eſſe odioſum, quomodo ſit accipiendum.*

361. *Primogenium, & ſtatutum excludens feminas, fauore maſculorum quomodo ſit fauorabile, vel odioſum; & trib. num. ſeqq.*

362. *Diſpoſitio quando fauorabilis, vel odioſa cẽſenda ſit, vbi fauor, & odium ſimul in ea reperiũtur.*

363. *Diſpoſitio excluſiua feminarum propter maſculos quando fauorabilis ſit, vel odioſa; maximè ſi fiat excluſio propter maſculos eiuſdem linea, & gradus; num. 364. & quid in maſculis remotioribus; num. 365.*

366. *Fideicommiſſum inſtitutum ad fauorem maſculorum, ſine excluſiuum feminarum propter maſculos, quando ſit fauorabile, vel odioſum.*

367. *Fideicommiſſum inſtitutum fauore alicuius familiæ fauorabile eſt; inſtitutum verò fauore certæ perſonæ, eſt odioſum.*

368. *Derogatio primogeniorum, ſeu maioratuum per ſe, ac regulariter eſt odioſa, aliquando tamen fauorabilis eſt.*

369. *Derogatio fideicommiſſorum fauorabilis eſt in caſibus, quibus ea iuris auctoritate ſit, & vltimæ voluntatis commutatio eſt fauorabilis.*

370. *Pronunciandum eſt in dubio pro cauſa fauorabili.*

QVÆRO TERTIO, quo iure, & quam ob cauſam introducta ſit fideicommiſſorum derogatio.

Quæſtio hæc, vt per ſe patet, duas habet principales inſpectiones, alteram de iure, quo huiuſmodi derogatio ſit inducta; alteram de cauſa finali, ob quam eſt introducta. Circa primam verò inſpectionem primò cõtrouèrti poteſt, an prædicta fideicommiſſorum derogatio iure naturali inducta ſit; ſecundò, an iure diuino poſitiuo; tertiò, an iure humano poſitiuo. Cùm autem ius hoc humanum † in nonnullis præcipuè caſibus deroget, ac detrahat fideicommiſſis, vt etiam quæſt. præced. ad finem diuiſionum ex parte cauſæ efficientis deſumptarum admonuimus; cauſa nimirum æris alieni diſſoluendi, aut diſſoluti, ſolutionis legatorum, detractionis legitimæ, Falcidiæ, aut Trebellianicæ, ac ſimilium: de his, & de illis tribus ſingulas concluſiones maioris perſpicuitatis gratia proponemus: quibus aliam adiiciemus de cauſa finali, ob quam introducta eſt derogatio fideicommiſſorum; ex hac verò per modum illationis poſtremam ſubiiciemus, in qua videbimus, an huiuſmodi derogatio ſit fauorabilis, vel odioſa: hæc enim duo potiſſimùm circa ſecundam inſpectionem controuerti dumtaxat mihi poſſe videntur. 90.

PRIMA igitur CONCLVSIO ſit. Derogatio fideicommiſſorum † neque eſt omnino cõtraria iuri 91.

naturali, neque etiam ab eo iure eſt inducta. Prior pars concluſionis probatur ex iis, quibus ſuprà *cap. 3. quæſt. 1. concl. 1.* oſtendimus, commutationem vltimæ voluntatis non eſſe contrariam iuri naturali: (nam & derogatio eſt quædam commutatio, & fideicommiſſum eſt ſpecies vltimæ voluntatis, non tamen per ſe ſubſiſtens, vt ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 1. poſt medium*, in explicanda definitione derogationis fideicommiſſi à nobis tradita ſatis oſtendimus:) ac præcipuè tum ex eo, quòd iura naturalia ſunt immutabilia. §. *ſed & naturalia, Inſtitut. de iur. natural. gent. & ciuil.* §. *naturale ius, diſtinct. 5.* & §. *vlt. diſt. 6.* & tamen videmus in pleriſque caſibus commutari vltimas voluntates, vt ſuprà paſſim, maximè verò *cap. 3. quæſt. 3.* necnon *cap. 4. & 5. ferè per tot.* videmus etiam fideicommiſſis derogari tam de facto à iuſtiſſimis Principibus, quàm de iure, vt infrà, præſertim *quæſt. 4. & 5.* videbi-
92. mus. Tum ex eo, quòd ſiue dicamus, † ius naturale eſſe, quod eſt commune omnibus animantibus, cum I.C. *in l. 1. §. ius naturale, ff. de iuſt. & iur.* & Imper. *Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. in princip.* quod etiam admittit S. Thom. 1. 2. *quæſt. 94. art. 2. & 2. 2. quæſt. 57. artic. 2. & 3.* ſiue cum Iſidor. *lib. 5. Etymol. cap. 4.* relato à Gratian. *in cap. ius naturale, diſtinct. 1.* eſſe illud, quod commune eſt omnium nationum, eo, quòd vbique inſtinctu naturæ, non conſtitutione aliqua habetur; quod ferè coincidit cum eo iure naturali, quod traditur à Theologis cum S. Thom. 1. 2. *quæſt. 94. & 98. artic. 5. quæſt. 99. artic. 2. & quæſt. 100. artic. 1. 3. 5. & 7.* ac præſertim à Molin. & Suarez, quos *d. concluſ. 1.* citauimus, nimirum quod continetur in præceptis Decalogi, & cum eo iure naturali ſecundario, quod vocatur ius gentium *in cap. ius naturale, & cap. ius gentium, diſt. 1. l. 1. §. vltimo, & l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. §. ius autem ciuile, & §. ius autem gentium*, iuncto §. *ſed naturalia, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. §. ſingulorum, & §. vendita quoque res, Inſtit. de rer. diuiſ.* in quibus paritèr iuribus, iuncta *l. ex hoc iure*, cum aliquot præcedent. *ff. de iuſt. & iur.* ea numerantur, quæ ſunt iuris naturalis, aut gentium. quocumque ex his modis ius naturale accipiatur, in eorum nullo, aut etiam in præceptis Decalogi, aliiſve moralibus in diuina Scriptura contentis, vt *d. concluſ. 1.* ſufficienter deduximus, prohibetur commutatio vltimarum voluntatum, aut præcipitur omnimoda eorum obſeruantia. Confirmatur autem hæc ipſa prior pars concluſionis propoſitæ ex eo, quod ſatis probabilis eſt, & fortè probabilior, licèt minùs communis opinio eorum, qui aſſerunt, teſtamenta & alias huiuſmodi vltimas voluntates, (quarum ſpecies quædam; vt paulo antè diximus, non tamen per ſe ſubſiſtens, ſed alteri adhærens, eſt fideicommiſſum;) etiam quoad ſubſtantiam diſpoſitiuam, iuris ciuilis eſſe, non autem naturalis, aut gentium; quam non pauci tenent, & grauiſſimi viri relati à Peregrin. *d. tract. de fideicomm. art. 52. num. 112.* & à nobis *d. cap. 3. quæſt. 1. concluſ. 1. ad fin.* & non parum confirmant fundamenta, quæ pro ea adducit *ibi* Peregr. ac iura, quæ *ibidem* nos ponderauimus, & in ſpecie quoad fidei-
93. commiſſa, quòd ea † ex iure ciuili ortum habuerint, & quidem tempore Auguſti, conſtat ex princ. aliàs §. 1. *Inſtit. de fideicom. hered.* necnon §. *& quia*, ſeu *fin. Inſtit. quod. tit.* quorum §§. verba retulimus ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 1. ante med. verſ. de nomine autem fideicommiſſi*; quod idem etiam ſatis patet ex illis verbis eiuſdem Imper. Iuſtin. *in princ. Inſtit. de codicill.* ante Auguſti tempora conſtat codicillorum ius in vſu non fuiſſe; ſed primus Lucius Lentulus, ex cuius perſona etiam fideicommiſſa eſſe cœperunt, codicillos introduxit. nam cùm decederet in Africa, ſcripſit codicillos teſtamento confirmatos, quibus ab Auguſto petiit per fideicommiſſum, vt faceret aliquid; & cùm D. Auguſtus voluntatem eius impleſſet, deinceps reliqui eius auctoritatem ſequuti fideicommiſſa præſtabant; & filia Lentuli legata, quæ iure non debebat, ſoluit. Idipſum quoque colligitur ex *l. 2. §. diuus deinde Auguſtus, ff. de origin. iur.* per quæ iura præter gloſ. ac Doct. *ibi & l. 1. ff. de legat. 1.* etiam Dec. *conſ. 519. num. 6.* Pariſ. *conſil. 1. num. 61. vol. 2.* Michaël Craſſ. *tract. de ſucceſſion. §. fideicommiſſum, quæſt. 1.* Peregr. *d. tract. de fideicom. art. 1. num. 6.* & poſt alios Didac. à Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſ. 27. princip. num. 2.* iuncto *num. 5. & 6.* adnocarunt, fideicommiſſa ortum habuiſſe quoad ſui validitatem à iure ciuili, eóque iure eſſe introducta, temporibus nimirum Cæſaris Auguſti, qui ſtatim immediatè ſucceſſit Caio Iulio Cæſari primo Romanorum Imperatori. Neque huic obſtat † text. *in l. verbum legis, ff. de verb. ſign.* vbi, cùm 94.
ex lege duodecim tabularum retuliſſet Pomponius I.C. ea verba, vti quiſque legaſſit, ſuæ rei ita ius eſto; ait, his verbis latiſſimam poteſtatem tributam videri & heredis inſtituendi, & legata, & libertates dandi; cùm autem legatum particulare fideicommiſſum ſit *l. 1. ff. de legat. 1. l. & fideicommiſſum, ff. de legat. 3.* dicendum videtur, fideicómiſſum non fuiſſe inductum à iure ciuili ſaltem tempore Auguſti. nam præter reſponſionem, quam affert Peregr. *d. num. 6.* quòd, licèt ex auctoritate illius vetuſtiſſimæ legis fideicommittendi poteſtas cõpetere videretur; vſum tamen, & efficaciam fideicommiſſa acceperunt ſub Cæſare Auguſto: reſpondetur etiam, quòd, cùm ea lex duodecim tabularum ſolùm loquatur de legato, non eſt facienda extenſio eo iure ad fideicommiſſa, per quod hæc diſtinguebantur à Legatis; cùm legata, & fideicommiſſa inuicem ad ſummum exæquata ſint tempore I.C. Vlpiani, antea verò diſtinguerentur; vt conſtat ex *d. l. 1. & §. ſed non vſque, Inſtit. de legat.* cum vtrobique notat, & aliis per nos adductis ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 1. circa med.* Denique adhuc ad id, quod nũc dicimus, nobis ſufficit, quòd neque iure naturali primæuo, neque ſecundario, quod eſt ius gentium, ſed ſolùm ciuili inductum ſit fideicommiſſum. lex autem duodecim tabularum † 95.
ſpectat ad ius ciuile, populi nimirum Romani; vt conſtat cùm ex aliis iuribus, tum præcipuè ex *l. 2. §. exactis deinde, ff. de orig. iur. & §. diſponat, auth. de nupt.* ius autem ciuile eſt, quod quiſque populus ſibi conſtituit, & ipſius proprium ciuitatis eſt, vt ait Caius I.C. *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.* & Iuſtin. Imp. *in §. ius autem ciuile, & §. ſed ius quidem, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Cùm ergo fideicommiſſorum conſtructio, & inſtitutio ſit non à iure naturali, aut gentium, ſed dumtaxat à iure ciuili inducta; ſatis apertè inde ſequitur, eorum deſtructionem, & derogationem eidem iuri naturali, aut gentium non eſſe contrariam: ſed, ſi quando ea derogatio veniat admittenda, illam aduerſari iuri tantùm ciuili; ſumpto argumento à contrariis, & oppoſitis; quod † 96.
in iure validum eſt, *l. vlt. §. fin. ff. de legat. 3.* nam contrariorum contraria eſt ratio, & contrarij effectus, *l. qui accuſare, de accuſat.* & quod operatur propoſitum in propoſito, id operatur oppoſitum in oppoſito, *l. fin. §. plus autem, ff. de legat. 3.* cum aliis adductis ab Fuerard. *in loc. leg. à contrario, aduerſant. & repugnant. num. 7.* Atque hæc de priore parte huius primæ concluſ. quòd ſcilicet derogatio fideicommiſſorum non ſit contraria iuri naturali ſiue primario, ſiue ſecundario, quod eſt ius gentium:

in

in quam etiam inclinare videtur Peregr. *d. art. 52.*
97. *num. 112. cum tribus ſeqq.* cui non obſtat, quòd † legitima eſt iure naturæ debita, vt colligitur ex *l. ſi quis in ſuo, C. de inoff. teſtament. in fin.* & apertè dicitur *in cap. Raynutius, §. cùm autem, & cap. Raynaldus, in princip. verſ. dilectum filium, ff. de teſtam.* necnon *cap. 1. in princip. & §. 1. eodem tit. in 6.* necnon *in §. primum itaque, auth. de hered. & falcid.* at verò per legitimam derogatur fideicommiſſo, ex quo ea detrahitur, *l. omni modo, & l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtament.* cum aliis, quibus id latiùs oſtendemus infr. *concluſ. 19.* Reſpondetur enim, legitimam dici de iure naturæ debitam, quia ratione naturali ſuadente inducta eſt; prout poſt Socin. ſen. *conſil. 288. col. 7. verſ. tertiò, adducebat, lib. 2.* Soc. iun. & Guidopap. docet Petra *de fideicom. quæſt. 15. num. 10.* Socin. iun. *conſil. 62. num. 10. lib. 3.* & Dec. *in l. iura ſanguinis, num. 8. ff. de reg. iur.* tradit Menoch. *de arbitrar. iudic. caſ. 149. num. 12.* & ex eo confirmatur, quòd iura naturalia ſunt immutabilia, *§. ſed naturalia, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* cum ſimil. at verò legitimæ quantitas à iure ciuili immutata eſt. cùm enim priùs eſſet quarta pars portionis hereditatis filio contingentis, redacta eſt ad trientem, ſi filij ſint quatuor, aut pauciores, & ſemiſſim, vbi filij ſint plures quatuor, *auth. nouiſſima, C. de inoff. teſtam.* & in corpore, vnde ſumitur, nimirum *§. 1. auth. de trient. & ſemiſſ. collat. 3.* immo ex ſtatuto minui, quin & in totum ex cauſa tolli poteſt; vt conſtat ex allegat. à Michaël. Craſſ. *in tract. de ſucceſſion. §. legitima, quæſt. 42. per tot.* Pariter non obſtat, quòd de iure naturali primæuo primogenia, quæ valde ſimilia ſunt fideicommiſſis familiæ relictis, vt *quæſt. ſeq. ſuppoſit. 1.* oſtende-
98. mus, † conformia ſint iuri naturali, vt poſt alios ſentit Tiraq. *tract. de primogen. in præfat. numer. 36.* cum aliquot ſeqq. & Molin. ſen. *tract. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 2. num. 4.* nam inde ſolùm concluditur, veſtigium aliquod primogenituræ extare in iure naturali: quam etiam in multis à fideicommiſſo diſtare, conſtat ex adducendis *d. ſuppoſit. 1.* Denique illud, quod obſtare videbatur quoad ius gentium, tolletur ex iis, quæ dicemus ad fin. præſentis concluſ.

Poſterior autem huius eiuſdem concl. pars, quòd
99. nimirum derogatio fideicommiſſorum † nec etiam ſit à iure naturali introducta; (ita, vt neque ſit contra, neque ſecundùm, ſed ſolùm præter ius naturale; iuxta id, quod de commutatione vltimæ voluntatis diximus *cap. 3. quæſt. 1. concluſ. 2. in initio*;) probatur primò, quia, vt *d. concluſ. 2.* de commutatione huiuſmodi oſtendimus, ſiue attendamus, ac ſumamus ius naturale iuxta Iuriſconſultos, hoc eſt, vel primæuum, quod commune eſt omnibus animantibus, vel ſecundarium, quod ſolùm hominibus, & gentibus omnibus, aut ferè omnibus commune eſt, & vocatur ius gentium; ſiue ſecundùm Theologos pro principiis moralibus, & præceptis legis naturalis in Decalogo à Deo ipſo explicatis. ab eo iure non eſt introducta derogatio fideicommiſſorum; quoniam neque communis hominibus eſt cum brutis animantibus, vt de ſe patet; ſed neque omnibus hominibus, cùm nullum eius veſtigium apud exteras gentes reperiatur: & in Romano imperio, atque orbe Chriſtiano non pauca iura ei refragentur, quæ infrà *concl. 3.* examinabimus. Denique ea derogatio ex moralibus principiis, aut eorum concluſionibus immediatis, quæ ſunt præcepta Decalogi, nequaquam per neceſſariam, & enidentem conſequentiam colligitur, vt quiſque facilè poteſt vel eo intelligere, quòd immo aliquo modo ſexto, ac decimo præcepto aduerſari videtur; dum nonnumquam alterius iuri, cui relictum eſt fideicommiſſum, aliquid detrahit, immo & iuri fideicommittentis, ſeu eius heredis, ex adductis ſuprà *cap. 6. quæſt. 1. concl. 2. circa med.* Secundò probatur, quia, cùm, vt paulo antè demonſtrauimus, fideicommiſſa à iure naturali vel gentium introducta non ſint ex eo, quòd ortum habuerint temporibus dumtaxat Cæſaris Auguſti, hinc etiam fit vt neque derogatio ipſorum fideicõmiſſorum eodem iure naturali, aut gentium, quod antiquius eſt iure ciuili Romanorum, inducta ſit; tum quòd contrariorum † eadem eſt regula, & diſciplina, *l. & ſi con-* 100.
tra, in fin. ff. de vulg. & pupill. l. penult. C. de ſolut. cum aliis adductis ab Euerard. *in loc. à contrar. num. 1. vſque ad 6.* præſertim ex Card. & Imol. *in cap. relatum, il 1. de teſtament.* Alex. *in rubr. de acq. poſſ. ff.* Bald. *in l. fin. verſ. & ſciat, & ad fin. C. de fideicom.* text. *in l. manumiſſiones, circa med. ff. de inſt. & iur.* necnon *in l. cùm proponebatur*, iuncta *gloſ. fin. ff. de legat. 2.* tum quòd non entis † nullæ ſunt qualitates, *l. eius, qui* 101.
in prouincia, prope fin. ff. ſi cert. petat. l. quidam referunt, §. 1. ff. de iur. codicill. cap. bona, il 1. verſ. contrà verò, de elect. cum aliis adductis per Ant. Gom. *tom. 1. var. reſol. cap. 1 n. 1.* & non entia nõ habent materiã, neque formam, *l. actor. C. de probat.* Bald. *l. de quibus, n. 21. ff. de legib. 6.* Gonz. *in comment. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 57. num. 32. cum ſeq.* & qualitas eſſe non poteſt ſine ſubiecto, *l. 1.* vbi Bart. *ff. de vſu, & vſufruct. legat. l. 2. ff. de vſufr. l. decem, ff. de verb. oblig. cap. ad audientiam, il 2. de Eccleſ. adific. cap. Abbate ſane, §. nec. pro eo. de ſent. & re iudic. in 6.* Mandoſ. *ſuper reg. 19. Canc. quæſt. 10. num. 4.* & Gonzal. *in d. commen. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 7. num. 70.* Atque hæc de prima huius quæſt. concluſione, quæ eſt de iure naturali: nam ad id, quod contra priorem eiuſdem concluſionis partem obiici poterat ex ſacra Scriptura, quatenus ad legem naturalem pertinet, reſpondebimus *in ſequen. concl.* vbi de iure diuino poſitiuo agamus; 1
quatenus verò ius primogenituræ, quæ ſpecies quædam fideicommiſſi eſſe videtur, eſt in vſu † apud 102.
pleraſque nationes, vt patet ex Tiraq. *in præfat. tract. de primogen. à num. 3. ad 12.* quaſi id ſit de iure gentium; vt ſentire videtur Molin. ſuprà *num. 5.* quod eſt quoddam ius naturale, iuxta prædicta; vno verbo reſpondetur, paucas admodum eſſe illas gentes reſpectu ceterarum: vnde illud ius non poteſt dici gentium, per *§. ius autem gentium, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* atque alia ſuperiùs adducta. ſed & aliter *concl. ſeq.* reſpondebimus: aliter etiam poteſt reſponderi ex traditis à Molin. *ibid. num. 6.*

SECVNDA CONCLVSIO. Derogatio fideicommiſſorum † neque eſt contraria iuri diuino po- 103.
ſitiuo, neque etiam ab eo inducta. Prior pars concl. probatur, quia, cùm ius diuinum poſitiuum diuidatur † in legem veterem, ſeu Moſaicam, & nouam, 104.
ſeu Euangelicam: illius autem præcepta quædã ſint moralia, & quædam iudicialia, quædam verò cæremonialia; huius verò ſiue ſcriptæ, ſiue non ſcriptæ, ſeu traditionis diuinæ præcepta vel ad fidem pertineant, vel ad ſacramenta; vt poſt S. Thomam, ac alios docuimus ſuprà *cap. 3. quæſt. 2. in princip. & concluſ. 1.* (de parte enim hiſtoriali vtriuſque legis nihil dicimus, tum quòd propriè ad legem non pertinet, cuius propriũ, † ac virtus eſt imperare, ve- 105.
tare, permittere, & punire; vt ait Modeſtinus I.C. *in l. legis virtus, ff. de legib.* & conſtat etiam ex Iſidor. *lib. 5. Etymol. cap. 19.* & refertur *in cap. fin. diſt. 3.*) ſi loquamur de præceptis iudicialibus, ac cæremonialibus legis veteris, cùm vtraque † expirauerint per 106.
Chriſti Domini mortem, vt ſatis oſtendimus ſtatim

antè *d. concluſ.* 1, apertè ſequitur, quòd, vbi etiam in ea parte legis veteris, quæ huiuſmodi præcepta continent, adeſſet prohibitio derogandi fideicommiſſis, quæ tamen non adeſt, adhuc ea prohibitio tunc non duraret in lege Euangelica. & ſic ſoluitur quod obiici poſſe videbatur ex Deuter. *cap.* 21. ibi; *Si habuerit homò vxores duas, vnam dilectam, & alteram odioſam, genueriſque ex eis liberos, & fuerit filius odioſæ primogenitus, voluerique ſubſtantiam inter filios ſuos diuidere, non poterit filium dilecta facere primogenitum, & præferre filio odioſæ; ſed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, dabitque ei de his, quæ habuerit, cuncta duplicia; iſte eſt enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita.* Nam vbi etiam inde ſumi poſſit ius primogenituræ, cùm illud ſit præceptum iudiciale, in Chriſti morte expirauit, vt dictum, ac doctum eſt. Quòd ſi loquamur de præceptis moralibus eiuſdem legis veteris; ſiue
107. ea ſint † dumtaxat præcepta Decalogi, ſiue alia etiam pauca, vt de obſeruatione voti, & iuramenti, & ſi quæ alia ſunt his ſimilia, de quibus nos *d. concluſ.* 1. vbi etiam admonuimus, ea, ſicut & ipſa præcepta Decalogi, potiùs eſſe declarationes, & promulgationes legis naturæ, & tamquam concluſiones ex principiis moralibus deductas, vt omnes Theologi tradunt cum S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 99. *art.* 2. *& quæſt.* 100. *art.* 1. 3. *&* 11. atque inter alios Dominic. Sot. *lib.* 2. *de iuſt. & iur. quæſt.* 5. *art.* 4. *concl.* 2. Couar. *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 17. *num.* 1. pariter non video, quomodo prædicta prohibitio derogationis fideicommiſſorum in illis præceptis contineatur ſiue directè, & expreſsè, de quo nemo dubitare poteſt, cùm per ſe pateat; ſiue etiam indirectè, & tacitè, quia fortaſſe per aliquod ex his præceptis inductum ſit fideicommiſſum, vel tributa poteſtas fideicommittendi, cùm etiam permiſſio pars, ſeu virtus legis ſit, vt paulo antè ex *d. l. legis virtus, ff. de legibus, & d. cap. fin. diſtinct.* 3. oſtendimus. Nam,
108. licèt † de iure primogenituræ (quæ ſpecies quædam eſt fideicommiſſi, cùm penè idem ſit cum fideicommiſſo familiæ relicto, vt infrà hoc ipſo cap. opportuniore loco, quæſt. nimirum 4. oſtendemus,) mentio fiat *Geneſ.* 25. vbi Eſau vendidit primogenita ſua Iacob fratri ſuo: quod ius licèt tunc paruipenderit Eſau, prout *ibidem* legitur; tanti tamen fecit Iſaac, vt nollet, putans ſe mori, ei præferre Iacob natu minorem, neque id, niſi ignarus, ſed Dei nutu fecerit Iſaac *Gen.* 27. vbi etiam hac de re Eſau ipſe conqueſtus eſt: & Paulus Apoſtolus *Hebr.* 12. factum illud Eſau reprehendit iis verbis, *ne quis profanus, vt Eſau, qui propter vnam eſcam vendidit primogenita ſua.* licèt præterea *Gen.* 48. Iacob moriens in benedictione filiorum Ioſeph commutatis manibus prætulerit Ephraim natu minorem Manaſſi primogenito, reluctante Ioſeph, ac dicente, *non ita conuenit pater, quia hic eſt primogenitus*; quod quidem fecit Iacob in pœnam Ruben filij ſui, eius primogenita in Ephraim transferens, vt colligitur ex eodem cap. *Geneſ.* 48. *&* 49. apertéque conſtat ex 1. *Paralipomen. cap.* 5. in illis primis verbis; *filij quoque Ruben primogeniti Iſrael; ipſe quippe fuit primogenitus eius, ſed cùm violaſſet torum patris ſui, data ſunt primogenita eius filiis Ioſeph filij Iſrael.* & poſt pauca; *primogenita autem reputata ſunt Ioſeph.* Vnde hæc fortaſſe eſt illa vna pars, quam ei ſe dare extra fratres ſuos Iacob eiuſdem pater ait *d. cap.* 48. *Geneſ.* ex quibus verbis, ac poſtremis illorum, quæ paulo antè retulimus ex *Deuteron.* 21. ſatis colligi videtur, ius hoc primoge-
109. nituræ iure diuino veteris Teſtamenti fuiſſe, † vt primogenitus duplicem hereditatis portionem obtineret, cùm ceteri filij vnam, & ſimplicem ſinguli haberent: quod etiam ex *d. cap.* 21. S. Hieronym. & aliis præter S. Thom. & Cornel. à Lapid. *in locum D. Pauli cuat.* Perer. *in lib. de benedict. duodecim Patriarcharum, num.* 13. *&* 14. Ioleph. *lib.* 4. *antiquit. cap.* 6. & eruditiſſimum noſtrum Patrem Auguſtinum Torniell. *in ſuis annalibus ſacris ab orbe cond. ann.* 2223. *num.* 3. adnotauit ex Iureconſultis Ioan. Andr. Card. Florent. & Abb. *in cap. licèt, de vot.* atque alij, quos refert, ac ſequitur Tiraq. *d. tract. de primogen. in præfat. num.* 12. vbi etiam iuncto *num.* 17. *cum ſeq.* ex gloſ. *in cap. quàm periculoſum, 7. quæſt.* 1. Ioan. And. Card. & Abb. *vbi ſuprà*, necnon Barbat. *in conſil.* 18. *lib.* 2. & aliis tradit, iuri primogenituræ adiunctum fuiſſe apud Hebræos ſacerdotium; quod & oſtendunt Interpretes *in eundem locum Paul. & Geneſ.* 25. vbi etiam inter ceteros Abulenſ. Torniell. & Perer. *in locum Geneſ.* Iuſtinian. & Cornel. *in locum Pauli*, poſt alios docent, id verum fuiſſe quoad Hebræos à diluuio vſque ad legem Moyſi, per quem ſacerdotium tranſlatum eſt in tribum Leui, & deſcendentes Aaron ſummi Sacerdotis. quo tempore quoque, ante legem nimirum Moyſi, primogenitus dominium quoddam habebat in ceteros fratres, vt iidem auctores, præſertim Cornel. & Perer. hoc ipſum, & quod de duplici portione hereditatis dictum eſt, colligunt ex illo *Geneſ.* 49. cùm Iacob dixit, alloquens Ruben primogenitum; *prior in donis, maior in imperio*, ideſt, eſſe debebas. atque hoc de dominatu in fratres colligit Tiraq. *in d. præfat. num.* 21. ex illo *Geneſ.* 27. vbi Iſaac benedicens Iacob, quem ipſe putabat, Dominus autem conſtituerat, primogenitum; *eſto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ*: & poſt pauca; *dominum tuum illum conſtitui, & omnes fratres tuos ſeruituti illius ſubingani.* & *Geneſ.* 25. ipſe Dominus dixerat Rebeccæ matri, *maior ſeruiet minori.* Immo & primogenitis Hebræorum regnum quoque debebatur, vt ſentit inter alios Perer. *d. num.* 14. allegans Paraphraſtem Chaldæum, qui verba illa Geneſ. 49. *prior in donis, maior in imperio*, ita vertit, tuum erat, vt acciperes tres partes potiores præ fratribus tuis, ſacerdotium, primogenituram, & regnum; ſed quia peccaſti, data eſt primogenitura Ioſeph, regnum Iuda, & ſacerdotium Leui; atque ex D. Hieronymo tradit etiã Tiraq. *in d. præfat. num.* 19. id probans ex eo, quod ſcribitur 2. *Paral.* 21. de Ioſaphat Rege Iuda, quòd regnum tradidit Ioram eo, quòd eſſet primogenitus; idipſum docens *numer.* 22. *vſque ad* 35. eſſe de more, & iure multarum, immo omnium penè nationum, vt regnum deferant primogenitis: ita, vt dici poſſe videatur, hoc eſſe de iure gentium. quod etiam monet Tiraq. *d. num.* 22. *&* 35. *cum duob. ſeqq.* Alias verò minutiores prærogatiuas, quæ etiam ferè omnes prædictis deſeruiunt, & affines ſunt, commemorat Perer. *d. num.* 14. & poſt alios Lud. Molin. iun. *de iuſt. & iur. tract.* 2. *diſput.* 577. *numer.* 1. & Ludou. Molin. ſen. *tract. de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 2. *&* 3.

Quamuis, inquam, hæc ita ſint; adhuc tamen recedendum non eſt ab eo, quod ſtatuimus, ſicut iure naturali, & gentium, ita neque iuri diuino poſitiuo etiam tacitè, & indirectè contrariam eſſe derogationem fideicommiſſorum. Vt enim admittamus, ius primogenituræ apud Hebræos, & alias nationes introductum fuiſſe, & eſſe: (vt alia diſcrimina † 110.
inter illud, & noſtrum primogenium omittam, de quibus Molin. iun. *ead. diſp.* 577. *num.* 2. & ſen. *d. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 6. & relati ab ipſo *d. cap.* 2. *num.* 3. *in fin.*) illud etiam

etiam ius non eſt ex hominis diſpoſitione primò, & per ſe, cuiuſmodi ſunt fideicómiſſa, quarum ſpecies quædam eſt primogenitura, ſeu maioratus valde ſimilis fideicõmiſſo familiæ relicto, vt *quæſt. ſeq. ſuppoſ.* 1. latiùs oſtendemus; ſed ex iure ſiue ſcripto, ſiue non ſcripto, quod conſuetudinẽ vocant; vel ſi ab hominis etiam diſpoſitione manant, id fit ad obſeruationem huiuſmodi legis ſcriptæ, vel non ſcriptæ, ſeu moris, vt ſatis patet ex ſacræ Scripturæ locis, & auctoribus citat. Deinde ſecluſa regnorum, & feudorum ſucceſſione, ibidem non agitur de producenda, ac perpetuanda hereditate, aut re aliqua paterna, vel auita in familia, ſeu ab vno in alium gradum; vel de alienationis eiuſdem rei, aut hereditatis prohibitione, quod proprium eſt, ſeu acceſſorium fideicommiſſi, *l. de fideicommiſſo, C. de tranſact. & l.* 1. *C. de pact.* iuncta *l. filius familias, §. diui il* 2. *ff. de legat.* 1. *& l. vlt. C. comm. de legat. & fideicomm.* cum ſimil. Sed de ſimplici ſucceſſione in ipſius patris hereditate, aut bonis cum aliqua prærogatiua. non erat tamen vetitum ipſi primogenito ius ſuæ primogenituræ alteri vendere, vt fecit Eſau *Gen.* 25. (licèt communior interpretum tum *ibi*, tum *Hebr.* 12. ſententia ſit, illum peccaſſe peccato ſimoniæ, ratione ſpiritualis, nimirum ſacerdotij annexi; quod ſuadent verba citata Hebr. 12. *ne quis profanus, vt Eſau, qui propter vnam eſcam vendidit primogenita ſua*; id enim ſignificare videtur verbum illud, *profanus*: vel peccato contemptus rei ſpiritualis, aut gulæ, vt alij voluerunt, & præſertim Cornel. à Lap. *in d. cap.* 12.
111. *Hebr.* ex Lipom. *ibi*:) quoniam † tamquam acceſſorium tranſit cum principali, vbi transferatur cum vniuerſitate bonorum etiam per venditionem; prout de iure patronatus, ſiue iure præſentandi ad beneficium Eccleſiaſticum, quod ius eſt ſpirituali annexum, *cap. quanto, de iudic. & cap. de iure, de iurepat.* cautum eſt, vt vendi cum aliis bonis, quibus eſt annexum, poſſit, *in cap. ex literis, & cap. cùm ſeculum, eodem tit.* neque etiam vetitum erat patri ius ipſum primogenituræ in alium transferre; prout Iacob feciſſe de primogenitura Ruben ſup. ex *Gen.* 48. *&* 49. oſtendimus: neque aliter prohibita erat derogatio huius iuris primogenituræ, & qualisqualis fideicommiſſi. Et hoc quoad legem veterem, aut etiam naturalem, quatenus de ea ex veteri Teſtamento aliquid hac in re colligi poſſe videbatur, quòd nimirum in eo præciperetur primogenitura tamquam ſpecies fideicommiſſi, atque adeò indirectè, ac tacitè inibi prohiberetur fideicommiſſi derogatio. ex his enim ſatis patet, eam neutro iure fuiſſe prohibitam. Quoad legem autem Euangelicam,
112. quòd † neque etiam ex ea id colligatur, facilè conuincit ratio, qua hoc ipſum generatim de commutatione vltimarum voluntatum latè comprobauimus ſup. *cap.* 3. *quæſt.* 2. *concl.* 1. *circa medium*, quia
113. videlicet Chriſtus Dominus † nullum illud præceptum morale poſitiuum dedit in lege Euangelica, præter præcepta fidei, & ſacramentorum; vt poſt S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 108. *art.* 1. *cum ſeq. & quodlib.* 4. *art.* 13. tradit Conar. *in epit.* 4. *Decretal.* 2. *part. cap.* 6. §. 10. *num.* 1. *& lib.* 1. *var. reſol. cap.* 17. *num.* 2. *verſ. præterea*, Sot. *in* 4. *ſenten. diſt.* 40. *art.* 4. ſentitque Suarez *lib.* 10. *de leg. cap.* 2. *num.* 5. dicens, hoc eſſe commune axioma Theologorum. inter huiuſmodi autem præcepta certum eſt non contineri illud, quo derogatio fideicommiſſi prohibeatur. Sed neque dici poteſt, hoc præceptum contineri in moralibus Decalogi, aut aliis moralibus in veteri Teſtamento contentis, quæ ſimul naturalia ſunt, & à Chriſto Domino confirmata, ac declarata, iuxta id, quod *d. quæſt.* 2. *in princ. & concl.* 1. diximus: nam, vt *d. concl.* 1. *circa mediam*, generatim de vltimarum voluntatum commutatione docuimus, ſicut præceptum de non derogando fideicommiſſis in illis moralibus præceptis non continetur, quatenus ea ſunt pars legis veteris, aut naturalis, quod conſtat ex ſupradictis; ita neque continebitur, quatenus ea præcepta à Chriſto Domino approbata, confirmata, & declarata fuerunt; cùm in iis approbandis, confirmandis, aut declarandis nihil hac in re immutarit, vt de ſe patet. Atque hæc de priori parte præſentis noſtræ concluſionis.

Poſterior autem eiuſdem pars, quòd nimirum † 114.
derogatio fideicommiſſorum præcepta, & introducta non ſit iure diuino poſitiuo, confirmatur tum ſecundo fundamento cum proportione applicato, quo poſteriorem partem præceden. concl. quoad ius naturale comprobauimus; tum etiam aliis fundamentis, quibus ad priorem huius concluſ. partem confirmandam vſi ſumus. Sicut enim in præceptis veteris, aut noui Teſtamenti non continetur illud, quo prohibeatur derogatio fideicommiſſi, vt ſuprà oſtendimus: ita non continetur hoc, quo eadem derogatio præcipiatur; & quidem multo minùs, quàm illud. nam, ſi quod huius rei veſtigium in diuina Scriptura, ſeu diuino iure poſitiuo reperitur, illud potius eſt circa derogationis fideicommiſſorũ prohibitionem, quàm circa eiuſdem derogationis præceptum. Sed neque etiam prædicta prohibitio ex eo iure colligi poteſt, vt conſtat ex ſupradictis in præſenti concluſione; quæ ideo ſatis, ni fallor, confirmata manet quoad vtramque ſui partem: quare ad alias huius eiuſdem quæſtionis tranſeamus.

Tertia conclvsio. Derogatio fideicommiſſi, licèt † non ſit regulariter, & omnino iuri hu- 115.
mano poſitiuo conformis: tamen in multis caſibus ab eo iure ſiue permittendo, ſiue etiam præcipiendo introducta eſt. Prior pars concl. probatur tum ex multis iuribus adductis ſupr. *cap.* 3. *quæſt.* 3. *concl.* 1. in quibus habetur, vltimas voluntates regulariter executioni fore mittendas, non autem immutandas: nam & fideicommiſſum ſpecies quædam vltimæ voluntatis eſt, vt ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt.* 1. *poſt med.* ex Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 1. *tit.* 5. *num.* 1. *&* 2. docuimus; & derogatio fideicommiſſi immutatio quædam eſt vltimæ voluntatis, vt *eadem quæſt.* 1. *verſ. dixi ergo primò*, ſatis oſtendimus. tum ex eo, quòd fideicommiſſum ſiue vniuerſale, ſiue particulare à iure ciuili eſt introductum tempore Auguſti Cæſaris, *Inſtit. de fideicomm. hered. in princ.* ſeu §. 1. *& fin.* cum aliis, quibus nos id docuimus *d. quæſt.* 1. *circa initium*, & hac ipſa *quæſt.* 3. *concl.* 1. non longè ab initio; & vtrumque paſſim in iure approbatur, vt *ff. de legat. & fideicomm.* 1. 2. *&* 3. *C. de fideicom. item C. comm. de legat. & fideicomm. ff. & C. ad leg. Falcid. & ad S. C. Trebell. Inſtit. de fideicomm. hered. & Inſtit de ſing. reb. per fideicom. relict. per tot.* atque alibi ſæpe. ex quo ſatis apparet, iuris mentem eſſe, vt fideicommiſſa ſuſtineantur, atque adeò ne iis ſaltem paſſim, & indiſtinctè derogetur. & hanc ob cauſam diximus in hac priori parte concluſionis, derogationem fideicommiſſi non eſſe regulariter, & omnino iuri humano poſitiuo conformem, hoc eſt, ex huius iuris intentione indiſtinctè, aut etiam vtplurimum faciendam: vnde &, cùm ea fit legis ipſius auctoritate, vtputa, cauſa æris alieni, legitimæ, dotis, Trebellianicæ, & ſimilium, de quibus in multis ſeqq. concluſ. fideicommiſſo quoad minùs fieri poteſt, & quantum neceſſitas patitur, detrahit, vt *ibidem* videbimus Quatenus verò ex prædictis verbis concluſionis noſtræ colligitur, hanc ipſam fideicommiſſorum derogationem aliquo mo-

do, & in aliquo caſu eſſe eidem iuri humano poſitiuo conformem ; hoc ideo diximus , tum quòd in
116. pleriſque caſibus † idem ius humanum poſitiuum aut præcipit , aut ſaltem permitit derogationem fideicommiſſorum , vt mox latiùs dicemus in poſteriori huius concl. parte , & fuſiùs in multis ex ſeqq. concluſionibus proſequemur : tum etiam quòd aliqua iura generatim huic derogationi maximè faueant,vt *in l.*2-quæ incipit , *non vſque adeò , ff. ſi à paren.quis manumiſſ.ſit* ; vbi dicitur, iniquum eſſe ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem : at verò fideicommiſſum ſecum adducit prohibitionem alienationis, *l. filiusfamilias, §. Dini,il 2.ff.de legat.1.l.fin. §. ſed quia noſtra , C. comm. de legat. & fideicom.* cum ſuis concord. *ibidem* per gloſ.& Doct. alleg. vnde & illud ſequitur , quòd fideicommiſſa liberas rerum commutationes perturbant,contra *l.dudum,C.de contrah.empt.*& faciunt, ne quis in re ſua effectu ſit moderator , & arbiter, contra *l. in re mandata, C. mand.* præterea fideicommiſſa ſeruitutem quandam imponunt rei , quæ relinquitur,aut etiam propriæ heredis,& grauati, iuxta *§.præterea,Inſtit.de fideicom.hered.& §.poteſt autem, Inſtit.de ſing.reb. per fideicom. relict.* vt eam reſtituat, neque alienet : & in ſpecie fideicommiſſum eſſe onus conſtat ex *l. coheredi , §. cùm filia, ff. de vulg. & pupill.l.quoniam in prioribus,C.de inoff. teſtam.* ac pleriſque iuribus,contra naturalem regulam *l.altiùs, C. de ſeruit.& aq.cap.nimis,de iureiur.* necnon inducunt votum captandæ mortis,*l.de fideicommiſſo,C.de tranſact.* contra *l. vlte C.de pact. cap. deteſtanda , & cap. ne captanda aliena mortis , de conceſſ. præben.in 6.* ad hæc aliter etiam præbent materiam delinquendi : nam heredes , aut aliàs grauati ſæpe vendunt , vel aliter alienant bona fideicommiſſaria tamquam libera,& emptores poſtea ſpoliantur re,& pretio,quia eorum auctor ſit impotens : iura autem abhorrent actus, per quos aliis præbetur occaſio delinquendi,*l.conuenire, ff.de pact. dotal. d. cap. ne captanda* , necnon *cap. error,*8 *3.diſt.cap.negligere,*2.*quæſt.7. cap. nihil, de præſcript.cap.*2.*de nou.oper.nunt.& cap.qui alios , de hæret.* cum ſimil. Accedit quòd fideicommiſſa,vt experientia docet , ſunt ſeminarium litium. ſæpe enim controuertitur de caſu,de perſonis,de rebus , de voluntate,de verbis, & eorum interpretatione , de detractionibus,de alienationibus, de imputationibus , de melioratione,de fructibus,& multis aliis ; ita, vt ſæpe lites fideicommiſſariæ à poſſeſſoribus potentibus, & litigioſis immortales fiant ; cùm tamen iura ſtudeant lites amputare , eiſque finem citiùs imponere,*l.quidam, ff.ſi cert.petat.l. properandum, C. de iudic. cap.nonnulli, de reſcript.cap.finem litibus, de dol. & contumac.*ac præcipuè *in cap.*1.*de appell. in 6.* Faciunt denique alia pleraque iura & fundamenta , vnde probari videtur fideicommiſſum eſſe odioſum,congeſta inter ceteros per Card.Mantic. *tract. de coniect. vltim.volun.lib.7.tit.*1.*à num.*1.*ad* 15. Marzar. *in epitom.de fideicomm. quæſt.*1. Peregr. *d.tract.de fideicom. art.*1.*num.*23.*& art.*52.*num.* 114. quorum aliqua adducemus infra hac ipſa quæſt. *concl.vlt.* Illud autem hic non prætermittam,quod valde ad hanc rem, de qua nunc agimus,facit,& adducitur à Mantic.*d.tit.*1.
117. *num.*7. nimirum , quòd teſtator † non poteſt præcipere heredi, vt de rebus ſuis non diſponat,*l. cum pater,§.mando.ff.de legat.* 2. ex his porrò quæ iam diximus , valde confirmatur poſterior pars huius 3. noſtræ concl. quæ etiam probatur primò ex pleriſque iuribus tam ciuilibus , quam canonicis , in quibus expreſsè aut præcipitur, aut ſaltem permittitur vltimæ voluntatis commutatio , per nos relatis ſuprà *cap. 3. quæſt. 3. concl.* 2. maximè quoad legata: eſt enim fideicommiſſum ſpecies quædam vltimæ voluntatis,& derogatio quædam commutatio,vt initio huius concl.ex ſuprà per nos traditis admonuimus: ac vniuerſalibus quidem legatis vniuerſalia fideicommiſſa, & ſingularibus ſingularia exæquata ſunt, vt ſuprà hoc ipſo cap.*quæſt.*1.*circa medium*, præcipuè ex Mantic. *de coniect. vltim.volunt.lib.*7. *tit.*1. *num.*4. id ex communi tradente oſtendimus. atque in terminis fideicommiſſi particularis , vt poſſit ei derogari , illud conuertendo in alium vſum ; text. eſt *in l.legatum,ff. de vſ.& vſufr. legat. in fin.* ibi ; igitur adhibitis heredibus, & primoribus ciuitatis diſpiciendum eſſe,in quam rem conuerti debet fideicommiſſum. Secundò ex pleriſque caſibus, in quibus derogatio fideicommiſſorum,fit iuris auctoritate , ſeu ius ipſum ſaltem tacitè deroget fideicommiſſis , præcipiendo, aut permittendo alienationem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum fieri , vel ex eo aliquid detrahi certis de cauſis,vtputa ob æris alieni diſſolutionem , legitimæ , Falcidiæ, aut Trebellianicæ detractionem,necnon eiuſdem fideicommiſſi præſcriptionem , & ſimilia ; de quibus ſingulis in primis octo ſeqq.concluſionibus nunc agemus.

QVARTA igitur CONCLVSIO ſit. Derogatio fideicommiſſi † iuris auctoritate fit pro ſolu- 118.
tione æris alieni ipſius teſtatoris. ita in ſpecie tradit Peregr. *d. tract. de fideicomm. art.* 52. *num.* 107. ex dictis per ipſum *art.* 39. *num.* 1. qui id latiùs tradit *art.* 35.*num.* 1. *& art.*40. *num.* 18. *&* 23. *cum aliquot ſeqq.* text. eſt *in l.filiusfamiliæ, §. dini, il* 2 *ff.de legat.* 1.*l. pater filium,in princ. ff. de legat.* 3. *l. Ariſto, ff. de inr. delib. l. non ſolum , ff. de petit. hered.l. cùm fidei, ff. de fideicomm. libert. l.* 1.*C. ad S.C. Trebell.* cum ſuis concord.

Ampliatur autem hæc concluſio primò , vt procedat† etiam quoad æs alienum à teſtatore debitum 119.
ipſi heredi : ita poſt alios Card.Mantic. *tract. de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 15. & Peregr. *d. art.* 35. *num.* 1. *& art.* 39. *num.* 1. *& art.* 40.*num.* 18. præcipuè per text. *in l.* 2. *§. cùm quis* , aliàs *§. ſi quid, verſ. cum quis, ff. de hered.vel act.vend.l. penult. ff. ad Trebellian. & l.* 1. *C. debitor. vendit. pignor. imped. non poſſ.* addit autem Mantic. *d. num.* 15. text. *in l. in imponenda, & l. irritum, C. ad leg. Falcid. l. debitor, ff. ad Trebell. l. ab omnibus, §. vlt. ff. de legat.* 1. *& l. Stichum , aut Pamphilum , §. aditio* , iuncta gloſ. *in verbo, retinet, ff.de ſolut.*

Quæ ampliatio extenditur primò , vt procedat etiamſi heres non confeciſſet inuentarium , ita poſt alios Peregr.*d.art.* 35. *num.* 1.& Mantic. *d. num.*15, probans id procedere, etiam de iure nouo. Secundò extenditur, vt procedat, etiamſi teſtator huiuſmodi debitum ſuo creditori prælegauerit.ſic Peregr.*d.art.* 35.*num.* 2. per text. *in l. Lucius,§.maritus, ff. ad Trebell.* cui addo text. *in l. cùm heres ,la* 2. *ff. eod.tit.* extenditur tertiò , vt hæc deductio fieri poſſit ope exceptionis per retentionem rerum : vt voluit Peregr. *ibidem num.* 3. poſt alios *ibi* ab eo citat. *& num.* 1. Quartò extenditur , vt non teneatur heres grauatus fideicommiſſo conditionali compenſare fructus perceptos pendente conditione cum ſuis creditis versùs teſtatorem ; vt ex commun.ſententia in iudiciis recepta contra paucos reſoluit Peregr.*d. tract. de fideicom. art.* 35. *num.* 10. *&* 11. vbi eam declarat,vt inf.*declarat. vlt. huius ampliat.* extenditur denique hæc eadem 1. ampliatio, vt in 3.ampliat. cum tribus ſeqq. & vlt.declarat. ipſius princip. concluſ. Reſtringitur autem primò præſens 1. ampliatio, niſi teſtator heredem grauaſſet, vt ſibi remitteret debitum ; vt poſt Natt. *conſ.*110. *num.* 3. docet Peregr. *d. num.* 3. ex eius dictis in eo conſ. ſumens,& explicans

num. 5.

num. 5. *cum tribus ſeqq.* in quibus tacitè colligitur teſtatorem ſic voluiſſe: quorum prior eſt, cùm teſtator bona ſua ſubiecciſſet perpetuo fideicommiſſo, & mandaſſet heredi, ne ſuper his bonis controuerſiam, aut moleſtiam aliquam fideicommiſſario faceret: alter cùm teſtator expreſsè prohibuiſſet alienationem quorumdam bonorum, veluti immobilium, vt perpetuò in familia manerent; nam ex hac prohibitione videretur ſuper his interdicta detractio æris alieni debiti à teſtatore heredi ſuo.

Declaratur verò hæc prima ampliatio primò, vt
120. † eueniente caſu reſtitutionis fideicommiſſi heres grauatus, ſeu heredis heres poſſit pro ſuis creditis deducere tot bona hereditaria pro communi pretio, iuxta tempus mortis teſtatoris; vt latè probat Peregrin. *d. art.* 35. *num.* 12. *vſque ad* 28. ſimul oſtendens extunc à iure fingi heredem ſibi ex iis bonis ſoluiſſe. *num.* autem 20. *cum ſeq.* contra quoſdam relatos *num.* 19. docet, id procedere quoque in creditoribus quantitatis heredibus ſcriptis, & *num.* 22. hanc factam ſolutionem non cenſeri prius factam in bonis mobilibus, quàm immobilibus. quod temperat *num.* 25. niſi creditum eſſet mobilium, aut fideicommiſſum eſſet particulare in bonis immobilibus. *num.* autem 24. *& quatuor ſeqq.* tradit, quid ſtatuendum ſit, quando ex inuentario non apparet de bonis mobilibus, aut quando inuentarium non
121. eſt confectum. Declaratur ſecundò, quòd, † ſi heres grauatus alienaſſet de bonis hereditariis, (etiam fideicommiſſo ſubiectis in aliorum non ſubiectorum defectum, iuxta latè tradita à Peregr. *d. art.* 40. *num.* 22.) alienationes factæ imputarentur in credita ipſius heredis, ſicuti in legitimam, & Trebellianicam; prout fuſiùs idem comprobat *art.* 39. *num.* 1. *cum tribus ſeqq.* in quo articulo multa habes de hiſce imputationibus: atque ita declarat ipſemet Peregr. *d. art.* 35. *num.* 38. *in fin.* Declaratur tertiò, quòd heres grauatus per fideicommiſſum vniuerſale conditionatum non detrahit credita ſua ſuper fideicommiſſo tantùm, ſed etiam proportionabiliter ſuper detractionibus ſuis pro legitima, & Trebellianica. ita Peregr. *d. art.* 35. *num.* 39. quia æs alienum
122. † diminuit vniuerſam hereditatem, & præualet legitimæ, ac Trebellianicæ, *l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoff. teſtam. & l.* 2. *C. ad Trebell.* ſubditque id notari à Natt. *conſ.* 321. *num.* 3. & ſic practicari.

Declaratur denique quod dictum eſt extenſ. 4. de
123. fructibus perceptis ab herede, vt † cum iis nō compenſentur ipſius credita, procedere in vero eius credito proueniente ex contractu, vel facto ipſius teſtatoris, aut auctorum ſuorum: ſecus autem in credito proueniente ex legis diſpoſitione, veluti pro alimentis, aut pro dote. ita poſt alios declarat Peregr. *d. art.* 35. *num.* 10. ex text. quoad dotem *in l. mulier, §. cùm proponeretur, ff. ad S.C. Trebellian.* idem docens *num.* 11. per text. *in l. quod de bonis, §. quod autem, ff. ad leg. Falcid.* quando teſtator nedum ſua, ſed etiam propria heredis bona reſtitui iuſſerat, tunc enim compenſantur, vt relictum valeat. & idem quoque cùm teſtator grauaſſet heredem in re per teſtatorem debita ipſi heredi grauato, ex *l. cùm pater, §. Tuio, ff. de legat.* 1. *& l. Imperator, §. cùm quidam, ff. de legat.* 2.

Ampliatur ſecundò principaliter hæc quarta
124. concluſio, vt † poſſint alienari bona prohibita alienari, quia ſubiecta ſint fideicommiſſo, pro ære alieno ipſius heredis erga alium. ita Craſſ. §. *fideicommiſſum, quæſt.* 58. *num.* 1. Peregr. *d. art.* 40. *num.* 20. præcipuè per text. *in l. peto, §. prædium, ff. de legat.* 2. & Bart. *ibi & d. l. pater filium.* ac Doct. communiter *d. §. diui, il* 2. idque extendit poſt alios, etiamſi teſtator prohibuiſſet rem quoquomodo alienari, vel iuſſiſſet rem perpetuò in familia manere. reſtringit verò Craſſ. *d. quæſt.* 58. *num.* 1. per text. *in d. §. prædium.* & Peregr. *d. art.* 40. *num.* 21. ex communi poſt Ruin. *conſ.* 109. *num.* 20. *lib.* 2. alienationem ex hac cauſa ab herede factam valere in vita alienantis tantùm: vnde nonnulla infert. & *num.* 22. poſt Bart. & alios *d. l. pater filium*, docet, quòd, cùm propter neceſſitatem æris alieni permittatur hæc alienatio, ideo oportet non extare alia bona non prohibita alienari. Reſtringit ſecundò Craſſ. poſt alios ex communi *d. quæſt.* 58. *num.* 2. ſentiúntque Curt. iun. & Ruin. quos refert in hoc non diſſentiens Peregrin. *d. num.* 20. necnon Imol. Rom. Bald. & Salicet. citat. ab Alex. *in l. Marcellus, §. res quæ, num.* 3. *ff. ad Treb.* vbi æs alienum ſoluendum eſſet ab herede grauato propter condemnationem ex delicto: quod etiam plerique tenent, quos ſequitur communem afferens Io. Petr. Surd. *conſil. de alimen. tit.* 6. *quæſt.* 12. *num.* 17. ipſe autem Alex. *d. num.* 3. contrarium ſentit, vbi culpa non eſt præordinata ad caſum, hoc eſt, euerſionē fideicommiſſi; ad hoc allegans Raphael. Fulgoſ. *d. §. res, quæ.* idque comprobat ſatis firmis rationibus. quæ opinio poſſet procedere, vbi heres eſſet ex deſcendentibus fideicommittentis, argum. *l. inhemus, in princ. & §. fin. C. ad Trebell.* Ratio eſſe poteſt, quia tunc præter communem fauorem pietatis, quæ eſt in redemptione captiuorum, & coniectura pro herede, quem teſtator prædilexit inſtituendo, concurrit fauor, & pietas naturalis liberorum. & confirmari poteſt ex iis, quæ dicemus infrà *concl.* 14. omnino verò admittenda eſt prædicta poſterior opinio in ſpeciali caſu *Authen. contrà cùm rogatus, C. ad Trebell.* heredis grauati reſtituere, quod de hereditate ſupererit; de quo infrà *concl.* 11. *huius quæſt.*

Ampliatur tertiò, vt † non ſit neceſſarium iudi- 125.
dicis decretum pro validitate alienationis rerum fideicommiſſariarum in ſatisfactionem creditorum; ſicut requiritur in alienatione rerum minorum, vt eorum creditoribus ſatisfiat; iuxta *l. magis puto, §. non paſſim, ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cur. ſunt.* ita tenet Peregr. *d. art.* 40. *num.* 23. quia text. *in d. §. diui, as d. §. prædium, & d. l. pater filium*, non requirunt decreti interpretationem: ſed ad iuſtificandum contractum venditionis ſufficit demonſtrare, nulla extitiſſe alia bona libera, & idem pretiū verſum fuiſſe in ſolutionem creditorum: ſubdens, id fuiſſe de mente Bald. *in l. fin. §. etſi præfatam, col. fin. C. de iur. delib.* neque obſtare *d. §. non paſſim*, quoniam diuerſa eſt ratio in minorum tutoribus, & curatoribus, quorum perſona non eſt integra, & adminiſtratio non eſt iure dominij. & ad *l. ait prætor, ff. de iur. delib.* quæ in ſimili vrgere in contrarium videtur, reſpondet, heredem ſcriptum, pendente tempore ad deliberandum dominum non eſſe, ideóque interim prætore inconſulto non alienare res hereditarias; heredem autem per fideicommiſſum conditionale grauatum interim dominum eſſe, ac poſſeſſorem. hanc autem ampliationem ex aliis quoque confirmat tum *ibi*, tum *num.* 24.

Ampliatur quartò, vt † non ſit neceſſe, quòd ad 126.
inſtantiam creditorū bona capiantur, & ſubhaſtentur; ſed heres poterit ſponte ſua ad bonorum alienationem procedere, & eorum pretio creditores dimittere. ſic Peregr. *d. art.* 40. *num.* 25. per text. *in d. l. pater filium, in princ.* neceſſe tamen fore quòd creditores vrgeant. arg. *d. §. non paſſim*, & ex Gabr. ſic declarante *conſ.* 118. *num.* 5. *vol.* ..

Ampliatur quintò, vt † nec fideicommiſſarius 127.
res per heredem alienatas pro ſolutione creditorum defuncti repetere poſſit pretio reſtituto. ita in ſpecie

Peregr

Peregr. *d. art.* 40. *num.* 27. quia iura prædicta permittunt alienationem nulla redhibēdi addita conditione; & quia factum legitimè retractari non conuenit, *cap. factum legitime, de reg. iur. in 6.* sicut etiam res alienatas ab herede grauato dotium constituendarum, aut restituendarum causa fideicommissarius nequit vindicare oblato pretio, vt idem probat *art.* 42. *num.* 23. *& seqq.* sicque censuit Ias. *cons.* 161. *lib.* 4.

128. Amplia sextò, vt †alienatio rei alicui particulariter legatæ, aut fideicommissæ facta pro solutione creditorum valeat in præiudicium illius personæ particularis; vbi talis alienatio facta est ad instantiam creditorum auctoritate magistratus: secus si facta fuit ab herede, cùm extent alia bona hereditaria; vt post Bald. *d. l. final. §. & si præfatam, C. de iur. delib. quæst.* 4. ex sententia quoque aliorum, id tamen declarans, tradit Peregr. *d. art.* 40. *num.* 28.

129. Ampliatur septimò, vt conclusio procedat, † licèt testator expressè prohibuerit bonorum alienationem. ita per text. *in d. l. filiusfamilias, §. dixi, il* 2. *ff. de legat.* 1. sentit *ibi* glos. *in verbo, sed hæc,* expressè verò post Rip. *ibidem num.* 24. & infrà, tenet Peregr. *d. art.* 40. *num.* 18.

130. Ampliatur octauò, vt † etiam non confecto per heredem inuentario solemni possint validè alienari bona subiecta fideicommisso vniuersali pro solutione æris alieni debiti à defuncto; ita, vt fideicommissarius alienationem factam reuocare nequeat: secus in fideicommisso particulari; vt satis probat Peregr. suprà *num.* 29.

Ampliatur demique præsens quarta conclusio, vt,
131. † si testator, cùm obligasset creditori prædium suum pro eius credito, vel pro annuo censu, illud in testamento fideicommisit, & alienari prohibuit; possit heres pro solutione, & liberatione illius creditoris fundum illum alteri creditori in antiquioris creditoris locum supponēndo obligare; vt probat text. *d. l. pater filium, in princ. ff. de legat.* 3. ac per eum text. tradit Peregr. *d. art.* 40. *num.* 31. atque in maioratibus Molin. *tract. de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 25. *& seq.*

Limitatur nunc primò eadem principalis conclusio, quòd, cùm alienatio bonorum fideicommissariorum permittatur ob necessitatem æris alieni;
132. † hæc facultas cessat vbi extent alia bona hereditaria, ex quibus illud solui possit; vt in terminis *d. l. filiusfamilias, §. dixi, il* 2. *ff. de legat.* 1. tradit Bart. & Alberic. *d. l. pater filium, in princip.* & alij, quos sequitur Peregr. *d. art.* 40. *num.* 22. subdens ex Gabr. *cons.* 118. *col.* 3. allegantem, venditionem fieri potuisse, quia alia bona non extiterint, probare id oportere, & fideicommissarij vindicantis fundatam esse intentionem in prohibitione, & fideicommisso: non tamen teneri heredem fideicommisso conditionali grauatum satisfacere creditoribus hereditariis de fructibus bonorum, &, si iam soluit huiusmodi credita, non teneri ea cum fructibus compensare, cùm hi sint ipsius heredis grauati, vt idemmet plenè docet *art.* 35. *num.* 10. *&* 11. vbi hoc postremum temperat, non procedere in credito proueniente ex legis dispositione, veluti pro alimentis & pro dote, tunc enim compensatur cum fructibus perceptis, quod vtrumque sup. etiam nos attigimus *ampliat.* 1. *extens.* 4. & declarauimus *declar. vlt.*

133. Limitatur secundò, quòd, † si heres vendidit rem maiori pretio supra summam æris alieni, aut poterat ex alienatione vnius prædij satisfacere creditoribus, & duo vendidit; venditio redditur inualida in excessu: prout in specie post Bart. *in l.* 1. *§. nunciato, col.* 3. *ff. de nou. oper. nunc.* tradidit Dec. *cons.* 405. *numer.* 18. quem refert, & sequitur Peregr. *d. art. num.* 40 *n.* 26. vbi post Gabr. *d. cons.* 118. *numer.* 5. subdit, retractari venditionem vnius prædij soluto eius pretio emptori, vbi heres pro modico ære alieno prædium magni valoris vendidisset; necnon vbi
134. † res alienata digna esset affectione fideicōmissarij, cùm ex aliis rebus hereditariis oneri æris alieni satisfacere potuisset. Verùm huic posteriori casui obstat, quòd, etiamsi prædium fideicommissarium non sit dignum tali affectione, adhuc retractatur eius venditio, ex eo solo, quòd ex aliis bonis hereditariis liberis à fideicommisso poterat æri alieno satisfieri, vt ex superiùs limit. præceden. post ipsum Peregrin. adductis constat.

Limitatur tandem eadem conclusio, quòd, † si
135. heres fideicommisso grauatus pro solutione æris alieni testatoris præcedente venditione, & subsequente inuestitura libelli constituerit super fundo aliquo hereditario censum, seu pensionem libellariam annuam francabilem, vel non: tunc fundus iste non intelligitur exemptus ab onere fideicommissi, & factus liber; sed restituendus erit fideicommissario cum onere annui census: vel si francatus fuerit per heredem, erit restituendus fideicommissario oblato ab eo pretio francationis. ita Peregr. *d. art.* 40. *num.* 30. dicens, ita bis decisum fuisse: & rectè, quia alienatio non fuit libera, cùm retentum fuerit in pristinam causam ius vtile, quod ideo cedit fideicommisso; & sic clarè sensisse Crau. *cons.* 202. *num.* 7. *& seqq.*

Declaratur autem hæc eadem quarta conclusio
136. primò, vt † eueniente casu restitutionis fideicommissi heres grauatus, seu heres heredis deducere possit pro debitis testatoris solutis creditoribus tot bona hereditaria habita ratione valoris temporis solutionis: vt docet Pereg. *d. art.* 35. *num.* 12. dicens, ita fuisse in variis causis obtentum: simul ostendens *num.* 15. 16. *&* 17. induci à lege fictionem, vt pro debitis testatoris à se solutis sibiipsi heres soluisse videatur. *num.* autem 22. probat, hanc iuris fictionem, seu fictam solutionem non ita se habere, vt priùs censeatur facta in bonis mobilibus, se mouentibus, & nominibus debitorum, quàm in bonis stabilibus: subdens *num.* 23. in tot grauibus causis fideicommissariis per ipsum practicatis temperamentum illud se vidisse adhibitum, vt in credita heredis grauati ex persona sua, vel ex persona defuncti, pro eius debitis, aut legatis solutis imputentur, pecunia in hereditate reperta, mobilia, quæ seruando seruari poterant, aura, argenta, margaritæ, item fructus extantes tempore mortis testatoris, saltem supra necessaria alimenta filiorum: nam hi per heredem vendi debuissent, iuxta *l. Marcellus, §. res, quæ, cum glos. ff. ad Trebell.* id autem intelligi vult in fideicommisso vniuersali; quoniam, si fideicommissum, inquit, particulare esset in bonis stabilibus, sub prætextu æris alieni hæc minui non possunt, quia fideicommissa particularia integra ab herede non confecto inuentario præstanda sunt, *auth. de hered. & Falcid. per tot.* Declaratur
137. secundò, † debita hereditaria, & legata præsumi in dubio soluta de proprio ære heredis, non de bonis hereditariis; vt probat idem Peregr. *d. art.* 35. *à num.* 34. *vsque ad* 38. vbi etiam respondet in contrarium per eum adductis *num.* 29. *& quatuor seqq.* Declaratur tertiò, quòd heres grauatus per fideicommissum
138. vniuersale conditionale † non detrahit æs alienum ab eo solutum super fideicommisso tantùm, sed proportionabiliter etiam super detractionibus pro legitima, & Trebellianica; quia æs alienum diminuit

nuit vniuersam hereditatem, & prævalet legitimæ, ac Trebellianicæ, *l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoff. testam. & l. 2. C. ad Trebell.* ex qua ratione, necnon ex Natt. id adnotante *cons.* 321. *num.* 3. idem tradit Peregr. *d. art.* 35. *num.* 39. subdens sic practicari.

139. Declaratur quartò, vt † emente vno ex fideicommissariis rem fideicommisso subiectam, ex causa æris alieni teneatur aliis portiones suas restituere, debito priùs restituto; vt tradit Peregr. *d. art.* 40. *num.* 18. *in fin.* per text. *in l. fin. §. quatuor, ff. de legat.* 2.

140. Declaratur quintò, vt† pro debito antidorali testatoris, seu causa remunerationis non possint alienari bona fideicommissi. ita Curt. iun. *Auth. res, qua, col. fin. num.* 55. *C. commun. de legat.* quia obligatio hæc antidoralis non parit vllam actionem, vt post Couar. *in rel. cap. quamuis pactum, 2. part. §. 4. num. 5.* tradit Sanchez *de matrim. lib.* 1. *disput.* 7. *num.* 15. Nec valet responsio Petræ *tract. de fideicom. prohib. quæst.* 8. *num.* 490. quòd immo ex præsumpta mente testatoris potest fieri alienatio, argum. *d. auth. res, qua,* fundatæ in ea præsumpta mente. nam immo Auth. illa fundatur in publica vtilitate, vt patet ex eius finalibus verbis. Deinde diuinare est de hac mente defuncti, cùm pauci soleant remunerare obligationes antidorales; & quòd noluerit, declarauit constituendo fideicommissum ad alterius fauorem. Non

141. obstat etiam, quòd † multa permittantur causa remunerationis, quæ aliàs essent prohibita à iure, vt donatio inter coniuges, vt probat Tiraq. *in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num.* 19. necnon *in comment. constit. tit.* 14. *num.* 10. *glos.* 2. *in princip.* 2. *fall. & in tract. de nobilit. cap.* 18. *num.* 19. ac nouissimè Sanchez *lib.* 6. *de matrim. disput.* 6. *num.* 2. & in donatione inter patrem, & filium, latè idem Tiraq. *d. verb. donat. largitus, num.* 20. Clar. *§. donatio, quæst.* 8. *vers. hac tamen conclusio,* & multa specialia remunerationis cumulauit Tiraq. *ibidem à num.* 11. *vsque ad* 67. & ab eo citati, maximè Io. Garz. *in tract. de donat. remunerat.* Nam inter multas declarationes, & conditiones ad id requisitas, quæ afferunt Tiraq. *loco citat. num.* 68. *& 70. cum aliquot sequen.* ac Sanchez *d. disput.* 6. *num.* 3. *vsque ad* 10. illa est, vt locum non habeat priuilegium causæ remunerationis, cùm agitur de alterius præiudicio; quod quidem in casu nostro versatur, non autem in prædictis casibus, in quibus causa remunerationis est priuilegiata.

142. Declaratur denique præsens conclusio, vt, † si quidem testator pro anima sua legata fecit; tunc nequeat heres grauatus fideicommisso aliqua illius bona pro ea subleuanda alienare: sicque procedat opinio Curt. iun. *in auth. res, qua, in fin.* allegantis Bald. *in l. voluntas, num.* 6. *C. de fideicomm.* & laudatorum à Petra *d. quæst.* 8. *num.* 491. negantium, posse pro anima testatoris alienari bona fideicommissaria. si verò nihil reliquit pro ea testator, tunc poterit heres alienare; tum quòd potest pro ære alieno temporali testatoris, plus verò æstimari debet æs alienum spirituale, quod cum Deo illius anima contraxit, quæ cunctis rebus temporalibus præferenda est, *l. sancimus, C. de sacrosanct. Eccl.* cum simil. tum à fortiori ex eo, quod infrà *concl.* 14. dicemus de redemptione filij eius, qui fideicommissum constituit, à captiuitate, vel carcere. nam prima charitas incipit à seipso, vt cum S. Thom. 2. 2. *quæst.* 26. *art.* 4. & 5. tradunt Theologi communiter, & ex Iurisconsultis Bald. Salicet. & alij scribentes *in l. præses,* vbi bonus text. *C. de seruit. & aqua,* maximè in bonis superioris ordinis, quæ præferenda sunt bonis inferioris ordinis, prout cum eodem S. Thom. 2. 2. *quæst.* 2. *art.* 2. & *ibi* Caiet. & cæteris interpretibus, docet inter alios Nauar. *in manual. confess. cap.* 17. *num.* 89. cum aliquot sequent.

QVINTA CONCLVSIO. Derogatio fideicommissi auctoritate legis per alienationem bonorum fideicommisso subiectorum fit quoque † pro 143. solutione legatorum per defunctũ relictorum. nam & hæc detrahuntur in restitutione. ita pluribus relatis sentit Peregr. *d. art.* 35. *num.* 1. *& 9. art.* 39. *num.* 1. *& art.* 40. *num.* 18. ac tenet quoque *art.* 52. *num.* 106. id autem satis probat text. *in l. 2. & fin. C. ad S.C. Trebell. l. in imponenda, & l. irritum, C. ad leg. Falcid.*

Ampliatur autem hæc conclusio, vt procedat etiamsi testator expressè prohibuerit bonorum alienationem; prout ex Rip. *d. l. filiusfamilias, §. diui, il* 2. *num.* 24. *& seqq.* tradit Peregr. *d. num.* 18. Ampliatur secundò, vt fructus per heredem grauatum pendente fideicommissi conditione non compensentur cum creditis ab eo solutis legatariis. ita ex communi sententia in iudiciis recepta resoluit Peregr. *d. art.* 35. *num.* 10. Ampliatur tertiò, vt heres † 144. legata sibi relicta detrahat, vt post Natt. *cons.* 323. *num.* 2. tradit Peregr. *d. num.* 9. quod intelligendum videtur modò illud legatum esset debitum heredi, vtpote in dote illata, iuxta text. *in l. cùm heres, in 2. & l. Lucius, §. maritus, ff. ad Trebell.* aliàs sibiipsi aduersaretur Peregr. qui *eod. art.* 35. *num.* 2. apertè docet, prælegata heredi, quæ ei non sunt debita, contineri in fideicommisso vniuersali, per *d. §. maritus,* vbi vxor heres mariti pro tertia fideicommissario restituit alia prælegata ipsi vxori, præter dotem. si quis tamen sustinere vellet, quælibet legata heredi grauato ab eo deduci posse ex fideicommisso, ad *d. §. maritus,* posset respondere, ideo ibi heredem restituere fideicommissario legata non ei debita, quia expressè grauatus erat restituere partem hereditatis, & quæcumque ei legauerat. & hæc opinio suaderi ex eo posset, quòd iura adducta pro conclus. non distinguunt de legatis relictis heredi, aut tertio, neque de relicto rei debitæ vel non debitæ ipsi heredi: vnde nec nos debemus distinguere, *l. 3. ff. de offic. Præsid.* cum simil. præcipuè verò suadetur ex *d. l. 2. C. ad Trebell.* vbi dicitur, fideicommissarium teneri pro portione hereditatis, quæ ei restituitur, ad onera successionis, seu legatorum præstationem. In hoc tamen differunt legata rei debitæ, & non debitæ heredi, quòd illa imputantur in quartam pro legitima, & Trebellianica solùm proportionabiliter, quatenus tamquã æs alienum deducuntur, iuxta *d. l. cùm heres, & d. §. maritus,* ac tradita suprà *concl. 4. ampliat. 1. declar. 3.* hæc verò imputantur in solidum, seu pro concurrenti quantitate; quoniam in legitimam, & Trebellianicam, vel Falcidiam imputantur quæcumque heres capit iudicio testatoris, vt infrà in propriis concluf. latiùs dicemus. plura verò pro huius ampliationis declaratione differit Menoch. quem nonnisi post hæc scripta, quoad hoc, vidi, *in tractat. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 194. *per tot.*

Limitatur nunc eadem conclusio, vt non procedat † in annuis legatis: nam hæc ad onus heredis 145. grauati ex fructibus medio tempore perceptis spectant. ita Peregr. *d. numer.* 9. inquiens, sic tradi à scriptoribus *in l. deducta, §. qui post, ff. ad Trebellian.* Castrens. *cons.* 16. *col.* 3. *vol.* 2. Ias. *cons.* 95. *lib.* 1. Rob. Alexand. *cons.* 157. *num.* 4. *& cons. seq.* Natt. *cons.* 321. *numer.* 2. *& cons.* 323. *numer.* 5. Id autem fallit, vbi à testatore alteri relictus sit vsusfructus omnium bonorum: ad huiusmodi enim vsufructuarium pertinet onus annuorũ legatorum, vt ex communi

muni multis relatis tradit Michael Craſſ. *tractat. de ſucceſſion. §. legatum, quæſt. 36. num. 2.* iuncto *num. 3.* vbi id temperat, modò vſusfructus apud eum non remaneat inutilis. quod temperamentum etiam in herede poſt Couar. & Caualcan. adhibet Peregr. *d. tract. de fideicom. art. 4. num. 24. in fin.*

146. Declaratur verò eadem concluſio primò, vt † regulariter legata etiam antiqua ſoluta non præſumantur; vt decidit Bald. *conſ. 219. num. 4. lib. 2.* quia ſolutio eſt quid facti, facta autem non præſumuntur; ideoque diminutum non præſumitur, quod non apparet: refert illum Peregr. *d. art. 35. num. 9. ad fin.* dicens, quandoque ſic iudicatū vidiſſe, quandoque etiam pro ſolutione, ex perſonis, & rebus legatis; pro qua facit quoad legata antiqua, quia legatarij ea verisimiliter petiiſſent, ad *l. cùm de indebito, ff.*

147. *de probat.* Secundò declaratur, vt †eueniente caſu reſtitutionis fideicommiſſi heres grauatus, ſeu heredis heres poſſit deducere pro legatis ſolutis tot bona hereditaria pro pretio, quot habebant tempore ſolutionis: vt docet Peregr. *d. art. 35. n. 12.* aſſerens, ita communiter obtentum fuiſſe in cauſis Paduæ ventilatis. *num.* autem 23. ait (& hæc ſit tertia declaratio;) in tot cauſis grauibus fideicommiſſariis à ſe practicatis temperamentum illud vidiſſe adhibitum, vt in credita heredis grauati pro legatis per eum ſolutis imputentur pecunia in hereditate reperta, mobilia, quæ ſeruando ſeruari poterant, vt aura, argenta, margaritæ, item fructus extantes tempore mortis teſtatoris ſaltem ſupra neceſſaria alimenta filiorum; nequè enim indiſtinctè prius imputanda ſunt mobilia quæuis ſe mouentia, aut nomina debitorum, quàm immobilia, vt idem probat *num. 22.* ſtatim præced. ſubdit verò *à num. 24. neque ad 28.* quid ſtatuendum ſit, quando non apparet ex inuentario de bonis mobilibus, vel cùm de ipſo inuenta-

148. rio non conſtat. Declaratur quartò, quòd † legata ſoluta præſumuntur ex proprio heredis ære, niſi appareat, in hereditate extitiſſe pecunias; vel niſi conſtet de diſtractione bonorum mobilium, vnde pecunia conſtari potuerit; vt poſt Roman. *conſ. 276. num. 7.* & Socin. ſen. *conſ. 16. dub. 1. vol. 3.* per text. *in l. cùm proponas*, & quod *ibi* not. Bart. *C. pro ſoc.* docet Peregr. *d. art. 35. num. 34.* alia ad id adducens *num. 35. cum duobus ſeq.* & *num. 38.* contraria ſoluit, quæ adduxerat *à num. 29. vſque ad 33.* Declaratur

149. denique, quòd, † ſi heres grauatus aliquid ex bonis hereditariis alienauit, imputatur in huiuſmodi creditum pro legatis ſolutis; vt ſentit Peregr. *d. art. 35. num. 38.* & apertiùs *art. 39. num. 1.* in quo articulo

150. latè tractat † de hiſce imputationibus bonorum fideicommiſſi alienatorum per heredem grauatum ob hanc, vel quamuis aliam cauſam, ſiue neceſſariam, ſiue non; ac præſertim quem effectum habeant quando fiant, & pro quo pretio faciendæ ſint.

SEXTA CONCLVSIO. Heres grauatus fideiconmiſſo † ex eo detrahit quoque funeris impenſam, quam pro cumulando corpore fideicommittētis fecit: prout tum per text. *in l. Papinianus, §. quæritur, ff. de inoff. teſtam. l. 2. §. ſi quid publicè, ff. de hered. vend. l. in reſtituenda, C. de petit. hered. & l. fin. §. in computatione, C. de iur. delib.* tum quia funeris impenſa eſt quaſi debitum defuncti, & eius hereditatis, *l. 1. & l. ſi quis ſepulchrum, §. fin. ff. de relig. & ſumpt. funer.* ac de ſuo expedit mortuos funerari, vt inquit text. *in l. at ſi quis, §. idem Labeo, ff. eod. tit.* poſt Caſtrenſ. *conſ. 369. ad fin. vol. 1.* Alciat. *conſ. 139. circa fin. lib. 9.* Crot. *conſ. 175. num. 61.* Couar. *in cap. Raynaldus, §. 3. num. 2. de teſtam.* & Simon de Præt. *tract. de interpretatiuis volunt. lib. 3. dubit. 5. ſolut. 4. num. 1.* tenet Peregr. *d. art. 35. num. 40.* ſubdens, quòd hoc iure vtimur: & ad Cephal. *conſ. 17. num. 40.* reſpondet, verum eſſe, vti Cephal. ait, funerandi officium ad heredem pertinere, qui defuncti perſonam repreſentat, non ad alios, puta legatarios, fideicommiſſarios, vel agnatos, ex text. *in d. l. ſi quis ſepulchrum, §. funus autem*; impenſam tamen ad hereditatis onus pertinere: & ſic fuiſſe deciſum. idemque breuiter repetit *art. 40. num. 18. & 19.* Facit autem etiam pro principali concluſione text. *in l. aut Prætor, ff. de iur. delib.* & quidem in fortioribus terminis, cùm ibi agatur de herede ſcripto pendente adhuc tempore ad deliberandum. Melior verò text. eſt *in l. 1. §. fin. ff. ad leg. Falcid.* vbi habetur, funeris impenſam ab herede factā tamquam æs alienum de hereditate deduci. ſubditur autem, ſecus eſſe † de impenſa mo- 152.
numenti, niſi quatenus hoc etiam neceſſarium ſit, vt *in l. 2.* ſtatim ſubiicitur. Quid autem dicendum ſit de ſucceſſore in fideicommiſſo, & maioratu, † 153.
an teneatur ad funus ſui in eo prædeceſſoris; videas, ſi lubet, apud Peregr. *d. num. 19.* & ab eo citat. auctores, quoniam id proximè rem noſtram non attingit: nolque ad alias concl. huius quæſt. tranſeamus; illud prius admonentes, quòd ea, quæ *in* ipſa quæſt. de alienatione bonorum fideicommiſſi in diem, vel ſub conditione relicti dici poſſent, conſultò 5. quæſtioni huius cap. tamquam opportuniori loco reſeruamus.

SEPTIMA CONCLVSIO. Heres grauatus fideicommiſſo vniuerſali reſtituere quicquid ſuperierit de hereditate † poteſt iuris auctoritate alienare 154.
res tali fideicommiſſo ſubiectas ex cauſa permutationis rerum, vel commutationis pretij in alias res vtiliores, aut magis commodas. ita Peregr. *d. tract. de fideicom. art. 40. num. 31.* per text. *in l. Imperator, §. cùm autem, ſeu fin. cum duabus ll. ſeqq. ff. de legat. 2. & l. Titius, ff. ad Trebell.*

Ampliatur autem primò hæc concluſio, vt in eius caſu, cùm heres grauatus eſt reſtituere quicquid de hereditate ſupererit, ſufficiat in rem æqualem permutationem facere, vel pretium non inutiliter collocare: vt ſatis colligi videtur ex *d. §. cùm autem, cum l. ſeq. & d. l. Titius.* Ampliatur ſecundò, vt concluſio procedat etiam † in fideicommiſſo vniuerſali ſim- 155.
pliciter relicto. ſic Bart. *d. §. cùm autem*, quem refert, & ſequitur Peregr. *d. num. 32.* necnon Pet. Ant. à Petr. qui & alios refert, *tract. de fideicomm. prohib. quæſt. 8. num. 525.* quod etiam facit Molin *de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 4. num. 7.* Bart. autem dictum extendit *ibidem* Peregr. etiamſi teſtator prohibuiſſet bonorum alienationem poſt Ang. *conſ. 109. col. 1.* Caſtrenſ. *conſ. 269. vol. 2.* Ruin. *conſ. 118. num. 15. vol. 2.* Socin. iun. *conſ. 20. col. fin. vol. 1. & conſ. 28. col. 3. vol. 2.* ac Iaſ. *in repet. l. filiusfamilias, §. Dini, il. 2. in 2. lect. notab. 7. ff. de legat. 1.* idque etiam ratione, ac multis ſimilib. comprobat Peregr. & quòd poſſit commutatio fieri cum propriis bonis heredis grauati *ibid.* tradit poſt Alb. *conſ. 97. num. 15.* & Decian. *conſ. 55. num. 18. vol. 3.* ſubditque quòd, licèt hoc caſu bonum eſſet quòd interponeretur decretum iudicis ſuper maiori vtilitate; tamen ad validitatem alienationis non eſt neceſſarium, ex iis, quæ idem adduxerat *num. 23.* Ampliatur denique vt infrà hac ipſa quæſt. *concl. 11.*

Limitatur autem eadem principalis concluſio, & eiuſdem 2. ampliatio primò, † quando conſtaret de 156.
præciſa voluntate teſtatoris nolentis bona ſua quoquomodo alienari; vt poſt Alb. *d. conſ. 97.* & Petr. Ant. à Petra *tract. de fideicom. quæſt. 8. num. 528.* limitat Peregr. *d. art. 40. num. 33.* ſubdens ex Caſtr. Crot. Alb. & Petr. ad id ſufficere tacitam voluntatem collectam ex conditione rei prohibitæ alienari,

mari, vt quia esset domus in ciuitate notabilis, vel in qua testator fuisset educatus, aut turris antiqua de familia. Limita secundò ex eodem Peregrin. *d. art.* 40. *num.* 34. post Tiraq. *de retract. lignag.* §. 32. *glos.* 1. *à num.* 10. *vsque ad* 26. in re certa prohibita alienari: subdens, idem fore, cùm testator prohibuit expresse immobilium alienationem, permisit autem fundum in certa regione alienari cum hoc, quòd pretium inuestiretur in alio fundo debente subiacere fideicommisso: nam quoad alia corpora videretur interdixisse alienationem etiam per viam permutationis, ad *l. cùm prætor, ff. de iudic.*

157. Limitatur denique conclusio, vt non procedat † in bonis maioratus, quæ permutari non possunt, etiam in res meliores, sine Principis auctoritate; vt tradit Molin. *d. cap.* 4. *num.* 12. iunctis *duobus proced. & cap.* 6. *num.* 26. necnon alter Molin. *de inst. & iur. disput.* 649. *num.* 5.

158. Declaratur nunc eadem conclusio primò, vt regulariter concedendum sit, †permutationem de rebus fideicommissariis vicissim inter ipsos confideicommissarios valere; sicuti inter eos diuisio permittitur, per Bart. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres, quæst.* 10. & *ibi* Alex. Ias. & alios, *ff. de verb. oblig.* idque in specie docet Peregrin. *d. numer.* 34. *in fin.* asserens, sic ex pluribus consuluisse Decian. *cons.* 55. *num.* 73. *cum seq. vol.* 3. & confirmasse *in cons.* 57.

159. *per tot.* Secundò declaratur, quod † licèt, cùm permutatur res ex permissu legis requirendus sit fideicommissarius substitutus, vt videtur casus *in l. quoties, C. de fideicommiss.* & sentit Peregrin. *d. art.* 40. *num.* 35. post Alb. *cons.* 97. *num.* 7. tamen secus vbi permutatur, seu commutatur ex permissione testatoris; vt *ibidem* tenet Peregrin. inter cætera ex Alb. *eod. cons.* 97. *ante numer.* 50. Declaratur denique præsens conclusio, vnde simul etiam sequens

160. aliquo modo declarabitur, quòd, † si heres alienasset aliquas ex rebus fideicommissariis non bona fide, sed in fraudem, vt quia meliores, & digniores alienasset, retentis infructuosis, & minùs vtilibus, & ex pretiis alienatarum alias comparasset, hæ non censerentur subrogatæ in locum priorum, sed teneretur heres eas imputare in suas legitimas detractiones, si quas habet; reliquæ autem alienationes vel omnes, si nullæ ei detractiones competunt, retractabuntur; neque cogi potest fideicommissarius rem mutare. ita Peregrin. *d. tractat. de fideicommiss. artic.* 39. *numer.* 11. iuncto *numer. seq.* vbi contrariam opinionem Ias. & Cranet. admittere videtur in casu textus *l. Imperator*, §. *fin. cum duabus legibus seqq. ff. de legat.* 2. cùm heres rogatus est restituere quicquid de hereditate supererit; posteriorem verò procedere in fideicommisso simpliciter constituto, seu relicto.

OCTAVA CONCLVSIO. Permittitur à iure

161. alienatio † ex causa diuisionis inter coheredes per fideicommissum grauatos: nam portio obueniens vni es illis subiacet fideicommisso sibi iuncto, & similiter portio alteri obueniens. ita docet Peregr. *d. art.* 40. *num.* 36. illud exemplum afferens, quòd instituis Titio, & Seio, grauatóque Titio per fideicommissum ad fauorem Sempronij, Seio autem ad fauorem Caij, si sequatur inter fratres ipsos diuisio bona fide, portio obuenta Titio post eius mortem debebitur Sempronio; qui in partem Seio obuentam nullam habebit actionem, quamuis deterior facta esset Titij portio; quoniam diuisio est alienatio legalis, cùm nemo in communione persistere cogatur, *l. si conuenerit, ff. pro soc.* & ad hoc, (inquit *ibid.* Peregrin.) est casus in terminis *in l. cùm pater*, §. *hereditatem, ff. de legat.* 2. & *ibi* notarunt Bart. Imol. & Paul. Castrens.

NONA CONCLVSIO. Heres alienare potest res fideicommisso subiectas, † si aliàs essent pe- 162.
rituræ, aut deteriores futuræ, vel vbi sint steriles, & infructuosæ. ita post glos. & Doctor. *in l. Marcellus*, §. *res, quæ, ff. ad Trebell.* tenet Peregrin. *d. art.* 40. *num.* 37. præcipuè per text. *in l. mulier*, §. *sed enim, ff. eod. tit.* Sed & faciunt alia iura, quæ ad id allegat Peregrin. *ibidem.* addens post glos. prædictam à Doctoribus receptam, quòd fundus imputaretur heredi, si non alienasset hæc peritura tempore; id quod etiam satis probat text. *in d.* §. *sed enim.* Hanc verò conclusionem, quam cum d. extensione tenet quoque post alios ex communi Michael Cras. *in tract. de succes.* §. *fideicommissum, quæst.* 58. *numer.* 3. extendit secundò *inibi* Peregrin. ex nonnullis iuribus vt locum etiam habeat, vbi res aliquæ fideicommissariæ essent nimis oneroſæ, ac sumptuosæ, vel fortuitis casibus subiectæ. Subdit autem in his casibus pretium inde redactum esse restituendum fideicommissario loco ipsarum rerum; sicuti, inquiens, fuit de mente glos. & Doctor. *in d.* §. *res, quæ*, & in specie tenet Roman. *in l. pro herede, num.* 11. *ff. de acq. hered.* quem sequitur Card. Mantic. *in tract. de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 22. ac alij relati, & probati à Cras. *d. numer.* 3. Addit autem *ibid.* Peregrin. alienari quoque posse res fideicommissarias in necessarias impensas hereditatis, & rerum hereditariarum, per quædam iura *inibi* ab eo cit. de quo latiùs infrà *concluſ.* 12.

DECIMA CONCLVSIO. Cùm res alienatur ab herede ex iusta causa ignorante fideicommissum sibi iniunctum emptori similiter ignoranti, † valet alienatio irreuocabiliter, seruata actione fideicommissario aduersùs heredem pro pretio. Casus est *in l. quidam*, §. *fin. ff. ad Trebell. & in l. si heres, ac l. fin.* §. *fin. ff. de legat.* 2. vbi sic adnotarunt Bart. Imol. & Castrens. late Alexand. Socin. & alij *d.* §. *res, quæ*, cum multis, quos referunt, & sequuntur Peregrin. *d. art.* 40. *num.* 38. Petra Placent. *in d. tractat. de fideicommiss. prohib. quæst.* 4. *num.* 36. Michael Cras. *in tract. de succes-sion.* §. *fideicommissum, quæst.* 56. *num.* 4. cessante autem iusta ignorantia, fideicommissarius rem vendicaret à possessore; vt colligitur ex prædictis iuribus à contrario sensu, ibique sentiunt Doctor. & in specie post Castrens. *cons.* 247. *numer.* 5. *volum.* 1. ac Dec. *cons.* 236. docet Peregrin. *d. art.* 40. *num.* 39. *in princip.* & monet Cras. *d. numer.* 4. qui *numer.* 5. id post alios extendit, vt locum habeat etiam in casu *auth. contra, cùm rogatus, C. ad Trebell.* quando heres est grauatus restituere quicquid supererit de hereditate.

Ampliatur autem hæc conclusio quoad eius priorem partem, vt procedat siue hæc iusta ignorantia procedat ex facto testatoris, vt quia prohibuit aperiri codicillos, in quibus continebatur fideicommissum; prout nonnulli tenent relati à Peregrin. *d. num.* 38. & Cras. *d. num.* 4. siue ex quauis alia iusta causa; vt contra prædictos plerique voluerunt, quos sequitur Cras. *ibidem*, & Peregrin. *vbi suprà, num.* 39. *in princip.* Amplia secundò, vt procedat † non solùm in fideicommisso vni- 164.
uersali, sed etiam particulari; vt post Castrens. *d. l. fin.* §. *sed quia nostra, numer.* 5. Socin. *d.* §. *res, quæ, numer.* 8. & Padill. *in auth. res, quæ, numer.* 7. *C. communi. de legat.* tenet Peregrin. *d. numer.* 39. *vers. cùm autem.* licèt contrarium teneat Imol. *d. l. fin.* §. *final. ff. de legat.* 2. & *l. quidam ita*, §. *si quis filium,*

ff. ad Trebell. Alexand. *d. §. res, qua, num.* 4. & ita scribentes concludere ait Peregrin. *loco* nunc *citat.* Quòd si hanc posteriorem opinionem retineamus, vnde sumi potest prima limitatio præsentis conclus. quoad priorem eius partem.

Secunda verò limitatio esse potest, quam post Castrens. *cons.* 94. *lib.* 2. alias *cons.* 10. incipit, *clarum est*, & Alexand. *d. §. res, qua, numer.* 4. *in fin. & ibi* communiter Doctor. teste Tob. Non. *cons.* 39. *numer.* 4. affert Crass. *d. quæst.* 56. *numer.* 5. *vers. sed quæro*, ac nonnullis relatis Peregrin. *d. numer.* 39.
165. *vers. prior Cuman. opinio*; vt nimirum, † si heres qui ignorans in ignorantem emptorem alienauit, non esset soluendo pro restituendo pretium fideicommissario tempore euenientis conditionis, aduersùs emptorem bona alienata vendicari possent; quia tunc fideicommissarius præfertur emptori. allegat Castrens. & Peregrin. text. *in l. planè, la* 2. §. 1. *ff. de legat.* 1. Limita tertiò, vt locum non ha-
166. beat conclusio † in relicto puro, sed solùm in conditionali: ita post Imol. *d. §. si quis filium*, contrà Castrens. *d. §. sed quia nostra*, tenet Alexand. *d. numer.* 4. & alij, quos sequitur Peregrin. *d. numer.* 39. *vers. item cùm text. ille.* sentítque Crass. sup. *num.*
167. 6. Quartò limitatur conclusio, vt non procedat † vbi intercessit expressa testatoris prohibitio de non alienando. ita post Castrens. *d. l. fin. §. fin.* docet Alexand. *d. §. res, qua, numer.* 5. ibique Socin. *numer.* 10. & alij laudati à Peregrin. *d. numer.* 39. *vers. rursus textum illum.* & Crass. *d. numer.* 6. Li-
168. mita quintò, vt locum habeat dumtaxat † in alienatione titulo oneroso, non autem lucratiuo. ita post Cuman. *d. l. fin. §. fin.* & Padill. *d. auth. res, qua, numer.* 11. contra Alexand. *d. §. res, qua, numer.* 6. & Socin. *numer.* 11. tenet Peregrin. *d. numer.* 39. *vers. præterea, quia text.* iuncto *vers. prior Cuman. opinio.* ad text. autem *in d. l. quidam ita, §. fin. incip. si quis filium, ff. ad Trebell.* respondet Peregrin. *d. vers. præterea, in fin.* locum habere duabus fauorabilibus causis concurrentibus, libertatis scilicet, & vltimæ voluntatis, ex Bart. & Doctor. communiter *ibi.*

Declaratur autem hæc ipsa conclusio, vt in ter-
169. minis *d. l. fin. §. fin. ff. de legat.* 2. heres † teneatur fideicommissario ab ignorante ignoranti alienatæ æstimationem, non autem solùm ad pretium receptum: prout contra quoddam consilium Rimin. iun. probat Peregrin. *d. numer.* 39. *vers. dubium est, cum duobus seqq.* præcipuè per text. *in l. si heres rem, ff. de legat.* 2. *& d. l. quidam ita, §. fin. in* 2. *&* 3. *respons.* iuncto *primo respons.* & Doctor. *interpretatione ad eum, §. fin.* satisque respondet *d. l. fin. §. fin. & l. in summa, §. pen. ff. de condict. indeb.* in contrarium facientibus.

VNDECIMA CONCLVSIO. Heres rogatus restituere id, quod de hereditate supererit,
170. cùm decesserit sine liberis, † potest alienare dodrantem, seu tres ex quatuor partibus bonorum fideicommissariorum. text. est *in l. Imperator, §. cùm autem, ff. de legat.* 2. *& l. Titius, ff. ad Trebellian.* iuncta *auth. contra, cùm rogatus, C. eod. tit.* ac in corpore, vnde sumitur, nimirum *§. nobis ergo rectè, auth. de restitut. collat.* 8. quòd si non alienauerit, totum venit in restitutione; vt ex dictis iuribus ibique notat. necnon ex Alciat. *cons.* 66. *numer.* 11. *lib.* 9. & Anchar. *cons.* 365. *numer.* 9. tradit Peregrin. *d. art.* 40. *numer.* 40. atque ex aliis cum magis communi Crass. *d. §. fideicommissum, quæst.* 54. *numer.* 1. *&* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 188. *num.* 19. Quare puto, nunc non esse standum quoad hoc responso D. Marci relato, & approbato *in d. l. Titius*, quo iudicauit alienationes ex hæreditate factas per heredem grauatum de restituendo, quod supererit de hereditate, non ad solam fideicommiss. si diminutionem pertinere; sed pro rata patrimonij, quod proprium habuit heres, distribui oportere: neque etiam cautioni, de qua in eo text. cuius loco subrogata est cautio, de qua *in d. auth.* vt apertè sentit glos. fin. ab aliis approbata *in d. l. Titius*, Peregrin. *d. art.* 40. *num.* 42. iuncto *num.* 44. & Crass. *d. num.* 2. apertéque constat ex *d. §. nobis ergo rectè*, iuncto *§. nouimus igitur Papinianum*, statim præced.

Ampliatur autem prædicta conclusio primò, † 171.
vt reliquam etiam quartam alienare possit heres sic grauatus, ex causa dotis, aut donationis propter nuptias, siue captiuorum redemptionis, vel propriorum alimentorum, si aliunde ea non habent; vt expressè cauetur *in d. authen. contrà, cum rogatus.* & adnotarunt *ibi* Doctor. communiter, necnon Alexand. & alij *in d. l. Marcellus, §. res, qua, ff. ad Trebell.* ad cuius ampliationis declarationem præter Doctor. in mox cit. iuribus videri potest Menoch. *d. præs.* 188. *à numer.* 21. *ad fin.* Quid autem de hac ipsa causa alimentorum, & redemptionis captiuorum, vel dotis in fideicommisso simplici statuendum sit, infrà hac ipsa quæst. in propriis conclus. dicemus. Interim verò hæc 11. conclusio ampliatur secundò, vt procedat etiam † in 172.
fideicommisso extranei, cùm illi text. nó distinguens, prout post Castrens. *in d. auth. contra, cùm rogatus, in fin.* ibique Corn. *numer.* 4. *& cons.* 242. *num.* 10. *vol.* 4. ac latè Cephal. *cons.* 177. *num.* 10. *vol.* 2. notauit Peregrin. *d. num.* 40. *& art.* 42. *num.* 53. vbique subdens † in hoc differre hanc à materia 173.
auth. res, qua, C. communia de legat. quæ non habet locum in fideicommisso extranei; atque in hoc ipso differre fideicommissum de eo, quod supererit à fideicommisso simplici. eodem autem *art.* 40. *num.* 41. post Curt. iun. *in d. auth. res, qua, num.* 8. subijcit aliam differentiam inter vtramque auth. quòd heres grauatus iuxta *auth. contra, cum rogatus*, si alienat vltra quartam, (sed volnit, aut debuit dicere, de quarta vel vltra dodrantem;) extra casus sibi permissos, † non potest fideicommissarius per hy- 174.
pothecariam, aut rei vendicationem agere aduersùs tertios possessores; sed vsque ad quartam ex substantia heredis suppleri; hac verò deficiente in subsidium fideicommissario permittitur hypothecaria, vel in rem actio contra tertios possessores; vt ibi cauetur. Atque hinc sumitur prima limitatio huius conclus. Secundò limitatur, quòd † ab herede gra- 175.
uato de restituendo, quod supererit, non poterit fieri alienatio dodrantis in vltima voluntate, nisi fideicommittens expressè eam quoque alienationem permittat; vt post alios satis probat Peregrin. *d. art.* 40. *numer.* 43. & Menoch. *d. præsumpt.* 188. *num.* 17. 18. *&* 19. inter viuos autem libere potest heres dodrantem alienare etiam donando, & dissipando; vt, quicquid Castrens. *d. l. Titius*, & ibi Cuman. in contrarium senserint, Corn. *cons.* 242. *vol.* 4. & Alciat. *cons.* 66. *lib.* 9. dubitauerint, Imol. Alexand. Ruin. & Corn. relati à Peregrin. *d. num.* 43. & probati à Crass. *d. quæst.* 54. *num.* 3. distinxerint de alienatione facta ex dolo saltem euidenti, aut sine huiusmodi dolo; tenet post Bart. *d. l. Imperator, §. fin. ff. de legat.* 2. Socin. *cons.* 31. *ad fin. vol.* 4. Alexand. *cons.* 16. *vol.* 7. Bald. *d. auth. contra, cùm rogatus, num.* 7. & Guido Pap. *quæst.* 530. idem Peregrin. *d. art.* 40. *numer.* 42. iuncto *numer.* 44. præcipuè per text. *in d. auth. contrà, cùm rogatus.* & in corpore, vnde sumitur: ex quo idé sentit Menoch. *de præsumpt.*

præſumpt. lib. 4. præſ. 192. num. 4. quod fuſiùs antea tradiderat *d. præſumpt. 188. num. 11. poſt med. cum tribus num. ſeqq.* vnde ſumere licet poſtremam ampliationem præſentis concl. Cuius poſtrema limitatio deſumi poteſt ex eo, quod tradit Peregr. *d. num. 44.*
176. *in fin.* poſt Alciat. *d. conſ. 66. num. 20. lib. 9.* quòd, † ſi heres grauatus reſtituere, quod ex hereditate ſupererit, ex rebus alienatis alias comparauerit, has reſtituere debet fideicommiſſario, per text. *in d. l. Imperator, §. fin. ff. de legat. 2.* Porrò hæc facultas alienandi bona fideicommiſſaria, quam à iure habet heres grauatus reſtituere quicquid de hereditate ſu-
177. pererit, † ei competit ex tacita fideicommittentis permiſſione; vt in ſpecie poſt Soc. *conſ. 113. col. 1. & conſ. 123. col. pen. vol. 3.* adnotauit Peregr. *d. art. 40. num. 40. in fin.* & ſic eſt permiſſio alienationis tacita contra tacitam prohibitionem reſultantem ex ipſo fideicommiſſo, iuxta text. *in l. ſi quando, & l. filiusfamilias, §. dixi, il 2. ff. de legat. 1. l. qui ſolidum, ff. de legat. 2. l. pater, §. 1. ff. de legat. 3. l. Marcellus, §. res, que, ff. ad Trebellian. & l. fin. §. ſed quia, C. commun. de legat.* ibique Doct. atque alibi communiter. Quoad eam verò facultatem alienandi, quæ eidem heredi de iure competit ob expreſſam permiſſionem fideicommittentis contra prædictam tacitam ex fideicommiſſo reſultantem, quoniam non tam à iure inducitur, quàm ab hominis diſpoſitione, atque ad hanc quæſtionem propriè non pertinet, in qua agimus de fideicommiſſi derogatione à iure ipſo introducta, & quæ iuris auctoritate fit, de illa dicemus *queſt. 5.* vbi de ea derogatione fideicommiſſi agendum erit, quæ priuata auctoritate fit. Nunc verò eos caſus alienationis rerum fideicommiſſariarum à iure permiſſæ, vel præceptæ proſequamur, qui aut ſunt contra expreſſam, vel non niſi ſecundùm tacitam, aut præſumptam fideicommittentis voluntatem.

DVODECIMA igitur CONCLVSIO ſit.
178. Heres grauatus fideicommiſſo vniuerſali † iure permittente poteſt alienare aliquas res fideicommiſſarias pro impenſis ab eo factis in cæteras res fideicommiſſo ſubiectas, aut ſaltem eas impenſas detrahet in reſtitutione fideicommiſſi; ita poſt Bertazol. *conſ. 36. num. 32. ac 35. & conſ. 79. num. 32.* ſatis ſentire videtur Peregr. *d. tract. de fideicommiſſ. art. 35. num. 10. verſ. communis tamen ſententia, circa med.* & apertiùs tenet poſt alios *art. 40. num. 37.* & quoad deductionem *art. 50.* reſpectu quidem expenſarum neceſſariarum, *num. 9. vſque ad 16.* necnon *num. 21. 22. 24. & 26.* reſpectu verò vtilium, *num. 38. 39. 44. & 53.* quoad vtraſque, *num. 62. 64. 65. 69. 74. 75. & 83.* & quidem generatim quoad deductionem impenſarum, quòd ab herede fieri valeat, text. ſunt aperti *in l. qui exceptionem, §. ſi pars, ff. de condict. indeb. l. domos hereditarias, ff. de legat. 1. l. mulier, §. ſed enim, verſic. ſed & ipſe,* aliàs *§. ſed & ipſe, ff. ad Trebell. l. fin. verſ. quòd ſi non obtinerint, C. de petit. hered. & ad l. qui parè, §. 1. verſ. qui in diſtrahendis,* aliàs *§. qui in diſtrahendis, ff. ad Trebellian.* vbi Paulus I.C. qui in diſtrahendis, ait, conſeruandiſve rebus hereditariis ſumptus factus
179. eſt, † imputari heredi debet, rectè reſpondet *ibi* gloſ. ab aliis approbata, verbo, *heredi*, hìc impenſas factas fuiſſe ad temporalem vtilitatem, & lucrabatur heres fructus, quia iudicio teſtatoris erat dilata reſtitutio: ſed *ibi d. §. ſed & ipſe*, ad perpetuam rei vtilitatem, arg. *l. 3. §.* ſeu *verſ. nos generaliter, ff. de impenſ. in reb. dotal. fact.* vel hìc accipi nomen heredis pro fideicommiſſario, qui in effectu eſt heres, vt *§. veſtituta, Inſtit. de fideicommiſſ. hereditat.* vel hanc legem eſſe intelligendam ſecun-

Io. Petr. Monta vlt. volunt. de commun.

dùm illam, vel potiùs, vt ipſe arbitror, dicendum eſt, verbum, *imputari*, accipi hìc pro, rationem haberi, ſeu computari; prout nonnumquam ſumitur non modò in ſacra Scriptura, vt *Pſal. 31. Sap. 12. & Rom. 4.* ſed & apud legum conditores, vt *l. poſthumus, in princip. ff. de inoff. teſtam. l. ſi quis negotia, in 1. ff. de negot. geſt. l. quoties, §. ſed etſi, ff. de adminiſt. tutor. cap. imputari, de reg. iur. in 6.* Quare paſſim Doctor. allegant *d. §. qui in diſtrahendis*, ad probandum heredem deducere, & recuperare à fideicommiſſario impenſas in rem fideicommiſſariam factas, vt patet inter cæteros ex relatis, & probatis à Peregrin. *d. art. 50. num. 10. 11. & 39.* apud quem auctorem in illo *artic. 50.* & Doctor. ab eo citat. præſertim verò Tiraquell. *de retract. connen. §. 7. gloſ. 1.* Menoch. *de recuperan. poſſ. remed. 15. num. 507. cum multis ſeqq.* Petr. Ant. à Petra Placen. *in tract. de fideicommiſſ. prohib. quaſ. 15. à num. 213. vſque ad fin.* & Io. Garſ. *tract. de expenſ. & meliorat. cap. 5. 6. & 7.* necnon *cap. 16. & 17.* vbi in ſpecie agit de meliorationibus, ſeu impenſis deducendis ab herede grauato fideicommiſſo: quibus adde Vincent. Carot. *in tract. de locat. & conduct. tit. de expen. melioram.*
Videre quis poterit, † quáſnam impenſas, quibus in caſibus, & quomodo deducat heres tempore reſtitutionis fideicommiſſi; quando cum fructibus perceptis compenſentur, & an pro iis habeat ius retinendi res ipſas fideicommiſſarias. Ad eos autem Doctores ideo pro his, ac ſimilibus articulis candidum lectorem remittimus, ne diutiùs in iis immoremur, quæ non ita proximè rem, de qua agimus, attingunt. De impenſa verò ratione ſtudij, & in emenda militia, quoniam ſpecialem habet rationem, ſeorſim agemus *concl. 15.* Ad reliquas igitur huius quæſt. concluſiones, quæ nos ad ſe vocant, tranſeamus. 180.

DECIMATERTIA CONCLVSIO. Heres grauatus ſimplici fideicommiſſo vniuerſali hereditatem, eiúſve partem alteri reſtituere; † ſi aliunde 181.
ea non habeat, poteſt pro ſuis alimentis aliqua bona fideicommiſſaria alienare: ita inter cæteros Alex. *in l. Marcellus, §. res, que, num. 2. ff. ad Trebell.* ex Bart. & Doct. magis communiter *in auth. res, que, C. commun. de legat.* idémque ſentit Apoſtill. Alex. *d. num. 2.* addens Roman. *conſ. 167.* Immo Iaſ. *in d. auth. res, que, num. 31.* dixit, hanc eſſe communem ſententiam; quem cum aliis eandem tenentibus refert, ac ſequitur illam comprobans Peregr. *d. tract. de fideicomm. art. 42. num. 86. cum ſeq.* Surd. *tract. de aliment. tit. 8. priuil. 19. num. 1.* & Craſſ. *d. tract. de ſucceſſion. §. fideicommiſſum, queſt. 57. num. 6.* præcipuè ex ea ratione, quia, ſicut pater tenetur dotare filias, ita etiam alere: quod & facit Menoch. *d. lib. 4. præſumpt. 191. num. 1. vſque ad 6.* quamuis, dum *num. 5. & 6.* hanc opinionem confirmat ex *d. §. nobis ergo rectè, auth. de reſtit.* infirmo vtitur argumento, cùm ille §. & auth. *contrà, cùm rogatus, C. ad Trebell.* quæ inde ſumitur, loquatur in caſu diuerſo, cùm heres rogatus eſt reſtituere quicquid de hereditate ſupererit: qui caſus ſpecialem habet rationem, nimirum tacitam permiſſionem teſtatoris de alienando, vt ſuprà *ad fin. concl. 11.* vidimus.

Ampliatur autem hæc concluſio, vt locum habeat † etiam in alimentis filiorum, nurus, & alio- 182.
rum ex familia, ſine qua ipſe paterfamilias ſtare non poteſt. ita poſt Padill. *d. auth. res, que, num. 86.* tenet Menoch. *d. præſ. 191. numer. 7.* ac poſt alios Peregr. *d. num. 86.* & Surd. *d. priuil. 19. num. 5.* quæ tamen nimis magna videtur extenſio, cùm agitur de præiudicio tertij, vt in ſimili conſiderat Alex.

d. §. res, quæ, num. 63. idque præsertim, cùm causa dotis, à qua sumitur argumentum, hac in re à Doctoribus non ita extendatur, prout videbimus infrà in propria conclusione. nisi dicamus, causam alimentorum esse magis priuilegiatam, quam dotis, vt post alios tenet Peregr. vbi supra *numer.* 87. & Surd. *d. num.* 1. qui *num.* 6. ampliat præterea concluſ. post Benincaſ. *in tract. de paupert. quæst.* 8. *spe-*
183. *cial.* 10. *numer.* 23. vt, † si filius grauatus vrgetur necessitate, non cogatur fideicommissum restituere. *num.* autem 8. docet, alienationem bonorum fideicommissariorum posse fieri pro alimentis filiæ spuriæ grauati.

Limitatur verò primò eadem principalis con-
184. clusio, vt procedat, † cùm agitur de alimentis filij, vel filiæ ipsius fideicommittentis, siue sibi præstandis, vbi ipse, vel ipsa sit heres grauatus; siue ab extraneo herede grauato consequendis; secus in alimentis extranei: vt satis apertè sentiunt Bart. Ias. & alij *d. auth. res, qua.* & apertiùs Menoch. *d. num.* 1. *cum tribus seqq. & numer.* 8. Surd. *d. priuileg.* 19. passim: ac meliùs post alios *d. tract. tit.* 1. *quæst.* 27, *num.* 4. *&* 6. qui *d. priuileg.* 19. *num.* 8. eandem concluſ. limitat post Cott. *in memorial. verbo, dos ha-*
185. *bet*; vt non procedat, † vbi testator prohibuisset alienationem, etiam ex causa famis, vel alimentorum. Menoch. verò *d. numer.* 8. post Castrenſ. & Curt. iun. *d. auth. res, qua, num.* 31. Socin. *d. §. res, qua, num.* 3. Bald. *d. auth. contra, cùm rogatus, num.* 7. ac seipsum, *de arbitr. iudic. caſ.* 182. *num.* 54. aliam affert huius concluſ. limitationem, vt locum non
186. habeat, † quando filius fideicommisso grauatus iam habuit legitimam, & Trebellianicam, quam malè vtendo consumpsit. hanc verò limitationem ibi comprobat ex eo, quod idem est in casu *d. auth. contra, cùm rogatus*, (qui, vt mox diximus, fauorabilior est;) idémque alios secutus tradidit *præs.* 188. *num.* 24. *d.* verò *præsumpt.* 191. *num.* 9. *cum duobus seqq.* eandem limitationem aliis rationibus confirmat; quod & faciunt Peregr. *d. art.* 42. *num.* 87, *cum duobus seqq.* & Surd. *d. priuil.* 19. *num.* 7.

DECIMAQVARTA CONCLVSIO. Pro redimendo filio fideicommittentis capto ab hostibus barbaris † alienari possunt bona fideicommis-
187. so subiecta. ita post Bart. *d. auth. res, quæ, num.* 10. Castrenſ. *num.* 13. Ias. *num.* 21. Curt. iun. *num.* 31. de communi attestantem, & alios, tradit Petr. Ant. à Petr. *d. tract. de fideicomm. prohib. quæst.* 8. *numer.* 445. *&* 485. Peregr. *d. art.* 42. *numer.* 90. Surd. *d. tract. de alimen. tit.* 6. *quæst.* 8. *num.* 97. *& quæst.* 12. *num.* 9. *&* 11. Menoch. id latè comprobans *d. lib.* 4. *præs.* 192. *num.* 1. *vsque ad* 5. vbi id extendere videtur etiam ad extraneos captiuos ex *d. §. nobis ergo* rectè, *auth. de restit.* qui tamen, vt *præced. quæst.* admonuimus, loquitur in casu diuerso magis fauorabili, propter concursum tacitæ voluntatis fideicommittentis. Verius autem extenditur, seu ampliatur
188. hæc conclusio † in filio capto ab hostibus Christianis in bello inter eos inito; vt post Padill. *d. auth. res, quæ, num.* 97. docet idem Menoch. *d. præs.* 192. *num.* 9. licèt alioqui capti ab hominibus Christia-
189. nis † non fiant eorum serui, vt multi tradiderunt, quos ipse *ibi* cum refert, & Padill. *d. num.* 97. quibus addo alios, quos sequitur Couar. *in relect. reg. peccatum, 2. part. §.* 11. *num.* 6. vbi idem contra alios tenet de captis ab hostibus barbaris in bello contra eos gesto à Christianis pro recuperatione eorum, quæ ab illis occupata tyrannicè fuerunt; vt non fiant serui, neque in iis locum habeant ea, quæ iura tradunt de captiuis, nisi in fauorabilibus. ad quod etiam facit text. *in cap. si Episcopus, de supplend. ne-*
glig. prælat. in 6. cum *ibi* notat. per glos. *verbo, libertatis*, & alios.

Limitatur autem hæc conclusio, vt non procedat, † vbi filius fideicommittentis detineretur ca- 190.
ptiuus pro ære alieno ab eo ex culpa contracto, aut delicto ab eo commisso; vt pluribus relatis ex communi tradit Peregr. *d. art.* 42. *num.* 91. idque etiam post alios admittit, ac probat Alex. *d. l. Marcellus, §. res, qua, num.* 3. *ff. ad Trebell.* Menoch. *d. præs.* 192. *num.* 9. vbi filius, data, præmeditatáque opera consumpsit omnia bona sua, vt deinde fideicommissum subuerteretur; quod & antea latiùs tradiderat *in comment. de arbitr. iudic. caſ.* 182. *num.* 39. subdens *num.* 40. post Crauet. Natt. Castrenſ. & Cacheran. alienationem, & dilapidationem bonorum præsumi factam ab herede grauato dolosè, & animo euertendi fideicommissum. Restringitur autem hæc limitatio primò, vt non habeat locum, vbi ageretur de redimendo carceratum pro delicto, ex quo sequeretur mors, aut membri mutilatio; vt post Fulgos. *d. auth. res, quæ, C. commun. de leg.* Socin. *d. §. res, qua, num.* 5. & Mar. Socin. sen. *in rubr. de cauſ. poſſ. & proprie.* atque alios docet, satisque probat Peregr. *d. art.* 42. *num.* 92. & Menoch. *d. caſ.* 182. *num.* 65. immo etiam valde probabiliter restringi potest secundò † quotiescumque culpa carcerati non esset ordi- 191.
nata ad casum, non solùm in modum eleemosynæ & auxilij gratuiti, quod post alios admittit Menoch. *d. præsumpt.* 192. *num.* 10. *&* *d. caſ.* 182. *num.* 24. *cum duobus seqq.* verùm etiam absolute, quasi hæc causa iusta per se sit, & æqua alienandi bona fideicommissi; prout sentit Peregr. *d. num.* 92. Fulgos. *d. auth. res, qua, num.* 7. cuius hac in re opinionem sequitur Surd. *d. num.* 11. Alex. *d. §. res, qua, num.* 3. necnon *in l. si fideiussor, §. si necessaria, ff. qui satisd. cog. &* *l. quamuis, col.* 2. *ff. solut. matrim.* Felin. *cap. si qua testium, in fin. de test. & cap. cùm inter, num.* 20. *de except.* Dec. *in cap. quæ in Ecclesiarum, num.* 30. *in fin. de const.* ac nouissimè Ar. Pinell. *in reper. auth. nisi tricennalis, num.* 46. *in f.n. C. de bon. matern.* cuius sententiæ ea præcipua ratio est, quòd culpa nó ordinata ad casum considerabilis non est, *cap. quia diuersitatem*, vbi glos. *verbo, suspensus, num.* 11. *de concess. præben. l. non omnes, ff. de statuliber. l. is, qui, ff. de act. & oblig.* Bart. *in l.* 2. *§. vlt. ff. si quis caut.* Felin. *d. num.* 20. Rip. *cap.* 1. *num.* 14. *de iudic.* cum aliis, quibus nos *in tract. de distrib. quotid. part.* 2. *quæst.* 6 *num.* 12. *&* 13. ostendimus, culpam non ordinatã ad casum non tollere priuilegium à iure concessum, atque adeò Canonico infirmo deberi distributiones quotidianas, licèt infirmitatem ex culpa contraxerit, etiam ex Couar. *lib.* 3. *var. resol. cap.* 13. *num.* 8. *vers. septimò, quotidianæ distributiones.* Ex quo satis tolli possunt fundamenta contrariæ opinionis cum eorũ sequacibus adducta per Couar. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 16. *num.* 9. *vers. tertiò, in eadem*, ac Menoch. *d. præs.* 192. *n.* 10. *vers. secundum est.* & latiùs *d. caſ.* 182. *n.* 45. *vsque ad* 58. & quæ adducit glos. *in cap. imputari, verb. imputari, circa med. vers. quid dices.* necnon tollitur responsio, quam rationi pro priori opinione adductæ affert *ibid.* Menoch. cùm negari non posse videatur, quin priuaretur heres grauatus priuilegio sibi à iure concesso ex culpa non ordinata ad casum. Si tamen quis prædictam contrariam sententiam tueri vellet ob eius fundamenta, quæ iure tanquam satis firma illam valde probabilem reddunt, iuncta maximè eius sequacium auctoritate; eamdem declara primò, vt non procedat † in he- 192.
rede illius, qui malè substantiam consumpsit. nam, si is ex facto sui prædecessoris in necessitatem incidit eò, quia ex ære alieno ab ipso prædecessore contracto heres carceri mancipetur, poterit alienare

bona

bona ſubiecta fideicommiſſo. ita poſt alios Couar. *d. verſ. tertio, eſt in eadem, circa med.* & Menoch. *d. caſ.* 182. *num.* 62. & ratio eſſe poteſt, quia tunc iam agitur de diſſoluendo ære alieno ipſius fideicommittentis, ob quam cauſam alienari poſſe bona fideicommiſſi, conſtat ex latiùs per nos adductis ſup. *concluſ.* 4. *initio.* Secundò declaratur, vt non procedat in filio fideicommittentis: nam ſi hic ex culpa ad factum non ordinata, ſeu ob delictum caſu perpetratum eſt carceri mancipatus, & redimi non poteſt, niſi bona fideicommiſſo ſubiecta alienentur; tunc ex coniecturata voluntate patris fideicommittentis poterunt alienari; vt per Crott. *in l. filiusfamilias, §. diui, il* 2. *num.* 66. & *ibi* Ferdin. Loaz. *num.* 163. & alios probat Menoch. *d. caſ.* 182. *num.* 64. & 65. ſentitque Petr. *d. quæſt.* 8. *num.* 484. multo verò magis poterit alienatio fieri † pro redimenda anima eiuſdem filij defuncti, pro qua nec ipſe, nec pater fideicommittens aliquid reliquit; quoniam anima cæteris rebus eſt præferenda, *l. ſancimus, C. de ſacroſ. Eccl.* cum aliis adductis ſuprà *concl.* 4. *in fin.* Idem autem Menoch. *loco* mox *cit.* hoc ipſum ſentit, † vbi aliàs id colligatur ex coniecturata mente fideicommittentis; à quo non diſſenſit Peregr. *d. art.* 42. *num.* 92. quia, quod fideicommittens facturus fuiſſet, † idem ab herede fieri voluiſſe credendum eſt, *l. cùm ſernum, verſ. nam quod ipſe, ff. de condit. & demon.* facit etiam *l. mulier, §. cùm proponeretur, ff. ad Trebell. l. cùm anus, ff. de condit. & demon. l. quoniam deſideria, C. de natural. lib. & l. generaliter, §. cùm autem, C. de inſtit. & ſubſtit.*

193. 194. 195.

DECIMAQVINTA CONCLVSIO. Pro impenſis ſtudiorum & militiæ † non licet alienare bona fideicommiſſaria. ita ex communi Peregr. *d. art.* 42. *num.* 93. poſt Ang. *in d. auth. res, quæ, col. pen.* Caſtrenſ. *num.* 13. Ias. *limit.* 10. & 11. Padill. *num.* 91. Aquen. *d. §. res, quæ.* Alex. *in l.* 1. *num.* 55. & *ibi* Alciat. *num.* 24. *ff. ſolut. matrim.* quibus quoad impenſam ſtudij addo Petram *d. quæſt.* 8. *num* 488. & Craſſ. *d. §. fideicommiſſum, q.* 57. *num.* 7. pariter ex Ang. *in l. filiusfamilias, §. diui, il* 2. *ff. de legat.* 1. & de communi, teſte *ibidem* Romul. *numer.* 133. *verſ. tertiò.* Quoad militiam, & emptionem dignitatis alios pleroſque allegat id admittens Menoch. *d. lib.* 4 *præſumpt.* 191. *num.* 22. Mouentur autem hi omnes, quia pater non tenetur in prædictis impendere pro filio ea ſaltem neceſſitate, qua dotare tenetur filiam, & filium alere. Ego verò, vt id admittam quoad militiam & dignitatem, in quibus prædicta ratio procedere poteſt, prout admittit Menoch. *d. numer.* 22. cum eodem eruditiſſimo viro *d. præſ.* 191. *num.* 12. aſſero, filium heredem grauatum fideicommiſſo, quem pater iam ſtudiis deſtinauerat, poſſe mortuo patre bona fideicommiſſi alienare, vt ſtudiis incumbat; tum quia præſumendum eſt, quòd, ſi pater eſſet ſuperſtes, bona hæc alienaret vt filio ſuccurreret, ex quo eum ſtudiis deſtinauit; vt clarè probat text. *in l. Macedoniani. C. ad S.C. Maced.* vnde locum habet diſpoſitio *l. mulier, §. cùm proponeretur, ff. ad Trebell.* de dote loquentis, quam eſſe fundatam in præſumpta mente teſtatoris, idem Menoch. oſtendit *d. lib.* 4 *præſumpt.* 189. *num.* 5. & ſatis colligitur ex ipſo text. *ibi*, dixi, non poſſe dici in euerſionem fideicommiſſi factum quod & mulieris pudicitiæ, & patris voto cõgruebat. tum quia, ſi pater viueret, compelli inuitus poſſet erogare impenſam hanc, qua filius ſtudiis operam daret, ex quo iam ſua voluntate illa inchoauit, vt tradit gloſ. *d. l. Macedoniani*, & *ibi* Bald. Caſtrenſ. Salic. *in l. filia, num.* 13. *C. de collat.* & alij, quos refert Menoch. *d. num.* 12. *verſ. altera eſt iam*, dicens magis receptam, & veriorem ſenten-

196.

tiam. Neque quoad hunc caſum id negarent Doct. initio concl. cit. in quo etiam non loquuntur, vt conſtat ex Menoch. *d. num.* 12. *verſ. ſecundus eſt caſus*; ſed potiùs quoad eum, de quo *ibi* ipſe Menoch. minimum quando pater, qui conſtituit fideicommiſſum, adhuc filium ſtudiis non deſtinauerat: in quo contra eos Doctores tenet ſanè valde probabiliter, † poſſe fideicommiſſi bona pro huiuſmodi impenſa ſtudiorum filij alienari. id quod etiam ſuſtineri poſſe exiſtimat Romul. *d. num.* 133. & probat Menoch. tum quia præſumptio eſt, quòd, ſi viuiſſet pater, & filium ſuum ſtudiis addictum vidiſſet, certe omnem impenſam feciſſet, qua is filiis ſtudiis poſſet incumbere, atque in eis proficere: & ideo etiam hoc in caſu locum habet ratio *d. §. cùm proponeretur*, fundata in præſumpta voluntate fideicommittentis; vnde ſuccedit regula, de qua in fine præceden. concluſ. tum, quia ipſe pater, ſi viueret, compelli poſſet erogare impenſam, qua filius ſtudiis operam dare valeret; vt multi tenent relati, & probati à Menoch. *d. num.* 12. *verſ. ſecundò ſuffragatur*: quorum traditionem multiplici iure, ac ratione confirmat *eodem num.* 12. *verſ. & primò textu*, iuncto *num.* 13. *cum quinque ſeqq.* præcipuè per text. *in l. qui filium, ff. vbi pupill. educar. vel morar. deb.* mox ponderandum: vnde etiam directè, atque immediatè ſatis probari videtur caſus ipſe principalis, de quo agimus. quòd ſi pater tenetur eam impenſam facere, poteſt heres, ſi filius ſit, vel extraneus, pro filio fideicommittentis in eam cauſam bona fideicommiſſi alienare, iuxta rationem, qua vtuntur ferè omnes Doct. *d. §. cùm proponeretur, d. l. Marcellus. §. res, quæ, ff. ad Trebell. & d. auth. res, quæ, C. comm. de leg.* præcipue ad probandum, pro alimentis filij poſſe, vbi opus ſit, bona fideicommiſſi alienari. Accedit denique ratio publicæ vtilitatis, quæ † ſtudiis litteratum ineſt, iuxta *cap. fin. de magiſtr. cap.* 2. *de priuil. in* 6. *authen. habita, C. ne fil. pro patr.* cum *ibi* notat. & ſuis concord. ac verò publica vtilitas præfertur priuatæ; *l. actione, §. Labeo, ff. pro ſoc. l. vnic. §. pen. C. de cad. toll. cap. ſcias*, 7. *quæſt.* 1. *cap. bonæ memoriæ, il* 1. *§. nos igitur, de poſtul. prælat.* cum ſimil. qua ratione vſus eſt Imperator, dum ſtatuit, pro conſtituenda dote filiæ alienari poſſe bona fideicommiſſo ſimplici ſubiecta *in d. auth. res, quæ*, ibi, ea enim, quæ communiter omnibus proſunt, his, quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus. Extendit autem hunc caſum Menoch. *d. præſumpt.* 191. *num.* 19. primò, vt locum etiam habeat † in iis, qui ex charitate ſanguinis, & ratione naturali tenentur præſtare alimenta, vt in fratre, auo paterno; & aliis enumeratis *in l. ſi quis à liberis, ff. de liber. agnoſcen.* nam & hi tenentur præſtare impenſam cauſa ſtudiorum, *d. l. qui filium, in fin.* vbi Iulianus I.C. exiſtimo, inquit, etſi citra magiſtratuum decretum tutor ſororem pupilli ſui aluerit, & liberalibus artibus inſtituerit, cùm hæc aliter ei contingere non poſſent, nihil eo nomine tutelæ iudicio pupillo, aut ſubſtitutis pupilli præſtari debere; vbi id not. Bald. ſentitque gloſ. *in verbo, hæc aliter*, Bart. *d. l. ſi quis à liberis, §. non ſolùm, & in l. legatis, ff. de aliment. & cibar. legat.* & Ias. *in l. cùm hi. §. qui tranſigit, in fin. ff. de tranſact.* Pondero autẽ in text. *d. l. qui filium*, verba illa, *aut ſubſtitutis pupilli*; vnde aperte conſtat, expenſam ſtudiorũ præiudicare ſubſtitutioni, atque adeò fideicommiſſo, illúdque minuere: ex illis verò, citra magiſtratuum decretum, habetur extenſio prædicti caſus, vt nimirum non ſit neceſſarium iudicis decretum in hac diminutione, & detractione fideicommiſſi ratione ſtudij. aliam quoque extenſionem affert Menoch. *d. præſumpt.* 191. *num.* 20. vt procedat etiam † in patre naturali;

197.

198.

199

200.

turali ; cùm & hic teneatur impendere pro filio naturali in causam studiorum ; vt in specie affirmauit Card. Paleott. *in tract. de noth. & spur. cap.* 47. *in fin.* & suadetur ex aliis quæ *ibidem* Menoch. adducit, subdens *num.* 21. eiusdem casus declarationem, seu restrictionem, vt locum non habeat, quando is, qui studiis operam dare vult, alia bona haberet, de quibus posset alienare, & impensam in studiis sibi facere ; cùm tunc ad eam impensam siue pater, siue frater non teneatur, vt satis ex iuribus, & Doctor. *ibidem* ostendit Menoch. quibus, quoad fratrem, addo text. *d. l. qui filium, ad fin.* ponderando illa verba, *cùm hæc aliter ei contingere non possent*, hoc est, (iuxta veriorem, & magis receptam expositionem glos. *ibi*, verbo, *hæc aliter*,) cùm aliunde hæc alimenta, & expensas habere non posset.

DECIMASEXTA CONCLVSIO. Bona fi-
201. deicommisso subiecta † alienari possunt pro dotanda competenter filia fideicommittentis. text. est *in l. mulier, §. cùm proponeretur, & in l. si filia, in princ. ff. ad Trebellian. & in auth. res, quæ, C. commun. de legat.* & in corpore vnde sumitur, hoc est, *in §. quamobrem, auth. de restit. & ea, quæ parit in vndec. mens. post mort. vir.* & adnotarunt Doctor. communiter vtrobique, atque alibi sæpe, atque inter cæteros Menoch. *d. lib. 4. præs.* 189. *num.* 1. ac per tot. & Peregr. *d. tract. de fideicomm. art.* 42. *numer.* 1. cum
202. multis sequen. Congrua verò † dos dicitur, sicut & donatio propter nuptias, quæ est iuxta qualitatem personarum, & vires patrimonij ; vt constat, ex *d. §. quamobrem, l. quæro, ff. de iur. dot. l. si furto, C. de nupt.* ibique glos. & Doctor. latiúsque explicat Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 149. ferè per tot.

Ampliatur autem hæc conclusio primò, vt pro-
203. cedat etiam † in fideicommisso relicto ab auo : neptis enim, vel nepos primum locum tunc obtinentes in successione aui, quoniam loco filiorum illius sunt, non existente patre in medio, si ab auo grauantur aliquo fideicommisso, possunt eius bona pro dictæ neptis dote alienare ; prout post Alciat. *cons.* 364. *in princ. lib.* 9. tenet Peregr. *d. art.* 42. *num.* 31. & alij apud Menoch. *suprà num.* 11. qui *num.* 12. *vsque ad* 17. id solùm admittit, & latè defendit, vbi pater filiam dotare nequeat, quia non habeat bona, vnde dotem ei constituat : at verò *num.* 22. ex magis recepta sententia, quæ habet, tunc non teneri auum neptem dotare, vt probatur *in l. dedit dotem, ff. de collat. ac l. præfectitio, §. filiusfamilias, ff. de iur. dot.* post Bald. Curt. iun. Iaf. & Feder. Scot. docet, bona fideicommissi auiti non posse alienari pro dote neptis, cùm eius pater habet, vnde eam dotet.

Ampliatur secundò, vt filius grauatus restituere
204. hereditatem † possit pro constituenda dote propriæ filiæ bona sui patris fideicommittentis alienare. ita Menoch. *d. præsumpt.* 189. *num.* 23. dicens, id scribere omnes vno ore *in d. auth. res, quæ.* vbi Bart. *quæst.* 3. communem quoque asserit. *ibidem* Curt. iun. *num.* 13. & fatetur Peregr. multos allegans *d. art.* 42. *num.* 32. *cum duob. seqq.* vbi etiam fundamenta affert. præcipuè autem conuinci videtur ex *d. auth. res, quæ*, vbi satis apertè deciditur, posse pro constituenda dote neptis bona aui alienari, vbi legitima filij grauati ad id non sufficiat, dum liberorum nomine vtitur, quod comprehendit etiam neptes, & cæteros descendentes, *l. sed, si hac. §. vlt. ff. de in ius voc. & l. liberorum, ff. de verb. sign.* atque ita inter cæteros eam intelligit Menoch. *d. præs.* 189. *num.* 1. 2. 14. *&* 16. vt sit sensus, bona aui alienari posse pro constituenda dote liberis, hoc est, filiis, vel nepotibus, vbi legitima ab auo filiis suis relicta ad id non sufficiat. sicque tollitur argumentum nonnullorum relatorum à Menoch. suprà *num.* 13. & ipsiusmet Pereg. *num.* 35. *&* 36. vbi contrarium tenens, prioris sententiæ fundamenta tollere conatur. ipse verò Menoch. *num.* 24. *vers. cæterum*, distinguit, vt in præcedenti ampliatione, quòd, si pater in bonis suis valeat dotare, nihil possit alienari de bonis aui ab eo subiectis fideicõmisso, aliàs
205. possit. Extenditur autem hæc ampliatio, vt † in casibus, in quibus potest pater dotare filiam ex bonis fideicommissi sui patris, ideoque etiam de iis alienare, id facere possit pater siue inter viuos, siue in testamento, aut alia vltima voluntate ; vt cum Bart. & aliis, (quos etiam refert Peregr. *d. num.* 34.) docet idem Menoch. suprà *à num.* 44. *ad* 51. licèt Peregr. *d. num.* 35. *&* 36. contrarium contendat.

Ampliatur tertiò conclusio ipsa, ac simul extenduntur quæ mox præced. ampliationes, vt procedant, † etiamsi filia, vel neptis fideicommittentis 206.
non sint natæ, vel conceptæ in eius vita ; vt plures tenent relati à Peregr. *d. art.* 42. *n.* 37. & in nepte, vbi patris bona ad dotandum deficiant, latè probat Menoch. *d. præsumpt.* 189. *à num.* 18. *vsque ad* 21.

Ampliatur quartò conclusio, vt habeat locum † 207.
etiam in filia naturali, & spuria fideicommittentis ; vt contra alios satis probat non paucis relatis Menoch. vbi suprà *num.* 25. & Peregr. *num.* 38. qui *num.* 39. multis citatis ex communi aliam subiicit ampliationem ; (& erit nobis quinta ;) vt nimirum † ius 208.
hoc priuilegiatum competat filiabus maritatis adhuc non dotatis, vel dotatis incongruè. & quoad maritatas non dotatas, alij tenent relati à Menoch. suprà *num.* 52. vbi subdit, hoc ex eo pendere, an pater teneatur dotare filiam nuptam. in quo *à num.* 53. *vsque ad* 88. cum Rip. *in l. 1. num.* 55. *& seq. ff. sol. matrim.* multos distinguit casus, hoc verò de dotatis incongruè, Peregr. intelligit *num.* 40. post alios, nisi tempore dotationis inspecto fuisset congruè dotata, quoniam tempus illud in hac re obseruatur.

Ampliatur sextò, vt procedat conclusio, † etiam- 209.
si dos filiæ promissa pro parte soluta fuerit ; vt constat ex text. *d. l. à filia, in princ. ff. ad Trebell.* ibi, respondi, id quod in dotem fuisset, non contineri in partem hereditatis, quæ restituenda esset, sed etsi ex promissione dotis aliquid debitum fuisset, æris alieni loco habendum.

Amplia septimò, vt † etiam frater possit alienare 210.
bona fideicommisso subiecta à patre, vel auo suo, vt dotem sorori constituat ; vt ex communi tradit, & probat Menoch. *d. præs.* 189. *num.* 38. secus docens post alios *num.* 40. quoad bona à fratre suppositia fideicommisso ; qua de re latiùs infrà *limitat.* 3. dicemus.

Ampliatur octauò, vt † etiam pro constituenda 211.
dote spirituali filiæ, vel nepti, quæ vult ingredi Religionem, possint alienari bona fideicommisso subiecta. ita post alios docet, satisque comprobat Menoch. *d. præsumpt.* 189. *num.* 89. *vsque ad* 95. idémque non paucis relatis tradit Peregr. *d. art.* 42. *num.* 57. & ex communi Petra *d. quæst.* 8. *num.* 18. *cum duobus seqq.*

Ampliatur nonò, vt in casibus prædictis, aut dicendis, quibus de iure possunt alienari bona fidei-
commisso subiecta pro constitutione dotis, † possit 212.
etiam id fieri stante expressa prohibitione generali, ne ea bona alienentur ; vt pluribus relatis ex communi tradunt Menoch. *d. præsumpt.* 189. *num.* 96. *vsque ad* 115. Peregr. *d. art.* 42. *num.* 6. *in fin.* & Michael Tract. *d. tract. de succeff. § fideicommissum, quæst.* 57. *num.* 2. An verò idem statuendum sit, cùm testator in specie prohibet alienationem fieri etiam ex causa dotis, dicemus *limit.* 5.

Ampliatur

Ampliatur decimò, vt ex cauſa dotis conſtituendæ † poſſint alienari bona fideicommiſſi etiam piæ cauſæ relicti; vt poſt alios tradit Peregr. *d. artic.* 52. *num.* 56. & pluribus auctoritatibus, ac rationibus probat Menoch. *d. præſ.* 189. *à num.* 120. *vſque ad* 130. licèt *ibidem* aliquos referat contrarium ſententes: pro qua nonnulla fundamenta affert *à numer.* 131. *ad* 137. ſed priorem ſententiam, quam communem aſſerit, confirmat *num.* 138. maximè procedere, cùm teſtator in gradibus ſubſtitutionis agnatos prætulit Eccleſiæ. *num.* autem 139. eandem reſtringit poſt alios primò, vt non procedat, cùm teſtator Eccleſiæ reliquit pro malè ablatis. & *numer.* 140. quoad impenſas nuptiales, quæ non ſunt neceſſariæ ſecundùm vſum patriæ; ſecus verò, ſi ſint neceſſariæ, quia ſint ſolitæ: quod & ſatis oſtendit Peregr. *d art.* 42. *num.* 80.

214. Amplia vndecimò, vt † procedat d. auth. *res, quæ*, & noſtra concluſio, ſiue fideicommiſſum ſit vniuerſale, ſiue particulare; & ſiue purum, ſiue conditionale; vt poſt alios docet Peregrin. *d. artic.* 42. *num.* 54.

215. Ampliatur duodecimò, vt procedat, † quicumque ſit ſubſtitutus, etiam alter filius teſtatoris frater grauati; vt tradit Peregr. *d. art.* 42. *num.* 56.

Ampliatur decimotertiò, non eſſe neceſſarium iudicis decretum in alienatione rerum fideicommiſſariarum cauſa dotis conſtituendæ, vt infrà hac ipſa concluſ. *declarat* 2. oſtendemus.

216. Ampliatur denique, vt † etiam bona emphyteutica in caſibus à iure permiſſis ſubiecta fideicommiſſo; (de quo videndus Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.* 48. *num.* 2. *vſque ad* 6. docens, tunc poſſe cùm emphyteotis eſt tranſitoria ad extraneos, vel fideicommiſſarius eſt de comprehenſis in inueſtitura, & in eodem gradu, in quo eſt grauatus, cuius doctrinæ priorem partē latiùs quoque tuetur Craſſ. *d. §. fideicommiſſum, quæſt.* 51. poſſint alienari cauſa dotis conſtituendæ. ita ſentire videtur Petra *de fideicom. prohib. queſt.* 8. *num.* 479. & cum aliis Peregr. *d. tract. de fideicomm. art.* 42. *num.* 64. iuncto præced. ac tenet apertè Menoch. *d. præſumpt.* 189. *num.* 165. quia ita illa emphyteutica ſunt in teſtatoris diſpoſitione, ratione vtilis dominij, ſicut libera, & allodialia: ſubdens, quòd bona emphyteutica ſic in dotem data, mortua ipſa muliere, non reuertuntur ad eos, ad quos, ſi mulier innupta deceſſiſſet, reuerſa eſſent; ſed ad heredes mulieris, vel mariti, ſi dotem is lucratus eſſet, ex Doctor. ab eo *ibi* allegatis, & à Corbul. *tract. de iur. emphyt. ſub tit. de cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſit. dom. fall. limit.* 20. nimirum *num.* 4. *&* 5. vbi tamen, ſicut & *tribus num. præced.* limitatè in certis caſibus loquitur; neque vllum verbum in tota ea limit. de fideicommiſſo, ac præcipuè *num.* 1. *&* 2. vbi regulam generalem conſtituit, † vt pater poſſit dare emphyteotica bona in dotem etiam æſtimatam filiæ, ſi ſit comprehenſa in inueſtitura; quod etiam ſentiunt pletique relati, & approbati à Menoch. *d. præſumpt.* 189. *num.* 164. *& conſil.* 193. *num.* 9. 20. *&* 22. ac Petr. qui communem aſſerit *d. num.* 479. atque etiam cum aliis tenere videatur Duen. *reg.* 40. *ampliat.* 9. *& ſeq.* ac Peregrin. *d. artic.* 42. *numer.* 64 ſi verò non ſit comprehenſa, alt Corbul. *d. limit.* 20. *num.* 1. *&* 3. quòd poterunt ei dari in dotem inæſtimatam abſque licentia domini, ſed ipſa tenetur petere inueſtituram, aliàs cadit à iure ſuo. Quid autem dicendum ſit † de bonis feudalibus, an poſſint dari in dotem inconſulto domino, videas Petram *d. queſt.* 8. *à num.* 466. *vſque ad* 478. Menoch. *d. præſumpt.* 189. *à num.* 166. *vſque ad* 174. & Peregr. *d. art.* 42. *num.* 63. vbi etiam poſt alios aperte tradit, bona feudalia, quæ ex pacto, aut ex conſuetudine non ſunt alienabilia in extraneos, nec in feminas, ſed poſt mortem poſſeſſoris ad maſculos deferuntur, aut ad dominum redeunt, non poſſe in cauſam dotis alienari, niſi ad vitam dantis pro fructibus ipſorum feudalium; apertè ſentiens alienari libere poſſe ſi tranſitoria ſint ad extraneos: quo caſu bona feudalia venire in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, ſecus, ſi ſint ex pacto, & prouidentia, ex communi nonnullis relatis tradit Iul. Clar. §. *feudum, quæſt.* 86. *numer.* 1. & 2. quem ſequuntur Valaſc. *d. quæſt.* 48. *num.* 1. & Craſſ. *d. §. fideicommiſſum, qu.* 51. tum in hoc, tum in eo, quòd idem ſit dicendum in feudo hereditario mixto, necnon etiam vbi fideicommiſſarius ſit ex comprehenſis in inueſtitura, ſed remotior in gradu, licèt Soc. iun. *conſ.* 72. *num* 6. *lib.* 1. ex magis communi velit indiſtinctè fideicommiſſarium comprehenſum in inueſtitura excludere grauatum. Peregr. verò *d. artic.* 42. *num.* 58. *vſque ad* 62. latiùs tractat, an prædia, quæ pater non ex teſtamento, ſed ex contractu dedit filiæ ſuæ, vel filio, ea lege, ne poſſint alienari, & poſt eos vadant in aliquas perſonas, (quod eſt improprium fideicommiſſum, de quo idemmet fusè *art.* 51. ferè per tot.) poſſint etiam ex cauſa dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ alienari. ſicut Menoch. *d. præſ.* 189. *à num.* 175. *vſque ad* 185. & ab eo citati, præſertim Couarr *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 6. *num.* 10. & Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 4. *c.* 6. diſſerunt, quandónam bona primogenituræ, ſeu maioratus alienari poſſint cauſa dotis, vel ipſamet in dotem aſſignari: de quo etiam nos aliquid inf. *declarat. vlt.*

Limitatur nunc præſens concluſio primò, vt regulariter bona ſuppoſita fideicommiſſo à matre † 219
alienari non poſſint à filia, vt dotem ſibi conſtituat, ita poſt alios docet Peregr. *d. art.* 42. *num.* 45. & ante eum Menoch. *d. præſ.* 189. *num.* 46. *cum ſeq.* qui *num.* 28. *vſque ad* 32. pluribus id reſtringit, primò, niſi mater eſſet diues, pater verò inops, & pauper. *num.* autem 33. reſtringit ſecundò poſt laſ. *d. auth. res, quæ, num.* 7. in matre Iudæa, quæ filiam habet Chriſtianam; quoniam & mater Iudæa tenetur conſtituere dotem filiæ Chriſtianæ ſaltem cùm bona patris non extant, vt *ibidem* oſtendit; & fideicommiſſo inter Iudæos conſtitui poſſint, vt idem probat *num.* 4. *cum ſeq.*

Limitatur ſecundò, vt neptis regulariter nō poſſit alienare cauſa dotis bona fideicommiſſo ſuppoſita ab auo materno, vt ſatis probat idem Peregrin. *d. num* 45. & Menoch. *num.* 36. id reſtringens ille *num.* 46. hic *num.* 37. poſt alios, vt non procedat in ſubſidium, cùm ſcilicet neptis hæc nihil aliunde habet, quo dotetur.

Limitatur tertiò, quòd † bona à patre ſubiecta fi- 220.
deicommiſſo alienari non poſſunt pro conſtituenda dote eius ſorori; vt poſt Bart. *d. auth. res, quæ, num* 4. & alios probat Couar. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 6. *num.* 10. *verſ. primùm, illud equidem,* Peregr. *d. art.* 42. *num.* 49. & ex communi Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 6. & alter Molin. *de inſt. & iur. diſp.* 648. *num.* 1. *verſ. hæc tamen, tom.* 3. Menoch. *d. præſumpt.* 189. *num.* 40. qui *num.* 41. ſicut Peregr. *num.* 50. ſecus docent eſſe, quando ſoror eſt inops *& num.* 42. vbi adſit ſtatutum, quod ſtantibus maſculis feminæ non ſuccedant, *num.* autem 43. vtrumque hoc temperat in ſorore vterina, quam frater non tenetur dotare.

Limitatur quartò † in fideicommiſſo à paruo re- 221.
licto; vt ſentit Menoch. *d. num.* 43. dum ait non teneri patrum filiam fratris dotare, ex Rimin. iun. alios allegante *conſ.* 777. *num.* 6. & 9. Hond. *conſ.* 79.

num. 12. sentitque etiam magis expresse Couar. *d.n.* 10. *versic. primum, illud equidem*, dum inter alios ex Suarez *in l. filiusfamilias, §. dixi, il* 2. *num.* 361. *ff. de legat.* 1. docet *d. auth. res, quæ*, non obtinere, vbi alienatio fit ex causa dotis, donationisve propter nuptias in fauorem extraneorum ab ipso testatore, & eorum, qui per transuersam lineam eum attingunt: quod etiam post alios tradit Peregr. *d. num.* 49. & Michael Crall. *tract. de successions. §. fideicommissum, quæst.* 57. *num.* 5. Molin. *d. cap.* 6. *num.* 3. & alter Molin. *d. verf. hac tamen.*

222. Limitatur quintò, vt conclusio non procedat, † vbi testator in specie prohibuit alienari fideicómissi bona etiam ex causa constitutionis, vel restitutionis dotis, iuxta multorum opinionem, quos refert Peregr. *d. art.* 42 *num.* 6. Crall. *d. quæst.* 57. *num.* 3. & Menoch. *d. præs.* 189. *num.* 116. ac sequitur Couar. *d. num.* 10. *verf. tertiò, vt quibusdam*, iuncto *verf. ceterùm*: licèt hi omnes *ibidem* plerosque referant cõtrarium sentientes. Ex quibus opinionibus prior vera est, vbi testator reliquit filiæ portionem legitimam, vnde se dotare potest, secundùm Menoch. *d. præs.* 189. *n.* 117. qui sic exponit communem sentẽtiam contrariam: *num.* autẽ 118. *& seq.* posteriorem in duobus aliis casibus procedere posse ait. Ego verò prætermissis, vel potiùs comprehensis omnibus distinctionibus, seu harum opinionum conciliationibus, quas colligere licet tum ex adductis per eum *d. num.* 117. *cum duob. seq.* tum ex Couar. *d. verf. ceterùm*, Peregr. *d. artic.* 52. *num.* 9. *vsque ad* 12. & Crall. *d. num.* 3. ita distinguendum puto, quòd prior opinio procedat in casu dubio, an iura initio concluf. cit. tunc permittant alienari bona fideicommisso subiecta causa dotis constituendæ; posterior verò in casu clarè à prædictis iuribus comprehenso, nimirum cùm legitima filiæ suæ per fideicommittentem relicta non sufficit pro constituenda congrua dote ipsi filiæ grauatæ; vel cùm legitima relicta filiæ, vel filio grauato non sufficit pro congrua dote filiæ ipsius grauati; vt satis constat ex cit. iuribus, ac præcipuè ex *d. §. cum proponeretur, & §. quamobrem, auth. de restit. & ea, quæ par. in* 11. *men.* iuncta maximè *d. auth. res, quæ, C. comm. de legat.* quæ, cùm loquatur etiam de liberis, comprehendit quoque nepotes, ac alios descendentes, iuxta *l. liberorum, ff. de verb. sign.* atque adeò poterunt etiam bona patris fideicommittentis alienari à filio grauato pro dote constituenda filiæ suæ, vel ab ipsa nepte pro constituenda sibiipsi congrua dote, vt suprà *ampliat.* 1. ex ipso Menoch. ostendimus; de cuius mente *d. præsumpt.* 189. *num.* 116. *ad fin.* videtur hæc esse distinctio; & multo apertiùs eam sentit Peregr. *d. num.* 9. *&* 10. iuncto *num.* 3. dum ait, quòd propter dispositionem *d. §. quamobrem*, ex parte patris fideicommittentis prohibẽtis deficit in eo potestas; quoniam, cùm grauat filium, aut filiam in rebus sibi relictis, nõ solùm tenetur relinquere legitimam, sed & legitimæ adiicere tantam substantiæ suæ portionem vt sufficiat ad dotis, & antenuptialis donationis oblationem, vt declarauit sub *d. num.* 13. ideóque sublata patris potestate cessat omnis de eiusdem voluntate disputatio; tolluntúrque argumenta pro contraria parte adducta ex patris voluntate,

223. per reg. *l. nemo potest, ff. de legat.* 1. vbi dicitur, quòd † nemo potest facere, quin leges habeant locum in suo testamento; quæ quidem tunc procedit, cùm legis dispositio inducta est ob fauorem publicum; cuiusmodi est dispositio *d. auth. res, quæ. & d. §. quamobrem*; nam vtrobique illa ratio subiicitur; ea enim, quæ communiter omnibus prosunt, iis, quæ specialiter quibusdam vtilia sunt, præponemus. & *in d. §. cum proponeretur*, affertur ratio pudicitiæ, quæ & ipsa publica est. vnde verius videtur, (licèt contrarium quoad priorem nunc afferendæ distinctionis partem voluerint alij, quos sequitur Peregr. *d. art.* 42. *num.* 10. 11. 12. *&* 72.) quòd, quando non possit imputari filiæ dilapidatio legitimæ, & Trebellianicæ, sed solùm patri, tunc debeat dotari in bonis auiti fideicommissi, non obstante aui prohibitione patri facta de non alienãdo etiam ex causa dotis; vt tenet Menoch. *d. præs.* 189. *num.* 117. *ac* 118. ob quam etiam rationem sustineri potest quod idem Menoch. docet *num.* 119. quòd, non obstante prædicta prohibitione, fratres grauati restituere à patre communia bona, possunt dotare sororem ex bonis fideicommissi, cui pater nihil reliquit pro dote.

Limitatur nunc sextò, vt dispositio *d. auth. res, quæ*, non procedat † in fideicommisso descendentium respectu ascendentium; vt post alios docet Peregr. *d. art.* 52. *num.* 48. qui *num.* 52. *&* 55. idem docet in fideicommissis extraneorum. 224.

Limita septimò, vt † pro augmento dotis regulariter nequeat fieri alienatio bonorum fideicõmissariorum; vt constat ex *§. hæc igitur omnia, auth. de restit. & ea, quæ par. in* 11. *men.* quem intellexit Menoch. post alios *d. præs.* 189. *num.* 159. in dote congrua; licèt glos. *in d. §. verbo, augmentum*, etiam in dote non congrua eum textum intelligat. cuius dictum verum esse poterit in casu, de quo Menoch. suprà *num.* 160. quando pater vixit nubente filia, & dotem tenuem viro consentiente constituit. Ceterùm, si dos congrua non sit, poterunt causa augmenti dotis alienari bona fideicommissaria. Miror autem, huius text. & glos. non meminisse Peregr. *d. art.* 42. *num.* 39. *&* 77. vbi hac de re agit, & aliter distinguit. 225.

Limita octauò, vt *d. auth. res, quæ*, & conclusio nostra non procedat, † vbi filia dotanda percepisset tot fructus, qui ad congruam dotem ascenderent. ita respondit Vlpianus I.C. *in d. §. cum proponeretur*, his verbis; quòd si tantos fructus ex hæreditate mulier percepit, ita, vt potuerit doti satisfieri, dicendum est potiùs fructibus hoc expensum ferendum, quàm fideicommisso. atque ex hoc text. id tradiderunt *ibi* interpretes, & alij plerique relati ac probati à Peregr. *d. art.* 42. *num.* 71. *in princ.* ac Menoch. *d. præsumpt.* 189. *num.* 161. vbi cum *num. seq.* id intelligit post alios in fructibus extantibus tempore constitutionis dotis; secus in iam consumptis. id, quod etiam post alios tradit Peregr. *d. num.* 71. *verf. intellige*, subdens, quòd percepti post matrimonium ex rebus ipsis fideicommissariis vltra congruam ipsius filiæ dotem, reuocentur, & in fideicommissi causam regrediantur; vt post antiquos declarauit Alex. *d. §. cum proponeretur, col.* 2. Quando autem bona ipsa fideicommissaria alienata causa dotis † regrediantur in fideicommissum; ita, vt veniant in eius restitutione, latè tractat nonnullos casus distinguens idem Peregr. *d. art.* 42. *à num.* 19. *vsque ad* 29. quem, si lubet, videas. Hos verò pro complemento huius concl. antequam illam deseramus, aliquot eius declarationes, quæ simul duabus sequentibus concluf. deseruient, afferamus. 226. 227.

Declaratur igitur primò hæc conclusio cum duabus seqq. vt priuilegium concessum doti siue constituendæ, siue restituendæ, necnon oblationi, seu obligationi donationis propter nuptias, vt possint earum causa alienari bona fideicommissi, † subsidiarium sit, ita, vt intelligatur, non extantibus aliis bonis liberis. ita multis relatis ex communi Petra *de fideicommiss. prohib. quæst.* 8. *num.* 459. *&* 460. *versic. nihilominus verior videtur*, Peregr. *d. artic.* 42. *num.* 66. *cum multis seqq.* & Menoch. *d. præsumpt.* 228.

ſumpt. 189. *num.* 8. id extendens *num.* 9. ex multo-
229. rum opinione, vt procedat etiam, † quando teſtator expreſsè dixit, quòd feminæ dotentur ex bonis fideicommiſſi. quæ opinio omnino admittenda erit in caſu, de quo Peregrin. *d. artic.* 42. *num.* 76. cùm teſtator conſtituit perpetuum fideicommiſſum maſculinum, iubendo feminas dotari, vt *ibi* contra alios ipſe probat; ſubditque poſt Petram *quæſt.* 8. *num.* 460. qui alios allegat, & Curt. ſen. *conſil.* 27. *col.* 2. *verſ. ſed contra*, quòd aſſerens, extare alia bona, ex quibus dos conſtitui poſſit, probare id debet: quod etiam comprobat Peregr. *d. art.* 42. *num.* 73. idem verò Menoch. *d. num.* 9. poſt Bald. *d. auth. res, quæ, num.* 4. Caſtrenſ. *num.* 5. & Molin. *lib.* 4. *de Hiſpan. primogen. cap.* 6. *num.* 16. docet, quòd eo caſu, quo alienari poſſunt bona fideicommiſſi pro conſtitutione dotis, non ſolùm pars ipſorum bono-
230. rum, ſed etiam † omnia bona permiſſum eſt alienare, vbi omnia neceſſaria ſint ad congruè dotandum, & non ſint alia libera: quod poſt alios quoque tradit Peregr. *d. art.* 42. *num.* 26. Qui *d. num.* 66. ex prædicta principali declaratione docet poſt multos, quòd, ſi grauata præter legitimam ex fideicommiſſo detrahat Trebellianicam, aut habeat bona aduentitia, quæ ſufficiant ad dotem conſtituendam, vel reſtituendam, fideicommiſſum diminui nó debet: cùm tamen dos, quã pater viuens tenetur dare filiæ, præſtanda ſit, licèt ea habeat peculium aduentitium, vnde ſe dotare poſſit; vt idem monet *num.* 68. per text. *in l. final. C. de dot. prom.* ac Doct. *ibi, & l.* 1. *ff. ſolut. matr. num.* autem 67. ex Rimin. iun. *conſ.* 483.
231. aduertit, quòd, † ſi bona libera non ſufficerent ad congruæ dotis conſtitutionem, vel reſtitutionem, & fundus fideicommiſſarius non poſſet in parte tãtùm alienari, poſſet totus alienari, collocato reſiduo pretio in aliqua minori proprietate reſtituenda fideicommiſſario. & *num.* 69. infert poſt alios, quòd, ſi in cauſam dotis alienata fuiſſent bona fideicommiſſaria retentis liberis, poſſit fideicommiſſarius ea vendicare vti alienata aduersùs legis præſcriptum. *num.*
232. verò 70. probare contendit, quòd, † ſi tempore alienationis in dotem non extabant bona libera, ſed poſtea ſuperuenerunt, fideicommiſſum eſſet reintegrandum in bonis liberis. quæ tamen parum vrgent; & ſolùm probant in filia ipſa, quæ malè conſumpſiſſet Trebellianicam, & legitimam, iuxta id, quod idem tradit *num.* 71. & 72. non autem vbi filia ſine culpa, aut pater, vel frater etiam malè eam conſumpſiſſet, vt ſuprà *limit.* 5. *ad fin.* docuimus, cùm non debeat ſine ſua culpa iure ſuo priuari, & factum legitimè non debeat retractari, licèt deueniat ad eum caſum, à quo non poſſet inchoari, ex *vulg. reg. iur.*

233. Declaratur ſecundò, vt † cùm in caſibus priuilegiatis, & iure permiſſis conceditur alienatio bonorum fideicommiſſariorum, non ſit neceſſarium iudicis decretum, vt ſatis probat Peregr. *d. artic.* 42. *num.* 94. & *ſeq.*

Declaratur tertiò, quòd, licèt *in d. l. mulier, §. cùm proponeretur, & l. à filia, in princip. ff. ad Trebell. auth. res, quæ, C. comm. de legat. & d. auth. de reſtit. & ea, quæ par. in* 11. *menſ. poſt mort. vir.* præſertim *in §. quamobrem*, nihil dictum ſit de Trebellianica, & aliis bonis liberis; attamen ex communi interpretum conſenſu, & iudiciali obſeruantia ea iura ſic
234. ſupplentur, & intelliguntur, vt, † ſi legitima portio, Trebellianica & alia bona à fideicommiſſo libera non ſufficiant ad congruam filiæ grauatæ dotationem, vel ad reſtitutionem dotis vxoriæ filij grauati, ſuppleatur de bonis paterni fideicommiſſi: ita Peregr. *d. artic.* 42. *numer.* 1. poſt Curt. iun. *d. auth. res, quæ, num.* 16. & per ea, quæ ipſemet latiùs tradit *eodem artic.* 42. 3. *part. princip.* hoc eſt *à num.* 54. *ad* 95. præſertim *d. num.* 54. 55. & 66. *vſque ad* 77. ſed & quoad conſtitutionem dotis filiæ fideicommittentis ſatis dici poteſt aliquid haberi quoad Trebellianicam *in d. §. cùm proponeretur, & d. l. à filia*, dum ponuntur ſub tit. *ad Trebell.* de aliis verò bonis liberis *in d. §. cùm proponeretur*, vbi dicitur, fructus perceptos à filia imputari in dotem eius congruam.

Declaratur quartò, † in terminis *d. auth. res,* 235.
quæ, & d. §. quamobrem, poſſe dotem congruam excedere quantitatem legitimæ, vt ſatis conſtat ex ipſis iuribus, dum *in d. auth. res, quæ*, dicitur; res quæ ſubiacent reſtitutioni, prohibentur alienari quidem, vel obligari; ſed, ſi liberis portio legitima non ſufficit ad dotis, ſiue donationis propter nuptias obligationem, permittitur res prædictas in eam cauſam alienare, vel obligare pro modo honeſtati perſonarum congruo. & *in d. §. quamobrem*, ait Iuſtin. ſi non ſuffecerit legitima pars ad dotis, aut antenuptialis donationis oblationem honeſtè, & ſecundùm perſonarum qualitatem, & merita, excipere etiam hoc ad reſtitutionem ſecundùm quòd adiectum legitimæ parti dotem, aut antenuptialem facit donationem. ídque apertè ſentit inter alios Peregrin. *d. artic.* 42. *num.* 1. 3. 9. 10. & 70. ac Menoch. *d. præſ.* 189. *num.* 2. Quare minùs rectè contrarium idemmet ſentire videtur *in commentar. de arbitr. indic. caſ.* 149. *num.* 13. poſt Socin. ſen. *conſil.* 288. *col.* 7. *verſ. circa primum, lib.* 2. quamuis *num.* 27. idipſum ipſe quoque Menoch. ſentire videatur. omnino autem rectè paſſim *in eo caſ.* 149. extra hanc materiam *auth. res, quæ*, ſentiat poſt alios, congruam dotem regulariter non excedere legitimam; quod etiam ſentire videntur quotquot dixerunt, dotem ſuccedere loco legitimæ. quod plerique voluerunt relati à Peregrin. *d. tract. de fideicommiſſ. artic.* 38. *num.* 20. ac probati à Tiraquell. *in repetit. l. ſi vnquam, verbo, ſuſceperis liberos, numer.* 112. *C. de reuoc. donat.* & quamuis contrarium in hoc poſtremo plures ſentiant relati à Peregrin. *ibidem num.* 21. tamen ſolùm illud contendunt, dotem poſſe à patre, & à ſtatuto conſtitui minorem legitima. quo ſtante mirabilis appareret prædicta declaratio; ſequi enim videtur, quòd fideicommiſſum inductum ad diminuendum patrimonium, & conſequenter dotem, † operetur ef- 236.
fectum contrarium eius augmenti, contra regulam *l. legata inutiliter, ff. de legat.* 1. *l. cùm tale, §. vltim. ff. de condit. & demonſtr. l. ſi mancipia, in princip. ff. de fund. inſtruct.* cum aliis adductis per Quintil. Mandoſ. *ad reg.* 31. *Cancellar. quæſt.* 10. *numer.* 9. Verùm præterquam quòd hæc regula, vt inducta ad vnum effectum non debeant operari contrarium, intelligenda eſt reſpectu eiuſdem inducentis, & cauſæ ſiue principalis, ſiue inſtrumentalis ipſius effectus: at verò diminutio dotis inducitur ab homine tamquam cauſa principali per fideicommiſſum tamquam inſtrumentum; augmentum autem dotis inducitur à lege media facultate alienandi bona fideicommiſſaria, quaſi inſtrumento, ex publica vtilitate præponderante priuatæ: adhuc dici poteſt, eſſe rationem ſpecialem permittendi maiorem dotem in caſu *d. auth. res, quæ*, quàm in cæteris: quia in his caſibus dotatio fit etiam exiſtentibus aliis bonis apud dotatam, in caſu verò *d. auth.* hoc augmentum ſolùm permittitur in ſubſidium, ac defectum aliorum bonorum, vt ſuperiùs in prima declaratione diximus, maximè ex Peregrino alios allegante *d. artic.* 42. *num.* 68. & 69. Quòd ſi

putas,

237. putas, † quandónam dicatur congrua dos in casu *d. auth.* siue minor futura sit, siue maior legitima, siue etiam inæqualis; communior videtur tententia, vt id iudicis arbitrio relinquatur: ita enim sentit glos. *d. auth. res, qua, verbo, meritò,* & *ibi* Bart. *num.* 1. notauítque Curt. iun. *numer.* 10. & alij, ac Menoch. *d. lib.* 4. *de præsumpt. præs.* 189. *numer.* 10. éstque de mente Petr. *de fideicommiss. prohib. quæst.* 8. *num.* 465. & Peregrin. *d. artic.* 43. *numer.* 78. & satis tum ex eo colligitur, quòd ea, quæ à iure non sunt definita, iudicis arbitrio relinquuntur, *l.* 1. *ff. de iur. delib. cap. de causis, de offic. deleg.* cum simil. tum ex ipso text. *d. auth. res, qua*, & apertiùs ex *d.* §. *quamobrem*, vnde ea sumpta est, in verbis per nos relatis initio huius declarat. tum etiam, quia regulariter iudicis arbitrio relinquitur, quænam sit congrua dos, *l. quæro, ff. de iur. dot. & l. si furioso, C. de nupt.* & vtrobique Doctor. Bellon. *consil.* 83. *num.* 9. *&* 10. cum aliis adductis per Menoch. *d. cas.* 149. *num.* 34. cum aliquot seq. apud quem videri potest quomodo generatim in constituenda congrua dote arbitrium suum moderari debeat iudex: sicut in casu *d. auth.* id latè prosequitur Petr. *d. numer.* 465. & Peregrin. *d. num.* 78. Idem autem ob-

238. seruare debet iudex † in moderanda, & arbitranda donatione propter nuptias: tum quòd iisdem verbis quoad hoc vtitur *d. auth.* in donatione huiusmodi, atque in dote: tum quòd donatio propter nuptias non potest excedere quantitatem dotis, sed ei ad summum æqualis esse debet: vt per text *in auth. æqualitas, C. de pact. convent. tam suprà dot.* &c. notauit Petra *d. num.* 456. *versic. & primo casu*, post Opizon. *in l. filiusfamilias*, §. *diui*, *il* 2. *numer.* 141. *ff. de legat.* 1. & alios id temperantes, nisi aliud consuetudine, vel statuto caueatur.

239. Declaratur denique, † in bonis maioratus non esse regulariter admittendum, vt alienari possint pro constitutione dotis, etiam descendentium ipsum maioratum constituentis; vt satis probant Ludouic. Molin. *de Hispan. primogen. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 17. *cum aliquot seqq.* & alter Molin. *de inst. & iur. tom.* 3. *disput.* 648. *num.* 4. *& disput.* 649. *num.* 3. vbi idem tradunt de restitutione dotis, & donatione propter nuptias, sed cum distinctione, de qua *ibi* per eos, & ab iis citatos. Atque hæc de 16. conclusione sint satis.

DECIMASEPTIMA CONCLVSIO. Bo-

240. na fideicommisso subiecta † alienari possunt pro restituenda dote vxori filij fideicommittentis. ita glos. Bart. & ceteri ferè omnes *d. auth. res, qua, C. communia. de legat.* cum aliis allegat. per Rol. à Valle *consil.* 20. *lib.* 4. Couar. *lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 6. *numer.* 10. *versic. quartò, non tantùm*, Petram *de fideicommiss. prohib. quæst.* 8. *numer.* 349. Peregrin. *d. artic.* 42. *num.* 1. 2. 3. 81. *&* 82. atque alibi partim in eo artic. necnon Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 182. *numer.* 69. *& seqq. d. lib.* 4. *de præsumpt. præsumpt.* 190. *à num.* 1. *vsque ad* 15. *& consil.* 33. *numer.* 11. cum multis seqq. qui tres auctores variis modis id colligunt, præcipuè ex nonnullis §§. *d. auth. de restitut. & ea, quæ par. in* 11. *mem.* præcipuè verò ex §. *moriente, & §. rursus*, qui sanè aperti sunt. quibus & illud fundamentum accedit, quòd *in d.* §. *quamobrem, auth. eodem tit. & d. auth. res, qua*, absolutè deciditur, bona fideicommissi alienari posse causa dotis, non distinguendo de restituenda, vel constituenda: vnde nec nos distinguemus, *l.* 3. *ff. de offic. præsid.* cum suis concord. Menoch. autem *eadem præsumpt.* 190. *num.* 16. *vsque ad* 27. tollit fundamenta Ias. *d. auth. res, qua, num.* 29. Alciat. *in l.* 1. *num.* 65. *ff. sol. matrimon.* Feder. Scot. *respons.* 17. *num.* 8. *lib.* 4. *tom.* 1. *& respons.* 4. *num.* 29. *libr.* 1. *tom.* 2. & aliorum quos idem Menoch. refert *consil.* 33. *num.* 1. licèt verè Ang. alleg. à Ias. & ceteri illi DD. potiùs loquantur in casu 2. ampliationis; prout eos, ac præsertim Ang. Ias. & Alciat. intellexit etiam Peregrin. *d. num.* 81. Possumus ergo multo veriùs cum eodem Menoch. *d. præsumpt.* 190. *num.* 28. concludere, priorem sententiam esse veram, & receptam. quæ sine controuersia locum habet, quando testator ipse, qui fideicommissum constituit, eam dotem accepit; ita, inquiens, in specie adnotasse Ludouic. Molin. *tract. de Hispan. primogen. cap.* 6. *numer.* 14. necnon Ias. *d. num.* 29. & Becium *consil.* 54. *numer.* 1. quos sequitur Crass. *tract. de success.* §. *fideicommissum, quæst.* 57. *numer.* 4. *in fin.* Difficultas verò aliqua est in sequentibus huius sententiæ ac nostræ concl. ampliationibus.

Ampliatur tamen primò, vt procedat † etiamsi 241.
pater, in cuius vita filius dotem recepit, non constituit pro ea hypothecam, neque illam assecurauit in bonis suis, vt post glos. Bald. Ang. & alios *d. auth. res, qua*, tradit Peregr. *d. num.* 81. *vers. contrariam opinionem.*

Ampliatur secundò, vt habeat locum † etiamsi 241.
post constitutum fideicommissum, & patris fideicommittentis mortem filius dotem competentem ab vxore acceperit: adhuc enim pro ea restituenda, vbi legitima, Trebellianica, aut alia bona libera non sufficiant, poterit alienare bona à patre fideicommisso subiecta. ita post alios quamplurimos ex veriori, ac receptiori tradit Couarr. *d. versic. quartò, non tantùm*, & Crass. *d. num.* 4. vbi plures refert de communi testantes; atque ex communi quoque resoluit Peregrin. *d. num.* 81. *vers. contrariam sententiam*, illámque *ibi* iuncto *num.* 81. satis confirmat, quod & facit Couar. *loco cit.*

Ampliatur tertiò ex Crass. *d. numer.* 4. post Be-
cium *d. consil.* 54. vt procedat, † etiamsi legiti- 243.
ma, & Trebellianica tempore restitutionis esset consumpta. quoniam secundùm communem opinionem tempus non consumptionis, sed restitutionis inspiciendum est; Cephal. *consil.* 261. *num.* 24. eamdem ampliationem tenet post alios Petr. *de fideicommiss. prohib. quæst.* 8. *numer.* 457. *vers. secundo casu principali, & numer.* 460. generatim quoad bona libera, vt licèt adstent tempore constitutionis dotis, si tamen tempore restitutionis reperiantur consumpta, posse adhuc capi bona fideicommissi pro dotis restitutione, plerique tenent, quos refert Menoch. *d. præsumpt.* 190. *numer.* 44. qui tamen *numer.* 45. *& seq.* duos hac in re casus, & quidem valde probabiliter distinguit: vt nimirum vel omnino tempore restitutionis sint ea bona libera consumpta, ita, vt nullus pro eis conueniri possit; & tunc prædicta opinio locum habeat; aut solùm sint alienata, & in alium translata, qui valeant conueniri; & tunc nequeant bona fideicommissaria pro restitutione dotis alienari; quia hoc remedium *auth. res, qua*, est subsidiarium, vt *præced. conclus. declarat.* 1. docuimus. qui autem actionem habet, rem habere dicitur, *l. qui actionem, ff. de reg. iur.* idque multo magis locum habet, subdit *ibidem* Menoch. ex sententia Ias. *d. auth. res, qua, in fin.* & Petr. *d. quæst.* 8. *numer.* 458. *versic. & pro ista parte facit, quando mulier consensit expressè, vel tacitè marito dilapidanti, & consumenti bona prædicta.*

Ampliatur quartò, vt procedat conclusio, † et- 244.
iam quando vxor granati vltra hypothecam bonorum,

rum, cauit ſibi de fideiuſſoribus idoneis pro reſtitutione ſuæ dotis. ita poſt alios multis argumentis probat Peregrin. *d. artic.* 42. *numer.* 74. *cum ſeq.* & Menoch. *d. præſ.* 190. *num.* 29. *vſque ad* 43. vbi etiam id à contrariis tuetur. Id tamen intelligendum eſt in caſibus, quibus fideiuſſores dotium valent, nimirum quia ante matrimonium facta fuiſſet conuentio de fideiuſſoribus dandis, vel quia fideiuſſores principaliter, & inſolidum ſe obligarunt: in quibus caſibus Caſtrenſ. *conſil.* 15. *col.* 3. *num.* 2. *vol.* 1. & Curt. iun. *d. auth. res, quæ, num.* 39. limitant regulam tit. *C. ne fideiuſſ. dot. dent.* ſic adnotauit Peregr. *d. art.* 42. *num.* 75.

Ampliatur denique præſens concluſio in omnibus aliis caſibus, in quibus præcedens modo illi adaptari poſſit; quoniam, vt ſuprà initio huius
245. concluſ. vidimus, † à pari procedunt dotis conſtitutio, & reſtitutio in hac materia faculiatis alienandi bona fideicommiſſi: & in ſpecie poſt multos adnotauit Peregrin. *d. art.* 42. *num.* 82. qui etiam paſſim in eo art. miſcuit in deciſionibus cauſam dotis reſtituendæ, & conſtituendæ.

Limitatur nunc primò hæc noſtra concluſio, vt
246. non procedat † in muliere, quæ ſciuit bona mariti eſſe ſuppoſita fideicommiſſo; tunc enim non poteſt mulier retinere, vel alienari facere bona fideicommiſſi pro dotis ſuæ reſtitutione. ita poſt Crot. *in l. filiusfamilias, §. dini, il* 2. *num.* 179. *ff. de legat.* 1. Curt. iun. *d. auth. res, qua, num.* 11 Socin. iun. *conſil.* 23. *col.* 1. *lib.* 3. & Cranet. *in reſponſ. pro gener. num.* 59. tenet Menoch. *d. præſ.* 190. *numer.* 47. nam ceſſat, inquit, hîc ratio, & cauſa illa iuſta, qua Iuſtin. vtitur *in §.* 1. *auth. de reſtitut. & ea, quæ par. in mon.* 11. ex aliiſque probat *d. numer.* 47. iuncto *num.* 48. *&* 49. vbi refert Rip. & Couarr. contrarium tenentes, & Theſaur. *deciſ. Pedemon.* 151. *in fi.* qui hanc contrariam ſententiam, atque adeò præſentem limitat. declarat.

Limitatur ſecundò eadem noſtra concluſio, vt
247. non habeat locum † in dote tantùm confeſſata, nondum recepta; vt poſt Ang. *d. auth. de reſtit. & ea, quæ par. in* 11. *mon. numer.* 3. & alios, tenet, ac probat Menoch. *d. præſumpt.* 190. *numer.* 50. *&* 51. nec diſſentit omnino Peregrin. *d. artic.* 42. *numer.* 83. licèt pro contraria illam communem ſententiam afferat quòd dos confeſſata habet omnia priuilegia dotis datæ. Mihi autem ſummopere placet diſtinctio allata & ſatis confirmata per Petram *d. tract. de fideicommiſſ. prohib. quæſt.* 8. *num.* 380. quámque etiam pro parte tenent poſt alios Menoch. *d. num.* 51. & Peregrin. *d. num.* 83. quòd aut ſumus in confeſſione dotis conſtante matrimonio facta; & tunc clarum eſt, eam fideicommiſſo non præiudicare, vt ex communi latè tradit Rub. *conſil.* 78. *numer.* 2. aut ſumus in confeſſione dotis facta ante matrimonium; & tunc, ſiquidem lapſum eſt tempus exceptionis non numeratæ dotis, ſiue exceptioni eſt renuntiatum, confeſſio huiuſmodi præiudicat fideicommiſſo; vt ex communi docet Rub. ſuprà *numer.* 9. & Rol. à Vall. *conſil.* 85. *numer.* 37. *cum plur. ſeqq. vol.* 1. tradúntque alij, quos *ibi* citat Petra: ſi verò nondum lapſum eſt tempus exceptionis, neque ei fuit renuntiatum; prædicta confeſſio non præiudicat fideicommiſſo; gloſ. *in l. aſſiduis, C. qui patior. in pignor. hab.* In priori autem ex his duobus caſibus confeſſio dotis vel donationis propter nuptias præiudicabit fideicommiſſo, licèt illa dos, vel donatio conſtituta ſit poſt iniunctum fideicommiſſum, vt poſt Rol. *conſ.* 20. *num.* 8. *& multis ſeqq. vol.* 4. de commun. atteſtantem tradit Petra *d. num.* 380. *in fin.*

Limitatur tertiò principalis concluſio, vt locum non habeat, † quando culpa aliqua adſcribi 248.
poteſt mulieri, quæ potuit exigere, & conſequi dotem à marito, quem in dies videbat vergere ad inopiam, & tamen exigere neglexit: ſic poſt laſ. *d. auth. res, quæ, col. vltima, limit.* 14. & Feder. Scot. *reſponſ.* 4. *num.* 31. *lib.* 1. *tom.* 2. declarat Menoch. *d. præſumpt.* 190. *num.* 52.

Limitatur quartò, vt non procedat † in fidei- 249.
commiſſo à matre relicto; cuius bona alienari non poſſe pro reſtitutione dotis nurus, voluit Petr. *d. §.* 8. *numer.* 393. poſt Socin. iun. *conſil.* 119. *numer.* 12. *volum.* 2. licèt contrarium ſentiat Marzar. *in epit. fideicommiſſ. queſt.* 44. *in fin.* & Menoch. *d. num.* 52. ſubſiſtat.

Limitatur quintò, vt non habeat locum concluſio † in reſtitutione augmenti dotis, niſi de eo ve- 250.
rè, & realiter conſtet; vt ſatis probat Peregr. *d. art.* 42. *num.* 88. *& ſeq.* poſt Cephal. *conſil.* 172. *col. vlt. vol.* 2.

Limitatur denique omnibus modis, quibus præcedens concluſio, quatenus huic concluſ. poſſint adaptari; per ea, quæ in eiuſdem vltima ampliat. diximus.

DECIMAOCTAVA CONCLVSIO. Bona fideicommiſſaria, vbi portio legitima non ſufficiat, † poſſunt alienari pro oblatione, ſeu obliga- 251.
tione donationis propter nuptias. text. eſt *in d. auth. res, quæ, C. commun. de legat.* & in corp. vnde ſumitur, nimirum *auth. de reſtitut. & ea, quæ par. in* 11. *mon. poſt mort. viri*, præſertim *§. quamobrem*; cuius vtriuſque text. verba retulimus *concluſ.* 16. *declarat. vlt. circa initium.* Sed & idem conſtat ex *§. moriente, §. rurſus, & §. ſancimus, auth. eodem tit.* ex quibus id adnotarunt gloſ. Bart. atque alij tum *ibi*, tum alibi paſſim; & eſt communis, ac probata concluſio, vt ait Peregrin. *d. artic.* 52. *num.* 96. ex Bart. Socin. *conſil.* 23. *col.* 2. *vol.* 3. Lup. *in repert. cap. per veſtras, §.* 13. *de donat. inter vir. & vxor.* & Bellon. *conſil.* 83. *num.* 3. *&* 8. inde autem potiſſimum tradit Peregrin. *d. numer.* 96. ex iis rebus fideicommiſſariis, quæ in cauſam dotis dari, aut pro reſtitutione dotis obligari permittuntur, † lo- 252.
cum eſſe pacto de lucrando partem dotis, & donationis antenuptialis tam ex parte viri, quàm ex parte mulieris. Atque hæc erit loco primæ ampliat. præſentis concl.

Secunda verò ampliatio ſumi ex eo poteſt, quod idem ſubdit *num.* 97. poſt Bald. *in d. auth. res, quæ, numer.* 14. Caſtrenſ. *col.* 2. Curt. iun. *num.* 46. cum aliis, de quibus Cranet. *conſil.* 186. *num.* 4. quòd † 253.
ſi per pactum id fieri permittitur, poſſit etiam per ſtatutum. & ſic ſæpe Bald. conſuluit. ſtatutum de lucro dotis locum quoque habere in rebus fideicommiſſariis per filiam à patre grauatam in cauſam dotis datis, vt *conſil.* 77. *conſil.* 103. *&* 327. *vol.* 4. vbi, quod plus eſſe videtur, conſuluit in filia honorata à patre in certo prædio cum ſubſtitutione pij loci, vt, quatenus prædium illud in dotis cauſam dari potuerit, locus ſit lucro ſtatutario; cuius quoque ſententiæ fuit Caſtrenſ. *conſil.* 80. *col.* 2. *verſic. breuiter, vol.* 1. & Phanuc. *tract. de lucr. dot. gloſ.* 10. *n.* 60. ex quo habes extenſionem huius ampliat. cuius reſtrictionem ſumere licet ex eo, quod idem Peregrin. ſtatim ſubiicit, iuncto eo, quod ipſemet tradiderat *num.* 55. ſic intelligens eundem Caſtrenſ. *conſil.* 43. *col. vlt. vol.* 2. vbi fideicommiſſum eſſet inductum à tranſuerſali; vel quoad bona relicta cohæredi eius, qui debet dotem reſtituere, aut eam, donationémve propter nuptias ei, qui eſt pariter grauatus à communi patre, &

auctore

auctore reciproco inter eos fideicommisso.

Limitatur autem præsens conclusio, vt regulariter non procedat, † vbi adsint alia bona libera; 254. vt in specie post Bellon. *consil.* 83. *num.* 3. *&* 8. limitat Peregrin. *d. num.* 96. & constat ex aliis, quæ tam quoad dotis constitutionem, aut restitutionem, quàm quoad donationem propter nuptias hac in re tradidimus post alios suprà *concl.* 16. *declarat.* 1.

Quòd si quis plura minùs necessaria ad ampliationem, limitationem, vel declarationem præsentis conclusionis scire cupiat, consulat eundem Peregrin. *d. artic.* 42. *numer.* 98. *vsque ad fin.* Phanuc. *d. tract. de lucr. dot. glos.* 10. ex *num.* 57. Roland. à Valle *in simil. tract. quæst.* 57. *cum seq.* & Petr. Anton. à Petra *d. tract. de fideicommiss. prohibit. quæst.* 8. *à num.* 353. *vsque ad* 365. necnon *numer.* 380. *cum tribus seqq. num.* 409. 460. *in fin.* 462. 465. *&* 493. Quoad ampliationem verò, limitationem, aut declarationem duarum præcedent. conclus. nimirum circa facultatem alienandi bona fideicommisso subiecta, consulere poterit inter ceteros eumdem Petram *d. quæst.* 8. *à num.* 330. *vsque ad* 501. Menoch. *d. consil.* 33. *&* *d. lib.* 4. *præs.* 189. *cum seq.* & Peregrin. *d. artic.* 42. *à num.* 1. *vsque ad* 96. & Doct. ab his citat. ea enim singula prosequi parùm vtile, ac penè infinitum esset. Iam igitur ad reliquos casus 173 transeamus, in quibus auctoritate legis derogatur fideicommissis: eos autem tribus proximis concl. complectemur.

DECIMANONA CONCLVSIO. Filius, 255. aliúsve, cui legitima de iure debetur, † eam deducere potest de fideicommisso, quoniam eo grauari non potest. Constat id ex text. *in l. omni modo, l. qua nuper, & l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam.* quæ omnes leges sunt Iustin. Imper. nam *in d. l. omnimodo*, decernitur, licere personis, quæ testamentum quasi inofficiosum, vel alio modo subuertendum queri poterant, id, quod minus portione legitima sibi relictum est, ad implendam eam sine vllo grauamine, vel mora exigere. *in d.* verò *l. qua nuper*, statim seq. idem Imper. prædictam dispositionem extendit quoque ad testamenta sine scriptis facienda. ac denique *in d. l. quoniam in prioribus*, additur, vt, si conditionibus quibusdam, vel dilationibus, aut aliqua dispositione moram, vel modum, vel aliud grauamen introducente eorum iura, qui ad memoratam actionem vocabantur, imminuta esse videantur, ipsa conditio, vel dilatio, vel alia dispositio moram, vel quodcumque onus introducens tollatur; & ita res procedat, quasi nihil eorum testamento additum esset. Certum autem est, fideicommissum esse vel conditionem, aut modum, vel certè onus, seu grauamen: vnde passim in iure dicitur, heredem grauari fideicommisso: & in specie legitimam grauari non posse fideicommisso, satis constat ex *cap. Raynutius, in princ. versic. postmodum*, iuncto *§. in eo verò, versic. quia verò*, ac melius *in cap. Raynaldus, in princ. vers. dilectus filius*, iuncto *§. fin. de testament.* ex quibus iuribus, eorúmve aliquibus, præter glos. & Doct. *ibi* id multis relatis adnotauit inter ceteros Card. Mantic. *tract. de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 2. *vsque ad* 10. præcipuè per text. *in l. coheredi, §. cum filio, ff. de vulg. & pupill.* Peregr. *d. tract. de fideicommiss. artic.* 36. *num.* 61. *&* *artic.* 39. *num.* 2. & Michaël Cass. *in tract. de success. §. legitima, quæst.* 38. *num.* 4. vbi nonnullos refert de communi testantes: tenétque etiam post alios Ant. Gabr. *commun. concl. lib.* 6. *tit. de legitima, concl.* 1. *num.* 6. 14. *& seq.*

Ampliatur autem hæc nostra conclusio primò, vt procedat etiam † in legitima aucta per *auth.* 256. *nouissima, C. de inoff. testament. & in §.* 1. *auth. de trient. & semiss.* vnde sumitur, ita, vt ea, quæ priùs [illegible] quarta portionis debitæ, ab intestato aucta sit ad tertiam, vbi filij sint quatuor, aut pauciores, vel ad dimidiam, vbi sint plures quatuor. satis id colligitur ex *§. quamobrem, auth. de restit. & ea, quæ pr. in* 11. *mens. post mort. vir.* omnino verò constat ex *d. cap. Raynaldus, in princ.* ibi; quoniam idem R. habebat in bonis quondam Peponis patris sui tertiam partem debitam iure naturæ, in qua grauari nequiuit: hoc verò grauamen est fideicommissum, vt patet ex primis eiusdem cap. verbis. Idem verò etiam conuinci potest ex eo, quod communiter Doctor. tenent, dispositionem *d. l. quoniam in prioribus*, habere locum etiam in legitima aucta per *d. auth. nouissima*, vt multis relatis tradit Cass. *d. §. legitima, quæst.* 40. *num.* 1. idem pariter ex communi nonnullis allegatis resoluens *num.* 2. in legitima aucta, vel diminuta per statutum: & quoad auctam, Gabr. *d. conclus.* 1. *num.* 18. post Alb. Brun. *in tract. de statut. quod statu. masc. quæst.* 2.

Ampliatur secundò, vt † ex fideicommisso de- 257. duci possit legitima tam quoad vsumfructum, quàm quoad proprietatem; vt satis sentit Cass. *d. num.* 1. id inferens ex eo, quod mox tradiderat, *d. l. quoniam in prioribus*, habere etiam hodie locum in legitima aucta. Ratio verò huius ampliat. ea est, quoniam quoad vtrumque ea liberis assignanda est, vt expressè habetur *in d. auth. nouissima*, & in corpore vnde sumitur, nimirum *§. prohibemus, auth. de trient. & semiss.*

Ampliatur tertiò nostra conclusio, vt procedat, † 258. etiàsi inter eos, quibus debetur legitima, inductum sit fideicommissum reciprocum. nam, quòd ij per huiusmodi fideicommissum grauari nequeant, tenuit Bart. & alij, quos referunt, & sequuntur Peregr. *d. num.* 61. Cass. *d. §. legitima, quæst.* 38. *num.* 19. & Anton. Gabr. *d. tit. de legitima, concl.* 7. *num.* 6. qui duo etiam de communi testantur.

Ampliatur quartò, † etiamsi is, cui legitima de- 259. betur, institutus sit heres vniuersalis in omnibus bonis, quæ deinde etiam sub certa conditione grauatus sit restituere. Ratio est, quoniam in tali casu huiusmodi grauamen à legitima portione reiicitur, vt multi voluerunt, quos sequitur Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 4. Peregr. *d. art.* 36. *num.* 124. & Cass. *d. quæst.* 38. *num.* 4. vbi non paucos refert qui hanc communem esse opinionem testantur.

Ampliatur quintò, vt is, cui legitima debetur, † 260. possit de præsenti detrahere legitimam de fideicommisso vniuersali sibi post tempus incertum vel certum relicto, extraneo herede instituto. text. est *in l. scimus, §. cum autem*, iuncto *§. sancimus*, statim seq. *C. de inoff. testam.* quem malè Gabr. *d. num.* 4. & Cass. *d. quæst.* 38. *num.* 23. intellexit in casu, in quo filius erat heres institutus. In eodem autem *§. sancimus*, subditur singularis restrictio huius ampliat. vt nimirum reliquum, quod post legitimam portionem restat, tunc restituendum sit, quando testator disposuit.

Ampliatur sextò, vt † neque etiam heres esse, cui 261. debetur legitima, si hic pubes fuerit, grauari possit fideicommisso. ita tenet Peregr. *in d. num.* 61. ex adductis per ipsummet *artic.* 12. *num.* 24. & post alios Cass. *d. §. legitima, quæst.* 38. *num.* 7. præcipuè per text. *in l. quod fideicommissum, ff. de legat.* 1. simul docens, quòd, si impubes erat tempore fideicommissi, quo casu illud sustinetur, vt *inf. limit.* 1. dicemus, expirabit idem fideicommissum adueniente pubertate.

Ampliatur septimò, vt procedat conclusio, † et- 262. iamsi is, cui debetur legitima, grauatus sit restituere heredita

hereditatem piæ cauſæ. ita poſt alios docet Gabr. *d. concluſ.* 1. *numer.* 14. & Craſſ. *d. quæſt.* 38. *numer.* 20. Dixi autem toties, is, cui debetur legitima; quia *d. l. quoniam in prioribus*, atque adeò noſtra
263. concluſio, procedit etiam † in legitima debita aſcendentibus; poſt alios Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 2. & Peregr. *d. numer.* 61. de debita verò iis, & fratri turpi perſona inſtituta, ex communi poſt alios tradit Craſſ. *d. §. legitima, quæſt.* 39. de primo *num.* 2. de ſecundo autem *num.* 3. & ſic hæc poteſt eſſe octaua ampliatio noſtræ concluſionis.

264. Ampliatur nonò, vt procedat etiam † in caſu, quo detrahenda eſſet quoque Trebellianica, de quo concluſ. ſeq. ita ſentit poſt alios Gabr. *d. concluſ.* 1. *membr.* 45. dum tradit, eo etiam in caſu non poſſe grauari legitimam.

265. Ampliatur denique, vt, † ſi ij, qui legitimam relinquere tenentur certis perſonis, earum aliquam vel præterierint iam natam, vel ante teſtamentum quidem conceptam, adhuc verò in ventre conſtitutam, vel exheredatione, vel alia eorum mentione facta, nihil eis penitus reliquerint, tunc vetera iura locum habeant. ita canetur *in d. l. omni modo, §. ſin verò, C. de inoffic. teſtam.* hæc autem vetera diſponebant, ac diſponunt, poſthumum præteritum rumpere teſtamentum, iuxta *l.* 1 *C. de poſthum. hered. inſtit.* licèt illico deceſſerit, *l.* 2. *&* 3. *C. eod. tit.* non autem ſi in ventre mortuus, ſeu abortiuus fuerit, vt *ibidem* dicitur, aut ſi ad monſtrum, ſeu prodigium natus declinauerit, vt decernitur *d. l.* 3. quæ incipit, *quod certatum eſt.* natus autem ante teſtamentum, præteritus, ſiquidem ſuus ſit, vel nullum dicet teſtamentum, vel habebit bonorum poſſeſſionem contra tabulas: emancipatus autem omnino habebit contra tabulas; gloſ. recepta *d. l. omnimodo, verbo, vetera iura, & l. fin. C. de lib. præterit. verbo, ſuum, & verbo, non patiatur*, per text. *ibi, & §. eadem, Inſtit. de hered. qua ab inteſt.* de aliis verò, ac præſertim liberis exheredatis facilè peti poteſt, quid iura diſponant, potiſſimùm ex *d. tit. C. de liber. præter. vel exheredat.* cum *ibi* notat. Verùm, ſi rectè attendatur, hæc potiùs eſt quædam declaratio prædictæ concl. quàm eius ampliatio.

266. Limitatur autem primò præſens concluſio, † vt fideicommiſſum relictum à filio in pupillari ætate decedente, ſiue ab eius heredibus ab inteſtato firmum remaneat; vt docet idemmet Peregr. *d. artic.* 26. *numer.* 61. & latiùs *artic.* 12. *numer.* 30. cum aliquot ſeqq. Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 3. *numer.* 12. *& lib.* 8. *tit.* 3. ferè per tot. & Craſſ. *d. l. legitima, quæſt.* 38. *numer.* 6. præcipuè per text. *in l. ſi fundum per fideicommiſſum, §. ſicuti*, ſeu *fin. ff. de legat.* 1. cui addo text. ex iure Canonico *in cap.* 1. *de teſtamen. in* 6. facitque quod ex communi tradit Craſſ. *d. quæſt.* 38. *numer.* 8. à legitima filij non reiici grauamen ſubſtitutionis pupillaris filij à patre factæ, ſecus pariter ex communi aſſerens in huiuſmodi ſubſtitutione eidem à matre facta.

Limitatur ſecundò, vt, licèt filius grauari non
267. poſſit in legitima, vt illam non habeat; † poſſit tamen per indirectum, ſeu cauſaliter. ſcil. ſi pater relinquat filio certa bona, in quibus eidem per fideicommiſſum ſubſtituat, & quatenus nollet illa bona cum eo grauamine aſſequi, habeat ſuam legitimam, alio tunc herede inſtituto, vel ſubſtituto: nam filius ea bona acceptans teneretur fideicommiſſo, neque legitimam deducere poterit. ſic poſt Ruin. *conſil.* 113. *volum.* 3. ſentit Gabr. *d. concluſ.* 1. *numer.* 49. ſeu *limit.* 14. *verſ. amplia.* ac poſt Marian. Soc. iun. *conſil.* 122. *numer.* 9. *vol.* 1. voluit idem Gabr. *d. concluſ.* 1. *num.* 59. ſeu *limit.* 24. ac poſt eundem Socin. Dec. & alios tenet Peregr. *d. artic.* 36. *numer.* 61. ad quod facit, quod tradit in hac ſpecie *numer.* 97. & de conditione poteſtatiua *numer.* 65. de qua etiam Craſſ. *d. quæſt.* 38. *numer.* 12. *&* 13. licet idem Peregr. in contrarium nonnullos referat *d. numer.* 62. pro ea opinione non infirma adducens fundamenta.

Limitatur tertiò, vt non procedat concluſio, † 268.
vbi filius maior 25. annis, cui relictum eſt à patre minus legitima, agnouiſſet iudicium defuncti grauantis eum fideicommiſſo minuente legitimam. ſatis id colligitur ex *l. parentibus, C. de inoffic. teſtament.* ac ſentit Gabr. *d. concluſ.* 1. *numer.* 55. ſeu *limit.* 20. poſt Rip. alios allegantem *lib.* 3. *reſpon.* 50. Qua tamen de re videndum eſt, quod tradit poſt alios idem Gabr. *d. concluſ.* 1. *numer.* 7. *&* 8. Craſſ. *d. quæſt.* 38. *numer.* 21. Petra *de fideicom. prohib. quæſt.* 15. *numer.* 123. *vſque ad* 125. & Peregr. in ſæpiùs cit. *artic.* 36. *numer.* 75. *vſque ad* 102. vbi etiam tractat de renuntiatione legitimæ: de qua videri poterunt Doctor. *in l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inoffic. teſtam. & in cap. quamuis, de pact. in* 6. Gabr. *d. tit. de legitim. concluſ.* 8. *per tot.* & Card. Mantic. *d. tit.* 8. *numer.* 10. *&* 11. necnon *lib.* 10. *tit.* 2. *numer.* 19. Craſſ. *d. §. legitima, quæſt.* 3. & Petra *d. quæſt.* 15. *numer.* 145.

Limitatur denique, ſeu declaratur præſens
concluſio, vt † alienata per eum cui debetur 269.
legitima, in legitimam eidem imputentur. ita poſt Bald. *conſil.* 219. *numer.* 2. *volum.* 2. Raphaël. Cuman. *conſil.* 133. cum pluribus aliis adductis per Rub. Alexand. *conſil.* 152. *col.* 1. & Socin. iun. *conſil.* 136. *numer.* 14. *volum.* 1. tradit Peregr. *d. tract. de fideicom. artic.* 39. *numer.* 2. vbi id ampliat etiam quòd teſtator prohibuiſſet bonorum ſuorum alienationem, poſt Aretin. *conſil.* 18. *&* 19. Iaſ. ac Rip. *in l. filiusfamilias, §. Diui, il* 2. *numer.* 17. *ff. de legat.* 1. *numer.* autem 4. ex text. *in cap. Raynaldus, in prine. verſ. dilectus filius, de teſtamen.* & pleriſque Doctor. docet, effectum huius imputationis in legitimæ, & Trebellianicæ detractionem eſſe vt primæ alienationes quatenus hæ cauſæ patiuntur, per heredem grauatum fideicommiſſo factæ valeant; ſequentes autem à fideicommiſſariis poſſint retractari. quod intelligit *ibidem* poſt Aret. *d. conſil.* 18. & Dec. *conſil.* 236. de alienatione bona fide facta, hoc eſt, æquiualente ipſi legitimæ. Rurſus intellige prædictum effectum etiam ſaluis quoque reliquis legitimis detractionibus, de quibus in multis præcedent concluſ. necnon 21. Idem verò Peregrin. *d. artic* 39. *numer.* 6. *& ſeqq.* multa tradit conſideranda circa huiuſmodi imputationem bonorum alienatorum per heredem fideicommiſſo grauatum in detractiones eidem à iure conceſſas.

De ceteris autem imputationibus † in legi- 270.
timam faciendis videri poteſt ipſemet Peregr. *d. artic.* 36. *numer.* 103. *vſque ad* 137. necnon *artic.* 37. *per tot.* Gabr. *d. concluſ.* 1. *numer.* 44. *cum duobus ſeqq.* Petra *de fideicomm. prohib. quæſt.* 15. *num.* 109. & Michaël Craſſ. *d. §. legitima, quæſt.* 20. *vſque ad* 31. Card. Mantic. *de coniect. vlt. volum. lib.* 9. *tit.* 14. *num.* 26.

Reliqua verò, quæ huc afferri poſſunt pro ampliatione, limitatione, aut declaratione propoſitæ concluſ. peti poſſunt ex Doctor. *in d. l. quo-*

niam in prioribus, C. de inoffic. testam. cuius insignem, ac iustum commentarium à multis laudatum edidit Roder. Suarez, & *in auth. nouissima*, vbi inter alios M. Ant. Cucch. *C. eod. tit.* Gabr. *d. concluſ. 1. per tot.* Craſſ. *d. §. legitima, quæſt. 32. vſque ad 41.* & Peregr. *d. artic. 36. num. 27. & 63. vſque ad 72.* & Petra *d. tract. de fideicom. prohib. quæſt. 15. à numer. 50. ad 71.* Nos autem ad reliquas detractiones tranſeamus, quas iure permittente heres grauatus fideicommiſſo ex eo facere, quando venit caſus reſtitutionis fideicommiſſi, nimirum quartam Trebellianicam, & Falcidiam. de iis verò ſeorſim ſingulis concluſionibus agemus, quoniam verè inter ſe differunt, licèt iura, & Doctor. plerumque illas confundant, & mixtim de iiſdem loquantur; vnde dictum de

271. vna, † intelligitur proportionabiliter de alia; vt ſatis probat plures allegans Petra *d. quæſt. 15. numer. 150.* & Euerard. *in Topic. iur. loc. à Falcid. ad Trebell.* per tot. Couar. *cap. Raynaldus, §. 3. numer. 6. de teſtam.* & Peregrin. *d. tract. de fideicomm. artic. 3. numer. 3. ac 13. cum duobus ſeqq. & à numer. 59. ad 63.* qui tamen *numer. 17.* tradit poſt Cephal. qui citat Alexand. non reperiri in iure cautum Trebellianicæ appellatione venire Falcidiam, ſicut appellatione Falcidiæ continetur Trebellianica in iuribus per eum *numer. 15.* allegat. & ab Euerard. *in d. loc. à Falcid. ad Trebell. numer. 1.* vt *in l. coheredi, §. cùm filia, ff. ad leg. Falcid. & in l. inbemur, C. ad Trebell.* Verè autem, vt dixi, ac propriè inter ſe differunt.

272. nam Trebellianica † de fideicommiſſis vniuerſalibus detrahitur, *§. ſed quia heredes*, & ferè per tot. *Inſtit. de fideicom. hered.* ac ſæpe *in tit. ff. & C. ad Trebell.* Falcidia verò detrahitur de fideicommiſſis particularibus, *toto ferè tit. ff. & C. ad leg. Falcid.* cum aliis, quibus id tradidit multis relatis Peregr. *d. tract. artic. 2. numer. 1. & artic. 3. numer. 13. & 14.* & Michael Craſſ. *d. tract. de proviſion. §. Trebellianica, quæſt. 5. num. 1.* atque alij Doctor. paſſim.

Quòd ſi heres grauatus ſit fideicommiſſo vniuerſali, & particulari, ſeu legatis; tunc reſpectu quidem fideicommiſſi vniuerſalis erit, locúmque habebit Trebellianica, reſpectu verò legatorum, Falcidia, & vtrique ſua vis ſeruatur. quòd, ſi commiſceantur fideicommiſſum vniuerſale, & particulare, quia eodem tempore vtrumque ſit reſtituendum; tunc de vtroque quarta eodem iure retinetur, & dicitur Falcidia: ſemper tamen vna quarta de omnibus detrahitur, quoniam ad illam quodlibet pro ſua rata contribuit: vt latè tradit Peregr. *d. numer. 3.* iuncto eo, quod tradit *d. numer. 14. & artic. 4. numer. 27. & 29.* Craſſ. verò *d. §. Trebellianica, quæſt. 13.* id ex communi admittens, cùm legata, & fideicommiſſa relicta ſunt purè; cùm verò fideicommiſſum eſt conditionale, poſt multos docet legata integra præſtari, ex reliquo verò deduci Trebellianicam. Præterea differunt Falcidia, & Trebellianica, quia multa in hanc imputantur, quæ non imputantur in illam, vt docet Euerard. ſup. *numer. 6.* vbi etiam tradit in multis eas differre.

VIGESIMA CONCLVSIO. Heres gra-

273. uatus fideicommiſſo vniuerſali, † detrahere ex eo poteſt quartam Trebellianicam tempore reſtitutionis fideicommiſſi. text. eſt *in l. 1. in princ. & l. mulier, §. fin. ff. ad Treboll. §. ſed quia heredes, & §. ſed quia ſtipulationes, Inſtit. de fideicom. hered. cap. Raynaldus, in princ. verſ. dilectus filius, de teſtamen.* & paſſim *in tit. ff. & C. ad Trebell.* ac Doctor. paulo ante cit.

Ampliatur autem primò hæc concluſio, vt procedat † ſiue ex teſtamento heres ſit fideicommiſ- 274.
ſo grauatus, ſiue ab inteſtato; iuxta text. *in §. præterea, Inſtit. de fideicomm. hereditat.* ideóque ſi codicillis fideicommiſſum ſit relictum, heres ab inteſtato quartam Trebellianicam detrahet. ita Michaël Craſſ. *d. tract. de ſucceſſion. §. Trebellianica, quæſt. 3. numer. 2.* per text. *in l. filius*, ſed debuit dicere, *filiusfamilias, ff. ad leg. Falcid.* idémque docuit Peregr. *d. artic. 3. numer. 4.* ex *l. 1. §. de illo*, ſed allegare debuit *§. hoc autem, ff. ad Trebell.* idque procedit, etiamſi quis inſtitutus ſit, & grauatus in teſtamento, quod deficit ob ſolemnitates omiſſas, habet tamen clauſulam codicillarem: quo caſu venientes ab inteſtato tacitè ſunt grauati reſtituere hereditatem: hi enim Trebellianicam deducunt; vt docet Craſſ. *ibidem numer. 3.* poſt Bart. *in l. 1. ff. de iur. codicill.* cum quo inquit ceteros tranſire: quod etiam probat Peregr. *artic. 2. numer. 16. 17. & 18.* vbi declarat. Idémque eſt in aliis caſibus, in quibus venientes ab inteſtato cenſentur grauati fideicommiſſo ob aliquem teſtamenti defectum: quos recenſet Peregr. *d. artic. 2. num. 19. vſque ad 38.*

Ampliatur ſecundò, vt † etiam heres heredis 275.
grauati detrahat Trebellianicam, quam primus heres grauatus non detraxit; vt ex text. *in l. quamquam, C. ad leg. Falcid.* & Ioan. Dilect. *de arte teſtandi tit. 5. caus. 31.* ac Villalob. *in ſuis commun. opin. verbo, quarta, num. 3.* communem opinionem aſſerentibus, tradit Craſſ. *d. quæſt. 3. numer. 4.* & Peregr. *d. art. 3. num. 4.*

Ampliatur tertiò, vt procedat † etiam in bo- 276.
norum poſſeſſore grauato. ita Peregr. *d. art. 3. numer. 4.* per text. qui apertus eſt, *d. l. 1. §. bonorum*, aliàs *§. hoc autem, verſ. bonorum, ff. ad Trebellian.* quia eſt loco heredis; *§. quos autem, Inſtit. de bonor. poſſeſſ.* docet Peregr. *d. numer. 4.* & latè Craſſ. *d. tract. de ſucceſſ. §. bonorum poſſeſſio, quæſt. 18.* qui *d. quæſt. 3. numer. 5.* apertè ſentit inſtitutum in re certa non dato coherede vniuerſali detrahere poſſe Trebellianicam; ſicut & *num. 6.* fideicommiſſarium grauatum alteri reſtituere illam poſſe detrahere, cùm detracta non fuit ab herede, qui ei liberaliter hereditatem, ſeu fideicommiſſum reſtituit. quorum etiam primum poſt alios ſentit Peregr. *d. artic. 3. numer. 7.* & Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 198. num. 40. & 42.* ſubdens *numer. 43.* idem fore, quando heres fuit prohibitus detrahere, & ille reſtituere debet alteri fideicommiſſario. & *numer. 44.* quando heres coactus fuit à fideicommiſſario adire hereditatem. ſicut *numer. 39.* grauatim poſſe fideicommiſſarium detrahere Trebellianicam, cùm id conſtat ex præſumpta voluntate teſtatoris, præcipuè ex text. *in l. pœnales, §. ſi Titio, ff. ad leg. Falc. & l. falla, §. ſi Titium, ff. ad Trebell.*

Ampliatur quartò, idem eſſe † in eo, qui 277.
ex perſona heredis inſtituti factus fuit heres, puta pater per filium, dominus per ſeruum: monaſterium per monachum. ita Peregr. *eod. numer. 4.* per text. *in l. cùm filiusfamilias*, cum *ibi* notat *ff. de legat. 1.*

Ampliatur quintò, vt † etiam fiſcus, qui ab 278.
indigno abſtulit hereditatem grauatam; aut per publicationem bonorum in condemnati iuribus ſucceſſit, de fideicommiſſis quartas detrahat ex iuribus confiſcati; vt poſt Iul. Clar. *in prax. crimin. §. fin. quæſt. 78. numer. 8. ac 10.* & alios tradit Craſſ. *d. quæſt. 3. num. 7.* & Peregr. *d. art. 3. num. 4. in fin. & art.*

Digitized by Google

& artic. 2. num.40. atque *in tract. de iure fiſc. tit. de publicat. bonorum, n.79.*quod tamen reſtringe, vt infrà *limitat. 3. illat. 3.* quando ſuccedit vt in bonis vacantibus; quo etiam caſu non tenetur ad præſtationem legatorum, & fideicommiſſorum, vt *ibi* dicetur: cùm tamen ad eam teneatur in prædictis duobus caſibus, vt poſt alios tradit Craſſ. *d. tract. de ſucceſſion. §. hereditas, quæſt. 5. numer. 4. & 5.* Iul. Clar. *§. fin. quæſt. 78. num. 29.* Peregr. *d. numer. 40. & d. tract. de iur. fiſc. tit. de bon. vacant. num. 26. cum ſeq.*

279. Ampliatur ſextò, vt † etiam ex legato vniuerſali hereditatis quarta Trebellianica detrahatur: quoniam legata vniuerſalia exæquata ſunt fideicommiſſis vniuerſalibus. ita poſt alios Craſſ. *d. tract. de ſucceſſion. §. Falcidia, quæſt. 3. numer. 4. & §. Trebellianica, quæſt. 5. numer. 2.* & Peregr. *d. artic. 3. numer. 13.* idque etiamſi legetur pars hereditatis ſub nomine quotæ; vt probat Craſſ. *d. numer. 4.* & vbi etiam fideicommiſſa, & legata vniuerſalia ipſo iure abſque traditione heredis transferantur in caſibus, de quibus Peregr. *d. tract. de fideicom. artic. 2. numer. 56. vſque ad 64.* ita idem Peregr. *d. art. 3. num. 13. in fine,* poſt alios.

280. Ampliatur ſeptimò, vt procedat etiam † in teſtamento militis. nam heres ab eo inſtitutus grauatus fideicommiſſo vniuerſali detrahit Trebellianicam; prout multis relatis ex magis communi reſoluit Card. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 1. num. 37.* Craſſ. *d. §. Trebellianica, quæſt. 5. numer. 3.* licèt contrarium velint alij ab eo relati, & à Peregr. probati *d. art. 2. num. 36. & art. 6. num.60.* vbi pro hoc etiam iura adducit, nimirum *l. in teſtamento, la 2. C. de teſtam. mil. l. in teſtamento, C. ad leg. Falcid. & l. Marcellus, §. quod autem, ff. ad Trebell.* quod idem haberi videtur *in l. 1. §. denique, ff. eod. tit.* ſed hæc iura loquuntur in Falcidia, excepto *d. §. denique*, qui pro contraria ſententia eſt, eum intelligendo, vt ipſi fideicommiſſario non liceat retinere quartam contra heredem; quod etiam apertiùs habetur *d. l. 1. §. hoc autem.* Sed quicquid ſit de iure veteri, certè hodie grauatus à milite detrahit quartam etiam Falcidiam, vt *in §. quia verò*, iuncta gloſ. *verbo, militari, auth. de hered. & Falcid. collat. 1.*

Ampliatur octauò, vt heres, cui debetur legitima, grauatus fideicommiſſo vniuerſali in diem, vel
281. ſub conditione, † detrahere poſſit duas quartas, nimirum legitimam, & Trebellianicam. ita pleriſque allegatis etiam de communi teſtantibus inter ceteros tradidere Card. Mantic. *d. ſuo commentario, ſeu tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 12. numer. 6.* per text. *in l. iubemus, C. ad Trebell. & cap. Raynutius, & cap. Raynaldus*, ibique omnes, *de teſtam.* Michaël Craſſ. *d. §. Trebellianica, quæſt. 4. n. 1. verſ. alij diſtinguendum cenſuerunt,* & Peregr. *d. art. 3. num. 55.* per text. *in d. cap. Raynutius, & cap. Raynaldus, de teſtam.* quorum deciſionem etiam in terris Imperij, & vbique in iudiciis, & in ſcholis approbari poſt alios aſſerunt. Tunc autem ita fit deductio, ſeu detractio, vt priùs ex hereditate detrahatur tertia pro legitima, (vbi filij ſint quatuor, aut pauciores, iuxta *auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſtam. & auth. de trien. & ſemiſſ.* vnde ſumitur;) deinde ex reliquis octo vnciis duæ detrahantur pro Trebellianica; prout ex gloſ. magis communiter recepta *d. cap. Raynaldus, verbo, licèt ipſas*, tradit inter alios *ibidem* Lanfranc. *col. vlt.* & Couar. *§. 3. num. 1.* Extenditur verò hæc ampliatio primò, vt procedat etiam vbi legitima aſcendat ad ſemiſſem, vt ex communi poſt multos

docet Craſſ. *d. quæſt. 4. num. 2.* & Peregr. *d. art. 3. num. 56. verſ. horum opinio.* Secundò etiam in aſcendentibus, vt ex communiori tradit Craſſ. *d. quæſt. 4. num. 4.* & alij relati à Peregr. *d. art. 3. num. 53.* cui magis placet contraria; quam multi tenent ab vtroque allegati. Tertiò procedit etiam in nepotibus; ita tamen, vt in eam imputent fructus perceptos, quos non computant filij; vt ſatis probat Peregr. *d. art. 3. num. 54.* Reſtringitur autem † primò, vt non dicatur 282.
conditionale fideicommiſſum, atque adeò vna tantùm quarta detrahatur, nimirum legitima, cùm facto teſtamento, in quo eſt præteritus poſthumus, adiicitur clauſula, *vbi non valeat*, &c. ſeu codicillaris, ſiue poſthumus naſcatur ſuperſtite, ſiue mortuo teſtatore; vt ſatis probat Peregr. *d. art. 3. n. 52.* idémque tradit poſt alios Craſſ. *d. quæſt. 4. num. 4. ad fin.* nonnullos etiam de communi teſtantes referens, vbi teſtamentum, in quo ea clauſula adiecta eſt, non valuit ob omiſſam aliquam ſolemnitatem, aut alium defectum. Secundò reſtringitur, vt non procedat ampliatio, vbi fideicommiſſum vniuerſale relictum eſt ſub diem certam. ita poſt Abbat. *d. cap. Raynutius, num. 26. de teſtament.* docet Peregr. *d. num. 52. in fin.* ſeſtitque poſt alios, etiam vbi dies incerta eſt omnino extitura, vt mors heredis, quoad piam quoque cauſam mediatè honoratam fideicommiſſo, Craſſ. *d. §. Trebellianica, quæſt. 6. num. 3.* quod etiam poſt alios tenet Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib. 4. tit. ad Trebell. concluſ. 11. num. 4.* iuncto *num. ſeq.* licèt quos refert *num. 4.* indiſtinctè loquantur. omnino verò ceſſat Trebellianica, neque per heredem detrahi poteſt ex fideicommiſſo vniuerſali immediatè relicto Eccleſiæ, ſeu alteri piæ cauſæ; vt latiùs dicemus inf. hac ipſa concluſ. *limit. 13.*

Ampliatur nonò, vt † etiam contra filium fi- 283.
deicommiſſarium Trebellianicam detrahat heres grauatus; prout poſt Aretin. *conſil. 12.* tradit Peregr. *d. art. 3. num. 71.* ac poſt alios Gabr. *d. tit. ad Trebell. concl. 11. num. 13.*

Ampliatur denique præſens concluſio, vt locum habeat, † etiamſi liberis primi gradus teſtator pro- 284.
hibuiſſet detractionem Trebellianicæ. Nam, licèt regulariter poſſit teſtator prohibere Trebellianicam grauatis fideicommiſſo vniuerſali, vt quamplurimi tenuerunt, quos referunt, & ſequuntur Euerard. *in Topic. iur. loc. à Falcid. ad Trebel. num. 3.* Gabr. *d. tit. ad Trebell. concluſ. 1. num. 2.* Couar. *in cap. Raynaldus, §. 3. num. 6.* Craſſ. *d. tract. de ſucceſſ. §. teſtamentum, quæſt. 62. num. 4.* Petr. *de fideicom. prohib. quæſt. 15. numer. 151.* Card. Mantic. *d. lib. tit. 12. num. 7.* Peregr. *d. art. 3. num. 85.* ex quibus Euerard. Mantic. & Petr. cum aliis, quos allegant, communem hanc ſententiam aſſerunt, receptiorem verò, & magis acceptam Gabr. Craſſ. & Couar. ſicut & Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 198. num. 4.* poſt alios ab iis citat. qui etiam multos pro ea addit *conſil. 164. n. 25. lib. 2.* atque ex his Hier. Gabr. *conſil. 92. num. 20. lib. 2.* vbi commemoratis pluribus Rot Romanæ deciſionibus affirmauit, ſacrum illud Auditorium hanc opinionẽ ſequi conſueuiſſe. Idque locum habeat etiam in codicillis, in quibus prohiberi poteſt Trebellianica, vt poſt alios tradit Mantic. *d. lib. 7. tit. 12. numer. 37.* & Gabr. *d. concluſ. 1. numer. 9.* Couar. *d. numer. 6. in fin.* Menoch. *d. præſumpt. 198. numer. 6.* & Peregr. *d. artic. 3. numer. 121.* & in aliis caſibus, quos recenſebimus infrà *limit. penult.* Tamen non poteſt Trebellianica prohiberi filiis primi gradus; vt poſt alios ex communi tradunt Ant. Gabr. *d. concluſ. 1. num. 4.* Card. Mantic. *d. num. 7.* Petra *d. quæſt. 15. numer. 152.* Craſſ. *d. quæſt. 62. num. 5. in princ.* iuncto *numer. 6. in fin.* & Peregr. *d. art. 3. numer. 107.* cum

aliquot seqq. vbi etiam hanc opinionem latiùs tuetur ex text. *in l. iubemus, C. ad Trebell.* & à contrariis defendit *à numer.* 112. ex eo text. & multis Doctoribus probat hanc opinionem locum habere etiam cùm duæ quartæ detrahendæ sunt: quod & multis relatis tradit Crass. *d. quæst.* 62. *numer.* 7. ita vt nec fructus tunc in Trebellianicam imputentur. qui statim subdit restrictionem huius opinionis, vt nimirum non procedat, cùm filio instituto fideicommissum relictum est impersonaliter, vt, volo hereditatem meam restitui; cùm tunc heres illius grauatus censeatur, ex magis communi, de qua ipsemet §. *fideicommissum, quæst.* 9. ita etiam tradidit post alios Gabr. *d. concluf.* 1. *numer.* 13. & 14. Quin etiam plerique voluerunt tunc posse liberis primi gradus seu filiis Trebellianicam prohiberi, cùm duæ quartæ essent detrahendæ, & pater mandauit filio grauato, vt Trebellianicam imputaret in legitimam, vt videre est apud Gabr. *d. concluf.* 1. *numer.* 10. vel quòd imputaret fructus perceptos in Trebellianicam, vt *ead. concluf.* 1. *numer.* 11. necnon *concluf.* 12. *numer.* 10. *in princ.* Reliquas restrictiones videre licet apud Peregr. *d. art.* 3. *num.* 113. & 116. *vsque ad* 120. Gabr. *d. concluf.* 1. *num.* 7. *vsque ad* 15. Petr. *d. quæst.* 15. *num.* 157. *vsque ad* 188. Mantic. *d. tit.* 11. *numer.* 5. iuncto *num. seq. in fin.* extensiones verò apud Petram *ibidem*, Gabr. suprà *num.* 6. & Peregr. *d. art.* 3. *num.* 114. 115. 118. & 120. & Mantic. *d. lib.* 7. *tit.* 11. *num.* 10. *in fin.* & *tit.* 12. *numer.* 21. *vsque ad* 27. Non pauci tamen Doctores in principali conclusione contrarium senserunt, quos refert Gabr. *d. concluf.* 7. *numer.* 5. Crass. *d. num.* 5. *vers. contrarium verò, & num.* 6. *in princ.* Petr. *d. num.* 152. & Peregr. *d. num.* 107. ac sequitur Menoch. *d. præs.* 198. *numer.* 5. & *d. consil.* 164. *numer.* 26. iuxta vtramque verò opinionem omnino admittendum est, quòd tacita prohibitio Trebellianicæ non sufficit, sed expressa requiritur in filiis primi gradus, vt post alios sentit Gabr. *d. concluf.* 1. *num.* 18. & expressè adnotauit Petr. *d. numer.* 152. *in fine*, & omnino probatur *in l. iubemus, C. ad Trebell.* & *d. cap. Raynutius, & cap. Raynaldus, de testamen.* quando autem testator tacitè prohibuisse censeatur Trebellianicæ detractionem, aliquid dicemus inf. *limit. penult.* Nunc verò afferamus præcipuas limitationes principalis conclusionis.

Limitatur igitur primò conclusio, vt non procedat, † vbi quis compulsus, seu coactus adiuit hereditatem. ita Card. Mantic. *d. lib.* 7. *tit.* 11. *numer.* 3. per text. *in l. quia poterat, & l. nam quòd, §. qui compulsus, ff. ad Trebell.* Idem docet Peregr. *d. artic.* 3. *numer.* 6. subdens tamen, quòd tunc fideicommissarius detrahet Falcidiam ex legatis, seu fideicommissis particularibus, in quibus heres grauatus fuit à testatore, vel quæ idem testator simpliciter reliquit. 285.

Limitatur secundò, vt non habeat locum, † quoties fideicommissum inductum non fuit, aut postea euanuit. ita Peregr. *d. artic.* 2. *numer.* 5. *vsque ad* 37. vbi etiam huiusmodi casus enumerat. 286.

Limitatur tertiò, vt non habeat locum, † vbi quis non sit rogatus restituere hereditatem, seu eius quotam, vt heres, sed alio titulo, licèt vniuersali: vt docet Mantic. *d. numer.* 5. per text. *in l. mulier, §. vlt. & ibi* Alex. *ff. ad Trebell.* Bart. *in l. acceptis, ff. ad lex. Falcid.* & Ias. *in l. cum filiofamilias, num.* 46. *ff. de legat.* 1. quod etiam adnotauit Peregr. *d. art.* 3. *numer.* 5. & confirmatur tum ex iis, quæ idem adducit *artic.* 2. *numer.* 6. *vsque ad* 44. tum ex iis, quæ ex hac 2. limitat. inferuntur. quorum primum est, quòd † legatarius totus, vel partis hereditatis, seu eiusdem fideicommissarius, si rogatus sit restituere hereditatem, vel eius partem, non detrahit Trebellianicam; quia non vt heres rogatus est; vt per text. *in l. 1. §. sine Neratius, l. cogi, §. Mevianus, l. mulier, §. fin. & l. ex asse, ff. ad Trebell.* tradit Roman. *consil.* 206. *numer.* 2. & Cravet. *consil.* 131. *num.* 12. quos sequitur Peregr. *d. num.* 3. ac post alios Mantic. *d. tit.* 11. *num.* 4. & *tit.* 12. *num.* 21. Crass. *d. §. Trebellianica, quæst.* 4. *num.* 6. & generaliter fideicommissarium, cui restitutum est fideicommissum, non posse deducere Trebellianicam, ex iuribus, & Doct. probat Menoch. *d. præs.* 198. *num.* 38. Idque procedit, † etiamsi ille primus fideicommissarius sit de filiis, vt post Cephal. *consil.* 563. *numer.* 39. & Honded. *consil.* 59. *numer.* 44. tradit ipsemet Peregr. *d. numer.* 5. vbi idem docet in donatario causa mortis per fideicommissum grauato, post Alex. *consil.* 247. *in fin. lib.* 6. Fallit autem primò, † cùm heres in gratiam fideicommissarij non detraxit Trebellianicam. sic post alios Crass. *d. quæst.* 3. *num.* 6. aliàs 7. Peregr. *d. art.* 3. *numer.* 6. & Menoch. *d. præsumpt.* 198. *numer.* 40. licèt *numer.* 41. plerosque referat contrarium sententes. quod tamen subdit *num.* 42. non procedere, vbi est aliqua coniectura donationem suadens, vt sanguinis, vel amicitiæ coniunctio. Priorem verò sententiam ita admittit, & intelligit Peregr. *d. numer.* 6. vt neque à confideicommissario vniuersali, neque à subfideicommissario pariter vniuersali eam quartam detrahat, sed à suis subfideicommissariis particularibus, seu legatariis; atque adeò sit Falcidia, non Trebellianica. fallit præterea secundùm Menoch. *d. præs.* 198. *numer.* 43. post Salicet. & Marchabr. vbi heres † prohibitus fuit Trebellianicam deducere. de quo valde dubito, cùm multò magis tunc censeri debeat detractio prohibita fideicommissario, qui & minùs dilectus fuit à testatore, & in hoc minùs à iure priuilegiatus. nisi ex aliqua coniectura colligatur, eam prohibitionem à testatore factam heredi in gratiam fideicommissarij, vel primo fideicommissario in gratiam subfideicommissarij; arg. eorum, quæ paulò ante in simili diximus; eius, quod idem Menoch. *d. præsumpt.* 198. *num.* 37. post alios docet, non posse heredem gratia fideicommissarij institutum detrahere Trebellianicam, vt paulo pòst *limitat.* 8. videbimus. Denique fallit ex eodem Menoch. suprà *numer.* 44. post alios, vbi heres compulsus fuit à fideicommissario adire hereditatem; tunc enim Trebellianicam deducit in restitutione à se facienda, quoniam heres compulsus hereditatem adire non potest, vt sup. *in* 1. *limit.* vidimus ex eius fideicommisso restitutionis tempore detrahere Trebellianicam. Infertur secundò, heredem institutum in re certa, dato illi coherede vniuersali, eóque adeunte, † non detrahere Trebellianicam, cùm nec nomen, nec naturam heredis habeat, iuxta *l. quoties*, cum *ibi* not. *C. de hered. instit.* & ex aliis ad id latiùs adductis à Michaël Crass. *d. tract. de succeff. §. hæreditas, quæst.* 3. ferè per tot. & Peregr. *d. artic.* 3. *numer.* 3. *vsque ad* 11. ita docent post alios Mantic. *d. tit.* 11. *numer.* 5. Crass. *d. §. Trebellianica, quæst.* 3. *numer.* 5. & Peregr. *d. artic.* 3. *numer.* 7. Id autem procedit etiam quoad filios primi gradus, vt singulariter adnotauit Mantic. *d. numer.* 5. & 6. *in fin.* vbi subdit, hanc esse cautelam ad eos excludendos à detractione Trebellianicæ simul cum legitima, seu duarum quartarum. item procedit in 287. 288. 289. 290. 291. 292.

institute

inſtituto in quota parte bonorum dato alio coherede vniuerſali illam adeunte; vt aliis relatis fusè tradit Peregr. *d. artic.* 3. *numer.* 11. Infertor tertiò, quòd † cùm fiſcus non ſuccedit loco heredis, ſed ad bona vti vacantia admittitur, non ſuccedentibus heredibus teſtamentariis, aut legitimis, iuxta *tit. C. de bonis vacant.* tunc non detrahit Trebellianicam, vt poſt alios ſentit Peregr. *d. tract. de fideicom. artic.* 2. *numer.* 40. *& tract. de iur. fiſc. tit. de bonis vacant. numer.* 26. vtrobique tradens, quòd ideo non tenetur tunc fiſcus ad præſtationem legatorum & fideicommiſſorum; quod etiam poſt alios ſentit Craſſ. *d. tract. de ſucceſſ.* §. *hereditas, quæſt.* 5. *numer.* 3. iunctis *duob. ſeqq.* vbi ſecus eſſe docet cùm fiſcus ſuccedit ex publicatione bonorum, vel quia ea vt ab indigno aufert, quod & poſt alios tenet Iul. Clar. §. *fin. quæſt.* 78. *n.* 29. vbi pariter docet fiſcum ad præſtationem illam non teneri cùm ſuccedit in bonis deficientibus aliis ſucceſſoribus.

293.

294. Limitatur quartò, vt † non detrahatur Trebellianica de hereditate alterius, quàm teſtatoris, in qua heredem, aut alium grauauit; hæc enim loco legati eſt, atque adeò detrahet tunc is Falcidiam. ita poſt alios ex hac ratione tradunt Craſſ. *d.* §. *Falcidia, quæſt.* 3. *numer.* 4. *verſ. Intellige tamen*, & Peregr. *d. artic.* 2. *numer.* 43. *& artic.* 5. *numer.* 41. Idem verò pluribus probat Peregr. *eod.*

295. *artic.* 5. *num.* 43. in granato † reſtituere bona mobilia, & immobilia; quoniam actiones non veniunt in hac reſtitutione, *l. Caius, in princ. ff. de legat.* 2. ac regulare eſt, vt iura, & actiones non veniant appellatione bonorum mobilium, vel immobilium, vt ex *l. à diuo Pio, §. in vendit ione, ff. de re iud.* & aliis poſt multos tradit Ant. Gabr. *communn. concluſ. lib.* 6. *tit. de verb. ſignific. concluſ.* 7. *numer.* 1. qua etiam de re latè Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 7. *à num.* 1. *vſque ad* 32. & plerique ab his alleg. Et hæc eſſe poteſt quinta limitatio.

296. Sextò limitatur, † vbi ex contractu ſine teſtatoris ſucceſſione quis promiſit hereditatem reſtituere. ita poſt alios Craſſ. *d.* §. *Trebellianica, quæſt.* 5. *numer.* 5. & Peregr. *d. artic.* 3. *numer.* 18. per text. *in l. quidam, cum filium, ff. de hered. inſtit.*

297. Limitatur ſeptimò † in herede grauato reſtituere hereditatem certo pretio: tunc enim erit fideicommiſſum particulare. ſic poſt gloſ. Bart. Angel. Imol. Caſtren. & Alexand. *in l. in ratione, §. tametſi, ff. ad leg. Falcid.* tradidit Peregr. *d. artic.* 5. *numer.* 47. Idémque ſtatuendum, ſi reſtituenda ſit hereditas creditori in recompenſationem; vt ex communi poſt alios tradit Craſſ. *d.* §. *Trebellianica, quæſt.* 5. *numer.* 4. per text. *in l.* 1. §. *ſi quis debitori, ff. ad leg. Falcid.*

298. Limita octauò † in herede fiduciario, qui ſcilicet non ſui contemplatione, ſed alterius gratia inſtitutus, eidem reſtituere hereditatem poſt diem certam, vel incertam rogatus fuit: hic enim nec fructus interim perceptos ſuos facit, nec quartam detrahit; & ille fideicommiſſarius, quamuis ante diem decedat, fideicommiſſum tranſmittit in ſuos heredes. ita poſt alios Monoch. *d. præſumpt.* 198. *numer.* 37. & per text. *in l. Seius Saturninus, ff. ad Trebell. & l. in fideicommiſſi, §. cùm Polidius, ff. de vſur.* Bald. *in l. poſt mortem, numer.* 7. *C. de fideicomm.* & alios docet Peregr. *d. artic.* 3. *numer.* 19. vbi declarat ſigna ad dignoſcendum hunc fiduciarium heredem.

Limitatur nonò, vt † pater, vel dominus rogati reſtituere hereditatem filio, vel ſeruo heredibus inſtitutis, cùm ſui iuris erunt, & quorum perſona hereditatis commodum percepe- 299.
rant, non detrahant Trebellianicam: ſecus autem, ſi extraneo reſtituant. ita per text. *in l. cum filiofamilias, ff. de legat.* 1. tradit Peregr. *d. artic.* 3. *numer.* 20. vbi inter vtrumque caſum diſcriminis rationem affert: ſubdens poſt alios, ſecus etiam fore ſi pater conſtitutus fuiſſet heres, & rogatus filio reſtituere, per text. *d. l. iubemus, C. ad Trebell.* & *ibi* Bald. poſt gloſ.

Limitatur decimò, vt † filius aliúſve heres 300.
gratiatus per pupillarem vulgarem, aut aliam directam ſubſtitutionem, non detrahat Trebellianicam; vt plerique tenent, quos refert Menoch. *de præſumpt. 198. numer.* 33. licèt ipſe dubitet *numer.* 34. illud tamen poſt alios tradit Peregr. *d. art. 3. num.* 11. per text. *in l. ſi quis ad declinandam, C. de Epiſc. & cler.* éſtque etiam quoad filium text. *in cap. ſi pater*, quod eſt 1. *de teſtam. in 6.* per quem id *ibi* tradidit gloſ. recepta *verbo, Trebellianica.*

Limitatur vndecimò, vt Trebellianica non deducatur, † cùm heres fideicommiſſum, aut le- 301.
gata relicta euertere curauit; vt per text. *in l. beneficio, ff. ad leg. Falcid.* & *ibi* gloſ. & Scriben. docet Peregr. *d. artic.* 3. *numer.* 59. vbi etiam aliam regulam in hac re tradit huic ſimilem, quòd Trebellianicam non deducit, qui fidem præſtitit de reſtituendo hereditatem incapaci. per text. *d. l. beneficio, & l. ſi tacitum, ff. eod. & l. cùm tacitum, ff. de iur. fiſc.*

Limita duodecimò, vt † in quorum teſtamen- 302.
tis Falcidia ceſſat, in iiſdem ceſſet quoque Trebellianica. ita Peregr. *d. numer.* 59. *in fin.* & Euerard. *in Topic. iur. loc. à Falcid. ad Trebell. num.* 5. per text. *in l. Marcellus, §. quod autem, ff. ad Trebell.* qui tamen hoc bene non probat, vt ex iis colligitur, quæ ſup. diximus *ampliat.* 7.

Limita decimotertiò, quòd † vbicumque fa- 303.
uore honorati lex iubet, in relictis nullam intercedere, vel omnem ceſſare Falcidiam, ceſſat etiam Trebellianica; quia concurrente eadem ratione fauoris vniuerſalis locutio affirmatiuè, & multò magis negatiuè prolata † includit, quæ etiam 304.
ſub lata ſignificatione continentur. ita latè Rol. à Vall. *conſil.* 2. *volum.* 4. quem ſequitur Peregr. *d. artic.* 3. *numer.* 61. Vnde *ibid.* infert, vt de fideicommiſſo vniuerſali relicto piæ cauſæ † non 305.
deducatur Trebellianica: quod & contra gloſ. *d. cap.* 1. *verbo, Trebellianica*, quam non pauci ſecuti ſunt relati ab Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib.* 4. *tit. ad Trebell. concluſ.* 11. *numer.* 3. & Craſſ. *d.* §. *Trebellianica, quæſt.* 6. *numer.* 1. *in principio*; & Tiraq. mox allegan. ex aliis pluribus, quos citant, tradiderunt Couar. *d. cap. Raynaldus*, §. 3. *num.* 7. *de teſtam.* Gabr. *d. tit. ad Trebellian. concluſ.* 11. *num.* 2. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 3. *num.* 4. Gabr. *d. concluſ.* 11. *numer.* 2. & 4. Craſſ. *d. num.* 1. *verſ. contrariam partem*, Tiraq. *tract. de priuil. piæ cauſ. priuil.* 27. & Euerard. *in d. loc. à Falcid. ad Trebellian. numer.* 1. ac probat text. *in auth.* §. *ſi autem heres*, iuncto §. *ſi quis in nomine, auth. de Eccleſ. tit. collat.* 9. prout eum ponderauit gloſ. *loc. cit.* nihil reſpondens: atque inter alios latiùs tuetur ipſe Peregr. *d. n.* 62. *cum ſeq.* Id autem procedit, quicumque ſint inſtituti, licet filij primi gradus; prout, inquit Craſſ. *d. quæſt.* 6. *n.* 2. fatentur omnes per eum citati *num. præced.* & communem teſtatur Cagnol. *in l. Papinianus*, § *meminiſſe, num.* 18. *ff. de inoffic. teſtam.* quem etiam ſequitur Peregr. *d. art.* 3. *num.* 62.

Item procedit, licèt locus non sit pius, modò causa pia sit, vt post alios tradit Gabr. *d. conclus.* 11. *numer.* 7. & Peregr. *d. art.* 3. *numer.* 63. Ad hanc procedit
306. etiam † vbi Ecclesiæ, seu piæ causæ facienda est restitutio mediatè, cùm certum sit piam causam successuram; secus si incertum sit. ita post alios Crass. *d. quæst.* 6. *numer.* 3. & Peregr. *d. art.* 3. *num.* 64. & 65. sicque intelligo Gemin. Franc. & alios *d. cap.* 1. *de testam. in* 6. arg. *l. cùm dotem, ff. ad leg. Falcid.* ac probatos à Gabr. *d. conclus.* 11. *numer.* 4. & 5. Debet tamen, cùm incertum est, piam causam successuram, heres cauere de restituenda Trebellianica eueniente casu; vt post alios tradit, satisque comprobat Peregr. *d. art.* 3. *numer.* 66. qui *num.* 67. post Gabr. *d. conclus.* 11. *numer.* 9. *cum seq.* & alios,
307. hanc illationem restringit † primò, vbi vni, & eidem relictum fuisset vniuersale fideicommissum partim ad piam causam, partim ad non piam: nam tunc Trebellianica tota deducitur ex parte non piæ sicut etiam sit quoad Falcidiam in relictis particularibus. *numer.* autem 68. id restringit secundò, quando fideicommissum vniuersale ordinatum fuisset in certum opus pium: nam, si dodrans sufficeret, quadrans per heredem pro Trebellianica iustè retineretur; ex Angel. per illum text. *in l. decem, ff. de fideicom. libert.* quem sequitur Alex. *in l. Marcellus, numer.* 7. *ff. ad Trebell.* quia tunc quadrans superabundat piam causam; & ideo priuilegium piæ causæ cessat. De hac tamen restrictione meritò dubitari potest; cùm negari nequeat, quin illud sit vnum & idem relictum, atque in vnam, eandémque causam: non debet autem vna, eadémque res duplici iure censeri, *cap. cum, qui, ff. de vsufruct. cap. cognouimus*, 12. *quæst.* 2. & *cap. cùm in tua, in fi. de decim.* cum simil. Denique *numer.* 69. *cum seq.* ex text. *in §. sed & hoc præsenti, auth. de sanctiss. Episc.* pluribus allegatis ex communi restringit, vt causa
308. pia heres instituta † detrahat Trebellianicam à causa pia substituta. quod etiam post alios sentit Gabr. *d. conclus.* 11. *numer.* 8. licèt veerque in contrarium multos allegent.

Limitatur decimoquartò, vt is, cui debetur le-
309. gitima, † non detrahat simul etiam Trebellianicam, cùm grauatus ita est fideicommisso, vt vtraque quarta eodem tempore detrahenda esset. ita plurimis relatis ex communiori tradunt Michaël Crass. *d. §. Trebellianica, quæst.* 4. *numer.* 1. *vers. aly distinguendum censuerunt*, Peregr. *d. artic.* 3. *numer.* 49. sentiuque post alios Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 11. *numer.* 6. erit autem in electione eius, cui legitima debetur, vel Trebellianicam deducere ex fideicommisso, vel legitimam, prout sibi vtilius fuerit; quod latiùs tradit Peregr. *d. artic.* 3. *numer.* 50. Quòd, si non filio, sed heredibus eius iunctum sit fideicommissum, tunc non legitimam deducent, sed Trebellianicam; vt post Bart. *in l. si fundum, §. fin. ff. de legat.* 1. & ex communi, de qua Ias. & Io. Dilect. testantur, resoluit Crass. *d. quæst.* 4. *numer.* 3.

310. Limitatur decimoquintò, quòd † vbicumque in odium, & præiudicium heredis lex prohibet Falcidiam detrahi, & materia congruere potest etiam relictis vniuersalibus, quia de iis dispositio loquatur, Trebellianica quoque prohibetur. pro regula id tradit Peregr. *d. art.* 3. *numer.* 72. dicens esse casum *in §. si quis autem non implens, & §. si verò nulla, in auth. de hered. & Falcid. & in auth. hoc amplius, C. de fideicom.* vbi habetur, quòd heres, si iudicialiter monitus, per annum negligens sit in adimplendis à testatore dispositis, sicut Falcidiam, ita & Trebellianicam amittit. Vnde infert *numer.* 73. *vsque ad* 79. quid dicendum in eo articulo, † an heres non 311.
conficiés inuentarium amittat Trebellianicam, sicut amittit Falcidiam, per text. *in §. si verò non fecerint, auth. ead. tit.* nam relatis *d. numer.* 73. non paucis auctoribus, & rationibus pro affirmatiua; *num.* autem 74. plerisque Doctor pro negatiua citatis; (quod etiam facit Euerard. *in Topic. iur. loc. à Falcid. ad Trebellian. numer.* 5. Crall. *d. §. Trebellianica, quæst.* 7. *numer.* 1. *vers. negatiuam sententiam*, iuncto *vers. affirmatiuam*;) Peregrin. negatiuam quoad filios primi gradus, ac descendentes minùs dubitabilem post multos affert, præsertim post Crass. *d. §. Trebellianica, quæst.* 7. *numer.* 2. (licet in his etiam alij contrarium teneant, relati à Gabriel. *d. tit. ad Trebellian. conclus.* 10. *numer.* 4. Petr. *de fideicom. prohib. quæst.* 15. *numer.* 157. *in fin. & num.* 158. *vsque ad* 162.), eandémque negatiuam idem Peregr. *d. numer.* 74. nonnullis fundamentis confirmat, quibus plura addit *numer.* 75. *cum tribus seqq.* illúdque præcipuè quòd in ea parte d. Auth. in qua tractatur de inuentario, nulla mentio habeatur fideicommissorum vniuersalium. & *d. numer.* 78. *ac* 79. contraria fundamenta euertit. *num.* autem 80. *vsque ad* 85. proposito eo articulo, an heres conficiens inuentarium siue à testatore iussus, siue non, si dolore supprimat aliquas res, amittat beneficium Falcidiæ, ac Trebellianicæ; probabiliter defendit, ab eo non amitti Falcidiam, omnino verò non amitti Trebellianicam.

Limitatur decimosextò principalis nostra con-
clusio, vt † non procedat, vbi heres expressè re- 312.
miserit Trebellianicam, vel tacitè, restituendo hereditatem integram; nisi id errore ductus fecerit; vt latè probat Peregr. *d. artic.* 4. *numer.* 120. & 123. cum aliquot seqq. vbi etiam declarat, an id præiudicet creditoribus. Idem etiam post alios sensit Euerard. vbi sup. *numer.* 2.

Limita decimoseptimò in bonis † primogenitū, 313.
ita post Molin. *de Hispan. primogen. lib.* 2. *cap.* 17. *numer.* 26. *cum seq.* & Michaël Palaez *in tract. de maiorat. part.* 4. *quæst.* 1. *numer.* 5. docet Menoch. *d. præs.* 198. *numer.* 36. & *consil.* 800. *lib.* 8. & in expressè prohibitis per testatorem, ne alienentur, docet post alios Euerard. *loco cit. numer.* 4. & sentiunt alij, quos *in seq. limitat. circa med.* adducemus.

Limitatur decimooctauò præsens conclusio, † 314.
vbi Trebellianica expressè fuerit à testatore prohibita: quod quidem regulariter etiam in codicillis fieri posse supr. *ampliat.* 1. *in initio* satis ostendimus. Hæc verò limitatio extenditur, etiam, vt locum habeat in prohibitione facta per verba æquipollentia; ita, vt aliud significare non possint; qualia sunt, sine diminutione, sine detractione: secus, si aliud importare valeant, vt illa, omnem, totam, vniuersam hereditatem, omnia, vel vniuersa bona restituas; & similia: attento maximè iure nouo Iustiniani *in §. si verò expressim, Auth. de hered. & Falcid.* relato *in Auth. sed cùm testator, C. ad leg. Falcid.* vt latè, satisque comprobat Peregr. *d. artic.* 5. *numer.* 81. *cum tribus seqq.* Sicque conciliari possunt, & intelligi contrariæ hac in re sententiæ, de quibus fusè inter ceteros Ant. Gabr. *commun. conclus. lib.* 4. *tit. ad Trebell. conclus.* 2. *vsque ad* 9. Card. Mantic. *d. tract. de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 12. ferè per tot. Michaël Crass. *d. §. Trebellianica, quæst.* 8. *numer.* 2. *cum seqq.* & Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 198. *numer.* 10. *vsque ad* 36. Petra *de fideicom. prohib. quæst.* 15. *numer.* 154. *cum duobus seqq. & numer.* 190. *vsque ad* 212. Quoad prohibitionem autem alienationis, quòd per eam inducta regulariter censeatur prohibitio Trebellianicæ præ-

ter

ter probatos ab Everard. *d. numer.* 4. à Gabr. *d. tit. ad Trebell. concluſ.* 9. *numer.* 1. Craſſ. *d. quæſt.* 8. *num.* 8. Petr. *d. quæſt.* 15. *numer.* 191. *&* 192. & relatos à Mantic. *d. tit.* 12. *numer.* 19. Menoch. *d. præſ.* 198. *numer.* 27. tradit etiam poſt alios Peregr. *d. artic.* 3. *numer.* 91. licèt contrarium teneant alij, quos ſequi videtur Menoch. *d. præſ.* 198. *numer.* 28. *& conſil.* 177. *numer.* 27. ac Mantic. *d. tit.* 12. *numer.* 20. vbi etiam eam latiùs confirmat. Retenta verò priori ſententia, quam omnes antea citati fatentur; illius regula procedit non modò in prohibitione alienationis citra ſimplex fideicommiſſum, ſed etiam cùm adiecta eſt ſimplici, & abſoluto fideicommiſſo; vt ſatis probat Peregr. *d. numer.* 91. Secundò procedit non ſolùm in prohibitione alienationis certæ rei, certorúmve bonorum, fauore legatariorum; id quod omnes admittunt, ac ſignanter relati, & probati à Peregr. loco mox allegan. necnon à Menoch. *d. præſ.* 198. *num.* 25. *cum ſeq.* vbi id iuribus pariter comprobat: verùm etiam, cùm teſtator prohibuit alienari omnia bona, ſeu hereditatem, vel eius quotam partem fauore fideicommiſſariorum vniuerſalium, vt multi voluerunt apud Menoch. *cad. præſ.* 198. *numer.* 27. vt contra alios latè confirmat Peregr. *d. numer.* 91. *verſic. ſecundò reſtringunt, circa med. & verſic. ſeq.* Quæ tamen regula contra Cæſell. Cottam, *in Memor. verbo, Trebellianica, in fin.* reſtringitur à Menoch. *d. præſumpt.* 198. *numer.* 30. vbi alienatio prohibita eſt in certa quota hereditatis, vel bonorum: ac præterea fallit primò ſecundùm multos, vt procedat vbi prohibitio alienationis facta eſt fideicommiſſario, non autem cùm heredi tantùm. ita poſt alios Peregr. *d. numer.* 91. & multi relati à Mantic. *d. tit.* 12. *numer.* 2. *in fin.* iuncto *numer.* 22. & Menoch. *d. numer.* 28. *verſ. tertia opinio.* cui ſententiæ ipſe quoque ſatis adhæret *num.* 29. licèt eam *ibi* non leuiter, neque omninò immeritò impugnet. Fallit ſecundò quoad filios primi gradus, qui detrahunt Trebellianicam, non obſtante prohibitione alienationis: ſicut etiam iis regulariter non obſtat ipſa prohibitio expreſſa Trebellianicæ, vt ſuprà *ampliat. vlt.* docuimus, atque ita hanc fallentiam plerique tenent relati, & laudati à Peregr. *d. artic.* 3. *numer.* 93. iuncto *numer.* 107. *cum ſeq.* à Petr. *d. quæſt.* 15. *numer.* 192. *verſ. nihilominus*, Craſſ. *d. quæſt.* 8. *numer.* 9. & Mantic. *d. tit.* 12. *numer.* 22. *&* 24. vbi id locum habere docet etiam cùm hi filij aliis filiis, ſeu deſcendentibus teſtatoris rogati ſunt hereditatem reſtituere. De illis autem verbis, *pleno iure*, licèt plerique relati à Menoch. *d. præſ.* 198. *numer.* 12. Mantic. *d. tit.* 12. Peregr. *d. art.* 3. *numer.* 95. & Craſſ. *d. quæſt.* 8. *numer.* 7. velint, per ea Trebellianicam cenſeri prohibitam; ipſi tamen poſt alios in contrariam ſententiam inclinant, quam pluribus citatis ſequitur etiam Peregr. *d. art.* 3. *numer.* 94. *&* 96. vbi in fine ſubdit, Falcidiam ad Trebellianicam prohibitam cenſeri, cùm iuſſit, plenam hereditatem, aut plenum legatum præſtari: ſicut de verbo, *integrum*, probauerat *numer.* 90. & Menoch. *numer.* 14. Reliquas porrò coniecturas, ex quibus colligitur Trebellianicam verbis æquipollentibus fuiſſe prohibitam, videre licet apud auctores prædictos, præcipuè verò Peregr. *d. art.* 3. *numer.* 94. *vſque ad* 166. necnon Gabr. *in d. tit. ad Trebellian. concluſ.* 2. *vſque ad* 9. per tot. Mantic. Craſſ. Petr. & Menoch. in locis circa initium huius limit. per nos allegat. Nunc autem ad poſtremam præſentis concluſionis limitationem tranſeamus: ſi
315. illud quoad hanc limitat. non omittamus, quòd, † ſi filius, cui eſt facta prohibitio Trebellianicæ, agnoſcit patris teſtamentum, & in eo contenta expreſsè per actum iudicialem, vel extraiudicialem, nequeat deducere Trebellianicam; vt latè poſt alios docet Peregr. *d. art.* 3. *numer.* 119. ſecus probans *num. præced.* fore, vbi ſimpliciter ſolùm, ac tacitè illud approbauit, ex eo hereditatem adeundo. idem tenet Mantic. *d. lib.* 7. *tit.* 11. *numer.* 10. ac primum poſt Pariſ. *conſil.* 16. 17. 18. *&* 26. *volum.* 2. tradit quoque Gabr. *d. tit. ad Trebellian. concluſ.* 1. *numer.* 15. Limitatur nunc poſtremò noſtra principalis concluſio, vt † in Trebellianicam imputentur 316.
quæcumque heres capit iudicio teſtatoris: vt per text. *in l. in quartam, l. quod autem, l. id autem, ff. ad leg. Falcid. & l. deducta, §. nemmis, ff. ad Trebell.* notant *ibi* Doctor. & Michaël Craſſ. *d. §. Trebellianica, quæſt.* 10. *numer.* 4. Pro huius autem limitationis, ac regulæ † extenſionibus, reſtrictioni- 317.
bus, ac declarationibus, ne nimis longum faciam, candidum lectorem remitto ad ea, quæ fusè hac de re tradunt inter ceteros Craſſ. *d. §. Trebellianica, quæſt.* 10. 11. *ac* 12. & Peregr. *d. art.* 3. *a numer.* 28. *vſque ad* 58. *& artic.* 39. *numer.* 3. & aliquot ſeqq. In ſpecie verò quoad imputationem fructuum ſuo tempore mortis teſtatoris extantium, ſiue poſt eam, & ante, vel poſt aditam hereditatem perceptorum, videri poteſt Craſſ. *d. quæſt.* 11. Ant. Gabr. *d. tit. ad Trebell. concluſ.* 12. & Peregr. *d. tract. de fideicom. artic.* 49. ferè per tot. & quoad imputationem alienatorum ex bonis fideicommiſſi ſimpliciter relicti, Craſſ. *d. §. Trebellianica, quæſt.* 9. *num.* 7. alienatorum verò ex bonis fideicommiſſi, per quod quis grauatus eſt reſtituere id, quod ſupererit, Gabr. *d. tit. ad Trebell. concluſ.* 13. eáque *vlt.* ex *num.* 6. ſicut & cetera, quæ ad Trebellianicam pertinent, ſumi poſſunt ex Gabr. *d. tit. ad Trebell.* Craſſ. *d. §. Trebellianica*, Peregr. *d. art.* 2. 3. *&* 5. Petr. *d. tract. de fideicom. prohib. quæſt.* 15. *a numer.* 150. *vſque ad* 212. Mantic. *d. lib.* 7. *tit.* 11. *ac* 12. *de coniect. vlt. volunt.*

Quoad illum verò notabilem, ac neceſſarium articulum, † an illud quod non detrahitur ex vna 318.
parte fideicommiſſi vniuerſalis non defalcabili, cedat ad onus partium defalcabilium, dicemus *concl. ſeq. ampliat.* 3. vbi de Falcidia: in hoc enim idem de Trebellianica quoque ſtatuendum eſt; vt adnotauit Peregr. *d. tract. de fideicom. artic.* 4. *numer.* 3. per reg. text. *in l. Marcellus, §. quod autem, ff. ad Trebellian. & §. ſed quia heredes, Inſtit. de fideicom. hered.* & quoad illum articulum, an Trebellianica, vbi non eſt expreſsè prohibita, deducatur contra voluntatem defuncti, vide Conar. *d. cap. Raynaldus, §. 3. num.* 6. Mantic. *d. lib.* 7. *tit.* 11. *num.* 8. Peregr. *d. art.* 3. *num.* 46. & Petra *de fideic. prohib. quæſt.* 15, *num.* 151.

VIGESIMAPRIMA CONCLVSIO.

Heres grauatus legatis, ſeu fideicommiſſis particularibus, † ex iis detrahere poteſt quartam Falci- 319.
diam in eorumdem reſtitutione. text. ſunt *in l.* 1. & toto penè tit. *ff. & C. ad leg. Falcid. §. ſed quia heredes, Inſtit. de fideicomm. hered.* necnon *Inſtit. de leg. Falcid. & auth. de hered. & Falcid.* paſſim; & Doctor. *ibidem* adnotarunt, atque alibi ſæpe, & inter recentiores Craſſ. *d. tract. de ſucceſſ. §. Falcidia, in princ. num.* 3. 4. *&* 5. *quæſt.* 1. *numer.* 1. *& quæſt.* 3. *numer.* 1. *&* 2.

Ampliatur autem hæc concluſio primò, vt Falci- 320.
dia † reſecet ipſo iure quoad dominium; ita, vt quadrans non tranſeat ad legatarium: ſecus quoad obligationem. ita pluribus relatis ex communi reſoluit Michaël Craſſ. *d. §. Falcidia, in princ. numer.* 4. inductaque etiam eſt fauore teſtatoris, vt faciliùs, qui ab eo ſcriptus eſt heres, adeat hereditatem,

tem, ac defuncti voluntatem in reliquis impleat; vt ex communi tradit Craſſ. *ibidem numer.* 5. poſt Alciat. *paradox. lib.* 5. *cap.* 39. & ipſe Iuſtinianus Imper. adnotauit *Inſtit. de leg. Falcid. in princ.*

321. Ampliatur ſecundò, † vt etiam fideicommiſſarius vniuerſalis detrahat Falcidiam ex legatis, ſeu fideicommiſſis particularibus, aut ſimpliciter relictis, aut in quibus grauatus fuit heres, qui cogitur hereditatem adire: vt ſatis docet Craſſ. *d.* §. *Falcidia, quæſt.* 1. *numer.* 4. & 5. Peregr. *d. tract. de fideicom. artic.* 3. *numer.* 6. vbi idem probat in caſu, quo heres in gratiam fideicommiſſarij eam non detraxit; quod & poſt alios tradit Craſſ. *d. quæſt.* 1. *numer.* 3.

Ampliatur tertiò, vt heres grauatus fideicommiſſo vniuerſali, ac ſimul fideicommiſſis particularibus, ſeu legatis, † detrahere poterit ſimul 322. Trebellianicam, & Falcidiam pro rata legatorum, & eius, quod reſiduum eſt; vt docet, ac declarat Peregr. *d. artic.* 3. *numer.* 3. ac latiùs *artic.* 4. maximè *numer.* 27. & 29. vbi iunctis omnibus ferè num. præceden. rem hanc fuſiùs pertractat: de qua etiam videndus Craſſ. *d. tract. de ſucceſſ.* §. *Trebellianica, quæſt. vlt.* & quod diximus *concluſ.* 19. *in fin.* Illud autem hoc loco adnotandum eſt, quod idem Peregr. tradit, & confirmat *d. art.* 4. *n.* 30. & 31. hanc regulam rectè procedere, vbi legata ſunt defalcabilia. quòd ſi talia non ſint, diſtinguendum eſſe: nam quædam ſunt legata, & fideicommiſſa, quæ ex priuilegio ſuo non defalcantur, veluti relicta ad pias cauſas, & ordinata à milite in militia; & his caſibus præiudicium eſt heredis, ac ideo, quod ab iſtis non detrahitur, non reflectitur ad onus aliorum legatariorum, & fideicommiſſariorum, ſed de iſtis detrahitur Falcidia, & Trebellianica, prout detraheretur, ſi alia non eſſent priuilegiatæ. idque etiamſi legata illa relicta fuerint diuerſis perſonis. quædam inde falcabilia ſunt ex voluntate teſtatoris: & hoc aut quia in iis expreſsè fit prohibita Falcidia; & tunc Falcidiam, quam heres ex his non detrahit, nec etiam detrahit ex aliis; aut quia teſtator iuſſerit integrè, & ſine diminutione præſtari; & hoc caſu Falcidia, quæ ex iſtis non detrahitur, deducitur in aliis; ita, vt heres integram quartam capiat. atque in hoc poſtremo membro idipſum in Falcidia ſentit quoque poſt alios Card. Mantic. *d. tract. de coniect. vltim. volunt. lib.* 9. *tit.* 14. *numer.* 24. idémque dicendum de Trebellianica quoad fideicommiſſum vniuerſale; Peregr. *d. numer.* 31. ex Caſtren. *l. Marcellus*, §. *idem Pomponius*, *ff. ad Trebell.* Rot. *deciſ.* 12. *de teſtament. in antiq.* Alciat. *conſil.* 178. *lib.* 9.

323. Ampliatur quartò, vt † etiam ex legato relicto filiis teſtatoris deducatur Falcidia. ita poſt Aret. *conſil.* 12. tradit Peregr. *d. art.* 3. *numer.* 71. ſentitque poſt alios Gabr. *d. tit. ad Trebellian. concluſ.* 11. *numer.* 13.

324. Ampliatur quintò, vt † ex re certa, in qua inſtitutus quis eſt, poſſit coheres vniuerſalis datus à teſtatore, & adiens hereditatem detrahere Falcidiam. ita ex communi reſoluit Craſſ. *d. tract. de ſucceſſion.* §. *hereditas, quæſt.* 3. *numer.* 5 & pluribus relatis *d.* §. *Falcidia, quæſt.* 5. per tot. necnon Card. Mantic. *d. tit.* 14. *numer.* 10. *cum quatuor ſeqq.* & Peregr. *d. artic.* 3. *numer.* 9. vbi ex Bald. idem ſentit etiam in filio inſtituto in re certa, dato coheredi. Ratio eſt, quia inſtitutus in re certa dato coherede vniuerſali adeunte ſaltem quoad rem ipſam, eſt loco legatarij; vt poſt Craſſ. & alios docuimus *concluſ. præced. limit.* 3. *illat.* 2. præſertim verò eundem Craſſ. *d. tract. de ſucceſſion.* §. *heredibus, quæſt.* 3. *numer.* 3. & 4. qui idipſum tradit *eod. tract.* §. *inſtitutio, quæſt.* 22. *num.* 6. idémque erit in inſtitutione de quota hereditatis, dato alio herede vniuerſali adeunte; quoniam & hic eſt loco legatarij, vt ex Peregr. diximus *concluſ. præced. limit.* 3. *illat.* 2. *in fin.*

Ampliatur ſextò, quòd ſi heres inſtitutus ſit de liberis teſtatoris, quibus debetur legitima, † is 325. poſſit etiam ſimul deducere Falcidiam de fideicommiſſis particularibus, ſeu legatis, quibus poſt mortem, vel ſub conditione grauatus ſit. ita poſt multos tradit, fatiſque probat Peregr. *d. artic.* 3. *numer.* 55. *verſ. contrarium.* in hanc etiam partem inclinare videtur poſt alios Craſſ. *d.* §. *Falcidia, quæſt.* 1. *num.* 9. *verſ. contrarium verò*; licèt plures mox *eod. num.* 9. *in princ.* pro contraria ſententia retuliſſet. Mantic. verò *lib.* 7. *tit.* 2. *num.* 11. & *ſeq.* poſt alios priori ſententiæ adhæret. *lib.* autem 9. *tit.* 14. *num.* 26. poſteriori.

Ampliatur ſeptimò, vt † detrahi poſſit Falci- 326. dia ex fideicommiſſis particularibus, & legatis relictis ſiue in teſtamento, ſiue ab inteſtato; vt ex magis communi, & veriori poſt Socin. *in l. in quantum, num.* 4. *ff. ad leg. Falcid.* tradit Craſſ. *d.* §. *Falcidia, quæſt.* 3. *num.* 3.

Ampliatur octauò, vt † etiam de legato, ſeu 327. fideicommiſſo hereditatis alterius, aut bonorum mobilium, & immobilium detrahatur Falcidia; vt conſtat ex adductis *concluſ. præced. limit.* 4. & 5. & Mantic. *d. lib.* 7. *tit.* 2. *numer.* 7. *vſque ad* 10. vbi alia exempla affert fideicommiſſi ſpecialis, ſeu particularis.

Ampliatur nonò, vt † de legatis alicui in alte- 328. rius pœnam detrahatur Falcidia, vt poſt alios ex communiori tradit Craſſ. *d.* §. *Falcidia, quæſt.* 4.

Ampliatur decimò † etiam in donationibus 329. cauſa mortis. ita gloſ. *in l. in donationibus*, per text. *ibi C. ad leg. Falcid.* cum aliis ad id alleg. per Craſſ. *d.* §. *Falcidia, quæſt.* 8. *numer.* 1. qui *numer.* 2. idem probat in donationibus inualidis, quæ morte confirmantur, vt inter virum, & vxorem, inter patrem, & filium; dummodo donationes illæ confirmatæ fuerint in teſtamento, vel codicillis; aliàs ſecus. *num.* autem 3. quoad mortis cauſa capionem latiùs diſtinguit; quem videas.

Ampliatur vndecimò, vt locum habeat Falci- 330. dia † in ſingulis heredibus. ita Mantic. *d. tit.* 14. *n.* 12. per text. *l. in ſingulis, ff. ad leg. Falcid.* & §. & *cùm quæſitum, Inſtit. de leg. Falcid.*

Ampliatur denique vt coheres † poſſit de præ- 331. legatis ſuo coheredi vniuerſali, cùm grauatus fuit ſupra dodrantem ſuæ portionis, Falcidiam detrahere: vt per text. *in l. ex facto, ff. de hered. inſtituen. l. Neſennius, ff. ad leg. Falcid.* & *l. à coheredibus, C. eod. tit.* tradit Mant. *d. num.* 12.

Limitatur nunc primò præſens concluſio, vt † 332. fideicommiſſarius vniuerſalis regulariter non detrahat Falcidiam. ita Craſſ. *d.* §. *Falcidia, quæſt.* 1. *numer.* 2. per text. *in l. lex Falcidia*, §. *nunquam, ff. ad leg. Falcid.* quod *numer.* 3. temperat, niſi heres in gratiam fideicommiſſarij eam non detraxerit; *num.* autem 4. vbi heres eam non detraxit, quia coactus adiuit hereditatem. Eadem verò limitatio procedit etiam in legatario, qui grauatus ſit fideicommiſſo particulari; prout per text. *d.* §. *nunquam*, tradit, ac latiùs confirmat Peregr. *d. art.* 3. *num.* 5. & Craſſ. *d. quæſt.* 1. *n.* 7. vbi ex communi id temperat primò, niſi ſibi quoque ab herede detrahatur; & *n. ſeq.* temperat ſecundò pariter ex communi, vt legatarius detrahere poſſit ex perſona heredis, qui in eius gratiam non detraxit, cùm poſſet.

Limita

333. Limitatur ſecundò, vt † inſtitutus in re certa, dato ei coherede vniuerſali adeunte, non detrahat Falcidiam, vt ex communiori, ac veriori non paucis relatis tradit Craſſ. *d. quæſt. 1. numer. 6.* quam etiam poſt alios ſequitur Peregr. *d. art. 3. numer. 8.* quia Falcidiam regulariter nullus detrahit, niſi heres vniuerſalis, *d. §. numquam.*

334. Limitatur tertiò, vt † de legatis ſeu particularibus fideicommiſſis ad piam cauſam non detrahatur Falcidia. Nam quicquid fuerit de iure antiquo *in l. 1. §. ad municipum, ff. ad leg. Falcid.* certè id procedit iure Cod. vt *in l. ſi quis ad declinandam, §. ſin autem, il 1. & il 2. C. de Epiſc. & cleric.* & multo magis iure Auth. nimirum *in §. ſi autem heres, auth. de Eccleſ. tit. collat. 9.* vnde ſumptus eſt text. *in auth. ſimiliter, C. ad l. Falcid.* & *ibi* omnes id adnotarunt latè, Tiraq. *de priuil. pia cauſa, priuil. 26.* Craſſ. *d. §. Falcidia, quæſt. 3. numer. 5.* & Euerard. *in Topic. iur. loc. à Falcid. ad Trebell. numer. 1.* Idque procedit, licèt mediatè legetur ad pias cauſas, ex relatis à Tiraq. *d. priuil. 26.* de communi teſtatur Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 26. numer. 24.* quem ſequitur Craſſ. *d. quæſt. 3. numer. 6.* quod tamen vltimum verum eſt, cùm certum ſit legatum peruenturum ad cauſam piam, aliàs heres detrahet Falcidiam, præſtita cautione de ea reſtituenda eueniente caſu; prout poſt alios declarat Tiraq. *d. priuil. 26. verſ. ſed hoc vltimum.* Item procedit, licèt filij eſſent inſtituti, & grauati; ita Peregr. *d. artic. 3. numer. 62.* poſt Cagnol. *in l. Papinianus, §. meminiſſe, numer. 18. ff. de inoffic. teſtam.* vbi de communi teſtatur. Præterea locum etiam habet, licèt locus non ſit pius, modò cauſa ſit pia; vt poſt alios adnotauit Peregr. *d. artic. 3. numer. 63. verſ. & nota.* Craſſ. verò *d. quæſt. 3. n. 7.* ex eodem Vaſq. ſuprà, *numer. 44.* per gloſam communiter approbatam *in auth. ſed cum teſtator, C. ad l. Falcid.* hanc limitationem reſtringit primò, 335. † vbi teſtator iuſſit Falcidiam deduci etiam de legatis piis. idémque poſt alios voluit Tiraq. *d. priuil. 26. limit. 5.* Craſſ. verò *numer. 8.* reſtringit ſecundò, vbi legata pia ſimul cum non piis excedunt vires patrimonij: tunc enim omnia reducuntur ad patrimonium pro rata, tùncque de piis non deducitur Falcidia, ſed tantùm de non piis. idque etiam ſentit poſt multos Tiraq. ſup. *limit. 4.* Craſſ. verò *numer. 9.* ex multorum ſententia reſtringit tertiò, 336. † vbi cauſa etiam pia ſit inſtituta: quod etiam poſt alios defendit Peregr. *d. art. 3. numer. 69. & 70.* licèt contrarium non pauci ex non leui fundamento voluerint relati à Peregrin. *d. numer. 69.* Tiraq. *d. priuil. 26. verſ. contrarium tamen*, & Gabr. *commun. concluſ. lib. 4. tit. ad Trebell. concluſ. 11. num. 8. verſ. contrarium*, & probati à Craſſ. *d. num. 9. verſ. ſed contrarium.* Quartò reſtringitur ex Tiraq. cum nonnullis *d. priuil. 26. verſ. limita tertiò*, & Gabr. alios allegante *d. concluſ. 11. numer. 9. & 10.* quem etiam ſequitur Peregr. *d. artic. 3. numer. 67.* vt, ſi eidem relictum ſit vnum legatum ad pias cauſas, aliud ad non pias, detrahatur tanta portio, quanta ſufficit pro Falcidia vtriuſque. Reſtringitur denique ex eod. Gabr. *d. concluſ. 11. numer. 11.* poſt alios, quòd de quantitate illa, quæ ſupereſt certo operi pio, ad quod legatum relictum eſt, detrahi poſſit Falcidia, quod etiam nonnullis relatis tradit Peregr. *d. artic. 3. numer. 68.* atque ante eum poſt plures Tiraq. *d. priuil. 26. verſ. ſecundò eſt limitandum.* Immo Gabr. ſup. *numer. 12.* id ex Alex. ſententia Ang. allegantis ita extendit, vt, ſi is eſſet 337. quoque nudus executor, † poſſit totum, quod reliquum eſt, pro ſua Falcidia retinere. In quo tamen refert Socin. qui contrariam ſententiam tenet, eámque communem teſtatur: quæ mihi quoque verior videtur, quoniam, vt paulo antè oſtendimus, regulariter ſolus heres Falcidiam detrahit, *l. lex Falcidia, la 2. §. numquam, ff. ad leg. Falcid.* cum ſimil.

338. Limitatur quartò, vt † de legitima filiorum Falcidia non detrahatur; vt ex communi ſententia per text. *in l. ſcimus autem, C. de inoffic. teſtam.* tradit Craſſ. *d. §. Falcidia, quæſt. 6.* per tot. idémque voluit gloſ. recepta *l. 1. §. ad municipum, ff. ad leg. Falcid.*

339. Limita quintò, quòd † ex legato dotis, vel pro virginibus maritandis pauperi facto non detrahitur Falcidia, aut legato dotis reſtituendæ vxori: quod vtrumque ſatis probat Craſſ. *d. §. Falcidia, quæſt. 7. numer. 1.* vbi ſecus etiam eſſe probat, cùm legatur commodum repræſentationis in dote, quæ poſt certum tempus, aut pro parte in ſingulos annos erat ſoluenda: licèt *ibidem* alios referat contrarium in hoc ſentientes.

340. Limitatur ſextò, vt † non detrahat heres grauatus Falcidiam, ſi ei renuntiauerit, quod poteſt, vt ſatis probat Mant. *d. tit. 14. numer. 61* & Peregr. *d. art. 3. numer. 123.* qui *numer. 124.* idem docet de tacita remiſſione facta per ſolutionem legatorum integram citra errorem facti per permittendo legatarium rem poſſidere. quod etiam docuit Euerard. *in Topic. iur. loc. à Falc. ad Trebell. numer. 2.* per text. *in §. ſi verò expreſſim, auth. de hered. & Falcid. collat. 1. & auth. ſed cùm teſtator, C. ad leg. Falc. num.* autem 125. *cum duobus ſeqq.* idem Peregr. declarat, an, & quando hæc remiſsio præiudicet creditoribus defuncti.

341. Limita ſeptimò, vt † heres, qui legata relicta euertere curauit, amittat Falcidiam, ita Peregr. *d. art. 3. numer. 59.* per text. *in l. beneficio, ff. ad leg. Falcid.* vbi gloſ. & Scriben. exemplificant in eo, qui celauit, vel cancellauit legatum: ſubditque idem in herede qui intra annum monitus non impleuit voluntatem defuncti, per text. *in §. ſi autem non implens, verſic. ſi verò nulla, auth. de hered. & Falcid.* per quem text. & auth. *hoc amplius, C. de fideicom.* idem docet *numer. 72.*

342. Limita octauò, quòd in teſtamento militis † ceſſat regulariter Falcidia. ita per text. *in l. in teſtamento, C. de teſtam. milit. & l. in teſtamento, C. ad leg. Falcid.* tradit Peregr. *d. artic. 3. numer. 60.* vbi cum *numer. ſeq.* id declarat. Verùm, quòd indiſtinctè hodie etiam in relicto à milite locum habeat Falcidia, ſatis probat text. *in §. quia verò, auth. de hered. & Falcid.* & adnotauit *ibi* gloſ. ab aliis approbata *in verbo, militari.*

343. Limitatur nonò, vt heres non conficiens inuentarium rerum hereditatis † amittat ius deducendi Falcidiam. text. eſt *in §. ſi verò non fecerint, auth. de hered. & Falcid.* per quem, præter Doctor. *ibi*, & alibi ſæpe, id adnotauit Peregr. *d. artic. 3. num. 73.* & Craſſ. *d. §. Falcidia, quæſt. 12. numer. 1.* vbi hanc communem opinionem nonnullis relatis aſſerit. *num.* autem 2. ex veriori ſententia poſt Imol. & Alex. docet hoc inuentarium non prodeſſe fideicommiſſario, niſi quoad exceptionem. Quòd ſi heres non conficiat inuentarium, illud conficere poteſt fideicommiſſarius ad effectum etiam Falcidiæ detrahendæ, vt idem Craſſ. ex communi poſt alios reſoluit *n. 3.* ſubdens pariter ex communi, quòd, ſi illud non conficiat fideicommiſſarius, tenebitur ſicut heres, creditoribus ac legatariis vltra vires hereditarias. Plura verò de hoc inuentario, & pœna illud non conficientis, aut aliqua bona in eo ſupprimentis, videas, ſi lubet, apud Peregr. *d. num. 73. vſque ad 81.*

Limita

Limitatur decimò noſtra concluſio, vt non pro-
344. cedat, † vbi teſtator expreſsè prohibuerit rei detractionem Falcidiæ: tunc enim etiam heres detrahere non poterit. text.eſt *in §. ſi verò expreſſim, auth. de hered. & Falcid. & auth. ſed, cùm teſtator, C. ad leg. Falcid.* per quem id adnotarunt DD. *ibi* atque alibi ſæpe,& per hæc ipſa iura tamquam certum,& indubitatum ſtatuunt inter recentiores Card. Mantic. *d. tit. 14. num. 3.* Gabr. *d. tit. ad Trebell. concl. 1. num. 1.* Craſſ. *d. §. Falcidia, queſt. 10. num. 1.* vbi de communi, Peregr. *d. art. 3. num. 85.*& Menoch. *d. lib. 4. præſ. 198. num. 2.* Quòd ſi teſtator expreſsè non prohibeat Falcidiam,cùm prohibere poſſit,adhuc dicitur heres contra eius voluntatem tacitam illam detrahere, vt ex communi reſoluit Craſſ. *d. §. Falcidia, queſt. 11.* per tot.ſenſitque poſt alios Couar. *d. c. Raynaldus, §. 3. num. 6. de teſtament.* Mantic. *d. tit. 14. n. 15.* & Peregr. *d. art. 3. num. 86.* optimè quoque tradens, quòd, quando teſtator prohibet eius detractionem, tunc clarum eſt, eam detrahi contra expreſſam teſtatoris voluntatem; ſicut, quando detractionem expreſsè permittit, dicitur Falcidia detrahi ex voluntate teſtatoris: & hanc permiſſionem multùm prodeſſe poſſe,velut in caſu *l. Titia, ff. ad leg. Falcid.* Quamuis autem plerique velint,cenſeri Fal-
345. cidiam expreſsè prohibitam † per verba illa generalia, *omnia bona*, vt ex relatis à Menoch. *d. præſumpt. 198. num. 11.* tamen ipſe ibi poſt alios in contrariam ſententiam declinare videtur: quam apertiùs tenet, & comprobat Peregr. *d. art. 3. num. 88. cum duobus ſeqq.* vbi idem oſtendit de verbis illis, *omnem, totam*, vel *vniuerſam hereditatem*: & eam regulam tradit, ſatisque confirmat, quòd ea dumtaxat verba inducunt expreſſam Falcidiæ prohibitionem, quæ aliud ſignificare non poſſunt. ex quo infert *n. 84.* verba illa, *ſine diminutione*, aut *ſine detractione*, importare expreſſam prohibitionem; quod etiam poſt alios tradit Mantic. *d. tit. 14. numer. 18.* Craſſ. *d. queſt. 10. numer. 3.* & Menoch. *d. præſ. 198. num. 16. num.* autem 90. Peregr. idem docet de illis verbis, *integram legatum*; quod & poſt alios tradit Mantic. *d. tit. 14. num. 17.* & Craſſ. *d. queſt. 10. num. 2. &* 4. vbi de illis verbis, *ad integram ſolutionem legatorum teneatur*, ſentitque poſt multos Menoch. vbi ſuprà, *numer. 14. &* 19. ac de illis verbis, *plenum, & liberum legatum*, tradit Peregr. *d. art. 3. num. 95.* iuncto *numer. 96. in fin.* ſecus eſſe docens *eod. num. 96.* de illis, *pleno iure*, & illo, *liberè*, poſt multos quos recenſet *ibidem*, & *numer. 94.* & de verbis, *pleno iure*, ſentire videtur cum aliis pleriſque Menoch. *d. præſ. 198. num. 12. cum ſeq.*& Mantic. *d. tit. 14. numer. 20.* dum ſe remittit ad ea, quæ tradiderat de Trebellianica *lib. 7. tit. 12. verſ. ſed eleganter*; vbi quoad Trebellianicam in hanc ſententiam inclinat: quam etiam in Falcidia multi tenent, quos refert Craſſ. *d. queſt. 10. n. 5. verſ. contrariam ſententiam*, eandem æquiorem aſſerens, licèt ipſe oppoſitam ſequendam iudicet. ſimiliter prohibita cenſetur Falci-
346. dia † per prohibitionem alienationis; prout per text. *in §. ſi quando, auth. vt ſponſ. larg. & auth. ſed & in ea, C. ad leg. Falcid.* tradunt Euerard. *ſup. numer. 4.* & poſt alios Mantic. *d. tit. 14. numer. 16.* & Peregr. *d. art. 3. num. 91. in princ.* Rectè autem id intelligit Mantic. *d. numer. 16.* cùm teſtator adiunxit, velle ſe, vt res legata ad ſucceſſorem legatarij perueniat, ſeu apud eius ſucceſſores permaneat: prout ea iura loquuntur: nam & aliàs prohibitio alienationis nuda à cauſa nulla eſt, *l. filiusfamilias, §. diui, il 2. ff. de legat. 1.* cum ſimil. rectè quoque Peregr. poſt alios *d. num. 91. verſ. ſecundò limitant aliqui*, id reſtringit, vt procedat vbi prohibitio alienationis facta ſit legatario; ſecus verò eſſe, vbi facta ſit heredi. Item ſecus erit † in herede ex 347.
liberis primi gradus, ſeu filiis, vt ſentit Peregr. *d. numer. 91. verſ. tertiò, reſtringunt*, dum ait, in Trebellianica hunc articulum pendere ab eo, an Trebellianica poſſit filiis primi gradus prohiberi. ipſe verò *eodem artic. 3. numer. 109.* ſatis defendit, ſicut Trebellianicam, ita & Falcidiam non poſſe liberis primi gradus, ſeu filiis ſuis à teſtatore prohiberi,præcipuè per text. *in Liuberum, C. ad Trebell.* ibi, idémque in retinenda legis Falcidiæ portione obtinere volumus: vnde eam legem, quæ eximit filios, ſeu liberos primi gradus ab imputatione fructuum in Trebellianicam,locum etiam habere in Falcidia idem Peregr. ſatis probat *art. 49. num. 58.* id ex ipſo text.colligens; ex quo idemmet poſt alios *d. artic. 3. num. 108. 110. 111.* oſtendit, Trebellianicam prohiberi non poſſe liberis primi gradus,ſeu filiis teſtatoris. Sed expreſsè,quòd liberis primi gradus,ſeu filiis teſtatoris ab eo prohiberi nequeat Falcidia,tenet poſt alios Peregr. *d. art. 3. num. 93.* dum docet, prohibitionem de alienando non impedire detractionem Falcidiæ,& Trebellianicæ in illis caſibus, & perſonis, in quibus harum quartarum detractio inhiberi nequit, veluti in liberis primi gradus, hoc eſt, in filiis. ſingulariter verò Mantic. *d. tit. 14. numer. 19.* poſt Caſtren. Corn. & Ruin. aduertit, quòd, cùm per verbum vniuerſale inducitur prohibitio Falcidiæ, debet intelligi, vt habeat locum, † 348.
quando illud verbum vniuerſale determinat verbum ſignificans executionem, vel præſtationem; vtputa, ſi teſtator dixerit, volo integrum fundum ſolui, vel præſtari: aliud autem eſt, ſi determinet verbum diſpoſitiuum; veluti ſi dictum fuerit, integrum fundum lego.

Quòd ſi pro complemento huius limitationis quæras de aliis coniecturis,ſeu verbis, ex quibus inducitur prohibitio Falcidiæ æquipollens expreſſæ prohibitioni; remitto te inter ceteros ad Mantic. *d. tit. 14.*& Menoch. *d. præſ. 198.*

Limitatur denique præſens concluſio, vt † in 349.
Falcidiam imputanda ſint ab herede ea quæ ipſe alienauerit, ſic poſt alios Peregr. *d. tract. de fideicom. artic. 39. numer. 3. ac ſeqq.* & Craſſ. *d. §. Falcidia, queſt. 9. numer. 5.* vbi ambo id declarant. apud quos etiam videri poſſunt cetera, quæ de imputandis in Falcidiam hoc loco quæri poſſunt, hunc quidem *d. queſt. 9.* necnon 13. *vſque ad 18.* illum verò *d. artic. 3. numer. 28. vſque ad 55.* ex quibus, præcipuè verò ex Craſſ. *d. queſt. 9. num. 6. cum ſeq. ac d. queſt. 13. num. 2. & duob. ſeqq.* imputari ea, quæ capiuntur iudicio teſtatoris iure, ac titulo hereditario, ſecus ſi alio titulo, niſi aliunde appareat de ipſius voluntate. & in ſpecie quoad fructus videndus Craſſ. *d. queſt. 9. in fin. & d. queſt. 18.* per tot. ac Peregr. *d. tract. de fideicom. art. 49.* paſſim. Atque hæc de præſenti concluſione dicta ſint ſatis: iámque ad duas reliquas huius quæſtionis concluſiones tranſeamus; ſi priùs candidum lectorem admonuerimus, concluſionem illam, quæ hìc commodè ſubnecti poterat de derogatione illa fideicommiſſi, quæ iuris auctoritate fit per conſuetudinem, aut præſcriptionem, conſultò à nobis reſeruari quintæ huius cap. quæſtioni, ne præſens quæſtio nimis excreſcat: cùm maximè commodior locus illé futurus ſit, vbi de perſonis, quæ fideicommiſſo derogare poſſunt, ex propoſito diſſeremus; conſuetudo verò ab aliqua vniuerſitate, atque adeò à perſona ficta,& repræſentata, præſcriptio autê à ſingularibus perſonis inducatur, vt notũ cuique eſt,ibique breuiter oſtẽdemus. Interim verò

ad

ad duas, quæ remanent in præſenti quæſt. concluſ. veniamus: quarum prior erit de cauſa, ob quam introducta eſt derogatio fideicommiſſorum; altera ex hac penè conſequens, an huiuſmodi derogatio fauorabilis ſit, vel odioſa. Igitur

VIGESIMASECVNDA CONCLVSIO ſit. Cauſa, ob quam derogatio fideicommiſſi introducta à iure fuit, † eſt vtilitas, vel neceſſitas ſiue publica, ſiue etiam priuata. 350. Prior pars concluſ. quæ eſt de vtilitate, vel neceſſitate publica, & eſt de mente Peregr. *d. tract. de fideicom. artic. 52. numer. 159. & 160.* poſt Capic. *deciſ. Neapol. 108.* & alios; ſatis probatur primò, quia publicè expedit, vt ſupremæ hominum voluntates ſuum ſortiantur effectum, *l. vel negare, ff. quemad. teſtamen. aper.* ad quod etiam eſt text. *in l. Gallus, §. quid, ſi quis*, aliàs, *quid ſi ie, qui, ff. de lib. & poſthum.* vbi gloſ. *verbo, vtilitate*, aliàs, *vtilitatem*; quam inter ceteros *ibi* laudat Bald. & Iaſ. ex eo text. docet, reipublicæ intereſſe, ne teſtamenta rumpantur. Bonus etiam text. *in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccl.* vbi dicitur, nihil eſſe, quod magis hominibus debeatur, quàm vt ſupremæ voluntatis, poſtquam iam amplius velle non poſſunt, liber ſit ſtylus: necnon quod habetur *in l. qua ratione, §. hæ quoque res, ff. de acq. rer. dom. & §. per traditionem, Inſtit. de rer. diuiſ.* nihil eſſe tam conueniens naturali æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferri, ratam haberi. At verò aliqua fideicommiſſi derogatio auctoritate legis inducta, † nimirum ea, 351. quæ fit per legem Falcidiam, & Trebellianicam, iuxta id, quod diximus initio duarum mox præceden. concluſ. & tradidit Peregr. *d. tract. de fideicom. artic. 52. numer. 106.* gratia teſtatorum, & vltimarum voluntatum, quò eæ faciliùs executioni mittantur, eſt introducta; prout quoad legem Falcidiam, & Trebellianicam, præter Doctor. initio ſtatim præced. concluſ. allegatos adnotauit quoque Card. Mantic. *d. lib. 9. de coniect. vltim. volunt. tit. 14. num. 3. cum duobus ſeqq.* vbi etiam in ſpecie docet Falcidiam ad publicam vtilitatem inductam fuiſſe. quod etiam vtrumque ſatis apertè habetur, quoad Falcidiam quidem ex *Inſtit. de leg. Falcid. in princ.* iuncta *l. quod de bonis, §. 1. ff. ad leg. Falcid.* quoad Trebellianicã verò ex *§. ſed quia heredes, Inſtit. de fideicom. hered.* Probatur ſecundò ex *l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. l. pecuniam, in princ. ff. de oper. publ. l. legatum, ff. de vſu, & vſufr. leg. at. cap. nos quidem, de teſtam.* Conc. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 6. ſeſſ. 23. cap. 18. ſeſſ. 24. cap. 3. ſeſſ. 25. cap. 4. de reformat.* quæ loca examinabimus infr. *quæſt. 6. concluſ. 2. huius cap.* vbi de cauſis, ob quas derogari poteſt fideicommiſſis, latiùs agemus; vnde etiam patebit id quod dictum eſt de publica vtilitate, fore quoque de publica neceſſitate ſtatuendũ ob id etiã quòd neceſſitas, & euidens vtilitas in iure æquiparentur. Interim illud admonuiſſe ſat erit, quatenus hac in re ibi legatorũ mentio fit, non incongruè id conuenire fideicommiſſis: nàm legata particularia fideicommiſſis particularibus, ſicut vniuerſalia legata fideicommiſſis vniuerſalibus exæquata ſunt, *l. 1. ff. de legat. 1.* cum aliis quibus id latiùs oſtendimus ſuprà *quæſt. 1.* huius eiuſdem cap. prope medium. Atque hanc priorem concluſ. partem quoad † bona maioratus, ſeu primogenituræ expreſsè tenent Ludouic. Molin. ſenior *tract. de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 8. num. 28.* & apertiùs *lib. 3. cap. 3. num. 20. ac lib. 4. cap. 3. num. 1.* cum aliquot ſeqq. & alter Lud. Molin. *de iuſt. & iur. tom. 3. diſp. 649. num. 1. 2. & 3.* 352.

Poſterior autem præſentis concluſ. pars, quæ eſt † de vtilitate ac neceſſitate priuata, probatur 353. primò ex iis, quibus ſuprà in hac ipſa quæſt. *concluſ. 4.* demonſtrauimus, iuris auctoritate bona fideicommiſſo ſubiecta aliis non extantibus, alienari debere pro ſolutione æris alieni teſtatoris ab ipſo cum tertiis creditoribus contracti, & poſſe etiam aliquando pro contracto cum ipſo herede: immo etiam ad vitam ipſius heredis pro ſolutione æris alieni proprij: *concluſ.* autem *5.* alienari poſſe pro ſolutione legatorum à fideicommittente relictorum: *concluſ. 6.* pro impenſa funeris ipſius fideicommittentis. & in multis aliis ex præced. concluſ. huius quæſt. oſtendimus, de iure in pleriſque caſibus bona fideicommiſſo ſubiecta alienari, atque adeò ei derogari poſſe, aut etiam debere: quos omnes caſus *d. quæſt. 6.* diligentiùs recenſebimus, & eos, qui ad priuatam neceſſitatem pertinent, ab illis ſecernemus, qui ad vtilitatem pariter priuatam ſpectant. Nunc autem hæc ipſa poſterior pars præſentis concluſ. probatur ſecundò ex eo, quod hæc eadem quæſt. *concluſ. 7.* tradidimus, heredem grauatum etiam ſimplici fideicommiſſo poſſe res fideicommiſſarias ſuas quoque tradendo permutare in vtiliores, aut magis commodas fideicommiſſario, aut in res huiuſmodi pretium conuertere: grauatum verò reſtituere id, quod de hereditate ſupererit, poſſe id facere etiam in æquè vtiles, & commodas eidem fideicommiſſario; præcipuè ex Peregr. *d. tract. de fideicom. artic. 40. numer. 32. & concluſ. 9.* heredem fideicommiſſo grauatum poſſe, immo debere res fideicommiſſarias, ſi perituræ ſunt, aut deteriores futuræ, alienare, idque etiam poſſe, vbi ſteriles ſint, infructuoſæ, valde ſumptuoſæ, & fortuitis caſibus ſubiectæ; ex eodem Peregr. alios allegante *d. artic. 40. numer. 37.* Denique probatur ex eo, quod idem Peregr. *d. tract. de fideicom. artic. 52. num. 159.* poſt Capic. *deciſ. Neapol. 108.* ſentire videtur, nimirum † in vtilitatem fideicommiſſi poſſe ſaltem cum Principis auctoritate vnam rem fideicommiſſariam in aliam commutare: & in bonis maioratus id tradunt Molin. *de Hiſpan. primog. d. lib. 4. cap. 3. num. 1. & cap. 4.* paſſim, præſertim verò *numer. 9. & 12.* atque alter Molin. *d. tom. 3. diſput. 641. 644. & 646.* paſſim, *& diſput. 648. numer. 4. & 5. ac diſput. 649. numer. 4.* valet autem argumentum ſaltem affirmatiuè à maioratu ad fideicommiſſum, cùm ſit eius quaſi ſpecies, vt latiùs *quæſt. ſeq.* circa initium oſtendemus. 354.

VIGESIMATERTIA, & poſtrema CONCLVSIO. Derogatio fideicommiſſorum, licèt † per ſe, ac regulariter ſit odioſa, & reſtringenda: aliquando tamen eſt fauorabilis; atque adeò tunc amplianda, iuxta *cap. odia, de reg. iur. in 6.* 355.

Prior pars concluſionis ex eo probatur, quòd fideicommiſſum, poſtquam eſt inductum, in ſui conſeruatione eſt per ſe, & regulariter fauorabile, vt mox demonſtrabimus; quare ipſius deſtructio, ac diminutio, ſeu derogatio erit odioſa: nam contrariorum † contraria eſt ratio, & contrarij effectus, *l. fin. §. vltim. ff. de legat. 3. l. ab emptione, ff. de pact.* & quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito, *§. plus autem*, vbi Ang. & Iaſ. *Inſtit. de action.* cùm aliis ad id allegat. ab Euerard. *in loco à contrario, numer. 7. & 8.* quibus addo Bald. *l. 1. numer. 1. C. quand. non pet. part. pet. accreſc.* dicentem, 356.

centem ; quòd à contrariis contraria inferuntur : quod idem aliis verbis scriptum reliquerat M. Tullius *lib. 5. Tuscul. quæst.* dùm ait, quòd contrariorum contraria sunt consequentia. Quòd autem fi-
357. deicommissum † in sui conseruatione sit fauorabile, tenent multi relati à Crass. *d. tract. de success. §. fideicommissum, quæst. 2. vers. contrariam verò sententiam*, ac Mascard. *de probat. conclus. 774. numer. 9. & 10.* & alij quamplurimi probati à Marzar. *in epit. de fideicomm. 2. part. paulo post princ. quæst. 1. vers. sed pro parte contraria*, Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 1. numer. 28.* & Peregr. *d. tract. de fideicom. artic. 1. numer. 23. vers. contra verò*, iuncto *numer. 24.* quibus adde plerosque relatos ab eodem Peregr. *d. art. 1. numer. 38.* præcipuè glos. *in l. qui duos, §. cùm in bello*, & *ibi* Socin. *col. vlt. vers. quartò infertur*, *ff. de reb. dub.* Nicol. de Neapol. & Ang. *in l. ex facto, §. si quis autem*, *ff. ad Trebell.* His verò addo ego D. Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 67. numer. 20. cum duobus seqq.* vbi sic ait, Bald. & alios multos, quos *ibi* recenset, verè, & rectè locutos esse, nimirum quando iam constat clarè, à testatore constitutum esse fideicommissum : eámque probat præcipuè per text. *in l. cogi, in princ. ff. ad Trebell.* vbi testator enixè rogauit peculium suum restitui, atque ideo fideicommissum apertè constitui : sed cùm fuisset dubitatum, an sub fideicommisso contineretur sola pecunia, vel tota successio, respondet Vlpianus, totam successionem contineri, ne intercedat fideicommissum : necnon per text. *Instit. de fideicom. hered. in princ.* in iis verbis; tantúsque fauor fideicommissorum factus est, &c. sic etiam apertè loquuntur alia iura, quæ Mantic. *d. n. 28.* allegat ad probandum simpliciter, fideicommissa esse fauorabilia. quibus adde text. *in d. §. si quis autem.* idem etiam probant rationes ad hoc ipsum adductæ ab eodem Mantic. *d. tit. 1. num. 14. vsque ad 29.* & Peregr. *d. art. 1. num. 23. vers. contra verò*, necnon *num. 24. 25. & 41. vsque ad 52.* atque inter alias ea non postremum locum obtinet, quòd in testamẽtis, & aliis similibus vltimis voluntatibus plenior sit interpretatio, *l. 3. ff. de vin. trit. & ol. leg. l. in testamentis*, *ff. de reg. iur. & cap. cùm dilecti, de donat.* Ad idem quoque faciunt plura exempla eo-
358. rum, quæ † in fieri, ac deduci in esse sunt odiosa, post deductionem autem in esse sunt fauorabilia; vt concessio priuilegij, iurisdictio, impositio pensionis, materia attentatorum; de quibus id post alios tradidit Hier. Gonzal. *in commen. reg. 8. Cancell. §. 6. prooem. num. 18. vsque ad 22.* & de præscriptione idem docet *glos. 7. num. 21.* Hæc autem sen-
359. tentia quoad fideicommissum maximè procedit, † vbi constitutum sit gratia conseruandæ familiæ, seu agnationis, vt multi adnotarunt, quos refert Crass. *d. vers. contrariam verò*, & Peregr. *d. artic. 1. numer. 38. in fin.* ac sequitur Marzar. vbi sup. *quæst. 1. vers. non omitto tamen*, Mantic. *d. tit. 1. numer. 44. cum seq.* Petr. Ant. à Petr. Placent. *in tract. de fideicom. prohib. quæst. 9. numer. 12.* Menoch. *d. præsumpt. 67. numer. 23. consil. 95. numer. 95. & consil. 117. numer. 81.* vbi idem docet in primogenitura: ac de vtroque Molin. *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 4. num. 28. vers. similiter etiam*, ac latiùs *cap. 18. num. 1. & lib. 2. cap. 1. numer. 3. & 4.*
360. Contraria verò sententia, quæ habet, † fideicommissum simpliciter esse odiosum, quam plerique tenent, quos refert Marzar. *d. quæst. 1. in princ.* Crass. *d. quæst. 2.* pariter *in princ.* Mantic. *d. tit. 1. num. 13.* Peregr. *d. artic. 1. numer. 23. in princ.* & Menoch. *consil. 85. num. 39. & consil. 150. numer. 10. cum seq.* necnon *d. præsumpt. 67. num. 27.* & sequitur Mascard. *d. conclus. 774. numer. 1. & 8.* locum habere, ac vera esse potest, quando sumus in dubio, an testator reliquerit, vel non reliquerit fideicommissum; vt adnotauit Menoch. *cod. præsumpt. 67. numer. 26.* ex rationibus per eum initio illius præsumpt. adductis, ex quibus ea præcipua est, quòd fideicommissum non præsumitur, neque extenditur: quod ex aliis confirmat Molin. *d. lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 3. numer. 4. cum seq.* & Peregr. *d. artic. 1. numer. 16. vsque ad 37.* iuncto *numer. 39.* eamdem quoque sententiam comprobant rationes, quas affert idem Peregr. *d. artic. 1. numer. 23. in princ.* & Mantic. *d. tit. 1. numer. 2. vsque ad 13.* quòd si quid aliud probare videntur, iis satisfacit idem Mantic. *d. tit. 1. numer. 30. vsque ad fin.* Cùm igitur derogatio fideicommissi supponat, de eo constare, illúdque existere; (non entis enim nullæ sunt qualitates, *l. eius, qui in prouincia*, *ff. si cert. petat. cap. ad dissoluendum*, *de despons. impub.* cum simil.) regulariter, ac per se odiosa erit; sicut fauorabile per se est fideicommissum cùm de eo constat, éstque in esse deductum, iuxta priorem ex prædictis duabus sententiis. Est tamen, vt reor, hac in re ex quadam proportione admittenda distinctio, † quam in materia primogeniorum, seu 361.
maioratuum facit Molin. *d. lib. 1. de Hisp. primog. cap. 18. numer. 6. vers. sed ne difficilis forsan*; & in materia statuti excludentis feminas fauore masculorum, affert *eod. numer. 6. in fin.* & latiùs *lib. 3. cap. 4. numer. 13.* cum aliquot seqq. dum *in d. vers. sed ne difficilis forsan*, quoad maioratus, seu primogenia distinguit inter primogenia constituta ex tertia, & quinta bonorum portione ab eo, qui liberos seu ascendentes habet, vel etiam constituta ex vniuersa hereditate ab eo, qui nec ascendentes, vel descendentes habet, & primogenia, ex quibus filiis in legitima præiudicium irrogatur: & de prioribus docet, ea omni respectu fauorabilia esse, cum in eis agatur de sola familiæ conseruatione, in qua fauor, publicaque vtilitas absque alterius iniuria, ac præiudicio versatur. De posterioribus verò iterum distinguit; quòd, aut agimus de maioratibus seu primogeniis cum Principis auctoritate constitutis super, ac de ea legitimæ portione, quæ, relictis ceteris filiis competentibus alimentis, supereſt: & huius portionis respectu primogenia ipsa simpliciter, & absolutè fauorabilia sunt; quia, cùm ea ritè, ac rectè instituta sint, & filiis competentia alimenta relicta, non potest in hac re fauor filiorum considerari absque talis maioratus odio, ac præiudicio ei annexo, qui nequit instituì, nisi ceteris filiis præiudicet in sua legitima: vnde succedit regula, (de qua ipse latè paulo antè *eod. cap. 18. numer. 5. in fin. & numer. 6. in princ. & lib. 3. cap. 4. numer. 17. cum seq.*) quòd scilicet, † 362.
vbi odium non potest à fauore separari, dispositio ipsa fauorabilis censenda sit ex principali disponentium intentione: atque in hoc casu ipse intelligo ex eius mente accipiendam esse doctrinam illam communiter receptam, de qua idemmet *d. cap. 18. numer. 3. cum seq. & d. cap. 4. numer. 16. ac 17. in fin.* Tiraq. *de vtroque retract. in præfat. numer. 56. ac de retract. lignag. §. 30. glos. 1. numer. 5.* Gonzal. *d. §. 6. prooem. numer. 31.* Peregr. *d. art. 1. numer. 24. & 25.* Sanchez *d. lib. 1. de matrim. disput. 1. numer. 4.* quòd nimirum, si principale disponentis intentum sit aliquid in alicuius fauorem statuere, licèt secundariò redundet in odiũ alterius, ea dispositio censenda sit fauorabilis, & è contra. sicque in specie, præter Molin. *d. num. 6. ac 17.* &

Tiraq.

Tiraq. *in d. præf. num.* 67. eam doctrinam intelligit quòque Sanchez *d. num.* 4. poſt Couar. *lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 11. *num.* 5. vt ſcilicet procedat, cùm odium à fauore ſeparari non poteſt: cùm autem ſeparabile eſt, tunc odium, vt odium aſſumendum ſit, & fauor, vt fauor: quod pariter adnotauit Molin. *d. numer.* 6. *in princip. & d. num.* 17. *in fin.* inde probans *eodem num.* 6. *ad fin.* alterum membrum poſterioris diſtinctionis ab eo allatæ *d. num.* 6. *verſic. ſed ne difficilis*, quòd, cùm agimus de portione, quæ ad alimenta filiorum neceſſaria eſt, quibus etiam in maioratu præiudicium irrogatum ſit, maioratus ipſe odioſus cenſendus erit, quoad alia verò fauorabilis iudicabitur. atque in hoc etiam caſu procedit doctrina illa, quam contra Dec. & alios, quos referunt Menoch. *remed.* 1. *recup. poſſ. num.* 34. *& ſeq.* Molin. *d. cap.* 18. *num.* 5. *in fin.* & Gonzal. *d.* §. 6. *proœm. num.* 63. tradunt poſt alios Menoch. ſuprà *num.* 33. cum multis ſeqq. Molin. *d. num.* 5. *in princip.* Sanchez *d. num.* 4. & Gonzal. *d.* §. 6. *proœm. numer.* 45. *uſque ad* 62. *& num.* 69. *cum duobus ſeqq.* poſſe vnam diſpoſitionem eſſe partim fauorabilem, partim odioſam; prout eam doctrinam intelligit Sanchez *d. num.* 4. *in fin.* & Molin. *d. num.* 6. *in princip. & verſic. aut agimus de portione*; vbi explicans, & confirmans id, quod dixerat, maioratum illum, ex quo filiis præiudicatur in legitima, odioſum eſſe quoad portionem alimentorum; ſtatim ſubdit: ideoque ſi ab aliis filiis alimenta petantur, vel ea, quæ ſibi relicta fuerant, ipſi filij non eſſe competentia contendunt, ſemper in eorum fauorem, & contra maioratum iudicandum erit, quouſque ſibi competentia alimenta ſecundùm qualitatem eorundem, patrimoniique quantitatem miniſtrentur; iudicéſque ad id efficiendum promptiores, quàm ad maioratum conſeruandum eſſe debent; non enim poteſt aliter maioratus iuſtus effici, niſi aliis filiis competentia alimenta miniſtrentur, (vt idem latiùs oſtendit *lib.* 2. *cap.* 1.) in ceteris verò erit ſemper ex præſumpta mente inſtitutoris pro primogenito pronuntiandum, niſi aliàs præiudicium tertij ſeparabile contineat: cùm enim quòd hæc odium, & fauor ſeparationem recipere poſſint, optimo iure poterunt Hiſpanorum primogenia quoad vnum fauorabilia, quoad alterum verò odioſa cenſeri. Hæc *ibi* Molin. qui ſtatim ſubiicit, idem pari ratione in ſtatutis feminas propter maſculos excludentibus dicendum eſſe, vt nimirum quoties de feminarum dotibus, ſeu alimentis agitur, ſtatuta ipſa odioſa cenſenda ſint, ſempérque ſit contra maſculos pronuntiandum, donec filiabus competentes dotes, ſeu alimenta competentia miniſtrentur. hoc autem facto, quamuis filiæ in reſiduo legitimæ grauentur, illſque præiudicetur, debent ſtatuta ipſa omni reſpectu fauorabilia iudicari, cùm in hac ſpecie odium à fauore ſeparationem non recipiat. Idipſum autem latiùs explicat idem Molin. *d. tract. de Hiſpan. primogen. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 17. dum hac
363. in re duos caſus diſtinguit. quorum primus eſt, † quando in diſpoſitione feminarum fauore maſculorum odium à fauore ſeparari poteſt, docens, quòd tunc proculdubio diſpoſitio feminarum excluſiua erit fauorabilis iudicanda reſpectu maſculorum, reſpectu verò feminarum odioſa; ex iis, quæ ipſemet fusè tradiderat *d. tract. lib.* 1. *cap.* 18. *numer.* 5. iuncto *num.* 6. *in princip.* aſſerens, hæc ſtatuta odioſa eſſe quoad legitimæ diminutionem, quoad dotium verò, & alimentorum præſtationem eſſe fauorabilia. licèt Menoch. *d. remed.* 1. *recuper. poſſeſſ. num.* 37. & 38. & Franc. Piſcin. *in diſput. de ſtat. excluſ. femin. num.* 42. *cum ſeq.* hanc diſtinctionem reiecerint, dicentes, in hiſce ſtatutis non eſſe faciendam odij, & fauoris ſeparationem; immo in eis eſſe attendendum ſolum fauorem, qui principaliter in eis verſatur, non autem odium, de quo in eis incidenter agitur. At certè Menoch. hoc mihi *ibi* apertè non dicit, ſed ſolùm Dec. & alij, quos Menoch. refert *num.* 34. ac reiicit *num.* 35. *cum ſeq.* Quicquid autem ſit, veram exiſtimo ipſe prædictam diſtinctionem Molin. qui *d. num.* 17. innuit in hac ſpecie, hoc eſt, cùm fauor, & odium ſeparabilia ſunt in illo ſtatuto, vtrumque tamquam æquè principale iudicandum eſſe, ex doctrina Bart. *in l. ambitioſa, num.* 19. *ff. de decret. ab ordin. facien.* iunctis aliis per ipſum Molin. adductis *d. tract. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 15. immo, vt idem ſubdit *d. num.* 17. quamuis fateamur, in feminarum excluſione agnationis fauorem principaliter verſari, non ex hoc ſequitur, ſolum fauorem, non autem odium conſiderandum eſſe. nam illud, quod dici ſolet, diſpoſitionem fauorabilē, ac ſimul odioſam cenſeri ſimpliciter fauorabilem, vbi odium incidenter veniat, procedit ſolùm in indiuiduis, atque inſeparabilibus; in illis autem, quæ ſeparationem recipiunt, vtrumque ſuo iure cenſendum erit, ſiuè id magis, ſiue minùs principale ſit: cùm enim vtrūque diſtinctum, atque ſeparatum ſit, propriā quodque naturam obſeruare debet, *l.* 1. §. *ſed ſimili, ff. de verb. obligat.* ibique Doct. communitèr; ac poſt alios ſentit Sanchez *d. diſput.* 1. *num.* 4. & frequentiùs in hac ſpecie, de qua agimus, id tradiderunt ſcribentes *in l. qui exceptionem, ff. de condict. indeb. & l. venia, C. de in ius voc.* vt etiam colligitur ex Menoch. *d. remed.* 1. *num.* 34. Alter caſus, quem diſtinguit Molin. *d. num.* 17. *in fin.* is eſt, quando odium à fauore ſeparari non poteſt; & tunc dicendum erit, inquit *ibi* Mol. quòd, ſi excluſio fiat propter maſculos eiuſdem lineæ, & gradus, † fauorabilis cēſenda eſt, cùm 364.
ea iuri communi conueniat, (vt idem latè contēdit *d. cap.* 4. *n.* 1. *uſque ad* 5. licèt malè, vt mox dicemus:) quod autem iure communi conuenit, fauorabile eſt, vt ſatis oſtendit inter ceteros Gonzal. *ad reg.* 8. *cancel.* §. 6. *proœm. num.* 26. 27. *&* 42. vbi multos citat; in qua ſpecie ſubdit Molin. *d. num.* 17. intelligendam eſſe primam opinionem, de qua ſup. meminit *eodem cap.* 4. *num.* 16. relatam *d. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 4. quæ habet, ſtatuta feminas propter maſculos excludentia omnino fauorabilia eſſe, conſiderata principali ſtatuentium intentione, & communis opinio inter ceteros appellatur ab Alber. Brun. *tract. de ſtat. excluſ. femin. art.* 4. *quæſt.* 1. *col.* 3. Verùm hanc ſiue communem, ſiue magis communem Doctorum ſententiam ipſe intelligo, ac verā puto, cùm diſpoſitio excludit feminas remotiores propter maſculos proximiores; tunc enim verè cum iure communi conuenit; non autem cùm excludit feminas eiuſdem lineæ, & gradus, quicquid volnerit Molin. *vbi ſup.* nam licèt de media iuriſprudentia, hoc eſt, iure ff. feminæ parēs maribus non eſſent in ſucceſſione ex teſtamento, pares tamen erant in ſucceſſione ab inteſtato; & quoad ſucceſſionem ex teſtamento omnino feminas maſculis exæquauit Iuſtinian. Imperat. *in l. maximum vitium, C. de liber. præterit.* in hoc & aliis ius antiquum corrigendo. Neque obſtat, quòd in feudis maſculi feminas excludant iure feudorum. nam hoc ius allegari non poteſt in alia materia, quàm feudali, maximè cùm in aliis ius expreſsè diſpoſuit, vt poſt alios ex communi tradit Iul. Clar. *in* §. *feudum, quæſt.* 3. *verſic. & hac quidem concluſio, cum ſeq.* & Aluar. Valaſc. *tract. de iure emphyt. quæſt.* 39. *num.* 19. Quarē diſpoſitio excludens feminas propter maſculos eiuſdem gradus, ac lineæ, vel dicenda non erit fauorabilis, ſed potiùs odioſa, vehemēte

aliunde, quàm ex eo; quòd iuri communi conueniat, eius fauor petendus erit; vtputa quia in ea exprimatur ratio conseruandæ familiæ, seu agnationis, iuxta prædicta, vel hæc ratio tamquam sola excogitabilis, pro expressa habeatur, iuxta glos. sing. *in l. quamuis, C. de fideic.* cum aliis adductis ab Euerard. *in Topic. in loc. à rat. leg. Larga*, &c. *num.* 21. & Mandos. *ad reg.* 16. *Canc. quæst.* 29. *num.* 2. *reg.* 19. *quæst.* 8. *num* 7. *& reg.* 39. *quæst.* 7. *num.* 5. atque aliis Doctor. sæpe. Rectè autem subdit Molin. *d. num.* 17. quòd, si
365. prædicta exclusio † fiat propter masculos remotiores, odiosa iudicanda sit: tum quòd talis exclusio, vt subiicit Molin. *d. cap.* 4 *num.* 18, quandam exheredationem, & odium etiam irrationale continet, ideóque strictè interpretanda est, ex Cyn. *in l. quicumque, C. de seru. fugit.* Iac. de Aren. *in l. si quis in tantum, num.* 2. *C. vnde vi*, & aliis, quos *ibi* allegat Molin. qui sic intelligit opinionem illam ab eodemmet allatam *d. cap.* 4. *num.* 15 *& lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 51. quæ habet feminarum exclusionem, continere quandam exheredationis speciem, ideóque odiosam censendam esse, & magis communis appellatur à Soc. iun. *cons.* 1. *num.* 46. *vol.* 1. tum quòd hæc exclusio feminarum propter masculos remotiores est contra iura communia, vt idem Molin. asserit *d. cap.* 4 *num.* 15. *ac* 21. probátque *num.* 2. 3. *&* 15. sentítque post alios Couar. *lib.* 3. *var. resolut. cap.* 5. *num.* 5. *vers. rursus septimò*; excludere autem à successione iure communi cópetenti est pœnale, odiosum, ac restringendum, vt idem Molin. ostendit *num.* 21. 22. *&* 23. *num.* autem 24. *vsque ad* 31. à con-
366. trariis defendit: vbi in fine monet, † hoc postremum intelligi à rectissimis, & doctissimis viris, quando agitur de excludenda femina descendente institutoris propter masculos remotiores, qui ab eo non descendunt: esse autem fauorabilem exclusionem feminarum propter masculos remotiores ab institutore descendentes. quod comprobari potest ex iis, quæ ipsemet tradit *eodem cap.* 4. *num.* 19. necnon *d. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 52. quod mihi quoque probabile est tunc demum, cùm feminæ ipsæ non sunt descendentes institutoris, vel dispositio facta appareat fauore familiæ, & agnationis; alias secus, vt colligitur ex prædictis. Sic igitur, (vt vela iam contrahamus,) in proposita materia fideicommissi, quæ valde similis est primogeniis, vt initio seq. quæst. ostendimus, necnon statuto exclusiuo feminarum propter masculos; statuendum quoque, vt suprà dicebamus, cum proportione erit, vbi fideicommissum institutum sit ad fauorem masculorum; atque adeò distinctio, quam in primogeniis, & prædicto statuto hucusque attulimus, in eo pariter fideicommisso, cùm maximè eadem militet ratio, admittenda est, iuxta text. *in l. non possunt, cum seq. ff. de leg. & cap.* 2. *de transl. Episc.* iuncta *l. illud, ff. ad leg. Aquil.* cum suis concord. eo tamen excepto, quòd ea, quæ suprà diximus de statutis talibus, aut primogeniis, seu maioratibus ita institutis, vt præiudicent legitimæ filiorum, non possunt habere locum in fideicommisso, cùm legitima nullum grauamen de iure cõmuni recipere possit, ac signanter fideicommissi, vt latiùs ostendimus sup. hac ipsa quæst. *conclus.* 19. maximè circa initium. ratio autem discriminis ea esse potest, quoniam cùm maioratus instituuntur, aut statuta condantur, cum ea qualitate, & conditione, vt legitimæ præiudicet auctoritas Principis, aut alterius, qui iuri communi derogare possit, interuenire solet, ac debet: ideóque tam paulo antè, quàm superiùs diximus, memoratam Molinæ distinctionem in maioratu, & statuto exclusiuo feminarum ob masculos allatam cum proportione fore etiam in fideicommissis admittendam. Hac igitur in re dicendum est, quòd, si in fideicommisso quis grauatus est vltra legitimam, aut simul etiam Trebellianicam, & falcidiam ei de iure debiram, iuxta id, quod suprà hac ipsa quæst. *conclus.* 19. 20. *&* 21. diximus, vel etiam quoad dotem filiæ fideicommittentis, seu eius alimenta, si non eueniat casus doctionis, iuxta ea, quæ tradidimus *concl.* 16. iuncta 13. *limit.* 1. & iuncto eo, quod de congrua dote tradit Menoch. *de arbitr. iudic. cas.* 149. passim, ac de alimentis filiæ præstandis Surd. *in suo tract. de alimen. tit.* 1. *quæst.* 16. per tot. idque siue huiusmodi grauato fideicommittens relinquat solum, quod ei de iure debet, siue etiam plus cum onere fideicommissi, tunc quoad portionem fideicommissi, quæ non excedit legitimam, Trebellianicam, falcidiam, dotem, vel alimenta debitè referendo, fideicommissum erit simpliciter odiosum; ita, vt, donec competens legitima, falcidia, Trebellianica, dos, aut alimenta debita ministrentur, in dubio pro grauato sit iudicandum: at verò quoad excessum, fideicommissum erit simpliciter fauorabile; atque adeò in dubio pro fideicommissario pronuntiandum. & ratio vtriusque est, quia in hac specie odium à fauore separari potest. quòd si heres ille extraneus sit, seu talis, cui certam portionem hereditatis relinquere non tenetur fideicommittens; tunc pariter fideicõmissum erit simpliciter fauorabile: nam, licèt quoad extraneum heredem simul incidenter adsit odium quoddam, quia ei præiudicat in Trebellianica, quam, nisi testator prohiberet, is haberet ex iuris dispositione; & quoad liberos, quibus testator prohibere potest Trebellianicam, non modò adsit odium respectu Trebellianicæ, verùm etiam respectu maioris portionis hereditatis, quam hi haberent, nisi eam alteri relinqueret fideicommittens: tamen, cùm fideicommittens principaliter spectet fauorem fideicommissarij, & odium in hoc casu sit inseparabile à fauore: dicendum est, fideicommissum esse absolutè, & simpliciter fauorabile, iuxta prædicta. Rursus fideicommissum excludens feminas propter masculos, siquidem odium in eo sit separabile à fauore, erit simul odiosum & fauorabile; odiosum quidem respectu dotis, siue alimentorum, quæ feminæ exclusæ debentur, fauorabile respectu excessus, vt mox diximus: cùm verò non potest odium à fauore separari, tunc, si fiat exclusio propter masculos lineæ, & gradus proximioris, fauorabilis censenda est, cùm iuri communi conueniat; si autem propter masculos eiusdem gradus, ac lineæ, vel fauorabile non erit, vel certè non ob eam causam, quòd iuri communi conueniat, sed ob rationem expressam, aut vnicam excogitabilem conseruandæ familiæ, seu agnationis, aut similem: si denique exclusio feminarum fiat propter masculos remotiores; tunc fideicommissum huiusmodi odiosum erit: nisi fortè hi masculi, non feminæ descendentes sint à fideicõmittente: tunc enim valde probabile est, nihilominus fauorabile esse fideicommissum. Sicut etiam valde probabilis est hac in re prin-
367. cipalis illa distinctio, † vt illud fideicommissum, in quo vocetur aliqua familia, seu in fauorem alicuius familiæ institutum fauorabile sit, institutum verò ad commodum certæ personæ odiosum sit. quæ distinctio suadetur ex ea communi opinione superiùs non longè ab initio huius conclus. relata, quæ habet, fideicommissum fauore familiæ alicuius relictum, cùm bonum commune contineat, proculdubio esse fauorabile: pro qua sunt text. *in l. hoc modo, ff. de condit. & demonstr. l.* 1. *§. quamuis*, seu *penult. ff. de ventr. inspic. §. ceterùm, Instit. de legit. agnat. succes.*

cum

cum aliis adductis per Doct. *ibi* cit. & Franc. Piſcin. *in diſput. de ſtatut. excluſ. femin. num.* 48. cum aliquot ſeqq. Tiraq. *in tract. de primogen. quæſt.* 4. *num.* 13. & Couarr. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 5. *numer.* 5. atque adeò Doct. qui eam tenent, (Marzar. & aliis paucis exceptis,) ſentiunt, ſecus eſſe, vbi non familiæ alicui, ſed certæ perſonæ relictum ſit fideicommiſſum. Iuxta has verò diſtinctiones ſuſtineri, ac locum habere poteſt illud, quod poſt alios tradit Menoch. *d. lib.* 4 *præſ.* 67. *num.* 24. & Gonzal. *d.* §. 6. *proœm. num.* 54. fideicommiſſum partim eſſe fauorabile, & partim etiam odioſum. ex his porrò diſtinctionibus, & aliis, quæ in hac concluſ. de fauorabilitate, & odio fideicommiſſi adduximus, ſumpto argumento à contrariis, de quo *ibi* diximus, conſtat, regulariter, ac per ſe derogationem fideicommiſſi eſſe odioſam; aliquibus tamen in ca-
368. ſibus fauorabilem: quod etiam † in primogeniis poſt alios Couar. *d. lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 6. *numer.* 7. & Molin. *d. lib.* 1. *de Hiſpan. primogen. cap.* 18. *num.* 8. *cum duobus ſeqq.* atque adeò ſimul non modò omnino confirmatam habemus priorem huius noſtræ principalis concluſ. partem, in qua dicebamus, per ſe, ac regulariter fideicommiſſi derogationem odioſam eſſe: verùm etiam partim comprobatam poſteriorem eiuſdem concluſionis partem, quæ erat, aliquando tamen huiuſmodi dero-
369. gationem eſſe fauorabilem. Sed & hiſce caſibus † illos addere poſſumus, in quibus derogatio fideicommiſſorum legis auctoritate fit: eos autem recenſuimus ſuprà hac ipſa quæſt. *à concluſ.* 4. *vſque ad* 21. nam fauorabilis eſt diſpoſitio iuri communi conformis, vt ex allegatis à Gonzal. *d.* §. 6. *proœm. num.* 26. 27. & 42. non multo antè docuimus. necnon illos caſus prædictis licet adiungere, in quibus ſuprà *cap.* 3. *huius tract. quæſt. vltim. non longè à fine, verſ. his præmiſſis*, generatim tradidimus, commutationem vltimæ voluntatis eſſe fauorabilem: fideicommiſſi enim derogatio eſt quædam vltimæ voluntatis mutatio, vt conſtat ex iis, quæ ſuprà circa medium huius quæſt. adduximus, cùm derogationem fideicommiſſi definiuimus.

Vtilis autem admodum fuit hæc inueſtigatio, an derogatio fideicommiſſorũ fauorabilis ſit, vel odioſa: nam odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari, vt ait Romanus Pontifex *in cap. odioſa, de reg. iur. in* 6. quod & conſtat ex *l. cùm quidam, ff. de lib. & poſthum.* vbi gloſ. Bart. & alij id notant, & afferunt concordantes: quod & nos partim præſtitimus *in tract. de diſtribut. quotid. part.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 1. & 2. in nou. impreſſ. vbi *num.* 3. oſtendimus, cer-
370. tũ eſſe, † in dubio pro cauſa fauorabili ferè pronuntiandum, præcipuè ex *l. fin. ff. de relig. & ſumpt. funer. l. fauorabiliores, ff. de reg. iur. & cap. cum partium, eod. tit. in* 6. necnon ex Craſſ. *in tract. de ſucceſſion.* §. *fideicommiſſum, quæſt.* 2. *in princ.* qui hoc in fideicommiſſo adnotauit, ſentitque Peregr. *in tract. de fideicom. art.* 1. *num.* 38. in primis verbis; & omnino ſic arguunt aliqui ab eo *ibi* relati: & in maioratu Molin. *d. lib.* 1. *de Hiſpan. primog. cap.* 18. *num.* 6. *ad fin. & num.* 10. Atque ex his iam tandem finis ſit præſenti 3. quæſtioni: cuius neceſſariam, vt reor, prolixitatem ſequentis breuitas compenſabit.

SVMMÆ RERVM.

371. *Maioratus, & fideicommiſſum in multis conueniunt; & in aliquibus differunt; & aliquot num. ſeqq.*

Jo. Petr. Monetа de commut. vlt. volunt.

372. *Maioratus, ſeu primogenia Hiſpanorum ſunt quædam fideicommiſſa perpetuò familiæ relicta.*

373. *Succeſſio in maioratibus quid differat à ſucceſſione in fideicommiſſis familiæ perpetuò relictis, quoad ſimultaneam, vel ſucceſſiuam admiſſionem exiſtentium in eodem gradu.*

374. *Fideicommittens poteſt apponere conditiones, & onera, qua voluerit, modò non excedant emolumentum relictum; atque adeò etiam illam conditionem, vt primogenitus ſuccedat in bonis ſuis, eaque diuidi non poſſint.*

375. *Fideicommiſſa non relinquuntur, niſi in teſtamento, vel alia ſcriptura habente vim vltimæ voluntatis: maioratus verò etiam in contractu; qui tamen contractus ſæpe habet vim vltimæ voluntatis; & numer.* 379. *cum ſeq.*

376. *Fideicommiſſum inſtitui poteſt in donatione cauſa mortis; & an aliquando in contractu.*

377. *Verba communia, quæ obliqua, & directa ſubſtitutioni deſeruiunt, quanam ſint.*

378. *Verba directa aliquando obliquantur ex voluntate teſtatoris, obliqua verò nunquam fiunt directa.*

379. *Fideicommiſſarius capit fideicommiſſum de manu heredis; non ſic ſucceſſor maioratus; & num.* 382.

380. *Maioratus inſtitutus per contractum ſiue reuocabilem, ſiue irreuocabilem, eſt donatio ſub modo, ſeu conditione; & quomodo ſit etiam oneroſus.*

381. *Maioratus non eſt neceſſariò acceptandus à ſingulis, qui ordine ſucceſſiuo in infinitum ad eum vocantur.*

382. *Maioratus non comparatur adæquatè donationi ſub modo.*

383. *Dominium rei ex donatione, vel vltima voluntate ad vitam alicuius relinqui poteſt ea lege, vt ipſo mortuo in alium transferatur.*

384. *Familiæ nomen maximè in fideicommiſſis, & legatis, quid contineat; & an feminas comprehendat.*

385. *Feminarum liberi in earum familia non ſunt, ſed propriæ patris familiam ſequuntur; & num.* 387.

386. *Femina etiam non agnatæ quando ad fideicommiſſum familiæ relictum admittantur; & ibi intellectus l. fin. C. de verb. ſignif.*

387. *Feminarum deſcendentes, aut aliàs eis per ſeminilem ſexum coniunctæ non ſunt de familia, qua vocatur ad ſucceſſionem.*

388. *Prohibitio alienationis extra familiam, licèt non comprehendat ſororem, & filiam prohibentis, comprehendit tamen harum filios.*

389. *Fideicommiſſum ordinatum pro conſeruatione bonorum in familia, ſeu agnatione an comprehendat feminas; & an in hoc differat à fideicommiſſo familiæ, ſeu agnationi relicto.*

390. *Fideicommiſſum familiæ, ſeu agnationi relictum in quo differat ab expreſsè relicto, vt bona conſeruentur in familia, ſeu agnatione.*

391. *Fideicommiſſum familiæ relictum an intelligatur de familia teſtatoris, vel granati. & an de familia propria ipſius teſtatoris, ſeu in ſpecie; vel prout eſt ei communis cum aliis, ſeu in genere; num.* 392.

393. *Proximiores ſemper præferuntur in fideicommiſſo relicto familiæ, aut aliàs ſub nomine collectio-*

ne; & an hæc proximitas attendenda sit respectu granantis, vel granati.

394. *Filij naturales non sunt de familia, seu agnatione, neque admittendi ad fideicommissum ei relictum; idémque de eorum filiis etiam legitimis. & quid in naturalibus legitimatis; num.395.*

396. *Exheredatus etiam iustè à patre an admittatur ad fideicommissum familiæ ab auo relictum; & ibi quid de exheredatione ob offensam factam grauato, vel testatori; & quid de primatione maioratus.*

397. *Monasterium quando admittatur ad fideicommissum familiæ relictum.*

398. *Fideicommissum filiis, liberis, vel nepotibus relictum quos contineat, remissiuè. & quid in relicto descendentibus, aut posteris, seu posteritati; num.399.*

400. *Fideicommissum relictum prosapiæ, generi, aut genti quos comprehendat, remissiuè. & quid in relicto proli, generationi, aut lineæ, seu colonnello; num. 401.*

402. *Fideicommissum relictum progenitei, stirpi, vel domui, quas personas contineat, remissiuè. & quid in relicto cippo, vel casatæ; num.403.*

404. *Fideicommissum relictum cognatis, seu cognationi, vel propinquis, seu propinquitati, quosnam contineat, remissiuè. & quid in relicto sanguini, seu consanguinitati, vel consanguineis; num.405. aut parentelæ, vel nomini; num.406.*

407. *Fideicommissum relictum masculis, proximioribus, antiquioribus, vel nobilibus, v.g. de Turre, quos comprehendat; remissiuè. & quid de consortibus, affinibus, vel attinentibus; num. 408. aut de suis, parentibus, coniunctis, proximis, aut necessarijs; num.409.*

410. *Maioratus, seu primogenitura quando reuocari ab eius instituente possit.*

411. *Maioratus quot modis instituj cõsueuit. & quando eius institutio habeat vim dispositionis cãusa mortis, & reuocabilis, vel inter viuos, & irreuocabilis; num.412.*

413. *Maioratus cùm reuocabilis est ab instituente, id fieri ab eo potest siue eum in totum tollendo, siue aliquibus eius conditionibus derogando. & quid si instituens iuranis illum non reuocare, aut mutare; num.414. aut de maioratu, cui ex Principis facultate, aut confirmatione adiectum sit pactum illum non reuocandi; num.415.*

416. *Institutio maioratus facta in testamento cum traditione quando reuocabilis sit.*

417. *Maioratus in cõtractu instituti quibus modis irreuocabiles fiant; & trib. num. seqq.*

418. *Possessio quibus modis verè, vel fictè tradatur.*

419. *Maioratus institutio in contractu quando irreuocabilis fiat per clausulam constituti. & an per adiectionem pacti de non reuocando; numer. 420. aut per regiam facultatem; num. 421. aut per iuramentum; numer. 422. & seq.*

423. *Acceptatio vocati ad maioratum an sit necessaria ad hoc, vt is irreuocabilis sit.*

424. *Maioratus regia facultate institutus, & ex aliqua causa effectus irreuocabilis, adhuc reuocari poterit ab institutione, si in ea facultate fuit adiectum, vt instituens possit illum liberè reuocare; & quando non obstante hac clausula, irreuocabilis fiat.*

425. *Maioratus aliàs irreuocabilis reuocari poterit, quoties donatio inter viuos iam perfecta possit reuocari; & ibi quid in casu superuenientia liberorum, vel causa ingratitudinis.*

426. *Institutio maioratus facta ex causa quando ab instituente reuocari possit causa non secuta.*

427. *Maioratus institutus à marito, & vxore de communibus bonis an fiat irreuocabilis per mortem alterius coniugum.*

428. *Successor in maioratu, seu eius possessor illi derogare potest, quoties is potest eiusdem bona alienare; & aliquot num. seqq.*

429. *Successor in maioratu an, & quando eius bona alienare possit pro sananda debitis instituentis. & quando pro legatis ab instituente relictis, ac sumptibus necessarijs, vt impensa funeris, inuentarij, ac similibus; numer. 430. & quid in successore post primum; num. 431.*

432. *Actiones quando passiuè transeant in successorem maioratus.*

433. *Successor in maioratu an teneatur ad debita instituentis contracta post maioratum irreuocabiliter institutum.*

434. *Bona maioratus ob qua debita instituentis possint à successore alienari.*

435. *Bona maioratus an à successore alienari possint, vt in res vtiliores conuertantur.*

436. *Bona maioratus an, & quando alienari possint pro sanandis debitis prædecessoris, qui non fit eiusdem maioratus institutor.*

437. *Compromissum, & transactio à iure equiparantur; & num.510.*

438. *Compromissum, & transactio an, & quando fieri possint de rebus vinculatis, & alienari prohibitis, vt maioratus, vel Ecclesia. & quid cùm inter duos supremos Principes de re aliqua conuenitur, aut cùm per transactionem retinetur res inalienabilis ab eo, qui alienare prohibetur data pecunia, aliáve re alienabili; num.439.*

440. *Pecunia mutuò accepta à possessore maioratus, eiusve hærede pro transactione ad maioratus ipsius conseruationem, quando repeti possit a successore, vel detrahi ex bonis maioratus; & quid vbi transactio, vel compromissum præciperetur à statuto, sententia iudicis, aut Principe ex causa.*

441. *Bona maioratus compromitti possunt vbi omnes ad eum vocati tunc viuentes consentiant.*

442. *Exceptiones, quæ opponi possunt contra compromissa, & transactiones super maioratu; & quanto tempore his exceptionibus, seu actionibus præscribatur.*

443. *Bona, & res maioratus quanto temporis spatio præscribantur.*

444. *Princeps supremus quibus modis derogare potest maioratibus, seu primogenituris.*

445. *Maioratui quomodo derogari possit per iudicis sententiam. & quid in ceteris actis iudicij; num.446. & seq.*

447. *Instantia cœpta cum possessore maioratus, vel lis mota contra eum an, & quando transeat in successores ipsius in maioratu, iisque noceat.*

448. *Argumentum à genere ad speciem valet.*

449. *Fideicommissis tam propriè sumptis, quæ in dispositionibus causa mortis fiunt, derogari saltem aliquando potest; quàm impropriis, quæ fiunt in contractibus.*

450. *Dero*

450. *Derogari potest fideicommissis tum particularibus, tum vniuersalibus; & dicob. num. seq.*

451. *Fideicommissum sine particulare, sine vniuersale est quadam donatio.*

452. *Largitionis nomen an idem significet, quod donatio.*

453. *Derogari potest fideicommissis ad causas sine profanas, sine pias relictis.*

454. *Fideicommissa contra ius naturale instituta nulla sunt, iisque regulariter derogari non potest; confirmibus autem iuri naturali aliquando saltem potest derogari. idémque in fideicommissis contrariis, vel conformibus iuri diuino positiuo; num. 455. aut iuri humano positiuo; num. 456.*

457. *Fideicommissis prater ius, seu de re, quæ prater ius est, plerumque derogari potest.*

458. *Fideicommissa circa rem de facto impossibilem regulariter nulla sunt: aliquando autem iis derogari potest.*

459. *Derogari quomodo possit fideicommisso collato in diem certum, aut incertum, vbi illud constitutum sit in dispositione causa mortis.*

460. *Derogatio fideicommissorum in dispositione inter viuos institutorum ad diem incertum, vel sub conditione de futuro, non ideo liberè, sed solum facilius fieri potest. & quid in conditione de præsenti, de præterito, resolutiua, seu tacita; num. 461. quid etiam in conditione necessaria; num. 462. aut impossibili de facto, vel de iure; num. 463.*

464. *Fideicommisso relicto sub ea conditione, si Princeps dispensauerit, aut quæ sit contra ius diuinum, vel naturale, an derogari possit.*

465. *Falsitas demonstrationis, aut causa fideicommisso adiecta non impedit eius derogationem. & an fideicommisso, cui adiectus est modus possibilis, & honestus, vel impossibilis, aut turpis, vel contrarius substantiæ dispositionis; num. 466.*

467. *Fideicommissi in diem, vel sub conditione, aut modo, vel sub falsa demonstratione, aut causa relicti, seu constituti materia, remissiùs.*

QVÆRO igitur QVARTO in hoc nono capite, quibúsnam fideicommissis derogari possit.

Postquam in præced. huius cap. quæst. vidimus, quo iure, & quam ob causam introducta sit fideicommissorum derogatio: sequitur iuxta ordinem, quem in præcedentibus octo capitibus secuti sumus, & in præsenti, triúmque sequentium capitum quæstionibus seruandum initio huius cap. proposuimus; vt nunc agamus de materia, circa quam versatur derogatio fideicommissorum, seu de fideicommissis, quibus derogari potest. Sed, quoniam non semel hucusque ac sæpiùs postea in hoc cap. de maioratibus, seu primogeniis mentio habita, & habenda est, inde confirmationem sumendo eius, quod de fideicommisso dicitur, & è contra immo de illis propria, eaque proxima conclusio instituenda est: eam ob causam operæpretium, immo necessarium duximus aliquid hoc loco præmittere de coniunctione, seu conuenientia, quam inuicem maioratus, & fideicommissum habent, & quando ab vno liceat ad alterum argumentari: tum, antequam ad conclusiones descendamus, nonnihil breuiter subiiciemus de fideicommisso familiæ relicto, cum quo maioratus potissimum conuenit.

Supponendum ergo primò, maioratum, & fideicommissum † in multis conuenire, in aliquibus verò differre inter se; vt expressè adnotauit Ludouic. Molin. *in tract. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 1. num. 14.* ex aliorum sententia, quos *num. 7.* ac deinceps citauerat; ipseque *inibi* tradiderat, quin etiam *d. num. 7.* ait, quòd fere omnes Hispani Iurisconsulti, qui in hac re siue voce, siue in scriptis suam sententiam protulerunt, censent, † Hispanorum primogenia nihil aliud esse, quam fideicommissa perpetuò familiæ relicta, in quibus proximus quisque ex familia succedere debet, ceteríque ex gradus prærogatiua, ac disponentis voluntate anteferri; de quibus Iurisconsultus meminit *in l. cùm ita legatur, §. in fideicommisso, & l. pete, §. fratre, ff. de legat. 2.* tractatúrque potissimùm per scribentes *ibi, & in l. fin. C. de verb. significat.* Ideoque Hispana primogenia tamquam fideicommissa censenda esse arbitratur Palat. Rub. *in repetit. cap. per vestras, §. 44. numer. 3. cum duobus seqq. de donat. int. vir. & vxor.* Peralt. *in l. 3. §. qui fideicommissum, num. 91. ff. de hered. instit. & d. §. in fideicommisso, num. 24.* Couarr. *lib. 1. variar. resolut. cap. 15. num. 14.* Simanch. *de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 28.* & alij, quos Molin. refert, *d. numer. 7.* quibus addo eundem Couar. *pract. quæst. cap. 38. num. 1.* & Aluar. Valasc. *consil. 82. num. 9.* sequitur alter Molin. è Societate Iesu, de Theologiâ tum scholastica, tum morali, quam vocant, optimè meritus, *de inst. & iur. tract. 2. disput. 577.* quæ est *2. de maiorat. num. 3.* sed idipsum sentit Couarr. *libr. 3. variar. resolut. cap. 5. num. 4. cum seq. & cap. 6. numer. 9. ad fin. ac numer. 10. in initio.* & licèt in actu differant maioratus, & fideicommissum familiæ relictum, quòd in his maioratibus † non debent simul succedere omnes in eodem gradu existentes; prout in eo fideicommisso, quod familiæ perpetuò relinquitur, succedunt, ex text. *in d. §. in fideicommisso*, ibi; & qui ex his proximo gradu procreati sunt; ac *d. §. fratre*, ibi; omnes fideicommissum petent, qui ex familia fuerint: & vtrobique notatur per scribentes; sed vnus tantùm, isque maior natu, seu primogenitus in bonis maioratus succedere debet; bonaque indiuisa, ac inalienabilia debent perpetuò in familia ordine successiuo conseruari: facultate tamen, & potentia disponendi à lege concessa in hoc ipso conueniunt, vt rectè docet idem Molin. priùs citat. isque senior *d. num. 7.* iuncto *num. 8.* licet enim nulla lex ciuilis, seu Romanorum, etiam mentionem faciens de fideicommissis familiæ relictis, præcisè disposuerit, aut etiam meminerit, vt in iis succedere debeat vnus, isque primogenitus, ac masculus minor natu fœminæ etiam maiori in eodem gradu existenti præferri; & quòd bona indiuisibilia, & inalienabilia perpetuò maneant in primogenito certæ familiæ, & cum ceteris qualitatibus, quæ in maioribus apponuntur, vt constat ex *d. §. in fideicommisso, d. §. fratre, ac d. l. fin.* atque aliis iuribus, si quæ sunt, de fideicommisso familiæ relicto loquentibus: quia tamen bona fideicommisso subiecta alteri relinquens † potest eidem apponere omnes substitutiones, vincula, conditiones, & onera quæ sibi placuerint, dummodo onus non excedat emolumenta, *l. ab eo, C. de fideicom.* & quoad legatum, seu fideicommissum particulare satis constat ex *§. 1. Instit. de sing. rebus per fideicommiss. relict.* facitque text. *in l. lex Falcidia, in 2. §. nunquam, ff. ad leg. falc. & l. coheredi, §. cùm filia, ff. de vulg. & pupill.* cum aliis iuribus ad id allegat. à Mol. iuniore *d. disp. 577. num. 4.* ex hac licentia poterit fideicommissum familiæ relinquens eam conditionem apponere, vt in

371.

372.

373.

374.

illo ſuccedat vnus, iſque primogenitus; & quòd bona ſint indiuiſibilia, ſuccedatúrque in eis perpetuo iure primogenituræ. plures verò conditiones, quæ in maioratibus apponuntur, in fideicommiſſis familiæ relictis paſſim apponuntur: quarum interpretatio ab illis, quæ in hiſce fideicómiſſis deciſa ſunt, erit neceſſariò petenda, cùm in maioratibus nihil circa hoc cautum inueniatur. quod etiam neceſſariò agendum eſt in pluribus aliis, quæ in fideicommiſſis iure ſtatuta ſunt; quæ pari ratione in maioratibus ſunt ſeruanda. ex quibus concludit Molin. ſen. *d. num.* 8. *in fin.* & iun. *d. num.* 4. iuncto ſtatim præceden. conſtare maximam eſſe inter fideicommiſſa, & maioratus conuenientiam. Idem autem Molin. ſen. *d. lib.* 1. *cap.* 1. *numer.* 9. oſtendit, huic
375. non obſtare, quòd † fideicommiſſa propriè non relinquantur, niſi in teſtamento, vel alia ſcriptura, quæ habet vim vltimæ voluntatis: cùm tamen maioratus etiam ex contractu inſtituantur, vt idem probat *d. lib.* 1. *cap.* 12. nam, vt idem monet *d. numer.* 9. & latiùs probat *d. cap.* 12. maioratus ſiue in contractu, ſiue in teſtamento inſtituantur, vt plurimum vim vltimæ voluntatis habent: ſicut fidei-
376. committi poteſt † in donatione cauſa mortis, quia in effectu eſt vltima voluntas, licèt quoad ordinem contractui æquiparetur, *l. cùm pater*, §. 1. *ff. de legat.* 2. *l. Seia, in fin. ff. de dot. præleg.* cum ſimil. de quibus Molin. *d. num.* 9. Quin etiam fideicommiſſum conſtitui poteſt, licèt non ita propriè, in contractu; vt latè probat Peregrin. *d. tract. de fideicom. artic.* 51. paſſim. Ipſe verò Molin. *d. num.* 9. iunctis *tribus ſeqq.* illud quoque prædictæ conuenientiæ maioratus, & fideicommiſſi oſtendit non obſtare, quòd maioratus non ſoleat inſtitui per verba fideicommiſſum inducentia, vt, fidei tuæ committo, rogo, mando, peto, volo, & ſimilia, iuxta text. *in §. fin. Inſtitut. de ſing. rebus per fideicommiſſ. relict.* & *l.* 2. *C. commun. de legat.* Nam hodie non refert, quibus verbis fideicommiſſa relinquantur, modò conſtet de voluntate fideicommittentis, *l. pen., in princip. ff. de legat.* 2. eaque inducuntur per verba ſiue deprecatiua, ſiue præceptiua, *d. l.* 2. & *l. Pamphilo, ff. de legat.* 3. *l. cùm virum, C. de fideicommiſſ.* cum ſuis concord. maximè vbi verba ſint vel obli-
377. qua, vel communia; cuiuſmodi † ſunt, tranſeat in ſequentem, ſuccedat, habeat, reſtituat, deueniat, & ſimilia: quæ quidem adhibentur in maioratibus. quinimmo etiam verba directa † obliquantur
378. voluntate teſtantis, licèt obliqua numquam directa fiant; *gloſ. fin. in l. verbis ciuilibus, & ibi* communiter ſcribentes, *ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut.*

Licèt autem in pluribus conueniant maioratus, & fideicommiſſum, vt dictum eſt, in aliquibus tamen differunt, vt adnotauit Molin. ſen. *d. cap.* 1. *num.* 14. & iun. *d. diſput.* 577. *num.* 3. & 5. qui inter differentias maioratus, & fideicommiſſi illam actualem ponit, cuius paulo antè meminimus, vt in illo ſolus primogenitus ex proximioribus actu admittatur; in hoc omnes proximiores. vterque autem Molin. ille *d. num.* 14. & 16. & *eodem lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 12. *cum aliquot ſeqq.* & *cap.* 15. *num.* 8. hic autem *d. diſput.* 577. *num.* 6. ex traditis *diſput.* 186. & *num.* 7. ex aliis, quæ ipſe dixit *diſput.* 265. in
379. ea differentia conueniunt, quòd † fideicommiſſarius de manu heredis rem fideicommiſſo ſubiectam capiat, *l. eam, quam, C. de fideicommiſſ. l. quod per manus, ff. de inſt. codicill.* qua ratione fideicommiſſarius debet poni per heredem in locum ipſius, *l. qui quadringenta, ff. ad Trebell.* & fideicommiſſarius, ſi capiat propria auctoritate rem fideicommiſſo ſubiectam, cadit à iure ſuo, *l.* 1. vbi Doctor. *C. quæ. legat.* gloſ. *l. Paulus, ff. ad Trebell.* Socin. *conſ.* 23. *col. penult. & fin. vol.* 2. Dec. *conſ.* 84. *num.* 1. nec dantur actiones fideicommiſſario vniuerſali, niſi re, aut verbis reſtituto fideicommiſſo, *l.* 2. *in princip. & l. reſtituta, ff. ad Trebell.* ex quo plura de coactione heredis adire recuſantis, quartæ detractione, fructuum perceptione, & id genus ſimilibus, tractantur in fideicommiſſis quæ omnino maioratibus non conueniunt. Præterea maioratus & fideicommiſſum in eo differunt, quòd hoc propriè non niſi in teſtamento, & alia ſimili vltima voluntate conſtitui poteſt, vt probat idem Molin. ſen. *d. cap.* 1. *num.* 9. & 14. ac iun. *d. diſp.* 577. *num.* 5. ac nos etiam ſuprà *quæſt.* 1. *huius cap. in fin.* maioratus verò etiam in contractu ſiue reuocabili, ſiue irreuocabili: cum hoc diſcrimine, quòd inſtitutus in reuocabili cõtractu habet vim ſupremi iudicij, quam vltimam voluntatem vocant; inſtitutus verò in irreuocabili obſeruat naturam contractus; vt idem Molin. ſen. docet *d. num.* 14. & latiùs tradit *eodem lib.* 1. *cap.* 12. paſſim, maximè verò *num.* 1. cum aliquot ſeqq. iuncto *num.* 21. Quoquo autem modo primogenium, ſeu maioratus ex contractu fiat,
380. huiuſmodi maioratus † erit donatio quædam ſub modo, ſeu ſub conditione facta omnibus primogenitis familiæ, ita, vt ordine ſucceſſiuo perpetuò ſuccedant: ideóque iuxta tradita *in l. quoties, C. de donat.* tale primogenium iudicandum erit; vt poſt alios tradit Molin. ſen. *d. cap.* 1. *num.* 16. quem ſequitur Molin. iun. *d. diſput.* 577. *num.* 7. ex iis, quæ ipſemet adduxit *diſput.* 265. qui tamen *eod. num.* 7. obſeruat primò, quòd, licèt talis maioratus ſit donatio quoad eos, qui ad illum vocantur; eſt tamen contractus oneroſus reſpectu eius, cum quo celebratur, vt matrimonium contrahat cum aliquo ex vocatis: atque etiam quoad vocatos ipſos, quatenus grauamina aliqua eis imponuntur, & ad aliqua obligantur, ſi ſuccedere in eo primogenio velint. Secundò, quòd, cùm maioratus ſit donatio ſub modo facta toti familiæ vocatorum omnibus ordine
381. vocatis in infinitum, non eſt neceſſe, † vt ſuguli acceptent, etiam ſtando in iure communi, ad hoc, vt omnes comparent ius ad primogenium vi illius inſtitutionis; ex iis, quæ ipſe tradidit *d. diſput.* 265.
381. Tertiò obſeruat, † eam donationem, ac modum non qualemcumque eſſe, aut in eo tantùm conſiſtere, quòd varij ad eam rem donatam ordine quodam vocentur; ſed & in prohibitione alienationis, ac diuiſionis bonorum donatorum, & aliis oneribus. quo fit, vt quæ de donatione ſub modo in illa *diſput.* 265. ab ipſo dicta ſunt, non habeant ſimiliter locũ in primogenio per contractum irreuocabilem celebrato. Subdit autem *eod. num.* 7. Molin. iun. poſt ſen. *d. num.* 16. quòd, ſi maioratus in vltima voluntate inſtituatur, erit in effectu quædam heredis inſtitutio, legatum, aut prælegatum factum primo ad illum vocato, & ceteris ordine poſt eum vocatis cum oneribus appoſitis; ita, vt abſque vlla reſtitutione præuia maioratus ipſo iure ab vno in alium tranſeat. quod etiam latiùs conſtat ex iis, quæ idem Molin. ſen. tradit *d. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 12. *cap.* 14. *num.* 15. & *cap.* 15. *num.* 8. Qui *d. cap.* 1. *num.* 17. *cum duobus ſeqq.* quem ſequitur Molin. iun. *d. numer.* 7. *ad finem*, poſt multos ſubiicit, quòd in huiuſmodi cõſtitutione maioratus ſiue ex donatione modali, ſen conditionali, ſiue ex inſtitutione, legato, aut prælegato cuique primogenito per tempus vitæ ſuæ factis, ſeu ex ſubſtitutione fideicommiſſaria, quamuis improprie, reſultant tot donationes, ſubſtitutiones, legata, aut prælegata, quot ſunt

perſonæ

perſonæ ad primogenium vocatæ, ac ſi vnicuique eorum facta fuiſſent: ideo abſque aliqua reſtitutione quilibet vocatus conſequetur dominium eodem momento, quo purificatur conditio, aut venit dies vocationis ex propria perſona, ſublato de medio præcedenti ſucceſſore, non autem ex iure ab eodem ad ſe tranſmiſſo. nec mirum eſt, ex vnica diſpoſitione, immo vnico verbo plures donationes, vel ſubſtitutiones exoriri: propter celeritatem enim ſimiles diſpoſitiones ſe occultant, argum. *l. 3. §. vlt. ff. de donat. inter vir. & vxor.* cum aliis adductis per Molin. ſen. *vbi ſuprà, & d. lib. 1. cap. 4. num. 16.* Is autem *d. cap. 1. num. 10.* ſubdit, hæc omnia, quæ de maioratu modò dicta ſunt, iuris principiis ſatis conueni-
385. re, quibus permiſſum eſt, vt † ſiue ex donatione, ſiue ex vltima voluntate dominium alicuius rei ad vitam relinquatur ea lege, vt ipſo mortuo in alium transferatur, *l. Sempronius Attalus, in princip. ff. de vſufr. accreſc. l. fin. C. de legat.* cum aliis iuribus, ac Doctor. *ibi* per eum allegat. quod & tenet Molin. iun. *d. diſput. 577. num. 7. in fin.* qui etiam cum Molina ſeniore in eo conſentit, (ex quo finem imponamus huic priori noſtræ ſuppoſit.) quòd, ſicut in iis, in quibus fideicommiſſum, & maioratus, ſeu primogenium conueniunt, ab vno ad alterum licebit argumentari; ita ſecus erit quoad ea, in quibus diſcrepant, ac diuerſo iure cenſentur: ſic enim apertè ſentit ſenior quidem Molin. *d. cap. 1. num. 8. in fine,* iuncto *num. 15. & cap. 7. num. 9. initio*; iunior autem in ſæpiùs *cit. diſput. 577. num. 3.*

384. Suppono ſecundò, familiæ nomen, † nulla ſpeciali certarum perſonarum adiectione, in fideicommiſſo familiæ relicto ſiue ſimpliciter, ſiue etiam particulari certæ rei immobilis in caſum alienationis à legatario, ſeu fideicommiſſario particulari factæ; (vt plures illius ſignificationes, quæ ad hanc rem non pertinent, prætermittam, allatas à I.C. *in l. pronuntiatio, §. familiæ, il. 1. ff. de verb. ſign.* & ab Imper. *in l. fin. C. eod. tit.*) non ſolùm propinquos, ſed etiam his deficientibus generum, ac nurum, & poſt hos, libertos venire; vt expreſsè definitur *d. l. fin.* ex qua etiam ſatis habetur, feminas quoque in prædictis caſibus familiæ nomine contineri: quod & generatim in fideicommiſſo familiæ relicto tradunt plures, quos ſequitur Card. Mantic. *lib. 8. de coniect. vlt. volunt. tit. 12. num. 7.* Menoch. de præſumpt. *lib. 4. præſumpt. 88. num. 3.* & de legato relicto familiæ, quòd etiam feminas comprehendat, ex communi tradit Michael Craſſ. *tract. de ſucceſſion. §. legatum, quæſt. 41. num. 1.* licèt huiuſmodi relictum, niſi eius qualitas aliam præſumptionem inducat, intelligi de his, qui in domo ſunt, hoc eſt, de famulis, (iuxta *d. l. pronuntiatio, §. ſentientium*, ſeu *penult.*) adnotauerit Mantic. *d. tit. 12. num. 6.* vbi ſubdit ex Raphael. Cuman. *in l. cùm ita legatur, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2.* quòd ſi aliquid legaret teſtator, vt extra familiam non alienetur, intelligitur de agnatis: & regulariter in fideicómiſſis familia ſumitur pro agnatione; vt præter eos quos in hoc ſequitur Craſſ. *d. §. legatum, quæſt. 41. num. 1.* iuncto *§. fideicommiſſum, quæſt. 16. num. 1.* poſt alios tradit Peregr. *tract. de fideicomm. art. 22. num. 26. in princ.* ſentitque Menoch. *d. præſ. 88. num. 7.* & Mantic. *d. tit. 12. num. 9. in princ.* per text. *d. l. pronuntiatio. §. familiæ, verſ. communi iure,* aliàs *d. l. pronuntiatio, §. communi iure, ff. de verb. ſig.* & multi expreſsè tradunt; quos recenſet Menoch. *d. præſumpt. 88. num. 20.* ex quo illud ſequitur, quod mox dicebamus, feminam quoque in familia contineri per virilem ſexum ei coniunctam, de cuius familia agitur, vt filiam quoad patrem, ſororem conſanguineam, ſororem patruelem, & amitam: nam omnes perſonæ congruè referendo ſunt de agnatione; vt ſatis probat inter alios Peregr. *d. tract. de fideicomm. art. 22. num. 25. in initio.* & in ſpecie, quòd femina ſit de familia patris, & eius, cui per virilem ſexum coniungitur, eſt text. *in l. voluntates, C. de fideicomm. & §. 1. Inſtit. de legit. agnat. tut.* & ſatis patet ex *d. l. pronuntiatio, §. vlt. in fin.* dum mulier dicitur finis ſuæ familiæ: & apertè colligitur ex *l. familia,* ſtatim *ſeq. ff. de verb. ſign.* vbi dicitur, † fe- 385.
minarum liberos in familia earum non eſſe, quia qui naſcuntur, patris, non matris familiam ſequuntur: dum enim decernitur *ibi* feminam habere familiam, eámque diſtinctam à liberis, apertè conſtat, illam non niſi paternam eſſe poſſe, hoc eſt, illius familiæ, cuius eſt ipſius feminæ pater. Porrò ex huius vtriuſque text. verbis mox citat. iuncta *d. l. fin. C. de verb. ſig.* colligo vnam extenſionem prædictæ regulæ, in fideicommiſſo familiæ relicta feminas quoque contineri; vt locum habeat † etiam quo- 386.
ad eas, quæ agnatæ non ſunt, vbi ſimus in fideicommiſſo ſemel tantùm familiæ relicto, non autem perpetuò, aut ſucceſſiuè: certum eſt enim, matrem, ac nurum, multo minùs libertam eſſe de agnatione, aut familia propriè ſumpta filij, ſoceri aut patroni, vt conſtat ex *d. l. pronuntiatio, §. communi iure, & §. vlt.* necnon *d. l. familia, §. feminarum, §. 1. Inſtit. de legit. agnat. tut. & Inſtit. de ſenatuſconſult. Tertull. in princip.* iuncto *tit. de legit. patron. tutel. & Inſtit. de ſucceſſ. libert.* cum ſimil. at verò ex *d. l. fin.* tam mater, quàm nurus, immo & omnes propinqui, ac liberti, atque adeò propinquæ, & libertæ ad fideicommiſſum familiæ ſuæ vel ſimpliciter, vel in caſum alienationis relictum admittuntur; gradatim tamen, vt *ibidem* dicitur, & omnes adnotarunt: ſed non ita gradatim, vt ordine ſucceſſiuo poſt alios admiſſos, iis defunctis alij, & his pariter per mortem deficientibus cæteri admittantur, prout poſt nonnullos exiſtimauit Peregr. *d. tract. de fideicom. art. 19. num. 14. cum ſeq.* ſed, vt ex verbis text. ſatis colligitur, & Bart. Salic. atque alij magis communiter exponunt, ita, vt exiſtentibus tempore caſus fideicommiſſi aliquibus ex propinquis, ij ad illud admittantur, his autem deficientibus, hoc eſt, tunc non exiſtentibus, gener, aut nurus admittendi ſint: quòd ſi pariter hi tunc non exiſtant, liberti admittantur ad huiuſmodi fideicommiſſum ſemel tantùm, vt dictum eſt, familiæ relictum: quem gradationis modum apertè hac in re agnouit gloſ. ab aliis approbata *d. l. fin. verbo, poſt eos,* dum per hunc text. *& l. peto, §. fratre, ac l. cùm pater, §. pen. ff. de legat. 2. & l. heredes, §. fin. ff. ad Trebell.* notat primò vocari liberos; ſecundò parentes; tertiò collaterales; quartò generum, & nurum; quintò libertos. quare *in d. l. fin.* familiæ nomen largiùs ſumitur, vt etiam poſt alios fatetur Peregr. *d. art. 14. num. 37.* & tradit Mantic. *d. tit. 12. num. 7.* ſatiſque conſtat ex ſupradictis, ex quibus etiam, præſertim verò *d. §. communi iure, & d. l. familia, in fi. & §. 1. Inſtit. de legit. agnat. tut.* ſimul habemus vnam reſtrictionem regulæ prædictæ, quòd femina ſit de familia, nimirum vt locum non habeat † quoad illius feminæ deſcendentes, aut aliàs 387.
ei per feminilem ſexum, ſeu lineam coniunctos: hi enim ſiue maſculi, ſiue feminæ, non ſunt de familia illius, cuius familiæ relictum perpetuò eſt fideicommiſſum. & hoc eſt, quod poſt Socin. iun. *conſ. 2. num. 19. lib. 2.* & Decian. *conſ. 7. numer. 32. lib. 1.* tradit Mantic. *d. tit. 12. num. 8.* quòd relictum ita, vt conſeruetur in familia, licèt comprehendat etiam filiam, quæ eſt de familia teſtatoris, non tamen continebit filiam filiæ, quia hæc non dicitur de familia: hinc etiam, licèt † prohibitio alienationis extra fa- 388.

miliam non impediat, quin filia, & ſoror capere poſſit, vt ex text. *in d. l. voluntas, C. de fideicommiſſ.* plerique *ibi* tradiderunt, & alij, quos ſequitur Peregrin. *d. tract. de fideicomm. art. 14. num. 37. & d. art. 21. num. 25. in fin.* non tamen admittuntur earum filij, cùm ſint alienæ familiæ, *d. l. familia, & d. §. 1.* ad fideicommiſſum familiæ relictum; vt poſt alios docet idem Peregr. *d. art. 14. num. 38.* & iuxta hoc
389. intelligi poteſt id quod aliqui voluerunt, † fideicommiſſum ordinatum pro conſeruatione bonorum in familia, vel agnatione, non continere feminas, (nimirum non agnatas,) quia ea per has non conſeruatur, relati à Peregr. *d. num. 37. & 25. circa med.* Mantic. *d. tit. 12. num. 9.* & probati à Menoch. *d. præſ. 88. num. 5.* ex quibus tamen aliqui, vt Cravet. & Senat. Pedemon. atque alij relati à Mantic. *d. num. 9. & 13.* etiam ipſas filias, & ſorores, licèt agnatas, hoc in caſu voluerint excludi. verùm Mantic. *ibi, & num. 10. 11. ac 18.* eos rectè intelligit, quando ſuperſunt maſculi, per quos agnatio, & familia diutiùs poſſit conſeruari; ita, vt ratio conſeruandæ agnationis, ſeu familiæ non poſſit adduci ad hoc, vt feminæ iure agnationis coniunctæ prorſus excludantur, ſed vt agnati maſculi eis præferantur, quæ ratio cùm vnica ſit, neque alia reddi queat, quàm hæc, in fideicommiſſo ſimpliciter relicto familiæ, ſeu agnationi; non eſt hac in re conſtituenda differentia inter huiuſmodi fideicommiſſum, & expreſsè relictum pro conſeruanda agnatione, ſeu familia; vt ſcitè idemmet docet *d. num. 18.* iuncto *num. præced.*
390. *& 12. in fin.* In aliquibus tamen differunt † fideicommiſſum ſimpliciter relictum, & relictum cum expreſſa adiectione, vt bona cõſeruentur in familia, ſeu agnatione. Primum eſt, quòd illud ordine quidem ſucceſſiuo, ſeu gradatim intelligitur relictum; ita tamen, vt vulgariter tantummodo illi de familia videantur ſubſtituti; vnde proximioribus admiſſis ceteri perpetuò ſunt excluſi: hoc verò, quoniam habet tractum futuri temporis, ita intelligitur relictum ordine ſucceſſiuo, vt vnus poſt mortem alterius admittatur, ita poſt alios tradit Mantic. *d. tit. 12. num. 19.* & ſic intelligi poſſunt ij, quos ſequitur Craſſ. *§. fideicommiſſum, queſt. 16.* ferè per tot. & Peregr. *art. 19. num. 12. vſque ad 17.* Alterum eſt, quòd in priori caſu heres non poteſt eligere, ſed proximiores gradatim admittuntur ad fideicommiſſum familiæ relictum, *l. fin. C. de verb. ſign. & d. §. in fideicommiſſo.* ſed grauatus, vt in familia relinquat, aut extra familiam non alienet, poteſt eligere etiam remotiores, *l. filiusfamilias, §. cùm pater, ff. de legat. 1. & l. vnum ex familia, in princ. §. 1. verſic. itaque, & §. ſed & ſi fundum, verſ. quòd ſi talia, ff. de legat. 2.* ſic poſt alios Mantic. *d. tit. 12. num. 23.* ſed & his aliud diſcrimen inter hanc vtramque fideicommiſſi formulam addi poteſt, de quo paulo pòſt dicemus.

391. Quòd ſi petas, an, † cùm fideicommiſſum familiæ relinquitur in dubio, id accipiatur de familia teſtatoris fideicommittentis, an verò de familia heredis grauati: dicendum eſt, fore accipiendum de familia teſtatoris; vt poſt alios tradit Peregr. *d. art. 22. num. 20.* Menoch. *d. præſ. 88. num. 1. & conſ. 106. num. 212.* atque ex communi Doct. ſententia pluribus relatis reſoluunt Card. Mantic. *d. tit. 12. num. 1.* & Michael Craſſ. *d. §. fideicommiſſum, queſt. 16. num. item 1.* per text. *in l. cùm acutiſſimi, C. de fideicomm.* facitque text. *in l. cùm auus, ff. de condit. & demon.*

392. Si autem rurſus petas, † an in dubio intelligatur idem fideicommiſſum de familia teſtatoris actiuè, ſeu effectiuè, vt loquuntur Mantic. & Peregr. mox allegan. vel vt loquitur Menoch. *d. præſ. 88. num. 2. & conſ. 233. num. 15. lib. 3.* in ſpecie, hoc eſt, de familia, cuius caput, & principes eſt teſtator; quo caſu ſolùm eius deſcendentes vocati eſſent: an verò contentiuè, vt iidem Mantic. & Peregr. loquuntur, ſeu in genere, vt ait Menoch. vbi ſuprà, hoc eſt, de familia, ſub qua etiam ipſe teſtator continetur, inſpecto communi ſtipite; quo caſu omnes eius agnati etiam tranſuerſales continerentur. Reſpondendum eſt, quòd, licèt probabile ſit, in dubio intelligi debere de familia teſtatoris effectiuè, ſeu in ſpecie, vt nonnulli tenent, quos refert Mantic. *d. tit. 12. num. 20. in princ.* & Peregr. *d. art. 22. num. 26. verſ. verùm difficultas eſt,* ac ſequitur Menoch. *d. conſ. 233. num. 16. & d. præſumpt. 88. num. 2.* probabilius tamen eſt, debere intelligi de familia teſtatoris contentiuè, ſeu in genere: quod tenent, & Doctoribus, ac iuribus ſatis confirmant Mantic. *d. num. 20. verſ. ſed ego ſubſiſto,* & Peregr. *d. num. 26. verſ. contrà verò.* Debent tamen ſemper proximiores præferri, vt *ibidem* rectè monet Peregr. pariter ſecus fortè ſtatuendum erit vbi dicatur, familia eius, ipſius, ſuam, aut quid ſimile, ex allegat. à Menoch. *d. num. 2. in fine.* Et quoniam in fideicommiſſo relicto familiæ, aut aliàs ſub nomine collectiuo † præferuntur proximiores, *l. cùm ita legatur, §. in fideicommiſſo, & l. pete, §. fratre, ff. de legat. 2. l. fin. C. de verb. ſign.* cum aliis, quibus idipſum latè probant Craſſ. *d. queſt. 16.* & Peregr. *d. art. 19.* ferè per tot. ſi quæras, an hæc proximitas ſit attendenda reſpectu grauantis, vel grauati: conſulendi ſunt inter cæteros Peregr. *artic. 20.* & Craſſ. *d. §. fideicommiſſum, queſt. 18. per tot.* 393.

Porrò filij naturales † non ſunt de familia, ſeu agnatione; vnde admittendi non ſunt ad fideicommiſſum familiæ, ſeu agnationi, agnatiſve relictũ; vt ſatis poſt alios probat Mantic. *d. tit. 12. n. 28.* ſubdens *n. 29.* Bald. & Alciat. ſequutus, per text. *in l. vlt. C. de natural. lib.* idem dicendũ de eorum filiis etiam legitimis. id autem reſtringit *num. 30.* poſt alios, † ſi naturalis fuerit legitimatus, cùm tunc intra agnatorum conſequatur, & dicatur de familia, qua de re videndum quod latiùs tradit Peregr. *d. art. 22. à num. 79. ad 84.* Pariter exheredatus etiam iuſtè à patre † admittitur ad fideicommiſſum ab auo familiæ relictum; vt ſentit Mantic. *d. tit. 12. num. 21.* præcipuè per text. *d. l. filiusfamilias, §. cùm pater, ff. de legat. 1.* licet in contrarium referat Crot. *eadem l. filiusfamilias, §. dini, il 2. num. 172. & 173.* quam ſequutus videtur ipſemet Mantic. *d. tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 3. ad fin.* ſed priorem ſententiam poſt alios tenet Peregr. *d. art. 22. num. 95. cum aliquot ſeq.* eam omnino admittens quoad exheredationem factam à grauato poſſeſſore fideicommiſſi de eo, qui offendit ipſummet; & de priuatione maioratus ex lege, vel conſuetudine deſcendentis; ſecus ſi ex homiſis inſtitutione: item ſecus in interfectore grauati. & *num. 99. cum ſeq.* de exheredatis ob offenſam factã teſtatori docet, in generali diſpoſitione eos excludi; in vocatione autem nominatim facta, ſi odij cauſa eam præceſſiſſet, odium cenſeri abolitum; ſi verò ſuperueniſſet, remittit ſe ad tradita per Mant. & Molin. *ibi* cit. ac per ſe *in tract. de inr. fiſc. tit. de inimic. & tit. de ingrat. versùs defunct.* eum videas. Denique Religioſus, ſeu monaſterium bonorum capax † admittitur ad fideicommiſſum familiæ ſimpliciter relictum; ſecus ſi pro conſeruanda agnatione, vel familia expreſsè fuerit conſtitutum: vt poſt alios latè tradit Mantic. *d. tit. 12. num. 33. vſque ad 37.* ſentitque Menoch. *d. præſumpt. 88. num. 5.* ex iis, quæ in hac ſpecie ipſemet latiùs adduxerat *eod. lib. 4. præſ. 83. in 4. coniect.* ſeu *num. 45.* Atque hæc quidem de fideicommiſſo familiæ, ſeu 394. 395. 396. 397.

ſeu agnationi relicto præmiſiſſe ſufficiat : reliqua enim, quæ ad rem noſtram faciunt, peti poſſunt ex Mantic. *d. tit.* 12. *num.* 3. *cum duobus ſeqq. num.* 21. 22. *& 38. cum tribus ſeqq. & num.* 64. Craſſ. *d.* §. *legatum, queſt.* 41. *& d.* §. *fideicommiſſum, queſt.* 16. Couar. *pract. queſt. cap.* 38. Menoch. *d. præſ.* 88. *num.* 4. *& 19. cum ſeq.* Peregr. *d. num.* 25. *& 26. & num.* 60. *uſque ad* 71. Molin. *de Hiſpan. primog.* ſæpiſſimè. Nunc autem aliquid, breuiſſimè tamen, ac remiſſiuè tantùm, de fideicommiſſis huic ſimilibus pariter præmittamus.

Si quis ergo ſcire cupiat quid importet fideicommiſſum relictum filiis, liberis, nepotibus, deſcendentibus, poſteris, ſeu poſteritati, proſapiæ, generi, genti, proli, generationi, lineæ, ſeu colonnello, progeniei, ſtirpi, domui, cippo, cognatis, ſeu caſatæ, cognationi, propinquis, ſeu propinquitati, ſanguini, ſeu conſanguinitati, vel conſanguineis, parentelæ, nomini; item maſculis, proximioribus, antiquioribus, vel nobilibus, exempli gratia, della Turre, aut de Bardis, conſortibus, affinibus, attinentibus, ſuis, parentibus, coniunctis, proximis, ſeu neceſſariis; conſulat, ſi lubet, Doct. mox allegandos, & ab eis citatos : necnon Dictionaria, Vocabularia, & lexica iuris.

398. De filiis enim vocatis in fideicommiſſo, † quinam contineantur, inter cæteros videri poteſt Peregr. *d. art.* 22. *num.* 10. *uſque ad* 14. *& num.* 44. *uſque ad* 62. *num.* 80. 81. *& 91. cum duobus ſeqq.* necnon *art.* 23. 24. 25. *&* 28. paſſim, Mant. *lib.* 8. *tit.* 8. *per tot.*

De liberis, Peregr. *d. art.* 22. *num.* 45. *& art.* 25. *num.* 8. *cum aliquot ſeqq. & art.* 30. *num.* 2. *ac* 19. Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 76. *num.* 9. *& lib.* 5. *præſ.* 33. *num.* 14. text. ac Doct. *in l. liberorum, ff. de verb. ſignif.*

De nepotibus, Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 89. *num.* 60. *& præſ.* 189. *num.* 19. Mant. *d. tit.* 8. *num.* 24.

399. De † deſcendentibus, Peregr. *art.* 19. *num.* 11. *art.* 21. *num.* 6. *art.* 25. *num.* 8. *& art.* 30. *num.* 2. *&* 19. Mantic. *lib.* 8. *tit.* 11. *numer.* 1. *cum aliquot ſeqq.* Menoch. *d. lib.* 4. *præſ.* 91. *num.* 2. *&* 4. *uſque ad* 7. Craſſ. *de ſucceſſ.* §. *fideicommiſſum, queſt.* 15. Corbul. *de cauſ. priuat. emphyt. ob lin. finit. num.* 28.

De poſteris, Peregr. *d. art.* 22. *num.* 37. *& art.* 30. *num.* 14. *&* 19. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 10. Corbul. *ibid. num.* 23. *&* 25.

De poſteritate, Mantic. *lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 41. & Menoch. *d. præſ.* 89. *num.* 2. Craſſ. *d. queſt.* 15. *num.* 5. Corbul. *in d. cauſ. priuat. num.* 24. *cum aliquot ſeq.* de qua etiam videri poteſt text. & *ibi* gloſ. & DD. *in l. cum acutiſſimi, C. de fideicomm.* Molin. *d. num.* 10. *&* 11. Peregr. *d. art.* 22. *num.* 23.

400. De † proſapia, Peregr. *d. art.* 22. *num.* 30. text. *in l. ſi quis ex corpore, C. de municip. lib.* 11. *& cap. ſolita, de maior. & obed.* Pariſ. *conſ.* 51. *&* 93. *vol.* 2.

De genere, Molin. *ſup.* Mantic. *d. tit.* 12. *num.* 17. Menoch. *d. præſ.* 88. *num.* 7. *&* 8. Peregr. *d. art.* 22. *num.* 24.

De gente, Molin. *ſup.* Bart. & alij *in l.* 1. *ff. de probat.* vbi text. Schard. *in lexic. iur.* & Briſſon. *de verb. iur. ſign. verbo, gens, & genus.*

401. De † prole, Peregr. *d. art.* 22. *numer.* 22. *& ſeq.* Dec. *conſ.* 495. *num.* 6. Rip. *l.* 1. *num.* 17. *ff. ſolut. matrim.* text. & Doct. *auth. de nupt. in princ. & cap. vlt. de condit. appoſit.* Corbul. *vbi ſup. num.* 41.

De generatione, Mantic. *d. lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 41. Peregr. *d. num.* 28. Mol. *d. num.* 10. Craſſ. *d. queſt.* 15. *num.* 5.

De linea, Menoch. *d. præſumpt.* 88. *num.* 11. Peregr. *d. art.* 22. *num.* 24. Dec. *conſ.* 265. *num.* 4. *& ſeq.* Pariſ. *conſ.* 41. *num.* 1. *&* 30. *vol.* 2. *& conſ.* 22. *ac* 74. *vol.* 3. Corbul. *d. cauſ. priuat. emphyt. num.* 40.

De colonnello, Peregr. *d. art.* 22. *num.* 6. *verſ. verùm difficultas eſt, & art.* 27. *num.* 12.

De † progenie, Mantic. *d. tit.* 18. *num.* 41. Peregr. 402. *d. art.* 22. *num.* 23. Menoch. *d. lib.* 4. *præſ.* 189. *num.* 15. Craſſ. *d. num.* 5.

De ſtirpe, Mantic. *d. tit.* 18. *num.* 65. Molin. *d. num.* 10. *&* 11. Menoch. *d. præſ.* 88. *num.* 9. *&* 10.

De domo, Mantic. *d. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 25. Molin. mox citan. Menoch. *vbi ſupr. num.* 12. *uſque ad* 15. Peregr. *d. art.* 22. *num.* 27.

De † cippo, Molin. *d. cap.* 4. *num.* 10. *&* 11. 403. Mantic. *d. tit.* 12. *num.* 24. Menoch. *ſupr. num.* 21. Peregr. *ſupr. num.* 29.

De caſata, Molin. *d. num.* 10. *&* 11. Peregr. *d. art.* 22. *num.* 83. Pariſ. *conſ.* 36. *vol.* 3.

De † cognatis, ſeu cognatione, Peregr. *ibidem* 404. *d. tract. artic.* 19. *num.* 16. *& d. art.* 22. *num.* 39.

De propinquis, ſeu propinquitate, Peregr. *ibidem, & d. art.* 22. *numer.* 36. Tiraq. mox citan. *numer.* 8.

De † ſanguine, Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 405. 9. *num.* 6. *cum aliquot ſeqq.* & Peregr. *d. art.* 22. *num.* 35. *ad fin.*

De conſanguinitate, vel conſanguineis, Peregr. *d. art.* 22. *num.* 34. *cum ſeq. & num.* 89.

De † parentela vide Lambertin. *in tract. de inoffic.* 406. *patr. lib.* 1. *part.* 2. *queſt.* 2. *princ. art.* 6. 8. 9. *&* 27.

De nomine, text. & *ibi* Doct. *in l. cum ita*, §. *in fideicommiſſo. ff. de legat.* 2. *l. pater filium*, §. *duobus*, §. *filium, &* §. *fundum. ff. de legat.* 3. *& in auth. de reſtit. fideicom.* & vtrobique Doctor. Schard. *in lexic. iuris, verbo, nomen familiæ eſt, cum ſeq.* & Briſſon. *de verb. ſign. verb.* ſeu *verſic. nomen verò gentilitium.*

De † maſculis, Peregr. *d. tract. de fideicom. art.* 407. 25. 26. *ac* 25. paſſim Mantic. *d. lib.* 8. *tit.* 16. *num.* 15. 20. *&* 54. *ac lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 2. *& ſeq.* Molin. *de primogen. Hiſpan. lib.* 3. *cap.* 5. *à num.* 25. *uſque ad* 50. Corbul. *d. cauſ. priuat. emphyt. ob lin. finit. numer.* 28.

De proximioribus, Mantic. *d. tit.* 12. *numer.* 42. *cum duobus ſeqq. & lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 12. Lambert. *d. queſt.* 2. *art.* 10. Peregr. *d. tract. art.* 20. *num.* 9. 11. *&* 12. *art.* 21. *num.* 2. *&* 17. *art.* 22. *num.* 33. *& art.* 51. *num.* 59.

De antiquioribus, Peregr. *d. tract. de fideicomm. art.* 13. *num.* 86. *& art.* 19. *num.* 16. *d.* autem *num.* 86. agit quoque de maiori de domo, ſeu familia.

De nobilibus, v. g. della Turre, Mantic. *d. tit.* 12. *num.* 8. Peregr. *d. art.* 22. *num.* 84.

De † conſortibus, Mantic. *d. tit.* 12. *numer.* 26. 408. Menoch. *d. præſ.* 88. *num.* 16. *cum ſeq.* Peregr. *d. art.* 22. *num.* 42.

De affinibus, Peregr. *d. art.* 22. *num.* 40.

De attinentibus, Peregr. *eod. art.* 22. *num.* 41.

De † ſuis, Peregr. *d. art.* 19. *num.* 16. *& d. art.* 22. 409. *num.* 38.

De parentibus, Menoch. *ſupr. num.* 18. Peregr. *d. art.* 22. *num.* 31.

De coniunctis, Peregr. *d. art.* 22. *num.* 32. *&* 89.

De proximis, Peregr. *ibid. num.* 33.

De neceſſariis, Peregr. *d. art.* 22. *num.* 42.

Iam verò, his remiſſiuè dictis de præmiſſis nominibus familiæ ſimilibus, ad concluſiones tranſeamus.

PRIMA CONCLVSIO. Maioratui, ſeu primogenituræ; (quæ ſpecies quædam eſt fideicommiſſi, vt ſuprà initio huius quæſt. oſtendimus;) derogari plerumque poteſt.

Probatur concluſio. Nam primò quidem † ab 410. ipſo inſtitutore poteſt maioratus reuocari in caſibus

quo

quos recenſet Molin. ſen. *de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 2.* & Molin. iun. *de inſt. & iur. tract. 2. diſput. 583. vsque ad 587.* ac nos hoc loco, breuiter tamen, examinabimus. non autem *quæſt. ſeq.* licèt is etiam locus huiuſmodi caſibus examinandis aptus foret, vbi de cauſa efficiente derogationis fideicommiſſorum diſſeremus: quod etiam de aliis caſibus principalium modorum derogandi maioratibus ex parte cauſæ efficientis dictum intelligatur. ſequens enim quæſtio ex aliis plurimis quæ *ibi* neceſſariò dicenda ſunt, prolixior eſt futura. Vt igitur ad primum modum derogandi maioratibus iam propoſitum ex parte eorum inſtitutoris accedamus; cùm poſſit ma-
411. ioratus † inſtitui vel in teſtamento, aliáve ſimili vltima voluntate; vel etiam in contractu, ſeu diſpoſitione inter viuos; vel ſimpliciter, non exprimendo, quòd fiat per viam contractus, aut per viam teſtamenti; vt adnotauit inter cæteros Molin. ſen. *d. tract. de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 12. num. 2. verſ. eſt autem*: ſubdit ipſe *ibidem*, in prima ſpecie principali, quando ſcilicet maioratus in teſtamento inſtituitur,
412. eum † cenſendum eſſe tamquam teſtamentum, licèt in eo aliqua verba appoſita fuerint, quæ donationem præ ſe ferre videātur: quod *inibi* ſatis probat iuncto *num. 3.* & ſequitur alter Molin. *d. diſput. 583. num. 1. & 4.* prior autem *d. cap. 12. num. 3.* ſubiicit, quòd in ſecunda ſpecie principali ſubdiſtinguendum eſt, aut enim, inquit, maioratus inſtitutus fuit per viam diuiſionis hereditatis factæ inter filios, & deſcendentes; aut ſimpliciter, faciendo maioratum de aliqua re in perſona filij, vel extranei. Primo caſu, qui vtplurimum accidit, maioratus inſtitutio vim eius diſpoſitionis obtinet, quæ communiter vltima voluntas appellatur; atque adeò reuocari ab ipſo eius inſtitutore poteſt; quod omni huiuſmodi vltimæ voluntati conuenit, *l. 4. ff. de adim. legat. cap. cum Martha, de celebr. Miſſ.* cum ſimilib. vt pluribus iurium, & Doctorum auctoritatibus comprobat idem Molin. *d. cap. 12. num. 4. & 5.* præcipuè per text. *in l. final. C. ſamil. erciſ. und.* & Tiraq. qui alios citat, *de progen. quæſt. 8. num. 2. cum aliquot ſeqq.* id verò à contrariis tuetur idem Molin. *d. cap. 12. num. 6.* Idipſum etiam docet Molin. iun. *d. diſput. 583. num. 5.* ſenior verò *d. cap. 12. num. 6. in fine*, ſecundum caſum iterum diſtinguit. Nam aut maioratus, inquit, ſimpliciter fit, aut ea lege, & pacto, vt reuocari non poſſit. Et quidem ſi maioratus in contractu, aut donatione inter viuos ſimpliciter inſtitutus ſit; tunc adhuc ab inſtituente reuocari vſque ad mortem poteſt, vt idem Molin. ſatis probat *d. cap. 12. num. 7. vsque ad 17.* ex iis quoque auctoribus, quos retulerat *num. 1. & 2.* ſimpliciter aſſerens, maioratum etiam in contractu inſtitutum vim vltimæ voluntatis, ſeu ſupremi iudicij habere. ſi verò maioratus ſeu primogenium in perſona filiorum, vel tranſuerſalium, vel etiam extrancorum ea lege in contractu fiat, vt irreuocabile ſit, ſiue ex traditione, ſiue ex clauſula conſtituti, ſiue ex pacto non reuocandi, aliiſve modis, de quibus ipſemet Molin. *d. tract. lib. 4. cap. 2.* præſertim *a num. 3. vsque ad 59.* & nos paulo pòſt hac eadem concluſ. tunc maioratus naturam contractus inter viuos aſſumit, atque adeò irreuocabilis ſit; vt idem Molin. docet *d. cap. 12. num. 21.* quem ſequitur Molin. iun. *d. diſp. 583. num. 8.* ſenior autem *d. num. 21. in fine*, iuncto *num. 22.* tertiam ſpeciem principalem, cùm nimirum maioratus ſimpliciter ſit, hoc eſt, nec per viam contractus, nec per viam teſtamenti; ſubdiſtinguit in eum, qui ſit per viam diuiſionis bonorum inter filios, vel deſcendentes. & eum, qui aliàs ſit de aliquibus bonis in perſona filij, aut extranei. & de primo quidem ait, cum proculdubio vim vltimæ voluntatis obtinere, ex iis, quæ ſuprà *num. 4. & ſeqq.* de huiuſmodi diuiſione dixerat. & in hoc caſu multò magis locum habere aſſerit Molin. iun. *d. num. 5. ad fin.* ita, vt probabile ſit ad illum requiri ſolemnitates vltimæ voluntatis, ex adductis per Molin. ſen. *num. 23. cum ſeq.* licèt in hoc etiam *num. 25. vſque ad 28.* tamquam verius tradat, hæc primogenia per viam diuiſionis bonorum à parentibus inter liberos ſimpliciter inſtituta valida eſſe, etiamſi in eis non teſtamenti, ſed contractus ſolemnitas interuenerit; ac nihilominus ea vim vltimæ voluntatis obtinere. Molinam ſeniorem ſequitur iun. *d. diſput. 583. num. 6.* De ſecundo autem conſiderandum ait *d. num. 28.* an maioratus reuocabiliter vel irreuocabiliter fiat: cúmque reuocabiliter fit, dicendum fore, quòd, ſi in hac maioratus inſtitutione ea ſolemnitas interuenerit, quæ in vltimis voluntatibus interuenire ſolet, maioratus ipſe tam quoad ordinationem, quàm quoad effectum tamquam vltima voluntas cenſendus erit: ſi autem in eo contractus tantùm ſolemnitas interueniat, quoad ordinationem quidem tamquam contractus, quoad effectum autem, ac reuocandi facultatem tamquam vltima voluntas iudicandus eſt. Cùm verò maioratus ſimpliciter fit, ita tamē, vt irreuocabilis ſit, proculdubio quoad omnia, inquit, tamquam contractus cenſendus, ac iudicandus erit; non diſtinguendo in hac ſpecie, an in eo maioratu ſolemnitas teſtamenti, vel ſolùm contractus interuenerit.

Porrò in caſibus, in quibus diximus, maioratum conſtitutum in teſtamento, vel contractu reuocari poſſe ab inſtitutore, † id accipiendum eſt, vt facere 413.
poſſit ſiue in totum reuocando, ſiue pro parte, aliquas eius conditiones mutando, aut detrahendo; vt tradit vterque Molin. ſenior quidem *d. tractat. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 2. num. 1.* iunior verò *d. diſput. 583. num. 2. verſ. ex l. 44.* Item poterit † va- 414.
lide, non tamen licitè citra reatum periurij reuocari, aut mutari maioratus ab eius inſtitutore, vbi in teſtamento, aut alia ſimili vltima voluntate inſtitutum iurauit inſtituens non reuocare; vt adnotauit Molin. iun. *d. diſput. 583. num. 2. & 3.* quoad reatum periurij ex iis, quæ idemmet adduxit *diſp. 151. col. 2. 3. & 4.* contra alterum Molin. *d. cap. 2. num. 2.* qui tamen hoc mihi non dicit, ſed ſolùm, quòd per iuramentum huiuſmodi maioratus, aut vltima voluntas, in qua fuit inſtitutus, irreuocabilis effici non poteſt: quod ego intelligo quoad validitatem poſterioris vltimæ voluntatis priorem iuratam reuocantis, aut immutantis, iuxta Doctor. quos ipſe allegat, & eos, qui validitatem huiuſmodi poſterioris voluntatis, ac ſimul reatum periurij admittunt, à nobis quoque cum pleriſque aliis ad id citatos ſuprà *cap. 5. quæſt. 1. concluſ. 12. limit. 1.* licèt vtrobique Molin. iun. contendat, inualidum eſſe poſteriorem huiuſmodi voluntatem, aut certè ipſum inſtitutum, ſeu eius heredem teneri ad intereſſe erga eum, qui ſucceſſurus erat in maioratu, quive futurus erat heres vigore prioris teſtamenti. idémque tradit *in d. num. 2. & 3.* necnon *cit. diſput. 151. col. fin.* de teſtamento cum maioratu in eo condito, † cui adiectum 415.
ſit pactum ex Principis facultate, aut confirmatione primum teſtamentum, aut maioratum iam inſtitutum non reuocandi: in quo expreſsè contrarium ſentit Molin. ſen. *d. cap. 2. num.* item 2. præcipuè ex Bald. *in cap. 1. num. 13. de conſtitut. vtil. vel inutil.* & Padill. *in l. clari, num. 18. C. de fideicom.* quorum opinio procedere poteſt de poteſtate ordinaria ſupremi Principis, appoſita verò de abſoluta. Denique maioratus, qui in teſtamento, aliáve ſimili vltima

416. vltima voluntate inſtituitur, † ſi traditio fiat ſub commemoratione huiuſmodi vltimæ voluntatis, & in eius executionem; talis maioratus, non obſtante bonorum illius traditione, reuocabilis erit: vt ex communi ſententia multis relatis tradit Molin. ſen. *d. cap.* 2. *num.* 19. *&* 20. iun. *dicto tract.* 2. *diſput.* 584. *num.* 4. ſecus tamẽ vterque futurum pariter ex communi docet, ſi ea traditio ex interuallo fiat, nec pro executione præcedentis inſtitutionis maioratus in vltima voluntate factæ. ſubdit autem idem Molin. ſen. *d. num.* 2. *in fin.* quòd ea primogenia, quæ in contractu ſiue ex regia facultate, ſiue abſque illa inſti-
417. tuuntur, † poſſunt multipliciter irreuocabilia fieri, nimirum traditione rerum maioratus vera, vel ficta, quæ fit per clauſulam conſtituti, vt tradunt, ſatiſque probant Molin. ſen. *d. cap.* 2. *num.* 3. *vſque ad* 7. & iun. *dicta diſput.* 583. *num.* 1. *&* 2. iuncta *diſput.* 584. *num.* item 1. vbi etiam cum Molin. ſen. *d. num.* 7. ait tunc comprehendi quoque bona futura; de quo aliquid mox dicetur. Ex iis verò, quæ ipſemet latè tra-
418. dit *diſput.* 12. *& ſeq.* vbi affert † modos veros, ac fictos, quibus poſſeſſio comparatur, ſentit, maioratus inſtitutionem irreuocabilem fieri ab inſtituente, ſi eiuſdem poſſeſſionem tradat quouis ex prædictis modis. ad clauſulam verò conſtituti reducitur precarium, & confeſſio, qua fatetur quis aut rem, eiúſve poſſeſſionem apud alium eſſe, aut ſe ab eo precario titulo illam rem habere; vt de precario docet Molin. ſen. *d. cap.* 2. *num.* 8. de confeſſione idemmet poſt alios *num.* 13. quem ſequitur iun. *d. num.* 1. de reſeruatione vſusfructus Molin. ſen. *d. cap.* 2. *num.* 10. *num.* autem 11. *&* 12. idem docet de traditione ſcripturæ coram tabellione, quem laudat iun. *d. num.* 1. *cum ſeq.* ſicut etiam *num.* 1. approbat eundem *num.* 14. poſt alios tradentem, maioratum irreuocabilem effici nominibus debitorum, ſi à parente eorum ceſſio fiat in illum, qui primo loco ad maioratus ſucceſſionem vocatus eſt. An autem ceſſio in his neceſſaria ſit ad maioratus irreuocabilitatem, paulo pòſt videbimus. Pariter in eo ambo conueniunt nonnullos ſequuti, ſenior quidem *d. cap.* 2. *num.* 16. *cum duobus ſeqq.* iunior autem *d. diſput.* 584. *num.* 3. quòd vbi maioratus inſtituitur ex cauſa oneroſa, quæ à tertio pendeat, vtputa quòd vocatus cum Berta contrahat, erit reuocabilis, donec is tertius conſentiat; tunc autem erit irreuocabilis. ſicut etiam in eo conueniunt, hic *diſput.* 585. *num.* 1. 2. *&* 3. ille *d. cap.* 2. *num.* 21. *vſque ad* 29. quòd ad hoc, vt maioratus inſtitutio contractu inter viuos facta irreuocabilis per traditionem fiat, etiam quoad futura, non eſt neceſſaria omnium bonorum traditio: vbi etiam, iuncto maximè quod tradit ſenior *num.* 31. *ac* 32. iunior *num.* 5. ſentiunt, in certis caſibus tunc ſufficere clauſulam conſtituti, etiam non exprimendo futura, in aliis autem quibuſdam ſecus. Rectè autem tradit Molin. iun. *num.* 4. ſenior *num.* 30. quòd, ſi inſtituens maioratum ex multis rebus, quæ erant in conſpectu, & ad eam diſpoſitionem attinebant, tradat vnam, nihil aliud exprimendo; tunc inſtitutio quoad reliquas res erit reuocabilis. ſicut etiam ille *d. diſp.* 585. *num.* 6. hic *d. cap.* 2. *num.* 35.
419. *vſque ad* 39. bene docent, quòd, † ſi maioratus conſiſtat in rebus corporalibus, & incorporalibus ſimul, tunc per clauſulam conſtituti efficitur irreuocabilis etiam quoad incorporalia, licèt quoad ea nec traditio eſſet facta, nec poſſeſſio tranſlata: cùm verò maioratus conſtat ex ſolis rebus incorporalibus, quales ſunt iuriſdictio, iura, actiones, ſeruitutes iam per conſtituentem acquiſita, tunc ſi conſtituens ea quaſi poſſidebat, iiſdémque vſus eſt poſt conſtitutum nomine conſtitutarij, per clauſulam conſtituti pariter fit maioratus irreuocabilis; neque neceſſaria eſt ceſſio: ſi autem non poſſidebantur res incorporales per conſtituentem, aut iis vſus non fuit nomine conſtitutarij poſt conſtitutum; tunc, licèt vterque Molin. poſt alios velint, ad tales maioratus irreuocabilem ſufficere conſtitutum, neque neceſſariam eſſe illorum iurium ceſſionem: tamen, vt fatetur Molin. ſen. *num.* 37. contrarium conformius eſt crebrioribus ſcribentium ſententiis, quæ habent, in his duobus poſtremis caſibus quaſi poſſeſſionem per conſtitutum non transferri; necnon doctrinæ Dec. *conſ.* 151. *num.* 3. Præterea irreuocabi-
420. lis fit inſtitutio maioratus † per adiectionem pacti de non reuocando, vt poſt alios latè probat Molin. ſen. *d. cap.* 2. *num.* 40. *in princ. & num.* 45. *vſque ad* 53. & iunior *d. tract.* 2. *de inſt. & iur. diſput.* 586. *num.* 1. *cum tribus ſeqq.* vbi etiam reſpondent ad fundamenta contrariæ ſententiæ relata per ipſum Molin. ſen. *d. num.* 40. *verſ. cæterum & num.* 40. *vſque ad* 44. & iunior *d. n.* 1. qua de re videri etiam poteſt, quod latè tradit Ant. Gabr. *comm. concluſ. lib.* 2. *tit. de iure-iur. concluſ.* 9. *num.* 2. *vſque ad* 11. ſimiliter fit irre-
421. uocabilis maioratus inſtitutio in contractu, † quæ ex regia facultate ita fit, vt ſit irreuocabilis; quod poſt Peralt. *in l.* 3. §. *qui fideicommiſſum, num.* 119. *& ſeq. ff. de hered. inſtit.* tradit Molin. ſen. *d. cap.* 2. *num.* 54. & iunior *d. diſput.* 586. *num.* 5. Vbi autem inſtitutioni maioratus in contractu adiectum ſit iura-
422. mentum, † tunc ſiquidem illud ſit interpoſitum in eum ſenſum, quo inſtituens maioratum affirmat, ſe eam inſtitutionem verè ita facere, adhuc remanet reuocabilis, vt docet Molin. iun. *d. diſput.* 586. *num.* 6. ex iis, quæ poſt Couar. & alios idem tradiderat in eo caſu de donatione cauſa mortis *diſput.* 287. quoniam tunc eſt iuramentum aſſertorium. Idem etiam ſub nomine iuramenti ſimpliciter interpoſiti docet ex communi Molin. ſen. *d. cap.* 2. *num.* 55. iuncto *ſeq.* ſi verò ſit adiectum pacto de non reuocando: tunc vterque Molin. ille *d. num.* 6. hic *d. cap.* 2. *num.* 56. poſt alios conueniunt, fieri irreuocabilem. diſſentiunt autem in iuramento adiecto pacto de ratum habendo, ſeu non contraueniendo. Nam hic *num.* 57. poſt nonnullos, quos retulit *num.* 46. ſentit, tunc non reddi maioratus inſtitutionem irreuocabilem, niſi tale iuramentum adeò emixè fuerit appoſitum, vt etiam reuocationem comprehendat; ille verò plures ſequutus abſolutè ſentit, per illud iuramentum de non contraueniendo reddi inſtitutionem maioratus irreuocabilem; per id, quod ipſemet de donatione cauſa mortis docuerat, iuramentum de non contraueniendo includere iuramentum de non reuocando. Sicut pariter in eo diſcordant,
423. an † in prædictis caſibus, in quibus inſtitutio maioratus in contractu facta irreuocabilis fit, requiratur acceptatio vocati ad maioratum: cùm Molin. ſen. id affirmando contendat *d. cap.* 2. *à num.* 58. *vſque ad* 66. ita vt nec notarij pro eo acceptatio ſufficiat ad hoc, vt vocato ad maioratum abſenti irreuocabiliter ad eum vtilis actio acquiratur ſine ceſſione ante eius ratihabitionem; vt idemmet latè confirmat *à num.* 67. *vſque ad* 72. at verò Molin. iunior *d. tract.* 2. *de inſt. & iur. diſput.* 587. *in princ. & num.* 1. ex iis, quæ idem latiùs adduxit *d. tractat.* 2. *diſput.* 263. *cum duabus ſeqq.* docet, non ſolùm quando maioratus acceptatus eſt à tertio priuato nomine abſentis, nedum à tabellione miniſtro publico; ſed etiam quando à nullo eſt acceptatus, modò inſtitutor intenderit ſe obligare ad eum non reuocandum, non poſſe reuocari. Item ſi inſtitutio confirmetur iramento eam non reuocandi, ſi ſeclúſo iuramento eſſet reuocabilis, vi iuramenti irreuocabilem

reddi

reddi etiam ante acceptationem. Præterea acceptationem tabellionis etiam extra iudicium nō ſolùm parere actionem vtilem abſenti ante acceptationem ipſius dependenter ab eiuſdem ratihabitione; ſed etiam efficere irreuocabilitatem ab eadem ratihabitione ſimiliter dependentem. Conueniunt rurſus in eo ambo, iun. quidem *d. num.* 1. *& citat. tract.* 2. *diſput.* 265. *num.* 8. *verſ. in primis*; ſenior autem *d. cap.* 2. *num.* 75. quòd quia in maioratus inſtitutione ordine quodam in perpetuum ſuccedunt illi de familia, ſufficit, quòd acceptatio fiat à primo vocato, & ſufficit tacita; vt ex communi plurib. relatis tradunt Molin. iun. *d. tract.* 2. *diſput.* 264. *num.* 6. & ſen. *d. cap.* 2. *num.* 76. licèt vterque loquatur generatim in donatione, ſeu promiſſione; ſicut & Doct. quos allegant, & ij, quos pariter refert, ac ſequitur Thom. Sanchez *in tract. de matrim. lib.* 1. *diſput.* 6. *num.* 11. in qua diſput. ac ſeq. per tot. vniuerſam hanc rem de viribus donationis, ſeu promiſſionis ante acceptationem, quidque hac in re poſſit tabellio, aut tertius etiam ad fauorem piæ cauſæ: qua de re nos quoque aliquid diximus ſuprà *cap.* 4. *quæſt.* 7. *eáque poſtuma, concl.* 3. Nunc verò pro complemento huius primi principalis caſus, ſeu modi, quo maioratus inſtitutio reuocari poteſt, ſeu ei derogari, nimirum ex parte inſtitutoris, nonnulla hoc loco ſubiicienda ſunt, in quibus pariter vterque Molin. 424. conuenit. illud autem primum eſt, quòd, † licèt maioratus regia facultate præcedente inſtitutus ex acceptatione, atque poſſeſſionis traditione, vel ex cauſa oneroſa irreuocabilis effectus fuerit, his non obſtantibus reuocare poterit ſi in regia facultate fuit adiectum, quòd poſt maioratus inſtitutionem poſſit eius inſtitutor illum liberè reuocare. ita Molin. ſen. *d. cap.* 1. *num.* 78. quem ſequitur iun. *d. diſp.* 587. *num.* 2. vbi poſt Molin. ſen. *d. cap.* 2. *num.* 79. ſubiicit pro cautela formulam, qua, non obſtante mox memorata clauſula adhuc maioratus inſtitutio irreuocabilis fiat. Aliter um, in quo conueniunt Molin. ſen. *d. cap.* 2. *num.* 80. *cum ſeq.* & iun. *vbi ſuprà num.* 3. *&* 4. illud eſt, quòd, licèt maioratus prædictis modis 425. irreuocabilis effectus ſit; adhuc reuocabilis erit † in caſibus, quibus de iure donatio inter viuos perfecta reuocari poteſt; vt propter ſuperuenientiam liberorum, iuxta *l. ſi vnquam, C. de reuocan. donat.* de qua præter Doct. maximè Tiraq. *ibi*, latè etiam tractat Iul. Clar. *§. donatio, quæſt.* 22. & Molin. iun. *d. tract.* 2. *diſput.* 282. ita tamen, vt, ſi maioratus in perſona filij inſtitutus fuit, non modò cùm plures, ſed & cùm vnicus filius aderat tempore inſtitutionis, reuocetur ſolùm vſque ad legitimam filij vel filiorum ſupernaſcentium. Id autem contingit ex 426. † tacita mente ipſius donantis, & (in caſu noſtro) inſtituentis maioratum, qui ſi ſuperuenientiā filiorum præuidiſſet, non donaſſet; vt communiter Doct. adnotarunt *in d. l. ſi vnquā.* Sic etiam ex eadem ratione reuocatur ſeu reuocari poteſt à donante donatio, atque adeò etiam inſtitutio maioratus ab eius inſtitutore, ob ingratitudinē donatarij, ſeu vocati ad maioratum: prout generatim de donatione eſt text. *in h. ſi nul. C. de reuocan. donat.* latéque tradit Iul. Clar. *d. §. donatio, quæſt.* 21. *per tot.* à Molin. iun. *d. tract.* 2. *de inſt. & iur. diſp.* 281. ſpeciatim verò de maioratu, ſiquidem agatur de ingratitudine commiſſa à poſſeſſore maioratus erga ſuum anteceſſorem, qui illius inſtitutor non ſit, eo priuari, ſi inſtitutor ita in inſtitutione cauit, aliàs non, poſt Molin. ſen. *lib.* 1. *de Hiſpan. primog. cap.* 9. *num.* 2. & 3. & alios tradit Molin. iun. *d. tract.* 2. *diſput.* 654. *num.* 1. *cum duob. ſeqq.* vbi *num.* 4. *cum trib. ſeqq.* tractat, quando maioratu inſtitutio aut ex legitima ad eum vocati, aut ita, vt alio heredis titulo, quàm ex legitima, aut etiam titulo legati, fideicommiſſi, donationis, vel contractus inter viuos reuocabiliter, vel irreuocabiliter ad aliquem deueniat; ſucceſſor præuandus illo ſit, aut non ob ingratitudinē, aut aliud delictum ab eo commiſſum in inſtitutorem: & quando maioratus commoditas eo viuente ad fiſcum pertineat. Pari etiam ratione inſtitutio maioratus per contractum facta ob cauſam cauſa non ſecuta, † ex vo- 427.
luntate inſtituentis ea inſtitutio reuocaretur, aut reuocari ab ipſo inſtituente poſſet, per id, quod de donatione ob cauſam cauetur *in l.* 1. *C. ac donat. quæ ſub mod.* vbi non modò conditio ex lege, ſeu actio perſonalis, ſed etiam vendicatio, ſeu actio realis, quæ dominium ſupponit, datur donanti, ſi modus, ſeu cauſa donationis non impleatur: qua de re præter Doct. *ibi* videri etiam poteſt Molin. iun. *d. tract.* 1. *de inſt. & iur. diſput.* 208. *cum ſeq. & diſput.* 286. Poſtremum in quo hac de re conueniunt vterque Molin. illud eſt, quòd, † cùm maritus, & vxor de 428.
communibus bonis in aliqua vltima voluntate, aut etiam contractu inter viuos inſtituunt reuocabiliter maioratum, iuxta ſupradicta; licèt per mortem alterius irreuocabilis fiat talis inſtitutio; reuocabilis tamen remanet quoad portionem ſuperſtitis, niſi alter coniugum ex alterius conſenſu ſolus de communibus bonis maioratum inſtituiſſet: tunc enim per mortem ſolius inſtituentis quoad omnia illa bona irreuocabilis fieret talis maioratus. ita poſt plurimos, quos refert, tradit Molin. ſen. *d. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 84. quem ſequitur communem aſſerens Molin. iun. *d. tract.* 2. *de inſt. & iur. diſp.* 152. Atque hæc de primo principali caſu ſeu modo, quo maioratui, ſeu primogenituræ expreſsè, vel tacitè, ſeu præſumptè derogatur, nimirum ex parte inſtituentis.

Secundò principaliter derogari poteſt maioratui per illius poſſeſſorem, ſeu ſucceſſorem inſtituentis, id autem potiſſimùm contingit † in caſibus, quibus eidem poſſeſſori, ſeu ſucceſſori in maioratu li- 429.
cet aliqua illius bona alienare. Quorum *primus* alios continens eſt, vt † pro ſanandis debitis, ſeu diſſoluendo ære alieno eius, qui maioratum inſtituit in vniuerſa hereditate, poſſit in ea ſuccedens bona aliqua maioratus diſtrahere; quoniam ad inſtitutoris debita vniuerſa ſoluenda tenetur: ſic tenet Molin. ſen. *d. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 1. quod probat *num.* 2. & latiùs proſequitur *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 1. 2. *&* 3. ſatiſque confirmat etiam Molin. iun. *d. tract.* 2. *de inſt. & iur. diſp.* 640. *num.* 1. vbi apertè quoque conſenſit Molinæ ſen. *num.* 4. docenti poſt alios, id ſic intelligendum, ac temperandum eſſe, vt priùs ſatisfiat creditoribus de bonis liberis inſtituentis ſi illa ex portione maioratus ſucceſſori delata ſuperſint; & eis non exantibus, de fructibus bonorum fideicommiſſi; illiſque non ſufficientibus, ſatisfiat ex rerum vinculatarum diſtractione. Addit verò Molin. iun. *d. num.* 1. etiam † de legatis à defun- 430.
cto relictis, ſumptibus neceſſariis, vt impenſæ funeris, inuentarij, & aliis ſimilibus: eaque omnia poſſe ſoluenda eſſe ex bonis mobilibus; quòd ſi hæc non ſufficiant, diſtrahenda eſſe immobilia, quantùm ſatis ſit ad illa omnia perſoluenda, licèt defunctus præceperit ea non alienari; addit præterea quòd non ſolum primus, qui inſtitutori hereditario iure ſuccedit in maioratu, tenetur ex bonis inſtitutoris eius debita perſoluere, ſed etiam † quicumque 431.
alius in eo maioratu vlteriùs ſucceſſerit, ſi debita aliqua non ſoluta eiuſdem inſtitutoris compareant, etiamſi ad id opus ſit vendere aliqua de vinculo maioratus; conſentit Molin. ſen. *d. cap.* 10. *num.* 1. ſicut etiam vterque tradit, ille *num.* 2. hic *num.* 5.

idem

idem eſſe de maioratu inſtituto in teſtamento de vniuerſis, ſeu omnibus bonis. *ibidem* autem vterque tradit, aliud eſſe dicendum, ſi in contractu, aut alia vltima voluntate inſtitutus ſit maioratus in
432. omnibus, vel vniuerſis bonis, quoad hoc,† vt actiones paſſiuę tranſeant in ſucceſſorem maioratus: licèt quoad effectum, vt alienentur bona maioratus, vbi opus ſit, pro ſanandis debitis inſtituentis, parum differat; quia nimirum creditores inſtitutoris actionem habent contra hunc poſſeſſorem maioratus, vt, quod ex ære alieno haberet, reſtitueret ad illud ſoluendum, vel ad hunc effectum petere poſſent dari curatorem hereditati defuncti, qui eum repræſentet, necnon conueniri ad id poſſit. ſubdit verò vterque Molin. ſen. quidem *num.* 6. *&* 7. iun. autem *num.* 3. quòd, ſi maioratus ſit teſtamento inſtitutus ex quota hereditatis titulo ſiue heredis, ſiue legatarij, actiones quoque prædictæ paſſiuæ in ſucceſſorem tranſeunt pro rata portionis hereditatis: ſecus quoad hoc fore docentes, ille *num.* 8. hic *num. 4. in princ.* quando maioratus inſtitutus fuit ex quota bonorum: quod & multò magis verum eſt in maioratu inſtituto ex certa re, vel ex certis rebus; vt ex Molin. ſen. *d. cap.* 10. *num.* 10. & communi tradit Molin. iun. *d. num.* 4. *verſ. multo minus.* qui vterque mouetur, quia actio perſonalis non ſequitur poſſeſſorem rei, aut rerum particularium. ſic & vterque, ſen. *num.* 12. iun. *d. num.* 4. *verſ. quod dictum eſt*, ſecus eſſe tradunt in actione reali: & ille *num.* 11. hic *num.* 5.
433. docent, quòd † in omnibus caſibus, in quibus dictum eſt, poſſeſſorem maioratus teneri ad debita inſtitutoris, accipiendum eſt, niſi debita contracta eſſent poſt maioratum irreuocabiliter inſtitutum. Atque hæc quoad ſolutionem debitorum inſtituentis maioratum, ob quam aliqua eius bona ſucceſſori alienare licet. Inter hæc autem debita inſtitutoris
434. computanda ſunt † ad hunc effectum dos, & alimenta, ad quæ ipſe inſtitutor tenebatur tam erga proprias filias, vel filios, quàm etiam erga filias, vel filios filiorum ſuorum etiam illegitimorum, deficientibus aliis bonis liberis, vel fructibus ad id ſufficientibus: vt ſatis probat Molin. ſen. *d. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 19. & iun. *diſp.* 648. *num.* 4. ſecus *ibidem* tradens fore, vbi inſtitutor ad ea non teneretur; quod & pluribus comprobat Molin. ſen. *d. cap.* 6. *num.* 20. *vſque ad* 25. vbi infert, Hiſpanorum primogenia nec ex cauſa conſtitutionis, nec reſtitutionis dotis temporalis vel ſpiritualis, aut donationis propter nuptias, nec pro alendo maioratus poſſeſſore, eiúſve liberis, aut pro illis redimendis, aliiſve cauſis ad quas Doct. extendunt *auth. res, quæ, C. de fideicomm.* (& de quibus nos *quæſt. præced. concl.* 4. cum multis ſeqq.) abſque regia facultate alienari poſſe, niſi ad id maioratus inſtitutor adſtrictus eſſet, quod & ſatis ſentit, ac probat Molin. iun. *d. num.* 4. iuncto *num.* 2. eiuſdem diſput. Sicut etiam vterque Molin. ſenior quidem *d. cap.* 6. *num.* 26. *cum ſeq. & cap.* 4. *num.* 10. *&* 11. iun. *d. num.* 4. *in fine*, contra alios tra-
435. dunt, † non poſſe ſine regia facultate alienari res maioratus, vt in vtiliores conuertantur. Ex eo porrò, quod diximus in priori huius poſtremæ doctrinæ parte, ſumere licet plures caſus, in quibus poteſt poſſeſſor maioratus eius bona alienare. Alter verò caſus alios & ipſe continens, (iſque ſecundi loco ſit,) ille eſſe poteſt, qui verſatur circa debita prædeceſſoris in maioratu, qui non ſit eius inſtitutor, per ſucceſſorem in ipſo maioratu perſoluenda. In eo verò diſtinguendum eſt cum Molin. ſen. *d. cap.* 10. *num.* 15. & iun. *d. tractat.* 2. *diſput.* 641.
436. *num.* 1. quòd, † aut ea debita contracta ſunt pro conſeruatione, & vtilitate maioratus, aut pro vtilitate, vel libito prædeceſſoris. Et ſanè vbi contracta ſint pro conſeruatione, & vtilitate maioratus, ſiquidem interuenit regia facultas ad ea debita contrahenda, vel bona maioratus pro illis hypothecanda, onus ea ſoluendi tranſit ad ſucceſſores in maioratu; poterúntque aliqua eius bona ad id alienari, vbi aliàs commodior modus non occurrerit. quòd ſi abſque regia facultate contracta ſint: tunc aut contracta ſunt ex cauſis ad perpetuam conſeruationem maioratus neceſſariis, ita, vt aliàs res maioratus perirent, aut valde redderentur deteriores; aut ex cauſis ad perpetuam maioratus conſeruationem, & vtilitatem voluntariis, quia ſcilicet ſine illis res maioratus perſeuerarent quidem ſine notabili detrimento; attamen expenſæ illæ vtiliores in perpetuum res maioratus reddiderunt: aut denique ſunt contracta ex cauſis, quæ ad fructuum collectionem attinebant, vel ad impenſam, quam maioratus poſſeſſor facere tenebatur. Et quidem in poſtremo ex his tribus caſibus ſucceſſor in maioratu non tenetur ſoluere huiuſmodi debita, neque anteceſſor potuit pro illis obligare bona maioratus: ita Molin. iun. *d. diſput.* 641. *num.* 2. poſt Molin. ſen. *d. cap.* 10. *num.* 18. *in princ. ac verſ. hoc igitur*, necnon *num.* 23. *verſ. ſi verò, num.* 24. *in princ. & num.* 27. *in fin.* ex ſuo tamen tenetur ſucceſſor cõtribuere ad expenſas vtiles pro rata vtilitatis, quæ ad eum peruenerit; vt *ibidem* ſentit vterque Molin. In ſecundo bona maioratus non manent obligata pro eiuſmodi debitis ſine regia facultate contractis; neque alienari poſſunt ad ea debita ſoluenda: ſic Molin. iun. *d. diſput.* 641. *numer.* 3. & Molin. ſen. *d. numer.* 18. *verſ. hoc igitur. & d. numer.* 27. *verſ. ſi verò*, iuncto *verſ. ſeq.* In primo autem debita ſoluenda eſſent de bonis maioratus pro eis obligati; atque ad eorundem ſolutionem tenerentur ſucceſſores in maioratu modo per ipſum Molin. iun. initio eiuſdem diſput. circa quendam cenſum explicatorie idem Molin. iun. *ead. diſput. numer.* 4. *in princip.* poſt ſen. *d. cap.* 10. *numer.* 15. *&* 25. Quin etiam Molin. iun. *ibid.* ait ſe idem putare quoque in expenſis ita vtilibus maioratui, vt longè minores ſint ipſa vtilitate. *verſ.* autem *dubium eſt*, idipſum tradit vbi debita hæc contracta ſint pro reparandis, reficiendis, aut de nouo conſtruendis ædificiis maioratui neceſſariis; ex latiùs adductis à Molin. ſen. *d. cap.* 10. *num.* 18. *verſ. ſi verò debita, vſque ad* 23. vbi vterque id declarat: de quo etiam idem Molin. ſen. *d. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 28. Et hæc de primo membro huius ſecundi caſus principalis, quando nimirum debita contracta ſunt pro conſeruatione, & vtilitate maioratus. In ſecundo autem membro eiuſdem caſus principalis, quando contracta ſunt pro vtilitate, neceſſitate, vel vtilitate poſſeſſoris maioratus; ſiquidem ſucceſſor in maioratu heres ſit illius poſſeſſoris qui debita contraxit, ad ea tenebitur, non tamen ex bonis maioratus, ſed aliis hereditariis pro hereditaria portione, ac iuxta illius vires ſi inuentarium confecit, vt ſatis probat Molin. ſen. *d. cap.* 10. *num.* 28. & iun. *d. diſput.* 641. *num.* 5. ſi verò non fuit heres illius, nullo modo ad ea debita tenebitur; vt ex communi aliis relatis reſoluit Molin. iun. *d. diſput.* 641. *numer.* 6. poſt ſen. *d. cap.* 10. *numer.* 29. qui etiam *numer.* 31. *cum duobus ſeqq.* ſatis contra alios probat, ſucceſſorem in maioratu non teneri ad ſolutionem debitorum contractorum pro neceſſaria ſuſtentatione vltimi poſſeſſoris maioratus, aut eius funere, aut pro exoneratione conſcientiæ illius, licèt parua ſint, quando eius heres non fuit; eúmque ſequitur Molin. iun. *d. diſput.* 641. *num.* 7. *in fin.* Alios autem caſus, in quibus poteſt

possessor maioratus, seu in eo successor derogare illius institutioni eiusdem conditiones alterando, aut nouas adiiciendo, colligere licet ex Molin. sen. *d. tract. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 8. num. 20. vsq. ad 27. & num. 34. 35. 36. & 38.*

Tertiò principaliter alienari aliquãdo possunt bona maioratus partim per heredem institutoris maioratus, vel successoris in eo, partim per ipsum successorem, ac possessorem in maioratu, seu vocatũ ad ipsum; nimirum per compromissum, vel transactionem: quæ † à iure æquiparantur; vt per text. *in auth. si verò contigerit, & auth. si quando, C. de ind.* & in corp. vnde sumitur, post alios tradunt Molin. sen. *d. lib. 4. cap 9. num. 1.* & Redoan. *tract. de reb. Eccl. non alien. quæst 1. num. 8. & quæst. 2. cap. 36. num. 15.* notauitque etiã idem Molin. iun. *d. tract. 2. de inst. & iur. disp. 556. num. 6. & 7. ac disput. 557. num. 1.* Quamuis enim regulariter † hæc fieri non possint de rebus vinculatis, & alienari prohibitis, vt probat Redoan. *d. num. 15.* & Molin. iun. *d. num. 1. vsque ad 6.* ex communi post Molin. sen. *d. cap. 9. num. 7. & 8.* vbi *vsque ad num. 19.* idem in specie tradit de bonis maioratus; simúlque tollit ea, quæ obstare videbantur, per eum adducta *n. 2. vsque ad 6.* Tamen id fallit in nonnullis casibus: quorũ *Primus* est, cùm trãsactioni, aut compromisso accessit facultas, vel confirmatio Principis supremi ad præcidendas lites, & odia, grauiaque damna; aut similem ob causam: vt satis probat vterque Molin. sen. quidem *d. cap. 9. num. 10. & seq.* iun. autem *d. disp. 557. num. 7.* vbi etiam vterque id extendit siue maioratus institutus sit cum Principis ipsius facultate, siue sine ea. iunior autem extendit præterea tum ad Romanũ Pontificem in iis, quæ ad Ecclesiã, ipsiúsve iurisdictionem spectant; tum ad transactiones, & compromissa † inter duos supremos Principes de re aliqua, quam vterque contendit ad suam coronam pertinere. *Secundus* est, quando per transactionẽ res inalienabilis retinetur per eum, qui alienare non potest, data pecunia, aliáve re alienabili. ita post alios ex communi Molin. sen. *d. cap. 9. num. 22.* & iun. *vbi sup. num. 8.* quod idem in Ecclesia, vel minore pluribus comprobat Redoan. *d. quæst. 2. cap. 1. num. 2. cum seq. & quæst. 55. num. 64. & 65.* Prædictũ verò casum quoad bona maioratus declara vt per Molin. sen. *d. cap. 9. num. 23. vsque ad 27.* ac iun. *d. num. 8.* quòd nimirum † non possit possessor maioratus, eiúsque heres id, quod datũ est pro transactione à successione, aut ex bonis maioratus exigere, nisi ea transactio fuerit necessaria, vel summè vtilis maioratus cõseruationi, vbi pro ea mutuam pecuniã accepit, & illam exigere tempore solutionis protestatus fuit: quódque nulla esset talis transactio, quando, qui petit rem, eam petit vt maioratui subiectã, sed solùm cùm eam petit, vt liberã. *Tertius* casus in hoc tertio casu principali est, quando transactio, aut cõpromissum essent necessaria, quia præciperentur à statuto iudicis sententia, aut à Principe ex iusta causa. ita post alios Molin. sen. *d. cap. 9. num. 28. cum duobus seqq. &* iun. *d. disput. 557. num. 9.* subdens vterque tale statutũ in dubio non esse intelligendũ de personis alienare prohibitis, nisi id exprimat. *Quartus* casus in hoc eodẽ tertio casu principali est, † vbi omnes vocati ad maioratum tunc viuẽtes compromisso, seu transactioni consentiant; idque quoad ipsos tantùm; argum. *l. quoties ab omnibus. C. de fideic.* ita Molin iun. *d. disput. 557. num. 10.* & latiùs sen. *d. cap. 9. num. 31.* iuncto eo quod tradidit *lib. 1. c. 8. n. 27.* qui etiam *d. cap. 9. n. 32. vsque ad 36.* laudatus à Molin iun. *d. num. 10* fusè docet, † aduersùs has transactiones, & compromissa, licèt Principis auctoritate facta, opponi ea posse, quæ contra alias transactiones opponi possunt, vt rescindantur; vtputa læsionẽ vltra dimidiam, aut vim, vel metum. vterque autẽ Molin. ille *num. 37. cum seq.* hic *num. 11.* has actiones ad summũ præscribi spatio triginta annorũ etiam quoad successores maioratus in infinitũ: cùm alioqui regulariter † præscriptio longi quidem temporis nullo modo admittatur in rebus maioratus, sed sola longissimi temporis; ea verò nullatenus præiudicet nascituris: vt idem Molin. sen. latiùs tradit *eod. lib. 4. cap. 10. num. 1. & 2.* iuncto *n. 3.* quod tamen limitat *num. 4. & 5.* vbi præscriptio in vita institutoris, & ante maioratus institutionẽ cœpta fuerit. *num.* autẽ 6. vbi noua præscriptio inchoetur contra successorem in iis maioratibus, quorum possessio & dominiũ adueniẽte die successionis non transit in successorem, non obstante alienatione à prædecessore facta. *& num. 7. cum seq.* quando res maioratus expressè alienari prohibentur. quod tẽperat *num. 9.* nisi in maioratu dictum sit quòd possessore maioratus eius bona alienante dominiũ, & possessio transeant in successorem, ac si possessor naturaliter mortuus fuisset. *num.* denique 10. limitat in præscriptione immemorabilis temporis. His autem addi possunt ea, quæ de præscriptione generatim quoad fideicommissi derogationem dicemus *quæst. seq.* vbi de priuata auctoritate ei derogandi agendum erit. Interim verò hinc sumere licet *Quintum* principalem casum, seu modum, quo maioratui, qui species quædam est fideicommissi, derogari potest, nimirum per præscriptionem: iámque ad reliquos transeamus.

Quintò igitur principaliter maioratui derogari potest † per Principem supremum saltem ex iusta causa, tum illud reuocando, eiúsve aliquas conditiones, & qualitates vel tollendo, vel immutando; tum facultatem concedendo, vt aliqua illius bona in totum alienentur, vel cum aliis permutentur, aut etiam obligentur: vt constat ex latiùs adductis per Molin. sen. *d. tract. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 8. num. 28. vsque ad 33. & lib. 4. cap. 3. & 4.* ferè per tot. necnon per Molin. iun. *d. tract. 2. de inst. & iur. disput. 174. concl. 5. 6. & 7. & disput. 649. vsque ad 653.* vbi vterque multa pro huius rei declaratione afferunt. sicut & Molin. sen. *d. lib. 4. cap. 5.* illud fusiùs tractat, vtrùm huiusmodi facultates ad bona maioratus alienanda à supremo Principe concessæ extendantur de casu ad casum, vel de persona ad personam: quæ omnia ne nimis longum faciam prætermitto, satis esse existimans pro iis ad hos duos auctores rem hanc diligẽter pertractantes candidum lectorem remisisse. In eo tamen duplici articulo, an possit Princeps maioratui quoad alienationem derogare, non obstante speciali huius prohibitione ab eius institutore facta, etiam de non vtendo facultate concessa; & an huiusmodi prohibitionis mentio facienda sit in impetratione prædictæ facultatis, aliquid dicemus infrà *quæst. 6. concl. 7. huius cap.*

Sextus autem, & postremus principalis casus, seu modus, quo maioratui derogari potest, † erit per iudicis sententiam: nam ex sententia in rem iudicatam transacta solent bona primogeniei, seu maioratui subiecta interdum libera effici, atque in alienas familias transire. ita Molin. sen. *d. lib. 4. cap. 8. num. 1.*, quia res alienari prohibita ex sentẽtia iudicis fit alienabilis. *l. 3. §. item quari potest.* ibi; nam & hic valebit alienatio propter rei iudicatæ auctoritatem, *ff. de reb. eor. l. peto. §. prædiũ, ff. de legat. 2.* idem sentiũt alij, quos *ibidem* refert Molin. sen. *n. 2. & 3.* & iun. *d. tract. 2. de inst. & iur. disput. 647. num. 2.* Quæ regula extenditur, vt sententia lata cum maioratus possessore cæteris omnibus successoribus in infinitum non citatis etiam per edictum, seu generale proclama, aut aliàs non

non certioratis præiudicet. ita pluribus relatis ex communiori reſoluunt, ac probant Molin. ſen. *d. n. 3. cum ſeq.* & iun. *d. n. 2. & 3.* præcipuè per text. *in l. 1. §. quamuis, verſ. denunciare, & verſ. denunciari, ff. de ventr. inſpic. l. ex contractu, ff. de re iud. l. ſi patroni, §. fin. ff. ad Trebell. & l. ſi ſuperatus, verſ. atqui, ff. de pignor.* Et non ſolùm ſententia cum poſſeſſore maioratus lata, ſed etiam † omnia ipſius iudicij acta 446.
ſequentibus ſucceſſoribus præiudicium afferūt, prout per text. *in cap. inter dilectos, §. atteſtationes, de fid. inſtrum.* & alia iura ex communi tradit Molin. iun. *d. diſp. 647. num. 4.* poſt ſenior. ex aliis quoque iuribus, ac multorum ſententia idem latiùs docentem vbi ſupra *num. 5.* qui etiam *num. 6.* pluribus comprobat,
† inſtantiam cœptam cum maioratus poſſeſſore in 447.
ſequentes ſucceſſores pertranſire, maximè verò per text. *in l. in iudicio, ff. famil. erciſcun.* eum verò ſequitur Molin. iun. *d. num. 4.* addit autem vterque ex Bald. & Angel. quòd ad hoc, vt inſtantia cœpta cum poſſeſſore maioratus tranſeat in ſucceſſorem, non eſt neceſſaria litis conteſtatio, ſed ſufficit ſimplex citatio, vel ſola libelli oblatio. Prædicta verò regula cum aliis, quæ circa eam dicta ſunt, procedunt, dummodo poſſeſſor maioratus bona fide, ac ſine dolo ſeu colluſione, diligentérque in proſequenda lite verſatus ſit, vt ſatis probat Molin. ſen. *d. cap. 8. num. 7.* & iun. *d. diſput. 642. num. 5.* ſubdens ex Molin. ſen. *num. 8. & 9.* qui alios citat, quòd probata fraude, & colluſione ſententia neque etiam ei nocebit, contra quem lata eſt: probari autem fraudem, ſeu colluſionem eo ipſo, quòd principalis non cutauit deducere, vel exhibere iura ſua. ſubiicit præterea Molin. iun. *d. num. 5.* ex Molin. ſen. *d. cap. 8. num. 10.* vbi alios citat. Idem dicendum, quando maioratus poſſeſſor bona fide, & diligentiſſimè litem tractauit, ſed à ſententia non appellauit, aut ſupplicauit, cùm opus erat, vel deſeruit appellationem interpoſitam, aut ſupplicationem iam porrectam, vel obtentam, vt nimirum liceat ſucceſſori in maioratu appellare, aut ſupplicare, decretámve appellationem, vel ſupplicationem proſequi. Hoc autem declarat *ibi.* Molin. iun. partim etiam ex quibuſdam eiuſdem Molin. ſen. annotationibus, quæ in fine illius operis habentur. Idem verò Molin. ſen. *d. cap. 8. num. 11.* quem ſequitur iun. vbi ſuprà *num. 6.* poſt alios tradit, quòd vbi viuente maioratus poſſeſſore non ipſe, ſed ſequens ſucceſſor litem mouit cuidam tertio, qui etiam eius maioratus ſucceſſionem prætendebat, ea lis ſolis ipſis litigantibus præiudicabit: ſi autem ea lis à ſucceſſore in maioratu tractetur cum poſſeſſore circa illum excludendum ab aliquo iure in eo maioratu; tunc, quoniam agitur de iure præſenti ipſius poſſeſſoris maioratus, vtique ea lis cæteris ſucceſſoribus præiudicium afferet. Atque hæc de prima huius quæſtionis concluſione; cuius neceſſariam prolixitatem, quòd ſingulos principales modos maioratibus, ſeu primogeniis derogandi ſimul collectos contineret, ſequentium concluſionū ſufficienti breuitate compenſabimus: in his enim concluſionib. vbi nobis agendum eſt, quibúſnam fideicommiſſis derogari poſſit, huius rei tum explicatio, tum etiam confirmatio ſumenda potiſſimùm eſt ex iis, quæ ſuprà *cap. 4.* generatim hac in re de vltimis voluntatibus, quænam videlicet commutari poſſint, fusè tradidimus: vt enim iam non ſemel hoc ipſo cap. docuimus, præſertim verò *quæſt. 1.* poſt medium, in explicatione priorum verborum definitionis, quam attulimus, derogationis fideicommiſſorum, derogatio ipſa fideicommiſſi eſt quædam vltimæ voluntatis commutatio, eiúſque propria ſpecies: valet autem argu-
448. mentum † à genere ad ſpeciem, *l. 1. §. fin.* iuncta *gloſ.*

ff. de ſuis, & leg. hered. l. ſemper, ff. de reg. iur. cum aliis adductis per Euerard. *in loc. a gen. ad ſpeciem.* Bellon. *de argum. leg. cap. 5.* & Vigel. *in Dialect. iur. hoc. a gen.* & nos *in tract. de Conſernat. iudicib. cap. 7. quæſt. 8. ſuppoſ. 3.* ſeu *num. 396. vſque ad 408.*

SECVNDA igitur CONCLVSIO in hac quæſt. ſit. Derogari ſaltem aliquando poteſt † tam 449.
fideicommiſſis propriè ſumptis, hoc eſt, quæ fiunt in teſtamentis, codicillis & aliis ſimilibus vltimis voluntatibus, ſeu in diſpoſitionibus cauſa mortis, quàm impropriis, quæ fiunt nónumquam in contractibus, ſeu in diſpoſitionibus, quæ inter viuos dicuntur. Prior pars huius concluſ. probatur tum ex iis, quibus ſuprà *d. cap. 4. quæſt. 1.* circa initium, generatim docuimus, commutari ſaltem aliquando poſſe prædictas vltimas voluntates, ſeu diſpoſitiones cauſa mortis, quas genus eſſe ad fideicommiſſa paulò antè admonuimus: tum ex iis, quæ in ſpecie derogationis fideicommiſſorum adduximus *quæſt. præced.* ferè per tot. maximè *concl. 3. cum ſeqq.* & paſſim adducemus in reliquis penè omnibus quæſtionibus præſentis cap. præcipuè verò ex *l. legatum, ff. de uſu, & uſuſr. leg. ac l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinen.* Poſterior autem pars huius concl. probatur tum ex iis, quibus nos ſuperiùs *d. cap. 4. quæſt. 1.* paulo poſt initium, vſque ad finem, & *cap. 5. quæſt. 1. concl. 2. 3. & 4.* generatim oſtendimus, aliquas voluntates, ſeu diſpoſitiones inter viuos commutari poſſe, ac præſertim ex *Clement. quia contingit*, iuncta *gloſ. verbo, largitione, de relig. dom. l. cùm hi, §. hæc oratio*, iuncto *§. eam tranſactionem, & §. ſi cui, ff. de tranſact.* necnon ex text. *in l. ex poſitione, & l. ſi quis ſui, ff. de pollicit.* tum ex iis, quæ in ſpecie fideicommiſſorum in contractibus relictorum latiùs agit Peregr. *in ſuo tract. de fideicomm. art. 51.* ferè per tot. iunctis iis, quæ quoad derogationem, ſeu mutationem, ac reuocationem maioratuum in contractibus inſtitutorum fusè diſſeruimus *concl. præced.* maioratus enim ſpecies quædam eſt fideicommiſſi, vt conſtat ex iis, quæ ſuprà hæc ipſa quæſt. in prima ſuppoſit. adduximus.

TERTIA CONCLVSIO. Fideicommiſſis tum particularibus, tum vniuerſalibus † derogari 450.
poteſt. Quoad particularia text. ſatis apertus eſt *in d. l. legatum, ff. de uſu, & uſuſr. legat. in fine*, ibi; igitur adhibitis heredibus, & primoribus ciuitatis diſpiciendum eſſe, in quam rem conuerti debeat fideicommiſſum: ſuperius verò expreſsè dictum fuerat de legato, ſeu fideicommiſſo particulari. bonus etiam textus *in d. l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinen. & l. pecuniam, ff. de oper. pub.* licèt autem ibi nulla fideicommiſſi mentio fiat; tamen legata fideicommiſſis per omnia exæquata ſunt; *l. 1. ff. de legat. 1.* cum aliis per nos allegat. ſupr. *quæſt. 1. huius cap. circa med. verſ. de nomine autem fideicommiſſi.* Quoad particularia verò, ac ſimul etiam vniuerſalia fideicommiſſa concluſio probatur ex iis, quibus ſuprà *d. cap. 4. quæſt. 1. circa init.* generatim docuimus, vltimas voluntates, ſeu diſpoſitiones cauſa mortis commutari poſſe: præcipuè autem ex *Clement. quia contingit, in princip. de relig. dom.* ex qua abſolutè, & ſimpliciter habetur, ea, quæ donata ſunt ad certum pium vſum, poſſe auctoritate ſedis Apoſtolicæ in alium conuerti: negari enim non poteſt, quin, † quod fideicommiſſo 451.
ſiue particulari, ſiue vniuerſali relinquitur, donari verè, ac propriè dicatur: prout de fideicommiſſo particulari, ſeu legato eſt text. *in l. legatum eſt, ff. de legat. 2. & §. legatum*, ſeu *1. Inſtit. de legat.* vbi legatum definitur, quòd ſit donatio quædam teſtamento relicta; de vtroque autem fideicommiſſo ſatis

ſentit inter cæteros Card. Mantic. *tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 2. num. 2.* dum ex *tot. titulo C. de fideicomm. & §. vlt. Inſtit. de ſing. reb. per fideicom. relict.* fideicommiſſum ſimpliciter definit, quòd ſit donatio quædam verbis precariis, ſeu inflexis non ciuilibus à defuncto relicta. nec refert quod text. *d. Clem. quia contingit, in princip.* non donationis, ſed
452. largitionis nomine vtatur: nam largitio † vel idem eſt, quod donatio, vt conſtat ex *l. res vxoris, C. de donat. inter vir. & vxor. l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat.* cum aliis adductis à Tiraq. *ibidem, verbo, omnia, vel aliquam partem, num.* 22. vel etiam latiùs patet, quàm donatio; vt colligere licet ex §. 1. *auth. de hered. & falcid.* cum multis adductis per Tiraq. *d. verbo, omnia, vel aliquam partem, num.* 11. necnon *d. num.* 22. *in fin. & verbo, donationes largius, num.* 1. Alberic. *in Diction.* Schard. *in lexic. iurid.* Briſſon. *de verb. iur. ſignif.* Spiegel. *in lexic. iuris*, & Nebriſſen. *in vocab. vtriuſque iur. verbo, largiri; & verbo, largitio*, ac iuribus, quæ hi citant.

Quarta conclvsio. Derogari aliquando poteſt fideicommiſſis † ſiue ad cauſas pro-
453. fanas, ſiue etiam ad pias relictis. De fideicommiſſis ad cauſas profanas ſatis liquet ex *l. legatum, ff. de vſu & vſufr. legat. l. legatum, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. l. pecuniam, ff. de oper. publ.* & aliis iuribus, quibus ſuprà *d. cap. 4. queſt. 2. concl. 1.* oſtendimus, vltimas voluntates profanas commutari poſſe; iuncto eo, quod ad finem *concl. 1.* præſentis quæſt. tradidimus, derogationem fideicommiſſorum ſpeciem eſſe commutationis vltimarum voluntatum; valereque argumentum à genere ad ſpeciem. De fideicommiſſis autem piis comprobari noſtra concluſio poteſt ex text. *in cap. nos quidem, de teſtam. d. Clem. quia contingit, in princ. de relig. dom.* Conc. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 6. ſeſſ. 23. cap. 18. ac ſeſſ. 25. cap. 4. & 8. de reformat.* aliiſque iuribus partim relatis ſuprà *cap. 3. quæſt. 3. concl. 2. & 3.* partim etiam ponderatis *d. cap. 4. quæſt. 2. concl. 2.* ad oſtendendum, vltimas voluntates etiam pias commutari poſſe. quorum diſpoſitionem quoniam ſummatim *d. concl. 2. & 3.* reſtituimus, hoc loco repetere tamquam quid ſuperuacaneum prætermittimus: ſicut etiam id, quod *d. cap. 4. in princ. & concl. 2.* latiùs explicauimus, nimirum, quænam ſint piæ cauſæ, ſeu vltimæ voluntates, ac diſpoſitiones ad pias cauſas.

Qvinta conclvsio. Fideicommiſſa ſiue in actu inter vinos, ſiue cauſa mortis contra ius
454. naturale inſtituta † nulla ſunt, iiſque regulariter derogari non poteſt: conformibus autem iuri naturali aliquando ſaltem derogari poteſt. Hæc concluſio quoad omnes ſui partes ſatis comprobatur ex iis, quibus ſuprà *cap. 4. quæſt. 1. concl. 1.* oſtendimus, vltimas voluntates, ſeu diſpoſitiones irreuocabiles tam inter vinos, quàm in morte iuri naturali contrarias ipſo iure nullas eſſe, eaſque regulariter commutari non poſſe: & *concl. 2.* huiuſmodi vltimas voluntates, ſeu diſpoſitiones ſaltem aliquando poſſe commutari.

Sexta conclvsio. Fideicommiſſa iuri
455. diuino poſitiuo contraria † ipſo iure nulla ſunt, & regulariter iiſdem derogari nequit: eidem autem iuri diuino conformibus aliquando ſaltem derogari poterit. Hæc pariter concluſio quoad omnes ſui partes ſatis confirmari poteſt iis fundamentis, quibus *d. cap. 4. quæſt. 4. concl. 1.* demonſtrauimus, vltimas voluntates iuri diuino contrarias ipſo iure nullas eſſe, & regulariter commutari non poſſe: *concl.* autem 2. eaſdem vltimas voluntates conformes iuri diuino, licèt regulariter nequeant commutari, aliquando tamen poſſe.

Septima conclvsio. Fideicommiſſa iuri humano poſitiuo contraria † nulla ſunt, neque 456.
vtplurimum iis derogari poteſt: eidem autem iuri conformibus aliquando poteſt derogari. Probatur hæc concluſio ex iis, quibus *d. cap. 4. huius tract. quæſt. 5. concl.* 1. oſtendimus, vltimas voluntates iuri humano poſitiuo contrarias nullas eſſe, atque vtplurimum commutari non poſſe; *concl.* verò 2. huiuſmodi diſpoſitiones eidem iuri conformes aliquando poſſe commutari. poſt prædictam autem concluſionem 2. ſubiecimus, & fuſiùs explicauimus, quòd circa ius naturale, diuinum, vel humanum poſſit benigna eius iuris interpretatio, quam Epiicheiam vocant potiſſimum Theologi morales.

Octava conclvsio. Fideicommiſſis præter ius, ſeu de re, quæ præter ius eſt, † plerum- 457.
que poteſt derogari. Hæc concluſio probatur ex iis, quibus *d. cap. 4. queſt. 6. concl. 1.* docuimus, vltimas voluntates, quæ præter ius ſunt, ſeu de re, quæ eſt præter ius, plerumque poſſe commutari; præcipuè ex *l. cum hi, §. eam tranſactionem, §. in cauſa, & §. ſi cui, ff. de tranſact. l. pecuniam, in princ. ff. de oper. publ. l. vnica, C. de expenſ. lud. lib. 11. §. ſi autem legatum, auth. de Eccleſ. tit. collat. 9. & Clement. quia contingit, in princ. de relig. dom.* & aliis iuribus per nos adductis ſuprà *cap. 3. quæſt. 3. concl. 2. & 3.* præcipuè *cap. nos quidem, de teſtam. l. legatum, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 4. & 8. de reformat.*

Nona conclvsio. Fideicommiſſa circa rem de facto impoſſibilem † regulariter nulla ſunt: 458.
aliquando autem iis derogari poteſt. Hæc concluſio quoad vtramque ſui partem comprobatur iiſdem fundamentis, quibus *d. cap. 4. quæſt. 6. concl. 2.* oſtendimus, vltimas voluntates de facto impoſſibiles regulariter nullas eſſe, aliquando verò eas poſſe commutari; iuncto eo, quod ſup. *ad finem 1. concluſ. huius cap.* tradidimus, fideicommiſſi derogationem ſpeciem eſſe commutationis vltimæ voluntatis, ſumique validum argumentum à genere ad ſpeciem.

Decima conclvsio. Fideicõmiſſo conſtituto in diſpoſitione cauſa mortis, & collato in
diem certum † non ideo facilius derogari poteſt, 459.
quòd nondum aduenerit dies petitionis: ſecus verò, ſi collatum ſit in diem incertum. Probatur concluſio ex iis, quibus *d. cap. 4. quæſt. 7. concl. 1.* ſatis oſtendimus, legatum, aliámve ſimilem vltimam voluntatem collatam in diem certum, non ideo magis commutari poſſe, quòd nondum aduenerit dies petitionis: ſecus autem fore, ſi ea collata ſint in diem incertum. vbi tamen id multipliciter declarauimus: quæ declarationes proportionabiliter applicandæ ſunt huic concluſioni, per regul. in præced. concl. in fi. traditam.

Vndecima conclvsio. Derogatio fideicommiſſorum inſtitutorum in contractu, ſeu diſpoſitione inter vinos ad diem incertum, vel ſub
conditione de futuro, † non ideo liberè fieri poteſt; 460.
licèt facilius admittenda ſit. Hæc concluſio probatur ex iis, quibus ſuprà *d. quæſt. 7. concl. 2.* docuimus, commutationem diſpoſitionum inter vinos factam ad diem incertum, vel ſub conditione de futuro non ob id liberè fieri poſſe, quamuis facilius ea ſit admittenda. Quid autem dicendum ſit, quando conditio ineſt diei à teſtatore appoſito, vt in legato annuo, quod pro primo anno eſt purum, pro ſequentibus habet illam conditionem, ſi legatarius vixerit, ſatis colligi poteſt ex iis, quæ diximus *d. quæſt. 7. præmiſſ. 2. in fin.*

Dvo

DVODECIMA CONCLVSIO. Fideicommiſſo non ideo minùs derogari poteſt, † quòd ei
461. adiuncta ſit conditio de præſenti, vel de præterito, vel reſolutoria in certum caſum, aut aliqua conditio tacitè à iure inſit, licèt ea exprimatur. Quæ concluſio quoad omnes ſui partes probatur ex iis, quibus ſuprà *d. quæſt. 7. concl. 3.* eas omnes partes comprobauimus quoad vltimarum voluntatum commutationem; cuius ſpecies, vt iam ſæpiùs diximus, eſt derogatio fideicommiſſorum. quinimo *ibid.* pro declaratione poſtremæ partis iura allegauimus in ſpecie de fideicommiſſis diſponentia, vt *in l. fideicommiſſa, §. ſic fideicommiſſum, §. hoc autem, & §. quamquam, ff. de legat. 3.* huic autem §. ſimilis eſt text. pariter de fideicommiſſo loquens *in l. ſi ſic legatum, vel fideicommiſſum, in princ. ff. de legat. 2.* plura verò de legatis loquuntur, quæ fideicommiſſis exæquata ſunt, vt ſuprà *quæſt. 1. huius cap.* ex nonnullis iuribus demonſtrauimus.

DECIMATERTIA CONCLVSIO. Fideicommiſſo tam in contractu, quàm in diſpoſitione cauſa mortis inſtituto, cui adiecta eſt conditio ne-
462. ceſſaria, † æquè derogari poteſt, ac ſi nulla conditio illi appoſita fuiſſet. Hæc concluſio probatur ex iis, quibus ſuprà *d. cap. 4. quæſt. 7. concl. 4.* oſtendimus, vltimam voluntatem, ſeu diſpoſitionem tam cauſa mortis, quàm inter vinos, cui adiecta eſt conditio neceſſaria, æquè commutari poſſe, ac ſi nulla conditio illi fuiſſet appoſita. Limitatur autem quoad fideicommiſſum relictum in diſpoſitione cauſa mortis, vt non procedat in conditione neceſſaria ſeu omnino extitura alternatiuè; prout in huiuſmodi diſpoſitione commutanda illam *concl. 4.* limitauimus: ſicut etiam quoad contractus illam temperauimus primò, vbi contrahentes crederent, eam conditionem eſſe contingentem. ſecundò, vbi illa conditio neceſſaria poneretur per modum præfinitionis temporis. tertiò iuxta multorum ſententiam in conditione neceſſaria per accidens, ſeu ex ſuppoſitione; licèt alij contrarium ſentiant. quæ temperamenta erunt pariter in fideicommiſſo inſtituto in diſpoſitione inter vinos admittenda.

DECIMAQVARTA CONCLVSIO. Licèt fideicommiſſo in aliqua diſpoſitione cauſa mortis relicto, cui adiecta ſit conditio impoſſibilis de facto,
463. vel de iure, † æquè derogari poſſit, ac ſi ea conditio non ſit appoſita: ſecus tamen regulariter eſt in fideicommiſſo inſtituto in diſpoſitione inter vinos. Quæ concluſio quoad omnes ſui partes confirmatur, ac declaratur ex fundamentis, ac declarationibus adhibitis ſuprà *d. quæſt. 7. concl. 5.* quæ eſt, quòd, licèt vltima voluntas, ſeu diſpoſitio cauſa mortis, cui adiecta ſit conditio impoſſibilis de facto, æquè commutari valeat, ac ſi ea conditio adiecta non ſit; ſecus tamen regulariter eſt in diſpoſitione inter vinos: iuncta *concl. 6.* quæ eſt, regulariter vltimam voluntatem, ſeu diſpoſitionem cauſa mortis, cui adiecta eſt conditio impoſſibilis de iure, æquè commutari poteſt, ac ſi non eſſet appoſita illa conditio; ſecus verò eſſe de diſpoſitione inter vinos. Quid autem ſtatuendum ſit
464. † in conditione illa expreſſa, ſi Princeps diſpenſauerit, videndum quod latiùs adduximus *d. concl. 6. circa med.* vbi etiam ad finem docuimus, quid dicendum ſit de conditione, quæ ſit contra ius diuinum, vel naturale.

DECIMAQVINTA CONCLVSIO. Fideicommiſſo inſtituto ſiue in teſtamento aliáve ſimili vltima voluntate, ſiue in contractu, ac diſpoſitione
465. inter vinos † derogari poteſt, non obſtante falſitate demonſtrationis, vel cauſæ, quæ illi fideicommiſſo fuerit adiecta. Probatur hæc concluſio ex iis, qui bus ſuprà *d. cap. 4. quæſt. 7. concluſ. 7.* oſtendimus, quamlibet vltimam voluntatem, ſeu diſpoſitionem ſiue cauſa mortis, ſiue inter viuos, regulariter commutari poſſe, non obſtante falſitate demonſtrationis, vel cauſæ, quæ illi diſpoſitioni fuerit appoſita.

DECIMASEXTA, & poſtrema CONCLVSIO. Derogari poteſt fideicommiſſo, † cui adie- 466.
ctus eſt modus poſſibilis, & honeſtus, ſiue impoſſibilis, aut turpis: vel etiam contrarius ſubſtantiæ diſpoſitionis, quando apponitur ex interuallo, ſeu in diuerſa oratione; ſecus autem, quando adiicitur eodem contextu, ſeu in eadem oratione. Hæc concluſio probatur; quoniam idipſum docuimus ſup. *d. quæſt. 7. concl. 8.* de vltimæ voluntatis commutatione, cuius ſpeciem eſſe derogationem fideicommiſſi, valereque argumentum à genere ad ſpeciem, ſuprà in præſenti quæſt. *concl. 1. ad fin.* admonuimus ex latiùs alibi per nos adductis.

Quòd ſi quis pro faciliori præcedentium ſeptem concl. intelligentia, ac reſolutione aliorum dubiorum, quæ circa ea poſſent emergere, præcipuè quoad fideicommiſſum vniuerſale, vel particulare, ſeu legatum relictum, vel conſtitutum † in diem, vel 467.
ſub conditione, aut modo, vel ſub falſa demonſtratione, aut cauſa, plura cupiat, conſulere poterit illa, quæ nos poſt alios tradidimus *d. cap. 4. quæſt. 7. de diſpoſitione in diem, præmiſſ. 2.* necnon *concl. 1. & 2.* & ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 2.* longè poſt medium, ac præter Doctor. *ibi* citat. Molin. iun. *tom. de inſt. & iur. diſput. 205. verſ. legatum in diem.* de conditionali tradita per nos *d. quæſt. 7. præmiſſ. 1. 3. & 4.* atque item *d. concl. 2. vſque ad 6.* eundem Molin. iun. *d. tom. 1. diſp. 206. cum ſeq.* & Molin. ſen. *tract. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 12. num. 1. 2.* ac ferè per tot. Craſſ. *tract. de ſucceſſ. §. legatum, quæſt. 45. vſque ad 56. & §. fideicommiſſum, quæſt. 20.* ac multis ſequentibus, & Peregr. *d. tract. de fideicom. art. 11. num. 116. vſque ad 130. art. 40. num. 1. vſque ad 17. art. 43. à num. 9. ad 21. & art. 45. num. 1.* & Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 5. cum tribus ſeqq. & lib. 11.* ferè per tot. de diſpoſitione autem ſub modo, *d. quæſt. 7. concl. 8.* Peregr. *d. art. 11. num. 109. vſque ad 115. & n. 130.* Molin. iun. *d. tom. 1. diſput. 208.* & ſen. *d. cap. 12.* præſertim *num. 3. 7. 9. 10. 11. 13. 23. 24. 32. 41. 42. & 47. cum ſeq.* Craſſ. *d. §. legatum, quæſt. 58.* de falſa demonſtratione, ea, quæ nos adduximus *d. quæſt. 7. concl. 7.* necnon *cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 6. & quæſt. 5. concl. 1. 2. & 3.* Molin. iun. *d. tom. 1. diſp. 211.* Maſcard. *de probat. concluſ. 503.* Craſſ. *d. §. legatum, quæſt. 59.* De falſa denique cauſa, præter illa, quæ nos tradidimus *d. quæſt. 7. concl. 7. & d. quæſt. 3. concl. 6. ac d. quæſt. 5. concl. 4.* & Doct. *ibi* allegatos, videri poterit Molin. iun. *d. tom. 1. diſput. 209. cum ſeq.* Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 20. per tot. & lib. 10. diſput. 9. num. 6. vſque ad 23.* Atque hæc de præſenti 4. quæſt. huius 9. cap. dicta ſint ſatis.

SVMMÆ RERVM.

468. *Perſonæ, de quibus dubitari poteſt, an derogare valeant fideicommiſſis, quænam ſint.*

469. *Fideicommittens in diſpoſitione cauſa mortis regulariter poteſt ad libitum reuocare, aut mutare fideicommiſſum.*

470. *Teſtamenta non poſſunt vllo modo etiam per iuramentum fieri irreuocabilia.*

471. *Fideicõmiſſum relictum in teſtamento reuocari, aut mutari à teſtatore poteſt, licèt in eo adſint aliqua verba, qua donationẽ præ ſe ferre videntur. idemque ſi fiat per viam donationis in-*

ter vivos, quæ non nisi morte confirmatur; aut donationis causa mortis; num. 472.

473. Fideicommittens in contractu, seu alia dispositione inter vivos derogare fideicommisso non potest.

474. Pacta valida de futura successione, & substitutiones in contractu quænam fieri possint. & quæ remitti, ac retractari valeant; num. 475.

476. Heres fideicommittentis regulariter derogare non potest fideicommisso etiam conditionali, aut in diem. & quid, si adsit consensus eius, ad cuius favorem facta est dispositio, seu fideicommissum; num. 477.

478. Heres fideicommittentis poterit fideicommisso derogare, ubi id ei à fideicõmittẽte permittatur.

479. Facultas alienandi bona fideicommissaria heredi concessa continet etiam portionem, quæ illi obvenit ex iure accrescendi; quod si ea non alienet, manent sub fideicommisso. & quando ea facultas comprehendat alienationem ex testamento, seu in morte; n. 480. aut vltra dodrantem; n. 481.

482. Facultas alienandi de bonis fideicommissariis pro suis necessitatibus, vel ad suum beneplacitum heredi à fideicõmittente cõcessa quid importet.

483. Facultas alienandi aliquas res fideicommissarias, ac de iis disponendi, an impleta censeatur per vniuersalem heredis institutionem, non facta mentione rerum fideicommissariarum; aut decedendo intestatus an censeatur quis disposuisse in venientes ab intestato.

484. Facultas alienandi continet etiam potestatem donandi.

485. Facultas alienandi intra certum tempus cum alicuius consensu, non infert facultatem alienandi postea etiam sine illius consensu.

486. Prohibitus alienare de bonis fideicommissariis vsque ad certũ tempus an postea possit alienare.

487. Executor testamentarius regulariter non potest fideicommisso derogare. & an possit illud declarare; aut etiam ei derogare, cum ad id a testatore habuit facultatem; n. 488.

489. Fideicommissarius pluribus modis potest suo consensu derogare fideicõmisso pro sc instituto; ac præcipuè repudiatione, seu renuntiatione. & quid in fideicommisso conditionali, vel in diem an repudiatione tollatur; & ibi quando nam renuntiatio trahatur ad ius futurum; num. 490. ac per quæ inducatur tacita fideicommissi repudiatio, seu renuntiatio; n. 491.

492. Fideicommissarius quando sibi præiudicet in fideicommisso per consensum licentiatium, hoc est, concedendo licentiam, vt alius habeat bona fideicommissaria; & duob. num. seqq.

493. Consentiens alienationi, seu dispositioni de re sua quando sibi præiudicet.

494. Fideicommissarius consentiens alienationi rei fideicommissariæ quando præiudicet sibi in re, aut etiam in pretio. & quid si fuit præsens alienationi, & tacuit; num. 495.

496. Fideicommissarius derogare potest fideicommisso illud remittendo per pactum; dummodo tunc vel prius visis, & cognitis verbis testamenti sciuerit fideicommissum sibi relictum; & ibi intellectus l. de his, ff. de transact.

497. Remissio fideicommissi per pactum à fideicommissario facta an ei semper, aut aliis noceat.

498. Ius quod nec in re, nec in spe nunc competit, an pacto possit tolli, aut renuntiatione.

499. Fideicommisso quando derogetur per diuisionem inter heredes grauatos fideicommisso reciproco, vel inter fideicommissarium, & heredem grauatum simplici fideicommisso.

500. Diuisio cum quibusnam clausulis concepta non indicit remissionem fideicommissi, nisi dimidentes de eo scientiam habuerint; & quæ scientia requiratur, ac sufficiat, & ipsa clausula quales esse debeant; num. 501.

502. Tutor quomodo possit remittere fideicommissum pupilli per diuisionem; & ibi quid in maioribus, ac litterarum imperitis, vt mulieribus, ac rusticis.

503. Fideicommissarius quando deroget fideicommisso, seu in eo sibi præiudicet approbando transactionem factam ab herede grauato cum debitoribus hereditatis,

504. Transactio inter heredem, & fideicommissarium valet; atque etiam inter duos confideicommissarios.

505. Fideicommissarius in plerisque casibus potest transigere; & quid ad eas transactiones requiratur; & num. seq.

506. Fideicommissarius transigens super fideicommisso, debet habere notitiam contentorum in testamento; qualisque esse debeat hæc notitia; & an ei renuntiare possit: & quid si huic renuntiationi, aut transactioni instrumentum accesserit.

507. Fideicommissarius an teneatur stare compromisso inter heredem, ac tertium.

508. Compromissum quando sit necessariò faciendum, aut petendum consilium sapientis super fideicommisso.

509. Compromissum super fideicommisso fieri potest inter heredem, & fideicommissarium.

510. Generale compromissum non refertur ad contenta in testamento sine speciali eorum notitia, & mentione; & ibi an compromissum, & transactio in omnibus equiparentur.

511. Pacta, repudiationes, diuisiones, transactiones, arbitramenta, seu compromissa, & omnes actus voluntarij super fideicommisso non egrediuntur personas paciscentium, & agentium, nec aliis præiudicat.

512. Transactio bona fide facta super dubio iuris inter duos prætendentes fideicommissum ad se pertinere, de dividenda inter eos pro certis quotis successione, sustineri potest: & duob. num seqq.

513. Transactio vim habet rei iudicatæ, ac litibus, & negotiis finem imponit, licèt instrumenta de nouo reperta allegentur.

514. Transactio bona fide ab ijs facta, quibus bonorum alienatio interdicitur, valet. & quid, si Principis auctoritas accessit transactioni, vel compromisso; num. 515.

516. Heres transigentis, aut consentientis alienationi an, & quando approbare teneatur factum defuncti quoad res proprias ipsius heredis, vt feudales, emphyteuticas, & fideicommissarias, & ibi quid in herede renuntiantis iuribus suis; & duob. num. seqq.

517. Renuntiatio paternæ hereditatis à filia facta an noceat nepotibus ad eam iure suo venientibus.

518. Heres promittentis non contrauenire per se, vel alios, aut per se, filios, heredesque suos, an possit venire cõtra factũ defuncti pro iure suo.

519. Transactio super fideicommisso in re præsenti bona fide facta non rescinditur ex eo, quod noua instrumenta, vel rerum corpora inuenta sint, de quibus actum non fuit. & an tunc transigentis ob non modicam læsionem detur restitutio in integrum; num. 520.

Transactio

521. Tranſactio ſuper fideicommiſſo mala fide facta reſcinditur doli actione, aut exceptione: & ibi quando cenſeatur facta mala fide.

522. Tranſactio facta bona fide ſuper quæſtione probabili, & argumentatiua eo ipſo ſuſtineri poteſt, licet nulla cauſa verè ſubeſſet; neque ob ſolam læſionem reſcinditur: & quid ſi læſio ſit vltra dimidiam iuſti pretij habito reſpectu ad dubium litis euentum; num. 523.

524. Exceptiones, ſeu remedia contra tranſactiones ſuper fideicommiſſis quanto tempore per præſcriptionem tollantur, vbi etiam tranſactioni accefſerit Principis auctoritas; & an ſimul currat quoad omnes ſucceſſores; & quid ad hoc, vt fideicommiſſaria, aut alias vincula-ta præſcribantur, tanquam libera.

525. Grauatus fideicommiſſo non præſcribit aduerſus fideicommiſſarium ante aduentum diei, vel conditionis fideicommiſſi; & ibi quòd non volenti agere non currit præſcriptio. poſt euentum autem caſus fideicommiſſi heres, vel alius grauatus præſcribit aduerſus legatarium. & fideicommiſſarium ſpatio longiſſimi temporis; num. 526.

527. Mala fides an ſemper obſtet præſcriptioni.

528. Actiones, an, & quando tranſeant in fideicommiſſarium vniuerſalem non facta reſtitutione hereditatis ipſi fideicommiſſario; & ibi an contra eum currat præſcriptio ante factam reſtitutionem.

529. Tertius poſſeſſor habens cauſam ab herede grauato non præſcribit aduerſus fideicommiſſarium poſt caſum fideicommiſſi, niſi ſpatio longiſſimi temporis.

530. Præſcriptio ſtatim ſecuta alienatione currere incipit in expreſsè prohibitis alienari; & non modò contra primum fideicommiſſarium, ſed & contra omnes vlteriores ſcientes alienationem; & num. 534.

531. Tertius poſſeſſor habens titulum legitimum ab alio, quam herede grauato, quando, & quanto temporis ſpatio præſcribat aduerſus fideicommiſſarium.

532. Præſcriptio longiſſimi temporis in bonis maioratus ſolùm procedit aduerſus eius poſſeſſorem, non autem aduerſus ceteros ſucceſſores, quorum dies nondum ceſſit; niſi præſcriptio cœpta fuerit ante inſtitutionem maioratus, aut cùm ea poterat reuocari; & num. ſeq.

533. Heres, qui poſſit eſt impleri præſcriptionem in bonis fideicommiſſi, an teneatur erga fideicommiſſarium.

534 Præſcriptio poteſt euenientè caſu fideicommiſſi inchoari contra ſucceſſorem.

535. Præſcriptio temporis immemorabilis præiudicat omnibus ſucceſſoribus.

536. Conſuetudo, & præſcriptio in multis conueniunt, ac diſcrepant.

537. Fideicommiſſis derogari poteſt per conſuetudinem ab aliqua Vniuerſitate inductam.

538. Conſuetudo ab aliqua Vniuerſitate legitimè inducta iuri derogat, ac vim legis obtinet; ac derogare poteſt iuri tertij.

539. Conſuetudo inducere poteſt formam ſucceſſionum diuerſam à iure communi.

540. Conſuetudo ſuccèdendi diuerſa à iure communi in vna regione inducta non extenditur ad bona alterius regionis.

541. Familia priuata an poſſit inducere conſuetudinem circa formam ſuccedendi; & duobus num. ſeqq.

542. Conſuetudo ab iis duntaxat inducì poteſt, qui poſſunt ſtatuere ſaltem ex Principis facultate; vel certè capaces ſunt, vt eis a Principe lex imponatur.

543. Familia priuata in quibus caſibus inducere poſſit conſuetudinem.

544. Fideicommiſſa quando poſſint à ſupremo Principe per legem generalem etiam in totum tolli; & aliquot num. ſeqq.

545. Succeſſor ſupremi Principis parem cum eo poteſtatem habet etiam in abroganda lege præcedente; neque illis ab eodem lex imponi poteſt.

546. Diſpoſitio inducens votum capiendæ mortis, & præbens materiam delinquendi à iure improbatur.

547. Lites de fideicõmiſſis ſuper quibus exoriri ſolent.

548. Diſpoſitio per legem generalem præ ceteris fauorabilioreſt; & num. 573.

549. Poteſtas teſtandi, ac fideicommittendi an ſit iuris gentium; & an Princeps ea, quæ ſunt iuris gentium, vel diuini, tollere aut modificare poſſit.

550. Vltimæ hominum voluntates ſuum conſequi effectum quomodo publicè expedias, earumque liber eſſe debeat ſtylus; & inibi intellectus l. vel negare, ff. quemad. teſtam. aper. & l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.

551. Princeps quilibet non recognoſcens ſuperiorem in temporalibus poteſt in ſuis dominiis per legem tollere fideicommiſſa; ac derogare legibus Imperialibus. & quid in recognoſcentibus; num. 552.

553. Vſus interpretatur, ac declarat legem, aut aliam diſpoſitionem dubiam.

554. Inferiores an poſſint aliquo modo per ſtatutum fideicommiſſis derogare.

555. Princeps ſupremus nequit de poteſtate ordinaria fideicommiſſis per reſcriptum derogare; & duob. num. ſeqq.

556. Reſcriptum Principis contra ius in pleriſque non prodeſt.

557. Princeps non intendit præiudicare iuri cõmuni, aut tertij per ſuum reſcriptũ, niſi id exprimat.

558. Clauſula, ſine præiudicio tertij, ſeu ſine alterius præiudicio, ſubintelliguntur in litteris Apoſtolicis.

559. Princeps ſupremus an poſſit de poteſtate abſoluta ſaltem ex cauſa fideicommiſſis derogare, ſeu eorum leges, & clauſulas mutare.

560. Princeps quando poſſit ex plenitudine poteſtatis iuri alterius derogare; cum pleriſque n. ſeq q.

561. Ius quæſitum quot modis conſiderari poſſit; & ibi quæ ſint iuris gentium.

562. Princeps ſupremus non poteſt ex vi ſolius regiæ poteſtatis, ſeu de poteſtatis plenitudine auferre alicui ius quæſitum de iure gentium. poteſt autem vni rem auferre ex cauſa, & alteri dare pretio, ſeu æſtimatione poſſeſſori retributa; numer. 563. & an hæc cauſa debeat eſſe publica; numer. 564.

565. Princeps ſupremus an poſſit de plenitudine poteſtatis auferre ſine cauſa dominium, ſeu ius alicui quæſitum de iure ciuili. & an tollendo conſtitutionem, ſtatutum, aut priuilegium, quod tranſiit in contractum; numer. 566. & quid in priuilegio ſimplici, & gratioſo; num. 567. & 570. vel dominio quæſito ex aliis cauſis iuris ciuilis, vt vſucapione, præſcriptione, ſententia, arrogatione, legitimatione, & ſimilibus; num. 568.

569. Princeps de plenitudine poteſtatis derogare valet

iuri adeundi hereditatem iam delatam.

570. *Princeps an possit, si expediat, pro motu animi sui declarare, ex solo actu aditionis iam facta hereditatē non fuisse quæsitam, aut dominium translatum etiam in casibus, in quibus ipso iure transfertur dominium, & similis possessio.*

571. *Possessio quoque auferri non potest à Principe sine causa, etiam de plenitudine potestatis.*

572. *Princeps an possit ex suprema potestate statuere, ac rescribere sine causa aduersus ea, quæ sunt merè iuris positiui. & an possit tollere actiones, exceptiones, & replicationes de iure ciuili alicui competentes, etiam ex legato, & fideicommisso; num.573.*

574. *Princeps de absoluta potestate impedire potest, ne alicui quæratur ius à lege ciuili proueniens, vt legitimando spurium in vita patris in præiudicium agnatorum, immo etiam post delatam, ante tamen aditam hereditatem.*

575. *Princeps an possit de plenitudine potestatis tollere alicui ius quærendum ex hominis dispositione quod nondum in futurum sit ordinatum. & quid in quærendo in futurum ex dispositione hominis de præterito; vtputa euertendo fideicommissum in totum; num.576. vel substituto alium præferendo contra expressam, vel tacitam testatoris voluntatem; num.577.*

578. *Recursus, vel aliud remedium an detur, cùm aliquis læsus à Principe in derogatione fideicommissi, aut legitimatione, vel similibus, remissiuè.*

579. *Principes supremi, vel Comites Palatini ab iis creati an possint in terris infeudatis aliis Principibus, licèt hi in iis iura Imperij quæsierint, rescribere in præiudicium tertij, remissiuè.*

580. *Princeps inferior, seu recognoscens superiorem quando possit derogare fideicommissis, & rem vni auferre, ac dare alteri. & quid in Comitibus Palatinis, & similibus habentibus à supremo Principe potestatem legitimandi; num.581.*

581. *Princeps secularis etiam supremus derogare non potest fideicommissis ad causas pias, sed tantùm profanas.*

583. *Magistratus inferior, seu iudex an, & quando possit fideicommissis derogare; & aliquot numer. seqq.*

584. *Decretum iudicis an sit necessarium, vel vtile in alienatione bonorum fideicommissariorum in casibus à iure priuilegiatis, ac signanter in transactione super fideicommisso; & ibi quòd pro decreto præsumitur; ac aliquot num. seqq.*

585. *Decretum an sit necessarium in alienationibus rerum Ecclesiæ, vel minorum.*

586. *Sententia facit alienabilem rem aliàs inalienabilem.*

587. *Lis, & sententia contra principalem contradictorem præiudicat ceteris, qui ius habent in consequentiam etiam ignorantibus, & non citatis; & licèt sententia sit simpliciter absolutoria. & quid si plures sint habentes ius in solidum; num.588.*

589. *Sententia in indiuiduis lata pro vno, vel contra vnum ex consortibus, prodest, vel nocet aliis eiusdem rei consortibus.*

590. *Sententia lata super alicuius legitimitate, filiatione, ac parentela aduersus legitimum contradictorem facit ius etiam quoad alios habentes ius minus principale; secus si haberent par, & æquale.*

591. *Acta omnia iudicij gesta cum herede, vel primo fideicommissario afficit sequentes; & ibi acta nocere, quibus nocet sententia.*

592. *Probationes, quæ nocent auctori, nocent etiam singulari successori; cuiusmodi respectu heredis est fideicommissarius.*

593. *Instantia cœpta cum primo fideicommissario, aliisve possessore fideicommissi transit in sequentes successores.*

594. *Instantia iudicialis quomodo, & quando transeat actiuè, & passiuè in heredes, aut alios successores vniuersales, vel singulares.*

595. *Sententia lata contra possessorem fideicommissi, vel instantia cum eo cœpta non nocet successori, neque ad eum transit si possessor collusit cum aduersario, vel negligenter egit; & ibi quomodo ea fraus, seu collusio probetur.*

596. *Legatarij quando prosequi possint appellationem ab herede interpositam, licèt desertam.*

597. *Tempus appellationis à sententia lata contra heredem quando currere incipiat contra fideicommissarium.*

598. *Fideicommissarij, ac legatarij an sint ipso iure tuti contra fœtium latam aduersus heredem ex eius dolo, vel culpa; ita, vt actionem habeant etiam contra victorem.*

599. *Sententia lata aduersus primum agentem ex fideicommisso ob aliquod eius factum, puta renuntiationis, consensus, præscriptionis, aut confessionis, non obest sequenti fideicommissario; & ibi quid, vbi lis decisa esset per iuramentum.*

600. *Sententia lata contra heredem vel primum fideicommissarium, quia non probauit, an noceat sequentibus substitutis.*

601. *Probationes, quæ nocent auctori, cuinam singulari successori noceant.*

602. *Sententia lata ignorantibus successoribus singularibus, qui causam habeant ante sententiam ab eo, qui illam contra se reportauit, iis non nocet.*

603. *Sententia lata pro iure suo aduersus vnum de pluribus ius habentibus pro portionibus ex eadem causa, vt in coheredibus, & collegatariis, ceteris non nocet: ac multò magis si non ex eadem causa.*

604. *Exceptio rei iudicatæ, vt obstet, quæ requirat.*

605. *Sententia lata contra vnum ex confideicommissariis, seu confeudatariis, non parit effectum rei iudicatæ contra alium pro portione, & iure suo, licèt scieris litem agi.*

606. *Sententia inter aliquos lata quando noceat, vel prosit omnibus aliis quoad ius publicum.*

607. *Sententia lata contra eum, cuius principaliter non interest, non nocet principali.*

608. *Lis mota à successore in maioratu contra alium viuente possessore, non huic, sed solis collitigantibus obest: & quid, si contra ipsum possessorem, vel alium ex causa de præsenti, vt alienatione, vel dilapidatione rerum maioratus, lis tractetur.*

609. *Papa derogare potest fideicommissis, quoad terras Ecclesiæ in omnibus casibus, in quibus supremus Princeps secularis potest in suo dominio; in iis enim idem potest quod Imperator aut alius supremus Princeps in locis sui dominij.*

610. *Papa derogare potest fideicommissis in certis casibus etiam quoad loca iurisdictioni temporalialiorum Principum subiecta; & ibi num. seqq.*

611. *Legitimatio facta à Papa dispensante in radice matrimo-*

in matrimonij valet etiam in terris Imperij.

612. *Papa derogare potest etiam in terris Imperij fideicommissis ad pias causas relictis: cum causa tamen; maximè vbi testator disposuit, quid agendum in casu non implementi.*

613. *Papa derogare potest fideicommissis in terris Imperij vbi iudex Ecclesiasticus competens est inter laicos.*

614. *Argumentum à iurisdictione contentiosa ad voluntariam, vel mixtam valet.*

615. *Legitimacio plerumque est actus iurisdictionis voluntarie, vel mixte; & ibi quòd citatio est initium iudicij, seu iurisdictionis contentiose.*

616. *Concilium generale legitimè congregatum, & postmodum à Papa confirmatum derogare potest fideicommissis, quibus potest ipse Romanus Pontifex: sicut & derogationem permittere, aut præcipere, aut certam formam præscribere. & an possis Papa non valente Ecclesiam regere, aut naturaliter, vel ciuiliter mortuo; num.* 817.

618. *Collegium S. R. E. Cardinalium non potest viuente Romano Pontifice fideicommissis derogare: & ibi an tunc habeat iurisdictionem Papalem, vel possit aliquid statuere; subsitque legibus, & canonum statutis.*

619. *Collegium S. R. E. Cardinalium vacante sede Apostolica an possit derogare fideicommissis; & quam potestatem tunc habeat. & quis tunc derogans, si necessitas immineret derogandi; num.* 620.

621. *Legatus sedis Apostolicæ etiam de latere non potest regulariter fideicommissis derogare. in quibus autem casibus possit; num.* 622. *& an possit extra suam prouinciam per se, vel alium; num.* 623.

624. *Pœnitentiaria Apostolica an derogare possit alicui fideicommisso.*

625. *Concilium prouinciale an possit alicui fideicommisso derogare.*

626. *Patriarcha, Primas, vel Archiepiscopus an, & quando derogare possint fideicommissis ad prouincias sibi subiectas, vel earum dioeceses pertinentibus.*

627. *Episcopus regulariter non potest fideicommissis derogare, sed solùm in certis casibus. & an quoad tempus, sine vt pro aliquo tempore aliud quid fiat, sine, vt ad certum tempus executio, seu restitutio fideicommissi differatur; num.* 628. *& quid quoad lectionem, celebrationemve Missarum; numer.* 629. *aut cùm Episcopus habet dominium temporale; numer.* 630.

631. *Capitulum sede Episcopali vacante quibus fideicommissis derogare possit. & quid de alijs, qui tunc loco Capituli Ecclesiam Cathedralem administrant; num.* 632. *aut Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ ciuili Presbyterali, aut Diaconiæ alicuius Cardinalis, vel alterius Prælati; num.* 633.

634. *Cardinales in suis ciuilis Presbyteralibus, aut Diaconalibus, & alij Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem in certa parte dioecesis Episcopi quibus fideicommissis derogare possint. & quid in eis Prælatis, qui eamdem iurisdictionem quoad certos tantum actus quæsierunt; num.* 635.

636. *Vicarius Episcopi, Capituli sede vacante, aut Prælatorum habentium quasi dioecesim an, & quando derogare possit fideicommissis ad Ecclesias inferiores sibi constitutis pertinentib.*

637. *Prælati Regularium quid possint circa derogationem fideicommissorum in propriis Ecclesijs.*

638. *Regulares quid possint vigore priuilegiorum in vsus, aut sacramentis. & quid circa matrimonialia, vel executionem Breuium sacræ Pœnitentiariæ, remissiue; num.* 639.

QVÆRO nunc QVINTO, quinam derogare possint fideicommissis.

Iuxta ordinem quæstionum, quem in hoc capite seruandum circa eius initium proposuimus; postquam in præcedenti quæst. de causa materiali derogationis fideicommissorum egimus, seu quibus fideicommissis possit derogari; sequitur, vt in præsenti quæstione videamus de eiusdem derogationis causa efficiente, seu quinam fideicommissis derogare possint. In qua tot saltem conclusiones statuemus, quot sunt genera personarum, de quibus dubitari potest an valeant fideicommissis derogare; quæ omnia † ad duo capita reducuntur: quædam 468.
enim ad priuatam auctoritatem pertinent; talis est institutor fideicommissi, eiusdem heres, executor testamentarius, & vocatus ad fideicommissum: quædam ad auctoritatem publicam; qualis est Princeps supremus, aut recognoscens superiorem, & iudex ab eo deputatus, Romanus Pontifex, Concilium generale, Collegium S. R. E. Cardinalium, Legatus Sedis Apostolicæ, necnon sacra Pœnitentiaria, Concilium Prouinciale, Patriarchæ, Primates, & Archiepiscopi, seu Metropolitani, Episcopi, aut habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, hoc est, Cardinales in suis titulis Presbyteralibus, aut Diaconalibus, (nam quoad Episcopales idem de iis dicendum est, quod de aliis Episcopis,) Capitulum sede vacante, Prælati habentes quasi dioecesim, eorúmve, & Episcoporum Vicarij, ac denique Prælati Regularium quoad Ecclesias sibi subiectas. atque hunc ipsum ordinem in hisce conclusionibus retinebimus, quem etiam suprà *cap.* 4. partim in quæstionibus disputandis, partim in earum conclusionibus statuendis, dum quoad generalem commutationis vltimarum voluntatum materiam de eiusdem causa efficiente tractaremus, duximus obseruandum. Ex illarum verò conclusionum fundamentis, vbi alia propria non suppetant, meritò harum confirmationem desumemus, sumpto argumento à genere ad speciem; cùm & fideicommissi derogatio species sit commutationis vltimæ voluntatis, vt constat ex iis, quæ suprà hoc ipso cap. *quæst.* 1. *circa med.* vbi explicare incipimus definitionem derogationis fideicommissorum; valeátque argumentum à genere ad speciem, vt constat ex *l.* 1. *§. fin.* iuncta *glos. ff. de suis, & legit.* cum aliis adductis ab Everard. *in loco à genere ad speciem.* Bellon. *de argum. leg. cap.* 5. ac Vigel. *in Dialect. iur. loc. à genere,* & nos *in tract. de Confirmat. iudic. cap.* 7. *quæst.* 8. *suppos.* 3.

PRIMA igitur CONCLVSIO sit. Is, qui fideicommissum instituit in testamento, aut alia simili vltima voluntate, † regulariter illud pro libito re- 469.
uocare, & mutare potest. Ratio est; quoniam huiusmodi vltimæ voluntates reuocari, & mutari possunt vsque ad vltimum vitæ exitum; *l. cùm hic status, §. ait oratio, ff. de donat. inter vir. & vxor.* cum aliis ad id allegat. à Molin. iun. *tom.* 1. *de iust. & iur. tract.* 2. *disp.* 151. *in princ.* & nos sup. *cap.* 5. *quæst.* 1. *concl.* 2. *circa init.* vbi etiam ostendimus, non posse testatorem sibiipsi legem imponere à qua non liceat recedere: nec potest inueniri via, † per quam testa- 470.
menta irreuocabilia fiant; vt ex text. *in l. cum duobus, §. idem respondit, ff. pro soc.* ibi; nec libertatem

de

de ſupremis iudiciis reſtringere quis poterit, & Bart. communiter recepto *in l. ſi quis in principio teſtamenti, num.* 11. *cum ſeq. ff. de legat.* 3. Dec. *conſ.* 293. *num.* 1. ac Boër. plura referente *deciſ.* 204. *num.* 18. tradit Molin. ſen. *de Hiſpan. primog. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 2. vbi poſt alios ex communi ſubdit, hoc ita verum eſſe, vt neque ex iuramento de non reuocando poſſit teſtamentum irreuocabile fieri. Quomodo autem id ſuſtineri valeat, & quid in hoc operetur clauſula derogatoria poſterioris teſtamenti, aut traditio, vel conſenſus ordinarij in reſeruatione iuriſpatronatus per teſtamentum facta, conſulas quæ *dixi cl.* 1. ſcripſimus, & Doctor. *ibi* citat. Præterea locum etiam
471. habet concluſio, † licèt in eo teſtamento adſint verba aliqua, quæ donationem præ ſe ferre videantur; per ea, quæ tradit Molin. ſen. *de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 2. *&* 3. & iun. *d. tract.* 2. *diſp.* 583. *num.* 4. præcipuè quia actus teſtãdi ſemper ad vltimam voluntatem refertur, *l. verba, contraxerunt, ff. de verb. ſignif.* & verba ſecundùm ſubiectam materiam accipienda ſunt, *l. ſi vno. ff. locat.* cum ſimil. Ac denique
472. concluſio procedit etiam † vbi fideicommiſſum fiat per viam donationis, quæ non niſi morte donantis confirmatur; qualis eſt donatio inter patrem, & filium, atque inter coniuges; ex iis, quæ latiùs adduximus *d. queſt.* 2. *concl.* 2. præſertim ex Molin. ſen. *d. cap.* 12. *num.* 9. *cum trib. ſeqq.* quod idem multò magis dicendum eſt, vbi fideicommiſſum fiat in donatione cauſa mortis, ex latè tradit. per eundem Molin. ſen. *d. cap.* 12. *n.* 13. 14. *&* 15. & ex eo confirmatur quòd hæc donatio partier multò magis accedit ad vltimam voluntatem, eiúſque propria ſpecies eſt; vt conſtat ex latiùs adductis per nos ſup. *cap.* 2. *queſt.* 2. paulò poſt princ. & Molin. iun. *d. tract.* 2. *diſp.* 288. *num.* 1. *& diſp.* 583. *num.* 9.

SECVNDA CONCLVSIO. Fideicommiſſo conſtituto in contractu, ſeu diſpoſitione inter viuos (de quo latè inter cæteros Peregr. *tract. de fideic. art.*
473. 51. ferè per tot.) regulariter † derogari à fideicommittente non poteſt. Ratio eſt, quia contractus perfectus regulariter reuocari non poteſt ſine conſenſu vtriuſque partis, *l. ſicut, C. de action. & oblig. l. perfecta, C. de donat. quæ ſub mod.* cùm ſimil. & vnum pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, *l.* 2. *§.* 1. *ff. ſi cert. pet. & Inſtit. quibus mod. tollit. oblig. in princ.* Atque ita in ſpecie latis aperte ſenſit declarans Peregr. *d. art.* 51, *num.* 43. iuncto *num.* 44. *vſque ad* 54. nam cùm *d. num.* 43. tractandum propoſuiſſet,
474. an pacta valida † de futura ſucceſſione, ac ſubſtitutiones in contractu factæ; (vt cùm Titius rem dedit Sempronio, ita, vt poſt illius mortem perueniat ad Seium, vel ad Eccleſiam: aut cùm pactum fuit inter partes, vt bona aliqua decedente altero ſine filiis maſculis perueniant in ſuperſtitem, & ſucceſſiuè in deſcendentes maſculos;) & in aliis caſibus, de quibus Mich. Craſſ. *tract. de ſucceſſion. §. ſucceſſio ab inteſtato, queſt.* 9. præſertim ex *num.* 6. remitti, ac retractari poſſint: rem hanc † diuidit in tres caſus prin-
475. cipales. Quorum primus eſt de principali contractu, an ab eo liceat inuito altero recedere; de quo docet *num.* 44. quòd in contractibus innominatis re integra alterius voluntas ſufficeret, niſi contractus hic innominatus ſaperet donationem. in contractibus autem nominatis vnius ex contrahentibus diſſenſus poſt abſolutum contractum eum non diſſoluit, niſi pactum illud de futura ſucceſſione eſſet iure ſingulari validum, vt *in l. licèt, & ibi* communiter Doct. *C. de pact.* Quod vtrumque autem membrum huius caſus videri etiam poteſt quod latè tradit Molin. iun. *d. tract.* 2. *de iuſt. & iur. diſp.* 251. *&* 253. cum multis ſeqq. præſertim verò *diſput.* 258. Secundus caſus principalis eſt, an pactum extrinſecum ad fauorem tertij principali contractui adiectum remitti poſſit ad vtilitatem illius tertij, firmo manente principali contractu. De quo caſu idem Peregr. *d. art.* 51. *num.* 46. diſtinguit, quòd aut pactum illud appoſitum fuit fauore ſolius concedentis, quod in dubio præſumitur; & tunc ſolus ille poterit alterare pactum: aut etiam concernit fauorem recipientis; & tunc eius quoque conſenſus exigetur. Subdit autem *num.* 47. quòd ſi Princeps in contractu, & pacto ſuam interpoſuiſſet auctoritatem, non poſſunt contrahentes Principe inconſulto pactum illud extrinſecum remittere. circumſcripta verò Principis auctoritate, & concurrente amborum conſenſu, idemmet Peregrin. *num.* 48. poſt alios docet, quòd, ſi nondum aduenit dies, aut conditio illius pacti extrinſeci in fauorem tertij, vel ſubſtitutionis de eo factæ, licèt tertius hic ſit pia cauſa, poterit abſque huius conſenſu dictum pactum alterari, ac remitti tam in contractibus nominatis, quàm innominatis. Secuta verò huiuſmodi valida remiſſione, ſi onus reſpicit commodum dantis, & tertij res manet in dantis diſpoſitione: ſi autem onus reſpiciebat commodum tertij, & onus recipientis, ſeu grauati, penes hunc res libera manet. ſic Peregrin. vbi ſuprà *num.* 49. Quod autem mox dictum eſt, poſſe pactum illud extrinſecum remitti ante aduentum diei, ſeu conditionis, limitat Peregr. poſt multos *d. art.* 51. *num.* 50. iuncto *num.* 11. 12. *&* 13. primò, vt non procedat, cùm pro illo tertio abſente notarius, aut etiam priuatus ſtipulatus fuerit. ſubdens *num.* 54. certum id fore ſecuta abſentis ratificatione: ea verò non ſecuta, adhuc non poſſe concedentem reuocare conceſſionem, ſi huiuſmodi ſtipulationem nomine abſentis admiſit: immo nec ſtipulatorem, niſi quatenus ſua interfit. qua tamen de re videndum eſt quod tradit Molin. iun. *d. tract.* 2. *diſput.* 265. *num.* 8. *&* 9. *num.* autem *præcedentib. ac diſp.* 263. *&* 264. necnon Molin. ſen. *de Hiſpan. primogen. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 58. *vſque ad* 76. & Sanchez *lib.* 1. *de matrimon. diſput.* 6. *cum ſeq.* latè tractant, an promiſſio, ſeu donatio reuocari poſſit ante acceptationem; & quid, ſi notarius, vel alius pr uatus nomine abſentis ſtipulando acceptauerint; de quo etiam nos aliquid ſuprà *cap.* 4. *queſt.* 7. *concl.* 3. & hoc ipſo cap. queſt. hanc præced. *concluſ.* 1. *ante med.* Limitat ſecundò illud dictum Peregrin. poſt alios *d. art.* 51. *num.* 52. quando iuramentum interuenit in appoſitione gratiaminis, & pacti illius ad fauorem tertij, quos etiam ſequitur Molin. iun. *d. num.* 8. *verſ. quando item.* Si verò iam aduenit dies, vel conditio illius pacti ad fauorem tertij appoſiti, & ſubſtitutionis de eo factæ; tunc, cùm ſumus in caſu donationis, per quam ius quæſitum, ac de præſenti vtiliter quæritur, iuxta *l. quoties, C. de donat. quæ ſub mod.* non erit locus reuocationi; vt docet Molin. *d. num.* 8. *&* 9. atque ex communi tradit Peregr. *d. art.* 51. *num.* 53. vbi idem planum eſſe ait in cauſa libertatis, quia per aduentum diei repræſentatur, *l.* 3. *ff. qui ſine manumiſſ. & l.* 1. *C. ſi manumiſſus fuer. alien.* extra cauſam autem donationis, ac libertatis, nec non dotis, de qua ipſemet Peregr. *d. art.* 51. *num.* 3. *&* 57. ceſſante ſtipulatione, pactum illud reuocari poterit; vt idem Peregr. ait *d. art.* 51. *num.* 54. quoniam abſenti ex pacto alterius ius non quæritur, vt idem docuit *num.* 3. *&* 4. ac ſentiunt Doct. quos ſequitur Molin. *d. num.* 9. *verſ. exceptis his omnibus enumibus*, iuncto *verſ. dicendum tamen eſt.* Tertius autem caſus principalis à Peregr. propoſitus *d. num.* 43. & expoſitus *num.* 56. *cum ſeq.* ſpectat ad
mox ſeq. concluſ. quæ eſt de herede fideicommit-
tentis;

tentis; vnde eum inibi explicabimus cum reliquis ad eam pertinentibus; omiſſis tamen iis, quos latiùs proſequuti ſumus *quæſt. 3. huius cap. concluſ. 4. & ſeqq.* ítémque omiſſis iis, in quibus heres non niſi cum fideicommiſſario poteſt fideicommiſſo derogare; qua de re ex propoſito agemus infrà *concl. 5.*

TERTIA igitur CONCLVSIO ſit. Heres illius, qui fideicommiſſum in diſpoſitione ſiue cauſa
476. mortis, ſiue inter viuos inſtituit, † non poteſt regulariter ei derogare. Probatur tum ex eo, quod ſuprà *cap. 5. quæſt. 1. concl. 5.* tradidimus, ac ſatis confirmauimus, heredem grauatum à defuncto ad aliquid faciendum pro executione ſuæ vltimæ voluntatis regulariter non poſſe eam commutare; iuncto eo, quod iam ſæpiùs admonuimus, derogationem fideicommiſſi ſpeciem eſſe commutationis vltimæ voluntatis, valereque argumentum à genere ad ſpeciem. tum ex eo, quod de herede pacíſcentis, vt cuncta bona ſua poſt mortem vnius in alium tranſeant, vt nequeat ab eo pacto, ſeu contractu principali recedere inuito altero contrahente, tradit Peregr. *d. art. 51. num. 44.* iũcto præced. quoniam id nequit principalis contrahens; heres namque non eſt maioris poteſtatis, quàm eius defunctus, ſeu auctor, *l. in omnibus*, aliàs *l. in iis officiis, §. non debeo, & l. heredem, ff. de reg. iur.* tum ex eo, quod de pacto extrinſeco adiecto ad fauorẽ tertij in principali contractu, vt rem accipiens non poſſit remittere onus modi, conditionis, aut ſubſtitutionis ſibi à datore, & concedente iniunctum, poſt Alex. *in l. qui Romæ, §. Flauius, num. 9. ff. de verb. oblig.* Caſtrenſ. *conſil. 164. col. 6. verſ. ſed nos loquimur, lib. 2.* & Tiraq. *tract. de primogen. quæſt. 8. num. 5.* tradit Peregr. *d. art. 51. num. 45.* dicens, id ſatis exploratum eſſe; quia, cùm ſibi impletum fuerit, impudenter onus ſibi annexum ſubire recuſat, *l. vnic. §. pro ſecundo, C. de caduc. tollen. & l. manifeſtiſſimi, §. ſed cùm in ſeruanda, C. de furt.* quod idem in ſpecie heredis donatoris, ac paciſcentis quoad huiuſmodi pactum extrinſecum adiectum in fauorem tertij, vt nequeat illud in eiuſdem tertij præiudicium remittere, ex communi reſoluunt, ſatíſque comprobant non paucis relatis Peregr. *d. art. 51. num. 56. cum ſeq.* & Molin. iun. *d. num. 9. verſ. quando donator.* & in ſpecie quòd heres nequeat fideicommiſſo derogare per alienationem bonorum fideicommiſſi, docet Menoch. *tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 188. num. 1.* per text. *in l. ſi quando, & l. filiusfamiliàs, §. dixi, il 2. ff. de legat. 1, l. qui ſolidum, ff. de legat. 2. l. pater, §. 1. ff. de legat. 3.* probátque etiam text. *in l. fin. C. comm. de legat.* cum ſimil. Idque extendit Menoch. ſup. *num. 2.* etiam ad fideicommiſſum conditionale, vt eius bona ab herede irreuocabiliter nequeant alienari ex *d. l. fin. §. ſed quia, C. commun. de legat.* & quòd non poſſit ei derogare quoad diem illud reſtituendo ante tempus à teſtatore præfixum, eſt optimus text. *d. l. filiusfamiliàs, §. dixi, il 1.*

Limitatur autem primò hæc concluſio, vt non
477. procedat, † vbi accedat conſenſus eius, ad cuius fauorem facta eſt diſpoſitio; vt ſatis ſentiunt præcitat. Doctor. cùm illud dumtaxat contendant, heredem per ſe ſolum recedere à teſtatoris voluntate non poſſe. atque ex iis confirmatur, quæ de huiuſmodi conſenſu in commutanda vltima voluntate ab herede tradidimus *d. cap. 5. quæſt. 1. concluſ. 5. ad fin.* & generatim in commutatione vltimæ voluntatis tum alibi, tum *d. quæſt. 1. concluſ. 7. & cap. 7. quæſt. 4.* ferè per tot. in qua tamen potiùs agitur de neceſſitate, quàm de ſufficientia huiuſmodi conſenſus. Pro hac verò priori limitatione quoad fideicommiſſum particulare text. ſatis apertus eſt *in §. ſi autem legatum, auth. de Eccl. tit. collat. 9.* vbi cauetur, quòd ſi loca, aut perſonæ, ex quibus præſtari debet legatum, longiùs diſtent, liceat illis, quibus hoc relictum eſt, ſi etiam pars obligata conſentit, legatum huiuſmodi commutare. & maximè facit quod latius infrà *concluſ. 5.* dicemus de conſenſu fideicommiſſarij in alienatione rei fideicommiſſo ſubiectæ, vt per eum regulariter ſibi præiudicet.

Limitatur ſecũdò, vt † poſſit heres fideicommiſ- 478.
ſo grauatus eidem derogare alienando vbi id à fideicommittente ei permittatur; vt colligitur ex iis, quæ de herede habente à defuncto facultatem vltimam voluntatem cõmutandi, tradidimus *d. concl. 5. limit. 3.* & in ſpecie noſtræ cõcluſionis poſt Ruin. *conſ. 109. num. 8. & 9. vol. 2.* ſatis probat Peregr. *d. tract. de fideicom. art. 40. num. 45.* ſubdens ex eodem Ruin. *conſ. 114. num. 11. vol. 2.* & Dec. *conſ. 27. num. 10. cum ſeqq. & conſ. 35. num. 3. & ſeqq. vol. 3.* quòd tunc alienatio facta non reſoluitur adueniente caſu fideicommiſſi: & addens ex ipſomet Ruin. *conſil. 120. num. 6. vol.* item 2. poſt Bald. Ang. & alios *in l. ſi teſtamento, ff. de vulg. & pupill.* quòd ſub permiſſione alienandi † continebitur etiam portio, quæ ex 479.
iure accreſcendi obuenit. ex pleriſque verò, quòd herede non alienante omnia remanent in fideicommiſſo, ac poſt alios, quòd permiſſio abſoluta alienandi † continet etiam alienationem ex teſtamento. 480.
Si autem permittat alienare in vita, ea permiſſio non profert vires ſuas poſt mortem; vnde tunc non poterit heres grauatus de iis bonis teſtari: quod latè probat *d. art. 40. num. 62.* Quòd ſi petas, an facultas alienandi à fideicommittẽte conceſſa heredi grauato † operetur, vt poſſit alienare ſupra dodrantem, an verò reſeruare debeat fideicõmiſſario quadrantem, iuxta *auth. contrà, cùm rogatus, C. ad Trebell.* cum ſuis concord. vbi eſt caſus in grauato reſtituere quod ſupererit in hereditate: de quo nos latiùs ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concl. 11.* Reſpondeo, poſſe etiam totum alienare irreuocabiliter: prout hanc ſententiam ſatis tenet, ac probat Peregr. *d. art. 40. n. 46. verſ. contrà verò. Num.* autẽ 47. *cum quatuor ſeqq.* 481.
tractat, quid, † ſi fideicommittens dederit facultatem heredi alienandi de bonis fideicommiſſi pro, 482.
vel in ſuis neceſſitatibus, & ad ſuum beneplacitum: de qua etiam poſtrema clauſula idemmet agit *num. 54. & 61.* At verò, cùm *d. num. 51. in fin.* ſecundùm illam principalem difficultatem propoſuiſſet, an conceſſa facultate alienandi aliquas res fideicommiſſarias, ac de iis diſponendi, ſufficiat alienatio per vniuerſalem heredis inſtitutionem; & *num. 52. cum duobus ſeqq.* pro negatiua plures rationes, & auctoritates allegaſſet; mox *num. 55. vſque ad 61.* concludit pro affirmatiua, præcipuè per text. *in l. ſi quis prioris, §. certum, & §. illud, C. de ſecund. nupt.* vbi conceſſa alicui poteſtate alienandi, & diſponendi de aliquibus rebus, venit etiã alienatio & diſpoſitio per vniuerſalem heredis inſtitutionem: & quia verbum *diſponere*, propriè pertinet ad vltimas voluntates, Alber. *in ſuo Dictionario verbo, diſponere*, gloſ. & Alex. *n. 16. rubr. ff. ſol. matrim.* per text. *in §. diſponat, auth. de nupt.* & in his terminis Ruin. *conſ. 153. num. 12. vol. 2.* Immo idem Peregr. *num. 59.* tradit, † 483.
conceſſa poteſtate diſponendi de re aliqua, inteſtatum decedẽtem videri de ea diſpoſuiſſe in veniẽtes ab inteſtato, per *l. ſi cùm teſtamentum, in princ. & l. conficiuntur*, pariter *in princ. ff. de iur. codicill.* & ex pleriſque Doct. quos *ibi* allegat. de hoc tamen ipſe dubitat tum ex iis, quæ idem *ibi* in contrarium adducit, & Card. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 7. num. 14. circa med.* tum ex eo, quod idem Peregr. poſt multos docuerat *n. 45. ante med.* herede grauato fideicõmiſſo,

cui

cui teſtator conceſſerat facultatem alienandi, non alienante omnia remanere in fideicõmiſſo, tum denique quoniam ea iura, ſicut & text. *in l. codicillis, §. matre, ff. de legat. 2.* nullam de verbo *diſponendi* mentionem faciunt: & in omnem euentum nõ loquũtur in caſu, quo teſtator expreſsè facultatẽ grauato conceſſerat alienandi, ſeu diſponendi, atque adeò eam pro conditione poſuerat, ne locus eſſet fideicõmiſſo; vel cenſetur grauatus reſtituere quod ſupereſt alienationi, ſeu quod non fuerit alienatum: quo caſu in fideicommiſſo veniunt omnia, ſi nihil eſt alienatum, vt ex *d. auth. contrà, cùm rogatus*, & aliis iuribus, ac Doct ipſóque Peregr. docuimus *d. concluſ. 11. circa init.* omnino verò certum hac in re eſt, quod idem Peregr. ſatis probat *d. num. 57.* conceſſa alicui
484. poteſtate alienandi † conceſſam quoque cenſeri poteſtatem donandi. ſicut & illud admitti poteſt, quod poſt alios tradit ſatiſque confirmat Peregr. *d. art. 40. num. 66.* quòd vbi alienatio fuit conceſſa intra tem-
485. pus, v.g. 25. annorum cum matris conſenſu, † non videtur poſtea conceſſa etiam ſine eius conſenſu. Pariter certum illud mihi eſt, quod ad tertiam principalem difficultatem ab eo propoſitam *d. art. 40. n. 62. in fin.* an prohibitus alienare de bonis fideicom-
486. miſſariis vſque ad annos 25. † poſtea validè alienare poſſit: reſpondet, ac ſatis probat poſt alios ab eo relatos *num. 63.* iuncto *num. 64. verſ. in hac re, & num. 65.* non poſſe poſt eam ætatem validè ea bona à grauato alienari. nam firmiora mihi videntur fundamenta huius, quàm contrariæ ſententiæ, quæ & ipſa multos habes fautores ab eodem relatos *d. num. 64.* nam ipſius fundamentis, quorum præcipuum illud eſt, quòd prohibitum ad tempus poſt illud cenſetur conceſſum, *l. pater filium, l. fundum*, vbi Bart. *ff. de legat. 3. l. ſtatuliberum, §. fin. & l. Imperator, §. item fin. ff. de legat. 2.* cum aliis adductis per Tiraq. *de retract. cõuent. §. 1. gloſ. 3. num. 48.* & quia vbi præcedit negatiua auferens potentiam, dictio, *niſi*, quæ ſequitur, potentiam ponit, *l. actione*, vbi Bart. & alij communiter, *C. de tranſact.* optimè reſpondet Peregr. *d. num. 65.* poſt Dec. & Soc. iun. verum eſſe, quòd expreſſa prohibitio ad tempus poſt illud tempus non operatur; adeò, vt alienatio irreuocabiliter fieri poſſet, niſi aliud impediret, videlicet tanta legalis prohibitio, quæ inſurgit ex fideicommiſſo conditionali poſt mortem, arg. *l. qui teſtamento, in princ. ff. de teſtam.* quomodo etiam reſpondetur ad id, quod obiici poterat ex text. *in d. §. fundum*, quem Bart. ita ſummat; alienatio prohibita ad tempus videtur eſſe permiſſa poſt tempus: & patet loqui in prohibitione facta ad fauorem prohibiti, vt is nimirum apud ſe retineat donec vixerit fundum alienari prohibitum; cùm ibi decidatur, grauatum poſſe in eo quoque fundo heredem ſibi extraneum facere, eo non obſtante, quòd prohibitioni adiecta fuerit illa clauſula, ita enim fiet, vt fundus Titianus de nomine veſtro nunquam exeat. & iuxta hanc prædictam doctrinam deciſum fuit à Rot. Rom. coram bo. mem. Card. Seraph. at videre eſt inter eius deciſ. impreſſ. *deciſ. 829. & 1244.* quas cum aliis ſecuta eſt eadem Rot. coram Burat. in vna Carpentoraten. 19. Aprilis 1619.

QVARTA CONCLVSIO. Executor teſtamẽ-
487. tarius † regulariter derogare non poteſt fideicommiſſo inſtituto à defuncto, qui eum executorem deputauit. Probatur ex iis, quibus ſuprà *cap 5. queſt. 1. concl. 6.* latiùs tradidimus, regulariter executorẽ teſtamentarium non poſſe commutare vltimã voluntatem eius, qui illum pro eiuſdem voluntatis executione deputauit. vbi etiam ſatis oſtẽdimus poſſe eam volũtatem declarare: immo etiam cùm ad id facultatem habuit à defuncto qui eũ executorem deputauit, poterit eam voluntatẽ mutare in caſibus in quibus poſſet ipſe defunctus. quare idem dicendũ erit † quoad derogationẽ fideicommiſſi; quæ, vt iam ſæpe diximus, ſpecies quædam eſt commutationis vltimæ voluntatis: & quoad derogationem fideicõmiſſi, vbi id faciat executor ex poteſtate ſibi ab ipſo fideicommittente tradita, ſatis ſuadetur ex iis, quæ *praced. concl. limit. vlt.* circa initium in ſpecie diximus de herede, quòd, ſi huiuſmodi facultatem habeat à fideicommittente, poſſit fideicommiſſo derogare. 488.

QVINTA CONCLVSIO. Poteſt fideicommiſſarius, hoc eſt, is, ad cuius fauorem fideicommiſſum conſtitutũ fuit, † ei ſuo conſenſu pluribus mo- 489.
dis derogare. Cõcluſio hæc explicatur, ac ſimul probatur enumeratione, & confirmatione illorum modorum, ſeu caſuum: qui quidem, prout à Peregr. *d. tract. de fideic. art. 52. n. 9.* referuntur, hi ſunt; repudiatio, ſeu renunciatio, licentia, pactum, diuiſio, tranſactio, & compromiſſum: de quibus ſingulis hoc ipſo ordine ſeruato breuiter videndum eſt.

Primum igitur caſus eſt, cùm fideicommiſſarius renũtiat fideicommiſſo puro, ſeu purè debito: quod facere poteſt tum ex iis, quæ ſup. *cap. 5. q. 1. concluſ. 7.* quoad commutationem vltimarum voluntatum ad id adduximus: tum ex *l. fin. §. idem quæſitus, ff. de condict. indeb.* & alij allegat. à D. Paulo Gallet. *tract. de renunc. lib. 4. cap. 3. n. 48. verſ. non trahitur quoque*, ad probandum renuntiationem generalem non trahi ad ius fideicommiſſi, niſi expreſsè id agatur: tum denique ex *l. ſeruum filij, §. 1. ff. de legat. 1.* cum aliis, quibus id in ſpecie derogationis fideicommiſſi tradit Peregr. *d. art. 52. n. 9.* ſi autẽ fideicommiſſum debitum ſit ſub conditione, vel in diem etiam certam, † repudiatio- 490.
ne non amittitur; vt per text. *in l. ſi ita ſcriptum, §. ſi ſub conditione*, & *ibi* Bart. Cum. & Caſtr. *ff. de legat. 2.* gloſ. Bart. Bald. & ceteros ſcribentes *in l. 1. C. de paſt.* atque alios pleroſque docet Peregr. *d. art. 52. n. 10.* ob eam rationem, quòd renuntiatio non trahitur ad ius futurum: ad quod etiam multa adducit Galler. *d. c. 2. n. 52.* & priùs *num. 32.* vbi tamen hanc regulam reſtringit, quando verba generalia apta ſunt comprehendere etiam futura, atque de iis diſponens verſimiliter potuit cogitare: ac *num. 33.* vbi generalitas in vna tantùm ſpecie verificari poteſt: vnde infert, renunciationem generalẽ tunc includere fideicommiſſum, cùm ea non poteſt in alia re verificari. & iuxta hæc intelligi poteſt, ac debet quod ipſemet *eod. tract. lib. 1. cap. 8. n. 20.* & latiùs *lib. 4. cap. 3. n. 45. 46. & 47.* tradit, ſimplicem renunciationẽ tollere poſſe ius futurum, contra receptam multorum ſententiam, quã procedere ait in repudiatione proprie ſumpta, quæ ſupponit ius delatũ, & tamquam priuatio præſupponit habitum: non ſic renũtiatio, per quã abdicari poteſt etiã ſpes acquirendi; quæ tamẽ abdicatio & ipſa quædã priuatio eſt illius ſpei, quę habebatur.

Præſens autem huius primi caſus poſterior pars, quòd nimirum fideicommiſſum debitum ſub cõditione, vel in diẽ etiam certam repudiatione, ſeu renuntiatione non amittatur; reſtringitur principaliter tribus modis. primò vbi remuntiatio tranſiret in pactum, quia facta fuiſſet parte præſente, & acceptante, vel etiam tacente; vt ſatis probat Peregr. *d. art. 52. num. 11.* & Michaël Crall. *tract. de ſucceſſ. §. fideicommiſſum, queſt. 62. n. 1. 2. & 3.* aut in iudicio, iudice ſcilicet acceptante nomine abſentis, ſeu cuiuſcumque intereſſe habentis: ita poſt alios Peregr. *d. num. 11.* atque etiam hoc vtrumque ſuadetur ex latiùs adductis per Galler. *d. lib. 4. cap. 3.* de primo *num. 15. & 16.* de ſecundo *num. 21.* in quo cap. ferè per totum fusè tractat, in quo differat ſimplex renuntiatio à pacto, & quando renunciatio habeat vim pacti.

Peregr.

Peregrin. verò *d. num.* 11. addit ſecundam communem reſtrictionem, vbi ea renuntiatio futuri, ſeu conditionalis fideicommiſſi vallata eſſet iuramento; (quæ etiam ſuadetur ex deductis à Gallerat. *d. tract. cap.* 4. *num.* 11.) ac tertiam, vbi talis renuntiatio facta fuiſſet, aliquo nomine abſentis heredis recipiente, qui poſtea ratificaſſet acceptationem, & renuntiationem, antequam fideicommiſſarius eam reuocaſſet: idémque vbi renuntiatio facta fuiſſet per epiſtolam ad heredem directam, & per ipſum acceptatam. In vniuerſum verò ad hoc, vt renuntiari expreſsè fideicommiſſo conditionali poſſit, debuit renuntians vidiſſe, & cognouiſſe verba teſtamenti, vt ex Dec. *in l. cùm proponas, la prima, C. de pact.* & communi *in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig.* tradit Craſſ. *d. quæſt.* 62. *numer.* 4. Peregrin. autem *d. artic.* 52. *numer.*
491. 12. pro complemento huius caſus addit, † tacitam quandam repudiationem fideicommiſſi haberi ex *l. Procula, ff. de probat.* ibíque Bart. Bald. & Salic. necnon gloſ. & Bart. *in l. libertis, §. 1. ff. de alimen. & cibar. leg.* atque alij Doctor. quatuor concurrentibus, ſcilicet ceſſatione longi temporis, calculatione rationum ſæpiùs facta, & taciturnitate fideicommiſſi purè debiti, ac vinculo conſanguinitatis; vel ſuccedente alia circumſtantia, vtputa diuiſione, in locum vnius ex prædictis quatur deficientis. Itémque ſubdit aliam tacitam repudiationem, quando grauatus per fideicommiſſum legaſſet in ſuo teſtamento rem aliam fideicommiſſario: nam fideicommiſſarius per acceptationem legati videretur approbaſſe teſtamentum heredis; & repudiaſſe fideicommiſſum ſibi debitum, ex Abb. qui aliàs Mandell. dicitur, *conſil.* 17. *col.* 1. *&* 2. Atque hæc de primo caſu.

Secundus caſus principalis, in quo fideicom-
492. miſſarius derogat fideicommiſſo, eſt † per conſenſum licentiatiuum, quem vocant, ſeu licentiam de habendo, & poſſidendo bona fideicommiſſaria. qui quidem conſenſus, ſeu licentia præiudicat fideicommiſſario, cùm ius illud ei competit purè, & de præſenti: ſecus, ſi ſolùm in euentum alicuius actus, vel diei. ita poſt Cyn. Salic. & Alex. *d. l. 1. C. de pact.* & *ibi* recentiores per text. *in l. 1. §. quod ait, ff. quor. legat.* & alios diſtinguit Peregr. *d. art. 52. n. 13. & art. 40. n. 87.* Ad hunc caſum pertinet, quod idem Peregr. *d. tract. de fideicom. art. 40. n. 67. &* 84. tradit, fideicommiſſarium conſentientem alienationi rei fideicommiſſariæ purè ſibi debitæ, quia fideicommiſſum purum fuerit, vel purificatum, in reipſa alienata ſibi præiudicare: pro quo faciunt pleraque allegata per Gallerat. *d. lib. 5. cap. 9. num. 2.*
493. *cum duobus ſeqq.* quibus probat, † conſentientem alienationi, ſeu diſpoſitioni de re ſua tamquam dominum rei ſibi præiudicare in ipſa re, ſeu do-
494. minio. Id autem reſtringitur † primò, vbi fideicommiſſarius conſenſiſſet alienationi ſaluo iure ſuo, vt clarè probat Peregrin. *d. art. 40. numer. 70.* quem ſequitur etiam Gallerat. alia ad id adducens *d. cap. 9. num. 8.* Secundò, vt fideicommiſſarius alienationi conſentiens non præiudicet ſibi in pretio, vbi alienatio ſit titulo oneroſo, ſeu pro pretio, ſaltem vbi fiat ex cauſa neceſſaria heredis; vt ſatis probat Peregr. *d. art. 40. num. 72. cum ſeq.* quod declarat *n. 74. vſque ad* 81. omnino verò in pretio ſibi præiudicat, ſi conſentiat contractui lucratiuo, vt idem probat *num. 71. num.* autem 82. *&* 83. quoad fideicommiſſum non purè debitum, ſed ſub aliquo euentu diſtinguit. nam aut conſenſus, inquit, illius impedit committi fideicommiſſi euentum, & tunc conſenſus præiudicat in re, & in pretio; atque hunc caſum proprié ait locum habere, vbi fideicommiſſum committeretur in pœnam alienantis; quoniam conſenſus illius, cuius fauore facta eſt prohibitio, impediret fideicommiſſi caſum: aut conſenſus illius non impedit caſum fideicommiſſi, vt quia relictum eſt poſt mortem grauati, vel ſub alia caſuali conditione; & tunc fideicommiſſum non videbitur remiſſum ſiue conſentiens ſciuerit, ſiue ignorauerit fideicommiſſum. Quare quod huic diſtinctioni contrarium, nimirum quòd conſentiens alienationi rei fideicommiſſo ſubiectæ licèt ſibi præiudicet in ipſius rei vendicatione, non tamen ſibi præiudicat in pretio rei fideicommiſſariæ, vbi fideicommiſſum ſit reſtitutorium, per text. *in l. ſi fundum per fideicommiſſum, ff. de legat. 1.* poſt Peregr. *d. tract. de fideicomm. art. 14. numer. 24.* & alios tenet Gallerat. *d. cap. 9. numer. 5.* ſecus vterque *ibidem* aſſerentes in fideicommiſſo inducto in caſum alienationis, per text. *in l. cùm pater, §. libertis, ff. de legat. 2. & l. quoties, C. de fideicom.* intelligendum eſt de conſenſu præſtito ab herede grauato, aut alio, quàm fideicommiſſario, aliàs ſibiipſi aduerſaretur manifeſtè Peregrin. qui *d. numer.* 83. in caſu ſecundi membri prædictæ diſtinctionis *ibi, & numer. preced.* poſitæ docet poſt alios, pretium refundi, quo res empta fuit, non præſens æſtimatio. *num.* autem 84. ex communi ſubdit, quòd tunc purificato fideicommiſſo, vbi fideicommiſſarius ſciens rem fideicommiſſariam emiſſet ab herede, fideicommiſſum in ea remiſiſſe videretur. *numer.* autem 87. *in fin. cum ſeq.* cùm multa *eo numer.* 87. *ac duobus preced.* hinc inde attuliſſet quoad hoc, an fideicommiſſarius conditionalis conſentiens alienationi rei fideicommiſſariæ pretium à grauato conſequi poſsit, aut etiam rem, non ſecuta alienatione, vendicare; concludendo ex iis etiam, quæ dixit *d. artic. 52. numer.* 9. & infrà, diſtinguit: quòd, aut conſenſus ſimpliciter fuit præſtitus citra vim pacti; & hoc caſu ius futurum non lædit: aut conſenſus tranſiuit in contractum, quod eſt, quando fideicommiſſarius vel emit ab herede grauato, vel cum eo diuiſit cum pacto ad alienandum. & quidem ſi emit rem, ampliùs ex fideicommiſſi cauſa eam non vendicat, quia illam poſsidet, ſed tanquam re ſibi euicta ad pretium agit: aut tertius emit, & conſenſus ille ſibi obſtat in rei vendicatione; adeò, vt emptor tutus ſit, ſiue diuidentes ſciuerint, ſiue ignorauerint fideicommiſſum. hoc tamen caſu grauatus qui alienauit, & eius heredes ad pretium tenebuntur. Hac verò de re videndum etiam quod latè tradit Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 117.* per tot. Quòd ſi petas, an, † ſi fideicommiſſa-
495. rius fuit præſens alienationi rei reſtitutioni ſubiectæ, non tamen expreſsè conſenſit, ſed tacuit; numquid tacitè cenſeatur renuntiaſſe fideicommiſſo: reſpondeo, communem ſententiam Doctor. contra gloſ. *in l. cùm proponas, la 1. C. de pact.* non cenſeri renuntiaſſe. ita nonnullis relatis Peregrin. *d. artic. 40. numer. 89. in fin.* & Craſſ. *d. §. fideicommiſſum, quæſt. 62. numer. 5.* Gallerat. *d. lib. 5. cap. 9. numer. 14. in fin.* & colligi poteſt ex multis, quos ipſemet adducit *eod. lib. 5. cap. 11.* paſsim. quod tamen limitandum videtur in caſu quem latè proſequitur Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 116.* dum poſt alios tradit, quòd frater præſens alienationi bonorum fideicommiſſi, vbi taceat, quando potuit contradicere, cenſeatur ius ſuum remiſiſſe;

Io. Petr. Moneta de commut. vlt. volunt.

secus verò quando præsens, & tacens non potuisset impedire alienationem, etiamsi contradixisset. Illud denique circa hunc secundum principalem casum prætermittendum non est, quòd, si quis ratione officij, aut statuti, vel vti testis, notarius, aut aduocatus præsens est, aut etiam consentit alienationi rei fideicommissariæ, regulariter sibi non præiudicat in iure, quod in eo habet: id quod in specie fideicommissi pluribus relatis docet Peregrin. *d. numer.* 89. *in princ.* & constat ex iis, quæ generatim de huiusmodi personis præsentibus, aut consentientibus alienationi rei, in qua ius aliquod habent, tradit Galler. *d. lib.* 5. *cap.* 9. *numer.* 6. & latiùs *cap.* 10. ferè per tot. atque ante eum Ant. Gabr. *commun. conclus. lib.* 3. *tit. de rer. alienat. conclus.* 2. per tot. & nos suprà *cap.* 8. *quæst.* 9. *conclus.* 4. *declarat.* 7. vnde etiam peti possunt huius regulæ, ac doctrinæ declarationes.

Tertius casus principalis, in quo fideicommissarius per suum consensum fideicommisso valet
496. derogare, † est per pactum: pacto enim fideicommissum sub conditione debitum à fideicommissario posse hæredi grauato remitti, concedunt glos. & antiqui, ac moderni omnes *in l.* 1. *C. de pact.* per illum text. vt inquit Peregrin. *d. artic.* 52. *num.* 14. vbi tamen id intelligi vult, dummodo, qui fideicommissum remittit, tunc, vel priùs visis, & cognitis testamenti verbis sciuerit fideicommissum sibi relictum; aliàs remissio non noceret etiam pacto vallata; *l. de his, ff. de transact.* nempe hæc lex, vt idem subdit *numer.* 15. locum habet nedum in transactione, verùm etiam in pacto gratuito, & liberatorio; sicuti *in eâ l.* definierunt glos. Bart. Bald. & Ang. communémque dixit Corn. *consil.* 135. *col.* 1. *volum.* 2. & sequuntur alij à Peregrin. *ibidem* relati; quorum opinio ab eodem *ibi* probatur per text. *d. l.* 1. §. 1. *C. de pact.* atque ex communi sentit quoque Crass. *d. quæst.* 62. *numer.* 4. facitque text. *in l. cùm proponas, l.* 1. *C. eod. tit.* Præterea remis-
497. sio per pactum facta sic accipi debet vt † præiudicet remittenti quoad illum, cum quo pactus fuit, eiúsque successores, non quoad alios; item vt noceat remittenti, eiúsque heredibus, non aliis: vt satis probat quoad vtrumque Peregrin. *d. artic.* 52. *numer.* 16. vt latiùs *numer.* 81. ac primum quoque suadetur ex fusiùs adductis à Gallerat. *d. tract. de remunt. lib.* 1. *cap.* 10. secundum verò ex traditis per eum *cap.* 11. ferè per tot. & adducendis per nos ad fin. huius conclus. Interim autem pro huius casus complemento prætereundum non est, quòd licèt aliqui relati à
498. Peregrin. *d. artic.* 52. *numer.* 17. voluerint, † ius, quod nec in re, nec in spe tunc competit, pacto non posse tolli: contrarium tamen tenet *ibidem* post alios, & satis probat Peregrin. simul tradens, quæ verba ad id necessaria sint, vel opportuna. idémque etiam docet Gallerat. *d. tract. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 45. post Bolognet. *d. l.* 1. *num.* 86. *C. de pact.* qui dupliciter id temperat, Gallerat. verò & Peregrin. *ibidem* idipsum sentiunt de renuntiatione.

Quartus principalis casus, in quo fideicommissa-
499. rius derogare potest fideicommisso, † est per diuisionem inter heredes grauatos reciproco fideicommisso, vel inter fideicommissarium, & heredem grauatum fideicommisso non reciproco. Licèt enim regulariter per simplicem diuisionem non censeatur remissum ius fideicommissi conditionalis nondum purificati; vt per text. *in l. cùm pater, §. hereditatem, ff. de legat.* 2. pluribus relatis ex communi tradiderunt Ant. Gabr. *commun. conclus. lib.* 4. *tit. de fideicomm. concl.* 1. *num.* 1. Michaël Crass. *tract. de success.* §. *fideicommissum, quæst.* 63. *num.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 115. *numer.* 9. Mascard. *tract. de probat. conclus.* 776. *numer.* 1. & 3. *vsque ad* 8. ac Peregrin. *d. artic.* 52. *numer.* 18. Quod quidem procedit quoque in multis casibus, de quibus Gabr. *d. conclus.* 1. *num.* 2. *vsque ad* 6. & *num.* 9. 10. 11. *ac* 13. *vsque ad* 20. & *num.* 24. *cum tribus seqq.* necnon *num.* 32. 33. 34. & 38. Crass. *d. quæst.* 63. *à numer.* 2. *vsque ad* 5. & *numer.* 6. *vers. contrarium, cum seq.* & *num.* 7. *post princip.* Menoch. *d. præsumpt.* 115. *numer.* 11. *vsque ad* 19. & *à numer.* 22. *ad* 27. *ac numer.* 37. 38. & 39. 41. & 57. *vsque ad* 62. necnon *à numer.* 72. *ad* 76. Peregrin. *d. artic.* 52. *num.* 26. *cum duobus seqq.* & *num.* 31. 41. 44. & 49. *vers. vt autem.* Tamen, præter casum fideicommissi puri, seu conditionalis purificati, in quo diuisio fideicommissi remissionem inducit, vt ex recepta Doct. sententia multis allegatis tradit, ac satis comprobat Menoch. *d. præsumpt.* 115. *num.* 3. *vsque ad* 8. & Peregrin. *d. art.* 52. *num.* 19. adhuc multò plures sunt casus, in quibus diuisio importat remissionem fideicommissi conditionalis non purificati. pro iis autem, ne nimis longum faciam, candidum lectorem sat erit remisisse ad Gabrielem *d. conclus.* 1. *num.* 7. *cum seq. num.* 12. 21. 28. 29. 30. 36. 37. & 39. *vsque ad* 46. Crass. *d. quæst.* 63. *num.* 4. *in princ. num.* 5. *vers. sin autem, & num.* 6. *ac* 7. *in princ.* Mascard. vbi suprà *à num.* 9. *ad fin.* Menoch. *d. præs.* 115. *num.* 17. *cum tribus seqq.* & *num.* 28. *vsque ad* 32. & *n.* 34. 35. 36. 40. 41. *in princ.* & 46. *vsque ad* 56. & *à* 63. *ad* 71. ac denique *numer.* 76. *vers. declaratur, cum duobus vers. seqq.* & Peregrin. *d. artic.* 52. *num.* 29. & 32. *vsque ad* 36. necnon *num.* 41. *vers. contrarium, num.* 42. 44. 45. 47. & 49. *in princ.* ac tandem *num.* 53. *cum aliquot seqq.* Nonnulla tamen hoc loco adnotanda sunt quæ ad vtrosque casus generatim pertinent. Et quidem primò ad hoc, vt diuisio cum quibusuis clausulis concepta importet remissionem fideicommissi conditionalis requiri, † quòd 500.
diuidentes de eo scientiam habuerint; vt pluribus relatis ex communi tradit Crass. *d. quæst.* 63. *num.* 6. *vers. quæ omnia*, & latè probat Peregr. *eod. art.* 52. *n.* 20. *cum seq.* vbi etiam docet, non sufficere generalem scientiam, sed exigi specialem testamenti, & relictorum in eo, inspectis nimirum verbis testamenti; præcipuè per text. *d. l. de his, ff. de transact.* & *l.* 1. §. 1. *ff. quemad. testam. aper.* quod etiam sentit post alios Crass. *d.* §. *fideicommissum, quæst.* 62. *n.* 4. idque locum habet inter quascumque personas pactú fiat de contentis in testamento, vt idem Peregr. docet *d. art.* 52. *n.* 23. rectè autem tradit ipsemet *eod. art.* 52. *num.* 22. non esse necessarium dicere in instrumento, inspectis, cognitísque verbis testamenti, sed immo sufficere præsumptam scientiam testamenti: quæ quãdo cõtingat siue in suo, siue in extraneo herede, optimè prosequitur Crass. *d.* §. *fideicõmissum, quæst.* 64. per tot. Petr. *de fideicom. prohib. quæst.* 14. *à n.* 226. *ad* 294. & Peregr. *d. art.* 52. *n.* 104. *ac seq.* Secundò notandũ est cum eod. Peregr. *in sepiùs cit. art.* 52. *n.* 24. & 25. quòd clausulæ adiectæ in instrumento diuisionis, vt operentur remissionẽ fideicõmissi, † eam importare 501.
debent vel expressè, vel in necessariam cõsequentiã expressorum; & in dubio pronuntiandũ esse fideicõmissum non fuisse remissum, quoniam renuntiatio tollit ius quæsitum; & nemo præsumitur iura sua renuntiare, & renuntiatio est stricti iuris, vt etiam latè comprobat D. Gallerat. *d. tract. de renuntiat. lib.* 1. *cap.* 5. per tot. Not. tertiò, quòd † tutor cum iudi- 502.
cis decreto potest in diuisione vi clausularum in ea adiecta

adiectarum remittere fideicommiſſum conditionale, quod pupillo competit, data paritate periculi; ſecus data conſiderabili imparitate: vt ſatis probat Peregrin. *d. artic.* 52. *numer.* 50. minoribus autem, ac litterarum, & iuris imperitis, veluti mulieribus, & ruſticis præſumpta fideicommiſſi renuntiatio, quæ ex vi clauſularum inducitur, forſitan, inquit poſt alios *numer.* 51. non obeſſet. Plura verò de hoc modo derogandi fideicommiſſo per diuiſionem, præter citatos auctores, & ab iis allegatos, peti poſſunt ex Petr. Ant. à Petra Placentino, quem hac in re non niſi poſt hæc ſcripta vidi, *in d. ſuo tract. de fideicom. prohib. quæſt.* 14. præcipuè *à num.* 15. *vſque ad* 116. ſicut de renuntiatione agit *à numer.* 117. *vſque ad* 136.

Quintus caſus principalis, in quo fideicommiſſarius poteſt fideicõmiſſo derogare, eſt per tranſactionem. & quidem primò† approbando tranſactionem 503.
factam ab herede grauato cum debitoribus hereditatis. valida enim eſt huiuſmodi tranſactio, & ipſum fideicommiſſarium afficit, vbi debitor ignorauerit, rem eſſe reſtitutioni obnoxiam: vt per text. *in l. vltima, §. vlt. ff. de tranſact.* tradit Molin. iun. *de inſt. & iur. tract.* 2. *diſp.* 557. *n.* 3. & 4. vbi ait, ſecus eſſe data ſcientia, vel quoad res immobiles: quoad mobiles autem ſubdit cum *gloſ. vlt.* fideicommiſſario competere eandem actionem aduersùs heredem grauatum, quę competeret aduersùs debitorem ſi heres grauatus cum illo non tranſigeret: vnde ſi ea tranſactio detrimentum afferret fideicommiſſario, quia non eſſet vtiliter, ac prudenter facta, teneretur heres id detrimentum reſarcire fideicommiſſario. qua de re vi-
dendum etiam quod latiùs tradit Peregr. *d. tract. de* 504.
fideicom. art. 40. *n.* 103. Secundò valet tranſactio † inter heredem, & fideicommiſſarium; vt per text. *in l. 1. C. de pact. l. Lucius, §. fin. ff. ad Trebell. & l. de his, ff. de tranſact.* adnotauit inter ceteros Peregr. *d. art.* 52. *n.* 76. & Molin. iun. *d. diſput.* 557. *num.* 5. Tertiò valet etiam inter duos confideicommiſſarios. ita per text. *in l. de fideicommiſſo, C. de tranſact. & l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. obligat.* poſt Rip. *ibi, n.* 101. id indubitatum dicentem, & Natt. *conſil.* 465. docet Peregr. *d. n.* 76. & facit etiam text. *in l. cùm proponas, la* 1. *C. de pact.* licèt tam *d. l. cùm proponas*, quàm *d. l.* 1. potiùs loquantur de pactis, cùm ſub eo titulo ponantur: pactum autem regulariter eſt gratuitum, ac de re certa; tranſactio verò eſt onerosa, ac de re dubia; vt conſtat ex *l.* 1. *ff. de tranſact.* & Doct. *ibi*, atque *in rubr. ff. & C. de pact. ac de tranſact.* Molin. iun. *d. tract.* 2. *diſp.* 556. *n.* 1. *cum duobus ſeqq.* apud quem *d. diſput.* 557. *n.* 7. *vſque ad* 11. ac Molin. ſen. *tract. de Hiſpan. primog. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 20. *vſque ad* 31. pleroſque, alios caſus videre
505. licet, in quibus poteſt † fideicommiſſarius tranſigere: eóſque nos etiam ſuprà *quæſt. præced. concluſ.* 1. *poſt med. verſ. tertiò principaliter*, cùm de maioratus derogatione ageremus, latiùs proſequuti ſumus. Eorum verò, qui magis in ſpecie ad derogationem fideicommiſſi, de qua agimus, ſpectant, primus eſt, quando huiuſmodi tranſactio ex rationabili cauſa ad præcidendas lites, odia, & grauia damna Principis ſupremi auctoritate facta, vel confirmata fuit: prout præcipuè per text. *in c. 1. de tranſact.* latè probat Molin. ſen. *d. cap.* 9. *n.* 20. *cum ſeq.* & iun. *d. diſp.* 557. *num.* 2. Secundus, cùm per tranſactionem fit, vt res fideicommiſſaria maneat apud eum, qui alienare non poteſt, nimirum vocatum, dando alteri quid aliud; vt fusè comprobant, & declarant Molin. ſen. vbi ſuprà *num.* 22. *vſque ad* 27. iun. *n.* 8. Tertius eſt, quando fit ex neceſſitate, vtputa ex ſtatuto, aut iudicis ſententia; prout tradit vterque, ille quidem *n.* 29. & 30. hic autem *n.* 9. Quartus, quando in tranſactione cum debitis ſolemnitatibus, vbi tranſigens ſit minor; vel Eccleſia, conſentiunt omnes, ad quos res fideicommiſſaria peruenire deberet. ita per text. *in l. quoties ab omnibus, C. de fideicomm.* docet idem Molin. ſen. ſuprà *num.* 31. & iun. *num.* 10. Vt autem tranſactio de fideicommiſſo, & ſuper aliis contentis in teſtamento valeat, † oportet, vt priùs à tranſigentibus viſa. 506.
fuerint, & cognita verba teſtamenti, & de contentis in eo quoad partem in tranſactione deductam plenam notitiam habuerint: vt per text. *in l. Imperatores, §. 1. l. non eſt ferendum, & l. de his, ff. de tranſact.* notauit Peregr. *d. art.* 52. *n.* 77. & Molin. iun. *d. diſp.* 577. *n.* 12. vbi declarationem affert, quòd ſufficeret notitia præſumpta; qua de re aliquid etiam nos diximus *in præcad. caſu principali circa med.* poſt Peregr. *d. art.* 52. *n.* 20. *cum tribus ſeqq.* qui *num.* 78. ſubdit, prohibitioni *d. l. de his*, non poſſe renuntiari, poſt gloſ. Bart. Bald. Ang. & ceteros *ibi*, atque alios communiter: quod pariter ex communi reſoluit Molin iun. *d. diſp.* 557. *n.* 15. *num.* autem 16. latè tractat, quid ſi huic renuntiationi, vel tranſactioni acceſſerit iuramentum: de quo etiam fusè Peregrin. *d. art.* 52. *num.* 49. & Ioan. Guttier. *tract. de iuramen. confirmat. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 20. *vſque ad* 26.

Sextus, ac poſtremus caſus principalis, in quo fideicommiſſarius per ſuum conſenſum poteſt fideicommiſſo derogare, eſt † per compromiſſum. Et qui- 507.
dem de compromiſſo heredis cum tertio, ita, vt fideicommiſſarius etiam ei ſtare teneatur, text eſt *in l. cùm hereditas, ff. ad Trebell.* atque ex communi tradit Michaël Craſſ. *d. §. fideicommiſſum, quæſt.* 61. & latè tuetur Peregrin. *d. tract. de fideicomm. art.* 40. *num.* 119. *cum duobus ſeqq.* ſubdit autem *n.* 122. quòd, † vbi ex 508.
lege, vel ſtatuto neceſſariò inter duos conſanguineos collitigantes foret compromittendum, locum eſſe compromiſſo, fatentur communiter auctores, ex quibus plurimos *ibidem* refert: eámque ſententiam ſatis defendit contra Molin. *d. cap.* 9. *numer.* 28. quod idem etiam tradit *in d. tract. artic.* 53. *numer.* 9. idipſum docens *num.* 10. de cònſilio ſapientis, cui ex diſpoſitione ſtatuti alicuius ciuitatis cauſæ committendæ ſunt. De compromiſſo autem † inter here- 509.
dem, & fideicommiſſarium, ſatis conſtat ex text. *in cap. Raynaldus, de teſtament.* per quem præter Doct. *ibi*, id adnotarunt Molin. ſen. *d. cap.* 9. *num.* 18. & iun. *d. diſp.* 557. *num.* 5. ac Peregr. *d. art.* 52. *num.* 76. in primis verbis. addit autem *num.* 79. poſt alios generale compromiſſum † non referri ad contenta in te- 510.
ſtamento, ſed requiri ſpecialem mentionem, ac ſcientiam in eo diſpoſitorum; per eam rationem, quia compromiſſum eſt ſpecies tranſactionis, vt *d. quæſt. præced. concluſ.* 1. *verſ. tertiò principaliter*, poſt nonnullos docuimus: quibus nunc addimus Peregr. alios allegantem *d. artic.* 52. *numer.* 76. ac ſubdentem poſt Coraſ. *Miſcellan. lib.* 2. *cap.* 19. *numer.* 10. quòd immo tranſigendi poteſtas latior videtur, quàm compromittendi: nam de ſtatus cauſa poteſt tranſigi, *l. fratris, C. de tranſact.* non tamen compromittendi, *l. non diſtinguemus, §. de liberali, ff. de arbitr.* nempe maiores id iudices poſtulat, *l.* 2. *C. de pedan. iudicibus.*

Iam verò, antequam ex his caſibus egrediamur, in quibus heres, aut fideicommiſſarius per ſuum contentum fideicommiſſo derogare poteſt; aliqua hoc loco adnotanda ſunt, quæ ad eos omnes caſus, ac præcipuè tranſactionem, & compromiſſum pertinent. Notandum igitur primò cum Peregr. id ſatis confirmante *d. artic.* 52. *num.* 16. & 81. *vſque ad* 87. regulariter pacta, repudiationes, diuiſiones, tranſactiones, arbitramenta, ſeu compromiſſa, & generaliter remiſſiones per actus voluntarios factas

§ 11. super fideicommissis † non egredi personas paciscentium, aut aliàs per huiusmodi actus disponentium, ad præiudicium substitutorum: præsertim ex eo, quia priuatis pactionibus ius ceterorum lædi non potest, *l. Imperatores, ff. de transact.* ex quo infert *ibi* I.C. quòd transactio inter heredem scriptum, & legitimum non præiudicet legatariis, aut fideicommissariis; & ex apertis iuribus, nimirum *l. si suspecta, §. fin. ff. de inoffic. testam. l. à sententia, §. si heres, ff. de appellat. l. si dictum, §. si compromisero, ff. de recept. l. 2. & 3. C. res inter alios act. & cap. veniens, de transact.* necnon ex *l. si vnus, §. ante omnia, & l. fin. ff. de pact. ac l. id, quod nostrum, ff. de reg. iur.* facit etiam in terminis fideicommissi text. *in l. pete, §. fratre, ff. de legat. 2.* quem in simili adducit Molin. sen. *d. cap. 9. numer. 10.* Not. secundò, quòd, † cùm

§ 12. plerumque occurrant controuersiæ inter duos, aut plures competitores super iure fideicommissi, vtroque prætendente, fideicommissum sibi apertum, veluti quia vnus sit proximior agnato, alter testatori; vel quia nepos cum patruo concurrere intendat; vel quia dicatur, filiorum appellatione nepotes quoque contineri, aut etiam inter heredem, & primum fideicommissarium, vtrùm sit inductum fideicommissum, vel non; item an sit extinctum, nec ne: his & similibus in causis, vbi lis foret dubia, & incerta ob conflictum opinionum, & rationum; sustineri posset, transactionem inter eos bona fide factam de diuidenda pro certis quotis inter eosdem successione. ita Peregrin. *d. artic. 52. numer. 88.* nam magna, inquit,

§ 13. est transactionis vis, quoniam † rei iudicatæ comparatur, *l. non minorem, C. de transact. cap. 1. de lit. contest. in 6.* etenim remedium est finiendarum litium: & negotia semel transactione decisa non amplius restaurantur, *l. fratris, C. de transact.* etiam sub prætextu instrumentorum de nouo repertorum, *l. sub prætextu, la 2. C. eod. tit.* & transactio speciali iure præ ceteris contractibus bona fide de re dubia, & lite incerta va-

§ 14. let † ab iis facta, quibus alienatio voluntaria interdicitur, *l. præses, C. de transact. cap. 1. §. si vasallus, de benefic. tit. si de feud. fuer. controuer. in vsib. feud.* quòd si de re certa, vel satis clara quis transegisset, transactio ius fideicommissi diminuens, vti non bona fide facta, sequentibus non præiudicaret, *l. 1. §. quod, si in lite, & §. at si transegis, ff. si quid in fraud. patron. ac d. l. præses.* atque in feudalibus vtrumque adnotauit Bald. & alij quos *ibi* refert Peregrin. in fideicommissariis Coras. *lib. 2. miscellaneor. cap. 19. numer. 10.* quem sequitur *ibidem* Peregrin. subdens post alios, præcipuè Molin. *d. cap. 9. numer. 32. cum seq.* multò magis transactionem, & compromissum de rebus fideicommissariis, & feudalibus valere super lite incerta,

§ 15. † vbi Principis auctoritas interfuisset. Si tamen mala fide, & per calumniam transactum, vel compromissum fuit, licèt Principis auctoritas accessisset, transactio non confirmaretur; quia Principis rescriptum non confirmat malè gesta, nec tollit remedia rescissoria, *l. creditor, §. Lucius, ff. mand. l. nec aurum, C. de emancip. liberor. & l. auctoritatem, C. vnde vi.* quare contra huiusmodi transactionem, & compromissum opponi possunt eædem exceptiones, quæ contra alias transactiones, & compromissa opponi possunt, vt dolus, metus, surrepcio, læsio enormissima, iuxta tradita per Molin. iun. *d. tract. 2. disput. 556. num. 19. cum duobus seqq.* qui *d. disput. 557. numer. 10.* sic ex communi decidit post Molin. sen. alios allegantem *d. cap. 9. num. 32. vsque ad 36.* & quidem de læsionis, ac doli exceptionibus, quæ frequentiores sunt, aliquid dicemus infra *notab. 4.* Et hæc procedunt vbi substituti fideicommissarij non sunt heredes transigentis. Quoad casum autem, cùm heres eius sit; not. tertiò, quòd † consentiens

§ 16. transactioni, seu alienationi in sui præiudicium non præiudicat filio, aut alteri heredi suo in iure proprio ipsius filij, vel heredis, veluti in feudalibus, fideicommissariis, & emphyteoticis; vt satis probat Peregrin. *d. artic. 52. numer. 91.* idem ostendens *n. 92.* de herede renuntiantis iuri suo; itémque eius, qui simul consentit, & renuntiat iuribus suis. Hinc sequitur, quòd renuntiatio per filium facta de hereditate patris † non nocet nepoti-

§ 17. bus ad eam venientibus iure suo, quia filia in vita patris prædecesserit non accepta portione sua. ita post multos tradit Peregrin. *d. artic. 52. numer. 93.* & ex communi nonnullis relatis resoluit Crass. *d. tract. de success. §. hereditas, quæst. 12. numer. 31.* Subdens pariter ex communi multis citatis, hoc procedere etiamsi mater in vita acceperit aliquid, puta dotem, vel legitimam. & quòd consensus eorum, quorum in fideicommisso prima erat causa, præiitus in alienatione rei fideicommissariæ non præiudicet sequentibus venientibus iure suo, decidunt plerique relati, ac probati à Peregrin. *eod. artic. 52. numer. 94.* & in feudo ex communi pluribus allegatis Crass. *d. quæst. 12. numer. 32.* in feudis autem, fideicommissis, & emphyteusi, idem fore in casu, quo is, qui consentit, ac renuntiat, promisit de non veniendo contrà, pro se tantùm, aut pro suo facto tantùm; immo etiam, vbi dixerit, † per se,

§ 18. vel alios, vt nimirum non præiudicet heredibus suis iure suo venientibus, satis probat Peregrin. *d. artic. 52. numer. 95.* vbi verò quis promisit non contrauenire per se, filios, heredesque suos, non possunt filij, iidémque heredes etiam pro iure suo venire aduersus factum patris. sic Peregrin. vbi suprà *numer. 97.* post Bald. *in l. qui se patris, n. 12. C. eod. liber.* & Ruin. *consil. 7. numer. 38. volum. 1.* vbi, sic etiam voluit, ac probauit, licèt simpliciter promisisset non contrauenire; quod & post alios facit Peregrin. *loco cit.* ac in feudo ex commun. Crass. *d. quæst. 12. numer. 32. ad fin.* Cetera verò ad rem hanc spectantia, an heres pro iure suo venire possit contra factum defuncti, peti possunt ex late traditis ab eodem Crass. *d. quæst. 12.* Peregrin. *d. tract. de fideicom. artic. 33.* ferè per tot. Petr. Ant. à Petra Placentin. *in suo tract. de fideicomm. prohib. quæst. 14. numer. 297. vsque ad 301. & numer. 313. vsque ad 328.* Ant. Gabr. *comm. conclus. lib. 6. tit. de reg. iur. conclus. 11.* & D. Galleras. *d. tract. de rerum. lib. 1. cap. 11. numer. 28. cum seq.* Notandum quartò, quòd transactio super fideicommisso in re præsenti bona fide facta †

§ 19. non rescinditur sub prætextu, quòd postea reperta sint instrumenta, ex quibus demonstrari possit de non iure rei, aut eius auctoris; vel quia nouæ species, seu res adimentæ sint, de quibus tempore transactionis actum non fuerit. sic Peregrin. *d. artic. 52. numer. 99.* dicens, casum esse *in l. Lucius, §. fin. ff ad Trebell.* vbi per instrumenta postea reperta apparuit quadruplo amplius fuisse in hereditate, quàm fideicommissarius acceperit ab herede grauato: & tamen Scæuola *ibi* respondet tunc demum fideicommissarium eas res petere posse, si non transactum sit. pariter *in l. sub prætextu*

instru

inſtrumentorum, & l. ſub prætextu ſpecierum, C. de tranſact. deciditur, ſub prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum, & ſpecierum de nouo apparentium tranſactionem bona fide factam reſcindi non oportere. idque etiam per hos text. adnotauit quoad vtrumque forum Molin. iun. *d. diſput.* 556. *numer.* 18. vbi eam rationem inſinuat, quam expreſsè affert Peregr. *d. numer.* 99. quia cùm de læſione in contractu agitur, rei æſtimatio conſideratur inſpecto tempore contractus, non ex caſu ſuperueniente, *l. ſi voluntate, in fin. C. de reſcind. vendit.* ad quod etiam eſt optimus text. *in cap. ad aures, de reb. Eccleſ. non alienan.* vbi gloſ. *verbo, tunc*, alios text. concord. allegat. Vtrùm autem ope reſtitutionis in integrum † tranſigenti ſubueniendum ſit ob læſionem non modicam per inſtrumenta de nouo reperta apparentem, videndus eſt Sfort. Odd. *in tract. de reſtit. in integr. queſt.* 73. *cum ſeq.* & quando minor, aut Eccleſia ob læſionem, aut metum reſtituatur aduersùs tranſactionem, videri poteſt Molin. iun. *d. diſput.* 556. *numer.* 22. Tranſactio verò ſuper fideicommiſſo mala fide facta † doli actione, exceptione, aut replicatione reſcinditur. ita Peregr. *d. artic.* 52. *numer.* 101. præcipuè per text. *in l. qui cum tutoribus, §. qui per fallaciam, ff. de tranſact. d. l. ſub prætextu inſtrumentorum, in 2. reſponſ. d. l. ſub prætextu ſpecierum, & d. l. Lucius, §. fin.* necnon *l. in ſumma, ff. de condict. indeb. & l. ſi ſuperſtite, C. de dol.* Ex quibus etiam iuribus docet, tranſactionem fore mala fide factam, ſi res, vel inſtrumenta occultata fuiſſent: item vbi nulla probabilis litigandi cauſa conſiderari poſſet; vt quia quæſtio ex lege, vel ex ſtatuto deciſa legeretur; vel per inſtrumentum, aut aliter euidens eſſet litigantis calumnia. Denique *numer.* 102. ſatis tuetur, † tranſactionem ſuper quæſtione probabili, & argumentatiua bona fide facta, licèt in effectu nulla ſubeſſet cauſa ex parte actoris, vel rei, ſuſtineri; quoniam ſatis cauſa ſubeſt, quòd à lite diſceditur; vti expreſsè dicit text. *d. l. in ſumma, ff. de condict. indeb. l. 2. C. eod. tit. & l. nec interuentio, C. de tranſact.* atque adeò veriorem videri contra Bart. & alios opinionem aſſerentem, quòd tranſactio bona fide facta reſcindi ob ſolam læſionem non debeat: quam tenuerunt gloſ. iuris ciuilis *d. l. Lucius, §. fin.* & iuris Canonici *in cap. cum cauſa, de empt. & vend.* ac plerique relati à Peregr. *d. numer.* 102. & Ant. Gabr. *comm. concluſ. lib. 3. tit. de empt. & vendit. concluſ. 1. numer.* 68. *in princ. & numer.* 72. iuncto *numer.* 105. licèt plurimi etiam tenuerint, † ex ſola læſione vltra dimidiam iuſti pretij non ipſius rei, ſed actionis, habito nimirum reſpectu ad dubium litis euentum, tranſactionem reſcindi poſſe; quos ſequuntur Gabr. *d. concluſ. 1. numer.* 68. *verſ. contrariam verò ſententiam*, iuncto *numer.* 69. & 70. ac Molin. ſen. *d. cap. 9. numer.* 36. quóſque refert Peregr. *d. numer.* 102. ſubdens *ibidem, verſic. horum autem opinio*, horum opinionem concurrentibus aliquibus coniecturis ſumptis ex perſonarum qualitate, quæ facilè decipi poſſint, aut aliter, ex quibus fallacia, metus, aut circumuentio aliqua valeat coniecturari, iuſtè eſſe recipiendam, ex *d. l. ſi ſuperſtite, C. de dol. & l. omnes, §. Lucius, ff. de his, qua in fraud. credit.* Ang. Caſtren. & aliis. Ceterùm ex ſola læſione, ceſſante fraudis coniectura, non facilè à tranſacto eſſe recedendum, per iura ſuperiùs allegata, & quia tranſactio eſt remedium finiendarum litium, *l. fratris, C. de tranſact.* & quia tranſactio comparatur ſententiæ, ac iura-

520. 521. 522. 523.

mento, vt *ibi* notatur, eſt caſus *in l. non minorem, C. de tranſact. & l. 1. C. de error. calcul.* ſententia autem, & iuramentum ex capite ſolius læſionis non reuocantur, *l. ſub ſpecie, C. de re iud. & l. non erit, §. dato, ff. de iureiur.* Quòd ſi pro complemento huius concluſ. petas, † an, & quanto tempore præſcribi poſſint, ita, vt tollantur hæc remedia, quæ præcipuè contra tranſactiones de iure competunt, conſulas Molin. iun. *d. diſput. 556. numer.* 23. & ſen. *d. cap. 9. numer.* 37. *ac* 38. illúdque hoc loco admonuiſſe ſit ſatis, quod idem Molin. iun. tradit *in d. diſput. 557. numer.* 11. & latè probat ſen. *loco mox citat.* idem tempus ſufficere etiam vbi in tranſactione, vel compromiſſo interceſſerit Principis auctoritas: quoniam tunc agitur de præſcribendis bonis non iam vinculatis, ſed per tranſactionem liberis ſaltem præſumptiuè effectis; vnde donec exceptiones probentur in ordine procedendi & exercitio præſcriptionis, tamquam libera conſideranda ſunt. ex quo Molin. *d. numer.* 38. etiam docet, hoc tempus ſimul currere aduersùs omnes ſucceſſores: licèt ſecus dicendum ſit, vbi agatur de præſcribendis ipſis bonis fideicommiſſariis, aut aliàs vinculatis, vt libera fiant: cùm tunc poſſeſſio, & præſumptio ſit pro fideicommiſſo, aut alio vinculo. de qua præſcriptione bonorum fideicommiſſariorum mox dicemus in ſubſequent. concluſ. hæc enim ſatis ſunt de præſenti quinta concluſione.

SEXTA CONCLVSIO. Heres grauatus, vel fideicommiſſarius ipſe grauatus † ante aduentum diei, vel conditionis fideicommiſſi non præſcribit aduersùs fideicommiſſarium ſubſtitutum: poſt euentum autem caſus fideicommiſſi heres, vel alius grauatus præſcribit aduersùs legatarium, & fideicommiſſarium ſpatio longiſſimi temporis, hoc eſt, 30. vel 40. annorum. Prior pars concluſionis probatur, quia ita in ſpecie tenet Peregr. *d. tract. de fideicom. artic.* 41. *numer.* 8. ex eo, quòd ante conuentum diei, vel conditionis fideicommiſſi non poteſt fideicommiſſarius agere, *l. cedere diem, ff. de verb. ſign.* cum aliis, de quibus declarando id latè probauerat idem Peregr. *eodem artic.* 41. *num.* 2. *vſque ad* 7. non valenti autem agere nulla currit præſcriptio, *l. 1. C. de annal. except. l. 1. C. de bon. matern. & l. in rebus, §. omnis, C. de iur. dot.* & in contractibus conditionalibus, aut ſub die certa, vel incerta, text. eſt *in l. cùm notiſſimi, §. illud autem, C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* in vltimis verò voluntatibus huiuſmodi eſt opt. text. *in l. fin. §. ſin autem ſub conditione, verſ. ſin autem anuitie, C. commun. de legat.* Poſterior † pars pariter expreſsè tenetur à Peregr. *d. art. 40. n. 10.* quoniam fideicommiſſarius tunc agere poteſt, *d. l. cedere diem.* at verò præſcriptio longiſsimi temporis perimit omnes actiones perſonales, reales, ac mixtas, & officium iudicis, *l. ſicut, l. omnes, l. cùm notiſſimi, in princ. & §. 1. ac 2. & l. ſi quis emptionis, §. 1. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* & in ſpecie ſatis ſentiunt Doctor. quos ſequitur Gabr. *comm. concluſ. lib. 5. tit. de præſcript. concluſ. 13. numer.* 17. ſimpliciter aſſerentes, poſt euenientem conditionem fideicommiſſi currere præſcriptionem in præiudicium fideicommiſſarij: necnon ij, quos allegat Peregrin. *d. numer.* 10. dum ad illud obiectum, quòd heres, aut alius grauatus non videtur poſſe præſcribere, † cùm ei obſtet mala fides, iuxta text. *in cap. fin. de præſcript. & cap. poſſeſſor, de reg. iur. in 6.* reſpondet, ex nonnullorum ſententia malam fidem non obſtare præſcriptioni in iis iuribus, quæ

524. 525. 526. 527.

alteri non quæruntur, niſi poſt declarationem; cuiuſmodi eſt caducitas in emphyteuſi, iuxta *l. 2. C. de iur. emphyt.* & legatum, ac fideicommiſſum, adnotat. per Scriben. *in l. cùm pater, §. ſurdo. ff. de legat. 2.* gl. & Socin. *in l. 1. §. ſed & quoties. ff. ad Trebell.* atque alios. poſt agnitionem verò legati, & fideicommiſſi ab honorato heres grauatus, obſtante mala fide, non præſcriberet etiam ſpatio longiſſimi temporis. Cacheran. *conſil. 15. numer. 34. & infrà*, Pariſ. *conſil. 49. numer. 33. volum. 2. & conſil. 66. num. 97. vſque ad fin. volum. 3.* Sed quia contrarium alij tenent ab eodem Peregr. relati *numer. 11.* ipſemet *ibidem* poſt Cuman. *conſil. 147. numer. 3.* ac Dec. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, numer. 30. de conſtit. & conſil. 267. numer. 5.* rectè diſtinguit, dicens, priorem opinionem veram eſſe data ſcientia ex parte legatarij, vel fideicommiſſarij, aut ſaltem ceſſante culpa heredis: ſed ſi heres occultaſſet teſtamentum, vel non monuiſſet legatarium, aut fideicommiſſarium de legato, aut fideicommiſſo relicto, quia conſtat heredem peccare, & contra conſcientiam agere, tunc non præſcribet propter malam fidem. Curret autem præſcriptio ſtatim poſt caſum fideicommiſſi ante reſtitutam hereditatem. Licèt enim
528. in fideicommiſſarium vniuerſalem † non tranſeant actiones niſi facta reſtitutione, *l. 1. in princ. l. falta, & l. reſtituta, ff. ad Trebell.* cum ſimil. & in caſibus priuilegiatis, de quibus *in l. pen. §. fin. C. eod. tit.* & latè idem Peregr. *d. tract. de fideicom. artic. 2. numer. 50. vſque ad 64.* & Mich. Craſſ. *d. tract. de ſucceſſion. §. fideicommiſſum, quæſt. 42. numer. 5. cum duob. ſeqq.* tamen poſt caſum fideicommiſſi ante factam reſtitutionem currit fideicommiſſario præſcriptio; quia poteſt facere, vt actiones cedantur. ita concludit Peregr. *d. artic. 41. numer. 9.* per *reg. qui poteſt facere, ff. de reg. iur. & cap. fin. de electione.* & quia præſcriptio currit impedito agere, qui potuit impedimentum remouere, inter ceteros ex Bart. *in l. 3. §. oſtreas, ff. de contrar. iudic. tutel.* aliàs, prout in vulgatis codicibus legitur, *de contrar. & vtil. action. tutel.* Addit verò *numer. 22.* poſt nonnullos, quos allegat, quòd fideicommiſſarius, & legatarius ex capite iuſtæ ignorantiæ de facili reſtituetur aduersùs præſcriptionem 30. vel 40. annorum, quæ reſtitutio ceſſante iuſta cauſa, non eſſet concedenda.

SEPTIMA CONCLVSIO. Tertius poſſeſſor habens cauſam ab herede grauato in re legata,
529. vel per fideicommiſſum relicta † non præſcribit poſt caſum fideicommiſſi ſiue purè, ſiue in diem, aut ſub conditione relicta fuerit, ſpatio longi temporis aduersùs fideicommiſſarium, ſed ſolùm ſpatio longiſſimi temporis. Vtraque pars concluſionis expreſsè tenetur, ac ſatis probatur poſt alios à Peregr. *d. artic. 41. numer. 14.* & Molin. ſen. *d. lib. 4. de Hiſpan. primog. cap. 10. numer. 1. & 2.* ac probatur prior quidem per text. *in l. fin. §. ſed quia noſtra, cum ſeq.* quæ incipit, *ſin autem ſub conditione, C. comm. de legat.* poſterior autem per *d. l. cùm notiſſimi, l. omnes, & l. ſi quis emptionis, C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* Et quidem prior pars procedit etiam in tacita prohibitione alienationis reſultante ex ipſo fideicommiſſo: poſterior verò etiam in expreſſa prohibitione, vt ex communi poſt alios tradit Craſſ. *d. §. fideicommiſſum, quæſt. 56. numer. 7.* ſicque etiam concordari poſſunt contrariæ hac in re opiniones relatæ ab Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib. 5. tit. de præſcript. concluſ. 13.* dum plerique ab eo citati *numer. 1.* tenent, prohibita alienari non poſſe præſcribi; alij verò ab eodem *ibidem* cit. præſcribi poſſe affirmant: vt prior procedat in præſcriptione longi, poſterior in præſcriptione longiſſimi temporis. quam concordiam tenent citati ab ipſo *numer. 2.* & ſentiunt plerique ab eo probati *numer. 9.* aſſerentes, prohibita alienari præſcribi poſſe longiſſimi temporis præſcriptione. Quia verò in huiuſmodi expreſsè prohibitis ſtatim ſecuta alienatione committitur fideicommiſſum, † ſtatim quoque currit con- 530.
tra illud præſcriptio longiſſimi temporis, cùm iam actio ſit nata; vt poſt Molin. *d. cap. 10. numer. 7.* tradit Peregr. *d. numer. 14.* & non modò contra primum fideicommiſſarium, ſed & contra vlteriores ſcientes alienationem, tunc incipiet currere præſcriptio, vt ſatis probat Molin. *d. numer. 7. & 8.*

OCTAVA CONCLVSIO. Tertius poſſeſſor habens in re legata, vel fideicommiſſa legitimum titulum ab alio, quàm herede grauato, † 531.
præſcribit rem aduersùs fideicommiſſarium poſt caſum fideicommiſſi ſpatio longi temporis: quòd ſi nondum ſit nata fideicommiſſario actio; vel, ſi nata fuit, agere nequiuit ob aliquod iuris impedimentum, vt quia pupillus, vel in patria poteſtate conſtitutus: tunc tertius poſſeſſor, & multo magis heres grauatus, non præſcribit res fideicommiſſarias etiam ſpatio centum annorum. Prior pars concluſionis ponitur à Peregr. *d. artic. 41. numer. 15.* & probatur ex Caſtren. *d. §. ſed quia noſtra, col. pen.* Fulgoſ. *d. §. ſin autem*, & Corn. *conſil. 117. numer. 10. & ſeq. volum. 1.* quia titulus iſtius à lege non inualidatur. Reſtringitur verò ab eodem ex Caſtren. *loc. cit.* vt procedat, cùm poſſeſſor nec mediatè, nec immediatè cauſam habet ab herede grauato: ſecus autem ſi haberet etiam mediatè. atque hæc ipſa prior pars noſtræ concluſ. ſic reſtricta eſt de mente eorum, quos ſequitur Gabr. *d. concluſ. 13. numer. 14.* tradentium, quòd, quando alienatio rei fideicommiſſariæ facta eſt non per prohibitum, ſed per tertium, tunc ea res præſcribi poteſt. Poſterior verò pars concluſ. pariter tenetur à Peregr. vbi ſuprà *numer. 16.* & probatur maximè ex *d. l. cùm notiſſimi, §. illud autem, C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* & *d. l. fin. §. fin autem, C. commun. de legat.* ac regula illa, quòd non valenti agere non currit præſcriptio, *d. l. ſi quis emptionis*, & aliis iuribus ſuperiùs alleg. necnon ex pluribus Doctor. quos *ibi* citat, & *numer. 17.* ac præcipuè Molin. *d. cap. 10. numer. 3.* vbi expreſsè tradit, † præſcriptionem longiſſimi temporis 30. 532.
vel 40. annorum in bonis primogenio ſubiectis ſolùm procedere aduersùs maioratus poſſeſſorem, non autem aduersùs ceteros ſucceſſores, quorum dies nondum ceſſit: quod ex prædicta ratione, & communi Doctor. ſententia pluribus relatis reſoluit; ex quibus multi in ſpecie loquuntur in fideicommiſſo, ac præcipuè laudati à Gabr. *d. concl. 13. n. 11. ac 13.* Id autem quoad maioratum reſtringit Molin. *d. cap. 10. numer. 4. & 5.* primò vbi præſcriptio in vita inſtitutoris ante inſtitutionē maioratus cœpta fuerit; tunc enim res maioratus tempore ordinario cum titulo, & bona fide præſcribentur etiam ad præiudicium ſucceſſorum, per text. *in l. ſi fundum, ff. de fund. dotal.* idémque in bonis fideicommiſſariis poſt alios tradidit Gabr. *d. concluſ. 13. numer. 8.* & Molin. ſen. *d. numer. 5.* quod etiam poſt alios ſentit Molin. iun. *de inſt. & iur. tract. 2. diſput. 79. col. fin.* & latiùs probat Peregr. *d. artic. 52. numer. 18.* dum illud docet, quòd, † quando heres grauatus non 533.
præbuit cauſam præſcribendi, quia præſcriptio incepta ſit in vita defuncti, ſed ipſe heres negligentia ſua paſsus fuit rem præſcribi, vel actiones hereditarias tempore finiri, præſcriptio quidem nocet fideicommiſsario ſubſtituto, ex *l. ſi heres inſtitu-*

tus,

tur, §. *fin. ff. ad Trebell. & d. l. ſi fundum*, & aliis: tenebitur autem ipſe heres fideicommiſſario de negligentia, *l. mulier*, §. *ſed enim*, *ff. ad Trebell.* gloſ. Bart. Caſtren. & alij *d.* §. *fin.* per illum text. *& d. l. ſi fundum.* ſi autem heres non eſſet ſoluendo, in ſubſidium daretur fideicommiſſario regreſſus contra præſcribentem, *l. fin. ff. de eo, per quem*, &c. *ac l. planè, la* 2. §. *qui rogatus, ff. de legat.* 1. & ideo, (ſubdit Peregr. *numer.* 19.) ſi heres negligentia ſua patiatur res pignoratas cenſuarias, & libellarias alienari, quia non ſoluerit, tenetur fideicommiſſario quanti pluris res valet, quàm ex debito defuncti ad creditorem peruenerit, ſeu peruenire oportebat, *l. Lucius*, §. *filia ex aſſe*, *ff. ad Trebell.* niſi dolus, & culpa ab herede abeſſet, *d.* §. *ſed enim.* vel niſi rogatus fuiſſet reſtituere quicquid ſupereſſet, *l. dedulia*, §. *fin. ff. eod. tit.* Idem autem Molin. ſen. *d. cap.* 10. *numer.* 5. id, quod paulo antè dictum eſt de præſcriptione cœpta ante inſtitutionem maioratus, docet, quod pari ratione dicendum erit in præſcriptione cœpta poſt maioratus inſtitutionem eo tempore, quo inſtitutio poterat reuocari. *num.* autem 6. illud reſtringit ſecundò, vt † eueniente caſu 534. fideicommiſſi poſſit contra ſucceſſorem inchoari præſcriptio: quod & patet ex prædictis. *num.* verò 7. & 8. reſtringit tertiò, vt ſtante expreſſa prohibitione alienationis non modò cõtra primum ſucceſſorem, ſed & contra vlteriores ſcientes alienationem præſcribi poſſit ab acquirente ſpatio longiſſimi temporis, vt conſtat ex adductis per nos *concluſ. præced.* Id verò ſublimitat *numer.* 9. vbi in inſtitutione dictum ſit quòd poſſeſſore alienante poſſeſſio tranſeat in ſequentem, ac ſi alienans mortuus eſſet naturaliter. ac denique *numer.* 10. reſtringit in præ- 535. ſcriptione temporis immemorabilis: hæc enim † præiudicat omnibus ſucceſſoribus: quod confirmatur ex iis, quæ de vi huius præſcriptionis latè inter alios tradit Gabr. *d. tit. de præſcript. concluſ.* 1. per tot. Apud quem *d. concluſ.* 13. plura videre quis poterit de præſcriptione rerum fideicommiſſariarum, ſicut & apud Molin. iun. *d. diſput.* 79. *col. penult. & fin.* necnon Petram *d. tract. de fideicom. prohib. quæſt.* 14. *numer.* 138. *vſque ad* 276. *ac* 297. *cum quinque ſeqq. & à numer.* 329. *ad fin.* & apud Doctor. ab his citatos.

De conſuetudine autem quid poſſit circa derogationem fideicommiſſorum, breuiter agemus *in* 536. *ſeq. concluſ.* quæ quidem conſuetudo † licèt in aliquibus cum præſcriptione conueniat; in multis tamen etiam ab ea diſcrepat, vt patet ex differentiis, quas nos attulimus in noſtro tractatu *de Conſeruatorib. indicib. cap.* 7. *quæſt.* 9. *in princ. ſub numer.* 455. *vſque ad* 469. & Doctor. *ibidem* allegat. quibus nunc addo Crauet. *in tract. de antiq. tempor. part.* 4. per tot. Molin. ſen. *d. tract. de Hiſpan. primogen. cap.* 6. *numer.* 10. & Suarez *tract. de legib. lib.* 7. *cap.* 13. *num. item* 10. *cum duobus ſeqq.* Inter eas verò illa non poſtrema eſt, quam proſecuti ſumus *d. numer.* 455. *in fin. &* 456. vt, licèt tam per præſcriptionem, quàm per conſuetudinem alicui ius quæratur: tamen per præſcriptionem acquiritur priuato, ſeu certæ perſonæ, veræ, vel fictæ, ibique ſiſtitur: per conſuetudinem autem ſemper acquiritur ius communitati, ac pluribus, ſeu in communi, & publico; quia nimirum ex actibus frequentatis à maiori parte communitatis, ſeu de eius tacito conſenſu cum aliis requiſitis, de quibus per text. & DD. *in cap. fin. de conſuet. & l. de quibus. ff. de legib.* inducatur, & acquiratur ius ſingulis de communitate; atque adeò cùm participet de priuata, & publica tum vtilitate, tum auctoritate, vt etiam ex iis magis patebit, quæ *in eadem ſeq. concluſ.* pro eius confirmatione adducemus: meritò, poſtquam hucuſque in hac quæſtione de iis derogationibus fideicommiſſorum egimus, quæ fiunt priuata auctoritate, inter quas poſtremum locum illa obtinuit, quæ ex præſcriptione inducitur; ſequitur, vt, antequam ad eas derogationes veniamus, quæ omnino publica auctoritate fiunt, hoc loco de illa derogatione, breuiter tamen, diſseramus, quæ per conſuetudinem fit, media, vt diximus, inter priuata, & publica auctoritate factam.

NONA igitur CONCLVSIO ſit. Per conſuetudinem ab vniuerſitate aliqua, ſeu communitate inductam, † poteſt aliquo modo fideicom- 537. miſſis derogari: ſecus autem regulariter, vbi conſuetudo ab vna familia tantùm fuerit inducta. Prior pars concluſionis probatur primò, quia, licèt dicamus derogationem fideicommiſsorum iuri aliquo modo contrarium eſse, eique derogare, quod præcipit, vltimas voluntates mitti executioni, *l.* 1. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. & cap. vltima voluntas*, 13. *quæſt.* 2. cum aliis adductis ſuprà *cap.* 3. *quæſt.* 3. *concluſ.* 1. & vult, fideicommiſsa quoad fieri poteſt ſuſtineri, *auth. res, quæ, ac l. fin. C. commun. de legat. & fideicom.* cum multis allegat. ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt.* 3. *concluſ.* 3. *circa initium.* Licèt etiam dicamus, per eamdem fideicommiſsorum derogationem quodammodo ius tertij tolli, eique derogari, quod per fideicommiſsum ad illud vocato, ſeu fideicommiſsario quæritur, *l. cedere diem, ff. de verb. ſign. l.* 1. & toto ferè tit. *ff. & C. quand. dies legat. vel fideicom. ced.* necnon toto penè *tit. ff. & C. ad Trebell. C. de fideicom. & C. comm. de legat. & fideicom.* atque aliis ſexcentis. Tamen conſuetudo legitimè induc- 538. ta ab aliqua Vniuerſitate, ſeu Communitate † iuri derogat, ac vim legis obtinet, *l. de quibus*, *l. diuturna, ac l. ſed & ea, cum ſeq. ff. de leg.* necnon *cap. cùm dilectus, & cap. fin. de conſuet.* cum *ibidem* adnot. per Doctor. quod & latiùs comprobat Franc. Suar. *tract. de legib. lib.* 7. *cap.* 18. ferè per tot. pariter derogare poteſt iuri tertij, vt ſatis colligitur tum ex *præcit. iuribus*, tum ex *l. ergo*, iuncta *l. fin. ff. eod. tit.* necnon ex *cap. cùm olim, in fine*, (ſumpto argumento ab exceptione ad regulam, quatenus exceptio eſt de regula, *iur. vulg.*) *d. cap. cùm dilectus, de conſuet. & cap. fin. eod. tit. in* 6. & in iuriſdictionalibus eſt text. *in cap. fin. de offic. Archid. cap. ſi clericus laicum, cap. licèt ex ſuſcepto, & cap. cùm contingat, de for. compet. cap.* 1. §. 1. *&* 2. *eod. tit. in* 6. *cap. Romana*, §. 1. *& §. debet autem, de appellat. eod. lib.* cum ſimil. Secundò ex eo probatur, quòd valet conſuetudo † inducens formam ſucceſſionum à 539. iure communi diuerſam; vt conſtat ex latiùs adductis à Tiraq. *tract. de primogen. in volumin. conſuet.* ab eo edito, atque item à Peregr. *d. tract. de fideicom. artic.* 51. *numer.* 35. Molin. ſen. *de Hiſpan. primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *à numer.* 1. *ad* 8. atque in hoc conueniunt vtriuſque ſententiæ auctores, de qua *in poſteriore parte concl.* dum in eo dumtaxat diſcrepant, & certant, an vna familia poſſit inducere conſuetudinem circa formam ſuccedendi; in hoc autem conueniunt, quòd populus aut ciuitas, vel etiam Vniuerſitas, quæ poteſt ſtatuta aliqua condere, poſſit etiam inducere conſuetudinem circa formam ſuccedendi in ea Vniuerſitate, id quod etiam ſatis confirmatur ex toto penè volumine, ſeu libro in vſibus feud. qui compoſitus eſt ex conſuetudinibus non modò origine, vt omnes fatentur, teſte inter cæteros Iul. Clar. *lib.* 4. *recept. ſenten.* §. *feudum, quæſt.* 1. verùm etiam iuxta præſentem ſtatum; ita, vt hodie quoque vim habeat conſuetudinis, & ius

feudorum nunc etiam dicendum ſit conſuetudo, non autem ius ſcriptum, vt ex communi poſt Caccialup. *tract. de feud. cognit. artic. 5. numer. 1.* docet idemmet Craſſ. *d. §. feudum, quæſt. 2.* & Franc. Curt. *de feud. quæſt. 1. numer. 12. cum ſeq.* eam comprobat, quam etiam, inquit Clar. approbare videtur communis obſeruantia Iuriſperitorum, qui aliquam allegando rubricam ſolent addere, in vſibus feudorum. Hæc tamen conſuetudo † non
540. operaretur quoad bona alterius regionis, ſeu loci; vt poſt alios ſentit Peregr. *d. numer. 35.* Probatur nunc poſterior pars concluſionis; quia, licèt multi
541. Doctores voluerint, † priuatam familiam inducere poſſe conſuetudinem circa formam ſuccedendi relati à Tiraq. *d. tract. de primogen. quæſt. 16. numer. 4. & 6.* Ant. Gabr. *comm. concluſ. lib. 6. tit. de conſuet. concluſ. 5. numer. 1.* & Molin. *d. cap. 6. numer. 1. in princ.* & ante eos à Roch. Curt. *in repetit. d. cap. fin. extrà de conſuet. ſect. 4. verſ. oſtauò quæro, ſub numer. 61.* poſt eos verò à Peregr. *d. artic. 51. numer. 36.* & Mich. Craſſ. *tract. de ſucceſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt. 16.* Tamen verior eſt contraria opinio, quam plerique tenent citati à Tiraq. *d. quæſt. 16. numer. 2. & 3.* & probati à Curt. *d. numer. 62. cum ſeq.* Gabr. *d. concluſ. 5. numer. 2.* Craſſ. *d. quæſt. 16. verſ. contrariam verò partem*, Peregrin. *d. numer. 36.* & Molin. *d. cap. 6. numer. 1. verſ. contrariam autem*, iuncto *numer. 2. cum duobus ſeqq.* qui etiam, ſicut & Curt. *numer. 63. cum ſeqq.* eam ſatis tuetur, quod & facit Suarez *d. lib. 7. de leg. cap. 9. numer. 6. vſque ad 11.*
542. tum ex eo, quòd † ij dumtaxat poſſunt conſuetudinem inducere, qui poſſunt legem condere, ſeu ſtatuere ſaltem ex Principis facultate, vt ſatis probant ea, quæ adducit Curt. *d. numer. 63. cum ſeq.* Tiraq. *d. quæſt. 16. numer. 1. & 2.* & Suarez *d. cap. 9. numer. 7. 9. 10. & 11.* vel certè capax, vt ei poſſit à Principe lex imponi, vt idem Suarez docet *d. num. 6. 10. & 11.* iunctis iis, quæ idem tradit *d. tract. de leg. lib. 1. cap. 6.* præcipuè *numer. 17. vſque ad fin. cap.* tum ex eo quòd non niſi Communitas, aut Vniuerſitas aliqua poteſt conſuetudinem inducere, vt ipſemet Suarez probat *d. cap. 9. numer. 6.* maximè ex *d. l. de quibus, l. ſed & ea, & l. ſi de interpretatione, ff. de leg.* quæ autem obſtare videbantur, ſatis diſſoluit Curt. *d. numer. 63. & 64.* Molin. *d. cap. 6. numer. 4.* & Suarez *d. cap. 9. numer. 9. cum duobus*
543. *ſeqq.* Hac verò opinione retenta ea † limitanda venit primò vbi ea domus, ſeu familia haberet ius imperij, ſeu iuriſdictionis; nam tunc poſſet legem condere. ita poſt alios Tiraq. *d. quæſt. 16. numer. 7.* Gabr. *d. concluſ. 5. numer. 3.* & Molin. *d. cap. 6. num. 5.* vbi id reſtringit ad materiam, & rem, de qua poteſt ſtatuere. Secundò limitanda eſt, quando ea familia cum populi, vel maioris eius partis conſenſu eam conſuetudinem introduxit; vt poſt alios docet Curt. vbi ſuprà *numer. 64.* Tiraq. *d. quæſt. 16. numer. 8.* & Molin. *d. numer. 5. verſ. ſecundum caſum.* quod tamen ipſe reſtringere videtur, vbi hæc familia tertiam, vel quartam partem ciuitatis conſtituat. Multo verò magis valeret hæc conſuetudo à priuata familia inducta, vbi ſupremi Principis confirmatio ex certa ſententia, & de plenitudine poteſtatis acceſſiſſet; vt poſt Dec. *conſil. 516. col. 3. num. 8.* ſentit Peregr. *d. n. 36.* Tertiò limitatur, vbi ea familia gereret ſe pro Vniuerſitate. ita Gabr. *d. concluſ. 5. numer. 4.* poſt Socin. *conſil. 61. col. fin. vol. 3.* Quartò, vbi per eam conſuetudinem iuri alterius non detrahitur, ſed ipſis tantùm de familia, vel ſubditis eorum. ſic pariter limitat Gabr. *d. concluſ. 5. numer. 5.* poſt Ruin. *conſil. 108. col. vlt. vol. 2.* Quintò limitatur, vt priuata familia poſſit inducere conſuetudinem quoad ordinem ſeruandum inter ipſos de familia, veputa quoad onera ſoluenda, & ſimilia, non autem quoad deciſionem cauſarum. ita poſt Curt. *d. ſect. 4. num. 64.* aliàs *numer. 123.* ſecundùm paruam impreſſionem, declarat Gabr. *d. concl. 5. numer. 6.* forma verò ſuccedendi, pertinet ad cauſarum deciſionem, vt *ibidem* aduertit Curt. ac ſequi videtur Tiraq. *d. quæſt. 16. numer. 6.* Denique limitanda eſt prædicta poſterior ſententia, vt non habeat locum in conſuetudine immemorabili ab ea familia inducta, vt latè tradit Molin. *d. cap. 6. numer. 6.* Quòd, ſi quis tueri velit priorem ſententiam ex iis, quæ adducit Tiraq. *d. quæſt. 16. numer. 5.* Suar. *d. cap. 9. numer. 8.* necnon Doctor. pro ea cit. illam limitare debet primò cum Gabr. *d. concluſ. 5. num. 6.* & probatis à Tiraq. *d. quæſt. 16. numer. 10.* vt, ſi ea conſuetudo ſit inducta in ſucceſſione ex teſtamento, non extendatur ad ſucceſſionem ab inteſtato, nec contrà; aut, ſi ſit inter deſcendentes, non trahatur ad collaterales; & ſic in ſimilibus. ſecundò cum Peregr. *d. numer. 36.* vt, licèt hæc opinio poſſet accipi, & admitti in certis rebus, puta cauſis, & poſſeſſionibus; aliud tamen dicendum ſit quoad vniuerſalem ſucceſſionem, quia priuati non poſſunt leges condere, neque conſuetudines contra leges inducere.

DECIMA CONCLVSIO. Princeps ſupremus † poteſt per generalem legem fideicommiſſis derogare, ea etiam in totum tollendo. Probatur, quia ita in ſpecie tenuit Dec. *conſil. 519. numer. 16.* ob eam rationem, quòd fideicommiſſorum iura vim, & efficaciam habere cœperunt à Cæſare Auguſto, vti legitur *in §. 1. Inſtit. de fideicommiſſ. hered.* cum aliis iuribus ad id per nos adductis ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 1. ante med. verſ. de nomine autem fideicommiſſi, & quæſt. 3. concluſ. 1.* non valde longè ab initio: vnde contraria lege tolli poterunt; ſucceſſor enim ſupremi Principis † eamdem cum eo poteſtatem habet etiam quoad legis præcedentis abrogationem, vt in ſpecie inter ceteros adnotauit Suarez *d. tract. de legib. lib. 6. cap. 26. numer. 1.* & ſatis conſtat ex *cap. innotuit, §. quamuis*, ſeu *1. de elect. cap. cùm expediat, eod. tit. in 6. cap. 1. de conſtit. & cap. fin. de reſcript. eod. lib. act. digna vox, C. de legib.* & vtrobique *gloſ. fin.* ab aliis recepta: idque ob eam rationem, quia anteceſſor legem condendo non poteſt ſucceſſoribus legem imponere, cùm par in parem non habeat imperium, *l. nam & magiſtratus, ff. de arbitr. l. ille, à quo, §. tempeſtiuum, ff. ad Trebell. ac d. §. quamuis*, cum ſimil. Prædictam verò ſententiam, de qua in noſtra concluſione, ſaltem quoad fideicommiſſa ſucceſsiua, ſeu plures gradus ſubſtitutionem habentia vt poſsint à ſupremo Principe per contrariam legem tolli, admittit quoque Peregr. *d. tract. de fideicom. artic. 52. numer. 114. cum ſeq.* ex multis fundamentis, quæ ſummatim hoc loco referemus, latiùs verò ad aliud propoſitum explicauimus ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concluſ. 3. circa initium*; & ad illud omnia rediguntur, quòd plures occurrunt cauſæ, ex quibus fideicommiſſorum huiuſmodi abrogatio iuſtificari poteſt. Primò enim ea liberam adminiſtrationem rerũ impediunt, quod quidem iura iniquum exiſtimant, *l. non vſque adeò, ff. ſi à paren. quis manumiſſ. ſit.* Secundò rerum liberas commutationes perturbant, cõtra *l. duãũ, C. de contrab. empt.* Tertiò rebus pro ſui natura liberis ſeruitutem quamdam adiiciunt, contra naturalem regulam, de qua *in l. altius, C. de ſeruit. & aq.* Quartò inuito heredi, ſeu legatario grauato in ea re ſucceſſorem conſtituunt. contra *l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* cum ſuis concord. Quintò votum captan-
544.
545.
dæ

dæ mortis inducunt, vbi poſt grauati mortem con-
546. ferantur: quod † iura deteſtantur, *cap. nulla*, ſeu *2. de conceſſ. præben. & cap. deteſtanda, eod. tit. in 6.* cum ſimil. Sextò, quia ſæpe materiam delinquendi præbent: nam heredes grauati plerumque alienant bona fideicommiſſaria tamquam libera, & emptor poſtea ſpoliatur re, & pretio, quia eius auctor non ſit ſoluendo. Septimò, quia fideicom-
547. miſſa ſunt † ſeminarium litium de caſu, de perſonis, de rebus, de voluntate, de verbis, & eorum interpretatione, de detractionibus, de alienationibus, de imputationibus, de meliorameniis, de fructibus, & multis aliis; ita, vt lites fideicommiſſariæ ſæpiùs à poſſeſſoribus litigioſis, & potentibus immortales fiant. Quibus adde fundamenta illa, ex quibus ſuadetur, fideicommiſſa eſſe odioſa, remiſſiuè vtplurimum à nobis relata *d. quæſt. 5. concluſ. 3. & 24.* quæ ſaltem præbent iuſtam cauſam fideicom-
548. miſſa ipſa tollendi per legem; cuius diſpoſitio † præ ceteris fauorabilis eſt, vt conſtat ex adductis à Gonzal. *in commen. ad reg. 8. cancell. §. 6. procem. numer. 27. ac 74.* & Peregr. *d. tract. de fideicom. art. 24. numer. 21.*

Neque huic concluſ. obſtant, quæ contra eam idem Peregrin. arguendo obiecerat *numer. 113.* & primùm quidem illud, quòd poteſtas teſtandi, & 549. fideicommittendi † ſit iuriſgentium, vt colligi videtur ex iis, quæ ex communi Doctor. intentione ipſe attulerat *eod. artic. 52. numer. 108.* & Lud. Rodolphin. *in tract. de ſupr. & abſol. Princ. poteſt. cap. 6. numer. 139. & 141. in princ.* at verò Principes non niſi ex cauſa tollere poſſunt ea, quæ ſunt iuriſgentium, ad notat. per Legiſtas *in l. final. C. ſi contra ius, vel vtil. public.* & Canoniſt. *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* & Rodolphin. *d. cap. 6. à numer. 151. ad 198.* nam, omiſſa ipſius reſponſione *d. numer. 114.* quòd, licèt Principes ea, quæ ſunt iuriſgentium, lege poſitiua tollere nequeant, ex cauſis tamen in quibuſdam diſpenſare, ac modificare poſſunt; ſicut etiam in his, quæ diuini iuris ſunt, vt plenè inter alios tradit Dec. *d. cap. quæ in Eccleſiarum, numer. 14. & 25.* quoniam hæc reſponſio non bene congruit prædictæ obiectioni ad memoratam doctrinam, quam ipſe videtur ſequi *eod. numer. 114.* iuncto *107. 113. & 115.* vt Princeps per legem generalem fideicommiſſa in totum tollere, & abrogare poſſit: reſpondendum eſt, poſſe Principem etiam ea, quæ ſunt iuris gentium ex cauſa tollere non ſolùm per reſcriptum; vt colligi poteſt ex adductis ſup. *cap. 3. quæſt. 1.* & hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concluſ. 1.* verùm etiam per legem generalem, quæ magis fauorabilis eſt, vt paulo antè diximus, quod etiam in ipſa obiectione admitti videtur: atque (vt rectè quoad hoc addit Peregrin. ipſe *d. numer. 114.*) eo maximè quòd per legem hanc res reduceretur ad antiquam naturam ante Cæſarem Auguſtum; ideóque fauorabilis reputari debet, & interpretatione iuuanda, ad notat. *in l. ſi vnus, §. paſſus, C. de paſt.* vbi Iaſ. plura adducit. & quia ſicut ex ordinatione Auguſti conſtitutus fuit prætor, qui pro fideicommiſſis ius diceret, vt habetur *d. §. 1. Inſtit. de fideic. hered.* ita è contrario poſſent Principes magiſtratibus ſuis committere, ne in cauſis fideicommiſſariis ius dicerent: quoniam Principes, vt idem ſtatim ſubiicit *numer. 115.* iuriſdictionem ſuorum magiſtratuum moderari poſſunt, ne in quibuſdam cauſis ius dicant, *l. 2. circa initium, ff. de origin. iur.* Bart. *conſil. 200.* Rniu. *conſil. 21. numer. 9. volum. 5.* Pariſ. *conſil. 1. numer. 38. vol. 4.* & ipſe Peregr. docuit *in tract. de iur. fiſc. tit. de bonnit. reſtit. numer. 54.* præterea, vt conſtat ex adductis per eum *d. artic. 52. numer. 113.* & nos ſuprà *cap. 3. quæſt. 1. concluſ. 1.* & *cap. 5. quæſt. 2. concluſ. 1. longe ante med. verſ. pariter hanc mutationem*, ac Rodolphin. *d. cap. 6. num. 141. verſ. contrarium*, dubium valde eſt, an poteſtas teſtandi originem de iure gentium habuerit, an potius omnino inuentum ſit iuris ciuilis; prout plerique alij tituli, ex quibus rerum dominia tranſferuntur, ac de quibus *in l. 1. ff. de acquir. rer. dom.* atque hæc opinio, vt ex *ibid.* allegatis colligitur, ſi non communior, certè verior videtur.

Non obſtat etiam, quòd † publicè expediat 550.
ſupremas hominum voluntates ſuum conſequi effectum, *l. vel negare, ff. quemad. teſtam. aper.* & nihil magis liberis hominibus deberi, quàm vt ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus, liberúmque, quod iterum non tedit arbitrium, *l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Ad hoc enim idem Peregrin. *d. art. 52. num. 115.* reſponderi poſſe ait ſatis eſſe morientibus conſultum, vt ſemel legent, fideicommittant, & heredem ſcribant, non vt ad onus beneficiati vltetiores proferant gradus; iuxta regulam *in l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſign.* cùm enim ſecundùm naturam voluntas noſtra morte finiatur, *l. 4. ff. de locat. & cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6.* prout cetera humana omnia, quæ in nobis ſunt, *§. deinceps, auth. de nupt.* cum ſimil. præter naturam videtur, quòd morientes fideicommittendo in perpetuum propagare poſſint voluntatem ſuam. Quamobrem ſubdit idem Peregr. fideicommiſſa ſucceſſiua lege vniuerſali eliminari poſſe concedendum eſt. Atque ita rem hanc, & quidem valde probabiliter, concludit *ibi* Peregrin. quem etiam nouiſſimè refert non diſſentiens Lud. Rodolphin. *d. tract. de ſupr. ſeu abſol. Princip. poteſt. cap. 6. numer. 150.* & maximè confirmatur ex *conſtit. 41. Clem. VIII.* quæ incipit, *Inſtitiæ ratio*, vbi inſtituit Congregationem ſuper Baronibus ſtatus Eccleſiaſtici cum iuriſdictione, & facultate eorum caſtra, & bona etiam fideicommiſſis, primogenituris, & alienationum prohibitionibus ſubiecta diſtrahendi, vt eorum creditoribus ſatisfiat; quibus ad hunc effectum derogat in ampliſſima forma, cum certis tamen moderationibus, quas *ibi* quiſque per ſe videre poterit.

Quod idem pariter dicendum eſt non modò de Imperatore reſpectu totius imperij ſui, ſed et-
551. iam † de reliquis Principibus, non recognoſcentibus ſuperiorem; (de quibus nos ſuprà *cap. 5. quæſt. 2. in initio.*) reſpectu ſuorum dominiorum, in quibus habent iura imperij: nam & ij eamdem iuriſdictionem habent in prædictis ſuis dominiis, quam Imperator in terris ſui imperij: vt ſatis colligitur ex *cap. innotuit, de cenſib. cap. per venerabilem, §. inſuper, qui fil. ſint legit. & cap. ſuper quibuſdam, §. 1. de verb. ſig.* & Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat.* & in ſpecie legis condendæ, quæ etiam derogat iuri communi, ac legibus Imperialibus, conſtat ex adductis à Felin. *in cap. cùm non liceat, numer. 10. cum duobus ſeqq. de præſcript.* Iacob. Ant. Mart. *in tract. de iuriſd. per & int. iud. Eccl. & ſecul. exerc. part. 1. cap. 26. numer. 71.* ac Suarez *tract. de legib. lib. 3. cap. 7. cum duob. ſeqq.* paſſim, necnon *cap. 15. numer. 20. & lib. 6. cap. 26. numer. 13.* éſtque ad id optimus textus *in cap. ſuper ſpecula, de priuil.* vbi dicitur, quòd in Francia, & nonnullis prouinciis laici Romanorum Imperatorum legibus non vtuntur; quem ad hoc allegat Suarez *d. lib. 3. cap. 8. numer. 4.* qui *numer. 2.* rectè monet, quòd, † cùm 552.
terræ, ſeu prouinciæ ſubiectæ Imperatori tamquam ſupremo Principi, nontamen tamquam immediato Domino, cuiuſmodi ſunt multi Ducatus, Principatus, Marchionatus, & Comitatus in Germania,

&

& Italia, ab ij omnes Principes possint suis legibus derogare legibus Imperatoriis, ex modo donationis, vel ex consuetudine colligendum est: vtroque enim modo, inquit, potuerunt huiusmodi Principatus concedi ab Imperatoribus, vel consuetudine, & quasi præscriptione introduci, scilicet vel cum obligatione parendi legibus Imperatorum, ita, vt proprias condere possint per modū additionis, non per modū derogationis, vel certè cum potestate illius derogādi, solúmque cum obligatione eas seruandi, quamdiu per proprias derogatæ non fuerint: qualis autem fuerit concessionis, aut acquisitionis
553. modus, † vsu ipso maximè constabit, argum. *l. si de interpretatione, ff. de leg. l. sed & Iulianus, §. perinde, ff. ad Macedon. l. quadam, in fin. ff. de reb. dub. l. seruus plurium, §. fin. ff. de legat. 3. & c. cùm dilectus, §. 1. de consuet.* iunctis latiùs adductis per Gabr. *comm. conclus. lib. 6. tit. de consuet. conclus. 1. numer. 39. & 54. cum seq.* Mascard. *tract. de probat. conclus. 1300. numer. 19. cum quatuor seqq.* & Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 7. numer. 135. & glos. 9. §. 2. numer. 63. cum duobus seqq.* atque alios Doct. sæpissimè.

Quoad statutum autem, poterunt inferiores per
554. illud † aliquo modo derogare fideicommisso, statuendo, vt vir, aut mulier in certum casum lucretur partem dotis: hoc enim statutum locum etiam habebit in bonis fideicommissariis, vt post alios latè probat, & declarat Peregrin. *tract. de fideicomm. artic. 42. numer. 97.* iuncto *num. 100.* cum aliquot seqq.

VNDECIMA CONCLVSIO. Princeps supremus,
555. † licèt de potestate ordinaria nequeat fideicommissis per rescriptum derogare, potest tamen ex causa de plenitudine potestatis, seu de absoluta potestate id facere. Quòd autem dentur hæ duæ potestates in supremo Principe, & in quo differant, satis ostendimus suprà *cap. 3. quæst. 2. in princ.* seu *ante 1. conclus.* vbi etiam breuiter demonstrauimus, in eodem Principe idem esse potestatem absolutam, & plenitudinem potestatis.

Probatur nunc prior pars huius conclus. quia eam in terminis tenuit Peregrin. *d. tract. de fideicom. art. 52. numer. 116. 119. & 120.* tum per casum *in l. si testamentum, C. de testamen.* vbi Principis rescripto †
556. testamentum iure validum non infirmatur, vt *ibi* omnes notant: dicunt enim *ibi* Imperatores; si testamentum iure factum sit, & heres sit capax, auctoritate rescripti nostri rescindi non oportet: prout nec etiam donatio perfecta, *l. si donationem, C. de reuocat. donat.* de qua præter Doctor. *ibi* atque alibi sæpe id adnotauit Dec. *consil. 468. numer. 18.* nec transactio, *l. cansas, C. de transact.* Ias. *consil. 233. col. 5. lib. 2.* neque contractus venditionis, *l. inciuile, C. de rei vendic. l. 3.* quæ incipit, *de contractu, C. de rescind. vendit.* nec res iudicata, *l. fin. C. sentent. rescind. non poss. l. 1. & 2. C. vt lit. pend. ac l. fin. C. de error. adnorat.* atque in his casibus satis apertè profitetur Princeps se rescribere non posse: sicut nec pro violento possessore, vt colligitur ex *l. auctoritatem, C. vnde vi.* neque in aliis casibus, de quibus Speculat. *tit. de Legat. §. nunc breuiter*, & Restaur. Castald. *tract. de Imperat. quæst. 111.* Tum quia
557. Princeps † secundùm potestatem ordinariam iura tuetur, & ad mentem iuris refertur, *l. nec damnosa, & l. rescripta, C. de precib. Imper. offeren. l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publ. & l. si quando, in princ. C. de inoffic. testam.* Neque rescribendo pro vno intendit alteri præiudicare, aliàs rescripta, quæ cum alterius præiudicio manant à Principe, iure ordinario inualida sunt, *l. 2. §. meritò, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ. l. si quis sepulcrum, in princ. ff. de relig. & sumpt. funeral. l. impuberi, ff. de admin. tut. l. sciendum, ff. ex quib. caus. maior. l. meminerint, C. vnde vi, l. quoties, ad l. rescripta, C. de precib. Imper. offeren. l. nec aum, C. de emancip. liber. cap. quanto, 63. distinct. cap. 1. dist. 85. cap. sicut, 99. dist. cap. nunc verò, 9. quæst. 3. cap. seruus, 25. quæst. 2. cap. cum olim, de consuet. cap. ex parte, de offic. deleg. cap. ex tuarum, de autt. & vsu pall. cap. veniens, de rescript.* necnon *cap. quamuis, & cap. si propter, de rescript. in 6.* atque alibi sæpe: ita, vt in litteris Apostolicis clausula illa, † *sine præiudicio tertij, seu alterius,* sæpe sub-
558. intelligatur, Felin. *in c. Capitulum S. Crucis, col. 17. vers. de duobus, de rescript.* Card. Seraphin. *decis. 398. num. 18.* cum aliis adductis à Marta *tract. de clausul. part. 1. clausul. 142. num. 3.* atque ad id adest vna ex regulis Cancell. Apostolicæ *de iure quæsito non tollendo*; quam luculentis, & vtilibus Commentariis inter ceteros exornauit Lud. Gomes. faciúntque latè adducta per Gabr. *commun. conclus. lib. tit. de iur. quæs. non tollen.* passim. at verò derogatio fideicommissi regulariter non modò iuri communi positiuo aduersatur, vt constat ex multis iuribus, in quibus mandatur executioni mitti vltimas voluntates relatis suprà *c. 3. quæst. 3. concl. 1.* fideicommissum enim est species vltimæ voluntatis, vt diximus suprà hoc ipso cap. *quæst. 1.* longè post medium, necnon ex iis, quibus *quæst. 3. concl. 3. huius cap.* in specie ostendimus, iuris mentem esse, vt fideicommissa sustineantur: verùm etiam iuri alterius præiudicat, vt de se patet, ac ferè ex iisdem iuribus habetur, in quibus probatur, quòd ea iuri positiuo aduersetur, ac præcipuè *l. qui fideicommissaria, l. quoties ab omnibus, & l. ex repudiatione, C. de fideicomm. l. qui ventri, cum seq. ff. de ventr. inspicien. l. 1. & toto ferè tit. ff. & C. quand. dies legat. vel fideicom. ced. & l. cedere diem, ff. de verb. signific.* cum simil.

Posterior pars conclusionis probatur. nam, † li-
559. cèt aliqui absolutè senserint, posse Principem supremum ex potestate absoluta, seu de plenitudine potestatis fideicommissum, aut aliam similem vltimam voluntatem immutare, eiue derogare, quos refert Peregrin. *d. artic. 52. numer. 117. in princ.* & quos nos etiam retulimus *d. cap. 5. quæst. 2. conclus. 1.* non longè ab initio: alij verò absolutè, & simpliciter supremo Principi denegauerint hanc derogandi facultatem etiam ex plenitudine potestatis, quos recenset Peregrin. *d. num. 117. vers. sed contrà,* quósque nos retulimus *d. concl. 1. circa med.* Tamen plerique etiam per nos allegati *ead. conclus. 1. ante medium*, tenuerunt, supremum Principem saltem ex huiusmodi absoluta potestate derogare ex causa posse vltimis voluntatibus; id quod etiam fusiùs in ea conclusione confirmauimus: & in specie fideicommissi apertè sentit Rodolphin. *d. tract. de supr. seu absol. Princip. potest. cap. 6. numer. 149.* post Couar. *lib. 3. var. resol. cap. 6. num. 7. versic. sextò, hanc sententiam, & num. 9. vers. tertiò deducitur*; ac plerique admittunt relati, & probati à Molina *sen. tract. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 8. numer. 31. & lib. 3. cap. 3. num. 10. vsque ad 23.* maximè verò *num. 10. ac 19.* ac citati à Peregrin. *d. artic. 52. numer. 117.* ac præcipuè Dec. *consil. 357. numer. 3. & 5.* necnon *consil. 403. numer. 13.* atque item admittit Molin. ium. *de inst. & iur. tract. 2. disput. 174. concl. 5.* & ipse Peregrin. *d. art. 52. num. 150. vsque ad 155.* qui tamen *ibi, & numer. 126. cum aliquot seqq.* simul tractans, †
560. quandónam Princeps ex potestatis plenitudine possit alterius iuri derogare, seu præiudicare, de quo latiùs etiam agit Lud. Rodolphin. *d. cap. 6. à numer. 151. vsque ad 199.* & idemmet Peregrin. *in sua tract. de iur. fisc. tit. de haben. iur. fiscal. & de bannit. restit.*

reſtit. inhærens iis, quæ *in d. tit. de haben.iur. fiſcal.* fuſiùs ſcripſerat; tota hac in re diſtinguit duos principales caſus. nam aut agitur, inquit, de iure realiter quæſito, aut de iure quærendo. Et quidem primum caſum, nimirum iuris realiter quæſiti; (quod quidem, vt idemmet diſtinguit *art.23.num.73.* dupliciter † conſideratur, primò, cùm eſt delatum purè, vel 561. conditione purificata, non tamen irreuocabiliter: ſecundò, cùm fuit quæſitum irreuocabiliter poſt ius agnitum; & hoc vel ante, vel poſt apprehenſam poſſeſſionem: cuius etiam diſtinctionis meminit Molin. ſen. *d.tract.de Hiſpan.primogen.lib.2. cap.7.n.27. cum ſeq.* & Molin.iun.*d.diſp.174.concl.4.*) ſubdiuidit Peregr.*d.art.52.n.127.* in duo membra. nam aut ius quæſitum eſt de iure gentium, aut de iure ciuili: iuris gentium autem, ſubdit, ſunt rerum dominia, poſſeſſio, contractus emptionum, locationum, permutationum, pacta, promiſſiones, obligationes, & huiuſmodi, de quibus *in l. ex hoc iure, cum duab. præced. ff.de iuſt.& iur.* § *ius autem gentium, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* § *ſingulorum, cum ſeq. Inſtit. de rer. diuiſ.* necnon *cap. ius naturale, & cap. ius gentium, diſt. 1.* Hæc autem licèt aliqui *ibidem* per eum relati, & per Ant.Gabr.*comm. concluſ.lib.3. tit.de iur.quæſit. non tollen.concluſ.1.num.1. in princ.* & Molin.ſen. *d.lib.1.cap. 8.num.28.* iuncto *num.31. lib.2. cap.7.num.18.& lib.3. cap. 3. num. 28.* voluerint, Principem ſupremum de poteſtatis plenitudine poſſe priuato auferre, & 562. alteri dare ex vi ſolius regiæ poteſtatis: contrarium † tamen communiter tenent Doct. prout de communi plurimis relatis tradunt Gabr.*d.num.1.verſ.contrarium tamen*, & Molin.*d.cap.8. num.31.& cap.7. num. 27. cum ſeq. & num.31. cum duobus ſeqq. ac d. cap. 3. num. 10. 11.12.& 19.* atque ex magis communi poſt alios reſoluit Rodolphin. *d. cap. 6. numer. 151. & ſeq.* idémque etiam ſatis probat Peregrin. *d. art. 52. numer. 125. & 127.* nam diſpenſatio, quæ ſine cauſa fit, potiùs eſt diſſipatio; latè Molin. *d.cap.7.num. 32.* & plenitudo poteſtatis, quæ ſine cauſa exercetur, potiùs eſt plenitudo tempeſtatis, vt poſt alios idem tradit *num. 33.* & Peregr. *d. numer. 125.* qui 563. *num.118.* ſubdit poſt alios, † Principem poſſe vni rem auferre ex cauſa, & alteri dare pretio, ſeu æſtimatione poſſeſſori retributa: quod & plerique tradiderunt relati, & probati à Gabriele *d. tit. de iur. quæſ. non tollen. concluſ.2. num. 1.* iuncto *num.25.* Rodolphin. *d. cap. 6. num. 160. cum duobus ſeqq.* & à Molin. ſen. *d. cap. 7. num. 27. cum ſeq. & d. cap. 3. n. 20. & 21.* quem etiam ſequitur Molin.iun. *d.diſput. 174. concluſ. 5. verſ. antequam ad id, in fin.* & ſatis apertè colligitur ex text. *in l. item ſi verberatum,* § *1. ff. de rei vendic. & l. Lucius, in princ. ff. de euict.* 564. concludit verò *ibidem* Peregrin. quòd, † ſi ex cauſa fideicommiſſi, teſtamenti, & ſucceſſionis realiter ſit quæſitum alicui dominium, Princeps non poteſt rem quæſitam huic auferre, & alteri dare ceſſante legitima cauſa; quam *inibi* docuerat poſſe eſſe etiam priuatam per *l. ſi quis ſepulchrum, ff.de relig. & ſumpt. funer.* quod verum eſt; poſito, quòd hæc inducta ſint iure ciuili; nam dominium per modum iuris ciuilis quæſitum auferri poteſt à ſupremo Principe de poteſtatis plenitudine ex cauſa priuatæ vtilitatis, vt poſt alios docet Rodolphin. *d. cap.6. num.146. 149. & 160. verſ. quæ limitatio. num.* autem *129.* idem Peregr. poſt multos ampliat prædictam ſuam concluſionem communem, vt procedat, 565. † etiamſi dominium, & obligatio proceſſiſſent ex cauſa ciuili. nam, licèt modus acquirendi ſit de iure ciuili, tamen ipſum dominium, ſeu obligatio ſunt iuris gentium. atque ita tenuerunt etiam plerique relati à Gabriel. *d. concl.1. num. 18. verſ.contraria autem,* & ex prædicta ratione poſt alios docuerunt Rodolphin. *d.cap.6.num.143.& 147.in princ.& verſic.ſed cum priori opinione.* Molin. ſen. *d. lib.2. cap. 7. num. 29.* & iun. *d. diſput.174. col.4. verſ.meritò tamen.* atque ex eadem ratione poſt multos idipſum tradidit Peregr. *d.num. 129.* quoad dominium vtile; de quo etiam poſt alios tenuit Gabr.*d.concl.1.num.2.* ac Rodolphin.*d.num.143.* & quidem vbi apprehenſa ſit poſſeſſio, licèt modus acquirendi ſit ex cauſa ciuili, cùm ipſa apprehenſio ſit de iure gentium, communiter recipitur prædicta opinio, teſte Peregr. *d. art.52.num.130.* quem etiam cum aliis ſequitur Rodolph.ſup.*num.169.* vbi autem ius ſolùm delatum ſit, atque etiam adita hereditas, non tamen apprehenſa poſſeſſio, licèt plerique, immo ferè communiter Doctores tenuerint, poſſe Principem ex poteſtatis plenitudine iuri delato, & agnito ex cauſa ciuili derogare, vt patet ex relatis à Couar.*epit. Decretal.2.part. cap.8.§.9.num.9.* Molin.ſen.*d.cap.7. num.28.* & iun.*d. concl. 4. verſ. multi,* & Eman. à Coſta *in l. Gallus,* §. *& quid,ſi tantùm,2.part.num.174.ff. de liber. & poſthum.* ac Peregr.*d.num.130.* tamen contrarium vèrius poſt alios putant Couar.*d.num.9.* Molin.ſen.*d.cap.7.num. 29.* & iun.*d.concluſ.4.verſ.meritò tamen.* Peregr.autem *d.art.52.num.131. cum duobus ſeqq.* iuncto *num.præced.* loquens in prædicta ſpecie, vbi nimirum ex ſola iuris ciuilis cauſa quæſitum fuiſſet dominium, veluti per ſimplicem hereditatis aditionem abſque actuali apprehenſione, vel vbi ex cauſa legati, aut fideicommiſſi ipſo iure à lege transfertur dominium in legatarium, & fideicommiſſarium, iuxta *l. ſi tibi homo,* §. *cùm ſeruus, ff.de legat.1. l.à Titio, ff.de furt. & l.1.ac 2.C. comm.de legat.& fideicommiſſ.* ſalua meliori deliberatione, inhærendo iis quæ ſcripſit *in eadem tract. de iur.& priuil.fiſc.tit.de haben.iura fiſc.* diſtinguit, quòd, aut dominium vel obligatio proceſſit ex cauſa contractus viciſſim obligatorij: & tunc, licèt contractus foret de iure ciuili, vt feudi, emphyteuſis, & precariæ, non poſſit auocari, & tolli ſine cauſa etiam de ſuprema Principis poteſtate, & à proprio ſubdito; prout tenent Doct. ab eo citat.*d.n.131. ac d.tit.n.51.* necnon plerique relati, & probati à Gabr. *d. tit. de iur. quæſt. non tollen.concl.5.* ferè per tot. præſertim *n.1. 2. 18.19.28.30.33.35.& 36.* necnon à Rodolphin. *d.c. 6.n.170. vſque ad 187.* quod declarat, ac limitat idem Gabr.*num.ſequentib.* ac præcipuè *n.42.* quòd ex cauſa poſſit talis contractus à Principe reuocari, poſt multos, ex quibus nonnulli cauſarum huiuſmodi exempla afferunt. *concl.* autem *6.n.1.* idem probat † de cõ- 566.
ſtitutione, quæ tranſiuit in contractum, vt eam ſine cauſa reuocare non poſſit. *& n.2. & 3.* de eiuſmodi ſtatuto, *& n.5.* de ſimili priuilegio; idque etiam quoad ſubditos; vt idem probat *n.10. & ſeq.* cum cauſa verò poſſe quidem quoad ſubditos, vt pluribus relatis docet *n.19.* non autem quoad non ſubditos; vt poſt multos docet *n.20.* quod etiam vtrumque poſt alios tradit Rodolph.*d.c.6.n.193. cum ſeq.* Gabr. autem illud poſtremum multis modis limitat *d.concl.6.n.11. cum duob.ſeqq.* ſicut *n.6. vſque ad 9.* declarat, quando dicatur conſtitutio, vel priuilegium ad hunc effectum tranſire in contractum: quod & facit Suar. *tract. de leg.lib.8.cap.37.num.5. & 6.* qui *num. præced. & ſeqq. illius cap. & cap. ſeq.* rem hanc de priuilegiorum reuocatione egregiè tractat: de quo etiam nos ſuprà *c. 8. quæſt. 6. concl. 2.* Idem verò de dominio acquiſito per priuilegium, quod tranſiit in contractum vt reuocari non poſſit etiam de plenitudine poteſtatis, ſaltem quoad non ſubditos, ſentit Peregr.*d.art.52.n. 132.* dum tranſiens ad ſecundum membrum proximæ ſuæ diſtinctionis ſeu ſubdiuiſionis, poſt alios tradit, quòd † vbi dominium, vel obligatio proceſſit 567.

ex

ex priuilegio,& gratiosa Principis concessione, quæ non transiuit in contractum, Princeps possit non de ordinaria, sed de absoluta potestate dominium sic quæsitum auocare; & satis sufficiens sit causa motus animi Principis,& quia ipse dedit. quem etiã refert, ac sequi videtur Rodolph.*d.c.6.n.168.* seu *limitat.2.* in quo tamen contrarium tenent alij quos refert, & sequitur Gabr.*d.tit.de iur.quæst.non tollen.concl.7.n.3.* & 5.& Molin. sen. id latè comprobans *d. tract. de Hispan.primog.lib.4.cap.3. n.16. vsque ad* 25. necnon Sanchez *lib.8.de matrim.disp.33.n.2.* & Suarez *d.cap. 37. n.7.* & 8. Ratio autem præcipua est,quia dominium,& obligatio quoquo modo requiratur, est de iure gentium,vt paulo antè docuimus, & constat ex *l.ex hoc iure,ff.de iust.& iur.*vbi Bart.& ceteri,aliisque iuribus citatis initio huius primi casus principalis. Quare,quod plerique relati à Molin.sen. *d.lib.1.c.8. num.30.& lib.4.cap.3.n.8. cum duob.seqq.* & probati à Gabr.*d.concl.7.n.1.*Principem posse sine causa reuocare simplex priuilegium, accipiendum est in futurum,seu quoad effectus, quos postea potest habere, non autem quoad dominium alicuius rei ex eo priuilegio etiam simplici quæsitum. atque hæc distinctio satis est de mente Foller.*in sua prax.censual.verbo,& submissionis cuiuscunque foro,n.37.*quem refert ad eum se remittens Rodolph.*d.n.168.*Subdit denique Peregr.*d.art.52.n.133.*pro tertio membro prædictæ
568. proximæ suæ distinctionis,quòd,† si dominium,vel obligatio processit ex aliis causis iuris ciuilis inter priuatos,veluti,vsucapione,prescriptione,sententia, arrogatione,legitimatione,& huiusmodi; tunc,cùm dominium ex his causis proueniens non minùs desinat esse iuris gentium,non poterit Princeps directò illud tollere;poterit tamen forsan per rescriptum de plenitudine suæ potestatis restituere primum dominium aduersùs sententiam,præscriptionem, & vsucapionem,declarando sententiam nullam, & inualidam,vel non habere vim iudicati;ante autem executionem illius,non pòst;Rot.*decis.909.part.3.lib.3. in nouiss. diuers.* vel etiam concedere vlteriorem appellationem; & sic etiam declarare vsucapionẽ, vel præscriptionem non esse decursas;vt *ibidem* tradit ex iis etiam,quę idemmet adduxit *d.tract.de iur.& priu. fisc.tit.bannit.restit.quæ recup.n.53.58.& 59.*ac præterea ratio esse potest, quia sicut per sententiam, & præscriptionem non acquiritur ius certum, cùm per eã quis illud acquirere potuerit, quod suum non erat, omnino gratis,& iniustè,hoc est,contra domini voluntatem:sic per huiusmodi restitutionem,vel declarationem,aut concessionem non tollitur,quin iterũ aduersarius præscribere, ac sententiam pro se obtinere possit:atque adeò cùm non certitudinariè, sed causatiuè tantùm iuri alterius præiudicet, poterit Princeps illud tollere, iuxta tradita post alios per Gabr.*d.concl.1.n.25.* & quoad sententiam facit text. *in l.quod semel,ff. de decret. ab ordin.fac.* cum simil.*ibi* per gl.allegat.quoad præscriptionem autem idẽ sentiunt plerique relati à Lud.Rodolph. *d.cap.6.n.158. vers.ideo,*seu *in prima,* licèt ipse vers. *attamen nos dicimus,*cum seq. *& n.159.* post alios id solùm admittat in futura præscriptione,seu non completa, non autem in præterita,& completa.idque valde probabile est,quia præsertim neque directè,neque per indirectum potest Princeps tollere dominium alicui quæsitum,vt post Ruin.Dec.Bellon. Bosi. & Surd. tradit Rodolph.*eod.c.6.ampliat.3.*seu *n.155.*quoad arrogationẽ verò, & legitimationem nõ admitterem opinionem Peregr. nisi cum limitatione Dec. *cons.198.* vbi rescriptum respectu narratorũ posset argui surreptitium;vel ante aditionem hereditatis,post delationem.nam communior est sententia,†posse Prin-
569. cipem de plenitudine potestatis iuri adeundi hereditatem iam delatam competenti derogare;vt ex cõmuni tradit Molin. sen. *d.lib.2.c.7.n.30.* & ratio est, quia tunc reuocabiliter acquisitum est ius, non autẽ irreuocabiliter,iuxta ea,quæ non multò antè ex Peregr. alios allegãte diximus.ad idémque est optimus text.*in l.pretia rerum,ff.ad leg.Falcid.*vbi habetur,heredem institutum non dici locupletiorem ante aditã hereditatem;& *in l.substitutio,ff.de acq.rer.domin.*vbi Paulus I.C.Substitutio,ait, quæ nondum competit, extra bona nostra est.licèt contrariũ senserit Fortun. *in l.Gallus,§.& quid si tantùm,col.132.ff.de lib.& posth.* cum quo sentire videtur Couar.*d.c.8.§.9.n.9.* omnino verò sentit Molin.iun.*d.disp.174.concl.4.vers.contrariam tamen sententiam.*Pariter illud tutum non est, quod infert Peregr.*d.n.133.*† Principem,si quando- 570.
que expediret,posse pro motu animi sui de suprema potestate declarare,ex solo actu aditionis hereditatis hereditatem non fuisse quæsitam, seu dominium translatum;& sic etiam in casibus,in quibus ipso iure citra factum hominis dominium transfertur ab vno in alium;vel ciuilis possessio,vt per constitutum possessorium precarium,vel statutum de continuãda possessione.nam hoc est expressè tollere ius tertio quæsitum secundùm dominium, vel possessionem: quod vtrũque est de iure gentiũ, vt suprà initio huius prioris casus principalis ex ipso quoque Peregr. docuimus;vbi etiam ex eodem ostendimus, Principem non posse id,quod iure gẽtium alicui licèt subdito quęsitum est,ab eo tollere sine causa.Rectè autem idem Peregr.*d.n.133.in fin.*post Aret.& Felin.*in c.nouit,de iudic.*ac Natt.*cons.512.n.21.*tradit,quòd,si Princeps non dominium,sed ius aliquod immunitatis,præeminentię,aut nundinarum transtulisset,posset illud de suprema sui potestate reuocare:id quod etiam apertè sentit Rodolph. *d.n.168.*post Foller. *in sup.cit.n.37.*ac post alios Suarez *d.lib.8. de legib.c.37. n.10. & 11.* iuncto *n.4.& 7.in princ.* Sicut etiã rectè docet idem Peregr. *d.art.52.n.134.* ea,quæ de dominio hac in re dicuntur,† de possessione quoque sta- 571.
tuenda esse,quæ & ipsa iuris gentium est,ex quo dominium prodiit,*l.1.in princ.ff.de acquir.poss.§.singulorum,Instit.de rer.diuis.* cum aliis adductis sup. initio huius casus,& per Rodolphin.*d.c.6.n.169.*ipsúmque Peregr.*d.art.52.n.127.& 134.* mox citat. vnde bene infert *n.135.*Principem,& fiscales Principis pro spoliata possessione conueniri posse ad illius restitutionem: quod *ibidem vsque ad n. 143.* latiùs declarando prosequitur. *num.* autem 144. transeundo ad secundum membrum principale,seu primæ diuisionis huius prioris casus principalis, vbi nimirum agitur de iure quęsito quòd sit merè iuris positiui;concludunt, inquit,communiter scribentes omnes,†Principẽ ex 572.
suprema potestate statuere, & rescribere posse aduersùs ea,quæ sunt iuris positiui etiam sine causa, *l. Princeps.ff.de legib.l.1.ff.de constit.Princip. §. sed quod Principi,Instit.de iur.natural.gen.& ciu.cap. proposuit, de concess.præben.* Innoc. & Canon. omnes *in c.quæ in Ecclesiarum,de constit.*vbi Felin.*n.78.*Dec.*n.40.* cum aliis à Peregr.alleg. *d.n.144.* quod & fortasse voluerunt Doct. relati à Gabr. *d.tit.de iur. quæs. non tollen. concl.1.n.18.in princ.*dum tradiderunt,quòd Princeps potest sine causa tollere dominium quæsitum artificio iuris ciuilis,vt colligere licet ex Bald.*in l. rescripta,quæst. 3.C. de precib. Imperat.offeren.* quem idem Gabr.refert *d.n.18. vers. contrariam autem opinionem.* illud verò confirmat Peregr.*d.art.52.n.145.num.*autem 146.ex eo,quòd actiones iuris ciuilis sunt,iuxta gl.& Bart.*d.l.ex hoc iure,*& *ibi* latè Iason. *n.47.& 49.* infert post Alex.Ias. & Dec.*l.3.§.si is,pro quo.ff. quod quisque iur.*Principem per suum rescriptum de plenitudine

573. tudine poteſtatis † tollere poſſe actionẽ priuato cõpetentẽ perſonalem, realem, & hypothecariam: & ex glo. *ibid.* communiter recepta, & Curt. ſen. *conſil.* 50. *n.* 144. *& ſeq.* concludit, exceptiones, & replicationes, quia iuris ciuilis inuenta ſunt, à Principe de plena poteſtate tolli poſſe. Ac denique in materia legati, & fideicommiſſi, poſt Alex. *conſil.* 2. *n.* 59. *vol.* 1. infert Principẽ per reſcriptum tollere poſſe fideicommiſſario, & legatario actiones ex fideicõmiſſo, & legato competentes. Sed quoniã hæc opinio dura nimis videtur, & cõtra eam, præter multos Doct. allegatos à Gabr. *d. n.* 18. *verſ contrariam a. opinionem*, (quos, vt mox diximus, ita eſſe intelligendos, colligitur ex Bald. *ibid.* citat. à Gabr.) tuetur Pinell. *in rubr. de reſc. vend. part.* 2. *n.* 9. cuius fundamenta non omnino tollit Peregr. *d. art.* 52. *n.* 148. *ac* 149. licèt enim priuilegium lex quædam priuata ſit, tamen facilius, & fauorabilius ius alterius tollitur per legem, quàm per priuilegiũ; vt ſuprà admonuimus, ex adductis quoque ab ipſo Peregr. *d. tract. de fideic. art.* 24. *n.* 21. quod & alij voluerunt citati à Rodolph. *d. cap.* 6. *num.* 165. Ideo præter illud temperamentũ, quod ad eam opinionem idemmet poſt alios adhibet *d. art.* 52. *n.* 147. vt nimirũ, licèt Princeps auferre alicui poſſit actiones iure ciuili inductas, prout ſunt formæ agendi, non tamen omnino deneganda eſt illi iuſtitia: & idcirco abſque formali actione, officio iudicis per viã manus regiæ iure gentium cognitæ iuſtitiam cõſequetur: & illud, quod inſinuat *d. n.* 149. & 150. vt aliqua ſaltem cauſa, licèt leuis, aut præſumpta requiratur in Principe tollente actiones alteri ex iure ciuili competentes; dum ex communi interpretum diſtinctione tradit, quòd in dubio in iſtis, quæ ſunt iuris ciuilis, præſumptio eſt, quòd Principis motus ad ſic reſcribendũ non proceſſerit, niſi ex aliqua iuſta cauſa: in his autem, quæ iuris gentium ſunt, vt tollãtur oportet de iuſta cauſa conſtare: quam rem nos latiùs proſequuti ſumus *cap.* 6. *q.* 1. *concl.* 3. tertium quoque temperamentum ad priorem ſententiã adhibendum eſt, de quo poſt alios Ant. Gabr. *d. concl.* 1. *n.* 19. dum contrarias opiniones, de quibus *d. n.* 18. ita ad cõcordiam reducit, vt poſterior aſſerens, Principem ſine cauſa tollere non poſſe dominium, ſeu ius quæſitum de iure ciuili, procedat vbi illud ius quæſitum habet annexam æquitatem; prior verò aſſerens, tolli poſſe, procedat vbi tale ius non habet annexã æquitatem. atque hoc temperamentum penè idẽ eſſe puto cum eo, quod affert ipſemet Peregr. poſt alios *d. art.* 52. *n.* 150. vt prior opinio recipiẽda ſit in iis, quæ ratione quadam ciuili, vel ex proprio motu Principum conſtituta, & ordinata fuere: at verò, vbi lex canonica, vel ciuilis, (atque adeò etiã ius, ſeu actio ex ea quæſita,) fundata eſſet in aliqua ratione deſcendente à iure diuino, aut iure gentium, vel à dictamine rationis naturalis; tunc diſpenſatio aduersùs eiuſmodi legem debet eſſe cum cauſa, aliàs diſſipatio eſſet: vnde, inquit, inferunt, quòd per reſcriptũ non poterit ſine cauſa tolli actio alicui quæſita ex contractu; quia ratio iuris gentiũ dictat, pacta ſeruari. & idem, ſubdit poſt alios, videtur in actione quæſita per vltimam volũtatem: nam & ratio iuris diuini, & naturalis ſuadet, vltimas volũtates defunctorum exequi deberi: atque idcirco concludit, Principes de plenitudine poteſtatis abſque cauſa non poſſe tollere ius realiter quæſitum ex teſtamentis, & fideicommiſſis, ſiue teſtamenta, & fideicommiſſa ſint de iure gentium, ſiue de iure ciuili. Et hæc de primo caſu principali diſtinctionis propoſitæ à Peregr. *d. artic.* 52. *n.* 126. cùm nimirum agitur de iure quæſito.

Secundus autẽ caſus principalis ab ipſo *ibid.* propoſitus, qui eſt de iure quærẽdo, ab eodem *d. art.* 52. *n.* 151. ſubdiuiditur in duos. nã aut hoc ius prouenit à lege, aut ab hominis diſpoſitione. Et quidem cùm prouenit à lege, (nimirum immediatè, ac directè, & per ſe,) fatẽtur, inquit, auctores, † Principẽ de abſo- 574.
luta ſua poteſtate impedire poſſe ante ius quæſitũ, ne ex cauſa iuris ciuilis acquiratur: atque ideo in vita patris poteſt legitimare ſpurium in præiudicium agnatorum ſuccedentium ab inteſtato: immo etiam poſt delatam hereditatem, ante tamen aditam, Princeps poterit ſpurium legitimando illum præferre in ſucceſſione, quoniam ius adeundi delatum venientibus ab inteſtato interim non eſt in bonis. *l. pretia rerũ, ff. ad l. Falcidiam, & l. ſubſtitutio, ff. de acq. rer. dom.* quæ tamen iura, cùm loquantur de inſtitutis, & ſubſtitutis, potiùs ad ſequentẽ caſum de hominis diſpoſitione pertinent, quàm ad præſentem de iure quærendo, proueniente ex lege. in quo tamen præter Doct. à Peregr. allegatos *d. n.* 151. vbi id ſatis tuetur, & à contrariis defendit; inde inferens, Principem inhibere poſſe, ne ex legato, & fideicõmiſſo ipſo iure acquiratur dominium, quod ex auctoritate legis acquiri ſolet, *l. à Titio, ff. de furt.* cum ſuis concord. per eundem alleg. *n.* 130. *circa init.* illud ipſum admittit quoque poſt alios Couar. *lib.* 3. *var. reſol. c.* 6. *n.* 1. *verſ. tertiò apparet, cum ſeq. & n.* 2. *& 3. in princ.* iuncto *n.* 7. *verſ. tertiò non obſtat, cum trib. verſ. ſeqq.* nec Rodolph. *d. tract. de ſupr. ſeu abſol. Princ. poteſt. c.* 6. *impl.* 2. ſeu *n.* 154. dum ſe remittit ad hanc Peregr. diſtinctionẽ de iure quærendo. & ſatis confirmari poteſt ex text. *in l. quæris, ff. de natal. reſtituen.* vbi Scæuola I. C. quærẽti, an ingenuitatis iure vtatur is, quẽ Imperator natalibus ſuis reſtituit, reſpondit, quòd ea res nec dubitationem habet, nec vmquã habuit; quia exploratum eſt, ad omnem ingenuitatis ſtatum reſtitui eum. qui iſto beneficio Principis vtatur. Vbi autem agitur de iure quærendo ex hominis diſpoſitione: tunc, ſiquidem tractetur † de iure in futurum non adhuc ordi- 575.
nato, videtur, inquit Peregr. *d. art.* 52. *n.* 152 Principẽ per ſuum reſcriptum inhabilitare aliquem poſſe, ne ab alio valeat acquirere, ex *l. cùm pater, §. ſtim matrẽ, ff. de legat. 2. l. is, cui bonis, ff. de verb. oblig. & l. ex ea, ff. de poſtul. in.* Bart. *l.* 1. ſub *n.* 32. *verſ. aut ſtatutum eſt prohibitiuum*, & alij communiter, *C. de ſum. Trin.* Roman. *conſ.* 39. & Tiraq. *de leg. connub. glo.* 8. *q.* 26. *n.* 216. eadẽmque ratione poterit habilitare inhabilẽ. vtrumque autem ſentit Rodolph. *d. n.* 154. dum præd. Peregr. diſtinctionem quoad omnia ſequi videtur. & à fortiori id ſentiunt, quos citabimus pro poſteriori membro ſecundi ex duobus caſibus ſtatim proponendis. ſi autem tractatur de iure quærendo in futu- 576.
rum † ex hominis diſpoſitione de præterito: tunc Peregr. in ſæpiùs *cit. art.* 52 *n.* 153. ait, occurrere poſſe diſceptationem in duobus caſibus: quorum alter eſt, cùm Princeps fideicõmiſſum in totum euertit; veluti quia heres rogatus ſit poſt mortem ſuam reſtituere Titio; Princeps autem per ſuũ reſcriptum ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis liberauit heredem ab onere fideicommiſſi: & tunc, cùm non agatur de iure realiter quæſito, videri illud à Principe tolli poſſe, quia faciliùs præiudicatur in iure quærendo, quàm in quæſito, latè Dec *in l. ſeruus, n.* 9. *C. de pact.* Curt. iun. *conſ.* 147. *col. vlt.* Crauet. *conſ.* 114. *n.* 13. & in his terminis ſic ſenſiſſe Alex. *conſ.* 2. *n.* 42. *vol.* 1. Dec. *conſ.* 624. *col. pen.* & magis in ſpecie eundẽ Dec. *conſ.* 269. ante *n.* 16. *& conſ.* 390. ſub *n.* 10. *&* 15. licèt contrariũ in fideicõmiſſis clarè ſenſerint Fulg. Rom. Corn. & Ial. *d. l. ſi teſtamẽtum, C. de teſt.* Ar. Pinel. *in repet. l.* 2. *in prima part. rubr. cap.* 2. *num.* 18. *C. de reſcin. vend.* Couar. *d. cap.* 6. *n.* 5. 6. *ac* 7. & apertiùs *n.* 9. *verſ. nec principali huiuſce quæſtionis*; atque in feudalibus Alc. *conſ.* 9. *num.* 18. *lib.* 3. Verùm pro priori opinione

est bonus text. *in l. pretia rerum, ff. ad leg. Falcid.* vbi institutus ante aditionem hereditatis non dicitur locupletior factus; & melior *in l. substituto, ff. de acq. ver. domin.* vbi Paulus I.C. ait, substitutionem, quæ nondum competit, extra bona nostra esse; *& l. qui autem, ff. quæ in fraud. credit.* vbi substitutus repudians delatam sibi hereditatem, non dicitur alienasse. faciunt & fortiùs ea, quæ in casu principali præced. dicta sunt de iure quæsito. Alter casus secundùm Peregr. *d. art. 52. num. 154.* est, cùm Princeps
577. non in totum euertit fideicommissum, sed † alium substituto præponit. & hunc pariter subdiuidit *eod. num. 154. & 155.* in duos. nam aut Princeps agit contra expressam testatoris dispositionem; veluti quia testator vocauit legitimè natos, vel de legitimo matrimonio, vel etiam vocauit masculos; Princeps autem ex certa scientia, ac de plenitudine potestatis legitimauit naturalem, aut spurium, volens, quòd ab intestato, ex testamẽto, & in fideicommissis succedat, perinde, ac si ex legitimo matrimonio natus esset, ad alterius exclusionem; vel feminas admisit: & hoc casu Principem sic rescribere non posse in præiudicium alterius nati de legitimo matrimonio, vel etiam in præiudicium heredis grauati, contra testatoris voluntatem, determinauit Dec. *cons. 357. ad fin. & cons. 557.* Couar. *d. cap. 6. num. 7. vers. eadem quidem ratione, cum duob. seqq. & num. 9. vers. tertiò deducitur*, Pinell. *d. cap. 2. n. 19.* & alij à Peregr. *ibid.* cit. *& art. 23. num. 45.* necnon *art. 24. num. 44.* præcipuè Molin. *lib. 1. de Hispan. primog. cap. 8. num. 31.* licèt contrarium senserint Dec. *d. cons. 269. 390. & 624.* atque alij relati à Molin. *d. cap. 8. num. 28. & 29.* ac Peregr. *d. art. 24. num. 21. & art. 52. num. 154. in fin.* Aut Princeps non rescribit aduersùs expressam testatoris voluntatem, sed aliquem habilitat ad eius volũtatem; veluti quia testator in conditione, vel dispositione posuisset filios masculos legitimos, & naturales; Princeps autem ex certa scientia, & de plenitudine potestatis legitimasset naturalem, aut spurium, eum habilitãdo ad successiones omnes tam ex testamento, quàm ab intestato, & per fideicommissum, ad quas vocantur legitimi, & naturales. nam sic legitimatus, inquit Peregr. *d. art. 52. num. 155.* succedet ad exclusionem substitutorum; & præsertim si Princeps in legitimando sic expressisset: latissimè Alex. *d. cons. 2.* vbi de legitimatione facta à Papa, & inter subditos etiam parte non citata; & absque aliqua causa sub *n. 41. 58. & 60.* Dec. *d. cons. 269.* ante *num. 16.* & est communis conclusio, vt per eundem Peregr. *d. tract. de fideic. art. 23. num. 39. vsque ad 43. num. 46. cum seq. ac num. 68. vsque ad 75.* vbi id latiùs comprobat, ac declarat. & quoad non subditos, maximè non recognoscentes superiorem in temporalibus, qui legitimationem pro suis filiis à Romano Pontifice requirant, text. est *in cap. per venerabilem, in princ. vers. quod autem, & §. videbatur autem, vers. insuper, qui fil. sint legit.* Peregr. verò in sæpiùs *alleg. art. 52. n.*
578. *156. cum seq.* latiùs tractat, † an à decreto, rescripto, vel priuilegio, per quod tertius hac in re lædatur, detur aliquis recursus, seu per aliquod remedium tertius grauatus grauamen reparare possit. sicut *n. 158.* iunctis iis, quæ tradidit *art. 23. num. 19. & 20.* fusiùs
579. agit, † an Papa, & Imperator, aliique Principes supremi, vel Comites Palatini ab iis creati possint in terris infeudatis Ducibus, Marchionibus, & aliis Principibus rescribere, & priuilegiare in præiudicium tertij; vbi etiam hi Principes infeudati in suis dominiis iura imperij quæsierint.

Nos verò antequam ad sequentem concluſ. de potestate iudicum in derogando fideicommissis accedamus, duo nequaquam prætermittenda hoc loco censuimus; quorum alterum, nimirum de Principibus inferioribus, quod ad derogationem fideicommissorum pertinet, medium quid est inter hanc, & seq. concl. vtrumque verò præsentis concl. continet declarationem.

Declaratur ergo primò, vt † ex causa publicæ 580.
vtilitatis possit aliquando etiam Princeps inferior, hoc est, recognoscens superiorem derogare fideicommisso aliqua saltem ex parte; quoniam inferior à Principe potest ex causa rem vni auferre, & alteri dare; vt ex multis auctoritatibus tradit Alex. *consil. 216. col. antepenult. vers. item respondeo, lib. 2.* quem refert, ac sequitur Peregr. *d. art. 52. num. 128. ad fin.* & quoad priuationem ad tempus re sua sentiunt etiam in Officiali non pauci laudati à Gabr. *d. tit. de iur. quæsit. non tollen. concl. 2. n. 7. & 8.* & in perpetua priuatione puræ facultatis, seu licentiæ operãdi aliquid contra ius, cuiusmodi sunt immunitates, & alia priuilegia his similia contra Io. Fabr. *in l. iussio, C. de Iude.* & Ruin. *cons. 230. n. 9. vol. 1.* quos sequitur Gabr. *d. tit. de iure quæs. non tollen. concl. 7. num. 9.* satis probat & à contrariis tuetur Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 37. num. 12. vsque ad 16.* Ceterùm in perpetuum priuate priuilegio, quod consistit in traslatione dominij, aut iuris, non potest inferior supremo Principe, seu Princeps recognoscens superiorem, vt colligitur ex traditis à Suar. *vbi suprà*, iunctis *num. preced.* ac per nos suprà *cap. 5. quæst. 3. concl. 1. circa initium*, & aperte sentiunt Doctores relati, & probati à Gabr. *d. concl. 2. num. 12.* qui sic intelligit Doct. *ibi* allegatos tenentes, quòd inferiores Principes non possunt priuare subditos dominio rerum suarum, hoc est de recognoscentibus superiorem; Doctores autem per eum citatos *num. 11.* asserẽtes, etiam inferiores à supremo Principe posse ex causa publicæ vtilitatis perpetuò priuare subditum re sua, intelligit de Principibus inferioribus Imperatore, qui tamen in suis terris obtinent vicem Imperatoris. idipsum etiam constat ex adductis à Couar. *epist. ac sponsal. part. 2. c. 6. §. 9. num. 9. 10. & 11.* & Peregr. *d. tract. de iuribus & priuil. fisc. tit. bannit. & damnat. restit. quæ recup. num. 7. cum duob. seqq.* necnon *d. tract. de fideic. art. 23. n. 57. ac d. art. 52. num. 156.* Prædicto autem *num. 57.* id temperat quoad Palatinos, & alios habentes iurisdictionem, & potestatem legitimandi à supremo Princi-
pe, † nisi in sua concessione specialiter expressum 581.
sit, vt derogare possit iuri tertij: quod & post alios tenet Gabr. *d. concl. 2. num. 13. & lib. 6. commun. concl. tit. de legit. concl. 6. num. 8. 9. 13. 14. ac 15.* quod declarat *numer. 10. cum duob. seq.* Paritérque id temperandum erit iuxta omnes limitationes, quas *d. cap. 5. q. 3. concl. 1.* ad eam concl. attulimus; præsertim verò consentiente eo, ad cuius fauorem fideicommissum relictum fuit, ex generatim hac in re de vltimis voluntatibus traditis *eod. cap. 5. quæst. 1. concl. 7.* & quoad fideicommissa, ex *l. quoties ab omnibus, C. de fideicom.* Atque hinc est, quòd Excellẽtissimus Senatus Med. qui in iis tantùm, quæ iustitiam concernunt, Regis Catholici potestatem obtinet; ita concedere consueuit facultatem bona fideicommisso subiecta alienandi, vt priùs intimentur preces vocatis ad fideicommissum, & siquidem hi consentiant alienationi faciendæ, id concedatur quoad præiudiciũ ipsorum tantùm, & eorum heredum: si renuant, non concedatur, nisi magna aliqua vrgeat necessitas; & tunc alienantes tenentur tot alia bona æquiualentia fideicommisso supponere. In fideicommissis autem transuersalium non dispensat nisi perrarò, & habita magna causæ cognitione. Quòd si petatur dispẽsatio vel alienationis bonorum fideicõmisso ascendentis subiectorũ, ad hoc, vt pretium in aliorum bonorum emptione,

emptione vocatis vtiliorum conuertatur, vel permutationis cũ aliis bonis commodioribus, vel aliam ob cauſam rationabilem exprimitur fundus acquirendus; deinde ſumuntur ſuper vtroque fundo informationes; & ſi ex eis appareat fideicõmiſſi conditionem reddi meliorem, auditis ad hæc omnia ipſis vocatis, & iis aut conſentientibus, aut diſſenſus cauſam iuſtam non afferẽtibus, ſolet diſpenſari.

582. Declaratur ſecundò, vt † quilibet Princeps merè ſecularis ſiue ſupremus, ſeu in temporalibus non recognoſcens ſuperiorem, ſiue etiam inferior, ſeu ſuperiorem pariter in temporalibus recognoſcens in caſibus quibus ſuprà diximus eum derogare poſſe fideicommiſſis, poſſit id dumtaxat facere quoad fideicommiſſa profana, ſeu ad cauſas profanas relicta, & conſtituta, non autem quoad conſtituta, & relicta ad cauſas pias; id quod ſatis comprobatur ex iis, quibus de legatorum, & generatim de vltimarum voluntatum commutationibus idipſum docuimus ſuprà *cap. 5. quæſt. 2. concluſ. 2.* iuncto eo, quod iam ſæpiùs admonuimus, ac ſatis etiam oſtendimus, præſertim verò *quæſt. præced. concl. 1. prope fin.* quòd fideicommiſſi derogatio ſpecies quædam eſt commutationis vltimæ voluntatis; atque à genere ad ſpeciem validè ſumitur argumentum: vnde etiam limitationes, quas *ibi* attulimus, huic quoque declarationi poterunt applicari. An verò, & quando poſſit Princeps derogare fideicommiſſis, concedendo, vt poſſint certa bona fideicommiſſaria alienari, aliis eorum loco etiam ob priuatam vtilitatem ſubrogatis, dicemus infrà hoc eodem cap. *quæſt. 6. concl. 2.* vbi de ſpecialibus cauſis derogationis fideicommiſſorum agendum nobis erit. Nunc autem ad reliquas præſentis quæſt. concluſ. tranſeamus.

583. DVODECIMA CONCLVSIO. Magiſtratus inferior, ſeu iudex † licèt regulariter nequeat fideicommiſſo derogare; aliquando tamen poteſt. Prior pars concluſ. probatur; quoniam regulariter ſolus Princeps legata relicta ad vnum vſum licitum, & poſſibilem in alium conuertere poteſt; *l. legatum, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. & Clem. quia contingit, in prine. de relig. dom.* idque præter Doct. vtrobique, adnotarunt etiam ſcribentes *in cap. nos quidem, & cap. tua nobis, de teſtam.* & nos latiùs oſtendimus ſuprà *cap. 5. quæſt. 7. & 11. concluſ. 1. circa initium.* Poſterior autem pars huius concl. probatur tum ex eo, quod poſt alios tradit Gabr. *d. tit. de iur. quæſt. non tollen. concl. 2. num. 7. &* 8. poſſe Officialem propter publicam vtilitatẽ priuare ad aliquod tempus dominum re ſua: tum ex caſibus, in quibus heres grauatus poteſt per alienationem fideicommiſſo derogare, ſuperiùs per nos relatis *quæſt. 3. concl. 4.* & multis ſeqq. licèt enim plerumque neceſſe non

584. ſit, † quòd iudex in ea ſuam interponat auctoritatem: valde tamen vtile eſt, & expediens, præſertim in caſu alienationis bonorum pro ſolutione æris alieni ipſius teſtatoris; vt inter alios tradit Peregr. *d. tract. de fideicom. artic. 40. num. 24.* & generaliter in caſibus priuilegiatis, & in quibus de iure conceditur alienatio rerum fideicõmiſſo ſubiectarum, ſentit *art. 42. num. 94.* atque adeò idem dicendum erit in caſu tranſactionis, de quo ſuprà hac ipſa quæſt. *concl. 5. verſ. quintus caſus principalis, & notab. 2. cum ſequentib.* expedit enim in ea interpoſitio decreti iudicis, pro quo valde præſumitur Alex. & alij *in l. ſtipendium, ff. de verb. obligat.* cum multis adductis per Oct. Simoncell. *tract. de decret. tit. 7. inſpect. 3. num. 37. & 41. vſque ad 46.* & Redoan. *tract. de reb. Eccl. non alien. quæſt. 20. num. 75. 77. ac 162. cum ſeq. & q. 48. num. 11. & 15.* & decretum conſtituit iuſtum poſſeſſorem *l. iuſtè poſſidet, ff. de acquir. vel omitten. poſſ.* cum

Io. Petr. Moneta de commun. vtr. volunt.

ſimil. immò in alienationibus bonorũ Eccleſiæ, vel minorum † decretum huiuſmodi neceſſarium erit: 585.
prout de rebus ac bonis minorum eſt text. *in l. magis puto, §. ne paſſim, ff. de reb. eor. &c. l. 1. & toto tit. C. de prad. min. ſin. decret. non alien.* in alienationibus autem rerum Eccleſiæ vel exigitur decretum ſtrictè ſumptum, vt voluit Innoc. *in cap. 2. n. 1. de tranſact.* & Salic. *in l. præſes, n. 3. C. eod. tit.* vel certè auctoritas ſuperioris, quæ eſt loco decreti, & ab eo parum differt, *cap. dudum, & ibi* Doct. *de reb. Eccl. non alien.* Simoncell. *d. tract. de decret. in præf. n. 41. & 61.* Redoan. *d. tract. de reb. Eccl. non alien. quæſt. 23. num. 7. cum ſeq. & quæſt. 45. num. 38. & 39.* quod etiam colligitur ex text. *in cap. Abbatibus, de reb. Eccl. non alien. cap. 1. & 2. eod. tit. in 6. & Clem. 1. eod. tit.* & quoad tranſactionem ſuper re Eccleſiæ, conſtat ex text. *in cap. de cetero, & cap. veniens, de tranſact.* & quòd iudex certis in caſibus poſſit, aliquibus etiam debeat decretum, ſeu auctoritatem ſuam interponere ſuper relicto, ſeu legato, ac fideicommiſſo alimentorum, aliquid circa illud immutando, atque adeò ei derogando, conſtat ex *l. cùm hi, in princ.* iuncto *§. eam tranſactionem, §. ſi cui nummus, & §. ſi ad habitationem ff. de tranſact.* quos §§. ſimul cum *§. vult igitur, & §. ſi præter, cum ſeq.* ad id ponderauimus ſuprà *cap. 5. quæſt. 3. concl. 2.* vbi etiam ex eod. text. *d. l. cùm hi,* diximus, de quo iudice hoc intelligendum ſit, ac de quibus alimentis, quidque alimentorum appellatione veniat: ac denique quomodo ſe gerere debeat iudex vbi legatum relictum eſt ad certum vſum illicitum, vel licitum, ſed pecunia relicta ad eum non ſufficiat. Denique præſens concluſio ex eo probatur, quod de ſententia iudicis circa maioratum, ſeu primogenium, quomodo ei deroget, tradidimus *quæſt. præced. huius c. concl. 1. ad fin. verſ. ſextus autem, & poſtremus,* præcipuè poſt Molin. ſen. *tract. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 8.* & Molin. iun. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 647.* quod quidem maximè ad rem noſtram de fideicommiſſorum derogatione deſeruire poteſt; tum quòd maioratus valde ſimilis eſt fideicommiſſo familiæ relicto, immo eius quædam quaſi ſpecies, vt conſtat ex adductis per nos ex iiſdem auctoribus *d. quæſt. præced. ſuppoſ. 1. ante med.* tum quòd fundamenta pro maioratu allata *in d. verſ. ſextus autem, & poſtremus,* potiſſimùm ſumpta ſunt vel ex ſpeciali materia fideicommiſſi, vel ex generali rerum inalienabilium, & vinculo alicui ſubiectorum; quale eſt illud, quòd † res alienari 586.
prohibita ex ſententia alienabilis efficitur, *l. 3. §. item quæri poteſt, ff. de reb. eor. qui ſub tutel. & cur. ſunt,* ibi; nam & hûc valebit alienatio propter rei iudicatæ auctoritatem; & aliis iuribus per Molin. ſen. alleg. *d. cap. 8. num. 1.* præcipuè verò ex *l. peto, §. prædium, ff. de legat. 2.* vbi eſt caſus in legato, ſeu fideicommiſſo particulari. & quale eſt illud, vnde præſens noſtra
concluſio ampliatur, quòd nimirum, † quando lis 587.
agitur cum vero, & principali contradictore, à cuius iure ceterorum ius pendet, iſque ſuccumbat, ac victus ſit, ceteri quoque in ea victi cenſentur, quatenus ius ceterorum à iure illius pendebat, ideóque licèt nec citati, nec conſcij fuerint, ſententia lata in primum, & præcipuum, nocet in conſequentiam ceteris, & parit etiam aduersùs illos exceptionem rei iudicatæ; vt poſt alios plurimos tradidit Couarr. *pract. quæſt. cap. 13. num. 5. & 6.* Tiraq. *tract. de nobil. cap. 17. numer. 2. cum ſeqq. & tract. de primogen. quæſt. 35. num. 17. ac 18.* latiùs *in tract. res inter alios act. n. 5.* Molin. ſen. *d. cap. 8. num. 3. & 4.* ac iun. *d. diſput. 647. n. 2. & 3.* ex quibus Doct. ab his relatis multi in ſpecie de fideicommiſſo loquuntur, aſſerentes, ſententiam latam contra heredem, aut primum fideicommiſſarium nocere, ac præindicare ſequentibus, ſeu

ſucceſſoribus, præſertim verò poſt alios Tiraq. *d. num.* 5. & Couar. *d. num.* 6. *circa initium*, necnon Peregrin. poſt alios *d. tract. de fideicommiſſ. artic.* 53. *num.* 46. 49. & 50. *cum tribus ſeqq.* mouentur ferè omnes per text. *in l.* 1. §. *quamuis*, *verſic. denuntiare*, & *verſ. denuntiari*, *ff. de venir. inſpic.* ibi; denuntiari autem oportet iis, quos proxima ſpes ſucceſſionis contingit, vtputa primo gradu heredi inſtituto, non etiam ſubſtituto: necnon ex *l. ex contractu*, *ff. de re ind. l. ſi patroni*, §. *vlt. ff. ad Trebell. l. ſi ſuperatus*, *verſic. atqui*, *ff. de pignor. l. ingenuum*, *ff. de ſtat. homin. l. diui*, §. 1. *ff. de liberal. cauſ. l. Papinianus*, §. *fin. l. qui repudiantis*, §. 1. & *l. ſi ſuſpecta in princip. ff. de inoffic. teſtam. l.* 2. §. *ſolet quæri*, *ff. de hered. vel act. vend. l. facta*, §. *ſi heres*, *ff. ad Trebell. l. ſi à te*, §. *fin.* & *l. ſeq. ff. de except. rei iudic.* ex quibus iuribus, de legatis, ſeu fideicommiſſis, ac ſubſtitutionibus agitur *in d.* §. *quamuis*, *d. l. ſi patroni*, §. *vlt. d. l. Papinianus*, §. *fin. d. l. qui repudiantis*, §. 2. & *d. l. ſi ſuſpecta*, & *d. l. facta*, §. *ſi heres.* Atque hæc eſt prima ampliatio huius noſtræ concluſ. quæ ampliatio extenditur, vt procedat, licèt ſententia ſit ſimpliciter abſolutoria; prout contra Soc. iun. *conſil.* 181. *num.* 99. *vol.* 2. tradit Molin. ſen. *d. num.* 3. *circa medium*, poſt Marzat. *in epit. fideicommiſſ. quæſt.* 72. *verſ. ſed aduertendum erit*, & Alciat. *conſ.* 292. *num.* 34. Ampliatur nunc ſecundò ipſa con-
588. cluſio, vt, † vbi duo, vel plures ſint habentes quilibet eorum ius in ſolidum, ſi alter eorum agat, & rem in iudicium deducat, ſententia aduersùs eum lata, quæ in iudicatum tranſierit, conſumit, & perimit ius aliorum; vt ſatis probat Peregrin. *d. artic.* 53. *num.* 41. & 42. tum quia de eadem re, & cauſa non niſi ſemel quæri oportet, *l. licèt*, §. *fin. ff. naut. caupon. ſtabul. l. ſi cui*, §. *iiſdem*, *ff. de accuſ.* tum quia alter ex conreis agendo, & litem conteſtando ſibi præoccupat ius actionis, ad text. *in l. fideicommiſſa*, §. *plerumque*, *ff. de legat.* 3. vnde *d. num.* 42. infert poſt Alex. *in l. ſæpe*, *num.* 15. *ff. de re iud.* quòd, vbi eſſent duo collegatarij, aut conſideicommiſſarij re coniuncti, ſententia aduersùs primò agentem lata iure præoccupationis per litis conteſtationem alium conſideicommiſſarium excluderet. Am-
589. pliatur tertiò, vt † in indiuiduis ſententia lata pro vno ex conſortibus prodeſt aliis, & è contrario lata aduersùs vnum aliis obeſt. vt idem Tiraq. *d. tract. res inter alios act. limit.* 23. & Peregr. ſatis oſtendit *eod. art.* 53. *num.* 43. inde inferentes, quòd res iudicata ſuper iure ſeruitutis pro vno, vel contra vnum, ex condominis, confeudatariis, coheredibus, aut conſideicommiſſariis, aliis quoque proderit, & oberit.
590. Ampliatur quartò, vt † ſententia ſuper legitimitate alicuius, filiatione, & parentela obtenta aduersùs legitimum contradictorem faciat ius quoad alios; vt ex *l.* 1. §. *fin. cum ll. ſeqq. ff. de lib. agnoſcen.* poſt Alex *d. l. ſæpe*, *num.* 51. 60. & 61. alios allegantem, tradit Peregr. *d. art.* 53. *num.* 44. & quoad filiationem latè Tiraq. *d. tract. res inter alios act. limit.* 27. ſeu *num.* 63. legitimitatem, ac libertatem, quæ opponitur ſiue ſeruituti, ſiue ingenuitati, poſt alios docet Couarr. *d. num.* 5. & generatim in cauſa ſtatus Tiraq. vbi ſuprà *num.* 54. id autem temperat Peregr. *d. num.* 44. vt ſententia hæc præiudicet quoad habentes ius minùs principale; ſecus ſi haberent par, & æquale cum eo, cum quo ea lata eſt; ex adductis per ipſum *num.* 40. quorum nos mentionem faciemus infr. hac ipſa concluſ. *limit.* 4. Quintò ampliatur, vt non modò ſententia lata cum herede, vel primo fideicommiſſario afficiat ſequentes, verùm etiam † omnia acta illius iudicij, quoniam regula eſt, acta iis nocere quibus nocet ſententia, *cap. inter dilectos*, *de fid. inſtrum. l. ſed & ſi poſſeſſor*, §. *fin. ff. de iureiur. & l. lege Iulia*, *ff. de manumiſſ.* Ial. & plerique alij, ex quibus hanc regulam confirmat Molin. ſen. *d. cap.* 8. *num.* 5. per quam hanc ampliationem quoad maioratum tenet; quod & facit Molin. iun. *d. aiſp.* 647. *num.* 4. & in fideicommiſſis poſt multos docet Peregr. *d. art.* 53. *num.* 31. & colligitur quoque ex eo, quod idem alios ſecutus tradit *eod. art. num.* 36. probationes, quæ nocent auctori, † nocere etiam ſin- 591.
gulari ſucceſſori. nam fideicommiſſarius etiam vniuerſalis, licèt reſpectu teſtatoris ſit ſucceſſor vniuerſalis, reſpectu tamen heredis eſt ſucceſſor ſingularis, vt ipſemet oſtenderat *num.* 13. ex eo etiam, quod *num. præced.* tradiderat id colligens. Ampliatur ſextò, vt † inſtantia cœpta cum primo fidei- 593.
commiſſario, alióve poſſeſſore fideicommiſſi tranſeat in ſequentes ſucceſſores; ita, vt denuò lis non debeat inchoari, ſed ſequens ſucceſſor in eo ſtatu iudicium ſubire debeat, in quo relictum fuit à poſſeſſore: vt in poſſeſſore maioratus latè probat multis relatis Molin ſen. *d. cap.* 8. *num.* 6. quem ſequitur Molin. iun. *d. num.* 4. & in fideicommiſſis ſentit inter ceteros Marzar. *d. quæſt.* 72. *verſ. & de inſtantia*, & poſt alios Peregrin. *d. artic.* 53. *numer.* 18. 19. & 26. id autem vterque Molin. *locis citat.* poſt Bald. & Ang. extendit, vt † ad hanc inſtantiæ tranſ- 594.
miſſionem non ſit neceſſaria litis conteſtatio, ſed ſufficiat citatio, vel libelli oblatio: licèt de hoc dubitet idem Ang. *in l. tam ex contractibus*, *num.* 4. *ff. de iudic.* ſed idem apertè ſentire videatur Peregrin. *d. artic.* 53. *num.* 30. licèt *num.* 17. ſatis comprobauerit inſtantiam iudicij à litis conteſtatione initium ſumere, præcipuè ex *l. properandum*, *in princip. C. de iudic. Num.* autem 18. ex iuribus & Doctor. tradit, inſtantiam iudicialem actiuè, & paſſiuè tranſire ad vniuerſales iurium ſucceſſores, & in heredem rei. vnde *num.* 19. infert poſt alios, quòd quia fideicommiſſarius vniuerſalis facta reſtitutione verbali per heredem, vel legali auctoritate legis ſuccedit in iuribus hereditarijs actiuis, & paſſiuis, vt idem probauit *d. artic.* 53. *num.* 11. & latiùs *art.* 2. *num.* 50. ideirco inſtantia cœpta cum teſtatore actiuè, & paſſiuè tranſibit ad, & in fideicommiſſarium; cœpta verò cum herede non tranſibit in fideicommiſſarium, ex quo poſtremo dicto habemus reſtrictionem huius 6. ampliationis. quod tamen Peregrin. *d. num.* 19. poſt Bart. *in l. Lucius*, §. *rogatus*, *ff. ad Trebell.* intelligit in iudicio perſonali, ſed in iudicio, inquit, reali ſecuta reſtitutione inſtantia tranſit paſſiuè in fideicommiſſarium, cui heres, & hereditas reſtituta fuit, non autem actiuè: nam inſtantia heredis eſt eius actus, & induſtria, ideóque ad fideicommiſſarium citra ceſſionem non ſpectat, *d.* §. *rogatus*, cum aliis per eum adductis *d. artic.* 53. *num.* 12. 15. & 24. pro quo intellectu faciunt quoque alia, quæ idem adducit *numer.* 25. apud quem auctorem *eodem art.* 53. *a num.* 17. *vſque ad* 30. alia pleraque vtilia videri poſſunt in hac materia inſtantiæ quod ad fideicõmiſſum pertinere poteſt: ſicut & de actionibus fideicommiſſarij à *num.* 11. *ad* 15. & de iure excipiendi, *num.* 16. Nos verò ad limitationes præſentis noſtræ concl. tranſeamus.

Limitatur ergo primò, vt † prædicta de præiu- 595.
dicio ſententiæ, ac tranſitu inſtantiæ in fideicommiſſarium accipienda ſint, dummodo poſſeſſor fideicommiſſi diligenter, & bona fide litem proſequatur; ſecus ſi cum aduerſario colludat, vel negligenter ſe geſſerit: prout in poſſeſſore maioratus ex multis iuribus, ac Doctorib. probat Molin. ſen. *d. cap.* 8. *num.* 7. quem ſequitur Molin. iun. *d. aiſp.* 647. *num.* 5. & quoad colluſionem in legatis, ſeu

fideicommiſſis, præter text. *in l. ſi ſeruus plurium, §. 1. ff. de legat. 1. & l. à ſententia, ff. de appell.* quos Molin. citat *d. num. 7.* eſt etiam optimus text. *in d. l. ſi ſuſpecta, in princip. ff. de inoffic. teſtam.* ſubdit autem vterque Molin. hic *d. num. 5.* ille *num. 8. & 9.* poſt alios, probata fraude, & colluſione, ſententiam non nocere ei, contra quem lata eſt: fraudem verò, aut colluſionem eo ipſo probari, quòd principalis victus non curauit deducere iura ſua, quod etiam vtrumque apertè ſentit, ac ſatis comprobat Peregrin. *d. artic. 53. num. 57. cum ſeq.* additque Molin. iun. *d. num. 5.* poſt ſen. alios allegantem *d. cap. 8. num. 10.* idem dicendum vbi poſſeſſor, contra quem lata eſt ſententia, ab ea non appellauit, aut ſupplicauit, vbi appellationi, aut ſupplicationi locus erat; vel deſeruit appellationem, aut ſupplicationem interpoſitam: in his enim caſibus poterit ſucceſſor appellare, aut ſupplicare, vel proſequi appellationem deſertam, aut ſupplicationem: & in legatariis, ac fideicommiſſariis eſt text. *d. l. ſi ſuſpecta, in princip. ff. de inoffic. teſtament. l. à ſententia, & l. ſi proluſorio*, aliàs, *perluſorio, in princip. ff. de appellat. & d. l. ſi ſeruus plurium, §. 1. ff. de legat. 1.* ac multis citat. tradit Peregrin. *d. art. 53. numer. 54.* quoad proſecutionem verò appellationis colligitur ex iiſdem iuribus, & expreſsè ex *d. l. à ſententia*; vbi etiam ſubdit Mattianus Iuriſconſultus quòd legatarij † proſequi poſſunt appellationem ab herede interpoſitam, ſi in fraudem ſuam ab eo tranſactionem factam dicerent. atque in hoc quoque caſu, hoc eſt, data negligentia, vel ſuſpicione fraudis in herede, verum eſt, quòd docet Peregrin. *d. numer. 54.* tempus appellationis † non currere fideicommiſſario, niſi à die intimatæ ſententiæ; poſſeque hunc appellare intra decendium à die notitiæ, licèt quoad heredem ſententia tranſierit in iudicatum: ſecus verò non data huiuſmodi negligentia, aut fraudis ſuſpicione, quoniam tunc ſententia contra heredem, vel primum fideicommiſſarium, quæ tranſit in iudicatum, parit rem iudicatam etiam contra ſequentes, vt probant iura, & Doctor. non longè ab initio huius concluſ. allegat. & conſtat ex adductis à Peregrin. *d. artic. 53. num. 46. vſque ad 50. & numer. 56.* præcipuè ex Couar. hanc rem latiùs tradente *pract. quæſt. cap. 15. numer. 2.* vbi etiam diſputat, † an in caſu, quo iudex per iniuriam pronuntiauerit contra heredem ex eius culpa, nec is prouocauerit, legatarij ac fideicommiſſarij ſint ipſo iure tuti abſque appellatione; ita, vt actionem habeant etiam contra victorem. in quo magis videtur in hanc partem inclinare per text. *in d. l. ſi ſeruus plurium, §. 1. ff. de legat. 1.* & apertiùs *num. 3. in fin.* Peregrin. autem *d. artic. 53. num. 59.* latiùs de culpa diſtinguit, licèt dubius, poſt Bart. *d. §. 1.* & alios. at verò in caſu colluſionis heredis ſatis id expreſſum videtur *in d. §. primo*, dum æquè de hoc, ac de caſu contumaciæ heredis, ſeu omiſſæ defenſionis, dicitur, quòd nihil hoc nocebit legatariis: cùm tamen in hoc poſtremò caſu expreſsè caueatur *in d. l. qui repudiantis, §. fin. & d. l. ſi perluſorio, §. item fin.* legatarium, & fideicommiſſarium eſſe ipſo iure tutos contra ſententiam, & rem iudicatam, quæ ſecuta eſt contra heredem qui adeſſe neglexit: per quos & alios text. hoc nominatim ſentit nonnullos ſecutus Peregrin. *d. artic. 53. num. 57.* Couar. *d. cap. 13. num. 5. in princip. & cap. 15. num. 3. in lib. pract. quæſt.* ſicut de colludente per text. *d. §. 1.* atque ex aliis iuribus, & Doctoribus docuit idem Couar. *d. num. 5. & 3.* Peregrin. *num. 58.* Et hæc de 1. limitat. huius

596. 597. 598. 599.

conel. Quæ limitatur ſecundò, quòd, † ſi ſententia lata fuiſſet aduersùs primum agentem ex fideicommiſſo ob aliquod eius particulare factum, puta renuntiationis, conſenſus, præſcriptionis, & huiuſmodi, non obſtaret ſequenti fideicommiſſario, cui ſic obiici non poſſet: nam res aduersùs illum iudicata ſua nititur cauſa, & ratione, ideòque ad limites ſuos reſtringitur. ita poſt Pariſ. & Ant. Pinell. docet Peregrin. *d. artic. 53. num. 60.* vnde infert *num. 61.* quòd, ſi per confeſſionem ſuccumbentis lata eſſet ſententia, vt quia confeſſus eſſet, rem non eſſe fideicommiſſariam, vel fideicommiſſi conditionem defeciſſe, confeſſio hæc non præiudicaret fideicommiſſario: ac denique *numer. 65.* infert, ſuſtineri poſſe, † ſententiam latam aduersùs heredem grauatum, vel primum fideicommiſſarium, quia non probauerint, non nocere ſequentibus ſubſtitutis; ex Rebuff. *conſil. 176. ſub num. 5.* Quòd ſi probationes fecerint, licet ea, quæ nocent auctori, noceant quoque ſingulari ſucceſſori, atque adeò etiam fideicommiſſario. iuxta ſupradicta hæc ipſa concluſ. *ampliat. 3.* tamen id accipiendum eſt † de eo ſingulari ſucceſſore, qui poſtea ſucceſſit, non autem eo, qui antea ſucceſſiſſet; vt poſt multos tradit idem Peregrin. *d. artic. 53. num. 36.* ſicut etiam ſententia lata ſucceſſoribus ſingularibus ignorantibus, qui ante ſententiam cauſam habebant ab eo, contra quem lata eſt, † eis non præiudicat: vt poſt Socin. iun. *conſil. 49. col. fin. lib. 2.* ex text. *in l. factâ, §. ſi heres, ff. ad Trebell. & l. ſi ſeparatis, ff. de pignor.* docet ipſemet Peregrin. *eodem artic. 53. num. 46.* Atque hæc eſſe poteſt tertia limitatio præſentis noſtræ concluſ. Limitatur autem quartò, vbi duo, aut plures ex eadem cauſa pro portionibus ius habent, † ſententia aduersùs vnum pro ipſe ſuo lata non præiudicat alteri; veluti in duobus coheredibus, aut collegatariis: ita Peregrin. *d. artic. 53. num. 40.* ex text. *in l. ſæpe, ff. de re iudic. l. ſi cum vno, ff. de except. rei indic. l. 2. C. de ſid. inſtrument. & l. cum duobus, C. de inoffic. teſtament.* Bald. *l. 2. C. quibus res ind. non noc.* & aliis: ſubditque, idem multò magis eſſe, vbi duo non haberent ius ex eadem cauſa, *l. ſi deſerta, C. ſi propt. publ. penſ.* glo. *l. cùm miles, §. 1. ff. ex quibus cauſ. maior.* & horum eam eſſe rationem, quia, † vt obſtet exceptio rei iudicatæ, tria requiruntur, identitas perſonarum, cauſæ, & rerum, *l. cùm quæritur, §. fin. & ll. ſeqq. C. de except. rei iudic.* vnde infert, † ſententiam aduersùs vnum ex confideicommiſſariis, aut confeudatariis alteri pro portione ſua in iure ſuo rei iudicatæ effectum non parere: idque procedere etiamſi ſoierint per alium cauſam, & litem agi: ex *d. l. ſæpe, ff. de re ind.* Hanc verò ipſam quartam limit. aperte tenet quoque Couar. *d. cap. 13. pract. quæſt. num. 5. in princip.* per text. *in l. duobus, ff. de liberal. cauſ. l. 1. & l. patronum, ff. ſi libert. ingen. eſſe dicat.* Bald. *in l. res int. alios act. C. quibus res iud. non noc.* Abb. *cap. pen. num. 18. de re ind.* & Alex. *d. l. ſæpe, num. 60.* quorum reſolutio, ſubdit Couar. in hoc etiam tendit, † vt nihilominus in hac ſpecie quoad ius publicum, quoad munera ſcilicet publica, ſententia omnibus aliis proſit, & noceat, quoties cauſa fuerit examinata quoad publicum commodum, *l. cum qui, §. in popularibus, ff. de iureiur.* per quem text. *& in l. 4. ff. ad popul. act.* & glo. *in l. 2. C. quibus res ind. non noc.* & Alex. *d. l. ſæpe, num. 55.* idem ſentit Peregrin. *d. artic. 53. num. 41.* Limitatur quintò noſtra concluſio, vt ſententia lata aduersùs eum, cuius principaliter non intereſt, † non præiudicet principali: vt in feudalibus tenet Loffred. *conſil. 10.* & in fidei-

600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607.

commiſſa

Jo. Petr. Monetta de commun. vtr. volunt.

commiſſariis, Ar. Pinell. *in repet. l. 1. part. 3. num. 49. limit. 5. C. de bon. matern.* quos ad id refert, & ſequitur Peregrin. *d. artic. 53. numer. 45.* cui affine eſt quod tradit poſt alios Molin. ſen. *d. cap. 8. num. 11.* quem ſequitur Molin. iun. *d. diſput. 647. numer. 6.* quòd, ſi viuente maioratus poſſeſſore non ipſe, ſed ſequens ſucceſſor litem mouit aduersùs alium, qui etiam eius maioratus ſucceſſionem prætendat, ea
608. lis † ſolis litigantibus præiudicabit: tunc enim iudicium illud inchoatum, actúmque eſſet non cum illo, cui principaliter ius ad maioratum defendendum pertinebat, ſed cum eo, qui poſt eius mortem ſucceſſionem in illo prætendebat: ſecus verò ſi ea lis à ſequenti ſucceſſore cum ipſo maioratus poſſeſſore, vel alio ex cauſa de præſenti tractetur, veluti de rerum maioratus alienatione, vel dilapidatione, aut alia ſimili cauſa agatur; tunc enim ſequentibus ſucceſſoribus etiam non citatis præiudicabit; cùm iudicium hoc ſuper iure non futuro, ſed præſenti, & inter eos, quibus primo loco defenſio competij, inchoatum ſit, iuxta ſupradicta. Alias limitationes, ſeu declarationes ad hanc noſtram concluſionem ſumere quis poterit ex Doct. in citat. iurib. atque aliis ſuperiùs allegat. præſertim Tiraq. *d. tract. res inter alios act.* ferè per tot. maximè verò *limit. 19. cum trib. ſeqq. & limit. 24. & 29.* necnon *tract. de nobilit. cap. 37. ex num. 3. & tract. de primogen. quæſt. 35. poſt num. 17.* Nos verò ad reliquas huius quæſt. concluſiones tranſeamus; quas breuiter explicabimus, nihil enim ſpeciale quoad perſonas, de quibus in iis agendum eſt, reperitur vltra id, quod generatim de iis tradidimus *cap. 5. quæſt. 4. & ſeq.* quoad vltimarum voluntatum commutationem.

DECIMATERTIA igitur CONCLVSIO. Papa plerumque fideicómiſſis derogare poteſt. Primò
609. enim poterit illis derogare † quoad loca eius dominio temporali ſubiecta in omnibus iis caſibus, in quibus concl. 11. docuimus, Principē ſæcularem ſupremum id facere poſſe quoad perſonas, ac res ſui dominij: quoniam Papa in locis eiuſmodi temporali dominio ſuppoſitis, ſeu, quod idem eſt, in terris Eccleſiæ idem poteſt, quod Imperator, aut alius ſupremus Princeps in terris, ac locis ſui dominij; vt ſatis conſtat ex text. *in cap. per venerabilem, in princ. verſ. præterea etiam,* ſeu *verſ. id autem, qui ſil. ſint legit.* ibi; id autem in patrimonio B. Petri liberè poteſt Apoſtolica Sedes efficere, in quo & ſummi Pontificis auctoritatem exercet, & ſummi Principis exequitur poteſtatem: *& §. rationibus igitur*, ibi; non ſolùm in Eccleſiæ patrimonio, ſuper quo plenam in temporalibus gerimus poteſtatem, verùm etiam in aliis regionibus, certis cauſis inſpectis, temporalem iuriſdictionem caſualiter exercemus: vbi inter ceteros adnotauit Card. *notab. 4.* ac poſt alios Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 48. de conſtit.* & Peregr. *tract. de iurib. & priuil. fiſc. tit. 2.* qui eſt *de iis, qui iur. fiſcal. hab. num. 25. & ſeq.* vbi de communi teſtatur; cum aliis per nos citat. ſuprà *cap. 5. quæſt. 2. circa initium.* Secundò derogare poterit Papa in certis caſi-
610. bus † etiam quoad loca temporali iuriſdictioni aliorum Principum ſubiecta; vt ſatis colligitur ex poſtremis verbis *d. §. rationibus igitur*, mox citat. ac præcipuè in caſibus illius text. nimirum, cùm requiritur ab eo, qui ſuperiorem in temporalibus non recognoſcit, vt ſatis patet ex *d. cap. per venerabilem, in princip. verſic. quod autem, & §. videbatur autem, verſic. inſuper, cùm Rex.* item cùm huiuſmodi derogatio veniret in conſequentiam diſpenſationis ad actus ſpirituales, vt *in d. cap. per venerabilem, in princip. verſic. præterea etiam.* Huic valde ſimilis caſus, in quo poteſt Romanus Pontifex derogare fideicommiſſis in aliorum temporali dominio, eſt vbi talis derogatio neceſſaria ſit, aut valde vtilis ad ſpirituale regimen Eccleſiæ, & in ordine ad ſpiritualia, per ea, quæ de commutatione vltimæ voluntatis in hac ſpecie tradidimus ſuprà *d. cap. 5. quæſt. 4. concluſ. 3. ad fin.* ſic quando Papa diſpenſat in radice matrimonij, † huiuſmodi fi- 611.
liorum legitimatio valet etiam in tertis imperij: vt poſt alios docet Iacob. Anton. Marc. *tract. de iuriſdict. per & int. ind. Eccleſ. & ſæcul. exercen. part. 4. caſ. 79. num. 31.* & latiùs Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 7. num. 3. vſque ad 11. & num. 14. vſque ad fin.* necnon Peregrin. *d. tract. de fideicommiſſ. artic. 23. num. 7. & artic. 24. num. 76. vſque ad 83.* item in iudicio ambiguo; iuxta eundem text. *in d. §. rationibus igitur*, & *ibi* glo. recepta *verbo, certis cauſis*; vbi etiam exempla huiuſmodi certarum cauſarum affert ex *cap. licet ex ſuſcepto, cap. ex tenore, & cap. ex parte, de for. compet.* nimirum in defectum iuſtitiæ ſecularis, vt *in d. cap. licet, in princip. & cap. ex tenore*, latiùs poſt alios Peregrin. *d. tit. de iis, qui iur. fiſc. hab. num. 35.* Item vacante Imperio, vt *in d. cap. licet ex ſuſcepto, §. liceat tamen*; eo enim vacante adminiſtratio pertinet ad Romanum Pontificem, etiam in temporalibus, vt colligitur ex *d. §. liceat tamen*, & apertiùs ex *Clement. paſtoralis, §. fin. de re iudic. & Extrauag. Ioan. XXII. vnic. §. 2. ne ſede vacan.* ac plerique tradunt, quos retulimus *d. cap. 5. quæſt. 4. concluſ. 4. limit. 3.* inde colligentes, quòd tunc ſaltem, cùm imminet talis neceſſitas commutationis vltimarum voluntatum ab Imperatore facienda, vt eius electio nequeat expectari, poterit Romanus Pontifex vacante Imperio requiſitus huiuſmodi commutationem facere: atque adeò etiam valebit fideicommiſſis in eo caſu derogare. Et ſic præter primum caſum ſupra poſitum tres alios caſus principales habemus, in quibus poteſt Romanus Pontifex in alterius dominio temporali fideicommiſſis derogare. Præterea, & quintò poterit derogare Pontifex Romanus fideicommiſſis in aliorum temporali dominio, vbi ex conſuetudine id acquiſierit, vt colligitur ex *d. §. liceat tamen*, cōſuetudo enim tribuit iuriſdictionem, *cap. fin. de offic. Archid. cap. cùm contingat, de for. compet.* cum aliis adductis ſuprà *concluſ. 9. huius quæſt.* non longè ab initio. Sextò derogare poterit in caſu *d. ex parte, de for. compet.* cùm nimirum agitur de interdicto vnde vi, ad inſtantiam miſerabilis perſonæ, licèt res controuerſa feudalis dicatur: nam de ea cauſa iudex Eccleſiaſticus à Sede Apoſtolica delegatus
cognoſcit; vt *in d. cap. ex parte.* Septimò poterit † 612.
derogare fideicommiſſis conſtitutis ad fauorem cauſæ piæ & Eccleſiaſticæ, per text. *in Clement. quia contingit, in princip. de relig. dom.* vbi habetur Sedem Apoſtolicam conuertere poſſe in alium vſum pium ea quæ ad certum pium vſum largitione ſunt deſtinata fidelium, cum aliis quibus id generatim de commutatione vltimæ voluntatis tradidimus *d. cap. 5. quæſt. 5. concluſ. 2.* iuncta maximè ſumma poteſtate, ſeu libera adminiſtratione, quam in cauſis piis, & Eccleſiaſticis habet Rom. Pontifex; iuxta tradita per Couar. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 6. num. 7. verſic. ſic Iuriſconſultum.*, & allata per nos ſuprà *d. cap. 5. quæſt. 2. concluſ. 11. ante medium.* quod tamen ita eſt accipiendum, vt ad id cauſa requiratur ex iis, quæ in commutatione piæ voluntatis à Rom. Pontifice facienda adduximus *d. quæſt. 4. concl. 2 limit. 1. d. quæſt. 2. concl. 1. & c. 6. queſt. 1. concl. 2.* ea verò cauſa multo maior exigetur, vbi teſtator diſpoſuit quid agendum de relicto ad piam cauſam in caſu non implementi, & alteri ius quæ-

ſitum

ſitum eſt, præcipuè ex latè traditis per Auguſt. Beroum *conſ.* 49, *vol.* 2. Denique poterit Papa fideicommiſſis derogare in terris Imperij, ſeu in alio-
613. rum temporali iuriſdictione † in omnibus caſibus, in quibus de iure poteſt iudex Eccleſiaſticus inter laicos cognoſcere, (modò tamen materiæ, de qua agimus, adaptari poſſint;) quos pene omnes congeſtos habes apud gloſ. & Doctor. *in d. cap. liceat ex ſuſcepto, cap. ſi clericus laicum, cap. ex tenore, & cap. cum ſit, de for. compet.* Farinac. *tom.* 1. *ſuæ prax. crimin. quæſt.* 8. *à num.* 126. *vſque ad fin.* & Iacob. Ant. Martam, *in pred. tract. de iuriſd. per, & inter ind. Eccleſ. & ſæcul. exercen. p.* 2. præſertim *cap.* 1. *vſque ad* 28.
614. licere autem arguere † à poteſtate exercendi iuriſdictionem contentioſam ad facultatem exercendi iuriſdictionem voluntariam, aut mixtam, qualis eſt derogatio fideicommiſſorum, ſatis colligi poteſt tum ex eo, quod poſt alios tradit Dec. *cap. quæ in Eccleſiarum, num.* 15. ſeu *col.* 2. *& cap. Eccleſia S. Mariæ, num.* 18. *in nou. de conſtit.* & vtrobique Apoſtill. forum ſtatuendi, & iudicandi, ſeu ſtatutis ligari, & forum ſortiri à pari procedere; iuncto eo, quòd ſtatuere ſit actus iuriſdictionis voluntariæ, cùm citationem vtplurimum non requirat, vt tradunt Doct. *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. & in rubr. & cap.* 1. *de conſtit.* necnon *in rubr. & l.* 1. *ff. & C. de leg. & de conſtit. prine.* tum etiam ex *d. cap. per venerabilem, §. rationibus igitur*, iuncta gloſ. recepta, *verbo, certis cauſis, qui fil. ſint legit.* vbi Romanus Pontifex arguit à ſua poteſtate exercendi iuriſdictionem temporalem in certis cauſis, ſeu quoad forum contentioſum in aliorum dominio temporali ad poteſtatem legitimandi in ſimili dominio: certum autem
615. eſt, † poteſtatem legitimandi vel ad iuriſdictionem voluntariam, vel certè ad mixtam pertinere, cùm plerumque ea exerceri poſſit abſque citatione, vt conſtat ex latè tradit. inter cæteros à Peregr. *d. tract. de fideicomm. art.* 23. & aliis per nos citat. initio huius cap. præcipuè Iacob. Ant. Marta *d. tract. part.* 4. *caſ.* 79. *circa initium.* citatio autem eſt initium iuriſdictionis contentioſæ, ſeu iudicij, *cap. gratum, de offic. deleg.* ibique Doct. *& in l. & quia, ff. de iuriſd. omn. iud.* cum aliis adductis per And. Gail. *pract, obſervat. lib.* 1. *obſer.* 48. *&* 74. *num.* 1.

DECIMAQVARTA CONCLVSIO. Poteſt Concilium generale legitimè congregatum, & poſtmodum à Romano Pontifice confirmatum † derogare fideicommiſſis, ſicut ipſe Romanus Pontifex.
616. Probatur primò, quia tunc decretum à Concilio cenſetur decretum etiam à Papa: nam confirmans aliquem actum, cenſetur illum actum facere, *l.* 1. *C. de vet. iur. enuclean. cap. ſi Apoſtolica, de præben. in* 6. & decreta, atque acta Concilij generalis vim, ac robur habent à confirmatione, & approbatione Romani Pontificis, vt latiùs oſtendimus ſuprà *cap.* 5. *quæſt.* 5. *circa initium*, præcipuè ex *cap. regula veſtra,* 17. *diſt. & cap. ſignificaſti, de elect.* & in ſpecie facultatis diſpenſandi in votis idem poſſe Concilium generale à Papa confirmatum, quod ipſe Papa, docet Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 38. *num.* 1. quod ſanè ad rem noſtram non parum facit; quoniam is commutare votum poteſt, qui ordinaria poteſtate in eo valet diſpenſare; vt latè idem Sanchez oſtendit *d. lib.* 4. *cap.* 49. *num.* 28. & votum ſpecies quædam eſt vltimæ voluntatis, ex adductis per nos ſuprà *cap.* 2. *quæſt.* 2. *poſt med.* Secundò probatur ex nonnullis Conciliorum generalium decretis, in quibus approbantur non modò ſpecies quædam non ita propriæ commutationis vltimarum voluntatis, qualis eſt vnio beneficiorum, impoſitiones penſionum ſuper beneficiis, nouæ parochiæ intra fines alterius ex eius reditibus erectio, ſeu inſtitutio; tranſlatio beneficiorũ ab vna ad aliam Eccleſiã; & detractio partis fructuum beneficiorũ pro ſeminario clericorum erigendo; de quibus in variis Conciliaribus decretis per nos *d. quæſt.* 5. *concl.* 1. relatis: verùmetiam duæ magis propriæ vltimarũ voluntatum cõmutationes, nimirum legatorũ pro certo Miſſarum numero, ſeu ipſius numeri Miſſarum ad minorem numerũ reductio, vel etiam in aliquid aliud ad diuinum cultum & Eccleſiarum vtilitatem pertinens commutatio: necnon conuerſio redituum Hoſpitalium in alium vſum eorum inſtitutioni, quæ mitti executioni nequeat, proximiorem: de quarum prima habetur in Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 4. de ſecunda *cap.* 8. *de reformat.* cuius etiam vtriuſque decreti ſummam attulimus *d. concl.* 1. ſicut autem *ibidem* ex hac paritate poteſtatis Concilij generalis à Papa confirmati, & ipſius Papæ in cõmutandis vltimis voluntatibus intulimus, eas ampliationes, ac limitationes, quas ea in re de Romano Pontifice *quæſt.* 4. attuleramus, applicandas quoque eſſe eadem in re ad generale Concilium: ſic in præſenti ex paritate poteſtatis in vtroque derogandi fideicommiſſis rectè inferre poſſumus, declarationes in præcedẽti concluſ. quoad hanc poteſtatem de Romano Pontifice allatam locum etiam habere in Concilio generali: illud quoque hoc loco addentes, quod *d. concl.* 1. generatim quoad vltimarum voluntatum commutationem adiecimus, poſſe tam Romanum Pontificem, quàm Concilium generale non modò in certis cãſibus permittere, aut præcipere fideicommiſſorum derogationem, eámve facere; ſed etiam certam formam tradere, quæ in ea facienda debeat obſeruari, prout feciſſe videtur Concil. Trident. *d. ſeſſ.* 25. *cap.* 8. An verò, vel quando † viuente adhuc ipſo 617.
Romano Pontifice, ſed regimini Eccleſiæ adeſſe nõ valente, aut naturaliter, vel ciuiliter mortuo poſſit Concilium generale fideicommiſſis derogare, colligi poteſt ex iis quæ in prædictis caſibus de commutatione vltimarum voluntatum *d. cap.* 5. *huius tract. quæſt.* 5. *concl.* 2. generatim diximus. Nunc autem, quod iuxta ordinẽ initio huius quæſt. propoſitum ſequitur, videamus *in ſeq. concl.* de S.R.E. Cardinalium poteſtate in derogando fideicommiſſis nõ quidem vt ſingulis conuenire poteſt ratione legationis, quæ iiſdem nonnunquam à Sede Apoſtolica committitur; quoniam ſub hac conſideratione de illis diſſeremus *concl.* 16. aut etiam ratione Epiſcopatuum, quos aliquando obtinent; de iis enim, vt ſic, agemus *concl.* 20. vbi de Epiſcopis: neque ratione ſuorum titulorum Cardinalatus ſacerdotalium & Diaconalium; de iis namque, vt ſic, dicendum erit *concl.* 22. ſed prout Collegium quoddam conſtituunt, & quidem ampliſſimum, ac toto orbe conſpicuum.

DECIMAQVINTA igitur CONCLVSIO ſit. Collegium S.R.E. Cardinalium regulariter † 618.
non poteſt nec viuente, nec mortuo Rom. Pontifice fideicõmiſſis derogare. Et quidem quòd nequeat viuente Pontifice, probatur, tum quia cœtus Cardinalium tunc non habet iuriſdictionem, ſeu poteſtatem Papalem, vt de ſe patet, atque inter cæteros adnotauit Io. Azor *Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 2. *quæſt.* 14. immo nec aliquid ſtatuendi, vt ſentit Dec. *in cap. cum venerabilis, num.* 10. *in fin. de except.* Traditque poſt alios Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 5. *num.* 11. *in fin.* nedum contra canones, *cap. inferior,* 21. *diſtinct. cap. cùm inferior, de maiorit. & obed. & Clem. ne Romani, in princ. de elect.* & ſubſunt legibus, & canonum ſtatutis, latè Bellenc. *in tract. de charit. ſubſid. quæſt.* 66. Derogatio autem fideicommiſſi quodammodo aduerſatur legibus, & canonibus

mandantibus vltimas voluntates mitti executioni, *l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. cap. vltimas voluntates, 13. quæst. 2. cap. tua nobis, & cap. Ioannes, de testamen.* cum tum quia in specie regulariter solum supremum Principem posse vltimis voluntatibus derogare, post alios tradit Couar. *d. cap. tua nobis, num. 7.* glos. Card. ac cæteri *in Clem. quia contingit, in princ.* per illum text. *de relig. dom.* Quòd autem nec Sede
619. Apostolica vacante † possit Collegium Cardinalium fideicommissis derogare, probatur; tum quia sacrum illud Collegium tunc non potest circa casus summo Pontifici reseruatos, nisi quod ei conceditur *in cap. vbi periculum*, quod est Gregor. X. §. *idem quoque, de elect. in 6. & d. Clement. ne Romani, §. initium, vers. vt* notant vtrobique Doctor. Azor *d. lib. 4. cap. 3. quæst. 1.* ac post alios Sanchez *lib. 2. sum. cap. 10. num. 44.* in prædictis autem iuribus nihil tale habetur. nam *in d. §. idem quoque*, in quo solo de iis decernitur, quæ ad hanc rem pertinere posse videbantur, illud dumtaxat definitur, quòd Cardinales vacante Apostolica sede in conclaui existentes pro electione Romani Pontificis accelerandæ huic prouisioni sic vacent attentiùs, vt se nequaquam de alio negotio intromittant: nisi forsan necessitas adeò vrgès incideret, quòd eos oporteret de Terra ipsius Ecclesiæ defendenda, vel eius parte aliqua prouidere: vel nisi aliquod tam graue, & tam
620. euidens periculum immineret, † quòd omnibus, & singulis Cardinalibus præsentibus concorditer videretur illi celeriter occurrendum. *in d.* verò *Clem. ne Romani*, postquam in eius princ. Clemens V. ea verba præmiserat ne Roman. electioni Pontificis indeterminata opinionum diuersitas aliquod possit obstaculum, vel dilationem afferre; nos inter cætera præcipuè attendentes, quòd lex superioris per inferiorem tolli non potest; opinionem adstruere, sicut accepimus, satagentem, quòd constitutio fel. record. Gregorij Papæ X. prædecessoris nostri circa electionem præfatam editam in Concilio Lugdunensi per cœtum Cardinalium Romanæ Ecclesiæ, ipsa vacante, modificari possit, corrigi, vel immutari, aut quicquam ei detrahi, seu addi, aut dispensari quomodolibet circa ipsam, seu aliquam eius partem, aut eidem renuntiari per eum; tanquam vetitati non consonam de fratrum nostrorum consilio reprobamus: statim *in §.* seu *vers. irritum*, subdit; irritū nihilominus, & inane decernentes quicquid potestatis, aut iurisdictionis ad Romanum, dum vixit, Pontificem pertinentis, nisi quatenus à constitutione prædicta permittitur cœtus ipse duxerit eadem vacante Ecclesia exercendam. Quare cùm ratio accelerandæ electionis Romani Pontificis vtrobique assignata æquè locum habeat in derogatione fideicommissorum; quæ sanè non est ex iis, quæ inibi à cœtu Cardinalium fieri Sede Apostolica vacante permittuntur; hinc etiam aperte sequitur, regulariter saltem non posse cœtum Cardinalium eo tempore fideicommissis derogare; nisi ea necessaria foret ad ipsius Ecclesiæ patrimonium, eiúsve partem aliquam defendendam; vel vbi, nisi fieret, inde aliquod graue admodum, & euidens periculum immineret: cui tamen periculo, si accideret, quoad Ecclesias quidem particulares satis occurreretur per recursum ad Episcopum, iuxta id, quod suprà *d. cap. 5. quæst. 11. concl. 3.* generatim de commutatione vltimæ voluntatis hac in re ostendimus, quoad Romanam verò diœcesim, seu Episcopatum per Vicarium Vrbis, vbi is a cœtu Cardinalium sede vacante confirmetur; ex iis, quæ hac ipsa in re pariter de commutatione vltimæ voluntatis tradidimus *d. cap. 5. quæst. 6. concl. 2. ad fin.* vel; ei ipsius vices gerentem, vbi nullus tunc adsit Vrbis Vicarius: vel sit in conclaui, aliàs vocabit; vt colligi ex iis potest, quæ scripsimus sup. *d. cap. 5. quæst. 13.* præsertim *concluf. 1. initio.*

DECIMASEXTA CONCLVSIO. Legatus Sedis Apostolicæ etiam de latere † non potest re- 621.
gulariter fideicommissis derogare. Probatur hæc conclusio iis tribus fundamentis, quibus suprà *cap. 5. quæst. 7. concl. 1.* demonstrauimus, huiusmodi quoque Legatum nō posse regulariter vltimas voluntates commutare. nam & derogatio est quædam commutatio, & fideicommissum species est vltimæ voluntatis, vt satis ostendimus suprà hoc ipso *cap. quæst. 1. post medium, vers. dixi ergo primò, & quæst. 4. concl. 1. in fin.* vbi etiam docuimus, a genere ad speciem valide sumi argumentum.

Poterit autem fideicommissis derogare † in iis 622.
omnibus, & solis casibus, in quibus potest Episcopus id facere, *infr. concl. 20.* recensendis. nam regulariter loquendo id omne, ac solum potest Legatus Sedis Apostolicæ in sua prouincia, quod potest Episcopus in sua diœcesi, vt pluribus relatis tradit Sanchez *tract. de matrim. lib. 3. disp. 28. num. 8. & lib. 8. disp. 6. num. 15. ac disp. 9. num. 25.* ac nos sup. *cap. 5. quæst. 7. concluf. 2. circa initium.* Vnde infertur primò, quòd, sicut dicemus *d. concl. 20.* posse Episcopum fideicommissis derogare in omnibus iis casibus, in quibus id potest iudex ordinarius, seu inferior magistratus; ita in iisdem poterit Legatus Sedis Apostolicæ: nam & hic iurisdictionem habet ordinariam, vt constat ex *cap. 2. de offic. legat. in 6.* hos verò casus colligere licet ex iis, quæ nos hac in re de magistratu inferiore, seu iudice ordinario tradidimus suprà hac ipsa *quæst. concl. 12.* Infertur secundò, quòd, sicut eadem *concl. 20.* ostendemus, posse Episcopum derogare fideicommissis saltem specialibus, seu particularibus, quæ mitti executioni non possunt saltem quoad vsum in iis præscriptum; quòd & satis confirmari potest ex iis, quæ suprà *d. cap. 5. quæst. 11. concl. 2.* latiùs adduximus: ita & Legatus poterit; quod etiam suaderi potest ex iis, quæ nos attulimus *d. cap. 5. quæst. 7. concl. 2.* Infertur tertiò, quòd, sicut Episcopus potest fideicommissis saltem particularibus derogare, vbi pro huiusmodi derogatione, quæ Rom. Pontifici sit reseruata, is nequeat adiri, vt *d. concl. 20.* docebimus, & facilè constare potest ex adductis *d. quæst. 11. concl. 3.* sic etiam eodem in casu Legatus iisdem fideicommissis derogare valebit; id quod etiam satis in specie probant, quæ *d. quæst. 7. concl. 2. ampliat. 1.* de ipso Legato diximus. Infertur denique quòd, sicut potest Episcopus fideicommisso alicui, præsertim particulari ad tempus derogare, vt ex iis satis comprobatur, quæ *d. quæst. 11. concl. 10.* adduximus: ita idem poterit præstare Legatus: pro quo etiam, quatenus Legatus Sedis Apostolicæ præsidi æquiparatur *in d. c. 2. de offic. legat. in 6.* est optimus ad id text. de præside loquens *in l. vnica, C. de expens. lud. lib. 11.* & in specie de Legato sentiunt DD. relati *d. quæst. 7. concluf. 2. ampliat. 3.*

Declaratur verò præsens nostra conclusio, quòd, 623.
† vbi in fideicommissi derogatione à Legato facienda non sit ab eo exercenda iurisdictio contentiosa, sed solùm voluntaria, poterit eam facere etiam extra suam prouinciam, modò non in Vrbe Romana: quòd si exercenda sit iurisdictio contentiosa; tunc nonnisi in prouincia existens derogationem poterit facere, vel eam delegare existenti in sua prouincia, licèt ipse extra illam existat; modò delegatum ipse extra eam existens per excommunicationem, vel delegationem suscipiendam non compellat: quæ

omnia

omnia quoad commutationem vltimæ voluntatis oſtendimus *d. concl. 2. ampliat. vlt. & limit. 1. & 2.* in qua etiam *concl. 2.* latè docuimus, quando dicendus ſit legatus, aliúſve, ſiue ordinarius, ſiue delegatus vti iuriſdictione voluntaria, & quando contentioſa: atque item an impetrans commutationem vltimæ voluntatis, poſſit vbique ea commutatione vti, maximè extra territorium commutantis: vnde iuxta regulam paulo antè traditam inferri poteſt ad derogationem fideicommiſſorum; ſimúlque ea deſeruient pleriſque ex ſeqq. concluſ. vbi de aliarum perſonarú poteſtate fideicommiſſis derogandi agemus: ita, vt duos illos articulos hoc loco, aut etiam poſtmodum in præſenti quæſt. repetere omnino neceſſe non ſit, ſed potiùs tranſeundum ad alias huius quæſt. concluſiones.

624. DECIMASEPTIMA igitur CONCLVSIO ſit. Pœnitentiaria Apoſtolica, † licèt attenta eius origine, ac primæua inſtitutione nequeat alicui fideicommiſſo derogare: tamen iuxta facultatem eidem à Sede Apoſtolica poſtea conceſſam ſaltem fideicommiſſis particularibus, ſeu legatis quoad vſum in eis præſcriptum poterit derogare. hodie verò ſaltem regulariter ea præſtare nequit, niſi quoad forum conſcientiæ.

Tota præſens concluſio probatur ex iis, quæ generatim de commutatione vltimæ voluntatis hac in re tradidimus *d. cap. 5. quæſt.* S. Prima quidem pars ex *ibidem* adductis *concluſ. 1.* Secunda verò ex *concluſ. 2.* Tertia denique pars ex tertia concluſione *inibi* à nobis propoſita, & ſatis, ni fallor, ſicut & reliquæ, confirmata, ac ſimul declarata: ita, vt ad eas candidum lectorem pro huius eiuſdem noſtræ concluſ. probatione remiſiſſe ſufficiat.

625. DECIMAOCTAVA CONCLVSIO. Concilium prouinciale † quamuis regulariter nequeat fideicommiſſis derogare, poterit tamen aliquando in diœceſibus Epiſcoporum ad illud conuenientium illis derogare, quibus poſſent iidem Epiſcopi. Vtraque pars huius concluſ. probatur ex iis, quibus eam vtramque partem quoad commutationem vltimæ voluntatis comprobauimus *d. cap. 5. quæſt. 9. concluſ. 1. & 2.* per regulam ſuperiùs traditam, quia derogatio fideicommiſſi eſt ſpecies commutationis vltimæ voluntatis, valétque argumentum à genere ad ſpeciem, ex alleg. ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 4. concl. 1. ad fin.* quod autem de Concilio prouinciali congregato ab Archiepiſcopo diximus reſpectu ipſius Archiepiſcopi, & Epiſcoporum illius Concilij, ſtatuendum quoque eſt proportionabiliter de Concilio nationali, vel regionis, quod Patriarcha, vel Primas congregauit, & ab aliquibus dicitur Prouinciale, reſpectu ipſius Patriarchæ, vel Primatis, aut Archiepiſcoporum, ſeu Metropolitanorum & Epiſcoporum ad illud Concilium conuenientium; iuxta ea, quæ nos adduximus *d. quæſt. 9. concluſ. 2. in fin. & præmiſſ. 2.*

626. DECIMANONA CONCLVSIO. Patriarcha, Primas, & Archiepiſcopus, ſeu Metropolitanus † regulariter non poteſt derogare fideicommiſſis conſtitutis ad fauorem piorum locorum ſubditorum propriis reſpectiuè ſuffraganeis: licèt conſtitutis ad fauorem ipſius Eccleſiæ Primatialis proprius Patriarcha; Metropolitanæ ſuus Primas; & Epiſcopalis proprius Archiepiſcopus poſſit in caſibus, in quibus poteſt quilibet Epiſcopus reſpectu inferiorum Eccleſiarum ſibi ſubiectarum. Prior pars concl. probatur ex iis, quibus idipſum de commutatione vltimæ voluntatis oſtendimus ſuprà *cap. 5. quæſt. 10. concl. 1.* præcipuè verò ex *cap. nullus Primas, & cap. conqueſtus, 9. quæſt. 3. cap. duo ſimul, de offic. ordin. & cap. 1. in princ. eod. tit. in 6.* vbi expreſsè habetur, Patriarcham, Primatem, aut Archiepiſcopum nihil iudicare, agere, aut diſponere debere in diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum ipſis inconſultis. Ex illius autem 1. concl. ampliationibus, ac limitationibus deſumi poterunt ampliationes, & limitationes huius eiuſdem prioris partis præſentis noſtræ concluſionis. Cuius poſterior pars ſatis confirmari poteſt ex iis fundamentis, quibus nititur concl. 2. prædictæ quæſt. 10. ex eius autem concl. declarationibus totidem huius poſterioris partis declarationes ſumendæ ſunt; quas cùm quiſque facile per ſe colligere poſſit, ne nimis excreſcat præſens quæſtio, conſultò prætermittam.

627. VIGESIMA CONCLVSIO. Epiſcopus † regulariter non poteſt derogare fideicommiſſis, ſed ſolùm in certis caſibus. Probatur, quia regulariter nequit inferior diſpenſare in lege ſuperioris, eíve aliquo modo derogare, *l. fin. C. de legib. & Clem. ne Romani, in princ. de elect.* cuius verba ſuprà hac ipſa quæſt. *concl. 15.* retulimus, cum ſuis concord. & in ſpecie de Epiſcopo tradiderunt Doct. à nobis alleg. ſuprà *c. 5. quæſt. 11. concl. 1.* derogatio autem fideicommiſſi etiam particularis, ſeu legati prohibita eſt à ſacris canonibus, dum mandant vltimam voluntatem, & relictum ad pias cauſas mitti executioni, *cap. vltima voluntas, 13. quæſt. 2. cap. ſi heredes, cap. tua nobis, & cap. Ioannes, de teſtam. Clem. quia contingit, de relig. domib.* cum ſimil. ex quo, & aliis fundamentis pluribus etiam Doctoribus ad id relatis hanc ipſam noſtram concluſionem quoad vltimarum voluntatum commutationem, cuius, vt iam ſæpe monuimus, ſpecies eſt derogatio fideicommiſſorum, latiùs demonſtrauimus *d. quæſt. 11. concl. 1.* cuius extenſiones, ac declarationes præſenti quoque concluſioni de fideicommiſſorum derogatione optimè conueniunt. præcipuos autem caſus in variis illius *quæſt. 11.* concluſionibus à nobis latiùs explicatos, in quibus Epiſcopus poteſt vltimas voluntates commutare, huic eidem concluſ. cùm adaptentur, ſummatim hìc recenſere operæpretium duximus.

Primus igitur eſt, vbi legatum; (quæquidem ſiue particularia, ſiue vniuerſalia ſimilibus fideicommiſſis exæquata ſunt, *l. 1. ff. de legat. 1. & l. 2. C. commun. de legat. & fideicom.* cum aliis per nos adduct. ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 1. ante med. verſ. de nomine autem fideicommiſſi*;) aliæve vltimæ piæ voluntates mitti executioni non poſſunt: tunc enim Epiſcopus eas commutare in aliud pium opus poterit, atque adeò iis ſaltem quoad præſcriptum vſum derogare; vt ſatis conſtat ex *cap. nos autem idem, de teſtam.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 4. & 8. de reformat.* cum aliis ad id per nos allegat. *d. cap. 5. quæſt. 11. concl. 2.* ex cuius declarationibus, necnon ex *concl. 4.* cum ſuis ampliationibus, & limitationibus, atque item ex *concl. 5. & quatuor ſeqq.* pariter ſumendæ ſunt declarationes præſentis concluſ.

Secundus caſus eſt, vbi vrgeat magna neceſſitas derogandi alicui fideicommiſſo, neque tunc adiri poſſit ſummus Pontifex, cui ea derogatio reſeruata ſit: tum quòd, licèt regulariter nequeat Epiſcopus in lege Pontificis, & Concilij generalis diſpenſare, vt ſuprà *d. quæſt. 11. concl. 1.* oſtendimus, poteſt tamen in caſu vrgentis neceſſitatis, quando ad Pontificem aditus non patet; vt poſt Felin *in cap. 1. fallen. 7. de conſtit.* Bald. *in l. omnes populi, num. 8. ff. de iuſt. & iur.* Specul. *tit. de diſpenſat. §. nunc de Epiſcoporum, num. 30.* & alios tradit Sanchez *lib. 2. de matrimon. diſput. 40. num. 3.* tum ex aliis rationibus, quibus idipſum generatim de commutatione vltimæ voluntatis comprobauimus *eadem quæſt. 11. concl. 3.* iuxta

cuius

cuius etiam ampliationes, & limitationes præsens casus pariter declarandus est.

Tertius, ac postremus casus; (iis prætermissis, qui ex *d. concl.* 4. cum suis ampliationibus, atque item ex ampliationibus *d. concl.* 3. *& tota concl.* 11.
628. formari possent;) is est, quòd poterit Episcopus † ad tempus fideicommisso derogare siue quoad hoc, vt per aliquod tempus diuersum quid ab eo, quod iussit, ac præscripsit testator, obseruatur, etiamsi iam cœperit ea pia voluntas mitti executioni, vt ex Marian. Socin. *tract. de oblat. libell.* 19. *num.* 19. *&* 20. Aug. Beroo *conf.* 5. *num.* 39. *vol.* 1. Iacob. Ant. Marta *tract. de iurisd. per, & inter ind. Eccles. & secular. exercent. part.* 4. *cas.* 74. *num.* 5. & M. Ant. Genuen. *in prax. Neapol. cap.* 29. *num.* 5. *&* 6. qui alios allegant, tradidimus *in cit. quæst.* 11. *concl.* 10. *circa medium.* siue multò magis quoad hoc, vt executio ipsius piæ vltimæ voluntatis, quæ nondum cœpit obseruari, ad aliquod tempus ex causa differatur etiam vltra terminum à iure præscriptum, vt *d. concl.* 10. *in initio, & post medium* docuimus, præcipuè ex Aug. Beroo *conf.* 21. *num.* 7. *vol.* 2. Io. Calder. *conf.* 5. *de offic. Vicar.* Abb. *conf.* 40. *circa med. vol.* 1. Dec. *cap. cum sit Romana, num.* 17. *in fin.* iuxta antiq. impress. *de appellat.* Felin. *cap. ex parte, col.* 3. *vers. vnde cogitabam, de constit.* & Iacob. Sbroz *in suo tract. de offic. Vicar. Episc. lib.* 2. *quæst.* 51. *num.* 1. Huic similis est casus, quem potissimum ex Lambertin. *in tract. de iurepatr. lib.* 3. *quæst.* 6. *art.* 6. *in princ. ac num.* 2. iuncto *num.* 4. id satis comprobante, confirmaui-
629. mus, † nimirum Episcopus cum patroni consensu, vel patronus de consensu Episcopi Capellano, qui iuxta fundatoris voluntatem tenetur in certo altari, vel loco celebrare, possit concedere, vt alibi celebret; immo solum Episcopum sine consensu patroni posse durante necessitate, aut magna Ecclesiæ vtilitate id facere.

630. Quid autem dicendum sit, † vbi Episcopus habeat dominium temporale supremum, vel etiam non supremum; atque in hoc posteriori casu, si de iure teneatur fideicommisso alicui derogare, & nolit, ad quem appellandum sit, consulendum erit, quod circa hunc vtrumque articulum breuiter resoluimus *d. quæst.* 11. *concl.* 12. eadémque postrema, *ad fin.* nunc verò ad reliquas huius quæst. conclusiones descendamus.

VIGESIMAPRIMA CONCLVSIO. Ca-
631. pitulum sede Episcopali vacante † derogare potest fideicommissis, in quibus posset Episcopus de iure communi. Probatur hæc conclusio, quoniam Capitulum mortuo Episcopo ei succedit in iurisdictione ordinaria, quæve illi competit de iure communi; *cap. cùm olim, de maior. & obed. & cap. vnic. eod. tit. in* 6. cum aliis adductis sup. *d. cap.* 5. *quæst.* 12. *ante* 1. *concl.* negari autem non potest, quòd potestas derogandi fideicommissis, quæ Episcopo in plerisque casibus præced. concl. relatis competit, ad ordinariam eius iurisdictionem, & à iure communi eidem attributam spectet. ex quo, & aliis fundamentis hanc ipsam conclusionem generatim de commutatione vltimæ voluntatis statuimus *in d. concl.* 1. Cuius ampliationes *ibidem* satis confirmatæ præsenti quoque nostræ concluſ. optimè conueniunt: ac præcipue prima, vt idem dicendum sit vbi sedes Episcopalis vacet per Episcopi renuntiationem, translationem, depositionem, vel alia simili ratione: ac secunda, vt idipsum statuendum sit, vbi Episcopus captus sit à paganis, vel schismaticis: & illa postrema ampliatio, vt conclusio locum habeat siue in iurisdictione voluntaria, siue in contentiosa. Quibus addi potest illa, quæ desumitur ex posteriori *parte* 2. *conclus. predicta quæst.* 10. vt nimirum Capitulum succedat quoque Episcopo in eius ordinaria iurisdictione, licet super ea facta eidem Episcopo fuerit commissio à Sede Apostolica; quia tunc potius excitata illius iurisdictio ordinaria intelligitur, quàm facta ei delegatio, iuxta text. *in cap. licet in corrigendis, de offic. ordin.* cum simil. necnon illa, quam colligere licet ex *d. concluſ.* 2. *ad fin.* vt, quod dicitur hac in re de Capitulo Cathedralis Ecclesiæ sede Episcopali vacante, statuendum etiam sit † de quouis alio, 632.
qui tunc loco Capituli à Sede Apostolica deputatus Ecclesiam ipsam in spiritualibus, ac temporalibus administret, iuxta text. *in cap. cum nobis olim, de elect. & cap.* 15. *cui, eod. tit. in* 6. *cap. fin. de supplen. neglig. Prælat. cap. vnic. de maior. & obedient. & cap. cum nullus,* §. *fin. de tempor. ordinat. eod. lib.* Ac denique illa præsentis conclus. ampliatio addi potest ex *d. quæst.* 12. *concl.* 3. vt hæc conclusio procedat etiam † in Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ, cui præ- 633.
est Cardinalis ratione sui tituli sacerdotalis, vel Diaconalis, aut alius Prælatus habens in ea iurisdictionem quasi Episcopalem. Ex priori autem eiusdem 2. conclusionis parte sumi poterit prima limitatio huius nostræ concl. vt nimirum in iis commissionibus derogationis fideicommissi, quæ fiunt Episcopo in casibus, quibus iure communi nequit fideicommissis derogare, Capitulum ei non succedit, sed nec in quauis commissione derogationis Vicario Episcopi facta; ex traditis à Sanchez *lib.* 8. *de matrim. disput.* 27. *num.* 33.

Altera limitatio huius concl. colligi potest ex eo, quod *d. quæst.* 12. *concl.* 3. *in fin.* diximus, vt nimirum Capitula, seu Clerici Ecclesiarum Collegiatarum, in quibus earum Prælati non habent iurisdictionem quasi Episcopalem, sed solùm leuem correctionem, seu modicam coercitionem, & iurisdictionem in prædictos suos clericos, derogare nequeant fideicommissis ad eas Ecclesias spectantibus. quare ea derogatio pertinebit ad Episcopos; aut Episcopali sede vacante, ad Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, vel eum, qui Capituli loco Ecclesiam Cathedralem in spiritualibus, & temporalibus administrat, iuxta supradicta.

VIGESIMASECVNDA CONCLVSIO. Cardinales in suis titulis Presbyteralibus, aut Diaconalibus, & alij Prælati habentes iure speciali iurisdictionem quasi Episcopalem in certa parte diœcesis Episcopi, † derogare possunt fideicommissis 634.
ad eas Ecclesias pertinentibus, sicut posset Episcopus. Quoad Cardinales probatur hæc conclusio ex iis, quibus suprà *cap.* 5. *quæst.* 13. *concl.* 1. id docuimus de facultate commutandi vltimas voluntates, præcipuè ex *cap. his, quæ, de maior. & obed.* & aliis, quibus *d. quæst.* 13. *circa initium,* ostendimus, Cardinales in suis titulis etiam presbyteralibus, & Diaconalibus habere iurisdictionem Episcopalem de iure communi. Quoad alios verò Prælatos, de quibus in hac conclusione, probatur tum quia & ipsi in [illegible] parte diœcesis, quæ ipsorum quasi diœcesis est, habent eandem iurisdictionem, quam Episcopi in reliqua diœcesi: prout quoad executionem vltimarum voluntatum tradunt Doct. communiter *in cap. Ioannes, de testament.* & inter cæteros adnotarunt Anast. Germon. *tract. de sacror. immun. lib.* 3. *cap.* 9. *à num.* 28. *vsque ad* 35. & Sanchez *lib.* 8. *de matrim. disput.* 2. *num.* 12. atque in ea sunt ordinarij & nomine ordinariorum veniunt, vt post alios docet idem Sanchez *d. tract. de matrim. lib.* 3. *disput.* 28. *num.* 6. atque etiam nomine diœcesanorum, vt alios secutus tradit ipsemet *eod. lib.* 3. *disput.* 29. *num.* 16. *vers. ad primam confirmationem,* & nos docuimus *d. quæst.* 13.

statim.

ſtatim ante 1. *concl.* tum ex aliis, quibus nos *ead. quæſt.* 13. *concl.* 2. id generatim oſtendimus de vltimæ voluntatis commutatione. quam concluſ. cùm *ibidem* ita extenderimus, vt neque Archiepiſcopus, aut alij ſuperiores poſſint eam commutationem in Eccleſiis, quæ hiſce Prælatis ſubiectæ ſunt, facere; limitauerimus autem, modo iidem Prælati prædictam iuriſdictionem acquiſierint priuatiuè ad Epiſcopos: eadem quoque extenſio, & limitatio ad hanc noſtram concluſionem erit admittenda. ſicut & ea limitatio, quæ ſumi poteſt ex *d. quæſt.* 13. *concl.* 635. 3. vbi oſtendimus, † Archidiaconos, & alios Prælatos inferiores Epiſcopo, qui non habent certam diœceſim, ſed ſolùm quoad certos actus iure ſpeciali, nimirum priuilegio, conſuetudine vel præſcriptione acquiſierunt in aliqua parte diœceſis Epiſcopi iuriſdictionem, nequeunt vltimas volũtates commutare; niſi huiuſmodi iure ſpeciali id quoque in ſpecie acquiſierint. ſtatim verò poſt dictam *concluſ.* 3. duo latiùs tradidimus, quæ pro complemento huius etiam concluſ. adnotanda ſunt. alterum eſt, quòd iſti Prælati iuriſdictionem ſibi per conſuetudinem, vel præſcriptionem non acquirant in certa parte diœceſis Epiſcopi, niſi ſpatio quadraginta annorum, præcipuè quoad præſcriptionem, ex text. *in c. auditis, de præſcript.* & *ibi* Doctor. communiter: quoad conſuetudinem ex text. *in cap. fin. de conſuet.* & gloſ. recepta *in cap. 3. verbo, præſcripta, de conſuet. in 6. & in cap. 1. verbo, conſuetudine, de offic. ordin. eod. lib.* ex eóque tempore fore etiam deducendum tempus, quo ſedes Epiſcopalis vacauit, aut aliàs Epiſcopus non potuerit illius ius tueri. Alterum eſt, quòd poſtquam illam iuriſdictionem ſiue conſuetudine vel præſcriptione, ſiue etiam priuilegio prædicti Prælati acquiſierunt, non niſi ſaltem 30. annorum ſpatio eamdem amittant.

VIGESIMATERTIA CONCLVSIO. Vicarius Epiſcopi, aut Capituli ſede vacante, aut Prælatorum habentium plenam iuriſdictionem quaſi 636. Epiſcopalem in certa parte diœceſis Epiſcopi † nequit ſine ſpeciali facultate eum conſtituentis derogare fideicommiſſis ad ipſius inferiores Eccleſias reſpectiuè pertinentibus. Quoad Vicarium Epicopi ſatis id probatur ex iis, quibus hoc ipſum quoad commutationem vltimarum voluntatum oſtendimus ſupr. *cap. 5. quæſt. 14. concl.* 1. ac præcipuè, quia huiuſmodi commutatio eſt de grauioribus, & arduis, *Clem. quia contingit, in princ. de relig. dom.* graniora autem, & ardua nequit Vicarius Epiſcopi ſine ſpeciali eius commiſſione explicare, *cap. 2. de offic. Vicar. in 6.* cum aliis per nos adductis *d. quæſt. 14. ſuppoſ.* 2. Poterit autem, ſi ad id ſpecialem ab Epiſcopo habeat facultatem, aut Epiſcopus in remotis ſit; per ea, quæ de commutatione vltimæ voluntatis adduximus *d. concl.* 1. quoad ſecundum quidem *limit.* 1. quoad primum verò *limit.* 2. De Vicario Capituli ſede vacante colligitur ex eo, quod hac in re tradidimus quoad commutationem vltimæ voluntatis *d. quæſt. 14. concl.* 2. vbi etiam ſubiecimus, de facto, & reipſa Vicarium Capituli ſede vacante eiuſmodi facultatem commutandi habere, quia regulariter propter cauſas *ibi* expreſſas ſolet Capitulum in Vicarium, quem tunc conſtituit, omnem ſuam poteſtatem transferre, ſeu eidem concedere, paucis quibuſdam reſeruatis. Eandémque concluſionem ita extendimus, vt commiſſio facta Vicario Epiſcopi, licèt non in Capitulum, tranſeat tamen in eius Vicariũ, præſertim ex Sãchez *d. lib. 8. de matrim. diſp. 27. num.* 13. Tandem quoad Vicarium Prælatorum habentium plenam iuriſdictionem in certa parte diœceſis Epiſcopi, ſatis conſtat ex adductis hac in re per nos *d. quæſt. 14. concl.* 3. de commutatione vltimæ voluntatis, eum poſſe derogare fideicommiſſis, quibus poteſt eum conſtituens, ſi ſufficientem ab eo ad id habeat facultatem, hoc eſt, fideicommiſſis pertinentibus ad eius quaſi diœceſim, atque in iiſdem exequi poſſe commiſſionem à Sede Apoſtolica Vicario Epiſcopi factam: ſecus autem quoad vtrumque dicendum fore de Vicariis Prælatorum, qui non plenam, ſed ſolùm in aliquibus actibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem iure ſpeciali acquiſierunt; niſi fortè ſpecialem hac etiam in re eodem ſpeciali iure in ſuis Eccleſiis quæſierint. Multa verò alia poſt eam *concl.* 3. ſubiecimus ad huiuſmodi commiſſiones pertinentia, necnon de facultate ſubdelegandi plerumque his commiſſariis competente: quæ cùm optimè etiam conueniant commiſſionibus, quæ in hac materia derogationis fideicommiſſorum fieri poſſunt, maximè adnotanda ſunt, atque hoc loco pro repetitis haberi debent. Sed quoniam ea commemorare, nedum explicare longum eſſet, pro iis candidum lectorem ad illum locum remiſiſſe ſufficit; nóſque ad huius quæſt. poſtremam concluſ. veniamus.

VIGESIMAQVARTA igitur, & vltima CONCLVSIO ſit. Prælati Regularium † auctoritate ordinaria, & de iure communi nequeunt derogare fi- 637. commiſſis ſibi non ſubditorum etiam quoad proprias Eccleſias. Probatur ex iis, quibus id generatim quoad commutationes vltimarum voluntatum oſtendimus ſuprà *cap. 5. quæſt. 15. concl.* 2. præcipuè ex Nauarr. qui id ſatis apertè ſentit *in Man. confeſſ. cap. 25. num.* 138. & laudatur ab Idelphonſ. Perez *in tract. de anniuerſ. & Capellan. lib. 1. cap. 14. num.* 9. expreſsè autem Rodriq. *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 125. art. 9. & 10. circa med.* In eadem verò noſtra *concl.* 2. nonnulla priuilegia Regularium hac in re ex eod. Rodriq. *d. art. 125. cum ſeq.* & aliis retulimus, vnde habetur prima illius atque adeò etiam huius concl. limitatio. Secunda ſumitur ex eo, quod ibidem pro ſecunda limit. ſubiecimus, ex latiùs traditis *eod. cap. 5. quæſt.* 13. necnon ſumitur ex hac *quæſt. 5.* præſentis *cap. concl.* 22. vt hi Regularium Prælati derogare poſſint fideicommiſſis ad ſuas Eccleſias pertinentibus, vbi quoad eas Eccleſias habeant plenam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Tertia erit, quòd de iure communi poſſunt tunc Abbates, & generales Ordinum in ſuis Capitulis generalibus, quando vel ob magnum Miſſarum numerum nequit ei ſatisfieri diebus à teſtatoribus præſcriptis, vel ob tenuitatem eleemoſynæ pro Miſſis celebrandis relictæ non facilè inuenitur, qui huic ſe muneri velit ſubiicere: poſſunt, inquam, re diligenter perſpecta, pro ſua conſcientia in ſuis Eccleſiis, quas hac prouiſione indigere cognouerint, ſtatuere circa hæc quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Eccleſiarum vtilitatem viderint expedire: ita tamen, vt eorum ſemper defunctorum commemoratio fiat, qui pro ſuarum animarum ſalute legata ea ad pios vſus reliquerunt: vt expreſsè cauetur in Trid. Conc. *ſeſſ. 25. cap. 4. de reformat.* pro cuius decreti explicatione, atque adeò huius tertiæ limit. declaratione, videnda ſunt quæ circa illud idem decretum ſcripſimus *d. cap. 5. quæſt. 11. concl. 4. & quæſt. 15. concl. 2. limit. 3.*

De iiſdem autem Prælatis Regularium quid poſſint ex ordinaria ſua iuriſdictione ſeu poteſtate in perſonas ſubditas, aut ex delegata vigore priuilegiorum in perſonas ſibi non ſubditas, hoc eſt, ſæcularium † quoad commutationes vltimarum voluntatum non ita proprias, cuiuſmodi eſt votorum, aut iuramentorum irritatio, diſpenſatio, & commutatio, 638.

atque

atque his ſimilia; videri poteſt, quod de ordinaria iuriſdictione in irritatione, diſpenſatione, & commutatione votorum quoad regulares ſibi ſubditos attigimus *d. quæſt.* 15. *concl.* 1. & Doct. *ibi* allegatis de potestate autem tam iſdem Prælatis Regularium, quàm aliis regularibus non Prælatis quoad ſibi non ſubditos, ſeu ſæculares, id, quod indicauimus *eadem quæſt.* 15. *concl.* 3. & Doct. quos *ibidem*
639. citauimus: præcipuè verò de eorum facultate † circa matrimonialia videndus Sanchez *d. lib.* 8. *de matrimon. diſp.* 6. *num.* 28. *cum ſeq. ac diſp.* 16. *à num.* 3. *ad* 11. *& lib.* 10. *diſp.* 19. *num.* 2. circa vota & iuramenta eundum *d. lib.* 8. *diſp.* 14. *num.* 7. *ac diſp.* 16. *num.* 1. 2. *&* 3. necnon *lib.* 4. *ſum. cap.* 43. *num.* 4. *vſque ad fin. cap.* & circa aperitionem Breuium ſacræ Pœnitentiariæ, eorúmque executionem *d. lib.* 8. *diſp.* 34. *num.* 11. *&* 30. Ex quibus finis iam ſit huic 5. præſentis cap. quæſtioni, cuius nimiam fortaſſis prolixitatem ſequẽtium breuitate compenſabimus.

SVMMÆ RERVM.

640. *Derogatio fideicommiſſorum ab inferiore facienda, ſeu impetranda requirit ad ſui iuſtitiam, & validitatem aliquam cauſam. & quid in impetranda à ſupremo Principe; num.* 641. *& ſeq.*

642. *Natalibus reſtitui quando quis dicatur.*

643. *Cauſa derogationis fideicommiſſorum non neceſſariò debet obſtare eorum executioni, cùm derogatio ſit à ſupremo Principe. & quid cùm ſit ab inferiore; num.* 644.

645. *Cauſa derogationis fideicommiſſorum non neceſſariò debet directè continere bonum commune.*

646. *Neceſſitas aliunde oriens, quàm ex impoſſibilitate executionis fideicommiſſi; necnon euidens vtilitas, ac neceſſitas priuata eſt ſufficiens cauſa derogationis fideicommiſſi. ſicut etiam vtilitas publica; num.* 647.

648. *Surreptio in tacenda qualitate, quæ de iure, vel ſtylo curiæ exprimenda eſt, nullam reddit impetrationem derogationis fideicommiſſi, licèt Princeps eam æquè facilè conceſſiſſet. aliàs ſolius cauſæ finalis taciturnitas impetrationem vitiabit.*

649. *Falſi expreſſio tunc ſolùm vitiat impetrationem derogationis fideicommiſſi, quando id, quod eſt expreſſum, fuit cauſa finalis conceſſionis, quia Princeps, aliàs eam non conceſſiſſet, vel cum aliqua moderatione.*

650. *Expreſſio falſa cauſa, vel qualitatis taxatiuè facta vitiat impetrationem derogationis fideicommiſſi, licèt aliàs facilius conceſſa fuiſſet gratia: ſecus ſi facta ſit demonſtratiuè.*

651. *Falſitas vnica cauſa etiam impulſiua, qua expreſſa ſit in derogatione fideicommiſſi, eam vitiat; & quid ſi ex pluribus etiam finalibus vna vera ſit.*

652. *Ignorantia iuris, vel facti in taciturnitate eius, quod exprimendum erat, vel falſa expreſſione, an, & quando vitiet impetrationem derogationis fideicommiſſi. & quid, ſi quis ſub dubio vel fideicommiſſum, vel cauſam derogationis expreſſiſſet; num.* 653.

654. *Taciturnitas veri, vel expreſſio falſi doloſa, licèt ſit cauſa ſolius formæ in derogatione fideicommiſſi, totam gratiam vitiat.*

655. *Surreptio, vel obreptio doloſa non vitiat partem reſcripti derogationis fideicommiſſi omnino ſeparàtam: niſi fuiſſet cauſa eam quoque partem obtinendi.*

656. *Surreptio, vel obreptio doloſa an in foro conſcientiæ, ante declarationem iudicis vitiet partem connexam derogationis fideicommiſſi, quæ vitio carnit.*

657. *Surreptio, vel obreptio doloſa circa cauſam impulſiuam in vna parte reſcripti derogationis fideicommiſſi non vitiat totum reſcriptum.*

658. *Expreſſio alicuius cauſæ an ſit neceſſaria in impetranda fideicommiſſi derogatione.*

659 *Impetrans derogationem fideicommiſſi poſteriorem quando prioris mentionem facere debeat.*

660. *Impetrans derogationem fideicommiſſi an, & quando mentionem facere debeat omnium ipſius vinculorum, ſeu impedimentorum; & ea in eodem reſcripto exprimere. & quid ſi ſit vnum impedimentum oriens ex pluribus capitibus; num.* 661. *aut habeat annexam notabilẽ qualitatẽ, ſeu circumſtantiã; n.* 661.

663. *Impetrans derogationem fideicommiſſi explicare tenetur prohibitionem derogationis à fideicommittente factam; cum aliquot numer. ſeqq.*

664. *Princeps poteſt ex legitima cauſa commutare vltimam voluntatem non obſtante ſpeciali prohibitione teſtatoris, ne illa commutetur. & quid in maioratu ſine eius inſtituto viuat, ſine defuncto ſit; ſiue inhibuerit, ne poſſeſſor vti poſſit facultate etiam motu proprio Principis conceſſa; & in caſu contrauentionis voluerit, maioratum ad ſequentem deferri; numer.* 665.

666. *Iurans, aut vouens aliquid facere, ac ſimul non petere habilitationem iuramenti, aut voti diſpenſationem; in ea impetranda debet vtriuſque iuramenti, ac voti facere mentionem.*

667. *Poſterior diſpoſitio continere debet mentionem clauſulæ derogatoriæ, aut alterius notabilis, quæ in priori adiecta fuerit, vt ei præiudicet; ac num.* 670. *& quid, ſi diſponens voluit, vt non aliter valeat reſcriptum Principis, niſi facta mentione certæ clauſulæ, quam diſpoſitioni adiecit; num.* 668.

669. *Geminatio verborum oſtendit enixam voluntatem, & inducitur etiam ex clauſulis pragnantibus.*

670. *Princeps licèt poſſit non obſtante prohibitione teſtatoris, ne heres impetret fideicommiſſi derogationem fideicommiſſo derogare; id tamen non cenſetur velle facere, niſi exprimat.*

671. *Impetrans derogationem fideicommiſſi contra ſpecialem teſtatoris prohibitionem, ne ea impetretur, aut impetrans ea vtatur, ſub pœna amiſſionis ſequentis in gradu, prius obtinere debet facultatem impetrandi derogationem, quàm ipſam derogationem.*

672. *Error in nomine illius, cui derogatio fideicommiſſi impetratur, eam non vitiat, vbi aliàs de corpore, ſeu illius perſona conſtet. & quid ſi error contigerit in eius diœceſi; aut illius, contra quem fit impetratio, vel ipſiuſmet impetrantis; num.* 673.

674. *Error in vocabulo, vel qualitate omnino accidentali, aut demonſtratione rei, circa quam verſatur derogatio fideicommiſſi, vel ipſum fideicommiſſum, an vitiet derogationis impetrationem.*

675. *Falſa cauſa appoſita derogationi fideicommiſſi regulariter ipſam non vitiat, niſi adiecta ſit per modum conditionis.*

676. *Falſa*

676. *Falſa expreſſio maioris vinculi loco minoris, vel contra in impetranda fideicommiſſi derogatione an, & quando ipſam vitiet.*

677. *Mandatum ſpeciale an requiratur in impetranda derogatione fideicommiſſi per reſcriptum iuſtitiæ, vel gratiæ.*

678. *Gratia derogationis fideicommiſſi, vel commiſſionis ad derogandum alteri impetrata ei non prodeſt, niſi poſt eiuſdem ſcientiam, & acceptationem; & ibi, quid, ſi impedimentum cui derogandum erat, ad plures pertinebat.*

QVÆRO SEXTO in hoc nono cap. quænam obſeruanda ſint ab impetrante derogationem fideicommiſſorum.

Iuxta ordinem, quem in hoc, ſicut & in reliquis huius tractatus capitibus retinendum initio præſentis cap. propoſuimus, vt ſingulæ horum omnium capitum quæſtiones ſingulis octo prioribus eiuſdem tractatus capitibus reſpondeant: ſequitur, vt, poſtquam in præced. quæſt. egimus de perſonis, quæ fideicõmiſſis derogare poſſunt, atque adeò de huiuſmodi derogationis cauſa proxima efficiente, in præſenti quæſt. agamus de obſeruandis, ſeu requiſitis ex parte impetrantis talem derogationẽ, atque adeò de illius quaſi forma reſpectu eam impetrantis; acturi *quæſt. ſeq.* de obſeruandis ex parte illam concedentis: vt ſic habeatur abſoluta ea diſputationis de fideicõmiſſorum derogatione pars, quæ ad ipſius formam pertinet. ſicut autẽ *cap. 6. huius tract.* in duabus prioribus quæſt. vidimus primùm, an cauſa aliqua requiratur ad valorem, vel honeſtatem cõmutationis vltimarum voluntatum; deinde ſingulas eiuſdem commutationis cauſas ſumus proſecuti: ſic in priore ex duabus proximis huius quæſt. concluſionibus videndum erit, an aliqua cauſa requiratur ad valorem, vel honeſtatem derogationis fideicommiſſi; in poſteriori verò ſingulas huiuſmodi cauſas breuiter recenſebimus: in reliquis autem cætera ad hanc quæſtionem pertinentia proſequemur.

PRIMA igitur CONCLVSIO ſit. Regulariter aliqua cauſa requiritur † in impetranda fideicommiſſi derogatione non ſolùm ab inferiore, verùm etiã à ſupremo Principe. 640.

Et quidem quoad inferiorem ſupremo Principe ita cauſam requiri, vt, ſi nulla ſubſit cauſa, non modò illicita ſit, ſed & inualida derogatio, ſatis conſtat; tum ex iis, quibus hoc vtrumque probauimus generatim de cõmutatione vltimæ voluntatis ſup. *d. cap. 6. huius tract. quæſt. 1. cõcl. 1.* ac præcipuè ex Petr. de Vbald. qui id in ſpecie ſentit *in ſuo tract. de canon. Epiſc. & paroch. cap. 7. num. 37.* ſic intelligens text. *in cap. nos quidem, de teſtament.* ad quod etiam eſt bonus text. *in l. legatum, ff. de vſu, & vſufr. legat. ac l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* ab eo verò, quod in commutatione vltimarum voluntatum ſtatuitur, optimè inferri ad derogationem fideicommiſſorum tamquam à genere ad ſpeciem, docuimus cùm alibi ſæpe, tum *quæſt. 4. huius cap. concl. 1. ad fin.* id quod ſemel pro ſingulis huius quæſt. concluſionibus admoniſſe ſat erit. tum

641. à fortiori ex iis, quibus idem nunc oſtendemus † de ipſo ſupremo Principe ſiue ſæculari, ſiue Eccleſiaſtico. In cuius derogatione licèt minor cauſa ſufficiat, quàm ab inferiore; aliqua tamen requiratur; ſicut in commutatione vltimæ voluntatis ab eodem ſupremo Principe facienda probauimus *d. cap. 6. quæſt. 1. concl. 2.* circa initium quidem quoad hoc, ne illicita ſit, potiſſimùm ex text. *in l. ſi donationem, C. de reuoc. don. & l. ſi teſtamentum, C. de teſtam.* & *ibi* Bald. *in fin.* quem ſequitur Felin. *in cap. nonnulli, num. 20.* eiúſque Apoſtillat. *de reſcript.* quoad hoc verò, vt valida ſit, *eadem concl. 2. ante med. vſque ad fin.* vbi in ſpecie multos id ſentientes retulimus, qui & alios allegant; præcipuè autem Couar. *lib. 3. var. reſol. cap. 6. num. 6. in princ. & num. 7. verſ. ſexto hanc ſententiam*, Lud. Molin. ſen. *tract. de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 8. num. 31. lib. 2. cap. 7. num. 32. cum ſeq. & lib. 3. cap. 3. num. 10.* & Michael Crail. *tract. de ſucceſſ. §. 1. num. 8.* atque in terminis derogationis fideicommiſſi, præter Molin. ſen. mox cit. & Molin. iun. *de inſt. & iur. tract. 2. diſp. 174. concl. 4. 5. & 7. ac diſp. 649. num. 1.* eſt de mente Peregr. alios allegantis *in tract. de fideicom. art. 52. num. 125. & 127. cum ſeq.* iuncto etiam *num. 150.* inter cætera ex text. *in l. quæris*, ſed voluit allegare *l. interdum, in fin. ff. de natalib. reſtituen.* ibi; ideóque Imperatores non facilè ſolent quemquam natalibus reſtituere, niſi conſentiente patrono. vel *l. nec filio*, aut *l. patrono*, vbi quid ſimile habetur. dicitur autem quis † natalibus reſtitui à Principe, cùm is natalibus reſtituitur, in quibus initio omnes homines fuerunt, vt ait I.C. *in d. l. interdũ*; (hoc eſt, de iure naturali, quo omnes homines liberi ſunt, *§. ius autem gentium, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* vt exponit gloſ. recepta *ead. l. interdum, verbo, initio*;) non in quibus naſcitur, ſiue quia ſeruus natus ſit, vt *in eadem l. interdum*, dicitur; ſiue quia tunc libertus ſit, vt in caſu *l. nec filio*, ſiue libertinus, vt eſt caſus *in d. l. patrono*, quæ eſt fin. *ff. eod. tit.* ſemper enim ille reſtitutus ingenuus fit, & habetur pro nato ingenuo, vt conſtat ex *d. l. interdum, l. quæris, & l. fin. ff. eod.* Ad idem etiam, vt derogatio fideicommiſſorum à ſupremo Principe ſine cauſa fieri non poſſit, ſunt alia, quæ hac in re adduximus *quæſt. præced. concl. 11. ante med.* ex qua, ac ſimul *d. concl. 2.* aliquot huius concl. declarationes facilè colligũtur. An verò, & quando cauſa præſumatur vbi Princeps ſupremus vel inferior commutationem vltimæ voluntatis atque adeò derogationem fideicommiſſi facit, aut alteri committit, conſtat ex iis, quæ quoad Principem ſupremum de hoc tradidimus *d. cap. 6. quæſt. 1. concl. 3.* quoad inferiorem autem *concl. 4.*

SECVNDA CONCLVSIO. Cauſa derogationis fideicõmiſſorum † non neceſſariò debet eorum executioni obſtare, aut cõmune bonum directè cõtinere, ſed ſufficit neceſſitas aliunde oriens, quàm ex impoſſibilitate rei, ſeu executionis: vel euidens vtilitas ſiue publica, ſiue etiam aliquando priuata. 643.

Hæc cõcluſio, vt de ſe patet, plures habet partes: quæ ſingulæ probantur ex ferè ſingulis concluſionibus, quas circa hæc quoad vltimarũ voluntatum cõmutationem propoſuimus, ac ſatis, ni fallor, confirmauimus *d. cap. 6. quæſt. 2.* Prima enim pars, quæ eſt, cauſam derogationis fideicommiſſorum non neceſſariò debere illorum executioni obſtare, ſeu incompoſſibilem eſſe cum eorum executione, ita, vt illud, quod diſpoſitum fuit, aut nullo modo, aut valde difficile poſſit impleri: probatur ex iis, quibus *d. quæſt. 2. concl. 1.* idipſum generatim de commutatione vltimæ voluntatis oſtendimus, ex eo inter cætera, quòd aliàs ſequeretur nullam vltimæ voluntatis commutationem fieri poſſe, niſi ex cauſa neceſſitatis orientis ex parte eius, quod fuit diſpoſitum, quia illud executioni demandari nequaquam, aut non niſi cum magna difficultate poſſit: cùm tamen in aliquibus ſaltem caſibus ad id ſufficiat non modò cauſa neceſſitatis aliunde prouenientis, vt *in d. quæſt. 2. concl. 3. & 4.* docuimus; verùm etiam euidentis vtilitatis tum publicæ, tum priuatæ, vt *d. concluſ. 3.* necnon *2. & 5.* oſtendimus.

Requiritur autem quoad † inferiores derogantes regulariter cauſa obſtans executioni; ſeu neceſſitas ex parte rei diſpoſitæ, quæ vel nullo modo, vel cum 644.

Digitized by Google

magna difficultate executioni mitti possit, vbi fideicommissum sit principaliter ad fauorem priuatæ personæ; aut certe eius consensus tunc exigetur: per ea, quibus id de commutatione similium vltimarum voluntatum docuimus *d. cap. 6. quæst. 2. concluſ. 1.* non longè ab initio, *verſ. hoc tamen quoad inferiores.*

Secunda pars huius concluſionis, quòd nimirum
645. huiusmodi causa derogationis fideicommissorum † non necessariò debeat commune bonum directè continere; sed aliquando saltem sufficiat, vt illud indirectè respiciat, quatenus bonum partis redundat in bonum totius: probatur, quoniam idipsum docuimus *d. quæst. 2. concl. 2.* de commutatione vltimæ voluntatis, præcipuè ex adductis à Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 19. num. 1. & lib. 4. sum. cap. 45. num. 13.* ac Suarez *lib. 6. de legib. cap. 18. num. 18.* necnon ex *l. legatum, ff. de vſ. & vſufr. legat. l. cùm hi, §. tranſactionem,* iuncto *§. ſi cui, ff. de tranſact. cap. nos quidem, de teſtam.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 6. de reformat.* & suadetur ex iis, quæ de sufficientia nonnumquam priuatæ vtilitatis ad eandem commutationem faciendam tradidimus *eadem quæſt. 2. concl. 5. circa medium,* maximè ex *d. §. tranſactionem,* iuncto *d. §. ſi cui, l. legatam, in fin. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinen. l. ex pollicitatione,* iuncta *l. ſi cui, §. ſed ſi quis, ff. de pollicit.* necnon ex *§. ſi autem legatum, auth. de Eccleſ. tit. collat. 9.* necnon ex Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 4. & 8. de reformat.* Ex quibus, & aliis *ibidem* allegat. ac *d. concluſ. 3.* satis etiam confirmata manet
646. tertia pars huius concl. hoc est, † sufficere necessitatem aliunde orientem, quàm ex impossibilitate executionis; ac simul etiam quinta pars, quæ erat, sufficere aliquando priuatam vtilitatẽ ad fideicommissorum derogationem: quod & in hac specie est de mente Peregr. *in tract. de fideicomm. art. 52. num. 128. circa initium*; & post alios tradit Lud. Rodolphin. *in tract. de ſupr. ſeu abſol. poteſt. Princip. cap. 6. num. 146. & 149.* satisque colligi potest ex casibus, in quibus auctoritate legis derogatio fideicommissorum fit, latiùs per nos explicatis suprà *quæſt. 3. huius cap. concl. 4.* & multis sequentib. ea excepta, quæ causa dotis, vel donationis propter nuptias contingit, iuxta *auth. res, quæ, C. comm. de legat. & fideicom.* & in corpore, vnde sumitur, nimirum ex *§. quamobrem, auth. de reſtit. & ea, quæ par. in vndec. menſ. collat. 4.* vtrobique enim tradit Imperator, eam derogationem fieri ob publicam vtilitatem, illis verbis; ea enim, quæ communiter omnibus prosunt, iis, quæ specialiter quibusdam vtilia sunt, præponimus: vnde hæc derogatio potiùs ad confirmationem quartæ partis huius eiusdem concluſionis pertinet: licèt etiam concernat priuatam vel necessitatem, eius nimirum, cui ex bonis fideicommissi dos constituenda est, aut restituenda; vel certè vtilitatem tum eiusdem, tum illius, cui ex iisdem bonis donatio propter nuptias constituitur. Vt autem, iuxta id, quod *d. quæſt. 3. huius cap. concluſ. 22.* hoc loco nos facturos polliciti sumus, eos casus, in quibus ob priuatam necessitatem bona fideicommissi alienari possunt, atque adeò ei derogatur, ab illis casibus secernamus, in quibus idipsum fieri ob priuatam vtilitatem potest. Et quidem ad necessitatem priuatam primò spectat casus ille, quem latiùs declarando etiam prosecuti sumus *prad. quæſt. 3. concluſ. 4.* vt bona fideicommissi, aliis liberis non extantibus, alienari possint, ac debeant pro solutione æris alieni, seu debiti cum tertiis creditoribus contracti, & aliquando etiam pro eo, quod idem testator cum ipso eius herede contraxerat; immo & nonnumquam pro solutione debitorum ipsiusmet heredis durante eius vita. Secundò ad eamdem priuatam necessitatem pertinet casus ille, de quo nos fusius *cad. quæſt. 3. concluſ. 6.* nimirum, vt præd. alienatio, ac derogatio fieri possit pro impensa funeris fideicommittentis. Tertiò, cùm res fideicommissariæ, nisi alienentur, essent perituræ, aut deteriores futuræ; vel tunc sint per se steriles, & infructuosæ, aut nimis onerosæ, ac fortuitis casibus subiectæ; de quo tertio casu nos egimus *d. quæſt. 3. concluſ 9.* Quartò, pro impensis ab herede factis in tuendis cæteris rebus fideicommissariis: de quo *concluſ. 12. eiuſdem 3. quæſt.* Quintò, alienari possunt bona fideicommissi pro alimentis filiorum ipsius fideicommittentis, eorumque familiæ, iuxta latiùs per nos *ibid.* tradita *concluſ. 13.* vbi etiam id declarauimus. Sextò pro redimendo ab hostibus filio fideicõmittentis. Quibus pro septimo, & octauo casu, iuxta id, quod paulo antè admonuimus, addi potest alienatio ad constituendã dotem potissimùm filiæ ipsius fideicommittentis, vel eam restituendam eiusdem filiæ, vel alterius dotatæ heredibus: de quorum priori casu latè differuimus *d. quæſt. 3. concluſ. 16.* de posteriori autem *concluſ. 17.* licèt vterque magis principaliter publicam necessitatem, vel vtilitatem contineat, vt pariter non multo antè docuimus ex *d. auth. res, quæ,* & corp. vnde sumitur. omnino autem pro postremo casu ponendus est ille, de quo fuse egimus *prad. quæſt. 3. concluſ. 19.* cùm bona fideicommissaria iuris auctoritate alienantur pro assignanda, seu deducenda legitima siue descendentium, siue etiam ascendentium. Ad vtilitatem verò priuatam primò pertinet ea bonorum fideicommissi alienatio, atque adeò eiusdem fideicommissi derogatio, quæ à iure permittitur pro soluendis, seu præstandis legatis per fideicommissum à testatore alicui tertio relictis; & aliquando etiam pro relictis ipsi heredi, quæ prælegata vocant, iuxta id, quod pluribus declarando tradidimus *cad. quæſt. 3. concluſ. 5.* Secundò ad eamdem priuatam vtilitatem illud pertinet, quòd heres grauatus alicui restituere quicquid de hereditate supererit, potest iuris auctoritate res huiusmodi fideicommisso subiectas alienare ex causa permutationis rerum, vel cõmutationis pretij in alias res vtiliores, aut magis cõmodas: qua de re fusiùs egimus *d. quæſt. 3. concl. 7.* Tertiò cùm fit diuisio bonorum fideicõmissariorum inter coheredes grauatos fideicommisso: de quo casu diximus *concl. 8.* Quartus casus ad eamdem priuatam vtilitatem pertinens est, quem prosecuti sumus *cad. quæſt. 3. concl. 15.* cùm nimirum alienatio bonorum fideicommissariorum permittitur pro impensa studiorũ, vel militiæ ad cõmodum filij eiusdem fideicõmittentis; quod tamen *ibid.* declarauimus. Pro sexto verò casu ex his, quæ ad priuatam vtilitatem pertinent, addi potest alienatio à iure permissa pro constituenda per maritũ, aut alium heredem fideicõmisso grauatum donatione propter nuptias dotanti futurã eius vxorem, aut ipsimet se dotanti, iuxta *d. auth. res, quæ,* cum aliis per nos allegat. *d. quæſt. 3. concl. 18.* quamuis & hic casus publicam vtilitatem, & quidẽ magis principaliter contineat, vt superiùs non multo antè ex *d. auth. res quæ,* & ex corp. vnde sumitur, ostendimus. Omnino verò inter hos casus ad vtilitatem priuatam pertinentes ponendi sunt illi, qui septimi, & octaui, eiúsque postremi loco sint, cùm nimirum heres ex bonis fideicõmisso vniuersali subiectis potest quartam Trebellianicam detrahere; de quo nos fusiùs hanc rem declarando egimus in sæpiùs memorata *quæſt. 3. præſentis cap. concluſ. 10.* & ex fideicommissis particularibus, seu legatis deducere potest quartam, quam Falcidiam appellant, iuxta id, quod latè tradidimus *cad. quæſt. 3. concluſ. 21.* & hæc quoad huius

quintæ

quintæ partis præſentis concluſionis confirmationem; quam ideo ante quartam eiuſdem concl. partem cõfirmauimus, quoniam ita exigebat connexio, & coniunctio, quam hæc ipſa quinta pars & eius comprobatio cum tribus præcedentib. eiuſdem præſentis concluſionis partibus, earúmque confirmatione habebat. Iam igitur ad quartam illius partem comprobandam poſtremo loco, cùm ſola reliqua
647. ſit, accedamus; † quòd nimirum ad derogationem fideicommiſſorum ſufficiat cauſa publicæ vtilitatis. Ea verò patet tum à fortiori ex eo, quod modò docuimus, ad id ſufficere bonum indirectè tantùm redundans in bonum publicum, & aliquando ipſam ſolam priuatam vtilitatem: tum etiam ex iis, quibus *d. cap. 6. queſt. 2. concl. 3. & 5.* in prioti eius parte idipſum de commutatione vltimæ voluntatis oſtendimus; præcipuè ex Couar. poſt alios *lib. 3. var. reſol. cap. 6. num. 6. in princ. ac num. 7. verſ. ſextò, hanc ſententiam, & verſ. vltima ratio, ac num. 9. verſ. quartò, hinc quæritur*, Lambertin. *tract. de iurepatr. lib. 3. queſt. 6. princ. art. 1. num. 6. in fin.* poſt Dec. *conſ. 121. col. 2. in fin.* atque in materia fideicommiſſi ſentit poſt alios Peregr. *d. art. 52. num. 128.* in maioratu autem, qui proximè ad fideicommiſſum accedit, tradit Molin. ſen. *de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap. 3. num. 20. & lib. 4. cap. 3. num. 1. 2. 5. 28. & 36.* ac Molin. iun. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 174. concl. 5. & diſp. 649. n. 2.* tum denique ex *d. auth. res, quæ, C. de fideicom.* & ex corp. vnde ea ſumitur, hoc eſt, §. *quamobrem, in auth. de reſtitut. & ea quæ par. in xi. menſ. poſt mort. vir.* prout eos text. ponderauimus ſup. *hac ipſa concluſ. ante med.*

TERTIA CONCLVSIO. Surreptio in tacenda qualitate, quæ de iure, vel ſtylo Curiæ exprimen-
648. da eſt, † reddit nullam impetrationem derogationis fideicommiſſi, licèt eam Princeps æquè facilè conceſſiſſet: aliàs ſolius cauſæ finalis, non autem impulſiuæ tantùm, taciturnitas eam impetrationem vitiabit, licèt, ſi Princeps veritatem impulſiuæ ſciret, gratiam difficiliùs conceſſiſſet. Prior pars concluſionis probatur ex iis, quibus in impetratione commutationis vltimarum voluntatum, & cuiuſuis alterius gratiæ id oſtendimus ſuprà *d. cap. 6. queſt. 3. concl. 1.* quoad qualitatem neceſſariò exprimendam de iure; *concl.* autem 2. quoad qualitatem exprimendam de ſtylo Curiæ. Poſterior verò pars concl. patet ex iis, quibus idipſum pariter in impetratione prædictæ commutationis, aut alterius gratiæ comprobauimus *d. queſt. 3. concl. 3.* præcipuè ex text. *in cap. poſtulaſti, de reſcript.* necnon *cap. fin. de fil. preſbyt. in 6.* iuncto text. *in cap. dudum, §. nos igitur, de præben. eod. lib.* cum aliis ad hoc adductis à Sanchez *lib. 8. de matrimon. diſp. 21. num. 17. cum ſeq.*

Vnde autem dignoſci poſſit, qualitates ita conducere ad gratiæ conceſſionem, vt iis expreſſis ſuperior gratiam non concederet; & alia, quæ ad huius concluſionis declarationem pertinere poſſunt, ſumenda ſunt ex iis, quæ ſtatim ſcripſimus poſt *d. concl. 3.* necnon *concluſ. 5.* per tot. præſertim quod attinet ad clauſulam motus proprij, & clauſulam, ex certa ſcientia, earúmque vim, & effectum: de qua etiam vtraque latè diſſeruimus ſuprà *cap. 7. queſt. 2. concl. 1. & 2.* de motu autem proprio aliquid etiam *cap. 6. queſt. 1. concl. 3.* Pariter pro declaratione huius concluſ. videndæ ſunt declarationes tam huic, quàm ſeq. concluſ. communes, quas ad eius calcem afferemus; tertia nimirum declaratio cum ſequentib.

649. QVARTA CONCLVSIO. Falſi expreſſio † tunc ſolùm vitiat impetrationem derogationis fideicommiſſi, quando, quod expreſſum eſt, fuit cauſa finalis conceſſionis, quia Princeps ea falſitate non expreſſa talem gratiam vel non conceſſiſſet, vel non eo modo, ſecus ſi ſic conceſſiſſet, licet difficilius. Probatur hæc concluſio quoad vtramquam ſui partem ex iis, quibus eam confirmauimus quoad impetrationem commutationis vltimæ alicuius voluntatis *d. queſt. 3. concluſ. 4.* ac præcipuè ex adductis à Sanchez *d. diſput. 21. num. 32.* & Card. Mantic. *tract. de coniect. vltim. voluns. lib. 4. tit. 6. ex num. 3.*

Declaratur autem præſens concluſio primò, vt † 650.
expreſſio falſæ cauſæ, ſeu qualitatis, quæ verè expreſſa, ſeu tacita redderet faciliorem Principem ad concedendum adiecta demonſtrationis gratia derogationi alicuius fideicommiſſi, eam non vitiat: ſecus ſi adiecta ſit cauſa taxationis. quæ declaratio ſatis conſtat ex iis, quæ in hac ſpecie quoad commutationem vltimæ voluntatis adduximus *d. queſt. 3. concluſ. 6.* vbi etiam latiùs tradidimus regulas ad dignoſcendum, quando aliquid cenſeatur diſpoſitioni adiectum demonſtrationis, vel taxationis gratia. Secundò declaratur, quòd, † vbi in derogatione fi- 651.
deicommiſſi vnica exprimitur cauſa etiam impulſiua, ſi ea falſa ſit, corruit derogatio. ſi verò plures cauſæ ſiue diſiunctiuè, ſiue etiam copulatiuè exprimantur, quarum aliquæ veræ ſunt, aliæ falſæ, ſpectanda eſt ea cauſa, qua nititur reſcriptum; atque ea exiſtente vera, ceterarum falſitas non obeſt. conſtat verumque ex iis, quibus illorum primum docuimus *d. queſt. 3. concl. 7.* ſecundum verò *concl. 8.* per fundamenta *inibi* allata, quæ in omni gratia, & reſcripto locum obtinent.

Declaratur tertiò; (quæ quidem declaratio, & ſequentes æquè pertinent ad hanc, & præcedentem, concl.) quòd, † licèt probabile ſit iuſtam ſeu proba- 652.
bilem ignorantiam facti, aut iuris in tacẽdo id, quod exprimendum erat, vel falsò aliquid aſſerendo, cuius veritatem ſi ſuperior cognouiſſet, vel gratiam derogationis fideicommiſſi non conceſſiſſet, vel non eo modo; excuſare à nullitate ipſam gratiam: probabilius tamen eſt, non excuſare, niſi cùm ſuperior gratiam conceſſiſſet quidem, ſed non eo modo. Probatur hæc declaratio ex iis, quibus vtramque eius partem quoad vltimæ voluntatis commutationem confirmauimus *d. queſt. 3. concl. 9.* quæ fundamenta, ſi rectè perpendantur, pariter in omni gratia locum habent. in qua etiam atque adeò in derogationis fideicommiſſi impetratione procedit, quod de cõmutatione vltimæ voluntatis ad finem *d. concl. 9.* breuiter oſtendimus, quòd † vbi quis aut vlti- 653.
mam voluntatem, aut cauſam commutationis illius ſub dubio expreſſiſſet, cùm de vtraque certum eſſet, illam quidem exiſtere, hanc verò prorſus deficere; nulla eſt ipſo iure gratia obtenta. Et hæc eſſe poteſt 4. declaratio.

Declaratur quintò, quòd † vbi per fraudem, vel 654.
malitiã tacitum fuit verum, aut expreſſum falſum in impetratione derogationis fideicommiſſi; tunc vitiatur omnino gratia, licèt ea taciturnitas, & expreſſio fuerit cauſa ſolius formæ. conſtat hæc declaratio ex latiùs ad id in quouis reſcripto adductis *d. queſt. 3. concl. 10.* vbi ad hoc ipſum nonnullas limitationes attulimus.

Sextò declaratur, quòd, † quando partes eiuſdem 655.
reſcripti derogationis fideicommiſſi ſunt omnino ſeparatæ, quia non eandẽ cauſam, finémve reſpiciũt, ſurreptio, vel obreptio doloſa in vnà parte non vitiat aliam; ſecus ſi omnino ſint ſeparatæ. ita enim in quouis reſcripto poſt Dec. *in cap. ſuper litteris, num. 7. & 18. in nou. de reſcript.* tradit Sanchez *d. diſput. 21. num. 71. cum ſeq.* ex *d. cap. ſuper litteris, & cap. ſi eo tempore, eod. tit. in 6.* & ex aliis, ex quibus nos quoque *d. queſt. 3. concl. 11.* id docuimus in reſcripto commuta-

tionis vltimæ voluntatis. quod tamen temperandum est: nisi surreptio, vel obreptio in vno capite etiam separato rescripti fuerit causa obtinendi cætera, ex traditis à Garz. *in tract. de benef. par. 8. cap. 3. num.* 18. qui alios citat. Septimò, quòd surreptio, vel obreptio dolosa in vna parte gratiosæ derogationis fideicommissi † non irritat ipso iure, & in foro conscientiæ illam partem connexam, quæ vitio caruit: sed opus est iudicis declaratione: prout in dispensatione, & quauis gratia satis probat Sanchez *d. disput.* 21. *num.* 78. ex quo, & aliis idipsum nos tradidimus in commutatione gratiosa vltimæ voluntatis, *d. quæst.* 3. *concl.* 12, vbi etiam ex adductis ab eodem Sanchez *d. disput.* 21. *num.* 76. docuimus, id multò magis procedere, vbi commissio commutationis vltimæ voluntatis fiat per rescriptum iustitiæ. Declaratur octauò, vt † taciturnitas veri, vel falsi expressio dolosa circa causam impulsiuam vnius partis rescripti derogationis fideicommissi non vitiat totum rescriptum. ita in quouis rescripto post Bero. *d. cap. super litteris, in 2. lectura, num.* 53. tenet Sanchez *d. disput.* 21. *num.* 74. vbi id latiùs confirmat; quem nos quoque secuti sumus *d. quæst.* 3. *concl.* 13.

656.

657.

Declaratur denique præsens, ac simul præcedens nostra conclusio, quòd, † licèt in impetratione derogationis fideicommissi necessaria non sit expressio alicuius causæ siue finalis, siue impulsiuæ; ita, vt si omittatur expressio, nulla sit impetratio: talis tamen expressio vtilis est, & expediens. Probatur hæc declaratio quoad vtramque eius partem ex iis, quibus vtramque comprobauimus quoad impetrationem commutationis vltimæ voluntatis *d. quæst.* 3. *concl.* 14. eaque vltima. Et hæc de præsenti 4. concluſ.

658.

Quinta conclvsio. Impetrans derogationem vnius fideicommissi posteriorem † non tenetur facere mentionem iam obtentæ derogationis alterius fideicommissi: secus in derogationibus eiusdem fideicommissi, cùm inter vtramque derogationem est aliqua contrarietas. Hæc conclusio quoad vtramque partem probatur ex iis, quibus in commutationibus vltimarum voluntatum vtramque confirmauimus suprà *d. cap. 6. quæst.* 4. *concl.* 1. Posterior autem pars huius conclusionis extenditur, ac restringitur iisdem modis, quibus ampliauimus, & limitauimus prædictæ 1. concl. posteriorem partem. ac præcipuè restringitur primò, vt non procedat, quando prior gratia est irrita, seu nulla, & inualida; vt latiùs ostendimus *d. quæst.* 4. *concl.* 2. in cuius 1. ampliat. docuimus, hanc restrictionem procedere non modò quando prius rescriptum irritum esset impetratum ab vna, & posterius ab altera parte; aut vbi ab eodem vtrumque impetratum fuit, & vtrumque est æquè moderatum: sed etiam vbi posterius caret moderatione prioris rescripti. Secundò restringitur eadem posterior pars huius concluſ. vbi impetrans posteriorem gratiam primæ aduersantem non posſit, aut re integra nolit prima vti; atque adeò prior irrita sit in eum sensum, vt effectu careat; iuxt. *l.* 1. *ff. de inoffi. rupt. & irrit. testam.* cum simil. prout in commutationibus vltimæ voluntatis fusiùs demonstrauimus *eadem concl.* 2. *ampliat.* 2. Vtraque verò huius concl. pars declaratur, quòd vbi prior gratia sit generalis, posterior autem, quæ ab altero impetrata fuit, sit specialis, vel contrà; vtroque casu specialis derogat generali, eius etiam non facta mentione: vt latè docuimus *d. quæst.* 4. *concl.* 3. quoad vtrumque huius dubitationis membrum: ex quibus primum *inibi* duobus modis limitauimus; quos vbi opus fuerit, quatenus ad materiam, de qua agimus, possunt pertinere, *ibidem* videre quis poterit, iisdem breuitatis causa hoc loco prætermissis.

Sexta conclvsio. In impetratione derogationis fideicommissi † facienda est mentio omnium vinculorum, & impedimentorum, quæ singula cognita à concedente, cum reuocarent, vel omnimoda, vel certè à tali concessione. Probatur ex iis, quibus idipsum in impetratione commutationis vltimæ voluntatis, & alterius cuiusuis gratiæ ostendimus suprà *d. cap. 6. quæst.* 4. *concl.* 4. ex traditis etiam *quæst.* 3. *concl.* 3. vbi docuimus, hæc omnia, & singula eiusmodi esse, vt, si non exprimantur, surreptitiam reddant, ac nullam impetrationem; quoniam tunc deficit causa finalis ipsius gratiæ. 660.

Ampliatur autem hæc conclusio primò, vt licèt non sit diuersa impedimenta in diuersis rescriptis derogationis eiusdem fideicommissi proponi; nec quodlibet rescriptum validum sit quoad impedimentum in eo explicatum: sed necessariò eorum plurium impedimentorum mentio facienda sit in eodem rescripto, ne illud surreptitium sit, & nullum. Hæc ampliatio satis confirmatur ex fundamentis hac in re allatis in dispensatione, & quauis gratia *d. quæst.* 4. *concl.* 5. præcipuè ex Sanchez id latiùs comprobante *d. lib.* 8. *de matrimon. disp.* 23. *num.* 2. ex quo etiam *ibidem* eam extendimus, vt procedat siue ignoranter, siue scienter, & dolosè alterum impedimentum tacitum fuerit. ex eodem verò *num.* 4. *& 6. cum duobus seq.* ipsam ampliationem quatuor modis limitauimus *in d. concl.* 5. *post medium*: quos, si lubet, per te videas. Ampliatur secundò præsens nostra conclusio, vt, † quando vnicum etiam adest vinculum, seu impedimentum in derogatione fideicommissi, sed oritur ex duobus capitibus, seu titulis: tunc vterque titulus exprimendus sit. Probatur hæc ampliatio, ac simul explicatur ex iis, quæ quoad commutationem vltimæ voluntatis in hac ipsa specie adduximus *d. quæst.* 4. *concl.* 6. præcipuè ex traditis à Sanchez *d. lib.* 8. *de matrimon. disp.* 24. *num.* 5. ex quo *num.* 6. id extenditur, vt non prosit etiam clausula, *non obstante*, in tali rescripto apposita. ex eodem autem *num.* 8. & 9. aliquas eiusdem ampliationis restrictiones colligere licet, quas simul cum prædicta eius extensione nos prosecuti sumus *d. concl.* 6. *post med.* Tertia verò huius concl. ampliatio sit, quòd, † quando etiam vnicum vinculum seu impedimentum derogationis fideicommissi habet annexam notabilem qualitatem, seu circumstantiam, ea debet exprimi in illius impetratione, aliàs surrepticia erit, & nulla. Quæ ampliatio satis confirmatur ex plerisque fundamentis, quibus idipsum quoad commutationem vltimæ voluntatis comprobauimus *d. quæst.* 4. *concl.* 7. simul aliquot exempla afferentes huiusmodi notabilis qualitatis. 661. 662.

Ampliatur denique præsens conclusio ex eo, quod latiùs dicemus *in seq. concluſ.*

Septima conclvsio. Impetrans derogationem fideicommissi † regulariter tenetur explicare prohibitionē derogationis à disponente factam. Priusquam verò ad propositæ concluſ. confirmationem descendamus, illud supponendum est, † posse Principem ex legitima causa cōmutare vltimam voluntatem, non obstante speciali prohibitione à testatore facta, ne illa commutetur; (cuius prohibitionis casum, seu exemplum habemus *in l. quidam, ff. de vſ. & vſufr. leg.* in hæc sanè verba; quæ legata peto, Decuriones, & rogo, ne in alios vſus conuertere velitis.) id autē præ cæteris in specie satis probat Petr. de Vbald. *in tract. de canon. Epiſc. & paroch. cap.* 7. *num.* 42. *cum ſeq.* loquens in casu, quo ea voluntas nō posset impleri: quod etiam in maioratu; (qui maximè similis 663. 664.

milis eſt fideicommiſſo familiæ relicto, iuxta tradita ſupr. *quæſt. 4. huius cap. ſuppoſ. 1.*) docet Molin. ſen. *tract. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 3. num. 28.* eam ſtatu-
665. tuens concluſionẽ, † Principem poſſe regiam facultatem ex iuſta, ac legitima cauſa ad bona maioratus alienanda, vel hypothecæ ſubiicienda concedere, etiamſi maioratus inſtitutor expreſsè inhibuiſſet, ne regia facultas ad id efficiendum concedi poſſet; vel quòd bona eiuſdẽ maioratus etiam ex regia facultate alienari non valeant: ob eam præcipuè rationẽ, quòd ex hac maioratus inſtitutoris voluntate Principis poteſtas reſtringi non poteſt, cùm in omni diſpoſitione cenſeatur auctoritas ſuperioris excepta, *cap. quemadmodum*, (ſed meliùs allegaſſet *cap. venientes*,) *de iureiur.* & nemo poſſit facere, vt leges nõ habeant locum in ſuo teſtamento, *l. nemo poteſt, ff. de legat. 1.* vbi ſcribentes multa cumulant, quæ in huius rei comprobationem adduci poſſent, quam ait eſſe veriſſimam. Idipſum quoque eadẽ ferè ratione tenet Molin. iun. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 650. num. 1.* quo in loco duo obſeruat, quæ ſatis comprobat. alterum quòd, ſi maioratus inſtitutor viueret, poſſet Princeps contrauenire eius voluntati, quantũ præcisè poſtularet bonum commune, non autem quantum poſtularet proprium inſtitutoris bonum priuatum: poſtquam verò inſtitutor eſt defunctus, Princeps quid
ut. amplius poteſt in bonum inſtitutoris talis defuncti. alterum, quòd in his, quæ ad ſolum bonũ ipſius maioratus, & ſucceſſorum in illo ſpectant, aliqua ratio habenda eſt, quòd inſtitutor maioratus expreſſerit, ſe nolle, quòd Princeps alienationem concedat, & poſſeſſor maioratus conceſſione vtatur: vt nimirum omnino ea facultas non concedatur, niſi quando diſpoſitio inſtitutoris eſſet prorſus irrationabilis, ſi intelligeret etiam in eo euentu, & cum illis circumſtantiis nolle vt facultas illa cõcedatur. Quinimmo idem Molin. ſen. *d. cap. 3. num. 36.* illam pariter hac in re concluſionem ſtatuit, quòd, etiamſi maioratus inſtitutor inhibuerit ſucceſſoribus in perpetuum, vt non valeant facultatem à Principe ad bona eiuſdem maioratus alienanda, vel hypothecanda impetrare, neque illa vti, quamuis motu proprio conceſſa fuerit; &, ſi contrarium agatur, illico maioratus ſucceſſio in ſequentem vocatum transferatur: poterit Princeps non obſtantibus his clauſulis, ex cauſa publicæ vtilitatis, vel etiam vtilitatis ipſius maioratus facultatem ad eius bona alienanda concedere. quam concluſionẽ comprobat *ibidem, & num. ſeq.* ex iiſdem rationibus, quibus præcedentem. Si enim, inquit, maioratus inſtitutor non poteſt quoad hæc Principis poteſtatem minuere, directè id præcipiendo, nec poterit indirectè, potiſſimùm ex *cap. cùm quid, de reg. iur. in 6. & l. ſi is, qui, ff. de vulg. & pup.* vbi plura ſcribentes, & laſ. *in l. quominus, num. 155. cum ſeqq. ff. de flumin.* vbi de communi teſtatur, & plura ſimilia adducit. Idipſum quoque in ſpecie admittit, ac probat Molin. iun. *d. diſp. 650. num. 3.* excipiens tamen caſum ab ipſo explicatum *num. 1. & 2.* eum nimirum, vt ego reor, quem paulò antè ex eod. auctore *in 2. obſeruat.* poſuimus: contendénſque, in eo caſu non eſſe tutum in foro conſcientiæ, aut exteriori poſſeſſorem maioratus impetrantẽ à Principe facultatem alienandi: ac ſimul dat formulam verborum, qua inſtitutor impedire poſſit facultatis huiuſmodi conceſſionem, in quo contrarium ſentit Molin. ſen. *d. cap. 3. num. 38. in fin.* Hoc ſuppoſito probatur nunc propoſita concluſio: tum ex adductis in præced. concluſione: negari enim non poteſt, quin hæc ſit nouum vinculum, & impedimentum derogationis fideicõmiſſi; vel certè vna ex iis qualitatibus, quæ ob ſuam notabilitatem variare poſſunt iudicium, & intentionem concedentis, & quarum expreſſio non modò redderet eum difficiliorem ad huiuſmodi gratiam concedendam, ſed etiam eundem auerteret vel omnino à conceſſione, vel certè à tali. qua etiam ratione in certo caſu, cuius non multo antè meminimus, Molin. iun. *d. diſp. 650. num. 2. in fin.* docet faciendam eſſe mentionem ſpecialis prohibitionis inſtitutoris maioratus de non impetranda facultate alienandi, eáque non vtendo: & tam ipſe *num. 3.* quàm Molin. ſen. *d. cap. 3. num. 38. cum ſeq.* admittunt, vbi præterea inſtitutor adiecit, vt, ſi contrarium agatur, illico ſequens ad maioratus ſucceſſionem admittatur. tum ex eo, quòd † de iurante, & vouente 666.
aliquid facere, ac ſimul etiam non petere iuramenti habilitationem, aut voti diſpenſationem, vt in hac impetranda debeat neceſſariò vtriuſque iuramenti, ac voti facere mentionem, praxis docet, tradúntque communiter Doct. ex quibus pleroſque refert, ac ſequitur Sanchez *lib. 4. ſum. cap. 8. n. 29. &* 30. iuncto *num. 32. & ſeq.* dum denique ex eo, quòd † in reſcri- 667.
ptis, & aliis diſpoſitionibus poſterioribus facienda eſt mentio clauſulæ derogatoriæ in prioribus appoſitæ; vt ex gloſ. communiter recepta *in l. pacta noniſſima, verbo, pacta, C. de pact.* & aliis tradit inter cæteros Felin. *in cap. accedentes, num. 4. de præſcript.* immo impetrans reſcriptum derogatorium primi debet facere mentionem de quacumque clauſula notabili primæ diſpoſitioni, quæ reuocari prætenditur, adiecta; aliàs reſcriptum cenſendum eſt ſurreptitium, vt dixit Butr. *in cap. vt debitus, col. 4. de appellat.* cuius doctrinam ſequitur Abb. per text. *ibi in cap. ex conqueſtione, numer. 4. de reſtit. ſpoliat.* & Felin. qui plura refert, *in cap. caterùm, num. 4. de reſcript.* vbi opinantur, iudicis arbitrio relinqui, quæ clauſula quoad hoc notabilis dicenda ſit. Et ſimile etiam habemus in clauſula derogatoria poſita in priori teſtamento. nam, quamuis ex ea non reſtringatur poteſtas teſtatoris, vt non poſſit teſtamentum, prout ſibi libuerit, mutare, vel alterare; tamen in ſecundo teſtamento neceſſariò de illo mentio faciẽda eſt, *l. ſi mihi, & tibi, §. in legatis, ff. de legat. 1. & l. ſi quis in principio teſtamenti, ff. de legat. 3.* Nec valet reſponſio tam ad hoc poſtremum, quàm ad primum, & ſecundum membrum, ſeu exemplum præſentis fundamenti allata à Molin. ſen. *d. cap. 3. n. 32. & 33.* vt ea loquantur, quãdo vnus, & idem fecit primã diſpoſitionem cum derogatoria, & ſecũdam abſque huius derogatione; item quando illa clauſula fuit derogatoria voluntatis, non poteſtatis; nos autem verſamur in derogatoria poteſtatis adiecta à diuerſo diſponẽte: vnde ſi teſtator derogaſſet ſuę poteſtati teſtandi, ea derogatione nõ obſtante poſſet validè ſecundum teſtamentum facere abſque eius derogationis mẽtione *l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* cum ſimil. Bart. cõmuniter receptus *d. l. ſi quis, in principio, num. 4. &* 5. immo ſubdit, quòd, † etiãſi clauſula hæc, de qua agimus, eſſet 668.
derogatoria volũtatis, veluti ſi teſtator dixiſſet, quòd nõ aliter valeat reſcriptum Principis, niſi facta mentione de illa clauſula; quo caſu non de Principis poteſtate agi videtur: adhuc exiſtimaret, valere facultatem Principis, etiamſi de hac clauſula mentionẽ non fecerit; maioratus namque inſtitutor ſibi, nõ autem Principi etiam quoad voluntatem poterit legem imponere. Nam, vt ab hac poſtrema doctrina initiũ ſumam, eam veriſſimam puto, modò aliàs ſubſit legitima cauſa conceſſionis; quoniam immo tunc agitur non de derogando voluntati Principis, ſed eius poteſtati, dum tunc teſtator irritare vult, quod Princeps facere ſe poſſe prætendit. Pariter admitto id, quod dictum eſt de teſtatore, qui in priori teſtamento derogauit ſuæ poteſtati teſtandi. ſed nego,

in caſu propoſitæ concluſ. per illam clauſulam derogatoriam, ſeu ſpecialem prohibitionem alienationis, ſeu derogationis ſiue in maioratu, ſiue in fideicommiſſo teſtatorem derogare velle poteſtati Principis; ſed potiùs eius voluntati ſuam enixam voluntatem inſinuare; quod ab eo qui in alterum non habet imperium, erga illum fit, argum. *l. digna vox, C. de legib. & cap. fin. de reſcript. in 6. in fin.* Hæc
669. autem enixa voluntas † probatur ex geminatione actus, ſeu diſpoſitionis, *l. Baliſta*, ibique gloſ. recepta, *ff. ad Trebell.* cum aliis adduct. à D. Paulo Gallerat. in ſuo eruditiſſimo tract. *de renunt. vol. 1. lib. 4. cap. 6. & lib. 5. cap. 5. num. 1.* atque ante eum ab Euerard. *in Topic. legal. loc. à vi geminat. num.* item 1. qui *num. 3. in fin. num. 4. circa initium, num. 5. ante medium, & num. 14.* poſt alios ſentit, geminationem reſultare, & induci non modò ex actuum multiplicatione, ſed & ex clauſulis, ſeu verbis pugnantibus. quod etiam colligitur ex *d. l. Baliſta*, ibi, quantamcumque pecuniam. ſicut ergo Princeps non cenſetur velle derogare voluntati defuncti, niſi id exprimat, *l. ſi teſtamentum, C. de teſtament. l. ſi donationem, C. de revoc. donat.* & in ſpecie fideicommiſſi, *Inſtit. de fideicomm. hereditat. in princ.* cum ſimil. ita minùs cenſetur velle derogare magis enixæ voluntati eiuſdem defuncti, ex ea regula Philoſophorum, & Dialecticorum *in Topic. loco à pari*; ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, & minus ad minus; de qua etiam *Inſtit. quod cum eo, qui in alien. poteſt. in princ.* iuncto §. *quæ diximus*, & text. cum gloſ. *in l. ſufficit, verbo, ita prorſus, ff. de cond. indeb.* cum aliis iurib. & Doct. ad id allegat. ad Euerard. *in Topic. legal. loc. à propert. num.* 1. Quare non
670. negamus † in Principe poteſtatem derogandi, niſi eius clauſulæ mentionem faciat, ſed voluntatem tantùm: & quidem multò magis, cùm agatur de derogando alterius diſpoſitioni, cui minùs facilè derogare cenſetur ob illius probabilem ignorantiam, arg. text. *in cap. 1. de conſtit. in 6.* cum ſimil. *ibidem* per gloſ. & Doct. alleg. Minùs valet reſponſio, quam ad tertium exemplum, ſeu membrum poſtremi noſtri fundamenti affert idem Molin. *d. cap. 3. num. 34. & 35.* iuncto *num. 32.* vt de clauſula notabili mentio ſit facienda in reſcripti impetratione, quando ea clauſula valida eſt; ſecus autem ſi nulla ſit, vel ſaltem poſſit exceptione elidi, ex *gloſ. ord. in cap. ex tenore, verbo, negotio, de reſcript. & cap. cum noſtris, verbo, de facto, de conceſſ. præben.* & aliis ad id cumulatis à Felin. *d. cap. ex tenore, num. 2.* & Laſ. *in l. 1. num. 1. C. ſi contr. ius vel vtil. public.* & ſcriben. alibi ſæpe, ex quibus idemmet Molin. *ſen. d. num. 32.* & *iun. d. diſp. 650. num. 2.* exceptis caſibus, de quibus nos ſuprà in primo huius concl. fundamento, putant, in impetratione facultatis alienandi bona maioratus regulariter non eſſe faciendam mentionem ſpecialis prohibitionis, quam fecit inſtitutor, ne ea facultas à Principe impetretur. reſpondetur enim, prohibitionem hanc, ſeu clauſulam non eſſe inualidam, vel etiam exceptione elidibilem, alio non interueniente; ſed tunc demum, ſi facta illius mentione eidem quoque à Principe ſufficienter derogatur: cuius hac in re non poteſtatem, ſubſiſtente legitima cauſa, ſed ſolùm ea mentione deficiente voluntatem, & intentionem in eo adeſſe negamus, vt dictum eſt.

Limitatur nunc, ſeu potiùs declaratur præſens noſ-
671. tra ſeptima concluſio, quòd, † vbi in fideicõmiſſo adſit prædicta clauſula prohibens impetrationem reſcripti derogationis, huiuſve vſum ſub pœna admiſſionis ipſo iure ſequentis ad fideicommiſſi ſucceſſionem; priùs obtinenda ſit facultas impetrandi derogationem præfatam, quàm ipſa derogatio. probatur tum ex eo quod de vouente, & iurante aliquid facere, ac ſimul etiam non impetrare voti diſpenſationem, vel habilitationem iuramenti, vt prius obtinenda ſit poſterioris voti diſpenſatio, & iuramenti habilitatio, quàm poſterioris, tradit Sanchez *d. lib. 4. ſum. cap. 8. num. 29.* tum ex eo, quòd in impetranda facultate alienãdi bona maioratus latè tradit Molin. ſen. *d. cap. 3. num. 38. & ſeq.* vt antequam impetretur à Principe facultas alienandi, ab eodem expreſſis clauſulis inſtitutionis obtineatur perſonaliter licentia eam facultatem impetrandi abſque incurſu pœnarum in ipſa inſtitutione impetranti appoſitarum, quod etiam tunc demum admittit Molin. iun. ſup. *num.* 3. vbi bonum commune poſtulet eius facultatis conceſſionem; alias ſecus.

De aliis verò neceſſariò narrandis in impetratione reſcripti ſiue iuſtitiæ, ſiue gratiæ pro derogatione fideicommiſſi, conſulere quis poterit ea, quæ hac in re ſcripſimus de commutatione vltimæ voluntatis ſuprà *d. cap. 6. queſt. 4. concl. 9. & 10.* Nunc ad reliquas huius quæſt. concluſiones tranſeamus, quæ ad falſam expreſſionem, ſeu obreptionem in eiuſdem derogationis impetratione pertinent.

OCTAVA CONCLVSIO. Falſa expreſſio, ſeu error in nomine illius, cui derogatio fideicommiſſi impetratur, † eam nõ vitiat, vbi aliàs conſtet de cor- 672.
pore, hoc eſt, de perſona impetrantis, ſeu eius ad cuius fauorem facta eſt impetratio. Probatur hæc concluſio ex iis, quibus id probauimus quoad impetrationem commutationis vltimæ voluntatis ſuprà *d. cap. 6. queſt. 5. concl. 1.* præcipuè verò ex text. *in l. demonſtratio falſa, §. 1. ff. de cond. & demon. §. ſi quis in nomine, Inſtit. de legat. & l. ſi in nomine, C. de teſtam.* & pleriſque allegatis à Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſp. 21. num. 37.* ex quibus hoc ipſum probat in gratia diſpenſationis: ſubdens *num. 38.* idem procedere etiam, quando concedens gratiam nouerat perſonam, cui petita eſt, errando ſolùm in nomine veri petentis; vbi ex aliis circumſtantiis non conſtaret, ſpectatam eſſe perſonam ſibi notam, habitámque ſpecialem illius rationé in gratia concedenda; ſed conſtat, eodem modo eam concedendam cuicumque petenti.

Declaratur autem hæc concluſio, quòd, ſi error contigerit in nomine non proprio, ſed † diœceſis 673.
eius, cui reſcriptum derogationis fideicommiſſi ad piam cauſam, vel à Romano Pontifice impetratur; vt, ſi dictum eſt, eum eſſe diœceſis Salamãtinæ, cùm ſit Cordubenſis: illud reſcriptum exequi non poterit Ordinarius Salamantinus, neque Cordubẽſis. cuiuſmodi reſcriptũ alioqui ex ſtylo Curiæ, & diſpoſitione Trid. Conc. *ſeſſ. 22. cap. 5. & 6. de reform.* committi debet proprio Ordinario. ita in reſcripto diſpenſationis multis tuetur Sanchez *d. diſp. 21. num. 39.* ex quibus, & aliis hoc ipſum nos tradidimus in impetratione commutationis vltimæ voluntatis *d. queſt. 5. concl. 6.* aliud fore docentes *cont. 5.* vbi error contingat in diœceſi eius, contra quem impetratur reſcriptum: talis enim error non vitiat reſcriptum iuſtitiæ, vbi aliàs conſtare poſſit de perſona eius, contra quam impetratum fuit: ſecus autem ſi conſtare nequeat; ex eodem Sanchez *d. num. 37. circa medium*, qui alios citat; iuncto text. *in cap. ſignificãte, de reſcript.* ſicut etiam de eodem reſcripto commutationis vltimæ voluntatis ſecus fore *ibidem* oſtendimus in caſu *cap. Rodulphus, eod. tit.* vbi decernitur, reſcriptum iuſtitiæ impetratum contra homines diœceſis, vtputa Mediolanen. cum clauſula generali, *& quidam alij*, non poſſe conueniri homines ciuitatis pariter Mediolanen. item ſecus dicendum, cùm actor errat in ſua propria diœceſi.

NONA

NONA CONCLVSIO. Falſa expreſſio, ſeu error in vocabulo, vel qualitate omnino accidentali, aut demonſtratione rei, circa quam verſatur derogatio fideicommiſſi, vel ipſum fideicommiſſum, † vbi alias ſatis conſtet, quòd de ea re ſenſerit impetrans, vel concedens derogationem; huius impetrationem non vitiat. Hæc concluſio quoad omnes ſui partes ſatis probatur ex iis, quæ de illis in commutatione vltimæ volũtatis tradidimus *d. quæſt.* 5. quoad primam quidem partem de errore in rei vocabulo *concl.* 2. maximè per text. *in l. ſi quis in fundi vocabulo, in princ. ff. de legat.* 1. & *l. ſi Fortidianum, C. de legat.* quoad ſecundam de qualitate omnino accidentali, *concl.* 3. in priori eius parte, per text. *in l. demonſtratio falſa*, §. 1. *in initio, ff. de condit. & demonſtr.* vbi illud exemplum affertur qualitatis accidentalis, ſi dicatur Stichum coquum, Stichum ſutorem Titio lego. ibi autem ſubdidimus, ſecus eſſe in qualitate intrinſeca, ex Felin. qui id ſatis probat *in cap. ſignificante, de reſcript.* quoad tertiam de falſa demonſtratione in poſteriori eiuſdem concluſionis parte, potiſſimùm ex *d. l. demonſtratio falſa, in princ.* necnon ex *l. falſa demonſtratio, l. nominatim, in princ. & l. quibus diebus*, §. *qui detalem*, ſeu *pen. ff. eod. tit.* vbi etiam hanc poſtremam concl. partem de falſa demonſtratione reſtrinximus, vbi demonſtratio adiecta ſit per modum conditionis: tunc enim ceſſat diſpoſitio, & quidem iuxta limites falſitatis huiuſmodi demonſtrationis, præcipuè per text. *in l. Stichum, ff. de legat.* 1.

674. DECIMA CONCLVSIO. Falſa cauſa appoſita derogationi fideicõmiſſi † ipſam derogationem non vitiat. Hæc concluſio probatur ex iuribus, quibus eam probauimus quoad commutationem vltimæ voluntatis. *d. quæſt.* 5. *concl.* 4. nimirum ex *d. l. demonſtratio falſa*, §. *quod autem iuris, & l. cùm tale legatum*, §. *falſam cauſam, ff. de condit. & demon.* §. *longè magis, Inſtit. de legat.* quæ iura loquuntur in legatis: & quoad alias diſpoſitiones ſuadet text. *in cap. ex parte, il* 2. maximè iuncta gloſ. *verbo, falſa ſit cauſa, de conuerſ. coniug. at.* ex *d.* verò §. *quod autem iuris, & §. longè magis*, conſtat, cauſam exprimi per dictionem, *quia*; vt Titio fundum do, quia negotia mea curauit. Reſtringenda verò pariter eſt præſens concluſio, vt non procedat vbi falſa cauſa adiecta ſit per modum conditionis: ita, vt tunc vitiet diſpoſitionem, *l. ſi ſic*, §. 2. *ff. de legat.* 1. *d. l. cùm tale*, § *falſam cauſam*, iuncto § *falſam conditionem, & d. l. demonſtratio falſa*, §. *at ſi conditionaliter, ff. de condit. & demonſt.* cum aliis per nos adductis *d. concl.* 4.

676. VNDECIMA CONCLVSIO. Falſa expreſſio vnius maioris vinculi, ſeu impedimenti loco minoris diuerſæ ſpeciei, vel minoris loco maioris eiuſdem ſpeciei in impetranda derogatione fideicommiſſi † illam vitiat: ſecus in falſa expreſſione maioris vinculi loco minoris eiuſdem ſpeciei. Prima ex tribus partibus huius concluſ. probatur ex iis, quibus *d. quæſt.* 5. *concluſ.* 7. *circa initium*, in priori eius parte id probauimus de commutatione vltimæ voluntatis, ex adductis maximè à Sanchez *d. lib.* 8. *de matrimon. diſput.* 24. *num.* 19. Secunda probatur ex allegatis ab eodem Sanchez *d. diſput.* 24. *num.* 18. quoad diſpenſationem matrimonialis, & nobis in poſteriori parte prædictæ *concluſ.* 7. quoad vltimæ voluntatis commutationem. Vtraque autem hæc pars extenditur, vt procedat, licèt impetrationis tempore adeſſet communis error, iuxta id, quod fuit falsò expreſſum, ex Sanchez id latiùs probante in diſpenſatione matrimoniali *d. diſput.* 24. *num.* 20. Tertia denique pars huius concluſ. probatur ex iis fundamentis, quibus ſuprà *d. quæſt.* 5. *concluſ.* 8. hoc ipſum probauimus de commutatione vltimæ voluntatis, præſertim ex adductis a Sanchez in diſpenſatione matrimoniali *d. diſput.* 24. *num.* 17. Limitatur autem, vt non procedat, vbi eſſemus in falſa expreſſione qualitatis, ſeu impedimenti, quod de iure, aut ex ſtylo curiæ eſſet vere exprimendum. nam ſurreptio, & obreptio in hiſce impedimentis contingens, licèt, ſi Princeps veritatem rei nouiſſet, faciliùs concederet, quod petitur, conceſſionem tamen vitiat; vt poſt alios tradunt Fel. *in cap. ad aures, num.* 13. & *ibi* Dec. *num.* 4. 10. & 12. *ad fin. reſcript.* vt colligi etiam ſatis poteſt ex traditis ſuprà hac ipſa quæſt. *concl.* 5.

677. DVODECIMA CONCLVSIO. Non poteſt quis ſine ſpeciali mandato † alteri impetrare reſcriptum ad lites, cui acceſſoria ſit derogatio fideicommiſſi: ſecus verò ſi ea derogatio impetratur per reſcriptum gratiæ. Prior pars concluſionis probatur, quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, *l. cum principalis, ff. de reg. iur. & cap. acceſſorium, eodem tit. in* 6. cum ſimil. reſcriptum autem ad lites, quod in hac re eſt principale, non poteſt impetrari ſine ſpeciali mandato, *cap. nonnulli*, §. *ſunt & alij, & cap. ex parte Decani, de reſcript.* cum aliis ad id per nos alleg. *d. cap.* 6. *quæſt.* 6. *præmiſſ.* 3. Extenditur autem hæc eadem prior præſentis concluſionis pars iiſdem modis, quibus *d. quæſt.* 6. primam eius concluſionem quoad vltimæ voluntatis commutationem ampliauimus; ac præcipuè, vt non ſufficiat, quòd mandato generali adiiciatur clauſula, *& generaliter ad omnia, etiamſi mandatum exigant ſpeciale*; niſi huic clauſulæ præmittantur aliqua requirentia mandatum ſpeciale. itémque vt non ſufficiat hac in re mandatum cum libera. Reſtringitur autem quatuor modis, quibus eamdem primam cõcluſionem limitauimus: ac potiſſimùm, vt poſſint coniunctæ perſonæ, & aliæ, quas *d. præmiſſ.* 3. enumerauimus, ſine mandato impetrare huiuſmodi derogationem acceſſoriam reſcripto ad lites: quoniam hæ perſonæ poſſunt de iure ſine mandato reſcriptum ad lites impetrare; *d.* §. *ſunt & alij, d. cap. ex parte*, iuncta gloſ. *vtrobique*, ac text. *in l. ſed & hæ, in princ. ff. de procurat.* aliiſque iuribus à gloſ. *ibidem, verbo, liberi, & verbo, liberti*, ad id adductis. hoc tamen declarando, vt *in d. præmiſſ.* 3. & *concluſ.* 1. *ac limit.* 1. declarauimus. Poſterior pars huius concluſ. ex iis probatur, quibus concluſionem ſecundam *prad.* 6. *quæſt.* confirmauimus: in qua latè defendimus, reſcriptum gratioſum commutationis vltimæ voluntatis ſine mandato impetrari poſſe non modò à perſonis coniunctis, & aliis enumeratis *d. præmiſſ.* 3. ſed etiam à quocumque extraneo. idque extendimus ad reſcriptum huiuſmodi gratiæ, in quo data ſit aliquibus poteſtas, & iuriſdictio ad tuendum aduersùs contradictores eum, qui gratiam omnino perfectam obtinuit: ſine etiam fortaſſe, vbi data ſit ad gratiæ ipſius executionem, ſeu cùm gratia conceſſa eſt in forma quam vocant commiſſoriam.

678. DECIMATERTIA & poſtrema CONCLVSIO. Gratia derogationis fideicommiſſi, vel commiſſionis ad derogandum alteri impetrata † ei non prodeſt, niſi poſt eiuſdem ſcientiam & acceptationem ab ipſo, vel ab alio cum ſpeciali mandato faciendam. Et quidem, quòd neceſſaria ſit eius ſcientia, cui gratia impetratur, neque antea illi profit derogatio; probatur, quia priuilegium non ſortitur ſuum effectum, niſi à tempore, quo certior de illo fit is, cui conceditur; vt ſatis colligitur ex text. *in l. qui abſenti, ff. de acq. poſſeſſ. l. fin. C. de conſulib. lib.* 12. necnon *cap.* 1. *verſ. ex parte, de conceſſ. præben.*

ben. in 6. tenétque glos. d. cap. 1. verbo, vim ſuam, & ibi Archid. num. 3. Innocent. & Anchar. num. 6. cum aliis pleriſque ad id relatis, & probatis à Menoch. de arbitrar. iudic. caſ. 185. num. 30. cum ſeqq. & Sanchez lib. 3. de matrimon. diſput. 36. num. 2. ac lib. 8. diſp. 26. num. 5. & lib. 4. ſum. cap. 48. num. 2. ac nobis d. cap. 6. quæſt. 6. concluſ. 3. vbi etiam id ampliando, ac limitando declarauimus. Quod autem acceptatio facienda ſit ab eo, cui huiuſmodi gratia impetratur, vel ex eiuſdem ſpeciali mandato, ſatis colligitur ex cap. ſi tibi abſenti, de præben. in 6. §. ſit igitur, aliàs §. illud tamen, verſ. generaliter autem, amb. quibus mod. natural. effic. ſui, & aliis per nos adductis quoad commutationem vltimæ voluntatis d. concl. 3. ad fin. ad quam attulimus eam ampliationem, vt, ſi impedimentum in vtroque contrahentium ſit diuerſum, ab vtroque debeat acceptari; ſi verò vnius proprium, acceptatio illius ſat ſit: ſi tandem vtrique commune, ſufficiat vnius acceptatio. ex quo poſtremo habemus vnam huius poſterioris partis reſtrictionem. aliæ verò ſumi à fortiori poſſunt ex reſtrictionibus, ſeu limitationibus prioris partis illius concluſ. Atque hæc de præſenti quæſt. 6. huius cap. dicta ſufficiant.

SVMMÆ RERVM.

679. *Derogationes fideicommiſſi, quæ priuata auctoritate fieri poſſunt, non ſunt neceſſariò committendæ Ordinario, aut ab eo, alióve ſuperiore poſtulandæ; & ibi, quid, cùm dubium eſt de priuata poteſtate derogandi.*

680. *Derogationes fideicommiſſi, quæ ab Ordinariis inferioribus, aut à ſupremo Principe fieri poſſunt, an neceſſariò ſint ab iis facienda, vel aliis committenda.*

681. *Ordinarij locorum quid facere poſſint, aut debeãt circa derogationes fideicommiſſi, quæ à ſede Apoſtolica emanant; & quinam quoad hoc ſint locorum Ordinarij.*

682. *Clauſularum, quæ in derogatione fideicommiſſorum apponi ſolent tum generatim, tum in ſpecie, materia; remiſſiuè.*

683. *Derogatio fideicommiſſi an, & quando requirat citationem propriè ſumptam. & an ſaltem vocationem eorum, qui ledi poſſunt; exigat derogatio commiſſa cum clauſula, vocatis vocandis; num. 684. & quid circumſcripta ea clauſula, vel ſimili; num. 685.*

686. *Adoptio, vidſue confirmatio, reſtitutio natalium, ac legitimatio an requirat vocationem eorum, qui ex ea ledi poſſunt. & quid in derogatione maioratuum, & aliarum ſubſtitutionum; num. 687.*

688. *Conſenſus eorum, qui ex fideicommiſſi derogatione ledi poſſunt, an ad eam exigatur; cum multis num. ſeqq.*

689. *Conſenſus fideicommittentis, vel eius heredis regulariter requiritur in fideicommiſſorum derogatione. & cuinſnis, qui in ea principaliter intereſſe habet; num. 690.*

691. *Conſenſus, qui ratione intereſſe præſtandus eſt, præſtari etiam poſt factum poteſt; ac regulariter ſufficit tacitus.*

692. *Conſilium, ſeu conſenſus Capituli Cathedralis regulariter non requiritur in derogatione fideicommiſſi auctoritate Papæ facienda. ſecus autem in facienda ab Epiſcopo; num. 693. Sic vero conſenſus poterit præſtari poſt actum; & ſufficiet vt plurimum tacitus; num. 694.*

695. *Cauſa maior, vel minor quãdo requiratur, quæue ſit ſufficiens in fideicommiſſorum derogatione.*

696. *Dignitas maior materiæ ſubrogatæ an etiam ex obligatione fideicommiſſi ſit ſpectanda. & vnde ſpectandum maius, minus, vel æquale bonum materiæ, quæ eſt in obligatione, ac ſubrogatæ, ſeu in quam fit commutatio; n. 697.*

698. *Difficultas quoque implendi obligationem fideicommiſſi attendenda eſt in eius commutatione? & ibi an ad inſtantiam heredis fieri poſſit aliqua ſaltem ſubrogatio materiæ fideicommiſſi, ſeu eius derogatio, quæ ad inſtantiam defuncti fieri poterat.*

699. *Onus peregrinationis, aliudve in fideicommiſſo impoſitum quomodo in aliud opus ſit commutandum; ac præcipuè quoad laborem, & expenſas, quæ illi oneri incumbebant. & an eleemoſyna, in quam fit commutatio, mittenda ſit ad locum peregrinationis, vel aliàs cedere debeat in commodum eius, ad cuius fauorem cedebat obligatio; num. 700.*

701. *Subrogatio, quæ in derogatione, ſeu commutatione fideicommiſſi fit, non neceſſariò fieri debet in aliud eiuſdem generis, vt facti in factum, vel præſtationis in præſtationem; & ibi intellectus cap. 1. cap. ex multa, cap. magna. & cap. quod ſuper his, de vot.*

702. *Materia ſubrogata in commutatione fideicommiſſi non debet neceſſariò eſſe æqualis priori in magnitudine, duratione, aut numero; ſed ſufficit æqualitas ratione finis, ad quem prior materia, vel intentio diſponentis dirigebatur. & an obliget in dubio pro eodem tempore, quo prior materia; num. 703.*

704. *Obligatio conditionalis quomodo commutari poſſit in derogatione fideicommiſſi ante, vel poſt impletam conditionem. & quid in obligatione pœnali commutanda ante, aut poſt incurſam pœnam; etiam quando alicui eſt ius quæſitum; num. 705.*

706. *Fideicommiſſum quomodo cõmutetur quoad tempus, ſeu dilationem executionis.*

707. *Exempla pleraque derogationum fideicommiſſorum per viam commutationis ex auctoritate publica à iure, & doctis viris petita; remiſſiuè.*

QVÆRO SEPTIMO, quænam forma obſeruanda ſit à ſuperiore fideicommiſſi derogante.

Poſtquam in præced. quæſt. quoad cauſam formalem derogationis fideicommiſſorum vidimus eam, quaſi partem, quæ potiſſimùm ad impetrantem pertinet; ſequitur, iuxta id, quod in eius initio admonuimus, vt in præſenti quæſt. de ea parte agamus, quæ maximè ipſum ſuperiorem derogantem reſpicit. quam quæſt. ac partem opportunis concluſionibus more noſtro abſoluemus. quæ illis quæſtionibus, quoad congruè fieri poterit, reſpondeant, quibus integrum ſeptimum caput huius Tractatus abſoluimus, continens hanc ipſam poſteriorem quaſi partem cauſæ formalis, quatenus ad generalem commutationis vltimarum voluntatum materiam ſpectat.

PRIMA igitur CONCLVSIO ſit. Derogationes fideicommiſſi, † quæ priuata auctoritate fieri poſſunt, (latiùs à nobis diſcuſſæ ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concl. 4. cum ſeq. & quæſt. 5. concl. 1. vſque ad 9.*) non ſunt neceſſariò committendæ Ordinario, aut ab eo, alióve ſuperiore poſtulandæ. Probatur hæc concluſio ex iis, quibus idipſum generatim quoad commutationem vltimarum voluntatum tradidi- 679.

mus

mus *d. cap. 7. quæſt. 1. concl. 1.* ob id præcipuè, quod habetur *in l. vnic. C. de theſaur. lib. 10.* ſuperfluum eſſe hoc precibus poſtulare, quod iam lege permiſſum eſt. ſicut autem eam concluſ. *ibi* limitauimus, vt non procedat, vbi dubium ea in re ſit de priuata auctoritate; inter cetera ex eo, quod de voti commutatione, vt in dubio, an poſſit quis tũc illud propria auctoritate commutare, adeundus ſit ſuperior, ex text. *in cap. 1. de vot.* tradunt poſt alios Suarez, & Sanchez, quos retulimus *d. concl. 1. & cap. 5. quæſt. 1. concl. 4. ad fin.* ſic ea limitatio huic noſtræ concluſioni de fideicommiſſorum derogatione adaptari poteſt, & debet, quæ ſpecies eſt commutationis vltimæ voluntatis; à genere autem ad ſpeciem valet argumentatio. quod vtrumque ſæpiùs iam admonuimus, maximè ex traditis ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 1. circa medium*, iuncta *quæſt. 4. concl. 1. in fin.* & nunc ſemel pro hac tota, & ſeq. quæſt. commemoraſſe ſufficiet; ita, vt id repetere non ſit neceſſe.

SECVNDA CONCLVSIO. Derogationes fideicommiſſorum, quæ ab Ordinariis inferioribus,
680. aut à ſupremo Principe fieri poſſunt, † non ſunt neceſſariò eiſdem inferioribus à Principe committendæ: ſed eas ipſimet exequi poſſunt; atque etiam inferiores ſuas debent tunc maximè, cùm ius eas ab ipſis fieri iubet. quòd ſi facere id nequeant, aut nolint, tunc ſuperior aut derogabit, aut derogationem committet. Hæc concluſio quoad eam partem vt Princeps derogationes, quas ipſe facere poteſt, alteri non teneatur committere, ſatis conſtat ex iis, quæ latiùs quoad commutationem vltimarum voluntatum adduximus *d. quæſt. 1. concl. 3.* quoad reliquas verò partes, ex iis, quæ quoad earum ſingulas circa eandem commutationẽ tradidimus *concl. 2.* ex cuius vtriuſque concl. declarationibus pariter ſumi poſſunt, ac debent declarationes præſentis concl.

TERTIA CONCLVSIO. Antequam derogationes fideicommiſſorum ad piam cauſam conſtitutorum à Romano Pontifice in forma gratioſa
681. conceſſæ executioni demandentur, † Ordinarij locorum tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati cognoſcere debent, nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum. ita in commutationibus vltimarum volũtatum cautum fuit à Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 6. de reformat.* ac ſimile quid in diſpenſationibus decernitur *eadem ſeſſ. 22. cap. 5.* ex quibus inter cetera concluſionem propoſitam quoad commutationem vltimæ voluntatis ſatis confirmauimus, eam extendentes ad Vicarium Epiſcopi, Capitulum Sede vacante, eiúſque Vicarium generalem, & alios Prælatos habentes plenam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem: ſimúlque declarantes, quomodo inferior poſſit de huiuſmodi actu ſuperioris cognoſcere, quæ extenſio, ac declaratio pariter adaptandæ ſunt derogationi fideicommiſſorum, per regulam, ac rationem tactam ſup. hac ipſa quæſt. *concl. 1. in fin.* quia hæc derogatio ſpecies ſit commutationis vltimæ voluntatis.

682. Iam verò ea, quæ hoc loco dici poſſent † tum generatim de clauſulis, quæ in reſcriptis ſiue gratiæ, ſiue iuſtitiæ apponi ſolent; tum in ſpecie de vi, & effectu quarundam clauſularum, ſiue quæ ad robur, & ſubſtantiam, vel ſolemnitatem derogationis fideicommiſſorum pertineãt; ſiue derogatoriarum, quæ in derogationis huiuſmodi reſcriptis, ac ſimilibus ſæpe apponuntur: conſultò hîc prætermittimus, ne longum nimis faciamus; maximè cùm hæc omnia abundè præſtiterimus cùm generatim de vltimarum voluntatum commutatione hac in re ageremus, partim *cap. 5. quæſt. 2. & c. 6. quæſt. 3.* partim verò *d. c. 7. quæſt. 2. 3. & 4.* primum enim illud de clauſulis in genere: nimirum clauſulas acceſſorias, ſeu appoſitas ad executionem reſcripti, alteriúſve diſpoſitionis eius naturam nó immutare, latiùs proſecuti ſumus *d. quæſt. 2. præmiſſ. 1.* clauſulam verò in fine poſitam regulariter referri ad omnia præcedentia, *in 2. præmiſſ.* in 3. autem clauſulam conſuetam apponi de ſtylo Curiæ cenſeri appoſitam & ſubintelligi, quamuis non apponatur. ſicut *in 4. præmiſſ.* clauſulas omnino inſolitas reſcriptorum, & inſtrumentorum ea reddere ſuſpecta; & *præmiſſ. 5.* clauſulas executiuas, & acceſſorias reſcriprorum, aliorúmque inſtrumentorum cenſeri potius ex ſtylo appoſitas, quàm ex intentione concedentis, aut aliàs diſponentis. *in 6.* denique *præmiſſ.* clauſulam generalem adiectam poſt aliqua ſpecialiter enumerata non extendi ad maiora expreſſis, verùm reſtringi ad ſimilia expreſſis. Illud autem ſecundum de vi & effectu clauſularum ad robur, & ſolemnitatem reſcripti pertinentium, hoc eſt, clauſulæ *motu proprij*, præſtitimus *d. cap. 7. quæſt. 2. concl. 1.* necnon *cap. 6. quæſt. 3. concl. 5.* clauſulæ verò, *ex certa ſcientia, ead. concl. 5. & d. quæſt. 2. concl. 2.* clauſulæ, *de plenitudine poteſtatis, eadem quæſt. 1. concl. 3.* atque item *cap. 5. quæſt. 2. præmiſſ. vnic.* præſertim paulò poſt initium, & ad fin. necnon *concl. 1. limit. vnic.* in eius extenſ. ſeu amplia. clauſulæ autem, *ſi ita eſt*, clauſulæ, *iuxta tenorem, ſecundùm*, vel, *prout aſſeris, vt aſſeritur, ſi inueneris, aut repereris, ſi tibi conſtiterit*; *d. cap. 7. quæſt. 2. concl. 4.* clauſulæ, *auctoritate, vel vice noſtra fac*, vel *mandamus, vt facias, ead. quæſt. 2. concl. 5.* clauſulæ, *ſecundùm iudicium, & prudentiam tuam facias*, & multarum ſimilium, *concluſ. 6.* clauſulæ, *ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, concluſ. 7.* ac tandem de vi clauſulæ, *vocatis vocandis*, ſeu *vocatis quorum intereſt, d. cap. 7. quæſt. 4. ſuppoſ. 2.* latè diſſeruimus. Denique illud tertium de vi, & effectu clauſularum derogatoriarum, quæ in huiuſmodi reſcriptis plerumque apponuntur, nimirum clauſulæ illius generalis, *non obſtantibus contrariis quibuſcumque*, fuſiùs proſecuti ſumus *d. cap. 7. quæſt. 3. concluſ. 1.* clauſulæ, *non obſtante quacumque lege, aut tali lege, d. concl. 1. & 2.* clauſulæ, *non obſtantibus ſtatutis, ead. quæſt. 3. concl. 3.* clauſulæ, *quorum tenores*, ſeu *pro expreſſis habentes, concl. 4.* clauſulæ, *decernentes ſic in prædictis omnibus, ac ſingulis per quoſcumque iudices quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & cauſarum Palatij Apoſtolici auditores iudicari debere*; *ſublata eis aliter iudicandi, interpretandi, & definiendi facultate, concluſ. 5.* ac tandem de vi clauſulæ *decreti irritantis*, quæ ſic extendi ſolet; *irritum fore decernentes quicquid ſecus in præmiſſis à quouis quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari*, latiùs egimus *d. quæſt. 3. concluſ. 6.* eáque poſtrema.

Iam igitur his præmiſſis, vel potiùs prætermiſſis, ad reliquas huius quæſt. concl. ex ceteris duabus *d. cap. 7.* quæſtionibus deſumptas tranſeamus.

QVARTA ergo CONCLVSIO ſit. In derogatione alicuius fideicommiſſi ordinaria, vel delegata poteſtate ab executore facienda, † vbi etiam 683.
aliquis vocandus ſit, non eſt neceſſaria citatio propriè dicta, niſi poſt legitimam partis oppoſitionem, ſeu contradictionem. Probatur hæc concluſio ex iis, quibus eam ipſam totidem ferè conceptam verbis quoad commutationem vltimæ voluntatis latè confirmauimus *d. cap. 7. quæſt. 4. concl. 1.* maximè quia commutatio vltimæ volũtatis ex ſui natura eſt gratia, & proceſſus executoris litterarum Apoſtolicarum ſuper ea extraiudicialis eſt; & vbi etiam in iis adſit clauſula, *vocatis, vocandis*, donec aliquis contradicat, eius proceſſus, & executio non excedit fines actus iuriſdictionis voluntariæ, cùm inter volentes

reddatur,

reddatur, *l. emancipari, ff. de adopt. l. 2. ff. de offic. proconf.* cum aliis *ibid.* allegat. *& in 1. ſuppoſ.* necnon *cap. 5. quæſt. 7. concl. 2.* poſt eius *vlt. limit. verſ. quod ſi pet.*

QVINTA CONCLVSIO. Vbi in præſcripto derogationis fideicommiſſi, vel commiſſionis eiuſdem adſit clauſula, *vocatis, quorum intereſt*, vel *vocatis*
684. *vocandis*; † in derogatione fideicommiſſi citandi, ſeu vocandi omnino ſunt, qui ex illo actu lædi poſſunt, aliàs is nullus erit. Probatur hæc cõcluſio ex iis, quibus *d. q. 4. ſuppoſ. 2.* oſtendimus, prædictam clauſulam inducere conditionem, & formam; præcipuè ex *l. à teſtatore, ff. de condit. & demonſtr.* ibique Doct. atque alibi ſæpè, iuncta *l. heredi, ac l. Mauius, ff. eod. tit.* ex quibus habetur ablatiuum abſolutum regulariter importare conditionem, ac formam; & quòd forma non ſeruata corruit actus, ac nullus redditur, *cap. cum dilecta, de reſcript. cap. venerabili, de off. delegat.* ex quibus, & aliis hanc concluſionem latiùs in commutatione vltimæ voluntatis firmauimus *d. q. 4. concl. 2.* quam & multis modis *ibid.* ampliauimus, ac limitauimus; qui ex regula tradita *in 1. concl. huius quæſt.* derogationi fideicommiſſorum optimè adaptantur.

SEXTA CONCLVSIO. Circumſcripta clauſula prædicta, *vocatis vocandis*, vel *quorum intereſt*, †
685. exigitur quidem in derogatione fideicommiſſi citatio, ſeu vocatio eorum, qui ex illo actu lædi poſſunt, vt eis præiudicet: ſi tamen illa quoad ipſorum aliquos omittatur, non ideo quoad vocatos corruit actus. Poſterior pars concluſionis probatur ex iis, quibus hanc ipſam poſteriorem partem in commutatione vltimæ voluntatis comprobauimus *d. quæſt. 4. concl. 3.* præcipuè verò ex *l. de vnoquoque, in princ. ff. de re iudic.* vbi Paulus I.C. de vnoquoque, ait, negotio præſentibus omnibus, quos cauſa contingit, iudicari oportet; aliter enim iudicatum tantùm inter præſentes tenet. Prior pars probatur ex primis verbis *d. l. de vnoquoque*, mox cit. & aliis iuribus, in quibus probatur, vocãdum quẽque eſſe ad eum actum, in quo lædi poteſt, relatis *d. quæſt. 4. ſuppoſ. 3. & concl.*
686. *3.* maximè verò in † adoptione, ex *l. cum nepos, & l. ſi is, qui, la 1. ff. de adopt.* & in eius confirmatione, ex *l. nam ita Dium, ff. eod. tit.* in reſtitutione natalium, ex *l. 2. l. nec filio, & l. fin. ff. de natal. reſtituen.* in legitimatione, quæ fit in præiudiciũ ſubſtitutorum, poſt alios tenet Ant. Gabr. *commun. concl. lib. 2. tit. de citat. concl. 3. num. 150.* vbi id declarat: tenẽtque etiam nõ paucos ſequutus Molin. ſen. *de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 8. num. 33. lib. 3. cap. 3. num. 23. & lib. 4. cap. 3. num. 5.* Molin. iun. *de inſt. & iur. tract. 2. diſput. 174. concl. 4.* & Peregrin. *tract. de fideicommiſſ. art. 23. num. 51. 59. 62. 65. & ſeq.* ac plerique apud Card. Mantic. *tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 11. num. 5.* licèt ipſe in contrariam ſententiam inclinare videatur *numer. 8. & 9.* quam vtramque *numer. ſeqq.* declarat. ſicut etiam Peregrin. paſſim *d. artic. 23.* varias hac in re declarationes affert, ac præcipuè illam, vt citatio exigatur, vbi Princeps legitimat, ceſſante teſtatoris voluntate, ex poteſtate ordinaria: vel id facit Comes Palatinus; ſecus verò vtplurimum, ſi de plenitudine poteſtatis, ſeu ex poteſtate abſoluta Princeps ipſe, aut inferior cum clauſula, *citatis, vel*
687. *non citatis*, delegatus legitimet. & in † derogatione maioratuum, & aliarum ſubſtitutionum prædictam doctrinam tradit idem Molin. ſen. *d. lib. 1. cap. 8. numer. 23. & d. lib. 3. cap. 3. num. 5.* ac Molin. iun. *d. diſp. 174. concluſ. 5.* ex quibus etiam iuribus in hac concl. citat. excepta *d. l. de vnoquoque*, loquente in ſententia quæ etiam in inuitos fertur; necnon Doct. dem-
688. pto Mantic. qui dubitare videtur, ſatis colligitur, † conſenſum quoque eorum, qui lædi poſſunt in derogatione fideicommiſſi, fore neceſſarium quod tamen adhuc meliùs ex ſequentibus huius quæſt. concluſionibus patebit, in quibus ſeorſim agemus de ſingulis perſonarum generibus, quibus ex ea derogatione præiudicium inferri poſſe, & quarum conſenſus ad id neceſſarius eſſe videtur.

SEPTIMA igitur CONCLVSIO ſit. Conſenſus fideicommittentis, vel eius heredis † regulariter 689.
requiritur in derogatione fideicommiſſi ab ipſo fideicommittente conſtituti. Probatur hæc concluſio ex *l. legatum. ff. de vſu, & vſufr. legat. §. ſi autem legatum, auth. de Eccleſ. tit. collat. 9. & cap. nos quidem, de teſtam.* Quintil. Mandoſ. *conſ. 33. num. 6.* & Mar. Anton. Genuen. *in prax. Neap. cap. 20. num. 3.* qui nonnullos citant; cum aliis, ex quibus *d. cap. 7. quæſt. 4. concluſ. 4.* oſtendimus, conſenſum fundatoris, vel eius heredis regulariter requiri in commutatione vltimæ voluntatis prædicti fundatoris. Ex pleriſque autem notabilibus, quæ *ibid.* ſubiecimus, & candidus lector videre poteſt, ſi lubet, deſumi etiam poſſunt pleræque huius concl. declarationes. & quia facilè eas quiſque per ſe colligere poteſt, id ego breuitati ſtudens facere prætermitto.

OCTAVA CONCLVSIO. Quilibet alius, etiam præter fideicommittentem, eiúſque heredem, vel ſucceſſorem, qui principale aliquod intereſſe habet in derogatione fideicommiſſi, † debet ei con- 690.
ſentire; aliàs illi non præiudicat. probatur tũ ex iis, quibus hoc ipſum in commutatione vltimæ voluntatis tradidimus *d. quæſt. 4. concl. 5.* tum ex illa regula generali, quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari; quæ habetur *in l. fin. C. de autct. præſt. & cap. quod omnes, de reg. iur. in 6.* tum ex iuribus, ex quibus conſtat, conſenſum ab illis præſtandum, qui lædi in aliqua re peragenda poſſunt, vt *in d. l. fin. l. in adoptionibus, l. cum nepos, l. ſi is, qui filium, & l. nam ita Dium, ff. de adopt. l. 2. l. nec filio, & l. fin. ff. de natal. reſtituen. l. in concedendo, ff. de aq. pluu. arcen. cap. 1. 54. diſt. cap. ſi tibi abſenti, de præben. in 6.* cum ſimil. ac Doctorib. paulo antè, hac ipſa quæſt. *concl. 6.* alleg. Tum denique penè in terminis ex text. *in l. legatum, in fin. ff. de vſu, & vſufr. legat. & §. ſi autem legatum, auth. de Eccleſiaſtic. tit. collat. 9.* Hic autem conſenſus, qui ratione intereſſe præſtandus eſt, † præſtari et- 691.
iam poteſt poſt factum; vt ex text. *in l. petens, C. de pact. l. ſi autem, §. 1. ff. de aq. pluu. arcend. cap. ſi quæ de rebus, 12. quæſt. 12. concluſ. 2.* cum aliis pleriſque iuribus, ac nonnullis Doctorib. docuimus *concluſ. 5.* vbi etiam ex *d. l. in adoptionibus, ff. de adopt. l. 2. §. voluntatem, ff. ſolut. matrim. cap. 2. de his, quæ ſunt à Prælat. ſin. conſenſ. cap.* & aliis oſtendimus, tacitum quoque conſenſum in eo caſu ſufficere.

NONA & poſtrema CONCLVSIO. Licèt † in 692.
derogatione fideicommiſſi ad piã cauſam, quæ Romani Pontificis auctoritate fit, non requiratur conſilium, vel conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis, in cuius ciuitate, vel diœceſi locus ille pius conſiſtit: regulariter tamen eius ſaltem conſilium exigitur in derogatione ab Epiſcopo faciẽda. Hæc concluſio quoad eius priorem partem probatur iis fundamentis, quibus eandem firmauimus in commutatione vltimarum voluntatum *d. quæſt. 4. concluſ. 6.* præcipuè ex text. *in cap. paſtoralis, de his, quæ ſunt à Prælat. ſin. conſenſ. capit.* vbi decernitur, Eccleſias parochiales, (quæ regulariter ſæculares ſunt, vt inter ceteros tradit Hieron. Gonz. *in comment. Reg. 8. Canc. gloſ. 7. num. 44.* & ante eum Rebuff. *in ſua prax. benef. part. 1. tit. ſæculare beneficium quomplex, num. 10.*) earúmve obuentiones non poſſe ab Epiſcopo viris Religioſis concedi præter voluntatem Capituli ſui ſine licentia Romani Pontificis. ex his enim poſtremis

mis verbis, innectis maximè aliis paulo antè in eod. text. poſitis, datur intelligi, quòd vbi adſit licentia Romani Pontificis, non requiritur conſenſus Capituli Cathedralis. necnon ex *cap. ſi Capitulo, in fin. de conceſſ. prab. in 6.* & Redoan. *tract. de reb. Eccleſ.*
693. *non alien. quæſt. 36. num. 18.* Poſterior † pars probatur ex iuribus, in quibus requiritur conſenſus Capituli in negotiis grauioribus, ac ſignanter in alienatione rerum Eccleſiæ ab Epiſcopo peragendis; vt *in cap. 1. & 3. cap. ea noſcitur, & toto ferè tit. de his, quæ ſi. à Prælat. ſine conſ. Cap. cap. paſtoralis, de donat. cap. vt ſuper, §. 1. de reb. Eccl. non alien. cap. 1. eod. tit. in 6. Clem. ſi vna, eod. tit.* cum ſuis concord. Nec abs re eſt, quòd ex cõceſſione Eccleſiæ ſæcularis religioſo loco, iuxta *d. cap. paſtoralis, de his, quæ ſi. à Prælat. & de donat. ac Clem. ſi vna.* aut ex alienatione rerũ Eccleſiæ, iuxta *d. §. 1. & cap. 1.* ad commutationem vltimæ voluntatis, ad derogationem fideicommiſſi arguamus: quoniam tam in conceſſione quàm in alienatione prædictis, & commutatur vltima voluntas, & fideicommiſſis derogatur, cum Eccleſia ſæcularis, quæ vtplurimum fundata eſt ex diſpoſitione alicuius legati, vel fideicommiſſi, alteriúſve vltimæ voluntatis, vt ſit ſæcularis, per conceſſionem huiuſmodi loco Religioſorum factam fiat regularis; & bona, eorúmve prouentus, & emolumenta, quæ ex ſimili defunctorum vltima voluntate aſſignata ſunt pro dote ac ſuſtentatione miniſtrorum alicuius Eccleſiæ, per alienationem prædictam in aliorum vſum cedant, & conuertantur. Sed quoniam aliqua iura in negotiis Eccleſiæ ab Epiſcopo peragendis ſolùm requirunt conſilium ſui Capituli, vt *cap. nouit, & cap. quanto, de his, quæ fiunt à Prælat. ſin. conſenſ. Capit.* necnon *cap. 3. de conſuet. in 6.* quæ iura, & alia ſic intelligunt Doct. per nos cit. *d. concl. 6.* Ideo hac in re conſtituenda eſt regula, quam *ibidem* poſt alios ſtatuimus, vt in arduis negotiis Eccleſiæ ab Epiſcopo tractandis neceſſarium ſit conſilium Capituli Cathedralis; non autem in minoribus, aut cùm ſubeſt cauſa rationabilis, vt Epiſcopus tale conſilium non requirat: conſenſus autem neceſſarius erit in arduis concernentibus præiudicium Eccleſiæ Cathedralis, vt in alienatione rerum ipſius. Quoad res verò, & negotia Eccleſiarum inferiorum, quicquid ſit de intellectu Extrauag. Paul. II. & Pauli IV. de qua in eadem *concl. 6.* certè, vt *ibidem* poſt alios docemus, de iure antiquiori, & ex conſuetudine in iis non requiritur conſilium, aut cõſenſus Capituli, niſi cùm ipſe Epiſcopus eſt auctor alienationis rerum earundem Eccleſiarum. In caſibus autem, in quibus requiritur
694. conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis, ſat erit, † quòd interueniat poſt actum, vt *in prad. concl. 6.* ſatis oſtendimus; præcipuè tum ex *cap. cùm nos,* quod eſt 3. *de his, quæ ſi. à Prælat. ſin. conſ. Cap.* tum à fortiori ex iuribus, ex quibus ſatis colligitur, conſenſum etiam Epiſcopi in conceſſionibus Eccleſiarum ſæcularium, quæ fiunt Religioſis locis; (& ſunt quædam commutationes vltimarum voluntatum, ac derogationis fideicommiſſorum, vt paulo antè dictum eſt;) poſſe poſt factum interuenire, vt eſt *cap. ſuggeſtum, & cap. cura, de iurep.* per quem text. & alia id inter ceteros tradidit Aug. Bero. *conſ. 21. num. 26. cum ſeq. vol. 1.* qua de re videndum eſt, quod latiùs ſcripſimus *d. concluſ. 6.* vbi & eam ſubiecimus regulam, vtplurimum ſufficere tacitum conſenſum ſiue inductum ex facto, ſiue ex taciturnitate. Reliqua verò, quæ generatim de conſenſu hiſce in rebus præſtando quærere aliquis hoc loco poſſet, ſumere licet ex latiùs adductis per nos ſup. *d. cap. 7. q. 4. præmiſſ. 4.* Nos autem nunc pro decima, & poſtrema huius quæſtionis concluſione, quæ reſpondeat quæſtioni 5. illius 7. cap. ad quaſdam regulas accedamus circa praxim derogationis fideicommiſſorum ab iis potiſſimum obſeruandas, quibus ex publica auctoritate ſiue ordinaria, ſiue delegata huiuſmodi derogatio incumbet facienda; ſicut illa 5. quæſtio regulas pleraſque continet in praxi ab iis obſeruandas, qui vltimam aliquam voluntatẽ ſunt commutaturi. Antequam verò ad prædictas regulas deſcendamus circa praxim derogationis fideicommiſſi à derogante conſiderandas, vbi maximè ea derogatio fiat per ſubrogationem alterius rei, vel vſus loco illius, quæ quive fuit in diſpoſitione fideicommittentis; operæpretium duximus nõnulla hìc breuiter adnotare, quæ ad hanc rem maximè faciũt, & latiùs quoad commutationem vltimæ voluntatis proſecuti ſumus *cap. 6. quæſt. 2. concl. 2. ad fin.* quorum primum eſt, † quò dignior eſt materia diſpoſitionis 695.
commutandæ, eò maiorem cauſam ad commutandum requiri. Secundum, quo minor diſpenſatio admiſcetur commutationi, eò minorem cauſam exigi. Tertium, maiorem cauſam deſiderari, quãdo commutatio partis ita fit in aliud opus à diſpoſito, vt aliqua eius pars remittatur, quàm ſi pars commutetur, & pars relinquatur adimplenda. Quartum eſt, multò minorem cauſam requiri ad diſpenſandum ſolùm in tempore executionis vltimæ voluntatis, quàm in eius materiæ commutatione, maximè in minus; & quò maior eſt dilationis mora, maiori cauſa opus eſſe. Poſtremum eſt, non poſſe certam regulam de cauſæ ſufficientia ad commutandum prçſcribi, atque adeò prudentis viri arbitrio id relinqui: tria verò potiſſimùm à prudente viro ſpectanda eſſe, quæ in materia commutationis voti tradit ſummus Pontifex *in cap. magne, verſ. & quidem tria, de vot.* nimirum quid liceat ſecundùm æquitatem, quid deceat ſecundùm honeſtatem, & quid expediat ſecundùm vtilitatem. quam regulam vti ab omnibus traditam in diſpenſatione votorum obſeruandam affert quoque Sanchez *lib. 4. ſum. cap. 45. num. 18.* & Suarez *tom. 2. de relig. lib. 6. de vot. cap. 17. num. 14.* atque ea tria ſemper conſideranda eſſe, voluit gloſ. ab aliis approbata, *d. cap. magna, verbo, liceat.* Iam verò his breuiter præmiſſis, ad propoſitas regulas in praxi à derogante fideicommiſſis publica auctoritate ſiue ordinaria, ſiue delegata obſeruandas veniamus.

Prima igitur regula ſit. Maior materiæ ſubrogatæ dignitas † ſpectanda eſt reſpectu ſolius materiæ 696.
promiſſæ, ſeu quæ eſt in obligatione, neque vlla ipſius vinculi, ſeu obligationis ratio habenda eſt: quoniam per commutationem obligatio, ſeu vinculum transfertur in materiam ſubrogatam, non autem in totum tollitur; ſicut fit in diſpenſatione: in qua propterea locum non habebit hæc regula, ita in voti diſpenſatione, ac commutatione ex alibi etiam per eum adductis, (nimirum *d. cap. 45. num. 37.* vbi ſeipſum quoque allegat *lib. 8. de matr. diſp. 20. num. 9.* tradit Sanchez *d. lib. 4. ſum. cap. 56. num. 2. & 3.* quem nos etiam in commutatione vltimarum voluntatum ſecuti ſumus *d. cap. 7. quæſt. 5. verſ. prima igitur regula:* nec immeritò, cùm à iuramenti & voti commutatione non incongruum ſumi argumentum ad vltimarum voluntatum commutationem, vel ob eam rationem poſſit, quòd votum, & iuramentum ſunt quædam vltimæ voluntates, quoniam vtrumque eſt hominis diſpoſitio per ſe irreuocabilis, vt latiùs deduximus ſuprà *cap. 2. quæſt. 2. poſt med.* Fallit ergo primò propoſita regula in diſpenſatione, vbi nimirum derogetur fideicommiſſo per viam diſpenſationis, nullam nimirum aliam materiam ſubrogando. ex prædictis enim dicendum, in ea fore

quoque

quoque ſpectandam obligationis vim. Secundò fallit, vbi commutatio fiat, ſeu ſubrogatio in aliam materiam, ſed conditionaliter, ſeu alternatiuè, vt, ſi maluerit, poſſit obligationem, ſeu diſpoſitionem in tali alia materia implere, ex traditis à nobis in voti, & iuramenti commutatione, *d. verſ. prima igitur regula*, poſt Sanchez *d. lib. 4. ſum. cap. 55. num. 13.* Fallit denique quòd, quando præter prohibitionem alienationis expreſſam, aut reſultãtem ex fideicommiſſo, iuxta *l. fin. §. ſed quia, & auth. res, quæ, C. commun. de legat. & fideic.* eum ſimil. aut aliàs in fideicommiſſo eſſet ſpecialis prohibitio derogationis, ſeu commutationis, tunc materia ſubrogata æqualis eſſe debet vtrique vinculo: prout in voto, & iuramento ſatis probat Sanchez *d. cap. 56. num. 5.*

Secunda regula ſit. Maius, aut minus, vel æquale bonum materiæ ſubrogatæ, & eius, quæ eſt in obligatione fideicommiſſi, † non eſt ſpectandum iuxta 697.
excellentiam virtutis, cuius eſt actus; quaſi cenſeatur commutatio in melius facta, quando illud commutatur in opus excellentioris virtutis. ſed habenda eſt ratio diſponentis, & finis, quem illa diſpoſitio habet vel per ſe, vel ex diſponentis expreſſa intentione; ita, vt materia ſubrogata quàm proximè ad eum finem accedat: prout in voti commutatione latiùs explicat, & probat Sanchez *d. cap. 56. num. 6. cum tribus ſeqq.* quod nos *d. quæſt. 5. verſ. ſecunda regula ſit*, commutationi vltimarum voluntatum accommodauimus, aliqua etiam ſpecialia fundamenta quoad illam afferentes, ex *l. legatum, ff. de vſu, & vſufr. legat. l. fin. ff. de mort. inferen. l. pecuniam, in princip. ff. de oper. public. & cap. nos quidem, de teſtam.* eandémque regulam temperantes duobus modis, quos per te videas.

Tertia regula. Habenda quoque eſt in derogatione fideicommiſſi per viam commutationis ratio † 698.
difficultatis implendi rem, de qua diſpoſitum fuit, ſeu quæ eſt in obligatione. Hæc regula, quæ potiſſimùm locum habet in votorum commutatione, vt fusè comprobat, & declarat poſt alios Sanchez *d. cap. 56. numer. 10.* cum aliquot ſeqq. procedere etiam poteſt, & locum obtinere in commutatione vltimarum voluntatum magis propriè ſumptarum, de quibus in hoc tractatu agimus, ac præcipuè diſpoſitionum per ſe irreuocabilium; ita, vt etiam inſtante herede plerumque poſſit fieri diſpenſatio, & commutatio fideicommiſſi, quæ fieri poterat ad inſtantiam defuncti: prout de diſpenſatione, & commutatione voti contra Sanchez *d. lib. 4. ſum. cap. 24. num. 57. cum ſeq.* latiùs oſtendimus *d. quæſt. 5. verſic. tertia regula*; vbi etiam tradidimus, an, & quando heres teneatur eo ipſo, vel à ſuo auctore defuncto grauari poſſit ad iuramenta, aut vota defuncti realia, perſonalia, vel mixta præſtanda.

Quarta regula ex eo ſumi poteſt, quod per modum illationis ex præced. regula deducit Sanchez
d. cap. 56. num. 11. vt † in peregrinationis commu- 699.
tatione, (aut alterius ſimilis oneris, quod in fideicommiſſo heredi potuit à teſtatore imponi, vt do ſe patet;) conſiderandus ſit labor itineris, & expenſæ, quæ in eo erant faciendæ: id quod in voto peregrinationis conſtat ex *cap. magna, de vot.* & Sanchez præterea comprobat; tum quòd hæc augent pondus, & æſtimationem voti tamquam Deo dicata; tum ex plurimorum Doctorum auctoritate: vnde meritò hæc opinio communis, & veriſſima dici poteſt, vt *d. quæſt. 5. verſ. quarta regula eſſe poteſt*, admonuimus. Hæc autem regula, vt *ibidem* ſatis docuimus, quoad laborem itineris multò magis locum habet in obligatione illud pedibus conficiendi: ita, vt, ſi illud vouit quis conficere mendicando, in commutatione habenda quoquè ratio ſit maioris illius obſequij diuini ob exercitium actus, paupertatis, & humilitatis; necnon conſideranda ſunt itineris pericula, & damnum ex vouentis abſentia rebus ſuis conſequuturũ, quòd hæc omnia obtulerit Deo, votúque, alteriúſve obligationis meritum, & æſtimationem augeant; vt patet. Quoad expẽſas verò hæc eadem regula, (vt *in d. verſ. quarta regula*, oſtendimus,) extenditur primò, vt procedat quoad expenſas non modò neceſſarias, ſed & iuxta ſtatus decentiam. Secundò etiam eſſe habendam rationem expenſarum, quæ commorando, & redeundo factæ fuiſſent, vt ſatis etiam colligitur ex *d. cap. magna*. Tertiò, vt computanda etiam ſint tributa, quæ ſoluenda eſſent infidelibus. Reſtringitur autem ex *ibidem* per nos adductis, primò, vt deducendæ ſint expenſæ, quas is, qui peregrinari tenetur, domi eſſet facturus. Secundò, vt nulla expenſarum ratio habenda ſit, cùm ille tenebatur mendicando peregrinari. Denique † eleemoſynam illam, in quam 700.
fit commutatio, non neceſſariò ad locum peregrinationis fori mittendam: neque eius loci, vel ſingularis alicuius perſonæ, in cuius fauorem eleemoſyna promiſſa, quæve aliàs erat in obligatione, (vt in illius quoque fauorem cadere debeat res ſubrogata;) neceſſariò eſſe habendam rationem in commutatione facienda. Quid autem dicendum ſit, cùm imago illa, quam quis tenetur inuiſere, aut ipſemet eſt proximior tempore commutationis, quàm eſſet tempore obligationis, breuiter ſtatuimus *in cit. verſ. quarta regula, ad fin.*

Quinta regula ſit. Non eſt opus ad rectam fideicommiſſi commutationem, † vt, ſi quis ex eius diſ- 701.
poſitione ad factum præſtandum tenetur, obligetur ad aliud factum; vel, ſi tenetur ad certam quantitatem perſoluendam, ad aliud quid ſoluendum obligetur: ſed vnum pro altero imponi poteſt. Hæc regula probatur ex eo, quòd de voto reali, vt in perſonale, & contrà commutari poſſit, tradit, ac tuetur poſt alios Sanchez *d. cap. 56. num. 24. cum duobus ſeqq.* colligítque præcipuè ex *cap. 2. de vot.* vbi votum perſonale peregrinationis Hieroſolymitanæ commutatur in eleemoſynam, quæ quid reale eſt: atque ex ea ratione, quòd, cùm in his commutationibus ſolius æqualis, aut maioris obſequij diuini ratio habeatur, hæc æqualitas & maioritas poteſt reperiri in materia diuerſa à materia voti prioris, & obligationis: cum Suarez autem *d. lib. 6. de vot. cap. 19. numer. 15. 16. & 17.* ad text. *in cap. primo, de voto*, reſpondet id, quod *ibi* ſignificatur, votum mixtũ commutandum in reale; quódque habetur *d. cap. magna, eod. tit.* expenſas peregrinationis commutandas in eleemoſynam, & laborem itineris in operæ perſonalia: eſſe vel conſilij, vel maioris congruentiæ. ac tandem quod præcipi videtur *cap. quod ſuper his, & cap. ex multa, eod. tit.* votum peregrinationis in ſubſidium Terræ ſanctæ emiſſum commutari in eleemoſynam ad eiuſdem loci ſubſidium mittendam, locum habuiſſe pro temporis, quo canones illi conditi ſunt, neceſſitate: quæ cùm hodie ceſſarit, non eſt ampliùs neceſſaria talis commutatio, ſed inſtar aliorum fieri poteſt: quamuis nec ea commutatio, de qua in illis iuribus, in omnino ſimilem materiam fiat.

Sexta regula. Non eſt pariter neceſſe ad derogationem fideicommiſſi per viam commutationis, † 702.
vt materia ſubrogata ſit æqualis priori debitæ magnitudine, duratione, aut numero, modò aliàs ſit æqualis ratione finis, ad quem prior materia, vel intentio diſponentis dirigebatur. ita in voti commutatione poſt alios docet Sanchez *d. cap. 56. num. 17.*

quoniam

quoniam diuturnitas, aut maior quantitas, vel numerus prioris operis poterit qualitate, & grauitate operis ſubrogati minori tempore exequendi, aut minoris magnitudine, & numero compenſari, atque ob eandem rationem *numer.* 18. poſt Henriq. tradit, votum implendum certa die poſſe commutari in aliud altera die exequendum. ſubdens tamen *numer.* 19. & ſatis comprobans, quòd quando votum
703. certa die obligans commutatur abſolutè, † materia ſubrogata, niſi ex eius qualitate, & adiunctis circumſtantiis aliud colligatur, obligat eadem die; quódque vbi duratio materiæ ſubrogatæ ſuadet, totam commutationem non eſſe implendam eadem die, vt quia ea materia ſit iterabilis, obligationem illius incipere à die prioris materiæ.

Septima regula. Si relictum, aut quæuis alia obligatio conditionalis ante impletam conditio-
704. nem commutetur in obligationem abſolutam, † in derogatione fideicommiſſi conditionalis, ſeu cui ea obligatio conditionalis adiecta eſt, ſpectandum eſt, quàm dubius ſit conditionis euentus; &, quò is magis dubius fuerit, eò in minorem obligationem abſolutam facienda eſt commutatio. ita in voti conditionalis commutatione poſt Suarez *d. cap. 19. numer.* 21. tradit Sanchez *d. cap. 56. num.* 30. ſumpto argumento à contractu aſſecurationis, in quo eò magis augetur pretium, quò magis dubius fuerit euentus. *numer.* autem 31. docet, quòd vbi ante impletam conditionem commutatio fit in aliam obligationem conditionalem: tunc, ſiquidem maneat eadem conditio, aut apponatur alia æquè dubia, commutatio fieri debet in materiam prioti æqualem; quia nulla materiæ ſub conditione debitæ ſecuritas præſtatur in materia per commutationem ſubrogata, ſed ſimili dubio euentui vtraque obligatio ſubiicitur: ſi autem in commutatione apponatur conditio magis certa, debet minui materia ſubrogata, & è contrario debet augeri, ſi conditio in commutatione appoſita magis dubia ſit, iuxta maioris, aut minoris incertitudinis proportionem. ac denique ſubdit *numer.* 32. quòd ſi poſt impletam conditionem fiat commutatio, ea fieri debet in rem æqualem materiæ promiſſæ perinde, ac ſi votum eſſet abſolutum. quod cum Sanchez *ibidem* ſatis defendimus *d. quæſt. 5. verſ. ſeptima regula, circa medium*; ob eam præcipuè rationem, quòd impleta conditione ſit iam abſoluta obligatio, vt probat text. *in l. potior, in princ. ff. qui pot. in pign. hab.* & intrinſeca materiæ debitæ bonitas non minor ſit.

Octaua regula. Pœnalis obligatio fideicommiſ-
705. ſo adiecta, † vbi in derogatione commutanda ſit poſt pœnam incurſam, commutari debet in materiam æqualem ei, in quam fieret commutatio, ſi abſque pœna, ſeu ſimpliciter contracta eſſet obligatio, ob rationem allatam in poſtremo membro diſtinctionis quoad obligationem conditionalem, de qua in præcedenti regula. Quando verò fit commutatio ante pœnam incurſam, habenda eſt ratio talis pœnæ; prout in voto pœnali, poſt Sanchez id latiùs contra alios comprobantem *d. cap. 56. numer.* 35. tradidimus *d. quæſt. 5. verſ. octaua regula*: illud ſubiicientes, ea, quæ de voti pœnalis commutatione ſiue ante, ſiue poſt pœnam incurſam dicta ſunt, intelligenda fore, dummodo non ſit ex eo alicui ius quæſitum: vt quia votum illud pœnale contineat commodum alicuius perſonæ, & ſecuta fuerit acceptatio, iuxta alibi non ſemel adducta: tunc enim non poteſt ſine illius conſenſu fieri, niſi à Principe Eccleſiaſtico ob maximum bonum commune, ex traditis ſuprà hac ipſa quæſt. *in 3. reg. circa med.* quoad reliquas verò diſpoſitiones irreuocabiles tam inter viuos, quam cauſa mortis, diſtinguendum eſſe, an pœna ſit incurſa, & tunc nequeat commutatio fieri, niſi ex conſenſu eius, cui eſt ius quæſitum, vel ex cauſa ſufficienti ad derogandum iuri alterius: vel non ſit incurſa pœna; & tunc rurſus diſtinguendum eſt inter diſpoſitiones cauſa mortis, & inter viuos; vt in iis facilè derogari poſſit, & quidem etiam ſine conſenſu eorum, ad quorum fauorem factæ ſunt diſpoſitiones; ſecus in diſpoſitionibus inter viuos; vt *ibidem* latiùs deduximus.

Nona, & poſtrema regula. Quando non derogatur ipſi fideicommiſſo ſimpliciter, ſeu quoad ſubſtantiam rei diſpoſitę, aut perſonam, cui relinquitur, aut vſum in eo præſcriptum; ſed ſolùm † quoad dila- 706.
tionem executionis eius, quod fuit diſpoſitum: tunc poteſt modica materia ſubrogata id ſuppleri, quando non multum conducit fini, ad quem dirigitur illa diſpoſitio, quòd ea impleatur die præſcripta, vel in aliam differatur; & quò maior eſt dilatio, eò maior eſſe debet materia ſubrogata: ſi autem huic fini diſpoſitionis valde conduceret, eius executionem non differri; multò maior materia eſſet ſubroganda in tali dilatione concedenda. ita in voti executione differenda tradit Sanchez *d. c. 56. num.* 37. exemplum quoad hoc poſtremum membrum afferens in voto religionis, aut ordinis ſacri, differendo executionem vltra obligationis ſuæ tempus; impediuntur enim, nquit, multa obſequia diuina, quæſtatus ille ſecum affert. Vtriuſque autem membri confirmatio per ſe patet, & ex eo etiam deſumi poteſt, quod ſuprà *notabili* 4. necnon *in 2. & 6. reg.* tradidimus.

Alia verò exempla † derogationum fideicom- 707.
miſſi per viam commutationis ex publica auctoritate ſiue ordinaria, ſiue delegata peti poſſunt ex variis exemplis commutationis votorum in iure expreſſis, quæve à doctis viris admittuntur, à nobis relatis ſuprà *d. quæſt. 5. ad fin.* poſt Sanchez *d. cap. 56. num.* 40. *cum ſeqq.* Nunc autem ex his finem præſenti quæſtioni imponentes, ad vltimam huius cap. tranſeamus.

Svmmæ Rervm.

708. *Iuriſdictio commiſſarij derogationis fideicommiſſi per reſcriptum iuſtitiæ expirat morte naturali, aut ciuili committentis re integra: ſecus ſi ea mors interueniat re non integra. & quid de renuntiante dignitati; vel officio, cuius ratione derogationem illam committere poteſt, aut tranſlato, depoſito, vel priuato ea dignitate, capto ab hoſtibus, bannito, excommunicato, ac ſimilibus; num.* 709.

710. *Commiſſio derogationis fideicommiſſi conceſſa per reſcriptum gratiæ facta non expirat morte committentis etiam re integra. ſecus ſi gratia ſit facienda; num.* 711.

712. *Commiſſio derogationis fideicommiſſi expirat in commiſſario per eius mortem naturalem etiam quoad negotia cœpta. per ciuilem autem ſolum ſuſpenditur, donec is in priſtinum ſtatum reſtituatur; num.* 713. *& quid referat hac in re, quòd commiſſio facta fuerit perſonæ, vel dignitati; num.* 714.

715. *Iuriſdictio commiſſarij derogationis fideicommiſſi quando in eo expiret per mortem naturalem, vel ciuilem ſubdelegati ab ipſo.*

716. *Iuriſdictio ſubdelegati ad derogandum alicui fi-*

Io. Petr. Moneta de commun. vlt. volunt.

deicommisso in eo expirat per mortem naturalem ipsius etiam quoad negotia cœpta; per ciuilem autem solum suspendatur donec mors hac cesset. & quid per mortem naturalem commissarij, seu delegati subdelegantis; n. 717. aut eiusdem mortem ciuilem; num. 718.

719. Derogatio fideicommissi per rescriptum iustitiæ impetrata quando expiret per mortem naturalem impetrantis. & quid vbi ea impetrata sit per rescriptum gratiæ, seu per modum priuilegij; num. 720. quidque in morte ciuili quando derogatio prædicta impetrata sit per vtrumlibet rescriptum; num. 721.

722. Rescriptum iustitiæ super derogatione fideicommissi contra aliquem per clausulam, & quidam alij, impetratum per illius mortem naturalem re integra superuenientem expirat; & ibi an, & quando per huiusmodi rescriptum conueniri possit successor eius, contra quem fuit impetratum.

723. Rescriptum iustitiæ super derogatione fideicommissi numquam expirat per mortem ciuilem eius, contra quem impetratum fuit; sed nonnumquam suspenditur, donec is in pristinum statum restituatur.

724. Derogatio fideicommissi concessa siue per rescriptum iustitiæ, siue per modum priuilegij extinguitur per lapsum temporis in ea præstituti.

725. Derogatio fideicommissi per modum priuilegij concessa sub conditione an desinat desinente tali conditione. & an per mutationem status, aut vinculi, à quo tale priuilegium tanquam à conditione pendebat; num. 726.

727. Priuilegium derogationis fideicommissi an reuocetur, amittatur, vel destruatur abrogato, amisso, vel destructo simili priuilegio, ad cuius instar illud concessum fuit.

728. Derogatio fideicommissi absoluta, & perfecta an extinguatur per primum eius vsum seu actum.

729. Derogatio fideicommissi à superiore concessa ad beneplacitum suæ voluntatis expirat morte concedentis etiam re non integra: & ibi quid si cum beneplacito iungatur certum tempus.

730. Derogatio fideicommissi absque adiectione tacita, vel expressa temporis certi, vel incerti an sit perpetua, vel expiret morte concedentis.

731. Derogatio fideicommissi, seu illius commissio non cessat cessante eius causa impulsiua tantum; sed solum cessante causa finali. & quid si aliquæ reliquiæ causæ finalis remaneant; num. 732.

733. Derogatio fideicommissi, quæ non aduersatur iuri communi, aut alterius iuri non præiudicat, sed est mera gratia, non cessat cessante eius causa.

734. Derogatio fideicommissi deducta ad consummatum effectum, qui in vnica actione consistit, non cessat cessante eius causa: idemque in effectu non consummato, qui pro perfecto habetur, aut habet consequentiam à perfecto, & consummato.

735. Episcopus consummatus derogationis fideicommissi, qui non potest commodè diuidi ab actibus futuris, non cessat quoad eos, quamuis cesset causa actus, seu effectus consummati.

736. Effectus consummatus derogationis fideicommissi quando cesset cessante eius causa.

737. Derogatio actualis fideicommissi, quæ fieri non potuit cessante causa ante executionem, fieri poterit ea causa redeunte.

738. Derogatio fideicommissi an cesset in futurum, cum eius causa cessat, antequam derogatio sortiatur vltimatum effectum; vel si hunc sortita fuit, is commodè dimissibilis est.

739. Princeps supremus, & eo inferior an, & quando reuocare possit derogationem fideicommissi, deductam ad vltimum effectum ex parte concedentis, & ab eo cui concessa fuit, acceptatam, & an in dubio reuocata censeatur.

740. Derogatio fideicommissi prior an, & quando reuocatur per posteriorem alteri concessam, quæ de illa mentionem non facit.

741. Reuocatio derogationis fideicommissi siue per legem, siue per rescriptum, facta quando effectum habere incipiat.

742. Delegatus, vel subdelegatus ad derogandum alicui fideicommisso, non potest sine iusta causa commissionem non suscipere, vel susceptum dimittere.

743. Referens negotium derogationis fideicommissi ad committentem, seu superiorem suum, an, & quando amittat iurisdictionem, seu facultatem, quam circa illud habebat.

744. Associans sibi tamquam collegam in cognitione causæ derogationis fideicommissi cum, qui tunc secum iurisdictionem non habet, an, & quando suam quoque iurisdictionem amittat. quid in commissario talis derogationis deferente appellationi à se interpositæ; num. 745. & quid, si is pronuntiet, nullam sibi ea in re competere iurisdictionem; num. 746.

747. Recusatus an, & quando desistere debeat à derogatione fideicommissi sibi demandata; vel ab ipso alteri subdelegata. & an gesta per eum inualida sint post appellationem recusatoris, vel auocationem superioris, aut pronuntiationem arbitrorum; num. 748.

749. Pendente compromisso, aut reductione laudi, an, & quomodo ad derogationem fideicommissi procedi per Ordinarium, vel delegatum, quidve à partibus fieri possit, vel debeat.

750. Appellatio quando derogationem fideicommissi, aut illius executionem suspendat.

751. Iurisdictio derogantis fideicommissi, & sententia superinde lata an suspendatur, dum huius derogationis, seu sententiæ nullitas cognoscitur.

752. Renuntiatio expressa derogationis fideicommissi ab impetrante facta an, & quando extinguat ipsam derogationem, ita, vt impetrans amplius illa vti non possit.

753. Derogatio fideicommissi extinguitur quoque per tacitam renuntiationem impetrantis, quæ ex verbis colligitur. ac per eam, quæ inducitur ex actu nostro; num. 754. vel actu alterius, cui nos consentimus; num. 755. aut ex omissionibus; num. 756.

757. Renuntians tacitè, vel expressè derogationi fideicommissi tenetur redire ad priorem materiam, nec amplius vti potest derogatione. quid autem ad hoc requiratur; num. 758.

759. Derogatio fideicommissi per modum priuilegij, seu per rescriptum gratiæ concessa an, & quando amittatur, seu extinguatur per non vsum ipsius; aut etiam per contrarium vsum.

760. Derogatio fideicommissi per rescriptum gratiæ, seu per modum priuilegij obtenta an, & quando amittatur per eius abusum iuxta omnes aduersus species

ſpecies ibi enumeratas; vbi etiam an huiuſmodi amiſſio fiat ipſo iure, & in foro conſcientiæ ante declarationem.

QVÆRO igitur OCTAVO, & poſtremò in hoc nono cap. quibus modis expiret fideicommiſſorum derogatio.

Prò abſolutione huius capitis de fideicommiſſorum derogatione, iuxta ordinem eius initio propoſitum, quo reliqua principalis tractatus de vltimarum voluntatum commutatione ita veſtigia ſectamur in præſenti, & ſequentibus eiuſdem capitibus, vt horum quæſtiones ſingulæ ſingulis illius capitibus reſpondeant; ſequitur, vt quemadmodum in 8. eóque poſtremo cap. principalis tractatus latiùs eos modos explicauimus, quibus expirat commutatio vltimarum voluntatum; ſic in poſtrema quæſt. huius cap. modos illos, breuiſſimè tamen proſequamur, quibus expirat fideicommiſſorum derogatio, opportunis concluſionibus ea in re more noſtro propoſitis: quarum binæ vtplurimum maioris perſpicuitatis gratia ſingulis poſtremi eiuſdem capitis quæſtionibus reſpondeant. Sit ergo in hoc cap.

PRIMA CONCLVSIO. Quoties derogatio fideicommiſſi alicui committitur per reſcriptum iuſtitiæ, † iuriſdictio commiſſarij expirat morte naturali, aut ciuili committentis, ſeu concedentis re integra: ſecus ſi ea mors interueniat re non integra. 708.

Dicitur autem fieri commiſſio gratiæ per reſcriptum iuſtitiæ, non quidem cùm datur alicui iuriſdictio pro executione gratiæ alteri conceſſæ, aut eius defenſione in eadem gratia, vel cùm ipſa gratia alicui quodammodo ex iuſtitia debetur, aut ſimili in caſu, in quo principalis diſpoſitio verſatur in gratiæ conceſſione: ſed cùm pendente lite, vel controuerſia inter aliquos circa gratiam, vel rem ipſam, quæ per gratiam obtinetur, vtputa beneficium, Princeps mandat alicui, vt auditis partibus eam gratiam adiudicet aduerſario eius, qui in cauſa ſuccubuerit; vt latiùs deduximus ſuprà *cap. 6. queſt. 3. præmiſſ. 2. ante medium*. Res verò integra quoad reſcriptum iuſtitiæ in hoc propoſito dicitur, quando commiſſarius nondum cœpit iuriſdictione vti per decretum citationis, vt ſuæ oſtendimus ſuprà *d. cap. 8. queſt. 1. præmiſſ. 3. circa medium*, & adhuc fuſiùs *in tract. de Conſeruatorib. cap. vltim. quæſt. 2. præmiſſ. vlt.* præcipuè quoad mortem naturalem, ex *cap. gratum, de offic. deleg.* quoad ciuilem per officij dimiſſionem, ex *cap. fin. de offic. legat.* Probatur nunc vtraque pars concluſ. quoad mortem naturalem, quia iuriſdictio delegata per reſcriptum iuſtitiæ expirat morte naturali delegantis contingente re integra; ſecus autem re non integra; prout ex text. *d. cap. gratum; cap. relatum, & cap. licèt vndique, de offic. deleg.* ibique Scribent. atque aliis iuribus, & Doctoribus, ac fundamentis latè docuimus *d. queſt. 1. concl. 1.* vbi eius priorem partem ampliauimus primò, vt procedat licèt delegatus ignoret mortem delegantis; niſi tamen concurrat communis error. Secundò, vt expiret ipſo iure commiſſarij iuriſdictio morte delegantis, non autem ſolùm ope exceptionis. Tertiò, vt eadem pars concluſionis procedat etiam in delegato Principis, vel ad vniuerſitatem cauſarum. Denique, vt etiam locum habeat in delegatione facta donec delegans vices ſuas reuocauerit, aliúdve fecerit. quæ quidem ampliationes locum obtinent non modò quoad illius concluſ. priorem partem, ſed & quoad hoc primum membrum præſentis prioris partis huius concluſ. ex adductis *eadem queſt. 1. concluſ. 1.* ex quibus etiam patet limitationes *d. concluſ. 1* procedere quoque reſpectu prioris partis huius eiuſdem concluſ. illas verò limitationes breuitatis cauſa prætermitto recenſere, cùm eas candidus lector per ſe videre poſſit, & facilè ob eandem prorſus vtrobique rationem derogationi fideicommiſſorum applicare.

Eadem verò præſens concluſio quoad mortem ciuilem delegantis, nimirum per dimiſſionem, vel amiſſionem officij; probatur ex text. *d. cap. fin. de offic. legat.* vbi deciditur, quòd iuriſdictio delegatorum à Legatis ſedis Apoſtolicæ expirat, ſi antè diſcuſſum Legatorum à ſua prouincia citatio delegatorum ab ipſis non præceſſit: per quem text. id adnotarunt plerique Doct. à nobis relati *d. tract. de Conſeruator. cap. vlt. quæſt. 2. concl. 1. ampliat. 6.* & ſup. hoc ipſo tract. *d. cap. 8. quæſt. 1. concl. 2.* vnde etiam ſumendæ ſunt hac in re ampliationes, ac limitationes præſentis concluſ. necnon illationes, quæ ex ea fieri poſſunt: vt illa, quid † de Papa renuntiante Papatui, iuxta *cap. 1. de renuntiat. in 6.* aut alio renuntiante alicui officio, vel dignitati, cuius ratione poſſit committere fideicommiſſi derogationem: & illæ, quid de inferiore translato, depoſito, vel priuato huiuſmodi officio, aut dignitate, capto ab hoſtibus, bannito, excommunicato, ſuſpenſo, Religionem ingreſſo, & ſimilibus caſibus ſtatuendum ſit. ex quibus illos etiam *inibi* declarauimus, quos egere declaratione cenſuimus: omnes verò hoc loco recenſere ſuperſedemus, ne nimis longum faciamus; maximè cùm nihil præcipuè habeant quod ad fideicommiſſorum derogationem, qua de agimus, pertineat. 709.

SECVNDA CONCLVSIO. Commiſsio derogationis fideicommiſſi conceſſa per reſcriptum gratiæ, ita, vt gratia facta dici poſsit, † non expirat morte committentis etiam re integra: ſecus ſi gratia ſit facienda. Prior pars huius concl. probatur ex iis, quibus eandem probauimus quoad commiſſionem commutationis vltimæ voluntatis *d. cap. 8. queſt. 1. concluſ. 3.* præcipuè ex *cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6. & cap. ſi cui nulla, in 1. reſponſ. de præben. eod. lib.* quæ iura *inibi* ponderauimus pluribus etiam Doctor. aliiſque fundamentis in id allatis. 710.

Ampliatur autem hæc prior pars concl. iiſdem modis, quibus d. concluſ. tertiæ priorem partem ampliauimus: & maximè, vt procedat, licèt & gratia ſolo verbo ſit facta, vel nondum executa, factaue ſit ab inferiore; aut nondum acceptata; quo tamen caſu poterit à ſucceſſore concedentis reuocari. quæ eſt prima limitatio eiuſdem prioris partis: alia eſt, cùm gratia conceſſa eſt ad beneplacitum concedentis: quam limitationem *ibidem* multipliciter extendimus, reſtrinximus, ac declarauimus.

Poſterior † pars concl. probatur ex text. *d. cap. ſi cui nulla, in 2. reſpon. de præben. in 6.* vbi definitur, quòd, ſi cui ſuper prouiſione certæ perſonæ facienda ſit data poteſtas non ob ſuam, ſed eius, cui prouideri mandatur, gratiam, vel fauorem, illa poteſtas omnino expirat, ſi concedens re integra moriatur. ex quo text. gloſ. recepta *ibidem, verbo, moriatur*, & plerique à nobis relati *d. concl. 3. circa med.* eam regulam conſtituunt, vt gratia facienda expiret morte concedentis re integra. 711.

Quæ regula, atque adeò hæc poſterior pars proprioſitę concl. ampliatur, vt procedat etiam in executore dato ad gratiam faciendam; itè in morte ciuili; necnon in gratia motu proprio certæ perſonæ conceſſa; ac tãdem quòd expiret re integra ipſo iure, & nó tantùm ope exceptionis. Limitatur verò in gratia

conceſſa ſub nomine dignitatis concedentis ; vel ad eius dignitatis beneplacitum: item in commiſſione acceſſoria gratiæ factæ: quod multis modis declarauimus *d. quæſt. 1. concluſ. 1. limit. 4.* præterea vbi executor gratiæ faciendæ procedat, ignorata communiter morte concedentis, ac denique ſecundùm aliquos in conceſſione gratiæ facta ex certa ſcientia. Quas omnes ampliationes, ac limitationes huius poſterioris partis ſatis confirmauimus *d. quæſt. 1. concluſ. 3.* latiùs ſtatim explicantes, quandónam gratia dicatur facta, vel facienda, ad eum præſertim effectum, vt illius conceſſio morte concedentis non extinguatur re integra, vel extinguatur.

TERTIA CONCLVSIO. Per mortem naturalem commiſſarij derogationis fideicommiſſi † expirat in eo commiſſio etiam quoad negotia cœpta: per mortem autem ciuilem ſolùm ſuſpenditur donec commiſſarius in priſtinum ſtatum reſtituatur. 712.

Prior pars concluſionis probatur ex eo, quòd mors omnia ſoluit, §. *deinceps, auth. de nupt. collat. 4.* cum aliis adductis *d. cap. 8. quæſt. 2. concluſ. 1.* vnde ſumendæ ſunt eiuſdem prioris partis ampliationes. nimirum commiſſarium mortuum diuino miraculo reſurgentem non recuperare poteſtatem quoad negotia non cœpta, vbi interim delegans mortuus naturaliter, vel ciuiliter fuiſſet neque quoad cœpta, vbi delegans alteri ea commiſiſſet, aut ſucceſſorem in officio, vel dignitate ei dediſſet, cui facta erat commiſſio. item vt ſi duo commiſſarij dati ſint ſimpliciter, vno illorum mortuo etiam in collega expiret iuriſdictio. quod tamen *ibidem* latiùs declarauimus. Eadem verò prior pars concluſ. limitanda eſt iuxta limitationem prædictæ 1. concluſ. vt nimirum commiſſio derogationis fideicommiſſi non expiret per mortem commiſſarij, ſed ad eius ſucceſſorem in dignitate tranſeat, vbi illa commiſſio fiat contemplatione non perſonæ, ſed dignitatis; ſecus, ſi contemplatione perſonæ. cuius limitationis vtrumque membrum fusè comprobauimus, ac declarauimus *d. concluſ. 1. verſ. limitatur ergo principaliter, cum verſ. ſequenti*: vbi etiam explicauimus, quandónam commiſſio facta dicatur ſub nomine, & contemplatione dignitatis, ſeu ipſi dignitati, & quando perſonæ, eiuſve contemplatione; ita, vt commiſſio ad ſucceſſorem tranſeat, vel non tranſeat: de quo latiùs *d. quæſt. 2. concluſ. 2. verſ. limitatur nunc, ferè vſque ad fin.* & aliquid etiam mox dicemus.

Poſterior autem † pars huius eiuſdem concluſ. probatur ex iis, quibus ſup. *d. quæſt. 2. concluſ. 2.* oſtendimus, quòd, ſi is, cui commiſſa fuit commutatio vltimæ voluntatis, ſeruus efficiatur, non expirat ipſo iure eius iuriſdictio, ſed donec ſolùm libertati reſtituatur: idémque fore de damnato ad metallum, deportato, bannito, & ſimilibus; necnon de excommunicato, aut ſuſpenſo: & hæc ſiue negotium cœptum fuerit, ſiue non tempore ſuperuenientis huiuſmodi mortis ciuilis. *ibidem* verò *ampliat. vltim. ad fin.* ſubiecimus, quid dicendum vbi commiſſio facta ſit pluribus inſolidum, vel cum clauſula, *quòd ſi non omnes poteſtis, duo, aut vnus veſtrùm procedat.* 713.

Limitatur nunc, ſeu declaratur hæc eadem poſterior pars concluſ. quòd, † vbi vacet dignitas, vel officium, ratione cuius alicui facta eſt commiſſio derogationis fideicommiſſi: tunc, ſi quidem perſonalis fuit commiſſio; (quia nimirum illa qualitas erat ſolùm neceſſaria ad validitatem commiſſionis, atque adeò dignitas conſiderata in concreto, ſeu ſecundariò, & acceſſoriè ad ſubiectum, ſeu perſonam, vt *d. quæſt. 2. ſuppoſ. 2.* explicauimus;) non expirat talis commiſsio perſonæ facta finita eius dignitate, vel officio; ſed poteſt adhuc illa vti, & in negotio procedere: ſecus ſi commiſsio ſit realis, hoc eſt, facta dignitati, quæ in abſtracto, ſeu principaliter conſiderata fuerit, vt *in d. ſuppoſ. 2.* declarauimus; tunc enim tranſit ad ſucceſſorem. cuius regulæ, ac limitationis vtramque partem fusiùs comprobauimus *d. quæſt. 2. verſ. limitatur nunc, cum ſeq.* vbi etiam fusè diſputauimus, an qualitates requiſitæ in delegato à ſede Apoſtolica, aut ab eiuſdem Legato, iuxta text. *in cap. ſtatutum, §. 1. de reſcript. in 6.* adeſſe debeant etiam tempore citationis, vel ſufficiat eas adfuiſſe tempore impetrationis, ſeu commiſsionis: ac poſtmodum *verſ. declaratur nunc, vſque ad fin. d. concluſ. 2.* multas declarationes attulimus; quæ, cùm etiam ad hanc poſteriorem præſentis concluſionis partem pertineant, cùm opus fuerit, legendæ erunt. 714.

QVARTA CONCLVSIO. Per mortem naturalem, & aliquam ciuilem ſubdelegati à commiſſario derogationis fideicommiſsi re non integra † expirat in ipſo commiſſario iuriſdictio: ſecus ſi ea mors contingat re integra. Probatur hæc concluſio quoad omnes ſui partes iiſdem planè fundamentis, quibus illam quoad eaſdem partes confirmauimus in commutatione vltimæ voluntatis, *d. cap. 8. quæſt. 2. concl. 3.* vnde etiam ſumi poſſunt huius eiuſdem 4. concl. quoad aliquas eius partes variæ tum extenſiones, tum reſtrictiones, ac declarationes, maximè in materia facultatis reaſſumendi iuriſdictionem ſubdelegatam, quas per te videre poteris. præcipuæ verò illæ ſunt, vt, ſi ſubdelegatio facta ſit in totum, tunc diſtinguendum ſit, an re integra mortuus ſit naturaliter, vel ciuiliter ſubdelegatus, & non expirauerit iuriſdictio in ſubdelegante, ſed eam reaſſumere poſsit; an verò re non integra, & eo caſu expirauerit: ſi autem ſubdelegatio non ſit facta in totum, tunc ſiue res ſit integra, ſiue non, expiret in ſubdelegante iuriſdictio, ſed eam, ſeu vices ſuas ſubdelegato commiſſas ab eo poſsit ad ſe revocare, & iuriſdictione ſibi commiſſa, ſeu à primo delegante conceſſa vti. 715.

QVINTA CONCLVSIO. Per mortem naturalem ſubdelegati ab eo, cui fuit commiſſa derogatio fideicommiſsi, † expirat in ſubdelegato poteſtas ei demandata etiam quoad negotia cœpta; per ciuilem autem regulariter ſolùm ſuſpenditur quoad negotia ſiue cœpta, ſiue non cœpta. Vtraque pars concluſionis probatur ex iis, quibus comprobauimus vtramque partem 3. concluſ. ſuperiùs hac eadem quæſt. poſitæ de morte ſiue naturali, ſiue ciuili commiſſarij, ſeu delegati: tum quia eadem ratio militat quoad hoc in ſubdelegato, quæ in delegato: tum quia regulariter id, quod de hoc ſtatuitur, de illo quoque ſeruata proportione ſtatuendum eſt; vt latiùs deduximus ſuprà *d. cap. 8. quæſt. 2. concluſ. 4.* vnde etiam patet, extenſiones, ac reſtrictiones, ſeu declarationes, quas ad eam vtramque partem *d. concluſ. 3. huius quæſt.* etiam remiſsiùs attulimus, eſſe huic pariter concluſioni quoad vtramque ſui partem reſpectiùe applicandas. 716.

SEXTA CONCLVSIO. Per mortem naturalem cõmiſſarij derogationis fideicommiſsi re integra contingentẽ † expirat in eius ſubdelegato facultas derogandi: ſecus, ſi re non integra ea mors contingat. Probatur hæc concluſio quoad vtramque ſui partem; tum ex text. *in l. & quia. ff. de iuriſd. omn. iud.* vbi generatim habetur, quòd, ſi is, qui mandauit iuriſdictionem, deceſſerit, antequam res ab 717.

ab eo, cui mandata eſt, geri cœperit, mandatum ſoluitur, ſicut in reliquis cautis. tum ex *cap. licèt vndique, de offic. deleg.* vbi decernitur, quòd, ſi delegatus iurisdictione a ſuo collega ſimul dato ſibi ſubdelegata eo viuente vti non cœperit, quia mandatum huiuſmodi re integra morte mandatoris expirauit, non habet ſolus officium iudicandi: ſi verò ante mortem illius iuriſdictione vt cœperit taliter demandata, vices ſuas, & illius poterit adimplere. tum ex *cap. ſi delegatus, eod. tit. in 6.* & aliis, quibus vtramque huius concluſ. partem quoad commutationem alicuius vltimæ voluntatis probauimus *d. quæſt. 2. concluſ. 5.* vnde etiam ſumere licet primùm quidem duas extenſiones eiuſdem vtriuſque partis, tum tres prioris extenſiones; ac denique vnam pariter vtriuſque partis declarationem; quæ eſt, vt ſubdelegatio facta ad beneplacitum ſuæ voluntatis expiret etiam re non integra exiſtente per mortem ſubdelegantis: ſi verò delegatus ſub nomine dignitatis tantùm ſubdeleget pariter ſub nomine dignitatis ſuæ, vel ad ſuæ beneplacitum dignitatis; tunc iuriſdictio ſubdelegati non expiret per mortem ſubdelegantis etiam re integra exiſtente quoad ipſum ſubdelegatum.

SEPTIMA CONCLVSIO. Per mortem ciuilem delegati ad fideicommiſſi derogationem
718. eam ſubdelegantis † regulariter non extinguitur, ſed ſolùm ſuſpenditur in ſubdelegato huiuſmodi ſubdelegatio, cùm ea mors interceſſit re integra exiſtente quoad ipſum ſubdelegatum: ſecus verò re non integra; tunc enim neque etiam ſuſpenditur. Poſterior pars concluſ. patet, quia, quando ſubdelegatus vti cœpit iuriſdictione ſibi demandata, in eum ita efficaciter transfunditur, vt non ampliùs pendeat à ſubdelegante, vt ſatis conſtat ex *cap. quamuis*, ibique not. *de offic. deleg. in 6.* cum aliis, quibus idipſum in delegato quoad primum delegantem de morte ciuili tradidimus ſuprà hac ipſa quæſt. *concluſ. 1. & concluſ.* hanc *præced.* de ſubdelegato reſpectu delegati quoad mortem naturalem: maximè iunctis iis, quæ de æquiparatione mortis ciuilis, & naturalis diximus *d. cap. 8. quæſt. 1. præmiſſ. 2.* ac delegati, & ſubdelegati *eod. cap. 8. quæſt. 2. concluſ. 4. circa initium.* Prior autem pars probatur diſcurrendo per ſingulas præcipuas ſpecies mortis ciuilis; prout quoad commutationem vltimæ voluntatis hac in re fecimus *d. quæſt. 2. concl. 6.* ita, vt ad eum locum remiſiſſe candidum lectorem ſufficiat.

OCTAVA CONCLVSIO. Derogatio fideicommiſſi
719. per reſcriptum iuſtitiæ impetrata † expirat per mortem naturalem impetrantis interuenientem re integra, hoc eſt, ante tranſmiſſam citationem: ſecus ſi ea mors contingat re non integra; tunc enim tranſit ad ſucceſſorem impetrantis. Probatur vtraque pars concluſionis ex iis, quibus vtrumque comprobauimus in commutatione vltimæ voluntatis *d. cap. 8. quæſt. 3. concl. 1.* priorem eius partem temperantes, vbi Prælatus nomine Eccleſiæ etiam proprio nomine expreſſo litteras impetraſſet. & vtramque declarantes, vt, ſi materia, ſuper qua impetratur reſcriptum iuſtitiæ, non eſt tranſmiſſilis ad ſucceſſores, qualis eſt vſusfructus, *l. ſi cui in annos, ff. quib. mod. vſusfr. amit.* tunc expiret reſcriptum per mortem illud impetrantis, nulla facta diſtinctione, an mors interuenerit re integra, nec ne.

NONA CONCLVSIO. Vbi derogatio fideicommiſſi concedatur per reſcriptum gratiæ, ſeu per
720. modum priuilegij: † tunc, ſi perſonalis ſit, cum perſona eam impetrantis extinguatur; ſin autem realis, ad poſteros tranſmittatur, ac rem ipſam ſequatur. Hæc concluſio quoad vtramque partem ex iis conſtat, quibus illam in commutatione vltimæ voluntatis confirmauimus *d. quæſt. 3. concluſ. 2.* potiſſimùm ex *l. maritum*, iuncta *l. qui tale, ff. ſolut. matr. l. forma, §. quamquam, ff. de cenſib. l. priuilegia, ff. de reg. iur. & cap priuilegium, eod. tit. in 6.* ex eadem verò *concluſ. 2.* iunctis præſertim aliis adductis *d. quæſt. 3. in 2. & 3. præmiſſ.* colligi poteſt, quando derogatio fideicommiſſi per modum gratiæ conceſſa perſonalis cenſeatur reſpectu eius, cui conceditur, vel potiùs realis; & an in dubio realis, aut perſonalis præſumenda ſit.

DECIMA CONCLVSIO. Per mortem ciuilem impetrantis derogationem fideicommiſſi conceſſam ſiue per reſcriptum gratiæ, ſiue per reſcriptum iuſtitiæ † aliquando ea ſuſpenditur, ali- 721.
quando redditur fruſtratoria; nonnunquam etiam in alios tranſmittitur. Probatur hæc concluſio ex iis, quæ de commutatione vltimæ voluntatis hac in re tradidimus *d. quæſt. 3. concluſ. 3. cum duab. ſeqq.* nam *in d. concluſ. 3.* docuimus per ſeruitutem impetrantis commutationem vltimæ voluntatis per reſcriptum gratiæ, vel iuſtitiæ, non expirare, ſed ſuſpendi eam commutationem, donec is bona recuperet: idémque dicendum de amiſsione bonorum ob delictum ſiue ipſo iure, ſiue per ſententiam condemnationis, ſiue per bannum; ita, vt, quando is ex Principis gratia recuperabit bona, & iura ſua, ſimul etiam iis vti poſsit, ac de iiſdem in iudicio experiri. Hæc autem omnia limitanda eſſe, niſi interim ij, ad quos bona peruenerunt, bona illa, & iura ſua in alium tranſtuliſſent, à quo Princeps ea nollet auocare; vel commiſsio commutationis alteri iudici, vel executori facta fuiſſet, coram quo iidem ſucceſſores agere cœpiſſent: quia tunc coram eo negotium proſequi talis reſtitutus deberet. *concluſ.* autem 4. oſtendimus, excommunicationem impetrantis commutationem vltimæ voluntatis per reſcriptum iuſtitiæ, ſeu commiſsionem, plerumque illius executionem ſuſpendere; eius verò, qui illam impetrauit per reſcriptum gratiæ, eamdem in multis fruſtratoriam reddere: id quod latiùs *ibidem* explicauimus, multíſque modis extendimus, reſtrinximus, ac declarauimus. Denique *concluſ. 5.* fuſiùs tradidimus, commutationem vltimæ voluntatis expirare quidem in impetrante per eius profeſsionem in Religione approbata; ſed ius vtendi commutatione illa tranſire in Religionem ipſam, ſi ſit bonorum capax; quòd ſi incapax ea ſit, tranſire ad illos, quibus impetrans bona ſua dederit; aliàs peruenire ad eiuſdem heredes ab inteſtato. cuius concluſionis partibus opportunas declarationes adhibuimus, quas ſimul cum duabus præcedentium concluſionum prædictæ 3. quæſtionis declarationibus, quoniam per ſe facilè quiſque videre poterit, & ad hanc noſtram 10. concluſionem accommodare, eas hoc loco recenſere prætermittentes, ad alias quæſt. præſentis concluſiones feſtinemus.

VNDECIMA CONCLVSIO. Per mortem naturalem eius, contra quem aliquis generaliter impetrauit fideicommiſſi derogationem per
reſcriptum iuſtitiæ, re integra ſuperuenientem, † ex- 722.
pirat huiuſmodi reſcriptum; ita, vt per illud conueniri non poſsit ſucceſſor eius, contra quem fuit impetratum. Hæc concluſio probatur ex text. *in c ſignificauit, de reſcript.* vbi, ſi conueniendus per clauſulam generalem, (& quidam alij,) cùm viueret tempore impetrationis reſcripti, non fuit ante mortem citatus, non poterit eius ſucceſſor per illud reſcriptū cōueniri. & generatim quòd vbi aduerſarius

non est expressus in litteris, earum vigore nequeat illius successor conueniri, præter glos. Innoc. Abb. & alios *d. cap. significauit*, plerique tenent, quos ad id quoad vltimæ voluntatis commutationem retulimus *d. cap. 8. quæst. 3. conclus. 6.* vnde etiam sumi possunt ampliationes, & limitationes præsen.concl. dum ad concilianda iura variásque hac in re, vbi etiam aduersarius in litteris, seu rescripto est expressus, Doctor. traditiones, latiùs in ea ipsa re distinximus.

DVODECIMA CONCLVSIO. Per mortem ciuilem aduersarij eius, qui derogationem fideicommissi impetrauit per rescriptum iustitiæ, † 723. numquam illud expirat, sed aliquando suspenditur, donec prædictus aduersarius in pristinum statum restituatur. Probatur tota hæc conclusio: quia seruus quidem per captiuitatem nec de iure nec de facto conueniri potest, cùm omnia iura saltem respectu administrationis amittat, quæ deinde reuersus iure postliminij recuperat, vt in toto penè tit. *ff. & C. de captiu. & postlim. reuers. l. 2. ff. de capit. diminut. & §. si ab hostibus, Instit. quib. mod. ius patr. potest. sol.* cum simil. quod idem de seruo pœnæ postmodum plenè restituto constat ex *l. 2. & 3. ff. de sent. pass. & restit.* cum aliis ad id allegat. *d. quæst. 3. concluſ. 7.* vbi tamen id ex plerisque iuribus temperauimus, vt, si interim, donec captiuus reuertatur, & seruus pœnæ restituatur contra illius, & huius successorem, vel futurum heredem, aut vtriusque bonorum & iurium deputatum administratorem vigore alterius rescripti, vel etiam eiusdem, vbi causa concerneret dignitatem, vel officium, impetrans rescriptum causam, & instantiam fuisset prosecutus, aut etiam nouum iudicium instituisset: quia tunc reuersus, ac restitutus stare teneretur siue iudicio cœpto, siue etiam sententiæ latæ, ac ceteris per eos legitimè gestis *concluſ.* autem 8. latè docuimus, excommunicato existente aduersario eius, qui impetrauit commutationem vltimæ voluntatis per rescriptum iustitiæ, regulariter non expirare, aut suspendi iudicis iurisdictionem, quin eam exercere possit: quod & *ibidem* multipliciter declarauimus; inde etiam nonnulla vtilia inferentes. quæ omnia facilè quisque per se videre potest, ac derogationi fideicommissi, de qua agimus, applicare. *concl.* denique 9. satis ostendimus, quòd, si aduersarius eius, qui per rescriptum iustitiæ impetrauit commutationem vltimæ voluntatis, ingrediatur Religionem; tunc ante professionem quidem huiusmodi rescriptum non suspenditur; post professionem verò transibit contra eius heredem, vel successorem vniuersalem, siue sit Religio, siue alius; & aliquando etiam in successorem singularem. quod idem quoad fideicommissi derogationem statuendum est tamquam speciem commutationis vltimæ voluntatis, iuxta regulam sæpe superiùs à nobis in hoc cap. traditam.

DECIMATERTIA CONCLVSIO. Derogatio fideicommissi concessa siue per commissionem, seu rescriptum iustitiæ, siue per modum priuilegij, † 724. extinguitur per lapsum temporis in ea præstituti. Prior pars conclusionis probatur ex text. *in cap. de causis, in princ. de offic. deleg. l. 2. §. si & index, ff. de iudic. & l. cùm non eo die, C. quand. prouoc. non est necess.* quæ iura ad id quoad vltimæ voluntatis commutationem ponderauimus sup. *cap. 8. quæst. 4. concluſ. 1. circa initium*; vbi etiam alia iura, & fundamenta ad huius simul, & posterioris partis confirmationem adduximus: ac deinde eandem priorem partem ampliauimus, vt procedat, licèt dolo partis causa non terminetur intra statutum tempus. postmodum verò eam multipliciter limitauimus. posteriorem verò partem huius conclusionis plerique etiam tenent, quos initio *d. concluſ. 1.* allegauimus, vbi in id quoque attulimus optimas rationes; ac præcipuè quòd priuilegium debet seruari iuxta id, quod in eo continetur, vt ait *glos. fin. in cap. vltim. de transl. prælat.* & tenor priuilegij in primis inspiciendus est, *cap. porro, & cap. recepimus, de priuileg.* cum simil.

Ampliatur autem hæc eadem posterior pars primò, vt † priuilegium derogationis fideicommissi sub conditione concessum, vti concessum sub incerto tempore, cesset detinente tali conditione, seu tempore, prout in quouis priuilegio post alios docuimus *d. quæst. 4. concluſ. 2.* vbi id etiam declarauimus, plures ea in re casus distinguentes, post Suarez *lib. 8. de leg. cap. 29. num. 5.* quos aliunde quoque confirmauimus. 725.

Secundò ampliatur, vt † priuilegium derogationis fideicommissi expiret, seu amittatur per mutationem status, aut alicuius vinculi, à quo tale priuilegium pendebat, tamquam à conditione necessaria virtuali, & generali. quæ ampliatio explicatur, ac simul comprobatur tum exemplis, & rationibus præced. ampliationis, vnde præsens ferè deducitur: tum etiam exemplis, quibus idipsum tradit, & confirmat generatim quoad priuilegia Suarez *d. cap. 29. num. 6.* per nos quoque relatis *d. quæst. 4. concl. 3.* quo loci hanc rem latiùs declarantes sumus prosequuti. 726.

Limitatur nunc primò eadem posterior pars conclusionis, vt † abrogato, vel quomodolibet amisso, aut destructo exemplari, ad cuius instar priuilegium derogationis fideicommissi concessum fuit, hoc priuilegium exemplatum non censeatur reuocatum, amissum, aut destructum; prout generaliter in priuilegiis ad instar, seu exemplaribus, & exemplatis respectiuè non paucis Doctoribus relatis ostendimus suprà *d. quæst. 4. concluſ. 4.* vbi eam multis modis ampliauimus, ac limitauimus. 727.

Secundò limitatur, vt † derogatio fideicommissi absoluta, & perfecta regulariter non extinguatur per primum eius actum, siue vsum. ita in commutatione vltimæ voluntatis, & quouis priuilegio latè docuimus *d. quæst. 4. concluſ. 5.* vbi hoc multipliciter declarauimus. 728.

Declaratur tandem vtraque propositæ concluſ. pars primò, quòd † vbi derogatio fideicommissi à superiore conceditur ad beneplacitum suæ voluntatis, regulariter expirat iurisdictio, & gratia, seu priuilegium morte concedentis etiam re non integra: secus verò, si cum beneplacito iungatur certum tempus. huius declarationis vtrumque membrum satis explicauimus, ac simul comprobauimus in quauis iurisdictionis aut gratiæ concessione *d. quæst. 4. concluſ. 6.* Declaratur secundò, quòd † vbi aliud tempus siue certum, siue incertum derogationi fideicommissi expressè, vel tacitè non præfigatur: tunc siquidem per rescriptum iustitiæ concessa fuit, re integra expirat morte concedentis; idémque si per rescriptum gratiæ faciendæ: si verò per rescriptum gratiæ factæ, ea regulariter perpetua est. Quæ declaratio quoad omnes sui partes satis constat ex earum confirmatione respectu commutationis vltimæ voluntatis adducta sup. *d. cap. 8. concluſ. 7. quæst. 4.* ex alibi etiam per nos traditis in variis eiusdem *cap. 8.* quæstionibus, nimirum *quæst. 1. concluſ. 1. 2. & 3.* necnon *quæst. 4. in præmiſſ. 2. & 3.* quorum etiam nos suis locis 729. 730.

meminimus

meminimus in pleriſque huius quæſtion. concluſionibus. Nunc verò ad reliquas huius quæſt. concluſiones ex quinta, & ſeqq. illius cap. 8. quæſtionibus deſumptas accedamus.

DECIMAQVARTA CONCLVSIO. Quando cauſa, quæ à principio fuit vera, erat ſolùm impulſiua, vel commiſſionis derogationis fi-
731. deicommiſſi, vel etiam ipſius derogationis, † licèt poſtea ceſſet, non corruet derogatio, eiúſve commiſſio. Probatur hæc concluſio; quoniam ita quoad priuilegium eſt de mente Suarez *lib. 8. de leg. cap. 30. numer. 1. & 6.* atque aliorum, quos *ibi* citat: quoad diſpenſationem verò expreſsè poſt alios tenet Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 30. numer. 7.* quos nos etiam ſecuti ſumus quoad commutationem vltimæ voluntatis ſuprà *cap. 8. quæſt. 5. concluſ. 1.* vbi id ex eo pariter comprobauimus, quòd taciturnitas, vel falſa expreſſio contingens etiam à principio in cauſa impulſiua non vitiat gratiam, vel commiſſionem; ſed ſolùm vbi contingat in cauſa finali, vt latiùs oſtendimus ſuprà *cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 3. & 4.* quo etiam loco ſtatuimus, an in dubio præſumenda ſit cauſa finalis, vel impulſiua.

732. Ampliatur autem hæc concluſio primò, vt, † ſi cauſa finalis derogationis fideicommiſſi non omnino ceſſet, verum adhuc aliquæ reliquiæ illius cauſæ remanent, non extinguatur ipſa derogatio. Hæc ampliatio probatur, quoniam illam in priuilegio tenet *glo. 1. in cap. decet, ad fin.* & *ibi* Dyn. *numer. 3. & 4. de reg. iur. in 6.* ac plerique relati à Tiraq. *in tract. cauſ. ceſſant. ceſſ. effect. limit. 16. num. 1. vſque ad 8.* atque in diſpenſationibus multi laudati à Sanchez *d. diſput. 30. numer. 8.* vbi eius rei nonnullas confirmationes & extenſiones affert, quas vtraſque nos retulimus *d. quæſt. 5. concluſ. 2.*
733. Secundò ampliatur noſtra concluſio, quòd † derogatio fideicommiſſi, quæ non aduerſatur iuri communi, aut alterius iuri non præiudicat, ſed eſt mera gratia, & beneficium concedentis; (vtputa, ſi fideicommittens poſt conſtitutum fideicommiſſum addat hæc, vel ſimilia verba; *niſi aliud ſuperiori viſum fuerit*:) proculdubio non ceſſabit, licèt quandocumque ceſſet cauſa huiuſmodi derogationis. Conſtat id ex iis, quibus hoc ipſum generatim in tali priuilegio probat Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 30. numer. 2.* maximè ex *d. cap. decet, de reg. iur. in 6.* & de quauis gratia colligitur ex *cap. ſi cui nulla, de præben. in 6.* quæ etiam cum aliis nos ad commutationem vltimæ voluntatis traduximus *d. quæſt. 5. concluſ. 3.*

DECIMAQVINTA CONCLVSIO. Quando derogatio fideicommiſſi deducta fuit ad conſummatum effectum, ſeu actum vltimatum, qui in vnica actione ſiue concedentis, ſiue impe-
734. trantis conſiſtit: tunc † ceſſante cauſa derogationis non ceſſat ipſa derogatio. ita expreſsè in quolibet huiuſmodi priuilegio docet, atque à contrariis tuetur Suarez *d. cap. 30. numer. 3. & 4.* ob id inter cetera, quia conſummato effectu iam priuilegium non eſt, ſed tranſiit: vnde non eſt, quod poſſit detinere ceſſante cauſa. ex quo, & aliis idem nos quoque in commutatione vltimæ voluntatis docuimus *d. quæſt. 5. concluſ. 4.* vbi hoc ipſum extendimus, vt locum habeat etiam in effectu inchoato, qui pro perfecto habetur: item in effectu non conſummato, ſed qui habet conſequentiam à perfecto, & con-
735. ſummato: ac denique † vbi ille effectus vltimatus commodè diuidi non poteſt, vt is non reuocetur etiam quoad actus futuros, licèt omnino ceſſet cauſa finalis illius conceſſionis. Reſtrinximus autem primò, † niſi commutatio ipſa, vel eius effectus haberet expreſſam, vel tacitam conditionem 736.
illam ſubſiſtente, ſeu durante tali cauſa, vt tunc ille effectus ceſſet etiam quoad actum præteritum. Secundò in cauſa eſſendi, ſeu formali, vel materiali: hac enim ceſſante ceſſat effectus reuocabilis etiam præteritus, & conſummatus. Tertiò in cauſa efficiente, quæ non ſolùm producit, ſed & conſeruat. Ac denique in cauſa infirmante, ſeu retrò contraria.

Præter tres verò principales limitationes huius noſtræ concluſ. quæ ex prædicta triplici reſtrictione ſumi poſſunt;

Limitatur eadem concluſio, quòd, † licèt, 737.
vbi mandatum, ſeu facultas derogandi fideicommiſſis conceſſa fuerit ex legitima cauſa tunc ſubſiſtente, ſi cauſa ceſſauit ante conceſſam à ſuperiore, vel executam à commiſſario derogationem, ceſſet etiam vſus talis facultatis; nec poſſit ex illius vi derogatio actualis validè, ac iuſtè fieri; ſi tamen eadem cauſa rediret, etiam derogatio poteſt concedi: ita quoad vtrumque membrum ſatis oſtendimus *d. quæſt. 5. concluſ. 5.*

Declaratur autem præſens noſtra principalis concluſio, † quòd, licèt probabile ſit, ceſſante 738.
cauſa derogationis fideicommiſſi, poſtquam commiſſarius aut ſuperior derogauit, antequam ea fortiatur effectum vltimatum; vel, ſi hunc fortita fuit, is commodè diuiſibilis eſt, non ceſſare ipſam derogationem in futurum: probabilius tamen eſt, eam in vtroque caſu ceſſare. ita in vltimarum voluntatum commutatione ex ſufficientibus fundamentis oſtendimus *d. quæſt. 5. concluſ. 6.* quæ omnia materiæ derogationis fideicommiſſi, de qua nunc agimus, optimè conueniunt: licèt etiam *ibidem* vtramque opinionem conciliari conati ſimus; quod, ni fallor, non incongruè præſtitimus: nonnulla *ibidem* notabilia ſubnectentes, quæ ad huius declarationis maiorem explicationem maximè conducunt, poteritque benignus lector pro ſe, ſi lubet, videre. nos autem reliquas præſentis quæſt. concluſiones proſequamur.

DECIMASEXTA CONCLVSIO. Quamuis inferior ſupremo Principe † non poſſit dero- 739.
gationem fideicommiſſi ad vltimum effectum ex parte concedentis adductam, & ab eo, cui conceſſa fuit, acceptatam regulariter etiam ex cauſa reuocare: id tamen ex cauſa poteſt ipſe ſupremus Princeps. Prior pars concluſionis probatur ex iis, quibus illud ipſum de commutatione vltimæ voluntatis oſtendimus ſuprà *cap. 8. quæſt. 6. concluſ. 1.* quam quidem declarauimus primò, vt non procedat vbi inferior ſpecialem facultatem accepiſſet à Principe præiudicandi ex cauſa iuri ſubditi. Secundò, vt poſſit inferior etiam propria auctoritate ex cauſa publica id facere ad tempus.

Poſterior autem pars concluſionis ex iis probatur, quibus eam quoad vltimæ voluntatis commutationem ſatis confirmauimus, eamdem extendentes, ac limitantes *d. quæſt. 6. concl. 2.*

Vtraque verò pars concluſionis declaratur, vt derogatio fideicommiſſi perfecta quoad vltimum effectum ex parte concedentis, & per impetrantem acceptata, à quocumque conceſſa fuerit, in dubio non cenſeatur reuocata. Ita de commutatione vltimæ voluntatis in hac ſpecie ſatis docuimus *d. quæſt. 6. concluſ. 3.* quod etiam multis modis ampliauimus, & limitauimus, qui æquè derogationi fideicommiſſorum, de qua nunc agimus, applicari poſſunt, & debent.

DECIMASEPTIMA CONCLVSIO. Per

posteriorem fideicommissi derogationẽ eadem de re concessam alteri, quàm ei, qui priorem impe-
740. trauit, † ipsa prior non censetur reuocata, cuius mentio facta non sit; prout plerique in priuilegiis generatim hac in specie tenent, quos retulimus, ac sequuti sumus *d. quæst. 6. conclus. 4.* vbi etiam id quoad vltimæ voluntatis commutationem extendimus primò, vt procedat, licèt in posteriori rescripto adsit clausula, *ex certa scientia*, vel, *non obstante*. Secundò, vt neque per sententiam præcedens priuilegium possit reuocari, sed solùm aliquando reprobari. Tertiò extendimus, vt procedat, licèt primum priuilegium sit generale, secundum speciale, vel contrà. Quartò, licèt per prius priuilegium solùm sit acquisitum ius ad rem, vel spes de futuro. Denique vt in posteriori priuilegio facienda sit mentio vnius, vel plurium clausularum derogatoriarum, quæ priori erant adiectæ. Restrinximus autem primò, vt non habeat locum, vbi prius priuilegium sit conforme iuri communi, quia nimirum commutatio vltimæ voluntatis, & in nostra specie derogatio fideicommissi à iure præcipiatur. Secundò, vbi prius priuilegium esset insertum in corpore iuris: cuius contrarium tenent nonnulli per nos *ibidem* relati, vbi id declarauimus. Restringitur autem tertiò ex eo, quod tradidimus *d. quæst. 6. conclus. 5.* ad reuocationem prioris commutationis vltimæ voluntatis regulariter sufficere, vt in posteriori dispositione ad fauorem alterius facta apponatur clausula illa generalis, *non obstantibus quibuscumque commutationibus vltimarum voluntatum alteri hac in re concessis*: quod tamen *ibidem* temperauimus, vt non procedat, vbi prius priuilegium esset concessum piæ causæ; vel insertum in corpore iuris; vel haberet clausulam derogatoriam ad futuras similes concessiones; vel denique concessum fuisset titulo oneroso.

Declaratur nunc hæc eadem principalis nostra
741. conclusio, quòd † reuocatio derogationis fideicommissi, vbi fiat per viam legis, sortitur effectum suum eo tempore, quo solet lex obligare: si autem fiat ab homine per rescriptum, aut aliam priuatam dispositionem, non habet effectum, antequam perueniat ad notitiam illius, cui concessa fuerat derogatio. Hæc declaratio quoad vtramque sui partem satis confirmatur ex iis, quibus vtramque latiùs confirmauimus in commutatione vltimæ voluntatis *d. quæst. 6. conclus. 6.* vbi etiam quoad priorem partem fusiùs tradidimus, quando incipiat lex obligare: quoad posteriorem verò, quomodo fieri debeat huiusmodi reuocationis intimatio, quæve eiusdem reuocationis notitia requiratur.

DECIMAOCTAVA CONCLVSIO. Is, cui commissa est derogatio alicuius fideicommissi
742. per delegationem, vel subdelegationem, † non potest sine iusta causa commissionem non suscipere, aut susceptam dimittere. Quoad delegatum probatur hæc conclusio ex iis, quibus id latiùs probauimus in commissione commutationis vltimæ voluntatis, & quauis alia delegatione suprà *cap. 8. quæst. 7. conclus. 1.* respectu quidem susceptionis delegationis potissimùm ex text. *in l. Prætor, §. qui autem, ff. de vacat. & excus. mun. l. sancimus, la 1. C. de aduoc. diuers. iudic. l. fin. §. iudicandi quoque necessitas, ff. de muner. & honor. ac l. vnic. C. qui pro sua iurisd.* ita tamen, vt non subditus ad id nequeat compelli, per text. *in cap. 1. §. 1. de for. compet. in 6.* respectu verò dimissionis iam susceptæ delegationis, præcipuè ex *cap. prudentiam, §. adiicimus*, ibique glos. recepta *verbo, arguendum, de offic. deleg.* quod & *ib.* multipliciter declarauimus: illud etiam inter cetera explicantes, an delegatus renuntians delegationi siue subdelegando, siue simpliciter, iterum possit iurisdictionem suam reassumere, de quo etiam aliquid diximus *d. quæst. 7. conclus. 2. ad fin.* Quoad subdelegatum verò, quòd sine iusta causa nec subdelegationem detrectare possit, nec susceptam dimittere, satis constat ex latiùs adductis *d. quæst. 7. conclus. 2.* primum quidem potissimum ex *cap. pastoralis, in princ. & §. quia verò, cap. in litteris, cap. sanè, il 2. de offic. deleg. & cap. 2. eod. tit. in 6.* hoc autem duobus modis extendimus, ac totidem restrinximus *d. cap. 4. quæst. 7. conclus. 2.* Secundum verò *eadem conclus. 2. post medium*, probauimus tum ex eo, quod paulò antè in delegato hac in re diximus, iuncto eo, quòd in vtroque regulariter idem statuendum est, vt *ibidem* ostendimus, *& eod. cap. 8. quæst. 2. conclus. 4. circa initium*: tum ex fundamentis, quibus primum conuincitur; maximè quia, si non teneretur subdelegatus secluſa iusta causa retinere, & exequi susceptam subdelegationem, leges essent ludibrio. Ex iusta verò causa tam delegatus, quàm subdelegatus & commissionem non suscipere, & susceptam dimittere potest; vt *d. conclus. 2. post medium*, satis ostendimus; maximè ex *cap. fciscitatus, de rescript. cap. si pro debilitate, cap. pastoralis, in princ. d. cap. prudentiam, in princ. & §. adiicimus, de offic. deleg. ac l. pen. ff. de vacat. & excusat. muner.*

DECIMANONA CONCLVSIO. Is, cui commissa fuit derogatio fideicommissi, † refe-
743. rendo negotium ad committentem, seu superiorem suum, amittit iurisdictionem circa illud. probatur hæc conclusio ex *cap. licèt, de offic. legat.* vbi habetur, quòd ex quo Legatus sedis Apostolicæ retulit causam Papæ, in ea desinit esse iudex; &, si quid postea fecerit, nihil valet. ex quo text. necnon *cap. nomen presbyteri, 2. quæst. 1. & cap. multum stupeo, 3. quæst. 6. glos. d. cap. licèt, verbo, transtulerat*, atque item *cap. in litteris, verbo, officio suo functus, & cap. significantibus, verbo, procedere non debere, de offic. delegat.* id tradidit in quouis iudice: quod etiam constat ex iuribus ciuilibus per nos allegatis *d. quæst. 3. conclus. 3.* in eius extens. glos. verò *in d. cap. nomen presbyteri, verbo, relatione*, ab aliis approbata, *& d. cap. licèt, verbo, transtulerat*, hanc regulam ita extendit, vt statim, ac iudex dixit, se velle negotium referre, non possit de eo ampliùs cognoscere. & ex nonnullis iuribus, quæ nos *d. conclus. 3.* attulimus, *ibidem* eandem regulam extendimus secundò, vt, quoties relaturum se iudex quilibet pollicetur, illico litigantibus apud acta consultationis exemplum edere teneatur: subiicientes varias relationis species, per quas iudicis iurisdictio suspenditur. statim autem limitationis nomine quinque eiusdem regulæ restrictiones adiecimus, quæ & illi, & huic nostræ conclus. optimè deseruiunt: eas verò cùm quisque per se videre possit, consultò prætermittimus, vt ad principales quasdam propositæ conclus. ampliationes transeamus, vnde etiam singulæ formari possent conclusiones.

Ampliatur ergo primò proposita conclusio, vt, †
744. si commissarius derogationis fideicommissi associat sibi in causæ cognitione tamquam collegam eum, qui tunc secum iurisdictionem non habet, expiret, seu extinguatur ipsius commissarij iurisdictio. ita generatim in delegato tradit glos. ab aliis approbata *d. cap. significantibus, verbo, procedere non debere, de offic. deleg.* per text. *in cap. cùm super, eod. tit.* vbi iuxta communem intellectum glos. & aliorum sumptũ

ex

ex integra Decretali deciditur, quòd, ſi duo delegati ſint cum clauſula, *quòd ſi ambo non poteſtis*, vno ex cauſa legitima recuſato, & propter non admiſſam recuſationem interpoſita appellatione, alter ſolus procedere poteſt, & debet, nec tenet proceſſus, ſi cum recuſato procedat. immo etiam ſeclusa recuſatione ob ſolam appellationem legitimam interpoſitam ab vno ex delegatis cum prædicta clauſula, ſi alter poſtea ceſſante impedimento procedere volens admitteret collegam, à quo fuerat appellatum, nulliter procederet, per text. *in d. cap. cùm ſuper*, prout eſt in decretalium compilatione, cùm nullam recuſationis, ſed ſolius appellationis mentionem faciat, & alia, quæ ad id allegauimus *d. quæſt. 7. concluſ. 4.* ex quibus ſumi poteſt ſingularis extenſio huius 1. ampliationis: quæ quatuor modis reſtringitur latiùs explicatis eadem concl. 4.

Ampliatur ſecundò hæc eadem principalis concluſio, vt, † ſi commiſſarius derogationis fideicommiſſi deferat appellationi à ſe interpoſitæ, ita renuntiat ſuæ iuriſdictioni in eo negotio, vt illam amittat. 745. Quæ regula generatim quoad delegatum traditur à gloſ. recepta *d. cap. in litteris, verbo, officio ſuo functus, de offic. deleg.* arg. text. *in cap. ſæpe, & cap. interpoſita, §. eidem, de appellat.* ſed melior text. *in cap. dilectis filiis, §. præterea, eod. tit.* optimus verò *in cap. cum appellationibus, §. ſi verò, eod. tit. in 6.* vnde etiam habetur huius regulæ, & ampliationis extenſio; vt nimirum deferens appellationi, licèt friuolæ, abdicet à ſe iuriſdictionem: quam extenſionem tribus modis temperauimus *d. quæſt. 7. concluſ. 5.*

746. Ampliatur denique propoſita concluſio, vt † iuriſdictio commiſſarij, ſeu delegati ad derogandum alicui fideicommiſſo expiret, ſi is pronuntiet nullam ſibi ea in re competere iuriſdictionem: quoniam ita generatim in delegato decernitur *in d. cap. ſignificantibus, de offic. deleg.* cum aliis ad hoc adductis *d. quæſt. 7. concluſ. 6.* ex quibus etiam hanc regulam *ibidem* extendimus primò, vt iudex pronuntians, ſe iuriſdictionem non habere, eam poſtea reaſſumere nequeat etiam de conſenſu partium. Secundò, vt locum habeat ſiue iudex bene pronunciauit, ſiue malè. reſtrinximus autem potiſſimùm, vt non procedat in executore, qui pronuntians, ſe non eſſe executorem, non abdicat à ſe iuriſdictionem, per text. *in cap. dilectus, il 3. de præben.* vbi Romanus Pontifex friuolam vocat occaſionem, qua executor gratiæ Apoſtolicæ ab executione deſtitit, quia pronuntiauerat, ſe non eſſe executorem.

VIGESIMA CONCLVSIO. Propoſita legitima cauſa recuſationis, ſed non probata, † in-
747. ferior, qui derogare fideicommiſſis poterat iure ſuo ordinario, ſiue delegato, extunc iuriſdictione ſua vti poteſt: & ipſa legitimè probata, recuſatus de recuſatoris aſſenſu perſonæ idoneæ negotium committere debet, vel ad ſuperiorem tranſmittere, vt in eo ipſe procedat ſecundùm quod fuerit procedendum. Prior pars concluſionis ſatis patet ex text. *in cap. ſecundo requiris, §. 1. & cap. cum ſpeciali, in princ. de appellat.* necnon *in cap. legitima, eod. tit. in 6.* quæ iura cùm hac in re generatim loquantur, de iudice tam ordinario, quàm delegato intelligi debent. Poſterior pars eiuſdem concluſionis probatur quoad ordinarium quidem ex *cap. licèt ex ſuſcepto, de for. compet.* vbi agitur de remiſſione ad ſuperiorem, iuncto *cap. ſi quis contra, eod. tit. & cap. ad hæc, il 3. de appellat.* vbi de commiſſione cauſæ de partium conſenſu; cum aliis, quibus hoc vtrumque in commutatione vltimæ voluntatis declarantes comprobauimus *d. cap. 8. quæſt. 8. concluſ. 1.* quoad delegatum verò probatur ex *d. cap. cum ſpeciali, in princ. & cap. index, de offic. deleg. in 6.* vnde etiam hæc ipſa poſterior pars declaratur, vt latiùs *d. concluſ. 1.* deduximus: vbi præterea docuimus, ſubdelegatum, ſi non ſit datus vel receptus de conſenſu partium, poſſe ab altera earum recuſari, ſiue in totum is datus fuerit, ſiue non in totum; & ſubdelegantem non in totum poſſe, non obſtante etiam recuſatoris appellatione, de principali cauſa cognoſcere poſt recuſationem taliter à ſe ſubdelegati.

Ampliatur autem hæc poſterior concluſionis pars, ſeu tota ipſa concluſio declaratur, vt † 748.
proceſſus, ſententia, & alia geſta per ordinarium, vel delegatum derogantem alicui fideicommiſſo poſt legitimam recuſationem, ſi per recuſatorem ab eius reiectione appellatum fuerit; vel ſi negotium per ſuperiorem fuerit legitimè auocatum; & quoad delegatum, etiam vbi per cognoſcentem de cauſa ſuſpicionis pronuntiatum fuerit, eam eſſe legitimam, nullius ſunt roboris, vel momenti: aliàs ipſo iure valent. Hæc ampliatio quoad omnes ſui partes comprobata, & declarata fuit *d. quæſt. 6. concluſ. 2.* ita, vt ad eum locum remiſiſſe lectorem ſufficiat; cùm id, quod *ibi* hac in re dictum fuit de commutatione vltimæ voluntatis, æquè militet in derogatione fideicommiſſorum.

VIGESIMAPRIMA CONCLVSIO. Pendente compromiſſo ſuper fideicommiſſo, aut re fideicommiſſaria, eáve, in quam facienda ſit commutatio in derogatione fideicommiſſi, vel etiam ſuper ipſa fideicommiſſi derogatione, † licebit alteri partium ſoluta pœna in compromiſſo appoſita adire ordinarium, vel delegatum habentem facultatem ad derogandum, & aduerſarium ſuum ſuper re compromiſſa conuenire. 749. Probatur hæc concluſio ex *l. ſi quis rem, l. non diſtinguemus, §. compromiſſo, l. litigatores, & l. item ſi vnus, §. 1. ff. de recept. arbitr.* cum aliis iuribus, & Doctorib. ex quibus id de commutatione vltimæ voluntatis tradidimus *d. quæſt. 8. concluſ. 3.* vbi hoc ipſum ampliauimus, ac nonnullis modis limitauimus, ſeu declarauimus.

Verùm præterea principaliter hæc eadem noſtra concluſio declaratur, vt pendente reductione laudi ſuper re fideicommiſſaria, vel ipſa derogatione fideicommiſſi ad arbitrium boni viri, vel pendente reductionis huiuſmodi petitione, regulariter ſuſpendatur non modò executio laudi, verùm etiam poteſtas ordinarij, vel delegati circa eam derogationem. Vtraque pars huius declarationis probatur ex iis, quibus vtramque confirmauimus quoad vltimæ voluntatis commutationem *d. quæſt. 8. concl. 4.* vbi etiam priorem partem extendimus, vt pendente quoque tempore ad petendam reductionem laudi, eius executio fieri nequaquam poſsit: reſtrinximus verò, ſtante obligatione Camerali; quo caſu non ſuſpenditur laudi executio per eius reductionem, aut reductionis petitionem. Vtramque autem partem poſtmodum *d. concluſ. 4.* multis modis limitauimus, quos retulimus *in tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap. 9. quæſt. 4. concluſ. 2.* ac præcipuè quòd reductio ad arbitrium boni viri locum habeat regulariter ſolùm in laudo arbitratoris, ſeu arbitramento, non autem in laudo arbitri, ſeu arbitrio: quod tamen etiam aliquibus in caſibus fallit vtrobique relatis: immo etiam in ipſa principali limitatione omnino contrarium attentari poſſe videtur, vt nimirum reductio ad boni viri arbitrium locum habeat in laudo arbitri, cùm arbitria ad inſtar iudiciorum redacta ſint, *l. rem non nouam, §. 1. C. de iudic. l. 1. ff. de recept. arbitr. & l. penult. C. eod. tit.*

vnde

vnde, ſicut in ſententiis iudicum datur appellatio, ſic in arbitriis debet dari reductio ad arbitrium boni viri: ſecus autem in arbitramento, quod magis aſſimilatur contractui, & in quo compromittentes maiorem facultatem ac libertatem tribuunt compromiſſario auferendi ab vno, & dandi alteri, renunciando omni auxilio & contrauentioni. Ad text. autem *in l. ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſoc.* reſponderi poſſet, arbitrium *ibi* ſumi pro libera facultate compromiſſaria data, arbitratum verò boni viri pro eo arbitrio, ad quod petitur reductio; & ſic text. ille potiùs fauet huic poſteriori opinioni.

VIGESIMASECVNDA CONCLVSIO. Appellatio interpoſita ab inferiore derogante fideicommiſſo, aut, cùm non debet, derogare volente, † ipſius iuriſdictionem, & facultatem illi fideicommiſſo derogandi ſuſpendet, ac ſecutæ derogationis executionem impediet. 750. Probatur, quoniã hæc eſt vis appellationis, vt ſuſpendat iuriſdictionem illius, à quo interponitur, ne vlteriùs procedat ea in re; aut, ſi iam iudicatum eſt, impediat eius executionem. Primum, ſimúlque prior pars propoſitæ concluſ. ſatis conſtat ex *rubr. l. 1. ac tot. tit. ff. nil nouar. appell. interpoſ. l. appellatione interpoſita, C. de appellat. cap. cum ſuper, cap. ſuper quæſtionum, §. vlt. de offic. deleg.* cum ſimil. quibus idipſum de commutante vltimam voluntatem; & hoc ſiue delatum fuerit appellationi, ſiue non, oſtendimus ſuprà *d. cap. 8. quæſt. 8. concluſ. 5.* Secundum, & ſic poſterior pars huius noſtræ concluſ. probatur potiſſimùm ex *l. 1. in fin. ff. ad Turpill. cap. venientes, in princ. & §. vltim. de iureiur. cap. 1. cap. cùm inter vos, in princ. & cap. cùm ſuper controuerſia, §. vlt. de ſent. & re iudic.* vbi eſt caſus de tertio comparente ratione ſui intereſſe; cum aliis, quibus hoc ipſum probauimus quoad cõmutationẽ vltimæ voluntatis *d. concluſ. 5.* vbi etiam tradidimus, quandónam appellatio tollat præſumptionem, quam pro ſe habet ſententia; & remiſſiuè quando operetur reuocationem ante omnia eorum, quæ illa pendente ſunt attentata: ac poſtmodum ſubiecimus caſus, in quibus appellari licet ab inferiore commutante vltimam voluntatem; vnde etiam totidem caſus ſumendi ſunt, in quibus poteſt quis ab inferiore derogante fideicommiſſis, per regulãm ſæpe ſuperiùs traditam, ac præcipuè hoc ipſo *cap. 9. quæſt. 4. concl. 1. ad fin.*

VIGESIMATERTIA CONCLVSIO. Iuriſdictio derogantis alicui fideicommiſſo, & executio ſententiæ ſuper ea derogatione latæ † ſuſpenditur dum huiuſmodi derogationis, ac ſententiæ nullitas incidenter cognoſcitur: ſecus verò, vbi nullitas ipſa cognoſcitur principaliter. 751. Hæc concluſio quoad vtramque partem probatur iis fundamẽtis, ac declaratur eiſdem modis, quibus vtramque probauimus, ac declarauimus quoad commutationẽ vltimæ voluntatis ſup. *d. c. 8. quæſt. 8. concl. 6.* per regulam mox tactam, & adductam, præcipuè ſup. hoc cap. *quæſt. 4. concl. 1.* quæ eſt, vt argui poſſit à commutatione vltimæ voluntatis ad derogationem fideicommiſſi tamquam à genere ad ſpeciem.

VIGESIMAQVARTA CONCLVSIO. Renuntiatio expreſſa derogationis fideicommiſſi ab impetrante facta † extinguit regulariter ipſam derogationem; ita, vt impetrans illa ampliùs vti non poſſit. 752. Et quidem quòd regulariter poſſit impetrans talem derogationem ei expreſsè renuntiare, ſatis conſtat ex *l. inuito, ff. de reg. iur. cap. cum nobis, de elect. l. ſi index circumuento, & l. ſi filius, ff. de minor.* cum aliis quoad commutationem vltimæ voluntatis per nos adductis ſuprà *d. cap. 8. quæſt. 9. concluſ. 1.* Quòd autem hæc renuntiatio extinguat ipſam derogationem, conſtat ex iis, quæ nos latiùs quoad priuilegij renuntiationem tradidimus *eadem quæſt. 9. in 1. & 2. præmiſſ.* vbi eam expreſſæ potiſſimum renuntiationis priuilegij definitionem ex Suarez *lib. 4. de legib. cap. 33. numer. 3.* attulimus, vt ſit voluntaria abdicatio, & refutatio illius iuris, & poteſtatis, quam priuilegium concedebat, & generatim definitionem propriæ renuntiationis, ex D. Paulo Galleratt. *in ſuo tract. de remunt. tom. 1. lib. 1. cap. 8. numer. 6.* quòd ſit actus conſtans nuda vnius voluntate, quo quis agit, vt ius in re, vel ſpe ſibi competens à ſe abdicet. vnde intulimus cum Suarez *d. num. 3.* renuntiantem ampliùs non poſſe vti tali priuilegio.

Limitatur autem præſens concluſio multis modis, quos latiùs quoad commutationem vltimæ voluntatis proſecuti ſumus, eos etiam declarantes *d. quæſt. 9. concluſ. 1.* vt nimirum habeat locum, dummodo id, quod renunciatur, inductum ſit in eius ſolius fauorem, qui renuntiat; aliàs ſecus. vnde intulimus ad Prælatos, tutores, curatores, adminiſtratores locorum piorum & ſimiles; necnon ad inducta in fauorem publicum: atque item dummodo is, qui renuntiat proprio iuri, ſit habilis ad renunciandum: ex quo intulimus, quid dicendum de marito reſpectu fundi dotalis, de muliere, pupillo, & minore quoad auxilia in earum perſonarum fauorem ratione fragilitatis à iure inducta. Præterea declaratur hæc concluſio duobus modis, quibus & ſequens declarabitur.

VIGESIMAQVINTA CONCLVSIO. Per renuntiationem quoque tacitam impetrantis, quæ ex verbis colligitur, † expirat, ſeu extinguitur derogatio fideicommiſſi ab eodem impetrante obtenta. 753. Probatur hæc concluſio iiſdem fundamentis, quibus eandem quoad commutationem vltimæ voluntatis confirmauimus *d. quæſt. 9. concl. 2.* & præcipuè, quia quoad eſſentiam conſenſus, & iuris ſui abdicationem nihil differunt tacita renuntiatio, quæ ex verbis colligitur, & expreſſa; vt ſatis probat D. Galleratus *d. tom. 1., tract. de renuntiat. lib. 5. cap. 1. num. 43.* vnde etiam tacita renuntiatio beneficij ita eius priuationem, & abdicationem inducit, ſicut expreſſa illius renuntiatio: prout pluribus relatis docet Flamin. Pariſ. *tract. de reſignat. benefic. lib. 1. quæſt. 1. num. 7. vſque ad 20. & num. 23.* necnon *quæſt. 13. à num. 10. ad 15.*

Ampliatur autem hæc concluſio primò, vt † per eam quoque tacitam renuntiationem, quæ inducitur ex actu noſtro, extinguatur derogatio fideicommiſſi à nobis impetrata: tum quòd regulariter taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, *l. cùm quid, ff. ſi cert. pet.* cum ſimil. tum quòd, vbi diſpoſitio non requirit conſenſum aut expreſſum, aut pro forma, ſufficit tacitus, idémque operatur, ac expreſſus; vt per text. *in l. 2. §. voluntatem, ff. ſoluto matrim.* tradit *ibidem* Bart. *num. 1. & 2.* & Ial. *num. 5. cum ſeq.* atque ex pluribus Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glo. 47. num. 22.* iunctis duob. ſtatim præcedentibus, tum ex fundamentis principalis concluſ. mox propoſitæ, & aliis, quibus id quoad commutationem vltimæ voluntatis comprobauimus *d. quæſt. 9. concluſ. 3.* multis modis declarantes. 754.

Ampliatur ſecundò, vt derogatio fideicommiſſi † plerumque extinguatur etiam per eam tacitam renuntiationem, quæ inducitur ex actu alterius, cui nos conſentimus. 755. Quæ ampliatio comprobatur, ac ſimul declaratur ex iis, quibus hoc ipſum quoad commutationem vltimæ voluntatis confirmauimus, ac declarauimus *d. quæſt. 9. concluſ. 4.* diſcurrentes

rentes per ſingulas ſpecies conſenſus permiſſiui, de quo nunc agimus; nimirum vel eius, qui præſtatur à domino quidem, ſed media alterius perſona conſentiente eius nomine, puta tutoris, curatoris, procuratoris, adminiſtratoris ac ſimilium, ſinguliſque declarationibus opportunas fallentias applicantes.

Ampliatur tertiò, vt renuntiatio derogationis fi-
756. deicommiſſi † induci quoque tacitè poſſit ex omiſſionibus; atque adeò per eas extingui ipſa derogatio: potiſſimùm verò per omiſſionem implementi ex parte ſua. Hæc ampliatio quoad vtrumque membrum probatur ex iis, quibus in renunciatione commutationis vltimæ voluntatis vtrumque paritet probauimus *d. quæſt. 9. concl. 5.* primum quidem ex eo præcipuè, quia is, qui omittit, dicitur remittere, & ipſum omittere eſt repudiare; quod ita *ibid.* extendimus, vt omittendo quis poſſit etiam aliis præiudicare. ſecundum autem ex eo, quod ex omiſsione implementi ex parte ſua colligitur renuntiatio; vt latè docet D. Galleratus *d. tract. lib. 5. cap. 13. in fin. & cap. 15. num. 1.*

Declaratur nunc tam hæc, quàm præcedens
757. concluſio primò, vt † is, qui expreſsè, vel tacitè renuntiat derogationi fideicommiſsi, poſsit, ac debeat redire ad priorem materiam, ſeu implere ipſum fideicommiſſum; nec poſtmodum valeat iterum vti derogatione obtenta. Quæ declaratio ſatis conſtat ex traditis quoad voti commutationem à Suarez *tom. 2. de relig. tract. 6.* qui eſt *de voto, lib. 6. cap. 20. à numer. 1. vſque ad 13.* & Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 9. numer. 2. diſput. 14. numer. 4. ac diſput. 32. numer. 3.* & latiùs *lib. 4. ſumm. cap. 55. numer. 2. & 24. vſque ad fin.* & quoad commutationem vltimæ voluntatis per nos *d. quæſt. 9. concluſ. 6.*

758. Declaratur ſecundò, quòd † ad hoc, vt renuntiantem derogationi fideicommiſsi poſsit pœnitere; atque adeò is teneatur implere priorem obligationem, requiritur, vt renuntiatio ſit acceptata à tertio, cuius ea interſit; vel, vbi alterum non reſpiciat, ſaltem à ſuperiore. ita quoad vtramque huius declarationis partem in renuntiante commutationi vltimæ voluntatis ſatis probauimus *d. quæſt. 9. concluſ. 7.* vbi etiam idipſum latiùs explicantes nonnullis modis reſtrinximus: quæ probationes, explicationes, & reſtrictiones omnino etiam materiæ derogationis fideicommiſsi, de qua agimus, poſſunt accommodari.

VIGESIMA SEXTA CONCLVSIO.

Derogatio fideicommiſsi conceſſa per modum pri-
759. uilegij, ſeu per reſcriptum gratiæ, † ſaltem aliquando per non vſum amittitur, ſeu extinguitur. Hæc concluſio ſatis ex eo probatur, quoniam generatim de priuilegio id conſtat ex *l. 1. ff. de nundin. l. falsò, C. de diuerſ. reſcript. cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit. cap. ſi de terra, & cap. accedentibus, de priuil.* cum aliis, quibus hoc ipſum quoad commutationem vltimæ voluntatis latiùs declarantes tradidimus ſup. *cap. præced.* ſeu 8. *quæſt. 10. concluſ. 1.* vbi etiam multa hac in re notatu digna ſubiecimus, quæ quiſque per ſe videre, & ad hanc concluſ. de fideicommiſsi derogatione transferre poterit.

Ampliatur autem hæc ipſa concluſio, vt eadem fideicommiſsi derogatio per viam priuilegij, ſeu reſcripti gratiæ conceſſa plerumque amittatur, ſeu extinguatur per contrarium vſum huiuſmodi priuilegij, ſeu reſcripti. quæ ampliatio ſuadetur ex eo, quòd regula eſt, priuilegium amitti per contrarium vſum: quam tradunt gloſ. *in cap. gratum, verbo, receſſum, de offic. deleg. & in cap. ex vre, verbo, renunciaſſe*; per illum text. *de his, quæ ſi. à maior. part. cap. & in cap. vlt. verbo, cum facto, de vit. & honeſt. cler.* vbi ad id alia iura allegat; necnon Suarez *lib. 8. de legib. cap. 31. num. 2.* Horat. Mandoſ. *tract. de priuil. ad inſtar gloſ. 15. numer. 21.* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 41. numer. 3.* atque alij per nos ad hoc allegati quoad vltimæ voluntatis commutationem *d. quæſt. 10. concl. 2.* vbi hoc ipſum nonnullis modis ampliauimus, multis autem limitauimus; ac poſtea non pauca hac in re omnino tradenda ſubiecimus; quæ per te legere poteris, & derogationi fideicommiſſorum applicare.

VIGESIMA SEPTIMA, & poſtrema CONCLVSIO. Derogatio fideicommiſsi per mo-
dum priuilegij, ſeu per reſcriptum gratiæ obtenta † 760.
plerumque amittitur, ſeu extinguitur per eiuſdem derogationis abuſum. Probatur, quoniam vulgaris iuris regula eſt, priuilegium amitti per eius abuſum. quæ regula ſumitur potiſsimùm ex *cap. vbi, 74. diſt. cap. priuilegium, 11. quæſt. 3. cap. licet, de regul. cap. vt priuilegia, de priuil. & cap. contingit, il 2. de ſent. excomm.* vbi dicitur, quòd priuilegia meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate: cui quid ſimile habetur *in cap. 1. & 2. de poſtul. prælat. cap. fin. de vit. & honeſt. cler. cap. ex parte, de cler. coniug. & cap. recolentes, verſ. ſi enim, de ſtat. monach.* in quibus iuribus gloſ. ab aliis approbatæ eandem regulam ponunt; quam etiam admittit inter recentiores Galleratus *d. tract. de renuntiat. lib. 5. cap. 6. numer. 18. in fin.* atque ante eum Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 34. numer. 1. & cap. 36. numer. 8.* vbi etiam tradunt, ex abuſu priuilegij eius tacitam renuntiationem induci. vnde ſumi poteſt prior huius concluſ. ampliatio. Altera verò erit, vt concluſio locum habeat in quauis ex illis ſpeciebus abuſus priuilegij, de quibus nos ſuprà *d. quæſt. 10. præmiſſ. 4. in initio, & concluſ. 3.* nimirum formalis, occaſionalis, & repugnantis fini eiuſdem priuilegij, ſeu conceſsionis. hæc autem ampliatio ſumenda eſt ex latiùs adductis *d. concluſ. 3.* vbi etiam illud ferè tractauimus, an per abuſum priuilegij quis ipſo iure, ſeu ex natura rei, atque adeò etiam in conſcientiæ foro illud amittatur, an verò ſolùm ex iuris diſpoſitione, requiratúrque ſententia priuationis.

Atque ex his iam tandem finis imponatur præſenti quæſt. ac toti capiti, & materiæ de fideicommiſſorum derogatione.

CAPVT X.

De derogatione qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum.

SVMMÆ RERVM.

1. *Ordo huius decimi cum duobus ſeqq. capitib. præſentis tractatus.*
2. *Mutatio qualitatis beneficij ad tempus cur dicatur derogatio qualitatis beneficij; & ea, quæ ſit ſimpliciter, ſeu perpetuò, dicatur mutatio ſtatus beneficij; ea verò mutatio beneficij, quæ ſit quoad ſubſtantiam, dicatur ſuppreſſio, ſeu extinctio beneficij.*
3. *Suppreſſio beneficij in Eccleſia collegiata an poſſit dici mutatio accidentalis, ſeu qualitatis beneficij.*
4. *Derogatio quid proprie, ac magis propriè ſignificet,*

&

gitized by Google

& in quo ab abrogatione differat.

5. *Qualitatis nomen aliquando sumitur pro rei natura, & substantia, seu specie. aliquando pro omni accidente, praeter quantitatem; num.6. aliquando pro omni prorsus accidente; num.7. & ibi quòd qualitas nequit esse sine subiecto; quódque non entis nulla sunt qualitates. aliquando pro certo praedicamento accidentis, per quod quales dicimur; num.8.*

9. *Qualitas alia accidentalis, seu extrinseca, alia substantialis, seu naturalis, & intrinseca: seu alia non necessaria, alia necessaria.*

10. *Conditiones pro qualitatibus aliquando in iure accipiuntur; & qualitates pro conditionibus, ac oneribus: & quomodo qualitatis nomen in hoc cap. sit accipiendum.*

11. *Beneficij nomen quibus modis sumatur; & ibi, quòd beneficium Principis ius commune, aut alterius non ladens largissimè est interpretandum.*

12. *Qualitates seu conditiones beneficij Ecclesiastici aliae sunt eidem appositae citra fundatoris alicuius voluntatem, sed ex solius erigentis, vel ex iuris dispositione; aliae verò ex huiusmodi fundatoris voluntate: ac de his potissimùm in hoc cap. agendum est.*

13. *Appositum quid propriè dicatur; & quomodo in hoc cap. accipiatur.*

14. *Fundatio, & fundator beneficij quibus modis sumatur, & quo in praesenti cap.*

15. *Definitio derogationis qualitatum in beneficij fundatione appositarum. quae explicatur, ac simul confirmatur; numer. 16. cum seq.*

17. *Legitimum quódnam dicatur.*

POSTQVAM in praecedéti capite latiùs egimus de prima ex illis quatuor praecipuis commutationis vltimarum voluntatum speciebus, quas in eius initio proposuimus post generalem de memorata commutatione tractationem fusiùs, ac singulis capitibus certo ordine explicandas: sequitur nunc iuxta eundem ordinem, vt in praesenti cap. de illarum qualitatum derogatione pluribus differamus, quae in beneficiorum fundatione ex ipsius fundatoris voluntate plerumque apponuntur; disputaturi seorsim ac latè in mox quidem seq. cap. de mutatione status beneficiorum; in altero verò, eóque postremo de suppressione, seu extinctione eorundem pariter beneficiorum. Meritò autem † huiusmodi ordinem in hisce tribus capitibus, seu disputationibus obseruandum censuimus; quia, licèt in iis omnibus de mutatione beneficij agatur, in eisdem tamen mutationibus gradus quidam reperiuntur; per primam enim qualitas aliqua beneficij ad tempus mutatur, ita, vt post illud tempus beneficium ad eandem qualitatem reuertatur: per secundam ipsa qualitas mutatur in perpetuum, neque amplius redit: per tertiam denique ac postremam beneficium ipsum mutatur quoad substantiam, seu essentiam; ita, vt fiat de beneficio non beneficium, dum illud omnino quoad titulum per suppressionem extinguitur. vnde prima † absolutè dicitur mutatio qualitatis beneficij; cúmque fit ad tempus, seu secundùm quid tantùm, proprio nomine appellatur derogatio qualitatis beneficij: secunda, quamuis & ipsa sit qualitatis, tamen, cùm fiat simpliciter, ac perpetuò, propriè dicitur mutatio status beneficij: tertia verò, quia contingit circa essentiam, ac substantiam, meritò in iure, & à Doctor. vocatur suppressio, seu extinctio beneficij, & dici potest mutatio habitanea[lis]. Licèt autem ibi haec suppressio, seu extinctio alicuius, aut aliquorum beneficiorum fit in Ecclesia collegiata, vbi plura sunt beneficia, † haec mutatio 3. spectu ipsius Ecclesiae collegiatae, quae vt sic est quodammodo vnum beneficium per multorum aggregationem, non immeritò accidentalis, seu qualitas possit appellari, quatenus numerus accidens quoddam est, nimirum species qualitatis, vt Philosophi omnes tradunt post Arist. in praedicamento quantitatis; & Iurisconsulti qualitatis nomine quodlibet accidens comprehendunt, vt infrà *quaest.* 1. non legè abinitio breuiter videbimus: cum hoc tamen stat, quòd respectu paucorum illorum beneficiorum, quae in ea Ecclesia collegiata ex multis supplentur, verè dicatur, ac sit substantialis mutatio: id quod apertè cernitur in beneficiis per se stantibus seu Ecclesiae non collegiatae, ac melius etiam patebit ex iis, quae latiùs dicemus *cap.* 12. eóque postremo huius tract. praesertim in initio, & *quaest.* 1. Nunc verò à prima mutatione, quam derogationem qualitatis beneficij appellari diximus, exordiamur, eam sequentes methodum, quam praeced. cap. obseruauimus, ac circa eius initium etiam in hisce tribus capitibus retinendum proposuimus.

QVÆRO PRIMO in praesenti cap. quid sit derogatio qualitatum in fundatione beneficij appositarum?

Quaestio haec, iuxta id, quod in huiusmodi quaestione, quid sit, *praeced. cap. quaest. 1. circa initium*, quo derogationem fideicommissorum admonuimus, *cap.* 1. in eius initio, generatim quoad vltimarum voluntatum commutationem latiùs docuimus, duas habet inspectiones; alteram, quae ad quod nominis, eiúsque varias significationes; alteram quae ad quid rei, seu definitionem pertinet. Vtraque verò hoc ipso ordine inter eas seruato proquemur; id quod etiam vtrobique ob rationem in tactam praestitimus.

Et quidem, vt à prima inspectione exordiamur quod attinet ad derogationis nomen, *d. quaest. 1. praeced. cap.* in qua de nomine derogationis fideicommissorum egimus, circa eius quaest. initium fi ostendimus, nomen hoc derogationis, licèt non i propriè sumatur † pro actu illo, quo res in totum t litur, aut indifferenter, ac generatim, prout etiam 4. gnificat actum, quo res non in totum tollitur: ma tamen propriè pro eo actu accipi, quo aliquid du taxat ex reipsa detrahitur: & in hoc ab abrogatio differre, quae tollit in totum; praecipuè per text. lege loquentem *in l. derogatur, ff. de verb. signif.* Modestin. I.C. Derogatur, inquit, legi, cùm pars trahitur; abrogatur legi, cùm protius tollitur. quem text. praeter gl. & Doct. *ibi, & in c. ibid. §. leg. 4. dist.* atque alibi sàpe, id adnotarunt plerique tam Iurisconsulti, quàm Theologi, quos *ibidem* allegamus. atque in hac significatione nos sumemus in to praesenti cap. nomen derogationis, vbi, vt pau antè diximus, de temporali qualitatum benefi mutatione agendum nobis est.

Qualitatis autem nomen non vno modum & apud Iurisconsultos accipitur. aliquando enim mitur † pro rei specie seu natura, & substantia, vt 5. *rubr. ff. de rer. diuis. & qualit.* necnon *in l. fœtus, in fin. de offic. Proconf. & legat.* ibi; sed nec venia proda sunt ad munerum qualitatem, ideſt, natura; cèt gl. *ibi, verbo qualitatem*, ab aliquibus approb exponat, necessitatem; quam meritò reprehen Alberic. *in suo Dictionar. verbo, qualitas*, ideſt, quan tas: item exemplum huius significationis habemus *l. ob carmen, §. 1. ff. de testib.* ibi, & negouij qualitas,

iudicis motus cum his concurrit; *l. heredes palàm, §. 1. verſic. ſed etſi notam, ff. qui teſtament. fac. poſſ. l. miles, §. pen. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. Aurelius, §. filius, ff. de liberat. legat. & l. quid tamen, ff. de contrahen. empt.* idque ſentit Alberic. *vbi ſupra, verbo, qualis, ac verbo, qualitas perſonæ*, & gloſ. recepta *in l. certum quid, ff. ſi cert. petat.* dum per eum text. tradunt, *qualem*, tam ad ſpeciem referri, quàm ad quantitatem: ac per nonnulla ex prædictis iuribus ſentiunt quoque Briſſon. *de verb. ſignificat. verbo, qualitas vini*, & Schard. *in ſuo lexic. iurid. verbo, qualitas in libris noſtris*: dum ille tradit, qualitatem nonnumquam poni pro genere, & ſpecie; hic, qualitatem in libris noſtris eſſe, quæ ſpeciem ex differentibus declarat. aliquando, & ſæpiùs ſumitur † pro omni accidente, præter quantitatem; 6. vt *in l. ſtipulationum, la 3. ff. de verb. obligat.* ibi; certum eſt, quod ex ipſa pronuntiatione apparet, quid, quale, quantum ſit: ac *l. ſeq. in princip.* iis primis verbis; vbi autem non apparet, quid, quale, quantúmque in ſtipulatione eſt: & poſt pauca; cùm vinum, frumentúmve ſine qualitate dari ſibi ſtipulatur: vbi gloſ. recepta *verbo, ſine qualitate*, exponit, cum quantitate tamen expreſſa: optimus etiam text. eſt *in cap. ſicut dignum, in princip. de homicid.* 7. Frequentiſſimè autem accipitur † pro omni accidente, ſeu omni eo, quod ſubſtantiæ, ac naturæ accedit; vt *in cap. de cauſis, §. 1. de off. deleg.* & Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat.* necnon *l. quid aliud, ff. de verb. ſignif.* vbi Celſus I.C. Quid aliud, inquit, ſunt iura prædiorum, quàm prædia qualiter ſe habentia, vt bonitas, ſalubritas, amplitudo: *l. qui bona fide, §. vlt. ff. de damn. infect.* necnon *in l. 1. ff. in ius vocat. vt eant, l. ſi verò, §. 1. ff. qui ſatisd. cogant. l. repetundarum, ff. de teſt. l. in crimine, ff. ad leg. Iul. de adult.* & meliùs *in rubr. Inſtitut. de hered. qualit. & differen.* hoc eſt, qualitate differenti, vt exponit gloſ. Accurſ. necnon marginalis, quæ huius expoſitionis nonnulla exempla tam ex Poëta, quàm ex iuribus, ac noſtris Doctoribus affert. qui etiam in hac ſignificatione, nimirum pro quolibet accidente, ſeu quod ſubſtantiæ, ſiue ſubiecto accedit, & accidit, qualitatis nomen accipientes, aut in ſpecie docent, qualitatem ſumi pro accidente, vt Alberic. *loco cit. verbo, qualitas perſonæ, & verbo, qualitas non poteſt eſſe.* Benuen. Stracc. *tract. de ſponſion. numer. 4.* vel opponi ſubſtantiæ rei, vt Albert. Brun. *tract. de interit. & perempt. num. 40.* ſeu *concl. 6. tract. de augmen. & addit. concl. 3. num. 1. cum duobus ſeqq. & tract. de mutat. & transformat. num. 39.* Cranet. *tract. de antiq. temp part. 2. num. 63.* Leobin. Daller. *tract. de mandat. Apoſtol. num. 84. & ſeq.* vel qualitatem eſſe quæ comprehendit circumſtantias rei, vt ſentit Bald. *tract. de ſtatut. verbo, pœna, num. 31.* & Bero. *conſil. 142. num. 12. vol. 3.* aut denique aſſerunt, qualitatem eſſe non poſſe ſine ſubiecto; vt poſt alios ex nonnullis etiam iuribus inter ceteros tradunt Alberic. *d. verbo, qualitas non poteſt eſſe*, Sebaſt. Medic. *tract. de defin. defin. 70. num. 9.* Leob. Daller. *d. tract. de mand. Apoſt. num. 85.* Bened. Bon. *tract. de cenſ. artic. 1.* Nic. Moron. *tract. de fid. treug. & pac. numer. 10.* atque inter recentiores Quintil. Mandoſ. *reg. 19. Cancell. quæſt. 10. num. 4.* & Hier. Gonz. *ad reg. 8. gloſ. 5. §. 7. num. 70.* vbi etiam eam ſimilem regulam tradit, quòd non entis nullæ ſunt qualitates: quam etiam idem ponit *gloſ. 22. num. 8.* & latiùs *gloſ. 57. numer. 32. cum ſeq.* atque ante eum Mandoſ. *ad reg. 3. Cancell. quæſt. 7. num. 2.* Albertin. *de agnoſcen. aſſertion. Catholic. & hæret. quæſt. 24. numer. 36.* & Franc. Curt. *tract. de teſtib. num. 58.* ſed & aliqui Intiſconſulti, quos refert, ac ſequitur Schard. *in lexic. iurid. verbo, qualitas eſt, & verbo, qualitas prædij dicitur*, ac Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 14. num. 17.* ſecuti ſunt Ariſtot. *in prædicam. qualit.* alioſque Philoſophos dicentes, † qualitatem eſſe eam, per quam quales dicimur, & conſtituit per ſe proprium ſummum genus, ſeu prædicamentum illud accidentis, quod ſub ſe habet quatuor ſpecies; nimirum habitum, & diſpoſitionem; paſſionem, & paſſibilem qualitatem; naturalem potentiam, & impotentiam; formam, & figuram; de quibus latiùs quoque Menoch. *d. quæſt. 14. num. 18. vſque ad 39.* ex iuribus ſingulas ſpecies confirmans. quomodo etiam, vt arbitror, ſumpſit M. Tullius *in lib. de nat. Deor.* dum ait, corpuſcula non colore, non qualitate aliqua, (quam ποιότητα Græci vocant,) prædita: *& in Academ. quæſt.* qualitates igitur appellauit, quas ποιότητας Græci vocant, quod ipſum apud Græcos non eſt vulgi verbum, ſed Philoſophorum. In qua etiam ſtricta ſignificatione dicere poſſumus qualitatis nomen accipi *in rubr. de et. & qualis. & ordin. præfic.* in Decretal. Gregor. IX. necnon in ſexto, & Clem. ex quibus omnibus ſignificationibus huius nominis qualitatis colligi poteſt ea diſtinctio qualitatis, vt † alia ſit accidentalis, ſeu extrinſeca, alia naturalis, ſeu ſubſtantialis, eſſentialis, vel intrinſeca: quam diſtinctionem I.C. agnouerũt; vt Paul. Leon. *tract. de ſubſtitutionib. verbo, exemplaris, num. 17.* Mart. Lauden. *tract. de crimin. læſ. maieſt. quæſt. 4. num. 12.* Marſil. *tract. de Eccleſ. redit. cap. 15. num. 19.* Roias *tract. de hæretic. aſſert. 43. num. 347.* Gambar. *tract. de offic. legat. de lat. lib. 2. tit. de var. Ordinar. nomin. num. 59.* Albert. Brun. *d. tract. de augm. & addit. concl. 4. num. 4.* cum aliquot ſeqq. Phil. Prob. *tract. de iur. regal. quæſt. 14.* Io. Staphil. *tract. de grat. expectat. concl. 7. num. 7.* Cornel. Beninca. *tract. de paupert. quæſt. 3. num. 56.* Mart. de Fan. *tract. de prob. negat. num. 196.* Euerard. *in top. iur. loc. à temp. ad temp. num. 21.* Tiraq. *tract. de nobil. cap. 18. num. 42.* Mandoſ. *reg. 16. Cancell. quæſt. 25. & quæſt. 45. num. 2.* necnon *reg. 27. quæſt. 8. num. 17.* Gonzal. *gloſ. 5. in princ. num. 57.* atque hæc eadem diſtinctio, vt reor, coincidit cum ea, quã affert Schard. *in d. lexic. iurid. verbo, qualitatũ alia*; vt qualitates aliæ ſint neceſſariæ, aliæ non neceſſariæ. nec abhorret à Dialecticorũ, & Philoſophorum doctrina dum poſt Porphyr. *in prædicabilibus, cap. de differentia, poſt med. & cap. de propriis differentia, & ſpeciei*; differentiam definiunt, ciuiſque proprium eſſe dicũt ſemper hoc ipſo quale quid eſt prædicari, hoc eſt, quale eſſentiale, ſeu naturale, vel ſubſtantiale, & intrinſecum: *in eap.* verò *de propriis generis, & accidentis*, necnon *cap. de propriis ſpeciei, & accidentis*, docent, quòd accidens hoc ipſo quale eſt, aut quomodo ſe habet, prædicatur: nam quod de accidentibus dicit Porphyr. *d. cap. de propriis generis, & accidẽtis*, hoc ipſo quale quid eſt prędicari, illud, *quid.* non ſignificat, ſeu exprimit modum prædicationis, ſed rem, de qua prædicantur accidẽtia; vt patet tum ex verbis illis ſtatim ſequentibus, aut quomodo ſeſe habet res, prædicantur: tum ex *d. cap. de propriis ſpeciei, & accidentis*, vbi vtriuſque proprium afferens, ſpecies, inquit, de hiſce, quorũ eſt ſpecies, hoc ipſo quid eſt prædicatur; accidens autem hoc ipſo quale eſt, aut quomodo ſeſe habet. Denique hanc ipſam diſtinctionem non ſemel agnouit Cicero, (ex cuius dictis I.C. aliquas leges Digeſtorũ conſcripſerũt, vt *l. Cicero, ff. de pœn.*) nã *lib. 1. Acad. quæſt.* quod ex vtroque, ait, id eſt, ex materia, & vi, id iã corpus, & qualitatem nominabant; & paulo pòſt; earũ igitur qualitatũ ſunt aliæ principes, aliæ ex iis ortæ: principes ſunt vniuſmodi, & ſimplices; ex his autẽ ortæ variæ ſunt, & quaſi multiformes: itaque aër, (vtimur enim 8. 9.

pro Latino,) ignis, aqua, & terra prima ſunt; ex iis autem ortæ animantium formæ,earum rerum, quæ gignuntur è terra: ac rurſus paucis interpoſitis,materia ſine illa ſpecie,& carens omni qualitate. Porrò ex his omnibus ſignificationibus nos in hoc cap. qualitatis nomen potiſſimùm ſumemus pro quolibet accidente beneficij Eccleſiaſtici, præcipuè cùm de oneribus illi annexis, ſeu appoſitis agemus,quas
10. vtplurimum conditiones vocant. ſic conditiones † pro qualitatibus habemus *in cap.Eleutherius*,18.*q.*2. & qualitates præ ceteris pro conditionibus poſuit Lambertin. *tract. de iurepatr. lib.*2. *part.* 1. *quæſt.* 7. *artic.* 30. *eaque vltima, num.*5.6. *&* 22. necnon *lib.*3. *quæſt.*5. *art.* 3. paſſim, *& quæſt.*6. *art.*7. *num.*1. 6. *ac* 7. & Schard. *in d. lexic.iurid.verbo,qualitas argumenti.*pro oneribus verò Conc.Trid. *ſeſſ.*25. *cap.*5.*in fin. de refor.* ſed & aliquando pro Eccleſiaſtici beneficij ſpecie, ac natura accipiemus, maximè cùm varias eiuſdem ſpecies beneficij recenſentes *quæſt.* 2. 4. *&* 6. explicabimus. quomodo potiſſimùm accipitur in Conc.Trid. *d.cap.*5. *circa initium, & in reg.*56. aliàs 57.*Cancellar.* quæ eſt de expreſſione qualitatum beneficiorum in impetrationibus à Lambertin. *d. lib.* 2.*part.* 1. *quæſt.*7. *art.* 30. *& lib.* 3. *quæſt.* 5. *artic.* 3. necnon Menoch. *de arbitr. ind. caſ.* 201. paſſim at-
11. que aliis Doctor. ſæpe. Beneficij quoque nomen † non vnam habet ſignificationem. quarum prima generalis eſt, qua ſumitur pro omni eo, per quod alicui bene fit, vt à D. Ambroſio, & Marco Tullio *in lib. de officiis*, & aliis quampluribus Latinæ linguæ ſcriptoribus paſſim vſurpatur; præſertim verò à L. Annæo Seneca, qui ſeptem integros libros de beneficiis conſcripſit; & conſtat tum ex latiùs adductis inter alios à Rebuff. *in prax. benef. tit.* 1. *num.* 3. Schard. *in lexic. iurid. verbo, beneficium etiam accipitur, cum ſeq.* Briſſon. *de verb. iur. ſignif. lib.* 2. *verbo, beneficio affici hominem*, atque ante hos à Io. Selu. *tract. de benef.* 1. *part. quæſt.*1. *num.* 1.tum præcipuè ex definitione beneficij, quam ex eodem Seneca *lib.* 1.*de benef. cap.*6. affert text. *in cap. vnic.* §. *in primis, ſub tit. in quibus cauſis feud. amitt. in vſib. feud.* quòd ſit beneuola actio tribuens gaudium capientibus, capiéntſque tribuendo, in id, quod facit prona, & ſponte ſua parata. Altera ſignificatio nominis beneficij eſt, qua ſumitur pro omni commodo, & emolumento, vt in iuribus ad id allegatis à Briſſon. *d. lib.* 2. *verbo, beneficium etiam*, maximè verò eo, quod prouenit à lege; vt conſtat ex iuribus per eundem citat. *ibidem, verbo, beneficium ætatis, cum duobus ſeqq.* necnon *verbo, beneficium legis Falcidiæ, & verbo, beneficio alicuius legis*; ac præterea *in cap. indultum, de reg. iur. in* 6. vbi indultum, inquit Romanus Pontifex, à iure beneficiorum non eſt alicui auferendum. Tertia eſt, qua beneficium accipitur pro facto, occaſione, ſeu opera, vt probant iura quæ ad hoc adducunt Briſſon. *vbi ſuprà, verbo, beneficium non pro merito,cum ſeq.* & Schard. *in d. ſuo lexic. iurid. verbo, beneficio alicuius.* Quarta ſignificatio nominis beneficij eſt, qua illud ſumitur pro beneficio illo, quod ex beneuolentia ita datur alicui, vt proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat; vſusfructus verò illius rei ita ad accipientem tranſeat, vt ad eum, heredéſque ſuos maſculos, ſiue fœminas, (ſi de his nominatim dictum ſit,) in perpetuum pertineat, ad hoc, vt ille, & ſui heredes fideliter domino ſeruiant,vt ait text. *d cap.vnic.* §.*primis, ſub tit. in quib.cauſ. feud.amitt.*vocatúrque,& eſt feudum,vt *in tit. ſtatim ſeq. qua fuit prima cauſ. benef. amitt.tit. in rubr.*& ſæpe in eo,& aliis *tit.in vſib.feud.*Quintò accipitur pro gratia Principis, quæ eſt præter ius, nec alteri præiudicat, prout ſcilicet beneficium à priuilegio, & reſcripto diſtinguitur; de qua *in cap. decet, de reg. iur. in* 6. dicitur, decet conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum; & tam *in cap. alias, de verb. ſignif.* quàm *in l.* 3. *ff. de conſtit. Princip.* & aliis iuribus vtrobique à gloſ. alleg. necnon *in cap. cum dilecti, in fi. verbo, pleniſſima*, vbi opt. text. *de donat.* habetur, beneficium Principis largiſſimè eſſe interpretandum. Denique ſumitur pro præbenda, ſeu beneficio Eccleſiaſtico. iuxta quam ſignificationem paſſim ſumitur *in tit. de reſcript. ac tit. de præben.* tum in Decretal. Gregor.IX. tum *in* 6.*Clem. ac Extravag.* tam Ioan. XXII. quàm communibus, & iuxta hanc ſolam poſtremam ſignificationem à nobis in toto præſenti capite vſurpabitur beneficij nomen.

Iam verò, cùm † ex qualitatibus, ſeu conditio- 12.
nibus beneficij Eccleſiaſtici conſiderari poſſint vel illæ, quæ beneficio citra fundatoris, hoc eſt,Prælati ex bonis Eccleſiæ, vel laici, aut clerici, ſeu priuatæ perſonæ diſponentis, ſeu curantis de ſuo beneficium erigi,& inſtitui, voluntatem inſunt; quia nimirum eidem ſiue à iure communi annexæ ſunt, prout ordo ſacerdotalis, & ætas 25. annorum beneficiis curatis,iuxta *cap.cùm in cunctis,*§.*inferiora,de elect. & cap. licèt canon, eod.tit. in* 6. cum ſimil.ſicut ex ſtatuto, vel antiqua conſuetudine, aut ex primæua inſtitutione, nimirum ex diſpoſitione, ac voluntate ſolius ſuperioris Eccleſiaſticum beneficium inſtituentis, & erigentis fortaſſe ex reditibus Eccleſiæ ſuperfluis, vel aliis nulli certo vſui, vel oneri,ſeu conditioni ab eos largiente ſubiectis; de quibus omnibus præ ceteris eſt optimus text. *in Clem.* 2.§. *illi verò*, iuncta gloſ. recepta *verbo, annexi, de ætat. & qualit. & ord. præficien.* vel illæ, quæ ex voluntate, ac diſpoſitione alicuius ſiue priuatæ perſonæ de ſuis patrimonialibus, ſiue Prælati de bonis Eccleſiæ, ſiue adminiſtratorum pij, ac religioſi loci ex eiuſdem bonis,fundantis,ſeu erigi,atque inſtitui curantis beneficium, ipſi beneficio apponuntur, ac plerumque per modum oneris adiiciuntur; eiuſmodi ex ſunt, quarum mentio fit, cùm alibi, tum in Conc. Trident. *ſeſſ.* 25.*cap.* 5. *de reformat.* & inter alios Lambertin. locis non multo antè citat. atque alibi ſæpe *in d. tract. de iurepatron.* quam diſtinctionem qualitatum beneficij ſentiunt Doctores omnes, quos *quæſt. ſeq.*in prima diuiſione derogationis earumdem ex parte cauſæ materialis referemus definientes, quod ſit beneficium ſæculare, & quod ſit regulare. Nos in hoc 10. cap. de iis potiſſimùm qualitatibus,ſeu conditionibus beneficij Eccleſiaſtici agemus, quæ ex fundatoris voluntate apponuntur: vnde etiam in eiuſdem cap. inſcriptione, ſeu titulo differendum nobis propoſuimus non ſimpliciter de derogatione qualitatum beneficij, ſed de derogatione qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum: nam apponi, & appoſitum † licèt illud 13.
quoque dicatur, quod aptũ eſt, & accommodatum, vt apud M. Tullium *de inuent.* loci appoſiti ad præmij quæſtionem; ac rurſus, ſi quid ad id appoſitum ſit, quod nos interpretemur: & *in epiſt. ad Attic.* locus minimè appoſitus ad tolerandam calamitatem. tamen apud eundem quoque appoſitio pro additione, ſeu adiunctione vſurpatur *in partit. lib.* ſed hæc videri poſſunt obſcuriora, cum ſine appoſitione exemplorum lentiùs diſputantur; & appoſitum pro adiuncto & addito, ſeu adiecto *in epiſt. ad Brut.* nec ſignum tuum in epiſtola, nec dies appoſitus eſt: ac ſæpe apponi dixit, quod aliquid adiungitur, ſeu adiicitur. ex noſtris verò Phanuc. *tract.de dot. gloſ.* 8. *numer.* 73. *&* 74. appoſitionem oneris

oneris legato appellauit cùm onus aliquod legato relicto adiicitur, ſeu iniungitur. & generatim conditiones appoſitas contractibus iure dici, conſtat ex *rubr. & toto penè tit. de condit. appoſit. in Decretal.* in ſpecie autem qualitatum, ſeu conditionum, quæ in beneficij fundatione adiici ſolent ex fundatoris voluntate, eas apponi beneficio; & conditionem, ſeu qualitatem, aut legem à fundatore beneficio, vel præbendæ appoſitam frequentiſſimè dixit Lambert. *d. tract. de iurep.* præſertim verò *lib. 1. part. 1. quæſt. 9. artic. 1. & 2.* ſæpiſſimè, ac *d. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. princ. art. 29. num. 2. cum ſeq. & artic. 30. num. 4. 5. 9. 12. & 25.* necnon *lib. 3. quæſt. 5. art. 3.* paſſim, *& 9. 6. artic. 7. num. 6. & 7.* quibus etiam locis, atque alibi ſæpe in eo tract. fundatoris, ac fundationis beneficij
14. nomine † intelligit, cùm quis aliquid de ſuo tribuit, vnde beneficium erigi, atque inſtitui ab habente auctoritatem poſſit, ſiue is fundum ad Eccleſiam ædificandam contulerit, ſiue propriis expenſis eam conſtrui fecerit, ſiue eam dotauerit; vt etiam ſentit Roch. de Curt. *tract. de iurepatr. verb. Eccleſiam fundauit, quæſt.* ſeu *num. 1.* per text. *in cap. nos quidem,* & Ioan. Anan. *verbo, fundari, de teſtam.* relatus, ac probatus à Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæſt. 2. artic. 2. num. 12. ad fin. & num. 13. initio,* necnon *quæſt. 3. art. 11. num. 2.* vbi alios citat: ſatiſque etiam colligitur ex *cap. pia mentis, e. Frigentinus, cap. contra Sanctorum, e. quicunque,* iuncto eius ſummario *cap. decernimus, & cap. rationis, 16. quæſt. 7.* necnon Conc. Trid. *ſeſſ. 14. cap. 12. de reformat. & ſeſſ. 25. cap. 5. 8. & 9.* item *de refor.* licèt magis propriè, ac ſtrictè fundare Eccleſiam dicatur qui fundum, ſeu ſolum ad eam conſtruendam, ſeu ædificandam confert: fundans enim dicitur quaſi fundum dans; vt in ſpecie per text. *in cap. nobis, de iurepatr.* & *ibi* Card. *notab. primo,* necnon *in rubr. eod. tit. col. 2. quæſt. 4.* adnotauit Lambert. *d. part. 1. quæſt. 3. art. 2. num. 1.* & poſt alios *artic. 11. num. 1.* Nos verò in hoc cap. iuxta priorem magis latam ſignificationem ſumemus fundatoris, ac fundationis nomen. Et hæc de prima præſentis quæſt. inſpectione, quæ verſatur circa quid nominis derogationis qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum: qua quidem verborum amplexione, ſeu dicendi formula planè vſus eſt inter ceteros Lambertin. *d. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. artic. 29. num. 3. in fine; & lib. 3. quæſt. 5. art. 3. num. 4. verſ. ſecundum membrum eſt,* vtitur illis verbis, derogare qualitati appoſitæ per fundatorem. Iámque ad alteram huius eiuſdem quæſt. inſpectionem, quæ eſt circa quid rei, ſeu definitionem derogationis prædictarum qualitatum appoſitarum in fundatione beneficij, tranſeamus.

15. Huiuſmodi ergo qualitatum derogatio † definiri mihi poſſe videtur, quòd ſit qualitatum in primæua inſtitutione beneficij ex fundatoris voluntate adiectarum ad tempus legitimè facta mutatio. Quæ definitio à nobis allata cùm nullam aliam apud Doctores inuenire potuerimus, explicari, ſatiſque, ni fallor, comprobari poteſt quoad ſingulas ſui particulas partim ex iis, quæ *cap. præced. quæſt. 1.* circa definitionem derogationis fideicommiſſorum adduximus, partim ex illis, quæ paulo antè docuimus circa quid nominis huius eiuſdem derogationis qualitatum beneficij, de qua in præſenti cap. agendum propoſuimus. quare paucis poſteriùs hæc inſpectio à nobis erit abſoluenda.

16. Diximus autem † in mox allata definitione, *mutatio*, loco proximi generis derogationis; quoniam derogatio eſt quædam ſpecies mutationis, cùm per derogationem mutetur id, cui derogatur, vt latiùs oſtendimus *d. cap. præced. quæſt. 1. poſt medium*, iunctis maximè iis, quæ de mutatione adduximus ſuprà *cap. 1. quæſt. 1. circa initium, & ad fin.* necnon *quæſt. 2.* pariter *circa initium.* Addidimus verò in definitione, *ad tempus*, tum vt oſtenderemus, non agere nos in hoc cap. de mutatione perpetua qualitatum beneficij, quæ mutatio ſtatus propriè dicitur, vt fuſiùs initio ſeq. cap. dicemus, in quo per totum de ea nobis erit differendum; ſed de earundem qualitatum temporali mutatione: tum quòd derogatio magis propriè, ac ſtrictè ſumpta ea eſt, qua id, cui derogatur, non in totum tollitur, ſed pro parte tantùm, eique aliquid dumtaxat detrahitur; prout potiſſimùm ex text. *in l. derogatur, ff. de verb. ſign. eodem cap. præced. quæſt. 1. circa initium,* demonſtrauimus.

Præterea poſuimus in definitione, *qualitatum in primæua inſtitutione beneficij adiectarum*, vt exprimeremus materiam, circa quam prædicta derogatio, ſeu mutatio verſatur; nimirum qualitates non quæ à iure, ſeu ex natura beneficij eidem inſunt, ſed quæ adiiciuntur, ſeu apponuntur, & annectuntur in prima eius erectione, & inſtitutione, iuxta loquendi modum, quo hac in re vtuntur gloſ. & Doctor. cùm alibi ſæpe, tum *in Clement. 2. de etat. & qualitat. & ord. præfic.* necnon inter ceteros Lambertin. *d. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 27. cum tribus ſequentibus* frequenter; vt etiam non multo antè hac ipſa quæſt. explicauimus. ex *inibi* autem adductis ſatis conſtat, cur in definitione ſubiecimus illa verba, *ex fundatoris voluntate*; quia nimirum, vt *ibidem* docuimus, fundationis nomen poſitum in definito, ſeu in præſentis quæſtionis titulo, importat actum priuatæ perſonæ, vel Eccleſiæ, aut pij loci de ſuo tribuentis, dum curat beneficium erigi, ſeu inſtitui à ſupetiore Eccleſiaſtico. Sicut autem per priora illa verba quæ paulo antè retulimus, *qualitatum in primæua inſtitutione beneficij adiectarum*, ſignificantia materiam remotam, ſeu obiectum materiale illius derogationis qualitatum, de qua agimus, completur genus proximum definitionis allatæ, quam nunc explicamus: ſic per hæc verba, *ex fundatoris voluntate*, mox relata denotantia materiam proximam, ſeu obiectum formale prædictæ derogationis, ponitur in ipſa definitione propria eiuſdem derogationis differentia: prout etiam ad eamdem cauſam formalem, ac differentiam, licèt non ita intrinſecam, pertinent illa verba ſubiecta in definitione, *legitimè facta*: quibus ſignificatur, hîc à nobis definiri validam dumtaxat, & legitimam derogationem qualitatum beneficij, quæ nimirum fit ex iuſta cauſa, & ſeruata debita forma, aliiſque requiſitis ex parte tam impetrantis, quàm concedentis hanc derogationem; atque adeò ſimul etiam ſignificatur cauſa finalis, & efficiens talis derogationis. de quibus ſingulis infrà in hoc cap. propriis locis diſſeremus. illud enim legitimum dicitur, † quod ab aliqua lege confirmatum, quódque 17.
ab habente auctoritatem, atque aliàs ritè, ac rectè fit; vt conſtat ex *l. legitima, ff. de pact.* cum *ibi* not. ac toto penè tit. *ff. de legit. tutor. & C. vnde legit. l. actus legitimi, ff. de reg. iur. & cap. actus legitimi, & cap. factum legitimè, eodem tit. in 6. C. de legit. tutel. C. de legit. hered. Inſtitut. de legit. agnat. ſucceſſ. de legit. agnat. tutel. de legit. patronat. tut. & de legit. parent. tut.* atque alibi ſæpe. Et hæc de præſenti 1. quæſt. huius 10. cap.

SVMMÆ RERVM.

18. *Causa efficiens, materialis, formalis, & finalis derogationis qualitatum in beneficij fundatione appositarum, in quibus locis huius cap. sint latiùs explicanda.*
19. *Derogatio qualitatum in fundatione beneficij appositarum quotuplex sit ex parte causæ efficientis, & quotuplex ex parte causæ materialis; num. 20. cum aliquot seqq.*
21. *Beneficium aliud regulare, aliud seculare, & quid utrumque sit; ac num. 23.*
22. *Beneficium in dubio censendum est potiùs seculare; & ex consuetudine, aut præscriptione effectum regulare quanto tempore ad pristinum statum secularitatis reducatur.*
23. *Beneficium seculare quando ex præscriptione fiat regulare.*
24. *Beneficium aliud est manuale, seu amouibile, aliud perpetuum; & ibi, an beneficia regularia semper sint manualia, & secularia semper perpetua: & num. 37. ac 38.*
25. *Beneficium aliud est curatum, seu parochiale, aliud sine cura, seu parochiæ; & qua requirantur ad hoc, vt beneficium sit curatum, seu parochiale; num. 26. & quotuplex sit beneficium curatum; num. 27.*
28. *Beneficium aliud est duplex, aliud simplex; & quid utrumque sit; cum num. seq.*
29. *Dignitas, personatus, & officium Ecclesiasticum quid sint.*
30. *Beneficium simplex quot modis contingere possit illud, quod residentiam personalem non requirit; & num. seq.*
31. *Beneficia personalẽ residentiã requirẽtia quæ sint.*
32. *Beneficium aliud est Ecclesia collegiata, aliud non collegiata. itẽ aliud certum ordinem, certamve ætatẽ requirens, aliud non requirens; num. 33.*
34. *Beneficium sacerdotale, vel habens certum ordinem annexum aliud tale est in habitu, aliud in actu; & vtrumque potest non requirere personale seruitium.*
35. *Beneficium aliud est qualificatum, aliud non qualificatum. item aliud collatiuũ, aliud electiuum; n. 36. & aliud manuale, aliud perpetuũ; n. 37.*
38. *Beneficium manuale quomodo fieri possit perpetuum; & perpetuum fieri temporale, seu manuale; & num. 68.*
39. *Fundator beneficij potest ei apponere quas conditiones voluerit, etiam circa spiritualia, & contra ius commune; modo sint licitæ, & Ordinarij consensus accedat.*
40. *Derogatio qualitatum beneficij alia fit respectu earum omnium, alia quoad aliquas tantùm. item alia per nouam legem generalem à Papa, vel statutum Episcopi, aut alicuius Ecclesiæ; alia per rescriptum eiusdem Papæ, vel decretum inferioris; num. 41.*
42. *Derogatio qualitatum beneficij alia fit cum causæ cognitione, vocatis quorum interest, aut de consensu fundatoris, vel heredis; alia, quæ sine his fit.*
43. *Derogatio qualitatum in beneficij fundatione appositarum alia fit secundùm aliquos sine causa, alia cum causa; & hæc alia ex causa necessitatis, alia ex causa euidentis vtilitatis, & vtriusque vel publica, vel priuatæ.*
44. *Formulæ derogationis qualitatum in fundatione beneficij appositarum vnde confici, ac peti possint.*

QVÆRO SECVNDO, quotuplex sit derogatio qualitatum in beneficij fundatione appositarum?

Vt hanc quæstionem faciliùs, meliúsque explicemus, eumdem planè ordinem, ac modum in ea sequemur, quo *cap. præced.* in simili quæst. quoad derogationem fideicommissorum vti sumus; vt nimirum singula huius derogationis qualitatum beneficij genera, & species ex singulis causarum generibus desumamus, efficientis scilicet, materialis, formalis, & finalis: non ita tamen, vt eas causas hoc loco latiùs prosequamur; hoc enim † infrà suis 18.
locis præstabimus, de efficiente quidem satis differentes quoad remotam, *quæst.* 3. & quoad proximam, *quæst.* 5. de materiali, *quæst.* 4 & 6. de formali, *quæst.* 6. & 7. de finali partim *quæst. seq. conclus.* 4. partim *quæst.* 6. *conclus.* 1. & 2. partim etiam *quæst.* 8. vbi de cessatione derogationis qualitatum beneficij ob cessationem causæ, propter quam ipsa derogatio fuerat concessa, nobis erit agendum: sed solùm quatenus ad genera, & species derogationis huiusmodi enumerationem, & aliqualem explicationem sat esse iudicabimus.

Primùm igitur ex parte causæ efficientis derogatio prædicta qualitatum in beneficij fundatione appositarum † diuidi potest in eam derogationem, 19.
quæ fit priuata auctoritate, & eam, quæ fit auctoritate publica. Prior derogatio adhuc diuiditur in eã, quæ fit à fundatore, quæ ab eius herede, quæ ab executore, & quæ ab eo, ad cuius fauorem apposita est qualitas in beneficij fundatione: de quibus, Deo dante, agemus *quæst.* 5. in prioribus quatuor conclusionibus. posterior autem derogatio ea est, quæ fit à superiore Ecclesiastico; de qua latiùs in reliquis eiusdem quæstionis conclusionibus, in quibus singulis singulas Ecclesiasticas personas, de quibus id quæri potest, breuiter percurram. Nam de superiore laico nulla esse potest difficultas, cùm laicis nulla de spiritualibus, & Ecclesiasticis rebus disponendi sit attributa potestas, & auctoritas, *cap. bene quidem 96. dist. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. & cap. fin. de reb. Eccl. non alien.* cum simil. Ad hanc verò derogationem, seu derogationis huiusmodi qualitatum diuisionem ex causa efficienti desumptam tamquam petita ex efficienti remoto, vtpote causa eius, quod est efficiens proximum, pertinet ea derogatio, quæ auctoritate legis fit; illa nimirum, quæ expressè à lege præcipitur, aut conceditur, explicandaque à nobis est *quæst. seq.* vbi agemus, quo iure introducta sit derogatio qualitatum in fundatione beneficij appositarum. illa enim derogatio huiusmodi qualitatum, quæ ita legis auctoritate fit, vt à lege non prohibeatur, vagatur per omnes talis derogationis species: ita, vt ea etiam derogatio, quæ priuata auctoritate fit per actum priuatæ personæ positiuum, & immediatum, & de qua nos acturos *quæst. seq.* mox diximus, meritò legis auctoritate tacitè fieri dicatur, quatenus à lege permittitur. sicut etiam eadem ratione legis auctoritate fieri dicenda erit derogatio qualitatum, quæ per consuetudinem, vel præscriptionem contingit; cùm tam præscriptio, quàm consuetudo à lege inducta, & approbata sit, *toto tit. de consuet. & tit. de præscript.* in vtroque iure, siue ciuili nimirũ, siue canonico; vt latiùs in derogatione fideicommissorum deduximus *cap. præced. quæst. 2. circa initium:* vbi etiam ostendimus, eatenus derogationem, quæ auctoritate legis fit, censeri à superiori fieri, quatenus legi omnes subsunt, inferioresque sunt, excepto supremo Principe: de qua derogatione huiusmodi qualitatum per consuetudinem, vel præscriptionem

Digitized by Google

nem aliquid fortaſſe dicemus *d.quæſt.5.* vbi de derogatione priuata auctoritate; latius verò diſſeremus *cap.ſeq. quæſt.5.* vbi de perſonis, quæ mutare poſſunt ſtatum beneficiorum, nobis agendum erit, *concl.5.* in qua mutatione potiſſimùm locum habere poteſt præſcriptio, & conſuetudo; vt ex *ibidem* dicendis facilè apparebit.

20. Ex parte autem † cauſæ materialis, circa quam derogatio qualitatum beneficij in eius fundatione appoſitarum verſatur, hoc eſt, ex parte ipſarum qualitatum beneficij, eiuſdem derogationis diuiſio ſumi debet ex multiplici diuiſione qualitatum beneficij, ſeu variis eius ſpeciebus. Decem autem præcipuas reperio, quæ ad rem noſtram facere poſſunt, beneficiorum diuiſiones.

21. *Prima* eſt, vt beneficia † alia ſint regularia, alia ſæcularia. quæ diſtinctio ſatis conſtat ex *cap. cùm de beneficio, & cap. cùm ſingula, de præben. in 6. Clem. vnica, §. 1. de ſuppien. neglig.prælat.* & Concil. Trident. *ſeſſ. 14. cap. 10. ac ſeſſ. 24. cap. 17. de reformat.* necnon *reg. 3. & 8. Cancell. Apoſt.* paſſimque à noſtris affertur, atque ex his à Rebuff. *in prax. benefic. 1. part. circa initium, ſub tit. quotupl. ſit benefic.* Ioan. Selu. *tract. de benef. part. 1. quæſt. 2.* ſæpe, maximè verò *num. 77. cum ſeq.* Alphonſ. Hoied. *tract.de incompatibil. benef. in præfat. num. 6. & 7.* necnon *cap. 24. num. 92.* cum aliquot ſeqq. Petr. Gregor. Tholoſ. *partit.iur. canon. lib. 1. tit. 27. cap. 2. num. 3.* Flam. Pariſ. *tract. de reſignat. benef. lib. 10. quæſt. 2. num. 30. cum ſeq.* Quintil. Mandoſ. & aliis gloſſat. *ad d.reg. 3. Cancell.* paſſim, Hier. Gonz. *in commem. d. reg. 8. gloſ. 7. &* 8. Menoch. *de arbitrar. iudic. caſ. 201. num. 86. cum ſeq.* & Maſcard. *de probat. conclus. 172.* ferè per tot. Eſt autem beneficium regulare, aut ſæculare, quod tale eſt ex fundatione, vel inſtitutione ſuperioris; aut quod ab vno, vel pluribus ſiue regularibus, ſiue ſæcularibus per quadraginta annos ſolitum eſt gubernari; prout poſt alios tradunt Rebuff. *d.tit. quotuplex ſit beneficium, & tit. regularia beneficia quotuplicia,* Tholoſan. & Hoied. *vbi ſup.* Gonzal. *d. gloſ.7. num.2. 7. & 23. cum duobus ſeqq. & gloſ.8. num.* 31. cum ſeq. Nicol. Garz. *tract.de benef. part. 1. cap. 6. num. 11. cum ſeq. & part. 7. cap. 10. num. 1.* quoad tertium id probantes ex *d. cap. cùm de beneficio, de*

22. *præben. in 6.* & in dubio beneficium † cenſendum fore ſæculare, plurib. relatis tradunt Maſcard. *d. concluſ. 172.* ferè per tot. Nicol. Garz. *d. part. 1. cap. 6. num. 11. cum ſeq.* & Gonzal. *d. gloſ. 7. num. 2.* qui *eadem gloſ. 7. num. 8. vſque ad 36.* latè tractat, an ad reducendum beneficium, quod antea ſæculare effectum eſt regulare ex conſuetudine, ſiue præſcriptione, ad priſtinum ſtatum ſæcularitatis, ſufficiat minus ſpatium, quàm 40. annorum. & *d. gloſ. 8. num.*

23. *32. vſque ad 37.* poſt alios ponit tria requiſita † ad hoc, vt beneficium ſæculare ex præſcriptione mutet ſtatum, & fiat regulare: nimirum quòd is, qui poſſidet beneficium tamquam regulare, habeat titulum inſtitutionis vti de tali beneficio regulari; quòd poſſeſſio ſit cum bona fide; ac tandem quòd poſſideatur vt à vero titulari, non vt à commendatario. de quo tamen vtroque dicto, cùm potiùs pertineat ad materiam ſeq. cap. vbi de mutatione ſtatus beneficiorum agendum erit, fuſiùs *ibi* diſſeremus *quæſt.5. concl.5. n.* autem 38. *cum ſeq.* idem Gonz. ſatis docet, non ideo beneficium regulare dici, quòd eius collatio, ſeu præſentatio ſpectet ad regulares. Quæ verò in ſpecie ſint beneficia ſæcularia, vel regularia, inter ceteros ponunt Selu. *d. 1. part. quæſt. 2. &* 3. Rebuff. *d. 1. part. tit. ſeculare beneficium quotuplex, & tit. regularia benef. multiplicia,* Pariſ. *d. tract. de reſign. benefic. lib. 2. quæſt. 12. 14. & 17.* Gonz. *d. reg. 8. Cancel. gloſ. 1.* paſſim, *gloſ. 7. num. 38. vſque ad 47.* necnon *gloſ. 8. a num. 111. ad fin.* Ad hanc diuiſionem reducitur illa, vt beneficium † aliud ſit manuale, ſeu 24.
amouibile; aliud perpetuum: de qua diuiſione fusè poſt alios Gonz. *ad d. reg. 8. Canc. gloſ. 5. §. 6.* per tot. quamuis hæ duæ diuiſiones, ſi rès penitiùs attendatur, inter ſe diſtinguantur: quoniam, licèt vtpluriſimum beneficia regularia ſint manualia, & ſæcularia perpetua, latè Gonzal. *d. § 6 num. 6. & 7.* non-numquam tamen & ſecularia beneficia manualia fieri poſſunt, & regularia eſſe perpetua: vt conſtat ex adductis à Gonzal. *d. §. 6. num. 8. ad 34. vſque ad 38. & num. 58. & gloſ. 8. num. 7. 24. & 67.* quare de hac diuiſione beneficiorum in manualia, & perpetua ſeorſim agemus non multo pòſt in noua diuiſione.

Secunda diuiſio beneficij eſt, vt † aliud ſit curatum, ſeu parochiale; aliud ſine cura, ſeu parochiæ. 25.
hæc diſtinctio paſſim in iure habetur, vt *in cap. ſi eo tempore, in initio, & ad fin. de reſcript. in 6. cap. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect. cap. licet canon, eod. tit. in 6. cap. de multa, de præben. cap. ſi pro clericis, cap. cùm in illis, in princip. & cap. ſi Apoſtolica, eod. tit. in 6. Clement. ſi Romanus, eod. tit. & in reg. 8. Cancell.* ibique latè Gonzal. *gloſ. 6.* vbi *à num. 34. vſque ad 47.* quatuor requiſita ponit † ad hoc, vt dicatur beneficium curatum, ſeu Eccleſia parochialis; quorum 26.
primum eſt poteſtas ligandi, & ſoluendi in foro pœnitentiali, eiuſque neceſſarius vſus. ſecundum, quòd ſit certa parochia, ſeu locus certis finibus, & limitibus conſtitutus, ac deſignatus, in quo populus alicui Eccleſiæ deputatus degit. tertium, vt obtinens Eccleſiam parochialem exerceat curam nomine ſuo, non autem alieno. quartum, vt vnus, non autem plures ad regimen illius Eccleſiæ, & curam animarum aſſumantur. quod tamen poſtremum non ita certum eſt, per ea, quæ idemmet Gonzal. adducit *num 114. cum ſeq.* præcipuè ex Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat.* ac Rota Rom. *deciſ. 48. num. 8. part. 1. in nouiſſ. diuerſ.* atque ita praxis habet in multis diœceſibus, vt Eccleſiæ habeant duas aut plures portiones parochiales, & quidem titulares, ſeu plura beneficia curata in vna Eccleſia; ad quorum titulum plures clerici ordinantur & inſtituuntur: quod etiam tradit Caſſad. *deciſ. 11. num. fin. verſ. poſſunt tamen eſſe plures, ſub tit. de præben.* De his etiam requiſitis, & omnino de hac diuiſione beneficiorum plura tradit multis relatis Garz. *d. part. 1. cap. 6. num. 3. vſque ad 8.* Quædam autem † ſunt 27.
beneficia curata, quibus animarum cura non eſt annexa principaliter, ſed acceſſoriè, quando nimirum ea obtinentes curam animarum non per ſe, verùm per Vicarium perpetuum exercent: & ea non faciunt incompatibile iuxta diſpoſitionem Concilij generalis *in cap. de multa, de præben.* vt expreſsè habetur *in cap. extirpanda, §. qui verò, eod. tit. & in cap. ſuper eo, eod. tit. in 6.* adnotauitque *ibi* Phil. Prob. *in addition. ad Ioan. Monach. num. 17.* poſt alios, ac multis citatis latè tradit Gonzal. *d. gloſ. 6. num. 97. cum duobus ſeqq.* docens quoque tale beneficium propriè non dici curatum, illúdque obtinentem non teneri ad reſidentiam.

Tertia diuiſio beneficiorum eſſe poteſt, vt † alia 28.
ſint duplicia, quæ dignitatem, perſonatum, aut officium Eccleſiaſticum, vel curam habent annexam; alia ſimplicia, quæ nihil horum habent adiunctum; hæc diſtinctio ſatis colligitur ex *cap. quia nonnulli, de Cler. non reſid. d. cap. de multa, de prabend.* & meliùs ex *cap. fin. eod. tit. cap. 1. de conſuetud. in 6. cap. vt circa, de elect. cap. ordinarij, de offic. ordin. cap. quia ſæpe, cap. in illa, in princ. & cap. ii, cui, de præ-*

ben. & cap. fin. de conceſſ. præben. eodem lib. Clement. ſi Romanus, de præben. & Extravag. execrabilis, eod. tit. cum ſimil. necnon ex Tholoſan. *d. cap. 2. num. 2.* iuncto *num. 6.* expreſsè verò ponitur inter alios à Petr. Andr. Gambar. *in tract. de offic. & poteſtat. legat. de latere, lib. 5. tit. an legatus poſſit plura beneficia vni conferre, numer. 1. cum duobus ſeqq.* à Garz. *d. part. 1. cap. 6. num. 3.* iuncto *num. 9. & 10.* atque à Ioan. Nicol. Delphin. *in tract. ſuo de iurepatronat. num. 40.* qui *num. 42.* iuncto *num. 52. cum ſeq.* docet poſt alios, † dignitatem eſſe præeminentiam in Eccleſia, ſeu adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum cum iuriſdictione: perſonatum verò prærogatiuam in eadem Eccleſia ſine iuriſdictione, aut rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratione; vt in ſeſſionibus, proceſſionibus, optionibus ac ſimilibus; officium denique Eccleſiaſticum eſſe adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum ſine iuriſdictione. quod & alij plerique tenent, quos retulimus, ac ſequuti ſumus *in tract. de Conſeruatoribus Indicibus, cap. 5. quæſt. 7. ſub num.* 84. 85. & 86. Simplex autem beneficium dicitur † vel prout excludit dignitatem, perſonatum, officium, aut curam, vt dictum eſt; præcipuè ex *d. cap. vlt. de præben. & cap. is, cui,* ibique Gemin. & aliis, *eod. tit. in 6.* & Ioan. Nicol. *d. num.* 40. Ioan. Selu. *tract. de benef. 1. part. quæſt. 3. num.* 17. *cum ſeqq. & num.* 77. Rebuff. *d. tit. ſeculare beneficium quotuplex, numer.* 12. 15. & 16. Gonzal. *d. gloſ. 7. numer.* 47. facitque Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 17. de reform.* vel prout diſtinguitur à beneficio Eccleſiæ collegiatæ, vt in ſpecie ſentit Tholoſan. *d. cap. 2. num. 5.* de qua vtraque ſpecie ſeu qualitate beneficij paſſim in iure habetur *ſub tit. de reſcript. de elect. de ætat. & qualit. & ordin. præficien. de cler. non reſid. de præben. de celebrat. Miſſ. de exceſſ. prælat.* ac ſæpe in Trident. præſertim *ſeſſ. 22. cap. 4. & ſeſſ. 24. cap. 12. ac 17. de reformat.* in aliis Concil. necnon in regul. Cancell. Apoſtol. vel denique ſimplex beneficium dicitur, prout excludit obligationem reſidendi in Eccleſia, ſeu quod non requirit perſonalem reſidentiam: de quibus Concil. Trident. *ſeſſ. 5. cap. 1. de reformat. circa medium, ſeſſ. 23. cap. 18. de reformat. verſ. & quia ad Collegij fabricam, ante med. ſeſſ. 24. cap. 15. & cap. 17. de reformat.* Alphonſ. Hoied. *tract. de incompat. benefic. 1. part. cap. 17. & part. 3. cap. 1. & 2.* paſſim. idque contingere poteſt vel quia beneficium fundatum ſit, vt ſimplex, & perſonalem reſidentiam non requirens; de quo nulla poteſt eſſe difficultas: vel quia in beneficio, quod non ſit ex iis, quæ requirunt de iure perſonalem reſidentiam, 31. (cuiuſmodi † ſunt Eccleſiæ parochiales, *cap. extirpanda, de præben. cap. quia nonnulli, de cler. non reſid.* vbi etiam idem de dignitatibus habetur, cum ſimil. necnon Canonicatus, ſeu præbendæ, toto ferè tit. *de cleric. non reſid. ext. & in 6.* Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat.* latè Hoied. *d. cap. 17. num. 1. 2. 3. & 21.*) non ſit impoſitum onus per ſeipſum deſeruiendi, vt ex multis Doctoribus, ac ex Rot. Rom. deciſionibus, necnon ſacræ Congregationis Cardinalium Concilij Tridentini interpretum declarationibus docet Gonzal. *ad d. reg. 8. Cancell. gloſ. 5. in princip. numer. 77. vſque ad* 90. vel tandem, quia, licèt ex fundatione, aut de iure beneficium perſonalem reſidentiam requireret; tamen contrarium ex legitima conſuetudine inductum eſſet, iuxta gloſ. receptam *in cap. cùm omnes, de conſtit.* cum aliis adductis ab Hoied. *d. cap. 97. num. 4. & num. 26. cum ſeq.* Gonzal. *ibidem numer. 107.* Nicol. Garz. *in d. ſuo luculentiſſ. tract. de benef. part. 3. cap. 2. a num. 3. ad* 10. *& num. 189. vſque ad 212. ac part. 7. cap. 1. numer. 87.* ac per nos *in tract. de distribut. quotid. part. 2. quæſt. 12. num. 31. 32. 35. & 36.* Ex quibus deſumi poteſt duplex diuiſio beneficiorum, vt nimirum † alia ſint collegia- 32.
lia, ſeu Eccleſiæ collegiatæ; alia ſimplicia, & ſingularia, ſeu non collegialia. Item alia beneficia perſonalem reſidentiam requirant, alia eam non requirant. Cui affinis illa beneficiorum diuiſio eſt, quæ *ſexto loco* afferri poteſt, vt † aliud ſit ſa- 33.
cerdotale, ſeu ſacerdotium, aliúmve certum ordinem annexum habens, aut certam ætatem requirens; aliud nullum talem ordinem habens annexum, talem requirens ætatem. Quæ diſtinctio approbatur *in d. cap. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect. cap. licèt canon, eodem tit. in 6. cap. ſi eo tempore, de reſcr. eodem lib. cap. 1. & cap. quæris, de ætat. & qualitat. & Clement. 2. eodem tit. cap. ſi præclericis, cap. cui de non ſacerdotali, & cap. ei, cui, de prabend. in 6. cap. 2. de inſtitut. eodem lib.* Concil. Trident. *ſeſſ. 22. cap. 4. ſeſſ. 23. cap. 6. ſeſſ. 24. cap. 12. & ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat.* cum aliis adductis per Lambertin. *tract. de iurepatronat. lib. 2. part. 1. queſt. 7. artic. 25. vſque ad* 30. Ioann. Guttier. *conſil. 1. & 2.* Didac. à Spin. *in ſpecul. teſtament. gloſ. 4. princip. num. 68. cum ſeqq.* Gonzal. *d. tract. de benefic. part. 7. cap. 1. num. 40. vſque ad* 101. Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benefic. 1. part. cap. 24. numer. 10. vſque ad* 20. *& num. 22. 23. ac 71. cum ſex ſeqq.* Bertach. *tract. de Epiſcop. lib. 2. part. 1. quæſt. 30.* Gonzal. *d. gloſ. 5. in princip. num. 72. 73. 77. 78. 83. numer. duobus ſeqq. & 88. vſque ad* 108. ac nos *d. tract. de diſtribut. quotid. 2. part. quæſt. 19. à numer. 1. vſque ad* 20. & rurſus *in tract. de option. canon. cap. 5. quæſt. 2.* & adducendis *in ſeq. quæſt. concluſ. 4.* Ex prædictis autem iuribus, & Doctoribus ſimul etiam conſtat, † beneficium ſacerdotale, ſeu 34.
ordinem aliquem ſacrum annexum habens dupliciter ſumi poſſe, vel in actu; ita, vt ordo ille requiratur tempore, quo quis beneficium obtinet; vel in habitu, ſeu in potentia; ita, vt ſufficiat illum ordinem infra annum ab obtento beneficio ſuſcipere. Sed & illud adnotandum hac in re eſt, ſimul ſtare, quòd beneficium ſit ſacerdotale, habeátve alium ordinem ſacrum annexum ſiue in actu, ſiue in habitu; & tamen poſſit tale beneficium obtinens per alterum deſeruire beneficio, ſeu implere onus illi annexum per alium, ſeu per ſubſtitutum, & quidem perpetuò; quia nimirum fundator beneficij talem ordinem requirat ſolùm ad decus beneficij à ſe fundati, illúdque eo honeſtandum, nolens, à quolibet clerico poſſe obtineri.

Septima diuiſio eſſe poteſt beneficij, ſeu præbendæ, vt † alia ſint qualificata, cuiuſmodi eſt inter 35.
ceteras præbenda Theologalis, Pœnitentialis, Magiſtralis, aut Doctoralis; de quibus *in cap. 1. & 2. cap. quia nonnullis, & cap. fin. de magiſtrat.* Concil. Trident. *ſeſſ. 5. cap. 1. & ſeſſ. 23. cap. 18. ſeſſ. 24. cap. 8. & ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat.* ac per Rebuff. *in concord. Gall. rubr. de collat. verbo, Theologalem,* Couarr. *pract. quæſt. cap. 36. numer. 4.* Gomeſ. *tract. de grat. expectativ. ſub numer. 93.* Gonzal. *ad d. reg. 8. Cancellar. gloſ. 6. num. 257.* & latiſſimè *gloſ. 9. §. 2.* per tot. & Nicol. Garz. *d. tract. de benefic. part. 5. cap. 4. §. 1.* per tot. aliæ verò ſint ſimplices præbendæ, ſeu non qualificatæ; de quibus paſſim habetur *in tit. de præben.*

Octaua diuiſio beneficiorum illa eſſe poteſt, vt † 36.
quædam ſint collatiua, quorum prouiſio ſit non ad alterius electionem, aut præſentationem, ſed per ſolam ſuperioris vnius, aut plurium ſimul

collatio

collationem; de quibus ſæpe *in tit. de reſcript. & de prebend. in Decretal. ſext. Clement. & Extravag. & in reg.* 8. *Cancell.* & *ibi* inter alios Gonzal. *gloſ.* 16. 21. *&* 22. per tot. necnon *gloſ.* 24. *à num.* 47. *ad* 60. *& gloſ.* 45. ferè per tot. necnon Garz. *d. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 14. *vſque ad* 26. quædam electiua, quorum prouiſio fit ad alterius vel electionem, vt in toto penè tit. *de elect. cap. cùm in illis*, §. 1. *de præben. in* 6. *cap. vnic. ne ſed. vacante. eod. lib. & Clement. de præben.* latè Gonzal. *ad d. reg.* 8. *gloſ.* 19. *& gloſ.* 45. §. 2. Flamin. Pariſ. *d. tractat. de reſign. benef. lib.* 2. *queſt.* 5. ferè per tot. Garz. *à d. num.* 14. *ad* 36. vel præſentationem, de quibus in toto tit. *de iurepatr.* ac præter Doct. *ibi*, fusè Pariſ. *d. lib.* 2. *queſt.* 4. Gonzal. *ad d. reg.* 8. *gloſ.* 13. *& d.* §. 2. latiſſimè Lambertin Roch. de Curt. Paul. de Cittadin. & Io. Nicol. *in ſuis tract. de iurepatr.* paſſim: vel nominationem, de qua Lambertin. *d. tract. lib.* 1. *part.* 1. *queſt.* 10. *art.* 5. *num.* 17. *lib.* 2. *part.* 1. *queſt.* 1. *art.* 12. *num.* 6. *cum ſeq.* Paul. de Cittadin. *d. tract.* 6. *part. num.* 88. & Io. Nicol. *eod. tract. lib.* 1. *num.* 46. latiſſimè Rebuff. *in tract. de nominat.* per tot.

37. *Nona* diuiſio beneficiorum eſſe poteſt, vt † alia ſint manualia, ſiue temporalia, & amouibilia, de quibus *in cap. cùm ad monaſterium*, §. *ſales, de ſtat. monach. cap.* 1. §. *fin. de priuil. in* 6. latè poſt alios Pariſ. *d. lib.* 2. *queſt.* 11. & Gonzal. *in comment. d. reg.* 8. *gloſ.* 5. §. 6. ferè per tot. cuiuſmodi vtplurimum ſunt omnia beneficia regularium, vt ipſe probat *num.* 6. alia perpetua, de quibus paſſim *in tit. de præben. cap.* 1. & *ibi* gloſ. recepta *in verbo, perpetui, de capell. monach. in* 6. cum aliis adductis per eundem Gonzal. *ibidem num.* 7. & latiùs *d. gloſ.* 5. *in princ. num.* 11. *&* 12. atque huiuſmodi eſſe præſumuntur beneficia ſæcularia, vt idem docet *d. num.* 7. quamuis etiam be-
38. neficia regularia, ſiue manualia † fieri poſſint perpetua, vt ipſemet poſt alios tradit *d.* §. 6. *num.* 13. cum multis ſequentibus, ſiue quia Papa ex certa ſcientia illa reſeruet, aut perpetuò conferat, vt docet *d. num.* 23. 25. *&* 27. ſiue quia Prælatus prouiſum numquam de facto amoueat, vt poſt alios monet *num.* 30. ſiue ex conſuetudine, vt *num.* 34. *cum tribus ſeq.* ſicut etiam beneficium perpetuum poteſt ex conſuetudine effici temporale, ſeu manuale; vt ex Mil. *in repert. verbo, Religioſus non poteſt conſentire, in fin.* & ex text. ibique Doct. *in cap. cùm de beneficio*, & *ibi* Doctorib. idem docet *num.* 38. necnon ex fundatione, vel ſtatuto à Sede Apoſtolica confirmato; vt præter laudatos ab eodem *d.* §. 6. *num.* 8. ſentit Nauar. *conſ.* 5. *ſubtit. de offic. ord.* in Romana impreſſione; vbi latè tradit, ſimplex beneficium perpetuum de iurepatronatus poſſe ab Epiſcopo de patroni conſenſu ex iuſta cauſa effici manuale, & ad nutum ipſius patroni amouibile; quem ſequitur Gonzal. *d.* §. 6. *num.* 62. referens tamen *num. præced.* Rot. Rom. in vna Toletana iuris nominandi, 29. Nouembris 1582. coram Blanchetto dubitaſſe, an laicus fundator parochialis poſſit in fundatione facere quòd Rector amoueri poſſit ad nutum patroni, & in partem negatiuam inclinaſſe. quod tamen *ibidem*, iuncto *num.* 60. ſentit Gonzal. ſpeciale eſſe in beneficio curato: nam & plures caſus, quibus beneficia ad tempus prouidentur, etiam per Ordinarium, recenſet Rebuff. *in prax. benef. tit. requiſita ad bonam collationem, ex n.* 14. *vſque ad num.* 21. relatus nec improbatus à Gonzal. *d.* §. 6. *num.* 57. Atque hæc adde iis, quæ ſup. *ad fin.* 1. *diuiſ.* diximus de hac ipſa diuiſione.

Decima, & poſtrema diuiſio beneficiorum, ſeu qualitatum eorumdem ſumi poteſt ex diuerſitate onerum, ſeu conditionum ſpiritualium illis in fundatione appoſitarum, vtputa celebrandi tot Miſſas, vel anniuerſaria & ſimilium, aut etiam diſſimilium. poteſt enim fundator † in limine fundationis bene- 39.
ficij apponere quas conditiones voluerit, etiamſi circa ſpiritualia ſint, & contra ius commune: modò aliàs ſint licitæ, ac poſſibiles, & his omnino accedat conſenſus Ordinarij: vt poſt alios pluribus oſtendit Lambertin. *tract. de iurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *queſt.* 9. *princ. art.* 2. *num.* 49. *vſque ad fin.* quem multis citatis ſequitur Gonzal. *d. gloſ.* 5. *in princ. num.* 47. 48. *&* 101. *cum ſeq. gloſ.* 15. *num.* 130. *&* 131. ac tandem *gloſ.* 29. *num.* 3. & Io. Guttier. *conſ.* 1. *&* 2. *num.* 1. ac meo iudicio apertè colligitur ex Trident. Conc. *ſeſſ.* 22. *cap.* 4. *de reformat.* omnino autem conſtat ex eodem Conc. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. 9. *&* 16. item *de reform.* & aliis iuribus citat. *queſt. ſeq. concl.* 1. Atque hæc de diuiſionibus derogationis qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum deſumptis ex parte cauſæ materialis. ad quam tamen etiam pertinet prima ex diuiſionibus, quas circa mox ſequentem formalem cauſam afferemus.

Ex parte igitur cauſæ formalis primò diuidi po- 40.
teſt huiuſmodi derogatio, vt † alia ſit, quæ ſit reſpectu omnium qualitatum beneficij in eius fundatione adiectarum ex fundatoris voluntate, ac magis propriè dicitur abrogatio, iuxta *l. derogatur, ff. de verb. ſignif.* ibi; abrogatur legi, cùm prorſus tollitur; quamuis & derogatio genericè accipiatur nonnumquam, prout etiam abrogationem continet; per ea, quæ *cap. præced. queſt.* 1. *circa initium*, adduximus, vbi de fideicommiſſi derogatione diſſeruimus; quinimmo ſpecificè ſumpta derogatio pro ea, quæ non in totum tollit, iuxta *d. l. derogatur, initio*, ſatis conueniat ſpeciei derogationis qualitatum beneficij, de qua nunc agimus, cùm hæc reſpectu temporis in totum eas qualitates non tollat, vti non perpetua, ſed temporalis: alia derogatio ſit reſpectu alicuius, vel aliquarum dumtaxat qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum; atque huic ſpeciei derogationis adhuc magis ſtrictè, & propriiſſimè derogationis nomen conuenit, quia non modò ad tempus ſit, vt præcedens, ſed & pro parte tantùm quoad ipſam materiam, hoc eſt, qualitates beneficij eam fieri continget, iuxta text. *in d. l. derogatur*: ibi, derogatur legi, cùm pars detrahitur, cum *ibi* notat. per Doct. & aliis per nos adductis *d. cap. præced. queſt.* 1. non longè ab initio. Secunda diuiſio ex parte eiuſdem cauſæ formalis, & quidem magis propria, quàm præcedens, illa eſſe poteſt, vt prædicta derogatio qualitatum beneficij † alia fiat per nouam legem generalem à 41.
Rom. Pontifice, aut ſtatutum Epiſcopi, vel Eccleſiæ alicuius; alia per reſcriptum eiuſdem Pontificis, aut decretum eo inferioris: de qua vtraque ſpecie fuſiùs agemus infrà hoc ipſo cap. *queſt.* 5. & quoad priorem aliquid etiam *queſt.* 3. *concluſ.* 3. *poſt med. & queſt.* 4. præſertim *concl.* 3. 4. *&* 5. Tertiò eadem derogatio diuidi poteſt † in eam, quæ ſit cum cauſæ 42.
cognitione, vocatis iis quorum intereſt, aut de conſenſu fundatoris, vel heredis; & eam, quæ ſit ſine huiuſmodi cauſæ cognitione, vel conſenſu: de quibus ſpeciebus differendum nobis erit *queſt.* 7. ferè per tot.

Ex parte denique cauſæ finalis eadem derogatio diuiditur † in illam, quæ iuxta quorumdam ſen- 43.
tentiam fieri ſine cauſa poteſt; & eam, quæ non niſi cum cauſa ſit; hæc verò ſubdiuiditur, in illam, quæ ſit ex cauſa neceſſitatis, atque illam, quæ ex cauſa accidentis vtilitatis; & vtriuſque ſiue publicæ, ſiue priuatæ. de his autem ſingulis ſpeciebus, ſeu membris fusè diſputabimus *queſt.* 6. ac de hiſce duobus ſubdiuiſionis membris aliquid dicemus ad finem

mox seq. quæst. Nunc autem pro complemento præsentis quæstionis subuciendæ hoc loco fortè aliquot formulæ derogationis qualitatum appositarum in fundatione beneficij, sicut *cap. præced. ad fin. 2. quæst.* aliquas inseri curauimus derogationis fideicommissorum. sed, quoniam nullas huiusce derogationis, de qua in hoc cap. disputamus, formulas hucusque potuimus reperire; eæque ✝ facilè confici
44. paucis mutatis à quouis possunt, præsertim ex illis, quas *cap. 2. quæst. 3.* posuimus, cùm de vltimarum voluntatum commutatione generatim ageremus, necnon ex forma nouæ prouisionis simplicis, quam habes apud Rebuff. *in prax. benef. 1. part.* adiecta post nuncupationem beneficij qualitate, cui petitur derogari, vtputa iurispatronatus laicorum ex fundatione, vel dotatione, dicendo dispositiuè, quod est de iurepatronatus laicorum ex fundatione, vel dotatione, atque etiam addendo illud ad Regem, Ducem, Marchionem, aut alium Principem pertinere, si tale exiſtat; non autem hæc exprimendo conditionaliter, ob reg. 41. nunc 42. Cancell. de qua inferiùs suo loco mentionem faciemus; quod idem de nonnullis aliis qualitatibus beneficij, nimirum, quòd sit dignitas, personatus, officium, curatum, vel electiuum, statuitur *in reg. 56.* nunc 57. quare in cæteris qualitatibus fortè sufficiet expressio conditionalis, dicendo, etiamsi ex fundatione caueatur, &c. & in litteris sufficiet inter cæteras clausulas derogatorias addere illud verbum, *fundatione*, prout fecit Rebuff. *in d. prax. benef. 2. part.* in formula dispensationis Papæ de non promouendo: eas ob causas, breuitati etiam quoad fieri potest studentes, iisdem formulis prætermissis, ad sequentem huius cap. quæstionem transeamus.

SVMMÆ RERVM.

45. *Derogatio qualitatum in beneficij fundatione appositarum non est contraria iuri naturali; & num. seq.*

46. *Beneficiorum fundatio, & institutio, excepto Episcopatu, & Papatu, ac modi, & forma illa acquirendi non iure naturali, aut diuino, sed humano inducta sunt; & num. 50.*

47. *Derogatio qualitatum in fundatione beneficij appositarum non est à iure naturali introducta. & hæ qualitates, ac earum appositio iure tantùm humano inducta sunt; num. 48.*

49. *Derogatio qualitatum in fundatione beneficij appositarum non est contraria iuri diuino positiuo siue legis veteris, siue nouæ.*

50. *Beneficia Ecclesiastica, & modi illa acquirendi quomodo ab Ecclesia instituta sint ex potestate illi diuinitus tradita.*

51. *Papatus habet quasdam qualitates annexas de iure diuino, ac præsertim primatum super omnes Ecclesias; quarum derogatio eidem iuri aduersatur.*

52. *Qualitates Episcopatui, & aliis beneficiis curatis iure diuino annexæ, quarum derogatio eidem iuri contraria est, quænam sint.*

53. *Derogatio qualitatum in fundatione beneficij appositarum non est à iure diuino positiuo inducta.*

54. *Derogatio qualitatum in beneficij fundatione appositarum regulariter est iuri humano positiuo contraria. & in quibus iuribus ea tacitè prohibeatur; num. 55. & aliquibus seqq.*

56. *Beneficia sæcularia sæcularibus, & regularia regularibus sunt conferenda; & num. 88.*

57. *Beneficia curata non nisi iis conferri debent, qui curam animarum valent exercere, neque uniri possunt ad vitam.*

58. *Beneficia plura, quib. annexa est dignitas, personatus, officium, vel administratio Ecclesiastica, obtinere quis sine dispensatione non potest.*

59. *Beneficia non nisi personis idoneis ad residendum, ac munus suum præstandum, conferri debent.*

60. *Beneficia certum ordinem ex fundatoris voluntate annexum habentia non nisi iis conferenda sunt, qui eum ordinem suscipere possint, ac debito tempore suscipiant.*

61. *Qualitas iurispatronatus beneficio adiuncta obseruanda est in illius beneficij dispositione. idemque in obligatione residendi, & aliis qualitatibus, & oneribus beneficio ab eius fundatore iniunctis; num. 62.*

63. *Derogatio qualitatum in fundatione beneficij appositarum in quibus iuribus expressè prohibeatur. & in quibus expressè permittatur; ita, vt à iure humano positiuo inducta in illis casibus dici possit; numer. 64. cum aliquot seqq.*

65. *Episcopatus est beneficium sæculare; quod tamen regulari personæ sæpe confertur; & num. 90.*

66. *Beneficium curatum, seu parochiale est sæculare; & an possit religioso conferri; & num. 91.*

67. *Beneficia regularia possunt aliquando clericis sæcularibus conferri; & num. 70. ac 88.*

68. *Beneficium manuale potest nonnumquam fieri perpetuum, & perpetuum manuale.*

69. *Iuripatronatus laicorum aliquando derogatur saltem per Papam; & iuripatronatus clericorum, seu Ecclesiastico etiam per legatum de latere.*

70. *Causa derogationis qualitatum in beneficij fundatione appositarum est necessitas, & euidens vtilitas; & ibi, quòd ob necessitatem Ecclesiæ beneficia sæcularia regularibus, & regularia clericis sæcularibus conferri possunt.*

71. *Superior, ad quem deuoluitur prouisio beneficij, prouidere de eo debet cum qualitatibus ab eius fundatione, ac natura requisitis; nisi necessitas Ecclesiæ aliud suadeat; & an ob vtilitatem Ecclesiæ, aliámve iustam causam.*

72. *Causa generalis, ac specialis derogandi qualitatibus in fundatione beneficij appositis quæ sit.*

73. *Derogatio qualitatum in fundatione beneficij appositarum per se, ac regulariter est odiosa. aliquando tamen est fauorabilis; num. 74. & vbi vtrinque esset fauor, causa potentior attenditur, & quæ dicatur potentior; num. 75. & an talis derogatio extendenda sit ad casus similes; num. 76.*

QVÆRO TERTIO, quo iure, & quam ob causam introducta sit derogatio qualitatum in fundatione beneficij appositarum.

Quoniam, vt per se patet, quæstio hæc duas principales habet inspectiones, alteram de iure, quo prædictæ derogatio qualitatum inducta est; alteram verò de causa, propter quam à iure introducta fuit; ius autem vel naturale est, vel diuinum positiuum, vel humanum positiuum, vt latiùs suprà *cap. 3. circa initium*, deduximus: idcirco maioris perspicuitatis gratia circa priorem quidem inspectionem singulas statuemus conclusiones, de singulis mox memoratis iuribus; tum quoad posteriorem inspectionem, quartam subiicemus conclusionē de causis, ob quas prædictam qualitatum derogationem ius introduxit;

Digitized by Goo

xit; ac denique per modum illationis poſtremam concluſionem adiiciemus, in qua videbimus, an derogatio huiuſmodi fauorabilis ſit, vel odioſa.

PRIMA CONCLVSIO. Derogatio qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum † neque 45. eſt contraria iuri naturali; neque ab eo inducta. Prior pars concluſionis probatur. nam, quatenus appoſitio harum qualitatum ex fundatoris voluntate eſt quædam vltima voluntas, ſiue ea ſit diſpoſitio cauſa mortis, ſiue inter viuos, iuxta latè tradita ſuprà *cap. 2. quæſt. 1. & 2.* iunctis iis, quæ adducemus infrà hoc ipſo cap. *quæſt. 4. concl. 1.* vbi oſtendemus, beneficia fundari, atque iis qualitates apponi per vtrumque prædictarum diſpoſitionum genus; & derogatio huiuſmodi qualitatum beneficij eſt quædam ſpecies commutationis vltimæ voluntatis, vt ſatis conſtat ex adductis ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 1. poſt medium*, in explicanda huius derogationis definitione: ſufficienter etiam oſtendimus ſuprà *cap. 3. quæſt. 1. concl. 1. & cap. præced. quæſt. 3. concl. item 1.* eamdem derogationem iuri naturali non eſſe contrariam. quatenus verò illæ qualitates adiiciuntur beneficio in eius fundatione, & inſtitutione: ex hoc etiam capite earumdem qualitatum derogatio iuri naturali non aduerſatur: cùm beneficiorum fundatio, & inſtitutio, excepto Papatu, & Epiſcopatu, ac 46. modus, formaque acquirendi beneficia † non naturali, aut diuino, ſed iure tantùm humano poſitiuo, hoc eſt, Eccleſiaſtico introducta fuit; vt ex *cap. 1. diſt. 22. cap. nullus*, ac ferè per tot. *9. quæſt. 2. cap. 1. 13. quæſt. 1.* atque aliis poſt multos probant Alphonſ. Hoied. *tract. de benef. incompaſſibili 1. part. in præfat. num. 5.* & Vgol. *tract. de ſimon. tab. 1. cap. 5. §. 4. num. 2. vſque ad 5. & cap. 48. in princ. num. 2. cum tribus ſeqq.* ac præter hos, & ab eis citat. tenet Chriſtophor. Roſiniae. *tract. de benef. cap. 1. num. 5. & 4.* & M. Ant. Marſil. Colum. *tract. de redit. Eccleſ. orig. & iur. part. 1. cap. 8. ex num. 12.* Gonzal. *in commen. d. reg. 8. Canc. §. 1. proœm. num. 1. 2. & 3.* ac nouiſſimè docet Nicol. Garz. quem poſt hæc ſcripta vidi, *in tract. de benef. part. 5. cap. 1. num. 4.* ex eo autem inter alia maximè confirmatur hæc eadem prior pars concluſionis, quòd, cùm non modò Romanus Pontifex, ſed & alij eo inferiores aliquando ſaltem derogare poſſint qualitatibus in fundatione beneficij appoſitis, vt infrà *quæſt. 5.* oſtendemus; inde apertè colligitur earum qualitatum obſeruantiam, vt executionem non eſſe iure naturali præceptam; atque adeò illarum derogationē non eſſe eidem iuri contrariam: iura enim naturalia ſunt immutabilia, §. *ſed naturalia, Inſtit. de iur. natural. gent. & ciuil. diſt. 5. in princ. & diſt. 6. §. vltimo.* Negari tamen omnino non poteſt, naturali cuidam æquitati, ac rationi aliquo modo aduerſari prædictam derogationem; vt colligi poteſt ex Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 5. de reform.* & ex eo, quòd naturali æquitati, ac rationi conuenit executio vltimarum voluntatum, iuxta latiùs per nos adducta ſuprà *cap. 3. quæſt. 1. concl. 1. ad fin.* Probatur nunc poſterior pars propoſitæ concl. quòd nimirum prædicta derogatio qualitatum be-47. neficij † neque etiam ſit à iure naturali inducta primò; quia, vt ſup. *d. cap. 3. quæſt. 1. concl. 2.* de commutatione vltimarum voluntatum docuimus, & *cap. præced. quæſt. 2. concl. 1. poſt med.* quoad derogationem fideicommiſſorum deduximus, ſiue ſumamus ius naturale ſecundùm Iuriſconſultos, hoc eſt, vel primæuum, quod eſt commune omnibus animantibus; vel ſecundarium, quod omnibus, vel ferè omnibus gentibus conuenit, vocatúrque ius gentium; ſiue accipiatur, prout à Theologis ſumitur, nimirum pro moralibus principiis, & præceptis legis naturalis à Deo in Decalogo explicatis: ab eo iure naturali non eſt introducta derogatio qualitatum beneficij; quoniam neque hominibus communis eſt cum brutis, vt patet; ſed neque omnibus, aut ferè omnibus gentibus, cùm nullum eius veſtigium, nedum exemplum, vel præceptum apud gentes exteras appareat; & in orbe Chriſtiano aliqua potiùs iura eidem refragentur, quæ infrà hac ipſa quæſt. *concl. 3.* recenſebimus: pariter ea derogatio qualitatum ex moralibus principiis, aut eorum immediatis concluſionibus, quæ ſunt præcepta Decalogi, per neceſſariam conſequentiam non colligitur, vt cuique rem conſideranti facilè patebit; maximè quia immo tunc aduerſari aliquo modo videtur ſexto, ac decimo præcepto Decalogi, cùm qualitates illæ ad alicuius perſonæ, vel loci commodum, & fauorem fuerunt adiectæ; ac propter aliquale præiudicium, quod fit violando voluntatem fundatoris, qui eas qualitates appoſuit, eiúſve heredibus, quorum intereſt, aut intereſſe poteſt, eam voluntatem obſeruari, iuxta latiùs adducta ſuprà *cap. 6. quæſt. 1. concl. 2. circa med.* Secundò probatur eadem poſterior concluſionis pars; quoniam, cùm, vt paulo antè docuimus, non modò beneficia ipſa, excepto Papatu, & Epiſcopatu, ac ſecundùm aliquos Cardinalatu, verùm etiam modus, ac forma eadem acquirendi, quæ ad eorum qualitates pertinent, non à naturali, aut diuino, ſed ſolùm ab humano iure originem traxerint: quod idem dicendum eſt † de reliquis qualitatibus, quæ ex fundatorum beneficij voluntate in eius fundatione apponuntur; per ea, quæ in mox præced. quæſt. circa poſtremam diuiſionem beneficiorum, ſeu qualitatum eorumdem adduximus, inde apertè ſequitur, etiam earumdem qualitatum derogationem humano tantùm, non autem naturali, aut diuino iure fuiſſe inductam; tam per regulam, quòd contrariorum eadem eſt ratio, ac diſciplina, de qua latè inter cæteros Euerard. *in loc. leg. à contrar. num. 1. vſque ad 6.* tum etiam, quia non entis nullæ ſunt qualitates, *l. eius, qui in prouincia, prope fin. ff. ſi cert. petat.* & qualitas eſſe non poteſt ſine ſubiecto, *l. 2. ff. de vſufr.* cum aliis ad vtrumque per nos allegat. *d. cap. præced. quæſt. 3. concl. 1. ad fin.* & hoc ipſo cap. *quæſt. 1. verſ. qualitatis autem nomen, circa med.* 48.

SECVNDA CONCLVSIO. Derogatio qualitatum appoſitarum in fundatione beneficij † ne- 49
que eſt contraria iuri diuino poſitiuo; neque etiam ab eo inducta. Prior pars concluſ. probatur, quia, cùm ius diuinum poſitiuum contineatur vel in lege Moyſi, vel in lege Euangelica: & illius præcepta quædam ſint moralia, quædam ceremonialia, quædam iudicialia; huius autem præcepta vel ad fidem pertineant, vel ad ſacramenta; prout hæc omnia ſatis docuimus ſup. hoc ipſo tract. *cap. 3. quæſt. 2. in princ. & concl. 1.* necnon *in tract. de Decim. cap. 1. quæſt. 2 num. 13. vſque ad 18.* iuncto *num. 22. cum ſeq.* iuxta poſtremam impreſſionem: præcepta quidem ceremonialia, & iudicialia legis veteris exierunt per Chriſti mortem, vt latiùs oſtendimus *d. quæſt. 2. in princ. & d. n. 13.* quare, vbi etiā derogatio qualitatum beneficij, de qua agimus, in illis præceptis eſſet prohibita; ea prohibitio nunc vim legis non obineret. Quòd ſi loquamur de præceptis moralibus eiuſdem veteris legis, ſiue ea ſint dumtaxat præcepta Decalogi, ſiue alia etiam pauca, iuxta id, quod tradidimus *d. cap. 3. huius tract. quæſt. 2. concl. 1. & d. cap. 1. quæſt. 2. num. 18. & 22. cum ſeq. in tract. de decim.* & attigimus *cap. præced. huius tractat. quæſt. 3. concluſ. 2.* vbi etiam docuimus, præcepta Decalogi potiùs eſſe declarationem, ac promulgationem legis naturalis.

&

& concluſiones ex principiis moralibus deductas: pariter non video, quomodo memorata prohibitio derogationis qualitatum beneficij in illis præceptis moralibus contineatur non modò directè, ſeu expreſsè, vt de ſe patet, ſed nec etiam indirectè, ac tacitè, quia fortaſſe per aliquod ex his præceptis inducta ſint beneficia Eccleſiaſtica, eorúmve qualitates, aut poteſtas eas qualitates beneficiis apponendi; cùm etiam perexiguus pars, & virtus legis ſit, *l. legis virtus, ff. de legib. & cap. fin. diſt.* 3. nam, vt non multo ante oſtendimus, tam beneficia ipſa, quàm eorum qualitates iure tantùm humano poſitiuo inducta fuerunt. Neque huic obſtet, quod Vgol. *ibidem* à nobis citat. nimirum *in tract. de ſimon. tabul.* 1. *cap.* 3. §. 4. *& cap.* 48. *in princ.* ipſis primis eius verbis, iuncto *num.* 2. *& quatuor ſeqq.* docet, † Eccleſiam ex 50.
poteſtate, & auctoritate ſibi diuinitus à Chriſto Domino tradita inſtituiſſe Eccleſiaſtica beneficia, ac varios modos, & formam ea acquirendi, quæ ad beneficiorum qualitates pertinere ſuprà diximus: quare ſaltem in lege noua, ſeu Euangelica tacitè prohibetur derogatio huiuſmodi qualitatum beneficij. Nam primò reſponderi poteſt, inde ad ſummũ concludi ſolùm de beneficiis, & eorum qualitatibus, quatenus pendent à ſuperiore Eccleſiaſtico, non autem, prout manant à voluntate fundatoris de ſuo tribuentis ad beneficium fundandum, eíque conditiones, & qualitates licitas, & poſſibiles, quas voluerit, adiicientis; de quibus qualitatibus, vt antea etiam admonuimus, potiſſimùm nos in hoc cap. agendum ſuſcepimus. Deinde Vgol. *locis citat.* ac præcipuè *d. cap.* 48. *in princ.* intelligendus eſt, prout loquitur, non quidem quaſi velit, poteſtatem diuinitus Eccleſiæ traditam fuiſſe in ſpecie, & immediatè ad inſtituenda beneficia, modóſque ac formam illa requirendi, ſed ſolùm quòd hæc inſtitutio manat, & originem habet à poteſtate eidem Eccleſiæ à Chriſto Domino tributa ad Chriſtianum populum regendum & gubernandum, *Matth.* 18. illis verbis, *Quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælis; & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis*; necnon Ioan. vlt. *Paſce oues meas*; vt ex eodem auctore conſtat *ead. tab.* 1. *cap.* 47. *ac d. cap.* 48. *in princ. num.* 1. vbi ex eadem poteſtate à Chriſto Eccleſiæ tradita deducit in ipſa Eccleſia poteſtatem leges Eccleſiaſticas condendi; quæ tamen, vt apud omnes in confeſſo eſt, & liquet ex adductis ſup. *cap.* 3. *quæſt.* 1. *circa initium*, ius poſitiuum humanum ſunt, non autem diuinum, quia nimirum non immediatè à Deo conditum, ſed mediatè ex poteſtate ab eo in terris Eccleſiæ ſuæ attributa ad ea facienda, quæ ad fidelium regimen, rectámque gubernationem neceſſaria ſunt, & opportuna. Ex quibus ſimul comprobatum manet ſecundũ propoſitæ rationis membrum de lege noua, ſeu Euangelica: quod etiam ex ea ratione facilè conuincitur, qua de fideicommiſſorum derogatione idipſum docuimus *cap. præced. quæſt.* 3. *concl.* 2. & generatim de commutatione vltimarum voluntatum latiùs comprobauimus ſuprà *cap.* 3. *quæſt.* 2. *concl.* 2. quia nimirum Chriſtus Dominus nullum aliud præceptum dedit in lege Euangelica præter præcepta fidei, & Sacramentorum; inter autem hæc præcepta certum eſt illud non contineri quo derogatio prædicta qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum prohibeatur. ſed nec dici poteſt, hanc prohibitionem contineri in præceptis moralibus Decalogi, aut aliis moralibus veteris Teſtamenti, quæ ſimul naturalia ſunt, & à Chriſto Domino confirmata, & declarata, iuxta id, quod *d. cap.* 3. *quæſt.* 2. *in princ. & concl.* 1. diximus, necnon *d. tract. de decim. cap.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 20. 21. & 23. nam, vt *d. concl.* 1. *circa med.* generatim de vltimarum voluntatum commutatione docuimus, ſicut [illegible] de non derogando prædictis qualitatibus beneficij illis moralibus præceptis non continetur, quatenus ea ſunt pars legis veteris, aut naturalis, vt conſtat ex ſupradictis: ita neque continebitur, quatenus præcepta confirmata, & declarata à Chriſto Domino fuerunt; cùm in iis confirmandis, ac declarandis nihil, quod ad hanc rem attinet, immutarit, ſed per ſe patet. Atque hæc quoad priorem partem [illegible] ionis noſtræ concluſ. Fallit autem hæc prior pars ſentis concluſionis † in qualitatibus Papatus, 51.
ei ſunt appoſitæ, ſeu annexæ de iure diuino, vt præſertim primatus ſuper omnes Eccleſias; [illegible] Matth. 16. *Tues Petrus, & ſuper hanc Petram [illegible] be Eccleſiam meam, & tibi dabo claues*, &c. & [illegible] *Simon Ioannis, diligis me plus his? paſce oues meas*, &c. & paſſim ſancti Patres, ac Theologi, & Canon[illegible] *in cap.* 1. *cum aliquot ſeq. diſt.* 17. *cap. in nouo, & cap. quamuis*, 21. *diſtinct. cap.* 1. *& 2. diſtinct.* 22. *cap. [illegible] profectò, & ſeq.* 9. *quæſt.* 3. *cap. ſignificaſti, de elect. cap.* 2. *de tranſlat. Epiſc. cap. ſolita, de maiorit. & obed. cap. quod tranſlationem, de offic. leg. cap. nouit, de iudic. cap. per venerabilem, qui fil. ſint legit. cap. pro humani, de homicid. in* 6. *Extrauag. vnam ſanctam, de maior. & obed. in commun.* atque alibi ſæpe. Quod idem dicendum eſt † de aliis qualitatibus à iure diuino annexis beneficiis Papatu inferioribus, vtputa reſidentia perſonalis Epiſcopatui, & aliis habentibus principaliter curam animarum, iuxta Decretum, ac definitionem Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *de reformat.* in iis primis verbis; cùm præcepto diuino mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere, pro his ſacrificium offerre, vbique diuini prædicatione, ſacramentorum adminiſtratione, ac bonorum omnium operum exemplo paſcere, pauperum, aliarúmque miſerabilium perſonarum curam gerere, & in cætera munia paternalia incumbere; quæ omnia nequaquam ab eis præſtari, & adimpleri poſſunt, qui gregi ſuo non inuigilant, neque aſſiſtunt, &c. Poſterior autem † 53.
pars eiuſdem concl. probatur primò ex fundamentis, quibus priorem confirmauimus huic poſteriori cum proportione applicatis: ſicut enim in præceptis veteris, aut noui Teſtamenti non continetur illud, quo prohibeatur derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum; ita neque continebitur hoc, quo eadem derogatio præcipiatur, aut etiam expreſsè permittatur. deinde ex ſecundo fundamento, quo vſi ſumus ad probandam poſteriorem præced. concluſionis partem; quia nimirum, cum & beneficia ipſa, (excepto Papatu, & Epiſcopatu, ac iuxta quorũdam ſententiam etiam Cardinalatu,) & beneficiorum qualitates non à diuino, aut naturali, ſed humano tantùm, hoc eſt, Eccleſiaſtico iure originem duxerint, inde quoque apertè ſequitur, earumdem qualitatum derogationem huiuſmodi humano dumtaxat iure fuiſſe introductam: idque tum per regulam contrariorum; tum quòd non aliis nullæ ſunt qualitates, & qualitas ſine ſubiecto eſſe non poteſt; quæ omnia *ibidem* ſatis confirmauimus.

TERTIA CONCLVSIO. Derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum licèt regulariter † iuri humano poſitiuo ſit contraria: in non- 54.
nullis tamen caſibus ab eo iure fuit introducta. Hæc concluſio, vt patet, duas partes habet, quas ſingulas ſeorſim, breuiter tamen comprobabimus. Prior igitur pars probatur primò ex pleriſque iuribus tam ciuilibus, quàm canonicis, in quibus mandatur, vltimas voluntates mitti executioni, per nos relatis ſuprà

Digitized by Google

ſuprà *cap. 3. quæſt. 3. concl. 2.* ac præcipuè quoad legitimas conuentiones, (quas vltimarum voluntatum nomine contineri oſtendimus *cap. 2. quæſt. 1. circa med.*) vt *in l. de ſocietate, in fin. C. pro ſoc.* necnon *cap. 1. & cap. qualiter, de pact.* quoad teſtamenta verò & alias ſimiles vltimas voluntates, *l. vel negare, ff. quemad. teſtam. aper. & §. exheredatos, auth. de hered. & Falcid. cap. vltima voluntas, 13. quæſt. 2. cap. nos quidem, cap. ſi heredes, & cap. Ioannes, de teſtam. Clem. quia contingit, in princ. de relig. domib.* Conc. Trid. *ſeſſ. 3. cap. vlt. ſeſſ. 21. cap. 8. ſeſſ. 22. cap. 8 & 9. ac ſeſſ. 25. cap. 8. de reformat.* Secundò ex iis iuribus, in quibus ſatis expreſsè prohibetur regulariter commutatio vltimarum voluntatum pariter à nobis *in d. concl. 1.* allegat. maximè verò quoad diſpoſitiones quidem inter viuos, ex *l. ſi donationi, C. de reuoc. donat. l. inciuile, C. de rei vendicat. cap. conqueſtus, de for. compet. d. Clement. quia contingit, in princ.* iuncta gloſ. recepta *verbo, largitione, de relig. domib.* quoad diſpoſitiones verò cauſa mortis ex *l. 1. & l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. l. ſi teſtamentum, C. de teſtament. l. hac lege, C. de aquæd. lib. 11. §. diſponat itaque, auth. de nupt. collat. 4. cap. tua nobis, de teſtament. d. Clem. quia contingit, in princ.* iuncta gloſ. *d. verbo, Largitione,* Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 8. de reformat.* Iure autem optimo in hiſce duobus fundamentis ex commutatione vltimarum voluntatum argumentum ſumimus ſaltem negatiuum ad derogationem qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum tamquam à genere ad ſpeciem, iuxta latè tradita à Nic. Euerard. *in Topic. iur. loc. à gener. ad ſpec.* & Nicol. Vigel. *in Dialect. iur. lib. 2. loc. à gener.* cum aliis per nos adductis *in tract. de Conſernat. iudic. cap. 5. num. 22. & cap. 7. num. 395. cum aliquot ſeqq.* nam, vt iam non ſemel admonuimus, & agimus potiſſimùm in hoc cap. de qualitatibus beneficio adiectis ex voluntate fundatoris, hoc eſt, per diſpoſitionem ſiue inter viuos, ſiue cauſa mortis eius, qui de ſuo tribuit ad fundandum ſeu erigendum beneficium; atque adeò per vltimam voluntatem. ex iis, quæ ſup. *cap. 1. & 2.* paſſim adduximus; iunctis traditis *quæſt. præced. ad fin.* & derogatio harum qualitatum eſt quædam earum mutatio, vt de ſe patet, ac docuimus *quæſt. 1. huius eiuſd. cap.* dum eiuſmodi derogationis definitionem explicaremus. Tertiò probatur hæc prior pars præſentis concluſionis ex iis iuribus, quibus in

55. ſpecie † tacitè prohibetur derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, dum inibi præcipitur, vt hæ qualitates obſeruentur; prout *cap. cùm de beneficio, de præben. in 6. Clement. vnic. §. 1. de ſuppleu. neglig. prælat. in 6.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 14. cap. 10.*

56. *de reform. & ſeſſ. 25. cap. 21.* vbi mandatur, † beneficia ſæcularia ſæcularibus, & regularibus regularia eſſe conferenda. item *cap. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect. cap. licèt canon, eod. tit. in 6. cap. penult. de ætat. & qualit. cap. quia nonnulli, & cap. relatum, de cler. non reſid. cap. extirpanda, de præbend. cap. ſi eo tempore, de reſcript. in 6. cap. ordinarij, de offic. ordin. cap. cùm in illis, in princ. & cap. ſi Apoſtolica Sede, de præben. eod. lib. & Clem. 1. eod. tit.* Conc. Trid. cùm alibi, tum *ſeſſ. 7. cap. 3. 4. 5. & &. de reformat. ſeſſ. 21. cap. 4. & 7. cum ſeq. ſeſſ. 24. cap. 13. & 14. & ſeſſ. 25.*

57. *cap. 9. & 10.* item *de reformat.* ex quibus colligitur, † beneficia curata non niſi iis, qui curam animarum valeant exercere, conferri debere; curandúmque fore ab Epiſcopis, ne cura ipſa animarum beneficiis annexa deſeratur; ita, vt neque vniones ad vitam horum beneficiorum, quibus cura immineat animarum, admittantur, vt in Conc. Trid. *d. ſeſſ. 7. cap. 4. & d. ſeſſ. 24. cap. 17.* Mandoſ. *in prax. ſign. grat. tit. de vnion. ad fin.* & Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. quæſt. 17.* Præterea dum in pleriſque iuribus habetur, † non poſſe quém plura beneficia, dignitatem, perſonatum, aut officium aliquod, ſeu adminiſtrationem Eccleſiaſticam annexam habentia, obtinere ſine diſpenſatione; vt *in d. cap. quia nonnulli, de cleric. non reſiden. cap. ad hæc, & cap. de multa, de præben. Clement. ſi plures, eod. tit. cap. 1. de conſuet. in 6.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 7. cap. 4. de reformat.* aut quòd

58. † non niſi perſonis habilibus, & idoneis ad reſidendum

59. ac munus ſuum præſtandum; vt præcipuè conſtat ex *d. cap. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect. & cap. licèt canon, eod. tit. in 6. cap. 1. cap. indecorum, & cap. eam te, de ætat. & qualit. d. cap. quia nonnulli, de cleric. non reſid. cap. graue nimis, & cap. extirpanda, de præben.* Conc. Trident. *d. ſeſſ. 7. cap. 3. ſeſſ. 22. cap. 4. & ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat.* cum ſimil. inde ſatis apertè deducitur, ex canonum diſpoſitione huiuſmodi dignitates, perſonatus, & officia beneficiis adiuncta iuxta eorum inſtitutionem, & fundationem effectum ſortiri, & impleri reſpectiuè debere. Pariter dum iure cauetur, † beneficia certum ordi-

60. nem ex fundatoris voluntate annexum habentia non niſi iis, qui talem ordinem ſuſcipere poſſint, ac debito tempore ſuſcipiant, conferri debere, vt *in cap. cui de non ſacerdotali, & cap. ei, cui, de præben. in 6. Clement. 2. §. illi verò,* iuncta gloſ. recepta *verbo, annexi, de ætat. & qualit.* Conc. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 4. ſeſſ. 24. cap. 12. & ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat.* hinc manifeſtè fit, huiuſmodi qualitatem ordinis ex fundatione appoſitam obſeruandam eſſe: prout etiam †

61. de qualitate iuriſpatronatus conſtat ex *cap. decernimus, cum duobus ſeqq. 16. quæſt. 7. cap. 3.* ac toto penè *tit. de iurepatr. in Decretal. ſexto, & Clement.* necnon Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat. circa initium,* ac de † obligatione reſidendi, toto penè *tit. de cleric. non reſid.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 6. cap. 2. de reformat. ſeſſ. 24. cap. 12.* item *de reformat.* atque alibi ſæpe. ac generatim de qualitatibus, & oneribus licitis à fundatione beneficij eidē beneficio iniunctis, ex Conc. Trid. *d. cap. 5.* cum aliis adductis per Doct. à nobis cit. ſuprà *quæſt. præced.* in poſtrema diuiſione derogationis qualitatum beneficij ex parte cauſæ materialis. Quartò, ac poſtremò hæc eadem prior pars huius 3. concluſionis probatur ex iis iuribus, in quibus † expreſsè irritatur prouiſio de beneficiis

63. facta iis perſonis, quæ non habent ordinem, aliámve qualitatem illis annexam: ex hoc enim manifeſtè quoque cenſetur prohibita earum qualitatum derogatio, & quidem etiam in fundatione beneficij appoſitarum; cùm nulla ibi appareat reſtrictio ad qualitates à iure annexas, aut à ſolo ſuperiore Eccleſiaſtico fundationem beneficij approbante, illúdque erigente atque inſtituente; ſed generatim mentio fiat de ordine, aut de alia qualitate in beneficiato requiſita. huiuſmodi eſt decretum Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 4. de reformat.* vbi, poſtquam ſtatutum fuerat, vt ij, qui dignitates, perſonatus, officia, præbendas, portiones ac quælibet alia beneficia in Cathedrali, vel collegiata, ſæculari, vel regulari Eccleſia obtinent, aut in poſterum obtinebunt, quibus onera varia ſunt annexa, videlicet, vt alij Miſſas, alij Euangelium, alij Epiſtolas dicant, ſeu cantent, quocumque ij priuilegio, exemptione, prærogatiua, generis nobilitate ſint inſigniti, teneantur, iuſto impedimento ceſſante, infra annum ordines ſuſcipere requiſitos; alioquin pœnas incurrant iuxta cōſtitutionem Concilij Viennenſis, quæ incipit, *Vt ij, qui,* quam præſenti decreto innouat; (vbi idem cauetur quod in hoc Trid. Concilij decreto;) cogántque Epiſcopi eos diebus ſtatutis dictos ordines per ſeipſos exercere, ac cætera omnia officia, quæ de-

beant,

bent, in cultu diuino præſtare: ſubiicitur; nec aliis in poſterum fiat prouiſio, niſi iis, qui iam ætatem, & cæteras habilitates integrè habere dignoſcantur: aliter irrita ſit prouiſio. Magis autem expreſsè ac ſpecialiter quoad qualitates in fundatione beneficiorum appoſitas, magiſque vniuerſaliter, nimirum quoad eas ferè omnes earumdem derogatio prohibetur ab eodem Conc. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reformat.* in hæc verba. Ratio poſtulat, vt illis, quæ bene conſtituta ſunt, contrariis ordinationibus non detrahatur. quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione, ſeu fundatione, aut aliis conſtitutionibus qualitates aliquæ requiruntur, ſeu certa illis onera ſunt iniuncta, in beneficiorum collatione, ſeu in quocumque alia diſpoſitione eis non derogetur. Idem in præbendis Theologalibus, Magiſtralibus, Doctoralibus, aut Preſbyteralibus, Diaconalibus, ſeu Subdiaconalibus quandocumque ita conſtituta fuerint, obſeruetur, vt eorum qualitatibus vel ordinibus nihil in vlla prouiſione detrahatur, & aliter facta prouiſio ſubreptitia cenſeatur. Hæc Concilium. ex quibus finis ſit huic priori parti concluſ. quæ etiam magis confirmata, ſimulque explicata remanebit ex iis, quæ tam in præſenti, quàm in ſequentibus quæſt. huius cap. ſumus dicturi. Interim
64. autem poſterior pars † huius concl. probatur primò ex eo, quod de regularibus beneficiis, vt ſeculari clerico, & beneficiis ſæcularibus, vt regulari perſonæ cõferri aliquando poſſint, ſatis apertè cauetur *in cap. cùm de beneficio, de præbend. in 6.* vbi dicitur, quòd quando ſcribitur, vt prouideatur de aliquo prioratu alicui clerico ſæculari, prouideri poteſt de prioratu, qui per religioſos eſt ſolitus gubernari, ſi hoc in litteris caueatur expreſsè. Secũdò ex iuribus, in quibus
65. cauetur, Epiſcopatum; (qui aliàs † eſt beneficium ſæculare, vt adnotarunt inter alios Rebuff. *in prax. benef. 1. part. tit. ſeculare beneficium quotuplex, nũ. 4.* Alphonſ. Hoied. *tract. de incõpatib. benef. 1. part. in præfat. num. 7.* & Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 7. ſub num. 39.*) conferri poſſe religioſo, *cap. vnico 18. quæſt. 1. cap. nullus religioſus, de elect. in 6. & Clem. 1. eod. tit.*
66. quod idem † de beneficio curato, attento ſaltem iure antiquo dicendum eſt, quicquid ſit de iure nouo, qua de re videbimus *quæſt. 5.* vbi de poteſtate Epiſcopi in derogando qualitati ſæcularitatis, aut regularitatis beneficij. quòd enim beneficium curatum, (quod & ipſum ſæculare eſt, vt docet Rebuff. *vbi ſuprà, num. 10.* Hoied. *d. num. 7.* Io. Selu. *tract. de benef. 1. part. quæſt. 2. num. 73.* iuncto *num. 77. ac ſeq.* & Gonzal. *d. gloſ. 7. num. 44.*) conferri poſſit Monachis, ac reliquis Religioſis, ſatis probat text. *in cap. doctos*, cum aliquot ſeqq. *16. quæſt. 1.* & *cap. quod Dei timorem, de ſtat. Monach.* vbi latè gloſ. *verbo, Eccleſiarum parochialium*, cum aliis adductis per Gonzal. *d. gloſ. 7. num. 49. vſque ad 52.* vbi attento eodem iure communi antiquo poſt alios idem tradit de dignitatibus habentibus curam animarum.
67. Pariter regularia beneficia † poſſunt aliquando ſæcularibus clericis aſſignari; vt ex text. *in cap. inter quatuor, de relig. dom. cap. Abbate, in fin. de verb. ſignif.* atque aliis iuribus & Doctoribus tradit Gonzal. *ad d. reg. 8. gloſ. 8. n. 43. cum tribus ſeqq. & num. 77. vſque ad 86.* atque ex iis, quæ de commendis latiùs poſt alios diſſerit *in comment. d. reg. 8. gloſ. 5. §. 8.* vbi *num. 63.* refert *reg. 42. Cancell.* quæ nunc eſt *43.* de monaſt. commendatis clerico ſæculari, & beneficiis ſæcularibus Religioſo commendatis. Tertiò probatur hæc poſterior pars concluſionis ex eo, quòd be-
68. neficium manuale † poteſt fieri perpetuum, & perpetuum manuale; vt ſatis colligitur ex *d. cap. cùm de beneficio, de præben. in 6.* ac de primo conſtat ex *reg. 38. Cancell. numer. 39.* & aliis ad id allegatis à Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 6. num. 23. 25. 27. 30. & 34. cum tribus ſeq.* De ſecundo poſt alios tradit Gonzal. *d. §. 6. num. 38. & 61. cum ſeq.* Quarèò probatur ex iuribus, in quibus habetur, † aliquan- 69.
do detrahi qualitati iuriſpatronatus, vt *in cap. quamuis, ſeu 3. cap. ſi verò, & cap. cùm propter, de iurepatr.* & ſaltem Papam poſſe derogare iuripatronatus laicorum in collatione beneficij, tenet gloſ. communiter recepta *in Clement. 2. verbo Apoſtolicis, de præben.* atque ex communi inter cæteros reſoluunt pluribus relatis Lambertin. *tract. de iurepatr. lib. 1. part. 3. quæſt. 9. art. 2.* & Couar. *pract. quæſt. cap. 36. num. 1.* iuri autem patronatus clericorum, ſeu Eccleſiaſtico etiam Legatus Sedis Apoſtolicæ poteſt derogare; vt conſtat ex text. *in cap. dilectus, de offic. legat. & cap. cùm dilectus, de iurepatr.* de qua tamen tota materia derogationis iuriſpatronatus, ac ſimul prædictarum trium, atque aliarum qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum derogatione non pauca etiam *quæſt. ſeq.* latiùs autem differemus *quæſt. 5. huius cap.* Nunc verò ad reliquas præſentis quæſt. concluſiones tranſeamus.

QVARTA CONCLVSIO. Cauſa ob quam introductum eſt, vt derogari aliquando poſſit qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis, † eſt du- 70.
plex; nimirum neceſſitas, & euidens vtilitas. optimus ad id text. *in cap. queris, de etat. & qualit. & ord. præfic.* vbi ex communi Doct. interpretatione ſtatuitur, propter neceſſitatem, & vtilitatem Eccleſiæ compellendos eſſe clericos ipſius recipere ordines beneficiis ſuis annexos, & quòd ob neceſſitatem Eccleſiæ, deficientibus clericis regularibus, ſeu monachis idoneis poſſint regularia beneficia ſæcularibus clericis conferri, & è contra, atque adeò ex cauſa neceſſitatis Eccleſiæ poſſit derogari qualitati ſæcularitatis, aut regularitatis beneficio adiectæ, probat poſt alios Gonzal. *ad d. reg. 8. gloſ. 8. num. 43.* per text. *in cap. inter quatuor, de relig. domib. & cap. Abbate, in fin. de verb. ſign.* & argum. *l. vt gradatim, §. quoties penuria, ff. de muner. & honor.* ac generatim quòd, † 71.
licèt regulariter ſuperior, ad quem deuoluitur facultas eligendi, aut inſtituendi, ad beneficium, illúdve conferendi, debeat id facere cum qualitatibus, quas obſeruare deberent inferiores iuxta fundationem, & naturam beneficij: tamen ſecus ſore, vbi neceſſitas Eccleſiæ aliud ſuadeat, docet poſt alios Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib. 2. part. 3. quæſt. 7. prine. art. 13. n. 1. & 2.* qui etiam *d. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. prine. art. 30. eóque vlt.* paſſim, necnon *lib. 3. quæſt. 5. art. 3. & quæſt. 6. art. 7.* latè tradit, tam ob neceſſitatem, quàm ob vtilitatem Eccleſiæ, immo ex quauis iuſta cauſa poſſe ſaltem de patroni conſenſu derogari pro vna vice qualitatibus à fundatore beneficij appoſitis: quod tamen latiùs examinabimus infrà *quæſt. 5. cap. præſentis, concl. 14.* vbi de poteſtate Epiſcopi in derogatione huiuſmodi qualitatum beneficij fuſiùs agendum nobis erit, necnon *quæſt. 6. huius eiuſdem cap.* potiſſimùm *concl. 1. & 2.* vbi de cauſis derogationis prædictarum qualitatum, & in ſpecie de cauſa neceſſitatis, & vtilitatis pluribus differemus. Hic verò illud admoniſſe ſit ſatis, quod ſuprà *cap. 3. huius tract. quæſt. 4. circa med.* generatim de commutatione vltimarum voluntatum oſtendimus, quòd, cùm ratio, qua numquam lex iuſta caret, licèt nobis non ſit ſemper nota, aut curioſiùs inquirenda, finiſque communis omnibus legibus ſit ciuium ſalus, & Reipub. vtilitas, iure dicere poſſimus, † cauſam, & rationem finalem, ob quam à 72.
iure humano poſitiuo introducta eſt ſiue præcipiendo, ſiue permittendo qualitatum in beneficij fundatione,

tione, ſeu ex fundatoris voluntate appoſitarum derogatio, communem quidem, & generalem fuiſſe Chriſtianorum ſalutem, ac publicam vtilitatem; ſpecialem verò potiſſimùm vel diuini cultus augumentum, vel vt qua fieri ratione poteſt, piæ diſponentium de rebus ſuis voluntates ſuſtineantur, ſeu ne illæ omnino depereant; tunc nimirum, cùm eædem, prout emanarunt, executioni demandari aut nullo modo, aut difficilè admodum, aut non ita vtiliter poſſunt. & quoad publicam, ſeu communem vtilitatem optimè facit Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 18. de reformat.* dum *ibi* dicitur, publicè expedire legis vinculum quandoque relaxare; (id quod proculdubio fit in huiuſmodi qualitatum ex voluntate fundatoris beneficio appoſitarum derogatione, vt apertè colligitur ex priori præced. concluſionis parte;) vt plenius euenientibus caſibus, & neceſſitatibus pro communi vtilitate ſatisfiat.

QVINTA & poſtrema CONCLVSIO. Derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſi-
73. tarum, † licèt per ſe, ac regulariter ſit odioſa; aliquando tamen eſt fauorabilis. Hæc concluſio quoad vtramque ſui partem haud difficilè comprobabitur, ſi illud præmittamus, quod latiùs oſtendimus ſup. *cap. 3. quæſt. 4. ſtatim poſt med. verſ. præmitto ſecundo, & cap. 9. quæſt. 3. concl. vltim. circa med.* eamdem diſpoſitionem eſſe poſſe partim fauorabilem, partimque odioſam: & hoc eſſe, quod plerique ibi relati ex communi tradunt, illam diſpoſitionem ſimpliciter dicendam eſſe fauorabilem, quæ principaliter in fauorem alicuius emanauit, licèt ſecundariò in odium, aut damnum alterius redundet, quoniam primarius finis attendendus eſt in qualibet diſpoſitione; hanc verò theoricam, ſeu regulam intelligendam fore, quoties odium à fauore diſtingui non poteſt: at, ſi odium, & fauor commodè diſtingui queant, tunc fauorem, vt fauorem, & odium, vt odium aſſumendum eſſe; ac denique, ſi fauor vtrinque ſit, nimirum & pro diſpoſitione, & contra eam, tunc fauorem potentiorem præualere debere. Hoc poſito, probatur nunc prior propoſitæ concluſ. pars, quoniã per ſe, ac regulariter obſeruantia qualitatum prædictarum beneficij eſt fauorabilis, cùm ſit conformis iuri communi, vt in priori tertiæ concluſ. parte demonſtrauimus: fauorabilis enim eſt omnis diſpoſitio, quæ iuri communi innititur. Caſſad. *deciſ. 8. num. 6. de prabend. & deciſ. 4. num. 2. de priuil.* cum aliis adductis à Gonzal. *in d. comment. reg. 8. Cancell. §. 6 proœmial. num. 42.* quòd ſi obſeruantia prædictarum qualitatum regulariter fauorabilis eſt, ſequitur, earumdem inobſeruantiam, quæ per derogationem fit, eſſe odioſam: nam contrariorum contraria eſt ratio, & contrarij effectus, *l. qui accuſare, ff. de accuſat. l. ab emptione, ff. de pact.* & quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito, *l. fin. §. vlt. ff. de leg. 3. l. ſi contra tabulas, ff. de vulgar. & pupill. cap. ſciendum, 8. quæſt. 1.* cum multis ſimil. & odioſam eſſe diſpoſitionem, quæ eſt contra ius, poſt alios ſentit Mandoſ. *ad reg. 1. Cancell. quæſt. 4. num. 4.* & Gonzal. *d. §. 6. proœm. num. 3. 4. 5. 16.* iuncto *num. 45. & 62.*

74. Poſterior autem † pars concluſ. probatur; quoniam, ſiquidem huiuſmodi qualitatum derogatio fiat ob neceſſitatem, quia nimirum vel impoſſibilis ſit de facto illarum qualitatum obſeruantia, argum. *l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinen. & cap. nos quidem, de teſtam.* vel de iure, quia qualitates illæ ſint ab initio, vel poſtea fiant de re illicita, argum. *l. legatum, ff. de vſ. & vſufr. legat.* cum *ibi* notat. *& in d. l. legatam, ac d. cap. nos quidem:* tunc omnino fauorabilis erit, & facilè admittenda prædictarum qualitatum derogatio; tum quòd innititur iuri cõmuni eam tunc fieri præcipienti, iuxta regulam mox traditam; tum quòd continet communem vtilitatem, vt nimirum vltimæ voluntates eo modo, quo poſſunt, executioni mittantur, ne prorſus depereant; id quod publicam habet vtilitatem; publicè enim expedit, inquit Paulus I.C. *in l. vel negare, ff. quemad. teſtam. aper.* ſuprema hominum iudicia exitum habere: at verò publica vtilitas operatur, vt diſpoſitio etiam aliàs odioſa cenſeatur fauorabilis, ſitque amplianda; vt poſt alios docuimus *d. cap. 3. quæſt. 4. poſt med.* vbi etiam oſtendimus, tunc agi de exequenda tacita voluntate defuncti. ſi verò derogatio huiuſmodi qualitatum beneficij non fiat ob neceſſitatem, quia nimirum tam de iure, quàm de facto obſeruari poſſit qualitas beneficio adiecta; adhuc eius derogatio fauorabilis erit, ac de facili admittenda, ſi fiat pro augendo, vel etiam retinendo cultu diuino; id quod valde fauorabile eſt, vt ex multis iuribus, & Doctoribus tradidimus loco mox citat. præſertim verò ex *l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. fun. in fin.* vbi Papinian. I. C. ſummam, inquit, rationem eſſe, quæ pro religione facit: & ex *cap. in his, de priuil.* in cuius primis verbis Honorius III. Rom. Pontifex in his, ait, quæ ad diuinum cultum facere dignoſcuntur, non maligna, ſed benigna eſſet potiùs interpretatio facienda. Idémque dicendum erit, ſi derogatio facienda ſit propter vtilitatem Eccleſiarum, vel vt ſuccurratur pauperibus clericis, & Eccleſiæ miniſtris, aut perſonis literatis, vel vt Chriſtianorum ſaluti conſulatur; vel aliàs facienda ſit fauore piæ cauſæ, aut etiam dotis, alimentorum, vel libertatis, prout de hiſce ſingulis cauſis, quòd fauorabiles ſint, generatim quoad commutationem vltimarum voluntatum oſtendimus *d. quæſt. 3.* non longè à fine: ſubiicientes, ac ſatis comprobantes, quòd, † vbi 75.
fauor eſſet vtrinque, nimirum & pro executione vltimæ voluntatis, & pro eius commutatione, tunc potentior præualere debet etiam inter duos priuilegiatos: potentius autem dici priuilegium eius, qui tractat de damno vitando, quàm qui de lucro captando: item, quando cauſa concedendi priuilegium fauorabilior eſt: & potentius eſt priuilegium illud, in quo eſt maior vtilitas, vel maior ſpecialitatis ratio; & per quod minus iuri communi derogatur: item potentius eſt illud priuilegium, quod perſonas, quàm quod cauſas reſpicit. quæ omnia, cùm ad derogationem, de qua agimus, optimè applicari poſſint, maximè ſunt adnotanda. ſicut etiam id, quod *ibidem* adiecimus, poſt iam deductam in eſſe vltimæ voluntatis commutationem, ſi de ea interpretanda, & vel reſtringenda, vel amplianda dubitetur, † commutationem, quæ ex cauſa neceſſaria 76.
facta fuit, quoniam vltima voluntas executioni mitti ſiue de facto, ſiue de iure non poterat, facilè fore ad caſus ſimiles ex identitate rationis extendendam; eſſe autem neceſſariam hanc aſſimilationem, ſeu extenſionem, ſit fiat à lege in eadem materia ſaltem in genere, vel ſi fiat in omnibus, aliàs eſſe probabilem, multis tamen adhuc caſibus exceptis: de quibus omnibus latè Euerard. *in loc. legal. à ſimil. num. 8. cum duob. ſeqq.* iuncto *num. 11. & 12.* quòd ſi agatur de commutatione vltimæ voluntatis ex cauſa voluntaria, vtputa vtilitatis, vel commoditatis, non ita facilè in ea commutatione admittendam extenſionem ad caſum etiam ſimilem, niſi vterque caſus à iure omnino æquiparetur, vel plures ſimul fauores concurrerent; vel in caſu, ad quem facienda ſit extenſio, adeſſet maioritas rationis. Atque ex his finis ſit præſenti quæſt.

SVMMÆ RERVM.

77. *Derogatio qualitatum in beneficij fundatione appositarum aquè fieri potest, si ea sint apposita per actum, seu dispositionem inter vivos, ac si per dispositionem causa mortis; & num. seq.*

78. *Qualitates, seu conditiones in fundatione beneficij ei apponi possunt per dispositionem tam inter vivos, quam causa mortis.*

79. *Contrariorum eadem est regula, ratio, ac disciplina; & contraria circa idem versantur.*

80. *Dispositio inter vivos ex sui natura est irrevocabilis; dispositio autem causa mortis, secuta ipsa morte disponentis.*

81. *Dispositio eadem est, vbi eadem, aut similis est ratio.*

82. *Derogari saltem aliquando potest qualitatibus seu oneribus beneficij tum ad pium, tum ad profanam causam in eius fundatione appositis; & num. seq.*

83. *Fundator beneficij potest ex eo sibi reservare aliquid temporale cum Ordinarij consensu.*

84. *Priuata persona, ad cuius fauorem apposita sunt beneficio aliqua qualitates, seu conditiones, potest earum derogationi, licèt cum iuramento adiectarum, consentire: idemque in Prælato, aut alio pij loci administratore cum debitis solemnitatib. consentiente.*

85. *Superior laicus non potest derogare qualitatibus, seu conditionibus etiam non piis appositis in fundatione beneficij.*

86. *Qualitatibus in beneficij fundatione appositis, quæ contraria sunt, vel conformes iuri naturali, aut diuino, vel humano positiuo, an derogari possit; & quid de iis, quæ sunt præter ius, aut de facto impossibiles; remissiuè.*

87. *Qualitatibus in fundatione beneficij sub conditione, vel in diem appositis an derogari possit ante, vel post aduentum conditionis, aut diei; & quid in appositis sub falsa demonstratione, aut causa, vel sub modo, eo postea non obseruato, remissiuè.*

88. *Qualitati sæcularitatis, ac regularitatis in fundatione beneficij apposita derogari potest; & ibi quòd beneficia sæcularia sæcularibus, & regularia Regularibus sint conferenda.*

89. *Beneficia regularia vnius Religionis conferri non possunt Regularibus alterius Religionis.*

90. *Intellectus Clem. 1. de elect.*

91. *Parochialis Ecclesia an possit conferri non solùm Canonico regulari, sed etiam monacho; & quid de dignitatibus in Ecclesijs Collegiatis principalibus curam animarum habentibus.*

92. *Papa in collatione derogare potest qualitati sæcularitatis cuiusuis beneficij.*

93. *Beneficia sæcularia regularibus conferri possunt in defectum clericorum sæcularium; & dari possunt regularibus in commendam.*

94. *Beneficia regularia in quibus casibus possint sæcularibus clericis conferri; seu poni clerici sæculares in Ecclesijs regularium. & quando possint in eorumdem Capellis præsentari clerici sæculares, etiam vt habeant vocem cum monachis; num. 95.*

96. *Beneficia regularia sæcularibus clericis conferri possunt in defectum regularium.*

97. *Necessitatis causa multa permittuntur, quæ alias non permitterentur.*

98. *Beneficia regularia possunt etiam ab Ordinariis collatoribus conferri clericis sæcularibus, qui habitum illius Religionis susciperè, & professionem emittere se adstrinxerint: in iis verò, quæ administrationem habent, requiritur actualis professio tempore prouisionis.*

99. *Beneficia regularia possunt clericis sæcularibus dari in commendam, atque etiam in titulum à Sede Apostolica.*

100. *Manualitati, seu amouibilitati in fundatione beneficij apposita derogari potest. & quid in qualitate perpetuitatis, num. 101. & seq.*

102. *Commendari ad tempus, vel in perpetuum an possint beneficia quælibet ab Ordinario.*

103. *Commendarum, & beneficiorum commendatorum materia, remissiuè.*

104. *Beneficium perpetuum remanet apud aliquem ad tempus, & amouibiliter, cùm pro eo lata est sententia, à qua datur appellatio quoad deuolutiuum effectum.*

105. *Qualitati curæ animarum an derogari possit, cum ea fuit in beneficij fundatione apposita: & ibi, an beneficium curatum de iure exigat personalem residentiam; & quando in hac legitimè dispensetur.*

106. *Beneficium simplex an possit saltem ad tempus fieri curatum.*

107. *Qualitati obligationis residendi in fundatione beneficij apposita derogari potest. & ibi quænam beneficia personalem residentiam requirant; aut quid in ea, vel incompatibilitate tollenda possit consuetudo; num. 108. & seq.*

109. *Capellanus, qui aliàs ex fundatione tenetur choro interesse, poterit per alium deseruire, si cæteri similes Capellani in ea Ecclesia ex legitima consuetudine id faciunt.*

110. *Qualitati sacerdotij, aut alterius ordinis beneficio in eius fundatione annexi aliquando derogari potest; & multis num. seqq.*

111. *Papatus quam ætatem requirat. & quam Cardinalatus; num. 112. aut Episcopatus; numer. 113.*

114. *Ætas dignitatum, & aliorum beneficiorum sæcularium curam animarum habentium annexam quæ sit; & quæ in parochis, aut earum vicariis perpetuis; vel dignitatibus regularium.*

115. *Ætas requisita ad dignitates, vel personatus sæculares non habentes curam animarum quænam sit. & quæ in Dignitatibus, Canonicatibus, aut portionibus Ecclesiæ, præsertim Cathedralis, quibus certus ordo sit annexus; num. 116.*

117. *Tempus ad suscipiendum ordines beneficio annexos est annus iusto cessante impedimento, sub certis pœnis. & quid in Parocho dispensato causa studij, num. 118. & an qualibet iusta, & rationabilis causa excuset à pœna priuationis beneficij; num. 119.*

120. *Ætas requisita ad beneficia habentia certum ordinem annexum præter Dignitates, Canonicatus, & portiones in Ecclesijs Cathedralibus, vel Collegiatis, quæ sit.*

121. *Ætas quatuordecim annorum in iis beneficiis sufficit, ac requiritur, quibus certus ordo non est annexus; nonnullis dignitatibus exceptis.*

122. *Beneficia quemnam ordinem de iure requirant; & ibi intellectus Conc. Trid. sess. 24. cap. 12. vers. in omnibus verò, de reform.*

123. *Prima tonsura ad quæ beneficia requiratur, ac sufficiat; & num. seq.*

124. *Laicus*

124. *Laicus nullum beneficium Eccleſiaſticum poteſt obtinere. & quid in clerico coniugato; numer.* 125.

126. *Beneficium habens certum ordinem de iure annexum cum non requirit tempore promiſſionis; & ibi quem ordinem requirat Epiſcopatus, vel beneficium curatum, aut ſacerdotale tempore promotionis.*

127. *Priuatio Eccleſiæ parochialis ob non promotionem ad ſacerdotium non incurritur, niſi elapſo toto anno; & quando hic annus currere incipiat.*

128. *Parochialis Eccleſia commendari non poteſt, niſi actu conſtituto in ſacerdotio.*

129. *Priores regulares infra quod tempus debeant ad ſacerdotium promoueri.*

130. *Fundator beneficij poteſt requirere maiorem ætatem in beneficiato, quàm ius requirat. & an poſſit ſtatuere, quòd ante* 14. *annum poſſit quis beneficium obtinere, vel minuere ætatem, quam beneficium ratione ordinis annexi requirit; num.* 131. *& ibi quæſnam conditiones contra ius commune beneficio apponere nequeat.*

132. *Fundator beneficij poteſt in beneficiato requirere maiorem ordinem, quàm ius commune requirat; idemque poteſt priuilegium, conſuetudo, vel ſtatutum; ac generatim ius ſpeciale; & num. ſeq.*

133. *Prebenda nulla eſt ſacerdotalis de iure communi ante Concilium Trid.*

134. *Impetrans beneficium an teneatur mentionem facere ordinis annexi, ſi ætatem habeat ad eum requiſitam.*

135. *Sacerdotale beneficium quando dicatur; & multis num. ſeqq.*

136. *Capellanus, cui tot Miſſas celebrandi onus impoſitum fuit in fundatione, an debeat eſſe ſacerdos actu tempore electionis, vel ſaltem in tali ætate, vt intra annum poſſit ad ſacerdotium promoueri; cum aliquot numer. ſeqq.*

137. *Capellanus debet eſſe actu ſacerdos tempore electionis, ſeu præſentationis, cùm in fundatione dictum eſt, quòd eligatur, vel præſentetur ſacerdos. ſecus quando verba fundationis non reſpiciunt actum præſentationis, ſed illius proſecutionem; num.* 138. *& quid ſi dictum ſit, quòd præſentetur Capellanus, qui Miſſas per ſe celebret, vel preſbyter; numer.* 139.

140. *Capellania, cui onus incumbit celebrandi tot Miſſas, non eſt ſacerdotalis, vel poteſt à quolibet obtineri.*

141. *Beneficium ſimplex non requirit perſonalem reſidentiam ex generali conſuetudine; atque ad illud ſufficit ætas* 14. *annorum, & prima tonſura.*

142. *Capellania non eſt ſacerdotalis, licèt in fundatione dicatur, quod inſtituantur preſbyteri, vbi poſtea fuerint admiſſi clerici ſimplices: & ibi quòd nomine preſbyteri aliquando venit ſimplex clericus, ſicut nomine ſacerdotis Diaconus, aut Subdiaconus; & quid ſi nomine preſbyteri, aut ſacerdotis etiam ſimplex clericus a teſtatore, aut communiter eo in loco vocaretur.*

143. *Sacerdotalis capellania, an ex eo ſit, quòd fundator voluerit, Capellanum celebrare diuina officia diu, noctuque.*

144. *Sacerdos actu debet eſſe præſentandus, vel eligendus ad beneficium, cùm teſtator id expreſſe voluit. & cùm mandauit eligi, vel præſentari ſacerdotem, aut Preſbyterum; numer.* 145.

146. *Sacerdotale beneficium, ſed in habitu erit, cùm teſtator voluit Capellanum, ſeu beneficium per ſe ipſum celebrare, ſeu Eccleſiæ deſeruire. & an ſufficiat tunc eſſe in ætate, vt intra annum promoueri poſſit ad ſacerdotium; numer.* 147. *& ſeq.*

148. *Intellectum Concil. Trident. ſeſſ.* 22. *cap.* 4. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *verſ. neminem etiam, de reformat.*

149. *Fundator, & teſtator cenſetur ſe voluiſſe conformare diſpoſitioni iuris communis.*

150. *Reſidentia, ſeu ſeruitium perſonale & ordo poteſt annecti beneficio, & ab eo tolli conſuetudine contra ipſius fundationem. & quid in ſtatuto, & priuilegio; num.* 151.

152. *Capellaniæ Eccleſiæ Cathedralis, quarum reditus principaliter in diſtributionibus quotidianis conſiſtunt, habent obligationem perſonalis reſidentiæ; ſuntque ſacerdotales, ſi illis annexum eſt onus Miſſas celebrandi: niſi in ea ciuitate legitimè inductum ſit, vt cæteri ſimiles Capellani per alium deſeruiant.*

153. *Beneficium aliud eſt ſacerdotale, ſeu habens certum ordinem annexum de iure communi, aliud de iure ſpeciali priuilegij, conſuetudinis, ſtatuti, vel fundationis. & eorum quodlibet aut eum habet annexum in actu, aut in habitu; & quid vtrumque ſit; numer.* 154.

155. *Beneficium ſacerdotale ſiue in actu, ſiue in habitu aliud habet annexum perſonale ſeruitium, aliud non habet; & multis num. ſeqq.*

156. *Capellanus omnino, ac perpetuò ſeruire poteſt per alium, cùm fundator voluit, vt celebrare poſſit per ſe, vel alium, contra quoſdam; & num.* 161. *cum ſeq.*

157. *Regulæ ſtandum eſt, donec de exceptione doceatur.*

158. *Intellectus cap. ei, cui, de prebend. in* 6.

159. *Studiorum cauſa quid permittatur parochialem Eccleſiam obtinentibus.*

160. *Parochialem Eccleſiam acceſſoriè annexam ſuo beneficio obtinentes poſſunt per vicarium deſeruire, ac ſimul beneficium principaliter curatum retinere: debent tamen attigiſſe* 25. *annum.*

161. *Argumentum à lege ad teſtatorem, ſeu teſtamentum valet.*

162. *Verba,* per ſe, vel alium, *quid importent.*

163. *Beneficium quomodo dicatur dari propter officium; & idoneos ponendos eſſe in Eccleſiis, ac tales reputari, qui ſeruire poſſunt, & volunt in ipſis: ac denique beneficia qualibet etiam ſimplicia reſidentiam requirere.*

164. *Capitula Eccleſiarum Cathedralium ſede vacante, aut alij in Epiſcopali iuriſdictione tunc eius loco ſuccedentes an, & quando concedere poſſint licentiam ordinandi, aut litteras dimiſſorias; & ibi, qui ſint hi ſuccedentes.*

165. *Licentia ordinandi, & littera ad ordines, vel commendatitia in quo differant.*

166. *Arctatus occaſione beneficij recepti quis dicatur ad hoc, vt ei litteras dimiſſorias ad ordines in annum concedere poſſit capitulum ſede vacante, iuxta Conc. Trid. ſeſſ.* 7. *cap.* 10. *de reform. cum aliquot num. ſeqq. & an teneatur expectare futurum Epiſcopum, cum ab eo*

poteſt veriſimiliter ante lapſum anni promoueri; num. 167. & quia ſi ſic arctatus ex præcerita negligentia nequeat ad omnes ordines requiſitos promoueri; numer. 168 cum trib. ſeqq.

169. *Iura non dormientibus, ſed vigilantibus ſubueniunt; mora cuique ſua eſt nocina; & impedimentum non excuſat, cùm quis ſe arctauit, aut illud non remouit, cum facilè poſſet, aut otiosè agebat; & num. 171.*

170. *Beneficium curatum obtinens non priùs ea priuatur, quàm totus annus ſit elapſus, intra quem debet ad ſacerdotium promoueri, licèt tantum temporis lapſum ſit, vt promoueri nequeat.*

171. *Pœna debet commenſurari delicto.*

172. *Arctatus occaſione beneficij recipendi quis dicatur ad hoc, vt licentiam ordinandi obtinere poſſit intra annum a Capitulo ſede vacante; & num. ſeq.*

173. *Intellectus Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 10. & ſeſſ. 23. cap. item 10. de reform.*

174. *Arctatus dici non poteſt ad ordines ratione beneficij recipiendi, qui eſt electus in concurſu ad beneficium curatum, cuius collatio facienda eſt à Papa: idemque in præſentato ad beneficium habens ordinem annexum intra annum ſuſcipiendum, vltra primam tonſuram.*

175. *Reſignatio beneficij Eccleſiaſtici ad fauorem, vel cum reſeruatione fructuum, aut penſionis, vel ad tempus ſolum coram Papa fieri poteſt; & quouſque ſit locus pœnitentiæ.*

176. *Reſignatarius ad fauorem quando dicatur arctatus occaſione beneficij recipiendi, ad hoc, vt à Capitulo ſede vacante habere intra annum poſſit licentiam ordinandi; & an aliquis beneficium cogatur recipere.*

177. *Impetrans beneficium Eccleſiaſticum vti vacans per ſimplicem reſignationem, aut certo modo quando ante bullarum receptionem dicatur arctatus occaſione beneficij recipiendi ad hoc, vt poſſit à Capitulo ſede vacante intra annum licentiam ordinandi obtinere.*

178. *Reſignatio ſimplex beneficij quando abdicet ius à reſignante, ita, vt non ſit locus pœnitentia.*

179. *Litteræ dimiſſoriæ ad ordines conceſſæ ab Epiſcopo non expirant per eius mortem re integra; neque conceſſæ à Capitulo ſede vacante, per ingreſſum moderni Epiſcopi.*

180. *Capitulum ſede vacante poteſt intra annum concedere litteras dimiſſorias ad ordines pro arctatis, licèt habeant Epiſcopum, à quo ratione originis, domicilij, vel alterius beneficij iam ab eo recepti poſſent illas obtinere; qui Epiſcopus poterit etiam non arctatum ordinare, vel litteras dimiſſorias ei concedere.*

181. *Epiſcopus ordinare poteſt familiarem ſuum triennalem etiam ſibi non ſubditum, nec arctatum, modo ſine fraude illi beneficium ſtatim re ipſa conferat; & an Capitulum illi arctato poſſit intra annum dare licentiam ordinandi.*

182. *Capitulum ſede vacante an poſſit dare teſtimoniales de vita, & moribus ei, qui à Sede Apoſtolica obtinuit facultatem ordines à quocumque Antiſtite ſuſcipiendi cum approbatione ſui Ordinarij; & num. ſeq.*

183. *Tenor facultatis Sedis Apoſtolicæ ſuſcipiendi extra tempora ordines à quocumque Antiſtite.*

184. *Arctatus ratione beneficij recepti, vel recipiendi ad ſuſcipiendos ordines annexos non tenetur ſeruare temporum interſtitia, vel certè ſuper iis poterit diſpenſare Ordinarius; & ibi quæ ſint hæc interſtitia, & quid in ordinatione Regularium; num. 185. & quoad Capitulum ſede vacante; & eius Vicarium; num. 186.*

187. *Ætas ad primam tonſuram, & quemlibet ordinem de iure antiquo, vel nouo requiſita.*

188. *Qualitas ordinis beneficio in eius fundatione annexi aliquando ſaltem derogari poteſt. & ſaltem à Romano Pontifice; num. 189. ex cauſa tamen, & vtplurimùm cum fundatoris, vel hæredis conſenſu; num. 190.*

191. *Qualitas prebendæ Theologalis, Magiſtralis ac ſimilis regulariter derogari non poſſe; & ibi multa de harum prebendarum inſtitutione ex iure communi; & num. ſeq.*

192. *Intellectus cap. quia nonnullis, de magiſtr.*

193. *Inſtitutio prebendæ Theologalis, Magiſtralis, ac ſimilium ex iure ſpeciali.*

194. *Derogari regulariter non poteſt prebendæ qualificatæ, vt Theologali, Magiſtrali, ſeu Doctorali, ac ſimilibus; cum duob. numer. ſeqq.*

195. *Prebendæ Theologales, ac Doctorales maximè vi concordatorum non cadunt ſub reſeruatione reg. 8. Cancell. de menſibus, & alternatiua; & ibi, quod priuilegium eſt lex priuata, atque ab eo licet arguere ad teſtatoris diſpoſitionem.*

196. *Prebendæ Theologales, Pœnitentiales, Doctorales, ac ſimiles optari non poſſunt.*

197. *Prebendæ Theologali, aut ſimiliter qualificatæ aliquando derogari ſaltem à Papa poteſt.*

198. *Præſtimoniis, ſeu præſtimonialibus beneficiis an derogari poſſit; & ibi quòd magiſtri, ſeu docentes, & ſcholares à iure æquiparantur, & iiſdem priuilegiis gaudent.*

199. *Beneficiorum patrimonialium qualitas an derogari poſſit; & quid ea ſint.*

200. *Iuſpatronatus paſſiuum quid ſit, & quotuplex.*

201. *Iuſpatronatus actiuum quid ſit. & quomodo iure antiquo acquiratur; ac præſertim an per ſolam fundationem, conſtructionem, vel dotationem; num. 202. & an per præſcriptionem, aut priuilegium; num. 203.*

204. *Iuſpatronatus actiuum quomodo iure nouo Concil. Tridentini acquiratur; & plurib. numer. ſeqq.*

205. *Intellectus Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 12. & ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat. cum aliquot numer. ſeqq.*

206. *Iuſpatronatus nunc regulariter duob. tantùm modis, ſeu ex duobus titulis acquiritur, nimirum ex fundatione cum conſtructione, & ex dotatione; qui variis modis probantur.*

207. *Copula, &, quid importet. & quid in dictionibus,* vel, ſeu, aut; *num. 208.*

209. *Fundans, & conſtruens non priùs acquirit ius patronatus, quàm ipſe, vel alius cum eius licentia de proprio dotet.*

210. *Titulus fundationis cum conſtructione, vel dotationis quomodo probari debeat in iurepatronatus priuatarum perſonarum: & ibi, quod dicatur authenticum documentum; & quæ ſint neceſſaria, vt tale documentum, ſeu inſtrumentum probet.*

211. *Præſentationes multiplicatæ per antiquiſſimum temporis curſum quæ dicantur.*

212. *Tempus*

212. *Tempus immemorabile an ſit idem, quod centum annorum; & quomodo immemorabilis præſcriptio, ſeu poſſeſſio probetur.*

213. *Titulus fundationis, vel dotationis ſaltem enuntiari debet per inſtrumenta antiqua, vel teſtes de immemorabili deponentes; & ibi quid importet verbum, oſtendere.*

214. *Titulus fundationis, vel dotationis quomodo oſtendi poſſit ſecundùm iuris diſpoſitionem in priuatis perſonis. & quomodo ſit oſtendendus in perſonis, & vniuerſitatibus, in quibus iuſpatronatus ex vſurpatione quæſitum plerumque præſumitur; numer. 215. & ibi quando præſentationes dicantur continuatæ.*

216. *Præſentationes in iis perſonis in quibus vſurpatio iuris patronatus præſumitur, quomodo probanda ſint, & quando dicantur ſortita effectum.*

217. *Iura patronatus ſublata per Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform. quænam ſint; & quæ præſeruata.*

218. *Iuripatronatus paſſiuo, ſeu quod ita eſt inſtitutum, vt v. g. vnus de familia fundatoris ad beneficium præſentetur, aliquando ſaltem derogari poteſt. & an aliquando etiam debeat; num. 219.*

220. *Iuſpatronatus actiuum, ſeu ius præſentandi aliud eſt laicale, aliud Eccleſiaſticum, aliud mixtum; & quid vnumquodque ſit.*

221. *Iuri patronatus laicale derogari poteſt ſaltem per Papam; licèt id velle non cenſeatur, niſi exprimat. & quid in Eccleſiaſtico, vel mixto; num. 222.*

QVÆRO QVARTO, quibúſnam qualitatibus in fundatione beneficij appoſitis valeat derogari?

Cùm in præced. quæſt. viderimus, quo iure, & quam ob cauſam introducta ſit derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum: ſequitur, iuxta ordinem, quem in prioribus octo præſentis tractatus capitibus ſumus ſecuti, atque in præcedentis, triumque illud ſtatim conſequentium capitum quæſtionibus retinendum eiuſdem præced. cap. initio propoſuimus; vt in hac quæſt. agamus de materia, circa quam huiuſmodi derogatio verſatur, hoc eſt, de qualitatibus beneficij ex fundatoris voluntate adiectis, ſeu quibúſnam ex hiſce qualitatibus poſſit derogari. Id autem præſtabimus ſingulas concluſiones ſtatuendo de ſingulis eiuſmodi præcipuis qualitatibus, de quibus potiſſimùm dubitari poſſe videtur; ſi duas tamen conclusiones generales præmiſerimus, alteram de generibus priuatarum diſpoſitionum, per quas eæ qualitates in fundatione beneficij apponuntur, nimirum diſpoſitionis inter viuos, & cauſa mortis: alteram de generibus cauſarum, ad quas diſpoſitiones ipſæ diriguntur, ſeu quarum fauore emanarunt; piæ videlicet, cuiuſmodi vtplurimum ſunt qualitates beneficij, de quibus agimus; & profanæ, quæ locum habebunt in oneribus à fundatore beneficio impoſitis temporalis alicuius, ſeu pecuniarij emolumenti ſibi, ſuiſve heredibus, aut alteri priuatæ perſonæ à beneficiato præſtandi, iuxt. *cap. præterea, il 2.* & *ibi* omnes, *de iurepatr.* & latè tradita inter cæteros per Lambertin. *tract. de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. art. 1. numer. 56. vſque ad 63.*

PRIMA igitur CONCLVSIO ſit. Derogari æquè 77. poteſt † qualitatibus in fundatione beneficij adiectis per diſpoſitionem inter viuos, ac per diſpoſitionem cauſa mortis. Pro faciliori autem huius concluſ. probatione ſuppono, conditiones, ſeu qualitates apponi poſſe in fundatione beneficij † tam per actum inter 78.
viuos, quàm per teſtamentum, aut aliam huiuſmodi diſpoſitionem cauſa mortis, quæ cõmuniter vltimæ voluntatis nomine appellatur: prout de actu inter 5?
viuos quoad qualitatem iuriſpatronatus ſatis conſtat ex *cap. pia mentis, cap. Frigentius, & cap. decernimus, 16. quæſt. 7. cap. cùm dilectus, & ibi* gloſ. recepta, *de conſuet. cap. ſignificauit, de teſtib. cap. 3. & cap. nobis, de iurepatr.* cum aliis adductis à Lambert. *lib. 1. part. 1. quæſt. 1. art. 2. & quæſt. 2. art. item 2. vſque ad* 10. atque alibi ſæpe: quoad alias pariter pias qualitates patet ex Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 5. 9. & 16. de reformat.* quoad reſeruationem autem alicuius temporalis emolumenti liquet ex *cap. Eleutherius, 18. quæſt. 2. & il cap. præterea, il 2. de iurepatr. cap. 1. & cap. quanto, de cenſib.* traditque latè poſt alios Lambertin. *d. 1. part. quæſt. 9. art. 1. num. 56. vſque ad* 63. vbi de communi teſtatur. facit etiam *cap. prohibemus, cap. præterea, cap. cùm clerici, cap. ſignificauit, & cap. grauis,* vbi gloſ. Abb. & alij adnotarunt, *de cenſib.* necnon & *cap. tua nos, il 1. de iureiur. & cap. cùm Bertholdus, §. licet autem,* ibique gloſ. & Bald. *de re iudic.* De diſpoſitione autem cauſa mortis conſtat ex *cap. nos quidem, de teſtament.* & aliis, quæ affert Lambertin. *d. quæſt. 2. art. 11. & 12.* necnon *quæſt. 3 art. 24. cum ſeq. & quæſt. 4. art. 6. 7. 9. & 10.* ac rurſus *quæſt. 9. art. 1. num. 47. 50. & 52.* & Roch. Curt. *in tract. de iurepatr. verbo, pro eo, quòd de Diœceſani conſenſu, in princ. & num. 2. 3. 10. & 14.* ac de vtroque modo fundandi idem Lambertin. *d. tract. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 30. num. 18.* & Conc. Trid. *d. ſeſſ. 25. cap. 5. 9. ac 16. de reformat.* Atque ita habet cõmunis praxis, vt beneficia fundentur, & erigantur, ſeu creentur, iiſque certæ qualitates, ſeu conditiones, onerave adiciantur tam ex diſpoſitione inter viuos, quàm cauſa mortis ab eo facta, qui de ſuo dat, ſeu confert ad fundandum beneficium. Hoc poſito, propoſita concluſio facilè comprobatur tum ex eo, quòd † eadem eſt contrariorum regula, ratio, ac diſciplina, ſeu contraria circa idem verſantur, iuxta *l. & ſi contra, in fin. ff. de vulgar. & pupill. l. ab emptione, ff. de pact. & l. 1. C. quand. lic. ab empt. diſced.* cum aliis ad id allegatis ab Euerard. *in loc. a contrar. n. 1. vſque ad* 6. & Mandoſ. *ad reg. 32. Cancell. quæſt. 11. n. 3.* ac præcipuè *Inſtit. de tutel. & Inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* & vtrobique gloſ. & Doct. *in princ.* & Gonzal. *ad reg. 8. §. 6. proœm. num. 118.* vnde, ſicut prædictæ qualitates in fundatione beneficij tam per actum inter viuos, quàm cauſa mortis apponi poſſunt, atque adeò deduci in eſſe; ita eædem qualitates quolibet ex his modis appoſitæ debent per derogationem tolli, & quodammodo deſtrui poſſe. tum ex eo, quòd non eſt aſſignare congruam diuerſitatis rationem, cur magis derogari poſſit qualitatibus in fundatione beneficio adiectis per actum inter viuos, quàm per diſpoſitionem cauſa mortis per ipſum fundatorem appoſitis, aut è contrario: maximè cùm ſemper ſupponamus, vtramque diſpoſitionẽ † æquè 80.
eſſe irreuocabilẽ, illam quidem ex ſui natura, *l. ſicut, C. de act. & oblig.* hanc verò ob ſecutam mortẽ diſponentis, iuxta *l. 5. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de adimen. legat. cap. cùm Martha, de celebr. Miſſ.* & illud Apoſtoli ad Hebr. 9. *teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt*; vbi autem eadem, aut ſimilis eſt ratio, † 81.
idem ſtatuendum eſt, *l. non poſſunt, & l. de quibus, ff. de legib. l. illud, ff. ad leg. Aquil. cap. 2. de tranſlat. Epiſc. & cap. cùm dilecta, de confirmat. vtil. vel inutil.* cum ſuis concord. Dum denique ex iis, quibus ſuprà *cap. 4. quæſt. 1.* oſtendimus, diſpoſitiones inter viuos, & cauſa mortis æquè poſſe commutari; præcipuè ex text. *in Clemen. quia contingit, in princ.* iuncta gloſ.

zecepta *in verbo, largitione, de relig. domib.* prout tam text. quàm illam glos. *ibidem* ad hoc induximus, ac ponderauimus.

SECVNDA CONCLVSIO. Derogari aliquando saltem potest † qualitatibus, seu oneribus 82.
in fundatione beneficij tum ad profanam, tum ad piam causam appositis. Per causam autem quoad hoc profanam intelligo, vt & in princ. huius quæst. admonuimus, cùm onus in fundatione beneficij beneficiato imponitur quod in tẽporale, seu pecuniarium commodum priuatæ personæ redundet; sicut & è contrario causam piam accipio non quidẽ eam dumtaxat, quæ ad rem sacram, seu spiritualem, aut spirituali annexam spectat, sed etiam quæ ad quamcumque veram, ac propriam pietatem, nimirum ad Dei cultum, animarum salutem, Ecclesias, earúmve ministros, & pauperes directè pertinet: prout etiam sumpsimus quoad commutationem vltimarum voluntatum sup. *cap. 4. quæst. 2.* iuxta *ibidem* in eius initio latiùs à nobis adducta circa nomen piæ, ac profanæ vltimæ voluntatis, *& concl. 1. in initio, ac 2.* ferè per tót. vbi quamplures pias causas in specie recensuimus. Probatur nunc proposita conclusio quoad qualitates, seu onera beneficiis appositа ad causas pias, iuxta *cap. Eleutherius, 18. quæst. 2. cap. 1. cap. grauis, & cap. quanto, de censib.* Conc. Trid. *sess. 25. cap. 5. 9. & 16. de reformat.* cum aliis initio præced. concl. per nos allegat. probatur, inquam, tum ex variis huiusmodi qualitatũ ad pias causas adiectarum derogationibus, quarum *quæst. præced. concl. 3.* mentionem fecimus, & quas infrà hac ipsa, & tribus sequentibus quæst. huius cap. fusiùs explicabimus; vtputa, regularitatis, vel sæcularitatis, perpetuitatis, vel manualitatis beneficij, iurispatronatus, & similium: tum quòd, cùm in quamplurimis aliis casibus fieri possit derogatio qualitatum in beneficij fundatione appositarum, vt ex iis constabit, quæ *infra* adducemus; maxima verò pars harum qualitatum, seu conditionum, ad piam causam, nimirum ad diuinum cultum, & Ecclesias, earumque ministros, animarúmve salutem pertineat, vt patet ex Lambertin. *in suo tract. de iurepatr. lib. 1. p. art. 1. quæst. 9. & lib. 2. part. 1. quæst. 7.* ferè per tot. satis inde colligitur, posse prædictis qualitatibus, seu oneribus ad causas pias appositis aliquando saltem derogari: id quod etiam ex iis suaderi potest, quibus supra *d. cap. 4. quæst. 2. concl. 2* generatim ostendimus, vltimas voluntates pias posse communtari: præsertim ex *cap. nos quidem, de testam. & Clem. quia contingit, in princ. de relig. domib.* & vtrobique Doct. Idipsum autem sta-
83. tuendum esse † de qualitatibus, seu oneribus ad profanam causam, hoc est, ad priuatam vtilitatem, à fundatore adiectis, iuxta *d. cap. Eleutherius, 18. quæst. 2. cap. tua nos, & 1. de iureiur. cap. cùm Bertholdus, de re iud. & cap. præterea, il 2. de iurepatr.* cum aliis circa initium præced. concl. alleg. vt nimirum iis qualitatibus, seu oneribus aliquádo saltem derogari possit, constat tum ex iis, quibus generatim sup. *d. cap. 4. quæst. 2. concl. 1.* docuimus, vltimas voluntates non pias, seu quæ ad profanas causas emanarunt, commutari nonnumquam posse: tum ex nonnullis casibus, in quibus posse in specie derogari hisce qualitatibus, seu oneribus ad priuatam vtilitatem in fundatione beneficij adiectis, infrà suis locis demonstrabitur. inter hos verò casus negari non po-
84. test eum numerandum esse, † cùm priuata illa persona, ad cuius fauorem in beneficij fundatione qualitas apposita, seu onus beneficiato impositum fuit, eius derogationi consentit: de quo etiam fortassè latiùs *quæst. seq. conclus. 4.* potest enim priuatus renuntiare iuri in fauorẽ suum introducto, *l. iuris gentium, §. si pacisear, il 2. & l. pactum, ff. de pact. l. si quis, in conscribendo, C. eod. tit.* cum simil. idque procedit etiam vbi illa dispositio, per quam ilia qualitas fuit adiecta, fuisset iurata; adhuc enim potentis, ad cuius fauorem facta est dispositio, illi derogationi cõsentire, seu ex eius consensu fieri talis derogatio: nam, quando iuramentum homini præstatur, eius obligatio cessat per remissionem partis, ad cuius commodum iuramentum illud præstitum fuit, vt latè post alios probat Thom. Sanchez *tract. de matrim. lib. 1. disp. 52. num. 6. & lib. 3. sum. cap. 20. num. 4.* sed & idem quoad pias qualitates est dicendum de Prælato, aut alio pij loci administratore, si cum solemnitate, & causa à iure ad alienationem iurium Ecclesiæ, ac pij loci requisita consentiat, vt de se patet, ac *d. concl. 4.* forsan latiùs dicemus.

Illud autem hac in re prætermittendum non est, quòd, secluso hoc casu, in quo absque vlla etiam superioris auctoritate existimo derogationem dictæ qualitatis, seu oneris fieri posse, non poterit superior laicus † prædictis qualitatibus, seu oneribus, etiam 85.
ad profanas causas a beneficij fundatore adiectis derogare tamquam annexis, & accessoriis rei spirituali, & Ecclesiasticæ, quæ à laico tractari non potest, *cap. bene quidem, 96. dist. cap. Ecclesia S. Maria, de constit. cap. decernimus, & cap. quanto, de iudic. cap. fin. de reb. Eccles. non alien. cap. suam, de ordin. cognit. cap. later, & cap. causam, quæ, il 2. qui fil. sint legit.* cum simil. de annexis autem idem est iudicium, *l. quæ religiosis, ff. de rei vendic. & d. cap. quanto,* vbi Dec. & alij, *de iudic.* & accessoriũ sequitur naturam sui principalis, *l. cùm principalis, ff. de reg. iur. cap. si super gratia, de offic. deleg. in 6. & cap. accessorium, de reg. iur. eod. lib.* & qui cognoscit de principali, cognoscit etiam de accessorio, *cap. de prudentia, de donat. inter vir. & vxor.* cum suis concord. *ibidem* per glos. & Doct. allegat.

Iam verò, liceat, antequã ad speciales huius quæst. conclusiones de præcipuarũ qualitatum in beneficij fundatione appositarum derogatione veniamus, aliæ nonnullæ generales conclusiones proponi, ac explicari hoc loco possent, seu potiùs applicari materiæ, de qua agimus, prout *cap. præced. quæst. 4. conclus. 5. & seqq.* breuiter quoad derogationem fideicõmissi fecimus, eas desumentes ex quinque, nimirum tertia, & quatuor seq. superiùs *cap. 4.* quoad commutationem vltimarum voluntatum eadem de re propositis quæstionibus. Tamen, quoniam eædem generales cõclusiones facilè formari possunt ex *præd. concl. 5. & seqq.* vel *d. cap. 4. quæst. 3. vsque ad 7.* solo mutato nomine derogationis fideicommissi, vel cõmutationis vltimarum voluntatũ in derogationem qualitatum in beneficij fundatione appositarum; nihilque præcipui habet, aut diuersi quoad hoc materia derogationis huiusmodi qualitatum à materia cõmutationis vltimarum voluntatũ, cuius species est talis derogatio, vnde ab illa ad hanc optimè argui potest, vt supra hoc ipso cap. quæst. hanc præced. *concl. 3.* non longè ab initio satis ostendimus; eam ob causam, id quod in iis, quas paulo antè diximus, generalibus cõclusionibus hoc loco poterat explicari, ad ea, quæ fusiùs tradidimus *d. cap. 4. quæst. 3. & quatuor seqq.* candidum lectorẽ ita remisisse sat erit, vt, si cupiat scire,
† an derogari debeat, vel possit qualitatibus in fun- 86.
datione beneficij appositis, quæ contrariæ sint, vel conformes iuri naturali, id petat ex *præd. cap. 4. quæst. 3.* de contrariis autẽ vel cõformibus iuri diuino positiuo ex *quæst. 4. eiusdẽ cap.* sicut de contrariis, vel cõformibus iuri humano positiuo petere poterit ex *quæst. 5.* quoad memoratas verò qualitates in beneficij fundatione appositas, quæ sunt præterea, aut de facto impossibiles, an iis possit derogari, consulat ea, quæ

scripsimus

ſcripſimus *eod.cap.4. queſt.6.* ac denique quid dicendū in eo articulo, † an huiuſmodi qualitatibus ſub
87. conditione, vel in diem appoſitis derogari poſſit ſiue ante, ſiue poſt aduentū conditionis, vel diei, colligere quis poterit ex fuſiùs quoad cómutationem vltimarum voluntatum adductis *d.cap.4. quaſt.7.* eáque poſtrema: ex qua etiam habebit, quid ſtatuendum ſit, vbi qualitates illæ in fundatione beneficij appoſitæ fuerint ſub falſa demonſtratione, aut cauſa, vel ſub modo eo modo poſtea deficiente, ſeu non obſeruato: atque item remiſſiuè, quid dicendum ſit de diſpoſitione per vim, aut metum extorta, an ei poſſit, vel debeat derogari. Nos verò iam ad ſuperiùs memoratas ſpeciales concluſiones de derogatione præcipuarum qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum tranſeamus.

TERTIA igitur CONCLVSIO ſit. Derogari
88. poteſt † qualitati ſæcularitatis, vel regularitatis beneficij ex fundatoris voluntate appoſitæ. Licèt enim regula ſit, quòd beneficia ſæcularia ſæcularibus, & regularia regularibus ſint conferenda; quæ à multis Doctoribus traditur, nimirum ab interpretibus *in cap.priſcis*, ſeu *55.diſt.cap.doctos*, cum multis ſeqq. *16.qu.1.cap.2. cap.cùm ad noſtram, & cap.officij, de elect. cap.quod Dei timorem, de ſtat.mon. & can.reg. cap. nullus, de elect. in 6. cap.cùm de beneficio, & cap. cùm ſingula, de præben. eod. lib. Clem. vnic. de ſupplen. neglig. prælat.* Ioan. Coraſ. *tract. de benef. 1.part.cap.5. num.7.* Lambert. *tract.de iurepatr. lib.2. part.1. quæſt. 7.art.19. vſque ad 23.* Alphonſ. Hoied. *tract.de incompatib.benef. part.1.cap.24. num.92. & 93.* Flam. Patiſ. *tract.de reſign.benef. lib.10. quæſt.2. n.31.* ac poſt alios Nicol. Garz. *tract.de benef. part. 7. cap.10. num. 3.* ac Hieron. Gonzal. *in comment.reg.8. Cancell. gloſ.7. num. 4. ac 6. & gloſ.8. num.8.* quæ regula quoad ſecularia beneficia non conferenda regularibus, probatur ex *cap.ſuper eo, de regul. d.cap.2. de ſtat.monach. d.cap.cùm de beneficio, & cap.cùm ſingula, de præben. in 6. d. Clement. vnic. §.1. de ſuppien. neglig. prælat.* & quoad regularia beneficia non conferenda ſæcularibus optimus eſt text. *in cap.peruenit, il 2.18. quæſt.2. cap. quæ ſemel, 19. quæſt. 3. cap.cùm cauſam, & cap. cùm ad noſtram, de elect. cap. poſſeſſiones, de reb. Eccl. non alienan. cap. fin. §. præcipimus, de ſtat. monach. cap. inter quatuor, de relig. domib. d. cap. cùm de beneficio, & d. Clem. vnica, §.1.* necnon Concil. Trid. *ſeſſ.14.cap.10. de refor. & ſeſſ.25. cap.21. de regular.* Hæc autem regula quoad vtramque ſui partem maximè procedit, vbi id in fundatione beneficij habeatur ex conditione per fundatorem appoſita; prout quoad regulares pro indubitato habet Lambertin. *d. tract.de var.patr.lib.2. part.1. quæſt.7. art.22. num.3.* & quoad ſæculares *art.23. num. 3. verſ.aut eſt fundata Capella:* & quoad vtroſque ex eo ſuadetur, quòd regularia, & ſæcularia beneficia dicuntur, & ſunt illa, quæ talia ſunt ex fundatione, vt poſt plures docuimus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.2. verſ. ex parte autem cauſa materialis*, præcipuè verò ex Gonzal. *d.gloſ.8. num.30.* vbi alios refert: quibus adde Coraſ. *d.cap. 5. n.6.* quin etiam beneficia regularia vnius ordinis, ſeu religio-
89. nis † conferri non poſſunt regularibus alterius ordinis, ac religionis; aut in ſpecie inter ceteros adnotauit Gonz. *d.gloſ.8. num.96. cum ſeq.* per quædam iura, ex quibus ſola *Clem. 1. de elect.* id probat. per quem etiam corrigi videtur quod à contrario ſenſu permittebatur *in cap.quorumdam, & cap.ſi religioſus, de elect. in 6.* Religioſis etiam Mendicantibus, vt ſaltem de ſuperiorum ſuorum cõſenſu poſſent in concordia eligi ad dignitates, prælaturas, & adminiſtrationes extra ſuum ordinem, ac religionem; *& in c. nullus, eod.tit. & lib.* vbi abſolutè permittebatur Religioſis aſſumi in Abbatem, ſeu Prælatum alterius religionis. Niſi dicamus, † hæc tria iura accipienda, 90.
iuxta *d.Clem. 1.* ita vt hæc locum habeat exceptis caſibus illorum iurium, præcipuè *d.cap.quorumdam*; idque, vt iura iuribus concordemus, quod expedit, *cap. cùm expediat, de elect. in 6.* cum ſuis concord. maximè cùm *in Clem. quia circa, eod. tit.* apertè ſupponatur, durare diſpoſitionem *d. c.quorumdam*, quod *mihi* declaratur. Tamen hæc regula reſpectu prioris partis fallit primò quoad Epiſcopatum; ad quem, licèt ſit in Eccleſia ſeculari, poteſt regularis aſſumi, vt expreſsè habetur *in d.cap.nullus, de elect. in 6. & Clem. 1. eod.tit.* atque aliis iuribus, quæ ad id allegat inter alios Lambert. *d.quæſt.7.art.19. num.3.* & Gonzal. *d.gloſ.7. num.48.* Fallit ſecundò quoad Eccleſiam parochialem etiam ſæcularem, (qualis vtplurimum eſt ea ex adductis *q.præced.concl.3.ad fin.*) huiuſmodi enim parochialis Eccleſia † attento ſaltem iure 91.
communi antiquo poteſt aſſignari, & conferri non modò Canonico regulari, vt eſt expreſſus text. *in c. quod Dei timorem, de ſtat.monachi.* & latè tradit poſt alios Gonzal. *tract.de benef. part. 7.cap. 10. num.25. & ſeq.* ſed etiam monachis, vt *in cap.doctos*, cum multis ſeqq. *16.quæſt. 1.* glo. *cap.2.verbo, parochiales, & d.cap.quod Dei timorem, verbo, Eccleſiarum parochialium regimen, de ſtat.monach. & d.Clem.1. verbo, ſecularis, de elect.* cum aliis adductis per Lambert. *d.quæſt.7. art.19. num.8. & 13. cum duob. ſeqq.* Garz. *d.cap.2. num.17.18. & 19.* & Gonz. *d.gloſ.7. num.49. & 50.* vbi rationem reddit bonum curæ, ex *d.c.quod Dei timorem, & ibi* Abb. *num.5. num.* autem 51. poſt eundem Abb. & Lopez idem docet de dignitatibus principalibus in collegiatis ſæcularibus habentibus curam animarum, vt ad eas poſſit regularis promoueri: quod etiam alios ſecutus ſentit Lambert. *d.art. 19. num.6.* iuncto *num.8.11. & 13.* Gonz verò ſup. *n. 52.* ex veriori opinione canonizata à Rota *deciſ. 28. de præben. & deciſ. de iurepatr. in nou.* ſupradicta vult procedere ſtante neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ: quod & poſt alios tenet Lambert. *d.art.19. num.22. & 23.* maximè ex *cap. piſcis, 55. diſt. & cap. cùm pro vtilitate*, cum aliis, *16. quæſt.1.* qui etiam *art.21.* ferè per totum eandem fallentiam reſtringit, vt nõ poſſit ſæculare beneficium etiam curatum conferri regulari, ſi maneat clauſtralis, ſeu in clauſtro retineat; ac poſt eum & Faſſol. *dub. 65.* tradit Garz. *ſup. num. 26.* Quicquid autem ſit de iure antiquo, de quo valde dubium eſt, vt colligere licet ex adductis à Garzia *d.cap.10. num.20. vſque ad 24.* certè probabilius mihi eſt, hodie non poſſe regulares, etiam ſi ſint Canonici, habere ſine diſpenſatione Apoſtolica beneficia curata ſiue in perpetuum, ſiue ad tempus; non tam ob Bullam Pauli IV. quæ eſt 28. inter eius conſtitutiones in Bullario penult. edit. & incipit, *poſtquam diuina bonitas*, ex qua potiſſimùm Bulla id aſſerit Quint. Mand. *in præx. ſignat. grat. tit. de diſpenſat. monach. pro obtinen. benef.* & Alphonſ. Hoied. *d.cap. 24. num.96.* quoniam ea Bulla, ſeu conſtitutio redacta eſt ad terminos iuris communis per conſt. 8. Pij IV. in eodem Bullar. incipien. *Sedis Apoſtolicæ ſolertia*, quàm ob praxim, quæ habet, vt ſine Apoſtolica diſpenſatione regulares talia beneficia obtinere non valeant; præſertim ſtante decreto fel. record. Gregorij XIII. & declaratione ſacræ Congregationis Conc. Trident. cuius vtriuſque ad id meminit Garz. *d. cap.2. num.31. cum duobus ſeqq.* & Gonz. *d gloſ.3. num. 53. & 55.* hoc ipſum etiam confirmans ex *reg. 42. Canc.* generaliter prohibẽte, nedum in titulum, ſed etiam in cõmendam talia beneficia ſæcularia regularibus dari. verùm hæc regula, quæ hodie eſt 43. in ſpecie non loquitur de beneficio curato. Ex his

autem quæ circa hanc ſecundam fallentiam diximus conſtat, † ſaltem per Sedem Apoſtolicam qua- 92.
litati ſæcularitatis in beneficij collatione poſſe derogari : quod & colligitur ex allegatis à Gonzal. *d. glo ſ.* 7. *num.* 5. *&* 6. & nullus vmquam negauit, aut negare poteſt etiam reſpectu aliorum beneficiorum ſæcularium, quàm Epiſcopatus, aut curati. atque adeò ſimul habemus tertiam fallentiam prædictæ regulæ quoad priorem eius partẽ de beneficiis ſæcularibus non conferendis perſonæ religioſæ, ſeu regulari, quam tertiam fallentiam in ſpecie, vbi ſæcularitas appoſita ſit à fundatore beneficij, quòd tali cõditioni, ſeu qualitati derogari poſſit, ſentit Lãbert. *d. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 7. *art.* 22. *num.* 3. iuncto *num.* 4. ſicque habemus tres caſus, in quibus qualitati ſæcularitatis in fundatione beneficij adiectæ poteſt alicuius auctoritate derogari. Quibus addi poteſt quartus cũ Gonzal. poſt alios *ad d. reg.* 8. *glo ſ.* 8. *num.* 43. cum aliquot
93. ſeqq. vt nimirum † in defectum clericorum ſæcularium poſſint beneficia ſecularia regularibus conferri ; & quintus quòd poſſint in commendam iis dari ſaltem à Sede Apoſtolica, vt conſtat ex *d. reg.* 42. aliàs 43. *Cancell.* Quoad poſteriorem autem ſui partem, nimirum, quòd regularia beneficia ſæcularibus con-
94. ferri non debeant, prædicta regula † fallit primò in caſu *c.* 1. *de Capell. monach.* vt nimirum in Eccleſiis, in quibus monachi habitant, ad curã illis ſubiectam poſſit, ac debeat non monachus, ſed clericus ſæcularis ab Epiſcopo per conſilium monachorum inſtitui ; vt & *ibi* adnotarunt Doct. latè Lambert. *d. art.* 23. *num.* 3. *verſ. primo caſu :* quod idem permitti videtur *in cap. auaritiæ, de præben. & Clem.* 1. *§. ceterùm, de ſtat. monach.* in his tamen duobus iuribus non negatur, quin & Conuentus religioſorum poſſit religioſum ad beneficium etiam curatũ ſibi ſubiectum præſentare ; id quod apertè permittitur à Cõc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de regular.* Quod autem *in cap. de monachis, & in cap. Lateranenſi, de prabend. cap. cùm & plantare, §. in Eccleſiis, de priuileg. cap.* 1. *de præben. in* 6. *cap. vnic. de Capell. monach. eod. lib. & Clem.* 1. *de in-repar.* habetur de clericis ſæcularibus præſentatis à regularium Conuentu, cùm ea iura aperte de Eccleſiis non pleno iure ipſi Conuentui ſubiectis, ſed ſolùm quoad ius præſẽtandi, ſeu patronatus loquãtur, aut certè ſic accipienda ſint ; parũ, vel nihil ad hanc rem faciunt de derogando qualitati regularitatis. Fallit ſecundò d. regula in caſu *cap fin. de Capell. monach.* vbi Epiſcopi in monaſteriorum ſibi ſubiectorum Prioratibus, in quibus monachi manent ſolitarij, niſi horũ Abbates, vel Priores iis alios monachos aſſocient ; iiſdem ad clauſtrum reuocatis, poſſunt ac debẽt facere in ipſis Eccleſiis per clericos ſæculares deſeruire. Fallit tertiò in caſu *Clem.* 1. *§. adhæc, de ſtat. monach.* vbi decernitur, quòd, ſi prouentus Prioratuum, ſeu adminiſtrationum monachorum nigrorum duobus non ſuppetant, iidem Prioratus, ſeu adminiſtrationes, niſi per Abbates ad ſuſtentationem duorum ſufficientes reddantur, locis aliis viciniori-bus ad eorum monaſteria pertinentibus, vel ipſorum monaſteriorum officiis, aut inter ſe inuicem, prout erit commodius, cum conſilio, & aſſenſu Abbatum per locorum ipſorum Ordinarios vniantur ; monachis locorum, quæ aliis vnientur Prioribus, ad clauſtrum primitus reuocandis, & clericis ſeruituris ibid. de locorum ipſorum prouentibus prouiſione debita facienda. Ex quibus tribus fallentiis huius poſterioris partis regulæ ſuperiùs allatæ, habemus tres caſus præcipuos, in quibus qualitati regularitatis in beneficij fundatione appoſitæ alicuius auctoritate poteſt derogari. His autem caſibus pro quarta fallẽtia alium addere poſſumus, qui ſumitur ex Lambert. *d. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 7. *art.* 23. *num.* 3. *poſt med. verſ. ſi verò in fundatione, verſ. aut verò loquimur, ac verſ. aut eſt fundata Capella, & poſt ſin. art. concl.* 2. *limit.* 3. 4. *&* 5. quòd, † ſi Capellæ Eccleſiæ regularis 95.
ſunt fundatæ cum principali Eccleſia regulari, & per fundantem fuit ſtatutum cum conſenſu Epiſcopi, vt in eis præſentetur clericus ſæcularis ; tunc abſque dubio ad eas etiam inuitis monachis præſentari poterunt clerici ſeculares, & habere vocem cum monachis, ſi & hoc in conditione adiectum fuit, licèt ſit contra prohibitionem *cap. fin. §. præcipimus, de ſtat. monach.* quia huiuſmodi conditio apponi potuit in limine fundationis etiam cõtra ius commune, glo ſ. *in cap. cùm dilectus, de conſuet.* cum aliis per ipſum Lambert. adductis *d. tract. de iurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 9. *art.* 1. *concl.* 3. quando autem Capellæ fundatæ ſunt in monaſteriis poſt horum fundationem, & habitationem à monachis factam : tunc, ſi in fundatione Capellæ de conſenſu Epiſcopi, Abbatis, & monachorũ fuit dictum, quòd poſſint patroni præſentare clericum ſæcularem, poterit inuitis monachis per patronum ad eam capellam præſentari clericus ſæcularis, qui etiam habebit vocem cum monachis, vbi cum prædicto conſenſu fuit hoc etiam in conditione adiectum. ſi verò in huiuſmodi fundatione Capellæ nihil fuit dictum, an patronus vellet, ad eam præſentari clericum ſæcularem, vel regularem : tunc inuitis monachis ad illam præſentari non poterit in titulum clericus ſæcularis ; ipſis autem volentibus poterit ; vt etiam voluit, & probat Abb. *conſ.* 59. *vol.* 2. Fallit quintò in caſu, qui deſumi poteſt ex latè traditis à Gonzal. *in comment. d. reg.* 8. *glo ſ.* 8. *num.* 43. cum aliquot ſeqq. vt nimirum † in 96.
defectum regularium poſſint beneficia regularia ſæcularibus conferri : quod bene probat text. *in cap. inter quatuor, de relig. dom.* ibi ; quamdiu monaſteria per regulares remanere potuerint ordinata, nõ ſunt ad ſæculares clericos transferenda ; ſed, ſi regulares defuerint, propter eorum defectum in eis ſæculares clerici poterũt ordinari : idque præter glo ſ. & Doct. *ibi*, adnotarunt Rebuff. & Abb. per Gonzal. citati *d. num.* 43. vbi ad id non debuit allegare text. *in cap. Abbate, de verb. ſign.* qui ſolùm loquitur de priuilegio Apoſtolico aſſumendi monachum vnius monaſterij in Abbatem alterius monaſterij quamdiu in priori monaſterio viguerit obſeruãtia regularis. meliùs autem faciunt plura, quæ *ibi* poſt alios adducit
de priuilegio † neceſſitatis ; quæ non habet legem ; 97.
& ex illicito facit licitum, *cap. ſi quis propter, de fur. cap. quod non eſt licitum, de reg. iur.* cum aliis pluribus adductis inter ceteros ab Hoied. *d. tract. de incompat. benef.* 2. *part. cap.* 9. *num.* 1. *vſque ad* 8. & Menoch. *in tract. de arbitr. iudic. caſ.* 182. ferè per tot. Fallit ſextò, vt beneficia regularia poſſint conferri ab ordinariis collatoribus † clericis ſecularibus, qui habitum il- 98.
lius Religionis vbi conſiſtit beneficium ſuſcipere, & profeſſionem emittere ſe adſtrinxerint, ita Gonzal. *d. glo ſ.* 8. *num.* 77. *cum ſeq.* id comprobans ex decreto Concil. Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 10. *de reformat.* & quadam eius decreti declaratione, quæ à ſacra Congregatione Cardinalium eiuſdem Concil. interpretum emanauit ; & colligens ex aliis iuribus, in quibus habetur, quòd ad beneficia regularia adminiſtrationem habẽtia requiritur actualis profeſſio in ea Religione : & inde concludens n. 86. quòd in aliis beneficiis regularibus, quæ adminiſtratione carent, meritò ceſſat huiuſmodi prohibitio, ne dentur non profeſſis, & poterunt conferri etiam ſecularibus clericis habitum ſuſcepturis, & profeſſionem emittu-ris. Fallit denique prædicta poſterior pars regulæ, vt
† poſſint regularia beneficia ſæcularibus clericis in- 99.
commen-

commendam dari ſaltem à Sede Apoſtolica, vt ex *regul.*42. nunc 43.*Cancell.*immo & ab eadem iis dari in titulum, vt conſtat ex laudatis à Ioanne Selu. *in tract.de benef.*3.*part.quæſt.*11.*num.*122. Alph.Hoied. *d.tract. de incompatibil. benef. part.*1. *cap.*24.*num.*93. Menoch. *de arbitr.iudic.caſ.*101. *num.*86. & Gonzal. *d.comment.reg.*8.*Cancell.glo ſ.*7.*num.*5.

Poſſet autem hoc loco pro cõplemento præſentis concl.tractari de derogatione, quæ per conſuetudinem, vel præſcriptionem fit qualitati fæcularitatis, aut regularitatis beneficio adiectæ. ſed quoniam aptior locus erit *in quæſt.ſeq.*vbi de ea qualitatum beneficij derogatione, quæ à priuatis fit, agemus, & *cap.ſeq. quæſt.*4.& 5. vbi de mutatione ſtatus beneficij latiùs differendum erit, ad ea loca candidum lectorem nunc remiſiſſe ſufficiet: quod idem admonitum eſſe volumus quoad reliquas qualitates, de quib.in ſeqq.concl.

100. QVARTA CONCLVSIO.Derogari poteſt † qualitati non modò manualitatis, ſeu amouibilitatis, ſed & perpetuitatis beneficij in eius fundatione appoſitæ. Prior pars concluſionis patet tum ex *reg.* 38.nunc 39.*Cancell.* vbi ordinari ſolet, quòd, ſi aliqui Religioſi petunt aliquod beneficium ad nutum amouibile cum clauſula, quòd exinde pro ſolo nutu Abbatis, vel ſuperioris amoueri non poſſint, litteræ quoad ipſam clauſulam non expediãtur, niſi Sanctiſſimus ponat in ſignatura, quòd non poſſit amoueri; vel ad partem clauſulam ipſam concedat; tum ex aliis adductis à Gomeſ.*ad regul.Canc.de trien. poſſ.quæſt.*32.Gonz.*reg.*8.*glo ſ.*5.§.6.*n.*10.24.25.27.30. *ac* 34.*cum trib.ſeqq.*vbi etiam id declarat poſt alios.

101. Poſterior † pars concluſ. probatur; tum quòd ita poſt Mil. *in Report. verbo, religioſus non poteſt conſentire, in fin.* tradit Gonzal. *d.* §.8. *num.*38. ex *cap.cùm de beneficio*, ibique Doct.*de præben.in* 6.& poſt alios Pariſ. *de reſignat. benef. lib.*11. *quæſt.* 3. *num.*93. tum quòd, quicquid ſit de beneficiis parochialibus perpetuis, an poſſint fieri temporalia, ſeu amouibilia, per ea quæ adducit Gonzal. *d.* §. 6. *num.* 60. *&* 61. certè ſimplex perpetuum de iurepatronatus poteſt ab Epiſcopo, aut ſaltem Legato de conſenſu patroni effici manuale, & amouibile ad nutum ipſius patroni; vt poſt Nauarr. *conſ.* 9. *num.* 1. & per tot. *ſub tit.de offic.ordin.* iuxta Rom. impreſſ.docet idẽ Gonzal. *d.* §.6. *num.*62. licèt Nauar. *in eo conſ. quod incipit, an Epiſcopus,*& iuxta impreſſ.Venet.ac Lugdun. eſt etiam 9. & ſecundùm Brixien. eſt 6. *ſub eod.tit. num.*1.2.*ac* 4.*&* 6.*in fin.* vbi de hoc agit, apertè velit, illam fore non mutationẽ beneficij perpetui in manuale beneficium, ſed extinctionem beneficij cum erectione ſeruitij tẽporarij Capellæ manualis, quam potuiſſet patronus ordinare ab initio etiã ſine conſenſu Epiſcopi. facit quoque Rebuff. *in praxi benef. tit. requiſita ad benef. collat. num.* 14. vbi poſt alios in ſpecie docet, poſſe Papam ad tempus conferre be-
102. neficium. *&* *num.* 16. vbi de † commenda, quæ fit ab Ordinario ad ſex menſes de Eccleſia parochiali, *cap.nemo deinceps, de elect. in* 6. vnde alia beneficia, ſubdit Rebuff. poterit ad tempus vel in perpetuum commendare, *cap.ſi conſtiterit, de accuſat.* Gemin. & Franc. *d.cap.nemo*, quod etiam ſentit *ibidem* Ioan. Monach.& Archid.necnon glo ſ. *verbo, parochialem, & verbo, vnam*, per text. *in cap. qui plures*, 21. *quæſt.* 1. cui adde text. *in cap.dudum, il* 2.§ *licèt autem, verſ. ſuggeſſit enim, de elect. & ibi* glo ſ.recepta *in verbo, intitulatum, ad fin.* ſubiicit quoque Rebuff. hodie nullum extra Papam ſolere beneficium commendare, quia ignari Epiſcopi iuris beneficio non ſunt vſi De
103. quibus tamen † commendis, ſeu beneficiis commendatis, præter *reg.*42. *Cancell. Apoſt.* & Concil. Trid.*ſeſſ.*7.*cap.* 2.*&* 4.*ac ſeſſ.*24. *cap.* 17. *de refor. & ſeſſ.* 25. *cap.*21.*de reg.*ac ſcribentes in prædictis iuribus, videri poſſunt quæ latè inter recentiores ſcribunt Flam. Pariſ. *tract.de reſign. benef. lib.*2.*q.*17. & Gonzal. *ad d.reg.* 8. *Cancell.glo ſ.*5.§.8. & Garz. *tract. de benef. part.*4. *cap.*4. per tot. *num.* autem 18. idem Rebuff. alium caſum refert, † in quo beneficium 104.
perpetuum apud aliquem remanet ad tempus, & amouibiliter; nimirum vbi ſententia ad alicuius vtilitatem fuerit lata, & executioni demandata, is enim habebit beneficium, donec contraria ſententia lata fuerit.arg. *c.cùm Eccleſia, de cauſ.poſſ. propriet.*

QVINTA CONCLVSIO. Derogari aliquãdo
poteſt † qualitati curæ animarum, & obligationis 105.
reſidendi quæ beneficio ſit in fundatione appoſita. Prior pars concluſionis probatur. nam, licèt eo ipſo, quòd beneficium aliquod tamquã curatum fundatum ſit, eam animarum curam per ſeipſum debeat exercere, & in ea perſonaliter reſidere; Conc.Trid. *ſeſſ.*6. *cap.*2. *ſeſſ.*7. *cap.*3. *&* *ſeſſ.*23. *cap.*1.*de refor.cap. presbyteri,* 24.*diſt.cap.quia nonnulli, de cler.non reſiden. cap.extirpanda,* §.*qui verò, de præb. & cap.licèt canon, de elect.in* 6. cum ſimil. latè Gonzal. *d.reg.*8.*glo ſ.*6.*n.* 36.Hoied. *d.*1.*part.cap.*17.*num.*21.Ioan.Azor *Inſtit. mor.l.part.*2.*lib.*7.*cap.*3.*&* 4.Garz.*tract.de benef.part.* 3.*c.*2.*n.*16.cum aliquot ſeqq. & plerumque expreſsè in fundatione beneficij curati ea conditio, & qualitas apponitur, vt beneficiatus per ſeipſum exerceat, curam animarum. Tamen, vbi cura prædicta acceſſoriè vnitur præbẽdæ, vel dignitati, derogatum cenſetur, ne tali curæ teneatur beneficiatus per ſeipſum deſeruire, ſed poſſit in ea parochiali Eccleſia habere Vicarium perpetuum; vt conſtat ex *d.*§.*qui verò, & cap.ſuper eo*, vbi glo ſ.& Doct.*de præbend.in* 6. latè Gonzal.*d.glo ſ.*6.*num.*97. *cum duob.ſeqq.* vbi etiam ita id refert declarationem ſacræ Congregationis interpretum Conc.Trid. & latiùs Garz. *tract. de benef. part.*5.*cap.*3.*num.*122.*cum trib.ſeqq.& part.*11.*cap.*5. *num.*192. Pariter cum ſublimibus, ac litteratis perſonis poteſt per Sedem Apoſtolicam diſpenſari, vt plura beneficia curata retineant, atque adeò in eorum altero poterunt, ac debebunt per alium deſeruire; vt patet ex *cap.de multa, de præben.*& ad tempus poteſt Ordinarius diſpenſare à perſonali reſidentia, *d.c.licèt canon, in fin.& ad ſeptennium cauſa ſtudij, cap. cùm ex eo, de elect. in* 6. Denique ratione tenuitatis poteſt diſpenſari, vt quis plura beneficia curata obtineat; vt ſatis tuetur poſt alios Hoied.*d.tract.de incompat.benef.*2.*part.cap.*5 *num.*4.*vſque ad* 12.maximè ex *cap.vnio,* 10.*quæſt.*3.*&* *cap.eam te, de etat. & qualit.* immo ſimpliciter poſſe per aliquem ſuperiorem, nimirum per Sedem Apoſtolicam, ſeu Rom.Pontificem diſpenſari circa plura curata, conſtat ex *cap. ordinarij, de off.ordin.in* 6.Conc.Trid.*ſeſſ.*7.*cap.*5. *de ref.* docétque Hoied. *d.* 2.*part. cap.* 12. *num.*2. 12.16.*&* 25.*cum duob. ſeqq.* ac turſum *num.*84. ſicut etiam ex
ſimplici beneficio † fieri poteſt curatum ſaltem ad 106.
tempus, atque adeò derogari qualitati ſimplicitatis beneficij; vt inter alios ſentit Hoied.*d.tract.de benef. incompatib.*1.*part.cap.*13. *num.*57.per tot. *&* *num.*58. *initio.*Poſterior † pars concluſionis probatur, tum ex 107.
eo, quod poſt Abb. Felin. & alios *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.*generatim tradit Lambert. *tract. de iurepatr. d.lib.*2.*part.*1. *quæſt.*7. *princ.art.*22. *num.*4. *& art.*30. paſſim, poſſe Epiſcopum ſaltem de conſenſu patroni in caſu neceſſitatis alterare pro vna vice naturã beneficij; de qua re nos *quæſt.ſeq. concl.*14.tum ex eo, quod de pluribus beneficiis tenuibus reſidentiam requirentibus, vt poſſint vni conferri, docet Hoied.*d.c.*5.*n.*14.ex eo potiſſimùm, quòd cùm idem ſtatuatur in beneficiis curatis, vt mox dictum eſt,

eadem

eadem autem vtriuſque ſit ratio, eadem quoque hac in re debet eſſe diſpoſitio, & idem ius, *l. ſi poſtulauerit, §. ratio, ff. de adult. l. illud, ff. ad leg. Aquil.* cum ſuis concord. ac beneficia curata, & ea quæ reſidentiam requirunt, æquiparantur, vt inter alios docet Quintil. Mandoſ. *in addit. ad Lap. alleg.* 116. *litt. E.* immo abſolutè, quòd diſpenſari poſſit in pluribus beneficiis requirentibus perſonalem reſidentiam, probat idem Hoied. *d. 2. part. cap.* 12. *num.* 2. *&* 14. quod & antea dixerat 1. *part. cap.* 17. *num.* 28. *in fin. & num.* 37.

108. in quo *cap.* 17. *num.* 1. 2. 3. 21. 23. *&* 24. fusè tradit, † quænam beneficia requirant perſonalem reſidentiam. *d.* autem *num.* 24. iuncto *num.* 26. latè diſputat, an omnia beneficia etiam ſimplicia de iure requirãt reſidentiam; & quid in hac re poſſit conſuetudo: de qua etiam conſuetudine, quid poſſit in tollẽda quoad Canonicatus, portionéſve obligatione reſidendi, fusè diſſerit *eod. cap.* 17. *num.* 4. *vſque ad* 20. de curatis autem beneficiis *num.* 22. quoad Compatibilitatem verò duarum dignitatum *ead. 1. part. cap.* 7. *num.* 10. *&* 11. quoad duo officia, *cap.* 8. *num.* 6. *cum trib. ſeqq.* de dignitate cum officio, aut perſonatu, ac de officio cum perſonatu, *cap.* 10. *num.* 2. *cum trib. ſeqq.* atque de his atque aliis compatibilitatibus quid ad eas inducendas poſſit conſuetudo, latiùs agit 2. *part. cap.* 11. ferè per tot. ac nos, præter id, quod attigimus ſuprà *quæſt.* 2. in quinta diuiſione beneficiorum, ſeu qualitatum ipſorum ex parte cauſæ materialis, adhuc fortaſſe etiam de iis omnibus, quatenus ad rẽ noſtram facere poſſunt, plura dicemus *cap. ſeq. quæſt.* 5. *concl.* 5.

109. Hìc autem illud admoniſſe ſit ſatis, quòd, † ſi in certa ciuitate ceteri obtinentes Capellanias, quæ ex fundatione præter Miſſarum celebrationem requirunt perſonalem reſidentiam in Choro, ex conſuetudine per alium deſeruiunt, poterunt & alij ſimiles Capellani per alium deſeruire, neque ad perſonalem reſidentiam tenebuntur; vt in terminis reſpondit Nauarr. *conſ.* 6. iuxta Lugdunenſ. 7. autem iuxta Brixien. impreſſ. *ſub tit. de cler. non reſid.* quod conſ. incipit, *N. habet Capellaniam*; potiſſimùm, tum quòd, cum alij Capellani ſimiles excuſentur ratione conſuetudinis, quia ſecundùm concluſionem latè diſputatam per Abb. *in cap. extirpanda, §. qui verò, de prab.* & citatos à Felin. *in cap. cùm omnes, de conſtit.* ac receptam communiter, valet conſuetudo, vt habens beneficium ſimplex, non teneatur ſeruire perſonaliter illi; immo etiam quòd non ſeruiatur per alium, ſaltem vbi ſufficiens copia miniſtrorum habetur: ea conſuetudo extendi poteſt ad alios ſimiles Capellanos, arg. *cap. dudum, il 2. de elect. & cap. conſtitutus, de appell.* cum ex traditis à Felin. *in cap. cùm acceſſiſſent, num.* 18. *& ſeqq.* dum concludit, Epiſcopum poſſe de conſenſu patroni ex cauſa diſpenſare pro vna, vel altera vice ſuper qualitate ad tenẽdum beneficium requiſita; qua de re nos latiùs agemus infrà hoc ipſo cap. *quæſt.* 5. *concl.* 14. ab initio ferè vſque ad med. illius concluſ. Iam verò ſumpta ex hac Nauar. doctrina occaſione, tranſeuntes ad alias huius quæſt. cõcl. videamus in ſtatim ſeq. prout etiam alioqui propoſitum nobis erat, an, & quando beneficium ſacerdotale, aut alium ordinem ex fundatoris potiſſimum voluntate annexum habens conferri poſſit clerico eum ordinem non habenti actu, vel habitu; ſeu an, & quando huiuſmodi qualitati ordinis ſuſcepti, vel ſuſcipiendi in fundatione beneficij appoſitæ valeat derogari.

Sexta igitur conclvsio ſit. Derogari

110. aliquando poteſt † qualitati ſacerdotij, aut alterius ordinis ex fundatione alicui beneficio annexi.

Pro faciliori autem huius cõcluſionis intelligentia, & reſolutione, ſuppono primò, quædam beneficia de iure certam ætatem requirunt. Etenim; quicquid ſit de ſummo Pontificatu: de quo probabilius eſt, † in eo certam de iure non requiri ætatem, ſed 111.
ſufficere non quidem ſeptẽnium, vt probare nititur Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benef.* 1. *part. cap.* 24. *num.* 26. ſed ætatem 14. annorum, vt de omnibus beneficiis decreuit Trid. Conc. *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de refor.* licèt probabile ſit, requiri ætatem 30. annorũ completorum, quæ requiritur in Epiſcopo, vt mox dicemus; per ea quæ adducit idem Hoied. *ibid. num.* 24. quicquid etiam ſit de Cardinalatu: in quo pariter probabilius eſt, † citra Rom. Pontificis diſpenſationem, ex iure nouiſſimo Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de refor.* requiri ætatem 30. annorum completorum, prout Hoied. *vbi ſuprà num.* 27. optimè deducit ex *eo cap. Concil.* iuncta *ſeſſ.* 7. *cap.* 1. *de reformat. & cap. cùm in cunctis, in princ. de elect.* cùm alioqui ſufficeret habere ætatem requiſitam ad ordinem Cardinalatui annexum, vt *ibid.* monet Hoied. cui conſonare videtur *conſtit.* 59. Sixti V. in penult. Bullario, quæ incipit, *poſtquam verus*, dum ſtatuit, quòd Cardinales non ſint minores 22. annis, ſi debent eſſe Diaconi. quicquid, inquam, de his ſit, certè Epiſcopatus † de 113.
iure requirit ætatem annorum 30. completorum, vt conſtat ex *d. cap. cùm in cunctis, in princ. de elect.* Concil. Lateran. ſub Leon. X. *ſeſſ.* 9. *de refor. cur. in princ.* & Concil. Trid. *ſeſſ.* 7. *cap.* 1. *ſeſſ.* 22. *cap.* 2. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *prope med. de refor.* Dignitates verò, & alia beneficia ſecularia, quæ curam animarum habent annexam recepturi † attigiſſe debent ætatem 25. annorum, vt patet ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *initio, de reformat.* vbi Conc. inhæret *d. cap. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect.* quod idem *ibid.* ſtatuitur de ipſis parochialibus Eccleſiis: de quibus idem decernitur *in cap. licèt canon, eod. tit. in* 6. id quod locum etiam obtinet in Vicariis perpetuis Eccleſiarum parochialium, *Clem. vn. de eſſ. Vicar.* quoad dignitates autẽ, ſeu Prioratus regulares ſpecialiter ſtatuitur *in Clem. 1. §. ceterùm, de ſtat. monach.* vt Prioratus Conuentuales alicui, niſi 25. annum attigerit, alij verò curam animarum habentes, etſi cura ipſa per ſæculares habeat presbyteros exerceri, cuiquam, niſi 20. annum peregerit, conferri nequeant, aut committi. Ad ceteras autem dignitates, vel perſonatus, (ſæculares nimirum,) quibus animarum cura nulla ſubeſt, † cleri- 115.
ci alioquin idonei, & viginti duobus annis non minores adſciſci debent; vt his ipſis verbis decernitur à Trident. Conc. *d. ſeſſ.* 24. *cap.* 12. paulò poſt initium: per quod corrigitur id, quod permitti videbatur *in cap. indecorum, de etat. & qualit.* vt huiuſmodi perſonatus conferrentur ei, qui 14. annum compleret, & apertè de talibus perſonatibus, ac dignitatibus conceditur *in cap. vnico, eod. tit. lib.* 6. quod etiam inter alios adnotauit, ac fuſiùs tradidit Nic. Garz. *tract. de benef. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 54. 55. *&* 56. *num.* autem 58. *vſque ad* 65. latè diſputat, an hoc decretum Concilij extendatur quoque ad dignitates ſine cura in Eccleſiis collegiatis. ac denique *num.* 67. *vſque ad* 70. pluribus oſtendit, 22. annos, de quibus in eodem Conc. Trident. decreto mentio fit, debere eſſe completos, nec ſufficere, quòd cœpti ſint. De illis verò, qui † 116.
obtinent dignitatem, canonicatum, aut portionem in Cathedrali præſertim Eccleſia, quibus annexus ſit aliquis ordo, dicendum puto cum Læl. Zecch. *tract. de benef. & perſion. cap.* 3. *verſ. pari ratione*, ac Leon. Leſſio, & Azor. relatis à Garz. ſup. *num.* 22. *&* 27. quicquid ipſe voluerit *n.* 21. *vſque ad* 30. ſufficere, quòd in ea ætate ſint, vt poſſint infra annũ ſuſcipere ordinem requiſitũ, vt ſatis mihi probat Conc. Trid. *d. ſeſſ.* 24. *cap.* 12. paulò ante medium. ibi; neminem etiam deinceps ad dignitatem, Canonicatum,

aut

aut portionem recipiãt,niſi qui eo ordine facto, aut ſit initiatus,quem illa Dignitas,præbẽda, aut portio requirit;aut in tali ætate, vt infra tempus à iure, & ab hac ſancta Synodo ſtatutũ initiari valeat. tempus autem hoc à iure,& d.Trid.Conc.ſtatutum ad ſuſcipiendos ordines ab iis,qui ratione beneficij ad id tenentur, † eſt annus ; vt quoad beneficia curata ſub 117. pœna priuationis ipſo iure beneficij obtenti conſtat ex *cap.licèt canon,§.1.cap.ſtatutum, cap. cùm ex eo, in princ.& cap.cõmiſſa,item in princ.& §.1.ac 2.de elect. in 6.* quoad reliqua beneficia ſecularia, quibus certus ordo eſt annexus, obtinentes ſub pœna amiſſionis ipſo iure vocis in Capitulo, ac ſubtractionis dimidiæ diſtributionum quotidianarum, & aliis pœnis à iure ſtatutis contra tales promoueri ad ordines annexos recuſantes; (de quibus aliis pœnis gloſ.*ibi, verbo, ſtatutis, & d.cap.licèt canon, verbo, priuatus,*) aperte liquet tum ex *Clem.2.§.1.de etat. & qualit. & ordin.præfic.*tum ex Conc.Trid.*ſeſſ.22.cap.4.de refor.* quod tamen in vtriſque beneficiis accipiendum eſt ceſſante iuſto impedimento, vt patet de curatis ex *d.cap.cùm ex eo,§.fin.& c.commiſſa,§.1.& 2.de elect.in* 6.de aliis beneficiis ex *d.Clem.2.§.1.de etat. & qualit.* ac Trid.Concil.*d.cap.*4. quod decretum,ibi,qui iam ætatem,&c.quatenus huic ſententiæ,ac *d.c.12.verſ. neminem etiã,*aduerſari videtur,exponendũ eſt,prout loquitur,quando non ſolùm ordo, ſed etiã eius vſus ita eſt annexus beneficio, vt à prouiſo ipſo ſit exercendus: *d.*autem verſ. *neminem*, intelligendus eſt, prout loquitur, cùm ſimpliciter, atque adeò ſolus ordo eſt annexus, ad honeſtandum nimirum ipſum beneficium. valde tamen difficile eſſet à priori ſententia Garz.& aliorum,quæ communior eſt,& ſatis firmis nititur fundamentis, in praxi, licèt alicubi contraria ſeruetur, recedere. Rurſus quoad curata reſpectu pœnę priuationis ipſo iure beneficij ea non habet locum in Eccleſiis collegiatis etiam parochialibus, vt *in d.cap.ſtatutum, de elect.in* 6. expreſ-
118. sè cauetur. Similiter ea curata beneficia obtinens † non tenetur intra annũ promoueri,niſi ad ſubdiaconatum,ſi à ſuo Epiſcopo diſpenſatus fuerit cauſa ſtudij literarum : lapſo autem ſeptennio ſic diſpenſati debent intra annum ad Diaconatum, & Presbyteratum ſe facere promoueri : alioqui extunc dictam pœnam, niſi iuſta de cauſa id omiſerint, incurrent ipſo iure: vt decernitur *in d.cap. cùm ex eo, in princ. & §.fin.de elect.in* 6.ex iis autẽ verbis text.mox relatis; (niſi iuſta de cauſa id omiſerint;)ſatis colligitur,
119. non modò iuſtum impedimentũ,ſed etiam † quamuis aliam iuſtam, & rationabilem cauſam excuſare eum,qui beneficium curatum, ſeu parochialem Eccleſiam obtinuit, ab incurſu pœnæ priuationis ipſo iure obtento beneficio,niſi intra annum ad ſacerdotium fuerit promotus: quod etiam apertè ſuadet text.*d.cap.commiſſa,§.2.eod.tit.& lib.*ibi; porrò,ſi infra dictum tempus non fueris rationabili cauſa ceſſante promotus, tibi Eccleſia ipſa, qua dicti ſtatuti auctoritate iam priuatus exiſtis, nullatenus ea vice poterit iteratò conferri: alloquitur autem ibi Romanus Pontifex quendam, cui commiſſa fuerat parochialis Eccleſia,vt ex eius cap.princ.patet; vbi etiam loquitur de ſtatuto generalis Conc. Lugd.*d.cap. licèt canon,*vt exponit ibi gloſ.recepta *in verbo, Concilij Lugdunenſis.*In aliis verò beneficiis, præter dignitates,& canonicatus,aut portiones Cathedraliũ, aut collegiatarũ Eccleſiarum habentibus ordinem ſacrum annexum,licèt non actu,ex fundatione,con-
120. ſuetudine, ſtatuto, vel priuilegio, † exigitur ætas requiſita ad ordinem annexum : vt ſuadere videtur text. *in cap. ei, cui, de præb.in* 6.cum aliis, quibus id adſtruit Garz.*d.cap.*4.*num.*49.*cum trib.ſeqq.*quæ opinio valde probabilis eſt.licèt probabilis etiam ſit, ſufficere in prouiſo eam ætatem,vt promoueri poſſit intra annum, ſaltẽ quoad huiuſmodi beneficium Diaconale, vel ſubdiaconale,iuxta doctrinam Ioan. Andr.*d.cap.ei, cui*, quem ſequitur Rom. *conſ.*325.*n.* 1.& Dec. *d.cap.cùm in cunctis, §.inferiora,num.* 21. & quoad ſacerdotale,ex traditis infrà *verſ.tertium caſus.* Ex his igitur conſtat, quam ætatem de iure requirãt beneficia extra Eccleſias Cathedrales vel collegiatas habentia, vel non habẽtia curam animarum: & quam etiam ætatem requirant dignitates, & canonicatus, ac portiones in Eccleſiis Cathedralibus, vel collegiatis, quibus certus ordo eſt annexus. In reliquis autem beneficiis † ſufficiet ætas annorũ 14. 121.
inceptorum,iuxta *cap.indecorum, de etat.& qualit. c. ſuper inordinata,de præben.* eiuſdẽmque Concil.Trid. diſpoſitionẽ *ſeſſ.*23.*c.*6.*de ref.* vbi decernitur,vt nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus ante 14. annum beneficium poſſit obtinere; ex quo eamdem ætatem in his beneficiis requiri docet Garz. *n.*36.*vſque ad* 40. Gonz. *ad reg.*8. *Cane.gloſ.*1.*in princ.num.*92.*&* 94. cum aliquot ſeqq. cui ſecundùm aliquos concordat text. *in cap.indecorum,de etat. & qualit.* licèt probabilius ſit, quòd de iure ante Conc. Trid. ſufficeret ætas maior ſeptennio,vt ſatis probat *cap.ex eo, de elect.in* 6.cum aliis adductis à Gonzal.ſuprà,& Hoied.*d.tract.de incompatib. benef.*1.*part. cap.*14. *num.*12. Suppono ſecundò id quod ex prædictis etiam pro aliqua parte licet colligere, beneficia † de iure certum ordinem 122.
habere annexum. Nam Decanatus annexum de iure habet ſacerdotium, vt *in d. cap. cùm in cunctis,§. inferiora,de elect.& cap.*1. *de etat. & qualit.* vbi idem dicitur de Archipresbyteratu.De omnibus autẽ beneficiis quæ habent curam animarum, excepto Archidiaconatu,idipſum ſtatuitur *in d.§.inferiora* : vbi etiam hoc idem habetur quoad ipſas parochiales Eccleſias; de quibus id quoque conſtat ex *d. cap. licèt canon, §.*1.*cap.nemo, cap.ſtatutum,cap.cùm ex eo,in princ.& §.fin.*necnon *cap.commiſſa,in princ.de elect. in* 6. *cap.*2.*de inſtit. eod.lib.* cum ſimil. quod etiam locum habet in Vicariis perpetuis Eccleſiarum parochialiũ,vt *in Clem.vnica,de off.Vicar.* Archidiaconatus ipſe annexum habet ordinem Diaconatus, vt *in d.cap.cùm in cunctis,§.inferiora,de elect. & d.cap.*1.*de etat.& qualit.* In omnibus verò Eccleſiis Cathedralibus Conc. Trid. *d.ſeſſ.*24.*cap.*12. *circa med.* ſtatuit, vt omnes Canonicatus,ac portiones habeant annexum ordinem Presbyterij, Diaconatus, vel ſubdiaconatus : Epiſcopus autem cum conſilio Capituli deſignet,ac diſtribuat, prout viderit expedire, quibus quiſque ordo ex ſacris annexus eſſe debeat; ita tamen,vt dimidia ſaltem pars Presbyteri ſint,ceteri verò Diaconi,aut ſubdiaconi. quod Cõc. decretum; ita afficit, & adſtringit Canonicatus Cathedralium Eccleſiarum, vt vbi non ſit facta huiuſmodi diſtributio ſacrorum ordinum ante, vel poſt Concilium, cenſeatur eo ipſo annexus ſacer ordo in genere; ita, vt Canonicatum in iis Eccleſiis obtinere nequeat, niſi qui ætatem habeat aptam ad ſubdiaconatum,vt latè tradit Garz.*d.part.*7.*cap.*4.*num.*28.29.*&* 30.ſuſcipiendum tamen intra annum, vt Concilium dixerat paulo antè *eod.cap.*12.*verſ.neminem etiam,* iuncta *d.ſeſſ.*22.*cap.*4. Ad reliqua verò beneficia obtinenda † de iure ſufficiet,ac requiretur prima tõſura. 123.
quòd ſufficiat ſatis colligitur, tum ex verbis decreti Conc.Trid.*d.ſeſſ.*23.*c.*6.paulo antè citatis;dum enim ibi cauetur, quòd nullus prima tonſura initiatus ante 14.annum beneficium obtinere poſſit,apertè ſupponit eum,qui ſola prima tonſura ſit initiatus,poſſe beneficia obtinere : tum ex *c.*2.*de inſtit.*ex quo id adnotauit

notauit *ibi* Abb.*notab.vlt.*Boër.*decis.*171.ac post hos Hoied.*d.tract. de incompat. benef.*1.*part.c.*24.*n.*13. ac post alios *n.*71.*cum seq.* atque ex his Lambert. *tract. de iurepatr.lib.*2.*part.*1.*quæst.*7.*art.*2. ferè per tot. id ipsum etiam docet Gonz. *d.glos.*5.*in princ. n.*90.91. *& 94.cum duob.seqq.*& Garz. *d.part.*7.*c.*4.*num.*39. ex quo text. *d.c.*2.*de inst.cap.cum adeò,de reser. & cap.ex litteris,de transact.*cõstat etiam, requiri primam tonsuram; cùm laicus † nullum beneficiũ Ecclesiasticũ possit obtinere; vt pluribus relatis docet Hoied. *d.cap.*24.*n.*71.*& seq.* Garz.*d tract.de benef part.*1.*c.*2. *n.*28. *& part.*7.*cap.*1.*n.*7.cum aliquot seqq.id declarans: quod & vtrumque pluribus facit Gonz. *ad d. reg.*8. *Cancell.glos.*2.ex *num.*60. *& d.glos.*5.*in princ.n.* 9 atque ante eos Flam.Paris. *tract.de resign.benef. lib.* 4.*q.*2. ferè per tot.& ab his citati,maximè Lambert. *d. quæst.* 7. *art.*2.*n.*15. *cum seq.*& latiùs *art.*7.ferè per tot.*art.*autem 3. docet, † neque clericum coniugatum posse beneficia obtinere, nisi ex dispensatione, modò incedat in habitu,& tonsura; quod etiã probat Hoied.*d.c.*24.*n.*76. Paris. *num.*27.*cum duob.seqq.* Gonzal.*d.glos.*2.*n.*68.*&* 69.Sanch.*de matr.lib.*7.*disp.* 42.*à num.*14. Potrò, exceptis beneficiis,quæ solam primam tõsuram exigunt,non est necesse, † vt promouendus ad beneficium certum ordinem de iure habens annexum ad eum ordinem tunc sit promotus. Nam assumẽdus ad Ecclesias Cathedrales, hoc est,ad Episcopatum,sufficit quòd in sacro ordine sex mensium spatio sit constitutus, vt patet ex Trident. Conc.*sess.*22.*cap.*2.*de refor.* sacer autem ordo est etiam subdiaconatus,vt constat ex *cap.à multis,de etat. & qualit.& ord.præfic.* vbi expressè cauetur, subdiaconum in Episcopum eligi posse. ad parochialem verò Ecclesiã & alia beneficia sacerdotalia aptitudine,seu in habitu,assumi potest,is qui in minoribus tantùm ordinibus est constitutus, *cap.præterea, eod. tit.cap.cùm dilectus,de iurepatr.* necnon *cap.si pro clericis,de præben.lib.*6.*& cap.*2.*de instit.eod.lib.*immo & qui solam primam tonsuram, latè Garz.*d.c.*4.*num.* 44.*& seq.* vbi idem docet de aliis beneficiis sacerdotalibus in habitu. sufficitque, quòd intra annum ad sacerdotium promoueatur, *d.cap.licèt canon,*§.1.*cap. statutum,cap.cùm ex eo,in princ. & cap.commissa, pariter in princ.de elect.in* 6.*& cap.*2.*de instit.eod.lib.*quod idem de Vicariis perpetuis dicendum est, per *Clem. vnic. de offic. Vicar.* quinimmo à promotione intra annum excusabit quoque iustum impedimentum, aut alia iusta, & rationabilis causa, vel dispensatio Episcopi ad septennium causa studij litterarum, vt *in præced. suppos. post med.* ostendimus: illud nunc addentes, quod hac in re disponitur *in cap. commissa, in princ.de elect.in* 6.pœnam priuationis ipso iure parochialis Ecclesia, vbi qui eam obtinuit non promoueatur intra annum ad sacerdotium, † non incurri, nisi elapso toto anno, licèt tantum de anno transiuerit, vt nequeat intra annum ad sacerdotium promoueri.& §.1. quòd annus hic incipit à tempore illo,quo prouisus Ecclesiæ sibi cõmissæ possessionem pacificam habuit, vel per eum stetit, quominùs haberet eandem.Fallit autem prædicta regula in commẽda parochialis Ecclesiæ,quæ † non nisi actu constituto in sacerdotio fieri potest; vt constat ex *cap. nemo deinceps,de elect.in* 6. & adnotauit *ibi* glos.receptа *in verbo,sacerdotio.* similiter prouisi de dignitatibus,quæ certum ordinem de iure habent annexum; prout Archipresbyteratus, & Decanatus sacerdotium,& Archidiaconatus Diaconatũ, vbi etiã curam animarum annexam non habeant,(quales hodie vt plurimum sunt,maximè in Italia,) iuxta text.*d. cap. cùm in cunctis,*§.*inferiora, de elect. & cap.*1.*de etat. & qualit.* necnon prout sunt omnes Canonicatus, & portiones in Ecclesiis Cathedralibus; quorum dimidia saltem pars annexum habere debet ordinem Presbyterij, reliqua dimidia Diaconatum, vel subdiaconatum, idque iuxta dispositionem Trid.Conc. *sess.*24.*cap.*12.*circa med.ac ref.*cuius verba paulò post initium huius suppos. retulimus: sufficit quòd intra annum iusto cessante impedimento ad ordinem requisitum promoueantur; vt satis constat ex *Clem.*2. §.1.*de etat.& qualit.*atque etiam ex Trident. *sess.*22. *cap.*4.*& d.sess.*24.*cap.*12.*de refor.ante med.* Atque hæc quidem de beneficiis sæcularibus. Quoad regularia verò, præter id, quod simul cum sæcularibus cauetur à Trident.*d.cap.*4.necnon *d.Clement.*2.§.1. nimirum, vt ij,qui in regularibus Ecclesijs obtinuerint dignitates,personatus,officia, aut alia beneficia Ecclesiastica,quibus certi ordines sunt annexi,teneantur sub certis pœnis, quarum inibi mentio fit, iusto cessante impedimento, infra annum ordines suscipere requisitos: illud etiam obseruandum est, quod hac de re disponitur *in Clem. ne in agro*, quæ est 1.§. *ceterùm,de stat.monach.& Canon.regul.*vbi,cùm statutum fuisset,vt Prioratus conuentuales alicui,nisi 25. annum attigerit; alij verò curam animarum habentes, etsi cura ipsa per sæculares habeat presbyteros exerceri,cuiquam,nisi 26. annum peregerit,conferri nequeant,aut committi: statim subditur; qui autem Prioratus illos, vel illos habuerint, † infra annum computãdum à tempore collationis, seu commissionis sibi factæ de eis, & possessionis eorũ adeptæ,vel infra 25. ætatis suæ annum, si ante annum ipsum non conuẽtuales prioratus eis commissi fuerint,aut collati,se faciant ad sacerdotium promoueri: quod si, cessante rationabili causa, non fecerint, eo ipso,nulla etiam monitione præmissa, prædictis Prioratibus, sint priuati; qui ipsis iterum eã vice nullatenus conferantur. Ad cuius §.explicationem, præter glos.& scriben. *ibi*, videri possunt Doct. probati ab Hoied.*d.cap.*24.*num.*22.

Suppono tertiò, † aliquando beneficia, licèt de iure communi certam ætatem non requirant, quæ maior sit 14.annis, certúmve ordinem, præter primam tonsuram,annexum non habeãt,iuxta ea,quæ *in duabus præced. suppos.* diximus: eam tamen ætatem exigunt, eúmque ordinem habere possunt annexum ex priuilegio,consuetudine,statuto Ecclesiæ, vel primæua institutione, seu fundatione beneficij. Et quidem quoad ætatem,quòd possit fundator maiorem ætatem, quàm requisitam à iure, exigere in beneficio,sentit inter alios Gonzal. *d.glos.*5.*in princ. num.*99.*in fin.*iuncto *num.*100.*ac trib.seqq.*ex eo præcipuè,quòd potest fundator beneficij apponere quas voluerit conditiones licitas in fundatione beneficij etiam contra ius,*c.cùm dilectus,* & *ibi* omnes, *de consuet.*cum aliis adductis à Lambert.*d.tract.de iurepatr. lib.*1.*part.*1 *quæst.*9.*art.*1. *num.*49. *& seq.* necnon *art.* 2.*&* 3. & a nobis sup. hoc ipso cap. *quæst.*2. in decima diuisione qualitatum beneficij ex parte causæ materialis.ex quo verum esse comprobatur,id,quod ex quadam declaratione sacræ Congregationis ad Concil. Trident *sess.* 25. *cap.*6. *de reformat.* vbi cuicumque beneficio statuitur ætas saltem 14. annorum, tradit Gonzal.*sup. num.*91. quòd † si in fundatione sit statutum, quòd minor ista ætate possit beneficium obtinere,deberet seruari,quia per dictum decretum Concilij fundationi beneficij non fuit derogatum: maximè, cùm, vt suprà non semel posit alios docuimus, de iure sexti Decretal.ad beneficia simplicia sufficeret ætas septennij: quibus nunc addo Lambertin. *d. tract. de iurepatronat. lib.*2. *part.* 1. *quæst.* 7. *artic.* 2. *num.*9. *& artic.* 26. *num.* 5. quamui, aliàs nequeat fundator minuere ætatem, quam natura

natura beneficij ratione ordinis annexi requirit, vt poſt alios tradit Lambertin. *d. quæſt. 7. artic. 25. numer. 2.* ad quod faciunt quæ latè adducit idem Lambertin. *d. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. artic. 1. numer. 37. vſque ad 46.* ex allegatis quoque per eum *eod. artic. 1. à numer. 12. vſque ad 32.* pro ſententia aſſerentium † fundatorem non poſſe apponere in limine fundationis conditiones contra ius commune: quod intelligendum eſt, niſi illa conditio ſit poſſibilis, & honeſta, ac licita, neque expreſsè à iure improbata: prout ſentit ipſe Lambertin. *d. artic. 1. num. 1-2. vſque ad 27.* necnon *num. 38. 39. 64. 65. 68. 70. 80. 96. & 102. vſque ad 106.* aliàs aduerſaretur ſecundæ concluſioni, quam idemmet firmat *d. artic. 1. num. 32. ad fin.* & latiùs confirmat *numer. 37. vſque ad 46.* necnon *artic. 2. num. 14. & 16.* & nos paulo antè commemorauimus, ac ſequitur Ioan. Guttier. *conſil. 1. & 2. num. 1.* poſſe teſtatorem in limine fundationis beneficij ei apponere conditiones etiam contra ius commune cum Epiſcopi conſenſu. Niſi fortè hæ duæ concluſiones ita concilientur, vt prior procedat vbi non accedat Ordinarij conſenſus; poſterior verò vbi prædictæ conditiones, quæ ſunt contra ius commune, cum Ordinarij conſenſu apponantur. quæ conciliatio colligi poteſt ex ipſo Lambertin. *d. artic. 1. num. 32. ad fin. & num. 37.* iuncto *num. 49.* necnon *d. art. 2. num. 14. & art. 3. numer. item 14. & numer. 32. verſ. ad ſecundum principale motiuum.* Quoad ordines verò, † pariter poſſe ex ordinatione fundatoris requiri in beneficio maiorem ordinem, quàm exigat ex ſui natura ob iuris diſpoſitionem, apertè docet idem Lambertin. *d. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 2. num. 11.* & latiùs *art. 27. cum tribus ſeqq.* paſſim, & Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 5. in princ. à numer. 32. ad 105.* de priuilegio, conſuetudine, ac ſtatuto pariter quoad ordines tradit glos. ab aliis approbata *in cap. ſi eo tempore, verbo, ætatem, de reſcript. in 6. & cap. primo, in princ. verbo, tale, de fil. presbyt. eod. lib.* de conſuetudine, vel ſtatuto Eccleſiæ, *in cap. ſi pro clericis, verbo, requirunt, de præben. eod. lib.* de primæua inſtitutione, antiqua conſuetudine, vel ſtatuto, *in Clemen. 2. §. 1. verbo, annexi, de ætat. & qualit. & ord. præfic.* ac de conſuetudine Conc. Trid. *d. ſeſſ. 24. cap. 12. circa med. de reformat.* vbi, poſtquam decreuerat, vt Epiſcopus cùm conſilio Capituli deſignet, ac diſtribuat, prout videret expedire, quibus Canonicatibus, aut portionibus in Eccleſiis Cathedralibus quiſque ordo ex ſacris annexus in poſterum eſſe debeat; ita tamen, vt dimidia ſaltem pars Presbyteri ſint, ceteri verò Diaconi, aut ſubdiaconi: ſtatim ſubiicit; vbi verò conſuetudo laudabilior habet, vt plures, vel omnes ſint Presbyteri, omnino obſeruetur. ac generatim, de iure ſpeciali poſſe certum ordinem annexum eſſe beneficio, cui aliàs de iure communi annexus non ſit, ſatis conſtat ex *d. cap. ſi pro clericis, de præben. in 6.* vbi Romanus Pontifex generaliter mentionem facit de ordinibus, quos requirunt beneficia etiam non curata; ac meliùs ex *c. cui de non ſacerdotali, & c. ei, cui, eod. tit. & lib.* non vtrobique loquitur Pontifex de præbēda ſacerdotali; quod etiam ſit *in cap. dilecto filio, de teſt. cap. conſtitutus, de conceſſ. præben. & in cap. ſignificatum, de præben.* habetur de præbenda cum onere quotidie Miſſam celebrandi. at verò de iure communi etiam
133. Sexti † nulla præbenda erat ſacerdotalis, ſeu habens ordinem ſacerdotij annexum; vt in ſpecie inter ceteros poſt Abb. *d. cap. dilecto filio, not. 2. de teſt.* tradit Guttier. *conſil. 1. num. 11.* & ex hoc facilè ſuaderi poteſt, quòd eo iure Canonicatus etiam Cathedralis Eccleſiæ conferri quoque poterant impuberi, vel certè iuxta omnium ſententiam ſtatim ac quis ad pubertatem peruenisſet, vt patet ex gloſ. recepta *d. cap. ſi eo tempore, verbo, ætatem, de reſcript. in 6. & cap. ex eo, in princ. verbo, in tua Eccleſia,* vbi optimus text. *de elect. eod. lib.* cum aliis ad id allegat. ab Hoied. *d. cap. 24. numer. 12.* atque ita per *d. cap. cui de non ſacerdotali, & cap. ei, cui,* dari aliquas præbendas ſeu Capellanias ſacerdotales ex inſtitutione, erectione, priuilegio, aut conſuetudine, præter gloſ. & Doctor. *ibi*, inter alios adnotauit Hoied. *eod. cap. 24. num. 10.* & alij, quos retulimus *quæſt. præced.* in ſexta diuiſione derogationis qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, ex iis diuiſionibus, quæ ſumuntur ex parte cauſæ materialis; præcipuè verò Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. artic. 27. cum tribus ſeqq.* & Gonzal. *in comment. reg. 8. Cancell. gloſ. 5. in princ. numer. 72.* & multis ſeqq. præſertim *numer. 102. vſque ad 105.* Ioan. Guttier. *conſil. 1. numer. 2. & conſil. 2. num. item 2.* Garz. *tract. de benefic. part. 7. cap. 4. numer. 40. vſque ad 101.* Sed & hoc idem quòd de iure ſpeciali annexi eſſe poſſint certi ordines beneficiis, ſatis conſtat ex *Clemen. 2. §. 1. de ætat. & qualit.* vbi pariter ſupponitur, præbendis annexum eſſe aliqué ordinem; cùm tamen adhuc iure Clementin. præbendis, ſeu Canonicatibus ordo aliquis, præter primam tonſuram non eſſet annexus; vt patet ex tota illa compilatione. nam *in d. §. 1.* de hac annexione ſolùm ex ſuppoſitione fit mentio: vnde gl. recepta *ibid. verbo, annexi,* diſtributiuè, & congruè referendo exponit illum text. de annexione ordinis, primùm de iure communi, quoad dignitates, nimirum illas, quibus de iure communi certus ordo eſt annexus, iuxta ea, quæ *in præced. ſuppoſ.* diximus: dehinc de annexione ordinis ex primæva inſtitutione, conſuetudine, vel ſtatuto; nimirum quoad eas dignitates quæ certum ordinem de iure communi annexum non habent; necnon perſonatus, officia, & præbendas. niſi dicamus, verba illa gloſ. *de iure communi*, vbi de præbendis quoque intelligat, referenda eſſe ad ius commune fortè poſtea edendum. Denique hoc ipſum colligitur ex Trid. Conc. *ſeſſ. 22. cap. 4. ſeſſ. 24. cap. 12. & ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat.* dum generatim mentionem facit de dignitatibus, perſonatibus, officiis, præbendis, portionibus, & quibuſlibet beneficiis Eccleſiæ Cathedralis, vel collegiatæ, quæ ſacrū ordinem annexū habent, aut requirunt: cùm tamen, vt patet ex *d. c. 12.* iure Conc. Trid. ex beneficiis inferioribus Cathedralium, vel collegiatarum Eccleſiarum nullum beneficiū, præter Canonicatus, ac portiones, annexum neceſſariò habere debeat ordinem ſacrum. Hunc tamen ordinem requiſitum de iure ſpeciali non ſemper habere debet obtinens beneficium tempore collationis, electionis, aut præſentationis; vt ex iis quæ in duabus ſeqq. ſuppoſit. dicemus, clariùs apparebit. an verò de ordine ſacro annexo alicui beneficio ex iure ſpeciali † ſit faciendа 134.
mentio ab impetrante, qui habeat ætatem ad eum requiſitam, latiùs tractat Garz. *d. part. 7. c. 1. num. 44. vſque ad 56.* vbi poſt longam diſputationem concludit, in Canonicatibus, vel portionibus ſolius ſacerdotij, ac Diaconatus; in aliis verò omniū ordinū annexorum beneficio in eius impetratione ſaltem ex ſtylo moderno Datariæ faciendam eſſe mentionem.

Nos autem nunc 4. ſuppoſ. loco videamus, quandónam ordo dicatur, ac ſit alicui beneficio annexus, ac potiſſimùm † quibus modis dicatur benefi- 135.
cium ſacerdotale. Contingit verò vt plurimum dubitari de eo caſu, in quo teſtator fundauit ex propriis bonis cū licentia & cōſenſu Ordinarij Capellaniā, ac diſpoſuit, quòd quotieſcūque vacaret prouideretur Capellanus, qui celebret, vel dicat tot Miſ-

136. sas in qualibet hebdomada, an talis Capellanus † debeat esse sacerdos, vel saltem in tali ætate, vt possit intra annum presbyteratus ordinem suscipere. In qua difficultate non Doctores modò, qui eam tractarunt, sed & Rota ipsa Romana variauit. Nam, quòd is debeat esse in ætate legitima, & apta ad sacerdotium, post Ferret. *consil.* 305. *num.* 4. sentit Didac. à Spin. *in specul. testam. glos.* 4. *princ. numer.* 68. atque alij relati à Garz. *d. cap.* 1. *numer.* 78. *vsque ad* 81. vbi in id refert plures Rot. Roman. decisiones, præsertim sub die 14. Nouembris, 1586. in vna Romana Capellaniæ, & priùs in eadem Romana Capellaniæ 19. Martij 1586. coram Pamphilio postea Cardinali; de qua paulo pòst: atque à fortiori tenent inferiùs citandi, qui voluerunt, debere talem Capellanum esse sacerdotem. Quòd verò sufficiat esse in ætate apta ad hoc, vt intra annum ad sacerdotium promoueatur, apertè post Ferret. *vbi supra*, docet Spin. *d. numer.* 68. & tenent prædicti relati à Garz. *loc. cit.* ac Rot. *in dd. decis.* præsertim illa 19. Martij 1586. mox citat. quia, licèt quando annexio ordi-
137. nis requiritur in actu præsentationis; vt, † si expressè caueatur, quòd eligatur, seu præsentetur sacerdos, vel Capellanus, qui Missas celebret; vel adsint alia verba, quæ de necessitate respiciant ipsum tempus præsentationis, requiratur, quòd eo tempore sit actu sacerdos; quia qualitas iuncta verbo intelligitur secundùm tempus illius, Abb. *in cap. cùm in cunctis, §. inferiora, sub numer.* 10. & Dec. *numer.* 12. *de elect.* Vitalin. *in Clem.* 2. *§. illi verò, numer.* 10. post Imol. *col.* 10. *de etat. & qualit.* Paris. *consil.* 50. *numer.* 17. *cum seq. lib.* 4. Nihilominus tamen, quando verba fundationis non respiciunt actum præsentationis, sed
138. potiùs † illius prosecutionem, tunc sufficit quòd præsentatus sit sacerdos habitu, licèt non actu, Abb. *d. §. inferiora, numer.* 10. & *ibi* Dec. *numer.* 11. Imol. & Vitalin. *vbi suprà*, & alias fuit per Dominos resolutum die 20. Nouembris, 1573. coram bo. me. Cotta in vna Rom. Capellaniæ de Capizucchis. & facit, quia regulare est in beneficiis sacerdotalibus sufficere solam habilitatem ad sacerdotium, *cap.* 2. cum *ibi* not. *de instit. in 6. cap. si pro clericis*, vbi Franc. Gemin. & alij, *de præben. eod. lib.* Innocen. *d. §. inferiora*, & *ibi* Abb. ac Dec. Rom. *consil.* 325. Dec. *consil.* 172. *in fin.* plures cumulat, & de communi testatur Rolan. à Vall. *consil.* 47. *numer.* 59. *lib.* 1. Vnde cùm in præsenti casu inspectis verbis fundationis Capellaniæ non sit habitus respectus ad ipsum tempus præsentationis, sed potiùs ad tempus post institutionem, cùm dicatur, (pro sustentatione vnius clerici, qui eidem Capellæ deseruiat in diuinis;) & inferiùs, (quod beneficium pro tempore obtinens cer-
*41 tas Missas qualibet hebdomada celebrare debeat, &c.) quæ omnia respiciunt prosecutionem ipsius præsentationis, & tempus post institutionem: concludendum est, sufficere quòd præsentatus sit sacerdos habitu, licèt non actu, vt in illa Romana Capellaniæ dictũ fuit. Neque obstant, (subdit Rot.) in contrarium allegata; quia loquuntur, quando verba fundationis respiciunt ipsam præsentationem; & ita loquitur Barbat. *consil.* 33. *in* 2. *dubio, numer.* 8. *volum.* 2. vbi testator dixerat, quòd Ca-
**1 pellania conferatur presbytero: & ita debet intelligi, (inquit *ibidem* Rot.) Lambertin. qui Barbat. sequitur *tract. de iurepatr. lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 7. *artic.* 27. *cum seq.* & Roch. de Curt. *in simili tract. verbo, honorificum, quæst.* 4. *sub num.* 21. qui
139. exemplificat, † quando dictum fuit expressè, quòd præsentetur sacerdos, vel Capellanus, qui Missas per se celebret; ac Dec. *consil.* 127. *numer.* 5. vbi in fundatione cauebatur, quòd præsentetur presbyter: & in istis terminis procedit decisio facta coram R. P. D. Blanchetto in causa Parmen. iurispatronatus, sub die 8. Iunij, 1573. & alia facta coram R. P. D. Orano in causa Firmana iurispatronatus die 26. Nouembris, 1582. sed certè Lambertin. *d. artic.* 27. *numer.* 8. *& duobus sequentib.* apertè loquitur in casu, quo verba fundationis imponentia onus celebrationis non respiciunt præsentationem ipsam, sed potiùs eius prosecutionem; quia ibi non ponit thema, in quo dictum erat, præsentetur presbyter, vt in casu Barbat. quem secutus erat *numer. præced.* à quo suum casum distinguit, qui est, cùm fundator voluit, præsentandum, seu Capellanum celebrare tot Missas in hebdomada. pariter Roch. in suo themate non ponit casum, quòd testator voluerit, præsentari presbyterum, aut præsentari Capellanum, qui per se celebret, sed simpliciter, qui celebret tot Missas; & vterque contendit, præsentari debere actu sacerdotem. Bene potest iuxta hanc Rotæ opinionem aliter euitari doctrina Barbat. *loco cit.* vt solùm velit, & probare videatur in casu proposito non posse præsentari in Capellanum puerum; atque adeò eum constitutum esse debere in ætate apta ad sacerdotium suscipiendum saltem intra annum. Verùm, quòd in casu proposito, nimirum cùm fundator Capellaniæ disposuit cum ordinarij consensu, quòd tot Missæ in hebdomada celebrentur per Capellanum, aut per præsentandum, seu quòd præsentetur, aut prouideatur Capellanus, qui tot Missas celebret in hebdomada; quos casus in idem recidere puto, quicquid Rota d. decis. 19. Martij in contrarium sensisse videatur; cùm in eorum nullo actui, seu verbo præsentationis iungatur qualitas sacerdotij: quòd, inquam, in his omnibus casibus debeat præsentandus, aut eligendus, vel prouidendus per collationem esse actu sacerdos tempore præsentationis, electionis, aut collationis, præter Lambertin. & Roch. *vbi suprà*, & alios relatos à Garz. *d. cap.* 1. *numer.* 76. in quam etiam partem inclinat Barbat. *in loco alleg.* tenet post Didac. Perez *lib.* 1. *ordinat. tit.* 6. *l.* 1. *vers.° notabile est etiam dubium*, ac latiùs tueri conatur Ioan. Guttier. *consil.* 1. *numer.* 9. 10. *&* 11. necnon *consil.* 2. *numer.* 15. *vsque ad* 20. vbi etiam contendit, hoc procedere, licèt testator dixerit, quòd præsentetur clericus, qui celebret, vel per alium celebrari faciat, ex Barbat. *vbi suprà*, & Lambertin. *d. quæst.* 7. *art.* 28. ferè per tot. de quo aliquid nos infrà dicemus, nimirum *illat.* 3. *circa med.*

Ceterùm contraria sententia, quòd talis Capellania † non sit sacerdotalis, neque requiratur, quòd 140.
præsentandus tempore præsentationis sit sacerdos; neque in ea ætate, vt infra annũ possit ad sacerdotiũ promoueri; ac per alium possit semper celebrare; ita, vt à simplici clerico etiam 14. dumtaxat annorum obtineri, ac retineri valeat: tanquam verior est tenenda, quam quidem quoad eius priorem partem, nimirum, quòd talis Capellanus non necessariò debeat tempore præsentationis, seu electionis esse actu sacerdos; tenuit, ac satis defendit Rot. in d. Romana Capellaniæ 19. Martij 1586. ex fundamentis non multo antè à nobis relatis, quæ etiam constat ex *c. si pro clericis, & c. ei, cui, de prab. in 6. Clem.* 2. *§. illi vero, de etat. & qualit.* necnõ ex Conc. Trid. *sess.* 22. *c.* 4. *& sess.* 24. *c.* 12. *de reformat.* eámque à fortiori tenent, qui posteriorem partẽ tuentur, à qua stare videtur Lap. *alleg.* 35.

allegat. 35.n.2. & allegat. 117.n. item 2.vbi dicit,quòd tunc ſatisfit voluntati teſtatoris, ſi per alium diuina celebrentur, nec iure expreſſum reperitur, quòd in hoc caſu per ſe deſeruire debeat; & qui per alium facit,per ſeipſum facere videtur, *cap. qui facit, de reg. iur. in 6.* cum ſimil. & Lap. ſequuntur Cardin. *in cap. de multa, prope fin. verſ. quæro, ſi habens, de præben.* Felin. *in cap. cùm omnes, ante numer. 33. verſ. & hoc procedit etiam, ſi ex ordinatione teſtatoris*; (qui tamen potiùs ſentire videtur contrarium, dum vult valere tum conſuetudinem, quaſi ſecus ſit de iure communi;) & *ibi* Dec. *in 2. lectura ante fin. verſ. ſed quando non eſſet neceſſaria, de conſtit.* & Ioan. Baptiſta Ferret. *conſil. 112. D. Carolus, poſt princ.* quos recenſet non diſſentiens Quintil. Mandoſ. *in addit. ad Lap. d. allegat. 35. ſub litt. C. & D.* quamuis,vt non multo pòſt, nimirum *illat. 3.* videbimus, ex eo, quòd Capellanus per alium celebrare poteſt,non neceſſariò arguatur,Capellaniam non eſſe ſacerdotalem, omnino verò partem hanc ſequitur Hier.Gonzal.*d. comment. adreg. 8. Cancell. gloſ. 5. in princ. num. 74. vſque ad* 84. quem etiam poſtmodum in hoc laudatum vidi à laudato viro Stephan. Quarant. *in ſumm.Bullar. verb. ſeruitium Capellaniæ, in princ.* vterque autem allegat plures Rotæ Rom. deciſ. in quibus hanc ſententiam amplexa eſt; ac vnam præſertim in eadem cauſa Romana Capellaniæ coram eodem Pamphilio, 2. aliàs 23. Ianuarij 1589. & Lucanam Capellaniæ coram Giptio,die 12. Decembris, 1593. vbi Domini de Rota recedentes quoad hoc à prædicta deciſ. 19. Martij 1586. dixerunt,illam Capellaniam non eſſe ſacerdotalem; ob eam præcipuè rationem, quòd verba illa fundationis, (qui celebret tot Miſſas,) licèt directa in perſonam Capellani non reſpiciunt factum ipſum celebrationis Miſſarum ab ipſo Capellano, ſed potiùs ſunt poſita ad denotandum obligationem, & onus, quod fundator Capellæ imponebat; & ſufficit,quòd onus non ſit expreſsè ita impoſitum Capellano,quia per alium expleri poſſit:& ideo d.Capellania,quamuis auctoritate Epiſcopi fundata,eſt beneficium ſimplex;in quo † ex generali conſuetudine totius orbis
141. non requiritur perſonalis reſidentia;vt poſt Cardin. tradit Imol.*in cap.fin.n.9.* Abb. *n.3.de cleric.non reſid.* cum aliis allegat.ab Hoied.*tract.de benef.incompat. 1. part.c.17.n.26.* Garz.*d.c.1.n.86.* & Gonzal. *vbi ſuprà, n.* 80. pro qua conſuetudine adducit etiam declarationem ſacræ Congreg.ſubdens *n.*81.*&* 82.fundatorem ſemper cenſeri ſe velle conformare cum diſpoſitione vniuerſalis conſuetudinis, & iuris communis,ex quo ſufficit ætas 14. annorum,& prima tonſura in beneficiis ſimplicibus,vt ipſe probat *n.90. vſque ad 99.*móſque ſuprà *in 1.ſuppoſit.ad fin.& ſuppoſit. 2.circa initium,num.*autem 84. ex nonnullis eiuſdem ſacræ Congr.declarationibus prædictam poſteriorẽ huius ſecundæ verioris ſententiæ partem confirmat; quibus etiam mota eſt Rot. Roman. in d. Romana Capellaniæ 23. Ianuarij 1589. & Lucana Capellaniæ,12.aliàs 17.Decembris 1595.ad recedendum in hoc ab aliàs deciſis. Ex quibus, ferè & aliis,præſertim Rot.Rom.deciſ.& ſacræ Congreg.declarationibus hanc eandem ſententiam defendit Garz.*d.cap.1. n.85. vſque ad 96.* Pariter non erit Capellaniaſacer-
142. dotalis, †licèt in fundatione dicatur, quòd inſtituantur presbyteri, vbi ex obſeruantia ſubſecuta appareat, aliquando admiſſos fuiſſe ſimplices clericos; vt ex quadam Rot. deciſ. in vna Pampilonen. docet idem Gonzal. *vbi ſuprà, num.*85. *cum duob. ſeqq.* quia, licèt presbyteri propriè ij dicantur, qui habent ordinem ſacerdotalem: tamen hoc nomen poteſt etiam aliis clericis conuenire, vt colligitur ex *cap. veſtra*, iuncto *princ. & medio cum fine, de cohab. cleric. & mulier.* obſeruantia verò eſt optima cuiuſque diſpoſitionis interpres, *l. ſi de interpretatione, & l. minimè, ff. de legib.* Roman. *conſil. 27. num.* 4. Crauet. *conſil. 101. num.* 7.Huic deciſ. penè ſimilis eſt dicta deciſio Lucana Capellaniæ, cuius meminit, licèt eam quoad hoc non approbet,Garz. *d. cap. 1. numer. 71. 72. & 97.* ſicut etiam nomine ſacerdotis aliquando quoque venit Diaconus, vt *in cap. 1. cum ſua gloſ. verbo, ſacerdotem,15. quæſt. 2.* Immo & ſubdiaconus, *cap. 2. de cohab. cleric. & mul.* ibi; ſi quiſquam ſacerdotum, ideſt, presbyter, Diaconus, vel ſubdiaconus. quare idem dicendum putarem, vbi in fundatione dictum ſit, quòd inſtitueretur, aut præſentaretur ſacerdos, vbi poſtea obſeruatum fuerit, quòd etiam ſimplices clerici admitterentur. quod idem dicendum putarem, vbi, circumſcripta obſeruantia ſubſecuta, quia eſſemus in prima præſentatione, aut collatione,ſoleret fundator presbyteri, vel ſacerdotis nomine quemlibet ſimplicem clericum appellare; aut in loco, vbi is diſpoſuit, ſic vocari conſueuerit communiter:nam in interpretãda teſtatoris, ac diſponentis voluntate ipſius, & communis eius loci loquendi modus attenditur, & proprietati verborum præfertur, vt latè tradit quoad primum Card. Mantic.*de coniectur.vlt.volunt.lib.3.tit.9.* ferè per tot. Menoch.*de præſ. lib. 1.quæſt.28. n.7. & 8.* vbi etiam docet hunc præferri communi vſui loquendi, quem tamen deficiente vſu patrisfamilias fore attendendũ idem tradit *ibid.& lib.4.præſumpt.140.n.19.* ac fuſiùs Mantic. *d.lib.3.tit. 8.* Similiter ſacerdotalis non erit Capellania,licèt fundator † in ſua fundatione dixe- 143.
rit,quòd Capellanus debeat celebrare diuina officia die,noctúque,prout ex quadam prædictæ ſacræ Cõgregationis declaratione tradit Gonzal. *d. gloſ. 5. in princ. num.*88. Garz. *d.cap.1.num.*93.& Steph. Quarant. *vbi ſuprà.* Stet igitur ex prædictis firma hæc ſententia, quòd, ſi fundator mandauerit per Capellanum, ſeu præſentandum, aut Capellaniam obtinentem celebrari tot Miſſas in hebdomada, mẽnſe, vel anno, vlteriùs non progrediendo, non ideo Capellaniam eſſe ſacerdotalem;ſed immo eam poſſe obtineri à clerico, qui neque ætatem habeat, vt citra annum poſſit ad ſacerdotium promoueri; ita, vt per alium perpetuò ſupplere poſſit. ſic eadem ſacra Congregatio in vna Mediolanen. declarauit, quendam clericum 19. dumtaxat annorum inſtitui poſſe ad vnam Capellaniam, ad quam teſtator mandauerat præſentari Capellanum bonæ conditionis, & famæ, ita, vt ipſe Capellanus quibuſdam hebdomadæ diebus Miſſas in dicta Capellania celebrare teneretur. Ad ea verò, quæ in contrarium adducunt Barbat. Curt. Lambert. & Guttier. *locis citat.* reſpondetur, ea vel procedere, vbi teſtator expreſsè voluit præſentari, ſeu eligi, & inſtitui ſacerdotem in caſibus mox referendis: vel ita fore intelligenda, vt per alium onera illa præſtari, ac ſeruitium obire poſſit,cùm id à iure communi, vel ſpeciali expreſſim non prohibetur, per regulam, qui facit per alium,per ſeipſum facere videtur. Eorum verò auctoritati aliorum auctoritatem opponimus, ac præcipuè Rotæ Romanæ, quæ nunc indiſtinctè hanc ſententiam amplectitur, & memoratæ ſacræ Congregationis; hoc eſt quoad hoc, vt ſeruire is Capellanus perpetuò per alium poſſit, Lap. *d. alleg. 35. & 117.* ſicut & Dec. *in d. cap. cum omnes, in 2. lectura, ad fin.* ac poſt alios Mandoſ. *in addit. ad Lap. d. alleg. 35. litt. C. & D.* ac Perez de Lara *de anniuerſ. & Capellan. lib. 2. cap.5.num.* 8.

Rot.Rom.*in nonnullis decis.*& sacra Cong.*in declarationib.*relatis à Garz.*d.cap.*1.*num.*86.*cum sex sequentib.* quoad hoc verò, vt huiusmodi Capellanus non debeat necessariò tempore præsentationis, seu institutionis esse sacerdos, opponimus inter alios Doctor. Didac. Spin.*d.num.*68. ac post multos Hier. Ceuall. *in spec. comm. contr. commun. quæst.* 693. *num.* 10. *& seq.* & Garz.*d.cap.*1.*num.*78. *cum trib.seqq.* vbi etiam in id refert nonnullas Rotæ Romanæ decisiones, & aliam *num.*96.quoad vtrumque Gonzal.*d. glos.* 5. *in princ. num.* 74. & multis seqq. Quarant. *sup.* Garz. *d. cap.* 1. *num.* 85. iuncto *num.* 92. 93. *&* 96.Rotam Rom. *in primò citat. decisionibus*, ac sacram Congr. *in allegatis declarationibus.* ac tandem quoad hoc etiam, vt talis Capellanus esse possit clericus qui nec ætatẽ habeat vt intra annum ad sacerdotium valeat promoueri,opponimus Gonzal.*d.num.*74. 82.95.*&* 99.necnon Card.*d.cap.de multa,ad fin.* & Lap. Abb. *d. alleg.* 35. post Ioan. Calder. *in cap. super inordinata, de præben.* & declarationem sacræ Congreg. postremo loco memoratam in vna Mediolanen. & aliam, quam refert Garz. *d. cap.* 1. *numer.* 87. vbi, & *numer.* 91. 92. 93. *&* 96. iuncto *n.* 85.hoc ipsum apertè post alios tenet.

Iam verò hæc sententia temperari debet in omnibus casibus, in quibus fundator expressè voluit præsentari ad Capellaniam,aliúdve beneficium iam constitutum in ordine sacerdotali. quorum *Primus*
144. est,† cùm nominatim dixit, quòd præsentetur, vel eligatur actualiter sacerdos. quem casum pro limitatione huius sententiæ ponit inter ceteros Quaran. *d. verbo, seruitium Capellaniæ, vers. prædicta sunt intelligenda.* Spin. *d. glos.* 4.*princ. num.* 67. *in initio,* Perez de Lara *d. cap.* 5. *num.* 20. & Gonzal. *d. glos.* 5. *in princ. numer.* 105. subdens *numer.* 106. quòd, si prouisio facta sit auctoritate Apostolica, adhuc dici potest,quòd sufficit tunc esse in tali ætate, vt infra annum ad ordinem requisitum possit promoueri, propter ordinariam clausulam, *non obstantibus*, &c. ex Rot. *decis.* 1. *num.* 1. *& per tot. de præben. in nou.* & apud Caputaq. *decis.* 127. *num.* 2. *&* 3. *part.*1. *Se-*
145. *cundus* casus est, † cùm fundatio dicit,quòd præsententur sacerdotes, vel presbyteri. nam & tunc, quicquid velit Gonzal. *vbi supra numer.* 104. Ceuall. *supr. numer.* 6. 10. *ac* 13. & Quaran. *d. vers. prædicta sunt intelligenda*, & Spin. *d. glos.* 4. *princ. num.* 66. *in fin.* atque alij relati à Garz. *d. cap.* 1. *num.* 61. *cum duobus seqq.* debent illi Capellani tempore præsentationis esse actu in ordine sacerdotali; prout præter Barbat. *d. consil.* 33.*col.vlt.vol.* 2. Lambertin. *d. quæst.* 7. *artic.* 27.*numer.* 2. *&* 7. *artic.* 28. passim, *&* *artic.* 29. *numer.* 2. *&* 3. atque alios omnes, qui pro contraria sententia principali sup. non longè ab initio huius suppos. *vers. verùm, quòd in casu proposito*, tenet Rip. *in l. ex facto, numer.* 31. *ff. de vulg. & pupill.* & alij citati à Spin. *d. glos.* 4.*princ. numer.*64. ac post alios Doct. sentit Rot.Rom. in prædicta decis. 19.Martij 1586. à qua in hoc non recessit eadem Rot. in illa alia 23. Ianuarij 1589. & tenent multi probati à Garz. *d. cap.* 1. *numer.* 58. 59. 60. *&* 64. *vsque ad* 73.Porrò hic secundus casus, (qui ex ea regula satis confirmatur, quòd qualitas adiuncta verbo intelligitur iuxta tempus verbi, *l. in delictis*, *§. si extraneus, ff. de noxal.* cum simil. adductis ab ipso Gonzal. *d. reg.* 8. *Cancell.* §. 3. *præam. numer.* 72. *&* 6. 3. *numer.* 61.) extenditur, vt procedat, licèt illis verbis fundationis, præsentetur presbyter, addita sint illa, seu Capellanus, atque etiam illa, qui celebret tot Missas per se, vel alium: quod dumtaxat probant ea, quæ adducit Barbat. *d. consil.* 33. *in* 2. *dub.* & Lambertin. *d. art.* 28. quoad primum ille *sub num.* 10. *&* 11. hic *num.* 5. quoad secundum hic *num.* 2. 3. *&* 4. ille *numer.* 8. *&* 9. adhuc enim, si in fundatione dictum sit, quòd præsentetur presbyter, vel sacerdos, debebit præsentandus tempore præsentationis, aut certè institutionis, per quam completur, & effectum habet præsentatio, esse actu in ordine sacerdotis constitutus; ex adductis à Perez de Lara *d.cap.*5.*num.*11.*cum trib.seqq.* & Garz. *d. cap.* 1.*num.*59. *&* 60. quòd autem Capellanus possit per alium celebrare,non necessariò arguit,Capellaniam non esse sacerdotalem etiam actu, vt paulo pòst videbimus. Recipit autem hic secundus casus principalis mox propositus illam declarationem,quam nõ multo antè ex Rot.Rom.in vna Pampilonen.& aliis decis. retulimus,nisi obseruantia subsecuta sit,vt etiam simplices clerici ad eam Capellaniam fuerint admissi; vel cùm testatoris, aut communis vsus loquendi id suadet.*Tertius* casus est, cùm in fundatione dispositum fuit, †vt Missæ celebrari, seu diuina 146.
officia exerceri non possint per substitutum, aut quòd Capellanus celebrare debeat per seipsum, aut residere, vel personaliter deseruire; aut si dicatur, quòd Missæ celebrentur per proprium rectorem;aut quòd Capellania sit sacerdotalis;tunc enim omnino debebit is Capellanus *esse* sacerdos, licèt sufficiat quòd sit in habitu,hoc est, in ea ætate vt possit tunc fieri sacerdos, prout nonnullis Doctoribus & Rot. Rom.decisionibus relatis docet Garz.*d.part.*7.*cap.*1. *n.*98. cum aliquot seqq. immo probabile mihi est,† 147.
sufficere,vt talis Capellanus in ea sit ætate,vt saltem intra annum ad sacerdotium, aliúmve ordinem à fundatore requisitum possit promoueri; vt tenent inter cæteros Gemin.Franc. & alij *in cap. si pro clericis pauperibus,de præben.in* 6.Quaran. *d.vers.prædicta sunt intelligenda,*Zecch. Less.& Azor, quos sup. hac ipsa *conclus. 6. suppos.* 1. *circa med.* retulimus; sentitque sacra Congreg. in declaratione infrà allegan.ac post alios Gonzal. *d. glos.* 5. *in princ. num.* 100. *vsque ad* 104. per nonnulla iura; ex quibus solum *cap. ei, cui, de præben. in* 6. meo iudicio id probat quoad hoc, vt Capellania fundata, vt sit sacerdotalis,obtineri possit ab eo, qui sacerdos actu non sit, sed in ea dumtaxat ætate, vt ad sacerdotium possit saltem intra annum promoueri. nam text. ab eo citati, *cap. licèt canon, & cap.cùm ex eo,de elect.eod.lib.* apertè loquuntur in promouendis ad Ecclesias parochiales,quibus de iure communi annexus est ordo sacerdotalis. immo vbi ex his argumentum à simili sumeretur, non probarent eius intentum, cùm in parochialibus Ecclesiis requirant ætatem,in qua tunc possent promoueri, quæ etiã tempore Sexti etat 25. annorum saltem iuxta obseruantiam generalem, vt satis constat ex *cap.cùm in cunctis,§.inferiora, de elect. & cap. licèt canon, & cap. cùm ex eo, eod. tit. in* 6. iuncta (*clemen. fin. & ibi* glos. ab aliis recepta, *verbo, obseruantiam.*At verò *in d. cap. ei, cui,* expressim loquitur Romanus Pontifex de præbẽda sacerdotali, quæ,vt suprà satis ostendimus,ante Concilium Tridentinum de iure communi nulla ex necessitate dabatur,sed solùm supponebatur de iure speciali instituta. de qua præbenda sacerdotali Pontifex *d. cap.* apertè vult, eam conferri posse ei, qui in tali ætate existat, quòd possit ad sacerdotium saltem intra annum promoueri; sumpto argumento à contrario sensu,quod in iure validissimum est, vt latè probat Euerard. *in loc. à contrario sensu, num.* 1. dum in eo text. directè decernitur, sacerdotalem præbendam conferri non posse ei, qui nondum in tali ætate existat, quòd possit ad sacerdotium promoueri.Sed quoniam Gemin.& alij *in d.cap.ei,cui,*illum textum intelli

intelligunt de tali ætate, vt prouiſus tunc recipere poſſit ſacerdotium, nimirum vt attigerit 25. annum: ſaltem inde conuincitur, præſentatum ad Capellaniam, ſeu præbendam ſimpliciter inſtituram, ſeu fundatam, vt ſit ſacerdotalis, aut, (quod idem puto,) vt habeat annexum ordinem ſacerdotalem; vel vt Capellanus ſiue Capellaniam obtinens fiat ſacerdos, non neceſſariò debere tempore ſuæ præſentationis, aut inſtitutionis ordinem ſacerdotij actu habere; ſed ſufficere eſſe in ætate apta ad eum ordinem tunc ſuſcipiendum, licèt deinde habeat annum ad eum recipiendum, iuxta *Clemen. 2. §. illi verò, de etat. & qualit.* & Conc. Trident. *ſeſſ. 22. cap. 4. de reformat.* quod etiam probari poteſt ex *cap. ſi pro clericis, de præben. in 6.* quatenus de prouiſis, ſiue de beneficiis curatis, ſiue aliis non habentibus curam annexam, requirentibus tamen certos ordines communiter *ibidem* ſtatuitur, vt ad ordines, quos requirunt collata eis beneficia, ſe faciant in proximis ſtatutis à iure temporibus promoueri: cùm autem quoad curata certum ſit eo iure Sexti de iis prouiſum habere annum integrum ad ſe promoueri faciendum ad ordinem requiſitum, *d. cap. licet canon, cap. ſtatutum, cap. cùm ex eo, & cap. commiſſa, de elect. in 6.* licèt etiam beneficium curatum ſit de iurepatronatus laicorum, *cap. 2. de inſtit. eod. lib.* idem dicendum erit de aliis beneficiis non curatis habentibus ordinem etiam ex fundatione annexum, ne contrarietas in eadem compilatione Sexti admittatur, eadémque res, ac diſpoſitio diuerſo iure cenſeatur, contra vulgatas iuris regulas. ſicque rectè procedet argumentum à ſimili, immo & à maiori à curatis beneficiis, in quibus maior identitas requiritur, quàm in aliis, *cap. cùm in illis, in princ. de præbend. in 6.* cum ſuis concordan. ſed immo, quòd in hiſce ſacerdotalibus beneficiis iuxta terminos poſtremi membri præſentis tertij caſus; (id quod eadem ratione dicendum eſt de quouis beneficio non curato habente certum alium ordinem pariter ex fundatione, aut alio iure ſpeciali annexum;) quòd, inquam, ſufficiat præſentandum, aut aliàs de iis prouidendum eſſe in ea ætate, vt intra annum poſſit ad ſacerdotium, aliúmve ordinem, vt diximus, talibus beneficiis annexum promoueri; ſatis mihi videtur probari poſſe ex Conc.
148. Trid. *d. ſeſſ. 22. cap. 4. de reformat.* vbi † poſtquam ſtatuerat, eos, qui dignitates, perſonatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia in Cathedrali, vel collegiata ſaculari, vel regulari Eccleſia obtinent, aut in poſterum obtinebunt, quibus varia onera ſunt annexa, videlicet vt alij Miſſas, alij Euangelium, alij Epiſtolas dicant, ſeu cantent, teneantur iuſto impedimento ceſſante infra annum ordines ſuſcipere requiſitos: poſtea ſubdit; nec aliis in poſterum fiat prouiſio, niſi iis, qui iam ætatem habere dignoſcantur; quaſi dicat, ad ſuſcipiendos infra annum ordines requiſitos. Verùm id apertiſſimè conſtat ex eo, quod poſtmodum ab eodem Conc. *ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat. circa medium,* decernitur, neminem deinceps ad Dignitatem, Canonicatum, aut portionem recipiendum eſſe, niſi qui eo ordine ſacro aut ſit initiatus, quem illa Dignitas, Præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, vt infra tempus à iure & ab hac ſancta Synodo ſtatutum initiari valeat. tempus enim hoc à iure ſtatutum eſt annus, vt quoad curata patet ex *d. cap. licèt canon, cap. ſtatutum, cap. cùm ex eo, & cap. commiſſa, de elect. in 6.* quoad alia beneficia non curata requirentia certum ordinem, conſtat ex *d. Clem. 2. §. illi verò, de etat. & qualit.* & Tridentin. Synodus nullibi tempus ſtatuit in hiſce beneficijs ad ſuſcipiendum ordinem requiſitum, niſi *d. ſeſſ. 22. cap. 4.* vbi, vt vidimus, ſtatuit annum. Atque huius ſententiæ quoad Capellanias ita fundatas, vt Capellanus per ſeipſum Miſſas celebret, vel, vt Miſſæ per proprium rectorem celebrentur, præter Quaran. Zecch. Leſſ. Azor. & alios paulo antè cit. apertè eſſe videtur ſacra Congreg. interpres Conc. Triden. in quadam declaratione, quam refert Garz. *d. tract. de benefic. part. 7. cap. 1. numer. 99. in reſponſ. ad 2. & 3.* Idipſum autem ex eo confirmatur, quòd teſtator, & quilibet fundator † ſemper cenſetur 149.
ſe velle cõformare cum diſpoſitione iuris communis, *l. 2. C. de hered. inſtit. l. cùm quidam, §. quemadmodum, C. de verb. ſign.* cum aliis adductis à Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 6.* ferè per tot. Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 102. num. 1. & 13. vſque ad* 18. atque alibi ſæpe *in eo tract.* atque in materia, de qua agimus, Didac. à Spin. *d. gloſ. 4. princ. numer. 66.* & Gonzal. *d. gloſ. 5. in princ. numer.* 81. Quare audiendus nullo modo eſt Lambertin. *d. quæſt. 7. artic. 29. numer. 2. & 3. in initio.* & Ioann. Guttierez *d. conſ. 12. cum ſeq. & conſil. 2. numer. 19. cum duobus ſeqq.* vbi indiſtinctè tenere videntur, præbendam ſacerdotalem, ſeu habentem ordinem ſacerdotij annexum ex fundatione laicorum omnino requirere eum ordinem tempore præſentationis. nam præter alia ſuperiùs adducta hæc opinio apertè deſtruitur per text. *in cap. ſi pro clericis, & d. cap. ei, cui, de præben. in 6. Clem. 2. §. 1. de etat. & qualit.* Conc. Triden. *d. ſeſſ. 22. cap. 4. & ſeſſ. 24. cap. 12. circa med. de reformat.* prout hæc iura ad hoc ſaltem paulo antè induximus. Atque hæc de tertio caſu, in quo temperanda eſt prædicta poſterior ſententia, quam vti veriorem firmauimus ac ſequuti ſumus. *Quartus* caſus eſt, quem ponit poſt alios, & ex quadam declaratione Sacræ Congreg. Gonzal. *d. gloſ. 5. in princ. num.* 107. vbi beneficium, † quod ex fundatione nõ habebat annexam 150.
obligationem reſidendi, ſeu perſonaliter deſeruiendi, talem obligationem ex conſuetudine legitimè introducta acquiſiuit; talis enim conſuetudo ſeruanda erit; & ſi tale ſeruitium conſiſtit in celebratione Miſſarum, debebit Capellanus ſaltem eſſe in ea ætate, vt intra annum poſſit fieri ſacerdos; & ſic Capellania illa erit ſacerdotalis, iuxta prædicta. ſicut etiam è contrario per talem conſuetudinem tolli poteſt huiuſmodi obligatio reſidentiæ, ſeu perſonalis ſeruitij. quod idem † de ſtatuto, & priui- 151.
legio dicendum eſt quoad inducendam ſaltem ab initio obligationem, atque etiam ordinem beneficio annectendum, iuxta gloſ. receptam *in Clem. 2. §. illi verò, verbo, annexi, de etat. & qualit.* cum aliis per nos adductis ſuprà hac ipſa *concluſ. 4. ſuppoſit. 3. circa initium. Quintus*, ac poſtremus caſus ille eſſe poteſt, quem idem Gonzal. ex alia eiuſdem Congreg. declaratione ſtatim affert *ſub numer.* 108. vt nimirum † Capellaniæ exiſtentes in Eccleſiis 152.
Cathedralibus, quarum reditus principaliter in diſtributionibus quotidianis conſiſtunt, & non niſi ſolis intereſſentibus diſtribuuntur, requirant præciſam reſidentiam perſonalem, neque iis poſſit per ſubſtitutum deſeruiri; &, ſi habent onera Miſſarũ, dicantur ſacerdotales: de quibus Capellaniis, cuiuſmodi duæ adſunt iuriſpatronatus illorum de Vicomercatis in Metropolitana Mediolanen. nos aliquid ſcripſimus *in tract. de diſtributionibus quotidianis, part. 2. quæſt. 1. numer. 18. & ſeq.* Hic tamen caſus illam moderationem admittere debet, quam nos *ad fin. præced. concluſ.* ex Nauarr. *conſil. 6.* aliàs 7. *ſub tit. de Cleric. non reſid.* attulimus, niſi in ea ciuitate, legitima conſuetudo introducta ſit, vt alij

similes Capellani non resideant personaliter. quæ moderatio ex iis etiam confirmatur, quæ in mox præced. casu diximus. ac præterea moderationem illam debet admittere, vt sufficiat hosce Capellanos intra annum ordinem requisitum suscipere; immo etiam iuxta probabilem sententiam satis sit, eos in tali ætate esse, vt intra annum illum ordinem suscipere possint; ex adductis sup. *in tertio casu*, maximè ex Conc. Trid. *sess.* 22. *cap.* 4. *de reformat. & sess.* 24. *cap.* 12. *circa med.* item *de reformat.* cùm præsertim huiusmodi Capellaniæ valde similes sint portionibus Collegiatarum Ecclesiarum, de quibus *d. cap.* 4. *&* 12. ac præbendis, de quibus etiam *in Clem.* 2. *§.* 1. *de etat. & qualit.* quoad hoc, vt sufficiat intra annum promoueri: & quoad hoc quoque, vt sat sit ætas ad id sufficiens, *d. cap.* 4. vbi mentio fit omnium beneficiorum.

Ex iis autem, quæ in quatuor præced. suppositt. fusiùs adduximus, nonnulla pro quinta, & postrema ad hanc sextam conclusionem suppositione breuiter inferamus.

153. Et quidem primò infertur, † beneficium sacerdotale, seu habens ordinẽ sacerdotij annexum; (quod idem proportionabiliter de aliis ordinibus dictum intelligatur;) aliud tale esse de iure communi; prout sunt beneficia curam animarum habentia Archidiaconatus, & similia; de quibus nos supr. *in suppos.* 2. aliud esse tale de iure speciali, hoc est, priuilegio, consuetudine, statuto Ecclesiæ, ac primæua institutione, seu fundatione; de quibus *suppositt.* 3. *&* 4. atque hæc distinctio colligitur ex vtrobique per nos traditis, maximè per glos. receptam cum alibi, tum *in Clemen.* 2. *§.* 1. *verbo, annexi, de etat. & qualit.* necnon Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 7. *princ. art.* 29. *num.* 3. *&* 4.

154. Infertur secundò, † vtrumque prædictum genus sacerdotalis beneficij vel esse sacerdotale, seu habere annexum ordinem sacerdotij in actu, quia præsentandus ad beneficium, aut aliter de eo prouidendus, necessariò debeat tempore præsentationis, aut alterius prouisionis esse actu sacerdos; vel tale fore in habitu, quia eo tempore actualiter ordo non requiratur, sed aut sufficiat eum, cui prouidetur, esse in tali ætate, vt tunc possit recipere sacerdotium, hoc est, attigisse 25. ætatis annum, aut satis sit illum in tali ætate esse constitutum, vt intra annum ad eum ordinem possit promoueri; & sic in casu proposito sacerdotij attigisse saltem 24. ætatis suæ annum; & eodem modo proportionabiliter in aliis ordinibus annexis. quæ distinctio apertè constat ex iis, quæ Lambertin. affert *d. art.* 27. *num.* 7. post Ioan. Andream, Gemin. & alios *cap. si cui*, sed voluit allegare *d. cap. ei, cui, de prabend. in* 6. necnon *d. quæst.* 7. *artic.* 29. & nos latiùs in prædictis quatuor suppositt. præsertim verò in mox præced.

155. Infertur tertiò, † beneficium sacerdotale siue de iure communi, siue de iure speciali; & siue in actu, siue etiam dumtaxat in habitu, aliud tale esse, vt illud obtinens teneatur per seipsum eidem suæ Ecclesiæ deseruire, seu requirere personalem residentiam; quia ius, vel fundator beneficij id præcipiat; aliud tale, vt prouisus per alium deseruire possit, seu personalem residentiam non requirat. quæ distinctio quoad beneficia sacerdotalia de iure communi probatur ex iis, quæ diximus *suppositt.* 2. præcipuè verò ex text. *in cap. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect. cap. super eo, eod. tit. in* 6. *cap. quia nonnulli, de cleric. non resid. cap. extirpanda, §. qui verò, de præben.* necnon *cap. cum singula, in princ. de prab. in* 6. *Clem.* 1. *§. ceterùm, de stat. monach. & ca. non. regul.* iuncto maximè eo, quod de consuetudine, ac priuilegio circa beneficia curata, & alia, quæ de iure personalem residentiam requirunt, quoad tollendam ab eis huiusmodi personalis residentię obligationem late tradit inter ceteros Hoied. *d. tract. de incompatibili benef. part.* 1. *cap.* 17. *& part.* 2. *cap.* 11. *&* 12. ferè per tot. Quoad beneficia verò, quæ sacerdotalia sunt, seu certum ordinem annexum habent solùm de iure speciali, eadem distinctio respectu posterioris eius membri, in quo solum esse potest difficultas, quòd nimirum dari possit beneficium sacerdotale, quod personale seruitium non requirat, seu in quo per alium eidem beneficio, Ecclesiæve deseruiri possit, quicquid in contrarium sentire videatur Ioan. Calder. relatus à Lap. *d. allegat.* 35. *numer.* 4. dum asserit, quòd, vbi non exigitur à iure personalis residentia, sufficit deseruire per Vicarium, nisi beneficium non curatum requirat sacerdotium ex priuilegio, vel statuto; & Gonzal. *d. glos.* 5. *in princ. numer.* 73. *&* 75. *vsque ad* 80. necnon *numer.* 84. 88. *&* 89. 99. *&* 100. ac Rot. Rom. in d. Romana Capellaniæ, coram Pamphilo die 23. Ianuarij 1589. dum ex eo probant, Capellaniam aliquam non esse sacerdotalem, quòd eam obtinens possit per alium celebrare, seu personalem residentiam non requirat; quasi nequeat esse sacerdotalis, & simul etiam eius seruitium per alium possit expleri: & apertè tenent Ioan. Guttier. *d. consil.* 1. *numer.* 11. *& consil.* 2. *numer.* 28. post Lambertin. *d. artic.* 28. *numer.* 2. 3. *&* 4. ac Barbat. *d. consil.* 33. *col.* 2. *vol.* 2. dum contendunt, clericum † eo ipso, quòd obtinere vult Capellaniam 156.
sacerdotalem, seu habentem ordinem sacerdotij ex fundatione annexum, debere esse actu celebrantem; ita, vt non possit seruire per alium, licèt etiam testator dixerit, Capellanum celebrare posse per se, vel per alium; quasi solùm permittat Capellano, vt per alium seu substitutum deseruire possit stante proprio impedimento, & in subsidium. Nam, quòd bene simul stare possit, vt Capellania sit sacerdotalis, ita, vt etiam debeat Capellanus tempore præsentationis, vel collationis esse actu sacerdos, & tamen perpetuò quoque possit per alium celebrare, ac beneficio deseruire; quia nimirum fundator eum ordinem tunc requirat ad cohonestandum beneficium, ac decus beneficiati; & tamen eum grauare nolit ad deseruiendum per seipsum, verùm eidem permittat, vt semper etiam possit per alium celebrare: sentire videtur Lap. *d. alleg.* 117. *numer.* 2. dum ad hoc, vt Capellania obliget ad personalem residentiam requirit consuetudinem, aut priuilegium, vel quòd id exprimatur in fundatione. quod etiam apertiùs dixerat *alleg.* 116. *numer.* 4. ante & post med. iuncto *numer.* 1. vbi proponitur casus de testatore, qui iusserat construi per suos fideicommissarios Capellam in quadam Ecclesia, & mandauit per eos eligi vnum presbyterum, qui debeat officiare ad dictam Capellam; quo casu Capellania est actu sacerdotalis, ita vt eligendus sit actu sacerdos, iuxta id, quod *in præced. suppositt. in* 2. *casu* docuimus, & prout in casu Lapi factum est secuta institutione: & concludit *d. numer.* 4. illam Capellaniam non requirere personalem residentiam, quia eam non exigit de iure, consuetudine, statuto, vel modo appositio in fundatione; atque adeò sufficere, si dictus presbyter Capellanus per alium deseruire faciat Capellæ, & ibi Missam à testatore iniunctam celebrare. atque adhuc apertiùs tenet Hoied. *d. tract. de incompat. benefic.* 1. *part. cap.* 17. *numer.* 45. dum post Florian. *in cap. fin. de cleric.*

non

non reſiden. & Bened. Cap. *reg.* 90. *numer.* 220. ait, quòd, ſi teſtor iuſſit conſtrui Capellam in Eccleſia parochiali, & inſtitui presbyterum, qui ibi officiaret; (quo caſu Capellania eſt ſacerdotalis, & quidem actu, iuxta ſupradicta;) & cui presbytero pro ſuſtentatione reliquit certa bona; ſi commiſſarij conſtruxerunt Capellam, & elegerunt Rectorem Eccleſiæ in Capellanum ipſius, & per Epiſcopum fuerit inſtitutus; per adeptionem talis Capellaniæ vacat ipſa Eccleſia parochialis: & hoc, ſi teſtator expreſſit, quòd per ſeipſum Capellanus deſeruiret: ſecus fore ſentiens, ſi teſtator id non expreſſit; atque adeò poterit per alium Capellanus ille deſeruire; cùm tamen debeat eſſe actu ſacerdos tempore prouiſionis, vt dictum eſt. Idipſum autem ſatis mihi probari poſſe videtur tum ex eo, quòd, cùm eſſe beneficium ſacerdotale, ſeu habere annexum ordinem ſacerdotij, & requirere perſonale ſeruitium ſint ita diuerſa, vt hoc ab illo ſeparari, & abeſſe poſſit, nec ab eo includatur, non rectè ab illo ad hoc infertur ſaltem conuertibiliter. nam ex diuerſis non fit illatio, vulgata *l. Papinianus exuli, ff. de minor.* cum *ibi* not. & ſuis concord. tunc quòd regulariter poteſt quis per alium, quod per ſeipſum poteſt; & qui facit per alium, per ſeipſum facere videtur. *cap. poteſt quis, & cap. qui facit, de reg. iur. in* 6. cum ſimil. Stamus autem regulæ, † donec 157.
de exceptione doceatur, *cap.* 2. *de coniug. leproſ.* Doctor. *in rubr. de regul. iur.* cum aliis ad id allegat. à Couar. *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 12. *numer.* 4. & nobis *in tract. de diſtribut. quotid. part.* 1. *quæſt.* 9. *numer.* 56. iuxta nouam editionem: & teſtator, ac quilibet diſponens in dubio cenſetur ſe velle conformare iuris communis diſpoſitioni, vt *in præced. ſuppoſ. ad fin.* 3. *caſus*, ex Mantic. & aliis tradidimus. Maximè cùm non pauca ad hoc ſimilia exempla in iure habeamus. nam *in cap. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect. & cap. licèt canon, de elect. in* 6. in curatis beneficiis requiritur ætas 25. annorum; aliter collatio eſt nulla: & tamen prouiſus de beneficio curato habet ad ſacerdotium ſuſcipiendum integrum annum à die habitæ poſſeſſionis pacificæ talis beneficij, vel ex quo per prouiſum ſtetit, quin eam haberet; vt conſtat ex *d. cap. licèt canon, cap. ſtatutum, cap. cùm ex eo, & cap. commiſſa, de elect. in* 6. non niſi quia ius eam ætatem ante ordinem requirat ad cohoneſtandum beneficium curatum: & de præbenda ſacerdotali, Diaconali, aut ſubdiaconali idipſum habetur ſecundùm vnum valde probabilem intellectum ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 4. *de reformat.* vbi poſtquam annum eas obtenturis indulſit ad ordinem requiſitum ſuſcipiendum; poſtea decernit, ne aliis in poſterum fiat prouiſio, niſi iis, qui iam ætatem habere, hoc eſt, aptam ad tunc ſuſcipiendum eum ordinem dignoſcantur; aliter irrita ſit prouiſio. ac de præbenda pariter ſacerdotali ſatis conſtat ex *cap. ei, cui, de præben. in* 6. eam † 158.
conferri non poſſe illi, qui nondum in tali ætate exiſtat, vt tunc poſſit ad ſacerdotium promoueri, hoc eſt, 25. annorum inceptorum, vt *ibi* exponit gloſ. ab aliis approbata, *verbo, ætate*; & tamen ad ſacerdotium recipiendum habet annum, ceſſante iuſto impedimento, vt *in d. Clemen.* 2. §. 1. *de ætat. & qualit.* necnon Conc. Trid. *d. ſeſſ.* 22. *cap.* 4. & *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reformat.* Præterea, cùm promoti ad beneficia curam animarum habentia, in quibus maior identitas requiritur, quàm in iis, qui ad alia beneficia promouentur, *cap. cum in illis, in princ. de præben. in* 6. poſſint † ſtudiorum cauſa ex ſola 159.
Epiſcopi diſpenſatione abeſſe à curatis beneficiis ad ſeptennium; & interim non teneantur, niſi ad ſubdiaconatum promoueri, poſt ſeptennium, verò adhuc annum, & eo amplius, ſi iuſta cauſa eos impediat, habeant ad ordinem ſacerdotij ſuſcipiendum, eóque tempore durante poſſint, ac debeant Eccleſiæ per Vicarium deſeruire; vt probatur *in cap. cùm ex eo, de elect. in* 6. immo etiam vbi cura animarum alicui dignitati, aut beneficio acceſſoriè eſt annexa, † poſſint tale beneficium obti- 160.
nentes perpetuò per Vicarium eidem curæ animarum deſeruire, *cap. extirpanda, §. qui verò, de præben. & cap. ſuper eo*, iuncta gloſ. ab omnibus recepta *ibid. verbo, annexæ, eod. tit. in* 6. atque illud ſimul cum beneficio principaliter curato valeant retinere, vt *in d. cap. ſuper eo.* & tamen in his quoque dignitatibus, ac beneficiis ætas 25. annorum exigatur, ſicut in aliis curatis, cùm in iis nihil ſit immutatum, iuxta *l. præcipimus, in fin. C. de appellat. & cap. cùm expediat, de elect. in* 6. hinc licet colligere, nullam aliam horum rationem excogitari poſſe, quàm, quòd ætas 29. annorum in curatis beneficiis ad ea cohoneſtanda fuerit præſcripta; faciléque fore admittendum, vt ſacerdotalem Capellaniam inſtituens, ſeu fundans, illud ſolum propoſitum habeat, vt cohoneſtet beneficium, & ſimul velit, aut certè permittat, quòd illud pro tempore obtinens poſſit per alium, ſeu ſubſtitutum beneficio deſeruire; niſi expreſsè à fundatore caueatur, vt, qui prædictam Capellaniam obtinuerit, per ſe, aut perſonaliter ei deſeruire debeat; aut ſimilibus verbis vtatur, quibus facultatem per alium deſeruiendi excludat: ſicut ad eam excludendam ius facere ſolet, prout patet ex *cap. quia nonnulli, de cleric. non reſid.* ibi; talis ad hoc perſona quæratur, quæ reſidere in loco, & curam eius per ſeipſum valeat exercere. quod etiam recenſetur *in cap. relatum*, ſtatim ſeq. *eod. tit.* necnon ex *d. cap. extirpanda, §. qui verò, de præben.* ibi; qui verò parochialem habet Eccleſiam, non per Vicarium, ſed per ſeipſum illi deſeruiat in ordine, quem ipſius Eccleſiæ cura requirit: *& in cap. licèt canon, §. 1. de elect. in* 6. ibi; in parochiali Eccleſia, cuius rector extiterit, reſidere perſonaliter teneatur: quod idem refertur *in cap. cùm ex eo, in princ. eod. tit. & lib.* atque etiam patet ex Conc. Triden. *ſeſſ.* 6. *cap.* 2. *ſeſſ.* 7. *cap.* 3. *ſeſſ.* 22. *cap.* 4. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *ad fin. de reformat.* facit etiam quod in materia delegationis hac in re habetur *in cap. fin. §. is autem, de offic. delegat. & Clem. vnic. eod. tit.* cum ſimil. Cenſetur autem teſtator velle ſe conformare diſpoſitioni iuris, vt iam non ſemel docuimus: & arguere licet † à lege ad teſtatorem, vt ex *l. ſi ita fuerit, §. fin. ff. de manumiſſ. teſtam. l. ſi quis legauerit Titio, ff. de legat. 1. l. cum quidam, C. de verb. ſignificat.* & aliis tradit Euerard. *in topic. iur. loco à leg. ad teſtator. numer.* 1. *& tribus ſeqq.* maximè cùm teſtamentum ſit quædam lex, *§. diſponat, auth. de nupt.* cum ſuis concordan. 161.

Ex quibus facilis eſt reſponſio ad ea, quæ in contrarium adducuntur. nam, quod ſpectat ad Caldetin. is oppoſitum nobiſcum poſtea ſentit *in cap. ſuper inordinata, de præben.* vt etiam admonuit Lap. *d. alleg.* 116. *numer.* 4. *poſt med. & d. allegat.* 117. *num.* 2. qui, vt vidimus, à nobis ſtat. Gonzal. quoque & Rot. non omnino diſſentiunt, dum Lapum ſequuntur: & Gonzal. quidem *numer.* 77. generatim ad hoc allegat regulam illam, quòd qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur: ac *numer.* 79. *& ſeq.* ait ſimul cum Rot. ſufficere, quòd onus expreſsè non ſit ita impoſitum Capellano, vt per alium expleri non poſſit; & quòd, cùm huiuſmodi Capellaniæ auctoritate Epiſcopi fundata ſit beneficium ſimplex, in quo ex generali totius orbis conſuetudine

Digitized by Google

non requiritur personalis residentia, sufficiet, quòd Capellanus seruiat, & Missas dicat per substitutum. Quare soli Guttier. Lambertin. & Barbat. sunt pro contraria sententia. qui quatenus contendunt, eam locum habere, licèt fundator dixerit, Capellanum debere per se, vel alium celebrare, omnino à vero aberrant; vt constat tum ex superiùs adductis, tum ex *c. fin. de consuet. in 6.* ibi, possint, cùm vacant per se, vel per alios optare præbendas. *& c. is, cui, §. vlt. de offic. deleg. eod. lib.* ibi; nisi forma commissionis habeat, vt per se, vel per alium id valeat expedire; iuncto eius princ. ex quibus iuribus cum *ibi* notat. & com-
162. muni praxi constat, † quòd, cùm alicui conceditur, vt aliquid faciat, seu facere possit per se, vel alium, intelligatur concessa facultas illud agendi per alium æquè principaliter, & non solùm in subsidium, vbi per se id facere non possit, seu fuerit impeditus. Neque pro ista sua ampliatione aliquid adducunt præfati Doctor. sed solùm Lambertin. *d. lib. 2. part. 1. artic. 28. numer. 4.* de casu quo in fundatione dictum sit vt celebret Capellanus ipse, vel alter; (quod idem est, ac si fuerit dictum, per se, vel alium;) vt ea verba importent cùm ipse fuerit impeditus. adducit text. ad litteram, vt ipse ait, *in cap. significatum*, & quæ dicunt *ibi* Doctor. *de præben.* sed certè ille text. contrarium potiùs probat. nam in casu impedimenti infirmitatis eximit Capellanum ab obligatione celebrandi; neque quoad hoc aliud dicunt *ibi* Card. Florent. Hostien. Ioan. Andr. Abb. Imol. aut alij Doctor. quos videre potui. solus Butr. *ibi sub numer. 7. & 14.* ait Doctor. dicere, quòd in ea fundatione pactum fuerat appositum, ne Capellanus officium suum alteri committeret; quod etiam pactum Papa *ibi*, vt ait Innoc. in confirmatione approbauit. quæ autem Lambertin. *d. artic. 28.* etiam ex adductis à se *artic. præced.* affert ad ostendendum, quòd vbi fundator voluit præsentari ad Capellam presbyterum, qui tot vicibus in hebdomada celebrare debeat, præcipuè ex Barbat. *d. consil. 33. col. 3. volum. 2.* & Roch. Curt. *tract. de irrepatr. verbo, honorificum, quæst. 4. princ. col. 5.* debeat esse actu celebrans, seu per seipsum Capellæ deseruire: vel solùm probant, eum debere esse actu sacerdotem tempore præsentationis; quod admittimus, & *suppos. præced. in 2. casu* ostendimus; & hoc etiam contendit dumtaxat Curt. *loc. citat.* non autem actu celebrantem; quod ipse Lambert. *ibi* non semel confundit cum actu sacerdote: cùm tamen hoc sine illo tamquam posteriore separabili esse possit: vel id verũ erit cùm ex priuilegio, consuetudine, aut statuto inducta est in huiusmodi beneficiis personalis residentia, aut eius obligatio colligitur ex aliis verbis fundatoris aptis ad illam significandã: vel denique ea solùm concludunt, teneri talem Capellanũ Ecclesiæ, seu Capellæ deseruire, nõ autẽ quòd per seipsum; sic accipiendum est quod
163. dicitur, † beneficium dari propter officium, *cap. fin. de rescript. in 6.* & quòd idonei ponendi sint in beneficiis, *cap. graue nimis, de præben.* idonei autem illi sint in Ecclesiis reputandi, qui seruire possunt, & volunt in ipsis; vt dicitur *in d. cap. super inordinata, eod. tit.* cum aliis, quæ allegat Barbat. *d. consil. 33.* Lambertin. *d. artic. 27.* & Guttier. *d. consil. 2. numer. 9. cum seq. & consil. 2. numer. 16. cum duobus seqq.* sic etiam intelligi potest doctrina illa à pleriſque recepta, quos recenset Hoied. *d. cap. 17. num. 24.* vbi etiam recenset Nauarr. & Capr. de communi attestantes, beneficia quælibet, etiam simplicia de iure communi residentiam requirere; residentiam, inquam, hoc est, seruitium, non tamen quoad omnia beneficia personalem residentiam, seu seruitium per seipsum à beneficiato exhibendum ac præstandum beneficio; nisi cum illud à iure communi, vel speciali consuetudinis, priuilegij, statuti, vel fundationis iniungitur. Et hæc de tertia illatione.

Infertur quartò, quid dicendum sit stante decreto Conc. Trid. *sess. 7. cap. 10. de reformat.* vt † non liceat Capitulis Ecclesiarum Cathedralium sede vacante infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, aut litteras dimissorias tam ex iuris communis dispositione, quàm etiam cuiusuis priuilegij, aut consuetudinis vigore alicui, qui beneficij Ecclesiastici recepti, siue recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere. quam prohibitionem idem Concilium *sess. 23. cap. 10. ad fin. de reformat.* extendit ad alios quoscumque in iurisdictione Episcopi loco Capituli sede vacante succedentes, de quibus habetur *in cap. obitum, cap. Catinensis, & cap. quoniam, 61. dist. cap. cùm nobis olim, de elect. cap. is, cui, eod. tit. in 6. cap. fin. in princ. de supplen. neg. lig. prælat. & cap. cùm nullus, §. 1. de temper. ordin. eod. lib.* & ipso Conc. Trid. *sess. 24. cap. 16. de reform.* inter quos quoad hoc computandum esse Vicarium generalem ipsius Capituli, sentiunt Zerol. *in praxi Episc. verbo, Capitulum, vers. secundum*, Quarant. *in summ. Bullar. verbo, Capitulum sede vacante, quæst. 10.* & Ioan. Aloys. Ric. *decis. 30. Neapol.* quando nimirum occasione beneficij recepti, aut recipiendi arctatus ad ordines suscipiendos quis dicatur ad hunc effectum, vt à Capitulo sede vacante aut aliis prædictis eius loco in Episcopali iurisdictione succedentibus poterit licentiam ordinandi, aut litteras dimissorias obtinere; quæ duo, meo quidem iudicio, in eo † solùm differunt, quòd literæ dimis- 165.
soriæ, vt verbum ipsum sonare videtur, eæ in proposito sunt, quæ ad Episcopos in eorum propriis diœcesibus, aut extra diœcesim dimissorias concedentis existentes dantur, vt subditos dimittentis valeant ordinare: de quibus literis, quæ etiam commendatitiæ, & reuerendæ vocantur, mentio fit ab eodem Trid. Concil. *d. sess. 7. cap. 10. sess. 14. cap. 2. sess. 21. cap. 1. & sess. 23. cap. 13. ac 10. circa initium, de reformat.* licentia verò ordinandi est, quæ conceditur Episcopis existentibus in diœcesi concedentis, vt ordinare possit subditos ipsius concedentis: de qua fit mentio ab eodem Conc. *sess. 6. cap. 5. de reformat. d. sess. 7. cap. 10. & d. sess. 14. cap. 2.* quamuis sciam litteras commendatitias etiam propriè dici, quæ non ad ordinandum, sed solùm in testimonium vitæ, & morum pro iter agentibus, aut domicilium transferentibus clericis à suis Episcopis dantur, vt *in cap. extraneo, cum seq. 71. distinct. & cap. fraternitati, de cleric. non resid.* quæ etiam formatæ dicuntur *cap. fin. 71. dist.* & dimissoriæ, *cap. 1. 72. distinct.* & in iure quoque hæc confundi & promiscuè poni vnum eorum pro altero vel pro vtroque: prout de licentia ordinandi habetur *in cap. quod translationem, de temp. ordin. & cap. 1. cap. 2. & toto eod. tit. in 6.* necnon *cap. si Episcopus, de præben. eod. lib.* de litteris dimissoriis, constat ex Bulla Pij II. quæ incipit, *cùm ex sacrorum ordinum*, & Trident. Conc. *d. sess. 23. cap. 10. ad fin.* dum *ibi* referens decretum *d. sess. 7. cap. 10.* vbi tam licentiæ ordinandi, quàm litterarum dimissoriarum mentio habetur, solo dimissoriarum litterarum nomine non semel vtitur.

Quoad beneficium igitur receptum; arctatus † 166.
eius occasione ad ordines suscipiendos quoad prædictum effectum, vt Capitulum, quive eius loco sede vacante succedit in Episcopali iurisdictione, licẽtiam ordinandi clerico huiusmodi concedere possit etiam

etiam infra annum à prædictæ ſedis vacatione; is dicetur, qui obtinuit beneficium requirens ſeruitium perſonale, ſeu cui ordo ille ita eſt annexus de iure, conſuetudine, priuilegio, ſtatuto Eccleſiæ, vel fundatione, vt prouiſus teneatur intra annum illum ordinem ſuſcipere; iuxta tradita ſuprà hac ipſa concluſ. *ſuppoſit.* 2. & 3. paſſim, nec non *ſuppoſ.* 4. in tertio, quarto, & quinto illius caſu; étque ad id præ ceteris optimus text. *in cap. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect. cap. licèt canon, eod. tit. in 6. & Clem.* 2. §. 1. *de etat. & qualit.* quæ autem ſint hæc beneficia, conſtat ex iis, quæ diximus *d. ſuppoſit.* 2. 3. & 4. quod idem eadem ratione dicendum erit, vbi ordo ſuſcipiendus beneficio eſt ita annexus, vt tempore prouiſionis in eo conſtitutus eſſe debeat, qui beneficium obtinet, ſed impetrans diſpenſatus fuit, vt, hoc non obſtante, huiuſmodi beneficium poſſet obtinere, vel vbi in litteris contineretur clauſula, *non obſtantibus aliquibus*, &c. per quæ effectus gratiæ noſtræ impediri valeat quomodolibet, vel differri, aut ſimilis; vt ſentit Gemin. *d. cap. ei, cui,* in figurat. caſus, & *ibi* gloſ. ab aliis approbata, *verbo, ſimpliciter, de preb. in 6.* non tamen fuit diſpenſatus, ne ordinem requiſitum ſuſciperet: nam tunc deberet in ætate apta ordinem recipere; vt de præbenda ſacerdotali tradit gloſ. recepta *in d. cap. ei qui, verbo, ſimpliciter, & verbo, ætate, de præben. in 6.* atque adeò arctatus in vtroque caſu erit ad requiſitos ordines ſuſcipiendos: arctatus enim dicitur, qui aliquid facere ſub certa pœna tenetur; vt colligitur ex *l.* 2. *§. ſi quis iudicio, ff. ſi quis caution. l.* 1. *§. largius tempus, ff. de ſucceſſ. edict. Clem.* 1. *in princ. de iudic. Clem.* 2. *§. eſto igitur, de ſent. & re iudic.* nec non *Extrauag. rem non nouam, in princ. & §.* 1. *de dol. & contum. in comm.* & in terminis prædicti decreti Concil. Trid. in hoc vtroque caſu arctatum quem dici, poſt Nicol. Garz. *tract. de benefic. part.* 5. *cap.* 7. *numer.* 97. & 98. tradit Ioan. Aloyſ. Rice. *in praxi var. reſol. reſol.* 98. *numer.* 1. necnon Vgol. *tract. de poteſt. Epiſc. cap.* 26. §. 20. *num.* 5. Exiſtimo
167. autem, † poſſe huiuſmodi arctatum vti priuilegio prædicti decreti Conc. Triden. *d. ſeſſ.* 7. *cap.* 10. licèt tantum temporis poſt captam à futuro Epiſcopo poſſeſſionem Epiſcopatus remanſurum eſſet promoto ad huiuſmodi beneficium, quod certum ordinem requirit, vt omnes requiſitos ordines intra debitum tempus poſſet ſuſcipere: is enim non teneretur illius temporis finem expectare, cùm pleraque ſuperuenire poſſent, quæ illum ab ordinum ſuſceptione impedirent: nec tamen fortaſſis excuſaretur, quòd ipſe in eas ſe angustias conieciſſet: atque vt Poëta ille ait;

—— nocuit differre paratis.

& ille, qui Cato eſſe traditur;

Rem tibi, quam noris aptam, dimittere noli;
Fronte capillata, poſt eſt occaſio calua.

Vetúſque prouerbium eſt; *qui tempus habet, tempus non expectet.*

Quare mens canonum eſt, vt, qui tenetur ratione beneficij aliquem ordinem ſuſcipere, id quamprimum faciat: prout colligitur tum ex *d. c. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect.* vbi abſolutè dicebatur de Archidiacono, vt in Diaconum, de obtinentibus cetera inferiora beneficia cutam animarum annexam habentia, vt in presbyterum præfixo à canonibus tempore ordinarentur: quod etiam repetitur *in d. c. licèt canon, in princ. de elect. in 6.* vbi gloſ. ab aliis approbata *in verbo, tempore,* exponit de proximis quatuor tẽporibus, iuxta 75. *diſtinct.* quaſi per tot. tum ex *cap. præterea, de etat. & qualit.* vbi de admiſſo ad parochialis Eccleſiæ regimen in minoribus ordinibus conſtituto decernitur, quòd debent poſſe infra breue tempus in presbyteros ordinari. tum ex *c. ſi pro clericis, de præben. in 6.* vbi quoad prouiſos de beneficiis, ſiue curatis, ſiue aliis certos ordines requirentibus, adhuc in ſacris non conſtitutos dicitur; oportebit tamen, vt ipſi ad ordines, quos requirunt collata eis beneficia, ſe faciant in proximis ſtatutis à iure temporibus promoueri. tum denique ex *cap. ei, cui, eod. tit. & lib.* vbi de præbenda ſacerdotali abſolutè cauetur illam conferri ei non poſſe, qui nondum in ætate tali exiſtat, quòd poſſit ad ſacerdotium promoueri. Idipſum verò tum ex eo confirmatur, quòd, cùm in fauorem prouiſi de huiuſmodi beneficio certum ordinem requirente inductum ſit, vt poſſit intra annum promori; ſi non poſſet vti prædicto beneficio Concilij ad ſuſcipiendos ordines requiſitos quandocumque intra annum, inductum in eius fauorem, & gratiam, in ipſius odium ſeu diſpendium retorqueretur, contra iuris vtriuſque regulas *in l. quod fauore, C. de legib. & c. quod ob gratiam, de reg. iur. in 6.* tum ex eo, quòd facilis, & fauorabilis eſt reditus ad ius commune antiquum, *c. ab exordio, 35. diſt.* latè Felin. *in c. cùm acceſſiſſent, n.* 30. *de conſtit.* & Iaſ. *l. ſi vnus, §. paſtus, ff. de pact.* eiúſque correctio eſt odioſa, *cap. cùm expediat, & ibi* Doct. *de elect. in 6.* at verò quòd ſacerdotes in iuriſdictione Epiſcopi ſede vacante nõ poſſint, niſi pro arctatis intra annũ dare litteras dimiſſorias, ſeu licentiam ordinandi, corrigit text. *in cap. cùm nullus, §. 1. de tempor. ordin. in 6.* ex quo prædicti poterant indiſtinctè huiuſmodi litteras, ſeu licentiam concedere. Pariter in caſu conuerſo, vbi † is, qui beneficium obti- 168.
nuit habens certum ordinem annexum, vtputa Diaconatum, aut ſacerdotium, ex negligentia ſua permiſit tantum elabi de anno, ſeu tempore ad ſe promouendum, vt non ſit ei reliquum, niſi tantum temporis, quod ſufficiat ad ordines minores, aut ſubdiaconatum, non autem Diaconatum, aliúmve vltimum ex ordinibus requiſitis ſuſcipiendum: probabile mihi eſt, eum poſſe vti prædicto beneficio decreti Concil. Trident. vt tamquam arctatus valeat ordinandi licentiam, vel litteras dimiſſorias à Capitulo, alióve, qui illius loco in iuriſdictione Epiſcopi ſede vacante ſuccedit. quamuis enim iura † non dormientibus, ſeu negligentibus, 169.
ſed vigilantibus, ac diligentibus ſubueniant, *l. pupillus, in fin. ff. de his, quæ in fraud. credit. & cap. dilecto, in fin. de verb. ſignif.* cum aliis ad id congeſtis à Lud. Gomeſ. *in regul. de trienn. quæſt.* 28. *ex §. hactenus, vſque ad fin.* & Quintil. Mandoſ. *ad eandem regul. quæſt.* 71. *numer.* 4. moraque ſua cuilibet ſit nociua, *l. in condemnatione, §. vnicuique, ff. de regul. iur. & cap. mora, eod. tit. in 6.* ac denique etiam impedimentum non excuſat, vbi quis ſe arctauit, *l.* 2. *§. ſi quis indicio, ff. ſi quis caut. l. hoc iure, ff. de verb. oblig. & l. ſi quis heres, ff. de acquir. hered.* cum aliis alleg. à Sforz. Odd. *in ſuo luculentiſſimo tractatu de reſtit. in integr. quæſt.* 27. *artic.* 6. vel cùm quis facilè potuit impedimentum remouere, & non remouit, vt poſt eundem *d. quæſt.* 27. *art.* 3. & alios nos tradidimus *in tract. de diſtribut. quotid. part.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 45. immo etiam fortaſſe, vbi impedimentum remoueri non potuit, tamen is, cui ſuperuenit impedimentum, otioſè agebat, & negligebat; vt ſuaderi poteſt ex adductis ab Odd. *in citat. quæſt.* 27. *art.* 8. quibus & illud accedit, quòd ſuperflua videtur hæc facultas, cùm ei non profit ad euitandam pœnam à iure inflictam contra eos, qui intra debitum tempus ad ordinem, quem beneficium requirit, non promouentur: nihil autem ſuperfluum admittendum eſt *l. hæc ſtipulatio, in fin. ff. vt quæ legat.* cum aliis ad id allegat. à Mandoſ. *ad reg.* 1. *Cancell. quæſt.* 5.

quæſt.5.n.4.& reg.3. quæſt. 10. *n.*6. & nihil fruſtrà eſt agendum,vt conſtat ex *cap.ſolite*, ibique gloſ. *verbo, tamquam,de maiorit.& obed.*necnon illa propoſitione philoſophica , non dari vacuum in natura; & illa, Deum, & naturam nihil agere fruſtrà ; atque aliis, quæ idem Mandoſ.*ad reg.*26.*Canc.quæſt.*26. *numer.*3. ad hoc allegat. Tamen,quod nos dicimus,ſatis comprobatur tum ex regula iuris,quæ habet , indultum à iure beneficium non eſſe alicui auferendum, *c. indultum,de reg.iur.in* 6. tum ex optimo ſimili *in c.commiſſa,in princ.de electi.eod.lib.* vbi Romanus Pontifex
170. decernit , † commiſſam alicui parochialem Eccleſiam,licèt tantum de anno tranſiuerit, quòd infra ipſum nequeat iuxta ſtatutum generalis Concilij Lugdunenſis,(hoc eſt,*d.c.licèt canon,de electi.in* 6.) ad ſacerdotium promoueri,non eſſe, niſi tunc demum, cùm ex toto fuerit ipſe annus elapſus , cenſendam vacare, nec poſſe ipſo nolente alteri antea conferri. quòd,ſi quis dicat,id procedere,quoniam ibi agitur de euitanda pœna,cuius incurſus eſt odioſus , ac reſtringendus,*c.odia,de reg.iur.eod.lib.& l.interpretatione,ff.de pœn.*cum aliis iuribus vtrobique per gloſ. allegat.& in hac materia eſt text. *in c.ſtatutum,de electi. in* 6.nos quoque dicimus, quòd etiam fauores maximè à iure introducti,ſunt ampliandi, *l.beneficium, ff. conſtit.Princ.& d.c.odia*,cum ſimil.præterquam quòd etiam in caſu noſtro agitur de vitanda pœna quoad eius exaggerationem, nimirum vt nullum ordinem is poſſit media licentia à Capitulo,ſeu aliis prædictis obtinenda ſuſcipere,qui adhuc ſpatium intra annum habere ſupponitur ad vnum,aut plures, licèt non o-
171. mnes ordines requiſitos ſuſcipiendos; pœna verò † debet commenſurari delicto,non autem illud excedere,*l.capitalium.ff.de pœn.cap.de cauſis,§.1.de offic.deleg.& cap.ſicut dignum,in princ.& §.illi etiam,de homicid.* iuxta illud quoque Deut.25. *Pro menſura peccati erit & plagarum modus*; & Apoc.18. *Quantum glorificauit ſe,& in deliciis fuit,tantum date illi tormentum,& luctum.* facit etiam , quòd in diuiduis eadem ratio, quæ eſt de toto quoad totum,eſt etiam de parte quoad partem,vulg. *l.quæ de tota, ff. de re iud.* cum aliis ad id adductis ab Euerard. *in topic. iur. loc. de tot. ad part.*ferè per tot.ex quibus facilis eſt reſpõſio ad ea, quæ in contrarium attulimus.iura enim negligentibus non ſubueniunt pro rata negligentiæ : & mora eſt cuique nociua pro quantitate moræ. impedimẽtum quoque non excuſat eum,qui ſe arctauit,aut illud non remouit , quando potuit , vel ſi non potuit, otiosè agebat quoad vſum remedij , ac beneficij extraordinarij,& in quo exuberat officium iudicis , & æquitas,qualis eſt in integrum reſtitutio,de qua loquitur Oddo *in locis cit.*non autem ordinarij,& mero iure competentis,qualis eſt facultas,& licẽtia ordinandi,de qua nos agimus:&,cùm ea ſit diuidua,nõ niſi pro rata amittitur , iuxta culpæ ,& negligentiæ quantitatẽ,vt dictum eſt.Denique ſuperfluus,ac fruſtratorius non eſt huius facultatis vſus quoad ordines,quos pro reliqua anni parte ille negligẽs poteſt ſuſcipere : ſat enim eſt,vt pro iis ſuſcipiendis deſeruiat;& ad non incurrendam pœnam à iure contra eũ inflictam,qui intra debitum tempus ad omnes ordines recepto beneficio annexos non promouetur,vbi ſibi conſulat obtinendo aut legitimã temporis prorogationem ad eos ſuſcipiendum, aut diſpenſationẽ ab ipſorum ſuſceptione: quod vtrumque facere poteſt; aut etiam obtinere indultum,vt extra tempora ad eoſdem promoueatur;cuius exemplum habemus inf.hacipſa *illat.*4.*declar.*6.quod maximè hanc rem confirmat , cùm alia ratio excogitari non poſſit cur ibi detur facultas Apoſtolica Capellaniam obtinẽti, quæ perſonale ſeruitium requirit, vt extra tempora promoueri ideo poſſit , quia ita arctatus exiſtat , vt tempora ad id à iure ſtatuta nequeat expectare; niſi quia ex culpa , vel negligentia in eas is ſe angustia coniecerat:nam ſi iuſta de cauſa fuiſſet impeditus,iã excuſatus erat,vt in beneficiis curatis text.eſt *in cap. cum ex eo,§.ſi.& c.commiſſa,§.1.& 2.de electi.in* 6.atque in his beneficiis ſacerdotalibus patet ex *Clem.*2.*§.illi verò,de at.& qual.*necnon Conc.Trid.*ſeſſ.*22.*cap.*4.de reform.*atque adeò ille impetrans non indigebat prædicta facultate ordines extra tempora ſuſcipiendi:in tẽporibus verò non ſeruatis interſtitiis ex ſola Ordinarij diſpenſatione eos ſuſcipere poterat,vt *illat.*9. oſtendemus ; & conſequenter etiam Capituli ſede vacante tanquã arctatus occaſione beneficij recepti iuxta diſpoſitionem Conc.Trid.*d.ſeſſ.*7.*cap.*10.*de reform.*iunctis aliis ſupradictis.ex quib.ſatis patet,quòd clericus qui aliàs poteſt ratione recepti beneficij vti indulto Conc.*d.c.*10. ob negligentiam ipſius in promouendo , priuationis talis inducti pœnam non incurrit,niſi elapſo anno ; vt in ſimili arguit Io.Andr. *d.cap.commiſſa,in princ.de electi.in* 6.

Quoad beneficium verò recipiendum, eius occaſione † tamquam arctatus is obtinere poteſt licẽ- 172.
tiam ordinandi, ſeu literas dimiſſorias à Capitulo, vel aliis in iuriſdictione Epiſcopi ſede vacante ſuccedentibus , iuxta ſæpiùs memoratum decretum Trid.Conc.*d.ſeſſ.*7.*cap.* 10.iuncta *ſeſſ.*23. *cap.item* 10. *de reformat.* qui , ſi expectare velit, donec Epiſcopus ſucceſſor poſſeſſionem capiat Epiſcopatus , beneficium aliquod obtinere non poterit; ſiue quia ex fundatione,conſuetudine,priuilegio, aut ſtatuto ordinem aliquem,quo illa caret , omnino actu requirat tempore collationis,alteriúſve prouiſionis,iuxta primum,& ſecundum caſum,quos *in præced. ſuppoſ.* retulimus ; aut etiam de iure communi quoad primam tonſuram,quæ ad minus neceſſaria eſt in quouis beneficio etiam ſimplici,per ea,quæ adduximus *ſuppoſit.*2. non longè ab initio ; & de ea etiam quoad hoc loquitur Conc.Trident.*d.ſeſſ.*23.*cap.*10.*de reformat.*& docet Quarant. *in ſumm. Bull.verbo,Caput. ſede vacante*, ſeu potiùs eius Additionat.*ibidem quæſt.* 10. ac poſt alios Ioan. Aloyſ. Ricc. *in prax. var. reſolut. reſolut.* 106. *num.* 2. qui omnes affirmant , † 173.
prædictum Conc. Trid. decretum intelligendum etiam de dimiſſoriis ad primam tonſuram , ſiue quia patronus, aut alius , ad quem tunc ſpectat beneficij alicuius prouiſio,velit,ac paratus ſit,immo etiam omnino promiſerit ad illud quendam præſentare, ſiue illud conferre,ſi intra tantum temporis ſpatium, quo ſedis vacatio durabit,tali ordine etiam non requiſito fuerit inſignitus.& de hoc vtroque caſu nulli dubium eſſe poteſt, quin arctatus ille dicatur occaſione beneficij recipiendi quoad hoc, vt memoratam licentiam ordinandi à prædictis poſſit obtinere: ſupponimus enim ab hoc ſi tunc ordinem illum non ſuſcipiat , amittendum fore tale beneficium;omnino verò obtinendum , ſi ordinem ſuſcipiat. & ita in terminis ſentit Bart. Vgol.*tract.de poteſt.Epiſc. cap.*26.*§.*20.*num.*5. & poſt Ledeſ.*in ſumm. de ſacram. ordin. cap.*8. *concl.* 3. reperi tenere Garz. *tract. de benef. part.* 5. *cap.*7. *num.* 99.*&* 100.quem ſequitur Io. Aloyſ.Ricc.*in d.prax.var.reſol.reſolut.*98.*num.*1.*&* 2. Rectè autem , nec ſine fundamento vterque ſubdit, nimirum Ricc. *ibid.*& Garz. *d. cap.* 7. *numer.* 101. † 174.
electum in concurſu ad beneficium curatum , cuius collatio facienda eſt à Papa , non poſſe interim dici arctatum occaſione beneficij, aut recepti, quia illud tunc non habet, aut recipiendi,quod non requirit actu ſacerdotium ; & idem eſſe in præſentato ad aliquam Capellaniam , ſeu beneficium habens annexum certum ordinem , ad quem illud

lud obtinens tenetur ſe facere promoueri: quod tamen intellige de obligatione ſe promoueri faciendi intra annum dumtaxat, & non tempore prouiſionis: item dummodo non agatur de ſuſceptione primæ tonſuræ, quæ ad minus requiritur antè receptionem cuiuſlibet beneficij, iuxta ſupradicta. Et hæc quidem certa ſunt. Dubium autem eſſe poteſt de duobus caſibus. quorum *Primus* eſt, cùm beneficium reſignatum eſt ad fauorem, vel cum reſeruatione fructuum, aut penſionis, vel ad tempus; *ſecundus*, cùm quis beneficium petiit tamquam vacans per ſimplicem reſignationem, alióve certo modo: & in vtroque caſu impetrans nondum bullas recepit à Romana Curia, vel Ordinario collatore in remotis agente, ac valde diſtante à ciuitate cuius ſedes Epiſcopalis vacat. Ac de primo quidem caſu diſtinguendum eſſe puto. nam, ſi talis reſignatio ad fauorem, vel cum reſeruatione fructuum, aut penſionis, vel limitatè ad tempus; 175. (quæ † non niſi coram Papa fieri poſſunt, latè Flamin. Pariſ. *tract. de reſignat. benefic. lib.* 8. *queſt.* 9. *num.* 11. *vſque ad* 15.) ad eum ſtatum, ſeu terminum redacta eſt, vt non ſit locus pœnitentiæ in reſignante; quod contingit, quando vltimus conſenſus præſtitus eſt in Camera, vel Cancellaria, & extenſus, non autem antea; vt ex communi tradit latéque probat Flamin. Pariſ. *d. tract. lib.* 1. *queſt.* 6. *num.* 39. cum aliquot ſeqq. *& queſt.* 12. *num.* 16. *vſque ad fin. lib.* 3. *queſt.* 18. *num.* 67. *ac lib.* 8. *queſt.* 7. *num.* 86. cum aliquot ſeqq. *& queſt.* 8. *n.* 1. 2. 3. 11. 14. *&* 25. *vſque ad* 55. ac rurſus *num.* 69. cum multis ſeqq. quibus etiam in locis id multipliciter extendit ac declarat. dicta autem *queſt.* 18. *num.* 68. *vſque ad* 84. ex veriori contra communem reſoluit in Epiſcopatuum reſignationibus ad fauorem non eſſe locum pœnitentiæ ſtatim poſt petitam, & obtentam à Papa licentiam renuntiandi. ſi, inquam, reſignatio ad fauorem fa- 176. cta †. redacta ſit ad præſtationem, & extenſionem prædicti vltimi conſenſus quoad beneficia inferiora, quoad epiſcopatuum verò obtenta ſit diſcedendi licentia; ac de eo ſufficienter conſtet in partibus per epiſtolam ab iis tranſmiſſam, quibus fides adhiberi poſſit, aut aliàs per ſufficientem notificationem, argum. eorum, quæ tradit Pariſ. *d. lib.* 1. *queſt.* 6. *numer.* 38. *&* *d. lib.* 8. *queſt.* 8. *numer.* 82. de qua ſufficientia in dubio ſtabitur, quod ad rem noſtram attinet, arbitrio Capituli, vel alterius in Epiſcopi iuriſdictione ſede vacante ſuccedentis, à quo reſignatarius petit litteras dimiſſorias, ſeu licentiam ordinandi, argum. *l.* 3. *ff. de probat.* cum ſuis concord. poterit reſignatarius tamquam arctatus occaſione beneficij recipiendi vti prædictis decretis Concil. Trident. ſecus autem, vbi ad eum ſtatum reſignatio ad fauorem adhuc redacta non ſit, vel de ea in partibus ſufficienter non conſtet ei, qui talem licentiam eſt conceſſurus, ex ſupradictis. sicque procedit, ac verum eſt id, quod poſt Garz. *d. part.* 5. *cap.* 7. *numer.* 102. tradit Ioan. Aloyſ. Ricc. *d. reſolut.* 98. *numer.* 3. iuxta terminos Conc. Trident. *d. ſeſſ.* 7. *cap.* 10. non dici arctatum occaſione beneficij recipiendi eum, cui aliquis vult reſignare aliquod beneficium requirens actu ordinem, quo caret; quoniam hoc eſt merè voluntarium; voluntarium, inquam, reſpectu reſignantis. nam, ſi intelligunt voluntarium reſpectu reſignatarij, non poſſet dari caſus, in quo quis arctatus dicatur occaſione beneficij recipiendi, cùm nullus cogatur recipere beneficium Eccleſiaſticum, *cap. ſi tibi abſenti, de præben. in* 6. *& Clem.* 1. *de conceſſ. præben.* latè Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 38. *numer.* 2. *vſque ad* 12. De ſecundo verò, hoc eſt, eo, qui preces porrexit pro obtinendo beneficio tamquam vacante per ſimplicem reſignationem, aut certo alio modo, nec tamen adhuc bullas, ſeu litteras recepit, dicendum eſt, † illum poſſe prædicti Concilij decretis frui, 177. cùm moralis adeſt certitudo; (neque enim in moralibus maior, teſte etiam Philoſopho, requiritur,) quòd ille tale beneficium omnino obtinebit, & non antea; atque adeò non modò neceſſe eſt, quòd in partibus ſufficienter, vt ſuprà, Capitulo, alteríve, à quo dicta licentia ordinandi petitur, notificata fuerit admiſſio reſignationis facta à ſummo Pontifice, alióve Ordinario collatore in remotis à loco ſedis vacantis agente, iuxta ſupradicta: tunc enim † in tali reſignatione non eſt 178. locus pœnitentiæ, & abdicatur omne ius tam dominij, quàm poſſeſſionis à reſignante, cùm reſignatio huiuſmodi fuerit à ſuperiore admiſſa, & non antea, vt ſatis comprobat Pariſ. *d. lib.* 1. *queſt.* 6. *numer.* 2. *vſque ad* 20. *& queſt.* 12. *à num.* 2. *ad* 15. verùm etiam conſtare ſufficienter debet de reſignatione ſupplicationis pro obtinendo beneficio ſic, vt ſuprà, vacante, eiuſque ſupplicationis traditione parti facta: nam antequam ſupplicatio ſit regiſtrata, & tradita partibus, non poteſt conſiderari aliquod præiudicium, neque aptitudo ad præiudicium, cùm Princeps vſque ad illud tempus poſſit denegare, & lacerare, atque ad libitum diſponere abſque iniuria de ſupplicatione; vt his ipſis verbis per Sarnen. (qui eſt Lud. Gomeſ.) *reg. de iur. quæſit. non tollen. queſt.* 6. *num.* 2. *& queſt.* 10. *in fin.* tradit Pariſ. *d. lib.* 8. *queſt.* 7. *numer.* 186. ſubdens, ita fuiſſe dictum in Rota Rom. in vna Oxomen. Archipresbyteratus, die Veneris 8. Aprilis, 1576. coram Robuſterio. Atque ex his duobus caſibus habemus duas declarationes ad hanc noſtram quartam illationem. Tertia declaratio eſſe poteſt, vt † neque litteræ dimiſſoriæ ad ordines con- 179. ceſſæ ab Epiſcopo expirent per eius mortem re integra; neque conceſſæ à Capitulo ſede vacante, per ingreſſum moderni Epiſcopi; vt poſt alios tradunt Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 12. *in princ. num.* 36. *cum ſeq.* Aug. Barboſ. *in remiſſ. Doctor. ad Concil. Triden. ſeſſ.* 7. *cap.* 10. *ſub num.* 3. *&* 4. & Quarant. *d. verbo, Capitulum ſede vacante*, ſeu eius Apoſtill. *queſt.* 10. *verſ. ſecundò dubitatur.* Quarta erit, vt † poſſit Capitu- 180. lum, aut alij ſede vacante in Epiſcopi iuriſdictione ſuccedentes concedere pro arctatis litteras dimiſſorias ei, qui habeat Epiſcopum, à quo ratione originis, domicilij, aut alterius beneficij compatibilis ab eo recepti illas poſſet obtinere, iuxta text. *in d. cap. cùm nullus, in princ. de tempor. ordin. in* 6. tum quòd text. *ibi* ponit alternatiuam, *vel*, atque adeò electio erit eius, qui vult ordinari; tum quòd Conc. Trid. *d. ſeſſ.* 7. *cap.* 10. *&* *d. ſeſſ.* 23. *cap.* 10. non diſtinguit, neque hunc caſum excipit; & arctationem illam requirit non ex parte ordinantis, ſed ex parte beneficij; & huius etiam receptione potiùs eam intelligit, quæ facta, vel facienda eſt ab alio ordinario collatore (cùm regulariter Capitulum ſede vacante conferre non poſſit beneficium, ſed ſolùm inſtituere præſentatum, *cap. illa, ne ſed. vac. & cap. vnic. eod. tit. in* 6. iuncto *cap.* 1. *de inſtitution. eod. lib.*) vt ex eius decreti Conciliaris verbis patet. Epiſcopus verò ille etiam non arctatum poterit ordinare, aut licentiam ordinandi, ſeu dimiſſorias concedere. Quis autem dicatur Epiſcopus originis, ſeu domicilij ad hunc effectum, aut alios; præter *Doct. d. cap. cùm nullus* ſumi poteſt ex Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſput.* 21. per tot. vbi etiam hac de re agit quoad hoc vt Epiſcopus valeat cum aliquo diſpenſare. Declaratur

ratur quintò, quòd, licèt idipsum ob eandem ra-
181. tionem videatur dicendum esse, † vbi ille, qui licentiam ordinandi, seu litteras dimissorias petit à Capitulo sede vacante, esset familiaris triennalis alicuius Episcopi: quo casu ex dispositione Conc. Trid. *sess.* 23. *cap.* 9. *de reformat.* potest Episcopus ille etiam non subditum suum ordinare, modò beneficium quacumque fraude cessante statim reipsa illi conferat: quòd nimirum intra annum & Capitulum ipsum, si licentiam ordinandi petens sit arctatus, eam concedere, & talis Episcopus etiam non arctatum ordinare, aut dimissorias litteras ad ordines dare huic familiari possit: tamen admisso, id verum esse quoad Episcopum; de Capitulo verum esse non potest, tum quòd ille non est familiaris Episcopi ordinantis, vel litteras dimissorias concedentis; tum quòd Capitulum non potest ei conferre beneficium, *cap. illa, ne sed. vacant. & cap.* 1. *de instit. in* 6. quod tamen vtrumque requirit *ibi* Conc. Trident. in hac facultate priuilegiatiua ordinandi Episcopo specialiter concessa, vltra tres illas, quæ illi competunt de iure communi antiquo expressas *in d. c. cùm nullus, in princ.* in quib. idem potest Capitulum cum moderatione tamen Conc. *d. c.* 10. sicque nihil ea familiaritas facit. Declaratur sextò, quòd, licèt Capitulum, & alij succedentes in Episcopali iurisdictione sede vacante nequeant infra annum, nisi pro arctatis ordinandi licentiam dare: iuxta prædicta decreta Trid. Conc. *sess.* 7. *&* 23. *c.* 10. possunt tamen infra tempus
181. prædictum † dare litteras testimoniales de vita, & moribus iis, qui obtinuerunt à sede Apostolica facultatem recipiendi ordines à quocumque Antistite cũ approbatione Ordinarij de vita, & moribus: vt post Nauar. *cons.* 19. aliàs 18. *n.* 1. *&* 3. *de tempor. ordin.* docet Quarant. eiúsve Apost. *d. quæst.* 10. *vers. tertiò limita*; quoniam *de vtroque c.* 10. solùm prohibentur dari litteræ dimissoriæ; at aliud sunt litteræ testimoniales, aliud dimissoriæ, seu licentia ordinandi, vt de se patet, satisque colligitur ex ipso Trid. *sess.* 21. *cap.* 1. *de reformat.* ibi; pro singulis litteris dimissoriis, aut testimonialibus. atque ita audio declarasse sacram Cong. Cardinalium interpretum Conc. Trid. *ad d. sess.* 7. *cap.* 10. *de reform.* Cetertùm modernus stylus Curiæ Romanæ habere videtur, vt sede Episcopali vacãte ipsę quoque testimoniales dẽtur ab Ordinario viciniore,
182. vt constare videtur ex iis verbis, *tibi attento*, &c. quæ habentur in facultate promouendi ad ordines extra tempora à quocũque Antistite in forma breuis concessa; cuius † tenorem, cùm sit valde insignis, & ma-
183. teriam huius totius 4. illationis concernat, hic inserendum curauimus; est autem talis:

PAVLVS Papa Quintus. Dilecto filio N. salutẽ, & Apostolicam benedictionẽ. Cùm, sicut nobis nuper exponi fecisti, tu, qui, vt asseris, in facto Subdiaconatus ordine constitutus existis, ratione perpetuæ sine cura Capellaniæ, quã in Ecclesia sancti Iuliani Nouarien. obtines, quotidie per teipsum Missam celebrare teneris; ita ad reliquos sacros Diaconatus, & Presbyteratus ordines promoueri arctatus existas, vt tempora ad id à iure statuta expectare nequeas; ac proinde, & alias ex feruore deuotionis ad Diaconatus & Presbyteratus ordines præfatos titulo dictæ Capellaniæ promoueri, ac promotus in illis & aliis per te antea rite susceptis ordinibus Altissimo quoad vixeris famulari summopere cupias: nobisque propterea humiliter supplicari feceris, quatenus tuis votis hac in parte annuere be benignitate Apostolica dignaremur. Nos te specialis gratiæ fauore prosequi volentes; necnon à quibusuis, &c. absoluentes. & absolutum fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati: Tibi, attento, quòd sedes Episcopalis Nouarien. ad præsens, non tamen ab anno, vt etiam asseris, vacat, vt ab Ordinario viciniore, vel de eius, cuius testimonio, vita, & mores tui commendentur, licentia, à quocumque malueris Catholico Antistite gratiã, & communionẽ sedis Apostolicæ habente, & in propria diœcesi residente, vel in aliena de Diœcesani loci cõsensu inibi pontificia alia exercẽte, per te eligẽdo, ad Diaconatus, & Presbyteratus ordines prædictos duobus Dominicis, seu aliis festiuis diebus cõtinuis, vel interpolatis etiã extra tẽpora ad id à iure statuta, ac intra annũ, annique curriculo minime expectato, minúsque seruatis à Cõc. Trid. designatis interstitiis, sub dicto titulo, dummodo ad id reperiaris idoneus, & constiterit prius, quòd dictæ Capellaniæ fructus ad congruã tui sustentationẽ sufficiãt, illámque verè, & pacificè possideas, promoueri, & promotus in illis etiã in altaris ministerio ministrare libere, & licitè valeas, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus. necnon eidem Ordinario, seu alij Antistiti, vt præfertur, eligendo, & tibi, licentiam desuper impartimur. Non obstare, quòd tempore tuę promotionis ad quemcumque ex dictis ordinibus te in alio, vel aliis antea susceptis non exercueris, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Quare vbicumque in huiusmodi facultatibus seu indultis promouendi extra tempora, aut aliis à sede Apostolica cum expressione quòd fides Episcopalis intra annum vacat, concessis adsit prædicta clausula, vt ab Ordinario viciniore, vel de eius, cuius testimonio vita, & mores tuæ commendentur, licentia, à quocumque malueris Antistite valeas promoueri, non videtur posse Capitulum, aut alius, qui in iurisdictione Episcopi sede vacante succedit, prædictas testimoniales, seu approbationem de vita, & moribus dare: sed ab ordinario viciniore eas dandas esse. in ceteris autem casibus poterit Capitulum, aut alius, vt suprà, illas concedere, tum propter rationem superiùs ex Nauarr. & Quarant. allatam, ac declarationem sacræ Congreg. *ibidem* relatam. tum quia, quòd hi regulariter eas dent vbi etiam adsit priuilegium Apostolicum de promouẽdo àquocumque, satis colligitur ex Conc. Trid. *sess.* 23. *c.* 8. *de reform.* vbi dicitur, quòd, si quis ab alio, quàm proprio Episcopo promoueri petat, nullatenus id ei etiã cuiusuis generalis, aut specialis reſetipti, vel priuilegij prætextu etiã statutis tẽporibus permittatur, nisi eius probitas, & mores Ordinarij sui testimonio comprobẽtur. At verò Ordinarij appellatione venit etiã Capitulum sede vacante, vt in hac specie sentire videtur Nauarr. *d. cons.* 18 aliàs 19. *n.* 2. atque ex aliis latiùs per nos adductis *sup. c.* 5. *quæst.* 12. *præmiss. vnic. & quæst.* 14. *suppos.* 1. *ad fin.* vbi id etiam statuimus de Vicario Capitulari, quòd Ordinarius sit, Ordinariique appellatione cõtineatur. Ex quibus satis colligitur dictum stylum Curiæ, qui sumi videtur ex præcitatis verbis facultatis, seu indulti de promouẽdo extra tẽpora, nimirũ ab Ordinario viciniore, cuius testimonio vita, & mores tui comprobẽtur, licentia, à quocumque, & ita cum ipsis verbis accipiendũ esse, vt non obstet prædictæ doctrinæ, quòd possit Capitulũ & illi alij sede vacante concedere litteras testimoniales habenti indultũ Apostolicũ, vt promoueri possit extra tẽpora: hoc est, vt illud relatiũ, *eius*, non ad Ordinarium viciniorẽ referatur, sed vagè, & indeterminate ad illum ad quem spectat testimoniales de vita, & moribus dare, qui est proprius Ordinarius: vel si referatur ad Ordinarium viciniorem; id ita intelligatur, vt possit etiam ipse non autem solus illas dare; aut eas dẽ medio testimonio, seu informationibus per ipsum assumptis, & acceptis

à proprio

à proprio Ordinario ordinibus initiandi. Atque hæc de quarta illatione.

Infertur denique ex præced. ſuppoſit. atque etiam ex iis, quæ hactenus in præſenti ſuppoſit. di-
184. ximus; † tunc, cum aliquis eſt arctatus ratione beneficij recepti, aut recipiendi ad ſuſcipiendum maximè ordines beneficiis annexos; non teneri obſeruare temporum interſtitia, aut certè in iis ab ordinario diſpenſari poſſit, de quibus mentio fit in Breui extra tempora mox relato; necnon, (quicquid fuerit de iure antiquo, 77. & 78. *diſtinct.* fere per tot.) in Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 8. 11. 13. & 14. *de reformat.* iuncto *cap.* 1. 2. & 3. ac toto ferè tit. *de tempor. ordin.* quo iure nunc hac in re vtimur. etenim minores ordines ſingillatim diebus feſtis, vel quatuor anni temporibus, vel in Sabbato, ſitientes, ſeu ante Dominicam de paſſione, aut Sabbato ſancto conferuntur: niſi Epiſcopo magis expedire videatur, vt duos, tres, aut omnes ordines minores ſimul alicui conferantur; prout habetur in Concil. Trident. *d. cap.* 11. *in initio*, iuncto *d. cap.* 8. eiuſdem Concil. & *cap.* 3. *de tempor. ordinat.* omnes verò maiores ordines nonniſi prædictis quatuor temporibus, & Sabbato ſitientes, ac ſancto conferri poſſunt, vt expreſsè cauetur *in d. cap.* 1. 2. & 3. *de tempor. ordinat.* De prima tonſura cùm nihil hac in re ſit à iure ſtatutum, dicendum eſt cum Thom. Valaſc. *tom.* 1. *allegat.* 4. *num.* 3. quem refert ac ſequi videtur Barboſ. *in remiſſ. Doct. ad d. cap.* 8. *Trident. ſub numer.* 3. omni tempore eam poſſe conferri: ſubdens *numer.* 4. ex Roderic. *quæſt. regul. tom.* 3. *quæſt.* 43. *artic.* 3. Fratres Minores, & omnes, qui illorum priuilegiis conceſſis & concedendis fruuntur, poſſe extra tempora à iure ſtatuta Dominicis, vel aliis feſtis diebus ſacros ordines ſuſcipere. ſecluſo autem priuilegio, vel legitima diſpenſatione, ſubdiaconatus, hoc eſt primus ex ſacris, ſeu maioribus ordinibus non niſi poſt annum à ſuſcepto poſtremo minore ordine conferri poteſt, niſi neceſſitas, aut Eccleſiæ vtilitas iudicio Epiſcopi aliud expoſcat; vt cauetur *in d. cap.* 11. *Concil. in fin.* vbi ſubditur, ne duo facti ordines eodem die etiam regularibus conferantur, priuilegiis, ac indultis quibuſuis conceſſis, non obſtantibus quibuſcumque; id quod etiam prohibitum fuerat *in cap. litteras, & cap. dilectus, de tempor. ordin.* Paritèr ad presbyteratus ordinem aſſumendi debent ad minus annum integrum in Diaconatu miniſtraſſe, niſi ob Eccleſiæ vtilitatem, ac neceſſitatem aliud Epiſcopo videretur; prout decernitur *in d. cap.* 14. *Trident. Concil.* Inficiari autem nemo poteſt quin expedire videri debeat Epiſcopo, hæc interſtitia obſeruanda non ſore, ſeu in iis rationabiliter diſpenſari, vbi aliquis ratione beneficij recepti, aut recipiendi tenetur certum ordinem ſuſcipere; cùm immo tunc de euidenti Eccleſiæ vtilitate, vel neceſſitate agatur: & hoc ſonat ipſum arctationis nomen. atque in ſpecie quoad eum, qui obtinuit parochialem Eccleſiam, ſentit Nauart. *in Manual. confeſſ. cap.* 25. *num.* 116. Ioan. Azor *Inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *quæſt.* 9. *ad fin.* Nicol. Garz. *tract. de benefic. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 47. & Barboſ. *in remiſſ. Doctor. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 11. *num.* 7. vbi in id referunt quaſdam ſacræ Congregat. declarationes. & tam quoad beneficia curata, quàm alia, quæ iure communi, vel ſpeciali certum ordinem annexum habent, ad quem prouiſus debet intra annum promoueri, ſuper iis cum prouiſo ab Epiſcopo diſpenſari habet communis Epiſcopatuum praxis. Quamuis autem diſpenſatio ſuper interſtitiis regulariter ad Epiſcopum pertineat, vt colligitur ex citatis Concil. Tridentin. verbis ex *d. cap.* 11. 13. & 14. ita vt etiam in ordinatione Regularium ſacra Congregatio Cardinalium cenſuerit, † talem diſpenſationem pertinere ad Epiſcopum ordinantem; debere autem in litteris dimiſſorialibus ſuorum ſuperiorum per eos peti ab Epiſcopo, vt ſuper interſtitiis dignetur diſpenſare, attenta neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ, ſeu Religionis; prout ex quadam declaratione ſacræ Congregationis, & nonnullis Doctoribus tradunt Barboſ. *vbi ſuprà, num.* 5. & Proſper Auguſtin. *in addit. ad Stephan. Quarant. in ſumm. Bullar. verbo, ordo, ad fin.* vbi etiam refert Doctores tractantes, quomodo intelligatur arbitrium hac in re à Tridentin. Concil. Epiſcopo conceſſum; & an Epiſcopus, ſi aliquem promoueat non expectato anni curriculo tacitè cum eo diſpenſare cenſeatur: item quæ dicatur Eccleſiæ neceſſitas, vel vtilitas, vt ſufficiens cauſa ad diſpenſandum reputetur: atque alia huiuſmodi. Tamen, quòd poteſtas hæc diſpenſandi ſuper interſtitiis † ſit etiam penes Capitulum Sede vacante, 186.
eiuſque Vicarium generalem, ſatis colligitur ex eo, quòd tam Capitulum Sede vacante, quàm eius Vicarius in Epiſcopi ordinaria iuriſdictione ſuccedit, vt conſtat ex latiùs per nos adductis ſuprà *cap.* 5. *quæſt.* 12. ferè per tot. & *quæſt.* 14. *ſuppoſit.* 1. & Quarant. *d. ſumm. Bullar. verbo, Capitulum ſede vacante*, ſeu potiùs Proſper Auguſtin. eius Additionat. *quæſt.* 10. *verſic. &, refertur*, iuxta aliam verò editionem *quæſt.* 14. *verſic. adde, quod refertur*; vbi aſſerit, quòd refertur ſacram Congregationem declaraſſe, facultatem remittendi interſtitia Epiſcopo competentem ex cauſis comprehenſis in Tridentin. Concil. *ſeſſ.* 23. *cap.* 11. 13. & 14. tranſire in Vicarium Capituli Sede vacante.

Quòd ſi pro complemento huius illationis petas, quænam ætas ad quemuis ordinem requiratur: breuiter reſpondeo, quòd, † quicquid fuerit 187.
de iure antiquo vſque ad Clementinas incluſiuè; vt videre eſt *in Clement. fin.* & apud gloſ. & Doctor. *ibi, de æt. & qualitat. & ord. præficiend.* nunc de iure nouo Tridentin. Concil. *ſeſſ.* 23. *cap.* 12. nullus, etiamſi Regularis ſit, ad Subdiaconatus ordinem ante vigeſimumſecundum, ad Diaconatus ante vigeſimumtertium, ad Presbyteratus ante vigeſimumquintum ætatis ſuæ annum promoueri poteſt; priuilegiis quibuſcumque quoad hoc penitus excluſis. Sufficit autem, annum hunc eſſe inceptum; prout ſacra Congregatio aliquando fertur declaraſſe; adnotarúntque inter ceteros Henriq. *in ſumm. Theolog. moral. lib.* 10. *cap.* 19. §. 2. & *lib.* 3. *cap.* 38. §. 2. necnon Valer. Reginal. *in prax. for. pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *numer.* 166. atque ita communis praxis Epiſcoporum ordinantium interpretata eſt quoad primam verò tonſuram, & minores ordines cùm nihil hac in re à Concil. Trident. immutatum ſit, aut etiam diſpoſitum, ſed ſolùm ex *d. ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reformat.* apertè colligatur, primam tonſuram, & ordines minores conferri poſſe ante annum decimumquartum; dum *inibi* ſtatuitur, vt nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus ante decimumquartum annum beneficium poſſit obtinere: ſtabimus iuri antiquo; ex quo prima tonſura ſtatim poſt ſeptennium, primi tres minores vſque ad 12. expletum, exinde verò quando volunt, Acolythatus poſſint alicui conferri; vt ſatis conſtat ex

cap. in singulis, 77. *distinct.* & *ibi* adnotauit glos. recepta in figuratione casus, ac verbo *exinde*; & quoad primam tonsuram per text. *in cap. vltimo, de temper. ordin. in 6.* & in Acolythatu per *d. cap. in singulis*, id docet Rebuff. *in prax. benefic. part. 2. in formul. dispensat. de non promouen. glos. 2. num. 1.* & de prima tonsura, vt sufficiat septennium, tradit quoque glos. ab aliis approbata *d. cap. fin. verbo, infantis*, per eum text. *& cap. de his*, 28. *distinct.* immo ex *d. cap. fin.* constat quòd possit conferri prima tonsura etiam infanti, hoc est, ante septennium si is interet Religionem.

Iam verò his suppositis, ac præmissis ad faciliorem intelligentiam, & resolutionem præsentis nostræ sextæ conclusionis; quæ nequaquam prætermittenda nobis visa sunt, ad eius confirmationem accedamus. Quòd igitur qualitati sacerdotij, aut
188. alterius ordinis ex fundatione beneficio annexi † aliquando derogari possit; probatur. Quamuis enim regulariter præbenda sacerdotalis ex fundatoris voluntate; (quod idem cum proportione dictum semper intelligatur de præbenda habẽte certum alium ordinem sic annexum;) omnino conferri debeat sacerdoti vel in actu, hoc est, ei, qui actualiter, & reipsa in eo ordine tempore præsentationis, seu collationis sit constitutus; vel in habitu, illi nimirum, qui in tali ætate sit, vt tunc ad eundem ordinem promoueri possit, licèt annum habeat iusto impedimento cessante ad se promouendum; aut in tali ætate, vt possit intra annum prædictum ordinem requisitum suscipere; idque iuxta hosce varios casus quos latiùs prosecuti sumus suprà hac ipsa concluſ. *suppoſit.* 4. maximè post medium: ex quibus tacitè resultat, regulariter prohibitam esse in hisce beneficiis habentibus ex fundatione certum ordinem annexum derogationem huiusmodi qualitatis annexionis Ordinum: quæ derogatio etiam expressè prohibetur à Concil. Trident. *sess. 25. cap. 5. de reformat.* dum discretis verbis *ibi* decernitur, vt in præbendis, ac beneficiis Presbyteralibus, Diaconalibus, aut Subdiaconalibus, quandocumque ita constituta fuerint, (hoc est, ex beneficiorum erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus, de quibus mox dixerat;) id obseruetur, vt eorum ordinibus nihil in vlla prouisione detrahatur; & aliter facta prouisio subreptitia censeatur. Quamuis, inquam, hæc ita sint: tamen, cùm tam ipsa beneficia, modique ea acquirendi, & facultas, ac potestas apponendi has qualitates, & conditiones eisdem beneficiis, quàm etiam hæc siue tacita, siue expressa prohibitio derogationis huiusmodi qualitatum sit à iure dumtaxat humano inducta: prout de benficiis satis post alios ostendimus suprà hoc ipso cap. *quæst. 3. concluſ. 1. circa initium*; & de facultate apponendi qualitates, & conditiones in fundatione beneficiorum ab eorum fundatoribus, constat ex *cap. cùm dilectus, de consuet. cap. 3. & cap. nobis, de iurepatronat.* cum *ibi* adnotat. per Doctor. & aliis per nos adductis in hoc eodem cap. *quæst. 2.* in diuisionibus derogationis qualitatum beneficiorum, potissimùm ex parte causæ materialis, maximè autem in postrema diuisione: de tacita verò, & expressa prohibitione derogationis prædictarum qualitatum, ex latiùs traditis *d. quæst. 3.* fere per tot. iis autem, quæ à iure tantùm humano inducta sunt, possit saltem à supremo Principe detrahi, *l. Princeps, ff. de legibus, l. digna vox, C. eodem tit. & cap. proposuit, de concess. praben.* maximè in beneficialibus quoad supremum Principem Ecclesiasticum, hoc est, Roman. Pontificem, qui in iis summam habet potestatem, *cap. 2. in princip. de prabend. in 6. & Clement. 1. in fin. vt lit. pend. in fin.* cum vtrobique not. per Doctor. atque alibi
189. sæpe: inde apertè sequitur, † saltem a Rom. Pontifice posse huic qualitati annexionis certi ordinis beneficio adiectæ derogari, & in specie saltem a Papa posse derogari qualitatibus beneficiorum, ac signanter annexioni certi ordinis ex fundatione appositi, patet ex iis, quæ fusiùs affert Lambertin. *in tract. de iurepatronat. lib. 2. part. 1. quæst. 7. art. 30. & lib. 3. quæst. 5. artic. 3. & quæst. 6. artic. 7.* & Doctor. ab eo *inibi* alleg. quod & nos satis ostendemus infrà hoc ipso cap. *quæst. 5. concluſ. 7.* & praxis docet. An verò etiam per inferiores Rom. Pontifice possit aliquando derogari, tractat *ibidem* idem auctor, & nos latè disputabimus *eadem quæst. 5.* passim. Non negauerim tamen derogationem, qualitatis huius annexionis certorum ordinum beneficio ex voluntate fundatoris factæ, aliquo modo naturali rationi, seu æquitati aduersari; vt colligitur ex Trident. Concil. *d. cap. 5.* in iis primis verbis; ratio postulat, vt illis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non detrahatur: iunctis iis verbis, quæ statim sequuntur; quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illis onera sunt iuncta, in beneficiorum collatione, seu in quacumque alia dispositione eis non derogetur: idem in præbendis Presbyteralibus, Diaconalibus, & Subdiaconalibus obseruetur, &c. quod etiam generatim de vltimarum voluntatum executione docuimus suprà *cap. 3. quæst. 1. concluſ. 2. ad fin.* ex *l. qua ratione, §. hæ quoque res, ff. de acq. rer. domin. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. & §. per traditionem, Institut. de rer. diuis.* ex quo fit, vt † non ita facilè, ac
190. dumtaxat ex causa, & vtplurimum cum fundatoris, aut heredis consensu, huiusmodi derogatio facienda sit; ex fusiùs adducendis infra hoc eod. cap. *quæst. 6. ac 7.* Interim verò ad reliquas huius quæst. conclusiones transeamus.

SEPTIMA conclusio. Licèt vbi datur præbenda aliqua Theologalis, Pœnitentialis, Doctoralis, Magistralis, aut aliàs similiter ex fundatione qualificata; † regulariter in prouisione huic qua- 191.
litati nequeat derogari: aliquando tamen potest. Hæc conclusio quoad vtramque sui partem faciliùs & intelligetur, & confirmabitur, si illud præmittamus, in Ecclesiis Cathedralibus, vel collegiatis præter simplices præbendas, de quibus sæpe *in tit. de rescript.* sæpissimè verò *in tit. de prabend.* mentio habetur; quæque possunt cuique clerico existenti in ætate legitima atque ordine requisito conferri, iuxta ea, quæ *in præced. concluſ.* latiùs diximus; dari nonnumquam etiam aliquas præbendas, aliáve beneficia qualificata, quæ nimirum certas speciales qualitates in persona de iis prouidenda requirunt ob speciale onus illis annexum; vtputa docendi, administrandi sacramentum Pœnitentiæ, seu absoluendi præcipuè quoad casus reseruatos; aut aliud simile: eásque institutas esse vel iure communi, vel speciali consuetudinis, statuti Ecclesiæ, priuilegij, aut fundatoris: prout de iure communi cautum videtur, vt in quauis Cathedrali Ecclesia sit præbenda Magistralis, *cap. 1. in princip. de magistr.* quod sumptum est ex Concil. Lateran. sub Alex. III. *cap. 18.* vbi decernitur, vt per vnamquãque Cathedralem Ecclesiam magistro, qui clericos eiusdẽ, & scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium præbeatur:

præbeatur: quod decretum refertur, ac roboratur *in cap. quia nonnullis, eodem tit.* quod editum fuit ab Innocent. III. in Concilio generali pariter Lateranenſ. ab eodem celebrato, *cap.* 11. adiiciendo; vt non ſolùm in qualibet Cathedrali Eccleſia, ſed etiam in aliis, quarum ſufficere poterunt facultates, conſtituatur magiſter idoneus à Prælatorum Capitulo, ſeu maiori, & ſaniori parte Capituli eligendus, qui clericos Eccleſiarum ipſarum gratis in Grammaticæ facultate, ac alios inſtruat iuxta poſſe. Subditur autem *ibidem* quoad Theologalem, quòd Metropolis Eccleſia Theologum nihilominus habeat, qui ſacerdotes, & alios in ſacra pagina doceat, & in his præſertim informet, quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur. aſſignetur autem cuilibet magiſtrorum à Capitulo vnius præbendæ prouentus, & pro Theologo à Metropolitano tantumdem: non quòd propter hoc efficiatur Canonicus, ſed tamdiu reditus ipſos percipiat, quamdiu perſtiterit in docendo. Quòd ſi fortè duobus Eccleſia Metropolis grauetur; Theologo iuxta modum prædictum ipſa prouideat, Grammatico verò in alia Eccleſia ſuæ ciuitatis, ſiue diœceſis, quæ ſufficere valeat faciat prouideri. Hæc *ibi* Innocent. in Concilio. cuius decretum de magiſtris Theologis per ſingulas Metropoles ſtatuendis Honorius III. *in cap. ſeq.* quod eſt fin. *eodem tit. de magiſtr.* mandat inuiolabiliter obſeruari. Sed quoniam, vt mox vidimus, *in d. cap. quia nonnullis*, di-
192. citur, † quòd prædictus magiſter, vel Theologus, cui aſſignari debent vnius præbendæ prouentus, non propter hoc efficiatur Canonicus; ſed tamdiu reditus ipſos percipiat, quamdiu perſtiterit in docendo: ideo propriè loquendo ea præbenda non dicetur inſtituta, vt ſit Theologalis, aut Magiſtralis, niſi quatenus eius prouentus aſſignati ſunt pro Theologo, vel Magiſtro; quicquid ſit, an Capitulum, aliíve, ad quos ſpectat Canonicorum electio, teneantur tunc alium Canonicum eligere, vt numerus iuratus ſit plenus; & an aliquis magiſter eligi poſſit in Canonicum ſub illa conditione, vt doceat; de quo vtroque articulo latiùs diſputant Doct. *ibi* poſt *gloſ. pen. in verbo, vnius prabendæ.* In Conc. verò Trident. multo apertiùs præbenda Theologalis inſtituitur *ſeſſ. 5. cap. 1. verſ. in Eccleſiis, de refor.* vbi iuncto eius principio, decernitur, vt in Eccleſiis Metropolitanis, necnon Cathedralibus, ſi ciuitas inſignis, vel populoſa, ac etiam in collegiatis exiſtentibus in aliquo inſigni oppido etiam nullius diœceſis, ſi ibi clerus numeroſus fuerit, vbi nulla præbenda, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium pro lectoribus ſacræ Theologiæ deputatum reperitur, præbenda quomodocumque, præterquam ex cauſa reſignationis, primò vacatura, cui aliud onus incompatibile iniunctum non ſit, ad eum vſum ipſo facto perpetuò conſtituta, & deputata intelligatur. Quoad præbendam verò Pœnitentialem, ſeu pœnitentiariam, eius inſtitutio de iure communi habetur in Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 8. de reformat.* vbi decernitur, vt in omnibus Cathedralibus Eccleſiis, vbi id commodè fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis cum vnione præbendæ proximè vacaturæ ab Epiſcopo inſtituatur: qui magiſter ſit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, & annorum quadraginta, ſeu aliàs qui aptior pro loci qualitate reperiatur. De præbendis verò, aut aliis beneficiis †
193. Magiſtralibus, ſeu præceptorialibus ex iure ſpeciali inſtitutis generatim mentio fit à Trident. Concil. *ſeſſ. 23. cap 18. de reformat. verſic. deinde, vt cum minori*, & in Concil. Rothomag. in Gallia celebrato anno 1581. *verſic. prabenda inſuper præceptorialis*, necnon in Synodo Turonen. anni 1583. *verſic. cùm ſcholarum Præpoſiti*, & Synod. Aquen. habita anno 1585. Ludouic. Gomeſ. *tract. de grat. expectativ. num.* 93. de Theologalibus, ac Doctoralibus Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benef. part. 1. cap. 24. numer. 13. ad fin.* præcisè de Theologalibus habetur in Trident. Concil. *d. ſeſſ. 5. cap. 1. in princ.* & communiter de Theologalibus, Magiſtralibus, & Doctoralibus, in eodem Conc. *ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat.* De iiſdem autem Magiſtralibus ex conſuetudine gloſ. *in cap. cùm in Eccleſia, verbo, dictam conſuetudinem, de prabend. in 6.* Couar. *pract. quæſt. cap. 36. num. 4. verſic. ſimiliter, ſi beneficia*, & Æneas de Falcon. *tract. de reſeruat. benef. quæſt. 3. princip. num. 22.* ex ſtatuto, *gloſ. penult.* ab aliis approbatur *d. cap. quia nonnullis, de magiſtr.* Æn. Falcon. *d. num. 22.* ex priuilegio, Couarr. *vbi ſup.* de Theologalibus, & Doctoralibus ex ſtatuto, vel conſuetudine, Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 9. §. 2. num. 15. & 16.* ex priuilegio autem, Couar. *ibidem, & num. 9. verſic. eadem ratione*, latè Gonzal. *d. §. 2. à num. 1. ad 5.* & Nicol. Garz. *tract. de benef. part. 5. cap. 4. num. 108. & 165.* cum nonnullis ſeqq. vbi inferunt, priuilegium Sixti IV. datum Kalend. Septembris anni 1474. conceſſum regnis Caſtellæ, Nauarræ, & Granatæ, in quo ſtatuit, quòd de duobus Canonicatibus, & totidem præbendis, qui primò per ceſſum, vel deceſſum, aut quauis aliam dimiſſionem extra Rom. Curiam, in quibuſuis menſibus ſimul, vel ſucceſſiuè vacabunt, etiamſi diſpoſitioni Apoſtolicæ ex quauis cauſa generaliter reſeruati forent, perpetuis futuris temporibus, quoties illos pro tempore vacare contigerit, vnus in Theologia magiſter, ſiue Licentiatus, & alter, qui in altero iurium Doctor, ſeu Licentiatus exiſtat, poſſit, & debeat vnà cum Capitulo cuiuſlibet Eccleſiarum Cathedralium ordinaria auctoritate prouideri. quod priuilegium poſtmodum Innocent. VIII. & Leo X. confirmarunt, & auxerunt, vt videre eſt apud Gonzal. *vbi ſuprà.* & quoad Theologalem ex priuilegio inſtitutam, exemplum quoque habemus *in concord. Gall.* quæ habentur *in Bull. 16. Leon. X. incipien. in eminenti*, iuxta Bullar. antiq. §. ſeu *verſic. ſtatuimus inſuper, il 1.* quam Rebuff. *ad d. concord.* poſuit *ſub rubr. de collat. §. 1.* in nouo autem Bullar. hæc concordata habentur *conſtit. 20. qua incipit, paſtor æternus*; ipſa verò incipiunt; *primitiua illa*, & præd. §. eſt 12. in quo haberi inſtitutionem præbendæ Theologalis in regno Galliæ ex priuilegio, eſt de mente Gonzal. *d. gloſ. 9. §. 2. num. 17. & gloſ. 25. num. 6.* Verùm *ibi* præbenda Theologalis potius ſupponitur iam inſtituta ex iure aliquo ſpeciali, quàm quòd per illud concordatum inſtituatur, niſi quatenus iam factæ inſtitutioni certa forma traditur; dum *inibi* dicitur; ſtatuimus inſuper, quòd Ordinarius collator in vnaquaque Cathedrali, ac etiam Metropolitana Eccleſia Canonicatum, & præbendam Theologalem inibi conſiſtentes conferre teneatur vni Magiſtro, ſeu Licentiato, aut Baccalaureo formato in Theologia, qui per decennium in Vniuerſitate ſtudij generalis priuilegiata ſtuduerit, ac onus reſidentiæ, lecturæ, & prædicationis actu ſubire voluerit; quique bis, aut ſemel ad minus per ſingulas hebdomadas impedimento ceſſante legitimo legere debeat; & quoties ipſum in huiuſmodi lectura deficere contigerit, ad arbitrium Capituli per ſubtractionem diſtributionum totius hebdomadæ puniri poſſit; &, ſi reſidentiam deſeruerit, de illis alteri prouideri debeat: &, vt libentiùs ſtudio vacare poſſit, etiamſi abſens fuerit à diuinis, habeatur pro præſente; ita, vt nihil perdat.

quas omnes particulas fusiùs explicat & exornat Reb. *in Concord.Gall. d. rubr.de collat.*§.1. De statuto verò Ecclesiæ, vel Synodali, quòd præbenda Theologalis aut similis per illud institui possit, præter Falcon. *d. numer.* 22. exemplum extat in prædicta Synod. Rothomagen. anni 1581. §. seu *versic. quæ de Cathedralibus*; dum *inibi* indistinctè decernitur, vt in collegiatis extra ciuitatem existentibus, vbi fuerint saltem sex præbendæ, vna Doctori Theologiæ, seu Baccalaureo viro bono, exponendi, & interpretandi sacram Scripturam perito conferatur. Denique de præbendis Theologalibus, Magistralibus, & Doctoralibus etiam ex fundatione habetur in Concil. Trident. *d. sess.* 25. *cap.*5. *de reformat.* Hoc præmisso, ac supposito: prior huius 5. concluſ. pars quòd nimirum prædictis qualitatibus beneficiorum, seu præbendarum, videlicet, vt sint Theologales, Magistrales, Doctorales, aut simililiter qualificatæ, ex fundatione appositis, † regulariter derogari non possit, potissimum probatur; tum ex eo, quod in Concil. Trident. *d. sess.*5. *cap.* 1. *de reformat. in princip.* statuitur, ac decernitur, vt in illis Ecclesiis, in quibus præbenda, aut præstimonium; (quod vtplurimum beneficium Ecclesiasticum esse constat ex *cap.* 2. *de conceſſ. prebend. in* 6. cum aliis adductis per Gonzal. *ad d. reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. §.2. *num.* 5. *vsque ad* 15.) pro lectoribus sacræ Theologiæ deputatum reperitur, Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alij locorum ordinarij eos, qui præbendam, aut præstimonium huiusmodi obtinent, ad ipsius sacræ Scripturæ expositionem, & interpretationem per seipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum ab ipsis Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & aliis locorum Ordinariis eligendum, etiam per subtractionem fructuum, cogant, & compellant. De cetero verò præbenda, aut præstimonium huiusmodi non nisi personis idoneis, & quæ per seipsos id munus explicare possint, conferatur, & alteri facta prouisio nulla sit & inualida. tum ex eo, quod ab eadem sancta Synodo statuitur *d. sess.* 23. *c.* 18. *vers. deinde, vt cum minori, de ref.* vt de cetero officia, vel dignitates illæ, quæ Scholasteriæ dicũtur, nonnisi Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis in sacra pagina, aut in iure canonico, & aliàs personis idoneis, & qui per seipsos id munus explere possint, conferantur; & aliter facta prouisio nulla sit, & inualida: non obstantibus quibusuis priuilegiis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus. tum ex verbis illis priuilegij hac in re à Sixto IV. nonnullis Hispaniarum regnis concessi, & ab Innoc. VIII. ac Leon. X. roborati, quæ suprà retulimus ex Gonzal. *d. glos.* 9. §. 2. *num.* 2. vbi etiam *num.* 3. 4. 5. & 23. alia fortiora verba recenset. ex quibus, & aliis, quæ affert *à num.* 6. *vsque ad* 50. & rursus *num.* 63. *vsque ad* 80. probat, † præbendas Doctorales, & Theologales ex priuilegio assignatas pro Theologo, & IC. non cadere sub reseruatione regulæ 8. Cancell. de mensibus, & alternatiua: sumere autem licet argumentum à priuilegio à Principe concesso ad testatoris voluntatẽ; cùm, sicut priuilegium est lex priuata, vt nomen ipsum sonat, & constat ex *cap. priuilegia,* 3. *dist.* & *c. Abbate,* §. *quod contra, de verb. signif.* ita etiam dispositio testatoris, aut alia quæuis licita à priuato facta, §. *disponat itaque, auth. de nupt. collat.* 4. ibi; disponat itaque vnusquisque in suis, vt dignum est, & sit lex eius voluntas. tum etiam ex prædicto priuilegio, seu potiùs decreto Leon. X. vigore cõcordatorum Galliæ concesso, seu facto; vt videre est apud Rebuff. in eisdem concord. Gall. *rubr. de collat.* 9. 1. vbi cauetur, quòd de Theologali præbenda semper prouidendum est per Ordinarium collatore vni [illegible] loco in quocumque mense vacauerit: nec q[illegible] hoc locum habẽt menses assignati nominatis; ut latè tradit Rebuff. *d.* §. 1. *verbo, Theologales verbo, teneantur*. maximè cum ipsa reg. 8. Canc[illegible] reseruatione inter cetera beneficia excipiat spe[illegible]tia ad collationem, prouisionem, præsentation[illegible] aut quamuis aliam dispositionem comprehens[illegible] sub concordatis inter Sedem Apostolicam & [illegible] cumque alios initis, & per eos, qui illa acceptare [illegible] obseruare debuerant, acceptatis, & obseruatis; [illegible] ledere non intendit. quam totam clausulam l[illegible] lenter explicat Gonzal. *ad d. reg.* 8. *glos.* 25. *cum [illegible] seqq.* eadem verò *glos.* 25. *num.* 6. ex iisdem Co[illegible] cord. Gall. summatim illud refert, quod *ubi* decep[illegible] tur de præbenda Theologali, & eius libera p[illegible] sione, licèt paulò aliter, quàm in ipso text. con[illegible] habeatur, cuius verba nos non multo antè [illegible] mus. Tum ex eo, quod post Nauarr. *cons.* 14. *de [illegible] Eccl. non alien.* alias 22. *num.* 4. *de preben.* & Gon[illegible] *ad d. reg.* 8. *Cancell. glos.* 34. *n.* 79. cum aliquot se[illegible] nos docuimus *in tract. de option. canon. c.* [illegible] *quæst.* [illegible] 196. præbendam habentem certum onus annexum, [illegible] puta Theologalem, Pœnitentialem, Doctoral[illegible] aut aliam similẽ, optari non posse. Tum ex eo, qu[illegible] in terminis Canonicatuum Cathedralium Eccl[illegible] siarum, qui Theologis, Magistris, & iuris pontif[illegible] Doctoribus ex electione sunt conferendi, licèt a[illegible] Sedem Apostolicam vacauerint, non facilè adm[illegible] derogationem huius priuilegij, vel consuetudin[illegible] Præ cæteris autem maximè confirmatur hæc pri[illegible] pars nostræ concluſ. ex Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* [illegible] *refor.* vbi, postquam dixerat, rationem postulare, v[illegible] illis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus nõ detrahatur: indeque decreuerat, vt, quando ex beneficiorum quorumcumque erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illis onera sunt iniuncta, in beneficiorum collatione, seu in quacumque alia dispositione eis non derogetur: statim subditur, idem in præbendis Theologalibus, Magistralibus, Doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus, ac Subdiaconalibus quandocumque ita constituta fuerint, obseruetur, vt eorum qualitatibus nihil in vlla prouisione detrahatur; & aliter facta prouisio subreptitia censeatur. Probatur nunc posterior † pars huius eiusdem concl. ex iis, quibus *in praced. concluſ. ad finem* ostendimus, posse saltem à Rom. Pontifice derogari qualitati ordinis sacerdotalis, aut alterius ex fundatione annexi beneficio, præcipuè quia tam beneficia ipsa, quàm facultas huiusmodi conditiones in eorum fundatione apponendi à iure humano positiuo Ecclesiastico inducta, cui potest supremus Princeps Ecclesiasticus derogare. Nec huic vtrique traditioni, ac doctrinæ obstabit, quòd derogatio huius vtriusque, immo cuiusque generis qualitatum in beneficij fundatione appositarum à Concil. Trident. potissimum in *d. cap.* 5. prohibita sit. nam etiam decretis Concilij generalis potest Rom. Pontifex derogare, modò eius specialis mentio habeatur, *cap. nonnulli,* & *ibi* omnes, *de rescript.* cum simil. Minùs huic posteriori parti concluſ. obstabit, quod initio huius concluſ. ex Gomes. *tract. de grat. expectat. numer.* 93. Falcon. *d. tract. de benefic. reseruat. quæst.* 3. *princip. numer.* 22. Couarruu. *pract. quæst. cap.* 36. *numer.* 4. ac paulò antea ex Gonzal. *d. glos.* 9. §. 2. *à numer.* 6. *vsque ad* 50. & *à numer.* 63. *ad* 80. tradidimus, beneficia hæc, seu præbendas, quæ non nisi Theologis, Magistris, Doctoribus, ac similibus assignati, & conferri possint, non cadere sub reseruationibus

194.

195.

197.

tionibus: quoniam id ita accipiendum eſt, non quaſi cadere non poſſint, ſi ita velit Rom. Pontifex; ſed quia nec in dubio, neque ita facilè cenſendum eſt, id eum velle: prout de qualitate iuriſpatronatus mox *in ſeq. concl.* dicemus; ſi priùs illud admoneamus, id, quod in hac conclus. quod ad rem noſtram attinet, diximus de præbendis, ſeu beneficiis Theologalibus, Magiſtralibus, ac Doctoralibus, atque *in ſeq. concluſ.* dicturi ſumus de beneficiis iuriſ-
198. patronatus laicorum ſtatuendum quoque eſſe † non modò de præſtimoniis, ſeu beneficiis præſtimonialibus ex fundatione inſtitutis pro clericis ſcholaribus, iuxta latè tradita per Gonzal. *ad d. reg.* 8. *glos.* 5. §. 2. *num.* 3. *& 7. vſque ad* 11. iuncto *num.* 12. tum ex regula correlatiuorum, per quam diſpoſitum in vno ex correlatiuis, cenſetur diſpoſitum in altero, vbi eadem in vtriſque eſt ratio, eorúmque idem eſt iudicium, vt latè probat Euerard. *in loc. à correlat. num.* 7. *&* 8. *cum tribus ſeqq.* & in ſpecie ſcholarium, Bapt. de S. Blaſ. *tract. de correlat. num.* 23. tum quia magiſtri, ſeu docentes, & ſcholares à iure æquiparantur, vt patet ex *cap. fin. de magiſtr.* & Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 5. *cap.* 1. *in fin. de reformat.* tum denique, quia omnia priuilegia conceſſa Doctoribus competunt quoque ſcholaribus, vt poſt Bald. & Angel. *in l.* 1. ibique Iaſ. *num.* 48. de communi atteſtantem *ff. ſol. matrimon.* atque alios pleroſque tradit ac tuetur Horat. Lue. *in tract. de pri-*
199. *uileg. ſchol. priu.* 4. verùm etiam † de beneficiis patrimonialibus: ea enim quoad hoc parificat Theologalibus, Magiſtralibus, ac Doctoralibus inter cæteros Couarr. *d. cap.* 36. *numer.* 4. *verſic. ſimiliter, ſi beneficia patrimonialia, & num.* 9. *verſic. eadem ratione, ac verſic. nonò, ad eadem regia edicta*; vbi etiam ea æquiparat beneficiis iuriſpatronatus laicorum: quibus illa eſſe ſimillima, & de ſimilibus ad ſimilia validum eſſe argumentum, docet quoque Hoied. *d. tract. de incompatibil. benef.* 1. *part. cap.* 24. *eóque vlt. num.* 91. *in fin.* Sunt autem beneficia patrimonialia, quæ ex Apoſtolica conſtitutione, vel ſtatutis, ſeu Synodalibus conſtitutionibus Apoſtolica auctoritate confirmatis, vel ex immemorabili conſuetudine ſunt neceſſariò conferenda natis, incolis, vel originariis alicuius patriæ, ciuitatis, vel parochiæ; ita, vt illi dumtaxat, qui filij naturales, & patrimoniales ſunt, prouideri debeant de huiuſmodi beneficiis, & non alij forenſes, aut extrinſeci, qui tales qualitates non habent; vt poſt alios tradunt Hoied. *d. cap.* 24. *num.* 86. *vſque ad* 90. & Gonzal. *ad d. reg.* 8. *glos.* 9. §. 1. *num.* 3. cum multis ſeqq. & Garz. *tract. de benef. part.* 7. *cap.* 9. vbi hi tres auctores latiùs tractant de hiſce patrimonialibus beneficiis, multaque afferunt, vnde hæc noſtra extenſio maximè comprobatur: quod & facit poſt alios Lambertin. *d. tract. de iurepatron. lib.* 2. *part.* 1: *quæſt.* 7. *art.* 24. *num.* 10. *& part.* 3. *quæſt.* 9. *artic.* 10. ferè per tot. & idem Garz. *d. part.* 7. *cap.* 15. vbi ſimul etiam, ac generatim agit de beneficiis certis perſonis, ſeu certo generi perſonarum debitis.

OCTAVA, & poſtrema concluſio. Qualitati iuriſpatronatus tam paſſiui, quàm actiui ex fundatione beneficio appoſitæ derogari ſaltem aliquan-
200. do poteſt. Per iuſpatronatus paſſiuum † intelligo illud, per quod à fundatore beneficij eidem fuit cum Ordinarij conſenſu appoſita conditio, vt ad tale beneficium aliquis de ſua familia, aut deſcendentibus, vel ſimilibus pro tempore præſentaretur: quod beneficium vocatur etiam ab aliquibus patrimoniale, vt à Ioann. Staphil. *tract. de grat. expectativ. in quinta forma, num.* 4. *in fin. & num.* 6. *in initio*. Gon-

Jo. Petr. Moneta de commun. vſt. volunt.

zal. *d. glos.* 9. §. 1. *num.* 6. ac forte etiam Couarr. *d. cap.* 36. *numer.* 9. *verſic.* 9. ad eadem regia edicta, *in fine*. De hoc autem paſſiuo iure patronatus latius poſt alios Roch. de Curt. *in tract. de iurepatronat. verbo, honorificum, num.* 21. *&* 48. Lambertin. *eodem tract. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 9. *princip. art.* 1. *num.* 32. *& 79. cum duob. ſeqq. & lib.* 2. *part.* 1: *quæſt.* 7. *art.* 24. *num.* 10. *ad fin. & part.* 3. *quæſt.* 5. *princ. artic.* 4. *num.* 8. 11. *&* 12. vbi etiam aduertit, quòd, ſi teſtator voluerit eſſe præſentandum aliquem de familia, de illa familia debet eſſe præſentandus: ſi autem diceret, de progenie, de genere, vel de linea ab eo deſcendente, ſufficiet, præſentandum ab eo deſcendiſſe quocumque modo deſcendat, ſiue agnationis, ſiue cognationis titulo: &, ſi duo reperirentur eiuſdem generis, ſeu qualitatis, eſſe inſtituendum magis propinquum fundatori, vel patrono. De his porrò & aliis ſimilibus verbis, quid importent, videri poterunt Doctores, quos remiſſiuè retulimus *cap. præced.* vbi de fideicommiſſorum derogatione ex profeſſo egimus; *quæſt.* 4. *ſuppoſ. vlt.* atque hoc idem iuſpatronatus paſſiuum admiſit non ſemel Rot. Roman. vt ex deciſionibus relatis, ac probatis à Garz. *d. tract. de benef. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 74. *& 96.* de quo *cap.* 15. per tot. ac non pauca etiam, habet Ioan. Guttier. *conſ.* 1. *num.* 1. *& conſ.* 2. *num.* 3. 4. *&* 5. Per iuſpatronatus verò actiuum † intelligo 201.
illud, per quod beneficio ab eius fundatore cum Ordinarij conſenſu ea conditio appoſita fuit, vt tale beneficium non conferret quis, niſi ad præſentationem ipſius fundatoris, ſiue ipſa Eccleſia fundauerit, ſiue perſona priuata; aut illius, cui is ius pro tempore præſentandi reſeruauerit in ipſa beneficij fundatione: iuxta *cap. filiis, cap. decernimus, & cap. Monaſterium*, 16. *quæſt.* 7. *cap.* 3. *cap. ex inſinuatione, cap. ſignificaſti, cap. conſultationibus, cap. cùm autem, cap. nobis, cap. cùm dilectus, & cap. vltim. de iurepatron. cap. vnic. eodem tit. in* 6. *& Clement.* 1. *ac* 2. *eodem tit.* cum multis ſimilibus. Quid autem fuerit de iure antiquo, quomodo, ſeu ex qua cauſa acquireretur ius hoc præſentandi, quod nos iuſpatronatus actiuum appellamus; tradunt latiùs præ ceteris Roch. de Curt. *tract. de iurepatron. in princip. num.* 3. *&* 4. necnon *verbo, Eccleſiam fundauit, verbo, conſtruxit, ac verbo, & dotauit*. Paul. de Cittadin. *in ſimili tract. part.* 3. ferè per tot. & Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 1. *princip. artic.* 1. *quæſt.* 2. *artic.* 2: *& quæſt.* 3. *artic.* 1. & multis ſeqq. concludens poſt multos, contra alios, † 202.
poſſe acquiri vel ex fundatione dumtaxat, hoc eſt, fundi, ſeu ſoli datione, vel ex ſola conſtructione, vel denique ex ſola ſufficienti dotatione; vnde prodiit verſus:

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

immo *d. quæſt.* 3. *art.* 1. probare contendit, ſingulos, qui aliquod horum fecerunt, inſolidum eſſe patronos: *art.* 2. quòd, ſi plures dant fundum, plures conſtruunt, & plures dotant, omnes fiunt patroni; & quidem inſolidum. etiamſi inæqualiter quid horum faciant; vt idem latè tradit *art.* 5. *&* 8. quod tamen vtrumque declarat *artic.* 3. 4. 6. 7. *&* 9. Ego verò, quicquid de hoc ſit, an fundum dans, conſtruens, & dotans etiam cùm diuerſæ perſonæ ſunt, fiant patroni inſolidum; certè verius puto contra Lambertin. *d. quæſt.* 1. *artic.* 1. *quæſt.* 2. *artic.* 5. *& quæſt.* 3. *cum ſeqq.* atque alibi ſæpe cum Roch. de Curt. *d. tract. in princip. numer.* 3. *verſic. puto tamen, & num.* 4. ac rurſus *verbo, Eccleſiam fundauit, quæſt.* 2. *verbo, conſtruxit, quæſt.* 3. *ac verbo, & dotauit, quæſt.* 1. & aliis, quos citat tam ipſe, quàm Lambert. *vbi ſupra*; per fundamenta ab iis allata, hæc omnia,

ſcilicet fundi dationem, conſtructionem, ac dotationem requiri ad acquirendum iuſpatronatus; licèt non requiratur, quòd vnus hæc omnia faciat; quod ſolum probatur ex fundamentis, quæ pro ſua ſententia adducit Lambertin. & intendunt pleriſque ab eo allegati. quinimmo ipſe Lambertin. eius in id aſſenſum extorquẽte veritate, hoc ipſum apertè admittit in pleriſque locis per nos citat. *cap. ſeq. quæſt. 4. concl. 9.* in primo, & ſecundo caſu à Doctoribus poſito, quo Eccleſia libera ſubiicitur iuripatronatus; nimirum cùm Eccleſia fundata, & conſtructa, aut etiam conſecrata non dotatur à fundante, vel conſtruente, vel curante eam conſecrari; ſed ab alio, ipſo tamen ad id requiſito. Illud autem concedi poteſt, quod idem Lambertin. *d. lib. 1. part. 1. quæſt. 6. artic. 2. numer. 2. & 6. vſque ad fin. artic.* contendit, citationem Eccleſiæ, ſeu augmentum dotis illius reduci ad eiuſdem dotationem: *& eodem artic. 2. num. 3. atque art. 3.* ferè per tot. quòd reparatio Eccleſiæ reducitur ad eius ædificationem; nec regulariter per reparationem acquiri iuſpatronatus. *d.* autem *artic. 2. numer. 3. & 4.* præſcriptionem per ſe ſolam, ſeu ex ſui natura † non eſſe cauſam acquirendi iuſpatronatus, niſi quatenus orta fuit ex vna illarum trium cauſarum, nimirum fundationis, conſtructionis, & dotationis: quod & tradit *quæſt. 10. artic. 1. num. 1.* & latiùs *artic. 5.* vbi ex *num. 25. ad 38.* oſtendit, iuſpatronatus à laicis præſcribi non poſſe. *numer.* autem *39. cum duobus ſeqq.* admittit, eos id facere poſſe per tempus immemorabile cum allegatione tituli, nimirum vnius ex prædictis tribus cauſis, vel priuilegij Papæ; & in præſcriptione iuriſpatronatus in Eccleſia collegiata, præciſè, ac ſolùm cum allegatione tituli priuilegij ſummi Pontificis: vbi tamen his omnibus caſibus non conſtaret, ab initio Eccleſiam fuiſſe liberam, vel poſtea liberatam à iurepatronatus laicorum. & *num. 42.* admittit præſcriptionem in perſonis Eccleſiaſticis iure, ac ratione Eccleſiarum per ſpatium 40. annorum cum bona fide. priuilegium verò, licèt *d. quæſt. 6. artic. 2. num. 4. cum ſeq. & d. quæſt. 10. artic. 1. numer. 1.* dicat non eſſe propriè cauſam inducendi iuſpatronatus: tamen *ibidem* declarat ſe intelligere de cauſis, quæ procedunt à patrono, & ex quibus laici priuilegio in iure clauſo fiunt capaces iuris ſpiritualis, & admittuntur ad iuſpatronatus: ac tum *ibi*, tum *quæſt. 11. artic. 1. num. 1. artic. 2. num. 10.* aliàs 13. *cum ſeq. & artic. 3. numer. 1. lib. 2. part. 3. quæſt. 8. artic. 3. & quæſt. 9. artic. 14.* atque ex propoſito latè *d. lib. 1. part. 1. quæſt. 10. artic. 2.* probat iuſpatronatus etiam à laicis acquiri poſſe ex priuilegio Papæ. Verùm de priuilegio, & præſcriptione an, & quando eis acquiri poſſit iuſpatronatus, ſeu ſubiici Eccleſia libera, aliquid dicemus *cap. ſeq. quæſt. 4. concluſ. 9. circa med.* Quicquid autem ſit de iure antiquo circa cauſas, ſeu titulos acquirendi iuſpatronatus: certè nunc ſtandum eſt iuri nouo Concil. Trident.
203. quod *ſeſſ. 14. cap. 12. de reformat.* ſtatuit, † vt nemo etiam cuiuſuis dignitatis Eccleſiaſticæ, vel ſæcularis quacumque ratione, niſi Eccleſiam, beneficium, aut Capellam de nouo fundauerit, & conſtruxerit, ſeu iam erectam, quæ tamen ſine ſufficienti dote fuerit, de ſuis propriis, & patrimonialibus bonis competenter dotauerit, iuſpatronatus impetrare, aut obtinere poſſit, aut debeat. in caſu autem fundationis, aut dotationis huiuſmodi inſtitutio Epiſcopo, & non alteri inferiori reſeruetur. & *ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat.* decernit, vt titulus iuriſpatronatus ſit ex fundatione, vel dotatione; qui ex authentico documento, & aliis iure requiſitis oſtendatur, ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, aliáſve ſecundum iuris diſpoſitionem. In iis verò perſonis, ſeu communitatibus, vel Vniuerſitatibus, *in* quibus id ius plerumque ex vſurpatione potiùs quæſitum præſumi ſolet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur: nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quàm, ſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes etiam continuatæ non minori ſaltem, quàm quinquaginta annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis præbentur. Reliqui patronatus omnes in beneficiis tã ſæcularibus, quàm regularibus, ſeu parochialibus, vel Dignitatibus, aut quibuſcumque aliis beneficiis in Cathedrali, vel collegiata Eccleſia: ſeu facultates, & priuilegia conceſſa tam in vim patronatus, quàm alio quocumque iure, nominandi, eligendi, præſentandi ad ea, cùm vacant; (exceptis patronatibus ſuper Cathedralibus Eccleſiis competentibus, & exceptis aliis, quæ ad Imperatorem, & Reges, ſeu regna poſſidẽtes, alióſque ſublimes, & ſupremos Principes iura Imperij in dominiis ſuis habentes pertinent; & quæ in fauorem ſtudiorum generalium conceſſa ſunt;) in totum prorſus abrogata, & irrita, cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta, intelligantur. Ex quibus duobus decretis illud colligo, nunc poſt Conc. Trident. † nul- 205.
lum alium titulum iuriſpatronatus, ſeu cauſam ac modum illud acquirendi admittendum fore, præter duos, nimirũ fundationem ſimul cum conſtructione, & dotationem: (ſaluatamen auctoritate Sedis Apoſtolicæ in concedendo etiam laicis iurepatronatus ex priuilegio ſiue ſimpliciter, vt ſatis colligitur tũc ex paulo antè quoad hoc adductis ex Lambertin. tum ex ipſo Trident. Conc. *d. ſeſſ. 14. cap. 13.* ſiue ob augmentum dotis, nouam conſtructionem, vel aliam ſimilem cauſam, vt patet ex eodem Trid. Concil. *d. ſeſſ. 25. cap. 9. ad fin.*) quicquid poſt alios voluerit Gonzal. *ad d. reg. 8. Cancell. glo. 18. num. 50. & 52. vſque ad 58.* & Garz. *d. tract. de benef. part. 5. cap. 9. num. 38.* contendentes, etiam poſt Concil. ſufficere ſolam fundationem, vel ſolam conſtructionem ad acquirendum iuſpatronatus: & Menoch. *tract. de præſumpt. lib. 3. præſ. 90. num. 4. vſque ad 9.* ex adductis quoque per ſeipſum *conſil. 90. man. 28. & 29. lib. 1. & conſil. 106. num. 232. lib. 2.* vbi probare nititur, præter conſtructionem admittendam nunc quoque pro titulo, ſeu modo acquirendi iuſpatronatus reædificationẽ, & ditationem Eccleſiæ. nam id, quod nos dicimus, † nunc duas dumtaxat 206.
eſſe cauſas acquiſitionis iuriſpatronatus, nimirum fundationem, & dotationem, expreſsè tenet Rot. Rom. *deciſ. 564. in princ. & num. 1.* inter recollect. à Farin. necnon apertè ſentit Flam. Parſ. *tract. de conſid. benef. quæſt. 28. num. 211. & ſeq.* licèt *n. 239. & 240.* ipſe quoque admittere videatur pro titulo, & cauſa ſufficienti acquirendi iuſpatronatus conſtructionem ob ea verba Concil. *aliaſve ſecundùm iuris diſpoſitionem:* quæ etiam ſic intelligit Gonzal. ſup. *num. 53.* cùm tamen, ſicut & illa ſtatim præcedentia: *qui ex authentico documento*, &c. non important nouum titulum, ſeu cauſam acquirendi iuſpatronatus, vt perperam quidam voluerunt, quos refert, ac ſequitur Garz. *d. tract. de benefic. part. 5. cap. 9. num. 84.* nam ex context. *d. cap. 9. & 12.* ſatis apparet Concil. non præſeruare dumtaxat illos duos titulos fundationis, & dotationis, ſed decernere vt illi ſoli admittantur, & priuilegium in certis caſibus, de quibus *eodem cap. 9.* ſed tres modos probandi titulum, ſeu cauſam ex fundatione, vel dotatione,

d by Google

ne, vt ipſe etiam Gonzal. tradiderat *numer.* 32. 43. *&* 50. ac poſt alios Garz. *d. cap.* 9. *numer.* 81. cum aliquot ſeqq. quare noſtra ſententia ſatis confirmatur ex verbis Conc. *d. cap.* 9. *circa initium*, vbi duos ſolùm titulos, ſeu modos acquirendi iuſpatronatus admittit; quod etiam facit *d. ſeſſ.* 14. *cap.* 12. ex eo verò, quod dicitur in eius cap. initio, *de nouo fundauerit, & conſtruxerit*, conuincitur id, quod ſimul dicebamus, ſolam fundationem per ſe non ſufficere pro vna cauſa acquiſitionis iuriſpatronatus, ſed ſimul cum fundatione concurrere debere conſtru-
207. ctionem; quod apertè probat copula, *&*, quæ † auget, & requirit eorum, inter quæ ponitur, concurſum. *l. ea tamen adiectio, ff. de legat.* 1. *l. ſi heredi*, iuncta gloſ. recepta *verbo, coniunctim, ff. de condit. inſtit.* cum aliis adductis ab Euerard. *in loc. à natur. copul. num.* 1. 3. *&* 12. Vulpell. *de præpoſit. aduer. & coniunct. ſignif. in dict. &.* ac nouiſſimè Aug. Barboſ. *de dictionib. dict.* 93. *num.* 2. *cum duob. ſeqq.* iunct. *num.* 15. Licèt autem aliquando reſoluatur in alternatiuam, quomodo hunc locum Concil. intelligit Menoch. *d. num.* 9. iuxta text. *in l. cum quidam*, vbi gloſ. & Doct. *C. de verb. ſign.* cum aliis adductis ab Euerard. *vbi ſuprà, num.* 13. Vulpell. *num.* 2. *in princ. ac verſ. &, quando ponitur, & verſ. & nota*, Barboſ. ſup. *num.* 18. atque Alciat. *in l. ſæpe, ff. de verb. ſign.* tamen ij caſus, ſi rectè perpendantur, non poſſunt ad noſtrum adaptari. Pariter deciſiones Rotæ Rom. quas pro ſe allegat Gonzal. *d. gloſ.* 18. *num.* 54. ne verbum quidem faciunt de conſtructione, quaſi ea per ſe ſola ſit vna ex cauſis, & modis inducentibus iuſpatronatus, ſed apertè loquuntur de ſolis duabus illis cauſis, nimirum fundatione, ac dotatione: circa quarum probationem, ſeu modos eas probandi aſſerunt, Concilium nihil innouaſſe in perſonis priuatis; verùm in magnatibus dumtaxat. quem ſenſum amplexa eſt quoque Rot. Roman. *d. deciſ.* 564. *in princ.* inter recollect. à Farinac. Verus igitur, ac germanus ſimúlque planiſſimus ſenſus Conc. Trid. *d. ſeſſ.* 14. *cap.* 12. iuncta *d. ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reformat.* eſt, vt in quibuſcumque patronatibus, ſeu iuribus patronatus tam magnatum, quàm priuatarum perſonarum requiratur titulus ex fundatione, vel ſufficienti dotatione Eccleſiæ, ſeu beneficij: quod etiam tenuit Rota *deciſ.* 557. *in princ. & num.* 1. in recollect. à Farinac.
208. quorum alter ſufficit, propter dictionem, † *vel*, alternatiuam, poſitam *d. cap.* 9. iuxta latè tradita à Barboſ. ac Vulpell. ſuprà *in dict. vel.* & Euerard. *in loco à natur. alternat. num.* 8. & in his terminis à Pariſ. *d. quæſt.* 28. *num.* 212. & ob dictionem, *ſui*, ac dictionem, *aut*, poſitas *d. cap.* 14. quarum vis eſt, vt eorum inter quæ ponitur, ſufficiat alterum impleri; per ea, quæ affert Vulpell. in his dictionibus, & Barboſ. *dict.* 36. *&* 312. *num.* 1. Euerard. *d. num.* 8. & Gonzal. *ad d. regul.* 8. *gloſ.* 48. *num.* 17. ex fundatione, inquam, non ſine conſtructione ab eodem facienda; vt ex *d. cap.* 12. *Conc.* iunctis aliis paulo antè
209. oſtendimus: ita tamen, vt † idem fundans, & conſtruens, vel alius cum eius licentia de proprio dotet: cùm non priùs fundans, & conſtruens Eccleſiam, vel Capellam, iuſpatronatus acquirat; quoniã beneficium ſine dote eſſe non debet, *cap. nemo, de conſecrat. diſt.* 1. prout de conſtruente, & fundum totum dante, attento iure cõmuni antiquo, ſatis poſt alios tradit Roch. de Curt. *in d. tract. de iurepatr. in princip. num.* 3. *&* 4. necnon *verbo, fundauit, quæſt.* 2. *ac verbo, & dotauit, quæſt.* 1. *cum ſeq.* & Lambertin. *cod. tract. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 3. *princ. art.* 1. *num.* 4. *cum duobus ſeqq. quæſt.* 4. *art.* 1. *ac* 9. *& quæſt.* 5. *art.* 1. 7. 10. 18. *&* 19. ac poſt alios Garz. *d. parte* 5. *cap.* 9. *num.* 44. idem autem Lambertin. *d. quæſt.* 3. *art.* 6. *& quæſt.* 6. *art.* 1. *num.* 17. docet, quòd nequeat tertius dotans acquirere iuſpatronatus, niſi conſtruens, aut fundans requiſitus recuſet dotare; ſicut nec cõſtruens acquiret iuſpatronatus, niſi fundans requiſitus nolit cõſtruere: atque hoc etiam vtrumque tenet poſt alios Io. Azor *Inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 19. *quæſt.* 6. *&* 8. Horum verò alteruter titulus, nimirum vel fundationis cum conſtructione, vel dotationis, qui præ-
210. enditur, † oſtendi, ſeu probari debeat in priuatis perſonis vno ex tribus modis; quorum primus eſt ex authentico documento, & aliis iure requiſitis, vt ait Conc. Trid. *d. cap.* 9. circa eius initium, hoc eſt, ex inſtrumento ſignato ſolito ſigillo notarij, & recognito ſaltem per exhibitionem aliorum inſtrumentorum eiuſdem notarij, aut reperta in loco authentico, vt in archiuio publico, aut in actis iudicialibus, vel ex inſtrumento de conſenſu partis, aut ſuperioris auctoritate inſerto in priuilegio Principis, Epiſcopi, alteriúſve habentis facultatem id de nouo inducendi: vel ex antiquo inſtrumento, in quo fiat mentio de alio inſtrumento dotationis, aut fundationis: vel denique etiam ex exemplo inſtrumenti ſupradicti fundationis, vel dotationis tranſumpto cum ſolemnitatibus requiſitis, de quibus *in cap. fin. de fid. inſtrum.* modò tamen in his omnibus caſibus inſtrumenta confecta ſint in limine fundationis, vel tempore dotationis, & exprimant fundationem, vel dotationem cum conceſſione iuriſpatronatus: & tunc dicatur authenticum documentum. quæ omnia latè comprobat Flamin. Pariſ. *d. quæſt.* 28. *num.* 213. *vſque ad* 229. alia verò à iure requiſita, de quibus *ibi* meminit Concil. non ſunt aliæ ſcripturæ conceſſionis, aut contractus, ex quibus poteſt conſtare de huiuſmodi titulo fundationis, vel dotationis, aut probatio immemorabilis cõſuetudinis, ſeu præſcriptionis, prout ſentire videntur quidam relati à Pariſ. *d. num.* 229. nam de hac vtraque probatione ſtatim ſubiicit ipſum Concilium: ſeu, vt rectè monet Gonzal. *d. gloſ.* 18. *num.* 37. *cum quatuor ſeqq.* ſunt omnia requiſita à iure ad hoc, vt authentica documenta, ſeu inſtrumenta probent, neceſſaria tam in confeſſione, & celebratione; (quæ requiſita cumulat Felin. *in cap.* 1. *de fid. inſtrum. à num.* 2. *vſque ad* 18. & Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. cap.* 20.) quam etiam in extractione, & cõpulſatione, in qua octo requiruntur, quæ congerit Abb. *in cap. cùm P. Tabellio, num.* 1. *de fid. inſtrum.* Couar. *pract. quæſt. cap.* 21. & Menoch. *de arbitr. iudic. caſ.* 187. per tot. necnon eſt citanda pars ad dicendum contra iura tempore productionis, vt ex Felin. *cap. quoniam contra, num.* 40. *de probat.* & pluribus Rot. Roman. deciſ. docet Gonzal. ſuprà *num.* 40. ſubdens *num.* 41. *&* ſeq. poſt alios, inſtrumenta eſſe quoque recognoſcenda poſt productionem, ſi de illorum fide opponatur, niſi eſſent antiqua vltra 70. annos. Quibus ſtantibus audiendus non eſt Menoch. cùm *d. lib.* 4. *præſumpt.* 90. *num.* 9. tradit, quòd dum Conc. *d. cap.* 9. requirit, quòd tituli patronatuum probentur authenticis documentis, inter ea connumerari poſſe probationes coniecturales, quæ iure probatæ ſunt, ſicuti aliorum auctoritate ait ſe reſpondiſſe *conſ.* 241. *num.* 7. quando ſcilicet agitur de probando patronatu antiquiſſimo: qui tamen accipiendi ſunt de tertio modo probandi titulum iuriſpatronatus, de quo infrà dicemus. Secundus modus probandi iuſpatronatus ex fundatione, vel dotatione in priuatis perſonis iuxta Trid. Conc. *d. cap.* 9. eſt ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, † hoc eſt, ex tribus ſaltem præ- 211.
ſentationibus cum effectu, & coram eodem iudice habente ius inſtituendi, vt rectè poſt alios tradit ſic

explicans verba hæc Concil. Borgnin. Caualcan. *decis.* 17. *num.* 10. quod quidem verius est, quàm quod contendit Menoch. *d. præsumpt.* 90. *num.* 14. duas sufficere. licèt malè Borgn. *ibid.* subiiciat, has præsentationes iuxta mentem, & verba Concil. debere omnes esse antiquissimas, & non vnam de annis centum, vel octoginta, aliam de quinquaginta, & aliam de viginti, vel triginta: cuius contrarium bene decidit Io. Aloys. Ricc. *decis.* 29. & apertè colligitur ex prædictis verbis Concil. dum dicit, per cursum: nam tam dictio, *per*, quam *cursus*, importat temporis distributionem, vt de dictione, *per*, constat ex *l.* 2. *C. de long. tempor. præscript.* cum aliis adductis ab Aug. Barbos. *de dictionib. dict.* 213. *num.* 1. & de verbo *cursus*, ex *l. non est incognitum, ac l. fin. C. quib. non obiicit. long. temp. præscr. cap. cùm vobis, de præscript.* cum suis concord. Hoc autem tempus excedens hominum memoriam licèt iuxta multorum
212. sententiam † sit centum annorum, quorum plerosque refert Gabr. *commun. conclus. lib.* 5. *tit. de præscript. concl.* 1. *num.* 71. aliàs 78. Borgnin. *d. decis.* 17. *num.* 8. Patis. *d. quæst.* 28. *num.* 235. *cum seq.* Ludou. Molin. *tractat. de primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *numer.* 48. Mascard. *concl.* 103. *num.* 9. immo, quòd immemorabilis minor sit centenaria, plerique alij voluerint, quos recensèt Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 72. seu 79. Molin. *sub num.* 44. Borgn. *d. numer.* 8. *cum seq.* Patis. *d. num.* 235. Couar. *in relect. reg. possessor, part.* 2. §. 3. *num.* 6. *de reg. iur. in* 6. & Io. Franc. Leo *in Thesaur. for. Eccles. part.* 2. *cap.* 21. *num.* 5. Olasch. *decis. Pedemont.* 110. & Vinc. Franc. *decis. Neapol.* 166. Tamen verior mihi videtur opinio tenentium, præscriptionem immemorabilem maiorem esse centenaria; ex quibus non paucos citat Gabr. *d. num.* 71. seu 78. ac sequi videtur Couar. *d. num.* 6. *cum tribus seqq.* omnino autem sequitur latiùs id comprobans Molin. *d. cap.* 6. *num.* 45. *vsque ad* 50. quam etiam sententiam non semel tenuit Rot. Rom. vt ex decisionibus, quas commemorauimus *in tract. de Conseruat. iudic. cap.* 7. *num.* 490. subiicientes *num.* 491. distinctionem satis probabilem, vnde conciliantur tres prædictæ inter se dissidentes hac in re opiniones; vt nimirum immemorabilis præscriptio possit esse maior, aut minor centenaria, vel etiam eidem æqualis. quæ distinctio est quoque de mente Couar. & Molin. *vbi suprà*, & Rot. Rom. *decis.* 583. in collect. à Farinac. ex qua etiam decis. habetur, indirectè per instrumenta probari posse immemorabilem, quatenus ex iis probatur, per centum annos, & vltrà fuisse beneficiatum præsentatum per illos de tali familia: directè autem nequit, vt tenuit Io. Andr. & alij *in cap.* 1. *de præscript. in* 6. & plerique à nobis relati *d. tract. de Conseruat. cap.* 7. *num.* 488. probatique à Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 89. aliàs 81. sed quicquid de his sit; conuenit inter ferè omnes de forma, qua testes immemorabilem probantes deponere debent: quam post glos. *d. cap.* 1. & alios multos ponunt Couar. suprà *num.* 7. Gabr. *num.* 74. seu 81. Molin. *num.* 40. videlicet, toto tempore eorum memoriæ vsque ad præsens tempus ita fieri vidisse, & ita audiuisse à suis maioribus; qui etiam maiores dicebant, se ita vidisse, & audiuisse à suis maioribus; & quòd communis opinio ita fuit, & est; quódque non extat contrarij, vel initij memoria. ex qua, vel simili forma deponendi satis quoque defenditur prædicta distinctio, vel etiam tertia opinio. cui non aduersatur secundum, in quo conueniunt ferè omnes Doct. vt patet ex relatis à Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 83. aliàs 91. Couar. *d. num.* 7. & Molin. *d. num.* 40. vt testes prædicti deponentes de immemorabili sufficiat, quòd sint 54. annorum, seu quòd deponere possint de annis 40. nam cùm deponere debeant de visu pro suo tempore per annos 40. & de auditu à suis maioribus pro illorum tempore, qui pariter à suis maioribus pro ipsorum tempore idipsum audierint, nec respectiuè viderint, aut audierint contrarium accidisse, vt paulo antè vidimus; siquidem vtrique illi maiores attetere debent de tempore 40. annorum. inde confirmatur memorata tertia opinio, quòd immemorabilis, maior sit centenaria; cùm in prædicta forma deponendi saltem virtualiter inuoluantur tres potiùs memoriæ annorum 40. aliàs inde confirmatur dicta distinctio. Tertium, in quo conueniunt ferè omnes, est, immemorabilem non probari vbi etiam ante centum annos, & vltra à mota controuersia constabat de initio vitioso; vt post Io. Andr. *d. cap.* 1. *in fin.* tradit Couar. *d.* §. 3. *num.* 7. *ad fin.* & ex quadam sacræ Congr. declaratione docet Patis. *d. quæst.* 28. *num.* 240. & Gonzal. *d. glos.* 18. *num.* 48. *cum seq.* vbi etiam plures Rot. decis. ac Doct. allegat; præcipuè verò Molin. id latè tradentem *d. cap.* 6. *à num.* 60. *vsque ad* 67. Id autem ex eo etiam confirmatur, quod plerique tradiderunt, quos retulimus *tract. de decim. cap.* 5. *num.* 78. *& tract. de Conseruat. cap.* 7. *num.* 489. contra immemorabilem, seu memoriam extare, probari per instrumentum: licèt contrarium alij voluerint per nos alleg. *d. num.* 78. quæ tamen contrariæ sententiæ ita conciliari possunt, vt prior procedat quoad extollendam immemorabilem simpliciter; posterior verò quoad eam tollendam, quæ solam hominum memoriam excludit: ita, vt contra hanc immemorabilem non nisi probatio per testes admittatur; contra illam verò etiam per instrumenta, iuxta adducta per nos *d. num.* 78. De eo autem valde dubito, quod Franc. Leo *d. cap.* 21. *num.* 3. & latiùs Gonzal. *d. glos.* 18. *num.* 44. *cum duobus seqq.* tradunt probata præscriptione, seu possessione immemorabili præsentandi iuxta terminos Trid. Concil. *d. cap.* 9. posse allegari titulum dotationis, vel fundationis, ac meliorem de mundo, eo non obstante, quòd neque per instrumenta præsentationum, neque per testes de immemorabili deponentes vlla fiat enuntiatio, aut mentio de fundatione, aut dotatione, maximè ex quadam sacræ Cõgregationis declaratione, ac Rotæ Rom. *decis.* 792. *num.* 11. *part.* 1. *in nouiss. diuers.* nam quicquid sit de iure antiquo ante Concil. de quo cætera per Gonzal. alleg. procedunt; certè Concil. *d. cap.* 9. requirit, † quòd titulus fundationis, vel 213.
dotationis ostendatur ex multiplicatis præsentationibus per tempus immemorabile; vbi hoc modo probandus sit: ostendi autem non potest, nisi saltem eius mentio in illis fiat; ostendere enim est rem clarè demonstrare, & probare, *l. si seruus, ff. de tribut. action. l. fin. ff. de accusat. l. cùm de indebito,* §. *vlt. ff. de probat. & l. si circumscripta, C. solut. matr.* cum aliis adductis ab Albertic. *in suo dictionario*, & Brisson. *de verb. quæ ad ius pertinent, signif. verbo, ostendere.* Illa verò decisio Rotæ non loquitur in terminis Concil. seu post Concil. ac præterea solùm dicit, probato iure patronatus, præsumi in dubio ex dotatione, vel fundatione; non autem huiusmodi titulum ostensum fuisse. Prædicta verò declaratio sacræ Congreg. in qua, vt refert Gonzal. *vbi suprà, num.* 46. declaranit, ius patronatus ex solis præsentationibus continuis vltra hominum memoriam probari, licèt in eis nulla fuerit facta mentio de fundatione, aut dotatione, apertè refertur ad sequentem casum de iure patronatus earum personarum, communitatum, vel Vniuersitatum, in quibus præsumitur id ius potiùs quæsitum ex vsurpatione. vel ita accipienda est vt non omnes illæ præsentationes mentionem fundationis,

tionis, vel dotationis facere debeant; vel in ſpeciali caſu, vbi non ſolùm duæ, aut tres, (quæ in hoc ſecundo tituli probandi modo ſufficiunt, vt in eius initio non multo antè docuimus;) ſed omnes, ac ſingulæ prouiſiones per tempus immemorabile factæ ſint ad præſentationem eorum, qui nunc iuſpatronatus prætendunt ex fundatione, vel dotatione. Tertius, ac poſtremus modus generalis probandi titulum iuriſpatronatus ex fundatione, ac ſimul conſtructione, vel ex dotatione Eccleſiæ, ſeu beneficij,
214. iuxta Conc. Trid. *d. cap.* 9. eſt † per alium quemcumque modum à iure approbatum, *ibi*; aliáſve ſecundùm iuris diſpoſitionem: per quæ verba ſignificantur alij ſpeciales modi, quibus de iure probari poteſt fundatio, vel dotatio, vtputa per famam fundationis, aut dotationis, iuncta longiſſima quaſi poſſeſſione; per ea, quæ ex nonnullis deciſionibus, ac Doctoribus tradit Maſcard. *concl.* 958. *num.* 19. & 20. Pariſ. *d. quæſt.* 28. *num.* 207. & Gonzal. *d. gloſ.* 18. *num.* 56. atque hoc dumtaxat probant ea, quæ latè adducit Garz. *d. part.* 5. *cap.* 9. *à numer.* 81. *vſque ad* 96. tum de ipſa fama, tum de præſcriptione immemorabili, inſcriptionibus antiquis, & ſimilib. Gonzal. verò *cod. gloſ.* 18. *num.* 57. poſt alios idem docet de præſcriptione 40. annorum cum titulo colorato; ac per alios modos, de quibus Pariſ. *d. num.* 207. *cum tribus ſeqq.* & latiùs Maſcard. *d. concl.* 958. ferè per tot. & Menoch. *d. præſumpt.* 90. *num.* 10. *cum duob. ſeq.* non tamen quaſi hæc verè ſint connumeranda inter authentica documenta, vt dixerat *num.* 9. ſed potiùs locum obtineant authenticorum documentorum, vt loquitur *num.* 12. hoc eſt, eamdem vim habeant, vel ſufficiant, vbi hæc via eligatur probandi titulum fundationis, vel dotationis; cuius quidem mentio fieri debet, ſeu enuntiatio in his modis coniecturalibus illum probandi ſecundùm iuris diſpoſitionem; vt ſatis conſtat ex iis, quæ quoad hoc in ſecundo generali, ſeu principali modo eumdem titulum probandi paulo antè adduximus. ſubdit autem Concil. *d. cap.* 9. *in iis verò perſonis, ſeu Communitatibus, vel Vniuerſitatibus, in quibus id ius plerumque ex vſurpatione potiùs quæſitum præſumi ſolet*: quæ verba intelliguntur taxatiuè, non demonſtratiuè: neque enim in iis comprehenduntur omnes perſonæ etiam magnates, hoc eſt, potentes, ac diuites, de quibus paulo pòſt dicemus; aut omnes Communitates, vel Vniuerſitates; ſed ſolùm illæ, in quibus iuſpatronatus præſumitur quæſitũ ex vſurpatione, tum quia Conc. mox excipit Principes habentes iura Imperij, & ſtudia generalia: & quia cùm proculdubio verba illa, *in quibus*, &c. referantur taxatiuè ad illa in iis perſonis, tum quòd de priuatis perſonis iam diſpoſuerat Concilium, & aliquos potentes poſtea excipit, vt diximus; tum propter pronomen, *iis*, omnino idem importans, ac, *illis*, quod ſtat reſtrictiuè, ad tradita per Surd. *deciſ.* 125. *num.* 1. debent taxatiuè referri etiam ad Communitates, & Vniuerſitates, ne eadem res duplici iure cenſeatur, contra *l. eum, qui, ff. de vſucap. & cap. cùm in tua, in fi. de decim.* cum ſimil. Accedit quòd ex eo etiam hæc verba, *in quibus*, &c. taxatiuè ſtare debent, quia in eadem oratione poſita ſunt cum præcedentibus, iuxta latiùs per nos adducta ſup. *cap.* 6. *quæſt.* 3. *concluſ.* 6. *verſ. quòd ſi petas, circa initium.* Quæ autem ſint illæ perſonæ, ſeu Communitates, vel Vniuerſitates, in quibus iuſpatronatus plerumque ex vſurpatione potiùs quæſitum præſumi ſolet; inter cæteros latè tradit Pariſ. ſuprà *num.* 243. *& ſeq.* Gonzal. *d. gloſ.* 18. *num.* 66. *vſque ad* 69. vbi excipit ab eo Conc. decreto certam partem Vniuerſitatis. ſicut Menoch. *d. præſ.* 90. *num.* 15. & 16 excipit vbi iuſpatronatus prætenderetur ab vno, qui erat potens, ac diues, in quo præſumeretur vſurpatio, cum alio priuato, in quo huiuſmodi præſumptio vſurpationis ceſſaret; tunc enim exiſtimat etiam in ea perſona potente non habere locum decretum illud Concilij. quod, vt *in d. cap.* 9. ſubiicit, vult, vt in ea huiuſmodi perſonis, ſeu Communitatibus, vel Vniuerſitatibus, in quibus iuſpatronatus plerumque ex vſurpatione quæſitum præſumitur, plenior, & exactior probatio requiratur † ad docendum verum titulum; nimirum 215.
fundationis, & conſtructionis ſimul, vel dotationis, de quo *eod. cap.* 9. *circa initium, & d. ſeſſ.* 14. *cap.* 12. iuxta ſupradicta. quæ plenior, & exactior probatio huiuſmodi tituli quoad prædictas perſonas, Communitates, vel Vniuerſitates, ſubiicit ibidem, conſiſtit tum in aliis, arbitrio iudicantis, cùm ea non definiantur à lege, argum. *l.* 1. *ff. de inr. delib. & cap. de cauſis, de offic. deleg.* cum ſimil. tum præcipuè in eo, quod Concil. ſubdit illis verbis; *nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quàm, ſi præter reliqua ad eam neceſſaria*; de quibus per ſcriben. *in l.* 2. *§. idem Labeo, ff. de aq. pluu. arcen. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aq. quotid. & aſt. d. cap.* 1. *de præſcript. in* 6. *cap. quid per nouale, & cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſignif.* & nos aliquid *ſup.* ſequitur Concil. *præſentationes etiam continuatæ non minori ſaltem, quam quinquaginta annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probentur.* dicentur autem continuatæ etiam vbi de nonnullis earum initio quinquaginta annorum, & aliquibus ad finem conſtet, vt *ſuprà.* nam tales quoque præſumentur intermediæ, & dicentur omnes continuatæ; ſi credimus Menoch. *d. lib.* 3. *præſumpt.* 90. *num.* 15. *& lib.* 6. *præſumpt.* 36. *num.* 5. poſt Rot. *deciſ.* 545. *num.* 1. iuncto *num.* 3. *& deciſ.* 598. *num.* 9. *part.* 1. *in nouiſſ. diuerſ.* licèt in contrarium maximè vrgeant adducta per Pariſ. & Gonzal. id apertè ſentientes, illum *d. quæſt.* 28. *num.* 255. hunc verò *d. gloſ.* 18. *num.* 73. *vſque ad* 78. Cùm autem dicat Concilium, hanc probationem præſentationum † faciendam eſſe per 216.
ſcripturas, excludit probationem per coniecturas vt docet idem Menoch. *d. num.* 15. dicens, ita ſe reſpondiſſe *conſ.* 336. *num.* 1. *lib.* 4. necnon per teſtes, vt ſatis probant Pariſ. vbi ſuprà, *n.* 257. *cum duobus ſeqq.* & Gonzal. *num.* 80. *vſque ad* 84. ſubdens hic *num.* 85. 86. & 87. ille præmittens *num.* 256. poſt multos, tunc dici præſentationes ſortiri effectum, quando Ordinarius illarum vigore inſtituit præſentatum à patrono, qui acceptauit, & poſſeſſionem accepit. Non ideo tamen excluditur in hoc caſu potentium perſonarum, aut Communitatum, vel Vniuerſitatum, in quibus præſumitur vſurpatio, quin alio etiam modo, quàm prædicto, immemorabilis cum continuatione ſaltem per quinquaginta annos præſentationum, quæ omnes ſortitæ ſint effectum, valeat probari: negari enim non poteſt, quin admittenda ſit probatio per authenticum documentum antiquum, & ipſe titulus etiam per nouum continens fundationem cum conſtructione, vel dotationem Eccleſiæ, ſeu beneficis cum reſeruatione iuriſpatronatus, cum iis requiſitis, de quibus ſuprà dictum eſt quoad perſonas priuatas. eſt enim tale inſtrumentum probatio probata, & manifeſta, vt latè oſtendit Pariſ. *d. quæſt.* 28. *num.* 214. *cum ſeq.* & Gonzal. *d. gloſ.* 18. *num.* 34. 35. & 36. Subdit autem Conc. Trid. *d. cap.* 9. *Reliqui patronatus omnes in beneficiis tam ſæcularibus, quàm regularibus, ſeu parochialibus, vel Dignitatibus, aut quibuſcumque aliis beneficiis in Cathedrali, vel collegiata Eccleſia.* per quæ verba † 217.
tollit omnia iura patronatus, quæ non ſunt ex titulo fundationis cum conſtructione, vel dotationis; aut

cùm

ratur quintò, quòd, licèt idipsum ob eandem ra-
181. tionem videatur dicendum esse, † vbi ille, qui licentiam ordinandi, seu litteras dimissorias petit à Capitulo sede vacante, esset familiaris triennalis alicuius Episcopi: quo casu ex dispositione Conc. Trid. *sess.* 23. *cap.* 9. *de reformat.* potest Episcopus ille etiam non subditum suum ordinare, modò beneficium quacumque fraude cessante statim reipsa illi conferat: quòd nimirum intra annum & Capitulum ipsum, si licentiam ordinandi petèns sit arctatus, eam concedere, & talis Episcopus etiam non arctatum ordinare, aut dimissorias litteras ad ordines dare huic familiari possit: tamen admisso, id verum esse quoad Episcopum; de Capitulo verum esse non potest, tum quòd ille non est familiaris Episcopi ordinantis, vel litteras dimissorias concedentis; tum quòd Capitulum non potest ei conferre beneficium, *cap. illa, ne sed. vacant. & cap.* 1. *de instit. in* 6. quod tamen vtrumque requirit *ibi* Conc. Trident. in hac facultate priuilegiatiua ordinandi Episcopo specialiter concessa, vltra tres illas, quæ illi competunt de iure communi antiquo expressas *in d. c. cùm nullus, in princ.* in quib. idem potest Capitulum cum moderatione tamen Conc. *d. c.* 10. sicque nihil ea familiaritas facit. Declaratur sextò, quòd, licèt Capitulum, & alij succedentes in Episcopali iurisdictione sede vacante nequeant infra annum, nisi pro arctatis ordinandi licentiam dare: iuxta prædicta decreta Trid. Conc. *sess.* 7. & 23. *c.* 10. possunt tamen infra tempus
182. prædictum † dare litteras testimoniales de vita, & moribus iis, qui obtinuerunt à sede Apostolica facultatem recipiendi ordines à quocumque Antistite cũ approbatione Ordinarij de vita, & moribus: vt post Nauar. *cons.* 19. aliàs 18. *n.* 1. & 3. *de tempor. ordin.* docet Quarant. eiúsve Apost. *d. quæst.* 10. *vers. tertiò limita*; quoniam *de vtroque c.* 10. solùm prohibentur dari litteræ dimissoriæ; at aliud sunt litteræ testimoniales, aliud dimissoriæ, seu licentia ordinandi, vt de se patet, satisque colligitur ex ipso Trid. *sess.* 21. *cap.* 1. *de reformat.* ibi; pro singulis litteris dimissoriis, aut testimonialibus. atque ita audio declarasse sacram Cong. Cardinalium interpretum Conc. Trid. *ad d. sess.* 7. *cap.* 10. *de reform.* Cetertùm modernus stylus Curiæ Romanæ habere videtur, vt sede Episcopali vacãte ipsę quoque testimoniales dẽtur ab Ordinario viciniore,
183. vt constare videtur ex iis verbis, *tibi attento*, &c. quæ habentur in facultate promouendi ad ordines extra tempora à quocũque Antistite in forma breuis concessa; cuius † tenorem, cùm sit valde insignis, & materiam huius totius 4. illationis contemnat, hic inserendum curauimus, est autem talis:

PAVLVS Papa Quintus. Dilecto filio N. salutẽ, & Apostolicam benedictionẽ. Cùm, sicut nobis nuper exponi fecisti, tu, qui, vt asseris, in sacro Subdiaconatus ordine constitutus existis, ratione perpetuæ sine cura Capellaniæ, quã in Ecclesia sancti Iuliani Nouarien. obtines, quotidie per teipsum Missam celebrare teneris; ita ad reliquos sacros Diaconatus, & Presbyteratus ordines promoueri arctatus existas, vt tempora ad id à iure statuta expectare nequeas; ac proinde, & alias ex feruore deuotionis ad Diaconatus & Presbyteratus ordines prædictos titulo dictæ Capellaniæ promoueri, ac promotus in illis & aliis per te antea rite susceptis ordinibus Altissimo quoad vixeris famulari summopere cupias: nobisque propterea humiliter supplicari feceris, quatenus tuis votis hac in parte annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos te specialis gratiæ fauore prosequi volentes, necnon à quibuslibet excommunicationis, suspensionis & interdicti aliisque ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis, à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati: Tibi, attento, quòd sedes Episcopalis Nouarien. ad præsens, non tamen ab anno, vt etiam asseris, vacat, vt ab Ordinario viciniore, vel de eius, cuius testimonio, vita, & mores tui commendentur, licentia, à quocumque malueris Catholico Antistite gratiã, & communioné sedis Apostolicæ habente, & in propria diœcesi residente, vel in alienæ de Diœcesani loci cõsensu inibi pontificia alia exercẽte, per te eligẽdo, ad Diaconatus, & Presbyteratus ordines prędictos duobus Dominicis, seu aliis festiuis diebus cõtinuis, vel interpolatis etiã extra tẽpora ad id à iure statuta, ac intra annũ, annique curriculo minimè expectato, minúsque seruatis à Cõc. Trid. designatis interstitiis, sub dicto titulo, dummodo ad id reperiaris idoneus, & constiterit prius, quòd dictæ Capellaniæ fructus ad congruã tui sustentationé sufficiãt, illámque verè, & pacificè possideas, promoueri, & promotus in illis etiã in altaris ministerio ministrare liberè, & licitè valeas, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus. necnon eidem Ordinario, seu alij Antistiti, vt præfertur, eligendo, & tibi, licentiam desuper impartimur. Non obstãre, quòd tempore tuę promotionis ad quemcumque ex dictis ordinibus te in alio, vel aliis antea susceptis non exercueris, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscũque.

Quare vbicumque in huiusmodi facultatibus seu indultis promouendi extra tempora, aut aliis à sede Apostolica cum expressione quòd sedes Episcopalis intra annum vacat, concessis adsit prædicta clausula, vt ab Ordinario viciniore, vel de eius, cuius testimonio vita, & mores tuæ commendentur, licentia, à quocumque malueris Antistite valeas promoueri, non videtur posse Capitulum, aut alius, qui in iurisdictione Episcopi sede vacante succedit, prædictas testimoniales, seu approbationem de vita, & moribus dare: sed ab ordinario viciniore eas dandas esse. in ceteris autem casibus poterit Capitulum, aut alius, vt suprà, illas concedere, tum propter rationem superius ex Nauarr. & Quarant. allatam, ac declarationem sacræ Congreg. *ibidem* relatam. tum quia, quòd hi regulariter eas dent vbi etiam adsit priuilegium Apostolicum de promouẽdo à quocumque, satis colligitur ex Conc. Trid. *d. sess.* 23. *c.* 8. *de reform.* vbi dicitur, quòd, si quis ab alio, quàm proprio Episcopo promoueri petat, nullatenus id ei etiã cuiusuis generalis, aut specialis reseripti, vel priuilegij prætextu etiã statutis tẽporibus permittatur, nisi eius probitas, & mores Ordinarij sui testimonio comprobẽtur. At verò Ordinarij appellatione venit etiã Capitulum sede vacãte, vt in hac specie sentire videtur Nauarr. *d. cons.* 18. aliàs 19. *n.* 2. atque ex aliis latius per nos adductis *sup. c.* 5. *quæst.* 12. *præmiss. vnic. & quæst.* 14. *suppos. vlt. fin.* vbi id etiam statuimus de Vicario Capitulari; quòd Ordinarius sit, Ordinariique appellatione cõtineatur. Ex quibus satis colligitur dictum stylum Curiæ, qui sumi videtur ex præcitatis verbis facultatis, seu indulti de promouẽdo extra tẽpora, nimirũ ab Ordinario viciniore, cuius testimonio vita, & mores tui comprobãtur, licentia, à quocumque, &c. ita cum ipsis verbis accipiendũ esse, vt non obstet prædictæ doctrinæ, quòd possit Capitulũ & illi alij sede vacante concedere litteras testimoniales habenti indultũ Apostolicũ, vt promoueri possit extra tẽpora: hoc est, vt illud relatiuũ, *cui*, non ad Ordinarium viciniorẽ referatur, sed vagè, & indeterminate ad illum ad quem spectat testimoniales de vita, & moribus dare, qui est proprius Ordinarius: vel si referatur ad Ordinarium viciniorem, id ita intelligatur, vt possit etiam ipse, non aurem solus illas dare; aut eas det medio testimonio, seu informationibus per ipsum assumptis, & acceptis

à proprio

à proprio Ordinario ordinibus initiandi. Atque hæc de quarta illatione.

Infertur denique ex præced. ſuppoſit. atque etiam ex iis, quæ hactenus in præſenti ſuppoſit. di-
184. ximus; † tunc, cum aliquis eſt arctatus ratione beneficij recepti, aut recipiendi ad ſuſcipiendum maximè ordines beneficiis annexos; non teneri obſeruare temporum interſtitia, aut certè in iis ab ordinario diſpenſari poſſit, de quibus mentio fit in Breui extra tempora mox relato; necnon, (quicquid fuerit de iure antiquo, 77. & 78. *diſtinct.* ferè per tot.) in Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 8. 11. 13. & 14. *de reformat.* iuncto *cap.* 1. 2. & 3. ac toto ferè tit. *de tempor. ordin.* quo iure nunc hac in re vtimur. etenim minores ordines ſingillatim diebus feſtis, vel quatuor anni temporibus, vel in Sabbato, ſitientes, ſeu ante Dominicam de paſſione, aut Sabbato ſancto conferuntur: niſi Epiſcopo magis expedire videatur, vt duos, tres, aut omnes ordines minores ſimul alicui conferantur; prout habetur in Concil. Trident. *d. cap.* 11. *in initio*, iuncto *d. cap.* 8. eiuſdem Concil. & *cap.* 3. *de tempor. ordinat.* omnes verò maiores ordines nonniſi prædictis quatuor temporibus, & Sabbato ſitientes, ac ſancto conferri poſſunt, vt expreſsè cauetur *in d. cap.* 1. 2. & 3. *de tempor. ordinat.* De prima tonſura cùm nihil hac in re ſit à iure ſtatutum, dicendum eſt cum Thom. Valaſc. *tom.* 1. *allegat.* 4. *num.* 3. quem refert ac ſequi videtur Barboſ. *in remiſſ. Doct. ad d. cap.* 8. *Trident. ſub numer.* 3. omni tempore eam poſſe conferri: ſubdens *numer.* 4. ex Roderic. *quæſt. regul. tom.* 3. *quæſt.* 43. *artic.* 3. Fratres Minores, & omnes, qui illorum priuilegiis conceſſis & concedendis fruuntur, poſſe extra tempora à iure ſtatuta Dominicis, vel aliis feſtis diebus ſacros ordines ſuſcipere. ſecluſo autem priuilegio, vel legitima diſpenſatione, ſubdiaconatus, hoc eſt primus ex ſacris, ſeu maioribus ordinibus non niſi poſt annum à ſuſcepto poſtremo minore ordine conferri poteſt, niſi neceſſitas, aut Eccleſiæ vtilitas iudicio Epiſcopi aliud expoſcat; vt cauetur *in d. cap.* 11. *Concil. in fin.* vbi ſubditur, ne duo facti ordines eodem die etiam regularibus conferantur, priuilegiis, ac indultis quibuſuis conceſſis, non obſtantibus quibuſcumque; id quod etiam prohibitum fuerat *in cap. literas, & cap. dilectus, de tempor. ordin.* Pariter ad presbyteratus ordinem aſſumendi debent ad minus annum integrum in Diaconatu miniſtraſſe, niſi ob Eccleſiæ vtilitatem, ac neceſſitatem aliud Epiſcopo videretur; prout decernitur *in d. cap.* 14. *Trident. Concil.* Inficiari autem nemo poteſt quin expedire videri debeat Epiſcopo, hæc interſtitia obſeruanda non fore, ſeu in iis rationabiliter diſpenſari, vbi aliquis ratione beneficij recepti, aut recipiendi tenetur certum ordinem ſuſcipere; cùm immo tunc de euidenti Eccleſiæ vtilitate, vel neceſſitate agatur: & hoc ſonat ipſum arctationis nomen. atque in ſpecie quoad eum, qui obtinuit parochialem Eccleſiam, ſentit Nauarr. *in Manual. confeſſ. cap.* 25. *num.* 116. Ioan. Azor *Inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *quæſt.* 9. *ad fin.* Nicol. Garz. *tract. de benefic. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 47. & Barboſ. *in remiſſ. Doctor. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 11. *num.* 7. vbi in id referunt quaſdam ſacræ Congregat. declarationes, & tam quoad beneficia curata, quàm alia, quæ iure communi, vel ſpeciali certum ordinem annexum habent, ad quem prouiſus debet intra annum promoueri, ſuper iis cum prouiſo ab Epiſcopo diſpenſari habet communis Epiſcopatuum praxis. Quamuis autem diſpenſatio ſuper interſtitiis regulariter ad Epiſcopum pertineat, vt colligitur ex citatis Concil. Tridentin. verbis ex *d. cap.* 11. 13. & 14. ita vt etiam in ordinatione Regularium ſacra Congregatio Cardinalium cenſuerit, † talem diſpenſationem pertinere ad Epiſcopum ordinantem; debere autem in litteris dimiſſorialibus ſuorum ſuperiorum per eos peti ab Epiſcopo, vt ſuper interſtitiis dignetur diſpenſare, attenta neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ, ſeu Religionis; prout ex quadam declaratione ſacræ Congregationis, & nonnullis Doctoribus tradunt Barbol. *vbi ſuprà, num.* 5. & Proſper Auguſtin. *in addit. ad Stephan. Quarin. in ſumm. Bullar. verbo, ordo, ad fin.* vbi etiam refert Doctores tractantes, quomodo intelligatur arbitrium hac in re à Tridentin. Concil. Epiſcopo conceſſum; & an Epiſcopus, ſi aliquem promoueat non expectato anni curriculo tacitè cum eo diſpenſare cenſeatur: item quæ dicatur Eccleſiæ neceſſitas, vel vtilitas, vt ſufficiens cauſa ad diſpenſandum reputetur: atque alia huiuſmodi. Tamen, quòd poteſtas hæc diſpenſandi ſuper interſtitiis † ſit etiam penes Capitulum Sede vacante, 186.
eiúſque Vicarium generalem, ſatis colligitur ex eo, quòd tam Capitulum Sede vacante, quàm eius Vicarius in Epiſcopi ordinaria iuriſdictione ſuccedit, vt conſtat ex latiùs per nos adductis ſuprà *cap.* 5. *quæſt.* 12. ferè per tot. & *quæſt.* 14. *ſuppoſit.* 1. & Quarant. *d. ſumm. Bullar. verbo, Capitulum ſede vacante*, ſeu potiùs Proſper Auguſtin. eius Additionat. *quæſt.* 10. *verſic. & refertur*, iuxta aliam verò editionem *quæſt.* 14. *verſic. addo, quod refertur*; vbi aſſerit, quòd refertur ſacram Congregationem declaraſſe, faculatem remittendi interſtitia Epiſcopo competentem ex cauſis comprehenſis in Tridentin. Concil. *ſeſſ.* 23. *cap.* 11. 13. & 14. tranſire in Vicarium Capituli Sede vacante.

Quòd ſi pro complemento huius illationis petas, quænam ætas ad quemuis ordinem requiratur: breuiter reſpondeo, quòd, † quicquid fuerit 187.
de iure antiquo vſque ad Clementinas incluſiuè; vt videre eſt *in Clement. fin.* & apud gloſ. & Doctor. *ibi, de æt. & qualitat. & ord. præficiend.* nunc de iure nouo Tridentin. Concil. *ſeſſ.* 23. *cap.* 12. nullus, etiamſi Regularis ſit, ad Subdiaconatus ordinem ante vigeſimumſecundum, ad Diaconatus ante vigeſimumtertium, ad Presbyteratus ante vigeſimumquintum ætatis ſuæ annum promoueri poteſt; priuilegiis quibuſcumque quoad hoc penitus excluſis. Sufficit autem, annum hunc eſſe inceptum; prout ſacra Congregatio aliquando fertur declaraſſe; adnotarúntque inter ceteros Henriq. *in ſumm. Theolog. moral. lib.* 10. *cap.* 19. §. 2. & *lib.* 4. *cap.* 38. §. 2. necnon Valer. Reginal. *in prax. for. pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *numer.* 166. atque ita communis praxis Epiſcoporum ordinantium interpretata eſt. quoad primam verò tonſuram, & minores ordines cùm nihil hac in re à Concil. Trident. immutatum ſit, aut etiam diſpoſitum, ſed ſolùm ex *d. ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reformat.* apertè colligatur, primam tonſuram, & ordines minores conferri poſſe ante annum decimumquartum; dum *ibi* ſtatuitur, vt nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus ante decimumquartum annum beneficium poſſit obtinere: ſtabimus iuri antiquo; ex quo prima tonſura ſtatim poſt ſeptennium, primi tres minores vſque ad 12. expletum, exinde verò quando voluerit, Acolytharus poſſint alicui conferri; vt ſatis conſtat ex

cap. in singulis, 77. distinct. & ibi adnotauit glos. recepta in figuratione casus, ac verbo *exinde*; & quoad primam tonsuram per text. *in cap. vltimo, de tempor. ordin. in 6.* & in Acolythatu per *d. cap. in singulis*, id docet Rebuff. *in prax. benefic. part. 2. in formul. dispensat. de non promouen. glos. 2. num. 1.* & de prima tonsura, vt sufficiat septennium, tradit quoque glos. ab aliis approbata *d. cap. fin. verbo, infanti*, per eum text. *& cap. de his, 28. distinct.* immo ex *d. cap. fin.* constat quòd possit conferri prima tonsura etiam infanti, hoc est, ante septennium si is interet Religionem.

Iam verò his suppositis, ac præmissis ad faciliorem intelligentiam, & resolutionem præsentis nostræ sextæ conclusionis; quæ nequaquam prætermittenda nobis visa sunt, ad eius confirmationem accedamus. Quòd igitur qualitati sacerdotij, aut
188. alterius ordinis ex fundatione beneficio annexi † aliquando derogari possit; probatur. Quamuis enim regulariter præbenda sacerdotalis ex fundatoris voluntate; (quod idem cum proportione dictum semper intelligatur de præbenda habẽte certum alium ordinem sic annexum;) omnino conferri debeat sacerdoti vel in actu, hoc est, ei, qui actualiter, & reipsa in eo ordine tempore præsentationis, seu collationis sit constitutus; vel in habitu, illi nimirum, qui in tali ætate sit, vt tunc ad eundem ordinem promoueri possit, licèt annum habeat iusto impedimento cessante ad se promouendum; aut in tali ætate, vt possit intra annum prædictum ordinem requisitum suscipere; idque iuxta hosce varios casus quos latiùs prosecuti sumus suprà hac ipsa concluſ. *suppoſit.* 4. maximè post medium: ex quibus tacitè resultat, regulariter prohibitam esse in hisce beneficiis habentibus ex fundatione certum ordinem annexum derogationem huiusmodi qualitatis annexionis Ordinum: quæ derogatio etiam expressè prohibetur à Concil. Trident. *sess. 25. cap. 5. de reformat.* dum discretis verbis *ibi* decernitur, vt in præbendis, ac beneficiis Presbyteralibus, Diaconalibus, aut Subdiaconalibus, quandocumque ita constituta fuerint, (hoc est, ex beneficiorum erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus, de quibus mox dixerat;) id obseruetur, vt eorum ordinibus nihil in vlla prouisione detrahatur; & aliter facta prouisio subreptitia censeatur. Quamuis, inquam, hæc ita sint: tamen, cùm tam ipsa beneficia, modique ea acquirendi, & facultas, ac potestas apponendi has qualitates, & conditiones eisdem beneficiis, quàm etiam hæc siue tacita, siue expressa prohibitio derogationis huiusmodi qualitatum sit à iure dumtaxat humano inducta: prout de benficiis satis post alios ostendimus suprà hoc ipso cap. *quæſt. 3. concluſ. 1. circa initium*; & de facultate apponendi qualitates, & conditiones in fundatione beneficiorum ab eorum fundatoribus, constat ex *cap. cùm dilectus, de consuet. cap. 3. & cap. nobis, de iurepatronat.* cum *ibi* adnotat. per Doctor. & aliis per nos adductis in hoc eodem cap. *quæſt. 2.* in diuisionibus derogationis qualitatum beneficiorum, potissimùm ex parte causæ materialis, maximè autem in postrema diuisione: de tacita verò, & expressa prohibitione derogationis prædictarum qualitatum, ex latiùs traditis *d. quæſt. 3.* ferè per tot. iis autem, quæ à iure tantùm humano inducta sunt, possit saltem à supremo Principe detrahi, *l. Princeps, ff. de legibus, l. digna vox, C. eodem tit. & cap. proposuit, de concess. præben.* maximè in beneficialibus quoad supremum Principem Ecclesiasticum, hoc est, Roman. Pontificem, qui in iis summam habet potestatem, *cap. 2. in princip. de præbend. in 6. & Clement. 1. in fin. vt lit. pend. in fin.* cum vtrobique not. per Doctor. atque alibi sæpe: inde apertè sequitur, † saltem a Rom. Pon- 189.
tifice posse huic qualitati annexionis certi ordinis beneficio adiectæ derogari, & in specie saltem a Papa posse derogari qualitatibus beneficiorum, ac signanter annexioni certi ordinis ex fundatione appositi, patet ex iis, quæ fusius affert Lambertin. *in tract. de iurepatronat. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 3c. & lib. 3. quæſt. 5. artic. 3. & quæſt. 6. artic. 7.* & Doctor. ab eo *mihi* alleg. quod & nos satis ostendemus infrà hoc ipso cap. *quæſt. 5. concluſ. 7.* & praxis docet. An verò etiam per inferiores Rom. Pontifice possit aliquando derogari, tractat *ibidem* idem auctor, & nos latè disputabimus *eadem quæſt. 5.* passim. Non negauerim tamen derogationem, qualitatis huius annexionis certorum ordinum beneficio ex voluntate fundatoris factæ, aliquo modo naturali rationi, seu æquitati aduersari; vt colligitur ex Trident. Concil. *d. cap. 5.* in iis primis verbis; ratio postulat, vt illis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non detrahatur: iunctis iis verbis, quæ statim sequuntur; quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illis onera sunt iniuncta, in beneficiorum collatione, seu in quacumque alia dispositione eis non derogetur: idem in præbendis Presbyteralibus, Diaconalibus, & Subdiaconalibus obseruetur, &c. quod etiam generatim de vltimarum voluntatum executione docuimus suprà *cap. 3. quæſt. 1. concluſ. 2. ad fin.* ex *l. qua ratione, §. hæ quoque res, ff. de acq. rer. domin. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. & §. per traditionem, Instit. de rer. diuis.* ex quo fit, vt † non ita facilè, ac 190.
dumtaxat ex causa, & vtplurimum cum fundatoris, aut heredis consensu, huiusmodi derogatio facienda sit; ex fusiùs adducendis infra hoc eod. cap. *quæſt. 6. ac 7.* Interim verò ad reliquas huius quæst. conclusiones transeamus.

SEPTIMA conclusio. Licèt vbi datur præbenda aliqua Theologalis, Pœnitentialis, Doctoralis, Magistralis, aut aliàs similiter ex fundatione qualificata; † regulariter in prouisione huic qua- 191.
litati nequeat derogari: aliquando tamen potest. Hæc conclusio quoad vtramque sui partem faciliùs & intelligetur, & confirmabitur, si illud præmittamus, in Ecclesiis Cathedralibus, vel collegiatis præter simplices præbendas, de quibus sæpe *in tit. de rescript.* sæpissimè verò *in tit. de præbend.* mentio habetur; quæque possunt cuique clerico existenti in ætate legitima atque ordine requisito conferri, iuxta ea, quæ *in præced. concluſ.* latiùs differuimus; dari nonnumquam etiam aliquas præbendas, aliáve beneficia qualificata, quæ nimirum certas speciales qualitates in persona de iis prouidenda requirunt ob speciale onus illis annexum; vtputa docendi, administrandi sacramentum Pœnitentiæ, seu absoluendi præcipuè quoad casus reseruatos; aut aliud simile: eásque institutas esse vel iure communi, vel speciali consuetudinis, statuti Ecclesiæ, priuilegij, aut fundatoris: prout de iure communi cautum videtur, vt in quauis Cathedrali Ecclesia sit præbenda Magistralis, *cap. 1. in princip. de magiſtr.* quod sumptum est ex Concil. Lateran. sub Alex. III. *cap. 18.* vbi decernitur, vt per vnamquãque Cathedralem Ecclesiam magistro, qui clericos eiusdẽ, & scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium

præbeatur

præbeatur: quod decretum refertur, ac roboratur *in cap. quia nonnullis, eodem tit.* quod editum fuit ab Innocent. III. in Concilio generali pariter Lateranenſi. ab eodem celebrato, *cap.* 11. adiiciendo; vt non ſolùm in qualibet Cathedrali Eccleſia, ſed etiam in aliis, quarum ſufficere poterunt facultates, conſtituatur magiſter idoneus à Prælatorum Capitulo, ſeu maiori, & ſaniori parte Capituli eligendus, qui clericos Eccleſiarum ipſarum gratis in Grammaticæ facultate, ac alios inſtruat iuxta poſſe. Subditur autem *ibidem* quoad Theologalem, quòd Metropolis Eccleſia Theologum nihilominus habeat, qui ſacerdotes, & alios in ſacra pagina doceat, & in his præſertim informet, quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur. aſſignetur autem cuilibet magiſtrorum à Capitulo vnius præbendæ prouentus, & pro Theologo à Metropolitano tantumdem: non quòd propter hoc efficiatur Canonicus, ſed tamdiu reditus ipſos percipiat, quamdiu perſtiterit in docendo. Quòd ſi fortè duobus Eccleſia Metropolis grauetur; Theologo iuxta modum prædictum ipſa prouideat, Grammatico verò in alia Eccleſia ſuæ ciuitatis, ſine diœceſis, quæ ſufficere valeat faciat prouideri. Hæc *ibi* Innocent. in Concilio. cuius decretum de magiſtris Theologis per ſingulas Metropoles ſtatuendis Honorius III. *in cap. ſeq.* quod eſt fin. *eodem tit. de magiſtr.* mandat inuiolabiliter obſeruari. Sed quoniam, vt mox vidimus, *in d. cap. quia nonnullis,* di-
192. citur, † quòd prædictus magiſter, vel Theologus, cui aſſignari debent vnius præbendæ prouentus, non propter hoc efficiatur Canonicus; ſed tamdiu reditus ipſos percipiat, quamdiu perſtiterit in docendo: ideo propriè loquendo ea præbenda non dicitur inſtituta, vt ſit Theologalis; aut Magiſtralis, niſi quatenus eius prouẽtus aſſignati ſunt pro Theologo, vel Magiſtro; quicquid ſit, an Capitulum, aliíve, ad quos ſpectat Canonicorum electio, teneantur tunc alium Canonicum eligere, vt numerus iuratus ſit plenus; & an aliquis magiſter eligi poſſit in Canonicum ſub illa conditione, vt doceat; de quo vtroque articulo latiùs diſputant Doct. *ibi* poſt *gloſ. pen. in verbo, vnius præbendæ.* In Conc. verò Trident. multo apertiùs præbenda Theologalis inſtituitur *ſeſſ. 5. cap. 1. verſ. in Eccleſiis, de refor.* vbi iuncto eius principio, decernitur, vt in Eccleſiis Metropolitanis, necnon Cathedralibus, ſi ciuitas inſignis, vel populoſa, ac etiam in collegiatis exiſtentibus in aliquo inſigni oppido etiam cuiuslibet diœceſis, ſi ibi clerus numeroſus fuerit, vbi nulla præbenda, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium pro lectoribus ſacræ Theologiæ deputatum reperitur, præbenda quomodocumque, præterquam ex cauſa reſignationis, primò vacatura, cui aliud onus incompatibile iniunctum non ſit, ad eum vſum ipſo facto perpetuò conſtituta, & deputata intelligatur. Quoad præbendam verò Pœnitentialem, ſeu pœnitentiariam, eius inſtitutio de iure communi habetur in Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 8. de reformat.* vbi decernitur, vt in omnibus Cathedralibus Eccleſiis, vbi id commodè fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis cum vnione præbendæ proximè vacaturæ ab Epiſcopo inſtituatur: qui magiſter ſit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, & annorum quadraginta, ſeu aliàs qui aptior pro loci qualitate reperiatur. De præbendis verò, aut aliis beneficiis †
193. Magiſtralibus, ſeu præceptorialibus ex iure ſpeciali inſtitutis generatim mentio fit à Trident. Concil. *ſeſſ. 23. cap. 18. de reformat. verſic. deinde, vt cum minori*, & in Concil. Rothomag. in Gallia celebrato anno 1581. *verſic. præbenda inſuper præceptorialis,* necnon in Synodo Turonen. anni 1583. *verſic. cùm ſcholarum Præpoſiti*, & Synod. Aquen. habita anno 1585. Ludouic. Goneſ. *tract. de grat. expectativ. num.* 93. de Theologalibus, ac Doctoralibus Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benef. part. 1. cap. 24. numer. 13. ad fin.* præcisè de Theologalibus habetur in Trident. Concil. *d. ſeſſ. 5. cap. 1. in princ.* & communiter de Theologalibus, Magiſtralibus, & Doctoralibus, in eodem Conc. *ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat.* De iiſdem autem Magiſtralibus ex conſuetudine gloſ. *in cap. cùm in Eccleſia, verbo, dictam conſuetudinem, de prabend. in 6.* Couar. *pract. quæſt. cap. 36. num. 4. verſic. ſimiliter, ſi beneficia*, & Æneas de Falcon. *tract. de reſeruat. benef. quæſt. 3. princip. num.* 22. ex ſtatuto, *gloſ. penult.* ab aliis approbatur *d. cap. quia nonnullis, de magiſtr.* Æn. Falcon. *d. num.* 22. ex priuilegio, Couarr. *vbi ſup.* de Theologalibus, & Doctoralibus ex ſtatuto, vel conſuetudine, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ. 9. §. 2. num. 15. & 16.* ex priuilegio autem, Couar. *ibidem, & num. 9. verſic. eadem ratione*, latè Gonzal. *d. §. 2. à num. 1. ad 5.* & Nicol. Garz. *tract. de benef. part. 5. cap. 4. num. 108. & 165.* cum nonnullis ſeqq. vbi inferunt, priuilegium Sixti IV. datum Kalend. Septembris anni 1474. conceſſum regnis Caſtellæ, Nauarræ, & Granatæ, in quo ſtatuit, quòd de duobus Canonicatibus, & totidem præbendis, qui primò per ceſſum, vel deceſſum, aut quamuis aliam dimiſſionem extra Rom. Curiam, in quibuſuis menſibus ſimul, vel ſucceſſiuè vacabunt, etiamſi diſpoſitioni Apoſtolicæ ex quauis cauſa generaliter reſeruati forent, perpetuis futuris temporibus, quoties illos pro tempore vacare contigerit, vnus in Theologia magiſter, ſiue Licentiatus, & alter, qui in altero iurium Doctor, ſeu Licentiatus exiſtat, poſſit, & debeat vnà cum Capitulo cuiuſlibet Eccleſiarum Cathedralium ordinaria auctoritate prouideri. quod priuilegium poſtmodum Innocent. VIII. & Leo X. confirmarunt, & auxerunt, vt videre eſt apud Gonzal. *vbi ſuprà.* & quoad Theologalem ex priuilegio inſtitutam. exemplum quoque habemus *in concord. Gall.* quæ habentur *in Bull. 16. Leon. X. incipien. in eminenti*, iuxta Bullar. antiq. §. ſeu *verſic. ſtatuimus inſuper, il* 1. quam Rebuff. *ad d. concord.* poſuit *ſub rubr. de collat. §. 1.* in nouo autem Bullar. hæc concordata habentur *conſtit. 20. qua incipit, paſtor æternus*; ipſa verò incipiunt, *primitiua illa*, & præd. §. eſt 12. in quo haberi inſtitutionem præbẽdæ Theologalis in regno Galliæ ex priuilegio, eſt de mente Gonzal. *d. gloſ. 9. §. 2. num. 17. & gloſ. 25. num. 6.* Verùm *ibi* præbenda Theologalis potius ſupponitur iam inſtituta ex iure aliquo ſpeciali, quàm quòd per illud concordatum inſtituatur, niſi quatenus iam factæ inſtitutioni certa forma traditur; dum *inibi* dicitur; ſtatuimus inſuper, quòd Ordinarius collator in vnaquaque Cathedrali, ac etiam Metropolitana Eccleſia Canonicatum, & præbendam Theologalem inibi conſiſtentes conferre teneatur vni Magiſtro, ſeu Licentiato, aut Baccalaureo formato in Theologia, qui per decennium in Vniuerſitate ſtudij generalis priuilegiata ſtuduerit, ac onus reſidentiæ, lecturæ, & prædicationis actu ſubire voluerit; quique bis, aut ſemel ad minus per ſingulas hebdomadas impedimento ceſſante legitimo legere debeat; & quoties ipſum in huiuſmodi lectura deficere contigerit, ad arbitrium Capituli per ſubtractionem diſtributionum totius hebdomadæ puniri poſſit; &, ſi reſidentiam deſeruerit, de illis alteri prouideri debeat: &, vt libentiùs ſtudio vacare poſſit, etiamſi abſens fuerit à diuinis, habeatur pro præſente; ita, vt nihil perdat.

quas omnes particulas fusiùs explicat & exornat Rub. *in Concord.Gall. d. rubr.de collat.§.1.* De statuto verò Ecclesiæ, vel Synodali, quòd præbenda Theologalis aut similis per illud institui possit, præter Falcon. *d. numer.* 22. exemplum extat in prædicta Synod. Rothomagen. anni 1581. §. seu *versis. qua de Cathedralibus*; dum *inibi* indistinctè decernitur, vt in collegiatis extra ciuitatem existentibus, vbi fuerint saltem sex præbendæ, vna Doctori Theologiæ, seu Baccalaureo viro bono, exponendi, & interpretandi sacram Scripturam perito conferatur. Denique de præbendis Theologalibus, Magistralibus, & Doctoralibus etiam ex fundatione haberur in Concil. Trident. *d. sess. 25. cap.5. de reformat.* Hoc præmisso, ac supposito: prior huius 5. concluſ. pars quòd nimirum prædictis qualitatibus beneficiorum, seu præbendarum, videlicet, vt sint Theologales, Magistrales, Doctorales, aut similiter qualificatæ, ex fundatione appositis, † regulariter derogari non possit, potissimum probatur; tum ex eo, quod in Concil. Trident. *d. sess. 5. cap. 1. de reformat. in princip.* statuitur, ac decernitur, vt in illis Ecclesiis, in quibus præbenda, aut præstimonium; (quod vtplurimum beneficium Ecclesiasticum esse constat ex *cap. 2. de concess. prabend. in 6.* cum aliis adductis per Gonzal. *ad d. reg. 8. Cancell. glos. 5. §.2. num. 5. vsque ad 15.*) pro lectoribus sacræ Theologiæ deputatum reperitur, Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alij locorum ordinarij eos, qui præbendam, aut præstimonium huiusmodi obtinent, ad ipsius sacræ Scripturæ expositionem, & interpretationem per seipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum ab ipsis Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & aliis locorum Ordinariis eligendum, etiam per subtractionem fructuum, cogant, & compellant. De cetero verò præbenda, aut præstimonium huiusmodi non nisi personis idoneis, & quæ per seipsos id munus explicare possint, conferatur, & alteri facta prouisio nulla sit & inualida. tum ex eo, quod ab eadem sancta Synodo statuitur *d. sess. 23. c. 18. vers. deinde, vt cum minori, de ref.* vt de cetero officia, vel dignitates illæ, quæ Scholasteriæ dicũtur, nonnisi Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis in sacra pagina, aut in iure canonico, & aliàs personis idoneis, & qui per seipsos id munus explere possint, conferantur; & aliter facta prouisio nulla sit, & inualida: non obstantibus quibuscuis priuilegiis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus. tum ex verbis illis priuilegij hac in re à Sixto IV. nonnullis Hispaniarum regnis concessi, & ab Innoc. VIII. ac Leon. X. roborati, quæ suprà retulimus ex Gonzal. *d. glos. 9. §. 2. num. 2.* vbi etiam *num. 3. 4. 5. & 23.* alia fortiora verba recenset. ex quibus, & aliis, quæ affert *à num. 6. vsque ad* 50. & rursus *num. 63. vsque ad* 80. probat, † præbendas Doctorales, & Theologales ex priuilegio assignatas pro Theologo, & IC. non cadere sub reseruatione regulæ 8. Cancell. de mensibus, & alternatiua: sumere autem licet argumentum à priuilegio à Principe concesso ad testatoris voluntatẽ; cùm, sicut priuilegium est lex priuata, vt nomen ipsum sonat, & constat ex *cap. priuilegia, 3. dist. & c. Abbate, §. quod contra, de verb. signif.* ita etiam dispositio testatoris, aut alia quæuis licita à priuato facta, *§. disponat itaque, auth. de nupt. collat. 4.* ibi; disponat itaque vnusquisque in suis, vt dignum est, & sit lex eius voluntas. tum etiam ex prædicto priuilegio, seu potiùs decreto Leon. X. vigore cõcordatorum Galliæ concesso, seu facto; vt videre est apud Rebuff. in eisdem concord. Gall. *rubr. de collat. §. 1.* vbi cauetur, quòd de Theologali præbenda semper prouidendum est per Ordinarium collatorẽ viri Theologo in quocumque mense vacauerit: nec quoad hoc locum habẽt menses assignati nominatis; prout latè tradit Rebuff. *d. §. 1. verbo, Theologalem, & verbo, teneantur.* maximè cum ipsa reg. 8. Cancell. à reseruatione inter cetera beneficia excipiat spectantia ad collationem, prouisionem, præsentationem, aut quamuis aliam dispositionem comprehensorum sub concordatis inter Sedem Apostolicam & quoscumque alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerant, acceptatis, & obseruatis; quæ lædere non intendit. quam totam clausulam luculenter explicat Gonzal. *ad d. reg. 8. glos. 25. cum trib. seqq.* eadem verò *glos. 25. num. 6.* ex iisdem Concord. Gall. summatim illud refert, quod *ibi* decernitur de præbenda Theologali, & eius libera prouisione, licèt paulò aliter, quàm in ipso text. concord. habeatur, cuius verba nos non multo antè retulimus. Tum ex eo, quod post Nauarr. *conf. 14. de reb. Eccl. non alien.* aliàs 22. *num. 4. de præben.* & Gonzal. *ad d. reg. 8. Cancell. glos. 34. n. 79.* cum aliquot seqq. nos docuimus *in tract. de option. canon. c. 3. quæst. 6.* † præbendam habentem certum onus annexum, vtputa Theologalem, Pœnitentialem, Doctoralem, aut aliam similẽ, optari non posse. Tum ex eo, quòd in terminis Canonicatuum Cathedralium Ecclesiarum, qui Theologis, Magistris, & iuris pontificij Doctoribus ex electione sunt conferendi, licèt apud Sedem Apostolicam vacauerint, non facilè admitti derogationem huius priuilegij, vel consuetudinis. Præ cæteris autem maximè confirmatur hæc prior pars nostræ concluſ. ex Conc. Trid. *sess. 25. cap. 5. de refor.* vbi, postquam dixerat, rationem postulare, vt illis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus nõ detrahatur: indeque decreuerat, vt, quando ex beneficiorum quorumcumque erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illis onera sunt iniuncta; in beneficiorum collatione, seu in quacumque alia dispositione eis non derogetur: statim subditur; idem in præbendis Theologalibus, Magistralibus, Doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus, ac Subdiaconalibus quandocumque ita constituta fuerint, obseruetur, vt eorum qualitatibus nihil in vlla prouisione detrahatur; & aliter facta prouisio subreptitia censeatur. Probatur nunc posterior † pars huius eiusdem concl. ex iis, quibus *in praced. concluſ. ad finem* ostendimus, posse saltem à Rom. Pontifice derogari qualitati ordinis sacerdotalis, aut alterius ex fundatione annexi beneficio, præcipuè quia tam beneficia ipsa, quàm facultas huiusmodi conditiones in eorum fundatione apponendi à iure humano positiuo Ecclesiastico sit inducta, cui potest supremus Princeps Ecclesiasticus derogare. Nec huic vtrique traditioni, ac doctrinæ obstabit, quòd derogatio huius vtriusque, immo cuiusque generis qualitatum in beneficij fundatione appositarum à Concil. Trident. potissimùm *in d. cap. 5.* prohibita sit. nam etiam decretis Concilij generalis potest Rom. Pontifex derogare, modò eius specialis mentio habeatur, *cap. nonnulli. & ibi* omnes, *de rescript.* cum simil. Minùs huic posteriori parti concluſ. obstabit, quod initio huius concluſ. ex Gomes. *tract. de grat. expectativ. numer. 93.* Falcon. *d. tract. de benefic. reservat. quæst. 3. princip. numer. 22.* Couarruu. *pract. quæst. cap. 36. numer. 4.* ac paulò antea ex Gonzal. *d. glos. 9. §. 2. à numer. 6. vsque ad 50. & à numer. 63. ad 80.* tradidimus, beneficia hæc, seu præbendas, quæ non nisi Theologis, Magistris, Doctoribus, ac similibus assignari, & conferri possunt, non cadere sub reseruationibus:

194. 195. 196. 197.

tionibus: quoniam id ita accipiendum eſt, non quaſi eadere non poſſint, ſi ita velit Rom. Pontifex; ſed quia nec in dubio, neque ita facilè cenſendum eſt, id eum velle: prout de qualitate iuriſpatronatus mox *in ſeq. concl.* dicemus; ſi priùs illud admoneamus, id, quod in hac concluſ. quod ad rem noſtram attinet, diximus de præbendis, ſeu beneficiis Theologalibus, Magiſtralibus, ac Doctoralibus, atque *in ſeq. concluſ.* dicturi ſumus de beneficiis iuriſ-
198. patronatus laicorum ſtatuendum quoque eſſe † non modò de præſtimoniis, ſeu beneficiis præſtimonialibus ex fundatione inſtitutis pro clericis ſcholaribus, iuxta latè tradita per Gonzal. *ad d. reg. 8. glo. 5. §. 2. num. 3. & 7. vſque ad 11.* iuncto *num. 12.* tum ex regula correlatiuorum, per quam diſpoſitum in vno ex correlatiuis, cenſetur diſpoſitum in altero, vbi eadem in vtriſque eſt ratio, eorúmque idem eſt iudicium, vt latè probat Euerard. *in loc. à correlat. num. 7. & 8. cum tribus ſeqq.* & in ſpecie ſcholarium, Bapt. de S. Blaſ. *tract. de correlat. num. 23.* tum quia magiſtri, ſeu docentes, & ſcholares à iure æquiparantur, vt patet ex *cap. fin. de magiſtr.* & Concil. Tridentin. *ſeſſ. 5. cap. 1. in fin. de reformat.* tum denique, quia omnia priuilegia conceſſa Doctoribus competunt quoque ſcholaribus, vt poſt Bald. & Angel. *inl. 1.* ibique Iaſ. *num. 48.* de communi atteſtantem *ff. ſol. matrimon.* atque alios pleroſque tradit ac tuetur Horat. Lue. *in tract. de pri-*
199. *uileg. ſchol. priu. 4.* verùm etiam † de beneficiis patrimonialibus: ea enim quoad hoc parificat Theologalibus, Magiſtralibus, ac Doctoralibus inter ceteros Couarr. *d. cap. 36. numer. 4. verſic. ſimiliter, ſi beneficia patrimonialia, & num. 9. verſic. eadem ratione, ac verſic. nonò, ad eadem regia edicta*; vbi etiam ea æquiparat beneficiis iuriſpatronatus laicorum: quibus illa eſſe ſimillima, & de ſimilibus ad ſimilia validum eſſe argumentum, docet quoque Hoied. *d. tract. de incompatibil. benef. 1. part. cap. 24. eóque vlt. num. 91. in fin.* Sunt autem beneficia patrimonialia, quæ ex Apoſtolica conſtitutione, vel ſtatutis, ſeu Synodalibus conſtitutionibus Apoſtolica auctoritate confirmatis, vel ex immemorabili conſuetudine ſunt neceſſariò conferenda natis, incolis, vel originariis alicuius patriæ, ciuitatis, vel parochiæ; ita, vt illi dumtaxat, qui filij naturales, & patrimoniales ſunt, prouideri debeant de huiuſmodi beneficiis, & non alij forenſes, aut extrinſeci, qui tales qualitates non habent; vt poſt alios tradunt Hoied. *d. cap. 24. num. 86. vſque ad 90.* & Gonzal. *ad d. reg. 8. glo. 9. §. 1. num. 3.* cum multis ſeqq. & Garz. *tract. de benef. part. 7. cap. 9.* vbi hi tres auctores latiùs tractant de hiſce patrimonialibus beneficiis, multaque afferunt, vnde hæc noſtra extenſio maximè comprobatur: quod & facit poſt alios Lambertin. *d. tract. de iurepatron. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 24. num. 10. & part. 3. quæſt. 9. artic. 10.* ferè per tot. & idem Garz. *d. part. 7. cap. 15.* vbi ſimul etiam, ac generatim agit de beneficiis certis perſonis, ſeu certo generi perſonarum debitis.

OCTAVA, & poſtrema concluſio. Qualitati iuriſpatronatus tam paſſiui, quàm actiui ex fundatione beneficio appoſitæ derogari ſaltem aliquan-
200. do poteſt. Per iuſpatronatus paſſiuum † intelligo illud, per quod à fundatore beneficij eidem fuit cum Ordinarij conſenſu appoſita conditio, vt ad tale beneficium aliquis de ſua familia, aut deſcendentibus, vel ſimilibus pro tempore præſentaretur: quod beneficium vocatur etiam ab aliquibus patrimoniale, vt à Ioann. Staphil. *tract. de grat. expectat. in quinta forma, num. 4. in fin. & num. 6. in initio.* Gon-

zal. *d. glo. 9. §. 1. num. 6.* ac forte etiam Couarr. *d. cap. 36. numer. 9. verſic. 9.* ad eadem regia edicta, *in fine.* De hoc autem paſſiuo iure patronatus latiùs poſt alios Roch. de Curt. *in tract. de iurepatronat. verbo, honorificum, num. 21. & 48.* Lambertin. *eodem tract. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. princip. art. 1. num. 32. & 79. cum duob. ſeqq. & lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 24. num. 20. ad fin. & part. 3. quæſt. 5. princ. artic. 4. num. 8. 11. & 12.* vbi etiam aduertit, quòd, ſi teſtator voluerit eſſe præſentandum aliquem de familia, de illa familia debet eſſe præſentandus: ſi autem diceret, de progenie, de genere, vel de linea ab eo deſcendente, ſufficiet, præſentandum ab eo deſcendiſſe quocumque modo deſcendat, ſiue agnationis, ſiue cognationis titulo: &c, ſi duo reperirentur eiuſdem generis, ſeu qualitatis, eſſe inſtituendum magis propinquum fundatori, vel patrono. De his porrò & aliis ſimilibus verbis, quid importent, videri poterunt Doctores, quos remiſſiuè retulimus *cap. præced.* vbi de fideicommiſſorum derogatione ex profeſſo egimus, *quæſt. 4. ſuppoſ. vlt.* atque hoc idem iuſpatronatus paſſiuum admiſit non ſemel Rot. Roman. vt ex deciſionibus relatis, ac probatis à Garz. *d. tract. de benef. part. 7. cap. 1. num. 74. & 96.* de quo *cap. 15.* per tot. ac non pauca etiam, habet Ioan. Gutier. *conſ. 1. num. 1. & conſ. 2. num. 3. 4. & 5.* Per iuſpatronatus verò actiuum † intelligo 201.
illud, per quod beneficio ab eius fundatore cum Ordinarij conſenſu ea conditio appoſita fuit, vt tale beneficium non conferret quis, niſi ad præſentationem ipſius fundatoris, ſiue ipſa Eccleſia fundauerit, ſiue perſona priuata; aut illius, cui is ius pro tempore præſentandi reſeruauerit in ipſa beneficij fundatione: iuxta *cap. filiis, cap. decernimus, & cap. Monaſterium, 16. quæſt. 7. cap. 3. cap. ex inſinuatione, cap. ſignificaſti, cap. conſultationibus, cap. cùm autem, cap. nobis, cap. cùm dilectus, & cap. vltim. de iurepatron. cap. vnic. eodem tit. in 6. & Clement. 1. ac 2. eodem tit.* cum multis ſimilibus. Quid autem fuerit de iure antiquo, quomodo, ſeu ex qua cauſa acquireretur ius hoc præſentandi, quod nos iuſpatronatus actiuum appellamus; tradunt latiùs præ ceteris Roch. de Curt. *tract. de iurepatron. in princip. num. 3. & 4.* necnon *verbo, Eccleſiam fundauit, verbo, conſtruxit, ac verbo, & dotauit.* Paul. de Cietadin. *in ſimili tract. part. 3.* ferè per tot. & Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæſt. 1. princip. artic. 1. quæſt. 2. artic. 2. & quæſt. 3. artic. 1.* & multis ſeqq. concludens poſt multos, contra alios, † 202.
poſſe acquiri vel ex fundatione dumtaxat, hoc eſt, fundi, ſeu ſoli datione, vel ex ſola conſtructione, vel denique ex ſola ſufficienti dotatione; vnde prodiit verſus:

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

immo *d. quæſt. 3. art. 1.* probare contendit, ſingulos, qui aliquod horum fecerunt, inſolidum eſſe patronos: *art. 2.* quòd, ſi plures dant fundum, plures conſtruunt, & plures dotant, omnes fiunt patroni; & quidem inſolidum. etiamſi inæqualiter quid horum faciant; vt idem latè tradit *art. 5. & 8.* quod tamen verumque declarat *artic. 3. 4. 6. 7. & 9.* Ego verò, quicquid de hoc ſit, an fundum dans, conſtrueus, & dotans etiam cùm diuerſæ perſonæ ſunt, fiant patroni inſolidum; certè verius puto contra Lambertin. *d. quæſt. 1. artic. 1. quæſt. 2. artic. 5. & quæſt. 3. cum ſeqq.* atque alibi ſæpe cum Roch. de Curt. *d. tract. in princip. numer. 3. verſic. puto tamen, & num. 4.* ac rurſus *verbo, Eccleſiam fundauit, quæſt. 2. verbo, conſtruxit, quæſt. 3. ac verbo, & dotauit, quæſt. 1.* & aliis, quos citat tam ipſe, quàm Lambert. *vbi ſupra*; per fundamenta ab iis allata, hæc omnia,

ſcilicet fundi dationem, conſtructionem, ac dotationem requiri ad acquirendum iuſpatronatus; licèt non requiratur, quòd vnus hæc omnia faciat; quod ſolum probatur ex fundamentis, quæ pro ſua ſententia adducit Lambertin. & intendunt pleriq; ab eo allegati. quinimmo ipſe Lambertin. eius in id aſſenſum extorquẽte veritate, hoc ipſum apertè admittit in pleriſque locis per nos citat. *cap. ſeq. quæſt. 4 concl. 9.* in primo, & ſecundo caſu à Doctoribus poſito, quo Eccleſia libera ſubiicitur iuripatronatus; nimirum cùm Eccleſia fundata, & conſtructa, aut etiam conſecrata non dotatur à fundante, vel conſtruente, vel curante eam conſecrari; ſed ab alio, ipſo tamen ad id requiſito. Illud autem concedi poteſt, quod idem Lambertin. *d. lib. 1. part. 1. quæſt. 6. artic. 2. numer. 2. & 6. vſque ad fin. artic.* contendit, citationem Eccleſiæ, ſeu augmentum dotis illius reduci ad eiuſdem dotationem: *& eodem artic. 2. num. 3. atque art. 3.* ferè per tot. quòd reparatio Eccleſiæ reducitur ad eius ædificationem; nec regulariter per reparationem acquiri iuſpatronatus. *d.* autem *artic. 2. numer. 3. & 4.* præſcriptionem per ſe ſolam, ſeu ex ſui natura † non eſſe cauſam acquirendi iuſpatronatus, niſi quatenus orta fuit ex vna illarum trium cauſarum, nimirum fundationis, conſtructionis, & dotationis: quod & tradit *quæſt. 10. artic. 1. num. 1.* & latiùs *artic. 5.* vbi ex *num. 25. ad 38.* oſtendit, iuſpatronatus à laicis præſcribi non poſſe. *numer.* autem *39. cum duobus ſeqq.* admittit, eos id facere poſſe per tempus immemorabile cum allegatione tituli, nimirum vnius ex prædictis tribus cauſis, vel priuilegij Papæ; & in præſcriptione iuriſpatronatus in Eccleſia collegiata, præcisè, ac ſolùm cum allegatione tituli priuilegij ſummi Pontificis: vbi tamen his omnibus caſibus non conſtaret, ab initio Eccleſiam fuiſſe liberam, vel poſtea liberatam à iurepatronatus laicorum. *& num. 42.* admittit præſcriptionem in perſonis Eccleſiaſticis iure, ac ratione Eccleſiarum per ſpatium 40. annorum cum bona fide. priuilegium verò, licèt *d. quæſt. 6. artic. 2. num. 4. cum ſeq. & d. quæſt. 10. artic. 1. numer. 1.* dicat non eſſe propriè cauſam inducendi iuſpatronatus: tamen *ibidem* declarat ſe intelligere de cauſis, quæ procedunt à patrono, & ex quibus laici priuilegio in iure clauſo fiunt capaces iuris ſpiritualis, & admittuntur ad iuſpatronatus: ac tum *ibi*, tum *quæſt. 11. artic. 1. num. 1. artic. 2. num. 10.* aliàs 13. *cum ſeq. & artic. 3. numer. 1. lib. 2. part. 3. quæſt. 8. artic. 3. & quæſt. 9. artic. 14.* atque ex propoſito latè *d. lib. 1. part. 1. quæſt. 10. artic. 2.* probat iuſpatronatus etiam à laicis acquiri poſſe ex priuilegio Papæ. Verùm de priuilegio, & præſcriptione an, & quando eis acquiri poſſit iuſpatronatus, ſeu ſubiici Eccleſia libera, aliquid dicemus *cap. ſeq. quæſt. 4. concluſ. 9. circa med.* Quicquid autem ſit de iure antiquo circa cauſas, ſeu titulos acquirendi iuſpatronatus: certè nunc ſtandum eſt iuri nouo Concil. Trident.

204. quod *ſeſſ. 14. cap. 12. de reformat.* ſtatuit, † vt nemo etiam cuiuſuis dignitatis Eccleſiaſticæ, vel ſæcularis quacumque ratione, niſi Eccleſiam, beneficium, aut Capellam de nouo fundauerit, & conſtruxerit, ſeu iam erectam, quæ tamen ſine ſufficienti dote fuerit, de ſuis propriis, & patrimonialibus bonis competenter dotauerit, iuſpatronatus impetrare, aut obtinere poſſit, aut debeat. in caſu autem fundationis, aut dotationis huiuſmodi inſtitutio Epiſcopo, & non alteri inferiori reſeruetur. *& ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat.* decernit, vt titulus iuriſpatronatus ſit ex fundatione, vel dotatione; qui ex authentico documento, & aliis iure requiſitis oſtendatur, ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, aliáſve ſecundùm iuris diſpoſitionem. In iis verò perſonis, ſeu communitatibus, vel Vniuerſitatibus, in quibus id ius plerumque ex vſurpatione potiùs quæſitum præſumi ſolet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur: nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quàm, ſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes etiam continuatæ non minori ſaltem, quam quinquaginta annorum ſpacio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis præbentur. Reliqui patronatus omnes in beneficiis tã laicalibus, quàm regularibus, ſeu parochialibus, vel Dignitatibus, aut quibuſcumque aliis beneficiis in Cathedrali, vel collegiata Eccleſia: ſeu facultates, & priuilegia conceſſa tam in vim patronatus, quàm alio quocumque iure nominandi, eligendi, præſentandi ad ea, cùm vacant; (exceptis patronatibus ſuper Cathedralibus Eccleſiis competentibus, & exceptis aliis, quæ ad Imperatorem, & Reges, ſeu regna poſſidẽtes, alióſque ſublimes, & ſupremos Principes iura Imperij in dominiis ſuis habentes pertinent; & quæ in fauorem ſtudiorum generalium conceſſa ſunt;) in totum prorſus abrogata, & irrita, cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta, intelligantur. Ex quibus duobus decretis illud colligo, nunc poſt Conc. Trident. † nul- 205.
lum alium titulum iuriſpatronatus, ſeu cauſam ac modum illud acquirendi admittendum fore, præter duos, nimirũ fundationem ſimul cum conſtructione, & dotationem: (ſaluatamen auctoritate Sedis Apoſtolicæ in concedendo etiam laicis iurepatronatus ex priuilegio ſiue ſimpliciter, vt ſatis colligitur tũc ex paulo antè quoad hoc adductis ex Lambertin. tum ex ipſo Trident. Conc. *d. ſeſſ. 14. cap. 12.* ſiue ob augmentum dotis, nouam conſtructionem, vel aliam ſimilem cauſam, vt patet ex eodem Trid. Concil. *d. ſeſſ. 25. cap. 9. ad fin.*) quicquid poſt alios voluerit Gonzal. *ad d. reg. 8. Cancell. glo. 18. num. 50. & 52. vſque ad 58.* & Garz. *d. tract. de benef. part. 5. cap. 9. num. 38.* contendentes, etiam poſt Concil. ſufficere ſolam fundationem, vel ſolam conſtructionem ad acquirendum iuſpatronatus: & Menoch. *tract. de præſumpt. lib. 3. præſ. 90. num. 4. vſque ad 9.* ex adductis quoque per ſeipſum *conſil. 90. num. 28. & 29. lib. 1. & conſil. 106. num. 232. lib. 2.* vbi probare nititur, præter conſtructionem admittendam nunc quoque pro titulo, ſeu modo acquirendi iuſpatronatus reædificationẽ, & ditationem Eccleſiæ. nam id, quod nos dicimus, † nunc duas dumtaxat 206.
eſſe cauſas acquiſitionis iuriſpatronatus, nimirum fundationem, & dotationem, expreſsè tenet Rot. Rom. *deciſ. 564. in princ. & num. 1.* inter recollect. à Fatin necnon apertè ſentit Flam. Pariſ. *tract. de conſid. benef. quæſt. 28. num. 211. & ſeq.* licèt *n. 239. & 240.* ipſe quoque admittere videatur pro titulo, & cauſa ſufficienti acquirendi iuſpatronatus conſtructionem ob ea verba Concil. *aliáſve ſecundùm iuris diſpoſitionem:* quæ etiam ſic intelligit Gonzal. ſup. *num. 53.* cùm tamen, ſicut & illa ſtatim præcedentia: *qui ex authentico documento*, &c. non important nouum titulum, ſeu cauſam acquirendi iuſpatronatus, vt perperam quidam voluerunt, quos refert, ac ſequitur Garz. *d. tract. de benefic. part. 5. cap. 9. num. 84.* nam ex context. *d. cap. 9. & 12.* ſatis apparet Concil. non præſeruare dumtaxat illos duos titulos fundationis, & dotationis, ſed decernere vt illi ſoli admittantur, & priuilegium in certis caſibus, de quibus *eodem cap. 9.* ſed tres modos probandi titulum, ſeu cauſam ex fundatione, vel dotatione,

Digitized by Google

ne, vt ipſe etiam Gonzal. tradiderat *numer.* 32. 43. *& 50.* ac poſt alios Garz. *d. cap. 9. numer.* 81. cum aliquot ſeqq. quare noſtra ſententia ſatis confirmatur ex verbis Conc. *d. cap. 9. circa initium*, vbi duos ſolùm titulos, ſeù modos acquirendi iuſpatronatus admittit; quod etiam facit *d. ſeſſ. 14. cap. 12.* ex eo verò, quod dicitur in eius cap. initio, *de nouo fundauerit, & conſtruxerit*, conuincitur id, quod ſimul dicebamus, ſolam fundationem per ſe non ſufficere pro vna cauſa acquiſitionis iuriſpatronatus, ſed ſimul cum fundatione concurrere debere conſtruc-
207. ctionem; quod apertè probat copula, *&*, quæ † auget, & requirit eorum, inter quæ ponitur, concurſum. *l. ea tamen adiectio, ff. de legat. 2. l. ſi heredi*, iuncta gloſ. recepta *verbo, coniunctim, ff. de condit. inſtit.* cum aliis adductis ab Euerard. *in loc. à natur. copul. num. 1. 3. & 12.* Vulpell. *de præpoſit. aduer. & coniunct. ſignif. in dict. &.* ac nouiſſimè Aug. Barboſ. *de dictionib. dict. 93. num. 2. cum duob. ſeqq.* iunct. *num. 15.* Licèt autem aliquando reſoluatur in alternatiuam, quomodo hunc locum Concil. intelligit Menoch. *d. num. 9.* iuxta text. *in l. cùm quidam*, vbi gloſ. & Doct. *C. de verb. ſign.* cum aliis adductis ab Euerard. *vbi ſuprà, num. 13.* Vulpell. *num. 2. in princ. ac verſ. &, quando ponitur, & verſ. & nota*, Barboſ. *ſup. num. 18.* atque Alciat. *in l. ſæpe, ff. de verb. ſign.* tamen ij caſus, ſi rectè perpendantur, non poſſunt ad noſtrum adaptari. Pariter deciſiones Rotæ Rom. quas pro ſe allegat Gonzal. *d. gloſ. 18. num. 54.* ne verbum quidem faciunt de conſtructione, quaſi ea per ſe ſola ſit vna ex cauſis, & modis inducentibus iuſpatronatus, ſed apertè loquuntur de ſolis duabus illis cauſis, nimirum fundatione, ac dotatione: circa quarum probationem, ſeu modos eas probandi aſſerunt, Concilium nihil innouaſſe in perſonis priuatis; verùm in magnatibus dumtaxat. quem ſenſum amplexa eſt quoque Rot. Roman. *d. deciſ. 564. in princ.* inter recollect. à Farinac. Verus igitur, ac germanus ſimúlque planiſſimus ſenſus Conc. Trid. *d. ſeſſ. 14. cap. 12.* iuncta *d. ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat.* eſt, vt in quibuſcumque patronatibus, ſeu iuribus patronatus tam magnatum, quàm priuatarum perſonarum requiratur titulus ex fundatione, vel ſufficienti dotatione Eccleſiæ, ſeu beneficij: quod etiam tenuit Rota *deciſ. 557. in princ. & num. 1.* in recollect. à Farinac.
208. quorum alter ſufficit, propter dictionem, † *vel*, alternatiuam, poſitam *d. cap. 9.* iuxta latè tradita à Barboſ. ac Vulpell. ſuprà *in dict. vel.* & Euerard. *in loco à natur. alternat. num. 8.* & in his terminis à Pariſ. *d. quæſt. 18. num. 212.* & ob dictionem, *ſui*, ac dictionem, *aut*, poſitas *d. cap. 14.* quarum vis eſt, vt eorum inter quæ ponitur, ſufficiat alterum impleri; per ea, quæ affert Vulpell. in his dictionibus, & Barboſ. *dict. 36. & 312. num. 1.* Euerard. *d. num. 8.* & Gonzal. *ad d. regul. 8. gloſ. 48. num. 17.* ex fundatione, inquam, non ſine conſtructione ab eodem facienda; vt ex *d. cap. 12. Conc.* iunctis aliis paulo antè
209. oſtendimus: ita tamen, vt † idem fundans, & conſtruens, vel alius cum eius licentia de proprio dotet: cùm non priùs fundans, & conſtruens Eccleſiam, vel Capellam, iuſpatronatus acquirat; quoniã beneficium ſine dote eſſe non debet, *cap. nemo, de conſecrat. diſt. 1.* prout de conſtruente, & fundum totum dante, attento iure cõmuni antiquo, ſatis poſt alios tradit Roch. de Curt. *in d. tract. de iurepatr. in princip. num. 3. & 4.* necnon *verbo. fundauit, quæſt. 2. ac verbo, & dotauit, quæſt. 1. cum ſeq.* & Lambertin. *cod. tract. lib. 1. part. 1. quæſt. 3. princ. art. 1. num. 4. cum duobus ſeqq. quæſt. 4. art. 1. ac 9. & quæſt. 5. art. 1. 7. 10. 18. & 19.* ac poſt alios Garz. *d. parte 5. cap. 9. num. 44.* idem autem Lambertin. *d. quæſt. 3. art. 6. & quæſt. 6. art. 1. num. 17.* docet, quòd nequeat tertius dotans acquirere iuſpatronatus, niſi conſtruens, aut fundans requiſitus recuſet dotare; ſicut nec cõſtruens acquiret iuſpatronatus, niſi fundans requiſitus nolit cõſtruere: atque hoc etiam vtrumque tenet poſt alios Io. Azor *Inſtitut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 19. quæſt. 6. & 8.* Horum verò alteruter titulus, nimirum vel fundationis cum conſtructione, vel dotationis, qui prætenditur, † oſtendi, ſeu probari debeat in priuatis per- 210.
ſonis vno ex tribus modis; quorum primus eſt ex authentico documento, & aliis iure requiſitis, vt ait Conc. Trid. *d. cap. 9.* circa eius initium, hoc eſt, ex inſtrumento ſignato ſolito ſigillo notarij, & recognito ſaltem per exhibitionem aliorum inſtrumentorum eiuſdem notarij, aut reperta in loco authentico, vt in archiuio publico, aut in actis iudicialibus, vel ex inſtrumento de conſenſu partis, aut ſuperioris auctoritate inſerto in priuilegio Principis, Epiſcopi, alteriúſve habentis facultatem id de nouo inducendi: vel ex antiquo inſtrumento, in quo fiat mentio de alio inſtrumento dotationis, aut fundationis: vel denique etiam ex exemplo inſtrumenti ſupradicti fundationis, vel dotationis tranſumpto cum ſolemnitatibus requiſitis, de quibus *in cap. fin. de fid. inſtrum.* modò tamen in his omnibus caſibus inſtrumenta confecta ſint in limine fundationis, vel tempore dotationis, & exprimant fundationem, vel dotationem cum conceſſione iuriſpatronatus: & tunc dicatur authenticum documentum, quæ omnia latè comprobat Flamin. Pariſ. *d. quæſt. 28. num. 213. vſque ad 229.* alia verò à iure requiſita, de quibus *ibi* meminit Concil. non ſunt aliæ ſcripturæ conceſſionis, aut contractus, ex quibus poteſt conſtare de huiuſmodi titulo fundationis, vel dotationis, aut probatio immemorabilis cõſuetudinis, ſeu præſcriptionis, prout ſentire videntur quidam relati à Pariſ. *d. num. 229.* nam de hac vtraque probatione ſtatim ſubiicit ipſum Concilium: ſeu, vt rectè monet Gonzal. *d. gloſ. 18. num. 37. cum quatuor ſeqq.* ſunt omnia requiſita à iure ad hoc, vt authentica documenta, ſeu inſtrumenta probent, neceſſaria tam in confeſſione, & celebratione; (quæ requiſita cumulat Felin. *in cap. 1. de fid. inſtrum. à num. 2. vſque ad 18.* & Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. 20.*) quam etiam in extractione, & cõpulſatione, in qua octo requiruntur, quæ congerit Abb. *in cap. cùm P. Tabellio, num. 1. de fid. inſtrum.* Couar. *pract. quæſt. cap. 21.* & Menoch. *de arbitr. iudic. caſ. 187.* per tot. necnon eſt citanda pars ad dicendum contra iura temporo productionis, vt ex Felin. *cap. quoniam contra, num. 40. de probat.* & pluribus Rot. Roman. deciſ. docet Gonzal. ſuprà *num. 40.* ſubdens *num. 41. & ſeq.* poſt alios, inſtrumenta eſſe quoque recognoſcenda poſt productionem, ſi de illorum fide opponatur, niſi eſſent antiqua vltra 70. annos. Quibus ſtantibus audiendus non eſt Menoch. cùm *d. lib. 4. præſumpt. 90. num. 9.* tradit, quòd dum Conc. *d. cap. 9.* requirit, quòd tituli patronatuum probentur authenticis documentis, inter ea connumerari poſſe probationes coniecturales, quæ iure probatæ ſunt, ſicuti aliorum auctoritate ait ſe reſpondiſſe *conſ. 241. num. 7.* quando ſcilicet agitur de probando patronatu antiquiſſimo: qui tamen accipiendi ſunt de tertio modo probandi titulum iuriſpatronatus, de quo infrà dicemus. Secundus modus probandi iuſpatronatus ex fundatione, vel dotatione in priuatis perſonis iuxta Trid. Conc. *d. cap. 9.* eſt ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, † hoc eſt, ex tribus ſaltem præ- 211.
ſentationibus cum effectu, & coram eodem iudice habente ius inſtituendi, vt rectè poſt alios tradit ſic

explicans verba hæc Concil. Borgnin. Caualcan. *decis.* 17. *num.* 10. quod quidem verius est, quàm quod contendit Menoch. *d. præsumpt.* 90. *num.* 14. duas sufficere. licèt malè Borgn. *ibid.* subiiciat, has præsentationes iuxta mentem, & verba Concil. debere omnes esse antiquissimas, & non vnam de annis centum, vel octoginta, aliam de quinquaginta, & aliam de viginti, vel triginta: cuius contrarium bene decidit Io. Aloys. Ricc. *decis.* 29. & apertè colligitur ex prædictis verbis Concil. dum dicit, per cursum: nam tam dictio, *per*, quàm *cursus*, importat temporis distributionem, vt de dictione, *per*, constat ex *l.* 2. *C. de long. tempor. præscript.* cum aliis adductis ab Aug. Barbos. *de dictionib. dict.* 213. *num.* 1. & de verbo *cursus*, ex *l. non est incognitum, ac l. fin. C. quib. non obiicit. long. temp. præscr. cap. cùm vobis, de præscript.* cum suis concord. Hoc autem tempus excedens hominum memoriam licèt iuxta multorum
212. sententiam † sit centum annorum, quorum plerosque refert Gabr. *commun. conclus. lib.* 5. *tit. de præscript. concl.* 1. *num.* 71. aliàs 78. Borgnin. *d. decis.* 17. *num.* 8. Paris. *d. quæst.* 28. *num.* 235. *cum seq.* Ludou. Molin. *tractat. de primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *numer.* 48. Mascard. *concl.* 103. *num.* 9. immo, quòd immemorabilis minor sit centenaria, plerique alij voluerint, quos recensèt Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 72. seu 79. Molin. *sub num.* 44. Borgn. *d. numer.* 8. *cum seq.* Paris. *d. num.* 235. Couar. *in relect. reg. possessor, part.* 2. §. 3. *num.* 6. *de reg. iur. in* 6. & Io. Franc. Leo *in Thesaur. for. Eccles. part.* 2. *cap.* 21. *num.* 5. Osasch. *decis. Pedemont.* 110. & Vinc. Franc. *decis. Neapol.* 166. Tamen verior mihi videtur opinio tenentium, præscriptionem immemorabilem maiorem esse centenaria; ex quibus non paucos citat Gabr. *d. num.* 71. seu 78. ac sequi videtur Couar. *d. num.* 6. *cum tribus seqq.* omnino autem sequitur latiùs id comprobans Molin. *d. cap.* 6. *num.* 45. *vsque ad* 50. quam etiam sententiam non semel tenuit Rot. Rom. vt ex decisionibus, quas commemorauimus *in tract. de Conservat. iudic. cap.* 7. *num.* 490. subiicientes *num.* 491. distinctionem satis probabilem, vnde conciliantur tres prædictæ inter se dissidentes hac in re opiniones; vt nimirum immemorabilis præscriptio possit esse maior, aut minor centenaria, vel etiam eidem æqualis. quæ distinctio est quoque de mente Couar. & Molin. *vbi suprà*, & Rot. Rom. *decis.* 583. in collect. à Farinac. ex qua etiam decis. habetur, indirectè per instrumenta probari posse immemorabilem, quatenus ex iis probatur, per centum annos, & vltrà fuisse beneficiatum præsentatum per illos de tali familia: directè autem nequit, vt tenuit Io. Andr. & alij *in cap.* 1. *de præscript. in* 6. & plerique à nobis relati *d. tract. de Conservat. cap.* 7. *num.* 488. probatque à Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 89. aliàs 81. sed quicquid de his sit; conuenit inter ferè omnes de forma, qua testes immemorabilem probantes deponere debent: quam post glos. *d. cap.* 1. & alios multos ponunt Couar. suprà *num.* 7. Gabr. *num.* 74. seu 81. Molin. *num.* 40. videlicet, toto tempore eorum memoriæ vsque ad præsens tempus ita fieri vidisse, & ita audiusse à suis maioribus; qui etiam maiores dicebant, se ita vidisse, & audiusse a suis maioribus; & quòd communis opinio ita fuit, & est; quódque non extat contrarij, vel initij memoria. ex qua, vel simili forma deponendi satis quoque defenditur prædicta distinctio, vel etiam tertia opinio. cui non aduersatur secundum, in quo conueniunt ferè omnes Doct. vt patet ex relatis à Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 83. alias 91. Couar. *d. num.* 7. & Molin. *d. num.* 40. vt testes prædicti deponentes de immemorabili sufficiat, quòd sint 54. annorum, seu quòd deponere possint de annis 40. nam cùm deponere debeant de visu pro suo tempore per annos 40. & de auditu à suis maioribus pro illorum tempore, qui pariter à suis maioribus pro ipsorum tempore idipsum audierint, nec respectiuè viderint, aut audierint contrarium accidisse, vt paulo antè vidimus; siquidem vtrique illi maiores afferere debent de tempore 40. annorum. inde confirmatur memorata tertia opinio, quòd immemorabilis, maior sit centenaria; cùm in prædicta forma deponendi saltem virtualiter inuoluantur tres potiùs memoriæ annorum 40. aliàs inde confirmatur dicta distinctio. Tertium, in quo conueniunt ferè omnes, est, immemorabilem non probari vbi etiam ante centum annos, & vltra à mota controuersia constabat de initio vitioso; vt post Io. Andr. *d. cap.* 1. *in fin.* tradit Couar. *d.* §. 3. *num.* 7. *ad fin.* & ex quadam sacræ Congr. declaratione docet Paris. *d. quæst.* 28. *num.* 240. & Gonzal. *d. glos.* 18. *num.* 48. *cum seq.* vbi etiam plures Rot. decis. ac Doct. allegat; præcipuè verò Molin. id latè tradentem *d. cap.* 6. *à num.* 60. *vsque ad* 67. Id autem ex eo etiam confirmatur, quod plerique tradiderunt, quos retulimus *tract. de decim. cap.* 5. *num.* 78. *& tract. de Conservat. cap.* 7. *num.* 489. contra immemorabilem, seu memoriam extare, probari per instrumentum: licèt contrarium alij voluerint per nos alleg. *d. num.* 78. quæ tamen contrariæ sententiæ ita conciliari possunt, vt prior procedat quoad extollendam immemorabilem simpliciter; posterior verò quoad eam tollendam, quæ solam hominum memoriam excludit: ita, vt contra hanc immemorabilem non nisi probatio per testes admittatur; contra illam verò etiam per instrumenta, iuxta adducta per nos *d. num.* 78. De eo autem valde dubito, quod Franc. Leo *d. cap.* 21. *num.* 3. & latiùs Gonzal. *d. glos.* 18. *num.* 44. *cum duobus seqq.* tradunt probata præscriptione, seu possessione immemorabili præsentandi iuxta terminos Trid. Concil. *d. cap.* 9. posse allegari titulum dotationis, vel fundationis, ac meliorem de mundo, eo non obstante, quòd neque per instrumenta præsentationum, neque per testes de immemorabili deponentes vlla fiat enuntiatio, aut mentio de fundatione, aut dotatione, maximè ex quadam sacræ Cõgregationis declaratione, ac Rotæ Rom. *decis.* 792. *num.* 11. *part.* 1. *in noniss. diuers.* nam quicquid sit de iure antiquo ante Concil. de quo cætera per Gonzal. alleg. procedunt; certè Concil. *d. cap.* 9. requirit, † quòd titulus fundationis, vel 213.
dotationis ostendatur ex multiplicatis præsentationibus per tempus immemorabile; vbi hoc modo probandus sit: ostendi autem non potest, nisi saltem eius mentio in illis fiat; ostendere enim est rem clarè demonstrare, & probare, *l. si seruus, ff. de tribut. action. l. fin. ff. de accusat. l. cùm de indebito,* §. *vlt. ff. de probat. & l. si circumscripta, C. solut. matr.* cum aliis adductis ab Alberic. *in suo dictionario.* & Brisson. *de verb. quæ ad ius pertinent, signif. verbo, ostendere.* Illa verò decisio Rotæ non loquitur in terminis Concil. seu post Concil. ac præterea solùm dicit, probato iure patronatus, præsumi in dubio ex dotatione, vel fundatione; non autem huiusmodi titulum ostensum fuisse. Prædicta verò declaratio sacræ Congreg. in qua, vt refert Gonzal. *vbi suprà, num.* 46. declarauit, ius patronatus ex solis præsentationibus continuis vltra hominum memoriam probari, licèt in eis nulla fuerit facta mentio de fundatione, aut dotatione, apertè refertur ad sequentem casum de iure patronatus earum personarum, communitatum, vel Vniuersitatum, in quibus præsumitur id ius potiùs quæsitum ex vsurpatione. vel ita accipienda est vt non omnes illæ præsentationes mentionem fundationis,

tionis, vel dotationis facere debeant; vel in ſpeciali caſu, vbi non ſolùm duæ, aut tres, (quæ in hoc ſecundo tituli probandi modo ſufficiunt, vt in eius initio non multo antè docuimus;) ſed omnes, ac ſingulæ prouiſiones per tempus immemorabile factæ ſint ad præſentationem eorum, qui nunc iuſpatronatus prætendunt ex fundatione, vel dotatione. Tertius, ac poſtremus modus generalis probandi titulum iuriſpatronatus ex fundatione, ac ſimul conſtructione, vel ex dotatione Eccleſiæ, ſeu beneficij,
214. iuxta Conc. Trid. *d. cap.* 9. eſt † per alium quemcumque modum à iure approbatum, *ibi*; aliáſve ſecundùm iuris diſpoſitionem: per quæ verba ſignificantur alij ſpeciales modi, quibus de iure probari poteſt fundatio, vel dotatio, vtputa per famam fundationis, aut dotationis, iuncta longiſſima quaſi poſſeſſione; per ea, quæ ex nonnullis deciſionibus, ac Doctoribus tradit Maſcard. *concl.* 958. *num.* 19. & 20. Pariſ. *d. quæſt.* 28. *num.* 207. & Gonzal. *d. glos.* 18. *num.* 56. atque hoc dumtaxat probant ea, quæ latè adducit Gatz. *d. part.* 5. *cap.* 9. *à numer.* 81. *vſque ad* 96. tum de ipſa fama, tum de præſcriptione immemorabili, inſcriptionibus antiquis, & ſimilib. Gonzal. verò *ead. glos.* 18. *num.* 57. poſt alios idem docet de præſcriptione 40. annorum cum titulo colorato; ac per alios modos, de quibus Pariſ. *d. num.* 207. *cum tribus ſeqq.* & latiùs Maſcard. *d. concl.* 958. ferè per tot. & Menoch. *d. præſumpt.* 90. *num.* 10. *cum duob. ſeq.* non tamen quaſi hæc verè ſint connumeranda inter authentica documenta, vt dixerat *num.* 9. ſed potiùs locum obtineant authenticorum documentorum, vt loquitur *num.* 12. hoc eſt, eamdem vim habeant, vel ſufficiant, vbi hæc via eligatur probandi titulum fundationis, vel dotationis; cuius quidem mentio fieri debet, ſeu enuntiatio in his modis coniecturalibus illum probandi ſecundùm iuris diſpoſitionem; vt ſatis conſtat ex iis, quæ quoad hoc in ſecundo generali, ſeu principali modo eumdem titulum probandi paulo antè adduximus. ſubdit autem Concil. *d. cap.* 9. *in iis verò perſonis, ſeu Communitatibus, vel Vniuerſitatibus, in quibus id ius plerumque ex vſurpatione potiùs quæſitum præſumi ſolet*: quæ verba intelliguntur taxatiuè, non demonſtratiuè: neque enim in iis comprehenduntur omnes perſonæ etiam magnates, hoc eſt, potentes, ac diuites, de quibus paulo pòſt dicemus; aut omnes Communitates, vel Vniuerſitates; ſed ſolùm illæ, in quibus iuſpatronatus præſumitur quæſitũ ex vſurpatione, tum quia Conc. mox excipit Principes habentes iura Imperij, & ſtudia generalia: & quia cùm proculdubio verba illa, *in quibus*, &c. referantur taxatiuè ad illa in iis perſonis, tum quòd de priuatis perſonis iam diſpoſuerat Concilium, & aliquos potentes poſtea excipit, vt diximus; tum propter pronomen, *iis*, omnino idem importans, ac, *illis*, quod ſtat reſtrictiuè, ad tradita per Surd. *deciſ.* 125. *num.* 1. debent taxatiuè referri etiam ad Communitates, & Vniuerſitates, ne eadem res duplici iure cenſeatur, contra *l. eum, qui, ff. de vſucap. & cap. cùm in tua, in fi. de decim.* cum ſimil. Accedit quòd ex eo etiam hæc verba, *in quibus*, &c. taxatiuè ſtare debent, quia in eadem oratione poſita ſunt cum præcedentibus, iuxta latiùs per nos adducta ſup. *cap.* 6. *quæſt.* 3. *concluſ.* 6. *verſ. quòd ſi petas, circa initium.* Quæ autem ſint illæ perſonæ, ſeu Communitates, vel Vniuerſitates, in quibus iuſpatronatus plerumque ex vſurpatione potiùs quæſitum præſumi ſolet; inter cæteros latè tradit Pariſ. ſuprà *num.* 243. & *ſeq.* Gonzal. *d. glos.* 18. *num.* 66. *vſque ad* 69. vbi excipit ab eo Conc. decreto certam partem Vniuerſitatis. ſicut Menoch. *d. præſ.* 90. *num.* 15. & 16 excipit vbi iuſpatronatus prætenderetur ab vno, qui erat potens, ac diues, in quo præſumeretur vſurpatio, cum alio priuato, in quo huiuſmodi præſumptio vſurpationis ceſſaret; tunc enim exiſtimat etiam in ea perſona potente non habere locum decretum illud Concilij. quod, vt *in d. cap.* 9. ſubiicit, vult, vt in ea huiuſmodi perſonis, ſeu Communitatibus, vel Vniuerſitatibus, in quibus iuſpatronatus plerumque ex vſurpatione quæſitum præſumitur, plenior, & exactior probatio requiratur † ad docendum verum titulum; nimirum 215.
fundationis, & conſtructionis ſimul, vel dotationis, de quo *ead. cap.* 9. *circa initium, & d. ſeſſ.* 14. *cap.* 12. iuxta ſupradicta. quæ plenior, & exactior probatio huiuſmodi tituli quoad prædictas perſonas, Communitates, vel Vniuerſitates, ſubiicit ſtatim *ibidem*, conſiſtit tum in aliis, arbitrio iudicantis, cùm ea non definiantur à lege, argum. *l.* 1. *ff. de iur. delib. & cap. de cauſis, de offic. deleg.* cum ſimil. tum præcipuè in eo, quod Concil. ſubdit illis verbis; *nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quàm, ſi præter reliqua ad eam neceſſaria*; de quibus per ſcriben. *in l.* 2. *§. idem Labeo, ff. de aq. pluu. arcen. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aq. quotid. & aſt. d. cap.* 1. *de præſcript. in* 6. *cap. quid per nouale, & cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſignif.* & nos aliquid *ſup.* ſequitur Concil. *præſentationes etiam continuatæ non minori ſaltem, quam quinquaginta annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probentur.* dicentur autem continuatæ etiam vbi de nonnullis earum initio quinquaginta annorum, & aliquibus ad finem conſtet, vt *ſuprà*. nam tales quoque præſumentur intermediæ, & dicentur omnes continuatæ; ſi credimus Menoch. *d. lib.* 3. *præſumpt.* 90. *num.* 15. *& lib.* 6. *præſumpt.* 36. *num.* 5. poſt Rot. *deciſ.* 545. *num.* 1. iuncto *num.* 3. *& deciſ.* 598. *num.* 9. *part.* 1. *in nouiſſ. diuerſ.* licèt in contrarium maximè vrgeant adducta per Pariſ. & Gonzal. id apertè ſentientes, illum *d. quæſt.* 28. *num.* 255. hunc verò *d. glos.* 18. *num.* 79. *vſque ad* 78. Cùm autem dicat Concilium, hanc probationem præſentationum † faciendam eſſe per 216.
ſcripturas, excludit probationem per coniecturas vt docet idem Menoch. *d. num.* 15. dicens, ita ſe reſpondiſſe *conſ.* 336. *num.* 1. *lib.* 4. necnon per teſtes, vt ſatis probant Pariſ. vbi ſuprà, *n.* 257. *cum duobus ſeqq.* & Gonzal. *num.* 80. *vſque ad* 84. ſubdens hic *num.* 85. 86. & 87. ille præmittens *num.* 256. poſt multos, tunc dici præſentationes ſortiri effectum, quando Ordinarius illarum vigore Inſtituit præſentatum à patrono, qui acceptauit, & poſſeſſionem accepit. Non ideo tamen excluditur in hoc caſu potentium perſonarum, aut Communitatum, vel Vniuerſitatum, in quibus præſumitur vſurpatio, quin alio etiam modo, quàm prædicto, immemorabilis cum continuatione ſaltem per quinquaginta annos præſentationum, quæ omnes ſortitæ ſint effectum, valeat probari: negari enim non poteſt, quin admittenda ſit probatio per authenticum documentum antiquum, & ipſe titulus etiam per nouum continens fundationem cum conſtructione, vel dotationem Eccleſiæ, ſeu beneficis cum reſeruatione iuriſpatronatus, cum iis requiſitis, de quibus ſuprà dictum eſt quoad perſonas priuatas. eſt enim tale inſtrumentum probatio probata, & manifeſta, vt latè oſtendit Pariſ. *d. quæſt.* 28. *num.* 214. *cum ſeq.* & Gonzal. *d. glos.* 18. *num.* 34. 35. & 36. Subdit autem Conc. Trid. *d. cap.* 9. *Reliqui patronatus omnes in beneficiis tam ſæcularibus, quàm regularibus, ſeu parochialibus, vel Dignitatibus, aut quibuſcumque aliis beneficiis in Cathedrali, vel collegiata Eccleſia.* per quæ verba † 217.
tollit omnia iura patronatus, quæ non ſunt ex titulo fundationis cum conſtructione, vel dotationis; aut

cùm

cùm talis titulus non est probatus modis prædictis. Per verba verò illa statim sequentia; *seu facultates, & priuilegia concessa tam in vim patronatus, quàm alio quocumque iure nominandi, eligendi, præsentandi ad ea, cùm vacant*; iunctis iis, quæ paulo pòst subiiciuntur; *in totum prorsus abrogata, & irrita cum quasi possessione inde secuta intelliganur*: tollitur iuspatronatus ex priuilegio iam concesso, non obstante possessione, ac iure quæsito; vt per se patet, atque ex quadam sacræ Congr. declaratione adnotauit Paris. supr. *num.* 240. & Gonzal. *num.* 97. vbi etiam *vsque ad num.* 106. docet, quomodo, & quibus clausulis potuerit ac possit post Concil. Trident, concedi iuspatronatus ex priuilegio. Denique per ea verba Concil. *cod. cap.* 9. *exceptis patronatibus super Cathedralibus Ecclesiis competentibus; & exceptis aliis, quæ ad Imperatorem, & Reges, aut regna possidentes, aliosque sublimes, & supremos Principes iura Imperij in dominiis suis habentes pertinent; & quæ in fauorem studiorum generalium concessa sunt*: videtur Concilium admittere in his patronatibus exceptis, quòd possint esse ex alio titulo, quàm fundationis, aut dotationis; nimirum ex priuilegio, vt sentit inter alios Gonzal. *d. glos.* 18. *num.* 102. iuncta *glos.* 24. *num.* 160. & ex eo suadetur, quòd exceptio est regula. *l. nam quod liquidè, §. fin. ff. de pen. legat.* cum aliis ad id alleg. ab Euerard. *in loco ab except. ad reg. num.* 9. & Gonzal. *ad d. regul.* 8. *Cancell. glos.* 13. *in princ. num.* 77. *& glos.* 51. *num.* 2. ac per Doct. passim: suprà enim quasi regulam constituens sustulerat, & abrogauerat patronatus ex priuilegio, & aliter, quàm ex fundatione, vel dotatione concessos.

Iam verò his de iurepatronatus ad propositæ conclus. explicationem præmissis; eius vtramque par-
218. tem breuiter confirmemus. Prior ergo illius pars, † quòd nimirum iuripatronatus passiuo saltem aliquando derogari possit, probatur; quia, licèt valeat conditio à fundatore apposita beneficio, vt beneficium non conferatur, nisi iis, qui sunt de sua familia, consanguinitate, aut progenie; eaque conditio regulariter seruanda sit; prout præter Doct. citatos initio huius conclus. tradit, satisque probat Alphons. Hoied. *tract. de incompatib. benef.* 1. *part. cap.* 23. *num.* 132. *& cap.* 24. *eóque vlt. num.* 107. ac pluries tenuit Rot. Rom. vt patet ex *decis.* 582. in collect. à Farinac. idémque sit in iurepatronatus anomalo, cùm fundator voluit, quòd, vbi non reperiatur idoneus de familia, præsentetur alius; & in familia adsit idoneus: vt docet Lambertin. *d. tract. lib.* 2. *quæst.* 8. *art.* 4. *num.* 7. Tamen, quòd ea derogari possit conferendo alteri, si non contradicat consanguineus, tradit Garz. *tract. de benef. part.* 7. *cap.* 15. id declarans *num.* 7. *&* 8. absolutè verò hanc concluſ. priorem partem in specie clarè tenet Gonzal. *ad d. reg.* 8. *glos.* 9. §. 1. *num.* 6. *&* 7. post Io. Staphil. *tract. de liter. grat. & expect. in* 5. *forma expectatiua, sub num.* 3. *verſ. eadem.* quòd autem prædictæ qualitati, seu condi-
219. tioni à fundatore appositæ † debeat derogare instituendo extraneum, deficientibus illis de familia, consanguinitate, aut progenie, præter Hoied. *d. num.* 107. apertè sentit Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 9. *art.* 1. *num.* 81. *& lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 7. *art.* 24. *num.* 20. *ad fin. & part.* 3. *quæst.* 5. *art.* 4. *num.* 11. faciunt etiam ea, quæ generatim de conditionibus à fundatore appositis circa qualitates personæ instituendæ, vt iis derogari possit, latè tradit Lambertin. *d. lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 10. *art.* 6. *cum seq. & part.* 2. *quæst.* 7. *art.* 30. *eodemque vlt. & part.* 3. *quæst.* 9. *art.* 10. Posterior pars concluſ. probatur; si illud
220. supponamus, † triplex esse genus iuris patronatus actiui, seu iuris præsentandi; aliud laicale, quod fundatum ex bonis patrimonialibus laicorum; ita, vt ad laicos ratione patrimonij, seu iure laicali pertineat præsentatio: de quo *in cap. decernimus*, cum multis seqq. 16. *quæst.* 7. *cap.* 1. 2. *&* 3. ac fere per tot. *de iure patr.* idque licèt fundans, ac præsentans sit clericus, modò id faciat ratione patrimonij, & familiæ, non autem Ecclesiæ; vt probat text. *in cap. cùm dilectus, de iurepatr.* ibi; nos attendentes, quòd etsi præfatus Archidiaconus memoratum G. tamquam laicus ad illam Ecclesiam præsentasset; vbi glos. recepta *verbo, tamquam laicus*, adnotauit; necnon post alios Felin. *in tract. quand. liter. Apostol. nec. patron. ampliat.* 5. Mandos. *ad reg.* 1. *Cancell. quæst.* 10. *num.* 7. & Lambert. *d. lib.* 2. *part.* 3. *quæst.* 9. *art.* 8. & satis etiam colligitur ex Concil. Triden. *sess.* 14. *cap.* 12. *de reformat.* in iis verbis; *nemo etiam cuiuscuis dignitatis Ecclesiastica, vel secularis*; iunctis iis, *de suis propriis, & patrimonialibus bonis competenter dotauerit, iuspatronatus impetrare, aut obtinere possit.* aliud Ecclesiasticum, quod vel de bonis Ecclesiasticis fundatum sit, iuxta textum *in cap. dilectus, de offic. legat. d. cap. cùm dilectus, de iurepatr.* & Conc. Trid. *d. cap.* 12. cum simil. vel clerico ratione Ecclesiæ competat eidem à laico datum, licèt ab eo ex suis, maiorúmve suorum patrimonialibus bonis fundatum fuerit; vt satis probat text. *in cap. vnico, §. vlt. de iurepatr. in* 6. ad quod etiam facit text. *in cap. dilectus, il* 3. *de præben. & cap. cùm autem, de iurepatr.* ac præter Doctor. *ibi*, adnotarunt post alios Roch. de Curt. *tract. de iurepatr. verbo, ius, quæst.* 7. Lambert. *d. tract. lib.* 1. *quæst.* 1. *art.* 5. & Mandos. *d. quæst.* 10. *num.* 6. Couar. *pract. quæst. cap.* 36. *num.* 2. *verſ. distinguitur autem, & num.* 5. *verſ. secundò, illud erit obseruandum*, Gonzal. *d. glos.* 18. *num.* 5. ac nouissimè Garz. quem post hæc scripta vidi, *tract. de benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 553. *cum duobus seqq.* vbi etiam *num.* 555. post alios docet, ius patronatus Ecclesiasticum fieri cùm patronus laicus Religionem ingreditur; & illud, quod competit Episcopo ratione dominij temporalis eidem Episcopatui annexi: subdẽs *num.* 556. idem dicendum de iurepatronatus spectante ad laicos religiosè viuentes siue habitum religiosum deferant, vt sunt illi tertij ordinis S. Francisci, non tamen vt singulos, sed vt vniuersos; siue non deferant, vt sunt illi ordinum militarium. Aliud denique mixtum, per quod præsentatio ad beneficium mixtim ad laicum, & ad Ecclesiasticum ratione Ecclesiæ pertinet; vel partim fundatum est ex bonis Ecclesiæ, partim ex patrimonialibus laici, aut clerici: de quo latè per Felin. *vbi suprà, ampliat.* 6. Roch. de Curt. *d. quæst.* 7. *sub num.* 15. *&* 16. Lambert. *d. quæst.* 1. *art.* 6. 7. *ac* 9. *& lib.* 2. *part.* 3. *quæst.* 8. *art.* 4. *& quæst.* 9. *art.* 9. Couar. *d. num.* 5. *verſ. tertiò, opportunè quæritur*, Mandos. *d. quæst.* 10. *num.* 8. Hoied. *d. cap.* 24. *num.* 114. & Gonzal. *d. glos.* 18. *num.* 8. *vsque ad* 17. Eritque pariter mixtum ius patronatus, si aliqui ex pluribus patronis laicis, vel clericis ratione patrimonij, seu iure familiæ ius suum transferant in Ecclesiam, vel pium locum; vt satis colligitur ex prædictis: cùm enim totum iuspatronatus per huiusmodi translationem fiat Ecclesiasticum, *d. cap. vnic. §. fin. de iurepatr. in* 6. si pro parte trasferatur, erit partim Ecclesiasticum, remanente reliqua parte in suo statu; nam quæ ratio est de toto quoad totum, eadem est de parte quoad partem, *l. qua de tota, ff. de rei vend.* quicquid sit an habeat alterius, vel vtriusque priuilegia, de quo Lambert. *d. utroque art.* 9. prædicti autem ferè omnes tradunt, iuspatronatus mixtum haberi pro Ecclesiastico, vbi saltem æqualis sit numerus laicorum, & clericorum; secus si minor sit numerus clericorum; qui nimirum ratione

tidue Eccleſiæ præſentaturi ſunt. ſed tunc potiùs agitur de ſimplici iure patronatus, & dignoſcendo, an ſit laicale, vel Eccleſiaſticum; vt videbimus *quæſt. ſeq. concluſ. 7. circa initium*; vbi etiam docebimus, quòd, ſi locus ex fundatione ſit religioſus, erit iuſpatronatus Eccleſiaſticum, licèt ille à nullo clerico regatur; & quòd ad iuſpatronatus mixtum vnus etiam ſufficit, qui ratione Eccleſiæ, vel pij loci præſentet. licèt autem Garzias *d. cap. 1. num. 612. & cap. 3. num. 70.* ex Bart. & aliorum doctrina de Vniuerſitatibus, in qua ſint laici, & clerici, inferre videatur, æqualem numerum clericorum conſtituere iuſpatronatus Eccleſiaſticum: id tamen ipſe non ſequitur. *d.* verò *cap. 1. num. 593. cum ſeq.* latè tractat, an iuſpatronatus fundatum à beneficiato ex bonis acquiſitis intuitu Eccleſiæ ex reditibus Eccleſiaſticis ſit Eccleſiaſticum, vel laicale: & *num. 595.* quid in Epiſcopis habentibus facultatem teſtandi à Papa, qui fundarunt iuſpatronatus ex bonis acquiſitis in Epiſcopatu: de iiſdem verò Epiſcopis fundantibus inter viuos abſque aliqua facultate Papæ reſeruato ſuæ familiæ iure præſentandi, agit *eod. cap. 1. numer. 596. cum ſeq.* vbi refert etiam Rot. Rom. deciſ. quæ ad omnia prædicta ab eo tacta ſatis pertinet. quid autem dicendum ſit de Confraternitatibus laicorum, aliiſve laicis operariis fabricæ, adminiſtratoribus hoſpitalium, & ſimilium locorum piorum, tractant Felin. ſuprà *in 4. limit.* Roch. de Curt. *d. quæſt. 7. num. 17.* Lambertin. *d. lib. 1. quæſt. 1. art. 10. & lib. 2. part. 3. quæſt. 9. art. 18.* Couar. *vbi ſupra, num. 8.* & Maſcard. *tract. de probat. concl. 959.* paſſim, & Garz. *d. cap. 1. num. 598. vſque ad 612.* qui penè omnes in eo conueniunt, huiuſmodi laicos religiosè viuentes, ac religioſum habitum portantes, aut locorum piorum adminiſtratores, qui priuilegio fori gaudent ratione locorum, quæ inhabitant, vel adminiſtrant, eorundem ratione præſentandi ius habentes cenſeri patronos non laicos, ſed Eccleſiaſticos. Quo ſuppoſito, probatur nunc poſterior pars præſentis con-
221. cluſ. Nam quod attinet ad iuſpatronatus laicale, † ei poſſe ſaltem per Rom. Pontificem derogari, licèt non cenſeatur velle niſi id exprimat; tradunt, & ex communi pluribus citatis reſoluunt omnes prædicti Doct. poſt gloſ. communiter receptam *in Clem. 2. verbo, Apoſtolicis, de præben.* præcipuè verò latè id tradit Couar. *d. cap. 36. num. 1. & 2.* Lambertin. *d. lib. 2. part. 3. quæſt. 9. art. 1. & 2.* iuncto *art. 3.* cum aliquot ſeqq. & Hoied. *d. cap. 24. num. 109.* adiun-
222. cto *num. ſeq.* Iuri autem patronatus Eccleſiaſtico † etiam Legatus de latere Sedis Apoſtolicæ poteſt derogare, *cap. dilectus, de offic. legat. & cap. cùm dilectus, de iurepatr.* & *ibi* omnes ſcribentes; latè inter cæteros Lambert. *d. part. 3. quæſt. 8. art. 1.* & Couar. *d. cap. 36. num. 2.* vbi etiam contendit, non eſſe neceſſariam eius mentionem in litteris Apoſtolicis. De mixto quoque idem dicendum eſt. nam, prout in eo prædominatur, qualitas laicalis, aut Eccleſiaſtica, iuxta ea, quæ paulo antè diximus, poterit Papa, aut etiam Legatus huiuſmodi iuri patronatus derogare, per ea, quæ inter alios tradunt Lambert. *d. lib. 1. quæſt. 1. art. 6. & 7. ac d. lib. 2. part. 3. quæſt. 8. art. 4. & quæſt. 9. art. 9.* necnon Couar. *d. cap. 36. num. 5. verſ. Tertiò, opportunè queritur.* Verùm de his ſingulis latiùs nobis agendum erit *in quæſt. 5.* ſtatim ſeq. vbi de poteſtate Papæ, Legati, Epiſcoporum, & aliorum his inferiorum circa iuriſpatronatus, & aliarum qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum derogationem fuſiùs diſſeremus.

SVMMÆ RERVM.

223. *Quæ, & quo ordine in hac quæſtione diſputanda ſint.*

224. *Qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis derogari non poteſt à Principe ſæculari, eiúſve Magiſtratibus, aut iudicibus inferioribus.*

225. *Fundator beneficio apponens qualitatem aliquam per diſpoſitionem ſiue cauſa mortis, ſiue inter viuos, poteſt quandocumque ante conſenſum Ordinarij eidem qualitati derogare. poſtea verò non poteſt; num. 226. & ſeq.*

227. *Promittens fundare Eccleſiam, aut beneficium quando compelli poſſit ad fundandum; & ibi an pollicitatio producat actionem maximè fauore piæ cauſæ, & cui ea competat. & an ſic compulſus acquirat iuſpatronatus.*

228. *Fundatio beneficij perfecta per actum inter viuos ſtipulatione interueniente reuocari non poteſt à fundatore.*

229. *Fundator beneficij poteſt ſaltem pro vnâ vice cum Ordinarij conſenſu illius conditionem in fundatione appoſitam alterare; niſi ea eſſet valde vtilis Eccleſiæ, aut interim eſſet alicui ius quæſitum.*

230. *Fundator beneficij poteſt derogare qualitati in eius fundatione etiam cum Ordinarij conſenſu appoſitæ, vbi in limine fundationis derogandi facultatem cum eodem conſenſu ſibi reſeruaſſet.*

231. *Heres, aliúſve ſucceſſor fundatoris, qui conditionem, vel qualitatem aliquam beneficio appoſuit, nequit regulariter ſolus ei qualitati, vel conditioni derogare; & ibi, quòd heres tenetur approbare factum defuncti, & non implens eius voluntatem ipſius hereditate priuatur.*

232. *Beneficia, poſtquam erecta, & fundata ſunt, manent in diſpoſitione Epiſcopi, excepto iure præſentandi.*

233. *Heres, aliúſve ſucceſſor derogare poteſt qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis, vbi fundator cum Ordinarij conſenſu in limine fundationis hanc facultatem ei reſeruaſſet. aut cum illæ qualitates principaliter concernunt eorum fauorem; num 234. & an quoties ſufficit conſenſus fundatoris ad derogandum qualitatibus ſufficiat conſenſus heredis; num. 235.*

236. *Patronus poteſt tacitè, vel expreſsè conſentire, vt quoties beneficium vacauerit, poſſit abſque eius præſentatione conferri.*

237. *Executor à fundatore beneficij deputatus regulariter derogare nequit qualitatibus in eius fundatione appoſitis. poteſt autem ſi ad id facultatem habuit à fundatore; num. 238.*

239. *Beneficiatus, aliúſve, ad cuius fauorem appoſita fuit aliqua conditio, ſeu qualitas in fundatione beneficij, quando poſſit per ſuum conſenſum ei qualitati derogare; & num. ſeq.*

240. *Beneficiatus etiam cum Ordinarij conſenſu non poteſt nouum onus perpetuum beneficio imponere.*

241. *Beneficiatus non poteſt reducere ad meliorem numerum Miſſas à defuncto præſcriptas, eo quòd earum reditus decreuerint, qui tunc erant ſufficientes; & an poſſit cum Epiſcopi conſenſu.*

Expedi-

242. *Capellanus an, & quando ſatisfaciat alibi celebrando, quam ad altare à defuncto præſcriptum. & quid in eo qui per ſeipſum teneꝛ in hebdomada celebrare debet, idque commodè nequit in certa hebdomada præſtare, an debeat hoc in aliud tempus differre, vel eum per alium celebrare; num.243.*

244. *Derogari qualitatibus, ſeu conditionibus in fundatione appoſitis an poſſit per conſuetudinem. & an, & quando per præſcriptionem; num. 245. cum duob. ſeqq.*

246. *Poſſeſſorium an hodie attendatur in beneficiis iuriſpatronatus, ſeu ipſo iure patronatus.*

247. *Patronus laicus, vel mixtus, qui ſemel præſentauit, ac decuit de iurepatronatus coram Ordinario, an teneatur amplius de eo ſaltem in poſſeſſorio docere.*

248. *Vltimus ſtatus attenditur in iuribus incorporalibus præſentandi, eligendi, & conferendi, ac generatim in beneficialibus; & ibi qua ad id requirantur; & vbi tempore præſentationis, electionis, aut collationis conſtaret de defectu proprietatis, aut cumulatim fuerit poſſeſſorium cum petitorio.*

249. *Papa regulariter derogare poteſt qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis; licèt non cenſeatur id facere velle, niſi exprimat.*

250. *Papa derogare poteſt qualitati ſecularitatis, ac regularitatis in beneficij fundatione appoſita; eaque qualitas exprimenda eſt in impetratione beneficij.*

251. *Papa poteſt derogare qualitati manualitatis, ſeu amouibilitatis, ac perpetuitatis beneficij in eius fundatione appoſita; non tamen cenſetur id facere, niſi exprimat: ſed ſi in collatione exprimat manualitatem, an cenſeatur eam qualitatem tollere à beneficio ad vitam promiſſi.*

252. *Papa derogare poteſt qualitati curæ animarum beneficio in fundatione appoſitæ, vel quòd ſit ſine cura. item qualitati obligationis perſonalis reſidentiæ eam tollendo, vel imponendo; num. 253. & quid in qualitate duplicitatis, vel ſimplicitatis beneficij; num. 254.*

255. *Papa derogare poteſt qualitati certæ ætatis, aut ordinis in fundatione beneficij appoſitæ; & an velle cenſeatur.*

256. *Papa derogare poteſt qualitati prebendæ Pœnitentialis, Theologalis, Magiſtralis, & ſimilium. & quid in qualitate beneficij electiui, aut collatiui ſiue liberè, ſiue ſimultaneè, ſiue ad alterius nominationem, vel præſentationem; num. 257.*

258. *Iuſpatronatus paſſiuum quod ſit. & quod actiuum, ſiue laicale, ſiue Eccleſiaſticum, ſiue mixtum; num.259.*

260. *Papa derogare poteſt iuripatronatus paſſiuo; non tamen cenſetur id facere, niſi exprimat.*

261. *Iuripatronatus actiuo Eccleſiaſtico Papa derogare poteſt etiam nulla facta eius ſpeciali mentione.*

262. *Iuripatronatus actiuo laicali Papa derogare poteſt, non cenſetur tamen ei derogare, niſi illius mentio diſpoſitiuè, ac ſpecificè mentio fiat; quòd ſi ad aliquem Principem pertineat, id quoque eſt ſimiliter exprimendum; num.263. & quid vbi beneficium huiuſmodi ſit demolitum; num.264.*

265. *Iuſpatronatus laicorum non comprehenditur in quauis reſeruatione generali etiam in corpore iuris clauſa. & idem in tacita reſeruatione per manus appoſitionem; num. 266. & in iurepatronatus competente clericorationi familiæ; num.267.*

268. *Iuſpatronatus laicorum non comprehenditur in reſeruatione; aut alia diſpoſitione loquente de beneficio ſpectante ad actiuum præſentationem, aut etiam cuiuſcumque vel quorumcumque; ac licèt additum ſit, collationem, prouiſionem, diſpoſitionem, conceſſionem, ordinationem, vel inſtitutionem; num.269. & quid in iurepatronatus laicis competente ex priuilegio, aut præſcriptione; num.270.*

271. *Impetrans beneficium electiuum requirens conſenſum patroni laici, licèt eius defectu ſolum annullet ope exceptionis, mentionem facere debet de tali iurepatronatus.*

272. *Iuſpatronatus laicorum non comprehenditur in gratia de beneficio etiam motu proprio conceſſa. & quid ſi adderetur clauſula, non obſtantibus quibuſcumque, per quæ gratia noſtra impediri quomodolibet poſſet, aut differri; num. 273.*

274. *Iuriſpatronatus laicorum mentio an ſit habenda, cum quis obtinens beneficium patronatus laicalis in promotione ad Epiſcopatum diſpenſatur ad illud retinendum; & ibi quid, ſi ille patronatus ſit Principis. quid autem, ſi Papa per conſtitutionem generalem impediret vacationem beneficiorum promoti ad Epiſcopatum; 275.*

276. *Iuripatronatus laicorum an derogatum cenſeatur, ſi id factum ſit ad petitionem impetrantis aſſerentis de eo non conſtare, licèt patronus poſtea de eodem doceat.*

277. *Iuriſpatronatus laicorum mentio an ſit facienda potius quoad illud poſſidentem, quam quoad habentem ipſius proprietatem.*

278. *Iuripatronatus laicorum quando derogatum cenſeatur ob collationem abſque eorum conſenſu factam ipſis tacentibus à Papa, vel Epiſcopo.*

279. *Iuripatronatus laicorum quomodo derogatum cenſeatur, quando alternis vicibus præſentant.*

280. *Iuri nominandi, quod habet laicus, vbi præſentatio ſpectat ad Eccleſiaſticum, vel iuri præſentandi laici de conſilio, vel conſenſu Eccleſiaſtici, quomodo derogetur.*

281. *Iuripatronatus laicorum quando deroget pro medietate.*

282. *Iuripatronatus laicorum an derogetur non facta eius mentione, aut derogatione cùm beneficium eſt litigioſum.*

283. *Papa poteſt derogare iuripatronatus mixto; & aliquot num. ſeqq.*

284. *Iuſpatronatus mixtum an, & quando habeatur pro Eccleſiaſtico, vel laicali quoad derogationem, aut alia.*

285. *Plures vocati ad iuſpatronatus ſiue laici ſiue clerici ratione Eccleſiæ ſub nomine collectiuo non habent niſi vnam vocem; & alius vocatus ſingulariter habebit aliam vocem, & ſic dimidiam iuriſpatronatus: idemque vbi ex vna parte ſint plures heredes vnius patroni laici, ex alia vnus clericus patronus ratione Eccleſiæ.*

286. *Vniuerſitas quando dicetur Eccleſiaſtica, & iuſpatronatus illius Eccleſiaſticum; & ibi quid vbi inter patronum Eccleſiaſticum, & laicum facta eſt conuentio de præſentando alternis vicibus.*

287. *Iuripatronatus mixto non derogatur pro medietate, ſed in totum.*

Impetrans

288. *Impetrans beneficium ſpectans ad præſentationem duorum ſucceſſiue, an ſatisfaciat exprimendo, illud ſpectare ad vnius præſentationem. & an, cùm ſpectat ad præſentationem vnius cum alterius conſenſu, ſatis ſit exprimere præſentationem; num. 289.*

290. *Impetrans beneficium ſpectans ad Epiſcopi inſtitutionem poteſt obtinere ſpectans ad præſentationem clerici ratione Eccleſiæ, non autem ratione patrimonij, vel laici.*

291. *Habens mandatum prouidendi præfertur electo ad præſentandum, non autem præſentato.*

292. *Littera Apoſtolica non facientes mentionem variationis, vel nouæ præſentationis à patrono laico factæ non valent in præiudicium interim eius vigore inſtituti.*

293. *Præſentatio tribuit ius conſiderabile præſentato.*

294. *Iuriſpatronatus pertinentis ad Vniuerſitatem, ſeu Collegium mentio facienda eſt per nomen collectiuum: & ibi, quòd aliud ſunt ſinguli, aliud vniuerſi; & quando dicatur fieri mentio per nomen collectiuum.*

295. *Data attenditur in exprimenda perſona, ad cuius prouiſionem, vel præſentationem pertinet beneficium, quod impetratur. & quid in beneficio fundato ante gratiam abſque Epiſcopi auctoritate, quæ poſtea ſuperuenit; n. 296. & ſeq.*

297. *Opinio ſecunda ex relatis à Doctore an in dubio electa cenſeatur.*

298. *Concilium generale etiam legitimè congregatũ an, & quando poſsit derogare qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis; cum aliquot ſeqq.*

299. *Concilium generale tamquam inferius Romano Pontifice per ſe non poteſt eius legi derogare: & quam auctoritatem habeat illo abſente, vel præſente; ac vacante, vel non vacante ſede.*

300. *Iuriſdictio, & poteſtas Papæ eo mortuo naturaliter, vel ciuiliter ad quem tranſeat.*

301. *Cœtus Cardinalium an, & quando derogare poſsit qualitatibus in fundatione beneficij appoſitis; & nonnullis num. ſeqq.*

302. *Cœtus Cardinalium ſede vacante an ſuccedat in Pontificia poteſtate.*

303. *Exceptio eſt de regula, & firmat regulam in caſibus non exceptis.*

304. *Ratio generalis legis extendit iuxta ſuos limites ipſam legem.*

305. *Cœtus Cardinalium etiam ſede vacante regulariter derogare nequit conſtitutioni Papæ, vel Concilij; & quid nunc poſsit.*

306. *Legatus Sedis Apoſtolicæ regulariter derogare non poteſt qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis; & pleriſque num. ſeqq.*

307. *Legatus Sedis Apoſtolicæ etiam de latere nequit regulariter derogare iuri humano poſitiuo, præſertim Conciliari.*

308. *Legatus Papæ derogare nequit qualitati ſæcularitatis, vel regularitatis in fundatione beneficij appoſitæ. neque qualitati perpetuitatis, vel amouibilitatis, ſeu mannalitatis; num. 309.*

310. *Legatus diſpenſare non poteſt, vt quis plures Eccleſias parochiales, vel dignitates, aut perſonatus obtineat; aut alias ſuper pluralitate beneficiorum incompatibilium: niſi fortè ob neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ; & n. ſeq.*

311. *Legatus Sedis Apoſtolicæ an diſpenſare poſsit, vt quis obtineat plura beneficia ſimplicia perſonalem reſidentiam requirentia.*

312. *Legatus reſeruare, aut conferre nequit Eccleſias Cathedrales, vel Regulares, aut Collegiatas, vel dignitates Cathedralium electiuas maiores poſt Pontificalem; & ibi quadrã ſit beneficium electiuũ, & quæ Eccleſia Collegiata, remiſsiuè.*

313. *Legatus de latere conferre poteſt beneficia electiua deuoluta ad Epiſcopum ob negligentiam eligentium; ſicut etiam collatiua; & num. ſeq.*

314. *Legatus de latere conferre poteſt omnia beneficia non reſeruata vacantia in ſua prouincia. & quid in beneficiis collationis exemptorum, vel exemptis; aut in deuolutis ex ſua, vel aliorum negligentia; vel deuolutis ad Prælatum exiſtentem extra prouinciam; aut ad eius collationem ſpectantibus; num. 315.*

316. *Legatus de latere an poſsit conferre beneficia ſpectantia ad collationem Prælatorum regularium deuoluta ad Epiſcopum vigore Clemen. vn. de ſuppl. negl. Præl.*

317. *Legatus de latere poteſt ſibi reſeruare beneficia ſuæ Prouinciæ non reſeruata Papæ, antequam vacent; quæ tamen reſeruatio etiam pro certa perſona non tribuit ei ius ad rem.*

318. *Legatus de latere conferre, ac reſeruare poteſt beneficia ſuæ Prouinciæ extra eam exiſtens.*

319. *Legatus de latere cum Ordinariis in collatione beneficiorum Diœceſis ipſorum concurrit; ita, vt ſit locus præuentioni; & ibi an id procedat ſiue Ordinarius alternatiua gaudeat, ſiue non.*

320. *Legatus de latere conferre nequit beneficia reſeruata Papæ; & ſi hanc facultatem habeat, non comprehendit vacantia in Curia: & ibi, an poſsit conferre beneficia litigioſa, maximè ſi ſint iuriſpatronatus laicorum.*

321. *Legatus Sedis Apoſtolicæ regulariter derogare nequit iuripatronatus paſſiuo.*

322. *Legatus de latere poteſt reſeruare, & conferre beneficium iuriſpatronatus Eccleſiaſtici abſque patroni conſenſu. & quid in Nuntio, aut Gubernatore ſuæ Prouinciæ cum poteſtate Legati de latere; aut Nuntio habente facultatem conferendi beneficia cum clauſulis derogatoriis; num. 323.*

324. *Legatus de latere derogare poteſt iuripatronatus Eccleſiaſtico etiam non facta eius mentione; & vbi patronus Eccleſiaſticus non ſit de eius prouincia, modo in ea ſit beneficium.*

325. *Legati miſsi, vel nati derogare nequeunt iuripatronatus Eccleſiaſtico, neque beneficia conferre ſine ſpeciali facultate; & num. 328.*

326. *Legatus etiam de latere derogare nequit iuripatronatus, quod competit clerico ratione patrimonij, ſeu iure familiæ: neque cum beneficium illud eſſet regulare, aut electiuum.*

327. *Legatus etiam de latere derogare nequit iuripatronatus Eccleſiaſtico, ſi facta eſt præſentatio ante reſeruationem, vel poſt eam, ſed ante collationem, niſi reſeruationi adiectum fuiſſet decretum irritans.*

328. *Legati miſsi, vel nati non habentes facultatem Legati de latere derogare nequeunt iuripatronatus Eccleſiaſtico, laicali, vel mixto, aliiſve qualitatibus in beneficij fundatione apppoſitis.*

329. *Epiſcopus diſpenſare non poteſt circa inhabilitatem perſonæ prouidendæ de beneficio, quando illud conferre non poteſt; & num. 359.*

330. *Legatus etiam de latere regulariter derogare nequit iuripatronatus laicali; idemque in Nuntio cum tali poteſtate; & neuter conferre poteſt beneficia talis iuriſpatronatus litigioſa.*

331. *Legatus etiam de latere nulliter confert beneficium iuriſpatronatus laicalis abſque patroni conſenſu ſaltem tacito, qui aliquando ſufficit.*

332. *Legatus conferre poteſt beneficia deuoluta ad Epiſcopum ex negligentia patroni.*

333. *Legatus an derogare poſſit iuripatronatus acquiſito à laicis præſcriptione, aut priuilegio. vel per laicum tranſlato in Eccleſiam, aut locum Eccleſiaſticum; num.* 334.

335. *Legatus etiam de latere derogare nequit iuripatronatus mixto, licèt etiam minor ſit numerus patronorum laicorum; num.* 336. *poteſt tamen quoad ius clerico in eo ratione Eccleſiæ competens; num.* 337.

338. *Legatus de latere derogare poteſt qualitatibus beneficiorum ſuæ prouinciæ quoties illius Epiſcopi, aut eorum Archiepiſcopi poſſunt.*

339. *Pœnitentiaria Apoſtolica an, & quando derogare poſſit qualitatibus ex fundatoris voluntate beneficio appoſitis.*

340. *Concilium Prouinciale an, & quando derogare poſſit qualitatibus appoſitis in fundatione beneficiorum ſpectantium ad diœceſes Epiſcoporum ad Concilium conuenientium, & trib. n. ſeq.*

341. *Concilium Prouinciale nequit conferre beneficia Prouinciæ, neque Synodale, ſeu Diœceſanum beneficia Diœceſis.*

342. *Concilium Prouinciale quid poſſit circa cauſas, & negotia Prouinciæ.*

343. *Omnes, ac ſinguli approbare debent quod omnes tangit; in actibus autem ſaltem neceſſariis tangentibus vniuerſos, ſufficit conſenſus maioris partis.*

344. *Concilium Primatiale, vel Patriarchale, ſeu nationale, ac regionale quid poſſit in derogando qualitatibus beneficiorũ illarum prouinciarũ.*

345. *Patriarcha, Primas, & Archiepiſcopus an, & quando derogare poſſint qualitatibus beneficiorum ſubiectorũ ſuis ſuffraganeis, vel ipſarum Cathedralium ſibi mediatè, aut immediatè ſubiectarum; num.* 346. *& ibi intellectus cap. ſi clericus aduerſus,* 11. *quæſt.* 1.

347. *Patriarcha, Primas, vel Archiepiſcopus an derogare poſſint qualitatibus beneficiorum ante receptionem pallij.*

348. *Epiſcopus regulariter derogare non poteſt qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis; cum multis num. ſeqq.*

349. *Epiſcopus diſpenſare non poteſt, vt quis habeat plures canonicatus perſonalem reſidentiã requirentes, aut plures dignitates, perſonatus, vel Eccleſias parochiales; & num.* 355. *cum ſeq.*

350. *Epiſcopus an poſſit pro vna vice cum conſenſu heredum eius, qui fundauit beneficium, derogare qualitati in eius fundatione appoſitæ. & qui hac in re diſtinxerint; num.* 351. *quive affirmatiuam poſt Conc. Trid. tenuerint; n.* 352. *& quid in reductione Miſſarum ob diminutionem reddituum beneficij; num.* 353. *& ibi, quòd qualibet diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

354. *Epiſcopus ob publicam vtilitatem euidentem an commutare poſſit vltimã voluntatem poſſibilem.*

355. *Epiſcopus ob neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ an poſſit diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum curatorum, aut dignitatum. & an poſſit ſuper reſidentia, aut ſeruitio perſonali ob diminutionem reddituum; num.* 356.

357. *Reductio Miſſarum, quarum onus adiectum eſt beneficio, vbi Epiſcopo permittatur, ab eo fieri poterit abſque Synodo; & ibi intellectus Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *de reform.*

358. *Epiſcopus minuere fortaſſe poteſt ex cauſa onera impoſita beneficio poſt eius fundationem; & ibi intellectus Canc. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *& 5. de reform.*

359. *Epiſcopus derogare nequit qualitatibus beneficij, cuius collationem non habet; ſicut nec diſpenſare cum patiente inhabilitatem ad huiuſmodi beneficium, maximè vbi Papa de eo prouidet.*

360. *Beneficium conferens iure deuoluto debet conferre cum qualitatibus in eius fundatione appoſitis.*

361. *Beneficij collatio facta ab Ordinario ſpreto patrono etiam Eccleſiaſtico infra tempus datum ad præſentandum eſt nulla ipſo iure. & quid ſi conferat iure deuoluto, cum patronus ſuit abſens; num.* 362. *aut eum inſtituit ad præſentationem laici, qui Eccleſiæ abſque eius conſenſu iuſpatronatus donauit; num.* 363. *& ibi intellectus cap. illud, de iurepatr. & cap. cum Bertoldus, de re ind.*

364. *Collatio beneficij facta patrono abſenti, qui poſtea conſenſit, valet. idemque ſi ſit facta tertio, ipſo poſtea infra tempus datum ad præſentandum conſentiente expreſsè; vel tacitè ſiue non contradicendo cum ſit præſens, vel negligendo ſi abſens ſit, ac ſciat; num.* 365.

366. *Patronus poteſt recipere collationem ſui beneficij patronati ſibi factam ab Epiſcopo, & Capitulo ſede vacante.*

367. *Collatio beneficij facta ab Epiſcopo abſque patroni conſenſu quoties valere poteſt ob negligentiam patroni, quando incipiat valere; & an hoc ius ſit conſiderabile ita, vt eius ſit mentio facienda, vel ad effectum reg. Canc. de non tollendo iure quæſito.*

368. *Epiſcopus conferre poteſt beneficium abſque patroni conſenſu, ſi is ſcienter præſentauit indignũ; & alias vbi prouiſio ad Epiſcopum deuoluitur.*

369. *Permutatio beneficij facta ſpreto patrono licèt nulla ſit ipſo iure, reconnaleſcit tamen ipſo nõ reclamente intra tempus datum ad præſentandum.*

370. *Conſenſus expreſſus patroni requiritur vbi collatio ſit cum clauſula, dummodo patronorum conſenſus accedat.*

371. *Collatio ab Ordinario facta de beneficio iuriſpatronatus vt libero an poſſit ratificari à patrono expreſsè, vel tacitè.*

372. *Epiſcopus conferre poteſt beneficium patronatus laici eo inconſulto, quando is vocatus non poſſet præſentare quem vellet; vel ab eo præſentatus non poteſt ſine ſcandalo inſtitui, aut erat ſcienter indignus.*

373. *Epiſcopus conferre poteſt ſine conſenſu patroni beneficium patronatus, ſi patroni laici non præſentant intra quadrimeſtre, & Eccleſiaſtici intra ſemeſtre; vel litem ſuper iurepatronatus intra idem tempus non terminant.*

374. *Permutatio beneficiorum iuriſpatronatus non requirit patronorum præſentationem, ſed ſolùm eorum conſenſum, & auctoritatem ſuperioris; & an hac ſufficiat ſtante vrgente neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ.*

375. *Epiſcopus inſtituis aliquo modo abſque patronorum conſenſu, quoties ipſe eligit inſtituendum. & poteſt motu proprio inſtituere patronum egenum abſque eius præſentatione; num.* 376. *ac ſolus conferet beneficium aliàs patronatum deficientibus patroni heredibus, aut aliàs extincto iure patronatus; num.* 377. *& ibi an idem ſit in inferiore Prælato.*

378. *Epiſcopus an poſſit ſine conſenſu patroni commendare ad vitam, vel ad certum tempus beneficium patronatum; aut eo vacante deputare cuſtodem ſeu œconomum.*

Epiſcopus

379. *Epiſcopus an poſſit diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum requirentium perſonalem reſidentiam. & an hodie inducatur vacatio ipſo iure primi beneficij perſonalem reſidentiam requirentis, aut aliàs incompatibilis per aſſecutionem ſecundi; n. 380. & ibi, quòd triplex eſt modus, ſeu genus perſonalis reſidentiæ.*

381. *Beneficium primum incompatibile non vacat ipſo iure per ſolam collationem, & acceptationem ſecundi, ſed requiritur adeptio poſſeſſionis, vel quòd per prouiſum ſteterit, quin eam caperet. neque ſi in primo haberet collationem non acceptata; vel ius ad rem, licèt per eum ſteterit, quin haberet ius in re; aut eſſet alius intruſus in beneficio; num. 382. & quid, ſi ſtet per prouiſum, ne bullas expediat; num. 383.*

384. *Epiſcopus an derogare poſſit qualitati in beneficij fundatione appoſitæ, vbi eſt magna difficultas in ea qualitate implenda, vel neceſſitas vndequaque oriens. & quid in qualitatibus Eccleſiæ ſuæ Cathedralis, vel Prælati inferioris, aut exempta; n. 385. quid in Epiſcopo poſtulato, electo, aut confirmato tantùm, vel habente iuriſdictionẽ in habitu, vel temporalem; n. 386.*

387. *Viſitator ab Epiſcopo, vel Papa deputatus an derogare poſſit qualitatibus beneficij.*

388. *Capitulum ſede vacante derogare nequit beneficij qualitatibus in eius fundatione appoſitis; cum aliquot num. ſeqq.*

389. *Capitulum ſede vacante non poteſt conferre beneficia collationis Epiſcopi; licet ad eum ſpectet cum conſilio, vel aſſenſu Capituli; aut collatio Capituli à Papa poſtea confirmetur in forma communi; & ibi quid ſit hæc confirmatio. neque vbi ſemeſtre lapſum ſit ſede vacante; num. 390.*

391. *Capitulum ſede vacante conferre non poteſt beneficia ad Epiſcopum deuoluta ob negligentiam Prælati inferioris in conferendo, vel patroni in præſentando.*

392. *Viſitator, ſeu adminiſtrator Eccleſiæ Cathedrali vacanti datus à Metropolitano, aut alio quàm à Papa, an conferre poſſit beneficia ſpectantia ad Epiſcopi collationẽ ſolius, vel cum Capitulo.*

393. *Capitulum ſede vacante non ſuccedit Epiſcopo in iure præſentandi aut eligendi.*

394. *Capitulum ſede vacante conferre poteſt beneficia ad ſe iam deuoluta ex negligentia Epiſcopi in conferendo. & quæ communiter ad vtriuſque collationem pertinent, mortuo, aut à collatione ſuſpenſo Epiſcopo, ſi vt Prælatus intereſſe debebat electioni; num. 395.*

396. *Capitulum mortuo Epiſcopo, vel in remotis agente ſolum conferre poteſt beneficia, quorum habet collationem cum Epiſcopi conſilio.*

397. *Viſitator, ſeu adminiſtrator Eccleſiæ Cathedralis datus à Papa an poſſit conferre beneficia collationis Epiſcopi ſolius, vel ſimultanea cum Capitulo.*

398. *Capitulum ſede vacante poteſt confirmare electos, & inſtituere præſentatos, ſicut poterat Epiſcopus; & ibi, quid in collatione debita certo generi perſonarum; aut quæ ſit per optionem. & an poſſit conferre beneficia parochialia, & patrimonialia; num. 401.*

399. *Capitulum ſede vacante an poſſit admittere reſignationem permutare volentium beneficia, vel conferre beneficia ad hunc effectum reſignata in manibus Epiſcopi; & num. ſeq.*

400. *Reſignationem beneficij recipere poſſit qui poteſt deſtituere.*

401. *Sedes Epiſcopalis an vacet poſt prouiſionem factam de Prælato in Conſiſtorio etiam ante captam poſſeſſionem Epiſcopatus.*

402. *Capitulum ſede vacante poteſt derogare qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis, quoties Epiſcopus id facere poteſt indirectè, vt derogando virtualiter iuripatronatus; ac præcipuè inſtituendo patronum, qui clericus, & vnicus ſit, abſque præſentatione. an verò, & quando directè poſſit; num. 403. cum ſeq.*

404. *Capitulum ſede vacante an poſſit ea ſolum exercere, quæ ſunt neceſſitatis, & iuſtitiæ.*

405. *Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ tituli Preſbyteralis; vel Diaconalis Cardinalium an, & quando derogare poſſit qualitatibus appoſitis in fundatione beneficiorũ ad eos titulos pertinentiũ.*

406. *Viſitator, ſeu adminiſtrator Eccleſiæ Cathedralis vacantis, aut ſimpliciter à Sede Apoſtolica deputatus an derogare poſſit qualitatibus appoſitis in fundatione beneficiorum illius Eccleſiæ. & quid in perpetuis adminiſtratoribus Eccleſiarum Cathedralium; num. 407. & in ſequeſtre, aut depoſitario earumdem, aut aliarum Eccleſiarum; num. 408.*

409. *Prælati ſeculares habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, an & quando derogare poſſint qualitatibus beneficiorum tibi ſubiectorum, ac præſertim iuripatronatus beneficiorum, quorum inſtitutionem habent.*

410. *Vicarius Epiſcopi, Capituli ſede vacante, vel Prælatorum inferiorum habentium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem an, & quando derogare poſſit qualitatibus in fundatione beneficiorum appoſitis.*

411. *Prælati Regularium an, & quando poſſint derogare qualitatibus beneficiorum ſiue regularium, ſiue ſecularium ſibi ſubiectorum.*

QVÆRO igitur QVINTO in hoc capite; quinam poſſint derogare qualitatibus in fundatione beneficij appoſitis?

In huius quæſtionis tractatione, quæ erit de cauſa proxima efficiente propoſitæ derogationis qualitatum beneficij, poſtquam in præcedenti quæſtione de eiuſdem derogationis cauſa materiali diximus, eum ferè ordinem ſequentes, quem obſeruauimus *cap. 5.* dum generatim de commutatione vltimarum voluntatum ageremus, & *cap.* ſtatim *præced.* vbi ſpeciatim de fideicommiſſorum derogatione diſſeruimus; ac iuxta prædictæ derogationis ex parte cauſæ efficientis diuiſionẽ, quam ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 2. circa initium*, attulimus: priùs agemus † de derogatione, quæ priuata auctoritate fit, ſeu de perſonis priuatis, de quibus dubitari poteſt, an huiuſmodi qualitatibus valeant derogare, nimirum de fundatore, de eius herede, de executore, & beneficiato; vbi etiam aliquid dicendum erit de præſcriptione, vel conſuetudine: tum de ea derogatione, quæ fit publica auctoritate, ſeu de perſonis publicis, de quibus poteſt controuerti, an prædictis beneficiorum qualitatibus derogare valeant, hoc eſt, de Papa, Concilio generali, Collegio S.R.E. Cardinalium, Legato Sedis Apoſtolicæ, ſacra Pœnitentiaria, Synodo Prouinciali, Patriarcha, Primate, Archiepiſcopo, ſeu Metropolitano, Epiſcopo, necnon habente iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, hoc eſt, Capitulo ſede vacante, Cardinali in ſuo titulo Preſbyterali, vel Diaconali, Prælato inferiori habente quaſi diœceſim, eorúmque, & Epiſcoporum Vicario; ac denique de Prælato Regularium quoad Eccleſiam ſibi ſubiectam. de quibus ſingulis hoc ipſo ordine re- 223.

tentro singulas ferè conclusiones instituemus: omissa disputatione † de Principe sæculari, aut eius Magistratibus, ac iudicibus inferioribus; quoniam de his nulla potest esse difficultas, cùm iis nulla de rebus spiritualibus, & Ecclesiasticis statuendi sit attributa facultas, aut potestas, *cap. bene quidem, 96. distinct. cap. Ecclesia sancta Maria, de constit. cap. 2. & 3. de iudic. cap. fin. de reb. Eccl. non alienan.* cum simil. 224.

PRIMA igitur CONCLVSIO sit. Fundator beneficij siue ex testamento, aut alia simili vltima voluntate, siue per actum inter viuos ei apponens qualitatem aliquam † eidem qualitati derogare quandocumque potest ante approbationem, & consensum ab Ordinario prædictæ appositioni præstitum: secuto autem huiusmodi consensu amplius sine nouo eiusdem consensu non potest. Prior pars conclusionis quoad testamentum, & similes vltimas voluntates probatur; tum quia voluntas hominis est ambulatoria vsque ad mortem; & prædictæ vltimæ voluntates reuocari possunt vsque ad vltimum vitæ spiritum, *l. cum hic status, §. ait oratio. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 4.* quæ incipit, *quod si iterum, ff. de adimen. legat. cap. cùm Martha, de celebrat. Miss.* cum simil. tum ex iis, quæ in terminis qualitatis iurispatronatus tradit Lambert. *tract. de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæst. 4. art. 7. ad fin. & art. 10. num. 3. & 4. ac part. 2. quæst. 1. art. 17. ac 21.* ferè per tot. *& quæst. 6. art. 5. num. 3.* quoad actum verò, seu dispositionem inter viuos non acceptatum probatur; tum quia promissio, & donatio etiam fauore piæ causæ, vbi nondù acceptata sit, reuocari potest, vt post alios satis probat Sanch. *lib. 1. de matrim. disp. 6. num. 16. disput.* autem 7. *num. 24.* idem docet, licèt interueniat iuramentù, & stipulatio ab eo interposita qui pro alio stipulari nō potest: tum quia in terminis iurispatronatus ita tradit Lambertin. *d. part. 2. quæst. 6. art. 5.* 225. 226. Posterior autem pars † conclusionis, quoad testamentù, & alias huic similes vltimas voluntates, probatur ex eo, quod in hac specie tradit Lambert. *d. lib. 1. part. 1. quæst. 4. princ. art. 7. in fin. & art. 10. num. 4.* quòd, quamuis voluntas testatoris sit deambulatoria vsque ad mortem, *d. l. 4. ff. de adimen. legat.* cum aliis vulg. iuribus; tamen si quis in suo testamento creauit, seu mandauit creari beneficium, & constituit aliquem tertium patronù, qui ad illud debeat præsentare beneficiatù, & ad prædicta interuenit consensus Ordinarij; tunc talis testator non poterit reuocare quod facit, neque eum pœnitere; immo ad id exequendù compelli poterit, per ea, quæ ipsemet adduxit *eadem quæst. 4. art. 4. 5. & 6.* atque etiam, quia illud iuspatronatus fuit perfectù in se, & per ipsum in alium translatù: vnde multo magis non potest retrocedere. quod idem breuiter repetit *d. part. 1. quæst. 5. art. 8. num. 45.* & latiùs *d. 2. part. quæst. 1. art. 21.* ferè per tot. *& quæst. 6. art. 5. num. 8.* ex adductis verò ab eo tam hoc *art. 5.* quàm *d. quæst. 1. art. 17. ac 21. part. 1.* satis cōstat, idem in hac posteriori concluſ. parte statuendù etiam esse vbi ad actum inter viuos fundatoris accessisset cōsensus, & approbatio Ordinarij: iunctis maximè iis, quæ idemmet adducit *d. part. 1. quæst. 4. art. 4. 5. & 6.* post Paulum de Cittad. *tract. de iurepatr. 3. part. cons. 1. acquisit. iurispatr. quæst. 10. & 21.* nimirum promittentem fundare Ecclesiam, aut beneficiù † compelli posse ad fundandù; 227. idque non modò quādo incepit opus; quo casu etiam de iure ciuili pollicitatio inducit actionem in factum *l. 1. §. 1.* & *ibi* Bart. *ff. de pollicitat.* & in specie incipientis construere, aut reparare Ecclesiam, Capellam, vel altare, idem Lambertin. simpliciter, sed latè probat *eod. quæst. 4. art. 1. & 2.* verùm & ante opus inceptum; quo casu pollicitatio de iure canonico produxit actionem; vt quis cogatur ad illud faciendum etiam antequam inceperit, *cap. qualiter, de pœn.* & hoc maximè procedit fauore piæ causæ; quia tunc inducitur efficax obligatio ex pollicitatione sine causa etiā de iure ciuili; Bart. & Bald. *in l. illud, C. de sacrosanct. Eccles.* Abb. *in cap. ex parte, de censib.* Io. Andr. *cap. 2. de consuet. & in addit. ad Specul. tit. de cession. arti.* licèt causa expressa, & pia sit, vbi aliquid fit pro anima, Abb. *in rubr. de testam. col. 3.* glos. *in l. si quis Titio, ff. de legat. 2. d. l. illud, C. de sacrosanct. Eccl.* His verò addit Lambert. *d. art. 4. num. 3.* quòd per *cap. nemo, de consecrat. dist. 1.* in promittente fundare Ecclesiā non solùm inducitur pollicitatio, sed & obligatio, quæ sit Diœcesano; & ideo absque dubio per illū cogi potest, secundùm glos. & Doct. *in cap. placuit, 1. quæst. 2.* subdit autem Lambert. *d. art. 5. n. 1. cum duobus seqq.* post Paul. Cittad. *d. quæst. 20.* hanc actionem esse in factum; quæ datur vbicumque æquitas suadet talem actionem dari, neque est expressa alia actio, *l. & quia,* ibique Bart. *& l. quoties ff. de præscript. verb. ac l. quadā, in princ.* vbi Bart. *ff. de edend. & num. 4.* aduertit hanc actionem competere absque dubio ei, cui facta est pollicitatio; sed & cuilibet de populo fauore Ecclesiæ, necnon Diœcesano ex officio. *art.* verò 6. ex *num.* 7. contra Paul. *d. cons. 1. quæst. 22.* latè probat, hunc promittentē quamuis ob promissionem compulsum ad fundandū, ex fundatione acquirere iuspatronatus in beneficio sic fundato. Atque hæc posterior pars conclusionis multo magis locum habebit, † cùm fundatio beneficij perfecta fuit à fundāte per actum inter viuos interueniente non sola simplici pollicitatione, seu promissione, sed stipulatione: huiusmodi enim contractus sic perfectus regulariter reuocari nō potest sine consensu vtriusque partis *l. sicut, C. de action. & oblig. & l. perfecta donatio, C. de donat. quæ sub mod.* cum simil. Limitatur autē hæc posterior pars concl. primò, vt † possit primus fundator cum Episcopi cōsensu, & non aliter, saltem ex iusta causa, & pro vna vice etiā ex postfacto alterare conditiones, & qualitates tempore fundationis appositas; vt post alios ex cōmuni tradit Lambert. *d. tract. de iurepatr. lib. 2. part. 1. quæst. 7. art. 30. n. 2. 3. & 9.* clarúmque videri asserit Garz. *tract. de benef. part. 7. cap. 1. num. 103.* maximè post Roch. de Curt. *d. tract. de iurepatr. verbo, pro eo, quod, quæst. 14. sub n. 30.* & Guttier. *cons. 1. n. 23. 26. 27. & 28.* Quæ limitatio restringi debet, vt non procedat vbi conditio illa vtilis esset Ecclesiæ; tunc enim Episcopus etiam cum patroni fundatoris consensu non posset sine magna causa illi derogare: vel vbi alicui esset ius interim quæsitum, vt post Roch. *d. num. 30.* tradit Guttier. *d. num. 23. & 28.* 228. 229.

Limitari quoque potest secundò hæc ipsa posterior pars conclusionis, † vbi fundator cum Ordinarij consensu in limine perfectæ fundationis reseruasset sibi facultatē immutandi qualitates à se in beneficij fundatione appositas; per ea, quæ idemmet Lambert. adducit *d. tract. lib. 1. part. 1. quæst. 9. art. 1. in 3. concl. ampliat. 10.* & latiùs *art. 2.* ferè per tot. dum fusè probat, posse fundatorem mutare saltem semel beneficiatum à se præsentatum, & institutum, vbi talem facultatem in fundatione cum Ordinarij consensu sibi reseruauit. 230.

SECVNDA CONCLVSIO. Heres, aliúsve successor illius, qui conditionem aliquam, vel qualitatem apposuit in fundatione beneficij, † non potest regulariter per se solus ei qualitati, seu conditioni derogare. Probatur; tum quia regulariter heres tenetur approbare factum defuncti *l. fin. ff. de hered. instit. l. cum à matre, C. de rei vendicat. & §. 1. auth. de iure iur. à nouient. præstit. cap. nos quidem, & cap. si heredes, de testam.* immo si non adimplet eius licitā & possibilem voluntatem, priuatur commodo hereditatis, 231.

§. hæc

§. *his igitur, auth. de hered. & Falcid. l. vlt. & auth. hoc amplius, C. de fideic. cap. Syluester, 11. quæſt. 1. & 11. cap. ſi heredes,* cum ſuis concord. Tum quia ita ſatis in ſpecie quoad fundationem beneficij & certam qualitatem iuriſpatronatus, poſt Paul. Citted. *d. tract. de inrepar. part. 3. cauſ. 1. acquiſit. iuriſpatr. quæſt. 22.* tenet Lambert. *d. lib. 1. part. 1. quæſt. 4. art. 7.* ferè per totum, præſertim *num. 3.* & generatim quoad qualitates in beneficij fundatione appoſitas, quòd per ſe ſolus nequeat heres eas immutare, latè tradit poſt alios Roch. de Curt. *d. tract. de inrepar. verbo, pro eo, quod de Diœceſani conſenſu, num. 32. ante med. & ad fin.* iunct. *num. 33.* Lambert. *eod. tract. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 30. & quæſt. 10. art. 6. & 7. ac lib. 3. quæſt. 5. art. 1. 3. & 4.* necnon *quæſt. 6. & 7.* paſſim. in quibus etiam locis tractant, an id poſſit heres cum conſenſu Epiſcopi, vel contrà; de quo nos latiùs infrà hac ipſa quæſt. *concl. 14.* vbi de poteſtate Epiſcopi in harum qualitatum derogatione, & aliquid *in 7. quæſt. concl. 7.* vbi de conſenſibus ad hanc derogationem requiſitis. Tum ex iuribus, in quibus habetur, voluntatem defuncti eſſe ſeruandã, *l. 1. C. de ſacroſanct. Eccl. §. diſponat, auth. de nupt. cap. vltima voluntas, 13. quæſt. 2. & d. cap. ſi heredes,* cum aliis multis per nos congeſtis ſup. *cap. 3. quæſt. 3.* non longè ab initio. & in ſpecie qualitatum, & onerum beneficio in eius fundatione appoſitorum, vt iis derogari in quauis diſpoſitione non poſſit, expreſsè cauetur à Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 5. de reform.* Ad quod etiam facit text. *in cap. querimoniam, de inrepatr.* vbi Alex. III. Abſurdum, inquit, videtur omnino, vt ad ſingulas patronorũ ſecundùm humanam conditionem mutationes Eccleſiarum ordinationes mutentur. quem text. ita intelligunt, & ſummant communiter Doct. inſtituti in Eccleſiis patronatis per nouos patronos mutari nõ poſſunt. faciunt & alia, quibus ſuprà *cap. 5. quæſt. 1. concl. 5.* generatim oſtendimus heredem aliámve perſonam à defuncto grauatam ad aliquid faciendum pro executione ſuæ vltimæ voluntatis regulariter non poſſe eam commutare: id quod multò magis locum obtinere debet

232. in beneficiis, quæ † poſtquam erecta ſunt, & fundata, manent in Epiſcopi diſpoſitione, excepto iure præſentandi, & aliis, quæ à iure patronis reſeruantur, vel ſibi reſeruari permittuntur; *cap. ſic quidam, & cap. nouerint, 10. quæſt. 1.* iuncto *cap. 3. & cap. præterea, il 2. de inrepatr.* cum ſimil. quæ ad id allegat gloſ. recepta *d. cap. querimoniam, verbo, mutationes, eod. tit.*

Limitatur autem hæc concluſio primò, vt non

233. procedat † vbi fundator futuris illius beneficij patronis, ſeu aliis heredibus, ac ſucceſſoribus ſuis in limine fundationis cum Ordinarij conſenſu reſeruaſſet facultatem huiuſmodi qualitates beneficio à ſe appoſitas immutandi, eiſque derogandi; per ea, quæ de facultate mutandi beneficiatũ à ſe præſentatum, & inſtitutum ab Ordinario, vbi illam ſibi cum eius conſenſu reſeruaret, latè tradit Lambert. *d. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. art. 1. concl. 3. ampliat. 10. & fuſiùs art. 2. n. 14. & ſeq.* ob eam præcipuè rationem, quòd poſſit fundator in limine fundationis beneficij apponere, quas voluerit, conditiones, & qualitates, etiam contra ius cõmune; modò licitæ ſint, ac poſſibiles, & Ordinarij conſenſus acceſſerit; vt idemmet latiùs probat *d. art. 1. concl. 3.* ferè per tot. & alij, quos nos retulimus ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 2.* in poſtrema diuiſione derogationis qualitatum beneficij ex parte cauſæ materialis. quæ ratio cùm æquè militet in derogatione, ſeu mutatione aliarum qualitatum in fundatione beneficij appoſitarũ ab herede fundatoris facienda, in iis quoque locũ habebit hæc propoſita concluſionis limitatio: vbi enim eadem eſt ratio, eadem quoque debet eſſe diſpoſitio, idémque iudicium, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap. 2. de tranſlat. Epiſc.* cũ ſimil. adductis ab Euerard. *in Topicis ur. loc. a pari, & loc. a ſimili.*

Limitatur ſecundò præſens concluſio, vt † poſſit 234. heres fundatoris, ſeu nouus patronus etiam ſine conſenſu Epiſcopi alterare conditiones, & qualitates beneficij à fundatore appoſitas, vbi ex principaliter concernunt eorum fauorem; vt ſatis probat idem Lambert. *d. lib. 3. quæſt. 5. art. 3. ad fin.*

Tertiò limitatur, quòd † in caſibus, in quibus re- 235. quiritur conſenſus primi fundatoris, ſeu patroni, eo defuncto vt plurimum ſufficiet conſenſus heredis, vt idem tradit *d. quæſt. 5. art. 2.* de hac tamen limitatione videndũ eſt quod dicemus infrà hac ipſa quæſt. *concl. 14. circa initium.* in qua concluſ. fuſiùs agemus, quandonam Epiſcopus cum conſenſu heredis fundatoris, vel è contrario hiſce qualitatibus poſſit derogare. Ex quibus duabus limitationibus ſequitur † id, 236. quod latè proſequitur inter cæteros Lambert. *d. tract. de inrepatr. lib. 2. part. 3. quæſt. 2. art. 2. & quæſt. 9. art. 24.* poſſe quemlibet patronum etiam ſucceſſorem fundatoris tacitè, vel expreſsè conſentire, vt abſque eius præſentatione fiat collatio beneficij ſingulis vicibus, quibus vacauerit.

TERTIA CONCLVSIO. Executor teſtamentarius, aut aliàs à fundatore deputatus † regulariter 237. nequit derogare qualitatibus in fundatione beneficij ab ipſo fundatore appoſitis. Probatur hæc cõcluſio ex iis, quibus ſuprà *cap. 5. quæſt. 1. concl. 6.* oſtendimus, executorem à teſtatore deputatum pro executione ſuæ vltimæ voluntatis regulariter non poſſe illam cõmutare; præcipuè tum ex eo, quòd cùm eorum munus, & officium ſit exequi defuncti voluntatem, vt per ſe patet, ac nomen ipſum indicat, ſatiſque conſtat ex *§. ſi quis ædificationem, & §. ſi quis autem, auth. de Eccleſ. tit. collat. 9. cap. tua nobis, & cap. Ioannes, de teſtam. cap. fin. §. vlt. eod. tit. in 6.* cum ſuis concord. non debent poſſe aliud quid facere, quàm quod eis à defuncto præſcriptum fuit: ſumpto argumento à contrariis, iuxta latè adducta ab Euerard. *in Top. iur. loc. à contrar. num. 10. & 11.* tum ex eo, quod in terminis, non poſſe executorem à defuncto deputatũ eius voluntatem immutare, tradiderunt inter cæteros M. Ant. Natt. *conſ. 7.* vel potiùs 111. relatus, ac probatus à Card. Mantic. *tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 3. num. 8.* necnon Ioan. Bertach. *in tract. de Epiſc. lib. 4. part. 4. n. 79.* & nouiſſimè Lud. Molin. è Societ. Ieſu *de inſt. & iur. tract. 2. diſput. 249. in princ.* per text. qui ſanè ad id optimus eſt, *in d. cap. tua nobis, de teſtam.*

Limitari autem poteſt hæc concluſio, vt † poſſit 238. executor à defuncto, alióve fundatore etiam per actum inter viuos deputatus derogare cõditionibus, & qualitatibus ab ipſo fundatore beneficio cum Ordinarij conſenſu appoſitis in limine fundationis, vbi cum huiuſmodi conſenſu eidem executori talem facultatem derogandi reſeruauerit. quæ limitatio ſatis comprobatur ex iis, quibus ad præcedentem concluſionem de herede, ac ſucceſſore ſimilem limitationem adhibuimus: par enim, & eadem quoad hæc eſt vtriuſque ratio, atque adeò par, & idem eſſe debet iudicium, *cap. 2. de tranſlat. Epiſcop. cum vulgar.* Ad idem etiam faciunt alia, quibus ſuprà *d. cap. 5. quæſt. 1. concl. 6.* docuimus, poſſe executorem à teſtatore deputatũ pro executione ſuæ voluntatis illam cõmutare, vbi ad id ei facultatem dedit: quod inter alios ſatis ſenſit Marian. Socin. *in tract. de oblat. libell. 1p. num. 21.* & apertè tenet Bart. *in l. captatoriæ, in fin. C. de teſtam. milit.* quem ſequi etiam videtur Bertach. *d. num. 79.*

QVARTA CONCLVSIO. Beneficiatus, 239. aliúſve, ad cuius fauorem appoſita fuit aliqua conditio, ſeu qualitas in fundatione beneficij, † poteſt per ſuum conſenſum ei qualitati derogare. Proba-

tur ex iuribus ; in quibus habetur, posse quem renuntiare suo fauori, seu iuri in sui fauorem introducto ; vt *l. pactum, ff. de pact. & l. si quis in conscribendo, C. eod. tit.* cum aliis, quibus supra *cap. 5. quæst. 1. concl. 7.* generatim ostendimus, posse eum, ad cuius fauorem emanauit dispositio siue causa mortis, siue inter viuos, illam commutare, seu eius commutationi consentire. vbi etiam ad eam conclusionem illam ampliationem adhibuimus, satisque confirmauimus, quæ huic pariter conclusioni potest adaptari ; vt nimirum procedat quoque, vbi dispositio illa fuerit iuramento vallata, quoniam obligatio iuramenti, quod homini præstatur, cessat per remissionem partis, seu eius, ad cuius fauorem præstitum fuit ; vt inter cæteros ex communi satis probat Thom. Sanchez *lib. 3. sua sum. cap. 20. num. 4.*

Hinc verò infertur quòd, si fundator voluit, beneficium non habere annexum ordinem sacerdotij, aut non nisi onus celebrandi ter in hebdomada, vel vt semper possit per alium celebrare, aut quid simile, poterit beneficiatus, vel beneficiandus sponte pro tempore, quo ipse tale beneficium retinuerit, suscipere onus promouendi se ad sacerdotium, vel celebrandi quater in hebdomada, aut per seipsum, iusto cessante impedimento. Dixi autem, *pro tempore, quo ipse tale beneficium retinuerit* ; quoniam pro vlteriori
240. tempore † beneficio seruitutem imponere non potest, seu onus augere, etiam de consensu Ordinarij, arg. *cap. venientis, de transact. cap. nisi essent, de præben. cap. præterea, il 2. & cap. penult. de iurepatr. cap. scientes, cap. prohibemus, & cap. præterea, de cens.* cum *ibi* not. & suis concord. quod etiam apertè sentit Lambert. *d. tract. de iurepatr. lib. 3. quæst. 5. art. 8.* iuncto *art. 6.* per text. *d. cap. pen.* quod incipit, *postulasti, de iurepatr.* cum *ibi* traditis per Doct. Pariter nõ poterit beneficiatus aliáve priuata persona, ad cuius fauorẽ minus principaliter apposita est qualitas, vel conditio aliqua in fundatione beneficij, vtputa quòd beneficium sit sacerdotale, quòd habeat annexum onus celebrandi quotidie, salua honestate, & corporis infirmitate, iuxta *cap. significatum, de præben.* quòd teneatur beneficiatus per seipsum deseruire ; aut quid simile : non poterit, inquam, tali conditioni, seu qualitati etiam pro tempore, quo ipse huiusmodi beneficium retinuerit, derogare : nam iuri, quod ob publicum fauorem etiam æquè principaliter est introductum, pactis priuatorum derogari non potest ; *l. ius publicum ff. de pact. l. neque pignus, §. priuatorum, ff. de reg. iur. & cap. si diligenti, de for. compet.* cum aliis per nos allegat. *d. cap. 5. quæst. 1. concl. 7. ad fin.* Hinc
241. autem deducitur primò, † rectè dixisse Io. Azor. *Instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 24. quæst. 6.* non posse beneficiarium priuata auctoritate reducere Missas ad minorem numerum ex eo, quòd decreverint reditus ad certum numerum Missarum celebrandarũ à defuncto destinati, qui tunc erant sufficientes. nam hic numerus non ad beneficiati fauorem, sed diuini cultus, suúmque, aut aliorum suffragium præscriptus fuit : id autem posse ex causa cum Episcopi consensu, tenet *ibidem* Azor ; de quo nos aliquid infrà *concl. 14. longè ante med. vers. ex quibus omnibus.* Secundò deducitur, verum pariter esse id, quod idem Azor docet *d. cap. 24. quæst. 7. initio, & ad fin.* atque alij, quos sequuti sumus suprà *cap. 5. quæst. 12. concl.*
242. 10. regulariter † non satisfacere beneficiatum, qui ad certum altare ex voluntate fundatoris celebrare tenetur, alibi celebrando. Quæ tamen regula, præter declarationes *ibi* allatas, eam quoque admittit, vt, si legitimè impeditur beneficiatus, ne in loco præscripto celebret, potius debet alibi celebrare, quàm à celebratione abstinere ; vt probat idemmet Azor *d. quæst. 7. circa med.* subdit autem *quæst. 8.* id, vnde maxime præsens 4. conclusio declaratur ; nimirum, quòd, † si beneficiarius, vel Capellanus ter, 243.
vel quater per seipsum in hebdomada offerre, & immolare debeat, & per seipsum id commode in certa hebdomada præstare non possit ; verisimile videri, vt possit etiam iuxta taeitam fundatoris voluntatem vel in aliud tempus differre, vel per alium in illa hebdomada sacrificare. Nam ex vna parte fundator fortassis beneficiarij fidem, pietatem, & diligentiam exigebat ; & tutiùs tunc foret, vt beneficiarius id per se ipse præstaret, quamuis in aliud tempus reiectum : ex altera verò parte fortassis idem fundator postulabat, vt quàm citissimè beneficiarius debita sacrificia expediret ; & tunc sine dubio meliùs id per alium sacerdotem in eadem hebdomada faciendum curabit.

Quòd si fortè quis plura cupiat pro confirmatione, ac declaratione præsentis 4. nostræ conclus. consulat inter cæteros Lambertin. *d. lib. 3. quæst. 5. art. 4.* ex *num. 4. & art. 5. cum tribus seqq.* passim, necnon in summa, seu epitome illius quæst. post *art. 8. vers. secunda sit conclusio, vsque ad fin.*

QVINTA CONCLVSIO. Pet præscriptionem, siue consuetudinem † derogari aliquando po- 244.
test qualitatibus, seu conditionibus in fundatione beneficij appositis. Non loquimur hîc de derogatione perpetua huiusmodi qualitatum, seu conditionum per consuetudinem, siue præscriptionem inducta ; de hac enim latiùs erit agendum cap. sequenti, quod erit de mutatione status beneficij, *quæst. 5. concl. 5.* sed de mutatione temporali, quæ magis proprie derogatio dicitur, quàm ea mutatio quæ perpetuò fit, vt iam non semel admonuimus. Probatur hæc conclusio quoad consuetudinem tum ex text. *in cap. Abbate, de verb. sign.* cum *ibi* notat. & *in cap. cùm dilectus, de consuet.* necnon *in cap. postulasti, de iurepatr.* vbi inter alios Innoc. & Abb. quem sequi videtur Lambert. *d. tract. de iurepatr. lib. 3. quæst. 5. art. 6. num. 4. & 9.* tum ex Nauarr. *cons. 6.* alias *71. de cleric. non resid.* vbi expressè admittit consuetudinem tollentem ad tempus saltem obligationem residendi à beneficio, cui à fundatore imposita fuerat ; dũ ad id allegat Felin. & alios *in cap. cùm accessissent, de constit.* tradentes, posse Episcopum de consensu patroni pro vna, vel altera vice dispensare super qualitate beneficio à fundatore apposita. Quoad † 245.
præscriptionem verò conclusio probatur ex *cap. consultationibus, de iurepatr.* vbi Alex. III. definiuit, institutum ad præsentationem eius, qui tunc iuspatronatus Ecclesiæ possidebat, remoueri non debere, licèt illud ius ab alio postmodum euincatur : & in beneficiis electiuis est text. *in cap. querelam, de elect.* in collatiuis autem beneficiis est text. *in cap. cùm olim, de caus. poss. & propriet.* vbi glos. & Doct. & quamuis quoad beneficia iurispatronatus † hodie non videa- 246.
tur attendenda quasi possessio præsentandi patronorum, nisi simul de titulo iurispatronatus sufficienter doceatur ad formam Concil. Trident. *sess. 25. cap. 9. de reformat.* latiùs à nobis explicatam *quæst. præced. concl. vlt.* prout ex quadam sacræ Congreg. declaratione & pluribus Rot. Roman. decisionibus tradit Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 18. num. 23.* Tamen eadem sacra Congregatio fertur declarasse, habentem binas præsentationes post Concil. Trid. tutum esse in possessorio, etiamsi nullo authentico documento doceat, sibi competere iuspatronatus ex fundatione ; & ipsemet Gonzal. *numer. 25. cum seq.* ex alia eiusdem Congregationis declaratione docet, quòd, † si 247.
semel vacatio contigerit, & patronus laicus, vel mixtus præsentauit, & coram ordinario docuit

de

de ſuo iurepatronatus ſuæ formam dicti Concilij, & prævia cauſæ cognitione, ac ſeruatis ſeruandis Ordinarius ſemel approbauit dictum iuſpatronatus, & inſtituit præſentatum: tunc quamuis poſtea multoties idem beneficium vacare contingat, non tenetur ampliùs de titulo ſaltem in poſſeſſorio iudicio docere, licèt de eodem iure patronatus controuertatur; ſed ſufficit patrono quaſi poſſeſſio, quam habet. ac multi, qui poſt Concil. Trident. ſcripſerunt; hanc quaſi poſſeſſionem præſentandi, etiam non docto de titulo, admittendam cenſuerunt; vt patet ex relatis à Gonzal. *ad d. reg.* 8. *glo.* 45. §. 2. *num.* 6. *& 17. cum ſeq.* nimirum Guttier. *conſ.* 4. *num.* 34. *& lib.* 3. *quæſt. pract. quæſt.* 43. *num.* 9. *& 40. cum ſeqq.* Thom. Triuiſ. *deciſ. Venet.* 54. *numer.* 3. cum aliquot ſeqq. *lib.* 2. Rot. *deciſ.* 167. *num.* 7. *part.* 2. *& deciſ.* 347. *num.* 3. *ac deciſ.* 1178. *lib.* 3. *part.* 3. *in nouiſſ. diuerſ.* quibus addo Maſcard. *de probat. concluſ.* 173. *num.* 5. *& 6. & concluſ.* 548. *num.* 4. *vſque ad* 10. & alios congeſtos à Garzia *tract. de benef. part.* 5. *cap.* 3. *num.* 4. *&* 137. *vſque ad* 143. vbi id latè declarat. immo in poſſeſſorio ſummario ſufficeret vnica præſentatio, vt poſt alios ſentit Gonzal. *d. glo.* 45. §. 2. *num.* 29. & apertiùs Maſcard. *d. concluſ.* 173. *num.* 8. *cum ſeq. & concluſ.* 548. *num.* 6. cum aliis, quos ſequitur Garz. *d. cap.* 3. *num.* 59. *vſque ad* 64. id declarans *numer.* 65. quia in his iuribus incorporalibus
248. præſentandi, eligendi, & conferendi † vltimus ſtatus attenditur, vt *ibidem* poſt alios ſentit Maſcard. Garz. & Gonzal. quod etiam generatim in beneficialibus quoad qualitates beneficiorum tradiderunt plerique relati, & probati à Maſcard. *d. tract. de probat. concluſ.* 172. *num.* 8. & Gonzal. *d.* §. 2. *num.* 14. necnon *glo.* 7. *num.* 13. vtrobique in id allegans nonnullas Rotæ Roman. deciſiones. & *d. num.* 23. loquitur de qualitate ſæcularitatis, aut regularitatis beneficij; de qua etiam poſt alios Maſcard. *d. concluſ.* 172. *num.* 8. & Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benef. part.* 1. *cap.* 24. *eòque vlt. num.* 92. *ad fin.* In d. verò *glo.* 18. *num.* 30. *vſque ad* 44. Gonzal. hanc regulam, vt in iſtis incorporalibus requiratur quaſi poſſeſſio ex vnico, aut pluribus actibus, eaque attendenda ſit; declarat primò, vt ad id neceſſaria ſint ſeptem requiſita, quæ *ibidem* latiùs confirmat: quod & facit Garz. ea requiſita ad quatuor reducens, ac declarans *d. cap.* 5. *à num.* 66. *vſque ad* 136. nimirum bonam fidem; quæ tamen in poſſeſſorio abſolutè, vel retinendæ, aut recuperandæ non eſt neceſſaria: quòd præſentatio, vel electio ſit admiſſa, & confirmata: quòd hæc habuerit effectum per poſſeſſionem beneficij ſecutam: ac denique ſcientiam, & patientiam illius, in cuius præiudicium talis quaſi poſſeſſio iuris incorporalis acquiritur. Gonzal. verò *d. glo.* 18. *num.* 45. prædictam regulam declarat ſecundò multis allegatis, vt ea locum non habeat, quando tempore collationis, electionis, ſeu præſentationis conſtaret de defectu proprietatis poſſeſſoris; quoniam tunc, cùm proprietas abſorbeat poſſeſſionem, *cap. cùm dilectus, de cauſ. poſſ. & proprie.* ad habentem proprietatem, non autem ſolam poſſeſſionem ſpectabit. Quod idem dicendum puto, quotieſcumque cumulatum fuerit poſſeſſorium cum petitorio ex voluntate etiam tacita partium, quia vtrumque intentauit, & in vtroque fecerint probationes, vnde conſtat de meliori iure petitoris, per text. *in cap. cùm Eccleſia, & cap. cùm ſuper, de cauſ. poſſ. & proprie.* quod idem apertè poſt alios ſentire videtur Maſcard. *d. concl.* 548. *num.* 9. per text. *d. cap. cùm dilectus, eod. tit.*

249. SEXTA CONCLVSIO. Papa † regulariter poteſt derogare qualitatibus beneficij in eius fundatione appoſitis, licèt non cenſeatur id facere velle, niſi exprimat. Probatur primò ex iis, quibus ſuprà *c.* 5 *quæſt.* 4. *concl.* 1. *&* 2. generatim oſtendimus, poſſe regulariter Rom. Pontificem cõmutare omnes vltimas voluntates ſaltem pias; præcipuè ex *Clement. quia contingit, in princip.* vbi glo. & Doct. omnes, *de relig. domib.* Secundò, quia beneficia ipſa, & modi eadem acquirendi iure tantùm humano ſunt introducta, vt ſatis oſtendimus ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt.* 3. *concluſ.* 1. iunctis iis, quæ *eod. cap. quæſt.* 2. in poſtrema beneficiorum diuiſione attulimus: poteſt autem Rom. Pontifex de iure ſuprà ius poſitiuum diſpenſare, *cap. propoſuit, de conceſſ. præben.* cum ſimil. maximè in beneficialibus, in quibus ſummam habet poteſtatem, *cap.* 2. *in princip. de præben. in 6. & Clement.* 1. *in fi. vt lit. penden.* & vtrobique Doct. Tertiò ex eo, quòd, cùm poſſit per aliquem derogari qualitatibus beneficij in eius fundatione appoſitis ſiue ad cauſam piam, ſiue profanam, vt *quæſt. præced. concluſ.* 2. ſatis oſtendimus; certè Roman. Pontifex id facere poterit, qui præ ceteris maximam in Eccleſia poteſtatem à Chriſto Domino accepit in perſona B. Petri, potiſſimùm illis verbis Ioan. 21. *paſce agnos meos, paſce oues meas*, quæ promiſſa fuit *Matth.* 16. cùm eidem Petro dixit, *Tibi dabo claues regni cælorum; & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis*; & *quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum in cælis.* Quartò, quia ita in terminis docet Lambertin. *d. tract. de iure patron. lib.* 3. *quæſt.* 5. *princ. art.* 3. *ſub num.* 4. *verſ. immo quod fortius eſt*; dum ait, Papam poſſe qualitates appoſitas beneficio per fundatores mutare, ex latiùs per eum traditis *lib.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 9. *art.* 10. poſt Felin. *in tract. quand. lit. Apoſtol. nec. patron. Eccleſ. ampliat.* 7. *ſub num.* 7. & fuſiùs *d. quæſt.* 9. *art.* 2. *&* 3. ferè per tot. vbi etiam docent, non cenſeri Papam his qualitatibus derogare velle, niſi id exprimat: quod & alij ſentiunt relati & in hoc probati à Flamin. Pariſ. *tract. de reſign. benef. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 8. *& lib.* 11. *quæſt.* 3. *num.* 95. Gonzal. *ad d. reg.* 8. *Cancell. glo.* 5. §. 6. *num.* 28. & Garz. *in tract. de benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 510. Denique hæc concluſio præſertim quoad primum eius membrũ probatur ex enumeratione præcipuarum huiuſmodi qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum, quibus poſſe per Rom. Pontificem derogari partim ex iure, partim ex receptis Doctorum traditionibus habetur: ſumemus autem eas qualitates, quas *d. quæſt.* 2. in diuiſionibus qualitatum beneficij ex parte cauſæ materialis, *& quæſt. præced. concluſ.* 3. *cum quinque ſeqq.* tamquam præcipuas recenſuimus; *inibi* oſtendentes, eiſdem poſſe ab aliquibus publicis perſonis, ſeu publica auctoritate derogari, de qua in præſenti, & reliquis huius quæſt. concluſionibus agemus, poſtquam in quinque præcedentibus de ea derogatione, quæ hiſce qualitatibus à priuatis perſonis, ſeu priuata auctoritate fit, diſſeruimus.

Prima igitur qualitas in beneficij fundatione appoſita, cui Papa derogare poteſt, † erit ſæcularitas, 250. vel regularitas beneficij, de qua nos latè ſup. *quæſt.* 2. *huius cap.* in prima diuiſione derogationis qualitatum beneficij ex parte cauſæ materialis. quòd autem huic qualitati Papa derogare poſſit, poſt alios apertè ſentiunt Hoied. *d. tract. de incompatibilis. benefic.* 1. *part. cap.* 24. *num.* 93. *cum trib. ſeqq.* Maſcard. *d. concluſ.* 172. *num.* 8. *ac* 9. & Gonzal. *d. comment. ad reg.* 8. *Cancell. glo.* 7. *num.* 5. *&* 6. necnon *num.* 53. *cum duobus ſeqq.* quinimmo de iure communi canonico, cuius auctor eſt, & conditor Rom. Pontifex, *cap. regula,* 18. *diſt. cap.* 1. *& cap. tranſlato, de conſtit. cap. inter alia,* §. 1. *de ſent. excomm. Extrauag.*

ad conditorem, de prebend. in commun. cum *ibi* not. & ſuis concord. in aliquibus caſibus poteſt de ſæculari beneficio prouideri Regulari, & regulare conferri clerico ſæculari; quos recenſuimus *quæſt. præced. huius cap. concluſ.* 3. ex iis autem poſtremus ordine, non tamen dignitate eſt, qui colligitur ex *reg.* 42. *numer.* 43. *Cancell.* in hæc verba; item voluit, quòd nulli ſæculari de regulari, nec Religioſo de ſæculari beneficium commenda detur, niſi in ſignatura per clauſulam ad partem ſuper petitione commendæ huiuſmodi de commenda ipſa mentio fiat. ex quibus verbis, & iis, quæ tradunt Gonzal. *4. glo.* 7. *num.* 5. & 6. Pariſ. *tract. de reſign. benef. lib.* 9. *quæſt.* 2. *num.* 32. & Hoied. *d. num.* 93. *cum duob. ſeqq.* conſtat, exprimendam eſſe huiuſmodi qualitatem in impetratione, aliàs gratia erit ſubrepitia; idque etiamſi motu proprio ſit conceſſa, vt ſatis probat poſt alios Hoied. *loc. cit.* & Menoch. *de arbitr. iudic. caſ.* 201. *num.* 86. *& ſeq.*

Secunda qualitas eſt manualitatis, ſeu amouibilitatis, & perpetuitatis beneficij, de qua latè poſt alios Gonzal. ad *d. reg.* 8. *Cancell. glo.* 5. §. 6. ferè per tot. & *glo.* 8. *num.* 7. & 24. Flamin. Pariſ. *tract. de reſign. benef. lib.* 2. *quæſt.* 11. *lib.* 10. *quæſt.* 2. *num.* 37. *cum duobus ſeqq. ac lib.* 11. *quæſt.* 3. *num.* 84. 85. & 91. *uſque ad* 95. ac nos aliquid ſuprà *d. quæſt.* 2. in prima diuiſione derogationis qualitatum beneficij ex parte cauſæ materialis, *ad fin.* & latiùs in nona diuiſione, & quæſt. hanc præced. *concluſ.* 4. per tot. & quoad amouibilitatem eſt *reg.* 38. aliàs 39. *Canc.* Quòd ve-
251. rò prædictæ qualitati † Papa derogare poſſit quoad manualitatem, ſatis conſtat tum ex *d. reg.* 38. *Cancell.* cuius verba retulimus *quæſt. præced. concluſ.* 4 & aliis *ibidem* adductis: tum ex traditis ab Hoied. *d. tract. de incompatib. benef. part.* 1. *cap.* 22. *num.* 14. Pariſ. *d. quæſt.* 11. *num.* 7. *uſque ad fin. & d. quæſt.* 2. *num.* 37. *ac d. quæſt.* 3. *num.* 91. 92. & 95. & Gonzal. *d. glo.* 5. §. 6. *num.* 10. 11. 12. 24. 25. & 27. *cum duob. ſeqq.* ex quibus etiam ſimul apparet, Papam non cenſeri in dubio velle huiuſmodi qualitati derogare, niſi exprimat. exiſtimat autem Pariſ. *d. quæſt.* 11. *num.* 8. *cum ſeqq.* poſt nonnullos, quos refert, eo ipſo, quòd confert beneficium manuale alicui ad alterius reſignationem cum expreſſione manualitatis, cenſeri perpetuò conferre, ita vt ea prouiſio non ſit reuocabilis ad nutum ſuperiorum: licèt *d. num.* 8. referat quoſdam contrarium tenentes; cum quibus alij ſentiũt, quos ſequitur Gonzal. *d.* §. 6. *num.* 11. 12. & 27. *cum duobus ſeqq.* in id etiam allegans prædictam *reg.* 38. *Cancell.* quæ ſanè ad id optimè facit: Quoad perpetuitatem verò beneficij, quòd Papa poſſit ei derogare; ita, vt beneficium ad tempus alicui concedat, poſt alios tenet Garzia *d. tract. de benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 72.

Tertia qualitas eſt beneficij curati, vel non curati, ſeu cum cura animarũ, & ſine cura; de qua plura diximus ſuprà hoc eodem cap. *quæſt.* 2. in ſecunda diuiſione qualitatum beneficij, ac præcipuè habetur *in cap. cùm in illis, in princ. de prabend. in 6. & Clem. ſi*
252. *Romanus, eod. tit.* Huic autem qualitati poſſe † derogari per Rom. Pontificem in collatione quoad beneficium curatum, ab eo tollendo etiam ad vitam prouiſi obligationem deſeruiendi per ſeipſum; (quæ tamen huic beneficio de iure imminet ſiue humano, ſiue etiam diuino, *cap. quia nonnulli, de cleric. non reſid.* & Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 1. *de reform.* atque alibi ſæpe, cum ſimil.) patet ex *cap. extirpanda*, §. *qui verò*, & *cap. de multa, de præben.* necnon *cap. ſuper eo, eod. tit. in* 6. vt latiùs deduximus *quæſt. præced. concl.* §. ac de ablatione huiuſmodi obligationis ad ſeptennium ex *cap. cùm ex eo, de elect. eod. lib.* & quoad beneficium non curatum, quòd per Papam ſeni poſſit curatum, expreſſè tenet inter alios Hoied. *tract. de incompatib. benef. 2. part. cap.* 13. *num.* 59. *ad fin. & num.* 58. *in initio.*

Quarta qualitas prædictæ affinis, beneficij ex fundatoris voluntate appoſitæ, de qua nos plura ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 2. in 3. & 5. diuiſione derogationis qualitatum beneficij ex parte cauſæ materialis, & quæſt. hanc præced. *d. concluſ.* 4. eſt perſonalis reſidentiæ certis beneficiis annexæ. Huic autem qualitati † poſſe per Rom. Pontificem derogari proba- 253.
tur tum ex eo, quòd, vt mox oſtendimus, poteſt Papa in beneficiis curatis diſpenſare: at verò requirentia perſonalem reſidentiam æquiparantur curatis, Mandoſ. *in addit. ad Lap. alleg.* 116. *lit. E.* immo faciliùs debet in non curatis poſſe diſpenſari, arg. *cap. penult. de etat. & qualit. cap. quia nonnulli, de cleric. non reſiden. cap. extirpanda, & cap. de multa, de præben.* necnon *cap. cum in illis, in princip. eodem tit. in* 6. tum ex text. *in cap. fin. de reſcript. in* 6. vbi apertè ſupponitur, poſſe Rom. Pontificem dare indulgentias perpetuas non reſidendi ei, qui in beneficio aliquo reſidere tenetur. tum ex pluribus caſibus, in quibus de iure excuſatur quis à reſidentia in beneficiis perſonalem reſidentiam requirentibus: ut in duobus Canonicis abſentibus in ſeruitio ſui Epiſcopi ratione Eccleſiæ, *cap. de cetero, de cleric. non reſid.* non obſtante etiam contraria conſuetudine, *cap. ad audientiam, eodem tit.* in ſeruitio Eccleſiæ ab ipſa clerico præſtando, licèt iuranerit reſidere, *cap. ex parte, il* 2. vel in ſeruitio Papæ, *cap. cum dilectus, eod. tit.* atque etiam cauſa ſtudij ad tempus, ſaltem de licentia Prælati, *cap. relatum, & cap. tua fraternitatis, eod. tit.* & quoad ſtudiũ Theologiæ auctoritate ipſius canonis, *cap. licèt, de præben.* docentes verò, quamdiu docuerint, *cap. fin. de magiſtr.* & Conc. Trid. *ſeſſ.* 5. *cap.* 1. *de refor.* quos ferè omnes cum aliis latiùs proſequitur Hoied. *d. tract. de incompat. benef. part.* 2. *cap.* 17. *num.* 28. & 29. necnon *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 6. cum aliquot ſeqq *cap.* 5. *num.* 14. *cap.* 9. *num.* 1. & 8. necnon *cap.* 12. *eoque vlt.* ferè per tot. inter quos eſt Apoſtolica diſpẽſatio, vt quis plura huiuſmodi beneficia obtineat; de qua idemmet *d. num.* 28. & *d. cap.* 12. *num.* 1. 2. & 11. Garz. *d. tract. de benef. part.* 3. *c.* 2. *num.* 259. *uſque ad* 263. & *part.* 11. *cap.* 5. *num.* 337. cum multis ſeqq. maximè verò *num.* 370. poſt multos, ac præ ceteris per text. *in cap. dudum, il* 2. *de elect.* & *c. de multa, de prab.* ad idem etiam optimus text. *in Clem. ſi Romanus, de præben.* & *cap. non poteſt, eod. tit. in* 6. necnon *in cap.* 1. *de conſuet.* & *cap. ordinarij, de offic. ordin. eod. lib. Extran. execrabilis, de præben. in commun.* & Conc. Trid. *ſeſſ.* 6. *cap.* 2. *ſeſſ.* 7. *cap.* 5. & *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de refor.* dum diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum huiuſmodi inibi ſupponitur: nam ea diſpenſatio includit diſpenſationem ſuper obligatione perſonalis reſidentiæ; vt poſt alios adnotauit Hoied. *d. cap.* 17. *num.* 28. *cum ſeq.* Pariter poterit Rom. Pontifex ita derogare qualitati beneficij perſonalem reſidẽtiam non requirentis, vt eidem imponat pro tẽpore prouiſi ipſam reſidentiam perſonalem; per ea, quæ circa præcedentem qualitatem curati beneficij paulo ante diximus; cùm, vt mox docuimus, qualitas curæ, & perſonalis reſidentiæ æquiparentur. De qualitate verò † duplicitatis beneficij ratione dignita- 254.
tis, aut perſonatus; atque item de qualitate Eccleſiæ collegiatæ, de quibus ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt.* 2. *in* 3. & 4. diuiſione qualitatum beneficij ex parte cauſæ materialis, nihil hoc loco dicemus, cùm vix in iis conſiderari poſſit derogatio, ſeu mutatio ad tempus, ſed potiùs mutatio earumdem perpetua, & ſtatus ipſius beneficij. Quare de illis agendum

erit

erit *cap. ſeq. quæſt.* 5. *concl.* 6. inde tamen argui à fortiori poteſt ad temporalem mutationem.

Quinta igitur qualitas erit certæ ætatis, vel ſacerdotij, aut alterius certi ordinis beneficio in eius fundatione appoſita; de qua nos latiùs *in d. quæſt.* 2. in 6. diuiſione qualitatum beneficij, & *queſt.* hanc ſtatim *præced. concl.* 6. *ſuppoſ.* 4. ac deinceps Cui qua-
255. litati † poſſe à Rom. Pontifice derogari, ſatis conſtat tum ex latiùs per nos adductis ſuprà *d. concluſ.* 6. *ad fin.* ac præcipuè, quia, cùm tam beneficia, quàm facultas huiuſmodi qualitates iis apponẽdi iure humano Eccleſiaſtico inducta ſit, poterit iiſdem derogari per Rom. Pontificem, qui de iure poteſt ſupra ius diſpenſare, *cap. propoſuis, de conceſſ. prabend.* cum ſimil. tum à fortiori ex iis, quæ de Epiſcopi poteſtate hac in re tradit Lambert. *tract. de iurepatr.* in locis *inibi* per nos cit. ac præterea *lib.* 2. *part.* 1. *queſt.* 10. *art.* 7. noſque dicemus infrà hac ipſa quæſt. *concluſ.* 14. ac de Legato Sedis Apoſtolicæ *concluſ.* 10. tum denique ex iis quæ de poteſtate Papæ huiuſmodi in rebus tradit ipſemet Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 10. *art.* 2. *lib.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 9. ferè per tot. præcipuè verò *artic.* 1. 2. & 3. Porrò hæc regula, ſeu doctrina, quam de qualitate ſacerdotij in fundatione beneficij appoſita ſtatuimus, venit declaranda ex iis, quæ habet Garz. *d. tract. de benef. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 116. *cum trib. ſeqq.* dum poſt alios docet, per clauſulas generales derogatorias in litteris Apoſtolicis poſitas, *non obſtantibus ſtatutis*, &c. cenſeri derogata, ſeu dilata ſtatuta Eccleſiarum etiam confirmata ſacerdotium actu requirentia; ita, vt per ea poſſit quis tale beneficium conſequi, licèt non ſit ſacerdos, modò ſit ætatis legitimæ ad ſacerdotium: quin etiam nó requiretur ætas apta ad ſacerdotium, ſed eum ordinem prouiſus recipiat cùm erit ætatis ad hoc aptæ, vbi in litteris adſit clauſula, *non obſtantibus aliquibus*, &c. per quæ effectus gratiæ noſtræ impediri valeat, vel differri; vt voluit gloſ. recepta *in cap. ei, cui, verbo, ſimpliciter, de prabend. in* 6. non ideo tamen per eas cenſeri derogatum fundationi teſtatoris ſacerdotium actu requirenti. id verò licèt aliqui, quos idem refert *num.* 119. ſolùm admittant in fundatione laici: tamen verum etiam eſt in fundatione clerici ratione Eccleſiæ, vt idé probat *num.* 120. & 121. poſt Fel. quem etiam ſequitur Lambert. *d. lib.* 2. *part.* 3. *queſt.* 9. *art.* 10. Illud verò ſpeciale habet fundatio laici, vt idem rectè ſubdit *num.* 122. quòd non ſufficit, ſi in derogatione dicatur, (non obſtantibus fundationibus;) quod ſufficiet in fundatione clerici ratione Eccleſiæ.

Sexta qualitas beneficij, ſeu præbendæ in eius
256. fundatione appoſita † ea eſt, vt talis præbẽda ſit Pœnitentialis, Theologalis, Magiſtralis, aut Doctoralis, & huiuſmodi; de qua inter ceteros latè Gonz. *ad d. reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 9. §. 2. per tot. Garz. *d. tract. de benef. part.* 5. *cap.* 4. *à num.* 108. *vſque ad* 233. ac nos ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt.* 2. in ſeptima diuiſione derogationis qualitatum beneficij ex parte cauſæ materialis, ac fuſiùs in quæſt. hanc præced. *concl.* 7. licèt tam iura, quàm Doct. *inibi* per Gonzal. Garz. & nos alleg. potiùs loquantur de hiſce præbendis, quæ à iure communi mandantur inſtitui; vel alio ſpeciali iure, quàm ex fundatoris voluntate, nimirum conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto alicuius Eccleſiæ, aut Synodali inſtituuntur: niſi fortè genericè, quatenus iis verbis generalibus vtuntur, quæ apta ſunt comprehendere etiam fundationem beneficij cum huiuſmodi qualitate, ſeu eius appoſitionem ex fundatoris voluntatè factam: de qua fundatione ſpeciatim meminit dumtaxat Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de refor.* & Gonz. *d. gloſ.* 9. §. 2. *num.* 29. ac nos *in d. ſeptima diuiſione, & concl.* 7. Quòd autem poſſit Rom. Pontifex huiuſmodi qualitati derogare, patet tum ex iis, quæ *d. concl.* 7. *ad fin.* adduximus ex fundamentis, quibus præcedentem *concl.* 6. confirmauimus, nimirum quia beneficia ipſa, & modi ea acquirendi, ac facultas iiſdem apponendi quas conditiones voluerint licitas, & poſſibiles, fundatoribus conceſſa inducta fuerit iure humano poſitiuo, cui Papa derogare poteſt, præſertim ob maximam, quam in beneficialibus poteſtatẽ habet: tum ex *reg.* 8. nũc 9. *Cancell. in princ.* vnde habetur, Papam poſſe conferre omnia beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura qualitercumque qualificata, dum ea reſeruat ſuę diſpoſitioni in certis cuiuſlibet anni menſibus vacantia. Idipſum etiam apertè ſentit Garz. *d. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 559. cum aliquot ſeqq. Neque huic concluſioni obſtare poteſt, quòd talis derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, præſertim, vt præbenda ſit Theologalis, Magiſtralis, aut Doctoralis, expreſsè ſit prohibita à Trident. Concil. *d. ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reformat.* Nam Rom. Pontifex Concilio generali derogare poteſt ſaltem vbi eius ſpecialem faciat mentionem, *cap. nonnulli*, §. 2. *de reſcript.* ac Doct. *ibi*, atque alibi ſæpe. Quatenus verò *d. cap.* 5. initio innui videtur, hanc derogationem rationi, ſeu æquitati naturali non congruere: inde ſolum fit, vt difficiliùs ei non niſi ex magna, & valdè rationabili cauſa etiam à Rom. Pontifice ea derogatio facienda ſit; & in dubio eam facere non cenſeatur, iuxta ea, quæ generatim de vltimæ voluntatis commutatione tradidimus ſup. *cap.* 3. *quæſt.* 1. *concl.* 2. *ad fin.*

Septima qualitas beneficio ex fundatione appoſi-
257. ta eſt, † quòd ſit electiuum, ſeu quòd per electionem ad illud quis aſſumatur; vel collatiuum, ſeu quòd de eo aliquis per collationem prouideatur, ſiue ea liberè fiat, ſiue ſimultaneè cum aliis, ſiue ad alicuius nominationem, vel præſentationem; de qua qualitate diximus ſuprà hoc eod. cap. *quæſt.* 2. in octaua diuiſione. Huic autem qualitati, quod ad electionem, vel collationem liberam, aut ſimultaneam pertinet, poſſe Rom. Pontificem derogare, ſatis conſtat tum ex *cap. cùm in cunctis*, §. *fin. cap. quia propter*, §. *qui verò, & cap. Cumana, in fin. de elect.* cum ſimil. vbi in certis caſibus caſſatur electio, & pro ea vice beneficium ab alio confertur: tum ex *cap. deliberatione, in princ. de off. legat. in* 6. *cap. cùm in illis*, §. 1. *de præben. eod. lib.* & *Clement.* 1. §. *vnic. eadem tit.* vbi apertè ſupponitur, poſſe Rom. Pontificem per ſe, vel per alium conferre, ſeu per collationem prouidere de beneficiis ad aliorum electionem pertinentia. Tum denique ex *d. reg.* 8. ſeu 9. *Cancell.* per quam Rom. Pontifex pro tempore generaliter reſeruare ſolet ſuæ diſpoſitioni omnia beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & quorumuis ordinum regularia, & vbicumque exiſtentia, certis menſibus extra Rom. Curiam aliàs, quàm per reſignationem quocumque modo vacatura, ad collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, & quamuis aliam diſpoſitionem quorumcumque collatorum, & collatricum ſæcularium, & quorumuis Ordinum Regularium, (non tamen S. R. E. Cardinalium, aut aliorum ſub concordatis inter Sedem Apoſtolicam, & quoſcumque alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & obſeruare debuerant, acceptatis, & obſeruatis quæ lædere non intendit, comprehenſorum,) pertinentia.

Octaua, & poſtrema qualitas in beneficij fundatione appoſita eſt iuriſpatronatus; de qua, vti valde inſigni, quoniam præter ea, quæ generatim ſcripſimus *quæſt.* 2. *huius cap.* in nona diuiſione, & *quæſt.*

hanc

*hanc præced. concl.*8. multa adhuc remanent, quatenus ad eius derogationem à Rom. Pontifice faciendam pertinet, in præsenti quæst.dicenda, propriam concl.sequentem nimirum,statuere decreuimus.

SEPTIMA igitur CONCLVSIO sit. Potest Papa derogare iuri patronatus tam passiuo,quàm actiuo; & huic siue Ecclesiastico,siue laicali,siue mixto. Est autem, vt latiùs explicauimus *d. quæst. præced. concl.*
258. 8. *circa initium, & ad fin.* iuspatronatus † passiuum illud,per quod voluit fundator, vt ad beneficium à se fundatum pro tempore præsentetur aliquis de suis descendentibus, aut consanguineis, vel etiam
259. extraneus ex certo personarum genere, quod ipse designauit. actiuum verò † Ecclesiasticum quidem est illud, per quod ius pro tempore ad beneficium præsentandi ad personas Ecclesiasticas ratione Ecclesiæ, vel etiam laicos vti administratores fabricæ Ecclesiæ, aut alterius pij loci ordinaria, aliáve Ecclesiastica auctoritate fundati pertinet,siue quia beneficium ex bonis huiusmodi Ecclesiasticis fundatum sit; siue quia licèt beneficium ex bonis alicuius patrimonialibus fuerit fundatum, ius tamen præsentandi personis Ecclesiasticis ratione Ecclesiarum, aut etiam laicis administratoribus prædictorum locorum eorundem locorum ratione reseruatum, aut in eas vti tales legitimè translatũ fuerit. laicale autem iuspatronatus est, cùm beneficium ita fuit ex bonis patrimonialibus fundatum,vt ius ad illud præsentãdi ad priuatas personas etiã Ecclesiasticas,ratione tamen familiæ spectet. mixtum denique iuspatronatus est, cùm ius pro tẽpore præsentãdi ad beneficiũ ex bonis patrimonialibus fundatũ partim ad priuatas personas laicas,vel Ecclesiasticas, ratione tamẽ familiæ, partim ad personas Ecclesiasticas ratione Ecclesiæ, aut laicas ratione dictorũ locorum piorum pertinet: idque licet in præsentatione numerus laicorum præsentantium iure familiæ non sit æqualis numero Ecclesiasticorum ratione Ecclesiæ, aut laicorum ratione alicuius ex prædictis piis locis præsentantium. Probatur nunc prior conclusionis pars,quæ est de iurepatronatus passiuo, quòd nimi-
260. rum † Papa ei derogare possit, ex iis fundamentis, quibus *quæst.præced.concl.*8. longè post medium,docuimus, huic qualitati ab aliquo superiore Ecclesiastico posse derogari; præcipuè verò ex eo,quod tradit Lambertin.*tract.de iurepatr.lib.* 1. *quæst.*5.*artic.*3. *sub num.*4. *vers.immo quod fortius est*. Papam,qui potest qualitates appositas per fundatores mutare, quamuis deroget iuripatronatus, non intelligi derogare illis qualitatibus, nisi exprimat, vt ait se dixisse *lib.*2. *part.*3. *quæst.*9. *princ. art.*10. vbi post Fel. *in tract.quand. litt. Apostol. noc.patron.Eccles.ampliat.* 7. latiùs docuerat, quòd, etiamsi in litteris Papæ diceretur, non obstante iurepatronatus laicorum, & non obstantibus statutis Ecclesiæ, vbi essent aliqua statuta particularia concernentia in indiuiduo beneficium, de quo scribitur, requirentia certas qualitates in persona promouenda, non valerent litteræ concessæ etiam motu proprio; quia, licèt generalis nonobstantia tollat statuta generalia patronorum cleticorum propter Ecclesias, non tollit particulares ordinationes in fundatione appositas, etiamsi sint appositæ per clericos fundantes de bonis Ecclesiæ. quod etiam tradiderat idem Felin. *in cap. nonnulli, conclus.* 8. *& 9. de rescript. & cap. causam, qua, il* 2. *col.* 2. *in fin. & col.* 3. *in princip. de rest.* Atque hanc eandem priorem conclus. partem sentit etiam Couar. *pract. quæst. cap.* 36. *num.*4. *vers.ic. similiter, si beneficia patrimonialia*; vbi velimus, per beneficia patrimonialia illum intellexisse ea, quæ fuerunt ab auis instituta, vt dentur filiis, ac descendentibus, prout intellexit Gonzal. eandem conclus. partem magis apertè sentiens *ad d. reg.* 8. *Cancell. glos.* 9. §. 1. *num.*6. iuncto *numer.*7. pro qua etiam stare videtur Garz. *d. tract. de benefic. part.* 5. *cap.*1. *numer.* 559. cum aliquot seqq. Posterior pars conclusionis, quæ est de iurepatronatus actiuo, quòd † ei possit Rom. Pontifex derogare, probatur 261.
tum ex plerisque iuribus, maximè in tit. de iurepatronat.vnde habetur, Papam per legem ei in certis casibus derogare: tum ex adductis à Lambert.*d.lib.* 2. *part.* 3. *quæst.* 9. *art.* 3. ac prætera quoad Ecclesiasticum quidem à fortiori, probatur ex eo, quòd illi derogari possit à Legato Sedis Apostolicæ, vt patet ex *cap.dilectus, de offic. legat. & cap. cùm dilectus, de iurepatron.* cum aliis, quibus id latiùs ostendemus infrà hac ipsa quæst. *conclus.* 10. ex quo fundamento hanc posteriorem concl. partem quoad iuspatronatus Ecclesiasticum adstruit inter ceteros Lambertin. *d.lib.*2. *part.*3.*quæst.*8.*art.*1. *& quæst.* 9. *art.*1. *ac* 17. meritò asserens, hoc esse indubitabile: quod & post multos sentiunt Garzias *d.part.*5. *cap.*1.*num.* 552. & Gonzal. *ad d. reg.* 8. *Cancell.glos.*18. *num.* 5. & 6. dum tradunt beneficia iurispatronatus Ecclesiastici nulla eius facta speciali mentione, seu expressione comprehendi sub reseruationibus. subdit autem post Selu.Garz *ibid.*& Gonz.*n.*7.post Cassad. *decis.* 4. *num.* 11. *de probat. & decis. vlt.num. vlt.* de iurepatronatus per solam simplicem collationem factam à Papa censeri derogatum iuripatronatus cleticorum seu Ecclesiastico absque alia speciali & expressa derogatione, quod etiam post alios tradit Couar. *pract. quæst. cap.* 36. *num.*2. idémque dicendum fore de iurepatronatus quod priùs erat laicorum, postea verò translatum est in clericos vt tales, seu ratione Ecclesiæ; post Felin.*d.tract.ampliat.* 6. tradit Lambertin. *d. quæst.* 9. *artic.* 20. Ratio est, quia & hoc verè est iuspatronatus Ecclesiasticum, vt satis ostendimus *quæst. præced.* paulò ante fin. Quoad ius verò patronatus laicale, quòd † Papa ei 262.
derogare possit expressè, post alios tradunt, ac satis comprobant Felin. *d. tract. quand. litt. Apostol. noc. patron. Eccles. in princip. & vers. solutio, cum seq. ac limit.* 1. Paul. Citadin. *tract. de iurepatron. part.*4. *num.* 3. Ioan.Nicol.Delphin.*in simil. tract.lib.*2.*quæst.* 43. aliàs *num.* 226. *cum duobus seqq.* Roch. de Curt. *eodem tract. verbo, honorificum, quæst.*3. *sub num.*7. & Lambertin. *d. quæst.* 9. *artic.* 2. & 3. Couarr. *d.cap.* 36. *num.* 1. & 2. Alphons. Hoied. *tract. de incompatibil. benef. part.*1. *cap.* 24. *num.* 109. *cum seq.* Mandos. *ad reg.* 1. *Cancell. quæst.*10. *num.* 2. Flamin. Paris. *tract. de resign. benef. lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 32. *cum duobus seqq.* sentiuntque cum multis Gonzal. *d.glos.* 18.*num.*2. & Garz.*c.*1.*num.*571. allegant autem ferè omnes glos.*in Clement.*2.*verbo, Apostolicis,de præben.* Quæ doctrina,seu posterior nostræ cõcl. pars quoad eius secundum membrum, nimirum de iurepatronatus laicorum, satis cõuincitur ex *reg.*41. nunc 42. *Cancell.* vbi cauetur,quòd,† si per Rom.Pontificem 263.
iuripatronatus laicorum derogari contigerit, iurispatronatus huiusmodi mentio dispositiuè,ac specificè,& determinatè, non autem conditionaliter fiat. ex illis autem verbis, quæ ibi statim subiiciuntur, &,si illud ad aliquem Regem, Ducẽ,Marchionem, vel alium Principem pertineat, & de hoc in litteris prouisionis,vel mandati de prouidendo de dicto beneficio similis mentio facta non fuerit, non censeatur quomodolibet derogatum;habes ampliationem ad prædictam doctrinam, ac regulam; vt nimirum Papa derogare possit iuripatronatus laicorum, etiãsi laicus ille aliquis ex dictis Principibus sit: quod & sentit Rebuff.*ad d.reg.* 41. *Cancell.* quæ apud ipsum

eſt 43.*verſ.item per derogationem*, ac poſt alios Lambertin.*d.quæſt.9. art.* 11.Couar.*d.cap.*36.*pract.quæſt. num.* 2. & Garz. *d.cap.*1. *num.* 275. Ceteræ ampliationes ſumendæ erunt ex reſtrictionibus ſequétium limitationum, vel extenſionum earumdem,necnon ab aliqua ex declarationibus non multo pòſt afferendis ad hoc ſecundum membrum poſterioris partis noſtræ concl. Ex iiſdē verò,ac ſimul præced.verbis prædictæ regulæ 41.paulo antè relatis,ſimul habetur prima limitatio mox memoratæ doctrinæ,ſeu poſterioris partis huius noſtræ ſeptimæ concl. quoad eius ſecundum membrum; vt non ſufficiat in vtroque caſu mentionem iuriſpatronatus laicalis fieri conditionaliter; vtputa dicendo, etiamſi tale beneficium ſit de iurepatronatus laicorum etiam Principum: ſed dici debet, quod de iurepatronatus talis familiæ, vel talis Principis exiſtit. Ex primis autem verbis eiuſdem reg. 41. Cancell. habetur extenſio huius limitationis, ſeu ſecunda limitatio paulo antè allatæ doctrinæ: dum *ibi* dicitur; item voluit,
264. quòd † ſuper quouis beneficio Eccleſiaſtico de iurepatronatus laicorum non expediantur litteræ,niſi ponatur expreſsè, quòd tale beneficium tanto tempore vacauit,quòd eius collatio ad Sedem Apoſtolicam eſt legitimè deuoluta,vel quia tempus patronis laicis ad præſtandum à iure præfixū lapſum eſt;aut, (cùm nimirum illius beneficij collatio non eſt ad Papam vel Ordinarium deuoluta;) ad id patronorum ipſorum accedat aſſenſus. Tertia verò eiuſdem
265. doctrinæ limitatio eſſe poteſt, vt † iuripatronatus laicorum non cēſeatur Papa velle derogare, niſi exprimat; vt poſt alios tradunt præcit.Doct.ac præcipuè Lambert.*d.lib.*2.*part.*3.*quæſt.*9.*art.*3.12.& 13.& Pariſ.*d.quæſt.*4.*num.*35. ita, vt non comprehendatur in quibuſcumque reſeruationibus beneficiorum factis ſiue in regulis Cancellariæ, ſiue per Extrauag. *execrabilis*, *de præben.*in commun.& inter Extrauag. Io.XXII. ſiue etiam per *cap.*2.*de præb.in* 6. aut aliam in corpore iuris clauſam; prout ſentit gloſ. recepta *d.cap.*2.*verbo,collatio*; ac poſt multos Hoied. *d. num.* 109. Lambert.*d.tract.de iurepatr.lib.*2.*part.*1.*quæſt.*6. *art.*22. ferè per tot.& *part.*3.*quæſt.*9.*art.*16. Couar.*d. num.*2. Mandoſ. *ad d.reg.*1.*quæſt.*10.*num.*2. Gonz.*d. gloſ.*18.*num.item* 2.& Garz.*d.cap.*1.*num.*571. licèt de reſeruatis per Extrauag.*execrabilis*, contrarium ſenſerint Zenzel.*ibi*,& plerique alij, quos tacito nomine refert Mandoſ. *d.n.*2.*initio*, Rebuff.verò *in præx. benef.ſub tit.tertia pars ſignatura,ad clauſul. necnon iuriſpatronatus*,&c.*num.*37. velit, quòd,ſi vacarent beneficia per allecutionem, & conſtitutionem, *execrabilis*, ſiue *cap.de multa,de præben.* vel deuolutionem, & alio quouis modo beneficia habent poſſeſſores, quos oportet per lites expellere; his caſibus derogatur iuripatronatus laicorum,etiam Principum;vt inquit ſtatuiſſe Alex. VI. *in tit.de derog. iuriſpatr.* vbi etiam derogari ait, quando Papa confert filio vnius patroni,vel nepoti.Verùm,ſi id ab Alex. ſtatutū fuit, vt reor,per ſuam regulam Cancell.ei nunc ſtandum non eſt, cùm eius morte expirauerit, ſed Regulæ modernæ, quæ, vt vidimus longè diuerſa eſt. niſi fortè voluerit Rebuff. ſolere derogari, vt intellexit Garz.ſuprà *num.*592. & ſic ex his habemus primam extenſionem huius tertiæ limitationis, quæ proce-
266. dit etiam † in tacita reſeruatione per manus appoſitionē de huiuſmodi beneficio iuriſpatronatus laicalis,licèt nulliter diſponendo à Rom. Pontifice factam; latè Garz.ſuprà *num.*591. quæ eſſe poteſt ſecunda extenſio.Tertia eſt vt hæc limitatio procedat
267. quoque in iurepatronatus, ſeu iure præſentandi † competēte clerico ratione patrimonij, ſeu familiæ; vt poſt alios ſatis ſentit Mandoſ.*d. reg.*1. *quæſt.*10.*n.*7. & apertè tradit nonnullis relatis Lambertin.*d.lib.*2. *part.*3.*quæſt.*9.*art.*8.per tot.& ratio eſt,quoniam hoc iuſpatronatus per omnia pro laicali habetur, vt ex iiſdem Doctoribus *ibid.*patet,atque aliis per nos adductis *quæſt. præced.* paulò ante fin. Quarta extenſio
268. eſt, vt † neque comprehendatur iuſpatronatus laicorum, vbi in regula reſeruatoria, aut quacumque diſpoſitione odioſa dicatur, licèt beneficium ad alicuius præſentationē ſpectet; vt poſt alios ſatis probat Lambert.*d.lib.*2.*part.*3.*quæſt.*9.*art.*6.per tot.Pariſ. *d.quæſt.* 4. *num.*37. Gonzal. *d.gloſ.* 18.*num.*4.& Garz. *d.cap.*1. *num.* 572. immo etiam licèt additum ſit,cuiuſcumque, vel quorumcumque præſentationem; latè poſt alios Lambert. *d.quæſt.*9. *art.*7. Couar.*d.num.*2. Mandoſ.*d.num.*2.poſt Lap. *alleg.*84.vbi etiam ipſe Mandoſ. *ſub litt. O. & P.* ipſe Lap. *allegat.* 96. *num.*3.& *ibi* idemmet Mandoſ. *litt. K.* non paucos citat, ſentítque Gonzal. & Garz. locis mox allegat. qui etiam Lap. ac Mandoſ. Gonzal. & Gar-
269. zias, alios ſecuti idem ſentiunt, † vbi ad præſentationem additum ſit, collationem, electionem, prouiſionem, & quamuis diſpoſitionem: ac de verbis illis, *ad cuiuſcumque collationem, & præſentationem*, Couar.*d.num.*2.de illis, *ad cuiuſcumque promiſſionem, ſeu conceſſionem, vel ordinationem, ſeu inſtitutionem*, Lambert.*d.quæſt.*9. *art.*4. per tot. Hæc autem tertia limitatio cum ſuis extēſionibus reſtringitur,vt procedat, vbi iuſpatronatus laicis competat ex fundatione, & conſtructione, vel dotatione; ſecus verò
270. erit,† ſi competat ex priuilegio, vel præſcriptione; prout multis relatis tradunt Felin. *d.tract.quand.litt. Apoſtol.nec. patr.Eccleſ. ampliat.* 10. iuncta *limit.*11. Lambertin. *d.tract.de iurepatr. lib.* 2. *part.* 3.*quæſt.*8. *art.*3. & *quæſt.*9. *art.*14. & 25. Hoied. *d.tract. de incompatib.benef.part.*1. *cap.*24. *num.*111. Pariſ.*d.tract. de reſign. benef.lib.*2.*quæſt.*4. *n.*51. Mandoſ. *d. quæſt.* 10. *num.*3. Gonzal. *d.gloſ.*18.*num.*8. *cum tribus ſeqq.* & nouiſſimè Garz. *d. cap.* 1. *num.* 573. & 574. ſiue quia hoc iuſpatronatus cenſeatur Eccleſiaſticum,vt ait Lambert.*d.art.*3.*num.*2. & latiùs tradiderat *lib.*1. *part.*1.*q.*10.*art.*3.ſiue quia, vt ceteri omnes, prætet Pariſ. & Gonzal. pro ratione attulerunt, ceſſat tunc ratio, quæ militat in iurepatronatus ex fundatione, cōſtructione, & dotatione, ne laici retrahantur à fundatione, ſeu inſtitutione beneficiorum.Quæ reſtrictio procedit etiā in tali iurepatronatus Principum,dummodo non habeant iura imperij in ſuis dominiis, vt probat Garz. ſuprà *num.* 575. qui à *num.* 577. *ad* 582. aliter hanc reſtrict. declarat. Quinta extenſio eiuſdem tertiæ limitationis eſt,† vt in om-
271. nibus caſibus, in quibus neceſſariò debet interuenire conſenſus patronorū in electione rectoris Conuentualis,ſeu collegiatæ Eccleſiæ,quamuis defectus ipſius conſenſus non annullaret actum ipſo iure,ſed poſſet ipſum annullare ope exceptionis, neceſſariò ſit facienda mentio de tali iurepatronatus laici, ſic Lambert. *d.lib.*2. *part.*3. *quæſt.*9. *art.*21.*num.*2. & 3. per ea,quæ ipſe tradiderat *eod.quæſt.*9.*art.*12. iunctis iis, quæ idemmet adduxit *d. lib.*2.*part.*1. *art.*1. & 2. ſubdit autem Lambert. *d. num.*2. & 3. hæc maximè procedere vbi iſte conſenſus interuenire debet ex conditione in fundatione appoſita, vel ex priuilegio,ex traditis per ipſum *d.art.*2. *verſ.ſextò quæritur*, & *d. quæſt.*9. *art.* 10. Sexta extenſio huius tertiæ limitationis deſumenda eſt ex eodem Lambertin. *d. quæſt.*9.*art.*5.*num.*1. & 2. vbi docet, ſatis quoque id
272. confirmans, † Papam reſcribētem etiam motu proprio pro aliquo beneficiando non cenſeri comprendere beneficium patronatum laicorum; præcipuè ex Fel.*d.tract.quād.litt.Apoſt.noc.patr.Eccl.ampliat.*2. & *cap.ad aures,concl.* 5. & 6. *verſ.tertium caſus*: vbi ſubdit,

dit, opinionem contrarium tenentium posse procedere † vbi cum clausula motus proprij, esset clausula generalis, non obstantibus quibuscumque, per quæ gratia nostra posset quomodolibet impediri, vel differri: quia tunc per talem clausulam intédit impedire ius tertij; & clausula motus proprij, tollit subreptionem. & hæc sit secúda restrictio huius tertiæ limitationis: prima enim eius restrictio posita fuit ante quintam extensionem, quia simul cum limitat. 3. restringebat quatuor etiam priores ipsius extensiones. quæ tamen restrictio erit prima huius 6. extensionis. Subdit autem Lambert. *d. art. 5. num. 3.* alteram ipsius, seu 3. eiusdem limitationis restrictionem; nisi, inquiés, essemus † in reseruatione, quam motu proprio facit Papa promouendo aliquem ad Episcopatum de beneficio, quod is tenebat iurispatronatus laici; illum super retentione dispensando: nam motus proprius præiudicat, quamuis de laico non faciat mentionem, quia aliter tunc non erat vacaturum; & ideo ei non fit præiudicium: ex Rot. Rom. *decis. 33. suppositio, de reser. in non.* quæ nunc est 21. *de præben.* aliàs 331. *in nou.* cum aliis adductis per ipsum *ead. quæst. 9. art. 19.* vbi inter cetera citat Fel. *in d. tract. limit. 5.* qui primùm quidem refert prædictam Rot. decis. vbi Collector postquam *à num. 1. ad 5.* attulit sex fundamenta, ex quibus mota fuit maior pars Dominorum ad dicendum, gratiam prædictam esse subreptitiam: *à d. num. 5. vers. pro parte contraria, vsque ad num. fin.* decem alia fundamenta recenset, ex quibus ipse, & quidam alij ex Dominis, & D. Martinus Pampilon. Episcopus contrarium tenebant; cum quibus etiam sentit Couar. *pract. quæst. cap. 36. num. 12.* subiicit autem *ibid.* Felin. pro priori sententia consuluisse Franc. Aret. *cons. 7.* esseque decis. 752. Ægid. Bellam. quæ apud me est 751. vbi *à num. 1. vsque ad 9.* relatis magisque confirmatis fundamentis posterioris sententiæ *ab eod. num. 9. vers. oppositum tamen, vsque ad num. 11.* septem pro priori affert rationes, & vsque ad fin contrarias tollere nititur: ac demum Felin. conciliando quodammodo has inter se dissidentes sententias, priorem vult procedere vbi reseruatio, seu gratia de retinendo beneficium concessa: promoto ad Episcopatum facta fuerit post beneficij vacationem; posteriorem verò vbi ea gratia fuerit concessa ante vacationem: cum quo tandem transit Lambert. *d. art. 19. num. 3.* aliàs 4. & 5. admonens, eam omnino locum habere in casu prædictarum decisionum, vbi agebatur de facti specie, in qua non erat vacaturum illud beneficiú, cùm esset eius retentio motu proprio concessa ad beneplacitum sedis; atque adeò is, qui beneficium habebat in titulum, illud postea habere debebat in commendam; qua durante non vacat beneficium, vt ipsemet Lambert. probat *d. tract. de iurepatr. lib. 3. q. 6. art. 14.* Addit autem Lambert. *d. art. 19. num. 5.* priorem sententiam procedere non modò, cùm dispensatio illa concessa fuit post vacationem, sed & cùm antè, non tamé motu proprio, vel aliàs, quàm in illo casu Rotæ, scilicet cùm Papa voluit ante promotionem motu proprio beneficium non vacare. Ego verò omnino Fel. adhærens non distinguerem, an dispensatio super retentione illius beneficij facta fuerit motu proprio, vel non; in vtroque enim casu militat ratio à Fel. & ab ipso Lambert. allata, quòd nõ fit tunc præiudicium considerabile patrono laico, quia beneficium non erat vacaturú; & aliæ, de quib. *ibid.* Lambert. Verùm posteriorem sententiam, quã simpliciter sequũtur Gondisal. à Villadieg. *tract. de legat. part. 1. quæst. 14. n. 72. 73. & 74.* Rebuff. *in prax. benef. d. tit. tertia pars signatura, super clausula, necnon iurispatronatus, &c. num. 26.* & Flam. Paris. *d. tract. de resign. benef. lib. 2. quæst. 4. num. 58.* allegãs vterque *prædictam decis. 331.* Rot. Rom. seq. 21. *sub tit. de præben. in non.* quæ tamen, vt vidimus, pro maiori parte Dominorum priori adhæsit: posteriorem, inquam, sententiam admittit Bellam. cum aliis Dominis decis. 751. aliàs 752. contra maiorem partem Dominorum, vbi iuspatronatus etiam Regis per duos testes omni exceptione maiores notificatum fuisset Papæ etiam ad alium finem: de quo dubio propter prædictam regulam 41. aliàs 42. Cancell. volentem, id exprimi in litteris. *d.* verò *decis. 751. num. 12.* eamdem sententiam admittit † quoad hoc, vt, si Papa per constitutionem generalem impediret vacationẽ beneficiorum promoti ad Episcopatum, & nihil exciperet, comprehenderet etiã beneficia iurispatronatus laicorum. Et hæc de limitationibus earúmque extensionibus cum suis restrictionibus adhibitis ad posteriorem præsentis nostræ conclus. partem, quoad eius secundum membrum, quod est de iurepatronatus laicali.

Declaratur nunc eadẽ posterior pars quoad idem secũdum illius membrum, primò, † quòd, si in supplicatione impetrans petat derogari patronis, de quorum iurepatronatus clarè non constat, & postea patroni non probant, quòd tempore impetrationis clarè constaret de eorum iurepatronatus, eis derogatum censeri, licèt hodie doceant, ad eos verè spectare. ita post Felin. *d. tract. quand. litt. Apost. nec. past., Eccles. limit. 8.* & Card. *cons. 69.* aliàs 71. tradit, & latiùs explicat Lambert. *d. lib. 2. part. 3. quæst. 9. artic. 22.* Secundò, † quòd, si aliqui essent patroni, non tamen in quasi possessione præsentandi, sed alij, de his est facienda mẽtio in impetratione, ac litteris Apostolicis, non de illis; vt post Felin. *d. tract. limit. 9.* & Card. *d. cons. 69. col. 2.* satis docet Lambert. *d. quæst. 9. art. 23.* ac post eum, & alios Couar. *d. cap. 36. num. 6. ad fin.* De hoc tamẽ, quomodo possessio iuris præsentandi præferatur proprietati etiam post Concil. Trid. videndum est, quod scripsimus suprà hac ipsa quæst. *concl. 5.* Declaratur tertiò, quòd, † si patroni laici, de quibus impetrans beneficium iurispatronatus ipsorum non fecit mentionem, scientes impetrationem tacuerunt per quatuor menses, validatur impetratio, & collatio; ac nequeunt amplius se opponere: prout inter cetera ex Felin. *d. tract. limit. 10.* & Card. *Clement. 1. de supplen. neglig. prælat.* latè tradit Lambert. *d. quæst. 9. art. 24.* per tot. vbi idem etiam sentiunt in collatione facta ab Episcopo. Declaratur quartò, quòd, † si patroni inter se conueniunt, quòd alternis vicibus præsentent, quod fieri potest, *Clem. plures, de iurepatr.* latè Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib. 1. part. 2. quæst. 2. art. 36.* passim; & Papa derogat patronis expresè pro primo beneficio vacaturo, id erit in præiudicium illius, qui habebat præsentare in illa vice, iuxta eorum conuentionem, non autem in præiudicium omnium; vnde alij in prima sua vice præsentare potest: prout ex iis, quæ in terminis vicissitudinariæ collationis conuentæ inter Episcopum, & Capitulum latè tradit Ioann. de Anan. *consil. 43.* vbi Ludouic. Bologn. in his propriis terminis vicissitudinarij iuris præsentandi inter plures patronos conuenti allegat Ioan. An. *in cap. cùm in illis, 9. fin. super verbo, præsentationem, de præbend. in 6.* docet Roch. de Curt. *d. tract. de iurepatron. verbo, ius, quæst. 6. sub num. 11.* ac latiùs comprobat Lambertin. *d. quæst. 9. art. 26.* per tot. Declaratur quintò, quòd, † vbi nominatio Rectoris spectet ad laicum, præsentatio ad Ecclesiasticum, vel etiam præsentatio ad laicum de cõsilio Ecclesiastici, cùm tunc censeatur laicale iuspatronatus, vt satis probat Garz. *d. tract. de benef. part. 5. cap. 1. num. 616.* in eo locum habebit,

273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280.

habebit, quod hucuſque diximus de iurepatronatus laicali: ſecus autem eſſe docet, ſi laicus debet præſentare cum conſenſu Eccleſiaſtici. de hoc autem iure præſentandi cum conſenſu, vel conſilio alicuius, latè diſſerit Lambertin. *d. lib. 2. part. 2. quæſt. 4. princ. artic. 2.* Declaratur denique aliis etiam modis, quos colligere quis poterit ex Rebuff. *d. 3. part. ſignat. ad clauſulam, necnon iuriſpatronatus*, &c. ex *numer. 10.* paſſim, Pariſ. *d. tract. de reſign. benefic. lib. 2. quæſt. 4. numer. 45.* ac deinceps, & Garzia *d. part. 5. cap. 1. numer. 585. vſque ad 590.* vbi præ cæteris explicant, † quando derogetur iuripatronatus laicorum pro medietate, & quid ſit hæc derogatio. 281.
Idem verò Garz. *d. part. 5. cap. 3. numer. 62.* poſt plures Doctor. & Rot. Roman. deciſiones, illud firmat, prouiſionem factam à Papa de beneficiis iuriſpatronatus etiam laicorum litigioſis † valere 282.
non facta mentione, nec derogatione iuriſpatronatus: de quo videndum, quod latè ſcribit Conar. *d. cap. 36. practi. quæſt. numer. 7.* & quod tradit Gambar. *tract. de offic. & poteſt. legat. lib. 3. tit. de poteſt. legat. in conferen. benefic. numer. 428. 429. 430.* necnon *439. & 440.* vbi tenet, tunc non eſſe neceſſariam derogationem, ſed bene mentionem talis patronatus. de quo laicali iurepatronatus quoad derogationem ſummi Pontificis hæc dicta ſint ſatis.

Quoad ius verò patronatus mixtum, (quod erat tertium membrum huius poſterioris partis præſen- 283.
tis noſtræ ſeptimæ concluſionis;) quòd Papa † ei derogare poſſit, ſentit poſt alios Felin. *d. tract. quand. litt. Apoſtol. noc. patron. Eccl. ampliat. 6.* Lambert. *d. quæſt. 9. art. 9.* Hoied. *d. tract. de incompatib. benef. part. 1. cap. 24. n. 114.* Mandoſ. *ad d. reg. 1. Cancell. quæſt. 10. n. 8.* & apertè tenet *in praxi ſignat. grat. in verbo*, ſeu *tit. derogationes iuriſpatronatus*, quem ſequitur Pariſ. *d. lib. 2. quæſt. 4. n. 49.* & Garz. *d. cap. 1. n. 583. cum ſeq.* & confirmatur ex omnibus fundamentis, quibus hanc eandem poſteriorem partem quoad primum eius membrum de iurepatronatus Eccleſiaſtico, & ſecundum de laicali comprobauimus. Nam, quòd iuſpatronatus mixtum † cenſeatur Eccleſiaſticum quoad dero- 284.
gationem, non pauci voluerunt, quos refert Felin. *d. tract. ampliat. 6. circa initium*, Lambertin. *d. art. 9. num. 1.* Roch. de Curt. *tract. de iurepatr. verbo, ius, quæſt. 7. princ. in 1. quæſt. neceſſ. via*, ſeu *num. 15.* Hoied. *d. n. 114.* Gonzal. *d. glof. 18. num. 8.* Mandoſ. *d. num. 8.* ex quibus eſt Rot. *deciſ. 46. de conceſſ. præben.* aliàs *269. in antiq.* licèt Felin. Curt. & Lambertin. eam perperam allegent: atque etiam tenent nonnulli, quos ſequitur Pariſ. *d. quæſt. 4. n. 50.* ex quibus tamen glof. *in cap. vnic. §. vltimo, verbo, Eccleſiaſticus, de iurepatr. in 6.* & Abb. *in cap. de quarta, col. 5. de præſcript.* qui ſimpliciter ſequitur glof. & ſimile, quod Abb. affert de præſcriptione rei communis laico, & Eccleſiæ, ſolùm concludit, quòd in indiuiſibilibus laicus iuuatur fauore Eccleſiæ, ne ea lædatur. præterquam quòd glof. *ibi* dumtaxat loquitur quoad hoc vt in iurepatronatus mixto detur ſemeſtre ad præſentandum, vt in Eccleſiaſtico, quod omnino eſt admittendum, vt paulo pòſt dicemus, omnéſque admittit. ipſe verò Abb. *in c. fin. de iurepatr.* apertè docet, quoad derogationem hoc iuſpatronatus mixtum cenſeri laicale; ita, vt in dubio ei non cenſeatur Papa velle derogare, neque illud comprehendere in quibuſuis reſeruationibus: quod & plerique tradiderunt relati ab ipſo Pariſ. *d. n. 50.* præſertim Caſſad. *deciſ. 7. de iurepatr. n. 9.* Mandoſ. *d. n. 8.* & Couar. *pract. quæſt. cap. 36. num. 5.* quibus adde alios probatos à Felin. *d. ampliat. 6.* Roch. Curt. *d. num. 15.* Lambertin. *in alleg. art. 9.* Hoied. *d. num. 114.* Gonzal. *d. glof. 18. num. 12. cum ſeq.* & Garzia *d. cap. 1. num. 578. & 582. & 591.* qui duo auctores, ſicut & Mandoſ. *d. num. 8.* nonnullas etiam in id afferunt Rotæ Rom. deciſiones, ac præcipuè Achill. de Craſſ. *deciſ. 3. de iurepatronat.* vnam Auximanam coram Cardinali Seraphino, & vnam Firmanam coram Card. Pamphilio. Requiritur autem iuxta multorum ſententiam ad hoc, vt iuſpatronatus mixtum cenſeatur laicale, quòd maior pars, aut ſaltem æqualis ſit laicorum. ſi enim maior ſit pars clericorum ratione Eccleſiæ, cenſebitur Eccleſiaſticum; vt poſt Gambar. *tract. de offic. & poteſt. legat. lib. 3. n. 368. cum tribus ſeqq.* Couar. *d. cap. 36. numer. 5. poſt med.* Rot. Roman. apud Creſcen. *deciſ. 3. num. 1. de iurepatronat. & deciſ. 574. n. 7. 8. & 9. part. 1. in nouiſſ. diuerſ.* tradit Gonzal. *d. glof. 18. n. 15. cum duob. ſeqq.* licèt valde probabile ſit, ac verius mihi videatur, quòd etiam vnus laicus ſufficiat non modò ad conſtituendum iuſpatronatus in ſpecie mixti, quod nemo, vt reor, negat; verùm etiam ad hoc vt habeat vtriuſque iuriſpatronatus priuilegia; & ſignanter ad hoc, vt iuripatronatus mixto non cenſeatur Papa derogare, niſi exprimat; vt in ſpecie tenet ſatiſque tuetur Lambert. *d. art. 9. §. 2. cum ſeqq.* & apertè ſentit Felin. *d. ampliat. 6.* Rot. Roman. apud Put. *deciſ. 157. lib. 3.* Caſſad. *d. deciſ. 7. de iurepatr. numer. 9.* quæ eadem eſt cum *deciſ. 4. de probat. num. 10.* & adhuc apertiùs eadem Rot. apud Achill. de Craſſ. *d. deciſ. 3. ſub tit. de iurepatr.* necnon ſentiunt plerique relati, ac probati à Mandoſ. *d. num. 8.* & Garz. *loco mox citat.* dum indiſtinctè tradunt, in iurepatronatus mixto præcipuè quoad derogationem prævalere qualitatem laicalem ob præiudicium, quod pararetur laico, cui Papa in dubio non intendit præiudicare. atque ita in terminis apertè ſentit Lambertin. *d. quæſt. 9. artic. 9. numer. 3. & 4.* faciunt etiam ea, quæ poſt eundem Garz. alios allegantem *d. part. 5. cap. 3. num. 69. cum ſeq.* dicemus infr. hac ipſa quæſt. *concluſ. 10.* Legatum ſedis Apoſtolicæ non poſſe iuripatronatus mixto, in quo etiam pauciores laici ſunt, quàm clerici, derogare. nam, cùm de præiudicando laicis agitur, vbi in Legato deficit poteſtas, in Papa cenſetur deeſſe voluntas: vt in hac ſpecie mixti iuriſpatronatus docuit Mandoſ. *vbi ſuprà*, & Hoied. *d. num. 114.* Quoad hoc verò, vt competat ſemeſtre ad præſentandum, tunc attenditur maior, aut etiam æqualis, immo & minor numerus clericorum; vt inter cæteros apertè ſentit glof. ab aliis approbata *d. verbo, Eccleſiaſticus*, ſatiſque probat Lambertin. *d. quæſt. 9. art. 9.* præſertim *n. 2. & ſeq.* ex adductis etiam per ipſummet *eod. tract. lib. 1. quæſt. 1. art. 6. & 7.* necnon *lib. 2. part. 2. quæſt. 1. art. 2. & 3.* Pro quibus facit optimè diſtinctio illa, quam affert Felin. *d. ampliat. 6.* ac ſequi etiam videtur Curt. *d. n. 15.* vt in iurepatronatus mixto fiat denominatio ab ea qualitate quæ magis fauet Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ, ſiue quoad derogationem, ſiue quoad alia: & regula, quam hac in re tradit Lambert. *d. art. 9. poſt med. verſ. & ideo, cum ſeq.* vt fiat denominatio, ſeu prædominatio ab ea qualitate, ſeu à qualitate illius ex patronis Eccleſiaſtico vel laico, à quo. ſi non fieret, illi præiudicaretur, &, ſi fiat, erit commodum vtriuſque. quam etiam regulam pluribus confirmat Hier. Gabr. *conſil. 197. n. 6. cum duob. ſeqq.* laudatus à Menoch. *lib. 3. præſumpt. 90. n. 16.* iuxta quam regulam in iurepatronatus mixto, vel eius derogatione à Papa, vel Legato facienda ſufficiet conſenſus, vel mentio patroni laici, vt ſignanter voluit Abb. *d. cap. fin. in fi. de iurepatr.* à quo in hoc non diſſentit Felin. *d. ampliat. 6.* & Lambertin. *d. lib. 2. part. 3. quæſt. 8. art. 4. num. 1.*

Declaratur autem id, quod hucuſque diximus de iurepatronatus mixto, primò, vt ſi plures laici, aut

clerici ratione Eccleſię vocati ſint ad iuſpatronatus,
285. ſeu nomine collectiuo, tunc † illi plures habent vnam vocem, & alius ex alia parte vnam; ſicque illud iuſpatronatus pro dimidia erit laicale, & pro alia dimidia Eccleſiaſticum; vt tradit Creſcen. *d. deciſ. 3. ſub num. 2.* ad not. *in l. fin. C. de impub. & aliis ſubſtit.* magiſque in terminis facit *Clem. plures, de iurepatr.* cum *ibi* adnot. vnde hæc declaratio extendi poteſt, vt procedat etiam vbi ex vna parte ſint plures heredes laici vnius patroni, & ex alia clericus patronus ratione Eccleſiæ. Declaratur ſecundò, quòd ad diſcernendum, an iuſpatronatus ſit Eccleſiaſticum, vel ſæculare; & Vniuerſitas ſit Eccle-
286. ſiaſtica, vel ſæcularis, † magis attenditur, an locus ipſe ſit Eccleſiaſticus, vel ſæcularis in ſui fundatione, & erectione, quàm numerus maior, vel minor clericorum, aut laicorum: immo nec conſideratur qualitas perſonæ laicalis, vel Eccleſiaſticæ; vt docet Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæſt. 1. art. 10. numer. vlt. in fi.* & ſatis manifeſtè tenet quoque Roch. de Curt. *dicto verbo, ius, quæſt. 2. acceſſoria ſeptima quæſt. princ.* ſub *num. 16.* quod idem ſentit Rot. *d. deciſ. 574. num. 8. 1. part. diuerſ.* & Garzias *d. part. 5. cap. 3. num. 68. inuitis duob. num. ſeqq.* apertè confirmatur ex eo, quod pluribus relatis ſcripſit ipſemet Garz. *d. part. 5. cap. 1. numer. 599.* de operariis fabricæ Eccleſiæ; & *num. 600.* de Hiſpitalariis, vt licèt laicæ perſonæ ſint, cenſeantur tamen patroni Eccleſiaſtici. à qua doctrina non multùm diſcrepat ea quam *ibid.* tradit Curt. poſt Barbat. *in cap. 1. col. 2. in fin. de locat.* quòd ſcilicet vbi clerici conſiderantur tamquam tales, tunc etiam minor numerus Clericorum trahit ad ſe maiorem, vt in caſu *c. per tuas, de arbitr.* ſi verò conſiderantur non vt tales, ſed vt quilibet; tunc maior pars trahet minorem, vt in vniuerſitate Scholarium, in qua Clericus venit, vt quilibet de ea. Quod autem Bart. & alij relati à Curt. *d. num. 16.* & Garz. *d. part. 5. cap. 1. num. 612. & cap. 3. n. 68.* tradunt Vniuerſitatē denominandam eſſe Eccleſiaſticam à maiori numero, vel etiam ab æquali, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, longè diuerſum eſt, vt rectè monet Garz. *d. cap. 3. n. 70.* ex adductis à Curt. *d. n. 16.* Fel. *in cap. 1. n. 6. de præſcript.* & Marant. *in ſpec. aur. part. 4. diſt. 11. n. 23.* procedit enim quoad priuilegium fori; in quo vbi aliàs locus illi non eſſet religioſus, ſeu Eccleſiaſticus, attenditur perſonæ qualitas, nimirum Eccleſiaſticæ, quæ coram laico iudice conueniri non poteſt, *cap. at ſi clerici, & c. clerici, de iudic. cap. nullus, & cap. ſi diligenti, de for. comp.* Neque illa doctrina Bart. & aliorum huic materiæ iuriſpatronatus aliter adaptari, vel deſeruire poteſt, quàm ad dignoſcendum, an iuſpatronatus ſimplex alicui Vniuerſitati competens ſit laicale, vel Eccleſiaſticum; non autem, an iuſpatronatus mixtum habeat priuilegium iuriſpatronatus Eccleſiaſtici potius, quàm laicalis, vel è contrario. Declaratur tertiò, quòd, quando iuſpatronatus eſt Eccleſiaſtici, & laici, factaque eſt conuentio ſeu concordia de præſentando alternis vicibus, iuxta *Clem. plures, de iurepatr.* in turno Eccleſiaſtici iuſpatronatus erit Eccleſiaſticum, in turno laici erit laicale: vnde ſi ſtando in turno Eccleſiaſtici beneficium vacaret in menſe Apoſtolico, beneficium caderet ſub reſeruatione, & nihilominus Eccleſiaſticus conſumeret ſuum turnum. tunc enim Papa prouidet loco illius; è contra verò ſi beneficium vacaret in turno laici, non caderet ſub reſeruatione, & ſi prouideretur à Papa cum derogatione iuriſpatronatus mixti, non haberet locum derogatio. ita Garz. id ſatis comprobans *d. c. ap. 1. numer. 614. cum ſeq.* Declara-
287. tur quartò, quòd † iuripatronatus mixto numquam derogatur pro medietate, ſed duntaxat in totum; quoniam Papa derogat parti laicorum, parti autem Clericorum non eſt neceſſe derogare. ita poſt Achill. *d. deciſ. 3. numer. 8. de iurepatr.* Caſſad. *d. deciſ. vltima, ad fin. de probat.* & Mandoſ. *in prax. ſign. grat. tit. derogat. iuriſpatr.* (quibus addo Put. *deciſ. 187. numer. 4. & 5.*) docet Garz. *d. cap. 1. numer. 584.* Declaratur quintò; (quæ declaratio cum ſequentibus non ſolùm pertinet ad præſens poſtremum membrum huius poſterioris partis noſtræ concluſ. ſed etiam ad primum de Eccleſiaſtico, & ſecundum de laicali iurepatronatus;) quòd, † ſi ſcribatur per 288.
Papam, vt prouideatur alicui de beneficio ſpectante ad præſentationem duorum, vtputa talis plebani, & talis Abbatis, quæ præſentatio ad eos pertinet ſucceſſiuè, quia talis plebanus, vel laicus præſentat Abbati, & Abbas Epiſcopo, poterit ei prouideri de tali beneficio; quia ſufficit expreſſiſſe, ad duos ſpectaſſe præſentationem: vt poſt alios docet Lambert. *d. lib. 2. part. 3. quæſt. 9. art. 27. ex cap. cùm in illis, §. fin. de præben. in 6.* ſubdens *art. 28.* poſt Gemin. & Ioan. Andr. *d. cap. cùm in illis, §. fin.* ſecus eſſe, ſi exprimatur vnus tantùm, etiam primus; cùm id ſatis non ſit. Sextò declaratur, quòd † litteræ Apoſtolicæ, *in* quibus 289.
ſcribitur, quòd alicui prouideatur de beneficio pertinente ad præſentationem alicuius, includunt etiam beneficium ſpectans ad eius præſentationem cum alterius conſenſu; vt poſt Gemin. Ioan. Andr. Ancar. & Franc. tradit Lambert. *d. quæſt. 9. art. 29.* Declaratur ſeptimò, quòd † litteræ Apoſtolicæ, in qui- 290.
bus Papa mandat alicui prouideri de beneficio ſpectante ad Epiſcopi inſtitutionem, includunt quidem beneficium pertinens ad præſentationem clerici ratione Eccleſiæ, non autem ratione patrimonij, vel laicorum; vt ſatis probat Lambert. *d. quæſt. 9. art. 30.* ſicut etiam *art. ſeq.* probat in caſu conuerſo litteras Apoſtolicas mandantes alicui prouidere de beneficio ſpectante ad alicuius præſentationem præiudicare habenti inſtituere. Declaratur octauò, quòd, † ſi 291.
patroni elegerunt B. in præſentandum, ſed ante præſentationem executor Papæ datus ad prouidendum alicui in illa diœceſi confert illam Eccleſiā, & poſtea patroni præſentant, beneficium debetur prouiſo per executorem; ſi verò iam facta eſt præſentatio ante executionem, præferetur præſentatus: vt poſt alios docet Lambert. *d. quæſt. 9. art. 32.* per tot. præcipuè ex Ioan. Andr. *in cap. Capitulum S. Crucis, de reſcript.* vbi etiam dicit, quæſtionem iſtam non procedere, ſi intelligatur de laicis præſentantibus, per ea, quæ ſcripſit poſt Hoſtien. *in c. dilectus, ſuper gloſ. 3. de offic. legat.* ſed in clericis bene procedere: item & in laicis, vbi appareret voluntas Papæ de talibus Eccleſiis includēdis in gratia. Declaratur nonò, quòd, † ſi vnus 292.
ex duobus præſentatis, vel alius pro impetratione illius beneficij vacantis accedit ad Curiam Romanam; atque interim patroni variant, vel de nouo præſentant, & Epiſcopus facit inſtitutionem, iſte autem impetrans litteras à ſummo Pontifice non facit mentionem de præſentatione, vel variatione prædicta, cùm eam ignoret, tales litteræ non valent in præiudicium inſtituti. ita Roch. de Curt. *in d. tract. de iurepatr. verbo, honorificum, quæſt. 22.* quem ſequitur Lambertin. *d. quæſt. 9. art. 33.* mouetur autem vterque, quia ſurreptio etiam committitur tacendo id, quod ignoratur, ſi veriſimiliter illud tacitum mouere potuiſſet Papam ad aliud faciendum; Abb. *in cap. conſtitutus*, per illum text. *in princ. de reſcript.* idem Abb. *in cap. ad audientiam, il. 2. circa fin. eod. tit.* quæ ratio, de cuius veritate videri poteſt id, quod ſcripſimus ſuprà *cap. 6. quæſt. 3. concl. 9.* ferè per tot. & *conſil. 10. limit. 1. & 2.* certè procedit in hoc caſu,

caſu, de quo agimus, obius interim tertio quæſitum
293. per præſentationem? quod ius † eſt valde conſi-
derabile, vt colligere licet ex adductis à Lambertin.
d. quæſt. 9. art. 35. & quoad regulam Cancell. de non
tollendo iure quæſito, inter ceteros tradit Lud. Gom.
ad eam regulam *quæſt. 11. verſ. illud tamen, & verſ. ſe-*
294. *cundus modus.* Decimò declaratur, quòd † ſi ius pa-
tronatus ſpectat ad Collegium aliquod ſiue ſæculare,
ſiue Eccleſiaſticum, non ſufficit mentionem facere de perſonis ſingularibus illius; ſed fieri debebit per verbum collatiuum; vt probat Lambert. *d. quæſt. 9. art. 34.* ex ea præcipuè concluſ. quòd aliud ſunt ſin-
guli, aliud verò vniuerſi; quàm latiùs comprobat, ac declarat Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib. 6. tit. quod cuiuſque vniuerſit. nom. concluſ. 1.* per tot. ſubtiliter autem ſubdit Lambertin. *d. artic. 34. ad fin.* nomen collectiuum quoad hoc cenſeri, ſi dicatur, ad quo-
rumcunque præſentationem; ita, vt comprehen-
datur Collegium: ſecus verò ſi dicatur, ad cuiuſcum-
que præſentationem: quamuis ad hoc vt Collegium ſæculare comprehendatur, addi debeat, ſæcularium, vel laicorum; vt *ibidem* ſentit Lambertin. & colligi poteſt ex latiùs per nos adductis ſuprà circa ſecun-
dum membrum huius poſterioris partis præſentis
295. concluſ. Declaratur undecimò, quòd † reſcriptum mandans prouideri alicui de beneficio ſpectante ad prouiſionem talis Epiſcopi, non extenditur ad be-
neficium, cuius patronatus, & ius præſentandi ante datam pertinebat ad aliquem, ſed poſt datam tranſlatum eſt in Epiſcopum, vt docet Lambertin. *d. quæſt. 9. art. 35.* præſertim ex *Clemen. literas, de reſcript.* atque in terminis ex Paul. de Eleaz. *in quæ-
ſtionibus ſuis, quæſt. 3. dub. 21. verſ. contra eundem.* ſic etiam è contrario in prædicto reſcripto includetur beneficium, quod tempore datæ ſpectabat ad pro-
uiſionem Epiſcopi, licèt poſt gratiam efficiatur ius patronatus laici; vt idem Lambert. docet *d. quæſt.*
296. *9. art. 36. in fin.* Declaratur denique, vt † litteræ Apo-
ſtolicæ, in quibus mandatur alicui prouideri de be-
neficio, includat beneficium fundatum ante gratiã, ſi poſtea ſuperueniat auctoritas Epiſcopi, qui funda-
torem faciat patronum. ita Lambert. *d. quæſt. 9. art. 36.* præcipuè arg. *d. Clem. literas, de reſcript.* ponderando, ibi beneficium eſſe curatum ante gratiam ad effe-
ctum gratiæ: atque in terminis ex Rot. Rom. *deciſ. 11. de iurepatr.* aliàs 545. *in antiq.* (perperam quoad num. ab eo allegat.) quæ pro vtraque parte arguit, & neu-
297. tram partem eligit. & quamuis † in dubio cenſeatur adhærere ſecundæ, quæ eſt negatiua, iuxta doctrinã Felin. *c. 1. n. 55. de conſtit.* tamen neque hæc doctrina tuta eſt ex adductis per nos *in tract. de Conſernat. in-
diuiſib. cap. 5. quæſt. 5. ſub n. 69.* & ad ſummum ea vera eſt cùm ſumus omnino in dubio: at hic ſummatim illius, decis. eſt pro affirmatiua parte, quam etiam firmioribus fundamentis confirmat: & in omnem caſum negatiua locum habere dumtaxat poteſt, vbi tempore datæ gratiæ Papæ adhuc ab Ordinario non modò reſeruatum non eſſet iuſpatronatus, ſeu præ-
ſentandi, ſed neque beneficium ipſum erat erectum. & hoc ſolum probant ad ſummum rationes, quas pro eadem negatiua affert *ibid.* Rota; ſicut fundamenta Lambert. omnino conuincunt affirmatiuam vbi tempore datæ beneficium erat erectum, licèt nondum reſeruatum eſſet iuſpatronatus, cui poſtea conſenſit. Atque ex his finis iam tandem ſit huic ſeptimæ concluſioni: cuius nimiam fortaſſe proli-
xitatem duarum ſtatim ſequentium breuitate com-
penſabimus.

OCTAVA igitur CONCLVSIO. Concilium generale etiam legitimè congregatum
298. † regulariter non poteſt ſine ſpeciali Rom. Pontificis auctoritate delegantis, vel deroga-
tionem confirmantis derogare qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis. Probatur, quia prædicta qualitatum de-
rogatio regulariter prohibita eſt iure ſaltem humano Eccleſiaſtico, vt conſtat ex adductis ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 3.* præſertim *concluſ. 3.* potiſſimùm ex Conc. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 4. & ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat.* Concilium verò generale eſt legitimè congrega-
tum, hoc eſt, ex Rom. Pontificis auctoritate, ſemper eſt inferius Rom. Pontifice, ſine cuius confirmatio-
ne illius decreta nullam vim habent: *cap. 22. cap. regulæ veſtræ, & cap. multis, 17. diſt.* ac melius *in cap. ſignifi-
caſti, in princ. verſ. aiunt in Concilio, de elect.* vbi Paſ-
chalis Papa, aiunt, inquit, in Conciliis ſtatutum non inueniri; quaſi Romanæ Eccleſiæ legem Concilia vlla præfixerint, cùm omnia Concilia per Roma-
næ Eccleſiæ auctoritatem & facta ſint, & robur ac-
ceperint, & in eorum ſtatutis Rom. Pontificis po-
tenter excipiatur auctoritas: & latiùs proſequitur B. Ioan. à Capiſtran. *tract. de auctorit. Papæ, & Con-
cil. 3. part. 2. part. princ. n. 24.* cum multis ſeqq. Card. Alban. *tract. de poteſt. Papæ 2. part. num. 111. uſque ad 190.* & Card. Iacobat. *tract. de Concilio lib. 3. art. 6. n. 33. uſque ad 176.* non poteſt autẽ inferior legi ſui ſupe-
rioris derogare; *l. fin. C. de legib. cap. inferior 21. diſt. cap. cùm inferior, de maior. & obed. & Clemen. ne Ro-
mani, in princ. de elect.* vbi glo. ab aliis approbata *verbo, inferiorem*; † in Concilio generali ad ad- 299.
notauit per text. *in d. cap. ſignificaſti, de elect. & cap. cuncta per mundum, il 19. quæſt. 3.* facit *cap. ne-
mo, eadem cauſ. & quæſt.* Idipſum autem confirma-
tur tum ex eo quod tradit Iacobat. *d. tract. de Concil. lib. 5. artic. 8. numer. 54. uſque ad 64.* & Thom. Campeg. *eod. tract. cap. 23.* quòd, ſi Pa-
pa non intereſt Concilio generali, ſed præſens eſt eius Legatus, tunc Concilium tantam auctorita-
tem habebit, quanta erit demandata à Papa ip-
ſi Legato cum Concilio; & erit in cognoſcen-
do ordinaria, in definiendo delegata: ſi verò Con-
cilio præſit Papa, tunc Concilium cum Papa ha-
bet ordinariam ratione Papæ; per ſe verò conſide-
ratum nullam habet iuriſdictionem, ſed Prælati in eo exiſtentes ſunt potiùs conſultores. tum ex eo, quod latè probat idem Iacobat. *d. tract. lib. 6. art. 5. à numer. 3. ad 16.* Concil. generale ſimpliciter lo-
quendo, ideſt, etiam non vacante ſede non poſſe ea exercere, quæ Roman. Pontifici ſunt reſeruata: quod etiam ſatis comprobat Thom. Campeg. *tract. de Concil. cap. 28.* ferè per tot. ſede quoque Apo-
ſtolica vacante non poteſt Concilium genera-
le congregatum tollere conſtitutionem Papæ, aut Concilij à ſede Apoſtolica confirmati, ſeu diſpo-
nere contra iura poſitiua, iiſve derogare; vt docet Campeg. *d. tract. de Concil. cap. 37. numer. 1.* cum aliquot ſeqq. & latè comprobat Iacobat. *eod. tract. lib. 5. artic. 17. numer. 1. & 4. uſque ad 7. & lib. 6. artic. 6. numer. 1. & 2.* vbi id limitat, ni-
ſi ſubeſſet aliqua magna, & vrgens cauſa, quæ non reciperet aliquam temporis dilationem; ita, vt expectari non poſſet noui Pontificis creatio. Acce-
dit quòd, (quidquid in contrarium voluiſſe videatur Card. Alban. *d. 2. part. numer. 114. 115. & 180.* cum aliquot ſequentibus, & Card. Iacobat. *d. lib. 6. artic. 4. n. 52. & 53.* dum tradunt, mortuo Pontifice naturali-
ter, vel ciuiliter, † poteſtatem Pontificis tranſire in 300.
Concilium generale iam congregatum, vel certè ſi-
mul cum Cardinalibus, vt idem Iacobat. ſentire vi-
detur *d. numer. 53.*) verius eſt, eam tranſire ſaltem in habitu ad Cardinalium Collegium, vt optimè de-
ducit ex *cap. vbi periculum, de elect. in 6.* Capiſtran. *d. part. 3. numer. 109.* vbi etiam allegat Bart. *in l.*

vbi absunt, ff. de tutor. & curat. dat. ab his, &c. ac nos *conclus. seq.* latiùs ostendemus. Immo etiam Anchar. in allegat. pro Concilio Pisano, *quæst.* 6. tenet, quòd, vbi sedes Apostolica diu vacat propter schisma inueteratum, iurisdictio in actu deuoluitur ad Cardinales; ita, vt eorum Collegium possit ea exercere, quæ sunt reseruata Papæ, cum duabus limitationibus, videlicet in casu, quo subest necessitas, & vtilitas Ecclesiæ vniuersalis: secundò quando Cardinales adhibent omnem curam ad extirpandum hæreses & schisma. In casu autem nostro nulla potest esse ita magna & vrgens causa, quæ non reciperet aliquam temporis dilationem; ita, vt nequeat expectari noui Pontificis creatio, & multò minus subest aliqua necessitas, vel vtilitas vniuersalis Ecclesiæ, vt alicui qualitati in beneficij fundatione appositæ derogetur; maximè verò, vt pro huiusmodi derogatione ad Concilium generale recurratur: cùm vbi ad Papam recurri non potest, etiam Legati, & Episcòpi exercere valeant reseruata Papæ, Anchar. *consil.* 310. viso, & diligenter inspecto, cum aliis per nos adducendis infrà hac ipsa quæst. *conclus.* 10. & 14. Quid autem dicendum sit, vbi vacante Romana sede nondum congregatum sit Concilium generale, aut viuat quidem Rom. Pontifex, sed non valeat regimini Ecclesiæ præesse, facilè constare potest ex iis, quæ scripsimus *in d. tract. de Conseruatorib. iudicib. cap.* 4. *quæst.* 2. nunc verò illud hìc quod ad hanc conclus. pertinet pro eius complemento adiiciendum est, quòd, accedente postea per Rom. Pontificem Concilij confirmatione, Concilium generale cum eius auctoritate congregatum potest tum circa alia, tum circa derogationem qualitatum beneficij statuere; prout fecit eam regulariter prohibendo Conc. Trident. potissimùm *sess.* 22. *cap.* 4. & *sess.* 25. *cap.* 5. *de reformat.* vt latiùs explicauimus suprà hoc ipso cap. *quæst.* 3. *conclus.* 3. quódque eam possit saltem per viam legis aliquando permittere, colligi potest ex iis, quæ generatim de commutatione vltimatum voluntatum quoad Concilij generalis potestatem tradidimus suprà *cap.* 5. *quæst.* 5. *conclus.* 1. & 2. vnde etiam sumendæ sunt huius rei declarationes.

NONA CONCLVSIO. Cœtus S.R.E. Cardinalium † regulariter non potest derogare qua- 301.
litatibus in beneficij fundatione appositis. Probatur, nam, si loquamur de casibus, in quibus cœtus Cardinalium habet regimen Ecclesiæ viuente Papa, vt, quando is captus est ab hostibus, vel effectus inutilis, iuxta id, quod post Card. Iacobat. *d. tract. de concil. lib.* 4. *artic.* 3. *à numer.* 1. *ad* 36. & rursus *à numer.* 40. *vsque ad* 54. tradidimus *d. tract. de Conseruat. iudicib. cap.* 4. *quæst.* 2. *in* 2. *suppos.* tunc, cùm, vbi etiam adesset aliqua necessitas derogandi huiusmodi qualitatibus, quoad eam derogationem; quæ tamquam Papæ reseruata esset prohibita inferioribus, tali necessitati occurri possit per Vicarium in Pontificia potestate ab eo deputatum, vbi id posset, aut vellet facere, aliàs per Coadiutorem Papæ à cœtu ipso Cardinalium deputatum, qui Vicarius, vel Coadiutor habebit exercitium iurisdictionis Pontificiæ, & nomine, ac vice Papæ viuentis poterit, quod ille potest, ex notat. *tot. tit. de cleric. ægrot. vel debil.* in decretal. Greg. & in 6. necnon *in cap. si Episcopus, de supplen. negl. Prælat. eod. lib.* ac per Anchar. *tract. de schism. quæst.* 6. & Iacobat. *d. artic.* 3. passim: vbi tamen *numer.* 45. docet, quòd eam exercere debet cum consilio Cardinalium: inde fit, vt cœtus Cardinalium saltem solus per se nequeat ad eam commutationem deuenire; cùm ex vna parte non sit superemus Princeps, sed eo inferior, neque ex alia habeat ab eo potestatem saltem in reseruatis; vnde ea non poterit exercere, argum. *Clemen. ne Romani, in princ. de elect.* si verò loquamur de tempore, quo vacat sedes Apostolica, dicendum est, quòd, licèt tunc cœtus Cardinalium † succedat Papæ in 302.
iurisdictionalibus saltem in habitu, & quoad aliqua in actu; prout, præter Doctor. citat. *concl. præced.* admittit glos. ab aliis approbata *in c. vnico, §. omnem personam, verbo, sede vacante, ad fin. de schism. in* 6. & probant fundamenta Host. *ibidem* relata per glos. quatenus ipse cum aliis tenebat, etiam actu Papalem iurisdictionem in Collegium Cardinalium sede vacante transire, cuius opinio expressè reprobatur *in d. cap. vbi periculum*, §. *idem quoque, de elect. in* 6. & *d. Clemen. ne Romani, in princ.* & §. *seu vers. irritum, eod. tit.* vt adnotauit glos. recepta *d.* §. *idem quoque, verbo, inuentum, nec non d. cap. vnico, verbo, sede vacante, & d. Clemen. ne Romani, in princ. verbo, non eum eo*: vbi quoad hoc respondet ad fundamenta Host. quòd verò Papalis iurisdictio ad prædictum Cardinalium cœtum transeat in habitu, satis probat text. *d. cap. vbi periculum*, §. *idem quoque*, & *d. Clemen. ne Romani*, §. *irritum*; dum *ibi* prohibentur Cardinales vti iurisdictione Pontificis, exceptis quibusdam casibus, vt ex eorum §§. verbis mox referendis apparebit; præsertim prouisionis Camerarij, & summi Pœnitentiarij: quo argumento quoad hoc vsus est Capistr. *d. tract. de potest. Pap. & Concil.* 3. *part.* 2. *partis princ. numer.* 109. & Card. Iacobat. *d. artic.* 3. *numer.* 24. & 27. etiam quoad hoc, vt transeat iurisdictio suprema Papæ in Cardinales. & hoc argumentum ex eo vim habet, quòd † 303.
exceptio est de regula; glos. *in rubr. de reg. iur. in* 6. & *ibi* Dyn. Bart. *l. si cum*, §. *qui iniurierum*, *ff. si quis cum.* firmátque regulam in casibus non exceptis, *l. nam quod liquida*, *ff. de pen. legat.* cum aliis adductis ab Euerard. *in loc. ab excep. ad regul. numer.* 1. & Vigel. *Dialect. iur. lib.* 2. *loco ab excep. leg. vel alter. dispos. regul.* 2. *per tot.* necnon probat text. *in d. cap. vnico*, §. *omnem personam, de schism. in* 6. vbi Bonifac. VIII. prohibet cœtui Cardinalium, quem *ibi* Collegium Apostolicæ sedis appellat, ne eadem sede vacante à quadam excommunicatione Rom. Pontifici reseruata absoluat: vnde constat, quòd id aliàs potuisset, nisi Papa hoc ipsum ei prohibuisset; prout arguit Cardinal. Iacobat. *d. numer.* 54. ac simul, quòd hic cœtus habet saltem in habitu potestatem circa reseruata Papæ eo mortuo. Tamen, quoniam *in d.* §. *idem quoque*, expressè iisdem Cardinalibus sede vacante præcipitur, vt accelerandæ prouisioni Ecclesiæ de pastore sic vacent attentiùs, quòd se nequaquam de alio negotio intromittant; nisi forsan necessitas adeò vrgens incideret, quòd eos oporteret de Terra ipsius Ecclesiæ defendenda, vel eius parte aliqua prouidere; vel nisi aliquod tam grande, & tam euidens periculum immineret, quòd omnibus, & singulis Cardinalibus præsentibus concorditer videretur illi celeriter occurrendum: & *d. Clem. ne Romani, in princ.* reprobatur tamquam veritati non consona opinio asserentium, constitutionem fel. record. Gregorij X. circa electionem Rom. Pontificis editam in Concilio Lugdunensi, (quæ iuxta communè omnium expositionem est *d. c. vbi periculum, de elect. in* 6.) per cœtum Cardinalium Rom. Ecclesiæ ipsa vacante modificari posse, corrigi, vel immutari, aut quicquam ei detrahi, siue addi, vel dispensari quomodolibet circa ipsam, seu aliquam eius partem, aut eidem etiam renuntiari per ipsum; præmissa illa generali ratione, quòd lex superioris per inferiorem tolli non

potest:

304. poteſt:quæ quidem ratio generalis † debet iuxta ſuos limites etiam extendere diſpoſitionem legis, prout pluribus relatis tradit Euerard. *in topicis iur. loc. a rat. legis larga ad extenſ. leg. num. 1. & 3.* vnde ſatis apertè
305. deducitur, † huiuſmodi cœtum etiam ſede vacante regulariter non poſſe derogare conſtitutioni Papæ, vel Concilij, ſeu contra eam diſpenſare; prout de conſtitutione Papæ, poſt S. Anton. 3. *part. ſum. tit. 22. cap. 2. §. Collegium Cardinalium*, qui allegat Auguſt. de Ancon. tradit in ſpecie Card. Iacobat. *d. tract. de Concil. lib. 5. art. 17. n. 10.* ac præterea *in verſ.* ſeu *§. irritum*, idem Clemen. V. irritum, & inane decernit quicquid poteſtatis, aut iuriſdictionis ad Romanum, dum viuit, Pontificem pertinentis cœtus ipſe Cardinalium duxerit eadem vacante Eccleſia exercendum, niſi quatenus in prædicta Gregorij X. conſtitutione permittitur à nobis mox relatum; & illud, quod in eadem Clemen. *§. eo tamen prouiſo*, ſtatim ſubiicitur, quòd, ſi eiuſdem Eccleſiæ Camerarium, aut maiorem, vel aliquos alios ex Pœnitentiariis per mortem, vel aliàs deficere quouis modo contingat, valeat idem cœtus ad tempus vacationis huiuſmodi pro numero deficientium, vel ampliori etiam, quantum ad Pœnitentiarios, (ſi hoc eidem cœtui concorditer expedire videbitur,) alios ſubrogare. quoniam, inquam, inibi ita cauetur: inde ſatis conuincitur, huiuſmodi cœtum Cardinalium etiam vacante ſede non poſſe qualitatibus beneficij in eius fundatione appoſitis derogare: nam hæc derogatio non eſt de caſibus exceptis *in d. cap. vbi periculum*, aut *d. Clemen. ne Romani*; vnde ſtamus regulæ, iuxta *cap. 2. de coniug. leproſ.* cum aliis adductis per Doctor. *in rubr. de reg. iur.* Couar. *lib. 2. var. reſolut. cap. 12. numer. 4.* & Euerard. *in loco ab excep. ad regul. numer. 12.* & alioqui hæc ipſa derogatio regulariter prohibita eſt à ſacris canonibus, præcipuè verò à Conc. Trident. *ſeſſ. 22. cap. 4. & ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat.* vt latiùs deduximus ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concluſ. 3.* in comprobanda priori illius parte. Idipſum quoque ex eo confirmatur, quod poſt alios ex *d. cap. vbi periculum, & Clem. ne Romani*, tradit Garzias *d. tract. de benefic. part. 5. cap. 2. numer. 6.* Collegium Cardinalium ſede vacante non poſſe beneficia conferre. hæc enim derogatio qualitatum eſt quoddam accidens, & quid acceſſorium reſpectu poteſtatis conferendi beneficia, quæ eſt quoad eam vti proprium ſubiectum, & principale: deſtructo autem, ac ſublato principali, & ſubiecto, deſtruitur, ac tollitur acceſſorium, & antecedens; *cap. acceſſorium, de regul. iur. in 6. cap. & hoc dicimus, 16. quæſt. 7. l. cùm principalis, ff. de regul. iur.* iuncto *cap. cùm Paulus, 1. quæſt. 1. l. 2. ff. de vſufruct. & l. decem, ff. de verb. oblig.* cum aliis adductis per Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 7. numer. 70. cum duobus ſequentib. gloſ. 22. numer. 8. gloſ. 31. numer. 30. 31. & 44.* necnon *gloſ. 57. numer. 32. & ſeq.* vbi, quòd non entis nullæ ſunt qualitates, & accidens eſſe non poteſt ſine ſubiecto, ac ſublato fundamento nihil poteſt ſuperædificari; & alia habentur his ſimilia. Atque hæc de præſenti concluſ.

DECIMA CONCLVSIO. Legatus ſedis
306. Apoſtolicæ † regulariter derogare non poteſt qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis. Probatur primò ex iis Doctoribus, & rationibus, quibus ſuprà *cap. 5. quæſt. 7. concluſ. 1.* docuimus, huiuſmodi Legatum regulariter non poſſe commutare vltimas voluntates; præcipuè verò ex gloſ. ab aliis approbata *in Clemen. quia contingit, in princip. verbo, ſedis Apoſtolicæ*, per eum text. *de relig. domib.* & pleriſque relatis à Mandoſ. *in prax. ſign. grat. tit.* ſeu *verbo, commutatio vltimæ voluntatis, verſ. quidam vo-*

Io. Petr. Monaſt. de commut. vlt. volunt.

luerunt, & verſ. plures concludunt, necnon Aug. de Gambell. *tract. de teſtament. gloſ. 13. in fin.* Ioan. Dilect. *de art. teſtan. tit. de tutor. & executor. teſtam. caut. 6. numer. 4.* & Marian. Socin. *tract. de oblat. libell. 19. numer. 9.* derogatio autem huiuſmodi qualitatum ex fundatoris voluntate appoſitarum ſpecies quædam eſt commutationis vltimæ voluntatis; cùm & derogatio mutatio quædam ſit, vt ſatis oſtendimus ſuprà *cap. precedent. quæſt. 1. circa initium, & poſt medium*, in explicatione primæ particulæ definitionis, quam de hac qualitatum derogatione attulimus; & harum qualitatum appoſitio, ſeu diſpoſitiones, in quibus eæ apponuntur, propriè vltimæ voluntates ſint, vt conſtat ex iis, quæ ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 4. concluſ. 1.* adduximus. Secundò probatur ex eo, quòd derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum ſaltem iuri Romano poſitiuo aduerſatur ſiue tacitè, quatenus præcipit vltimarum voluntatum executionem, & harum qualitatum obſeruantiam; ſiue etiam expreſsè, prædictam derogationem prohibendo; quod potiſſimum facit Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat.* vt latiùs tradidimus ſuprà hoc eodem cap. *quæſt. 3. concluſ. 3.* Legatus autem ſedis Apoſtolicæ etiam de latere † regulari- 307.
ter non poteſt derogare iuri humano poſitiuo, præſertim Conciliari; vt conſtat ex latiùs adductis per nos *d. cap. 5. quæſt. 7.* præcipuè ex Sanchez *lib. 8. de matrimon. diſput. 6. numer. 15. & 16.* Nicol. Boër. *tract. de poteſt. Legat. à later. quæſt. 1. numer. 44.* & Card. Iacobat. *tract. de Concil. lib. 5. artic. 20. numer. 1.* Hoied. *tract. de incomp. benefic. part. 2. cap. 12. numer. 20.* necnon Gambat. *tract. de offic. & poteſt. legat. lib. 4. tit. de poteſt. legat. in commend. benefic. numer. 146. cum ſeq. & lib. 10. numer. 396. ac 397.* quibus nunc addo Garz. *tract. de benefic. part. 11. cap. 5. numer. 371.* vbi non paucos idem ſentientes refert, ac potiſſimum gloſ. communiter approbatam *in cap. dilectus, il 1. verbo, cùm ſe facultas, de præben.* éſtque ad id optimus text. *in cap. penult. de fil. presbyt. & d. cap. dilectus, il primo, de præben.* Tertiò idipſum probatur diſcurrendo per nonnullas præcipuas qualitates beneficij, quibus non poteſt Legatus derogare. *Prima* eſt † ſæcularitatis, vel regularitatis bene- 308.
ficij. nam cùm beneficia regularia Regularibus, & ſæcularia ſæcularibus de iure communi ſint conferenda, *cap. cùm de beneficio, de præb. in 6. Clem. vnic. in princ. de ſuppl. negl. præl.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 14. cap. 10. de reform. & ſeſſ. 25. cap. 21. de regular.* non poterit Legatus huic iuri derogare, iuxta prædicta, & in ſpecie, quòd non poſſit Legatus ſedis Apoſtolicæ conferre beneficium ſæculare ſimplex, hoc eſt, non curatum regulari; vt docet Gambar. *d. tract. de offic. & poteſt. legat. lib. 8. numer. 37. Secunda* eſt perpetuitatis, vel manualitatis, ſeu amouibilitatis. quòd enim † nequeat Legatus ad tem- 309.
pus conferre beneficium perpetuum, voluit Card. *conſil. 67. in 2. dubio*, Felin. *cap. fin. col. 3. verſ. primus caſus, de iudic.* ſentítque poſt alios Nicol. Garz. *tract. de benefic. part. 1. cap. 2. numer. 71.* dum tradit, beneficia perpetua per Papam, licèt non per inferiorem, poſſe ad tempus concedi: quod in ſpecie à Legato fieri non poſſe docet Gambar. *d. tract. lib. 3. tit. de poteſt. legat. in confer. benef. n. 618.* & facit, quia ſub conditione aliquis inſtitui non poteſt ad beneficium, *c. quàm pio, 1. quæſt. 2.* illúdque debet conferri ſine pactione, *c. cùm prùdem, & c. fin. de pact.* quæ de re latè Garz. *d. tract. de benef. part. 8. cap. 1. cum ſeq.* ferè per tot. & ſine vlla diminutione, toto tit. *vt benef. Eccleſ. ſine dimin. conferan.* neque manuale poteſt à Legato, aut alio quàm Papa perpetuò conferri. Gamb.

d. tract. lib. 4. tit. 1. qui est *de potest. legat. in reseruando beneficia, numer.* 17. quando verò per viam commendæ, vel concessionis administrationis possit Legatus, aut perpetuum beneficium ad tempus, vel temporale, seu amouibile perpetuò, seu ad vitam dare, colligi potest ex latiùs adductis à Gambara *d lib. 4. tit. de potest. legat.* in commendando beneficia, ex *numer.* 148. & Garz. *d. tract. part. 4. cap.* 4. ferè per tot. & priùs à Gonzal. *ad d. reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. §. 8. per tot. *Tertia* qualitas sit beneficij curati, dignitatis, vel personatus; in qua qualitate, † non
310. posse per Legatum ita dispensari, vt quis plures Ecclesias curatas, vel dignitates, aut personatus obtineat, docet Gambar. *d. tract. lib. 5. tit. an Legatus possit plura beneficia vni conferre, numer.* 66. post Rot. *decis.* 286. quæ est 4. *de offic. legat. in nou.* per text. *in cap. de multa, de præben.* vbi talis dispensatio soli sedi Apostolicæ relinquitur, hoc est, Papæ, vt *ibi* glos. recepta exponit, & tradit *in cap. dudum, il 2. de elect.* ac post alios idem ex communi resoluit Hoied. *d. 2. part. cap.* 12. *numer.* 13. *vers. tertiò fallit*, & Garz. *tract. de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *numer.* 337. & generaliter non posse legatum dispensare super pluralitate beneficiorum incompatibilium, tenet Rot. *in prædicta decisione quarta, de offic. legat.* & est communis Doctor. *in d. cap. de multa, & d. cap. dudum*, vt fatetur Gambar. *in tit. mox cit. numer.* 101. & multos adducit Hoied. suprà *numer.* 17. & suadent ea, quæ ipse adducit *ibi, ac num.* 19. & 20. Gambar. *d. num.* 101. *cum tribus numer. seqq.* licèt ipse contrarium sentiat, subsistente causa necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ, *numer.* 105. *vsque ad* 119. etiam quoad pluralitatem dignitatum, personatuum, & parochialium Ecclesiarum: quod & pluribus adstruit Hoied. *d. cap.* 12. *numer.* 13. *in fine*, iuncto *numer.* 16. 18. 19. 21. *vsque ad* 28. & multi apud Garz. *numer.* 358. de aliis autem incompatibilibus, præter Episcopatus, dignitates, & personatus, idem Gambar. *d. tit. num.* 231. *vsque ad* 237. & Hoied. *d. numer.* 13. ab initio vsque ad med. ex communi post alios: vbi tamen
311. vterque id declarat: magis verò certum est, † posse Legatum ex huiusmodi causa dispensare in pluribus beneficiis simplicibus personalem residentiam requirentibus; atque adeò derogare huic qualitati personalis residentiæ: vt plerique tenent, quos refert Garz. *d. cap.* 5. *numer.* 369. & post Gambar. *d. tit. an Legatus possit plura beneficia vni conferre, numer.* 238. *cum duob. seqq.* tenet Hoied. *d. numer.* 13. *vers. tertiò fallit*, apertè sentientes, sine magna causa non posse. ipse verò Garz. *vbi suprà, num.* 370. *cum seq.* indistinctè tenet post alios, non posse Legatum saltem post Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 17. *de reformat.* prædictæ qualitati pastoralis residentiæ derogare; quia nequit contra Concilium generale dispensare. Atque hæc esse potest *quarta* qualitas beneficij, cui Legatus regulariter derogare non potest, nimirum personalis residentiæ. quod etiam suadetur ex adductis ab eod. Hoied. *d. tract. de incompatibil. benef. part.* 1. *cap.* 12. *numer.* 13. *Quinta* qualitas esse poterit beneficij electiui. non enim potest
312. Legatus † reseruare, aut conferre Ecclesias Cathedrales, vel Regulares, aut Collegiatas, neque dignitates Ecclesiarum Cathedralium maiores post pontificalem, ad quas præficiendi debent per viam electionis assumi. & quidem quoad reseruationem est text. expressus *in cap. deliberatione, in princ. de offic. legat. in 6.* quòd autem hic textus accipiendus sit etiam de collatione, satis constat, meo iudicio, ex ipso text. ibi; nec de ipsis ordinandis, conferendis, vel disponendis, se aliquatenus intromittat; neque aliquod, quò minus ad quos pertinuerit, eligere, aut postulare liberè valeant, cùm vacabunt, obstaculum quomodolibet interponat: & ex communi illius intellectu deducit Gambar. *d. tract. de offic. & potest. legat. tit. de potest. legat. in benefic. confer. numer.* 82. & 83. vbi *cum num. seq.* tradit, quódnam sit beneficium electiuum; de quo etiam Gonzal. *ad d. reg.* 8. *glos.* 19. *num.* 11. & *seqq.* vbi etiam docet, quænam Ecclesia dicatur collegiata; de quo tractat quoque Gambar. *vbi suprà, numer.* 85. *vsque ad* 92. & Lambertin. *tract. de iurepatr. lib. 2. part. 1. quæst. 5. artic.* 1. & nos, Deo dante, dicemus *cap. seq. quæst. 2. circa med.* Beneficia verò electiua deuoluta ad Episcopum ob negligentiam eligentium † bene poterit indistinctè 313.
conferre Legatus de latere; vt satis probat Gambar. *vbi suprà, numer.* 101. sicut & non electiua, seu collatiua; vt ex communi idem tradit *numer.* 100. & ex eo probatur, quòd † potest conferre omnia 314.
beneficia non reseruata in sua prouincia vacantia, *cap. 1. de offic. legat. in 6. cap. si à sede, de præben. eod. lib.* cum aliis adductis à Gambar. *ibidem numer.* 1. cum aliquot seqq. & à Garz. *d. tract. de benef. part. 5. cap. 3. numer.* 4. *vsque ad* 15. vbi disputat, an dicatur prouidere auctoritate Apostolica, vel ordinaria: concludens, talem non dici prouisum auctoritate Apostolica, per text. *in cap. hi, qui, de præb. in 6.* ibique glos. & Doctor. *& cap. si Apostolica, eod. tit. & lib.* dici tamen prouisum à sede Apostolica: contra quod tamen valde vrget *cap. si à sede*, ibi; si à sede Apostolica, vel Legato ipsius: & mox; is, cui sedes ipsa contulit, vel Legatus, pariter *eod. tit. & lib.* & facit *cap. statutum, in princ. de rescript. eod. lib.* ibi; litterarum sedis Apostolicæ, vel Legatorum eiusdem. quare nec consequenter, nec verè *d. cap. 3. numer.* 16. post Gonz. & alios, infert, clausulam illam, amotis quibuscumque detentoribus, non tamen prouisis à sede, vel auctoritate Apostolica, præseruare etiam prouisos à Legato de latere, vel Nuntio cum tali potestate. *num.* autem 19. & 20. illud extendit post alios ad beneficia † collationis 315.
exemptorum, & exempta; cùm sit Ordinarius exemptorum. & *numer.* 21. *vsque ad* 26. extendit ad deuoluta ad Papam ex negligentia siue sua, siue aliorum Prælatorum inferiorum. *& num.* 27. *cum seq.* hoc postremum vult ex communi procedere, licèt Prælatus, ad quem facta est deuolutio, non sit de prouincia Legati, modò beneficium sit in prouincia, cuius etiam beneficia iure ordinario conferre potest: secus autem esse, vbi Prælatus ille sit de prouincia Legati, beneficium verò situm sit extra prouinciam; vt idem docet *num.* 29. *cum duobus seqq.* Pariter Legatus † non poterit conferre be- 316.
neficia deuoluta ex negligentia Prælati regularis exempti, quæ Episcopus confert auctoritate Apostolica vi *Clem. vn. de supplen. neglig. Prælat.* quæ tamen conferre poterit ante deuolutionem factam ad Episcopum; & post deuolutionem factam ad Papam ex negligentia ipsius Episcopi. sic Garz. post alios *d. cap. 3. numer.* 32. & 33. iuncto *numer.* 4. Potest verò Legatus de latere † sibi reseruare bene- 317.
ficia collatiua Papæ non reseruata suæ prouinciæ in futurum vacatura, cum moderationibus tamen, de quibus *in cap. præsenti, de offic. legat. in 6.* qua de re latè Gambar. *d. tract. de offic. & potest. legat. lib. 4. tit. 1.* qui est *de potestate Legati in reseruan. benef.* per tot. & Garz. *d. cap. 3. numer.* 35. *vsque ad* 38. vbi post alios docet, non ideo acquiri ius ad rem etiam certæ personæ, ad cuius fauorem facta sit reseruatio. *num.* autem 39. multis relatis tradit, † Lega- 318.
tum illa posse facere, licèt existat extra prouinciam sibi commissam. *num.* verò 40. *& quatuor seqq.* ex

prædi

319. prædictis infert, ac latiùs comprobat, † Legatum de latere de iure concurrere, ſicut & Papam, cum Ordinariis in collatione beneficij; ita, vt ſit locus præuentioni: præcipuè per text. *in cap. ſi à ſede, de præben. in 6.* & gloſ. recepta tum *ibi verbo, legato*, tum *d. cap. 1. verbo, ampliori. de offic. legat. in 6. num.* verò 45. *vſque ad* 51. potiſſimùm declarat id, quod *numer.* 40. *&* 41. poſt alios dixerat, poſſe Legatum de latere præuenire Ordinarios etiam quoad beneficia vacantia in menſibus ordinariis, rectè procedere etiam attentis regulis hodiernis mentium quoad quatuor menſes ordinarij non habentis alternatiuam; ſed non videri procedere quoad ſex menſes alternatiuæ Epiſcopi illà gaudentis: præcipuè tum propter decretum irritans in ea appoſitum; tum ex deciſ. Caputaq. de qua ipſemet *d. part. 5. cap. 1. numer.* 20. licèt contrarium ſenſerit Zerola per eum relatus *d. cap. 3. numer.* 49. cuius opinio procedere poſſet ad colorandum titulum quoad reſtitutionem ſpolij, vt idem Garz. latè tradit *numer.* 50. vel etiam quoad duos menſes Iunij, & Decembris, qui numquam reſeruati fuerunt, ſiue Epiſcopus gaudeat alternatiua, ſiue non; reliqui autem quatuor, nimirum Februarius, Aprilis, Auguſtus, & October, ex prima part. reg. 8. de reſeruatione menſium, reſeruantur Papæ; qui tamen ab eo in ſecunda parte eiuſdem reg. ex gratia conceduntur Epiſcopis reſidentibus; qui ideo tamquam ſubrogati in locum Pontificis pati non debent alterius concurſum, & præuentionem, quàm Pontificis, ex adductis per Garz. *d. cap. 1. num. 19. vſque ad* 31. vbi *ſub num.* 21. refert deciſ. Rot. Roman. in vna Tridentina Canonicatus; vbi etiam dictum fuit, dictam ſecundam partem regulæ non efficere, quòd menſis Auguſtus non ſit reſeruatus, ſed tantum operari, quòd Ordinarius gaudens alternatiua poſſit conferre in menſe reuocato remanente natura reſeruationis. quod tamen dictum non placet Garz. *ibidem num.* 22. & latiùs ab eo impugnatur; *ibi cum duobus num. ſeqq.* quæ impugnationes, iuncto eo quod idem *num.* 30. affert ex Menoch. *conſ.* 83. *num.* 21. *&* 23. *&* *d. cap. 3. num.* 44. ex quadam Rot. deciſ. non parum confirmant opinionem Zerolæ de præuentione Legati de latere in omnibus menſibus ordinariis conceſſis etiam vigore alternatiuæ: quam ſi ſuſtinere velimus, prout verè ſuſtentabilis eſt, & fortè verior: ad motiuum contrariæ ſententiæ ſumptum ex decreto irritante appoſito in fine prædictæ regulæ 8. nunc 9. facilè reſpondetur, quòd cùm in fine appoſitum ſit, refertur ad omnia præcedentia; maximè propter ea verba, *in præmiſſis omnibus*; quod etiam admittunt poſt alios Gonzal. ſup. *gloſ. 1. num.* 10. & Garz. *d. cap. 1. num.* 407. atque adeò vel neutram partem afficiet, vel vtramque. cùm ergo quoad priorem non impediatur concurſus Legati, neque etiam impedietur quoad poſteriorem. & ſic irritum erit quicquid Epiſcopus, & quilibet alius etiam Legatus contra præmiſſam vtramque reſeruationem ad præiudicium Papæ attentauerit. De Nuncio vide Garz. *eod. cap. 3. à num.* 132. *ad* 137. Sed,

320. quicquid de hoc ſit, certè † non poteſt Legatus conferre beneficia expreſſim reſeruata; vt poſt alios ſatis probat Garz. *d. cap. 3. nnn. 3. cum ſeq.* vbi id extendit etiamſi Legato, vel Nuncio conceſſa ſit facultas conferendi beneficia qualitercumque vacantia: ſubdens *num.* 55. quòd, ſi Legatus habeat facultatem conferendi beneficia reſeruata, non ideo poterit conferre vacantia in Curia, niſi ſpecialiter id ei ſit conceſſum: ex *cap.* 2. vbi omnes, *de præben. in 6.* pariter conferre non poteſt Legatus beneficia litigioſa; vt latis probat Garz. *d. cap. 3. num.* 56. *vſque ad* 60. vbi in id etiam refert Gambar. *d. lib. 3. tit. de poteſt. Legat. in benef. confer. num.* 431. *& ſeq.* idipſum docentem de beneficiis iuriſpatronatus litigioſis: & hoc non eſſe, quia beneficium ſit iuriſpatronatus, ſed quia litigioſum; ex *cap.* 2. *vt lit. pend. in 6.* cùm autem *ibi* loquatur Gambar. de iurepatronatus laicorum, hoc, ni fallor, ideo dicit, non quia, ſi non eſſet litigioſum, poſſet illud beneficium conferre, ſed quia patroni pendente lite præſentare non poſſunt, vt cauetur *in d. cap.* 2. Quatenus verò idem Gambar. *num.* 433. *vſque ad* 438. dubitat, quid dicendum, vbi Legatus haberet facultatem conferendi beneficia litigioſa, optimè id reſoluit Garz. *d. cap. 3. num.* 61. non poſſe Legatum conferre huiuſmodi beneficium litigioſum, quod eſt iuriſpatronatus laicorum, quoniam eis ſaluum eſt ius præſentandi lite finita, vt colligitur ex *Clem. 1. vt lit. pend.* ac meliùs ex *d. cap.* 2. admittitque Caſſad. *deciſ. 3. num.* 2. *eod. tit.* licèt quoad concluſ. contrarium teneat *num.* 5. *cum ſeqq.* vbi ad contraria reſpondet; loquens tamen in Papa, quòd nimirum conferre poſſit beneficium litigioſum iuriſpatronatus laicorum non facta eius derogatione, aut etiam mentione: de quo nos *concluſ 7. huius quæſt. in fin. ſecundi membri poſterioris partis eiuſdem concluſ.* Quid autem dicendum de Nuncio cum poteſtate Legati à latere, vbi in facultate adſit poteſtas apponendi in ſuis prouiſionibus derogationes, ac clauſulas neceſſarias, & opportunas, videri poteſt idem Garz. *d. cap. 3. num. 129. cum duobus ſeqq.*

Nunc verò ad *ſextam*, & poſtremam eámque præcipuam qualitatem venientes, nimirum iuriſpatronatus actiui. de paſſiuo enim illud attigiſſe ſit ſatis,

321. † regulariter non poſſe Legatum ei derogare, vt ſatis ſentiunt Doctores per nos citat. *quæſt. præced. concluſ.* 8. circa initium, & non longè à fine in probatione prioris partis illius concluſ. præſertim verò Roch. Curt. *tract. de iurepatr. verbo, honorificum, num.* 21. *&* 48. *in fin.* Hoied. *d. tract. de incompatib. benef. part. 1. cap. 24. num.* 107. & Rot. Roman. *deciſ.* 582. apud Farinac. atque in aliis deciſionibus *ibi* relatis, ac nonnullis præterea, quas ſequitur Garz. *d. tract. de benef. part. 7. cap. 1. num.* 74. *&* 96. Quoad actiuum autem iuſpatronatus triplicem regulam conſtituemus, iuxta tria genera huiuſmodi iuriſpatronatus, nimirum Eccleſiaſtici, laicalis, & mixti; de quibus nos latiùs *quæſt. præced. concluſ.* 8. & hac ipſa quæſt. *concluſ.* 7. paſſim. De iure igitur patronatus Eccleſiaſtico ſit prima regula,

322. † poſſe Legatum de latere de iure & reſeruare, & conferre beneficium iuriſpatronatus Eccleſiaſtici ſine patroni conſenſu; atque adeò derogare huic qualitati iuriſpatronatus Eccleſiaſtici etiam in fundatione beneficij appoſitæ. Quæ regula conſtat ex text. *in cap. dilectus, de offic. leg. & cap. cùm dilectus, de iurepatron.* ac præter Doct. *ibi, & cap. 1. de offic. legat. in 6. cap. 2. de præbend. eod. lib. & Clement. 2. eod. tit.* traditur à Roch. Curt. *tract. de iurepatr. verbo, honorificum. num.* 4. *&* 11. Paul. Citad. *in ſum. tract. 7. part. num.* 16. Lambertin. *eod. tract. lib. 1. part. 1. quæſt. 1. art. 6. num.* 4. *& lib. 2. part. 3. quæſt. 8. art. 1. & quæſt. 9. artic. item 1. num.* 2. Couar. *pract. quæſt. cap. 36. num.* 2. & aliis, quos refert, ac ſequitur Garz. *d. cap. 3. num.* 17.

Quæ regula extenditur primò, vt procedat quoque

323. † in Nuncio cum poteſtate Legati de latere; vt poſt Dec. *conſ. 128.* & Crot. *in l. 1. num. 13 ff. de legat. 1.* tradit Couar. *d. num.* 2. atque ante hos Lambert. *d. quæſt. 8. art. 1. num. 9.* vbi poſt eundem Dec. *conſil. 140. dub. 3. verſ. ſecundò efficacius*, idipſum docet de Gubernatore Prouinciæ ſuæ conſtituto à Papa cum poteſtate Legati à latere. quod eſt valde notandum,

cùm aliàs huiuſmodi Gubernatores non niſi temporalem iuriſdictionem ſoleant accipere à Papa eos conſtituente. Extenditur ſecundò, vt habeat etiam locum, vbi Nuntius, cui data eſt facultas conferendi beneficia certi valoris, conſtitutus ſit cum clauſula illa, aut ſimili; decernentes, de omnibus facultatibus, & conceſſionibus prædictis, etiam cum derogationibus, ſuſpenſionibus, indultis, irritantibus, aliiſque decretis, & clauſulis neceſſariis, & oppurtunis, ac in litteris Apoſtolicis concedi, & extendi ſolitis, in quibuſcumque partibus, Regnis, Prouinciis, Terris, & Ciuitatibus, ac locis prædictis liberè & licitè vti poſſe, &c. ita Garz. *d. cap. 3. num.* 243. Extenditur tertiò, vt † non ſit neceſſaria mentio, aut derogatio talis iuriſpatronatus 324. in collatione beneficij à Legato facienda; vt poſt alios tradit Garz. *d. cap. 3. num.* 18. ex quibus tamen Felin. & Couar. ſolùm loquuntur in Papa. Quartò extenditur, vt in poſtrema reſtrictione regulæ ſtatim ſequentis. Denique hæc regula extenditur, vt procedat etiamſi patronus Eccleſiaſticus non ſit de prouincia Legati, modò de ea ſit Eccleſia patronata; vt poſt Roman. *conſil.* 361. docet Roch. de Curt. *d. verbo, honorificum, quæſt. 3. limit. 2. ſub num.* 11. Lambertin. ſup. *d. quæſt.* 8. *art.* 5. quos cum aliis ſequitur Garz. *d. cap. 3. num.* 27. licèt ipſe non loquatur de præſentatione, ſed de collatione. Reſtringitur nunc prædicta regula primò, vt non habeat locum † in 325. Legato ſedis Apoſtolicæ, qui non ſit de latere, nimirum miſſo, vel nato. hi enim regulariter iure legationis nullum beneficium Eccleſiaſticum poſſunt conferre, vt apertè definitur *in cap. primo, de offic. legat. in 6.* atque ita in terminis reſtringit Lambertin. *d. quæſt.* 8. *art.* 1. *num.* 5. poſt gloſ. *d. cap. dilectus, verbo, conceſſione*, & *ibi* Abb. *de offic. leg.* Reſtringitur ſecundò, vt † non habeat locum, vbi 326. iuſpatronatus competat clerico ratione patrimonij: vt in terminis poſt alios docet Lambertin. *d. num. 5. cum duobus ſeqq.* hoc enim iuſpatronatus omnino laicale cenſetur, vt latè oſtendimus *quæſt. præced. concluſ. vltim. poſt med.* Tertiò reſtringitur, vbi hoc beneficium eſſet regulare, & electiuum; vt per text. *in cap. deliberatione, de offic. legat. in 6.* & *ibi* Gemin. poſt Archid. & alios, necnon Dec. *d. conſil.* 149. *dub. 3.* tradit Lambertin. *d. art.* 1. mox cit. *n.* 8. aliàs 10. Reſtringitur denique regula prædicta, vt 327. non habeat locum, † vbi facta ſit præſentatio per patronum Eccleſiaſticum ante reſeruationem à Legato factam, vel etiam poſt reſeruationem, ante collationem, ſi reſeruatio facta ſit ſine decreto clauſulæ irritantis: vt ſatis probat Lambertin. *d. quæſt.* 8. *artic.* 6. per tot. ac præter adducta per eum, facit gloſ. recepta *in d. cap. dilectus, verbo, plus iuris, de offic. legat.* Iam verò hæc regula, ac ſimul omnes caſus, in quibus poteſt Legatus derogare iuripatronatus laicali, aut mixto, quos colligere licet ex duabus ſeqq. regulis, & generatim in quibus derogare poteſt qualitatibus in fundatione beneficij appoſitis, intelligi debent, & accipi de Legatis de latere, aut Nuntiis cum poteſtate Legati de latere: ſecus verò dicendum erit † de Nuntiis ſimplicibus, 328. ſeu Legatis miſſis, immo & Legatis natis, quibus nimirum ius legationis competit ratione dignitatis, quam obtinent: hi enim cùm beneficia conferre iure legationis non poſſint, *cap. 1. de offic. legat. in 6.* neque etiam beneficiorum qualitatibus derogare poterunt: tum quòd huiuſmodi derogatio quoddam accidens, & acceſſorium eſt reſpectu collationis beneficij, quæ reſpectu illius eſt vti ſubiectum, & principale: accidens autem, ſeu qualitas non eſt ſine ſubiecto; & ſubiecto, vel principali ſublato tollitur qualitas, & acceſſorium; vt ad fin. præced. concluſ. late deduximus: tum ex eo, quod de Epiſcopo fusè poſt alios tradit Garz. *d. tract. ac benef. part. 7. cap. 13. numer. 76. cum anob. ſeqq.* Epiſcopum † non poſſe diſpenſare circa perſonæ prouidendæ inhabilitatem, quando beneficium illud 329. conferre non poteſt. Legatus autem etiam de latere, quibuſdam caſibus exceptis, id ſolum poteſt in prouincia, quod Epiſcopus in diœceſi, vt late docuimus *cap. 5. quæſt. 7. concl. 2.*

De iure patronatus laicali ſit ſecunda regula. Legatum ſedis Apoſtolicæ etiam de latere † ei de- 330. rogare non poſſe. quæ colligitur ex *d. cap. dilectus, de offic. legat.* & clariùs ex *d. cap. cum dilectus, de iure patr.* ac præter Doct. vtrobique traditur à gloſ. ab aliis approbata *in Clem. per litteras, verbo, Apoſtolicis, de præben.* Felin. *in tract. quand. litt. Apoſtol. noc. patr. Eccl. circa initium, verſ. ſolutio*; ac poſt multos Lambertin. *d. quæſt.* 8. *art.* 2. *num.* 2. & Garz. *cap. 3. n.* 63. *cum ſeq.* quibus adde Mandoſ. *ad reg. 1. Cancell. quæſt.* 10. *num.* 8. & Hoied. *tract. de incompatib. benef. part. 1. cap. 24. num.* 114.

Extenditur verò hæc regula primò, vt neque Nuntius Apoſtolicus cum prædicta clauſula, de qua in regula præced. extenſ. 2. ſeu cum facultate Legati de latere id poſſit etiam derogando pro medietate, vt docet Garz. *d. cap. 3. num.* 244. iuncto *numer.* 247. *cum ſeq.* Secundò, vt Legatus etiam de latere non poſſit conferre beneficia iuriſpatronatus laici etiam litigioſa; latè Garz. ſuprà, *numer.* 56. *cum tribus ſeqq.* Denique extenditur hæc regula, † vt 331. nulla ſit prouiſio Legati ſine præſentatione patroni, aut eius conſenſu. ita Garz. *vbi ſuprà, num.* 64. ac ſentiunt prædicti omnes Doct.

Reſtringitur autem eadem regula primò, niſi patronus conſentiat, vt ſine eius præſentatione Legatus conferat, licèt Prælatus diſſentiat; vt ex Gemin. poſt Lap. Abb. *in cap. vnico, de inrepatr. in 6.* & ex Barbat. *d. cap. dilectus, col. 7. ante medium*, docet Lambertin. *d. art.* 2. *num.* 3. immo idem eſſe in conſenſu tacito, vtputa quia patronus præſens ſit, & taceat, ex traditis per Felin. *in cap. cùm Berroldus, de re iud.* & Card. *Clemen.* 1. *de inrepatr. admitt.* Gambar. *d. tract. lib. 3. num.* 354. & apertè tenet idem Lambertin. *d. numer.* 3. ex traditis per ipſum *eod. lib. 2. part. 3. quæſt. 2. art.* 2. præſertim *num.* 8. *vſque ad* 10. ſeu *concl.* 3. vbi tamen loquitur in Epiſcopo: aut quia patronus non præſentauit intra tempus quatuor menſium, vt ipſemet Lambertin. ſentit *d. num.* 1. ex adductis à ſe *d. quæſt. 2. art. 2.* nimirum *num.* 27. ſeu *concluſ.* 16. vbi ſimiliter loquitur in Epiſcopo: omnino verò tenet Garz. *d. cap. 3. numer.* 64. *& ſeq.* allegans Lambertin. *d. num.* 3. Rot. *deciſ.* 1482. *part. 3. lib. 3. in nouiſſim. diuerſor.* & Gambar. *d. tract. de offic. & poteſt. legat. lib.* 3. *num.* 343. Sed certè Gambar. *ibi* cum aliquot numer. præced. & ſequen. de eo valde dubitat; & loquitur in caſu, quo Legatus derogauerat pro medietate iuri patronatus laici cum clauſula, dummodo alterius medietatis accedat aſſenſus: quo caſu ſatis probat non validari prouiſionem Legati per negligentiam patroni in non præſentando intra quatuor menſes: quod & tradit Flamin. Pariſ. *tract. de reſign. benefic. lib. 2. quæſt. 4. num.* 59. *cum ſeq.* generatim, (non loquens in ſpecie de Legato,) vbi prouiſio fit cum clauſula, dummodo patronorum accedat conſenſus. ſed pro Garz. opinione, præter deciſ. Rot. ab eo cit. faciunt quæ adducit Felin. *d. tract. quand. litt. Apoſtol. noc. patron. Eccleſ. limit.* 10. & Pariſ. *d. quæſt. 4. numer.* 21. *cum ſeq.* quòlque poſt Selu. *tract. de benefic. 2. part. quæſt. 3. numer.* 41. & alios tradit idem Garz. *d. cap. 3. num.* 66.

332. *num.* 66. Legatum † poſſe conferre beneficia deuoluta ad Epiſcopum ex negligentia patroni in non præſentando: quod & ſentiunt plerique ab eo relati, & probati *eodem cap. 3. numer. 21. & 27. cum duobus ſeqq.* & poſt Felin. *d. cap. cùm Bertoldus, de re iudic.* admittit Gambar ſuprà, *numer.* 353. *ad fin.* & de Nuntio cum prædicta facultate, & clauſula, de qua ſuprà *in prima regula ante med.* docet idem Garz. *d. cap. 3. numer.* 249. *&* 250. Reſtringitur nunc eadem regula ſecundò principaliter, vt † non habeat locum in
333. iurepatronatus à laicis acquiſito præſcriptione, vel priuilegio; vt poſt alios tradit Paulus de Citadin. *d. tract. de iurepatr. part. 7. quæſt. 9.* ſeu *numer. 16.* Roch. de Curt. *in ſimil. tract. verbo, honorificum, quæſt. 3. ſub numer.* 12. Lambertin. *eod. tract. lib. 2. part. 3. quæſt. 8. artic. 3.* Couar. *d. cap. 36. pract. quæſt. numer. 6.* Gambar. *d. lib. 3. numer.* 243. *&* 251. *cum ſeq.* quam comprobat vſque ad *numer.* 255. & plures adducit Garzias *d. cap. 3. numer.* 72. licèt non pauci teneant contrarium, quos refert Curt. *d. numer.* 12. Lambertin. *d. artic. 3.* & Gambar. ſuprà *à numer.* 259. *vſque ad* 262. vbi iunctis tribus num. præcedentib. non leuia fundamenta pro hac ſententia adducit. *numer.* autem 263. *vſque ad* 286. ipſe pro concordia latiùs diſtinguit; quem, ſi lubet, videas. Couar. verò *d. num. 6.* & Lambert. *d. artic. 3.* poſt alios, cùm indiſtinctè admittant priorem ſententiam quoad priuilegium; in præſcriptione docent poſteriorem poſſe procedere, vbi laici allegarent iuſpatronatus, & ius præſentandi ſibi competere ex dotatione, vel fundatione, & conſtructione, atque ad hoc probandum vtuntur temporis curſu, præſertim immemorabili, eiúſque præſcriptione: ſecus verò vbi nullo titulo allegato ſimpliciter niterentur præſcriptione, ac præſentationibus ad beneficium. Reſtringitur tertiò hæc regula, vt non habeat lo-
334. cum † vbi iuſpatronatus laicum tranſlatum ſit in perſonam, vel locum Eccleſiaſticum. ita poſt gloſ. receptam *in cap. vnico, verbo, Eccleſiaſticus, de iurepatr. in 6.* Lambertin. *lib. 1. part. 1. quæſt. 1. artic. 8.*

Tertia denique regula eſt circa iuſpatronatus
335. mixtum: quòd nimirum † huic pariter Legatus etiam de latere derogare non poteſt. quam latè firmat Gambar. *d. lib. 3. num. 363. vſque ad* 368. Lambert. *d. lib. 2. part. 3. quæſt. 4. art. 4.* ac poſt multos Garz. *d. cap. 3. num. 67.* quibus addo Hoied. *d. num. 114. ad fin.* necnon Paul. de Cittad. (quem malè Garz. in contrarium allegat,) *d. tract. de iurepatr. part. 6. art. 3. quæſt 31. ſub numer. 54. & part. 7. numer. 16.* ſeu *quæſt* 9. ea verò re-
336. gula extenditur, vt procedat † non ſolùm vbi plures, aut pares ſint voces laicorum & Eccleſiaſticorum in præſentatione, prout ſentit Gambar. *d. lib. 3. numer. 363. vſque ad* 368. Lambertin. *d. artic. 4.* cum aliis per nos allegat. *quæſt. præced. ad fin.* verùm etiam vbi minor numerus ſit laicorum: prout contra Gambar. *vbi ſuprà numer. 369. cum duobus ſeqq.* Gonzal. *d. gloſ. 18. numer. 15. cum duobus ſeqq.* & alios ſentiunt multi à nobis relati hac ipſa quæſt. *concluſ. 7. poſt med.* & expreſsè tradit Garz. *d. cap. 3. numer. 69. cum duobus ſeqq.* quia, inquit, contrarium eſt contra mentem Doctor. quos ipſe citauerat *num. 67.* qui indiſtinctè loquuntur, tradentes, Legatum non poſſe conferre beneficium iuriſpatronatus mixti, ſcilicet laicorum, & clericorum: & eorum rationes etiam hic militant; maximè quòd aliàs præiudicaretur laicis ex ſocietate clericorum, & ſic retraherentur à fundatione. Simile autem de Vniuerſitate, quod pro ſua ſententia affert Gambar. & alij contrarium ſentientes; quòd nimirum Vniuerſitas Eccleſiaſtica cenſeatur, in qua plures Eccleſiaſtici, laicales verò, in qua plures ſunt laici, ex doctrina Bart. *in l. fin. ff. de colleg. illicis.* & aliorum quos refert Garz. *d. part. 5. cap. 1. num. 612. & cap. 3. num. 68.* & ſequuntur Doct. paſſim: eſt longè diuerſum, & diuerſæ rationis, ex adductis per Roch. de Curt. *d. tract. de iurepatr. verbo, ius, num. 16.* Felin. *in cap. primo, numer. 6. de præſcript.* & Maran. *in ſpecul. aur. 4. part. diſtinct. 11. numer. 23.* &, ſi illud valeret, procederet etiam, quando clerici haberent æquales voces: nam etiam Vniuerſitas, in qua ſunt æquales clerici, & laici, dicitur Eccleſiaſtica, Bart. & alij relati ab ipſo Garz. ſuprà *d. cap. 3. numer. 68. & eadem part. 5. cap. 1. numer. 612.* quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, *cap. quod in dubiis*, cum gloſ. *de conſecr. Eccleſ. vel altar. l. quæritur, ff. de ſtat. hom.* cum ſimil. cùm tamen, vt mox vidimus, & conſtat ex relatis, ac probatis ab ipſo Gonzal. *loco mox citato*, recepta, ac veriſſima Doctor. ſententia ſit, illud iuſpatronatus, ſeu præſentandi, quod clericis, & laicis æqualiter competit, maximè quoad derogationem, laicale cenſendum fore, non autem Eccleſiaſticum. Couar. verò, & Rot. in duabus decis. per Gonz. alleg. loquuntur in derogatione per Papam, non autem per Legatum ipſius facienda. Atque in ſpecie idem cum Garzia tenet Lambertin. *d. lib. 2. part. 3. quæſt. 9. artic. 9. numer. 3. &* 4. vbi ait, quòd, ſi ex pluribus patronis vnus tantùm eſt laicus, vel clericus ratione patrimonij, alij verò omnes ſunt Eccleſiaſtici, non poterit eis Legatus etiam à latere præiudicare: & ſic omnes cenſebuntúr laici, ne præiudicetur illi laico inter eos exiſtenti; atque ab vno laico Eccleſiaſtico omnes commodum conſequuntur; nec conſideratur maioritas numeri, & iurium ipſorum. Poſſet autem contraria ſententia defendi etiam in paribus vocibus vbi ageretur de Vniuerſitate aliqua, quæ haberet ius præſentandi, & tamen non conſtaret, an ea eſſet Eccleſiaſtica, vel laica; tunc enim attenderetur maior numerus, vel etiam æqualis clericorum, ac bene procederent rationes contrariæ ſententiæ, quòd & maior numerus minorem abſorbet, & magis dignum trahit ad ſe minus dignum, idque colligitur ex iis, quæ diximus ſuprà *concluſ. 7.* circa tertium membrum poſterioris partis, *declarat. 2.* vbi etiam admonuimus ad indicandam Vniuerſitatem laicam, vel Eccleſiaſticam attendendam eſſe eius erectionem, non autem, quòd ſit maior, vel minor numerus clericorum, vel laicorum; hoc verò attendendum eſſe vbi aliàs eſſet laica, & quoad priuilegium fori: atque in omnem caſum tunc non agi de iurepatronatus mixto, vt dignoſcatur an gaudere debeat priuilegio laicalis, vel Eccleſiaſtici, aut vtriuſque, ſed potiùs de ſimplici, quod competit corpori habenti rationem vnius, an cenſendum ſit laicale, vel potiùs Eccleſiaſticum. Atque hæc eſſe poteſt prima reſtrictio huius tertiæ regulæ, ſeu extenſionis eiuſdem. Altera eſſe poteſt, vt regula procedat quoad † derogationem 337.
iuriſpatronatus, ſeu præſentandi competentis laico; ſecus verò quoad ius competens clerico ratione Eccleſiæ quod in eo iurepatronatus mixto continetur; nam poterit Legatus vti iure clerici, & conferre Eccleſiam cum conſenſu ſolius laici; atque etiam quoad hoc, vt tunc laicis quoque competat ſemeſtre ad præſentandum, per ea, quæ *concluſ. 7. poſt medium*, ante 1. declarationem adduximus ex gloſ. *d. cap. vnic. §. vltim. verbo, Eccleſiaſticus, de iurepatr. in 6.* ex Lambertin. *d. lib. 2. part. 2. quæſt. 1. artic. 2. &* 3. necnon *part. 3. quæſt. 9. artic. 9. numer. 3. &* 4. *ac lib. 1. part. 1. quæſt. 1. artic. 7.* præſertim *numer. 5.* Præterea hæc regula reſtringi ſeu & extendi

tendi poteſt omnibus modis, quibus & regula præcedens. Denique quod pertinet ad potàſtatem Legati circa huiuſmodi qualitatum in beneficij fundatione appoſiturum derogationem, illud adnotandum eſt, quod de poteſtate eiuſdem circa vltimarum voluntatum commutationem tradidimus ſuprà *cap. 5. quæſt. 7. concluſ. 2. ampliat. 4.* Legatum de latere † poſſe hiſce qualitatibus derogare in dioeceſibus Episcoporum ſuæ prouinciæ non modò concurrendo cum ipſis, ſeu in caſibus, in quibus ij poſſunt; ſalua eorumdem Episcoporum præuentione, iuxta ea, quæ ſup. de beneficiorum collatione diximus: ſed etiam in caſibus, in quibus poteſt Archiepiſcopus derogare dioeceſibus ſuorum ſuffraganeorum: quos caſus infrà *concluſ. 13. huius quæſt.* breuiter proſequemur. Atque hæc quoad præſentem concluſ. pro cuius ornatu, & maiori explicatione ſi quis plura cupiat, ea petere poterit ex adductis per nos *d. quæſt. 7.* vbi de Legati poteſtate latiùs, ac generatim quoad commutandas vltimas voluntates egimus. nunc verò reliquas perſonas ex propoſitis initio huius quæſt. in ſeqq. concluſ. proſequamur, de quibus dubitari poteſt, an valeant qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis derogare.

338.

VNDECIMA igitur CONCLVSIO ſit. Pœnitentiaria Apoſtolica † regulariter non poteſt derogare qualitatibus ex fundatoris voluntate beneficio appoſitis. Probatur. nam, ſi attendamus eius facultatem præciſa omni poteſtate eidem à ſummo Pontifice conceſſa circa ſibi reſeruata: iam non licebit illi prædicta derogatio, quæ, vt ſuprà initio præced. concluſ. oſtendimus, aduerſatur ſaltem iuri humano poſitiuo, præſertim Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat.* etenim tamquam inferior tollere non poteſt legem ſuperioris, *Clemen. ne Romani, in princ. de elect.* per quem text. Rebuff. *in præx. benefic. tit. de diſpenſ. ad plura benefic. numer. 37.* docet, ſummum Pœnitentiarium ea tantùm, quæ ſecundùm ius ſunt, concedere. quòd ſi poteſtatem eiuſdem Pœnitentiariæ attendamus iuxta ipſius primam originem, & inſtitutionem: pariter ei non permittitur prædicta derogatio; cùm ſacra huiuſmodi Pœnitentiaria inſtituta fuerit vt vice ſummi Pontificis vel abſolueret, vel facultatem daret abſoluendi ab Eccleſiaſticis cenſuris & pœnis ac delictis ipſi ſummo Pontifici reſeruatis, idque in foro pœnitentiæ tantùm, vt poſt alios tradidimus ſuprà *cap. 5. quæſt. 8. concluſ. 1.* præciputè ex Card. *d. Clemen. ne Romani, §. eo tamen proniſo, numer. 1. & 5.* ac Ioan. Azor. *Inſtit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 38.* huiuſmodi autem derogatio, vt de ſe patet, neque in prædictis continetur, neque per ſe ad forum pœnitentiæ pertinet; ſed vel ad forum externum, vel ad internum conſcientiæ, prout à foro pœnitentiali differt, quos tres foros inter ſe diſtingui oſtendimus *d. quæſt. 8. in 1. ſuppoſit.* Quòd ſi denique attendamus eiuſdem Pœnitentiariæ facultatem in ipſius progreſſu, licèt vſque ad tempora Pij IV. illius poteſtas ſiue ex conſuetudine, ſiue ex facultatibus eidem à Rom. Pontificibus per tempora conceſſis, ita aucta fuerit, vt & commutare poſſet vltimas voluntates, eiſque derogare, & illius conceſſiones, ac diſpenſationes in foro tam externo, quàm interno prodeſſent; vt colligere licet ex Octau. Veſtr. *in prax. Rom. Cur. lib. 1. cap. 2.* & nonnullis conſtitutionibus ſummorum Pontificum, præſertim Sixti IV. & Iulij III. quas *in d. quæſt. 8.* citauimus. tamen hanc facultatem commutandi vltimas voluntates, eiſve derogandi prædictæ ſacræ Pœnitentiariæ idem Pius IV. abſtulit, ac reuocauit in ſua conſtit. 69. alias 55. quæ incipit, *in ſublimi, verſ. & in primis*, ſeu §. 3. & eiuſdem officij auctoritatem poſtmodum reſtrictam, ac limitatam fuiſſe ad forum conſcientiæ tantùm, & ea ſolùm, quæ animæ ſalutem concernunt, etiam tempore ſedis vacantis, habetur *ibidem* §. 25. necnon *in conſtit.* 81. alias 63. in nouo Bullario, §. 10. & hæc ipſa reſtrictio, ac limitatio, abſolutè reuocatis omnibus aliis facultatibus eidem Pœnitentiariæ per quoſcumque Rom. Pontifices conceſſis, apertè conſtat ex quibuſdam conſtit. fel. record. Pij V. ſummi Pontificis, nimirum 84. in antiq. Bullar. quæ incipit, *tempus, & neceſſitas*, data 4. Cal. Maij 1569. præterea 85. aliàs 83. iuxta nouum Bullarium, incipiente, *in omnibus*, edita 15. Cal. Iulij eiuſdem anni, ac denique 86. quæ incipit, *in earum rerum*, data ſub die ſtatim ſeq. & in nouo Bullario eſt 84. quarum verba, quod ad hanc rem attinet, retulimus *d. cap. 5. quæſt. 8. concluſ. 2.* quicquid ſit, an peculiaris, & plena ordinatio circa huiuſmodi ſacræ Pœnitentiariæ facultates, ac poteſtatem ab eodem alióve Rom. Pontifice emanauerit, quam hucuſque videre non potui. curaui tamen eiuſdem Pœnitentiariæ modernos officiales interrogari, quam facultatem ea nunc habeat in commutandis vltimis voluntatibus, earúmque derogationibus, & nullam omnino penes illam eſſe reſpondetunt, niſi in caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus ex decreto Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 4. de reformat.* de quibus nos ſuprà *d. cap. 5. quæſt. 11. concluſ. 4.* ferè per tot. & aliquid infrà, *concluſ. 14.* idque in foro conſcientiæ tantùm: reliquas verò commutationes proponi conſueuiſſe coram Sanctiſſimo in ſignatura Gratiæ, ad quam Datarius ſupplicationem remittit: quod & nos in quadam facti ſpecie fieri animaduertimus. ex quo fit, vt amplius curandum non ſit de eo, quod poſt Octauian. Veſtr. *d. cap. 2.* & Rebuff. *d. tit. de diſpenſat. ad plur. benef. numer. 35.* tradit Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benef. part. 2. cap. 12. eóque vltim. numer. 32.* ſeu *concluſ. 5.* ſummum Pœnitentiarium à Sanctiſſimo Domino noſtro conſtitutum in ſacra Pœnitentiaria Curiæ Romanæ poſſe etiam diſpenſare ſuper beneficiorum pluralitate, ſeu incompatibilitate, prout loquitur Veſtr. & Rebuff. tum ſtantibus prædictis; tum ex eo, quòd ipſemet Hoied. ſtatim ſubdit, hodie à tempore bonæ memoriæ Pauli IV. Pontificis Max. reſtrictam eſſe poteſtatem ſummi Pœnitentiarij in multis; & ità in beneficiorum pluralitate non diſpenſare: verùm, vt nos *d. concluſ. 2.* admonuimus, vel voluit, debuítve dicere Pauli III. cùm nulla hac de re extet Pauli IV. ſed potiùs tertij conſtitutio; vel certè intellexit de aliquo decreto reformationis huiuſmodi facultatum Pœnitentiariæ citra Conſtitutionis formulam edito ab eo Pontifice; quod reperire hucuſque non potuimus.

339.

. DVODECIMA CONCLVSIO. Concilium Prouinciale Epiſcoporum à Metropolitano, ſeu Archiepiſcopo congregatum † licèt regulariter nequeat derogare qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis: aliquando tamen poterit in dioeceſibus, in quibus poſſunt Epiſcopi ad Concilium illud conuenientes. Prior pars concluſionis probatur tum ex iis, quibus ſuprà, *cap. 5. quæſt. 9. concluſ. 1.* oſtendimus, non poſſe regulariter Concilium prouinciale commutare vltimas voluntates in dioeceſibus Epiſcoporum ad illud conuenientium. derogatio enim huiuſmodi qualitatum eſt quædam ſpecies commutationis vltimæ voluntatis, vt iam non ſemel admonuimus.

340.

mus, ex adductis ſup. hoc cap. *quæſt. 2. poſt medium*; valétque argumentum ſaltem negatiuè à genere ad ſpeciem, vt conſtat ex latè traditis à Vigel. *in Dialect. iur.* & Euerard. *in Topic. iur. loc. à genere ad ſpeciem.* tum ex eo, quod tradit Garz. *d. tract. de benefic. part. 5.*
341. *cap. 2. num. 7.* Concilium Prouinciale † non poſſe conferre beneficia prouinciæ, nec Synodale, ſeu Diœceſanum beneficia diœceſis, niſi quatenus is, ad cuius diſpoſitionem ſpectant, id permitteret: quia de iure non datur eis talis facultas, neque ad id congregantur. quòd ſi conferre huiuſmodi Concilium, ſeu Synodus non poteſt beneficia, nec poterit prædictis qualitatibus in beneficij fúdatione appoſitis derogare: talis enim derogatio eſt quodammodo acceſſoria, & velut qualitas, & accidens reſpectu collationis beneficij, quæ eſt illius velut principale ſubiectum, & fundamentum: quibus ſublatis, etiam quæ his reſpondent, tolluntur; vt latiùs deduximus ſuprà hac ipſa quæſt. *concluſ. 9. ad fin.* iuncto maximè eo, quod de Legatis, qui de latere non ſunt, & Epiſcopo in beneficiis, quæ conferre non poſſunt, ob id quoque eorum beneficiorum qualitatibus derogare non poſſe, tradidimus ſupra hac ipſa quæſt. *concluſ. 10. ad fin. 1. regulæ.* Poſterior pars concluſ. probatur, quia Concilium Prouincia-
342. le † cognoſcit de omnibus cauſis Eccleſiaſticis totius Prouinciæ, & habet iuriſdictionem ordinariam ſuper omnes de Prouincia, *cap. propter, il 1. & il 2. diſt. 18. cap. ſcitote, 6. quæſt. 3.* cum aliis iuribus ac Doctor. ad id per nos allegat. *d. quæſt. 9. concluſ. 2. circa initium*; vbi etiam oſtendimus, poſſe cognoſcere de cauſis ad Archiepiſcopum, ſeu Metropolitanum, eiúſve ſubditos pertinentibus, & ſupplere illius negligentiam in iuſtitia miniſtranda; necnon cognoſcere de cauſis appellationum ab eodem ad ipſam Synodum Prouincialem interpoſitarum. & *in cap. nullus Primas, 9. quæſt. 3.* Calixtus Papa, nullus, inquit, Primas, vel Metropolitanus Diœceſani Eccleſiam, vel parochiam, aut aliquam de eius parochia præſumet excommunicare, vel iudicare, vel aliquid agere abſque eius conſilio, & iudicio: ſed hoc obſeruet, quod ab Apoſtolis, & Patribus, ac prædeceſſoribus noſtris eſt ſtatutum; (quæ ſtatuta habentur *cap. 1. & 2. cap. ſaluo, cap. Archiepiſcopus, & cap. ſi autem, eadem cauſ. & quæſt.*) & à nobis confirmatum, ideſt, ſi quis Metropolitanus Epiſcopus niſi quod ad ſuam ſolummodo propriam pertinet parochiam, ſine conſilio, & voluntate omnium comprouincialium Epiſcoporum extra aliquid agere tentauerit, gradus ſui periculo ſubiacebit; &, quod egerit, irritum habeatur, & vacuum: ſed quicquid de Prouincialium Epiſcoporum cauſis, eorúmque Eccleſiarum, & Clericorum, ſeu ſæcularium neceſſitatibus agere, aut diſponere neceſſe fuerit, hoc communi, (aliàs, cum omnium,) conſenſu comprouincialium agatur Pontificum. ex quibus verbis, iunctis aliis paulo antè adductis, colligitur, conſentientibus Epiſcopis, qui ad Concilium prouinciale conueniunt, poſſe ipſum Concilium derogare qualitatibus appoſitis in fundatione beneficiorum ſitorum in diœceſibus prædictorum Epiſcoporum, aut Archiepiſcopi in caſibus, in quibus id ipſi Epiſcopi, vel Archiepiſcopus quoad ſuas reſpectiuè diœceſes facere poſſunt, infrà *concluſ. 14. huius quæſt.* referendis: modò tamen ſinguli
343. Epiſcopi conſentiunt; quia, quod omnes tangit, † ab omnibus debet approbari, *l. ſi per fundum, ff. de ſeruit. ruſtic. prad. l. vltim. C. de auctor. præſtan. cap. ſi Archiepiſcopus, de tempor. ordin. & cap. quod omnes, de regul. iur. in 6.* cum ſimil. per gloſ. *ibidem* allegat. *& in cap. cùm omnes, verbo, conſi-*
tuerum, de conſt. atque item poſſe maiore parte Epiſcoporum conſentiente, vbi Epiſcopi in ſuis diœceſibus, cùm tenerentur, ac deberent, neglexerunt, aut recuſárunt huiuſmodi derogationes facere; tum quòd in iis, quæ ex neceſſitate fieri debent, ſufficit conſenſus maioris partis Collegij, *cap. quia propter, de elect. cap. cùm in cunctis*, quod eſt primum, *& toto tit. de his, quæ fiunt à maior. part. cap. l. quod maior, ff. ad municip. l. maiorem, ff. de pact.* gloſ. *d. cap. cùm omnes, verbo, conſiliorum, & d. cap. quod omnes, in princ.* tum à fortiori ex eo, quod in huiuſmodi caſu negligentiæ, & renitentiæ Epiſcoporum, ſeu ſuffraganeorum de poteſtate Archiepiſcoporum dicemus *concluſ. ſtatim ſeq.* Quod autem dictum eſt hac in re de poteſtate Concilij Prouincialis reſpectu diœceſis ſuffraganeorũ Epiſcoporum Prouinciæ Metropolitanæ, ſeu Archiepiſcopi, † dicendum 344.
proportionabiliter eſt de poteſtate Concilij Primatialis quoad diœceſes, & Prouincias Archiepiſcoporum; ac poteſtate Concilij Patriarchalis quoad diœceſes, & Prouincias Primatum: vt colligi poteſt ex *d. cap. nullus Primas, 9. quæſt. 3.* Quibus non obſtabit quod mox *in ſeq. concluſ.* trademus, nullam poteſtatem habere Archiepiſcopum in ſubditos ſuffraganeorum Epiſcoporum, Primatem in ſubditos Archiepiſcoporum, & Patriarchas in ſubditos Primatum, præterquam per viam appellationis, *cap. duo ſimul, & cap. paſtoralis, in princ. de offic. ordin.* aut ſecundùm aliquos in actu viſitationis, vt *in ſeq. concluſ.* videbimus. nam, ſicut Concilium Prouinciale ſuperius, ac maius eſt ipſo Archiepiſcopo, vt ſatis oſtendimus *d. cap. 5. quæſt. 9. concluſ. 1. circa initium*: ita ſeruata proportione idem ſtatuendum eſt de Conciliis à Primate, vel Patriarcha congregatis ex pleriſque prouinciis: quæ Concilia ab aliquibus Nationalia, ab aliis Regionalia, ſed & rectè Prouincialia vocantur, vt ex iis patet, quæ adduximus *d. quæſt. 9. præmiſſ. 2.*

DECIMATERTIA CONCLVSIO. Patriarcha, Primas, & Archiepiſcopus † regulariter 345.
nequit derogare qualitatibus appoſitis in fundatione beneficiorum diœceſis ſuorum reſpectiuè ſuffraganeorum: poterit autem appoſitis in fundatione Cathedralium eorundem ſuffraganeorum in caſibus, in quibus poteſt quilibet Epiſcopus reſpectu inferiorum Eccleſiarum ſibi ſubiectarum. Prior pars concluſionis probatur primò ex iis fundamentis, quibus ſuprà *cap. 5. quæſt. 10. concluſ. 1.* oſtendimus, Patriarcham, Primatem, & Archiepiſcopum regulariter commutare non poſſe vltimas voluntates, quæ ad fauorem piorum locorum ſuis ſuffraganeis ſubditorum emanarunt: præcipuè verò ex iuribus, in quibus habetur, Archiepiſcopum, ſeu Metropolitanum, Primatem, aut Patriarcham nihil agere, aut diſponere poſſe in diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum ſine eorum voluntate, & conſenſu; vt *in cap. nullus Primas, 9. quæſt. 3.* cuius verba retulimus *concluſ. præced.* id quod etiam paucis mutatis habetur *in cap. nullus Primas, 9. quæſt. 2.* quod eſt eiuſdem Calixti: item *in cap. conqueſtus, eod. cauſ. 9. quæſt. 3.* vbi Nicolaus Papa reſcribens Bituricenſi Archiepiſcopo, hoc eſt, Primati, quem Patriarcham poſtea nominat; conqueſtus eſt, inquit, Apoſtolatui noſtro frater noſter Sigedodus Archiepiſcopus Narbonen. quòd clericos ſuos eo inuito ad tuum iudicium venire compellas, vt de rebus ad Eccleſiam ſuam pertinentibus eo inconſulto quaſi iure Patriarchatus tui diſponas; cùm hoc neque antiquitas, cui ſancti Patres ſanxerunt, reuerentiam habeat, & auctoritas ſacro-

rum

rum canonum penitus interdicat : nisi forte pro causis, quas apud se terminare non possunt, ad se quasi ad Patriarcham suum prouocauerint ; vel si Episcopus suus decesserit, res Ecclesiæ suæ iudicio tuo dispensare voluerint : Primates enim, vel Patriarchas nihil priuilegij habere præ ceteris Episcopis, nisi quantum sacri canones concedunt, & prisca consuetudo illis antiquitus contulit, definimus. *& in cap. duo simul, de offic. ord.* vbi Innoc. III. rescribens Turonen. aliàs Tiren. Archiepiscopo præmissis postremis, & aliis verbis mox cit. can. subdit ; quamdiu Clerici tui coram te voluerint stare iuri, compelli non debent iudicium Patriarchæ subire ; nisi causa per appellationem ad eius audientiam perferatur, aut ei aliquid super hoc à sede Apostolica sit indultum. *& cap. 1. in princ. eod. tit. in 6.* vbi Innoc. IV. in Conc. Lugdunen. prohibet, ne Rhemen. Archiepiscopus in diœcesi suffraganeorum suorum foraneos officiales constituat, ea adiecta ratione, quia, cùm Metropolitanis, ne suorum suffraganeorum ingrediantur diœceses, vt in eis auctoritate propria iudicent, disponant, aliquidve aliud agant, canonica prohibeant instituta ; nequaquam hoc possunt in illis per alios exercere. Secundò probatur hæc eadem prior pars concluſ. ex text. *in cap. sicut vnire, de excess. prælat.* vbi definitur, Prælatum inferiorem Episcopo non posse suam Ecclesiam, vel sibi subiectam alteri vnire sine Episcopi consensu, etiam Metropolitani auctoritate interueniente : vnio autem beneficiorum est quædam derogatio qualitatis in beneficij fundatione appositæ ob eam saltem rationem, quòd beneficia instituuntur ab eorum fundatoribus, vt quodlibet per se stet, ac proprium habeat titularem, seu beneficiatum : per vnionem verò vel vnum alteri subiicitur, vel cum extinctione adiicitur, vel ex duobus vnum fit ; vt ex iis constabit, quæ dicemus infrà *cap. 12. eóque vlt. huius tract. quæst. 1. post medium.* Ampliatur autem hæc prior pars concluſ. iis modis quibus extenditur limitatio posterioris partis eiusdem concluſ. Limitatur verò hæc eadem prior pars, quòd, si suffraganeus Archiepiscopi Primatis, vel Patriarchæ sit negligens, aut renitens in facienda derogatione alicuius ex qualitatibus beneficij in casibus, quibus tenetur eam facere, quos colligere licet ex dicendis *in seq. concluſ.* poterit Archiepiscopus, Primas, & Patriarcha debitè referendo adiri sine præuia appellatione, siue per querelam ; qui vel compellet suffraganeum derogare, vel ipsi derogabit ; vt satis probatur ex iis, quæ in hac specie de commutatione vltimarum voluntatum tradidimus *d. cap. 5. quæst. 10. concluſ. 1. limit. 1. & 2.* Posterior † pars concluſionis probatur ; quoniam Archiepiscopus est iudex ordinarius suorum Episcoporum, Primas suorum Archiepiscoporum, & proprius Patriarcha Primatum sibi subiectorum ; vt satis ostendimus *d. cap. 5. quæst. 10. suppos. 1. & 2. in initio*, iuncta *concluſ. 2.* vbi ex hoc tradidimus posse Patriarcham commutare vltimas voluntates, spectantes ad ipsas Cathedrales Primatiales, seu suorum suffraganeorum Primatum ; Primatem, spectantes ad Cathedrales Archiepiscoporum, & Archiepiscopum pertinentes ad Cathedrales Episcoporum sibi subiectorum. Ampliatur autem hæc posterior pars concluſ. vt Patriarcha, Primas, & Archiepiscopus in propriis diœcesibus derogare possint prædictis qualitatibus beneficiorum in casibus, in quibus Episcopi possunt in suis diœcesibus ; per ea, quæ quoad commutationem vltimæ voluntatis adduximus *d. quæst. 10. concluſ. 3.* præcipuè ex eo, quòd illi respectu suarum diœcesum habentur pro simplicibus Episcopis, idemque quòd hi possunt, *d. cap. conquestus, 9. quæst. 3. & cap. duo simul, de offic. ordin.* quibus addi potest Concil. Trid. *sess. 24. cap. 3.* in primis verbis, *de reformat.* Quid autem hac in re possint Episcopi quoad beneficia suarum diœcesum, dicemus *in seq. concluſ.* Limitatur verò eadem posterior pars, vt Patriarcha nequeat derogare qualitatibus prædictis quoad ipsas Ecclesias Cathedrales Archiepiscoporum, neque Primas quoad Cathedrales Episcoporum ; ex iis, quæ *d. quæst. 10. concluſ. 2.* paulò post initium attulimus. Quibus non obstat *cap. si clericus aduersus, 11. quæst. 1.* vbi *in fin.* seu §. *si verò*, dicitur ; si verò contra ipsius Prouinciæ Metropolitanum Episcopum Episcopus, siue clericus habeat controuersiam, pergat ad ipsius diœcesis Primatem, aut certè ad Constantinopolitanæ regiæ ciuitatis sedem, vt eorum ibi negotium exquiratur, aliàs terminetur : quasi Archiepiscopi negotium æquè tractari possit, ac terminari à Patriarcha, & à Primate : nam ne hic text. aliis iuribus *d. concluſ. 2. citat.* aduersetur, accipiendus est, vt possit Patriarcha negotium illud Archiepiscopi cognoscere, ac terminare data negligentia, aut renitentia Primatis, per viam querelæ, vel eius grauamine per viam appellationis. quin etiam hoc habet speciale Patriarcha, vt ad ipsum omisso medio appellari possit à grauamine per Archiepiscopum, Episcopum, aut alium inferiorem iudicem illatum, vt probat text. *in cap. antiqua, §. vltim. de priuil.* ibique glos. recepta adnotauit. sicque habes restrictionem huius limitationis. Quæ limitatio, ac simul prior conclusionis pars extenditur primò, vt neque de consensu Archiepiscopi, eiusve suffraganeorum, aut clericorum his, vel Primati subditorum, possit Patriarcha derogare qualitatibus in fundatione Ecclesiarum, aut beneficiorum eorundem appositis ; neque Primas qualitatibus Ecclesiæ Cathedralis Episcopi, vel beneficiorum clericorum eidem Episcopo, aut etiam Archiepiscopo subditorum ; nec quoad hos Archiepiscopus, vbi saltem tanquam iudex derogare velit : cùm ad id requiratur consensus sui immediati superioris : prout quoad commutationem vltimarum voluntatum docuimus *d. concluſ. 2. circa medium*, per text. *in cap. significasti, de for. compet. & cap. 1. in princ. eod. tit. in 6.* Extenditur secundò, vt Patriarcha, Primas, vel Archiepiscopus, neque etiam dum visitat suam prouinciam, possit derogare qualitatibus beneficiorum sitorum in diœcesi suorum suffraganeorum, seu quæ sunt Clericorum subditorum suis suffraganeis, prout satis constat ex iis, quibus id de commutatione vltimarum voluntatum ostendimus *d. concluſ. 2. post medium*, seu *extenſ. 2.*

346.

An verò possit Patriarcha, Primas, vel Archiepiscopus † ante receptionem pallij ad huiusmodi derogationem qualitatum beneficij in eius fundatione appositarum deuenire, facilè colligi poterit ex iis, quæ quoad hoc de commutatione vltimarum voluntatum tradidimus *in d. cap. 5. quæst. 10. post concluſ. 3.* affirmatiuam sententiam probabiliorem existimantes, & satis, ni fallor, confirmantes. 347.

DECIMAQVARTA CONCLVSIO. Episcopus † regulariter nō potest derogare qualitatibus in beneficij fundatione appositis. Probatur hæc conclusio tum ex iis fundamētis, quibus suprà *c. 5. quæst. 11. concl. 1. circa initium*, ostendimus Episcopū regulariter 348.

riter non poſſe cómutare vltimas voluntates: & ſuprà hac ipſa quæſt. *concl.* 10. etiam Legatum de latere non poſſe hiſce qualitatibus derogare: præcipuè ex ea ratione, quæ pariter locum habet in præſenti concluſ. quia huiuſmodi derogatio aduerſatur iuri ſaltem humano poſitiuo: inferior autem nequit legi ſuperioris derogare; prout de Epiſcopo latè tradit Garz. *tract. de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 344. *&* 371. tum ex eo, quod poſt alios docet Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benef. part.* 1. *cap.*
349. 12. *num.* 13. † Epiſcopum diſpenſare non poſſe, vt quis habeat duos Canonicatus perſonalem reſidentiam requirentes, & *part.* 2. *cap. item* 12. *num.* 15. ex communi idem docet de pluribus dignitatibus, perſonatibus, & beneficiis curatis. Tum etiam ex
350. eo, quod in fortiori plerique tradunt, † Epiſcopum cum conſenſu quoque heredum eius, qui beneficium fundauit, regulariter non poſſe etiam pro vna vice derogare qualitatibus in ipſa fundatione appoſitis: prout in ſpecie tenet, ac latè comprobat Roch. de Curt. *in ſuo tract. de iurepatronat. verbo, pro eo, quod de Diœceſani conſenſu, numer.* 32. *verſic. ego autem arbitror, cum num. ſeq.* & Guttier. *d. conſ.* 1. *num.* 19. *in fin.* qui id latiùs confirmat *num.* 20. *vſque ad* 32. atque in terminis quoque citat Bertach. *in tract. de Epiſcop.* 4. *part. princip. numer.* 71. Dec. *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* & Apoſtill. Cap. Tholoſ. *deciſ.* 26. ex quibus tamen Bertach. nihil de derogatione qualitatum beneficij ab Epiſcopo facienda pro vna vice cum heredis conſenſu, ſed ſolùm de poteſtate Epiſcopi circa alterationem ſimplicis relicti ad certum pium vſum. pariter Apoſtill. ad Capel. Tholoſ. ſicut etiam Imol. & Card. alleg. per Dec. *d. cap. cùm acceſſiſſent, numer.* 54. aliàs 11. loquuntur quidem de derogatione voluntaris teſtatoris per Epiſcopum cum heredis conſenſu faciendà; cum quibus alij etiam ſentiunt, quos *ibi* refert d. Apoſtill. quòſque nos ſecuti ſumus *d. queſt.* 11 *concl.* 1. *ampliat.* 1. ſed nihil de derogatione qualitatis beneficij aut ſimpliciter, aut etiam pro vna vice. Dec. verò *loc. cit.* id apertè tenet, ac nonnulli ad id citati pariter, ac probati à Garz. *d. tract. de benefic. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 107. contra non paucos ab eo relatos *num.* 105. *&* 106. inter quos allegat Creſcen. *deciſ.* 7. *num.* 2. hac in re diſtinguentem, ſeu qui opi-
351. nionem hanc poſteriorem admittit, † vt procedat, quando ſoli voluntati fundatoris præiudicatur, vtputa, quòd Capellanus, ſeu alius præſentandus ad beneficium debeat eſſe talis ætatis, conditionis, &c. ſecus vbi fieret præiudicium certæ perſonæ, quæ debebat præſentari: ac præterea allegat Lambertin. *d. tract. de iurepatronat. lib.* 2. *part.* 1. *queſt.* 7. *artic.* 30. diſtinguentem, (ſub *num.* nimirum 18. *&* 19. allato exemplo de beneficio, cùm ex fundatione appoſita eſt qualitas ſacerdotij, vel alterius ordinis;) quòd aut fundator in ſua fundatione beneficij facta ſiue in teſtamento, ſiue extra, vult, præſentari ad beneficium ſacerdotem, vel alterius ordinis virum; & vltrà procedit prohibendo, ne alius, quàm ſacerdos præſentetur, puta, quia dixerit, nolo præſentari, niſi ſacerdotem, vel volo omnino ſacerdotem præſentari: & tunc heredes, vel alij ſucceſſores fundatoris non poterunt etiam cum aliquali cauſa, & diſpenſatione Epiſcopi mutare, aut alterare voluntatem defuncti: & ita procedit opinio contraria cum adductis pro ea. aut fundator non eſt vſus verbis prohibitiuis, vel annullatiuis, ſed tantùm diſpoſitiuis, vel tacitis, deſignando, velle præſentati ſacerdotem celebrantem; puta quia diſpoſuit Capellanum celebrare tot Miſſas: (de cuius tamen exempli veri-

tate diſſeruimus *queſt. præced. concluſ.* 6. *ſuppoſit.* 4.) vel expreſſis, vt quia diſpoſuit, ad Capellam præſentari ſacerdotem, non vltrà procedens annullando actum: & tunc heredes, ac ſucceſſores fundatoris poſſunt de conſenſu Epiſcopi, vel Epiſcopus cum eorum conſenſu prædictæ qualitati pro vna vice ex cauſa derogare. ſubditque Lambertin. *ibidem numer.* 20. *cum duobus ſeqq.* quòd hoc caſu tacitus Epiſcopi, & patroni, ſeu heredis fundatoris conſenſus ſufficiet, quia vterque ſciret qualitatem beneficij. Requiritur autem conſenſus omnium, & ſingulorum heredum, ſeu ſucceſſorum fundatoris, vbi plures ſint, vt idem tradit *numer.* 23. quas declarationes cum prædicta diſtinctione latiùs explicauimus ſuprà *cap.* 7. *queſt.* 4. *concluſ.* 4. *not.* 2. Verùm, quòd indiſtinctè nequeat Epiſcopus regulariter etiam cum patroni, hoc eſt, heredis, & ſucceſſoris eius, qui beneficium cum certis qualitatibus fundauit, eiſdem qualitatibus etiam pro vna vice derogare præter citatos initio huius poſtremi fundamenti, ex decreto Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reformat.* ſentit apertè Vgol. *in ſuo tract. de offic. & poteſtat. Epiſcop. cap.* 52. §. 1. *numer.* 8. & tam ex ipſo Concil. Trident. decreto, quàm ex quadam declaratione ſacræ Congregationis Interpretum eiuſdem Concilij tradit Marc. Anton. Genuenſ. *in præx. Neapolita. cap.* 24. *numer.* 10. prout eum refert, ex eodem Concil. decrèto hanc ſententiam de plano procedere dicens Garz. *d. part.* 7. *cap.* 1. *numer.* 111. *numer.* autem 112. idipſum confirmat ex quinque prædictæ ſacræ Congregationis declarationibus. *numer.* verò 113. *cum ſeq.* ex duabus Rotæ Roman. deciſionibus: ac denique *numer.* 115. ex quodam decreto Concil. Prouinciali Med. V. *part.* 3. *tit. quæ ad benefic. collat. attin. verſic. ſi Capellania.* Ex quibus omnibus mihi quoque probabilior, ac verior videtur hæc opinio, quam nunc, & circa initium huius concluſ. commemorauimus. licèt contraria non omnino careat probabilitate ob auctoritatem Doctorum, † qui eam poſt Concilium Tridentinum te- 352.
nuerunt; nimirum Butſat. *conſ.* 185. *num.* 18. *lib.* 2. Zerol. *in præx. Epiſc. verbo, beneficium,* §. 7. *concluſ.* 8. *princ. & verbo, iuſpatronatus,* §. 8. *dub.* 15. Zecch. *de rep. Eccl. cap. de beneficiis. num.* 4. *ac in ſuo tract. de benef. & penſion. Eccl. cap.* 12. *num.* 21. *&* 46. *cum ſeq.* Io. Franc. Leo *in Theſaur. for. Eccl. cap.* 26. *num.* 35. in nuper impreſſ. Idelph. Perez de Lara *tract. de anniu. & Capellan. lib.* 2. *cap.* 5. *à num.* 28. Eman. Sà *in Aphor. ſeu ſum. verbo, beneficium, n.* 37. Nauar. *in Man. de orat. cap.* 3. *num.* 73. *& conſ.* 6. aliàs 7. *num.* 4. *de Cler. non reſid.* (qui idem dicit de duabus vicibus,) ac nouiſſimè Rot. Rom. in vna Foroliuien. Capellaniæ, coram bo. me. Cardinali Seraphino, 10. Maij 1589. *verſ. nec obſtat vltimus ſtatus,* quam ad verbum refert Garz. *d. cap.* 1. *num.* 66. & in caſu diminutionis reditnum beneficij, † vt numerus Miſſarū à defuncto impoſitus 353.
reduci ab Epiſcopo ſaltem de patroni conſenſu poſſit; præter alios, qui ante Conc. ſcripſerunt relatos à Garz. *d. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 125. atque inter hos Roch. de Curt. *d. tract. de iurep. verbo, pro eo, quòd, q.* 15. *ſub n.* 31. Fel. *in cap. cùm acceſſiſſent, col.* 8. *de conſt.* & Läbert. *cod. tract. queſt.* 6. *art.* 7. *num.* 1. *&* 7. tenuerunt idē Perez *d. tract. lib.* 1. *c.* 15. *à n.* 1. *ad* 6. & Io. Azor. *Inſtit. mor. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 24. *queſt.* 6. Quod tamen poſtremum non aduerſatur doctrinæ traditæ ſuprà *cap.* 5. *queſt.* 11. *concluſ.* 4. *ad fin.* Epiſcopum non poſſe reducere onus Miſſarum impoſitum beneficiis ob eleemoſynæ tenuitatem. nam, præterquam quòd *ibi* id ſolùm contendimus quoad vim decreti Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *de reformat.* vnde tamquam

casus *ibidem* omissus à Conc. relinquitur dispositioni iuris communis, *l. commodissimè, ff. de liber. & posthum.* vt adnotauit quoque Garz. *d. cap.* 1. *numer.* 131. cuius inter ceteros auctoritate *inibi* nos vti sumus: adhuc dici potest, eam doctrinam locum habere vbi ea tenuitas eleemosynæ non esset absoluta, sed respectiua, seu proportionabilis; quia, licèt tempore oneris Missarum impositi ea eleemosyna oneri responderet, tamen reditus, seu eleemosyna erant in eadem quantitate, in qua nunc sunt, cùm de reductione oneris agitur: nos verò hic loquimur, prout & Doctor. quos mox citauimus, maximè Felin. Azor, & Perez verè loquuntur, cùm post tempus impositi prædicti oneris reditus beneficij decreuerunt, ac diminuti sunt: in quo casu maior est ratio, cùm cessantibus reditibus cessare debent & voluntas testatoris. Verùm, cùm, præter Roch. de Curt. & Lambertin. *loc. cit.* qui loquuti sunt ante Concil. Trident. & post idem Concil. Garz. *d. cap.* 1. *num.* 124. iuncto *num. seq.* & alij, quos refert *num.* 129. senserint, diminuenda esse onera ab Episcopo siue reditus diminuti sint absolutè, siue tantùm respectiuè, quia reditus, qui ab initio, seu tempore impositionis oneris erant sufficientes oneribus supportandis: quod etiam voluit Genuen. *in Manuali Pastor. cap.* 39. *num.* 4. vbi loquitur pariter de qualitatibus beneficij: ipse quoque in eamdem descendo sententiam; præsertim, cùm fundamenta, quæ Lambertin. affert *d. artic.* 7. *num.* 7. *cum duobus seqq.* æquè in hac vtraque redituum diminutione locum habeant: sicut & illud, quòd quæuis dispositio intelligenda sit, rebus sic stantibus, *l. quod Seruius*, & *ibi* Ias. *num.* 8. *ff. de condict. caus. dat.* latè Tiraquell. *l. si vnquam, num.* 66. *C. de reuoc. donat.* & Surd. *tract. de aliment. tit.* 4. *quæst.* 15. *num.* 40. *tit.* 7. *quæst.* 9. *num.* 10. *& quæst.* 20. *num.* 22. necnon *tit.* 8. *priuileg.* 56. *numer.* 61. & quoad dispositionem testatoris Card. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 20. *cum seq.* Præterea hæc eadem contraria sententia tum ex eo probabilis redditur, quòd probabile est,

354. † Episcopum ob euidentem vtilitatem publicam posse commutare vltimam voluntatem possibilem: vt suadetur ex adductis per nos supra *d. cap.* 5. *quæst.* 11. *conclus.* 3. *ampliat.* 4. tum ex eo, quod multis relatis ex communi tradit Alphons. Hoied. *tract. de incompatibil. benefic. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 16. posse Episcopum ex causa necessitatis, vel vtilitatis Ec-

355. clesiæ † dispensare circa pluralitatem beneficiorum curatorum, vel dignitatum: quam sententiam latiùs deinde tuetur vsque ad *numer.* 28. satisfaciendo etiam contrariis, præcipuè vbi superior consuli non potest. de qua tamen tota re videndum, quod fusiùs tradit Nicol. Garz. *d. tract. de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 336. *vsque ad* 354. Ac denique ex eo, quod tradit Garz. *d. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 126. quòd,

356. † aliqua Capellania esset fundata cum obligatione residentiæ personalis, cuius fructus essent adeò diminuti, vt non essent sufficientes, & proportionabiles tali oneri, posset Ordinarius tollere obligationem residentiæ, ita, vt per substitutum posset illi deseruiri, maximè si non reperiretur, qui eam vellet cum tali onere residentiæ personalis, meliúsque videretur tollere residentiam personalem, quàm reducere Missas in casu, quo vnum, aut alterum esset faciendum. & ita, (subdit *ibidem* Garz. *in non. addit.*) procedit, quod tradit Ceuall. *in additionibus ad quæst.* 678. *ex suis pract. quæst. commun. contr. commun. numer.* 3. *&* 4. quòd, si Capellania requirat personalem residentiam, potest seruiri per substitutum quando Capellanus ex reditibus ipsius non habet congruam sustentationem, ex Imol. *in cap. fin. numer.* 9. *de cleric. non resid.* quem sequitur Anton. Ciof. *consil.* 145. *num.* 5. *in fin. vol.* 1. In prædicto autem casu reductionis, † poterit Episcopus 357. sine Synodo talem reductionem facere, vt nonnulli tenent, quos refert Garz. *d. part.* 7. *cap.* 1. *numer.* 129. cui non obstabit decretum Concil. Tridentin. *sess.* 25. *cap.* 4. *de reformat.* nam vel illud decretum quoad Episcopos nihil innouat, qui de iure antiquo poterant absque Synodo reductionem Missarum, & anniuersariorum ob tenuitatem redituum facere; vt non pauci voluerunt, quos retulimus sup. *d. cap.* 5. *quæst.* 11. *conclus.* 4. *ampliat. vlt.* vel certè locum non habet in oneribus impositis, seu qualitatibus appositis beneficio in eius fundatione, vt *ibidem limit. vlt.* post alios docuimus ex nonnullis sacræ Congregationis declarationibus ad Concil. Trid. & ex ipso Concil. *sess.* 22. *cap.* 4. *& d. sess.* 25. *cap.* 5. *de reformat.* quod statim sequitur ad *d. cap.* 4. alias hæc duo cap. Concil. sibi inuicem aduersarentur. Quòd si hanc opinionem, ac distinctionem sequamur, adhuc ea temperanda est, † vt non procedat 358. in quibuslibet oneribus beneficio impositis, seu annexis; neque in iis, quæ imposita sunt in fundatione, & institutione beneficij, seu ex speciali superioris Ecclesiastici auctoritate, vel consensu; prout apertè constat ex Concil. Trident. *d. cap.* 5. & memoratis sacræ Congregationis declarationibus; sed tantùm in illis, quæ per solum testatorem ex postfacto in aliquo legato eidem beneficio relicto fuerunt imposita, seu annexa: nam tunc succedit dispositio eiusdem Concil. *d. sess.* 25. *cap.* 4. *de reformat.* iuxta latè per nos tradita suprà *cap.* 5. *quæst.* 11. *concl.* 4. Insuper ab hisce duobus decretis Concilij Tridentini excipienda, & excludenda sunt quælibet onera imposita, seu iniuncta beneficiis, cùm de iisdem oneribus minuendis agitur non per viam derogationis, quæ nimirum fiat ex gratia, & voluntate, atque ad tempus in collatione, & quacumque alia dispositione de ipso beneficio; sed cùm memorata onerum diminutio facienda est ex iustitia, seu ex necessitate, atque vtplurimum perpetuò, iuxta tradita per Lambertin. *d. lib.* 3. *quæst.* 6. *artic.* 7. *num.* 7. aliàs 8. ex quibus apparet, hanc facultatem diminuendi onera beneficij ob diminutionem, vel insufficientiam reddituum ex necessitate, & iustitia, competere de iure communi Episcopis cum patronorum consensu: atque adeò, cùm de ea non loquatur Concilium *d. cap.* 5. sed solùm de prædicta diminutione, quæ fit per viam derogationis, seu ex voluntate, & gratia, d. verò *cap.* 4. solùm de impositione onerum vel bonis, aut heredibus testatoris dumtaxat, vel beneficio quidem, sed post eius fundationem, ac citra consensum, & approbationem superioris Ecclesiastici, prout satis constat ex supradictis; inde quoque apparet, sæpiùs memoratæ facultati Episcopi diminuendi cum patroni consensu onera beneficij ob reddituum eius diminutionem, aut insufficientiam, non obesse prædicta duo decreta Concil. Trident. *sess.* nimirum 25. *cap.* 4. *&* 5. *de reformat.* nam quod non est mutatum, stare non prohibetur, *l. præcipimus, in fin. C. de appellat.* & casus omissus relinquitur in dispositione iuris communis, seu antiqui, vulg. *l. commodissimè, ff. de lib. & posthum.* cum similibus. Quoniam verò hæc materia diminutionis onerum beneficij, cùm vtplurimum perpetua sit, magis pertinere videtur ad mutationem status beneficij, quàm ad eius qualitatum derogationem; non pauca etiam his, quæ nunc diximus, addemus *cap. seq. quæst.* 5. *concl.* 13. *post med. in pen. casu.* Nunc autem satis nobis superque

que ſit hæc pro maioti huius concluſ. explicatione attuliſſe.

Ex iſto autem poſtremo fundamento pro præſenti noſtra concluſ. ad priorem ex his duabus ſententiis confirmandam allato habemus primam eiuſdem concluſ. ampliationem ; vt nimirum etiam cum patroni, ſeu heredis, ac ſucceſſoris eius, qui beneficium fundauit, nequeat Epiſcopus qualitatibus beneficij in eius fundatione appoſitis derogare. quam ſententiam cùm probabiliorem, ac veriorem dixerimus, tria poſtrema fundamenta per nos adducta pro contraria ſententia, quam non improbabilem duximus, cum declarationibus, quas iiſdem ſtatim adiecimus, trium eiuſdem ampliationis reſtrictionum, ſeu declarationum loco eſſe poſſunt. Altera verò ipſius concluſionis ampliatio
359. illa eſſe poteſt, quòd Epiſcopus † nequeat derogare qualitatibus beneficij quoties illius concluſionem non habet, ex eo, quod pluribus relatis tradit Garz. *d. tract. de benefic. part. 7. cap. 13. num. 76. cum duobus ſeqq.* Epiſcopum diſpenſare non poſſe cum patiente inhabilitatem ad beneficium, vbi illud conferre non poteſt. & ideo, vbi collatio, electio, aut præſentatio ad alium ſpectat, non poſſe Epiſcopum diſpenſare, niſi illo conſentiente, maximè vbi Papa de beneficio prouidet, quia tunc beneficium manet affectum, deſumi ex eo poteſt, quod breuiter tangit Lambertin. *d. tract. de iurepatronat. lib. 2. part. 1. quaſt. 7. artic. 30. eóque vltim. num. 4. verſic. poſtea D. Felin.* & latiùs comprobat *eodem lib. part. 2. quaſt. 7. artic. 13.* præcipuè ex Felin. *d. cap. cùm acceſſiſſent, col. 7. de conſtit.* vbi alios
360. refert, † Epiſcopum, aut alium ſuperiorem conferentem beneficium iure deuoluto, debere illud conferre cum qualitatibus in eius fundatione adiectis: quod etiam de omni collatione, ac diſpoſitione beneficij conſtat ex Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat.*

Ex ipſa verò principali concluſ. infertur primò,
361. quòd † inſtitutio, ſeu collatio ab ordinario facta ſpreto patrono infra tempus datum ad præſentandum nulla eſt, & ipſo quidem iure, *cap. decernimus, 16. quæſt. 7.* & poſt alios, ac nonnullas Rot. Roman. deciſ. tradit Lambertin. *d. lib. 2. part. 3. quæſt. 2. artic. 2. numer. 2.* cum aliquot ſeqq. Didac. à Spin. *in ſpecul. teſtament. gloſ. 4. num. 96. cum tribus ſeqq.* & Garz. *d. tract. de benefic. part. 5. cap. 9. eóque vltimo, num. 231.* idque procedit etiam in iurepatronatus Eccleſiaſtico, vt ſentit Abb. *in cap. illud, not. 3. de iurepatronat.* Spin. *vbi ſuprà, numer.*
362. 100. & Rebuff. *conſil. 81.* Pariter procedit, † quando patronus eſt abſens, & Epiſcopus contulit iure deuoluto: tunc enim non tenet collatio, ex quo in veritate patronus nondum erat priuatus ; neque tunc iuuat conſenſus patroni expreſſus, vel tacitus poſtea ſuperueniens; vt ſatis probat Garz. *num. 251.* maximè ex Lambertin. *d. artic. 2. num. 21. & 26.* qui *numer. 22. 23. & 24.* idem docet vbi Epiſcopus ſimpliciter contulit, abſente patrono, qui poſtea veniens alium infra tempus à iure præfixum præ-
363. ſentauit. Fallit autem primò, † vbi Epiſcopus ignorans donationem iuriſpatronatus abſque eius conſenſu factam loco religioſo ; (quod fieri poteſt, vt *in d. cap. illud, & cap. vnic. in princip. eodem tit. in 6.* & vtrobique Doctor. atque alibi ſæpe ;) à patrono laico exiſtente in poſſeſſione præſentandi, atque ita adhuc eum exiſtimans eſſe patronum, inſtituit præſentatum à donatore, aut alio, quàm religioſis illius loci ; tunc enim non dicitur ſpreuiſſe patronum, atque ideo non eſt nulla ipſo iure illa præſentatio, ſed irritanda: ita latè Lambertin. *d. artic. 2. numer. 3. vſque ad 6. & num. 32.* hic intelligens text. *in d. cap. illud, in 2. reſpon.* vbi etiam Lambertin. optimè reſpondet *ad cap. cùm Bertoldus, de re iudic.* Fallit ſecundò † vbi Epiſcopus abſ- 364.
que præſentatione contulit beneficium ipſi patrono conſentienti ex poſtfacto; vt docet, ſatiſque probat Lambertin. *d. quæſt. 2. artic. 2. num. 7.* ſeu *concluſ. 1.* ex latiùs quoque per eum adductis *eodem lib. 2. part. 1. quæſt. 8. artic. 2.* & pluribus ſequentibus. atque hic caſus, meo iudicio, potiſſimùm locum habet, vbi collatio fiat abſenti, iuxta text. *in cap. accedens, de prabend. & cap. ſi tibi abſenti, eodem tit. in 6.* Fallit tertiò, † vbi poſt collationem ab Epi- 365.
ſcopo abſque eius præſentatione factam patronus poſtea in eamdem collationem expreſsè conſenſit: ita poſt multos Lambertin. *d. quæſt. 2. artic. 2. num. 21. ad fin. & num. 25. cum ſeq.* ac poſt nonnullos admittit Garz. *d. cap. 9. numer. 253. & ſeq.* atque ex commun. tradit Flamin. Pariſ. *in tract. de reſign. benefic. lib. 8. quæſt. 10. num. 10.* Fallit quartò, vbi patronus fuit præſens collationi abſque eius præſentatione, ſeu expreſſo conſenſu factæ, neque contradixit, vt latiſſimè poſt alios probat Lambertin. *d. quæſt. 2. numer. 8. vſque ad 20.* ac tenet Gambar. *tract. de offic. legat. lib. 3. num. 353.* & Coraſ. *tract. de benefic. 4. part. cap. vlt. numer. 28.* quos refert non diſſentiens Garz. *d. cap. 9. numer. 234.* licèt contrarium poſt alios ſentiat Felin. *d. cap. cùm Bertoldus, num. 12. de re iudic.* Fallit quintò, quando Epiſcopus contulit, & patronus non conſenſit, nec contradixit etiam abſens infra tempus à iure datum ad præſentandum ; & ſic per negligentiam eſt priuatus iure ſuo : tunc enim conualidatur per lapſum prædicti temporis etiam abſque noua collatione ; vt ſatis probat Lambertin. *d. artic. 2. numer. 27.* ſeu *concluſ. 6.* ac Didac. à Spin. *d. gloſ. 4. num. 101.* ac poſt Put. *deciſ. 412. num. 1. lib. 1.* & alios tenet Pariſ. *d. tract. de reſign. benefic. lib. 2. quæſt. 4. num. 21. cum ſeq.* necnon plerique ſentiunt, quos ſequitur Garz. *d. cap. 9. num. 232. num.* autem *233. vſque ad 239.* diſputans de huius doctrinæ rationibus, illi adhæret, quòd nullitas collationis ab Epiſcopo facta ſpreto patrono inducta ſit in eius fauorem ; atque adeò ita demum eſt nulla, ſi ipſe voluerit, & contradicat, *l. filio præterito, & ibi gloſ. fin. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſtament.* latè Tiraquell. *in tract. le mort ſaiſit le vif. part. 7. declar. 1.* & ideo patro-
nus † poteſt ab Epiſcopo, ſeu Capitulo ſede va- 366.
cante recipere Eccleſiam, ſeu beneficium, cuius eſt patronus ; licèt ſeipſum præſentare non poſſit, & ad Epiſcopum, ſeu Capitulum pertineat inſtitutio tantùm, & non collatio ; Feder. de Sen. *tract. de permut. quæſt. 32.* & alij per Garz. alleg. *d. num. 239.* qui *num. 240.* ex hac ratione poſt alios infert,
† prouiſionem factam ab Epiſcopo ſpreto patrono 367.
eſſe in pendenti ; ita, vt patrono reclamante infra tempus datum ad præſentandum ſit nulla à principio, & extunc ; eo verò intra dictum tempus non reclamante, à principio, & extunc valida cenſeatur : licèt non pauci, quos refert *numer. 241.* teneant, collationem valere vt exnunc, non vt extunc. *num.* autem *242.* ex eadem ratione infert ſecundò, quòd ex collatione facta ab Ordinario ſpreto patrono infra tempus datum ad præſentandum, interim videri ius conſiderabile quæſitum prouiſo, ita, vt non valeat prouiſio Papæ, alteri poſtea facta, non habita de illa mentione, ac ſit locus regulæ de non tollendo iure quæſito. licèt *num. 243.* nonnullos referat contrarium ſentientes ; atque ex

his Rebuff. loquentem in iure patronatus Eccleſiaſtico: quorum opinionem *numer.* 244. admittit vbi patronus poſtea reclamaſſet intra tempus datum ad præſentandum. Extenditur autem hæc quinta fallentia primò ſecundùm Lambertin. *d. lib.* 2. *part.* 3. *queſt.* 2. *artic.* 2. *num.* 27. in omni caſu, in
368. quo † fieret deuolutio ad Epiſcopum; puta ſi patronus præſentauerit indignum, ex adductis quoque per ipſum *eodem lib.* 2. *part.* 1. *queſt.* 10. *artic.* 4. licèt contrarium in hoc ſentiat Garz. *d. cap.* 9. *num.* 250. *& ſeq.* docens præcipuè ex Rebuff. *d. conſil.* 81. patronum tunc cùm indignum præſentat, cenſeri conſentire, & velle, vt collatio ipſo ſpreto valeat; cùm etiam per actum nullum declaretur voluntas, *l. fin. ff. de reb. cor.* &c. cum ſimil. Verùm priorem ſententiam tenet quoque Felin. *d. cap. cùm Bertoldus, in 6 limit. de re iudic.* quem ſequitur idem Lambertin. *d. queſt.* 2. *artic.* 2. *num.* 30. *ad fin.* Extenditur ſecundò, vt procedat quoque in permutatione beneficiorum, quæ ſunt de iurepatronatus: nam &
369. ipſa, † licèt nulla ſit ipſo iure ſi facta fuerit & auctorizata ab Epiſcopo ſpreto patrono, tamen reconualeſcit ſi patronus non reclamat intra tempus ei datum ad præſentandum; vt ſatis oſtendit Lambert. *d. lib.* 2. *part.* 3. *queſt.* 2. *artic.* 2. *num.* 29. aliàs 40. ex traditis quoque ab ipſo *d. part.* 1. *queſt.* 6. *artic.* 6. quod declarat, vt *in fallen.* 11. Reſtringitur autem hæc eadem quinta fallentia primò, vt non procedat vbi ius illud conferendi ex negligentia patroni, aut aliter transfertur, vel deuoluitur ad Prælatum Epiſcopo inferiorem, ad quem ius inſtituendi iure ſpeciali ſpectat: tunc enim nulla erit collatio ab Epiſcopo facta, neque validabitur per huiuſmodi patroni negligentiam, cùm eo in caſu prædicta collatio non ad Epiſcopum, ſed ad Prælatum & inferiorem deuoluitur, ad quem aliàs inſtitutio illius beneficij ſpectat: vt ſatis probat Lambertin. *d. art.* 2. *num.* 28. aliàs 39. Reſtringitur ſecundò, vt non procedat, vbi collatio derogatoria iuriſpatronatus facta ſit cum clauſula, dummodo accedat conſen-
370. ſus patronorum ex fundatione: tunc enim † requiritur expreſſus conſenſus, & non ſufficit tacitus inductus ex lapſu quatuor menſium; vt poſt alios docet, ſatiſque probat Pariſ. *d. queſt.* 4. *num.* 59. *cum ſeq.* & Garz. *d. cap.* 5. *num.* 247. Reſtringitur tertiò ſecundùm Hieron. Gabr. *conſil.* 185. *lib.* 2. & Rot. *deciſ.* 10. *in fin. de iurepatron. in antiq.* vt habeat locum, ſi Ordinarius ſciés beneficium eſſe iuriſpatro-
371. natus, confert; non autem † quando prætendit eſſe liberum, & vt tale confert: tunc enim non poteſt ratificari à patrono collatio ab Ordinario facta; ſed debet iterum conferri. Quæ tamen declaratio non placet Garz. *d. cap.* 5. *num.* 254. tamquam nimis reſtringens communem concluſionem, de qua ipſe *num.* 232. hoc eſt, hanc noſtram quintam fallentiam regulæ deſumptæ ex præſenti prima illat. nec vera ei videtur attenta eiuſdem concluſ. ratione ab ipſo allata *num.* 238. & à nobis circa initium eiuſdem fallentiæ: ſed ſolùm procederet attenta ratione, de qua ipſemet *num.* 233. ab eodem reiecta *num.* 234.
372. Fallit ſextò, † quando patronus, etiamſi vocaretur, non poſſet præſentare quem vellet, quia tunc inſtitutio facta per Epiſcopum ſpreto patrono tenebit. ſic Lambertin. *d. lib.* 2. *part.* 3. *queſt.* 2. *artic.* 2. *num.* 30. aliàs 41. ſeu *concl.* 9. poſt Ægid. Bellam. *deciſ.* 87. ac Felin. *d. cap. cùm Bertoldus, col.* 6. *limit.* 6. *de re iudic.* Septimò fallit, quia poteſt Epiſcopus inſtituere ſine patroni præſentatione, etiamſi præſentatus quis ſit à maiori parte patronorum, ob ſcandalum euitandum, nimirum vbi talis præſentatus nequeat ſine ſcandalo inſtitui: vt poſt Paul. de Cittad. *tract. de iurepatronat.* 6. *part. queſt.* 13. *ſub num.* 10. *& queſt.* 23. vbi refert Abb. *in cap. quoniam, de iurepatronat.* tradit Lambertin. *eodem tract. lib.* 2. *part.* 2. *queſt.* 1. *artic. vlt.* & fuſiùs *part.* 3. *queſt.* 4. *artic.* 8. *& queſt.* 7. *artic.* 2. optimus text. *in cap.* 1. 2. *& 3. de iurepatron.* Fallit octauò, vbi patroni ſcienter præſentant indignum; nam tunc Epiſcopus inſtituere poteſt ſine patronis. ita Lambertin. *d. queſt.* 7. *artic.* 3. vbi tamen ait diſtinguendum eſſe, prout ipſe latiùs dixit *d. lib.* 2. *part.* 1. *queſt.* 10. *artic.* 4. præſertim verò vbi præſentatus eſt excommunicatus. quem caſum ponit quoque Paul. Cittadin. *d. queſt.* 13. *ſub num.* 8. Nonò fallit, † vbi patroni lai- 373.
ci non præſentant intra quadrimeſtre, Eccleſiaſtici intra ſemeſtre, *cap. quoniam, cap. ſi verò, cap. cum te, & cap. cùm propter, de iurepatronat. & cap. vnic. eodem tit. in 6.* Abb. *d. cap. quoniam, notab. vlt. in fin.* Paul. Cittadin. *d. part.* 6. *queſt.* 23. Lambertin. *d. queſt.* 7. *artic.* 4. & latiùs *d. lib.* 2. *part.* 2. *queſt.* 1. *artic.* 1. & multis ſeqq. vbi id declarat. Decimò fallit, vbi patroni litigantes ſuper iurepatronatus litem non terminant intra tempus datum ad præſentandum; vt probant intra mox cit. & docet Lambertin. *d. queſt.* 7. *artic.* 5. & fuſiùs hac in re diſtinguens *d. lib.* 2. *part.* 2. *queſt.* 1. *artic.* 9. quod declara, vt non ideo tamen præiudicetur patrono in futura vacatione, quoad petitorium, *d. cap. cùm propter.* ſi autem patronus tueri velit ius ſuum etiam in poſſeſſorio, debet finita lite repræſentare inſtitutum ab Epiſcopo, etiamſi à ſe non fuerit præſentatus; *cap. ſi verò, & ibi* gloſ. & Doct. *de iurepatron.* Lambertin. poſt alios *d. queſt.* 7. *artic.* 10. ſimul etiam docens, quòd ad defendendum inſtitutum ab Epiſcopo, atque adeò ad tuendum ius Epiſcopi inſtituentis non eſt neceſſe, vt præſentetur, ſeu repræſentetur ab ipſo inſtitutus; vt docet poſt alios Lambertin. *d. artic.* 10. vbi etiam iuncto eo, quod tradit *cit. artic.* 9. ſatis, ac latè comprobatur tota hæc declaratio præſentis fallentiæ. Fallit vndecimò, quia, ſi beneficiati volunt permutare beneficia patronata, quæ poſſident, † non requiritur præ- 374.
ſentatio patroni; ſed ſolus Ordinarius auctorizabit, ac inſtituet, & conſenſus patronorum erit loco præſentationis; vt docet Lambertin. *d. queſt.* 7. *artic.* 7. ex latiùs per ipſum adductis *d. lib.* 2. *part.* 1. *queſt.* 6. *princip. artic.* 6. vbi *in dubio* 7. tradit, quòd, ſi permutatio fieret vrgente neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ, Epiſcopus ſolus poſſet inſtituere etiam ſine conſenſu patronorum. Duodecimò fallit, quia, † vbi patronus variando accumulatiuè 275.
plures præſentat; vel plures patroni diuidunt ſua vota; & in omnibus caſibus, in quibus Epiſcopus inſtituens habet electionem, dicitur ſolus inſtituere, & ſpernere aliquam ex pluribus præſentationibus; vt ſatis deducit Lambertin. *d. queſt.* 7. *art.* 8. atque adeò etiam derogare aliquo modo iuripatronatus, & ſic qualitati appoſitæ in fundatione beneficij. Decimotertiò fallit prædicta regula ſumpta ex hac prima illatione præſentis noſtræ concluſ. 14. vt Epiſcopus † motu proprio poſſit inſtituere 376.
ipſummet patronum egenum ſine eius præſentatione; Abb. *in cap. per veſtras, & ibi* omnes, *de iurepatronat.* Paul. Cittadin. *d. queſt.* 23. *ſub numer.* 40. *verſic. tertium caſum.* Lambertin. *d. queſt.* 7. *artic.* 9. & latiùs *d. lib.* 2. *part.* 1. *queſt.* 8. *artic.* 4. per totum. Fallit denique, quia extincto iurepatronatus in totum, vtputa, quia nullus eſt heres patroni, † 377.
Epiſcopus ſolus conferet beneficium, aliàs patronatum; ſeu prouidebit Eccleſiæ abſque præſentatione.

tione. ita gloſ. ab aliis approbata *in cap. vnico, in princip. verbo, eidem, de iurepatronat. in* 6. Lambertin. verò *d. quæſt. 7. art.* 12. poſt Abb. *cap.* 1. *col. pen. verſic. quòd ſi omnes, de elect.* vult idem eſſe de inferiore Prælato, ad quem ſpectat ius inſtituendi, de quo nos latiùs infrà hac ipſa quæſtion. *concluſ.* 16.

Infertur nunc ſecundò ex hac 14. principali noſtra concluſione, † non poſſe Epiſcopum perpetuò, 378.
hoc eſt, ad alicuius vitam commendare beneficium iuriſpatronatus ſine patroni conſenſu: vt voluit gloſ. recepta *in cap. nemo deinceps, verbo, commendare, de elect. in* 6. ac poſt alios Roch. de Curt. *in tract. de iurepatronat. verbo, honorificum, quæſt. 3. num.* 8. *verſic. item ad prædictam concluſionem*, & Lambertin. *eodem tract. lib. 2. part. 3. quæſt. 7. artic.* 1. vbi etiam quoad hoc, an patronus non reuocata commenda poſſit præſentare, remittit ſe ad ea quæ poſt Gemin. *d. cap. nemo*, tradidit *eodem lib. 2. part. 1. quæſt. 6. princip. artic.* 14. *d.* verò *artic.* 1. *in fin.* ſecus eſſe dicit de commenda ad tempus, quæ idem eſt cum cuſtodia; quam concedi poſſe abſque patroni conſenſu, ſatis probat text. *in cap. cum vos, de offic. ordin.* & Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap.* 18. *verſ. in omnibuſque, de reformat.* idemmet Lambertin. latiùs docet *d. lib. 2. part. 2. quæſt.* 1. *art.* 29. *&* 30. vbi id declarat.

Infertur tertiò, † non poſſe regulariter Epiſcopum diſpenſare, vt quis obtineat duo beneficia per- 379.
ſonalem reſidentiam requirentia; licèt enim id eum poſſe nonnulli teneant, quos refert Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benef. part.* 1. *cap.* 12. *num.* 13. *circa med.* necnon *part.* 2. *cap. item* 12. *num.* 14. pariter *circa medium*, & Garz. *d. tract. de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 369. vterque tamen contrarium aliis relatis ſentit, Hoied. quidem *d. num.* 13. Garz. verò vbi ſuprà *num.* 370. 371. *&* 373. dicens hodie certum id eſſe ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de reformat.* ibi; ſtatuit, vt in poſterum vnum tantùm beneficium Eccleſiaſticum ſingulis cóferatur: quod quidem ſi ad vitam eius, cui confertur, honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri. contra Concilium autem generale nequit Epiſcopus diſpenſare, niſi in caſibus ei à iure conceſſis, vt idem poſt alios docet *d. numer.* 371. *&* 374. & pro hac ſententia faciunt ea quæ multis citat. tradit idem Garz. *d. cap.* 5. *à num.* 79. *vſque ad* 99. dum
380. latiùs diſputat, † an hodie inducatur vacatio ipſo iure primi beneficij, etiam ratione reſidentiæ, aut aliàs incompatibilis per adeptionem ſecundi: & ex Trident. Concil. *ſeſſ.* 7. *cap.* 4. *de reformat.* ac nonnullis ſacræ Congregat. Interpretum Concil. Trid. ac Rot. Roman. deciſionibus, multiſque Doctoribus concludit affirmatiuè. *num.* autem 86. *&* *à num.* 100. *vſque ad* 181. multas ad id affert declarationes, quas ſi lubet per te videas; præcipuæ verò duæ ſunt. altera quam adducit *d. num.* 86. poſt Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 15. *num.* 19. *vſque ad* 25. vbi diſtinguens triplicem modum perſonalis reſidentiæ etiam ex fundatione beneficio impoſitum; primum præciſæ, ſeu obligatoriæ ſimpliciter, & reſpectu tituli, ac ſimul continuæ, quia fundator non reſidentem perſonaliter priuatum eſſe vult titulo beneficij; alterum reſidentiæ huiuſmodi, ſed temporalis, ſeu ad certum tempus; tertium ſimiliter reſidentiæ perſonalis, ſed cauſatiuæ, ſeu priuationis dumtaxat fructuum in caſu contrauentionis: reſoluit, in primo dumtaxat modo, ſeu caſu induci incompatibilitatem ipſo iure duorum beneficiorum perſonalem reſidentiam requirentium, non autem in ſecundo, & tertio: quod tamen reſpectu obligationis perſonalis reſidentiæ ad certum tempus meritò reſtringit Garz. *d. num.* 86. niſi eodem tempore concurreret reſidentia vtriuſque beneficij: quam etiam reſtrictionem ſimul cum tota præcedenti diſtinctione quoad hoc, vt ea beneficia ſint, vel non ſint incompatibilia, admittit, ſatiſque confirmat Alphonſ. Hoied. *d. tract. de incompatibil. benefic. 1. part. cap.* 17. *num.* 34. *cum ſeq.* & Rot. Roman. *deciſ.* 483. 1. *part. in nouiſſ. diuerſ.* quamuis eadem Rot. *deciſ. ſeq.* & Hoied. *num.* 40. *verſic. his tamen non obſtantibus*, ex communi multis relatis quoad hoc, vt beneficium primum requirens perſonalem reſidentiam, quod non ſit curatum, perſonatus, vel dignitas, vacet ipſo iure per aſſecutionem ſecundi perſonalem reſidentiam ſimiliter requirentis, abſque prædicta diſtinctione teneant non vacare ipſo iure, atque idem Hoied. quaſdam alias reſtrictiones ſubdat *num.* 41. *vſque ad* 48. puto autem in hoc eum non animaduertiſſe ad Conc. Trident. *d. ſeſſ.* 7. *cap.* 4. ſicut nec Flamin. Pariſ. *tract. de reſign. benefic. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 132. *& ſeq.* Altera declaratio prædictæ regulæ, quòd vacet ipſo iure primum beneficium incompatibile per aſſecu- 381.
tionem ſecundi, ea eſt, vt † ad id non ſufficiat collatio ſola, & acceptatio eius, ſed requiratur adeptio poſſeſſionis ſecundi pacificæ, vel quòd per prouiſum ſtet quo minus eam adipiſcatur. ita poſt multos tradit Garz. *d. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 100. per text. *in cap. de multa, de prabend. & cap. licèt Epiſcopus, eodem tit. in* 6. *Extranag. execrabilis, verſic. qui verò, eod. tit. in commun. & Clement. ſi plures*, ibique gloſ. *eodem tit.* ſubditque Garz. *num.* 101. collationem non acceptatam, vel ius ad rem † non ſufficere ad 382.
inducēdam vacationē primi incompatibilis, quamuis per prouiſum ſtet, quo minùs habeat ius in re; & ſucceſſiuè poſſeſſionem: quia, inquit, id non reperitur in iure cautum. & *num.* 102. *cum ſeq.* addit, quòd, ſi quis eſſet prouiſus de beneficio incompatibili, in quo alius eſſet intruſus, non vacabit primum, licet contra intruſum nullam faciat diligentiam pro capienda poſſeſſione ſecundi, etiamſi ei præfixus ſit terminus ad diligētiam faciendam. *num.* autem 104. prouiſum à Papa de ſecun- 383.
do incompatibili † non poſſe excuſare vacationem primi ex eo, quòd non expedierit bullas, ſi per eum ſtat, quò minùs expediat, iuxta deciſ. Rot. in cauſa Leodien. Canonicatus, 9. Decembris 1589. coram Pamphilio; in qua fuit reſolutum, quòd, ſi alicui in gratia ſecundi apponitur decretum de dimittendo primum in manibus Sāctiſſimi infra duos menſes à die poſſeſſionis, aliàs vacet vtrumque, ſi non expedit bullas ad capiendam poſſeſſionem; & ſic ſtat per eum, vacat vtrumque, iuxta decretum. Alias declarationes prædictæ regulæ affert *à num.* 105. *vſque ad* 181. ſed & alias à fortiori, vel certè à pari ſumere licet ex iis, quas Hoied. *d. tract. de incompatibil. benefic. part.* 1. *cap.* 13. *à numer.* 33. *vſque ad* 58. adducit in duobus beneficiis curatis, ac præcipuè notanda eſt illa, de qua *in cap. ſi tibi conceſſo, de præben. in* 6. vbi decernitur, quòd per adeptionem ſecundi beneficij curati, cuius fructus alius ex cauſa percipit, non vacat primum quamdiu prouiſus de ſecundo fructus percipiat.

Cetera quæ circa materiā huius 14. noſtræ concluſ. nimirum de poteſtate Epiſcopi in derogando qualitatibus appoſitis in fundatione beneficij, peti poſſunt ex iis, quæ generatim de eiuſdem poteſtate in commutandis vltimis voluntatibus diximus ſuprà *quæſt.* 11. *cap.* 5. vtputa, † vbi magna 384.
difficultas

difficultas ſit in exequenda,& implenda qualitate in fundatione præſcripta, ex *concl.* 2. & vbi neceſſitas derogandi aliunde, quàm ex natura rei proueniat,
385. ex *concluſ.* 1. *&* 3. de qualitatibus † ſuo Epiſcopatui appoſitis, ex *concluſ.* 5. de appoſitis beneficiis, quæ ſunt de quaſi diœceſi Prælatorum inferiorum, ex *concluſ.* 6. de appoſitis autem beneficio exempto,
386. ex *concluſ.* 9. de poteſtate Epiſcopi † poſtulati, vel electi, aut confirmati tantùm, ex adductis *d. quæſt.* 11. *concl.* 7.& dicendis *concluſ. ſeq. ad fin.* de poteſtate Epiſcopi conſecrati nullam habentis actu iuriſdictionem, ſeu diœceſim, ex traditis *eadem concluſ.* 7. *&* 8. de poteſtate autem Epiſcopi habentis iuriſ-
387. dictionem temporalem, vel Viſitatoris † ab eo deputati ratione ſpiritualis, ſeu Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, facilè colligi poterunt ex iis, quæ ſtatim poſt dictam concluſ. 11. prope eius finem adduximus. De viſitatore, ſeu adminiſtratore Eccleſiæ Cathedralis, ſiue Sede Epiſcopali vacante, ſiue ſimpliciter conſtituto à Papa, aliquid diximus *d. cap.* 5. *quæſt.* 12. *concluſ.* 2. *ad fin.* & nonnihil etiam dicemus *concluſ. ſeq.* vbi etiam videbimus, quid ſtatuendum ſit de ſequeſtre, hoc eſt, eo, apud quem poſſeſſio Cathedralis Eccleſiæ, ſeu Epiſcopalis, vel quaſi, vacantis, aut non vacantis ſequeſtratur, ſeu deponitur.

DECIMAQVINTA CONCLVSIO. Capitu-
388. lum Sede Epiſcopali vacante † regulariter derogare nequit qualitatibus in fundatione beneficij appoſitis. Probatur hæc concluſio à fortiori ex iis fundamentis, quibus id de Epiſcopo latiùs oſtendimus concluſ. præcedente circa initium. Quamuis enim Capitulum Epiſcopali Sede vacante ſuccedat Epiſcopo in iuriſdictione ordinaria illi competente, ſiue ea ſit voluntaria, ſiue contentioſa; & ſiue competat iure communi, ſiue iure ſpeciali, & accidentali, modò illi conueniat vti ordinario, & Epiſcopo, licèt non omnibus Epiſcopis communis ſit; immo etiam iuxta valde probabilem, ac fortè veriorem ſententiam ſuccedat in iuriſdictione delegata eidem Epiſcopo generaliter per canonem; cùm per huiuſmodi generalem commuſſionem, & annexionem dignitati, ſeu officio Epiſcopali ea iuriſdictio effecta ſit ordinaria: quæ ſingula ſuprà *cap.* 5. *quæſt.* 12. ante primam concluſ. fuse oſtendimus. Nihilominus tamen, quia & Capitulum Sede vacante, vt de ſe patet, inferius eſt Rom. Pontifice, qui ſæpe in iure præcepit, qualitates beneficiorum in eorum fundatione appoſitas obſeruari, maximè in Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reformat.* inferior autem nequit legi ſuperioris derogare, *cap. inferior*, 21. *diſtinct. cap. cum inferior, de maior. & obed. & Clement. ne Romani, in princip. de elect.* cum ſimil. nec etiam poterit prædictis qualitatibus derogare: & quia, vt paulo pòſt videbimus, Capitulum Sede Epiſcopali vacante regulariter conferre non poteſt beneficia, nec etiam poterit eorum qualitatibus derogare, cum quòd huiuſmodi derogatio eſt quoddam accidens, ſeu qualitas, & acceſſorium reſpectu collationis beneficij, qualitas autem nequit eſſe ſine ſubiecto, & ſublato principali, ac ſubiecto, tollitur quoque acceſſorium, & accidens; deſtructóque fundamento, ſuper eo nihil ædificari poteſt, vt latè deduximus ſuprà hac ipſa quæſt. *concluſ. 9. ad fin.* tum ex eo, quòd de ipſo Epiſcopo, vt diſpẽſare nequeat circa inhabilitatem perſonæ prouidendæ de beneficio, vbi illud beneficium conferri non poſſit, poſt Garz. *d. tract. de benef. part. 7. cap.* 13. *num* 76. *cum duobus ſeqq.* tradidimus *concluſ. præced. ampliat.* 2. Quòd verò Capitulum Sede Epiſco-
389. pali vacante † regulariter beneficia conferre non poſſit, neque in eorum collatione Epiſcopo ſuccedat, conſtat ex *cap. illa*, quod eſt 2. *ne ſed. vacan.* ibi; cùm nuſquam inueniatur cautum in iure, quòd Capitulum ſede vacante fungatur vice Epiſcopi in collationibus præbendarum: quod idem habetur *in cap.* 1. *de inſtit. in 6.* ibi; etſi Capitulum ſede vacante beneficia, quæ ad collationem Epiſcopi pertinent, conferre non poſſit: *& cap. vnic.* §. 1. *ne ſed. vac. eod. lib.* iis verbis; cùm verò ad ſolũ Epiſcopum præbendarum ſpectat collatio cum conſilio ſui Capituli, vel aſſenſu, defuncto Epiſcopo Capitulum ſe non poteſt intromittere de eiſdem. ex prædictis autem verbis, cum conſilio ſui Capituli, vel aſſenſu, habemus primam mox allatæ regulæ extenſionem; vt nimirum Capitulum ſede vacante non ſuccedat Epiſcopo in collatione ad eum ſpectante, licèt cum conſilio, vel aſſenſu ſui Capituli. Secunda extenſio deſumi poteſt ex *d. cap. illa*, in iis verbis, quæ ſuperiùs citata ſtatim præcedunt, non obſtante confirmatione noſtra, ſi quæ in forma communi apparet obtenta; vt nimirum collatio Capituli ſede vacante de beneficio ad Epiſcopi collationem ſpectante non ſit attendenda, licèt à Papa confirmata fuerit in forma communi. quæ confirmatio quid ſit, tradunt Doct. *ibidem, & in cap. cum monaſterium, de elect. cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* necnon *in rubr. cap.* 1. *cap. examinata, & cap. venerabilis, de confirmat. vtil. vel inutil.* ac præterea *in cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. prabend.* vbi *in* §. *mandamus*, ſatis id definitum videtur quoad confirmationem collationis beneficij, dum *ibidem* ait Rom. Pontifex; non obſtante confirmatione à Sede Apoſtolica obtenta ſub forma communi, quæ confirmat beneficia, & præbendas, ſicut iuſtè, & pacificè poſſidentur. Tertia verò prædictæ regulæ extenſio deſumitur ex verbis *d. cap. illa*, quæ eadem ſuprà relata ſtatim ſequuntur; nec in eodem caſu poteſt dici poteſtas conferendi præbendas ad Capitulum per ſuperioris negligentiam deuoluta; cùm non fuerit ibi ſuperior, qui eas poſſet de facto, vel de iure
390. conferre: quòd nimirum † nec poſſit Capitulum ſede vacante beneficia ad Epiſcopi collationem ſpectantia conferre, licèt deuoluta videantur ex eo, quòd vacante ſede lapſum ſit tempus ſex menſium ad conferendum à iure datum *in cap. nulla, & d. cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. prabend.* nam, vt etiam dicitur *in d. cap. quia diuerſitatem*, prædictum tempus conferendi non currit impedito. Idem quo-
391. que ſtatuendum eſſe, † vbi beneficia ad Epiſcopi, (& hæc ſit quarta extenſio;) liberam collationem ſint deuoluta, quia inferiores Prælati ius conferendi habentes, intra ſemeſtre illis à iure datum ad conferendum beneficia non contulerunt, cùm non eſſent impediti, quin conferre poſſent; vel patroni laici intra quadrimeſtre, vel Eccleſiaſtici intra ſemeſtre non præſentarent, pluribus relatis docet Nicol. Garz. *d. tract. de benefic. part.* 3. *cap.* 7. *numer.* 53. nimirum Capitulum ſede vacante ea quoque beneficia conferre non poſſe, quibus adde Nicol. Mil. *in repet. verbo, Capitulum, licèt ſuccedat*, idem tradentem poſt Roman. *conſil.* 311. qui duo auctores ſecus eſſe docent in caſu conuerſo, nimirum deuolutionis beneficiorum ad collationem Epiſcopi ſpectantium ob eius negligentiam, de quo infrà *in* 1. *reſtrict.* Quintò extenditur, vt etiam Viſitator, ſeu adminiſtrator Eccleſiæ Cathedrali vacante à Metropolitano datus ob negligentiam, vel malitiam Capituli, iuxta *cap. fin. in princip. de ſupplen. negligent. prælat. in* 6. licèt ſpiritualium, & temporalium adminiſtrationem le-
392. gitimam conſeatur habere, † beneficia tamen, quæ

quæ ad collationem pertinent Epiſcopi, conferre non poſſit; vt dicitur *in d. cap. fin. §. 1.* idémque eſt in Viſitatore, ſeu adminiſtratore eidem Eccleſiæ vacáti dato à quouis alio, quàm à Papa, vt Legato; quod patet ex verbis illis ſtatim ſequentibus, ſi ab alio, quàm à Rom. Pontifice fuerit deputatus: vbi Archid. & Io. Andr. Quod tamen vtrumque accipiendum eſt vbi ea collatio ad ſolum Epiſcopum pertineat: aliàs ille cum Capitulo confert, vt ait gloſ. ab aliis approbata *d. §. 1. verbo, Epiſcopi*; vel potiùs Capitulum ſolum, ſi vult, conferret propter generalitatem text. *in cap. vnic. in princ. ne ſed. vacan. in 6.* cuius diſpoſitionem mox in ſecunda, & quarta præd. regulæ reſtrictione afferemus. Sexta, & poſtrema
393. extenſio eiuſdem regulæ eſſe poteſt, quòd † etiam in præſentatione, aut electione ad Epiſcopum ſpectante Epiſcopali ſede vacante non ſuccedat Capitulum; vt poſt alios tradit Garz. *d. cap. 7. num. 516.* Quæ extenſio quoad beneficia vacantia ſede Epiſcopali vacante expreſsè probatur ex *reg. 2. nunc 3. Canc.* in qua aliqua etiam ad hanc rem adduntur in hæc ſanè verba; ac etiam reſeruauit dignitates, & beneficia omnia ad collationem, præſentationem, electionem, & quamcumque aliam diſpoſitionem Patriarcharum, Primatum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, necnon Abbatum, & aliorum quorumque collatorum, & collatricum regularium & ſæcularium quomodolibet, non tamen ad collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præſentationem vel electionem pertinentia, quæ poſt illorum obitum, aut Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorum, vel aliarum dignitatum ſuarum dimiſſionem, ſeu amiſſionem, vel priuationem vſque ad promotionem ſucceſſorum ad eaſdem Eccleſias, aut Monaſteria, vel dignitates Apoſtolica auctoritate faciendam, & adeptam ab eiſdem ſucceſſoribus pacificam illorum poſſeſſionem quomodocumque vacant, & vacabunt in futurum. Ad huius autem regulæ explicationem videri poteſt Garz. *d. part. 5. cap. 1. à num. 221. vſque ad 225. & cap. 7. num. 87. cum ſequen.* Prima verò eiuſdem noſtræ regulæ reſtrictio deſumi poteſt ex *d. cap. quia diuerſitatem, §. mandamus, de conceſſ. præben.* vt,
394. † ſi Epiſcopus beneficia ad liberam collationem ſuam ſpectantia, quia ex conſuetudine, aut priuilegio in eorum collatione requirere non teneatur conſilium Capituli, iuxta *d. §. mandamus, & cap. ea noſcitur, de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Capitul.* cùm impeditus non eſſet, non contulit intra ſemeſtre, ac poſtea ſtatim ſedes Epiſcopalis vacet, poterit Capitulum ea conferre; quia idem poſſet facere, ſi ſedes non vacaret: vt apertè conſtat ex *d. §. mandamus.* atque ita in ſpecie docet Mil. *d. verbo, Capitulum*, licèt ſuccedat, poſt Roman. *conſ. 311.* Secunda reſtrictio ſumitur ex *d. cap. vnico, in princ. ne ſed. vacan. in 6.* vbi decernitur,
395. quòd, † ſi ad Epiſcopum, & Capitulum communiter pertineat collatio præbendarum, mortuo Epiſcopo, vel à beneficiorum collatione ſuſpenſo, poterit Capitulum vacantes conferre præbẽdas, etiamſi Epiſcopus intereſſe habeat in collatione huiuſmodi, vt Prælatus. Tertia colligitur ex *d. cap. vnic.*
396. *§. fin.* dum *inibi* cauetur, quòd, † vbi de ſpeciali alicuius Eccleſiæ conſuetudine, vel ſtatuto beneficiorum collatio ad aliquem cum conſilio Epiſcopi noſcitur pertinere, ſublato Epiſcopo de medio, cùm conſilium tunc nequeat peti ab eo, non erit propter hoc vacantis beneficij collatio differenda; nec etiamſi egerit in remotis, ita, quòd non poſſit ipſius præſentia in breui haberi. ex quibus verbis patet, idipſum in eo caſu ſtatuendum fore de Capitulo Cathedralis Eccleſiæ, ſi habeat tale ius beneficium alicuius Eccleſiæ, quod conferendi. Quintò reſtringitur, vt † Viſitator datus, ſeu is, cui procuratio, & libera adminiſtratio ſedis Epiſcopalis vacantis commiſſa eſt à 397.
Papa, (de quo *in cap. obitum, cap. Catinenſis, & cap. quoniam, 61. diſtinct. cap. cùm vobis olim, in fin. de elect. & cap. is, cui, eod. tit. in 6. ac d. cap. fin. §. 1. de ſuppien. neglig. prælat. cap. vnic. de maior. & obed. & cap. cùm nullius, §. inferiores quoque, de temp. ordin. eod. lib.*) poſſit beneficia adEpiſcopi collationẽ ſpectantia conferre; vt ſatis patet ex *d. cap. is, cui, ac d. cap. fin. §. 1.* Epiſcopi, inquam, ſolius, non autem Epiſcopi cum Capitulo: tunc enim vel cum Capitulo conferet, vt ſentit gloſ. *d. §. 1. verbo, Epiſcopi*, vel, vt ego arbitror, ſolum Capitulum, ob generalitatem text. *d. cap. vnico, in princ. ne ſed. vacant. in 6.* cuius diſpoſitionẽ ſupr. *in 2. reſtrictione* retulimus. Quintò prædicta regula reſtringitur, vt procedat in collatione libera; non verò † in confirmatione, & inſti- 398.
tutione, quæ ſunt neceſſariæ, & debitæ. nam Capitulum ſede Epiſcopali vacante electos iure confirmare poteſt, *cap. cum olim, de maior. & obed.* & præſentatos inſtituere, *cap. 1. de inſtit. in 6.* ita per hæc iura, quæ apertiſſima ſunt, pluribus Doct. relatis tradit Garz. *d. part. 5. cap. 7. num. 54.* qui *à num. 55. vſque ad 75.* ſatis defendit, quaſlibet collationes beneficiorum neceſſarias, vtputa debitorum mandatario, vel nominato poſſe fieri à Capitulo ſede Epiſcopali vacante. *num.* autem *76.* inde infert, quòd, ſi aliquod beneficium, ſeu Capellania ex fundatione, & inſtitutione conferendum ſit certæ perſonæ, ſeu certo generi perſonarum, vt conſanguineis fundatoris, poterit Capitulum ſede vacante, ſeu eius Vicarius illud conferre, quamuis non ſit iuriſpatronatus, ſed merè collatiuum; vt, ſi fundator illud liberum reliquiſſet à iurepatronatus, (iux. text. ſingularem *in cap. ſignificauit, de reſt.*) ſeu aliàs iuſpatronatus eſſet amiſſum, & vbi, cùm eſſet iuriſpatronatus, patronus non præſentaſſet in tempore; ad id allegans in terminis Samerium *conſ. 266.* vbi ait, quòd beneficia, quæ certis perſonis in ſpecie affecta ſunt, poſſunt conferri à Capitulo ſede vacante, licèt ſecus cùm in genere qualificatis perſonis collatio facienda eſt, vt magiſtris, &c. quod autem ſubdit Garz. *num. 77.* idem eſſe, quando ratione optionis debetur beneficium antiquiori optanti, quo caſu etiam non eſt libera collatio, ſed neceſſaria, vt *in cap. fin. de conſuet. in 6.* cum aliis per eum *ibi* adductis; verùm tunc ſolùm eſſe poteſt, cùm ſpeciali iure titulus ipſe beneficialis, non autem ſola præbenda per optionem mutatur; ita, vt neceſſariò facienda ſit collatio: regulariter enim, & iure communi in optione neque titulus mutatur, neque neceſſariò requiritur collatio, vt ſatis oſtendimus *in tract. noſtro de option. canon.* primum quidem *cap. 7. quæſt. 1. concl. 1.* per tot. *& concluſ. 3. circa med. ſub num. 23.* ſecundum autem *cap. 2. quæſt. 2. concl. 1. ſub num. 19. & cap. 5. quæſt. 3. concl. 1. ad fin.* ex quibus etiam ſatis colligitur, neque tunc requiri collationem cùm optatur titulus, quia ipſa optio in vim conſuetudinis à iure approbatæ facta vim habet collationis, ſeu canonicæ inſtitutionis, de qua *in cap. 1. de reg. iur. in 6. & toto tit. de inſtitut.* vt aperte conſtat ex latiùs adductis per Rot. *deciſ. 6. de conſuet. in nou.* paſſim. ſicut etiam non caret difficultate illud, quod idem Garz. *num. 78.* ex prædicta doctrina infert, verum eſſe, quod ipſemet poſtea dixit *eod. tract. de benef. part. 11. cap. 4. num. 81.* iuncto *num. 80.* quòd, licèt Capitulum ſede vacante † non poſſit conferre 399.
beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi vacantia per reſignationem ex cauſa permutationis, ita, vt ipſum Capitulum admittat huiuſmodi reſignatio-

nem, ex deciſionibus Rot. Rom. ab ipſo relatis *part. 5. cap. 5. num. 92. & 92.* ſi tamen Epiſcopus talem reſignationem admiſiſſet de beneficiis ad ſuam collationem ſpectantibus, & antequam conferret, decederet, poſſet Capitulum ſede vacante, ſeu eius Vicarius illa compermutantibus conferre, ex Mil. *in ſuo repert. verbo, Capitulum vacante ſede*; nam in iſto caſu præceſſit iam conſenſus Epiſcopi, ad cuius collationem beneficia ſpectant; & ex alia parte collatio eſt debita compermutantibus, *cap. vnico, de rer. permut. in 6. & Clemen. vnica, eod. tit.* Etenim omnino contrarium, quòd poſſit Capitulum recipere reſignationes permutare volentium, non autem permutationem conferendo auctorizare, ſentit Feder. de Sen. *tract. de permut. benef. quæſt. 26. ac 36.* & apertiùs poſt eum Petr. Andr. Gambac. *in ſimili tract. §. 1. num. 114.* & Petrus de Vbald. de Peruſ. *eod. tract. num. 41.* Alij, vt Bellam. *in ſimil. tract. part. 1. quæſt. 4. num. 11. cum ſeq.* voluerunt, quòd neque renuntiationes recipere, neque permutationem conferendo auctorizare poſſit, etiamſi beneficia ad Epiſcopi, & Capituli collationem ſpectent. Alij verò tenent indiſtinctè, quòd Capitulum ſede vacante poſſit auctorizare permutationi beneficiorum etiam ad ſolius Epiſcopi collationem ſpectantium, vt Gemin. *in quadam addit.* prout eum refert Mil. *ſup.* Alij, vt Pauin. *tract. de offic. & poteſt. cap. ſede vacant. part. 2. quæſt. 2. princ. ſub num. 13.* ex ſuperiùs per eum adductis concludit, quòd Capitulum ſede vacante poteſt admittere reſignationes beneficiorum ſpectantium ad inſtitutionem Epiſcopi defuncti: item ſpectantium ad collationem, vel receptionem communem Epiſcopi, & Capituli; vel ad collationem Capituli cum conſenſu Epiſcopi, quod idem eſt: item etiam ſpectantium ad tertium, licèt cum conſilio Epiſcopi: & tam ſi reſignatio fiat ſimpliciter, quàm ſi cauſa permutationis. licèt, inquit, ratio deciſionis videatur generaliter concludere in omni
400. alia reſignatione; quæ præcipuè eſt, vt, † qui poteſt deſtituere, poſſit recipere reſignationem: quam idem Pauin. proſequitur *num. 11.* & latiùs cum aliis Pariſ. mox citan. *à num. 20. ad 30.* quoad auctorizationem verò ipſe Pauin. *d. num. 11. & 19.* inclinat in eorum ſententiam, qui magis communiter quoad auctorizationem, prout receptionem renuntiationis, & collationem complectitur, diſtinguentes aſſerunt, eam quidem competere Capitulo ſede vacante, ſi beneficia ſpectent ad collationem Epiſcopi ſimul, & Capituli: ſecus ſi ad ſolius Epiſcopi collationem pertineant: ita *gloſ. pen. d. Clem. vnic. verbo, conferantur, de rer. permut.* quam *ibidem* ſequitur Card. *num. 17.* Imol. *num. 11.* Anchar. *d. cap. vnic. num. 2.* Franc. *num. 5. de maior. & obed. in 6.* & ex multis Doct. ac Rot. Roman. *deciſion. Flamin.* Pariſ. *tract. de reſignat. benef. lib. 7. queſt. 23. num. 37. cum duobus ſeqq.* rectè docens *num. 46. vſque ad 49.* quòd in caſibus, in quibus poteſt Capitulum ſede vacante recipere reſignationes beneficiorum, & illa conferre; debeat hoc facere ante prouiſionem de Prælato faciendam in Conſiſtorio: poſtea enim † ſedes
401. non vacat, etiamſi Prælatus, qui per hoc electus, & confirmatus cenſetur, nondum ceperit poſſeſſionem Epiſcopatus. Quamuis in hoc poſtremo contrarium colligatur ex *reg. 2.* ſeu *3. Cancell. ad fin.* dum in ea reſeruantur beneficia ſpectantia ad diſpoſitionem Epiſcoporum vacantia poſt eorum mortem naturalem, vel ciuilem vſque ad prouiſionem ſucceſſorum, & adeptam ab eis pacificam Epiſcopatus poſſeſſionem. *& Extran. inuntle* quæ eſt *1. §. 1. 2. & 3. de elect.* inter commun. vbi cauetur, ne Epiſcopi abſque Sedis Apoſtolici litteris ad Eccleſias ſibi commiſſas accedere, vel bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere præſumant, & quod per eos medio tempore actum fuerit, irritum habeatur. Capitula verò, quæ illos abſque dictis litteris receperint, eiſve obedierint, ſuſpenduntur à beneficiorũ ſuorũ perceptione. Quid autem dicendũ ſit de beneficiis parochialibus, & patrimonialibus, an cõferri poſſint à Capitulo ſede vacante, quia eorum collatio ſit neceſſaria, latè diſputat idem Garz. *d. part. 5. cap. 7. à num. 79. vſque ad* 90. & in illis concludit negatiuè; in his autem affirmatiuè. Non in omnibus tamen caſibus, in quibus poteſt Capitulum Epiſcopali ſede vacante conferre beneficium, quos in prædictis reſtrictionibus proſecuti ſumus, poterit quoque derogare qualitatibus illorum beneficiorum; ſed ſolùm in caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus indirectè id facere, vt derogando virtualiter iuripatronatus relatis concluſ. præced. ac præcipuè † inſtituendo motu proprio abſque præſen- 402.
tatione patronum ipſum, qui clericus ſit; vt poſt Pauin. *d. tract. de offic. & poteſt. Capitul. ſed. vacan. part. 2. quæſt. 5. princ. ad fin.* nimirum *num. 9.* vbi etiam allegat Federic. de Sen. *in tract. de permut. benef. quæſt. 32.* tradit Lambertin. *d. tract. de inrep. lib. 2. part. 1. quæſt. 8. art. 4. num. 5.* rectè monens *num. 7.* id accipiendum eſſe vbi vnicus ſit patronus. nam ſi adeſſent compatroni, non poſſet inſtituens regulariter eis præiudicare in præſentatione. Directè autem, & formaliter † iiſdem qualitatibus derogare 403.
non poterit Capitulum ſede vacante in caſibus, in quibus id facere poteſt Epiſcopus, vtputa, quia qualitas illa de facto, aut de iure vel omnino nequeat obſeruari, vel certè valdè difficilè poſſit, aut ex probabili ſententia, vbi derogatio magnam Eccleſiæ vtilitatem afferat, iuxta ea, quæ *præced. concluſ.* adduximus, niſi cùm & conferre poteſt illud beneficium; (quod, quando contingat, colliges ex præmiſſis reſtrictionibus;) & ſimul etiam vrgeat neceſſitas derogandi; ita, vt talis actus omnino tunc ſit faciendus; &, ſi denegetur ſine cauſa, poſſit adiri ſuperior pro compulſione: maximè quia expectari non poſſit ſucceſſor. idque confirmari poteſt ex eorum ſententia, qui voluerunt, † Capitulum ſede 404.
vacante non poſſe exercere, niſi ea, quæ ſunt neceſſitatis, & iuſtitiæ, non autem quæ ſunt gratiæ, relati à Garzia *d. part. 5. cap. 7. num. 2. & 60.* atque etiam in ſpecie poſt alios ita ſentit Quarant. *in ſum. Bullar. verbo, Capitulum ſede vacante*, ſeu potiùs Proſper Aug. *in eius addit. circa initium, verſ. tertiò intellige*, & Rot. in deciſ. adductis per Garziam *d. part. 5. cap. 5. num. 92. & 93.* ac citatis *d. cap. 7. num. 83. cum duobus ſeqq. & num. 89.* quibus in locis idem ipſe quoque ſentire videtur: quamuis, cùm verior regula ſit, quòd Capitulum ſede vacante Epiſcopo ſuccedat in iuriſdictione ordinaria, ex traditis à Garz. *d. cap. 7. num. 4.* & nos ſuprà *cap. 5. quæſt. 12. præmiſſ. vnic.* probabile quoque ſit, poſſe Capitulum derogare qualitatibus beneficiorum, quorum tunc collationem habet, quoties poſſet Epiſcopus, modò id faciat ſine præiudicio iurium ipſius, & vocatis quorum intereſt, ſeruatiſque aliis de iure ſeruandis. Aduertendum autem, quòd tam Garz. *d. cap. 7. num. 2.* iuncto *num. 4.* & Quarant. ſeu eius Apoſtill. *d. verſ. tertiò intellige*, quàm etiam aliqui ab his cit. miram æquiuocationem admittunt, pro eodem ſumentes iuriſdictionem contentioſam, ac neceſſariam, ſeu eam, quæ ex neceſſitate redditur, ſeu exercetur; & iuriſdictionem voluntariam, ſeu quæ pro libertate iudicis exercetur inter volentes, pro eodem ſumentes, ac gratiam, ſeu gratioſam conceſſionem. nam verè, & formaliter, ſeu eſſentialiter hæ iuriſdictio-

nes

nes in eo differunt, quòd contentioſa eſt, quæ inter, ſeu contra inuitos, hoc eſt, alteram ex partibus inuitam; voluntaria verò, quæ inter volentes, vtraque nimirum parte volente exercetur, vt ex iuribus & Doctor. ſatis oſtendimus ſuprà *cap. 5. quæſt. 7. concl. 2. poſt vltimam limit. verſ. quòd ſi petas*: ſubdentes *verſ. ſeq.* alteram minùs eſſentialem differentiam, & potiùs vtriuſque proprietatem, quòd contentioſa non niſi in territorio ius dicentis exerceri poteſt, voluntaria etiam extra territorium. Dici autem veriùs poteſt debita ſeu neceſſaria huiuſmodi derogatio, vbi ſubſit magna cauſa vel neceſſitatis, vt ij Doct. admittunt, vel publicæ vtilitatis; per ea, quæ de diſpenſatione tradit poſt alios Dec. *cap. ad, ſi clerici, §. de adulteriis, num. 24. de iudic.* Iam verò quod dictum eſt de poteſtate Capituli ſede Epiſcopali vacante circa derogationem huiuſmodi qualitatum beneficij in eius fundatione appoſitarum;
405. idem proportionabiliter dicendum eſt † de Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ tituli Preſbyteralis, vel Diaconalis alicuius S. R. E. Cardinalis, eo mortuo, iuxta *cap. his, quæ, de maior. & obed.* quòd nimirum poſſit derogare qualitatibus beneficiorum ſaltem in iis caſibus, in quibus Cardinalis poſſet ad id compelli, ſeu derogare deberet; vt quia Eccleſiæ, aut aliàs publica vtilitas, vel neceſſitas id expoſceret, neque ſucceſſor in titulo, ſeu Eccleſia illa expectari poſſet, iuxta ea, quæ paulo antè deduximus; iunctis iis, quæ de Cardinalium hac in re ratione huiuſmodi titulorum poteſtate dicemus *concluſ. ſeq.* Quin etiam idipſum quoque, vt ego quidem exiſtimo, ſta-
406. tuendum eſt † de Viſitatore ſeu procuratore, cui plena, & libera adminiſtratio Eccleſiæ Cathedralis in ſpiritualibus, & temporalibus ſede vacante commiſſa eſt à Sede Apoſtolica, quique ſolus poteſt beneficia conferre, *cap. is, cui, de elect. in 6. & cap. fin. §. vlt. de ſupplen. neglig. Prælat. eod. lib.* is enim poteſt, (alienatione bonorum immobilium dumtaxat excepta,) omnia, quæ iuriſdictionis Epiſcopalis exiſtunt, & quæ poteſt electus exequi confirmatus, liberè exercere, vt ait Rom. Pontifex *in d. cap. is, cui.* cùm autem hunc text. gloſ. *d. cap. fin. §. vltimo, verbo, deputatum*, necnon *cap. cùm nullus, §. vlt. verbo, is, de tempo. ord. in 6. & d. cap. vnic. verbo, is, ad quem, de maior. & obed. in 6.* ac Gemin. & alij plerique *ibi*, intelligant de Viſitatore, ſeu adminiſtratore Eccleſiæ Cathedralis conſtituto à Papa ſede Epiſcopali vacante; (etſi certè illum commodè intelligere poſſumus de ſimpliciter conſtituto, qui proculdubio etiam vacante ſede Epiſcopali adminiſtrabit:) ſiquidem datus ſit pro tempore tantùm ſedis huiuſmodi vacantis, nihil amplius poterit, quàm Capitulum ſede vacante, vt ſolùm poſſit ſubueniri neceſſitati, cui dumtaxat iura proſpicere videntur, decernendo, vt Epiſcopalis iuriſdictio tranſeat ſede Cathedrali vacante in Capitulum, vel eius adminiſtratorem deputatum: iuxta ea, quæ paulo antè diximus. ſi verò ſimpliciter ſit conſtitutus; cùm tunc, vt dicitur *in d. cap. is, cui*, excepta alienatione immobilium, idem poſſit, quod Epiſcopus confirmatus, (qui omnia, quæ ordinis non ſunt, ſed iuriſdictionis, exercere poteſt, vt ſup. *cap. 5. quæſt. 11. concl. 7.* docuimus, vbi etiam ex hoc oſtendimus, eum poſſe commutare vltimas voluntates, quas conſecratus poteſt;) poterit quoque talis Viſitator ſeu adminiſtrator derogare iiſdem qualitatibus beneficij in omnibus caſibus, quibus Epiſcopus poteſt. multóque ma-
407. gis id verum erit † de perpetuis adminiſtratoribus aliquarum Cathedralium Eccleſiarum, qui nonnumquam ex cauſa à Rom. Pontifice conſtituuntur, ſúntque loco Epiſcoporum titularium, hoc eſt, cum titulo, prout de commendatariis perpetuis inferiorum Eccleſiarum paſſim Doct. tradunt, & inter cæteros conſtat ex relatis à Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 8. à num. 2. ad 32.* & probatis nouiſſimè a Garz. *d. tract. de benef. part. 4. cap. 4. à numer. 20. vſque ad 32.*

Ex his autem colligi poteſt, quid dicendum ſit † 408.
de ſequeſtre Eccleſiæ Cathedralis, ſeu poſſeſſionis illius aut alterius Eccleſiæ, ratione cuius competat titulari ius derogandi qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis, aut aliàs commutandi vltimas voluntates; an nimirum idipſum is quoque facere poſſit. Nam, cùm ſit adminiſtrator illius Eccleſiæ, fructuúmque collector, vnde & conferre, & præſentare poteſt, prout multis relatis ex magis communi reſoluunt id latè comprobantes Lambertin. *tract. de iurepatr. lib. 1. part. 2. quæſt. 9. art. 3.* ferè per tot. & Garz. *d. tract. de benef. part. 5. cap. 6. num. 1. vſque ad 9.* idem tradentes ſiue ipſum ius ſpirituale conferendi, & præſentandi de per ſe, ſiue cum vniuerſitate ſequeſtretur; & ſiue ſequeſtrum ſit voluntarium, hoc eſt, ex partium voluntate, ſiue neceſſarium, auctore nimirum iudice, & inuita aliqua ex partibus. ſecus autem eſt in mero depoſitario; vt poſt Lambertin. *d. quæſt. 9. art. 4.* tradit Io. Guttier. *tract. de inuol. 3. part. cap. 7. num. 16. ac 18.* quem refert, ac ſequitur Garz. *d. cap. 6. num. 2.* qui *num. 13. cum duob. ſeqq.* rectè docet, id accipiendum eſſe, data capacitate perſonæ ſequeſtris: vnde laicus ſequeſter conferre non poterit, nec præſentare, vbi ius patronatus ſequeſtratum ſit Eccleſiaſticum, ſed ſolùm vbi ſit laicale. cùm hæc, inquam, ita ſint; ac præcipuè cùm ſequeſter prædictus ſit adminiſtrator Eccleſiæ ſequeſtratæ, vt tenet Garz. cum aliis *d. cap. 6. num. 1.* ſentítque Felin. mox allegan. & ſatis probat text. *in Clem. vnica, in princ. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* vbi Rom. Pontifex de beneficio ſequeſtrando loquens per loci Ordinarium, inquit, apud aliquam perſonam idoneam ſequeſtretur; quæ plenam de ipſo, ac debitam curam gerens, &c. idem circa prædictam derogationem qualitatum, ſeu commutationem vltimarum voluntatum poterit, quod poteſt earumdem Eccleſiarum adminiſtrator: prout apertè ſentit Felin. *in cap. cùm Bertoldus, num. 30. de re iudic.* dum in quadam ſententia, in qua ait ſe de conſenſu aliorum Domin. de Rota pronuntiaſſe, valere præſentationem factam à ſequeſtre, inter cætera ſumit argumentum ex *cap. is, cui, de elect. in 6.* vbi non niſi de adminiſtratore à Papa ſimpliciter conſtituto Eccleſiæ Cathedrali habetur. Quare, quod de huiuſmodi adminiſtratore ſuprà hac ipſa concl. necnon *cap. 5. quæſt. 11. in fin. & quæſt. 12. concl. 2. prope fin.* diximus, dicendum etiam eſt de hoc ſequeſtre; cum ea tamen probabili moderatione, quam ſuprà hac ipſa concluſ. *& d. quæſt. 12. concl. 2. in fin.* adhibuimus quoad Capitulum ſede vacante, & adminiſtratorem temporalem Eccleſiæ deputatum; cuiuſmodi eſt ſequeſter: vt nonniſi vbi neceſſitas vrgeat actus expediendi, quia titularis ad eum rogi poſſet, nec ſucceſſor, ſeu finis litis expectari poſſit, prædictis qualitatibus beneficij derogare, ſeu aliàs commutare vltimas voluntates idem ſequeſter valeat.

DECIMASEXTA CONCLVSIO. Prælati ſæculares, qui citra Epiſcopatũ habent iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalem in ſua quaſi diœceſi, † derogare 409.
non poſſunt qualitatibus beneficiorũ ſibi ſubiectorũ, niſi cùm Epiſcopi poſſunt in ſua diœceſi. Et quidem prior pars cõcluſionis, nimirum, quòd regulariter iis derogare nequeant, facilè ex eo colligitur, quòd hi Prælati, cùm inferiores ſint Rom. Pontifice, & Concilio

cilio generali, vt de ſe patet, nequaquam eorum legi derogare poſſunt, iuxta *Clement. ne Romani, in prim. de elect.* cum ſimil. Pontifex autem; & Concilium præcipiunt, ne hiſce qualitatibus derogetur, vt ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt.* 3. *concl.* 3. oſtendimus. Idque in ſpecie ſatis eſt de mente Alphonſ. Hoied. *in tract. de benef. incompatib. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 33. dum poſt Innoc. & cæteros ſcribens *in cap.* 2. *de cler. qui furt. ord. ſuſcep.* & alios Doct. tradit, Prælatos inferiores Epiſcopo ſuper beneficiorum pluralitate diſpenſare non poſſe, niſi hoc habeant ex priuilegio, conſuetudine, vel alio iure ſpeciali. Poſterior autem pars concluſionis quoad Cardinales, Preſbyteros, vel Diaconos, qui in ſuis titulis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habent, vt per text. *in cap. his, quæ, de maior. & obed.* tradunt *ibi* Abb. & alij, ac pluribus relatis docuimus ſuprà *cap.* 5. *quæſt.* 13. *circa initium*; ita, vt conſtituere ſibi poſſint Vicarium, ſicut Epiſcopi, prout inter cæteros adnotauit Iacob. Sbroz *in ſuo tract. de Vicar. Epiſcop. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 22. probatur; quoniam & ipſi habent quaſi diœceſim, Capellas nimirum, & beneficia intra certos fines Romanæ diœceſis cum iuriſdictione fori exterioris; vel certè huiuſmodi iuriſdictione in exteriori foro gaudent, & vtuntur; vt ſatis colligitur ex *d. cap. his, quæ*, vnde & ferre cenſuras poſſunt, & reliqua facere, quæ ſunt iuriſdictionis Epiſcopalis; vt poſt alios docet Sbroz *d. quæſt.* 3. *num.* 23. negari autem non poteſt, quin derogatio huiuſmodi qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum ſit actus iuriſdictionis fori exterioris, cùm ad forum animæ, ac pœnitentiale directè, & per ſe non pertineat, nec tamen cuilibet clerico, aut Prælato conueniat, vt de ſe patet. Ex prædicta verò ratione idem dicendum eſt de aliis Prælatis inferioribus, qui iure ſpeciali, nimirum conſuetudinis, præſcriptionis, aut priuilegij huiuſmodi iuriſdictionem Epiſcopalem in certa parte diœceſis vel omnino, vel certè quoad hanc ſpeciem, nimirum derogationis prædictarum qualitatum acquiſiuerunt: per ea, quæ de huiuſmodi Prælatis inferioribus quoad vltimarum voluntatum commutationem latiùs deduximus ſuprà *d. quæſt.* 13. *concl.* 2. iuncta *concl.* 3. poſtquam etiam fusè tradidimus, præſcriptionem hanc, ſeu conſuetudinem, per quam prædicti Prælati inferiores acquirunt iuriſdictionem intra fines Epiſcopalis diœceſis, quadragenariam eſſe debere, atque ex eo tempore deducendum eſſe tempus vacationis ſedis Epiſcopalis, aut in quo Epiſcopus impeditus fuit, ne ius ſuum tueretur: ſtatim deinde ſubiicientes, quanto tempore amittant eamdem iuriſdictionem ſiue priuilegio, ſiue conſuetudine, aut præſcriptione acquiſitam; quæ hoc loco repetere foret ſuperuacaneum, ibique, cùm opus fuerit, videas; æquè autem materiæ, de qua agimus in præſenti, applicantur.

Nunc verò quoad hos Prælatos inferiores illud pro complemento præſentis concluſ. adnotandum eſt, quòd ij Prælati citra Epiſcopum, qui ius inſtituendi habent ad præſentationem patronorum iuripatronatus, atque adeò qualitati beneficij in eius fundatione appoſitæ, tacitè, & indirectè, derogare poſſunt, dum huiuſmodi beneficia, quorum inſtitutionem iure ſpeciali habent, liberè, ac plenè conferre valent data negligentia patronorum in præſentando, & in aliis caſibus, in quibus ad ſuperiorem deuoluitur promiſio beneficij patronati, relatis à Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 7. *art.* 1. *vſque ad* 10. & per nos ſuprà hac ipſo quæſt. *concl.* 14. *illat.* 1. in iis enim caſibus non ad Epiſcopum, ſed ad dictum Prælatum inferiorem ius habentem inſtituendi collatio deuoluitur; vt pluribus citat. latè docet Lambert. *d. quæſt.* 7. *art.* 11. per tot. quod idem vbi patronus decedat abſque herede ex teſtamento, vel ab inteſtato, aut alias extinguitur iuſpatronatus, ſatis probat idem Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 2. *art. vlt. & d. lib.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 7. *art.* 12. ferè per tot.

DECIMASEPTIMA CONCLVSIO. Vicarius Epiſcopi, vel Capituli ſede vacante, aut Prælatorum ſæcularium citra Epiſcopum habentium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem † regulariter non poteſt derogare qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis etiam in caſibus, in quibus is poſſet, cuius eſt Vicarius, & quidem quoad caſus, in quibus nequit Epiſcopus, aut Capitulum ſede vacante, aliúſve Prælatus, cuius ille Vicarius eſt; patet tum ex eo, quòd nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habeat, *l. traditio, ff. de acquir. rer. domin. l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. cap. nemo poteſt, eod. tit. in* 6. *cap. nuper, de donat. inter vir. & vxor.* nemóque dat, quod non habet, *cap. Daibertum*, 1. *quæſt.* 7. *& cap. quod autem, de iurepatr.* cum ſimil. tum ex iis fundamentis, quibus ſuprà hac ipſa quæſt. *concl.* 8. *vſque ad* 16. oſtendimus, Concilium generale & alios inferiores Rom. Pontifice, ac ſignanter *concluſ.* 14. 15. *ac* 16. Epiſcopum, & Capitulum, ſede vacante, ac Prælatos inferiores regulariter prædictis qualitatibus derogare non poſſe. Quoad caſus verò, in quibus derogare poſſet is, cuius eſt Vicarius, ex eo ſatis confirmatur, quòd Vicarius etiam Epiſcopi nequit ſine ſpeciali mandato diſpenſare, vt pluribus relatis tradunt, & cõprobant Iacob. Sbroz *d. tract. de Vicar. Epiſc. lib.* 2. *quæſt.* 35. *num.* 3. & Sanchez *lib.* 2. *de matrim. diſp.* 40. *num.* 12. neque ardua, & grauiora, ſeu quæ eum conſtituens non eſſet veriſimiliter conceſſurus, vt nos ſuprà *cap.* 5. *quæſt.* 14. *ſuppoſ.* 2. initio latiùs oſtendimus: derogare autem qualitatibus in fundatione beneficij appoſitis diſpenſatio quædam eſt, cùm ſit ſaltem contra ius commune poſitiuum Eccleſiaſticum, vt conſtat ex fuſiùs per nos adductis ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 3. *concl.* 3. maximè verò contra Conc. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reformat.* diſpenſatio enim eſt iuris relaxatio, vt cum gloſ. *in cap. requiritis*, §. *niſi rigor, verbo, vt pleriſque*, 1. *quæſt.* 7. Innoc. aliiſque multis tradit Sanchez *lib.* 8. *de matrimon. diſput.* 1. *num.* 2. ac Suarez *tract. de legib. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 7. *cum ſeq.* & tunc ſit, cùm quis à lege ſoluitur, vt conſtat ex latè traditis à Suarez *d. cap.* 10. *num.* 1. *vſque ad* 4. atque inter alios ante eum docet Couar. *Epitom. de ſponſal. & matrim. cap.* 7. §. 9. *num.* 1. & 2. & Hoied. *tract. de incompatib. benef. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 3. & 4. Verùm poterit Vicarius derogare qualitatibus prædictis beneficiorum in caſibus, quibus poteſt is, cuius eſt Vicarius, non modò cùm ad id ſpeciale mandatum habet, ſed etiam cùm facultatem, quæ ſpeciali mandato æquipolleat: id quod contingit ſiue cùm in generali mandato expreſſa ſunt aliqua exigentia ſpeciale mandatum, quæ maiora non ſint prædicta derogatione, adiecta deinde clauſula illa generali, (vel alia, etiamſi mandatum exigant ſpeciale;) iuxta text. *in cap. qui ad agendum*, §. 1. *de procur. in* 6. iuncta *Clement. non poteſt, eod. tit.* ſiue cùm eſt conſtitutus cum libera poteſtate, ſeu adminiſtratione, iuxta text. *in cap. is, cui, de elect. in* 6. *& d. cap. qui ad agendum*, §. *vlt.* prout latiùs deduximus *d. ſuppoſ.* 2. *circa med.* ſumpto maximè argumento à mandato procuratorio ad mandatum delegationis, ſeu iuriſdictionis, quod fieri poteſt, vt *ibidem* ſatis oſtendimus. Præterea probabiliter exiſtimo, poſſe Vicarium Epiſcopi, & dictorum Prælatorum derogare prædictis qualitatibus etiam cum generali mã-

410.

dato,

dato, vbi Epiſcopi copia haberi non poſſit; vt quia ſit in remotis; per ea,quæ latiùs adduximus *d. quæſt.* 14. *concl.* 1. *limit.* 1. præcipuè per text. *in cap.* 1. §. *fin. de offic. ordin. in* 6. *& cap. cùm nullus*, §. 1. *de temp. ordin. eod. lib.*

DECIMAOCTAVA & poſtrema CONCLV-
411. SIO. Prælati Regularium † nequeunt derogare qualitatibus appoſitis in fundatione beneficiorum ſæcularium ſitorum in ſuis Eccleſiis regularibus: poſſunt autem quoad beneficia ſæcularia etiam extra ſuas Eccleſias ſita, in quibus habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem; ſicut Epiſcopi poſſunt quoad beneficia ſuæ diœceſis. Prior pars concluſionis probatur ex iis, quibus id quoad commutationem vltimæ voluntatis; (cuius, vt iam ſæpe admonuimus, ſpecies quædam eſt huiuſmodi qualitatum beneficij derogatio;) docuimus ſuprà *cap.* 5. *quæſt.* 15. *concluſ.* 2. extenditúrque primò, vt procedat etiam quoad beneficia regularia, argum. text. cum *ibi* not. per gloſ. & Doct. *in cap. ſicut vnire, de exceſſ. Prælat. cap. cùm & plantare*, §. 1. *de priuil. & Clem.* 1. quæ incipit, *ne in agro*, §. *ad hæc, de ſtat. monach.* Secundò, vt neque illud facere valeant ex poteſtate delegata,quam nunc habent Prælati Regularium, vt facilè colligi poteſt ex iis, quibus quoad eamdem vltimarum voluntatum commutationem id tradidimus *d. quæſt.* 15. *concl.* 3. *poſt med.* Poſterior pars concluſionis probatur,quia,cùm ſupponamus, tunc eas Eccleſias, & beneficia prædictis prælatis eſſe pleno, ſeu vtroque iure, hoc eſt, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus ſubiecta, iuxta text. *in d. cap. cùm & plantare*, §. 1. *& cap. quoniam, de priuileg.* in iiſque eoſdem habere iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, iuxta text. *in cap. Abbates, in fin. eod. tit. in* 6. & Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *ad fin. de regular.* nil mirum, ſi huiuſmodi Prælati Regulares eam iuriſdictionem in prædictis Eccleſiis, ac beneficiis etiam ſæcularibus in ſua quaſi diœceſi ſitis exercere poſſint, derogando qualitatibus in eorum fundatione appoſitis; ſicut Epiſcopi poſſunt quoad beneficia in ſuis diœceſibus poſita; per ea, quæ de cæteris huiuſmodi Prælatis ſæcularibus quoad beneficia ſuæ quaſi diœceſis, in quibus habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, tradidimus ſup. *concl.* 16. *huius quæſt.* cui ex his iam tandem finis imponatur.

SVMMÆ RERVM.

412. *Cauſa aliqua requiritur ad hoc, vt licita, & valida ſit derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum ſaltem ab inferiore facienda; cum duob. num. ſeqq.*

413. *Epiſcopus, & Legatus ſuper quorum beneficiorum pluralitate ex cauſa, & non aliter diſpenſare poſſit.*

414. *Diſpenſatus à Principe ſine cauſa ſuper iure poſitiuo humano fundato in naturali ratione non eſt tutus coram Deo; & ibi quid in diſpenſato ſine cauſa ſuper pluralitate beneficiorum.*

415. *Cauſa derogationis qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum non neceſſariò debet obſtare earum executioni, ſed ſufficit neceſſitas aliunde proueniens. aut publica vtilitas; num.* 416. *immo aliquando priuata cum aliquo bono communi coniuncta; num.* 417. *& ſeq.*

418. *Diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum an fieri poſſit ob priuatam vtilitatem redundantem in publicam; & ibi intellectus cap. de multa, de præb. & cap. ſanctorum,* 70. *diſt.*

419. *Nobilitas abſque litteratura vel hæc ſola an ſufficiat ad diſpenſandum ſuper beneficiorum pluralitate.*

420. *Vtilitas priuata ſola eſt aliquando ſufficiens cauſa derogationis qualitatum beneficij.*

421. *Taciturnitas cauſæ finalis, & quidem ſolius, non autem impulſiuæ vitiat reſcriptum derogationis qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum vbi neque ex iure, neque ex ſtylo Curiæ conſtat aliquid eſſe exprimendum.*

422. *Qualitates extrinſecæ derogationi qualitatum beneficij non ſunt neceſſariò exprimendæ, licèt, ſi eſſent cognitæ ſuperiori, omnino eum auerterent à conceſſione. neque intrinſecæ, vbi cognitæ ſint concedenti, vel notoriæ; aut ſolùm auerterent de futuro; vel tacitè inſunt impetrationi, aut alteri qualitati expreſſæ; numer.* 423.

424. *Qualitates inducentes cauſam finalem, vel impulſiuam etiam in dubio derogationis qualitatum beneficij quæ ſint.*

425. *Beneficium quod quis obtinet, & eius, atque impetrati valor exprimi neceſſariò non debet Ordinario inferiori Legato; idemque in aliis qualitatibus beneficij, quod impetratur.*

426. *Surreptio aliqua locum habere poteſt in gratia Ordinarij; & num. ſeq.*

427. *Ordinarium an cenſeatur præſidere ſolùm Eccleſiis, non perſonis; & quid in Papa, vel Legato.*

428. *Taciturnitas qualitatis, quæ de iure, vel ſtylo Curiæ exprimenda eſt in impetranda derogatione qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum reddit eam nullam, licèt ſuperior illam æquè facilè conceſſiſſet: atque ibi generatim quæ ſint hæ qualitates de iure exprimendæ.*

429. *Qualitates de iure, vel ſtylo Curiæ in impetranda derogatione qualitatum beneficij exprimendæ, quæve expreſſæ auerterent ſuperiorem à tali conceſſione, quæ in ſpecie ſint; & multis num. ſeqq.*

430. *Cura animarum exprimenda eſt in impetratione beneficij, cui annexa eſt; & quando in impetranda derogatione qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum.*

431. *Qualitas iuriſpatronatus quando exprimenda in impetratione beneficij, vel derogationis qualitatum in eius fundatione appoſitarum. & quid in vnione beneficij, quod impetratur, vel cuius alteri qualitati derogari petitur, iam per Ordinarium facta alteri beneficio; num.* 432. *aut in obligatione reſidentiæ beneficio annexa; num.* 433.

434. *Valor beneficij, quod impetratur, an, & quando exprimendus ſit: & an, cùm petitur derogatio qualitatum alicuius beneficij.*

435. *Modus electiuus, ſeu qualitas electionitatis an, & quando exprimi debeat in impetratione beneficij, vel derogatione qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum: & ibi etiam quid in commenda, aut alio modo acquirendi beneficium; aut modo vacationis.*

436. *Qualitas regularitatis, ſæcularitatis, & amouibilitatis beneficij an exprimenda ſit in eius impetratione, vel derogationis aliarum qualitatum ipſius. & quid de qualitate hoſpitalitatis, vel monetalitatis beneficij; numer.* 437.

Modo

Digitized by Google

438. *Modo nullo vacationis expreſſo an omnes veniant, & an expreſſo vno reliqui continentur.*

439. *Qualitas illius, per cuius obitum vacauit beneficium, an exprimenda ſit in eius impetratione, vel derogatione alterius qualitatis ipſius beneficij; ac præcipuè quid in familiaritate Cardinalis; & quòd beneficium vacet per mortem patris impetrantis.*

440. *Qualitas reſeruationis beneficij an in eius impetratione ſit exprimenda. & an qualitas affectionis; & in quo hæc differat à reſeruatione; num.441. & an hæc vtraque qualitas ſit exprimenda in derogatione alterius qualitatis illius beneficij; num.442.*

443. *Ingreſſus vitioſus, vt intruſio in beneficium & vitium litigioſi exprimi debet in eius impetratione; & quando hæc vtraque qualitas exprimenda ſit in derogatione alterius qualitatis eiuſdem beneficij.*

444. *Nomen ſanctæ Eccleſiæ inferioris exprimendum eſt in eius impetratione; & ibi quid in derogatione alicuius qualitatis illius Eccleſiæ, vel beneficij. & quid quoad vtrumque de nomine eius, qui beneficium obtinebat; num.445.*

446. *Statutum, vel conſuetudo obſtans impetrationi beneficij, vel derogationi alicuius qualitatis ipſius an exprimi debeat, cùm vel beneficium, vel derogatio prædicta poſtulatur; & ibi quæ clauſula hac in re iuuent.*

447. *Qualitas beneficij, quòd ſit dignitas, perſonatus, vel officium; aut ſacerdotale, Diaconale, Subdiaconale, Theologale, Magiſtrale, Doctorale, aut Pœnitentiale, an exprimenda ſit in eius beneficij impetratione, aut derogatione alterius qualitatis ipſius.*

448. *Impetrans beneficium exprimere debet collationem illius alteri factam etiam nondum acceptatam; & an hæc vel colorata alterius poſſeſſio exprimenda ſit in derogatione alicuius qualitatis illius beneficij.*

449. *Impetrans beneficium quando exprimere debeat coloratam alterius poſſeſſionem.*

450. *Impetrans beneficium quandonam exprimere debeat aliud beneficium, quod obtinet. & an teneatur exprimere penſionem, quam ſuper alio beneficio habet; num. 451. aut qualitates beneficij obtenti. num. 452. aut valorem eiuſdem beneficij; num 453.*

454. *Impetrans beneficium à Legato Sedis Apoſtolicæ an, & quando teneatur mentionem facere beneficij, quod obtinet.*

455. *Impetrans beneficium ab alio, quàm à Papa, vel eius Legato, exprimere non tenetur beneficium, quod is iam obtinet. atque etiam ab illis, cum is ignorat ſe habere aliud beneficium, vt quia ſibi abſenti collatum fuit; num. 456. & quid ſi paratus ſit cum effectu primum dimittere; num. 457.*

458. *Præſtimonium, quod quis obtinet, an debeat exprimere impetrans beneficium. & quid in fructibus alicuius beneficij, quos Epiſcopus ad tempus impetranti aſſignauerat pro labore ſpeciali; num. 459.*

460. *Beneficium, quod quis obtinet, quando exprimendum ſit in derogatione qualitatum beneficij.*

461. *Clericatus an exprimendus ſit in impetratione beneficij; aut derogatione alterius qualitatis ipſius.*

462. *Defectus natalium, cum eius qualitate an exprimendus ſit in impetratione beneficij, aut derogatione qualitatum eiuſdem. & quid in crimine, aut cenſura cum indignum reddente tali beneficio; num.463.*

464. *Abſolutio à quacumque ſententia, cenſura, & pœna ad effectum, qua ſit in quolibet reſcripto, quid operetur; & nonnullis num. ſeqq.*

465. *Excommunicatus inualidè impetrat beneficium Eccleſiaſticum, & quamuis gratiam à Papa, aut alio ſupremo Principe ſæculari. & quid in impetrante ab Ordinario inferiore, aut in excommunicato occulto. numer. 466. vel in ſuſpenſo, aut interdicto; num. 467. vel irregulari; num. 468. & ibi quid in facultatibus abſoluendi vigore Iubilæi, aut Bullæ Cruciatæ.*

469. *Abſolutio à cenſuris ad effectum, ſeu clauſula, teque à quibuſuis, &c. quibus non proſit.*

470. *Clauſula*, teque à quibuſuis, *&c. appoſita in reſcripto Legati, aut alterius Ordinarij a quibus cenſuris abſoluat.*

471. *Dignitas impetrantis beneficium, ſeu alterius beneficij quod is obtinet, an exprimenda ſit in impetrando alio beneficio, ſeu derogatione qualitatis ipſius.*

472. *Impetrans derogationem vnius qualitatis appoſitæ in fundatione beneficij non tenetur facere mentionem prioris derogationis alterius qualitatis: ſecus in derogationibus eiuſdem qualitatis, cùm inter vtramque derogationem eſt aliqua contrarietas.*

473. *Impetrans derogationem qualitatis in beneficij fundatione appoſitæ mentionem facere debet omnium vinculorum, ſeu impedimentorum, quæ ſingula à derogante cognita eum auertierem ab omnimoda, vel certè à tali conceſſione.*

474. *Impetrans derogationem alicuius qualitatis in beneficij fundatione appoſitæ explicare tenetur eius derogationis prohibitionem a fundatore factam.*

475. *Prohibitio fundatoris, aut alterius teſtatoris, ne Epiſcopus, aliúſve ſuperior Eccleſiaſticus ſe intromittat in exequenda eius pia voluntate, an valeat.*

476. *Fundator Capellaniæ, ſi mandet eam erigi in titulum, an poſſit prohibere, ne Epiſcopus in eius proniſione vllatenus ſe intromittat. & quid in Capellania mercenaria, neque ita inſtituta, vt erigatur in titulum, ſeu beneficium Eccleſiaſticum; num. 477. & duob. ſeqq.*

478. *Epiſcopus habet curam, & executionem piarum diſpoſitionum ſaltem data negligentia heredum, & executorum à defuncto deputatorum; & an excludi poſſit à viſitatione per teſtatorem.*

479. *Fundator Capellaniæ quando cenſeatur prohibuiſſe, ne ea in titulum, ſeu beneficium erigatur; & ibi, quòd hæc prohibitio valet. erigi autem poteſt in titulum, quando voluntas teſtatoris non reluctatur. 480. & quando dicatur eius voluntas non reluctari. 481.*

482. *Falſa expreſſio eorum, quæ ſuppreſſa ſurreptitiam, ac nullam reddunt derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, eam derogationem vitiat.*

483. *Impetrans beneficium falsò exprimens, ſe aliud non habere, nulliter impetrat. idem eſt in mentiente ſe clericum, vel beneficium eſſe vacans; num.484.*

485. *Modus vacationis falsò expreſſus an, & quando vitiat impetrationem beneficij. & quid in ma-*

teria

teria non odioſa ; num. 486. *aut cùm de eius vero vacationis modo certa notitia non habetur ; num.* 487.

488. *Valor beneficij falsò expreſſus an, & quando vitiet gratiam ſuper ipſo beneficio ; & numer. ſeq.*

489. *Cardinales an ligentur regulis Cancellariæ, ac diſpoſitionibus odioſis iuris communis.*

490. *Falſa expreſſio cauſæ, vel qualitatis, quæ ſuppreſſa, aut verè expreſſa redderet faciliorem ſuperiorem ad concedendam derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, adiecta demonſtrationis gratia, eam derogationem vitiat : ſecus ſi adiecta ſit taxationis gratia, ſeu conditionaliter.*

491. *Falſitas vnica cauſa etiam impulſiua, quæ expreſſa fuit in derogatione qualitatum beneficij, eam vitiat ; & quid ſi ex pluribus cauſis expreſſis aliqua ſint veræ, aliquæ falſæ.*

492. *Ignorantia iuris, vel facti in tacendo exprimendum, vel falsò aliquid exprimendo, an excuſet à nullitate gratiam derogationis qualitatum beneficij. & quid in exprimente ſub dubio, aut qualitatem beneficij, aut cauſam derogationis ; num.* 493.

494. *Taciturnitas veri, vel expreſſio falſi per fraudem, vel malitiam in impetranda derogatione qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum gratiam in totum vitiat, licèt ea taciturnitas, vel expreſſio fuerit cauſa ſolius formæ.*

495. *Taciturnitas veri, aut falſi expreſſio in vna parte reſcripti derogationis qualitatum beneficij an, & quando vitiet aliam.*

496. *Surreptio, vel obreptio doloſa in vna parte gratioſæ derogationis qualitatum beneficij non irritat ipſo iure, & in foro conſcientiæ illam partem connexam, quæ vitio caruit.*

497. *Taciturnitas veri, aut falſi expreſſio circa cauſam impulſiuam vnius partis reſcripti derogationis qualitatum beneficij non vitiat totum reſcriptum.*

498. *Expreſſio alicuius cauſæ an neceſſaria ſit in impetranda derogatione alicuius qualitatis in beneficij fundatione appoſitæ.*

499. *Error in nomine illius, cui impetratur derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum eam non vitiat, vbi aliàs conſtet de corpore, hoc eſt, de perſona, cui ſit impetratio. & quid, ſi error contingat in nomine diœceſis ipſius ; num.* 500. *aut eius, contra quem ſit impetratio ; num.* 501.

502. *Error in vocabulo, aut alia demonſtratione rei, circa quam verſatur derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, vel potiùs verſantur hæ qualitates, vbi aliàs ſatis conſtet, quòd de ea re ſenſerit impetrans, vel concedens derogationem, talem impetrationem, vel conceſſionem non vitiat.*

503. *Falſa demonſtratio an, & quando vitiet Legatum, aut aliam diſpoſitionem.*

504. *Falſa cauſa adiecta derogationi alicuius qualitatis in fundatione beneficij appoſitæ an, & quando vitiet ipſam derogationem.*

505. *Falſa expreſſio vnius maioris vinculi, ſeu impedimenti loco minoris diuerſæ ſpeciei, vel minoris loco maioris eiuſdem ſpeciei, derogationem qualitatis beneficij vitiat : ſecus in falſa expreſſione maioris vinculi loco minoris in eadem ſpecie ; niſi pròprium vinculum de iure, aut ſtylo Curiæ foret exprimendum.*

506. *Mandatum ſpeciale an requiratur ad impetrandum reſcriptum ad lites, cui acceſſoria ſit derogatio alicuius qualitatis in fundatione beneficij appoſitæ. & quid ſi ea derogatio impetratur per reſcriptum gratiæ ; num.* 507.

508. *Gratia derogationis qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, vel commiſſionis ad derogandum alteri impetrata ei non prodeſt, niſi poſt eiuſdem ſcientiam, & acceptationem ab ipſo, vel alio ab eo ſpeciale mandatum habente faciendam. & quid, ſi vinculum, ſeu impedimentum, quod tollitur, ad plures pertineat ; num.* 509.

QVÆRO SEXTO, quænam obſeruanda ſint ab impetrante derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum.

Poſtquam in ſtatim præced. quæſtione egimus de proxima cauſa efficiente derogationis huiuſmodi qualitatum appoſitarum in fundatione beneficij : ſequitur, iuxta methodum quam initio præced. capitis in illius, & conſequentium capitum quæſtionibus obſeruandam propoſuimus, vt in præſenti quæſtion. huius capitis de eiuſdem derogationis cauſa quaſi formali ex parte illam impetrantis videamus ; nimirum de iis, quæ ab eo in tali impetratione obſeruanda ſunt : illud etiam inferentes, quod de cauſa finali reliquum fuit ab iis, quæ de illa diſſeruimus *quæſtion. 3. concluſ. 4. huius cap.* acturi in ſeq. quæſtion. de eadem cauſa formali ex parte derogantis, ſeu de forma, quam obſeruare debet is, qui alicui ex prædictis qualitatibus vult derogare. Et quidem quoad præſentem quæſt. in prima concluſ. videndum nobis erit, an aliqua cauſa requiratur ad valorem, & honeſtatem derogationis prædictarum qualitatum : in ſecunda verò concluſione ſingulas huiuſmodi cauſas ; ac denique in reliquis concluſionibus, quid in impetratione exprimendum ſit, ac cætera, quæ ad præſentem quæſtionem pertinent, breuiter tamen, proſequemur ; id quod etiam proportionabiliter quoad fideicommiſſorum derogationem præſtitimus *cap. præced. quæſt. 6.*

PRIMA igitur CONCLVSIO ſit. Regulariter † aliqua cauſa requiritur in impetranda derogatione qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, non modò vbi derogatio facienda ſit ab inferiore, verùm etiam vbi à Rom. Pontifice. Prior pars, quæ eſt quoad inferiorem, vt ſi nulla ſubſit cauſa, & illicita ſit, & inualida derogatio ; ſatis probatur primò ex iis, quibus hoc vtrumque generatim de commutatione vltimæ voluntatis comprobauimus ſup. *cap. 6. quæſt. 1. concl. 1.* præcipuè verò ex Petr. de Vbald. qui id in ſpecie ſentit *in ſuo tract. de canon. Epiſc. & parœch. cap. 7. num. 37.* ſic intelligens *cap. nos quidem, de teſtament.* ad quod etiam optimè facit text. *in l. legatum, ff. de vſu, & vſufr. legat. & l. legatam, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* necnon quia inferior nequit diſpenſare contra legem ſuperioris, *cap. inferior, 21. diſtinct. cap. cùm inferior, de maiorit. & obed. & Clement. ne Romani, in princ. de elect.* commutatio autem vltimæ voluntatis ; (cuius, vt iam non ſemel in hoc cap. tradidimus, ſpecies quædam eſt derogatio qualitatum beneficij, de qua nunc agimus ;) regulariter iuri communi poſitiuo aliquo ſaltem modo aduerſatur ; vt conſtat ex iuribus adductis ſup. 412.

cap. 3. quæſt. 3. concl. 1. multò verò magis eidem iuri contraria eſt derogatio prædictarum qualitatum beneficij, vt ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concl. 3.* oſtendimus; éſtque contra illud ipſum ius diſpenſatio, vt *quæſt. præced. concl. 17. circa medium*, ex eo docuimus, quòd diſpenſatio eſt quædam iuris relaxatio. hoc ipſo autem, quòd aliquid ab inferiore fit contra ius humanum, ſeu contra leges ſine cauſa, id irritũ eſt, ac nullũ, vt conſtat ex *l. non dubium, C. de legib. & cap. quæ contra ius, de reg. iur. in 6.* Vnde conſurgit ſecundum principale fundamentum huius prioris partis, quæ etiam tertiò confirmatur ex eo, quòd in ſpecie, qualitatibus beneficij inferiorem derogare non poſſe, ſatis colligitur ex latiùs adductis ab Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benef. part. 1. cap. 13. num. 54. & part. 2. cap. 12. num. 13. verſ. primò, vt non procedat, & verſ. tertiò fallit, ad fin.* iuncto *num. 16. & 18.* cum aliquot ſeqq. dum *d. cap. 13. num. 54.* ait, ſuſtineri poſſe ſecundùm ius commune opinionem Abb. antiq. & Hoſtien. quos refert, & ſequitur Abb. Panorm. *in cap. de multa, num. 19. de præben. & dignit.* necnon eiuſdem Panorm. *in cap. extirpandæ, §. qui verò, num. 37. cum ſeq. eod. tit.* & Ioan. Bertach. *in repertor. verbo, diſpenſatio, verſ. ſi principaliter,* quæ habet, quòd † propter præciſam neceſſitatem, vel vtilitatem publicam ipſius Eccleſiæ Epiſcopus diſpenſare poſſit ad duo beneficia curata; quod deinde latiùs oſtendit *in d. 2. part. cap. 12. num. 16.* iuncto eo, quod *d. cap. 13. num. 54. & d. cap. 12. num. 15. 17. 19. & 20.* ex communi fusè docet, regulariter non poſſe Legatum, aut Epiſcopum hac in re diſpenſare. *in d.* autem *cap. 12. num. 13.* cùm in princ. poſt alios tradidiſſet, Legatum diſpenſare poſſe cum aliquo, vt poſſit retinere plura beneficia, quæ non ſunt Epiſcopatus, dignitates, perſonatus, aut curata beneficia; ſubdit *eod. num. 13. verſic. primò, vt non procedat*, declarans, id non procedere, quando quis haberet beneficia aliàs ſufficientia ad congruam ſuſtentationem; quia tunc non poteſt diſpenſare Legatus ex eo, quòd non poteſt aſſignari congrua ratio ad diſpenſationem: & *verſ. tertiò fallit, ad fin.* ait, in ea quæſtione, an Legatus de latere poſſit diſpenſare ſuper beneficiis curatis, vel dignitatibus, ſeu perſonatibus ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ, dicendum eſſe, prout ſubiicit *in ſeq. concl.* circa poteſtatem Epiſcopi in iis diſpenſandi. nam quoad hoc, inquit à pari procedere Legatum de latere, & Epiſcopum, ex Andr. Gambar. *in tract. de offic. & poteſt. Legat. lib. 5. tit. an Legatus poſſit plura beneficia vni conferre, num. 98.* ipſe verò Hoied. *concl. ſeq. ſub num. maximè 16.* vt vidimus, iuncto *num. 25. cum tribus ſeqq.* in Epiſcopo diſpenſare eum poſſe latè defendit. *num.* autẽ *34. vſque ad 38.* in initio diſertis verbis tradit, ac tuetur, inferiores Rom. Pontifice diſpenſare non poſſe circa pluralitatem beneficiorum ſine cauſa. At verò *2. part. cap. 12. num. 44.* id poſt multos aſſerit, vnde huius prioris partis concluſ. extenſio ſumi poteſt, nimirum inferiorem à Principe, licèt ab eo poteſtatem habeat diſpenſandi contra ius humanum, ea vti debere cum cauſa, alioqui diſpenſatio non tenebit in vtroque foro. Atque hæc quidem ſunt fundamenta huius prioris partis generalia, & remota.

413.

Nunc hæc eadem prior pars concluſ. probatur ſatis in ſpecie ex eo, quod poſt Abbat. & Felin. *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* & alios tradit Lambertin. *in tract. de iurepatr. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 30.* paſſim, præſertim verò *numer. 6. 7. 8. 12. 15. & 18. cum ſeq.* poſſe Epiſcopum cum cauſa, & non aliter, & cum conſenſu heredis, aut alterius ſucceſſoris eius, qui fundauit beneficium, illius qualitates alterare. id quod etiam tradit *ead. part. 1. quæſt. 10. art. 7. numer. 2.* iuncto *num. 3. & lib. 3. quæſt. 5. art. 3. num. 4.* Poſterior pars concluſionis probatur tum ex iis, quibus id generatim de commutatione vltimæ voluntatis docuimus ſuprà *cap. 6. quæſt. 1. concl. 2.* circa initium quidem cauſam requiri in eius conceſſione à Principe facienda, ne illicita ſit; ante medium verò vſque ad fin. ad hoc, vt valeat: maximè ex eo, quòd Princeps non poteſt tollere ius tertij, ſeu ei præiudicium inferre ſine cauſa: quòd nequit ſine cauſa diſpenſare contra ius poſitiuum maximè in naturali ratione fundatum; & vtens tali diſpenſatione † non eſt tutus coram Deo: id quod præter *ibi* citatos, tenẽt plerique relati, & probati ab Alphonſ. Hoied. *d. tract. de incompatib. benef. part. 1. cap. 19. num. 15. cum duob. ſeqq. & part. 2. cap. 12. num. 41.* tum ex iis, quibus idem Hoied. *d. cap. 12. num. 39. vſque ad 45.* latè probat, diſpenſatum à Rom. Pontifice circa pluralitatem beneficiorũ ſine cauſa, licèt tutus quoad Eccleſiam militantem, non tamen quoad triumphantem; & ſic non valére diſpenſationem quoad Deum, præcipuè ex Hoſtien. *in cap. audiens, il 2. de elect.* Ioan. Andr. *in cap. de multa*, & *ibi* Abb. *num. 20. de præben.* Bertach. *in d. repertorio, verbo, diſpenſatio, verſ. adde hic vnum ſingulariſſimum*, dicente, ita fuiſſe determinatum in Academia Pariſienſi poſt ſolemnem diſputationem Silueſtr. *in ſumma, verbo, beneficium, 4. num. 4.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de diſpenſ. ſuper plural. benef. num. 54.* & Gambar. *vbi ſupra num. 84. & ſeq.* facitque optimè text. *in d. cap. de multa, §. fin.* ibi; circa ſublimes tamen, & litteratas perſonas, quæ maioribus ſunt beneficiis honorandæ, cùm ratio poſtulauerit, per Sedem Apoſtolicam poterit diſpenſari: quem text. ad hanc quoque rem ponderat Hoied. *d. part. 2. cap. 12. num. 34.* licut *part. 1. cap. 13. num. 58. verſ. & quamuis, poſt medium*, adducit text. *in cap. 1. de cauſ. poſſ. & proprie.* vbi Pontifex profitetur, ſe non poſſe contra inauditam partem aliquid definire; & *cap. nos in quemquam*, quod eſt *1. cauſ. 2. quæſt. 1.* quæ iura, & ſimilia, inquit, ſi cum iudicio expendantur, principaliter ad quæſtiones beneficiales applicanda ſunt; quia de his frequenter agitur in Decretalibus, & decifionibus iuris canonici. Optimè quoque, meo iudicio, ſumi poteſt argumentũ ab eo ſaltem, quòd negant Doct. de diſpenſatione in pluralitate beneficiorum ad derogationem qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum: tum quòd non diſtinguunt de pluralitate prohibita à iure, vel à fundatore; tum quòd, vt iam ſæpè docuimus, prædicta derogatio eſt diſpenſatio contra ius, quæ eam expreſsè prohibuit ſaltem in Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat.* & tacitè, præcipiendo earum qualitatum obſeruantiam, vt latiùs oſtendimus ſup. *quæſt. 3. huius cap. concl. 3.* tum quia difficiliùs diſpenſatur in pluralitate beneficiorum prohibita in fundatione, quàm in prohibita à iure, vt docet inter cæteros Lambertin *tract. de iurepatr. lib. 2. part. 1. quæſt. 10. art. 6.* per tot. Tum denique ex traditis à Ioanne Azor. *Inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. quæſt. 17. circa initium.* An verò, & quando cauſa præſumatur in Rom. Pontifice, aut eo inferiore qualitatibus huiuſmodi beneficij derogante, facilè colligi poterit ex iis, quæ hac in re quoad commutationem vltimarum voluntatum addiximus *d. cap. 6. quæſt. 1. concl. 3. & 4.*

414.

SECVNDA CONCLVSIO. Cauſa derogationis qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum † non neceſſariò debet earum executioni obſtare; ſed ſufficit neceſſitas aliunde prouenies, quàm

415.

quàm ex impoſſibilitate, aut magna difficultate executionis rei diſpoſitæ: neque ſemper debet cómune bonum directe continere; ſed ſat nonnumquā erit, quòd illud indirectè in bono priuato contineatur; atque adeò ſufficit aliquando priuata vtilitas cum aliquo communi bono coniuncta. Prior pars concluſionis probatur primò ex iis, quibus eam quoad commutationem vltimæ voluntatis latè comprobauimus ſup. *cap. 6. quæſt. 2. concluſ. 1.* iuncta *concluſ. 3.* Secundò, ex eo, quod Alphonſ. Hoied. *d. tract. de incompatib. benef. part. 1. cap. 13. num. 54.* & latiùs ex communi *part. 2. cap. 12. num. 16. 17. 22. 25. & 55.* non diſtinguendo de neceſſitate, immo potiùs loquens de neceſſitate aliunde proueniente, quàm ex impoſſibilitate, aut magna difficultate executionis rei diſpoſitæ tradit, poſſe Epiſcopum propter neceſſitatem Eccleſiæ diſpenſare ad duo beneficia curata. Denique magis in ſpecie id ſentit loquens de diſpenſatione in qualitatibus beneficij poſt alios Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 30. num. 6. 7. 8. 12. ac 15. & quæſt. 10. art. 7. num. 3.* necnon *lib. 3. quæſt. 6. art. 7. num. 5. in fine.*

416. Poſterior pars concluſionis quoad hoc, vt † ſufficiat vtilitas publica, ſeu bonum commune ad derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum; probatur tum ex iis, quibus ſup. *cap. 6. quæſt. 2. concl. 3. & 5.* oſtendimus, hanc vtilitatem, ſeu Eccleſiæ ſufficere ad commutationē vltimarum voluntatum; ſub qua tamquam ſub genere contineri prædictam qualitatum beneficij derogationem, iam ſæpè admonuimus. Tum ex eo, quod Hoied. *d. tract. de incompatib. benef. part. 1. cap. 13. num. 54.* & latiùs *part. 2. cap. 12. num. 15. ad fin.* iuncto *num. 16. 17. 18. 20. 22. 24. 25. 57. 59. & 60.* docet, Epiſcopum, Legatum Sedis Apoſtolicæ, ac multò magis Rom. Pontificem ob euidentem Eccleſiæ vtilitatem poſſe in pluralitate beneficiorum etiam aliàs de iure prohibita diſpenſare. Eadem verò poſterior noſtræ concl. pars quoad hoc, vt neceſſe non ſit, derogationem prædictam ſemper continere directè bonum
417. commune; ſed plerumque ſat ſit, vt † ea redundet in bonum commune, ſeu publicam vtilitatem, eámve habeat coniunctam etiam minùs principaliter; priuatam verò vtilitatem directè, ac principaliter contineat, ſeu reſpiciat: probatur tum ex iis, quibus id de commutatione vltimæ voluntatis oſtendimus ſuprà *d. cap. 6. quæſt. 2. concl. 2.* non longè ab initio, ferè vſque ad finem, *& concluſ. 5.* in poſterioris eiuſdem pactis confirmatione: tum ex eo, quod de diſpenſatione in pluralitate beneficiorum curatorum, perſonatuū, aut dignitatum tradit poſt alios Hoied. *d. tract. de incompatib. benef. part. 2. cap. 12. num. 16. 18. 46. & 50. vſque ad 54.* eam fieri poſſe a Rom. Pon-
418. tifice † ob priuatum commodum redundans in bonum commune, illúdque licèt minùs principaliter coniunctum habens; inter cætera per text. *in d. cap. de multa, in fin. de præben.* dum *inibi* decernitur, quòd ſuper pluralitate prædictorum beneficiorum cum ſublimibus, & litteratis perſonis poterit per Sedem Apoſtolicam diſpenſari. Nam *d. num. 16. circa medium*, ait, hunc text. ſolummodo loqui quando diſpenſatio fit principaliter ad honorem, & prærogatiuam perſonæ, & in hoc ſolo caſu derogat text. *in c. Sanctorum, 70. diſt.* vbi habetur, quòd Epiſcopi diſpoſitione vnus diuerſis præeſſe poteſt Eccleſiis: (qui tamen text. meo iudicio, ita accipiendus eſt, vt ille præſit citra titulum, vt patet ex verbis antecedentibus, & ſubſequentibus.) quicquid autem de hoc ſit, ſubdit *ibidem* Hoied. rationem prædictæ correctionis in caſu, quo diſpenſatio fit ob honorem, & prærogatiuam perſonæ poſſe ſumi ex indiſcreta Epiſcoporum diſpenſatione: vnde Papa, vt huic incommodo obuiaret, voluit ſibi ſoli reſeruare diſpenſationem, quando fieri debet principaliter propter prærogatiuam perſonarum, quia ex dilatione huius caſus nullum imminet periculum Eccleſiis, ſed quando fieri debet principaliter propter vtilitatem, ſeu neceſſitatem Eccleſiarum, voluit ius antiquum remanere incorrectum, quia ex dilatione potuiſſet irrogari Eccleſiis præiudicium maximum. Idipſum verò magis explicans *d. num. 18. in initio*, iuncto *num. precedenti in fin.* ait diſpenſationem ſuper prædicta beneficiorum pluralitate fieri poſſe duobus modis propter vtilitatem, vel neceſſitatem Eccleſiæ: primo modo principaliter propter prærogatiuam perſonarum, ſecundariò tamen propter vtilitatem, vel neceſſitatem Eccleſiæ, ideſt, propter bonum publicum ſpirituale Eccleſiæ generalis, vtputa, quia clericus eſt perſona litterata, vel nobilis, & ſecundùm eius qualitatem non poteſt commode viuere ex reditibus vnius Eccleſiæ; tamen ſi habebit duas, poterit prodeſſe Eccleſiis particulariter, & generaliter, defendendo earum iura, conſulendo, &c. & ſic principaliter fit hæc diſpenſatio ob reſpectum perſonæ, vt habeat reditus plurium Eccleſiarum, & ſecundariò fit ob vtilitatem, ſeu neceſſitatem Eccleſiarum, & in hoc caſu videtur loqui text. *in d. cap. de multa*, vt ſolus Papa diſpenſet, & iſte eſt proprius caſus illius cap. ponderando ea verba; *circa ſublimes tamen, & litteratas perſonas, quæ maioribus beneficiis ſunt honoranda.* Secundo modo fieri poteſt prædicta diſpenſatio principaliter propter vtilitatem, ſeu neceſſitatem Eccleſiarum, nulla differentia habita, an ſit perſona litterata, aut ſublimis; an illiterata, vel vilis; ſed ſolùm ponderando, quod fit principaliter propter vtilitatem Eccleſiarum. & in hoc caſu, inquit, poteſt procedere, & intelligi præfata opinio, quod etiam inferior in ea pluralitate poſſit diſpenſare. & *d. num. 46.* inter cauſas iuſtas, & ſufficientes ad diſpenſandum circa beneficiorum pluralitatem primam ponit † nobilitatem beneficiarij, ex text. *d. cap.* 419.
de multa, Tiraq. *tract. de nobil. cap. 20. num. 13.* & expreſsè Innoc. *d. cap. dudum, il 2. ad fin. verſ. item ſi Papa, de elect.* vbi inquit, quòd ſola nobilitas ſine litteratura ad hoc ſufficit; necnon Io. Andr. *cap. cùm in cunctis, col. 4.* & *ibi* Abb. *in 4. notab. eod. tit.* atque ad id multa adducit vſque ad *num. 52.* præcipuè verò *num. 50. ad fin.* reſpondens ad id, quod obiici poterat, ſicut apud Deum, ita apud eius Vicarium, & miniſtros non debere eſſe acceptionem perſonarum; ſed habeti reſpectum ad merita, & bonum commune; ait, quòd, licèt diſpenſando cum nobili, digno tamen, videatur haberi reſpectus ad priuatum commodum, nihilominus habetur etiam reſpectus ad bonum publicum quod per iſtos nobiles prouenit vniuerſis; & ita, inquit, ſentire D. Thom. quē referunt, & ſequuntur Io. Andr. & Panorm. *d. cap. de multa, num. 7. & 8. de præben.* quod prouenit, vt idemmet Hoied. ſubdit & latiùs confirmat *d. cap. 12. n. 51.* ex virtutis præſumptione, quæ eſt in nobilibus. *n.* autem 52. pro ſecunda cauſa prædictæ diſpenſationis affert litteraturam ex text. *d. cap. ex multa, in fin. de prabend.* & *ibi* gloſ. *verbo, litteratas*, Abb. *n. 5.* & aliis. ad quod pleraque adducit *ibidem* Hoied. vſque ad *n. 54.* quibus adde bonū text. *in cap. fin. de magiſtr. & cap. cùm ex eo, de elect. in 6.* cum vtrobique not. præcipuè quoad hoc, vt ea priuilegia, quæ litteratis perſonis conceduntur, redundent in commune bonum, ſeu publicam vtilitatem: id quod etiam in ſpecie derogationis certæ qualitatis in beneficij fundatione appoſitæ expreſsè tenet Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 30. num. 15.* dum poſt Corſet. *in cap. cùm acceſ-*

ſiſſent, char. 3. dicit; ad hoc, vt poſſit Epiſcopus cum heredis conſenſu conferre beneficium ſacerdotale non ſacerdoti, contra fundatoris diſpoſitionem, ſufficere pro cauſa, præſentandam eſſe perſonam multum doctam, & morigeratam, & ſic vtilem ipſi Eccleſiæ, arg. *cap. de multa, de præben.* & eorum, quæ dicit Abb. *d. cap. dudum, il* 2. *in 4. not. de elect.* id quod Corſet. *vbi ſupra*, ait, ſe bis obtinuiſſe. Quinimmo
420. ſola priuata vtilitas † aliquando ſufficiet pro cauſa prædictæ derogationis qualitatum beneficij, vt poſt Corſett. *ibi* ſentit Lambertin. *d. num.* 15. dum in mox memorato caſu contrariæ diſpoſitionis fundatoris ex eo auctore tradit, cauſam ſufficientem, vt beneficium illud cõferatur non ſacerdoti, eſſe, quòd præſentandus ſit de familia heredis eius, qui beneficium fundauit, cui ipſe vellet potius benefacere, quàm alteri, in reliquis tamen eo exiſtente idoneo; per *cap. non ſatis, 86. diſt.* cum ſimil. quia primò noſtratibus, quàm alienis benefacere debemus, vt *ibi*; & etiam quia eſt de genere fundatoris, cum quo facilius eſt diſpenſandum; & paulo pòſt ſubdit, legem illam, vt non niſi ſacerdos præſentetur; non eſſe ita appoſitam per primum patronum, vt eius ſucceſſor non poſſit vtilitati Eccleſiæ, & ſuorum prouidere, cauſa exiſtente quæ moueret etiam fundatorem, ſi viueret. Idipſum autem ex eo etiam confirmatur, quod poſt Rebuff. *in prax. benef. tit. de diſpenſat. ad plura beneficia, num.* 50. tradit Hoted. *d. cap.* 12. *n.* 61. cauſam ſufficientem ad diſpenſandum ſuper pluralitate beneficiorum eſſe meritorum prærogatiuam, præcipuè per text. *in cap. tali,* 1. *quæſt.* 7. Atque hæc de præſenti concluſ.

TERTIA CONCLVSIO. Vbi nec ex iure, neque ex ſtylo Curiæ conſtat, qualitatem aliquam fore in impetratione derogationis qualitatum beneficij per fundatorem appoſitarum exprimendam; †
421. tunc dumtaxat certæ qualitatis taciturnitas reſcriptum vitiabit, quãdo veritate cognita ſuperior illud non concederet, vel non niſi cum quibuſdã moderationibus; ſecus quando eodẽ modo concederet, licèt multò difficiliùs: atque ita ſolius cauſæ finalis taciturnitas vitiabit gratiam. Et quidem, quòd, ſi non exprimantur ea, quæ ius, aut ſtylus Curiæ vult exprimi, eorum taciturnitas, licèt cauſam finalem non inducant, noceat, & reſcriptũ vitiet, breuiter oſtendemus in ſeq. concluſ. quòd autem iure, & ſtylo ceſſantibus, taciturnitas cauſæ finalis vitiet gratiã, conſtat ex eo, quod in omni gratia probat Sanch. *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 21. *num.* 17. *ac ſeq.* ex fuſiùs per ipſum adductis *num.* 11. *&* 12. præcipuè verò ex text. *in cap. poſtulaſti, de reſcript.* & *ibi* Dec. *notabil.* 4. *num.* 11. *in nou.* necnon ex *cap. fin. de fil. preſb. in* 6. quæ iura ad id ponderauimus ſup. *cap.* 6. *quæſt.* 3. *concl.* 3. *circa initium*; ſimul ad idem multos afferentes. In quo pariter conueniunt Doct. vtriuſque ſententiæ, & qui nimirum tenent, etiam taciturnitatem cauſæ impulſiuæ id efficere, relati à Sanchez *d. diſp.* 21. *num.* 10. & probati à Garz. *tract. de benef. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 198. *cum tribus ſeqq.* & qui ſentiunt, ſolùm ex taciturnitate cauſæ finalis gratiam vitiari: ex quo comprobatur poſterior pars noſtræ concluſ. id verò fusè tradit Sanchez *d. diſp.* 21. *num.* 17. *ac* 18. ex adductis per ipſummet *num.* 11. *&* 12. potiſſimùm autem ex text. *in cap. dudum, verſic.* ſeu §. *nos igitur, de prabend. in* 6. ibi; conſiderantes quoque, quòd nos, expoſito nobis de poteſtate prædicta, litteras nihilominus gratioſas daremus in dictis partibus, non habita mentione de ipſa: & tum ex illa ratione, quia ſurreptio, & defectus cauſæ impulſiuæ, quæ ſolùm retardaret à tam facili conceſſione, non auferet voluntarium neceſſarium ad valorem conceſſionis eorum, quæ à gratuita concedentis voluntate pendent; prout videmus in Legato, *l. tale pactum, §. falſam cauſam, ff. de condit. & demonſtr.* & in aliis diſpoſitionibus communiter docent ſcriben. *in l. ſi mulier, C. de inr. dot. cap. poſt tranſlationem, de renuntias.* atque alibi ſæpe: tum ex illa ratione, quòd nemo dixerit, non valere impetrationem alicuius gratiæ, licèt impetrans multis criminibus ſit irretitus, dummodo nullo impedimento à iure ob eam obtinendam inducto affectus ſit; cùm tamen meritò præſumatur, ſuperiorem non conceſſurum, ſi ea crimina noſſet, ex qua ratione ſumitur notabilis extenſio huius poſterioris partis noſtræ concluſ. quòd ſcilicet † non 422.
fint neceſſariò exprimendæ qualitates extrinſecæ, licèt, ſi cognitæ eſſent ſuperiori, eum auerterent à conceſſione, vt latiùs deduximus *d. concl.* 3. poſt Sanchez *d. num.* 11. *&* 18. Altera extenſio ſumitur ex adductis per nos *eadem concl.* 3. vt nimirum qualitas, quæ alioqui neceſſariò exprimi deberet, poſſit non exprimi, † ſi eius ſcientia probari poſſit in con- 423.
cedente. idémque erit, vbi ea qualitas, ſeu veritas notoria ſit, vt *d. concl.* 3. oſtendimus: vnde etiam duæ aliæ reſtrictiones prioris partis, ſeu totidem extenſiones poſterioris partis præſentis concluſionis ſumi poſſunt; videlicet, quòd qualitas illa ſola, quæ de præſenti, non autem, quæ de futuro Principem à conceſſione auerteret, ſit exprimenda; quódque exprimenda neceſſariò non ſit qualitas, quæ, licèt cognita remoueret Principem à conceſſione gratiæ, tamen tacitè ineſt in eius impetratione, ſeu alia qualitate expreſſa; qualis eſt reſeruatio generalis in corpore iuris clauſa.

Quòd ſi petas, † vnde cognoſci poſſit, qualitates 424.
conducere ad prædictæ derogationis conceſſionẽ, & tales fore, vt iis expreſſis ſuperior huiuſmodi gratiã non concederet; atque an in dubio inducant cauſam finalem, vel impulſiuam; & alia, quæ ad huius concluſionis declarationem pertinent, ſumenda ſunt ex iis, quæ ſcripſimus *d. cap.* 6. *quæſt.* 3. ſtatim poſt *concl.* 3. & inf. hac ipſa quæſt. *concl.* 6. *declarat.* 3. *& ſequentib.* dicemus. Illud autem hoc loco prætereundum non eſt, quòd, † licèt collatio beneficij ab Ordinario, & 425.
quibuſlibet collationem beneficiorum habentibus Sedis Apoſtolicæ Legato inferioribus facta aliud beneficium obtinenti valeat, etiamſi de tali beneficio mentio habita nõ fuerit, vt expreſsè cauetur *in Clem.* 2. *de offic. ordin.* quod procedit etiam quoad expreſſionem valoris illius beneficij; prout ex Felin. qui alios citat, *in cap. ad aures, num.* 15. *concl.* 14. *de reſcript.* ac Io. Selu. *in tract. de benef.* 3. *part. quæſt.* 12. *à num.* 56. tradit Sanch. *d. lib.* 8. *diſp.* 21. *n.* 4. idque etiam reſpectu valoris beneficij, quod impetratur, vt poſt multos docebimus *concl. ſeq.* in quinta qualitate exprimenda *declar.* 2. quinimmo procedit etiam in quacumque qualitate beneficij, quod impetratur, vt apertè tenet Sanch. *d. num.* 4. & Sel. ſuprà, *num* 57. ac ſentiunt plerique Doct. relati, & probati à Garz. *d. tract. de benef. part.* 6. *cap.* 2. *à num.* 219. *vſque ad* 223. *part.* 8. *cap.* 3. *num.* 3. *& part.* 10. *cap.* 1. *num.* 45. *& ſeq.* atque ex his Menoch. *de arbitr. ind. caſ.* 201. *num.* 70. *&* 150. cum aliquot ſeq. iuxta poſtremam editionem. Tamen verum non eſſe puto, quod poſt alios tradit Garz. *d. cap.* 5 *num.* 6. *&* 7. atque inſinuat *d. num.* 45. *&* 46. indiſtinctè nullam ſurreptionem habere locum in gratia Ordinarij: contrarium enim † ſatis 426.
probat Sanch. d. *num.* 4. tum ex Doctoribus per eum relatis *num. præced.* qui indiſtinctè loquuntur, & rationibus *ibidem* per eum adductis, quæ militant etiã in Ordinariis: tum quia idem defectus intentionis in concedente oriens ex taciturnitate veritatis, vel expreſſione falſitatis inducentis ad conceſſionem reperitur

peritur in inferioribus,ſicut in Rom. Pontifice, vel eius Legatorum quia nemo diceret,diſpenſationem in voto non nubendi impetratam ab Epiſcopo validam eſſe,allegata falſa cauſa vehementis periculi incontinentiæ, vel tacita circumſtantia neceſſariò explicanda, vt, ſi ſimul eſſet votum non nubendi, & aſſumendi ordinis ſacri. Neque aliquis ex Doctoribus, quos allegat Garz. ita indiſtinctè aſſerit, non dari ſurreptionem in impetratione gratiæ ab Ordinario,excepto Emanuele Sà *in ſumma, verbo, gratia, num.* 22. qui etiam incautè ſolum Rom. Pontificem ab hac ſua regula excludit; cùm tamen ſaltem in collatione beneficij omnino excludendus quoque ſit Legatus Sedis Apoſtolicæ, vt patet ex *d. Clem.* 2. *de offic.ordin.& cap. vlt.de offic.legat. in* 6. cautè verò loquutus eſt Nauar. *conſ.*2. aliàs 43. *num.* 1. *de tempor. ordin.* dicens, gratias Ordinarij non fieri nullas ex omni ſurreptione; & cautiùs Selu. *vbi ſuprà num.*55. *ad* 63. & Pariſ.*tract.de reſign. benef.lib.*8.*quæſt.*9.*num.* 66.*vſque ad* 32. quos citat Garz.*d.num.*3. dicunt,non committi ſurreptionem coram Ordinario in iis,quæ ex iure præſumuntur circa qualitates beneficiorum, & perſonarum ea impetrantium; de quibus ij dumtaxat loquuntur, ſicut & cæteri ferè omnes allegati per Garz. *vbi ſuprà*,maximè Menoch.*d.caſ.*201.*num.* 153.*& ſeq.* neque obſtat id quod pro ratione affert
417. Garz. *d. num.* 3. Ordinarium † cenſeri prouidere motu proprio, & Eccleſiis, non perſonis; quod non contingit in Papa,vel Legato; vt multi tenent,quos *ibi* refert, *& part.*6. *cap.*2. *num.* 219. *cum tribus ſeqq.* nam, quod ad motum proprium pertinet,prædictus motus proprius fictus eſt, & valde improprius, non autem verus, & proprius; motu enim proprio tunc ſolùm gratia fieri cenſetur, cùm hoc expreſsè cautum fuerit in eadem, vt definiuit Rom. Pontifex *in cap.ſi motu proprio,in fin. de prebend. in* 6. vbi loquitur de præcipuo eius effectu, qui eſt tollendi vitiũ ſurreptionis. quoad id verò, vt Papa, & Legatus cenſeantur prouidere perſonis, & non Eccleſiis; vt accidit in Ordinario; præterquam quòd non modicam dictum hoc patitur difficultatem,vt patet ex Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.gloſ.* 4. *num.* 174. *vſque ad* 182. *&* 186. non video, quomodo inde rectè inferatur, non poſſe dari de ſurreptione ſaltem in quauis gratia Ordinarij, ſed ad ſummum in ſola prouiſione ab eo facienda de beneficio, prout ferè omnes Doctores à Garz. citat. vt diximus, loquuntur; & text. *in d. Clem.*2. *de offic.ordin.* quo potiſſimùm ij nituntur. De clauſula verò motus proprij, an ſtare poſſit cum poſtulatione, & inſtantia impetrantis, diximus ſuprà *cap.*6.*quæſt.*1. *concl.*3. *ad fin.* vbi etiam aliquid de eius clauſulæ effectu; de quo latiùs *eod. cap.* 6. *quæſt.* 3. *concl.*5 *& cap.*7. *quæſt.* 2. *concl.* 1. De clauſula autem *ex certa ſcientia*, nonnihil *d. concl.* 5. *ad fin.* & fuſiùs *d. quæſt.*2. *concl.*2.

QVARTA CONCLVSIO. Surreptio in tacenda qualitate, ſeu taciturnitas qualitatis, quæ de
418. iure,vel ſtylo Curiæ exprimẽda eſt, † reddit nullam impetrationem derogationis qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum,licet ſuperior eam derogationem æquè facilè cõceſſiſſet. Probatur hæc concluſio iis fundamentis, quibus idipſum generatim in impetranda vltimæ alicuius voluntatis cõmutatione, aut quauis alia gratia comprobauimus ſuprà *cap.*6. *quæſt.* 3. quoad qualitates quidẽ neceſſariò de iure exprimendas *concl.* 1. præcipuè ex text. *in cap.ſi motu proprio,& cap.non poteſt,de præben.in* 6.cum aliis adductis à Sanch. *lib.*8.*de matrim.diſp.*21.*num.*13.qui *num.*15. probat tunc dici de iure neceſſariam fore expreſſionem alicuius qualitatis in impetratione reſcripti,v.g.diſpenſationis,cùm vel id expreſsè in iure decidatur,vel deciſum in iure inueniatur,nediſpenſatio fiat in aliquo caſu; quia eo ipſo exprimitur mentem iuris eſſe denegandi diſpenſationem,niſi in ſpeciali aliquo caſu ea qualitate Principi expreſſa is velit in illo iure diſpenſare.quoad qualitates verò de ſtylo Curiæ exprimendas oſtendimus *d.quæſt.*3.*concl.* 2.potiſſimùm ex Maſcard. *tract.de probat. concl.*846.*num.*8.& Sanch.*d.diſp.*21.*num.*16. qui idem tradunt in conſuetudine Principis, quæ pro lege habetur, *l. minimè,ff.de leg.* ſicut & ſtylus Curiæ facit ius,*cap.ex litteris,de conſtit.& cap.quàm graui,de crimin.falſ.*cum ſimil.

Quòd ſi pro complemento tam huius, quàm etiam præced. concluſionis à me quæras, † quænam 429.
in ſpecie ſint qualitates illæ, ſeu vincula, & impedimenta,quæ de iure,vel ſtylo Curiæ exprimenda ſunt in impetranda derogatione qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum; aut certè eiuſmodi ſunt, vt,ſi exprimerentur,ſuperior vel eam derogationem omnino non concederet,vel cum aliquo moderamine. Breuiter reſpondeo, eos, ſeu ea ferè eſſe, quæ in ipſius beneficij impetratione exprimi debent; nam vel ea ipſa ius, aut ſtylus Curiæ exprimi iubet, vel ſaltem aliquando talia ſunt, vt ſi ea noſſet Princeps, aliúſve ſuperior, aut gratiam derogationis non concederet, aut certè cum aliquo moderamine; vt facilè colligi poteſt ex iis, quæ in præced. concl. diximus, & ex ipſiſmet ſingulis qualitatibus, ſeu impedimentis, & vinculis in beneficij impetratione exprimendis. ſunt autem potiſſimum, quæ ſequuntur.

Primum verò locum in his obtineat qualitas curæ animarum; quæ † omnino exprimenda eſt in im- 430.
petratione beneficij, vt ſatis conſtat ex *cap. cùm in illis, in princ. eod. tit. in* 6. cum aliis adductis ſuprà *cap.* 6. *quæſt.* 4. *concl.* 9. *verſ. & prima ſit qualitas*; vbi id declarauimus. ſed & aliæ declarationes ſunt poſſunt tum ex Doctor. *ibi* citat. quibus addo Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benef. part.* 1. *cap.* 13. ferè per totum, tum ex iis, quæ nos adduximus ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt.* 2. in ſecunda diuiſione qualitatum beneficij, necnon *quæſt.*4. *concl.* 5. *& quæſt.* 5. *concl.* 6. *verſ. tertia qualitas*, & dicemus infrà *in* 20. *qualitate*, ſeu *reg. exten.* 10. Hæc autem qualitas curæ animarum tunc ſolùm, meo iudicio, exprimenda erit in impetratione derogationis qualitatum beneficij in eius fundatione appoſitarum, vel cùm alia qualitas huic incompatibilis tribui tali beneficio poſtulatur, vel etiam cùm hæc ita pertinet ad qualitatem illam, cuius derogatio petitur, vt, ſi eam ſciret Papa, vel illi alteri non derogaret, vel non eo modo, iuxta adducta *cap.* 6. *quæſt.* 3. *concl.* 3. vtputa, ſi petatur derogatio obligationis reſidendi, vel quòd conferatur non habenti ætatem requiſitam ad beneficium; ita, vt in priori caſu non ſufficiat dicere, ſupplicatur derogari reſidentiæ annexæ beneficio; in ſecundo, ſupplicatur derogari, vt quis obtinere poſſit beneficium ſacerdotale, licèt non habeat ætatem ad eum ordinem ſuſcipiẽdum; quoniam difficiliùs, & non eodem modo Papa derogationem concederet. idémque erit,ſi quis generalem facultatem peteret derogandi qualitatibus beneficiorum; nam adhuc non comprehenderentur curata, vt ſatis colligitur ex *d. cap. cùm in illis*, & aliis, quæ attulimus *d. concl.* 9. *verſ. & prima ſit qualitas*, necnon hoc ipſo cap. *quæſt.* 4. *concl.* 5. *initio.* ſecus verò dicendum eſt, vbi non petatur hæc generalis facultas, aut tribui certo beneficio qualitas incompatibilis cum animarum cura; vel denique vbi hæc eadem qualitas curæ non pertineat ad qualitatem beneficii, cuius petitur derogatio,quamuis, ſi eam ſciret, difficiliùs gratiam concederet, iuxta ea, quæ

adduximus ſuprà *cap. 6. quæſt. 3. concl. 5. ampliat. 1.* cuius exemplum eſſe poteſt, ſi peteretur derogari qualitati iuriſpatronatus, ſeu iuris præſentandi ad certum beneficium, quod non refert, an ſit curatum, vel ſimplex. idque ſemel admonuiſſe ſufficiat etiam pro conſequentibus qualitatibus exprimendis in impetratione beneficiorum, quas deinceps exprimendas fore dicemus in derogatione qualitatum in eorum fundatione appoſitarum.

431. *Secunda* qualitas eſt † iuriſpatronatus laicalis, aut mixti quoad impetrationem faciendam à Rom. Pontifice, vel Legato, vt ſatis conſtat ex *reg. 41. nunc 42. Cancell.* & aliis per nos adductis *d. cap. 6. quæſt. 4. concluſ. 9. verſ. ſecunda qualitas*, & hoc cap. *quæſt. 4. concluſ. 8. & quæſt. 5. concluſ. 7. ac 10.* quoad impetrationem ab inferioribus faciendam mentio habenda erit etiam iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, vt patet ex adductis *d. verſ. ſecunda qualitas, d. quæſt. 4. concl. 8. & d. quæſt. 5. concl. 14. illat. 1.* vnde etiam ſumere quis poterit declarationes, quæ huc pertinent. Hæc autem qualitas iuriſpatronatus explicanda eſt in impetranda derogatione non modò aliarum qualitatum per beneficij fundatorem appoſitarum, in eum ſenſum, vt non ſufficiat petere derogati qualitati beneficij, ſeu in eius erectione, & inſtitutione appoſitæ; ſed exprimi debeat, quòd ea appoſita fuerit à fundatore beneficij ſiue is laicus ſit, aut clericus ex bonis patrimonialibus dotans, ſiue Eccleſia ex bonis Eccleſiaſticis: ita, vt per clauſulam illam, *non obſtantibus ſtatutis, &c.* cenſeatur quidem derogatum pro ea vice contrariis ſtatutis Eccleſiarum, non autem prædictæ fundationi, ſeu ordinationi in beneficij fundatione appoſitæ; vt poſt alios tradit Lambertin. *tract. de iurepatr. lib. 2. part. 3. quæſt. 9. art. 10.* & Garz. *d. tract. de benef. part. 7. cap. 1. num. 116. vſque ad 121.* ſubdens *num. 122.* quòd, ſi dicatur, non obſtantibus fundationibus, non ſolùm derogabitur fundationi patroni Eccleſiaſtici: verùm etiam in impetranda tacita derogatione ipſius qualitatis iuriſpatronatus, dum alia qualitas huic incompatibilis apponi nunc petitur eidem beneficio.

432. *Tertia* qualitas eſt † vnio beneficij, quod impetratur iam alteri beneficio facta per Ordinarium; vt ſatis docuimus, ſimúlque declarauimus *d. cap. 6. quæſt. 4. concl. 9. verſ. tertia qualitas.* prædictæ verò qualitatis vnionis beneficij, cuius alteri qualitati petitur derogari, eatenus mentio ab impetrante hanc derogationem facienda eſt, quatenus is ſignificare videtur, beneficium hoc ad ſe pertinere, & circa illud per talem impetrationem actum poſſeſſorium agere videtur; cùm tamen in quacumque gratia Princeps iuri alteri non cenſeatur derogare, niſi id exprimat, vt conſtat ex *cap. quamuis, de reſcript. in 6. & reg. Cancell. de non tollen. iur. quæſ.* ſed neque talis impetratio derogationis proderit obtinenti beneficium, cui vnitum eſt hoc beneficium, cuius qualitatis derogatio poſtulatur, niſi impetrans ſit ex perſonis coniunctis, aut aliis, quæ pro altero poſſunt ſine mandato gratiam poſtulare; iuxta ea, quæ latiùs adduximus ſup. *cap. 6. quæſt. 6.*

433. *Quarta* qualitas eſt † obligatio reſidentiæ beneficio annexæ, vt poſt alios tradidimus *d. concl. 9. verſ. quarta qualitas*; vbi etiam id declarauimus. aliæ verò declarationes ſumi poſſunt ex latiùs adductis per nos ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 2.* in tertia diuiſione qualitatũ beneficij, poſt medium, *quæſt. 4. concl. 5. & quæſt. 5. concluſ. 6. verſic. quarta qualitas*; ac latiſſimè præ cæteris à Nicol. Garz. *tract. de benef. part. 3. cap. 2.* fere per totum: vnde etiam ſumere licet declarationes, quæ ad derogationem, de qua nunc agimus, facere poſſunt. Hæc porrò qualitas obligationis reſidentiæ tunc explicanda erit in impetratione derogationis alterius qualitatis eiuſdem beneficij, vel quando illa qualitas reſidentiæ cum hac, cuius derogatio petitur, connexionem habet, ita, vt, ſi ſciret Papa prædictam reſidentiæ qualitatem, huic vel non derogaret, vel non eo modò; ſecus ſi non ſit connexa, etiamſi alias Papa non concederet derogationem: vel etiam quando ipſi qualitati reſidentiæ tacitè petitus derogari, dum alia qualitas reſidentiæ incompatibilis imprimi poſtulatur illi beneficio, iuxta tradita per nos, ſuprà in prima qualitate.

Quinta qualitas exprimenda in impetratione beneficij eſt † valor beneficij, quod impetratur. licèt 434.
enim de iure communi canonum valor beneficij in eius impetratione non ſit neceſſariò exprimendus, vt communiter affirmarunt Canoniſtæ, quorum multos recenſet, ac ſequitur Dec. *d. cap. ad aures, num. 10.* & alij plerique referuntur, & probantur à Menoch. *de arbitr. iud. caſ. 201. num. 78.* tamen ex ſtylo, & obſeruantia Curiæ, ac regulis Cancellariæ exprimendus eſt, alias gratia eſt nulla, vt latè probat *ibidem* Menoch. habemuſque nunc de hac re quoad vniones, ſuppreſſiones, perpetuas conceſſiones, diſmembrationes, & applicationes etiam de quibuſcumque fructibus, & bonis Eccleſiaſticis, ac etiam confirmationes vnionum, ſingulatúmque diſpoſitionum huiuſmodi regulam 21. ſeu 22. Cancell. quoad alias verò impetrationes beneficiorum, etiam quæ retinere ſimul impetrans vult, habemus regulam 54. ſeu 55. eiuſdem Cancell. Hoc verò de impetrationibus idem Menoch. ſuprà *num. 79. & ſeq.* declarat, non procedere, vbi gratia ſit motu proprio facta, ſatiſque probat, ac recte, attento iure communi antiquo, quod etiam poſt alios tradit Gabr. *com. concluſ. lib. 6. tit. de clauſul. concl. 2. num. 81.* verùm ex eadem reg. 54. Cancell. apparet, illam velle Pontificem locum habere etiam in gratiis ad beneficia motu ipſius proprio conceſſis. Declaratur ſecundò, vt non procedat regula in prouiſione quæ ſit ab Ordinario. ita Felin. *cap. ad aures, num. 15. de reſcript.* Caſſad. *deciſ. 31. num. 5. de reg. Cane.* Sarnen. *ad regul. de valor. exprimen. quæſt. 2. num. 6.* quos refert, ac ſequitur Mandoſ. *ad reg. 22. Cancell. quæſt. 11. num. 3.* & Menoch. ſup. *num. 151. & 154.* mouentur omnes ea ratione, quòd Ordinarius ex viſitatione, & informatione, quam habere debet de ſtatu ſuarum Eccleſiarum, præſumitur ſcire valorem cuiuſque beneficij: quam etiam rationem ad id aſſignat Pariſ. *de reſign. benef. lib. 8. quæſt. 9. num. 68.* iuncto *72. num.* autem *73.* illam quoque ex communi ſententia Doct. affert, quia videtur conferre beneficia motu proprio. Cùm autem, vt dictum eſt, neceſſitas exprimendi valorem beneficij ſolùm oriatur ex ſtylo Curiæ; & regulis Cancellariæ; at verò ex ſtylo, & prædictis regulis 21. & 54. quæ ſolæ hac de re diſponunt, exprimendus ſit valor beneficij, cùm petitur beneficium vniri, & in ſuppreſſionibus, perpetuis conceſſionibus, diſmembrationibus, & applicationibus etiã de quibuſcumque fructibus, & bonis Eccleſiaſticis, ac etiam in cõfirmationibus vnionum, ſingulatúmque diſpoſitionum huiuſmodi, vt *in d. reg. 21.* vel in impetrationibus beneficiorum, aut gratiarũ retinendi beneficia obtenta conceſſarum promotis ad Eccleſiarum Patriarchalium, & Cathedralium, ac Monaſteriorum regimina, vt *in d. reg. 54.* cùm, inquam, hoc ita ſit, huiuſmodi expreſſio valoris neceſſaria non erit in impetranda derogatione qualitatum beneficij, niſi cùm illa ad hanc confert, & quidem ita, vt, ſi Papa valorem ſciret, derogationem non concederet; veluti cùm petitur diminutio onerum ob reditũm diminutionem, vel tenuitatem.

S. vlo

Sextò exprimẽdus quoque eſt in beneficiis electiuis † modus electiuus; qui in expreſſione aliorum modorũ prouidendi non comprehenditur, vt aperte diſponitur *in d.cap. cùm in illis, & illis verò, de prab. in 6.& ibi* gloſ. recepta *verbo, electionem*; ſic poſt alios Menoch.*d.caſ.*201.*n.*84. & cauetur *in reg.*56. ſeu 57. *Gonz.* idque procedit, licèt in parte diſpoſitiua gratiæ adſit illa clauſula generalis, *& quamuis aliam diſpoſitionem*, & in parte executiua fiat etiam ſpecialis mentio electionis, vt cauetur *in Clem.* 1.*verſ.ad hoc, de prabend.num.* autem 85 idem dicit, ſi beneficium ſit commendatum, vt mentio ſit facienda de commenda, ſicut etiam *d.cap.cùm in illis, §.cùm autem*, decidit, quòd, ſi cui de beneficio ad alicuius collationem ſpectante prouideri mandetur, de illo, quod ad eius præſentationem, vel inſtitutionem pertinet, prouideri non poterit; nec etiam è conuerſo. quare neceſſariò exprimendus eſt verus modus acquirendi beneficium, quod quis impetrare vult. Hæc autẽ ſexta qualitas exprimenda in impetratione beneficij, quæ eſt circa modum acquirendi beneficium, modo electiuo excepto, ob *reg.*56. *Cancell.* ſicut, & decima, quæ eſt circa modum vacationis eiuſdem, non *video*, quomodo neceſſariò exprimenda ſit in impetratione derogationis alicuius qualitatis eiuſdem, cùm nullo modo ad eam pertineant, niſi fortè, cùm in tali derogatione tacitè inuoluitur queque prædictæ qualitatis derogatio.

435.

Septimò, ſi beneficium eſt regulare, & impetratur à Clerico ſæculari, vel contrà, † exprimẽdus eſt ſtatus regularis, vel ſæcularis ipſius beneficij; vt colligitur ex *cap. cùm de beneficio, de præben. in 6.* & Trid. *ſeſſ.*14. *cap.*10. pluribuſque relatis tradunt Alphonſ. Hoied.*tract.de incompat.benef.*1.*part.cap.*24. *num.*93. *cum duob.ſeqq.* & Menoch.*d.caſ.*201.*num.*86. *& ſeq.* ſubdentes ex iiſdem, id procedere, licèt adſit clauſula motus proprij; quoniam hæc non tollit inhabilitatem perſonæ, vt nos fusè oſtendimus ſup.*cap.* 6. *q.* 3.*concl.*1.*limit.*1. Idémque erit, ſi beneficium ſit manuale, vel amouibile: nam huius qualitatis mentio habenda erit in vnione, vt poſt Caſſad. *deciſ.*4. *num.* 1.*& ſeqq.de prabend.* & alios tradit Gonzal.*ad reg.*8. *Cancell.gloſ.*5.§.6.*num.*17. qui *num.*18. idipſum docet de quauis alia impetratione talis beneficij, ex Caſſad.*ſuprà*, & Flamin. Pariſ. *tract.de reſign.benef. lib.*2, *quæſt.*11.*num.*7. De hiſce verò qualitatibus regularitatis, ſecularitatis, & manualitatis plura egimus ſuprà hoc ipſo cap.*quæſt.*2. in prima, & nona diuiſione qualitatum beneficij, necnon *quæſt.*4.*concl.*3.*cum ſeq. & quæſt.*5. *concl.*6. *ac* 10. Ac prædictæ quidem qualitates tunc demum neceſſariò exprimendæ erunt in derogatione alterius qualitatis in eiuſdem beneficij fundatione appoſitæ, cùm, niſi exprimantur, eiſdem præiudicium inferretur, tollendo etiam pro ea vice regularitatem, ſecolaritatem, aut amouibilitatem; ita, vt veriſimile ſit Pontificem, ſi illas nollet, eã derogationem non conceſſiturum, vel non eo modo, ſeu cum aliqua moderatione; iuxta ſupradicta. quod 437. idem proportionabiliter dicendum eſt † de octaua qualitate, nimirum hoſpitalitatis beneficio annexæ, ſeu cùm ipſum hoſpitale eſt beneficium, necnon de nona monocularitatis, cùm vnicum beneficium ad collationem Ordinarij ſpectat.

436.

Octauò, vbi beneficium illud eſſet hoſpitale, huius qualitatis mentio foret habenda in eius impetratione: ita latè Menoch. *eod.caſ.*201.*n.*88. præcipuè per text.*in Clem.litteras, de prabend.* qui apertiſſimus eſt. *num.* autem 89. id extendit, etiamſi in reſcripto adſit clauſula, *motu proprio*, per gloſ. *d.Clemens. per litteras, verbo, directas, & ibi* Cardinal.*quæſt.*54.*& num.*90. poſt Fel. Selu. & Rot. declarat, nõ procedere, cùm hoſpitale ſpectat ad collationem prælati Regularis, & ſolet conferri Regulari: poterit enim a Regulari impetranti non expreſſa qualitate hoſpitalitatis. ſimiliter temperandum eſt id, vt procedat, cùm impetratio fit ab eo ſuperiore, qui citra qualitatem veriſimiliter non ignorat.

Nonò, ſi impetrandum ſit beneficium, quod vnicum ſpectat ad collationem Ordinarij, & vocatur monoculare, huius qualitatis mentio habenda eſt; vt poſt gloſ. *in Clem.*1.*verbo, in certa, de præben.* tradunt plerique relati, ac probati à Menoch.*d.caſ.*201.*num.* 94.& Gonz.*ad reg.*8.*gloſ.*9.§.4.*num.*4. *&* 5. qui *num.* 26.*&* 27. ſicut & Menoch.*n.*95. *cum duob. ſeqq.* poſt alios tradunt, beneficium monoculare non dici, quando Ordinarius, præter illius beneficij collationem, habet præſentationem alterius beneficij, vel etiam collationem ſimul cum aliis collatoribus. Præterea idem temperandum eſt, vt non procedat, cùm beneficium monoculare impetratur ab ipſo Ordinario, qui eam qualitatem non ignorat.

Decimò, exprimẽdus eſt verus vocationis modus. licèt enim † nullo expreſſo vacationis modo, omnis 438.
modus cõtineatur, vt pluribus docet Menoch. *d.caſ.* 201.*num.*100. excepta gratia, ſi neutri, in qua certus 144
modus vacationis exprimendus eſt, vt idem tradit *num.* 101. & cùm decretum electionis præſentandum eſt ſuperiori ad eam confirmandã; vt ipſemet probat *n.*102. adde tertiò, cùm vacat per reſignationem ad tertij fauorem factam, ob eius præiudicium: tamen expreſſo vno modo non venit alius, vt ex text.*in cap.ſuſceptum, de reſcript.in* 6. & aliis idẽ tradit *num.* 103. Verùm, cùm hæc regula, & ferè omnes eius declarationes, quas *ibi* ſubiicit Menoch. potiùs ad falſi expreſſionem, quàm ad veri taciturnitatem pertineant, eas ſeq.concl. reſeruamus, vbi de ſpecialibus qualitatibus agemus, quæ falsò expreſſæ gratiam vitiant; hic verò proſequemur reliquas præcipuas, quæ ad veritatis ſuppreſſionem ſpectant.

Vndecima igitur qualitas beneficij exprimenda in
eius impetratione † illa eſt, vt explicetur qualitas 439.
illius, per cuius obitum vacauerit; vt ex Doct. *in d. cap.ſuſceptum*, & Papazon.*in addit. Rot.deciſ.*32.*de reſcript.in non.* poſt Felin. *cap. in noſtra, num.* 26. *coroll.* 5.*de reſcript.* docet Menoch. *d.caſ.*201.*num.*110. inde inferens poſt alios *num.*111. *& ſeq.* exprimendã eſſe qualitatẽ familiaritatis Cardinalis, ſi ea adfuerit in beneficiato defuncto, aliàs gratia eſſet ſurreptitia, de quo eſt *reg.*3. aliàs 4.*&* 31. aliàs 32.*Cancell.* in qua, & ſeq. reg. Canc. habentur aliquot extenſiones, ac declarationes circa expreſſionẽ huius qualitatis, quas latiùs proſequitur Gonzal.*ad d.reg.* 8. *Canc. gloſ.*51. *num.*62.*uſque ad* 66. Garz.*d.tract.de benef.part.*5.*cap.* 1.*§.num.*273. *ad* 343. atque alij ab his citati, præſertim verò Menoch. *d.caſ.*201. *a num.*113. *ad* 127. & hic non refero, ne nimis longum faciam, ſed eam ſolam extenſionem ponam, quæ ad propoſitam à nobis regulam de exprimenda perſona defuncta generaliter pertinet, quòd nimirum ea procedat, etiamſi adſit clauſula illa, *& quouis modo vacet*, cùm ea ſolùm tollat ſurreptionem quoad modum vacandi, non autem quoad perſonam: quam tamen tollet clauſula, *aut ſi vacet ex cuiuſcumque alterius perſona*; vt ſatis probat Menoch.*eod.caſ.*201.*num.*122. Huic qualitati ſimilis eſt illa, quòd pater interpretantis obtinuerit illud beneficium; nam hæc exprimenda eſt, aliàs nulla eſt impetratio, *cap.*2.*de pl.presbyt.* Fel. poſt alios *d.cap.in noſtra, num.*13. vbi id limitat, ſi ſit aliud beneficium in eadem Eccleſia, item limita, ſi à proprio Epiſcopo ad eum titulum ſcienter eſt ordinatus, *cap. veniens, eod.tit.* Porrò in derogatione alicuius qualitatis beneficij tunc vacantis in eius fun-

dationc appositæ,non puto necesse exprimere qualitatem eius, qui obtinuit beneficiū; cùm hæc omnino extrinseca videatur, & impertinens respectu cuiuslibet qualitatis à fundatore beneficij adiectæ,cuius derogatio petatur; atque adeò nō necessariò explicanda,iuxta superiùs dicta circa primam qualitatem: neque etiam vbi ea qualitas personæ inducat reseruationem, nisi cùm derogatio illi aliquo modo præiudicaret, iuxta id, quod dicemus in sequenti principali qualitate.

440. *Duodecimò*, in impetratione exprimenda est † reseruatio beneficij, vt de reseruatione, eò, quòd vacauerit in mēse Apostolico,patet ex *reg.*8.*Cancell.*de reseruatione autem beneficij familiaris Cardinalīū, ex *d.reg.*31.*eiusdem Canc.*ac generaliter in quauis reseruatione, præterquā quòd id supponunt Doct.relati,& probati à Menoch.*d.caſ.*201.*à n.*111.*ad* 127. & colligitur ex *c.si beneficia, de præben.in* 6.tenet expressè Gonzal.*ad reg.*8.*glos.*52.*n.*34.ex Mohedan.*decis.*9.*n.*3.*&* 4.*de prab.* ac Simon.*tract. de reserv.benef. quæst.*64.*n.*2.& priùs *glos.*13.*n.*90. *&* 91. vbi etiam post alios docet, quòd,si plures sunt reseruationes, omnium fieri mentio debet in impetratione bene-
441. ficij,aliàs gratia est nulla. Sed & affectio beneficij † exprimi debet, ne gratia sit surreptitia; Garz.*d.glos.* 52.*n.*34. vt post Rebuff.*in prax. benef.in form. signat. simplic.verbo,affectum*,docet Menoch.sup.*n.*128.subdens vterque dici affectum beneficium, cùm Papa iam semel concessit illud in commēdam;nam postquam Papa iam semel manum apposuit, alter inferior se de eo intromittere non potest, & ob id illa affectio reseruationis vim obtinet. quare affectio propriè sumpta habet se ad reseruationē, vt species ad genus: quoniam omnis talis affectio est reseruatio,non è contra: sicut omnis homo est animal,non omne animal est homo. vel,vt plerique volūt quos sequitur Gonzal.*ad d.reg.* 8.§.7.*procem. num.*115. *&* *glos.*52.*num.*4.*&* 5.& præsertim Mandos.*in rubr.* seu *procem.reg.Cancell.quæst.*5.in eo differūt affectio propriè accepta,& reseruatio,quòd illa est realis, quia exercetur per factum, incipiēdo disponere de beneficio,vtputa per mandatū de prouidendo,per veram commēndam, aut etiam per prouisionē,quæ ex aliqua causa suum non sortiatur effectum.iuxta *Extrauag.ad Romani,*§.*Romani,de prab. in commun.* hæc est verbalis,quia verbis fit,dicendo,reseruamus; & illa habet vim expressi, & causæ,hæc tatiti, & effectus, seu causati; quia affectio tacitè continet, & gignit reseruationem. idque suadetur tum ex nomine ipso manus appositionis, quo hæc propria affectio vocatur; nam tunc dicimur manus cupiā rei apponere, cùm illam inchoamus,ac circa illā aliquid facimus: tum ex propria ipsius affectionis significatione:affecta enim propriè dicuntur,quæ non ad finem ipsum, sed prope finem progressa, deductaue sunt; vt inter ceteros adnotauit Mandos.*d.quæst.*5.*num.*4.ex Ciceron.*de Prouinc.consul.*iis verbis; bellum affectum,&, vt verè dicam, penè confectum: & pòst; nam ipse Cęsar quid est,quòd in ea Prouincia commorari velit,nisi, vt ea,quæ per eū affecta sunt perfecta Reip. tradat: necnon ex A. Gellio *lib.* 3. *cap.*16. *&* *lib.*15. *cap.*5. ac Sil.Ital.*lib.* 10. constatque ex aliis pluribus locis apud Latinos auctores. impropriè verò affectū dicitur,quod est læsum,& debilitatum:sic vires corporis affectæ dicuntur apud Liu.*lib.*5. *&* *lib.*9. legimus, in corpore tamen affecto vigebat vis animi, consiliique; & hac penè ratione beneficium quodlibet reseruatum dicitur affectum, hoc est,vulneratum,vt passim in similibus nostri,ac præsertim Practici loquuntur, sumendo affectionem pro impedimēto alicui rei à superiore appositō,ob quod nequit inferior in ea se postea intromittere. atque in hoc sensu si accipiatur affectio,erit genus,effectus, & tacitum respectu reseruationis. sicque conciliari possunt diuersæ, aut etiam aduersæ Doctorū opiniones in assignanda differētia inter beneficium affectum, & reseruatum. Qua de re videri etiam potest quod latiùs tradit Nic.Garz.quem post hæc scripta vidi,*in suo tract.de benef.part.*5. *cap.*1. quoad reseruationem quidem *à num.*51.*vsque ad* 133.& rursus *à n.*190.*vsque ad* 791.de affectione verò, seu reseruatione per manus appositionem,*à num.*138. *ad* 189. de vtraque *part.*4.*cap.*4.ex *num.*60.In derogatione autem alicuius qualitatis beneficij affecti, aut aliter reseruati puto † non esse necessariam expressionē huiusmodi 442.
affectionis, vel reseruationis ipsius beneficij; atque adeò ea non obstante posse illum superiorem Ecclesiasticum petitam derogationē concedere,qui aliàs, seclusa,ac circumscripta reseruatione,vel affectione prædicta,poterat derogare.etenim tā affectio,quàm quæuis reseruatio beneficij solùm impedit, ac prohibet acceptationē beneficij affecti,aut aliter reseruati in habente expectatiuam; vel optionem in habente ius optandi;vel denique collationē,aut aliam similem prouisionem,ac dispositionem de beneficio in habēte ius taliter de eo, circumscripta huiusmodi affectione,aliáve reseruatione,prouidēdi,seu disponendi: vt constat quoad reseruationem ex regulis Cancellariæ reseruatoriis, & quacumque Extrauag. aut constitutione beneficia reseruāte,& Garz.*d.part.* 5.*cap.*1.præcipuè *à n.*51.*vsque ad* 137.ac Doct.ab eo cit. quoad affectionem verò, quæ ex manus appositione resultat,patet ex *Extrauag.vlt.*quæ incipit, *ad Romani,de prab. in commun.*ac traditis per Doct.*in c. vt nostrum,de appell.*necnō *cap.*1.*&* 2.*de confirm.vtil. vel inutil.* ac plerisque Doct. allegatis, & probatis à Garz.*d.cap.*1.*à num.*138. *ad* 189.& quoad vtrumque ex adductis ab eod.Garz.*d.part.*4.*cap.*4.*post num.*60. ex quibus tamen omnibus constat, quòd talis derogatio in beneficiato reseruato fieri nō posset,vbi per eam liberæ dispositioni reseruantis præiudicaretur.

Decimotertiò, exprimendum est † vitium ingressus 443.
in beneficium, vt intrusio.ita post alios Fel.*cap.in nostra, num.*10. *&* *cap.postulasti,num.*14.*cum duob.seqq.* Ant.Gabr.*commun. conclus.lib.*6.*tit. de clausul.conclus.*4. ferè per tot. vbi id latè declarat, necnon Nic. Garz. *tract. de benef.part.*11.*cap.* 10.*num.*225.ac Menoch. *d.caſ.*201.*num.*129.subdens *num.*150. idem fore, licèt adsit in rescripto clausula motus proprij,& *num.* 131.idem probat de vitio litigiosi.Garz.verò ex *num.* 227.aliter id declarat. Hæc autē qualitas vitiosi ingressus in beneficiū,vel vitij litigioti,eatenus exprimenda erit in impetrāda derogatione alterius qualitatis eiusdem beneficij,quatenus aliàs, qui vitiosè ingressus est in beneficiū,in eo se tueretur; cùm tamen ius ita abhorreat huiusmodi vitiosum ingressum,vt neque causa rei seruādæ admittatur, vt constat ex *c.vnico, de eo,qui mist. in possess.caus.rei seruan.* aut lite pendente super beneficio aliquid circa illud à parte heret, seu attentaretur, contra tot. tit. *vt lit. pend.in Cod.Decretal.sexto*, *&* *Clem.* cum *ibi* not. per Doct.& fusiùs per Lancellot. *tract. de attent. 2. part. cap.4.in præfat.ex n.*346 præsertim verò tum *illat.* 7. quæ est, quòd lite pendente prohibitum est supplicare Principi;aut impetrare rescriptum,vel priuilegium, non facta mentione litis,de quo etiā latè Menoch. *de arbitr.iud.caſ.*202. *num.*4. cum multis seqq. ac nos sup.*cap.*6.*q* 4.*concl.*10.& probat text.*in l.*2. *C. vt lit pend.* tum *ampliat.*10. quæ est,lite pendēte non posse in aliquo etiam minimo innouari circa rem litigiosam,maximè per *rubr.vt lit. pend. nihil innouetur,in Decretal.sexto,&* *Clem.* dictio enim vniuersalis

negati

negatiua,*nihil*, dum negat omnem potentiã, efficit, vt etiam in minimo verificetur. Hæc tamen regula limitari poteſt multis ex iis modis, quibus Lancell. *d.cap.4.in præfat.*ex *num.*548.limitat regulam illam, quòd alienatio rei litigioſæ facta lite pendente non tenet; ac *d.c.4. limit.1. ac ſeq.*limitat illam aliam regulam, quòd actus facti lite pendente regulariter ſint attentati: eos verò candidus lector per ſe percurrere poterit, quíque rei,de qua agimus, conueniunt, illi applicare.

Decimoquartò,cùm impetratur beneficium Eccle-
444. ſiæ inferioris, † nomen Sancti illius exprimendum eſt.ita poſt Io.Andr.*in cap.quamuis,il 1. & ibi* gloſ.*in verbo,non extendit,de præben.in 6.*Io.Selu.*tract. de benef.3.part.q.11.num.*119.& alios Menoch. *d.caſ.*201. *num.*134.ſubdés,quòd, ſi adſit in reſcripto clauſula, quòd denominatio verior, & expreſſior fieri poſſit, corrigi poterit error,qui in nomine Sancti admiſſus fuerit. Cùm verò impetratur Eccleſia Cathedralis; tunc,ſi exprimatur nomen Sãcti,erit ſurreptitia impetratio tamquam cõtra ſtylum Curiæ,vt ſatis probat *ibid.* Menoch. idem oſtendens, ſi ea ſit Eccleſia principalis in loco inſigni. Hæc autem, ſicut & ſe-
445. quens qualitas † de nomine eius, qui beneficiũ obtinebat, eatenus ſolùm exprimenda eſt in impetratione alterius qualitatis eiuſdem beneficij,quatenus aliàs conſtare nequeat de corpore; vt ex iis ſatis apparebit,quæ adducemus inf. hac ipſa quæſt.*cõcl.*10.

Decimoquintò,exprimẽdum eſt nomen Canonici, per cuius obitum vacauit Canonicatus,& præbẽda. ſic Scaphil. *tract. de litt.grat. rubr.de mod.& form.impetr.verſ.ideo cauti,*& Rebuff.*in præx. benef.3.part. ſignat.ver.alia clauſula,num.*2. quos ſequitur Menoch. *d.caſ.*201.*num.*135.

Decimoſextò, ſi in Eccleſia, in qua impetratur beneficium,adſit aliquod ſtatutum,quod impetrationi
446. ipſius beneficij obſtet, † illud exprimendum eſt, vt probat Menoch. ſuprà *num.* 136. ad quod eſt bonus text.*in cap.1.de conſtit.in 6.*vbi idem de conſuetudine ſpeciali;pro qua eſt melior text.*in c.cùm in tua,*quod eſt fin.*de conſuet.& in cap.cùm in Eccleſia,de præb.eod. lib.*& de ſtatuto optimus text.*in c.conſtitutus,de reſcr.* vbi non valet impetratio in Eccleſia numerata non facta de numerò mentione,ſi per eam frangitur numerus Canonicorum, licèt non frangatur numerus præbendarũ; & proceſſus inde factus eſt nullus:opt. etiam ad id text.eſt *in c.pro illorum,de præb.*neque iuuat clauſula motus proprij;vt poſt alios tradit Sãch. *lib.*8 *de matrim.diſp.*21.*n.*50.& Gabr.*comm.concl.lib.6. tit.de clauſ.concl.*2. *n.*36. iuuat verò clauſula, *non obſtante iurato Eccleſiæ,*aut æquipolléti, vt poſt Rebuff. docet Menoch.*ibid.n.*137.pari autem ratione in impetranda derogatione alicuius qualitatis beneficij exprimendum erit ſtatutum, quod obſtet ipſi derogationi; ptout etiam conſtat ex iis, quæ in hac ipſa ſpecie quoad commutationem vltimæ voluntatis adduximus *cap.6.quæſt.4.concl.4.ad fin.*

Decimoſeptimo, impetrans beneficiũ debet exprí-
447. mere,† an ſit dignitas, perſonatus,vel officium, vt conſtat ex *reg.*56.nunc 57. *Cancell.* Idémque dicendum de præbẽda,an ſit Sacerdotalis,Diaconalis, vel ſubdiaconalis. Facit *cap.cui de non ſacerdotali,de præb. in 6.& Clem.2.de et.et.& qualit.*& Conc.Trid.*ſeſſ.*22. *cap.4.& ſeſſ.*25.*cap.5.de ref.*atque in ſpecie tradit Fel. *d.cap.in noſtra,num.*25. & de Magiſtrali,Theologali, Doctorali, vel Pœnitentiali colligitur ex adductis per Gonzal.*ad reg.*8.*Cancell.gloſ.*9.§.2.*n.*78.*& ſeq.* ac nos hoc cap.*quæſt.*4.*concl.*7.Quid autem ſit dignitas, perſonatus,vel officium,& in quo differant,tractant Doct.*in cap.de multa,de præb.& cap.*1.*de conſuet.in 6.* atque alibi ſæpe,& quotquot tractatus de beneficiis Eccleſiaſticis ediderunt,& nos quoque in moderno tract.*de conſerv. indicib.c.*5.*q.*7. Porrò hæ qualitates tunc ſolùm exprimẽdæ ſunt in derogatione alterius qualitatis eiuſdem beneficij, cùm in tali derogatione ſimul præiudicatur prædictis qualitatibus,ſeu alicui earum: ſecus verò, ſi nulla ratione præiudicetur,quia hæc,cui derogatur,cum illis connexionem non habeat.

Decimooctauò, impetrãs exprimere debet † colla- 448.
tionem illius beneficij alteri factam nõ modò ab eo acceptatam,vt conſtat ex *cap.ſi beneficia,de præb.in 6.* cum ſimil.ſed etiam nondum acceptatam,iuxta terminos *c.accedens,extr.cod.tit.cap.gratia, de reſcr.in 6. & cap.ſi tibi abſenti,*vbi beneficium alicui collatum, ſed nondum acceptatum, non poteſt alteri conferri ante diſſenſum primi,vel lapſum tẽporis ei ad conſentiẽdum dati, & collatio poſteriori facta nulla eſt. facit & optimè, quòd Princeps numquam intendit tollere ius quæſitum alteri,neque inferre alicui præiudicium etiam in beneficialibus,*cap.quamuis, & ibi* Doct.*de reſcript.in 6.* & eſt *reg.*17. nunc 18. *Canc. de non tollend. ius quæſitum:* quam etiam in iure ad rem Gomeſ.& alij gloſſatores intelligunt,& in ſpecie,vt facienda ſit mentio d.collationis non acceptatæ,voluit gloſ.ab aliis approbata *d.cap.gratia, verbo, ignoranti,in fin.* quam ſecutus quoque eſt Felin. *d.cap.in noſtra,num.*5.*de reſcr.*Io.Selu.*d.q.*11.*n.*3. & Menoch. *d.caſ.*201.*num.*138. De hac verò,& ſequenti qualitate,an exprimenda ſit in derogatione alterius qualitatis eiuſdem beneficij impetranda, puto idem dicẽdum,quod ſuprà de tertia qualitate,hoc eſt,vnione beneficij diximus,nimirum, eatenus illius mentionem fore neceſſariam in huiuſmodi derogatione, quatenus hanc impetrans ſignificare ſic videtur, illud beneficiũ ad ſe pertinere, ac circa ipſum actum poſſeſſorium gerit: ſed neque talem impetrationem prodeſſe verè obtinenti beneficium, niſi impetrans ſit ex perſonis,quæ ſine mandato poſſunt pro altero gratiam impetrare.

Decimononò, narranda eſt ab impetrante benefi- 449.
cium † alterius colorata poſſeſſio illius beneficij,vt probat text.*in cap.cum noſtris, de conceſſ.præb.* ac præter ſcribentes *ibi*,adnotarũt Doct.quos refert, & ſequitur Ant.Gabr.*commun.concl.lib.*5.*tit.de acquir. vel amitt.poſſeſſ.concl.*3. præſertim *num.*1.*&* 5. Menoch. *d.caſ.*201.*num.*139. qui *num.*147. ſicut Gabr.*num.*7. id poſt alios extendit etiam in ſimplici detentione; vt,ſi beneficium eſſet reſeruatum; aſſerentes,de ea quoque mentionem faciendam in impetratione beneficij. verùm de hac extenſione valde dubito, per text.*in cap.licèt Epiſcopus,de præb.in 6.* vbi habetur, quòd ſecundo beneficio curato effectualiter adepto primum conſimile eius detentore irrequiſito alteri conferri poteſt, licèt illius poſſeſſio dari ei nequeat: vbi gloſ.recepta *in verbo,conferre,* alia iura ad id adducit:verbo autem,*te non vocato*, multis cõfirmat dictam declarationẽ,vt nequeat poſſeſſio dari; & Menoch.ſuprà *num.*140.propoſitam regulam declarat, vt nõ procedat,vbi in reſcripto adeſſet clauſula, *vocatis vocandis*,vel illa, *dummodo non ſit alteri ius quæſitum*,ex Card.*conſ.*93.Fel.*d.cap.in noſtra, num.*32. & Selu.*d.quæſt.*11.*n.*103. idem ſi adſit clauſula, *amoto inde quolibet illicito detentore*, modò non ſit appoſita inter clauſulas executiuas,vt ſatis probat idem Menoch.ſup.*num.*141.vel clauſula motus proprij,vt docet *num.*142.vel clauſula,*non obſtante collatione alteri facta*, vt oſtendit *num.*143. de quibus etiam tribus clauſulis idẽ poſt alios docet Gabr.*d.tit.de acquir.vel amitt.poſſeſſ.*cõcl.3.*n.*16.17.18.19.21.*& 22.* Declaratur præterea,dictã regulam non procedere, quãdo poſſeſſio capta fuit contra decretum irritans,niſi capiés

illud

illud ignorauerit; vt post Fel.*cap.in nostra, coroll.* 36. *de rescript.* & Gemin. *cap.tibi, qui, eod.tit. in* 6.tradit Gabr.*comm.concl.lib.*6.*tit. de elanf.concl.*3. *num.*13. *& d.tit.de acquir.vel amitt.possess.concl.*3.*num.*15.& omissis,aliis declarat;de quibus per eum *ibi.*

Declaratur tertiò,vt non procedat,quando colorata possessio alterius eiusmodi esset, vt, si eam nouisset,Pontifex faciliùs impetranti collationem concessisset,vt ex Felin. Selu. & Bart. Zabar. tradit Menoch.*ibid.n.*144. Gabr.concl.proximè cit.*n.*24. Denique declaratur, vt impetrans beneficiũ ab ordinario non teneatur facere mentionem possessionis etiam coloratæ alterius, ita post Io.Andr,& Host.*d. c. cum nostris*,Fel.*d.cap.in nostra,n.*25. *coroll.*29. & Selu. 3.*part.d.quæst.*12.*num.*55. tradit Menoch. *d.cas.*201. *num.*153.Gabr. *num.*30.

450. *Vigesimò*, debet impetrans beneficium † mentionem facere de beneficio, quod is iam obtinet.cõstat id ex text.*in c.cùm adeò, cap.postulasti,cap. ad audientiam,il* 2.*cap.in nostra,ac c.si proponente,de rescript.cap. cùm teneamur, de præben. cap.non potest,& cap.si motu proprio,eod.tit.in* 6.*& Clem.*2.*eod.tit.*cũ simil.& hanc regulam tradiderunt Doct.*in prædictis iuribus, & in cap.ad aures,de resc.* necnon alij relati, & probati à Menoch.*d.cas.*201. *n.*41. quæ extenditur primò, vt procedat, etiamsi beneficium obtentum sit tenue;vt probatur *in d.cap.si proponente,c.non potest,in princ. & cap. si motu proprio*: idque affirmarunt omnes tũ *ibi*, tum *in cap.super litteris*, vbi Dec.*n.*9.*in fin.* communem testatur,& Bero.*n.*72.*de resc.*Secundò etiamsi primum beneficium adhuc non esset cõsecutus, sed solùm mandatum de prouidendo:ita Card. Clem.2. *q.*12. *de offic.ord.* Selu. *d.*3.*part.q.*11.*num.*1.post Rot. *decis.*12.*de renunt.in non.* Menoch.sup. *n.*43. qui hoc intelligunt secus si in eo ius ad rem fragile haberet, ac merè gratiosum,vtputa ex receptione voluntaria Capituli: ad quod Selu.alios quoque recẽset.Tertiò procedit hæc regula,etiamsi impetrãs hoc beneficio iam concesso spoliatus fuisset:ita post alios Menoch. sup.*n.*44.quia per spolium non amittitur titulus,sed sola possessio, quæ facilè recuperari potest. Quartò extenditur, vt procedat quoque in casu conuerso, quando impetrans occupasset illud primum beneficium: glos.recepta *in cap.eum,qui,verbo,obtinebat,de prab.in* 6.per tationẽ illius text. ne inuasor beneficij sit melioris conditionis eo, qui iustè ingreditur;latè Menoch.sup.*n.*45.licèt contrarium post alios teneat Gab.*d.tit.de acquir.vel amitt.poss.concl.*4.*n.*9.Quintò, etiã de beneficio amouibili, seu manuali est facienda mentio,vt pluribus relatis,præsertim Cassad. *decis.*4.*de prab.*satis docet Menoch.*loc.cit.n.*46. ad eum se remittens pro huius rei declaratione.

Sextò extenditur, vt procedat etiam prædicta regula,quamuis primum beneficium resignatũ fuisset, verùm nondum renũtiatio esset per superiorem admissa.ita post alios Menoch.vbi suprà *n.*47. aut promisisset renuntiare illi primo beneficio:nã adhuc illius primi beneficij,ac talis promissionis mẽtionem facere deberet;vt idem docet *num.*48.ex Felin.*d.cap. in nostra,n.*16.*de resc.*allegante Rot.*decis.*21.*eod.tit. in non.*ob eam rationẽ,quia esse posset, vt promissio non haberet locũ.ex qua ratione, cùm nitatur præsumptione,& deseruiat etiã proportionabiliter huic adiunctæ extensioni de renuntiatione non admissa, puto vtramque locum obtinere solùm in foro exteriori:quoad forum verò conscientiæ, si verè impetrãs vult dimittere primum, non erit necessaria eius mentio,ex iis,quæ latè adduximus sup.*concl.*2. *ampl.* 2. vbi tamen alios adduximus contrariũ sentientes.

Extenditur septimò, vt procedat quoque,etiamsi impetrans esset ordinatus ad titulũ alterius Ecclesiæ: cùm hic titulus habeatur pro beneficio.ita post alios Menoch.sup.*n.*49. Octauò,vt,si impetrans habuerit solum Canonicatũ sine præbenda, adhuc illius Canonicatus mentionẽ facere debeat,vt probat text.*d. c.in nostra,de resc.* vel,si habuit vtrũque,non sufficiat alterum exprimere,vt satis ostendit Menoch.sup. *n.* 50.idémque dicendum,si in aliqua Ecclesia quis habeat vicariam perpetuam. nam si beneficium in alia impetret,debet dictæ vicariæ mentionẽ facere,aliàs gratia est surreptitia,& nulla,vt constat ex text. *d.c. postulasti,eod.tit.*Nonò extenditur,vt impetrãs beneficium † teneatur mentionẽ facere pensionis, quam habet super altero beneficio, vt satis colligitur ex *d.* 451. *c.ad audientiã,il* 2.*de resc.*vt relato Soc.sen.*cons.*260. *col.*1.*lib.*2.& Bero.*d.c.super litteris, n.*72.*de resc.* tradit Menoch.*d.cas.*201.*n.*51.& alij, quos refert Gõz. *ad reg.*8.*Cancell.glos.*5.§.5.*num.*17. ac sequitur *n.*18. vbi pensio detur in titulum; aliàs secus, ex Doctor. relatis per eum *num.*16.

Decimò extenditur eadem regula, vt exprimẽdæ quoque sint † qualitates beneficij obtenti, quæ mo- 452.
uere possunt Principem ad non concedendũ beneficium,vel non eo modo.ita post alios Dec.*d.c.ad aures,n.*12.*de resc.* in 1. edit. & communem vocat *ibi* Felin.*n.*2.*& n.*3.eam latiùs defendit ab And.Sic.qui est Barbat.& quoad qualitatem curæ animarũ apertè id disponitur *in Clem.*1.*de præb.in* 1.*resp.* vbi cauetur,quòd,si Papa dignitatẽ habenti de alia prouideri mandat,dispensans cum eo, vt simul vtrãque valeat retinere,de animarũ cura,quæ illis,vel alteri earum imminet, non habita mentione, gratia huiusmodi velut surrepritia nullius penitus est momẽti;quamquam cõfectis super ea litteris insertũ sit, quòd animarum cura,si dignitatibus ipsis,vel alteri earũ immineat,nullatenus negligatur. Ex quibus postremis verbis habemus ampliationem singularẽ huius extensionis.Eiusdem verò limitationem ponit Fel.*d.c. ad aures,n.*10.& glos.recepta *ibid. verbo,vel alteri,* vt nimirum,si impetrans secũdam dignitatem paratus sit dimittere primam dignitatem,cui imminet cura animarũ, non teneatur huius qualitatis in impetratione secundę dignitatis mentionẽ facere:quæ etiam suadetur à fortiori ex iis,quæ adduximus sup.*c.*6.*q.*4. *concl.*2. *ampliat.* 2. & colligitur à contrario sensu ex text.ipso *in d.*1.*resp.* vbi ponderanda est dispensatio ad vtramque dignitatem retinendam:quasi secus sit dicẽdum, cùm prior dignitas cum posteriori non est retinenda,sed dimittenda. Altera limitatio huius extensionis sumitur ex *Clem. si Romanus, de præben.* vbi cõcessio secundi beneficij fiat motu proprio concedentis. Vndecimò extenditur prædicta regula superiùs posita,vt etiam valor beneficij † sit exprimẽ- 453.
dus in beneficiis,quę quis obtinet,vel ad quæ ius habet,vt constat ex *reg.*54.nunc 55. *Cancell.* quæ est de exprimẽdo valore in beneficiorũ impetrationibus: vbi idem disponitur,licèt gratiæ concessæ sint motu proprio ipsius Papæ quoad ea beneficia, de quibus per Sanctitatẽ suam prouidetur,seu prouideri mandatur,aut aliàs disponitur.Hæc autẽ extensio ab ipsa regul.Cancell. restringitur, vt nõ habeat locum,vbi impetrantes iuxta ipsorũ oblationes,aut aliàs dimittere teneantur beneficia,quæ obtinent,seu ad quæ iã ius habent per mandatum de prouidendo.Restringi etiã potest,vt non procedat in impetratione, quæ fit ab Ordinario,in qua neque est facienda mentio valoris beneficij,quod impetratur,vt sup.hac ipsa cõcl. in 5.qualitate ostendimus.quãuis ratio *ibi* assignata de præsumptione scientiæ qualitatum,& valoris beneficij in Ordinario ob visitationem hic locum habere non possit,nisi cùm beneficia etiam, quæ impetrans obtinet, sita sunt in diœcesi eiusdem Ordinarijs

Digitized by Google

narij; non autẽ quoad ea,quæ fortaſſe alibi obtinet.

Duodecimò,ac poſtremò extenditur, vt etiam in
454. impetratione beneficij à Legato Sedis Apoſtolicæ † facienda ſit mẽtio beneficij,quod quis obtinet ; vt deciditur *in c.fin. de off.legat.in 6.* apertéque habetur *in Clem.2.de off.ord.* & communiter Doct.vtrobique adnotarunt,quæ extenſio reſtringitur,vt locum non habeat vbi Legatus motu proprio in litteris expreſſo conferret,vt tenet,ac probat gloſ. quã inter ceteros ſequitur Anch.*d.c.fin.verbo,mẽtio,de off.legat.in 6.*

Declaratur nũc, ſeu limitatur prædicta principalis regula de exprimendo priore beneficio in impe-
455. tratione ſecundi: primò, vt non ſit neceſſe † exprimere beneficium,quod quis obtinet, cùm impetrat ſecundũ ab aliis,quàm à Papa,vel eius Legato,text. eſt *in d. Clem.2 de offic.ord.* rationẽ diſcriminis affert *ibi* gloſ.recepta *in verbo,nolumus*,quia Legati conferunt auctoritate Apoſtolica, nec ſunt collatores ordinarij ; immo per factum ipſorum fit præiudicium illis,ad quos collatio beneficiorũ pertinet: quare illorũ collatio, vt extraordinaria ſuperinducta,& collatoribus præiudicans eſt reſtringenda. Ordinariorũ verò collatio,vt naturalis, & fauorabilis eſt amplianda,arg.*cap.odia,de reg.iur.in 6.cap.ad hæc, de reſcr.& cap.fin.de re iud.* Verùm, quia hæc ratio ceſſat in collatoribus inferioribus Epiſcopo ; quos tamen d.Clem.comprehẽdit,vt patet, ac notauit ipſa gloſ. *ibid.verbo, quibuslibet* : ideo melior ratio erit maior reuerentia,quæ ſedi Apoſtolicæ eſt exhibenda,iuxta text. *in cap.ſtatutum, in 1.reſponſ.*iuncta gloſ. recepta *verbo,Sedis Apoſtolica,& verbo,cõmittantur* ; vel quia Ordinarij meliùs habent notitiam clericorum ſuæ diœceſis, quàm Papa Clericorum totius orbis, aut Legati ſuæ prouinciæ,quæ eſt de mente gloſ.*d.verbo, Canonicis*, & Fel.*d.cap.in noſtra,n.25.coroll.29.*idque ratione viſitationis,iuxta tradita *concl.præced.in 5.qualitate.*aut ratione vicinitatis,arg. *Clem.vnica,de conceſſ.præben.*aut quia faciliùs coram Ordinario, & aliis inferioribus fiunt oppoſitiones impetrantibus; vnde illis meliùs innoteſcere poteſt, an ij aliud be-
456. neficium obtineant. Declaratur ſecundò, vbi † impetrans etiam à Papa, vel Legato ignoranter obtineat aliud beneficium,quod ſibi abſenti,& ignorãti collatum fuit.ſic poſt alios Menoch. *d.caſ.*201. *n.*52. ex *cap.gratia,de reſcript.in 6.* quam declarationẽ admittit *num.*53.*&* 54.quatuor concurrentibus, quòd ignorantia ſit probabilis ; quòd non agatur de alterius præiudicio ; quòd Papa aliàs eſſet conceſſurus alio impedimento non obſtante ; ac denique, quòd non extendatur extra caſum, de quo loquitur ille text.de qua tamen declaratione videndum quod diximus*cap.6.quæſt.3.concl.9.* Declaratur tertiò,valde
457. probabile eſſe,† non teneri aliquem exprimere beneficium, quod vult cum effectu dimittere ; ex iis, quæ nos adduximus ſup. *cap.6.q.4.concl.2. ampliat.2.* non longè ab initio,& hac ipſa 20.qualitate, ſeu regula *extenſ.*10.*limit.*1.Declaratur nũc quartò eadem
458. regula, vt non procedat † in præſtimoniis, hoc eſt, ſtipendiis, quæ alicui clerico danti operam litteris tribuuntur, non tamen in beneficiũ Eccleſiaſticum: tunc enim de iis mentio habenda eſſet;vt latè vtrũque comprobat Menoch.*d.caſ.*201.*n.*55.*cum quatuor ſeqq.* & conſtat ex latiùs adductis per Gonzal. *d.reg. Cancell.gloſ.*5.§.2. ferè per tot.quare ſecus erit, vbi ſtipendium hoc erectum non ſit in beneficiũ. Quintò
459. declaratur, vt non procedat † in fructibus alicuius altaris,quos Epiſcopus conceſſit impetranti ad tempus pro mercede laborum ſpiritualiũ. ita poſt alios Felin *d.cap.in noſtra,n.*10. *coroll.*1.& Menoch. *d. caſ.* 201.*n.*60. Hæc autem 20.qualitas meo quidem iu-
460. dicio † nullo modo exprimenda eſt ex neceſſitate in derogatione qualitatũ alterius beneficij, quod quis obtinet : cùm videre non ſit,quomodo ad eas poſſit pertinere,niſi cùm ea derogatio ita fit, vt alicui beneficium ad eius vitam conferatur;qui aliud beneficium obtinet:túncque etiam locum habebunt prædictæ extenſiones, ac limitationes regulæ allatæ in impetratione beneficij.

Vigeſimoprimò, in impetratione beneficij † exprimenda eſt ſaltem ex ſtylo Curiæ qualitas clericatus, 461.
hoc eſt,an impetrans beneficiũ ſit clericus.optimus ad id text.*in cap.cùm adeò,de reſcr.*vbi id docuit Dec. *num.*3.Bero. *d.cap.ſuper litteris,n.*72. *verſ.vigeſimoſecundò,eod.tit.* Gutier. *lib.2.can.quæſt.cap.*15. *n.*34.& Menoch. *d.caſ.*201. *n.*33. ad idem eſt text. *in cap. ex litteris, de tranſact.* Atque hæc etiam qualitas clericatus, cùm non pertineat ad impetrandam derogationem alterius qualitatis eiuſdem beneficij, quod quis obtinet, non erit neceſſariò exprimenda in huiuſmodi derogationis impetratione, niſi ſimul cum beneficio derogationem hãc impetret. quamuis dicta qualitas clericatus neceſſaria ſit tũ ad ipſum beneficium obtinendum, vt ſatis conſtat, præter cit. iura ex *cap.2.de inſtit.* tum ad quælibet Eccleſiaſtica negotia proprio nomine tractanda, *cap. 2. de iudic.* ſimil. illud ipſum autem dicendum eſt de ſequenti qualitate, nimirum defectu natalium, ob eandem omnino rationem.

Vigeſimoſecundò, exprimere debet impetrãs bene-
ficium † vitium ſuæ natiuitatis,& eius vitij qualita- 462.
tem,vti an ſit ſimpliciter filius naturalis,vel ſpurius, vel inceſtuoſus. quòd vitium teneatur exprimere, conſtat ex *cap.2.de fil.presbyter.in 6.* & ratio eſt,quia illegitimitas inhabilem reddit ad ordines & beneficium,*cap.*1.& tota ferè *diſt.56.cap. innotuit,de electi. cap.*1.& toto ferè tit.*de fil.presbyt. c. per venerabilem, in princ.qui fil.ſint legit.*necnon *cap.*1.*&* 2.*de fil.presb. in 6.* Quòd autem impetrans beneficium explicare teneatur qualitatem defectus natalium, ſatis colligitur ex *cap.ad præſentiam noſtrã*,quod eſt 2.*de fil.presb.* vbi illegitimus filius ſacerdotis, qui hoc tacito per reſcriptum Apoſtolicum paternam impetrauit Eccleſiam, ab illa remoueri mandatur : & in ſpecie id tradunt Card.Paleot.*de notb.& ſpur.cap.*57. Io.Selu. *tract.de benef. 3.part.quæſt.*11.*n.*154. Rebuff.*in prax. benef.3.part.ſig.verb.qualitatem,n.6.& tit.de reſcr.* etiam perinde valere;quos refert, & ſequitur id comprobans Menoch.*d.caſ.*201.*n.*34.*cum duob.ſeqq.*

Vigeſimotertiò, impetrãs beneficium † exprimere 463.
debet crimen illum reddẽs eo beneficio indignum. ita poſt Fel.*in cap.poſtulaſti,col.4.verſ.declara etiam,de reſcr.*& Io.Selu.*d.q.*11.*n.*152.corruptè plures recenſentem tradit Menoch. *loc. cit. n.*37. id comprobans *num.*38.ex eo,quòd remotus à beneficio,& excõmunicatus impetrare non poteſt beneficium ſuppreſſa remotione,& excommunicatione,ex Bero.*d.c.ſuper litteris,n.*72.*verſ.decimotertiò,*& text.*in cap.dilectus, il* 1.*de reſcr.*& quoad ſuſpenſionem eſt etiam opt.text. *in cap.cùm dilectus,de conſuet.* quoad excommunicationem *in c.poſtulaſtis, in princ.de cler.excom. miniſtr.* quòd ſi illud crimen inhabilem eum nõ reddat, non eſt neceſſariò narrandum, vt tradit *ibid.*Menoch.ex Bellam.*deciſ.*697.*n.*5.& Curt.iun.*conſ.*27.*col.vlt.* Idipſum etiam quoad vtrumque mẽbrum ſentit poſt hæc ſcripta Nic. Garz. *tract.de benef.part.*8. *cap.*3.*n.* 25.iuncto eo, quod latè de excommunicato tradit *part.*7.*cap.*13.*n.*3. *cum multis ſeqq.de ſuſpenſo, cap.*14. ferè per tot.de quauis cenſura irretito,*d.c.*13.*num.*1. *cum ſeq.* Quæ autem ſint crimina,quæ inhabilẽ ipſo iure aliquem reddunt ad obtinendum beneficium, ipſemet latiùs proſequitur *d.part.*7.*c.*8.paſſim.Quoad impetrandam verò derogationem qualitatum in

beneficij

beneficij fundatione appositarum: (quod idē dictum intelligatur de impetratione mutationis ſtatus beneficij, eiúſve ſuppreſſionis, ac generatim commutationis alicuius vltimæ voluntatis, cùm in his omnibus ſit eadem ratio;) certum mihi eſt, quòd ſeclu-
464. ſo ſtylo Curiæ, per quem impetrans quodcúque reſcriptū ſiue gratiæ, ſiue iuſtitiæ, † abſoluitur à quacumque cenſura, ſententia, ac pœna Eccleſiaſtica ad effectum illius reſcripti dumtaxat conſequendum, hoc eſt, ad eius validitatem, teneretur excommunicatus ſuam excōmunicationem exprimere pro huiuſmodi validitate; quoniam reſcriptum ab excommunicato impetratum ſuper alio, quàm excommunicationis, vel appellationis articulo, & proceſſus per ipſum habitus ipſo iure non valent, vt definitur *in cap. 1. de reſcript. in 6.* per quem text. id in omnibus reſcriptis etiam gratioſis ſentiunt Suar. *tract. de cenſur. diſp. 17. ſect. 1. num. 2.* & Garz. *d. part. 7. cap. 13. num. 20.* ad quod etiam eſt bonus text. *in cap. dilectus, il 1. de reſcr.* vbi deciditur, non valere reſcriptum ſuper reſtitutione beneficij impetratum, quod de cauſa excōmunicationis, & amotionis non facit mentionem; necnō *in cap. poſtulaſtis, in princ. de cler. excōm. miniſtr.*
465. in ratione generali, per quam *ibi* definitur, † impetrationē beneficij ab excommunicato, ſeu collationem eidem factam nullam eſſe, quia nimirum excommunicatis communicari nō debet; quæ quidem ratio militat in quauis gratia: immo idem eſt in gratia, & reſcripto obtentis à Principe ſupremo ſæculari, vt tenet Nauar. *conſ. 28.* aliàs *44. n. 6. de ſent. excomm.* à qua opinione non omnino diſſentit, in contrariam tamen magis propēdens, Suar. *d. ſect. 1. num. 3.* pro qua etiam nonnulla allegat, licèt priorem ſententiam communem fateri videatur. *num.* autem 2.
466. cum Nauar. *vbi ſup. num.* item 2. & 9. docet, † ſecus eſſe in reſcriptis, & gratiis cōceſſis ab Ordinario inferiore, vt nimirum ab ipſo per excommunicatum impetratæ valeant: cum quibus etiā, alios referens, idem tenet Garz. *d. cap. 13. num. 21.* ipſe verò contrarium ſentio cum glo. *d. cap. 1. verbo, proceſſus*; quam alij *ibi* ſequuntur: ſicut cum communi *d. cap. 1. & glo. 2. in cap. penult. de cler. excomm. miniſtr.* aſſero, regulam procedere etiam in excommunicato occulto, quod poſt Silueſtr. qui citat Directorium, tenet Suar. *d. ſect. 1. n. 4.* etſi contrarium voluerit Archid. *d. cap. 1.* nec prorſus ab eo diſſentiat Nauar. ſupr. *num.*
467. 8. & 9. Denique procedit etiam prædicta doctrina † in ſuſpenſo, & interdicto, vt colligi poteſt tū ex adductis à Garz. *d. part. 7. cap. 14.* paſſim, tum præcipuè ex Nauar. *in relect. cap. ita quorundam, in glo. vlt. num. 14. de Iuda.* & Suar. *d. ſect. 1. num. 2.* qui id aperte ſentire videntur: necnon ex ſtylo Curiæ, quæ in omnibus gratiis ponit abſolutionem ad effectum illarum conſequendum non ſolùm ab excommunicatione, ſed etiam ab aliis cenſuris Eccleſiaſticis, quæ ſunt ſuſpenſio, & interdictum, iuxta *cap. quærenti, de verb. ſignific.* hæc autem expreſſio aliarum cēſurarum, ſeu abſolutio ab illis omnino ſuperuacanea foret, niſi gratiā impedirent non ablatæ. Quin etiam ob eam-
468. dem rationem idem dicerem † de irregularitate ſaltem oriente ex delicto, propter verba illa, Eccleſiaſticis pœnis, quæ in eadem abſolutione ad effectū ex ſtylo Curiæ apponuntur, cùm Papa, vel eius Legatus reſcriptum aliquod, ſeu gratiā concedit, ſic enim ſe habet prædicta clauſula abſolutionis integra: *teque à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentiū dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes*: huiuſmodi autē irregularitas non eſt cenſura, ſed pœna Eccleſiaſtica, vt cōſtat ex [illegible] *rex d. tract. de cenſur. diſp. 40. ſect. 1. num. 1.* & [illegible] *ſimil. tract.* ſeu *theſaur. caſ. conſcient. lib. 6. cap. [illegible] primo*, iuncto *num. 17.* verùm irregularitate [illegible] impediri gratiæ validitatem, ſeu effectum, [illegible] men tolli ipſam irregularitatem per d. clauſu[illegible] *que à quibuſuis*, &c. voluit poſt alios Garz. *d. [illegible] cap. 11. num. 56.* licèt pro priori ſententia non [illegible] referat *num. 55.* & plures idem *num. 59. in fin.* & [illegible] ſuprà *lib. 7. cap. 14. num. 1.* recēſent id tenentes [illegible] irregularitatem orientem ex delicto, de qua nos loquimur. Ratio verò, quam Garz. affert *d. num. 56. &* 59. quòd per d. clauſulam ſolùm datur abſolutio, non autem diſpenſatio, quæ ſola competit irregularitati, non item abſolutio, non vrget: nam abſolutio in d. clauſula ſumitur genericè, vel certè largiùs, vt etiam continet diſpenſationem. deinde non immeritò dici poteſt ſolā diſpenſationem congruere irregularitati ex ſtylo Curiæ, cùm agitur de tollenda irregularitate ſimpliciter, non autem dumtaxat ad certum effectum validitatis gratiæ; quem cùm intendat eam concedens, dicendum eſt eam quoque voluiſſe tollere irregularitatem cùm ſit vnum ex impedimentis ipſius, vt fatetur Garz. cum aliis; idque maximè ob verbum pœnis conſuetum in d. clauſula apponi, quod aliàs eſſet ſuperfluum. Ratio quoque allata ab eodem Garzia *d. cap. 11. numer. 57.* quòd facultas abſoluendi à cenſuris, & pœnis conceſſa in iubilæis, & bullis cruciatæ non comprehendit irregularitatem, non vrget. nam, vel in iis non adduntur ea verba, *& pœnis*: vel vbi addantur, per ea non datur facultas tollendi irregularitates, quæ aliunde oriuntur, quàm ex delicto: aut, ſi nullam irregularitatem, hoc ideo eſt, quia expreſsè in eiſdem litteris mox denegatur facultas diſpenſandi per eas ſuper quacumque irregularitate; vnde ſumi poteſt argumentum pro d. priori ſententia: vel quia tunc agitur de omnino tollenda irregularitate quoad omnem ſui effectum; per d. autem clauſulam, *téque à quibuſuis*, &c. ſolùm tollitur ad validitatem gratiæ, quæ impetratur, vt verba ipſa ſonant, & adnotauit Rebuff. *in ſuo & declarat. non. proniſ. ſuper hac clauſula, num. 15. cum tribus ſequentibus*, atque alij quos refert, ac ſequitur Garz. *d. cap. 11. num. 55. & 56.* necnon *cap. 13. num. 62. vſque ad 66.* Sed quicquid de hoc ſit, certè inter omnes conſtat, † non prodeſſe prædictam 469.
clauſulam, *téque à quibuſuis*, &c. inſordeſcentibus, hoc eſt, iis, qui per annum in excommunicatione ob crimen lata ſciens præſeruauerint; vt præter relatos, ac probatos à Garz. *d. cap. 13. num. 61.* tenet Rebuff. vbi ſuprà *num. 10.* Suarez *d. ſect. 1. num. 10.* & habetur in regula moderna Cancell. quæ eſt in ordine 65. aliàs 66. vbi præterea ſtatuitur, & ordinatur, huiuſmodi abſolutionem, & clauſulam non ſuffragari non parentibus rei iudicatæ, incendiariis, violatoribus Eccleſiarum, falſificatoribus, & falſificari procurantibus litteras, & ſupplicationes Apoſtolicas, & illis vtentibus receptatoribus, & fautoribus eorum, ac res vetitas ad infideles deferentibus, violatoribus Eccleſiaſticæ libertatis via facti, auſu temerario Apoſtolicis mandatis non obtemperantibus, & Nuncios, vel executores Apoſtolicæ Sedis, & eius officialium eis commiſſa exequentes impedientibus; qui propter præmiſſa, vel aliquid eorum excommunicati à iure, vel ab homine per quatuor menſes ſcienter excommunicationis ſententiam huiuſmodi ſuſtinuerint. Rectè quoque poſt alios aduertit Garz. *d. cap. 13. num. 67.* Papam per d. clauſulam abſoluere etiam à cenſuris reſeruatis ipſi in Bulla quoque Cœnæ Domini,

præterquam

præterquam tamen ab incurſu ob hæreſim, ex Auila *tract. de cenſur. part. 2. cap. 6. diſput. 5. dub. 2.* poſt Felin. *in cap. Apoſtolica, in princ. de excep.* & Couar. *in relect. cap. alma mater, 1. part. §. 11. num. 15.* quibus addo Rebuff. *vbi ſupr. numer. 9.* idem autem Garz. bene ſubdit *numer. 68.* poſt Auil. *ibidem*, & Nauar. *loco* ſuperiùs *cit. numer. 18.* per d. clauſulam poſitam in litteris Legatorum † impetrantem ſolùm abſolui à cenſuris, à quibus ipſi aliàs poterant abſoluere, non autem reſeruatis Papæ, à quibus aliàs non poſſent abſolmere; quicquid dicat Rebuff. *in concord. Gall. ad form. mand. verbo, innodatus exiſtit, verſ. & an legatus*, cum Felin. *in cap. ad audientiam, de ſentent. excommun.* ac denique *numer. 71. cum ſeq.* rectè cum aliis docet idem Garz. Ordinarios poſſe eadem clauſula vti, per eam tamen abſolui impetrantes, à quibus aliàs iidem Ordinarij poſſent abſoluere; non autem ab aliis. 470.

Vigeſimoquarto impetrans beneficium per reſcriptum mixtum, ſeu contra alios impetrantes debet exprimere † ſuam dignitatem, aliàs gratia eſt nulla. conſtat id ex text. *in cap. ad aures, de reſcript.* vbi Abbas *numer. 1.* Dec. *numer. 2.* Bero. & Mant. *numer. 17.* Pariſ. *conſil. 74. col. 1. lib. 4.* Menoch. *d. caſ. 201. numer. 40.* vbi poſt Dec. & Bero. *loc. cit.* id intelligit procedere tantùm in impetrante minora beneficia, non autem maiora; cùm tunc ceſſet ratio expreſſa *in d. cap. ad aures*, quòd non ſit intentionis Pontificis, vt perſonæ pluribus reditibus abundantes per eius litteras pauperes clericos minoribus beneficiis inquietent. Hæc autem qualitas, hoc eſt, dignitas, quam obtinet impetrans, non video, cur neceſſariò exprimenda ſit in impetratione derogationis qualitatis in alterius beneficij fundatione appoſitæ; cùm potiùs illa reddere debet faciliorem Principem ad hanc derogationem concedendam, quàm eum retrahere à conceſſione aut omnino, aut tali modo facienda; & alioqui ius, aut ſtylus Curiæ talem expreſſionem in huiuſmodi derogatione impetranda non requirat; iuxta ea, quæ in præſenti, ac præced. concluſ. adduximus. 471.

De aliis verò qualitatibus, ſi quæ ſunt, in impetratione beneficij exprimendæ, videri poſſunt Doct. ſuprà alleg. præſertim Fel. *d. cap. in noſtra, de reſcript.* & Menoch. *d. caſ. 201.* necnõ Ioan. Selu. *tract. de benef. 3. part. quæſt. 11. & 12.* Flamin. Pariſ. *tract. de reſignat. benef. lib. 10. quæſt. 2.* De aliis autem, quæ in ſpecie exprimenda ſunt in impetratione ipſiuſmet derogationis qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, dicemus in tribus concluſionibus ſtatim ſeqq. Alia verò multa pariter exprimenda in huiuſmodi impetratione per reſcriptum iuſtitiæ ſumi poſſunt ex iis, quæ in impetratione ſimilium reſcriptorum quoad commutationem vltimarum voluntatum exprimenda tradidimus ſup. *d. c. 6. quæſt. 4. concl. 10.* per tot.

QVINTA CONCLVSIO. Impetrans derogationem vnius qualitatis appoſitæ in fundatione alicuius beneficij poſteriorem † non tenetur facere mentionem prioris derogationis alterius qualitatis: ſecus in derogationibus eiuſdem qualitatis, cùm inter vtramque derogationem eſt aliqua contrarietas. Hæc concluſio quoad vtramque partem confirmatur ex iis fundamentis, quibus vtramque probauimus in commutationibus vltimarum voluntarum ſup. *cap. 6. quæſt. 4. concluſ. 1.* Poſterior autem huius concluſionis pars iiſdem planè modis extenditur, ac reſtringitur, quibus ampliauimus, ac limitauimus poſteriorem prædictæ 1. concluſionis partem. Præcipuè autem reſtringitur primò, vt non procedat, quando prior gratia eſt irrita, ſeu inualida, vt *d. concluſ. 1. in fi.* admonuimus, & latius oſtendimus *concluſ. 2.* ex cuius concluſ. prima ampliat. conſtat, hanc reſtrictionem procedere non modò, quando prius reſcriptum irritum fuiſſet ab vna parte impetratum, & poſterius ab altera; aut vbi vtrumque ab eadem parte fuit impetratum: verùm etiam vbi poſterius caret moderamine, quæ fuit priori reſcripto adiecta. Secundò eadem poſterior huius concluſionis pars reſtringitur, vt non habeat locum vbi impetrans poſteriorem gratiam priori aduerſantem hac non poſſit, aut re integra nolit vti, prout tunc in commutationibus vltimarum voluntatum fusè demonſtrauimus *d. concluſ. 2. ampliat. 2.* valere, vtilémque eſſe poſteriorem gratiam, ſeu conceſſionem, in qua de priori mentio facta non ſit. Vtraque verò huius concl. pars declaratur, quòd, vbi earum derogationũ altera, ſiue prior, ſiue poſterior, ſit generalis, altera ſpecialis, regulariter hæc derogabit generali, eius etiam non facta mentione, vt generatim in gratiis, & reſcriptis tradidimus *d. quæſt. 4. concl. 3.* ex cuius limitationibus præcipuè quoad priorem eius partem totidem declarationes, ſeu moderationes huius declarationis, maximè vbi prior derogatio generalis ſit, poſterior autem ſpecialis, facilè deſumi poſſunt. 472.

SEXTA CONCLVSIO. In impetratione derogationis qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum † facienda eſt mentio omnium vinculorum, & impedimentorum, quæ ſingula à derogante cognita eum reuocarent, vel ab omnimoda, vel certè à tali conceſſione. Probatur ex iis fundamentis, quibus idipſum oſtendimus in commutatione vltimarum voluntatum ſup. *cap. 6. quæſt. 4. concl. 4.* præcipuè verò ex Gonzal. *ad regul. 8. Canc. gloſ. 13. n. 91. cum duob. ſeqq.* Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſp. 21. num. 71. & ſeq. diſput. 23. num. 1. & 2. ac diſp. 24. num. 1.* & Garz. *tract. de benefic. part. 8. cap. 3. num. 54. cum ſeq.* necnon ex iis, quæ adduximus *eod. cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 3.* docentes, hæc omnia, & ſingula eiuſmodi eſſe, vt, ſi non exprimantur, ſurreptitiam, ac nullam reddant impetrationem; quia tunc deficit cauſa finalis gratiæ. Ampliatur verò hæc concluſio primò, vt non ſufficiat diuerſa hæc impedimenta, ſeu vincula in diuerſis reſcriptis derogationis eiuſdem qualitatis proponi; prout in quauis diſpenſatione, & gratia pluribus relatis fusè comprobat Sanchez *d. diſput. 23. numer. 2.* & nos latiùs explicantes deduximus *d. quæſt. 4. concluſ. 5.* ex cuius ampliatione, ac limitationibus ſumere licet totidem declarationes primæ huius ampliationis, quam ad præſentem concluſ. adhibuimus. Quæ ampliatur ſecundò, vt quando etiam vnicum adeſt vinculum, ſeu impedimentum in derogatione prædictarum qualitatum beneficij, ſed oritur ex duobus capitibus, ſeu titulis, tunc vterque titulus exprimendus ſit. Hæc autem ampliatio explicatur, & comprobatur ex iis, quæ in his terminis quoad vltimarum voluntatum commutationem attulimus *d. cap. 6. quæſt. 4. concluſ. 6.* præſertim ex Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſput. 24. numer. 5.* ex eo verò, quod idem tradit *numer. 6.* extende hanc ampliationem, vt tunc non proſit clauſula, *non obſtante.* eius autem reſtrictiones facilè deſumere poteris ex iis, quæ nos adduximus *eod. concluſ. 6. poſt medium*, ſecuti Sanchez *eod. diſput. 24. numer. 7. 8. & 9.* Tertiò ampliatur, quòd vbi vnicum etiam vinculum, ſeu impedimentum derogationis prædictarum qualitatum beneficij habet annexam notabilem circumſtantiam, ea debet exprimi in impetratione talis derogationis, aliàs erit ſurreptitia, & nulla. Quæ ampliatio ſatis cõprobatur ex iis, quibus idipſũ de cõmutatio- 473.

ne vltimæ alicuius voluntatis docuimus *d. quæſt. 4. concluſ. 7.* exempla verò harum notabilium circumſtantiarum formati cum proportione in derogatione, de qua nunc agimus, haud difficilè poſſunt ex iis exemplis, quæ in impetratione memoratæ commutationis *d. concluſ. 7.* attulimus. Denique præſens concluſio ampliatur, vt in ſeq. concluſ.

SEPTIMA CONCLVSIO. Impetrans derogationem alicuius qualitatis in beneficij fundatione appoſitæ † explicare tenetur prohibitionem huiuſmodi derogationis à fundatore factam. 474. Hæc concluſio probatur ex iis, quibus ſup. *d. cap. 6. quæſt. 4. concluſ. 8.* id docuimus de prohibita commutatione vltimæ voluntatis, & *cap. præced. quæſt. 6. concluſ. 7.* de prohibita derogatione fideicommiſſi; cuius quidem prohibitionis exemplum habemus *in l. quidam, ff. de vſu & vſufruct. leg.* ibi; quæ legata peto, Decuriones, & rogo, ne in alios vſus conuertere velitis, quæ verba, *rogo*, & *peto*, prohibitionem, ac præceptum in teſtamentis, ac ſimilibus vltimis diſpoſitionibus inducant, prout de verbo, *peto*, text. eſt *in l. peto, ff. de legat. 2.* & alibi ſæpe. de verbo, *rogo*, *in l. rogatus, ff. quand. dies legat. ced. l. omne verbum, C. commun. de legat. & auth. contra cùm rogatus, C. ad Trebell.* de vtroque *§. fin. Inſtit. de ſing. reb. per fideicom. relict.*

Quòd ſi pro maiori declaratione, & complemento huius concluſ. à me quæras, an indiſtinctè ſuſtineri debeat prohibitio fundatoris beneficij, ne qualitatibus per eum in illius fundatione appoſitis derogari poſſit. Reſpondeo. primò, quòd, ſi agatur de exequenda pia voluntate defuncti, aliquid nimirum diſponentis ad pias cauſas, † non valet 475. eius prohibitio, ne Epiſcopus, aliúſve ſuperior Eccleſiaſticus ſe in eius executione intromittat, vt eſt text. ad litteram tam in iure ciuili, *§. ſi autem pro redemptione, auth. de Eccleſ. titul. collat. 9.* ibi; in omnibus enim talibus piis voluntatibus ſanctiſſimos locorum Epiſcopos volumus prouidere, vt ſecundùm defuncti voluntatem vniuerſa procedant, licèt procipuè à teſtatoribus, aut donatoribus interdictum ſit eis habere ad hoc aliquod participium: quod etiam habetur *in l. nulli licere*, iuncta *auth. licèt teſtator, C. de Epiſc. & cleric.* quàm in iure canonico, *cap. tua nobis, §. 1. de teſtam.* ibi; cùm igitur in omnibus piis voluntatibus ſit per locorum Epiſcopos prouidendum, vt ſecundùm defuncti voluntatem vniuerſa procedant, licèt etiam à teſtatoribus id contingeret interdici. optimus etiam text. *in cap. ſit quidam, 10. quæſt. 1.* necnon *in Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 8. circa medium, de reform.* in iis verbis, quæ ad fin. 2. reſponſ. primo loco referemus. atque id expreſsè adnotarunt Ancharan. *conſil. 129.* Apoſt. Capell. Tholoſ. *deciſ. 111.* necnon poſt alios ſentit Lambert. *tract. de iurepatronat. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. art. 1. numer. 46.* ac tradunt gloſ. & Doctor. *in prædictis iurib.* ac poſt alios latè Idelphonſ. Perez de Lara *in tract. de anniuerſ. & Capellan. lib. 2. cap. 1. numer. 4. & 14.* Couar. verò *d. cap. tua nobis, numer. 6.* hoc ipſum poſt alios extendit primò, vt neque etiam derogare poſſit poteſtati Epiſcopi, ad quem ex negligentia deuoluta erat executio teſtamenti paterni, licèt filius patris heres in proprio teſtamento mandauerit vltimam patris voluntatem per quoſdam certos executores ad effectum deduci. Secundò, vt nec poſſit teſtator prohibere Epiſcopum exequi vltimam voluntatem negligentibus executoribus, & elapſa dilatione iuris. Reſtringit autem primò quoad legata non pia: licèt contrarium ſentiat, vbi procedit Epiſcopus ex officio, poſt alios Capell. Tholoſ. *deciſ. 51.* & *111.* ibique Apoſtill. Secundò etiam quoad legata pia, vbi in caſum negligentiæ alios executores ſubſtitueret; (quod etiam tradit cum aliis Apoſtill. *d. deciſ. 111.*) idemque eſſe, quando teſtator expreſſim voluit tempus datum executoribus à iure eis minimè obeſſe, nec currere; ſed liberam eius executionem reliquerit; vt, cùm ij voluerint, exequantur eius vltimam voluntatem. quod tamen poſtremum accipiendum eſt in eum ſenſum, vt poſſit teſtator expreſsè dilationem à iure datam prorogare; prout cenſent Doctor. quos ſtatim ad id citan. neque aliud volunt Doctor. quos mox antè allegauerat ad hoc, vt poſſit relinquere executoribus facultatem exequendi piam voluntatem, quando voluerint; quod ſi verum ita indiſtinctè, ac ſimpliciter eſſet, ludibrio foret tam ipſa teſtatoris pia diſpoſitio, quàm iura, quæ paſſim pias voluntates iubent mitti executioni. Præterea reſtringenda eſt prædicta regula tertiò, vt prohiberi poſſit Epiſcopi viſitatio piorum locorum, quæ ſub immediata Regum protectione ſunt, abſque eorum licentia, prout prohibet ipſum Triden. Concil. *ſeſſ. 22. cap. 8. de reform.* ac poſt alios adnotauit Perez *d. cap. 1. num. 49.* Quartò, vt valeat prohibitio in inſtitutione, & ordinatione alicuius Eccleſiæ, ſeu fabricæ facta, per quam expreſsè caueatur, ne illius fabricæ adminiſtratores teneantur reddere rationem Ordinario, ſed aliis ad id deputatis; tunc tamen cum iis adhiberi debet etiam Ordinarius: quod vtrumque diſponitur ab eodem Trid. Conc. *d. ſeſſ. 22. cap. 9.* De materia verò huius 1. reſpon. videas Lambert. *de iurepatr. lib. 1 part. 1 quæſt. 9. art. 4. n. 3.* Reſpondeo ſecundò, quòd, † ſi agatur de 476. contraueniendo, ſeu derogando alicui piæ voluntati defuncti, quia nimirum voluit fundator, exempli gratia, alicuius Capellaniæ, vt Capellanus eligatur, ſeu deputetur à ſuis pro tempore conſanguineis; neque in huiuſmodi electione, aut deputatione vllatenus Epiſcopus, aut alius ſuperior Eccleſiaſticus ſe intromittat: tunc diſtinguendum eſt, an ex ipſius defuncti voluntate prædicta Capellania ſit erecta, vel erigenda in titulum, ſeu beneficium Eccleſiaſticum cum dotis aſſignatione, & aliis requiſitis, de quibus inter alios Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 5 in princ. numer. 6. vſque ad 11.* & Garz. *tract. de benefic. part. 1. cap. 2. num. 61. 63. & 65.* cum multis ſeqq. an verò ſit Capellania, quam mercenariam vocant, ad quam ex ſimplici voluntate priuatarum perſonarum citra collationem, aut aliam canonicam inſtitutionem Capellanus deputatur, quia non eſt erecta, vel erigenda in titulum beneficialem: de qua diſtinctione latè Gonzal. Spin. & Garz. mox allegandi. Perez *d. cap. 1. ex num. 22.* ac nos *in tract. de decim. cap. 9. num. 20.* iuncto *num. 21.* Et in priori quidem caſu, ſeu membro huius diſtinctionis non valet huiuſmodi prohibitio, & ordinatio teſtatoris, ne ſuperior Eccleſiaſticus ſe intromittat, quamuis in eum euentum fundator mandet ex iis bonis aliud quid fieri; ſic poſt longam diſputationem tenuit Rot. Rom. *deciſ. 7.* aliàs 10. *de teſtam. in antiq.* ac multis relatis tradit Roch. de Curt. *in tract. de iurepatronat. verbo, pro eo, quòd de diœceſani conſenſu, quæſt. 12.* Lambertin. *in ſum. tract. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. art. 1. concl. 2. ampliat. 1.* ſeu *n. 40. vſque ad 45. & ampliat. 9. ſub n. 70.* Couar. *d. cap. tua nobis, n. 8. de teſtam. & in Epitom. de ſponſal. & matrim. part. 2. cap. 3. §. 1. num. 10.* Didac. à Spin. *in ſpec. teſtam. gloſ. 4. princ. num. 39. cum trib. ſeqq. & num. 93.* atque hanc ſententiam Menchac. ſeu Fern. Vaſq. *tract. de ſucceſſion. lib. 1.* qui eſt *de ſucceſſion. creat. §. 7. numer. 15. & ſeqq.* multos Doctor. allegans communem eſſe teſtatur; ac pleriſque relatis ſequitur

Perez

Perez *d. cap. 1. numer. 16. vſque ad 21.* Gonzal. *d. gloſ. 5. in princ. numer. 42. cum ſeq.* ſic intelligens Ioan. Guttier. *in repet. l. nemo poteſt, numer. 449. & ſeq. ff. de legat. 1.* vbi ex prædictis, & aliis tradit, teſtatorem, qui conſtrui iuſſit Capellam, & fundauit Capellaniam, non poſſe eius regimen auferre Epiſcopo ordinario loci, vt multi faciunt præcipientes, vt is non ſe intromittat in regimine, & adminiſtratione ſuæ Capellaniæ, vel in quicquam ipſius; aliàs mandant, eam non fieri; & quòd relictum conuertatur in alios vſus pios, aut profanos, vel reuertatur ad aliquam, vel aliquas perſonas per eos in teſtamento nominatas, quòd pariter ſatis probat Perez *d. cap. 1. numer. 17.* cum aliquot ſeqq. vbi etiam aſſerit, hanc eſſe communem ſententiam, à qua ſubdit fore periculoſum recedere. Garz. verò *d. part. 1. cap. 2. numer. 97.* iuncto *num. præced. ac ſeq.* ex iiſdem Doctor. & aliis doceat non tenere quidem prohibitionem teſtatoris, quòd Ordinarius non ſe intromittat in prouiſione huiuſmodi Capellaniarum collatiuarum, quæ nimirum ſunt beneficia Eccleſiaſtica, ita, vt ad ſolos laicos prouiſio ſpectet, nec etiam adiecta pœna; tenere tamen quoad excluſionem Ordinarij ab earum adminiſtratione, cura, & viſitatione. Quæ eſſe poteſt prima reſtrictio huius prioris caſus, ſeu membri propoſitæ diſtinctionis. Secunda deſumi poterit ex eo, quod poſt alios tradit Guttier. *d. l. nemo poteſt, num. 451. ff. de legat. 1.* & Gonzal. *vbi ſup. num. 47. cum ſeq.* valere prædictam prohibitionem, ne ſuperior Eccleſiaſticus ſe intromittat in prouiſione beneficij, ſi in fundatione ad id accedat conſenſus Ordinarij; quod etiam tradit Lambertin. *d. numer. 70.* ſeu *ampliat. 9.* & latiùs *d. quæſt. 9. artic. 3.* ferè per tot. vbi tamen rectè docet id procedere, modò Capellanus prouidendus ſit à clerico, vtputa per præſentationem, ſeu nominationem à Capellano cedente, vel decedente factam, quæ tunc habet vim inſtitutionis. Tertiam reſtrictionem poſt alios affert Perez. *d. cap. 1. num. 48.* vt poſſit de licentia Papæ, aut etiam Epiſcopi apponi conditio, ne Epiſcopus in tali Capellania, ſeu beneficio ſe intromittat: ſed quoad Epiſcopum intelligendum eſt cum temperamento, quod mox ex Lambert. adduximus.

In poſteriori autem caſu, ſeu ſecundo propoſitæ diſtinctionis membro † de Capellania, vel Vicaria mercenaria, hoc eſt, non erecta in titulum, nec ita inſtituta, vt in beneficium Eccleſiaſticum erigatur; de qua quidem Capellania latè inter ceteros Gonzal. *d. gloſ. 5. in princ. à num. 20. vſque ad 41.* paſſim, Garz. *d. cap. 2. num. 81. & num. 102. vſque ad 116.* Perez *d. cap. 1.* ferè per tot. Spin. *d. gloſ. 4. princ. num. 42.* & nos *d. tract. de decim. cap. 9. num. 21. de Vicaria, num. 93. cum ſeq.* & Gonz. *d. gloſ. 5. §. 3. numer. 10. ac 12. vſque ad 18.* & ex *num. 35.* poteſt regulariter teſtator, ſeu aliàs illius Capellaniæ fundator, & inſtitutor prohibere, ne Ordinarius, aut alius ſuperior Eccleſiaſticus in eius prouiſione ſe intromittat, ſed ad ſolos patronos etiam laicos ſpectet; & quòd, ſi Epiſcopus, vel alius ſuperior ſe introducat ad confirmandum, vel inſtituendum Capellanum, irritat ſuam inſtitutionem Capellaniæ; ita, vt reditus alteri operi pio applicentur: atque in hoc caſu intelligi poteſt Vaſq. *vbi ſup.* dum contra communem, de qua in priori caſu, nititur defendere fundantem, ſeu inſtituentem Capellaniam poſſe prædictam conditionem apponere, ne Ordinarius in ea ſe intromittat. Verùm id apertè tradit Spin. *d. gloſ. 4. princip. num. 42.* Gonzal. *d. gloſ. 5. in princ. num. 44. cum ſeq. & num. 59.* ac poſt alios, & nonnullas Rot. Roman. deciſ. Perez *d. cap. 1. numer. 3. & 5. vſque ad 15.* & Garz. *d. cap. 2. numer. 105. & duob. ſeqq.* qui *num. 104.* rectè reprehendit Gonzal. *vbi ſup. numer. 35. & 41.* aſſerentem cum Pariſ. *conſil. 34. lib. 4.* Epiſcopum nullum ius habere viſitandi huiuſmodi Capellanias; quoniam & ipſæ ſunt quædam opera pia à defunctis inſtituta, quorum curam † habet Epiſcopus, vt executioni commit- 478.
tantur, ſaltem data negligentia heredum, vel executorum piæ diſpoſitionis, *cap. nos quidem, cap. ſi heredes, cap. tua nobis, & cap. Ioannes, de teſtam. Clem. quia contingit, de relig. domib.* Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. vlt. & ſeſſ. 22. cap. 8. de reformat.* cum aliis iuribus ad id per nos allegat. ſup. *cap. 3. quæſt. 3. concluſ. 1.* licèt autem Spin. *d. numer. 42.* Garz. *d. num. 104.* & Gonzal. *vbi ſup. numer. 45.* admittant poſſe expreſsè excludi Ordinarium à viſitatione, ſi id habeatur in fundatione, allegantes hi duo Concil. Trident. *d. ſeſſ. 22. cap. 9.* quod etiam contendit Garz. *numer. 98.* procedere in Capellanis collatiuis, ſeu titularibus, & quæ ſunt beneficia Eccleſiaſtica: tamen, quòd Ordinarius excludi per teſtatorem poſſit à viſitatione, meo iudicio accipiendum eſt, cùm agitur de immutanda principali diſpoſitione defuncti, non autem præcisè exequenda; quo caſu in 1. reſponſo vidimus, non valere prohibitionem, ne Epiſcopus ſe intromittat. Concil. autem Trident. *d. cap. 9.* vt *ibid. in fi.* admonuimus, & in eo decreto videre eſt, etiam in caſu, quo ex fundatione aliis deputatis, quàm Ordinario ab adminiſtratoribus reddenda eſt ratio adminiſtrationis, præterquam quòd loquitur ſolùm de adminiſtratoribus fabricæ alicuius Eccleſiæ, admitti quoque vult Ordinarium cum iis deputatis; & quòd aliter factæ liberationes dictis adminiſtratoribus non ſuffragentur. quòd verò, cùm agitur de immutanda principali voluntate defuncti fundatoris, valeat eius diſpoſitio, vt Ordinarius ſe non intromittat, maximè confirmatur, tum ex eo, quod poſt Couar. *d. cap. tua nobis, numer. 6. in fi.* & alios tradidimus ſup. *cap. 5. quæſt. 11. concluſ. 2. limit. 2.* quòd vbi teſtator, aliúſve pij operis inſtitutor citra tamen beneficij fundationem in ſpecie deſignauerit, quid ſit agendum de pecunia, aliáve re, de qua diſpoſuit, eo caſu, quo prima eius iuſſio ob negligentiam executorum non ſit ad effectum deducta; nec ea res poſſit modò in eandem cauſam expendi; minimè poterit Epiſcopus illam voluntatem mutare; vbi etiam ex nonnullorum ſententia id docuimus procedere vbi defunctus diſpoſuit quid faciendum quando prima iuſſio quauis de cauſa non impleatur: tum ex Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 8. de reformat. circa medium*, ibi; quòd, ſi hoſpitalia hæc ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta, nec in loco, vbi ſunt dicta hoſpitalia, ſimiles perpetuæ, aut perpaucæ reperiantur; mandat adhuc, vt fructus illorum in alium pium vſum, qui eorum inſtitutionis proximior ſit, ac pro loco, & tempore vtilior, conuertantur, prout Ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum vſu peritiores ſint, per ipſum deligendis magis expedire viſum fuerit: niſi aliter fortè etiam in hunc euentum in eorum fundatione, aut inſtitutione fuerit expreſſum; quo caſu, quod ordinatum fuit, obſeruari curet Epiſcopus, aut ſi id non poſſit, ipſe prout ſuprà, vtiliter prouideat: *& d. cap. 8. ad fin.* ibi, nec adminiſtratio, ſeu gubernatio huiuſmodi locorum vni, & eidem perſonæ vltra triennium deinceps commit-

477.

committatur; nisi aliter in fundatione cautum reperiatur.

Respondeo tertiò, quòd institutor, seu fundator prædictarum Capellaniarum non titularium, sed mercenariarum, seu, quæ erectæ non sunt in titulum beneficialem, † & ipso, quòd prohibuit, ne Episcopus, aliúsve superior Ecclesiasticus se in illis intromittat, censetur quoque prohibuisse, & quidem validè, ne eas in beneficium, seu titulum Ecclesiasticum erigat; prout satis sentit Didac. à Spin. *in d. spec. testam. glos. 4. princ. numer. 42. versic. quò fit, vt ratione, circa med.* & apertiùs Garz. *d. part. 1. cap. 2.* dum *numer. 105.* ex prædictis post alios infert, male agere Ordinarios, qui faciunt institutionem, & collationem de Capellaniis contra voluntatem fundatorum, & testatorum, qui noluerunt eas esse collatiuas; moti aliquando, ne imponatur eis subsidium bonis, & reditibus Ecclesiasticis imponi solitum; nec esse in ipsorum Ordinariorum potestate illas facere collatiuas, & erigere in beneficia Ecclesiastica contra testatoris voluntatem etiam de consensu patroni: *& numer. 106.* dum allegat quamdam Rot. Roman. decis. in vna Salernitana Oratorij, 13. Martij 1559. coram D. Quiroga, in qua, cùm testator legasset nonnullos hortos cuidam presbytero cum onere celebrandi Missam qualibet hebdomada in tali Ecclesia, & post mortem eius voluisset, vt heredes testatoris eligerent alium sacerdotem, cui concederent illa bona per annos decem, & non vltra cum prædicto onere, & successiuè alius eligeretur post dictos decem annos; reperiretur autem hoc tamquam beneficium sæpiùs fuisse impetratum; & heredes testatoris impedirentur eligere sacerdotem ex regula de triennali: decisum fuit, non esse locum huic regulæ, cùm hoc non sit beneficium, sed Oratorium priuatum, in quo non adfuit consensus Episcopi, ideóque non potuisse impetrari, vt beneficium, nec conferri in titulum. Abb. *in cap. fin. de censibus.* Bald. *consil. 5. volum. 3.* & si aliter fuit impetratum, gratia fuit surreptitia, nec considerauda; Dec. *consil. 548. col. 1.* Felin. *consil. 41. col. 1. & 2.* adhuc autem apertiùs idipsum constat ex alia eiusdem Rot. decis. in vna Salamantina Capellaniæ, 23. Martij 1583. coram D. Seraphino, quam idem Garz. allegat *d. numer. 107.* vbi sic dicitur: Domini inclinabant, quòd noluit testator erigere beneficium Ecclesiasticum, dum voluit, quòd illius Capellaniæ prouisio ad solos laicos spectet, qui obtinebunt maioratum; quod fieri non potest, non enim loquitur de præsentatione, sed de prouisione: & manifestiùs ex quo vult, quòd nec Papa, nec alius quispiam se intromittat in huiusmodi prouisione: ex quibus apparet, noluisse erigere beneficium, cùm id sine canonica institutione à quoquam obtineri non possit, *cap. beneficium, de regul. iur. in 6.* quod etiam confirmatur ex eo, quòd in euentum, quòd aliquis se intromiserit, reuocauit legatum: nam, si esset beneficium, fieri non posset; & non est præsumendum, quòd elegerit viam, per quam voluntas ipsius impugnari possit, *l. 3. ff. de milit. testam.* Ancharan. *consil. 197. numer. 7.* Rot. *decis. 10. de testam. in antiq.* &, licèt vocet Capellaniam; tamen est intelligendum cum his qualitatibus, quibus fieri potest, vt post Sarnen. *in regul. de annal. quæst. 20. & regul. de val. exprim. quæst. 4.* Hæc *ibi* Rot. subdit autem Garz. *numer. 108.* ex Salzedo *in pract. crim. Canon.* Bern. Diaz. *cap. 18. numer. 9.* & Ceuall. *in suis com-*

479.

mun. contr. commun. quæst. 281. numer. 29. iure defendi posse, quòd, † licèt in primæua Capellaniæ fundatione non interuenerit Ordinarij auctoritas; si tamen non reluctante fundatoris voluntate postea Capellania in Ecclesiasticum beneficium fuerit erecta, fundatoris consanguineus, vel alius, qui ad eam vocatus est, eius nomine, & titulo ordinari poterit: & ita receptum esse absque controuersia. quare ex his Doctor. meritò deducit, eos tenere, Capellaniam, in cuius primæua fundatione non interuenit Ordinarij auctoritas, posse postea per Ordinarium erigi in Ecclesiasticum beneficium, si non reluctatur fundatoris voluntas: quod etiam voluit Rot. apud Mohedan. *decis. 1. sub tit. de iurepatronat. incip. Ferdinandus*, quæ eadem est cum *decis. 1122. lib. 3. part. 3. diuersor.* posita inter decisiones Prolomæi Auditoris, ac relata licèt paulò aliter, & probata à Gonzal. *d. glos. 5. in princ. numer. 38.* vbi cùm quidam testator fundasset Capellaniam de suis bonis, disponendo, quòd celebrarentur omni hebdomada quatuor Missæ, & relictis tribus patronis, simpliciter ordinando, quòd Capellani apponerentur per patronos; ac deinde, quia bona dictæ Capellæ relicta dissipabantur, duo ex patronis præsentauerint quendam clericum in Capellanum Vicario generali, & is, citato tertio patrono, & seruatis seruandis dictam Capellaniam in titulum erexerit, & bona relicta illi applicauerit, ac præsentatum instituerit: dubitatum fuit, an erectio Capellaniæ fuerit ritè facta: & fuit resolutum per maiorem partem plutibus contradicentibus, quòd dispositio Episcopi non fuit contra voluntatem testatoris, nec mutauit eius voluntatem, quia Episcopus, seu eius Vicarius, ex quo voluntas iuxta clausulam testamenti non erat adimpleta, potuit in causam necessariam, vel vtilem alterare voluntatem testatoris, Imol. *in l. 1. col. 2. ff. de condit. instit.* refert, ac sequitur Felin. *in cap. super his, col. 2. de accusat.* & licèt essent verba in testamento, quòd Missæ dicerentur per Capellanos positos per patronos, non tamen ideo mutatur voluntas, sed alteratur, quod licet Ordinario, Bald. *in l. si testamentum, C. de testam.* maximè, quia Capellania erat dotata, cùm essent pro ea relicta omnia bona testatoris, vt constabat ex facto, ad not. per Abb. *in cap. 3. de Eccles. edific.* sic etiam intelligo aliam eiusdem Rot. decis. coram Petrutio, relatam pariter, ac probatam à Gomes. seu Sarnen. *ad regul. de trienn. quæst. 32.* in qua ait, Rotam iudicasse, Episcopum facere posse perpetuum Capellanum amouibilem positum per testatorem, per ea, quæ not. Imol. *d. l. 1.* Roch. de Curt. *tract. de iurepatronat. verbo, pro eo, quòd de diœcesani consensu, quæst. 15.* & Castr. *consil. 358. lib. 1.* contra prædictam tamen *decis. 1122.* quoad hoc, vt fundator dicendo, quòd Capellanus ponatur per patronos, non censeatur prohibere beneficij erectionem; tenet Garz. *d. cap. 2. numer. 111.* asserens, quòd immo talis erectio esset contra fundatoris voluntatem; idémque docens, vbi Capellania instituta esset inter viuos per fundatorem, & que statim non requisita Ordinarij auctoritate posuisset Capellanum. pro quo faciunt addu&a per Lambertin. *d. tract. de iurepatronat. lib. 1. part. 1. quæst. 2. artic. 4. numer. 17. vsque vlt. & lib. 2. part. 1. quæst. 7. artic. 13. numer. 3.* statim post medium. *Num.* autem 109. idem Garz. prædictam doctrinam, quòd Capellania, in cuius primæua fundatione non interuenit auctoritas Ordinarij, possit postea

480.

per

per ipſum erigi in beneficium Eccleſiaſticum, ſi non reluctatur fundatoris voluntas; veram eſſe air in Capellaniis inſtitutis in teſtamento, aut alia ſimili vltima voluntate, in quibus non ſolet interuenire auctoritas, & erectio ordinarij, niſi poſt mortem teſtatoris, quando effectum ſunt habituræ;
481. quódque teſtator † inſtituendo Capellaniam ſimpliciter, videtur velle inſtituere beneficium Eccleſiaſticum, niſi aliud conſtet, ex Ceuall. *d. quæſt.* 282. *numer.* 29. vel potiùs videtur nolle prohibere, vt ea in beneficium erigatur, prout ſentit Rot. in d. Salamantina Capellaniæ, & ipſe Garz. ſup. *num.* 107. dum admittunt inſtituentem Capellaniam intelligendum eſſe cum iis qualitatibus, quibus fieri poteſt. idem verò Garz. *numer.* 110. illam doctrinam eadem ratione procedere quoque vult in Capellaniis inſtituris inter viuos etiam irreuocabiliter, quarum effectus differtur poſt mortem. Denique *num.* 113. iuncto *num.* 114. meritò aduertit poſt alios, quòd, ſi appareat de vna collatione, vel inſtitutione ordinarij, Capellania in dubio cenſebitur beneficium; cùm in dubio vltimus ſtatus in beneficialibus attendatur: ſecus in claris, ex quadam Rot. deciſ. coram Litta in vna Compoſtellana Prioratus, 17. Martij 1597. quomodo etiam loquitur prædicta deciſio coram Quiroga. vtraque verò hæc deciſio, quoad hoc nimirum, vt in claris, quando conſtat fundatorem noluiſſe Capellaniam erigi in beneficium, ea non præſumatur beneficium ex vna collatione, vel inſtitutione ab Ordinario facta temperanda eſt, vt non procedat vbi de ea Capellania tamquam de beneficio prouiſum fuiſſet per ſpatium quadraginta annorum; prout temperat Garz. ſup. *numer.* 116. poſt Azor. *Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 10. *cap.* 3. *quæſt.* 5. ex *cap. cùm de beneficio, de prab. in* 6. & *ibi* notat. & inferiùs per ipſum Garz. dicendis *in d. tract. de benefic. part.* 7. *cap.* 10. ex *numer.* 34. qua etiam vtraque de re videndum eſt, quod latè tradunt Gonzal. *d. gloſ.* 5. *in prin. numer.* 50. *vſque ad* 60. & Idelph. Perez *d. tract. de anniuerſar. & Capellan. lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 45. *cum tribus ſeqq. & numer.* 50. *vſque ad fin. cap.* Et hæc de præſenti 7. concluſ. iam ad reliquas tranſeamus.

OCTAVA CONCLVSIO. Mutationem temporalem ſtatus, ſeu derogationem qualitatum
482. beneficij † vitiat falſa expreſſio eorum omnium, & ſingulorum, quæ ſuppreſſa ſurreptitiam, ac nullam eam mutationem redderent. Probatur, quia, licèt ſurreptio differat ab obreptione tam in reſcriptis gratiæ, quàm iuſtitiæ, quòd illa importet veri taciturnitatem, hæc falſi expreſſionem: tamen in eo vtraque conuenit, quòd reſcripta quidem gratiæ ipſo iure, reſcripta verò iuſtitiæ, ope exceptionis irritat, ac nulla reddit; vt ſatis oſtendimus *cap.* 6. *quæſt.* 3. *præmiſſ.* 3. & 4. quare omnes qualitates, quas in quinque præcedent. concluſ. omnino exprimendas fore ad ſurreptionem in prædicta temporali ſtatus beneficij mutatione vitandam docuimus, illæ nimirum, quæ de iure, vel ſtylo Curiæ exprimi debent; aut, ſi exprimantur, omnino retraherent Principem à concedendo, vel inducerent ad concedendum cum aliquo moderamine; eædem quoque ſi falsò exprimantur, mutationem ipſam vitiabunt. Id quod ſatis etiam comprobatur tum ex eo, quòd pluribus relatis tradit Alph. Hoied. *tract. de incompatib. benefic. part.* 2. *cap.* 12. *numer.* 37. diſpenſationem, quæ ſit ex falſa cauſa, non valere, cauſa, inquam, finali, non impulſiua, hoc eſt, quando ea falſitate non expreſſa ſuperior gratiam non

concederet, vel non eo modo, prout in quauis gratia ſatis probat Sanchez *lib.* 8. *de matrimon. diſput.* 21. *numer.* 30. ex quibus, & aliis idipſum generatim de cõmutatione vltimarum voluntatum docuimus *d. cap.* 6. *quæſt.* 3. *concluſ.* 4. vbi etiam breuiter reſpondetur ad fundamentum non paucorum contrarium ſentientium; quos refert idem Sanchez *d. diſput.* 21. *numero* 31. & ſequitur Garz. *tract. de benefic. part.* 6. *cap.* 1. *a numer.* 197. *ad* 201. vnde eas qualitates hoc loco pro repetitis habebimus, illas dumtaxat exprædictis commemorantes, quas quoad falſi expreſſionem in iure poſitas, vel à Doctoribus variis in locis ponderatas reperimus, ad beneficij tamen impetrationem pertinentes. Quænam verò ex his qualitatibus, & quomodo locum habeant in derogatione, de qua nunc agimus quoad obreptionem inducendam, colligi facile poteſt ex iis, quæ præced. concluſ. de earum ſingulis quoad ſurreptionem eiuſdem derogationis diximus.

Et quidem *prima* occurrit † qualitas illa, 483.
quòd impetrans iam obtineat aliud beneficium; & tamen aſſerat, ſe nullum habere; nam hæc impetratio ſecundi beneficij obreptitia eſt, & nulla; vt habetur *in cap. ſi proponente, de reſcript.* dicitur enim *ibi*; ſi proponente aliquo, nondum ſe beneficium Eccleſiaſticum aſſecutum ſuper prouiſione, (licèt minus competens, obtinentis,) reſcriptum Apoſtolicum de hoc mentionem non faciens impetretur; illud veluti fraudulenter obtentum dicimus non valere.

Secunda, † ſi impetrans expreſſit ſe clericum, 484.
cùm non eſſet; vt conſtat ex text. *in cap. ex litteris, de tranſact.* iis verbis; idem G. ſe mentiens clericum cùm nondum eſſet in clericum tonſuratus; ſuper eadem Eccleſia, tacito de tranſactione litteras noſtras impetrauit: cùm autem idem G. non inficiaretur ſe tranſactioni interfuiſſe, & nondum fuiſſe tonſuratum, cùm litteras iſtas obtinuit, ei ſuper prædicta Eccleſia ſilentium duximus imponendum. Ex quibus verbis, iuncta Alb. & aliorum interpretatione, patet, ex alia etiam qualitate falsò expreſſa gratiam vitiari, quia nimirum impetratum fuit beneficium tamquam vacans, cùm illud per tranſactionem ab alio poſſideretur.

Quarta qualitas; poſito, quòd vere vacet be-
neficium, erit † modi vacationis beneficij; quæ 485.
quidem ſi falsò exprimatur, nulla redditur, ſeu obreptitia impetratio beneficij; vt probat text. *in cap. ſuſceptum, de reſcript. in* 6. vbi, ſi eſt narratum, beneficium vacare per obitum, non valet conceſsio, ſi reperiatur vacare per reſignationem; quod præter Doctor. *ibi* alij quoque tradiderunt, quos refert, ac ſequitur Menoch. *de arbitrar. iud. caſ.* 201. *num.* 103. vbi eam rationem affert ex Dec. *cap. ſuper litteris, num.* 6. Felin. *num.* 3. Abb. *numer.* 7. *de reſcript.* quia tunc Pontifex, vel alius collator cenſetur per modum taxationis conferre beneficium, iuxta narratum vacationis modum.

Quæ regula declaratur primò, vt non procedat, cùm cõmunis extat opinio, quòd vacet vno modo; ſi enim is modus exprimatur, licèt deinde reperiatur vacare alio modo, valet tamen impetratio; vt poſt Felin. *cap. in noſtra, numer.* 38. *verſ. quod autem dictum eſt, de reſcript.* Ioan. Selu. *in tract. de benefic.* 3. *part. quæſt.* 12. *numer.* 74. Lap. *alleg.* 89. *a numer.* 91. & Gemin. *d. cap. ſuſceptum, numer.* 5. declarat Menoch. *d. caſ.* 201. *numer.* 104. quibus Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſput.* 24. *numer.* 20. addit eos laudans Soc. relatum à Felin. *d. numer.* 38. Re-

buff. *in concordat. in for. mand. Apost.* paulò ante vers. *item expresso*, Mandos. *reg.* 34. *Canc. quæst.* 53. *numer.* 10. & Mascard. *tract. de probas. conclus.* 186. *numer.* 7. Secundò declaratur, vt non procedat, quando aliter constat de intentione impetrantis: tunc enim verus vacationis modus expressus censetur; ita post Felin. *d. cap. in nostra, num.* 38. *vers. fallit secundò*, & Selu. *d. quæst.* 12. *numer.* 75. id probantes ex text. *d. cap. susceptum*, & Lap. *d. alleg.* 89. tradit Menoch. *sup. numer.* 105. subdens, quòd de intentione constare dicetur, si talis sit impetrans, cui Pontifex concessisset; & hoc multum pendebit ex arbitrio iudicis; aut si post concessionem ita collator declarasset, ex simili doctrina Bart. *in l. demonstratio falsa, §. quod autem, numer.* 14. *ff. de condit. & demonstr.* Declaratur tertiò, regulam non procedere in gratiis expectatiuis, in quibus expresso vno vacationis modo alter non excluditur, quia error in vacationis modo non impedit acceptationem, quæ est solùm quædam voluntatis declaratio, & satis ex ipsa acceptatione declaratur. ita Menoch. *d. cas.* 201. *numer.* 106. ex Rot. *decis.* 23. *de prob. in nou. & decis.* 7. *de conces. prob. item in nou.* Felin. *d. numer.* 38. *vers. fallit tertio*, & Selu. *d. quæst.* 12. *numer.* 76. Declaratur quartò, non procedere, quando exprimitur vnus vacationis modus, cum clausula, *& quouis alio modo vacet*; vt post Felin. *d. numer.* 38. *vers. fallit quartò*, Rot. *decis.* 17. *de prob. & decis.* 52. *de conces. prob. in antiq. ac decis.* 14. *de rescript.* in nou. Rebuff. *in prax. benefic. in tit. forma signaturæ simplicis promissionis, ad verba, sine præmisso, numer.* 2. & alios docet Menoch. *d. cas.* 201. *numer.* 107. De qua re videri possunt, quæ latiùs scribit Gatz. *tract. de benefic. part.* 11. *cap.* 1.
486. passim. Quintò non procedit † in materia non odiosa, quia tunc vno expresso venit omnis vacationis modus: sic Menoch. *ibid. numer.* 108. post Felin. *d. cap. in nostra, numer.* 38. aliàs 39. *vers. fallit quintò*, vbi etiam ad id citat Gemin. *d. cap. susceptum, in fi.* Abb. *in disput. quæ incipit, Episcopus, & quidam rector, dub. vlt.* & aliquas glos. per eum alleg. *numer.* 17. *vers. ad idem pondera*, quibus addo glos. id sentientem, *d. cap. susceptum, verba, non morte, ad fin.* Sextò, quando beneficium iamdiu vacauit, ita, vt de vero eius vacationis modo certa
487. notitia non habeatur, † tunc falsa expressio rescriptum non vitiat: ita declarat Menoch. sup. *num.* 109. ex Rebuff. *in Prax. benefic.* 3. *part. fionat. verbo, alia clausula*, *numer.* 4. dum ait, hoc in casu non esse opus apponere in impetratione beneficij clausulam illam; quòd verus vacationis modus habeatur pro expresso.

Quinto qualitas est valor beneficij, qui falsò ex-
488. pressus † vitiat gratiam super ipso beneficio: ita Rot. *decis.* 47. *de rescript. in antiq.* Addit. eiusdem Rot. *decis.* 10. *eod. tit. in nou.* ac post alios Felin. *cap. ad aures, numer.* 4. *vers. secunda conclusio*; *& numer.* 9. ibique Dec. *numer.* 11. *vers. secus tamen esset*, ac Menoch. *d. consil.* 201. *numer.* 83. qui tres auctores idem tradunt, ac probant, licèt in gratia adsit clausula motus proprij. Quatenus verò tam Rot. quàm Fel. & Menoch. ad priorem doctrinam confirmandam pro ratione eam regulam allegant, quia expressa nocent, quæ sumpta est ex *l. nemunquam in fi. ff. de condit. & demonstr. & l. expressa, ff. de reg. iur.* in quibus dicitur expressa nocere, & non expressa non nocere, quod idem constat ex *l. si quis hompromisum, vers. quædam enim, ff. de hered. instit.* & aliis iuribus *inibi* per glos. & Doctor. allegat. videndum est, quod pro huius regulæ intellectu sup. *cap. 6. quæst. 5.* secundo loco præmisimus. Extenditur secundò, vt, si beneficium est minoris valoris expresso, adhuc gratia sit surreptitia, & nulla, ita post Gemin. qui ad id allegat Paul. & Ioan. de Fan. *in cap. quamuis, il. 2, in fi. de prab. in 6.* & Io. And. *in cap. cui de non. sacerdotali*, vbi est optimus text. *eod. tit. & lib.* atque alios tenet, ac probat Fel. *d. cap. ad aures, num.* 13.

Declaratur nunc prædicta doctrina, quod valor beneficij falsò expressus vitiet gratiam primò, vt non procedat cum exprimitur impersonaliter, dicendo, vt asseritur, quando præcedentia verba concepta fuerunt in personam impetrantis, puta, exposuit nobis talis, &c. secus, quando omnia verba loquuntur vniformiter, & videtur, quòd ipse impetrans omnia asseruerit; aut quando verba concipiuntur in secunda, vel tertia persona, dicendo, vt asseris, vel, vt asserit: quæ omnia eleganter tradit Felin. *d. cap. ad aures, numer.* 10. *vers. septima conclusio*; sic concilians contrarias hac in re opiniones. Secundò declarari potest ex quorumdam sententia, vt non procedat, si falsus valor exprimatur à Cardinali impetrante, ac præcipuè Anchar. *consil.* 290. *incip. pro clariori*, de qua tamen declaratione dubitat, eámque multis impugnat Felin. *d. cap. ad aures, numer.* 11. eius autem veritas pendet ex ea quæstione, † an Cardinales ligentur regulis Cancella- 489.
riæ, ac dispositionibus odiosis iuris communis; de qua præter allegatos à Felin. *d. numer.* 11. videri potest, quod nos scripsimus *in tract. de decim. cap. 3. quæst. 3. conclus. 5.* probabilius autem mihi est, quoad hanc declarationem pertinet, eos ligari, tum propter rationes Felin. tum quòd in regula 54. nunc 55. Canc. de exprim. valore, adsunt illa verba, *quibuscuis personis* tum, quòd cum reg. 67. seu 68. disponat, quòd Cardinales non comprehendantur in constitutionibus, ac regulis per sanctitatem suam in posterum faciendis, satis declarat, eos comprehendi in iam factis. Pariter meritò Felin. *d. cap. ad aures, numer.* 10. dubitat de ea declaratione, quam Anchar. *d. consil.* 290. affert, vt falsa expressio valoris non noceat, quando verba litterarum multipliciter denotant, quòd Papa libentiùs, & insuper concessisset beneficium longè opulentius; ob eam præcipuè rationem, quia in his, quæ de iure, aut stylo Curiæ exprimi debent, non attenditur maioritas rationis; neque quòd Princeps alias gratiam concessisset; quod etiam adnotauit inter alios Dec. *d. cap. ad aures, numer.* 4. 10. & 12. *ad fin.* cum aliis quos ad id allegauimus sup. *cap. 6. quæst. 3. conclus. 1. & 2.* Declaratur denique prædicta doctrina, vt valor beneficij expressus augeri possit, atque ad tertiam partem, sed non vltrà, cùm impetrans gratiam beneficialem cum expressione certi valoris à Papa obtinet, vt in expeditione litterarum fructus seu valorem angere possit; prout extat reg. 64. nunc 65. Canc. hac de re disponens. Atque hæc quidem de qualitatibus, quæ falsò expressæ viciant beneficiorum impetrationem, & consequenter plenumque etiam derogationem qualitatum in fundatione beneficij adiectarum, iuxta ea, quæ superiùs diximus. De aliis autem specialibus qualitatibus, quæ falsò expressæ in impetratione ipsiusmet derogationis qualitatum in beneficij fundatione appositarum, seu temporalis mutationis beneficij eã derogationem vitiant, ac nullam reddunt, postea videbimus hac ipsa quæst. *conclus. 9. vsque ad 12.* Nunc verò, antequam huic octauæ conclusioni finem imponamus, aliquot eiusdem declarationes afferamus, ex quibus tertia, & consequentes, ad eiusdem præsentis quæst. tertiam quoque conclusionem, quæ est de surreptione, seu veri taciturnitate, vnde huiusmodi

di derogationis impetratio vitiari fortaſſe poſſit, prout circa eius concluſ. medium admonuimus, pertinebunt.

490. Declaratur ergo primò præſens concluſio, vt † expreſſio falſæ cauſæ, ſiue qualitatis, quæ verè expreſſa, ſeu ſuppreſſa redderet etiam faciliorem ſuperiorem ad concedendum, adiecta demonſtrationis gratia derogationi qualitatum à beneficij fundatore appoſitarum eam non vitiat: ſecus ſi cauſa illa, vel qualitas adiecta ſit gratia taxationis, ſeu taxatiuè, & conditionaliter. Primum probatur ex *l. quibus diebus, §. pen. l. demonſtratio falſa, in princ. & §. 1. ac l. falſa demonſtratio, in princ. ff. de condit. & demonſtr.* cum aliis quibus id in impetratione commutationis vltimæ voluntatis oſtendimus *cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 6. circa initium.* Secundum verò ex *d. l. demonſtratio falſa, §. at, ſi conditionaliter*, necnon *cap. ſuſceptum, de reſcript. in 6. & cap. cui de non ſacerdotali, de præben. eod. lib.* ibidem autem rationem diuerſitatis in vtroque, ac nonnullos Doct. vtrumque in diſpenſatione, & quauis gratia tenentes allegauimus, *d. concluſ. 6.* vbi etiam tradidimus nonnullas regulas ad dignoſcendum, quando aliquid adiectum diſpoſitioni cenſeatur taxatiuè, aut demonſtratiuè; eáſque regulas multis modis declarauimus. Præſens autem noſtra concluſio declara-

491. tur ſecundò, quòd, † vbi in prædicta qualitatum beneficij derogatione vnica exprimitur cauſa etiam impulſiua, ſi ea falſa ſit, corruit gratia derogationis: ſi verò plures cauſæ ſiue diſiunctiuè, ſiue copulatiuè exprimantur, quarum aliquæ veræ ſint, aliæ falſæ, veta exiſtente cauſa, qua nititur reſcriptum, ceterarum falſitas non obeſt. conſtat vtrumque ex iis, quibus primum in quouis reſcripto, & gratia poſt Sanchez alios allegantem *lib. 8. de matrim. diſput. 21. numer. 41. & 45.* docuimus *d. quæſt. 3. concluſ. 7.* ſecundum *concluſ. 8.* poſt eundem Sanchez *d. diſput. 21. numer. 42.* & alios. Declara-

492. tur tertiò; quòd, licèt † probabile ſit, iuſtam, ſeu probabilem ignorantiam facti, vel iuris in tacendo quod exprimendum erat, vel falsò aliquid exprimendo, cuius veritatem ſi ſuperior cognouiſſet, gratiam prædictæ derogationis non conceſſiſſet, vel non eo modo, excuſare à nullitate ipſam gratiam: probabilius tamen eſt, non excuſare, niſi cùm ſuperior gratiam quidem conceſſiſſet, at non eo modo. Hæc declaratio quoad vtramque ſui partem probatur iis fundamentis, quibus vtramque in vltimæ voluntatis commutatione confirmauimus *d. quæſt. 3. concluſ. 9.* quæ ſanè militant in omni gratia.

493. Declaratur quartò, quòd, vbi quis † aut qualitatem in beneficij fundatione appoſitam, aut cauſam derogationis ſub dubio expreſſiſſet, cùm tamen certum ei eſſet, illam exiſtere, hanc verò deficere, nulla eſt ipſo iure gratia obtenta; prout pariter de commutatione vltimæ voluntatis breuiter oſtendimus, *d. concluſ. 9. ad fin.* Quintò declaratur,

494. quòd, vbi † per fraudem, vel malitiam tacitum fuit verum, vel expreſſum falſum in impetratione derogationis qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum; tunc vitiatur omnino gratia, licèt ea taciturnitas, vel expreſſio fuerit cauſa ſolius formæ. ita in quolibet reſcripto poſt alios Sanchez *d. diſput. 21. numer. 65.* per text. *in cap. ſuper litteris, §. nos igitur, de reſcript.* cum aliis quæ adduximus *d. quæſt. 3. concluſ. 10.* vbi etiam nonnullas ad id limitatio-

495. nes attulimus. Declaratur ſextò, quòd vbi † partes eiuſdem reſcripti derogationis prædictarum qualitatum ſunt omnino ſeparatæ, ſeu non habent connexionem adinuicem, quia non eamdem cauſam, finémve reſpiciunt, taciturnitas veri, aut falſi expreſſio in vna parte non vitiat aliam: ſecus ſi omnino ſint ſeparatæ. ſic pariter in quolibet reſcripto poſt alios probat Sanchez *d. diſput. 21. num. 71. cum ſeq.* ex fundamentis per nos adductis *d. quæſt. 3. concluſ. 11.* quod tamen poſtremum eſt reſtringendum, niſi ſurreptio, vel obreptio in vna parte reſcripti cauſa fuerit obtinendi reliquas etiam ſeparatas; ex adductis à Garz. *d. tract. de benefic. part. 8. cap. 3. numer. 18.* Septimò declaratur, † vt ſur- 496.
reptio, vel obreptio doloſa in vna parte gratioſæ derogationis prædictarum qualitatum beneficij non irritet ipſo iure, & in foro conſcientiæ illam partem connexam, quæ vitio caruit; ſed opus ſit iudicis declaratione; prout in diſpenſatione, & quauis gratia docet Sanchez *d. diſput. 21. numer. 78.* cuius fundamenta quoad commutationem vltimæ voluntatis adduximus ſup. *d. cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 12.* in cuius etiam fine ex eodem Sanchez *d. diſput. 21. numer. 76.* docuimus id multò magis procedere in conceſſione obtenta per reſcriptum iuſtitiæ. Declaratur octauò, quòd † taciturnitas veri, aut ex- 497.
preſſio falſi circa cauſam impulſiuam vnius partis reſcripti derogationis huiuſmodi qualitatum per fundatorem beneficij appoſitarum non vitiat totum reſcriptum: prout de quouis reſcripto probat Sanchez *d. diſput. 21. numer. 74.* & nos *d. quæſt. 3. concluſ. 13.* Denique declaratur tam præſens, quàm præcedens noſtra tertia concluſio, quòd, licet † 498.
in impetratione derogationis prædictarum qualitatum beneficij, ſeu precibus, quibus ea impetratur, neceſſaria non ſit expreſſio alicuius cauſæ finalis, vel impulſiuæ; ita, vt, ſi omittatur huiuſmodi expreſſio, nulla ſit impetratio: illa tamen valde vtilis eſt, & expediens. Hæc declaratio quoad vtramque partem ex iis confirmatur, quibus eam in commutationis vltimarum voluntatum impetratione comprobauimus *d. quæſt. 3. concluſ. 14.*

NONA CONCLVSIO. Falſa expreſſio, ſeu error in nomine illius, cui impetratur derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, † 499.
eam non vitiat, vbi aliàs conſtet de corpore, hoc eſt, de perſona, cui fit impetratio. Hæc concluſio probatur ex iis, quibus eamdem quoad commutationem vltimarum voluntatum, cuius, vt iam ſæpe admonuimus, ſpecies quædam eſt derogatio huiuſmodi qualitatum beneficij, comprobabimus ſeq. *cap. 6. quæſt. 5. concluſ. 1.* præcipuè per text. *in l. demonſtratio falſa, §. 1. ff. de condit. & demonſtr. §. ſi quis in nomine, Inſtit. de legat. ac l. ſi in nomine, C. de teſtam.* & Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 21. num. 17.* qui poſt multos hoc ipſum in diſpenſatione, & quauis gratia tradit; maximè per text. *d. l. ſi in nomine:* ſi extendens *numer. 18.* vt procedat etiam, quando concedens gratiam norat perſonam, cui petita eſt; niſi ex aliis circumſtantiis conſtaret, à concedente ſpectatam eſſe perſonam ſibi notam.

Declaratur autem ipſa concluſio, vt, ſi error contigerit † non in nomine proprio, ſed in no- 500.
mine diœceſis eius, cui petitur reſcriptum derogationis prædictarum qualitatum beneficij; vt, ſi dictum ſit, eum eſſe diœceſis Mediolanen. cùm ſit Nouarien. illud reſcriptum neuter Ordinarius exequi poſſit: cuiuſmodi reſcriptum alioqui ex diſpoſitione Trident. Concil. *ſeſſ. 22. cap. 5. & 6. de reform.* atque ex ſtylo Romanæ Curiæ committi debet proprio Ordinario. Ita in diſpenſatione pluribus defendit Sanchez *d. diſput. 21. numer. 59.* ex quibus, & aliis hoc ipſum nos docuimus *d. cap. 6. quæſt. 5. concluſ. 6.* de impetratione commutationis alicuius vltimæ voluntatis: ſecus verò fore oſtendentes *concluſ. 5.* vbi error contigerit † in diœceſi eius, contra 501.

quem eadem commutatio per reſcriptum iuſtitiæ fuit impetrata, prout generatim in reſcripto iuſtitiæ ſentit Sanchez *d. diſput. 21. numer.* 37. poſt Innoc. & alios *in cap. ſignificante, de reſcript.* tradentes, ideo in eo text. reſcriptum impetratum contra V. tamquam Rhemen. cùm eſſet Leodien. diœceſis, ſurreptitium, ac nullum decerni, quia non poterat alias conſtare, contra quem fuerit obtentum: ſecus fore dicentes, vbi alia ratione liquere potuiſſet de perſona, contra quam impetrans voluit reſcriptum obtinere. Id autem non procedit primò in caſu *cap. Rodulphus, de reſcript.* vbi cauetur, quòd per reſcriptum iuſtitiæ impetratum contra homines certæ diœceſis, cum clauſula generali, *& quidam alij*, non poterunt conueniri homines ciuitatis; ſecus autem vbi illud quis impetraſſet contra Archiepiſcopum talis diœceſis, & quoſdam alios, vt latiùs deduximus *d. concluſ.* 5. Secundò illud non procedit, cùm actor ipſe errat in propria diœceſi, vt poſt alios de quouis reſcripto iuſtitiæ *ibid.* oſtendimus; & confirmatur ex prædicta principali declaratione præſentis concluſionis.

DECIMA CONCLVSIO. Falſa expreſſio, ſeu error in vocabulo, aut alia demonſtratione rei, circa quam verſatur derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, vel potiùs verſantur huiuſmodi qualitates, † vbi aliàs ſatis 502. conſtet, quòd de ea ne ſenſerit impetrans, vel concedens derogationem, talem impetrationem, vel conceſſionem non vitiat. Exemplum erroris, ſeu falſæ expreſſionis vocabuli eſſe poteſt, ſi dictum ſit, beneficium eſſe tituli S. Petri, cùm ſit S. Pauli; alterius verò demonſtrationis exemplum ſit, ſi dictum fuerit, beneficium eſſe ſitum in tali Eccleſia, vel oppido, cùm alibi ſitum ſit; aut quòd vacet per obitum Antonij, cùm vacet per obitum Franciſci. aut quòd ſit iuriſpatronatus talis familiæ, cùm ſit alterius; vel quid ſimile. Probatur nunc prior pars concluſ. ex his, quæ quoad ſimilem errorem, ſeu falſam expreſſionem vocabuli in impetranda commutatione vltimæ voluntatis adduximus ſup. *cap. 6. quæſt. 5. concluſ. 2.* præcipuè per text. *in l. ſi quis in fundi vocabulo, in princ. ff. de legat. 1. & l. ſi Fortidianum, C. de legat.* Poſterior pars probatur ex *l. demonſtratio falſa, in princ. l. falſa demonſtratio, in princ. l. quibus dieb. §. qui dotalem, ff. de condit. & demonſtr. §. huic proxima, Inſtit. de legat.* cum aliis juribus allegatis ſup. *cap. 6. queſt. 3. concl. 6. & quæſt. 5. concluſ. 3.* quibus nunc addo *l. cùm falſa, C. de iur. & fact. ignor.* vnde ea regula à Doctor. ſumitur, † falſa demonſtratione non vitiari legatum, 503. aut mutari rei veritatem in quauis diſpoſitione. *d.* autem *concluſ. 3.* hanc poſteriorem partem quoad commutationem vltimæ voluntatis reſtrinximus, vt non procedat, vbi falſa demonſtratio adiecta ſit per modum conditionis; tunc enim ceſſat diſpoſitio iuxta limites falſitatis huiuſmodi demonſtrationis; idque potiſſimùm per text. *in l. Stichum, ff. de legat. 1.* ex iis verò, quæ vtrobique nos adduximus, necnon *cap. 5. quæſt. 15. concluſ. 2.* ſatis conſtat, quænam ſit ſimplex, & mera demonſtratio, aut potiùs conditio; ſeu quando aliquid diſpoſitioni adiectum cenſeatur demonſtrativè, aut taxativè.

VNDECIMA CONCLVSIO. Falſa cauſa adiecta derogationi alicuius qualitatis in fundatione beneficij appoſitæ † regulariter derogationem 504. ipſam non vitiat. Probatur tum ex *l. demonſtratio falſa, §. quod autem iuris, ac l. cùm tale. legatum, §. falſam cauſam, ff. de condit. & demonſtr.* necnon *§. longe magis, Inſtit. de legat.* vbi habetur, falſam cauſam adiectam legatis ea non vitiare: tum ex *cap. ex parte, il 2. de conuerſ. coniugat.* vbi mulier damnificata velum ſuſcipiens ante conſummationem matrimonij ex falſa cauſa validè ſuſcipit, iuncta maxima gl. *ibi, in verbo falſa ſit cauſa.* Id autem accipiendum eſt, modò ſit adiecta falſa cauſa per modum demonſtrationis, non autem conditionis; vt colligitur ex *l. 2. & fin.* iuncta rubr. *C. de falſ. cauſ. adiect.* necnon ex *d. l. cùm tale, §. falſam cauſam*, iuncto *§. falſam, ff. de condit. & demonſtr.* maximo autem conſtat ex *d. l. demonſtratio falſa, §. ac, ſi conditionaliter, ff. eod. tit. & d. §. longè magis, in fi. Inſtit. de legat.*

DVODECIMA CONCLVSIO. Falſa expreſſio vnius maioris vinculi, ſeu impedimenti loco minoris diuerſæ ſpeciei, vel minoris loco maioris vinculi, ſeu impedimenti eiuſdem ſpeciei in impetranda derogatione alicuius qualitatis in fundatione beneficij appoſitæ, † talem derogationem vitiat: ſecus in falſa expreſſione maioris vinculi loco minoris in eadem ſpecie. Prima pars con- 505. cluſ. probatur ex iis, quibus ſup. *cap. 6. quæſt. 5. concluſ. 7. circa initium*, in priori eius parte id probauimus quoad impetrationem commutationis alicuius vltimæ voluntatis: (nam, vt iam ſæpe admonuimus, huiuſmodi commutationis ſpecies quædam eſt derogatio qualitatum beneficij, de qua nunc agimus;) potiſſimùm verò ex adductis a Sanchez poſt alios *lib. 8. de matrim. diſp. 24. numer.* 15. Secunda huius concluſ. pars ſatis confirmatur ex iis, quibus idem Sanchez *d. diſp. 24. num.* 18. id comprobauit quoad matrimonialem diſpenſationem, & nos in poſteriori parte d. ſeptimæ concluſionis quoad vltimæ voluntatis commutationem. Vtraque autem hæc pars præſentis concluſ. extenditur, vt procedat, licet tempore impetrationis adeſſet communis error, iuxta id, quod falsò expreſſum fuit; per ea, quæ de diſpenſatione matrimoniali in hac ſpecie tradit Sanchez *d. diſput. 24. num.* 20. Tertia denique pars huius concluſ. ex iis probatur, quibus hoc ipſum de commutatione vltimæ voluntatis oſtendimus ſup. *d. quæſt. 5. concluſ. 8.* vbi exemplum attulimus, quod ad rem, de qua nunc agimus, ſic commodatum eſſe poteſt, ſi narretur, derogationem prædictarum qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum obſtare ſtatutum Synodi Prouincialis aut diœceſanæ, cùm ſolùm obſtet quoad primum caſum Synodus diœceſana, & quoad ſecundum ſtatutum Eccleſiæ particularis, in qua eſt beneficium. Limitatur autem hæc poſtrema concl. pars, vt non procedat in falſa expreſſione vinculi, ſeu impedimenti, quod de iure, aut ſtylo Curiæ verè fuerit exprimendum; tunc enim tam ſurreptio, quam obreptio conceſſionem vitiat, licèt, ſi Princeps veritatem ſciret, faciliùs concederet; ex adductis per nos *d. cap. 6. quæſt. 5. concl. 8. ad fin.* & hæc ipſa quæſt. *concl. 4. & 8. circa initium.*

DECIMATERTIA CONCLVSIO. Non poteſt quis † ſine ſpeciali mandato alterius impe- 506. trare reſcriptum ad lites, cui acceſſoria ſit derogatio alicuius qualitatis in fundatione beneficij appoſitæ: ſecus verò ſi ea derogatio impetretur per reſcriptum gratiæ. Prior pars concluſionis probatur, quia reſcriptum ad lites, quod in hac re eſt principale, nequit ſine ſpeciali mandato impetrari; *cap. nonnulli, §. ſani & alij*, necnon *cap. ex parte, de reſcript.* cum aliis adductis ſup. *d. cap. 6. quæſt. 6. præmiſſ. 3.* acceſſorium verò ſequitur naturam ſui principalis, *cap. acceſſorium, de regul. iur. in 6. & l. acceſſorium principalis, ff. eod. tit.* Extenditur autem hæc prior pars concluſ. iiſdem modis, quibus *d. quæſt. 5.* eam primam concluſionem, (vbi idipſum de [illegible]

Digitized by Google

tatione vltimæ voluntatis à nobis probatum fuit,) ampliauimus; ac præcipuè primò, vt nec ſufficiat, ſi in generali mandato adiiciatur clauſula illa; (& generaliter ad omnia, etiamſi mandatum exigant ſpeciale;) niſi in eo mandato aliqua ſimilia exprimantur, quæ requirunt mandatum ſpeciale, ac deinde prædicta clauſula generalis ſubiiciatur. Secundò, vt nec ſufficiat mandatum cum libera; quæ vtraque ampliatio ex iis ſatis confirmatur, quæ *d. queſt. 6. ante* 1. *præmiſſ.* adduximus. Reſtringi verò poteſt eadem prior pars huius concluſ. quatuor modis, quibus prædictam primam concluſ. limitauimus, ac præcipuè, vt coniunctæ perſonæ, & aliæ per nos *d. præmiſſ.* 3. enumeratæ, poſſint ſine mandato impetrare huiuſmodi derogationem qualitatum beneficij acceſſoriam reſcripto ad lites: nam hæ perſonæ poſſunt ſine mandato reſcriptum ad lites impetrare, *d. §. ſunt & alij, ac d. cap. ex parte*, & vtrobique gloſ. *& l. ſed & ha, in princ. ff. de procur.* modò tamen caueant de rato, neque impetrent, aut præſentent contra voluntatem eorum, pro quibus interueniunt; excepto quoad hoc patre pro filio in peculio aduentitio ratione vſusfructus, quem in eo pater habet, vt latiùs *d. præmiſſ.* 3. explicauimus. Poſterior † pars propoſitæ 507. concluſ. probatur iiſdem fundamentis, quibus ſecunda concluſio prædictæ 6. quæſt. vbi oſtendimus, reſcriptum gratioſum commutationis alicuius vltimæ voluntatis abſque mandato à quocumque etiam extraneo impetrari poſſe; idque extendimus ad illud quoque reſcriptum gratioſum, in quo alicui data ſit poteſtas, & iuriſdictio ad tuendum aduersùs quoſcumque contradictores eum, qui gratiam omninò perfectam obtinuit, hoc eſt, in forma, vt aiunt, gratioſa: ſiue etiam fortaſſe vbi ea iuriſdictio data ſit ad gratiæ ipſius executionē, ſeu cùm gratia conceſſa eſt in forma, quā commiſſoriam vocant, & quæ in beneficialibus forma, dignū, appellatur, quia huiuſmodi reſcriptum incipit, dignum arbitramur; de quo inter alios Rebuff. *in prax. benefic. part. 1. tit. de reſcript.* dignum arbitramur, & nouiſſimè relati, & probati à Garz. *tract. de benefic. part. 6. cap. 2. numer.* 4. cum aliquot ſeqq. ex quibus patet, hanc eſſe ſpeciem quamdam mandatorum de prouidendo, de quibus latè Ioan. Staphil. *tract. de litt. grat. tit. de form. mandat. de prouid.* Lud. Gomeſ. *in tract. de mandat. de prouid. & expect.* atque alij, quos recenſet Garz. *d. part. 6. cap. 1. num. 2.*

DECIMAQVARTA, & poſtrema CONCLVSIO. Gratia derogationis qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, vel commiſſionis ad derogandum alteri impetrata † ei non prodeſt, 508. niſi poſt eiuſdem ſcientiam, & acceptationem ab ipſo, vel alio ab eo ſpeciale mandatum habente faciendam. Et quidem, quòd neceſſaria ſit ſcientia illius, cui huiuſmodi gratia impetratur, neque antea ei proſit derogatio; probatur, quia id de priuilegio, & quauis gratia ſatis conſtat tum ex *l. qui abſenti, ff. de acquir. poſſeſſ. l. fin. C. de conſulib. lib.* 12. *& cap.* 1. *verſ. ex parte, de conceſſ. prab. in* 6. tum ex gloſ. *d. cap.* 1. *verbo, vim ſuam*, & aliis per nos ad id allegat. *cap. 6. quæſt. 6. concluſ. 3. circa initium*, vbi etiam hoc extendimus, vt talis notitia haberi debeat ab impetrante, vel concedente, alteriúſve eorum procuratore, aut nuntio. Reſtrinximus autem primò, vt ſaltem inferior Principe nequeat illam gratiam reuocare etiam ante notitiam eius, cui impetrata fuit. Secundò, vt non requiratur notitia eius, cui ex quadam conſequentia damnum infertur. Tertiò, vt non procedat hæc prior pars concluſ. vbi quis per procuratorem, vel nuntium ſuum eam gratiam impetrat, ſed ſolùm, cùm motu proprio conceditur, vel ad inſtantiam alterius, quàm eius, cui prodeſſe debet. Quòd autem acceptatio ab eo facienda ſit, cui huiuſmodi gratia impetratur, vel ex eiuſdem mandato ſpeciali, ſatis patet ex §. *ſit igitur*, aliàs, §. *illud tamen, verſic. generaliter autem, in auth. quib. mod. natural. effic. ſui*, necnon ex *cap. ſi tibi abſenti, de præb. in* 6. cum aliis, quæ nos quoad vltimæ voluntatis commutationem adduximus *d. concluſ. 3. ad fin.* vnde etiam ſumere licet vnam ampliationem, ac reſtrictionem huius poſterioris partis præſentis concluſ. vt, ſi † impedimentum, ſeu vinculum, 509. quod in prædicta derogatione tollitur, in duob. ad quos ea derogatio pertineat, ſit diuerſum, ab vtroque debeat derogatio acceptari, ſi verò proprium ſit vnius, illius acceptatio ſat ſit; denique vbi illud ſit vnicum, & commune, vtrique eorum alterius ſufficiat acceptatio. Ex his autem finis ſit præſenti ſextæ quæſtioni huius decimi capitis.

SVMMÆ RERVM.

510. *Derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, quæ priuata auctoritate fieri poteſt, non eſt neceſſariò committenda Ordinario, ab eo, aliove ſuperiore poſtulanda; & numer. ſeq.*

511. *Argumentum à commutatione vltimarum voluntatum ad derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum valet.*

512. *Derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, de qua dubium eſt, an poſſit priuata auctoritate fieri, à ſuperiore facienda eſt; & ibi quis, & quando abſoluat ad cautelam à cenſura Eccleſiaſtica.*

513. *Derogationes qualitatum beneficij, quas Papa facere poteſt, non ſunt neceſſario aliis ab eo committenda. & quid in iis derogationibus, quas inferiores facere poſſunt, aut debent; numer. 514.*

515. *Ordinarij locorum quid poſſint circa derogationes qualitatum beneficij, ac diſpenſationes à ſede Apoſtolica, aut alia in forma gratioſa conceſſas. & quid in Vicario Capituli ſede vacante, aut Epiſcopi, aliiſve habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem; num. 516.*

517. *Clauſula præcipue reſcripti derogationis qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, earumque clauſularum explicatio remiſſiuè.*

518. *Clauſulæ generales derogatoriæ in litteris Apoſtolicis apponi conſuetæ, maximè illa, non obſtantibus ſtatutis, &c. an derogent qualitatibus beneficio à fundatore præſertim laico appoſitis.*

519. *Citatio propriè dicta an ſit neceſſaria in derogatione qualitatum beneficij facienda ex ordinaria, vel delegata poteſtate. & quid, vbi in commiſſione derogationis adſit clauſula, vocatis vocandis, vel, vocatis quorum intereſt; num. 520.*

521. *Derogatio alicuius qualitatis beneficij facta aliquibus non vocatis vbi in commiſſione adſit clauſula, vocatis vocandis, vel, vocatis quorum intereſt, valet quoad vocatos, non quoad non vocatos.*

522. *Conſenſus fundatoris apponentis beneficio qualitatem aliquam, vel heredis ipſius regulariter requiritur in eius qualitatis derogatione.*

tione. & quid ſi plures ſint hæredes, vel ſucceſſores vnius patroni, ſeu fundatoris, aut plures patroni, vel fundatores; an ſinguli debeant conſentire; num. 523.

524. *Fundator beneficij, aut eius hæres nequit ſine Epiſcopi conſenſu derogare qualitatibus in illius beneficij fundatione appoſitis.*

525. *Conſenſus fundatoris, eiuſve hæredis tacitè præſtari Epiſcopo derogãti qualitati in beneficij fundatione appoſitæ, ac derogatio ipſa tacitè ab Epiſcopo fieri poteſt.*

526. *Epiſcopus an poſſit ex cauſa neceſſitatis, vel magnæ vtilitatis Eccleſiæ inuitis patronis derogare qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis.*

527. *Conſenſus cuiuſuis intereſſe habentis an requiratur ad derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum. & an hic conſenſus interuenire poſſit poſt factum, & ſufficiat tacitus; num.* 528.

529. *Conſenſus, vel conſilium Capituli Cathedralis non exigitur in derogatione qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum à Romano Pontifice facienda. & quid in facienda ab Epiſcopo; numer.* 530. *& an tunc talis conſenſus interuenire poſſit poſt factum, ac ſufficiat tacitus; num.* 531.

532. *Derogatio qualitatum beneficij, per quam vna qualitas, onúſve beneficio annexum in locum alterius ſubrogatur, qualiter facienda ſit; & quomodo cõſideretur cauſa talis derogationis.*

533. *Dignitas maior materia ſubrogata in derogatione qualitatum, ſeu onerum beneficij, per quam aliud in locum alterius ſubrogatur, vnde ſpectanda ſit.*

534. *Bonitas maior, minor, vel æqualis materiæ, quæ eſt in obligatione, & eius, quæ ſubrogatur in derogatione qualitatum beneficij, vnde ſit attendenda.*

535. *Difficultas implendi obligationem an, & quomodo attendatur in derogatione qualitatum, ſeu onerum beneficij, maximè per quam vnum in aliud commutatur, ad inſtantiam ſiue fundatoris, ſiue eius hæredis. & quomodo in ea habenda ſit ratio expenſarum, ac laboris, quæ in prioris obligationis executione ſubiri deberent ab impetrante talem derogationem; numer.* 536.

537. *Subrogatio vnius oneris beneficij in locum alterius an ita neceſſariò fieri debeat, vt pro facto factum, aut pro quantitate quantitas ab impetrante talem derogationem præſtanda ſit, vel quòd materia ſubrogata ſit eiusdem, quæ erat in obligatione, æqualis magnitudine, duratione aut numero, vel ſufficiat æqualitas ratione finis; num.* 538.

539. *Obligatio conditionalis in beneficij fundatione appoſita quomodo commutetur in aliam obligationem ſiue conditionalem, ſiue abſolutam ante, vel poſt conditionis euentum. & quid in obligatione pœnali ante, vel poſt pœnam incurſam; num.* 540.

541. *Derogatio qualitatum, ſeu obligationum in beneficij fundatione appoſitarum, per quam ſolùm conceditur dilatio exequendi talem obligationem, quomodo facienda ſit.*

QVÆRO SEPTIMO, quænam forma obſeruanda ſit à ſuperiore derogante qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis.

Cùm in proximè præced. quæſt. egerimus de ea parte cauſæ formalis derogationis huiuſmodi qualitatum beneficij, quæ ad impetrantem potiſſimùm ſpectat; ſequitur, iuxta id, quod in eiuſdem quæſt. initio admonuimus, vt in præſenti quæſt. de illa parte ipſiuſmet cauſæ formalis diſſeramus, quæ, licèt aliqua ratione ad impetrantem quoque à ſuperiore prædictam derogationem pertineat, præcipuè tamen ipſum ſuperiorem derogantem reſpicit, hoc eſt, de forma, quam ſuperior in memoratarum qualitatum beneficij derogatione debet obſeruare. Hanc verò quæſt. opportunis concluſionibus abſoluemus, quæ quoad eius fieri poterit, quæſtionibus illis reſpondeant, quibus ſeptimum caput concluſimus, quod totum in hac ipſa cauſæ formalis parte, quoad generalem commutationis vltimarum voluntatum materiam, verſatur.

PRIMA igitur CONCLVSIO ſit. Derogationes illę alicuius qualitatis in beneficij fundatione appoſitæ, †quæ priuata auctoritate fieri poſſunt, (& explicatæ à nobis fuerunt ſup. *hoc eod. c.* 10. *quæſt.* 5. *concl.* 1. *vſque ad* 5.) non ſunt neceſſariò committendæ Ordinario, aut ab eo, alióve ſuperiore poſtulandæ. Probatur hæc cõcluſio ex text. *in l. vnic. in prine. C. de theſaur. lib.* 10. vbi dicitur, ſuperfluum eſſe hoc precibus poſtulare, quod iam lege permiſſum eſt: vbi gl. *verbo, lege,* iura huic concordantia allegat. tum ex aliis quib, ſup. *c.* 7. *quæſt.* 1. *concl.* 1. ſimilem concluſionem in commutatione vltimarũ voluntatum firmauimus; cuius ſpecies quædam eſt derogatio huiuſmodi qualitatũ in fundatione beneficij appoſitarum, vt cõſtat ex iis, quæ adduximus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 1. *ad fin.* iũctis præſertim adductis *c. præced. quæſt.* 1. *poſt medium, & c.* 1. *quæſt.* 1. ſetè per tot. valet autem argumentum à genere ad ſpeciem, *l. ſemper ff. de reg. iur.* cum aliis ad id allegat. ab Euerard. *in topic. iur. loc. à gen. ad ſpec.* Bellon. *de arg. leg. c.* 5. Vigel. *in Dialect. iur. loc. à gen.* & nobis *in tract. de Conſeruat. indicib. c.* 7. *quæſt.* 8. *ſuppoſ.* 1. & in ſpecie † à commutatione vltimarum voluntatum ad huiuſmodi qualitatum beneficij derogationẽ arguit inter ceteros Roch. de Curt. *tract. de intrepat. verbo, honorificum, quæſt.* 3. *& verbo, pro eo, quòd de diœceſani conſenſu, quæſt.* 15. ferè per tot. & Lambert. *in ſimili tract.* cùm alibi ſæpe, tum *lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 7. *art.* 30. *& lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 7. paſſim, quod vtrumque ſemel admonuiſſe ſufficiat pro hac, & ſeq. quæſt. quoties aſſertionem aliquam de prædictarum qualitatũ derogatione ex iis confirmabimus, quæ ſup. *c.* 7. aut 8. de vltimarum voluntatum commutatione tradidimus. Vnde, ſicut *d. c.* 7. *quæſt.* 1. prædictam 1 concluſionem limitauimus, vt non procedat, vbi dubium ſit, an auctoritate priuata poſſit quis vltimam voluntatem commutare; ita, vt tunc ad ſuperiorem pro tali commutatione recurrẽdum ſit, qui aliàs poſſet commutare; ita præſens concluſio † proportionabiliter eſt limitanda, ex iis, quæ *ibid.* ad hoc adduximus. Id quod ex eo etiam confirmari poteſt, quòd ſatis inter ceteros probat Suarez *tract. de cenſur. diſp.* 7. *ſect.* 8. *n.* 14. & docent alij mox citan. abſolutionẽ ad cautelam à cenſura; (quæ datur cùm de eius validitate dubitatur, vt *ibid.* tradit Suarez, *& n.* 12. *ac* 15. ſatiſque conſtat ex *c. veniens, il* 2. *de teſtib. c. Apoſtolicæ, de except. c. cùm deſideres, §. ſecunda, c. per tuas, & c. venerabili, de ſent. excomm.* necnon *c. ſolet, cap. venerabilibus, § ſed ſi ex cauſa, & c. præſenti, eod. tit. in* 6. adnotarũntque gl. & Doct. *ibi,* necnon *in c. cùm contingat, de offic. deleg. & c. ad præſentiam, de appellation.* Couar. *in relect. c. alma mater,* 1. *part. §.* 12. *num.* 7. *de ſent. excom. in* 6. Vgol. *tract. de cenſur. tab.* 1. *c.* 22. *§.* 1. & Sayr. *end. tract.* ſeu *in Theſaur. caſ. conſc. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 14. *cum duob. ſeqq. & cap.* 17. maximè *n.* 2. 7. 8. 11. *ac* 13. ac multi Doct. quos hi allegant:) ab eo eſſe petendam, qui aliàs ſimpliciter poſſet ab illa cenſura abſoluere: id quod, præter

510.

511.

512.

Suarez

Digitized by Google

Suarez *d.num.*14.poſt alios tradunt Couar. *d.*§.11.*n.* 8. & Sayr.*d.cap.*17. *num.*14. *cum ſeq.*

SECVNDA CONCLVSIO. Derogationes qualitatum appoſitarum in fundatione beneficij,quę à Papa,aut ordinariis,aliiſvè Rom.Pontifice inferio-
513. ribus fieri poſſunt,† non ſunt neceſſariò iiſdem inferioribus à Papa committendæ ; ſed eas ipſimet exequi valent;atque etiam inferiores ſuas tunc maximè debent, cùm ius eas ab ipſis fieri mandat, quòd ſi hi facere id nequeant,aut nolint;tunc ſuperior,aut ipſe derogabit,aut derogationem alteri committet. Hæc concluſio quoad hoc,vt Papa non teneatur alteri cõmittere huiuſmodi qualitatum derogationes , quas ipſe facere poteſt,probatur; tum quòd nullo iure cauetur,quòd Papa eas committere debeat;tum quòd, vbi tale aliquod ius reperiretur,eo exẽptus eſt Rom. Pontifex,vt latiùs quoad vltimarum voluntatum cõmutationem deduximus ſup.*c.7.quæſt.1.concl.*3. quo-
514. ad† reliquas verò huius eiuſdem 2.concluſionis partes earum confirmatio deſumenda eſt ex iis, quibus earum ſingulas quoad vltimarum voluntatum commutationem ſatis comprobauimus *d.quæſt.* 1. *concl.*2. Declarationes autem omnium præſentis concluſionis partium reſpectiuè colligendæ ſunt ex his , quæ ad prædictarum 2. & 3. concluſionis explicationem adduximus;pro prima ninirum huius concluſ.parte ex tertia illa concluſ.& pro reliquis partibus ex allatis ad d.ſecundæ conclutionis declarationem.

TERTIA CONCLVSIO.Priuſquam derogationes qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum à Rom.Pontifice in forma gratioſa concellæ mittãtur
515. executioni,† Epiſcopi,ſeu locorum Ordinarij, tamquam ſedis Apoſtolicæ delegati,ſummariè,& extraiudicialiter cognoſcere debent , nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratũ. Ita de commutationibus vltimarum voluntatum cauetur in Conc.Trid.*ſeſſ.*22.*c.*6.*de reform.*Ab huiuſmodi autem commutationibus ad derogationes alicuius qualitatis beneficij, de quibus agimus , tamquam à genere ad ſpeciẽ argui poſſe,in 1.huius quæſt.concl. docuimus.ſed & cùm in hoc decreto Concilij in ſpecie non fiat mentio de commutationibus à Papa cõceſſis,ſed generatim de commutationibus vltimarũ voluntatum; idem erit vbi prædictæ cõmutationes, atque adeò etiam derogationes qualitatum beneficij ab alio ſuperiore Eccleſiaſtico citra Rom. Pontificẽ fuerint conceſſæ.quod ſanè apertiùs in quauis diſpẽſatione parum diſſimilibus verbis diſponitur ab eodem Conc.cap.ſtatim præced. vbi etiam priùs aliquid decernitur de diſpenſationibus,quæ in forma, *commiſſaria*,ſeu in forma,*dignũ*,cõceduntur. ſic enim *ibi* habetur. Diſpenſationes quacumque auctoritate concedendæ,ſi extra Romanam Curiam committẽdæ erunt,committantur Ordinariis locorum,qui eas impetrauerint. Eæ verò, quæ gratioſè concedentur, ſuum non ſortiantur effectum, niſi priùs ab eiſdem, tamquam delegatis Apoſtolicis,ſummariè tãtùm,& extraiudicialiter cognoſcatur , expreſſas preces ſubreptionis,vel obreptionis vitio nõ ſubiacere.Huiuſmodi autem qualitatũ derogatio diſpẽſatio quædam eſt, vt iã non ſemel admonuimus,cùm iuri ſaltẽ humano aduerſetur,vt ſup.hoc ipſo cap.*quæſt.*3.*concl.*3. oſtendimus;diſpenſatio verò definiatur iuris cõmunis relaxatio,vt cum gl.*in c.requiritis*,§.*niſi rigor*,*verbo*,*vt pleriſque*,1.*quæſt.*7.multi tradunt,quos inter ceteros ſequitur Sanch.*lib.*8.*de matrim.diſp.*1.*n.*2.Præ-
516. terea hæc concluſio extenditur etiam † ad habentes iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalem;quales ſunt Capitulũ ſede vacante,eiuſque aut Epiſcopi Vicarius generalis , Cardinales in ſuis titulis Presbyteralibus, vel Diaconalibus,ceterique Prælati habentes plenã iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem,aut proprium territorium, quasique diœceſim;per ea,quæ in his terminis de commutatione vltimarum voluntatum tradidimus *d.c.*7.*quæſt.*1.*concl.*4.*circa medium*.

Iam verò iuxta ordinem,quem *d.c.*7.*quæſt.*2.& 3. ſecuti ſumus, dicendum hoc loco videretur de clauſulis,† quę in huiuſmodi derogationibus qualitatum 517.
in beneficij fundatione appoſitarum adiici ſolent:ac primùm quidem generatim de clauſulis ipſis ; tum ſpeciatim de earum ſingulis. Sed quoniam vtrũque quoad id,in quo nihil peculiare dicta derogationes habent,ni fallor,ſatis præſtitimus, primum quidẽ *d. quæſt.*2.in ſex illius præmiſſis;ſecundum verò reſpectu clauſulatum ad robur,& ſubſtantiam,vel ſolemnitatem conceſſionis ſpectantium,*eod.quæſt.*2. *concl.* 1. *& ſeqq.* reſpectu autem clauſulatum derogatoriarũ, ſeu pertinentium ad derogationem obſtantiarũ, quæ cõmunes etiam ſunt prędictis qualitatum beneficij derogationibus,abundè ſumus proſecuti *d.quæſt.* 3.Illud hic attigiſſe ſufficiat,quod præcipuè ad hasce derogationes qualitatum pertinet;& ſup.non ſemel docuimus,potiſſimùm ex Rel.*in tract.quand.lic.Apoſtol.nec.patron.Eccl.ſumpliat.*7.Lambert.*tract.de iure patron.lib.*2.*part.*3.*quæſt.*9.*art.*10. & aliis,quos ſequitur Garz.*tract.de benef.part.*7.*c.*1.*n.*117.cum aliquot ſeqq.† per clauſulas generales derogatorias in litte- 518.
ris Apoſtolicis apponi conſuetas, maximè illas, *non obſtantibus ſtatutis*,&c.aut ſimilibus;licèt ſufficienter derogetur ſtatutis Eccleſiarum cõtrariis certas qualitates requirentibus in beneficiatis; non cenſeri tamen derogatum qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis , ſiue per laicum fundatorem , ſiue etiam per clericum ratione Eccleſiæ,ſeu fundantem beneficium ex bonis Eccleſiaſticis:quoniam id ſpecialem expreſſionem requirit ; multò verò magis ſpecialem , ſeu individuam mentionem requirit fundatio laici ; ita,vt ſi in clauſulis derogatoriis dicatur , *non obſtantibus fundationibus*,&c.hæc verba intelligenda ſint de fundationibus clericorum ex bonis Eccleſiæ, non autem laicorum,vt rectè monet Garz. *d. cap.* 1. *num.*122.ex Caputaq.*arreſt.*122.*part.*1.

QVARTA CONCLVSIO. In derogatione alicuius qualitatis in beneficij fundatione appoſitæ facienda,vel ab Ordinariis ordinaria , vel ab executore delegata poteſtate,† vbi etiam aliquis ad illam 519.
derogationem vocandus ſit, non eſt neceſſaria citatio proprie dicta,niſi poſt legitimã partis oppoſitionem,vel contradictionem. Hæc concluſio probatur ex iis , quibus hoc ipſum de commutatione vltimæ alicuius voluntatis oſtendimus *d.c.*7. *quæſt.*4.*concl.*1. ob eam præcipuè rationem, quia cõmutatio vltimæ voluntatis,(atque adeò etiam derogatio qualitatum beneficij,de qua nunc agimus,)ex ſui natura eſt quędam gratia,vt per ſe quoque ſatis patet,& proceſſus executoris litterarum Apoſtolicarum ſuper ea extraiudicialis eſt ; neque is , aut ipſarum litterarum executio fines voluntariæ iuriſdictionis excedit , ad quam non requiritur citatio proprie dicta , niſi poſt legitimam contradictionem,vbi etiam in iiſdem litteris adſit clauſula,*vocatis vocandis* ; id quod pariter conſtat ex iis , quæ nos adduximus *d. quæſt.* 4. *in* 1. *ſuppoſit.& concl.*1 . necnon ſup.*cap.*5.*quæſt.*7. *concl.*2. poſt *vlt.cius limit.verſic. quod,ſi petat.*

QVINTA CONCLVSIO. Vbi in reſcripto derogationis alicuius qualitatis in fundatione beneficij appoſitæ,vel commiſſionis eiuſdem derogationis adſit clauſula,*vocatis vocandis*,vel,*vocatis quorum intereſt*,in huiuſmodi derogatione † regulariter ci- 520.
tandi , ſeu vocandi ſunt ij , qui ex illo actu lædi poſſunt , aliàs is nullus erit. Probatur id ex iis,quibus hoc ipſum quoad cõmutationem vltimæ voluntatis oſtendi

oſtẽdimus *d.c.7.quæſt.4.concl.2.* maximè verò ex eo, quod *d.quæſt.4.ſuppoſ.2.* tradidimus, prædictam clauſulam inducere conditionem, & formam, forma verò non ſeruata corruere actum, nullúmque reddi, *c. cùm dilecta, de reſcript. & cap. cùm Venerabilis, de offic. deleg.* cum ſuis concord. arguere autem licet à commutatione vltimarum voluntatum ad hanc derogationem qualitatũ beneficij, vbi non eſt aſſignare cõgruam diſcriminis rationẽ, ex regula tradita in prima huius quæſt. concluſione. vnde in hac cõcluſione admittendæ quoque erant ampliationes, & limitationes, quas ad d.2. concluſionem adhibuimus: potiſſimum verò duæ illæ limitationes, quas *d. quæſt. 4. ſuppoſ. 2. & concl. 1. ad fin.* retulimus; nimirum non obſtante prædicta clauſula in reſcripto poſita nullum neceſſariò vocandum eſſe, vbi nullus adſit, qui contradicere poſſit, & proceſſum vigore illius clauſulæ habitum iudicialem non eſſe, donec aliquis contradictor, ſeu oppoſitor vocatus compareat, & actui gerendo ſe opponat, & contradicat.

SEXTA CONCLVSIO. Vbi in reſcripto derogationis, vel commiſſionis prædictæ non adſit memorata clauſula, *vocatis vocandis*, vel, *vocatis, quorum intereſt*; exigitur quidem † ad derogationem huiuſmodi qualitatum beneficij citatio, ſeu vocatio illorum, qui ex eo actu lædi poſſunt, vt ipſis præiudicet: ſi tamen illa quoad aliquos omittatur, non ideo actus quoad vocatos corruit. Prior pars concluſ. probatur tum ex *l. de vnoquoque, in princ. ff. de re iudic.* vbi Paulus I. C. de vnoquoque, ait, negotio præſentibus omnibus, quos cauſa contingit, iudicari oportet: aliter enim iudicatum tantùm inter præſentes tenet: tum ex aliis iuribus, ex quibus habetur, vnumquemque vocandum eſſe, dum is actus geritur, vnde lædi poteſt, per nos relatis *d. cap. 7. quæſt. 4. ſuppoſ. 3. & concluſ. 3.* necnon *cap. 9. quæſt. 7. concluſ. 6.* tum à fortiori ex his, quæ mox in duab. ſeqq. concl. de conſenſu docebimus. Poſterior autem pars huius concl. ſatis probatur tum ex præcitat. verbis *d.l. de vnoquoque*, ibi; aliter enim iudicatum tantùm inter præſentes tenet: tum ex aliis, quibus idipſum de commutatione vltimæ voluntatis oſtendimus *d. concl. 1. circa initium.*

SEPTIMA CONCLVSIO. Conſenſus fundatoris apponentis beneficio qualitatem aliquam, vel heredis ipſius, † regulariter requiritur in eius qualitatis derogatione. Probatur tum ex iis, quibus ſup. *cap. 7. quæſt. 4. concluſ. 4.* oſtendimus, conſenſum fundatoris, vel eius heredis regulariter exigi in commutatione vltimæ voluntatis ipſius fundatoris; potiſſimùm ex *cap. nos quidem, de teſtam. l. legatum. ff. de vſu & vſufruct. legat. §. ſi autem legatum, in auth. de Eccleſiaſt. tiund. collat. 9.* Mandoſ. *conſil. 33. num. 6.* & Mar. Ant. Genuenſ. *in Prax. Cur. Neapol. cap. 20. num. 3.* qui nonnullos citant. tum ex eo, quod poſt Cald. Hoſt. Abb. Imol. Felin. & alios, *cap. cùm acceſſiſſem, de conſtit.* tradit Lambertin. *d. tract. de iurepatronat. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 30. num. 1.* cum aliquot ſeqq. necnon *quæſt. 10. art. 7. num. 1. 2. & 4.* & Roch. de Curt. *eod. tract. de iurepatronat. verbo, honorificum, quæſt. 3. ſub num. 8. & verbo, pro eo, quod de diœceſani conſenſu, quæſt. 14.* qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis derogari non poſſe ſine conſenſu fundatoris, vel eius heredis. Id autem extendit poſt alios Lambertin. *d. art. 30. num. 4. & d. art. 7. num. item 4.* & Roch. de Curt. *d. num. 8.* licèt ad Epiſcopum tunc devolvatur diſpoſitio de ipſo beneficio ob negligentiam patroni; vt nimirum tunc etiam requiratur in huiuſmodi derogatione ab Epiſcopo facienda conſenſus patroni, hoc eſt, fundatoris, vel heredis: quod etiam ſentiunt relati, & probati a Lambert. *d. lib. 1. part. 3. quæſt. 7. art. 13.* & à Garz. *d. tract. de benef. p. 5. cap. 7. num. 86. & part. 10. cap. 3. num. 42.* docet devolutionem collationis beneficij fieri cum omnibus, & qualitatibus requiſitis in prima prouiſione; inter ceteras enim qualitates in prima prouiſione requiſitas ea eſt, vt alicui qualitati, vel oneri adiecto per fundatorem ab Ordinario derogari non poſſit ſine conſenſu, & licentia ipſius fundatoris, ſeu eius heredis, vt ex prædictis ſatis conſtat; & colligere etiam licet ex eo, quod tradit idemmet Lambertin. *d. tract. lib. 3. quæſt. 6. art. 7. n. 7. & 9.* non poſſe Epiſcopum regulariter ſine conſenſu patroni augere onera, & ſeruitia beneficij, auctis eius facultatibus, neque illa diminuere his diminutis. Quæ eſſe poteſt ſecunda extenſio, ſeu ampliatio præſentis concluſ. Tertia deſumi poteſt ex eo, quod ſatis comprobat Lambertin. *d. art. 30. n. 23. cum ſeq.* quòd, † ſi plures ſint heredes, aut ſucceſſores primi fundatoris, in huiuſmodi qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis, non ſufficiet conſenſus maioris partis eorum, ſed omnium, & ſingulorum requiretur; ob id potiſſimùm, quia, quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, *cap. quod omnes, de reg. iur. in 6.* cum ſimil. quod idem dicendum eſt, vbi plures eſſent fundatores, qui adhuc heredes, vel ſucceſſores, non habuiſſent, quoniam adhuc viuerent, vel in alios iuſpatronatus non tranſtuliſſent: eadem enim omninò eſt vtrobique ratio, atque adeò idem ſtatuendum eſt, vulg. *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap. 2. de tranſlat. Epiſc.* cum ſuis concord. Poſtrèma ampliatio † ea eſſe poteſt, quam apertè tenent præcitati Doctor. ac præcipuè Lambert. *d. art. 30.* præſertim *num. 9.* quoad primum fundatorem; in quo conſentit etiam Curt. *d. quæſt. 14.* quoad heredem verò Lambertin. *d. art. 30. num. 10. 15. & 23.* vt eorum neuter ſine Epiſcopi conſenſu derogare poſſit huiuſmodi qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis.

523.

524.

Limitatur autem hæc eadem concluſio primò, vt ad hanc derogationem alicuius qualitatis à fundatore appoſitarum † non requiratur expreſſus conſenſus heredis fundatoris; (idem verò ob eandem rationem dic de ipſo fundatore, iuxta id, quod mox admonuimus;) aut etiam expreſſa derogatio Epiſcopi, vel alterius derogantis: ſed ſufficiat vtrumque tacitè fieri; nimirum, quòd præſentetur ad beneficium illam qualitatem requirens aliquis ea carens à patrono ſciente Epiſcopo ſcienti, qui eum inſtituat; vt ſatis comprobat Lambert. *eod. art. 30. num. 20. cum duob. ſeqq.* Secundò limitatur, vt ex cauſa neceſſitatis, aut magnæ vtilitatis Eccleſiæ † poſſit etiam inuitis patronis ab Epiſcopo quoque derogari huiuſmodi qualitatibus in fundatione beneficij appoſitis, vt poſt alios docet Lambert. *d. lib. 2. part. 1. art. 30. num. 3. 7. 8. 12. & 15.* necnon *quæſt. 10. art. 7. num. 3. & lib. 3. quæſt. 6. art. 7. num. 3. 5. & 10.* licèt quoad heredem fundatoris diſſentiat Roch. de Curt. *tract. de iurepatronat. verbo, pro eo, quòd de diœceſani conſenſu, quæſt. 15.* qui quoad ipſum fundatorem, quem patronum vocat, id admittit *d. quæſt. 3. num. 10.* poſt Abb. & Felin. *d. cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.*

525.

526.

Declarati autem poteſt hæc ipſa concluſio principalis ex ea diſtinctione, quam affert Lambertin. *d. artic. 30. numer. 18. cum ſeq.* & nos retulimus ſup. *d. cap. 7. quæſt. 4. concluſ. 4. ſub num. 2.* An verò ea diſtinctio hodie locum habeat; & generaliter, an poſsit nunc Epiſcopus cum patroni conſenſu hiſce qualitatibus, vel oneribus in fundatione beneficij appoſitis derogare, ſtante diſpoſitione Trident. Concil. *ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat.* videndum eſt, quod ſcripſimus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 5. concluſ. 14.* Alias verò declarationes huius

521.

522.

ius concluſ. colligere licet ex *not. 3. & ſequentib.* per nos poſitis *d. quæſt. 4. concluſ. 4. poſt medium.* Nunc autem ad reliquas huius quæſt. concluſiones tranſeamus.

OCTAVA CONCLVSIO. Quilibet alius, præter primum beneficij fundatorem, eiúſve heredem, aut ſucceſſorem, principale aliquod intereſſe habẽs, quive habere poteſt in derogatione alicuius qualitatis in illius beneficij fundatione appoſitæ † regulariter conſentire illi derogationi debet, aliàs ei non præiudicat. 527. Hæc concluſio probatur tum ex iis fundamentis, quibus hoc ipſum quoad commutationem vltimæ voluntatis oſtendimus ſup. *d. c. 7. quæſt. 4. concl. 5.* atque inter hæc ex illa generali regula, id, quod omnes tangit, ab omnibus debere approbari, quæ habetur *in l. fin. circa fin. C. de auctorit. præſtan. & cap. quod omnes tangit, de reg. iur. in 6.* tum ex iuribus, ex quibus conſtat, in re aliqua peragenda regulariter fore ab iis præſtandum conſenſum, qui ex eo actu lædi poſſent, vt *d. l. fin.* necnon *d. l. in adoptionibus, l. cùm nepos, & l. ſi is, qui filium, ff. de adopt. l. 2. l. pen. & l. fin. ff. de natal. reſtit. cap. ſi tibi abſenti, de præbend. in 6.*

Ampliatur autem præſens concluſio, vt hic conſenſus, 528. qui requiritur ratione intereſſe, † interuenire poſſit poſt factum, vt ſatis conſtat ex *l. ſi autem plures, §. 2. ff. de aq. pluu. arcen. l. petens, C. de pact. cap. ſi qua de rebus, 12. quæſt. 2.* & aliis iuribus ad id allegatis *d. concluſ. 5. ad fin.* vbi etiam ex *d. l. in adoptionib. ff. de adopt. l. 2. C. quod met. cauſ. cap. 2. de his, quæ fi. à Prælat. fin. conſ. Capit.* ac nonnullis aliis iuribus oſtendimus, huiuſmodi conſenſum tacitum, ac præſumptum ſufficere.

NONA, & poſtrema CONCLVSIO. Licèt in derogatione qualitatum in beneficij fundatione ap- 529. poſitarum, quæ auctoritate Rom. Põtificis fit, † non exigatur conſilium, vel conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis, in cuius ciuitate, vel diœceſi ſitum eſt illud beneficium; exigitur tamen eius ſaltem conſilium in derogatione ab Epiſcopo facienda. Prior pars concluſionis probatur tum ex *cap. paſtoralis, de his, quæ fi. à Prælat. fin. conſ. Capit.* vbi habetur, Epiſcopum non poſſe concedere Monaſterio Eccleſias Parochiales, aut earum obuentiones ſine ſui Capituli conſenſu, niſi id faciat de licentia Rom. Pontificis; *& cap. ſi Capitulo, de conceſſ. præben. in 6.* vbi executor Apoſtolicus in collatione præbendæ Eccleſiæ Cathedralis de mandato Pontificis facienda non tenetur vocare illius Capitulũ. tum ex eo, quòd iura, quæ prædicti Capituli conſenſum, vel conſilium in grauioribus Eccleſiæ negotiis peragendis requirunt, mox citanda in poſteriori huius concluſ. parte, loquuntur, cùm Epiſcopus, non autem cùm Rom. Pontifex aliquid de hiſce negotiis agere, vel diſponere intendit. atque in omnẽ caſum iis iuribus non ſubeſt Papa vti ipſorũ conditor, *cap. propoſuit, de conceſſ. præb.* cum ſim. & ita in terminis alienationis rerum Eccleſiæ tenet poſt alios Redoan. *tract. de reb. Eccl. non alien. quæſt. 36. n. 18.* Poſterior pars † concluſionis probatur ex iuribus, in quibus habetur, Epiſcopum grauiora Eccleſiarum ſuarum negotia peragere non poſſe abſque Capituli ſui conſenſu, vt *in cap. 1. cap. 3. cap. ea noſcitur*, & toto ferè tit. *de his, quæ fi. à Pral. fin. conſ. Capit. cap. paſtoralis, de donat. cap. vt ſuper, §. 1. de reb. Eccleſ. non alien. cap. 1. eodem tit. in 6. & Clem. ſi vna, eod. tit.* Quoniam verò in hoc caſu aliqua iura ſolum requirunt conſilium Capituli Eccleſiæ Cathedralis, vt latiùs deduximus *d. c. 7. quæſt. 4. concluſ. 6.* non longè ab initio, *verſ. ſed quoniam.* ideo hac in re adhibendæ ſunt diſtinctiones à nobis futiùs *ibid.* explicatæ; ac præcipuè illa de alienatione rei Eccleſiarum inferiorum, cuius auctor eſt ipſe Epiſcopus, & ea, cuius auctor eſt Rector Eccleſiæ, aut alius: ac pariter, vt *ibidem* docuimus, attendenda eſt conſuetudo, ex qua Epiſcopi hodie negotia Eccleſiarum inferiorum etiam abſque conſilio ſui Capituli tractare, ac conficere ſolent. quod vtrumque applicandum eſt, & accommodandum ad derogationem qualitatũ beneficij, de qua nunc agimus. ſicut & illud, quod *ibid.* ſubiecimus, † in caſibus, in 531. quibus requiritur conſenſus Capituli, ſatis eſſe, vt is poſt factum interueniat; vt probat text. *in cap. cùm nos*, quod eſt *3. de his, quæ fi. à Prælat. fin. conſ. Capit.* loquens in conceſſione Eccleſiæ facta ab Epiſcopo; & à fortiori probant iura, vnde habetur, ipſum conſenſum Epiſcopi in huiuſmodi conceſſionibus Eccleſiarum neceſſarium interuenire poſſe poſt factum etiam ex interuallo, vt *cap. cura, & cap. ſuggeſtum, de iurepatr.* ac plerique Doct. tradunt, quos retulimus *d. concl. 6. circa med. verſ. in caſibus autem*; vbi tamen id fuſiùs declarauimus. ac ſimiliter illud huic derogationi eſt applicandum, quod poſtea *ead. concluſ. 6. verſ. regulariter quoque*, circa prædictam commutationem adiecimus, nimirum regulariter quoque ad id ſufficere tacitum conſenſum, ſiue Epiſcopi, ſiue eius Capituli, & ſiue inductum ex facto, ſiue ex taciturnitate: cuius tamen regulæ nonnullas declarationes, quatenus ad hanc rem facere poſſunt, *ibid.* allatas candidus lector per ſe videre poterit. Nos verò nunc poſtremæ concluſionis loco ad nonnullas regulas veniamus in praxi obſeruandas à derogante qualitatibus in beneficiorum fundatione appoſitis. eas verò regulas ſummatim deſumemus ex totidem regulis obſeruandis à commutante aliquam vltimam voluntatem, quas attulimus ſup. *d. cap. 7. quæſt. 5.* per tot. Prius tamen, quàm ad eas veniamus aliqua adnotanda ſunt, quæ latiùs quoad commutationem vltimæ voluntatis proſecuti ſumus *cap. 6. quæſt. 2. concluſ. 2. ad fin.* ac potiſſimùm deſeruient, ſicut & ipſæ regulæ mox memoratæ, ac paulo pòſt affe- 532. tendæ, illi qualitatum prædictarum derogationi, † per quam vna qualitas, onúſve beneficio annexum in locum alterius ſubrogatur, & alterum cum altero commutatur. Primum autem eſt, quò dignior eſt materia, ſeu res commutanda, eò maiorem cauſam exigi ad commutandum. Secundum, quò minor diſpenſatio admiſcetur commutationi, eò minorem cauſam requiri. Tertiò maiorem cauſam deſiderari, quando commutatio partis ita fit in aliud opus ab eo, quod præſcriptum fuit, vt aliqua eius pars remittatur, quàm ſi pars commutetur; reſidua verò pars adhuc relinquatur adimplenda. Quartum eſt, multò minorem cauſam requiri ad diſpenſandum dumtaxat in tempore executionis eius, quod diſpoſitum fuit per vltimam voluntatem, quàm in eius materiæ commutatione, præſertim in quid minus; & quò maior eſt mora dilationis conceſſa, maiori cauſa, quò minor mora, minori cauſa opus eſſe. Poſtremum eſt, non poſſe certam tradi regulam de cauſæ ſufficientia ad commutandum, ſeu rei vnius in alterius locum ſubrogationem, atque adeò prudentis viri arbitrio id relinquendum, qui potiſſimùm tria ſpectabit, de quibus Rom. Pontifex *in cap. magne, verſic. & quidem tria, de vot. & vot. redempt.* nimirum, quid liceat ſecundùm æquitatem, quid deceat ſecundùm honeſtatem, & quid expediat ſecundùm vtilitatem. Iam his prænotatis ad propoſitas regulas in praxi prædictæ derogationis à derogante obſeruandas, ſi lubet, deſcendamus.

Prima igitur regula ſit. Maior dignitas materiæ ſubrogatæ | ſpectanda eſt reſpectu ſolius materiæ 533.

positæ in obligatione, neque vlla ipsius vinculi, seu obligationis ratio habenda est; quoniam per commutationem obligatio transfertur in materiam subrogatam, non autem tollitur in totum, vt fit in mera dispensatione; in qua propterea hæc regula locum non habebit, vt latiùs quoad commutationem vltimæ voluntatis ostendimus *d. quæst. 5. versic. prima igitur regula.* sicut, neq; locum habebit in commutatione conditionali, hoc est, translata in voluntatem impetrantis: vel vbi in dispositione adesset specialis prohibitio non petendæ commutationis, vt *ibidem* fusiùs explicauimus.

Secunda regula. Maius, aut minus, vel æquale bonum materiæ, quæ est in obligatione, & eius,
534. quæ subrogatur, † non est spectandum iuxta excellentiã virtutis, cuius est actus, quasi censeatur commutatio in melius facta quando fit in opus excellentioris virtutis; sed habenda est ratio disponentis, & finis, quem illa dispositio habet, vel per se, vel ex disponentis expressa intentione; ita, vt materia subrogata quàm proximè ad eum finem accedat; prout latiùs explicantes quoad vltimæ voluntatis commutationem comprobauimus *d. quæst. 5. vers. secunda regula sit.*

Tertia regula. In derogatione alicuius qualitatis,
535. vel oneris appositi in fundatione beneficij, † vbi maximè in ea derogatione subroganda sit alia materia ab ea, quæ est in obligatione, habenda est ratio difficultatis in huiusmodi obligatione implenda: idque non modò cùm ad instantiam fundatoris facienda est derogatio, per ea, quæ de commutatione voti quoad vouentem tradit post alios Sanchez *lib. 4. sua sum. cap. 56. num.* 10. cum aliquot seqq. verùm etiam cùm ea derogatio facienda est instante herede ipsius fundatoris: quoniam æquè, & multò magis in eo militent rationes, quas quoad defunctum respectu voti ex eodem Sanchez *ibidem* retulimus, & ad commutationem vltimarum voluntatum transtulimus *d. quæst. 5. versic. tertia regula, ad fin.* vbi etiam, iunctis præced. contra eundem Sanchez ostendimus, posse heredem vouentis impetrare commutationem, vel dispensationem votorum, quam impetrare ipse vouens defunctus poterat.

Quarta regula sumi potest ex eo, quod ex præced. regula deducit quoad voti commutationem
536. Sanchez *d. cap. 56. numer.* 11. vt † in commutatione alicuius oneris à defuncto impositi, etiamsi personale sit, habenda sit ratio expensarum, ac laboris, quæ in illius executione subiri deberent; prout latiùs id declarantes quoad vltimæ voluntatis commutationem, prosecuti sumus *d. quæst. 5. regula* 4.

Quinta regula sit. Non est opus ad rectam commutationem oneris à fundatore beneficio impositi, † vt, si quis ad factum præstandum tenebatur,
537. obligetur ad aliud factum; vel, si tenebatur ad soluendam certam quantitatem, ad aliud quid soluendum obligetur. probatur id ex *cap. 2. de vot.* cum aliis, quibus hoc ipsum in voti commutatione comprobat Sanchez *d. cap. 56. num.* 24. & nos in commutatione vltimæ voluntatis *d. quæst. 5. vers. quinta igitur regula sit*, vbi ad ea, quæ obstare videbantur, respondimus.

Sexta regula. Pariter non est necesse ad derogationem, quæ commutando fit, qualitatum, seu
538. onerum in beneficij fundatione appositarum, † vt materia subrogata sit ei, quæ erat in obligatione, æqualis magnitudine, duratione, aut numero, modò aliàs sit æqualis ratione finis, ad quem prior materia, vel disponentis intentio dirigebatur. Hæc regula proportionabiliter conuincitur ex iis, quibus eum quoad voti commutationem comprobat Sanchez *d. cap. 56. numer. 27. cum tribus seqq.* nonnulla inde inferens, quæ nos quoque vltimarum voluntatum commutationi applicauimus *d. quæst. 5. regula* 6.

Septima regula. Si qualitas, aut alia obligatio conditionalis beneficio in eius fundatione adiecta, ante impletam conditionem in derogatione commutetur in obligationem absolutam, † spectandum 539.
est, quàm dubius sit conditionis euentus, & quò is magis, aut minùs dubius fuerit, eò in minorem, aut maiorem obligationem absolutam faciendæ est commutatio. quòd si in aliam conditionalem obligationem commutetur; tunc, si remaneat eadem conditio, aut alia æquè dubia adiiciatur, commutatio fieri debet in materiam priori æqualem: si verò in tali derogatione apponatur conditio magis certa, minuenda est materia subrogata; augeri verò, si ea conditio magis dubia sit. si autem post impletam conditionem in illa derogatione fiat commutatio, ea fieri debet in materiam priori æqualem, perinde, ac si prædicta prior obligatio fuisset absoluta. Hæc regula quoad omnes sui partes satis probatur ex iis, quibus eas quoad commutationem vltimæ voluntatis conditionalis confirmauimus, declarantes *d. quæst. 5. versic. septima regula*, ex adductis in voti conditionalis commutatione à Sanchez *d. cap. 56. num. 30. cum duobus sequentibus.*

Octaua regula. Pœnalis obligatio beneficio in
eius fundatione adiecta, † vbi in illius obligatio- 540.
nis derogatione commutanda sit post pœnam incursam, commutari debet in materiam æqualem ei, in quam fieret commutatio, si absque pœna illa obligatio contracta esset; quando verò commutanda est ante pœnam incursam, habenda etiam est ratio talis pœnæ, & non solius dignitatis materiæ, quæ erat in obligatione. ita in voto pœnali probat Sanchez *d. cap. 56. num.* 33. iuncto *numer.* 35. subdit autem *numer.* 36. illam declarationem, quæ etiam proportionabiliter derogationi, de qua nunc agimus, adaptari potest, quòd, si votum fuerit sub tali pœna toties incurrenda, quoties tale delictum admiserit, & sola pœna iam incursa commutetur, iterum pœnitens ea pœna tenebitur, si id delictum perpetret: nam cùm sola pœna contracta commutetur, maneat necesse est eadem voti vis quoad pœnas in posterum incurrendas: quare, vt liber quoque euadat à pœna in posterum incurrenda, oportet commutari votum rei principalis, aut saltem quoad pœnam incurrendam. Aliæ huius regulæ declarationes peti possunt ex iis, quas hac in re quoad vltimarum voluntatum commutationem attulimus sup. *d. cap. 7. quæst. 5. vers. octaua regula sit.*

Nona, & postrema regula sit. Quando non derogatur ipsi qualitati, obligationiue in beneficij fundatione appositæ, quoad substantiam, sed solùm † quoad dilationem executionis eius, quod est 541.
dispositum; tunc id potest modica materia subrogata suppleri, quando non multùm interfit ad finem dispositionis, quòd ea impleatur die præscripta, vel differatur: & quò maior est dilatio, maior materia debet subrogari. si autem tali fini dispositionis valde conducit, eius executionem non differri, multò maior materia subroganda est in concedenda dilatione: ita in dilatione executionis voti Sanchez *d. cap. 56. num. 37.* vbi id satis probat, exemplum secundi membri afferens; quem etiam nos secuti sumus quoad commutationem vltimæ voluntatis

tatis *d. quæſt. 5.* in poſtrema regula. Sed & confirmari poteſt ex iis, quæ ſup. *in 3. notab. & 2. ac 6. regula*, adduximus. Aliqua verò exempla derogationis qualitatum, aut onerum beneficij, quæ per viam ſubrogationis alterius materiæ rectè fieri poteſt, colligere licet ex huiuſmodi exemplis commutationis votorum allatis à Sanchez *d. cap. 56. num. 40. & ſeqq.* ac per nos relatis *d. quæſt. 5. ad fin.* Nunc autem ex his finem præſenti quæſt. huius cap. iam tandem imponamus.

Svmmæ Rervm.

542. *Iuriſdictio commiſſarij derogationis qualitatum beneficij per reſcriptum iuſtitiæ expirat morte naturali, aut ciuili committentis, dummodo hac re integra interueniat.*

543. *Commiſſio derogationis qualitatum beneficij per reſcriptum gratiæ, ita, vt gratia facta dici poſſit, non expirat morte committentis etiam re integra; ſecus ſi gratia ſit adhuc facienda: quod vtrumque ibid. multiplicitèr extenditur, ac reſtringitur.*

544. *Commiſſio derogationis qualitatum beneficij expirat in cõmiſſario per eius mortem naturalem etiam quoad negotia cœpta: per ciuilem autem ſolum ſuſpenditur, donec commiſſarius in priſtinum ſtatum reſtituatur.*

545. *Commiſſio derogationis qualitatis beneficij facta perſonæ, in qua certa dignitas, vel officium requirebatur ad commiſſionis validitatem, in tali commiſſario non expirat per finem illius dignitatis, vel officij: ſecus ſi commiſſio ſit realis, ſeu facta ipſi dignitati.*

546. *Iuriſdictio ſubdelegata ad derogandum alicui qualitati beneficij expirat in ſubdelegante per mortem naturalem, & aliquam ſaltem ciuilem ſubdelegati re non integra interuenientem: ſecus ſi re integra contingat. & an per vtramque eius mortem expiret in ipſo ſubdelegato; num. 547.*

548. *Iuriſdictio ſubdelegata ad derogandum alicui qualitati beneficij quando expiret in ſubdelegato per mortem naturalem ſubdelegantis. & quando per eiuſdem mortem ciuilem; n. 549.*

550. *Derogatio qualitatis beneficij impetrata per reſcriptum iuſtitiæ expirat per mortem naturalem impetrantis interuenientem re integra: ſi autem mors re integra contingat, poteſtas derogandi tranſit ad ſucceſſorem impetrantis. & quid ſi impetrata fuerit per reſcriptum gratiæ, ſeu per modum priuilegij; num. 551.*

552. *Derogatio qualitatis beneficij conceſſa per reſcriptum gratiæ, vel iuſtitiæ an, & quando extinguatur, vel ſuſpendatur, aut fruſtratoria reddatur per mortem ciuilem illud reſcriptum impetrantis.*

553. *Derogatio qualitatis beneficij per reſcriptum iuſtitiæ impetrata expirat per mortem naturalem aduerſarij re integra ſuperuenientem. & quid per eiuſdem mortem ciuilem; num. 554.*

555. *Derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum conceſſa ſine per reſcriptum iuſtitiæ, ſine per modum priuilegij extinguitur per lapſum temporis in ea præfixi. & quid in conceſſa ſub aliqua conditione; num. 556. aut mutatione ſtatus, ſeu vinculi, à quo tale priuilegium pendet; num. 557.*

558. *Derogatio qualitatum beneficij per modum priuilegij ad inſtar alterius talis derogationis conceſſa an, & quando reuocata, amiſſa, vel deſtructa cenſeatur, reuocato, amiſſo, vel deſtructo eius exemplari.*

559. *Derogatio qualitatum beneficij per modum priuilegij conceſſa regulariter non extinguitur per primum eius vſum, ſeu actum.*

560. *Derogatio qualitatum beneficij à ſuperiore conceſſa ad beneplacitum ſuæ voluntatis regulariter expirat morte concedentis etiam re non integra: ſecus verò ſi cum beneplacito certum tempus adiungatur. & quid, ſi nullum tempus certum, vel incertum derogationi tacitè, expreſſève præfigatur, an tunc ea ſit perpetua; num. 561.*

562. *Derogatio qualitatum beneficij, vel eius commiſſio, ceſſat ceſſante illius cauſa finali, qua ab initio vera fuit: ſecus autem ceſſante ipſius cauſa, quæ tantùm erat impulſiua. & quid ſi cauſa finalis derogationis non omninò ceſſauerit, ſed aliqua eius reliquia remanſerint, quæ etiam ab initio non ſufficerent ad concedendum; num. 563.*

564. *Derogatio qualitatum beneficij, quæ eſt mera gratia, hoc eſt, neque contraria iuri communi, neque alterius iuri præiudicans non ceſſat ceſſante quandocumque eius cauſa etiam finali.*

565. *Derogatio qualitatis beneficij deducta ad vltimatum effectum, qui in vnica actione ſine impetrantis, ſiue concedentis conſiſtit, non ceſſat ceſſante eius cauſa. idémque in actu inchoato, qui pro conſummato habeatur; atque in eo actu qui ex conſummato conſequatur, & actibus futuris, qui à præterito, & conſummato diuidi, ac ſeparari commodè nequeũt; n. 566.*

567. *Derogatio qualitatum beneficij, aut eius effectum habens illam conditionem expreſſam, vel tacitam, ſubſiſtente, ſeu durante tali cauſa, ceſſat ea cauſa ceſſante. itémque ceſſat talis derogatio ceſſante eius cauſa materiali, vel formali, aut efficiente, qua conſeruat; num. 568.*

569. *Mandatum, ſeu facultas derogandi alicui qualitati beneficij redeunte cauſa, quæ ceſſauerat ante derogationis executionẽ, executioni mitti poteſt. & quid, ſi cauſa ceſſante poſtquã commiſſarius derogauit, antequam tamen derogatio vltimatum effectum ſortiretur; vel, ſi hũc ſortita eſt, ic cõmodè diuidi poteſt; n. 570.*

571. *Derogatio oneris beneficij, aut reductio oneris legato iniuncti facta ob diminutionem eius reditus an ceſſet iiſdem reditibus iterum auctis; & duob. num. ſeqq.*

572. *Onera beneficij an augeri debeant auctis quomodocumque eius reditibus. & an auctis vel redemptis iiſdem reditibus onere aliquo grauatis, ipſo iure augeatur, aut redeat onus; numer. 573. cum ſeq.*

574. *Intellectus cap. ſuggeſtum, de decim.*

575. *Inferior ſupremo Principe an, & quando poſſit ex cauſa reuocare derogationum qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum ad vltimum effectum ex parte cõcedentis deductam, & ab eo, cui conceſſa fuit, acceptatam. & quid in ipſo ſupremo Principe; num. 576. & an tunc ab eorum altero in dubio reuocata cenſeatur; num. 577.*

578. *Derogatio qualitatis in beneficij fundatione appoſita eadẽ de re conceſſa alteri, quàm ei, qui priorẽ impetrauit, ipſam priorẽ reuocare non cenſetur, ſi eius mentionẽ non faciat; & ibi, quæ clauſula ad id ſufficiat, vel requiratur.*

579. *Reuocatio derogationis qualitatum beneficij per*

per viam legis facta, ex quo tempore suum effectum sortiatur; & quid cùm sit ab homine per rescriptum.

580. *Delegatus, aut subdelegatus ad derogãdum qualitati in fundatione beneficij apposita non potest sine iusta causa commissionem non suscipere, aut susceptam dimittere; & ibi an delegatus renuntians delegationi sine simpliciter, sine subdelegando, possit iurisdictionem suam reassumere.*

581. *Referens, aut dicens referre se velle negotium derogationis qualitatis beneficij, ad committentem, seu superiorem, an, & quando amittis iurisdictionem, quam circa illud habet.*

582. *Associans sibi vti collegam in derogatione qualitatis beneficij eum, qui tunc secum nullam in ea iurisdictionem habet, quando suam ipse amittat.*

583. *Delegatus ad derogandum alicui qualitati beneficij, si deferat appellationi à se interpositæ, aut pronuntiet, nullam sibi in eo negotio competere iurisdictionem, an ita eidem renuntiet, vt si quam habet, amittat, neque eam reassumere possit.*

584. *Recusatus an, & quando amittat facultatẽ derogãdi qualitatibus in beneficij fundatione appositis; & ibi, quid si subdelegatus recusetur.*

585. *Gesta per iudicem recusatum quando sint ipso iure nulla.*

586. *Compromisso pendente super beneficio, aut re ad illud pertinente, vel in quam faciẽda est subrogatio per derogationem alicuius qualitatis, vel oneris illius beneficij, aut etiam super ipsa derogatione, licebit alteri parium solita pœna compromissi adire Ordinarium, vel delegatum ad derogandum, & aduersarium super re compromissa conuenire.*

587. *Reductione laudi ad arbitrium boni viri super re pertinente ad beneficium, cuius qualitati derogandum est, pendente, an suspendatur executio laudi, vel potestas derogandi.*

588. *Appellatio interposita ab inferiore derogante, vel, cùm non debet, derogare volente alicui qualitati beneficij, an, & quando ipsius iurisdictionem, & facultatem qualitati illi derogandi suspendat, ac secuta derogationis executionem impediat; & ibi remissiuè, quando hac in re liceat appellare.*

589. *Iurisdictio derogantis alicui qualitati beneficij, & executio sententia super ea derogatione lata, an suspendatur dum derogationis nullitas cognoscitur.*

590. *Renuntiatio expressa derogationis qualitatis beneficij ab impetrante facta an, & quando extinguat ipsam derogationem, ita, vt impetrãs illa vti amplius non possit. & quid in renuntiatione tacita, quæ ex verbis colligitur; num. 591. aut ex actu nostro inducitur; num. 592. vel ex actu alterius, cui nos consentimus, seu consensu permissiuo; num. 593. aut ex omissionibus; num. 594.*

595. *Renuntians expressè, vel tacitè, validè tamen, ac licitè derogationi alicuius qualitatis beneficij an, & quando possit, aut debeat ad priorem materiam redire, aut postea valeat vti derogatione iam obtenta, & an ad hoc requiratur acceptatio eius, cuius interest, vel superioris; num. 596.*

597. *Derogatio qualitatis in beneficij fundatione appositæ concessa per modum priuilegij, seu per rescriptum gratiæ quando amittatur, seu extinguatur per non vsum, aut per contrarium vsum; n. 598. aut per quamcunque speciem abusus derogationis; n. 599. & an per abusum amittatur ipse ius, & ante sententiam, atque adeò statim in foro conscientiæ; n. 600.*

QVÆRO OCTAVO, & postremò in hoc decimo capite, quibus modis expiret derogatio qualitatum in beneficij fundatione appositarum.

Cùm in præcedentibus huius capitis quæstionibus ea simus prosecuti, quæ generatim ad prædictã qualitatum beneficij derogationem, eiúsque tum quasi creationem, seu productionem in esse, tum progressum, & conseruationem pertinent; sequitur nunc iuxta ordinem, quem toto cap. 8. huius tractatus quoad generalem materiam commutationis vltimarum voluntatum, & cap. præced. quæst. 8. quoad fideicommissorum derogationem tetigimus, vt in hac quæst. agamus de modis, quibus eadem qualitatum beneficij derogatio finem accipit, quasique resoluitur, & expirat: ita, vt singulis illius cap. 8. quæstionibus duæ vtplurimum cõclusiones, ac nonnunquam tres, aut etiam plures maioris perspicuitatis gratia respondeant: quod & in prædicta quæst. 8. cùm de modis, quibus fideicommissorum derogatio expirat, eandem ob causam præstitimus. Igitur in præsenti quæstione sit

PRIMA CONCLVSIO. Quoties derogatio alicuius qualitatis in fundatione beneficij appositæ committitur per rescriptum iustitiæ, † iurisdictio 541.
commissarij expirat morte naturali, aut ciuili committentis, quæ re integra interueniat: secus si ea mors eueniat re non integra existente. Fit autẽ commissio gratiæ per rescriptum iustitiæ, cùm pendente inter aliquos lite, vel controuersia super gratia, Princeps alicui mandat, vt partibus auditis gratiam ei adiudicet, qui in causa obtinuerit; vt fusius ostẽdimus sup. *cap. 6. quæst. 3. præmiss. 2. circa med.* Res autem integra quoad huiusmodi rescriptum iustitiæ dicetur, quando commissarius nondum iurisdictione sibi commissa vti cœpit per decretum citationis, vt latè docuimus *d. cap. 8. quæst. 1. præmiss. 3. ante med.* & latiùs *tract. de Conseruatoribus inserib. cap. 10. eóque vlt. quæst. 2. præmiss. vlt.* Probatur nunc vtraque pars conclusionis quoad mortem naturalem committentis; quia iurisdictio delegata per rescriptum iustitiæ expirat morte naturali delegantis, quæ re integra eueniat; secus autem si re non integra contingat: prout ex text. *in l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud. cap. relatum, cap. gratum, & cap. licèt vndique, de offic. deleg.* atque aliis iuribus, rationibus, ac Doctorũ auctoritatibus tradidimus *d. cap. 8. quæst. 1. præmiss. 3. & concl. 1. circa initium.* Quoad mortem autem ciuilem delegantis pariter vtraque pars concl. probatur ex iis, quibus idipsum de vltimæ voluntatis commutatione ostendimus *d. quæst. 1. conclus. 2. circa initium*, præcipuè verò ex text. *in cap. fin. de offic. legat.* vbi habetur, quòd iurisdictio delegatorum à Legatis Sedis Apostolicæ expirat, si ante discessum Legatorũ à sua prouincia citatio delegatorum ab ipsis nõ præcessit.

Extenditur verò, & restringitur similiter vtraque conclus. pars quoad vtramque mortem ex ampliationibus, ac limitationibus, quas *eis. quæst. 1. concl. 1.* iuncta *conclus. 2.* in commutatione vltimæ voluntatis attulimus: & iuncto eo, quod *d. concl. 2.* ostendimus, ea, quæ hac in re de morte naturali dicuntur, statuenda quoque esse in morte ciuili, propter eandem omnino rationem in vtraque militantem. Pari ratione huic materiæ derogationis qualitatum beneficij, de qua nunc agimus, applicandæ sunt illationes, quas *d. conclus. 2.* ex ea deduximus

in

in commutatione vltimarum voluntatum quoad ciuilem mortem delegantis. qualis eſt ea illatio de Roman. Pontifice renuntiante Papatui, de alio renuntiante alicui dignitati, vel officio, cuius ratione poſſit committere prædictam qualitatum beneficij derogationem: item illa de inferiore tranſlato, depoſito, vel priuato huiuſmodi officio, vel dignitate; de capto ab hoſtibus, bannito, excommunicato, ſuſpenſo, Religionem ingreſſo, & ſimilibus; ex quibus eas illationes *inibi* declarauimus; quas egere declaratione iudicauimus. has verò omnes, ac ſimul prædictas ampliationes, ac limitationes hoc loco recenſere breuitatis gratia prætermittimus; præſertim cùm nihil in iis peculiaris ſit, quod ad memoratam derogationem ſpectet.

SECVNDA CONCLVSIO. Commiſſio derogationis qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum per reſcriptum gratiæ conceſſa; ita, vt
543. gratia facta dici poſſit, † non expirat morte committentis interueniente etiam dum res eſt integra: ſecus ſi gratia nondum ſit facta, ſed adhuc facienda. Prior pars concluſionis probatur ex text. *in cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6. & cap. ſi cui nulla, in primo reſponſo, de præbend. in 6.* quæ duo iura ponderauimus non paucis etiam Doct. aliiſque fundamentis allatis ad hanc ipſam priorem concluſionis partem quoad vltimæ voluntatis commutationem ſuprà *d. cap. 8. quæſt. 1. concluſ. 2.* vnde etiam petendæ ſunt ampliationes huius eiuſdem prioris partis: præſertim verò, vt procedat quoque, licèt huiuſmodi gratia ſolo verbo ſit facta; vel nondum executa; vel ab inferiore conceſſa; vel nondum acceptata. quo tamen caſu poterit à ſucceſſore concedentis reuocari, iuxta *ibidem* adducta; quæ eſt prior limitatio huius prioris partis. quæ etiam non procedit, vbi gratia conceſſa ſit ad beneplacitum concedentis. & hæc eſſe poteſt altera limitatio. quam limitationem comproba, extende, reſtringe, ac declara, vt in priori parte d. tertiæ concluſ. *limitat. 2.* Poſterior autem pars huius concluſionis probatur potiſſimùm ex text. *d. cap. ſi cui nulla, in 2. reſponſ.* ex quo text. gloſ. recepta *ibi, verbo, moriatur*, ac plerique Doctor. quos retulimus *d. quæſt. 1. concluſ. 3. circa medium, verſ. probatur nunc poſterior*, illam regulam conſtituunt, vt gratia facienda expiret re integra morte concedentis. Quæ regula, & ſic poſterior hæc pars noſtræ concluſionis ampliatur, vt procedat primò etiam in executore dato ad gratiam, quæ adhuc facienda ſit. Secundò in morte quoque ciuili. Tertiò etiam in gratia motu proprio certæ perſonæ conceſſa. ac tandem quòd gratia facienda expiret re integra, non ope exceptionis, ſed ipſo iure. quas ampliationes ſatis confirmauimus *d. concluſ. 3.* in eius poſteriori parte. ſicut, & ſatis comprobauimus nonnullas eiuſdem limitationes: vt illam, quòd non procedat, vbi commiſſio facta ſit ſub nomine dignitatis, vel ad beneplacitum dignitatis concedentis: & illam, quòd non habeat locum in commiſſione acceſſoria gratiæ factæ; quæ limitatio declaranda eſt multis modis adductis *d. quæſt. 1. concluſ. 1. limit. 4.* ac denique illam iuxta quorumdam ſententiam, vt non procedat in conceſſione gratiæ facta ex certa ſcientia. Quando autem gratia dicatur facta, vel facienda ad prædictum ſaltem effectum, vt ea morte concedentis re integra non extinguatur, vel extinguatur, iuxta ſupradicta, videndum eſt, quod latiùs tradidimus *d. concl. 3. poſt medium.*

TERTIA CONCLVSIO. Per mortem naturalem commiſſarij derogationis qualitatis in fun-
544. datione beneficij appoſitæ † expirat in eo commiſſio etiam quoad negotia cœpta; per mortem autem ciuilem ſolùm ſuſpenditur, donec commiſſarius in priſtinum ſtatum reſtituatur. Prior pars huius concluſionis probatur, quia mors maximè naturalis omnia ſoluit, *§. deinceps, auth. de nupt. collat. 4.* cum aliis ad id allegat. ſuprà *d. cap. 8. quæſt. 2. concluſ. 1.* vnde etiam ſumendæ ſunt huius prioris partis tum ampliationes, ac præcipuè illa, quòd, ſi duo commiſſarij dati ſint ſimpliciter, vno illorum mortuo, etiam in collega expirabit iuriſdictio, & poteſtas: quam tamen ampliationem *ibidem* fusiùs declaranimus. tum etiam limitatio illa, ſeu declaratio, vt commiſſio non expiret quoad negotia etiam non cœpta, vbi ea facta ſit alicui ſub nomine, & contemplatione dignitatis ipſius: quòd ſi facta ſit ſub nomine, & contemplatione perſonæ eiuſdem commiſſarij, tunc locum habeat prædicta prior pars concluſionis, vt nimirum commiſſio per commiſſarij mortem naturalem expiret etiam quoad negotia cœpta. At verò quandónam dicatur commiſſio fieri ſub nomine, aut contemplatione dignitatis, vel perſonæ, latè explicauimus *d. concluſ. 1. circa medium*, & deinceps. Poſterior autem pars huius concluſionis probatur ex iis fundamentis, quibus *d. quæſt. 2. concluſ. 2.* docuimus, quòd ſi is, cui commiſſa fuit vltimæ voluntatis commutatio, ſeruus efficiatur, eius iuriſdictio nequaquam expirat ipſo iure, ſed ſolùm ſuſpenditur, donec is libertati reſtituatur: idémque proportionabiliter dicendum de damnato ad metallum, deportato, bannito, excommunicato, ſuſpenſo, ac ſimilibus; idque ſiue tempore ſuperuenientis huiuſmodi mortis ciuilis commiſſarij negotium eſſet cœptum, ſiue nondum cœptum fuerit. ſubiecimus autem *eod. loco ampliat. vlt. ad finem*, quid ſtatuendum ſit, vbi commiſſio pluribus in ſolidũ facta fuiſſet, vel cum clauſula, *quòd ſi non omnes*, quæ omnia æquè huic materiæ, de qua agimus, adaptantur.

Declaratur nunc, ſeu limitatur hæc eadem poſterior præſentis concl. pars, quòd † vbi vacet in 545.
commiſſario dignitas, vel officium, cuius ratione commiſſa ſit derogatio prædicta alicuius qualitatis beneficij; (quia nimirum dignitas illa, ſeu officium requirebantur ſolùm ad validitatem commiſſionis; atque adeò conſiderata fuerunt in concreto, ſeu ſecundariò, & acceſſoriè ad ſubiectum, ſeu perſonam, iuxta huius rei explicationem allatam *d. quæſt. 2. ſuppoſ. 2.*) talis commiſſio perſonæ facta non expirat in commiſſario finita eius dignitate, vel officio, ſed adhuc illa vti poteſt, & in negotio procedere: ſecus ſi commiſſio ſit realis, hoc eſt, facta dignitati, quæ in abſtracto, & principaliter conſiderata fuerit à committente, vt *d. ſuppoſ. 2.* expoſuimus: tunc enim tranſit ad ſucceſſorem. cuius declarationis, ſeu diſtinctionis vtrumque membrum ſatis confirmauimus d. concl. 2. verſ. limitatur nunc; vbi etiam latè diſſeruimus, an qualitates requiſitæ in delegato Sedis Apoſtolicæ, eiúſve Legati, iuxta diſpoſitionem *cap. ſtatutum, in prins.* ſeu *§. 1. de reſcript. & Clem. 2. eod. tit.* adeſſe debeant ſaltem tempore citationis, vel ſat ſit, eas adfuiſſe tempore commiſſionis. eadem autem *concl. 2. verſ. declaratur nunc, vſque ad fin.* prædictam declarationem, ſeu limitationem multis pariter modis declarauimus, quos cùm per ſe facilè quis videre poſſit, & ad derogationem, de qua agimus, applicare, conſultò prætermittimus hoc loco recenſere.

QVARTA CONCLVSIO. Per mortem naturalem, & aliquam ſaltem ciuilem ſubdelegati à commiſſario derogationis alicuius qualitatis in fundatione beneficij appoſitæ re non integra inter-

546. uenientem, † expirat iurisdictio in ipso commissario: secus si re integra contingat. Et quidem quòd expiret in delegato per mortem naturalem subdelegati re non integra, apertè id colligitur à contrario sensu ex *cap. quamuis, de offic. delegat. in* 6. vt quoad commutationem vltimæ voluntatis deduximus nonnullis quoque ad id Doctoribus relatis suprà *cap.* 8. *quæst.* 2. *conclus.* 3. vbi etiam id extendimus, licèt subdelegatus nulliter processisset ob non seruatam formam mandati: & declaramus, vt non procedat, vbi subdelegatio facta sit non in totum. Quòd autem re integra non expiret, patet ex *d. cap. quamuis*, cuius verba *ibidem* relata hoc ipsum in sensu directò, & manifestè sonant. Id verò *ibidem* pariter extendimus, vt procedat siue subdelegatio facta sit in totum, siue non, vt quia subdelegans sibi aliquid reseruauit de iurisdictione, præsertim verò facultatem vices suas ad se reuocandi: quo casu nil refert, an res sit integra, vel non; vt *inibi* satis comprobauimus: simul ostendentes, hæc omnia locum etiam habere in morte ciuili regulariter loquendo, propter eamdem in vtraque morte subdelegati rationem.

QVINTA CONCLVSIO. Per mortem naturalem subdelegati ab eo, cui commissa est de-
547. rogatio prædicta alicuius qualitatis beneficij, † expirat in subdelegato, etiam quoad negotia cœpta, potestas ei demandata: per ciuilem autem illius mortem regulariter suspenditur solùm ea potestas, siue quoad negotia cœpta, siue non cœpta. Vtraque pars huius conclusion. probatur iisdem fundamentis, quibus vtramque probauimus *concluſ.* 3. præsentis quæstion. quoad mortem, siue naturalem, siue ciuilem delegati, seu eius, cui à primo delegante ea derogatio commissa fuit. eadem enim ratio quoad hoc militat in subdelegato, quæ in delegato; atque adeò eadem esse debet dispositio, vulg. *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap.* 2. *de translat. Episcop.* cum simil. ac regulariter, quod de delegato statuitur, idem seruata proportione etiam in subdelegato statuendum est, ex traditis suprà *cap.* 8. *quæst.* 2. *conclus.* 4. quare ex *d. concl.* 3. petendæ sunt extensiones, ac restrictiones, seu declarationes vtriusque partis præsentis concl.

SEXTA CONCLVSIO. Per mortem naturalem eius, cui primò commissa, seu delegata est derogatio alicuius qualitatis in fundatione be-
548. neficij appositæ, re integra contingentem, † expirat in eius subdelegato facultas derogandi: secus si ea mors contingat re non integra. Hæc conclusio quoad vtramque sui partem probatur ex iis, quibus vtramque in commutatione vltimæ voluntatis comprobauimus *d. quæst.* 2. *conclus.* 5. præcipuè verò ex *cap. licèt vndique, de offic. delegat.* qui, cùm generatim loquatur in subdelegato, æquè præsentem conclusionem quoad memoratam derogationem confirmat. respondit enim *ibi* Roman. Pontifex, quòd, si delegatus iurisdictione à suo collega simul dato sibi subdelegata eo viuente vti non cœperit, quia mandatum huiusmodi re integra morte mandatoris expirauit, non habet solus officium iudicandi: si verò ante mortem illius iurisdictione vti cœperit taliter demandata, vices suas, & illius poterit adimplere. ex prædicta verò 5. conclusione sumere licet duas extensiones, & vnam declarationem huius vtriusque partis præsentis concluſ. tres verò extensiones prioris seorsim partis; sicut eas ad similes illius quintæ conclusionis partes respectiuè adhibuimus, quas omnes hunc in locum transferre supersedemus; cùm æqualiter omnino, eadem etiam vigente ratione, in vtraque concluſ. eiúsque materia locum habeant.

SEPTIMA CONCLVSIO. Per mortem ciuilem delegati ad sæpiùs memoratam qualitatum beneficij derogationem eam subdelegantis †, regu- 549.
lariter non expirat, sed suspenditur duntaxat in subdelegato huiusmodi commissio, cùm ea mors interceſſit re integra existente quoad ipsum subdelegatum: secus verò re quoad eum non integra; tunc enim neque etiam suspenditur talis subdelegatio. Prior pars conclusionis probatur descendendo ad præcipuas species mortis ciuilis, prout quoad commutationem vltimæ voluntatis fecimus *d. cap.* 8. *quæst.* 2. *conclus.* 6. ad confirmandam priorem illius concl. partem; ad quam candidum lectorem sat est remisisse, cùm par omnino sit ratio in derogatione, de qua nunc agimus. Posterior autem pars huius concluſ. probatur tum ex *cap. quamuis*, cum *ibi* notat. *de offic. deleg. in* 6. ex quibus constat, quòd, quando subdelegatus vti cœpit iurisdictione sibi commissa, in eum ita efficaciter transfunditur, vt ampliùs non pendeat à subdelegante; quod etiam colligitur ex *cap. licèt vndique, ext. eodem tit.* tum ex aliis, quibus hoc ipsum de morte ciuili in delegato quoad primum delegantem docuimus hac ipsa quæst. *conclus.* 1. & de subdelegato respectu delegati quoad mortem naturalem concluſ. hanc præced. præsertim iunctis iis, quæ de æquiparatione delegati, & subdelegati tradidimus suprà *d. cap.* 8. *quæst.* 2. *conclus.* 4. *circa initium*; ac mortis ciuilis, & naturalis, *eod. cap.* 8. *quæst.* 1. *in* 2. *præmiſſ.*

OCTAVA CONCLVSIO. Derogatio alicuius qualitatis in beneficij fundatione appositæ impetrata per rescriptum iustitiæ † expirat per 550.
mortem naturalem impetrantis interuenientem re integra, hoc est, ante transmissam citationem: quòd si mors re non integra contingat, tunc transit ad successorem impetrantis. Vtraque pars huius conclusionis ex iis probatur, quibus vtramque in commutatione vltimæ voluntatis confirmauimus *d. cap.* 8. *quæst.* 3. *conclus.* 1. cuius cùm priorem partem temperauerimus, vt locum non habeat, vbi Prælatus nomine Ecclesiæ, etiam expresso proprio nomine litteras impetrasset; vtramque verò declarauerimus, vt, si materia, super qua huiusmodi rescriptum impetratur, non est transmissibilis ad successores, qualis est vsusfructus; tunc rescriptum expiret per mortem illud impetrantis, nulla distinctione adhibita, an mors re integra, vel non integra contigerit: hæc eadem in prædicta quoque derogatione statuenda sunt; cùm nullam inter hanc, & vltimæ voluntatis commutationem, cuius ea etiam species quædam est, vt iam sæpe admonuimus, sit assignare quoad hoc discriminis rationem.

NONA CONCLVSIO. Vbi derogatio alicuius ex prædictis beneficij qualitatibus à superiore concedatur per rescriptum gratiæ, seu per
modum priuilegij, † tunc, siquidem ea con- 551.
cessio personalis sit, cum persona eam impetrantis extinguetur; sin autem realis, transmittetur ad posteros, rémque ipsam sequetur. Vtraque huius conclusionis pars satis ex iis constat, quibus vtramque quoad vltimæ voluntatis commutationem comprobauimus sup. *d. cap.* 8. *quæst.* 1. *conclus.* 2. præcipuè ex *l. forma, §. quamquam, ff. de confirm. l. maritum*, iuncta *l. quia tale, ff. sol. matrim. l. priuilegia, ff. de reg. iur. & cap. priuilegium, eodem tit. in* 6. vnde habetur, priuilegium personale cum persona extinguit secus autem, si personale non sit, sed reale. ex prædicta

dicta verò concluſ. 2. iunctis maximè aliis, quæ adduximus *ead. quæſt. 3. in 2. & 3. præmiſſ.* facilè colliges, quandónam derogatio huiuſmodi qualitatum per modum gratiæ, ſeu priuilegij conceſſa cenſenda ſit perſonalis reſpectu eius, cui conceditur, vel potiùs realis; & an in dubio perſonalis, an verò realis præſumenda ſit.

DECIMA CONCLVSIO. Per mortem ciuilem impetrantis derogationem qualitatis appoſitæ in beneficij fundatione conceſſam per reſcriptum
552. ſiue gratiæ, ſiue iuſtitiæ, † nonnunquam ea ſuſpenditur, aliquando fruſtratoria redditur, aliquando etiam ad alios tranſmittitur. Hæc concluſio probatur ex iis, quæ hac in re de commutatione vltimæ voluntatis tradidimus *d. cap. 8. quæſt. 3. concl. 3. cum duob. ſeqq.* In ipſa enim 3. concluſ. docuimus, commutationem vltimæ voluntatis per reſcriptum gratiæ, vel iuſtitiæ impetratam non expirare, ſeu extingui per ſeruitutem impetrantis, ſed ſolùm ſuſpendi, donec is cum libertate bona recuperet. idémque dicendum de bonorum amiſſione ob delictum ſiue ipſo iure, ſiue per ſententiam condemnationis, ſiue per bannum; ita, vt quando ille ex Principis gratia bona, & iura ſua recuperat, ſimul etiam iis vti poſſit, & in iudicio de iiſdem experiri. Hæc verò omnia fore limitanda, niſi interim illi, ad quos ea bona & iura peruenieſſent, in alium illa tranſtuliſſent, à quo Princeps ea nollet auocari; vel alteri executori, ſeu iudici commiſſio commutationis per aliud reſcriptum facta fuiſſet, coram quo iidem ſucceſſores impetrantis iam agere cœpiſſent; tunc enim coram eo cœptum negocium, ſeu iudicium proſequi reſtitutus deberet. concluſ. autem quarta oſtendimus, excommunicationem impetrantis vltimæ voluntatis commutationem per reſcriptum iuſtitiæ, ſeu commiſſionem gratiæ plerumque illius executionem ſuſpendere: eius verò, qui illam commutationem impetrauit per reſcriptum gratiæ non committens alicui eius executionem, ſeu per reſcriptum in forma gratioſa, eamdem commutationem plerumque fruſtratoriam reddere; quod fuſiùs *ibid.* explicauimus, extendimus, reſtrinximus, ac declarauimus. Tandem concluſ. 5. latè oſtendimus, commutationem vltimæ voluntatis expirare quidem in ipſo impetrante per eius profeſſionem in Religione approbata emiſſam; ſed ius vtendi illa commutatione in eam Religionem tranſire, vbi ſit bonorum capax; quòd ſi incapax ſit, ad illos tranſire, quibus impetrans bona ſua dederit; &, ſi nemini dederit, tranſmitti ad eius heredes ab inteſtato: cuius quintæ concluſionis partibus opportunas declarationes adhibuimus; quas, ac ſimul declarationes prædictarum duarum concluſionum quiſque facilè per ſe videre, atque ad rem, de qua nunc agimus, transferre poterit.

VNDECIMA CONCLVSIO. Per mortem naturalem re integra ſuperuenientem eius contra quem generaliter quis derogationem aliquam qualitatis in fundatione beneficij appoſitæ impetrauit
553. per reſcriptum iuſtitiæ, † expirat huiuſmodi reſcriptum; ita, vt per illud conueniri tunc non poſſit ſucceſſor illius, contra quem fuit impetratum. Hæc concluſio probatur tum ex *cap. ſignificauit, de reſcript.* vbi, ſi conueniendus per clauſulam generalem, (& quidam alij,) cùm viueret tempore impetrationis reſcripti, non fuit ante mortem citatus, non poterit eius ſucceſſor per illud conueniri: tum ex ea generali doctrina, quòd vbi aduerſarius non eſt expreſſus in litteris iuſtitiæ, illarum vigore non poſſit eius ſucceſſor conueniri; quam doctrinam plerique tradunt, quos retulimus, ac ſecuti ſumus *d. cap. 8. quæſt. 3. concluſ. 6.* vbi etiam ad concilianda iura, quæ hac in re aduerſari videntur, latiùs diximus. ex cuius diſtinctionis variis membris variæ quoque, ſicut illius, ſic huius concluſionis ampliationes & limitationes facilè deſumi poſſunt.

DVODECIMA CONCLVSIO. Per mortem ciuilem eius, contra quem per reſcriptum iuſtitiæ aliquis impetrauit memoratam derogationem
554. alicuius qualitatis beneficij, † nunquam illud expirat, ſed aliquando ſuſpenditur, donec prædictus aduerſarius in priſtinum ſtatum reſtituatur. Probatur hæc concluſio; quoniam, quod attinet ad mortem ciuilem, quæ per ſeruitutem accidit, ſeruus per captiuitatem, nec de iure, nec de facto conueniri poteſt, cùm omnia iura ſaltem reſpectu adminiſtrationis amittat, quæ deinde reuerſus iure poſtliminij recuperat, *l. 2. ff. de capit. dimin. §. ſi ab hoſtibus, Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu.* cum ſimil. quod idem de ſeruo pœnæ poſtea plenè reſtituto conſtat ex *l. 2. & 3. ff. de ſentent. paſſ. & reſtit.* cum aliis ad id per nos allegat. ſup. *d. cap. 8. quæſt. 3. concl. 7. circa initium.* Vbi tamen hoc ita temperauimus, vt ſi interim, donec captiuus reuertatur, aut ſeruus pœnæ reſtituatur, contra eius ſucceſſorem, vel heredem futurum, aut bonorum adminiſtratorem deputatum, vigore alterius reſcripti, vel etiam eiuſdem vbi cauſa concerneret dignitatem, vel officium, impetrans reſcriptum cauſam, & inſtantiam fuiſſet proſecutus, aut nouum iudicium inſtituiſſet; tunc reuerſus, ac reſtitutus ſtare teneatur iudicio cœpto, vel etiam ſententiæ latæ, ac cæteris per eos legitimè geſtis. Hæc autem omnia ſtatuenda quoque ſunt de condemnato cum bonorum amiſſione, vel ita bannito, vt amittat bona, & iura ſua, vbi ea recuperet, vt *d. concluſ. 7.* docuimus. ex eo verò, quod *d. quæſt. 3. concluſ. 8.* de commutatione vltimæ voluntatis tradidimus, ſatis conſtat, excommunicato exiſtente aduerſario eius, qui prædictam derogationem per reſcriptum iuſtitiæ impetrauit, regulariter non expirare, aut ſuſpendi iuriſdictionem iudicis, quin eam exercere poſſit. quod tamen *inibi* multis modis declarauimus, inde pariter quædam non inutilia deducentes; quæ omnia ob eandem omnino rationem rei, de qua nunc agimus, ſunt applicanda. ſicut & illud, quod *ead. quæſt. 3. concluſ. 9.* docuimus, quòd, ſi aduerſarius impetrantis per reſcriptum iuſtitiæ commutationem vltimæ voluntatis Religionem aliquam approbatam ingrediatur; tunc ante profeſſionē eiuſmodi reſcriptum non ſuſpenditur, poſt profeſſionem autem tranſibit contra prædicti aduerſarij heredem, vel ſucceſſorem vniuerſalem, ſiue ſit Religio, ſiue alius, & aliquando etiam in ſucceſſorem ſingularem; vt *ibid.* oſtendimus.

DECIMATERTIA CONCLVSIO. Derogatio qualitatū beneficij in eius fundatione appoſitatū cōceſſa, ſiue per commiſſionem, ſeu reſcriptum iuſtitiæ, ſiue
555. per modū priuilegij † extinguitur per lapſum temporis in ea præſtituti. Prior pars concluſionis probatur ex *l. 2. §. ſi & iudex, ff. de iudic. & cap. de cauſis, in princ. de offic. deleg.* cum aliis ad id allegatis ſuprà *d. cap. 8. quæſt. 4. concl. 1.* in poſteriori eius parte; quam etiam ampliauimus, vt procedat, licèt dolo partis intra ſtatutum tempus cauſa non terminetur; poſtea verò eandem multis modis limitauimus, qui huic priori parti præſentis concluſ. optimè conueniunt. Cuius poſterior pars ſatis comprobatur ex iis, quibus priorem partem d. primæ concluſionis confirmauimus; atque inter hæc, quoniam priuilegium debet ſeruari iuxta id, quod in eo continetur, illiúſque tenor in primis eſt inſpiciendus, *cap. perrò, & cap. recepimus, de priuil.* cum ſuis concord.

Ampliatur verò hæc ipſa poſterior pars præſen-
556. tis concluſ. primò, vt † priuilegium prædictæ derogationis conceſſum ſub aliqua conditione vti conceſſum ſub incerto tempore, ceſſet deſinente tali conditione, ſeu tempore incerto; prout in quolibet priuilegio poſt alios tradidimus *d. quæſt.4. concluſ.2.* vbi hoc ipſum plures caſus conſtituendo declarauimus ex Suarez *lib.* 8.*de legib. cap.* 29. *num.5.* quos tamen aliunde quoque comprobauimus. Secundò
557. ampliatur, vt † huiuſmodi priuilegium derogationis expiret, ſeu amittatur per mutationem ſtatus, aut vinculi, à quo pendet tale priuilegium tamquam à neceſſaria conditione virtuali, & generali; prout poſt Suarez *d. cap.* 29. *num.6.* expliçauimus, ac latiùs confirmantes declarauimus *d.quæſt.4.concluſ.3.*

Limitatur autem hæc eadem poſterior huius con-
558. cluſ. pars primò, vt † abrogato, vel quomodolibet amiſſo, aut deſtructo exemplari, ad cuius inſtar aliquod priuilegium dictæ derogationis conceſſum fuit, hoc priuilegium non ideo reuocatum cenſeatur, amiſſum, vel deſtructum; prout generatim de priuilegiis ad inſtar, ſeu exemplaribus, & exemplatis poſt alios docuimus *d. quæſt. 4. concluſ.* 4. quod iuxta pleraſque ampliationes, ac limitationes *ibid.* allatas multipliciter extendendum eſt, ac reſtringendum.
559. Limitatur ſecundò hæc poſterior pars, vt † prædicta derogatio qualitatum beneficij abſoluta iam, & perfecta regulariter non extinguatur per primum eius actum, ſiue vſum; ex iis, quæ in commutatione vltimæ voluntatis, & quonis priuilegio fusè adduximus, id etiam multis modis declarantes *d. quæſt.4. concluſ.5.*

Declaratur nunc vtraque huius concluſionis pars
560. primò, quòd † vbi derogatio huiuſmodi qualitatum beneficij conceditur à ſuperiore ad beneplacitum ſuæ voluntatis, regulariter expirat iuriſdictio, & gratia, ſeu priuilegium morte concedentis etiam re non integra: ſecus verò ſi cum beneplacito certum tempus adiũgatur. Primũ huius declarationis membrum probatur ex *cap.ſi gratioſè, de reſcript.in 6.* cum aliis ad id per nos allegat. ſup. *d.cap.8.quæſt.1. concl.1. ad fin. & concl.3.in priori eius p.vrie,limit.2.* atque item *quæſt. 2. concl.5.* non multò ante fin. quibus in locis id etiam fusè declarauimus. Poſterius autem membrũ probatur ex iis, quæ ſatis oſtendimus *d.quæſt.4.concl. 6.* in poſteriori eius parte; nimirum, quòd ſiquidem certum illud tempus iungatur beneplacito concedentis cum copula, &, vel ſimili, vtputa, ad annum, & ad beneplacitum noſtrum, tunc non expirabit conceſſio morte concedentis, antequam annus elapſus ſit; & poſt annum etiam durat viuente concedente, donec reuocet: ſi verò conceſſio facta ſit ad beneplacitum ad annum, ſeu, ad annum ad beneplacitum, tunc expirat per lapſum anni, & ante etiam, ſi concedens moriatur, aut reuocet. Denique ſi dicatur, concedo ex beneplacito ad annum, conceſſio durat vſque ad annum, licèt concedens inte-
561. rim moriatur. Declaratur ſecundò, quòd † vbi tempus aliquod certum, vel incertum prædictæ derogationi qualitatum beneficij expreſsè, vel tacitè non præfigatur; tunc ſiquidem per reſcriptum iuſtitiæ conceſſa fuit re integra, expirat morte concedentis; idémque ſi fuit conceſſa per reſcriptum gratiæ faciendæ: ſi verò per reſcriptum gratiæ factæ, ea conceſſio regulariter eſt perpetua. Quæ declaratio quoad ſingulas ſui partes ſatis comprobatur ex iis, quibus eaſdem quoad vltimæ voluntatis commutationem confirmauimus *d. cap.8. quæſt. 4. concluſ. 7.* poſſimùm ex alibi per nos *eod. cap.* 8. adductis in variis illius quæſtionibus per nos *ibid.* temiſſiuè relatis.

DECIMAQVARTA CONCLVSIO. Quando cauſa, quæ à principio fuit vera, erat finalis cauſa vel cõmiſſionis, vt alicui qualitati in beneficij fundatione appoſitæ derogetur, vel etiã ipſius derogationis, † ſi ea cauſa poſtea ceſſet, regulariter ceſſat huiuſmodi derogatio, vel eius cõmiſſio: ſecus autẽ eſt, ſi illa cauſa erat tantùm impulſiua. 562.
Prior pars huius concluſionis probatur tum ex iuribus, in quibus generatim habetur, ceſſante cauſa ceſſare effectũ, vt *in cap. cum ceſſante, de appellat.* & aliis ad id allegat. à Tiraq. *in tract.cauſ.ceſſan.ceſſat effectus, in princ. num.* 11. 12. *ac* 13. tum ex iurium, ac Doctorum auctoritatibus, quibus ipſemet *ibid. num.*50.52.91. 116. & 210. probat, commiſſionis, conceſſionis, diſpenſationis, gratiæ, ac priuilegij cauſa ceſſante ceſſare quoque effectum. Quoad poſteriorem verò partem, hæc concluſio probatur tum quòd ita quoad priuilegium ſentit poſt alios Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 30. *num.* 1. & 6. quoad diſpenſationem verò multis relatis expreſsè ſic tenet Sãchez *lib.*8. *de matrim. diſp.*30. *num.*7. quos nos pariter quoad vltimæ voluntatis commutationem ſecuti ſumus ſup. *d.cap.* 8. *quæſt. 5. concluſ.* 1. tum ex eo, quòd taciturnitas, vel falſa expreſſio etiam à principio contingens in cauſa impulſiua non vitiat gratiam, vel eius commiſſionem, ſed tunc dumtaxat, cùm ea contingit in cauſa finali, vt latè docuimus ſup. *cap.6.quæſt.3. concluſ. 3. & 4.* vbi etiam tradidimus, an cauſa finalis, vel ſolùm impulſiua ſit in dubio præſumenda, & quid vtraque ſit.

Ampliatur autem hæc concluſio quoad poſteriorem, ſeu limitatur quoad priorem partem primò; vt, † ſi cauſa finalis huiuſmodi derogationis non 563.
omnino ceſſauerit, verùm adhuc remaneant aliquæ reliquiæ illius cauſæ, non extinguatur ipſa derogatio. ita in priuilegio tenet *gloſ. 1. in cap. decet, ad fin.* & *ibi* Dyn. *num.1. & 4. de reg.iur. in 6.* ac multi, quos refert Tiraq. *tract. cauſa ceſſante ceſſat effectus, limit.* 16. *num.1. vſque ad* 8. atque in diſpenſationibus plerique laudati à Sanchez *d. diſp.* 30. *num.*8. vbi id pluribus confirmat, & extendit, vt procedat, quamuis reliquiæ manentes non ſufficerent ad concedendum à principio: & in dubio, an ceſſarit omninò cauſa diſpenſationis, iudicandam eſſe diſpenſationem validam. Ampliatur ſecundò ipſa concluſio, vt † de- 564.
rogatio qualitatum beneficij, quæ non aduerſatur iuri communi, alteriúſve iuri non præiudicat, ſed eſt merum beneficium, & gratia concedentis, (vtputa, ſi fundator beneficij illam qualitatem perpetuò eidem adieciſſet cum ea clauſula, niſi aliud ſuperiori pro tempore viſum fuerit;) proculdubio non ceſſet, licèt quandocumque ceſſet cauſa etiam finalis huiuſmodi derogationis; prout in quonis tali priuilegio probat Suarez *d. lib.*8. *de legib. cap.* 30. *num.*2. potiſſimùm ex *d. cap. decet, de reg.iur.in* 2. & in quanis gratia eſt optimus text. *in cap.ſi cui nulla, in* 1. *reſpon. de præben.eod.lib.* ex quibus, & aliis hoc ipſum de commutatione vltimæ voluntatis docuimus *d. quæſt.5. concluſ.* 3. Præterea declaranda eſt hæc concluſio quoad vtramque ſui partem, prout in ſeq. concluſ. cum ampliationibus, limitationibus, declarationibus, & illatione in ea contentis.

DECIMAQVINTA CONCLVSIO. Quando derogatio alicuius qualitatis in fundatione beneficij appoſitæ deducta eſt ad actum vltimatum, ſeu conſummatũ effectum, qui in vnica actione ſiue impetrantis, ſiue concedentis conſiſtit; † tunc ceſſante 565.
derogationis cauſa non ceſſat ipſa derogatio. Ita in quolibet huiuſmodi priuilegio expreſsè docet, atque defendit Suarez *d. cap.*30. *n.*3. & 4. ob eam præcipuè rationem, quòd tunc priuilegiũ iam tranſierit, vnde

ceſſare

ceſſare nõ poteſt: ex quo, & aliis fundamẽtis idipſum nos quoad cõmutationem vltimæ voluntatis tradidimus *d. quæſt. 5. concl. 4.* vnde etiam ſumendæ ſunt tum ampliationes huius concl. ac præcipuè illa ampliatio, vt procedat etiam † in actu inchoato, qui habeatur pro perfecto; potiſſimùm ex Tiraq. id latiùs confirmante *d. tract. ceſſ. cauſ. limit. 12. num. 19. cum duob. ſeqq.* & illa, vt locum habeat quoque in actu non conſummato, qui conſequatur ex perfecto, & conſummato. ac denique illa, vt procedat etiam quoad actus futuros, qui commodè diuidi, ac ſeparari non poſſunt ab actu cõſummato: tum etiam limitationes; illa nimirum, † niſi derogatio ipſa, vel eius effectus haberet illam conditionem expreſſam, vel tacitam, ſubſiſtente, ſeu durante tali cauſa; & illa, vt non habeat locum † in cauſa eſſendi, hoc eſt, materiali, vel formali. atque item illa, vt nec procedat in cauſa efficiente, quæ non ſolùm producit, ſed etiam conſeruat; ac denique illa, vt locum non obtineat vbi ſuperueniat actui præterito etiam conſummato cauſa infirmans, ſeu retrò contraria. quas omnes limitationes ſatis expoſuimus, & confirmauimus *d. concluſ. 4.* Ex concluſ. autem quinta eiuſdem 5. quæſt. declarari poteſt præſens concluſio, primò, quòd, licèt † vbi mandatum, ſeu facultas derogandi alicui ex prædictis beneficij qualitatibus conceſſa fuit ex legitima cauſa tunc ſubſiſtente, ſi cauſa ceſſauit ante executam à commiſſario derogationem, ceſſet quoque vſus talis facultatis, neque eius vi poſſit actualis derogatio validè, aut iuſtè fieri: tamen, ſi eadem cauſa rediret, etiam derogatio poteſt concedi. Secunda verò eiuſdem concluſionis declaratio ſumi poteſt ex *d. quæſt. 5. concluſ. 6.* nimirum, quòd, † etſi probabile eſt, ceſſante cauſa prædictæ derogationis, poſtquam commiſſarius, aut ſuperior derogauit, antequam ea vltimatum effectum ſortiatur; vel ſi hunc ſortita fuit, is commodè diuiſibilis eſt, ipſam derogationem in futurum non ceſſare: probabilius tamen eſt, illam vtroque in caſu ceſſare. quamuis etiam vtraque opinio inuicem congruè conciliari poſſit; quod *inibi* quoad vltimæ voluntatis commutationem, hæc omnia latiùs *ibid.* explicantes, & confirmantes, præſtare conati ſumus: his etiam quædam notabilia ſubiicientes, quæ pariter derogationi prædictæ qualitatum beneficij poſſint deſeruire; & illud præcipuè, quid interſit quòd ceſſante cauſa ceſſet ipſo iure effectus gratiæ, ſeu priuilegij, vel medio hominis miniſterio, & actione. ea videas ſi lubet.

566. 567. 568. 569. 570.

Nunc verò ex his duabus concluſionibus ſic declaratis infertur, quid ſtatuendum ſit in eo quotidiano articulo, † an vbi derogatio alicuius oneris, ſeu ſeruitij beneficio in eius fundatione adiecti facta eſt ob diminutionem reditnum, ſeu facultatum illius, iis auctis ceſſet derogatio, ſeu iterum redeat onus illud, & ſeruitium. quod idem proportionabiliter dictum intelligatur de reductione huiuſmodi oneris alicui legato, vel hæreditati relictæ alicui Eccleſiæ, vel pio loco, citra erectionem in beneficium incumbentis. In quo articulo dicendum eſt, regulariter tunc derogationem ceſſare, & onus redire; tum quòd ea cauſa diminutionis reditnum finalis cenſenda omnino eſt, atque adeò ceſſare debet diſpoſitio, *cap. cùm ceſſante, de appellat.* cum aliis adductis per Tiraq. *in tract. cauſ. ceſſ. in princ.* circa eius initium, & quoad gratiam *num. 116.* quoad priuilegium *à num. 210. ad 220.* quoad diſpenſationem ex adductis à Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 30. num. 13. & 14.* & quoad commutationem vltimæ voluntatis per nos *d. cap. 8. quæſt. 5. concluſ. 1. & 6.* tum ex eo, quod à fortiori poſt Ang. *in auth. vt de-*

571.

termin. ſit num. cleric. verſic. poſtea verò, Felin. *cap. cùm M. Ferrarienſis, notab. 3. de conſtit.* & Roch. de Curt. *tract. de iurepatr. verbo, pro eo, quòd de Diœceſani conſenſu, quæſt. 12. col. 2.* tradit Lambertin. *eod. tract. lib. 3. quæſt. 6. art. 7. num. 7. & 8.* quòd excreſcentibus poſt beneficij fundationem eius fructibus † augeri poſſunt, ac debent eius onera, & ſeruitia, præſertim verò numerus clericorum. ad quod eſt etiam opt. text. *in d. auth. vt determin. ſit num. cler. d. cap. cùm M. Ferrarienſis*, necnon *cap. 1. & cap. auctoritate, de inſtit.* & quidem multò maiori ratione id procedit in caſu noſtræ illationis, cùm facilis ſit reditus ad primæuam naturam, *cap. ab exordio, 35. diſt. l. ſi vnus, §. pactum, ne peteret, ff. de pact.* cum ſimil. Et cùm alia prædicta iura, & Doct. non diſtinguant, quo modo augeantur reditus Eccleſiæ, ſeu beneficij, nec nos diſtinguere debeamus, *l. 3. in fi. ff. de offic. præſid. l. Imperator, ff. de procurat. & l. de pretio, ff. de public. in rem act.* cum ſuis concord. idem ergo erit ſiue reditus augeantur per ſe abſque additione poſſeſſionum, aut aliorum corporum, quæ fructum reddant, prout eſt caſus *in d. cap. cùm M.* ſiue ex huiuſmodi additione: item ſiue augeantur ab ipſo fundatore, eiuſue herede, ſiue ab extraneo. Reſtringenda autem erit hæc illatio primò, vt auctis, vel redeuntibus reditibus † non ideo ipſo iure augeantur, ſeu redeant onera, ſed ſuperioris ad id miniſterium requiratur, vt poſt Felin. *d. cap. cùm M. col. 8.* qui in hoc ſequitur *ibid.* Abb. tenet Lambertin. *d. num. 8.* per *cap. fin. de verb. ſignif.* ſubdens poſt eos, fortè ſic intelligendam conditionem illam, de qua *in d. cap. cùm M. §. mandamus*, dicitur, conſueuiſſe exprimi in conſtitutione certi numeri clericorum in aliqua Eccleſia; nimirum, niſi in tantum excreſcerent Eccleſiæ facultates, quòd pluribus poſſent ſufficere competenter. Quod etiam ſentit Suarez *lib. 8. de legib. cap. 30. num. 6. & 7.* iuncto *num. 21.* quem nos quoque ſequuti ſumus ſup. *cap. 8. d. quæſt. 5. concluſ. 6. poſt medium, verſic. ſed quoniam, cum ſeq.* qui incipit, *quando verò*, & iuncto *notab. vlt.* dum poſt eum diximus, ceſſationem cauſæ priuilegij negatiuam non inducere ceſſationem ipſius priuilegij ipſo iure, ſed ſolùm poſt decretum ſuperioris, & tribuere iuſtam cauſam reuocationis; exemplum etiam afferentes de priuilegio retinendi plura beneficia incompatibilia ob vtriuſque per ſe inſufficientiam; & priuilegio non ſoluendi decimas ob indigentiam priuilegiati, vt nimirum neutrum horum priuilegiorũ ipſo iure ceſſet, quia vel vnum dictorum beneficiorum, aut etiam vtrumque fiat ſufficiens; vel ceſſet indigentia illius priuilegiati de non ſoluendo decimas: cui poſteriori exemplo, ac noſtræ huic illationis reſtrictioni non obſtat text. *in cap. ſuggeſtum, de decim.* vbi deciditur, † priuilegiũ non ſoluendi decimas cuidam Ordini conceſſum ob indigentiam, reuocandum fore, quia illius Ordinis Abbatiæ poſtea facultatibus eſſent augmentatę: nam præter reſponſiones d. verſ. *quando verò*, per nos allatas, ac præcipuè, ſolùm ex eo text. concludi inſtam cauſam huiuſmodi priuilegium reuocandi, non autem reuocationem eiuſdem ipſo iure; nunc etiam addimus, quod tamen ferè in idem recidit, ſolùm inde probari illationem ipſam, quòd nimirum aliquo modo ceſſet priuilegium, & gratia derogationis prædictæ, auctis beneficij facultatibus. omnino verò in huiuſmodi caſu augmenti facultatum beneficij admittenda eſſet ceſſatio ipſo iure dicti priuilegij, ſeu gratiæ derogationis, & reductionis onerum, vbi in eo adeſſet clauſula illa, ſeu expreſſa conditio, quamdiu facultates, ſeu reditus aucti non fuerint, aut alia ſimilis; per ea, quæ nos poſt alios adduximus

572. 573. 574.

mus *d. cap.* 8. *quæſt.* 4. *concl.* 2. *circa medium, & d. quæſt.* 5. *concluſ.* 6. *verſic. quando verò*, præcipuè ex Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 29. *num.* 5. *& cap.* 30. *num.* 7. ac Doctor. qui de vi dictionum, *quamdiu, donec, & quouſque*, idem ſignificantibus tradiderunt, atque ex his Vulpell. *de præpoſ. aduerb. & coniunct. ſignif.* quib. addo Brillon. *de verbor. iur. ſignif.* in hiſce dictionibus. Verùm de tota hac re aliquid etiam dicturi ſumus infr. *cap.* 11. *&* 12. *quæſt.* 8. *circa medium, concl.* 14. *vel* 15.

DECIMASEXTA CONCLVSIO. Licèt inferior ſupremo Principe † nequeat derogationem 575. qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, ad vltimum effectum ex parte concedentis deductam, & ab eo, cui conceſſa fuit, acceptatam, regulariter etiam ex cauſa reuocare: id tamen poteſt ex cauſa ipſe ſupremus Princeps. Prior pars huius concluſ. probatur ex iis, quibus hoc ipſum de vltimæ voluntatis commutatione docuimus ſup. *d. cap.* 8. *quæſt.* 6. *concluſ.* 1. ad quam duas declarationes adhibuimus, quæ huic pariter priori concluſionis propoſitæ parti poſſunt applicari; altera eſt, vt non procedat, vbi inferior à Principe ſpecialem facultatem habuiſſet præiudicandi iuri ſubditi ipſius Principis. Altera, vt inferior etiam auctoritate propria poſſit illud facere 576. ad tempus. Poſterior autem huius concluſionis † pars ex iis probatur, quib. eam quoad commutationem vltimæ voluntatis comprobauimus *d. quæſt.* 6. *concluſ.* 2. quæ quidem fundamenta æquè militant in ea, de qua nunc agimus, derogatione; ſicut & ampliationes, ac limitationes, quas ad eam 2. concluſionem attulimus. Vtraque verò pars præſentis concluſionis declaratur, vt prædicta qualitatum beneficij derogatio perfecta quoad vltimum effectum ex parte concedentis, & acceptata par eam impetran- 577. tem, à quocunque fuerit conceſſa, † in dubio reuocata non cenſetur; prout in commutatione vltimæ voluntatis tradidimus *eod. quæſt.* 6. *concl.* 3. cuius ſicut confirmationem, ita multiplicem ampliationem, ac limitationem quoniam præſenti huius concluſionis declarationi facilè quiſque poteſt accommodare, hoc loco referre ſuperſedemus.

DECIMASEPTIMA CONCLVSIO. Per poſteriorem derogationem qualitatis beneficij in eius fundatione appoſitæ eadem de re conceſſam al- 578. teri, quàm ei, qui priorem impetrauit, † ipſa prior reuocata non cenſetur, niſi eius mentio fiat. Probatur, quia ita in priuilegiis tenet *glo. vlt.* ab aliis approbata *in cap.* 1. *de reſcript.* ex qu b. nonnullos retulimus *d. cap.* 8. *quæſt.* 6. *concluſ.* 4. quam multis modis ampliauimus, ac limitauimus, qui pariter præſenti concluſioni poſſunt, ac debent applicari. Sed & ex eo, quod *d. quæſt.* 6. *concluſ.* 5. tradidimus, limitanda eſt, vt ad reuocationem prioris derogationis eiuſmodi qualitatum regulariter illud ſatis ſit, quòd in poſteriori diſpoſitione, quæ ad alterius fauorem emanauit, apponatur clauſula illa generalis, *non obſtantibus quibuſcumque derogationibus qualitatum huius beneficij alteri hac in re conceſſis*: quod tamen *ibid.* reſtrinximus, vt non procedat vbi priùs priuilegium eſſet vel conceſſum piæ cauſæ, vel inſertum in corpore iuris; aut haberet clauſulam derogatoriam ad futuras ſimiles conceſſiones, aut denique fuiſſet conceſſum titulo oneroſo.

579. Declaratur autem hæc ipſa concluſio, vt † reuocatio prædictæ derogationis, cùm fit per viam legis, effectum ſuum eo tempore ſortiatur, quo ſolet lex obligare: cùm autem fit ab homine per reſcriptum, aliámve priuatam diſpoſitionem, non prius habeat effectum, quàm ad eius notitiam deueniat, cui fuerat conceſſa derogatio. Quæ declaratio quoad vtrũque ſui membrum ſatis ex iis confirmatur, quibus vtrumque in vltimæ voluntatis commutatione fusè cõprobauimus *d. quæſt.* 6. *concl. item* 6. vbi etiam quoad primum latè tradidimus, quando incipiat lex obligare; quoad ſecundum, quomodo facienda ſit huiuſmodi reuocationis intimatio, aut quæ illius notitia requiratur.

DECIMAOCTAVA CONCLVSIO. Is, cui per delegationem, aut ſubdelegationem commiſſa eſt derogatio alicuius qualitatis à beneficij fundatore appoſitæ, † non poteſt ſine iuſta cauſa commiſ- 580. ſionem non ſuſcipere, aut ſuſceptam dimittere. Hæc concluſio quoad delegatum reſpectu quidem ſuſceptionis delegationis probatur potiſſimùm ex text. *in l. fin. §. indicandi quoque neceſſitas, ff. de muner. & honor. l. Prætor, §. qui autem, ff. de vacat. & excuſat. muner. l. ſancimus, la* 1. *C. de aduocat. diuerſ. iudic. & l. vnic. C. qui pro ſua iuriſd.* quod tamen de iure ſaltem canonico ita accipiendum eſt, vt non ſubditus ad id compelli non poſſit, per text. *in cap.* 1. *§.* 1. *de for. compet. in* 6. reſpectu verò iam ſuſceptæ delegationis, quòd delegatus eam dimittere non poſſit ſine iuſta cauſa, concluſio præcipuè probatur ex text. *in cap. prudentiam, §. adiicimus*, ibique gloſ. recepta *verbo, arguendus, de offic. deleg.* quod tamen multipliciter declarandum eſt, vt declarauimus ſup. *d. cap.* 8. *quæſt.* 7. *concluſ.* 1. vbi illud quoque præ cæteris explicauimus, an delegatus renuntians delegationi ſiue ſimpliciter, ſiue ſubdelegando, iterum iuriſdictionem ſuam poſſit aſſumere; qua de re aliquid etiam diximus *eadem quæſt.* 7. *concluſ.* 2. *ad fin.* Quoad ſubdelegatum autem, quòd ſine iuſta cauſa nec ſubdelegationem detrectare, nec ſuſceptam dimittere poſſit, ſatis probatur ex allegat. *d. quæſt.* 7. *concluſ.* 2. vbi primùm præcipuè oſtendimus ex *cap. paſtoralis, in princ. & §. quia verò, cap. in literis, & cap. ſanè, il* 2. *de offic. deleg.* necnon ex *cap.* 2. *eod. tit. in* 6. idque *ibid.* duobus modis extendimus, ac reſtrinximus. Secundum verò docuimus tum ex eo, quod de delegato hac in re paulo antè diximus; maximè cùm regulariter idem in ſubdelegato, quod in delegato ſeruata proportione ſtatuendum ſit, vt *inibi* tradidimus, & latiùs *d. cap.* 8. *quæſt.* 2. *concluſ.* 4. *circa initium*; tum ex eo præcipuo fundamento, ex quo primum conuincitur, quia nimirum ſi ſubdelegatus ſecluſa iuſta cauſa non teneretur ſuſceptam delegationem retinere, & exequi, leges eſſent ludibrio, contra vulgata iura. Ex iuſta verò cauſa tam delegatus, quàm ſubdelegatus poteſt & commiſſionem non ſuſcipere, & ſuſceptam dimittere, vt *d. concluſ.* 2. *poſt medium*, ſatis demonſtrauimus, potiſſimùm ex *l. pen. ff. de vacat. & excuſat. muner. cap. ſciſcitatum, de reſcript. cap. ſi pro debilitate, d. cap. paſtoralis, in princ. & d. cap. prudentiam, in princ. & §. adiicimus, de offic. deleg.*

DECIMANONA CONCLVSIO. Is, cui commiſſa fuit aut aliàs competit derogatio alicuius qualitatis appoſitæ in fundatione beneficij, † refe- 581. rendo, ſeu remittendo negotiũ ad committentem, ſeu ſuperiorem, amittit iuriſdictionem circa illud ſibi commiſſam, aut aliàs competentem. Hæc concluſio ſatis probatur ex *cap. licèt, de offic. legat.* vbi definitur, quòd ex quo Legatus Sedis Apoſtolicæ retulit cauſam, ſeu negotium Papæ, non poteſt amplius de eo cognoſcere. quod idem conſtat ex multis aliis iuribus, & Doctor. ad id per nos allegat. *d. cap.* 8. *quæſt.* 7. *concluſ.* 3. *circa initium.* ex *ibid.* autem adductis huius concluſionis nonnullas extenſiones licet colligere. nimirum, vt ſtatim ac iudex dixit, ſe velle negotium ſuperiori referre, de eo ampliùs nequeat cognoſcere; & quoties iudex ſuperiori, quò cum

eum conſulat, ſe relaturum pollicetur, illico litigantibus conſultationis copiam apud acta edere teneatur: ac denique, vt locum habeat in ſingulis ſpeciebus relationis, de quibus ibi, ac ſignanter vbi etiam iudex tamquam Ordinarius, & non ex vlla commiſſione procedit, & cognoſcit. Reſtringitur quoque, ſeu declaratur multis modis, quos *ibidem* ſumus proſecuti, ac præcipuè, vt nouo iure Auth. cauſa perfectè examinata referri non poſſit, ſed debeat ſententia terminari: vt poſt ſententiam fieri nequeat relatio in cauſa ciuili; neque etiam in criminali, niſi cùm agitur de exequenda pœna deportationis: ac denique, vt, ſi partes non approbauerint relationem, ſed conſenſerint, vt non obſtante promiſſione, ſeu pronuntiatione de referendo, iudex iterum de cauſa cognoſcat, poſſit ante factam relationem procedere; ac poſt factam, donec à ſuperiore admittatur.

VIGESIMA CONCLVSIO. Si commiſſarius derogationis alicuius qualitatis à beneficij fundatore appoſitæ, in cauſæ cognitione tamquam collegam ſibi aſſociet eum, qui tunc ſecum iuriſdictionem in ea non habet, † expirat talis commiſſarij 582.
iuriſdictio. Probatur, quia ita generaliter de delegato tradit gloſ. quam alij ſequuntur, *in cap. ſignificantibus, verbo, procedere non debere, de offic. deleg.* per text. *in cap. cùm ſuper, eod. tit.* vbi iuxta intellectum gloſ. & aliorum *ibi*, ſumptum ex integra Decretali, definitur, quòd, ſi duo ſint delegati cum clauſula, *ſi ambo non poteſtis*, vno eorum ex cauſa legitima recuſato, & interpoſita per recuſantem, ob non admiſſam recuſationem, appellatione, alter ſolus procedere poteſt, ac debet; neque proceſſus tenet, ſi is cum recuſato procedat. Immo etiam, ſeclusa recuſatione, ob ſolam legitimam appellationem interpoſitam ab vno ex delegatis cùm prædicta clauſula, (tunc ſolo procedente ob alterius impotentiam, vel voluntatem, iuxta *cap. prudentiam, §. adiicimus, & ſeq. de offic. deleg.*) ſi alter poſtmodum ceſſante impedimento procedere volens admitteret ad proceſſum collegam, à quo fuerat appellatum, nulliter procederet; per text. *in d. cap. cùm ſuper*, prout nunc eſt in compilatione Decretalium, cùm nullam recuſationis, ſed ſolius appellationis mentionem faciat; & per alia, quæ ad id allegauimus ſup. *d. cap. 8. quæſt. 7. concluſ. 4.* vnde etiam ſumendæ ſunt quatuor huius concluſ. limitationes, quas ad eam concluſionem adhibuimus, & ſatis confirmauimus. Primam, vt non procedat vbi à principio commiſſarius haberet iuriſdictionem in ſolidum. Secundam, vbi is ſciebat, ſe ſolum poſſe procedere, & tantùm ad cautelam id præſtando, cum altero procedit. Tertiam, vt non procedat ſi error ſit in facto, ſecus autem ſi in iure. ac poſtremam, vt locum non habeat quoad aſſumptionem aſſeſſoris, etiam in caſu, quo ad id delegatus non teneatur: quod quando contingat, fusè *ibid.* explicauimus.

VIGESIMAPRIMA CONCLVSIO. Si commiſſarius derogationis alicuius qualitatis in beneficij fundatione appoſitæ deferat appellationi à ſe interpoſitæ, aut pronuntiat nullam ſibi in eo negotio competere iuriſdictionem, † ita eidem renun- 583.
ciat, vt, ſi quam habet, amittat; atque adeò ea expirat. Prior pars concluſionis probatur ex ea regula, quam generatim in delegato tradit gloſ. recepta *cap. in litteris, verbo, officio ſuo funditus, de offic. deleg.* arg. text. *in cap. ſæpe, & cap. interpoſita, §. eidem, de appellat.* melior autem text. eſt *in cap. dilectis filiis, §. præterea, eod. tit.* optimus verò *in cap. cum appellationibus, §. ſi verò, eod. tit. in 6.* vnde etiam ſumitur illa huius regulæ extenſio, vt deferens quoque appellationi friuolæ à ſe abdicet iuriſdictionem, quam extenſionem tripliciter reſtrinximus *d. cap. 8. quæſt. 7. concluſ. 5.* Poſterior pars concluſionis probatur, quoniam ita in quouis delegato cauetur *in cap. ſignificantibus, de offic. deleg.* cum aliis ad id per nos allegat. *d. quæſt. 7. concluſ. 6.* Ex quibus etiam *imbi* hoc extendimus primò, vt iudex pronuntians, ſe non habere in ea cauſa, ſeu negotio iuriſdictionem, eam poſtea nequeat etiam de conſenſu partium reaſſumere. Secundò, vt ea regula procedat ſiue iudex bene pronuntianerit, ſiue malè: reſtrinximus autem potiſſimùm, vt locum non habeat in executore, qui pronuntians, ſe non eſſe executorem, non ideo abdicat à ſe ea in re iuriſdictionem, ſeu poteſtatem, per text. *in cap. dilectus, il 3. de præben.*

VIGESIMASECVNDA CONCLVSIO. Propoſita legitima cauſa recuſationis inferioris, qui derogaturus erat alicui qualitati beneficij fundatione appoſitæ, ſiue is Ordinarius ſit, ſiue delegatus; ſed ea cauſa intra debitum tempus non probata: † 584.
extunc ſua iuriſdictione vti poteſt. eadem verò legitimè probata, recuſatus de recuſatoris aſſenſu perſonæ idoneæ negotium committere debet, vel ad ſuperiorem tranſmittere; vt in eo ipſe procedat ſecundùm quod fuerit procedendum. Prior pars concluſionis ſatis probatur ex *cap. ſecundò requiris, §. 1. & cap. cum ſpeciali, in princ. de appell.* iuncto *cap. legitima, eod. tit. in 6.* cùm autem hæc iura generatim de iudice loquantur, nec de ordinario, aut delegato diſtinguant, nec nos diſtinguere debemus, *l. præſes, la 2. ff. de offic. Præſid. l. de pretio, ff. de public. in rem act.* cum ſimil. Poſterior pars quoad Ordinarium quidem probatur ex *cap. licèt ex ſuſcepto, de for. compet.* vbi de remiſſione ad ſuperiorem agitur; iuncto *cap. ſi quis contra, eod. tit. & cap. ad hæc, il 3. de appellat.* vbi de cauſæ commiſſione de partium conſenſu: cum aliis, quibus quoad vltimæ voluntatis commutationem hoc vtrumque comprobauimus *d. cap. 8. quæſt. item 8. concl. 1.* Quoad delegatum autem hæc eadem poſterior pars concluſ. probatur ex *d. cap. cum ſpeciali, in princ. & cap. index, de offic. deleg. in 6.* vnde etiam eadem pars declaratur, vt latè *d. concl. 1.* deduximus; illud præterea docentes, ſubdelegatum, ſi datus, vel receptus non ſit de partium conſenſu, poſſe ab earum altera recuſari; idque ſiue ſubdelegatio facta ſit in totum, ſiue non in totum, ſed reſeruando aliquid de iuriſdictione: ac delegatum ſubdelegantem non in totum poſſe, non obſtante quoque recuſatoris appellatione, de principali cauſa cognoſcere poſt recuſationem taliter à ſe ſubdelegati. quod tamen omninò intelligendum eſt, niſi, & ipſe delegatus legitima ex cauſa recuſetur; per regulam ſuperiùs initio huius concluſionis traditam.

Hæc autem tota concluſio declaratur, vt † proceſſus, ſententia, & alia geſta per Ordinarium, vel 585.
delegatum derogantem alicui qualitati in beneficij fundatione appoſitæ poſt legitimam recuſationem, ſi per recuſatorem fuerit ab eius reiectione appellatum, vel vbi negotium legitimè per ſuperiorē auocatum fuerit; & quoad delegatum, etiam vbi cognoſcens de cauſa ſuſpicionis pronuntiauerit, eam eſſe legitimam; nullius ſint roboris, vel momenti: aliàs ipſo iure valent. Hæc declaratio præſentis concluſ. ſeu ampliatio poſterioris eius partis quoad omnia illius membra latiùs explicata, & comprobata fuit *d. quæſt. 8. concluſ. 2.* ea verò, quæ *ibi* adduximus, hìc referre non eſt neceſſe, ſed ad *ibi* dicta candidum lectorem remiſiſſe ſat erit; cùm illa æquè omnino militent in derogatione, de qua nunc agimus, ac in vltimæ voluntatis commutatione, ad quam illa attulimus.

VIGESIMATERTIA CONCLVSIO. Pendente

dente compromisso super beneficio, aut re ad eius bona, vel reditus pertinente; aut super ea re, in quam facienda est commutatio in derogatione alicuius qualitatis, vel oneris in illius beneficij fundatione appositi; aut etiam super ipsa derogatione, † licebit alteri partium, soluta pœna compromisso adiecta, adire Ordinarium, vel delegatum habentem facultatem ad derogandum, & aduersarium suum super re compromissa conuenire. Tota hæc conclusio probatur ex *l. si quis rem, l. non distinguemus, §. compromisso, l. litigatores, & l. item si vnus, §. 1. ff. de recept. arbitr.* cum aliis nonnullis iuribus, ac plerisque Doctoribus ad id per nos alleg. *d. quæst.* 8. *concluſ.* 3. quo loco idipsum duob. modis ampliauimus, multis autē litimauimus, seu declarauimus. 586.

Sed & præterea declaratur principaliter præsens conclusio, quòd pendente reductione laudi ad arbitrium boni viri super reditu, vel prædio ad beneficium illud pertinente, cuius qualitati, vel oneri derogandum est; aut super ipsa derogatione: vel pendente dictæ reductionis petitione, † regulariter suspenditur non solùm executio laudi, sed etiam potestas Ordinarij, vel delegati ad eam derogationem faciendam. Huius declarationis vtraque pars probatur ex iis, quibus eam quoad vltimæ voluntatis commutationem comprobauimus *d. quæst.* 8. *concluſ.* 4. vbi etiam priorem partem extendimus, vt pendente quoque tempore ad petendam reductionem laudi, huius executio fieri nequeat: restrinximus autem stante obligatione in forma Cameræ: quo casu laudi executio per eius reductionem, vel reductionis petitionem non suspenditur. Vtramque autem partem *d. concl.* 4. limitauimus multis modis, quos attulimus *in tract. de Conseruatorib. iudicib. cap.* 9. *quæst.* 4. *concl.* 2. & maximè, quòd reductio ad arbitrium boni viri locum dumtaxat habeat in laudo arbitratoris, seu arbitramento, non autem in laudo arbitri, seu in arbitrio: quod tamen fallit nonnullis in casibus vtrobique relatis. immo etiam omnino contrarium prædictæ limitationis attentari potest, per ea, quæ adduximus hoc *cod. tract. cap.* 9. *quæst.* 8. *concluſ.* 21. *in fi.* 587.

VIGESIMAQVARTA CONCLVSIO. Appellatio † interposita ab inferiore derogāte, aut, cùm non debet, derogare volente alicui qualitati in fundatione beneficij appositæ, ipsius iurisdictionem, & facultatem derogandi illi qualitati suspendet: ac sequutæ derogationis executionē impediet. Prior pars conclusionis probatur ex *rubr. l. 1. & toto tit. ff. nil non. appell. interpoſ. l. appellatione interpoſita, C. de appell. cap. super quæstionum, §. 1. de offic. deleg.* cum aliis, quibus idipsum, & siue delatum sit, siue non appellationi, de commutatione vltimæ voluntatis docuimus sup. *d. cap.* 8. *quæst.* 8. *concluſ.* 5. Posterior pars conclusionis probatur tum ex prædictis iurib. tum ex *l. 1. in fi. ff. ad Turpill. cap. venientes, in princ. & §. vlt. de iureiur.* cum aliis ad id allegat. *d. concluſ.* 5. vbi etiam pro tertio appellante adduximus text. *in cap. super eo, de offic. deleg. & cap. cùm super controuersia, §. vlt. de sent. & re iud.* ac simul tradidimus, an appellatio tollat præsumptionem, quam pro se habet sententia; & remissiuè quando operetur reuocationem ante omnia eorum, quæ ipsa appellatione pendente sunt attentata: ac denique subiunximus casus, in quibus licet appellare ab inferiore vltimam voluntatem commutante, vel commutare volente: ij autem transferri possunt, ac debent ad derogationem, de qua nunc agimus tum quòd iidem in prædicta commutatione nihil habent præcipui; tum quòd hæc ipsa derogatio species quædam est vltimæ voluntatis, vt iam sæpe admonuimus, ac præcipuè sup. hoc eodem cap. *quæst.* 7. *concluſ.* 1. 588.

VIGESIMAQVINTA CONCLVSIO. Iurisdictio derogantis alicui ex qualitatibus in beneficij fundatione appositis, & executio sententiæ super ea derogatione latæ † suspenditur, dum huius derogationis nullitas incidenter cognoscitur; secus verò cùm ipsa nullitas cognoscitur principaliter. Prior pars conclusionis probatur; quia cùm nullitas incidenter possit proponi vel accessoriè ad appellationem, & vt in ea inclusa; vel per modum exceptionis: de vtroque modo id verum esse, latè docuimus sup. *d. cap.* 8. *quæst.* 8. *concl.* 6. vbi etiam quoad posteriorem modū hoc ipsum multipliciter ampliauimus, ac limitauimus. Posterior autem pars huius concluſ. probatur, quia ita generatim in iurisdictione iudicis adductis iurib. Doctoribus, & rationibus ex veriori, & communiori resoluit Lancellot. *tract. de attentat. 2. part. cap. 17. num. 17. vsque ad 38. & num. 62. cum duob. seqq.* Hæc verò pars limitatur nonnullis modis, quos retulimus *d. concluſ. 6. circa medium:* statim subiicientes aliquot totius illius conclusionis declarationes, quæ pariter toti huic conclusioni optimè adaptantur. 589.

VIGECIMASEXTA CONCLVSIO. Renuntiatio expressa derogationis alicuius ex prædictis beneficij qualitatibus ab impetrante facta † regulariter ipsam derogationem extinguit; ita, vt impetrans amplius illa vti nequeat. Et quidem, quòd impetrans talem derogationem regulariter ei renuntiare possit, satis patet ex *l. inuito, ff. de reg. iur. cap. cum nobis, de elect.* cum aliis iurib. ex quibus sup. *d. cap.* 8. *quæst.* 9. *concluſ.* 1. *circa initium*, eam regulam tradidimus, posse regulariter quemlibet iuri suo, seu pro se introducto renuntiare. Quòd autem hæc renuntiatio extinguat derogationem, satis patet ex iis, quæ generatim de renuntiatione proprij iuris, ac specialim de renuntiatione priuilegij hac in re *d. quæst.* 9. primo, & secundo loco præmisimus. ac tandem, quòd talis renuntians expressè d. derogationi nequeat ampliùs illa vti, satis conuincitur ex eo, quod de renuntiante alicui priuilegio ex definitione huiusmodi renuntiationis infert Suarez *lib.* 8. *de legib. cap.* 33. *num.* 3. 590.

Limitatur autem, seu declaratur hæc conclusio, vt habeat locum, dummodò id, quod renuntiatur, in solius renuntiantis fauorē inductum sit: atque item dummodo is, qui proprio iuri renuntiat, habilis sit ad renuntiandum, vt latiùs explicantes quoad vltimæ voluntatis commutationem comprobauimus nonnulla ex vtraque hac declaratione inferentes *d. quæst.* 9. *concluſ.* 1. quæ omnia cùm æquè conueniant præsenti conclusioni, ea nunc recensere supersedemus. sed & præterea declaranda est duobus modis, quib. statim sequens conclusio declarabitur.

VISESIMASEPTIMA CONCLVSIO. Per renuntiationem quoque tacitam impetrantis, quæ ex verbis colligatur, † extinguitur, seu expirat derogatio qualitatis in beneficij fundatione appositæ ab ipso impetrante obtenta. Hæc conclusio ex iisdem fundamentis probatur, quibus eam quoad vltimæ voluntatis commutationem comprobauimus *d. quæst.* 9. *concluſ.* 2. præcipuè verò, quia quoad essentiam consensus, & iuris sui abdicationem æquè operatur tacita renuntiatio, quæ ex verbis colligitur, & ea, quæ expressis verbis fit; vt satis ostendit D. Paulus Galleratus *in suo eruditissimo tract. de renunt. vol.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 43. sicque etiam tacita renuntiatio beneficij Ecclesiastici æquè, ac expressa inducit eius priuationem; ita, vt renuntians illud repetere nequeat: vt latè *d. concl.* 2. tradidimus ex Flamin. Paris. id fusiùs docente *in suo luculentissimo tract. de resign. benef.* 591.

benef. lib. 1. quæſt. 1. num. 7. vſque ad 10. & num. 23. necnon *quæſt. 13. à num. 10. ad 15.*

592. Ampliatur autem hæc concluſio primò, vt † per eam etiam tacitam renuntiationem, quæ ex actu noſtro inducitur, extinguatur prædicta derogatio per nos impetrata: tum quòd regulariter eadem eſt virtus taciti, & expreſſi, *l. cum quid, ff. ſi cert. petat. l. qui ad certum, ff. loc.* cum ſuis concord. tum quòd, vbi aliqua diſpoſitio non requirit conſenſum expreſſum, aut pro firma, ſufficit tacitus, & idem operatur, ac expreſſus; latè Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 47. num. 20. cum duob. ſeqq.* tum ex fundamentis huius principalis concluſ. & aliis, quibus de commutatione vltimæ voluntatis id tradidimus *d. quæſt. 9. concluſ. 3.* vbi hoc ipſum multis modis declarauimus. Secundò ampliatur,

593. vt prædicta derogatio † per eam quoque tacitam renuntiationem extinguatur, quæ ex alterius actu inducitur, cui nos conſentimus. Hæc ampliatio ex iis comprobatur, ac ſimul venit declaranda, ex quibus hoc idem quoad vltimæ voluntatis commutationem confirmantes declarauimus *d. quæſt. 9. concl. 4.* ad ſingulas permiſſiui conſenſus, qualis ille eſt, de quo in hac ampliatione agimus, ſpecies deſcendendo; nimirum eius, qui præſtatur vel à domino iuris de quo hic aliam diſponere permittit; vel ab altero nomine ipſius domini, puta à tutore, curatore, adminiſtratore: vbi etiam ſingulis declarationibus opportunas fallentias adhibuimus. Ampliatur tertiò, vt renuntiatio ſæpiùs memoratæ derogationis qualitatum beneficij poſſit quoque

594. induci † ex omiſſionibus, atque adeò per eas extingui ipſa derogatio; præcipuè verò per omiſſionem implementi ex parte ſua. Quæ ampliatio quoad vtramque ſui partem ſatis ex iis comprobatur, quibus vtramque in renuntiatione commutationis alicuius vltimæ voluntatis confirmauimus *d. quæſt. 9. concluſ. 5.* primum quidem ex eo potiſſimùm, quia is, qui omittit, dicitur remittere, ipſúmque omittere eſt quoddam repudiare; id quod etiam ita extendimus, vt omittendo poſſit quis aliis præiudicare: ſecundum autem ex eo, quòd per omiſſionem implementi ex parte ſua inducitur renuntiatio, vt fusè docet Gallerat. *d. lib. 5. cap. 13. in fi. & cap. 15. num. 1.*

Declaratur nunc duobus modis tam hæc, quàm

595. etiam præcedens concluſio, & primò, vt † is, qui expreſsè, vel tacitè, validè tamen, ac licitè renuntiat derogationi alicuius qualitatis appoſitæ in fundatione beneficij, poſſit, ac debeat ad priorem materiam redire; ſeu adimplere qualitatem, & onus prædictum beneficio antea inhærens; nec poſtea vti valeat derogatione iam obtenta. id quod ſatis ſuadetur ex iis, quæ de voti commutatione hac in re tradunt Suarez, ac Sanchez. quos etiam quoad vltimæ voluntatis commutationem ſecuti ſumus ex aliis quoque id confirmantes *d. quæſt. 9. concluſ. 6.*

596. Secundò declaratur, quòd † ad hoc, vt renuntians huiuſmodi derogationi implere teneatur priorem obligationem, requiritur, vt talis renuntiatio acceptata ſit à tertio, cuius ea interſit; vel ſaltem à ſuperiore, vbi alterum non reſpiciat. Vtraque pars huius declarationis quoad vltimæ voluntatis commutationem ſatis comprobata, explicata, & reſtricta fuit *d. quæſt. 9. concluſ. 7.* vbi etiam nonnulla hac in re adnotanda ſubiecimus. quæ omnia cùm æquè derogationi, de qua nunc agimus, conueniant, ad illum locum pro iis candidum lectorem ſat erit remiſiſſe.

VIGESIMAOCTAVA CONCLVSIO. Derogatio qualitatis in beneficij fundatione appoſitæ conceſſa per modum priuilegij, ſeu per reſcriptum gratiæ † ſaltem aliquando amittitur, ſeu extin- 597.
guitur per non vſum. Hæc concluſio ex eo ſatis confirmatur, quoniam generatim id in priuilegio, ſeu reſcripto gratiæ conſtat ex *l. 1. ff. de nundin. l. fulsò, C. de diuerſ. reſcript. cap. ſi de terra, & cap. accedentibus, de priuileg.* cum aliis, quibus eam quoad vltimæ voluntatis commutationem comprobauimus ſuprà *cap. 8. quæſt. 10. concluſ. 1.* illam ſimul declarantes; & quædam notatu digna *ibidem* ſubiicientes: atque inter cætera illa duo; alterum, an, & quando iuri facultatis poſſit præſcribi; alterum quanti temporis non vſus requiratur ad hoc, vt per eum priuilegium amittatur.

VIGESIMANONA CONCLVSIO. Derogatio alicuius ex qualitatibus in fundatione beneficij appoſitis conceſſa per viam priuilegij, ſeu reſcripti gratiæ † plerumque amittitur, ſeu extin- 598.
guitur, per contrarium vſum. probatur ex regula illa, quam circa amiſſionem priuilegij magiſtralem vocat Suarez *tract. de legib. lib. 8. cap. 35. numer. 2.* nimirum priuilegium amitti per contrarium vſum, ſi circumſtantiæ neceſſariæ concurrant: ita ſubdens ſentire gloſ. *in cap. gratum, verbo, receſſum, de offic. daleg. cap. ex ore, verbo, renuntiaſſe, de his, quæ ſ. à mai. part. capit. & cap. vltim. verbo, cum ſatto, de vit. & honeſt. cleric.* per hos, & alios text. tam ciuiles, quàm canonicos: necnon idem ſentire interpretes eiſdem in locis, *& in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit. d. cap. ſi de terra, & cap. accedentibus, de priuil.* Bart. *in l. 1. C. de hic, qui ſpon. mun. ſub. lib. 10. & l. fin. ff. de conſtit. Princip.* ibique Iaſ. & alios. pleroſque verò pro regula ipſa ſimpliciter accepta, nimirum, vt priuilegium per contrarium vſum amittatur, allegauimus *d. queſtion. 10. concluſ. 2.* vbi etiam, poſtquam eam nonnullis modis ampliauimus, ac multis limitauimus, quædam hac in re adnotanda ſubiecimus; quæ omnia cùm præſenti quoque concluſioni deſeruiant, ad eius explicationem, cùm opus fuerit, per ſe quiſque videre poterit.

TRIGESIMA, & poſtrema CONCLVSIO. Derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum obtenta per modum priuilegij, ſeu per reſcriptum gratiæ, † plerumque amittitur per ipſius 599.
derogationis abuſum. Hæc concluſio probatur tum ex illa vulgata regula, quam in priuilegiis ex pleriſque iuribus firmat Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 36. num. 1.* quibus nos alios text. ac Doctor. adiecimus *d. quæſt. 10. concluſ. 3. circa initium.* tum quòd, vt *ibid.* docuimus, abutens priuilegio cenſetur illi renuntiare. atque hæc eſſe poteſt prior ampliatio huius concluſionis: alteram verò eiuſdem ampliationem deſumere licet ex fuſiùs per nos adductis *d. concluſ. 3.* vt nimirum hæc concluſio locum habeat in quauis ex illis ſpeciebus abuſus priuilegij, quas *d. quæſt. 10. præmiſſ. 4. circa initium*, explicauimus, hoc eſt, formalis, occaſionalis, & repugnantis fini ipſius priuilegij, ſeu conceſſionis. ſicut etiam ex *ead. concluſ. 3.* ſumendum illud eſt, † an 600.
per abuſum priuilegij, atque adeò etiam derogationis, de qua nunc agimus, per viam priuilegij obtentæ, ipſo iure, atque ex natura rei, & ſic in foro conſcientiæ ſtatim ea derogatio amittatur, an verò ſolùm ex iuris præſumptione, ac diſpoſitione. ita, vt priuationis ſententia requiratur. Ex quibus ſimul finis ſit præſenti quæſt. & cap. 10. atque vniuerſæ materiæ de derogatione qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum; iámque ad duas reliquas

huius tractatus disputationes, seu capita, si lubet, transeamus.

CAPVT XI.

De mutatione status Ecclesiarum, & beneficiorum.

SVMMÆ REBVM.

1. *Mutatio status Ecclesiæ, seu beneficij rectè dicitur mutatio qualitatis eiusdem.*
2. *Mutari propriè quid dicatur; & quomodo in præsenti quæst. sumatur mutationis nomen.*
3. *Mutatio status Ecclesiæ quibus modis contingat; & num. 43.*
4. *Status nomen quid importet.*
5. *Mutationis status nominibus qui vsi sint, aut mutationis status Ecclesiasticarum personarum, vel Ecclesiæ.*
6. *Ecclesiæ nomen pleraſque habet significationes; ac multis num. seqq.*
7. *Ecclesia nonnunquam sumitur pro omni cœtu etiam iniquorum damnatorum. item pro Ecclesia militante, satisfaciente, ac triumphante, prout vnum corpus faciunt; num. 8. ac pro sola militante sine simul cum Romano Pontifice, sine absque eo; num. 9. & pro bonis damnatis; num. 10.*
11. *Ecclesia sumitur aliquando pro clericis secularibus, vel regularibus. item pro ea cleri parte, quæ res sacras administrat; vel ad quam spectat de rebus ad fidem, vel mores vniuersalis Ecclesiæ pertinentes decernere; ac pro Ecclesiarum Præsidibus, & Pastoribus; num. 12.*
13. *Ecclesia sumitur nonnunquam pro altera ex duab. Christiani orbis partibus, Orientali nimirum, & Occidentali; vel alicuius nationis Christianæ, vt Gallicana, & Anglicana. item pro Sede Apostolica, vt habet dominium temporale alicubi; num. 14. aut Curia Romana, vt habet certum stylum in procedendo, & iudicando; num. 15.*
16. *Ecclesia sumitur plerumque pro Patriarchali, Primatiali, Metropolitana prouincia, & Episcopali diœcesi, sine cum Episcopo, siue absque illo. item pro solo clero, siue Capitulo Ecclesiæ Cathedralis simul cum Episcopo, vel sine eo; num. 17. aut pro clero Ecclesiæ inferioris secularis, vel regularis; aut etiam Hospitalibus, & locis piis; numer. 18. ac pro certa familia Christianorum; numer. 19.*
20. *Matrimonium quomodo dicatur fieri in facie Ecclesiæ.*
21. *Ecclesia sumitur sæpe pro beneficio Ecclesiastico; vel regimine alicuius loci sacri, eiusque redituum, licèt is locus cum reditibus adhuc in beneficium erectus non sit; vel pro fructibus, & bonis ipsius beneficij. item pro muroru[m] ambitu, & edificio diuino cultui dicato; numer. 22.*
23. *Ecclesia nomen in qua significatione accipiatur in præsenti cap. & in qua nomen beneficij.*
23. *Beneficium Ecclesiasticum quomodo definiatur; & num. seq.*
24. *Equites Ordinum militarium, an sint verè Religiosi, & persona Ecclesiastica.*
25. *Mutatio status Ecclesiæ, seu beneficij quomodo definiatur; & ibi triplex definitio explicatur; cum aliquot num. seqq.*
26. *Qualitas essentialis, seu intrinseca, & accidentalis, seu extrinseca beneficij, vel Ecclesiæ qua sit, & in q[ua]b eiusdem onere differat; numer. 27.*
28. *Legitimum quid dicatur; & quomodo actus legitimi non recipiant conditionem, neque diem; remissiuè.*
29. *Forma essentialis dat esse rei: & actus nullus pro non actu habetur.*
30. *Perpetuum multis modis dicitur; & numer. seq.*
31. *Legatum annuum Ecclesiæ perpetuò relictum durare debet vsque ad finem sæculi.*

QVM ex tribus modis, seu actionibus initio præced. capitis. per nos relatis, quibus ad omnimodam extinctionem, seu destructionem beneficij quasi per gradus mutationis qualitatum ipsius ascenditur, vel potiùs descenditur; medius, ac secundus ille sit, quo eiusdem beneficij status mutatur: meritò, iuxta ordinem etiam ibidem propositum, sequitur, vt, postquam in eo capite latiùs de primo gradu, qui est derogatio, seu temporalis mutatio qualitatis beneficij in eius fundatione appositæ, latè diximus, in præsenti cap. de prædicto secundo gradu, hoc est, memorata mutatione status, seu, quod idem est, perpetua mutatione qualitatis beneficij agamus: tractaturi postmodum in seq. cap. quod postremum erit huius totius tractatus, de tertio, eóque postremo gradu præfatæ mutationis, seu destructione beneficij. In hoc autem simul etiam, prout occasio, ac res tulerit, agemus de mutatione status, seu perpetua Ecclesiarum, prout à beneficiis distinguuntur, vel vt per eum Ecclesiæ in beneficia nonnunquam eriguntur etiam contra fundatoris voluntatem. hanc verò mutationem status Ecclesiæ, seu beneficij † rectè dici mutationem qualitatis eiusdem, sentit apertè Petr. de Perus. *tract. de mutat. stat. Ecclesiar. in princ. num. 1. & 2.* 1.

Iam ergo ad propositam huius cap. materiam veniamus: in qua pertractanda eandem planè methodum retinebimus, quam initio 9. capitis in eo, & reliquis tribus capitibus seruandam proposuimus, vt cuilibet ex primis octo capitibus præsentis tractatus singulæ quæstiones, illorum verò quæstionibus opportunæ conclusiones respondeant.

QVÆRO igitur PRIMO in hoc capite; quid sit mutatio status Ecclesiarum, & beneficiorum.

Quæstio hæc, sicut etiam prima duorum proximè præcedentium capitum, & ipsum præsentis tractatus primum caput, cui hæ respondent, duas habet inspectiones; alteram ad quid nominis, alteram verò ad quid rei pertinentem; ex quibus illa huic præponenda est, per ea, quæ *initio prad. 1. cap. in tract. de distribut. quotid. part. 1. quæst. 1. num. 2. 3. & 4.* necnon *initio cap. 1. & prima quæst. eiusdem de 9. capitis huius tractat.* maximè ex *l. 1. ff. de instit. & iur.* iunctâ *l. ff. si cert. petat.* adduximus.

A priori ergo inspectione exordiendo, quod ad nomen mutationis attinet; cùm mutatio alia sit substantialis, & hæc siue quoad totam substantiam, vel essentiam,

Digitized by Google

eſſentiam, ſine quoad aliquam eius partem dumtaxat; alia verò accidentalis, nimirum quoad aliquid ex his, quæ ſubſtantiæ, vel eſſentiæ etiam accidentis extrinſecus adueniunt, & accidunt, vt latiùs explicauimus ſup. *d. cap. 1. queſt. 1. circa initium, & ad fin.* vbi etiam aliqua ſingulorũ huius diſtinctionis membrorum attulimus exempla; necnon *queſt. 2. pariter*
2. *circa initium*; ex quibus locis illud quoque conſtat, † mutari id propriè dici, in quo contingit conuerſio, & alteratio vel quoad quid, vel quoad quale; ſeu id, cui fit ſubrogatio: & hoc in ſe directè, ac expreſsè continet mutatio; tacitè verò, & indirectè reſpectum, ac relationem dicit ad id, in quod fit conuerſio, vel ad quod tendit alteratio; ſeu id, quod ſubrogatur. cùm, inquam, hæc ita ſint; in præſenti quæſtione mutationis nomen quatenus ad beneficium attinet, ſumimus pro ea mutatione qua beneficium aliquod quoad aliquam ſui qualitatem, vel obligationem mutatur, ſiue eam omnino tollendo, nulla alia ſubſtituta in eius locum; ſiue aliquid ei detrahendo, vel addendo, ſiue aliam in eiuſdem locum ſubrogando. quoad Eccleſiam verò, prout à beneficio diſtinguitur, quia nondum in beneficium erecta ſit, idem mutationis nomen accipimus pro ea mu-
3. tatione, † qua aliquid ex prædictis circa illam fit; reſpectu quidem alicuius obligationis, illam tollendo, augendo, vel minuendo, vel aliam ſubrogando; reſpectu autem qualitatum illius, potiſſimùm cùm ex regulari fit ſæcularis, vel contrà; aut cùm eius regimen à laicis, vel aliqua confraternitate ad clericos transfertur; aut denique cùm ipſa Eccleſia, quæ nondum in beneficium erecta erat, in beneficium erigitur: & hæc quidem omnia, cùm non ad tempus, ſed in perpetuum per ſe loquendo fiunt; atque adeò in titulo, ſeu inſcriptione huius cap. adiecimus nomen ſtatus.

4. Quod ſanè nomen † regulariter importat permanentiam, & diuturnam durationem, ſeu qualitatem, aliámve rem permanentem, ac diu perdurantem; ſiue in ſacris litteris, vt *Iudic. 20. ac 1. Paral. 24.* maximè verò *Iob 14.* vbi de homine dicitur, *nunquam in eodem ſtatu permanet*: ſiue apud Theologos Scholaſticos, dum cum Seuerino Boetio non ſolùm præſtantiſſimo Philoſopho, ſed & celeberrimo Theologo, ac ſimul piiſſimo viro cæleſtem beatitudinem definiunt, quòd ſit ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus: ſiue apud Morales cùm Philoſophos, tum Theologos; dum tres hominum, ac mulierum ſtatus conſtituunt, eligentium nimirum vitam virginalem, vidualem, vel coniugalem figuratam, ac ſignificatam, ex frequentiſſima interpretum ſententia per fructum illum centeſimum, ſexageſimum, & trigeſimum, quem ſemen illud Euangelicum reddidit, quod cecidit in terram bonam: cuius etiam triplicis ſtatus meminit Trident. Concil. *ſeſſ. 24. can. 10. de ſacram. matrim.* in hæc verba; ſi quis dixerit ſtatum coniugalem anteponendum eſſe ſtatui virginitatis, vel cœlibatus; & non eſſe melius, ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu, quàm iungi matrimonio, anathema ſit: ſiue apud Iuriſconſultos cùm alibi ſæpe, tum *in rubr.* ac paſſim *in tit. ff. de ſtat. homin.* necnon *tit. ne de ſtat. defunct. & C. vbi cau. ſtat.* & apud canonum conditores *in rubr. de ſtat. monach. & canon. regul.* atque item *cap. fin. de verb. ſignif. cap. vbi periculum, §. ſi verò, de elect. in 6. & cap. 2. §. ſanè, ne lis. pend. eod. lib. cap. vnic. §. penult. de relig. dom. in 6.* ac nouiſſimè apud Trid. Concil. *ſeſſ. 21. cap. 5. & ſeſſ. 25. cap. 9. ac 16. de reform.* vbi non ſemel mentio fit ſtatus beneficiorum; cuius quidem decreti verba referemus, ac ponderabimus infrà hoc ipſo cap. *quæſt.*

Io. Petr. Monetta de commun. vit. volunt.

3. concluſ. 3. ſicut ſtatus Eccleſiæ mentio fit *in cap. 2. ac ſuppl. neglig. prælat. & cap. 1. ne ſed. vacant. aliq. innouet.* ſiue denique apud Oratores, ac Rhetores, vt apud M. Tullium *pro Corn. Balbo*; hunc vitæ ſtatum ad ſenectutem obtinere: *ad Attic.* tua nobis auctoritate opus eſt ad tollendum aliquem ciuitatis ſtatum: ac *de Offic.* atque vtinam reſp. ſteteriſſet, quo ſteterat ſtatu: ac denique, vt cætera penè innumerà loca omittam, *in Topic.* illud habetur; refutatio accuſationis, in qua eſt depulſio criminis, Græcè στάσις, Latinè *ſtatus* vocatur. Sed & idipſum colligitur ex ipſius nominis Etymologia, vnde optimum ſumitur argumentum, vt conſtat ex *l. notionem, §. inſtrumentorum, l. quibus præcipua, l. tugurij, l. vt Alphenus, & l. pupillus, §. territorium, ff. de verb. ſignif. cap. forus, eod. tit.* cum aliis, quibus id adſtruit inter cæteros Euerard. *in loc. ab Etymol. num. 2. & 3.* Status autem nomen ſumitur, ac deriuatur à verbo, *ſto*, quod permanentiam, ac diuturnam durationem ſignificat, vt per ſe patet. In hac igitur ſignificatione; (quamuis fatear alias quoque huic nomini tribui, vt patet ex Mario Nizolio *in Theſaur. Ciceron.* & Barn. Briſſon. *de verb. quæ ad ius pertin. ſignif.* Schard. Spiegel. Alberic. Verrut. & aliis auctoribus Lexicorum iuris, *verbo, ſtatus*;) quæ præcipua eſt; ſtatus nomen nos quoque ſumimus in titulo præſentis cap. dum illud inſcripſimus de mutatione ſtatus: qua ferè dicendi formula † vſus eſt M. Tullius 5.
in orat. pro domo ſua, dum ait; mihi nihil oberat; præter conuerſionem ſtatus: omnino verò eadem vſus eſt I. C. vt *in l. ſi ex cauſa, §. Pomponius, ff. de minor. & l. vlt. ff. de vſ. & habit.* atque Impp. *in l. Arianus, & l. ani paterni, C. de liber. cauſ.* dum diſſertis verbis mutationis ſtatus mentionem faciunt: ſicut etiam Petrus de Peruſio duos tractatus pe-breues ſcripſit, quorum alterum de mutatione ſtatus perſonarum Eccleſiaſticarum inſcripſit, alterum de mutatione ſtatus Eccleſiarum; cuius meminit pariter Reboff. *in Praxi benefic. 1. part. tit. de erect. Eccleſ. in Cathedral. ſecul. vel in alium ſtat. num. 11. & tit. de tranſlat. Epiſcop. & alior. num.* item 11. & Lambertin. ſæpe *in ſuo tract. de iurepatron.* præſertim verò *lib. 1. part. 1. quæſt. 6. art. 8.* paſſim, *lib. 2. part. 1. quæſt. 5. art. 1. num. 3. circa medium, verſio. ſubdit & aliud*; necnon *queſt. 7. art. 30. eóque vſum. num. 1. ac lib. 3. quæſt. 6. art. 1. num.* item 1. Maſcard. *de probat. concluſ. 584. num. 7.* & Garz. *tract. de benef. part. 7. cap. 10. num. 34. cum ſeq.* & Rot. Rom. *in duab. præcipuè deciſionibus*, relatis à Garz. *d. tract. de benef.* altera *part. 5. num. 112.* quæ eſt in vna Firmana parochialis coram Quiroga; altera *part. 12. cap. 2. ſub num. 240.* in vna Tiraſonen. iuris præſentandi, coram Blanchetto: vbi ipſe quoque mentionem facit mutationis ſtatus Eccleſiarum, vel beneficiorum, de qua nos in præſenti cap. ex profeſſo tractare inſtituimus.

Denique nomen Eccleſiæ; (quoniam quoad nomen beneficij, quod ſtatim, & poſtremo loco in titulo huius cap. ſequitur, ne actum agamus, ad ea candidum lectorem ſufficiet remiſiſſe, quæ de variis illius nominis acceptionibus latè ſcripſimus *cap. præced. quæſt. 1. poſt medium.*) nomen, inquam, Eccleſiæ † pleraſque inter ſe diuerſas habet ſignifi- 6.
cationes; quarum nonnullas affermit gloſ. & Doct. *in rubr. & l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. rubr. & cap. 1. de conceſſ. præb. & Eccleſ. non vacan. & de reb. Eccleſ. alien. non, vel non, de conſecr. Eccleſ. vel altar. extr. & in 6.* Archid. *in cap. fundamenta, de elect. eod. lib.* Luc. de Pen. *in l. fin. C. de annon. & tribut. lib. 10.* gloſ. & alij *in cap. querelam*, ſeu *fin. ne prælat. vic. ſuas.* Turrecrem. *in ſum. Eccleſ. Conſtol. lib. 1. cap. 9.* Summiſtæ, & au-

ctores Dictionariorum, vel Lexicorum iuris, *verbo, Ecclesia*, S. Anton. 3. *part. sum. tit.* 12. *cap.* 1. Catechis. Roman. ad ea verba Symboli Apostolici, *sanctam Ecclesiam Catholicam*, Vgol. *tract. de censur. Eccles. tab.* 2. *cap.* 8. §. 7. *num.* 1. Mandos. *ad reg.* 26. *Canc. num.* 3. *cum duob. seqq.* Lambert. *d. tract. de iurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 5. *art.* 19. *num.* 1. iuncto *num.* 7. *& quæst.* 11. *art.* 2. *num.* 12. ac nos *in tract. de distribut. quotid. part.* 2. *quæst.* 11. *num.* 2. Hoc autem loco nos omnes huius nominis Ecclesiæ acceptiones colligere ex iure siue diuino, siue humano curabimus, vno tamen, aut altero testimonio breuitatis gratia pro earum qualibet, vtplurimum contenti, vt facilè dignoscatur, in qua potissimùm significatione illud ipsum nomen in præsenti cap. sumatur.

7. Primò igitur Ecclesia largè accipitur † pro omni cœtu etiam iniquorum dumtaxat, siue fidelium, vt in Psal. 25. *Odiui Ecclesiam malignantium*, vt inter cæteros exponit Catech. Rom. *loco cit.* siue infidelium, vt Act. 19. *Si quid autem alterius rei quæritis, in legitima Ecclesia poteris absolui*: legitimam D. Paulus vocat Ecclesiam, (inquit *ibid.* Catechis.) populum Ephesinum Dianæ cultui addictum. & iuxta hanc acceptionem sumitur Ecclesia generatim pro cœtu, Concilio, concione, congregatione, comitiis, atque adeò pro coadunatione hominum siue multorum, siue paucorum; & siue iustorũ, siue iniustorum; ac denique siue sapientium, & regentium, siue indoctorum, & subditorum; vt videre est in Lexico Græco-Latino Petri Boselli collecto, ex manuscripto Lexico Iacobi Tusani, verbo Ἐκκλησία. Secundò ac-

8. cipitur † pro Ecclesia vniuersali, cuius caput est Christus: sed ita vniuersali, vt comprehendat non modò fideles omnes vel in terra morantes, vel in Purgatorio satisfacientes, vel in cœlis triumphantes; verùm etiam Angelos ibidem regnantes, atque adeò Ecclesiam militantem, satisfacientem, ac triumphantem; de qua ait Apostolus Ephes. 1. *Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam*; quem locum de Ecclesia, prout etiam Angelos continet, exponit *ibi* inter cæteros S. Thom. *lect.* 8. sed quicquid sit, an Angeli quoque in Ecclesia comprehendantur; certè eam huius nominis significationem, vt comprehendat Ecclesiam militantem, satisfacientem, ac triumphantem fidelium hominum, passim, & communiter admittunt Catholici omnes, atque inter cæteros adnotauit Illustrissimus paritérque eruditissimus, ac de Christiana Rep. optimè meritus Card. Bellarmin. cuius memoria ob insignem doctrinam cum pari vitæ integritate coniunctam in perpetua benedictione erit; *tom.* 1. *controuers.* 6. *gener. in princ.* Tertiò sumitur Ec-

9. clesiæ nomen † pro sola, & vniuersa Ecclesia militante, vt continet bonos, & malos; atque item clericos, Monachos, & laicos fideles. éstque, vt ait S. August. *in Psal.* 149. laudatus à Catech. Rom. *vbi sup.* populus fidelis per vniuersum orbem dispersus: ab hac verò Ecclesia, cuius caput inuisibile est Christus, visibile est Rom. Pontifex, eius Vicarius, soli infideles, Apostatæ, hæretici excluduntur, & aliqua etiam ratione schismatici, & excommunicati, vt pluribus ostendit Bellarmin. *d. tom.* 1. *contro.* 4. *gener. lib.* 3. ferè per tot. de hac Ecclesia Christus Dominus *Matth.* 16. dixit B. Petro; *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*: & Rom. Pontifex *cap.* 1. §. *vna verò, de sum. Trinit. & fid. Cathol.* vna verò est fideliũ vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur; necnon *cap. fundamenta, in princ. de elect. in 6. & Extrau. vnam sanctam, in princ. de maior. & obed. in commun.* atque alibi sæpissimè. Quartò accipitur pro eadẽ vniuersali Ecclesia, prout absque Rom. Pontifice, vel consideratur, vt Act. 12. *Petrus quidem seruabatur in carcere, oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo*; & *cap. licèt, de elect.* ibi; ille absque vlla exceptione ab vniuersali Ecclesia Rom. Pontifex habeatur: vel actu, & de facto reperitur, sede Romana vacante per obitum, vel renuntiationem Pontificis, aut alia simili ratione: sic sumitur *in cap. in nomine Domini*, 23. *dist.* vbi de electo contra formam illius decreti in Rom. Pontificem dicitur; à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ separatus abiiciatur, sicut Antichristus: *& in cap. vbi periculum, in princ. de elect. in* 6. ibi; quot, & quantis sit plena periculis Ecclesiæ Romanæ prolixa vacatio: *& in* §. *prouisionis, ad fin.* ibi, antequam eidem Ecclesiæ sit de pastore prouisum. Quintò accipitur † 10. pro ea militantis, & vniuersalis Ecclesiæ parte, quæ ex bonis dumtaxat, & in Dei charitate, & gratia existentibus constat. Hanc Ecclesiæ significationem affert inter alios S. Anton. *vbi sup.* §. 1. seu *versic. secundo modo*; pro qua allegat illud Psal. 34. *Confitebor tibi in Ecclesia magna*, exponens, hoc est, virtute: & de qua ex D. Hieron. intelligit illud Ephes. 5. *vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliud huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata*; ait enim S. Hieron. *in cit. cap.* 5. *ad Ephes.* relatus *in cap. Ecclesia Christi, de pœn. dist.* 1. Ecclesia Christi est gloriosa, non habens maculam, neque rugam, aut aliquid istiusmodi: qui ergo peccator est aliqua sorde maculatus, de Ecclesia Christi non potest appellari. ad idem adducit S. Anton. text. *in cap. vt euidenter*, 1. *quæst.* 1. ibi; is, quem sacerdos tolerat in Ecclesia, est tamen extra Ecclesiam, & extra corpus eius, cuius caput est Christus, si ei ostiarius non aperuerit. Sextò sumitur Ecclesia † pro ea Ecclesiæ 11. vniuersalis militantis parte, quæ à laicis distincta continet clericos, Monachos, seu clerũ sæcularem, & regularem. sícque accipi aliquando Ecclesiæ nomen, adnotauit S. Anton. *d. 3. part. tit.* 12. *cap.* 3. §. 4. & tam de hoc, quàm de personæ, vel rei Ecclesiasticæ nomine satis constat ex *cap. bene quidem*, 96. *dist. cap. non placuit, & cap. laicis*, 16. *quæst. vlt. cap. Ecclesia S. Maria, de constit. rubr. & toto penè tit.* maximè *cap. fin. de reb. Eccles. non alien.* necnon *de immun. Eccles.* præsertim verò *cap. aduersùs.* Septimò accipitur nomen Ecclesiæ † pro ea Ecclesiastici or- 12. dinis, seu status parte, quæ res sacras administrat, vt in Conc. Trid. *sess.* 7. *can.* 11. *& 13. de sacrament. in gen. ac sess.* 24. *can.* 11. *de sacram. matrim.* atque alibi sæpè. Octauò sumitur pro ea eiusdem Ecclesiastici ordinis parte, ad quam spectat de rebus fidei, vel moribus vniuersalis Ecclesiæ, seu omnium fidelium decernere, ac definire; hoc est, vel pro solo Rom. Pontifice, vel cum generali Concilio, iuxta ea, quæ inter cæteros latè tradit Bellarm. *d. tom.* 1. *controuer.* 4. *gener.* ferè per tot. prout accipitur in eod. Concil. Trident. *d. sess.* 7. *can.* 3. *& 8. de baptis. sess.* 14. *cap.* 5. *de sacram. pœnit.* necnon *d. sess.* 24. *can.* 3. 4. 7. *& 8. de sacrament. matrim.* iuncto maximè *cap. non debet, de consang. & affin.* quib. addi post *cap. nunquam legistis*, 96. *dist. d. cap. Ecclesia S. Maria, de constit. cap. significasti, de elect. & cap.* 1. *de magistr. ac d. Extrau. vnam sanctam.* Nonò aliquando Ecclesiæ nomine eius Præsides, ac Pastores significantur, vt ait Catechis. Rom. *loco cit.* sic explicans illud Christi Domini Matth. 18. *quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ; si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus*, quam etiam expositionem communiter ab interpretibus adhiberi, affirmant Vgol. *d. tab.* 2. *de censur. c.* 8. §. 7. *num.* 1. & Card. Bellarmin. *d. tom.* 1. *controuers.* 5. *general. lib.* 1. *cap.* 7. *vers. illud autem.* prædicta verò huius nominis Ecclesiæ significatio sæpe in sacris canonibus habetur, vt *cap. fin. de frigid. & maleficiis.*

necnon

necnon *rubr. & cap. 2. cum ſeq. de matrim. contract. cont. interd. Eccleſ.* Decimò nonnunquam hoc nomen ponitur † pro clero & populo Chriſtiano alterius ex duabus præcipuis mundi plagis ſeu partibus, hoc eſt, Orientis, cui adiungitur aliqua Auſtri portio, & Occidentis, cui reliqua pars Auſtri, ac Septentrio adhæret; ſicque dicitur Eccleſia alia Orientalis, alia Occidentalis, ſeu Græca, vel Latina, *in cap. fin. 31. diſt. cap. cùm olim, de cleric. coniug. & cap. fin. de baptiſm. & eius effect.* atque alibi. licèt nunc aliqui ex Græcis ſint Latinis ex diſpenſatione Apoſtolica permixti. Vndecimò ſumitur pro clero, & populo Chriſtiano alicuius integræ nationis, puta Gallicanæ, vel Anglicanæ: ſic dicitur Eccleſia Anglorũ *in cap. quia tua fraternitas*, 12. *quæſt.* 1. & Eccleſia Gallicana *in cap. in Geneſi, de elect. & cap. quanto, de magiſtr.* Duodecimò accipitur † pro Sede Apoſtolica, & Eccleſia Romana, prout habet temporale dominium, quod altum vocant, & ſupremam temporalem iuriſdictionem in certa orbis parte, eiúſque ciuitatibus, ac locis, ex quibus pleraque recenſentur *in cap. fundamenta, de elect. in 6. & cap. 20. Bulla Cœnæ Domini*, & plura Iacob. Ant. Marta *in tract. de iuriſd. per, & inter iudic. Eccleſ. & ſæcular. exercen. part. 1. cap. 26.* qua ratione dici communiter ſolet ſtatus Eccleſiaſticus, & noſtrates plerumque, ac præcipuè *in cap. cùm eſſes, cap. relatum, il 1. & cap. Raynutius, de teſtam.* necnon *in cap. per venerabilem, qui fil. ſint legit.* ea loquendi formula vtuntur, in terris Eccleſiæ; quam ſumere potuerunt ex *d. cap. vbi periculum, §.* ſeu *verſ. promiſſionis quoque, de elect. in 6. & Clem. vnic. §. porrò, de iureiur.* vbi etiam *& in d. cap. 20. Bulla Cœnæ*, aliqua mentio fit de locis, & iuribus, in quibus Romana Eccleſia habet dominium commune, ac vulgare, quod craſſiori vocabulo dominium baſſum appellant; & cuiuſmodi habent etiam priuati. in quo tamen, ſicut & in illo dominio ſuperiori, ſeu alto, ac ſuprema iuriſdictione temporali locum habet priuilegium Romanæ Eccleſiæ, vt non niſi centenariam præſcriptionem patiatur; de quo *in cap. ad audientiam, cap. cum nobis, & cap. ſi diligenti, de præſcript. l. vt inter, C. de ſacroſ. Eccleſ. & auth. vt Rom. Eccleſ. cent. annor. gaud. præſcript.* per tot. quibus in locis Eccleſiæ nomen manifeſtè ſumitur in hac duodecima ſignificatione, ſicut etiam *in cap. 2. §. præter hæc, de ſent. & re iudic. in 6. & Clem. 2. §. quòd ſi punitio, eod. tit.* atque alibi ſæpe. Decimotertiò accipitur Eccleſia † pro Curia Romana, prout habet certum ſtylum in procedendo, aut iudicando, vt *in cap. litteras, de iureiur. calumn. cap. illud, de præſcript. cap. conſultationi, de frigid. & maleſic. cap. etſi quæſtiones, de ſimon.* cum ſuis concord. Decimoquartò ſumitur Eccleſiæ nomen † pro Patriarchatu, Primatia, & Metropoli, ſeu Eccleſia Patriarchali, Primatiali, & Metropolitana; prout prima habet ſub ſe Primates, ſecunda Archiepiſcopos, ſeu Metropolitanos, tertia Epiſcopos. & quidem de prima text. eſt *in cap. de Conſtantinopolitana Eccleſia*, iuncto *cap. renouantes, 22. diſt.* & melior *in cap. antiqua, de priuil.* de eadem verò, ac ſimul de ſecunda, & tertia meminit Conc. Trid. *ſeſſ. 5. cap. 2. in princ. ſeſſ. 6. cap. 1. circa med. & ſeſſ. 23. cap. 1. in princ. de reform.* de eadem verò tertia ſimiliter habetur *in cap. conqueſtus, 9. quæſt. 3. cap. quia diligentia, de elect. cap. 1. in princ. de offic. ord. in 6. cap. Romana, in princ. & §. 1. de appellat. eod. lib.* Ad hanc acceptationem reducitur illa, qua Eccleſia ſumitur pro Cathedrali, ſeu Epiſcopali, prout communis etiam eſt Patriarchali, Primatiali, ac Metropolitanæ ratione ſuarum cuiuſque diœceſum: quomodo accipitur *in cap. nullus Primas, 9. quæſt. 3. cap. 1. & pen. de magiſt.* necnon Concil. Tridentin. *ſeſſ. 7. cap. 1. 2. & 7. ſeſſ. 22. cap. 2. & ſeſſ. 23. cap. 2. ac 10. de reform.* atque alibi ſæpe. Et licet Eccleſiæ nomen iuxta hanc acceptionem ſumptum magis propriè vſurpetur pro eius clero, & populo ſimul cum Epiſcopo, iuxta *cap. ſcire debes, 7. quæſt. 1.* tamen frequenter quoque vſurpatur pro eodem Clero, & populo ſine Epiſcopo, vt *d. cap. quia, cap. Vinionen. cap. ne pro defectu*, ac paſſim *in tit. de elect.* Decimoquintò ſumitur Eccleſiæ nomen † pro ſolo Clero, ſeu Capitulo Eccleſiæ Cathedralis ſimul cum Epiſcopo, vt *in cap. dudum, il 1. & cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & cap. cùm clerici, de verb. ſignif.* vel etiam ſine eo, vt *in cap. in cauſis, cap. cùm dilectus, & cap. Cumana, de elect.* cum ſimil. Decimoſextò accipitur † pro clero cuiuſlibet Eccleſiæ infetioris, ſiue ſæcularis, vt *in cap. querelam, & cap. cùm in iure peritus, de elect. cap. cùm inter, cap. ex traſmiſſa, & cap veniens, de renunt.* ſiue regularis, atque adeò etiam Monaſterij, vt *in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. cap. cùm cauſam, de elect. cap. ea, quæ, §. pen. de ſtat. monach. cap. conſtitutus, de relig. domib. cap. ex parte Abbatiſſæ, de priuil. & cap. per exemptionem, eod. tit. in 6.* immo etiam pro hoſpitalibus, locisque piis; & eorum rectoribus, ſeu adminiſtratoribus, vt ſatis colligitur ex *cap. cùm ſit generale, de for. compet. & rubr. ac toto pene tit.* iuncta *auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. Eccleſ.* cum ſuis concord. Decimoſeptimò ſumitur nomen Eccleſiæ † pro quauis familia Chriſti fidelium in alicuius domo exiſtente, vt adnotauit inter cæteros Vgol. & Catechiſ. Rom. *locis citat.* ex Apoſtolo *Roman. 16.* ibi; *& domeſticam Eccleſiam eorum*; quibus ſimilia verba habet 1. *Corinth. 16. & in Epiſt. ad Philemon. cap. vnic. circa initium.* Decimooctauò, matrimonium † fieri dicitur in facie Eccleſiæ, quod ſit coram ſacerdote, & duobus, vel tribus teſtibus, præmiſſis denuntiationibus, vel iiſdem ſubſequentibus matrimonij celebrationem, niſi ab Ordinario remittantur; vt colligitur ex Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. matrim. ante medium*, Nauar. *in man. confeſſor. cap. 22. num. 70.* & Thom. Sanchez *tract. de matrim. lib. 3. diſput. 1. quæſt. 1. & lib. 10. diſp. 13. num. 37.* immo etiam ante Conc. Trid. matrimonium, quod fiebat inter contrahentes, præmiſſis tamen denuntiationibus, fieri dicebatur, in conſpectu Eccleſiæ, vt patet ex *cap. 2. in fi. & cap. cùm inhibitio, §. 1. in fi. de clandeſt. deſponſ. & cap. perlatum, qui fil. ſint legit.* vel in facie Eccleſiæ, vt *in cap. ex litteris, de matrim. contract. cont. interd. Eccleſ. & cap. ex tenore, qui fil. ſint legit.* Decimononò, ſumitur nomen Eccleſiæ † pro beneficio Eccleſiaſtico, vt *in cap. quia nonnulli, cap. relatum, & cap. conquerente, de cler. non reſid. cap. referente, cap. de multa, & cap. fin. de prab. rubr. & toto ferè tit. de conceſſ. prab. & Eccleſ. non vacan.* ac tum iuribus, tum Doctorum auctoritatibus comprobat Gonzal. *ad reg. 8. Cane. gloſ. 4. num. 178.* denique, vt cætera iura omittam, ſic accipitur *in cap. pen. ne prel. vic. ſuas*, quem text. ſic videtur intellexiſſe gloſ. *in cap. fin. verbo, prafatam Eccleſiam, eod. tit.* Ad hanc huius nominis ſignificationem reuocari poteſt tum illa acceptio, qua Eccleſia ſumitur pro regimine, & adminiſtratione alicuius loci ſacri, eiúſque redituum, quamuis locus iſte cum ſuis reditibus adhuc in beneficium erectus non ſit. quomodo, ni fallor, accipitur *in cap. indecorum, in princip. de at. & qualit. & ord. præfic. cap. in Lateranenſi, de prab. cap. poſſeſſiones, de reb. Eccleſ. non alienand. cap. cura, & cap. nullus, de iurepatr. cap. prohibemus, cap. Eccleſius, & cap. cum inſtantia, de cenſib.* poteſtque etiam non incongruè in hac ſignificatione accipi nomen Eccleſiæ *in d. cap. pen.* iuncta *rubr. ne prel. vic. ſuas, vel Eccleſ. ſub ann. cenſ. conced. cap. cum.*

cum, & plantare, in princ. & in cap. paſtoralis, de priuileg. omnino verò in ea debet ſignificatione accipi Eccleſia *in Clement. ſi vna*, ſeu 2. *de reb. Eccleſ. non alien.* tum illa, qua Eccleſia accipitur pro fructibus, aut bonis ipſius beneficij, aut Eccleſiæ in mox memorata ſignificatione acceptæ; prout gloſ. *d. cap. fin. ne prel. vic. ſu.* ab aliis approbata expoſuit illum text. alioqui expoſuerunt *cap. conſultationib. & cap. paſtoralis, de donat.* necnon omnino intelligendus videtur text. *in cap. paſtoralis, de his, quæ fi. a prælat. ſin. conſ. capit.* Vigeſimò, & vltimò ſumitur Eccle-
22. ſiæ nomen † pro murorum ambitu, ſeu ipſa loci cultui diuino dedicati fabrica, & ædificio; prout accipitur paſſim, *de conſecr. diſt.* 1. necnon *in rubr. & toto pene tit. de conſecrat. Eccleſ. vel altar. & de Eccleſ. ædific. vel repar.* iuxta quam etiam ſignificationem legitur Iudith 6. *per totam noctem intra Eccleſiam orauerunt*; & Thren. 1. *vidit gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum, de quibus præceperas, ne intrarent in Eccleſiam tuam.*

Potrò ex hiſce variis huius nominis Eccleſiæ ſignificationibus, qua potuimus breuitate, non inu-
23. tiliter explicatis, † in duabus poſtremis nos huiuſmodi nomen accipiemus in præſenti cap. nimirum aliquando pro ipſo murorum ambitu circumſcribente locum illum in quo diuina celebrantur; aliquando etiam pro Eccleſiaſtico beneficio, aut regimine, & adminiſtratione ſacri loci, eiúſve redituum nondum etiam in beneficium huiuſmodi erectorum; aut etiam pro ipſis reditibus illius ſacri loci, vel beneficij Eccleſiaſtici.

Ex variis autem nominis beneficij ſignificationibus, quas hìc referre prætermittimus, quoniam, vt ſuperiùs dictum eſt, de iis ſatis egimus *cap. præced. quæſt.* 1. *poſt medium*, in hoc cap. eam ſignificationem vſurpabimus, qua beneficium ſumitur pro Eccleſiaſtico beneficio, cuius varias definitiones afferunt Doctor. cit. nouiſſimè à Nic. Garz. in ſuo eruditiſſimo, & ampliſſimo tract. *de benefic. part.* 1. *num.* 1. cui magis placet definitio, quam *num.* 2. affert ex Coraſ. *de benef.* 1. *part. cap.* 2. *num.* 1. Pech. *ad reg. beneficium, num.* 2. & Card. Tolet. *in ſum. lib.* 5. *cap.* 76. vbi eam declarat, nempe, quòd ſit ius percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis clerico propter diuinum officium competens. Rectè autè idem Garz. *num.* 4. aduertit cum Nauar. quod loco verbi, *clerico*, melius eſſet ponere, *perſonæ Eccleſiaſticæ*, & verbis illis, *propter diuinum officium*, addere, *vel obſequiũ*, vt hæc definitio comprehendat etiam præceptorias, & commendas ordinum militarium, quæ ſunt beneficia, vt idem probat *d.* 1. *part. cap.* 4. præſertim *num.* 1. *& duob. ſeqq.* quod verum eſt de ordine militari
24. equitum S. Ioannis Hieroſolymitani, qui † ſunt verè religioſi, atque adeò perſonæ Eccleſiaſticæ, vt plerique tenent, quos ipſe refert, ac ſequitur *num.* 4. & nos quoque probauimus *in tract. de option. canon. cap.* 2. *quæſt.* 2. *concluſ.* 5. *& tract. de Conſeruator. iudicib. cap.* 2. *quæſt.* 9. *concluſ.* 2. *circa medium, ſub num.* 388. cum aliquot ſeqq. non autem de aliis ordinibus militaribus, qui vouent caſtitatem non abſolutè, ſed ſolùm coniugalem, vt *ibid.* multis relatis docuimus, ac plerique tradunt, quos idem Garz. recenſet, nonnullas etiam Rot. Rom. deciſ. allegans, *d. cap.* 4. *num.* 16. *cum trib. ſeqq.* qui tamen *num.* 13. *&* 21. quicquid ſit, an hi milites ſint verè religioſi, poſt alios putat eſſe verè perſonas Eccleſiaſticas; & *num.* 6. 7. *&* 9. *cum tribus ſeqq.* tueri conatur, eorum commendas eſſe beneficia Eccleſiaſtica: immo *num.* 15. non paucos refert tenentes, illos eſſe verè religioſos; quibus etiam adde allegatos per nos vtroque loco ſuperiùs cit. Nunc verò, cùm iam ſatis dixerimus de priori huius quæſt. inſpectione ad alteram tranſeamus.

Quoad poſteriorem igitur præſentis quæſtionis inſpectionem, quæ ad quid rei, ſeu definitionem mutationis ſtatus Eccleſiæ, ac beneficij pertinet; huiuſmodi mutatio † ſic definiri poſſe videtur, quòd 25.
ſit actus, quo qualitas, onúſve Eccleſiæ, ac beneficij ab habẽte auctoritatem ex iuſta cauſa in perpetuum mutatur. Vel breuiùs, licet ſubobſcuriùs, ſic: Actus legitimus, quo qualitas, onúſve Eccleſiæ, ac beneficij in perpetuum mutatur. Vel denique ſic: Actus, quo Eccleſia, vel beneficium ab vno ſtatu in alium transfertur. In hiſce tribus definitionibus, cùm non quid ſimplex, ſed complexum & compoſitum, ſeu plura ſimplicia continens definiatur, eſt dare genus remotum, & proximum; immo idem ſimul & proximum, & remotum; proximum quidem reſpectu prioris, remotum verò reſpectu poſterioris partis eius rei quæ definitur. atque idipſum euenit in propria differentia, eadem enim reſpectu vnius partis erit proxima, & vltima, reſpectu verò alterius non item; ſeu quod reſpectu vnius eſt genus, reſpectu alterius erit eius differentia: cùm tamen alioqui vbi quid ſimplex, & incomplexum, vt homo, definitur, vnum genus, illúdque proximum, & vna eadémque proxima, & vltima differentia in eius definitione poni debeat; ad not. per Bart. & alios *in l.* 1. *ff. de teſtam.* Dec. Cagnol. & cæteros *in l. omnis definitio, ff. de reg. iur.* cum aliis per nos adductis ſup. *cap.* 9. *quæſt.* 1. *circa medium, verſ. propria verò, & ſubſtantialis*; vbi etiam alios ſecuti oſtendimus, definitionem conuerti debere cum definito, præcipuè ex *l.* 1. *§. dolum, ff. de dol.* quam ad id omnes allegant.

Primò igitur in qualibet harum definitionum dicitur, *actus*, non autem potentia, vel habitus; quia mutatio quælibet ſonat in actum, non autem in habitum, vel potentiam, vt de ſe patet: & ponitur pro genere, proximo quidem mutationis, remoto autem talis mutationis, nimirum ſtatus Eccleſiæ vel beneficij: nam pro genere proximo huius determinatæ, ac ſpecificæ mutationis in prima, & ſecunda definitione ponuntur illa verba; *quo qualitas, onúſve Eccleſia, ac beneficij mutatur*; in tertia verò ponuntur illa; *quo Eccleſia, vel beneficium ab vno ſtatu transfertur*: quæ vtraque verba ſimul ſunt differentia proxima, & vltima genericæ mutationis Eccleſiæ, vel beneficij: quamquam illa priora verba, *quo qualitas, onúſve Eccleſia, vel beneficij mutatur*, minùs genericam mutationem circa Eccleſiam, & beneficium deſignant, nimirum circa illius qualitates, & onera: ac ſimul etiam eadem vtraque verba ſignificant cauſam materialem prædictæ mutationis ſtatus Eccleſiarum, & beneficiorum, quam definimus, ſeu materiam, circa quam ea mutatio verſatur. per qualitatem autem intelligimus ſiue eſſentialem, & intrinſecam, ſiue omnino accidentalem, & extrinſecam, iuxta ea, quæ de nomine qualitatis latè diximus *cap. præced. quæſt.* 1. *circa medium.* Exemplum
26. autem † qualitatis eſſentialis, & intrinſecæ eſſe poteſt, quòd beneficium, ſeu Eccleſia ſit Parochialis, ſeu Collegiata, vel ſimplex, vtputa Capella, vel quid ſimile; quódve Eccleſia erecta ſit in beneficium, vel non ſit erecta: exemplum qualitatis accidentalis, ſeu extrinſecæ poteſt eſſe, quòd Eccleſia, vel beneficium regatur ab vna confraternitate, vel alia, modò vtraque laicalis ſit: quódque beneficium ſit iuriſpatronatus vnius, vel alterius familiæ; quod ſit ſacerdotale, vel magiſtrale, aut non; aliúdve huiuſmodi. Addidimus autem in prima, & ſecunda definitione, *onúſve*; quoniam, licèt † ali- 27.
quo modo, & largè onus contineri poſſet ſub nomine qualitatis: tamen qualitas propriè eſt quid

rei

rei adhærens, onus verò quid omnino extrinſecum; vtputa, ſi Eccleſiæ, vel beneficio incumbat obligatio celebrandi tot Miſſas, erogandíve aliquid in eleemoſynam pauperibus, vel ſoluendi quid annuatim, aut etiam ſemel tantùm altari Eccleſiæ, vel loco pio; aut quid ſimile. De hac porrò tota materiali cauſa non pauca dicemus infra *quæſt. ſeq. circa medium*; plura verò *quæſt.* 4. per tot. Prædicto autem verbo, *actus*, adiecimus in ſecunda definitione, *legitimus*; vt ſignificaremus ſimul tum cauſam efficientem à iure approbatam, quam in prima definitione expreſſimus illis verbis, *ab habente auctoritatem*; ſiue ea ſit perſona publica, ſiue priuata; de qua cauſa efficiente remota quidem, quæ eſſe poteſt lex naturalis, diuina, vel humana, agemus *quæſt.* 3. de proxima verò, quæ eſt homo, *quæſt.* 5. tum finalem; quam cauſam in eadem prima definitione demonſtrauimus illis verbis, *ex iuſta cauſa*, & fuſiùs explicabimus *quæſt.* 3. *concl.* 4. *& quæſt.* 6. *concluſ.* 1. *&* 2. in reliquis verò concluſionibus, ac tota ferè *quæſt.* 7. latiùs agemus de cauſa formali, quatenus ea ſumitur pro forma, & ſolemnitate ſeruanda in huiuſmodi mutatione ſiue ex parte impetrantis, ſiue ex parte eam concedentis. cuiuſmodi quoque cauſam formalem expreſſimus tam per prædicta primæ definitionis verba, *ab auctoritatem habente*, & illa, *ex iuſta cauſa*, quàm per d. ſecundæ definitionis verbum, *legitimus*: nam legi-
28. timum illud eſt, † quod ab aliqua lege confirmatur, quódque ab habente auctoritatem, atque aliàs ritè, ac rectè fit; vt ſatis colligitur ex *l. legitima*, *ff. de pact.* ac toto penè tit. *ff. de legit. tutor.* atque alibi, cum *ibi* notat. præcipuè verò *in l. actus legitimi*, *ff. de reg. iur. & cap. actus legitimi*; vbi habetur, quòd actus legitimi non recipiunt conditionem, neque diem; de cuius regulæ intellectu, qui ſanè valde difficilis eſt, præter gloſ. & ſcribentes vtrobique, necnon *in cap. ſuper eo, de condit. appoſit.* videndi ſunt Alciat. *lib.* 3. *pareng. cap.* 4. *& ſeqq.* Conar. *Epit.* 4. *Decretal.* 2. *part. in princip. num.* 4. & Sanchez *de matrimon. lib.* 5. *diſput.* 1. *numer. item* 5. hæc autem omnia verba omiſſa ſunt in tertia definitione; tum quòd in definitione neceſſariò ponendæ non ſint cauſæ extrinſecæ, ſed ſolùm eſſentiales, & intrinſecæ, quæ nimirum ingrediuntur eſſentiam rei, hoc eſt, materia, & forma ſubſtantialis, ſeu eſſentialis, & intrinſeca; vt conſtat ex iis, quæ de definitione tradunt tam Rhetores, ac Dialectici, quàm Iuriſperiti ſuprà hac in re cit. *& cap.* 9. *quæſt.* 1. *circa medium*, præcipuè Sebaſt. Medic. *in tract. de definitionib. part.* 1. maximè *quæſt.* 1. *num.* 1. *&* 7. *quæſt.* 3. *num.* 8. 9. *&* 11. atque item *quæſt.* 4. *num.* 9. 10. *&* 11. iuncto eo, quod nos ſuprà *cap.* 8. *quæſt.* 5. *concluſ.* 4. *limit.* 2. ex Tiraquell. *tract. cauſ. ceſſan. ceſſ. effect. limit.* 27. *num.* 3. *cum ſeq.* diximus, cauſas fiendi eſſe efficientem, & finalem, cauſas autem eſſendi, ſeu eſſentiales fore materialem, & formalem; formalem, inquam, quæ rei eſſentiam ingreditur, & eſt pars rei tamquam forma, de qua non modò Philoſophi, ſed & Iuriſcon-
29. ſulti dicunt, † quòd det eſſe rei, prout ex Ariſt. 7. *&* 8. *Metaph. ac l. ſtipulatio*, §. *opus*, *ff. de non. oper. nunt. l. Iulianus*, §. *ſed & ſi*, *ff. ad exhib.* & aliis multis tradit inter ceteros Mandoſ. *ad reg.* 27. *Canc. quæſt.* 8. *num.* 5. *cum ſeq.* tum quòd actus nullus, ſeu non legitimus pro non actu habetur, *l.* 4. §. *condemnatum*, *ff. de re iud. cap. illud. de re iudic.* cum *ibi* not. & multis ad id allegat. à Mandoſ. *ad reg.* 31. *Canc. quæſt.* 12. *num.* 5. & Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 57. *à num.* 10. *vſque ad* 23. immo hæc qualiſqualis mutatio ſtatus Eccleſiæ vocatur ſubuerſio huius ſtatus *in cap.* 1. *de ſuppl. neglig. prælat.* hanc verò cauſam formalè propriè ſumptam, de qua fuſiùs *quæſt.* 7. ferè per tot. *& quæſt.* 8. vbi de ceſſatione cauſæ agemus, in prædicta noſtra tertia definitione ſatis poſuimus per ea verba, *ab vno ſtatu in alium transfertur*, in prima verò, per illa, *in perpetuum mutatur*: quibus ſimul diſtinguitur tamquam per propriam, & proximam differentiam hæc mutatio ſtatus Eccleſiæ, ac beneficij à mutatione ipſius temporali, quæ fit per derogationem qualitatum eiuſdem pro ea vice, vel ad certum tempus, necnon à ſuppreſſione, ſeu extinctione Eccleſiæ, ac beneficij, per quam in totum tollitur, ac mutatur, tranſeundo de eſſe ad non eſſe, non autem dumtaxat eius qualitas, vel onus adhærens mutatur: ſtatus enim rei tamquam eius qualitas rem ipſam eſſe ſupponit, cùm non entis nullæ ſint qualitates, *l. eius, qui in prouincia, ad fin. ff. ſi cert. petat.* cum aliis adductis per Ant. Gom. *var. reſol. tom.* 1. *cap.* 1. *num.* 9. & qualitas ſine ſubiecto eſſe non poſſit, *l.* 2. *ff. de vſufr. & l. decem*, *ff. de verb. oblig.* cum ſimil. & ſtatus importat eiuſdem qualitatis permanentiam, ac diuturnam durationem, vt ſup. hac ipſa quæſt. in explicatione nominis ſtatus ſatis oſtendimus. Perpetuum autem cùm † multis modis dicatur, vt mox 30.
videbimus, iuxta eorum aliquos hic ſumitur. Et quidem primò accipitur pro æterno, quódque nullum finem eſt habiturum, prout accipitur Sap. cap. 3. *Regnabit Dominus illorum in perpetuum*; & cap. 5. *Iuſti autem in perpetuum viuent*; &, vt cetera teſtimonia prætermittam, *Daniel* 12. vbi ea verba habentur; *qui ad iuſtitiam erudiunt multos quaſi ſtellæ fulgebunt in perpetuas æternitates*; quibus vſus quoque fuit Rom. Pontifex *cap. fin. de magiſtr.* Secundò, pro eo, quod duraturum eſt ad certum tempus valde diuturnum, vltra hominis vitam, citra tamen finem mundi. ſic de lege Moyſi, ſeu veteri ſæpe dicitur in veteri Teſtamento, quòd duratura eſſet in perpetuum, ſeu quòd lex illa futura eſſet perpetua; vt *Exod.* 12. 27. 29. *Leuit.* 7. *&* 24. *Num.* 18. 19. *&* 29. atque alibi frequentiſſimè. Tertiò, pro eo, quod eſt ad vitam alicuius duraturum, vt Exod. 19. *credat tibi in perpetuum*: ſic *cap. fin. de reſcript. in* 6. dicuntur indulgentiæ perpetuæ non reſidendi; *& in cap. gratioſè, eod. tit. & lib.* gratia Epiſcopo facta de retinendo prima beneficia dicitur perpetua, *cap.* 1. *de Capell. monach. eod. lib.* presbyteri à monachis in ſuis Eccleſiis præſentati Epiſcopis & ab iis inſtituti dicuntur perpetui. *& in l.* 1. *ff. præſc.* ibi; ſocietas coiri poteſt, vel in perpetuum, id eſt, dum viuunt. Quartò, pro omni eo, quod tranſit ad heredes: vt *in cap. fundamenta*, §. *proinde, de elect. in* 6. ſecundùm vnum intellectum gloſ. *ibi, verbo, in perpetuum*: ſic etiam *in cap. nulli liceat, de reb. Eccleſ. non alien.* prohibetur emphyteuticus contractus perpetuus; ſic Doct. ſæpe appellant Maioratum, vel fideicommiſſum perpetuum, quod trãſit ad heredes, vel deſcendentes; vt quoad maioratum videre eſt inter ceteros apud Molin. *tract. de primogen. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 4. *&* 5. paſſim: de fideicommiſſo apud eundem *d. cap.* 5. *num.* 16. *ac* 19. Quintò, perpetuum dicitur, quod durat decennio, vt voluit gloſ. *in l. nam Imperator*, ſic exponens illum text. *verbo, perpetuò*, *ff. de legib.* quam præter nonnullos Doct. *ibi* ſequi videtur Fulgoſ. *conſ.* 116. *col. pen.* Sextò, dicitur perpetuum iuxta ſubiectam materiam, ita, vt nõ excludatur præſcriptio triginta annorum, aut alia cuique rei conueniens, vt ſuaderi poteſt ex adductis à Tiraq. *tract. de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 18. *num.* 34. & latiſſimè *de retract. conuention.* §. 1. *gloſ.* 2. *à num.* 6. *vſque ad* 11. maximè verò ipſo *num.* 6. *&* 11. *ad fin.* Immo etiam dicitur perpetuum id, quod præciſè durat triginta.

ginta, vel quadraginta annos, vt *Inſtit. de perpet.& temporal. action.* necnon *l. 3. & 4. C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum.* Septimò, perpetuum accipitur pro perenni, & continuo, vt *l. 1. §. 1. in fi. ff. de fonte, l. foramen, ff. de ſeruit. vrb. prædior.* & Ouid.

Flumine perpetuò torrens ſolet altius ire.

Octauò, ſumitur pro eo, quod generale eſt, & ad omnes pertinet, vt *in l. qui excipit, ff. de condict. indeb. cap. Maſſana, de elect. d. cap. vt circa, & cap. perpetuò, eod. tit. in 6.* ſecundùm vnum intellectum gloſ. vtrobique, *& Clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien. verbo, perpetuò.* Text. etiam eſt *in rubr. Cod.* quem ita exponit gloſ. *ibid.* à ceteris communiter approbata, *verbo, perpetui.* Nouò, perpetuum dicitur quod non habet certum, & determinatum tempus, vt *in l. ſufficit, ff. de condict. indeb. l. Iuriſperitos, in princ. ff. de excuſ. tutor.* cum aliis ad id allegat. à Flamin. Pariſ. *in tract. de reſign. benefic. lib. 11. quæſt. 5. num. 42.* Tiraq. *d. tract. de retract. conuent. §. 2. gloſ. vnic. num. 39.* & Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 109. num. 9.* qui duo inde tradunt, ſufficere incertum eſſe, ſitne futurum dominium temporale, an perpetuum, vt perpetuum in dubio cenſeri debeat. ſed & ad idem, quòd nimirum perpetuum illud ſit, quod eſt ſine præfinitione temporis, eſt opt. text. *in l. ex facto*, & *ibi* not. Bald. & Ang. *ff. de hered. inſtit.* necnon *in l. purè, §. fin. ff. de dol. except. & in l. falsò*, iuncta gloſ. *C. de diuerſ. reſcript.* Decimò, perpetuum dicitur, quod, vel duraturum eſt, vel certè aptum eſt durare vſque ad conſummationem ſæculi, ſeu finem mundi, diémque iudicij. prout ſumitur *in cap. vt circa, in princ. & cap. perpetuò, de elect. in 6.* necnon *cap. tua nuper, de his, quæ ſi. à Prælat. ſin conſ. Capit. Clem. 1. de rebus Eccleſ. non alien.* atque alibi ſæpe. Sic legatum annuũ Eccleſiæ perpetuò relictum, ſeu in perpetuum, † ex ſe durare debet vſque ad ſæculi finem; non autem, vt malè ſentit Bart. *in l. ſi vſumfructus, la 2. ff. de vſufr. legat. & l. annua, §. fin. ff. de ann. legat.* ſolùm vſque ad centum annos; quod idem voluit etiam Alex. *in l. 2. in princ. ff. ſol. matrim.* vbi dicit, ita ſe conſuluiſſe, & obtinuiſſe, eſt autem eius *conſ. 60. vol. 1.* necnon Dec. *conſ. 378. viſo motiuo, ad fin.* eámque ſententiam communem dicit Rip. *d. l. 2. in princ.* Vin. *in ſuis commun. opin. verbo, legatum annuum*, & Couarr. *lib. 3. variar. reſol. cap. 9. num. 10.* ſed quod nos dicimus, plerique tenent, quos referunt, ac ſequuntur Ias. *l. in annalibus, col. 2. C. de legat. l. videamus*, §. *deferre autem, col. 2. ff. de in lit. iur. & d. l. 2. in princ. not. 1. ff. ſol. matrim.* & *ibi* Rip. *num. 3.* Bart. Socin. *l. 3. §. item, ſi reip. num. 6. ff. ad leg. falcid.* Couar. *d. num. 10.* Hipp. Rimin. *conſ. 219. ex num. 9.* Barbat. *conſil. 20. vol. 4.* Pancirol. *conſ. 135. ex num. 5.* Simon de Præt. *de interpret. vlt. vol. lib. 4. interpret. vlt. dubit. & inſpect. vlt. num. 12.* Viuius *vbi ſup.* ſeu *lib. 1. commun. opin. 197.* & Eman. Suarez *in Theſaur. recept. ſent. verbo, annuum legatum*, vbi hanc dicit magis communem; quam etiam ſequitur Tiraq. *in tract. de priuil. pia cau. priuil. 90. num. 1. princ.* licet *ibid.* cum Bart. & Alex. admittere videatur legatum annuum factum in perpetuum alteri, quam Eccleſiæ, reſtringi ad centum annos; & *num. 2.* cum Ias. *locis cit.* vſumfructum annuum legatum in perpetuum etiam Eccleſiæ centum annis concludi. cuius tamen contrarium ſatis defendit Barbat. *d. conſ. 20. num. 6. vſque ad 9.* Horum autem modorum maiorem confirmationem, atque etiam alios modos minùs principales, quibus aliquid perpetuum dicitur, vel fieri in perpetuum; petere licet inter ceteros ex Alberic. *in Dictionario vtriuſque iuris.* & Barn. Briſſon. *de verb. qua ad ius pertin. ſignificat.* & Schard. *in Lexic. iuridic.* Ex his verò omnibus modis, iuxta duos poſtremos potiſſimùm eſt accipiendum perpetui nomen in prima, & ſecunda definitione mutationis ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum ſuperiùs allatis: quæ quidem ſimul cum tertia ſatis, ni falior, ex prædictis explicatæ manent, atque etiam confirmatæ; quare, cùm memoratæ mutationis tam quid nominis, quàm quid rei, quæ duo initio huius quæſt. in ea propoſuimus pertractanda, ſufficienter expoſuerimus; eidem quæſtioni finem imponentes ad ſequentem tranſeamus.

31.

SVMMÆ RERVM.

32. *Mutatio ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum quotuplex ſit ex parte cauſæ efficientis remota, ac proxima.*
33. *Mutatio ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum quotuplex ſit ex parte cauſæ materialis.*
34. *Eccleſia Collegiata quenam ſit; & quæ non Collegiata; & aliquot num. ſeqq.*
35. *Collegium ex quot perſonis conſtare debeat; & an in vna ſaluari poſſit.*
36. *Eccleſia Cathedralis, necnon conuentualis Regularium eſt Collegiata.*
37. *Eccleſia Cathedralis poteſt etiam eſſe regularis.*
38. *Eccleſia Collegiata quibus aliis nominibus appelletur; & quid ſignificet nomen Capituli.*
39. *Eccleſia Conuentualis regularium quibus nominibus vocetur.*
40. *Eccleſia Collegiata materia, remiſſiuè.*
41. *Mutatio ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum ex parte cauſæ formalis quotuplex ſit. & quotuplex ex parte cauſæ finalis; num. 42.*
43. *Status Eccleſiæ quando mutari dicatur, & n. ſeq.*
44. *Intellectus cap. quoniam, de vit. & honeſt. cleric. & Extrauag. 1. de regular. int. commun. n. 45.*
46. *Eccleſia regularis quomodo erigatur in ſecularem, ſecularis in regularem, & non Collegiata in Collegiatam. & quomodo Cathedralis, ſeu Epiſcopalis in Metropolitanam; num. 47. aut parochialis in baptiſmalem; num. 48.*
49. *Formula conceſſionis Eccleſiæ, ſeu dignitatis curatæ ſecularis Regularibus, vt ipſorum commoditati, & fidelis populi ſaluti conſulatur, ac diuinus cultus augeatur.*
50. *Voluntas fundatoris contraria erectioni in regularem, ſecularem, Collegiatã, Cathedralem, aut Metropolitanam, alteriue ſtatus Eccleſiæ mutationi, in huius impetratione exprimenda erit.*

QVÆRO igitur SECVNDO, quotuplex ſit mutatio ſtatus Eccleſiarũ, & beneficiorum.

In explicãdis generibus, ac ſpeciebus huius mutationis, ſeu eiuſdem diuiſionibus afferendis, quæ materia eſt præſentis quæſt. maioris perſpicuitatis gratia illud obſeruabimus, quod ſup. *cap. 2. huius tract. quæſt. 2. ad fin.* quoad vltimæ voluntatis commutationem, necnon *cap. 9. quæſt. item 2.* quoad fideicommiſſorum derogationem, & *cap. præced.* pariter *quæſt. 2.* quoad derogationem qualitatum in beneficij fundatore appoſitarum hac in re obſeruauimus; vt nimirum has diuiſiones, ac ſpecies, ſeu genera ſumamus ex quatuor cauſarum generibus, efficientis, materialis, formalis, ac finalis; inter quas cauſas hunc ipſum ordinem quoad dictæ mutationis diuiſiones afferendas nunc retinebimus, quo vſi ſumus *d. cap. præced. & 9.* in adducendis prædictarum derogationum diuiſionibus: illud tamen animaduertẽtes, quod etiam vtrobique admonuimus,

non

non ideo nos hîc decidere, omnes ſpecies dictæ mutationis, quas recenſebimus, admittendas fore; id enim ſuis locis quæſt. præced. relatis, & paulo pòſt citan. examinabimus; ſed ſolùm velle eas ſpecies afferre, quas poſſet quis exiſtimare eſſe admittendas, ac de quibus dubitare contingit.

Ex parte ergo cauſæ efficientis memoratæ mutationis ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum, de qua
32. nunc agimus, duplex † illius diuiſio afferri poteſt: altera ex cauſa efficienti remota, cuiuſmodi eſſet ius ſiue diuinum naturale, ſiue diuinum poſitiuum, ſiue humanum poſitiuum, quod vel permittat, vel præcipiat, vt mutatio huiuſmodi ſtatus Eccleſiæ, vel beficij fiat; non autem eo ipſo illam inducens: altera ex cauſa efficienti proxima; cuiuſmodi conſiderari poteſt, quòd ſit vel perſona priuata, vel publica. Atque adeò ex parte cauſæ efficientis remotæ ſit prima diuiſio huiuſmodi mutationis, vt alia mutatio excogitari poſſit introducta à iure diuino, alia à iure humano; & prior alia à iure diuino naturali, alia à iure diuino poſitiuo: poſterior verò alia à iure ciuili, ſeu ſæculari, alia à iure canonico, ſeu Eccleſiaſtico: de quibus omnibus ſpeciebus latiùs agemus quæſt. ſeq. ferè per tot. quid autem ſit vnumquodque ex his iuribus, fuſiùs explicauimus ſup. *cap. 3. quæſt. 1.* paſſim, ac præſertim *circa initium, & quæſt. 2. ac 3.* pariter *in initio*. Ex parte verò cauſæ efficientis proximæ, quatenus quidem comprehendit perſonas priuatas, alia mutatio erit, quæ cõſiderari poteſt fieri à fundatore Eccleſiæ, vel beneficij; alia, quæ à fundatoris herede, vel ſucceſſore; alia, quæ ab executore quem idem fundator deputauit: alia tãdem, quæ à rectore beneficij, vel Eccleſiæ, aliáve certa perſona, ad cuius fauorem qualitas illa, vel onus à fundatore adiectum fuit, ſeu Eccleſia illa, vel beneficium in eo ſtatu poſita ſunt, de cuius mutatione agitur. quatenus verò cauſa efficiens continet perſonas publicas veras, aut fictas; alia mutatio erit, quæ à lege ipſa fit, ſeu legis auctoritate talem mutationem facientis, ſeu eo ipſo inducentis abſque hominis miniſterio: alia, quæ à vera perſona publica ſit: & hæc vel conſiderari poteſt, quòd ſit aut Princeps ſupremus; & is vel Eccleſiaſticus, hoc eſt, Papa, vel ſæcularis, vt Imperator, Rex, aliíve iura imperij in ſuis dominiis habentes: aut inferiores, vt Magiſtratus, Legatus Sedis Apoſtolicæ, Epiſcopi, & alij iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi habentes; de quibus omnibus, ac ſingulis perſonis in hac cauſa huiuſmodi mutationis efficiente proxima comprehenſis fuſiùs diſſeremus *quæſt. 5.* per tot. vbi etiam agemus de ea mutatione, quæ circa ſtatum Eccleſiæ, ac beneficij fit per cõſuetudinem, aut præſcriptionem, ſiue hoc ad priuatam, ſiue ad publicam auctoritatem pertineat, ac reuocetur.

Ex parte verò cauſæ materialis prædictæ mutationis, ſeu materiæ, circa quam ea mutatio verſa-
33. tur; † cùm alia ſit eius materia remota, nimirum ipſa Eccleſia, ac beneficium; alia proxima, nimirum qualitates, & onera ipſius Eccleſiæ, ac beneficij. Quoad priorem quidem materiam nullam aliã diuiſionẽ recipere poteſt ſæpiùs memorata mutatio, niſi eam, vt quædam ſit mutatio ſtatus Eccleſiarum, quædam mutatio ſtatus beneficiorum; & vtraque vel ſtatus maiorum Eccleſiarum, ac beneficiorum, vel minorum. quoad poſteriorem verò eiuſdem mutationis variæ diuiſiones ſumendæ ſunt ex multiplici diuiſione qualitatum, & onerum, ſeu ſtatus ipſarum Eccleſiarum, ac beneficiorum. Et ſanè quoad onera, cùm penè innumera ſint, infinitum propè eſſet illa enumerare; multa verò poſt alios recenſet Lambert. *tract. de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. art. 1.* ferè per tot. & alij Doct. per nos allegati *cap. præced. quæſt. 2. verſ. ex parte autem cauſæ materialis, in fi.* cuiuſmodi eſt onus celebrandi tot Miſſas, vel anniuerſaria, certæ eleemoſynæ pauperibus erogandæ, vel annui cẽſus patrono, aut alteri perſonæ, vel loco pio perſoluendi; ac ſimilia. Quoad qualitates verò, nonnullas ex illis, eáſque præcipuas retulimus *d. cap. præced. quæſt. 2.* non longè ab initio *verſ. ex parte autem cauſæ materialis, & quæſt. 4.* ferè per tot. primam ſæcularitatis, vel regularitatis: ſecundam, quòd beneficium, vel Eccleſia ſit cùm cura, vel ſine cura: tertiam, quòd ſit duplex, vt quia habeat dignitatem, perſonatum, aut officium annexũ; vel ſimplex, quia his careat: quartam, quòd alia ſint beneficia collegialia, ſeu Eccleſiæ collegiatæ, alia non: quintam, vt obtinenti illud beneficium, ſeu Eccleſiam incumbat onus perſonaliter reſidendi, ſeu per ſe deſeruiendi; vel non incumbat: ſextam, vt beneficia quædam certum ordinem præcipuè ſactum, habeant annexum, certámve ætatem requirant; quædam non habeant, nec requirant: ſeptimam, quòd aliqua beneficia ſint qualificata, vt Theologalia, Doctoralia, Pœnitentialia, & huiuſmodi; aliqua talia non ſint: octauam, vt alia beneficia ſint collatiua, alia electiua: nonam, ac poſtremam, vt quædam ſint manualia, ſeu amouibilia, quædam verò perpetua, hoc eſt, vſque ad vitam ea obtinentis: quarum quidem omnium qualitatum ſufficientem explicationẽ ex vtrobique adductis lector habebit, excepta illa de Eccleſia collegiata, ſeu beneficio collegiali, vel non collegiali; quare eam hoc loco quoad fieri breuitate, ac perſpicuitate poterit, explicabimus.

Collegiata igitur Eccleſia † illa eſt, vt rectè defi- 34.
niuit eruditiſſimus vir P. Gregor. Tholoſ. *in partit. iur. canon. lib. 1. tit. 27. cap. 2. num. 5.* in qua tres, vel plures clerici ita ordinantur cum auctoritat ſuperioris, vt corpus vnum faciant, vel collegium, cum ſigillo, & ſyndico: non collegiata verò, in qua vnus, tres, vel plures non ita ordinantur, aut quibus ea non conceduntur. Prioris definitionis primũ mem-
brum, hoc eſt, † de duobus, vel tribus, probat ex *l.* 35.
Neratius, ff. de verb. ſignif. & cap. 1. de elect. per quæ iura idem voluit gloſ. *in cap. nobis, §. ceterùm, verbo, in conuentuali, de iurepatr.* & ipſemet Tholoſ. *d. tit. 27. cap. 8. num. 4.* addens etiam text. *in cap. hoc quoque, de conſecr. diſt. 1.* & ſubdens tam ipſe, quàm gloſ. *d. verbo, in conuentuali, & d. cap. 1. verbo, duo, de elect.* quòd ceteris deficientibus, etiam in vno ſaluatur, ſeu remanet collegium; per text. *in l. ſicut, §. fin. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nom.* qua etiam de re videri poſſunt Doct. tum *in cit. iurib.* tum *in cap. cùm omnes, de conſtit. cap. licèt, de elect. & rubr. de his, quæ ſi. à mai. par. cap.* & alibi ſæpe. Secundum verò membrum prædictæ prioris definitionis, quod eſt de auctoritate ſuperioris, probat Tholoſ. *d. num. 5. ex l. 1. ff. de colleg. illicit.* ſed & colligi poteſt ex *cap. dilecta, de exceſſ. prælat.* ex quo etiam text. iuncta *l. 1. ff. quod cuiuſque vniu. nom.* probat tertium membrum de vno corpore, ſyndico, & ſigillo; ſed & de ſigillo colligitur ex *cap. ſignificauit, de appellat.* de ſyndico, ex *rubr.* iuncto *cap. vnic. de ſyndic. in Decretal.* Poſteriorem autem definitionem, quæ eſt Eccleſiæ non collegiatæ, comprobat Tholoſ. *d. num. 5. ex d. c. dilecta, de exceſſ. prælat. & cap. vt quiſque, de vit. & honeſt. cleric.* Ad idem verò eſt etiam text. *in cap. illud, 7. q. 1. & cap. propoſuit, de fil. presbyt.* Verùm hæc vtraque definitio ſatis eſt de mente Doct. quos referunt, ac ſequuntur Lambert. *d. tract. de iurepatr. lib. 2. part. 1. quæſt. 5. art. 1. num. 3. & 4.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 90. n. 10. cum trib. ſeqq.* & Maſcard. *tract. de probat. concl. 584.* præſertim *à num. 1. vſque ad 9.* Neque

que prædictæ priori definitioni obstat text. *in d.cap. 1.de elect.* vbi haberi videtur, quòd duo faciant collegium: nam id est intelligendum, vel de congregatione, non autem collegio, iuxta vnũ intellectum glos. *d.cap.1.verbo, duo*, ad quod est illud Euangelium Matth.18. *Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo*; & facit etiam *cap.relatum, il 2.de testam.* vel de tempore, quo prælatus mortuus est, iuxta alium intellectum, cui magis adhæret glos. *d.verbo, duo*; omnino verò plerique alij relati, & probati à Mascard. *d.num.9.* Ex iisdem autem Doct. ac præcipuè Lamb. *d.art.1.num.3.* Tholos. *d.num.5.* Menoch. *d.præsumpt. 90.num.23.* & Mascard. *d.concl.584. num.8.* qui alios
36. allegat, constat, † tam Cathedrales Ecclesias, quàm etiam conuentuales regularium dici, & esse collegiatas; idque de iure communi; vt quoad Cathedrales constat ex *cap.vn.de cler.non resid.in 6.* & quoad conuentuales regularium multi etiam tenent, quos secuti sumus *in tract.de Conseruat.iudicib.cap.5. quæst. 2.concl. 3.sub num.26.* sentitque apertè Gonz. *ad reg.8.Cancell.glos.8.num.4.& 5.* iuncto *num.22.* & facit *cap.ea noscitur, de his, quæ fi.à prælat.fin.conf. Capit.* vbi nomen collegij non semel tribuitur Ecclesię regularium; & Doct. eum text. generaliter intelligunt de Ecclesia collegiata. similiter optimè facit *cap.cum terra, de elect.& cap.nobis, de iurepatron.* vbi conuentualis Ecclesia sumitur communiter pro Ecclesia collegiata tam sæcularium clericorum, quàm regularium: necnon *Clem. 2.in princ.de æt. & qualit.* & Conc.Trid. *sess.22.cap.4.* in initio *ibi*, in Cathedra-
37. li, vel collegiata, sæculari, vel regulari Ecclesia. ex quib.duob. iurib. etiam colligitur, † immo Cathedralem Ecclesiam alicubi regulatem esse, id autem apertè constat, ex *cap.nullus, de elect.in 6.& Clem.1. eod.tit.* & vtrobique glos. ab aliis approbata hoc adnotauit: secluso autem iure communi, priuilegio Apostolico, vel institutione, vbi dubitatur, an aliqua Ecclesia sit collegiata, stabitur possessioni vtendi, sigillo, arca communi, habendi conuentum, eligendi, & similibus, quæ nonnisi collegiis, seu Ecclesiis collegiatis conueniunt; vt satis colligi potest ex *d. cap. dilecta, de excess.prælat.* ac tenet Menoch. *vbi sup.num. 24.* & pluribus relatis tradunt Lambert. *d.art.1.num. 3.cum seq.* & Mascard. *d.concl.584.num.1. vsque ad 4.* necnon 10.& 12. docens *num.5.* post alios, (vt etiam facit Lambert. *d. num.3.*) quòd etiam Ecclesia, quæ olim fuit collegiata actu, licèt hodie nõ habeat actu collegium, tamen dicitur collegiata; &, vt *ibidem* addit Lambert. ex Innoc. si fortè ad pinguiorem fortunam deuenerit, vtetur iure Collegij. Mascard. verò *d.num.5.* ex Felin. *in cap.accedentes, num.2. versic. ponit etiam, de præscript.* hoc limitat, nisi auctoritate superioris prædictum Collegium fuerit destructum. *num.* autem 10. *ad fin.* post Felin. *d.num.2.* Guid. Pap. *quæst.* seu *decis. 258.* & Card. *d. cap. dilecta, de excess. prælat.& Clem.vt ij, qui*, seu *2. de æt.& qualit. & ord. præfe.* tradit, Ecclesiã collegiatam dici, licèt omnia prædicta signa simul non concurrant. ac tãdem *num. 11.* post Barbat. *cons.17.num.1.& 4 lib.1.* Abb. & alios *d.cap. dilect.1*, docet, Ecclesiam aliquam non ex eo tantùm probari collegiatam, quòd simpliciter reperitur in catastro Episcopi descripta inter Ecclesias
38. collegiatas. Quatenus denique Tholos. *d. num. 5.* inter collegiatas Ecclesias sæculares, † præter collegiatas absolutè, & Cathedrales, ponit Capitula: & collegiatas regulares, inquit, vel conuentuales, vel cœnobia, vel Monasteria dici, vel regulares Ecclesias; potiùs nominis, quàm rei diuersitatem fortè voluit significare: nam alioqui Ecclesia collegiata, Conuentus, Capitulum, Collegium, & vniuersitas, (nimirum Ecclesiastica,) synonyma esse, ex Paul. Cittad. *tract. de iurepatr. part. 3. causa 2.* acquirendi iuspatronatus, *quæst.2.* & traditis per Doct. *in cap. Capitulum sancta crucis, de reser.& d.c.cum terra, de elect.* tradit Lambert. *d.art.1.n.3. circa initium*; & signanter dictionem, *Capitulum*, pro Collegio sumi *in cap. ad hoc, cap.inter alia, & cap.quod in dubiis, de sent. excom.& d.cap.Capitulum*, adnotauit, *ibi* glos. marginalis *ad verbum, Capitulum*: & hoc ipsum nomen Capituli commune esse tam Collegio canonicorũ sæcularium, quàm conuentui regularium, constat ex *cap.ne pro defectu, §.iuncto, §.fin.de elect.& cap.1.* iuncta maximè *rubr. de his, quæ fi.à maior. par. capit.* ac seorsim de huiusmodi conuẽtu regularium dici, patet ex *cap.2.§.vlt.de stat.monach.cap.2. & cap.ea noscitur*, iuncta *rubr.de his, quæ fiunt à prælat. sine consensu Capit.* sicut etiam pro cœtu regularium aliquo in loco tamquam vnum corpus degente, † promiscuè 39.
ponitur Conuẽtus, seu Ecclesia Conuentualis, Collegium, Monasterium, cœnobium, Ecclesia regularis; vt satis patet ex *cap.rationis ordo, 16.quæst.7. cap. ea, quæ*, seu *fin.§.præcipimus*, qui est pen. *de stat.monach. cap.2.cap.ea noscitur, & cap.tua nuper, de his, quæ fi.à prælat. fin.conf.Capit.cap.2.de stat.monach. cap.ex ore, de priuil. Clem.1. de reb.Eccles. non alien.d. Clem.2.de æt.& qualit.* ac Trid. Conc. *d.cap.4.* cum suis concord.

Quòd si quis plura † de Ecclesia collegiata ad 40.
maiorem prædictorum, siue confirmationẽ, siue explicationem fortè cupiat, ea petere potest tum ex allegatis Doctoribus, necnon scribentibus tam *in cit. iurib.* quàm etiam *in cap.postulasti, de iurepatr. d.cap. 2.de stat.monach. & cap.statutum, de elect.lib.6.* tum ex Cosm. *in pragm.sanct.tit.de electionib. §.sed per electiones, verbo, collegiatis*, Rebuff. *in Concord. Gall. rubr. de collationib.§.volumus, verbo, collegiatis, & in Prax. benef.1. part. tit. de erect.in Collegiat.* Villadieg. *tract.de legat.part.1.quæst.9.* ex *num.42.* Coras. *tract. de benef. 3.part.cap.3.num.4.* Cucch. *in Instit. maior. lib.4.tit.1. ex num.5.* Zacch. *de repub. Eccl.cap.28.* Fusch. *de visitat.lib.2. cap.1.* Rot. Rom. apud Achill. de Crass. *de cis.273.* apud Caputaq. *decis.142. & 295.part.1.* atque in collect. à Farinac. *decis.422.584.585.& 560.* ac denique in vna Zamoren. Canonicatus de Toro adducta per Garz. *tract.de benef.part.11.c.5. num.90.* Et hæc de diuisionibus, seu speciebus mutationis status Ecclesiarum, ac beneficiorum ex parte causæ materialis tam remotæ, hoc est, ipsius Ecclesiæ, ac beneficij, (de qua quoad nomen satis diximus *quæst. præced.* in priori eius inspectione; quoad rem sparsim in hoc cap. agemus, cùm occasio tulerit:) quàm proximæ, de qua potissimum differemus *q.4.* per tot.

Ex parte autem causæ formalis eiusdem mutationis, cùm duplex sit forma, alia substantialis, seu essentialis, & intrinseca, quæ dat esse rei, iuxta id, quod *præced.quæst.* in posteriori eius inspectione circa medium, docuimus; alia verò accidentalis, quomodo Philosophi eam ponunt in prædicamento accidẽtis, quod qualitatem vocant, inter eius species ponendo formam, & figuram: inde etiam sumere licet † vni- 41.
cam principalem prædictæ mutationis diuisionem; vt alia mutatio status Ecclesiarum, ac beneficiorum sit, qua Ecclesia, vel beneficium statum specie, & essentialiter distinctũ à priori perpetuò acquirat; alia, per quam eodem modo recipiat statum accidentaliter à priori diuersum; cuius vtriusque exempla attulimus in dicta posteriori inspectione non lõgè ab initio: aliud verò exemplum sumi potest ex *cap.quoniam, de vit.& honest.cler.* necnõ ex *cap. præter hoc, 32. dist. cap.necessaria. 12.q.1.& cap.in omnibus, de consecr. dist.5.* vbi status Clericorum sæculariũ, qui aliàs non tenentur in communi, & sub eodem tecto vesci, aut dormire, *cap.si qui verò, 32.dist.& c.ep.quia tua, 12.q.1.*

ab

ab Epiſcopo ita mutatur, vt facere vtrũque teneantur; adhuc enim illi Clerici manẽt ſæculares, vt etiã ſentiũt Abb. & alij *d. cap. quoniam*, & Petr. de Perus. *in tract. de mutat. ſtat. Eccleſiarum, in princ. ſub n.* 3. qui tamẽ eam ſtatus Eccleſiæ mutationem appellat. Aliud pariter exemplum ſit, cùm agitur de mutando ſtatu ſubiectionis Eccleſiæ alicui Prælato in ſtatum libertatis ab eo, ac ſubiectionem alteri; vt in caſu *c. cum olim, & cap. auditis, de præſcript. cap. ad hæc, de exceſſ. prælat.* vel de conuertendis reditibus alicuius Eccleſiæ ſubiectæ, quæ proprium habet rectorem, in ſuos vſus, iuxta *cap. ad aures, de exceſſib. prælat. & cap. paſtoralis, de priuileg.* cum ſimil. Præterea ad hanc formam, ſeu mutationem ſtatus accidentalem pertinet forma illa, & ſolemnitas, quæ plerumque adhiberi debet ſiue ab impetrante, ſiue à concedente mutationem ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij. vnde primum huius diuiſionis mẽbrum ſubdiuidi poteſt iuxta varias ſpecies ſtatus, ſeu qualitatis eſſentialis, & intrinſecæ, quæ per eam mutationem acquiritur: poſterius verò membrũ, tum iuxta varias ſpecies qualitatis extrinſecæ, quæ in dicta mutatione recipitur, tum ex eo, quòd ſolemnitates illæ in ea ipſa mutatione adhibentur, adhibendæve neceſſariò ſunt, vel non. Et de eſſentiali quidem mutatione ratione formæ eſſentialis; aut accidentali, ratione formæ accidentalis, quatenus vtraque inuoluit reſpectum ad materiam, potiſſimùm agemus *quæſt.* 4. vbi de materia differendum eſt; de eadem verò mutatione accidentali ratione formæ accidentalis, & extrinſecæ, prout hæc ſignificat, & importat ſolemnitatem, agendum nobis eſt *quæſt. 6. concl. 3. & ſequentib.* necnon *quæſt. 7.* ferè per tot.

Ex parte denique cauſæ finalis mutatio ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum † diuiſionem, & ſpecies admittere poteſt iuxta varietatem finis, ob quam ea mutatio fieri poteſt, vel cõſiderari, quòd fiat: nimirum, vt alia ſit, quæ fit ob neceſſitatem; alia, quæ ob vtilitatem: ad quas duas cauſas reduci pietatem, & commoditatem, ſatis docuimus ſup. *cap. 6. quæſt. 2. concl. 3.* cùm autem duplex neceſſitas, & vtilitas ſit, videlicet, vel publica, vel priuata, inde quoque duplex diuiſio prædictæ mutationis conſurgit: prior quidem, vt alia mutatio fiat ob neceſſitatem publicam; altera ob neceſſitatem priuatam: poſterior verò, vt quædam mutatio fiat propter publicam vtilitatem, quædam propter priuatam. De hiſce autem omnibus diuiſionibus, earúmve membris, ſeu hiſce memoratæ mutationis ſpeciebus ex parte finalis cauſæ deſumptis, non pauca dicturi ſumus *quæſt. ſeq. concl. 4.* plura verò *quæſt. 6. concl. 1. & 2.* atque aliquid etiam *quæſt. 8.* in iis concluſionibus, in quibus de ceſſatione huiuſmodi mutationis ceſſante eiuſdẽ cauſa finali nobis erit agendũ. Interim autem ex his præſenti quæſtioni finem imponamus, ſi duo tamẽ priùs admoneamus. Alterum, quod Petr. de Perus. in ſuo breui tract. *de mutat. tract. Eccleſiar. in princ. num. 1. vſque ad* 6. paulò aliter hanc mutationem diuidit, varios eius modos aſſignans. in quo partim bene facit, partim non ita bene. rectè enim *num. 1. & 2.* duas hac
42 in re tradit regulas principales. Prima eſt, † mutari ſtatum Eccleſiæ, vbi Eccleſiæ adiicitur noua qualitas, quæ priùs non erat; vt cùm Eccleſia ſine cura erigitur in curatam, patochialis in baptiſmalem, non collegiata in collegiatam, ſæcularis in regularem. Secunda regula eſt, mutari Eccleſiæ ſtatum, vbi qualitas inhærens Eccleſiæ ab ea tollitur: vt ſi Eccleſia curata reducatur ad Eccleſiam ſine cura; baptiſmalis ad non baptiſmalem, collegiata ad non collegiatam, Cathedralis ad Monaſterium, iuxta *cap. 1. ne ſed. vacan.* Minùs autem recte ſubiicit *d. num. 2. &* 3. alios modos dictæ mutationis tamquam à prædictis diſtinctos, ac iuridicos, & ad hanc ſtatus mutationem ſpectantes; cùm tamen *Primus*, quẽ refert, quando Eccleſia, vel Ordo, cui licet habere propriũ, in totum vnitur, vel ſubiicitur Eccleſiæ, vel Ordini, cui non licet habere proprium, *cap. recolentes, de ſtat. monach.* manifeſtè ad ſecundam regulam pertineat; qui nec bene probatur *in d. cap. recolentes*; vbi quoad hoc illud ſolùm habetur, domum aliquam religioſam, quæ ſeipſam tranſtulerit ad aliũ Ordinem, illius Ordinis inſtitutis ſe conformare debere; atque adeò *inibi* potiùs agitur de mutatione ſtatus perſonarum, quàm Eccleſiarum, aut etiã Ordinum religioſorum. *Secundus*, cùm arctior regula per inſtitutionem Eccleſiæ inſurgit, quam eſſet à principio per regulam datam Ordini, ſpectat apertè ad prædictam primam regulam, cùm Eccleſiæ adiicitur qualitas, quam priùs non habebat: nec probatur *in cap. ſanè, de regul.* ibi enim ſolùm habetur, Canonicum regularem poſſe effici monachũ, ſi religio, ad quam tranſit, eſt ſtrictior ſua, alias ſecus: vnde & hic modus pertinet ad mutationem ſtatus perſonæ, nõ Eccleſiæ, vel Ordinis. minùs probatur *in cap. vnic. de relig. domib. in 6.* nihil enim in toto illo cap. ea de re habetur, vt facilè conſtabit intuenti. *Tertius*, cùm profeſſo indicitur arctior ſtatus, quàm priùs eſſet, iuxta gloſ. *in cap. quod omnes, de reg. iur. in 6.* per ſe patet ad mutationem ſtatus perſonæ, & quidem vnius tantùm, pertinere. *Quartus*, quando in Eccleſia ſtatuitur certus numerus Canonicorum vt bona eorum veniant in communi, & in vna domo veſcantur, & ſub vno tecto dormiant, & quieſcant, ex *cap. quoniam, de vit. & honeſt. cleric.* ſiquidem tam modus, quàm text. intelligatur † de clericis ſæcularibus, 44
omnino ad memoratam primam regulam reuocatur: ſi verò de clericis, ſeu Canonicis regularibus, prout eũ text. exponere videtur gloſ. ab aliis approbata, continet merum ius commune, iuxta *cap. cum ad monaſterium, de ſtat. monach.* cum ſimil. neque vllo modo ad hanc rem pertinet. *Quintus*, cùm Eccleſia habens patronum efficitur libera, & exempta à iurepatronatus, *cap. paſtoralis, de donat.* & erigitur in collegiatam, *cap. nobis, de iurepatr.* quoad primum caſum ad prædictam ſecundam regulam, quoad ſecundum caſum ad primam regulam reducitur; nec primus probatur *in d. cap. paſtoralis*, vbi de tranſlatione, non remiſſione, vel extinctione iuriſpatronatus agitur: nec ſecundus probatur *in d. cap. nobis*, ſed ſolùm quoad hoc, ſuppoſita erectione in collegiatam, ibi decernitur, patronum in ea nõ poſſe habere ius præſentandi, niſi illud ſibi cõſuetudine, ſeu præſcriptione quæſierit. *Sextus* modus à Petr. allatus, cùm dignitas tollitur, & ſupprimitur, *cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* non omnino pertinet ad hanc mutationem ſtatus Eccleſiæ, de qua & ipſe, & nos agimus: licèt enim, ſi dignitas, aut aliud beneficiũ Eccleſiæ collegiatæ, quod ſupprimitur, vt eius membrum, & pars conſideratur, ſine qua eſſe poteſt taliş ſuppreſſio vti mutatio qualitatis ad ſtatus Eccleſiæ mutationem pertineat, vt & nos docuimus *cap. præced. in princ.* tamen, vt *ibid.* admonuimus, quia ſimul etiam eſt beneficium de per ſe, & vt ſic non mutatur eius qualitas, aut ſtatus, ſed in totum deſtruitur, & extinguitur; ideo ad aliam potiùs mutationis Eccleſiæ, vel beneficij ſpeciẽ attinet, de qua nos ſeorſim *cap. ſeq.* acturos *inibi* polliciti ſumus. quod idem eadem ratione dicimus de nono, ac poſtremo mutationis ſtatus Eccleſiæ modo, quem ponit, & explicat Petr. *d. n. 3. in fi. cum trib. ſeqq.* cùm Eccleſia, vel monaſterium auctoritate ſuperioris deſtruitur, & extinguitur, ita, vt ibi non ſint ampliùs clerici ſæculares,

vel

vel perſonæ regulares. *Oſtanus* autem, quem affert *cod. num.* 3. quando ſic alteratur, & reſtringitur ſtatus Eccleſiæ, vt nō liceat Ordini illius Eccleſiæ ſe tranſferre ad alium Ordinem, per *cap. 1. de ſtat. monach.* vel *de regular.* eſt enim corrupta illius auctoris in meo codice littera, dum allegatur *cap. 1. de ſtat. regular.* qui titulus non reperitur, niſi in 6. vbi tamen nihil hac de re habetur; ſed neque *in cap. 1. tit. de ſtat. monach.* aut *de regular.* in Decretal. aut in Clement. Voluit autem fortaſſe, vel certè debuit allegare *Extrauag. 1. de regular. inter commun.* vbi religioſi Mendicantes † prohibentur conuolare ad Religionem 45. non Mendicantium, Carthuſienſium ordine dumtaxat excepto, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda tam à receptis, quàm à recipiētibus, quacumque licentia non obſtante. ſimilem prohibitionem habent Ciſtercienſes *in cap. non eſt vobis, de regular. in Decretal.* iuxta quorumdam interpretationem. Verùm adhuc hæc ſtatus Eccleſiarum qualiſqualis mutatio à iure introducta ſatis reducitur ad poſteriorem ex prædictis regulis à Petr. Peruſ. & nobis ſup. allatam; quatenus illis ordinibus à iure aufertur facultas, quam de iure antiquo habebāt tranſeundi ad aliam religionem ſtrictiorem ſaltem de licentia Abbatis ſui petita, licet non obtenta, *cap ſanè, cap. Ioannes, & cap. licèt, de regular.* cum ſimil. Atque hæc de primo ex duobus, quæ ante finem præſentis quæſt. admonenda hoc loco fore diximus. Alterum eſt, quòd, licèt pro eius complemento aliquę formulæ eiuſdem mutationis hoc loco inſerēdæ videantur, prout ad finem *cap.* 2. quod huic quæſtioni reſpondet *quæſt.* 3. quoad vltimę voluntatis commutationem, *& cap. 9. quæſt. 2. in fi.* quoad derogationem fideicommiſſi fieri curauimus; quia tamen nullas proprias prædictæ mutationis formulas hactenus repetire potuimus; ex verò facile quoque confici paucis mutatis ex illis poſſunt, quæ *d. cap. 2. quæſt. 3.* poſitæ fuerunt; iiſdem formulis penè prætermiſſis, ad reliquas huius cap. quæſtiones tranſibimus: ſi quædam hic non prætereamus, quæ ad eas formulas conficiendas valde iuuabunt. Ac primò id, quod inter ceteros tradit Rebuff. *in prax. benef. part. 1. tit. de erect. Eccleſ. in Cathedral. ſecul. vel in al. ſtat.* præſertim 46. *num.* 8. vbi ait, quòd † interdum erigitur Eccleſia regularis in ſæcularem, vel è contrario ſæcularis in regularem; & ſolet in bulla dici: Ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, & exaltationem Catholicæ fidei, & diuini cultus augmentum, ac Eccleſiæ Albien ſtatum proſperum, honorificum, & tranquillum ad ſupplicationem, &c. atque hoc inquit fuiſſe factum quando Eccleſia Albien. fuit in ſæcularem redacta. Secundò illud eſt adnotandum, quod idem Rebuff. habet *d. 1. part. tit. de erect. in collegiat.* quòd in erectione alicuius Eccleſiæ ſimplicis, ſeu non collegiatæ in collegiatam Papa ſic ſcribere ſolet: Ad omnipotentis Dei, & Virginis eius gloriоſæ totiúſque Curiæ cæleſtis laudē, & gloriā, ac diuini cultus augmentum, talem Eccleſiam ſub veneranda ipſius B. Mariæ de Claciaco vocabulo ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, auctoritate Apoſtolica in collegiatā erigimus, & eam Collegij Canonicorum ſecularium Capitulum facientium; ac omnia, & ſingula alia iura Collegij perpetuò habituram decernimus, ita, quòd in ea ſit vna dignitas, quam pro tempore obtinens caput eiuſdem Eccleſiæ exiſtat, &c. ſubdit autem *ibid.* Rebuff. in hac erectione aliquando ſtatui certum Canonicorum numerum à Papa: interdum Papam ſuis executoribus mādare, vt pro facultate reditūm certum præſcribant numerum, iuxta *cap. 1. de inſt.* quem Papa approbat per ſuam erectionis bullam: & ita ſe fieri vidiſſe. Tertiò, ſi agatur † de erigēda Eccleſia Epiſcopali in Metropolitanam, videnda erit *Extrau. Saluator, de prab. in comm.* vbi Ioan. XXII. erigit Eccleſiam Tholoſanam, quæ ſimplex Cathedralis, ſeu Epiſcopalis erat, in Metropolitanam. quam Extrauag. cùm quiſque per ſe videre poſſit, referre ſuperſedemus hoc loco. Quartò, cùm erectio parochialis † in baptiſmalem ſit quædā mutatio ſtatus Eccleſiæ, vt poſt Petr. de Peruſ. *vbi ſup.* probat Mandoſ. *in prax. ſig. grat. tit. de erect. ante medium*, ab hoc auctore *ibid.* habemus extenſam ſupplicationem huius erectionis. Poſtremò valde accommodatum exemplum mutationis ſtatus Eccleſiæ quidem regularis in alteram regularē habebitur ſimul cum formula ſuppreſſionis beneficij *cap. ſeq. quæſt. 3. ad fin.* ſæcularis autem † in regularem, ſeu cōceſſionis Eccleſiæ, ac dignitatis ſæcularis Regularibus factæ, ſumitur ex quibuſdam litteris fel. record. Gregorij XIII. in quibus certam parochialem Eccleſiam Præpoſituram nuncupātam perpetuò conceſſit, & aſſignauit cuidam Collegio regularis Congregationis, ipſique Congregationi eam ob cauſam in iis expreſſam, vt conſulatur tam commoditati illius Collegij, quàm fidelis populi ſaluti, & diuinus cultus augeatur. Quæ quidem litteræ tales ſunt:

47. 48. 49.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei, ad perpetuam rei memoriam. Iniunctū nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officium mentem noſtram excitat, & inducit, vt ad ea, per quæ religioſorum locorum ſtatui, perſonarúmque in illis degentium commoditati cōſulitur, ſollicitis ſtudiis intendamus, aliáſque deſuper eiuſdem officij partes interponamus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem omnia beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantia, & in antea vacatura collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſeruauimus: decernētes extunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Cùm itaque poſtmodū parochialis Eccleſia Præpoſitura nuncupata S. A. ciuitatis B. per liberam reſignationē C. D. nuper dictæ Eccleſiæ Rectoris Præpoſiti nuncupati de illa, quam tunc obtinebat, in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam apud ſedem eādem vacauerit, & vacet ad præſens; nullúſque de illa præter nos hac vice diſponere potuerit, ſiue poſſit, reſeruatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis. Et, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Præpoſiti, & Clericorum Regularium Collegij S. E. eiuſdem ciuitatis Congregationis S. F. petitio continebat, ſi dicta Eccleſia quæ ampla, & inſignis, ac Eccleſiæ S. E. eiuſdem Collegij contigua eſt, & in qua Eccleſia S. E. Præpoſitus, & Clerici prædicti propter illius anguſtiam condecentem numerū Presbyterorum, & Clericorum pro Miſſis, & aliis diuinis officiis celebrandis manutenere nō poſſunt, inibique fidelis populus eorum prædicationibus commodè intereſſe nequit, cū fonte Baptiſmali, ac aliis iuribus parochialibus, necnon honotibus, & oneribus quibuſcumque eiuſdem, Præpoſito, & Clericis dictæque eorum Cōgregationi perpetuò concederetur, & aſſignaretur, ex hoc profectò tam commoditati dictorum Præpoſiti, & Clericorum, quàm fidelis populi ſaluti plurimùm conſuleretur, diuinúſque cultus maius exinde ſuſciperet incrementum. Quare pro parte eorundē Præpoſiti, & Clericorum aſſerentium, prædictum C. expenſionē annua ſexcentarū librarū monetæ B. ſummam centum ſcutorū auri in auro, vel circiter conſtituentium ſuper dictæ Eccleſiæ S. E. fructibus, reditibus,

ditibus', prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuerſis ſibi per nos hodie reſeruata, necnon aliis bonis ad eum legitimè ſpectantibus commodè ſuſtentari poſſe, ac dictæ Eccleſiæ S. E. fructus, reditus, & prouentus quadringentorũ ducatorum auri de Camera ſecundùm communem æſtimationem valorem annuum non excedere: nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eorum votis annuere, aliáſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quòd petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis vniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundùm æſtimationem prædictam etiam beneficij, cui aliud vniri peteretur; & ſemper in vnionibus commiſſio fieret ad partes, & vocatis quorum intereſſet; Præpoſitum, & clericos prædictos, eorúmque ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodari exiſtũt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes; huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, dictam Eccleſiam S. A. cuius fructus, reditus, & prouentus, quorum medietas venerabili Fratri noſtro G. Epiſcopo H. qui illius loco octuaginta ſcuta monetę percipere contentus eſt, Apoſtolica auctoritate reſeruata reperitur, centum, & quinquaginta ducatorum ſimilium ſecundùm æſtimationem prædictam valorem annuum, vt ipſi Præpoſitus, & clerici etiam aſſerunt, non excedunt; ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuſuis perſona, ſeu per ſimilem reſignationem dicti C. vel cuiuſuis alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam, aut conſtitutionẽ felicis recordationis Ioannis PP. X X I I. præcedeceſſoris noſtri, quæ incipit, Execrabilis, vel aſſequutionem alterius beneficij Eccleſiaſtici quauis auctoritate collati vacet, etiamſi tanto tempore vacauerit, quòd eius collatio inxta Lateran. ſtatuta Concilij ad ſedem prædictam legitimè deuoluta, ac dicta Eccleſia S. A. diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel aliàs generaliter reſeruata exiſtat; & ſuper ea inter aliquos lis, cuius ſtatum præſentibus haberi voluimus pro expreſſo, pendeat indeciſa; dummodo eius diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, cum annexis huiuſmodi, ac omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, necnon fonte Baptiſmali, & vaſis ſacris, ornamentis, & paramẽtis, ac curę animarum exercitio, omnibúſque, & quibuſcumque aliis oneribus, honoribus, prædiis, terris, poſſeſſionibus, fructibus, ceteríſque iuribus, & actionibus vniuerſis prædicto Collegio, & Congregationi; ita, quòd liceat ex nunc Præpoſito, & clericis prędictis per ſe, vel alium, ſeu alios propria auctoritate corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem dictę Eccleſiæ S. A. & aliorum prædictorum apprehendere, & perpetuò retinere, curámque animarũ huiuſmodi per ſeipſos, aut vnum, vel plures ex eis, qui idoneus, vel idonei ſint, exercere, ac Eccleſiæ S. A. & annexorum prędictorum fructus, reditus, & prouentus percipere, exigere, & leuare, ac in ſuos, & dicti Collegij vſus, & vtilitatem conuertere diœceſani loci, vel cuiuſuis alterius licentia deſuper minimè requiſita; auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, perpetuò concedimus, & aſſignamus. Decernẽtes, præſentes litteras de ſurreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio notari, vel impugnari non poſſe; necnon, prout eſt, irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari. Non obſtantibus voluntate noſtra prædicta, necnon Lateranen. Concilij nouiſſimè celebrati vniones perpetuas, niſi in caſibus à iure permiſſis fieri prohibentis, ac piæ memoriæ Bonifacij PP. V I I I. etiam prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus contrariis quibuſcumque: aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictę ſedis, vel Legatorum eius litteras impetrarint; etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem litteras, & proceſſus habitos per eaſdem, ac inde ſecuta quæcumque ad dictam Eccleſiam S. A. volumus nó extendi; ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præiudicium afferri: & de quibus, quorúmque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Volumus autem, quòd propter conceſſionem, & aſſignationem prædictas dicta Eccleſia S. A. debitis propterea non fraudetur obſequiis, & animarum cura huiuſmodi nullatenus negligatur; ſed eius congruè ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, aſſignationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, &c.

Vt autem finis iam tandem ſit præſenti quæſtioni, illud admoniſſe ſit ſatis, quòd † tam in exemplis, & quaſi formulis mox relatis, quàm ſimilibus, ſi erectio in regularem, ſæcularem, Collegiatam, Cathedralem, vel Metropolitanam, aut alia ſtatus Eccleſiæ mutatio refragetur voluntati fundatoris, qui iuxta priorem ſtatum eam fundauerat, eius voluntatis mentio, ac derogatio fieri debet in erectione, ac mutatione, vt ſentit Rebuff. *d. tit. de erect. in collegiat.* dum prædictis ab eo, ac per nos paulo ante hanc formulam relatis, ſtatim ſubiicit, quòd erectiones fieri cenſentur ſine præiudicio alicuius, extra expreſſa in Bulla, *Extrauag. vlt. de conceſſ. prab.* inter Extrauag. Io. X X I I. & magis patebit ex iis, quæ inf. *queſt. 6. huius cap.* de exprimendis in huiuſmodi mutationis impetratione latiùs diſſeremus. 50.

Svmmæ Rervm.

51. *Cauſa efficiens remota, & proxima mutationis ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum quæ ſit.*
52. *Mutatio ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum non eſt contraria iuri naturali; & num. ſeq.*
53. *Status Eccleſiarum, ac beneficiorum creatio eſt quædam vltima voluntas, & non iure naturali, ſed humano introducta.*
54. *Mutatio ſtatus Eccleſiarum, vel beneficiorum non eſt à iure naturali introducta.*
55. *Mutatio ſtatus Eccleſiarum, vel beneficiorum an ſit contraria iuri diuino poſitiuo, ſine legis veteris, ſine nouæ, aut ab eo introducta; num. 56.*
57. *Mutatio ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum regulariter eſt iuri humano contraria; cum aliquot num. ſeqq.*
58. *Status Eccleſiarum, ac beneficiorum in prouiſionibus, & collationibus regulariter retineri debet.*
59. *Argumentum à minori ad maius, & à maiori ad minus, an idem ſint, & quomodo procedant.*
60. *Status Eccleſiæ ſecularis regulariter non eſt mutan-*

dus in regularem, nec contra.

61. *Intellectus cap. pervenit, il 2. 18. quæst. 2. & cap. quæ semel, 19. quæst. 3.*
62. *Intellectus cap. ea, quæ, §. pen. de stat. monach. & cap. possessiones, de reb. Eccles. non alien.*
63. *Beneficia libera subiici non debent iuripatronatus.*
64. *Status curæ animarum regulariter tolli ab Ecclesia, seu beneficio non debet, eius num. seq.*
65. *Intellectus Concil. Trident. sess. 25. cap. 16. de reform. & num. seq.*
66. *Beneficia simplicia an conuerti possint in curata.*
67. *Intellectus Concil. Trident. sess. 25. cap. 5. de reform. & aliquot num. seqq.*
68. *Ordinationis appellatione quid contineatur.*
69. *Proœmium, seu præfatio dispositionis declarat mentem disponentis.*
70. *Dictio*, igitur, *ex sua natura infert ex præcedentibus.*
71. *Dispositionis nomen quàm latè pateat.*
72. *Dictio*, quæcumque, *comprehendit omnia, etiam ea, quæ alias in dispositione non continerentur.*
73. *Dictio*, idem, *est repetitiua præcedentium cum suis qualitatibus.*
74. *Prouisionis nomen quid comprehendat.*
75. *Mutatio status Ecclesiarum, ac beneficiorum in aliquibus casibus est à iure humano positiuo, nimirum Ecclesiastico introducta; cum nonnullis num. seqq.*
76. *Ecclesia regularis in secularem, & è contrario aliquando mutari potest; atque item ex regulari vnius Ordinis in regularem alterius; & vnius secularis in alteram secularem.*
77. *Status obligationis residendi, & cura animarum, aut Ecclesia Collegiatæ an aliquando mutari possit.*
78. *Status prebendæ Theologalis, Magistralis, ac Pœnitentiariæ, an possit aliquando mutari.*
79. *Status beneficij quoad qualitatem iurispatronatus, vt hanc acquirat, vel amittat, mutari potest. & ex iurepatronatus laicali in Ecclesiasticum; num. 80.*
81. *Onera, & conditiones in limine fundationis beneficij appositæ an postea mutari tollive possint.*
82. *Mutatio status Ecclesiæ, ac beneficij à iure introducta est ob necessitatem, vel vtilitatem maximè ipsius Ecclesiæ, ac beneficij.*
83. *Mutatio status Ecclesiarum ac beneficiorum per se, ac regulariter est odiosa, aliquando tamen est fauorabilis; numer. 84. & duobus seqq.*
85. *Dispositio, quæ fit ob publicam vtilitatem, vel pro augendo, aut retinendo cultu diuino; vel vt succurratur pauperibus clericis, & Ecclesiæ ministris, aut consulatur personis, literatis, vel benemeritis, Christianorumve saluti; fauorabilis est.*
86. *Mutatio status Ecclesiæ, ac beneficij iam in esse deducta an sit late interpretanda, vel restringenda, aut extendenda.*

QVÆRO nunc TERTIO, quo iure, & quam ob causam introducta sit mutatio status Ecclesiarum, ac beneficiorum.

Post explicata in duabus præcedentibus quæstionibus quædam generalia mutationis status Ecclesiarum, ac beneficiorum, iam aggredimur eius causas; atque in præsenti quæst. de eiusdem causa efficienti remota differemus, & partim etiam de illius causa finali, acturi de causa efficiente proxima *quæst. 5.* & reliqua de causa finali dictari *quæst. 6. conclus. 1.* & 2. atque aliquid etiam *quæst. 8. huius cap. conclus. 14.* Remotam autem causam efficientem † dicimus 51.
eam, quæ est causa immediata efficientis causæ proximæ, ac potentiæ illius, non autem actus: huiusmodi autem causa remota prædictæ mutationis, vt iam non semel admonuimus, est ius siue diuinum naturale, siue diuinum positiuum, siue humanum positiuum, quatenus hoc triplex ius; (de quo, quid vnumquodque sit, satis exposuimus sup. *cap. 3. circa initium*;) esse, vel considerari potest causa potentiæ, seu potestatis, statum Ecclesiarum, vel beneficiorum immutandi, nimirum eam mutationem præcipiendo, vel certè permittendo, non autem immediatè faciendo, seu eo ipso inducendo; sic enim iam esset illius causa efficiens proxima, de qua differendum fore diximus *quæst. 5.* Iuxta triplex autem illud ius, tres priores conclusiones, singulas pro quolibet iure statuemus; quæ est prior pars propositæ quæst. quartam verò de causa finali, seu posteriori huius eiusdem quæst. parte, conclusionem subiiciemus; quintam de eo subinferentes, an hæc mutatio fauorabilis sit, vel odiosa.

PRIMA CONCLVSIO. Mutatio status Ecclesiarum, vel beneficiorum † neque est contraria 52.
iuri naturali, neque ab eo introducta. Prior pars conclusionis probatur primò ex iis, quibus idipsum de commutatione vltimarum voluntatum probauimus sup. *cap. 3. quæst. 1. conclus. 1.* & *cap. 9. quæst. 5. conclus. item 1.* præcipuè verò tum ex eo, quòd iura naturalia, sunt immutabilia; plerumque autem vltima voluntas commutari potest, ac de facto iustè commutatur; vt latiùs *d. cap. 3. quæst.* præsertim 3. necnon *cap. 4. cum duob. seqq.* ferè per tot. latè ostendimus. tum quòd, quocumque modo sumatur, ius naturale, neque ab eo præcipitur omnimoda vltimarum voluntatum executio, neque prohibetur omnimoda illarum commutatio; prout d. vtraque conclus. 1. latè deduximus: tum denique, quia valde probabile est, testamentum, & alias huiusmodi vltimas voluntates iuris humani esse, non autem naturalis, aut gentium; prout ex vtrobique adductis satis suadetur: mutatio autem status Ecclesiarum ac beneficiorum, seu, quod idem est, perpetua alicuius qualitatis eorum derogatio species est commutationis vltimæ voluntatis; cùm & appositio huiusmodi qualitatum, seu creatio status † sit quædam vl- 53.
tima voluntas, siue inter viuos, siue causa mortis, per ea, quæ tradidimus *cap. præcedent. quæst. 4. concl. 1. circa initium*; & prædicta mutatio, seu derogatio sit quædam commutatio, vt de se patet, & colligitur ex allegat. *d. c. 9.* necnon *præced. c. quæst. 1. post med. & præsenti c. quæst. 1. circa initium.* à genere autem ad speciem optimè arguitur saltem negatiuè, ex latè traditis ab Euerard. Bellon. & Vigel. per nos citat. sup. *d. cap. 9. quæst. 4. conclus. 1. in fin.* Id autem semel dictum sit pro omnibus huius c. quæstionibus, in quibus conclusionem aliquam de hac status Ecclesiarum, ac beneficiorum mutatione ex simili de vltimæ voluntatis commutatione confirmabimus; agimus enim potissimùm in præsenti cap. de mutatione illius status, quem Ecclesiæ, ac beneficia ex fundatoris vltima voluntate, & dispositione siue inter viuos, siue causa mortis sortiuntur, & habent, donec mutetur. Secundò probatur hæc prior pars conclusionis, quoniam, cùm, vt suprà dictum est, iura naturalia sint immutabilia, §. *sed naturalia, Instit. de iur. natur. gent. & ciu.* §. *naturale ius, dist. 5.* cum simil. si prædicta mutatio status in-

re

te naturali prohibita eſſet, eique foret contraria, fieri ab aliquo, præterquam à naturæ auctore; non poſſet; & tamen plerumque fit, ac fieri poteſt à Rom. Pontifice; immo, & aliquando ab inferioribus, vt ex iis patebit, quæ dicemus inf. hac ipſa quæſt. præſertim *concluſ.* 3. & latiùs *quæſt.* 4. & 5. paſſim. Tertiò probatur, quia tam ipſa beneficia, quàm prædictarum qualitatum appoſitio, quæ iis fit, & eadem eſt cum ſtatus ipſorum beneficiorum creatione, non iure naturali, ſed humano poſitiuo inuenta, & introducta ſunt; prout quoad beneficia poſt alios docuimus *cap. præced. quæſt.* 3. *concluſ.* 1. *circa initium*; quoad memoratam qualitatum appoſitionem, ſeu ſtatus beneficiorum creationem, conſtat ex *cap. cum dilectus, de conſtit. & cap.* 3. *de iurepatr.* cum aliis per nos adductis *d. cap. præced. quæſt.* 2. in diuiſionibus derogationis qualitatum beneficiorum ex parte cauſæ materialis, & potiſſimùm in poſtrema diuiſione: & in ſpecie quoad tacitam, vel expreſſam prohibitionem derogationis huiuſmodi qualitatum ſatis patet ex traditis eodem cap. quæſt. 3. ferè per tot. ac in terminis mutationis ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum, ex dicendis inf. hac ipſa quæſt. maximè *concluſ.* 3. quare ipſa quoque mutatio huius ſtatus iuri tantùm humano poterit aduerſari, cùm eadem ſit contrariorum ratio, vt paulo pòſt dicemus. Fatendum tamen eſt, naturali æquitati, ac rationi aliquo modo aduerſari prædictam ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum mutationem, vt colligi poteſt tum ex Trident. Concil. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de reformat.* cuiusdecreti verba referemus, ac ponderabimus *concluſ.* 3. *huius quæſt.* tum ex eo, quòd naturali æquitati, ac rationi conuenit executio vltimarum voluntatum, ex fuſiùs per nos adductis ſup. *cap.* 3. *quæſt.* 1. *concluſ.* 1. *ad fin.* Probatur nunc poſterior † pars huius concluſionis primò ex eo fundamento, quo idipſum docuimus de commutatione quidem vltimæ voluntatis *d. cap.* 3. *quæſt.* 1. *concluſ.* 2. de derogatione fideicommiſſorum, *cap.* 9. *quæſt.* 3. *concluſ.* 1. & de derogatione qualitatum beneficij *cap.* 10. quod hoc ſtatim præcedit, *quæſt.* item 3. *concluſ.* 1. *poſt medium*, nimirum quod, ſiue ſumamus ius naturale iuxta Iuriſconſultos, hoc eſt, pro iure naturali, ſiue primario, quod eſt commune etiam animantibus, ſiue ſecundario, quod commune eſt non animantibus, ſed omnibus, vel ferè omnibus hominibus, ſeu gentibus; atque adeò ius gentium vocant; ſiue ſecundùm Theologos pro moralibus præceptis in Decalogo explicatis: nullo ex his modis iure naturali introducta dici poteſt prædicta ſtatus mutatio, iuxta ibid. latiùs deducta; præſertim quia potiùs aduerſari videntur ſexto, ac decimo præcepto Decalogi, cùm ſtatus ille Eccleſiæ, ac beneficij ad fauorem alicuius creatus eſt; ac propter aliquale præiudicium, quod fit illius Eccleſiæ, aut beneficij fundatori, maximè ſi hæres ſit; vel etiam eius heredibus, quorum intereſſe poteſt ipſius fundatoris voluntatem obſeruari, ex adductis ſup. *cap.* 6. *quæſt.* 1. *concluſ.* 2. *circa medium*, atque in terminis mutationis ſtatus beneficij, ex traditis à Lambertin. *tract. de iurepatron. lib.* 3. *quæſt.* 6. *artic.* 7. *numer.* 7. & 9. Secundò probatur, quoniam, eùm, vt paulo antè ex alibi adductis diximus, tam beneficia, quàm appoſitio qualitatum, quæ iis fit, iure tantùm humano poſitiuo, non autem naturali ſit introducta; neque etiam earum qualitatum mutatio iure naturali introducta eſſe poteſt; tum quòd contraria circa idem verſantur, ſeu contrariorum eadem eſt ratio, ac diſciplina, vt pluribus comprobat Enerard. *in loco à contr. aduerſ. pugnant. &c. num.* 1. *vſque ad* 6. tum quòd non entis nullæ ſunt qualitates, *l. eius, qui in prouincia, prope fin. ff. ſi cert. petat.* cum ſimil, & qualitas eſſe nequit ſine ſubiecto, *l.* 2. *ff. de vſufruct.* cum aliis ad id per nos allegat. *cap. præced. quæſt.* 3. *concl.* 1. *ad fin.* & hoc ipſo cap. *quæſt.* 1. *verſ. qualitatis autem nomen, circa med.*

54. 55.

SECVNDA CONCLVSIO. Mutatio ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum † non eſt contraria iuri diuino poſitiuo; ſed neque ab eo introducta. Prior pars concluſionis probatur; quia, cùm ius diuinum poſitiuum, aut contineatur in lege Moyſi, ſeu veteri ſcripta, aut in lege Euangelica ſcripta, vel non ſcripta, quæ eſt traditio diuina; legis autem veteris præcepta vel ſint iudicialia, vel ceremonialia, vel moralia; Euangelicæ verò legis præcepta vel ad fidem pertineant, vel ad ſacramenta; quæ omnia ſatis oſtendimus ſup. *cap.* 3. *quæſt.* 2. *in princ. & concluſ.* 1. *circa initium*, atque etiam *in tract. de decim. cap.* 1. *quæſt.* 2. *numer.* 13. *vſque ad* 18. *iuncto numer.* 22. *& ſeq.* iuxta poſtremam impreſſionem: quoad legem veterem, ſi loquamur de eius præceptis ceremonialibus, & iudicialibus, quoniam ea expirarunt per Chriſti paſſionem, ac mortem, vt *d. cap.* 3. *quæſt.* 2. *in princ. ac d. numer.* 13. docuimus: vbi etiam dici poſſet, mutationem ſtatus, de qua nunc agimus, in iis præceptis contineri, eſſeque prohibitam; ea prohibitio nunc vim legis non obtineret: ſi verò loquamur de præceptis moralibus, ſiue omnia contineantur in præceptis Decalogi, ſiue præterea nonnulla etiam reperiantur, iuxta id, quòd tradidimus *d. cap.* 3. *quæſt.* 2. *concluſ.* 1. & *d. numer.* 18. *ac* 22. *cum ſeq.* non video, quomodo in iis præceptis moralibus prædicta prohibitio mutationis ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum includatur non modò directè; & expreſsè, vt de ſe patet, ſed & tacitè, atque indirectè, quia fortaſſe eſt his præceptis Eccleſiæ ipſæ, ac beneficia, eorúmve ſtatus, ſeu qualitates, ac poteſtas huiuſmodi ſtatum creandi, ſeu qualitates apponendi eo iure ſint introducta; cùm, vt paulo antè docuimus, hæc omnia iure tantùm humano inducta ſint: præterquam quòd potiùs ad ceremonialia, vel iudicialia præcepta pertinerent, quæ, vt ſuprà oſtendimus, a Chriſti paſſione quoad vim obligandi vigore illius legis ceſſarunt. Quoad legem autem Euangelicam patet; quia hæc nullum aliud præceptum habet, quàm fidei, aut ſacramentorum, vt *d. cap.* 3. *quæſt.* 2. *concluſ.* 1. *circa medium*, poſt S. Thom. & alios tradidimus: inter hæc verò præcepta certum eſt non contineri prohibitionem prædictæ mutationis ſtatus: ſed nec in præceptis ipſis moralibus Decalogi, ſeu legis veteris, ac ſimul naturalibus, quatenus à Chriſto Domino approbata, & confirmata fuerunt; nam, vt *d. concluſ.* 1. *circa medium*, generatim de commutatione vltimæ voluntatis docuimus, ſicut præceptum de non mutando huiuſmodi ſtatum, ſeu qualitates Eccleſiarum, ac beneficiorum non continetur in illis moralibus præceptis, quatenus hæc ſunt pars legis veteris, ac naturalis, vt ſatis conſtat ex ſupradictis; ita neque continebitur, quatenus eadem præcepta à Chriſto Domino in lege Euangelica confirmata, & declarata fuerunt; cùm in iis confirmandis, aut declarandis nihil quoad hoc immutarit, vt de ſe patet. Fallit autem hæc prior pars concluſ. in qualitatibus Papatui, Epiſcopatui, aut aliis beneficiis inferioribus iure diuino annexis, iuxta id, quod de huiuſmodi qualitatum derogatione quoad hoc diximus *cap. præcedent. quæſt.* 3. *concluſ.* 2. *circa medium.* Poſterior autem † pars huius concluſionis ſatis probatur; tum ex fundamentis quibus priorem eius partem

56.

confirmauimus, cum proportione tamen huic posteriori applicatis: quoniam, ſicut in præceptis veteris, aut nouæ legis illud non habetur, quo prohibeatur prædicta ſtatus ſeu qualitatum Eccleſiarum, ac beneficiorum mutatio; ita neque hoc habetur, quo eadem mutatio præcipiatur, aut etiam permittatur: tum ex ſecundo fundamento, quo poſteriorem præced. concluſionis partem confirmauimus; quia nimirum, cùm & beneficia, & eorum qualitates, ſeu ſtatus non iure diuino naturali, aut diuino poſitiuo, ſed iure tantùm humano inuenta, & introducta ſint; indè quoque ſatis manifeſtè ſequitur, earumdem qualitatum derogationem, ſeu eiuſdem ſtatus mutationem huiuſmodi dumtaxat humano iure, hoc eſt, Eccleſiaſtico fuiſſe introductam; quoniam & contrariorum eadem eſt ratio, & non entis nullæ ſunt qualitates, & qualitas nequit eſſe ſine ſubiecto; quæ omnia *ibid.* ex alibi adductis comprobauimus, iuncto eo, quòd de rebus ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis non laica, ſed ſolùm Eccleſiaſtica poteſtas diſponere, ac ſtatuere poterit, *cap. bene quidem, 96. diſt. cap. Eccleſia ſancta Mariæ, de conſtit. & cap. fin. de reb. Eccleſ. non alienand.* cum ſuis concord.

TERTIA CONCLVSIO. Mutatio ſtatus
57. Eccleſiarum, ac beneficiorum, † quamuis regulariter iuri humano ſit contraria: in aliquibus tamen caſibus ab eodem iure eſt introducta. Prior pars concluſionis probatur primò ex pleriſque iuribus, in quibus præcipitur executio vltimæ voluntatis; (cuius appellatione contineri non modò teſtamenta, codicillos, & alias ſimiles diſpoſitiones cauſa mortis, ſed & actus irreuocabiles inter viuos, docuimus ſup. *cap. 2. quæſt. 1. circa medium*; (vt quoad hos actus *in l. ſocietate, C. pro ſoc. cap. 1. & cap. qualiter, de pact.* quoad teſtamenta, & ceteras huiuſmodi vltimas voluntates, *in l. vel negare, ff. quemadm. teſtam. aperiant. cap. vltima voluntas, 13. quæſt. 2. cap. ſi heredes, & cap. tua nobis, de teſtament. Clem. quia contingit, in princ. de relig. domib.* Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 8. & 9. de reform.* cum aliis ad vtrumque alleg. ſup. *cap. 3. quæſt. 3. concluſ. 1.* vbi etiam non pauca iura adduximus, in quibus ſatis expreſsè prohibetur, ne regulariter fiat commutatio vltimæ voluntatis; ac præſertim, quoad actum quidem, ſeu diſpoſitionem inter viuos irreuocabilem, ex *l. ſi donationem, C. de reuoc. donat. & l. uxoule, C. de rei vendicat. cap. conqueſtus, de for. compet. d. Clem. quia contingit, in princ.* iuncta gloſ. *verbo, largitione*; quoad diſpoſitiones verò cauſa mortis, potiſſimùm ex *l. 1. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertinent. l. ſi teſtamentum, C. de teſtament. d. cap. tua nobis, ex eod. tit.* & Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 8. de reform.* Secundò probatur ex iuribus, in quibus in ſpecie hæc ipſa
58. mutatio ſtatus beneficiorum, & Eccleſiarum regulariter prohibetur; ſed tacitè: vt cùm iura mandant, † huiuſmodi qualitates, ac ſtatum in prouiſionibus, & collationibus retineri, atque obſeruari: ex quibus iuribus pleraque ad hanc rem attulimus *cap. præced. quæſt. 3. concl. 3.* non longè abinitio in tertio prioris partis illius concluſionis fundamento: quibus iuribus addi poteſt Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 4. de reform.* quod *inibi* partim pro quarto fundamento attulimus. Licèt autem illa iura, vt plurimum accipienda ſint, prout loqui videntur in ea prouiſione, ac diſpoſitione, quæ de Eccleſia, ſeu beneficio pro vna vice fit per collationem, electionem, aut ſimilem diſpoſitionem: tamen id multo magis probant de ea diſpoſitione, quæ ex ſui natura effectum habet perpetuum, ob maius præiudicium, quod ſit voluntati fundatoris, maioremque ab ea receſſum; deſumpto argumento à minori ad maius, ſeu à maiori ad minus, quæ † in idem recidunt quoad 59.
vim, & effectum, vt præter Rhetores *in Topicis* admittit etiam Euerard. *in loc. à minori, in princ. & num. 2.* dum hoc argumentum à minori ait recte quoque appellari à fortiori: & ratio eſt, quia idem eſt dicere, ſi hoc, quod eſt minus, id operatus, idem etiam operabitur illud, quod eſt maius, & dicere, ſi quod magis obſtare deberet, non obſtat, minus obſtabit illud, in quo minor eſt ratio obſtandi; vel, vt alij loquuntur, idem erit dicere, ſi id de quo minus videtur ineſſe, ineſt & id, de quo magis inerit; ac dicere, ſi id, de quo magis videtur ineſſe, non ineſt, nec etiam id, de quo minus, inerit; ſed quicquid de hoc ſit, certè tam argumentum à minori ad maius, quàm à maiori ad minus, in iure forte, frequens, & vtile eſt; prout vtroque tradit Euerard. *in d. loc. à min. & loc. a maiori in princ.* vtrumque multis iurium, ac Doctorum auctoritatibus confirmans, *numer. 1. cum duob. ſeqq.* quas per ſe quiſque videre poterit, quoniam labor ille, ſeu liber Nic. Euerard. *de topic. iur.* ſicut minimè vulgaris, ita maximè vulgatus eſt. Tertiò hæc prior pars concluſionis probatur ex iuribus, in quibus eadem ſtatus, ſeu qualitatis Eccleſiarum, ac beneficiorum mutatio regulariter, & expreſsè prohibetur; prout quoad ſtatum Eccleſiæ ſecularis † in regularem 60.
non mutandum eſt, opt. text. *in cap. 2. de ſuppl. neglig. prælat.* vbi tamquam ſubuerſores ſtatus Eccleſiæ arguuntur quidam regulares, qui, cùm ſolum haberent ius præſentandi in quibuſdam Eccleſiis, in iiſdem vſurpauerant inſtitutionem, ac deſtitutionem: quoad ſtatum Eccleſiæ, ſeu beneficij regularis non mutandum in ſæcularem, quamdiu illum retinere poteſt, expreſsè diſponitur *in cap. inter quatuor, de relig. domib.* ibi; quamdiu Monaſteria per regulares remanere potuerint ordinata, non ſunt ad ſæculares clericos transferenda: ad quod gloſ. *ibid. verbo, per regulares*, allegat quoque text. *in cap. peruenit, il. 18. quæſt. 2. cap. quæ ſemel, 19. quæſt. 3. cap. poſſeſſiones, de reb. Eccleſ. non alienand. & cap. 14. quæ, ſeu fin. de ſtat. Monach.* ſed certè *in d. cap. peruenit*, † ſolùm prohibetur, ne laici, vel cleri- 61.
ci ſæculares cum Monachis habitent, quod autem *in d. cap. quæ ſemel*, ad id etiam allegato à Rebuff. *in prax. benefic. part. 1. tit. de erect. Eccleſ. in Cathedral. ſæcularem, vel in aliam ſtatum*, cauetur, vt, quæ ſemel dedicata ſunt Monaſteria cum conſilio Epiſcoporum, maneant perpetuò Monaſteria; & res, quæ ad ea pertinent, Monaſteriis reſeruentur; nec poſſe vltrà fieri ſæcularia habitacula; licèt in priori parte intentum gloſ. ac prædictam doctrinam probare videatur; tamen ex poſteriori parte prior quoque intelligenda videtur de prohibitione dumtaxat, ne Monaſteria tranſeant ad humanos vſus, ita, vt in iis fiant habitacula ſæcularium ſiue clericorum, ſiue laicorum; prout hunc textum intelligit *ibid.* gloſ. *verbo, maneant*, & Gratian. *in §. quærium*, ſatim præced. & *ibi* Ioan. de Fan. licèt gloſ. *in figuratione* caſus eiuſdem §. quæſtionem *inibi* per Gratian. motam *in d. cap. quæ ſemel*, accipiat de mutatione regularis Eccleſiæ in ſæcularem, ſimiliter intentum gloſ. *d. verbo, per regulares*, non bene probatur † *in d. cap. ea, quæ, §. præcipimus*, ſeu 62.
pen. in quo ſolo hac de re agitur; nam quod rem noſtram attinet, dumtaxat *ibi* præcipitur, vt in nullo Monaſterio ad præbendas recipiant de cetero Abbates, & Monachi clericos ſeculares: quæ

verba

verba aperte videntur potiùs intelligenda de admiſſione clericorum, & quidem ad eorum vitam cum Monachis, quàm de mutatione regularis Eccleſiæ in ſæcularem. denique *d. cap. poſſeſſiones, de reb. Eccleſ. non alienand.* vbi Innoc. III. Archiepiſcopo Montis regalis ſcribens ait, eum non debere Eccleſias, in quibus Monachi miniſtrare conſueuerunt, clericis, vel laicis aſſignare; magis facere videtur ad prædictam gloſ. ad. noſtram intentionem: ſed & illud commodè accipi poteſt, ac fortè debet de aſſignatione vel ad vitam dumtaxat clericorum per collationem, aut deputationem ad eius Eccleſiæ regimen; vel ad eorumdem clericorum habitationem, aut etiam laicorum, de quibus *ibid.* ſtatim ſubditur. Sed quicquid ſit de intellectu prædictorum iurium, quæ citat gloſ. *d. cap. inter quatuor, verbo, per regulares*; certè inde ſaltem in genere colligitur, mutationem ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum eſſe contra mentem canonum tam Decreti, quàm Decretalium: nam etiam mutari ſaltem aliquo modo huiuſmodi ſtatus dicitur, cùm contra Eccleſiæ, aut beneficij fundationem ad Monachorum præbendas clerici ſæculares admittantur; vel Eccleſiæ pro regularibus deſtinatæ clericis ſæcularibus, aut laicis etiam ad habitandum aſſignantur. præterquam quòd illud ſufficere debet, quòd ea iura de vera, & magis propria mutatione ſtatus regularis Eccleſiæ, vel beneficij in ſæcularem prohibita, cùm ab aliis, tum à gloſ. cuius maxima eſt auctoritas *d. cap. inter quatuor, & d. §. queritur*, exponantur; atque adeò ſatis prohibitio mutationis ſtatus ſæcularis in regularem ex iiſdem iuribus probabiliter confirmatur: ſicut omnino ex *d. cap. inter quatuor, de relig. domib.* ea comprobatur. Quoad qualitatem verò libertatis
63. à iure patronatus, † ne huiuſmodi beneficia libera iuripatronatus ſubiiciantur, habemus decretum Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 9. verſ. inſuper acceſſiones, de reform.* quod inf. *quæſt. ſeq. concluſ.* 9. ponderabimus. Quoad qualitatem, ſeu ſta-
64. tum † curæ animarum Eccleſiæ, vel beneficio annexum, præter id, quòd decernitur ab eod. Concil. *ſeſſ. 24. cap. 13. verſ. in vnionibus verò, de reform.* quòd in quibuſlibet vnionibus ex quauis cauſa faciendis Eccleſiæ parochiales Monaſteriis quibuſcumque, aut Abbatiis, ſeu dignitatibus, ſiue præbendis Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, ſiue aliis beneficiis ſimplicibus, aut Hoſpitalibus, Militiiſve non vniantur; (de quo decreto fuſiùs agemus *quæſt. ſeq. concluſ.* 3.) aliud quoque magis ad rem noſtram pertinens cauetur ab eo ipſo Conc. Trid. *d. ſeſſ. 25. cap. 16. de reformat.* in hæc ſanè verba; ſtatuit ſancta Synodus, vt Eccleſiaſtica beneficia ſæcularia, quocumque nomine appellentur, quæ curam animarum ex primæua eorum inſtitutione, aut aliter quomodocumque retinent, illa deinceps in ſimplex beneficium, etiam aſſignata Vicario perpetuo congrua portione, non conuertantur; non obſtantibus quibuſcumque gratiis, quæ ſuum plenarium effectum non ſunt conſecutæ. In iis verò, in quibus contra earum inſtitutionem, ſeu fundationem cura animarum in Vicarium perpetuum tranſlata eſt, etiamſi in hoc ſtatu ab immemorabili tempore reperiantur, ſi congrua portio fructuum Vicario Eccleſiæ, quocumque nomine is appelletur, non fuerit aſſignata, ea quamprimum, & ad minus intra annum à fine præſentis Concilij arbitrio Ordinarij iuxta formam decreti ſub ſel. recordat. Paulo III. (quod habetur in eodem Concil. *ſeſſ. 7. cap. 7. de reform.*) aſſignetur: quòd ſi id commodè fieri non poſſit, aut intra dictum terminum factum non erit; cùm primùm per ceſſum, vel deceſſum Vicarij, ſeu Rectoris, aut quomodolibet alterum eorum vacauerit, beneficium curam animarum recipiat, ac Vicariæ nomen ceſſet, & in antiquum ſtatum reſtituatur. Hactenus Concilij decretum. ex cuius † verbis 65.
prioribus vſque ad *verſ. in iis verò*, habetur regula de beneficiis ſæcularibus habentibus curam animarum in futurum non conuertendis in beneficium ſimplex: ac ſimul tres huius regulæ extenſiones; prima, vt habeat locum quomodocumque cura animarum illis beneficiis immineat; ſecunda, vt procedat, etiamſi Vicario perpetuò fuerit congrua portio aſſignata; tertia, vt non obſtet quæcumque gratia in contrarium conceſſa: ac duæ pariter reſtrictiones; altera, vt non habeat locum prædicta regula in beneficiis regularibus quibus imminet cura animarum; hæc enim *inibi* non prohibentur conuerti in beneficium ſimplex, conſtituto in eo Vicario perpetuo, prout declaraſſe fertur ſacra Congregatio Cardinalium Trident. Concil. interpretum, & colligitur à contrario ſenſu ex ipſo Concilio, *ibi*, Eccleſiaſtica beneficia ſæcularia; altera, vt præſeruentur gratiæ, quæ ſuum plenarium effectum ſunt conſecutæ. Tres verò aliæ declarationes, ſeu extenſiones eiuſdem regulæ ſumuntur ex totidem eiuſdem Congr. declarationibus ad hanc eandem priorem præſentis decreti partem: quarum prima eſt, parochiales Eccleſias in ſimplex beneficium conuerti non poſſe etiam in aliqua parte fructuum ipſius parochialis; ita, vt ex parte quoque minori horum fructuum conſtituatur beneficium ſimplex: ſecunda, vt nec vniri poſſint parochiales Eccleſiæ beneficiis ſimplicibus, iuxta decretum eiuſdem Concilij *ſeſſ. 24. cap. 13. de reformat.* tertia, quòd neque poſſit idem Ordinarius diſmembrare beneficia curata vnita beneficiis ſimplicibus. Quòd autem eadem ſacra Congregatio declaraſſe fertur, † neque poſſe ab Ordinario benefi- 66.
cia ſimplicia conuerti in curata; intelligendum, vt reor, eſt, vt non poſſit vigore huius decreti, vel ſine cauſa, & non vocatis iis, quorum intereſt; prout ferè eam declarationem intelligit Garz. *tract. de benefic. part. 12. cap. 5. eóque vlt. num.* 3. In *d.* autem *cap. 16. verſ. in iis verò, vſque ad finem*, prouidetur à Concilio circa huiuſmodi beneficia curata, quorum ſtatus mutatus fuit ante Concilium. quæ prouiſiones cùm per ſe pateant cum ſuis declarationibus, & eatenus tantùm ad hanc priorem præſentis concluſ. partem pertineant quatenus oſtendunt enixam intentionem Concilij huiuſmodi ſtatus curati beneficij mutationem prohibendi, ab eáque auerſionem, conſultò eas breuitatis etiam gratia prætermittentes, vnam hoc loco dumtaxat extenſionem aſſeramus, quæ ad vtramque memorati decreti partem pertinet, atque ex quadam eiuſdem ſacræ Congregationis declaratione reſultat; per quam fertur declaraſſe, quòd etiam in reſtitutione parochialis Eccleſiæ, ſeu beneficij ad antiquum ſtatum, non poſſunt ab iis per Ordinarium ſeparari beneficia ſimplicia, ſiue oratoria, ſi illis vnita eſſent, etiamſi his ſeparatis huiuſmodi parochiales Eccleſiæ non egerent. Nunc verò ex eod. Concil. Trident. *d. ſeſſ. 25.* locum, ac decretum afferamus, ex quo, ni fallor, † optimè, ac tum 67.
generatim de omnibus qualitatibus, ſeu ſtatibus beneficij, tum ſpeciatim de qualitatibus, ſeu ſtatu præbendarum Theologalium, Magiſtralium, Doctoralium, aut Presbyteralium, Diaconalium, ac Subdiaconalium probatur, mutari regulariter

eum non posse, seu de iure non debere: est autem *cap. 5. de reform.* vbi præmisso illo proœmio, seu præfatione, ratio postulat, vt illis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non detrahatur: statim subiicitur; quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus qualitates aliquę requiruntur, seu certa illis onera sunt iniuncta; in beneficiorum collatione, seu in quacumque alia dispositione eis non derogetur. Idem in præbendis Theologalibus, Magistralibus, Doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus, ac subdiaconalibus, quandocumque ita constituta fuerint, obseruetur, vt eorum qualitatibus, vel ordinibus nihil in vlla prouisione detrahatur: & aliter facta prouisio surreptitia censeatur. Nam quod ad vtramque huius decreti partem communiter attinet, cùm in illius proœmio, seu præfatione iis, quæ bene constituta sunt, generaliter prohibeatur detrahi per contrarias ordinationes,
68. quarum appellatione, † (præter ordinationem illam, qua ordo vnus ex septem Sacramentis ab Episcopo recipitur, & cuius mentio fit *in rubr.* & passim *in tit. de tempor. ordinat. in Decretal. Gregor. & in 6.*) venit quodlibet statutum, ac dispositio siue legis, siue hominis, ac personæ tam veteæ, quàm fictæ, & siue priuatæ, siue publicæ, vt satis colligitur ex *l. fin. §. sed & si quis, & §. personis etiam, C. de administr. tutor. & rubr. Instit. de testam. ordinand. cap. ex litteris, in princ. de constit. & cap. vnic.* pariter *in princ. de cler. non resid. in 6. cap. 1. §. quia verò, de reb. Eccles. non alienand. eod. lib.* & ex titulo, seu inscriptione Regularium Cancellariæ Apostolicæ, sic enim inscribuntur; Regulæ, Ordinationes, & Constitutiones Cancellariæ Apostolicæ S. D. N. &c. necnon *cap. super eo, de offic. deleg. cap. 2. de relig. domib. cap. si tibi absenti, de prab. in 6. & cap. fin. §. in præbendis, de consuetud. in 6.* & *ibi* per Doctor. ac Æn. Falcon. *tract. de reseruat. benefic. 4. part. princip. effect. 5. sub numer. 5.* inde fit, vt, quod in dicta priori parte decreti generaliter de qualitatibus requisitis, & oneribus iniunctis; in posteriori autem specialiter de præbendis Magistralibus, aut Sacerdotalibus, & aliis huiusmodi statuitur, vt illis qualitatibus, aut oneribus in collatione, aut quauis dispositione non derogetur; his verò qualitatibus, & ordinibus nihil in vlla prouisione detrahatur; accipiendum sit non modò de ea dispositione, per quam ad tempus, vtputa ad alicuius vitam, fit earum qualitatum, onerum, aut ordinum mutatio; sed de ea quoque dispositione, per quam illa in perpetuum, & absque vlla temporis præfinitione mutantur, quam statum Ecclesiæ, aut beneficij mutationem appellamus: nam ex proœmio, seu præfatione alicuius dispositionis tamquam ab illius causa finali † declaratur, quid in ea senserit
69. disponens, *l. fin. & ibi* Bart. & alij, *ff. de hered. instit.* cum multis congestis à Tiraq. *in tract. cessant. cauf. cess. effect. limit. 1. numer. 43. & 64. cum seq.* Lud. Gomes. *ad reg. de annal. possess. quast. 1. col. 1. & 2.* Quinct. Mandos. *ad regul. 17. Canc. quast. 1. numer. 5. & ad regul. 34. quast. item 1.* ferè per tot. Gonzal. *in commentar. regul. 8. §. 7. proœmial. num. 122.* Lud. Molin. *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 5. numer. 6.* & latè Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 2. numer. 12. & seq.* qui *numer. 2. & 3.* id in specie adstruit de proœmio, & præfatione quibus vsus est legislator, per text. *in l. cum hi, in princ. ff. de transact. & l. 2. ff. ad Macedon.* & *ibi* Bart. *& l. regula, in fin. ff. de iur. & fact. ignor.* quo loci Bart. scripsisse ait, quòd, si præfatio legis est generalis, sic etiam intelligi debet ipsa lex *numer.* autem 14. idem Menoch. post Soc. sen. *consil. 91. col. 1. lib. 1.* Dec. *consil. 10. numer. 2.* Gozad. *consil. 1. numer. 16.* & Crauett. *consil. 192. numer. 21.* hanc regulam, & præsumptionem extendit, vt locum habeat etiam quando dispositio sui natura strictè interpretatur. multò verò magis hæc locum debent obtinere in prędicto decreto Conc. Trid. cùm in eius præfatione verba omnia ponantur expressè per modum rationis, ibi; ratio postulat, &c. atque adhuc magis quoad priorem eiusdem decreti partem; tum quòd in eius initio statim subditur; quando igitur: hæc autem dictio, *igitur*, † ex propria natura infert 70.
ex præcedentibus, *l. si procuratorem, §. si ignorantes, ff. mand. l. Diuus, ff. de custod. & exhibit. reor. §. igitur, in proœm.* & sæpe *in lib. Instit.* atque ex plerisque aliis iuribus, quæ passim habentur: tum propter verba illa, *seu in quacumque alia dispositione eis non derogetur*, quæ in fine eiusdem prioris partis habentur: verbum enim, *dispositio*, † valde generale 71.
est, & latissimam habet significationem, *cap. cùm in illis, §. illis verò*, cum *ibi* not. *de præben. in 6. Clem. vnic.* iuncta glos. *verbo, dispositionem, de suppl. neglig. prælat.* cum pluribus ad id allegat. à Mandos. *ad regul. 32. Canc. quæst. 4. numer. 5.* & priùs *regul. 13. quæst. 2. num. 2. & reg. 14. quæst. 4. num.* item 4. hoc vtroque loco tradens etiam post alios, hoc nomine importari omnem modum prouidendi, seu ordinandi: quod vtrumque docet quoque post alios Gonzal. *ad d. regul. 8. Canc. glos. 20. numer. 1. & 2.* ac nouissimè Nic. Garz. *tract. de benefic. part. 1. cap. 6. numer. 31.* idque maximè propter dictionem illam vniuersalem, *quacumque alia*, iuxta tradita per Mandos. *d. regul. 14. quæst. 2. numer. 2. & d. reg. 32. quæst. 4. numer. 5.* & Gonzal. *d. glos. 20. numer. 3.* dictio enim, *quacumque*, † comprehendit omnia, 72.
ampliando etiam vltra naturam dispositionis; vt idem Mandos. probat *reg. 5. Cancell. quæst. 3. numer. 2. reg. 17. & 30. quæst. 8. num.* item 2. latè Barbos. *de dictionib. dict. 266. & 269.* quod etiam de dictione, *quidquid*, proculdubio idem importante, ac *quodcumque*, tradit post alios Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 145. num. 14. cum seq.* Hoc autem, quod hactenus diximus de priori d. decreti parte, in ea comprehendi quoque mutationem status Ecclesiæ, seu beneficij, de qua nunc agimus, statuendum etiam est quoad posteriorem; tum propter dictionem, seu verbum, *idem*, in eius initio positum, quæ dictio † est repetitiua præcedentium 73.
cum suis qualitatibus, *l. idem, ff. mand.* Bart. *l. si quis seruum, §. vlt. ff. de legat. 2. & l. 2. in princ. ff. de recept. arbitr.* Ioan. Bolognet. *in l. re coniuncti, num. 80. ff. de legat. 3.* Alexandr. *in l. si Fortidianum, ad fin. C. de legat.* Paris. *consil. 16. numer. 44. lib. 3.* Ruin. *consil. 3. lib. 3.* Crauett. *consil. 45. numer. 4. & consil. 98. numer. 8.* Rot. Rom. *decis. 115. numer. 13. part. 1. diuers.* tum propter verbum, *prouisionis*, in fi. eiusdem posterioris partis non semel positum, quod & ipsum † valde generale est, & comprehendit o- 74.
mnem modum, quo Ecclesiæ prouidetur, vt per glos. *in cap. 1. verbo, prouisionem, & cap. quorundam, verbo, prouisionibus, de elect. in 6. & Clem. fin. verbo, prouisioni, eod. tit.* atque alios tradunt Mandos. *d. regul. 32. quæst. 4. numer. 3. & 4.* Gonzal. *ad d. reg. 8. glos. 17.* per tot. & Garz. *d. part. 1. de benefic. cap. 6. numer. 31.* Neque his obstare potest, quòd in præfatione dicti decreti, & in fine posterioris eius partis Concilii Trid. vtatur verbo, *detractionis*, & in priori eiusdē parte verbo, *derogationis*, quod vtrumque mutationem non in totum, sed partis eius rei, cui detrahendū, aut derogandum est, significat; vt colligitur ex iis, quæ nos sup. *cap. 9. quæst. 1.*

circa

circa initium, præcipuè ex *l. derogatur, ff. de verb. ſignifis.* vbi Modeſtinus I.C. derogatur, inquit, legi, aut abrogatur: derogatur legi, cùm pars detrahitur; abrogatur legi, cùm prorſus tollitur. nam quod ad verbum derogationis attinet, *ibid.* oſtendimus, plerumque etiam in iure ſumi pro mutatione in totum, vel indifferenter, ac in genere, prout tam hanc, quàm mutationem pro parte comprehendit. præterquam quòd hæc mutatio ſtatus, ſeu derogatio qualitatis beneficij in perpetuum, dici poteſt mutatio pro parte reſpectu totius fundationis beneficij, ſeu diſpoſitionis, qua fundator beneficium creari iuſſit, ſeu curauit, eíque certas qualitates, vel onera apponi; quæ tota fundatio, ac diſpoſitio, iuxta *inibi* per nos deducta, eſt loco legis, cui I.C. derogari ait, cùm pars detrahitur, detractionis autem nomen eo ipſo, quòd ei nomen partis adiungitur, *in d. l. derogatur*, ſatis conuincitur, conuenire quoque mutationi, quæ in totum fit; aliàs fruſtrà adiungeretur, contra illam regulam, nullum verbum in lege ſuperfluum eſſe debere, iuxta *l. ſi quando, ff. de legat. 1. cap. ſi Papa, de priuil. in 6.* Put. *deciſ.* 56. *in fi. lib.* 1. cum aliis ad id adductis à Gonzal. vbi ſup. §. 7. *proœm. num.* 127. *cum ſeq.* Et hæc ſufficiant ad confirmandam priorem huius concluſionis partem. Cui non obſtabit decretum eiuſdem Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *de reform.* quatenus concedit facultatem Epiſcopo ſaltem in Synodo, & Prælatis Regularium, vt in ſuis Capitulis generalibus poſſint ex certis cauſis *ibi* expreſſis reducere numerum Miſſarum ex variis defunctorum relictis impoſitum. nam, vt ſatis oſtendimus ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 11. *concluſ.* 4. *limit.* 2. illud decretum locum dumtaxat habet in huiuſmodi oneribus impoſitis à defunctis in puris, ac ſimplicibus relictis, non autem in fundatione beneficiorum; in qua ſeruandum eſt decretum eiuſdem Conc. *cap.* 5. quod ſtatim ſequitur.

75. Poſterior autem eiuſdem pars, quæ eſt, † in aliquibus caſibus à iure humano poſitiuo, hoc eſt, Eccleſiaſtico introductam eſſe mutationem ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum, probatur ex iuribus, aut præcipientibus, aut certè permittentibus huiuſmodi ſtatus mutationem in nonnullis caſibus: quod patebit recenſendo quaſdam præcipuas beneficiorum, vel Eccleſiarum qualitates, quarum perpetuam, hoc eſt, abſque temporis definitione mutationem ea iura præcipiunt, vel permittunt; quæ, ne præſens concluſio nimium excreſcat, aut hoc loco agamus, quod alibi omnino agendum eſt, hìc dumtaxat referemus ſingulis prædictis qualitatibus iuxta probabilem illorum intellectum applicantes; eadem poſtea hoc ipſo cap. potiſſimùm *quæſt.* 4. 5. & 7. diligentiùs examinaturi; adiectis etiam *ibi*, cùm opus fuerit, interpretum aliorúmve Doctorum auctoritatibus. In illis autem qualitatibus, ſeu ſtatibus Eccleſiarum, ac beneficiorum hoc loco recenſendis eum ordinem ſeruabimus, quem præced. cap. *quæſt.* 2. *verſic. ex parte autem cauſæ materialis, & quæſt.* 4. *cum ſeq.* paſſim in iiſdem referendis, & explicandis quoad temporalem mutationem adhibuimus, & inf. hoc ipſo cap. *quæſt.* 4. & 5. quoad perpetuam mutationem retinebimus.

Quoad qualitatem ergo, ſeu ſtatum regularitatis, ac ſæcularitatis Eccleſiæ, vel beneficij, quòd eius
76. perpetua huiuſmodi mutatio † à ſæculari in regularem, & è contrario, per conſuetudinem, ſeu præſcriptionem à iure permittatur, text. eſt notabilis *in cap. cùm de beneficio, de prebend. in 6.* ac de regularis in ſæcularem Eccleſiam per ſuperioris auctoritatem quoad hoc mutatione, eſt etiam text. *in cap. inter quatuor, in fi. de religioſ. domib.* de ſæculari in regularem, *cap. ſi Epiſcopus vnam*, 12. *quæſt.* 2. *cap. decimas, il* 4. 16. *quæſt.* 7. *cap. ad audientiam, il* 2. *de Eccleſ. ædif. cap. conſultationibus, & cap. paſtoralis, de donat. cap. quod autem, cap. illud, cap. cura, & cap. nullus, de iurepatr. cap. tua nuper, & cap. paſtoralis, de his, quæ ſi. a prælat. ſin. conſenſ. Capit. cap. cùm & plantare, in princ. de priuil. Clem. ſi vna*, quæ eſt 2. *de reb. Eccl. non alien.* Idémque probatur ex conſtit. 33. Sixti V. quæ incipit, *Cameræ noſtræ*; dum in ea ſtatuit, vt quindennium ſoluatur ex beneficiis, quæ vnita ſunt Monaſteriis ordinaria etiam auctoritate. Ad idem quoque facit text. *in cap.* 1. *& fin. de Capell. Monach. cap. auaritia, de prab. & Clem.* 1. §. *ad hæc, in fi. & §. ceterum, de ſtat. Monach.* Id autem quod de Eccleſiis non pleno iure ſubiectis Monaſterio habet text. *in cap. de monachis, & cap. in Lateranenſi, de præb. cap.* 1. *& cap. cùm ſingula, eod. tit. in 6. cap. cùm & plantare, §. in Eccleſiis, de priuileg.* necnon *cap. vnic. de Capell. Monach. in 6. & Clem. §. ſanè, de iurepatron.* in iis Eccleſiis clericos ſæculares poni aliquando poſſe, ad hanc rem, de qua nunc agimus, non facit, vt *quæſt. ſeq. concluſ.* 3. circa hanc primam qualitatem oſtendemus. De mutatione verò vnius Eccleſiæ, ſeu Monaſterij in aliam regularem diuerſi ordinis ad illam reformandam, deficientibus religioſis eiuſdem ordinis, ex quibus ea valeat reformari, text. apertus eſt *in cap. relatum, ne cler. vel Monach.* & vnius ſecularis in alteram ſæcularem, *cap. ſuggeſtum, de iurepatronat. & d. Clem.* 2. Quoad qualitatem autem, ſeu ſtatum manualitatis, aut perpetuitatis, vel obligationis † reſidendi in 77.
Eccleſia, vel beneficio; atque item ordinis, ætatis, ac ſimilium, quòd mutari poſſint, nullum text. expreſſum reperio, ſed quoad nonnullas earum aliquas dumtaxat Doctorum auctoritates, quas *d. ſeq. quæſt. à concluſ.* 4. *ad* 7. examinabimus. quamuis quoad obligationem reſidendi non parum faciat text. *in cap. cùm omnes, de conſtit. cap. extirpandæ*, §. *qui verò, de prabend. & cap. ſuper eo, eod. tit. in 6.* Verùm quoad qualitatem, ac ſtatum curæ animarum, textus eſt *in cap. ad audientiam, il* 1. *de Eccleſ. ædific.* & Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 4. & 5. *de reform.* Quoad ſtatum autem, ſeu qualitatem Eccleſiæ collegiatæ facit Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 3. *de reform.* De ſtatu verò, ſeu qualitate præbendæ † Theo- 78.
logalis, Magiſtralis, ac Pœnitentiariæ adſunt iura, quæ attulimus, ac ponderauimus *cap. præced. quæſt.* 4. *concl.* 7. quoad hoc, vt præbenda, quæ talis nõ erat, in talem erigatur, & ſic eius ſtatus quoad eã qualitatẽ, & quidem perpetuò mutetur. Præterea, quod ſpectat ad ſtatum, ſeu qualitatem ordinis, vt annectatur beneficio illum annexum non habenti, habemus decretum Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *circa med. de reform.* At verò quoad mutationem ſtatus vnius ordinis annexi in alium ordinem, adeſt conſtitutio Sixti V. 55. quæ incipit, *Religioſa*, cuius inf. *quæſt.* 4. *concluſ.* 7. *& quæſt.* 5. *concluſ.* 6. mentionem faciemus: ac de ſtatu iuriſpatronatus, ſeu præſentandi ad Eccleſiam, vel beneficium, quòd nonnumquam † 79.
ita mutari poſſit, vt ex libero beneficio, vel Eccleſia fiat iuriſpatronatus, ſeu ſubiaceat iuri præſentandi, textum habemus iuxta quorumdam interpretationem *in cap. quicumque, & cap. filiis*, 16. *quæſt.* 7. quoad mutationem huiuſmodi per augmentum dotis: & quoad hunc, & alios modos, ſeu cauſas, in Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap. ad fin. de reform.* ibi; ſimiliter quoque patronatus quicumque in Eccleſiis, & quibuſcumque aliis beneficiis, etiam dignitatibus, antea liberis acquiſiti à quadraginta annis citrà, & in futurum acquirendi, ſeu ex augmento

Digitized by Google

dotis, ſeu ex noua conſtructione, vel alia ſimili cauſa, etiam auctoritate ſedis Apoſtolicæ, ab iiſdem Ordinariis vti delegatis, vt ſuprà, qui nullius in his facultatibus, aut priuilegiis impediantur, diligenter cognoſcantur, &c. de quibus modis, & cauſis videndus Lambertin. *d. tract. de iurepatronat. lib. 1. part. 1. queſt. 6.* per tot. quòd autem beneficium, aut Eccleſia ita mutari poſſit, vt, cùm ſit iuriſpatronatus, libertatem acquirat per renuntiationem factam à patrono, eſt bonus text. *in cap. ex inſinuatione, & cap. ſuggeſtum, de iurepatronat.* & melior *in cap. vnic. in princ. eod. tit. in 6.* ibi; ſi laicus iuſpatronatus Eccleſiæ ſibi competens eidem, vel alteri Eccleſiæ, ſeu loco religioſo duxerit conferendum, huiuſmodi collatio, quamuis abſque aſſenſu Epiſcopi facta fuerit, efficax eſt cenſenda. De mutatione verò huius ſtatus, ſeu amiſſione iuriſpatronatus per priuationem ob eius venditionem de per ſe, eſt bonus text. *in cap. quia clerici, de iurepatronat.* cùm traditis *ibi* per Doctor. & Lambertin. *tract. de iurepatronat. lib. 1. part. 2. queſt. 5. artic. 2. & 3.* necnon *lib. 3. queſt. 8. artic. 1.* & expreſsè cauetur in Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 9. circa medium, de reformat.* ob hæreſim autem, colligitur ex *cap. excommunicamus, il 1. §. 1. de hæret. & cap. cùm ſecundùm, verſ. bona hereticorum, eod. tit. in 6.* ob occiſionem verò, aut mutilationem temerariam rectoris, vel clerici, text. eſt *in cap. in quibuſdam, §. ſacri, de pœn.* atque ob occupationem bonorum, aut fructuum beneficij iuriſpatronatus, vel impedimentum ab ipſo patrono præſtitum, ne ab iis, ad quos iure pertinent, percipiantur, extat inſigne decretum Trid. Conc. *ſeſſ. 22. cap. 11. de reformat.* quod inf. *queſt. 5. concluſ. 6.* ponderabimus: vbi etiam alias cauſas huiuſmodi priuationis, vel amiſſionis iuriſpatronatus afferemus, quæ expreſsè ab aliquo iure ſunt inductæ: nam quæ ab eo inductæ non ſunt, ſed ſolùm à Doctoribus de hac re tractantibus adducuntur, etiam vltra prædictas; ſeu caſus, in quibus ipſo iure non ceſſat iuſpatronatus, *queſt. ſeq. concluſ. 9.* examinabimus. Ac tandem, quòd iuſpatronatus Eccleſiæ, aut beneficij † ex laicali mutari poſſit in
80. Eccleſiaſticum per donationem, vel tranſlationem illius iuris in aliam Eccleſiam, ſeu locum pium, ſeu Eccleſiaſticum ab ipſo patrono factam, apertè conſtat ex *cap. paſtoralis, §. nos autem de donat. cap. quod autem, §. de cetero*, iuncta gloſ. *verbo, ſi conſenſum; & cap. cura*, iuncta *gloſ. fin.* ac meliùs ex *cap. illud, & cap. ſignificaſti, de iurepatronat.* necnon *cap. vnic. in princ.* iuncto §. 1. *eod. tit. in 6.* Quoad onera denique, & conditiones appoſitas in limine fundatio-
81. nis, quòd † ſtatus Eccleſiæ, ac beneficij poſtea mutari aliquando poſſint, eſt optimus text. iuncta gloſ. ab aliis approbata *in cap. cùm dilectus, verbo, conſtitutum, de conſuet.* quam etiam inter ceteros ſequitur Roch. de Curt. *in tract. de iurepatronat. verbo, pro eo, quòd de diœceſani conſenſu, queſt. 13. 14. & 15. ſub numer. 29. cum duob. ſeqq.* & Lambertin. *eod. tract. lib. 1. part. 1. queſt. 9. artic. 1. numer. 51. 52. & 90. cum ſeq. & part. 2. queſt. 4. artic. 4.* necnon *lib. 3. queſt. 5. artic. 3. & queſt. 6. artic. 7.* ferè per tot. quod tamen latiùs reaſſumendo tractabimus *queſt. ſeq. concluſ. 10.* nunc verò ad reliquas duas huius quæſt. concluſiones tranſeamus.

QVARTA CONCLVSIO. Mutatio ſta-
82. tus Eccleſiæ, ac beneficij † à iure introducta eſt ob neceſſitatem, vel vtilitatem maximè ipſius Eccleſiæ, ac beneficij. Probatur quoad neceſſitatem Eccleſiæ ex text. *in cap. inter quatuor, de relig. domib.* vbi decernitur, quòd deficientibus regularibus in eorum Eccleſiis ſæculares clerici poterunt ordinari: *& cap. relatum, ne cler. vel Monach.* vbi ad reformandum Monaſterium religioſorum certi ordinis, ſi ex religioſis eiuſdem ordinis nequeunt reformari, religioſi alterius ordinis aſſumendi ſunt. quoad eandem verò huius neceſſitatis cauſam in mutatione beneficij, ſeu Eccleſiæ à ſtatu libertatis ad ſtatum ſeruitutis iuriſpatronatus ex augmento dotis; ſeu ex noua conſtructione, vel alia ſimili cauſa acquirendum, conſtat ex Trid. Concil. *ſeſſ. 25. cap. 9. in fi. de reform.* nam poſt illius hac de re decreti verba relata *concl. præced. non longè à fi. verſic. quoad ſtatum autem, ſeu qualitatem*; de huiuſmodi patronatibus diligenter cognoſcendis ab Ordinariis etiam tamquam à ſede Apoſtolica delegatis ſubditur; & quos non repererint ob maximè euidentem Eccleſiæ, vel beneficij, ſeu dignitatis neceſſitatem legitimè conſtitutos eſſe, in totum reuocent: atque beneficia huiuſmodi ſine damno illa poſſidentium, & reſtituto patronis eo, quod ab eis idcirco datum eſt, in priſtinum libertatis ſtatum reducant: non obſtantibus priuilegiis, conſtitutionibus, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus. Quoad vtilitatis verò Eccleſiæ cauſam, immo & ob pium petentis deſiderium de mutatione ſtatus Eccleſiæ collegiatæ ſæcularis in ſimilem regularium Eccleſiam, eſt optimus text. *in cap. ad audientiam, il 2. in princ. de Eccleſ. ædificand.* & de mutatione ſtatus per erectionem in Cathedralem quoad vtilitatem, vel neceſſitatem Eccleſiæ, ſentit Rebuff. *in Prax. benefic. tit. de erect. in Cathedralem, ſecularem, vel aliam ſtatum, num. 2.* ac generatim de mutatione ſtatus Eccleſiæ, vtilitatem ipſius Eccleſiæ, ac maius Dei ſeruitium eſſe eius mutationis cauſam, apertè poſt alios tenet Petr. de Peruſ. *tract. de mutat. ſtat. Eccleſiar. cap. 3. numer. 13.* Et cùm perpetuæ Eccleſiarum conceſſiones ad alienationes rerum Eccleſiaſticarum pertineant, vt habetur ex *cap. tua nuper, de his, quæ fi. à prælat. ſin. conſenſ. capit.* & colligitur ex *Clem. ſi vna*, ſeu 2. iuncta *rubr. de reb. Eccleſ. non alien.* vtilitas, vel neceſſitas Eccleſiæ requiretur in huiuſmodi Eccleſiarum conceſſionibus; quæ cùm fiunt perſonis, aut locis diuerſi ſtatus, quædam ſpecies mutationis ſtatus earumdem omnino erunt, vt per ſe patet: nam pietas, & commoditas, ſeu incommoditas; quas ſimul cum neceſſitate, & vtilitate pro cauſis alienationis bonorum Eccleſiaſticorum ponit gloſ. ab aliis recepta *in ſumma*, 12. *queſt. 2.* ad ipſam neceſſitatem, vel vtilitatem reducuntur, vt iam non ſemel admonuimus, & latiùs oſtendemus *queſt. 6. concl. 2.* in qua etiam iuncta præced. hanc rem de cauſis, ob quas mutatio ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum, de qua in præſenti cap. agimus, fieri poteſt, fuſiùs diſſeremus. Nunc autem pro complemento huius concluſ. illud attigiſſe ſit ſatis, quod breuiter explicauimus *cap. præced. queſt. 3. concluſ. 4.* quoad derogationem, ſeu temporalem mutationem qualitatum beneficij; & generatim quoad commutationem vltimæ voluntatis pluribus ſup. *cap. 3. queſt. 4. circa medium*; quòd, cùm ratio, qua lex iuſta numquam caret, licèt fortaſſe nobis ignota ſit, neque curioſiùs inquirenda; finiſque communis omnibus legibus ſit ciuium ſalus, & reip. vtilitas; meritò dicendum eſt, rationem, & cauſam finalem, ob quam iure humano poſitiuo introducta eſt mutatio ſtatus Eccleſiæ, aut beneficij, communem quidem, ac generalem fuiſſe Chriſtianorum ſalutem, ac publicam vtilitatem; ſpecialem verò potiſſimum vel diuini cultus augmentum, vel, vt quoad fieri poſſit, piæ diſponentem voluntates ſuſtineantur, cùm eæ, prout emanarunt, executioni demandari aut nullo modo, aut cum magna difficultate, aut non cum tanta vti-

litate

litate poſſunt: & quoad publicam, & communem vtilitatem optimè facit Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 18. de reformat.* dum *inibi* dicitur, publicè expedire legis vinculum quandoque relaxare: (id, quod per hanc ſtatus Eccleſiæ, ac beneficij mutationem fit; prout ſatis colligitur ex iis, quæ in priori præced. concluſionis parte adduximus;) vt pleniùs euenientibus caſibus, & neceſſitatibus pro communi vtilitate ſatisfiat.

QVINTA, & poſtrema CONCLVSIO. Mutatio ſtatus Eccleſiarum, aut beneficiorum, † licèt per ſe, ac regulariter ſit odioſa; aliquando tamen eſt fauorabilis. Hæc concluſio præmiſſo eo, quod *cap. præced. quæſt. 3. concluſ. 5.* paucis perſtrinximus, latiùs autem proſecuti ſumus *cap. 3. quæſt. 4. præmiſſ. 1. & 2.* necnon *cap. 9. quæſt. 3. concluſ. vlt. circa med.* eamdem diſpoſitionem eſſe poſſe partim fauorabilem, partim odioſam; licet pars quæ præponderat, eam faciat fauorabilem, vel odioſam: hoc verò intelligendum fore quoties odium à fauore diſtingui non poſſit; quòd ſi vnum ab altero commodè valeat diſtingui, tunc odium vt odium, & fauorem vt fauorem eſſe aſſumendum: ac tandem ſi vtrinque fauor ſit, nimirum & contra diſpoſitionem, & pro ea, tunc fauorem, qui potentior ſit, fore attendendum, ac præualere debere. Hoc, inquam, præmiſſo, præſens concluſio quoad priorem ſui partem probatur; quoniam, quòd ſtatus Eccleſiæ, ac beneficij retineatur, ſeu non mutetur, per ſe, ac regulariter eſt conforme iuri communi, vt ex adductis in priori parte concluſionis præced. ſatis patet: fauorabilis autem eſt omnis diſpoſitio, quæ iuri communi innititur, Caſſador. *deciſ. 8. num. 6. de prebend.* Caputaq. *deciſ. 88. numer. 6. part. 2.* Put. *deciſ. 222. numer. 3. lib. 1.* Felin. *cap. cauſam, quæ, numer. 7. de reſcript.* cum aliis ad id allegat. à Gonzal. *ad regul. 8. Canc. §. 6. proœm. num. 42.* quòd, ſi retentio prædicti ſtatus, & qualitatum Eccleſiæ, ac beneficij eſt fauorabilis, ſequitur, vt horum mutatio ſit odioſa; nam contrariorum contrarij ſunt effectus, & contraria ratio, *l. ab emptione, ff. de pact. l. qui recuſare, ff. de accuſat.* cum ſimil. & in ſpecie, diſpoſitionem, per quam à iure communi recedit, eſſe odioſam, conſtat ex *l. quod verò, ff. de legib. cap. quæ à iure communi, de regul. iur. in 6.* cum vtrobique not. traditque Bald. *in l. non ſine*, ante *numer. 5. C. de bon. quæ liber.* Abb. *in cap. quia circa, numer. 3. de priuil.* & alij, quos refert, ac ſequitur Gonzal. *d. §. 6. numer. 4. 5. & 6.* iuncto *numer. 45. & 62.* 83.

Poſterior † pars concluſ. probatur; quoniam, ſi hæc mutatio ſtatus Eccleſiæ, aut beneficij fiat ob neceſſitatem, quia illius ſtatus retentio, ſeu obſeruantia impoſſibilis ſit de facto, quo caſu eius mutatio fieri poteſt, aut etiam debet, arg. *l. legatam, ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. & cap. nos quidem, de reſtam.* vel impoſſibilis ſit de iure, quia ſtatus ille ab initio, vel ex poſtfacto ſit illicitus; quo pariter caſu prædicta mutatio admittenda eſt, arg. *l. legatum, ff. de vſu, & vſufruct. legat.* cum adnotat. per Doctor. *ibi, ac d. l. legatam, & cap. nos quidem*; tunc fauorabilis erit memorata ſtatus mutatio, tum quòd innitatur iuri communi eam fieri præcipienti, vt in iuribus mox citat. idque iuxta regulam paulo antè traditam: tum quòd publicam contineat vtilitatem, quæ dictat, vt defunctorum voluntates eo modo, quo poſſunt, executioni mittantur, ne omnino depereant: maximè quia, vt plurimum ſtatus ille, & qualitates Eccleſiæ, ac beneficio ex voluntate defunctorum apponuntur; publicè autem expedit, vt ait Paulus I.C. *in l. vel negare, ff. quemadmod. teſtam. aper.* ſuprema hominum iudicia exitum habere; cum aliis ad hoc per nos allegat. *cap. 3. quæſt. 4. poſt medium, verſic. his præmiſſis.* Si verò prædicta ſtatus mutatio non fit propter neceſſitatem, quia tam de iure, quàm de facto ſtatus ille retineri poſſit, adhuc eadem mutatio erit fauorabilis, vel cum immediatè, ac directè fit propter publicam, & communem vtilitatem, quod aliquando contingere, patet ex iis, quæ *in præced. concluſ.* adduximus, & afferemus *quæſt. 6. concluſ. 2.* publica verò vtilitas operatur, † vt diſpoſitio etiam aliàs odioſa fauorabilis cenſeatur, vt *d. quæſt. 4. poſt medium*, docuimus, præcipuè ex Mandoſ. *ad reg. 22. Canc. quæſt. 1. num. 4.* vel cùm fit pro augendo, vel retinendo cultu diuino; quia nimirum, niſi talis mutatio fieret; diuinus cultus detrimentum pateretur, vt in caſu Conc. Trident. *ſeſſ. 22. cap. 3. 4. & 5. de reform.* vnde etiam, ac ſimul ex *cap. ex parte, ac conſtit. cap. pen. de cler. non reſid. cap. fin. de reſtaur. cap. in his, de priuileg. & cap. fin. de reſcript. in 6.* cum aliis adductis per Mandoſ. *d. quæſt. 1. num. 3. & 5.* ſatis colligitur, fauorabilem eſſe diſpoſitionem, per quam diuinus cultus augetur, vel retinetur. Idémque erit ſi huiuſmodi mutatio fiat propter vtilitatem Eccleſiarum; talem enim diſpoſitionem eſſe fauorabilem, poſt Abb. *in cap. nihil, num. 9. de elect.* Caputaq. *deciſ. 202. num. 4. lib. 3.* & alios tradit Gonzal. *d. §. 6. proœm. num. 34. 35. 38. & 43.* & facit text. *in cap. cum ſit, de for. compet.* vel, vt ſuccurratur pauperibus clericis, & Eccleſiæ miniſtris; quæ etiam diſpoſitio eſt fauorabilis, ex latiùs adductis à Gonz. *d. §. 6. num. 32. cum ſeq. & gloſ. 2. à num. 1. ad 35.* & ex Concil. Trident. *ſeſſ. 21. cap. 5. de reform.* aut perſonis litteratis, ac benemeritis, iuxta *cap. de multa, de præb.* cum pleriſque allegat. à Gonzal. *ad d. reg. 8. gloſ. 4. à numer. 1. vſque ad 110.* vel vt Chriſtianorum ſaluti conſulatur, vel aliàs fauore piæ cauſæ; ex iis, quæ nos adduximus *d. cap. 3. quæſt. 4.* longè poſt medium. Vbi autem fauor vtrinque eſſet, nimirum & pro mutatione ſtatus alicuius Eccleſiæ, aut beneficij, & pro eiuſdem ſtatus retentione, tunc potentior præualere debet, ex *ibid.* per nos allegat. vbi etiam attigimus, quinam fauor potentior dici poſſit: ſubiicientes id, quod, tamquam ad hanc rem, de qua agimus, valde conducens, maximè adnotandum eſt, † poſt iã deductam in eſſe prædictã ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij alicuius mutationem, ſi de ea interpretanda & reſtringenda vel extendenda dubitatur, mutationem, quæ ex cauſa neceſſaria fuit facta, quoniam ſtatus præſens retineri ſiue de facto, ſiue de iure nequibat, facilè fore ad caſus ſimiles ex rationis identitate extendẽdam: idque neceſſariò faciẽdum, ſi caſuum aſſimilatio, ſeu æquiparatio fiat à lege in eadẽ materia ſaltem in genere, vel in omnibus; aliàs probabilem tantùm eſſe huiuſmodi extenſionem; multis tamen adhuc caſibus exceptis; iuxta latè tradita per Euerard. *in Top. iur. loc. à ſimil. numer. 11. & 12.* Quòd ſi agatur de ſtatus mutatione ex cauſa voluntaria, vtputa, vtilitatis, vel commoditatis, non ita facilè fore in ea mutatione admittendam extenſionem ad caſum etiam ſimilem, niſi vterque caſus à iure omnino æquipararetur, vel plures fauores ſimul concurrerent; vel in caſu, ad quem extenſio facienda ſit, adeſſet maioritas rationis, vt nos *ibid. in fi.* quoad vltimæ voluntatis commutationem deduximus. Ex quibus finis ſit præſenti quæſtioni. 84. 85. 86.

SVMMÆ

SVMMÆ RERVM.

87. *Status Eccleſiarum, ac beneficiorum æquè mutari poteſt ſi creatus ſit per diſpoſitionem inter vivos, ac inductus per diſpoſitionem cauſa mortis.*

88. *Status Eccleſiarum, ac beneficiorum aliquando ſaltem mutari poteſt ſive is ad profanam, ſive ad piam cauſam pertineat.*

89. *Status Eccleſiæ, ac beneficij contrarius, aut conformis iuri naturali, diuino, vel humano an mutari poſſit. & quid in eo, qui ſit præter ius, vel de facto impoſſibilis; aut adiectum ſub conditione, vel in diem, aut ſub falſa demonſtratione, vel cauſa, aut ſub modo, eo poſito deficiente; numer. 90.*

91. *Status ſæcularitatis, aut regularitatis Eccleſiæ, vel beneficij an ſaltem aliquando mutari poſſit; & ibi quomodo beneficia ſæcularia ſæcularibus, & regularia regularibus ſint concedenda.*

92. *Eccleſia regularis in aliam regularem aliquando mutari poteſt; & ſecularis in aliam ſæcularem. item Eccleſia regularis in ſæcularem, & ſecularis in regularem; & ibi materia commendatarum remiſſiuè; num. 93. cum aliquot ſeqq.*

94. *Intellectus cap. Apoſtolicæ, de donat. & cap. bonæ rei, 12. quæſt. 2.*

95. *Intellectus cap. ſi Epiſcopus vnam, 12. quæſt. 2. & cap. ad audientiam, il 2. de Eccleſ. ædific.*

96. *Eccleſia ſecularis etiam Collegiata fieri poteſt regularis ab Epiſcopo, idemque in parochiali Eccleſia; quæ ab Epiſcopo regularibus concedi poterit ſuo conſentiente Capitulo, numer. 97.*

98. *Eccleſia ſecularis an concedi poſſit loco religioſo non vocato eius rectore, aut defenſore vacanti Eccleſiæ dato.*

99. *Parochiales Eccleſiæ an hodie vniri poſſint, aut concedi Monaſteriis; & ibi intellectus Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 13. de reform.*

100. *Beneficium manuale, ſeu amouibile an poſſit fieri perpetuum per conſuetudinem, ſeu præſcriptionem; & ibi intellectus cap. cum de beneficio, de prebend. in 6. & an beneficia regularia præſumantur eſſe manualia.*

101. *Actibus meræ facultatis an præſcribi poſſit.*

102. *Beneficium manuale an fieri poſſit perpetuum per conſtitutionem.*

103. *Epiſcopus an poſſit Capellanum amouibilem poſitum per teſtamentum perpetuum facere.*

104. *Beneficium perpetuum an, & quando fieri poſſit manuale; & ibi quod omnia beneficia ſæcularia præſumuntur eſſe perpetua; nec de ſubſtantia beneficij eſt, quod ſit perpetuum; cum num. ſeq.*

105. *Beneficium maximè curatum an ab initio fieri poſſit temporale, ſeu manuale per conſuetudinem, fundationem, vel ſtatutum.*

106. *Beneficium ſimplex perpetuum de iurepatronatus an poſſit cum patroni conſenſu ab Epiſcopo ex iuſta cauſa fieri manuale.*

107. *Eccleſia parochialis mutari aliquando poteſt in non parochialem; & trib. num. ſeqq.*

108. *Eccleſia parochialis, vnde receſſerunt parochiani, an ſit verè curata.*

109. *Cura animarum à principali rectore in vicariam poteſt perpetuo transferri.*

110. *Rector principalis Eccleſiæ parochialis an poſſit ex conſuetudine immemorabili, priuilegio Papæ, aut aliàs deſeruire per alium.*

111. *Parochialis Eccleſia quando de nouo erigi, ſeu inſtitui poſſit.*

112. *Eccleſia non parochialis, ſeu beneficium non curatum quando in curatum erigi, ſeu mutari poſſit.*

113. *Eccleſia quando dicatur parochialis, & quid ad hoc requiratur.*

114. *Eccleſia meræ parochialis aliquando mutatur in baptiſmalem.*

115. *Reſidentia perſonalis alicui beneficio tribui, & alicui adimi poteſt; & num. ſeq.*

116. *Epiſcopus de conſenſu patroni poteſt Capellam in prebendam conuertere; & vnire aliqua beneficia ſimplicia prebendis Eccleſiarum Cathedralium, & inſignium Collegiatarum; & ibi, quòd Canonici ad reſidentiam teneantur.*

117. *Obligatio reſidentiæ perſonalis tollenda eſt à Capellania potius, quam faciendæ reductio Miſſarum, cùm reditus vtrique oneri non ſufficiant.*

118. *Status certi ordinis, aut gradus beneficio adimi, ac tribui aliquando poteſt. & quid de ſtatu prebendæ Theologalis, Magiſtralis, Doctoralis, aut Pœnitentialis; num. 119.*

120. *Eccleſia non Collegiata mutari aliquando poteſt in Collegiatam, & Collegiata in non Collegiatam. item Cathedralis in non Cathedralem, & non Cathedralis in Cathedralem, necnon ſimplex Cathedralis in Metropolitanam; num. 121.*

121. *Prælati Cathedralium, Collegiatarum, & Communalium Eccleſiarum à quibus olim eligerentur, & à quibus nunc.*

123. *Status electionis beneficij mutari aliquando poteſt.*

124. *Beneficium liberum quandonam fiat iuriſpatronatus; & ibi intellectus Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 9. ad fin. de reform. cum num. ſeq.*

125. *Præſcriptio, & priuilegium an ſint cauſa acquirendi iuſpatronatus; & num. 130. cum duob. ſeqq.*

126. *Iuſpatronatus quando acquiratur per dotationem ex interuallo factam; & duobus num. ſeqq.*

127. *Intellectus Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 12. de reform.*

128. *Conſenſus diœceſani in fundatione Eccleſiæ quo exigatur.*

129. *Beneficia libera vniri non poſſunt beneficiis iuriſpatronatus, ita, vt illa etiam fiant iuriſpatronatus; & quid de patronatib. acquiſitis in beneficiis liberis ex augmento dotis, nouæ conſtructione, aut ſimili cauſa.*

130. *Iuſpatronatus acquiri poteſt ex priuilegio Papæ; & an tunc ſit Eccleſiaſticum, vel laicale. & quid in priuilegio Epiſcopi; num. 131. aut præſcriptione; num. 132. & quæ probatio ad eam requiratur; num. 133.*

134. *Iuſpatronatus quomodo definat per extinctionem lineæ ad illud vocatorum; & ibi an ſit de ſui natura hereditarium, ſeu tranſierint ad hæredes etiam extraneos.*

135. *Fundator, & ſucceſſor poteſt in alterum transferre iuſpatronatus reſeruatum deſcendentibus ſuis*

ſine

ſine taxatiua tantùm, ad eorum preiudicium; neuter autem poteſt, vbi adeſt taxatiua.

136. *Inſpatronatus ſucceſſori ex ſolo priuilegio etiam abſque taxatiua reſeruatum non poteſt in alium transferri; niſi id habeatur in priuilegio.*

137. *Inſpatronatus hereditarium extinguitur, ſi patronus moriatur abſque vllo herede; neque tranſit ad fiſcum, ſed Eccleſia ſit libera.*

138. *Patronus ſucceſſor de parentela, cui à fundatore fuit reſeruatum inſpatronatus, non poteſt illud in alium transferre; fundator autem poteſt.*

139. *Inſpatronatus an extinguatur per mortem vltimi de parentela, cui reſeruatum fuit inſpatronatus, non obſtante quod ſuperſtes ſit aggregatus in parentelam de conſenſu ſingulorum, qui de ea ſunt.*

140. *Inſpatronatus transferri poteſt à fundatore titulo vniuerſali etiam in feminas vbi deſcendentes maſculi, quos ad illud vocauit, ipſi prædecedant, licèt in defectum ſtirpis vocauerit Epiſcopum: & ibi quòd femina regulariter ad ſucceſſionem in iurepatronatus admittantur; & quid vbi adeſt ſtatutum excludens feminas ſtantibus maſculis.*

141. *Inſpatronatus hereditarium tranſit ad eum, ad quem tranſit hereditas, renuntiante, vel repudiante eo, qui aliàs poſſet ſuccedere: & ibi quid in filio exheredato an amittat inſpatronatum hereditarium; & an ſit neceſſaria aditio hereditatis.*

142. *Primogenitus ſolus an ſuccedat in iurepatronatus ſtante in hoc ſpeciali conſuetudine, vel quòd ſolus ſuccedat in hereditate.*

143. *Filius emancipatus, vel adoptiuus, an ſuccedant in iurepatronatus; & quid in bonorum poſſeſſore.*

144. *Inſpatronatus an tranſeat in Monaſterium, vel maneat penes ingreſſum.*

145. *Filij naturales, vel ſpurij an ſuccedant in iurepatronatus patris, vel matris etiam poſt legitimationem; & quid in filiis legitimis illegitimorum.*

146. *Inſpatronatus hereditarium an tranſeat in fideicommiſſarium; vel poſſit inter heredes diuidi, aut in diuiſione vni aſſignari.*

147. *Hæretici, excommunicati, & alij ſimiles prohibiti ab initio acquirere inſpatronatus, an poſſint per ſucceſſionem, aut aliàs illud acquirere; vel in alium transferre.*

148. *Eccleſia ſit libera, & inſpatronatus deſinit, quando cauſa, ex qua quis patronus erat, prorſus perempta eſt, vt fundus, & ædificium, vel dos.*

149. *Eccleſia an reſici debeat à patrono, vel rectore Eccleſiæ; & quid de domo rectoris; & an pro reparatione Eccleſiæ poſſint eius bona alienari.*

150. *Patronus nolens reparare Eccleſiam, cùm tenetur, amittit inſpatronatus.*

151. *Inſpatronatus quomodo extinguatur per priuationem, vel ſuppreſſionem.*

152. *Inſpatronatus quomodo amittatur per non vſum patroni. & quomodo per renuntiationem, numer. 153. vel translationem; aut alterius præſcriptionem; num. 154.*

155. *Eccleſia ſit libera, cùm patronus permittit, vt ſit Collegiata abſque ſui iuris reſeruatione; & ibi quòd ius præſentandi locum non habet in Prælato Eccleſiæ Collegiatæ.*

156. *Eccleſia an ſit libera, aut inſpatronatus ceſſet, cùm patronus abſque iuris ſui reſeruatione permittit eam alteri Eccleſiæ vniri, vel concedi; aut cùm eius bona conuertuntur in prebendas.*

157. *Patronus condemnatus de hæreſi an, & quando amittat inſpatronatus. & quid in credente hæreticis, eorumve receptatore, fautore, aut defenſore; numer. 158. aut in ſchiſmaticis, vel apoſtatis; numer. 159. aut excommunicatis inſordeſcentibus per annum; numer. 160.*

161. *Patronus an amittat inſpatronatus ob crimen læſæ maieſtatis humanæ.*

162. *Bona in quibus criminibus ipſo iure confiſcantur.*

163. *Patronus an amittat inſpatronatus ob ſuæ patriæ proditionem; & ob quodcumque crimen, per quod inducitur priuatio bonorum.*

164. *Inſpatronatus an veniat in confiſcatione bonorum ita, vt Eccleſia ſiat libera; & numer. ſeq.*

165. *Inſpatronatus competit laicis ex gratia; & iura fauent eius extinctioni, & libertati Eccleſiæ.*

166. *Perſequens hoſtiliter, percutiens, aut capiens S. R. E. Cardinalem, eiuſve criminis particeps an amittat inſpatronatus, quod habebat. & quid in occidente, capiente, vel bannente Epiſcopum; aut huius criminis participe; num. 167.*

168. *Onera beneficiis appoſita mutari in aliquibus caſibus perpetuò poſſunt; & ibi quæ onera poſſit fundator beneficiis apponere cum Epiſcopi conſenſu, vel abſque eo; & num. ſeq.*

169. *Inſtitutio beneficij quando ſpectare poſſit ad Prælatum inferiorem Epiſcopo; & ibi intellectus Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 12. & 13. de reform.*

170. *Epiſcopus compelli poteſt ad conſentiendum conditionibus licitis contra ius, quas fundator vult beneficio in limine fundationis apponere.*

171. *Succeſſor Epiſcopi, qui conſenſit conditioni licitæ contra ius in fundatione beneficij appoſitæ, non poteſt illam reuocare.*

172. *Conſenſus Capituli non requiritur in appoſitione conditionum contra ius beneficio cum Epiſcopi conſenſu.*

173. *Conſenſus pro validanda appoſitione conditionum contra ius in fundatione beneficij non ſolùm peti, ſed & obtineri debet ab Epiſcopo, vel Prælato inibi habente iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem; & ſede vacante à Capitulo. abſente verò extra prouinciam Epiſcopo præſtari poterit ab eius Vicario generali; num. 174.*

175. *Conditiones contra ius appoſitæ beneficio abſque Epiſcopi conſenſu valent, ſi fundator non potuit eum petere, quia eſſet in vltimo vitæ ſpiritu.*

176. *Conſenſus diœceſani pro validandis conditionibus contra ius in beneficij fundatione appoſitis ſatis probatur ex obſeruantia decennali; & ibi quòd ſolemnitates intercueniſſe præſumuntur ex lapſu decennij.*

177. *Conſenſus diœceſani, qui pro ædificatione Eccleſiæ præſtatur, ſufficit, cùm ſimul & hæc petitur, & approbari dotem, inſpatronatus, & conditiones contra ius.*

178. *Con*

Digitized by Google

178. *Conſenſus diœceſani pro validitate conditionum contra ius beneficio appoſitarum an operetur in noua fundi datione, ædificatione, aut redotatione.*

179. *Onera, & conditiones beneficij regulariter in limine fundationis ipſius apponi debent. quod tamen fallit in nonnullis caſibus; in quibus poſt eam apponi poſſunt, numer.* 180. *& ibi quando dicantur apponi in limine fundationis.*

181. *Conditio appoſita in donatione iuris patronatus, quod donatarij teneantur præſentare ad voluntatem ipſius, aut alterius, etiam Epiſcopi, an valeat, vel reiiciatur.*

182. *Transferens ius patronatus in alium an poſſit tunc apponere aliquas conditiones.*

183. *Status Eccleſiæ, vel beneficij quoad onera, & pacta in eius fundatione appoſita mutari aliquando poteſt.*

184. *Pacta onerosa, & præiudicialia Eccleſiæ patronata etiam cum Epiſcopi conſenſu nequeunt apponi poſt eius fundationem; ſecus ſi vtilia ſint, & non præiudicialia.*

185. *Conditiones, ſeu qualitates tempore fundationis appoſitæ in Eccleſia patronata an poſſint ex poſt tolli in totum, vel ſaltem alterari cum Epiſcopi conſenſu.*

186. *Onera, & pacta in Eccleſia, vel beneficij fundatione appoſita an minui, vel augeri poſſint diminuto, vel auctis eius reditibus.*

187. *Papa ſaltem poteſt mutare ſtatum Eccleſiæ, ac beneficij quoad onera, & pacta in eius fundatione appoſita.*

QVÆRO QVARTO, quinam Eccleſiarum, aut beneficiorum ſtatus mutari poſſint? Poſt explicatam quæſt. præced. cauſam efficientem remotam huiuſmodi mutationis ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum, hoc eſt, cauſam efficientem proximæ cauſæ efficientis eiuſdem mutationis, ſeu eam, quæ tribuit potentiam mutandi, vt initio præced. quæſt. expoſuimus; antequam ad diſputandum de ipſa proxima cauſa efficienti accedamus, operæpretium eſt de cauſa materiali, ſeu materia, circa quam eadem mutatio verſatur; cùm materia, vt Philoſophis, ac Theologis, immo & per ſe notum eſt, actioni creatæ præſupponatur. De ea igitur in præſenti quæſt. agendum nobis erit; in qua pertractanda eumdem ordinem retinebimus, quem præced. cap. *quæſt.* 4. in pertractanda derogatione qualitatum beneficij obſeruauimus, quæ & ipſa, vt iam ſæpe admonuimus, mutatio quædam eſt qualitatum beneficij, neque ab ea mutatione, de qua in hoc cap. diſputamus, niſi ratione durationis differt; cùm illa temporalis ſit, hæc per ſe ſit perpetua, & vltra finem vitæ hominis, ſeu impetrantis, immo, & vſque ad finem ſæculi duratura; nec nos in hac, ſicut in illa, reſtrinxerimus ad qualitates ex fundatoris voluntate adiectas beneficio, aut Eccleſiæ; de qua hìc quoque, prout à beneficio diſtinguitur, quod *inibi* non fecimus, quatenus ad rem hanc pertinet, agere inſtituimus. is autem ordo eſt, vt priùs duas generales concluſiones proponamus, alteram de generibus diſpoſitionum, per quas eæ qualitates Eccleſiis, vel beneficiis apponuntur, ſeu ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij creatur, nimirum diſpoſitionis inter viuos, & cauſa mortis; alteram de generibus cauſarum, ad quarum fauorem illæ diſpoſitiones emanarunt; hoc eſt, piæ, cuiuſmodi ſunt qualitates, & onera ſpiritualia, vtputa, ordinis ſacri, celebrationis Miſſarum, curæ animarum; & profanæ, vt oneris perpetui alicuius emolumenti à beneficiato, aut Eccleſiæ adminiſtratore certæ perſonæ priuatæ præſtandi, de quo *in cap. præterea, il 2. de iurepatr.* cum ſimil. deinde verò ſeptem concluſiones ſpeciales ſubiiciamus de ſingulis præcipuis qualitatibus, ſeu ſtatibus Eccleſiarum, ac beneficiorum mutandis.

PRIMA igitur CONCLVSIO ſit. Æquè mutari poteſt † ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum creatus, ſeu inductus ex diſpoſitione inter viuos, atque inductus ex diſpoſitione cauſa mortis. 87.
Hæc concluſio, eo præmiſſo, quod *cap. præced. quæſt.* 4. *concluſ.* 1. ſatis oſtendimus, conditiones, ſeu qualitates beneficij, (atque adeò eius ſtatum, iuxta id, quod paulo antè docuimus,) poſſe in eius fundatione apponi tam per actum inter viuos, quàm cauſa mortis: probatur; tum ex eo, quòd contrariorum eadem eſt ratio, & regula, *l. & ſi contra, in ſ. ff. de vulg. & pupill. l.* 1. *C. quand. lic. ab empt. diſced.* cum pleriſque iuribus, ac Doctoribus ad id alleg. ab Euerard. *in loc. leg. à contrar. &c. numer.* 1. *vſque ad* 6. & Mandoſ. *ad reg.* 32. *Canc. quæſt.* 11. *numer.* 3. & nihil tam naturale eſt, quàm eodem genere quodque diſſolui, quo colligatum eſt, *l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.* & omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, *cap.* 1. *ext. eod. tit.* vnde ſicut per vtrumque prædictum actus, ſeu diſpoſitionis genus huiuſmodi ſtatus, ſeu qualitates in eſſe deduci poſſunt; ita eædem qualitates, ſeu idem ſtatus quouis ex his duobus modis appoſitæ, & creatus poterunt mutari. Tum ex eo, quòd non eſt aſſignare congruam diſcriminis rationem, cur ſtatus, ſeu qualitates Eccleſiarum, ac beneficiorum ex vno harum diſpoſitionum genere ortum trahentes magis, quàm ex altero ducentes originem mutari poſſint; maximè cùm ſupponamus vtramque diſpoſitionem eſſe in ſtatu irreuocabilitatis; illam quidem, quæ eſt inter viuos, ex natura ſua, *l. ſicut, C. de action. & oblig. & l. perfecta, C. de reuocand. donat.* diſpoſitionem verò cauſa mortis ob ſecutam mortem diſponentis, iuxta *l.* 3. *cum ſeq. ff. de adim. legat. & cap. cum Marthæ, §. ceterum, de celebrat. Miſſar.* atque illud Pauli ad Heb. cap. 9. *Teſtamentum in mortuis confirmatum eſt:* at vbi eſt eadem, vel etiam ſimilis ratio, idem iuris ſtatuendum eſt, *l. non poſſunt, ff. de legib. l. illud, ff. ad leg. Aquil. cap.* 2. *de tranſlat. Epiſc.* cum ſuis concord. Tum denique ex iis, quibus ſup. *cap.* 4. *quæſt.* 1. ferè per tot. idipſum de commutatione vltimarum voluntatum oſtendimus; præcipuè autem ex *Clem. quia contingit, in princ.* iuncta gloſ. recepta *verbo, largitione, de relig. domib.* vbi etiam ex latiùs adductis *cap.* 2. *quæſt.* 1. *circa med.* admonuimus, diſpoſitiones quoque, ſeu actus inter viuos propriè inter vltimas voluntates cenſeri: valere autem argumentum à commutatione vltimarum voluntatum tamquam à genere ad ſpeciem ad huiuſmodi ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum mutationem, quando is ex defuncti alicuius voluntate, ac fundatione, quod vtplurimum contingit, inductus eſt, *quæſt. præced. concluſ.* 1. *circa initium*, tradidimus.

SECVNDA CONCLVSIO. Mutari ſaltem aliquando poteſt Eccleſiarum, ac beneficiorum ſtatus, † ſiue is ad profanam, ſiue ad piam cauſam 88.
pertineat. Per cauſam profanam, quod ad hanc rem attinet, illam intelligo, (vt & *cap. præcedent. quæſt.* 4. *in princ. & concluſ.* 1. in eius initio quoad derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum;) cùm onus aliquod in Eccleſiæ, aut beneficij fundatione ipſi beneficiato, vel Eccleſiam adminiſ-

aduminiſtranti ipſius beneficij, aut Eccleſiæ nomine imponitur, quod in commodum temporale, ſeu pecuniarium emolumentum priuatæ perſonæ redundat. per cauſam verò piam non eam tantùm accipio, quæ ad rem ſacram, ſeu ſpiritualem, aut ſpirituali annexam pertinet, ſed etiam illam, quæ ad quamlibet propriam pietatem, nimirum Dei cultum, animarum ſalutem, Eccleſias, earúmve miniſtros, aut pauperes directè, & immediatè ſpectat; iuxta latè tradita ſuprà *cap. 4. quæſt. 2. in princip. & concluſ. 1. cum ſeq.* in vtriuſque initio. Probatur nunc propoſita concluſio quoad qualitates quidem, & onera, ſeu ſtatum Eccleſiæ, ac beneficij, quæ ad cauſas pias attinent, cuiuſmodi eſt onus Miſſarum, diuinorúmque officiorum, præſtatio annui cenſus alicui Eccleſiæ, qualitas iuriſpatronatus, ordinis annexi, curæ animarum, obligatio reſidendi, & ſi quæ ſunt aliæ huiuſmodi qualitates, de quibus latè *cap. præced. quæſt. 2. in diuiſionibus* derogationum qualitatum, ſeu ipſarum, & qualitatum beneficij ex parte cauſæ materialis; necnon *quæſt. 4. & 5.* paſſim, & partim etiam in iuribus *d. quæſt. 4. concluſ. 1. circa initium* citat. nimirum *cap. pia mentis, cap. Frigentius, & cap. decernimus, 16. quæſt. 7. cap. cum dilectus, de conſuetud. cap. ſignificauit, de teſtibus, cap. 3. & cap. nobis, de iurepatronat. cap. 1. & cap. quanto, de cenſibus.* Concil. Tridentin. *ſeſſ. 25. cap. 5. 9. & 16. de reformat.* probatur, inquam, tum ex variis huiuſmodi qualitatum, & piorum onerum, ſeu ſtatuum mutationibus, quas ſuprà *quæſt. præced. concluſ. 3.* commemorauimus, & inf. hac ipſa, & ſeq. potiſſimùm quæſtione explicabimus. Tum quòd, cùm in pleriſque aliis caſibus poſſint mutari ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum, vt ex iis patebit, quæ *inibi, & quæſt. 6. cum ſeq.* trademus; maxima autem pars huiuſmodi ſtatuum, ſeu qualitatum piam cauſam contineat, tamquam concernens diuinum cultum, Eccleſias, eiúſve miniſtros, aut animarum ſalutem, vt ex *ibidem* dicendis apparebit, & colligere licet inter alios ex Lambertin. *tract. de iurepatronat. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. & lib. 3. quæſt. 6.* ferè per tot. ſatis inde fit, poſſe prædictis piis qualitatibus, oneribus, ſeu ſtatibus Eccleſiarum, ac beneficiorum aliquando ſaltem eas mutando perpetuò derogari. id quod ex iis quoque ſuaderetur, quibus ſuprà *cap. 4. quæſt. 2. concluſ. 2.* tradidimus, pias defunctorum voluntates poſſe commutari. Idipſum autem ſtatuendum etiam eſſe de qualitatibus, oneribus, ſeu ſtatibus Eccleſiarum ac beneficiorum prophanis, ſeu ad cauſas non pias, hoc eſt, ad priuatæ perſonæ vtilitatem, vt cùm patronus, aut fundator annuum cenſum, vel aliud temporale, ſeu pecuniarium emolumentum ſuis heredibus, aut alicui familiæ reſeruat, iuxta *cap. Eleutherius, 18. quæſt. 2. cap. tua nos, il 1. de iureiurand. cap. cùm Bertoldus, §. licèt autem, de re indic. cap. præterea, il 2. de iurepatronat. & d. cap. 1. de cenſibus.* cum aliis iuribus, ac Doctoribus per nos allegat. *d. cap. præced. quæſt. 4. concluſ. 1.* præſertim Lambertin. *d. quæſt. 9. artic. 1. num. 56. vſque ad 63.* quòd ſcilicet iis qualitatibus, oneribus, ſeu ſtatibus ad cauſas non pias perpetuò valeat derogari, ſeu ea mutari poſſint; ſatis conſtat tum ex iis, quibus huiuſmodi vltimas voluntates defunctorum non pias commutari aliquando poſſe docuimus *d. cap. 4. quæſt. 2. concluſ. 1.* tum ex nonnullis caſibus, in quibus eiuſmodi ſtatus ad priuatam vtilitatem inductos mutari poſſe infra ſuis locis, præcipuè verò hac ipſa quæſtion. *concluſ. vltim. & quæſt. ſeq.* in qua-

tuor prioribus concluſ. videbimus? inter quos numerari debet ille, de quo latius *cad. quæſt. ſeq. concl. 4.* cum priuata perſona, ad cuius fauorem prædictus ſtatus fuit Eccleſiæ, vel beneficio adiectus, ſeu onus impoſitum, eius mutationi conſentit; priuatus enim poteſt iuri pro ſe introducto, & fauori ſuo renuntiare, *l. pactum, ff. de pact. l. ſi quis in conſcribendo, C. eodem tit.* cum ſimil. idque licèt ea obligatio iurata ſit, per latè tradita inter ceteros à Thom. Sanchez *lib. 1. de matrimon. diſput. 25. numer. 6. & lib. 3. ſuæ ſumm. cap. 20. numer. 4.*

Iam verò, licèt, priuſquam ad ſpeciales concluſiones de præcipuarum qualitatum, & onerum, ſeu ſtatuum Eccleſiarum, ac beneficiorum mutatione, iuxta id, quod initio huius quæſt. propoſuimus, deſcendamus, aliæ quoque nonnullæ generales concluſiones, hoc loco afferri, & explicari, ſeu potiùs applicari poſſent huic eidem materiæ mutationis ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum, de qua nunc agimus, quas in commutatione vltimæ voluntatis latiùs ſumus proſecuti ſup. *cap. 4. quæſt. 5. & quatuor ſequentibus.* Tamen, quia ex concluſiones generales facilè formari poſſunt ex quinque prædictis quæſtionibus ſolo nomine commutationis vltimæ voluntatis in mutationem ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum commutato, cùm nihil præcipui, ac diuerſi quoad hoc habeat præſens materia mutationis ſtatus beneficiorum, & Eccleſiarum à materia prædictæ commutationis vltimæ voluntatis, cuius ſpecies quædam eſt memorata ſtatus mutatio, cùm ipſe ſtatus à defuncti voluntate, ac fundatione deſcendit, & oritur, quod vtplurimùm accidit; vnde à prædicta commutatione ad hanc mutationem argui poteſt, iuxta ſupradicta: eam ob cauſam pro illis generalibus cõcluſionibus ad quinque memoratas quæſt. *d. cap. 4.* remiſiſſe candidum lectorem ſufficiet: ita, vt ſi is ſcire cupiat, † an mutari poſſit 89.
ſtatus Eccleſiæ, aut beneficij, qui contrarius ſit, aut conformis iuri naturali, id ſumat ex *prædicto cap. 4. quæſt. 3.* de contrario autem, vel conformi iuri diuino poſitiuo ex *quæſt. 4.* de contrario, vel conformi iuri humano poſitiuo, petat ex *quæſt. 5. eiuſdem cap.* Quoad prædictum verò ſtatum, qui ſit præter ius, aut de facto impoſſibilis, † an is mutari poſſit, 90.
conſulat, quæ ſcripſimus *eodem cap. 4. quæſt. 6.* Ac tandem pro illo articulo, an huiuſmodi ſtatus ſub conditione, vel in diem in Eccleſiæ, aut beneficij fundatione adiectus, ſeu creatus mutari valeat ſine ante, ſiue poſt aduentum conditionis, vel diei, poterit deſumere ex fuſiùs traditis *d. cap. 4. quæſt. 7.* vnde etiam colliget, quid dicendum ſit, vbi ſtatus ille, ſeu qualitates Eccleſiæ, vel beneficio adiectæ ſint ſub falſa demonſtratione, aut cauſa, vel ſub modo, eo modo poſtea deficiente, vel non obſeruato: necnon remiſſiuè quid ſtatuendum ſit de diſpoſitione per vim, aut metum extorta, an ea mutari poſſit. Nos verò hìc ad prædictas ſpeciales concluſiones de mutatione præcipuarum qualitatum Eccleſiarum, ac beneficiorum perpetua derogatione, ſeu ſtatuum eorumdem mutatione iam, ſi lubet, veniamus.

TERTIA CONCLVSIO. Mutari aliquando poteſt † ſtatus ſæcularitatis, aut regularitatis ec- 91.
cleſiæ, vel beneficij; ita, vt ex ſæculari Eccleſia fieri poſſit regularis, & ex regulari ſæcularis; atque etiam ex vna regulari alia regularis, & ex vna ſæculari alia item ſæcularis. Hæc concluſio quoad vtrumque membrum vtriuſque partis probatur. nam, licèt regula ſit, ſæcularia ſæcularibus, & regularia regularibus eſſe concedenda, quam ex multis

iurium, & Doctorum auctoritatibus confirmauimus *cap. præced. quæſt. 4. concluſ. 3. circa initium* : ex quibus plurimi quidem & textus, & Doctores de ea conceſſione loquuntur, quæ ad tempus ſit, hoc eſt, vtplurimum ad vitam impetrantis: at non pauci etiam de perpetua loquuntur, quæ nimirum per ſe vſque ad finem ſæculi duratura eſt, ſeu durare poteſt; vt quoad beneficia ſæcularia regularibus non concedenda, ſatis commodè exponi poteſt *cap. cùm de beneficio, & cap. cùm ſingula, de prebend. in 6.* necnon *Clement. vnic. de ſuppl. neglig. prælat.* Hoied. *tract. de incompatib. benefic. part. 1. cap. 24. num. 92.* Lambertin. *tract. de iurepatronat. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. artic. 21.* Maſcard. *de probat. concluſ. 172.* & Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 7. num. 8.* cum aliquot ſeqq. *& gloſ. 8. numer. 8.* omnino autem id ſatis probatur *in cap. 2. de ſuppl. neglig. prælat.* vbi quidam regulares arguuntur tamquam ſubuerſores ſtatus Eccleſiarum illarum ſæcularium, in quibus, cùm non niſi iuſpatronatus habeant, inſtituunt, ac deſtituunt pro ſua voluntate; quod eis facere non licet, *cap. 1. de Capell. monach. cap. in Lateranenſi, de prabend. cap. cùm ſingula, eodem tit. in 6. cap. cùm & planetare, §. in Eccleſiis, de priuileg. & cap. vnic. de Capel. mon. in 6.* quoad regulares verò Eccleſias, ſeu beneficia ſæcularibus non concedenda, ſaltem iuxta quorumdam expoſitionem, hæc regula quoad prædictam perpetuam mutationem habeatur *in cap. pernenis, il 2. 18. quæſt. 2. & cap. quæ ſemel, 19. quæſt. 3.* necnon *cap. ea, quæ,* ſeu *fin. §. præcipimus*, qui eſt pen. *de ſtat. monach. & cap. poſſeſſiones, de rebus Eccleſ. non alienand.* vt ſentiunt Doctor. quos *quæſt. præced. concluſ. 3.* in tertio fundamento prioris partis retulimus; omnino verò probatur *in cap. inter quatuor, in princip. de relig. domib.* ac voluerunt Gonzal. Maſcard. & Hoied. *loc. cit.* ac Lambert. *d. quæſt. 7. artic. 23.* licèt, inquam, prædicta regula vera ſit, quæ quoad regulares Eccleſias inter ſe, probari videtur *in Clement. 1. de elect.* Tamen præterquam quòd aliqui ex prædictis textibus, ac Doctorib. pro triplici parte memoratæ regulæ allegati potiùs loquuntur in conceſſione prioris generis, quàm poſterioris, ſi diligentiùs ij perpendantur; ſicut etiam Concil. Trident. *ſeſſ. 14. cap. 10. de reformat. ac ſeſſ. 25. cap. 1. de regularib.* & aliqua ex iuribus pro ſecunda parte dictæ regulæ cit. alias expoſitiones patiantur, quas in d. 3. fundamento attulimus: vt ordine retrogrado à poſtrema eiuſdem regulæ parte
92. incipiamus, quòd ſtatus Eccleſiæ regularis † in alium regularem mutari aliquando poſſit, tradit Petr. de Peruſ. *in tract. de mutat. ſtat. Eccleſ. in princip. num. 2. verſic. ſunt & alij modi*, ac Ioan. Azor. *Inſtit. moral. part. 2. cap. 30. quæſt. 1.* licèt hic nihil alleget, ille iura, quæ non bene probant. Id verò ſatis conſtat ex *cap. relatum, ne cler. vel mon.* vbi Alex. III. Londonien. Epiſcopo mandat, vt quoſdam Monachos ſæculariter viuentes ad obſeruantiam regulæ compellat; vel ſi ſibi auſu temerario reſtiterint, eis electis, Fratres alterius Ordinis, ſi non poteſt præſcriptum Monaſterium in ſuo ordine reformari, in illud inducat. ſicut de mutatione ſtatus vnius Eccleſiæ ſæcularis in aliam ſæcularem text. eſt *in cap. quod autem, & de cetero, cap. cùm Laici, cap. cura*, iuncta ſuperſcriptione, *cap. nullum, & cap. ſuggeſtum, de iurepatronat.* necnon *Clement. ſi vna,* ſeu *2. de rebus Eccleſ. non alienand.* dum generaliter *ibi* dicitur, ſi vna Eccleſia, alteri Eccleſiæ, ſeu dignitati alicui, vel præbendæ per Epiſcopum ſuo conſentiente Capitulo vniatur; iunctis maximè ſtatim ſequentibus verbis, aut religioſo loco donatur, &c. In nonnullis etiam caſibus mutari poteſt ſtatus regularitatis Eccleſiæ † in ſæcularitatem. 93.
nam, omiſſa mutatione huiuſmodi, quæ fit per conſuetudinem, ſeu præſcriptionem, iuxta text. *in cap. cùm de beneficio, de prabend. in 6.* latiùs à nobis explicanda *quæſt. ſeq. concluſ. 5.* de ea, quæ fit per ſuperioris auctoritatem, eſt text. ſingularis *in d. cap. inter quatuor, in fi. de relig.* vbi Innocent. III. poſtquam dixerat, quòd, quamdiu monaſteria per regulares remanere potuerint, ordinata non ſunt ad ſæculares clericos transferenda: ſubdit; ſed, ſi regulares defuerint, propter eorum defectum, in eis ſæculares clerici poterunt ordinari: idque præter Doctor. *ibi* ſentit poſt alios Gonzal. *d. gloſ. 8. num. 43.* in id quoque allegans text. *in cap. Abbate, in fi. de verb. ſignific.* quod tamen loquitur de priuilegio Apoſtolico aſſumendi Abbatem vnius monaſterij ex alio monaſterio, quamdiu in hoc viguerit obſeruantia regularis. meliùs autem id confirmari poteſt ex aliis, quæ idem Gonz. *ibi* affert vſque ad *num. 47.* præcipuè verò ex eo, quòd neceſſitas non habet legem, & ex illicito licitum facit, *cap. ſi propter, de furt. cap. quod non eſt licitum, de reg. iur.* cum aliis adductis à Menoch. *de arbitrar. iudic. caſ. 182.* & propiùs ad hanc rem ab Hoied. *tract. de incompatib. benefic. 2. part. cap. 9. à numer. 1. vſque ad 8.* Præterea videmus pleraſque Eccleſias regulares in ſæculares mutatas per viam commendæ, quæ nunc perpetui rituli vim habent, & clericis ſecularibus tamquam ſæcularia beneficia concedi ſolent, quoties vacauerint; de quibus commendis videri poſſunt latè tradita per Gambar. *tract. de offic. & poteſt. leg. lib. 4. tit. de poteſt. leg. in commend. benefic.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 8.* Garz. *tract. de benefic. part. 4. cap. 4.* per tot. atque ab his citat. quibus adde Ioan. Azor. *Inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 31.* & in ſpecie ſaltem per Papam mutari poſſe ſtatum Eccleſiæ ex regulari in ſæcularem, & ex ſæculari in regularem, inter ceteros tradiderunt Petr. de Peruſ. *tract. de mutat. ſtat. Eccleſiar. in princip. ſub num. 1.* & Petr. Rebuff. *in præx. benefic. part. 1. tit. de erect. Eccleſ. in Cathedral. facul. vel in al. ſtat. num. 8. & 9. cum duobus ſeqq.* dum autem *d. num. 9.* Rebuff. pro mutatione ſtatus ex ſæculari in regularem allegat tex. *in cap. Apoſtolica*, quod eſt pen. *de donat.* id † eatenus inde probatur, quatenus ad de- 94
claracionem text. *in cap. bona rei*, quod ſumptum eſt ex Concil. IX. Toletan. *cap. 5.* & eſt pen. *12. quæſt. 1.* Innocent. III. *in d. cap. Apoſtolica*, reſpondit, quòd, licèt ſit in eo canone definitum, vt, ſi quis Epiſcoporum in parochia ſua monaſterium conſtruere voluerit, & de rebus Eccleſiæ, cui præſidet, ipſum dotare, non ampliùs ibidem, quàm quinquageſimam; Eccleſiæ verò, quam monaſticis regulis informare, vel pro ſuis magnificare voluerit ſepulturis, non amplius, quàm centeſimam partem cenſus Eccleſiæ, cui præeſt, debeat elargiri: quia tamen in eodem canone conſequenter adiungitur, vt hæc temperamenti æquitas obſeruetur, quòd, cui tribuit, competens ſubſidium conferat, & cui tollit, damna grauia non infligat, ea quidem cautela ſeruata, vt vnam tantummodo, quæ placuerit, ex his duabus remunerationem aſſumat: hoc ſemper eſt obſeruandum, quòd vnus Epiſcopus, vel alius non ſolùm non debet amplius, ſed nec tantum, nec minus cum graui ſuæ Eccleſiæ detrimento conferre ſiue ſimul, & ſemel id facere velit, ſiue pluries, & ſucceſſiuè eiſdem, vel diuerſis Eccleſiis conferendo; vnde cùm graue detrimentum ſiue de poſſeſſionibus, ſiue de prouentibus ad Epiſcopalem menſam, vel Cathedralem Eccleſiam pertinentibus

in

in quantalibet portione conſtiterit eſſe collatum, poterit legitime reuocari; niti præſcriptione, vel alia exceptione legitima actio huiuſmodi excludatur: & poſt pauca, in quibus huius deciſionis rationem aſſignat, ſubdit Rom. Pontifex; ſi verò in tantum abundet Epiſcopus, vt ſine damno Eccleſiæ ſuæ poſſit amplius etiam, quàm per quinquageſimam, vel centeſimam partem neceſſitati alterius Eccleſiæ ſubuenire, quamuis per ſe non debeat ſummam excedere à canone præfinitam, per quam incautè largiri volentibus eſt occurſum; de ſuperioris tamen auctoritate Pontificis poterit etiam in maiori ſumma inopiæ alterius prouideri. Hæc ibi Alexand. III. In qua vtraque deciſione cùm per ſe pateat, in quibus declaretur d. canon *bonæ rei*, non eſt, cur in hoc laboremus. ſolùm circa eiuſdem canonis relationem, quæ in hoc cap. *Apoſtolica*, fit, illud eſt diligenter animaduertendum, quod ad hanc mutationem ſtatus Eccleſiæ ſæcularis in regularem attinet, apertè in eo corrigi prædictum canonem, in quo, loco illorum verborum; Eccleſiæ verò, quam monaſticis regulis informare voluerit; (cuius quidem Eccleſiæ nomine glos. *ibidem verbo, Eccleſia*, ab aliis communiter recepta ſæcularem Eccleſiam iam conſtitutam intelligit;) etiam in codicibus Gregorianis nuper emendatis habentur ea verba planè diuerſa, ne dicam aduerſa; ad Eccleſiam verò, quæ monaſticis non informabitur regulis. Pro hac verò ipſa mutatione ſtatus ſæcularis Eccleſiæ in regularem text. apertior eſt *in cap. ſi Epiſcopus vnam*, 12. *queſt.* 2. ſumpto ex *cap.* 4. Concil. III. Toletani; vbi dici-
95. tur, quòd, † ſi Epiſcopus vnam de parochianis Eccleſiis ſuis monaſterium dicare voluerit, vt in ea Monachorum regulariter congregatio viuat, hoc facere poterit de conſenſu Capituli ſui, donando etiam eidem loco pro eorum ſuſtentatione aliquid de rebus ſuæ Eccleſiæ, quod ei non afferat detrimentum. ex quo text. *gloſ.* 1. *in verbo, ſi Epiſcopus*, ab aliis approbata notauit, quòd de ſæculari Eccleſia ab Epiſcopo poteſt fieri monaſterium; ad id etiam allegans text. *in cap. ad audientiam, il* 2. *de Eccleſ. ædific.* quem etiam præter Doctor. *ibi*, ad hoc adducit gloſ. *in cap. poſſeſſiones, verbo, monachi*, Petr. de Peruſ. *d. num.* 1. & Rebuff. *d. num.* 9. vbi iuxta communem Doctor. intellectum habetur, ſæcularem Eccleſiam ſine præiudicio clericorum poſſe ad ſtatum regularem reparari. Et *in cap. conſultationibus, de donat.* expreſsè dicitur, quòd donationes, vel conceſſiones Eccleſiarum, ſi religioſis fiant locis ab Epiſcopo, vel eius auctoritate, ratæ debent haberi; ita, quòd perſonæ, quæ iam dictas Eccleſias poſſident, ſine ipſarum aſſenſu eis in vita ſua non debeant ſpoliari. Præterea *in cap. paſtoralis, eodem tit.* necnon *cap. tua nuper, & cap. paſtoralis, de iis, quæ ſi. à prælat. ſin. conſ. cap.* directè cauetur, aut certè ſupponitur, poſſe Epiſcopum religioſo, ſeu pio loco Eccleſiam aliquam ſæcularem conferre de ſui conſenſu capituli, & *in Clement. ſi vna*, quæ eſt 2. *de rebus Eccleſ. non alien.* apertè habetur, Epiſcopum conſentiente ſuo Capitulo donare poſſe Eccleſiam religioſo loco. Ad idem etiam à contrario ſenſu ſunt iura, in quibus habetur, laicum non poſſe Eccleſiam piis, ſeu religioſis locis, aut collegiis ſine Epiſcopi conſenſu, vel auctoritate concedere; quale eſt *cap. decimas, il* 4. 16. *queſt.* 7. *cap. quod autem*, §. *de cetero, cap. illud, cap. cura*, iuncta ſuprascriptione, quæ eſt Abbatibus, Prioribus, & clericis, *cap. nullus, de iurepatronat.* necnon *cap. in Lateranenſi, de prabend. cap. cum Apoſtolica*, §. *fin. de his, quæ ſi. à prælat. ſin. conſenſ.*

Jo. Petr. Moneta de commut. vlt. volunt.

Capit. cap. cùm & plantare, in princip. de priuil. cum ſimil.

Extenditur autem hæc prædictæ regulæ pars, quòd nimirum Eccleſia, ſeu beneficium ex ſæculari ad regularem ſtatum mutari poſſit; primò, vt procedat, † licèt ea Eccleſia ſit collegiata; nam in 96.
aliam collegiatam, ſeu conuentualem regularem mutari poterit, vt expreſsè cauetur *in d. cap. ad audientiam, il* 2. *de Eccleſ. ædific.* vbi Vrban. III. cuidam Epiſcopo cupienti in Eccleſia, de qua in Epiſcopum alterius vocatus fuerat, regulares canonicos ordinare, hoc ei indulſit, ſi Epiſcopus Diœceſanus eidem conſenſerit: ſubdens; verùm, ſi clerici ſæculares adhuc in ea ſupereſſe noſcuntur, volumus eis, dum vixerint, ibi, vel alibi neceſſaria prouideri. Secundò extenditur, vt procedat etiam in Eccleſia parochiali; nam, & hæc † concedi po- 97.
terit ſuo conſentiente Capitulo ab Epiſcopo regularibus; vt ſatis conſtat ex *d. cap. ſi Epiſcopus vnam*, 12. *queſt.* 2. cuius diſpoſitionem paulo ante retulimus, eúmque text. de Eccleſia parochiali intelligit *ibi* gloſ. ab aliis approbata *in figurat. caſ. & in verbo, conſenſum*, necnon ex *d. cap. tua nuper, & cap. paſtoralis, de iis, quæ ſi. à prælat. ſin. conſ. Capit.* dum iuxta communiorem, ac veriorem intellectum in priori ex his duobus capitibus decernitur, non poſſe Epiſcopum ſine conſenſu capituli concedere perpetuò cœnobiis, aliiſve Eccleſiis conuentualibus Eccleſias baptiſmales vacantes, etiamſi in iis habeant iuſpatronatus: in poſteriori verò, Epiſcopum parochiales Eccleſias, vel obuentiones ipſarum de conſenſu patroni ſine conſenſu Capituli ſui viris Religioſis, ſeu monaſterio conferre non poſſe. Idem quoque ſuaderi poteſt ex prædictis aliis iuribus, in quibus indefinitè, & indiſtinctè habetur, poſſe regularibus concedi Eccleſias; nam vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l.* 3. *ff. de offic. præſid. l. Imperator, ff. de poſtul. cap. Romanorum*, quod eſt 1. 19. *diſt.* cum ſimil. atque ita in ſpecie, præter Doctor. in iis iuribus, poſt alios tradit Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.* 3. *diſcept.* 473. *num.* 2. & ante eum Io. Randæ. *tract. de diſpenſat. Epiſcop. caſ.* 16. Cui non obſtit, quòd Eccleſia parochialis non venit nomine Eccleſiæ ſimpliciter poſitæ, ſed indiget ſpeciali expreſſione, *cap. cùm in illis, in princip. de prabend. in* 6. cum aliis adductis à Gonzal. ſuprà *gloſ.* 6. *à numer.* 2. *ad* 16. nam id verum etiam in diſpoſitione hominis per reſcriptum gratiæ ad beneficium, quod reſtringendum eſt, *cap. quamuis, in princip. eodem tit. & lib.* ſecus verò in diſpoſitione legis, quæ fauorabilis eſt, Caſſador. *deciſ.* 8. *num.* 6. *ac priuil.* cum aliis ad id allegat. à Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 6. *proœm. numer.* 26. 27. 42. & 62. per quæ, & alia ferè in his terminis id ſentit Gonzal. *ad d. reg.* 8. *gloſ.* 6. *num.* 19. & 22. *vſque ad* 33. Quare locum etiam in ea habebit, quod diſponitur *in d. Clement.* 2. *de rebus Eccleſ. non alienand.* † poſſe religioſo lo- 98.
co Eccleſiam donari non vocato eius rectore, aut defenſore vacanti dato. Id autem, quod huic obiici poterat ex *cap.* 1. §. *quia verò, eodem tit. in* 6. vbi iuncta gloſ. *verbo, defenſore*, habetur, vocari debere, ſeu conſentire defenſorem, qui dandus eſt Eccleſiæ vacanti in alienatione rerum ipſius, ſatis ex eo tollitur, quòd, vt latiùs infrà *quæſt.* 7. *concluſ.* 9. explicabimus, præcipue ex gloſ. *d. Clement.* 2. *verbo, defenſor*, diuerſa eſt in hoc ratio de conceſſione Eccleſiæ, ac alienatione rerum ipſius: ſicuti etiam *ibidem* reſpondebimus ad id, quod obiici poterat quoad Eccleſiam non vacantem, ex *d. conſultationibus in* 2. *reſponſ. de donat. & callud, in* 1. *reſp. de*

iurepatronat. nunc autem ſat ſit, hodie ſtandum eſſe *d. Clement.* 2. Ex quo pariter ceſſat quod obſtare videbatur ex ratione illa, quam affert Rom. Pont. *in cap. tua nuper, in fi. de his, qua fi. à prel. ſin. conſ. cap.* cùm conceſſiones Eccleſiarum perpetuas ad alienationes non ſit dubium pertinere. inde probans ad eas requiri conſenſum Capituli.

Neque principaliter huic extenſioni obeſt Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de reformat.* dum ex-
99. preſsè prohibet, † ne parochiales Eccleſiæ Monaſteriis quibuſcumque, aut Abbatiis vniantur. Reſpondetur enim primò, *inibi* prohiberi ſolùm vnionem parochialis Eccleſiæ monaſterio, non autem ſubiectionem, quæ longè diuerſa ſunt, vt ſentit Petr. de Peruſ. *in tract. de vnionibus Eccleſ. cap.* 1. *num.* 9. poſt Innocent. *d. cap. paſtoralis, de donat.* ſatisque conſtat ex *cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat.* ibi; Epiſcopi eſt Eccleſiarum ſuæ diœceſis vnio, & ſubiectio earumdem: copula enim, *&*, inter vtrumque poſita ea diuerſa eſſe apertè ſignificat, iuxta *cap. querelam, de ſimon.* cum ſuis concord. ibique notat. per gloſ. & Doctor. à diuerſis autem non rectè fit illatio, vulg. *l. Papinianus exuli, ff. de minor.* & cùm vitanda ſit iurium correctio, expediátque iura inribus concordare, *l. præcipimus, in fi. C. de appellat. & cap. cùm expediat, de elect. in* 6. ſat eſt, quòd Concilium operetur in terminis ſuis, nimirum prohibendi vnionem Eccleſiæ Parochialis monaſterio, ſeu Eccleſiæ regulari, quam de iure antiquo poterat Epiſcopus facere, vt colligitur ex latè traditis à Felin. *cap. in noſtra, num.* 42. *de reſcript.* & ex text. *in Clement.* 1. §. *ad hæc, de ſtat. monach.* Reſpondetur ſecundò, quòd mens, & intentio Concil. Trident. (quæ potiſſimùm attendenda eſt, *l. frama, ff. de legibus, l. non dubium, C. eodem tit. cap. ſunt nonnulli,* 1. *quæſt.* 1. *cap. ad noſtram, de empt. & vend. cap. commiſſa,* §. *porrò, de elect. in* 6. *& cap. vlt. de reg. iur. eodem lib.* cum ſuis concord. *ibidem* per gloſ. allegat.) vt ex contextu illius decreti apparet, ea eſt, vt Eccleſiis parochialibus quoad fieri poſſit ſic conſulatur, vt animarum cura non deſeratur: atque adeò *inibi* non quælibet vnio prohibetur, ſed ea, per quam titulus ſupprimitur, & extinguitur, cùm nimirum vnio ſit acceſſoriè, non æquè principaliter, iuxta latè tradita per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. §. 7. *à numer.* 1. *vſque ad* 37. præſertim *num.* 4. ita vt etiam onus curæ tollatur ab ea Eccleſia, neque Regularibus, ſeu monaſteriis applicetur, quibus parochialis Eccleſia vnitur. Denique reſpondetur, decretum illud intelligendum fore de vnionibus faciendis monaſterio ſito in loco alterius diœceſis ab ea, cuius eſt parochialis Eccleſia; vt ſatis conſtat ex *cod. Concil. ſeſſ.* 14. *cap.* 9. *de reformat.* iis verbis; parochiales Eccleſiæ, &c. alterius diœceſis beneficio, aut monaſterio, &c. perpetuò non vniantur; decretum huius ſanctæ Synodi ſuper huiuſmodi vnionibus in hoc declarando. Vnde ipſum Conc. *ſeſſ.* 7. *cap.* 7. *de reformat.* expreſsè admittit beneficia curata monaſteriis perpetuò vnita, & annexa, modò in iis cura animarum laudabiliter exerceatur. ac poſt ipſum Concilium Tridentinum *in conſtit.* 33. Sixti V. quæ incipit, *Camera noſtra*, apertè ſupponitur beneficia curata vniri poſſe auctoritate ordinaria monaſteriis, dum à beneficiis ſic vnitis excipit quoad ſolutionem quindennij curata beneficia: exceptio enim eſt de regula, *l. nam quod liquide*, §. *fin. ff. de pen. legat.* Bart. *in l. ſi cum*, §. *qui iniuriarum, ff. ſi quis caution.* gloſ. Dyn. & alij *in rubr. de reg. iur. in* 6. Doct. *in rubr. ff. eodem tit.* & firmat regulam in caſibus non exceptis, *l. quæſitum*, §. *denique*, & *ibi* Bart. *ff. de fund. inſtruct. cap. Dominus,* iuncta gloſ. 32. *quæſt.* 7. *& cap.* 2. *de coniug. leproſ.* cum ſimil. adductis ab Euerard. *in loc. ab except. ad reg. num.* 1. *vſque ad* 5. *& in l. à vat. leg. larg. num.* 55. Idipſum etiam colligitur ex Bulla Pij V. 46. quæ incipit, *ad exequendum*, ac ſentit Gonzal. *ad d. reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. §. 3. *num.* 48. *&* 54. *ac* §. 6. *num.* 51. *cum ſeq.* Quare poſt Concil. Trident. adhuc vnionem, ſeu conceſſionem parochialis Eccleſiæ monaſteriis, ac religioſis locis fieri poſſe, inter alios ſentit Gratian. *loco cit.*

In omnem verò caſum, quicquid ſit de hoc contrario, & aliis, quæ contra prædictam propoſitæ regulæ partem, quoad hoc, an Epiſcopus poſſit mutare ſtatum regularitatis, aut ſæcularitatis, de quo etiam aliquid dicturi ſumus *quæſt. ſeq. concl.* 13. certè ad præſentem concluſ. huius quæſt. nobis ſufficit, Papam id poſſe facere, de quo agemus *d. quæſt. ſeq. concluſ.* 6. nec dubitari poteſt, cùm huiuſmodi ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum iure tantùm humano inducti ſint, vt ſæpiùs *quæſt. præced.* præſertim *concluſ.* 3. tradidimus; poteſt autem Papa tamquam Princeps, iis, quæ ſolo iure humano ſunt introducta, derogare, *l. Princeps, ff. de legib. l. digna vox, C. eodem tit. & cap. propoſuit, de conceſſ. præben.* cum ſimil. inde enim ſatis conſtabit huiuſmodi mutationem ſtatus fieri, hoc eſt, ab aliquo, poſſe. Idque ſemel pro omnibus huius quæſt. concluſionibus admoniſſe ſit ſatis, & proportionabiliter dictum intelligatur.

QVARTA CONCLVSIO. Mutatio ſtatus tam manualitatis, ſeu amouibilitatis beneficij, vel Eccleſiæ, quàm perpetuitatis eiuſdem fieri aliquando poteſt: ita, vt † beneficium ſui natura 100.
manuale fiat perpetuum, hoc eſt, durabile ad alicuius vitam; & quod ſui natura ſic perpetuum eſt, fiat ſemper ad nutum amouibile, ſeu manuale. Prior pars concluſionis probatur primò ex eo, quòd per conſuetudinem, ſeu præſcriptionem manuale beneficium fieri poteſt perpetuum, prout poſt Mil. *in repertor. verbo, religioſum non poteſt conſentire, verſic. & his puto, & verbo, beneficia manualia an poſſint, ſub num.* 9. & Gambar. *in tract. de offic. & auctor. legat. de lat. lib.* 4. *cap. ſeu tit.* 1. qui eſt, *de poteſt. legat. in reſeruan. benefic. num.* 19. tradit Gonzal. *d. reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. §. 6. *numer.* 34. in id allegans, (quod, & facit Mil. *d. verſic. ex his puto,*) text. *in cap. cùm de beneficio, de prabend. in* 6. qui licèt loquatur de qualitate, ſeu ſtatu regularitatis beneficij; tamen à Doct. *ibi* atque alibi ſæpe transfertur ad omnem qualitatem, ac ſtatum beneficij, & Eccleſiæ: ac præcipuè allegari poteſt, & transferri ad ſtatum manualitatis; cùm omnia beneficia regularia præſumantur de ſua natura manualia, vt per text. *in cap. cùm ad monaſterium,* §. *talis, de ſtatu monach.* poſt Caſſador. *deciſ.* 4. *numer.* 3. *de prabend.* Mil. *in d. Repertor. verbo, beneficia regularia, numer.* 30. & Mandoſ. *ad reg.* 3. *Cancellar. quæſt.* 10. *num.* 5. *& quæſt.* 11. *numer.* 3. docet Gonzal. *d. gloſ.* 5. §. 6. *num.* 6. *& gloſ.* 8. *numer.* 7. quos etiam cum aliis ſequitur Nicol. Garz. *tract. de benef. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 66. *& ſeq.* vbi tamen ab his excipit beneficia regularia, quæ ſunt curata, vel electiua. & omnino contrarium, quòd nimirum beneficia manualia nequeant per conſuetudinem effici perpetua, tenuerunt Abb. *in cap. ad noſtram, n.* 11. Dec. *n.* 6. *de conſtr. vt. vel imm.* ac Rebuff. *in tract. de pacif. poſſeſſ. num.* 297. Mãdoſ. *reg.* 34. *de annal. quæſt.* 11. *num.* 4. ea ratione quia, cùm ſit in mera facultate Abbatis, vel alterius poteſtatem habentis reuocare, vel non, ſi non eſt vſus tali facultate, non inducitur

conſuetudo,

101. conſuetudo, nec præſcriptio, quæ † in actibus meræ facultatis induci non poteſt, *l. qui iure familiaritatis, ff. de acquir. poſſeſſ. l. viam publicam, ff. de via publ.* cum ſuis concord. relatis à Doctor. quos recenſuimus ſup. *cap. 8. quæſt. 10. concluſ. 1. limit. 6. in initio.* Hanc verò contrarietatem Gonzal. *d. gloſ. 5. §. 6. num. 36.* ſic ad concordiam reducit, quòd aut ſumus in conſuetudine, ſeu præſcriptione introducta à tempore prohibitionis remouendi ad nutum; vel à tempore, quo ſciente, & patiente illo, qui ius amouendi prætendit, fuit aliquis prouiſus in titulum perpetuum, & talis prouiſio habuit effectum: & tunc ſit vera prima opinio, quòd beneficium manuale poſſit ex conſuetudine, vel præſcriptione effici perpetuum: aut ſumus in caſu, in quo ille, qui ius remouendi habere prætendit, nunquam fuit prohibitus, nec ab alia fuit facta prouiſio de tali beneficio in perpetuum, debito effectu ſubſequuto; ſed ſemper fuit facta prouiſio ad nutum, & voluntatem illius: & tunc quamuis ipſe numquam amouerit, nec vti voluerit ſua facultate, nullo tempore, etiam per mille annos, perditur illa libertas conſuetudine, aut præſcriptione, cùm neque detur ſtatus quaſi poſſeſſionis. hanc verò conciliationem deſumi ait Gonzal. *vbi ſuprà numer. 37.* ex iis, quæ Doctor. tradunt in ſimili materia actuum meræ facultatis, & voluntatis, vt in iure altiùs tollendi in proprio ſolo, adeundi furnum, vel molendinum, quò libuerit, piſcandi in flumine publico, & priuilegio alicui dato aliquid faciendi, quandocumque voluerit, ac ſimilibus. inter quos Doctor. præcipui ſunt Bald. *l. de quibus, num. 21. ff. de legib.* Balb. *de præſcript. 4. part. 5. partis princ. quæſt. 4. a num. 4.* Ias. *l. quo minus, num. 27. cum ſeqq.* Menoch. *de arbitrar. iud. caſ. 44. & 160.* ferè per tot. Couar. *in relect. reg. poſſeſſor. 2. part. §. 4. num. 6.* Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib. 5. tit. de præſcript. concluſ. 10. cum duobus ſeqq.* Roder. Suar. *in repet. l. quoniam in prioribus*, ex *num. 20. C. de inoffic. teſtament.* Rot. Rom. apud Caputaq. *deciſ. 306. part. 1.* nec non *deciſ. 70.* per tot. *part. 2. & deciſ. 33. numer. 1. part. 1. in nouiſſ. diuerſor.* vbi ex *num. 2.* multipliciter id declarat, & alios plures modos acquirendi quaſi poſſeſſionem, vltra prohibitionem aſſignat, veluti quando ſoleret quis dare licentiam piſcandi, vel ædificandi, aut alia molendina, furnoſve accedendi, vel ius piſcandi arrendaret, & in aliis actibus, qui fieri non ſolent citra nomen, & eius poſſeſſoris. Iam verò, quod dictum eſt de conſuetudine, ſeu præſcriptione, vt per eam beneficium

102. manuale fieri poſſit perpetuum, idipſum † de conſtitutione tradit inter ceteros Mil. *d. verbo, religioſus non poteſt conſentire, verſic. ex his puto.* ſecundò hæc eadem prior pars concluſ. probatur ex eo, quòd Gomeſ. *ad reg. de triennal. poſſeſſ. quæſt. 32. ad fin.* tradit Rot. Rom. in vna Aſtoricen. Capellaniæ coram R. P. D. Raynaldo Petrutio 5. Martij 1537. iu-

103. dicaſſe, † Epiſcopum poſſe Capellanum amouibilem per teſtatorem in Capella ſua poſitum perpetuum facere, per ea, quæ notat Imol. *in l. 1. ff. de condit. inſtit.* & ea, quæ Roch. de Curt. dicit *in ſuo tract. de inrepatronat. verbo, pro eo, quòd de Diœceſani conſenſu, quæſt. 15.* & habet Paul. de Caſtr. *conſil. 358. lib. 1.* pro cuius tamen rei declaratione videndum eſt, quod attigimus ſuprà *cap. 5. quæſt. 11. concluſ. 1. ampliat. 1. ad fin.* & latiùs explicauimus *cap. 10. quæſt. 6. concluſ. 8. & verſic. Reſpondeo tertiò.* Nunc autem ad confirmationem poſte-

104. rioris † partis huius concluſ. accedamus, quòd nimirum beneficium perpetuum poſſit aliquando fieri manuale. Quæ probatur primò ex eo, quòd per

Jo. Petr. Monetæ de commut. vlt. voluntat.

conſuetudinem, ſeu præſcriptionem mutari poteſt perpetuum beneficium in manuale, vt poſt Mil. *in d. verbo, religioſus non poteſt conſentire, in fin.* tradit Gonz. *d. gloſ. 5. §. 6. num. 38.* per text. & *ibi* Doct. *d. cap. cum de beneficio, de præbend. in 6.* quod licèt loquatur de qualitate, ſeu ſtatu ſæcularitatis beneficij: tamen à Doctoribus tum *ibi*, tum alibi frequenter, vt antea diximus, transfertur ad omnem qualitatem, ac ſtatum Eccleſiæ, ſeu beneficij; ac ſignanter allegari, ac transferri poteſt ad ſtatum perpetuitatis eiuſdem: cùm omnia beneficia ſæcularia præſumantur perpetua, vt poſt alios tradunt Mandoſ. *d. reg. 3. quæſt. 11. num. 2.* Gonzal. *d. gloſ. 5. §. 6. num. 7.* & Garz. *d. part. 1. cap. 2. numer. 70.* per text. *in cap. præcepta, 55. diſt. cap. ſatis peruerſum, 56. diſt. cap. veniens*, cum *ibi* notat. *de fil. presbyter. & cap. vnic.* iuncta gloſ. *verbo, perpetui, de capell. monach. in 6.* Sed quia hoc non eſt de ſubſtantia, ſeu eſſentia beneficij Eccleſiaſtici, quòd ſit perpetuum, quicquid voluiſſe videatur Gonzal. *d. gloſ. 5. in princip. num. 7. & d. §. 6. numer. 21. & 59.* vbi etiam nonnullis Doctor. relatis contendit, manualia beneficia propriè non eſſe beneficia; qui tamen hoc mihi non dicunt, excepto Petr. Gregor. Tholoſ. quem cum aliis pro hac ſententia refert quoque Garz. *d. cap. 2. numer. 78.* neque id verum eſſe ſatis colligitur ex iis, quæ ipſemet Gonzal. affert, *eodem §. 6. num. 6. 26. 55. & 56.* ac latiùs Garz. inde comprobans, beneficia manualia verè eſſe beneficia *d. cap. 2. numer. 69. 71. 74. 77. ac 79. cum tribus ſeqq.* Ideo (& hoc eſt ſecundum fundamentum huius poſterioris partis concluſ.) non modò poterit fieri manuale, vel potiùs temporale † beneficium illud, 105.
quod nunquam fuit, ſed eſſe deberet perpetuum; prout per Papam, & immemorabilem conſuetudinem fieri poſſe fusè docet Nauarr. *conſil. 8. numer. 10. 11. & 17. cum ſeq.* iuxta impreſſionem Lugdunen. & Venet. *de iure patronat.* quem etiam ſequitur Garz. *d. num. 74.* qui *numer. 72.* poſt alios idem tradit de fundatione; ac *num. 75.* de conſtitutione, ac ſtatuto, id temperans quoad beneficium curatum, propter text. *d. cap. vnic. de Capell. monach. in 6.* quod & reſpectu conſuetudinis probat Gonzal. *d. §. 6. num. 60. cum ſeq.* vbi etiam reſpectu fundationis quoad hoc ipſum beneficium curatum dubitauit poſt Rot. Rom. in vna Toletana iuris nominandi, 29. Nouembris 1582. coram Illuſtriſſimo Cardinali Blanchetto, an laicus fundator parochialis poſſit in fundatione facere, quòd rector ſit amouibilis ad nutum patroni: verùm etiam fieri pariter deinceps manuale poterit illud beneficium, quod antea erat perpetuum; vt in ſpecie tenet Gon-
zal. *d. §. 6. num. 62.* docens, † quòd ſimplex be- 106.
neficium perpetuum de iure patronatus poteſt ab Epiſcopo de conſenſu patroni ex iuſta cauſa effici manuale, & ad nutum ipſius patroni; vt conſuluit, inquit, Nauarr. *conſil. 9. num. 1.* & per tot. *ſub tit. de offic. ordinar.* in impreſſione Romana, & incipit, *An Epiſcopus*, eſtque pariter 9. in Veneta, & Lugdunen. ac 6. in Brixien. impreſſ. cui ſimile conſilium quod incipit, *Capellanum*, habetur *ſub tit. de prebend. 27.* in ordine iuxta eamdem Venetam, ac Lugdun. impreſſion. ſed quamuis in vtroque conſil. apertè velit, illam non eſſe mutationem beneficij perpetui in manuale beneficium, ſed extinctionem perpetui beneficij cum erectione ſeruitij temporarij, ſeu Capellæ manualis, quæ non ſit beneficium, & potuiſſet per patronum ordinari ab initio abſque conſenſu Epiſcopi; prout etiam vtrumque illud conſilium Nauarr. intellexit Garz. *d. cap. 2. num. 76.* quare horum conſil. mentio etiam

habenda eſt *cap. ſeq.* vbi de huiuſmodi extinctione, ſeu ſuppreſſione beneficiorum agendum erit, *queſt.* 4. vel 5. probabilem tamen puto memoratam doctrinam Gonzal. tum ob eius auctoritatem; tum quòd ita etiam ſentire videtur Garz. *d. numer.* 76. iuncto *num. praced.* & apertiùs Doctor. generaliter tradentes, beneficia manualia poſſe fieri perpetua, & quæ ſunt perpetua, fieri manualia, vt Mandoſ. *ad reg.* 3. *Cancell. quæſt.* 11. *num.* 3. & Flamin. Pariſ. *tract. de reſign. benefic. lib.* 11. *quæſt.* 3. *num.* 92. *cum ſeq.* vbi etiam alios allegant; tum ex eo, quod plerique tradunt relati, & probati à Gonzal. *d.* §. 6. *numer.* 24. omnia beneficia mundi eſſe Papæ obedientialia, ſeu manualia. Tum denique quia, ſi poteſt Epiſcopus de conſenſu patroni ex iuſta cauſa extinguere beneficium patronatum perpetuum, & erigere ſeruitium Eccleſiæ temporarium, vt ex Nauarr. diximus, quod eſt plus; multò magis poterit ex beneficio perpetuo facere beneficium temporale, quod eſt minus, ex vulg. reg. *cui licet*, ac ſumpto argumento à maiori ad minus.

QVINTA CONCLVSIO. Mutari aliquando poteſt ſtatus Eccleſiæ † ex parochiali in non parochialem, ſeu curatam: atque item ex non parochiali in parochialem. 107

Prior pars concluſionis probatur primò ex eo, quod pluribus relatis tradunt Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benefic. part.* 1. *cap.* 13. *numer.* 10. *&* 11. Gonzal. *ad d. reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 6. *num.* 89. *cum ſeq.* & tenent multi, quos citat Garz. *d. tract. de benefic. part.* 5. *cap.* 3. *à num.* 102. *vſque ad* 108. quibus adde Mandoſ. idem poſt alios docentem *ad reg.* 20. *Cancellar. quæſt.* 11. *num.* 3. *poſt medium, cum duobus ſeqq.* beneficium aliàs 108. curatum, vnde receſſerunt parochiani, † non dici verè curatum, ſed ſolùm in habitu; ita, vt in eo non habeat locum *cap. de multa, de prabend.* quoad incompatibilitatem, neque *cap. licèt canon, de elect. in* 6. requirens in prouiſo, quòd attigerit 25. ætatis ſuæ annum, & quòd intra annum ad ſacerdotium promoueatur: neque eius facienda ſit mentio in impetratione, iuxta *cap. cùm in illic, in princip. de prabend. eodem lib.* & omnino regulandum ſit, vt beneficium non curatum: & quoad effectum incompatibilitatis, & *d. cap. licèt canon*, pleriique tenent relati à Garz. *vbi ſuprà num.* 109. & reſpectu incompatibilitatis, non autem reg. Cancellar. de idiomate, Sarnen. ad hanc reg. *quæſt.* 11. Qua tamen in re melior mihi videtur diſtinctio, quam affert, ſatiſque confirmat Garz. *ibidem à num.* 111. *vſque ad* 121. quòd huiuſmodi beneficia curata, ſi veriſimiliter nulla ſpes adeſt, quòd actum, hoc eſt, populum actu recuperent, & maximè ſi lapſi ſunt quadraginta anni ſine parochianis, cenſentur abſolutè, & in omnibus ſimplicia: ſi autem eſt ſpes probabilis recuperationis actus, nec lapſi ſunt quadraginta anni ſine parochianis, licèt ad effectum *d. cap. licèt canon*, non cenſeantur vt curata, cenſentur tamen curata quoad alios effectus, præterquam ad effectum *d. reg. de idiomate.* Secundò probatur ex eo, quod poſt alios tradit Gonzal. *d. gloſ.* 6. *numer.* 99 poſſe ab Eccleſia parochiali, ſeu eius 109. principali rectore † auferri curam animarum, & transferri in eius Vicarium perpetuum etiam poſt Concil. Trident. ad id quoque allegans quamdam declarationem ſacræ Congregationis interpretum eiuſdem Concil. facitque ipſum Concil. *ſeſſ.* 7. *cap.* 7. *& ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de reformat.* necnon *cap. extirpanda*, §. *qui verò, de prabend. Extrauag. Execrabilis*, §. *quantùm, eodem tit. & cap. ſuper eo, eodem tit. in* 6. cum aliis adductis à Garz. *d. part.* 5. *cap.* 3. *num.* 122. *cum ſeq. part.* 11. *cap.* 5. *à num.* 192. *vſque ad* 197. *ac part.* 12. *num.* 23. *cum tribus ſeqq.* immo Nauar. *conſ.* 123. *de cler. non reſid.* iuxta impreſſ. Lugdunen. *num.* 4. iuncto *num.* 7. tuetur. † etiam poſt 110.
Concil. Trident. poſſe ex immemorabili conſuetudine, vel Papæ priuilegio induci, vt principalis Rector parochialis Eccleſiæ curam animarum exerceat per Capellanum, aliúmve ſacerdotem amouibilem: quod etiam colligi videtur ex Trid. Concil. *d. ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de reformat.* & expreſsè id permittitur ab eod. Concil. *d. ſeſſ.* 7. *cap.* 7. Ordinariis locorum in viſitatione beneficiorum Eccleſiaſticorum curatorum, quæ Cathedralibus, collegiatis, vel aliis Eccleſiis, vel monaſteriis, beneficiis, ſeu collegiis, aut piis locis quibuſcumque perpetuò vnita & annexa reperiuntur: & quoad monaſteria, ſeu domus virorum, & mulierum, quibus imminet cura animarum in perſonas ſæculares, ſimile quid habetur in eod. Conc. *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de regular.* Et in ſpecie poſſe Eccleſiam parochialem, ſeu curatam fieri non curatam, ſeu non parochialem, apertè ſentit Petr. de Peruſ. *in tract. de unum. ſtat. Eccleſiar. in princip. ſub num.* 2. & Ioan. Azor *Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 30. *queſt.* 2. *verſ. ceterùm Eccleſias.*

Poſterior pars concluſionis probatur; quia non modò † poteſt Eccleſia parochialis, ſeu curata eri- 111.
gi, & inſtitui vbi non eſt; ſiue quia populus valde numeroſus eſt, ita, vt ei vnus rector non ſufficiat, iuxta *cap. fin. de Eccleſ. ædif.* iuncta multorum illius text. expoſitione; cui fauet Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 4. *de reformat. circa initium.* ſiue quia ob locorum diſtantiam, vel difficultatem parochiani ſine magno incommodo ad percipienda ſacramenta, & diuina officia audienda accedere non poſſunt, iuxta text. *in cap.* 3. quod incipit, *ad audientiam, il.* 1. *eodem tit.* & Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 4. *de reformat.* ſiue tandem, quia in aliqua ciuitate, vel loco nullæ ſunt paroehiales, vt decernitur ab eodem Concil. *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *in fi. de reformat.* Verùm etiam aliqua Eccleſia non parochialis † in 112.
parochialem, ſeu aliquod beneficium non curatum in curatum erigi poteſt; prout per locum, ſeu argumentum à ſpeciali; (quod forte, ac validum eſt, *l. quod verò, & l. ius ſingulare, ff. de legib. cap. præſenti*, §. *loca*, iuncta gloſ. *ibi, verbo, ſpecialiter, de prabend. in* 6. cum aliis ad id adductis ab Euerard. *in loc. à ſpeciali, num.* 1. *&* 3. ac Mandoſ. *ad reg.* 16. *Cancellar. queſt.* 20. *num.* 5.) colligitur ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 9. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *de reformat.* directè verò, & in propria ſpecie ſatis probatur ex eodem Concil. *ſeſſ.* 7. *cap.* 7. *ac ſeſſ.* 21. *cap.* 5. *& 7. de reformat.* atque in terminis tenent inter ceteros Petr. de Peruſ. *vbi ſuprà num.* 2. Petr. Rebuff. *in prax. benefic. part.* 1. *tit. de erect. in curat. & paroch. numer.* 1. Alphonſ. Hoied. *d. tract. de benefic. incompatib.* 1. *part. cap.* 13. *num.* 57. *cum ſeq.* Mandoſ. *in prax. ſignat. grat. tit. de erection. verſic. inferiorum beneficiorum, verſic. aliam cauſam, & verſ. ſi.* Io. Azor. *Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 30. *quæſt.* 1. *&* 2. *verſic. ceterùm*, ac nouiſſimè Nicol. Garz. *d. tract. de benefic. part.* 12. *cap.* 5. *num.* 2. *cum ſeq.* vbi ad quamdam contrariam declarationem ſacræ Congregat. interpretum Concil. Trident. reſpondet, eam procedere ceſſante cauſa, & neceſſitate: in omnem verò caſum loquitur, ſeu accipienda eſt illa declaratio de Ordinario, non autem de illi ſuperiore, aut ſimpliciter, hoc eſt, de quocumque. Quæ autem neceſſaria ſint † ad hoc, vt aliquod beneficium curatum dicatur, ſeu aliqua Eccleſia ſit parochialis, 113.
pluribus tradit Hoied. *d. cap.* 13. *à numer.* 1. *ad* 11. Mandoſ. *d. reg.* 20. *quæſt.* 11. *ac* 12. ferè per tot. Maſcard. *de probat. concluſ.* 468. per tot. Flam. Pariſ.

tract.

tract. de reſig. benef. lib. 2. quæſt. 1. num. 105. vſque ad 110. Gonzal. *d. gloſ. 6. à num. 34. ad 99.* & Io. Azor. *d. part. 2. lib. 3. cap. 12. quæſt. 2. & quatuor ſeqq.* vbi alios etiam citat, *ac lib. 9. cap. 3. quæſt. 14. in princ.* necnon *ad fin.* & Garz. *d. tract. de benef. part. 1. cap. 6. à num. 3. ad* 8. Et quæ ſolemnitates requirantur in huiuſmodi erectione, latiùs, Deo dante, trademus *quæſt. 6. ac 7.* inter alios poſt Rebuff. *d. tit. de erect. in curat. & parochial. num. 2. & ſequentib.* Hic autem pro complemento huius concluſ. illud adnotandum
114. eſt, † dari quoque, ac fieri poſſe mutationem Eccleſiæ merè parochialis in baptiſmalem; neque enim quælibet parochialis eſt baptiſmalis; quod & vtrumque docent Petr. de Peruſ. *vbi ſup. num. 1.* & Mandoſ. *d. tit. de erectionib. verſic. erectio non ſolet,* cum aliquot verſic. ſequentib. ſecundum verò ex iis etiam conſtat, quæ nos adduximus *in tract. de decim. cap. 7. quæſt. 2. præmiſſ. vnic. & concluſ. 9.*

SEXTA CONCLVSIO. Status, ſeu qualitas
115. perſonalis reſidentiæ † mutari perpetuò in aliquo beneficio poteſt; ita, vt beneficium aliquod huiuſmodi obligationem non habens annexam eam acquirere, & ab habente tolli poſſit. Vtraque pars huius concluſionis probatur; tum ex eò, quod ſuperiori concluſione de parochiali Eccleſia, ſeu curata diximus, poſſe nimirum fieri ex non curata curatam, & ex curata non curatam, ſeu parochialem: hæc enim obligationem habet perſonalis reſidentiæ, vt *cap. præced. quæſt. 4. concluſ. 5.* ex multis iuribus ac Doctorib. tradidimus; præcipuè verò ex *cap. quia nonnulli, de cler. non reſid.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 6. cap. 2. ac ſeſſ. 23. cap. 1. de reform.* quibus nunc addo idem Conc. *ſeſſ. 7. cap. 3. de reform. & conſtit.* 115. Pij V. & 64. Pij V. ſuper reſidentia, iuxta numerum Bullarij penult. edition. tum ex eo, quod de iuribus conſuetudinis in tollenda obligatione reſidendi trademus *quæſt. ſeq. concl. 5. 6. 7. ac 13.* & mox *concluſ. 8.* præſentis quæſt. quæ concluſ. erunt de erectione Eccleſiæ non collegiatæ in collegiatam, & è converſo. cui affine eſt, quod poſt Abb. *in cap. ſuggeſtum, de iurepatr.* & Roch. de Curt. *in tract. de iurepatr. verbo, honorificum, quæſt. 3. ſub num. 8. verſic. item bene facit,* per *cap. expoſuiſti, de præb.* atque alia, ſentit, latiúſque tradit Lambert. *in fin. tract. lib. 3. quæſt. 6. art. 4.*
116. poſſe Epiſcopum † de conſenſu patroni conuertere Capellam in præbendam. quibus addi poteſt Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 15. de reformat.* vbi Epiſcopis in certo caſu permittitur vnio aliquorum beneficiorum ſimplicium præbendis Eccleſiarum Cathedralium, vel inſignium collegiatarum: iuncto eo, quod etiam ante Conc. Trid. Canonici ad reſidentiam tenentur, vt *cap. præced. quæſt. 2. verſ. ex parte autem cauſæ materialis*, in 3. diuiſione beneficiorum, ſatis oſtendimus: quibus nunc addo Garz. id latiùs tradentem *d. part. 3. cap. 2. num. 180.* cum multis ſeqq. Tum denique ex eo, quod in terminis docet idem Garz. *d. tract. de benef. part. 7. cap. 1. numer. 126.*
117. quòd, † ſi aliqua Capellania eſſet fundata cum obligatione reſidentiæ perſonalis, cuius fructus eſſent adeò diminuti, vt non eſſent ſufficientes, & proportionabiles tali oneri; poſſet Ordinarius tollere obligationem reſidentiæ; ita, vt per ſubſtitutum poſſet illi deſeruiri: maximè ſi non reperiretur, qui eam vellet cum eo onere reſidentiæ perſonalis; ibique melius videretur tollere reſidentiam perſonalem, quàm reducere Miſſas in caſu, quo vnum aut alterum eſſet faciendum.

SEPTIMA CONCLVSIO. Ille ſtatus benefi-
118. cij, per quem eidem beneficio † certus ordo eſt annexus; ita, vt eo tempore prouidendus certam ætatem habere, certóve ordine inſignitus eſſe, vel eum intra certum tempus ſuſcipere debeat; (iuxta latiùs tradita *cap. præced. quæſt. 4. concluſ. 6. ſuppoſ. 4.*) mutari aliquando poteſt; vnde & ſtatus ille ab eodem beneficio eum habente tollatur, & non habenti tribuatur. Hæc concluſio probatur quoad vtramque partem, ex fundamentis duarum præced. concluſionum; quatenus per dimiſſionem, vel acquiſitionem qualitatis, cuius ratione talis ordo, vel ætas in beneficiato requiritur, vel non, ſtatus etiam huiuſmodi annexionis conſequenter mutatur, iuxta ea, quæ *d. ſuppoſ. 4.* deduximus. ſeorſim verò quoad priorem eiuſdem concluſ. partem probatur ex iis, quæ *d. quæſt. 4. concl. 6. ad fin. verſ. iam verò his ſuppoſitis, ac præmiſſis*, hac de re diximus quoad derogationem, ſeu temporalem mutationem prædictæ qualitatis, ſeu ſtatus ordinis, vel ætatis beneficio annexæ: idem enim proportionabiliter de hac derogatione perpetua, ſeu ſtatus mutatione dicendũ erit; quamuis ergo hæc mutatio ſtatus ordinis annexi regulariter a iure canonico ſit prohibita non modò tacitè, ex traditis *d. ſuppoſ. 4.* ſed etiam expreſsè à Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 5. de reform.* prout eum text. induximus, ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concluſ. 3.* in prioris eiuſdem partis confirmatione: tamen, cùm hæc prohibitio ſolùm à iure humano ſit inducta, per ea, quæ *d. concl. 6. ad fin.* attulimus: inde ſequitur, ſaltem à Rom. Pontifice hunc ſtatum mutari poſſe, qui tamquam Princeps huic iuri derogare poteſt, iuxta *l. Princeps, ff. de leg. & cap. propoſuit, de conceſſ. præb.* cum ſimil. maximè ob ſummam poteſtatem, quam in beneficialibus habet, iuxta *cap. 2. de præb. in 6. & Clem. 1. vt lit. pend.* cum vtrobique notat. per Doct. atque alibi ſæpe. Quid autem hac eadem in re poſſint inferiores Rom. Pontifice, videbimus *quæſt. ſeq.* in concluſionibus, quas de eorum ſingulis proponemus. Poſteriorem verò huius concluſ. partem apertè tenet Lambert. *in d. tract. de iurepatr. lib. 1. part. 2. quæſt. 4. art. 4. num. 3. verſic. ſed his amiſſis*, vbi docet, transferentem iuſpatronatus poſſe apponere conditionem ſecundùm ius; vt, quòd præſentandus ſit in ſacris conſtitutus. iuxta hanc eandem porrò præſentis concluſionis partem decretum habemus, & caſum in Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 12. verſ in omnibus verò, de reformat.* vbi ſtatuitur, quòd in omnibus Cathedralibus Eccleſiis omnes Canonicatus, ac portiones ab Epiſcopo deſignan. certi ordines ſacri ſunt annexi, & in mutatione vnius ordinis in alium, quòd ea poſſit à Papa fieri, conſtat ex *conſtit. 55. Sixti V.* & incipit, *religioſa*: qua de re inf. *quæſt. ſeq. concluſ. 6. in octauo caſu.* Porrò ex fundamento, quod mox adduximus, idem ſtatuendum quoad hoc eſt † 119.
de qualitate, ſeu ſtatu præbendæ Theologalis, Magiſtralis, aut Doctoralis, vt nimirum is ſaltem à Papa mutari, cum ſtatum tollendo à beneficio, queat; cùm Trid. Conc. *d. ſeſſ. 25. cap. 5. de reform.* huiuſmodi qualitates æquiparet qualitati annexionis certi ordinis; quòd verò talis qualitas, ſeu ſtatus adiici queat beneficio eum non habenti, ex eo quoque ſuaderi poteſt, quod de præbenda Theologali ſtatui videtur *cap. 1. cap. quia nonnullis, & cap. fin. de magiſtr.* quorum verba ad id retulimus *cap. præced. quæſt. 4. concluſ. 7.* omnino verò decernitur à Conc. Trid. *ſeſſ. 5. cap. 1. de reform.* & de Pœnitentiali ab eodem Conc. *ſeſſ. 24. cap. 8.* patitet *de reformat.* cuius vtriuſque decreti diſpoſitionem *ibid.* recenſuimus; ſubiicientes quoque nonnulla hac in re priuilegia per Sedem Apoſtolicam quibuſdam prouinciis conceſſa. quæ omnino huius quoque concluſ. confirmationi deſeruiunt; ita, vt candidum lectorem ad eum locum pro ea remiſiſſe ſufficiat.

OCTAVA CONCLVSIO. Eccleſia non col-

Digitized by Google

120. legiata † mutari aliquãdo poteſt in collegiatam, & collegiata in non collegiatam. Prior pars concluſionis patet tum ex praxi: tum quia ita paſſim tenent Doct. prout de communi teſtatur Abb. *in cap. quoniam*, per eum text. *de vit. & honeſt. cler.* ac præterea tenuit Petr. de Peruſ. *tract. de mutat. ſtat. Eccleſ. in princ. num.* 1. Rebuff. *in prax. benef. part.* 1. *tit. de erect. in collegiat.* Mandoſ. *in prax. ſignat. grat. cod. tit.* per tot. Io. Azor. *Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 30. *queſt.* 1. *& 2. in princ.* Paul. Fuſc. *tract. de viſitat. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. & Garz. *d. tract. de benef. part.* 12. *cap.* 5. *num.* 4. tum denique ex multis ad id adductis à Lambertin. poſt alios *in tract. de iurepatron. lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 1. ferè per tot. quæ quia pertinent ad Epiſcopi hac in re poteſtatem, afferemus infrà *quæſt. ſeq. concluſ.* 13. Poſterior pars apertè tenetur à Petr. de Peruſ. *vbi ſup. num.* 2. & idem à fortiori

121. ſentiunt, qui voluerunt, † poſſe Cathedralem fieri non Cathedralem, vt Azor. *d. quæſt.* 1. *&* 2. ac Petr. de Peruſ. *d. num.* 2. per text. *in cap.* 1. *ne ſed. vacan.* vnde hoc colligitur; ſed expreſsè habetur, poſſe ex non Cathedrali fieri Cathedralem; quod & liquet ex *Extrauag. nuper, la* 3. *& ſeq.* quæ incipit, *ad cuiuſlibet Status Eccleſiæ, de prab. in commun.* & idem Peruſ. docet *d. num.* 1. Rebuff. *d. part.* 1. *tit. de erect. in Cathedral. ſecular. vel in al. ſtat.* Azor. *d. quæſt.* 1. *&* 2. Garz. *d. cap.* 12. *num.* 1. vbi & illud tradit, poſſe Cathedralem Eccleſiam erigi in Metropolitanam; id quod adnotarunt quoque Rebuff. *ibid. num.* 3. Azor. *d. cap.* 30. *quæſt.* 4. & Garz. *d. num.* 1. facitque *cap.* 1. *de tranſlat. Epiſc. cap. quod tranſlationem, de offic. delegat. & cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat.* ibique gloſ. & Doct. atque alibi ſæpe. Habemus autem inſigne exemplum erectionis Eccleſiæ Cathedralis, nimirum Tholoſanæ, in Metropolitanam, ſeu Archiepiſcopalem, *in Extrauag. ſaluator noſter, cum ſeq.* quæ incipit, *nuper certis ex cauſis, de præben. inter commun.*

Huic autem valde affinis eſt qualitas, ſeu ſtatus electiuitatis Eccleſiæ, vel beneficij, per quem de illo, illáve prouidetur per electionem, iuxta latiùs per nos adducta *cap. præced. quæſt.* 2. in octaua diuiſione beneficiorum, ſeu qualitatum ipſorum ex parte cauſæ materialis; nam prælati Collegiatarum, & Ca-

122. thedralium, ac Metropolitanarum Eccleſiarum † de iure antiquo eligebantur à Canonicis ipſarum; ſicut & plerique conuentualium Eccleſiarum regularium Prælati, qui poterant indiſtinctè ab eorum conuentibus eligi, vt paſſim *in tit. de elect.* necnon *in cap. cùm Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſ. & propr.* iuncto *tit. de regularib. & ſtat. Monach. in Decretalib. ſexto, & Clementin.* licèt hodie ex diſpoſitione *reg.* 2. *&* 3. Canc. Apoſtolicæ reſeruari à ſingulis Romanis pro tempore Pontificibus conſueuerint: ex quibus regulis, & quibuſdam aliis, maximè 8. per quam beneficia inferiora ad quamuis collationem pertinentia, & in certis menſibus vacantia ſolent ſemper diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruari; ac præterea ex *cap. licèt*, ſeu 2. *de prab. in* 6. vbi eidem ſedi reſeruantur beneficia in Curia Romana, ſeu apud Sedem Apoſtolicam vacantia, quamuis eorum prouiſio ad aliorum ſpectet electionem; iunctis præſertim iis, quæ earum regularum gloſſatores tradiderũt, ac præcipuè Mandoſ. & Gonzal. necnon Garz. *d. tract. de benefic. part.* 5. *cap.* 1. ferè per tot. ſatis

123. conſtat, † per huiuſmodi reſeruationes mutari qualitatem, ſeu ſtatum prædictum electiuitatis ſaltem per Romanos Pontifices. nec mirum, quoniam talis qualitas, ſeu modus acquirendi beneficium, ſicut & cæteri modi, quibus poſſunt acquiri beneficia, immo & beneficia ipſa iure humano inducta ſunt; vt inter cæteros ex Vgolin. *in tract. de ſimon. tab.* 1. *cap.* 3. §. 4. *num.* 1. *vſque ad* 5. *& cap.* 28. *in princ. num.* 2. *cum trib. ſeq.* & Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benefic. in præfat. num.* 5. latè tradidimus *cap. præced. quæſt.* 3. *concluſ.* 1. *circa initium.* Iuri autem humano ſaltem per Rom. Pontificem derogari poteſt, potiſſimùm verò in beneficialibus, in quibus is plenam habet poteſtatem, iuxta ea, quæ quoad vtrumque in præced. concluſ. adduximus, & quoad ſecundum ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 2. *concluſ.* 1. *circa medium, verſic. è contrario verò.*

NONA CONCLVSIO. Status Eccleſiæ, vel beneficij quoad qualitatem iuriſpatronatus, ſiue præſentandi ad aliquam Eccleſiam, vel beneficium † 124.
aliquando ita mutari poteſt, vt ex Eccleſia, ſeu beneficio libero deinceps fiat iuriſpatronatus, & è contrario. Vtraque pars concluſionis probatur ex iuribus ad id per nos allegat. *quæſt. præced. concluſ.* 3. *longè poſt medium, verſic. de ſtatu verò, ſeu qualitate*; vbi etiam aliquos caſus attulimus, in quibus ipſo iure amittitur iuſpatronatus, fuſiùs cum aliis recenſendos *quæſt. ſeq. concluſ.* 6. *vel* 7. hìc autem, vt *in d. verſic. de ſtatu verò, ſeu qualitate*, polliciti ſumus, eos caſus huiuſmodi amiſſionis, ſeu ceſſationis iuriſpatronatus referamus, quos à variis Doctoribus colligere potuimus abſque expreſſo iure poſitos: ſi prius conſimiles caſus à Doctoribus allatos, in quibus beneficium antea liberum fit ſubiectum iuripatronatus, in medium proferamus; quod mox faciemus, omiſſis tamen caſibus, ſeu cautis illis augmenti dotis, ac nouæ conſtructionis, quas expreſsè admittit Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reform. ad fin.* cuius decreti verba quoad hoc *in d. verſic.* recitauimus; & quoad augmentum dotis ſumi poteſt ex *ſeſſ.* 14. *cap.* 12. necnon *cap. quicumque, & cap. filiis*, 16. *quæſt.* 7. idque non modò ex auctoritate, ſeu ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ, ſed etiam auctoritate Ordinarij inferioris, vt colligitur ex iis verbis *d. cap.* 9. etiam auctoritate Sedis Apoſtolicæ; nam dictio, *etiam*, eſt implicatiua tacita diuerſas ſpecies ab expreſſis includens, *l. etiam, ff. de verb. ſignif. cap. tanta, de ſimon. Clem. grauis, de ſent. excomm.* cum aliis ad id adductis ab Alberic. *in Dictionar.* & Vulpell. *de præpoſit. aduerb. & coniunct. ſignificat. verbo, etiam*; ac nouiſſimè Barboſ. *de dictionib. dict.* 95. *num.* 1. 2. *&* 4. *cum duob. ſeqq.* ſicut, & hos duos caſus admiſerat Hoſtien. *in ſum. tit. de iurepatron. verſic. ex quibus proueniat*; *ex fundatione*, &c. ſeu *num.* 2. & quoad augmentum dotis, quam ditationem, vt & alij, vocat Paul. de Cittadin. *in ſuo tract. de iurepatr. part.* 3. *cauſ.* 2. *acquir. iuſpatr. quæſt.* 2. *ſub num.* 9. *& quæſt.* 4. *ſub num.* 12. ac rurſus *in* 3. *cauſ. num. vnic.* de noua conſtructione, ſeu reparatione, vel reædificatione Eccleſiæ idem Paul. *d.* 3. *part. in* 1. *cauſ. quæſt.* 15. *cum ſeq. & in* 4. *cauſ.* per tot. præſertim *num.* 4. *&* 6. quare nunc de hiſce duob. caſibus non eſt dubitandum, prout dubitauit Roch. de Curt. *tract. de iurep.* quoad augmentum dotis, *verbo, & dotauit, quæſt.* 3. *&* 6. quoad refectionem, ſeu reparationem *eod. tract. verbo, conſtruxit, quæſt.* 8. *ac d. quæſt.* 3. & latiùs contra Paulum arguens Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 6. quoad primum *art.* 2. *num.* 2. 3. *ac* 7. *cum trib. ſeqq.* quoad ſecundum *d. num.* 3. *& art.* 3. *numer.* 1. *vſque ad* 17. licèt ipſe quoque Lambert. idipſum admittat quoad augmentum dotis, ſeu ditationem in eum ſenſum, vt poſſit iuſpatronatus de nouo acquiri per fundationem, conſtructionem, vel dotationem Capellæ, vel altaris in aliqua Eccleſia, *d. art.* 2. *num.* 10. *verſic. ſecundò*, ex dictis Pauli; quod & Roch. de Curt. admittit *d. verbo, conſtruxit, num.* 11. & ipſe Paul. docet *d. cauſ.* 2. *quæſt.* 4. & fuſiùs tradiderat *in* 1. *cauſ. quæſt.* 32. *verſic. tertiò ſcindum:*

ſciendum : quoad nouam conſtructionem, ſeu reædificationem prout à reparatione, ſeu refectione differt, idem Curt. *d. verb. conſtruxit, quæſt.* 8. & Lambert. *d. art.* 2. *num.* 3. & latiùs *d. art.* 3. *num.* 13. *cum trib. ſeqq.* Quod autem Conc. Trid. *d. cap.* 9. *ad fin.* poſt duas cauſas augmenti dotis, & nouæ conſtructionis, ſtatim ſubdit, (vel alia ſimili cauſa,) intelligendum puto tum de ditatione per conſtructionem, aut dotationem Capellæ, vel alterius in aliqua Eccleſiæ; tum de refectione, ſeu reparatione, vt à noua conſtructione, ſeu reædificatione Eccleſiæ differt: ſic enim & ſunt aliæ cauſæ ab augmento dotis, ac noua conſtructione, & ſimul etiam iis ſimiles. quare
125. non poſſunt ea verba, *vel alia ſimili cauſa*, intelligi † de præſcriptione, vel priuilegio; tum quòd hæ cauſæ non ſunt prædictis ſimiles, vt per ſe patet: tum quòd Concil. *eod. cap.* 9. *& ſeſſ.* 14. *cap.* 12. has cauſas ſatis iam abrogauerat, quibuſdam caſibus exceptis, vt *cap. præced. quæſt.* 4. *concluſ.* 8. ſatis deduximus, ex ipſo maximè Conc. *d. cap.* 9. ibi; reliqui verò patronatus, &c. tum quòd præſcriptio non eſt per ſe cauſa, ſeu modus acquirendi ius patronatus diſtinctus à fundatione, conſtructione, ac dotatione, vt ſatis colligitur ex *d. cap.* 9. *in initio*, & latè tradit Lambert. *d. part.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 2. *num.* 3. *& quæſt.* 80. *art.* 1. *&* 9. priuilegium verò cauſat iuſpatronatus diſtincti generis à iure patronatus competente ex fundatione, dotatione, vel conſtructione; & quod impropriè eſt iuſpatronatus, vt idem Lambert. probat *d. art.* 2. *num.* 4. *cum ſeq. ac d. quæſt.* 10. *art.* 1. 3. *&* 9. voluit autem fortaſſe Concil. *d. cap.* 9. *ad fin.* prædictis verbis, *vel alia ſimili cauſa*, comprehendere quoque dotationem,
126. † quæ ex interuallo fit, aut poſt dationem fundi, & conſtructionem Eccleſiæ abſque dote, vel ea dote poſtea in totum perempta; ante conſecrationem tamen: aut poſt fundi dationem, conſtructionem, & conſecrationem ipſius Eccleſiæ, quæ item vel nunquâ dotata fuerit, vel dotem in totum amiſerit. De quorũ priori caſu poſt alios latè tractat idem Lambert. *d. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 4. *num.* 17. *quæſt.* 3. *art.* 1. *num.* 2. *cum duob. ſeqq. & num.* 6. *quæſt.* 4. *art.* 1. *num.* 7. *cum ſeq. quæſt.* 5. *art.* 15. *num.* 2. *& quæſt.* 6. *art.* 1. *num.* 4. 5. *&* 8. *verſ. ſecundus eſt conſenſus*, & *verſ. ſi verò dotatio*, necnon *numer.* 15. *verſ. tertium membrum ponit, ac num. ſeq. verſic. circa hoc vltimum, & verſic. dicerem & aliud*; *& num.* 17. *ac* 18. *in initio*; necnon *art.* 6. ferè per tot. *& quæſt.* 9. *art.* 1. *num.* 52. *ac lib.* 3. *quæſt.* 7. *art.* 1. paſſim, *art.* 2. *num.* 1. *art.* 4. *num.* 2. *& art.* 5 *num.* 1. ex quibus omnibus locis ſimul iunctis colligitur, per dotationem Eccleſiæ cum Diœceſani conſenſu factam ex interuallo per fundantem, & conſtruentem Eccleſiam, quæ iam cœpit gubernari, ſeu conferri ab Ordinario; vel per tertium, vbi fundans, & conſtruens dotare noluit, neque curauit ab alio dotari, acquiri ab illo tertio dotante, vel dotante iuſpatronatus: atque adeò habemus primum caſum à Doctoribus abſque iure expreſſo allatum, in quo Eccleſia, ſeu beneficium ex libera, ſeu libero ſubiicitur iuripatronatus; & ſic ſtatum huiuſmodi libertatis cum ſtatu ſimilis ſeruti-
127. tutis commutat: & de hoc caſu † poteſt etiam commodè intelligi idem Conc. Trident. *d. ſeſſ.* 14. *cap.* 12. *de reformat.* ibi; nemo, &c. niſi Eccleſiam, beneficium, aut Capellam de nouo fundauerit, & conſtruxerit, ſeu iam erectam, quæ tamen ſine ſufficienti dote fuerit, de ſuis proprijs, & patrimonialibus bonis competenter dotauerit, iuſpatronatus impetrare, aut obtinere poſſit, aut debeat: quod decretum ſacra Congregatio non ſemel declaraſſe fertur accipiendum fore de patronatibus, non quidem tunc tum obtentis, ſed ſolùm de iis, quæ in poſterum obtinenda, & impetranda erant. Prætérea hic caſus maximè confirmatur ex eo, quod *cap. præced. quæſt.* 4. *concluſ.* 8. non longè ab initio, verius eſſe docuimus cum Roch. Curt. & aliis, tria copulatiuè requiri ad acquiſitionem iuriſpatronatus, nimirum fundi dationem, conſtructionem, & dotationem, licèt non neceſſariò hæc omnia ſint ab vno facienda. Secundus eiuſmodi caſus poſitus à Doctoribus ſumitur ex poſteriori illorum, quos paulo antè retulimus; nimirum cùm poſt fundationem, conſtructionem, & conſecrationem Eccleſiæ aliquis eam cum Diœceſani conſenſu ex interuallo dotat, quia eodem tempore dotata non fuit, vel poſtea dotem omnino amiſit: tunc enim eam ſic dotans acquirit iuſpatronatus, vt poſt alios docet Lambertin. *d. quæſt.* 6. *art.* 1. *num.* 1. 2. *&* 3. iuncto *num.* 6. præcipuè ex Innoc. *in rubr. de iurepatr.* & *ibi* Card. *quæſt.* 6. Abb. *cap.* 3. *eod. tit. & conſ.* 28. 59. *ac* 106. *vol.* 2. Io. And. *in cap. vnic. eod. tit. in* 6. Roch. de Cur. *d. tract. de iurepatr. verbo, & dotauit, quæſt.* 2. vbi de communi: quod idem rurſus tradit ipſemet Lambertin. *d. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 10. *art.* 4. *num.* 6. Id autem limitat, ſeu declarat idem Lambertin. poſt alios primò *d. quæſt.* 6. *art.* 1. *num.* 6. 7. *&* 8. dummodo omnino id fiat † cum conſenſu 128.
Diœceſani, quem conſenſum *num.* 8. priuilegiatiuum appellat, (diſtinctum ab eo, de quo *in cap. nemo, de conſecr. diſt.* 1. neceſſario ad fundandam, & conſtruendam, ac dotandam ab initio Eccleſiam; & eo, de quo *in cap. nobis, de iurepatron.* ac acquiſitionem ipſius iuriſpatronatus; atque illo, de quo *in cap. cùm dilectus*, iuncta gloſ. recepta *verbo, conſtituimus, de conſuet.* pro apponenda aliqua conditione præter, vel contra ius commune:) ſubdens tamen, quòd hic conſenſus priuilegiatiuus, quo Eccleſia ex libera fit ſerua per ſubiectionem iuripatronatus, ſufficit etiam pro conſenſu *d. cap. nobis*, ad acquirendum ipſum ius iuſpatronatus; quódque prædictus conſenſus priuilegiatiuus omnino haberi debet ab Epiſcopo, aut habente iuriſdictionem Epiſcopalem; neque eum dare poſſet eius Vicarius. ac tandem, quòd, cùm in hoc caſu tertius dotans vult eſſe patronus, neceſſariò dicere debet, ſe titulo dotis illud dare. quæ eſt ſecunda limitatio, ſeu declaratio huius caſus, quam latiùs ſtatim confirmat Lambert. *d. art.* 1. *numer.* 9. *vſque ad* 16. *Num.* autem 17. *cum ſeq.* tertiam limitationem affert, ac fusè comprobat, vt nimirum caſus hic procedat primo fundatore, & conſtructore illius Eccleſiæ requiſito, ac recuſante illam dotare; nam illo volente non admitteretur tertius ad dotandum, & ſic ad acquirendum in ea iuſpatronatus. Subdit verò Lambert. *num.* 20. pro quarta limitatione, vt ita demum hic caſus, ſeu prædicta doctrina Innoc. communiter recepta procedat, quando à faciente conſecrari, vel ab ipſo conſecratore dos haberi non poteſt, quia tunc tertius dotans etiam poſt conſecrationem efficietur patronus; ſecus ſi ab aliquo illorum dos haberi poſſet; nam tunc non deberet admitti tertius dotans, ita, vt acquirere velit in ea Eccleſia patronatum, ex Io. And. *d. cap. vnic.* Card. *d. quæſt.* 6. & Abb. *d. cap.* 3. *ac d. conſ.* 59. qui monetur ex notat. *in cap. cùm ſicut, de conſecrat. Eccleſ. vel altar.* nam cùm iuſpatronatus ſit quædam ſeruitus, *cap. ſignificauit, de teſtib.* & è contrario eo non exiſtente in Eccleſia, illa ſit libera: & cùm ſemel ſit libera, licèt ſine dote, habet tamen condi-
ctionem ex *d. cap. cùm ſicut*, contra facientem conſecrari, vel conſecrantem; & ſic poteſt dotem habere aliunde, quàm ab iſto tertio, qui vellet habere iuſpatronatus, vt ipſe Lambert. ait ſe dixiſſe *quæſt. præced.* (hoc eſt, *d. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 5.) *art.* 18. *in* 3. *&* 4. *concluſ.* melius eſt ergo, quòd aliunde habeat dotem,

dotem, quàm quòd fiat ſerua alterius tertij. Hanc verò limitationem latiùs declarat ipſemet Lambert. *d. quæſt. 6. art. 1. num. 20. vſque ad 26. à num.* autem 27. *vſque ad fin.* illius art. quædam addit pro extenſione, ſeu ampliatione omnium harum limitationum; quæ vtraque, ne nimis longum faciam, prætermitto, cùm ea per ſe quiſque videre poſſit. Nos verò pro alia huius caſus vel potiùs prioris partis præſentis concluſionis limitatione afferamus decretum Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 9. verſ. inſuper acceſſiones, de reform.* vbi cauetur, quòd † acceſſiones per 129.
viam vnionis factæ de beneficiis liberis ad Eccleſias iuripatronatus etiam laicorum ſubiectas tam parochiales, quàm ad alia quæcumque beneficia etiam ſimplicia, ſeu dignitates, vel hoſpitalia; ita, vt prædicta beneficia libera eiuſdem naturæ cum iis, quibus cum vniuntur, efficiantur, atque ſub iurepatronatus conſtituantur: hæ ſi nondum plenarium ſortitæ ſunt effectum; vel deinceps ad cuiuſuis inſtantiam fient, quacumque auctoritate etiam Apoſtolica conceſſæ fuerint, ſimul cum vnionibus ipſis per ſubreptionem obtentæ intelligantur; non obſtante quacumque in iis verborum forma, ſeu derogatione, quæ habeatur pro expreſſa: nec executioni ampliùs demandentur, ſed beneficia ipſa vnita, cùm vacauerint, liberè, vt antea conferantur. quæ verò à quadraginta annis citrà factæ, effectũ, & plenam incorporationem ſunt conſecutæ; hæ nihilominus ab Ordinariis tamquam à Sede Apoſtolica delegatis reuideantur, & examinentur; ac quæ per ſubreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, ſimul cum vnionibus irritæ declarentur, ac beneficia ipſa ſeparentur, & aliis conferantur. Denique pro poſtrema huius eiuſdem caſus, vel potiùs d. prioris partis præſentis 9. concluſionis limitatione ſit aliud decretum, quod *in verſ. ſimiliter*, ſtatim *ibid.* ſubiicit Concilium, nimirum, vt Ordinarij tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati, quos patronatus in Eccleſiis, & quibuſcumque beneficiis, ac dignitatibus antea liberis ex augmento dotis, noua conſtructione, vel alia ſimili cauſa etiam eiuſdem ſedis auctoritate acquiſitos non repererint ob maximè euidentem Eccleſiæ, vel beneficij, ſeu dignitatis neceſſitatem legitimè conſtitutos eſſe, in totum reuocent: eius autem decreti verba *quæſt. 6. concluſ. 1. in fi.* ad aliud propoſitum referemus. Nunc verò, ſi lubet, reliquos caſus proſequamur à Doct. abſque expreſſo iure poſitos, in quibus Eccleſia à iurepatronatus antea libera, ei ſubiici poteſt, atque adeò quoad hoc ſtatus illius mutari: hi autem ſunt priuilegium Papæ, vel præſcriptio. qui quidem locum habere poſſunt, vel in caſibus exceptis à Conc. Trid. *d. cap. 9. ante med.* iuxta tradita per nos *d. cap. præced. quæſt. 4. concluſ. 8.* non longè à fi. ſtatim ante verſic. iam verò his de iurepatronatus; vel in locis in quibus Conc. Tridentinum non eſt receptum, vel contrario vſu ſufficienter, ſaltem reſpectu illius decreti fuerit abrogatum: & caſus priuilegij locum etiam obtinebit, vbi poſt Conc. Trid. cum iis clauſulis concedatur, per quas ſufficienter eidem decreto derogetur, iux a latiùs adducta per Hier. Gonzal. *in commen. reg. 8. Canc. gloſ. 18. num. 97. vſque ad 106.*

Et quidem de priori prædictorum caſuum, nimirum de priuilegio, Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæſt. 10. art. 2.* per tot. non paucis Doct. relatis probat, † Rom. Pontificem poſſe ex priuile- 130.
gio concedere etiam laicis iuſpatronatus, ſeu præſentandi ad Eccleſiam, vel beneficium; vt etiam facit Io. Nic. Delph. *de iurep. lib. 1. num. 112. & ſeq.* Idémque ſentiunt Doct. quos idem Lambert. refert *art. ſeq.* qui eſt 3. dum quærit, an patronus ex priuilegio Papæ cenſendus ſit Eccleſiaſticus, vel laicalis, & concludit diſtinguendo: quòd, ſi ſumus in prærogatiuis, quas habet patronus laicus, puta, ne Legatus poſſit, & Papa non cenſeatur ſine expreſſa mentione ei derogare, (iuxta per nos tradita *cap. præced. quæſt. 5.* de Papa *concluſ. 7.* de Legato *concluſ. 10.* in ſecunda regula;) & quoad ſimilia, de quibus idem Lambertin. *d. tract. lib. 3. quæſt. 10. art. 1.* patronus ex priuilegio cenſetur Eccleſiaſticus in eius damnum; & eodem modo, ſi ſumus in prærogatiuis patroni Eccleſiaſtici, vt, quòd habeat ſemeitre ad præſentandum, & aliis, de quibus *d. art. 1.* non cenſebitur patronus Eccleſiaſticus, ſed laicus: contrà verò ſi ſumus in damnoſis: nam ſi ſumus in damnoſis patronis Eccleſiaſticis, cenſebitur velut laicus; ſicut in damnoſis patronis laicis cenſendus erit Eccleſiaſticus, in iis autem, quæ partem habent odij, partem fauoris; quale eſt habere quadrimeſtre cum facultate variandi accumulatiuè, cùm talis patronus ex priuilegio habeat odium breuitatis temporis ad præſentandum, habebit etiam fauorem facultatis variandi illi adiunctam. maximè, quia in laico militat quoad variationem eadem ratio inſtabilitatis ſiue habeat iuſpatronatus ex priuilegio, ſiue ex fundatione, vel dotatione. *art.* autem *4. eiuſdem quæſt. 10. 1. partis lib. 1.*, poſtquam quæſiuit Lambert. an etiam Epiſcopus poſſit ex priuilegio Eccleſiam liberam facere patronatam; reſpondet, † quòd omnino non 131.
poteſt laicis illud concedere, quia de iure ſunt incapaces ſpiritualium, quorum eas capaces ſolus Papa facere poteſt; atque id tantùm probant argumenta per eum adducta *num. 4.* quæ verò adducit in contrarium *num. 1. cum duobus ſeq.* iunctis eorum ſolutionibus, quas affert *d. num. 4.* probabile reddunt id, quod ipſemet *num. 5.* ait, poſſe attentari, non tamen firmat; Epiſcopo licere iuſpatronatus alicuius Eccleſiæ etiam liberæ alicui perſonæ Eccleſiaſticæ, vt Eccleſiaſticæ concedere. omnino verò hoc admittit *num. 6.* in caſu præced. cùm Epiſcopus dat conſenſum priuilegiatiuum dotanti Eccleſiam fundatam, & conſtructam, & conſecratam, ſed indotatam. De poſteriori autem ex mox propoſitis caſibus ſeu poſtremo à Doctoribus poſito, nimirum de præſcriptione; quòd per eam † Eccleſia libera à iure- 132.
patronatus ei ſubiici poſſit, quæſtionem formando in parochianis, an citra fundationem, conſtructionem, & dotationem Eccleſiæ parochialis poſſint in ea præſcribere iuſpatronatus; tenet Io. And. *cap. quod alicui, de reg. iur. in 6.* poſt quondam Marſil. *in cap. querelam, de elect.* atque alios, & non pauca fundamenta per Io. And. *d. cap. quod alicui*, adducta, cum ſolutionibus fundamentorum Archid. ac relata per Lambertin. *d. quæſt. 10. art. 5. num. 22. vſque ad 25.* & aliqua per Archid. *in cap. hortamur, 61. diſt.* vbi conatur ea ſoluere, & ſuam contrariam opinionem pluribus aliis fundamentis confirmare; quæ vtraque fundamenta, priorúmque ſolutiones recenſet quoque idem Lambert. *d. art. 5. à num. 4. vſque ad 21. in d.* autem *num. 25. verſic. capio igitur primum*, refert multos tenentes cum Archid. & inter hos Abb. *in diſput. quæ incipit, Augerio, col. 6. & conſ. 106. col. 2. vol. 2.* Alex. *conſ. 74. & ſeq. vol. 4.* at verò *in verſic. venio ad ſecundum*, alios ſequentes opinionem Io. And. *à num.* autem 27. *vſque ad 33.* fortificat fundamenta Archid. & ab eod. *num. 33. verſ. offert ſe quartum, vſque ad num. 38.* reſoluere conatur reſponſiones datas per Io. And. ad motiua Archid. ac ſimul tollere fundamenta ipſius Io. And. & ſuſtinet, ac roborat reſponſiones datas per Archid. ad motiua opinionis affirmatiuæ, quæ eſt Io. And. & ſequacium. *Nim.* verò 39. poſtquam dixit ex Abb. *d. cap. querelam,*

querelam, col. 3. de electi. & conſ. 76. in primo dubio, vol. 2. opinionem Io. And. eſſe communem, & obſeruandam in conſulendo, & iudicando, maximè quando populus eſſet in quaſi poſſeſſione præſentandi ex antiqua conſuetudine: ſtatim iuncto *num. 40.* ex Fel. *in cap. cauſam, quæ, col. 3. de præſcript.* ait, ſuſtentabilem eſſe opinionem Archid. *d. cap. hortamur*, & Abb. *in d. diſput. Augerio*, quando allegaretur ſola præſcriptio; ſed ſi allegaretur titulus, & ad illum probandum induceretur tempus, cuius initij non eſt memoria, veriorem eſſe opinionem Io. And. non ex eo, quòd præſcribendo acquiratur, ſed quia ex tali tempore præſumitur titulus iuriſpatronatus; pre.. etiam inquit Fel. decidere Federic. de Sen. *conſ.* 224 & Card. *in Clement. plures, quæſt. 5. de iurepatr.* ac velle Abb. *d. conſ. 106. col. 2. verſ. primò, quia, cùm in iſta.* ſubdit autem *ibid.* Felin. ſe non putare neceſ-
133. ſarium † probare famam tituli; ſicut ſuprà *in eod. cap.* dixerat in inueſtito de decimis ante Concil. Lateran. quia, cùm in iſta materia laicus ſit capax per titulum ex fundatione acquiſitum, ſufficit probare titulum præſumptiuè; ſed in caſu prædicto decimarum, de quo Doct. *in cap. Apoſtolica, de decim.* allegatio temporis immemorabilis non poteſt probare duo, nimirum titulum, & quòd ille titulus præceſſerit Concilium; ideo de illa præceſſione requiritur fama, vt expreſsè per Innoc. ibi: cautum tamen eſſe articulare de fama tituli, vel fundationis. Addit quoque Fel. *vbi ſup. col. 4.* fore neceſſe, allegantem titulum, & probantem illum ex præſumptione temporis oſtendere actus fuiſſe per ipſum factos ex illo titulo, & ex illa cauſa, quam nunc allegat. Hæc autem omnia admittens Lambert. *d. num. 40.* docet contra Alex. ſeu Barbat. *d. conſ. 74.* hoc ipſum tempus immemorabile cum allegatione tituli requiri etiam in præſcribendo iurepatronatus in Eccleſia collegiata, eo excepto, quòd tunc allegandus erit, & exprimendus præcisè titulus priuilegij ſummi Pontificis; in præſcriptione verò Eccleſiæ inferioris poterit præſcribens allegare, & exprimere vel hunc titulum, vel dotationis, conſtructionis, aut dotationis, exprimendo tamen, quis ex his duobus ſit. Subdit verò idem Lambertin. *d. art. 5. num. 41.* poſt Card. *d. Clement. plures, quæſt. 5.* & alios, hæc omnia procedere, quando non conſtaret, Eccleſiam ab initio fuiſſe liberam, aliàs ſecus. & *num. 42.* ſubdit vnum, quod poſſet, inquit, multis iuribus, & rationibus confirmari: quòd, ſi aliqua perſona Eccleſiaſtica vellet præſcribere iuſpatronatus in aliqua Eccleſia, quamuis libera, poſſet præſcribere etiam ſpatio quadraginta annorum, dummodo adeſſet bona fides, cùm illa ſit capax huius iuris, neque in ea militent per eum adducta ſuprà contra laicos, quod etiam rurſus tradit *eod. quæſt. 6 art. 7. num. 4. & 5.* puto autem tunc quoque præter poſſeſſionem, & bonam fidem requiri titulum iuſtum, hoc eſt, probabilem, ſeu non euidenter iniuſtum, qui iuſtam cauſam præbeat præſcribendi, per text. *in cap. ſi diligenti, de præſcript. & cap. 1. eod. tit. in 6.* cum vtrobique notat. per glol. & Doctor. Denique *d. num. 42. verſ. reperi poſtmodum dom. Paulum de Cittadin. vſque ad num. 47.* qui eſt vlt. in eo art. refert, ac reiicit ea, quæ in hac quæſt. an, & quando præſcribi poſſit, tradunt idem Paul. & Roch. de Curt. *in ſuis tractat. de iurepatr.* de qua etiam videri poteſt Couar. *in relect. reg. poſſeſſor. 2. part. §. 10. num. 2. cum duob. ſeqq. & pract. quæſt. cap. 36. num. 6. in princ. ac verſ. primùm, & verſ. ſecundum*, vbi apertè ſentire videtur, præſcriptionem per ſe inducere poſſe iuſpatronatus; quod etiam latè contendit Io. Nicol. Delphin. *de iurepatr. lib. 1. num. 114. cum trib. ſeqq.* Quicquid autem de hoc ſit, vbi receptum eſt Conc. Trid. ſtabitur eius decreto *d. cap. 9.* quod facere videtur prædictæ diſtinctioni Felin. & Lambert. vt præſcriptio per ſe non admittatur ad acquiſitionem iuriſpatronatus, ſed ad eiuſdem probationem; quamuis neque præcise requirat tempus immemorabile, neque velit ſemper illud ſufficere, vt ex eo patet, ac fuſius declarauimus *d. cap. præced. quæſt. 8. concluſ. 8. circa medium.* Atque hæc quoad caſus à Doctoribus abſque expreſſo iure poſitos, in quibus Eccleſia libera ſubiici poteſt iuripatronatus; quæ erat prior pars præſentis 9. concluſionis. Reliquum nunc eſt pro complemento, & ad magis confirmandam poſteriorem partem huius eiuſdem concluſ. iuxta id, quod in eius initio propoſuimus, vt breuiter referamus conſimiles caſus, in quibus Eccleſia iuripatronatus ſubiecta ab ea liberari poteſt. Ex quibus primo loco nobis occurrit ille, quo ceſſat iuſpatronatus † per extinctionem lineæ ad illud vocatorum, 134.
licèt enim iuſpatronatus de ſui natura ſit hereditarium, ſeu tranſitorium ad heredes etiam extraneos, nulla quoque heredum facta mentione in reſeruatione; vt ex communi Doct. *in cap. 1. de iurepatr. & d. Clem. plures, eod. tit.* non paucis relatis tradiderunt Curt. *d. tract. de iurepatr. verbo, ipſe, vel is, a quo, quæſt. 8.* Lambert. *eod. tract. lib. 1. part. 2. quæſt. 2. art. 1.* ferè per tot. *& art. 4. num. 2. & 5.* Couar. *lib. 2. var. reſol. cap. 18. num. 6.* vnde non modò iuſpatronatus reſeruatum pro ſe, & ſuis heredibus non tranſibit ad filium, qui eius heres non ſit, aut repudiantem hereditatem paternam, vt poſt alios ex communi docet *ibidem* Couar. *num. 7. verſic. ex his deducitur primò*, præcipuè ex Lambert. *d. quæſt. 2. art. 1. & 17.* immo & inſtituto extraneo herede vniuerſali, iuſpatronatus ad eum, non ad filium etiam in re certa inſtitutum pertinebit; vt pariter ex communi tradit Couar. *d. num. 7. verſic. ſecundò, hinc euidenter*, ad id citato inter cæteros Lambert. *d. quæſt. 2. art. 16. num. 13.* qui *num. 12. & 15.* id temperat primò, niſi heres vniuerſalis repudiaret hereditatem, quia tunc inſtitutus in re certa habetur loco heredis vniuerſalis; ſecundò temperat *num. 9. 10. & 14.* niſi iuſpatronatus eſſet annexum illi certæ rei, quæ eſſet quodammodo quid vniuerſale, vt villa, vel caſtrum: verùm etiam, ſi reſeruatum fuiſſet ſimpliciter iuſpatronatus Titio, ciúſque liberis, filiis; adhuc & debent hi eſſe heredes ad hoc, vt capiant iuſpatronatus, vt poſt multos tradit Lambert. *d. num. 7. verſic. tertiò, ſi proximè ſcripta*; & hoc iuſpatronatus tranſibit ad heredes etiam extraneos, vt latè probat Roch. de Curt. *d. verbo, ipſe, vel is, à quo, d. quæſt. 8. ſub num. 19.* & latiùs Lambert. *d. quæſt. 2. art. 5. num. 3. & 4.* poſt Anchar. *conſ. 81. in Chriſti nomine*, &c. prima facie: opinio autem huic contraria locum habebit vbi pater reſeruaſſet cum conſenſu Epiſcopi expreſsè pro ſe, & perſona filiorum, & cum hoc, quòd in eo ſuccedant, etiamſi non ſint heredes; vt poſt alios docet Lambert. *d. quæſt. 2. art. 2. num. 5. circa medium, & art. 17. ad fin.* Licèt, inquam, hæc ita ſint: tamen iuſpatronatus non excederet perſonam ſuam, neque tranſiret ad heredes extraneos, vbi fundator reſeruaſſet iuſpatronatus ſibi cum aliqua qualitate, vel expreſſione, per quas vellet iuſpatronatus durare tempore ſuo, & non vltrà: vel facta fuiſſet reſeruatio per patronum pro ſe, & heredibus ſui ſanguinis; & maximè ſi apponeretur dictio taxatiua, *tantùm*; vt probat Lambert. *d. quæſt. 2. art. 4. num. 5. cum duob. ſeqq.* quo caſu omnino certum eſt, talem diſpoſitionem valere, neque extraneos heredes ad iuſpatronatus fore admittendos, prout expreſsè quoque tenet poſt alios idem Lambert. *d. quæſt. 2. art. 2.* paſſim.

passim, præsertim verò *num.* 1. 3. & 5. & magis expresse Roch. de Curt. *d. verbo, ipse, vel is, a quo, quæst.* 8. *sub num.* 18. Extenditur autem hic casus primò, quòd, † licèt possit patronus fundator, aut 135. successor in præiudicium descendentium suorum, quibus reseruatum est iuspatronatus sine dictione taxatiua, in alterum illud transferre; neuter tamen potest vbi fuit reseruatum cum tali dictione, ob præiudicium Ecclesiæ, cui ius censetur acquisitum: vt satis probat Lambert. *d. quæst.* 2. *art.* 6. *num.* 8. *cum duob. seqq.* iuncto *art.* 7. ferè per tot. Secundò, quòd, cùm iuspatronatus est ex sola concessione, seu priui- 136. legio successori reseruatum, † tunc nullo modo transferri in aliud poterit, licèt in concessione non adsit dictio taxatiua; sed concessionis forma ad vnguem erit seruanda; vt satis ostendit idem Lambert. *d. art.* 6. *num.* 4. & 5. Extenditur tertiò, vt, et- 137. iamsi iuspatronatus sit hæreditarium, † extinguatur, si patronus moriatur absque vllo herede; ita, vt neque ad fiscum transeat; atque adeò Ecclesia efficiatur libera; vt latè probat Lambert. *d. quæst.* 2. *art.* 40. Extenditur quartò, quòd si non ipse fundator, sed aliquis de eius parentela vult in extraneũ transferre iuspatronatus reseruatum pro ipso fundatore, & eius 138. parentela, etiam sine dictione taxatiua, † id facere non possit; cùm tamen ipse fundator possit illud transferendo in aliam Ecclesiam, vel parentelam æqualem suæ: prout sufficienter probat Lambertin. *d. quæst.* 2. *art.* 8. ferè per tot. iuncto *d. art.* 6. ex *num.* 11. iuxta nouam edit. *vers. aut fundator reseruauit sibi,* &c. subdens *art.* 9. ex *num.* 12. quòd, si omnes, & singuli de parentela vsque ad vnum consentiant, vt 139. aliquis aggregetur in familia, seu parentela; tunc, † siquidem in reseruatione iurispatronatus illis de parentela addita sit dictio taxatiua, hac aggregatione non obstante beneficium liberum remanebit extincta linea aggregantium; neque aggregatio aliquid operabitur quoad iuspatronatus: secus verò, si vel non singuli consentiant aggregationi, vel in reseruatione non adsit dictio taxatiua. Atque hæc esse potest prima restrictio huius casus. Secunda sumi potest ex eo, quod post Casp. Calder. *conf.* 4. *de iurepatr.* latè 140. tradit Lambertin. *d. quæst.* 2. *art.* 11. quòd † si primò vocati ad iuspatronatus pro se, ac descendentibus etiam cum qualitate excludẽte extraneos, vtputa masculinitatis, prædecedant fundatori, non extinguitur iuspatronatus, licèt fundator expresse in defectum stirpis velit iuspatronatus peruenire ad Episcopum; sed poterit fundator illud relinquere titulo vniuersali etiam fœminæ; quæ quidem aliàs admittuntur ad successionem in iurepatronatus, vt latè probat idem Lambertin. *d. quæst.* 2. *art.* 14. secus tamen docens fore *art.* 15. si adsit statutum excludens feminas ab hereditate stantibus masculis: idémque esset in Monialibus, vbi statutum eas expresse, & in specie non excludat. Declaratur nunc hic ipse *primus* 141. casus principalis, quòd, † si filius, vel extraneus ex testamento, vel ab intestato valens succedere, non succedat, quia renuntiauit, vel repudiauit hereditatem, iuspatronatus hereditarium non remanebit apud ipsum, sed translibit ad eum, ad quem transit hereditas; vt satis probat Couar. *lib.* 2. *var. resolut. cap.* 18. *n.* 7. necnon Lambert. *d. quæst.* 2. *art.* 18. idémque docet *art.* 21. de filio exheredato, quòd amittat iuspatronatus hereditarium: & *art.* 34. necessariam 142. esse additionẽ hereditatis. Quid autem dicendũ sit † stante consuetudine, vt solus primogenitus succedat in hereditatibus & tunc is solus succedat in iurepatronatus, ipsemet tract. *art.* 19. *art.* autem 20. an valeat speciális cõsuetudo, quòd solus primogenitus succedat in iurepatronatus, licut *art.* 22. disputat de filio vel filia emancipata; † an succedant in iurepatronatus, 143. quod eius pater habebat. *art.* verò 23. late dicitur de bonorum potestatore; *art.* 24. de filio adoptiuo, vel arrogato: *art.* 25. de monasterio, seu filio monasterium ingresso; vbi post alios sentit, † quòd iuspa- 144. tronatus, quod competeret filio, seu alteri ingredienti, transeat in monasterium: Nauar. autem *in commentario* 2. *de regular. num.* 2. *vers. quarto, quod potest habere ius eligendi, præsentandi,* &c. iuncto *vers. quarto dico,* vbi ait, quòd Regularis potest cupere, & habere iura Ecclesiastica in quarto argumento contenta, (nimirum *d. vers. quarto dico,*) quia non sunt pecuniaria, neque ad statum sæcularem, cui religiosi renuntiant, pertinentia: ex his apertè sentit, iuspatronatus non ad monasterium transire, sed manere penes ingressum. quam sententiam si sequamur, ita temperare debemus, vt talis ingressus post professionem actum præsentandi exercere non possit sine licentia sui superioris, cùm religiosus non habeat velle, nec nolle, arg. *cap. religiosus, de testam. in* 6. & *Clem. vnic. eod. tit.* quam licentiam superior denegare non debet, ne præiudicium inferat ei, qui præsentaretur. *art.* autem 26. idem Lambert. fusè tractat de filiis naturalibus, vel spuriis, an succedant † in iurepatronatus, quod pater, vel mater 145. habebat: subdens *art.* 27. quid, si iuspatronatus ex sui natura in fundatione appolita competat solùm illis de parentela. *art.* autem 28. quid dicendum de legitimatis à Papa; & *art.* 29. de legitimatis à Principe sæculari; *art.* 30. de illegitimo oblato Curiæ; *art.* 31. de illegitimo effecto Monacho; *art.* 32. de filiis legitimis illegitimorum. qua de re videnda etiam est constitutio 86. Pij VI. incipit, *quamvis à Sede Apostolica,* necnon 120. Pij V. incip. *quæ Ordini Ecclesiastico,* & 152. incip. *ad Romanum spectat Pontificem.* Idem verò Lambert. *art.* 35. latè tractat, an iuspatronatus hereditarium † transeat in fideicom- 146. missarium, restituta ei per heredem hereditate: de quo videri etiam possunt Mich. Crall. *tract. de success. §. fideicommissum, quæst.* 52. & Peregr. *tract. de fideicom. art.* 8. *num.* 37. Lambert. autem *art.* 36. & 37. disputat, an possit inter heredes diuidi; vel in diuisione assignari vni ex heredibus. Denique *art.* 38. & 39. an hæretici, excommunicati, & alij similes prohibiti acquirere ab initio iuspatronatus in eius reseruatione, † possint illud acquirere per successionem, 147. aut aliam translationem; aut in alium transferre. *Secundus* casus ex iis quibus iuxta Doctorum traditiones absque expresso iure Ecclesia subiecta iuripatronatus sit libera, est, † quando causa, ex qua quis 148. erat patronus, perempta est, vt quia fundus datus alluuione suffocatus est, Ecclesia penitus est destructa, & dos omnino est consumpta; vt in terminis tradit Paul. Cittadin. *d. tract. de iurepatr. part.* 3. *in* 1. *cons. acquir. iuspatr. quæst.* 16. & *part.* 14. *num.* 9. Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib.* 3. *quæst.* 7. *art.* 1. ex alibi etiam per ipsummet adductis: subdens *art.* 2. & latè disputans, † an patronus teneatur ad refe- 149. ctionem Ecclesiæ, vel rector Ecclesiæ; de quo præter text. & Doct. *in cap.* 1. & *cap. de his, de Eccles. ædif.* videndum etiam Conc. Trid. *sess.* 7. *cap.* 8. & *sess.* 21. *cap.* 7. *cum seq. de reform.* ac de reparatione domus rectoris idem Lambertin. *d. quæst.* 7. *art.* 3. qui *art.* 4. *num.* 1. tradit, an alienatio bonorum Ecclesiæ permittatur pro reparatione Ecclesiæ, vel domus pro Rectore: & concludit, posse ex dote superabundanti, vel cùm reperitur alter, qui dotet; pro casu cùm id accidat ex facto Ecclesiæ, (subdit *numer.* 2. Lambertin.) non amitteret primus patronus iuspatronatus: addens *art.* 5. *num.* 1. quòd † casu, quo pa- 150. troni tenentur reædificare, si requisiti nolint, amit-

tunt

tent iuſpatronatus, & ille ſolus ex pluribus, qui re-
151. cuſat, illud amittet. *Tertius* caſus eſt † per priuationem, ſeu ſuppreſſionem iuriſpatronatus; quæ licèt fieri non poſſit per Epiſcopum, poteſt tamen per Papam ex cauſa; vt ſatis probat Lamb. *d. quæſt. 7. art. 6.* de quo nos inf. *quæſt. ſeq. concl. 6. & 13.* immo tenet *ibidem* Lambert. quò poſſet Papa tollere in totum ab Eccleſia iuſpatronatus. de quo etiam nos aliquid di-
152. cemus *d. concl. 6. Quartus* eſt † per non vſum patroni per illud tempus, quo Eccleſia præſcribit contra laicum: ita in ſpecie probat Lambert. *d. quæſt. 7. art. 8.* ex traditis per ipſummet *lib. 1. part. 2. quæſt. 11. art. 1. 5. & 7.* Id tamen eſt accipiendũ, dummodo interim vacauerit beneficium, & potuerit patronus cum effectu præſentare, aliàs enim etiã per centum annos non amittitur iuſpatronatus, vt idem Lamber. latiùs explicando comprobat *cad. quæſt. 7. art. 7.* per tot.
153. *Quintus* caſus eſt † per renuntiationẽ, quæ, vel fit in totum ita, vt omnino Eccleſia fiat libera, de qua *in cap. vnic. in princ. & ibi* Doct. *de iurep. in 6.* vel in parte, ſiue quia ex duobus patronis fit vnus, vt cùm aliquis patronus remittit, ſeu relaxat compatrono ius quod habet; prout videtur caſus *in cap. ex inſinuatione, de iurepatr.* ac poſt multos Doct. *ibi* tradidit Roch. de Cur. *d. tract. de iurepatr. verbo, ipſe, vel is, à quo, quæſt. 16. ſub num. 19.* & Lamber. *eod. tract. lib. 1. part. 2. quæſt. 3. art. 2. num. 3. in fi. cum num. ſeq. atque ex d. cap. ex inſinuatione,* tenet quoque Io. Nicol. *tract. de iurepatr. lib. 2. quæſt. 41. verſ. ſecundò extinguitur*; ſiue quia vnus ex
154. patronis laicis † transfert in alium laicũ, aut Eccleſiam, vel Eccleſia in aliam Eccleſiã, aut laicum iuſpatronatus, quod habet; idque aut permutando, iuxta latè tradita per Doct. *d. cap. illud, de iurep. Clem. plures, eod. tit. & cap. vnic. eod. tit. in 6.* Roch. de Cur. *d. quæſt. 16.* & Lamber. *d. quæſt. 3.* ferè per tot. aut donãdo, iuxta fuſiùs adducta per Roch. *vbi ſup. quæſt. 17. vſque ad 21.* & Lamber. *d. part. 2. quæſt. 4.* per tot. vbi *art. 5.* illud probat, quòd repudiantibus aliquibus ex donatariis, vel collegatariis iuriſpatronatus, eorum portio accreſcet, vel nõ decreſcet nõ repudiantibus; Roch. verò *quæſt. 18.* poſt alios docet, poſſe iuſpatronatus donari quoad ius præſentãdi, retentis ſibi aliis iuribus: aut vendendo cum vniuerſitate bonorũ, non autem de per ſe, iuxta text. *in cap. cùm ſæculum*; iuncto *cap. de iure, & cap. quia clerici, de iurepatr.* cum *ibi* not. & latè traditis à Lamber. *d. part. 2. quæſt. 5.* per tot. aut legando, de quo idem Lamber. *tota quæſt. 6.* aut dando in feudum cum vniuerſitate, iuxta fuſiùs adducta per eundem *quæſt. 7. in ſeq.* autem *quæſt.* tractat, an, & quando veniat iuſpatronatus in locatione, vel firma; *quæſt. 9.* an poſſit obligari, vel pignorari; *quæſt. 10. art. 1. & 2.* an poſſit dari in dotem; *art. 3.* an veniat in vſufructu generali relicto vxori: *quæſt.* verò *11. art. 1. vſque ad 6.* an, & quando, quantóque tempore laicus contra laicum, vel Eccleſiã, aut Eccleſia contra laicum, aliámve Eccleſiam præſcribere poſſit iuſpatronatus; *art. 7.* an Eccleſia in dubio præſumatur patronata, vel libera; *art. 8.* an iuſpatronatus in alium transferatur priuilegio; *art. 9.* an per ſententiam ſiue iniquã, ſiue iuſtam; ac denique *art. 10.* an transferatur iuramento. de quibus etiam ferè omnibus fusè tradit Roch. de Cur. *d. verbo, ipſe, vel is, à quo, à quæſt. 22. ad 28. & à quæſt. 31. vſque ad 36.* eámque vlt. illius verbi, Io. Nic. Delph. *in ſuo breui tract. de iurepatr. lib. 2. quæſt. 37. cum quatuor ſeqq. & quæſt. 4. ſub n. 227.* & Paul. de Cittad. *in fin. tract. de iurepatr. part. 9.* ferè per tot. & aliquid *part. 10. num. 8. 9. & 10. Sextus* caſus ex iis, in quibus nõ ipſo iure, ſed iuxta Doctorum traditiones amittitur iuſpatronatus, atque adeò Eccleſia ex ſub-
155. iecta iuripatronatus fit libera, eſt, † cùm patronus permittit, vt Eccleſia non collegiata in collegiatam vertatur abſque iuris reſeruatione: ita Paul. de Cittad. *d. part. 14. n. 3.* & Io. Nicol. *d. lib. 2. quæſt. 18. 20. & 41. in princ.* ex gloſ. notab. *in cap. nobis, verbo, in capella, de iurepatr.* & ea ratione, quia ius præſentandi principalẽ rectorẽ locũ non habet in Eccleſia collegiata, *d. cap. nobis*, necnon *cap. Meſſana, & cap. ſacroſanctia, de elect.* Idem etiã quoad ius præſentandi, licèt non quoad reliquos fructus iuriſpatronatus, latiùs tradit Lamb. *d. tract. de iurepatr. lib. 3. quæſt. 6. art. 1.* illud etiã docens, immo ab eo retineri ius præſentãdi, ſi ex neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ Epiſcopus inuito patrono Eccleſiã non collegiatã vertat in collegiatam. *Septimus* caſus eſt, † cùm abſque huiuſmodi reſeruatione pa- 156.
tronus patitur Eccleſiã, in qua habet iuſpatronatus, alteri Eccleſiæ vniri, vel concedi; vt tenet quoad vnionẽ Io. Nic. *d. quæſt. 41. verſic. quintò extinguitur*: & quoad conceſſionẽ Eccleſiæ ſentire videtur Lamb. *d. quæſt. 6. art. 4. n. 2. circa med.* & quoad vtramque ſentit idemmet Lamber. *d. quæſt. 7. art. 10. num. vnic. ad fin. verſ. cùm vnitur verò*, dicens, quòd, cùm vnitur, vel conceditur Eccleſia alicui pio loco, non transfertur iuſpatronatus, ſed perditur; quia, inquit, ceſſat iuſpatronatus, ne confundantur iſtæ Eccleſiæ; nec eſt, qui de eo diſponat: idémque fore docet, cùm Eccleſiæ patronatæ, ſeu eorum bona conuertuntur in præbendas aliarum Eccleſiarũ, iuxta per eum tradita *d. quæſt. 6. art. 4.* ſaluat tamẽ Lamber. *d. num. vn. ad fin.* Paul. de Cittad. *d. part. 14. verſ. ſecundo finitur*, volentẽ, iuſpatronatus per prędictam vnionem non finiri, ſed transferri, prout etiã mox eum allegant idem Lamb. *d. num. vnic. circa med.* ſaluat, inquam, in caſu, quando Eccleſiæ conceduntur piis locis, & ſunt parochiales, quia illi religioſi, in quos transferuntur, præſentant Vicarium perpetuũ pro cura animarũ exercenda, cui aſſignant portionem congruentem, & reliquum de temporalibus cõuertunt in proprios vſus, vt *in Clem. 1. de iurepatr.* & ipſe dixit *d. tract. lib. 2. part. 3. quæſt. 10.* per tot. Sed reuera, inquit, illud faciunt non ex vi iuriſpatronatus naturalis, & veri, ſed abuſiui, vt idem latè oſtendit *eod. quæſt. 10. art. 1. Octauus* caſus eſt, † 157.
vbi patronus condemnetur de hæreſi; nam tunc Eccleſia remanet libera, cùm iuſpatronatus eo caſu, nec tranſeat ad fiſcum, neque ad poſteros; vt poſt alios ſatis probat Paul. de Cittad. *d. tractat. 7. part. quæſt. 2. part. 9. quæſt. 20. & part. 14. verſic. quintò perditur*, ſeu *num. 7.* Roch. de Curt. *d. tract. de iurepatr. verbo, competens alicui, quæſt. 10.* & fusè Lamber. *d. tract. lib. 1. part. 1. quæſt. 7. art. 11. n. 7.* necnon *d. lib. 3. quæſt. 8. art. 2. n. 1. vſque ad 5.* vbi de cõmuni: ſubdens *num. 6.* poſt Abb. *in cap. quia diligentia, in fi. de elect.* quòd, ex quo hæreticus ipſo iure priuatur bonis ſuis, *l. Manichæos, C. de hæret. cap. vergentis, cap. excommunicamus, il 1. §. 1. de hæret. cap. cùm ſecundùm, eod. tit. in 6.* & conſequenter etiam iuſpatronatus, licèt is, qui patronus erat, poſtea conuertatur, & reſipiſcat, adhuc non recuperat iuſpatronatus, quia iam Eccleſiæ eſt quæſitum ius libertatis; & ex aliis fundamentis, quæ *ibi* quiſque per ſe videre poteſt. qua de re ſi quis plura cupiat, conſulat Proſp. Farinac. *in moder. tract. de hæreſi*, qui eſt *tit. 18. lib. 5. var. quæſt. & commun. opin. criminal.* huius præſtantiſſimi I.C. *quæſt. 190. num. 24. & 152. cum ſeq.* ac Doctor. ab eo cit. Extenditur autem hic
158. caſus de hæreſi † ad credentes, receptatores, fautores, & defenſores hæreticorum, cùm effecti ſunt hæretici, quod quando contingat, præter Doctor. *in d. cap. excommunicamus, il 1. §. credentes. de hæret.* & gloſ. Bullæ Cœnæ *in 1. excommunicat.* Thom. Sanchez conſultiſſimum Theologum in opere morali *lib. 2. cap. 10. ex num. 2.* Farinac. *d. tract. de hæreſi, quæſt. 182.* per tot. & ab his citat. videndus Lamber. *d. tract. de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæſt. 7. art. 5. & lib. 2. part. 1. quæſt. 9. art. 7.* qui *d. quæſt. 7. art. 11. n. 7. & lib. 3 quæſt. 8. art. 3. num. 1.* hanc extenſionem expreſsè

159. tenet:idémque ſentit *num.*2.de † Schiſmaticis,quando eò perueniunt, vt ſint hæretici; de quo idemmet *d.quæſt.*7.*art.*6.*& d.quæſt.*9.*art.*8.Sanch.*d.lib.*2.*cap.*36. & Farin.*vbi ſup.quæſt.*184.*d.*autem *art.*11.*num.*7.*ac d. art.*3.*num.*3.Lamber.idem ſentit de Apoſtatis,quando ſunt hæretici,& vt hæretici puniuntur; de qua re ipſemet Lambert. *d. quæſt.*7. *art.*7.*& d.quæſt.*9.*art.*9. Sanch.*d.lib.*2.*cap.*7.*num.*15. *cum duob.ſeqq.* & Farin.*d. tract.de hæreſ.quæſt.*183.per tot. Ac denique Lamber.

160. *d.art.*3.*num.*4.idipſum ſentit de † excõmunicatis per annum inſordeſcentibus,quando cenſentur,vt hæretici: de quo ipſe agit *d.quæſt.*7.*art.*10.*ac d.quæſt.*9.*art.* 1. & Farin. *d.tract.quæſt.*192. *a num.*14. *vſque ad* 37. necnon extat *reg.*65. aliàs 66.*Canc.* quæ eſt de inſordeſcentibus,eiuſque gloſſatores tractant, & Doct.*in cap.cùm contumacia,& cap. vt iniquiſitionis officium, de hæretic.in* 6.*& in auth.Gazaros,C.eod.tit.* in quibus etiam iuribus habemus de hac inſordeſcentia textus ad litteram,quòd per annũ permanentes in excommunicatione lata ob hereſim tamquam hæretici puniantur: ſicut in Conc.Trid.*ſeſſ.*25.*cap.*3.*de reformat. in fi.*habetur generatim de illo,qui obdurato animo cenſuris annexus in illis per annũ inſorduerit, quòd etiam contra eum tamquã de hæreſi ſuſpectum procedi poſſit. atque in hoc differt excommunicatus ob aliud crimen,quàm hæreſis,quòd is inſordeſcens nõ habetur, niſi vt ſuſpectus de hæreſi,pro hac verò excommunicatus inſordeſcens cenſetur hæreticus, ac pro hæretico punitur; prout ſic illud decretum intelligit,ac multis relatis fusè cõprobat Farin.*d.quæſt.* 192.*num.*23. illud ſimul docens,quòd etiam excommunicatus pro alio crimine, ſi poſt annum citatus ad ſe purgandum ab hac ſuſpicione,iterum ex cauſa hæreſis excommunicatur, & in excommunicatione per annum iterum inſorduerit,ex tunc hæreticus reputatur, & vt hæreticus condemnatur. quæ quidem omnia ſummopere,ac diligenter ſunt adnotãda:ſicut & illud quòd excommunicatio, & ſchiſmata, ac ſimilia per ſe non ſufficiant ad priuandum patronum iurepatronatus, ſed ſolùm vſu illius; vnde obtenta abſolutione illud recuperat,vt expreſsè ſentiũt Paul. Cittad. *d.part.*7.*quæſt.*2.*& part.*9. *quæſt.*20. ac Lamb. *d.lib.*1.*part.*1. *quæſt.*7.*art.*11.*num.*8.*& d.lib.*3. *quæſt.*8. *art.*2. *num.*2. ſentitque ſatis apertè *eod.quæſt.*8. *art.*3. per tot. & ſic habemus quatuor notabiles extenſiones huius octaui caſus, ac totidem earum extenſionum declarationes. *Nonus* caſus, in quo ex Doctorum traditionibus patronus amittit iuſpatronatus,

161. eſt† vbi patronus committit crimen læſæ maieſtatis humanæ; vt poſt alios tradit Lambert.*d.lib.*3.*quæſt.*8. *art.*4.præſertim ex Abb. *in cap. cum clerici, num.*3. *de iurepatr.* & per regulam eiuſdem *d. cap. quia diligentia,de elect.*per eum relatam *d.quæſt.*8.*art.*2. *num.*2.3. *&* 6.ab aliis vtrobique citatis, necnon *lib.* 1. *part.*1. *quæſt.*7.*art.*11.*num.*8. approbatam,quòd vbicumque præcedit bonorum patroni publicatio à iure, vel ab homine, is amittit iuſpatronatus, neque illud recuperat etiam poſt pœnitentiam. & quamuis Lamber. *d.quæſt.*8.*art.*5.difficultatem eſſe dicat in hoc,& ſeq. caſu de proditore patriæ, an Eccleſia ideo fiat libera: tamen ex quo hunc,& ſequentem caſum in vtroque art.æquiparat hac in re caſui hæreſis,in quo *d. art.*2. vult,Eccleſiã fieri liberam; ſatis etiam id ſentit tam in proditore patriæ, quàm in reo læſæ humanæ maieſtatis; de quo idem apertè tenet Seb.Sapia *in Apoſtilla ad Abb. d.cap.cùm clerici, n.*2.*verbo, omnia bona,* ex Card.Clem.2.*quæſt.*8.*de iurepatr.*& facium tradita per Hier.Gig. *tract. de crim. læſ.maieſt.tit.de pœn.reor. crim.læſ.maieſt.quæſt.*4. & text. *in l. quiſquis, C.ad leg. Iul.maieſt. & cap. vergentis, de hæret.* cum ſimil.vbi bona reorum huius criminis ipſo iure publicãtur,vel certè publicari debent; quod & latè proſequitur Farinac.*d.quæſt.*25.*num.*11. & latius *in tit. de crim. læſ. maieſt. quæſt.*116. *a num.*12. *vſque ad* 26. in d. verò *quæſt.*25.*num.*21.iuncto *n.*10.11.*ac* 18.*cum duob.ſeqq.*

162. eam regulam conſtituit,quòd hodie † in tribus tantùm caſibus bona ipſo iure confiſcantur,nimirum in crimine hæreſis,ac læſæ humanæ maieſtatis,vel vbi id à ſtatuto,vel conſuetudine inductum ſit; vnde in his quoque omnibus,& ſingulis caſibus locum habebit regula prædicta,quam ex Abb.*in d.cap.quia diligentia,de elect.*& aliis deſumpſimus. *Decimus* caſus

163. huic ſimilis eſt,cùm patronus † eſt proditor patriæ, vt poſt Steph.de Caiet.*in repet.cap.fin.col.*4. *circa medium,de elect.in* 6.tradit Lamber.*d.lib.*3.*quæſt.*8.*art.*5. ferè per tot. vbi ſentire videtur, hoc procedere quoque in clerico patrono patriæ proditore. *ar.* autem *præced.*nimirum 4. ex prædicta regula,& aliis *ibi* per eum adductis ait,poſſe fieri regulam,patronum priuari iure patronatus per quodcumque crimen, per quod inducitur priuatio omnium bonorum. Omnino verò pro hoc articulo generali, † an iuſpatronatus

164. tus veniat in confiſcatione bonorum,ita, vt Eccleſia fiat libera,videndus eſt Farinac.*in prædictis ſuis quæſt. & commun.op.in crimin.lib.*1.*tit.de actiõ.& pœn.quæſt.* 25.*n.*151. *vſque ad* 157.*ac tract.de hæreſi, d.quæſt.*190. *num.*24.vbi ad fin.refert,ac ſequi videtur Sanchez *d. lib.*2. *oper. moral.cap.* 19. *quæſt.*1. ad quem vtrumque auctorem, ne nimis longum faciam, benignum lectorem ſat erit remiſiſſe; ſolúmque illud nunc poſſe,quod idem Sanch.*d.quæſt.*1.*num.*16.poſt alios obſeruandum putat,quòd quoties iuſpatronatus publicatur,ſeu confiſcatur, exercitium illius non tranſit in fiſcum, nec in delinquentis heredes,ſed Eccleſia manet libera ſuò Epiſcopi poteſtate, & ius illud extinguitur; quod præter ab eo citatos *ibi & num.*5. *ac* 7. ex communi quoque pluribus relatis tenet Lambert.*d.lib.*3.*quæſt.*8.*art.* 9. Sanch. autem *d. cap.* 19.*num.*17. id pariter poſt alios dupliciter temperat; primò, niſi eſſent alij compatroni; tunc enim non fieret Eccleſia libera,ſed ius præſentandi in illis maneret; quod etiam tenent aliqui relati à Lambert.*d. quæſt.*8.*art.*10.& licèt cum Philip.de Saracen.ex alibi per ſe adductis velit, perſonam priuati repræſentati per Epiſcopum,qui ſibi præſentabit vt patronus, & inſtituet vti Epiſcopus;alias,inquit,delictum prodeſſet tantùm compatrono,non autem Eccleſiæ: id tamen nec eſt abſurdum, ex iis, quæ ipſemet tradit *lib.*2.*part.*3. *quæſt.* 4.*art.*5. nec ex contraria doctrina ſequitur; nam in eo prodeſſet Eccleſiæ, quòd, cùm heredes priuati perpetuò excluderentur à iurepatronatus,citiùs fieret libera Eccleſia,remanente ſola linea compatroni non delinquentis, eiuſve heredum, ex traditis etiam ab ipſo Lambert.*d.tract. lib.*1. *part.* 2.*quæſt.*2.*art.*6.8.*&* 9.iuncta *quæſt.*4. *art.*4. *n.*2. *verſ. ſed his omiſſis.* Secundò illud temperat Sanch.*d.num.* 17.vbi iuſpatronatus non eſſet merè hereditarium, ſed eius inſtitutor vocaret ad illud alios ſucceſſores; tunc enim Eccleſia non maneret libera in perpetuũ, ſed durante tantùm vita condemnati. Paulò tamen aliter in prædicto articulo ſunt locuti latiùs de eo tractãtes Paul.Cittad.*d.tract.de iurep.part.*9.*quæſt.*20. Roch.de Curt.*eod.tract.d.verb.ipſe,vel is,à quo, quæſt.* 29.*&* 30.Lambert.*d.lib.*3.*quæſt.*8.*art.*8. & Farin. *vbi ſup.tit.de delict.& pœn.quæſt.*25. *n.*151. *vſque ad* 157. M.Ant.Peregr.*tract.de iur.& priuil.fiſc.lib.*5.*tit.*1.*n.*72. ac nouiſſimè Seb.Guazzin *de confiſc.bonor. concluſ.*13. *limit.*32.& aliquid etiã tangens Viuian.*in prax.iuriſpatr.part.*3.*lib.*15.*cap.*2.quos videas,ſi lubet.Ego ſanè in hac re,vt meum interponã iudiciũ; licèt regulariter admittã,cùm bona condemnati publicantur, ſeu confiſcantur, iuſpatronatus illi annexum extingui, nec eius exercitium in fiſcum tranſire,ſed Eccleſiam fieri liberam, vt tradunt Doct. probati à Sanchez *d.*

*num.*16.

num. 16. & Lambert. *d. lib.* 3. *quæſt.* 8. *art.* 9. vbi de communi; ac ſentiunt plerique relati ab eodē *art.*8. *num.*2.3.4.& 6. Roch. *d.quæſt.*29.& 30. ac Sanchez *d.cap.*19.*n.*7. excepto priori ex illis duobus caſib.per nos ſup.allatis ex *eod.d.cap.*19.*num.*17. non video tamen, quomodo hæc regula cum ea doctrina cohæreat,quam ipſemet Sanch.*ibid.* tradit,poſſe etiam ſimul iuſpatronatus tranſire in fiſcum laicalem, quod ipſe latiùs comprobare nititur *num.* 10. Nam cùm tranſit iuſpatronatus in fiſcum, quomodo in eum non tranſit eius exercitium, & Eccleſia fit libera, nullo exiſtente compatrono? Vnde verius mihi videtur,iuſpatronatus in confiſcatione nunquam tranſire ad fiſcum laicalem, non modò quando non eſt tranſitorium ad extraneos heredes, vt tamquam certum apud Doctores omnes tradit, ac ſatis probat Sanch. *d.cap.*19.*num.*2.& 15. vel etiam quando eſt tranſitorium,vbi iudex laicus velit,vel ſpecialiter illud confiſcare,vt pariter ex cōmuni idem tradit *num.*4. poſt Lambert. *d. art.*8. *num.* 10. vel generaliter cum vniuerſitate bonorum facta expreſſione iuriſpatronatus,vt plerique admittunt laudati à Sanch. ſup. *num.* 11.idque ſiue per dictionem, *&*,ſiue per dictionem, *cum*,dicendo,confiſcamus bona cum iurepatronatus, vt eſt de mente multorum,quos refert Sanch. *n.*12. licèt ipſe contrà ſentiat *num.* 14. ex mente aliorum: neque ſolùm, cùm publicatio non eſt vniuerſalis bonorum, ſed dumtaxat bonorum mobilium,& immobilium,vt idem probat poſt alios *num.*14.ſed generaliter,& indiſtinctè, prout quamplurimi tenent, quos recenſet Sanchez *d.cap.*19.*num.*5.Pereg.*d.tit.*1. *num.*72.ac ſequitur Farinac.*d.quæſt.*25.*num.*153. idque tum propter rationem,quam ij ferè omnes aſſignant, quia iudicis, aut ſuperioris laici poteſtatem excedat diſponere de re ſpirituali, ſiue per ſtatutum, *cap.bona quidem,*96.*diſt.cap.Eccleſia S.Mariæ, de conſtit.& cap.ſin.de reb.Eccleſ.non alienand.* ſiue iudicando, *cap.*2.*& cap.quanto,* vbi eſt text. in iurepatronatus,*de iudic.*cum ſimil. tum quia,cùm iuſpatronatus,
165. maximè laicale, † non competat laicis de iure communi,ſed ſuſtineatur ex gratia,prout ex *cap.*3. & *ibi* Doct. communiter tradunt Roch.de Curt. *d.tract.de iurepatr.verbo,iur., quæſt.*2.*ſub num.*7. Lamb.*eod.tract. lib.*1.*part.*1.*quæſt.*1.*art.*3. *num.* 18.*& art.*4.*num.*5.*& ſeqq.* atque alibi ſæpe; & iura velint, quòd quantò citiùs cum cauſa fieri poteſt, Eccleſia patronata fiat libera,vt idem tradit *d. art.*4.*num.*2.*ad fin.* aitque, ſe infrà latè dicturum; & ex eo ſuaderi poteſt, quòd iuſpatronatus eſt quædam ſeruitus Eccleſiæ, *cap. ſignificauit*, & *ibi* omnes, *de teſtib.* ex alia verò parte ius non habeamus, quòd iuſpatronatus in fiſcum tranſeat, ſed ſolùm cum vniuerſitate bonorum vel in heredes, per ſucceſſionem, vt *in cap. filiis, cap. ſi plures,& cap. conſiderandum,*16.*quæſt.*7. *cap.*1.*&* 3.*de iurep.Clem.plures,eod.tit.* cum ſuis concord.vel in emptorem per venditionem ipſius vniuerſitatis bonorum, *cap.cùm ſæculum,& cap.de iure verò,*vel per conceſſionem ad firmam, ſeu contractum,in quo tranſfertur vtile dominium,vt *in cap.ex litteris, eod. tit. in Decretalib.* confiſcatio autem non ſit ſucceſſio fiſci, vt heredis, prout ſatis conſtat ex latiùs adductis ab ipſo Sanchez *d.lib.*2.*oper.moral. cap.*14. *num.*4. cum communi Doct. ſententia poſt gloſ. Bart. & alios *in l.inter eos,* §.*fin.ff.de fideiuſſor.* vnde non rectè ducitur argumentum ex verè,ac propriè heredib. ad fiſcum, vt poſt alios docet Sanchez *num.* 5. neque aliquis ex prædictis contractibus,vt de ſe patet: cùm,inquam, hæc ita ſint,inde apertè ſequitur, non eſſe trahendū caſum tranſlationis iuriſpatronatus cum vniuerſitate bonorum prædictis modis ad caſum, ſeu modum confiſcationis; quæ enim à iure exorbitant, & quæ aliquibus gratiosè conceduntur etiam à iure, non ſunt trahenda in conſequentiam, ſeu extendenda, iuxta vulg. iur. regulas. fateor tamen, probabiliter dici poſſe, quòd ius patronatus hereditarium, ſeu tranſitorium ad extraneos heredes tranſiret etiam in fiſcum laicalem cum bonorum vniuerſitate,quando vltimus patronus ſine herede legitimo, aut honorario,hoc eſt,bonorum poſſeſſore vſque ad decimum gradum,vel ſine vxore, & aliis enumeratis per text. *in l.*1.§.*ſimus,ff.de iur.fiſc.l.*1. *& l. vacantia, C. de bon. vacantib.lib.*10. & *ibi* gloſ.& Doct. necnon *in l.* 1. *C. vnde vir,& vx.& §.fin.* iuncta gloſ. *Inſt. de ſucceſſ. cognat.* ac latè Peregr. *tract.de iur.fiſc.lib.*4.*tit.*3. qui eſt *de bon. vacantib.* ferè per tot. inteſtatus decederet; nam ex iiſdem etiam habetur, tunc fiſcum propriè eſſe loco heredis; excepto Peregr. poſt alios *d. tit.*3. *num.* 22. qui contrarium in hoc, quòd nimirum fiſcus, ſuccedens in bonis vacantibus, ſeu deficientibus legitimis heredibus adhuc non ſit propriè heres, tenet, ſicut & Mich. Craſſ. *tract. de ſucceſſionibus*, §. *hereditas, quæſt.*5. *num.*3. inde ex communi inferens, tunc eum non teneri vltra vires hereditarias: & in ſpecie hoc caſu iuſpatronatus non tranſire ad fiſcum, tradit Lamb. *d.tract.de iurepatr. lib.*1. *part.*1. *quæſt.*2. *art.*40. *n.*3.*ad fin.* Idémque ſtatuendum eſt in omnibus caſibus, in quibus fiſcus propriè eſt heres; eos autem facilè colligere licet ex *d.l.*1.*in princ.* cum *ibi* notat.& latè traditis à Peregr. *d. tract.de iur. fiſc. lib.* 4.*tit.*1.*ac* 3.& Craſſ. *d.quæſt.*5.*num.*3.*&* 5. ac potiſſimùm cùm ipſe fiſcus, vel Princeps eſt inſtitutus heres. ex prædictis verò fundamentis,& Farin. *d.quæſt.* 25.*num.*154. apparet, non eſſe admittendam poſteriorem limitationem,ſeu exceptionem, quam affert Sanch. *d.cap.*19.*num.*17. ad eam regulam, vt in confiſcatione bonorum iuſpatronatus extinguatur, & Eccleſia fiat libera, quòd nimirum in vita condemnati maneat penes fiſcum iuſpatronatus non hereditarium, quia poſt patroni vitā fundator alios ſucceſſores vocaſſet ad illud iuſpatronatus: niſi dicamus, tunc pro eo tempore manere penes fiſcum Eccleſiaſticum,quod verè idem eſt,ac beneficium ſeu Eccleſiam patronatam fieri liberā: videmus enim paſſim in Curiis Eccleſiaſticis huiuſmodi fiſcum agere pro Eccleſiæ libertate contra iura patronatus, eāmque pro viribus tueri,atque ad hoc eum cenſeri pro legitima perſona. Vnde facilè admittendum eſt, non modò,id quod nonnulli tradunt relati à Sanch.*d.cap.* 19.*num.*7. poſſe Epiſcopum,ſeu iudicem Eccleſiaſticum poſt iudicis laici ſententiam ſuper confiſcatione bonorum delinquentis confiſcare iuſpatronatus quando delicto eſt annexa publicatio omnium bonorum cum infamia, indeque effici, vt illo iure extincto Eccleſia maneat libera: ſed etiam multò magis id,quod tamquam certum,& abſque controuerſia inter Doct. ſtatuit multis citatis Sanch. *eod. cap.* 19. *num.* 3. quòd quando iudex Eccleſiaſticus bona patroni confiſcat,publicatur cum illis iuſpatronatus, quod ad heredes extraneos tranſire poteſt: nec tunc ſpectatur, an veniat principaliter iuſpatronatus in publicatione,an tantùm acceſſoriè, nec an exprimatur,aut non; nec an ſit generalis omnium bonorum publicatio,vel particularis: idque ob eam etiam rationem, quia iudex Eccleſiaſticus poteſt illud directè publicare, cùm eius ſit circa res ſpirituales iudicium. ex prædicta verò regula generali, quòd vbi bona ipſo iure vel ab homine confiſcantur,iuſpatronatus redeat ad Eccleſiam, ita vt ea fiat libera, inferri poteſt, hoc ipſum dicendum † de inſequente 166.
hoſtiliter, vel percutiente, aut capiente S.R.E.Cardinalem; & eo, qui ſocius fuerit facientis, aut fieri mādauerit,vel factum ratum habuerit,aut conſilium

dederit, vel fauorem, aut poſtea receptauerit, vel defenſauerit ſcienter eundem: nam hic, vt cauetur *in cap. felicis, in princ. de pœn. in 6.* ſicut reus criminis læſæ maieſtatis perpetuò eſt infamis, diffidatus, & bannitus, ac præter alias pœnas *ibidem* à canone inflictas, illa ſubijcitur, vt quicquid in bonis inuenitur ipſius, fiſci, vel reip. dominio applicetur, vt ex illis nihil tranſmittat ad poſteros: maximè cùm ſtatim adiiciatur; quòd, ſi aliquod feudum, locationem, officium, vel beneficium ſpirituale, vel temporale ab aliquibus Eccleſiis obtinet, ſit eis ipſo iure priuatus, quæ liberè ad Eccleſias reuertantur. vnde ex hoc text. admittunt Doct. ob hoc crimen iuſpatronatus amitti, & Eccleſiam liberam fieri, vt patet ex Card. *Clem. 1. de iurepatr.* & aliis relatis, & quoad hoc probaris à Roch. de Curt. *d. verbo, ipſe, vel is à quo, quæſt.* 20. Paul. Cittad. *d. part. 9. quæſt.* 28. & Lambert. *d. lib. 3. quæſt. 8. art. 8. num. 2. 6. & 9.* Secundò infertur, idem
167. quoque ſtatuendum † in occidente, capiente, vel banniente Epiſcopum; potiſſimùm per text. *in cap. ad aures, de pœn. & Clem. ſi quis ſuadente*, quæ eſt 1. *in princ. eod. tit.* cum vtrobique notat. nam *in d. cap. ad aures*, decernitur, quòd occidentes Epiſcopum alicuius Eccleſiæ meritò, ac iure optimo priuantur feudis, ac beneficiis, quæ ab ea obtinebant; neque ipſis, aut heredibus eorum beneficia prædicta reſtituuntur: *in d.* autem *Clem.* 1. cauetur, quòd, ſi quis quemuis Pontificem iniuriosè, vel temerè percuſſerit, aut ceperit, ſeu banniuerit, vel hæc mandauerit fieri, aut facta ab aliis rata habuerit, vel ſocius in his fuerit facientis, aut conſilium in his dederit, aut fauorem, ſeu ſcienter defenſauerit eundem, à feudis, locationibus, officiis, & beneficiis ſiue ſpiritualibus, ſiue temporalibus quæ ab Eccleſia, cui ſic offenſus præeſt Epiſcopus, cadat hoc ipſo, ac ad eamdem Eccleſiam liberè reuertantur. Poſſet etiam hoc loco afferri caſus *cap. in quibuſdam, §. ſacri, de pœn.* qui eſt de patrono occidente, vel mutilante per ſe, vel alios rectorem, vel clericum Eccleſiæ, cuius is patronus eſt. Verùm cùm *inibi* expreſsè, & ipſo iure patronus priuetur iure patronatus, de hoc caſu, ac ſimul aliis huiuſmodi, vt iam non ſemel admonuimus, acturi ſumus *quæſt. ſeq. concluſ. 6. circa med. vſque ad fin.* vbi de canone, ſeu iure cauſa efficiente proxima mutationis ſtatus Eccleſiarum, aut beneficiorum cum Rom. Pontifice maximè coniuncta diſſeremus; atque ideo de eo, ac cæteris prædictis hic agere ſupерſedemus, vbi, vt iam ſæpe diximus, eos ſolos caſus propoſuimus explicandos, in quibus non eo ipſo Eccleſia fit à iurepatronatus libera, ſed ex Doctorum traditionibus, vel per iudicis eo priuantis ſententiam. ex quo caſuum genere cùm nullus alius nobis nunc occurrat, ad vltimam huius quæſt. concluſionem tranſeamus, cuius breuitate præſentis prolixitatem compenſabimus.

DECIMA, & poſtrema CONCLVSIO. Status Eccleſiæ alicuius, vel beneficij † quoad pacta, &
168. onera in eius fundatione appoſita aliquando ſaltem mutari poteſt. Pro maiori autem huius concluſionis explicatione, & faciliori comprobatione; ſupponendum primò, poſſe fundatorem alicuius Eccleſiæ, vel beneficij etiam ſine Epiſcopi conſenſu, de quo *in cap. cùm dilectus, & ibi gloſ. verbo, conſtitutum, de conſuet.* apponere quaſcumque voluerit conditiones, & quæcumque onera iuri cõmuni conſona: contraria verò iuri, aut etiam præter ius, ſi ſpiritualium ordinem concernunt, nequit ſine tali cõſenſu; cum tali autem conſenſu regulariter poteſt. Primum membrum huius ſuppoſitionis tenet expreſsè poſt alios Roch. de Curt. *d. tract. de iurepatr. verbo, pro eo, quòd de Diœceſani conſenſu. quæſt. 12.* & Lambert. *d. tract. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. art. 1. num. 32. in f. & 33. vſque ad 36.* ex adductis quoque per ipſum *eod. art. 1. a num. 1. vſque ad 11.* vnde habes multa exempla horum pactorũ, ſeu conditionum, & onerum, quæ iuri communi conſona ſunt; & *num. 7. ac 10.* eſt caſus circa ordinem ſpiritualium, nimirum vt tot Miſſæ dicantur; & *num. 34.* vt tantus ſit numerus clericorum correſpondens facultatibus Eccleſiæ; in quo Lambert. contra Roch. *d. quæſt. 12.* tenet tunc non requiri conſenſum Diœceſani, de quo *d. cap. cùm dilectus*, dicens, Rochi doctrinam poſſe intelligi de conſenſu Diœceſani pro conſtruenda Eccleſia, de quo *in cap. nemo, de conſecr. diſt. 1.* Idipſum cum hac duplici extenſione tenent Doctor. indiſtinctè aſſerentes, poſſe fundatorẽ in limine fundationis apponere onera, & pacta quæ voluerit, quos retulimus ſup. *cap. præced. quæſt. 2.* in diuiſione decima beneficiorum, ſeu eius qualitatum ex parte cauſæ materialis, & ſatis apertè conſtat ex Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 4.* & *ſeſſ. 25. cap. 5. ac 9. & 16. de refor.* Malè autem meo iudicio Lambert. *d. art. 1. num. 10.* reprehendit Roch. *d. quæſt. 12.* volentem, requiri conſenſum Diœceſani in ea conditione, vt clericus ſæcularis intereſſe poſſit electioni Monachorũ, & cum eis vocem habere in electione Abbatis: cùm ſic diſponat fundator de ſpiritualibus non modò præter, ſed & contra ius, vt conſtat ex *cap. ea, qua, §. pen.* cum *ibi* not. *de ſtat. Monach.* ſecundum membrum d. ſuppoſ. tenet poſt alios pariter Roch. *d. quæſt. 12.* & comprobat Lambert. *d. art. 1. n. 37. cum duob. ſeqq.* ex iis etiam, quæ ipſe adduxerat *eod. art. 1. à n. 12. vſque ad 32.* vnde etiam, necnon ex *num. 39. & 47. cum ſeq. n. 53. vſque ad 80. num. 88. 89. & à 96. ad 106.* ſumere licet plura exempla huiuſmodi pactorum, ſeu conditionum, & onerum contra ius commune appoſitorum in limine fundationis Eccleſiæ, vel beneficij, ex quibus adnotandum eſt illud onus, ſeu pactum, de quo *num. 6. 39. & 89.* vt liceat patrono habitare in Eccleſia: nam, ſi fundator non intelligat de loco ipſo, in quo celebratur, ſed de domibus Eccleſiæ annexis, hæc conditio cùm non ſit contra ius, ad præcedens membrum ſuppoſit. pertinebit: ſi verò intelligat de ipſa ſacra æde, in qua diuina fiunt, erit conditio contra ius, & ſic ſpectabit ad hoc ſecundum membrum. quod quidem Lambert. *d. art. 1. num. 40. vſque ad 45.* præcipuè poſt Rot. *decif. 7.* vel potiùs 10. *de reſtam.* aliàs 868. *in antiq.* ampliat, vt habeat locum, etiamſi fundator in caſu, quo non obſeruaretur ea conditio, mandaſſet, vt reditus Eccleſiæ ab eo fundatæ in alios vſus etiam magis pios conuerterentur: & *num. 46.* extendit hoc ad hoſpitalia, & oratoria; ita, vt nequeat eorum fundator impedire, ne Epiſcopus videat, an eius voluntas ſeruetur: de qua re etiam aliquid ponit Roch. *d. quæſt. 12.* & videndum eſt, quod nos latiùs tradidimus *cap. præced. quæſt. 6. concl. 8.* Tertium membrum huius noſtræ 1. ſuppoſit. apertè tenet poſt alios Roch. de Curt. *d. quæſt. 12.* ac pluribus relatis latè cõprobat Lamber. *d. art. 1. num. 49.* vbi *ad fin.* hoc declarat primò, vt ad id non ſufficiat conſenſus Diœceſani pro ædificandis Eccleſiis, de quo *d. cap. nemo*; neque is, qui neceſſarius eſt ad acquiſitionem iuriſpatronatus, de quo *in cap. nobis, de iurep.* ſed requiratur conſenſus eiuſdem, de quo *in d. cap. cùm dilectus, cum ſua gloſ. recepta verbo, conſtitutum, de conſuetud. num.* autem 50. poſt alios id declarat ſecundò ponendo practicam obſeruandam in inſtitutione beneficiorum cum huiuſmodi conditionibus contra ius; vt nimirum Diœceſanus eas approbet ad ſupplicationem fundatoris. Quatenus verò idem Lamb. *d. art. 1. n. 69.*
poſt alios docet, † diſponi poſſe cũ Epiſcopi cõſenſu 169.
in fundatione beneficij, vt eius inſtitutio ſpectet non ad Epiſcopum, ſed ad inferiorem Prælatum, id lo-

cum

cùm habet quòad beneficia ſic erecta, & fundata ante Trid. Concil. quod ea admittit *ſeſſ.7. cap.13.ſeſſ. 24.cap.18. poſt med. & ſeſſ.25. cap. 9. circa med.de reform.* dum autem *ſeſſ.14.cap.12.* idem Concilium decernit, vt etiam in caſu fundationis, vel dotationis beneficij iuriſpatronatus inſtitutio Epiſcopo, & non alteri inferiori reſeruetur, conſtat, quòd poſt Concilium non poteſt Epiſcopus prædictæ conditioni in fundatione conſentire, prout declaraſſe fertur ſacra Congregatio illud decretum intelligens de patronatibus in futurum acquirendis; ac ſimul declarans, quòd in acquiſitis ante Conc. ſi alteri, quàm Epiſcopo inſtitutio ex fundatione reſeruata ſit, nihil fuerit innouatum: ſecus verò ſi ex priuilegio id quis prætendat, iuxta *cap.13. eiuſdem ſeſſ.* 14. quod eadem ſacra Congregatio de iiſdem acquiſitis ante Concilium pluries intellexit; vbi decernitur, ne liceat patrono cuiuſuis priuilegij prætextu aliquem ad beneficia ſui iuriſpatronatus, niſi Epiſcopo loci Ordinario, ad quem prouiſio, ſeu inſtitutio ipſius beneficij ceſſante priuilegio iure pertineret, quoquomodo præſentare; aliàs præſentatio, ac inſtitutio forſan ſecutæ nullæ ſint, & eſſe intelligantur. Idem verò Lambert. *d.art.1. à 52. ad fin.* multipliciter ampliat, & limitat hoc tertium membrum prædictæ noſtræ primæ ſuppoſit. ex quibus nos omiſſis ampliationibus, & limitationibus, vnde habẽtur ſpeciales caſus, in quibus hæc pacta, ſeu onera contra ius cõmune in fundatione beneficij, vel Eccleſiæ apponi cum Diœceſani conſenſu poſſunt, vel non, allati *à n.53. vſque ad* 80. *& n.*88.89. *ac* 96. *vſque ad* 106. necnon *d.quæſt. 9.art.2.3.& 4.* eas dũtaxat afferemus, quæ generatim ad præſens tertium membrum, quod pro tertia concluſ. ponit Lambert. *d.art.1.num.*32. *&* 49. ampliandum, vel limitandum pertinent. Ampliatur ergo primò ex eodem Lambert. *d.art.1. num.*81. *&* 82. in
170. tantum illud procedere, vt, † ſi patronus in limine fundationis, conſtructionis, vel dotationis Eccleſiæ vellet apponere iſtas conditiones, vel reſeruationes facere contra ius commune, & peteret conſenſum Epiſcopi, vt eas ſtatueret, ipſe autem illud præſtare recuſaret, poſſet patronus adire ſuperiorem, vt Epiſcopum cogat ad conſentiendum, vel ipſe conſentiat: de quo tamen videndum eſt id, quod ipſemet Lambert. tradit *d.tract.lib. 1. part.2. quæſt.1. art.20. à*
171. *num. 1. vſque ad* 26. Secundò ampliatur, vt † nec ſucceſſor Epiſcopi, qui conſenſit tali conditioni, poſſit ab eo geſtum reuocare, vt latè comprobat idem Lambert. *d.art.1. num.*83. *vſque ad* 86. ex quo etiam cum aliis fundamentis *num.* 87. fusè probat aliam ampliationem, quæ nobis tertia eſt, nimirum, quòd
172. pro validatione harum conditionum contra ius † ſufficit conſenſus ſolius Epiſcopi, & non requiritur conſenſus Capituli. Limitatur autem, ſeu declaratur
173. primò hoc ipſum tertium membrum, vt procedat, † dummodo conſenſus hic ab Ordinario non ſolùm petatur, ſed etiam obtineatur, vt ſatis comprobat Lambert. *d.art.1.num.*92. Secundò, vt ſi Epiſcopus in eo loco non habeat intra Epiſcopalia, ſed alius prælatus ex priuilegio, vel præſcriptione, huius conſenſus requiratur. ita docet *ibid.* Lambert. ſubdens *num.* 93. aliam limitationem, ſeu declarationem, quæ nobis erit tertia, vt mortuo Epiſcopo conſenſus prædictus haberi poſſit, & debeat à Capitulo, vel aliis illud repræſentantibus, ex iis etiam, quæ ipſemet latè tradit *d.lib.1.part.1.quæſt.2. art.9.* Limitatur, ſeu de-
174. claratur quartò, vt † abſente Epiſcopo extra prouinciam, poſſit hic conſenſus præſtari ab eius Vicario generali; ita Lambert. *d.num.*93. præcipuè ex *cap. ex parte*, cum *ibi* not. per Moder. quem puto eſſe Felin. *de conſtit.* optimè autem ad id etiam facit text. *in cap. cùm nullus, in princ.* cum ſua gloſ. *præcepta, verbo, in remotis, de temp. ordin. in 6.* Limitatur ſeu declaratur quintò, quòd, † ſi conſenſus Diœceſani haberi non 175.
poſſit, quia aliquis in vltimo vitæ ſpiritu vult beneficium creare cum aliquibus conditionibus, & reſeruationibus contra ius, vel ſi eo petito, & ab Epiſcopo denegato, adiri non poſſit ſuperior; huiuſmodi conditiones, & reſeruationes tenebunt; cùm non ſtet per fundantem, quin habeat prædictum conſenſum; & ex aliis, quæ *ibid.* adducit: ſubdens *num.*95. cautum eſſe ei de hoc proteſtati. Declaratur ſextò hoc ipſum tertium membrum, vt, cùm de hoc conſenſu Diœceſani conſtare debeat, ſatis de eo conſtare dicitur † ex obſeruantia per decennium, vt latè 176.
tradit Lambert. *d.art.1 num.*107. ex aliis quoque ab eo adductis *d.lib.1.part.1.quæſt.2.art.7.* quibus addi poteſt illa recepta à multis concluſio, ſolemnitates præſumi interueniſſe ex lapſu decennij, de qua latè Gabr. *commun. concluſ. lib.1. tit. de præſumpt. concl. 1.* Maſcard. *de probat.concluſ.*1317. & Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt.* 132. ferè per tot. Declaratur ſeptimò, quòd, † ſi eodem tempore, quo Eccleſia 177.
fundatur, conſtruitur, & dotatur cum reſeruatione iuriſpatronatus, ab Epiſcopo petatur etiam approbari huiuſmodi conditiones, & reſeruationes contra ius; ad hæc omnia ſufficiet conſenſus eiuſdem Diœceſani pro Eccleſia conſtruenda, ſeu ædificanda, de quo *in cap. nemo, de conſecrat. diſt. 1.* ſic Lambert. *d. quæſt.9.art.1.num.*108. ex latiùs quoque per eum traditis *eod. lib.1. part.1. quæſt.2. art.3. & quæſt.6. art.1.* Declaratur denique generaliter, quòd † ea, quæ in 178.
hac prima ſuppoſit. eiuſque membris, ſiue concludendo, ſiue ampliando, aut limitando, ſeu declarando ex Lamber. docuimus de fundatione, conſtructione, & dotatione quoad hoc, quòd neceſſarius ſit, vel non conſenſus Diœceſani in appoſitione horum pactorum, & onerum ſecundùm, præter, vel contra ius tempore, ſeu in limine fundationis, & conſtructionis, vel dotationis Eccleſiæ, ſeu beneficij habere quoque locum, vbi Eccleſia ſit penitus diruta, & indotata remaneat, ſi apponantur in datione noui fundi, reædificatione, & redotatione; prout aduertit, ac declarat ipſemet Lambert. *d.quæſt.9.art.1. n.*109. ex iis, quæ ipſe tradit *eod.part.1. quæſt.6. art.3.vſque ad* 7. vbi probat, hos eſſe veros fundatores, conſtructores, ac dotatores, eiſque omnino æquiparari. Et hæc quoad primam ſuppoſ. quam pro maiori huius 10.concluſ.explicatione, ac faciliori comprobatione præmittendam cenſuimus.

Suppono ſecundò, quòd licèt regulariter pacta, & onera, quæ apponere vult fundator Eccleſiæ, vel beneficij, † in limine ipſius fundationis, ſeu erectio- 179.
nis, & inſtitutionis apponenda ſint, vt poſt alios docet Roch. de Curt. *d. tract.de iurepatr. verbo, pro eo, quòd de Diœceſani conſenſu, quæſt. 12. ſub num. 26. & quæſt.13.* ac Lambertin. *d.quæſt.9. art. 1. num. 51. & 90.* necnon *d.lib.1. part. 2. quæſt. 4. art. 4.* idque procedit ſecundùm eum etiam in conditionibus ſecundùm ius, vt idem tradit *d. num. 51.* ex adductis per ipſum *eod.art.1. in initio, & concluſ. 1.* & quoad conditiones contra ius, non ſufficeret eas apponi tempore traditionis, vt idem poſt alios docet *d. num.90. circa initium, & num. 91. in fi.* atque in ſpecie quoad reſeruationem cenſus temporalis ipſi patrono, eiúſve heredibus eſt opt. text. *in cap. Eleutherius*, 18. *quæſt. 3. & cap. præterea*, 11 2. *de iurepatr.* ac præter Doct. *ibi* tradunt poſt alios Roch. *d.quæſt.13. ac verbo, vtile, quæſt.2.* Lambertin. *d. art. 1. à num. 58. ad*
61. Tamen hæc regula † fallit, ſeu declaratur primò 180.
ex Lambert. *d. art.1. num.55.* quòd, ſi à diuerſis Eccleſia fundatur, quia vnus fundum dat, alius con-

ſtruit, alius dotat, vel plures conſtruunt, fundant, vel dotant; quæ omnia fieri poſſe ipſe concluſit *d. lib. 1. part. 1. quæſt. 3.* in primis quinque artic. quilibet in principio exercitij illius cauſæ dicetur eſſe in limine ad effectum apponendi conditiones. Secundò, quòd pariter dicetur eſſe in limine, ſi Eccleſia iam conſtructa ſuperueniret dotator, vt idem docet *d. num. 35.* ex latiùs per eum adductis *eod. part. 1. quæſt. 2. art. 1. verſic. circa hanc limitationem*; quod adhuc fuſiùs explicat *d. quæſt. 9. art. 1. num. 52. per tot. & num. 90. verſ. vnde reſtringerem*, & aliis in locis huius auctoris, quos citauimus *concluſ. præced. non longè ab initio, in 1. & 2. caſu*, vbi etiam de Eccleſia iam conſecrata. id autem *verſ. ſeq.* temperat, vt procedat in tertio dotante, qui ſuperuenit, puta in faciente conſecrare, vel conſecrante, aut alio ſuperueniente, & dotante Eccleſiam indotatam, iuxta per eum dicta *in prædicta quæſt. 6. art. 1.* nam tunc poterit apponi conditio, quia in limine dotationis apponitur: ſed, ſi huiuſmodi dotatio fieret poſt Eccleſiam conſtructam ante, vel poſt conſecrationem, per primum patronum ex neceſſitate dotantem, qui in limine fundationis huiuſmodi conditiones ſibi non reſeruauerat, non poterit modò ſibi reſeruare. Tertiò fallit, ſeu declaratur, niſi eſſet condtio, ſeu reſeruatio, quæ non totaliter eſſet contra ius commune, ſed potiùs quædam ordinatio conditionis inordinatæ, vt in caſu *cap. ſignificatum, de præb.* ita poſt alios id latiùs explicans Lambert. *d. num. 90. verſ. reſtringe ſecundo.* Fallit, ſeu declaratur quartò, quòd, ſi conſenſus Diœceſani pro approbandis conditionibus contra ius non interuenit in limine fundationis, ſed pòſt, retrotrahatur ad tempus ipſius fundationis, & cenſebitur eo tempore facta. ita fusè Lambertin. *d. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. art. 1. num. 91.* arg. *cap. cura, & cap. ſuggeſtum, de iurepatr.* & eorum, quæ ipſe tradidit *d. part. 1. quæſt. 6. art. 1.* Quintò fallit, quando poſt creatum beneficium vrgeret aliqua cauſa, vt conditiones etiam contra ius apponerentur; vt ſatis probat idem Lambert. *d. num. 91. verſ. & ideo reſtringerem.* Sextò fallit quando conditio, vel reſeruatio contra ius, quæ apponeretur poſt creatum beneficium, non eſſet pura, vel mera reſeruatio, ſeu conditio contra ius, ſed potiùs veteris iuris, conditionis, vel reſeruationis declaratio. ita poſt Io. And. quem refert, ac ſequitur Gemin. *in cap. generali, ſuper gloſ. verbo, fundatione, de elect. in 6.* & alios tradit Lambertin. *d. num. 91. verſic. reſtringe & ſextò.* Poſtrema fallentia, ſeu declaratio præd. regulæ deſumi poteſt ex eo, quod latè tradit Lambert. *d. lib. 1. part. 2. quæſt.*
181. *4. art. 4.* dum quærit, an, † ſi in donatione iuriſpatronatus apponatur conditio, quòd donatarij teneantur præſentare ad voluntatem alterius, etiam Epiſcopi, ea donatio, & conditio valeat; & quid de aliis conditionibus: & quoad prædictam conditionem concludit poſt alios, eam reiici, & donationem ſuſtineri: ſubdens, quòd non reiiceretur, ſi donans reſeruaret ſibi, vt donatarius non poſſet præſentare, niſi ad voluntatem donantis, quia cenſeretur donaſſe iuſpatronatus quoad alios effectus, præter præſentationem; tunc tamen non poſſet donatarius præſentare ipſum donantem. Quoad alias verò conditio-
182. nes docet, † transferentem iuſpatronatus licet non poſſit tunc apponere conditiones, quæ eſſent contra ius commune, mutarent, vel minuerent iura Epiſcopalia, vel aliquem ſtatum Eccleſiæ; poſſet tamen eas, quæ ſunt ſecundùm ius, non tangentes iura Epiſcopalia, non immutantes ſtatum Eccleſiæ, nec aliquid facientes contra iuris diſpoſitionem; ſed dantes aliquem meliorem modum pro vnione iuriſpatronatus, pro euitandis diſcordiis præſentantium, pro eligendo rectore magis idoneo: ſubdit autem *ibid.* Lambert. pleraque harum conditionum exempla, ea latiùs confirmans; ac ſimul tractans, an pro earum approbatione exigatur ſpecialis Diœceſani conſenſus, vel ſufficiat is, de quo *in cap. nemo, de conſecr. diſt. 1.* pro conſtruenda Eccleſia, aut is, de quo *in cap. nobis, de iurepatr.* pro ipſo iurepatronatus acquirendo. An verò poſſit, & quando incurratur pœna adiecta pro obſeruatione conditionis contra ius appoſitæ in limine fundationis cum conſenſu, vel ſine conſenſu Epiſcopi, videndus idem Lambertin. *d. quæſt. 9. art. 4.* vbi latè hac in re diſtinguit, ex cuius dictis hæc doctrina elici poteſt, quòd pœna appoſita legatis rerum non ſacrarum factis Eccleſiæ iam dotatæ, quòd reuertantur ad vſus prophanos, non ſeruatis pactis, valet; ſecus, ſi talis pœna adiiceretur rebus ſacratis legatis Eccleſiæ, vel doti ipſius.

Iam verò his ſuppoſitis, propoſita concluſio, quod
† aliquando mutari poſſit ſtatus Eccleſiæ, aut bene- 183.
ficij quoad onera, & pacta in eius fundatione appoſita; probatur primò ex aliquibus fallentiis, ſeu declarationibus regulæ paulo antè traditæ *in 2. ſuppoſit.* nam, cùm aliquando adiici poſſint huiuſmodi pacta, & onera poſt fundationem Eccleſiæ, aut beneficij, quam conſtat ſemper fieri cum aliquibus pactis, & oneribus, verisimile eſt, horum nonnullis poſteà appoſita aduerſari; quod omnino habetur in poſtrema ex prædictis fallentiis, ſeu declarationibus ad fin. ſaltem cum Diœceſani conſenſu, & quoad mutationem ſtatus accidentalem; puta, cùm teſtator patronus legando, vel donando iuſpatronatus adiiceret, quòd illud deinceps tranſeat à legatario, vel donatario in primogenitũ maſculum, & ſic ſemper de primogenito in primogenitum; & quòd nullo modo tranſeat ad feminas etiam heredes, vel quòd non exeat parentelam: quæ quidem poſſunt eſſe cauſæ, quòd Eccleſia citiùs fieret libera, & pro exemplis afferuntur à Lambert. *d. quæſt. 4. art. 4.* Secundò probatur ex eo, quod poſt alios tradit Roch. de Curt. *d. verbo, pro eo, quòd de Diœceſani conſenſu, quæſt. 13.*
quòd, licèt † noua pacta Eccleſiæ patronatæ onero- 184.
ſa, & præiudicialia nequeant etiam cum Epiſcopi cõſenſu apponi poſt fundationem; poſſunt tamen, ſi ſint eiudem Eccleſiæ vtilia, vel certè non præiudicialia. & quamuis hanc Rochi diſtinctionem reiiciat Lambert. *d. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. art. 1. num. 51. verſ. tu aduerte*, quatenus ſuo caſui non congruit, quoniã ipſe Lambertin. *ibi* agit de conditione contra ius, conditio autem vtilis, & non præiudicialis Eccleſiæ non poteſt dici contra, ſed ſecundùm ius: tamen & ipſe Lambert. Rochi deciſionem quoad neutrum diſtinctionis eiuſdem membrum reiicit, ſed potiùs quoad vtrumque admittit; & malè diſtinctionem ipſam refellit, cùm facilè euenire poſſit, vt conditio non præiudicialis, immo & vtilis Eccleſiæ alia ex cauſa ſit contra ius. Tertiò probatur ex eo, quod ipſemet Roch. *d. verbo, pro eo, quòd de Diœceſani conſenſu, quæſt. 14.* ex communi Doct. ſententia *in cap. cùm acceſſiſſent*, teſte *ibi* Felin. *col. 8. de conſtit.* concludit, † 185.
conditiones, ſeu qualitates tempore fundationis appoſitas in Eccleſia patronata poſſe ex pòſt tolli in totum, vel ſaltem alterari cum conſenſu Epiſcopi; tolli autem in totum intelligit Roch. *ibi*, prout intelligunt etiam Felin. & Doct. ab eo alleg. & ſatis conſtat ex ipſo Rocho *in ſeq.* quæſt. necnon Lambert. *d. tract. de iurepatr. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 30. n. 2. 6. 12. 13. ac 15.* atque item *lib. 3. quæſt. 5. art. 3.* ferè per tot. non quidẽ quòd tollantur omnes, & ſingulæ conditiones, ſeu qualitates Eccleſiæ, vel beneficio in eius fundatione appoſitæ, vt quòd plures, vel etiã vna conditio tollatur, ſed in perpetuũ, quæ eſt mutatio ſtatus Eccleſiæ,

ac

itized by Google

ac beneficij, de qua nunc agimus, ex traditis per nos ſup. *quæſt. 2. huius cap.* & quamuis Lambertin. vtrobique, præſertim verò *d. art. 3.* impugnare nitatur prædictam doctrinam Rochi, eiuſque rationes; tamen & ipſe in certis caſibus eius doctrinam ſequitur *d. art. 3. num. 5.* quam malè etiam intellexit quaſi loquatur Roch. de patrono herede fundatoris, cùm loquatur de patrono fundatore Eccleſiæ, vel beneficij, qui eidem illas conditiones appoſuerat, vt *in ſeq. quæſt. concl. 1.* in eius initio ſatis, ni fallor, oſtendemus; eos verò caſus *quæſt. ſeq. concl. 13.* explicabimus. Quartò ex eo probatur hæc concluſio, quòd aliquando † ſaltem diminutis, vel auctis reditibus beneficij, & Eccleſiæ, onera, & pacta in eius fundatione appoſita diminui, vel augeri poſſunt; vt poſt alios tenet Roch. de Curt. *d. verbo, pro eo, quod de Diœceſani conſenſu, quæſt. 15. in princ.* & latè tradit Lambert. *d. lib. 3. quæſt. 6. art. 7.* ferè per tot. quod nos latiùs proſequemur partim *d. concl. 13.* partim etiam *cap. ſeq. quæſt. 5.* partim, ac potiſſimùm *concl. 12.* quatenus *inibi* tractabimus, an minui poſſit, vel augeri numerus Canonicorum, aut clericorum alicuius Eccleſiæ ob diminutionem, vel augmentum redituum ipſius. etſi aliquid etiam hac de re ſcripſimus *cap. præced. quæſt. 5. concl. 14. ante med.* necnon *quæſt. 8. concl. 15.* Denique hæc ipſa concluſio probatur ex eo, quòd, cùm tam beneficiorũ fundatio, quàm appoſitio conditionum, & onerum in eadem fundatione, necnon huiuſmodi onerum, & conditionum, ſeu pactorum derogationis, ac mutationis ſtatus beneficiorum, & Eccleſiarum prohibitio inducta ſolùm ſit de iure humano poſitiuo, vt ſatis conſtat ex adductis *cap. præced. quæſt. 3. concluſ. 1. circa init. & quæſt. 4. concluſ. 6. ad fin.* iunctis iis, quæ ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concl. 3.* tradidimus: inde ſequitur, † vt ſaltem per Rom. Pontificem poſſit ſtatus Eccleſiæ, ac beneficij quoad prædicta onera, & pacta, ſeu conditiones mutari; tum quòd is poteſt iuri humano tamquam ſupremus Princeps derogare, *l. Princeps, ff. de legib. & cap. propoſuit, de conceſſ. præb.* cum ſimil. tum propter ſummam, quam in beneficialibus, rebúſque Eccleſiaſticis habet poteſtatem, iuxta *cap. 2. de præb. in 6. & Clem. 1. vt lit. pend.* cum aliis ad id per nos adductis ſup. *cap. 5. quæſt. 2. concl. 1. circa medium.* Atque ex his iam finis ſit præſenti quæſtioni.

186.

187.

SVMMÆ RERVM.

188. *Fundator alicuius Eccleſiæ, vel beneficij poteſt aliquando mutare ipſius ſtatum cum Epiſcopi conſenſu.*

189. *Fundator non poteſt conditionem in fundatione beneficij appoſitam mutare, vel alterare ex intervallo poſt fundationem abſque Ordinarij conſenſu. & quando neque etiam cum eo conſenſu; num. 190. & 193.*

191. *Fundator conſentire poteſt, vt per Epiſcopum iuripatronatus præiudicetur.*

192. *Epiſcopus non poteſt diſpenſare contra inſtitutionem beneficij patronati, vel ipſam immutare ſine conſenſu patroni; vtputa Eccleſiam ſimplicem erigere in Collegiatam, vel alteri vnire, aut bona Eccleſiæ patronatæ convertere in prebendas; numer. ſequent.*

193. *Legatus Papæ nihil facere poteſt in præiudicium patroni laici ipſo non conſentiente.*

194. *Iuſpatronatus à fundatore transferri poteſt in alium titulo ſingulari cum Epiſcopi conſenſu; & titulo vniverſali in quemlibet, aut etiam ſingulari in clericum ratione Eccleſiæ, vel locum pium, ac religioſum abſque huiuſmodi conſenſu.*

195. *Fundator, qui reſervavit iuſpatronatus ſibi, & heredibus; vel ſibi, & filiis, aut deſcendentibus maſculis, aut de parentela, an poſſit illud in alium transferre; & quid cùm iuſpatronatus habetur ex priuilegio.*

196. *Fundator an poſſit diſponere de iurepatronatus, quod extraneo reſervaverat, hoc ante ipſum decedente.*

197. *Fundator Eccleſiæ, ſeu beneficij poteſt aliquando eius ſtatum mutare abſque Ordinarij conſenſu.*

198. *Fundator, qui in teſtamento mandavit creari beneficium, & conſtituit tertium patronum, ſi ad id nondum intervenit conſenſus Ordinarij, poteſt vſque ad mortem mutare ſuam voluntatem.*

199. *Transferens iuſpatronatus titulo habili poteſt in translatione apponere quaſcumque conditiones ſecundùm ius; & an tunc requiratur aliquis Epiſcopi conſenſus.*

200. *Fundator Capellaniæ mercenariæ, ſeu amouibilis poteſt eius ſtatum mutare abſque Ordinarij conſenſu. idem in Capellania, quam erigi voluit in titulum, donec erigatur; num. 201. immo etiam in titulari, vbi cum Ordinarij conſenſu fundator facultatem ſibi reſervaſſet conditionem appoſitam mutandi; numer. 202.*

203. *Fundator an poſſit incontinenti abſque Ordinarij conſenſu mutare conditiones à ſe appoſitas beneficio cum eius conſenſu.*

204. *Heres, aliúſve ſucceſſor fundatoris Eccleſiæ, vel beneficij regulariter eius ſtatum mutare non poteſt, aliquando autem cum Epiſcopi conſenſu poteſt; & aliquando etiam ſine eius conſenſu; numer. 205. cum aliquot ſeqq.*

206. *Iuſpatronatus à patrono mutari poteſt vel ſecundùm ſubſtantiam, illud extinguendo, vel accidentaliter, cùm perſona mutatur per ſucceſſionem, permutationem, donationem, aut venditionem.*

207. *Patronus remittere poteſt iuſpatronatus, ſeu gratis ei renuntiare ſiue pro parte, ſiue in totum; & ibi intellectus cap. ex inſinuatione, de iurepatronat. & cap. vnic. in princ. eod. tit. in 6.*

208. *Succeſſio ab inteſtato quomodo locum habeat in iurepatronatus. & quomodo ſucceſſio ex teſtamento; num. 209.*

210. *Translatio iuriſpatronatus titulo vniverſali, ſeu cum vniverſitate bonorum ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato non requirit Epiſcopi conſenſum.*

211. *Iuſpatronatus per patronum transfertur in alium permutatione; & an conſenſus Epiſcopi requiratur ad eam faciendam inter duas Eccleſias, aut laicum, & Eccleſiam, vel duos laicos.*

212. *Iuſpatronatus communari non poteſt cum re profana, ſeu temporali citra vitium ſimoniæ.*

213. *Iuſpatronatus transfertur per patronum in alium donatione; & an ad eam requiratur conſenſus Epiſcopi. & quid in legato iuriſpatronatus; num. 214.*

215. *Iuſpatronatus per ſe vendi non poteſt, neque cum aliis, qua non ſapiunt vniverſitatem;*

& venditio nulla est, emensque debet eo spoliari, nisi sit Ecclesia; & ibi quid faciendum de pretio.

216. *Ius patronatus an possit de per se cedi creditoribus, vel transeat cum re pignorata; aut faciat quem locupletiorem. & quid in fructibus iuris patronatus, vt est praesentatio, honor processionis, & ius alimentorum; numer. 217.*

218. *Spiritualia merè vendi non possunt per se, aut cum vniuersitate.*

219. *Ius patronatus vendi potest cum vniuersitate; & ibi quid contineatur nomine vniuersitatis, & quid, si in venditione vniuersitatis addatur, & ius patronatus, vel, cum iure patronatus; & an tunc saltem teneat venditio aliorum bonorum; num. 220.*

221. *Vendens ius patronatus cum aliqua vniuersitate, eo expresso, illo priuari debet per sententiam; & ibi, an euicto iure patronatus emptor agere possit de euictione.*

222. *Consensus Episcopi an requiratur in venditione iuris patronatus cum vniuersitate.*

223. *Ius patronatus an possit infeudari, locari, vel dari in emphyteusim. & an cadat sub obligatione, ac pignoratione; ita, vt transeat in creditorem; aut in sequestrem, vel depositarium; num. 224.*

225. *Ius patronatus an transeat in maritum cum dote, vel in vxorem cum vsufructu omnium bonorum etiam absque Diœcesani consensu.*

226. *Translatio iuris patronatus Ecclesia cuius Diœcesani consensum requirat, Ecclesiane, vel transferentis, an translatarij; & an sufficiat consensus Prælati habentis iura Episcopalia.*

227. *Heres, aliusue successor fundatoris mutare potest statum Ecclesiæ, ac beneficij vbi ei hanc facultatem cum Ordinarij consensu fundator reseruauit; & cùm status ille principaliter concernit fauorem ipsius heredis, ac successoris.*

228. *Executor deputatus à fundatore Ecclesiæ, vel beneficij regulariter eius statum mutare non potest; nisi ad id ab eo habuerit facultatem.*

229. *Beneficiatus, aliusue, ad cuius fauorem principaliter, creatus est status Ecclesiæ, aut beneficij potest illum statum mutare, seu mutationi consentire. secus si etiam æquè principaliter alterius, Ecclesiæue fauorem concernat.*

230. *Status Ecclesiæ, vel beneficij quomodo mutari possit per consuetudinem, vel præscriptionem; ac præcipuè status sæcularitatis, vel regularitatis beneficij; & ibi quantum tempus ad id requiratur, ac sufficiat.*

231. *Status beneficij an mutetur per prouisiones Apostolicas stante possessione quadragenaria iis contraria; & num. seq.*

232. *Mutatio status beneficij requirit animum eum mutandi, institutionem, bonam fidem.*

233. *Sæcularitas beneficij quando præscribatur spatio decennij.*

234. *Status vltimus in beneficio quando attendatur.*

235. *Capella fundata in Monasterio, vel Ecclesia regularium præsumuntur regulares.*

236. *Quadragenaria consuetudine, vel præscriptione induci potest, vt qui in vna Ecclesia, Capella, vel altari celebrare debet, alibi celebrare possit.*

237. *Obligatio per seipsum deseruiendi an per consuetudinem tolli possit a cura animarum, seu beneficio curato; aut ab aliis beneficijs, quibus ea obligatio est annexa; & duobus numer. seqq.*

238. *Obligatio residendi an per consuetudinem in pœni possit beneficio cum ex fundatione non habenti; & num. seq.*

239. *Obligatio residendi an post Conc. Trid. possit per consuetudinem tolli ab Ecclesijs Collegiatis non insignibus.*

240. *Beneficia non curata extra Ecclesias Collegiatas regulariter de iure personalem residentiam requirunt. contrarium autem induci potest statuto, priuilegio, fundatione, & consuetudine; num. 241. & quando ea consuetudo valeat; num. 242. & seq.*

243. *Beneficia omnia iure naturali, ac diuino requirunt Ecclesiæ ministerium, ac seruitium saltem per alium.*

244. *Ordo, atque atas, licèt aliàs à beneficio non requiratur, potest ei per consuetudinem annecti.*

245. *Ecclesia quando præscribere possit aliam Ecclesiam tanquam vnitam.*

246. *Prabenda an per consuetudinem effici possit Theologalis, Magistralis, vel Doctoralis. & quid de beneficijs patrimonialibus, siue conferendis certo generi personarum; numer. 247.*

248. *Papa per se leges condere potest, non autem Concilium etiam generale.*

249. *Papa regulariter mutare potest statum Ecclesiarum, ac beneficiorum; & num. seq.*

250. *Papa quomodo derogat Conciliis generalibus, maximè Tridentino.*

251. *Erectio Ecclesiæ in Cathedralem à solo Papa, vel ex eius auctoritate fieri potest. idémque in erectione Ecclesiæ Cathedralis, seu Episcopalis in Metropolitanam; num. 252.*

253. *Papa mutare potest Ecclesiam Cathedralem in non Cathedralem. atque item secularem Ecclesiam in regularem, & regularem in secularem; num. 254.*

255. *Papa mutare, seu erigere potest Ecclesiam non parochialem in curatam, seu parochialem; & hanc in baptismalem. itémque non Collegiatam in Collegiatam; num. 256.*

257. *Papa erigere potest aliquam Ecclesiam in titulum Cardinalis; & Diaconiam mutare in titulum Presbyteralem.*

258. *Papa potest Ecclesiam liberam iuripatronatus etiam laici per priuilegium perpetuò subiicere, & subiectam liberare etiam in totum, tollendo quoque ab vniuersali Ecclesia ius patronatus; quod tamen non censetur velle facere, nisi exprimat; & num. seq.*

259. *Papa non censeatur velle illud, quod Episcopus non potest disponere contra ius patronatus; & ibi quòd Papa per priuilegium, seu rescriptum erigere potest prabendam Theologalem, Magistralem, ac Doctoralem; ac non Ecclesias vnire, & huiusmodi vnionem reuocare, seu dissoluere.*

260. *Status Ecclesiæ, seu beneficij quando ipso iure mutetur, prouia tamen vtplurimum hominis actione, seu medio aliquo eius ministerio; & multis num. seqq.*

261. *Prabenda Theologalis in Ecclesijs Metropolitanis, & Cathedralibus insignibus vel oppidorum insignium, aut Pœnitentialis in Cathedralibus an ipso iure instituta, & erecta censeatur; cum num. seq.*

262. *Verba,*

262. *Verba, ipſo facto, quid importent; & ibi intellectus Concil. Trid. ſeſſ. 5. cap. 1. & ſeſſ. 24. cap. 8. de refor.*

263. *Beneficia curata quæ conuerſa fuerunt in ſimplicia, an ipſo iure curam animarum recipiant iuxta terminos Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 16. de reform.*

264. *Iuſpatronatus ipſo iure amittitur, & Eccleſia fit libera ſaltem quoad portionem aliquam iuriſpatronatus, ſi patronus vſurpet bona, vel fructus Eccleſiæ patronatæ iuxta terminos Concil. Tridentin. ſeſſ. 22. cap. 11. de reformat.*

265. *Status Eccleſiæ, ac beneficij mutatur quoad iuſpatronatus in terminis Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. verſ. reliqui patronatus, de reform.*

266. *Patronus vendens, aut aliàs contra canonicas ſanctiones transferens iuſpatronatus, illud ipſo iure amittit; & ibi intellectus Concil. Tridem. ſeſſ. 25. cap. 9. verſic. nec dictum iuſpatronatus, de reformat. necnon cap. de iure verò, & cap. quia clerici, de iurepatronat.*

267. *Patronus ingerens ſe in fructibus beneficij patronati an eo ipſo priuetur iurepatronatus; & ibi intellectus Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. verſ. patroni autem.*

268. *Patronus occidens, vel mutilans rectorem, aut clericum beneficij patronati an eo ipſo amittat iuſpatronatus.*

269. *Concilium generale etiam legitimè congregatum regulariter nequit ſine auctoritate Papæ mutare ſtatum Eccleſiæ, vel beneficij, aut hanc mutationem per legem inducere. cum tali verò auctoritate poteſt; num. 270.*

271. *Cœtus, ſeu Collegium S. R. E. Cardinalium mutare non poteſt ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij viuente Romano Pontifice. & quid vacante Sede Apoſtolica; numer. 272. cum aliquot ſeqq.*

273. *Cœtus Cardinalium vacante Sede Apoſtolica non poteſt contra canonem diſpenſare.*

274. *Ratio largior diſpoſitione eam extendit, & ampliat iuxta ſuos limites.*

275. *Abſoluere à qualibet cenſura iuris non reſeruata an poſſit quilibet confeſſarius ab Ordinario approbatus; & ibi intellectus cap. nuper, de ſent. excom.*

276. *Legatus Sedis Apoſtolicæ regulariter mutare nequit ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij; & aliquot num. ſeq.*

277. *Legatus Sedis Apoſtolicæ regulariter nequit diſpenſare contra canonem, præſertim Concilij generalis.*

278. *Erectio Eccleſiæ in Cathedralem fieri non poteſt à Legato, ſed à ſolo Papa; & ibi intellectus cap. cum inferior, de maior. & obed. idémque eſt in erectione Eccleſiæ Cathedralis in Metropolitanam; aut Metropolitanæ in Primatialem; num. 279.*

280. *Vnio duorum Epiſcopatuum fieri nequit à Legato, ſed à ſolo Papa: idémque in ſubiectione vnius Epiſcopatus alteri, vel Metropoli, cui non erat ſubiectus.*

281. *Mutatio Sedis Epiſcopalis ab vno loco in alium fieri non poteſt à Legato, verùm à ſolo Papa; & ibi quomodo hæc mutatio, ſeu translatio differat à ſimili mutatione, ſeu translatione Epiſcoporum.*

282. *Reſeruata Papæ quænam ſint; & nonnullis num. ſeq.*

283. *Subiectio benorum, ſeu iurium Eccleſiæ laicis, ita, vt Prælati profiteantur ea ſe ab ipſis tanquam à ſuperioribus tenere, eſt ex Papa reſeruatis.*

284. *Receptio ad profeſſionem Ordinum Mendicantium, exceptis Minoribus, ac Prædicatoribus approbatorum poſt Concil. generale ſub Innocent. III. & acquiſitio domorum, ac locorum eorundem, aut alienatio locorum, quæ habent, eſt Papæ reſeruata.*

285. *Tranſitus vnius Ordinis, vel Conuentus ex ordine non approbato, vel approbato poſt Concil. generale Innocent. III. exceptis Minoribus, & Prædicatoribus, ad alium Ordinem, vel Conuentum eſt ex Papæ reſeruatis.*

286. *Mutatio Eccleſiæ Cathedralis in non Cathedralem, ſicut & Epiſcopos deponere eſt ex reſeruatis Papæ.*

287. *Legatus non poteſt mutare ſtatum beneficij quoad iuſpatronatus laicale, aut mixtum; neque vnire beneficia talis iuriſpatronatus: & quid ſi laici illud iuſpatronatus habeant ex priuilegio, vel præſcriptione; aut in iurepatronatu Eccleſiaſtico.*

288. *Legatus Papæ poteſt in ſua prouincia quicquid poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi; & ibi an poſſit Legatus erigere Eccleſiam aliquam in Collegiatam.*

289. *Legatus eſt Ordinarius exemptorum.*

290. *Legatus quomodo Eccleſiam ſæcularem vnire poſſit Monaſterio, eámue conuertere in regularem, aut regularem in ſæcularem. vel Eccleſiam regularem vnius Ordinis in regularem alterius Ordinis; num. 291.*

292. *Legatus vnire poteſt beneficia ſua prouincia; non tamen vnius diœceſis beneficiis alterius.*

293. *Legatus poteſt vnionem diſſoluere, ſeu reuocare; id quod ei permittitur, qui poteſt vnire.*

294. *Legatus mutare poteſt ſtatum Eccleſiæ, vel beneficij ſuæ prouincia, quoties Epiſcopus poteſt in ſua diœceſi.*

295. *Legatus an poſſit vnire Eccleſiam iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, vel erigere in Collegiatam abſque conſenſu patroni.*

296. *Pœnitentiaria Apoſtolica hodie regulariter nequit mutare ſtatum Eccleſiæ, aut beneficij.*

297. *Concilium prouinciale Epiſcoporum ab Archiepiſcopo congregatum regulariter mutare nequit ſtatum Eccleſiarum, ac beneficiorum.*

298. *Mutatio ſtatus beneficij an ſupponat in mutante facultatem ea beneficia conferendi; & ibi quid in vnione.*

299. *Concilium prouinciale Epiſcoporum ab Archiepiſcopo congregatum in quibus caſibus mutare poſſit ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij. & quid in Concilio prouinciali congregato à Primate, vel Patriarcha; numer. 300.*

301. *Patriarcha, Primas, & Archiepiſcopus an poſſit mutare ſtatum alicuius Eccleſiæ, aut beneficij diœceſium ſuorum reſpectiue ſuffraganeorum; & ibi an poſſit vnire earum Eccleſias, vel beneficia.*

302. *Patriarcha, Primas, & Archiepiſcopus an mutare poſſit ſtatum Eccleſiarum Cathedralium ſuorum ſuffraganeorum. & quid in propriis diœceſibus etiam quoad vnionem; numer. 303.*

304. *Patriarcha an poſſit mutare etiam accidentaliter*

ſtatum

ſtatum Eccleſiæ Metropolitanæ, aut Primæ ſtatum Eccleſiæ Cathedralis Epiſcopi.

305. Conſenſus immediati ſuperioris requiritur, cùm hnic ſuperior vti index citra Papa auctoritatem mutare vult ſtatum Eccleſiæ, aut beneficij ſubiectorum illi immediato ſuperiori, neque horum conſenſus ſufficit.

306. Patriarcha, Primas, vel Archiepiſcopus an in actu viſitationis mutare poſſit ſtatum Eccleſiarum, ac beneficiorum ſuæ prouincia. & an poſſit ante receptionem pallij eam mutationem facere, quam poſt receptionem poſſet; num. 307.

308. Epiſcopus regulariter non poteſt mutare ſtatum Eccleſiarum, ac beneficiorum ſuæ diœceſis.

309. Epiſcopus an poſſit abſque patroni conſenſu erigere in dignitatem beneficium, quod ſine dignitate à fundatore fuit inſtitutum. aut vnire beneficium patronatum; num. 310.

311. Intellectus cap. ſuggeſtum, de iurepatronat. & ibi an Epiſcopus abſque conſenſu patroni poſſit concedere Eccleſiam patronatam, eiuſue bona, vt ex iis fiant prebendæ, vel diſtributiones, ſeu augeantur reditus alterius Eccleſiæ.

312. Epiſcopus an poſſit concedere ſimpliciter Eccleſiam patronatam alicui pio loco abſque patroni conſenſu. & an in Eccleſia baptiſmali requiratur conſenſus Capituli, vel Papæ licentia, licèt Vicario aſſignetur congrua portio, & ille pium locum habeat in ea iuſpatronatus; num. 313.

314. Conſenſus Capituli Cathedralis an requiratur in omni conceſſione ſeu donatione Eccleſiæ religioſo loco ab Epiſcopo facienda.

315. Epiſcopus quando poſſit ſibi conſtituere Vicarium Pontificem, vel per alios viros idoneos muneri ſuo ſatisfacere.

316. Epiſcopus erigere nequit ſine patroni conſenſu Eccleſiam in Collegiatam, quæ vt ſimplex à patrono aliquo fundata fuerit.

317. Epiſcopus an mutare poſſit Eccleſiam ſecularem in regularem, vel contra; & numer. 329. & an mutare Monaſterium ab vno ordine in alium; num. 318.

319. Epiſcopus regulariter mutare nequit Eccleſiam parochialem in non parochialem.

320. Epiſcopus regulariter mutare nequit ſtatum beneficij quoad ordinem, qualitatem, aut onera iis annexa; neque nouum onus Eccleſiis imponere.

321. Epiſcopus in quibuſdam caſibus mutare poteſt ſtatum Eccleſiarum, ac beneficiorum; cum multis num. ſeqq.

322. Epiſcopus mutare poteſt ſtatum Eccleſiæ non ab aliquo fundatæ, ſed erectæ ex oblationibus, aut fructibus excreſcentibus cum ſolo Capituli ſui conſenſu; immo etiam plerumque ſine vlo conſenſu.

323. Epiſcopus habet ius, & auctoritatem Eccleſiæ ſuæ diœceſis adminiſtrandi, ac regendi.

324. Epiſcopus an poſſit ſimplicem Eccleſiam in parochialem mutare, vel nouam parochiam erigere, & inſtituere; & ibi intellectus cap. ad audientiam, il 1. & cap. fin. de Eccleſ. ædif. necnon Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 4. de refor.

325. Epiſcopus an mutare poſſit Eccleſiam parochialem in non parochialem, ſeu curatam ſaltem per viam vnionis; & ibi intellectus Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 5. de refor.

326. Epiſcopus regulariter vnire, ac ſubiicere poſſit Eccleſias inferiores ſuæ diœceſis, & Legatus ſuæ prouincia.

327. Epiſcopus vnire non poteſt beneficia ſuæ diœceſis exempta, neque omnia, ſed ſingula.

328. Epiſcopus an poſſit mutare aliquam Eccleſiam in Collegiatam, aut in ea, vel Cathedrali creare nouam dignitatem; & ibi intellectus cap. 1. 22. diſtinct. & cap. cum olim, de conſuetud. necnon cap. fin. de verb. ſignific. & an Legatus poſſit dignitatem huiuſmodi creare.

329. Epiſcopus an conuertere aliquando poſſit Eccleſiam regularem in ſecularem, vel è contrario; & ibi intellectus cap. qua ſemel, 19. quæſt. 3. & cap. fin. verſ. ſed obiiciatur, 25. quæſt. vlt. & num. 331.

330. Epiſcopus poteſt aliquando mutare ſtatum Eccleſiæ ſecularis in regularem. & vnire beneficia ſecularia Monaſteriis, etiam exemptis; num. 331.

332. Epiſcopus poteſt ex Eccleſia Collegiata ſeculari facere eam regularem; ibi intellectus cap. ad audientiam, il 2. de Eccleſ. ædif. & ad quid proſit, quòd id faciat ex Papæ indulgentia, & conceſſione.

333. Epiſcopus an poſſit parochialem Eccleſiam in regularem conuertere, vel regularibus concedere. & ibi intellectus cap. ſi Epiſcopus vnam, 12. quæſt. 2. & quid nomine parochiæ ſignificetur.

334. Epiſcopus an poſſit beneficium perpetuum facere temporale, ſeu amouibile, & manuale.

335. Epiſcopus an poſſit tollere perſonalem reſidentiam à beneficio non curato, cui adiuncta ſit, & tribuere eam non habenti.

336. Epiſcopus an poſſit certum ordinem beneficio annectere. & an mutare ſtatum beneficij quoad iuſpatronatus, num. 337.

338. Epiſcopus an mutare poſſit ſtatum beneficij quoad onera illi iniuncta; & præſertim minuere illius onera ob diminutionem reditnum; & nonnullis ſeqq.

339. Reditus beneficij quando dicantur ſufficientes ad onera illius ſupportanda.

340. Actio de euictione quando competat potiſſimùm ex natura contractus; & an locum habeat in donatione.

341. Priuilegia dotis mulieris an omnia locum habeant in dote Eccleſia; & quibus modis hæc aſſignari poſſit.

342. Fundator Eccleſiæ an ſemper teneatur de euictione pro dote illi aſſignata.

343. Diminutio onerum beneficij ob diminutionem eius reditnum quando facienda ſit cum conſenſu fundatoris, vel eius heredis.

344. Epiſcopus quomodo mutare poſſit ſtatum beneficij erigendo, ſeu inſtituendo prebendã Theologalem, ac Pœnitentialem; & num. ſeq.

345. Onus legendi an, & quando imponi poſſit beneficio ante eius collationem, vel in ipſa collatione; & duob. num. ſeqq.

346. Scientia non eſt quid ſpirituale, vt materia ſimoniæ; & ibi intellectus cap. pen. de magiſtr.

347. Pactum de dando, faciendóve id quod ius, naturáve rei ſpiritualis, quæ traditur, poſtulat, ſimoniam non inducit.

348. Capitulum ſede vacante an, & quando poſſit ſtatum Eccleſiarum, ac beneficiorum diœceſis Epiſcopi mutare; cum aliquot num. ſeqq.

349. Intellectus cap. nullus, de iurepatr.

350. *Capitulum an mutare poſsit ſtatum Eccleſiarum quouis modo ſede vacet; & quid Epiſcopo exiſtente in remotis, excommunicato, vel ſuſpenſo.*

351. *Vnio Eccleſiarum, ac beneficiorum quando fieri poſsit à Capitulo ſede vacante; & ibi an vnio beneficiorum ſupponat facultatem ea conferendi; cum num. ſeq.*

352. *Epiſcopus vnire poteſt beneficia collationis Prælatorum inferiorum.*

353. *Capitulum ſede vacante nequit beneficia ſuæ menſæ vnire, ſicut nec ſede plena huiuſmodi vnioni conſentire.*

354. *Capitulum ſede vacante an poſsit diſſoluere vnionem.*

355. *Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ tituli Cardinalis an mutare poſsit ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij: & quid in viſitatore, vel adminiſtratore Eccleſiæ Cathedralis vacantis, aut ſequeſtre poſſeſsionis, vel fructuum ipſius non vacantis.*

356. *Prælati ſeculares habentes iurisdictionem quaſi Epiſcopalem nequeunt in ſua quaſi diœceſi mutare ſtatum alicuius Eccleſiæ, aut beneficij, niſi cum Epiſcopi poſſunt in ſua diœceſi. & quid in vnione Eccleſiarũ, ſeu beneficiorum; aut vnionis diſſolutione; num. 357.*

358. *Vicarius Epiſcopi, vel Capituli ſede Epiſcopali vacante, aut Prælatorum ſecularium habentium iurisdictionem quaſi Epiſcopalem an, & quando mutare poſsint ſtatum Eccleſiæ, vel beneficij.*

359. *Vicarius generalis ſine ſpeciali mandato, aut equipollenti nequit ex facultate conferendi beneficia ea vnire.*

360. *Vicarius generalis mutare poterit ſtatum Eccleſiæ, aut beneficij quoties poteſt eum conſtituens, ſi ad id habeat ab eo mandatum ſpeciale, aut equipollens. & quid ſi conſtituens ſit in remotis, eiuſque copia nequeat haberi, & alioqui vrgeat neceſsitas talem mutationem faciendi; num. 361.*

362. *Prælati Regularium an, & quando mutare poſsint ſtatum ſuarum Eccleſiarum, aut beneficiorum ſecularium in illis, aut aliis Eccleſiis conſiſtentium; & aliquot num. ſeqq.*

363. *Ordinarij locorum quando vnire poſsint, ac debeant Eccleſias, ſeu beneficia regularia; aut non permittere, vt Prælati Regularium id faciant.*

364. *Prælati Regularium an, & quomodo concedere poſsint bona, iura, & reditus ſuarũ Eccleſiarũ ad vitam vel ad tempus certum; & ibi intellectus Clem. 1. in princ. de reb. Eccl. non alien.*

365. *Beneficia ſecularia iure communi attento ſunt Epiſcopo ſubiecta.*

366. *Prælati regularium an vnire poſsint Eccleſias, ſeu beneficia ſecularia ſibi pleno iure ſubiecta.*

QVÆRO nunc QVINTO, quinam mutare poſſint ſtatum Eccleſiarum, ac beneficiorum.

Cùm in præced. quæſt. de materiali cauſa mutationis ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum, ſeu materia, circa quam hæc mutatio verſatur, latè quatenus nobis neceſſarium viſum fuit, egerimus; ſequitur nunc, iuxta id, quod in eiuſdem quæſt. initio admonentes propoſuimus, vt in præſenti quæſt. de huiuſmodi mutationis cauſa efficiente proxima differamus; de remota enim, ſeu tradente potentiam, & facultatem ad eam faciendam ſatis diſputauimus *quæſt.* 3. in his verò cauſis efficientibus proximis, ſeu perſonis, quæ prædictum ſtatum mutare poſſunt, explicandis eumdem planè ordinem ſequemur, quo in præced. cap. *quæſt.* 5. vſi ſumus in ſimilibus cauſis, ac perſonis exponendis quoad derogationem, ſeu temporalem huius ſtatus mutationem, vt priùs de perſona, ſeu auctoritate priuata, tum de publica, quid hac in re, nimirum in perpetua derogatione, ſeu mutatione huiuſmodi ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum ſtatuendum ſit, videamus: omiſſa ob rationem, quam *ibidem* aſſignauimus, diſputatione de Principe ſæculari, eiúſve magiſtratibus; cum priuata verò perſona, & auctoritate iungentes conſuetudinem, ac præſcriptionem quoad qualitatem, ſeu ſtatum tam regularitatis, vel ſæcularitatis, quàm obligationis reſidentiæ tantùm, de quibus eſt præcipuè difficultas: maximè cùm de quibuſdam aliis qualitatibus, quatenus opus fuit, ſup. hoc ipſo cap. ſuis locis dixerimus, quid in eis poſſit præſcriptio, ſeu conſuetudo; quæ quidem, licet vim ſuam à iure acquirat, toto tit. *de conſuet. & de præſcript.* tamen à priuatis perſonis, & abſque vlla alia ſpeciali facultate, priuata auctoritate, euenientibus caſibus exercetur, atque inducitur, vt ex prædictis tit. atque aliis iuribus paſſim liquet. Quare quoad priuatam perſonam, & auctoritatem quinque concluſ. proponemus; prima erit de ipſo fundatore, ſeu creante ſtatum Eccleſiæ, ac beneficij; ſecunda de eius herede, vel ſucceſſore; tertia de executore, quem pro obſeruatione, & executione illius ſtatus diſponens, ſeu fundator deputauit; quarta de eo, ad cuius fauorem ſtatus ille creatus fuit; quinta de viribus conſuetudinis, ſeu præſcriptionis in tali ſtatu immutando: reliquæ autem concluſiones circa ſingularum publicarum perſonarum in huiuſmodi ſtatus mutatione poteſtatem ſingulæ verſabuntur.

PRIMA igitur CONCLVSIO ſit. Fundator alicuius Eccleſiæ, vel beneficij † poteſt mutare ſta- 188.
tum ipſius aliquando cum Epiſcopi conſenſu, aliquando etiam ſine eius conſenſu. Prior pars concluſionis probatur tum ex eo, quod *præced. quæſt. concl. vltim.* poſt alios docuimus, poſſe fundatorem cum Epiſcopi conſenſu noua pacta, & conditiones Eccleſiæ, vel beneficio poſt eius fundationem adiicere in nonnullis caſibus *ibidem* relatis, maximè *ſuppoſ. 2. in 3. 5. & poſtrema illius fallentia*, necnon in prima, & ſecunda ipſius concluſionis confirmatione, iuncto eo, quod ſuprà *quæſt.* 21. *huius cap. ad fin.* tradidimus, Eccleſiæ, ac beneficij ſtatum tunc quoque mutari, cùm ei noua qualitas, ſeu conditio, quam non haberet, adiicitur, tum ex eo, quod de patrono quoad poteſtatem mutandi qualitatem, ſeu ſtatum ipſum iuriſpatronatus dicemus in ſecunda confirmatione ſeq. concluſionis: per ſe enim patet; non minus patronum eſſe fundatorem, quàm eius heredem. Tum ex eo, quòd ex communi Doctor. ſententia *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* teſte *ibidem* Felin. *col.* 8. concludit Roch. de Curt. *d. tract. de iurepatronat. verbo, pro eo, quòd de Diœceſani conſenſu, quæſt.* 14. conditiones, ſeu qualitates tempore fundationis appoſitas in Eccleſia patronata poſſe ex poſt per patronum tolli in totum, vel ſaltem alterari cum conſenſu Epiſcopi. per tolli autem in totum, intelligit *ibi* Roch. perpetuam derogationem prædictarum conditionum, & qualitatum, per alterari derogationẽ pro vna vel altera vice, vt etiam *quæſt. præced. ad fin.* admonuimus, & ſatis colligitur ex ipſomet Roch. *d. quæſt.* 14 *& ſeq.* necnon ex Lambertin. *eodem tract. de iurepatron. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 7. *art.* 30. præſertim *num.* 2. 6. 12. 13. *ac* 15. *& lib.* 3.

quæſt.

quæſt. 5. artic. 3. maximè *numer. 4.* ſicut etiam per patronum intelligit Roch. *d. quæſt. 14.* non heredem fundatoris, vt falsò putauit Lambert. *d. num. 4. & 5.* cum Roch. *ibid.* & limitationem comprobet ex *præced. quæſt.* quæ apertè eſt de fundatore, & expreſsè aſſerat, de herede patroni, an id facere poſſit cum conſenſu Epiſcopi, vel Epiſcopus cum conſenſu heredis, ſe dicturum *quæſt. ſeq.* nimirum 15. ſed intelligit ipſum fundatorem, quem etiam non minùs, immo multò magis patronum eſſe conſtat, quàm ipſius heredé: ſicque Rochum intellexerunt, eum ſequentes, Rot. Rom. apud Caputaq. *deciſ. 290. num. 4. part. 2.* & Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 5. in prine. num. 40.* vbi etiam alios ad id allegant;
189. dum poſt eos tradunt, † fundatorem non poſſe conditionem in fundatione beneficij appoſitã mutare, vel alterare ex interuallo poſt *ipſam* fundationem abſque Ordinarij conſenſu. Fateor tamen, ſecundam ex rationibus, quas Roch. *d. quæſt. 14.* adducit ad prædictam doctrinam confirmandam, nimirum, quòd poteſt patronus etiam ſine Epiſcopi conſenſu renuntiare iuripatronatus, aut illud transferre in locum religioſum; non vrgere: nam is tunc cedit ſolùm iuri ſuo; at tollendo in totum aliquam conditionem in fundatione appoſitam, videtur tollere ius quæſitum Eccleſiæ: propter quam ſolutionem, quaſi tacitè illi occurrens Roch. *eadem quæſt. 14.* prædictam doctrinam, & ſuam concluſionem limitat,
190. † niſi dictæ conditiones, & qualitates eſſent vtiles Eccleſiæ, quia tunc tolli non poſſunt per patronum etiam cum Epiſcopo ſine cauſa; fieret enim præiudicium Eccleſiæ cui iam ius erat quæſitum. quam limitationem latiùs mox proſequemur. omnino verò, vel certè magis vrget prima eius ratio, quia poteſt †
191. in iurepatronatus præiudicari per Epiſcopum conſentiente patrono, vt concluditur per omnes *in d. cap. cùm acceſſiſſem*, & plenè ipſe dixit *in d. tract. verbo, honorificum, quæſt. 3.* vbi pariter loquitur de patrono fundatore, vt patet ex iis verbis *ad fin. d. quæſt.* adiectis; & an, vbi requiratur conſenſus patroni, vt in caſibus, de quibus ſuprà, ſufficiat conſenſus heredis, vide plenè per D. Felin. *in d. cap. cùm acceſſiſſent, in 8. col.* poſt Abb. *ibi, & c. caſus autem*, de quibus ipſe Roch. ſup. *eadem quæſt. 3.* ad hanc rem pertinentes ij ſunt, quos à contrario ſenſu *ibidem* colligit ex dictis nonnullorum Doct. nimirum dum Calder. poſt Hoſt. *d. cap.*
192. *cùm acceſſiſſent, de conſtit.* tradit, quòd Epiſcopus † non poterit diſpenſare contra inſtitutionem beneficij patronati, vel ipſam immutare, vel contra eam venire ſine conſenſu patroni; quod dictum ſequuntur *ibi* Butr. Abb. Imol. & alij ſcribentes, ac præcipuè Fel. *col. 7. & 8.* multa ad id accumulans; ac tandem ex iuribus, & auctoritatibus concludens, quòd non poterit Epiſcopus Eccleſiam ſimplicem facere collegiatam, nec alteri vnire ſine conſenſu patroni: dúmque Gemin. *in cap. quamuis, circa fin. de reſcript. in 6.* & Felin. *in ſuo tract. quand. lit. Apoſtolic. nec. patron. Eccleſ.* Legatum etiam Papæ †
193. nihil facere poſſe in præiudiciũ patroni ipſo non conſentiente: ac denique dum Abb. *in cap. ſuggeſtum, de iurepatr.* docet, non poſſe Epiſcopum bona Eccleſiæ patronatæ conuertere in præbendas ſine conſenſu patroni. de quibus tribus dictis, & aliis, quæ ſpectant ad Epiſcopi hac in re poteſtatem, latiùs agemus infrà hac ipſa quæſt. *concluſ. 15.* nunc verò hanc priorem præſentis concluſ. partem limitemus cum Roch. de Curt. *d. quæſt. 14.* à quo non omnino diſſentit Lambertin. *d. art. 3. num. 3. & 5.* vt patronus, (nimirum fundator, ex prædictis,) tollere non poſſit etiam cum Epiſcopo ſine cauſa conditiones, vel qualitates vtiles Eccleſiæ in eius fundatione appoſitas, quia tunc fieret præiudicium Eccleſiæ, cui iam ius erat quæſitum; ergo, inquit, Roch. fieri non poteſt, vt dictum eſt *in præced. quæſt.* (vbi tractauit an conditiones contra ius commune poſſent apponi poſt fundatam Eccleſiam, de quo etiam Lamb. *d. tract. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. art. 1. num. 51. & 90.* ac nos *quæſt. præced. concluſ. 9. circa initium in 1. & 2. caſu, & concluſ. 10. ſuppoſ. 2.*) per ea, quæ adnotauit Abb. maximè *in cap. cùm dilectus, notab. 4. de conſuet.* licèt enim iuripatronatus poſſit præiudicari, vt ſuprà, non tamen poſſet prædicari Eccleſiæ, per not. *in d. cap. cùm dilectus, & in tit. de rebus Eccleſ. non alien.* De mutatione verò ſtatus Eccleſiæ patronatæ accidentali, quæ fit per mutationem perſonæ, ſeu iuriſpatronatus quoad perſonam, quòd ea poſſit à fundatore regulariter fieri, illud † in alium trãſ- 194.
ferendo cum Epiſcopi conſenſu, vbi de titulo ſingulari agatur, patet ex eo, quod tradit Lambertin. *d. lib. 1. part. 2. quæſt. 1. art. 2. & quæſt. 2. cum ſeqq.* paſſim: ex quibus etiam habetur, quòd ſine tali conſenſu poteſt, cùm agitur de transferendo titulo vniuerſali in laicum, vel ſingulari in clericum ratione Eccleſiæ, vel locum pium, ac religioſum. Hoc autem vtrumque Lambert. *d. quæſt. 2. art. 6. num. 6. & art. 7.* per tot. extendit, vt, † ſi fundator reſeruauit ſibi, & heredibus iuſpatronatus, ad- 195.
huc illud poſſit transferre in extraneum: idémque docet *d. art. 6. num. 7. 8. & 9.* cùm reſeruauit iuſpatronatus ſibi, & filiis, vel deſcendentibus maſculis, aut de parentela ſine aliqua dictione taxatiua: ſecus fore oſtendens *d. numer. 8.* vbi adiecta ſit dictio taxatiua, niſi transferret in parentelam æqualem ſuæ. *eodem* verò *art. 6. numer. 4. & 5.* tradit ſecus pariter fore, cùm iuſpatronatus habetur ex priuilegio. *Eadem* autem *quæſt. 2. art. 11. num. 4. & 5.* extendit, quòd, † ſi fundator facto patrono extra- 196.
neo diſpoſuit, quòd illo ſine filiis maſculis morien-te, iuſpatronatus tranſiret ad Epiſcopum, ſi patronus extraneus moritur ſine filiis eo viuente, poterit de iurepatronatus diſponere; idémque eſſe vbi fundator diſpoſuiſſet, quòd non extantibus filiis maſculis alicuius, ipſum iuſpatronatus deueniret ad Epiſcopum, vel Eccleſia eſſet libera; quia deficientibus maſculis in eius vita, poterit fundator de iurepatronatus diſponere.

Poſterior † pars concluſionis probatur primò à 197.
fortiori ex eo, quod hac in re de herede fundatoris poſt Lambert. *d. art. 3. num. 5.* dicemus in mox ſeq. concl. quódque *ibid.* generatim trademus de patrono quoad poteſtatem mutãdi qualitatem ipſam, ſeu ſtatum iuriſpatronatus: neque enim minùs, immo multò magis patronus dicendus eſt fundator Eccleſiæ, aut beneficij, quàm ipſius fundatoris heres, & æqualem ſaltem cum eo poteſtatem circa iuſpatronatus à ſe cõſtitutum habere, vt per ſe patet. Secundò ex eo, quod poſt alios docet Lamb. *d. tract. de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæſt. 4. art. 7. ad fin. & art. 10. num. 3.* iuncto *num. 4. & part. 2. quæſt. 1. art. 17. ac 21.* ferè per tot. *& quæſt. 6. art. 5. num. 3.* teſtatorem, qui mandauit creari beneficium, & conſtituit aliquem tertium patronum, ſi ad id nondum interuenerit con-
ſenſus Ordinarij, † poſſe vſque ad mortem mutare 198.
ſuam voluntatem: & quod tradit *d. lib. 1. part. 2. q. 4. art. 4.* ex adductis per ipſum tam *ibi*, quàm aliis in locis per eum *ibid.* allegat. non modò donatorem iuriſpatronatus, ſed & teſtatorem inſtituentem, vel legantem, & alios transferentes iuſpatronatus titulo habili † poſſe apponere in eorum tranſlationibus 199.
quaſcumque conditiones ſecundùm ius commune: ſubdens, quòd, licèt huic videatur obſtare, quòd

huiuſmodi

huiuſmodi conditiones debent apponi in limine fundationis de conſenſu Epiſcopi, vt ait ſe dixiſſe *in 1. part. eiuſdem 1. lib. in tota quæſt. 9. princ.* tamen *ibi* loquuntur iura, & Doctor. de conditionibus, quæ eſſent contra ius commune, mutarent, vel minuerent iura Epiſcopalia, vel aliquem ſtatum Eccleſiæ; & hæc permittuntur in limine fundationis, quia ſumus in acquirendis, & non in acquiſitis; ideóque conſenſus ab Epiſcopo præſtitus non poterit reuocari per Epiſcopum ſucceſſorem; non autem permittuntur poſt fundationem; vnde, nec in tranſlatione iuriſpatronatus apponi poterunt: ſecus verò erit de conditionibus ſecundùm ius non tangentibus iura Epiſcopalia, non immutantibus ſtatum Eccleſiæ; (intellige ſubſtantialiter, non autem accidentaliter, vt ſatis indicant exempla, quæ mox ex eodem Lambertin. ſubiiciemus: quam quidem accidentalem ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij dari, taléque nomen ei deberi, etiamſi ſolùm agatur de tribuenda Eccleſiæ, vel beneficio qualitate, quam non habebat, docuimus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 2.) nec aliquid facientibus contra iuris diſpoſitionem, ſed dantibus aliquem meliorem modum pro vnione iuriſpatronatus, pro euitandis diſcordiis præſentantium, pro eligendo rectore magis idoneo; puta, ſi teſtator legando, vel donando iuſpatronatus adiiceret, quòd illud deinceps tranſeat à legatario, vel donatario in primogenitum maſculum, & ſic ſemper de primogenito in primogenitum; & quòd nullo modo tranſeat ad feminas etiam heredes, vel quòd non exeat parentelam: quæ quidem poſſunt eſſe cauſæ, quòd Eccleſia citiùs fieret libera, cùm iſta faciant citiùs ceſſare iuſpatronatus, quàm ſi tranſiret ad quoſcumque ſucceſſores; & ſic verteretur vtile Eccleſiæ, vt ait, ſe dixiſſe *eod. lib. 1. part. 2. quæſt. 2. artic. 6. 8. & 9.* vel ſi apponeret modum, quòd præſentandus eſſet in ſacris conſtitutus. poſtmodum verò Lambertin. *d. quæſt. 4. artic. 4.* cùm oſtendiſſet, conditionem prædictam, quòd iuſpatronatus tranſeat de primogenito in primogenitum, licèt heredes non ſint, neque tranſeat ad omnes heredes, eſſe quidem contra ius commune volens, iuſpatronatus tranſire cum hereditate, & ita demum ad filium, ſi eſt heres; verùm, cùm hoc inductum ſit in fauorem patroni, poſſe ei renuntiare, maximè cum eo conſenſu Epiſcopi qui requiritur in translatione iuriſpatronatus; addens, hunc conſenſum ſufficere abſque ſpeciali conſenſu pro applicandis conditionibus contra ius; requiri verò etiam, ne videantur laici de iurepatronatus iam acquiſito diſponere ad eorum libitum, contra ea, quæ ipſemet dixit *in eod. 4. quæſt. princ. artic. 2.* ſtatim ſubiicit; ſed, ſi iſtæ conditiones eſſent, quòd iuſpatronatus tranſiret in primogenitos maſculos, ſeu in parentelam cum hereditate, ſine dubio tenerem, poſſe apponi ſine conſenſu Epiſcopi, quia nihil eſſet contra ius commune. Tertiò probari poteſt hæc poſterior pars concluſ. ex eo, quod poſt alios tradit Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 5. in princ. numer.* 40. iuncto *numer. ſeq.* cùm enim *numer.* 40. docuiſſet, fundatorem beneficij cum Ordinarij conſenſu non poſſe aliquid mutare, nec alterare
200. ſine conſenſu ipſius Ordinarij, ſtatim ſubdit, † ſecus eſſe in Capellaniis, de quibus *ibi* agitur, (nimirum mercenariis, ſeu amouibilibus, & ſine Ordinarij conſenſu inſtitutis,) cùm beneficia Eccleſiaſtica non ſint, nec Epiſcopus de iis ſe intromittere poſſit. Idémque eadem ratione dicerem de Capellaniis, quæ ex voluntate teſtatoris, alteriúſve fundare volentis deſtinatione futura ſunt beneficia; interim enim, donec ſequatur prædicta erectio ab Ordinario, alióve ſuperiore Eccleſiaſtico, †
201. poterit prædictus teſtator, aliúſve fundator conditiones, & qualitates appoſitas, vel potiùs deſignatas mutare, aut non appoſitas, ſeu deſignatas apponere: nam voluntas hominis eſt ambulatoria vſque ad vltimum vitæ ſpiritum, *l. cùm hic ſtatus, §. ait oratio, ff. de donat. int. vir. & vxor. l. 4. ff. de adim. legat. cap. cùm Martha, de celebr. Miſſar.* cum ſimil. idque apertè ſentit Lambertin. *d. lib. 1. part. 1. quæſt. 4. artic. 1. 4. 5. & 6.* ferè per tot. *ac 10. numer. 3. & 4.* necnon *quæſt. 5. art. 8. priuil. 30. ad fin. & part. 2. quæſt. 1. artic. 21. ad fin. & quæſt. 6. artic. 5.* paſſim. Similiter poſſet fundator, qui appoſuit aliquam conditionem cum Ordinarij conſenſu in fundatione Eccleſiæ, aut beneficij † illius ſtatum mutare, eam conditionem
202. in totum tollendo etiam ſine tali conſenſu, vbi cum eodem conſenſu tempore fundationis ſibi reſeruaſſet facultatem prædictam conditionem mutandi; vt ſatis apertè ſentit Rot. *in d. deciſ. 190. numer. 1. & 2.* apud Caputaq. *part. 2.* & alij cit. *cap. præced. quæſt. 5. concluſ. 1. in fi.* ex ead. verò deciſ. *numer. 4.* colligitur alius caſus, in quo poteſt fundator ſine Ordinarij conſenſu conditiones in fundatione à ſe appoſitas mutare; nimirum, † ſi id faciat non
203. ex interuallo, ſed incontinenti: cuius rei ratio eſſe poteſt, quia, quæ fiunt incontinenti, cenſentur ineſſe, *l. lecta, verſ. dicebam, ff. ſi cert. petat. l. ſi quis, §. quia ita, ff. de incend. ruin. & naufrag.* & vtrobique Doctor. cum aliis ad id allegat. à Gabr. *commun. concluſ. lib. 1. tit. de præſumpt. concluſ. 10.* ferè per tot. atque alios Doctor. paſſim.

SECVNDA CONCLVSIO. Heres, aliúſve ſucceſſor illius, qui fundauit Eccleſiam, vel beneficium, licèt † regulariter nequeat eius ſtatum
204. mutare: aliquando tamen poteſt cum Epiſcopi conſenſu; aliquando etiam ſine tali conſenſu. Vtraque pars concluſionis probatur ex eo, quod tradit Lambertin. *d. tract. de iurepatronat. lib. 3. quæſt. 5. artic. 3. numer. 5.* vbi circa illum articulum antea propoſitum *numer. 4. verſ. ſecundum membrum*, an patronus heres, ſeu ſucceſſor fundatoris poſſit cum Epiſcopi conſenſu tollere in totum conditiones, ſeu qualitates per fundatorem appoſitas, concludit, quòd, ſi tales qualitates, ſeu conditiones reſpiciunt honorem Dei, ſeruitutem Eccleſiæ, & ſic eius vtilitatem; vel quandam ſatisfactionem mentis defuncti volentis ſic obſeruari; tunc iſtæ qualitates, & conditiones, quæ nullo modo concernunt patronum, immo eum adſtringunt ad illas obſeruandas, nequaquam poterunt tolli per patronum, nec per Epiſcopum, nec per ambos, tum ratione vtilitatis Eccleſiæ, cui ius eſt quæſitum, vt conſiderauit Roch. *eod. tract. verbo, pro eo, quòd de diœceſani conſenſu, quæſt. 14. in fine*, (quoad fundatorem, licèt Lambertin. *to-to eo art.* perperam putauerit eum locutum de herede fundatoris ſeu nouo patrono, vt *concluſ. præced. circa initium*, ſatis oſtendimus.) tum etiam ne tollatur voluntas defuncti, cui regulariter derogare non poteſt nec ipſe heres, nec Epiſcopus, vt idem Lambertin. tradiderat *eod. artic. 3. numer. 4.* & ſuadent pleraque hac in re adducta per Roch. *vbi ſup. quæſt. 15.* Si verò iſtæ qualitates, (ſubdit Lambertin. *d. numer. 5.*) concernerent fauorem patroni, puta ſi eſſet talis, quæ præiudicaret Ordinario, maximè ſi eſſent contra, vel præter ius commune, quæ apponi poſſunt, iuxta not. *in cap. cùm dilectus, de conſuet.* tunc † illas tollere
205. poſſet patronus cum Epiſcopi conſenſu, & ſine,

ſicut & renuntiare poteſt iuripatronatus ſine conſenſu Epiſcopi, iuxta ea, quæ dicit Abb. *in cap. illud, de iurepatronat.* (& nos quoque paulò pòſt latiùs quoad hoc proſequemur:) tum quia ſolùm renuntiat iuri ſuo, ſeu in ipſius fauorem per primum fundatorem introducto: tum etiam quia reduceret illas ad ius commune, ad quod de facili reduci debent, *cap. ab exordio*, 35. *diſt.* & hìc non obſtat voluntas teſtatoris, quia illa in fauorem patroni diſpoſuerat, cui quilibet renuntiare poteſt, *vulg. iuribus.*

Probatur nunc vtrumque membrum poſterioris partis concluſionis quoad qualitatem, ſeu ſtatum iuriſpatronatus, quæ à patrono etiam herede, ſeu ſucceſſore primi fundatoris mutari poteſt † 206. dupliciter, vel quoad ſubſtantiam, & eſſentiam, extinguendo iuſpatronatus; vel ſolùm accidentaliter, ſecundùm perſonam, illud transferendo in alium vno ex quatuor modis. comprehenſis duobus illis verſibus;

Iuſpatronatum tranſire facit nouus heres;
Res permutata, & donatio, venditióque.

quos verſus recenſet gloſ. *in cap. cùm ſeculum, de iurepatronat.* Lambertin. *d. tract. de iurepatronat. lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 1. *artic.* 1. & Roch. de Curt. *eod. tract. verbo, ipſe vel is, à quo, quæſt.* 1. qui vterque ex hac gloſ. atque item ex gloſ. *in cap. pia mentis*, 16. *quæſt.* 7. communiter recepta nonnullis Doctoribus relatis reſoluit, quatuor modis in alium tranſire iuſpatronatus ſemel creatum, ſucceſſione, permutatione, donatione, & venditione cum vniuerſitate bonorum, in qua eſt iuſpatronatus. Et quidem quoad priorem modum principalem mutandi qualitatem, ſeu ſtatum iuriſpatronatus, quòd patronus ſiue is ſit fundator, ſiue eius heres, ac ſucceſſor in iurepatronatus, † 207. mutare huiuſmodi qualitatem, ſeu ſtatum poſſit, illud remittendo, ſeu gratis renuntiando. pro parte quidem text. eſt *in cap. ex inſinuatione, de iurepatronat.* vbi ſecundùm expoſitionem *gloſ.* 1. quam inter ceteros ſequitur Butr. *ibi*, & Apoſtill. Abb. *lit. a*, poſt Iaſ. *in l. voluntas, C. de fideicom.* & Fel. alia ad id allegantem, *in cap. qua in Eccleſiarum, col. antepenult. de conſtit.* frater remiſit ſuam portionem, quam in certo iurepatronatus habebat ſuo fratri qui erat compatronus; inde concludentes potuiſſe id fieri abſque Epiſcopi conſenſu, cuius nulla *ibi* fit mentio. de renuntiatione verò in totum eſt text. *in cap. vnico, in princ. de iurepatronat. in* 6. vbi expreſsè habetur, quòd, ſi laicus iuſpatronatus Eccleſiæ ſibi competens eidem, vel alteri Eccleſiæ, ſeu loco religioſo duxerit conferendum, huiuſmodi collatio, quamuis abſque aſſenſu Epiſcopi facta fuerit, efficax eſt cenſenda; per præfatam tamen collationem iuri Epiſcopi, qui eidem aſſenſum non præbuit, in aliquo non derogatur. per quem text. gloſ. recepta *ibi verbo, eidem*, tradit, quòd Eccleſia illa, cui patronus confert iuſpatronatus, quod in ipſa ei competit, ſit patrona ſui ipſius: vnde, ſi habet plures rectores, vnus alium præſentabit coram habente ius inſtituendi; ſi verò vnum, & vnicus erat patronus, Epiſcopus libere conferet: ratióque eſt, quia nemo ſeipſum præſentare poteſt, *cap. per veſtras, de iurepatronat.* qua de re videndum eſt, quod latiùs diſtinguit Lambertin. *d. quæſt.* 1. *artic.* 12. & 15. per tot. vbi etiam docet, quid dicendum de Capellis patronalibus ſuis in alia Eccleſia, in quam iuſpatronatus transfertur: & de eadem re tractat etiam poſt alios idem Lambertin. *d. lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 2. *artic.* 7. necnon *lib.* 3. *quæſt.* 2. *artic.* 16. & *quæſt.* 7. *artic.* 9. Quoad poſteriorem verò principalem modum mutandi qualitatem, ſeu ſtatum iuriſpatronatus, quæ quatuor prædictis principalibus modis contingit, nimirum ſucceſſione, permutatione, donatione, & venditione omiſſa † ſucceſſione ab inteſtato, de qua 208. *filiis, & cap. ſi plures*, 16. *quæſt.* 7. *cap.* 2. *de iurepatronat. & ſolem. plures, eod. tit.* cum ſimil. ibique Doctor. atque alibi ſæpe, & Lambertin. mobilita quoniam ad rem, de qua nunc agimus, non pertinet; quòd † per ſucceſſionem ex teſtamento 209. qua pariter commodè intelligi poſſunt tam citata iura, quàm etiam *cap. conſideranda, 1 quæſt.* 7. & *cap.* 3. *de iurepatronat.* ab vna perſona in alia tranſeat iuſpatronatus, tradunt inter ceteros Roch. de Curt. *d. verbo, ipſe, vel is, à quo, quæſt.* 2. *prima in prima quæſt. acceſſoria, ſub numer.* 5. & Lambert. *d. lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 2. 22. & 24. *num.* 1. & latiùs *quæſt.* 2. *art.* 1. *numer.* 2. *vſque ad* 5. vbi idem comprobat de ſucceſſione ab inteſtato. poſtmodum autem *in eo art. & ſeq.* tractat, an iuſpatronatus ſe tranſeat, vel transferri poſſit in extraneos heredes, vel ſolùm in heredes ſanguinis; & *artic.* 3. quid de iure ſepulchrorum, in reliquis autem artic. ſequentibus quæſt. cetera proſequitur, quæ ad ſucceſſionem vniuerſalem in iurepatronatus pertinent. Nobis verò, quod ad rem noſtram attinet, illud adnotaſſe ſufficiet, † in ſucceſſione vniuerſali, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato bonorum, quibus 210. nexum eſt iuſpatronatus, ad huius translationem etiam in laicum à laico patrono nequaquam Epiſcopi conſenſum requiri; vt ſatis probat Lambert. *d. part.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 2. *num.* 1. *ac* 2. & *art.* 3. *num. vnic.* alias *numer.* 1. vbi *ſub num.* 5. *verſic. ſi vero*, hoc temperat quoad laicum vniuerſalem ſucceſſorem titulo gratuito, vt in eum non transferatur iuſpatronatus ſine conſenſu Epiſcopi in caſibus, in quibus requiritur translatio, & traditio cuiuslibet rei in ea vniuerſitate exiſtentis, per eum collatis *eod. part.* 2. *quæſt.* 5. *artic.* 14. ſecus in hæreſibus docens, vbi talis translatio vniuerſitatis requirentis cuiuslibet rei traditionem fieret in Eccleſiam, aut alium pium locum. De permutatione, quòd † per eam transferatur iuſpatronatus, 211. text. eſt ſatis apertus *in cap. nemini*, 16. *quæſt.* 7. & plerique tenent relati à Lambertin. *d. lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 3. *artic.* 1. *numer.* 1. & 2. necnon *artic.* 2. *numer.* item 1. & 2. qua in re notanda eſt diſtinctio, quam is affert *d. artic.* 1. *numer.* 2. per eam concilians diſcordantes Doctor. ſententias: quòd, aut laicus vult commutare iuſpatronatum cum aliqua Eccleſia, quæ vult ei dare aliam Eccleſiam, & non poteſt, cùm laicus Eccleſiam poſſidere non poſſit: aut laicus vult commutare iuſpatronatus cum aliqua Eccleſia, quia ipſe, & Eccleſia habent aliqua iura patronatus communia in diuerſis Eccleſiis; & poſſunt ratione ſocietatis inter ſe commutare etiam ſine conſenſu Epiſcopi, prout ipſemet tradidit quoque *eod. part.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 3. præſertim *num.* 13. *cum duob. ſeqq.* aut laicus habet totum iuſpatronatus in vna Eccleſia, & Eccleſia in alia, & volunt inter ſe iſta iura patronatus permutare, & tunc poteſt fieri, per adducta *d. quæſt.* 1. *artic.* 2. *numer.* 1. & 2. Sed licèt iuſpatronatus laici poſſit accedere ad Eccleſiam ſine conſenſu Epiſcopi, quia ſine eo conſenſu poteſt iuſpatronatus transferri in locum pium; vt ipſemet dixit *d. part.* 2. *quæſt.* 1. *artic.* 10. quia tamen iuſpatronatus, quod habet Eccleſia, tranſit in laicum, hoc fieri non poteſt ſine conſenſu Epiſcopi, vt ipſe probat *eod. artic.* 2. *numer.* 8. inter duos verò laicos habentes

bentes duo iurapatronatus, idem Lambertin. *d. artic. 2. numer. 3. cum tribus ſequentib.* latè defendit, quòd poſſit fieri permutatio ſine conſenſu Epiſcopi: ſubdens tamen *numer. 7.* cautius eſſe, quòd in permutatione, quæ fieret per duos laicos de duobus integris, & ſeparatis iuribus patronatus diuerſarum Eccleſiarum non prouenientibus ab vno defuncto, interueniat conſenſus Epiſcopi. *art.* autem 3. *eóque vltim. eiuſdem 3. queſt. numer. 1.*
212. ſatis probat, † iuſpatronatus non poſſe citra vitium ſimoniæ commutari cum re prophana, ſeu temporali; ſicut *numer. 2.* non poſſe iuſpatronatus permutari cum re merè ſpirituali, niſi à patrono Eccleſiaſtico, qui eſt capax iuris merè ſpi-
213. ritualis. De donatione quòd † per eam poſſit patronus in alium transferre ſuum iuſpatronatus, generatim quidem poſt alios docet Lambertin. *d. lib. 1. part. 2. queſt. 4. artic. 1.* ferè per tot. & quòd in Eccleſiam, ſeu alium pium locum, ſatis conſtat ex *cap. quòd autem, cap. illud, cap. nullus, & cap. præterea, il 2. de iurepatronat. & cap. vnic. eod. tit. in 6.* per quæ iura ita ex communi tradit Lambertin. *d. part. 2. queſt. 1. art. 10. numer. 1.* de translatione autem in laicum per donationem poſt alios ex communi ſentit Lambertin. *d. queſt. 1. artic. 2. numer. 3. cum ſeq. & queſt. 4. artic. 2. numer. 1. vſque ad 5.* Et quidem quando transfertur per donationem in Eccleſiam, vel locum pium, non requiritur Epiſcopi conſenſus, prout pariter ex communi ſatis probat Lambertin. *d. queſt. 1. artic. 2. numer. 3. & 4.* ac fuſiùs *artic. 10. numer. 2. cum tribus ſeqq.* maximè per text. apertum *in d. cap. vnic. in princ. de iurepatronat. in 6.* vbi etiam ſimiliter ex communi docet, in donatione iuriſpatronatus facta laico requiri Epiſcopi conſenſum; quod & facit *d. queſt. 4. artic. 2. numer. 6. & 7.* quibus etiam in locis varias huius diſcriminis rationes aſſignat, ſicut *d. queſt. 1. artic. 4.* nonnullas generales rationes affert, ob quas conſenſus Epiſcopi ſæpe exigitur in translatione iuriſpatronatus in aliam perſonam. *ead.* autem *queſt. 1. artic. 10. numer. 6.* docet requiri conſenſum Epiſcopi in donatione iuriſpatronatus facta ab Eccleſia, aut alio pio loco alteri Eccleſiæ, ſeu loco pio, non quòd recipiens non ſit capax huius iuris, ſed propter alienationem eiuſdem, quam facit donans. ſicut *artic. 12.* ferè per tot. latè comprobat Epiſcopi conſenſum non requiri in donatione iuriſpatronatus, quam patronus laicus facit laico compatrono, quia vim potiùs habet remiſſionis ad fauorem Eccleſiæ, præcipuè per text. *in cap. ex inſinuatione, de iurepatronat.* cuius intellectum *ibid.* fuſiùs examinat. Quòd ſi fiat à laico patrono donatio, ſeu alia translatio iuriſpatronatus in clericum iure proprio, tunc paritèr neceſſarius erit conſenſus Epiſcopi, non vt eum capacem faciat talis iuris, ſed vt capaces fiant eius heredes; vt poſt alios ſentit Lambertin. *d. queſt. 1. artic. 10. numer. 5.* & apertiùs, ac fuſiùs *ead. queſt. 1. artic. 13. numer. 1.* latè tractans *numer. 2. & 3.* an in dubio translatio, ſeu donatio iuriſpatronatus in clericum beneficiatum facta ſine conſenſu Epiſcopi cenſeatur facta intuitu Eccleſiæ, vel perſonæ, & concludens, quòd potiùs intuitu Eccleſiæ vt actus ſuſtineatur, ne pereat, iuxta *l. quoties, ff. de reb. dub. & cap. Abbate, de verb. ſignific.* idque niſi aliud ex circumſtantiis, aliſve coniecturis appareat. Præterea ſpecialiter quatenus ad donationem pertinet, an committatur ſimonia, ſi aliquid temporale detur donanti iuſpatronatus, latè tradit idem Lambertin. *d. part. 2. queſt. 4. art. 3. artic.* autem 4. an, & quando valeat conditio apposita in donatione iuriſpatronatus, quòd donatarij teneantur præſentare ad voluntatem alterius etiam Epiſcopi: *artic. 5.* docet, quòd iuſpatronatus pluribus donatum; aut legatum, aliquibus repudiantibus, aliis accreſcat: *artic. 6.* quòd donatis omnibus iuribus non intelligitur donatum iuſpatronatus, niſi conſenſus Epiſcopi interueniat: ac denique *artic. 7.* tradit formulam conficiendi inſtrumentum donationis iuriſpatronatus, ſiue ea donatio clericis fiat, ſiue laicis. Ad hunc autem modum tranſlationis iuriſpatronatus in alium, ſeu mutationis huius qualitatis iuriſpatronatus quoad perſonam, reducitur legatum, quod eſt quædam donatio teſtamento relicta, vt ait I.C. *in l. legatum eſt, ff. de legat. 2.* vel, vt definit Imperator *§. 1. Inſtit. de legat.* eſt donatio quædam à defuncto relicta, ab herede præſtanda. Vt igitur aliquid de eo dicamus, legatum iuriſpatronatus à patrono factum Eccleſiæ ſeu pio loco, vel laico † valet; ſed ſi laico 214.
ſit, requiritur Epiſcopi conſenſus, non autem ſi fiat Eccleſiæ, vel pio loco: ita Lambertin. vtrumque ſatis comprobans *d. part. 2. queſt. 6. artic. 1. & 2.* ex adductis etiam per ipſum *ead. part. 2. queſt. 1. artic. 2. numer. 4.* prædicta verò *queſt. 6. artic. 3.* docet poſt alios legata à patrono Eccleſia vnire iuſpatronatus, quod in ea habet; ſe tamen remittens ad ea, quæ *d. queſt. 1. artic. 9.* latiùs tradidit multos caſus conſtituens quid conceſſum, legatum, vel aliter translatum cenſeatur quando conceditur, legatur, vel quocumque modo transfertur in alium Eccleſia per patronum cum Epiſcopi conſenſu, de qua re aliquid tractat *eod. tract. de iurepatronat. lib. 3. queſt. 6. artic. 3. & 5.* ac nos quoque breuiter agemus infr. hac ipſa quæſt. *concluſ. 15. ac 15.* Interim ad quartum, & poſtremum modum ex ſuperiùs propoſitis transferendi iuſpatronatus veniamus. Igitur
215. quoad venditionem iuriſpatronatus, † licet de eo per ſe fieri non poſſit, vt probat text. *in cap. quia clerici, & cap. de iure vero, de iurepatr.* & tradunt *ibi* communiter Doct. ac pluribus relatis docet Lambertin. *d. part. 2. queſt. 5. artic. 1.* vbi, & *art. 11. numer. 3.* extendit, etiamſi cum aliquibus venderetur, quæ non ſeparent veram vniuerſitatem; quódque venditio nulla eſt: ſubdens *artic. 2.* quòd emens debet eo ſpoliari *d. cap. quia clerici*; niſi emens ſit Eccleſia, vt docet *artic. 4.* quoniam, & tunc, & quoties venditur, ac per ſe iuſpatronatus, ſeu non cum vniuerſitate, Eccleſia ſit libera, vt idemmet ſatis oſtendit *artic. 3.* tradens poſtmodum *artic. 5. & 6.* quid faciendum de pretio dato ſiue alius, ſiue Eccleſia ipſa iuſpatronatus emerit. Quamuis etiam non poſſit de
216. per ſe iuſpatronatus † cedi creditoribus, vt fusè comprobat *artic. 7.* eſt enim quid inæſtimabile, ſicut & fructus eius; vnde nec tranſit cum re pignorata, vt idem docet *artic. 8.* neque ex eo quis dicitur locupletior, vt ipſemet oſtendit *art. 9.* inde inferens *artic. 10.* quòd † etiam fructus iuriſ-
217. patronatus, hoc eſt, præſentatio, & honor proceſſionis, & ius alimentorum patrono competens vendi non poſſit, licèt ipſa alimenta is attendare, ſeu locare valeat. Quamuis denique merè ſpiritualia †
218. vendi non poſſunt per ſe, nec cum vniuerſitate, vt idem probat *art. 11. num. 1. 4. & 5.* Tamen iuſpatronatus † vendi cum vniuerſitate poteſt; vt patet ex
219. text. *in cap. cùm ſæculum, de iurepatr.* idque Doct. adnotarunt *ibi*, necnon *in cap. ex litteris, & d. cap. de*

Digitized by Google

iure verò , eod. tit. ac plerique tradiderunt , quos refert , ac sequitur Lambertin. *d. artic.* 11. *num.* 3. inter vniuersitates ponens villam , castrum , & comitatum , & latiùs *artic.* 15. ferè per tot. *artic.* autem 13. secus esse ostendit de venditione omnium iurium , quæ quis habet in aliqua villa , vel castro non suo. quid verò dicendum sit, cùm patronus vendit omnia bona sua , latè disputat *art.* 14. & quid , si plures nobiles simul possident castrum iure hereditario , in quo sit iuspatronatus , & ex consuetudine præscripta , vel alia constitutione apposita initio fundationis senior de illa familia , vel patronorum præsentabat , & senior modò vendidit partem suam illius castri , quis præsentabit , venditor, vel emptor , aut mortuo vendente , eius filius , vel senior remanentium patronorum: & an iuspatronatus sicut transit cum tota vniuersitate , ita cum parte vniuersitatis, idémet tractat *art.* 16. *art.* verò 17. quid , si aliquis vendidit fundum , in quo extat Ecclesia , & iuspatronatus ipsius , an transeat in emptorem cum venditione fundi, sicut cum castro, aut villa venditis. & quid vendito palatio , in quo est Capella, *art.* 18. quid autem venditis honorantiis, an transeat iuspatronatus in emptorem, *art.* 19. Vendita verò vniuersitate temporalium , in qua est iuspatronatus , an hoc etiam transeat in emptorem , † si addatur , & iuspatronatus , vel , cum iurepatronatus, fusè tradit *art.* 20. de quo etiam videndi sunt Doct. relati à Sanchez *lib.* 2. *summæ* , seu *oper. moral. cap.* 19. *num.* 12. *&* 13. subdit autem Lambert. *art.* 21. quo casu venditio censetur simoniaca respectu iurispatronatus expressè deducti principaliter in venditione , tenere venditionem respectu vniuersitatis, & aliorum in eo contentorum *art.* 22. quòd tunc † venditor debet priuari iurepatronatus per sententiam. ac denique *art.* 23. *eóque vlt.* quòd euicto iurepatronatus emptor potest agere de euictione pro tota vniuersitate , seu hereditate , non autem specialiter pro iurepatronatus. Portò in casibus, in quibus titulo venditionis transfertur iuspatronatus in aliam personam etiam laicam , † non requiritur consensus Episcopi , vt colligitur ex *d. cap. cùm seculum* , *de iurepatronat.* traduntque Doctor. omnes *ibi* , *&* *d. cap. ex litteris* , vt testatur nonnullos referens , ac probans Lambertin. *d. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 1. *numer.* 1. *cum seq. & artic.* 2. *numer. unic. circa initium.* & quoniam venditioni affinis est infeudatio , locatio ad longum tempus , & emphyteusis , per quam transfertur vtile dominium , vt cuique notissimum est , & quoad hoc constat ex adductis à Lambertin. *d. part.* 2. *quæst.* 7. *artic.* 1. *& quæst.* 8. *artic.* 2. sæpissimè , ideo si quis scire cupiat , † an , & quando possit patronus in feudum dare iuspatronatus, consulat eundem Lambertin. *d. part.* 2. *quæst.* 7. passim, & de locatione ad longum , vel breue tempus , *quæst.* 8. *artic.* 1. *cum duobus seqq.* de emphyteusi , *eod. quæst.* 8. *artic.* 4. De obligatione autem , ac pignoratione , † an sub ea cadat iuspatronatus ita , vt transeat in creditorem , idemmet *d. part.* 2. *quæst.* 5. *artic.* 7. *cum seq.* necnon *quæst.* 9. *artic.* 1. *&* 2. & an in sequestrem , aut depositarium , *art.* 3. *cum seq.* An verò transeat in † maritum cum dote data ab vxore patrona saltem cum diœcesani consensu , *quæst.* 10. *artic.* 1. *&* 2. & an cum vsufructu omnium bonorum etiam sine tali consensu , *eod. quæst.* 10. *art.* 3.

220. 221. 222. 223. 224. 225.

226. Quòd , si petas , † cuius Episcopi , seu diœcesani consensus requiratur in venditione , donatione , aliáve translatione iurispatronatus in aliam personam , seu Ecclesiam , an loci Ecclesiæ patronatæ , an verò patroni transferentis , vel eius, cui transfertur. respondeo cum Lambertin. *lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 14. requiri consensum illius Episcopi , in cuius diœcesi sita est Ecclesia patronata ; qui id ibi ex communi sententia tenè resoluit : sicut etiam *eod. lib.* 1. *part.* 1. *quæst. artic.* 8. idipsum latè docuerat in casu fundationis seu constructionis Ecclesiæ. Per diœcesanum autem , seu Episcopum in hoc casu translationis intelligitur etiam inferior Prælatus habens iura Episcopalia , vt idem comprobat *d. quæst.* 1. *artic.* ex iis etiam , quæ ipsemet tradiderat *d. quæst. artic.* 14. de consensu Episcopi in creatione iurispatronatus. An verò in huiusmodi translationibus iurispatronatus in aliam personam requiratur consensus Capituli , dicemus *quæst.* 7. *concl. vltim.* Nunc autem prius , quàm ad reliquas huius quæst. conclusiones transeamus , quæ illi præsenti conclusioni limitationes adhibendæ sunt quas *cap. precedent. quæst.* 5. adhibuimus conclusioni 5. quoad derogationem qualitatum beneficij in eius fundatione appositarum per *ibid.* adducta quæ æquè militant in mutatione status Ecclesiæ ac beneficij , de qua nunc agimus. Quarum prima est , vt non procedat conclusio † vbi beneficij , vel successori suo cum Ordinarij consensu fundator hanc mutandi facultatem reseruauerit. alias , vbi status ille principaliter concerneret fundatorem ipsius heredis , ac successoris , non autem Ecclesiæ , aut alterius.

227.

TERTIA NUNC CONCLVSIO sit. Executor testamentarius , aut aliàs deputatus à fundatore Ecclesiæ , vel beneficij † regulariter non potest statum mutare nequit. Hæc conclusio probatur ex iis , quibus sup. *cap.* 5. *quæst.* 1. *conclus.* 6. diximus , executorem præcipuè à testatore deputatum pro executione suæ vltimæ voluntatis regulariter eum mutare non posse : potissimùm eo , quòd ad eius munus spectat eam vltimam voluntatem exequi , *cap. tua nobis , & cap. Iohannes , de testam. & cap. Religiosus , §. vltim. eod. tit. in* 6. cum suis concord. quódque in terminis , executorem à defuncto deputatum non posse eius voluntatem commutare , inter ceteros tradiderunt Natt. *consil.* 7. seu 213. Card. Mantic. *lib.* 3. *de coniect. vltim. volunt. tit.* 3. *numer.* 8. & Molin. *de iust. & iur. tract.* 2. *disput.* 249. *in princ.* per text. qui ad id optimus est , *in d. cap. tua nobis , de testam.*

228.

Limitatur autem hæc conclusio , vt executor huiusmodi possit prædictum statum Ecclesiæ , vel beneficij mutare , si talem facultatem fundator eidem executori cum Ordinarij consensu reseruauit ; vt suaderi potest tum ex simili limitatione præcedent. conclus. de herede , aut successore ipsius fundatoris : tum ex iis , quibus *d. conclus.* 6. docuimus , executorem à defuncto deputatum posse eius voluntatem commutare , si ad id ab eo habuit potestatem ; vt inter ceteros sentit Marian. Soc. *tractat. de oblat. libell.* 19. *numer.* 21. & Bertach. *tract. de Episc. lib.* 4. *part.* 2. *numer.* 79.

QVARTA CONCLVSIO. Beneficiatus, aut Rector Ecclesiæ , aliúsve , ad cuius fauorem principaliter creatus est status Ecclesiæ , vel beneficij , non potest illum statum mutare , seu eius mutationi consentire : secus si ille status principaliter , aut æquè principaliter alterius , vel Ecclesiæ fauorem concernit. Prior pars conclusionis probatur tum ex iuribus, in quibus habetur , quemlibet posse renuntiare iuri suo , seu fauori pro se principaliter intro-

229.

introducto, *l. pactum, ff. de pact. & l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* cum ſuis concord. tum ex aliis, quib. ſup. *d. cap. 5. quæſt. 1. concluſ. 7.* generaliter oſtendimus, eum, ad cuius fauorem diſpoſitio aliqua ſiue inter viuos, ſiue cauſa mortis emanauit, poſſe illam commutare, ſeu eius commutationi conſentire: vbi id extendimus, licèt ea diſpoſitio ſit iurata. Atque hæc prior pars concluſ. confirmatur etiam ex omnibus caſibus, in quibus ſup. hac ipſa quæſt. *concluſ. 1. & 2.* oſtendimus, poſſe fundatorem Eccleſiæ, ſeu patronum, eiúſve heredem ſtatum Eccleſiæ mutare ſiue per ſe, ſiue conſentiendo mutationi à ſuperiore Eccleſiaſtico faciendæ: in iis enim caſibus id euenit, quia ſtatus ille principaliter creatus eſt, ſeu inſtitutus ad fauorem prædicti fundatoris, eiúſve heredis; quod & ſatis conſtat ex iis, quæ *d. concluſ. 1. & 2.* adduximus. facit etiam *cap. inter dilectos, de donat.* vbi habetur, poſſe hoſpitalarios in præiudicium ſuum ſe, & domum ſuam alteri religioſæ domui ſubiicere, ac donare. facit quoque *cap. cùm dilectus, de his, quæ vi, metúſve cau. fi. & cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat.* cum aliis, quibus inf. hoc ipſo cap. *quæſt. præſenti, concluſ. 13. & quæſt. 7.* oſtendemus, Epiſcopum, aliúmve ſuperiorem Eccleſiaſticum poſſe cum eorum, quorum intereſt, conſenſu vnire, ſubiicere, aut alia ratione in pleriſque caſibus ſtatum Eccleſiæ, vel beneficij mutare. Poſterior pars quoad Eccleſiam, aliámve publicam cauſam, & vtilitatem, probatur, quia iuri ob publicum fauorem introducto pactis priuatorum derogari non poteſt, *l. ius publicum, ff. de pact. & cap. ſi diligenti, de for. compet.* cum ſimil. Quoad tertium, vel etiam ſucceſſores ex eo probatur, quòd non poteſt quis, maximè rector Eccleſiæ, aut beneficij nouum onus perpetuum illi imponere etiam cum Ordinarij conſenſu, *cap. veniens, de tranſact. cap. niſi eſſent, de præbend.* cum aliis ad id allegat. *cap. præced. quæſt. 5. concluſ. 4.* vbi etiam alia quædam adduximus, vnde præſens huius concluſ. pars poteſt confirmari; præſertim ex Azor. *Inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 24. quæſt. 6. 7. & 8.*

QVINTA CONCLVSIO. Per conſuetu-
230. dinem, ſiue præſcriptionem † mutari poteſt ſtatus beneficij, ſeu Eccleſiæ. Probatur primò, quia ita de ſtatu ſæcularitatis, ac regularitatis, vt vnus in alterum per conſuetudinem, ſeu præſcriptionem mutari poſſit, præter Doctor. *in cap. cùm de beneficio, de præb. in 6. & Clem. vnic. de ſuppl. neglig. prælat.* apertè poſt alios ſenſerunt Lambertin. *tract. de iurepatronat. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 21. num. 1. & 6.* necnon *art. 22.* per tot. Petr. Rebuff. *in Prax. benef. part. 1. tit. regular. benef. multipl. num. 1.* Alph. Hoied. *tract. de benef. incompat. part. 1. in præfat. num. 6. & cap. 24. numer. 92.* Petr. Gregor. Tholoſ. *lib. 1. tit. 27. cap. 2. numer. 3.* Maſcard. *de probat. concluſ. 172.* paſſim, Gonzal. *ad reg. 8. Cunc. gloſ. 7. à numer. 8. vſque ad 37. & gloſ. 8. numer. 31.* cum aliquot ſequentibus, ac nouiſſimè Garz. *tract. de benef. part. 7. cap. 10. numer. 1. & 34. cum ſeq.* qui omnes regulariter ad hanc mutationem ſtatus omnino, ac dumtaxat requirunt ſpatium quadraginta annorum, per text. *in d. cap. cùm de beneficio*, iuncta gloſ. recepta *verbo, legitima, & verbo, iuxta modum*, quæ in id allegat text. *in cap. vlt. de conſuet. cap. cùm Eccleſia, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & cap. de quarta, de præſcript.* quòd, ſi lapſum ſit huiuſmodi ſpatium, tunc nil refert, an duo, vel vnus tantùm eo tempore inſtitutus beneficium gubernarit; & an antè, vel pòſt perſonæ contrariæ qualitatis in eo miniſtrauerint; vt patet ex text. *ibi*; tanto tempore ab vno, vel pluribus ſæcularibus clericis inſtitutis in eo rectoribus extitit continuè, ac pacificè gubernatum, vt præſcriptio legitima ſit completa; etiamſi antè, vel pòſt religioſi quandoque miniſtrauerint in eodem: iunctis iis verbis, prioratu, qui per religioſos iuxta modum præmiſſum eſt ſolitus gubernari. Et quidem ad mutationem ſtatus requiretur tale ſpatium quadraginta annorum, vbi conſtat de anteriori ſtatu ſiue ſæculari, ſiue regulari; Hoied. *d. num. 92. ad fin.* necnon plerique relati à Maſcard. *vbi ſup. numer. 14.* qui licèt *numer. 15. & 16.* in contrarium arguat quoad præſcribendum contra regularem ſtatum: in priorem tamen ſententiam inclinat, quam latè tuetur contraria diſſoluens Gonzal. *d. gloſ. 7. à num. 16. vſque ad 36.* & indiſtinctè quoad vtrumque ſtatum, & poſt multas Rot. Rom. deciſiones docet Garz. *d. numer. 34. & ſeq.* præcipuè ex vna Bracharenſi coram Pamphilio: in qua etiam dictum
231. eſt, † in hac poſſeſſione quadragenaria non eſſe habendam rationem prouiſionum Apoſtolicarum, & temporis illarum, quia non mutant ſtatum, ex Achill. *deciſ. vlt. de iurepatronat.* niſi appareat, eas eſſe factas animo mutandi ſtatum illum beneficij.
232. quod quidem eſt vnum ex requiſitis † ad hoc, vt ſtatus beneficij mutetur; prout poſt alios tradit quoque Hoied. *d. numer. 92. verſ. tertium requiſitum*, & Gonzal. *d. gloſ. 8. numer. 37.* ac præterea requiritur tum inſtitutio, vt alios ſecuti docent Hoied. *eod. numer. 92. verſ. primum eſt*, & Gonzal. *d. gloſ. 8. numer. 33. cum ſeq.* per text. *d. cap. cùm de beneficio*, ibi, inſtitutis: tum etiam bona fides; ſecus ſi ea deſit, quia facta fuerit prouiſio contra præceptum Papæ, ita multis relatis Hoied. *d. numer. 92. verſ. ſecundum, quod requiritur*, Gonzal. *d. gloſ. 8. numer. 35. cum ſeq.* & Garz. *d. cap. 10. numer. 36.* vbi etiam idem poſt alios docet, ſtante priuilegio, vel prouiſione Papæ cum decreto irritante: & hoc vtrumque requiſitum ponit etiam Tholoſ. *d. cap. 2. num. 3. in gloſ.* poſt Rebuff. *in concordat. Gall. tit. de collationib. §. volumus, ad verbum, regularia.* Quòd ſi non conſtet de contraria præſcriptione completa, vel
233. fundatione, † tunc ſufficient decem anni ad præſcribendam ſæcularitatem. ſic accipienda eſt *deciſ. 2. Rot. de præb. in nou.* per quam poſt alios ita tenet Gonzal. *d. gloſ. 7. numer. 24.* & ſentiunt relati à Maſcard. *d. concluſ. 172. num. 2.* & probant adducta per eum *ibi*, & Gonzal. *numer. 9. vſque ad 14.* contraria verò per eum allata *numer. 16. vque ad 21. & numer. 25. vſque ad 35.* & Maſcard. *d. concluſ. 172. num. 3. cum tribus ſeqq.* ſolùm concludunt, vbi ante decennalem præſcriptionem conſtaret de contrario ſtatu per completam præſcriptionem quadragenariam: quo caſu Hoied. *d. numer. 92. ad fin.*
234. vult, † ſufficere vltimum ſtatum, ad id aliquos allegans: qui tamen accipiendi ſunt, vel certè verum dicunt tunc demum, cùm dubius eſt ſtatus ſæcularitatis, vel regularitatis; prout eos intelligit alios quoque adducens Gonzal. *d. gloſ. 7. num. 23.* & intelligendi ſunt alij probati à Maſcard. *ſup. numer. 8.* & quotquot abſolutè dixerunt, in beneficialibus vltimum ſtatum attendendum eſſe. quod tamen rectè limitant aliqui relati ab eo *num. 9. & duobus ſeqq.* vt non procedat, cùm Papa mandat alicui prouideri de beneficio conſueto gubernari per clericos ſæculares, vel per regulares; quicquid ipſe poſt alios voluerit, & probare contendat *num. 12. & 13.* ex eo, quòd conſuetum dicatur de vna vice; & quia tantummodo inſpicitur ſtatus poſſeſſionis. nam vtroque in ceteris caſibus, ac regulariter admiſſo, in hoc contrarium dicendum eſt per text. expreſſum *in d. cap. cùm de*

beneficio, & *ibi* glos. recepta *verbo legitima*, & *verbo, iuxta modum*, prout eam superiùs ponderauimus circa initium huius concluſ. text. enim ante verba *ibid.* relata, hæc habet, cùm de beneficio Eccleſiaſtico conſueto clericis ſæcularibus aſſignari, prouideri mandatur, de illo debet intelligi, quod tanto tempore, &c. Admittendum verò eſt tum id, quod ipſemet poſt alios docet *numer.* 17. *cum ſeq.* quòd, ſi Capellæ fuerint fundatæ in monaſterio, vel Eccleſia
235. regularium, † præſumentur regulares, niſi probarentur teneri ſolitæ per ſæculares; atque adeò, ſi quis eas impetrat, debet in bulla adiici illa clauſula, *non obſtantibus monaſterij ſtatutis*: tum id, quod idem tradit *numer.* 19. quòd, ſi obiiceretur, ante, vel poſt ſæcularitatem beneficium fuiſſe regulare, tunc impetrans cogitur probare, medio tempore per quadraginta annos fuiſſe ſæculare, per text. *d. cap. cùm de beneficio*, ibi, etiamſi antè, vel pòſt religioſi quandoque miniſtrauerint in eodem. ex quibus verbis, iunctis præcedentibus apparet, tunc eam eſſe tutum: ex ſequentibus verò conſtat idem dicendum de impetrante beneficium tamquam regulare.

Secundò probatur concluſio, quia per conſuetu-
236. dinem, vel præſcriptionem quadragenariam † ſic poteſt mutari ſtatus beneficij, vt, qui in vna Eccleſia, vel Capella, aut altari ex fundatione tenetur celebrare, alibi celebret: ita poſt Abb. *conſil. 96. incip. Ieſus Chriſtus adſit, in 3. dub. vol. 2.* admittit Lambertin. *d. tract. de iurepatron. lib. 3. queſt. 6. art. 6. in princ. & numer. 2.* ſecus eſſe docens, vbi præſcriptio, ſeu conſuetudo non ſit quadragenaria, ſed minori temporis ſpatio inducta.

Tertiò probatur ex eo, quod de ſtatu manualitatis, vel perpetuitatis beneficij, vt is per conſuetudinem, vel præſcriptionem nonnumquam poſſit mutari, tradidimus *queſt. præced. concluſ. 4.* ab initio vſque ad medium: quod hîc repetere ſuperuacaneum eſt, neque aliquid addendum occurrit.

Quartò ex eo, quod de qualitate, ſeu ſtatu iuriſpatronatus, vt poſſit aliquando ſaltem imponi per præſcriptionem Eccleſiæ, ſeu beneficio illo carenti, adduximus *d. queſt. hanc præced. concluſ. 9. ante medium, & cap. præced. queſt. 5. concluſ. item 5.* & de libertate à iurepatronatus pariter per præſcriptionem acquirenda docuimus *d. queſt. hanc præced. concluſ. 9. poſt med. verſ. quartus eſt per non vſum.*

Quintò probatur ex eo, quod de qualitate, & ſtatu curæ animarum quoad obligationem per
237. ſeipſum deſeruiendi ei de iure annexam, quòd † mutari per conſuetudinem poſſit, tradidimus *queſt. præced. concluſ. 5. circa medium*, præſertim ex Nauar. *conſil. 21. numer. 4.* iuncto *numer. 7. de cler. non reſid.* iuxta impreſſ. Lugdunen. quod etiam in conſuetudine introducta ex cauſa vtili, vel neceſſaria ipſi Eccleſiæ, quòd quis beneficio curato non deſeruiat perſonaliter, ſed per Vicarium, poſt Ang. *in ſum. verbo, clericus*, §. 1. *numer. 7.* & Ioan. Selu. *tract. de benefic. part. 4. queſt. 2.* admittit Hoied. *tract. de benefic. incompatib. part. 1. cap. 17. numer. 22. in fi.* & alij tenent, quos refert Didac. Couar. *lib. 3. var. reſol. cap. 13. numer. 9. verſ. cæterùm in ſacerdotiis*; licèt ipſe *ibi* poſt alios indiſtinctè neget, ac latiùs probare contendat; pro qua ſententia ſtare quoque videntur plerique relati ab Hoied. *d. numer. 22.* ſed quicquid de hoc ſit, certè generaliter de qualitate, ſeu ſtatu obligationis reſidendi, ac per ſe deſeruiendi beneficio annexæ, quòd per conſuetudinem tolli poſſit; diximus *cap. præced. queſt. 4. concluſ. 5. ad fin.* præcipuè ex Nauarr. *conſil. 6.* aliàs 7. *de cleric. non reſid.* vt Capellanus alicuius Eccleſiæ, qui *ibi* tenetur ex fundatione reſidere perſonaliter, & choro intereſſe, ſi ex conſuetudine præſcripta ſimiles Capellani ibi id non præſtant, nec ipſe præſtare tenebitur: *& queſt. hanc præced. concluſ. 6. ſuppoſ. 4. ad fin. verſic. quartus caſus eſt*, præcipuè ex Gonzal. *ad reg. 8. ſanc. glos. 5. in princ. num. 107.* vbi tradit, † ſeruandam eſſe conſuetudinem legitimè 238.
introductam ſiue ſit in reſidendo, quamuis in fundatione non caueatur; ſiue in non reſidendo, licèt in fundatione contrarium caueatur; ex *glos. fin.* per eum text. *in cap. cùm omnes, de conſtit.* vbi Abb. & ceteri. Felin. *ibid. ante num. 33.* latè Selu. *de benefic. part. 4. queſt. 2.* Rimin. ſen. *conſil. 229. numer. 7. & 8. lib. 2.* Afflict. *deciſ. 289. numer. 11.* Nauar. *conſil. 6. numer. 1.* & per tot. *de cler. non reſid.* & ſic fuiſſe declaratum per ſacram Trident. Concil. Congregationem. qui quidem omnes loquuntur in ſecundo membro præfatæ doctrinæ à Gonzal. traditæ, vt nimirum obligatio reſidendi per conſuetudinem tolli poſſit à Canonicis, & portionariis Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ; quibus adde alios allegatos per Hoied. *d. cap. 17. numer. 4.* dum multis relatis per text. *d. cap. cùm omnes*, tradit, de jure communi valere conſuetudinem, quòd Canonici, & portionarij non teneantur ad reſidentiam, ſed recipiant fructus in abſentia. Idque procedit et-
iam † poſt Concil. Trident. in Eccleſiis collegia- 239.
tis non inſignibus; quicquid voluerit Hoied. *d. cap. 17. numer. 20.* quem ſequitur Garz. *tract. de benefic. part. 3. cap. 2. numer. 197.* in id etiam allegans Couar. hoc apertè tradentem *d. numer. 9. verſic. illud verò piè*; per ea verba Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.* præterea obtinentibus in eiſdem Cathedralibus, aut Collegiatis, dignitates, Canonicatus, præbendas, aut portiones, non liceat vigore cuiuſlibet ſtatuti, aut conſuetudinis vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe: manifeſtè enim Concil. Trident. *ibi* intelligit ſolùm de Cathedralibus, vel Collegiatis inſignibus, de quib. *in verſ. ſtatim præced.* locutum fuerat; dictio enim, *eiſdem*, repetit qualitatem mox expreſſam, *l. 2. in princ.* iuncta glos. *verbo, ſed idem*, vbi Alex. Soc. & alij, *ff. ſi cert. petat.* Roc. Rom. *deciſ. 115. numer. 13. part. 1. diuerſ.* poſt Cravett. plura allegantem *conſil. 85. num. 4. & conſ. 98. num. 8.* præterquam quòd, cùm ibi Concilium neque damnet conſuetudinem hanc, neque expreſsè futuram tollat, ſaltem poſt ipſum Concilium quadragenaria conſuetudo hac in re admittenda eſt quoad abſentiam aliquorum cum cauſa, & modò non deſint in Eccleſia neceſſarij miniſtri; aliàs requiretur immemorabilis conſuetudo etiam in non inſignibus; niſi tenues admodum reditus ſint; prout latiùs nos deduximus *in tract. de diſtribut. quotid. part. 2. queſt. 12. numer. 32. vſque ad 36.* & iuxta hoc intelligenda ſunt, & procedunt, quæ latè adducit Garz. *à d. numer. 197. vſque ad 212.* ad probandum, per Concil. Trident. *d. cap. 12. verſ. præterea obtinentibus*, ſublatam eſſe immemorabilem conſuetudinem non reſidendi in Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis, etiamſi ſuper ea adeſſet ſententia, quæ etiam tranſierit in rem iudicatam. Quoad primum autem membrum præfatæ doctrinæ Gonzal. *d. numer. 107.* quòd conſuetudo imponere poſſit obligationem reſidendi beneficio eam non habenti; illud quoque tenet Hoied. *d. cap. 17. numer. 23.* dum poſt Innoc. *in cap. clericos, de cler. non reſid.* relatum, & laudatum à Sylueſt. *in ſum. verbo, reſidentia*, tradit, beneficia illa requirere reſidentiam, quæ ex conſuetudine eam habent, ſubdens ita declaratum eſſe in Conc. Trident.

ſeſſ. 6. cap. 2. de reform. iis nimirum verbis; Epiſcopis inferiores quæuis beneficia Eccleſiaſtica perſonalem reſidentiam de iure, ſiue conſuetudine exigentia in titulum, ſiue commendam obtinentes; iunctis iis, reſidere cogantur, &c. ac de hoc non eſſe dubitandum. Quoad reliqua verò beneficia ſimplicia, ſeu non curata, extra Eccleſias Cathedrales, vel Collegiatas, licèt ea † de iure perſo- 240.
nalem reſidentiam regulariter requirant; prout ex pleriſque iuribus, ac Doctoribus cum communi tradit, ſatisque probat Hoied. *d. cap. 17. num. 24.* opt. verò ad id text. eſt *in cap. quia nonnulli, cap. conquerente, & cap. ex ſua, de cler. non reſid.* necnon *cap. quia in tantum, & cap. adhac, de prab.* tamen con- 241.
trarium induci poteſt † non modò ſtatuto, aut priuilegio, vt poſt Capr. *reg. 90. numer. 109.* docet Hoied. *d. numer. 24. in fi.* vel ex fundatione, prout ſæpe fieri videmus, & expreſsè ſentit poſt alios Gonzal. *d. gloſ. 5. in princ. a numer. 75. vſque ad 107.* præſertim *d. numer. 75. 76. 84. 89. & 97.* ſatisque colligitur ex adductis à Lambertin. *d. tract. de iure patronat. lib. 1. part. 2. quæſt. 9. artic. 1.* paſſim, *& lib. 2. part. 1. queſt. 7. artic. 15. numer. 9. cum ſeq.* verùm etiam per conſuetudinem, vt poſt Capr. *eod. numer. 109.* tradit Hoied. *d. numer. 24. in fi.* & latiùs *numer. 26.* vbi, cùm multos retuliſſet tenentes, hanc conſuetudinem valere, ac pro contraria Archid. *in cap. ſacerdotibus, 31. diſt.* & Ioan. de Lign. *d. cap. cùm omnes*, volentes, non valere talem conſuetudinem, etiamſi beneficiatus per alium faciat 242.
deſeruire beneficio; ipſe dicendum eſſe ait, † quòd, quando prædicta conſuetudo habet, quòd quis non teneatur deſeruire perſonaliter, ſed poſſit per Vicarium, tunc valet conſuetudo; & ita procedit text. iuncta gloſ. *in cap. gratia, de reſcript. in 6. & in Clem. gratia, eod. tit.* Si verò præfata conſuetudo habet, quòd quis percipiat fructus beneficij in abſentia etiam non deſeruiendo per Vicarium; tunc, inquit, aut talis conſuetudo diſponit ſuper beneficiis non requirentibus reſidentiam perſonalem, (quia nimirum ea ſublata ſit per ſtatutum, priuilegium, vel primæuam fundationem, aut aliam conſuetudinem præcedentem, aliàs ſibiipſi aduerſaretur *in d. num. 24.* & valida eſt, prout notatur *in cap. cùm omnes, de conſtit.* nec, ſubdit, imputandum videtur, ſi in eis non deſeruiant ipſi beneficiarij per ſe, vel alium, ex quo reſidentiam non requirunt, & ita ſeruatur de conſuetudine: aut diſponit ſuper beneficiis reſidentiam requirentibus: & tunc, vel abſque iuſta cauſa, & non eſt valida conſuetudo tamquam irrationalis, & Eccleſiæ oneroſa, per id, quod habetur *in cap. 1. & vlt. de conſuet.* & notat Hoſt. *d. cap. cùm omnes*, & eſt communis ſententia, vt affirmat Capra *reg. 92. numer. 31.* vel præfata conſuetudo diſponit ex iuſta cauſa, & valet per ea quæ habentur *d. cap. cùm omnes*; & ſic procedit, quod voluerunt Alan. & Goffred. *in cap. quia nonnulli, de cler. non reſid.* & Capr. *d. regul. 92. numer. 32.* idque verum eſt, niſi Eccleſia pateretur defectum in miniſtris; tunc enim non valeret prædicta conſuetudo percipiendi fructus in abſentia ſine Vicarij conſtitutione, argum. eorum, quæ habentur *in cap. pen. de cler. non reſid.* & ita poterit procedere dictum Hoſt. *in d. cap. cùm omnes, de conſt. & cap. ex parte, de conceſſ. prab.* & Ioan. de Imol. *in cap. extirpanda, §. qui verò, de prab.* atque hoc tenet Capr. *vbi ſup. numer. 33.* Ego verò licèt reliqua admittam, maximè hoc poſtremum, quod etiam poſt alios tenet Couar. *d. numer. 9. in princ.* admittere non poſſum primum membrum poſterioris membri principalis huius diſtinctionis, quam facit Hoied. nimirum, quòd valida ſit conſuetudo diſponens, quòd quis in abſentia percipiat fructus beneficij non requirentis reſidentiam, etiam non deſeruiendo per Vicarium; loquendo de beneficiis ſimplicibus extra Eccleſias Cathedrales, vel Collegiatas, de quibus beneficiis & ipſe loquitur *d. numer. 16.* vtputa Capellaniis, clericatibus: idque tum ex eo, quòd conſuetudo oneroſa Eccleſiis, & irrationabilis non eſt admittenda, iuxta ea, quæ paulo antè ex ipſo Hoied. cum aliis diximus: tum quòd beneficium Eccleſiaſticum datur propter officium, vt dicitur *in cap. vlt. ad fin. princ. de reſcript. in 6.* & ratio diuinæ, ac naturalis legis dictat, † Eccleſiaſticos 243.
reditus non alia ratione, nec alio iure habentibus beneficia Eccleſiaſtica præſtari, quàm ſi & hi operas in miniſterio Eccleſiæ impenderint, quæ à canonibus indictæ, & inſtitutæ fuerint; id quod inquit Couar. *d. cap. 13. numer. 5. circa medium*, ante ſe alios diligentiùs, & doctiùs tradidiſſe: non poteſt autem conſuetudo iuri naturali derogare, *cap. flagitia, 32. quæſt. 7. & cap. vlt. de conſuet.* nam ius naturale immutabile eſt, *cap. ſunt quidam, 25. quæſt. 1. §. ſed naturalia, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Neque prædicta Hoied. doctrina probatur ex notat. *in d. cap. cùm omnes:* neque enim *ibi* Doctor. tradunt, in præmiſſis beneficiis, quibus maxime onus aliquod annexum eſt ex primæua fundatione, vigore conſuetudinis eximi ab eius oneris implemento ſaltem per alium. neque verum eſt, ea beneficia non requirere reſidentiam ſaltem per alium, huiuſmodi verò conſuetudo non reſidendi, ſeu deſeruiendi ſaltem per alium, ſicubi eſt, dicenda veriùs eſt in hac parte corruptela, cum iuri naturali repugnet, vt ait Rom. Pontifex *d. cap. vlt. de conſuet.* neque eam admittendam putat Couar. *d. numer. 9. in princ. & verſ. illud vero piè:* ad quod etiam eſt quædam declaratio ſacræ Congr. Concilij Trident. in id relata per Garz. *d. part. 3. cap. 2. numer. 198. verſ. ad octauam.* Quatenus verò Gonzal. *d. numer. 107.* præfatum primum memoratæ ſuæ doctrinæ membrum, quòd nimirum ſeruanda ſit conſuetudo legitimè introducta imponens obligationem reſidendi beneficio, quod eam ex fundatione non habebat, pro limitatione affert ad eam concluſionem, quam ſuperiùs *a numer. 74. ad 99.* firmauerat, Capellaniam, quam teſtator cum Ordinarij conſenſu ita fundauerat, vt Capellanus tot Miſſas celebret in hebdomada, non eſſe ſacerdotalem, ſeu non habere ordinem ſacerdotij annexum, neque ætatem ad eum aptam; (de qua concluſione nos latiùs egimus *cap. præced. quæſt. 4. concluſ. 6. ſuppoſ. 4.*) aperte vult, † valere huiuſmodi conſuetudinem, per quam talis ordo, vel 244.
ætas beneficio annectatur, cui aliàs neutrum eſſet annexum. id quod etiam quoad ordinem tradit gloſ. recepta *in cap. ſi eo tempore, verbo, ætatem, ad fin. de reſcript. in 6. cap. 1. in princ. verbo, tale, de fil. presbyt. & cap. ſi pro clericis, verbo, requirunt, de prab. eod. lib.* necnon *Clem. 2. §. 1. verbo, annexi, de at. & qualit. & ord. præfic.* ac ſuaderi poteſt ex Conc. Trident. *d. ſeſſ. 24. cap. 12. circa med. de reformat.* vbi poſtquam decreuit Concilium de certis ordinibus cuique Canonicatui Cathedralium annectendis, ita, vt dimidia ſaltem pars ſint Presbyteri, ceteri verò Diaconi, aut Subdiaconi: ſubdit ea verba; vbi verò conſuetudo laudabilior habet, vt plures, vel omnes ſint Presbyteri, omnino obſeruetur. & ſic ex his habemus ſextum caſum, in quo per conſuetudinem qualitas, ſeu ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij mutari poteſt, nimirum quoad annectendum certum ordinem, certámve ætatem beneficio, quem,

Digitized by Google

quámve illud prius non requirebat: vnde etiam simul habemus sextum huius noſtræ quintæ concluſionis fundamentum.

Septimum ſumitur ex eo, quod poſt alios tradit Rebuff. *in prax. benefic. part. 1. tit. de vnion. benefic. numer. 34. cum ſeq.* poſſe † vnam Eccleſiam præſcribere alteram támquam vbitam etiam per quadraginta annos; vbi tamen non ſolùm allegauerit vnionem, & probauerit quadragenariam poſſeſſionem, ſed probauerit titulum vnionis per eius exhibitionem, vel famam, aut notórium: aliàs requireretur immemorabilis, vel centenaria, ſicque concordat contrarias Doctor. hac in re ſententias. Octauum, ac poſtremum fundamentum ex eo deſumi poteſt, quòd † qualitas quoque, ſeu ſtatus præbendæ Theologàlis, Magiſtralis, ac Doctoralis mutari ita per conſuetudinem poteſt, vt quæ talis nón erat, talis per conſuetudinem fiat; prout de Magiſtralibus eſt gloſ. ab aliis approbata *in cap. cùm in Eccleſiâ, verbo, dictam conſuetudinem, de prab. in 6.* Couar. *pract. quæſt. cap. 36. numer. 4. verſ. ſimiliter, ſi beneficia*, & Æn. Falcon. *tract. de reſeruat. benefic. quæſt. 3. princ. numer. 22.* De Theologalibus, & Doctoralibus tradit Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 9. §. 2. numer. 15. & 16.* cui affine eſt, quod † de beneficiis patrimonialibus, quæ nimirum neceſſariò conferenda ſunt natis, incolis, vel originariis alicuius patriæ, ciuitatis, vel parochiæ, vt talia fieri per immemorabilem conſuetudinem poſſint, tradunt poſt alios Hoied. *d. tract. de incompatib. benefic. part. 1. cap. 24. cóque vltim. numer. 86. vſque ad 90.* Gonzal. *d. reg. 8. gloſ. 9. §. 1. numer. 3.* & Garz. *d. tract. de benefic. part. 7. cap. 9. num. 1. cum trib. ſeqq. & c. 15. n. 1. & 2.* vbi etiam generatim id tradit de beneficiis conferendis certo generi perſonarum.

241. 242. 243. 244. 245. 246. 247.

Iam verò quoniam hucuſque in hac 5. quæſtione eas concluſiones attulimus, quæ ad poteſtatem priuatarum perſonarum in mutando Eccleſiarum, vel beneficiorum ſtatu pertinent, ad reliquas concluſ. veniamus, quæ ad publicam hac in re auctoritatem, ac poteſtatem ſpectant, à Rom. Pontifice, vtpote ſupremum inter ſuperiores Eccleſiaſticos obtinente, omiſſo Principe ſæculari etiam ſupremo, & inferioribus temporalem, ac ſæcularem poteſtatem obtinentibus; quoniam certum eſt, hos negotia Eccleſiaſtica tractare, de iiſve diſponere non poſſe, *cap. bene quidem, 96. diſt. cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. cap. 2. de iudic. & cap. fin. de reb. Eccleſ. non alien.* cum ſuis concord. atque adeò nec mutare poterunt ſtatum Eccleſiæ, ac beneficij auctoritatiuè, ſed ſolùm prout ceteræ priuatæ perſonæ poſſunt in caſibus, quos in præcedentibus huius quæſt. concluſiónibus ſumus proſecuti. In ſtatim autem ſeq. concl. quæ, vt diximus, erit de Rom. Pontifice, poſtquam de ipſo, quod ad hanc rem attinet, egerimus, antequam ad Concilij generalis eadé in re facultatem deſcendamus, ſtatim ſubiiciemus caſus, in quibus ipſo iure huiuſmodi ſtatus mutatio

248. fit; quoniam Papa † per ſe leges condere poteſt, *cap. 1. de conſtit. ext. & in 6. cap. inter alia, §. 1. de ſent. excomm. & Extrauag. ad conditorem, de prab. in commun.* cum *inibi*, atque alibi ſæpe notat. per Doctor. Quod tamen ſine ipſo facere nequit Concilium etiam generale, *cap. 1. cap. regula veſtra, cap. multis denuò*, ac tota penè *diſt. 17.* necnón *in c. dudum, 3. quæſt. 6. & c. ſignificaſti, in princ. verſ. aiunt in Concilijs, de elect.* atque *inibi*, & alibi ſæpe adnotarunt Doctores, ſanctique Patres, ac Theologi id colligunt ex illis Chriſti Domini verbis Matth. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cælis*, &c. atque illis Ioan. 21. *Paſce agnos meos, paſce oues meas.*

SEXTA igitur CONCLVSIO ſit. Papa † 249.
regulariter poteſt mutare ſtatum Eccleſiarum, ac beneficiorum. Probatur primò, quia in beneficialibus, rebúſque Eccleſiarum, ac beneficiorum Papa habet ſupremam adminiſtrationem, *cap. omnes, 32. diſt. cap. 2. de prab. in 6. in princ. & Clem. 1. vt lit. pend. in fi.* cum notat. per Doctor. *ibi*, atque alibi ſæpe, maximè relatos ſup. *cap. 5. quæſt. 2. concluſ. 1. circa med. verſ. è contrario verò.* ac præcipuè per Hoied. *d. tract. de incompat. benefic. part. 1. num. 58.* Gabr. *commun. concluſ. lib. 3. tit. de iur. quæſ. non tollen. concluſ. 1. numer. 9. 10. & 13.* Menoch. *lib. 2. præſumpt. 10. numer. 18. cum duobus ſeqq.* Gonzal. *ad d. regul. 8. §. 1. proœm. numer. 31. vſque ad 38.* ac Peregrin. *tract. de inrib. & priuileg. fiſc. lib. 1. tit. 2. à numer. 1. ad 24.* Secundò probatur ex iis, quib. ſup. *cap. 5. quæſt. 4. concluſ. 1. & 2.* generatim oſtendimus, regulariter poſſe Rom. Pontificem commutare omnes vltimas voluntates ſaltem pias; cuiuſmodi, vt iam ſæpè oſtendimus, eſt mutatio ſtatus Eccleſiarum, vel beneficiorum, de qua nunc agimus. Tertiò hæc eadem concluſio probatur; quia, licèt regulariter mutatio ſtatus beneficij, & Eccleſiæ ſit à iure humano poſitiuo prohibita, vt latiùs oſtendimus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 5. concluſ. 3.* potiſſimùm ex Trident. Concil. *ſeſſ. 25. cap. 5. & 16. de reform.* Tamen Rom. Pontifex tamquam ſupremus Princeps Eccleſiaſticus non ligatur ſuis legibus, neque toto iure canonico, arg. *l. Princeps, ff. de legib. & l. digna vox, C. eod. tit.* & apertè conſtat ex *cap. propoſuit, in fi. de conceſſ. præben.* ibi; qui ſecundùm plenitudinẽ poteſtatis de iure poſſumus ſupra ius diſpenſare. Idque maximè, cùm & ipſe ſtatus, ſeu qualitas beneficij, ſicut & ipſum beneficium iure humano poſitiuo ſint introducta; vt ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concluſ. 1.* in tertio fundamento ex alibi per nos adductis docuimus, & quamuis Concilio generali, cùm contineat clauſulam derogatoriam ad futura reſcripta contraria, non cenſeatur derogatum etiam per clauſulam, *non obſtante quacumque lege*, aut, *non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus, vel ordinationibus Apoſtolicis in contrarium facientibus*; immo ſi ſit Concilium generale modernum, quale eſt Trid. etiam per clauſulam ſpecialem, *non obſtantibus decretis cuiuſcumque Concilij generalis*, non cenſeatur ei derogatum, vt poſt alios tradidimus ſup. *cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 2. circa initium.* Nihilominus ex *ibidem* adductis apparet, † poſſe Papam Conciliis generalibus dero- 250.
gare, antiquioribus quidem per prædictam clauſulam generalem, *non obſtantibus decretis cuiuſcumque Concilij generalis*, aut ſimilem; modernis verò, vt Tridentino, ſaltem per clauſulam derogatoriam indiuiduam talis Concilij. quinetiam, quòd in hoc poſtremo caſu ſufficiat derogatoria ſpecialis, ſentit Gonzal. ad *d. reg. 8. gloſ. 6. numer. 120.* immo in gratiis, & diſpoſitionibus manu Papæ ſignatis nulla derogatio Concil. Trident. requiritur; prout ex verbis eiuſdem Concil. *ſeſſ. 25. cap. 21. de reform.* necnon ex plúribus Doctor. & Rot. Rom. deciſion. ac motu proprio Pij V. tradit Garz. *tract. de benefic. part. 4. cap. 5. numer. 30.* & multis ſeqq. Tertiò probatur concluſio tum ex eo, quòd, cùm in pleriſque caſibus de iure poſſit huiuſmodi ſtatus Eccleſiæ, ſeu beneficij mutari à ſuperioribus Eccleſiaſticis, vt patet ex iis, quæ hoc ipſo cap. adduximus ſup. *d. quæſt. 1. concluſ. 3.* necnon *quæſt. 4.* paſſim; & infrà in ſequentibus de Concilio generali, Legato ſedis Apoſtolicæ, Epiſcopo, & aliis aſſeremus; in iis omnibus

bus multo magis id facere poterit Rom. Pontifex propter ſupremam poteſtatem, quam in beneficialibus, ac rebus Eccleſiaſticis eum habere paulo antè diximus: tum ex nonnullis peculiaribus caſibus, in quibus reperi à iuribus, vel Doctoribus expreſſam huiuſmodi mutationem faciendi in Rom. Pontifice poteſtatem. Et primò quidem occurrit caſus ille, quem ponit Rebuff. *in Praxi benefic. tit. de erect. in Eccleſ. Cathedral. ſecular. vel in al. ſtat. num.* 1. & 5. nimirum † erectio Eccleſiæ non Cathedralis in Cathedralem; quam etiam *ibidem* docet, non poſſe fieri, niſi à Papa, per text. *in cap.* 1. *ne ſed. vac. & cap. quòd translationem*, iuncta gloſ. *de offic. leg.* ad idem eſt text. *in cap. præcipimus*, quod eſt Gregorij, *&* §. *ſicut*, ſtatim ſeq. qui eſt Gratiani, 16. *quæſt.* 1. *Extrauag.* 1. Ioan. X X I I. quæ incipit, *ſedes Apoſtolica*, iuncta gloſ. *verbo, duximus diuidendas, & Extrauag.* 2. *eademque vlt.* iuncta gloſ. *verbo, Apoſtolica auctoritate diuiſarum, de conceſſ. præb.* pariter inter Extrauag. Ioan. X X I I. eum verò ſequuntur Ioan. Azor. *Inſtit. mor. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 29. *quæſt.* 25. *in princ. & lib.* 6. *cap.* 30. *quæſt.* 2. *&* 4. Nic. Garz. *d. tract. de benefic. part.* 12. *cap.* 5. *num.* 1. cuius erectionis, licèt ſub nomine diuiſionis Epiſcopatuum, ac diœceſum, mentio fit *in d. Extrauag.* 1. *&* 2. quoddam verò exemplum habetur *in Extrauag. mox citan.* Secundus caſus eſt † erectionis Eccleſiæ Cathedralis in Metropolitanam: de quo pariter Rebuff. *vbi ſup. num.* 3. 5. *&* 6. vbi etiam docet, ad ſolum Papam hoc ſpectare: ad quod eſt optimus text. *in cap.* 1. *de tranſlat. Epiſc.* vbi Innoc. I I I. ex eo, quòd iuxta canonica inſtituta maiores Eccleſiæ cauſæ ad ſedem Apoſtolicam ſunt perferendæ, inter alia deducit, ſuper ſedibus Cathedralibus nihil præter aſſenſum ſummi Apoſtolicæ ſedis Antiſtitis immutari debere. inſigne autem exemplum huius erectionis in Metropolitanam habemus *in Extrauag.* 1. quæ incipit, *Saluator noſter, de præben. in commun.* vbi Eccleſiam Tholoſonam, quæ antea ſimplex Cathedralis erat, Ioannes X X I I. diuidit in quinque diœceſes, & Eccleſias, ex quibus quatuor *inibi* erigit in Cathedrales: tum ipſam Tholoſanam Eccleſiam, ac diœceſim, quæ aliàs ſuffraganea erat Metropolitanæ Eccleſiæ Narbonen. ab illa eximit, & in Metropolitanam erigit, eidem ſubiiciens iure Metropolitico tam prædictas quatuor Cathedrales de nouo erectas, quàm aliam Cathedralem, quæ præfatæ Narbonen. erat Metropolitico iure ſubiecta. Tertius caſus eſt † mutationis Eccleſiæ Cathedralis in non Cathedralem, quem à Papa fieri poſſe in ſpecie adnotauit inter ceteros Azor. *d. cap.* 30. *quæſt.* 2. *circa initium.* Quartus caſus huius mutationis eſt, † cùm Eccleſia ſæcularis in regularem mutatur, vel regularis in ſæcularem: & vtrumque à Papa fieri poſſe adnotarunt inter ceteros Rebuff. *vbi ſup. numer.* 8. *cum trib. ſeqq.* & Ioan. Azor. *d. cap.* 30. *quæſt.* 2. & exemplum mutationis beneficiorum regularium in ſæcularia habemus in conſtit. Pij V. 119. aliàs 122. incip. *quemadmodum*, §. 9. vbi præmiſſa extinctione ordinis regularis Fratrum Humiliatorum; ſubdit; ceterùm intendentes & cultui diuino, & Eccleſiæ miniſtris quamprimùm proſpicere, omnes præpoſituras, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, quæ deinceps ſæcularia ſint, per priuationem prædictam apud ſedem Apoſtolicam vacantia, &c. Quintus eſt, † cùm Eccleſia non parochialis in parochialem, ſeu curatam erigitur; quod omnino fieri poteſt à Papa, vt inter alios apertè ſenſerunt Rebuff. *d. part.* 1. *tit. de erect. in curat. & parochial. præſertim num.* 1. *&* 10. Azor. *d. quæſt.* 2. & Garz. *d. cap.* 5. *numer.* 2. iuncto *numer.* 1. *&* 4. atque expreſsè docet Hoied. *d. tract. de benefic. incompatib. part.* 1. *cap.* 13. *numer.* 57. *in fi. &* 58. *in initio*, vbi etiam inſinuat, id poſſe facere ſine conſenſu ipſius beneficiati. Sextus, cùm Eccleſia parochialis mutatur in baptiſmalem; (neque enim omnis Eccleſia parochialis eo ipſo habet fontem bàptiſmalem, vt ſatis probat Petr. de Peruſ. *in tract. de mutat. ſtat. Eccleſ. in princ. ſub numer.* 1. & Mandoſ. *in prax. ſignat. grat. tit. de erectionib. verſ. per hanc erectionem, & ſeq.*) quòd autem erectio, ſeu mutatio Eccleſiæ parochialis in baptiſmalem fieri poſſit à Papa, tradit Mandoſ. *eod. tit. verſ. erectio non ſolet concedi, cum ſeq.* vbi ponit formulam ſupplicationis huiuſmodi erectionis. Septimus caſus eſt, † cùm Eccleſia non Collegiata mutatur, ſeu erigitur in Collegiatam; quod quidem à Papa fieri poſſe, expreſsè voluerunt Rebuff. *d. part.* 1. *tit. de erect. in Collegiatam, in princ.* Azor. *d. quæſt.* 2. & alij, quos refert, ac ſequitur Garz. *d. cap.* 5. *numer.* 4. Octauus caſus eſt, † qui ſumitur ex Bulla, ſeu conſtit. 55. Sixti V. iuxta poſtremam edit. & incipit, *religioſa*, §. 2. vbi nonnullis antiquis, & poſteriùs inſtitutis Eccleſiis aliquot alias addit; & extunc in titulos Presbyterorum Cardinalium cum honoribus, inſignibus, priuilegiis, auctoritatibus, & præeminentiis debitis, & conſuetis inſtar aliarum Eccleſiarum, quæ in ſimiles titulos per ſuos prædeceſſores antiquitus erectæ, & inſtitutæ fuerunt, ſine alicuius præiudicio perpetuò erigit, & inſtituit, ac titulorum nomine inſignit, ac decorat, & inter has, Eccleſiam S. Eleonuphrij in Ianiculo, mutato, inquiens, illius ſtatu ex Diaconia, quæ hactenus fuit, in titulum Presbyteralem. Nonus caſus habetur ex Lambertin. *d. tract. de iurepatronat. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 10. *artic.* 22. per tot. eſtque de mente tam ipſius *ead. quæſt.* 10. *artic.* 3. *&* 4. *circa initium*, quàm Ioan. Nicol. Delphin. *de iurepatronat. lib.* 1. *numer.* 112. *&* ſeq. vt nimirum poſſit Papa † citra fundationem, dotationem, & conſtructionem Eccleſiæ, hoc eſt, ex priuilegio concedere etiam laico iuſpatronatus eiuſdem, quamuis liberæ. quòd autem è contrario poſſit Papa Eccleſiam ſubiectam iuripatronatus liberam facere, tenet expreſsè idem Lambertin. *d. tract. lib.* 3. *quæſt.* 7. *art.* 6. *numer.* 1. vbi quæreus, an Papa poſſit in totum ſupprimere certum iuſpatronatus, & ſic patronum priuare illo ſine cauſa, & ex ſua libera voluntate: reſpondet, quòd, licèt non præſumatur id velle facere, niſi exprimat, quoniam hoc Epiſcopus facere nequit, vt voluit Caiet. *cap. fin. col.* 20. *ad fin. de elect. in* 6. (nóſque latiùs oſtendèmus inf. hac ipſa quæſt. *concluſ.* 13.) per regulam ab eod. Lambertin. traditam *eod. lib.* 3. *quæſt.* 5. *art.* 3. quòd † illud, quod non poteſt diſponere Epiſcopus in iurepatronatus, nec Papa intelligitur velle, niſi exprimat: ſicut nec Papa intelligitur in prouiſione derogare velle præſentationi à laico factæ, niſi id exprimat; vt ipſemet latè probauit *lib.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 9. *artic.* 3. & nos fuſiùs *cap. præced. quæſt.* 5. *concluſ.* 7. *ante medium*: tamen ſi vult, & exprimat, poteſt illud ſupprimere etiam ſine cauſa: & in hoc ſubdit *d. artic.* 6. non eſt dubium Papam id facere poſſe, per ea, quæ de eius potentia dixerat *d. lib.* 1. *part.* 3. *quæſt.* 9. *artic.* 2. & quia ſicut poteſt Eccleſiam liberam facere patronatam laici, ob eius potentiam, vt ait ſe dixiſſe *lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 10. *art.* 2. ita poteſt, & illud ſupprimere; maximè cùm hoc habeat patronus ex gratia, *cap.* 3. *de iurepatron.* cum aliis per eum adductis *d. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 4. Immo etiam *eod. art.* 6. addit, quòd per eundem

251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259.

Digitized by Google

dem text. *d. cap. 3.* plus diceret, Papam posse vniuersaliter tollere iuspatronatus, & reducere ad ius antiquum, quandò iuspatronatus non erat: nam in primitiua Ecclesia tale ius non competebat, & venit contra rigorem antiquorum canonum de gratia, vt ait se dixisse *d. artic. 4.* & Caiet. *d. cap. fin. col. 16. verf. quare, quid sit iuspatronatus:* &, si illud Papa sustinet, vt ait Pontifex *d. cap. 3.* potest illud non sustinere, quando non vult; vt ex natura illius verbi colligunt *ibi* Doctor. & quàm maximè hoc procedit propter magnam potestatem, quam habet Papa in beneficialibus, de qua per Fel. *in cap. quæ in Ecclesiarum, col. 14. verf. pro ista declaratione, & seq. de constit.* Nec obstat, (subdit Lambertin. *eod. artic. 6. numer. 2.*) quòd Papa dicatur id facere sine causa, quia in Principe, & sic in summo Pontifice semper in dubio præsumitur causa, dato, quòd non appareat; vt voluit Abb. *in cap. quanto, col. 4. verf. si tamen Papa, de iureiur. & cap. in causis, not. 2. de re iudic.* & Cyn. *in l. fin. C. si contr. ius, vel vtil. publ.* cum aliis allegat. per Felin. *d. cap. quæ in Ecclesiarum, col. 20. in 5. conclus.* præsertim cùm hoc iuspatronatus sit de iure positiuo, vt latè inquit se dixisse *d. quæst. 9. artic. 2.* & ita concludit tenendum, quia in hoc casu non est dubium, nam aliter dicere esset ponere os in cœlum. Hæc Lambertin. *d. artic. 6.* ex cuius dictis; (quicquid sit de hoc postremo, àn in Principe causa præsumatur in dubio, licèt non appareat, maximè verò in iis, quæ merè sunt de iure humano positiuo, de qua re nos latè sup. *cap. 6. quæst. 1. concluf. 3.* quod sanè faciliùs admittendum erit in supremo Principe Ecclesiastico, præsertim in rebus Ecclesiasticis:) certè ex vtraque doctrina, quam Lambertin. tradit *d. artic. 6.* & ipse quoque verissimam esse puto quoad hoc, vt possit Papa extinguere, siue certum, siue omne iuspatronatus: (an verò vtrumque possit sine causa, dicemus *quæst. seq. concluf. 1.*) duos casus elicio ad hanc concluf. pertinentes, nonum, & decimum, in quibus potest Papa mutare statum Ecclesiæ, seu beneficij quoad qualitatem iurispatronatus; nimirum, vt Ecclesiam iuripatronatus subiectam liberam facere possit tum specialiter respectu certæ Ecclesiæ, tum respectu omnium Ecclesiarum sic subiectarum, ipsum iuspatronatus tollendo ab illa, vel omnibus Ecclesiis. Quibus addi potest tum ille casus, quem retulimus *cap. præced. quæst. 4. concluf. 7.* nimirum de erectione præbendæ Theologalis, Magistralis, vel Doctoralis, ex priuilegio præsertim Pontificio: tum vnio Ecclesiarum, iuxta text. *in cap. 2. de relig. domib. & cap. 1. ne sed. vacant.* tum huiusmodi vnionis reuocatio, & dissolutio, de qua *d. cap. 1. & regul. 12.* nunc 13. *Canc.* id quod præter Doctor. *ibi* adnotarunt Rebuff. *in praxi benefic. tit. de vnion. reuoc. numer. 21. 22. & 29.* ac Petr. de Perus. *tract. de reuoc. vnion. cap. 4. quæst. 1.* Alij quoque casus, in quibus potest Papa mutare status Ecclesiarum, vel beneficiorum, colligi possent ex iis, quæ Rom. Pontifici ita reseruantur, vt nec eius Legato competant, relata per glos. *in cap. quòd translationem, de offic. leg.* sed quoniam aptior eorum casuum locus esse videtur vbi de Legato, quod ad hanc rem attinet, agendum erit, illorum explicationem .9. huius quæst. conclusioni, quæ de Legato erit, reseruamus.

Nunc verò, vt sup. polliciti sumus, antequam ad sequentem quæst. transeamus, casus illos hoc loco recenseamus, in quibus † ipso iure status Ecclesiæ; vel beneficij mutatur absque ministerio hominis eam mutationem facientis, quamuis fortè non nisi supposita, seu præcedente aliqua alia ipsius hominis actione. Inter quos primò nobis occurrit ille, qui circa qualitatem, seu statum † præbendæ Theologalis habetur in Concil. Trident. *sess. 5. c. 1. verf. in Ecclesiis autem, de reformat.* vbi decernitur, quòd in Metropolitanis, vel Cathedralibus, si ciuitas insignis, vel populosa; aç etiam in Collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido etiam nullius diœcesis, si ibi clerus numerosus fuerit; vbi nulla præbenda, aut præstimonium, seu stipendium pro lectoribus Theologiæ deputatum reperitur; præbenda quomodocumque, præterquam ex causa resignationis primò vacatura, cui aliud onus incompatibile iniunctum non sit, ad eam vsum ipso facto perpetuò constituta, & deputata intelligatur. nam ea simplex præbenda, quæ primò vacauit post Concilij confirmationem, seu publicationem in prædictis Ecclesiis, absque vlla etiam Episcopi declaratione mutata eo ipso est in Theologalem ipsomet iure Concilij absque hominis opera, vel ministerio hanc mutationem faciente; vt ex prædictis verbis Concilij apertè colligi videtur: nam verba, † ipso facto important latam sententiam, & excludunt necessitatem ministerij hominis disponentis, vt post alios tradit Felin. *in cap. Rodulphus, num. 33. de rescript.* Tiraq. *in repet. l. si vnquam, verbo, reuertatur, n. 142. cum duobus seqq. C. de reuoc. donat.* & Alphon. de Castr. *lib. 2. de potest. leg. pœnal. cap. 6. verf. primus, & certissimus modus,* ac nouissimè Aug. Barbos. *de dictionib. dict. 152.* vnde declaratum dicitur à sacra Congregat. eiusdem Concil. *ad d. cap. 1.* illud decretum locum habere etiam in Ecclesiis Collegiatis, quarum præbendæ sunt de iurepatronatus laicorum; quódque in hac præbenda primò vacatura post Concilium locum non habebit optio: addens tamen, quòd, si de ea, quæ primò vacauit, pro Theologo prouisum non fuit, relictum est Ordinarij decisioni hac de re iudicium: sicut & aliàs eadem sacra Congregatio fertur declarasse, hanc præbendam primò vacaturam non esse accipiendam de vacaturis in mense Apostolico, vel aliàs Apostolicæ sedi reseruatis. quam fortè ob causam hæc ipsa sacra Congregatio interrogata, vtrùm, cum præbenda, quæ primò post confirmationem Concilij vacauerit, ipso facto eiusdem Concil. decreto *in d. verf. in Ecclesiis autem,* pro lectore sacræ Scripturæ perpetuò constituta, & deputata intelligatur, si collata fuerit ad id munus inhabili, & qui per se explicare non valeat; sit valida talis collatio: dicitur respondisse, quòd Sanctissimus sentiens, hoc decretum Concilij esse conditionatum, & requiri priùs declarationem, & actualem deputationem Episcopi, vt illa præbenda sit Theologalis, dixit, valere collationem præbendæ, quæ primò post Concilium vacauit, factam personæ minùs idoneæ ad sacram Scripturam per seipsum interpretandam, si nondum illa præbenda actu fuit deputata, & erecta in Theologalem. Dicitur autem pariter eadem sacra Congregatio declarasse, quòd non est in optione Episcopi prædictam præbendam vacantem assignare pro Pœnitentiario, licèt ratione curæ animarum videatur magis necessarius; sed pro Theologo, propter verba huius Decreti, ipso facto: verùm, si magis expediens in aliquo loco particulari fuerit iudicatum, vt priùs de Pœnitentiario prouideatur; habendá est confirmatio in specie à sancta sede Apostolica ad omnem difficultatem tollendam, & quidem meritò: nam nō solùm in decreto de erigenda præbenda Pœnitentiali, seu pro Pœnitentiario, quod habetur in eodem Conc. *sess. 24 cap. 8. de refor.* non adsunt ea verba, ipso facto,

260.

261.

261.

facto, ſed & expreſsè *inibi* dicitur, quòd ab Epiſcopo inſtituatur Pœnitentiarius aliquis in Cathedralibus Eccleſiis cum vnione præbendæ proximè vacaturæ. Vnde, ſi ex inſtitutione, erectionéve præbendæ Theologalis vigore *prædicti cap. 1. Conc. Trident.* facienda conſtitui non poteſt hic primus caſus inter eos, quibus ab ipſo iure fit mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij; multò minùs conſtitui poterit ex inſtitutione, ſeu erectione præbendæ Pœnitentialis facienda vi præfati *cap.* 8. eiuſdem Concilij. Quare dubius admodum eſt hic primus caſus quoad hoc, vt per eum inducatur à iure ipſo mutatio ſtatus Eccleſiæ, ſeu beneficij; cùm potiùs videatur in eo exigi hominis miniſterium eum ſtatum mutantis; maximè propter cognitionem circumſtantiarũ adhibendam à ſuperiore. Cuiuſmodi ob eandem rationem, atque etiam ob verba dubia, an huiuſmodi hominis miniſterium exigant, ex adductis per nos *tract. de diſtribut. quot. part. 3. quæſt. 7.*

263. eſt † caſus ille, qui ſumi poſſe videbatur ex eod. Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 16. de reformat. verſic. in iis verò*, cuius verba retulimus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concl. 1.* in tertio fundamento prioris partis illius concluſ. potiſſimùm ibi; quòd, ſi id commodè fieri non poſſit, aut intra dictum terminum factũ nõ erit, cùm primùm per ceſſum, vel deceſſum Vicarij, ſeu Rectoris, aut quomodolibet alterum eorum vacauerit, beneficium curam animarum recipiat, & Vicariæ nomen ceſſet, & in antiquum ſtatum

264. reſtituatur. Omnino verò certus eſt † caſus ille, qui ſecundi loco erit, & ſumitur ex Trident. Conc. *ſeſſ. 22. cap. 11. eóque vlt. de reform.* vbi decernitur, quòd, ſi quis Clericus, vel laicus quacumque is dignitate etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat alicuius Eccleſiæ, ſeu cuiuſuis ſæcularis, vel regularis beneficij, Montium pietatis, aliorúmque piorum locorum iuriſdictionis, bona, cenſus, ac iura etiam feudalia, & emphyteotica, fructus, emolumenta, ſeu quaſcumque obuentiones, quæ in miniſtrorum, & pauperum neceſſitates conuerti debent, per ſe, vel alios vi, vel timore inculſo, ſeu etiam per ſuppoſitas perſonas clericorum, aut laicorum, ſeu quacumque arte, aut quocumque quæſito colore in proprios vſus conuertere, illóſque vſurpare præſumpſerit; ſeu impedire, ne ab iis, ad quos iure pertinent, percipiantur: is, ſi eiuſdem Eccleſiæ patronus fuerit, præter alias pœnas *ibidem* id perpetrantibus inflictas, etiam iurepatronatus eo ipſo priuatus exiſtat. Ex quibus verbis Concilij ſatis conſtat, in hoc caſu Eccleſiam fieri liberam ſaltem quoad portionem aliquam iuriſpatronatus, vbi tunc plures patroni ſint; quòd ſi vnicus, omnino liberam fieri, atque adeò mutari ſtatum illius Eccleſiæ, ſeu beneficij quoad qualitatem iuriſpatronatus. Tertius caſus † deſumi-

265. tur ex eod. Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 9. verſ. reliqui patronatus, de reformat.* vbi poſtquam decreuit, quinam eſſe debeant tituli iuriſpatronatus, & quomodo ij probari debeant; (id, quod nos latiùs explicauimus *cap. præced. quæſt. 4. concluſ. 8. circa medium*,) ſtatim ſubdit hæc verba; reliqui patronatus omnes in beneficiis tam ſæcularibus, quàm regularibus, ſeu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuſcumque aliis beneficiis in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia; ſeu facultates, & priuilegia conceſſa tam in vim patronatus, quàm alio quocumque iure nominandi, eligendi, præſentandi ad ea, cùm vacant; (exceptis patronatibus ſuper Cathedralibus Eccleſiis competentibus, & exceptis aliis, quæ ad Imperatorem, & Reges, ſeu Regna poſſidentes, alióſque ſublimes, ac ſupremos Principes iura Imperij in dominiis ſuis habentes pertinent; & quæ in fauorem ſtudiorum generalium conceſſa ſunt:) in totum prorſus abrogata, & irrita, cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta, intelligantur; beneficiaque huiuſmodi tamquam libera à ſuis collatoribus conferantur, ac prouiſiones huiuſmodi plenum effectum conſequantur. Ex quibus verbis Concilij ſatis liquet, in hoc caſu ab ipſo Concil. atque adeò à iure tolli à beneficiis qualitatem iuriſpatronatus; & ſic ea mutari à ſtatu iuriſpatronatus ad ſtatum libertatis; nam ea verba, *in totum*, & illud, *prorſus*, important latam ſententiam, vt conſtat ex adductis à Tiraq. *ad d. l. ſi vnquam, verbo, reuertatur, numer.* 87. & 107. ac de dictione *prorſus*, poſt alios tradit Barboſ. *d. tract. de diction. dict.* 247. *numer.* 3. ſicut & illa, *tamquam libera conferantur*, excludunt neceſſitatem miniſterij hominis in decernenda, & ſtatuenda illorum beneficiorum libertate ex eo, quòd vult poſterius, nimirum liberam collationem, non habita ratione qualitatis, ſeu ſtatus iuriſpatronatus, cui antea erant ſubiecta. Quar-

tus caſus † habetur *in eodem cap.* 9. Trident. Conc. 266.
verſ. nec dictum iuſpatronatus; vbi, cùm patronis beneficiorum prohibuiſſet Concilium, ne iuſpatronatus venditionis, aut alio quocumque titulo in alios contra canonicas ſanctiones transferre præſumant: ſtatim ſubiicit ea verba; ſi ſecus fecerint, excommunicationis, & interdicti pœnis ſubiiciantur, & dicto iurepatronatus ipſo iure priuati exiſtant. ex quibus verbis non modò apertè habetur, pœnam hanc priuationis iuriſpatronatus eo ipſo incurri abſque vllo hominis priuantis miniſterio, propter vim illarum dictionum, *ipſo iure*, quæ latam ſententiam important, iuxta fuſiùs tradita per Felin. Tiraq. & Alphonſ. de Caſtr. *vbi ſup.* & Lud. Carbon. *tract. de legib. lib. 8. diſput. 6.* & illarum, *priuatus exiſtat*, quæ & ipſa inducunt latam ſententiam, ex allegat. à Tiraq. *d. verbo, reuertatur, numer.* 33. 184. & *ſeq.* necnon declarari id, quod dubium quoad hoc erat de iure anti quo *in cap. quia clerici, & cap. de iure verò, de iurepatronat.* an vendens de per ſe iuſpatronatus eſſet ipſo iure ſpoliatus, vel ſpoliandus; immo, quòd requireretur ſententia, & miniſterium iudicis ſpoliantis, ſatis conſtare videbatur ex ipſo text. & clarè ſentit poſt alios Lambertin. *d. tract. de iurepatr. lib. 1. part. 2. quæſt. 5. artic. 2. 3. & 4.* licèt contrarium tenere videatur *artic. 22.* vbi non requirit ſententiam priuationis, cùm iuſpatronatus de per ſe venditur, ſed ſolùm cùm venditur ſimul cum vniuerſitate, illud exprimendo: verùm etiam *in d. cap. 9. verſic. cit.* eam pœnam priuationis ipſo iure imponi patronis alio titulo, quàm venditionis ipſum iuſpatronatus in alium transferentibus; vnde, ſi patronus legat, donat, aut alio modo alteri tradit, vtputa in feudum, emphyteoſim, aut ſimilem contractum iuſpatronatus, ſine Epiſcopi conſenſu in caſibus, quibus de iure canonico is requiritur, iuxta ea, quæ ſup. hac ipſa quæſt. *concluſ. 1. & 2.* ex Lambertin. & aliis adduximus, pariter iurepatronatus erit ipſo iure priuatus; ſicque Eccleſia libera remanebit, quoad portionem iuriſpatronatus illi patrono contingentem; vel omnino, ſi is patronus vnicus, ac ſolus ſit; ex traditis ab ipſo Lambert. *d. quæſt. 5. art. 3.* Immo valde mihi probabile eſt, † pœnam, de qua *in d. verſ.* 267.
nec dictum iuſpatronatus, atque adeò priuationis ipſo iure eiuſdem iuſpatronatus comprehendere etiam patronum ſe ingerentem in fructibus beneficij ſui iuriſpatronatus, de quo *in eod. cap. 9. verſ. patroni autem beneficiorum*, ſtatim præced. tum quòd

ita

ita expreſſim declaraſſe dicitur eadem ſacra Congregatio; tum quòd iuxta nonnullos codices vterque verſ. vnam clauſulam, ſeu idem capitulum efficiunt: tum quòd aliàs patroni ſe ingerentes in perceptione illorum reddituum ſine pœna remanerent: cùm autem non ſit veriſimile, quòd duplex illa cenſura excommunicationis, & interdicti, de qua *in d. verſ. nec dictum iuſpatronatus*, infligatur eidem perſonæ pro eodem actu, dicendum eſt, & eas, & verba illa, *ſi ſecus fecerint*, ſtatim præcedentia referri ad diuerſa patronorum genera, de quibus *in d. verſ. patroni autem beneficiorum*; nimirum excommunicationem ad ſingulares perſonas, interdictum ad Collegia, & vniuerſitates ſe ingerentes in fructibus beneficiorum, in quibus habent iuſpatronatus, & illud vendentes, aut aliàs transferentes contra ſanctiones canonicas; vtriuſque verò generis patronos incurrere ipſo iure pœnam priuationis iuriſpatronatus, cùm vtrique generi, & hæc pœna, & verba ipſa æquè conueniant.

268. Quintus, & poſtremus caſus † deſumitur ex text. *in cap. in quibuſdam, §. ſacri, de pœn.* vbi Innoc. III. in Concilio generali, Sacri, inquit, Concilij approbatione ſtatuimus, quatenus, ſi patroni, vel aduocati, aut feudatarij ſeu Vicedomini, aut alij beneficiati alicuius Eccleſiæ, rectorem, vel clericum alium ipſius Eccleſiæ per ſe, vel per alios occidere, vel mutilare auſu nefando præſumpſerint, patroni iuſpatronatus, aduocati aduocatiam, feudatarij feudum, Vicedomini vicedominatum, & beneficiati beneficium prorſus amittant. ex quibus verbis habetur caſus, in quo ob delictum, nimirum occiſionem, vel mutilationem rectoris, vel alterius clerici alicuius Eccleſiæ ab eius patrono per ſe, vel alium factam, patronus ipſo iure priuatus eſt iurepatronatus. id enim importat tum dictio illa *prorſus*, prout conſtat ex adductis à Barboſ. & Tiraq. relatis *vbi ſup.* hoc d. verbo, *reuertatur, num.* 87. & 107. *illo dict.* 247. *num.* 3. tum propter verbum illud, *amittant*, quod pariter latam ſententiam importat, neceſſitatem miniſterij iudicis priuantis excludit, vt liquet ex ils, quæ nos poſt alios adduximus *in tract. de diſtribut. quotid. part.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 22. & Barboſ. *d. tract. de dictionib. diction.* 21. atque adeò ita per hunc text. in terminis poſt Paul. de Cittad. *in tract. de iurepatronat. quæſt.* 14. *verſ. quartò perditur*, Bertachin. *in tract. de Epiſc. lib.* 4. *part.* 2. *quæſt.* 41. *col.* 9. & gloſ. ac Doctor. communiter *in d. cap. in quibuſdam*, tradit Lambertin. *d. lib.* 3. *quæſt.* 8. *artic.* 6. *numer.* 1. & 3. id limitans non procedere, ſi patronus offenderet rectorem Eccleſiæ in caſu *cap. ſi verò il* 1. *de ſent. excom.* ſcilicet ad ſui defenſionem, & vim vi repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, poſt gloſ. *d. cap. in quibuſdam, verbo, præſumpſerint*; addens, idem quoque eſſe in caſu *Clem. ſi furioſus, in 2. reſpon. de homic.* de eo, qui mortem aliter vitare non valens ſuum occidit, vel mutilat inuaſorem.

Alij autem caſus, qui afferri hoc loco poſſe videbantur, in quibus iurepatronatus quis ipſo iure, & facto priuatur ob crimen aliquod, puta hæreſis, ſchiſmatis, læſæ maieſtatis, proditionis patriæ, ac ſimilium, quoniam de iis text. expreſſus non habetur, conſultò à nobis hîc prætermittuntur, quoniã text. expreſſus de hac pœna ipſo iure impoſita non habetur, ſed id ſolùm à Doctoribus aſſeritur; eóſque cum aliis, in quibus ex Doctorum traditionibus Eccleſia vel à libertate iuriſpatronatus in ſeruitutem, vel ab huiuſmodi ſeruitute in libertatem tranſit, ac mutatur, recenſuimus ſup. *quæſt. præcedent. huius c.p. concluſ.* 9. ferè per tot. & *quæſt.* 3. *concluſ.* 3. *verſic. præterea quoad ſtatum*: ſicut & reliquos caſus mutationis ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij colligere licet ex adductis per nos *d. quæſt.* 3. *verſ. quoad qualitatem ergo*, cum multis ſeqq. *verſic. & d. quæſt. præcedent. concluſ.* 3. *vſque ad* 8. Nunc autem ad alias huius quæſt. concluſiones tranſeamus.

SEPTIMA CONCLVSIO. Concilium generale etiam legitimè congregatum † regulariter nequit ſine ſpeciali auctoritate Rom. Pontificis delegantis, vel confirmantis mutare ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij; aut hanc mutationem inducere: interueniente autem huiuſmodi Papæ auctoritate, poterit. Prior pars huius concluſ. probatur ex eo, quòd huiuſmodi ſtatus mutatio regulariter prohibita eſt ſaltem iure humano Eccleſiaſtico, vt patet ex adductis ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 3. præſertim *concl.* 3. potiſſimùm ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. & 16. *de reform.* Concilium autem generale etiam legitimè congregatum, hoc eſt, cum Rom. Pontificis auctoritate, ſemper eſt inferius Rom. Pontifice, neque aliquid contra eius conſtitutionem ſtatuere eíve derogare poteſt; vt ſatis oſtendimus ſup. *c. præced. quæſt.* 5. *concluſ.* 8. & *hac ipſa quæſt. concluſ.* 5. *in fin.* potiſſimùm ex *cap. ſignificaſti, in princ. verſ. aiunt in Conciliis*; vbi Paſchalis Papa, Aiunt, inquit, in Conciliis ſtatutum non inueniri: quaſi Romanæ Eccleſiæ legem Concilia vlla præfixerint, cùm omnia Concilia per Romanæ Eccleſiæ auctoritatem & facta ſint, & robur acceperint, & in eorum ſtatutis Rom. Pontificis patenter excipiatur auctoritas. Poſterior † pars concluſ. probatur tum ex *ibid.* per nos traditis ſumpto argumento à contrario ſenſu, quod in iure fortiſſimum eſt, iuxta latiùs adducta ab Euerard. *in Topic. iur. loc. à contrar. ſenſ.* ferè per tot. Tum ex nonnullis caſibus, in quibus Conc. Trid. generaliter per viam legis permiſit, aut præcepit hanc ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij mutationem, relatis partim ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 3. *concluſ.* 3. *poſt med.* nimirum *ſeſſ.* 21. *cap.* 4. & 5. *ac ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *ad fin. de reform.* partim etiam hac ipſa quæſt. *concluſ. præced. verſ. nunc verò*, hoc eſt, *ſeſſ.* 5. *cap.* 1. *verſ. in Eccleſiis autem, ſeſſ.* 24. *cap.* 8. & *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *verſic. in iis verò*, pariter *de reform.* & in ſpecie omnium Eccleſiarum, ſeu beneficiorum, per quam eorum ſtatus mutatur, *ſeſſ.* 21. *cap.* 5. *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *circa medium, ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *circa initium, & verſic. in vniendis*, necnon *cap.* 15. pariter circa eius initium. Tum ex aliis caſibus, in quibus idemmet Trid. Concilium ſimiliter per viam legis mandat tolli quaſdam vniones, vt *ſeſſ.* 7. *cap.* 6. *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *verſ. in vniendis & ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *verſ. inſuper acceſſiones, de reform.* vel ipſo iure induxit huiuſmodi ſtatus Eccleſiarum, ſeu beneficiorum mutationem, quos *in d. concl. præced. huius quæſt. verſ. nunc verò*, recitatis eorum verbis recenſuimus, ac ponderauimus, videlicet *ſeſſ.* 22. *cap.* 11. *d. ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *verſ. reliqui patronatus, ac verſic. nec dictum iuſpatronatus*, necnon iuxta valde probabilem expoſitionẽ, etiam *in verſic. patroni autem.* Tum denique ex iis, quæ ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 5. generatim de poteſtate Concilij generalis in commutandis vltimis voluntatibus adduximus; vnde etiam deſumendæ erunt totius huius noſtræ concluſ. extenſiones, ac declarationes: cùm, vt iam ſæpe in hoc cap. docuimus, arguere liceat ſaltem negatiuè à commutatione vltimæ voluntatis ad mutationem ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij tanquam à genere ad ſuam ſpeciem.

269.

270.

OCTAVA CONCLVSIO. Cœtus S.R.E. Cardinalium † regulariter non poteſt mutare ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, ſine vacante Rom. Pontifice, ſiue etiam vacante ſede Apoſtolica.

271.

Prior

Prior pars concluſionis probatur. nam, ſi quidem loquamur in caſu, quo Pontifex valet præeſſe Eccleſiæ regimini, tunc cœtus Cardinalium nullam iuriſdictionem, ac poteſtatem habet extra ſuum Collegium, vt poſt alios tradidimus ſup. *cap. 5. quæſt. 6. concluſ. 1.* ex quo, & aliis *ibid.* oſtendimus, eo caſu prædictum cœtũ non poſſe vltimas voluntates commutare. Si autẽ de eo caſu loquamur, in quo Rom. Pontifex nequit Pontificatum exercere, vbi etiã adeſſet neceſſitas aliqua deueniendi ad mutationem ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij Papæ reſeruatã; (quod quando accidat, conſtabit ex iis, quæ concluſ. ſeq. & 13. adducemus;) ea fieri poterit, ac debebit per Vicarium in Pontificia poteſtate ab ipſo Pontifice, vbi id poſſet, aut vellet facere, deputatum; aliàs per coadiutorem Papæ ab ipſo cœtu Cardinalium deputandum; prout deduximus *cap. præced. quæſt. 5. concl.* 272. *9. circa initium.* Poſterior † pars concluſionis probatur pariter ex iis, quibus ſup. *d. cap. 5. quæſt. 6. concl.* 2. docuimus, cœtum Cardinalium regulariter Sede Apoſtolica vacante non poſſe commutare vltimas voluntates; & *cap. præced. quæſt. 5. concl. 9.* non poſſe tunc regulariter eumdem cœtum derogare qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis, ad id præcipuè inducendo text. *in Clem. ne Romani, de elect.* iuncto *cap. vbi periculum, eod. tit. in 6.* dum in illis iuribus decernitur, cœtum Cardinalium ſede vacante non niſi ea, quæ ad acceleratione electionis Rom. Pontificis pertinent, & alia quædam neceſſaria *inibi* expreſſa efficere poſſe; inter quæ, ſicut prædicta commutatio, aut qualitatum derogatio, ita hæc ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum mutatio non connumeratur: maximè verò quia, vbi aliqua neceſſitas ſubeſſet huiuſmodi ſiue commutationem, & derogationem, ſiue mutationem faciendi, ita, vt expectari non poſſet noui Põtificis electio; ei neceſſitati occurri poſſet per recurſum, ad Vicarium quidẽ Vrbis ab ipſo Cardinalium cœtu deputatũ, in aliis verò diœceſibus, ad earum Epiſcopos. Quibus & illud fundamẽtum accedit, quod *d. concl. 9.* attigimus ſumptũ ex ratione generali adiecta *in d. Clem. ne Romani, in princ. de elect.* quia lex ſuperioris per inferiorẽ tolli non poteſt: quòd nimirũ, licèt *in d. Clem. ne Romani,* ſolùm quoad hoc caueatur, ne cœtus prædictus poſſit aliquid etiam diſpenſando immutare circa cõſtitutionem prædictam *c. vbi periculum*; & irritũ decernatur quicquid poteſtatis, aut iuriſdictionis ad Romanum, dum viuit, Pontificẽ pertinentis, cœtus ipſe ſede vacãte exercuerit, niſi quatenus in ea conſtitutione permittitur, & ſubrogando pro tempore vacationis Camerarium, vel Pœnitẽtiarios in locum deficientium: tamen ex prædicta ratione generali *in d. Clem. ne Romani, in princ.* iis verbis expreſſa, nos inter cetera præcipuè attendentes, quòd lex ſuperioris per
273. inferiorem tolli nõ poteſt, apertè deducitur, † regulariter nõ poſſe cœtum Cardinalitũ Sede Apoſtolica vacante contra canonẽ aliquem, ſeu legẽ, præſertim Conc. generalis, diſpenſare, eiue derogare; quod & nonnulli in ſpecie tradiderunt, quos *d. concl. 9.* recenſuimus; & illud ſuadet, quòd ratio, quæ largior eſt
274. diſpoſitione, cui adiicitur, † illã extendit, & ampliat iuxta proprios limites; prout ſatis colligitur ex *l. nomen, §. fin. ac l. cùm pater, §. dulciſſimis, ff. de legat. 2. l. regula, §. & licet, ff. de iur. & fact. ignor.* & tradit Bart. *in l. pater filium, §. fundũ, ff. de legat. 3.* atque in terminis extẽſionis legis ex ratione magis larga, ſeu ampliori, ex text. *in d. l. regula, §. fi.* & *ibi* Bart. & Bald. necnon text. *in l. nemẽ debitoris, §. fin. ff. de legat. 3. & l. 2. §. ſi mater, verſ. quid ſi curatores, & verſ. quid ſi deceſſerint, ff. ad Tertull.* Abb. *in c. ſicut, circa fin. de reſtit.* Card. *Clem. 1. de elect.* & Corſ. *ſing. 23. & 298.* ac Doct. alibi frequẽter.

tradit Nic. Euer. *in Topic. iur. loc. à ratione leg. larga, ampla, ſeu gener. ad extenſ. ipſ. leg. n. 1.* ſubdens poſt alios *n. 3.* procedere hunc arguendi modum etiam quãdo impulſiua eſt ſtricta; ita, vt hoc non obſtante, ſi ratio finalis eſt larga, fiat extenſio conſtitutionis etiã pœnalis ad amplitudinem rationis finalis vnde, licet *in c. nuper, in princ. verſ. & vtrũ,* iuncto *§. in ſecunda verò, ad fi. & §. in ſecundo,* ſolùm habeatur, † excommuni- 275.
catum à iure minori excommunicatione ob participationẽ in oratione, oſculo, aut menſa, abſolui poſſe à ſuo Epiſcopo, vel à proprio ſacerdote: tamẽ ob rationem illam generalẽ, quæ *in d. §. in ſecundo*, ſtatim ſubditur, quia conditor canonis eius abſolutionẽ ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxandi; Innoc. *c. 2. de ſolut.* cuius ſententiam communem aſſerit Sanch. *lib. 3. de matr. diſp. 52. n. 1. & 2.* hanc diſpoſitionem extẽdit quoque ex vi generalitatis huius rationis ad ſuſpenſionem non reſeruatam: quam & ipſe *d. n. 2.* admittere videtur in ſuſpenſione lata à iure indefinitè, nullo videlicet deſignato termino; ſecus poſt multos docẽs vbi à iure lata ſit ad certum tempus: & eandem diſpoſitionem extendẽdam fore tum ad excommunicationem maiorem nõ reſeruatam, tum ad reliquas cenſuras pariter non reſeruatas regulariter loquendo, tradit Suar. *de cenſur. diſp. 7. ſect. 3. n. 2. 21. 22. & 28. cum ſeq. & ſect. 4. n. 7. 9. & 12.* ac non modò de Epiſcopis accipiendam fore, ſed etiam de parochis idemmet pluribus relatis contra alios docet, ac latiùs tuetur *d. ſect. 3. n. 23. vſque ad 29. & ſect. 4. n. 6. cum ſeq.* ſubdens *num. 8. & 9.* idem fore in omnibus Confeſſariis, qui à mortalibus poſſunt abſoluere; quod latiùs deinceps confirmat, & à contrariis tuetur vſque ad *n. 19.* prædicta verò *ſect. 3. n. 21. cum ſeq.* defendit, cãdemmet diſpoſitionem *d. cap. nuper*, procedere quoque in quibuſuis ſtatutis, ſeu conſtitutionibus particularibus; & *d. diſp. 7. ſect. 2. num. 21. & 13.* multis relatis, tutam opinionem in praxi eſſe aſſerit, vt ea diſpoſitio locum etiam habeat in ſententia generali; quamuis ipſe *d. num. 22. 23. & 24.* cum aliis contrarium in rigore iuris veriorem, ac tutiorem putet.

NONA CONCLVSIO. Legatus Sedis Apoſtolicæ, licèt † regulariter nequeat mutare ſtatũ Ec- 276.
cleſiarum, vel beneficiorum: aliquando tamẽ poteſt. Prior pars concluſionis probatur, tum quia hæc mutatio regulariter aduerſatur ſacris canonibus, ac præcipuè Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 5. & 16. de refor.* vt ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concl. 3.* in priori eius parte latè deduximus: Legatus autẽ Sedis Apoſtolicæ etiam de latere † nequit regulariter diſpenſare contra 277.
ius canonicũ, præſertim Concilij generalis; vt plerique ſentiunt, quos refert, ac ſequitur Sanch. *lib. 8. de matrim. diſput. 6. num. 14. cum duob. ſeqq.* quibus adde alios relatos pariter, ac probatos à Nic. Boër. *tract. de poteſt. legat. de lat. quæſt. 1. num. 44.* Card. Iacobat. *tract. de Concil. lib. 5. art. 20. num. 1.* & Alph. Hoied. *tract. de incompatib. benef. part. 2. cap. 12. num. 20.* Tum ex aliis fundamentis, quibus ſup. *cap. 5. quæſt. 7. concluſ. 1.* generatim oſtendimus, non poſſe Legatum Sedis Apoſtolicæ regulariter loquendo commutare vltimas voluntates. Tum quia in ſpecie, Legatos Sedis Apoſtolicæ regulariter mutare non poſſe ſtatum Eccleſię, poſt alios tradit Rebuff. *in praxi benefic. part. 1. tit. de translat. Epiſcop. & aliar. & quan. fieri poſſ. num. 11.* denique ex quamplurimis caſibus mutationis ſtatus Eccleſiarum, vel beneficiorum, qui Legato huiuſmodi non permittuntur, quoniam Romano Pontifici reſeruantur. Quorum primus, quem etiam primo loco retulimus ſuprà hac ipſa quæſt. *concluſ. 6.* non longè ab initio, *in 3. cum fundam. verſ. & primo quidem*, eſt erectio

278. Ecclesiæ non Cathedralis in Cathedralem; quam † non nisi à summo Pontifice fieri posse, ita, vt neque eius Legato permittatur, voluit inter ceteros Rebuff. *in prax. benef. part. 1. tit. de erect. Eccl. in Cathedral. secular. vel in al. stat. n. 1.* Io. Azor *Instit. moral part. 2. lib. 5. c. 29. quæst. 25. ac lib. 6. cap. 30. quæst. 2. & 4.* & Nic. Garz. *tract. de benefic. part. 12. c. 5. n. 1.* & constat ex iuribus ac Doct. *mihi* per nos allegat. in specie autem, quòd id Legato Sedis Apostolicæ non permittatur, voluit Rebuff. *d. n. 1.* & Azor. *d. q. 25.* tenétque glos. communiter recepta *in c. cùm inferior, verbo, Cathedralem, de maior. & obed.* apertéque colligitur ex *c. quod translationem, in fi. de offic. legat.* dū *ibi* decernitur, Legatum nō posse ex legationis officio vnum Episcopatum diuidere, hoc est, ex vno duos facere, quod est facere nouum Episcopatum, & sic erigere Cathedralem, iuxta *Extrau. 1. & 2.* Io. XXII. cum *ibi* notat. *de concess. prab.* quamuis, & aliàs erigi possit in Cathedralem ea, quæ priùs talis non erat, sed collegiata vel sæcularis, vel regularis, vt in casu *d. c. cùm inferior, & cap. 1 ne sed. vac.* Neque huic casui obstat text. *d. cap. cùm inferior, de maior. & obed.* vbi expressè narratur, nec improbatur à summo Pontifice, quòd eius Legatus monasteriū erexerat in Cathedralem Ecclesiam. nam, vt rectè exponit *ibi* glos. ab aliis approbata *in verbo, Cathedralem*, id fecerat Legatus de licentia Papę, aliàs auctoritate propria id facere non potuisset. Secundus casus est erectio Cathedralis Ec-

279. clesiæ in Metropolitanam: quam † à solo Papa fieri posse, tradit Rebuff. *vbi supra n. 5.* Azor *d. cap. 30. n. 4.* & Garz. *d. cap. 5. num. 1.* atque in specie, quòd Legatus id nequeat facere, sentiunt Azor. *d. quæst. 25.* & Rebuff. *d. num. 1.* dum asserunt, ab eo erigi non posse Ecclesias Cathedrales: Metropolitanam enim Ecclesiam Cathedralem esse per se patet, & ex *cap. quamuis, §. vlt. de prabend. in 6.* Sed & in specie non posse Legatum erigere Ecclesiam aliquam in Metropolitanam, ex eo colligitur, quòd *in d. cap. quòd translationem, ad fin.* haberur, non posse Legatum alicui Metropolitanæ Ecclesiæ concedere ius, seu priuilegium Primatiæ, hoc est, facere eam Primatialem, ei subiiciendo aliquam Ecclesiam Metropolitanam; de qua re *ibid.* quidam Legatus Sedis Apostolicæ ab Innoc. III. acriter reprehenditur. Sicque habemus tertiū casum in quo Legatus Papæ statum Ecclesiæ mutare non potest.

280. Quartus est vnio duorum Episcopatuum, quam † à solo Rom. Pontifice posse fieri constat ex *cap. & temporis qualitas, 16. quæst. 1. & cap. sicut vnire, de excess. prælat. & d. cap. quod translationem, in fi. de offic. legat.* vbi in specie est text. huiusmodi vnionem à Legato Sedis Apostolicæ fieri nequaquam posse ex solo legationis officio. Quintus casus est subiectio vnius Episcopatus alteri Episcopatui, seu Cathedrali Ecclesiæ, aut etiam Metropolitanæ, cui antea non erat subiecta; hæc enim subiectio pariter est Papæ reseruata, vt patet ex *d. cap. sicut vnire, & d. cap. quod translationem, ad fin.* vbi similiter text. expressus est in Legato Sedis Apostolicæ. Sextus est mu-

281. tatio Sedis Episcopalis ab vno in alium locū; quam † à solo Papa fieri posse, colligitur ex *cap. temporis qualitas, 7 quæst. 1.* & constat ex *cap. 1. de translat. Episcop.* ibi; ac per hoc translationes Episcoporum, ac sedium mutationes ad summum Apostolicæ Sedis Antistitem de iure pertineant: per quem text. idipsum tradit Azor *d. cap. 30. quæst. 5.* & ante eum Rebuff. *d. part. 1. tit. de translat. Episcop. numer. 1.* vbi *in fi.* in specie id docet de Legato: quod & facit *num. 11.* iuncto *num. 12.* quamuis tum Azor *d. quæst. 5.* tum multò magis Rebuff. *d. tit.* passim missam committant æquiuocationem, confundentes mutationem, seu translationem Episcoporum, de vno loco in alium, de qua *in cap. mutationes, cap. seq. frater, 7 quæst. 1.* necnon *in d. cap. 1. in fi.* & text. *de translat. Episc. cap. nisi specialis, & cap. quod translationem, circa initium, de offic. legat.* cum translatione, seu mutatione ipsius Ecclesiæ ab vno patre in alium locum, de qua *in d. cap. temporis qualitas 7. quæst. 1. ac d. cap. 1. circa init. de translat. Episc.* in nobis sup. cit. propriè autem illa Episcoporū, seu personarum mutatio dicitur translatio: hæc verò Ecclesiarum mutationis sedium nomine suscipiatur, vt patet ex glos. recepta *d. cap. 1. verbo, translationes, & verbo, mutationes, ac d. cap. quod translationem, verbo, reseruata*; quamuis *in cap. sicut vnire, verbo, pertinere, de excess. prælat.* è conuerso hanc Ecclesiarum appellet translationem, illam personarum vocet mutationem, dum exponit singula verba quatuor illorum versuum vndecim † Papæ reseruata compre- 282.
hendentium; quos etiam refert *d. cap. 1. & cap. quod translationem*, videlicet,

Restituit Papa solus, deponit & ipse;
Diuidit, atque vnit; eximit, atque probat;
Articulos soluit, Synodumque facit generalem;
Transfert, & mutat; appellat nullus ab ipso.

Quos versus, sed paulò diuerso ordine affert quoque Io. Azor *d. part. 2. Instit. mor. lib. 4. cap. 20. eóque vlt.* atque ante eum And. Gamb. *tract. de offic. & auctor. legat. de lat. lib. 2. tit. 1. num. 157.* iunctis multis sequentibus; subdentes, eos etiam poni à Goffred. *in sum.* Raynerium verò testari, vigintiquatuor à iure Rom. Pontifici reseruari; at Hostiensem referre sexaginta quibusdam versibus inclusa, quos *ibi* habēt Azor, & Gamb. paucis mutatis, ac singula prædicta sexaginta Papæ reseruata in iisdem versibus contenta iuribus comprobant, quibus ipse Azor alia viginti quinque addit. ex iis autem omnibus, omissis paulo antè per nos allatis, eos dumtaxat casus seligemus, qui ad mutationem status Ecclesiarum, vel beneficiorum, de qua nunc agimus, pertinent, & tres sunt. Cœptum igitur à nobis ordinem prosequentes casuum huiusmodi mutationis status Sedis Apostolicæ Legato prohibitæ, vti eidem sedi, seu Papæ reseruatorum, illum pro septimo ponimus, quē pro nono secundi ordinis ponit *ibidem* Azor, quique desumitur ex *cap. 2.* quod incipit, *hoc consultissimo, de reb. Eccl. non alien. in 6.* vbi Gregorius X. in Concil. Lugdunēsi vniuersis, & singulis prælatis prohibet, † 283.
ne Ecclesias sibi commissas, bona immobilia, seu iura ipsarum laicis submittere, subiicere, seu supponere absque Capituli sui consensu, & Apostolicæ Sedis licentia speciali: exponens autem *ibid.* Rom. Pontifex, qui per hanc submissionem, subiectionem, seu suppositionem laicis non faciendam intelligat, statim subiicit, se nō intelligere de ea, quam faciunt Prælati concedendo bona ipsa, vel iura in Emphyteusim, seu aliàs alienando in forma, & casibus à iure permissis: sed constituendo, vel recognoscendo, seu profitendo ab illis ea tamquam à superioribus se tenere, ab ipsis ea aduocādo, seu ipsos patronos, vel aduocatos Ecclesiarum, seu bonorum ipsarum perpetuò, vel ad tempus non modicum statuendo. adiicit verò statim præter nullitatem contractus pœnam tam prælatis, & laicis contrauenientibus, quàm clericis non denuntiantibus. Octauus, quem pro tertio ponit Gambar. *d. tit. 1. num. 177. cum seq.* & pro decimo affert Azor *vbi sup.* sumitur ex *cap. vnic. §. 1. de relig. domib. in 6.* vbi pariter Gregorius X. *in eod. Conc.* statuit, † vt Religio- 284.
si Mendicantes instituti, & approbati à Sede Apostolica post Concilium generale, (hoc est, Lateran. sub Innoc. III. de quo *in cap. fin. eod. tit. in Decretalib.*)

talib.) non poſſint aliquem ad profeſſionem recipere; nec de nouo domum, vel aliquem locum acquirant, nec domos, ſeu loca, quæ habent, alienare valeant, ſine ſedis eiuſdem licentia ſpeciali; quoniam ea diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ reſeruauit in Terræ ſanctæ ſubſidium, vel pauperum, vel alios pios vſus per locorum Ordinarios, vel eos, quibus ſedes ipſa commiſerit, conuertenda. ſi verò ſecus præſumptum fuerit, nec perſonarum receptio, nec domorum, vel locorum acquiſitio, aut ipſorum, ceterorúmque bonorum alienatio valeat: & nihilominus contrarium facientes ſententiam excommunicationis incurrant. per domos autem intelliguntur etiam Eccleſiæ, vt apertè voluit gloſ. ab aliis approbata *d. §. 1. verbo, domum*; quod idem ſenſit ſaltem præſuppoſitiuè *in verbo, loca*, dum exponens verbum illud *profana*, ſtatim ſubdit, de aliis, (hoc eſt, ſacris,) non erat dubium, *cap. mancipia, de rer. permut. & §. ſacra, Inſtitut. de rer. diuiſ.* vbi habetur, res ſacras non eſſe in commercio, & in nullius bonis, ſed diuini iuris. In *d.* autem *cap. vnic. §. ſanè*, Romanus Pontifex à prædicta prohibitione eximit Ordines tum Prædicatorum, & Minorum propter euidentem ex eis vtilitatem Eccleſiæ vniuerſali prouenientem, tum Eremitarum ſancti Auguſtini, & Carmelitarum, quoniam eorum inſtitutio dictum Concilium præceſſit. Nonus caſus, qui pro vndecimo ponitur ab Azor. *loco cit.* de-
285. ſumitur ex *eodem cap. vnic. §. fin.* vbi decernitur, † quòd, licèt perſonæ Ordinum, ad quos illa conſtitutio extenditur, (nimirum Mendicantium inſtitutorum poſt Concilium prædictum, qui vel nullam confirmationem Sedis Apoſtolicæ meruerunt, de quibus *eodem cap. vnic. in princ.* vel eam obtinuerunt, ſed non ſunt ex Prædicatorum, vel Minorum Ordinibus, vt *in d. cap. vnic. §. 1. iuncto §. ſanè*,) tranſeundi ad reliquos ordines approbatos licentiam habeant vigore illius canonis generalem; nullus tamen Ordo ad alium Ordinem, vel Conuentus ad Conuentum ſe, ac loca ſua totaliter trãſferre poteſt Sedis Apoſtolicæ ſuper hoc permiſſione ſpecialiter non obtenta. Decimus caſus eſt mutationis Eccleſiæ Cathedralis in non Cathedralem.
286. hæc enim † à ſolo Papa fieri poteſt, vt rectè inter ceteros adnotauit Ioan. Azor *d. part. 2. lib. 6. cap. 30. quæſt. 2. circa initium*; quia ſolius Papæ eſt Epiſcopos deiicere, ſeu deponere, (vt conſtat ex *cap. accuſatus, cap. quamuis, & cap. dudum, 3. quæſt. 6.* nec non *cap. inter corporalia*, quod eſt 2. *in princip. verſ. Epiſcopi quoque, & §. 1. verſic. ſicut ergo, de tranſlat. Epiſcop.*) vel Epiſcopatus ſupprimere, & extinguere. id, quod, ac ſimul caſus ipſe ex eo maximè confirmatur, quòd omnis res, per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, *l. 1. C. quan. lic. ab empt. diſced. l. ſicut initio, C. de act. & oblig. l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. & cap. 1. extr. eodem tit.* cùm igitur erectio Cathedralis Eccleſiæ, vel mutatio ex non Cathedrali in Cathedralem à ſolo Papa fieri poſſit, vt ſuprà hac ipſa concluſ. in primo caſu ſatis oſtendimus; pariter dicendum eſt, tum ſuppreſſionem, & extinctionem Epiſcopatus, tum etiam mutationem Eccleſiæ à Cathedrali in non Cathedralem à ſolo Papa fieri poſſe, atque adeò eius Legato huiuſmodi extinctionem, ac mutationem non eſſe permiſſam. Vndecimus caſus eſſe po-
287. teſt † quoad mutationem ſtatus, ſeu qualitatis iuriſpatronatus laicalis, vel mixti: cùm enim ei etiam ad tempus derogari nequeat à Legato, vt latè oſtendimus *cap. præced. quæſt. 5. concluſ. 10.* multo minùs poterit ei perpetuò derogare mutando ſtatum, ob maius præiudicium, quod ex eo ſit patrono, & voluntati fundatoris: & in ſpecie mutationis per viam vnionis beneficij iuriſpatronatus laicalis, vel mixti, vt ea fieri non poſſit à Legato ſine conſenſu patronorum laicorum, tenet poſt alios Azor *d. part. 2. Inſtit. moral. lib. 5. cap. 29. quæſt. 16. & lib. 6. cap. 28. quæſt. 12. ante med. verſ. item ſi Eccleſia, cum duobus ſeqq.* vbi etiam ſecus dicit fore, vbi laicus habeat iuſpatronatus ex præſcriptione, conſuetudine, vel priuilegio; atque item in iurepatronatus Eccleſiaſtico. De qua re aliquid etiam dicemus ad calcem huius concluſionis.

Alius quoque caſus mutationis ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij eidem Legato prohibitus, tamquam Papæ reſeruatus, adiiciendus hoc loco videretur ex Azor. *d. quæſt. 2. circa initium*, dum contendit, ſolum Papam poſſe Eccleſiam aliquam in collegiatam mutare, quia collegiata Eccleſia non erigitur, niſi principalis aliqua dignitas in ea inſtituatur, cuius ſit toti Eccleſiæ collegiatæ præeſſe; at huiuſmodi dignitates non niſi Papæ auctoritate creari poſſunt. Verùm, cùm non modò communior, ſed & verior opinio ſit, etiam Epiſcopum poſſe Eccleſiam collegiatam erigere, vt infrà hac ipſa quæſt. *concluſ. 13.* latiùs oſtendemus; atque in beneficialibus † idem poſſit Legatus in ſua prouincia, quod 288.
Epiſcopus in propria diœceſi, vt poſt multos tradit Sanchez *de matrimon. lib. 3. diſput. 28. numer. 8. ac lib. 8. diſput. 6. num. 15. & diſput. 9. num. 25.* per nos relatos ſup. *cap. 5. quæſt. 7. concl. 2.* quibus nunc addo Garz. *tract. de benefic. part. 1. cap. 5. num. 283.* poſt Spec. *tit. de legat. §. nunc oſtendendum, num. 54.* & Cucch. *Inſtit. maior. canon. lib. 2. tit. 5. num. 83.* quo etiam argumento vtitur ipſe Azor *d. part. 2. lib. 5. cap. 29.* tum *quæſt. 20. & 27.* tum maximè *quæſt. 24.* ad oſtendendum, poſſe Legatum beneficia, ſeu Eccleſias diuidere, hoc eſt, ex vno beneficio facere duo, & ex vna Eccleſia facere plures: & *quæſt. 25.* vt oſtenderet, Legatum poſſe nouas Eccleſias, dignitates, perſonatus, & beneficia erigere. quod etiam docet *quæſt. 26.* quoad erectionem nouarum dignitatum in Eccleſia Cathedrali, vniendo eis alias Eccleſias ſine præiudicio Epiſcopi, & Capituli, poſt Gambar. *de offic. & auctor. legat. lib. 5. tit. de poteſt. legat. in erigen. noua benef. num. 11.* qui mox *num. 29.* in ſpecie docet, Legatum poſſe Eccleſiam parochialem facere collegiatam, dummodo habeat dotem ſufficientem, quia & Epiſcopus id præſtare poteſt, Abb. *in cap. quoniam, de vit. & honeſt. cler.* de quo nos inf. *concl. 13.* cùm, inquam, hæc ita ſint, caſus hic primus ex iis erit, qui pertinet ad confirmandam poſteriorem partem præſentis concluſ. quòd nimirum aliquãdo poſſit Legatus mutare ſtatum Eccleſiæ, vel beneficij, hoc eſt, erigendo vnam Eccleſiam non collegiatam in collegiatam; quod etiam ſentit ipſemet Azor *d. cap. 29. quæſt. 25.* poſt Calderin. *conſ. 1. de offic. legat.* vbi probat, poſſe Legatum in prouincia ſibi demandata vnam Eccleſiam erigere in Conuentualem, etiamſi alteri monaſterio extra prouinciam ſuam poſito ſubiecta ſit; quia
289. Legatus † eſt exemptorum Ordinarius, quod poſtremum etiam voluit gloſ. ab aliis approbata *in d. cap. quod translationem, verbo, reſeruata*, & plurimis tradit Sanchez *lib. 4. ſum. cap. 33. num. 14.* ad quod eſt optimus text. *in cap. ſi Abbatẽ, in princ. & §. 1. de elect. in 6.* ſicuti, quòd Conuentualis Eccleſia ſit collegiata, nos ſup. oſtendimus hoc ipſo cap. *quæſt. 2. circa medium. verſ. ex parte verò cauſa materialis. Secundus* caſus deſumi poteſt ex eo, quod tradit idemmet Azor *d. cap. 29. quæſt. 2.* poſt Gambar. *d. tract. de off. legat. lib. 4. num. 103.* poſſe Legatum † vnire Eccleſiam 290.
ſæcularem monaſterio, ita, vt per Monachũ regatur,

ex cauſa magni momenti, & vocatis iis, quorum intereſt; nam hoc idem poteſt Epiſcopus; & per hoc induci diſpenſationem cum Monacho; Felin. *cap. in noſtra, de reſcript.* ſubdit tamen *ibid.* Azor poſt Mil. *in Repert. verbo, legatus,* & Gambard. *d. lib. 4. numer.* 105. per huiuſmodi vnionem nihil debere derogari iuri Epiſcopi; neque enim Eccleſia ſæcularis vnita Monaſterio eximi poteſt à viſitatione, procuratione, obedientia, & aliis obſequiis Epiſcopo iure debitis. cùm autem idem Azor *d. queſt.* 25. apertè ſentiat ex Calder. *d. conſ.* 1. *de offic. legat.* & Abb. *in cap. pen. de Eccleſ. ædif.* poſſe legatum ex iuſta, & debita cauſa Eccleſiam ſæcularem conuertere in regularem: non video quomodo *d. lib.* 6. *cap.* 30. *queſt.* 2. velit, ſolius Papæ eſſe Eccleſiam aliquam in regularem conuertere, & è contrario; quia regulares, inquit, Eccleſiæ modò ſunt exemptæ; maximè cùm id quoque Epiſcopus nunc facere poſſit, vt fuſiùs videbimus *concl.* 13. præſentis quæſt. & ſatis conſtat ex *d. cap. pen.* quod incipit, *ad audientiam, il* 2. *de Eccleſ. ædif. & cap. inter quatuor, de relig. domib.* ab Epiſcopo autem ad Legatum, vt paulo antè vidimus, cùm alij tum ipſe Azor ſæpe arguat. exemptio verò regularium à iuriſdictione Ordinarij ſolùm arguit, ne ipſis inuitis, vel non petentibus ea mutatio, ſeu conuerſio fieri ab Epiſcopo nequeat; reſpectu verò Legati nullo modo obeſt, cùm, vt mox ex ipſo etiam Azore docuimus, Legatus ſit exemptorum Ordinarius. Cùm autem idem Azor *d. queſt.* 2. ex eadem ratione
291. exemptionis contendat, † etiam ſolum Papã Eccleſiam regularem vnius Ordinis, & inſtituti mutare poſſe in alteram diuerſæ Religionis, & profeſſionis; quæ quidem ratio non obſtat, vt modò vidimus; ex alia verò parte poſſit Epiſcopus id facere in defectũ religioſorum eiuſdem Ordinis, vt patet ex *cap. relatum, ne cler. vel mon.* cui parem hiſce in rebus poteſtatem habet Legatus, vt ſuprà oſtendimus: hinc ſequitur, vt habeamus *tertium* caſum, in quo poteſt Sedis Apoſtolicæ Legatus mutare ſtatũ Eccleſiæ, nimirum ab vno ordine regularium ad alium. *Quartus* caſus eſt vnionis beneficiorum prouinciæ Legati;
292. quam † ab eo fieri poſſe, poſt alios docet Azor *d. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 29. *queſt.* 14. *& lib.* 6. *cap.* 28. *queſt.* 8. qui *d. cap.* 29. *queſt.* 21. docet, poſſe vniri Eccleſiam vnius diœceſis Eccleſiæ alterius diœceſis ex iuſta cauſa, & dummodo Epiſcopo Eccleſiæ vnitæ ſua iura non adimantur: quod tamen hodie fieri non poterit, ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 9. *de refor.* quod & adnotauit Azor *d. cap.* 8. *queſt.* 17. ac poſt alios Garz. *tract. de benef. part.* 12. *cap.* 2. *n.* 85. Poterit quoque Legatus vnire beneficia regularia, & alia, ſi non ſint electiua; latè Azor *d. lib.* 5. *cap.* 29. *queſt.* 15. & 22. ſimiliter poteſt vnire beneficia ad Papam deuoluta, vt idem oſtendit *d. cap.* 28. *queſt.* 15. Cetera ſpectantia ad poteſtatem Legati circa vnionem, cùm non ita propriè ad materiam noſtram pertineãt, videri poſſunt apud Azor. *d. lib.* 5. *cap.* 29. *queſt.* 16. *vſque ad* 19. *ac d. lib.* 6. *cap.* 28. *queſt.* 16. *cum ſeq.* & Garz. *d. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 65. & 66. 205. 215. 221. & 222. atque alios ab his cit. *Quintus* caſus eſt diſſo-
293. lutionis vnionis; quam † à Legato fieri poſſe idemmet poſt alios tradit *d. lib.* 5. *cap.* 29. *queſt.* 23. & latiùs *d. lib.* 6. *cap.* 28. *queſt.* 21. & *cap.* 29. *queſt.* 5. & ſentit Garz. *d. cap.* 2. *num.* 302. dum poſt Caccialup. *tract. de vnion. art.* 9. & Rebuff. *in praxi benef. tit. de reuocat. vnion.* eam regulam tradit, illum poſſe vnionem diſſoluere, ſeu reuocare, qui potuit illam facere: at verò Legatus poteſt vnionem Eccleſiarum, ſeu beneficiorum facere, vt ipſemet Garz. tradit *in locis antea cit. & num.* 303. *cum ſeq.* *Sextus* denique,
294. & is generalis caſus eſſe poteſt, † quoties Epiſcopus poteſt mutare ſtatum Eccleſiæ, ac beneficij; per regulam non multò antè traditam, in beneficialibus Legatorum poſſe quicquid poteſt Epiſcopus. quid autem Epiſcopus in hac mutatione poſſit, videbimus inf. hac ipſa quæſt. *concl.* 3. Illud tamen ampliùs poterit Legatus, quàm Epiſcopus, quia hic nequit ſine conſenſu patroni etiam Eccleſiaſtici vnire Eccleſiam patronatam, aut illam in Collegiatam erigere, vt inf. *d. concl.* 13. videbimus; Legatus autẽ, † 295.
licèt neutrũm facere poſſit ſine cõſenſu patroni laici, vtrumque tamen poteſt ſine conſenſu patroni Eccleſiaſtici, hoc eſt, ratione Eccleſiæ; vt poſt alios tradit Lambert. *tract. de iurep. tr. lib.* 3. *queſt.* 6. *art.* 1. *num.* 4. *in fi. & art.* 2. *num.* 2. idque etiam quoad vnionem voluit Azor *d. lib.* 5. *cap.* 29. *queſt.* 16. *& lib.* 6. *cap.* 28. *queſt.* 12. *ante med.* vt idem docet quoad iuſpatronatus laici non ex fundatione, vel dotatione, ſed ex præſcriptione, conſuetudine, vel priuilegio. quamuis quoad hoc vtrumque contrarium teneat Garz. *d. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 211. ex adductis per ipſum ſup. ex *num.* 202. quæ tamen concludunt ſolùm de Epiſcopo, non de Legato.

DECIMA CONCLVSIO. Pœnitẽtiaria Apoſtolica † hodie regulariter nequit mutare ſtatum 296.
Eccleſiæ, aut beneficij. Probatur: nam, quicquid fuerit antiquis temporibus, an Pœnitentiaria poſſet commutare vltimas voluntates, eiſve derogare; certè poſt Pium IV. nequit ſine ſpeciali Papæ commiſſione id facere, cùm nunc ſolùm poſſit reducere Miſſas, & anniuerſaria, ſicut poteſt Epiſcopus ex poteſtate ei, præſertim per Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *de reformat.* competente; (quam latiùs explicauimus ſuprà *cap.* 5. *queſt.* 11. *concluſ.* 4. & *cap. præced. queſt.* 5. *concluſ.* 14.) idque non niſi in foro conſcientiæ. quæ omnia cùm fuſiùs ſimus proſecuti *d. cap.* 5. *queſt.* 8. per tot. vbi de prædictæ ſacræ Pœnitentiariæ facultate in commutatione vltimarum voluntatum latè egimus; & *d. cap. præced. queſt.* 5. *concluſ.* 11. pariter per tot. vbi de eiuſdem Pœnitentiariæ facultate in derogando qualitatibus in beneficiorum fundatione appoſitis diſſeruimus; atque optimè poſſint mutationi ſtatus beneficiorum, & Eccleſiarum, de qua nunc agimus, applicari; non eſt, cur hac in re nunc diutiùs immoremur. maximè cùm *in d. conſtitutione* Pij IV. 53. alias 69. incip. *in ſublimi*, §. 4. ſeu *verſ. necnon ab vnionibus*, expreſsè præcipiatur maioti Pœnitentiario, vt abſtineat ab vnionibus perpetuis, & ſuppreſſionibus, ac tranſlationibus beneficiorum Eccleſiaſticorum, & applicationibus vnius beneficij alteri beneficio, & illarum confirmationibus; quæ omnia ad mutationem ſtatus beneficiorum, ſeu Eccleſiarum non eſt dubium pertinere.

VNDECIMA CONCLVSIO. Concilium prouinciale Epiſcoporum à Metropolitano, hoc eſt, Archiepiſcopo congregatum, † licèt regulariter ne- 297.
queat mutare ſtatum alicuius Eccleſiæ, aut beneficij diœceſum Epiſcoporum ad illud conuenientium: aliquando tamẽ poterit in caſibus, in quibus ſinguli Epiſcopi poſſunt. Prior pars concluſionis probatur tum ex iis, quibus ſup. *cap.* 5. *queſt.* 9. *concl.* 1. ſatis demonſtrauimus, huiuſmodi Cõcilium regulariter commutare non poſſe vltimas voluntates pertinentes ad diœceſes Epiſcoporum ad illud conuenientium: vt enim iam ſæpe docuimus, mutatio hæc ſtatus Eccleſiarum, vel beneficiorum ſpecies quædam eſt commutationis vltimarum voluntatum, præſertim ſuprà *præced. cap. queſt.* 1. cùm explicaremus definitionem illius mutationis, per quam derogatur ad tempus ſtatui beneficiorum, & hoc ipſo *cap. queſt.* 3. *concluſ.* 1. *circa initium*: valétque augmentum

tum à genere ad ſpeciem ſaltem negatiuè conceptum, ex traditis ab Euerard. *in Topic. iur.* & Vigel. *in Dialect. iur. loc. a gen. ad ſpec.* tum à fortiori ex aliis, quibus *cap. præced. quæſt. 5. concl.* 12. oſtendimus, Concilium prouinciale non poſſe regulariter derogare qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis, quæ eſt temporalis tantùm mutatio eiusdem qualitatum, ſeu ſtatus beneficij: præcipuè ex eo, quod *tad. quæſt. 5. concl. 10. verſ. de iure igitur patronatus, ad fin.* tradidimus, etiam ob id Nuntios, ſeu Legatos non de latere derogare non poſſe qualitatibus beneficiorum, quia beneficia conferre non poſſunt, *cap. 1. de offic. legat. in 6.* idémque dicendum de Epiſcopis quoad ea beneficia, quæ nequeunt conferre, ex adductis à Garz. *tract. de benef. part. 7. cap. 13. num.* 298. *76. cum duob. ſeqq.* quamuis hanc conſequentiam † quoad eam mutationem ſtatus Eccleſiæ, ſeu beneficij, quæ fit per vnionem, deſtruat Azor *d. part. 2. Inſtit. moral. lib. 5. cap. 29. quæſt. 17. & lib. 6. cap. 28. quæſt. 9.* tum quia Epiſcopus, inquit, poteſt vnire beneficia, quorum conferendum ius ad Prælatū aliquem inferiorem ſibi ſubditum ſpectat, vt ait Gambar. *tract. de offic. & poteſt. legat. lib. 5. num. 165.* tum quia beneficium nondum vacans conferri nequit, *cap. 1. 2. & 3.* ac toto penè tit. *de conceſſ. prab.* & tamen poteſt vniri, *Clem. ſi una, de reb. Eccleſ. non alien.* & *ibi* Doct. atque ipſemet Azor *d. cap. 28. quæſt. 12. circa med.* tum quia non idem iuris eſt de conferendo, quod de coniungendo, hoc eſt, vniendo beneficia; nam conferre eſt voluntatis, ac liberalitatis; at verò coniungere eſt neceſſitatis, vel vtilitatis; non enim connectuntur Eccleſiæ, niſi quia id neceſſitas, vel vtilitas poſtulat. Verùm, licèt hæc conſequentia quoad vnionem non valeat ob ſpeciales iuris diſpoſitiones, ac maximè quia Epiſcopo indiſtinctè quoad beneficia ius dat poteſtatem ea vniendi *in cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat.* tamen non video, cur in ceteris mutationibus ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij valere non poſſit; cùm ille his ſit acceſſorius, & eorum qualitas; vnde, qui de beneficio diſponere nequit conferendo, nec debet diſponere poſſe eius ſtatum mutando, quoniam acceſſorium ſequitur ſuum principale, & qualitas ſuum ſubiectum, *iur. vulgar.* maximè cùm per vnionem Eccleſiæ, ſeu beneficij, quæ acceſſoriè non fit, aut non ita æquè principaliter vt ex beneficiis vnum tertium fiat, non ita propriè mutetur ſtatus illius, nimirum quoad eiuſdem qualitates, & onera, ſed ſolùm modus, vt, quod ſeparatum, & diſiunctum, ac per ſe eſt, alteri vnitum, & coniunctum fiat. in acceſſoris verò, aut mox memorata æquè principali vnione ipſe titulus extinguatur, vt *in ſeq. cap. quæſt. 2.* latiùs videbimus. Nunc 299. verò poſterior † huius concl. pars probatur; quoniam Concilium prouinciale cognoſcit de omnibus cauſis Eccleſiaſticis totius prouinciæ, & habet ordinariam iuriſdictionem ſuper omnes de prouincia, *cap. propter. 1. & 2. 18. diſt. c. ſcitote, 6. quæſt. 3.* cum aliis ad id per nos adductis ſup. *cap. 5. quæſt. 9. concluſ. 2.* vbi etiam oſtendimus, ab eo cognoſci poſſe de cauſis ad Archiepiſcopum, eiuſve ſubditos pertinentibus, illiuſque negligentiam in iuſtitia miniſtranda ſuppleri; atque item cognoſci de cauſis appellationum ad ipſum ab Archiepiſcopo interpoſitarum: & *in cap. nullus Primas, 9. quæſt. 3.* habetur, quòd, ſi quis Metropolitanus Epiſcopus, niſi quod ad ſuam ſolummodo parochiam, hoc eſt, diœceſim pertinet, ſine conſilio, & voluntate omnium comprouincialium Epiſcoporum extrà aliquid agere tentauerit, gradus ſui periculo ſubiacebit, & quod egerit, irritum habeatur, & vacuum: ſed quicquid de Prouincialium Coëpiſcoporum cauſis, eorumque Eccleſiarum, & Clericorum, atque ſæcularium neceſſitatibus agere, aut diſponere neceſſe fuerit, hoc communi conſenſu comprouincialium agatur Pontificum. ex quibus verbis, iunctis aliis, quæ ſtatim antè habentur, colligere licet, poſſe Concilium prouinciale conſentientibus Epiſcopis, vel Archiepiſcopo, qui ad illud conueniunt, & ſubſiſtente alioqui cauſa mutare ſtatum alicuius Eccleſiæ, ac beneficij in diœceſibus prædictorum Epiſcoporum, vel Archiepiſcopi in caſibus, in quibus id ipſi Epiſcopi, vel Archiepiſcopus quoad ſuam diœceſim facere poſſent, per nos inf. *concl. 13.* adducendis. modò tamen horum ſinguli quoad ſuas diœceſes conſentiant, quod enim omnes tangit, ab omnibus debet approbari, *l. vlt. C. de auctor. præſt. cap. ſi Archiepiſcopus, de tempor. ord. & cap. quod omnes, de reg. iur. in 6.* cum ſuis concord. ſufficiet autem conſenſus maioris partis Epiſcoporum, cùm aliqui ex iis in ſuis diœceſibus, cùm tenerentur, aliquam huiuſmodi mutationem facere neglexerunt, aut recuſarunt: tum quòd in iis, quæ ex neceſſitate fieri debent, ſufficit conſenſus maioris partis illius vniuerſitatis, *l. quod maior, ff. ad municip. cap. 1.* & toto penè tit. *de his, quæ ſi. à maiſpar. Capit.* cum ſimil. *ibid.* per gloſ. alleg. *& in d. cap. quod omnes:* tum à fortiori ex eo, quod de poteſtate Archiepiſcoporum in caſu huiuſmodi negligentiæ, ac renitentiæ ſuorum ſuffraganeorum dicemus *in ſeq. concluſ.* Quod autem hac in re de poteſtate Concilij prouincialis à Metropolitano congregati dictum fuit quoad diœceſes eius ſuffraganeorum Epiſcoporum, † dicendum eſt de po- 300.
teſtate Concilij Primatialis quoad diœceſes, ac prouincias Archiepiſcoporum; ac de poteſtate Concilij Patriarchalis reſpectu diœceſium, ac prouinciarum Primatum: quæ Concilia licèt ab aliquibus nationalia, ab aliis regionalia nuncupentur, prouincialia tamen iure vocari poſſunt, vti ex variis prouinciis congregata, iuxta ea, quæ adduximus ſup. *d. cap. 5. quæſt. 9. præmiſſ. 2.* illud autem colligi poteſt tum ex *d. cap. nullus Primas*, quod *d. quæſt. 9. in fi.* ponderauimus; tum quia eadē in his Conciliis eſt ratio, quæ in illis ab Archiepiſcopo congregatis; vnde eadem eſſe debet diſpoſitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap. 2. de tranſlat. Epiſc.* cum ſuis concordant.

DVODECIMA CONCLVSIO Patriarcha, Primas, & Archiepiſcopus † regulariter non poteſt 301.
mutare ſtatum alicuius Eccleſiæ, aut beneficij diœceſis ſuorum reſpectiuè ſuffraganeorum: poterit autem quoad eorum Cathedrales Eccleſias, quoties quilibet Epiſcopus poteſt mutare ſtatum accidentalem reſpectu inferiorum Eccleſiarum ſibi ſubiectarum. Prior pars huius concluſionis probatur primò ex fundamentis, quibus ſup. *cap. 5. quæſt. 10. concl. 1.* docuimus, Patriarcham, Primatem, & Archiepiſcopum nihil agere, aut diſponere poſſe in diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum ſine eorum conſenſu, & voluntate, vt *in cap. nullus Primas, 9. quæſt. 2. cap. nullus Primas, & cap. conqueſtus, 9. quæſt. 3.* necnon *cap. duo ſimul, de offic. ord. & cap. 1. in princ. eod. tit. in 6.* quorum iurium verba partim *ibidem* retulimus, partim *cap. præced. quæſt. 5. concluſ. 12. circa medium, & concluſ. 13. circa initium.* Secundò probatur ex text. *in cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat.* vbi deciditur, non poſſe Prælatum Epiſcopo inferiorem ſuam Eccleſiam, vel ſibi ſubiectam alteri vnire ſine Epiſcopi conſenſu etiam intercedente Metropolitani auctoritate: atque in hiſce terminis vnionis poſt Rebuff. *in præx. benefic. part. 6. tit. de vnion. benefic. numer. 30.* docet Azor *Inſtitut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. quæſt. 7.* non poſſe Archiepiſcopum vnire Eccleſias Epiſcopis ſuffraganeis ſubiectas,

cùm vnire Eccleſias, vel beneficia ſit iuriſdictionis ordinatiæ, *d. cap. ſicut vnire*; quam Archiepiſcopus in huiuſmodi Eccleſiis, ſeu beneficiis non habet, *cap. paſtoralis, in princip. de offic. ordin.* cum ſuis concord. Ampliatur autem hæc prior pars concluſionis iis modis, quibus poſterioris partis limitatio extendetur. Hæc ipſa verò prior pars limitatur; quòd, ſi ſuffraganeus Patriarchæ, Primatis, vel Archiepiſcopi negligens fuerit, aut renitens in facienda mutatione ſtatus alicuius beneficij, aut Eccleſiæ in caſibus, quibus eam facere tenetur, quos colligere licet ex adductis ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concluſ. 3. & quæſt. 4.* ſæpe, potiſſimùm verò ex adducendis infrà *concluſ. ſeq.* poterit Patriarcha, Primas, & Archiepiſcopus debitè referendo adiri ſiue præuia appellatione, ſiue per querelam; qui vel compellat ſuffraganeum mutationem illam facere, vel ipſe faciat; vt ſatis comprobari poteſt ex iis, quæ hac in re de commutatione vltimæ voluntatis tradidimus *d. cap. 5. quæſt. 10. concluſ. 1. limitat. 1. & 2.* & quod in hac ſpecie mutationis ſtatus Eccleſiæ tradit Petr. de Peruſ. *tract. de mutat. ſtat. Eccleſ. cap. vltim. numer. 13.* poſt Innocent. *in cap. paſtoralis, circa initium, de priuileg.* ac de vnione Eccleſiarum docet poſt alios Rebuff. *in præx. benefic. tit. de vnion. benefic. numer. 42.* Poſte-
302. rior autem † pars huius concluſ. ex eo probatur, quòd Archiepiſcopus eſt iudex ordinarius ſuorum ſuffraganeorum Epiſcoporum, Primas ſuorum Archiepiſcoporum, & Patriarcha Primatum ſibi ſubiectorum, vt ſatis demonſtrauimus *d. quæſt. 10. ſuppoſit. 1. & 2.* iuncta *concluſ. 2.* vbi ex hoc docuimus, Patriarcham poſſe commutare vltimas voluntates ſpectantes ad ipſas Eccleſias Cathedrales Primatiales ſibi ſubiectas; Primatem ſpectantes ad Eccleſias Metropolitanas ſuorum Archiepiſcoporum; & Archiepiſcopum pertinentes ad Cathedrales ſuorum ſuffraganeorum: ſicque mutare poterit aliqua onera, vel qualitates accidentales ipſarum Eccleſiarum Cathedralium; ipſum enim ſtatum principalem, & eſſentialem, ſeu ſubſtantialem Eccleſiæ Cathedralis mutare ſolus Papa poteſt, vt patet ex adductis ſuprà hac ipſa quæſt. *concluſ. 9.* in primo, ſecundo, tertio, quarto, quinto, ſexto, ac decimo caſibus prioris partis illius concluſionis.

Ampliatur verò hæc poſterior pars præſentis
303. concluſ. vt Patriarcha, Primas, Archiepiſcopus † in propriis diœceſibus mutare poſſit ſtatum Eccleſiarum, aut beneficiorum in caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus quoad ſuas diœceſes; per ea, quæ de commutatione vltimarum voluntatum quoad hoc tradidimus *d. quæſt. 10. concluſ. 3.* ex eo potiſſimùm, quòd prædicti in ſuis diœceſibus habentur pro ſimplicibus Epiſcopis, vt ſatis conſtat ex *d. cap. conqueſtus, 9. quæſt. 3. & cap. duo ſimul, de offic. ordin.* necnon ex Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 3. in initio, de reformat.* Ex hac porrò ampliatione infertur verum eſſe, quod tradit Azor *Inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. quæſt. 7.* quòd, licèt Archiepiſcopus nequeat vnire Eccleſias Epiſcopis ſuffraganeis ſubiectas, vt paulò antè vidimus, quia poteſtas vniendi eſt iuriſdictionis ordinariæ, *cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat.* quam non habet Archiepiſcopus in huiuſmodi Eccleſiis, poterit tamen vnire Eccleſias, & beneficia ſuæ ditioni ſubiecta, ſicut Epiſcopus, iuxta *d. cap. ſicut vnire, & Clement. 2. de reb. Eccleſ. non alien.* limitatur verò eadem poſterior pars, vt
304. † Patriarcha nequeat mutare ſtatū Eccleſiæ Metropolitanæ eo etiam modo, quo paulo antè diximus quoad onera, & qualitates accidentales; neque Primas ſtatum Eccleſiæ Cathedralis Epiſcoporum ſuffraganeorum alicuius ex Archiepiſcopis ſibi ſubiectis; per ea, quæ *d. quæſt. 10. concluſ. 2.* adduximus. Neque his obſtat *cap. ſi clericus aduerſus, 11. quæſt. 1.* quatenus *inibi* haberi videtur, æquè ad Patriarcham recurri poſſe, atque ad Primatem à Clerico, vel Epiſcopo, qui cum ſuo Metropolitano controuerſiam habet: nam, vt admonuimus *cap. præced. quæſt. 5. concl. 13. limit. vnic.* poſterioris partis illius concluſionis; accipiendum illud eſt, data negligentia, vel renitentia Primatis in illa controuerſia terminanda, vel præmiſſa appellatione ab ipſo Primate interpoſita. ſicque habemus duplicem reſtrictionem huius limitationis. Quæ quidem, ac ſimul prior pars huius concluſ. extenditur primò, vt † 305.
neque Patriarcha de conſenſu Archiepiſcopi, eiúſve ſuffraganeorum, aut Clericorum his, vel Archiepiſcopo, aut etiam Primati ſubiectorum poſſit mutare aliquem ſtatum, ſeu qualitatem Eccleſiarum, aut beneficiorum eorumdem; neque Primas ſtatum Eccleſiæ Cathedralis Epiſcopi, vel beneficij alicuius Clericorum illi ſubiectorum; neque Archiepiſcopus quoad horum Eccleſias, vel beneficia, vbi ſaltem tamquam iudex, & per viam contentioſæ iuriſdictionis eam mutationem facere velit; cùm ad id exigatur conſenſus immediati ſui ſuperioris; vt ſatis colligitur ex text. *in cap. ſignificaſti, de for. compet. & cap. 1. in princ. eod. tit. in 6.* Extende ſecundò, vt † Patriarcha, Primas, vel Archi- 306.
epiſcopus, nec etiam in actu viſitationis propriæ prouinciæ poſſit mutare ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij diœceſis ſuorum reſpectiuè ſuffraganeorum; vt conſtat ex iis, quibus id de commutatione vltimarum voluntatum tradidimus *d. cap. 5. quæſt. 10. concl. 2. extenſ. 2.*

An verò Patriarcha, Primas, aut Archiepiſcopus † ante receptionem pallij poſſit huiuſmodi muta- 307.
tionem ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij facere, quam poſt receptionem poſſet, facilè quis colliget ex traditis hac in re de commutatione vltimæ voluntatis, *d. quæſt. 10. poſt 3. concl.*

DECIMATERTIA CONCLVSIO. Epiſcopus licèt † regulariter non poſſit mutare ſtatum 308.
alicuius Eccleſiæ, aut beneficij: aliquando tamen poteſt. Prior pars concluſionis probatur; tum ex eo, quòd mutatio huiuſmodi aduerſatur iuri communi ſaltem humano poſitiuo, vt patet ex iis, quæ adduximus ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concl. 3.* præſertim verò ex Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 5. & 16. de reformat.* prout *ibidem* latiùs deduximus: at verò inferior nequit regulariter derogare legi ſuperioris, *l. fin. C. de legib. cap. inferior, 21. diſt. & Clem. ne Romani, de elect.* cum ſimil. & in ſpecie non poſſe Epiſcopum derogare legi Pontificiæ, ſeu iuri canonico, plerique tradiderunt, quos ſequuntur Couar. *4. Decretal. 2. part. cap. 6. in princip. num. 15. & §. 10. num. 11.* ac nouiſſimè Thom. Sanchez *lib. 2. de matrimon. diſp. 40. num. 1.* Tum ex aliis, quibus ſup. *cap. 5. quæſt. 11. concl. 1.* fuſiùs oſtendimus, Epiſcopum non poſſe commutare vltimas voluntates: hæc verò mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij commutatio quædam eſt vltimæ voluntatis; atque ab hac ad illam tamquam à genere ad ſpeciem ſaltem negatiuè arguere licet; vt cùm alibi ſæpe in hoc cap. tum initio concluſionis 11. præſentis quæſt. docuimus: maximè cùm huiuſmodi ſtatus vtplurimum per fundatorem aliquem in vltima voluntate, hoc eſt, diſpoſitione ſine cauſa mortis, ſiue inter viuos, (iuxta tradita per nos ſuprà *cap. 1. quæſt. 1. & 2. circa medium*, & latiùs *cap. 2. quæſt. 1. & 2.* ferè per tot.) creetur, ſeu inſtituatur. Tum denique

à fortiori

à fortiori ex iis fundamentis, quibus *cap. præced. quæſt. 5. concl. 14.* tradidimus, nunc ſaltem poſt Conc. Trid. non poſſe Epiſcopum etiam cum heredis eius, qui beneficium fundauit, conſenſu pro vna quoque vice qualitati eiuſdem beneficij derogare. nam multò minùs poterit derogationem perpetuam illius qualitatis, quam mutationem ſtatus vocamus, facere; cùm in hoc maius præiudicium verſetur, magiſque contraueniatur fundatoris voluntati, qui qualitatem illam perpetuò annexam eſſe voluit. & quamuis non pauci etiam, quos *d. concl. 14.* eorum opinionem non improbabilem aſſerentes retulimus, nunc etiam poſſe Epiſcopum pro vna vice cum patroni conſenſu qualitati beneficij derogare, voluerint: in eo tamen omnes conueniunt, & hi quoque admittunt perpetuò ab Epiſcopo ei derogari non poſſe, immo & in ſpecie id voluit inter cæteros Lamber. *tract. de iurepatron. lib. 3. quæſt. 5. art. 3. num. 4.* & ante eum Fel. *in cap. cùm acceſſiſſent, num. 19. verſ. ſecundus caſus, de conſtit.* & poſt Calder. tenuit Abb. *ibidem num. 5.* vbi etiam cum aliis ponit caſum ſpecialem diminutionis numeri præbendarum, ſeu ſuppreſſionis dignitatis; aſſerens, id non poſſe fieri ab Epiſcopo etiam cum Capitulo ſine conſenſu patroni, hoc eſt, fundatoris, vel eius heredis; de quo nos latiùs *cap. ſeq. quæſt. 5. concl. 12.* quod totum cap. erit de ſuppreſſione beneficiorum, ex quibus habemus duos ſpeciales caſus, in quibus nequit Epiſcopus mutare ſtatum Eccleſiæ, aut beneficij alicuius. Tertius ſpecialis caſus eſt † erectionis dignitatis in aliqua Eccleſia, cùm tamen patronus inibi illud beneficium abſque dignitate inſtituerit: nam Epiſcopum non poſſe talem erectionem facere ſaltem ſine patroni conſenſu, voluit Bald. *d. cap. cùm acceſſiſſent, num. 14.* Idémque in vnione; (& hic ſit quartus ſpecialis caſus;) quòd † ſine patroni conſenſu ab Epiſcopo fieri nequeat, poſt Paul. *in Clem. ne in agro, §. adhæc, de ſtat. reg.* tradit Abb. *d. num. 5.* & *ibi* Apoſt. allegans quoque Card. *conſ. 110.* in id citantem Innoc. *cap. ſuggeſtum, de iurepatr.* quod & tenet Dec. *d. cap. cùm acceſſiſſent, in 3. concluſione Abbatis, ſub num. 11. in antiq.* poſt Cald. *conſ. 96. in fi.* & alios, necnon Apoſtillat. Dec. *ibi ad verbum, vnire, ſub lit. f.* poſt Petr. de Peruſ. *tract. de vnion. Eccleſ. cap. 4. quæſt. 11. & cap. 5. quæſt. 5.* & Iaſ. *conſ. 116. in fi. lib. 4.* Idem etiam latè probat Lambert. *d. lib. 3. quæſt. 6. art. 2.* Azor. *Inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. quæſt. 12. ante med.* ac poſt multos nouiſſimè Nic. Garz. *tract. de benefic. part. 12. cap. 2. num. 202. 203. ac 205.* Ad id autem Azor allegat text. *in cap. ſuggeſtum, de iurepatr.* qui tamen loquitur † in caſu conceſſionis Eccleſiæ patronatæ, vt ex ea fiat aliqua præbenda, vel ex eius Eccleſiæ bonis, ac reditibus antiquæ præbendæ reditus exigui, ſeu diminuti augeantur, arg. *cap. expoſuiſti, de prab.* vel vt donatæ intelligantur menſæ Capitulari, fortè, vt in diſtributiones quotidianas conuertantur, vel vt ſint loco præbendarum: de quo ſpeciali caſu, Lambert. *d. quæſt. 6. art. 4.* concludit, non poſſe hoc fieri ſine conſenſu patroni; & ſic habemus alium caſum, in quo Epiſcopus non poteſt ſine conſenſu patroni mutare ſtatum Eccleſiæ, ſeu beneficij. Sextus caſus eſt in conceſſione Eccleſiæ ſimpliciter facta alicui pio loco abſque tali onere, vt inde conſtituantur, vel, vt ita dicam, impinguentur præbendæ, quæ pariter conceſſio, † vbi Eccleſia patronata ſit, non poteſt fieri ſine conſenſu patroni: vt poſt alios ſentit Lambert. *d. quæſt. 6. art. 3.* & probat text. *in d. cap. ſuggeſtum*, in ſui ratione, ſeu præſuppoſito, ibi; vnde licèt in donationibus Eccleſiarum requirendus ſit, & expectandus patronorum conſenſus, quia tamen Eccleſiæ, niſi auctoritas interuenerit Pontificalis, ca-

309. 310. 311. 312.

nonicè concedi non poſſunt, &c. Immo non poterit Epiſcopus etiam de conſenſu patroni † conferre Eccleſias parochiales, vel obuentiones ipſarum religioſis ſine conſenſu Capituli, vel licentia Papæ, quamuis reſeruetur Vicario congrua portio pro eius ſuſtentatione, vt diſponitur *in cap. paſtoralis, de his, quæ ſi. à præl. ſin. conſ. capit.* neque poterit Eccleſiam baptiſmalem vacantem perpetuò conferre Cœnobiis, vel Eccleſiis conuentualibus, etiamſi habeant inſpatronatus in Eccleſiis conceſſis, abſque huiuſmodi conſenſu ſui Capituli, vt cauetur *in cap. ſua nuper. eod. tit.* Quinetiam idem Capituli conſenſus requiritur † in quauis conceſſione, ſeu donatione Eccleſiæ facta ab Epiſcopo alicui religioſo loco; vt colligitur ex *Clem. 2.* quæ incipit, *ſi vna, de reb. Eccleſ. non alien.* & apertè habetur *in cap. paſtoralis, de donat.* ſicque ſextus hic caſus quaſi quatuor ſimul continet. Septimus ſpecialis caſus eſt erectionis Eccleſiæ non Cathedralis in Cathedralem, quæ cùm ſit Papæ reſeruata, vt ſup. hac ipſa quæſt. *concl. 9.* circa initium in primo ex caſibus Rom. Pontifici reſeruatis, fieri ab Epiſcopo non poterit. vnde incautè locuti ſunt Fel. *cap. cùm acceſſiſſent, num. 17. verſ. idem ſi vellet eam erigere*, iuncto verſ. ſtatim præced. & Apoſtillat. Abbatis *d. num. 5. ſub lit. A.* ex Anchar. *in cap. cùm inferior, de maior. & obed.* dum ſupponunt, Epiſcopum cum patroni conſenſu poſſe Eccleſiam patronatam erigere in Cathedralem. ſed certè Anch. hoc *ibi* non dicit: nam *ſub num. 3.* ſolùm ex eo text. colligit, poſſe ſine conſenſu patroni erigi Eccleſiam aliquam in Cathedralem, vel collegiatam; non exprimit tamen an ab Epiſcopo, vel Papa. certè text. *d. cap. cùm inferior*, vnde Anchar. illud ſuum dictum colligit, iuncta gloſ. *ibi verbo, Cathedralem*, ab aliis recepta, loquitur de Legato Sedis Apoſtolicæ, qui ex ſpeciali eiuſdem facultate erexit monaſterium in Eccleſiam Cathedralem. quamuis Epiſcopus, cùm in ciuitate, vel diœceſi ſunt populi diuerſarum linguarum, quibus prouideri nequeat per viros idoneos, qui ſecundùm varietatem linguarum officia eis celebrent, & ſacramenta miniſtrent, † poſſit vrgente tali neceſſitate conſtituere ſibi Vicarium Pontificem illius linguæ; ita tamen, vt non per hoc eadem diœceſis debeat habere duos Epiſcopos; vt decernitur *in cap. quoniam, de offic. Ordin.* quod idem quoad viros illos idoneos ſibi aſſumendos, ac in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis ob id inſtituendos ſtatuitur *cap. ſeq.* quod incipit, *inter cætera*; vbi Epiſcopi propter multiplices occupationes, vel inualetudines corporales, hoſtiles incurſus, aut alias occaſiones, vel etiam defectum ſcientiæ, per ſeipſos non ſufficiunt, miniſtrare populo verbum Dei, maximè per amplas diœceſes, & effuſas. Octauus caſus eſt erectionis Eccleſiæ non collegiatæ in collegiatam; quam † ſine patroni conſenſu ab Epiſcopis fieri non poſſe, vbi ea Eccleſia ſimplex ab aliquo patrono fundata ſit, præter Felin. & Apoſtill. Abbatis *vbi ſup.* tenet Dec. *d. num. 11.* qui omnes ad id allegant Bald. *in l. ſi quis preſbyter, not. 3. C. de Epiſc. & Cler.* & gloſ. communiter recepta *in cap. nobis, verbo, in Capella, de iurepatr.* quam etiam aliis relatis ſequitur Lambert. *d. lib. 3. quæſt. 6. art. 1. num. 2. cum dueb. ſeqq.* Nonus caſus eſt mutationis Eccleſiæ ſæcularis in regularem, vel contrà; quam † fieri regulariter non poſſe ab Epiſcopo voluit inter cæteros Rebuff. *in Prax. benefic. part. 1. tit. de erect. Eccleſ. in Cathedral. ſæcular. vel in al. ſtat. num. 10. cum ſeq.* & Io. Azor. *Inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 30. quæſt. 2. in princ.* licet eorum fundamenta, vt paulo pòſt videbimus, non conuincant. probatur verò *in cap. poſſeſſores, in*

313. 314. 315. 316. 317.

respons. iuncta suprascriptione, *de reb. Eccles. non alien.* vbi Innoc. III. Archiepiscopo Montis regalis rescribens ait, quòd non debet Ecclesias, in quibus Monachi ministrare consueuerunt, clericis, vel laicis assignare. Ad idem quoque est bon. text. *in cap. quæ semel, 19. quæst. 3.* iuxta quorumdam expositionem, de quo inf. hac ipsa concl. in posteriori eius parte, sed melior *in cap. inter quatuor, in 1. respons. de religios. domib.* vbi Innoc. III. Constantinopolitano Patriarchæ rescribens, quamdiu, inquit, monasteria per regulares remanere potuerint ordinata, non sunt ad sæculares clericos transferenda: ibique glos. ab aliis approbata in verbo, *per regulares*, affert hanc regulam, in Ecclesia regulari non potest Episcopus ponere Canonicos sæculares, per hunc text. & alia iura, quæ in d. posteriori parte ponderabimus. Decimus casus huic affinis † esse is potest, qui habetur 318. *in cap. relatum, ne cler. vel mon.* quoad mutationem status vnius Ordinis regularis in alium: *ibi* enim Alexand. III. Londonen. Episcopo mandat, vt quosdam Monachos ad obseruantiam suæ regulæ appellatione remota compellat, & monasterium, si fieri potest, ex Fratribus sui ordinis reformet. quódque regulariter solus Papa possit Ecclesiam regularem vnius Ordinis, & instituti mutare in alteram diuersæ religionis, & professionis, voluit Azor. *d. lib. 6. cap. 30. quæst. 2. in princ.* licet ratio, qua nititur, exemptionis Regularium ab Ordinario id non probet, vt ad fin. præsentis concluf. videbimus. Vndecimus casus est mutationis Ecclesiæ parochialis in non pa- 319. rochialem: quæ mutatio † regulariter Episcopo prohibita est, vt satis constat ex Conc. Trid. *sess. 25. cap. 16. de reform.* quod decretum latè explicauimus sup. hoc ipso cap. *quæst. 3. concl. 3. ante med.* Vbi etiam alium casum attulimus, ac simul comprobauimus huiusmodi mutationis status Ecclesiæ, vel beneficij 320. Episcopo prohibitæ, nimirum † quoad certum ordinem beneficiis annexum, aut etiam qualitatem, vtputa, quòd sit præbenda Presbyteralis, Diaconalis, vel Subdiaconalis; quódve sit Theologalis, Magistralis, vel Doctoralis; atque item quoad certa onera beneficiis iuncta; potissimùm ex eod. Conc. Trid. *sess. 25. cap. 5. de reform.* ad quod etiam quoad Ordines facit à fortiori ipsummet Concil. *sess. 22. cap. 4. de reform.* dum disponit, ne beneficia certum ordinem annexum habentia alicui conferantur, qui iam ætatem ad illum ordinem saltem intra annum suscipiendum, ac cæteras habilitates, non habeant; in hoc innouando similem dispositionem Concilij Viennen. *Clem. 1.* quæ incipit, *vt in, qui, §. illi verò, de ætat. & qualit. & ord. præficiend.* sicut neque poterit Episcopus noua onera beneficiis, vel Ecclesiis imponere saltem sine consensu eorum, quorum interest; arg. *cap. 3. cap. prohibemus, cap. significauit, & cap. grauis, de censib.* facitque Rot. Rom. apud Caputaq. *decis. 241.* incipit, *Simoniaca est, part. 3.* vbi decisum fuit Simoniacam esse collationem per Episcopum factam Titio cum onere Theologali legendi sacram Scripturam, quod prius beneficium illud non haberet; idque fuisse tentũ die 20. Martij 1551. coram D. Vestano in vna Pampilonen. Prioratus. quæ decisio quomodo conciliari possit cum decis. 277. part. 2. apud eundem Caputaq. ad fin. huius 321. concluf. videbimus. Posterior † pars huius eiusdem conclusionis probatur primò ex casibus, in quibus diximus in priori huius eiusdem concluf. parte Episcopum non posse sine patroni, vel Capituli sui consensu mutare statum Ecclesiæ alicuius, vel beneficij; inde enim sumpto argumento à contrario sensu; (quod in iure validissimum est, *l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. cap. cum Apostolica, in fi. de his, quæ fi. à prælat. sin. consens. capit.* cum aliis ad id allegat. ab Euerard. *in loc. à contrar. sens. in princ. & num. 1. 2. 3. 10. 11. 14. & 15.* apertè colligitur, quòd cum tali consensu poterit in iis casibus Episcopus statum Ecclesiæ, vel beneficij mutare. Secundò in casibus, † in quibus non agitur de mutatione status 322. Ecclesiæ ab aliquo sic fundatæ, sed fortè ex oblationibus, aut fructibus excrescentibus poterit Episcopus cum solo Capituli sui consensu eius statum mutare; vt post alios sentit Rot. Rom. apud Thom. Fastol. *caus. & dub. vlt. num. 6.* tradúntque Abb. & cæteri *in cap. cùm accessissent, de constit.* immo etiam plerumque sine eo, vbi non agatur de alienatione rerum Ecclesiæ: sic intelligo Petr. de Perus. *tract. de mutat. stat. Eccles. cap. vlt. num. 13.* dum post Innoc. *in cap. pastoralis, circa initium, de priuil.* docet, quòd ex causa interueniente auctoritate Episcopi potest mutari status Ecclesiæ alicuius, ex notat. *in cap. antepen.* quod incipit, *cùm consuetudinis, de consuet. cap. cùm omnes, de constit. & cap. prohibemus, de censib.* vt tamen Episcopus sibi prouideat, illud eligere debet, quod magis viderit placitum Deo, & reipublicæ expedire, vt in exemplo Innoc. si in aliqua Ecclesia consueuit esse multitudo Canonicorum, quia ibi erat multitudo populi, & deficiente populo remansit Ecclesia cum suis diuitiis, melius videtur modò, quòd istæ diuitiæ transferantur ad Ecclesiam, vbi maius seruitium fiat Deo, quàm ibi maneant, sic etiam intelligo Io. Azor. *Institut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 30. quæst. 2. vers. cæterùm*; vbi iuncto eius princ. simpliciter docet, Ecclesias alias inferiores præter Cathedrales, collegiatas, & regulares posse Episcopum proprio iure mutare, cùm ius habeat, & auctoritatem † Ec- 323. clesias in sua ditione constitutas administrandi, & regendi: ad quod postremum nihil allegat; potuit autem allegare *cap. 1. cum quinque seqq. 10. quæst. 1. cap. 1. & 2. 16. quæst. 3.* aliàs 5. *cap. omnes Basilicæ, 16. quæst. 7. cap. monasteria, 18. quæst. 2. cap cùm non liceat, de præscript. & cap. de xenodochiis, de relig. domib.* quæ iura ad id allegat glos. *ibi, verbo, diœcesi, & cap. sicut venire, in ẽ verbo, diœcesi, de excessib. prælat.* & aliqua ex his, atque alia Mandos. *in praxi signat. grat. tit. ac electionibus, vers. quando Decanus.* Inde autem infert Azor, quòd potest Episcopus † simplicem Ecclesiam 324. in Parochialem mutare, & è contrario, per text. *in cap. ad audientiam, il 1. de Eccles. ædif.* qui tamen text. neutrũ bene probat; solùm enim *ibi* habetur, quòd, si aliqua villa de parochia alicuius Ecclesiæ ab ea ita distat, & tempore hyemali, cùm pluuiæ inundant, nõ possint parochiani sine magna difficultate ipsum adire, vnde non valent congruo tempore Ecclesiasticis officiis interesse: ea verò Ecclesia ita reditibus abundat, vt præter illius villæ prouentus minister illius valeat sustentationem habere; potest, & debet Episcopus nouam Ecclesiam ibi ædificare, & in ea sacerdotem sublata appellatione ad præsentationem rectoris Ecclesiæ maioris cum canonico fundatoris assensu instituere ad suam sustentationem percepturum: prouidendo tamen, vt competens in ea honor pro facultc loci matrici Ecclesiæ seruetur. Si verò rector matricis Ecclesiæ virum idoneum præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire, ipse nihilominus Episcopus opus perficiat, & virum idoneum appellatione sublata instituat. quæ quidem nouarum parochiarum instituendi ratio, & potestas, atque obligatio in Episcopo innouatur à Conc. Trid. *sess. 21. cap. 4. de reform.* solúmque addit, quòd vbi reditus Ecclesiæ matricis non sufficiant quoque pro sacerdote nouiter erectæ, possit Episcopus compellere populum huic ea subministrare, quæ sufficiant ad eius vitam sustentandam, quacumque

reſeruatione generali, vel ſpeciali, vel affectione ſuper dictis Eccleſiis, non obſtantibus; neque huiuſmodi ordinationes, & erectiones poſſint tolli, nec impediri ex quibuſcumque prouiſionibus etiam vigore reſignationis, aut quibuſuis aliis derogationibus, vel ſuſpenſionibus. ex quibus vtriuſque decreti, ſeu canonis verbis nihil prorſus habetur de mutatione Eccleſiæ ſimplicis in parochialem: ſed neque id colligi poteſt ex *cap. fin. de Eccleſ. ædif.* ſolùm enim *ibi*, licèt generaliùs, decernitur, quòd non obſtante iuramento de rebus Eccleſiæ non alienandis poteſt Epiſcopus propter populi indigentiam nouam Eccleſiam intra alterius fines ædificare: ad quod etiam eſt text. *in cap. Eccleſia, & cap. quicumque*, 16. *quæſt.* 1. necnon *cap. Eccleſiæ*, 16. *quæſt.* 7. vbi pariter habetur, Epiſcopum poſſe iuxta exigentiam nouas Eccleſias ædificare: nullibi autem in his iuribus habetur, poſſe, aut debere ab eo vnam Eccleſiam in aliam commutari. Verum tamen puto ipſam concl. Azor. *d. cap.* 30. *quæſt.* 2. *verſ. cæterùm*, quòd poſſit Epiſcopus mutare ſimplicem Eccleſiam in parochialem; quod etiam volunt Rebuff. *in prax. benef. part.* 1. *tit. de erect. in curat. & paroch. num.* 1. & Garz. *tract. de benef. part.* 12. *cap.* 5. *num.* 2. & 3. vbi etiam reſpondet ad quamdam ſacræ Congr. declarat. cum propter generalem facultatem, quam habet Epiſcopus erigendi nouas Eccleſias, atque etiam parochiales, non negando, quin etiam id facere poſſit aſſumendo ad eum ſtatum ſimplicem Eccleſiam ſeruatis ſeruandis, vt in iurib. mox allegat. tum propter adminiſtrationem, & curam generalem, ac penè liberam, quam habet ſuæ diœceſis, & Eccleſiarum, quæ intra eius fines ſitæ ſunt, vt in aliis iuribus antea cit. Quoad mutationē verò Eccleſiæ parochialis † in non parochialem ex prædictis iuribus multo minùs aliquid colligi poteſt. ex Concilio autem Trid. *d. ſeſſ.* 21. *cap.* 5. *de reform.* colligere huiuſmodi mutationem, ſeu facultatem mutandi Eccleſiam in Epiſcopo licet, ſed per viam vnionis; dum *ibi* in hæc verba decernitur; vt etiam Eccleſiarum ſtatus vbi ſacra Deo officia miniſtrantur, ex dignitate conſeruetur, poſſint Epiſcopi etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati iuxta formam iuris, ſine tamen præiudicio obtinentium, facere vniones perpetuas quarumcumque Eccleſiarum parochialium, & baptiſmalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis propter earum paupertatem, & in cæteris caſibus à iure permiſſis; etiamſi dictæ Eccleſiæ, vel beneficia eſſent generaliter, vel ſpecialiter reſeruata, aut quálitercumque affecta; quæ vniones etiam non poſſint reuocari, nec quoquo modo infringi vigore cuiuſcumque prouiſionis, etiam ex cauſa reſignationis, aut derogationis, aut ſuſpenſionis Quod ſanè decretum, quatenus intelligi etiam poteſt de acceſſoria vnione, quæ per extinctionem, ac ſuppreſſionem alterius beneficij fit, pertinet ad materiam *cap. ſeq.* vnde *inibi quæſt.* 5. *concl.* 12. eius mentionem faciemus: ſed, quia poteſt quoque intelligi de vnionibus æquè principalibus, per quas ex duobus beneficiis fit vnum tertium, (iuxta id, quod de variis vnionum ſpeciebus trademus *d. cap. ſeq. quæſt.* 1. *poſt medium*;) quomodo hæ vniones, de quibus in memorato decreto, continent etiam quandam mutationem ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij, ideo, quæ ſit forma iuris, qui *inibi* ſeruanda præſcribitur in hiſce vnionibus, dicemus inf. hoc ipſo cap. *quæſt.* 7. qui autem ſint ij caſus in iure expreſſi, præter Eccleſiarum paupertatem, videbimus quæſt. hanc proximè ſequenti. Nunc verò illud admonemus, † regulariter vnionem Eccleſiarum inferiorum, earúmque ſubiectionem ad proprium Epiſcopum pertinere, vt probat text. ad litterā *in cap. ſicut vnire, de exceſſib. prælat.* vbi Cœleſtinus III. Sicut vnire, inquit, Epiſcopatus, atque poteſtati ſubiicere alienæ, ad ſummum Pontificem pertinere dignoſcitur: ita Epiſcopi eſt Eccleſiarum ſuæ diœceſis vnio, & ſubiectio earundem; per quem text. id adnotarunt *ibi* Doct. communiter, ac ſignanter de vnione id tradiderunt quotquot de vnionibus Eccleſiarum, ſeu beneficiorum ſcripſerunt; & Azor. *d. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 6 ad id quoque allegans Rebuff. *in prax. benefic. tit. de union. benefic. n.* 22. ac text. *in cap. quod tranſlationem, de offic. legat.* qui tamen hoc non dicit, ſed ad ſummum id inde colligitur de Legato per argumentum à ſpeciali, quatenus *ibi* habetur, Legatum non poſſe vnire Epiſcopatus vigore legationis. Idipſum verò de Epiſcopo multis relatis tradit etiam Garz. *tract. de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 62. id intelligens † de beneficiis non exemptis; ac ita temperans poſt alios, vt non poſſit vnire omnia beneficia ſuæ diœceſis conjunctim, ſed ſingula. Malè autem idem Azor. *d. lib.* 6. *cap.* 30. *quæſt.* 2. *in prine.* negat Epiſcopo † poteſtatem mutandi Eccleſiam aliquam in collegiatam, dum id à ſolo Papa fieri poſſe putat; quia, inquit, collegiata non erigitur, niſi principalis aliqua dignitas in ea inſtituatur, cuius ſit toti Eccleſiæ Collegiatæ præeſſe; at huiuſmodi dignitates non niſi Papæ auctoritate creari poſſunt; quod tamen poſtremum ipſe non probat, nec verum eſt, nam, quòd nouas numero dignitates, licèt non ſpecie diſtinctas ab iis, quas ius, vel approbata conſuetudo in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſiis introduxit, poſſit Epiſcopus erigere in eiſdem Eccleſiis ſaltem cum Capituli ſui conſenſu, eóque ſolo, vbi beneficium illud ab aliqua perſona, vel Eccleſia, vt ſimplex, ac ſine dignitate fundatum ex propriis bonis non ſit, ſed ex oblationibus, aut fructibus excreſcentibus illarum Eccleſiarum, aut ſimilibus, tradunt Abb. Butr. & Imol. *in cap. cùm olim, de conſtitut.* & idem Abb. *in cap. cùm acceſſiſſent, num.* 4. Fel. *num.* 14. *cum duob. ſeq.* vbi hoc declarat, *de conſtit.* necnon *ibid.* communiter Doct. per illum text. & *cap.* 1. 22. *diſt.* prout fatetur *ibi* Ant. Burg. *num.* 174. licèt ipſe *ibi* contrarium tueri conetur vſque ad *num.* 192. ſicut & Mandoſ. *in prax. ſignat. grat. tit. de erection. verſ. nouas dignitates*, per *d. cap.* 1. vbi Nicol. II. ait, quòd Eccleſiarum cuiuſlibet Ordini, dignitates inſtituit Romana Eccleſia, & *cap. cùm olim, de conſtitut.* vbi pro erectione nouæ numero tantùm dignitatis aditus fuit Papa. nam ad *d. cap.* 1. reſpondeo vel cum Abb. *d. cap. cùm acceſſiſſent, num.* 4. & aliis, illud eſſe accipiendum de dignitate omnino noua; vel de dignitatibus Epiſcopalibus, vel ſuperioribus, quæ diuerſæ ſunt, ac diuerſis nominibus nuncupantur. ad *d. cap. cùm olim*, dico cum Abb. *ibi*, Papam non fuiſſe aditum ex neceſſitate, ſed ex voluntate. atque ad maiorem cautelam propter opinionum varietatem, vel quia fortè non conueniebant Epiſcopus, & Capitulum, ipſeque ſolus id facere cupiebat: vel denique volebat id facere cum præiudicio aliarum dignitatum in ea Eccleſia quoad reditus, aut honorem. atque hæ duæ reſponſiones fundamentum habent in ipſo text. ſicque tollitur replicatio Burg. *vbi ſup. num.* 190. quòd ſolutiones Abb. *ad d. cap. cùm olim*, ſint diuinatiuæ, quia nemo præſumitur velle ſequi auctoritatem ſuperioris, ſi ipſe eam habet. quatenus verò idem Burg. *d. n.* 190. pro ſua ſententia videtur adducere *cap. fin. de verb. ſig.* non video, quomodo ex eo probetur; ſolùm enim *ibi* Epiſcopus, & Capitulum impetrauerant à Papa mandatum moderationis præbendarū. & Canonicorum iuxta facultates Eccleſiæ; cùm autem delegati reditus auctos eſſe à die ſtatuti numeri comperiſſent; reſcribit.

325.

326.

327.

328.

reſcribit, quòd vigore illius mandati non poterant augere numerum, ſed eum dimitterent in eodem ſtatu, conuertentes augmentum redituum in vtilitatem Eccleſiæ, donec ipſe duxerit aliter diſponendum. Cùm ergo ſtet communis hæc ſententia, quòd poſſit Epiſcopus cum ſuo Capitulo dignitatem non omnino nouam in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia erigere; (quod etiam quia Legato permittit ipſe Azor *a.part.2.lib.5.cap.29.queſt.25.* permittere debet Epiſcopo; id enim poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi, quod poteſt Legatus in prouincia ſua, vt conſtat ex latiùs adductis per nos poſt alios ſup. *cap. 5. queſt. 7. concluſ.2.* præter caſus *ibi* exceptos, ex quibus non eſt hic: quin etiam ipſi Epiſcopo idem concedere *ibid.* videatur:) ceſſat ratio, cur ipſemet Azor. *d.queſt. 2. in prine.* neget, poſſe Epiſcopum erigere Eccleſiam Collegiatam, ſeu aliquam ſimplicem Eccleſiam in Collegiatam mutare: quod tamen fieri ab eo poſſe, in ſpecie quidam voluerunt, quos tacito nomine allegat Rebuff. *in prax.benef. tit.de erect. in Collegiat. in initio.* & ſentit gloſ. ab aliis approbata *in cap. nobis, verbo, in capella, de iurepatr.* quam non paucis relatis ſequitur Lambert. *tract.de iurepatr.lib.3. queſt.6. art.1.* nam dum quærunt, an patroni Eccleſiæ conſenſus requiratur, cùm Epiſcopus vult eam in Collegiatam mutare, & concludunt poſſe; non modò volunt, id poſſe eum facere cum patroni conſenſu vbi Eccleſia ſit patronata, verùm etiam ſimul ſentiunt, poſſe ſine conſenſu alicuius vbi Eccleſia erigenda, ſeu mutanda in Collegiatam non ſit patronata. atque in hanc ſententiam magis inclinat Garz. *tract.de benefic. part.12. cap.5. num.4.* & Paul. Fuſc. *tract. de viſitat. Eccleſ. lib.2.cap.1. num.6.* totius tamen eſſe affirmans, ſi talis erectio fiat à Papa. in ſpecie verò, quòd Epiſcopus poſſit facere Eccleſiam parochialem Collegiatam, poſt Abb. *in cap. quoniam, de vit. & honeſt. cleric.* tradit Andr. Gambar. *in tract.de offic. & auctor. leg. à Lat. lib.5. tit. de poteſt. Legat. in erigen. non benef. num.* 30. Quicquid autem hac in re ſit attento iure communi antiquo; extat nunc, vt audio, Motus proprius fel. rec. Clementis VIII. in quo decretum fuit, ne liceat de cætero Epiſcopis erigere Eccleſiam Collegiatam. neque in collationibus Canonicatuum ij admitti ſolent in Curia, qui ab Epiſcopis etiam cum ſui Capituli conſenſu creati, ſeu erecti fuerunt. Pariter malè, meo iudicio, Azor *d. queſt. 2. ad fin. prine.* ſentit, Epiſcopum † conuertere non poſſe Eccleſiam ſæcularem in regularem, vel è contrario, dum id ſolius Papæ eſſe affirmat, ob eam rationem, quia regulares Eccleſiæ modò ſunt exemptæ ab Ordinariorum iuriſdictione: quam ſententiam quoad vtrumque amplectitur quoque Rebuff. *d. part.1. tit. de erect. Eccleſ. in Cathedral. ſacular. vel in al. ſtat.* quoad mutationem quidem de ſtatu regulari in ſæcularem *num.* 10. per text. *in cap. qua ſemel, 19. queſt. 3.* vbi ſic ſcribitur; quæ ſemel dedicata ſunt monaſteria cum conſilio Epiſcoporum, maneant perpetuò monaſteria; & res, quæ ad ea pertinent, monaſteriis reſeruari oportet, nec poſſe ea vltrà fieri ſæcularia habitacula; qui verò permiſerint hoc fieri, ſubiaceant his condemnationibus, quæ per canones conſtitutæ ſunt. quoad mutationem verò de ſtatu ſæculari in regularem, *num.* 11. per *cap. fin. verſic. ſed obiicitur, 15. queſt. vlt.* vbi quòd religiosè viuentes cùm à religione ceſſauerint, priuilegiis exuuntur, quæ religioſa conuerſatio meruit. Nam quòd Epiſcopus poſſit aliquando regularem Eccleſiam in ſæcularem mutare, conſtat ex *d. cap. inter quatuor, de relig. domib.* vbi Innoc. III. Conſtantinopolitano Patriarchæ reſcribens, poſtquam dixerat, quamdiu monaſteria per regulares remanere potuerint ordinata, non ſunt ad

329. ſæculares clericos transferenda; ſubdit ea verba; ſed, ſi regulares defuerint, propter eorum defectum in eis ſæculares clerici poterunt ordinari: vbi gloſ. ab aliis approbata *in verbo, per regulares,* In Eccleſia, inquit, regulari non poteſt Epiſcopus ponere Canonicos ſæculares, vt *hic* patet, *& cap. qua ſemel, 19. queſt. 3. cap. peruenit, 18. queſt. 2. cap. poſſeſſiones, de reb. Eccleſ. non alien. & cap. ea, qua, de ſtat. monach.* ſed homines diſtrictioris vitæ ſunt ibi ponendi, vel alterius religionis, *cap. relatum, ne cleric. vel monach.* dum tamen haberi poſſint; aliàs ponerentur ſæculares, vt *hic* dicitur; quia neceſſitas legem non habet, *cap. quanto, de conſuet. cap. quod non eſt, de reg. iur. cap. diſcipulos, de conſecr. diſt.1.* quibus addi poteſt *l.1. ff. de offic. conſul. l. non ſolum, §. vlt. ff. de excuſ. tutor.* cum ſimil. regula igitur eſt, quòd nequit Epiſcopus conuertere Eccleſiam regularem in ſæcularem, & hoc probat tantùm *d. cap. qua ſemel,* à Rebuff. & gloſ. alleg. *& d. cap. peruenit, cap. poſſeſſiones & cap. ea qua,* allegat. per gloſ. quamuis & hæc iura intelligi poſſint de conceſſione, ſeu aſſignatione monaſterij clericis ſæcularibus ſolùm ad tempus, vel pro mera habitatione; & habitacula ſæcularia, de quibus *in d. cap. qua ſemel,* commodè exponi poſſunt de habitatione laicorum, iuxta *cap. ſemel Deo dicatum, de reg. iur. in 6.* iuxta gloſ. *ibi verbo, humanos, & cap. ad hæc, de relig. domib.* cum ſimil. *ibidem* per gloſ. alleg. *verbo, mundanis vſibus, & d. cap. poſſeſſiones, verbo, laicis, de reb. Eccleſ. non alienan.* bene autem poterit Epiſcopus in defectum regularium ponere ibi ſæculares clericos, iuxta prædicta. atque ita in ſpecie inter caſus, in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare, hunc poſuit Ioan. Randæus *tract. de diſpenſat. Epiſcoporum, caſ. 15.* quibus non obſtat fundamentũ ab Azorio allatũ de exemptione regulariũ à iuriſdictione Epiſcoporũ: illud enim ſolùm concludit, quòd inuitis ipſis regularibus id facere nõ poſſit, non autem, quòd ipſis cõſentientibus id Epiſcopo non permittatur; cùm poſſit quilibet iuri pro ſe introducto, ac priuilegiis ſuis renuntiare, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. cap. quàm periculoſum, 7. queſt. 1. cap. ad Apoſtolicam, & cap. Statuimus, de regular. cap. ſi de terra, & cap. accedentibus, de priuil.* cum ſuis concord. Quoad mutationem verò ſtatus Eccleſiæ ſæcularis in regularem, quòd † id Epiſcopo cum ſui ſaltem Capituli conſenſu facere liceat, text. eſt *in cap. ſi Epiſcopus, 12. queſt.2.* ſumpto ex Conc. Tolet. III. *cap.3.* vtrobique enim dicitur; ſi Epiſcopus vnã de parochianis Eccleſijs ſuis monaſterium dicare voluerit, vt in ea monachorum congregatio regulariter viuat, hoc de conſenſu Concilij ſui habeat licentiam faciendi. ad idem etiam eſt bonus text. *in cap. Apoſtolicæ Sedis, de donat.* iuncta gloſ. ab aliis approbata *in verbo, Eccleſiæ*; ac melior *in cap. conſultationibus, in 2. reſpon. eod. tit.* vbi Alex. III. definit, donationes, vel conceſſiones Eccleſiarum, ſi religioſis fiant locis ab Epiſcopo, vel eius auctoritate, ratæ debent haberi; ita, quòd perſonæ, quæ iam dictas Eccleſias poſſident, ſine ipſorum aſſenſu eis in vita ſua non debeant ſpoliari. faciunt etiam in ſenſu quidem directo, *Clem.2. de reb. Eccleſ. non alien.* à contrario autem ſenſu, *cap. decimas, il 4. 16. queſt.7. cap. in Lateranen. de priuil. cap. cum Apoſtolica, de his, quæ ſi à prælat. fin. conſ. Capit. cap. cùm, & plantare, in prine. de priuil. cap. paſtoralis, de donat. cap. quod autem, cap. illud, cap. cura,* iuncta ſuprascriptione; *& cap. nullus, de iurepatron.* quatenus *ibi* dicitur, non poſſe laicum etiam patronum conferre Eccleſiam Collegiis, aut monaſterijs ſine conſenſu Epiſcopi: quódque de Eccleſijs Collegiatis, aut parochialibus paulo pòſt dicemus, eas poſſe ab Epiſcopo locis religioſis aſſignari, & concedi. Quid autem importet hæc conceſſio, ſeu dona-

330. tio

tio Eccleſiarum, & in quo differat ab earum vnione, aliquid dicemus infr. *quæſt.* 7. & latiùs *c.* 7. *quæſt.* 1. *ad fin.* Nunc verò illud ſtet ex prædictis, poſſe Epiſcopum aliquando mutare ſtatum Eccleſiæ ſæcularis in regularem: quod, & voluit gloſ. ab aliis approbata *d. cap. inter quatuor, verbo, per regulares, in fi. de relig. domib. & cap. poſſeſſiones, verbo, monachi, de reb. Eccleſ. non alien.* quam etiam ſequitur Petr. de Peruſ. *in tract. de mutat. ſtat. Eccleſ. in princ. num.* 2. ac tenet gloſ. 1. recepta *in d. cap. ſi Epiſcopus*, ſentitque Rot. Rom. *deciſ.* 2. *in princ. de offic. ord.* poſt Archid. *cap.*
331. *cùm de beneficio, de præb. in* 6. ac poſſe Epiſcopum † facere vniones etiam monaſteriis, & locis religioſorum, quamuis hæc exempta ſint; vt per text. *d. cap. conſultationibus, d. cap. paſtoralis, & d. Clem. ſi vna*, poſt alios tradit Garz. *tract. de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 77. *cum ſeq.* Neque his obſtat text. allegatus à Rebuff. *d. num.* 11. ex *cap. fin.* §. ſeu *verſ. ſed obiicitur*, 25. *quæſt. vlt.* qui tamen non eſt canonis alicuius, ſed Gratiani; vbi etiam non probat id, ad quod à Rebuff. allegatur: ſolùm enim vult *ibi* Gratian. prout etiam loquitur, quòd ſicut neceſſitatem patientes ceſſante neceſſitate beneficiis renuntiare coguntur, quæ eis miſerationis indulſit intuitus: ſic religiosè viuentes, cùm à Religione ceſſauerint, priuilegiis exuãtur, quæ religioſa cõuerſatio meruit. Et quamuis id, quod voluit Rebuff. vt ſolus Papa mutet ſtatum Eccleſiæ è ſæculari in regularem, colligi videatur ex verſic. ſtatim præced. tamen loquitur, vbi ſtatus ille creatus eſt a Papa; vt ſic non poſſit mutari ſtatus, niſi ab eo, qui illum conſtituit, nec tolli priuilegium, niſi ab eo, qui illud dedit. Deinde, ſi rectè aduertatur, potiùs loquitur de mutatione ſtatus Eccleſiæ regularis in ſæcularem; cuius tamen contrarium ex poſterioribus iuribus habetur, quæ ſup. allegauimus, ſicut & de mutatione ſtatus Eccleſiæ ſæcularis in regularem. pro qua quoad Eccleſiam ſæcularem Collegiatam,
332. quòd Epiſcopus † poſſit eam mutare in Collegiatã regularem, ſeu Conuentualem Eccleſiam; eſt opt. text. *in cap. ad audientiam, il* 2. vbi Papa indulget cuidam in Epiſcopum electo, vt cum Diœceſani conſenſu ordinet, ſeu ponat Canonicos regulares in Eccleſia, de qua ipſe ad Epiſcopatum vocatus fuerat; ita tamen, vt, ſi clerici ſæculares adhuc in ea ſupersint, eis dum vixerint, ibi, vel alibi neceſſaria prouideantur. & quamuis ex eo verbo *indulgemus*, videbatur dicendum, requiri ad hanc ſtatus Eccleſiæ mutationem Papæ auctoritatem; tamen gloſ. recepta *ibi d. verbo, indulgemus*, docet, Epiſcopum per ſe eam facere poſſe; indulgentiam autem Papæ prodeſſe ad multa. & quidem primò, vt, ſi tertius eam indulgentiam impetrauit, faciliùs moueatur Diœceſanus ad conſentiendum; immo & compellator, ſi recuſet, arg. *cap. nullus, de iurepatr.* atque hunc effectum affert etiam Abb. *ibid. num.* 6. alter effectus eſt, vt Epiſcopus poſſit eam conuerſionem, ſeu mutationem facere inuitis ipſis clericis; quod aliàs facere non potuiſſet, vt etiam ſentit gloſ. ab aliis approbata *in d. cap. poſſeſſiones, verbo, monachi, de reb. Eccleſ. non alien.* & Abb. *d. num.* 6. ſed quoniam *gloſ. fin. d. cap. ſi Epiſcopus*, quod eſt antepen. 12. *quæſt.* 2. contrarium quoad hoc apertè ſentire videtur, aſſerens, quòd aliàs etiam clericis inuitis id facere poſſit Epiſcopus, quia ſufficiat, quòd ibi, vel alibi eis ſubminiſtret neceſſaria: ideo Abb. quem alij ſequuntur *d. num.* 6. diſtinguit, quòd aut ſubeſt cauſa; & poterit Epiſcopus clericis inuitis eorum ſæcularem Eccleſiam mutare in regularem, vtputa, quia clerici ſæculares inhoneſtè viuunt; & ita procedat illa *gloſ. fin. d. cap. antepen.* aut Epiſcopus vult hoc facere ex cauſa voluntaria in vita illorum clericorum; & non poſſet; ſicque procedat gloſ. *d. cap. ad audientiam*: ſed, ſi vellet facere ſine præiudicio clericorum, conferendo effectum mutationis ſtatus poſt eorum mortem, id poterit facere inuitis clericis, arg. *cap. conſultationibus, de donat. & Clem.* 2. *de reb. Eccleſ. non alien.* ſicque hoc ſecundo modo ſaluatur gloſ. illius cap. antepen. inquit *ibidem* Abb. ſubdens, & tene menti hanc poteſtatem traditam Epiſcopo. Tertius effectus prædictæ Papalis indulgentiæ, ſeu priuilegij prædicto Epiſcopo electo, ſeu alteri impetranti conceſſi, ſecundùm Io. And. quem ſequitur Abb. *d. num.* 6. eſt, quòd iſte, cui conceditur, erit principalis auctor in ordinatione Eccleſiæ, & Diœceſanus ſolùm debet conſentire: ceſſante autem priuilegio hoc pertinet ad Epiſcopum loci; & aliud eſt præſtare aſſenſum, aliud vt principalis diſponere, vt *in cap. vnic. ne ſed. vac. in* 6. Quartus effectus eſt, quia virtute huius priuilegij non requiritur conſenſus Capituli, cùm aliàs Epiſcopus hoc facere ſine eius conſenſu non poſſet, vt *in d. cap. antepen.* Quoad parochialem verò Eccleſiam, quæ pariter ex natura ſua ſæcularis eſt, vt ſatis oſtendimus ſup. *cap. præced. quæſt.* 3. *concl.* 3. *ad fin.* quòd poſſit † in regularem 333.
conuerti, vel certè regularibus concedi ab Epiſcopo, ſuadet text. *d. cap. ſi Epiſcopus vnam*, cuius verba non multo antè in hac ipſa concluſ. retulimus; accipiendo illa verba, *vnam de parochianis Eccleſiis ſuis*, pro parochialibus, quæ certis preſbyteris regendæ aſſignantur, iuxta text. *in cap. Monachi*, 16. *quæſt.* 1. *cap. vlt. de teſtam. & cap. item vlt. de ſucceſſ. ab inteſt. cap. ex parte, & cap. in noſtra, de ſepult. cap.* 2. & toto penè tit. *de paroch. & alien. paroch. cap. commiſſum, cap. dilecti, & cap. queniam, de decim. cap. ac multa, & cap. extirpanda, de præben. cap. paſtoralis, de his, quæ fi. à prælat. fin. conſ. Capit.* necnon *in cap. licèt canon, & cap. nemo deinceps, de elect. in* 6. atque alibi ſæpiſſimè in iure. quamuis non ignorem, aliquando etiam parochiam ſumi pro diœceſi, vt *in cap. nullus Primas, & cap. Lugdunenſis Parochia*, 9. *quæſt.* 2. *cap. Archiepiſcopus, cap. ſi autem, & cap. nullus Primas*, 9. *quæſt.* 3. *& cap. bona rei*, 12. *quæſt.* 2. in priori autem ſignificatione prædicta verba, *parochianis Eccleſiis*, ſumpſit *ibi* gloſ. ab aliis approbata in figuratione caſus, & verbo *conſenſum*. ſed & vbi admittamus, *in d. cap. ſi Epiſcopus*, verbum illud, *parochianis*, accipi pro diœceſanis; adhuc, cùm non excipiatur *ibi* parochialis Eccleſia propriè ſumpta, ſicut neque in pleriſque aliis iuribus paulo antè citat. vnde generatim, & indiſtinctè habetur, poſſe Epiſcopum ſaltem cum Capituli conſenſu concedere Eccleſiam ſæcularem religioſorum locis, ſeu monaſteriis, præſertim verò *in Clem.* 2. quæ incipit, *ſi vna*, & eſt ius nouum, *de reb. Eccleſ. non alien.* neque nos excipere, aut diſtinguere debemus; vt ſatis deduximus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 4. *concl.* 3. *in* 2. *extenſ.* vbi etiam hoc ipſum, quod nunc dicimus, poſſe Epiſcopum Eccleſiis Regularium concedere parochiales Eccleſias, in ſpecie confirmauimus ex text. *in cap. nuper, & cap. paſtoralis, de iis, quæ fi. à prælat. ſine conſ. Capit.* ac præter Doctor. vtrobique ex auctoritate quoque Steph. Gratiani *diſceptat. forenſ. tom.* 3. *diſceptat.* 473. *num.* 2. quæ maximè attendenda eſt, cùm ſcripſerit poſt Concil. Trident. vnde ſentit, huic doctrinæ nõ obſtare ipſum Conc. *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *de reform.* dum prohibet, ne parochiales Eccleſiæ monaſteriis, aut Abbatiis vniantur. quod decretum verè d. doctrinæ non obſtare nos *in prad.* 2. *extenſ.* aliunde quoque ſufficienter demonſtrauimus: quare diutiùs hac in re non immorantes, alios caſus breuiter proſequamur, in quibus Epiſcopus ſtatũ alicuius Eccleſiæ, vel beneficij poteſt immutare. Inter quos ille primùm

334. se offert, quòd potest Episcopus † ex beneficio perpetuo facere beneficium temporale, seu manuale, & amouibile; prout satis ostendimus sup. hoc ipso cap. *quæst.4. conclus. 4. ad fin.* ex Gonzal. *in commentar.reg.8. Cancel.glos.5.§.6. num.62.* vbi ex Nauar.*conf. 9.* aliàs *6. sub tit. de offic. ord.* docet, simplex beneficium perpetuum de iurepatronatus posse ab Episcopo de consensu patroni ex iusta causa effici manuale, & ad nutum ipsius patroni amouibile: cui simile consil. 29. habetur *sub tit. de prab.* iuxta edit. Lugdun. & incipit, *Capellaniam.* & quamuis, vt *ibidem* post alios admonuimus, Nauar. *in vtroque consil.* loqui videatur non de mutatione perpetui beneficij in manuale, sed de extinctione perpetui beneficij cum erectione seruitij temporarij, quòd non sit beneficium: tamen sustineri potest illa doctrina Gonzal. tum ob eius auctoritatem, tum ob alia *inibi* per nos adducta; ac præcipuè, quia, si Episcopo licet prædicta extinctio beneficij cum erectione temporalis, ac meri seruitij Ecclesiæ, quod est plus, magis licebit commutatio beneficij perpetui in temporale, seu manuale, & amouibile, quod minus est: nam, cui licet id, quod est plus, licet vtique, quod est minus, *cap.cui licet, de reg. iur. in 6. & l. non debet, ff. eod.tit.* cum suis concord. vtrobique per glos. & Doct. adductis; & valet argumentum à maiori ad minus, seu, quod ferè in idem recidit, à minori ad maius; vt latè comprobat inter cæteros Euerard. *in suis Topic. iur. loc.à maiori, & loc. à minor.* iuncto eo, quod *ibid.* satis ostendimus, beneficium manuale, seu amouibile esse verè, ac propriè beneficium. Alius

335. casus sit de personali residentia; quam † per Episcopum auferri posse à beneficio non curato, cui adiuncta sit, & tribui simili beneficio eam non habenti; probari potest primùm quidem ex eo, quod tradit Garz. *in tract. de benefic. part. 7. cap. 1. num. 126.* quòd, si aliqua Capellania esset fundata cum obligatione residẽtiæ personalis, cuius fructus essent adeò diminuti, vt non essent sufficientes, & proportionabiles tali oneri, posset Ordinarius tollere obligationem residentiæ, ita, vt per substitutum posset illi deseruiri, maximè si non reperiretur, qui eam vellet cum eo onere residentiæ personalis; quia *ibi* melius videretur tollere personalem residentiam, quàm reducere Missas in casu, quo vnum, aut alterum esset faciendum. Secundum verò ex eo suadetur, quod post Abb. *in cap. suggestum, de iurepatron.* & Roch. de Curt. *in suo tract. de iurepatr. verbo, honorificum, quæst. 3. sub num. 8. vers. item bene facit*, tradit Lambertin. *eod.tract. lib.3. quæst.6. art.4.* posse Episcopum de consensu patroni conuertere Capellam in præbendam, arg. *d. cap. suggestum, & cap. exposuisti, de prabend.* ad quod etiam optimè facit *cap. nullus, de iurepatron.* vbi habetur, quòd, si Episcopus ex improbitate, aut auaritia nolit consentire, vt laicus det, quod habet Ecclesiastici iuris, Canonicis, adeatur Papa, qui id concedet. facit præterea Concil. Trident. *sess.24. cap. 15. de reformat. in initio*, vbi decernit, quòd in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, vbi frequentes, adeóque tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, vt sustinendo decenti Canonicorum gradui, pro loci, & personarum qualitate non sufficiant; liceat Episcopis cum consensu Capituli aliquot beneficia simplicia, non tamen regularia, iis vnire: idque maximè iuncto eo, quod etiam ante Concil. Trid. Canonici, ac beneficium obtinentes in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia ad personalem residentiam tenebantur, vt *cap. præsid. quæst. 3.* in tertia diuisione beneficiorum, seu eius qualitatum ex parte causæ materialis satis ostẽdimus. Alius præterea casus huiusmodi mutationis Episcopo permissæ est † quoad annexionem certi 336.
ordinis beneficio: qui sumitur ex Concil. Trident. *sess.24. cap. 12. vers. in omnibus verò, de reformat.* vbi cùm statuisset, quòd in omnibus Ecclesiis Cathedralibus omnes Canonicatus, & portiones certum ordinem habeant annexum: statim subdit; Episcopus autem cum consilio Capituli designet, ac distribuat, prout viderit expedire, quibus quisque Ordo ex sacris annexus in posterum esse debeat: ita tamen, vt dimidia saltem pars Presbyteri sint, cæteri verò Diaconi, aut Subdiaconi. Idipsum etiam sentit Lambertin. *tract. de iurepatr. lib. 1. part. 2. quæst. 4. art. 4. num. 3. versic. sed his omissis*, vbi docet, posse transferentem iuspatronatus in alium apponere saltem cum Diœcesani consensu nouam conditionem, vt præsentandus sit in sacris. Quoad ipsam verò qualitatem, seu statum iurispatronatus, quòd † ab 337.
Ordinario saltem de patroni consensu mutari sæpe possit, patet ex adductis per nos sup. *in præced. quæst. conclus. 9. & quæst. 3. conclus. 3. ad fin.* & quoad † 338.
alia onera beneficio iniuncta *d. conclus. 3. in fi. ac d. quæst. præced. conclus. 10. &* Lambert. *d. art. 4. num. 1, & 3.* atque in specie diminutionis onerum per dispositionem siue causa mortis, siue etiam causa mortis alicui beneficio impositorum in eius fundatione, ob id, quòd diminuti, aut impotentes, seu insufficientes facti sint reditus ipsius, eundem Lambert. *d. tract. lib. 3. quæst. 6. art. 7.* & alios, quos nos secuti sumus latè hac de re tractantes *cap. præced. quæst. 5. concl. 14.* non longè ab initio, *vers. ex quibus omnibus*; vbi inter cætera saltem probabiliter docuimus, huiusmodi diminutionem fieri posse ab Episcopo cum patroni consensu: neque huic obstare Concil. Trident. *sess. 25. cap. 4. de reformat.* quod loquitur de oneribus iniunctis à testatore vel suis bonis, vel heredibus in simplici relicto, seu Legato, vel beneficio, post fundationem tamen ipsius beneficij, & citra consensum, seu approbationem superioris Ecclesiastici: minúsque obstare idem Conc. *ead. sess. 25. cap. 5. de reformat.* cùm loquatur *ibi* Concilium de diminutione onerum beneficij, quæ fit per viam derogationis, hoc est, ex gratia, seu voluntate, & ad tempus in collatione, aut alia dispositione beneficij; non autem de diminutione, quæ fit ex iustitia, & necessitate. His verò nunc addimus, quòd omnino cessabit in Episcopo huiusmodi facultas diminuendi onera beneficij ob eius redituum tenuitatem absolutam, quia decreuerint ab ea quantitate, in qua erant tempore impositionis onerum, primò, quando nihilominus ad onera sufficiunt, † habita etiam ratione 339.
victus, ac sustentationis clerici: idque est de mente omnium prædictorum Doctorum, qui semper supponunt, reditus fieri insufficientes ad supportanda onera beneficij. quòd verò haberi debeat ratio victus, & honestæ sustentationis clericorum, ex eo constat, quòd ad id fructus beneficiorum deputantur, *cap. Episcopus, cap. cùm teneamur, & cap. cùm secundùm Apostolum, de prab. cap. 1. & cap. auctoritate, de instit.* Conc. Trid. *sess. 21. cap. 2. & sess. 24. cap. 17. de reformat.* cum simil. ac præter, seu potiùs inter onera beneficij, ministrorum quoque ipsius, seu Ecclesiæ ratio habenda est: eorumdem enim ministrorum Ecclesiæ sustentationi aliqua portio reseruari debet; vt constat ex *cap. 2. de suppl. negl. pral. cap. quoniam, de vit. & honest. cleric. cap. de monachis, de præben. cap. 1. eod. tit. in 6. & Clement. 1. in princip. & §. sanè, de iurepatron.* necnon *cap. præsenti*, quod est fin. *§. porrò, de offic. ordin. in 6.* atque hæc restrictio est etiam de mente Idelph. Perez de Lara *in tract. de anniuers. & Capellan. lib. 1. cap. 15. num. 15. cum duob. seqq.* dum post Rom. *conf. 369. num. 31.* probat,

probat, quòd, ſi bona relicta pro anniuerſario præſtant cõmuniter magnos reditus, qui longè ſuperant onus anniuerſarij, vt in emphyteuticis contingit; & ob ſterilitatẽ aliquo, vel aliquibus annis fructus deficiant; nihilominus anniuerſariũ eſt ſine diminutione adimplendum. ex quo cùm hi auctores colligant, diminutionem oneris non fieri, cùm ea non perpetua eſt, ſed temporalis: inde nos quoque colligimus ſecundam reſtrictionem prædictæ facultatis Epiſcopi in diminuendis oneribus beneficij, ob diminutionem reditnum ipſius; cùm nimirum hæc diminutio eſt ad tempus. Tertia reſtrictio eſt, vt hanc ipſam diminutionẽ onerum beneficij Epiſcopus facere non poſſit, cùm dari poteſt regreſſus contra fundatorem
340. beneficij, eiúſve heredes; ſiue quia fundator † promiſerit de euictione; ſiue quia huiuſmodi actio, ſeu obligatio de euictione tacitè véniat ex natura cõtractus, iuxta text. quoad primum *in l. non ex eo, C. de euict.* quoad ſecundum *in l. ſi in venditione, ff. de euict.* & tradunt Doct. quos ſequitur Gaſp. Caballin. *tract. de euict. §. 2. n. 3. & 4.* & vtrumque procedit quoque in donatione; nam donator tenetur de euictione, ſi id promiſit per ſtipulationem, non autem, ſi per nudum pactum, *l. 2. C. de euict.* atque etiam ex ſola donatione, ſi ea incipiat à promiſſione, ſiue ex ſtipulatione, ſiue ex nudo pacto, vt per *l. ſi quis argentum, §. ſi autem, C. de donat.* poſt alios docet Caball. *d. tract. §. 4. n. 2.* contrarium probans *ibid. & n. 3. ac §. 5. n. 82.* cùm donatio incipit à traditione, ſeu datione. ſubdens tamen *d. §. 4. num. 4. & 5.* ſecutus Bart. & ſcrib. *in l. Julianus, §. 1. ff. de verb. oblig.* Iaſ. *conſ. 34. col. fin. lib. 1.* & Boër. *deciſ. 67.* euictionem locum habere etiã in donatione incipiente à traditione, vbi donatio ſit remuneratoria; ad quam proximè accedit donatio, quæ ſit Eccleſiæ cum adiectione certorú onerũ, neque enim ea eſt donatio gratuita, ſeu gratioſa, prædictam verò diſtinctionem de incipiente à promiſſione, vel à traditione poſt multos faciendam quoque ait *num. 7.* in contractu dotis, per text. *in l. 1. §. 1. C. de rei vxor. act.* iuncta *l. 1. C. de iur. dot.* quicquid autem
341. ſit, † an omnia priuilegia dotis mulieris locum etiam habeant in dote Eccleſiæ, de quo per Paul. Cittadin. *tract. de iurepatr. 3. part. cauſ. 2. quæſt. 11. cum ſeq.* & Lambertin. *cod. tract. lib. 1. part. 1. quæſt. 5. art. 7. & 8.* certè, quod de dote mulieris traditum, ac diſpoſitum reperitur quoad hoc, vt dos Eccleſiæ aſſignati poſſit vel ex voluntate, vel ex neceſſitate; necnon tribus illis modis, nimirum per pollicitationem, promiſſionem media interrogatione, ſeu per ſtipulationem, & per traditionem; atque etiam aliquando per delegationẽ debitoris, vt latè per Lambertin. *d. art. 7. num. 2. vſque ad 7.* iunctis *num. 13. verſ. ſed ad vnum, & verſ. primo caſu*: in quo *verſ. & art. ſeq. in 7. & 8. priuilegio*, docet, etiam in dote Eccleſiæ locum habere, quæ de dote mulieris quoad euictionem, & hypothecam bonorum dotantis pro euictione, diſpoſita ſunt; eo excepto, quòd promiſſor dotis ex ſtipulatione non tenetur ad duplum, cùm id ſit loco pœnæ; ac ſignanter *in d. priuil. 8. ſub num. 12. in fin.* ait, quòd, ſi ſumus in dote data Eccleſiæ per fundantem, & conſtruentem illam, ſemper intelligitur præceſſiſſe ſtipulatio, vel ſaltem pollicitatio, quiá aliàs non habuiſſet licentiam fundandi Eccleſiam à Diœceſano, per *cap. nemo, de conſecr. diſt. 1. cap. piè mentis, 16. quæſt. 7. cap. placuit, 1. quæſt. 2. & not. ibi* per gloſ. & Doct. Et ſi eſſemus etiam in caſu, quòd quidam tertius dotaret habendo conſenſum Epiſcopi, qui requiritur ad effectum, vt ſit patronus, vt *in cap. nobis, de iurepatr.* dicitur præcedere ſaltem pollicitatio, quia impetrando conſenſum pollicetur dotare, vt latè inquit, ſe dixiſſe *cod.*

Io. Petr. Monetæ de commun. vtr. volunt.

lib. quæſt. 2. art. 3. & ſic concludit, in dote Eccleſiæ non poſſe dari caſum, in quo ſaltem non præcellerit pollicitatio, atque adeò ſemper patronus † te- 342.
nebitur de euictione pro dote Eccleſiæ. Ipſa verò hæc tertia reſtrictio ex eo probatur, quòd, cùm hic regreſſus contra fundatorem, (eiúſve heredes, qui defunctũ repræſentant, & eadem perſona cum eo cenſentur, *l. cùm a matre, C. de rei vendic.* cum ſimil. aut contra ipſum Epiſcopum, qui cum tali dote beneficium erexit; vel rectorem inſtitutum ante, vel ſtatim poſt erectionem, ſi is inſtetit pro tali erectione cum huiuſmodi dote non exacta, ſeu exculſa, iuxta tradita per Lambert. *d. verſ. primo caſu*, & latiùs *eod. lib. 1. part. 1. quæſt. 6. art. 1. in 3. & 4. concl.*) ſic remediũ ordinarium, vt colligitur ex adductis à Sfort. Odd. *tractat. de reſtit. in integr. quæſt. 17. art. 2. ſub num. 17. & art. 8.* ferè per tot. Sicut etiam diminutio onerum proculdubio eſt remedium extraordinarium, cùm ſit odioſum, vt colligi poteſt ex iis, quæ tradunt Doct. *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* & nos attulimus ſup. hoc ipſo cap *quæſt. 3. concl. 4.* hoc ceſſare debet, cùm illud locum habere poteſt, iuxta text. *in l. in cauſa, la 2. in princip. ff. de minor.* multóque magis id procedet ſi hoc remedium diminutionis onerum ſit merè ſubſidiarium, prout colligitur ex traditis per Doctor. *d. cap. cùm acceſſiſſent, & cap. ex parte, de conſtit.* necnon *cap. fin. de verb. ſignif.* remedium enim ſubſidiarium ceſſat, vbi aliud remedium etiam extraordinarium locum habere poteſt, ex adductis à Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verbo, liberis, num. 114. C. de reuoc. donat.* & Odd. *d. quæſt. 17. art. 1. ſub num. 2.* Quòd ſi neque fundator, ſeu eius heredes, neque Epiſcopus, aut rector beneficij in caſibus prædictis ſit ſoluendo, tunc locus erit memoratæ diminutioni onerum beneficij, non obſtante diminutione, ſeu decremento reditnum ipſius poſt illorum impoſitionem contingente; vt ſatis ſumi poteſt ex adductis à Lambertin. *d. verſic. primo caſu*, & Odd. *in d. art. 2. ſub num. 26. & 29.* quod etiam erit ſtatuendum vbi reditus decreuerint, & imminuti ſunt ſine alicuius eorum culpa, vel negligentia, vtputa bellorum vi, incendio, aut alluuione, de qua eſt optimus text. ad hoc ponderatus à Perez de Lara *d. cap. 15. num. 1. in l. 2. C. de alluuionib.* vbi Arcad. Imper. Hi, quos, inquit, inundatio Nili reddit ditiores pro terris, quas poſſident, tributorum præſtationem agnoſcant: & qui ſuum deplorant patrimonium diminutum, alieno ſaltem functionis munere liberentur. ad idem etiam ſunt text. *in l. cura, §. deficientiũ, ff. de muner. & honor.* glol. *l. omnes, la 1. C. de annon. & trib. l. forma, §. illud, ff. de cenſib.* quæ pariter ad id allegat Perez *d. c. 15. n. 2.* Idémque tam vbi reditus ſic, vt ſuprà, decreuerint, ſeu imminuti ſunt poſt onera beneficiis impoſita; ſiue vbi tantùm facti ſint impares, ſeu inſufficientes oneribus huiuſmodi, erit dicendum, quòd nimirum Epiſcopus diminuere huiuſmodi onera nõ poſſit, cùm teſtator, aliúſve fundator beneficij tot reditus pro oneribus aſſignauerit demõſtratiuè, nõ autem taxatiuè; vt ſentit ipſemet Perez *d. cap. 15. n. 20. ad fin.* quando autem dicatur alicui diſpoſitioni aliquid adiectũ taxatiuè, vel demonſtratiuè tantùm, pluribus nos tradidimus ſuprà *cap. 5. quæſt. 15. concl. 2. in fi. & cap. 6. quæſt. 3. concl. 6. circa medium vſque ad fin. concl.* & Martin. Coler. *tract. de aliment. lib. 1. cap. 13. n. 8. & lib. 2. cap. 2. ex num. 13.* In iis verò caſibus, in quibus diximus fundatorem, aut heredem compellendum non eſſe ad ſupplendum, ac ſubueniendum diminutioni reditnũ beneficij, & tamen ob eam fieri poſſe ab Epiſcopo diminutionem onerum illius, † huiuſmodi diminutio facienda erit 343.
cum conſenſu fundatoris, vel eius heredis; vt aperte

ſentit Lambert.*d.lib.3.quæſt.6.art.7.num.pen.*per *cap. nos quidem, de teſtam.* qui tamen parum, aut nihil ad rem hanc facit; cum *ibi* nec de beneficio, neque de diminutione onerũ illius mentio vlla fiat; ſed ſolùm de mutatione loci monaſterij,quod in loco à teſtatore præſtituto fieri non poterat.Optimè verò facit illa ratio, quòd in ea diminutione de fundatoris, eiúſve heredis intereſſe ſaltẽ affectionis agitur; fortè enim mallent onera impoſita ſuſtineri,ac diminutioni,vel inſufficientiæ redituum de ſuo ſupplendo ſatisfacere. Poſtremus denique caſus, qui nunc mihi occurrit,eſt † de mutatione ſtatus præbendæ ſimplicis in 344.
Theologalem, & Pœnitentialẽ,nimirum annectendo vni onus legendi ſacram Scripturam,alteri exercendi munus Pœnitentiarij in Cathedrali. ex quibus primũ ab Epiſcopo fieri poſſe colligitur ex *cap.1. cap. quia nonnullis*,quod eſt *pen.& cap.fin.de magiſtr.* quorum verba retulimus *cap. preced. quæſt.4. concl.7.* omnino verò conſtat ex Conc.Trid. *ſeſſ.5.c.1 de refor.* iuncta maximè declaratione ſacræ Congreg. cuius vtriuſque diſpoſitionẽ attulimus ſup. hac ipſa quæſt. *concl.6.poſt med.* Secundum autem expreſsè habetur ex *eod.Concil.ſeſſ.24.cap.S.de refor.* vbi cauetur, quòd in omnibus Cathedralibus Eccleſiis, vbi id cõmodè fieri poterit,Pœnitentiarius aliquis cum vnione præbendæ proximè vacaturæ ab Epiſcopo inſtituatur, qui Magiſter ſit,vel Doctor,aut Licẽtiatus in Theologia, vel iure canonico, & annorum quadraginta, ſeu aliàs,qui aptior pro loci qualitate reperiatur. Et quoad primum membrum de Theologo optimè facit deciſio 277. Rot.Rom.apud Caputaq. *part.2.* vbi
345. deciſum fuit, † impoſitionem oneris Theologalis, hoc eſt, legendi ſacram Scripturã factam per Ordinarium in collatione beneficij valere,cùm ſit conſona iuri canonico, *cap.ſignificatum, de præbend.& cap. ſignificaſti,de electi.* glo*.in cap.pen. verbo,prebenda, de magiſtr.* dummodo beneficium vacauerit in menſe ipſius Ordinarij; alioquin ſi vacaſſet in menſe reſeruato Papæ,vtique non poſſet Ordinarius imponere onus aliquod; cùm de vacantibus in menſibus reſeruatis Ordinarius non poſſit ſe intromittere: & ita concluſum fuiſſe in cauſa Pampilonen. Prioratus coram Domino Veſtano, 2. Decembris 1551. Verùm quoad hanc deciſionem aduertendum eſt, quòd, licèt eius concluſio vera ſit cum eius ratione: tamen ratio ipſa non probatur per prædictam glo*.* ſed potiùs per text. *d.cap.pen.*quatenus ea præbenda vi illius text. atque etiam *cap.1.& fin. eod. tit. de magiſtr.* affici poterat prædicto onere legendi ſacram Scripturam.glo*.* verò *in d.verbo, prebenda,ad fin.* expreſsè negat, poſſe eligi aliquem magiſtrum in Canonicum ſub ea conditione,vt doceat,quia,in beneficij prouiſione ceſſare debet omnis conditio.ex qua ratione eadem Rot. coram eodem Veſtano in eadem cauſa Pampilonen. Prioratus, 20.Martij 1551. apud eundem Caputaq.*deciſ.241.part.3.*vt ſuprà diximus, reſoluit, ſimoniacam eſſe collationem factam per Epiſcopum Titio cum onere Theologali legendi ſacram Scripturam; quia collatio debet eſſe libera, aliàs eſt nulla, per multa quæ *ibi* allegat, inter quæ eſt glo*.* magna *d.cap.pen.* quæ eſt *in d.verbo,prebenda.* dum autem ea glo*.in fi.* dicit,non eſſe aliquando ſimoniã, ſed ſatis licitum hanc conditionem legendi apponere in collatione beneficij; apertè loquitur, cùm illud onus adiunctum fuit præbendæ, ſeu beneficio dum adhuc vacaret: quo caſu, vel cùm hoc onus adiunctum fuit in fundatione beneficij,etiam Rot. *d.deciſ.241.* poſt Franc. *in cap.2. not.2. de elect. in 6.* admittit, prædictam conditionem apponi poſſe in collatione beneficij. & de onere adiuncto ante collationem eſt ſimilis deciſio apud eundem Caput. *deciſ.132.part.1.* & apud Put. *deciſ.356. lib.3.* Quod verò Abb.*d.cap.pen.in fi.*ſecutus Hoſt.ait,ideo eam conditionem, ſeu pactionem legendi poſſe indiſtinctè opponi in collatione beneficij, quia cùm ſcientia ſit ſpiritualis, tunc commutatur ſpirituale pro ſpirituali, quod fieri poteſt,arg. *cap.ad quæſtionẽs, de rer. permutat. & cap.ex inſinuatione, de ſimon.* cum qua opinione tranſeunt etiam Io.And.& Butr. rectè in hac ratione reprehenditur à Card. *d.cap.pen.*§.ſeu *verſic. aſſignetur autem, quæſt.3.* quem ſequitur Alex. de Neuo *in vlt.addit.ad Abb.d.cap.pen.ſub.litt.e.* quoniam non eſt verum, quòd doctrina, ſeu ſcientia † 346.
ſit quid ſpirituale, vt eſt materia ſimoniæ; prout inquit Alex.dictum fuiſſe *cap.1. & 2.ſup. eod.tit.de magiſtr.* & latè probat ex cõmuni Vgol. *tract. de ſimon. tab.1.cap.10.§.3.n.2. & 3.*vbi de lectione Theologiæ, immo obligatio docẽdi, quæ ex natura rei,aut à iure nõ ineſt, impoſita recipiendi beneficiũ inducit ſimoniã, tamquã quid temporale; vt conſtat ex adductis ab eod.Vgol. *d.cap.10.§.3.n.4.& cap.11.in princ.n.8.* Quibus non obſtat, quod ex integra rubr. necnon *cap.1.§.1.& cap.2.ac 3.in princ.* de magiſtr.habeatur, quòd pro licentia docendi aliquid exigi non poſſit, quaſi ea ſit quid ſpirituale: nam non inde ſequitur, quòd illa ſit ſpiritualis; nam & alia vendi prohibentur alias ob cauſas: vel ideo hanc licentiam docendi dare ob pretium eſt ſimonia; quia hæc conceſſio eſt actus iuriſdictionis Eccleſiaſticæ,ac ſpiritualis,cuius exercitium pretio interueniente eſt ſimoniacũ, *cap. nemo, cap. conſulere, & cap. audiuimus, de ſimon.* cum ſimil. Rectè etiam dicũt Card.& Alex. *loco cit.*quòd receptio ad præbendam iuxta formã *d.cap. pen.* non ſit quid ſpirituale,immo quid mere temporale,cùm ſit ſolùm ad prouentus præbendæ, nec receptus fiat canonicus, vt dicit text. ſed eos prouentus pro ſalario recipiat: malè autem hi reprehendunt Hoſt.& ſequaces in concluſione, quòd receptio in Canonicum cum ea obligatione legendi ſacram Scripturam non ſit ſimoniaca: quid enim talis ſit,cùm in ipſa collatione talis onus imponitur, ſatis probat Rot. *d.deciſ.241.* Caputaq.& 132. Put.& faciunt adducta per Garz.*tract.de benef.part.8.cap.1.num.14.16. ac 17.* voluítque glo*.* d. verbo, *prabenda*, ad fin. & licèt hæc impoſitio *d.cap.pen.* non prohibeatur; immo *in cap.1.* expreſsè permitti videatur; aque adeò eſſe cõſona iuri canonico,vt dicebat Rot.*d.deciſ.277.* & ſic poſſe citra vitiũ ſimoniæ ea obligatio apponi in collationemã pactũ de dãdo,faciendóve id,quod res ſpiritualis, quæ traditur, natura, aut iure poſtulat, † 347.
ſimoniã non inducit, vt pluribus cõprobat idemmet Vgol.*d.cap.11.in princ.* per tot. ſentítque etiam Rot. *d.deciſ.241.*dum eam generalem rationem,aut onus legendi ante collationẽ, vel ex fundatione iniunctũ non inducat ſimoniam,aſſignat,quia expreſſio eius, quod tacitè ineſt, non vitiat,ex Dec. *conſ.118. col.3.in princ.* quod, & tradunt cõmuniter Canoniſtæ *in cap. ad audientiã,il 2.de reſcript.*& Legiſtę *in l.3.*per illum text. *ff.de legat.1.*tamen cùm illud onus legendi ſacrã Scripturam ſaltem attento iure antiquo non ſit tali præbendæ iniunctum, non poterit imponi niſi ante collationem; & ſi in collatione ipſa imponatur,videtur fieri expreſſio oneris & eius,quod ineſt alio modo,quàm eo, quo ineſt, atque adeò inducet ſimoniã, vt conſtat ex deciſ.ac Doct.citat.omnino verò quicquid ſit attento iure Decretal. *d.tit.de magiſtr.* id verum eſſe videtur attento iure nouo Conc.Trid.*d.ſeſſ. 5.cap.1.de refor.* vbi expreſsè afficitur pro Theologo præbenda primò vacatura poſt Conc.publicationem in Cathedralibus ciuitatis inſignis,vel populoſæ, & in Collegiatis inſignis oppidi; *ac ſeſſ.24. c.8. de refor.* vbi pro Pœnitentiario afficitur præbenda proximè

vacatura

vacatura in Eccleſiis Cathedralibus; modò tamen in neutro caſu ſit Sedi Apoſtolicæ reſeruata,& priorem locũ inter vtrumque obtineat erectio præbendæ Theologalis. & ita,vt valida nihilominus ſit collatio vtriuſque facta ante erectionem alteri, qui neque aptus ſit ad ſacræ Scripturæ lectionẽ, neque ad munus Pœnitentiarij exercendum; prout ex variis ſacræ Cong.declarationibus, maximè ad illud *cap.*1. Trid. Conc. dicitur apparere, quas, ſi lubet, videas. Verùm,quia & hæc ipſa, & alia,quæ ponderauimus ſup.hac ipſa quæſt. *concl.6.circa med.*magnam cauſæ, ac negotij diſcuſſionẽ exigant;& efficiant, ne certa omnino præbenda onere ſiue Theologi, ſiue Pœnitentiarij affecta cenſeatur: inde fit vt non niſi ante collationẽ illud imponi poſſit ab Epiſcopo,iuxta ſupradicta.Iam verò præſenti concluſioni de poteſtate Epiſcopi in mutando Eccleſiæ, aut beneficij ſtatu finem imponentes ad reliquas huius quæſt.concluſiones, quæ de poteſtate, quam circa eandem rem habent ij, quibus iuriſdictio quaſi Epiſcopalis competit, veniamus.

DECIMAQVARTA CONCLVSIO. Capitulũ ſede Epiſcopali vacante † regulariter nó poteſt 348. mutare ſtatũ alicuius Eccleſiæ, aut beneficij. Probatur à fortiori tum ex iis,quibus concl.præced. oſtẽdimus,Epiſcopũ regulariter non poſſe huiuſmodi ſtatus mutationem facere: nam Capitulũ eius ſede vacãte potius pauciora poteſt,quàm Epiſcopo permittantur; vt cõſtat ex adductis per gloſ.& Doct.*in cap. cùm olim,de maior.& obed.cap.vnic.eod. tit.in 6.c.1.& cap.ſi Epiſcopus,de ſuppl.neglig.prælat.eod.lib.*Fr.Pauin. *in tract.de offic.& poteſt Capit.ſed.vacan.part.1.quæſt.1.* Iacob.Sbroz.*tract.de offic.Vicar.lib.1.quæſt.30.& lib.2. quæſt.70.110.135.& 160.*Steph. Quarant. *in ſumm. Bullar.tract.de Capit.ſed.vacan.circa initium,& ibi* eius Apoſtill.ac nouiſſimè Garz. *tract.de benef.part.5.c.7. n.2.cum duobus ſeqq.* & Ioan.Azor.*Inſtit.moral.part.2. lib.3.c.37. quæſt.6.* cum aliquot ex ſeqq. necnon *cap.* 38.*ac* 39. Tum ex iis,quibus *cap.præced.quæſt.5.concl.* 15.*circa initium*,docuimus,regulariter non poſſe Capitulum ſede Epiſcopali vacãte derogare ad tempus qualitatibus beneficij: multò enim magis id verum erit in derogatione perpetua earundem qualitatum, quam mutationem ſtatus eiuſdem beneficij, ſeu Eccleſiæ appellamus; idque ob maius præiudiciũ,quod in hac vertitur,quàm in illa,vt iam non ſemel admonuimus. Dixi autẽ in concluſione, *regulariter*; quoniam in nonnullis caſibus Capitulum ſede vacante eam mutationẽ facere poterit. Et quidem primò generaliter in caſibus, in quibus Epiſcopus tenetur id facere. ea enim,quæ ſunt neceſſitatis,nõ voluntatis, poteſt Capitulum ſede vacante præſtare; gloſ.cõmuniter approbata *in Clem.1.§.1.verbo,Capituli,de hæret.* ac plerique relati à Garz.*d.cap.7.n.2.& 60.* quóſque nos allegauimus ſup.*cap.5.quæſt.12.*paulò ante 1.cõcluſ. atque hac ipſa ratione poteſt Capitulũ ſede vacante confirmare electos,ſicut poterat Epiſcopus, *d. cap.cùm olim*,& inſtituere præſentatos à patronis,*cap. 1.de inſtit.in 6.*& pluribus relatis tradit Azor *d.c.38. quæſt.2.*& Garz.*d.cap.7.n.54.*qui etiam ex hac ipſa ratione *num.55 vſque ad* 78.idem latè probat in collatione,quæ neceſſaria ſit.vnde,quod ad rem noſtram 349. attinet,infertur ad caſum † *cap.nullus,de iurepatr.* & ſimilium,quæ *in præced. concl.poſt med.*citauimus, ad hoc,vt poſſit cum Epiſcopi auctoritate,vel conſenſu concedi Eccleſia monaſteriis,vel aliis Eccleſiis:nam *in d.cap.nullus*,cùm ſtatuiſſet Rom. Pontifex, vt nullus laicus decimas, aut Eccleſiã,aut quicquid Eccleſiaſtici iuris eſt ſine conceſſione ſui Pontificis monaſteriis,vel Canonicis conferàt, ſtatim ſubiicit: & ſi quis Epiſcopus improbitatis, vel auaritiæ cauſa conſentire noluerit, Rom.Pontifici nuntietur; & quod offerendũ eſt, tunc eius licentia offeratur. ex quibus verbis iuncta maximè gloſ.*ibid.verbo,offeratur*,apparet, quòd, niſi iuſta cauſa denegandi ſubſit, tenetur Epiſcopus in huiuſmodi collatione, ſeu conceſſione aſſenſum ſuum præbere: atque adeò ſumus in re neceſſaria. Secundus caſus generalis pariter, ac mihi valde probabilis, in quo poterit Capitulũ ſede Epiſcopali vacante mutare ſtatum Eccleſiæ, vel beneficij; eſt in omnibus illis caſibus,in quibus Epiſcopus ipſe poteſt ex ordinaria iuriſdictione talem mutationem facere,ſaltẽ quoties tunc poteſt Capitulum beneficium illud,de cuius ſtatus mutatione agitur,cõferre; & modò id faciat ſine præiudicio iuriũ ipſius Epiſcopi,ac ſeruatis aliis de iure ſeruandis;iuxta tradita per nos *cap.præced. quæſt.5.concluſ.15.* vbi etiam caſus illos recẽſuimus,in quibus Capitulũ ſede Epiſcopali vacante beneficia cõferre poteſt.nam certior regula eſt,vt Capitulum ſede vacante Epiſcopo ſuccedat in ordinaria iuriſdictione,præterquã in caſibus à iure exceptis,vt multos ſecutus tradit Garz.*d.cap.7. n.4.* & ſatis conſtare poteſt ex adductis per nos ſup. *cap.5.quæſt.12.præmiſſ.vnic.circa initium, & concl.1.*ex quibus etiam patet,† idem ſtatuendum fore,quam- 350. uis ſedes vacet per renuntiationem, aut alio quouis modo; quídque dicendum ſit exiſtente Epiſcopo in remotis,vel excommunicato,aut ſuſpenſo. Tertius caſus, íſque ſpecialis prædictæ mutationis Capitulo ſede vacante permiſſæ, eſt vnionis Eccleſiarum,ſeu beneficiorum; quam † à Capitulo ſede Epiſcopali 351. vacante fieri poſſe,dummodo per vnionem iuri Epiſcopali,nihil detrahatur,tenet Rebuff.*in praxi benef. part.1.tit.de devolut.n.*100.poſt Card.& Imol.*Clem.1. de ſtat.monach.*Petr.de Perut.*tract.de vnion.Eccleſ.c.4.* Felin.*in d.cap.cùm olim,in ſi.de maior.& obed.*idem voluit Lap.& Io.Lignan.*d.Clem.1.*& Caccialup.*tract.de vnionib.Eccleſ.art.3.num.19.* & Rebuff.*d.part.1.tit.de vnionib.benef. n.36.* quos ſequitur Azor. *Inſtit. moral. part.2.lib.6. cap.28.quæſt.9.* licèt aliter ſenſiſſe videatur *lib.3.cap.38. quæſt.9.* poſt Franc.Pauin. *d. tract.de offic.& poteſt. Capit. ſed. vacan. part. 2. quæſt. 3. num.* 17. quem tamen *ibidem* intelligit Azor vbi per vnionem beneficium ſupprimitur, extinguitur, vel alienatur, ſeu detrahitur iuri Epiſcopali; prout etiam eum intellexit Rebuff. *d.num.36.* ſecus autem erit, vbi vnio fiat æquè principaliter, vt ait Azor. *d. quæſt.9.cap.*38.quomodo etiam ipſe intelligo pleroſque alios ſimpliciter tradentes,Capitulũ ſede vacante vnire poſſe beneficia, ſeu Eccleſias, prout poterat Epiſcopus,quos citat,ac ſequitur Garz. *d.tract.de benefic.part.12.n.67.* vbi etiam refert Hoied.& Cucch. contrarium ſentientes: quorũ opinio ex eo defendi poſſe videbatur,quòd Capitulũ ſede vacante nequit beneficia conferre,*cap. 2. ne ſed.vacan.cap. vnic.eod. tit.in 6.& cap.1. de inſtit. eod. lib.* ergo neque vnire; nam duo beneficia vnire non poteſt,niſi vnum conferat Eccleſiæ,cui vnit. verùm Azor *d.cap. 38. quæſt.* 9. reſpondet negando illam conſequentiam; nequit conferre, ergo nec vnire: nam Epiſcopus † conferre nequit beneficia,quæ ad poteſtatem inferioris ordinarij pertinent; & tamen poteſt ea vnire,vt idem Azor docet *lib.5.cap.29.quæſt.17.* poſt Gambar.*tract. de off.& poteſt.legat.lib.5.num.165.* Item beneficium nondum vacans conferri nequit; (quod probatur *in cap.1.2.& 3.ac tot.tit.de conceſſ.prab.*) & tamen poteſt vniri, *Clem.ſi vna, de reb. Eccleſ. non alien.* Poſtremò non idem iuris eſt de conferendo, quod de vniendo beneficium: nam conferre eſt voluntatis,ac liberalitatis, (vt tradunt gloſ. Abb.& alij *d. cap.cùm olim, de maior.& obed.* & eſt text. *in cap.vlt.* & *ibi* omnes notant, *de offic. Vicar. in 6.*) at verò vnire beneficia eſt 352. neceſſitatis,

neceſſitatis, vel vtilitatis; non enim vniuntur Eccleſiæ, niſi quia id neceſſitas, vel vtilitas poſtulet, vt inf. hoc ipſo cap. *quæſt. ſeq. concluſ.* 2. videbimus. Rectè autem docet Garz. *d. cap.* 2. *num.* 68. ex quadam etiam
353. ſacræ Congregat. declaratione, † Capitulum ſibiipſi vnire, cùm nequeat etiã ſede plena conſentire vnioni ſuæ menſæ ab Epiſcopo factæ, *d. Clem. ſi vna, de reb. Eccleſ. non alien.* quod latiùs ipſemet explicat *à num.* 168. *vſque ad* 176. Quartus caſus, qui paritet eſt ſpecialis, conſtitui poteſt in vnionis diſſolutione;
354. quam † à Capitulo ſede vacante fieri poſſe, voluit Rebuff. *d. part.* 1. *tit. de reuocat. vnion. num.* 19. quem ſequitur Azor *d. lib.* 6. *cap.* 29. *quæſt.* 5. *verſ. quares, an Collegium*: idémque ſentit Garz. *d. cap.* 2. *n.* 302. dum poſt Rebuff. *loc. mox cit. num.* 15. & Caccialup. *d. tract. de vnion. art.* 9. eam regulam tradit, quòd ille poteſt vnionem diſſoluere, qui potuit illam facere. Quid
355. autem dicendum ſit hac in re † de Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ, quæ ſit titulus Preſbyteralis, vel Diaconalis alicuius S.R.E. Cardinalis, vel de viſitatore, aut adminiſtratore deputato ſede Epiſcopali vacante, aut de ſequeſtre fructuũ, vel poſſeſſionis Eccleſiæ Cathedralis etiam non vacantis, ex iis facilè colligere licet, quæ de iiſdem quoad derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum diximus *cap. præced. quæſt.* 5. *concluſ.* 15. *poſt medium*, iunctis maximè, quod ad Capitulum prædictæ Collegiatæ Eccleſiæ attinet, iis, quæ de poteſtate Cardinalium ratione ſuorum titulorum Preſbyteralium, vel Diaconalium, aut aliorum Prælatorum ſæcularium habentium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem ſtatim dicturi ſumus in iam ſeq. concl.

DECIMAQVINTA igitur CONCLVSIO ſit. Prælati ſæculares, qui habent iuriſdictionẽ quaſi
356. Epiſcopalem, † in ſua quaſi diœceſi mutare non poſſunt ſtatum alicuius Eccleſiæ, aut beneficij, niſi cùm Epiſcopi poſſunt in ſua diœceſi. Prior pars concluſionis, quòd nimirum regulariter hi Prælati nequeant hanc mutationem facere, facilè ex eo patet, quòd huiuſmodi mutatio regulariter aduerſatur iuri canonico, vt conſtat ex iis quæ adduximus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 3. *concluſ.* 3. in priori eius parte: vnde tamquã Rom. Pontifice inferiores iidem Prælati derogare ei non poterunt, iuxta text. *in cap. cùm inferior, de maior. & obed. & Clem. ne Romani, in princ. de elect.* cum ſuis concord. Poſterior autem pars cõcluſionis, quòd ſcilicet prædicti Prælati memoratã mutationem facere poſſint in ſua quaſi diœceſi, quã poſſunt in ſua diœceſi Epiſcopi, quoad Cardinales quidem Preſbyteros, vel Diaconos in ſuis titulis, probatur; quoniam in iis habent iuriſdictionẽ, quam Epiſcopi habent in ſua diœceſi; vt per text. *in cap. his, qua, de maior. & obed.* tradunt *ibi* Doct. ac pluribus citat. docuimus ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 13. *circa initium*; ita, vt ſibi conſtituere poſſit Vicarium generalem, ferre cenſuras, & exercere alia, quæ ſunt iuriſdictionis Epiſcopalis fori exterioris, ſicut Epiſcopi; prout inter alios tradit Sbroz *d. tract. de Vicar. Epiſc. lib.* 1. *quæſt.* 3. *n.* 22. *& ſeq.* inficiari autem nemo poteſt, quòd prædicta mutatio ſtatus beneficij, aut Eccleſiæ alicuius pertineat ad iuriſdictionem fori exterioris. Ex qua ratione idem dicendum eſt de aliis Prelatis inferioribus Epiſcopo, qui vel omnimodam iuriſdictionem Epiſcopalem in certis finibus conſuetudine, præſcriptione, aut priuilegio acquiſierunt, vel certè ſpecialem huiuſmodi mutationes faciendi; per ea, quæ de hiſce Prælatis inferioribus quoad vltimarũ voluntatum commutationem deduximus *d. quæſt.* 13. *concl.* 2. iuncta *concl.* 3. vbi ſtatim ſubiecimus, præſcriptionẽ hanc, ſeu conſuetudinem, per quam hi Prælati inferiores acquirunt iuriſdictonem intra fines diœceſis Epiſcopalis, quadragenariam eſſe debere; ex eo verò tempore deducendum eſſe tempus vacationis ſedis Epiſcopalis, aut in quo Epiſcopus impeditus fuit ius ſuum proſequi: ac poſtmodum quanto tempore iuriſdictionem priuilegio, præſcriptione, vel conſuetudine ab ipſis acquiſitam amittant. atque ita in ſpe-
cie † vnionis pluribus relatis docet Garz. *d. part.* 12. 357.
cap. 2. *num.* 71. *cum duob. ſeqq.* dum poſt eos tradit, inferiorẽ Epiſcopo, etiamſi habeat facultatem conferendi, non poſſe vniones facere, niſi hoc ei compẽtat ex priuilegio, vel præſcriptione immemorabili, aut quadragenaria cum titulo, vel conſuetudine præſcripta, aut niſi haberet iuriſdictionẽ Epiſcopalem. *num.* autem 74. ad idem adducit declarationem ſacræ Congregationis *ad ſeſſ.* 21. *cap.* 5. *de reform.* in qua eam cenſuiſſe ait, dignitati curatæ poſſe vniri aliam dignitatem ex cauſa paupertatis, iuxta hoc decretum, *& ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *de reform.* eámque vnionem facere poſſe Abbatem, ſi ſibi hanc facultatem vniendi legitimè præſcripſit, aut ex priuilegio in Eccleſia ſibi pleno iure ſubiecta iuriſdictionem quaſi Epiſcopalẽ habet in omnibus, & per omnia: alioquin vnionem faciendam eſſe per Epiſcopum cum conſenſu ipſius Abbatis, & Capituli. *num.* verò 75. *cum ſeq.* reſpondet aliis declarationibus, quæ aduerſari videbantur, vt loquãtur ac procedant in caſu ſuppreſſionis præbendarũ, iuxta decretum eiuſdem Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 15. *de refor.* Quamuis autem Prælatus inferior præſcriptione, conſuetudine, vel priuilegio quæſierit ius vniendi beneficio, non ideo poterit vniones diſſoluere, vt poſt Rebuff. *d. tit. de reuocat. vnion. num.* 20. tradit Azor *d. lib.* 6. *cap.* 29. *quæſt.* 5. *verſ. ceteri verò Ordinarij.* & ratio eſt, quia ius ſpeciale non extenditur, *cap. adhæc, de offic. Archid. cap. audatis, & cap. cum Capella, de præſcript.* cum ſimil.

DECIMASEXTA CONCLVSIO. Vicarius Epiſcopi, vel Capituli ſede Epiſcopali vacante, aut prælatorum ſæcularium citra Epiſcopum habentiũ
iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem † regulariter ne- 358.
queunt mutare ſtatum alicuius Eccleſiæ, aut beneficij etiam in caſibus, in quibus is poſſet, cuius eſt Vicarius. Hæc concluſio quoad caſus, in quibus id nequit Epiſcopus, Capitulum ſede vacante, aut Prælatus, cuius ille vices gerit, patet, quia nemo in aliũ plus iuris transferre poteſt, quàm ipſe habeat, vt in iuribus, quæ ad id allegauimus *cap. præced. quæſt.* 5. *concl.* 17. *circa initium*; cui accedit, quòd qui in ius alterius ſuccedit, eius iure vti debet, *cap. cùm contra, de pignor. cap. is, qui in ius, de reg. iur. in* 6. *l. aliud,* §. *fin. & l. qui in ius, in princ. ff. eod. tit.* Quoad caſus verò, in quibus prædictam mutationem facere poſſet is, cuius eſt Vicarius; probatur ex eo, quòd Vicarius etiam Epiſcopi regulariter nequeat expedire ardua, & grauiora negotia, ſeu quæ veriſimiliter eum conſtituens non eſſet conceſſurus; iuxta latiùs per nos tradita ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 14. *ſuppoſ.* 2. neque regulariter ſine mandato ſpeciali diſpenſare poteſt, vt fusè probat Sbroz. *tract. de Vicar. Epiſc. lib.* 1. *quæſt.* 35. *n.* 3. & Sanchez *lib.* 2. *de matrim. diſp.* 40. *num.* 12. at verò, quòd huiuſmodi mutatio ſtatus beneficij, aut Eccleſiæ ſit ex arduis, & grauioribus, inde ſatis conuincitur, quòd vix in aliquibus caſibus Legatis, & Epiſcopis ea permittitur, vt colligere licet ex adductis ſup. hac ipſa quæſt. *concluſ.* 9. & 13. quódque ſit quædam diſpenſatio, ex eo patet, quòd eſt contra ius, vt ſuprà hoc eod. cap: *quæſt.* 3. *concluſ.* 3. in priori illius parte oſtendimus; diſpenſatio autem eſt iuris relaxatio, gloſ. *in cap. requiritis,* §. *niſi rigor, verbo, vt pleriſque,* 1. *quæſt.* 7. cum aliis ad id per nos adductis *cap. præced. d. quæſt.* 5. *concluſ.* 17. *circa medium.* immo hæc ipſa mutatio ſtatus vix ſine aliqua donatione fieri poteſt;

quæ

quæ etiam procuratori conſtituto cum libera non permittitur, atque adeò nec Vicario cum ſimili facultate conſtituto, vt liquet ex *cap. vlt. de offic. Vicar. in 6.* Idipſum verò ex eo etiam valde confirmatur,

559. quòd † Vicarius generalis beneficia vnire non poteſt ſine ſpeciali mandato, (aut æquipollenti, vt mox dicemus,) etiamſi à conſtituente habeat facultatem conferendi beneficia, adiecta clauſula illa generali, *& ad omnia alia etiam requirentia ſpeciale mandatum*; quoniam non ideo fieri debet extenſio ad maiora expreſſis, *cap. qui ad agendum, de procurat. in 6. & Clem. 2. eod. tit.* contra Mohedan. *deciſ. 3. de offic. Vicar.* Hieron. Gabr. *conſ. 200. num. 3. lib. 1.* & Gambar. *tract. de offic. & poteſt. legat. lib. 5. rubr. 1. ex n. 115.* tradit Garz. *d. part. 12. cap. 2. n. 69.* poſt Caccialup. *tract. de vnion. art. 3. quæſt. 8. num. 23.* Petr. de Peruſ. *eod. tract. cap. 4. num. 32.* Pariſ. *conſ. 40. lib. 4.* Rebuff. *in Prax. benef. tit. de vnion. benef. num. 57. & in form. Vicariat. num. 102.* Mandoſ. *in Praxi ſignat. gratiæ de vnionib. verſic. Vicarius tamen*, Floicd. *tract. de incompatib. benef. part. 2. cap. 5. n. 7. verſ. non eſt etiam omittendum*, Cuech *lib. 2. Inſtit. maior. tit. 8. num. 106.* Sbrot. *de Vicar. Epiſc. lib. 2. quæſt. 115.* & Azor. *d. part. 2. Inſtit. moral. lib. 3. cap. 44. quæſt. 11. & lib. 6. cap. 28. quæſt. 10.* Potest tamen

560. Vicarius † mutare ſtatum beneficij, vel Eccleſiæ in caſibus, in quibus poteſt, qui eum conſtituit, non modò cùm ad id ſpeciale mandatum habet, ſed etiam cùm ad id à conſtituente habet facultatem, quæ mandato ſpeciali æquipolleat; qualis eſt cùm in generali mandato expreſſa ſunt aliqua, quæ minora non ſint prædicta mutatione, ac deinde adiicitur clauſula illa generalis, *& ad alia, etiamſi mandatum exigant ſpeciale*; per text. *in d. cap. qui ad agendum, §. 1. & d. Clem. 2.* ſiue cùm eſt conſtitutus cum libera poteſtate, ſeu adminiſtratione, iuxta text. *in d. cap. qui ad agendum, §. vlt.* modò tamẽ prædicta mutatio non inuoluat donationem, propter text. paulo antè citat. *in cap. vlt. de offic. Vicar. in 6.* vel alienationem bonorum immobilium, arg. *cap. is, cui, de elect. in 6.* Proba-

561. bile mihi quoque eſt, † poſſe Vicarium Epiſcopi, & prædictorum Prælatorum ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij alicuius facere, quam ij poſſent, vbi illi in remotis ſint, eorúmque copia nequeat haberi, & alioqui vrgeat aliqua neceſſitas ad talem mutationem deueniendi; per ea, quæ adduximus *d. quæſt. 14. concluſ. 1. limitat. 1.* præcipuè per text. *in cap. 1. §. fin. de offic. ordin. in 6. & cap. cùm nullus, §. 1. de temper. ordinat. eod. lib.*

DECIMASEPTIMA, & poſtrema CONCLVSIO. Prælati regularium † mutare nequeunt

562. ſtatum ſuarum Eccleſiarum, aut beneficiorum ſæcularium in iis conſiſtentium: poſſunt autem quoad beneficia ſæcularia etiam extra ſuas Eccleſias ſita, in quibus habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ſicut Epiſcopi poſſunt quoad beneficia ſuæ diœceſis. Prior pars concluſ. quod ſpectat ad ſuas Eccleſias, probatur, tum ex *Clem. ne in agro, §. ad hæc, de ſtat. monach.* vbi ſtatuitur, quòd, ſi prouentus Prioratuum, vel adminiſtrationum duobus non ſuppetant, iidem Prioratus, ſeu adminiſtrationes, niſi per Abbates ad ſuſtentationem duorum ſufficientes reddantur, locis aliis viciniorib⁹ ad corũ monaſteria pertinentibus, vel ipſorũ monaſteriorũ officiis, aut inter ſe inuicem, prout erit commodius, cum conſilio, & aſſenſu Abbatum per locorum ipſorum Ordinarios

563. vniantur: vnde apparet, † hanc vnionem, quæ ſtatus Eccleſiarum quædam mutatio eſt, fieri non poſſe per ipſos Abbates, ſeu Prælatos monaſteriorum, ac locorum regularium; ſed ab Ordinariis locorum eſſe faciendam. Tum ex *Clem. vnic. §. eadem quoque, de ſuppl. neglig. prælat.* vbi diœceſanis mandatur, vt in non exemptis ſua, in exemptis Apoſtolica auctoritate non permittant Prælatos Regularium prioratus, Eccleſias, adminiſtrationes aut quæuis alia beneficia ad eorum diſpoſitionem ſpectantia ſuis menſis applicare. Tum etiam ex *Clem. 1. in princ. de reb. Eccleſ. non alien.* vbi prohibetur, † ne quis Religio- 564.
ſus monaſterio, prioratui, Eccleſiæ, ſeu adminiſtrationi cuiuis præſidens, iura, reditus, aut poſſeſſiones eiuſdem alicui ad vitam eius, ſeu aliud certum tempus, pecunia etiam inde recepta, quouis modo concedat, niſi neceſſitas, aut vtilitas monaſterij, prioratus, Eccleſiæ, aut adminiſtrationis huiuſmodi hoc expoſcat, conuentus ſui, aut, ſi conuentum non habeat, Prælati proprij aſſenſu ad hoc nihilominus accedente; ſi quis autem contra hoc fecerit, pœnam ſuſpenſionis ab officio eo ipſo incurrat; nec ex conceſſione ipſius recipienti ius aliquod acquiratur. Et quamuis hic text. non loquatur de conceſſione ipſius Eccleſiæ, aut beneficij regularis, ſed iurium, ac bonorum ipſius: tamen, cùm hæc quoque conceſſio ſit alienatio quædam rei Eccleſiaſticæ, vt per ſe patet, atque ex *rubr.* ſub qua *Clem. 2. eod. tit.* de tali conceſſione loquens ponitur; necnon ex text. *in cap. tua nuper, in fi. de iis, quæ à prælat. ſin. conſ. Capit.* ibi; cùm conceſſiones Eccleſiarum perpetuas ad alienationes non ſit dubium pertinere; iuncto eo, quòd perpetuum etiam dicitur quod eſt ad vitam alicuius, *cap. 1. de reſcript. in 6.* cum aliis ad id allegat. ſuprà hoc eod. cap. *quæſt. 1.* non longè à fine: quod de alienatione iurium Eccleſiæ diſponitur *in d. Clem. 1. in princ.* intelligendum quoque eſt de ipſius Eccleſiæ conceſſione. Quamuis etiam ex iis eiuſdem princ. verbis, *ſi conuentum non habeat*, Prælati proprij aſſenſu accedente, colligi videatur, quòd hic conſenſus non requiratur, ſi monaſterium, & alia prædicta conuentum non habeant: tamen, vt *ibidem* ait gloſ. ab aliis approbata, verbo, *non habeat*, hoc verum eſt quoad euadendam huius conſtitutionis pœnam; ſed alias ad validandum cõtractum perpetuum requiritur omnis ſolemnitas alienationis, *cap. dudum, eod. tit. in 6.* & conſenſus Epiſcopi, *cap. Abbatibus. & cap. ſeq.* incip. *ſi qua de rebus, cap. placuit, 12. quæſt. 2. & cap. in venditionibus, 17. quæſt. 4.* & hic quidem Epiſcopi conſenſus requiretur, ac ſufficiet in non exemptis, prout per hæc iura nunc cit. ſic etiam exponens ea verba, *Prælati proprij*, tenet gloſ. *d. §. adhæc, verbo proprij*, ſalua tamen diſpoſitione Extrauag. Pauli II. (quæ incipit, *Ambitioſæ*, & tempore gloſ. nondum emanarat,) *de reb. Eccleſ. non alien. in commun.* in exemptis verò exponens de Papa, iuxta text. *in cap. auctoritate, §. 2. de primil. in 6.* vbi gloſ. *verbo, Sedis Apoſtolicæ*, ſentit ſufficere quoque licentiam Legati de latere, arg. *cap. ſi Abbatem, de elect. & cap. veniens, in princip. de verb. ſignif. eod. lib.* De hoc autem videndi ſunt Felin. & alij *in cap. auditis, de præſcript.* Abb. ac cæteri *in cap. Statuimus, de tranſact. cap. etſi clerici, §. de adulteriis, de indic. cap. ſiunt vnire, de exceſſ. prælat. d. Clement. 1. & 2. de reb. Eccleſ. non alien. & Clem. ne in agro*, ſeu *1. de ſtat. mon.* Quoad beneficia verò ſæcularia conſiſtentia in Eccleſiis regularium, quòd eorum ſtatum mutare non poſſint illarum Eccleſiarum Prælati regulares, ſatis probatur tum ex *d. Clem. vnica, §. eadem quoque*, iuncto eius Clem. princ. dum *inibi* mandatur Diœceſanis, ne permittant Prælatos Regularium beneficia ſæcularia ad eorum diſpoſitionem reſpectu collationis pertinentia ſuis menſis applicare: tum etiam ex adductis quoad communationem vltimarum voluntatum ſuprà *cap. 5. quæſt. vlt. concluſ. 2.* ex eo maximè, quòd nemo poteſt exercere iuriſdictionem fori exterioris in perſonas, vel loca, quæ non ſint ſibi plé-

no iure ſubiecta, hoc eſt, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, quoad adminiſtrationem nimirum, quamuis non ſint de menſa; quia nequeunt eorum reditus in ſuos vſus conuertere; iuxta tradita per glos. receptam *in Clem. vnic. verſ. quidam etiam, verbo, ad menſam, de exceſſ. prælat.* qualia proculdubio ſunt, ſecluſo iure ſpeciali, beneficia ſæcu-
365. laria, quæ † Epiſcopo iure communi attento ſunt ſubiecta, *cap. ſic quidam, cum quatuor ſeqq. 10. quæſt. 1. & cap. omnes baſilicæ, cum ſeq. 16. quæſt. 7.* necnon *cap. in Lateranenſi, & cap. de monachis, de prab. cap. 1. eod. tit. in 6. cap. cùm & plantare, de priuil. cap. ne aliqui, & cap. priuilegium, eod. tit. in 6.* cum ſuis concord. Poſterior pars concluſionis probatur; quia, cùm ſupponamus, tunc huiuſmodi Prælatos regularium habere in illis beneficiis, aut Eccleſiis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, iuxta text. *in cap. Abbates, in fi. de priuil. in 6.* & Conc. Trid. *ceſſ. 25. cap. 11. ad fin. de regular.* nil mirum, ſi tunc prædicti Abbates regulares in iiſdem Eccleſiis, ac beneficiis etiam ſæcularibus ſibi ſic ſubiectis eam iuriſdictionem exercere poſſint, mutando eorum ſtatum, ſicut poſſunt Epiſcopi in ſuis diœceſibus; per id, quod de Prælatis ſæcularibus conſimilem iuriſdictionē quaſi Epiſcopalem habentibus quoad beneficia, & Eccleſias ſuæ quaſi diœceſis concluſimus ſuprà hac ipſa
366. quæſt. *concluſ. 15.* Id quod licèt quoad vnionem † hiſce Abbatibus regularibus reſpectu Eccleſiarum ſibi pleno iure ſubiectarum neget Innoc. & Abb. antiq. *d. cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat.* tamen contrarium ſatis apertè ſentit Abb. Panorm. *ibid. ſub num. 3.* & ipſe Innoc. *in cap. 2.* quod incipit, *ſtatuimus, de tranſact.* Archid. *in cap. cùm ſingula, de prab. in 6.* & glos. ab aliis approbata *d. Clem. 1. verbo, proprij, de reb. Eccleſ. non alienand. & d. Clem. ne in agro,* ſeu *1. §. ad hæc, verbo, Ordinarios, de ſtat. monach.* Atque ex his iam tandem finis ſit præſenti quæſtioni.

SVMMÆ RERVM.

367. *Mutatio ſtatus Eccleſiæ, aut beneficij requirit aliquam cauſam, vbi impetretur ab inferiore; & nonnullis num. ſeqq.*

368. *Diſpenſatio contra ius humanum fieri debet cum cauſa ab inferiore, licèt à Principe habeat facultatem contra illud diſpenſandi.*

369. *Inferior transferre nequit Eccleſias, ſeu mutare de loco ad locum ſine cauſa. neque vnire beneficia, ſeu Eccleſias; num. 370. ſicut nec vnionem diſſoluere; num. 371.*

372. *Mutatio ſtatus Eccleſiæ, ac beneficij cauſam requirit etiam cùm à Romano Pontifice impetratur; idemque in tranſlatione, & vnione Eccleſiarum. atque in quadam reſeruatione iuriſpatronatus in Eccleſiis, ſeu beneficiis amea liberis; num. 373. & in ſectione, ſeu diuiſione beneficiorum; num. 374.*

375. *Cauſa mutationis ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum in Papa, vel inferiore cum mutante an præſumatur. & quid in vnionibus, aut earum diſſolutionibus, ſeu renocationibus; num. 376.*

377. *Cauſa mutationis ſtatus Eccleſiarum, aut beneficiorum non neceſſariò debet obſtare executioni ipſius ſtatus: ſed ſufficit neceſſitas aliunde proueniens; & duob. num. ſeqq.*

378. *Neceſſitas Eccleſiæ eſt cauſa ſufficiens vnionis Eccleſiarum, ſeu beneficiorum; ac diſſolutionis, ſeu renocationis ipſius. & in erectione in Cathedralem, ac diuiſione Epiſcopatuum; necnon erectionis in parochialem, vel baptiſmalem; num. 379.*

380. *Neceſſitas Eccleſiæ eſt ſufficiens cauſa acquiſitionis iuriſpatronatus in Eccleſia libera ex augmento dotis, nouæ conſtructione, vel alio ſimili titulo; & mutationis ſtatus Eccleſiæ regularis in ſecularem; ac generatim mutationis ſtatus Eccleſiarum.*

381. *Vtilitas publica eſt ſufficiens cauſa mutationis ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum.*

382. *Vtilitas Eccleſiæ eſt cauſa ſufficiens, vt etiam inuito patrono minui, & augeri poſſint onera beneficij diminutis, vel auctis eius reditibus. necnon erectionis Eccleſiæ ſimplicis in Collegiatam, vel parochialem, aut baptiſmalem; num. 383. & quid in erectione in Cathedralem, vel Metropolitanam, aut diuiſione vnius Epiſcopatus; num. 384.*

385. *Vtilitas publica ſufficit ad mutationem ſtatus Eccleſiæ regularis in ſecularem, ac ſecularis in regularem; necnon ad vnionem Eccleſiarum, ſiue beneficiorum, atque huiuſmodi vnionis diſſolutionem, ſeu renocationem.*

386. *Qualitates exprimendæ in impetranda mutatione ſtatus Eccleſiæ, aut beneficij, vbi neque ex iure, neque ex ſtylo Curiæ conſtat, quænam exprimi debeant. & an in dubio illæ qualitates inducant cauſam finalem, vel impulſiuam; num. 387. & quid in impetratione facienda à Legato, vel alio inferiore; numer. 388.*

389. *Vniones Eccleſiarum, ac beneficiorum quando ab Ordinariis tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis examinari poſſint, vel ſurreptitiæ cenſeantur; ibique intellectus Concilij Tridentini ſeſſ. 7. cap. 6. & ſeſſ. 24. cap. 13. verſic. in vnionibus; & ſeſſ. 25. cap. 9. verſ. inſuper acceſſiones, & verſ. quæ verò, de reform.*

390. *Surreptio vitiat ipſo iure vnionem Eccleſiarum, ſeu beneficiorum à Sede Apoſtolica factam.*

391. *Taciturnitas qualitatis, quæ de iure, vel ſtylo Curiæ exprimenda eſt in impetranda mutatione ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, reddit eam impetrationem nullam, licèt ſuperior alias huiuſmodi gratiam æquè facilè conceſſiſſet; & ibi quæ ſint qualitates de iure, vel ſtylo Curiæ exprimendæ.*

392. *Qualitates in ſpecie, quæ de iure, vel ſtylo Curiæ exprimi debent in impetranda mutatione ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij; cum multis num. ſeqq.*

393. *Qualitas curæ animarum an, & quando exprimenda ſit in impetratione beneficij, aut mutationis ſtatus ipſius.*

394. *Qualitas iuriſpatronatus laicalis, mixti, vel Eccleſiaſtici, an, & quando exprimenda in impetratione beneficij, vel mutationis ſtatus ipſius beneficij.*

395. *Vnio beneficij, quod impetratur, iam alteri beneficio per Ordinarium facta an exprimenda in impetratione illius beneficij, vel mutationis ſtatus ipſius.*

396. *Obligatio reſidentiæ perſonalis quando exprimenda ſit in impetratione beneficij, aut mutationis ſtatus ipſius.*

397. *Valor beneficij an, & quando exprimi debeat in eo impetrando, vel impetratione mutationis ſtatus ipſius beneficij; & ibi quid in impetranda vnione, perpetua conceſſione, diſmembratione, applicatione, ac ſimili diſpoſitione circa illud.*

Valor

398. *Valor beneficij an exprimendus ſit, cùm illud, vel eius ſtatus mutatio impetratur non à Papa, vel eius Legato, ſed ab Ordinario inferiori.*

399. *Modus electiuus an, & quando ſit exprimendus in impetranda beneficio, aut mutatione ſtatus ipſius.*

400. *Sæcularitas beneficij exprimenda eſt à regulari illud impetrante; ſicut & regularitas à ſeculari impetrante beneficium regulare: & ibi quid de mannalitate beneficij; & an hæ tres qualitates ſint exprimendæ in impetrãda mutatione ſtatus alicuius beneficij, vel Eccleſiæ. & quid in qualitate hoſpitalitatis, & monacularitatis.*

401. *Modus verus vacationis, & conditio perſonæ, per cuius obitum vacauit beneficium, an exprimenda ſint in beneficij ipſius, aut mutationis ſtatus illius impetratione.*

402. *Reſeruatio, vel affectio beneficij an exprimenda ſit cùm ipſum beneficium, vel mutatio ſtatus illius impetratur; cum multis num. ſeqq.*

403. *Prebenda proximè vacatura, quæ ſit reſeruata Sedi Apoſtolicæ, an erigi poſſit in Theologalem, vel Pœnitentialem; & num. ſeq.*

404. *Reſeruatio, & affectio beneficij an, & quando expiret per ceſſum, vel deceſſum primò promiſſi à Sede Apoſtolica.*

405. *Regula Cancellariæ Apoſtolicæ expirant per mortem eorum conditoris.*

406. *Prima dignitas poſt Pontificalem, quæ vacauit Sede Apoſtolica vacante, an tunc poſſit cum effectu vniri, vel conferri; & aliquot num. ſeqq.*

407. *Beneficium ſemel affectum, & reſeruatum ſemper tale manet donec de eo per Sedem Apoſtolicam prouideatur.*

408. *Reſeruatio dignitatis, ſeu beneficij alia ſit in abſtracto, alia in concreto.*

409. *Beneficia reſeruata quando, & quomodo ab Ordinario vniri poſſint.*

410. *Prima dignitas poſt Pontificalem creata Sede Apoſtolica vacante poterit tunc vniri ita, vt tunc quoque vnio effectum habeat.*

411. *Reſeruatio, & affectio quando ex diſpoſitione Concil. Trident. non obſtet vnioni, vel ſuppreſſioni beneficiorum. & an tunc poſſit fieri vnio ſiue ante, ſiue poſt vacationem; numer. ſeq.*

412. *Reſeruatio ſuperueniens vnioni an, & quando illius effectum impediat, vel ſaltem ſuſpendat.*

413. *Reſeruatio an ceſſet in beneficiis vnitis acceſſoriè; & quid operetur in beneficiis ad vitam vnitis.*

414. *Vitium ingreſſus in beneficium, & vitium litigioſi an, & quando exprimenda ſint in impetratione beneficij, aut mutationis ſtatus ipſius.*

415. *Nomen ſanctæ Eccleſiæ inferioris, aut beneficiati, per cuius obitum vacauit beneficium, an, & quando exprimendum ſit in impetratione illius Eccleſiæ, vel beneficij, aut mutationis ſtatus ipſius.*

416. *Statutum obſtans impetrationi beneficij, vel mutationis ſtatus ipſius an, & quando ſit exprimendum in huiuſmodi impetratione.*

417. *Qualitas beneficij, quòd ſit dignitas, perſonatus, vel officium, an & quando exprimenda ſit, cùm illud impetratur, vel mutatio alterius ſtatus ipſius: & ibi quid in qualitate prebendæ Presbyteralis, Diaconalis, vel Subdiaconalis; necnon Theologalis, Doctoralis, Magiſtralis, vel Pœnitentialis.*

418. *Collatio beneficij etiam non acceptata alteri facta, vel colorata ipſius poſſeſſio exprimi debet in eius impetratione; & quid in impetranda mutatione ſtatus, aut alicuius qualitatis ipſius.*

419. *Impetrans aliquod beneficium, vel mutationem ſtatus, ſeu alterius qualitatis illius an, & quando exprimere debeat aliud beneficium, quod talis impetrans obtinet.*

420. *Qualitas clericatus, ſeu defectus ipſius, vel natalium, an, & quando exprimenda ſit, cùm impetratur beneficium, vel mutatio ſtatus, ſeu alterius qualitatis illius.*

421. *Crimen indignum aliquem reddens beneficio, necnon excommunicatio, ſuſpenſio, vel irregularitas, an, & quando exprimi debeant in impetrando beneficio, vel mutatione ſtatus, ſeu alicuius qualitatis ipſius.*

422. *Dignitas perſonæ impetrantis an, & quando exprimenda ſit in impetrando beneficio Eccleſiaſtico, vel mutatione ſtatus illius, vel Eccleſiæ alicuius.*

423. *Qualitates exprimendæ in impetranda vnione Eccleſiarum, ſeu beneficiorum.*

424. *Impetrans per reſcriptum inſtitia mutationem ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij quanam exprimere debeat, remiſſiuè.*

425. *Impetrans poſteriorem mutationem alterius, vel eiuſdem ſtatus Eccleſiæ, aut beneficij an, & quando prioris mutationis mentionem facere teneatur.*

426. *Impetrans mutationem ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij an, & quando mentionem facere debeat omnium illius impedimentorum. & quid, quando vnum impedimentum oritur ex diuerſis capitibus, ſeu titulis; aut habeat annexam notabilem circumſtantiam; num. 427.*

428. *Impetrans mutationem ſtatus Eccleſiæ, aut beneficij an, & quando exprimere teneatur eius mutationis prohibitionem à teſtatore factam.*

429. *Falſa expreſſio ſingulorum, quorum taciturnitas nullam reddit mutationem ſtatus Eccleſiæ alicuius, vel beneficij, ipſa quoque eandem mutationem vitiat; cum aliquot numer. ſeqq.*

430. *Vnio Eccleſiarum, ſeu beneficiorum ab Ordinario, vel Papa facta ex falſa cauſa an nulla ſit.*

431. *Falsò exprimens, ſe nullum beneficium habere, nulliter aliud impetrat. idemque eſt, ſi expreſſit ſe clericum, cum non eſſet; numer. 432.*

433. *Falsò exprimens beneficium vacare, cum non vacet, an nullam reddat impetrationem beneficij, aut mutationis ſtatus ipſius.*

434. *Modus vacationis falsò expreſſus an, & quando vitiet impetrationem beneficij, aut mutationis ſtatus illius. & quid in falſa expreſſione valoris beneficij obtenti, vel obtinendi; num. 435.*

436. *Expreſſio falſæ cauſæ, vel qualitatis, quæ verè expreſſa, vel tacita faciliorem redderet ſuperiorem ad concedendum, adiecta mutationi ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij demonſtrationis gratia eam mutationem non vitiat; ſecus ſi adiecta ſit taxationis gratia, ſeu conditionaliter.*

437. *Falsa expressio vnica causa etiam impulsiua vitiat mutationem status Ecclesiæ, vel beneficij; & ibi, quid, si plures causæ exprimantur, quarum aliquæ sunt veræ, aliæ falsæ.*

438. *Ignorantia probabilis falli vel iuris in eo tacendo, quod exprimendum erat, vel falsò aliquid exprimendo, cuius veritatem si superior cognouisset, gratiam mutationis status alicuius Ecclesiæ, vel beneficij aut omnino non concessisset, aut non eo modo, an excuset gratiam a nullitate.*

439. *Expressio dubia status beneficij aut Ecclesiæ mutandi, vel causæ mutationis, cum vtrumque certum sit impetrami, an nullam reddat impetrationem.*

440. *Taciturnitas, vel falsa expressio alicuius qualitatis per fraudem, vel malitiam, licèt solùm causa fuerit, vt mutatio status Ecclesiæ, vel beneficij sub tali forma concederetur, omnino tamen gratiam vitiat.*

441. *Rescriptum mutationis status alicuius Ecclesiæ, vel beneficij, quando in totum vitietur ex eo, quòd surreptio, vel obreptio commissa sit in aliqua eius parte.*

442. *Taciturnitas veri, aut falsi expressio dolosa in vna parte rescripti mutationis status Ecclesiæ, vel beneficij an ipso iure, & in foro conscientiæ vitiet partem connexam rescripti, qua vitio caruit.*

443. *Taciturnitas veri, aut falsi expressio circa causam impulsiuam commissa in vna parte rescripti mutationis status Ecclesiæ, vel beneficij totum rescriptum non vitiat.*

444. *Causæ aliquæ an sit necessariò exprimendæ, cùm impetratur mutatio status alicuius Ecclesiæ, vel beneficij.*

445. *Falsa expressio, seu error in nomine illius, cui impetratur mutatio status Ecclesiæ, vel beneficij, an eam vitiet. & quid si error contigerit in nomine diœcesis ipsius, vel eius, contra quem tale rescriptum iniustitiæ impetratur, aut impetrantis; num.446.*

447. *Falsa expressio, seu error in vocabulo, aut alia demonstratione rei, circa quam versatur mutatio status Ecclesiæ, vel beneficij, an ipse status, vbi aliàs satis constet, quòd de eare senserit impetrans, vel concedens, gratiam non vitiat.*

448. *Falsa causa adiecta mutationi status alicuius Ecclesiæ, vel beneficij regulariter ipsam mutationem non vitiat; nisi conditionaliter adiecta sit.*

449. *Falsa expressio impedimenti minoris loco maioris, aut è contrario eiusdem, vel diuersæ speciei an, & quando vitiet mutationem status Ecclesiæ, ac beneficij.*

450. *Rescriptum ad lites, cui accessoria sit mutatio status alicuius Ecclesiæ, vel beneficij, non potest imputari sine speciali mandato: secus, si ea mutatio impetretur per rescriptum gratiæ.*

451. *Gratia mutationis status Ecclesiæ, vel beneficij, aut commissionis ad eam mutandam, alteri impetrata ei non prodest, nisi post eiusdem scientiam, & acceptationem; & ibi qualis esse debeat hæc scientia, vel acceptatio.*

452. *Mutationes status Ecclesiæ, aut beneficij, quæ auctoritate primata fieri possunt, non sunt necessariò committenda Ordinario, aut ab eo, aliòve superiore postulanda; & ibi quid, si dubium sit de hac primata auctoritate.*

453. *Mutationes status Ecclesiarum, aut beneficiorum, quæ à superioribus fieri possunt, an sint necessariò alicui committenda.*

454. *Mutationes status Ecclesiarum, aut beneficiorum, quas Papa in forma commissoria concedit, committi debent in partibus locorum Ordinariis; quas verò concedit in forma gratiosa, quamuis ab iisdem Ordinariis recognoscantur; & num.seq.*

455. *Intellectus reg.21.seu 22.Canc.Apost.*

456. *Clausula præcipua, quæ in rescriptis mutationis status Ecclesiarum, ac beneficiorum apponi solent; & multis num.seq.*

457. *Clausula,* anteferri, *facit, vt qui eam habet, etiam posterior in data prioribus præferatur. & quomodo extendatur; num.458.*

459. *Clausula,* anteferri, *tollit reseruationes, & expectativas tam generales, quàm speciales. & an tollat ius ad rem; aut præiudicet expectantibus solam prabendam, vel etiam futuris impetrationibus.*

460. *Clausula,* anteferri, *an præiudicet vnioni facta cedente, vel decedente certo Rectore, si post impetrationem Rector cedat, vel decedat.*

461. *Clausulæ generales derogantes expectantibus non derogant habentibus clausulam,* anteferri, *nisi de ea fiat mentio.*

462. *Mandatum primum ad alicuius fauorem factum non tollitur per secundam etiam habens clausulam,* anteferri, *nisi deroget reg.Canc. de non tollen.iur.quæs.*

463. *Clausula,* dummodo tempore datæ præsentium, *&c. tollit ius ad rem, non in re; & an omne ius ad rem.*

464. *Ius in re, ac signanter resultans ex libera, & plena, sed valida collatione beneficij omnino præseruatur per clausulam, dummodo tempore datæ præsentium, &c.*

465. *Clausula,* dummodo tempore datæ, *&c. an tollat surreptionem, quæ posset per tertium allegari; & in quo differat à clausula,* sine præiudicio alicuius.

466. *Clausula,* dummodo tempore datæ, *&c. apponenda est, habétque locum etiam in beneficiis vacantibus in Curia.*

467. *Clausula,* amoto, *&c. an, & quando faciat executorem mixtum. & an suppleat defectum colorate possessionis alterius; num.468.*

469. *Mutatio status alicuius Ecclesiæ, vel beneficij, vbi etiam ad eam quis vocandus sit, non requirit citationem propriè dictam, nisi post legitimam contradictionem.*

470. *Mutatio status Ecclesiæ, vel beneficij, vbi in eius cõmissione adsit clausula, vocatis vocandis, vel vocatis quorum interest, an omnino requirat vocari eos, qui ex illa ladi possunt; & ibi intellectus Conc. Trident. sess. 21. cap. 7. sess.7. cap.6. ac sess.24. cap. 13. circa initium, de reformat. & reg. 21. seu 22.Cancellar.*

471. *Mutatio status Ecclesiæ, vel beneficij regulariter requirit vocationem illorum, qui ex ea ladi possunt, & iis tantùm præiudicat, qui vocati sunt. idemque in vnionibus, & earum reuocationibus, seu dissolutionibus; & quinam in specie ad eas vocandi sint; num. 472. & 474. & quid si personæ vocandæ sint incertæ; num.473.*

474. *Rector Ecclesiæ, seu beneficij an sit vocandus in eius vnione, & concessione, seu donatione, & ibi intellectus cap. consultationibus, de donat.*

donat. cap. ad audientiam, il 2. de Eccleſ. ædif. & Clement. 2. in princip. de rebus Eccleſ. non alienand. & qui poteſt inuitis alienare, multò magis poteſt ignorantibus, & abſentibus; neque ad actum neceſſariò vocandus eſt qui nequit ei contradicere, ibique conciliatio d. Clement. 2. cum cap. 1 eodem tit. in 6.

475. *Plebs ad vnionem Eccleſiæ vocari neceſſariò non debet, licèt audiretur, ſi cauſam rationabilem allegaret.*

476. *Epiſcopus an ſit vocandus in vnione facienda per Legatum, aut Papæ delegatum.*

477. *Prælatus inferior an vocandus ſit ad vnionem faciendam ab Epiſcopo de beneficio ad collationem illius Prælati ſpectante.*

478. *Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij regulariter requirit conſenſum patroni ſiue Eccleſiaſtici, ſiue Laici, ac inferioris collatoris, & electorum; & ibi quid in vnione.*

479. *Conſenſus, vel conſilium Capituli Eccleſiæ Cathedralis an exigatur in mutatione ſtatus vel vnione Eccleſiæ, aut beneficij facienda per Papam, vel ex eius auctoritate, aut licentia. & quid in facienda per Legatum; numer. 480. aut Epiſcopum; numer. 481. & ſeq.*

482. *Intellectus Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 5. de reformat. & num. ſeq.*

483. *Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, ſi conſentire nolit vnioni, de qua Concil. ſeſſ. 21. cap. 5. de reformat. quando, & quomodo ad id compelli poſſit.*

484. *Cõſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis, vel Epiſcopi in conceſſionibus Eccleſiarum an poſſit intercedere poſt actum, & ſufficiat tacitus.*

485. *Tractatus Capituli an ſit neceſſarius in vnione Eccleſiarum ab Epiſcopo facienda.*

486. *Vnio Eccleſiarum ab Epiſcopo facta abſque Capituli conſenſu an ſit nulla ipſo iure, etiam non reclamante, neque opponente Capitulo.*

487. *Epiſcopus an, & quando cum Capituli conſenſu vnire poſſit aliquam Eccleſiam menſæ ſuæ, vel Capitulo, aut Canonicorum prębendis; & ibi intellectus Clem. 2. §. quòd ſi, de reb. Eccleſ. non alien. & Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 15. de refor.*

488. *Conſenſus Capituli an præſumatur, & quomodo probetur interueniſſe.*

489. *Beneplacitum Apoſtolicum an, & quando præſumatur acceſſiſſe.*

490. *Vnio beneficiorum facienda ſeminario ex decreto Concil. Tridentin. an requirat conſenſum Capituli; vel quòd ſeminarium actu habeat Scholares, & Magiſtros. & quid ſi hi deſinerent ibi eſſe ad tempus; num. 491.*

492. *Regula obſeruanda circa praxim mutationis ſtatus Eccleſiarum, vel beneficiorum, remiſſiuè.*

QVÆRO SEXTO, quænam obſeruanda ſint ab impetrante mutationem ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij.

Expediti de cauſa efficiente tum remota, tum proxima mutationis ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum, eiúſque cauſa materiali, ac partim etiam de finali: videamus nunc de eiuſdem cauſa formali, & quod reliquum eſt de finali: quod quidem, & de formali id, quod ad impetrantem prædictam mutationem pertinet, in præſenti quæſt. quod verò ad eum ſpectat, qui illam concedit, *quæſt. ſeq.* exequemur, opportunis concluſionibus iuxta eum ordinem propoſitis, quem *præced. cap.* cùm de qualitatum beneficij derogatione ageremus, *quæſt. 6. ac 7.* ſecuti ſumus. Quod igitur ad præſentem quæſtionem attinet,

PRIMA CONCLVSIO ſit. Regulariter aliqua cauſa requiritur † in impetranda mutatione 367.
ſtatus alicuius Eccleſiæ, aut beneficij non modò vbi mutatio facienda ſit ab inferiore, verùm etiam vbi à Rom. Pontifice. Prior pars, quæ eſt quoad inferiorem, vt, ſi ex nulla cauſa fiat, illicita ſit, & inualida mutatio; probatur ex iis, quibus hoc vtrumque quoad vltimæ volũtatis commutationem, (cuius, vt iam ſæpe in hoc cap. docuimus, ſpecies quædam eſt mutatio ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum,) oſtendimus ſup. *cap. 6. quæſt. 1. concluſ. 1.* & quoad derogationem qualitatum beneficij *cap. præced. quæſt. 6. concluſ. 1. circa initium.* quæ quidem multò magis locum habere debent in huiuſmodi mutatione ſtatus, de qua nunc agimus, cùm per hanc, vt non ſemel admonuimus, maius præiudicium, quàm per illam paretur. ac præcipuè tum ex eo, quòd per hanc mutationem derogatur iuri communi poſitiuo, & contra illud diſpenſatur, quod eam regulariter prohibet, vt ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concluſ. 3.* in priori eius parte ſatis oſtendimus; & inferior regulariter iuri, ſeu legi ſui ſuperioris derogare, ſeu contra eam regulariter nequit diſpenſare, *cap. cùm inferior, de maior. & obed. Clement. ne Romani, in princip. de elect.* cum ſuis concord. quódque inferior contra eam ſine cauſa facit, nullum eſt, & inualidum; vt patet ex *l. non dubium, C. de legib.* ibi; vt ea, quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolùm inutilia, ſed pro infectis etiam habeantur, licèt legiſlator fieri prohibuerit tantùm, nec ſpecialiter dixerit, inutile eſſe debere, quod factum eſt: ſed &, ſi quid fuerit ſubſecutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum eſt, illud quoque caſſum, atque inutile eſſe præcipimus; & *cap. quæ contra ius, de reg. iur. in 6.* Quæ contra ius fiunt, inquit Rom. Pontifex, debent vtique proinfectis haberi. Tum ex eo, quod Alphonſ. Hoied. *tract. de incompat. benef. part 2. cap. 12. num. 44.* poſt multos tradit, inferiorem à Principe, † licèt ab eo 368.
poteſtatem habeat diſpenſandi contra ius humanum, ea vti debere cum cauſa; alioquin diſpenſationem in vtroque foro non tenere: quódque poſt Abb. & Felin. *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* & alios docet Lambertin. *tract. de iure patronat. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 30. num. 6. 7. 8. 12. 15. & 18. cum ſeq.* necnon *quæſt. 10. art. 7. num. 2. & 3. ac lib. 3. quæſt. 5. art. 3. num. 4.* poſſe Epiſcopum cum cauſa, & non aliter, & cum conſenſu heredis, aut alterius ſucceſſoris illius, qui beneficium fundauit, eius qualitates alterare. atque in ſpecie mutationis ſtatus Eccleſiarum, quòd ea ſine cauſa fieri ab Epiſcopo non poſſit, poſt Innoc. *in cap. paſtoralis, de priuil.* ſentit Petr. de Peruſ. *in ſuo tract. de mutat. ſtat. Eccleſ. cap. vlt. num. 13.* & de † tranſlationibus, ſeu 369.
mutationibus Eccleſiarum de loco ad locum, quòd non niſi ex cauſa fiant, voluerunt Rebuff. *in praxi benef. tit. de tranſlat. Epiſcop. & alior. quand. fier. poſſ. num. 3.* Mandoſ. *in praxi ſignat. grat. tit. de tranſlat. verſic. tranſlatio Eccleſiæ*, & Ioan. Azor *Inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 30. quæſt. 3.* ac de † vnionibus be- 370.
neficiorum, ſeu Eccleſiarum tradit idem Rebuff. *d. part. 1. tit. de vnion. benef. num. 38. & 44.* Mandoſ. *in d. praxi ſignat. tit. de vnionib. ad fin. verſ. hodie verò*; atque *ad reg. 12. Canc. quæſt. 11. num. 4.* vbi in ſpecie poſt alios tradunt, vniones ſaltem ab Ordinariis ſine cauſa factas inualidas eſſe: quod etiam

apertè

apertè colligitur ex Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. 6. de reformat.* ac ſentit Azor *d. lib. 6. cap. 28. quæſt. 4.* & alij, quos refert, ac ſequitur Garz. *tract. de benefic. part. 12. cap. 2. num. 62.* vbi de Epiſcopo, *& 65.* vbi de Legato, ac de vtroque *num. 120. & ſeq.* apertè verò quoad Ordinarium alij tradunt, quos ſequitur idem Garz. *d. cap. 2. num. 113.* ſicut & pariter
371. diſſolutio vnionis † cauſam requirit, vt colligitur ex Azor. *d. lib. 6. cap. 28. quæſt. 21. & cap. 29. quæſt. 4.* Rebuff. *d. part. 1. tit. de reuocat. vnion. à num. 3.*
372. *ad 10.* & Garz. *d. cap. 2. num. 305.* Poſterior † pars concluſionis probatur tum ex iis, quibus id de commutatione vltimæ voluntatis tradidimus ſup. *cap. 6. quæſt. 1. concluſ. 2.* & de derogatione qualitatum beneficij, *cap. præced. quæſt. 6. concluſ. 1. poſt medium.* tum quòd de tranſlatione, ſeu mutatione Eccleſiarum quoad locum, prout etiam comprehendit Sedes Epiſcopales, quarum mutationem, ac translationem à ſolo Roman. Pontifice fieri poſſe *quæſt. præced. concluſ. 6. 9. & 13.* docuimus; indiſtinctè id tradiderunt Rebuff. *d. tit. de translat. Epcop. num. 3.* Mandoſ. *d. tit. de translat. in princip. & d. verſ. translatio Eccleſiæ*, & Azor *d. cap. 30. quæſt. 3.* ac de vnione Eccleſiarum prout etiam comprehendunt Cathedrales, quæ, niſi à Papa, vniri non poſſunt, *cap. quod translationem, de off. leg. & cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat.* cum ſimil. pariter indiſtinctè docent Azor *d. cap. 28. quæſt. 4.* & Rebuff. *d. tit. de vnion. benef. num. 38. & 44.* vbi ait, quòd, etſi Papa vnionem faciat, requiritur, quòd de cauſa inquiratur in partibus, aliàs non valebit vnio, ídque colligit ex *reg. 21.* nunc *22. Canc.* ſéque ait ibi dicturum, (quod *ibid.* præſtat *gloſ. 10.*) vel ſaltem annullabitur, vt eſt, inquit, in Conc. Conſtantienſi, cuius verba hæc ſunt: Vniones, & incorporationes à tempore obitus Gregorij XI. factas, ſeu conceſſas, cùm certa regula dari non poſſit, ad querelas eorum, quorum intereſt, niſi fuerint impetrantes, beneficia ſic vnita perſonæ, ſi non ex rationabilibus cauſis, & veris factæ fuerint, licèt Apoſtolicæ Sedis auctoritas interuenerit, reuocabimus iuſtitia mediante. Sed & id apertiùs colligitur ex Trident. Concil. *d. ſeſſ. 7. cap. 6.* vbi apertè loquens etiam de vnionibus à Sede Apoſtolica emanatis, ſtatuit in hæc verba: Vniones perpetuæ à quadraginta annis citrà factæ examinari ab Ordinariis tamquam à Sede Apoſtolica delegatis poſſint: &, quæ per ſubreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur; illæ verò, quæ à dicto tempore citrà conceſſæ, nondum in toto, vel in parte ſortitæ ſunt effectum; & quæ deinceps ad cuiuſuis inſtantiam fient, niſi eas ex legitimis, aut aliàs rationabilibus cauſis coram laici Ordinario, vocatis, quorum intereſt, verificandis, factas fuiſſe conſtiterit, per ſubreptionem obtentæ præſumantur; ac propterea, niſi aliter à Sede Apoſtolica declaratum fuerit, viribus omnino careant. Et adhuc apertiùs quoad
373. mutationem ſtatus, † quæ fit per quamdam reſeruationem iuriſpatronatus in Eccleſiis, ſeu beneficiis antea liberis hæc poſterior pars concluſionis probatur ex eodem Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 9. ad fin. de reformat.* vbi decernitur, quòd patronatus quicumque in Eccleſiis, & quibuſcumque aliis beneficiis etiam dignitatibus antea liberis acquiſiti à quadraginta annis citrà, & in futurum acquirendi ſeu ex augmento dotis, ſeu ex noua conſtructione, vel alia ſimili cauſa etiam auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ab iiſdem Ordinariis vti ab eadem ſede delegatis, qui nullius in his facultatibus, aut priuilegiis impediantur, diligenter cognoſcantur; & quos non reperierint ob maximè euidentem Eccleſiæ, vel beneficij, ſeu dignitatis neceſſitatem legitimè conſtitutos eſſe, in totum reuocent; atque beneficia huiuſmodi ſine damno illa poſſidentium, & reſtituto patronis eo, quod ab eis idcirco datum eſt, in priſtinum libertatis ſtatum reducant: non obſtantibus priuilegiis, conſtitutionibus, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus. & in diuiſione, ſeu ſectione beneficiorum, cùm ex vno duo fiunt, quòd
† cauſa requiratur, poſt alios ſentit Garz. *d. tract.* 374.
de benef. part. 12. cap. 4. per tot. quoad diuiſionem verò Epiſcopatuum ſatis colligitur ex *cap. præcipimus, 16. quæſt. 1.* necnon *Extrauag. 1. & 2. Ioann. XXII. de conceſſ. prab. & Extrauag. ſalnator, de prab. inter commun.* cum ſimil. Quòd ſi quis pro huius concluſ. complemento quærat, † an, & quando in 375.
Rom. Pontifice, vel alio inferiore mutante ſtatum alicuius Eccleſiæ, aut beneficij præſumatur cauſa ad id ſufficiens, conſulat, quæ hac de re quoad commutationem vltimarum voluntatum ſcripſimus *d. cap. 6. quæſt. 1. concluſ. 3. & 4.* vnde apparet, eam non præſumi, ſed probandam eſſe. id quod in acquiſitione iuriſpatronatus ex augmento dotis, noua conſtructione, vel alia ſimili cauſa, colligitur ex decreto Conc. Trid. nunc relato; & † in vnionibus, ex alio 376.
eiuſdé Conc. decreto, quod ſtatim antè recitauimus; ac tenet poſt alios Rebuff. *in praxi benef. ad reg. 21.* quæ eſt *de vnion. gloſ. 11. num. 5. & tit. de reuocat. vnion. num. 10.* & Garz. *d. cap. 2. num. 120.* vbi etiam contra Rebuff. *d. num. 10.* docet, non ſufficere in Epiſcopo, vel Legato expreſſionem cauſæ, verùm aliunde eam probandam eſſe: ſubdens tamen *num. 121. vſque ad 125.* alios ſecutus, quòd, ſi Ordinarius, vel Legatus in ipſa vnione enuntiet ſe adhibuiſſe cauſæ cognitionem, & ſolemnitates requiſitas, & reperiſſe, cauſas eſſe veras, videtur ſtandum eius aſſertioni, & præſumendum eſſe pro vnione, donec contrarium probetur: id verò latiùs declarat vſque ad *num. 144.* Pariter in diſſolutione, ſeu reuocatione vnionis cauſa non præſumitur, ſed probanda eſt, vt poſt alios tenet Azor *d. lib. 6. cap. 29. quæſt. 4. in fi.* Rebuff. *d. num. 10.* & Garz. *d. cap. 2. num. 307.* Nos verò iam ad alias huius quæſtionis concluſiones tranſeamus.

SECVNDA CONCLVSIO. Cauſa mutationis ſtatus Eccleſiarum, aut beneficiorum † non ne- 377.
ceſſariò debet obſtare executioni, ſeu obſeruantiæ ipſius ſtatus; ſed ſufficit neceſſitas aliunde prouenies, quàm ex impoſſibilitate, vel magna difficultate huiuſmodi obſeruantiæ. ſicut etiam ſufficiet Eccleſiæ vtilitas, ſeu cum aliquo communi bono coniuncta. Et quidem quòd ſufficiat cauſa obſtans executioni, ſeu obſeruantiæ illius ſtatus, ſeu neceſſitas oriens ex impoſſibilitate, vel magna difficultate illum ſtatum obſeruandi, apertè docet, ac tuetur Felin. *in cap. cùm acceſſiſſent, num. 19. verſic. ſecundus caſus, cum tribus num. ſeqq. de conſtit.* à quo in hoc non diſſentit Roch. de Curt. *tract. de iurepatronat. verbo, pro eo, quòd de dioeceſani conſenſu, quæſt. 15.* omnino autem eum ſequitur idipſum comprobans Lambertin. *eodem tract. lib. 3. quæſt. 6. artic. 7.* paſſim, præſertim *numer. 3. 7. 10.* ſatiſque conuincitur ex iis, quæ nos latiùs adduximus *cap. 5. quæſt. 11. concluſ. 2.* vbi ex hac impoſſibilitate, ſeu magna difficultate exequendi vltimam voluntatem oſtendimus, Epiſcopum eam poſſe commutare. Probatur nunc prior concluſionis pars; tum ex iis, quibus ſuprà *cap. 6. quæſt. 2. concluſ. 1.* iuncta *concluſ. 3. & 4.* idipſum generatim docuimus de vltimarum voluntatum commutatione: tum in ſpecie ex eo, quod poſt Abb. & Batr. ac Phil. de Serra *in cap. nobis, de iurepatronat.* tradit Lambertin.

d. tract.

d. tract. de iurepatron. lib. 3. quæſt. 6. art. 1. numer. 2. verſic. poſtea dicit Abb. & numer. 4. in initio, poſſe Epiſcopum ob Eccleſiæ neceſſitatem inuito patrono facere Eccleſiam collegiatam, qui paulo pòſt declarans, quæ ſit iſta neceſſitas Eccleſiæ, ſubdit, quòd in hoc conſiſtit, vt ibi augeatur cultus diuinus per Collegium, quia forſan in loco illo non erat Eccleſia collegiata, vel nec alia, quæ ita de facili fieri poſſit: & quòd in prædicto ſenſu, ſeu ſignificatione ſumat *ibi* Lambertin. cauſam neceſſitatis, atque ita intelligat præcitatos Doctor. meliùs etiam patet ex iis, quæ ipſe affert *numer. 5. & 6.* necnon
378. *art. 7. num. 10.* tum ex eo, quod tradunt plerique, † neceſſitatem Eccleſiæ fore cauſam ſufficientem vnionis Eccleſiarum, ſeu beneficiorum; atque inter ceteros poſt alios Rebuff. *d. part. 1. tit. de vnionibus benefic. num. 38. cum duobus ſeqq.* Mandoſ. *ad reg. 22. quæſt. 4. num. 4 & in praxi ſignat. tit. de vnionib. in princip.* Azor *d. cap. 28. quæſt. 4. & 13.* Garz. *d. cap. 2. num. 108.* & quoad diſſolutionem, ſeu reuocationem vnionis, Rebuff. *d. part. 1. tit. de reuocat. vnion. num. 6.* Azor *d. lib. 6. cap. 29. quæſt. 4.* & Garz. *d. cap. 2. num. 305.* & eſt optimus text. *in cap. & temporis qualitas, cum ſeq. 16. quæſt. 1. cap. expoſuiſti, de præben. cap. 2. de relig. domib.* & Concil.
379. Trident. *ſeſſ. 21. cap. 5. de reform.* quoad † erectionem in Cathedralem Eccleſiam Rebuff. *d. part. 1. tit. de erect. Eccleſ. in Cathedral. ſecul. vel in al. ſtat. num. 2.* de diuiſione Epiſcopatuum, *cap. præcipimus, 16. quæſt. 1.* de erectione in parochialem, *cap. ad audientiam, il 1. de Eccleſ. ædific.* ibique Doctor. Rebuff. *d. part. 1. tit. de erect. in curat. & parochial. num. 2.* atque etiam ſatis colligitur ex Concil. Trident. *ſeſſ. 21. cap. 4. de reformat.* quoad erectionem in baptiſmalem, Mandoſ. *d. tit. de erect. verſ. ex formula*
380. *præinſerta*; de † acquiſitione iuriſpatronatus in Eccleſia libera ex augmento dotis, noua conſtructione, aut alia ſimili cauſa, conſtat ex Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 9. ad fin. verſ. ſimiliter*, cuius verba retulimus *concluſ. præced. longè poſt medium.* de mutatione autem ſtatus Eccleſiæ regularis in ſæcularem optimus text. eſt *in cap. inter quatuor, de relig. domib.* & generatim quoad mutationem ſtatus Eccleſiarum, tradit Azor *d. lib. 6. cap. 30. quæſt. 3.* facitque *cap. mutationes, cap. ſciat, & cap. temporis qualitas, 7. quæſt. 1.* Poſterior pars concluſionis, quòd
381. nimirum † ſufficiat publica vtilitas, ſeu bonum commune ad mutandum ſtatum alicuius Eccleſiæ, aut beneficij: probatur; tum ex iis, quibus id generatim de commutatione vltimæ voluntatis ſuprà *d. cap. 6. quæſt. 2. concluſ. 3. & 5.* oſtendimus, hanc nimirum vtilitatem publicam, ſeu Eccleſiæ ſufficere ad commutationem vltimarum voluntatum; ſub qua tamquam ſub genere contineri mutationem ſtatus Eccleſiarum, ſeu beneficiorum, de qua nunc agimus, iam ſæpe in hoc ipſo cap. admonuimus: tum quòd ita in ſpecie mutationis ſtatus Eccleſiæ, poſt Innocent. *in cap. paſtoralis, de priuileg.* ſentit Petr. de Peruſ. *in d. tract. de mutat. ſtat. Eccleſiar. cap. vlt. num. 13.* & apertè tradit Azor *d. lib. 6. cap. 30. quæſt. 3.* facitque *d. cap. mutationes, & cap.*
382. *ſciat, 7. quæſt. 1. & cap. Eccleſias, 7. quæſt. 7.* atque † in diminutione, vel augmento onerum beneficij, vt ob Eccleſiæ vtilitatem etiam inuito patrono fieri ab Epiſcopo poſſit diminutis, vel auctis reſpectiuè eiuſdem reditibus, docet Lambertin. *d. lib. 3.*
383. *quæſt. 6. art. 7.* præſertim *num. 10.* & in erectione † Eccleſiæ ſimplicis in collegiatam idem Lambertin. *d. quæſt. 6. art. 1. num. 6.* ſentiúntque Doctor. *in cap. nobis, de iurepatron.* Rebuff. *d. part. 1. tit. de erect. in collegiat. in princip.* de erectione verò in parochialem, vel baptiſmalem, ſentit Rebuff. *ibidem tit. de erect. in curat. & parochial. num. 1.* Azor *d. cap. 30. quæſt. 3.* Mandoſ. *d. tit. de erectionib. verſic. erectio non ſolet, ac verſic. aliam cauſam erectionis*: de erectione † in Cathedralem, vel Metropolitanam, ex- 384.
preſsè idem Rebuff. *d. part. 1. tit. de erect. Eccleſ. in Cathedral. ſecular. vel al. ſtat. num. 2. ac 3.* & quoad erectionem in Metropolitanam, quòd ad eam ſufficiat Eccleſiæ, vel alia publica vtilitas, ſatis conſtat ex *Extrauag. ſaluator, de prab. in commun.* quoad diuiſionem verò vnius Epiſcopatus, ſeu erectionem in Cathedralem, tum ex *eadem Extrauag.* tum ex *Extrau. 1. & 2. de conceſſ. præben.* inter Extrauag. Ioan. XXII. de mutatione autem † Eccleſiæ regu- 385.
laris in ſæcularem, docet Rebuff. *vbi ſupra num. 8.* ac de mutatione ſæcularis in regularem, quòd huiuſmodi vtilitas ſufficiat, eſt optimus text. *in cap. ad audientiam, il 2. de Eccleſ. ædific.* Atque in vnione Eccleſiarum, vel beneficiorum, quòd ſufficiat hæc ipſa Eccleſiæ, ſeu publica vtilitas, apertè poſt alios tradit Rebuff. *d. tit. de vnion. benefic. num. 38.* Mandoſ. *ad reg. 22. Cancell. quæſt. 4. num. 4. & in d. praxi ſignat. grat. tit. de vnionib. in princip.* Azor *d. lib. 6. cap. 28. quæſt. 4. & 13.* cum aliis, quos ſequitur Garz. *d. part. 12. cap. 2. & num. 108.* facitque *cap. & temporis, cum ſeq. 16. quæſt. 1. cap. 1. ne ſed. vacan. cap. 2. de relig. domib. Clement. 1. §. ad hæc, de ſtat. monach.* & Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. 6. ſeſſ. 21. cap. 5. ſeſſ. 23. cap. 18. verſ. & quia ad Collegij fabricam, circa med. & ſeſſ. 24. cap. 15. de reformat.* necnon *reg. 12. Cancellar.* pariter *circa med.* ſicut, & in diſſolutione, ſeu reuocatione vnionis hanc vtilitatem ſufficere, docet idem Rebuff. *d. part. 1. tit. de vnion. reuocat. num. 6.* Azor *d. lib. 6. cap. 28. quæſt. 21. & cap. 29. quæſt. 4.* & Garz. *d. cap. 2. num. 305.* facítque optimè text. *d. cap. 1. ne ſed. vacan.* atque in materia vnionis Eccleſiarum, ſeu beneficiorum neceſſitatem, & vtilitatem Eccleſiæ æquiparari, atque ad has duas reduci omnes cauſas prædictæ vnionis, auctor eſt Mandoſ. *in vtroque loco mox cit.* atque alij relati pariter, ac probati à Garz. *d. num. 108.* ad quod eſt optimus text. quem ad id citati Doct. ac ſcribentes *ibi* allegant, *in cap. expoſuiſti, de præb.* atque aliàs hæ duæ cauſæ neceſſitatis, & vtilitatis Eccleſiæ æquiparantur, vt pluribus comprobat Lambert. *d. quæſt. 6. art. 1. num. 6.* & nos multis ad id allegat. iuribus, ac Doctor. oſtendimus ſuprà *d. cap. 6. quæſt. 2. concluſ. 5. circa initium*, cùm antea *concl. 3.* latè docuerimus ad has duas reduci omnes cauſas commutationis vltimarum voluntatum.

TERTIA CONCLVSIO. Vbi neque ex iure, neque ex ſtylo Curiæ conſtat de qualitate aliqua, an ſit exprimenda in impetratione mutationis ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij alicuius; † tunc 386.
eius dumtaxat qualitatis taciturnitas reſcriptum vitiabit, quæ ſi exprimatur, aut omnino auerteret ſuperiorem à conceſſione, vel induceret ad concedendum cum certo moderamine: ſecus quando eodem modo concederet, licèt multò difficiliùs; atque adeò ſolius cauſæ finalis taciturnitas gratiam vitiabit. Hæc omnia membra, ſeu partes præſentis cõcl. ſatis probantur ex iis, quibus illas quoad commutationem vltimarum volũtatum confirmauimus ſup. *cap. 6. quæſt. 3. concl. 3.* & quoad derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, ſimilem omnino concluſionem comprobauimus *c. præced. quæſt. 6. concl. 3.* quoad hoc enim par eſt ratio in mutatione ſtatus, de qua nunc agimus; atque adeò idem ſtatuendum *l. Aliud, ff. ad leg. Aquil. & cap. 2. de tranſl. Epiſc.* cum ſimil. maximè cùm, vt iam ſæpiùs admonuimus.

admonuimus, hæc ipſa mutatio ſpecies quædam ſit commutationis vltimæ voluntatis; & fundamenta, quæ *d.quæſt.* 3. *concl.* 3. attulimus, procedant, ac vim habeant in omni gratia; vnde ſuccedit argumẽtum à genere ad ſpeciem, de quo latè Euer. *in Topic. inv.* & Vigel. *in ſua Dialect. in loc. à gen. ad ſpec.* quare ex vtraque prædicta 3. concl. ſumendæ quoque erunt huius concluſionis ſiue extenſiones, ſiue declarationes: ſicut & illud, quomodo cognoſci poſſit, qualitatem aliquam conducere ad memoratæ mutationis ſtatus conceſſionem; talémque fore, vt ea expreſſa ſuperior gratiam non eo modo concederet: atque an in dubio † inducat cauſam finalẽ, vel impulſiuam tantùm. ac denique illud, an ſurreptio in tacenda aliqua qualitate neceſſariò exprimenda in impetratione, quæ fit à Rom. Pontifice, † locũ etiam habeat in ea, quæ fit ab eius Legato, vel alio inferiore. Verùm hoc loco admonendi ſumus id, quod circa vnionem Eccleſiarum, ſeu beneficiorum generaliter decernitur à Conc. Trid. *ſeſſ. 7. cap. 6. de ref.* vt vniones perpetuæ à quadraginta annis citrà, (vſque ad publicationem nimirum Concilij, vt ſæpè facta Congregatio declarauit,) factæ, † examinati ab Ordinariis tamquam à Sede Apoſtolica delegatis, poſſint; &, quæ per ſubreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur: illæ verò, quæ à dicto tempore citrà nondum in toto, vel in parte ſortitæ ſunt effectum; & quæ deinceps ad cuiuſuis inſtantiam fient, niſi eas ex legitimis, aut aliàs rationabilibus cauſis coram loci Ordinario, vocatis quorum intereſt, verificandis, factas fuiſſe conſtiterit, per ſubreptionem obtentæ præſumantur; ac propterea, nihil aliter à Sede Apoſtolica declaratum fuerit, viribus omnino careant: hoc, inquam, ſtatutum, ſeu decretum accipiẽ ſum eſſe de ſubreptione ob taciturnitatem cauſæ finalis, ſeu eius qualitatis, quæ ſi expreſſa fuiſſet, ſuperiorem accenſiſſet ab vnione, vel certè à tali; aut eius, quæ de iure, vel ſtylo Curiæ exprimenda eſt, iuxta id, quod *in ſeq. concluſ.* dicemus. Cùm autem hæc ipſa examinatio, ſeu reuiſio ab eodem Conc. *ſeſſ. 24. cap. 13. verſic. in vnionibus*, fieri mandetur quoad vniones parochialium Eccleſiarum factas monaſteriis, Abbatiis, aut dignitatibus, vel præbẽdis Eccleſiæ Cathedralis, vel collegiatę, ſiue aliis beneficiis ſimplicibus, hoſpitalibus, aut Militiis: eodem modo hoc decretũ, quo præcedens intelligendum erit; maximè cùm ad illud ſe referat, quo etiam modo accipiendum eſt quod ſpecialiter de vnionibus beneficiorum liberorum beneficiis, ſeu Eccleſiis iuris patronatus etiam laicorum factis ab eodem Conc. *ſeſſ. 25. cap. 9. verſ. inſuper acceſſiones* iuncto *verſ. quæ vero*, ſtatim *ſeq. de refor.* decernitur, vt hæ, ſi nondum plenarium ſortitæ ſunt effectum, vel deinceps ad cuiuſuis inſtantiam fient, quacumque auctoritate etiam Apoſtolica conceſſę fuerint, per ſubreptionem obtentæ intelligantur; non obſtante quacumqũe in iis verborum forma, ſeu derogatione, quæ habeatur pro expreſſa: nec executioni amplius demandentur, ſed beneficia ipſa vnita cum vacauerint, liberè, vt antea, conferantur: quæ verò à quadraginta annis citrà (hoc eſt, vſque ad Concilij publicationem, vt diximus) factæ effectũ, & plenam incorporationem ſunt conſecutæ, hæ nihilominus ab Ordinariis tamquam à Sede Apoſtolica delegatis, reuideantur, & examinentur, ac quæ per ſubreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarẽtur; ac beneficia ipſa ſeparentur, &c. aliis. Atque ex his duobus Concilij Trid. decretis, necnon ex Abb. *conſ. 101. vol. 1.* Felin. *in cap. paſtoralis, num. 3. de reſcript.* Rip. *lib. 2. reſp. cap. 10.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de vnion. be-*

387.

388.

389.

nefic. gloſ. 5. & conſ. 195. verſ. decimò, ſurreptitia, Mandoſ. *in praxi ſignat. grat. tit. de vnion. verſ. pen. & fin.*, ac Rot. Rom. in vna Volaterrana vnionis 3. Ianuarij 1594. coram D. Blanchetto, Garz. *tract. de benef. part. 12. cap. 2. numer. 117.* generatim docet, † quòd ſurreptio vitiat ipſo iure vnionem Apoſtolicam; ad quod faciunt etiam alia, quæ ex eodem Garz. *numer. 118. ac ſeq.* afferemus *concl. ſeq. ad fin.* 390.

Alia verò, quæ ad huius concluſionis declarationem ſpectant, ex iis deſumenda ſunt, quæ ſcripſimus ſup. *d. cap. 6. quæſt. 3. poſt concl. 3.* & dicemus inf. hac ipſa quæſt. *concl. 8. declarat. 3. & ſeq.*

QVARTA CONCLVSIO. Surreptio in tacenda qualitate, quæ de iure, vel ſtylo Curiæ exprimenda eſt in impetranda mutatione ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, † reddit eam impetrationem nullã, licèt ſuperior aliàs huiuſmodi gratiam æquè facilè conceſſiſſet. 391. Hæc concluſio probatur iiſdem fundamentis, quibus ſup. *cap. 6. quæſt. 3.* idipſum generatim de cõmutatione vltimæ voluntatis, & quanis alia gratia oſtendimus; quoad qualitates quidem de iure exprimendas *concluſ. 1.* potiſſimùm ex *cap. ſi motu proprio, & cap. non poteſt, de prab. in 6.* cum aliis ad id in diſpenſatione, & qualibet gratia allegatis à Sanchez *de matrimon. lib. 8. diſput. 21. num. 13.* qui poſtea *numer. 15.* docet, tunc dici neceſſariam de iure fore alicuius qualitatis expreſſionem in impetratione reſcripti, vtputa diſpenſationis, cùm expreſsè id in iure definitur; vel deciſum reperitur in iure, ne diſpenſatio fiat in aliquo caſu: quoniam eo ipſo tunc exprimitur, mentem iuris eſſe denegandi diſpenſationem, niſi in aliquo ſpeciali caſu, qualitate illa Principi expreſſa, is velit in illo iure diſpenſare. quoad qualitates verò de ſtylo Curiæ neceſſariò exprimendas tradidimus *eadem quæſt. 3. concluſ. 2.* præſertim ex Maſcard. *tract. de probat. concluſ. 846. numer. 8.* & Sanchez *d. diſput. 21. numer. 16.* qui idem docent in conſuetudine Principis, quæ pro lege habetur, *l. minimè, ff. de legibus*, cum ſimil. ſicut ſtylus Curiæ facit ius, *cap. ex literis, de conſtitut. & cap. quàm graui, de crimin. falſ.* cum ſuis concord. *ibidem* per gloſ. & Doctor. allegat.

Quòd ſi pro complemento tam huius, quàm præcedentis concluſionis quæras, † quænam in ſpecie ſint qualitates illæ, ſeu impedimenta, & vincula, quæ de iure, vel ſtylo Curiæ neceſſariò exprimenda ſunt in impetranda mutatione ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij: aut eiuſmodi ſunt, vt, ſi non exprimantur, ſuperior vel eam mutationẽ omnino non concederet, vel non tali modo, ſed cum aliquo moderamine. Reſpondeo eas, eáve verè eſſe, quæ in ipſius beneficij, vel Eccleſiæ impetratione exprimi debent: nam, vel ea ipſa ius, aut ſtylus Curiæ iubet exprimi, vel talia plerumque ſunt, vt ſi ea noſſet, ſuperior aut gratiam huiuſmodi mutationis non concederet, aut cum aliquo moderamine; prout ex iis colligi facilè poteſt, quæ in hac, & ſtatim præced. concluſione diximus; necnon ex ipſis ſingulis qualitatibus, & vinculis, ſeu impedimentis in beneficij impetratione exprimendis, iámque à nobis recenſendis. 392.

In his autem *prima* ſit qualitas † curæ animarum, quæ omnino exprimenda eſt in impetratione beneficij, vt conſtat ex *cap. pro illorum, de prab. & cap. cùm in illis, in prine. eodem tit. in 6.* cum aliis iuribus, ac Doct. per nos allegat. ſup. *cap. 6 quæſt. 4. concl. 9. verſic. & prima ſit qualitas*; vbi ad id declarationes aliquas attulimus; aliæ verò peti poſſunt ex Doct. *ibi* citatis, ac præterea ex Hoied. *tract. de incompat. benef. part. 1. cap. 13.* paſſim; necnõ ex adductis per 393.

nos

nos *cap. præced. quæſt. 2. circa med.* in ſecunda diuiſione qualitatum beneficij, *quæſt. 4. concluſ. 5. quæſt. 5. concluſ. 6. verſic. tertia qualitas, & quæſt. 6. concluſ. 4. in 20. qualitate, extenſ. 10.* Atque hanc quidem qualitatem curæ animarum exprimendam quoque fore in impetranda mutatione ſtatus alicuius Eccleſiæ, aut beneficij, ſatis colligitur tum ex Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 5. & 16. de reformat.* tum præcipuè ex *regul. 56.* nunc *57. Canc.* vbi generatim diſponitur, vt in gratiis ſuper beneficiis Eccleſiaſticis mentio fiat, an iis immineat cura animarum, aliàs gratiæ ſint nullæ; &, ſi huiuſmodi qualitas affirmatiuè, vel conditionaliter non exprimatur, negatiua expreſsè deſuper fiat in beneficiis, quæ talem qualitatem conſueuerunt habere. tunc autem ſolùm hæc qualitas, ni fallor, exprimenda erit in impetratione mutationis ſtatus alicuius Eccleſiæ, ſeu beneficij, cùm vel ipſa mutari etiam tacitè poſtulatur, dum beneficio curato impetratur tribui qualitas cum curæ qualitate incompatibilis, vtputa ſimplicis Capellaniæ, Clericatus, aut præbendæ: vel hæc ipſa qualitas curæ pertinet ad ſtatum, cuius mutatio petitur; ita, vt, ſi illam noſſet Papa, vel hunc ſtatum non mutaret, vel non eo modo; iuxta ea, quæ diximus *concluſ. præced.* vtputa, ſi petatur mutatio ſtatus obligationis perſonalis reſidentiæ, ſeu eam obligationem tolli: ſecus verò, ſi qualitas curæ non pertineat, ſeu conferat ad ſtatum, cuius mutatio poſtulatur; licèt, ſi Papa eam ſciret, gratiam difficiliùs, aut fortè etiam nullo pacto concederet; iuxta ea, quæ *d. cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 3.* præſertim *ampl. 1.* adduximus: vt, ſi peteretur mutatio ſtatus iuriſpatronatus, ſeu iuris præſentandi ad certum beneficium, quod ad hoc non refert, an ſit curatum, vel ſimplex. Id verò ſemel admonuiſſe ſit ſatis etiam pro ſequentibus qualitatibus, quas in impetratione beneficij, ac mutationis ſtatus illius, ſeu Eccleſiæ alicuius exprimendas fore paulo antè diximus.

394. *Secunda* qualitas eſt † iuriſpatronatus laicalis, aut mixti quoad impetrationem faciendam à ſummo Pontifice, vel eius Legato de latere, vt colligere licet ex *reg. 41. Canc.* & aliis per nos adductis *cap. præced. quæſt. 4. concluſ. 8. ad fin. & quæſt. 5. concluſ. 7. ac 10.* necnon *d. cap. 6. quæſt. 4. concluſ. 9. verſ. ſecunda qualitas:* atque etiam Eccleſiaſtici quoad impetrationem faciendam ab inferioribus; vt ſatis conſtat ex allegatis per nos *d. verſic. ſecunda qualitas, ac d. quæſt. 4. concluſ. 8. & d. quæſt. 5. concluſ. 14. cum duab. ſeqq.* necnon ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 5 concluſ. 13.* ex quibus etiam vtriſque locis ſumendæ ſunt declarationes, quæ ad hanc rem pertinent. Porrò hæc qualitas iuriſpatronatus exprimenda erit in impetranda mutatione ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij, aut cùm eidem imprimi poſtulatur ſtatus incompatibilis iuriſpatronatus, aut hic ſtatus confert ad ſtatum, quem per mutationem tolli quis impetrat, iuxta prædicta in præced. qualitate.

395. *Tertia* qualitas eſt † vnio beneficij, quod impetratur, iam alteri beneficio facta per Ordinarium, vt ſatis oſtendimus, ac ſimul declarauimus *d. cap. 6. quæſt. 4. concl. 9. verſic. tertia qualitas.* Hæc verò qualitas vnionis beneficij, cuius altera qualitas petitur in totum tolli, ſeu ſtatus mutari, eatenus exprimenda eſt ab impetrante hanc mutationem, quatenus is ſignificare videtur, tale beneficium, ſeu Eccleſiam vnitam ad ſe pertinere; ac circa illud, illámve actum poſſeſſorium gerere videtur; cùm tamen in quauis gratia Princeps iuri alterius non cenſeatur derogare, niſi id exprimat, *cap. quamuis, de reſcript. in 6.* cum

ſimil. per gloſ. & Doctor. *ibi*, atque alibi ſæpè allegatis.

Quarta qualitas eſt † obligatio reſidentiæ perſonalis beneficio annexæ, vt poſt alios docuimus *d. cap. 6. quæſt. 4. concluſ. 9. verſic. quarta qualitas*; quod etiam *inibi* declarauimus: aliæ autem declarationes peti poſſunt ex iis, quæ adduximus *cap. præced. quæſt. 2. circa med.* in tertia diuiſione qualitatum beneficij, *quæſt. 4. concluſ. 5. & quæſt. 5. concluſ. 6. verſic. quarta qualitas*; ac inter ceteros latè à Nicol. Garz. *tract. de benefic. part. 3. cap. 2.* ferè per tot. Hæc autem qualitas obligationis reſidendi perſonaliter tunc erit explicanda in impetratione mutationis ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, cùm vel eidem imprimi petitur ſtatus cum tali obligatione incompatibilis; vel cùm qualitas huius obligationis confert ad eum ſtatum, cuius mutatio poſtulatur, iuxta ea, quæ ſup. in prima qualitate diximus. 396.

Quinta qualitas exprimenda in impetratione beneficij, atque etiam plerumque in impetratione mutationis ſtatus beneficij, aut Eccleſiæ alicuius, eſt † valor beneficij, quod impetratur, & quæ impetrans tunc obtinet, necnon cuius ſtatus mutari petitur. Licèt enim iure communi canonum attento, valor beneficij non ſit neceſſariò in eius impetratione exprimendus, vt poſt multos tradit Menoch. *de arbitrar. iudic. caſ. 201. n. 78.* & ex communi Dec. *in cap. ad aures, num. 10.* iuxta antiq. edit. *de reſcript.* tamen ex ſtylo Curiæ, & regulis Canc. exprimendus omnino eſt, aliàs gratia redditur nulla; vt latè probat *ibid.* Menoch. & conſtat ex *regul. 54.* nunc *55. Canc.* vbi diſponi ſolet, quòd in gratiis, quas quibuſuis perſonis, de beneficiis vacantibus, ſeu certo modo vacaturis fieri contigerit; illorum, & aliorum quorumcumque beneficiorum, quæ dictæ perſonæ tunc obtinuerint, ſeu de quibus eis fuerit prouiſum, vel conceſſum, aut mandatum prouideri; verus annuus valor per marchas argenti, aut ſterlingorum, vel libras Turonen. paruorum, ſeu florenos auri, aut ducatos, vel vncias auri, ſeu aliam monetam ſecundùm communem æſtimationem exprimatur; niſi perſonæ prædictæ beneficia, quæ tunc obtinuerint, aut in quibus, vel ad quæ ius eis competit, iuxta ipſarum oblationes, aut aliàs dimittere teneantur: alioquin gratiæ prædictæ ſint nullæ: & idem ſeruetur in gratiis, quas à ſanctitate ſua motu proprio emanare contigerit, quoad beneficia tamen, de quibus per ſanctitatem ſuam pro tempore prouidetur, ſeu prouideri mandatur, aut aliàs diſponitur: ac litteris, per quas pro tempore ad Eccleſiarum Patriarchalium, & Cathedralium, ac monaſteriorum regimina promotis conceditur, vt monaſteria, & alia beneficia Eccleſiaſtica ſæcularia, & regularia per eos obtenta, & in quibus, & ad quæ ius eis competit, retinere poſſint. In quibus verbis habetur vna principalis diſpoſitio, ibi; quòd in gratiis; iunctis iis verbis, verus annuus valor, &c. atque iis, alioquin gratiæ, &c. necnon prima extenſio, ibi; & aliorum: atque huius reſtrictio, ibi; niſi perſonæ prædictæ; ac ſecunda extenſio, ibi; & idem ſeruetur in gratiis: eiúſque reſtrictio, ibi; quoad beneficia tamen: ac denique tertia extenſio, ibi; ac litteris, &c. vſque ad fin. cùm autem hæc regula non ſemel, ſed immo ter vtatur nomine generali gratiarum circa beneficiorum prouiſionem, ſatis dici poſſe videbatur, eam locum etiam obtinere debere, quoties in mutatione ſtatus beneficij alicuius ipſum beneficium in alium perpetuò transferatur. verùm, quoniam perſonarum *inibi* quoque mentio habetur; verius eſſe videtur, 397.

hanc regulam locum habere duntaxat in prouisionibus,quæ certis personis ad eorum vitam per collationem,commendam aut aliam similem rationem fit ; prout eandem regulam communiter intelligunt eius Glosatores,atque alij Doct.sæpe.Omnino verò ad rem nostram de valore exprimendo in impetranda mutatione status beneficiorum facit *reg.* 21. nunc 22.*eiusdem Cane.*vbi cauetur in hæc verba; item voluit,quòd petentes beneficia Ecclesiastica aliis vniri, teneantur exprimere verum annuum valorem secundùm communem æstimationem tam beneficij vniendi,quàm illius,cui vniri petitur ; alioquin vnio non valeat ; & semper in vnionibus commissio fiat ad partes , vocatis quorum interest : & idem voluit obseruari in quibusuis suppressionibus , perpetuis concessionibus, dismembrationibus , & applicationibus etiam de quibuscumque fructibus , & bonis Ecclesiasticis , ac etiam in confirmationibus vnionum,singularúmque dispositionum huiusmodi : idque maximè propter vim illius dictionis, *idem*, quæ repetit qualitates in præcedenti dispositione expressas,& importãt omnino eamdem in diuersis casibus censuram,vt post alios tradit Aug.Barbos.*de diction. dict.* 122.Nam,vt omittamus , tam suppressiones beneficiorum, (per quas tamen iure dici potest mutari eorum statum ,) cùm de iis seorsim acturi simus *seq.cap.* necnon dismembrationes , & applicationes, eò , quòd fortasse intelligantur solùm de fructibus, & bonis Ecclesiasticis , non autem de titulis beneficiorum;cùm tamen de his quoque commodè accipi possint,propter dictionem implicatiuam,*etiam,l. etiam ea mulier,ff.de verb.significa.*cum aliis ad id allegat. à Barbos. *vbi sup. diction.* 95. ferè per tot.certè vniones,perpetuæ concessiones, eatúmque confirmationes apertè sunt species quædam mutationis status Ecclesiæ,vel beneficij, vt iam non semel in hoc tractatu admonuimus.Hoc autem procedet † in mutatione status, quæ à Papa,vel eius Legato fit ; secus verò in ea,quæ fit ab Ordinario inferiore,cùm is valorem cuiuslque beneficij suæ diœcesis,eiúsque qualitatem , ac statum scire præsumatur , vt constat ex adductis per nos sup. *d.cap.præced. quæst.6. conclus.* 4. *versic.quinta qualitas.*

398.

Sextò , exprimendus quoque est in impetratione beneficij † modus electiuus, vt patet ex iuribus, ac Doctor.ad id per nos allegat. *d.conclus.* 4. *vers.sextò,exprimendus* , vbi id quoque inter cetera extendimus,vt quiuis etiam alius modus acquirendi beneficium in tali impetratione exprimendus sit.quod verò ad modum electiuum pertinet , is exprimendus erit etiam in impetratione mutationis status ipsius beneficij , propter *reg.* 56. nunc 57. *Cane.* vbi generatim cauetur , quòd in gratiis super beneficiis Ecclesiasticis mentio fiat , an ad illa consueuerint qui per electionem assumi ; aliàs gratiæ desuper factæ sint nullæ : & , si qualitas huiusmodi affirmatiuè, vel conditionaliter non exprimatur , negatiua expresse desuper fiat in beneficiis , quæ talem qualitatem consueuerint habere. atque hæc expressio tunc necessaria erit in prædictæ mutationis impetratione ,cùm per hanc modò illi taliter acquirendi beneficium in aliquo præiudicatur ; vel , si eam sciret concedens , gratiam non concederet , vel cum moderatione aliqua; iuxta supradicta in prima qualitate.

399.

Septimò , si beneficium est sæculare , & impetratur à regulari, vel contrà , exprimendus est † status sæcularitatis , vel regularitatis ; vt constat ex plerisque iuribus , ac Doctor. per nos citat. *cap. præced. quæst. 4. con luf. 3. circa initium , & quæst. 6. conclus.* 4. *versic. septimò , si beneficium* , vbi id extendimus procedere , licèt adsit clausula motus proprij,idémque docuimus de qualitate manualitatis, seu amouibilitatis beneficij. Hæc autem qualitas sæcularitatis , regularitatis , ac manualitatis tunc pariter exprimenda erit in impetratione mutationis status beneficij , vel Ecclesiæ , cùm tali qualitati per hanc mutationem præiudicium aliquod irrogatur , vel eã qualitas cognita à concedente eum remoueret à concessione vel simpliciter , vel sub tali modo , vt iam sæpiùs diximus : quod regulariter præsumitur ; vnde in vnione , & quauis impetratione beneficij exprimendam esse hanc qualitatem manualitatis , voluerunt plerique relati per nos *d. cap.præced.quæst.6. conclus.4. vers.septimo,si beneficium , ad fin.* Idémque statuendum est de *octaua* qualitate beneficij,hoc est,hospitalitate,ac *nona*,quæ est,quòd sit monoculare.quam vtramque exprimendam esse in beneficij impetratione ab eo superiore facienda,qui eam verisimiliter ignorat , tradidimus sup. *d. cap. præced. quæst. 6. conclus.4. vers. octauò,vbi beneficium, cum vers.seq.*

Decima verò qualitas de vero vacationis modo, & *vndecima* de qualitate , seu conditione personæ, per cuius obitum vacauit beneficium ; † licèt in eius impetratione per singularem aliquam personam ad suam vitam facienda , fortè necessariò exprimenda sit , per ea , quæ *d. conclus.* 4. in decima, & vndecima qualitate adduximus;non video tamen, quomodo id necessarium sit in impetranda mutatione status ipsius beneficij , cùm respectu illius omnino extrinsecæ qualitates, atque impertinentes esse videantur ; vnde nec exprimendæ ; iuxta tradita sup. *cap. 6. quæst. 3. conclus. 3. circa med.*nisi fortè, cùm ex taciturnitate modi vacationis aliquod præiudicium tertio resultaret ; vt quia beneficium vacet per resignationem ad fauorem tertij factam; vel quia vacet de iure tantùm , non de facto : aut cùm illa qualitas induceret reseruationem beneficij ; mutatio verò status ipsius inferret aliquod præiudicium liberæ dispositioni eius , qui beneficium reseruauit.

401.

Duodecima qualitas † est reseruatio , vel affectio beneficij, quod impetratur , eam enim exprimendam esse in impetrando beneficio , satis ostendimus *ead. conclus.* 4. *vers. duodecimò , in impetratione.* Huius autem qualitatis mentio habenda erit in mutatione status beneficij facienda ab inferiore , cùm per eam præiudicaretur ipsi reseruationi , hoc est , dispositioni , quam de beneficio pro ea vice vigore talis reseruationis facere posset sedes Apostolica. vnde sacra Congregatio Cardinalium *ad sess.* 5. *cap.* 1. *& sess.* 24. *cap.* 8. *de reform.* dicitur non semel declarasse, † non posse erigi præbendam proximè vacaturam in Theologalem , vel Pœnitentialem , iuxta illa Conc. decreta , vbi tunc ea præbenda sit sedi Apostolicæ reseruata : vbi verò fiat vnio , ita , vt eius effectus suspendatur vsque ad cessum , vel decessum prouisi à sede Apostolica ; tunc valebit vnio , vt pluribus relatis tradunt à Gonzal. *ad reg.* 8. *Cane. glos.* 5. §. 7. *numer.* 136. & Garz. *d. tract. de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *numer.* 91. *&* 93. Ratio est, quia reseruatio , & affectio beneficij † expirat regulariter , & extinguitur per primam prouisionem à sede Apostolica validè factam ; vt sentiunt præcitati Doctor. atque ab his allegati ; & in specie tradunt relati pariter ac probati à Gonzal. *ad d. regul.* 8. *Cane.glos.* 52. *numer.* 59. & constat ex *Extranag. ad Romani , de prabend. in commun. post medium*,ibi; beneficia , vt præmittitur,reseruata;& per Romanos Pontifices successores nostros canonicè intrantes

402.

403.

404.

intrantes in poſterum reſeruanda, ac etiam quouis modo vacantia, & in antea vacatura, per huiuſmodi reſeruationem, & decretum remanſiſſe, & remanere ſemper affecta, nullúmque de illis, cùm primùm vacare contigerit, præter eumdem Rom. Pontificem ea vice quouis modo diſponere potuiſſe, ſiue poſſe; harum ſerie decernimus, & pariter declaramus. Excipit autem Garz. *numer.* 92. reſeruationem perpetuam, vtputa primæ dignitatis poſt Pontificalem tamquam perpetuò factam per regulam Canc. & ſubtiliter, meo quidem iudicio: quoniam, etſi huiuſmodi prima dignitas vacare poteſt ſede Apoſtolica vacante, quo tempore nulla eſt regula Canc. reſeruans beneficia tunc vacantia; quoniam regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ † 405. expirant per mortem eorum conditoris, vt conſtat ex earum procemio, ibi; quas etiam ex tunc ſuo tempore duraturas obſeruari voluit; cum aliis ad id adductis per Mandoſ. *reg.* 1. *quæſt.* 12. *numer.* 6. *regul.* 30. *quæſt.* 7. *numer.* 5. *reg.* 32. *quæſt.* 11. *numer.* 4. & Gonzal. *ad regul.* 8. §. 5. *procem. numer.* 2. & multis ſeqq. qui *numer.* 48. poſt Rot. idem docet de regula Canc. reſeruatoria; quod etiam poſt alios tradit German. *tract. de indult. Cardin.* §. *per quæ ſublatis, numer.* 98. *cum duobus ſeqq.* & nouiſſimè Ioan. Hier. Campanil. *in diuerſor. iur. rubr.* 11. *cap.* 15. *numer.* 26. vnde, ſi eo tempore talis dignitas vniretur ab inferiore ad id poteſtatem habente, † 406. videtur vnio debere ſubſiſtere; cúmque tunc habeat effectum, non tollitur per *regul.* 13. à Papa ſucceſſore editam, per quam reuocantur tantùm vniones, quæ non ſunt ſortitæ effectum; neque etiam tollitur per *regul.* 3. reſeruantem dignitates, quæ maiores poſt Pontificalem in Cathedralibus, etiam Metropolitanis Eccleſiis exiſtunt; quia tunc ampliùs regula illa non viget, vt ex prædictis colligitur: ex quibus Campanil. *d. cap.* 15. *numer.* 27. *cum ſeq.* probare in ſpecie contendit, poſſe Epiſcopum primam dignitatem in Cathedrali, quæ vacauit ſede Apoſtolica vacante, conferre eo tempore durante, ac donec nouæ regulæ edantur, & in ſpecie illa quæ tales dignitates reſeruat. Tamen, cùm beneficium ſemel affectum, & reſer- 407. uatum † ſemper tale maneat, *Extrauag. ad Rom. de præb. in commun.* non obſtante ſedis Apoſtolicæ vacatione, vt *ibid.* non ſemel dicitur, ea prima dignitas, quæ iam ab anteceſſore Pontifice per regulam Canc. erat reſeruata, adhuc manet reſeruata; quicquid voluerit Rebuff. *in prax. benefic. part.* 1. *in form. & declarat. nou. prouiſion. numer.* 10. *ſuper clauſ. dummodo tempore datæ præſentium*, &c. Sed neque valet hæc vnio facta poſt vitam primò prouiſi à ſede Apoſtolica eo prouiſo mortuo; 408. quoniam, cùm illa reſeruatio † facta ſit de dignitate in abſtracto, perpetuò durare debet, arg. *cap. ſi gratioſè, de reſcript. in* 6. *& cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* cum vtrobique notat. necnon *cap. cùm veniſſent, de inſtit.* cum ſuis concord. Verùm cùm hæc locum æquè habeant in aliis reſeruationibus generalibus beneficiorum; quæ tamen factæ non ſunt ratione certæ circumſtantiæ, nimirum loci, vt vacantium in Curia, & ſimilium; vel ratione temporis, vt vacantium in menſe Apoſtolico, vel ratione officij, alteriúſve qualitatis inhærentis perſonæ, vt familiarium Cardinalis, Collectorum, &c. vel modi, vt vacantium per priuationem, incompatibilitatem, aut ſimilia; quæ reſeruatio dici poteſt in concreto: ſed per ſe atque independenter à circumſtantiis, & perſonis; atque adeò in abſtracto; cuiuſmodi præter reſeruationem dignitatum maiorum poſt Pontificales in Cathedralibus, de qua *in regul.* 3. nunc 4. eſt etiam reſeruatio principalium in collegiatis excedentium valorem decem florenorum, & non maiorum in Cathedralibus habentium præeminentiam in collegiatis, de qua *ibidem* habetur; necnon & ipſarum Cathedralium, ac monaſteriorum virorum, excedentium valorem annuum florenorum ducentorum auri, & aliorum quorumdam beneficiorum, de quibus *in reg.* 2. nunc 3. *Cancell.* Idcirco totam hanc materiam vnionis beneficiorum tam reſeruatorum † 409. omnibus perpenſis ſic definirem, quòd ab Ordinario vniri quandocumque poſſint beneficia reſeruata vel ſpecialiter, vel generaliter, ſed in concreto; ita tamen, vt vnio effectum non habeat, niſi poſt mortem primò prouiſi à ſuperiore reſeruante; & ſic procedit prædicta communis doctrina relatorum à Gonzal. & Garz. abſolutè aſſerentium, beneficia reſeruata ab Ordinario vniri poſſe. quòd ſi hæc beneficia vacauerint vacante Sede Apoſtolica; tunc, licèt probabile ſit, ab Ordinario ea vniri poſſe cum effectu, ita, vt incipiat tunc vnio effectum habere; quoniam vacante Sede Apoſtolica ceſſant reſeruationes ſaltem huius generis per regulas Cancellar. inductæ, vt conſtat ex ſuperiùs relatis Doctoribus, ac deciſionibus in ſpecie de reſeruatione menſium loquentibus: qua opinione retenta *ad prad. Extrauag. ad Romani*, reſponderi poteſt, eam procedere, prout verè loquitur, quando reſeruatio, ſeu affectio eſt deducta in eſſe ante Sedis Apoſtolicæ vacationem, quod contingit ſecuta beneficij vacatione; vnde, cùm vacatio beneficij contingit Sede Apoſtolica vacante, quo tempore ceſſant prædictæ regulæ reſeruatoriæ, non poteſt reſeruatio in eſſe deduci; vel vim ibi fieri in appoſitione decreti irritantis: tamen probabilius eſt, tunc quoque beneficiorum etiam in concreto reſeruatorum vnionem non niſi poſt mortem primò prouiſi à reſeruante, eiúſque ſucceſſore ſortiri effectum non poſſe. nam *d. Extrauag. ad Romani*, apertè ponit caſum in reſeruatione prædicta in concreto à Romanis Pontificibus ſuis prædeceſſoribus facta per conſtitutiones ſuo tempore duntaxat duraturas, (cuiuſmodi ſunt Regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ, iuxta prædicta,) nimirum de beneficiis familiarium Cardinalium, & Collectorum, quæ poſt obitum illorum Pontificum vacauerant: & tamen *inibi*, præmiſſo, effectum per reſeruationem, manúſque appoſitionem eorumdem prædeceſſorum in dictis beneficiis in eſſe productum per obitum ipſorum nequaquam cenſeri debere reuocatum; Romanique Pontificis manus appoſitionem prædictam tantæ virtutis exiſtere, vt etſi litteræ Apoſtolicæ ſuper prouiſionibus beneficiorum, aut de prouidendo mandatis, in quibus decretum, & reſeruatio huiuſmodi apponuntur, ex aliqua cauſa ſuum debitum non ſortiatur effectum; facultatem tamen prouidendi de beneficiis taliter reſeruatis, quibuſcumque aliis fuiſſe ademptam: ſtatim decernitur, omnia beneficia Eccleſiaſtica, vt præmittitur, reſeruata, & per Romanos Pontifices in poſterum reſeruanda, ac etiam quouis modo vacantia, & in antea vacatura, per huiuſmodi reſeruationem, & decretum remanſiſſe, & remanere ſemper affecta, nullúmque de illis, cùm primùm vacare contigerit præter eumdem Rom. Pontificem ea vice quouis modo diſponere potuiſſe, ſiue poſſe: & vbi vis fiat in decreto irritante, etiam in regula prædicta reſeruatoria menſium adeſt huiuſmodi decretum. Quod autem dictum eſt de reſeruationibus in concreto, quoad hoc, vt beneficia ſic reſeruata vniri non poſſint etiam vacante Sede

Digitized by Google

Apoſtolicæ, quo tempore pariter ex vacauerunt: maltò magis ſtatuendum eſt de reſeruationibus primæ dignitatis, & aliis in abſtracto, quæ de ſe perpetua ſunt, ex prædictis. Ex quibus ſtatim ſequitur, vnionem beneficiorum ſic a ſuperiore reſeruatorum non poſſe ab Ordinario vniri etiam poſt mortem primò prouiſi; cùm tamen reſeruata in concreto vniri valeant poſt talem mortem, vel, vt poſt eam vnio effectum habeat. nam ſaltem hæ regulæ reſeruatoriæ non expirant morte earum conditoris, quòd propriè non ſint regulæ, ſed conſtitutiones, quarum mentio fit in voluminis regularum inſcriptione, in qua dicitur, regulæ, Ordinationes, & conſtitutiones Cancellariæ Apoſtolicæ; ita, vt aliqua Capitula illius voluminis propriè regulæ ſint, aliquæ ordinationes, aliquæ verò conſtitutiones. In vno autem caſu d. Garz. exceptio locum non habebit, cùm ni-
410. mirum † iſta prima dignitas creatur, ac ſtatim vnitur ipſa ſede Apoſtolica vacante, ob rationem in contrarium allegatam, quia tunc nulla eſt cauſa efficiens afficiens per reſeruationem prædictam primam dignitatem: neque enim tunc reſeruatio facta à Papa anteceſſore extenditur ad dignitates poſtea creatas, argum. *Clem. fin. de reſcript.* & per id, quod in terminis tradit Rot. *deciſ.* 32. *numer.* 7. *de prabend.* cum aliis adductis per Gonzal. *ad regul.* 8. *Canc. gloſ.* 9. §. 5. *à numer.* 1. *vſque ad* 43. ac præſertim *numer.* 41. *cum duobus ſeqq.* & quamuis ipſe *à numer.* 44. *vſque ad* 50. contrarium ſentire videatur, & latiùs comprobare nitatur; tamen & ipſe loquitur, & ab eo adducta ſolùm concludunt, quando beneficia creantur adhuc durante vi cauſæ efficientis, ſeu ipſa cauſa, nimirum Pontifice, & eius regula reſeruante; quam tamen omnes conſentiunt expirare per mortem Pontificis quoad hoc ſaltem, vt afficere poſſit beneficia creata poſt mortem conditoris illius ante aduentum ſucceſſoris nouas regulas reſeruatorias edentis: at verò nunquam dici poteſt hoc beneficium creatum ſede Apoſtolica vacante fuiſſe *in rerum natura durante regula reſeruante*. In nonnullis
411. tamen caſibus Concil. Trident. noluit † vnioni, aut ſuppreſſioni beneficiorum per ipſum inductæ obeſſe illorum affectionem, ſiue reſeruationem generalem, aut ſpecialem, vt in caſu *ſeſſ.* 21. *cap.* 5. *de reformat.* nimirum in vnionibus perpetuis quorumcunque beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis propter earum Eccleſiarum, ac beneficiorum paupertatem, & in ceteris caſibus à iure permiſſis: item in caſu *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *verſ. & quæ ad Collegij fabricam, de reform.* vnionis ſcilicet beneficiorum ſimplicium pro ſeminario: ac denique in caſu *ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de reform.* in quo datur Epiſcopis facultas vniendi quædam beneficia, & ſupprimendi aliquot præbendas vbi frequentes, adeoque tenues ſunt præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui non ſufficiant. De reſeruatione verò ſuperueniente rectè poſt alios
412. Garz. *d. cap.* 2. *n.* 94. *vſque ad* 99. tuetur, † ab ea quoque impediri effectum vnionis, & illam ſuſpendi, donec reſeruatio ceſſet: quamuis ſecus ſit in prouiſione Papæ ſubſequente ad inſtantiam partis, non facta mentione, ſeu ſuſpenſione vnionis; quod etiam apertè ſentit multos ſecutus Gonzal. *d. num.* 136. *cum trib. ſeqq.* Rectè quoque idem Garz. *à num.* 100. *vſque ad* 106. docet, poſſe Epiſcopum in terminis decretorum Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 5. *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de reformat.* vnire beneficia reſeruata, vel affecta ſiue ante, ſiue poſt vacationem ceſſante fraude. Pariter ceſſat reſeruatio † in beneficiis vnitis acceſſoriè, vt idem
413. Gonzal. probat *d.* §. 7. *à num.* 33. *ac* 38. de quo fortaſſe nos aliquid *cap. ſeq. quæſt.* 6. *concluſ.* 4. aut aliam ob cauſam deſtructis, vt in exemplis, quæ affert, ac ſatis confirmat Gonzal. *eod.* §. 7. *à numer.* 147. *ad* 154. qui priùs *à numer.* 140. *vſque ad numer.* 146. eruditè docuerat, quid operetur reſeruatio in beneficiis vnitis ad vitam: ad quem auctorem pro his duobus articulis, cùm ad rem noſtram non faciant, remiſiſſe lectorem ſufficiet.

Decimatertia qualitas eſt † vitium ingreſſus in
414. beneficium, & vitium litigioſi, quæ ſicut indiſtinctè exprimenda eſt in impetratione beneficij, prout ſatis oſtendimus *cap. præcedent. quæſt.* 6. *concluſ.* 4. *verſ. decimotertio, exprimendum eſt*; ita eatenus exprimenda eſt in impetranda mutatione ſtatus Eccleſiæ, quatenus eam impetrans ſe tuetur in poſſeſſione à iure improbata; vt latiùs quoad impetrationem derogationis alicuius qualitatis in beneficij fundatione appoſitæ explicauimus *in prad. verſic. decimotertiò, exprimendum eſt.*

Decimoquartò, cùm impetratur beneficium Eccle-
415. ſiæ inferioris, † exprimendum eſt nomen ſancti illius beneficij, vt poſt alios tradidimus *d. concluſ.* 4. *verſic. decimoquartò, cùm impetratur*; vbi id declaranimus: ſicut etiam; (& hæc ſit *decimaquinta* qualitas;) exprimendum eſt nomen Canonici, per cuius obitum vacat Canonicatus, vel præbenda; vt *ibid.* alios ſecuti docuimus, *verſic. decimoquintò, exprimendum eſt.* Verùm hæc vtraque qualitas tunc demum exprimenda erit in mutatione ſtatus alicuius beneficij, vel Eccleſiæ, cùm aliàs conſtare nequit de corpore; ex iis, quæ dicemus inf. hac ipſa quæſt. *concluſ.* 10.

Decimoſextò, vbi in Eccleſia, in qua impetratur beneficium, adſit ſtatutum, quod impetrationi illius beneficij obſtet, † tale ſtatutum exprimendum erit,
416. ex adductis per nos *d. concluſ.* 4. in decimaſexta qualitate. Parique ratione in impetranda mutatione ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, exprimendum erit ſtatutum, quod tali mutationi obuiet, per ea, quæ quoad hoc in commutatione vltimæ voluntatis impetranda attulimus ſup. *cap.* 6. *quæſt.* 4. *concluſ.* 4. *ad fin.*

Decimoſeptimò, in impetratione beneficij exprimenda eſt † illa qualitas, an ſit dignitas, per-
417. ſonatus, vel officium, vt per *reg.* 56. nunc 57. *Canc.* & alia ſatis probauimus *d. concluſ.* 4. *verſic. decimò ſeptimò, impetrans*: vbi etiam ex *cap. cui de non ſacerdotali, de prabend. in* 6. Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reformat.* atque aliis idem docuimus de præbenda ſacerdotali, Diaconali, vel Subdiaconali; necnon Magiſtrali, Theologali, Doctorali, vel Pœnitentiali. Hæ autem omnes, ac ſingulæ qualitates tunc demum exprimendæ neceſſariò erunt in mutatione ſtatus alicuius beneficij, cùm in ea mutatione ſimul præiudicatur illis qualitatibus, ſeu earum alicui. quod ſanè quoad qualitatem dignitatis, perſonatus, vel officij ſatis probatur ex *d. reg.* 56. ſeu 57. *Canc.* quæ vtitur generali gratiarum nomine: ibi enim, quod ad hanc rem pertinet, cauetur, quòd ſuper beneficiis Eccleſiaſticis de illorum qualitatibus, videlicet, an dignitates, perſonatus, vel officia ſint, mentio fiat, aliàs gratiæ deſuper factæ ſint nullæ, &c, ſi qualitates huiuſmodi affirmatiuè, vel cõditionaliter non exprimantur, negatiua expreſsè deſuper fiat in beneficiis, quę tales qualitates, vel ex eis aliquas habere cõſueuerint. quoad ceteras verò prædictas qualitates aperte colligitur ex *d. c.* 5. Cõc. Trid.

dum

dum *inibi* generatim cauetur, quòd, quando ex beneficiorum quorumcumque erectione, ſeu fundatione, aut aliis conſtitutionibus qualitates aliquæ requirantur, ſeu certa illis onera ſunt iniuncta in beneficiorum collatione, ſeu in quacumque alia diſpoſitione eis non derogetur.

418. *Decimo octauò*, impetrans beneficium † exprimere debet collationem illius beneficij alteri factam, etiam nondum acceptatam; vt latiùs oſtendimus *d. concluſ.* 4. in decimaoctaua qualitate. quæ quidem qualitas eatenus neceſſariò exprimenda erit in impetranda mutatione ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij, quatenus eam impetrans ſignificare videtur, eam Eccleſiam, illúdve beneficium ad ſe pertinere, ac circa ea actum poſſeſſorium gerit, vt ſup. in tertia qualitate diximus. Quod idem ſtatuendum eſt de *decimanona* qualitate in impetratione beneficij exprimenda, nimirum colorata poſſeſſio alterius illud obtinentis; iuxta id, quod *in prad. concl. 4. verſ. decimononò narranda eſt*, fusè tradidimus.

419. *Vigeſimò*, impetrans aliquod beneficium † debet exprimere aliud, quod iam obtinet, vt ex *cap. cùm adeò, cap. poſtulaſti, & cap. ad audientiam, il 2. de reſcript.* atque aliis pleriſque iuribus, ac Doctoribus pro regula tradidimus; quam multis modis extendimus, ac declarauimus, ſeu limitauimus *d. cap. preced. quæſt. 6. concluſ. 4. verſic. vigeſimò, debet impetrans.* Hæc autem qualitas tunc demum exprimenda quoque erit in impetranda mutatione ſtatus alicuius beneficij, cùm per eam, vel in ea facienda alicui ſit collatio beneficij, vel in alium aliquo modo eius titulus transferendus: ac tunc quoque locum habebunt extenſiones, ac declarationes allatæ ad prædictam regulam firmatam in impetratione ipſius beneficij; cùm tunc ſit eadem omnino ratio, atque adeò etiam diſpoſitio, arg. *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap. 1. de tranſlat. Epiſc.* cum ſimil.

420. *Vigeſimaprima* qualitas eſt † clericatus, ſeu potiùs defectus ipſius; quæ ſaltem de ſtylo Curiæ exprimenda eſt ab impetrante beneficium, vt *d. concluſ. 4.* in 21. qualitate oſtendimus. in impetratione verò mutationis ſtatus beneficij, quæ ab obtinente illud beneficium fit, non video, cur ea expreſſio neceſſaria ſit, cùm tunc ea qualitas ad talem impetrationem non pertineat. Quod idem ob eandem rationem dicendum eſt de *vigeſimaſecunda* qualitate, nimirum defectus natalium; quam tamen in impetrando beneficio Eccleſiaſtico neceſſariò exprimendam eſſe docuimus *d. concluſ. 4. verſ. vigeſimò ſecundò, exprimere debet.*

Vigeſimotertiò impetrans beneficium Eccleſiaſticum † exprimere debet crimen eum reddens illo indignum; ac præcipuè illud, ob quod priuatus eſt beneficio, necnon excommunicationem, ſuſpenſionem, aut irregularitatem; vt oſtendimus *d. concl. 4.* in 23. qualitate; vbi etiam ſatis explicauimus, quandónam hæc qualitas, quod ad cenſuras, & irregularitatem attinet, exprimenda ſit in impetratione tum derogationis qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, tum etiam mutationis ſtatus beneficij, de qua nunc agimus, ac ſuppreſſionis beneficiorum, de qua *in ſeq. cap.* ſeorſim, & ex profeſſo diſſeremus. Quoad alia verò crimina alioqui reddentia indignum aliquem beneficio Eccleſiaſtico, non video, quomodo ea ſint exprimenda in ea mutatione ſtatus beneficij Eccleſiaſtici, per quam, ſeu in qua tale beneficium in alium non eſt transferendum; cùm tunc neque de iure, aut ſtylo Curiæ talis expreſſio in impetranda huiuſmodi mutatione fieri neceſſariò debeat, neque pertineat ad ipſam mutationem; iuxta regulam traditam ſup. *cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 3.* & hac ipſa quæſt. *concluſ. 3. & 4. circa initium.*

Vigeſimoquartò, ac poſtremò impetrans beneficium Eccleſiaſticum per reſcriptum mixtum, ſeu contra alios impetrantes, † exprimere debet ſuam dignitatem, alias gratia eſt nulla, vt per text. & *ibi* Doctor. *in cap. ad aures, de reſcript.* atque ex aliis tradidimus id declarantes *cap. preced. quæſt. 6. concluſ. 4. verſ. vigeſimoquartò impetrans beneficium.* Hæc autem qualitas non video, cur neceſſariò exprimenda ſit in impetratione mutationis ſtatus beneficij, aut Eccleſiæ alicuius; cùm potius reddere debeat faciliorem Principem ad hanc mutationem concedendam, quàm illum à conceſſione retrahere, aut omnino, aut tali modo facienda; & alioquin ius, aut ſtylus Curiæ talem expreſſionem in impetranda prædicta mutatione non exigat; iuxta ea, quæ in præced. ac præſenti concluſ. circa initium deduximus: iuncto maximè eo, quod ſup. *cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 6.* in priori illius parte tradidimus, & dicemus quoque *concluſ. ſeq. declarat. 1.* etiam falſam expreſſionem cauſæ, vel qualitatis, quæ verè expreſſa redderet faciliorem Principem ad concedendum, non vitiare conceſſionem gratiæ, niſi ea qualitas in ipſa gratia taxatiuè, ſeu conditionaliter ſit adiecta.

De aliis autem qualitatibus, ſi quæ ſunt, neceſſariò exprimendis in impetratione beneficij Eccleſiaſtici, videri poſſunt Doctor. *d. quæſt. 6. concluſ. 4. ad fin.* à nobis remiſsiuè citat. quæ iuxta regulas iam traditas applicari quoque impetrationi mutationis ſtatus, de qua nunc agimus, aut ab ea excludi poterunt. De aliis verò, quæ in ſpecie in huiuſmodi mutationis impetratione exprimenda ſunt, dicemus in tribus concluſionibus hanc ſtatim ſeqq. Nunc verò, quod ad vnionem Eccleſiarum, ſeu beneficiorum pertinet, quam ſpeciem quamdam eſſe mutationis ſtatus illorum, non ſemel admonuimus; adnotandum eſt primò, † huiuſmodi vnionem ſurreptitiam eſſe non facta mentione qualitatum beneficiorum annexorum, vt quia ſunt curata; & etiam non narrata diſtantia loci, quæ vel retraxiſſet Papam à concedendo, vel etiam difficiliorem reddidiſſet ad concedendum; atque item non narrato, quòd Eccleſia monaſterij, cui fit vnio, ſit vnita alteri monaſterio: ita Garz. *tract. de benef. part. 12. cap. 2. numer. 118.* poſt Rot. *deciſ. 37. & 73. in antiq.* licèt Rot. *ibi* nihil horum dicat, cùm tamen agat de materia ſurreptionis in reſcriptis gratiæ. Notandum ſecundò id, quod ab eadem Rot. in vna Auellina vnionis 13. Ianuarij 1594. coram Domino Penna tradit Garz. *vbi ſup. numer. 119.* fuiſſe reſolutum, vnionem quamdam monaſterij factam à Leone X. ſurreptionis vitio laborare, primò ex omiſſa ſpecificatione quinquaginta, & amplius monaſteriorum, quæ veniebant in vnione, de quibus facta non fuit inibi mentio: ſecundò, quia tacitum fuit, aliqua monaſteria eſſe de iurepatronatus laicorum: tertiò ex tacita qualitate Abbatis monaſterij vniti, quem ſi Papa intellexiſſet habere mitræ, & baculi paſtoralis vſum, ac ſolemniter populo benedicere, & iuriſdictionis cognoſcendi inter vaſallos cauſas matrimoniales participem fuiſſe, non eſt dubium, quin vel negaſſet, vel difficiliùs vnionem conceſsiſſet, *cap. ſuper literis, & cap. poſtulaſti, de reſcript.* difficiliùs, inquam, quoniam non eum tali modo, ſed cum aliquo moderamine, iuxta tradita per nos ſup. hac ipſa quæſt. *concluſ. 1. ac d. numer. 118.* dit, per eandem Rot. in vna Volaterrana vnionis, 2. Ianuarij 1594. coram D. Blanchetto fuiſſe reſolu

422. 423.

resolutum, quòd surreptitia fuit vnio facta monasterio ad supplicationem Prioris Conuentus, si de eo constat, quòd ibi tacitum fuit, quòd in Ecclesia illa vnita quandoque vnus Monachus, quandoque vnus Presbyter pro seruitio Ecclesiæ legebat. Pleraque autem alia pariter exprimenda in hac mutatio-
424. nis impetratione per rescriptum iustitiæ, † peti ex iis possunt, quæ in similium rescriptorum impetratione quoad vltimarum voluntatum commutationem exprimenda esse docuimus *d. cap. 6. quæst. 4. conclus.* 10. per tot. Nos verò nunc ad reliquas huius quæst. conclusiones transeamus.

QVINTA CONCLVSIO. Impetrans posteriorem mutationem status alicuius Ecclesiæ
425. beneficij † non tenetur facere mentionem prioris mutationis alterius status: secus in mutationibus eiusdem status, cùm inter vtramque mutationem est aliqua contrarietas. Conclusio hæc quoad vtramque sui partem probatur iis fundamentis, quibus vtramque confirmauimus quoad commutationes vltimarum voluntatum *d. cap. 6. quæst. 4. conclus. 1.* Posterior autem pars huius conclusionis iisdem modis extenditur, ac restringitur, quibus ampliauimus, ac limitauimus posteriorem mox memoratæ primæ conclusionis partem. Potissimùm verò restringitur primò, vt locum non habeat, quando prior gratia est nulla, seu inualida, vt latiùs ostendimus *d. quæst. 4. conclus. 2.* ex cuius prima ampliat. patet, hanc restrictionem procedere non modò quando prius rescriptum irritum fuisset ab vna parte impetratum, & posterius ab altera, vel vtrumque ab eadem parte, aut cum eodem moderamine; verùm etiam vbi tale posterius rescriptum ea caret moderatione, quæ fuit priori rescripto adiecta. Secundò restringitur, vt non procedat cùm impetrans posteriorem gratiam priori aduersantem hac non potest, aut re integra non vult vti; prout in tali casu valere, vtilémque esse posteriorem gratiam commutationis vltimæ voluntatis, in qua de priori mentio facta non sit, latè ostendimus *d. conclus. 2. ampliat. 2.* Vtraque verò huius conclus. pars declaratur, quòd, vbi earum mutationum altera siue prior, siue posterior, sit generalis, altera specialis; hæc regulariter derogabit generali eius etiam mentione non habita; prout generatim in rescriptis, & gratiis docuimus *d. quæst. 4. concl. 3.* ex cuius limitationibus, præsertim quoad priorem illius partem, totidem declarationes, seu moderationes huius tertiæ declationis licet desumere; maximè vbi prior mutatio status sit generalis, posterior autem specialis.

SEXTA CONCLVSIO. In impetratione
426. mutationis status alicuius Ecclesiæ, vel beneficij † facienda est mentio omnium vinculorum, seu impedimentorum, quæ singula à superiore mutate cognita eum reuocarent ab omnimoda, vel certè à tali concessione. Hæc conclusio probatur iis fundamentis, quibus idipsum ostendimus in commutatione vltimarum voluntatum sup. *d. cap. 6. quæst. 4. conclus. 4.* iunctis adductis per nos *d. cap. 6. quæst. 3. conclus. 3.* vbi docuimus, hæc omnia, & singula impedimenta, seu vincula eiusmodi esse, vt si non exprimantur, surreptitiam, ac nullam reddant gratiam, quia tunc deficit eius causa finalis.

Ampliatur verò præsens conclusio primò, vt non sufficiat hæc diuersa impedimenta, seu vincula eiusdem mutationis status in diuersis rescriptis proponi; prout in quauis dispensatione, & gratia post alios, latiùs id explicantes, ostendimus *d. quæst. 4. conclus. 5.* ex cuius ampliatione, ac limitationibus sumere quis poterit totidem declarationes huius primæ ampliationis. Secundò ampliatur hæc conclusio, vt, † quando etiam vnicum adest
427. vinculum, seu impedimentum in prædicta status mutatione, sed ex duobus capitibus, seu titulis oritur, tunc vterque titulus necessariò explicandus sit. Quæ ampliatio exponenda, & confirmanda est ex iis, quæ in his terminis quoad commutationem vltimarum voluntatum adduximus *d. quæst. 4. conclus. 6.* potissimùm ex Sanchez *d. lib. 8. de matrim. disput. 24. numer. 5.* ex eo verò, quod ipsemet subdit *numer. 6.* extenditur hæc ampliatio, vt tunc non prosit etiam clausula, *non obstante.* cius autem restrictiones desumere quis poterit ex allatis per nos *d. conclus. 6. circa med.* post Sanchez *d. disput. 14. numer. 7. cum duobus seqq.* Ampliatur tertiò præsens conclus. quòd, vbi vnicum etiam impedimentum, seu vinculum prædictæ mutationis status annexam habet notabilem aliquam circumstantiam, ea in talis mutationis impetratione exprimenda est, aliàs surreptitia erit, ac nulla: vt satis probatur ex iis, quibus idipsum de vltimæ voluntatis commutatione tradidimus *eod. quæst. 4. conclus. 7.* ex cuius exemplis *ibi* hac in re allatis formari cum proportione possunt exempla harum notabilium circumstantiarum in huiusmodi status Ecclesiarum, vel beneficiorum mutatione. Denique ampliatur præsens conclusio ex ea, quam nunc subiiciemus.

SEPTIMA CONCLVSIO. Impetrans mutationem status alicuius Ecclesiæ, vel beneficij † explicare tenetur prohibitionem huiusmo-
428. di mutationis à testatore factam. probatur ex iis, quibus sup. *cap. 6. quæst. 4. conclus. 8.* id docuimus de prohibita commutatione vltimæ voluntatis, & *cap. præced. quæst. 6. conclus. 7.* de prohibita derogatione alicuius qualitatis in fundatione beneficij appositæ. Vbi etiam latiùs explicauimus, an, & quando sustineri debeat prohibitio testatoris, ne Episcopus, aut alius superior Ecclesiasticus se intromittat in executione suæ vltimæ voluntatis, aut contra eam: id quod ad rem, de qua nunc agimus, non mediocriter pertinet.

OCTAVA CONCLVSIO. Falsa expressio singulorum, quorum taciturnitas, seu suppressio nullam, ac surreptitiam redderet mutationem status alicuius Ecclesiæ, vel beneficij, † eamdem
429. mutationem vitiat. Probatur, quia, licèt surreptio in eo differat ab obreptione tam in rescriptis gratiæ, quàm iustitiæ, quòd surreptio idem sit, quod taciturnitas veri, obreptio verò sit falsi expressio: tamen in hoc vtraque conuenit, quòd rescripta inualida, ac nulla reddit, gratiæ quidem ipso iure, rescripta verò iustitiæ, ope exceptionis; vt satis constat ex iis, quæ adduximus *cap. 6. quæst. 3. præmiss. 3. & 4.* quare omnes, & singulæ qualitates, quas in quinque præced. conclus. omnino exprimendas fore ad surreptionem in prædicta status beneficij, vel Ecclesiæ mutatione vitandam docuimus, eædem quoque, si falsò exprimantur, mutationem huiusmodi vitiabunt. Id quod satis etiam confirmatur tum ex eo, quod post multos tradit Alphons. Hoied. *tract. de incompatib. benefic. part. 2. cap. 12. num. 37.* dispensationem, quæ sit ex falsa causa, non valere; tum ex eo, quod plures secutus docet Garz. *tract. de benefic. part. 12. cap. 2. numer. 113.* vnionem ab Ordinario factam ex falsa causa etiam seruata iuris forma † nullam esse: licèt *numer. seq.* alios
430. referat contrarium sentientes, vbi seruata fuit forma; qui tamen ferè omnes, & alij, quos idem Garz. sequitur *numer. 115.* illud concedant in vnione Apostolica. subdens post multos *numer. 116.* idem fore, si ea facta sit motu proprio, iuxta per ipsum dicta *part. 1. illius tract. cap. 5. numer. 102.* Hanc verò

verò falſam cauſam intelligo finalem, & non impulſiuam tantùm; nimirum, quando ea falſitate non expreſſa ſuperior gratiam non conceſſiſſet, vel non eo modo; prout in quauis gratia probat Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 21. numer. 32.* ex quibus, & aliis hoc ipſum generatim de commutatione vltimarum voluntatum tradidimus ſup. *d. cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 4.* vbi etiam breuiter ſatisfecimus fundamento quorumdam contrarium opinantium, quos refert Sanchez *d. diſput. 21. numer. 31.* ac ſequitur Garz. *d. tract. de benefic. part. 6. cap. 2. à num. 197. ad 201.* Quare illas qualitates pro repetitis hoc loco habentes, eas dumtaxat ex prædictis commemorabimus, quas quoad falſi expreſſionem in iure, vel à Doctoribus poſitas reperimus, reſpectu tamen impetrationis beneficij. Quæ autem ex his qualitatibus, & quomodo locum habeant in mutatione ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij quoad obreptionem in eius mutationis impetratione inducendam, quoniam ex eo facilè colligi poteſt, quod *in præced. concluſ.* de earum ſingulis quoad ſurreptionem eiuſdem mutationis diximus, huiuſmodi examen hic facere ſuperſedebimus.

431. *Prima* verò in his qualitas illa occurrit, quòd † impetrans, cùm obtineat aliud beneficium exprimat ſe nullum habere, vt eſt caſus *in cap. proponente, de reſcript.*

432. *Secunda*, ſi † expreſſit ſe Clericum, cùm tamen non eſſet, *cap. ex litteris*, vbi Abb. & alij, *de tranſact.* laicus enim incapax eſt beneficij Eccleſiaſtici, *cap. cùm adeò, de reſcript. & cap. 2. de inſtitut.* cum ſuis concord.

433. *Tertia*, † quòd beneficium vacaret cùm reipſa non vacaret; vt colligitur ex *d. cap. ex litteris*, iuxta Abb. & aliorum interpretationem. Ad id verò facit, quòd iure prohibita eſt collatio, vel promiſſio Eccleſiæ, ſeu beneficij non vacantis, *cap. 1. ac toto penè tit. de conceſſ. prab. & Eccleſ. non vac.* necnon *cap. deteſtanda, eod. tit. in 6.* & Conc. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 19. de reformat.* quod autem etiam ad rem, de qua nunc agimus, pertineat, an vacet, vel non vacet beneficium, facilè colligere licet ex *cap. conſultationib. de donat. & cap. illud, de iurepatronat.* cum vtrobique not. *& in cap. 1. & toto penè tit. de conceſſ. prab. & Eccleſ. non vacant. atque in Clem. 2. in princ. de reb. Eccleſ. non alien.*

Quarta qualitas exprimenda in impetratione beneficij eſt modi vacationis ipſius; qui, ſi falsò ex-
434. primantur, † nulla eſt impetratio, *cap. ſuſceptum*, & *ibi* Doctor. *de reſcript. in 6.* quam regulam pleriſque Doctoribus relatis comprobauimus, ac declarauimus *cap. præced. quæſt. 6. concluſ. 5. verſ. quarta qualitas*: quas declarationes cùm *ibi* quis facilè videre poſſit, hic referre ſuperuacaneum eſt.

Quinta qualitas eſt valor beneficij tam obtenti,
435. quàm impetrandi, qui falsò expreſſus † vitiat gratiam, qua beneficium impetratur, vt pluribus oſtendimus *d. concluſ. 5. verſ. quinta qualitas eſt*; vbi pariter eam declarauimus. ea verò quod ad impetrationem beneficij attinet, ſatis colligitur ex ipſa *reg. 54.* aliàs *55. Canc.* de qua *concluſ. præced. verſ. quinta qualitas*; dum enim *ibi* decernitur, impetrationem beneficij nullam eſſe, cùm verus annuus valor tam beneficij obtenti, quàm obtinendi non exprimitur; apertè etiam inde conſtat, eam nullam eſſe, cùm talis valor falsò exprimitur: nam eo ipſo, quòd alius valor à vero exprimitur, proculdubio non exprimitur verus; quoad prædictæ verò mutationis impetrationem, dato etiam, quòd id ex hac regula 54. non colligatur ob rationem, quam *inibi* reſpectu ſurreptionis, ſeu nullitatis ob taciturnitatem, ſeu non factam huius valoris expreſſionem, aſſignauimus; ſatis tamen conuincitur ex *regul. 21.* ſeu *22. Canc.* quam *ibidem* pariter retulimus, & ad ſurreptionem eiuſdem mutationis, ſeu eius nullitatem ob veri taciturnitatem applicauimus: nam dum *in ea reg. 21.* aliàs *22.* dicitur, ſanctitatem ſuam voluiſſe, quòd petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis vniri, teneantur exprimere verum annuum valorem ſecundùm communem æſtimationem tam beneficij vniendi, quàm illius, cui vniri petitur; alioquin vnio non valeat: & idem voluit obſeruari in quibuſuis ſuppreſſionibus, perpetuis conceſſionibus, diſmembrationibus, & applicationibus etiam de quibuſcumque fructibus, & bonis Eccleſiaſticis, ac etiam in confirmationibus vnionum, ſingularúmque diſpoſitionum huiuſmodi: (quas quidem ferè omnes diſpoſitiones ad ſtatus mutationem, de qua nunc agimus, pertinere *ibid.* docuimus:) ſimul etiam hæc reg. *21.* iuxta id, quod mox de reg. *54.* diximus, obreptionem, ac nullitatem harum diſpoſitionum inducit ob falſam in earum impetratione veri annui valoris expreſſionem: cùm eo ipſo, quòd alius valor à vero, ſeu falſus exprimitur, abſque dubio verus non exprimatur; cùm tamen prædicta reg. *21.* expreſſionem veri valoris in huiuſmodi gratia ſub pœna nullitatis ipſius apertè requirat. Et hæc de qualitatibus, quæ falsò expreſſæ vitiant beneficiorum impetrationem, atque adeò etiam plerumque mutationem ſtatus Eccleſiarum, vel beneficiorum ipſorum, iuxta id, quod ſuprà diximus. De aliis autem ſpecialibus qualitatibus, quæ falsò expreſſæ in ipſius mutationis impetratione eam vitiant, paulò pòſt videbimus hac ipſa quæſt. *concluſ. 9. vſque ad 12.* Nunc autem, antequam præſenti concluſioni finis imponatur, nonnullas eius declarationes in medium afferamus, ex quibus tertia, & ſequentes, ad tertiam quoque concluſionem, quæ eſt de ſurreptione ſeu veri taciturnitate, vnde huiuſmodi mutationis impetratio vitiari fortaſſe poſſit, vt *in fi. eius concluſ.* admonuimus, pertinebunt.

Declaratur ergo primò præſens concluſio, vt † 436.
expreſſio falſæ cauſæ, aut qualitatis, quæ verè expreſſa, vel tacita faciliorem redderet ſuperiorem ad concedendum, ſi adiecta ſit mutationi ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij demonſtrationis gratia, eam mutationem non vitiat: ſecus verò, ſi ſit adiecta taxationis gratia, ſeu taxatiuè, & conditionaliter. Vtrumque membrum huius declarationis comprobatur ex iis, quibus vtrumque confirmauimus, generatim quidem quoad commutationem vltimæ voluntatis, & quamuis gratiam, ſup. *cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 6. ante medium*; ſpeciatim autem quoad derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, *cap. præced. quæſt. 6. concluſ. 8. declarat. 1. in d.* verò *concluſ. 6. circa medium, vſque ad fin.* quaſdam regulas tradidimus ad dignoſcendum, quandónam diſpoſitioni cenſeatur aliquid adiectum demonſtrationis, vel taxationis gratia. Declaratur ſecundò, quòd, † vbi in prædicta ſta- 437.
tus mutatione vnica cauſa, etiam impulſiua, exprimitur, ſi ea falſa ſit, corruit gratia: ſi verò plures cauſæ ſiue diſiunctiuè, ſiue copulatiuè exprimantur, quarum aliquæ ſint veræ, aliæ falſæ, vera exiſtente cauſa illa, qua reſcriptum nititur, falſitas cæterarum non oberit. Primum conſtat ex iis, quibus id in quouis reſcripto, & gratia poſt Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 21. numer. 41. & 45.* vbi alios citat, tradidimus ſup. *d. cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 7.* Secundum ex iis, quibus illud ipſum pati-

ter in quauis gratia docuimus *d. quæſt. 3. concluſ. 8.* poſt eundem Sanchez *d. diſput. 21. numer. 42.* & alios. Declaratur tertiò tam hæc, quàm tertia præ-
438. ſentis quæſt. concluſio; quòd, † licèt probabile ſit, iuſtam, ſeu probabilem ignorantiam facti, vel iuris in eo tacendo, quod exprimendum erat, vel falsò aliquid exprimendo, cuius veritatem ſi ſuperior cognouiſſet, prædictæ mutationis gratiam, aut omnino non conceſſiſſet, aut non eo modo; excuſare à nullitate gratiam: probabilius tamen eſt, non excuſare, niſi cùm ſuperior huiuſmodi gratiam conceſſiſſet quidem, ſed non eo modo, verum cum aliqua moderatione. Quæ declaratio quoad vtrumque membrum iis fundamentis confirmatur, quibus vtrumque in commutatione vltimæ voluntatis comprobauimus *d. quæſt. 3. concluſ. 9.* quæ ſanè fundamenta æquè locũ habent in omni gratia. Quartò
439. declaratur vtraque concluſio: quòd † vbi quis, aut ſtatum beneficij, vel Eccleſiæ mutandum, aut ipſius mutationis cauſam ſub dubio expreſſiſſet, cùm tamen certum apud eum eſſet, illum exiſtere, hanc verò non ſubeſſe; nulla eſt ipſo iure gratia obtenta, ex iis, quibus id pariter de commutatione vltimæ voluntatis docuimus *d. concluſ. 9. ad fin.*
440. Declaratur quintò, quòd, † vbi per fraudem, vel malitiam tacitum fuit verum, vel expreſſum falſum in impetratione memoratæ mutationis; tunc omnino vitiatur gratia, quamuis ea taciturnitas, vel expreſſio ſolùm cauſa fuerit, vt gratia ſub tali forma conceſſa ſit; prout in quolibet reſcripto probat Sanchez *d. diſput. 21. numer. 65.* præcipuè per text. *in cap. ſuper litteris, §. nos igitur, de reſcript.* ex quibus, & aliis idipſum nos tradidimus, ac limitauimus ſup. *d. cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 10.* Sextò de-
441. claratur, quòd, † vbi partes eiuſdem reſcripti mutationis ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij non ſunt omnino ſeparatæ, ſeu habent connexionem adinuicem, quia eamdem cauſam, finémve reſpiciunt, taciturnitas veri, aut falſi expreſſio in vna parte reſcripti vitiat aliam; ſecus ſi ſint omnino ſeparatæ: ita in quolibet reſcripto poſt alios Sanchez *d. diſput. 21. numer. 71. cum ſeq.* & conſtat ex adductis per nos *d. quæſt. 3. concluſ. 11.* hoc autem poſtremum reſtringendum eſt, niſi ſurreptio, vel obreptio in vna parte reſcripti fuerit cauſa obtinendi reliquas etiam ſeparatas, ex iis, quæ adducit Garz. *d. tract. de benefic. part. 8. cap. 13. numer. 18.*
442. Declaratur ſeptimò, quòd † doloſa veri taciturnitas, vel falſi expreſſio in vna parte gratioſæ mutationis ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, non irritat ipſo iure, & in foro conſcientiæ partem illam connexam, quæ ſurreptionis, vel obreptionis vitio caruit; ſed opus eſt iudicis declaratione; prout in diſpenſatione, & quauis gratia tradit Sanchez *d. diſput. 21. numer. 78.* cuius fundamenta quoad vltimæ voluntatis commutationem retulimus *d. quæſt. 3. concluſ. 12.* vbi *in fi.* idipſum multo magis procedere docuimus quoad conceſſionem obtentam per
443. reſcriptum iuſtitiæ. Octauò declaratur, quòd † taciturnitas veri, vel expreſſio falſi circa cauſam impulſiuam tantùm commiſſa in vna parte reſcripti prædictæ mutationis ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij, non vitiat totum reſcriptum: ita in quouis reſcripto Sanchez *d. diſput. 21. numer. 74.* & nos *d. quæſt. 3. concluſ. 13.* Declaratur denique tam præſens, quàm
444. præcedens tertia concluſio, quòd, † licèt in impetratione ſæpiùs memoratæ mutationis ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij, ſeu in precibus, quibus ea petitur, neceſſaria non ſit expreſſio alicuius cauſæ ſiue finalis, ſiuè impulſiuæ; ita, vt, ſi talis expreſſio emittatur, impetratio nulla ſit: ea tamen valde vtilis eſt, & expediens. Quæ declaratio quoad vtrumque membrum ex iis comprobatur, quibus illum in impetratione commutationis vltimæ voluntatis confirmauimus *d. quæſt. 3. concluſ. 14.*

NONA CONCLVSIO. Falſa expreſſio, ſeu error in nomine illius, cui impetratur mutatio ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, † eam non vi- 445.
tiat, vbi aliàs conſtet de corpore, hoc eſt, de perſona illius, cui fit impetratio. Hæc concluſio probatur ex iis, quibus idipſum in commutatione vltimæ voluntatis docuimus ſup. *cap. 6. quæſt. 5. concl. 1.* præſertim per text. *in l. demonſtratio falſa, §. 1. ff. de condit. & demonſtr. l. ſi in nomine, C. de teſtam. & §. ſi quis in nomine, Inſtit. de legat.* & ex eo, quod generatim in quauis gratia tradit Thom. Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 21. numer. 37.* qui *numer. 38.* hoc extendit, etiam quando concedens gratiam nouit perſonam, cui petita eſt; niſi ex circumſtantiis ſufficienter colligeretur, à concedente ſpectatam eſſe perſonam ſibi cognitam.

Declaratur verò ipſa concluſio, vt, † ſi error 446.
contigerit non in nomine proprio, ſed in nomine diœceſis eius, cui huiuſmodi mutationis reſcriptum impetratur; vt, ſi dictum ſit eum eſſe diœceſis Mediolanen. cùm ſit Nouarien. illud reſcriptum neuter Ordinarius exequi poſſit: ſic in diſpenſatione pluribus tuetur Sanchez *d. diſput. 21. numer. 39.* ex quibus, & aliis hoc ipſum de commutatione vltimæ voluntatis nos tradidimus *d. cap. 6. quæſt. 5. concluſ. 6.* ſecus eſſe oſtendentes *concluſ. 5.* vbi error contigerit in diœceſi eius, contra quem commutatio impetrata fuerit per reſcriptum iuſtitiæ; prout generaliter in iuſtitiæ reſcripto, poſt Innoc. & alios *in cap. ſignificante, de reſcript.* ſentit Sanchez *d. diſp. 21. numer. 37.* Id autem locum non habet primò in caſu *cap. Rodulphus, eod. tit.* vbi diſponitur, quòd per reſcriptum iuſtitiæ impetratum contra homines certæ diœceſis, cum clauſula generali, *& quidam alij*, non poterunt conueniri homines illius ciuitatis: ſecus autem, vbi illud quis impetraſſet contra Archiepiſcopum, ſeu Epiſcopum talis diœceſis, & quoſdam alios, vt fuſiùs *eod. concluſ. 5.* deduximus. Secundò illud non procedit, cùm actor errat in propria diœceſi, vt poſt Ioan. Andr. & Fel. in quouis reſcripto iuſtitiæ tradidimus *d. concluſ. 5. in fi.* & confirmatur ex principali declarat. huius concluſionis.

DECIMA CONCLVSIO. Falſa expreſſio, ſeu error in vocabulo, aut alia demonſtratione rei, circa quam verſatur mutatio ſtatus Eccleſiæ, aut beneficij, vel potiùs verſatur huiuſmodi ſtatus, † vbi aliàs ſatis conſtet, quòd ea de re 447.
ſenſerit impetrans, vel concedens mutationem, talem impetrationem, vel conceſſionem non vitiat. exemplum erroris, ſeu falſæ expreſſionis tam in vocabulo, quàm in alia demonſtratione habes *cap. præcedent. quæſt. 6. concluſ. 10. circa initium*, allata quoad derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum; à qua mutatio ſtatus, vt iam non ſemel admonuimus, niſi quoad temporalitatem, ac perpetuitatem differt. Prior autem pars huius concluſ. quæ eſt de errore, ſeu falſa expreſſione vocabuli, probatur ex fundamentis prioris partis eiuſdem 10. concluſ. maximè ex *l. ſi quis in fundi vocabulo, in princ. ff. de legat. 1. & l. ſi Fortidianum, C. de legat.* Poſterior pars probatur ex *l. demonſtratio falſa, in princ. & l. quibus diebus, §. qui dotalem, ff. de condit. & demonſtr.* ex quibus, & aliis iuribus adductis *d. quæſt. 6. concluſ. 10. & cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 6.* necnon *quæſt. 5. concluſ. 3.* Doctor eam regulam deſumunt, falſa demonſtratione legatum non

non vitiari, aut rei veritatem in quauis diſpoſitione non mutari. quæ regula non procedit, vbi falſa demonſtratio adiecta ſit per modum conditionis; prout potiſsimùm ex *l. Stichum, ff. de legat. 1.* eam reſtrinximus *d. concluſ. 3.* ex qua, *& d. concluſ. 6.* necnon *cap. 5. quæſt. 15. concluſ. 2.* habes quænam ſit ſimplex, & mera demonſtratio, aut potiùs conditio; ſeu quando aliquid diſpoſitioni adiectum cenſeatur demonſtratiuè, aut taxatiuè.

VNDECIMA CONCLVSIO. Falſa cauſa adiecta mutationi ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij † regulariter ipſam mutationem non vitiat. 448.
probatur tum ex *l. cùm tale legatum, §. falſam cauſam, ac l. demonſtratio falſa, §. quod autem iuris, ff. de condit. & demonſtr.* atque item ex *§. longè magis, Inſtit. de legat.* vnde habetur, quòd falſa cauſa legatis adiecta ea non vitiat: tum ex *cap. ex parte, il 2. de conuerſ. coniug.* ex quo text. iuncta præſertim gloſ. *in verbo, falſa ſit cauſa*, habetur, quòd mulier coniugata velum ſuſcipiens ante conſummationem matrimonij ex falſa cauſa, illud validè ſuſcipit. Dixi autem, *regulariter*; quoniam, ſi ea falſa cauſa adiecta ſit per modum conditionis, ſeu taxationis, non autem ſolùm demonſtrationis, vitiabitur gratia, vt ſatis colligitur ex *l. 2. & fin.* iuncta *rubr. C. de falſ. cauſ. adiect. legat.* apertè autem conſtat ex *d. l. demonſtratio falſa, §. at, ſi conditionaliter, ff. eod. tit. & d. §. longè magis, in fi. Inſtit. de legat.*

DVODECIMA CONCLVSIO. Falſa expreſſio vnius maioris vinculi, ſeu impedimenti loco minoris diuerſæ ſpeciei, vel minoris loco maioris ſpeciei eiuſdem in impetranda mutatione alicuius ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij, † eam mutationẽ vitiat: ſecus autem eſt de falſa expreſsione maioris vinculi loco minoris in eadem ſpecie. 449.
Prima pars huius concluſ. ſatis confirmatur ex iis fundamentis, quibus ſup. *d. cap. 6. quæſt. 5. concluſ. 7. prope initium*, hoc idem quoad impetrationem commutationis vltimæ voluntatis comprobauimus; maximè ex iis, quæ in diſpenſatione, & aliis gratiis tradit poſt alios Sanchez *d. lib. 8. de matrim. diſput. 24. numer. 19.* Secunda pars concluſ. probatur ex iis, quibus idipſum *d. concluſ. 7.* pariter quoad vltimæ voluntatis commutationem in poſteriori eius concluſ. parte confirmauimus inter cætera ex Sanchez id comprobante in diſpenſatione ſuper impedimentis matrimonij *d. diſput. 24. numer. 18.* Vtraque autem hæc pars præſentis concluſ. extenditur, vt locum habeat quamuis tempore impetrationis adeſſet communis error ſecundùm id, quod falsò expreſſum fuit; ex iis, quæ de matrimoniali diſpenſatione in hac ſpecie docet Sanchez *d. diſput. 24. numer. 20.* Tertia denique pars huius concluſ. confirmatur ex iis, quibus hoc ipſum de vltimæ voluntatis commutatione tradidimus *d. cap. 6. quæſt. 5. concluſ. 8.* vnde ſumi poteſt huius rei exemplum, ſi nimirum narretur, huiuſmodi mutationi ſtatus obſtare ſtatutum Synodi Prouincialis, aut diœceſanæ; cùm tamen ſolùm obſtet quoad priorem quidem caſum Synodus diœceſana; quoad poſteriorem verò, ſtatutum Eccleſiæ particularis, in qua ſitum eſt beneficium, cuius Eccleſiæ, vel beneficij ſtatus mutari poſtulatur. Limitatur autem hæc poſtrema præſentis concluſionis pars, vt non procedat in falſa expreſſione vinculi, ſeu impedimenti, quod de iure, aut ſtylo Curiæ verè foret exprimendum: nam tunc tam ſurreptio, ſeu taciturnitas veri, quàm obreptio, hoc eſt, falſi expreſſio vitiat conceſſionem, licèt, ſi Princeps, aliúſve ſuperior concedens veritatem ſciret, faciliùs concederet; iuxta ea, quæ adduximus *d. quæſt. 5. concluſ. 8. ad fin.* & hac ipſa quæſt. *concluſ. 4. & §. circa initium.*

DECIMATERTIA CONCLVSIO. Non poteſt quis ſine ſpeciali mandato † alterius impetrare reſcriptum ad lites, cui acceſſoria ſit mutatio ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij: ſecus verò vbi ea mutatio impetratur per reſcriptum gratiæ. 450.
Prior pars concluſ. probatur; quia reſcriptum ad lites, quod tunc eſt principale, impetrari nequit ſine mandato ſpeciali, vt latè docuimus ſup. *cap. 6. quæſt. 6. præmiſſ. 3. & concluſ. 1. in princip.* maximè ex *cap. nonnulli, §. ſimi & alij, de reſcript.* & acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, *l. cùm principalis, ff. de reg. iur. & cap. acceſſorium, eod. tit. lib. 6.* Extenditur autem hæc prior præſentis concluſ. pars primò, vt nec ſatis ſit, ſi generali mandato adiiciatur clauſula illa, *& generaliter ad omnia, etiamſi mandatum exigant ſpeciale*; niſi in eo mandato aliqua ſimilia, vel maiora exprimantur, quæ requirant mandatum ſpeciale, ac deinde prædicta clauſula generalis ſubiiciatur. Secundò, vt nec etiam ſufficiat mandatum cum libera, quæ vtraque ampliatio ex iis comprobatur, quæ *d. quæſt. 6. ante 1. præmiſſ.* adduximus. Reſtringi autem poteſt eadem prior pars concluſ. quatuor modis, quibus *præd. concluſ. 1.* limitauimus. Poſteriùs verò pars huius eiuſdem concluſionis probatur iiſdem fundamentis, quibus *d. quæſt. 6. concluſ. 2.* oſtendimus, reſcriptum gratioſum commutationis alicuius vltimæ voluntatis abſque mandato impetrari poſſe etiam extraneo: id quod *ibidem* extendimus ad illud quoque reſcriptum gratiæ, in quo alicui acceſſoria poteſtas, & iuriſdictio data ſit ad defendendum aduersùs contradictores eum, qui gratiam omnino perfectam obtinuit, hoc eſt, in forma, quam gratioſam vocant; ſiue etiam fortaſſe vbi talis iuriſdictio data ſit ad gratiæ ipſius executionem, quam conceſsionem appellant in forma commiſſoria, atque in beneficialibus in forma dignum, quoniam huiuſmodi reſcripti initium tale eſt, *dignum arbitramur*, &c. de quo reſcripto plura inter alios tradit Rebuff. *in ſua Praxi benefic. part. 1. tit. de reſcripto, dignum arbitramur*, ac nouiſsimè non pauci, quos recenſet Nicol. Garz. *tract. de benefic. part. 6. cap. 2. numer. 4.* cum aliquot ſequentibus. Ex his autem Doctoribus patet etiam, hanc eſſe quamdam ſpeciem mandatorum de prouidendo, de quibus ſæpè in iure canon. præſertim *in tit. de reſcript. de prabend. ac de conceſſ. praben. in decretal. Greg. & in 6.* latè Ioan. Staphil. *tract. de litter. grat. tit. de form. mandat. de prouid.* Lud. Gomeſ. *tract. de mandat. de prouid. & expectat.* atque alij, quos refert Garz. *d. part. 6. cap. 1. numer. 2.* necnon Conc. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 19. de reform.*

DECIMAQVARTA, & poſtrema CONCLVSIO. Gratia mutationis ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, aut commiſsionis ad eam mutandum, alteri impetrata † ei non prodeſt, niſi poſt eiuſdem ſcientiam, & acceptationem ab ipſo, vel alio ab eo ſpeciale mandatum habente factam. 451.
Quòd ſit neceſſaria ſcientia illius, cui talis gratia impetratur, neque antea illi profit, probatur ex iuribus, ac Doctor. ad hoc in quouis priuilegio, & gratia per nos allegatis *d. cap. 6. quæſt. 6. concluſ. 3. prope initium*: vbi etiam oſtendimus, hanc notitiam non à quocumque haberi debere, ſed ab impetrante, vel concedente gratiam, alteriúſve eorum procuratore, aut nuntio. Id autem *inibi* reſtrinximus primò, vt ſaltem inferior ſupremo Principe nequeat huiuſmodi gratiam reuocare etiam ante illius notitiam, cui fuit impetrata. Secundò, vt non requiratur

tur notitia eius, cui ex gratia ab aliquo obtenta solùm in consequentiam damnum sequitur. Tertiò, vt non habeat locum, vbi quis per procuratorem, vel nuntium suum eam gratiam impetrat; sed solùm, quando conceditur non proprio, vel ad alterius instantiam, quàm eius, cui prodesse debet.

Quòd verò acceptatio ab eo facienda sit, cui huiusmodi gratia impetratur, vel ex eius mandato speciali, satis constat ex §. *illud tamen*, aliàs §. *sit igitur, versic. generaliter autem, in authent. quib. mod. natur. effic. sui*, necnon ex *cap. si tibi absenti, de prabend. in 6.* cum aliis in hoc per nos quoad vltimæ voluntatis commutationem adductis *d. quæst. 6. conclus. 3. ad fin.* vnde etiam desumere quis poterit vnam ampliationem, ac restrictionem præsentis posterioris partis huius postremæ conclus. vt nimirum, si vinculum, seu impedimentum, quod in aliqua status Ecclesiæ, vel beneficij mutatione tollitur, sit diuersum in duabus personis, ad quas ea mutatio pertineat, ab vtraque persona debeat talis mutatio acceptari; si verò proprium sit vnius personæ, illius acceptatio sufficiat; ac denique vbi illud vnicum sit, & vtrique personæ commune, sat sit alterius earum acceptatio. Atque hæc de præsenti quæstione.

QVÆRO SEPTIMO, quænam forma obseruanda sit à superiore mutante statum alicuius Ecclesiæ, vel beneficij.

Postquam in proximè præcedent. quæst. de formali causa mutationis status Ecclesiarum, aut beneficiorum quoad eam partem egimus, quæ potissimùm ab huiusmodi mutationem impetrante obseruanda continet; sequitur id, quod in eiusdem quæst. initio proposuimus, vt in præsenti quæst. partem illam prædictæ formæ, seu causæ formalis prosequamur, quæ ad obseruanda per superiorem mutantem Ecclesiarum, vel beneficiorum status pertinent. hæc autem, præcipua quæ sunt, singulis conclusionibus ea de re propositis explicabimus.

PRIMA igitur CONCLVSIO sit. Mutationes illæ status alicuius Ecclesiæ, aut beneficij, † 452.
quæ auctoritate priuata fieri possunt, (& à nobis explicatæ hoc ipso cap. maximè *quæst. 5. conclus. 1. vsque ad 5.* fuerunt,) non sunt necessariò committendæ Ordinario, aut ab eo, alióve superiore postulandæ. Hæc conclusio probatur tum ex eo, quòd superfluum est precibus postulare, quod iam lege permissum est, *l. vnic. in princ. C. de thesaur. lib. 10.* cum simil. *ibid.* per glos. allegat. *in verbo, lege*; tum ex aliis, quibus huic omnino similem conclusionem in vltimæ voluntatis commutatione firmauimus sup. *cap. 7. quæst. 1. conclus. 1.* cuius, vt iam sæpiùs admonuimus sup. hoc ipso cap. præsertim *quæst. 2. post med.* species quædam est mutatio hæc status, de qua nunc agimus; atque adeò regulariter ab illa ad hanc tamquam à genere ad speciem licet arguere, iuxta latiùs adducta ab Euerard. *in Topic. iur.* & Vigel. *in Dialect. iur. loco à gen. ad spec.* prout præter Doctor. *in cap. cùm accessissent, de constit.* arguunt in hac specie inter ceteros Roch. de Curt. *in tract. de interpatron. verbo, honorificum, quæst. 3. & verbo, pro eo, quòd de diœcesani consensu, quæst. 15.* necnon Lambertin. *eod. tract. lib. 3. quæst. 5. art. 3. numer. 4. & quæst. 6. artic. 7. numer. 4. & 7.* Atque hoc vtrumque semel pro tota hac quæst. admonuisse sufficiat quoties ex dictis à nobis de commutatione vltimarum voluntatum ad id, quod de sæpiùs memorata status mutatione de_ceps in hac, & seq. quæst. trademus, sumemus confirmationem. Vnde ad hanc mutationem transferenda est ea limitatio, quam ad præd. 1. conclusionem quoad commutationem vltimæ voluntatis attulimus, nimirum, vt, vbi dubium sit, an possit quis auctoritate priuata statum aliquem Ecclesiæ, vel beneficij mutare, tunc ad eum superiorem sit recurrendum, qui aliàs talem mutationem facere potest. quod etiam ex eo confirmatur, quod de absolutione ad cautelam à censura, vt pro ea obtinenda ad illum superiorem confugiendum sit, qui aliàs simpliciter potest absoluere, plerique tradunt, quos ad hæc retulimus, ac secuti sumus *cap. præced. quæst. 7. concl. 1. ad fin.*

SECVNDA CONCLVSIO. Mutationes status Ecclesiarum, aut beneficiorum quæ à Rom. Pontifice, aut eo inferioribus fieri possunt, † non 453.
sunt necessariò iisdem inferioribus à Papa committendæ: sed eas ipsimet exequi valent; atque etiam inferiores suas tunc maximè debent, cùm ius ab ipsis eas fieri mandat: quòd si hi facere id nequeant, aut nolint; tunc superior ipse mutabit, aut mutationem alteri committet. Conclusio hæc quoad primam sui partem, quòd nimirum Papa non teneatur alteri committere huiusmodi status mutationes, quas ipse facere potest, facilè probatur, tum quòd nullo iure cauetur, quòd Papa eas committere necessariò debeat: tum quòd, vbi aliquod tale ius adesset, eo foret exemptus Rom. Pontifex; prout latiùs in vltimarum voluntatum commutatione deduximus *cap. 7. quæst. 1. conclus. 3.* vnde etiam sumendæ sunt declarationes huius eiusdem primæ partis præsentis concl. cuius reliquæ partes satis comprobãtur ex iis, quibus earum singulas respectu commutationis vltimarum voluntatum ostendimus *d. cap. 7. quæst. 1. conclus. 2.* sicut earumdem reliquarum partium huius conclusionis declarationes sumere ex iis licet, quæ ad ipsarum explicationem quoad vltimarum voluntatum commutationem *ibidem* subiunximus.

TERTIA CONCLVSIO. Mutationes status Ecclesiarum, vel beneficiorum, quæ à Rom. Pontifice in forma commissaria conceduntur, † 454.
committi debent in partibus locorum Ordinariis: quæ verò ab eodem conceduntur in forma gratiosa, ab iisdem Ordinariis tamquam sedis Apostolicæ delegatis, antequam executioni mittantur, recognosci possunt, an aliquid in precibus suppressa veritate, vel suggesta falsitate narratum sit. Prior pars conclus. probatur tum ex Concil. Trident. *sess. 22. cap. 5. de reform.* vbi cauetur, quòd dispensationes quacumque auctoritate concedendæ, si extra Romanam Curiam committendæ erunt, committantur Ordinariis locorum, qui eas impetrauerint. huiusmodi enim status mutatio dispensatio quædam est; cùm iuri saltem humano aduersetur, vt patet ex adductis sup. hoc ipso cap. *quæst. 3. conclus. 3.* in priori eius parte: dispensatio verò definitur esse iuris communis relaxatio, vt voluit glos. ab aliis approbata *in c. requiritis, §. nisi rigor, verbo, vt plerisque, 1. quæst. 7.* ex quibus multos refert, ac sequitur Sanchez *lib. 8. de matrim. disput. 1. numer. 2.* Tum ex *regul. 21.* seu *22. Canc.* quæ inter cetera illud disponit, quòd semper in vnionibus commissio fiat ad partes, vocatis quorum interest: quódque idem obseruetur in quibusuis suppressionibus, perpetuis concessionibus, dismembrationibus etiam de quibuscumque fructibus, & bonis Ecclesiasticis, ac etiam confirmationibus vnionum, singularúmque dispositionum huiusmodi: at verò, vt sup. etiam *quæst. præced.* ad aliud propositum vidimus, negari non potest, quin saltem vniones,

vniones, ſuppreſſiones, ac perpetuæ conceſſiones ſint quædam mutationes ſtatus Eccleſiarum, vel be-
455. neficiorum. Et quamuis in rigore † verba illa, ad partes, non neceſſariò importent, vt commiſſio fiat Ordinariis locorum, cùm fieri poſſit Prælatis, aut aliis in dignitate conſtitutis illarum partium: tamen nullæ perſonæ in partibus magis ad hoc idoneæ, atque aptæ eſſe videntur, quàm Ordinarij locorum, qui etiam alioqui de rebus diœceſis magis inſtructi eſſe ſolent ob viſitationes, & alia huiuſmodi, iuxta tradita per Felin. & alios *in cap. ad aures, & cap. ad audientiam, il 2. de reſcript.* vnde etiam ſtylus Curiæ habet, vt huiuſmodi commiſſiones prædictis Ordinariis locorum fiant, aut certè ij aliis commiſſariis, ac delegatis in litteris commiſſionum adiungantur. Extenditur autem, ſeu declaratur hæc prior pars concluſionis, vt procedat etiam in Prælatis habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem intra fines diœceſis alicuius Epiſcopi, aut etiam in certo diſtrictu, ac territorio de per ſe, ac ſeparato: nam tunc huiuſmodi commiſſiones fieri poſſunt, ac debent talibus Prælatis, ſeu eorum Vicariis, iuxta per nos tradita ſup. *cap. 5. queſt.* 13. ſtatim *ante* 1. *concluſ.* & ipſa *concluſ.* 2. necnon *queſt.* 14. *concluſ.* 3. *circa initium, & cap.* 7. *queſt.* 1. *concluſ.* 3. *ad fin. & concluſ.* 4. *poſt medium.* nam, vt ex *ibidem* adductis ſatis conſtat, hi Prælati verè, ac propriè ſunt Ordinarij etiam locorum quoad loca ſibi ſubiecta, ſeu ſuæ quaſi diœceſis, in quibus habent plenam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Poſterior pars præſentis concluſionis ſuaderi poteſt tum ex eo, quod à Trident. Concil. *ſeſſ.* 7. *cap.* 6. necnon *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *ac ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reformat.* decernitur de vnionibus perpetuis quacumque auctoritate, etiam Apoſtolica factis, vt ab Ordinariis locorum tamquam ſedis Apoſtolicæ delegatis examinentur: vniones enim Eccleſiarum, & beneficiorum quædam mutationes ſunt ſtatus eorumdem, vt iam non ſemel hoc ipſo cap. admonuimus: tum ex eo, quod idem Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 5. *de reformat.* ſtatuit de diſpenſationibus quacumque auctoritate concedendis, vt quæ gratiosè, (hoc eſt, in forma gratioſa,) concedentur, ſuum non ſortiantur effectum, niſi priùs ab eorum Ordinariis, qui illas impetrauerint, tamquam delegatis Apoſtolicis, ſummariè tantùm, & extraiudicialiter cognoſcatur, expreſſas preces ſubreptionis, vel obreptionis vitio non ſubiacere. quódque in cap. ſtatim ſeq. ab eodem Conc. de vltimarum voluntatum commutationibus decernitur, vt, priuſquam executioni demandentur, Epiſcopi tãquam delegati ſedis Apoſtolicæ, ſummariè, & extraiudicialiter cognoſcant, nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum: nam, vt ſatis patet ex his, quæ paulo antè hac ipſa quæſt. *concl.* 1. *ad fin.* & circa initium præſentis concl. adduximus, huiuſmodi mutationes ſtatus Eccleſiarum, aut beneficiorum, diſpenſationes quædam ſunt, & vltimarum voluntatum commutationes.

Iam verò iuxta ordinem, quem ſup. *cap.* 7. *queſt.* 2. *&* 3. ſecuti ſumus, quémque initio 9. *cap. in ipſo* 9. *& ſequentibus capitibus* retinendum propoſuimus, dicendum hoc loco videretur de clauſulis, quæ in reſcriptis huiuſmodi mutationum ſtatus Eccleſiarum, vel beneficiorum adiici ſolent; ac primùm quidem generatim de ipſis clauſulis, tum ſpeciatim de earum ſingulis. Verùm, quoniam horum primum ſatis præſtitimus *d. queſt.* 2. in ſex illius præmiſſ. ſe-
456. cundum verò † quoad clauſulas ad robur, & ſubſtantiam, vel ſolemnitatem conceſſionis ſpectantes, *ead. queſt.* 2. *concluſ.* 1. *& ſequentib.* reſpectu autem clauſularum derogatoriarum, pertinentium ad derogationem obſtantiarum, quæ communes etiam ſunt prædictis mutationibus *d. queſt.* 3. ſufficienter ſumus proſecuti: illas tres clauſulas hîc breuiter explicaſſe ſufficiet, quas *d. queſt.* 2. *in fi.* huic loco tamquam magis proprio, & opportuno exponendas reſeruauimus; nimirum clauſulam illam, quam vno verbo vocant, *anteferri*; necnon clauſulam, *dummodo tempore data præſentium non ſit in ea alicui ſpecialiter ius quæſitum*; ac denique illam, *amoto exinde quolibet illicito detentore*: de quarum ſingulis maioris perſpicuitatis gratia ſingulis concluſionibus, cœptum tamen hucuſque concluſionum huius quæſt. ordinem proſequentes, agemus; ac præcipuos earumdem clauſularum effectus, prout *d. cap.* 7. *queſt.* 2. & 3. quoad clauſulas *ibidem* explicatas fecimus, quàm breuiſſimè tamen proſequemur: pro reliquis clauſulis remittentes candidum lectorem ad Hier. Gonzal. ſup. *reg.* 8. *Cancell.* Gomeſ. ac Mandoſ. & alios Gloſat. aliarum regularum ipſius Canc. eundem Mandoſ. *in Prax. ſignat. grat.* Rebuff. *in Prax. benefic.* & alios Practicos, Vital. de Camban. & Celſ. Vgon. in ſuis copioſis tractatib. *de clauſul.* ac nouiſſimè Iacob. Ant. Martam, & Aug. Barboſ. *in ſimil. tract.*

QVARTA igitur CONCLVSIO ſit. Clauſula, *anteferri*, illum præcipuum effectum habet,
457. vt † etiam priores in data eum ad cuius fauorem talis clauſula eſt adiecta non præcedant; ſed immo contra hic illos procedat; iiſque præferatur. ita poſt Ioan. Andr. & alios *in cap. mandatum, de reſcript.* ſentit Felin. *in cap. Capitulum S. Crucis, numer.* 5. *in fi. eod. tit.* vbi hanc clauſulam ſic †
458. paucis extendit; *non obſtante, quòd pro aliis ſcripſerimus, quibus te volumus anteferri*: quam clauſulam ipſe colligit ex *cap. pen. de prabend. in* 6. & ego etiam ex *cap. pen. de conceſſ. prabend. eod. lib.* integra verò clauſula hæc, prout in reſcriptis prouiſionum de ſtylo Curiæ apponitur, ac refertur à Rebuff. *in Prax. benefic. part.* 1. *in for. noua prouiſ. verſic. non obſtantibus pia memoria*; & in eius declaratione, *verſ. aut ſi aliqui*; ac ſumitur ex Felin. *vbi ſup. numer.* 6. *ac* 7. ſic extendi ſolet; *aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales, vel ſpeciales dicta ſedis, vel Legatorum eius litteras impetrauerint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum; quibus omnibus volumus te in aſſecutione dicta Eccleſia anteferri.* Per hanc autem clauſulam, (ſubdit Rebuff. *d. verſ. aut ſi aliqui,*) tolluntur † reſeruationes, & expectatiuæ
459. tam generales, quàm ſpeciales: nam, licèt expectanti deberetur beneficium; tamen Papa vult, vt impetrans præferatur, etiamſi expectans acceptauerit, ſed non fuerit ei facta collatio, quamuis ad inhibitionem per executorem fuerit proceſſum, *cap. tibi, qui, de reſcript. in* 6. & hoc ratione huius clauſulæ, *anteferri*, quæ tollit, inquit, ius ad rem, non in re, *d. cap. pen.* quod incipit, *quodam, de prabend. in* 6. ex quo tamen text. id non colligitur: immo *ibid.* habetur, quòd ex decreto interpoſito ſimul cum dicta clauſula nulla redditur collatio expectanti poſtea etiam ignoranti facta; per quam aliàs ius in re acquiritur, *c. ſi tibi abſenti, & c. pen. eod. tit. & lib.* necnon *c. fin. in fi. de conceſſ. prab. eod. lib.* cum ſimil. neque ita certum eſt, per eam clauſulam iuri ad rem præiudicari: contrarium enim tenet Compoſtellan. & alij *d. cap. cauſam, que de reſcript.* vt refert *ibi* Felin. *num.* 26. *initio, & circa med.* vbi etiam recenſet Rot. hoc ipſum non ſemel ſentientem, dum excipit ſolum caſum iuris ad rem acquiſiti per

accepta

acceptationem vacantis beneficij, quia gratia expectantis omnino non perit, cùm non sit exclusus à gratia pro alia vice sequente; aliàs verò firmat, quòd de iure etiam ad rem non sit cogitatum, nec ei præiudicetur. ex quibus tandem concludit Felin. *d. numer.* 26. quòd & acceptationi, & receptioni præiudicatur per eam clausulam, *anteferri*, quoniam in vtroque casu expectans non frustratur omnino gratia sua, quæ in sequenti vacatione impleri poterit. hoc autem quoad acceptantes intelligit ipse Felin. *d. cap. Capitulum S. Crucis, numer. 6. conclus.* 1. dummodo fuerint protestati, quòd eis fieret prouisio per executorem: & sic non sufficeret sola acceptatio. *num.* autem 7. *conclus.* 2. docet, clausulam, *anteferri*, cum obstantia sibi iuncta, referre se tantùm ad totaliter expectantes, non autè ad illos expectantes, quibus est à Papa collatus Canonicatus, nimirum antea, solámque præbendam expectant. *conclus.* verò 3. tradit, verbum illud, *impetrauerint*, positum in prædicta clausula, *anteferri*, latiùs extensa, importare præteritas impetrationes, non futuras. denique *num.* 8. *conclus.* 4.

460. post Oldr. *consil.* 223. docet, quòd, † si Papa concessit litteras vnionis cedente, vel decedente certo rectore; & vnio facta sit, sed nondum sortita effectum, quia non euenit cessio, vel decessus: impetratio interim facta cum clausula, *anteferri*, non præiudicat vnioni, licèt hodie eueniat vacatio per decessum, quia verba illa, *cedente*, vel *decedente*, posita in potestate vniendi non important conditionem, sed ex nunc habent suum effectum; & ex aliis fundamentis, quæ *ibi* adducit. ac postmodum post

461. eundem Oldrad. *consil.* 324. addit, quòd † clausulæ generales derogantes expectantibus non derogare habentibus clausulam, *anteferri*, nisi de ea fiat mentio. Rebuff. autem *in d. Praxi benefic. part.* 1. *ad reg. de*

462. *non tollen. iur. quæs. glos.* 4. docet, † per secundum mandatum ad alicuius fauorem factum etiam cum clausula, *anteferri*, non tolli primum, nisi Papa derogauerit huic regulæ Canc. *de non tollen. iur. quæsit.* ad quod allegat Card. *consil.* 136. *Factum sic se habet, vacantibus*, &c. Cætera, quæ de hac clausula, *anteferri*, dici possent, petere cuiuis licebit ex Doctoribus à Felin. *vbi sup.* citat. necnon ex Rebuff. *in Concord. Gall. rubr. de mandat. Apost.* §. 1. *glos. in forma*, Vital. de Camban. Cels. Vgon. Iacob. Anton. Marta, Aug. Barbos. & aliis, qui tractatus de clausulis ediderunt.

QVINTA CONCLVSIO. Clausula, *dummodo tempore datæ præsentium non sit in ea specialiter*

463. *aliqui ius quæsitum*, regulariter † tollit tantùm ius ad rem, præseruat autem ius in re: ita post alios Felin. *d. cap. causam, quæ, num.* 26. *circa initium, de rescript.* & Rebuff. *in d. Prax. benefic. part.* 1. *in for. & declarat. non. prouis. super claus. dummodo tempore datæ præsentium*, &c. *numer.* 2. *cum seq.* & Garz. *tract. de benefic. part.* 4. *cap.* 3. *numer.* 19. qui tamen omnes loqui videntur quoad ius ad rem resultans ex acceptatione, de quo *in cap. fin. de conces. præb. in* 6. & latè idem Garz. *d. cap.* 3. *num.* 15. & 16. quoad ius autem ad rem, quod resultat ex electione, vel præsentatione, (iuxta latiùs adducta per Garz. *d. cap.* 3. *num.* 3. *vsque ad* 14.) Felin. *d. num.* 26. *versic. sed Rota*, & Garz. *d. cap.* 3. *num.* 20. *vsque ad* 26. ex nonnullis Rot. Rom. decisionibus, ac Doctoribus, tradunt, illud quoque per dictam clausulam præseruari. quod idem ad effectum reg. Canc. *de iur. quæs. non tollen.* ex iisdem auctoribus, ac decisionibus docet Garz. *d. numer.* 20. in qua reg. Papa pro tempore decernit, ac declarat, suæ intentionis fore, quòd deinceps per quamcumque signaturam, seu concessionem, aut gratiam, vel litteras Apostolicas pro commissionibus, aut declarationibus habendis in casu, etiamsi Motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam ante motam litem à sanctitate sua emanauerint, vel de eius mandato faciendas, nulli ius sibi quæsitum quomodolibet tollatur. Ratio verò discriminis inter vtrumque casum est, quia expectanti, qui solùm acceptauit, sublata prima vacatione manet saluum ius vtendi sua gratia in alia vacatione, neque censetur ei præiudicatum considerabiliter: quæ ratio cessat in electo, vel præsentato, quia in totum, & perpetuò esset excluſus. Pariter ad effectum dictæ clausulæ, ac regulæ considerabile est ius ad rem, quod acquiritur collatario absenti, ante acceptationem, de quo *in cap. accedens, de prabend. & cap. si tibi absenti, eod. tit. in* 6. ita post alios Garz. *d. cap.* 3. *numer.* 25. & 39. *cum tribus seqq.* necnon illud, quod acquiritur per receptionem in Canonicum cum expectatione præbendæ, iuxta *cap. si postquam, & cap. pen. de prab. in* 6. necnon *cap. pen. & vlt. de conces. prab. eod. lib.* sic alios secutus tenet Garz. *d. cap.* 3. *numer.* 26. *ac* 37. qui *numer.* 43. iuncto *num. seq.* hoc ipsum post alios docet de iure ad rem, quod est acquisitum per reseruationem factam pro aliquo de certo beneficio: & *numer.* 45. *cum seq.* de iure ad rem, quod acquiritur per optionem, seu ius optandi. *numer.* autem 47. *vsque ad* 52. idem probat de regressu, vel accessu, quem habet pensionarius ad beneficium pensione grauatum post magnam proteruiam beneficiati in soluenda pensione, & declarationem pensionarij, quòd velit esse locum regressui, vel accessui: & *numer.* 55. *cum tribus seqq.* de regressu, vel accessu ob aliam causam, idque siue ante, siue post vacationem. *numer.* verò 59. *cum seq.* idem tradit de iure ad rem, quod acquiritur ex mandato de prouidendo in forma dignum. Quid autem dicendum sit de iure ad beneficium, quod acquiritur per oppositionem, stante constitutione, seu consuetudine, priuilegio, vel fundatione dante ius opponendi, videndus est ipsemet Garz. latiùs distinguens *d. cap.* 3. *à numer.* 61. *vsque ad* 80. inde inferens *numer.* 81. *vsque ad* 92. ad oppositionem, seu concursum in parochialibus Ecclesus, iuxta decretum Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 18. *de reformat.* & constit. Pij V. quæ incipit, *in conferendis beneficiis*, ab eo hac in re editam. Quoad ius autem in re, ac signanter † de eo, quod per plenam, ac libe- 464.
ram collationem, siue præsenti factam, siue secuta acceptatione collationis absenti factæ, iuxta tract. *in d. cap. si tibi absenti, ac d. cap. pen. de prabend. in* 6. necnon *cap. fin. in fi. de conces. prabend. eod. lib.* cum *ibi* notat. & suis concord. quòd per clausulam prædictam, *dummodo tempore datæ præsentium*, &c. regulariter tale ius præseruetur, non solùm sentiunt plerique relati, & probati à Garz. *d. cap.* 3. *numer.* 20. sed in specie post alios tradiderunt Felin. *d. cap. causam, quæ, numer.* 26. *circa medium, & d. cap. Capitulum S. Crucis, numer.* 16. *ad fin. de rescript.* & Rebuff. *in d. form. ac declarat. non. prouis.* in explicatione huius clausulæ, *numer.* 2. Id autem accipiendum est de collatione valida: vnde, cùm in certo casu *d. cap. si tibi absenti, cap. si postquam, cap. dudum, & cap. pen. de prabend. in* 6. collatio præcedens sit inualida, per huiusmodi clausulam non censebitur præseruata. De qua clausula illud quoque est adnotandum, quod post Card. *consil.* 94. *nobiles viri*, tradit Felin. *in cap. super litteris, num.* 11. *de rescript.* per eam † 465.
tolli omnem surreptionem, quæ posset allegari per tertium prætendentem, rescriptum esse sibi præiudiciale; & non esse opus alia mentione suæ coloratæ possessionis, quia videtur rescriptum concedi sub conditione,

conditione, ſcilicet,vt procedat tunc tantùm,quando per hoc non præiudicatur iuri quæſito alteri: quod idem poſt alios quoad taciturnitatem poſſeſſionis alterius,ſentit Gonz. *ad reg.*8. *Canc.glo.* 15. §. 1. *n.* 67. Cui etiam valde affine eſt , quod poſt Gomeſ. *ad reg.Canc.de iur.quæſ.non tollen. quæſt.*1.*ad fin.* & alios docet Rebuff.loco mox cit. *num.*5.*&* 6.hanc clauſulam, *dummodo*,&c.differre à clauſula,*ſine præiudicio alicuius.* quòd prima facit gratiam conditionalem ; ſecunda verò non : ita , vt in primo caſu , ſi tollatur ius quæſitum , gratia ſit nulla ; ſecus in ſecundo caſu ; quia præiudicium , quod eſt in gratia, non conſideratur : nam hæc verba,ſine præiudicio, intelliguntur de non expreſſo , quia in expreſſo vult alteri præiudicare, *cap.examinata , de confirm. vt. vel inutil. cap.ex tenore , de for.compet.* ſubdit autem Rebuff.*num.*7. *cum ſeq.* prædictam clauſulam , *dummodo* , &c. † apponendam eſſe , haberéque locum etiam in beneficiis vacantibus in Curia ; quoniã Ordinarius poteſt conferre huiuſmodi beneficia poſt menſem à die vacationis,niſi Papa de iis prouideat, *cap. ſtatutum , de prab. in* 6. ſicut & parochiales Eccleſias in Curia vacantes Apoſtolica Sede vacante, ac de quibus Papa ante obitum non prouidit , *cap.ſi Apoſtolica, cod.tit. & lib.* Plura verò de hac clauſula videri poſſunt apud Doct. citat.à Garz. *d.cap.*3. ferè per tot. maximè Gomeſ.*ad d.reg.de iur.quæſ.non tollen. quæſt.* 1. & Mandoſ. *quæſt.* 2. Camban. Vgon. Martam,Barboſ.& alios *in tract.de clauſ.* 466.

Sexta conclvsio. Clauſula , *amoto exinde quolibet illicito detentore* , appoſita in litteris beneficialibus , † quando nulla res iudicata præceſſit, nec fuit negotium diſcuſſum,facit executorem mixtum,& requirit ordinem iudiciarium. ita poſt Abb. & alios *in cap. de cetero* , maximè Felin. *numer.* 9. *& ſeq. de ſentent. & re iudic.* Mohedan. *deciſ.* 7.*num.*5. *de reſtitut. ſpoliat.* Achill. *deciſ.* 6. *numer.* 5. *ſuper reg. Cancell. de trienn.* Gregor. Lopez *ad l.* 51. *glo.* 2. *tit.* 18. *part.* 3. & Marcheſan. *de commiſſion. & reſcript.* 2. *part. cap.* 3. *num.*35. tradit Gonzal. *ad reg.*8.*Canc. glo.*9. §. 1. *in annotat. contra nullit. & attent. in cauſ. benefic. num.* 236. Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.*476. *&* 514. Garz. *d.tract. de benefic. part.*6. *cap.*3. *num.* 48. *& quatuor ſeqq.* ſic intelligens quaſdam Rot. deciſ. faciet autem hæc clauſula merum executorem, ſi præceſſit ſententia contra poſſeſſorem , & commiſſio ſit pro eius executione , vt ſentiunt prædicti Doct. ac Specul. *tit. de ſentent. excommunic.* §. 2. *verſic. quid ſi.* quod idem etiam , quando gratia eſt verificata legitimè, & litteræ non ſunt expeditæ ſub intruſione , vt per hanc clauſulam non retardetur executio litterarum Apoſtolicarum , poſt Ferret. *conſ.* 7. *num.* 12. *ac* 13. docet Gonzal. ſuprà *num.* 237. ſubdens *num.* 268 poſt Lancellot. *d. cap.* 4. *num.* 275. *cum ſeq.* & Caputaq. *deciſ.* 180. ferè per tot. cenſeri pariter merum executorem , vbi ſimul cum dicta clauſula , *amoto* , &c. iuncta eſt illa,*citra vitiũ ſpolij,& attentatorum:* quod etiam poſt alios docet Garz. *d. cap.* 3. *num.* 45. 46. 47. *&* 50. *cum duobus ſeqq.* hoc tamen intelligens, niſi ſimul etiam adſit clauſula , *conſtito de intruſione* , aut ſimilis , quia tunc ante executionem intruſus eſſet citandus. Habet quoque hæc clauſula, *amoto* , &c. illum ſingulatem effectum , vt † ſuppleat defectum taciturnitatis coloratæ poſſeſſionis alterius , quæ alioqui eſſet exprimenda , aliàs gratia eſſet nulla , *cap. cum noſtris , de conceſſ. prabend.* pront per text. *in cap. propoſuit, eodem tit.* probat Rebuff. *in d. ſua praxi beneficiorum, part.* 1. *tit.* ſeu *rubr. forma , & declaratio non. prouiſ. longè poſt med.* §. ſeu *verſ. amoto , exinde* , &c.ac poſt Rot. *deciſ.*38. *&* 69. 467. 468.

de reſcript.in antiq. Fel.*cap.in noſtra,num.*32.*de reſcr.* & alios tradit Gonz.*ad d.reg.*8.*glo.*15.§. 1. *num.*68. Rebuff. autem *ibid.*hoc declarat verum eſſe,ſi appoſita ſit hæc clauſula in litteris principalibus gratiæ; ſecus,ſi tãtùm in litteris executoriis, per *Clem.* 1. *in fi.de prab.*Abb.*d.cap.cum noſtris* , & Gemin. *conſ.*86. ſubdens , quòd nec virtute huius clauſulæ poterit executor amouere de poſſeſſione colorata , niſi aliquis fuerit intruſus, poſt Rot. *deciſ.* 11.*de cauſ poſſeſſ. & propriet. in antiq.* ac Staphil. *tract.de litter.grat. tit. de vi , & effect.clauſ. verſ.vlterius ſciendum eſt.* Apud quem auctorem,necnon Rebuff. *in concord.in form. litter. executor.mand.verbo, contradictores,*ac Doct. *d. cap.propoſuit, & cap.cum noſtris, de conceſſ.præben. & cap. cum vniuerſorum , de rer.permut.* vbi eſt text. atque etiam apud Camban. Vgon. Martam , & Aug. Barboſ. *in ſuis tract. de clauſ.* atque alios de hac clauſula plura videre quis poterit. Nos verò ad reliquas huius quæſt. concluſiones tranſeamus.

Septima conclvsio. In mutatione ſtatus alicuius Eccleſiæ,vel beneficij facienda vel ab Ordinario,ſua,vel ab executore,delegata poteſtate, vbi aliquis ad illam mutationem vocãdus ſit,† non eſt neceſſaria citatio propriè dicta , niſi poſt legitimam partis oppoſitionem , vel contradictionem. Hæc concluſio probatur ex iis,quibus id de alicuius vltimæ voluntatis commutatione docuimus ſuprà *cap.*5. *q.*7. *concl.* 2. poſt vltimam eius limitationem, *verſ.quòd ſi petas* ; necnon *cap.*7. *quæſt.*4. *ſuppoſ.*1. *& concl.*1. ob eam potiſſimùm rationem,quia commutatio vltimæ voluntatis ; (atque adeò etiam huiuſmodi mutatio ſtatus Eccleſiarum,vel beneficiorum, quæ,vt iam ſæpe admonuimus,eſt illius ſpecies;) ex ſui natura eſt quædam gratia, vt etiam per ſe patet; at proceſſus executoris litteratum Apoſtolicarum ſuper ea extraiudicialis eſt ; neque earum executio fines voluntariæ iuriſdictionis excedit, vbi etiam in iiſdẽ litteris adſit clauſula,*vocatis vocandis* , niſi poſt legitimam partis oppoſitionẽ, vel contradictionem. 469.

Octava conclvsio. Vbi in reſcripto, aut alia diſpoſitione ſuper mutatione ſtatus alicuius Eccleſiæ , vel beneficij , vel commiſſionis , aut facultatis faciendi eiuſmodi mutationem adſit clauſula, *vocatis vocandis,* vel *vocatis, quorum intereſt* ; in ea regulariter † citandi , ſeu vocandi erunt , qui ex illo actu lædi poſſunt , aliàs actus nullus erit. Probatur ex iis, quibus ſup. *cap.* 6. *quæſt.*4. *concl.*2. hoc ipſum de commutatione vltimarum voluntatum oſtendimus ; potiſſimùm autem ex eo , quod *eadem quæſt.*4. *ſuppoſ.*2. docuimus, ex prædicta clauſula induci conditionem , & formam ; hac verò non ſeruata corruit actus, nullúſque redditur, *cap.eàm dilecta, de reſcript. & cap. ſuper eo, de offic. delegat.* cum ſuis concordant. 470.

Hinc infertur primò,quòd dum Concil.Trid. *ſeſſ.* 21.*cap.*7.*de reform.* dat Epiſcopis facultatem , vt etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati transferre poſſint beneficia ſimplicia , ſiue iuriſpatronatus, ſiue non ex Eccleſiis , quæ vetuſtate, vel aliàs collapſæ ſint, & ob eorum inopiam nequeant inſtaurari, in matrices , aut alias Eccleſias locorum eorumdem , ſeu viciniorum arbitrio ſuo; atque in eiſdem Eccleſiis erigant altaria , vel Capellas ſub eiſdem inuocationibus ; vel in iam erecta altaria , vel Capellas transferant cum omnibus emolumentis , & oneribus prioribus Eccleſiis impoſitis : omnino ad id ſunt vocandi , ij , qui ex tali actu lædi poſſunt; quoniam *inibi* Concilium diſponit, vt hæc fiant vocatis iis,quorum intereſt.

Infertur ſecundò, quòd dum idem Concil. Trid. *ſeſſ.*7.*cap.*6.*de ref.*decernit, vt illæ vniones perpetuæ

Digitized by Google

beneficiorum, seu Ecclesiarum, quæ à quadraginta annis citrà (hoc est, vsque ad publicationem Concil. Trident. vt sacra Congregatio declarauit,) concessæ, nondum in toto, vel in parte sortitæ sunt effectum; & quæ deinceps ad cuiusuis instantiam fient, nisi eas ex legitimis, & aliàs rationabilibus causis coram loci Ordinario verificandis factas fuisse constiterit, per subreptionē obtentæ præsumantur; ac propterea, nisi aliter à Sede Apostolica declaratum fuerit, viribus omnino careant: ad huiusmodi verificationem vocandi erunt ij, qui ex tali actu lædi possunt; quoniam idemmet Concilium *ibidem* mandat eam fieri vocatis, quorum interest. quod idem ob eandem rationem statuendum est de eo, quod decernitur ab eodem Con. *sess.* 14. *cap.* 13. *circa initium*, vbi mandat Concilio Prouinciali, vt examinet vocatis iis, quorum interest, & diligenter expendat, quásnam Cathedrales Ecclesias propter angustias, tenuitatémque vicinis vnire, vel nouis prouentibus augere expediat, confectaque de præmissis instrumenta ad summum Rom. Pontificem mittat, quibus is instructus ex prudentia sua, prout expedire iudicauerit, aut tenues inuicem vniat, aut aliqua accessione ex fructibus augeat. necnon de eo, quod statuitur in posteriori parte *reg.* 21. aliàs 22. *Cancell.* in qua Romanus pro tempore Pontifex vult, vt semper in vnionibus commissio fiat ad partes: idémque obseruetur in quibusuis suppressionibus, perpetuis concessionibus, dismembrationibus, & applicationibus etiam de quibuscumque fructibus, & bonis Ecclesiasticis, ac etiam in confirmationibus vnionum, singularúmque dispositionum huiusmodi: etenim *ibi* etiam decernitur, vt talis commissio fiat vocatis, quorum interest. Cùm autem prædicta status Ecclesiarum, ac beneficiorum mutatio, de qua nunc agimus, species sit commutationis vltimæ voluntatis, vt paulo antè admonuimus, ac sæpè in hoc cap. docuimus: in hac quoque conclusione admittendæ erunt ampliationes, ac limitationes, quas ad similem conclusionem de vltimæ voluntatis commutatione *d. concluſ.* 2. attulimus: atque illæ potissimùm, non obstante prædicta clausula, *vocatis vocandis*, vel, *vocatis, quorum interest*, in rescripto apposita, nullum necessariò vocandum esse, vbi nullus adsit, qui contradicere possit; de qua *d. quæst.* 4. *suppos.* 2. *post med.* & processum vigore illius clausulæ habitum non esse iudicialem, donec aliquis vocatus compareat, & actui gerendo se opponens contradicat; de qua *eadem quæst.* 4. *concluſ.* 1. *ad fin.* Quibus adde limitationes prioris partis seq. conclusionis.

NONA CONCLVSIO. Vbi etiam in rescripto mutationis status alicuius Ecclesiæ, vel beneficij, aut in quo talis mutatio committitur, non adsit prædicta clausula, *vocatis, quorum interest*, vel, *vocatis vocandis*; † ad huiusmodi mutationem exigitur quidem citatio, seu vocatio illorum, qui ex eo actu lædi possunt, vt iis præiudicet; si tamen illa omittatur, actus quoad vocatos non corruit. Hæc conclusio quoad posteriorem eius partem probatur tum ex *l. de vnoquoque, in princip. ff. de re iudic.* ibi; de vnoquoque negatio præsentibus omnibus, quos causa contingit, iudicari oportet; aliter enim iudicatum tantùm inter præsentes tenet: tum ex aliis, quibus hoc ipsum de vltimæ voluntatis commutatione ostendimus suprà *cap.* 7. *quæst.* 4. *concl.* 3. *circa eius initium*. Prior autem pars huius conclusionis probatur tum ex *d. l. de vnoquoque, in princip. ff. de re iudic.* & aliis iuribus, ex quibus habetur, vnumquemque vocandum esse, dum ille actus geritur, vnde eis lædi potest, per nos adductis *d. quæst.* 4. *suppos.* 3. & *concluſ.* 3. atque hoc cap. 3. *quæst.* 3. *concluſ.* 6. tum à fortiori ex iis, quæ *in duabus superioribus conclusionibus* de necessitate consensus dicemus. tum ex eo, quòd generatim ad vniones Ecclesiarum vel beneficiorum † necessariò vocandos esse eos 472.
quorum interest, tradiderunt Io. de Lignan. & alii *in cap. sicut vnire, de excess. prælat.* Petr. de Peruſ. *tract. de vnionibus Ecclesiar. cap.* 5. *num.* 1. Rebuff. *in prax. benefic. part.* 1. *tit. de vnionib. benefic. numer.* 43. & *ad reg. Cancell. de vnionib. & vnion. confirmat. glos.* 11. *num.* 1. Caccialup. *eodem tract. de vnion. &c. tic.* 6. ad quos etiam se remittit Mandoſ. *super reg.* 22. *Cancell. quæſt.* 8. *numer.* 3. ac post alios Garz. *tract. de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *numer.* 213. & 201. cùm *num.* 202. post alios in specie docuisse ad vnionem vocandos esse patronos siue Ecclesiasticos, siue laicos, ac inferiores collatores, & electores. Tum denique ex eo, quod de reuocatione, seu dissolutione vnionis, vt ad eam vocandi sint, quorum interest, vnionem non rescindi, apertè sentit Petr. de Peruſ. *d. tract. de vnionib. Ecclesiar. cap.* 5. *quæſt.* 1. *num.* 1. & 2. ac latiùs *tract. de reuocat. vnion. cap.* 6. per tot. Ioan. de Lignan. & alij *d. cap. sicut vnire, de excess. prælat.* ope. text. ac Doctor. *in cap.* 1. *ne sed. vacan.* Rebuff. *in praxi benef. part.* 1. *tit. de reuocat. vnion. num.* 26. Azor *Instit. moral. part.* 1. *lib.* 6. *cap.* 29. *quæſt.* 6. Garz. *d. cap.* 2. *num.* 308. Quare vocandus est prælatus, hoc est, Episcopus, vtriusque diœcesis, si beneficium spectet ad duas diœceses, Petr. de Peruſ. *d. cap.* 6. *quæſt.* 6. Rebuff. *d. num.* 26. & Azor *d. quæſt.* 6. per text. *d. cap.* 1. *ne sed. vacan.* & *d. cap. sicut vnire, de excess. prælat.* Similiter vocandus est prælatus, seu rector, qui vtramque Ecclesiam, beneficiúmve obtinet, vt docet Petr. de Peruſ. *d. cap.* 6. *quæſt.* 1. per ea etiam, quæ ipsemet tradit *d. tract. de reuocat. vnion. cap.* 7. *quæſt.* 3. Præterea, si Ecclesia collegiata sit alteri Ecclesiæ vnita, non poterit dissolui vnio non vocatis illis de Collegio, vt probat Petr. de Peruſ. *d. cap.* 6. *quæſt.* 2. Pariter si Ecclesia vnita ante vnionem habebat patronum, is vocandus erit ad dissolutionem vnionis, vt docet Rebuff. *vbi sup. n.* 27. Azor *d. quæſt.* 6. & probat Petr. de Peruſ. *d. cap.* 6. *quæſt.* 3. quia, inquit, reuocata vnione redibit ad eum iuspatronatus, cùm Ecclesia reducatur ad veterem statum, *d. cap. ne sed. vac.* & poterit talis patronus probare legitimas causas coram superiore, quare talis vnio debeat dissolui. Ad hæc, si parochialis Ecclesia sit annexa præbendæ Canonici Ecclesiæ Cathedralis, & pro Ecclesia vnita fit constitutus vicarius; ad dissolutionem vnionis vocandus est tam canonicus, quàm vicarius, vt cōprobat Petr. de Peruſ. *d. cap.* 6. *quæſt.* 4. ac docēt Rebuff. *d. num.* 25. & Azor *d. quæſt.* 6. Insuper si collatio illius beneficij, vniti spectabat ad inferiorem Prælatum, is vocandus erit ad vnionis dissolutionem, vt satis comprobat Peruſ. *d. cap.* 6. *quæſt.* 5. Denique si beneficium vacat, non poterit vnio dissolui nisi dato illi defensore, eóque vocato, vt sentit glos. *d. Clement. in vna* quæ est 2. *de reb. Eccl. non alien. verbo, vocabit*, ac post Ioan. de Lignan. *ibi*, expressè tradit Petr. de Peruſ. *d. tract. de vnion. Eccles. cap.* 5. *quæſt.* 1. *num.* 3. Rebuff. *d. tit. de reuoc. vnion. num.* 13. *cum seq.* & Garz. *d. cap.* 2. *num.* 308. Atque hæ quidem omnes certæ personæ nominatim citandæ erunt; incertæ verò † generatim per edictum, seu proclama generale, vt tradunt Rebuff. *ibid. num.* 27. *cum seq.* & Petr. de Peruſ. *d. cap.* 6. *in fi.* per text. *in auth. si omnes, C. si minor se dixer. abstin. & cap. fin. de elect. in* 6. cum vtrobique notat. & suis concord. 473.

Limitatur autē hæc prior pars cōclusionis primò, vt † rectoris beneficij, seu Ecclesiæ in eius vnione, vel 474.

perpetua

perpetua conceſſione vocatio neceſſaria non ſit, quoniam in eius vita ei non præiudicatur; vt colligitur tum ex *cap. conſultationibus, de donat.* dum *inibi* dicitur, quòd donationes, vel conceſſiones Eccleſiarum, quæ religioſis fiunt locis ab Epiſcopo, vel eius auctoritate, ratæ debent haberi; ita, quòd perſonæ, quæ iam dictas Eccleſias poſſident, ſine ipſorum aſſenſu eis in vita ſua non debeant ſpoliari: tum ex *cap. ad audientiam, il 2. de Eccleſ. ædific.* vbi iuxta communem expoſitionem inuitis Canonicis ex cauſa poteſt Epiſcopus conuertere Eccleſiam collegiatam ſæcularem in regularem, modò ibi, vel alibi eis prouideat de ſufficienti ſuſtentatione: qui autem poteſt inuitis alienare, multò magis, & ignorantibus, & abſentibus poteſt, vt ait Vlpianus IC. *in l. qui poteſt, ff. de reg. iur.* vbi gloſ. *verbo, qui poteſt*, affert concord. & contraria iura diſſoluit: & regulariter ad actum vocandus non eſt, qui ei nequit contradicere; latè Mandoſ. *ad reg. 22. Cancell. quæſt. 8. num. 3.* omnino verò hæc limitatio conſtat ex *Clem. 2.* quæ incipit, *ſi vna, de reb. Eccleſ. non alienand.* vbi decernitur, quòd, ſi vna Eccleſia alteri Eccleſiæ, ſeu dignitati alicui, vel præbendæ per Epiſcopum ſuo conſentiente Capitulo vniatur, aut religioſo loco donetur, ex eo, quòd rector ipſius ad hoc vocatus, vel ſi vacabat, defenſor ei ſuper hoc datus non extitit, nequaquam id poterit impugnari: per quem text. & *d. cap. conſultationibus*, præter gloſ. & Doct. *ibi*, atque alibi ſæpe, Garz. *d. cap. 2. num. 214.* poſt alios docet, ad vnionem ab Epiſcopo faciendam non requiri vocationem, aut conſenſum rectoris beneficij vniendi. Ad text. verò *in cap. dudum*, ſeu *1. eod. tit. in 6.* vbi indicatur neceſſariò vocandum eſſe rectorem beneficij non vacantis; omnino verò decernitur debere vocari defenſorem beneficij vacantis, vbi de illius iuribus, aut bonis alienandis agitur; optimè reſpondet gloſ. ab aliis recepta *d. Clem. ſi vna, verbo, vocatus, & verbo, defenſor*; in vnione, vel conceſſione Eccleſiæ non fieri ei, aut rectori præiudicium; & ex alia parte augeri cultum diuinum, & pauperes ſuſtentari: in alienatione autem iurium, aut bonorum Eccleſiæ præiudicari poſſet illi, aut rectori: & diminutionem beneficiorum prohiberi, *cap. maioribus, & cap. vacante, de prabend. cap. vt noſtrum, vt Eccleſ. benefic. ſin. dimin. conferan. ac d. cap. dudum*, cum *ibi* notat. & ex his patet, vt concludit gloſ. *d. verbo, defenſor, in fi.* quòd ſæpe id, quod minus videtur, eſt maius eo reſpectu, quo itis plus illi reſiſtit ex cauſa. has etiam fere rationes diſcriminis adducunt Caccialup. *d. tract. de vnionib. Eccleſ. numer. 7. ac 14.* & latiùs Petr. de Perùſ. *in ſimili tract. cap. 5. quæſt. 1. & 2.* ſeriè per tot. omnino videndus, cùm opus fuerit. ſubdit autem Garz. *d. cap. 2.* alios pariter ſecutus, *numer. 215.* quòd etiam in vnione facienda per Legatum Sedis Apoſtolicæ non ſit neceſſariò vocandus rector beneficij non vacantis, vel defenſor vacantis, *& numer. 216.* vt neque etiam rector Eccleſiæ vocandus ſit in vnione facienda de aliquo beneficio, vel præſtimonio ſuæ Eccleſiæ. ac *num. 217. cum ſeq.* hoc vtrumque docet procedere etiam in caſibus, in quibus Concil. Tridentin. vult vniones fieri, vocatis quorum intereſt, quoniam hæc verba accipienda ſunt iuxta ius antiquum, cùm aliud non caueatur expreſsè, *ad l. præcipimus, C. de appellat.* cum ſimil. eadémque ratione procedere in vnione facienda ex commiſſione Papæ, vocatis quorum intereſt, vt apertè quoque ſentit Rebuff. *d. gloſ. 11. num. 8. cum duobus ſeqq.* vbi etiam docet non conſiderari, quòd rector potuiſſet illud beneficium reſignare in fauorem nepotis ſui. quamuis in hoc poſteriori dicto Garziæ oppoſitum velle videatur gloſſat. *ad reg. 21. Cancell. verſic. item ſecundo*: in priori autem Fuſc. *de viſitat. & regim. Eccleſ. lib. 2. cap. 26. numer. 11.* pro quibus auctoribus facit præcedens noſtra concluſio.

Limitatur ſecundò hæc eadem prior pars præſentis noſtræ concluſionis, vt plebs † ad vnionem nō debeat vocari; licèt quodammodo videatur eius intereſſe, eáque audiretur, ſi cauſam rationabilem allegaret, quæ impediret fieri vnionem; vt poſt alios docent Rebuff. *d. gloſ. 11. numer. 11. ac 12.* & Garz. *d. cap. 2. numer. 219. cum duobus ſeqq.* Tertiò limitatur, vt in vnione facienda per Legatum, vel ex commiſſione Papæ † neceſſe non ſit vocare Epiſcopum; vt poſt Rip. *lib. 2. reſponſ. 18. numer. 7.* & Gambar. *tract. de offic. & poteſt. legat. rubr. de poteſt. legat. in vnien. num. 114.* tradit, & probat Garz. *d. cap. 2. num. 221. & ſeq.* licèt contrarium in hoc quoad Legatum ſentiat Rebuff. *d. gloſ. 11. num. 1. & 7.* Ægid. Bellam. *deciſ. 512.* ſeu *513.* Caputaq. *deciſ. 350. num. 1. part. 3.* Practicalia Rot. Rom. *cap. de vnionib. num. 12. verſic. circa prædicta.* Zerol. *in prax. Epiſcop. part. 2 verbo, vnio, §. 3.* & Petrus de Perùſ. *d. tract. de vnion. Eccleſ. cap. 5. quæſt. 6.* vbi idem probat † de conſenſu inferiorum prælatorum quoad vnionem faciendam ab Epiſcopo, præcipuè ex *Clement. ne in agro, §. ad hæc, de ſtat. monach.* quod & repetit *in tract. de renocat. vnion. cap. 6. quæſt. 5.* ac poſt alios ſentit Garz. *d. cap. 2. num. 202. & 213.*

475. 476. 477.

Decima conclvsio. In mutatione ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij regulariter requiritur † conſenſus patroni ſiue Eccleſiaſtici, ſiue laici, ac inferioris collatoris, & electorum. Ita in vnione, (quam ſpeciem quamdam eſſe huiuſmodi mutationis ſtatus, iam non ſemel admonuimus,) pluribus Doctoribus, & Rot. Rom. decilionibus relatis docet, ac comprobat Garz. *d. tract. de benefic. part. 12. cap. 2. numer. 202. & 205. uſque ad 210.* ſubdens *num. 213.* contra patronum, aut inferiorem collatorem non præſumi eorum conſenſum, etiamſi is in vnione enuntietur ab Epiſcopo; nam aliàs eſſet in facultate Epiſcopi illis præiudicare, ad *deciſ. 13.* Creſcent. *de probat.* & de patronis, hoc eſt, fundatoribus beneficiorum, & Eccleſiarum, eorúmve heredibus, quòd eorũ conſenſus exigatur, ſatis etiam colligitur ex latiùs per nos adductis ſuprà quoad commutationem quidem vltimarum voluntatum; (cuius pariter ſpecies eſt hæc ſtatus mutatio, de qua nunc agimus, atque adeò ab illa ad hanc arguere licet, iuxta tradita hac ipſa quæſt. *concluſ. 1.*) adductis, inquam, *cap. 7. quæſt. 4. concluſ. 4.* quoad derogationem verò qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum; (à qua hæc mutatio ſtatus nonniſi quoad temporis durationem differt;) ſuprà *cap. præced. quæſt. 7. concluſ. item 7.* & quoad mutationem ſtatus, de qua nunc agimus, ſuprà *quæſt. 5. huius cap.* præſertim *concluſ. 6. ante med. concluſ. 9. in 11. caſu, & ad fin.* necnon *concluſ. 13. caſu 1. 2. 3. 4. 5. & 8.* atque adhuc magis in ſpecie mutationis ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum ſentiunt Calder. Abb. Felin. Dec. & plerique alij *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* vbi etiam tractant de ſuppreſſione beneficiorum; de qua, licèt propriè ſub nomine, ac natura huiuſmodi mutationis ſtatus contineatur, ſeorſim tamen *cap. ſeq.* & quatenus ad materiam conſenſuum in illa requiſitorum attinet *quæſt. 7.* illius cap. agemus. Nunc verò de conſenſu Capituli ad hanc ſtatus mutationem, prout à ſuppreſſione diſtinguitur, requiſito, breuiter in ſeq. huius quæſt. concluſione videamus.

478.

VNDECIMA igitur, & poſtrema CONCLVSIO ſit. Quàuis in mutatione ſtatus Eccleſiarum, aut beneficiorum, quæ à Rom. Pontifice, vel ex eius licentia, ſeu auctoritate fit, † non ſit neceſſarius conſenſus, vel conſilium Capituli Eccleſiæ Cathedralis, in cuius ciuitate, vel dioceſi ſita eſt Eccleſia, vel beneficium, cuius ſtatus mutandus eſt: exigitur tamen in mutatione ab Epiſcopo facienda. Prior pars concluſionis probatur; tum ex *cap. paſtoralis, in fin. de his, quæ fi. à prælat. ſin. conſenſ. Capit.* vbi habetur, Epiſcopum non poſſe concedere monaſterio, ſeu Religioſis Eccleſias parochiales, aut earum obuentiones ſine Capituli ſui conſenſu; niſi id faciat de licentia Rom. Pontificis: tum ex eo, quòd iura, quæ prædicti Capituli conſenſum, vel conſilium in grauioribus Eccleſiæ negotiis exigunt, paulo pòſt in poſteriori huius concluſionis parte citan. loquuntur, cùm Epiſcopus, non autem, cùm Papa aliquid de hiſce negotiis agere, vel diſponere intendit: & vbi etiam Papa in iis iuribus comprehenderetur, adhuc iiſdem non ligatur tamquam ſupremus Princeps, iuxta *l. Princeps, ff. de legibus, l. digna vox, C. eodem tit. & cap. propoſuit, de conceſſ. prebend.* maximè ob ſummam poteſtatem, quam in beneficialibus habet, *cap. 2. de prebend. in 6.* cum ſimil. & in terminis alienationis rerum Eccleſiæ, quòd, ſi ea fiat ex Rom. Pontificis auctoritate, non requiratur conſenſus Capituli, (qui aliàs requireretur, *cap. ſine exceptione, 12. quæſt. 2.* totóque penè *tit. de rebus Eccleſ. non alienand. & de his, quæ fi. à prælat. ſin. conſenſ. Capit.*) tenet poſt alios Redoan. *in tract. de rebus Eccleſ. non alienand. quæſt. 36. numer. 18.* & in vnione facienda per Papam, vel ex eius commiſſione, poſt Nauarr. *conſ. 10. num. 1. de offic. deleg.* tradit Garz. *d. cap. 2. num. 151. & num. 165.* ex Abb. *conſ. 41. num. 3. lib. 1.* & Socin. *conſ. 15. numer. 15. lib. 1.* & eſt optimus text. *in cap. 2. de religioſ. domib.* quamuis in vnione facienda per Epiſcopum ex commiſſione, vel conceſſione Papæ contrarium ſenſerint alij, quos refert Garz. *d. numer. 151.* quorum opinio procedere fortaſſe poſſet, quando per eam commiſſionem, vel conceſſionem ſolùm excitatur iuriſdictio ordinaria Epiſcopi, non autem datur ei iuriſdictio delegata, iuxta text. *in cap. licèt in corrigendis, & cap. pen. de offic. ordin.* cum vtrobique not. de quo tamen videndum eſt quod idem Garz. hac in re tradit *eodem cap. 7. numer. 157. cum tribus ſeqq.* Omnino verò neque requiritur conſenſus Capituli Cathedralis † in vnione facienda per Legatum Sedis Apoſtolicæ, vt poſt Rot. *deciſ. 1. & 2. de offic. legat. in non.* Addit. Ægid. *deciſ. 513.* Caccialup. *d. tract. de vnion. Eccleſiar. art. 6. concluſ. 14.* Petrus de Peruſ. *eodem tract. cap. 5. num. 18.* & alios docet Garz. *d. cap. 2. numer. 150.* licèt contrarium velle videatur Boër. *deciſ. Burdeg. 345. num. 4.* Poſterior † pars huius concluſionis probatur primò ex iis iuribus, in quibus habetur, Epiſcopum non poſſe grauiora negotia abſque Capitulo ſuo peragere, vt *in cap. 1. 3. cap. ea noſcitur*, ac totò penè *tit. de his, quæ fi. à prælat. ſin. conſ. Capit. cap. paſtoralis, de donat. cap. vt ſuper, §. 1. de rebus Eccleſ. non alienand. & cap. 1. eod. tit. in 6.* cum ſimil. ſed quoniam aliqua iura in hoc caſu ſolùm requirunt conſilium, alia exigere videntur conſenſum eiuſdem Capituli, vt latè deduximus ſuprà *cap. 7. quæſt. 4. concluſ. 6. circa initium*: ideo adhibendæ hac in re ſunt diſtinctiones, quas *ibidem* attulimus; ac præcipuè illa de rei Eccleſiaſticæ inferiorum Eccleſiarum alienatione, cuius auctor eſt Epiſcopus ipſe, & illa, cuius rector, vel alius auctor eſt. Secundò probatur ex iuribus, in quibus talis conſenſus Capituli in ſpecie à iure exigitur in nonnullis ſtatus Eccleſiarum, vel beneficiorum mutationibus, vt *in cap. cùm nos, de his, quæ fi. à prælat. ſin. conſ. Capit.* vbi iuxta figurationem caſus, quam *ibi* glos. & Doctor. faciunt, dicitur, conceſſionem Eccleſiæ religioſis ab Epiſcopo factam reclamante ſuo Capitulo, de rigore iuris non tenere, niſi poſtmodum Capitulum eam ratam habuiſſet: & *in cap. ſua nuper, eod. tit.* iuxta communem Doctorum expoſitionem decernitur, non poſſe Epiſcopum ſine conſenſu Capituli ſui concedere Eccleſias baptiſmales vacantes monaſteriis, aliiſve Eccleſiis conuentualibus, etiamſi in Eccleſiis conceſſis habeant iuſpatronatus: & *in cap. ſtatim ſeq.* quod incipit, *parochialis*, pariter habetur, Epiſcopum non poſſe etiam conſentiente patrono cõferre parochialem Eccleſiam, vel eius portionem Religioſis abſque conſenſu Capituli ſui, vel licentia Rom. Pontificis. & ex *cap. paſtoralis, de donat.* conſtat, quòd ad hoc, vt conceſſio, ſeu donatio Eccleſiæ ab Epiſcopo cum patroni cõſenſu Religioſis viris facta ſit legitima, conſenſus Capituli ſui eſt requirendus. ac denique *in Clement. ſi vna, ſeu de rebus Eccleſ. non alienand.* apertè ſupponitur, quòd vna Eccleſia alteri Eccleſiæ, ſeu dignitati alicui, vel præbendæ vniri, aut religioſo loco donari per Epiſcopum non poteſt, niſi ſuo conſentiente Capitulo. per quem text. præter gloſ. receptam *ibi, verbo, conſentiente*, Abb. & alij *in cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat.* ac plerique relati pariter, ac probati à Garz. *d. cap. 2. num. 145.* tradiderunt, in vnione facienda per Epiſcopum, requiri conſenſum Capituli Cathedralis Eccleſiæ. *numer.* autem 157. *uſque ad* 160. contra Nauarr. *d. conſil. 10. de offic. delegat.* & Zerol. *in prax. Epiſcop. verbo, vnio, §. 9.* ex quadam ſacræ Congregat. declaratione, ac Rot. deciſ. docent, id procedere etiam † in terminis decreti Concil. Trident. *ſeſſ. 21. cap. 5. de reformat.* ob verba illa, *iuxta formam iuris*: ſubdens *numer. 161.* hoc decretum procedere ſolùm in vnionibus parochialium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis; ita, vt illa verba, *& in ceteris caſibus à iure permiſſis*, non amplient ſpecies beneficiorum vniendorum, ſed cauſas vnionis, præter paupertatem parochialium *inibi* expreſſam. Quòd ſi Capitulum nolit huic vnioni conſentire, † ad id compelli poterit iuſta ſubſiſtente cauſa vnionis faciendæ; ipſe tamen Epiſcopus ab Archiepiſcopo compelli non poterit ad eam vnionem faciendam, cùm *inibi* Concilium vtatur verbo, *poſſint*; vt bene docet Garz. *d. cap. 2. numer. 111. cum ſeq.* ſicut *num. 162.* rectè tradit, etiam in terminis huius decreti valere conſuetudinem, ne Epiſcopus in vnione teneatur requirere conſenſum Capituli ſui: quod & generatim in vnione ab eodem Epiſcopo facienda ſatis colligitur ex *cap. 3. de conſuet. in 6.* & ipſemet Garz. pluribus relatis contra alios comprobat *d. cap. 2. num. 151. uſque ad 156.* ſimul etiam docens, eam conſuetudinem, ſi ſit ſolùm in vim præſcriptionis, debere eſſe immemorabilem etiam ſine titulo, vel quadragenariam cum titulo; ſi verò propria conſuetudo ſit, hoc eſt, generalis, ſufficere ſolum tempus quadraginta annorum ſine titulo. & in conceſſione Eccleſiæ ab Epiſcopo alteri Eccleſiæ facienda, quòd valeat huiuſmodi præſcripta conſuetudo, tenet Hoſt. *in cap. ea noſcitur, de his, quæ fi. à prælat. ſin. conſ. Capit.* licèt diſſentiat gloſ. *d. Clem. ſi vna, verbo, conſentiente.* qua de re videndus Felin. *in cap. cum cauſa, de re iudic.* idémque, & alij *in cap. audiuis, de præſcriptionibus*, quodque nos tradidimus ſup. *d. cap. 7. quæſt. 4. concl. 6. circa*

479. 480. 481. 482. 483.

6. *circa med.* Potrò non eſt audiendus Lambertin. *tract. de iurepatron. lib. 2. part. 3. queſt. 1. art. 4. num.* 3. dum ait, *tit. de iis, quæ fi. à prælat. ſin. conſ. Capit.* receſſiſſe ab aula, quia Epiſcopi hodie omnia expediunt ſine Capituli conſenſu. nam neque id de facto verum eſt, neque de iure canonico, ſiue Decretalium, etiam extra eum tit. ſiue ſexti, & Clementinarum, ſiue denique Conc. Trident. in pleriſque caſibus expreſsè huiuſmodi Capituli conſenſum requirente. Ibidem autem docuimus, conſenſum Capituli Cathedralis in conceſſionibus Eccleſiarum † 484
poſſe interuenire poſt actum ipſum conceſſionis, præcipuè per text. *d. cap. cùm nos, de his, quæ fi. à prælat. ſin. conſ. Capit.* in verbis paulò antè relatis. quod etiam de vnione poſt multos contra alios tradit Garz. *d. cap. 2. num. 147. cum duobus ſeqq.* ſicut etiam de conſenſu Epiſcopi in prædictis conceſſionibus conſtat ex *cap. cura, & cap. ſuggeſtum, de iurepatron.* in tranſlatione iuriſpatronatus, ex quadam Rot. Rom. deciſ. docet Garz. *d. cap. 2. num. 209.* (quamuis, quòd in hac tranſlatione iuriſpatronatus non ſit neceſſarius Capituli conſenſus, poſt alios tradat, ſatiſque confirmet Lambertin. *d. tract. lib. 3. part. 1. queſt. 2. art. 15. & part. 2. queſt. 1. art. 6.* ferè per tot.) ac regulariter in conſenſu Epiſcopi, ac ſuperioris, quòd interuenire poſſit poſt actum, plerique voluerunt, quos retulimus, ac ſecuti ſumus id declarantes *d. concluſ. 6. circa medium.* vbi etiam oſtendimus pariter id declarantes, tam conſenſum Epiſcopi, quàm Capituli ſufficere tacitum, & ſiue inductum ex facto, ſiue ex taciturnitate, ex Doctor. quos *inibi* allegauimus; quibus nunc addo Garz. *d. num.* 209. ex prædicta Rot. deciſ. tradentem, conſenſum Ordinarij ſufficere tacitum. Idem verò Garz. *d. cap. 2. num.* 146. ex pleriſque Doctoribus, ac nonnullis Rot. Rom. deciſionibus illud docet, quòd, quamuis regulariter in vnione ab Epiſcopo facienda neceſſarius ſit conſenſus Ca- 485.
pituli Eccleſiæ Cathedralis; † non tamen eſt neceſſarius tractatus, qui aliàs in alienatione rerum Eccleſiaſticarum requiritur, *cap. ſine exceptione, 12. quæſt. 2. cap. cùm Apoſtolica, §. 1. & cap. tua nuper, §. alterius, de his, quæ fi. à prælat. ſin. conſenſ. Capit.* necnon *cap. 1. §. quia verò, de rebus Eccleſ. non alienand. in 6.* Præterea ipſemet Garz. *eodem cap. 2. nu-* 486.
mer. 163. vſque ad 167. ſatis probat contra alios, † vnionem Eccleſiarum ab Epiſcopo ſine conſenſu Capituli factam nullam eſſe ipſo iure, etiam non reclamante, neque opponente Capitulo, vtpote non ſeruata forma, & ſolemnitate, quæ non in eius fauorem inducta eſt, cùm de eius præiudicio non agatur, ſed ne vnio paſſim, ac temerè ab Epiſcopo fiat: vnde nullitas hæc opponi poterit à quocumque, cuius intereſt. Cùm autem nemo ſibi auctorizet in facto proprio, *l. 1. & l. pupillum, ff. de auctor. tutor. cap. hinc vſus, 10. quæſt. 2. cap. qui manumittitur, 12. quæſt. 2. & cap. fin. de inſtit.* cum ſimil. meritò *in d. Clement. 2. §. quòd, ſi Epiſcopus,* 487.
decernitur, quòd, † ſi Epiſcopus ſui etiam Capituli accedente conſenſu, menſæ ſuæ, vel ipſi Capitulo aliquam duxerit Eccleſiam vniendam, hoc irritum ſit, & inane, contraria conſuetudine non obſtante. quæ Clement. eſt iuris antiqui declaratiua, vt poſt *glo. ſ. pen.* & Anchar. *ibi*, atque alios tradit Garz. *d. cap. 2. num. 168.* inde poſt multos inferens, in huiuſmodi vnione requiri Papæ auctoritatem. *Num.* autem 169. poſt quaſdam Rot. Rom. deciſ. hunc §. limitat primò non procedere, vbi ea vnio indirectè ſolùm, & in conſequentiam eſſet in vtilitatem Capituli *& num.* 170. *cum ſeq.* limitat ſecundò, vbi vnio fieret alicui dignitati, vel præ-

bendæ Capituli, atque etiam omnibus præbendis diſtinctis non ſimul, ſed ſeparatim, ac diſtinctè vnicuique alicuius beneficij: quinimmo & omnibus ſimul indiſtinctè vnum, aut plura, ſaltem iuxta terminos Concil. Tridentin. *ſeſſ. 24. cap. 15.* in priori eius parte, *de reformat.* cùm non ideo fiat Capitulo, vel menſæ Capitulari. Præterea *d. §. fin.* non procedit in ſuppreſſione, ſeu extinctione alicuius dignitatis, vel præbendæ, vt idem Garz. probat id declarans *d. cap. 2. num. 172. cum quatuor ſequentib.* de quo nos latiùs *cap. ſeq. queſt. 7. concluſ. vlt.* Iam verò, cùm Capituli conſenſus † regulari- 488.
ter non præſumatur, niſi probetur, vt poſt alios docet Garz. *d. cap. 2. numer. 177.* quomodo de eo, aut alia ſolemnitate dicatur apparere, maximè ex poſſeſſione, ac temporis diuturnitate, aut enuntiatione Ordinarij, aut delegati, videri hac de re poteſt Garzias *eod. cap. 2. num. 121. vſque ad 144. & num. 178. vſque ad 189.* vbi etiam latè tractat, an, & quando præſumatur interuenisſe † beneplacitum 489.
Apoſtolicum, vbi neceſſarium erat, vel non, & vbi ex conuentione partium illud impetrandum erat. *Num.* autem 190. *cum duobus ſeqq.* docet, † in 490.
vnione beneficiorum facienda ſeminario ex decreto Trid. Conc. *ſeſſ. 23. cap. 18.* non requiri conſenſum Capituli, ſed ſufficere, ac neceſſarium eſſe conſilium quatuor illorum deputatorum, duorum de Capitulo, & duorum de clero cum Epiſcopo; qui tamen eorum conſilium ſequi non tenetur. (quamuis contrarium in hoc tenendum mihi videatur, tum quòd ita non ſemel declarauit ſacra Congregatio, ac decidit Rot. Rom. ac præſertim nouiſſimè in vna Litteren. Capellaniæ coram Veroſpio: tum quòd cum Conc. in illis deputatis requirat ſolum conſilium; ius autem commune antiquum exigat conſenſum Capituli, non cenſetur voluiſſe Concil. loco huius conſenſus conſilium illud paucorum ſubrogare: & quod non mutatur, cur ſtare prohibetur? *l. præcipimus, in fi. C. de appellat.* maximè cùm iurium correctio ſit odioſa, & quoad fieri poſſit, vitanda, *cap. cùm expedias, de elect. in 6.* Idem autem Garz. *d. cap. 2. num. 193. cum tribus ſeqq.* ſatis probat, hanc vnionem ad ſui validitatem requirere, vt ſeminarium actu ſit erectum, & habeat actu Scholares, & Magiſtros. ſubdens *num. 197. cum duobus ſeqq.* quòd vnione ſemel bene facta ſeminario actu erecto, † non expi- 491.
raret vnio, licèt deſinerèt ibidem poſtea eſſe Scholares, & Magiſtri ad tempus, vt reditus inſumantur in fabricam, ſeu reparationem domus, aut in aliam cauſam, vtilem tamen, vel neceſſariam ipſi ſeminario, vt ipſe arbitror: quod vtrumque colligo ex *d. cap. 18. Conc. verſic. & quia in illis verbis*; & quia ad Collegij fabricam inſtituendam, & ad mercedem præceptoribus, & miniſtris ſoluendam, & ad alendam iuuentutem, & ad alios ſumptus, certi reditus erunt neceſſarij; iunctis iis, quæ paulo pòſt ſequuntur; iidem Epiſcopi cum conſilio duorum de Capitulo, &c. atque illis; necnon beneficia aliquot ſimplicia, &c. huic Collegio applicabunt, & incorporabunt. Atque hæc de præſenti concluſione dicta ſint ſatis.

Nunc autem pro poſtrema huius quæſt. concluſione afferri poſſent quædam notabilia, & regulæ, † 492.
quæ ad praxim mutationis ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum valde conducerent. ſed quoniam tam has, quàm illa facillimè quis colliget ſolis mutatis nominibus ex ſimilibus tam regulis, quàm notabilibus per nos adductis quoad commutationem vltimarum voluntatum ſup. *cap. 7. queſt. vlt.* quoad derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, *cap. præced. queſt. 7.* poſt *concluſ. 9.* ideo

breuitatis gratia ab illis hoc loco referendis, atque ad hanc ipſam ſtatus mutationem, de qua nunc agimus, transferendis, ſeu applicandis ſuperſedentes ad poſtremam huius cap. quæſtionem tranſeamus: illud admonentes, quòd de iis, quæ pertinent ad praxim diminutionis numeri beneficiorum, ſeu prębendarum ob diminutionem reditnum Eccleſiæ, vel quia ij poſtmodum inſufficientes redditi ſint ad eum numerum beneficiorum retinendum, quoniam magis, aut æquè ſaltem concernunt beneficiorum ſuppreſſionem, agemus *cap. ſeq. queſt. 7.* poſt vlt. eius concluſionem.

SVMMÆ RERVM.

493. *Iuriſdictio commiſſarij mutationis ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij per reſcriptum inſtitiæ expirat morte naturali, aut ciuili committentis, quæ re integra interueniat: ſecus ſi re non integra.*

494. *Mutatio ſtatus Eccleſiarum, vel beneficiorum conceſſa per reſcriptum gratiæ vbi gratia facta dici poſſit, non expirat morte concedentis etiam re integra: ſecus vbi gratia ſit adhuc facienda.*

495. *Facultas, ſeu commiſſio mutationis ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij an, & quando expiret per mortem naturalem commiſſarij, & quid in morte ipſius ciuili; numer. 496. & vbi facta ſit commiſſio perſonæ, in qua certa dignitas ſeu qualitas ad commiſſionis validitatem requirebatur, ſeu ipſi dignitati in concreto; vel eidem in abſtracto facta ſit; eaque dignitas vacet; num. 497.*

498. *Iuriſdictio commiſſarij ad mutandum ſtatum alicuius Eccleſiæ, aut beneficij quando in eo expiret per mortem naturalem, aut ciuilem ſubdelegati ab ipſo. & an eadem iuriſdictio expiret in ſubdelegato per mortem naturalem, vel ciuilem ipſius; num. 499. vel ſubdelegantis; num. 500. & 501.*

502. *Mutatio ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij impetrata per reſcriptum inſtitiæ quando expiret per mortem naturalem impetrantis, vel tranſeat ad eius ſucceſſorem. & quid, ſi ea mutatio concedatur per reſcriptum gratiæ, ſeu per modum priuilegij; numer. 503.*

504. *Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij conceſſa per reſcriptum gratiæ, vel inſtitiæ nonnunquam ſuſpenditur, aliquando fruſtratoria redditur, nonnunquam etiam ad alios tranſmittitur per mortem ciuilem eam impetrantis.*

505. *Reſcriptum inſtitiæ ad mutandum ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij quando expiret per mortem naturalem aduerſarij. & quid in eius morte ciuili; num. 506.*

507. *Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij conceſſa per reſcriptum inſtitiæ, aut gratiæ extinguitur per lapſum temporis in ea conceſſione preſtituti. & quid in priuilegio huius mutationis conceſſo ſub aliqua conditione, an ea deficiente ceſſet; numer. 508. & ibi an per mutationem vinculi, ſeu ſtatus, à quo tale priuilegium pendet.*

509. *Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij per modum priuilegij ad inſtar alterius conceſſa an reuocetur, amittatur, vel deſtruatur, reuocato, amiſſo, vel deſtructo exemplari. & an extinguatur per primum eius vſum, ſeu actum; numer. 510.*

511. *Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij conceſſa ad beneplacitum voluntatis concedentis per reſcriptum ſine gratiæ, ſeu inſtitiæ expirat morte concedentis etiam re non integra, & ibi, quid, ſi cum beneplacito iungatur certum tempus.*

512. *Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij an, & quando expiret vbi nullum ei tempus verſum, aut incertum tacitè, vel expreſsè præfigatur.*

513. *Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij, illiuſmodi commiſſio regulariter ceſſat ceſſante eius cauſa finali, non autem impulſiua ceſſante.*

514. *Vnio an ceſſet ipſo iure ceſſante cauſa vnionis, vel ad id requiratur decretum ſuperioris; & ibi quid in diminutione onerum beneficij.*

515. *Mutatio ſtatus Eccleſiæ, aut beneficij non ceſſat, manentibus aliquibus reliquis cauſa finalis ipſius, idémque vbi hæc mutatio eſt mera gratia, & beneficium, num. 516.*

517. *Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij deducta ad vltimatum effectum an, & quando ceſſet ceſſante eius cauſa finali.*

518. *Mandatum, ſeu facultas mutandi aliquem ſtatum Eccleſiæ, vel beneficij mitti executioni non poteſt, ſi ante hanc illius cauſa ceſſet; poterit tamen cauſa renouante. & quid, ſi cauſa ceſſet poſtquam commiſſarius, aut ſuperior ſtatum illum mutauit, ſed ante vltimatum effectum; vel, ſi poſt, is commodè diuiſibilis eſt; num. 519.*

520. *Mutatio ſtatus Eccleſiæ alicuius, vel beneficij deducta ad vltimum effectum ex parte concedentis, & ab eo, cui conceſſa fuit, acceptata, an poſſit ab inferiore, vel ſupremo Principe reuocari; & an in dubio reuocata cenſeatur ea mutatio, vel vnio.*

521. *Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij alicui conceſſa reuocata non cenſetur per poſteriorem mutationem alteri eadem de re conceſſam, niſi de priori mentionem faciat; & qualis mentio ſufficiat, vel requiratur.*

522. *Reuocatio mutationis alicuius ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij quando effectum ſortiatur ſine ea fiat per viam legis, ſiue per reſcriptum, aut aliam diſpoſitionem priuatam.*

523. *Delegatus, aut ſubdelegatus ad mutandum aliquem ſtatum Eccleſiæ, vel beneficij non poteſt ſine iuſta cauſa commiſſionem detrectare, aut ſuſceptam dimittere; & num. ſeq.*

524. *Delegatus renuntians delegationi ſimpliciter, vel ſubdelegando an poſſit iuriſdictionem reſumere.*

525. *Delegatus ad mutandum ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, aut Ordinarius ſi referat, vel remittat negotium ad ſuperiorem an, & quando amittat iuriſdictionem, quam ea in re habebat.*

526. *Delegatus ad mutandum aliquem ſtatum Eccleſiæ, vel beneficij ſi in cognitionem cauſæ ſibi aſſociet tanquam collegam eum, qui tunc ſecum ea in cauſa iuriſdictionem non habet, an & quando amittat huiuſmodi iuriſdictionem, & quid, ſi aſſumat aſſeſſorem, cum non teneatur.*

527. *Delegatus ad mutandum ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij deferēs appellationi, vel renuntians,*

Digitized by Google

nuntians, nullam ſibi in eo negotio competere iuriſdictionem, an quam habebat, amittat, & an ita prononuntians poſſit iuriſdictionem reſumere; & quid in executore.

528. *Recuſatio eius, qui mutaturus erat ſtatum aliquem Eccleſiæ, vel beneficij, an, & quando eius iuriſdictionem extinguat, vel ſuſpendat.*

529. *Compromiſſo pendente ſuper Eccleſia, vel beneficio, aut re ad eius bona, vel reditus pertinente, aut ſuper ea re, in quam facienda eſt mutatio ſtatus illius Eccleſiæ, vel beneficij, aut etiam ſuper ipſa mutatione; quando liceat alteri partium iudicem adire, & aduerſarium ſuum ſuper re compromiſſa conuenire. & quid pendente reductione laudi ſuper aliquo praedictorum lati, vel talis reductionis petitione; num. 530.*

531. *Appellatio interpoſita ab inferiore mutante, aut, cum non debet, mutare volente ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij; iuriſdictionem ipſius ſuſpendet, ac ſecutæ mutationis executionem impediet. & an tollat præſumptionem, quæ eſt pro ſententia; num. 532. quando autem liceat appellare a praedicto mutante; numer. 533.*

534. *Iuriſdictio mutantis aliquem ſtatum Eccleſiæ, vel beneficij, & executio ſententiæ ſuper ea mutatione latæ quando ſuſpendatur, dum huius mutationis nullitas cognoſcitur.*

535. *Renuntiatio expreſſa mutationis ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij ab impetrante facta regulariter ipſam mutationem ita extinguit, vt renuntians amplius illa vti non poſſit. & quid, ſi id, quod renuntiatur, in publicum fauorem inductum ſit, aut renuntians inhabilis ſit ad renuntiandum; num. 536.*

537. *Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij extinguitur quoque per tacitam renuntiationem impetrantis, quæ ex verbis colligitur. idemque in ea tacita renuntiatione, quæ ex actu, ſeu facto aliquo impetrantis inducitur; num. 538. vel ex actu alterius, cui impetrans conſentit; num. 539. & an ex omiſſione, maximè implementi ex parte impetrantis; num. 540.*

541. *Renuntians expreſsè, vel tacitè mutationi ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij an, & quando poſſit, ac debeat redire ad priorem materiam; ita, vt amplius nequeat vti mutatione obtenta.*

542. *Renuntians mutationi ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij non tenetur redire ad priorem ſtatum, donec renuntiatio acceptata fuerit à tertio, cuius ea mutatio interſit, vel ſaltem a ſuperiore, vbi tertium non reſpiciat.*

543. *Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij conceſſa per modum priuilegij, ſeu reſcripti gratiæ quando amittatur, ſeu extinguatur per non vſum. quando per contrarium vſum; num. 544. & quando per abuſum; num. 545.*

QVÆRO igitur OCTAVO, & poſtremò in hoc 11. cap. quibus modis expiret mutatio ſtatus Eccleſiarum, vel beneficiorum.

Poſtquam in præcedentibus huius cap. quæſtionibus de iis egimus, quæ generatim ad huiuſmodi ſtatus mutationem, eiúſque quaſi creationem, progreſſum, & conſeruationem pertinent: reliquum nunc eſt, iuxta eum ordinem, quem initio 9. cap. huius tractatus tam in eo, quàm in tribus ſequentibus capitibus retinendum propoſuimus, vt in præſenti quæſt. ea proſequamur, quæ ad eiuſdem mutationis finem, ſeu reſolutionem ſpectant. quod opportunis ea in re concluſionibus propoſitis, vt *in quæſt. 8. eáque vlt. prad. 9. ac præcedentis 10. capitis* præſtitimus, qua fieri breuitate, ac perſpicuitate poterit, exequemur.

PRIMA ergo CONCLVSIO in hac quæſt. ſit. Quoties mutatio ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij committitur per reſcriptum iuſtitiæ, † iuriſdictio commiſſarij expirat morte naturali, aut ciuili committentis, quæ re integra interueniat: ſecus ſi talis mors eueniat re non integra exiſtente. Quãdo dicatur commiſſio hac in re fieri per reſcriptum iuſtitiæ, conſtat ex iis, quæ de commutatione vltimæ voluntatis quoad hoc tradidimus ſuprà *cap. 6. quæſt. 3. præmiſſ. 2. circa medium*: & quando res integra, vel non integra in huiuſmodi reſcripto cenſeatur, ſumere licet ex latè per nos adductis ſuprà *cap. 8. quæſt. 1. præmiſſ. 3. & tract. de Conſeruat. iudicib. cap. 10. quæſt. 2. præmiſſ. vlt.* 493.

Probatur nunc vtraque pars huius concluſ. quoad mortem naturalem committentis: quia iuriſdictio per huiuſmodi reſcriptum delegata expirat per mortem naturalem delegantis, quæ re integra contingat; ſecus autem ſi eueniat re non integra, vt ex pleriſque iuribus, rationibus, ac Doctoribus oſtendimus *d. cap. 8. quæſt. 1. præmiſſ. 3. & concluſ. 1. circa initium*, maximè verò ex *l. & quia, ff. de iuriſdict. omn. iud. cap. gratum, & cap. licèt vndique, de offic. deleg.* Quoad mortem autem ciuilem delegantis, probatur ex *cap. fin. de offic. legat.* & aliis, quibus *d. quæſt. 1. concl. 2.* idipſum docuimus de commutatione vltimæ voluntatis.

Extendenda verò, ac reſtringenda eſt pariter vtraque pars præſentis concluſionis ex ampliationibus, & limitationibus, quas *d. quæſt. 1.* ad concluſionem primam, & ſecundam quoad vltimæ voluntatis commutationem adhibuimus; iuncto eo, quod *d. concluſ. 2.* tradidimus, idem hac in re ſtatuẽdum eſſe de morte ciuili, quod de naturali committentis. Parique ratione huic materiæ mutationis ſtatus applicandæ ſunt illationes cum ſuis declarationibus, quas *d. concl. 2.* ex ea deduximus quoad mortem ciuilem delegantis, prædictam commutationem; cùm eadem omnino vtrobique militent fundamenta, qualis eſt illatio de Rom. Pontifice renuntiante ſummo Pontificatui, de alio renuntiante alicui dignitat, vel officio, cuius ratione poſſit huiuſmodi ſtatus mutationem committere: item illationes de inferiore tranſlato, depoſito, vel priuato eiuſmodi officio, vel dignitate; necnon de capto ab hoſtibus, bannito, excommunicato, ſuſpenſo, ingreſſo religionem, & ſimilibus.

SECVNDA CONCLVSIO. Commiſſio mutationis ſtatus Eccleſiarum, vel beneficiorum conceſſa per reſcriptum gratiæ, † vbi gratia facta dici poſſit, non expirat morte committentis interueniente etiam dum res eſt integra: ſecus vbi gratia nondum facta dicatur, ſed adhuc facienda. Prior pars huius concluſionis probatur tum ex text. *in cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6. & cap. ſi cui nulla, in 1. reſponſo, de prab. eod. lib.* tum ex aliis fundamentis, quibus eam ipſam reſpectu commutationis vltimæ voluntatis confirmauimus *d. cap. 8. quæſt. 1. concluſ. 3.* in priori eius parte. ex cuius etiam ampliationibus deſumendæ ſunt extenſiones huius eiuſdem prioris partis præſentis concluſ. ac præcipuè, vt procedat etiam vbi huiuſmodi gratia ſolo verbo ſit facta; vel nondum executa; vel ab inferiore conceſſa; vel nondum acceptata: quo tamen poſtremo caſu poterit à ſucceſſore concedentis reuocari. & hæc eſt prior reſtrictio huius prioris partis, quæ reſtrictio comprobatur ex adductis *d. concluſ. 3.* in priori eius 494.

parte *limit.* 1. secunda restrictio erit, vt hæc eadem prior pars non procedat, vbi gratia concessa sit ad beneplacitum concedentis. cuius restrictionis confirmatio patet ex allegatis in eadem priori parte *d. concluſ. 3. limit. 2.* Eadem verò restrictio extendenda, temperanda, ac declaranda est, prout prædictam limit. 2. extendimus, restrinximus, & declarauimus, seu ad duo quæsita respondendo explicauimus. Posterior autem pars huius secundæ conclusionis potissimùm probatur *in d. cap. si cui nulla, in 2. respon. de præb. in 6.* per quem glos. ab aliis *ibidem* approbata *in verbo, moriatur*, ac multi Doct. quos *d. concluſ. 3.* in posteriori eius parte circa initium allegauimus, eam regulam statuunt, vt gratia facienda expiret re integra per mortem concedentis. Quæ regula, atque adeò hæc posterior pars extenditur, vt locum etiam habeat primò in executore dato ad gratiam, quæ facienda adhuc sit. Secundò, vt procedat quoque in morte ciuili concedentis. Tertiò etiam in gratia motu proprio certæ personæ concessa. Denique, vt gratia facienda expiret re integra, non ope exceptionis, sed ipso iure. quæ extensiones comprobantur ex iis, quibus in d. posteriori prædictæ 3. concluſ. parte similes eius ampliationes confirmauimus. ex cuius etiam limitationibus totidem huius posterioris partis restrictiones desumi possunt: ac præsertim illæ, vt non procedat vbi commissio facta sit sub nomine dignitatis, vel ad beneplacitum dignitatis concedentis: nec habeat locum in commissione accessoria gratiæ iam factæ. Quando autem gratia dicatur facta, vel facienda ad illum præcipuè effectum, vt ea non extinguatur interueniente morte concedentis re integra, iuxta prædicta, petendum id est ex latiùs per nos traditis *d. concluſ. 3. à medio vsque ad fin.* ad quem locum remisisse candidum lectorem sufficiet.

TERTIA CONCLVSIO. Per mortem naturalem commissarij mutationis status alicuius Eccle-
495. siæ, vel beneficij † expirat in eo commissio etiam quoad negotia cœpta: per mortem autem illius ciuilem solùm suspenditur commissio, donec commissarius in pristinum suum statum restituatur. Prior pars conclusionis probatur, tum quòd mors naturalis omnia soluit, §. *deinceps, auth. de nupt.* tum ex aliis ad id per nos adductis suprà *cap. 8. quæst. 2. concluſ. 1.* ex qua etiam petendæ sunt huius prioris partis tum ampliationes, ac illa potissimùm, quòd, si duo commissarij dati sint simpliciter, vno eorum mortuo, etiam in collega expirabit delegata potestas; quam ampliationem *ibidem* latè declarauimus: tum illa limitatio, seu declaratio, vt commissio non expiret quoad negotia etiam non cœpta, vbi ea facta alicui sit sub nomine, & contemplatione dignitatis, seu officij ipsius: quòd si facta sit sub contemplatione, ac nomine personæ commissarij, tunc per eius mortem naturalem commissio expiret etiam quoad negotia cœpta. Quando verò commissio dicatur fieri sub nomine, aut contemplatione dignitatis, seu officij, vel potiùs personæ, fusiùs explicatum à nobis fuit *d. concluſ. 1. à medio*, & deinceps, necnon *concl. 2. verſ. limitatur nunc, cum ſeq. & verſ. declaratur nunc.* Posterior autem †
496. pars præsentis concluſ. ex iis probatur, quibus *d. quæſt. 2. concl. 2.* docuimus, quòd, si is, cui commissa fuit vltimæ alicuius voluntatis commutatio, seruus efficiatur, eius iurisdictio non omnino expirat, sed suspenditur dumtaxat, donec commissarius pristinæ reddatur libertati; atque idem proportionabiliter fore statuendum de damnato ad metallum, deportato, bannito, excommunicato, suspenso, ac similibus, donec in pristinum statum restituatur; idque siue tempore, quo huiusmodi mors ciuilis in commissario superuenit, negotium cœptum fuerit, siue non. ea enim omnia fundamenta æquè commissioni mutationis, de qua nunc agimus, ſtatus Ecclesiarum, ac beneficiorum conueniunt: sicut & illud, quod *d. concluſ. 2. ampliat. vlt.* sub finem subiecimus, quid dicendum sit vbi commissio pluribus in solidum facta fuisset, vel cum clausula, quòd si non omnes, duo, aut vnus vestrùm faciat, vel alia simili.

Declaratur nunc hæc posterior pars conclusionis, quòd, † si vacet dignitas, vel officium, cuius ratio- 497.
ne commissa sit certæ personæ mutatio alicuius status Ecclesiæ, vel beneficij; (quia scilicet officium illud, vel dignitas requirebatur solùm in commissario ad commissionis validitatem, & sic ea considerata fuerunt in concreto, seu accessoriè ad subiectum, & personam commissarij, vt *d. quæſt. 2. ſuppoſ. 2.* latiùs explicauimus;) talis commissio personæ facta non expirat in commissario finita eius dignitate vel officio; sed adhuc illa vti potest, atque in negotio procedere: secus si commissio sit realis, hoc est, facta dignitati, quæ in abstracto, & principaliter considerata fuerit à committente, vt *d. ſuppoſ. 2.* explicauimus: tunc enim commissio transit ad successorem. cuius quidem distinctionis, ac declarationis vtrumque membrum satis comprobauimus *d. quæſt. 2. concluſ. 2. verſic. limitatur nunc, cum tribus verſic. ſeqq.* vbi etiam disputauimus, an qualitates requisitæ in delegato Sedis Apostolicæ, seu eius Legatorũ, iuxta *cap. ſtatuimus, in princ.* seu §. 1. *de reſcript. in 6. & Clem. 2. eod. tit.* adesse debeant saltem citationis tempore, vel eas adesse sufficiat tempore commissionis. prædictam verò declarationem, seu limitationem multis modis pariter declarauimus *verſic. cùm igitur, & verſ. declaratur nunc*; quos facilè quisque poterit ad mutationem, de qua nunc agimus, cùm eidem æquè conuenientes sint, accommodare.

QVARTA CONCLVSIO. Per mortem naturalem, & aliquam saltem ciuilem subdelegati à commissario mutationis status alicuius Ecclesiæ, vel beneficij re non integra euenientem † expirat iurisdictio in ipso commissario: secus si ea mors re integra existente contingat. Et quidem, quòd expiret per mortem naturalem subdelegati re non integra, manifestè colligitur à contrario sensu ex *cap. quamuis, de offic. deleg. in 6.* prout quoad vltimæ voluntatis commutationem deduximus sup. *cap. 8. quæſt. 2. concluſ. 3.* vt etiam id ex nonnullorum Doct. auctoritate confirmauimus: ac præterea extendimus, vt procedat, licèt subdelegatus nulliter ob non seruatam mandati formam processisset; ac declarauimus, vt locum non habeat, vbi subdelegatio non in totum facta fuisset. Quòd in delegato non expiret iurisdictio per mortem naturalem subdelegati re integra interuenientem, constat ex *d. cap. quamuis*, cuius verba *inibi* relata hoc apertè, atque in sensu directo probant. Id autem *ibidem* extendimus, vt procedat siue subdelegatio facta sit in totum, siue non, vt quia subdelegans aliquid sibi de iurisdictione reseruauit, ac præsertim facultatem vices suas ad se reuocandi; quo casu non refert, an res sit integra, vel non, vt *ibi* satis probauimus; simul etiam ostendentes, hæc omnia locum pariter sibi vindicare in morte ciuili subdelegati, ob eamdem quoad hoc in vtraque morte rationem. 498.

QVINTA CONCLVSIO. Per mortem naturalem subdelegati ab eo, cui commissa est muta- 499.
tio alicuius status Ecclesiæ, aut beneficij, † expirat in ipso subdelegato, etiam quoad negotia cœpta, potestas ei demandata: per mortem autem ciuilem ipsius ea potestas solùm suspenditur siue quoad negotia

gotia cœpta, ſiue quoad non cœpta. Vtraque pars præſentis concluſionis probatur iiſdem planè fundamentis, quibus vtramque probauimus *concluſ. 3. huius quæſt.* quoad mortem naturalem, aut ciuilem delegati, ſeu illius, cui à primo delegante talis mutatio ſtatus commiſſa fuit. nam eadem ratio quoad hoc militat in ſubdelegato reſpectu ſubdelegantis, quæ in delegato reſpectu delegantis; vnde eadem quoque debet eſſe diſpoſitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap. 2. de tranſlat. Epiſc.* cum ſuis concord. ac regulariter loquendo id, quod ſtatuitur in delegato, ſeruata proportione ſtatuendum quoque eſt in ſubdelegato, ex adductis per nos ſup. *cap. 8. quæſt. 2. concluſ. 4.* quamobrem ex *d. concluſ. 3.* præſentis quæſt. ſumendæ quoque ſunt extenſiones, ac reſtrictiones, ſeu declarationes vtriuſque partis huius concluſionis, cùm eæ omnes vtrique concluſioni æquè conueniant.

SEXTA CONCLVSIO. Per mortem naturalem eius, cui primò commiſſa, ſeu delegata fuit aliqua mutatio ſtatus Eccleſiæ, aut beneficij, re integra contingentem, † expirat in eius ſubdelegato facultas mutandi: ſecus ſi ea mors contingat re non integra. Vtraque pars huius concluſionis probatur ex iis fundamentis, quibus quoad vltimæ voluntatis commutationem *d. cap. 8. quæſt. 2. concluſ. 5.* vtramque firmauimus; potiſſimùm verò ex text. *in cap. licèt vndique, de offic. deleg.* qui cùm generaliter in ſubdelegato loquatur, æquè confirmat præſentem concluſionem: cuius quoad vtramque eius partem duas extenſiones, & vnam declarationem, ac ſeorſim quoad priorem eius partem, tres extenſiones ſumere licet, ex *d. concluſ. 5.* prout eas omnes ad ſimiles illius partes reſpectiuè adhibuimus; & hìc referre, atque ad rem, de qua agimus, transferre conſultò ſuperſedemus, cùm facilè quiſque per ſe hoc facere poſſit. 500.

SEPTIMA CONCLVSIO. Per mortem ciuilem delegati ad mutationem ſtatus alicuius Eccleſiæ, aut beneficij, eam ſubdelegantis †, regulariter non expirat, ſed ſolùm ſuſpenditur in ſubdelegato huiuſmodi commiſſio, cùm ea mors interceſſit exiſtente re integra quoad ipſum ſubdelegatum: ſecus autem re quoad eum non integra, tunc enim neque etiam ſuſpenditur talis ſubdelegatio, ſed poterit ſubdelegatus ipſe proſequi negotium cœptum. Prior pars huius concluſionis probatur diſcurrendo per præcipuas ſpecies mortis ciuilis: quod quia ſuprà *d. cap. 8. quæſt. 2. concluſ. 6.* ſatis quoad commiſſionem commutationis alicuius vltimæ voluntatis præſtitimus, ac fundamenta *ibidem* allata æquè locum habent in prædicta ſtatus mutatione ob eamdē omnino vtrobique militantem rationem; ad eum locum pro huius prioris partis confirmatione candidum lectorem remittimus. Poſterior autem huius eiuſdem concluſionis pars probatur; tum ex *d. cap. licèt vndique, de offic. deleg. & d. cap. quamuis, eod. tit. in 6.* cum vtrobique notat. ex quibus habetur, quòd, quando ſubdelegatus vti cœpit iuriſdictione ſibi demandata, in ipſum ea ita efficaciter transfunditur, vt ampliùs non pendeat à ſubdelegante: tum ex aliis, quibus idipſum de morte ciuili in delegato, quoad primum delegantem tradidimus ſup. hac ipſa quæſt. *concluſ. 1.* & in ſubdelegato reſpectu delegati quoad mortem naturalem in concluſ. ſtatim hanc præcedente: maximè iunctis iis, quæ de æquiparatione mortis naturalis, ac ciuilis adduximus *d. cap. 8. quæſt. 1. in 2. præmiſſ.* ac de æquiparatione delegati, & ſubdelegati *eod. cap. 8. quæſt. 2. concluſ. 4. circa initium.* 501.

OCTAVA CONCLVSIO. Mutatio alicuius ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij impetrata per reſcriptum iuſtitiæ † expirat per mortem naturalem impetrántis interuenientem re integra, hoc eſt, ante tranſmiſſam, & executam citationem: quòd ſi mors re non integra contingat, tunc vſus talis reſcripti tranſit ad ſucceſſorem impetrantis. Vtraque pars præſentis concluſionis confirmatur, ex iis fundamentis, quibus vtramque in huiuſmodi reſcripto ſuper commutatione alicuius vltimæ voluntatis impetrato comprobauimus *d. cap. 8. quæſt. 3. concluſ. 1.* Cùm autem priorem illius concluſ. partem temperauimus, vt non procedat vbi Prælatus etiam nomine proprio expreſſo, nomine tamen, & ad commodum Eccleſiæ tale reſcriptum impetraſſet: vtramque verò partem declarauerimus, vt, ſi materia, ſuper qua reſcriptum eiuſmodi impetratur, non eſt tranſmiſſibilis ad ſucceſſores; tunc reſcriptum expiret per mortem illud impetrantis, nulla facta diſtinctione, an mors euenerit re integra, vel non integra; hæc eadem in prædicta quoque ſtatus Eccleſiæ, aut beneficij mutatione; de qua in præſenti cap. agimus, erunt ſtatuenda; quoniam inter hanc, & vltimæ voluntatis commutationis, cuius etiam, vt iam ſæpe admonuimus, hæc ſtatus mutatio ſpecies quædam eſt, nullam quoad hoc aſſignare poſſumus, aut inuenire congruam diſcriminis rationem. 502.

NONA CONCLVSIO. Vbi mutatio ſtatus alicuius Eccleſiæ, aut beneficij conceditur per reſcriptum gratiæ, ſeu per modum priuilegij; † tunc, ſi quidem ea conceſſio perſonalis ſit, extinguetur cum perſona illam impetrantis; ſin autem realis, tranſmitteretur ad ſucceſſores, ac rem ipſam ſequetur. Vtraque pars huius concluſionis probatur ex iis, quibus ſup. *cap. 8. quæſt. 3. in 1. præmiſſ.* generatim docuimus, priuilegium perſonale cum perſona extingui, reale verò tranſire ad ſucceſſores, ac rem ipſam ſequi; præcipuè ex *l. forma, §. quamquam, ff. de cenſib. l. in omnibus cauſis, la 2. & l. priuilegia, ff. de reg. iur. cap. cum veniſſent, de inſtit.* necnon *cap. priuilegium, de reg. iur. in 6.* ex iis autem, quæ *d. quæſt. 3. in 2. & 3. præmiſſ.* iunctis aliis, quæ *concluſ. 2.* adduximus, facilè quis colliget, quandónam huiuſmodi mutatio ſtatus per modum priuilegij, ſeu per reſcriptum gratiæ conceſſa cenſenda ſit perſonalis quoad eum, cui conceditur, vel potiùs realis: & an in dubio perſonalis, aut realis præſumenda ſit. 503.

DECIMA CONCLVSIO. Per mortem ciuilem impetrantis mutationem ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij conceſſam per reſcriptum gratiæ, vel iuſtitiæ, † nonnunquam ea ſuſpenditur, aliquando fruſtratoria redditur, aliquando etiam ad alios tranſmittitur. Hæc concluſio quoad primam ſui partem probatur ex iis, quibus *d. cap. 8. quæſt. 3. concluſ. 3.* oſtendimus, commutationem vltimæ voluntatis per reſcriptum gratiæ, vel iuſtitiæ impetratam non extingui, ſeu expirare per ſeruitutem impetrantis, ſed ſolùm ſuſpendi, donec is ſimul cum libertate bona, & iura recuperet: idémque dicendum de amiſſione bonorum per delictum ſiue ipſo iure, ſiue per ſententiam condemnationis, ſiue per bannum: ita vt quando ex gratia Principis ille bona, & iura ſua recuperat, ſimul etiam his vti poſſit, ac de iiſdem in iudicio experiri: hæc autem omnia intelligenda eſſe, niſi interim illi, ad quos ea bona, & iura peruenerant, in alium illa tranſtuliſſent, à quo Princeps ipſa nollet auocari: vel alteri iudici, aut executori commiſſio mutationis per aliud reſcriptum facta fuiſſet, coram quo iidem ſucceſſores iam agere cœpiſſent; tunc enim reſtitutus coram eodem iudice, vel executore cœptum iudicium, ſeu negotium proſequi deberet. Quoad ſecundam verò partem hæc 504.

eadem

eadem concluſio probatur ex iis quæ *d.quæſt.3.concl.* 4. adduximus; dum oſtendimus, excommunicationem impetrantis commutationem vltimæ voluntatis per reſcriptũ iuſtitiæ, vel commiſſionem huiuſmodi gratiæ, plerumque illius executionẽ ſuſpendere: eius verò, qui eamdem commutationem impetrauit per reſcriptũ gratiæ, non tamen alicui cõmittens ipſius executionem, ſed per reſcriptum in forma gratioſa, talem commutationem plerumque fruſtratoriam reddere: id quod latè *ibidem* explicauimus, extendimus, teſtrinximus, ac declarauimus. Tertia denique huius concluſionis pars ex iis probatur, quibus *d.quæſt.3.concluſ.* 5. docuimus, vltimæ voluntatis commutationem expirare quidem in ipſo impetrante per eius profeſſionem in Religione à Sede Apoſtolica approbata, ſeruatis ſeruandis emiſſam; ſed ius vtendi illa commutatione in eam Religionem tranſire, ſi ſit bonorum in communi capax; quòd ſi incapax ſit, ad illos tranſire, quibus impetrans bona ſua dederit; &, ſi nulli dederit, tranſmitti ad eius heredes ab inteſtato. cuius 5. concluſionis ſingulis partibus opportunas declarationes *ibid.* attulimus: quas, ſimúlque etiam declarationes prædictæ 3. & 4. concluſionis, quoniam facilè per ſe quiſque videre poteſt, atque ad ſæpiùs memoratam mutationem ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum, ſeu eius mutationis impetrationem transferre, eas hoc loco referre prætermittimus.

VNDECIMA CONCLVSIO. Per mortem naturalem re integra contingentem eius, contra quem generaliter per reſcriptum iuſtitiæ quis impetrauit mutationem alicuius ſtatus Eccleſiæ, vel
505. beneficij, † expirat huiuſmodi reſcriptum; ita, vt per illud conueniri tunc nequeat ſucceſſor illius, contra quam fuit impetratum. Hæc concluſio probatur tum ex *cap. ſignificauit, de reſcript.* vbi deciditur, quòd, ſi conueniendus per clauſulam generalem, (& quidam alij,) cum tempore impetrationis reſcripti adhuc viueret, non fuit ante mortem citatus, non poterit eius ſucceſſor per illud reſcriptum conueniri: tum etiam ex ea generali doctrina, quòd vbi aduerſarius non eſt expreſſus in reſcriptis iuſtitiæ, earum litterarum vigore non poteſt eius ſucceſſor conueniri: quæ doctrina traditur à pleriſque Doct. quos citauimus, ac ſecuti ſumus *d.cap.8.quæſt.3.concluſ.6.* vbi etiam pro conciliatione iurium, quæ hac in re contraria videntur, diſtinctionem quamdam attulimus; ex cuius variis membris, variæ quoque huius concluſionis ampliationes, ac limitationes facile à quouis deſumi poſſunt.

DVODECIMA CONCLVSIO. Per mortem ciuilem eius, contra quem per reſcriptum iuſtitiæ aliquis impetrauit mutationem ſtatus alicuius Ec-
506. cleſiæ, aut beneficij, † numquam illud expirat, ſed nonnumquam ſuſpenditur, donec prædictus aduerſarius in priſtinum ſuum ſtatum reſtituatur. Hæc concluſio probatur: quoniam, quòd ad eam mortem ciuilem attinet, quæ per ſeruitutem incurritur; ſeruus ille, qui per captiuitatem fit, nec de facto, nec de iure poteſt conueniri; nam omnia iura ſaltem reſpectu adminiſtrationis amittit, quæ deinde reuerſus iure poſtliminij recuperat, §. *ſi ab hoſtibus, Inſtit.quib.mod.ius patr.poteſt.ſolu.l.2.ff.de capit.dimin.* ac paſſim *in tit. ff. & C. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* quod idem de ſeruo pœnæ plenè poſtmodum reſtituto, habetur ex *l.2. & 3.ff.de ſent.paſſ.& reſtit.ac l.ſi deportationis, C. eod. tit.* cum aliis per nos allegat. *d. quæſt.3. concluſ.7. circa initium.* quod tamen ex *ibid.* adductis ita temperandum eſt, vt, ſi interim donec captiuus reuertatur, aut pœnæ ſeruus reſtituatur, contra eius ſucceſſorem, vel heredem aliàs futurum, qui bona apprehenderit, aut bonorum adminiſtratorem deputatum vigore alterius reſcripti, vel etiam eiuſdem, vbi cauſa dignitatem, vel officium concerneret, impetrans huiuſmodi reſcriptum cauſam, & inſtantiam fuiſſet proſecutus; tunc reuerſus ille, vel reſtitutus ſtare teneretur iudicio cœpto, vel etiam ſententiæ latæ, ac cæteris per illos legitimè geſtis. Quæ omnia ſtatuenda quoque ſunt in condemnato cum bonorum amiſſione, vel ita bannito, vt bona, & iura ſua amittat; vbi illa recuperet; per ea, quæ *d.concluſ.7.* tradidimus. ex iis autem, quæ *eadem quæſt.5. concluſ.8.* quoad vltimæ voluntatis commutationem adduximus, ſatis colligitur, exiſtente excommunicato aduerſario eius, qui prædictam ſtatus mutationem per reſcriptum iuſtitiæ impetrauit, regulariter non extingui, aut etiam ſuſpendi iuriſdictionem iudicis, quin eam exercere poſſit. Hoc autem *ibidem* multipliciter declarauimus, inde etiam aliqua non inutilia deducentes: quæ ſanè omnia ob eamdem omnino rationem huic mutationi, de qua nunc agimus, meritò applicanda ſunt: ſicut & id, quod *d.quæſt.3. concluſ.9.* oſtendimus, quòd, ſi aduerſarius eius, qui per reſcriptum iuſtitiæ commutationem alicuius vltimæ voluntatis impetrauit, Religionem aliquam approbatam ingrediatur: tunc ante profeſſionem reſcriptum huiuſmodi non ſuſpenditur; poſt profeſſionem autem tranſibit contra eius aduerſarij heredem, vel ſucceſſorem vniuerſalem, ſiue is ſit Religio ipſa, ſiue aliquis alius; & aliquando etiam in ſucceſſorem ſingularem.

DECIMATERTIA CONCLVSIO. Mutatio ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij conceſſa ſiue per reſcriptum iuſtitiæ, ſiue per modum gratiæ, ac priuilegij † extinguitur per lapſum temporis in 507.
ea conceſſione forſan præſtituti. Mutationis autem per modum gratiæ exemplum eſſe poteſt de vnione Eccleſiæ, vel beneficij ad vitam alicuius; vbi ea nunc ex ſpeciali aliqua diſpoſitione iuris, vel hominis fieri poſſit: de qua vnione, cùm æquè, immo & magis pertineat ad ſuppreſſionem beneficiorum, agemus, quod ad hanc rem attinet, *cap.ſeq. quæſt.8. concluſ.13.* Probatur nunc prior huius concluſionis pars tum ex *cap. de cauſis, in princ. l.2. §. ſi & iudex, ff.de iudic. ac l. cùm non eo die, C. quan. prouoc. non eſt neceſſ.* tum ex aliis, quibus ſuprà *d.cap.8. quæſt.4. concluſ.1.* eius vel poſteriorem, vel vtramque ſimul partem comprobauimus: quam eamdem poſteriorem partem *ibidem* poſtea ſemel ampliauimus, ac multis modis limitauimus. quæ omnia huic priori parti præſentis concluſ. æquè conueniunt. Cuius poſterior pars probatur ex iis, quibus priorem, vel vtramque prædictæ primæ concluſ. partem confirmauimus; atque inter cætera, quoniam priuilegium ſeruari debet iuxta id, quod in eo continetur, ac priuilegij tenor in primis inſpiciendus eſt, *cap. parùm & cap. recepimus, de priuileg.* cum ſimilib.

Ampliatur verò hæc eadem poſterior præſentis concluſionis pars primò, vt † priuilegium huiuſ- 508.
modi mutationis conceſſum ſub aliqua conditione tamquam ſub incerto tempore conceſſum deſinat, ac ceſſet, deſinente tali conditione; prout in quolibet priuilegio poſt alios docuimus *d.quæſt.4. concluſ.* 2. vbi etiam ex Suarez *lib.8. de legib. cap.29. num.3.* hoc ipſum plures caſus conſtituendo declarauimus, quos aliunde etiam comprobauimus. Secundò ampliatur, vt huiuſmodi priuilegium mutationis ſtatus Eccleſiæ, ac beneficij expiret, ſeu amittatur per mutationem vinculi, ſeu ſtatus, à quo tale priuilegium tamquã à neceſſaria conditione virtuali, ac generali pendet: prout poſt Suar. *d.c.29. n.6.* idexplicantes, ac plurib⁹ cõfirmantes *d.quæſt.4.concl.3.* declarauimus.

Limitatur

Limitatur autem hæc ipſa poſteriot pars huius
509. concluſ. primò, vt † abrogato, vel quouis modo amiſſo, aut deſtructo exemplari, ad cuius inſtar aliquod priuilegium huius mutationis ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij conceſſum fuit, non ob id priuilegium hoc reuocatum, amiſſum, aut deſtructum cenſeatur: prout generaliter de priuilegiis ad inſtar alios ſecuti tradidimus *ead. quæſt. 4. concluſ. 4.* id quod multis modis extendendum, ac reſtringendum eſt, iuxta pleraſque ampliationes, ac limitationes, quas *ibidem ad d. concluſ. 4.* attulimus. Secundò hæc poſterior pars
510. limitatur, vt mox memorata ſtatus mutatio † non extinguatur per primum eius actum, ſiue vſum; per ea, quæ quoad vltimæ voluntatis commutationem, & in quolibet priuilegio latè adduximus, id quoque multipliciter declarantes, *d. quæſt. 4. concluſ. 5.*

Declaratur nunc vtraque præſentis concluſ. pars
511. primò, quòd † vbi huiuſmodi mutatio ſtatus conceditur à ſuperiore ad beneplacitum ſuæ voluntatis, regulariter expirat iuriſdictio, & gratia, ſeu priuilegium morte concedentis etiam re non integra: ſecus verò, ſi cum beneplacito certum tempus adiungatur. Primum probatur ex *cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6.* cum aliis ad id per nos adductis ſup. *d. cap. 8. quæſt. 1. concluſ. 1. ad fin. & concluſ. 3.* In priori eius parte, *limit. 2.* necnon *quæſt. 2. concluſ. 5.* non longè à fin. quibus etiam in locis id fusè declarauimus. Secundum ex iis probatur, quæ ſatis confirmauimus ſup. *d. cap. 8. quæſt. 4. concluſ. 6.* nimirum, quòd, ſi illud certũ tempus iungatur beneplacito perſonæ concedentis cum copula, *&*, aut ſimili, vtputa dicendo, cõcedimus ad beneplacitũ noſtrum, & ad annũ; vel ad annum, & ad beneplacitũ noſtrum: tunc non expirabit conceſſio morte ipſius concedentis, antequam annus elapſus ſit, & poſt annum etiam durabit, vigente concedente, donec reuocet. Si verò conceſſio facta ſit ad beneplacitum ad annum, ſeu, ad annum ad beneplacitum; tunc expirat per lapſum anni, & ante etiam, ſi concedens moriatur, aut reuocet. denique ſi dicatur, concedo ex beneplacito ad annum, conceſſio durat vſque ad annum, licèt concedens moriatur, non autem vltra annum. Declaratur ſe-
512. cundò, quòd, † vbi tempus aliquod certum, vel incertum prædictæ ſtatus mutationi expreſsè, vel tacitè non præfigatur: tunc, ſi quidem conceſſa fuit per reſcriptum iuſtitiæ, expirat morte concedentis re integra; idémque, ſi conceſſa fuit per reſcriptum gratiæ adhuc faciendæ: ſi verò per reſcriptum gratiæ factæ, ſeu perfectæ, talis conceſſio regulariter eſt perpetua. Quæ declaratio quoad omnes ſui partes ſatis ex iis confirmatur, quibus eaſdem quoad vltimæ voluntatis commutationem comprobauimus *d. cap. 8. quæſt. 4. concluſ. 7.*

DECIMAQVARTA CONCLVSIO. Licèt, quando cauſa, quæ à principio fuit vera, extitit cauſa finalis, vel commiſſionis, vt aliquis ſtatus Eccleſiæ, aut beneficij mutaretur, vel etiam ipſius mutationis,
513. † ſi ea cauſa poſtea ceſſet, regulariter ceſſet quoque huiuſmodi mutatio, vel eius commiſſio: ſecus tamen eſt, ſi illa cauſa fuit tantùm impulſiua. Prior pars huius concluſionis probatur tum ex iuribus, in quibus generatim habetur, ceſſante cauſa ceſſare effectum, vt *in cap. etſi Chriſtus, in fi. de iureiur. cap. cum ceſſante, de appellat. l. adigere, §. quamuis, ff. de iurep. & l. in omni, ff. de adopt.* cum aliis ad id adductis à Tiraq. *in tract. cauſ. ceſſan. ceſſ. effect. in princip.* ſeu ante limitationes, *num. 11.* cum aliquot ſeqq. tum ex iuribus, ac Doctoribus, ex quibus idem Tiraq. *ibid.* probat, effectum ceſſare ceſſante cauſa commiſſionis, *num. 50.* ſeu delegationis, *num. 73. cum ſeq.* ſeu reſcripti, *num. 234.* conceſſionis, *num. 51.* diſpenſationis, *num. 91.* fauoris, *a num. 107. ad 113.* gratiæ, *num. 116.* mandati ad gratiam faciendam, *num. 180.* & priuilegij, *num. 210. vſque ad 218.* & quoad priuilegium, ac diſpenſationem addi quoque ea poſſunt, quæ adduximus *d. cap. 8. quæſt. 5. concluſ. 1. circa initium.* Tum ex eo, quod de ceſſatione vnionis ceſſante ipſius cauſa inter cæteros tradunt Rebuff. *in Praxi benef. part. 1. tit. de vnion. reuocat. n. 1. & 2.* Caccialup. *tract. de vnion. Eccleſiaſt. art. 9. num. 1. 2. & 4.* Petr. de Peruſ. *in tract. de reuocat. vnion. cap. 1. num. 1. & 2.* Io. Azor *Inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 29. quæſt. 4.* ac nouiſſimè Nic. Garz. *tract. de benefic. part. 12. cap. 2. 305. cum ſeq.* qui etiam illud ſentiunt, † non
514. ideo tamen ipſo iure ceſſante cauſa vnionis, eam ceſſare, ſeu reuocari; ſed requiri decretum ſuperioris, & inde tribui iuſtam reuocationis cauſam. Tum denique ex eo, quod de reductione onerum beneficij factæ ob diminutionem reditnum, eam ceſſare auctis denuo iiſdem reditibus docuimus *cap. praced. quæſt. 8. concluſ. 15. poſt medium*, ita tamen, vt non ipſo iure ceſſet, verùm ad id decretum ſuperioris exigatur; prout ſentire videtur poſt alios Lambert. *tract. de iurepatr. lib. 3. quæſt. 6. art. 7. num. 8.* aliàs 10. dum allegant text. qui ad id optimus eſſe videtur, *in cap. fin. de verb. ſignif.* niſi tamen adeſſet clauſula illa ſeu expreſſa conditio, quamdiu reditus beneficij, aut Eccleſiæ aucti non fuerint, iuxta text. *in cap. Abbate, §. fin. de verb. ſignif.* cum *ibi* not. & aliis adductis per nos ſup. *cap. 8. quæſt. 4. concluſ. 2. circa medium, & quæſt. 5. concluſ. 6. verſic. quando vero*, necnon *d. cap. praced. quæſt. 8. concluſ. 15.* non longè à fin. Poſterior pars huius concluſionis probatur, tum quòd ita in diſpenſatione ſentit Suarez *lib. 6. de legib. cap. 20. num. 12.* & expreſsè multis relatis tenet Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 30. num. 7.* quos recenſuimus, ac ſecuti ſumus *d. quæſt. 5. concluſ. 1.* & in priuilegio idem Suar. poſt alios *d. tract. de legib. lib. 8. cap. 30. num. 1. & 6.* tum ex aliis fundamentis, quibus hoc ipſum in vltimæ voluntatis commutatione confirmauimus *d. concluſ. 1.* Quæ autem ſit cauſa finalis, vel impulſiua; & quæ in dubio præſumenda ſit, docuimus ſup. *cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 3.*

Declaratur nunc hæc eadem 14. concluſio, præſertim quoad eius priorem partem primò, vt, † ſi
515. cauſa finalis mutationis huiuſmodi ſtatus Eccleſiarum, vel beneficiorum non omnino ceſſauit, ſed adhuc aliquæ eius reliquiæ remanſerunt, non extinguatur ipſa mutatio. ita in priuilegio tenet *gloſ. 1. in cap. decet*, & *ibi* Dyn. *num. 3. & 4. de reg. iur. in 6.* cum aliis ad id citat. à Tiraq. *d. tract. cauſ. ceſſan. limit. 16. num. 1. vſque ad 8.* & in diſpenſationibus multi, quos ſequitur Sanchez *d. diſp. 30. num. 8.* vbi etiam id latiùs confirmat, & extendit, vt locum habeat, licèt reliquiæ illæ remanentes non ſufficerent ad conceſſionem ab initio faciendam: atque in dubio, an omnino ceſſauerit cauſa diſpenſationis, eam validam fore iudicandam. Pro quibus omnibus ad hanc declarationem pertinentibus plura adduximus ſup. *d. cap. 8. quæſt. 5. concl. 2.* quæ ſi lubet, videas. Secundò declaratur, vt † huiuſmodi ſtatus mutatio,
516. quæ non aduerſatur iuri communi, neque alterius iuri præiudicat, ſed eſt merum beneficium, & gratia manans à concedente; (vtputa ſi fundator ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij eidem ſtatui clauſulam illam, aut ſimilem adieciſſet, in ſtatum huiuſmodi mutare ſuperiori pro tempore viſum fuerit:) proculdubio non ceſſet, licèt poſtmodum eius cauſa etiam finalis ceſſet: prout in quouis huiuſmodi priuilegio probat Suarez *d. cap. 30. num. 2.* præcipuè ex *cap. decet, de reg. iur. in 6.* & in qualibet gratia eſt opt. text. *in cap. ſi cui nulla, in 1. reſpon. de præb. eod. lib.* ex quibus,

&

& aliis idipsum de vltimæ voluntatis commutatione tradidimus *d. quæst. 5. conclus. 3.* Denique declaranda est hæc conclusio ex iis, quæ in seq. dicemus.

DECIMAQVINTA CONCLVSIO. Quando mutatio alicuius status Ecclesiæ, vel beneficij deducta est ad actum vltimatum, seu consummatum effectum, qui in vnica actione siue petentis, siue con-
517. cedentis consistit; † tunc cessante mutationis causa non cessat ipsa mutatio. Ita in quouis tali priuilegio docet, ac latè tuetur Suarez *d. cap. 30. num. 3. & 4.* præcipuè quia tunc priuilegium iam transijt; quare cessare non potest. ex quo, & aliis hoc ipsum quoad vltimæ voluntatis commutationem docuimus *d. cap. 8. quæst. 5. concl. 4.* vnde etiam petendæ sunt huius conclus. tum ampliationes, atque illa potissimùm, vt procedat quoque in actu inchoato, qui habetur pro perfecto; & illa, vt conclusio locũ etiam habeat in actu non consummato, qui consequatur ex perfecto, & consummato; ac denique illa, vt procedat quoque in actibus futuris, qui commodè separari, ac diuidi nequeunt ab actu consummato: tum etiam limitationes; nimirum illa, nisi ipsa status mutatio, vel eius effectus haberet illam conditionem expressam, vel tacitam, subsistente, seu durante tali causa; & illa, vt conclusio non habeat locum in causa essendi, quæ est materialis, & formalis, aut in causa efficiente, quæ non modò producit, sed & conseruat; ac tandem illa, vt non procedat vbi actui præterito etiam consummato superueniat causa infirmans, seu retrò contraria. quas omnes limitationes satis explicantes comprobauimus *d. conclus. 4.* Ex *conclus.* autem quinta *prad. 5. quæstionis*, declaratur præsens con-
518. clusio primò, quòd, † licèt vbi mandatum, seu facultas mutandi aliquem statum Ecclesiæ, vel beneficij à superiore emanauit ex legitima causa tunc subsistente, si causa cessauit ante executam à commissario mutationem, cesset etiam vsus talis facultatis, neque eius vigore possit actualis mutatio validè, aut iustè fieri: tamen, si ea causa rediret, tunc ea commissio executioni demandari potest. Secundò ex *d. quæst. 5. conclus. 6.* declaratur præsens conclusio, quòd, licèt
519. probabile sit, † cessante causa prædictæ mutationis postquam commissarius, aut superior illum statum mutauit, antequam ea vltimatum effectum sortiatur; vel, si hunc sortita fuit, is commodè diuidi potest, ipsam mutationem in posterum non cessare: probabilius tamen est, eam in vtroque casu cessare. Quamuis vtraque opinio aliquarum distinctionum fœdere conciliari inuicem valeat, quas *d. conclus. 6.* hæc omnia latius explicantes, ac comprobantes retulimus; nonnulla quoque notabilia subijiciendo, quæ huic status mutationi, de qua nunc agimus, æquè conueniunt. atque inter hæc illud est, quid interfit, quòd cessante causa gratiæ, seu priuilegij, cesset ipsius effectus ipso iure, vel medio hominis ministerio, seu actione.

DECIMASEXTA CONCLVSIO. Licèt in-
520. ferior supremo Principe † nequeat mutationem status Ecclesiarum, aut beneficiorum ad vltimum effectum ex parte concedentis deductam, & ab eo, cui concessa fuit, acceptatam regulariter etiam ex causa reuocare: id tamen ex causa ipse supremus Princeps poterit. Hæc conclusio quoad priorem partem ex iis probatur, quibus hoc ipsum de vltimarum voluntatum commutatione tradidimus sup. *d. cap. 8. quæst. 6. concl. 1.* quam duobus modis declarauimus, qui huic pariter priori præsentis concl. parti adaptantur; horum alter est, vt ea non procedat vbi inferior habuisset à Principe facultatem præiudicandi iuri subditi ipsi Principi. alter, vt possit inferior etiam propria auctoritate illud facere ad tempus. Posterior pars huius conclus. probatur ex iis, quibus idem met in vltimæ voluntatis commutatione docuimus *d. quæst. 6. conclus. 2.* quæ sanè fundamenta æquè locum habent in ea, de qua nunc agimus, status mutatione, prout etiam tam ampliationes, quàm limitationes, quas ad prædictam 2. conclusionem adhibuimus. Vtraque verò pars præsentis conclusionis declaratur, quòd huiusmodi status mutatio perfecta, & consummata quoad vltimum actum ex parte concedentis, & per eum acceptata, qui illã impetrauit, siue ab inferiore, siue à supremo Principe concessa fuerit, in dubio non censetur reuocata, prout in priuilegiis latiùs ostendimus *d. quæst. 6. conclus. 5.* eam multis modis ampliantes, ac limitantes, quos facilè quisque poterit huic declarationi applicare. & in vnionibus, quæ sortitæ sunt effectum, vt ex non censeantur reuocatæ, apertè colligitur ex Trid. Conc. *sess. 7. cap. 6. sess. 24. cap. 13. & sess. 25. cap. 9. vers. insuper accessiones, de reform.* per vniones verò Ecclesiarum, seu beneficiorum, eorum statum mutari nemo iure inficiari potest, & aliàs non semel admonuimus. immo quoad vniones, annexiones, incorporationes, suppressiones, extinctiones, applicationes, & dismembrationes etiam perpetuas, quæ suum sortitæ sunt effectum, quòd non censeatur Papa velle reuocare, quin etiam aliquas earum, quæ non sunt sortitæ effectum, constat ex *reg. 12.* aliàs *13. Cancel.* quam *cap. seq. quæst. 8. conclus. 16.* ponderabimus, simul cum prædictis tribus Conc. Trid. decretis.

DECIMASEPTIMA CONCLVSIO. Per posteriorem mutationem status alicuius Ecclesiæ, aut beneficij eadem de re alteri concessam, quàm ei, qui priorem impetrauit, † ipsa prior reuocata non 521.
censetur, nisi in posteriori eius mentio fiat. Probatur hæc conclusio, quoniam ita in priuilegiis tenet *glos. 1. & 2. circa med. in cap. 1. de rescript.* quam sequuntur alij, ex quibus nonnullos citauimus sup. *d. cap. 8. quæst. 6. conclus. 4.* præcipuè per text. *in cap. venient, de præscript.* Ex cuius quartæ conclusionis ampliationibus, ac limitationibus ampliari quoque, ac limitari debet præsens cõclusio. Quæ etiam ex eo, quod *d. quæst. 6. conclus. 5.* tradidimus, limitanda est, vt ad reuocationem prioris huiusmodi mutationis status, regulariter sufficiat, quòd in posteriori dispositione, quæ ad alterius à primo impetrante fauorem emanauit, adiiciatur illa clausula generalis, *non obstantibus quibuscumque mutationibus status huius Ecclesiæ, vel beneficij alteri hac in re concessis*; quod tamen *d. conclus. 5.* temperauimus, vt locum non habeat, vbi prius priuilegium esset concessum piæ causæ, vel insertum in corpore iuris, vel habeat clausulam derogatoriam ad futuras similes concessiones; vel concessum fuisset titulo oneroso.

Declaratur præterea hæc conclusio, vt † reuoca- 522.
tio prædictæ mutationis, cùm fit per viam legis, effectum suum sortiatur eo tempore, quo lex solet obligare: cùm autem fit ab homine per rescriptum, aut aliam priuatam dispositionem, non antea effectum habeat, quàm ad eius notitiam perueniat, cui fuerat concessa mutatio. Cuius declarationis vtrumque membrum ex iis comprobatur, quibus vtrumque in vltimæ voluntatis commutatione satis confirmauimus *d. quæst. 6. concl. 6.* vbi etiam quoad prius membrum vidimus, quando incipiat lex obligare; quoad posterius tradidimus, qualiter facienda sit talis reuocationis intimatio, seu quænam eiusdem notitia exigatur.

DECIMAOCTAVA CONCLVSIO. Is, cui per delegationem, aut subdelegationem commissa fuit alicuius status Ecclesiæ, vel beneficij mutatio, † 523.
non potest sine iusta causa cõmissionem detrectare, aut

Digitized by Google

aut ſuſceptæ renuntiare. Hæc concluſio quoad delegatum reſpectu quidem ſuſcipendæ delegationis, probatur ex *l. prætor*, aliàs *prætor*, §. ſeu *verſic. qui autem, ff. de vacat. & excuſ. muner. l. fin. §. indicandi quoque, ff. de muner. & honor.* ac pleriſque aliis iuribus, ac Doctoribus, quibus idipſum in quauis delegatione tradidimus ſup. *cap. 8. quæſt. 7. concluſ. 1. circa initium*: vbi etiam oſtendimus, id ſaltem de iure canonico ita fore accipiendum, vt non ſubditus ad delegationem ſuſcipiendã compelli non poſſit; maximè per text. *in cap. 1. de for. compet. in 6.* reſpectu verò iam ſuſceptæ delegationis, quòd delegatus ei nequeat ſine iuſta cauſa renũtiare, probatur ex text. *in cap. prudentiam, §. adiicimus, & cap. paſtoralis, in princ. de offic. deleg.* cũ aliis ad id per nos alleg. *d. concl. 1.* paulo poſt initium. quod tamen multis modis declarandũ eſt, quibus id declarauimus *eadem concl. 1. circa medium*; illud quoque inter cætera *inibi poſt med.* explicantes,
524. † an delegatus renuntiãs delegationi, ſiue ſimpliciter ſiue ſubdelegando, iterũ poſſit iuriſdictionẽ poſtmodum aſſumere. de quo etiam aliquid diximus *eadem quæſt. 7. concl. 2. ad fin.* Quoad ſubdelegatũ autẽ, quòd ſine iuſta cauſa nequeat, aut ſubdelegationem recuſare, aut eam ſuſceptam dimittere, ſatis probatur ex adductis *d. concluſ. 2.* vbi etiam primum ex his dupliciter extendimus, ac reſtrinximus: & poſtmodum oſtendimus, ex iuſta cauſa tam delegatum, quàm ſubdelegatum poſſe ſiue commiſſionem non ſuſcipere, ſiue ſuſceptam dimittere; præcipuè ex *l. pen. ff. de vacat. & excuſat. muner. cap. ſciſcitatus, de reſcript. cap. ſi pro debilitate, cap. paſtoralis, in princ. & cap. prudentiam, §. adiicimus, de offic. deleg.*

DECIMANONA CONCLVSIO. Is, cui commiſſa fuit mutatio ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel
525. beneficij, † referendo, ſeu remittendo negotium ad committentem, ſeu ſuperiorem, amittit iuriſdictionem ſibi circa illud commiſſam. Quæ concluſio ſatis comprobatur ex *cap. licèt, de offic. legat.* vbi Rom. Pontifex definiuit, quòd ex quo Legatus Sedis Apoſtolicæ retulit cauſam, ſeu negotium Papæ, non poteſt amplius de eo cognoſcere: quod etiam conſtat ex aliis iuribus, ac Doctoribus adductis ſup. *d. cap. 8. quæſt. 7. concluſ. 3.* ex quibus pariter habetur inter cæteras extenſiones, hoc procedere quoque in omnibus ſpeciebus relationis *ibidem* relatis; ac ſignanter non modò vbi quis procedit ex commiſſione ſibi à Papa, alióve ſuperiore facta; ſed & cùm ordinaria, & propria, publica tamen auctoritate de cauſa illa, ſeu negotio cognoſcit. Reſtringitur autem, ſeu declaratur præſens concluſio pluribus modis, quibus prædicta tertia concluſio à nobis declarata fuit, ac potiſſimùm, vt nouo iure Authenticorum cauſa iam perfectè ab inferiore examinata referri ad ſuperiorem non poſſit, ſed ab ipſo inferiore ſententia debeat terminari. deinde, vt poſt ſententiam ab eo latam, per eundem fieri nequeat relatio in cauſa ciuili: ſed neque in cauſa criminali, niſi cùm agitur de exequenda pœna deportationis. ac tandem, quòd, ſi partes relationem non approbauerint, ſed conſenſerint, vt, non obſtãte pronuntiatione, vel promiſſione de negotio referendo, iudex iterum cognoſcat; poterit ante factam relationem procedere; immo & poſt eam factam, prius tamen, quàm à ſuperiore admittatur; dummodo in id partes conſenſerint, vt *ibidem* oſtendimus.

VIGESIMA CONCLVSIO. Si commiſſarius mutationis alicuius ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij in cognitione cauſæ commiſſæ aſſociet ſibi tamquam collegam eum, qui tunc ſecum ea in cauſa iu-
526. riſdictionem non habet, † expirat huiuſmodi commiſſarij iuriſdictio. Hæc concluſio probatur, quia id generaliter in delegato tradit gloſ. ab aliis approbata *in cap. ſignificantibus, verbo, procedere non debere, de offic. deleg.* per text. *in cap. cùm ſuper, eod. tit.* vbi iuxta intellectum gloſ. & aliorum *ibi*, deſumptum ex integra Decretali deciditur, quòd, ſi duo ſint delegati cum clauſula, *ſi ambo non poteſtis*, vno eorum ex legitima cauſa recuſato, & interpoſita per recuſantem appellatione ob non admiſſam recuſationem, alter ſolus poteſt, ac debet procedere; neque tenet proceſſus, ſi is cum recuſato procedat. Quin etiam circumſcripta recuſatione ob ſolam quoque legitimam appellationem interpoſitã ab vno ex delegatis cum prædicta clauſula, (tunc ſolo procedente ob alterius impotentiam, vel noluntatem, iuxta *d. cap. prudentiam, §. adiicimus, cum ſeq. de offic. deleg.*) ſi alter poſtea ceſſante impedimento procedere volens, ad huiuſmodi proceſſum admitteret collegam, à quo appellatum fuerat, nulliter procederet; per text. *in d. cap. cùm ſuper*, prout nunc eſt in compilatione Decretalium, cùm illam recuſationis, ſed ſolius appellationis mentionem faciat: ac per alia ad id per nos adducta *d. cap. 8. quæſt. 7. concluſ. 4.* ex cuius quatuor limitationibus *ibidem* ſufficienter confirmatis totidem huius concluſionis limitationes deſumi debent. Prima, vt locum non habeat, vbi à principio commiſſario competeret iuriſdictio in ſolidum. Secunda, vbi is ſciebat ſe ſolum poſſe procedere, & ad cautelam dumtaxat, id proteſtando, cum altero procedit. Tertia, ſi error ſit in facto, non autem in iure. Quarta, & poſtrema, vt concluſio non habeat locum quoad aſſumptionem aſſeſſoris, etiam in caſu, quo ad eam delegatus non teneatur; id, quod quando eueniat, fuse *inibi* explicauimus.

VIGESIMAPRIMA CONCLVSIO. Si commiſſarius mutationis alicuius ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij defert appellationi à ſe interpoſitæ, aut pronuntiat, nullam ſibi in eo negotio competere iuriſdictionem, † huic ita renuntiare cenſetur, vt, 527.
ſi quam habebat, amittat; ideóque ea expirat. Prior pars huius cõcluſionis probatur ex illa regula, quam generaliter in delegato tradit gloſ. ab aliis approbata *cap. in litteris, verbo, officio ſuo functus, de offic. deleg.* ex text. *in cap. ſæpe, & cap. interpoſita, §. eidem, de appellat.* melior verò ad id text. eſt *in cap. dilectis filiis, §. præterea, eod. tit.* optimus autem *in cap. cum appellationibus, eod. tit. lib. 6.* ex quo pariter deſumitur illa prædictæ regulæ extenſio, vt etiam deferens friuolæ appellationi à ſe abdicet iuriſdictionem. quam quidem extenſionem tribus modis reſtrinximus *d. cap. 8. quæſt. 7. concluſ. 5.* Poſterior autem pars præſentis concluſionis probatur tum ex text. *in cap. ſignificantibus, de offic. deleg.* vbi iuxta communem expoſitionem decernitur, quòd, ſi delegatus pronuntiauit ſe iuriſdictionem non habere, ipſam etiam de conſenſu partium non reaſſumit. tum ex eo, quòd iudex, ſiue bene, ſiue malè pronuntiando functus eſt officio ſuo, *l. iudex, poſteaquam, ff. de re iud. cap. in litteris, & cap. venerabili, de offic. deleg.* cum aliis per nos adductis *d. quæſt. 7. concl. 6.* quam extendimus primò, vt pronuntians, ſe non habere in eo negotio iuriſdictionem, eam reaſſumere non poſſit etiam de conſenſu partium. Secundò, vt procedat ſiue iudex bene, ſiue malè pronuntiauerit. Reſtrinximus autem præcipuè in executore, qui pronuncians ſe non eſſe executorem, non ideo à ſe abdicat ea in re poteſtatem, per *cap. dilectus, il 3. de prabend.*

VIGESIMASECVNDA CONCLVSIO. Propoſita legitima cauſa recuſationis inferioris, qui ſtatũ alicuius Eccleſiæ, vel beneficij mutaturus erat, ſiue is Ordinarius ſit, ſiue delegatus; ſed ea cauſa 528.
intra debitum tempus non probata; † ex tunc ſua

iurisdictione vti potest. ipsa verò causa legitimè probata, recusatus de recusatoris assensu negotium personæ idoneæ committere debet, vel ad superiorem transmittere; vt in eo ipse procedat secundùm quòd fuerit procedendum. Prior pars conclusionis probatur ex *cap. secundo requiritur, §. 1. & cap. cum speciali, in princ. de appellat.* iuncto *cap. legitima, eod. tit. in 6.* quæ iura cùm indistinctè de iudice loquantur, tam de ordinario, quàm de delegato intelligenda sunt, arg. *cap. Romanorum, 19. dist. & l. 3. ff. de offic. præsid.* cum simil. Posterior pars conclusionis probatur; quoad Ordinarium quidem ex *cap. licèt ex suscepto, de for. compet.* vbi de remissione ad superiorem, iuncto *cap. si quis contra, eod. tit. & cap. ad hæc, il 3. de appellat.* vbi de commissione causæ de partium consensu; cum aliis adductis *d. cap. 8. quæst. 8. conclus. 1.* paulo post initium. Quoad delegatum verò probatur ex *d. cap. cum speciali, in princ. & cap. index, de offic. deleg. in 6.* vnde etiam eadem pars declaratur; prout *in d. concl. 1.* vtrumque latè deduximus: illud præterea satis confirmantes, subdelegatum, si datus, vel receptus non sit, de partium consensu, posse ab earum altera recusari: idque siue subdelegatio in totum facta sit, siue non in totum, sed aliquid reseruando de iurisdictione: ac delegatum subdelegantem non in totum posse, non obstante quoque recusantis taliter subdelegatum appellatione, de principali causa cognoscere, nisi & ipse delegatus ex legitima causa recusetur.

Hæc autem tota conclusio declaratur, vt processus, sententia, & alia gesta per Ordinarium, vel delegatum mutantem alicuius Ecclesiæ, vel beneficij statum post eius legitimam recusationem, si per recusatorem fuerit ab eius reiectione appellatum; vel vbi negotium per superiorem legitimè fuerit auocatum, & quoad delegatum, vbi is, qui de suspicionis causa cognoscit, eam legitimam esse pronuntiauerit, nullius sunt roboris, vel momenti: aliàs ipso iure valida sunt. Quæ declaratio quoad omnia sua membra satis explicata, & comprobata manet ex iis, quæ *d. quæst. 8. conclus. 2.* adduximus; vbi etiam alia pleraque subiecimus, ex quibus tam illa, quàm præsens conclusio declaratur, maximè quoad probationem propositæ causæ suspicionis.

VIGESIMATERTIA CONCLVSIO. Pendente compromisso super Ecclesia, vel beneficio, aut re ad eius bona, seu reditus pertinente; aut super ea re, in quam facienda est mutatio status ipsius Ecclesiæ, vel beneficij, aut etiam super ipsa mutatione: licebit alteri partium, soluta priùs pœna compromisso adiecta, adire Ordinarium, vel delegatum habentem facultatem ad huiusmodi mutationem faciendam, & aduersarium suum super re compromissa conuenire. Tota hæc conclusio probatur ex iuribus, ac Doct. quibus hoc totum quoad vltimæ voluntatis commutationem docuimus sup. *d. cap. 8. quæst. 8. conclus. 3.* ex cuius ampliationibus, ac limitationibus, seu declarationibus totidem ampliationes, ac declarationes præsentis conclusionis ob eamdem omnino rationem desumendæ sunt.

Sed & præterea principaliter declaratur hæc ipsa
530. conclusio, quòd † pendente reductione laudi ad arbitrium boni viri super bonis, siue reditibus ad beneficium illud, vel Ecclesiam pertinentibus, de cuius status mutatione agitur, aut super ipsa mutatione; vel pendente prædictæ reductionis petitione: regulariter suspenditur non solùm executio laudi, sed etiam potestas Ordinarij, vel delegati ad eàm mutationem faciendam. Cuius declarationis vtraque pars ex iis satis confirmatur, quibus eam in vltimæ voluntatis commutatione probauimus *d. quæst. 8. concl. 4.* vbi etiam priorem illius partem extendimus, vt pendente quoque tempore ad petendam laudi reductionem, ipsius laudi executio fieri non possit: restrinximus autem, vbi adiit obligatio in forma Cameræ; quo casu executio laudi per eius reductionem, vel reductionis petitionem non suspenditur. Vtramque verò partem eiusdem quartæ conclus. multis modis limitauimus per nos positis *in tract. de Conseruatorib. iudicib. cap. 9. quæst. 4. concl. 2.* ac præsertim, quòd reductio ad arbitrium boni viri locum dumtaxat habeat in laudo arbitratoris, non autem arbitri: quod tamen fallit in quibusdam casibus vtrobique per nos relatis. quin etiam omnino huic limitationi contrarium attentari posset, ex iis, quæ sup. hoc eod. tract. *cap. 9. quæst. 8. concl. 21.* ad calcem adduximus. quæ omnia cùm præsenti conclus. & mutationi status, de qua nunc agimus, æquè conueniant, huc transferre consultò prætermittimus, & candidum lectorem ad ea loca, cùm opus fuerit, remisisse sat est.

VIGESIMAQVARTA CONCLVSIO. Appellatio interposita ab inferiore mutante, aut, cùm non debet, mutare volente statum alicuius Ecclesiæ, vel beneficij; † iurisdictionem eius, & facultatem 531.
illum statum mutandi suspendet: ac secutæ mutationis executionem impediet. Prior pars conclus. probatur ex *rubr. ac toto tit. nil nou. appell. interpos. cap. cùm super, & cap. super quæstionum, §. vlt. de offic. deleg.* cum aliis, quibus sup. *d. cap. 8. quæst. 8. conclus. 5. circa initium*, docuimus, eam esse vim appellationis siue iudicialis, siue extraiudicialis, vt iurisdictionem illius suspendat, à quo est interposita, ne vlteriùs in eo negotio procedat. Posterior pars probatur, tum ex prædictis iuribus; tum ex *l. 1. ff. ad Turpill. & cap. venientes, in princ. & §. vlt. de iureiur.* cum aliis iuribus, ac Doctorib. vnde in specie habetur, appellationem suspendere executionem iudicati, per nos relatis *d. conclus. 5.* non longè ab initio, præcipuè ex text. *in cap. cum super controuersia, §. vlt. de sent. & re iudic.* vbi est casus in tertio comparente ratione sui interesse, & appellante. sicque habemus primam huius posterioris partis extensionem. Altera verò esse potest, vt appellatio † tollat etiam præsumptio- 532.
nem, quæ est pro sententia, vt latè ostendimus *d. conclus. 5. vers. ea verò extenditur.* eamdem autem *ibidem* restrinximus post alios, vt appellatio non operetur extinctionem iudicati, nisi quoad ea, quæ gesta sunt post litis contestationem; subiicientes remissiuè, quandónam operetur reuocationem ante omnia attentatorum ea pendente. In quibus autem casibus † appellare liceat à mutante huiusmodi Ec- 533.
clesiæ, vel beneficij statum, colligendum est ex casibus hac in re quoad commutantem aliquam vltimam voluntatem *eadem conclus. 5. ante medium vers. qua in re, vsque ad fin concl.* per nos relatis.

VIGESIMAQVINTA CONCLVSIO. Iurisdictio mutantis aliquem statum Ecclesiæ, vel beneficij, & executio sententiæ super ea mutatione latæ, † suspenditur dum huius mutationis nullitas co- 534.
gnoscitur incidenter: secus verò, cùm ipsa nullitas principaliter cognoscitur. Hæc cõclusio quoad priorem partẽ ex eo probatur, quòd, cùm eiusmodi nullitas incidenter proponi duobus modis possit, nimirum, vel accessoriè ad appellationem, & vt in ea inclusa; vel per modũ exceptionis: de vtroque modo id verum esse, patet ex latiùs adductis *d. c. 8. quæst. 8. concl. 6.* vbi etiam quoad posteriorem modũ hoc ipsum multipliciter ampliauimus, ac limitauimus. Posterior pars huius conclus. probatur, quia generaliter id verum est in iudicis cuiuslibet iurisdictione; prout ex veriori, & communioti Doct. sententia

tentia reſoluit multis quoque iuribus, ac rationibus adductis, Lancellot. *in tract. de attentat. 2. part. cap. 17. num.* item 17. *vſque ad* 38. *ac num.* 62. *cum duob. ſeqq.* quam nonnullis modis limitauimus *d. concluſ. 6. circa medium:* vbi etiam aliquot totius illius concluſionis limitationes ſubiecimus, quæ huic toti concluſioni æquè conueniunt.

VIGESIMASEXTA CONCLVSIO. Renuntiatio expreſſa mutationis ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij ab impetrante facta † regulariter
535. ipſam mutationem extinguit; ita, vt ampliùs illa vti non poſſit. Probatur, tum quia regulariter quilibet poteſt iuri pro ſe introducto renuntiare, *l. inuito, ff. de reg. iur. cap. cum nobis, de elect. l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* cum aliis iuribus ad id per nos allegat. ſup. *cap. 5. quæſt. 1. concluſ. 7. circa initium, & cap. 8. quæſt. 9. concluſ. 1. in initio.* tum ex eo, quod, regulariter poſſe quemlibet priuilegiis ſuis renuntiare, tradidimus *ead. quæſt. 9. in 1. & 2. præmiſſ.* vbi etiam adduximus Suarez *lib. 8. de legib. cap. 33. num. 3.* ex definitione, quam ipſe affert renuntiationis priuilegij, quòd ſit voluntaria abdicatio, ſeu refutatio iuris, & poteſtatis, quam priuilegium concedebat: inferentem, ac latiùs comprobantem, non poſſe renuntiantem ampliùs licitè vti tali priuilegio.

Limitatur autem, ſeu declaratur præſens concluſio primò, vt procedat, dummodo id, quod renuntiatur, in ſolius renuntiantis fauorem inductum
536. ſit; ſecus verò, † ſi in alterius, vtputa Eccleſiæ, aut aliàs in publicum fauorem, & quidem ſaltem æquè principaliter, non autem ſolùm in conſequentiam, vt conſtat ex latiùs adductis *d. concluſ. 1. in 1. limitat.* Secundò, vt locum non habeat quando is, qui proprio iuri renuntiat, non eſt omnino habilis ad renuntiandum, prout eſt mulier, pupillus, minor, ac ruſticus in certis caſibus; iuxta ea, quæ fuſiùs tradidimus *d. concluſ. 1. limit. 2.* quæ etiam ſtatus mutationi, de qua nunc agimus, æquè adaptantur. Denique declaratur ex ſeq. concluſionis declarationibus.

VIGESIMASEPTIMA CONCLVSIO. Per renuntiationem quoque tacitam impetrantis, quæ
537. ex verbis colligitur, † regulariter extinguitur, ſeu expirat mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij ab ipſo impetrante obtenta. Hæc concluſio iiſdem fundamentis confirmatur, quibus omnino ſimilem concluſionem in commutatione vltimæ volũtatis comprobauimus *d. quæſt. 9. concl. 2.* potiſſimùm autem ex eo, quòd, quatenus ſpectat ad eſſentiam conſenſus, & iuris ſui abdicationem, idem operatur tacita renuntiatio, quæ ex verbis colligitur, quod illa, quæ expreſſis verbis fit, vt plurib⁹ tradit D. Paulus Galeratus *in ſuo luculentiſſimo tract. de renunt. vol. 1. lib. 5. cap. 1. num. 43.* vnde tacita renuntiatio Eccleſiaſtici beneficij eius priuationem æquè inducit, atque expreſſa eiuſdem renuntiatio; ita, vt renuntians illud poſtea repetere nequeat; prout *d. concluſ. 2.* docuimus ex Flamin. Patil. id latiùs tradente *in ſuo eruditiſsimo tract. de reſign. benefic. lib. 1. quæſt. 1. num. 7. vſque ad* 10. necnon *num.* 23. ac rurſus *quæſt.* 13. *à num.* 10. *vſque ad* 15.

538. Ampliatur autem hæc concluſio primò, vt † etiam per eam tacitam renuntiationem, quæ ex actu, ſeu facto aliquo impetrantis inducitur, extinguatur prædicta ſtatus mutatio: tum ex fundamentis huius principalis concluſ. tum quòd regulatiter eadem eſt virtus taciti, & expreſſi, vulg. *l. cum quid, ff. ſi cert. pet.* cum ſimil. tum quòd ſaltem vbi diſpoſitio aliqua expreſſum conſenſum non requirit, vel pro forma, ſufficit tacitus, idémque operatur, ac expreſſus; ex latiùs adductis à Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 47. num. 20. cum duobus ſeqq.* tũm denique ex aliis per nos allegat. *d. quæſt. 9. concluſ. 3.* quam multis modis declarauimus. Secundò ampliatur, vt memorata ſtatus mutatio † per eam quoque tacitam renuntiationem 539.
expiret, ſeu extinguatur, quæ ex alterius actu inducitur, cui conſentit eam mutationem impetrans. Quæ ampliatio ex iis ſatis confirmatur, ac declaranda eſt, ex quibus hoc ipſum quoad commutationem vltimæ voluntatis comprobauimus, ac ſtatim multis modis declarauimus *d. quæſt. 9. concluſ. 4.* ad ſingulas huiuſmodi permiſſiui conſenſus ſpecies deſcendendo; nimirum illius, qui præſtatur vel à domino iuris, de quo hic alium permittit diſponere; vel ab altero nomine ipſius domini, puta à tutore, curatore, aut adminiſtratore: ſingulis autem hiſce declarationibus opportunas fallentias adhibuimus.

Ampliatur tertiò præſens concluſio, vt † renuntiatio prædictæ mutationis ſtatus induci etiam ex 540.
omiſſionibus, ac per eas ipſa mutatio extingui poſſit; maximè autem per omiſſionem implementi ex parte impetrantis. Quod vtrumque ex iis comprobatur, quibus *d. quæſt. 9. concluſ. 5.* vtramque oſtendimus, ex eo præcipuè, quòd is, qui omittit, remittere dicitur, ipſúmque omittere eſt quoddam repudiare; ita, vt omittendo etiam poſſit quis aliquando aliis præiudicare: quódque per omiſſionem implementi ex parte ſua inducitur renuntiatio.

Declaratur nunc tam hæc, quàm præcedens concluſio primò, vt is, qui expreſsè, vel tacitè, validè tamen, ac licitè renuntiat mutationi ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, † poſſit, ac debeat redire 541.
ad priorem ſtatum, & adimplere onera eidem annexa; nec in poſterum valeat vti mutatione iam obtenta. cuius declarationis primum membrum probatur ex iis, quæ poſt Franc. Suarez *tom. 2. de relig. tract. 6. lib. 6. cap. 20. à num. 1. vſque ad* 13. & Thom. Sanch. *lib. 8. de matrim. diſp. 9. n. 2. diſp. 14. n. 4. ac diſp. 32. n. 3.* & latiùs *lib. 4. ſua ſum.* ſeu *oper. moral. cap. 55.* ex *num.* 24. atque ex aliis de commutatione voti hac in re tradidimus *d. quæſt. 9. concluſ. 6.* vbi etiam tam hoc primum, quàm ſecundum huius declarationis membrum quoad vltimæ voluntatis commutationem comprobauimus, ex fundamentis, quæ pariter locum habent in prædicta ſtatus mutatione, de qua in præſenti cap. agimus. Secundò declaratur, quòd † 542.
ad hoc, vt renuntiantem huic ſtatus mutationi renuntiationis eiuſdem pœnitere non poſſit, atque adeò priorem obligationem is teneatur adimplere, debet talis renuntiatio acceptari à tertio, cuius illa ſtatus mutatio interſit; vel ſaltem à ſuperiore, vbi tertium non reſpiciat. Cuius declarationis vtraque pars ſatis explicata, confirmata, & reſtricta manet ex iis, quibus hæc omnia quoad vltimæ voluntatis commutationem præſtitimus *d. quæſt. 9. concluſ. 7.* vbi etiam quædam notabilia ſubiecimus, quæ, ſicut etiam alia prædicta mutationi ſtatus, de qua nunc agimus, cùm æquè conueniant, *inibi* videri poſſunt.

VIGESIMAOCTAVA CONCLVSIO. Mutatio ſtatus Eccleſiæ alicuius, vel beneficij conceſſa per modum priuilegij, vel reſcriptum gratiæ † ali- 543.
quando ſaltem amittitur, ſeu extinguitur per non vſum. Probatur; quoniam id generatim in priuilegio, ſeu reſcripto gratiæ ſumitur ex *l. 1. ff. de nundin. & l. falsò, C. de diuerſ. reſcript. cap. ſi de terra, & cap. accedentibus, de priuil.* cum aliis, quibus hoc ipſum quoad commutationem vltimæ voluntatis oſtendimus ſup. *d. cap. 8. quæſt. 10. concluſ. 1.* quam etiam declarauimus, aliqua notatu digna ſubiicientes; atque inter cætera, an, & quando iuri facultatis poſſit præſcribi; quantíque temporis non vſus priuilegij neceſſarius ad hoc ſit, vt per non vſum priuilegium ipſum amittatur.

VIGESIMANONA CONCLVSIO. Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij per modum priuilegij, vel reſcriptum gratiæ alicui conceſſa † ſæpe
544. amittitur, ſeu extinguitur per contrarium vſum. Probatur tum ex regula illa, quam Suarez *lib.* 8. *de legib. cap.* 35. *num.* 2. magiſtralem vocat, & multis iuribus, ac Doctoribus confirmat, per nos relatis *d. cap.* 8. *quæſt.* 10. *concluſ.* 2. *circa initium*; priuilegium amitti per contrarium vſum, ſi circumſtantiæ neceſſariæ concurrant; tum ex hac ipſa regula ſimpliciter accepta, vt priuilegium amittatur per contrarium vſum; quam plerique tradunt, quos *d. concluſ.* 2. *paulo poſt initium*, retulimus, ac ſecuti ſumus: iuncto eo, quod *ibidem* ex iurium, ac Doctorum auctoritate oſtendimus, quòd ex actu contrario inducitur tacita renuntiatio. Hæc autem concluſio amplianda, & limitanda eſt iiſdem modis, quibus *d. concluſio* 2. ſicut etiam notabilia, quæ *inibi* ad illius maiorem explicationem ſubiecimus, huic pariter concluſioni optimè accommodantur; nimirum, quantum temporis neceſſarium ſit, vt priuilegium huiuſmodi amittatur per contrarium vſum: & an, quæ de hac amiſſione dicta ſunt, procedant dumtaxat ex præſumptione iuris, & in foro externo, an verò etiam ipſo iure, ac re ipſa, ſeu in foro conſcientiæ.

TRIGESIMA, & poſtrema CONCLVSIO. Mutatio ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij per modum priuilegij, vel per reſcriptum gratiæ ob-
545. tenta † plerumque amittitur per ipſius mutationis abuſum. Probatur hæc concluſio tum ex illis iuribus, in quibus habetur, quòd priuilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate, vt *in cap. vbi*, 74. *dist. cap. priuilegium*, 12. *quæſt.* 3. *cap. luet*, *de regularib. cap. vt priuilegia*, *de priuil.* cum aliis ad id allegat. per Suarez *d. lib.* 8. *de legib. cap.* 36. *num.* 1. ac per nos *d. cap.* 8. *quæſt.* 10. *concluſ.* 3. *circa initium*; tum ex eo, quod *ibidem*, & initio illius quæſt. ex iuribus, ac Doctoribus ad hoc allegatis tradidimus, per abuſum priuilegij tacitam eius renuntiationem induci.

Ampliatur autem præſens concluſio, vt locum habeat in ſingulis illis ſpeciebus abuſus priuilegij, quas *d. quæſt.* 10. *in* 4. *præmiſſ.* explicauimus, nimirum formalis, occaſionalis ac repugnantis fini ipſius priuilegij, ſeu conceſſionis, cuius ampliationis confirmationem ex iis deſumere licet, quibus ſimilem ampliationem in vltimæ voluntatis commutatione *d. concluſ.* 3. confirmauimus; vnde illud quoque petendum eſt, an per abuſum priuilegij, atque adeò etiam prædictæ mutationis ſtatus per modum priuilegij obtentæ, ipſo iure, atque ex natura rei; ſicque in foro conſcientiæ huiuſmodi priuilegium amittatur, an verò dumtaxat ex iuris præſumptione, ſeu diſpoſitione; ita, vt priuationis ad id ſententia requiratur. Atque ex his finem iam imponentes præſenti quæſt. ac ſimul etiam capiti, atque huic materiæ de mutatione ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum, ad poſtremum caput huius tractatus veniamus.

CAP. XII. ET VLT.

De ſuppreſſione beneficiorum.

SVMMÆ RERVM.

1. *Quot quæſtiones in hoc cap. ſint diſputandæ.*
2. *Suppreſſionis nomen quas habeat ſignificationes, & quob. num. ſeq.*
3. *Etymologia nominis magnam vim habet, atque ex ea optimum ſumitur argumentum.*
4. *Suppreſſiones aliquæ Eccleſiarum, ſeu beneficiorum, reuocantur à Romanis Pontificibus initio ſui Pontificatus.*
5. *Suppreſſionis nomen in qua ſignificatione accipiatur in hoc capite.*
6. *Beneficij nomen plures habet ſignificationes; & in qua ſumatur in præſenti cap.*
7. *Suppreſſio beneficij Eccleſiaſtici quomodo definiri poſſit; eiuſque definitionis explicatio; cum aliquot num. ſeqq.*
8. *Extinctio eſt genus reſpectu ſuppreſſionis.*
9. *Superfluum non eſt quod tollendæ dubitationis cauſa adiicitur.*
10. *Tituli nomen quibus modis accipiatur, ac ſignanter in allata definitione ſuppreſſionis beneficiorum.*
11. *Vnio, annexio, incorporatio, ſuppreſſio, extinctio, applicatio, & diſmembratio, in quo differant; cum pleriſque num. ſeqq.*
12. *Nominum diuerſitas arguit diuerſitatem rerum.*
13. *Vnionis Eccleſiarum ſpecies, ſeu modi quot ſint; & trib. num. ſeqq.*
14. *Vnio Eccleſiarum, vel beneficiorum quædam fit per viam ſubiectionis, ſeu acceſſoriè. alia fit æquè principaliter, ita tamen, vt ex duobus vnum fiat; num.* 15. *alia denique ita fit æquè principaliter, vt quodlibet ſua bona, iura, & priuilegia retineat; num.* 16.
17. *Vnionis Eccleſiarum, ſeu beneficiorum effectus, remiſſiuè. & an in dubio vnio cenſeatur realis, ſeu perpetua, vel perſonalis, ſeu ad tempus; num.* 18.
19. *Vnio eſt nomen generale continens ſub ſe plures ſpecies, & quomodo differat à ſuppreſſione & extinctione, annexione, applicatione, ſubiectione, & incorporatione; & num. ſeqq.*
20. *Annexio, & applicatio minus operantur, quàm ſubiectio; & ibi intellectus cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat.*
21. *Vnio an, & in quo differat ab annexione, & applicatione, diſmembratione, & incorporatione.*
22. *Suppreſſio, & extinctio beneficij quomodo differant.*
23. *Conceſſio, & donatio Eccleſiæ quid contineat.*

RERVENIMVS iam, Deo duce, & benè iuuante, ad poſtremum caput præſentis tractatus ex illis duodecim capitibus, quæ in eius initio nobis explicanda propoſuimus: ac ſimul ad quartam, & vltimam diſputationem de iis quatuor præcipuis, ac magis proprijs ſpeciebus commutationis vltimæ voluntatis, quas poſt generalem de ipſa commutatione tractationem prioribus octo comprehenſam in quatuor ſtatim conſequentibus capitibus nos explicaturos in ipſo noni capitis exordio pollicitiſumus: ac denique ſimul etiam ad tertium, & poſtremum gradum ex iis deuenimus, per quos aſcendi, vel potiùs deſcendi ad omnimodam, ſeu ſecundùm ſubſtantiam, atque ipſam eſſentiam beneficij Eccleſiaſtici, ſeu tituli beneficialis mutationem initio 10. capitis admonuimus; nimirum ipſorum beneficiorum ſuppreſſionem, ſeu extinctionem. Hanc autem præſentis capitis materiam, iuxta methodum in tribus etiam præcedentibus cap. obſeruatam, † in octo quæſtiones diuidemus, quæ 1.
prædictis ſingulis prioribus octo capitibus reſpondentes

dentes opportunas habebunt vel inſpectiones, vel, quod vtplurimum eueniet, concluſiones.

QVÆRO igitur PRIMO in hoc vltimo capite; quid ſit ſuppreſſio beneficiorum.

Quæſtio hæc, ſicut & primæ ſingulorum trium præcedentium capitum, ob rationes, quas in earum initiis aſſignauimus, duas habebit inſpectiones, alteram ad quid nominis, alteram ad quid rei pertinentem; atque ex iis illam huic inſpectioni meritò præponendam eſſe, ibidem ſatis oſtendimus, maximè ex adductis per nos *in tract. de diſtribut. quotid. part.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 2. *&* 4.

Quoad primam ergo inſpectionem, quæ eò ſpectat, vt videamus, in qua ſignificatione hoc toto in capite ſumamus tam ſuppreſſionis, quàm beneficij nomen, aliquid de variis huius vtriuſque nominis acceptionibus dicendum nobis erit: & quidem de nomine beneficij pauca admodùm, quoniam fuſiùs de eo diſſeruimus *cap.* 10. *quæſt.* 1. in prima eius inſpectione; de nomine autem ſuppreſſionis non ita pauca hoc loco, quòd nunc primùm de ea nobis occurrat diſputatio, in medium afferemus.

Cuius quidem nomen, quatenus ex iuribus, eorúmque interpretibus, ac Latinis ſcriptoribus colligere nobis licuit, † ſex habet præcipuas ſignificationes. 2.
Primò enim *ſuppriniere* accipitur pro coërcere, ſeu impedire, ne malum vlteriùs progrediatur; vt à M. Tullio *in Tuſculan. quæſt.* Hæc igitur ſunt officia conſolantium tollere ægritudinem funditus, aut ſedare, aut detrahere quamplurimum, aut ſupprimere, nec pati manare longiùs. Secundò pro afferre impedimentum, aut vim, ne quis periclitanti opem ferat, vt *in l.* 3. *verſic. item alio*; ibi, quorum fraude, aut conſilio naufragi ſuppreſſi per vim fuiſſent, ne naui, ibive periclitantibus opitularentur. Tertiò, ſuppreſſus accipitur pro humili, & demiſſo, vt apud eundem Ciceronem *pro Syll.* vbi habetur, ſuppreſſa voce dicere de aliquo: & *in Oratore*, voce, & oratione ſuppreſſior. Quartò, ſupprimere ſumitur pro retinere apud ſe; prout, teſte Nizolio *in Theſaur. Ciceron. verbo, ſupprimo*, ſumitur à M. Tullio *in orat. pro Cluentio*; dum ait, capit hoc conſilium, vt pecuniam iudicibus polliceatur, deinde eam ſupprimat: ſic Iſidor. *lib.* 5. *Etymol. cap.* 24. (quem refert Briſſon. *de verbor. quæ ad ius pertin. ſignif. verbo, ſupprimere teſtamentum*;) ſuppreſſum teſtamentum definit, quod in fraudem legatariorum, ſeu libertorum non eſt prolatum. quod etſi non latet, ſi tamen perſonis ſupradictis non proferatur, ſupprimi videtur. quæ verba, inquit Briſſonius Iſidorum mutuatum à Paulo I.C. *lib.* 4. *ſentent. tit.* 7. ſic etiam ſumitur *in l. inter omnes, §. ſi ſeruus, in fi. ff. de furt.* ibi; proprietarius quoque agere aduersùs fructuarium poteſt iudicio furti, ſi quis celandæ proprietatis, vel ſupprimendæ cauſa fuit. Ad idem eſt text. *in l. Pomponius, in fi. ff. de acquir. rer. dom.* ibi; cùm repoſcenti non reddit, ſupprimere, & intercipere videtur. Quintò, ſumitur pro celare, ſeu occultare: ſic ab eodem M. Tullio, pariter *pro Cluentio*; candidati, quorum nummos ſuppreſſos eſſe putant: *& in Epiſt. ad Brut.* Audita res erat, & peruulgata, quare ſupprimenda non fuit. vnde ſupprimere conditionem *in l. ſtatuliberum, ff. de ſtatuliber.* hoc eſt, tacuit in venditione conditionem ſtatuliberi; in qua ſignificatione ſumitur ſæpe in iure canonico, vt *in cap. ad aures, de reſcript.* ibi; nomen ſupprimunt dignitatis ſuæ, & ſimplici nomine ſe appellant tamquam non habeant aliquem perſonatum; necnon *in cap. ſuper litteris, §. 1. eod. tit.* ibi; falſitatem exprimunt, vel ſupprimunt veritatem; & paulo pòſt; quæ veritas ſit ſuppreſſa: ac paucis interpoſitis; per huiuſmodi falſitatis expreſſionẽ, vel ſuppreſſionem etiam veritatis litteræ fuerint impetratæ: ac denique, (vt reliqua iura prætermittam, *in cap. dilectus. il* 1. *in fi. eod. tit.* ibi; litteras ipſas tamquam per veri ſuppreſſionem obtentas viribus carere decernas: & *in cap. dudum, il* 2. *§. licèt autem, verſic. inſuper, de elect.* ibi; cùm in ea falſitatem ſuggeſſerit, & ſuppreſſerit veritatem: & paucis interiectis; ſuppreſſit, quòd alios reditus in pluribus Eccleſiis noſcitur obtinere: ſuppreſſit etiam, quòd plures parochiales Eccleſias cum pluribus aliis beneficiis in diuerſis Eccleſiis obtineret. ad idem eſt text. *in cap. ex parte, il* 1. *de reſcript. & cap. hac huius placiti,* 12. *quæſt.* 2. *cap. fullo, ff. de furt.* cum aliis iuribus allegat. per Briſſon. *vbi ſup.* & Schard. *in lexico iuridico, verbo, ſupprimere teſtamentum, il* 1. *& il* 2. Sextò, ac poſtremò ſuppreſſio ſumitur pro extinctione rei, ſeu abolitione, ac deſtructione quoad ipſius ſubſtantiam, ſeu eſſentiam: ducta deriuatione ab eius nominis etymologia, (cuius magnam vim eſſe, atque inde optimum ſumi argumentum, † conſtat ex *l.* 3.
turgij, l. notionem, l. vt Alphenus, ac l. pupillus, ff. de verb. ſig. necnon *cap. forus, extrà eod. tit.* cum aliis ad id allegat. ab Euerard. *in Topic. iur. loc. ab Etymol.* ac per nos tum *in tract. de option. canon. cap.* 1. *num.* 11. *&* 12. tum *in tract. de diſtrib. quotid. part.* 1. *quæſt.* 1 *num.* 3. *&* 5. *cum duob. ſeqq.*) ſupprimi enim aliquid dicitur quaſi ſub graui pondere premi; ita, vt non contegatur ſolùm, ſeu potiùs conteratur, & opprimatur, atque adeò prorſus extinguatur. Et quamuis apud nullum Latinæ linguæ ſcriptorem, aut etiam ius antiquum ſiue ciuile, ſiue canonicum reperiam ſuppreſſionis nomen in hac ſignificatione ſumi: ſtatis tamen eſſe debet, quòd in ea non modò à Canoniſtis tam veteribus, quàm recentioribus plerumque ſic accipiatur, vt paulo pòſt videbimus; verùm ex iure nouo Trid. Concilij, & regularum Canc. Apoſtolicæ hæc ſignificatio habeatur; & quidem, quod ad rem noſtram attinet, in materia beneficiali. Etenim in Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de reform.* decernitur, vt in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, vbi frequentes, adeóque tenues ſunt præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & perſonarum qualitate non ſufficiant, liceat Epiſcopis cum conſenſu Capituli, vel aliquot ſimplicia beneficia, non tamen regularia, iis vnire: vel, ſi hac ratione prouideri non poſſit, aliquibus ex iis ſuppreſſis cum patronorum conſenſu, ſi de iurepatronatus laicorum ſint, quarum fructus, & prouentus reliquarum præbendarum diſtributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere. Per reg. verò 12. nunc 13. *Cancell.* Romanus pro tempore Pontifex initio ſui Pontificatus reuocare ſolet † omnes vniones, annexiones, incorporationes, ſup- 4.
preſſiones, extinctiones, applicationes, & diſmembrationes etiã perpetuas de quibuſuis Eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis adhuc effectum non ſortitas, quibuſdam tamen exceptis, de quibus *ibi*. & nos infrà hoc ipſo cap. ſuis locis. necnon *in reg.* 21. nunc 22. *eiuſdem Canc.* inter cætera diſponit Romanus pariter pro tempore Pontifex, ac vult, quòd petentes beneficia Eccleſiaſtica ſupprimi, teneantur exprimere verum annuum valorem ſecundùm communem extimationem beneficij ſupprimendi, alioquin ſuppreſſio non valeat; & ſemper in ſuppreſſionibus commiſſio fiat ad partes, vocatis, quorum intereſt. Pariter in hac ſignificatione ſuppreſſionis nomen accipitur non modò à gloſatorib. *d. reg.* 12. aliàs 13. *&* 21. ſeu 22. ac præcipuè Mandoſ. *ad d. reg.* 12. *quæſt.* 1. *num.* 3. *& ad reg.* 22. *quæſt.* 7. *num.* 2. *ad fin.* verùm etiam à gloſ. *in cap. cùm acceſſiſſent, ver-*

bo, confirmatum, verſ. dignitatem tamen, de conſtit. & *ibi* Io.And. *num.*19. Butr. *num.*6. Card. *num.*1.4.& 9. Bellam. *num.*7. Bald. *num.*13. & 15. Anchar. *num.*1. Abb. *num.*1. 4. & 5. Imol. *num.* 4. *verſ. ſecunda caſu principali.* Felin. *num.* 17. *ac* 19. Dec. *num.* 10. alia gloſa recepta *in Clem.*2. *verbo, vacabat, de reb. Eccleſ. non alien.* Roch. de Curt. *tract. de iurepatr. verbo, pro eo, quòd de Diœceſani conſenſu, quæſt.*14. *ac* 15. Lambertin. *in ſimili tract. lib.*3. *queſt.* 5. *art.*3. *num.* 1. iuncto *num.*4. *circa med. quæſt.* 6. *art.* 1. *num.* 2. & *art.* 7. *num.* 4. necnon & *quæſt.* 7. *art.*6. *num.* 1. Alphonſ. Hoied. *in tract. de incompatibil. benefic. part.*2. *cap.* 3. *num.*3. ac nouiſſimè Nicol. Garz. *in tract. de benefic. part.*12. *cap.*1. *num.*1. & 2. quibus etiam adde Petr. Gregor. Tholoſ. *in ſimil. tract. ſeu inſtit. non. benefic. cap.*18. *num.*3. & *cap.*19. per tot. atque Azorio *Inſtit. mor. part.*2. *lib.*6. *cap.*30. *in eius rubr.* & *quæſt.*12. 13. *ac* 15. atque alij alibi ſæpe.

Ex prædictis autem ſex huius nominis ſignificationibus, † in hac poſtrema ſumemus nos ſuppreſſionem in toto hoc capite; nimirum pro extinctione Eccleſiaſtici beneficij quoad eius nimirum ſubſtantiam, & eſſentiam, ac formam, hoc eſt, quoad titulum; de qua etiam in ſpecie locuti ſunt tam præfati omnes Doct. excepto Curtio, & Lambertino, qui loquuntur de omnimoda extinctione ſolius qualitatis, ſeu ſtatus iuriſpatronatus, per quam nimirum beneficium Eccleſiaſticum, ſeu Eccleſia ſit omnino libera ab ea ſeruitute; quàm etiam Rebuff. *in Prax. benef. part.*1. *ad reg. pradictam* 21. *Cunc.* quæ eſt de vnionibus, *gloſ. vlt. in fi.* & Hier. Gonzal. *ad reg.*8. *gloſ.* 5. §. 7. *num.*155. atque ante hos Petr. de Perut. *tract. de innat. Stat. Eccleſ. in princ. num.*3. 5.

Beneficij autem nomen † non vnam habet ſignificationem, vt patet ex adductis per nos ſup. *cap.* 10. *quæſt.*1. *circa medium, verſic. beneficij quoque nomen,* & auctores citatos à Garz. *d. tract. de benef. part.*1. *cap.*1. *num.* 1. *cum tribus ſeqq.* qui *num.*5. & 6. alios ſecutus docet, in iure Pontificio, & in materia canonica, & Eccleſiaſtica appellatione beneficij intelligi beneficium Eccleſiaſticum; immo beneficij nomine per antonomaſiam quamdam vulgò beneficia Eccleſiaſtica tantùm intelligi. In qua communi ſignificatione nos quoque beneficij nomen ſumemus in hoc poſtremo præſentis tractatus, ſicut etiã in toto prædicto *cap.*10. illud ſumpſimus. Igitur, dum hoc duodecimum, & vltimum caput de ſuppreſſione beneficiorum inſcripſimus, ab omnibus intelligi volumus, in eo nos diſputaturos de extinctione beneficij Eccleſiaſtici, quod à Garz. *d. part.*1. *cap.*2. *num.*2. *cum aliquot ſeqq.* definitur eſſe ius ſpirituale percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis Eccleſiaſticæ perſonæ propter diuinum officium competens: extinctione, inquam, huiuſmodi beneficij quoad eius ſubſtantiam, & naturam, qui eſt titulus beneficialis, vt mox dicemus in altera huius quæſtionis inſpectione, cùm huius ſuppreſſionis definitionem explicabimus.

Quoad ſecundam igitur inſpectionem: quamuis non inuenerim ab aliquo Doctore definitam hanc ſuppreſſionem beneficiorum, de qua nunc agere inſtituimus; nobis tamen ſic congrue definiri poſſe videtur, quòd ſit † beneficij Eccleſiaſtici quoad titulum legitimè facta extinctio. Cùm enim hæc definitio breuis ſit, explicans rei naturam, & eſſentiam, conſtans ex genere, & differentia, conuertatúrque cum definito, bona definitio dicenda erit; qualis ſaltem à Iuriſconſultis, atque in rebus artificialibus, ac moralibus, exigi, atterive poteſt; iuxta *l.* 1. §. *dolum, ff. de dol.* cum *ibi* not. per Doct. *ibi, & in l.*1. *ff. de teſtam. ac l. omnis definitio, ff. de reg. iur.* aliiſque adductis per Euerard. *in Topic. iur.* & Vigel. *in ſua Dialect. iur. loc. à definitione*, & per nos ſup. *cap.* 9. *quæſt.* 1. *circa medium, verſic. propria vero.* quamuis, vt *ibid. in fi.* necnon *cap.*1. *quæſt.*2. *circa initium, & cap. præced. quæſt.*1. *circa med. verſ. quoad poſteriorem igitur,* admonuimus; cùm non vnum quid ſimplex, & incomplexum, vt homo, equus, & ſimilia, definitur, ſed quid multiplex, & incomplexum, ſeu plura continens, qualis eſt commutatio vltimæ voluntatis, derogatio fideicommiſſorum, & in hac ſpecie, ſuppreſſio beneficiorum: eius definitio non vnum genus proximum, neque vnam vltimam differentiam habeat neceſſe eſt; ſed id, quod reſpectu vnius erit genus proximum, reſpectu alterius erit remotum; & ea differentia, quæ quoad vnum erit vltima, reſpectu alterius non erit vltima. Quo præmoniro, iam ad paulo antè per nos traditæ definitionis explicationem accedamus.

Dixi ergo, *extinctio*, loco generis proximi ſuppreſſionis generatim ſumptæ iuxta ſextam huius nominis ſignificationem ſuperiùs allatam; ac ſimul loco generis remoti † ſuppreſſionis beneficiorum, de qua nunc agere cœpimus: omnis enim ſuppreſſio ſecundùm prædictam ſignificationem accepta eſt quædam extinctio, non autem omnis extinctio eſt eiuſmodi ſuppreſſio; cùm pleriſque aliis modis aliquid extingui, ſeu tolli, ac deſtrui poſſit; quàm per ſuppreſſionem, vt per ſe patet, ſumpta ex naturalibus quoque rebus ſimilitudine, ſeu comparatione, atque in ſpecie conſtat ex P. Gregor. Tholoſan. *in tract. de benef. cap.*18. *cum trib. ſeqq.* 8.

Subiecimus autem in definitione, *beneficij Eccleſiaſtici*, pro vltima differentia ſuppreſſionis ſumptæ in ſuperiùs memorata ſexta, & poſtrema huius nominis ſignificatione; ac ſimul ad complendum genus proximum ſuppreſſionis beneficiorum, de qua in præſenti cap. agimus; cùm alia quoque, præter huiuſmodi beneficium, ſupprimi, ac extingui, ſeu deſtrui poſſint, vt cuique facilè conſtat. Ideo autem addidimus, *Eccleſiaſtici*, licet alioqui, vt paulo antè diximus, beneficij appellatione in materia canonica, & Eccleſiaſtica, ac per antonomaſiam intelligatur beneficium Eccleſiaſticum ſuperiùs definitum; quò omnem ambiguitatem, ac dubitationem tolleremus, quæ conſurgere poſſet ex variis nominis beneficij ſignificationibus, quas *d. cap.*10. *quæſt.*1. *circa medium*, retulimus: ſuperfluum autem non eſt, † quod cauſa dubitationis tollendæ adiicitur, *l.*1. §. *ſed ſciendum, verſic. ego puto, ff. de ædilit. edict.* cum aliis adductis à Gonzal. *ad reg.*8. *Canc. gloſ.*6. *num.*27. *cum ſeq.* & Card. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.*6. *tit.* 1. *num.*15. 9.

Diximus, *facta*, vt excluderemus alias extinctiones beneficiorum, quæ à iure potius inducuntur, quàm ab homine fiant, de quibus Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gloſ.*5. §. 7. *à num.*147. *ad* 154. & Garz. *tract. de benefic. part.*12. *cap.*1. *num.*14.

Præterea adiecimus, *legitimè*, vt ſignificaremus, de ea ſuppreſſione, & extinctione beneficij nos loqui, quæ ab habente ad id auctoritatem, & ex cauſa, & alias ſeruatis ſeruandis, atque in ſumma validè, ac licitè, ſeu rite, ac rectè fit, per ea, quæ de hoc verbo, *legitime*, in definitionibus allatis in tribus præced. capit. appoſito *quæſt.*1. adduximus; ac nouiſſimè tradit poſt alios Aug. Barboſ. *de dictionib. dict.*162.

Denique poſuimus in definitione, *quoad titulum*, pro differentia vltima huius ſuppreſſionis beneficiorum, in quo totum præſens caput huius tractatus verſabitur: vt ſignificemus per huiuſmodi ſuppreſſionem extingui beneficium non quoad eius bona, vel reditus tantùm, neque quoad hæc ſimul, & titulum beneficij; ſed quoad eius titulũ dumtaxat, omiſſis autẽ aliis † huius nominis tituli acceptionibus; de 10.

quibus

quibus *in l.vnic. C. de his qui potent.nom. tit. prad. affig.* vbi ter ponitur pro inſcriptione, ac ſemel pro actione iudiciali, prout etiam ſumitur quoad actionem *in l. non eſt ambiguum, C. famil. erciſc.* quoad inſcriptionem, ſeu chartulam ſcriptam, *in rubr. l. 1. & 2. C. vt nemo priuat. titul. prad. ſuis, vel alien. impon.* necnon per gloſ. *in d. l. non eſt, verbo, titulus, & in rubr. auth. de Eccleſ. tit. & priuileg. collat. 9.* hoc eſt, pro cauſa ſiciuti eſt emptio, vel alius contractus; pro modificatione, dignitate, ſigno, vel priuilegio, ac denique multis, de quibus gloſ. *in cap. dudum, il 2. §. licèt autem, verſic. inſuper, verbo, intitulatam, de elect. & in cap. fin. in princip. verbo, titulos, de offic. Archipresb.* Ioan. de Plat. *in rubr. de canon. largitional. tit. lib. 10.* & Luc. de Penn. *in l. abſit, C. de priuileg. dom. Auguſta, lib. 11.* necnon Rebuff. *de pacif. poſſeſſor. num. 53.* Alberic. *in Dictionar. iur.* Briſſon. *de verb. iur. ſignif.* & Scard. *in lexic. iurid.* Spiegel. *in lexic. iur.* Nebriſſ. *in vocab. vtriuſque iur. verbo, titulus.* & vt alios præteream, Mandoſ. *ad reg. 7. Canc. queſt. 2. num. 3. cum tribus ſeqq.* Omiſſis, inquam, his tituli acceptionibus; neque etiam ex iis, quæ ad rem noſtram propiùs accedunt, ſumimus in hac noſtra definitione titulum pro eo, ad quem quis ordinatur, iuxta *cap. 2.* idémque *fin.* quod incipit, *ſanctum, in princip. 70. diſt. cap. Epiſcopus, & cap. cùm ſecundùm Apoſtolum, de prab. & cap. ſi Epiſcopus, eodem tit. in 6.* Concil. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 2. de reform.* nam, vt ex his iuribus, iuncta maximè gloſ. & Doct. *ibid. & cap. non liceat, de prab.* apparet, hic titulus non ſolùm comprehendit beneficium, ſed & patrimonium, penſionem, aut quid ſimile, ad cuius reditus titulum quis ordinetur, vt habeat, vnde viuere poſſit: neque pro Eccleſia, vt *in cap. Epiſcopi, 80. diſt. & d. cap. fin. de offic. Archipresb.* neque pro quouis legitimo modo acquirendi beneficium, vel prælaturam, prout tamen talis modus à commenda diſtinguitur, vt *in d. cap. dudum, il 2. verſ. inſuper, de elect.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 6. cap. 2. ac ſeſſ. 7. cap. 2. & 4. de reformat.* ac poſt alios Garz. *d. tract. de benef. part. 4. cap. 4. num. 1. & 2.* verùm pro ipſo beneficio quoad partem ſpiritualem, hoc eſt, quoad ius percipiendi reditus Eccleſiaſticos propter officium, iuxta eiuſdem beneficij definitionem non multo antè traditam; quomodo intelligi poteſt *d. cap. ſanctorum, §. omnino autem,* & communiter dicitur aliquod relictum, aliquóſque reditus in titulum beneficij erigi, vt apud Mohedan. *deciſ. 124.* aliàs *1. ſub tit. de iurepatron.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. in princip. num. 58. ac 68.* & Garz. *d. tract. de benef. part. 1. cap. 2. numer. 30. 93. 94. & 97.* & alios alibi ſæpe. Cùm igitur in hac definitione dicimus, ſuppreſſionem beneficiorum eſſe eorum extinctionem quoad titulum; intelligimus, per eam tolli à beneficio, eiúſve reditibus, ac bonis ius illud ſpirituale, ſeu quaſi; atque ipſos reditus, & bona in mera temporalitate conſtitui, ac deinceps conſiſtere: cum hoc tamen ſtare, quòd ea ad vſum aliquem pium, aut etiam miniſterium Eccleſiaſticum deſtinata ſint, iuxta latè tradita inter ceteros per Gonz. *d. gloſ. 5. in princ. à num. 20. vſque ad 68.* & Garz. *d. cap. 2. num 93. cum ſeq. & num. 102. vſque ad 111.*

Quòd ſi pro complemẽto huius primæ quæſtionis petas, † an, & in quo differant, aut conueniant inter ſe vnio, annexio, incorporatio, ſuppreſſio, extinctio, applicatio, & diſmembratio, quæ omnia leguntur *in reg. 12.* ſeu *13. Canc.* quæ eſt de reuocatione vnionum: & eorum aliqua *in reg. 21.* ſeu *22.* quæ eſt de exprimendo valore, & commiſſione de iis faciendis in partibus; & aliquando in iure, præſertim verò *cap. & temporis, 16. quæſt. 1. cap. 1. ne ſed. vac. cap. expoſuiſti, de prab. cap. 2. de relig. domib. cap. cùm ſingula, de prab. in 6. Clem. 2. de reb. Eccleſ. non alien. & Clem. 1. §. ad hæc, de ſtat. monach.* necnon in Conc. Trid. *ſeſſ. 7. cap. 6. ac 7. ſeſſ. 23. cap. 18. circa med. ſeſſ. 24. cap. 15. & ſeſſ. 25. cap. 9. verſ. inſuper acceſſiones, de reformat.* Præterea ſi petas, quid ſit conceſſio, ſeu donatio Eccleſiæ, de qua præcipuè *in cap. tua nuper, de his, quæ fi. à prel. fin. conſ. Capit. cap. conſultationibus, & cap. paſtoralis, de donat. cap. quod autem, cap. illud, cap. cura, & cap. ſuggeſtum, de iurepatron. ac d. reg. 21.* ſeu *22. Canc.*

Antequam reſpondeam, præmittẽdum primò, † diuerſitatem nominum arguere rerũ diuerſitatem; prout ad hanc rem tum ex Plat. *in Philebo,* & Ariſt. *in poſtpredicam. cap. de oppoſit. ac 3. Ethicor. cap. 1.* & text. *in l. ſi idem, C. de codicill. & §. eſt & aliud, Inſtit. de donat.* vbi gloſ. allegat. concord. tradunt inter ceteros Mandoſ. *ad d. reg. 12. Cancell. queſt. 1. num. 2.* & Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benef. part. 2. cap. 3. num. 3. in princip.* ex hoc ſentientes, prædicta omnia inter ſe differre; quamuis etiam aliquo modo conueniant. Præmittendum ſecundò; quòd, licèt Hoſtien. *in ſum. tit. ne ſed. vac. §. fin.* ſeu *verſic. quot modis fiat vnio, & in cap. 1. eodem tit.* quinque ſpecies, ſeu modos † vnionis Eccleſiarum, ſeu beneficiorum ponat, quem ſequitur Caccialup. *tract. de vnionibus, art. 2.* vbi etiam ait, quòd eum communiter ſequuntur Doctor. maximè moderniores, cum quo pariter ſentire videtur Petr. de Peruſ. *in tract. de vnion. Eccleſ. cap. 1.* dum, relatis aliorum diuiſionibus, vltimo loco refert diuiſionem Hoſt. nihil diffiniendo; eíque accedere videtur Abb. *d. cap. ne ſed. vacan. numer. 6.* & ante eum Ioan. And. *num. 11.* Butr. *num. 10.* Card. *num. 8.* & poſt eum Imol. *num. 7.* omnino verò ſequitur pariter cõmunem Doct. maximè modernorum ſententiam aſſerens Marian. Soc. ſen. *in cap. ſicut vnire, art. 2. ſub num. 6. de exceſſ. pral.* tamen gloſ. *d. cap. & temporis, verbo, vnire, 16. quæſt. 1. & d. cap. 1. verbo, vniendo, ne ſed. vacan.* atque *ibi* Innoc. *num. 1.* tres tantùm vnionis modos ponunt; cùm quibus etiam verius ſentire videtur *ibid.* Butr. Card. & Imol. omnino autem tres dumtaxat agnoſcũt Rebuff. *in prax. benef. part. 1. tit. de vnionib. benef. num. 11. vſque ad 17.* ac poſt alios Alphonſ. Hoied. *d. tract. de incompatib. benef. part. 2. cap. 3. num. 2.* Ioan. Azor *Inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. queſt. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 5. §. 7. num. 26. ac 27. vſque ad 32.* & Nicol. Garz. *d. tract. de benef. part. 12. cap. 2. num. 7.* & pro hac ſententia omnino quoque ſtat Petr. de Peruſ. *d. tract. de vnion. Eccleſ. cap. 2. num. 1. cum duobus ſeqq.* vbi apertè definit, quid ſentiat, ponens tres tantùm modos vnionis; quod in cap. præced. non fecerat, ſed ſolùm aliorum opiniones retulerat. Horum autem trium modorum vnionis, prout eos ex aliis, maximè ex Rebuff. *vbi ſup.* colligunt Hoied. Azor, Gonzal. & Garz. *loc. cit.* Primus penes Azor. & Gonzal. at ſecundus apud Garz. Hoied. & Rebuff. eſt † per viam ſubiectionis, cùm vna Eccleſia, vel beneficium alteri ſubiicitur pro augmento dotis, ac patrimonij illius: & tunc illa Eccleſia, cui fit vnio, eſt principalis, & ſuperior; vnita verò eſt ei acceſſoria, inferior, adhærens, & ab ea dependens; habebit tamen priuilegia illius, cui vnitur: pro qua vnione vterque affert text. *in cap. recolentes, in fi. de ſtat. monach.* qui tamen parum, meo iudicio, facit: melior verò text. eſt, quem allegat Gonzal. *d. cap. 2.* quod incipit, *quia monaſterium, de relig. domib.* necnon *d. cap. dudum, il 2. §. licèt autem, verſ. inſuper, de elect. cap. eam te, de etat. & qualit. & ord. præficiend.*

d. cap. expoſuiſti, & cap. extirpanda, §. qui verò, de præb. cap. ſuper eo, & d. cap. cùm ſingula, in princ. eod. tit. in 6. ibi; prohibemus, ne aliqui monachi, vel religioſi alij pluribus prioratibus, vel Eccleſiis curam habentibus animarum abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate præeſſe præſumant; niſi fortè vnus ex eis prioratibus ab alio dependeat: *& d. Clem. 1. §. ad hæc, de ſtat. mon.* ibi; prioratus, ſeu adminiſtrationes locis aliis vicinioribus ad eorum monaſteria pertinentibus, vel ipſorum monaſteriorum officiis vniantur. Secundus modus apud Gonzal. & Azor.
15. idémque primus penes Rebuff. Hoied. & Garz. eſt, † cùm ex duobus beneficiis fit vnum; (& ſecundùm Gonzal. tunc vnio fieri dicitur æquè principaliter:) pro qua vnione omnes prædicti allegant text. *in cap. decimat, in fi. 16. quæſt. 1.* ibi; ſicut enim Papa duos Epiſcopatus in vnum poteſt redigere; quæ tamen verba ſunt Gratiani. meliores autem text. ſunt in proximo cap. & temporis qualitas, cum ſeq. quod incipit, *poſtquam hoſtilis*, quos ad hoc affert *ibi* Gratian. & multi Doct. ſic exponunt, ac ſummant; duos Epiſcopatus in vnum redigere Apoſtolica poteſt auctoritas: necnon *d. cap. cùm ſingula, in princ.* nam eius verbis paulo antè relatis ſtatim ſubditur; vel ad inuicem ſint annexi: ac *d. Clem. 1. §. adhæc*, ibi; aut in-
16. ter ſe inuicè vniantur. Tertius modus vniendi eſt, † cùm vtrumque beneficium, vel Eccleſia manet in ſuo ſtatu, in quo erat, vt duo Epiſcopatus, duæ parochiales, vel vna parochialis, altera Capella, quæ tamen ab vno reguntur; ſed vtraque Eccleſia retinet ſua bona, priuilegia, & ſtatuta: vt poſt alios tradunt Rebuff. *vbi ſup. num. 15.* Hoied. *d. num. 2. verſ. tertio modo*, Gonzal. *d. §. 7. à num. 29. ad 32.* quam etiam vnionem fieri æquè principaliter *ibid.* volunt Rebuff. & Hoied. ſentitque Garz. *d. num. 7.* iuncto *num. ſeq.* pro quo tertio vnionis modo eſt text. *in d. cap. & temporis*, iuxta vnum intellectum gloſ. *ibi in verbo, vtrarumque*, in id allegantis text. qui optimus eſt, *in cap. relatio, 21. quæſt. 1.* ad quod etiam ſimilis text. eſt *in cap. ſtatim ſeq.* & eſt caſus *in cap. 1. ne ſed.*
17. *vac.* Plura verò de effectibus † horum trium modorum vnionis videri poſſunt apud cit. auctores, maximè Rebuff. *vbi ſup. à num. 11. ad 21. & à num. 49. ad 57.* Hoied. *d. num. 2.* Gonzal. *d. §. 7. à num. 1. vſque ad 36.* necnon *num. 55. cum tribus ſeqq. ac num. 111. vſque ad 126.* & Garz. *d. cap. 2. num. 8. ac 10. vſque ad 59.* necnon apud Marian. Soc. *d. cap. ſicut vnire, art. 8.* per tot. vbi *quæſt. 6. ſub num. 122.* cùm quæ-
18. ſiſſet, vtrùm vnio † cenſeatur realis, vel perſonalis; (quam etiam diſtinctionem ſub nomine perpetuæ, ac temporalis, poſt alios affert Garz. *d. cap. 2. num. 9.*) reſpondet, quòd, ſi ex verbis vnionis non appareat, an ſit realis, vel perſonalis, arbitratur, ponderandam eſſe cauſam, propter quam facta eſt: ſed, ſi cauſa nulla eſt expreſſa, in dubio cenſebitur realis, non perſonalis: quod vtrumque breuiter, ac leuiter confirmat.

His præmiſſis ad propoſitum quæſitum reſpondeo cum Hoied. *d. part. 2. cap. 3. num. 3.* & Mandoſ. *ad reg. 12. Canc. quæſt. 1. num. 3. cum ſeq.* ad quos ſe remittit Gonzal. *d. §. 7. num. 155.* & cum quibus tranſit Io. à Chokier, *circa initium ſui moder. commentar. reg. 12.* aliàs *13. de renunc. vnion. & reg. 21.* aliàs *22. de vnion. & ear. confirmat.* ſeu potiùs *in ſuo commentar.* ad Alphonſ. Sotum gloſator. antiq. illarum regul.
19. quòd vnio † nomen eſt generale continens ſub ſe plures ſpecies, veluti ſuppreſſionem, & extinctionem tamquam antecedentia, ſeu præambula ad vnionem perficiendam, vulg. *l. ad rem mobilem, ff. de procur. & l. oratio, ff. de ſponſal.* vel poſſumus dicere, quòd vnio beneficiorum reſpectu ſuppreſſionis, & extinctionis ſint, vt totum, & pars; prout dicimus de domo, & parietibus; ad text. *in l. cum, qui ædes, ff. de vſucap.* Dec. *l. in toto, num. 3. & ante fin. ff. de reg. iur.* vel poteſt dici; (ſubdunt *ibid.* Mandoſ. & Hoied. licèt id coincidat in effectu cum priori dicto, ſeu ratione differētiam aſſignandi inter vnionem ex vna, & ſuppreſſionem, ac extenſionem ex altera parte;) quòd vnio illas contineat tamquam acceſſorias, & in conſequentiam: nam, ſi fit vnio in ſuo potiori ſignificatu, (nempe, inquit Hoied. in primo, vel ſecundo modo ſuprà aſſignatis;) præſupponitur, quòd ſupprimatur, & extinguatur primum beneficium, & illius denominatio; cùm illud, quod vnitur, ſumat naturam illius, cui fit vnio, prout declarat Innoc. *d. cap. 1, ne ſed. vac. in ſi ſertij modi*; quod etiam poſt alios tradit Garz. *d. part. 12. cap. 2. num. 12.* de primo autem modo nonnullos ſecutus Gonzal. *d. §. 7. num. 32. cum ſeq.* & hoc modo ſpecies, ſeu membra, vel requiſita vnionis erunt annexio, applicatio, ſubiectio, & incorporatio. quæ inter ſe valde
20. differunt: annexio enim, & applicatio † minus operantur, quàm ſubiectio; nam, vt præfati Doct. declarant, poteſt fieri vnio, applicatio, ſeu annexio, & tamen non aderit ſubiectio; quia quodlibet beneficium, ſiue quælibet dignitas, vel Eccleſia retinebit ſua iura, & ſuas præeminentias; (videlicet, ſubdit Hoied. quando fit vnio tertio modo ſuprà relato.) quod autem tam ipſe, quàm Mandoſ. *vbi ſuprà* addit *in d. cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat.* pro eodem poni vnionem, & ſubiectionem, vel accipiendum eſt de primo vnionis modo à nobis ſuperiùs memorato: vel, ſi ſumitur *ibi* vnio pro omnibus ſpeciebus, ſeu modis vnionum, prout intelligunt Doct. communiter *ibi*, atque alibi ſæpe; falſum omnino eſt, pro eodem *ibid.* poni vnionē, & ſubiectionem, cùm inter vtrumque non ſemel ponatur copula; primò quidem dictio *atque*, deinde copula, &, cuius proprium eſt, vt ponatur inter diuerſa, iuxta gloſ. receptam *in cap. querelam, de ſimon.* cum aliis, ex quibus id paſſim Doct. adnotarunt; ac nouiſſimè Aug. Barboſ. *de dictionib. diction. 53.* necnon *dict. 93. num. 14.* quare *in d. cap. ſicut vnire*, ſubiectio accipitur vel, vt diximus, pro primo vnionis modo ex prædictis; vel potiùs pro ſubiectione ratione adminiſtrationis, vel iuris viſitandi, de qua *in cap. quod translationem, de offic. legat. cap. ſolitæ, cap. inter, & cap. dilecta, de maior. & obed.* necnon *in rubr. ac toto penè tit. de relig. domib. vt Epiſc. ſint ſubiect. cap. cùm capella, cap. ex ore, & cap. quoniam, de priuil.* cum ſimil. Admitti autem poteſt, quod vterque tradit ex Bald. & Felin. *in cap. translato, de conſtit.* annexionem, & vnionem † pro 21.
eodem ſumi, cùm nihil, aut parum inter ſe differant, vt colligere etiam licet ex *cap. expoſuiſti, & cap. extirpanda, §. qui verò, de præb. & d. cap. cùm ſingula, eod. tit. in 6.* cum *ibi* not. & Conc. Trid. *ſeſſ. 7. cap. 7 de refor.* niſi dicamus annexionem, ſicut, & applicationem magis propriè intelligi de fructibus, vt colligi poteſt ex Conc. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 3. ſeſſ. 23. cap. 18. circa med. & ſeſſ. 24. cap. 15. de refor.* necnon *reg. 21. Canc.* quod idem puto de diſmembratione, & ei contraria, (vt, & ipſum nomen indicat,) incorporatione; prout de diſmembratione colligi poteſt ex *d. reg. 21. Canc.* necnon *d. reg. 12.* & traditis per Mandoſ. *ibi d. quæſt. 1. in fi. & quæſt. 2.* præſertim *n. 6. & 8.* conſtatque ex latiùs adductis à Garz. *d. tract. de benef. part. 12. cap. 3.* hæc enim differt à diuiſione beneficij, de qua ipſemet *cap. 4.* per tot. de incorporatione autem colligitur ex Conc. Trid. *d. cap. 18. circa med. & ſeſſ. 25. cap. 9. verſ. inſuper acceſſiones, de refor.* Mandoſ. autem *vbi ſup. num. 5.* dicit, quòd hæc tria, annexio, applicatio, & ſubiectio, vel minus operantur,

buntur,quàm incorporatio,vel idē ; nam, vt idem-met mox *num.6.* & Hoied. *d.num.3.ad fi.* ſubdit, incorporatio omnia penitus complectitur , quia tunc eſt vnum tantùm corpus , & vnum de altero efficitur, ad text. *in cap.ad hoc, de conſecr.diſt.4. & cap.firmiſſimè , de haret.* cum aliis *ibi* per vtrumque adductis ; ſubdentem,ex præmiſſis ſequi, quòd prædicta tot verba ideo poſita ſunt *in d.reg.12.Canc.* vt comprehenderet omnes ſpecies & mòdos vnionis , nec locus relinqueretur alicui diſputationi. Illud autem verbum,*diſmembratio*, vterque ait poſſe duobus modis intelligi, vno de beneficiis, quæ alteri vniuntur, & ſic priùs diſmembrantur ; vel de vnionum diſſolutionibus ; vel,& tertiò ſecundùm Mandoſ. *vbi ſup.* in diſmembrationibus fructuum, iuxta etiam paulo antè per nos adducta. Quoniam verò neque Mandoſ.neque Hoied. *loc. cit.* vllum aſſignant diſcrimen inter ſuppreſſionem, & extinctionē , immo pro eodem eas ponere videntur ; vel tantùm pro duabus
22. ſpeciebus ipſius vnionis : nobis videtur , † eaſdem diſtingui inter ſe,vt genus , & ſpeciem , quia extinctio ſit genus reſpectu ſuppreſſionis beneficiorum, vt attulimus ; tum etiam ex adductis à Gonz. *d.gloſ. 5.§.7. à num.147. vſque ad 154.* iuncto *numer.33.* & Garz. *d.part.12. cap. 1. num.14.* dum poſt alios tradunt , beneficia , & Eccleſias alio modo extingui, quàm per ſuppreſſionem , & ſentiunt Doctor. ferè omnes *in cap. cùm acceſſiſſent , de conſtit.* quos etiam ſequitur Garz. *d. cap. 1. num. 1.* dum illud docent,
23. ſuppreſſione extingui beneficium. Denique † conceſſio Eccleſiæ ſumi poteſt vel vt continet etiā temporalem , ſeu ad vitam alicuius , de qua *in rubr. de conceſſ. præb.* idque ſiue in titulum, ſiue in commendam , ſiue in adminiſtrationem ; vel vt ſolùm continet perpetuam conceſſionem , de qua in iuribus ſuperiùs citat. *verſ. quòd ſi pro complemento* ; & cùm de hac agamus in præſenti, ac ſæpe dictū ſit in præced.cap. ex prædictis iuribus, ac notat. tum *ibi*, tum *in cap.de monachis, de præb. cap.nullus , de iurepatron. cap.paſtoralis, de priuileg. & Clem.ſi vna , de reb. Eccleſ.non alien.* ac per Lambert. *tract.de iurepatr.lib.1. part.2.queſt.1.art.9.& lib.3. queſt.6. art.3. cum duob. ſeqq.* conſtat conceſſionem Eccleſiæ aliquando accipi pro donatione , aliáve tranſlatione ,iuriſpatronatus, aliquando pro donatione bonorum temporalium Eccleſiæ , quæ dicitur Eccleſiæ conceſſio in proprietatem, atque hac vel cum extinctione tituli, & eſt ſuppreſſio, aut eam ſupponit,& inuoluit ; vel abſque tituli extinctione : aliquando pro ſola fructuum, & reddituum Eccleſiæ aſſignatione alteri facta ; de qua præcipuè *in cap.paſtoralis , de his, quæ fi. à prel.ſin. conſ.Capit. & cap.paſtoralis, de priuil.* Cùm autem *in d.cap.conſultationibus, cap.cura , cap. ſuggeſtum, & d.Clem.ſi vna*, mentio fiat donationis Eccleſiæ ; eam puto ſumi *in d.* quidem *Clem.ſi vna* , iuxta 2.& 3. ſignificationem , *in d.* verò *cap. conſultationibus* , & aliis iuribus mox cit.eamdem donationem accipi pro conceſſione Eccleſiæ etiam in prima ſignificatione : quod etiam ſatis colligitur ex Lamb. locis paulo antè allegat.

Svmmæ Rervm.

24. *Suppreſſio beneficiorum quomodo diuidi poſſit ex parte cauſa efficientis. materialis ; num. 25. formalis ; num.26.cum ſeq.*

27. *Ordo aliquis vniuerſus regularis ſupprimi,ſeu extingui poteſt à Romano Pontifice non modò ſimpliciter , vt in exemplis ibi relatis , ſed etiam ſecundùm quid.*

28. *Suppreſſio beneficiorum ex parte cauſæ finalis quomodo diuidi poſſit.*

29. *Formula commiſſionis ſuppreſſionis , & vnionis beneficiorum, remiſſiuè.*

30. *Formula ſuppreſſionis cuiuſdam Præpoſituræ cum applicatione redituum ipſius cuidam Ordini regulari , & reſeruatione certæ annuæ penſionis alteri pro loco.*

31. *Formula ſuppreſſionis duarum parochialium ex quinque cum applicatione redituum illarum reliquis tribus parochialibus; & vniones aliquorum beneficiorum ſimplicium iiſdem parochialibus, & tranſlationis aliorum beneficiorum in eas ipſas Eccleſias.*

32. *Formula ſuppreſſionis aliquot præbendarum , & Canonicatuum in Eccleſia collegiata inſigni, & reductionis ad minorem numerum iuxta formam, & facultatem Concil. Trid. ſeſſ.24. cap.15.de reform.*

QVÆRO SECVNDO, quotuplex ſit ſuppreſſio beneficiorum , vt meliùs explicemus genera , ſeu ſpecies ſuppreſſionis beneficiorum , illud hac in re obſeruabimus , quod in eadem re quoad commutationem vltimæ voluntatis præſtitimus ſuprà *cap. 2. queſt. 2. ad fin.* & quoad materiam trium præcedentium capitum , in eorum cuiuſlibet quæſt.ſecunda , vt illa , & illas ex quatuor cauſarum generibus deſumamus , efficientis nimirum , materialis , formalis , & finalis ; ſubiicientes etiam aliquam ſuppreſſionis beneficiorum formulam ; id quod pariter in commutatione vltimarum voluntatum fecimus *d. cap. 2. queſt. 3.* & in ſingulis *cap.9.& 11.* materiis,*queſt.*item 2.*ad fin.* ſumus executi. Illud tamen hoc loco admonentes , quòd non ideo nunc ſtatuemus , eas omnes ſpecies ſuppreſſionis beneficiorum,quas afferemus,fore admittendas; id enim propriis locis paulo pòſt citan. examinabimus : verùm intendimus dumtaxat eas omnes ſpecies , de quibus dubitari poteſt , an admittendæ ſint,in præſenti quæſt.recenſere.

Ex parte igitur cauſæ efficientis ; ſuppreſſio beneficiorum † duas diuiſiones principales recipere 24.
poteſt ; alteram ex cauſa efficiente remota, hoc eſt, tribuente potentiam, & facultatem ad ſupprimēda beneficia ; nimirum iure ,ſeu lege huiuſmodi ſuppreſſionem permittente, vel etiam præcipiente;alteram ex cauſa efficiente proxima, hoc eſt, perſona ſupprimente beneficia. Ex parte porrò cauſæ efficientis remotæ diuidi poteſt beneficiorum ſuppreſſio ; vt alia conſideretur introducta à iure diuino; alia à iure humano : & illa quidem,vel à diuino naturali , vel à diuino poſitiuo ; hæc autem,vel à iure ciuili,ſeu ſæculari, vel à iure canonico, ſeu Eccleſiaſtico.de quibus ſingulis ſpeciebus agemus *queſt.ſeq.* ferè per tot. Ex parte verò cauſæ efficientis proximæ , alia ſuppoſitio beneficiorum cōſiderari poteſt, quòd fiat à perſona priuata,alia à perſona publica:&, priorem quidem aliam quis eſſe dixerit , quæ fit à fundatore beneficij, aliam, quæ ab eius herede, aut ſucceſſore ; aliam,quæ ab executore,quem fortè ſuæ voluntatis fundator deportauit ; aliam,quæ à rectore beneficij , aut alio , cuius interſit , ſaltem ſuum ad id præſtando conſenſum : poſteriorem verò aliam , quæ fiat à Principe ſæculari ſupremo , aut inferiore ; aliam , quæ à Papa , Concilio generali, Collegio Cardinalium , Legato Sedis Apoſtolicæ, Patriarcha , Primate , Archiepiſcopo , Epiſcopo, Capitulo , Sede Epiſcopali vacante , aut aliis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus, eorúmve Vicariis , aut Prælatis regularium. de quibus

omnibus

omnibus actuti ſumus *quæſt.* 5. per tot.

Ex parte verò cauſæ materialis, ſeu materiæ, circa quam verſatur hæc ſuppreſſio beneficiorum; † alia erit, quæ fit de certa dignitate, aut alio beneficio per ſe conſiſtente; alia, per quam minuitur numerus præbendarum, vel Canonicatuum, Portionum, aut Dignitatum in aliqua Eccleſia collegiata. quæ diuiſio ſatis apertè ponitur à Doctoribus *in cap. cùm acceſſiſſent, & cap. ex parte, de conſtit.* necnon *in cap. fin. de verb. ſignif.* ac poſt alios à Garz. *d. tract. de benefic. part.* 12. *cap.* 1. *num.* 1. *&* 2. ac ferè per tot. Et ſanè prior ſuppreſſio multiplex ex parte huius cauſæ erit iuxta multas ſpecies beneficiorum, quas recenſuimus ſup. *cap.* 10. *quæſt.* 2. *verſ. ex parte autem cauſæ materialis.* poſterior autem diuidi dumtaxat poteſt in eam, per quam ad minorem numerum reducuntur præbendæ, vel Canonicatus, Portionis, vel Dignitatis ſimplicis Eccleſiæ collegiatæ, alteriúſve, in qua plures ſunt clerici, ac beneficiati, quæ quaſi collegiata dici poteſt, quia non habet iura Collegij, iuxta latè per nos tradita *cap. præced. quæſt.* 2. *verſ. ex parte verò cauſæ materialis*; & eam, per quam huiuſmodi numerus minuitur in Eccleſia Cathedrali, quæ & ipſa procul dubio eſt collegiata. De his autem ſpeciebus, & aliis, ſi quæ ſunt ex parte cauſæ materialis, diſſeremus *quæſt.* 4. per tot.

25. Ex parte cauſæ formalis; † alia eſſe poteſt ſuppreſſio, quæ ad tempus fit; alia, quæ in perpetuum: item alia, quæ fit cum cauſæ cognitione conſentientibus aut vocatis aliis, quorum intereſt; alia, quæ ſine huiuſmodi cauſæ cognitione: & quoad ſpecies prioris diuiſionis, de iis dicemus *quæſt.* 8. *concluſ.* 13. de ſpeciebus autem poſterioris diuiſionis latiùs agemus *quæſt.* 7. ferè per tot. Ad hanc cauſam reducitur illa diuiſio, vt alia ſuppreſſio fiat per ſe, ac directè, ſeu principaliter; alia indirectè, & conſequenter. de priori paſſim agemus *in hoc tract.* de poſteriori ponit aliquot exempla Tholoſan *tract. de benefic. cap.* 21. & Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc gloſ.* 5. §. 7. *num.* 148. *vſque ad* 154. primum, cùm deſtruitur Eccleſia ædificata poſt noui operis nũtiationem, de quo nos infrà *quæſt.* 6. *concluſ.* 2. Secundum, cùm in pœnam delicti necantium Epiſcopum ſuum tollitur dignitas Epiſcopalis ab aliqua ciuitate, iuxta *cap. fin.* 21. *quæſt.* 2. Tertium, cùm ſummus Pontifex permittit monaſteriis Eccleſias in proprium vſum conuertere, iuxta *cap. paſtoralis, de priuileg.* Quartum, ſi propter defectum reliquiarũ, vel abuſum templi, vel altaris, ipſum templum, vel altare deſtruatur, vt *in cap. placuit, de conſecr. diſt.* 1. *& cap. & hoc diximus*, 16. *quæſt.* 7. Quintum, cùm beneficium, ſeu Eccleſia ab infidelibus occupatur, & vbi nullus fit cultus diuinus, *cap. paſtoralis*, 7. *quæſt.* 1. cum aliis ad id adductis à Tholoſ. *d. cap.* 21. *num.* 5.

27. Sextum, † quando vniuerſus aliquis Ordo regularis extinguitur, vt accidit in Templariis, quorum Ordo approbatus erat, *cap. cùm & plantare, de priuil.* ac poſtmodum à Clem. V. ſublatus; ſicut & noſtris temporibus Ordo Humiliatorum ſublatus fuit, & extinctus à fel. rec. Pio V. in conſtit. ſua 122. aliàs 119. incipiente, *quemadmodum*; vbi tamen non ſupprimit, ſeu extinguit eius Præpoſituras, ac beneficia, ſed immo eorum diſpoſitionem Romano pro tempore Pontifici reſeruat. in ſeq. autem conſtit. quæ incipit, *quoniam*, aliqua eorum principaliter, ac ſeorſim ſupprimit, reliqua, vt ſuprà, Apoſtolicæ diſpoſitioni reſeruans. Alterius verò ſuppreſſionis, ſeu extinctionis Ordinis regularis meminit eam admittens Nauar. *conſ.* 16. quod incipit, *præſuppoſito, num.* 2. *&* 3. iuxta Venet. & Lugdunen. editionem, cùm nimirum priuilegio, ſententia, vel reformatione Sedis Apoſtolicæ fuit ſtatutum, vt aliqua religio extingueretur quoad veram eſſentiam religionis, ac maneret quoad apparentiam, & quoad modum viuendi ſeparatum a communi vita, & accedentem ad monachalem, cum aliquo etiam habitu regulari; ita, vt veræ religioni extinctæ ſuccederet noua apparens, in qua poſt mortem antea profeſſorum, non fieret vltrà profeſſio regularis expreſſa, nec tacita; quod ait ſe vidiſſe factum in multis monaſteriis, & Eccleſiis etiam Cathedralibus Canonicorum regularium in Hiſpaniis, & Galliis: ſatiſque id probari, allegata, & probata huiuſmodi conſuetudine immemorabili; quæ habet vim tituli, & pro titulo allegari poteſt, *l. hoc iure*, §. *ductum aquæ, ff. de aq. quotid. & eſt. & cap. ſuper quibuſdam*, §. *præterea, de verb. ſignif.* Septimum, ac poſtremum exemplum eſt, cùm nouæ religiones inuentæ, ac reprobatæ reiiciuntur; nam eorum bona, & collegia diſſoluuntur, vt *in cap. fin. de religioſ. domib. & cap.* 1. *eod. tit. in* 6. facitque *l.* 3. *ff. ad colleg. illicit.* quam etiam ad id allegat contrariis ſatisfaciens Tholoſan. *d. cap.* 21. *num.* 7.

28. Ex parte denique cauſæ finalis, † alia ſuppreſſio beneficiorum eſſe poteſt, quæ iuxta quorũdam ſententiam ſine cauſa fit; alia, quæ fit cum aliqua cauſa: & hæc alia, quæ ex cauſa neceſſitatis, alia, quæ ex cauſa vtilitatis ſiue publicæ, ſiue priuatæ. de quibus omnibus ſuppreſſionis ſpeciebus, ſeu membris partim agendum erit *quæſt. ſeq. ad fin.* partim *quæſt.* 6. ferè per tot. & aliquid etiam dicemus *quæſt.* 8. *concl.* 14.

Nunc autem pro complemento huius quæſtionis, iuxta id, quod in ipſius initio polliciti ſumus, aliquam formulam † huiuſmodi ſuppreſſionis beneficium, ſi lubet, afferamus. 29. Et quidem omiſſa ea formula commiſſionis ſuppreſſionis, quam ſumere licet ex Mandoſ. *ad reg.* 22. *Canc. quæſt.* 7. *num.* 2. vbi etiam ponit aliam formulam commiſſionis vnionis: hoc loco inſignem quamdam ſuppreſſionis formulam inſeremus; eam nimirum, qua Pius ille V. de vniuerſa Chriſtiana Republica optimè meritus, cuius memoria in perpetua benedictione erit, pro ſingulari ſua pietate, & maxima in Regulares familias beneuolentia, & liberalitate, vt quorundam Clericorum regularium Ordinem benigno fauore proſequeretur, ad cuiuſdam ciuitatis populum, vt ipſemet ait, Clericorum eorumdem doctrina, & exemplis meliùs informandam, quamdam Præpoſituram eiuſdem ciuitatis ſuppreſſit, eiúſque bona, ac reditus omnes eidem Ordini conceſſit, & aſsignauit; cum reſeruatione tamen annuæ pẽſionis immunis, ac liberæ ad fauorem certi pij loci, ſeu in certum pium vſum. Poſt quam formulam duas alias ſubiiciemus ſuppreſsionis ab Ordinario faciendæ, alteram Eccleſiæ parochialis; alteram aliquot præbendarum in Eccleſia Cathedrali, vel collegiata aliqua inſigni. Huius autem formulæ, ac Pontificiæ conceſsionis, in qua dignis de cauſis locorum, ac perſonarum nomina in alphabeticos characteres commutauimus; ob quas etiam idipſum in nonnullis formulis ſup. *cap.* 2. *quæſt.* 3. præſtitimus; tenor † eſt 30. huiuſmodi: videlicet,

PIVS Quintus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Motu proprio, &c. Cùm Præpoſitura S. A. B. ciuitatis Ordinis Fratrum Humiliatorum ex eo, quòd aliàs nos generali reformationi dicti Ordinis incũbentes, omnes, & quaſcumque prouiſiones, cõmendas, & alias diſpoſitiones de quibuſcumque Præpoſituris ipſius Ordinis Fratribus illius perpetuò, vel

ad

ad tẽpus Apoſtolica, vel alia auctoritate factas; necnon regreſſus, acceſſus, & ingreſſus ad illas eiſdẽ, & aliis quibuſcumque conceſſas motu ſimili reuocamus; ipſoſque Fratres illis, illarúmque poſſeſſione priuauimus; per reuocationem, & priuationem huiuſmodi, aut alias certo modo vacauerit, & vacet ad præſens: & , vt accepimus, nulli in ea ciuitate Fratres dicti Ordinis, ſed illorũ loco nonnulli Clerici Regulares Congregationis S. C. introducti exiſtant, quorum optima diſciplina, & inſtitutis cuncta ciuitas ß. quotidie magis ad religionem confirmatur: Nos animaduerſo, quòd ipſe Ordo Humiliatorum ſufficientem Fratrum numerum ad præfatam, & alias eius domos complendas non habet; conducibilius fore cenſentes, ſi Præpoſitura prædicta huiuſmodi clericorum Conuentu reformetur, qui doctrina, & exemplis populum dictæ ciuitatis meliùs informare poſſint; motu ſimili, & ex certa ſcientia noſtra, déque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Præpoſituram præfatam, quæ Conuentualis exiſtit; & cuius, ac illi forſan annexorum fructus, &c. quadringentorum ducatorum aureorum de Camera ſecundùm communem æſtimationẽ val. ann. vt etiam accepimus, non excedunt, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuſcumque perſona, ſeu per liberã reſignationem cuiuſuis de illa in Romana Curia, vel extra eam etiam coram notario publico, & teſtibus ſponte factam; aut conſtitutionem, *Execrabilis*, vel aſſecutionem, &c. vacet, etiamſi deuoluta, affecta ſpecialiter, vel aliàs ex quauis cauſa in litteris, etiam diſpoſitiuè, exprimenda, generaliter reſeruata, electiua, litigioſa, cuius litis ſtatum, &c. exiſtat; & Præpoſiti dignitatem, ac in ea, eiúſque domo, & Eccleſia, Ordinem, ſtatum, & omnem eſſentiam Ordinis prædictorum Fratrum Humiliatorum ſupprimimus, & extinguimus; eamdémque cum omnibus, & quibuſcumque proprietatibus, poſſeſſionibus, cenſibus, iuribus, iuriſdictionibus, & actionibus ab ipſo Ordine Humiliatorum, & ceteris illius Præpoſituris perpetuò diuidimus, eximimus, & ſeparamus: illaque omnia ſic diuiſa, & ſeparata cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis Congregationi præfatæ per illius Præpoſitum, & miniſtros iuxta ipſorum ritus inhabitanda, poſſidenda, & reformanda perpetuò concedimus, & aſſignamus; ita, quòd liceat ipſi Præpoſito corporalem poſſeſſionem domus, Eccleſiæ, clauſtri, hortorum, bonorum, poſſeſsionum, proprietatum, aliorúmque iurium, & pertinentiarum prædictarum per ſe, vel alium, ſiue alios nomine dictæ Congregationis propria auctoritate liberè apprehendere, ac perpetuò retinere; illorúmque fructus, &c. in illius vſus, & vtilitatem conuertere: necnon Conuentum clericorum prædictorum, qui commodè ſuſtentari poterunt, in ipſa domo inſtituere, Ordinarij loci, & prædicti Ordinis Præpoſiti generalis, aut cuiuſuis, &c. licentia deſuper minimè requiſita: diſtrictiùs inhibentes, &c. Præterea Officio Inquiſitionis hæreticæ prauitatis in dicta ciuitate, & diœceſi B. inſtituto, vt commodiùs ſuſtentari valeat, penſionem annuam ab omni decima, quarta, dimidia, & quauis alia fructuum parte, necnon ſubſidio etiam charitatiuo, & alio quocumque onere tam ordinario, quàm extraordinario etiam pro fabrica baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, cruciata ſancta, & expeditione etiam defenſiua contra Turcas, hæreticos, & alios dictæ fidei hoſtes, & ex quauis alia cauſa etiam vrgentiſſima, ac neceſſaria, ad Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam, ac etiam de facto pro tempore impoſitis: etiamſi in impoſitionibus ipſis, aut aliàs quomodolibet caueatur expreſsè, quòd percipientes penſiones annuas quantumcumque liberas, immunes, & exemptas, ad contributionem præmiſſorum onerum pro earumdem penſionum rata teneantur; ſeu penſiones ipſas ſoluentes, onera huiuſmodi in illarum ſolutione, aut aliàs pro rata propria auctoritate deducere, & retinere poſſint: necnon belli, peſtis, incendij, grandinis, tempeſtatis, inundationis, ſterilitatis, amiſſionis fructuum, &c. ac omnibus, & ſingulis aliis fortuitis, ſiniſtris, & inopinatis caſibus pro tempore contingentibus; liberam, immunem, & exemptam; ita, quòd nullo tempore quacumque ratione, vel cauſa ad minorem ſummam reduci, aliquóve onere grauari poſſit: centum ſcutorum auri in auro ſuper bonorum, & iurium dictæ Præpoſituræ ſuppreſſæ fructibus, reditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuerſis; etiamſi ſuper illis aliæ penſiones annuæ aliis perſonis aſſignatæ exiſtant; eidem Officio, ſiue eius procuratori, & adminiſtratoribus pro tempore exiſtentibus per Præpoſitum, & clericos dictæ Congregationis pro tempore exiſtentes annis ſingulis, pro vna videlicet in Beati Ioannis Baptiſtæ à proximè futura incipiendo, & alia medietatibus penſionis huiuſmodi in Domini noſtri Ieſu Chriſti natiuitatum feſtiuitatibus integrè perſoluendam auctoritate Apoſtolica perpetuò reſeruamus, conſtituimus, & aſſignamus. Decernentes, præfata omnia inuiolata, atque incommutabilia perpetuò fore, nulláque cauſa, nullóque tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quopiam defectu notari: nec ſub vllis reuocationibus, &c. etiam ſpecialiter, & expreſsè de præfatis mentionem facientibus comprehendi, ſed ſemper ab illis excepta, & quoties, &c. toties, &c. minúſque Generalem, Præpoſitos, & alios dicti Ordinis, etiam pro eo, quòd ipſi, & alij intereſſe habentes, vocati, & cauſæ, propter quas, &c. verificatæ non fuerint, aut alia quacumque occaſione, vel prætextu, aut cauſa, reſtitutionem in integrum, reductionem ad terminos iuris, aut quodcumque aliud gratiæ, vel iuſtitiæ remedium impetrare, vel etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut etiam motu ſimili conceſſis vti poſſe. ſicque per quoſcumque iudices, &c. etiam cauſarum palatij Apoſtolici Auditores, ac S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quauis cauſa, & inſtantia: ſublata, &c. iudicari, &c. debere. necnon irritum, &c. attentari. Non obſtantibus noſtris de non tollendo iure quæſito; & de vnionibus committendis, ac valore exprimendo, & de præſtando conſenſu in penſione, &c. necnon Lateranen. Concilij vltimo celebrati vniones perpetuas, &c. prohibentis; aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis; ac domus, & Ordinis præfatorum iuramento, &c. roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem Apoſtolicam illis etiam in ipſa reformatione, vel etiam in proximo Capitulo generali B. habito, etiã per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, & aliàs ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis: & etiam quibuſcumque prouiſionibus de Præpoſituris extra Ordinem obtentis, cùm vacarent, ad illum, & mores eiuſdem reuocandis. Quibus omnibus, &c. etiamſi de illis, &c. illorum tenores, etiamſi caueatur, quòd clauſulæ implicitæ derogationis nihilominus in genere, & in ſpecie;

ſpecie; latiſſimè extendendæ, hac vice dumtaxat ſpecialiter,& expreſsè motu ſimili deroganus: cæteriſque contrariis quibuſcumque: cum clauſulis opportunis, & conſuetis:

Fiat. Motu proprio. M.

& cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. & quòd verus, & vltimus dictæ Præpoſituræ vacationis modus; etiamſi ex illo quæuis generalis reſeruatio, etiam in corpore iuris clauſa, reſulteț necnon tenores, reformationes priuilegiorum, indultorum, litterarum, & inſtrumentorum, cauſæque, & circumſtantiæ eorum habeantur pro expreſſis; ſeu in toto, vel in parte exprimi, ac etiam ad verbum inſeri poſſint; & cum clauſula generalem reſeruationem importante, ex quauis cauſa in litteris etiam diſpoſitiuè expediendis; & de diuiſione, ſeparatione, exemptione, ſuppreſſione, & extinctione; necnon conceſſione, & aſſignatione: ita, quòd liceat, &c. & de reſeruatione, &c. penſionis annuæ centum ſcutorum auri in auro ſuper bonorum dictæ Præpoſituræ ſupprellæ fructibus, &c. Officio Inquiſitionis præfato, vt ſup. & cum inhibitione, decretis, derogatione, & aliis præmiſſis, quæ pro ſigillatim, & ad partem repetitis habeantur; perpetuò in forma gratioſa, ad perpetuam rei memoriam, latiſſimè extenden. & cum opportuna, ſi videbitur, exequutorum deputatione, qui aſſiſtãr cum poteſtate citãdi etiam per edictum publicum, inhibendi etiam ſub cenſuris, & aggrauandi etiam iteratis vicibus interdicendi, &c. contradictores, etiam inuocato, &c. ſæcularis. & cum derogatione omnium, & ſingulorum præfatorum, aliorũmque quomodolibet contrariorum: quorũ omnium tenores, &c. ad effectum, &c. latiſſimè extendenda: & quod præmiſſorum omniũ, & ſingulorum etiam qualitates, inuocationes, denominationes, nũcupationes, annexiones fructuum, &c. augendo, vel minuendo, quantum opus fuerit: & an regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus ad dictam Præpoſituram alicui, & cui aliàs reſeruatus fuerit, per reuocationem tamen præfatam extinctus: aliorumque circa præmiſſa neceſſariorum maior, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in litteris ſimul, vel ad partem expediendis.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, &c.

Altera verò formula ſuppreſſionis Eccleſiarũ, ſeu beneficiorum, eadémque, prior ex iis duab. formulis ſuppreſſionis ab Ordinario faciendæ, quarũ ſtatim
31. ante præcedentẽ mentionem fecimus, † ea eſt, quá de duabus Eccleſiis parochialibus in ciuitate Sabinenſi, cuius Epiſcopus erat, fecit bo. me. Cardinalis Gabr. Paleotus nõ de Chriſtiana modò Rep. ob labores pro ea ſuſceptos, ſed & de iuris prudẽtia optimè meritus ob editos de ea libros. in hac verò ſimul habebitur formula vnionis quorumdam beneficiorum, & aliorum quorumdam tranſlationis ab vna in aliam Eccleſiã. cuius quidem ſuppreſſionis vniõnis, ac tranſlationis tenor eſt, qui ſequitur.

GABRIEL Paleotus miſeratione diuina S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Sabinẽſis. Vniuerſis, & ſingulis præſentes noſtras litteras viſuris, &c. ſalutẽ, &c. Inter cetera, quæ ad paſtoralis officij curam pertinere dignoſcuntur, illud etiam prętermittendum non eſſe cẽſemus, vt in Eccleſiis omnibus, præſertim parochialibus, in quibus diuinus cultus cum animarum cura exercetur, ad excitandam eò ampliùs populi deuotionem omnis generis ſplendor, atque decor eluceſcere debeat; & vbi hæc commodè fieri non poſſint, præuia illarum, vel ſuppreſſione, vel reformatione, prout in Domino ſalubriùs expedit, opportunè ſit prouidendum.

Cùm igitur nos in Viſitatione parochialium Eccleſiarum ciuitatis Manliani noſtræ Sabinẽſis diœceſis aliàs pluries, & nunc demum, poſtquam inibi diœceſanam Synodum celebrauimus, perſonaliter facta repererimus, in dictis Eccleſiis omnia, quæ in veteẽ parochialibus requiruntur deſiderari: cùm in eis nec ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum aſſeruetur, nec aliqua vel ſub eiuſdem ſanctiſſimi Sacramenti, vel alia ſub inuocatione Confraternitas; pro eo cum luminibus, & vmbella honorificè ad infirmos aſſociando ſit inſtituta; ac etiam ſacriſtia, vaſa ſacra, & cetera cultui diuino neceſſaria paramenta, & ſupellectilia deſint; atque demum indecenter ſe habeant, vt omnino reformandæ eſſe videantur, &, ſi illas ad requiſitã formam inſtrui tentari velit, earumdem fructus adeò exigui ſint, vt, etiamſi ex illis Rectores ſuſtentandi non eſſent, magno annorum curſu ad rem neceſſariam non ſupperterent: perpenſo maximè, quòd illarũ ſubditi, ſiue parochiani pluries tam eorã à nobiſmetipſis, quàm à viſitatoribus noſtris, vt dictarum Eccleſiarum, earumdémque Rectorum neceſſitatibus prouiderent admoniti, id nullatenus efficere curauerũt: & animaduertẽtes etiam nos, quòd in ipſa ciuitate Manliani, (cuius populus non valde numeroſus exiſtit,) quinque inſunt parochiales Eccleſiæ, nempe ſancti Liberati, (quæ etiam noſtra Cathedralis exiſtit,) S. Petri ad præſens per dimiſſionẽ D. Galaſſi de Galaſſis in manibus noſtris ſponte, & liberè factã vacans, ac S. Angeli, S. Iuuenalis, & S. Ioannis; quódque in illis, (præterquam in dicta S. Liberati, vt dictum eſt, Euchariſtiæ ſacramentum non aſſeruatur, ſed eueniente caſu Rectores earumdem ex Cathedrali huiuſmodi ſacramentũ ad infirmos deferunt; populúſque ipſe commodè ſub cura trium tantùm Parochorum contineri queit: ac, ſi propterea duæ ex dictis parochialibus Eccleſiis perpetuò ſupprimerentur, & reliquis tribus reſpectiuè vnirentur, & applicarentur; & demum earumdẽ ſic ſupprimendarum cura cum earum titulis ad dictas tres remanentes transferretur, profectò diuini cultus augmento, ipſarúmque Eccleſiarum felici ſtatui, & decori, Rectorúmque pro tempore exiſtẽtium ſuſtentationi maximopere cõſuleretur. Quamobrem nos inhærentes decretis ſacroſancti Conc. Trid. ipſiúſque auctoritate, ac omni alio meliori modo, via, iure, cauſa, & forma, quibus magis, meliùs, validiùs, & efficaciùs de iure poſſumus, & debemus; vocatis priùs coram nobis dictæ Cathedralis Archipresbytero, ac S Angeli, S. Iuuenalis, & S. Ioannis Eccleſiarum prædictarũ modernis Rectoribus, qui à nobis de hiſce rebus inſtructi eorum conſenſum pariter, & aſſenſum deſuper, quatenus opus ſit, ſponte præſtiterunt;) tres tantùm parochiales Eccleſias in ipſa ciuitate remanere debere decernimus, atque mandamus, quarum vna ſit Cathedralis S. Liberati, altera S. Angeli, & reliqua S. Iuuenalis; curámque animarum dilectorum filiorum parochianorum S. Petri, & S. Ioannis Eccleſiarum prædictarum inibi perpetuò ſupprimimus, & extinguimus, illámque ad dictam noſtram Cathedralem Eccleſiam S. Liberati ſub gubernio, atque regimine nunc, & pro tempore exiſtentis Archipresbyteri eiuſdẽ Cathedralis Eccleſiæ, cui ratione ſui Archipresbyteratus huiuſmodi ſimilis animarum cura dilectorũ etiam filiorum parochianorũ ipſius Cathedralis incumbit, transferimus; curámque ipſam vſque ad limites, & fines parochialium S. Petri, & S. Ioannis Eccleſiarum prædictarum extendimus, & ampliamus: ita, quòd de cetero perpetuis futuris tẽporibus omnes, & ſinguli ſubditi, ſiue parochiani ipſarum Eccleſiarum S. Petri, & S. Ioannis ſub cura, atque regi-

mine

mine ſpirituali Archipresbyteri pro tempore exiſtentis huiuſmodi permanere, & dictam Cathedralem Eccleſiam S. Liberati pro eorum parochiali agnoſcere, inibíque Sacramẽta Eccleſiaſtica debitis temporibus recipere,& alia,ad quæ de iure tenẽtur, adimplere debeant : ſaluo tamen iure ſepeliendi in dictis Eccleſiis S. Petri , & S. Ioannis , quod eis per præmiſſa, & infraſcripta nullatenus auferre , nec in aliquo diminuere intendimus;ſed illis, vt hactenus, perpetuò illæſum,& integrum volumus remanere. Ceterùm,vt Archipresbyter Cathedralis, ac S. Angeli , & S. Iuuenalis Eccleſiarum prædictarum Rectores pro tempore exiſtentes commodiùs ſuſtentari,oneraque ſibi incumbentia , aliaque infraſcripta faciliùs perferre valeant ; dicto Archipresbyteratui ad commodum , & vtilitatem Archipresbyteri pro tẽpore exiſtẽtis dictam Eccleſiam S.Petri,vt præmittitur,vacantem ; prædictis verò parochialibus S. Angeli,& S.Iuuenalis,dictam Eccleſiam S. Ioannis, (quam D.Simon Pacellus Presbyter dictæ ciuitatis de præſenti obtinet;)cum illis forſan annexis , ac omnibus iuribus,membris,& pertinentiis eorumdem exnunc prout extunc, quando per ceſſum, vel deceſſum dicti D.Simonis,vel aliàs quomodolibet vacare contigerit,(ſine tamen illius quoad vixerit præiudicio,)cum cõditionibus, & decretis infraſcriptis perpetuò reſpectiuè vnimus , annectimus , & applicamus,ac,vt præfertur, vnitas , annexas , & applicatas fore,& eſſe volumus,decernimus,atque mandamus; ita , quòd Archipresbyter Cathedralis huiuſmodi, prædictæ S.Petri, exnunc,dicti verò S.Angeli, & S. Iuuenalis Eccleſiarum Rectores,eiuſdem S.Ioannis Eccleſiarum huiuſmodi in omnem , & quemcumque caſum , & euentum vacationis illius poſſeſſionem realem, actualem , & corporalem cum membris , iuribus , & pertinentiis prædictis vigore præſentium reſpectiuè apprehendere, & perpetuò retinere liberè,& licitè valeant. Illarum autem fructus, reditus , & prouentus quoad S. Petri , ad Archipresbyterum, quo verò ad S. Ioannis Eccleſias prædictas , ad S. Angeli , & S. Iuuenalis Eccleſiarum Rectores prædictos pro æquali portione reſpectiuè ſpectent , & pertineant. Inſuper dictæ parochiali S. Angeli perpetuas ſine cura Capellanias S. Bartholomæi , quam D. Fabius Luſchinus , ad S. Georgij , quam D. Virgilius Cælius in ipſa Eccleſia obtinent;dictæ verò parochiali S. Iuuenalis ſimplex beneficium Eccleſiaſticum ſub inuocatione S. Ægidij , quod D. Deiforbus Poitellus in dicta Eccleſia S. Ioannis etiam obtinet , ſimiliter exnunc prout extunc quando illas , & illud per ceſſum , vel deceſſum obtinentium prædictorum , aut aliàs quomodolibet vacare contigerit , vnà cum omnibus iuribus , & pertinentiis eorumdem perpetuò reſpectiuè vnimus , annectimus , & applicamus : ita, quòd S. Angeli dictarum Capellaniarum S.Bartholomæi, & S. Georgij , ac S. Iuuenalis Rectores huiuſmodi pro tempore exiſtentes dicti ſimplicis beneficij S. Ægidij , cùm primùm , vt præfertur , vacauerint , poſſeſſionem realem , actualem , & corporalem cum iuribus , & pertinentiis prædictis reſpectiuè apprehendere,& perpetuò retinere,illorúmque fructus , reditus , & prouentus , iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque percipere,& leuare, ac in ſuos vſus , & vtilitatem conuertere liberè , & licitè valeant , conſuetis ſupportatis oneribus. Vt autem in dicta parochiali Eccleſia S.Iuuenalis diuinus cultus augeatur; perpetuas Capellanias S. Mariæ in Naui , in S. Petri,& S. Laurentij , in S. Ioannis Eccleſiis prædictis reſpectiuè ſitas , ſine tamen præiudicio patronorum earumdem , & iuris , (ſi quod habent ,) patronatus ad illas , ad dictam parochialem Eccleſiam S. Iuuenalis cum omnibus earumdem oneribus , & prærogatiuis transferimus : ita, quòd dictarum S.Mariæ,& S. Laurentij Capellaniarum Rectores nunc , & pro tempore exiſtentes non ampliùs in dictis Eccleſiis S. Petri, & S. Ioannis, ſed in dicta parochiali S. Iuuenalis illarum onera ſupportare , & adimplere teneantur. Volumus etiam, quòd dictæ Cathedralis Eccleſiæ Archipresbyter nunc,& pro tempore exiſtens,vt commodiùs, & ſalubriùs animarum curam huiuſmódi valeat exercere , de cetero vnum Capellanum ſiue ſubſtitutum idoneum circa ſimilem curam bene verſatum à nobis,& ſucceſſoribus noſtris , vel Vicario generali pro tempore approbandum ſuis ſumptibus retinere , doctrinam Chriſtianam docere , & feſtiuis diebus per ſe vel alium , vt ſuprà, idoneum, & approbandum Euangelium populo explanare,ceteraque munia parochialia ad præſcriptum ſacri Concilij Tridentini obire teneatur. Ne verò dictus D. Simon ob ſuppreſſionem curæ dictæ ſuæ Eccleſiæ ſancti Ioannis illius fructus ſine vllo onere percipiat ; eidem iniungimus , quatenus de cetero ſingulis feſtiuis diebus , necnon ſemel ſaltem intra hebdomadam in dicta Cathedrali Eccleſia ſancti Liberati ſacrum facere , inibíque Pœnitentiarij munus quoad vixerit exercere ; & inſuper quotannis in feſtis ſancti Ioannis in illius Eccleſia huiuſmodi, prout hactenus facere conſueuit, Miſſas celebrare debeat & poſt ipſius D. Simonis obitum , ſancti Angeli, & S. Iuuenalis Rectores prædicti in eadem Eccleſia ſancti Ioannis vnam ſaltem Miſſam qualibet hebdomada alternatim celebrare , & ſolita anniuerſaria in feſto ſancti Ioannis ſimiliter facere : atque demum iidem Rectores ſancti Angeli & ſancti Iuuenalis nunc , & pro tempore exiſtentes in eorum Eccleſiis huiuſmodi ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum , coram quo lampas continuè ardeat , honorificè aſſeruare ; ſocietatem eiuſdem ſanctiſſimi Sacramenti ibidem erigere , confeſſionalia formiter inſtructa tenere , ſacriſtiam inſtruere , doctrinam Chriſtianam docere , Euangelium explanare , cæteraque ad animarum curam pertinentia, & à ſacro Concilio Tridentino ſancita exercere omnino teneantur. contrariis non obſtantibus quibuſcumque. In quorum fidem , &c. Datum,&c. præſentibus ibidem, &c.

Tertia denique,ac poſtrema formula erit † ſuppreſſionis aliquot præbendarum in Eccleſia Cathedrali,vel Collegiata inſigni iuxta terminos facultatis ea in re Epiſcopo conceſſæ à Concilio Tridentino *ſeſſ.24.c.15.de reform.*quam formulam,cùm hucuſque reperire non potuerimus , nos ipſi mox relatam à præſtantiſsimo viro factam ſuppreſſionem , quatenus ſubiectæ materiæ natura patitur, imitantes formauimus in hunc,qui ſequitur,modum,videlicet: 32.

ANTONIVS Butius Dei,& Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus ciuitatis,ac diœceſis A.Vniuerſis , & ſingulis præſentes noſtras litteras viſuris pariter,& lecturis ſalutem in Domino.

Inter cetera,quę ad paſtoralis officij curam pertinere dignoſcuntur,illud etiã prætermittendum non eſſe cẽſemus,vt in Eccleſiis omnibus,præſertim Cathedralibus,& Collegiatis inſignibus , in quibus diuinus cultus diuinorum maximè officiorũ celebratione exercetur , ad excitandam eò ampliùs populi deuotionem omnis generis ſplendor , atque decor eluceſcat ; & , vbi hæc commodè fieri non poſsint, prędiaillarũ reformatione,vel ſuppreſsione prout in Domino ſalubrius expedit , opportunè prouideatur.

Cùm igitur nos in visitatione Collegiatarum Ecclesiarum ciuitatis, aliàs pluries, & nunc demù postquam inibi diœcesanam Synodum celebrauimus, personaliter facta repererimus, in Ecclesia Collegiata insigni S.I. esse viginti quatuor Canonicatus, vltra dignitatem Præposituram nuncupatam, quę inibi principalis, atque vnica existit, & caput est Capituli; & duodecim portiones; quibus omnibus tam ex dispositione iuris, & hactenus obseruata consuetudine, quàm ex fundatione laicorum patronorum annexum est onus personalis residentiæ, & continuæ interessentiæ horis Canonicis, ac diuinis officiis, quæ inibi celebrantur; adeò verò tenues esse præbendas simul cum distributionibus quotidianis, vt sustinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant: neque huic incommodo prouideri possit per vnionem beneficiorum simplicium sæcularium, quorum nullum habet præfata nostra hæc ciuitas, vel diœcesis; ei verò optimè occurreretur, si præfatæ vigintiquatuor præbendæ Canonicales ad minorem numerum, nimirum decem, & octo, sex ex iis suppressis, reducerentur; tot enim adhuc superessent, vt simul cum memorata dignitate Præpositurę, ac duodecim portionibus, & diuino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiæ commodè valeant respondere. Hinc est, quòd nos, inhærentes decretis sacrosancti Concilij Tridentini, ipsiúsque auctoritate, ac omni alio melioti modo, via, iure, causa, & forma, quibus magis, meliùs, validiùs, & efficaciùs de iure possumus, & debemus; (vocatis priùs coram nobis omnibus prædictis Canonicis, eorúmque Præposito, quorum nomina hæc sunt, videlicet NN. necnon B. C. ac D. E. laicis, ad quos, eorúmque heredes spectat electio, & præsentatio ad singulos prædictorum Canonicatuum, cùm vacauerint, prout nobis ex legitimis documentis, & antiqua, ac pacifica eorum possessione ad eosdem Canonicatus, pro tempore præsentandi constat; ac tam prædictis Præposito, & Canonicis omnibus, & singulis, quàm memoratis patronis sponte, ac liberè suum ad id consensum præstantibus, sex præbendas, & Canonicatus, cùm primùm illos, & illas per cessum, vel decessum nunc obtinentium, vel aliàs quomodolibet vacare contigerit, ex nunc prout ex tunc, & è contrario, suppriminus, extinguimus, & abolemus; earum fructus, & prouentus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicantes; ac simul decernentes, hanc suppressionem tolli, aut impediri non posse ex quibuscumque prouisionibus etiam vigore resignationis, aut quibusuis aliis derogationibus, vel suspensionibus, & in omnibus, ac per omnia iuxta formam præscriptam à Concilio Tridentino: ac præsertim in præsentia DD.N. Archidiaconi, & NN. Canonicorum repræsentantium totum, & integrum Capitulum nostræ Ecclesiæ Cathedralis A. qui quidem, re priùs cum ipsis à præfato Reuerendissimo Episcopo communicata, atque ad id specialiter ab eodem vocati, & congregati, huiusmodi reductionem, ac suppressionem respectiuè vtilem, ac necessariam fore existimantes, eámque laudantes, & approbantes, suum eidem pariter consensum liberè præstiterunt. In quorum fidem has fieri, ac sigillo nostræ Curiæ Episcopalis muniri iussimus, manúque nostra subscripsimus. Dat. A. ex nostro Episcopali Palatio, Anno Domini, &c. Indictione, &c. die verò, &c. mensis, &c. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. Domini, &c. Præsentibus ibidem, &c. testibus, &c.

Atque ex his finis sit huic 2. Quæstioni.

SVMMÆ RERVM.

33. *Ius est causa efficiens remota suppressionis beneficiorum, & proxima potentia, ac facultatis supprimendi.*
34. *Suppressio beneficiorum non est contraria iuri naturali. & quid, si beneficia sine creata ex fundatione alicuius personæ, vel Ecclesiæ, quæ ea dotauerit; num. 35.*
36. *Suppressio beneficiorum non est à iure naturali introducta.*
37. *Suppressio beneficiorum regulariter non est contraria iuri diuino positiuo; & num. seq. ac 40.*
38. *Beneficia, & modi ea acquirendi quomodo instituta sint ab Ecclesia ex potestate sibi diuinitus tradita.*
39. *Suppressio Papatus est contraria iuri diuino positiuo; & ibi, quod Papatus est de iure diuino; ac num. 77.*
40. *Suppressio Episcopatus an sit contraria iuri diuino positiuo; & ibi, an Episcopatus sit de iure diuino etiam quoad iurisdictionem; & num. 66.*
41. *Suppressio beneficiorum non est inducta à iure diuino positiuo, aut humano ciuili, seu statuari; num. 42.*
43. *Suppressio beneficiorum plerumque iuri humano positiuo est contraria. in aliquibus tamen casibus est ab eo inducta; num. 44. & aliquot seqq.*
45. *Ecclesia, & beneficium sine dote esse non potest.*
46. *Intellectus cap. consultationibus, de donat.*
47. *Intellectus cap. cum M. Ferrariensis, de emptit.*
48. *Intellectus cap. & temporis, & cap. postquam hostilis, 16. quæst. 1.*
49. *Vnio quando tollat, vel extinguat beneficium. & in quibus casibus talis vnio habeatur; numer. 50. vel dependentia, aut annexio beneficiorum; num. 51.*
52. *Causa finalis suppressionis beneficiorum est necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ.*
53. *Status Ecclesiarum mutatur per earum vnionem, & suppressionem.*
54. *Suppressio beneficiorum per se, ac regulariter est odiosa. aliquando tamen est fauorabilis; numer. 55. & quid, si fauor sit pro suppressione, & contra eam; quidve post eandem iam in esse deductam; num. 56.*

QVÆRO nunc TERTIO, quo iure, & quam ob causam introducta sit suppressio beneficiorum.

Cùm præsens quæstio, vt patet, duas habeat inspectiones, seu partes; alteram de iure, per quod beneficiorum suppressio inducta sit, atque adeò † 33. de ipsius causa efficiente remota, hoc est, causa efficiente ipsius proximæ causæ efficientis, ac simul proxima causa efficiente potentiæ, ac facultatis supprimendi; alteram de causa, ob quam à iure fuit introducta hæc suppressio, & sic de causa eius finali: ius autem vel sit diuinum naturale, vel diuinum positiuum, vel denique humanum positiuum, vt constat ex latiùs post alios per nos adductis sup. *cap. 3. in prima & quæst. 1. conclus. 1.* necnon *quæst. 2. & 3. in initio*: ideo, vt dilucidiùs in ea procedamus; circa priorem inspectionem de

singulis

ſingulis prædictis iuribus ſingulas ſtatuemus concluſiones; quartam ſubiicientes quoad poſteriorem inſpectionem, de cauſis, ob quas ius beneficiorum ſuppreſſionem introduxit; quintam mox, & poſtremam concluſionem ſubinferentes, in qua videbimus, an huiuſmodi ſuppreſſio fauorabilis ſit, vel odioſa.

PRIMA CONCLVSIO. Suppreſſio beneficiorum † neque eſt contraria iuri naturali, neque 34.
ab eo introducta. Prior pars huius concluſ. probatur; tum quia iura naturalia ſunt immutabilia, §. *ſed naturalia, Inſtit. de iur. natur. gent. & ciu.* §. *naturale, diſt.* 5. *circa initium,* & §. *naturale ergo ius, diſt.* 6. cum aliis ad id adductis ſup. *d. cap.* 3. *quæſt.* 1. *in initio.* at verò beneficia aliquando ſaltem ſupprimi poſſunt, vt & praxis docet, ac tradunt communiter Doctor. *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* vbi bonus ad hoc text. melior verò in Trident. Concil. *ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de reformat.* & aliis in iuribus, quæ inf. hac ipſa quæſt. *concluſ.* 3. referemus. Tum ex eo, quòd beneficiorum omnium, excepto Papatu, & Epiſcopatu, ac ſecundùm aliquos etiam Cardinalatu, fundatio, inſtitutio, & creatio eſt iure tantùm humano inducta, vt conſtat ex *cap.* 1. 22. *diſt. cap. nullus, & cap. nullus*, ac ferè per tot. 9. *quæſt.* 2. cum aliis, ex quibus id probant inter ceteros Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benef. part.* 1. *in præfat. numer.* 5. Vgol. *tract. de ſimon. tab.* 1. *cap.* 3. §. 4. *numer.* 1. *vſque ad* 5. *& cap.* 48. *in princ. numer.* 2. *& tribus ſeqq.* atque alij ad id per nos allegati ſup. *cap.* 9. *quæſt.* 3. *concluſ.* 1. Non negauerim tamen, quòd, † vbi beneficia ipſa ex fundatione ali- 35.
cuius perſonæ, vel Eccleſiæ, quæ ex propriis bonis ea dotauerit, inſtituta, & creata fuerunt, cùm tunc per eorum ſuppreſſionem mutetur, & alteretur vltima voluntas defuncti, ſeu fundatoris; ea ſuppreſſio naturali æquitati aduerſetur, quæ dictat, vltimam voluntatem mitti executioni debere: per ea, quæ ſup. *cap.* 3. *quæſt.* 1. *concluſ.* 1. *ad fin.* attulimus.

Poſterior † pars huius concluſ. probatur pri- 36.
mò ex eo, quòd ſiue ſumamus ius naturale ſecundùm Iuriſconſultos, hoc eſt, vel primæuum, quod commune etiam eſt animantibus; vel ſecundarium, quod omnibus, vel ferè omnibus hominibus, ſeu gẽtibus, & ius gentium vocant: ſiue illud ſumamus, prout à Theologis accipitur, nimirum pro moralibus principiis, & præceptis à Deo in Decalogo explicatis; iuxta latiùs per nos adducta ſup. *d. cap.* 3. *quæſt.* 1. *concluſ.* 1. non longè ab initio: non eſt à iure naturali introducta ſuppreſſio beneficiorum: quoniam neque ea communis eſt hominibus cum brutis, vt de ſe patet; ſed neque omnibus, aut ferè omnibus gentibus, cùm nullum illius veſtigiũ apud Ethnicos, aut alios minimè Chriſtianos populos appareat. Similiter huiuſmodi ſuppreſſio ex moralibus principiis, aut immediatis eorum concluſionibus, quæ ſunt præcepta Decalogi, per neceſſariam conſequentiam non colligitur, vt cuique rem perpendenti facilè patebit: præſertim quia potiùs aduerſari tunc videtur ſexto, ac decimo Decalogi præcepto de non furando, aut concupiſcendo rem alienam, cùm beneficia ex alicuius fundatione inſtituta, & creata ſunt, ac certo perſonarum generi deputata: ac propter præiudicium illud, quod fit contraueniendo voluntati fundatoris, eiúſque heredibus, quorum intereſt, vel intereſſe poteſt eam voluntatem obſeruari, iuxta latiùs per nos adducta ſup. *cap.* 6. *quæſt.* 1. *concluſ.* 2. *circa medium*; ac ferè in his terminis à Lambertin. *tract. de iure patronat. lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 7. *numer.* 7. *&* 9. Secundò probatur; quoniam, cùm, vt paulo antè vidimus, beneficia Eccleſiaſtica inferiora iure tan-

tùm humano poſitiuo, non autem naturali inducta ſint; neque etiam eorum ſuppreſſio, ſeu deſtructio, & extinctio iure naturali introducta eſſe poteſt; tum quia contraria circa idem verſantur, ſeu contrariorum eadem eſt ratio, ac diſciplina, vt latè probat Euerard. *in loc. à contrar. numer.* 1. *vſque ad* 6. Mandoſ. *ad regul.* 31. *Canc. quæſt.* 21. *numer.* 3. & Gonzal. *ad regul.* 8. *Canc.* §. 5. *proœm. numer.* 118. necnon *gloſ.* 6. *numer.* 174. *& gloſ.* 43. *num.* 171. tum quia non entis nullæ ſunt qualitates, *l. eius, qui in prouincia, propè fin. ff. ſi cert. petat.* & qualitas eſſe nequit ſine ſubiecto, *l.* 2. *ff. de vſufr.* cum aliis per nos ad vtrumque alleg. ſup. *cap.* 9. *quæſt.* 3. *concluſ.* 1. *ad fin. & cap.* 10. *quæſt.* 1. *verſic. qualitatis autem nomen.*

SECVNDA CONCLVSIO. Suppreſſio beneficiorum † neque eſt contraria iuri diuino poſitiuo, neque ab eo inducta. Prior pars concluſionis 37.
ex eo probatur, quia, cùm ius diuinum poſitiuum contineatur vel in lege Moyſi, ſeu veteri; cuius præcepta quædam ſunt cæremonialia, quædam moralia, quædam iudicialia: vel in lege noua, hoc eſt, Euangelica; cuius præcepta vel ad fidem pertinent, vel ad Sacramenta; iuxta ea, quæ quoad hoc vtrumque tradidimus *in noſtro tract. de decim. cap.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 13. *vſque ad* 18. iuncto *num.* 22. *cum ſeq.* & ſup. hoc ipſo tract. *cap.* 3. *quæſt.* 2. *in princ. & concluſ.* 1. præcepta quidem cæremonialia, & iudicialia veteris legis, per Chriſti mortem expirarunt, vt *d. quæſt.* 2. *in princ. ac d. num.* 13. ſatis oſtendimus. Quoad præcepta verò moralia eiuſdem legis veteris ſiue ea ſint dumtaxat præcepta Decalogi, ſiue alia quædam pauca, iuxta tradita per nos *d. cap.* 3. *quæſt.* 2. *concluſ.* 1. *& cap.* 9. *quæſt.* 3. *concluſ.* 2. pariter non video, quomodo huiuſmodi ſuppreſſio beneficiorum in illis moralibus præceptis contineatur non ſolùm directè, & expreſsè, vt patet, ſed neque etiam tacitè, & indirectè; quia forſan per aliquod ex iis inducta ſint beneficia Eccleſiaſtica, eorúmve inſtitutio, & creatio, cùm eius contrarium in præced. concluſ. docuerimus, oſtendentes, ea iure dumtaxat humano poſitiuo fuiſſe introducta. Quoad legem autem nouam, ſeu Euangelicam idipſum ex eo facilè probatur, quòd, cùm in ea Chriſtus Dominus nullum aliud præceptum dederit, præter præcepta fidei, & Sacramentorum, vt ſup. *d. cap.* 3. *quæſt.* 2. *concluſ.* 2. *& cap.* 9. *quæſt.* 1. *concluſ.* item 2. ſatis comprobauimus; certum eſt, inter hæc non contineri huius ſuppreſſionis prohibitionem. ſed nec dici poteſt, eam contineri in præceptis moralibus Decalogi, aut aliis moralibus veteris Teſtamenti, quæ ſimul naturalia ſunt, & à Chriſto confirmata, & declarata, iuxta tradita ſup. *d. cap.* 3. *quæſt.* 2. *in princ. & concluſ.* 1. atque etiam *d. tract. de decim. cap.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 20. 21. *&* 23. nam, vt ex iis colligitur, quæ *d. concluſ.* 1. *circa med.* adduximus, ſicut præceptum de non ſupprimendis beneficiis non continetur in illis moralibus præceptis, quatenus ea ſunt pars legis veteris, aut naturalis, vt conſtat ex dictis *in hac, & præced. concl.* ita neque continebitur, quatenus ea præcepta confirmata fuerunt, ac declarata à Chriſto Domino in lege Euangelica, cùm in iis confirmandis, ac declarandis nihil quoad ſuppreſſionem beneficiorum immutarit, vt etiam per ſe patet. Neque pariter huic obeſt id, quod Vgol. *d. tract. de ſimon. tab.* 1. *cap.* 3. §. 4. *& cap.* 48. *in princ. numer.* 1. *&* 2. *cum quatuor ſeqq.* docet, Eccleſiam ex poteſtate, & auctoritate ſibi à Chriſto Deo, & homine diuinitus tradita inſtituiſſe Eccleſiaſtica beneficia, & varios modos, ac formam ea acquirendi: atque adeò ſaltem in lege noua, ſeu Euangelica tacitè prohiberi videtur eiuſ-

modi beneficiorum suppressio. Respondetur enim, Vgolin. *loco cit.* ac præcipuè *d. cap.* 48. *in princ.* intelligendum esse, prout etiam satis apertè loquitur, non quasi velit, potestatem diuinitus Ecclesiæ fuisse traditam immediatè, & in specie ad instituenda beneficia, ac de iis disponendi: sed solum, quòd facultas, seu potestas hæc instituendi, de illisque disponendi manat, & originem habet à potestate ipsi Ecclesiæ à Christo Domino tributa ad populum Christianum bene gubernandum, ac regendum, cùm *Matth.* 18. dixit Apostolis, eorúmque successoribus Episcopis; *quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis*: necnon *Ioan.* 21. dum Petro dixit, atque in eius persona Romanis pro tempore Pontificibus; *Pasce agnos meos, pasce oues meas*: id quod ex eodem Vgol. constat *d. tab.* 1. *cap.* 47. *ac d. cap.* 48. *in princ. tom.* 1. vbi ex eadem potestate Ecclesiæ à Christo tradita deducit, in ipsa Ecclesia esse potestatem condendi leges Ecclesiasticas; quæ tamen, vt omnes fatentur, ac præcipuè, quos retulimus sup. *cap.* 3. *quæst.* 2. *circa initium*, ius non diuinum, sed humanum positiuum sunt; quia nimirum non à Deo immediatè conditum, sed mediatè, hoc est, ex potestate ab eo Ecclesiæ suæ attributa ad ea facienda, quæ pro fidelium recta gubernatione necessaria forent, aut opportuna. Fallit autem hæc prior pars conclu-
39. sionis † in Papatu. nam cùm hic non ab Ecclesia, sed à Christo Domino institutus sit, & quidem in vnica persona, successiuè tamen continuanda vsque ad consummationem seculi, illis verbis Matth. 16. *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum*, &c. ac Ioan. 21. *Simon Ioannis, diligis me plus his? pasce agnos meos, pasce oues meas*, &c. definitúmque est sæpè in iure, vt *cap. in nouo, & cap. quamuis, dist.* 21. *cap.* 1. *&* 2. *dist.* 22. *cap. aliorum, & cap. cuncta per mundum, il* 1. 9. *quæst.* 3. *cap. significasti, de elect. cap. felicis, de maior. & obed. cap. nouit, de iudic. cap. fundamenta, de elect. in* 6. *& Extran. vnam sanctam, de maiorit. & obed. in commun.* Non idem ta-
40. men dicendum est † de Episcopatibus. quamuis enim iuxta veriorem, & communiorem sententiam Episcopatus quoad ordinem sit de iure diuino, vt colligitur cùm ex aliis sacræ Scripturæ locis, tum ex Act. 20. *Attendite vobis, & vniuerso gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* 1. ad Timoth. 3. *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*; cum aliis, quibus id comprobat Card. Bellarmin. *controuers. tom.* 2. *contro.* 2. *gener. lib.* 1. *cap.* 14. *&* 15. vbi etiam idem probat quoad iurisdictionem. pro qua sententia est auctoritas satis aperta Concil. Trid. *sess.* 23. *cap.* 4. *& can.* 6. *ac* 7. allegantis d. locum *Act.* 20. qui sanè valde vrget: sicut & ille *Matth.* 18. cùm Dominus dixit Apostolis, *Quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata, & in cœlis, & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta, & in cœlis*; Episcopi autem successerunt in locum Apostolorum, vt constat ex *cap. in nouo*, 21. *dist. cap. fin.* 68. *dist. cap. videntes*, 12. *quæst.* 1. & Conc. Trid. *d. cap.* 4. ac post multos tradit Cardin. Bellarmin. *d. cap.* 14. quare malè Gonzal. *ad d. reg.* 8. *Canc.* §. 1. *procem. num.* 18. absolutè post alios ait, Episcopos non successisse Apostolis quoad iurisdictionem. Quamuis, inquam, hæc ita se habeant: tamen tam Apostoli, quàm Episcopi eam accepere, & accipiunt dependenter à Rom. Pontifice, quod solùm probat text. *in cap. ita Dominus*, 19. *dist.* quem allegat Gonzal. cui similis est *in d. cap. fundamenta, in princ. de elect. in* 6. vnde Nicol. I. *d. cap.* 1. 21. *dist.* Omnes, inquit, siue Patriarchij cuiuslibet apices, siue Metropoleon primatus, aut Episcopatuum Cathedras, vel Ecclesiarum cuiuslibet ordinis dignitates instituit Romana Ecclesia; hoc est, quoad distinctionem diœcesum: ad quod etiam est optimus text. *in cap. in illis, 80. dist. cap.* 1. 99. *dist. cap.* 1. ac fere per tot. 9. *quæst.* 2. Atque hinc est, quòd potest Papa duos Episcopatus in vnum redigere, vt in posteriori parte seq. conclus. latè videbimus; id quod sine suppressione, & extinctione vnius Episcopatus fieri non posse, constat ex adductis sup. hoc ipso cap. *quæst.* 1. *ad fin.* Et hæc quoad priorem huius conclus. partem. Posterior verò † pars eiusdem conclusionis proba- 41.
tur tum ex fundamentis, quibus priorem eius partem confirmauimus huic posteriori cum proportione applicatis: nam sicut in legis veteris, aut nouæ præceptis non continetur illud, quo beneficiorum suppressio prohibeatur; ita neque illud, quo eadem præcipiatur, aut expressè permittatur: tum ex secundo fundamento, ex quo posteriorem partem præced. conclusionis comprobauimus posteriori huius conclus. parti accommodato: quia nimirum, cùm & beneficia, eorumque institutio, & creatio iure non diuino, sed dumtaxat humano inuenta sit, & introducta; inde etiam sequitur, eorum suppressionem, seu extinctionem solo humano iure introductam fuisse; cùm & contrariorum eadem sit ratio, ac disciplina; & non entis nullæ sint qualitates, & qualitas nequeat esse sine subiecto; quæ omnia *ibid.* ex alibi etiam adductis satis confirmauimus. Hoc autem humanum ius Ecclesiasticum erit, vt *in seq. conclus.* videbimus; non autem † sæcula- 42.
re; quoniam laici etiam religiosi de rebus Ecclesiasticis, ac spiritualibus nullam habent disponendi potestatem, siue statuendo, *cap. bene quidem, 96. dist. cap. quæ in Ecclesiarum, & cap. Ecclesia sancta Mariæ, de consist. & cap. fin. de reb. Eccles. non alienan.* siue alia ratione de iis tractando, *cap.* 2. *& 3. de iudic.* cum suis concord.

TERTIA CONCLVSIO. Suppressio beneficiorum licet plerumque † iuri humano positi- 43.
uo sit contraria; in aliquibus tamen casibus ab eo est inducta. Prior pars conclusionis probatur tum à fortiori ex iis, quibus *cap. præced. quæst.* 3. *conclus.* 3. hoc ipsum de mutatione status Ecclesiarum, ac beneficiorum ostendimus: tum quia plerumque beneficia sunt instituta ex fundatione laicorum, aut Ecclesiarum ad id tribuentium vel dotem, vel fundum, atque ad Ecclesiarum constructionem contribuentium; idque siue per actum inter viuos, siue per dispositionem causa mortis, iuxta *cap. pia mentis, & seqq.* 16. *quæst.* 7. *cap.* 1. ac toto penè tit. *de iurepatronat.* cum suis concord. quare, cùm de his beneficiis supprimendis, seu extinguendis agitur, simul etiam agitur de vltima voluntate commutanda, quæ commutatio regulariter iuri humano positiuo aduersatur: prout tam quoad dispositionem inter viuos, quàm causa mortis; (quam vtramque vltimæ voluntatis nomine contineri docuimus sup. *cap.* 2. *quæst.* 1. *circa medium*;) constat ex iuribus per nos allegat. *cap.* 3. *huius tract. quæst.* 3. *conclus.* 1. atque inter hæc quoad actum quidem inter viuos, ex *l. si donationem, C. de reuoc. donat. l. inciuile, C. de rei vendic. l. de contractu, C. de rescind. vendit. cap.* 1. *& cap. qualiter, de pœn. Clem. quia contingit, in princ.* iuncta glos. recepta, *verbo, largitione, de relig. domib.* Concil. Trident. *sess.* 7 *cap. vlt. & sess.* 22. *cap.* 8. *de reformat.* quoad testamenta verò, & reliquas dispositiones causa mortis, ex *l.* 1. *& l. Decuriones, ff. de administr. rer. ad ciuit. pertin. l. si testamentum, C. de testam. l. cùm necessitatem, C. de fideicom.*

com. & §. diſponat, auth. de nupt. collat. 4. cap. vltima voluntas, 13. quæſt. 2. cap. nos quidem, cap. ſi heredes, cap. tua nobis, & cap. Ioannes, de teſtam. & quoad vtramque diſpoſitionem, ex *l. qua ratione, §. hæ quoque res, ff. de acquir. rer. domin. & §. per traditionem, Inſtit. de rer. diuiſ. cap. de xenodochiis, & cap. ad hæc, de relig. domib. d. Clem. quia contingit, in princ. eod. tit.* necnon Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 5. & 8. de reformat.* atque in terminis ſuppreſsionis beneficiorum, quæ fit per diminutionem numeri Canonicorum in aliqua Eccleſia Collegiata, id colligi videtur tum ex *cap. fin. de verb. ſignific.* dum ad Rom. Pontificem *inibi* pro hac numeri diminutione, ſeu moderatione recurritur; cùm ſuperfluum ſit hoc precibus poſtulare, quod iam lege permiſſum eſt, *l. vnic. C. de theſaur. lib. 10.* cum ſuis concord. *ibid. in verbo, lege*, per gloſ. allegat. tum ex eo, quòd ſuppreſsio beneficiorum per ſe tendit ad diminutionem cultus diuini, ad quem ipſa beneficia ſunt inſtituta; de iure autem cultus diuinus augeri potius debet, quàm minui, *cap. fin. de reſcript. in 6. & cap. pen. de conſtit.* vbi ob hanc ipſam cauſam mandat ſummus Pontifex, retineri numerum antiquum præbendarum, quem Canonici reſtrinxerunt per ſtatutum; nolentes, inquiens, diuini numinis minui cultum, ſed potiùs augmentari. Idipſum etiam *in terminis* ſentit Abb. *in cap. cùm acceſſiſſent, numer. 4. in fin.* quem *ibi* ſequitur Felin. & alij, dum ait, quòd, ſi alius à Capitulo inſtituit præbendas, vel dignitates, non poteſt Epiſcopus cum Capitulo eas diminuere ſine auctoritate fundatoris, vel heredis: quod etiam ante eos voluit Hoſtien. & Card. & quòd non poſsit Epiſcopus, & Capitulum dignitatem etiam ex cauſa ſupprimere, & tollere, vbi talis dignitas ab alio, quàm à Capitulo ſit facta, poſt Felin. *d. cap. cùm acceſſiſſent, col. 7.* voluit Apoſt. Abb. *d. numer. 4. ſub littera I.* Poſterior au-
44. tem † pars huius noſtræ concluſ. probatur primò ex text. *in d. cap. cùm acceſſiſſent, §. vlt. de conſtitut.* vbi ſaltem per ſtatutum à ſede Apoſtolica confirmatum poteſt Epiſcopus cum Capitulo tollere ab Eccleſia Collegiata dignitatem, ſeu officium: dicitur enim *ibi*; quocirca mandamus, quatenus, ſi vobis conſtiterit, Tullen. Canonicos, ne vlteriùs in Tullen. Eccleſia Primiceriatus eſſet officium, communiter ſtatuiſſe, ac ſtatutum ipſum auctoritate ſedis Apoſtolicæ fuiſſe poſtmodum, ſicut dicitur, confirmatum, vos illud faciatis in ſuo robore permanere. Secundò probatur ex *cap. ex parte, eod. tit.* vbi à contrario ſenſu habetur, quòd poteſt Capitulum, & Epiſcopus per ſtatutum ex cauſa, nimirum vbi reditus Eccleſiæ ſunt diminuti, minuere numerum præbendarum ab antiquo in ea Eccleſia ſtatutum: ideo enim mandat ibi Rom. Pontifex, ſeruari in illa Eccleſia antiquum numerum præbendarum, non obſtante etiam confirmatione prædicti ſtatuti à ſede Apoſtolica per Canonicos obtenta; quia numerum præbendarum eiuſdem Eccleſiæ, licèt eius reditus non eſſent diminuti, reſtrinxerant. Tertiò ex text. *in cap. paſtoralis, de priuileg.* vnde habetur, per Papam indulgeri aliquando religioſis, vt Eccleſias ſuas in proprios vſus poſsint conuertere, decedentibus perſonis earum, quod proculdubiò ſine ipſarum Eccleſiarum ſuppreſsione fieri non poteſt, cùm nullum beneficium, nulla-
45. que Eccleſia † ſine dote eſſe poſsit, *cap. nemo, de conſecr. diſt. 1. cap. ſanctum, 23. quæſt. vlt. cap. quoniam, de vit. & honeſt. cler. cap. 1. de cenſib.* cum ſimil. Ad idem ſunt alia iura, in quibus habetur, Eccleſias, ac beneficia ſæcularia locis religioſis concedi ab Epiſcopo poſſe, vt *in cap. conſultationibus, & cap. paſtoralis, de donat. cap. tua nuper, & cap. paſtoralis, de his, quæ fi. à prælat. fin. conſ. Capit. cap. quod autem, cap. illud, cap. cura, cap. nullus, & cap. ſuggeſtum, de iurepatronat. cap. cum & plantare, in princ. de priuil. & Clem. 2. de reb. Eccleſ. non alien.* præcipuè verò *d. cap. conſultationibus*; quem text. Abb. & alij Doctor. intelligunt † de conceſſione Eccleſiæ, 46.
ſeu beneficiis religioſis locis facienda quoad proprietatem: quod quidem fieri non poſſe videtur abſque ſuppreſſione, ſeu extinctione ipſius beneficij quoad titulum. Quartò, hæc eadem poſterior pars concluſ. probatur ex *cap. cùm M. Ferrarienſis, de conſtit.* vbi iuxta communem expoſitionem † 47.
ideo reductio maioris numeri Canonicorum, ſeu præbendarum ad quatuordecim tantùm à Canonicis per conſtitutionem facta, & per ſedem Apoſtolicam confirmata mandatur à Rom. Pontifice non obſeruari; ſed aliis quinque aſſignari ex ſuperexcreſcentibus fructibus totidem præbendas; quia iam ipſi fregerant numerum à ſe conſtitutum per voluntariam receptionem quatuor ad vacaturas præbendas; vnde colligitur, quòd, niſi fregiſſent numerum minorem à ſe conſtitutum, valuiſſet, & ſuſtineretur prædicta reductio, ſeu diminutio, non obſtante etiam conſuetudine contraria, vt apertè ſentit gloſ. ab aliis approbata *ibi, verbo, conſuetudinem*, allegans text. cap. proximè præced. qui expreſsè admittit talem numeri præbendarum diminutionem. Quintò, probatur ex *d. cap. fin. de verb. ſignific.* vbi ſaltem ex Rom. Pontificis auctoritate poſſunt delegati ad inſtantiam Epiſcopi, & Capituli, diminutis Eccleſiæ facultatibus numerum Canonicorum in ea inſtitutum iuxta eaſdem facultates, vt *ibidem* dicitur, moderari, ac mutilare, hoc eſt, minuere. Denique hæc poſterior propoſitæ concluſionis pars probatur ex Conc. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 15. de reformat.* vbi decernitur, quòd in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, vbi frequentes, adeoque tenues ſunt præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & perſonarum qualitate non ſufficiant; liceat Epiſcopis cum conſenſu Capituli, ſi per aliquot ſimplicium beneficiorum, non tamen regularium vnionem iis faciendam prouideri non poſſit; aliquibus ex iiſdem præbendis ſuppreſſis, cum patronorum conſenſu, ſi de iurepatronatus laicorum ſint: quarum fructus, & prouentus reliquarum præbendarum diſtributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere: ita tamen, vt tot ſuperſint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Eccleſiæ commodè valeant reſpondere: non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus, & priuilegiis; aut quacumque reſeruatione generali, vel ſpeciali, aut affectione: neque prædictæ vniones, aut ſuppreſſiones tolli, ſeu impediri poſſint ex quibuſcumque prouiſionibus, etiam vigore reſignationis, aut quibuſuis aliis derogationibus, vel ſuſpenſionibus. Quomodo autem tam huius decreti, quàm aliorum præcitatorum iurium diſpoſitio intelligi, aut extendi poſſit, vel debeat, in ſequentibus huius capitis quæſtionibus propriis locis videbimus. Interim verò, priuſquam ad reliquas præſentis quæſt. concluſiones tranſeamus, duo alia iura prætermittenda non ſunt, quæ maximè hanc poſteriorem concl. partem confirmant. quorum primum eſt † *in cap. & temporis, 16. quæſt. 1.* quod *cum cap. ſeq.* quod incipit, *poſtquam hoſtilis*, Gratian. ſtatim ante ad hoc allegauit, vt 48.

probaret, Papam posse duos Episcopatus in vnum redigere, Apostolica potest auctoritas: atque adeò, cùm hic sit secundus modus vnionis ex tribus relatis sup. hoc ipso cap. *quæst.* 1. *post medium*, simul etiam, iuxta ea, quæ *ibidem* tradidimus, habemus casum suppressionis beneficiorum: ibi enim ostendimus, † per eum modum vnionis beneficij ipsum beneficium tolli, & extingui. sed & si dicamus cum glos. *d. cap. & temporis, verbo, vtrarumque*; iuxta secundum eius intellectum, quem aliqui Doctor. *ibi* sequuntur, per vnionem, de qua *ibi*, vnam Ecclesiam, seu sedem Episcopalem alteri subiici; adhuc *inibi* habetur casus suppressionis beneficij, cùm per talem vnionis modum, qui est primus ex tribus *d. quæst.* 1. relatis, vt *ibi* docuimus, pariter tollatur, & extinguatur beneficium. His autem similem text. habemus in Trident. Conc. *sess.* 24. *cap.* 13. *de reform.* vnde pari ratione hæc posterior præsentis concluſ. pars confirmatur, dum in eius initio sic habetur: quoniam pleræque Cathedrales Ecclesiæ tam tenuis reditus sunt, & angustæ, vt Episcopali dignitati nullo modo respondeant, neque Ecclesiarum necessitati sufficiant; examinet Concilium Prouinciale, vocatis iis, quorum interest, & diligenter expendat, quas propter angustias, tenuitatémque vicinis vnire, vel nouis prouentibus augere expediat; confectaque de præmissis instrumenta ad summum Rom. Pontificem mittat; quibus instructus summus Pontifex, ex prudentia sua, prout expedire iudicauerit, aut tenues inuicem vniat, aut aliqua accessione ex fructibus augeat. Ad idem etiam eadem de causa pertinent alia iura, in quibus vnionis mentio fit, † quæ ad prædictum primum, vel secundum modum vnionis perpetuæ beneficiorum spectant; cuiusmodi est *cap.* 2. *de religios. domib. cap. sicut vnire, de excess. prælat. Clem.* 1. §. *ad hæc, de stat. monach. Clem.* 2. *de reb. Eccles. non alien.* Concil. Trident. *sess.* 7. *cap.* 6. *& sess.* 14. *cap.* 9. *sess.* 21. *cap.* 5. *sess.* 23. *cap.* 18. *versic. & quia ad Collegij fabricam, circa med. sess.* 24. *cap.* 13. *circa initium, & vers. in vnionibus verò, eadem sess.* 24. *cap.* 15. *& sess.* 25. *cap.* 9. *vers. insuper accessiones, de reformat.* faciunt etiam tum iura, in quibus approbatur † dependentia vnius beneficij ab alio, vt *in cap. dudum, il* 2. §. *licèt autem, vers. insuper, de elect. & cap. eam te, de etat. & qualit. & ord. præficiend.* tum ea iura, in quibus de annexione beneficiorum habetur, vt *in cap. expositi, & cap. extirpanda*, §. *qui verò, de prabend. cap. super eo, cap. quia sæpe, & cap. cum singula, eod. tit. in* 6. *& Clem. fin. eod. tit.* quoniam, vt sup. hoc ipso cap. *quæst.* 1. *ad fin.* admonuimus, vnio, & annexio beneficiorum parum, aut nihil inter se differunt, vt etiam colligi potest ex mox citat. iurib. & Concil. Trident. *d. sess.* 7. *cap.* 7. *de reform.*

QVARTA CONCLVSIO. Causa finalis, ob quam introductum est, vt aliquando supprimi beneficia possint, † est necessitas, vel publica Ecclesiæ vtilitas. probatur tum ex iis, quibus idipsum de mutatione status Ecclesiarum, ac beneficiorum tradidimus *cap. præced. quæst.* 3. *conclus.* 4. & generatim de commutatione vltimarum voluntatum docuimus *cap.* 3. *quæst.* 4. ad quam commutationem, vt paulo antè *initio præced. concl.* vidimus, pertinet suppressio beneficiorum; sicut pariter negari non potest, vt etiam aliàs admonuimus, per huiusmodi suppressionem statum beneficij, & Ecclesiæ mutari. tum ex aliis, quibus hoc † de vnionibus ostendimus, *cap. præced. quæst.* 6. *conclus.* 2. præcipuè ex *cap. & temporis qualitas, cum seq.* 16. *quæst.* 1. *cap.* 2. *de relig. dom.* & Concil. Trident. *sess.* 21. *cap.* 5. *de reform.* quibus nunc addo *cap. expositi, de prabend. in cap. ex parte, de constit. & cap. fin. de verb. signific.* & Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 15. *de reform.* quæ inf. hoc ipso cap. fusiùs ad hoc inducemus *quæst.* 6. *conclus.* 2. simul ex *d. cap. ex parte*, ostendentes, suppressionem beneficiorum ob solam priuatam eam impetrantium vtilitatem fieri non posse. Tres verò speciales causas publicæ vtilitatis in suppressione ex nonnullis iuribus colligit Petr. Greg. Tholosan. *in non. instit. rei beneficiar. cap.* 19. *numer.* 2. prima est, ne plures sint clerici, quàm nutriri possint, & ita mendicitas clericorum in opprobrium veniat cleri. Secunda ne contra intentionem, & prouidentiam fundatorum plures clerici admittantur. Tertia ne multitudo clericorum confusionem pariat, & officij, ac ministerij quamdam vtilitatem. Nunc autem ad vltimam præsentis quæst. conclusionem descendamus, quæ ex hac ipsa concluſ. colligitur.

QVINTA igitur, & postrema CONCLVSIO sit. Suppressio beneficiorum licèt per se, ac regulariter † sit odiosa: aliquando tamen est fauorabilis. Hæc conclusio, supposito eo, quod sup. *c.* 3. *quæst.* 4. *in* 1. *& 2. præmiss.* necnon *c.* 9. *quæst.* 3. *concl. vlt. circa medium*, latis ostendimus, eamdem dispositionē partim fauorabilē, partim etiam odiosam esse posse; ita tamen, vt pars, quæ præponderat, eam vel fauorabilem, vel odiosam faciat, quoties odium à fauore distingui non possit; quòd, si vnum ab altero commodè valeat separari, tunc odium, vt odium, & fauorem, vt fauorem assumendum fore: ac tandem si & contra dispositionem, & pro ea fauor sit, tunc fauorem, qui potentior sit, attendendum esse, ac præualere debere. Hoc, inquam, supposito præsens conclusio quoad priorem partem ex eo probatur, quoniam, quòd beneficia non supprimantur, per se, ac regulariter conforme est iuri communi, vt sup. hac ipsa quæst. *conclus.* 3. in priori eius parte ostendimus; at verò fauorabilis est omnis dispositio, quæ iuri communi innititur, Caputaq. *decis.* 88. *num.* 6. *part.* 2. Cassad. *decis.* 4. *num.* 2. *de privil.* cum aliis ad id citat. à Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc.* §. 6. *procem. numer.* 42. quare suppressio ipsa erit odiosa; nam contrariorum contraria est ratio, & contrarij effectus, *l. qui accusare, ff. de accusat.* cum aliis, quæ ad id allegat Euerard. *in loc. à contrar. numer.* 7. & quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito, §. *plus autem*, & *ibi* not. Ang. & Ias. *Instit. de action.* cum simil. odiosaque est dispositio contra ius, vt constat ex adductis à Gonzal. *d.* §. 6. *procem. numer.* 3. cum aliquot seqq. Posterior autem huius conclusionis † pars probatur: quoniam, si quidem huiusmodi suppressio beneficiorum fiat propter necessitatem; quia nimirum impossibile sit de facto, quòd beneficium subsistat, vtputa, quòd eius dos in totum perierit, vel Ecclesia sit destructa, nec spes vlla sit reædificationis; aut de iure, vt in casu *cap.* 1. *& 2. de nou. oper. nunciat.* de quo latiùs infrà *quæst.* 6. *conclus.* 2. tunc fauorabilis erit suppressio, tum iuxta regulam mox traditam, quia innititur iuri communi eam fieri præcipienti, vel certè permittenti, vt in iurib. sup. hac ipsa quæst. *conclus.* 3. in posteriori eius parte allegat. tum quia continet plerumque publicam vtilitatem, cùm nimirum minuitur numerus Canonicatuum, vel præbendarum in Ecclesia ab aliquo defuncto siue per actum inter viuos, siue per dispositionem causa mortis fundata, ob diminutionem reddituum illius; vt nimirum tunc quoad fieri possit executioni mittantur, nec omnino depereant huiusmodi defunctorum voluntates;

id

id quod fauorabile eſt, vtpote publicam habens vtilitatem, *l. vel negare, ff. quemadm. teſtam. aper.* cum aliis per nos adductis ſup. *cap. 3. quæſt. 4. poſt medium.* Si verò prædicta ſuppreſſio beneficiorum non ſit propter neceſsitatem, quia nimirum tam de iure, quàm de facto beneficium remanere poteſt abſque eo, quòd extinguatur; adhuc ſuppreſsio huiuſmodi fauorabilis erit, cùm aut immediatè, ac directè ſit propter communem, ſeu publicam vtilitatem, vt in nonnullis ex caſibus *in præced. concluſ.* relatis, & *quæſt. 6. concluſ. 2.* recenſendis; quæ quidem publica vtilitas facit, vt diſpoſitio etiam aliàs odioſa, fauorabilis cenſeatur, ex adductis per nos *d. quæſt. 4. poſt medium:* aut ſit pro augendo, vel retinendo cultu diuino, quia, niſi talis ſuppreſsio fieret, diuinus cultus minueretur; fauorabilem autem eſſe diſpoſitionem, per quam diuinus cultus augetur, vel retinetur, *ibidem* ſatis oſtendimus. Idémque ſtatuendum eſt, vbi ſuppreſsio facienda ſit propter Eccleſiarum vtilitatem, vel vt ſuccurratur pauperibus clericis, & Eccleſiæ miniſtris, aut perſonis litteratis, ac benemeritis; vel vt ſaluti Chriſtianorum conſulatur, aut aliàs fauore piæ cauſæ: in quibus omnibus caſibus fauorabilis eſt diſpoſitio, vt conſtat ex iis, quæ attulimus *cap. præced. quæſt. 3. concluſ. 5.* & latiùs *cap. 3. quæſt. 4. poſt medium.* Vbi autem fauor vtrinque eſſet, nimirum, & pro ſuppreſsione, & contra ſuppreſsionem beneficij; tunc † 56.
fauor potentior prævalere debet, ex adductis per nos *d. quæſt. 4.* longè poſt medium; quo etiam loco attigimus, quis fauor ſit potentior; & illud ſubiecimus, vnde colligere licet, an', & quando poſt deductam in eſſe ſuppreſsionem, ſi de eius interpretatione agatur, reſtringenda ſit, vel ad caſus ſimiles, aut aliàs extendenda. Nunc autem ad alias huius cap. quæſtiones tranſeamus.

SVMMÆ RERVM.

57. *Supprimi poſſunt beneficia fundata, ſeu erecta per diſpoſitionem ſiue inter viuos, ſiue etiam cauſa mortis. & tam erecta cum reſeruatione iuriſpatronatus ob fundationem, vel dotationem, quàm erecta ex fructibus ſuperfluis, aut eleemoſynis abſque ea reſeruatione; num. 58. & duob. ſeqq.*
59. *Conſenſus Capituli, vel patronorum an, & quando ſit neceſſarius ad ſuppreſſionem prebendarum.*
60. *Auctoritas Papæ quando requiratur ad diminutionem numeri prebendarum, vel ſuppreſſionem dignitatis.*
61. *Supprimi poteſt beneficium Eccleſiæ ſiue Collegiatæ, ſiue non Collegiatæ, ſeu de per ſe ſtans.*
62. *Beneficia, quorum erectio contraria eſt, vel conformis iuri naturali, diuino, vel humano, an ſupprimi poſſint, vel debeant. & quid de iis quorum erectio eſt præter ius, vel inuolucns quid de facto impoſſibile in executione; numer. 63.*
64. *Beneficia, quorum erectio ſub conditione, vel in diem facta eſt, an ſupprimi valeant ante, vel poſt aduentum conditionis, aut diei. & quid vbi facta ſit ſub falſa demonſtratione, vel cauſa; aut ſub certo modo, & poſtea deficiente; vel extorta ſit per vim, aut metum; numer. 65.*
66. *Supprimi poſſunt beneficia ſecularia omnia, excepto Papatu. & aliqua etiam regularia; num. 67. atque item ſiue perpetua, ſiue manualia; numer. 68.*
69. *Supprimi poſſunt beneficia ſiue curata, ſiue non curata.*
70. *Supprimi poteſt regulariter beneficium Eccleſiaſticum cuiuſlibet ſpeciei ſaltem ab aliquo; & nonnullis num. ſeqq.*
71. *Beneficia omnia mundi ſunt Papa manualia, ſeu obedientialia.*
72. *Supprimi poteſt beneficium, licèt annexam habeat perſonalem reſidentiam, aut certum ordinem; vel qualitatem, vt prebenda Theologalis, Magiſtralis, Doctoralis, ac ſimiles; numer. 73.*
74. *Supprimi poſſunt etiam beneficia electiua, iuriſpatronatus, & ea, quibus certa onera, & conditiones, ſeu pacta ſunt appoſita.*
75. *Cardinalatus an ſupprimi poſſit; & an ſit beneficium, ac de iure diuino. & quid de numero Cardinalium, ſeu titulorum Cardinalatus; num. 76.*
77. *Papatus eſt quoddam beneficium Eccleſiaſticum. & tamquam diuino iure ita inſtitutum, vt vnicus ſucceſſiuè ſit Papa, qui à Deo immediatè ſuam poteſtatem accipit, & nulla creatura vlla ratione ſupprimi poteſt; numer. 78. cum ſeq.*
79. *Papa an derogare poſſit iuri naturali, vel diuino poſitiuo.*
80. *Reſeruatio non capit beneficium ſuppreſſum, neque ſupprimi poteſt beneficium reſeruatum, quibuſdam caſibus exceptis; & numer. 173. cum duob. ſeqq.*

QVÆRO igitur QVARTO, quænam beneficia ſupprimi poſsint.

Poſtquam in proximè præcedenti quæſt. de cauſa efficienti remota ſuppreſsionis beneficiorum egimus; antequam de eiuſdem ſuppreſsionis cauſa proxima efficiente diſputemus, quod ſtatim *ſeq. quæſt.* præſtabimus; ſequitur iuxta methodum, quam in duob. præced. capitib. *quæſt. 4.* propoſuimus, vt in præſenti quæſt. de cauſa materiali prædictæ ſuppreſsionis agamus, ſeu de materia, circa quam ipſa ſuppreſsio verſatur: materia enim huiuſmodi actioni, & cauſæ efficienti proximæ in actu exiſtenti ſaltem ordine naturæ præſupponitur. Videndum igitur nunc nobis erit, quænam beneficia ſupprimi poſsint: id quod propoſitis more noſtro opportunis concluſionibus, breuiter tamen, exequemur.

PRIMA CONCLVSIO. Non ſolùm ſupprimi poſſunt † beneficia fundata per actum, ſeu 57.
diſpoſitionem cauſa mortis, ſed etiam fundata per actum, ſeu diſpoſitionem inter viuos. Probatur tum ex iis, quibus idipſum quoad commutationem vltimæ voluntatis oſtendimus ſup. *cap. 4. quæſt. 1.* neque enim negari poteſt, quin vtplurimum ſuppreſsio beneficiorum ſit quædam vltimæ voluntatis commutatio, cùm plerumque beneficia ex piorum hominum voluntate erigantur, qui per diſpoſitionem inter viuos, vel cauſa mortis fundum, atque expenſas ad conſtructionem Eccleſiæ, aut dotem pro beneficij fundatione, ſeu erectione contulerunt: vtraque autem hæc diſpoſitio vltimæ voluntatis nomine continentur, vt ſup. *cap. 2. quæſt. 1. & 2.* ſatis oſtendimus. tum ex aliis, quibus hanc eamdem concluſionem ſtatuimus, ac ſufficienter, ni fallor, confirmauimus, quoad derogationem quidem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum *cap. 10.*

Digitized by Google

quæſt. 4. concluſ. 1. quoad mutationem autem ſtatus Eccleſiarum ac beneficiorum, *cap præced.* pariter *quæſt. 4. concl.* 1. quæ quidem ſi diligenter perpendantur, æquè locum habent in ea, de qua nunc agimus, beneficiorum ſuppreſsione.

SECVNDA CONCLVSIO. Supprimi
58. poſſunt † tam beneficia erecta, ſeu fundata ex bonis patrimonialibus, aut Eccleſiaſticis reſeruato iurepatronatus, ſeu præſentandi, vel fundatori eiúſque hæredibus, aut alteri, cui fundator voluerit; vel Rectori Eccleſiæ, eiúſque ſucceſſoribus; quàm erecta ex fructibus ſuperfluis, aut eleemoſynis abſque vlla iuriſpatronatus reſeruatione. Hæc concluſio quoad vtramque eius partem colligitur primò ex *cap. cùm acceſſiſſent, & cap. ex parte, de conſtit.* necnon *cap. fin. de verb. ſignific.* prout ea iura *quæſt. præcedent. concluſ.* 3. ponderauimus; ibi enim admittitur ſuppreſsio dignitatis, vel certi numeri Canonicorum antea inſtitutæ, ac inſtituti in ea Eccleſia; non diſtinguendo, quo ex prædictis duobus modis facta fuerit inſtitutio. & adhuc apertiùs ex Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 15. de reformat.* cuius verba *in d. concluſ.* 3. retulimus; dum enim *inibi* decernitur, licere certis in caſibus Epiſcopis cum conſenſu Capituli, & patronorum, ſi de iurepatronatus laicorum ſint, aliquas præbendas Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum inſignium ſupprimere, apertè conſtat, iiſdem in caſibus ſuppreſsionem aliquot præbendarum fieri poſſe ſiue eæ præbendæ ſint de iurepatronatus, ſiue non; & ſiue illud iuſpatronatus ſit laicorum, ſiue Eccleſiarum; verum
59. cum hoc diſcrimine, quòd, † ſi præbendæ illæ non ſint iuriſpatronatus, vel iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, ſufficiat conſenſus Capituli cum Epiſcopo ad præbendarum illarum ſuppreſsionem faciendam; ſi verò ſint iuriſpatronatus laicorum, conſenſus quoque patronorum exigatur. Secundò hæc concluſio quoad vtramque partem probatur ex eo, quòd poſt alios tradunt Abb. *d. cap. cum acceſſiſſent, numer.* 4. Felin. *numer.* 17. ac Dec. *numer.* 44. *cum trib. ſeqq.* in poſtrema edit. aliàs *concluſ.* 2. & 3. quòd ex cauſa ſupprimi poſſet dignitas, & minui numerus præbendarum ſiue ab alio, quàm à Capitulo ſint inſtitutæ, ſiue ab ipſo Capitulo. verùm cum hoc diſcrimine, quòd, ſi ab alio, quàm à Capitulo inſtitutæ ſint, requiritur conſenſus fundatoris, vel heredis, aliàs ſufficit conſenſus Capituli cum Epiſcopo, niſi numerus ſit taxatus, aut creata dignitas à Papa; quo
60. caſu † regulariter numerus ille minui, aut dignitas ſupprimi nequit ſine eius auctoritate: idque etiam poſt alios ex communi tenet Garz. *d. tract. de benefic. part.* 12. *cap.* 1. *numer.* 3. quod tamen temperat *numer.* 4. & Abb. ac Felin. *vbi ſup.* niſi cauſa diminutionis, aut ſuppreſsionis poſtea ſuperueniſſet. Immo Felin. *ibidem* poſt Imol. *ibi,* (quos etiam refert Garz. ſup. *numer.* 6. ad id quoque adducens Ioan. Azor. *Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 30. *quæſt.* 10.) idem fore docent etiamſi in confirmatione adeſſet clauſula decreti irritantis. in quo tamen contrarium ſentit ipſe Garz. *numer.* 9. *cum duobus ſeqq.* prout *quæſt ſeq. concluſ.* 1. in priori eius parte videbimus, vbi latiùs totam hanc rem explicabimus.

TERTIA CONCLVSIO. Supprimi ali-
61. quando poteſt † non modò beneficium, quod ſimul cum aliis vnum corpus conſtituit, qualis eſt præbenda, ſeu Canonicatus; verùm etiam beneficium de per ſe ſtans, vt eſt dignitas Eccleſiæ non Collegiatæ, Capellania, aliúdve ſimile. De prioti beneficiorum genere ſatis conſtat ex *d. cap. cùm acceſſiſſent, & cap. ex parte, de conſtit. cap. fin. de verb. ſig.* & Concil. Trident. *d. ſeſſ. 24. cap. 15. de reform.* nam *in d. cap. cum acceſſiſſent*, expreſsè mentio fit de ſublatione, ſeu extinctione dignitatis in Eccleſia Cathedrali. *d.* autem *cap. ex parte, cap. fin. & cap. 15. Conc.* de huiuſmodi diminutione numeri præbendarum in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis. de poſteriori autem genere beneficiorum tradiderunt communiter Doctor. *d. cap. cùm acceſſiſſent, & cap. ex parte*, gloſ. recepta *in Clem. ſi vna, verbo, vacabat, & verbo, defenſor, de reb. Eccleſ. non alien.* Lambert. *tract. de iurepatronat. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 7. *artic.* 30. *numer.* 8. *& lib.* 3. *quæſt.* 6. *artic.* 7. *numer.* 6. & Roch. de Curt. *in fin. tract. verbo, pro eo, quòd de diœceſani conſenſu, quæſt.* 15. *ſub numer.* 32. & alij, quos retulimus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 1. *ante med.* quibus nunc addo Nauar. *conſil.* 9. *de offic. ordin. & conſil.* 17. *de prabend.* iuxta impreſsion. Lugdunen. ac Venetam, & ſatis colligitur ex *regul.* 12. ſeu 13. *&* 21. ſeu 22. *Canc.* necnon ex *conſtit.* 53. aliàs 69. Pij IV. quæ incipit, *in ſublimi, verſ. necnon ab vniuerſis*, ſeu §. 4.

Poſſent hoc loco, antequam ad ſpeciales concluſiones de præcipuarum ſpecierum beneficiorum ſuppreſſione veniamus, aliæ nonnullæ generales concluſiones proponi, & explicari, vel potiùs, quod ſup. *cap.* 4. *quæſt.* 3. *& quatuor ſeqq.* latiùs quoad vltimæ voluntatis commutationem proſecuti ſumus, huic materiæ, de qua agimus, applicari; prout *cap.* 9. *quæſt.* 4. *concluſ.* 5. *& ſeqq.* quoad fideicommiſſi derogationem breuiter fecimus. Sed quoniam eædem generales concluſiones facile formari poſſunt ex *prad. quæſt.* 3. *& quatuor ſeqq.* ſolo mutato commutationis vltimarum voluntatum nomine in ſuppreſſionem beneficiorum, quæ nihil præcipui, aut diuerſi quoad hoc habet à materia commutationis vltimarum voluntatũ, cuius etiam ſpecies quædam eſt beneficiorum ſuppreſſio; vnde ab illa quoque ad hanc argui poteſt, vt iam non ſemel docuimus: eam ob cauſam pro memoratis generalibus in hac ſuppreſſionis materia concluſionibus candidum lectorem ad quinque prædictas quæſtiones ita
62. remiſiſſe ſat erit, vt, ſi ſcire velit, † an ſupprimi debeant, vel poſſint beneficia, quorum erectio contraria ſit, vel conformis iuri naturali, id petat ex *d. cap.* 4. *quæſt.* 3. de erectione autem contraria, aut conformi iuri diuino poſitiuo, ex *quæſt.* 4. *eiuſdem cap.* ſicut de contraria, vel conformi iuri humano poſitiuo, ſumere poterit ex *quæſt.* 5. illius ipſius cap. quoad beneficia verò, † quorum erectio eſt præ-
63. ter ius, vel inuoluens quid de facto impoſſibile in executione, an ea ſupprimi poſſint, conſulat, quæ ſcripſimus *eod. cap.* 4. *quæſt.* 6. pro illo autem arti-
64. culo, † an beneficia, quorum erectio, ſeu inſtitio ſub conditione, vel in diem facta eſt, ſupprimi valeant ſiue ante, ſiue poſt aduentum conditionis, vel diei, petere quiſque poterit ex latiùs per nos quoad vltimæ voluntatis commutationem adductis *d. cap.* 4. *quæſt.* 7. vnde etiam habebit quid ſtatuendum ſit, † vbi erectio illa, ſeu inſtitutio benefi-
65. cij facta fuerit ſub falſa demonſtratione, vel cauſa; aut ſub certo modo, eo modo poſtea deficiente, ſeu non obſeruato; atque item quid, vbi huiuſmodi erectio, ſeu inſtitutio beneficiorum per vim, vel metum extorta ſit, an tunc beneficium illud ſupprimi poſsit. Nos autem nunc ad prædictas ſpeciales concluſiones de præcipuis beneficiorum ſpeciebus, an eæ ſupprimi valeant, deſcendamus.

QVARTA CONCLVSIO. Supprimi poſ-
66. ſunt beneficia † ſiue ſæcularia ſint, ſiue regularia. De ſæcularibus probatur; tum ex eo, quòd beneficia curata, ſeu parochialia ſupprimi aliquando

do poſſunt, vt *in ſeq. concluſ.* videbimus: huiuſmodi autem beneficia ſæcularia ex ſui natura ſunt, vt ſup. *cap. 9. quæſt. 3. concluſ. 3. ad fin.* oſtendimus: tum ex text. *in d. cap. cùm acceſſiſſent, & cap. ex parte, de conſtitut.* necnon *cap. fin. de verb. ſignif.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 15. de reformat.* dum *d. cap. cùm acceſſiſſent*, admittitur ſublatio dignitatis de Eccleſia Cathedrali, *d.* autem *cap. ex parte, & cap. fin.* apertè ſupponitur, reſtringi poſſe numerum præbendarũ in Eccleſia Cathedrali, & *d. c. 15.* Conc. Trident. in ſpecie ſupprimi poſſe aliquot præbendas in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus. Huiuſmodi autem Eccleſiæ vtplurimum ſunt ſæculares; atque adeò earum beneficia ſæcularia. Ad idem etiam ſunt text. *in cap. & temporis qualitas, cum ſeq.* quod incipit, *poſtquam hoſtilis, 16. quæſt. 1.* ex quibus Gratian. paulò ante *§. quod autem, verſ. ſicut enim*, quem alij communiter ſequuntur, tradit, duos Epiſcopatus in vnum redigi poſſe Apoſtolica auctoritate: quæ vnio vim ſuppreſſionis habet, vt ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 1. poſt medium*, oſtendimus. Ab his verò ſæcularibus beneficiis omnino excipiendus eſt Papatus, qui ſupprimi non poteſt, per ea, quæ adduximus *quæſt. præced. concluſ. 2. poſt medium.* Quod autem ad Epiſcopatus attinet; non obſtat, quòd is de iure diuino ſit non modò quoad ordinem, ſed & quoad aliquam iuriſdictionem, vt præter citatos a nobis *d. concluſ. 2. & in tract. de Conſeruatorib. iudicib. cap. 5. numer. 11.* pluribus docet Suarez *tom. 4.* qui eſt *de pœnit. diſput. 25. ſect. 1. numer. 3. 4. & 6. cum duobus ſeqq.* & Hoied. *tract. de incompatib. benefic. part. 1. in præfat. numer. 5.* nam adhuc hanc iuriſdictionem habent Epiſcopi per ſummum Pontificem, ſeu dependenter ab illo, vt idem probat *d. ſect. 1. num. 10. 11. & 12.* & Card. Bellarm. *tom. 1. controu. 3. lib. 4. cap. 28. cum ſeq.* ad quod nos quoque alia attulimus *d. concluſ. 2. poſt medium*, ac præſertim text. *in cap. 1. diſt. 22.* vbi Nicol. II. Omnes, inquit, ſiue Patriarchij cuiuſlibet apices, ſiue Metropoleon primatus, aut Epiſcopatuũ Cathedras, vel Eccleſiarum cuiuslibet ordinis dignitates inſtituit Romana Eccleſia, hoc eſt, quoad diſtinctionem diœceſum, ſeu prouinciarum, & erectionem in titulum beneficialem. Et quoniam Epiſcopatus, & Eccleſiæ Cathedrales aliquando regulares eſſe poſſunt, vt ſatis conſtat ex *cap. nullus, in fi. de elect. in 6. & Clem. 1.* pariter *in fi. eod. tit.* ideo ex præcitat. iuribus colligere licet, † etiam 67.
aliquod beneficium regulare ſupprimi poſſe; id quod meliùs quoque ſuadetur tum ex *cap. cum ſingula, in princ. de præbend. in 6.* vbi mentio fit duorum Prioratuum regularium, quorum vnus ex alio dependeat, quíve adinuicem ſint annexi, & vtrumque iure fieri poſſe apertè ſupponitur: tum ex *Clem. 1.* quæ incipit, *ne in agro, §. adhæc, de ſtat. monach.* vbi ſtatuitur, quòd, ſi prouentus Prioratuum, ſeu adminiſtrationum regularium duobus monachis non ſufficiunt, iidem Prioratus, ſeu adminiſtrationes, niſi per Abbates ad ſuſtentationem duorum ſufficientes reddantur, locis aliis vicinioribus ad eorum monaſteria pertinentibus, vel ipſorum monaſteriorum officiis, aut inter ſe inuicem, prout erit commodius, cum conſilio, & aſſenſu Abbatum, per locorum Ordinarios vniantur: cùm autem in quolibet ex his duobus iuribus duos priores modos vnionis habeamus, qui vim ſuppreſſionis beneficiorum habent, vt *d. quæſt. 1. circa medium, & ad finem*, docuimus; inde etiam ſatis colligitur, beneficia regularia, de quibus ea iura loquuntur, ſupprimi poſſe. Neque his obeſt Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 13. verſ. in parochialibus, & d. cap. 15. circa initium, de reformat.* vbi prohibetur vnio beneficiorum regularium, nam vbi etiam *ibi* agatur de vnione altero ex prædictis duobus modis, qui vim ſuppreſſionis habent: certe neque talis vnio *ibi* ſimpliciter prohibetur, ſed certis duntaxat *in* caſibus; neque omnibus perſonis, ſed ſolùm inferioribus Rom. Pontifice: cùm tamen ad hanc concluſionem nobis ſufficiat, quòd beneficia non modò ſæcularia, ſed & regularia ab aliquo, & nonnullis in caſibus ſupprimi poſſint, & ſanè, quoad regularia apertè ſupponitur in conſtit. Pij IV. quæ incipit, *inter aſſiduas*, & eſt 126. in bullario antiq. 95. autem in nou. §. 39. & 40. ſeu *verſ. necnon hoſpitale, ac verſ. & potiori pro cautela*; vbi mentio habetur ſuppreſſionum quarumdam Præceptoriarum Ordinis Militaris S. Lazari Hieroſolymitani a Rom. Pontificibus prædeceſſoribus ſuis factarum: eiuſdémque ſuppreſſionis regularis beneficij exemplum habemus in formula, quam ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 2. ad fin.* retulimus, & inſeri curauimus. Hinc verò quintæ concluſ. loco inferri poteſt, quòd † tam perpe- 68.
tua beneficia, quam manualia ſupprimi poſſint; nam ſecularia beneficia regulariter perpetua ſunt; ſicut & beneficia regularia vtplurimum manualia ſunt; prout pluribus docet inter alios Gonzal. *in commentar. reg. 8. Canc. gloſ. 5. §. 6. numer. 6. & 7.*

QVINTA CONCLVSIO. Tam beneficia curata, quàm non curata † ſupprimi aliquando 69.
poſſunt. Quoad non curata ſatis probatur hæc concluſio, tum ex text. *d. cap. cùm acceſſiſſent, & cap. ex parte, de conſtit.* necnon *cap. fin. de verb. ſign.* & Concil. Trident. *d. ſeſſ. 24. cap. 15. de reform.* prout ea iura *quæſt. præced. concluſ. 3.* in poſtertori eius parte, & concluſ. hanc præced. ponderauimus: tum ex cod. Conc. *ſeſſ. 14. cap. 9. de reformat.* dum enim *ibi* prohibetur, ne beneficia vnius diœceſis, etiamſi parochiales Eccleſiæ fuerint, alterius diœceſis beneficio, aut monaſterio, vel loco etiam pio perpetuò vniantur; inde colligi videtur, quòd huiuſmodi beneficia parochiali beneficio, monaſterio, aut loco pio eiuſdem diœceſis vniri poſſunt; atque adeò ſupprimi, vbi vnio *ibi* ſumatur pro altero ex ſupradictis duobus modis, qui vim ſuppreſſionis habent: quinimmo ex iiſdem verbis ſi recte ponderentur, idem quoque colligitur de beneficiis curatis. quomodo etiam proportionabiliter induci poteſt idem Conc. *ſeſſ. 24. cap. 13. verſic. in vnionibus, de reform.* dum *ibi* prohibetur, ne parochiales Eccleſiæ monaſteriis quibuſcumque, aut Abbatiis, ſeu dignitatibus, ſiue præbendis Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, ſiue aliis beneficiis ſimplicibus, aut Hoſpitalibus, Militiiſve vniantur: inde enim a contrario ſenſu colligitur, quòd huiuſmodi parochiales Eccleſiæ aliis beneficiis, ac locis Eccleſiaſticis, præter prædicta, vniri poſſunt, atque adeò ſupprimi, iuxta ſupradicta. Denique ex eod. Conc. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 5. de reform.* (ſumendo *inibi* vnionem altero ex duobus prædictis modis, nimirum pro acceſſoria, vel æque principali, per quam ex duobus beneficiis vnum fit, vt ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 1. poſt medium*, explicauimus;) ſimul habetur, ſupprimi poſſe beneficia curata, & non curata: conceditur enim *ibi* Epiſcopis, vt poſſint etiam tamquam Apoſtolicæ ſedis delegati, iuxta formam iuris, ſine tamen præiudicio obtinentium, facere vniones perpetuas quarumcumque Eccleſiarum parochialium, & baptiſmalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum, cum curatis propter earum paupertatem, & in ceteris caſibus à iure permiſſis; etiamſi dictæ Eccleſiæ, vel beneficia eſſent

Digitized by Google

generaliter, vel ſpecialiter reſeruata, aut qualitercumque affecta.

SEXTA CONCLVSIO. Quælibet beneficij
70. Eccleſiaſtici ſpecies † regulariter ſupprimi ſaltem ab aliquo poteſt. Probatur; tum quia ita apertè ſentiunt Doctor. communiter *in d. cap. cùm accedentibus, de conſtit.* & penè quotquot hac de re tractarunt; maximè verò Gatz. *tract. de benefic. part.* 12. *cap.* 1. Ioan. Azor. *Inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 30. & alij per nos relati ſup. hoc ipſo cap. *queſt.* 1. in prima eius inſpect. ad fin. dum illud indiſtinctè, ac generaliter tradiderunt, beneficia Eccleſiaſtica ſupprimi, ſeu extingui poſſe: quibus nunc addo Nauar. *conſil.* 9. *numer.* 1. *de offic. ordin. & conſil.* 27. *numer.* 1. *de offic. ord. & conſil.* 27. *numer.* item 1. iuxta impreſſ. Venet. ac Lugdunen. tum ex eo, quòd beneficia Eccleſiaſtica iure dumtaxat humano poſitiuo, hoc eſt, Eccleſiaſtico introducta ſunt, vt ex *cap.* 1. *diſt.* 22. *cap. nullus*, ac ferè per tot. 9. *queſt.* 2. & aliis iuribus poſt multos Doctor. probant Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benefic. part.* 1. *in præfat. numer.* 5. Bartol. Vgol. *tract. de ſimon. tab.* 1. *cap.* 3. §. 4. *à numer.* 1. *ad* 5. *& cap.* 48. *in princ. numer.* 2. *cum tribus ſeqq.* atque aliis, quos nos ſecuti ſumus ſup. *cap.* 10. *queſt.* 3. *concluſ.* 1. *circa initium.* vnde ſaltem eadem Eccleſiaſtica poteſtate, hoc eſt, à Rom. Pontifice ſupprimi poterunt: omnis enim res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, *cap.* 1. *ext. de reg. iur.* & nihil eſt tam naturale, quàm eo genere quodque diſſoluere, quo colligatum eſt, vt ait Vlpianus *in l. nihil tam naturale, ff. eod. tit.* idque maximè ob ſummam poteſtatem, quam Rom. Pontifex habet in beneficialibus, *cap.* 1. *in initio, de præbend. in 6. & Clem.* 1. *in fin. vt lit. pend.* vnde, ni fallor, prodiit illa vulgata Doctor. concluſio, quæ maximè ad hanc noſtram concluſionem facit, & plurib. allegat. firmatur inter ceteros à Gonzal. *in conſuet. ad regul.* 8. *Canc. gloſ.* 5. §. 6. *numer.* 24. o-
71. mnia beneficia mundi † eſſe Papæ obedientialia, ſeu manualia; quia nimirum de iis liberè diſponere poteſt, quamuis ſemper cum cauſa, & quidem eò maiori, quò maius præiudicium alicui ex ea diſpoſitione parari poteſt; vt colligere licet ex adductis per nos ſup. *cap.* 5. *queſt.* 2. *concluſ.* 1. *circa medium, verſic. è contrario verò*, necnon *cap.* 10. & 11. *queſt.* 6. *concluſ.* 1. & 2. atque ex adducendis inf. hoc ipſo cap. *queſt.* 6. *concluſ. item* 1. & 2.

Hinc infertur primò, ſupprimi poſſe beneficium, † licèt annexam habeat perſonalem reti-
72. dentiam; de quo quoad hoc, vt eius ſtatus mutari poſſit, latè tradidimus ſup. *cap. præced. queſt.* 4. *concluſ.* 6. & in ſpecie quòd ſupprimi poſſit, conſtat ex *d. cap. ex parte, de conſtit. cap. fin. de verb. ſignific.* & Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de reformat.* dum *inibi* habetur, aliquot præbendas, ſeu Canonicatus ſupprimi, & extingui poſſe: Canonicatus autem, ſeu præbendæ perſonalem reſidentiam requirunt, vt conſtat ex toto penè tit. *de cler. non reſid.* Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reformat.* & latè comprobat inter ceteros Alph. Hoied. *d. tract. de incompatib. benefic. part.* 1. *cap.* 17. *numer.* 1. 2. 3. & 21. Secundò infertur,
73. ſupprimi quoque poſſe beneficia, † quæ certum ordinem habent annexum: de quibus fusè egimus *cap.* 10. *queſt.* 2. in ſexta diuiſione ex parte cauſæ materialis, & fusiùs *queſt.* 4. *concluſ.* 6. & quòd eorum ſtatus mutari poſſit, latè tradidimus *d. cap. præced. queſt.* 4. *concluſ.* 7. & in ſpecie, quòd hæc beneficia ſaltem aliquando ſupprimi poſſint, ex eo conuincitur, quòd de beneficiis curatis, & Canonicatibus, ſeu præbendis ſup. hac ipſa ac præced. concluſ. quoad hoc docuimus; hæc enim vtraque beneficia certum ordinem annexum habent, vt conſtat ex adductis per nos *d. concluſ.* 6. ex iis verò, quæ *d. concluſ.* 7. *poſt medium*, quoad mutationem ſtatus diximus, ſatis colligi poteſt, idem ſtatuendum eſſe reſpectu ſuppreſſionis de præbendis Magiſtralibus, Doctoralibus, & Theologalibus, ac ſimilibus. Tertiò infertur, ſupprimi etiam poſſe † 74.
beneficia electiua, vt colligi quoque poteſt ex eo, quod de huiuſmodi beneficiis, quòd mutari eorum ſtatus poſſit, docuimus *d. cap. præterea. queſt.* 4. *concl.* 8. *poſt medium.* Infertur quartò, beneficia iuriſpatronatus ſupprimi aliquando poſſe; vt colligitur quoque ex iis, quæ de hiſce beneficiis quoad mutationem ſtatus eorumdem tradidimus *d. queſt.* 4. *concluſ.* 9. Ex iis verò, quæ *eadem queſt.* 4. *concluſ.* 10. de beneficiis, quibus certa onera, ſeu conditiones, & pacta appoſita ſunt, ad hoc adduximus, vt eorumdem beneficiorum ſtatus mutari poſſit, colligere licet, huiuſmodi etiam beneficia ſupprimi ab aliquo, hoc eſt, à Romano ſaltem Pontifice poſſe. Infertur denique, idem
75. ſtatuendum eſſe † de Cardinalatu, qui quidē ſaltem largo modo beneficium eſt, vt colligitur ex *cap.* 2. *de cler. non reſid.* atque inter alios adnotauit Gonzal. *ad regul.* 8. *Canc. gloſ.* 7. *numer.* 19. *verſ. ſecundo loco*, & ante eum Ioan. Selu. *tract. de benefic. part.* 1. *queſt.* 2. *num.* 53. Alph. Hoied. *tract. de benef. incompatib. part.* 1. *in præfat. num.* 5. & 7. necnon *cap.* 2. *num.* 3. & Flam. Pariſ. *tract. de reſig. benef. lib.* 2. *queſt.* 1. *num.* 33. Quamuis enim non defuerint, qui volnerunt, Cardinalatum eſſe de iure diuino, prout poſt And. Barbat. *in tract. de præſtant. Cardinal. part.* 1. *queſt.* 1. *num.* 20. *vſque ad* 38. & Card. Iacobat. *tract. de Concil. lib.* 1. *art.* 12. tradit Alph. Hoied. *d. num.* 5. *verſic. ſecundò declaratur*, ac ſentit Villadieg. *tract. de orig. ac dignit. & poteſt. ſanct. Roman. Eccleſ. Cardinal. queſt.* 1. Martin. Lauden. *in primo ſuo tract. de Cardinal. queſt.* 34. *& in* 2. *tract. queſt.* 7. Hierou. Manfred. *in ſim. tract. cap.* 6. & Card. Hieron. Alban. pariter *in tract. de Cardinal. queſt.* 5. *circa medium*, vbi etiam alios adducit; quibus nonnullos addit Ioan. Azor. *Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *queſt.* 3. *in initio*: prædicti autem Doctores penè omnes moueantur potiſſimùm ex text. *in cap. per venerabilem*, §. *rationibus, qui fil. ſint legit.* vbi, iuncto *cap. fundamenta*, §. *decet, de elect. in* 6. habetur, quòd S. R. E. Cardinales ſucceſſerunt loco ſacerdotum Leuitici generis, vt ſint coadiutores Papæ, in Eccleſiæ gubernatione, ſicut illi ſacerdotes coadiutores erant ſummi ſacerdotis: ex quo, atque ex aliis Barbat. *d. queſt.* 1. *num.* 35. *cum tribus ſeqq.* infert, Cardinalatum non poſſe etiam à Rom. Pontifice extingui. Tamen, primùm quidem communior Doctor. ſententia eſt, Cardinalatum non eſſe iuris diuini, ſed humani, vt voluit Archid. *in cap. vbi periculum, de elect. in* 6. Card. Zabar. *in Clem. ne Romani*, §. *porrò, eod. tit.* Alberic. de Roſat. *in rubr. C. de ſum. Trinit.* Oldr. *conſil.* 63. & communem Doctorum ſententiam eſſe aſſerit Barbat. *d. queſt.* 1. *num.* 6. quam latè confirmat *à num.* 4. *vſque ad* 13. *& conſil.* 1. *num.* 14. *verſ. & pro potiſſimo fundamento*; vbi etiam à priori ſua opinione recedendo hanc probauit; quam ſecutus quoque eſt Sot. *in* 4. *ſent. diſt.* 24. *queſt.* 2. *art.* 4. & multi alij, quos tacito nomine citat iiſdem adhærens Azor. *d. queſt.* 3. *verſ. ſecunda opinio*; vbi etiam ſatis congruè reſpondet *ad d. cap. per venerabilem*, inde ſolum probari aliquam Cardinalium vmbram, ſeu figuram præceſſiſſe in lege veteri. ad quem text. omiſſa etiam reſponſione Barb. *d. queſt.* 1. *numer.* 8. *ac d. verſ. & pro potiſſimo fundamento, ibi* per fratres intelligi Epiſcopos, non autem Cardinales; quoniam reperio Eugen. IV. *in ſua conſtit.* 15. §. 4. iuxta

poſtre

poſtremam Bullarij edition. *d. cap. per venerabilem*, quæ eſt Innoc. III. conſtitutio, de Cardinalibus, non de Epiſcopis intellexiſſe: adhuc dicitur, quòd, cùm illa inſtitutio ſacerdotum Leuitici generis, qui ſummo ſacerdoti aſſiſterent, pertineat non ad moralia præcepta, ſed ad cæremonialia, vel iudicialia, poſt Euangelij promulgationem eius obligatio ceſſauit: quamuis ad eorum exemplum eadem poſſint ab Eccleſia iure humano inſtitui, iuxta latiùs per nos adducta ſup. *cap. 3. quæſt. 2. in princ. & concluſ. 1. circa medium.* Et hæc opinio, quæ etiam ſuaderi poteſt ex *d. conſtit.* 15. Eugenij IV. necnon ex *conſtit.* 50. aliàs 59. Sixti V. paulo pòſt allegan. ſatis conuinci mihi videtur ex verbis text. *in cap. 1. 22. diſt.* vbi Nicol. II. omnes, inquit, ſiue Patriarchij cuiuſlibet apices, ſiue Metropoleon primatus, aut Epiſcopatuum Cathedras, vel Eccleſiarum cuiuſlibet ordinis dignitates inſtituit Romana Eccleſia: neque ab hac regula excipit, niſi ſummum Pontificatum, vt *in ſeq. concluſ.* videbimus. ex qua opinione infert ad rem noſtram Barbat. *d. quæſt. 1. numer. 13. cum duobus ſeqq. ac d. conſil. 1. num. 14. verſ. & pro potiſſimo fundamento, ad fin.* poſſe Rom. Pontificem per ſuam conſtitutionem extinguere Cardinalatum. Secundò, dato etiam citra veri præiudicium, Cardinalatus dignitatem, & officium eſſe de iure diuino: (ex quo, iuncto eo, quòd, ſi Cardinalatus tolleretur ab Eccleſia vniuerſali, eius ſtatus turbaretur, Barbat. *d. quæſt. 1. num. 35. cum trib. ſeqq.* infert, eum extingui non poſſe à Rom. Pontifice:) cùm pro-
76. culdubio, & iuxta vtramque opinionem † numerus Cardinalium, ſeu titulorum Cardinalatus ſit de iure humano poſitiuo, nimirum Eccleſiaſtico, iſque pro temporum varietate diuerſus fuerit, vt adnotarunt Doctor. *in cap. licèt, de elect. cap. vbi periculum, eod. tit. in 6. & Clem. ne Romani, eod. tit.* atque alibi ſæpe, & ferè quotquot de Cardinalibus ſcripſerunt; ac præcipuè Card. *d. Clem. ne Romani, §. porrò, de elect.* Mart. Lauden. *d. tract. 2. de Cardinal. quæſt. 2.* Hieron. Manfred. *in ſimili tract. deciſ. 18.* Card. Alban. *eod. tract. quæſt. 41.* ac latè præ ceteris Anaſtaſ. Germon. *tract. de indult.* Cardin. *verbo*, ſeu *§. tituli*, & Ioan. Azor *d. part. 2. lib. 4. cap. 1. quæſt. 6.* per tot. inde apertè colligitur, Cardinalatum ſaltem quoad numerum Cardinalium, & titulorum ipſius ſupprimi, ſeu extingui poſſe, quod vtrumque ſatis etiam conſtat ex Bulla, ſeu conſtit. fel. rec. Sixti V. quæ incipit, *poſtquam verum*, & eſt 59. in Bullario iuxta pen. editionem, iuxta poſtremam verò eſt 50. *§. 5.* ſeu *verſ. quoniam verò*, vbi ad 70. rediguntur; iuncta maximè eiuſdem Pontificis conſtit. 55. ſecundùm poſtremam editionem incipiente, *Religioſa*; vbi, *cum §. 2.* qui incipit, *habita igitur, & quatuor ſeqq. §§.* retentis nonnullis dumtaxat ex veteribus titulis Presbyteralibus, ac Diaconiis, & aliquibus Presbyteralibus titulis de nouo additis, ſeu erectis, computatis ſex Epiſcopatibus, ſingulis pro tempore Cardinalibus ſingulas Eccleſias aſſignaſſet: ſubdit *§. 7.* ea verba, vnde noſtra hæc quoad Cardinalatus ſuppreſſionem concluſio mirificè confirmatur; nimirum: in aliis verò, præterquam ſuprà nominatis Eccleſiis, etiamſi earum aliquæ in titulos Presbyterorum, aut denominationes Diaconorum Cardinalium concedi ſolitæ ſint, & Cardinales iis præfici conſueuerint; (quarum ſingularum ſituationes, & inuocationes præſentibus haberi volumus pro expreſſis,) nomina, inſignia, denominationes, & ſtatum huiuſmodi titulorum, aut Diaconiarum perpetuò ſupprimimus, & extinguimus, &c.

SEPTIMA, & poſtrema CONCLVSIO.

Papatus, (qui, & ipſe † beneficium quoddam eſt, 77.
vt voluit Ioan. Selu. *tract. de benef. part. 1. quæſt. 2. num. 35.* Alph. Hoied. *d. tract. de incompat. part. 1. in præfat. num. 5. ac 6. & cap. 1. num. 2.* Flamm. Pariſ. *tract. de reſignat. benef. lib. 2. quæſt. 1. num. 5.* ac nobiliſſimè Hier. Gonzal. *ad reg. 8. Canc. glo. 7. num. 39* per text. *in cap. 1. de maled.* ibi; quædam in depreſſionem beneficij, & officij nòſtri protulit:) Papatus, inquam, † à nullo homine ſupprimi, ſeu extingui po- 78.
teſt. Probatur hæc concluſio; quia Papatus eſt de iure diuino, inſtitutus nimirum à Chriſto Deo, & homine, vt conſtat tum ex *Matth. 16.* cùm idem Chriſtus Dominus ait S. Petro, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; & tibi dabo claues regni cælorum; & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatũ & in cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.* & *Ioan. 21.* cùm eidem dixit, *Petre amas me? paſce agnos meos, paſce oues meas*: tum ex *cap. in nouo, & cap. quamuis 21. diſt.* necnon *cap. 1 & 2. 22. diſt.* in d. enim *cap. 1.* (vt cetera iura prætermittam,) Nicol. II. poſtquam dixerat, cuiuſlibet ordinis dignitates Romana inſtituit Eccleſia: ſtatim ſubiicit; illam verò ſolus ille fundauit, & ſuper petram fidei mox naſcemus erexit, qui beato æternæ vitæ Clauigero terreni ſimul, & cœleſtis imperij iura commiſit. non ergo qualibet terrena ſententia, ſed illud verbum, per quod conſtructum eſt cœlum, & terra, per quod denique omnia condita ſunt elementa, Romanam fundauit Eccleſiam: tum ex aliis quibus id latiùs confirmat inter alios Card. Bellarmin. *tom. 1. contro. 3. gener. lib. 1. à cap. 10. vſque ad 25. & lib. 2. à cap. 12. ad 31.* Ioan. Azor *Inſtit. moral. part. 2. lib. 4. cap. 9. ac 10.* per tot. necnon *cap. 11. quæſt. 2.* & Suarez *in defenſ. fid. cathol. lib. 3. c. 10.* regulariter autem † nequit Papa diſpenſare in iure diuino poſi- 79.
tiuo, aut naturali, vt ex iuribus, & Doctorum auctoritatibus nos docuimus *in tract. de decim. cap. 5. quæſt. 2. concl. 2. ſub n. 47. vſque ad 52.* & in iure diuino poſitiuo plerique tradiderunt, quos refert, ac ſequitur Ioan. Azor *Inſtit. moral. part. 2. lib. 4. c. 18. quæſt. 2.* Alph. Hoied. *tract. de incompatib. benefic. part. 2. cap. vlt. num. 5.* Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. 6. n. 4.* & licet idemmet Sanchez *ibid. n. 5. & 6.* ex aliorum ſententia contendat, tunc poſſe Papam diſpenſare contra ius diuinum, quando ea diſpenſatio eſt neceſſaria ad regimẽ Eccleſiæ, vel bonum ex tali diſpenſatione prouenies præponderat bono conſurgenti ex obſeruantia diuini iuris, vel præcepti in eo caſu: tamen in ſuppreſſione, ſeu extinctione Papatus, neque adeſt huiuſmodi neceſſitas, aut boni maioritas, ſeu præponderatio, vt de ſe patet; immo inuiolabilis cuſtodia præcepti, ac iuris huius diuini præponderat alicui bono, ſi quod aliquando fortè conſurgeret ex Papatus extinctione; atque adeò ſtandum erit huic iuri, & excludenda à Rom. Pontifice facultas, ſeu poteſtas eam extinctionem faciendi; iuxta id, quod idem Sanchez tradit *d. diſp. 6. num. 10.* Cùmque vnicus ſit Papatus, & in vnica ſemper cõſiſtens perſona, dum ad ſucceſſores tranſit, vt patet tum ex memoratis, & aliis ſacræ Scripturæ locis à Card. Bellarmin. & Suar. vbi ſuprà adductis, tum ex *cap. ſyſtum, in fi. 7. quæſt. 1.* vbi Cyprianus Martyr de Cornelio in Rom. Pontificem; & tùm, inquit, poſt primum ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt vnum, qui ſolus eſſe debeat, factus eſt, non iam ſecundus ille, ſed nullus eſt. & *in cap. aliorum, 9. quæſt. 3.* Symmachus Papa, replicabo, ait, vni dictum, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* tum denique ex multis à Card. Bellarmin. *d. lib. 1. cap. 9.* adductis, dum probat regimen Eccleſiaſticum præcipuè monarchicum eſſe debere: e. autem

10. &

10. & multis seqq. ostendit, hoc ipsum regimen monarchicum fuisse in S. Petro, & esse in eius successoribus.id quod vtrumque multis quoque confirmat Azor *d. lib. 4. cap. 11. quæst. 2. & cap. 12.* per tot. Suarez *d.lib. 3. cap. 10. vsque ad* 20. cùm, inquam, hoc ita sit,non potest de Papatu dici,quod ex allatis in præced. conclus. colligitur dici posse de Cardinalatu,vt,etsi fortasse in totum extingui,ac tolli ab Ecclesia non potest, possint tamen aliqui tituli Cardinalatuum supprimi, & extingui, seu Cardinalium numerus minui; prout factum fuisse vidimus *in præced.conclusione:* quoniam, vt mox satis ostendimus, Papatus, seu summus Pontificatus vnicus est, & semper vni personæ adhærens; ita,vt plures Romani, iidémque summi Pontifices simul, eodémque tempore esse non possint. Stet igitur firma præsens S. eaque vltima huius quæst. conclusio, Papatum à nulla humana potestate supprimi posse; nósque ad aliam quæst. transeamus: si tamen priùs illud pro complemento huius quæst. admoneamus, quod post alios docet Hier. Gonzal. *ad reg. 8. Canc. glos. 5.*

80. §. 7. *numer.* 33. quòd, sicut reseruatio † non capit beneficium suppressum, ita, nec supprimi potest beneficium reseruatum; præcipuè quoad primum ex Gasp. de Perus. *tract. de reseruationib. cap. 2. num. 3.* & Æn. de Falconib. *eod. tract. quæst. 3. princ. num. 4.* de quo etiam glos. & Doctor.*Clem. vlt.de rescript.* quoad secundum ex ipso Falcon. *d. num.4. & quæst. 4. princ. effect.* 24. quod tamen intelligendum est, prout etiam vterque loquitur, ita, vt non possit suppressio fieri in præiudicium reseruationis: sicut etiam generaliter vniri beneficium non potest in præiudicium reseruationis: potest autem sine præiudicio ipsius reseruationis; ita, vt suppressio, & vnio effectum duntaxat habeat post mortem eius, qui beneficium à reseruante obtinuerit;vt post multos tradit Gonzal. *d. §. 7. num.* 136. & Garz. *tract. de benefic. part.* 12.*cap.* 2. *numer.*91. qua de re nos latiùs *cap.præced.quæst.6.conclus.4. in* 12.*qualitate.*vbi etiam ad fin.docuimus,in nonnullis casibus reseruationem beneficij non obesse eius vnioni, vel suppressioni, quin etiam ex tunc ea sortiatur effectum,vt in casibus Conc.Trid.*sess.*21.*cap.*5.*sess.* 23.*cap.* 18.*vers. & quia,*necnon *sess.*24.*cap.*15.*de reformat.*

SVMMÆ RERVM.

81. *Persona,de quibus dubitari potest, an supprimere valeant beneficia,qua sint.*

82. *Laicus superior non potest supprimere beneficia; multòque minùs si persona priuata sit, quoad potestatem auctoritatiuam. & an persona priuata Ecclesiastica possit auctoritatiuè supprimere beneficium; num.*83.

84. *Fundator beneficij etiam laicus aliquando disponere potest sine Episcopi consensu, vt beneficium supprimatur; aut superiori illud supprimenti consentire; & duobus numer. seqq.*

85. *Conditio cum Ordinarij consensu in limine fundationis apposita, quòd beneficium absque superioris institutione obtineatur, valet. idemque de conditione, quòd patronus mutare possit quoties voluerit semel præsentatos, & institutos; num.* 86.

87. *Fundator beneficij quando nequeat sine Ordinarij consensu ad beneficij suppressionem concurrere.*

88. *Heres,aliúsve successor fundatoris beneficij an, & quando disponendo, vel consentiendo concurrere possit ad eiusdem beneficij suppressionem à superiore Ecclesiastico faciendam; & num.seq.*

89. *Ordinarius potest cum patroni consensu Capellaniam titularem, & perpetuam facere amouibilem ad nutum patroni; ita, vt Ordinarius amplius ius non habeat ad eam instituendi.*

90. *Executor à fundatore beneficij deputatus ad suam voluntatem implendam, an, & quando possit sine disponendo,sine consentiendo ad eiusdem beneficij suppressionem concurrere.*

91. *Beneficiatus, aut alius, ad cuius fauorem principaliter erectum fuit beneficium, consentiendo potest ad eius suppressionem concurrere. & quid, si finis aquè principaliter ad alterius, vel publicam vtilitatem erectus sit;numer.* 92. *vel consentire, seu renuntiare volens non habeat liberam rerum dispositionem;num.*93.

94. *Suppressio beneficij an induci possit consuetudine, præscriptione, vel priuilegio; & ibi, quòd beneficia manualia differunt à temporalibus.*

95. *Papa supprimere potest quodlibet beneficium Ecclesiasticum,excepto Papatu.& creare quodlibet beneficium, ac dignitatem Ecclesiasticam erigere; num.* 96.

97. *Concilium generale etiam legitimè congregatum nequit sine speciali auctoritate Papæ delegantis, vel confirmantis, aliquod beneficium supprimere, aut beneficiorum suppressionem inducere; & ibi cur hæc Concilia congregentur. cum ea verò auctoritate poterit; & ibi in quibus decretis Concil. Trident. vniones accessorias,ac suppressiones beneficiorum approbauerit; numer.* 98.

99. *Cœtus Cardinalium an, & quando supprimere possit aliquod beneficium: & ibi quòd Papa exul facilius regere potest Ecclesiam, vt contigit Siluerio; & quam iurisdictionem habeant Cardinales vacante sede.*

100. *Legatus sedis Apostolicæ an, & quando supprimere valeat beneficia.*

101. *Pœnitentiaria Apostolica regulariter nequit supprimere beneficia;& num.seq.*

102. *Officium sacræ Pœnitentiariæ vacante sede Apostolica penitus conquiescit in iis, quæ ad forum fori pertinent, & aliis quibusdam: ac generatim à quibus debeat abstinere.*

103. *Concilium prouinciale Episcoporum ab Archiepiscopo congregatum an, & quando supprimere possit aliquod ex beneficiis sitis in eorum diœcesibus. & quid in Concilio Primatiali, vel Patriarchali; numer.* 104.

105. *Patriarcha, Primas,vel Archiepiscopus supprimere nequit Cathedrales Ecclesias suorum suffraganeorum. nec regulariter beneficia diœcesium eorum; num.*106.*& quid data negligentia, vel renitentia suffraganei in supprimendo iuxta terminos Conc. Trid. sess. 24. cap.*15.*de reform.num.*107.

108. *Archiepiscopi deligendi ab Episcopis exemptis iuxta decretum Concil. Trid.an supprimere possint beneficia diœcesis illorum Episcoporum.*

109. *Suppreſſio beneficij fieri non poteſt etiam cum conſenſu clerici non ſubditi ſibi immediatè, ſed requiritur cõſenſus immediati eius ſuperioris.*
110. *Patriarcha, Primas, & Archiepiſcopus an in viſitatione prouincia poſſint ſupprimere beneficia ſita in diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum; & ibi quando poſſit nunc Archiepiſcopus ſuam prouinciam viſitare.*
111. *Patriarcha, Primas, vel Archiepiſcopus quando poſſit compellere ſuffraganeum ſuum ad ſuppreſſionem beneficij, vel eius negligentiam ſupplere. & quid quoties ſuffraganeus tenetur alicui conſentire, & recuſat, vel negligit; num.* 112.
113. *Epiſcopus regulariter ſupprimere non poteſt beneficia ſua diœceſis: poteſt tamen in aliquibus caſibus cum capituli conſenſu, & ibi intellectus cap. cum acceſſiſſent, & cap. ex parte, de conſtit. necnon cap. fin. de verb. ſignif. cap. 1. & cap. auctoritate, de inſtit. ac denique cap. ex parte, de conceſſ. prab.*
114. *Patriarchæ, Primates, & Archiepiſcopi ſupprimere poſſunt beneficia ſuarum diœceſium, quoties ſuarum poſſunt Epiſcopi.*
115. *Conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis omnino exigitur in ſuppreſſione beneficiorum ab Epiſcopo facienda; atque etiam patroni, ſi beneficium ſit iuris patronatus. ac præterea iuſta cauſa; num.* 116.
117. *Capitulum ſede vacante regulariter nequit ſupprimere beneficia diœceſis Epiſcopi; & duobus num. ſeqq.*
118. *Capitulum ſede vacante an excludatur ab omnibus, quæ Epiſcopus facere debet cum eius conſilio, vel aſſenſu.*
119. *Vnio, per quam præiudicatur iuri Epiſcopi fieri non poteſt à Capitulo ſede vacante.*
120. *Capitulum ſede vacante quando ſupprimere poſſit beneficium.*
121. *Epiſcopus ſine Capitulo, neque Capitulum ſine Epiſcopo ſtatuere nequit in iis, quæ ad ſtatum Eccleſiæ ſpectant.*
122. *Viſitator, ſeu adminiſtrator Eccleſiæ Cathedralis vacanti datus an poſſit ſupprimere beneficia, quæ poſſet Capitulum ſede vacante.*
123. *Capitulum Eccleſiæ collegiatæ tituli Presbyteralis, vel Diaconiæ alicuius Cardinalis an poſſit ſupprimere beneficia ſui tituli, eo naturaliter, vel ciuiliter mortuo.*
124. *Prælati ſeculares habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem nequeunt in ſua quaſi diœceſi beneficia ſupprimere; cum aliquot num. ſeq.*
125. *Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem an poſſint vnire beneficia ſuæ quaſi diœceſis; & num.* 128.
126. *Suppreſſio beneficiorum de iure ſpectat ad ſolos Epiſcopos cum Capituli ſui conſenſu.*
127. *Intellectus Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 15. de reform. & ibi, quid veniat nomine ſui Capituli.*
128. *Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem an veniam appellatione Ordinarij, Diœceſani, vel Epiſcopi.*
129. *Vicarius Epiſcopi, vel Capituli ſede vacante, aut Prælatorum habentium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, an ſupprimere poſſit beneficia quoties id poteſt is, cuius eſt Vicarius: & ibi quòd hi Vicarij habent ordinariam.*
130. *Vicarius Epiſcopi an veniat appellatione Diœceſani, vel Epiſcopi.*
131. *Suppreſſio beneficiorum ſine diſpenſatione fieri nequit.*
132. *Vicarius generalis an, & quando poſſit diſpenſare. vel beneficia vnire ſine ſpeciali mandato, qua poteſt ex ſpeciali facultate conferre; num.* 133.
134. *Vicarius generalis quando poterit ſine ſpeciali mandato ſupprimere beneficium.*
135. *Prælati Regularium an ſupprimere, vel vnire poſſint aliquod beneficium ſeculare, vel regulare.*

QVÆRO QVINTO, quinam poſſint ſupprimere beneficia.

Expediti in duabus proximè præced. huius cap. quæſtionibus, primùm quidem de cauſa efficiente remota ſuppreſſionis beneficiorum, tum de eiuſdem cauſa materiali; ſequitur, iuxta id, quod in vtriuſque initio admonuimus, vt in præſenti quæſtione, de illius proxima cauſa efficiente agamus, nimirum de perſonis, quæ huiuſmodi ſuppreſſionem valeant efficere. Cùm autem perſonæ huiuſmodi, quod ad hanc rem attinet, † in duplici genere eſſe, 81.
aut certè conſiderari poſſint, nimirum, vel priuatæ, vel publicæ, hoc eſt, publicam habentes auctoritatem; & in illis quidem potiſſimùm numeretur fundator beneficij, eius heres, vel executor ab eo deputatus, aut denique beneficiatus, aliúſve, ad cuius fauorem erectum, ſeu creatum eſt beneficium: in his autem Rom. Pontifex, Cõcilium generale, Collegium S.R.E. Cardinalium Sede potiſſimùm Apoſtolica vacante, eiuſdem Sedis Legatus, ſacra Pœnitentiaria, Synodus Prouincialis, Patriarcha, Primas, Archiepiſcopus, ſeu Metropolitanus, quoad prouincias, vel diœceſes ſuorum reſpectiuè ſuffraganeorum, Epiſcopus, aut habens iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalem, hoc eſt, Capitulum ſede vacante, Cardinalis in ſuo titulo Presbyterali, vel Diaconia, Prælatus inferior habens propriã quaſi diœceſim, eorúmque, aut Epiſcoporum Vicarius, ac denique Prælatus regularium quoad Eccleſias ſibi ſubiectas; de hiſce ſingulis hoc ipſo ordine retento ſingulas concluſiones proponemus; prout eas ſuprà hoc ipſo tract. quoad derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum *cap.* 10. *quæſt.* 5. & quoad mutationem ſtatus beneficiorum, & Eccleſiarum *cap.* 11. *quæſt. item* 5. propoſuimus: omiſſa hic, (prout etiam eam vtrobique promiſimus,) hac in re diſputatione de Principe ſæculari, eiúſque magiſtratibus, ſeu iudicibus inferioribus; quam tamen quoad commutationem vltimæ voluntatis *cap.* 5. *quæſt.* 2. & 3. necnon *cap.* 9. *quæſt.* 5. quoad fideicommiſſorum derogationem ſumus proſecuti; quoniam non ſicut in hac vtraque materia, ita in memorata qualitatum beneficij derogatione, aut ſtatus mutatione, vel in beneficiorum ſuppreſſione, de qua nunc agimus, † prædicta diſputatio de Principe 82.
ſeculari, eiúſque magiſtratibus locum habere poteſt; cùm laicis perſonis etiam religioſis nulla de rebus Eccleſiaſticis diſponendi ſit attributa poteſtas, *cap. bene quidem, 96. diſt. cap. Eccleſia S. Mariæ, & cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. cap. fin. de rebus Eccleſ. non alien.* & laici tractare Eccleſiaſtica negotia non debent, *cap. 2. de iudic.* cum ſimil. Qua etiam ratione ſimul expedita remanet propoſita diſputatio de poteſtate priuatarum perſonarum in beneficiis ſupprimendis quoad eam partem, qua quis fortaſſe peteret, an priuatæ perſonæ laicæ valeant auctoritatiuè, ac per decretum aliquod Eccleſiaſticum beneficium ſupprimere, prout Epiſcopi, & alij ſuperiores Eccleſiaſtici poſſunt, iuxta ea, quæ inf. hac ipſa quæſt. *concluſ.* 5. & multis ſeqq. dicemus; in iis enim militat à fortiori ratio, quæ in

Digitized by Google

Principe ſæculari,eiuſque magiſtratibus. Sed & illa eiuſdem diſputationis pars expedita manet,qua dubitaret quis,† an perſona priuata,ſi Eccleſiaſtica ſit, 83. poſſit beneficium auctoritatiuè, ac per decretum prædictum ſupprimere. quòd enim non poſſit,conſtat ex communi Doctorũ ſententia cùm alibi,tum *in cap.cùm acceſſiſſent, & c.ex parte,de conſtit.* necnon *cap.fin.de verb.ſignif.* dum tradunt,Capitulum etiam Cathedralis ſine Epiſcopo minuere nõ poſſe numerum præbendarum, aut aliàs dignitatem ſupprimere; verùm ad id Epiſcopi auctoritatem fore neceſſariá. & ratio eſt,quia tales priuatæ perſonæ,quamuis Eccleſiaſticæ,nullam habent iuriſdictionem Eccleſiaſticam; quæ tamen ad beneficiorũ ſuppreſſionem, & aliam ſimilem de iis diſpoſitionem proculdubio requiritur. Illud ergo dumtaxat quoad priuatas perſonas reliquum eſt diſputandum,an tã laicæ, quàm Eccleſiaſticæ huiuſmodi perſonæ priuatæ ad ſuppreſſionẽ beneficij ab Eccleſiaſtico ſuperiore faciendá concurrere poſſint vel inchoatiuè,diſponendo, vt ea fiat, vel, vt ita dicam, conſummatiuè, ſeu cõpletiuè,eidem iam factæ,vel dum fit,cõſentiendo: quæ omnia quatuor prioribus huius quæſt.concluſionibus, breuiter tamen,præſtabimus: reliquæ autem concluſiones ad publicarum perſonarum hac in re poteſtatem pertinebunt.

PRIMA igitur CONCLVSIO ſit. Fundator beneficij etiam laicus † aliquando diſponere,ſeu ordinare poteſt ſine Epiſcopi conſenſu,vt beneficiũ ſupprimatur; aut ſuperiori illud ſupprimenti conſentire: aliquando verò nequit ſine eius conſenſu.Prior pars cõcluſionis quoad actum inter viuos probatur tum ex eo, quia promiſſio,& donatio etiam fauore piæ cauſæ, donec ſit acceptata, reuocari poteſt; vt poſt alios ſatis oſtendit Sanch. *de matrim.lib.1.diſp.6. num.16.*idem docens *diſp.7.num.24.* quamuis interueniat iuramentum, & ſtipulatio interpoſita ab eo, qui pro alio ſtipulari non poteſt. Tum ex eo, quod poſt alios tradit Lambert. *in ſuo tract.de iurepatr. lib. 1.part.2. quæſt.6.art.5. num.2.* donationem inter viuos iuriſpatronatus creandi ad fauorem tertij, quia nondum interuenit auctoritas, ſeu conſenſus Ordinarij,poſſe à donatore ad libitum reuocari,ac diſponi alio modo.Quoad teſtamentũ verò,& alias conſimiles vltimas voluntates, probatur; tum quia voluntas hominis eſt ambulatoria vſque ad vltimũ vitæ ſpiritum,*l.4.ff.de adim.legat. & cap.cùm Matrha, de celebr. Miſſar.* cum ſuis concord. tum arg. eius, quod de qualitate iuriſpatronatus,vt,ſi non interuenit conſenſus Ordinarij illud reſeruantis,ac beneficium erigentis, poſſit teſtator pro ſuo arbitrio id, quod iam ordinauerat,reuocare, docet Lambert. *in d.tract.de iurepatr. lib. 1. part.1. quæſt.4. art.7. ad fin. & art.10. num.3.* iuncto *num.4.* necnon *part.2.quæſt. 1.art.17.ac 21.* penè per tot. *& quæſt.6.art.5. num.3.* quod etiam poſt alios ſentit Gonzal. *ad reg.8. Canc. glof.5. in princ.num.40.cum ſeq.*tum quod poteſt fundator in limine fundationis cum Epiſcopi conſenſu apponere, quas conditiones voluerit licitas, & poſſibiles etiam contra ius commune; vt poſt multos tradidimus ſup.*cap.10.quæſt.2.*in vlt.diuiſione beneficiorum, ſeu eius qualitatum ex parte cauſæ materialis, *& cap.11.quæſt.4.concl.10.* præcipuè ex Lambert.*lib.1.part.1.quæſt.9. art.1.* ferè per tot.vbi etiam docet, poſſe ſine tali conſenſu apponi conditiones, quæ non ſint contra ius cõmune, neque directè tangant ſpiritualia; vnde potuit,& hanc apponere conditionem, quòd beneficium poſt certũ tempus ſuppreſſum, & extinctũ intelligatur: ſicut etiam idem Lambert.*d.art.1.num.98.*& latiùs *art.3.*quem ſequitur Gonz.*ad glof.5.in princ.num.48.verſ.ſumme firmat,* 84.

tradit,poſſe cum Ordinarij conſenſu in limine fundationis beneficij apposi conditio, quòd † nulla ſuperioris requiratur inſtitutio, (cõtra text. *in cap.1.de reg.iur.in 6.*& alia iura *ibid.* per gloſ. alleg.) ſed Sacerdos primò beneficiatus, & ſic ſucceſſiuè, poſſit alium in vltimo vitæ ſpiritu eligere ſibi ſucceſſorem in ipſo beneficio, qui auctoritate propria illud ingredi valeat electore mortuo abſque aliqua ſuperioris inſtitutione,ſeu auctoritate. Eodem autẽ *art.1.num.99.*& latiùs *art.2.*ipſemet Lambert.docet valere cõditionem illam cum Ordinarij conſenſu appoſitam in beneficij fundatione, vt patronus poſſit præſentare,& iam præſentatos, & inſtitutos mutare quoties ſibi videbitur; (quod tamen & contra *cap. querimoniam, de iurepatr.* & alia iura, quæ Doct. *ibi* allegant,& Lambert. *d.art.2.*) quod idem poſt alios quoque tenet Garz. *tract.de benef.part.1. cap.2.num. 85.cum ſeq.* Tum ex eo, quod communiter tradunt Doct. *in cap.cùm acceſſiſſent, de conſtit.* poſſe ab Epiſcopo cum ſui Capituli,& patroni, præcipuè fundatoris conſenſu tum beneficia ſupprimi,ſeu extingui; quod etiam reſpondit Nauar. *conſ.9.de off. ordin. & conſ 27.de præb.* iuxta Lugdun. ac Venetam impreſſ. tum etiam minui Canonicorum, ſeu præbendarum numerum; id quod etiam poſt alios tradunt Roch. de Curt.*tract.de iurepatr.verbo,pro eo,quòd de Diœceſani conſenſu,quæſt.15.in princ.* & Lambert. *cod.tract. lib.3.quæſt.6.art.7.* ferè per tot. & conſtat ex Concil. Trid. *ſeſſ.24.cap.15. de refor.* quod decretum retulimus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concl.3.circa med.* & mox *concl.ſeq.*referemus.Poſterior pars † concluſionis probatur; quoniam,cùm iam Ordinarius erexit beneficium,& conſenſit conditionibus,quas fundator in limine fundationis ipſi beneficio apponere voluit,quæſitum eſt ius Eccleſiæ,nec poteſt aliquid immutari circa illud per patronum, innouari etiam cum Eccleſiæ vtilitate, niſi cum Epiſcopi conſenſu, vt poſt alios ſentit Roch. de Curt. *d. verbo, pro eo, quod de Diœceſani conſenſu, quæſt.13.& 14.*Lambert. *d. tract. lib.1.part. 1. quæſt.4. art.7. num.3. & art.10. num. 4.* necnon *quæſt. 9. art.1. num.71. cum trib.ſeqq.* atque item *part.2.quæſt.1. art.17.ac 21.* ferè per tot. *quæſt.4.art.1.num.71. cum trib.ſeqq.* ac præterea *part. 2.quæſt.1.art.17.ac 21.* paſſim, *quæſt.4. art.4. num.5. & quæſt.6.art.5.num.2. & 3.* atque aliis in locis *inibi* per ipſum allegat.& apertè quoque tenet alios ſecutus Gonz.*d.glof.5.in princ.num.40.* 85. 87.

SECVNDA CONCLVSIO. Heres aliúſve ſucceſſor fundatoris beneficij,† licèt diſponẽdo nequeat regulariter cõcurrere ad ſuppreſſionem eiuſdem beneficij à ſuperiore Eccleſiaſtico faciendam; conſentiendo tamen poteſt. Prior pars concluſionis probatur tum ex iis,quibus ſup.*cap.5.quæſt.1.concluſ.5.* docuimus, heredem, aut alium ſucceſſorem eius,qui per vltimam voluntatem diſpoſuit, regulariter non poſſe huiuſmodi voluntatem commutare: tum à fortiori ex iis,quibus ſup.*c.10.quæſt.5.concl.2.* oſtendimus, heredem, aliúmve ſucceſſorem eius, qui in beneficij fundatione aliquas conditiones, vel qualitates appoſuit, non poſſe regulariter iis per ſe ſolum derogare; & *cap.11.quæſt.item 5.concl.2.* heredem, aliúmve ſucceſſorem illius, qui beneficium aliquod fundauit, non poſſe regulariter eius ſtatum mutare. Quæ prior pars concluſionis reſtringitur, vt non procedat, quando fundator ſuo heredi, vel ſucceſſori huiuſmodi poteſtatem, ſeu facultatem diſponendi, vt beneficium ſupprimatur, in fundationis limine cum Epiſcopi conſenſu reſeruaſſet; per ea, quæ vtrobique quoad prædictam derogationem,& ſtatus mutationem attulimus,quę omnino æquè locum habent in ſuppreſſione: iuncto 88.

maximè

maximè eo,quod *præced.concl.*deduximus,poſſe fundatorem in limine fundationis beneficij, qualcumque conditiones licitas, & poſſibiles etiamſi contra ius cõmune ſint cum Ordinarij conſenſu apponere; id quod præcipuè conſtat ex text.*in cap.cùm dilectus*, gloſ.recepta *ibid.in verbo,conſtitutũ,de conſuet.* & qui per alium facit,per ſeipſum facere videtur, ex vulgatis iuris regulis. Poſterior pars cõcluſionis probatur; tum ex eo,quod de Capellania titulari iuriſpatronatus laicalis, vt † cum patroni conſenſu poſſit 89.
Ordinarius,hoc eſt, Epiſcopus, vel Legatus ex iuſta cauſa extinguere huiuſmodi beneficium, & reddere ex Capellania titulari,ac perpetua manualé,& amouibilem ad nutum patroni; ita, vt ampliùs Ordinarius non habeat ius ad eam inſtituendi, ſatis cõprobat Nauar.*conſ.9. n.1.& 2.de offic.ord.& conſ.27. n.1. 3.& 4.*iuxta impreſſ.Venet.& Lugdun.Tũ ex Conc. Trid. *ſeſſ.24.c.15.de reform.* vbi expreſsè decernitur, quòd in Eccleſiis Cathedralibus, & collegiatis inſignibus,vbi frequẽtes, adeóque tenues ſunt præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci,& perſonarũ qualitate non ſufficiant,liceat Epiſcopis cum conſenſu Capituli, vel aliquot ſimplicia beneficia, non tamẽ regularia,iis vnire;vel,ſi hac ratione prouideri non poſſit,aliquibus ex iis ſuppreſſis cum patronorum cõſenſu,ſi de iurepatronatus laicorũ ſint, quarum fructus, & prouentus reliquarũ præbendarum diſtributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere:patroni autẽ nomine non modò fundator, ſed & eius heres,aliiſve illius ſucceſſor continetur, vt conſtat ex toto penè tit.*de iurepatr. in Decr. Sexto,& Clementinis*,necnõ ex traditis *ibi* per Doctor.atque in terminis quoad ſuppreſſionem beneficiorum *in d.cap.cùm acceſſiſſent, de conſt.* Ad idem etiam eadem ratione faciunt text. *in c.paſtoralis, de his,quæ fi.à prælat. ſin.conſ. Capit.& in cap.paſtoralis,de donat.* in primo enim habetur, poſſe Epiſcopum conſentiente patrono, & Capitulo ſuo conferre obuentiones parochialis Eccleſiæ locis religioſis: in ſecundo verò, poſſe Epiſcopum conſentiente patrono, & ſuo Capitulo concedere viris religioſis Eccleſiam, ita, vt eius prouentus omnes in illorum vſum conuertantur.

TERTIA CONCLVSIO. Executor teſtamẽtarius,aut aliàs deputatus à fundatore beneficij † re- 90.
gulariter non poteſt ſiue ordinando, ac diſponendo, ſiue etiam conſentiendo ad eiuſdem beneficij ſuppreſſionem concurrere. Hæc concluſio probatur ex iis,quibus ſup.*c.5.q.1.concl.6.* oſtendimus, executorem vltimæ ſuæ voluntatis à defuncto deputatũ non poſſe eam vltimam voluntatem commutare; præcipuè per text. *in cap.tua nobis,de teſtam.* & *ibi* Abb. & alios Bertach.*in tract. de Epiſc.lib. 4. part.4.n.79.* Card.Mant.*de coniect. vlt.vol. lib.3.tit.3. n.8.* & Lud. Molin. *de iuſtit.& iur.tract.2.diſp.249.in princ.* Bart. *in l.cùm pater,§ à filia,ff.de legat.2.* Alex. *in l.ſtipulatio iſta,§ ſi quis dolum,col.2.ff.de verb.oblig.*& Ias.*in l. ſi poſt mortem,C.de fideicom.*

Limitatur autem hæc concluſio, vt poſſit huiuſmodi executor à defuncto fundatore beneficij deputatus tum diſponendo, tum conſentiendo ad eius ſuppreſſionem concurrere, vbi fundator cum Ordinarij conſenſu talem facultatẽ ipſi executori reſeruaſſet. quæ limitatio ſatis comprobatur tum ex eo, quod *præced.concl.*de herede, alióve ſucceſſore fundatoris beneficij quoad hoc diximus:tum ex iis,quibus ſup.*cap.5.d.quæſt.1.concl.6.* quoad vltimæ volũtatis commutationem reſpectu ipſius executoris adduximus. hic autem in prædicta facultatis reſeruatione conſenſus Ordinarij requiritur, quia in appoſitione conditionum contra ius,vel tangentium ſpiritualia etiam in limine fundationis huiuſmodi Ordinarij conſenſus neceſſarius eſt, vt cùm alibi, tum in duab.præced. concluſ.breuiter docuimus;potiſſimùm per text.*in cap.cùm dilectus*, iuncta gloſ.recepta *in verbo,conſtitutum, de conſuet.* & Lamb. *in tract. de iurepatr.lib.1.part.1.quæſt.9.art.1.concl.1.& 2.*

QVARTA CONCLVSIO. Beneficiatus, aut alius,ad cuius fauorem principaliter creatũ,ſeu erectum eſt beneficium,† conſentiendo poteſt ad eiuſ- 91.
dem beneficij ſuppreſſionem concurrere. Probatur hæc cõcluſio primò ex iuribus,vnde habetur, regulariter poſſe quẽlibet iuri pro ſe,ſeu ad ſui fauorem introducto renuntiare; vt *in l. ſi quis in conſcribendo, C.de pact.*cum aliis,quib.ſup.*c.5.quæſt.1. concl.7.* docuimus, poſſe eum, ad cuius fauorem principaliter emanauit diſpoſitio ſiue inter viuos,ſiue cauſa mortis,eius commutationi conſentire: vbi etiam oſtendimus,id procedere,quãuis ea diſpoſitio iuramento vallata ſit. Secundò à contrario ſenſu ex text. *in cap. conſultationibus, de donat.* dum enim *inibi* habetur, quòd donationes,vel cõceſſiones, quæ religioſis locis fiunt ab Epiſcopo,vel eius auctoritate, ratæ debent haberi; ita,quòd perſonæ, quæ iam dictas Eccleſias poſſident,ſine ipſorum aſſenſu eis in vita ſua non debeant ſpoliari; apertè inde colligitur à contrario ſenſu; (quod argumentum in iure validiſſimum eſt,*l.1.§.huius rei, ff.de off.eius,cui mand. eſt iuriſd.cap.cùm Apoſtolica,in fi.de his, quæ fi.à prælat. ſin. conſ.Capit.*cum aliis ad id allegat.ab Euerard. *in Topic.iur.loc. à contr.ſenſ.* ferè per tot.)eum poſſidẽtium conſenſu poſſe eos Eccleſiis prædictis,ſeu beneficiis ſpoliari: conceſſiones verò prædictæ factæ religioſis locis,quæ *ibi* admittuntur, intelliguntur à Doct. *ibi* factæ quoad proprietatẽ tantùm, atque adeò extingui beneficia illa quoad titulũ,ſeu ſupprimi;cùm & ſuppreſſio beneficij ſit eius extinctio quoad titulum, vt ſup.hoc ipſo cap.*quæſt.1.* in poſteriori eius inſpectione oſtẽdimus, & beneficia,ſeu Eccleſiæ ſine dote, ac reditu ſufficienti eſſe non debeant, *cap. nemo, de conſecr.diſt.1.& c.1.de cenſib.* cum ſuis concord. Dixi autem in concluſione; *ad cuius fauorem principaliter creatum, ſeu erectum eſt beneficium*: quoniam, ſi omnino, aut etiã æquè principaliter ad Eccleſiæ vtilitatem, aut aliàs ob publicum fauorem illud erectum ſit,† non poterit beneficiatus,aut alius, 92.
ad cuius fauorem non principaliter erectum, ſeu creatum fuit beneficiũ,eius erectioni ſolo ſuo conſenſu renuntiare, aut quin ſubſiſtat, ac permaneat, in aliquo præiudicare; nam ius publicum pacto priuatorum mutari,eiue derogari in aliquo non poteſt, *l.iuriſgentium,§. ſi paciſcar,il 2.& l.ius publicum, ff.de pact. l.neque pignus,§.priuatorum, ff.de reg.iur. cap. ſi diligenti,de for.compet.*cum ſimil.Et hæc eſt prior huius concl.limitatio.Altera eſſe poteſt,vt locum non habeat † in perſonis,quæ libere diſponere nequeũt, 93.
vt minores,ſi talis renuntiatio, vel conſenſus fiat ſine debitis ſolemnitatibus cõplentibus,& integrantibus eorum perſonas; iuxta latiùs ad id quoad vltimarum voluntatum commutationem adducta per nos ſup.*d.c.5.q.1.concl.7.in 2.eius limitatione.*

Iam verò cùm hucuſque in hac quæſt. de priuatis perſonis diſſeruerimus, quæ vel beneficia ſupprimere, vel certè ad eorum ſuppreſſionem concurrere aliquo modo, aut diſponendo, aut conſentiendo poſſunt: antequam ad publicarum perſonarum in huiuſmodi ſuppreſſione poteſtatem accedamus; aliquid breuiter dicamus de vi, quam ea in re habet conſuetudo, ſiue præſcriptio; quæ, licèt ad priuatas perſonas magis proprie, ac directè pertinent, cùm ab iis inducatur; eatenus tamen etiam ad pu-

blicas personas spectat, quatenus à iure vim obtinet, quod à publicis personis manat.

Reperio autem Nauar. *conſ.*8. *de iurepatron.* iuxta Venetam, & Lugdunen. impreſſ. quem etiam refert ab eo non diſſentiens Garz. *tract. de benefic. part.* 1. *cap.*2. *num.*74. repetio, inquam, Nauar. *d. conſ.*8. quod incipit, *in prouincia Tarraconenſi, in princ. verſ. quintò, quòd nulli perſonatus, & verſ. licet perſonatus,* adiuncto *num.* 10. 11. 12. 13. *ac* 17. docentem, ac
94. ſatis comprobantem, † beneficium Eccleſiaſticum, quod perpetuum eſſe deberet, poſſe per conſuetudinem immemorabilem ab initio fieri temporale; ita, vt poſt aliquod tempus, puta poſt vitam vnius, duarum, aut trium perſonarum, non ſit ampliùs beneficium, neque ad ſuſtentationem alicuius miniſtri Eccleſiæ in titulum conferatur, aut in eo aliquis clericus ad patroni præſentationem inſtituatur; ſed eius reditus poſt illud tempus ad aliquem aliũ pium vſum deputentur; quæ ideo beneficia temporalia nuncupantur. & quidem à manualibus differunt: licèt aliqui Doct. vt Garz. *d. cap.*2. *num.*72. *&* 75. hæc duo confundant: nam, vt is rectè poſt alios docet *num.*69. 71. 74. 77. *ac* 79. *cum tribus ſeqq.* beneficia manualia ea ſunt, quæ ita Eccleſiaſtica auctoritate inſtituuntur, vt ea pro tempore obtinens ſemper amoueri ad nutum poſſit; atque adeò ſemper manent, ac perſeuerant vera beneficia; temporalia verò beneficia, vt per ſe patet, ea ſunt, quæ poſt certum, aut incertum tempus deſinunt eſſe beneficia Eccleſiaſtica, fiúntque ſimplices reditus pij, hoc eſt, ad pium vſum deſtinati. Probat autem Nauar. præcipuè *d. num.* 10. memoratam doctrinam, quòd nimirum per conſuetudinem immemorabilem fieri poſſint beneficia perſonalia, hoc eſt, temporalia, ſeu ad tempus duratura: quoniam, inquit, ſi Papa id expreſsè ordinaret, vel neceſſariò tacitè id ſua ordinatione præſupponeret, talia beneficia perſonalia, ſeu temporalia eſſent beneficia ſpiritualia; quia cùm iure humano tantùm beneficia ſpiritualia debeant eſſe perpetua, & teneri perpetuò à collatario, ita, quòd non poſſint renuntiari, niſi de ſuperioris licentia, neque conferri, niſi à ſuperiore Eccleſiaſtico; poſſet Papa id mutare: tum per gloſ. adiuncto *cap. ſi gratioſè, de reſcript. in* 6. tum quòd Papa eſt ſupra omne ius humanum, *cap. cuncta per mundum*, 9. *quæſt.* 3. *& cap. propoſuit, de conceſſ. præb.* tum quòd etiam laicis fecit gratiam, vt haberent ius præſentandi ad beneficia, quæ fundarent, toto tit. *de iurepatr.* & poteſt concedere gratioſè contra ius commune, vt ea conferant, immo & alia, quæ non fundarent; vt conceſſit Regi Apuliæ, iuxta *gloſ.* 16. *quæſt.* 7. *in ſum.* Regi Galliæ. *cap. dilectus, il* 3. *de præbend. cap. generale, de elect. in* 6. gloſ. *in cap. imperium, diſt.* 10. & aliis Regibus, iuxta aliam gloſ. *in §. hinc etiam, diſt.* 17. & id, quod Papa poteſt ſtatuere, poteſt etiam induci conſuetudine immemorabili, quæ habet vim priuilegij, vt ſuprà, inquit, dictum eſt, nimirum *num.* 3. *in princ.* vbi id confirmat ex *cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verb. ſignif. & l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aq. quot. & eſt.* ſubdens, quòd quicquid induci poteſt priuilegio, induci poſſit tali conſuetudine, per ea, quæ tradunt Panor. & Felin. *in cap. cùm contingat, num.* 4. *& 5. de for. compet. & in cap. accedentes, numer.* 6. *de præſcript.* idem Felin. *in rubr. num.* 6. *& cap. cauſam, quæ, eod. tit.* ac Dec. *conſ.* 171. poſt Abb. *in cap. de hoc, de ſimon.* & alij ibi.

95. QVINTA CONCLVSIO. Papa † procul dubio ſupprimere poteſt quodlibet ex beneficiis Eccleſiaſticis citra Papatum. Probatur tum ex fundamentis, quibus, *vt in præced. concl. ad fin.* vidimus, Nauar. *conſ.*8. *de iurepatr.* iuxta Venetam, & Lugdunen. impreſſ. probat, Papam poſſe ab initio temporalia beneficia facere, hoc eſt, talia, vt poſt tempus beneficia Eccleſiaſtica eſſe deſinant: ob id præcipuè, quòd perpetuitas beneficij Eccleſiaſtici eſt de iure tantùm humano poſitiuo, *cap. præcepta,* 55. *diſtinct. & cap. ſatis peruerſum,* 56. *diſt. cap. ſanctorum,* 70. *diſt. & cap. vnic. de capell. monach. in* 6. Papa verò de iure poteſt ſupra ius diſpenſare, *cap. propoſuit, de conceſſ. prabend.* tum ex ſumma poteſtate, quam Rom. Pontifex in beneficialibus habet, *cap.* 2. *de prabend. in* 6. *& Clement.* 1. *vt lit. pend.* cum limil. maximè, cùm ipſa beneficia ſint de iure humano poſitiuo inuenta, *cap.* 1. 22. *diſt.* cum aliis adductis per nos ſuprà *cap.* 10. *quæſt.* 3. *concluſ.* 1. *circa initium.* tum ex eo, quod tradunt Abb. Felin. & ceteri *in cap. cùm acceſſiſſent, & cap. cùm M. Ferrarienſis, de conſtit.* per eum text. † Papam creare quod- 96.
libet beneficium, ſeu dignitatem Eccleſiaſticam erigere poſſe: qui autem facere aliquid valet, poteſt etiam regulariter illud deſtruere; omnis enim res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eas etiam diſſoluitur, *cap. omnis res*, quod eſt 1. *extrà de reg. iur.* Tum ex communi Doctor. ſententia *in d. cap. cùm acceſſiſſent, & cap. pen.* quod incipit, *ex parte, de conſtit.* necnon *in cap. fin. de verbor. ſignif.* vbi in ſpecie docent, Papam extinguere poſſe, ſeu ſupprimere beneficia. idque apertè probant text. tam *d. cap. cùm acceſſiſſent, §. fin.* dum *ibi* dicitur; quocirca mandamus, quatenus, ſi vobis conſtiterit, Tullen. Canonicos, ne vlteriùs in Tullen. Eccleſia, Primiceriatus eſſet officium, (qui antea tum dignitas, tum perſonatus appellatur,) communiter ſtatuiſſe, ac ſtatutum ipſum auctoritate Sedis Apoſtolicæ fuiſſe poſtmodum, ſicut dicitur, confirmatum; vos illud faciatis in ſuo robore permanere; quàm *in a. cap. fin.* vbi habetur, quòd, ſignificantibus Rom. Pontifici Epiſcopo, & Capitulo Xanton. quòd quadragenarius Canonicorum numerus inſtitutus in eorum Eccleſia non poterat obſeruari pro eo, quia non ſufficiebant Eccleſiæ facultates; quibuſdam delegatis dederat in mandatis, vt Canonicorum, & præbendarum numerum iuxta facultates Eccleſiæ moderantes, ſtatuerent eumdem firmiter obſeruari. Tum denique ex omnibus præcedentis quæſt. concluſionibus: ſi enim omnia beneficia, excepto Papatu, ſupprimi poſſunt, vt *ibid.* oſtendimus, certè ab aliquo; qui omnino erit ſupremus Princeps Eccleſiaſticus, hoc eſt, Romanus Pontifex.

SEXTA CONCLVSIO. Concil. generale etiã legitimè congregatum † nequit ſine ſpeciali auctoritate 97.
te Rom. Pontificis delegantis, vel confirmantis aliquod beneficium ſupprimere, aut beneficiorũ ſuppreſſionem inducere: huiuſmodi verò auctoritate interueniente poterit. Prior pars cõcluſionis probatur: quoniam, ſi quidem beneficia ex aliquorũ ſiue laicorum ex propriis, ſiue Eccleſiaſticorũ ex Eccleſiarum bonis fundata ſint, (id quod etiã vtplurimum contingit;) cùm tunc de commutanda vltima voluntate agatur, quod iuri humano poſitiuo aduerſatur, vt conſtat ex latiùs per nos adductis ſup. *cap.* 3 *quæſt.* 3. *concl.* 1. & hoc ipſo cap. *quæſt.* 3. *concluſ.* 3. *circa init.* ipſa enim ſuppreſſio talium beneficiorum eiuſmodi humano iuri aduerſabitur. ſi verò beneficia fundata ſint ex reditibus ſuperfluis aliorum beneficiorũ, aut eleemoſynis alicui Eccleſiæ, locóve pio erogatis: cùm tũc etiam iure humano prohibita ſit eorum beneficiorũ ſuppreſſio, prout ſup. *d. concl.* 3. non longè ab initio docuimus, non poterit adhuc Concilio generale ſecluſa prædicta Rom. Pontificis auctoritate beneficiorum ſuppreſſionem facere, aut per

legem

legem aliquam inducere: vt ſic enim ſemper inferius eſt Rom. Pontifice; per ea, quæ ſuprà *cap.* 10. *quæſt.* 3. *concluſ.* 8. de qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum derogatione hac in re tradidimus, & quoad mutationem ſtatus beneficiorum, *cap. præced.* hoc eſt, 11. *quæſt.* 3. *concluſ.* 7. idque procedit etiam vacante Sede Apoſtolica, ex iis, quæ *d. concl.* 8. adduximus. Et quoad actualem ſuppreſſionem alicuius beneficij, ex eo etiam ſuadetur hæc prior propoſitæ concluſionis pars, quòd non ad hoc congregantur Concilia generalia, vt in ſimili arguit Garz. *part.* 5. *cap.* 2. *num.* 4. congregantur enim propter cauſam publicam, & neceſſariam, vel vtilem toti vniuerſali Eccleſiæ, vt optimè adnotauit Cardin. Iacobat. *in tract. de concil. lib.* 4. *art.* 2. *num.* 1. & conſtat ex adductis ab eo paſſim *in ilde artic.* necnon *lib.* 1. *artic.* 1. *num.* 68. *& lib.* 3. *artic.* 1. *num.* 79. cum aliquot ſeqq. & Card. Bellarmin. *tom.* 1. *controuerſ.* 4. *gener.* quæ eſt, *de concil. & Eccleſ. milit. lib.* 1. *cap.* 9. *& duobus ſeqq.* ferè per tot.

98. Poſterior † pars concluſionis probatur; tum ex variis Concil. Trident. decretis, in quibus approbantur vniones beneficiorum in certis caſibus, quæ decreta retulimus ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt.* 3. *concl.* 1. *in fi.* nimirum *ſeſſ.* 7. *cap.* 6. *&* 7. *ſeſſ.* 14. *cap.* 9. *ſeſſ.* 21. *cap.* 5. *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *&* 15. *ac ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reform.* poſito, quòd *ibi* agatur de vnione acceſſoria, per quam vnum beneficium alteri ſubiicitur, ita, vt fiat eius prædium; vel de vnione, per quam duo beneficia æquè principaliter vniuntur; ita, vt ex duobus vnum fiat: hæc enim vtraque vnio vel eſt ipſa ſuppreſſio, ſeu extinctio beneficij, vel eam præſupponit, vt latiùs deduximus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 2. longè poſt medium: tum præcipuè ex decreto Conc. Trident. *d. ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de refor.* cuius diſpoſitionem *d. quæſt.* 3. *concluſ.* 4. ad litteram recenſuimus. tum per ea, quæ de commutatione vltimarum voluntatum quoad hoc tradidimus ſuprà *cap.* 5. *quæſt.* 5. *concl.* 1. *&* 2. vnde etiam deſumi poſſunt præſentis concl. declarationes.

SEPTIMA CONCLVSIO. Cœtus Cardinalium S.R.E. †

99. regulariter nequit beneficiũ aliquod Eccleſiarum ſupprimere. Probatur hæc concluſio. Nam, ſi loquamur de caſibus, in quibus ampliſſimus hic cœtus habet regimen Eccleſiæ viuente Rom. Pontifice, ita, vt tali regimini ipſe ſupereſſe non poſſit, vt quia captus ſit ab hoſtibus, vel effectus inutilis, iuxta id, quod poſt alios tradidimus in noſtro tract. *de Conſeruatoribus iudicibus, cap.* 4. *quæſt.* 2. *in* 2. *ſuppoſit.* tunc, quoniam, vbi etiam ſubeſſet neceſſitas beneficium aliquod ſupprimendi, quoad eam beneficiorum ſuppreſſionem, quæ tamquam Rom. Pontifici reſeruata, eſſet inferioribus vetita, huiuſmodi neceſſitati ſubueniri poterit per Vicarium in Pontificia poteſtate ab ipſo Papa, quando id poſſet, aut vellet facere, deputatum, aliàs per Coadiutorem Papæ ab eodem Cardinalium cœtu deputandum; qui Vicarius, vel Coadiutor habebit exercitium iuriſdictionis Pontificiæ: inde fit, vt cœtus Cardinalium ad eam ſuppreſſionem ſaltem per ſe ſolus non poſſit deuenire; iuxta ea, quæ quoad hoc in commutatione vltimarum voluntatum adduximus ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 6. *concluſ.* 1. & in derogatione qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, *cap.* 10. *quæſt.* 5. *concluſ.* 9. Dixi autem initio huius concluſionis; (ita, vt Rom. Pontifex Eccleſiæ regimini ſupereſſe non poſſit:) nam quando ei ſupereſſe poteſt, prout anno Domini 539. ſub Iuſtiniano Imper. contingit Siluerio Papæ: de quo in eius vita tum apud ſcriptores Eccleſiaſticos, tum etiam in Breuiario Romano, & *in cap. Guliſarius*, 23. *quæſt.* 4. legitur, quòd, cum procurante Theodora Auguſta, & opera Belliſarij in inſulam Pontiam relegatus fuiſſet, exul factus inter cetera ad Amatorem Epiſcopum hæc ſcripſit; Me miſerunt in exilium, in quo ſuſtentor modò pane tribulationis, & aqua anguſtiæ; ego tamen propterea non dimiſi, nec dimitto officium meum. Si verò loquamur de tempore, quo Sedes Apoſtolica vacat per mortem naturalem, vel ciuilem Rom. Pontificis; dicendum eſt, quòd, licèt tunc penes Cardinalium cœtum iuriſdictio Pontificia ſit in habitu, & quoad aliqua in actu: attamen, quoniam *in cap. vbi periculum, §. iidem quoque, de elect. in* 6. *& Clem.* 2. quæ incipit, *ne Romani, in princ. & in §.* ſeu *verſ. ritum, eod. tit.* necnon in conſtit. Pij IV. 63. aliàs 81. quæ incipit, *in eligendis, §.* 1. *&* 2. iuncto §. 10. ſeu *verſ. ſedis autem vacatione durante*, prohibetur eidem cœtui, ne ſe in Pontificia iuriſdictione, exceptis quibuſdam caſibus, intromittant, irritum decernendo quicquid contrà actum fuerit; in quibus caſibus non eſt beneficiorum ſuppreſſio: in ea tunc quoque ſe intromittere non poterit huiuſmodi Cardinalium cœtus; vt latiùs deduximus quoad cõmutationem vltimarum voluntatum, ſup. *d. cap.* 5. *quæſt.* 6. *concl.* 2. quoad derogationem verò qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, *cap.* 10. *quæſt.* 5. *concl.* 9. *verſ. ſi verò*; ac denique quoad mutationem ſtatus beneficiorũ, *cap.* 11. ſeu, quod hoc ſtatim præcedit, *quæſt.* 5. *concl.* 8. in poſteriori eius parte. quæ fundamenta *inibi* allata, quia ſuppreſſioni beneficiorum, de qua nũc agimus, æquè conueniũt, hic non repeto; ſed pro iis candidum lectorem ad ea loca remiſiſſe ſat erit.

OCTAVA CONCLVSIO. Legatus Sedis Apoſtolicæ, licèt † regulariter nequeat beneficia 100.
ſupprimere; poteſt tamen in ſua prouincia id facere in caſibus in quibus poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi. Prior pars concluſionis probatur; quoniam, liquidẽ beneficia fundata ſint de bonis Eccleſiaſticis, aut patrimonialibus, quod ſanè, vtplurimum contingit; cùm tunc de commutanda vltima volũtate agatur, iiſdem fundamentis poteſtas ea ſupprimendi Legato Sedis Apoſtolicæ deneganda eſt, quibus ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 7. *concl.* 1. eidem denegauimus facultatem vltimas voluntates commutandi. ſi autem beneficia aliũde erecta ſint, vtputa, ex ſuperfluis reditibus Eccleſiaſticis, aut eleemoſynis; tũc, cùm adhuc eorum ſuppreſſio iuri communi poſitiuo aduerſetur, vt ex iis colligitur, quæ ſup. hac ipſa quæſt. *concluſ.* 6. non longè ab eius initio, adduximus: non poterit huic per illam derogare; quoniam nequit regulariter Legatus Sedis Apoſtolicæ contra ius Pontificium diſpenſare, eive derogare, vt *d. concluſ.* 1. *circa init.* latis oſtendimus. & in ſpecie Legatum Sedis Apoſtolicæ non poſſe dignitates ſupprimere, voluit Spec. *tit. de legat. §. nũc autem tractemus, verſ. pen.* quem etiam refert non diſſentiẽs Io. Bapt. Caccial. *in tract. de vnion. art.* 3. *num.* 8. Poſterior pars concluſionis probatur, quia id omne poteſt Legatus in ſua prouincia facere, quod poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi. quam regulam poſt multos tradidimus *d. quæſt.* 7. *concl.* 1. in eius initio. ex quo fundamento Andr. Gambar. *in tract. de offic. & auctor. legat. de later. tit. de diſmembrat. num.* 22. *cum ſeq.* in ſpecie docet, poſſe Legatum ex cauſa cum Capituli conſenſu dignitates ſupprimere, quia idipſum poteſt Epiſcopus. ſic etiam Nauar. bis, nimirum *conſ.* 9. *num.* 1. *de offic. ordin. & conſ.* 27. *num.* 1. *item de prabend.* iuxta Venetam, ac Lugd. editionem, reſpondit, Ordinarium, præſertim Legatum, poſſe iuſta de cauſa, & cum cõſenſu patroni facere, vt aliqua Capella perpetua, in qua ad præſentationem eius inſtituitur Capellanus, & rector perpe-

tuus, fiat temporaria, & ad nutum amouibilis; quoniam certum est, Ordinarium posse vnire, & diuidere, ac de nouo creare, & extinguere beneficia inferiora sui Episcopatus, *cap. sicut vnire, de excess. prælat. cap. præcipimus, & cap. plures, 16. quæst. 1. cap. 1. de rebus Eccles. non alien. in 6. Clem. 2. eod. tit. cap. cùm accessissent, & cap. ex parte, de constit.* Extenditur autem hæc eadem posterior pars, vt in omnibus casibus, in quibus potest Archiepiscopus, seu Metropolitanus in diœcesibus suorum suffraganeorum beneficia supprimere, breuiter inf. *concl. 11.* recensendis; possit etiam in iis id facere Legatus Sedis Apostolicæ; per ea, quæ de commutationibus vltimarum voluntatum quoad hoc tradidimus sup. *d. cap. 5. quæst. 7. concl. 2. ampliat. 4.*

NONA CONCLVSIO. Pœnitentiaria Apo-
101. stolica † regulariter nequit beneficia supprimere. Probatur hæc conclusio. si enim attendamus potestatem huius sacræ Pœnitentiariæ iuxta ipsius originem, & institutionem, illi non competit huiusmodi facultas beneficia supprimendi, cùm illud Tribunal, seu Officium institutum ad id fuerit, vt vice summi Pontificis absolueret, vel facultatem daret absoluendi ab Ecclesiasticis censuris, & pœnis, ac delictis eidem summo Pontifici reseruatis; & quidem in foro pœnitentiæ tantùm, vt post alios docuimus suprà *cap. 5. quæst. 8. conclus. 1.* suppressio autem beneficiorum, vt de se patet, neque sub prædictis comprehenditur, neque per se ad forum pœnitentiæ pertinet, sed vel ad forum externum, quem forum fori appellant, vel ad forum internum conscientiæ prout à foro pœnitentiali differt, iuxta per nos tradita *d. quæst. 8. in 1. suppos.* Si autem eiusdem sacræ Pœnitentiariæ facultatem in ipsius progressu attendamus; quamuis vsque ad Pij IV. tempora illius potestas siue ex consuetudine, siue ex variis facultatibus, quas ei Romani pro tempore Pontifices concesserant, mirum in modum aucta fuerit; ita, vt non modò vltimas voluntates commutare posset, eisque derogare; & illius concessiones in foro tam externo, quàm interno eas impetrantibus prodessent; vt ex iis patet, quæ *d. quæst. 8.* adduximus; verùm etiam posset vniones, ac suppressiones, atque alia huiusmodi facere, vt constat ex verbis statim referendis *constit. 51.* aliàs 69. eiusdem Pontificis, quæ incipit, *in sublimi*: tamen hæc facultas huiusmodi Pœnitentiarij per ipsum Pium IV. ablata fuit in præd. constitutione, § 4. seu *versic. necnon ab vnionibus*: vbi iunctis *duobus §§.* seu *versic. præcedentibus*, decernit, quòd de cetero perpetuis futuris temporibus pro tempore existens Maior Pœnitentiarius, ac eiusdem Pœnitentiariæ Regens, Correctores, scriptores, ac alij quicumque eius officiales, & ministri penitus abstineant à commutationibus vltimarum voluntatum, & earum derogationibus; necnon ab vnionibus perpetuis, & suppressionibus, ac translationibus beneficiorum Ecclesiasticorum, & applicationibus vnius beneficij alteri beneficio, & illarum confirmationibus, & §. 2. seu *vers. volumus insuper*, vult, quòd
102. Officium sacræ Pœnitentiariæ † Sede Apostolica vacante in omnibus, & singulis, quæ ad forum fori quomodolibet pertinent, penitus, & omnino conquiescat, quódque ea tantùm pro animarum salute expedite valeat, quæ forum conscientiæ respiciunt; § 26. districtiùs inhibens pro tempore existenti Maiori Pœnitentiario in virtute sanctæ obedientiæ, ac Regenti, aliisque Officialibus dictæ Pœnitentiariæ sub diuersis pœnis, ne de concessionibus, & expeditionibus sibi per eas litteras interdictis contra præmissorum tenorem etiam prætextu quorumuis priuilegiorum, & indultorum eis quomodolibet concessorum se intromittere quoquomodo audeant, seu præsumant: decernens postmodum §. *seq.* quascumque concessiones, gratias, ac expeditiones deinceps ab eodem officio Pœnitentiariæ contra præsentium tenorem pro tempore emanatas, etiamsi in illis asseratur, viuæ vocis oraculo, ac de mandato pro tempore existentis Rom. Pontificis speciali, & expresso factas fuisse, nullas nihilominus, & inualidas, extortas, ac surreptitias esse, & censeri, neminique propterea suffragari posse: & ita per quoscumque, &c. fublata eis, &c. iudicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane, &c. Et quoad eamdem potestatem Maioris Pœnitentiarij eiusque officialium Sede Apostolica vacante, idem Pius IV. in sua constit. 63. aliàs 81. quæ incipit, *in eligendis, § 9. cum seq.* decernit, ac declarat, ita eadem sede vacante durare, vt non solùm ea, quæ præsenti constitutione prohibentur, & quæ Pontifice viuente exercere non consueuerat, seu à quibus pro eiusdem Pontificis reuerentia, aut aliàs quomodolibet abstinebat, minimè vsurpet; sed Pœnitentiarius, & eius Officiales ea tantùm facere, & expedire valeant, quæ ad forum conscientiæ pertinent, in reliquis officium eorum conquiescat: itaque à quibusuis expeditionibus forum, vt aiunt, fori mixtim, vel separatim quomodolibet respicientibus omnino abstineant: alioquin in quibus Pœnitentiarius, & alij prædicti etiam de licentia, aut mandato totius Collegij contrà fecerint, ea nulla, & irrita sint, ac nemini suffragentur. & generatim Pœnitentiariam Apostolicam non nisi pro foro conscientiæ potestatem, & facultatem à summo Pontifice habere, satis constat ex adductis per nos sup. *d. cap. 5. quæst 8. conclus. 3.* & colligitur quoque ex constit. 84. Pij V. in antiq. Bullar. quæ incipit, *temporis, & necessitas*, in Bullario autem nono abest, necnon ex constit. 85. in antiq. & 83. in nou. Bullar. quæ incipit, *in omnibus*: de quibus, ac simul de alia eiusdē Pontificis constit. nimirum 84. in nouo, & 86. in antiquo Bullar. incipiente, *in earum rerum*, atque etiam de vna Sixti IV. & altera Pauli III. constitutione quod ad hanc rem attinet, videri potest id, quod scripsimus *d. c. 5. quæst. 8. concl. 2.* Verùm potissimùm videnda est, cùm opus fuerit facultas, quam hisce in rebus pro tempore habet Apostolica Pœnitentiaria; eius enim potestas, & auctoritas varia, ac diuersa est, prout eam nunc maiorem, nunc minorem accipit à diuersis Pontificibus. Nunc autem ad reliquas huius quæst. conclusiones transeamus.

DECIMA CONCLVSIO. Concilium Prouinciale Episcoporum à Metropolitano congregatum, † licèt regulariter nequeat supprimere aliquod 103.
ex beneficiis sitis in diœcesibus Episcoporum ad illud conuenientium: aliquando tamen potest. Prior pars conclusionis probatur primò ex iis, quibus suprà *cap. 5. quæst. 9. concl. 1.* ostendimus, Concilium huiusmodi prouinciale commutare non posse vltimas voluntates; nam suppressio beneficiorum vbi, quod vtplurimum accidit, ea fundata sint ex bonis Ecclesiasticis, vel patrimonialibus, vt iam non semel admonuimus, est commutatio quædam vltimæ voluntatis: valet autem argumentum saltem negatiuè à genere ad speciem, vt patet ex adductis ab Euerard. *in Topic. iur.* & Vigel. *in sua Dialectic. iur. loco à gen. ad spec.* quòd si ex superfluis reditibus Ecclesiæ, aut eleemosynis fundatum sit beneficium, cùm suppressio beneficiorum regulariter aduersetur iuri communi, vt colligitur ex adductis suprà hoc ipso cap. *quæst. 3. concl. 3. circa initium*; atque inter hæc ex eo, quòd per suppressionem

pressionem beneficiorum minuitur diuinus cultus, qui de iure potiùs debet augmentari, per bonum text. *in hac materia, in cap. pen. de constitut.* Secundò à fortiori probatur ex eo, quod tradit Garz. *in suo tract. de benef. part. 5. cap. 2. num. 7.* Concilium Prouinciale non posse conferre beneficia prouinciæ, nec Synodale, seu Diœcesanum beneficia diœcesis, nisi quatenus is, ad cuius dispositionem spectant, id permitteret; quia de iure non datur eis talis facultas, nec ad id congregantur. Posterior pars conclusionis probatur ex iis, quibus sup. idipsum ostendimus, quoad commutationem vltimæ voluntatis, *cap. 5. quæst. 9. concluſ. 2.* quoad derogationem verò qualitatum in beneficij fundatione appositarum *cap. 10. quæst. 5. concluſ. 12.* ac denique quoad mutationem status Ecclesiarum, vel beneficiorum *cap. præced. quæst. 5. concluſ. 11.* præcipuè verò ex *cap. nullus Primas, 9. quæst. 3.* ita, vt consentientibus quidem singulis Episcopis, & Archiepiscopo, qui ad prouincialem Synodum conuenerunt, quolibet nimirum pro sua diœcesi, possit hæc Synodus supprimere beneficium in casibus, in quibus illi id possunt, sed non tenentur facere; in casibus verò, in quibus ad id iidem tenentur, sufficiat maioris partis eorum consensus: eos autem vtrosque casus colligere licebit ex 12. huius quæst. conclusione. Porrò, quod in hac conclusione dictum est de Concilio Prouinciali respectu diœcesum Episcoporum suffraganeorum, aut
104. etiam ipsius Archiepiscopi, † dicendum proportionabiliter est de Concilio Primatiali quoad diœceses, & prouincias Archiepiscoporum, & de Patriarchali Synodo quoad diœceses, ac prouincias Primatum: per ea, quæ hac in re quoad commutationem, derogationem, ac mutationem prædictam in mox citatis locis respectiuè adduximus.

105. VNDECIMA CONCLVSIO. Patriarcha, Primas, vel Archiepiscopus, seu Metropolitanus † regulariter supprimere nequeunt beneficia diœcesis suorum respectiuè suffraganeorum. Et quidem quoad ipsas Cathedrales Ecclesias, vt à prædictis supprimi non possint, satis conuincitur tum ex eo, quòd harum erectio ad solum Papam pertinet, vt quoad Episcopalem, Metropolitanam, & Primatialé ostendimus *cap. præced. quæst. 5. concluſ. 9. in 1. 2. & 3. casu*; omnis autem res per quascumque causas nascitur, per easdem etiam dissoluitur, *cap. 1. extrà de reg. iur. & l. nihil tam naturale, ff. eod. tit.* cum simil. tum quia vnio duorum Episcopatuum, ita, vt ex duobus fiat vnus, & subiectio vnius eorum alteri; (quæ vtraque vel suppressio est, vel non sine suppressione, seu extinctione fit, vt sup. hoc ipso cap *quæst. 2. post medium*, docuimus;) ad solum Papam spectat, *cap. & temporis qualitas, cum seq. 16. quæst. 1. cap. sicut vnire, de excess. prælat. & cap. quod translationem, in fi. de offic. leg.* ex quibus duobus iuribus idem habetur quoad subiectionem; dum tamen *ibi* sumatur subiectio, pro ea, per quam vnus Episcopatus alteri accessoriè vnitur, fitque eius prædium, non autem per quam alterius iurisdictioni, seu iure dumtaxat Metropolitico alteri Ecclesiæ subditur, quæ vel iam Metropolitana sit, vel tunc in Metropolitanam erigatur. Tum ex eo, quod in specie tradit Io. Azor. *Institut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 30. quæst. 2. in princ.* solum Papam habere ius Cathedralem Ecclesiam in non Cathedralem mutandi, quia solius Papæ est Episcopos deiicere, vel Episcopatus supprimere, & extinguere: nomine autem Episcopatus dubium non est venire etiam Archiepiscopatum, Primatiam & Patriarchatum. Quoad beneficia verò inferiora sita in Ecclesiis, seu diœcesibus prædictorum suffraganeorum, quòd re-
106. gulariter † nequeat Patriarcha, Primas, vel Metropolitanus eorum aliquod supprimere, seu extinguere, probatur tum ex eo, quod habetur *in d. cap. sicut vnire, de excess. prælat.* vnionem factam a Prælato inferiore, qui subditus erat cuidam Episcopo, absque huius consensu nullam esse, vel infirmari posse, non obstante assensu, vel confirmatione Metropolitani: vnio autem quoad duas eius species suppressio quædam est, seu extinctio beneficij, vel non sine illius suppressione, seu extinctione fit, vt sup. hoc ipso cap. *quæst. 2. post med.* vidimus. tum ex iuribus, in quibus habetur Metropolitanum, Primatem, & Patriarcham nihil posse in diœcesibus suorum respectiuè suffraganeorum, quàm quæ eisiura permittunt, vt quoad Archiepiscopum, seu Metropolitanum habetur *in cap. nullus Primas, 9. quæst. 3. cap. pastoralis, in princ. de offic. ord. cap. 1. eod. tit. in 6.* necnon *in d. cap. sicut vnire*: quoad Primatem verò, & Patriarcham *d. cap. nullus Primas, & cap. conqueſtus, 9. quæst. 3. & cap. duo simul, de offic. ordin.* Atque ita in terminis Conc. Trid. *d. sess. 24. cap. 15. de reform.* non posse
107. Archiepiscopum † supplere vices Episcopi in supprimendis beneficiis etiam data negligentia Episcopi, declarasse fertur sacra Congregatio Cardinalium ad illud decretum; ob eam rationem, quòd Concilium *inibi* non præcipit Episcopo, sed solùm facultatem dat, vt illam præbendarum suppressionem faciat.

Ampliatur autem hæc conclusio primò, vt † neque
108. Archiepiscopi, quos iuxta decretum Trid. Conc. *sess. 24. cap. 2. de refor.* eligere debent Episcopi nulli Archiepiscopo subiecti, eorumque Synodo prouinciali cum aliis eorum suffraganeis interesse, & quæ *ibi* ordinata sunt obseruare, atque obseruari facere; possint beneficia inferiora in eorum Episcoporum diœcesibus sita supprimere ipsis inuitis, nisi vigente necessitate, in ipsa Synodo, iuxta præcedentem conclusionem: nam subdit *ibidem* Concilium; in reliquis omnibus eorum exemptio, & priuilegia salua, atque integra maneant. Secundò ampliatur, vt †
109. nec Patriarcha tamquam iudex supprimere possit beneficia inferiora clericorum subditorum Primati, aut Archiepiscopi, aut Episcopi eius suffraganei, vel clericorum eidem subiectorum etiam de horum consensu, quorum sunt beneficia; sed requiritur consensus immediati eorum superioris; vt satis colligere licet ex *cap. significasti, de for. compet. & cap. 1. in princ. eod. tit. in 6.* Ampliatur denique, vt Patriarcha, Primas, vel Metropolitanus † etiam dum visitat
110. suam prouinciam, non possit beneficia subditorum suis suffraganeis supprimere; per ea, quæ de commutatione vltimarum voluntatum quoad hoc adduximus sup. *cap. 5. quæst. 10. concl. 2. extenſ. 1.* Quicquid autem aliàs statutum de iure antiquo circa ius Metropolitani, seu Archiepiscopi quoad visitationem Cathedralium, & aliarum Ecclesiarum ciuitatis ac diœcesis suorum comprouincialium, de quo præcipuè *in cap. pen. de censib. & cap. 1. eod. tit. in 6.* certè in Conc. Trid. *d. sess. 24. cap. 3. de reform. circa initium*, cauetur, ne à Metropolitanis etiam post plenè visitatam propriam diœcesim visitentur Cathedrales Ecclesiæ, aut diœceses suorum comprouincialium, nisi causa cognita, & probata in Concilio prouinciali.

Limitatur nunc præsens conclusio primò, vt, † si
111. subditus suffraganei ab eo debita cum instantia petierit suppressionem alicuius beneficij; suffraganeus verò vel negligens, vel renitens in hoc fuerit, cùm facere debet; (id quod ex eo colligi poterit, quòd *concl. seq.* necnon *quæst. 6. ac 7.* latiùs trademus;) licebit tali subdito post appellationem adire Metropolitanum, aliúmve immediatum illius suffraganei

ſuperiorem, qui poterit ad petitam ſuppreſſionem deuenire. quæ limitatio ex iis ſuadetur, quibus ſimilem limitationem quoad commutationem vltimæ voluntatis ſtatuimus ſup. *d. quæſt.* 10. *concl.* 1. *limit.* 1. Limitatur verò ſecundò, quòd data in prædicto caſu tenitentia, vel negligentia ſuffraganei in concedenda petita beneficij ſuppreſſione etiam citra appellationem poterit per ſolam querelam adiri ſuperior immediatus ipſius ſuffraganei; qui non modò eum compellere poterit ad memoratam ſuppreſſionis conceſſionem, ſed & ipſe eam concedere; vt ſatis colligitur tum ex memorata declaratione ſacræ Congregationis ad *d. cap.* 15. Conc. Trid. iuncta eius declarationis ratione; dum enim ideo declarat in terminis illius decreti, non poſſe Archiepiſcopum ſupplere vices Epiſcopi negligentis ſupprimere præbendas, quia Conc. non præcipit, ſed ſolùm dat facultatem Epiſcopis illam ſuppreſſionem faciendi; apertè vult ſacra Congregatio, vt in caſibus, in quibus Epiſcopus negligit ſupprimere beneficium, cùm debet, poſſit ipſe Archiepiſcopus in hoc Epiſcopi negligentiam ſupplere; tum ex *cap. nullus, de iurepatr.* & aliis adductis per nos *d. concluſ.* 1. *limit.* 2. ex
112. quibus habetur, id generale eſſe, † quòd vbi is, qui conſentire debet, ſine iuſta cauſa id facere recuſat, adeundus eſt ſuperior, qui vel compellat eum conſentire, vel ipſe conſentiat. ſine ſolido autem fundamento Lambert. *tract. de iurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 20. *num.* 22. 23. 43. *&* 44. necnon *art.* 21. *num.* 21. licèt concedat, quòd Archiepiſcopus poſſit compellere ſuum ſuffraganeum ſine cauſa recuſantem conſentire, quando debet, ad conſentiendum; quod & latè *d. art.* 20. *à num.* 1. *ad* 18. ex alibi etiam, per eum adductis; præcipuè verò *d. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 16. *cum ſeq. & quæſt.* 9. *art.* 1. *concluſ.* 3. *ampliat.* 18. *ſub num.* 112. *ac* 113. maximè per text. *in d. cap. nullus, de iurepatr.* qui, vt ipſemet *ibid.* cum multis ait, intelligendus eſt de quouis ſuperiore, vt ab eo compelli poſſit Ordinarius ad conſentiendum, cùm debet, & non vult, vel negligit conſentire: tamen neget, poſſe ipſum Archiepiſcopum ſupplere per ſe huiuſmodi negligentiam, nimirum conſentiendo loco ſuffraganei ſui; quoniam Archiepiſcopus ſuccedit Epiſcopo ſolùm in caſibus à iure expreſſis, *cap. paſtoralis, in princ. de offic. ordin.* Sed iſte caſus non eſt à iure expreſſus; ergo, &c. bene tamen poſſe eum compellere ad conſentiendum, cùm ſit Ordinarius Epiſcopi, *d. cap. paſtoralis*, cum aliis per nos allegat. *d. cap.* 5. *quæſt.* 10. *ſuppoſit.* 2. non video, inquam, quo fundamento id ſubtillat; nam text. *d. cap. nullus*, vult, quòd ille ſuperior poſſit ipſe ſupplere negligentiam Ordinarij; ergo etiam Archiepiſcopus Epiſcopi ſui ſuffraganei, conſtito de eius negligentia; de quo in ſpecie eſt optimus text. *in cap.* 1. §. *fanè, de cenſib. in* 6. vbi Innoc. IV. de Archiepiſcopo viſitante loquens, notoria verò, inquit, crimina, quæ examinatione non egent, (cùm ſuper his meritò notari poſſit Ordinariorum negligentia eorumdem,) liberè corrigat, pœnam pro illis debitam infligendo. Deinde, cùm Archiepiſcopus ſit Ordinarius ſuffraganei ſui, vt ſup. ex ipſis quoque aduerſariis dictum eſt; poterit ergo eius ſupplere negligentiam eadem ratione, qua poteſt eum compellere ad conſentiendum. ad text. verò *in d. cap. paſtoralis*, cum ſimilibus, quatenus inde habetur, non poſſe ſupplere vices ſuffraganei ſui, niſi in caſibus à iure expreſſis, facilè reſponderi poteſt, dicendo, vel hunc eſſe caſum generaliter expreſſum *in d. cap. nullus*, vel eos text. accipiendos eſſe, vbi vellet Archiepiſcopus ſe immiſcere in iuriſdictione ſui ſuffraganei, nulla data eius negligentia, vel vbi de ea plenè, ac ſufficienter non conſtet. Limitatur denique, vt Patriarchæ, Primas, & Archiepiſcopus in ſuis diœceſibus poſſint beneficia ſupprimere, quoties id poſſunt Epiſcopi ſimplices in ſuis diœceſibus, vt *concl. ſeq.* in extenſione prioris eius partis oſtendemus.

DVODECIMA CONCL. VLTIMA. Epiſcopus, † 113.
licèt regulariter ſupprimere nequeat beneficia ſuæ diœceſis; aliquando tamen poteſt. Prior pars concluſionis probatur; tum quia vtplurimum, ac regulariter beneficia fundata ſunt ex bonis vel patrimonialibus alicuius laici, vel Eccleſiaſticis alicuius Eccleſiæ, ſeu pij loci; atque adeò in ſuppreſſione; (per quam extinguitur ipſo iure beneficium, Bened. Capr. *in repet. Clem. Iuſtere, num.* 14. *de reſcript.* Doct. *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* atque alibi ſæpe;) agitur de commutanda vltima voluntate, quod regulariter Epiſcopo non permittitur, *Clement. quia contingit, in prin. de relig. domib.* cum *ibi* notat. & aliis per nos ad id allegat. ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 11. *concl.* 1. ferè per tot. & quòd huiuſmodi beneficia ſic fundata nequeat per ſe ſolus Epiſcopus ſupprimere, voluit Abb. Felin. & cæteri *d. cap. cùm acceſſiſſent*, atque alij, quos retulimus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 3. *concluſ.* 3. non longè ab initio, *& quæſt.* 4. *concl.* 2. *ad fin.* Tum quia, vbi etiam agatur de ſuppreſſione beneficiorum, quæ ſolùm ex ſuperfluis reditibus Eccleſiaſticis, aut piorum virorum eleemoſynis erecta ſunt; adhuc talis ſuppreſſio iuri communi poſitiuo aduerſatur, vt ex iis ſatis colligitur, quæ *d. quæſt.* 3. *concluſ.* 3. in priori eius parte adduximus: regulariter autem nequit Epiſcopus huiuſmodi communi iuri derogare, vt ex iis conſtat, quæ ſup. *d. cap.* 5. *quæſt.* 11. *concluſ.* 1. *circa initium* adduximus. Poſterior pars concluſionis probatur: tum quia ita ſentit gloſ. à multis approbata *in Clem.* 2. §. *fin. verbo, menſa, de reb. Eccleſ. non alien.* & communiter tradunt Doct. *d. cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* Io. Bapt. Caccialup. *in tract. de vnion. art.* 4. *num.* 12. And. Gambar. *tract. de offic. & auctor. legat. de lat. lib.* 5. *tit. de diſmembrat. num.* 23. Guliel. Redoan. *tract. de ſimon. ment.* 2. *part. cap.* 21. *num.* 18. Nic. Garz. *tract. de benefic. part.* 12. *cap.* 1. *num.* 1. Nauar. *conſ.* 9. *num.* 1. *de offic. ordin. & conſ.* 27. *num. item* 1. *de præbend.* iuxta Venet. ac Lugdunen. edit. idémque ſentiunt Azor *Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 30. *quæſt.* 12. *cum trib. ſeqq.* & alij quotquot tradiderũt, poſſe Epiſcopum cum Capituli ſui conſenſu minuere numerum præbendarum, ſeu Canonicorum, vt Doctor. ferè omnes *d. cap. cùm acceſſiſſent, & cap. ex parte*, quod eſt *pen. de conſtit. & cap. fin. de verb. ſignif.* plerique *in Clem.* 2. *de reb. Eccleſ. non alien.* atque in his Bellam. *num.* 308. Io. Randæus *tract. de diſpenſat. per Epiſcopas, caſ.* 117. Io. Selu. *tract. de benef. part.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 130. *cum ſeq.* Roch. de Curt. *tract. de iurepatr. verbo, pro eo, quòd de Diœceſani conſenſu, quæſt.* 12. *verſ. aduerte tamen, ſub num.* 27. Lambert. *eod. tract. lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 7. *num.* 10. *cum duob. ſeqq.* & Io. Azor. *d. cap.* 30. *quæſt.* 11. 13. *&* 14. ac præterea Gambar. *d. tit. de diſmembrat. num.* 22. poſt Oldr. *conſ.* 182. & Spec. *tit. de diſpenſat. Epiſc. verſic.* 120. ac poſt alios Garz. *d. cap.* 1. *num.* 2. & 4. necnon *cap.* 2. *num.* 75. *cum ſeq. & num.* 171. 172. & 173. idque manifeſtè probatur ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de reform.* non autem *in d. cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* quod ad id à pleriſque allegatur; nam, vt etiam admittamus, ſtatutum illud, quo ſublata erat dignitas ab Eccleſia, conditum ſimul etiam fuiſſe ab Epiſcopo, prout ſupponunt *ibi* Doct. omnes; tamen *ibidem* habetur illud ſtatutum fuiſſe à Sede Apoſtolica confirmatum: vnde gloſ. *ibi, verbo, confirmatum*, necnon *d. cap. ex parte*, ſeu *pen. in figuratione caſus, ac verbo, exceuiſſe, eod. tit. & cap. fin. verbo, confirmatione, de verb. ſignif.* quam aliqui ſequuntur,

ſecluſa

ſecluſa Papæ confirmatione, ſeu auctoritate, ex hiſce tribus iuribus, in quibus eius mentio habetur, colligit, non poſſe minui à Canonicis etiam cum Epiſcopi auctoritate numerum Canonicorum, ſeu præbendarum, & quamuis cum communiori fatear, inde non conuinci, neceſſariam ad id eſſe Papæ auctoritatem; & verè eam non eſſe neceſſariam, communis ferè omnium Doct. habeat ſententia, quam & ipſe ſequor: tamen certè ex iis iuribus non probatur, ad huiuſmodi diminutionem ſufficere Epiſcopi auctoritatem cum Capituli ſui conſenſu. Minùs verò hoc probatur ex *cap. 1. & cap. auctoritate, de inſtit.* quæ à Selua, & Randæo ad id citantur: *ibi* enim ſolùm quoad hoc decernitur, in Eccleſiis non debere inſtitui numerum clericorum vltra earum facultates. Denique id non probat *cap. ex parte, de conceſſ. præbend.* quod idem Selua, & Randæus pariter ad hoc allegant: illud enim dumtaxat *imbi* habetur iuxta communem expoſitionem, in Eccleſiis non numeratis vacationem præbendarum, ſeu Canonicatuum non eſſe poſſibilem; nec *ibi* fieri deuolutionem ad ſuperiorem ex negligentia ſemeſtri in non prouidendo Eccleſiæ de miniſtris. Extenditur autem hæc
114. poſterior pars præſentis concluſionis, vt, † quam poteſtatem habent Epiſcopi quoad ſupprimenda beneficia ſuarum diœceſum, eamdem habeant Patriarchæ, Primates, & Archiepiſcopi, ſeu Metropolitani in beneficiis ſuarum diœceſum; quoniam hi quoad ſuas, & proprias diœceſes habentur pro ſimplicibus Epiſcopis, & æqualem cum iis poteſtatem, ac iuriſdictionem habent, vt latiùs etiam quoad facultatem vniendi oſtendimus *cap. præced. quæſt. 5. concluſ. 12. ampliat. vnica.* Quid autem in ſua quaſi diœceſi circa beneficiorũ illius ſuppreſſionem poſſint Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, Deo dante, dicemus inf. hac ipſa quæſt. *concluſ. 14.*

Declaratur nunc præſens concluſio primò, quòd
115. † ad hoc, vt Epiſcopus poſſit ſupprimere beneficia ſuæ diœceſis, omnino requiritur conſenſus ſui Capituli, vt ex prædicto Conc. Trid. decreto patet, & ex iis, quæ prædiximus, ac fuſiùs explicabimus *quæſt. 7. huius cap.* vbi etiam oſtendemus, quòd, vbi beneficium ſupprimẽdum eſt iuriſpatronatus, ſeu fundatum ex bonis alterius, quàm prædicti Capituli, ipſius quoque patroni, hoc eſt, fundatoris, aut eius heredis conſenſus ad id neceſſarius erit. Declaratur
116. ſecundò, vt † ad huiuſmodi ſuppreſſionem ab Epiſcopo faciendam iuſta cauſa, hoc eſt, neceſſitas, vel euidens Eccleſiæ vtilitas requiritur, vt tradunt Doct. omnes cùm alibi, tum *d. cap. cum acceſsiſſent, de conſtitut.* Lambert. *d. lib. 3. quæſt. 6. art. 7. num. 10. & 12.* Nauar. *conſ. 9. num. 1. de offic. ord. & conſ. 27. num. 1. de præb.* Io. Azor *d. cap. 30. quæſt. 11. ac 13.* & Garz. *d. cap. 12. num. 1. & 8.* latiúſque proſequuntur *quæſt. ſeq.* ferè per tot. Nunc autem ad reliquas huius quæſt. concluſiones deſcendamus: ſi priùs illud admoneamus, quòd, ſi quis quærat, an viſitator ab Epiſcopo, vel adminiſtrator Eccleſiæ Cathedralis à Papa deputatus; aut ſequeſter poſſeſſionis, ac fructuum eiuſdem Eccleſiæ ſupptimere poſſit illius beneficia, id ſumere debet ex adductis quoad vltimæ voluntatis commutationem ſup. *cap. 5. quæſt. 11. poſt vlt. eius concluſ.* & quoad derogationem qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum, *cap. 10. quæſt. 5. concluſ. 15. ad fin.*

DECIMATERTIA CONCLVSIO. Capitu-
117. lum ſede Epiſcopali vacante † regulariter nequit beneficia diœceſis illius Epiſcopi ſupprimere. Probatur tum ex iis, quibus concluſ. præced. docuimus Epiſcopum regulariter non poſſe beneficia ſupprimere; nam capitulum ſede Epiſcopali vacante potius minorem, quam maiorem poteſtatem habet, quàm Epiſcopus ipſe, vt patet ex allegat. *cap. præced. quæſt. 5. concl. 14. circa initium.* tum ex eo, quòd, † vbi 118.
Epiſcopus aliquid facere debet cum conſilio, vel aſſenſu Capituli, Capitulum ipſum ſede vacante non ſuccedit; vt patet ex tacita ratione text. *in cap. vnic. §. 1. ne ſed. vacan. in 6.* quæ pariter in caſu noſtro locum obtinet, dum *inibi* deciditur, quòd, cùm ad ſolum Epiſcopum præbendarum ſpectat collatio cum conſilio ſui Capituli, vel aſſenſu, defuncto Epiſcopo, capitulum ſe non poteſt intromittere de eiſdem: ſuppreſſio autem beneficiorum fieri nequit abſque Capituli ſui conſenſu, vt tradunt Doct. *d. cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit. & Clem. 2. de reb. Eccleſ. non alien.* ſatiſque conſtat ex Trid. Conc. *ſeſſ. 24. cap. 15. de reform.* cui tamen fundamento reſponderi poſſet ideo procedere deciſionem *d. §. 1.* quia ius ſpecialiter reſiſtit collationi beneficiorum à Capitulo ſede vacante, *cap. illa, ne ſed. vac. & cap. 1. de inſtit. in 6.* quæ reſiſtentia non reperitur in eo quoad ſuppreſſionem beneficiorum. tum ex eo, quod de vnione, per quam
119. præiudicatur iuri Epiſcopi, vt † à Capitulo ſede Epiſcopali vacante fieri nequeat, poſt alios tradunt Franc. Pauin. *tract. de poteſt. capit. ſed. vac. part. 2. quæſt. 3. num. 17. cum ſeq.* & Io. Azor *Inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 38. quæſt. 9.* qui vterque docet, eam vnionem per quam ſupprimitur titulus beneficij, non poſſe à Capitulo ſede vacante fieri; tum quia per eam omnino præiudicatur iuri Epiſcopali, nimirum in conferendo illo beneficio, quod ſic vnitur; tum quia conceſſio beneficij in proprietate, eiúſque extinctio eſt quædam alienatio rerum Eccleſiaſticarum, *cap. tua nuper, de his, quæ fi. ſine conſ. capit.* huiuſmodi autem alienatio, ſeu extinctio omnino prohibita eſt ſede vacante, vt *in rubr. & cap. 1. ne ſed. vac.* & in ſpecie Capitulum ſede vacante ſupprimere, ſeu extinguere non poſſe beneficium, declaratum fuiſſe audio à ſacr. Congreg. Int. Conc. Trid. & tenet Azor. *d. quæſt. 9. circa medium*, atque ante eum M. Ant. Cucch. *Inſt. maior. lib. 2. tit. 9. num. 87.* id tamen ei concedens vbi per ſuppreſſionem iuri Epiſcopi non præiudicetur. Et quamuis idem Azor. *ead. quæſt. 9. circa initium*, non paucos referat, quos ipſemet ſequitur *d. part. 1. lib. 6. cap. 28. quæſt. 9.* & Nicol. Garz. alios quoque allegans *d. tract. de benefic. part. 12. cap. 2. num. 67.* indiſtinctè tenentes, Capitulum ſede vacante ſuccedere Epiſcopo in poteſtate vniendi beneficia, quæ vnire poterat Epiſcopus. Tamen idemmet Azor *d. cap. 38. quæſt. 9.* ſentit, auctores per eum citatos tantùm loqui de vnione, per quam beneficia vnita manent æqualiter principalia; loquuntur enim, inquit, de vnione, per quam nihil iuri Epiſcopali detrahitur: vt, ſi beneficium vnitum alteri ſupprimeretur, vel extingueretur, vel alienaretur; aliquid videretur eſſe iuri Epiſcopi detractum, nimirum iuri conferendi beneficium vnitum, vt mox dixerat.

Dixi autem in concluſione propoſita, *regulariter*: quoniam, vbi ſuppreſſio ab Epiſcopo facienda eſſet ex neceſſitate; † tunc etiam Capitulum ſede Epiſcopali vacante eam facere poſſet, ſiue ea neceſſitas ſit iuris, quia Epiſcopus ad eam cogi poſſet; quoniam Capitulum ſede vacante ea facere poteſt, quæ ſunt neceſſitatis, vt plerique tradiderunt, quos retulimus *d. cap. præced. quæſt. 5. concl. 14.* non longè ab initio: ſiue ſit neceſſitas facti, quia neceſſitas non habet legem, & facit licitum, quod aliàs ex lege non eſſet licitum, *cap. quanto, de conſuet. cap. 2. de obſeruat. ieiun. cap. quod non eſt licitum, extrà de reg. iur.* cum ſimil. adductis *ibi* per gloſ. & Doct. ac propiùs ad rem noſtram Felin. *in d. cap. cum acceſsiſſent, num. 20. cum* 120.

duobus

duobus ſeqq. de conſtit. & Lambert. *d. tract. de iurepatron. lib. 1. part. 2. quæſt. 1 art. 20. num. 24. 25. & 26.* Et quamuis in iis, quæ ſpectant ad ſtatum Eccleſiæ,
111. † neque Epiſcopus ſine Capitulo, neque Capitulum ſine Epiſcopo ſtatuere aliquid poſſit, vt pluribus oſtendimus *in tract. de diſtribut. quotid. part. 2. quæſt. 13. præmiſſ. vlt.* & in ſpecie ſuppreſſio beneficiorum, maximè, quæ conſiſtit in diminutione numeri præbendarum, ab Epiſcopo ſimul, & Capitulo fieri debeat, *cap. cùm acceſſiſſem, & cap. ex parte, de conſtit. cap. fin. de verb. ſignif.* ibique omnes adnotarunt, & conſtat etiam ex Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 15. de reform.* tamen, cùm Capitulum ſede vacante in ferè omni iuriſdictione ordinaria Epiſcopi ſuccedat, *cap. cùm olim, de maiorit. & obed. cap. illa, ne ſed. vacan. cap. ad abolendam, de hæret.* cum ſimil. poterit Capitulum in prædictis caſibus & vicem Epiſcopi, & ſuam ſupplere: ad quod optimè facit text. *in d. cap. vnic. in princ. ne ſed. vac. in 6.* vbi deciditur, quòd, ſi ad Epiſcopum, & Capitulum communiter pertineat collatio præbendarum mortuo Epiſcopo, vel à beneficiorum collatione ſuſpenſo, poterit Capitulum vacantes conferre præbendas. licèt tutius ſit, vt Capituli Vicarius pro Epiſcopo ſupprimat, & ipſum Capitulum ſuppreſſioni conſentiat.

Quod verò diximus de Capitulo ſede Epiſcopali
112. vacante, dicendum quoque eſt † de Viſitatore, ſeu Adminiſtratore loco Capituli Cathedrali Eccleſiæ vacanti dato vel à Rom. Pontifice, iuxta text. *in cap. ebitum, cap. Catinenſis, & cap. quoniam, 61. diſt. cap. cùm nobis, de elect. cap. is, cui, eod. tit. in 6. cap. fin. de ſuppl. neglig. prælat. cap. vnic. de maiorit. & obed. & cap. cum nullus, §. fin. eod. lib.* vel ab Archiepiſcopo, ſtante negligentia, vel malitia Capituli in adminiſtratione ipſius Eccleſiæ, iuxta text. *in d. cap. fin. in princ.* vt nimirum regulariter nequeat ſupprimere beneficia ſita in diœceſi illius Epiſcopi, cuius Eccleſiam ſede vacante adminiſtrat; tum quòd ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caution. l. fin. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12.* cum aliis adductis ab Ant. Gabr. *com. concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concluſ. 2. num. 1. 5. & 55. cum ſeq.* ac Nicol. Euerard. *in Topic. iur. loc. a vi ſubrogat.* ferè per tot. tum quia huiuſmodi viſitatori, ſeu adminiſtratori prohibita eſt de iure alienatio bonorum immobilium ipſius Eccleſiæ, vt patet ex text. *in d. cap. is, cui, de elect. in 6.* extinctio autem, ſeu ſuppreſſio beneficij, vt non multo antè vidimus, ad alienationem rerum Eccleſiaſticarū pertinet. Idémque multò maiori, vel certè pari ratione ſtatuendum eſt de ſequeſtre, ſeu depoſitario Eccleſiæ Cathedralis, ſeu poſſeſſionis illius; per ea, quæ de illo diximus ſup. *cap. 10. quæſt. 5. concl. 15. ad fin. verſic. ex his autem colligo.* Quod autem ſpectat ad Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ, quæ ſit Diaconia, vel titulus Preſbyteralis alicuius Diaconi, vel Preſbyteri Cardinalis, eo naturaliter, vel ciuiliter mortuo, exiſtimo,
113. † huiuſmodi Capitulum ſupprimere non poſſe aliquod beneficium illius Eccleſiæ; cùm nec, ſeclu-ſo priuilegio, aut legitima præſcriptione, id poſſit Cardinalis ipſe, aut alius Prælatus citra Epiſcopum, etiamſi habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vt mox *in ſeq. concluſ.* videbimus: idque, tum per regulam ſubrogatorum, de qua paulo antè; tum quòd in ius alterius ſuccedens eodem, quo ille, iure vti debet, *cap. is, qui in ius, de reg. iur. in 6. l. qui in ius, l. aliud, §. fin. & l. non debeo, ff. eod. tit. cum ſimil.*

DECIMAQVARTA CONCLVSIO. Prælati ſæculares habentes plenam quoque iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſua quaſi diœceſi, † ſupprimere eius beneficia non poſſunt etiam in caſibus, in quibus Epiſcopi poſſunt in ſua diœceſi. Probatur, quoniam, licèt hi Prælati continentur ſub nomine, & appellatione Ordinariorū, & Ordinarij ſint, gloſ. ab aliis approbata *in cap. quamquam, verbo, Ordinario, de vſur. in 6.* cum aliis ad id allegat. à Sanchez *de matrim. lib. 3. diſp. 7. num. 4. & diſp. 28. n. 6.* vbi etiam iunctis aliis per nos relatis ſup. *cap. 5. quæſt. 13. paulò antè 1. concl. & concl. 2. circa medium*; vbi etiam docuimus, eos venire nomine Diœceſanorum, & ea poſſe, quæ Epiſcopis conceſſa ſunt contemplatione diœceſis. Quamuis etiam hi prælati, qui priuilegio, præſcriptione, vel conſuetudine iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem acquiſierunt, † vnire poſſint bene- 125.
ficia ſibi ſubiecta, vt præter relatos, ac probatos à Garz. *d. tract. de benef. part. 12. cap. 2. num. 72. cum ſeq.* tenet poſt alios Azor *d. 2. part. Inſtit. moral. lib. 6. cap. 28. quæſt. 11. & cap. 29. num. 5.* Tamen, cùm ſuppreſſio beneficiorum † de iure ſpectet ſolùm ad Epiſco- 126.
pos cum ſui Capituli conſenſu, vt communiter tradunt Doct. *in cap. cùm acceſſiſſem, & cap. ex parte, de conſtit.* necnon *in cap. fin. de verb. ſignif.* latiſque colligitur ex *cap. ſi Epiſcopus, 12. quæſt. 2. cap. paſtoralis, de his, quæ fi. a prælat. ſin. conſ. capit. cap. paſtoralis, de donat. & Clem. 2. de reb. Eccleſ. non alien.* in quibus iuribus generatim habetur, Epiſcopum non poſſe Eccleſiam donare, vel aliter concedere religioſis viris, vel locis abſque conſenſu, aut voluntate ſui Capituli. quæ quidem conceſſio, ſeu donatio vix ſine vnione, & ſuppreſſione, ſeu extinctione beneficij in ea Eccleſia erecti, ſeu inſtituti fieri poteſt. omnino verò conſtat ex Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 15. de reform.* ibi; liceat Epiſcopis cum conſenſu Capituli: iunctis illis verbis; aliquibus ex iis ſuppreſſis, &c. quod quidem decretum ſacra Congregatio intellexit † de Capitu- 127.
lo Epiſcopi, vt patet ex declaratione, quam refert Garz. *d. part. 12. cap. 2. num. 75. in fi.* in qua iunctis duobus aliis *ibi* ab eo relatis illam declaraſſe ait, quòd Prælatus Collegiatæ Eccleſiæ etiam habens iuriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem hanc tenuium præbendarum ſuppreſſionem facere non poteſt, licèt ſit exemptus, & Eccleſia inſignis, cùm hanc ſolis Epiſcopis Concilio conceſſerit cum cōſenſu ſuorum Capitulorum. huius autem Capituli nomine ſolum Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, ibi continetur, vt & indicat illud pronomen, *ſuum*, & ſentiunt Doctor. *in præcit. iurib.* & paſſim *in tit. de his, quæ fi. ſine conſen. capit.* vnde non poteſt hæc facultas pertinere ad Prælatum inferiorem etiam habentem iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, qui, vt ſic, neque Capitulum Cathedralis habet pro ſuo, ſeu proprio, neque neceſſariò eſt prælatus alicuius Eccleſiæ Collegiatæ, ſeu Capitulum habentis. atque ex præfata, & aliis ſacræ Congregationis declarationibus, in terminis, quòd Prælatus ſæcularis habens iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem nequeat beneficium ſupprimere, tenet Garz. *d. cap. 2. n. 75. & ſeq.*

Quibus ſtantibus non obſtant ea quæ contra hanc concluſionem paulo antè adduximus. Non illud, 128.
quòd hi Prælati † nomine Ordinarij, aut Diœceſani contineantur. nam non ideo appellatione Epiſcopi veniunt, maximè cùm aliquid cum conſenſu ſui Capituli facere permittuntur. Neque illud, quod huiuſmodi Prælati vnire poſſint. nam, præterquam quòd communior opinio Doct. *in cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat.* eſt, vt id facere nequeant; intelligi etiam poſſunt, qui contrarium tuentur de vnione, quæ fit ſine ſuppreſſione, ſeu extinctione beneficij; aut cùm ipſam facultatem vniendi præſcriptione, conſuetudine, vel priuilegio acquiſierunt; prout multi loquuntur, ac tenent, quos refert, ac ſequitur Garz. *d. part. 12. cap. 2. num. 72.*

DECIMA

DECIMAQVINTA CONCLVSIO. Vicarius Epiſcopi, vel Capituli ſede Epiſcopali vacante, aut Prælatorum ſæcularium habentium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem † ſupprimere nequit aliquod beneficium etiã in caſibus, in quibus is poſſet, cuius eſt Vicarius. Hæc concluſio quoad Vicarium prædictorum ſæcularium prælatorum, quòd is ſupprimere non poſſit beneficia, præter fundamenta, quibus de Concilio generali, & aliis inferioribus Rom. Pontifice docuimus hac ipſa quæſt. *concluſ.* 6. *vſque ad* 14. ab iis ſupprimi non poſſe beneficia; vel ex eo conuincitur, quòd, vt *in præced. concluſ.* oſtendimus, id facere nequeant ipſi Prælati; nemo autem dat, quod non habet, *cap. Daibertum, 1. quæſt. 7. cap. quod autem, de iurepatr.* cum ſimil. nec plus iuris quis in alium transferre poteſt, quàm ſibi competat, *cap. nuper, de donat. int. vir. & vxor. cap. nemo poteſt, de reg. iur. in 6. & l. nemo plus iuris, ff. eod. tit.* & qui in ius alterius ſuccedit, eodem, quo ille, iure vti debet, *cap. cum contra, de pignor. cap. is, qui in ius, ff. de reg. iur. in 6. ac l. qui in ius, in princ. ff. eod. tit.* ac denique quia ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, vt ſup. hac ipſa quæſt. *concluſ. 13. ad fin.* deduximus. Ex quibus hæc eadem concluſio ſatis probatur etiam quoad Vicarium Epiſcopi, & Capituli ſede vacante reſpectu caſuum, in quibus Epiſcopus, & Capitulũ huiuſmodi nequit beneficiorũ ſuppreſſionem facere. Reſpectu verò caſuũ, in quibus aliàs Epiſcopus, vel Capitulũ ſede vacante beneficia ſupprimere poteſt, quòd adhuc eorũ Vicarius id facere nequeat, probatur. nam, licèt Vicarius Epiſcopi, & Capituli ſede vacante habeat ordinariã iuriſdictionẽ, & verè ſit Ordinarius, vt poſt alios docuimus ſup. *cap. 5. quæſt. 14. ſuppoſit.* 1. quo etiam loco idem tradidimus de Vicario Capituli ſede vacante, & Prælatorum habentium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem: quin etiam Vicarius Epiſcopi † veniat appellatione Diœceſani, vt inter alios ſentit Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 29. num. 16. ad fin.* qui *num. 15. ac d. num. 16. circa initium, & num.* 18. firmat eam regulam, quòd nomine Epiſcopi, ſi non excluditur Vicarius, & eſt res, quæ conuenit Vicario ex eius officio, intelligitur etiam eius Vicarius generalis. Tamen, cùm ſuppreſſio beneficiorum † ſine diſpenſatione fieri nequeat contra ius ſiue canonicum, ſiue ciuile mandans vltimas voluntates mitti executioni, vt conſtat ex iuribus ad id allegat. ſup. *cap. 3. quæſt. 3. concluſ.* 1. vbi agatur de ſuppreſſione beneficiorum, quæ ex bonis patrimonialibus, vel Eccleſiaſticis fundata ſint: contra ius verò canonicum regulariter prohibens beneficiorum ſuppreſſionem, vt colligere licet ex adductis ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 3. concluſ. 3.* vbi de illorum beneficiorum ſuppreſſione agatur, quæ dumtaxat ex ſuperfluis reditibus Eccleſiæ, aut eleemoſynis, aliiſve ſimilibus emolumentis fundata, ſeu erecta fuerunt: Vicarius autem generalis † nequeat diſpenſare; quia in generali commiſſione vicariatus non clauditur diſpenſandi poteſtas, vt poſt alios docuimus ſup. *cap. 5. quæſt. 14. ſuppoſ.* 2. præcipuè ex Sanchez, qui alios allegat *lib. 2. de matrim. diſput.* 40. *num.* 12. inde fit, vt ſine ſpeciali mandato nequeat idem Vicarius beneficium aliquod diœceſis illius, cuius eſt Vicarius, ſupprimere, & quamuis ipſemet Sanchez *d. tract. de matrimon. lib. 3. diſp. 7. num. 14.* aſſerat, quòd ex generali commiſſione vicariatus non poſſit quidem Vicarius Epiſcopi diſpenſare in omnibus, in quibus poteſt Epiſcopus, poſſit autem in caſibus, quorum diſpenſationem ius committit Ordinario: tamen ſuppreſſio beneficiorum, vt in duabus ſtatim præced. concluſionibus vidimus, non Ordinario cuilibet, ſed Epiſcopo cum Capituli ſui conſenſu à iure permittitur. Accedit, quòd negari nequit, quin ſuppreſſio beneficiorum ſit de grauioribus, & arduis, ſeu quæ veriſimiliter Vicarium aliquem conſtituens, vel generalem commiſſionem faciens in ſpecie non eſſet conceſſurus: hæc autem negotia non veniunt in generali conceſſione, *c. per quæ. de offic. Vicar. in 6. cap. ſi Epiſcopus, de pœnit. & remiſſ.* necnon *cap. in generali, de reg. iur. eod. lib.* ex quibus, & aliis *d. ſuppoſ. 2.* oſtendimus Vicarium generalem huiuſmodi negotia ſine ſpeciali mandato peragere, ſeu expedire non poſſe. Quibus illud nunc adiicio, quod propiùs rem, de qua nunc agimus, attingit; nimirum, † Vicarium generalem Epiſcopi non poſſe ſine ſpeciali eius mandato beneficia vnire, licèt mandatum habeat ea conferendi, vt poſt multos tradit Azor. *d. part. 2. Inſtit. moral. lib. 5. cap. 44. quæſt. 11. & lib. 6. cap. 28. quæſt.* 10. necnon Garz. *d. part. 12. cap. 2. num.* 69. vbi etiam id poſt alios extendit, quamuis poſt conceſſam facultatem conferendi beneficia, ſtatim adiiciatur clauſula generalis, & ad omnia alia etiam requirentia ſpeciale mandatum; quoniam ea clauſula non extenditur ad maiora expreſſis, *cap. qui ad agendum, de procur. in 6. & Clem. 2. eod. tit.* maius autem quid eſſe beneficia vnire, quam ea conferre, ſatis probat Azor *d. quæſt.* 11. Quin etiam idem dicendum puto, quando Vicarius habet mandatum commiſſionis, ſeu deputationis cum libera; huiuſmodi enim mandatum non includit regulariter facultatem donandi, vt conſtat ex *cap. vlt. de offic. Vicar. in 6.* aut alienandi bona immobilia Eccleſiæ, vt apertè colligitur ex *cap. is, cui, de elect. eod. lib.* Suppreſſio autem beneficiorum inuoluit huiuſmodi alienationem, vt ſup. hac ipſa quæſt. *concluſ.* 13 vidimus; ſed & donationem, quoniam beneficij ſuppreſſio, vt plurimum in id tendit, ac dirigitur, vt eius bona, & reditus alicui Eccleſiæ, ſeu pio loco donentur, & in ſpecie Vicarium generalem Epiſcopi non poſſe ſine ſpeciali mandato ſupprimere beneficium tradit, ac probat Put. *deciſ. 53. lib. 3.* per tot. quem etiam refert, ac ſequitur Iacob. Sbrot. *tract. de Vicar. Epiſc. lib. 2. quæſt. 116. nnn.* 9. Quòd ſi in memorato mandato, ſeu commiſſione Vicariatus aliqua exprimerentur maiora, vel certè non minora beneficiorum ſuppreſſione, † tunc poterit Vicarius, ſeruatis tamen aliàs ſeruandis (de quibus nos ſup. hoc ipſo cap. ſuis locis attigimus, & latiùs inf. *quæſt. 6. & 7.* proſequemur,) beneficia diœceſis ſui Epiſcopi, ſeu conſtituentis ſupprimere. Pariter probabile mihi eſt, Epiſcopo in remotis agente, poſſe eius Vicarium generalem ſupprimere beneficium, quod is poſſet, cùm illius copia nequit haberi, & alioqui vrgeat neceſſitas huiuſmodi ſuppreſſionis faciendæ, per text. ad id ſatis aptum *in cap. 1. §. fin. de offic. ordin. in 6. & cap. cùm nullus, §. 1. de tempor. ordin. eod. lib.* cum aliis, quibus id quoad vltimæ voluntatis commutationem tradidimus ſup. *d. cap. 5. quæſt. 14. concluſ. 1. limit. 1.* quibus nunc addo *cap. vnic. §. vbi verò, ne ſed. vacan. in 6.*

DECIMA SEXTA, & poſtrema CONCLVSIO. Prælati regularium † ſupprimere nequeunt beneficia regularia ſuarum Eccleſiarum; neque ſæcularia in illis, aut aliis Eccleſiis exiſtentia, etiamſi in iis habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Quæ concluſio quoad beneficia regularia ſuarum Eccleſiarum ſatis ſuadetur tum ex *Clem. 1.* quæ incipit, *ne in agro, §. ad hæc, de ſtat. monach.* vbi habetur, quòd vnio huiuſmodi Eccleſiarum, ſeu beneficiorũ regularium ſiue adinuicem, ſiue vnius alteri, (hoc eſt, vel æquè principalis, ita, vt ex duobus vnum fiat, vel acceſſoria; ita, vt vnum fiat prædium, ſeu dos alterius, quæ vtraque vnio citra ſuppreſſionem, & extinctionem beneficij fieri nequit, vt ſup. hoc

ipſo

ipſo cap. *quæſt.* 2. *poſt medium*, docuimus;) facienda eſt nõ per Abbates monaſteriorum, ſeu prioratuum regularium, ſed per locorum Ordinarios cum Abbatum conſilio,& aſſenſu: tum ex *Clem. vnic. §. eadem quoque, de ſuppl. neglig. prælat.* vbi iuncto eius princ. mandatur locorum Diœceſanis, vt in non exemptis ſua, in exemptis autem, Apoſtolica auctoritate non permittãt, quòd Prælati regulares prioratus, Eccleſias, adminiſtrationes, aut quæuis alia beneficia quæ conſueuerunt per ſæculares clericos gubernari, aut religioſis dumtaxat committi, ſunt ſolita, vel conferri, applicent menſis ſuis, hoc eſt, faciant de ſua menſa, quod citra ſuppreſſionem & extinctionem, ſeu acceſſoriam vnionem fieri nequit; vt ſatis colligitur ex iis, quæ tradunt *ibi* gloſ. & Doctor. necnon *in Clem. 1. de reſcript. Clement. 2. de reb. Eccleſ. non alien. Clem. vnic.* quæ incipit, *frequens, §. quidam etiam, de exceſſ. prælat. cap. vt ſuper, & cap. poſſeſſiones, de reb. Eccleſ. non alien.* & Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 5. §. 6. num. 63. cum ſeq. & §. 6. num. 21.* tum denique ex *Clem. 1. in princ. de reb. Eccleſ. non alienand.* prout eam in mutatione ſtatus Eccleſiæ, ſeu beneficij regularis quoad hoc induximus *cap. præced. quæſt. 5. concluſ. vlt. ante medium*; cùm, vt iam non ſemel admonuimus, per ſuppreſſionem quoque iura Eccleſiæ, ſeu beneficium ipſum alienetur. Quoad ſæcularia verò beneficia conſiſtentia in Eccleſiis regularibus, quòd eorum prælati illa ſupprimere nequeant, probatur tum ex *d. Clement. vnic. §. eadem quoque*, iuncto eius princ. prout eam paulo antè induximus: tum ex aliis, quibus idipſum in commutatione vltimarum voluntatum ad hæc beneficia ſpectantium oſtendimus ſup. *cap. 5. quæſt. vlt. concluſ. 2.* & in mutatione ſtatus eorumdem beneficiorum *cap. præced. quæſt. 5, concluſ. vlt. circa medium.* tum denique à fortiori ex iis, quibus ſuprà hac ipſa quæſt. *concluſ. 14.* docuimus, etiam Prælatos ſæculares habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem non poſſe in ſua quaſi diœceſi beneficia ſibi ſubiecta ſupprimere; ex quibus etiam ſatis confirmatum remanet poſtremum præſentis vltimæ cõcluſionis membrum, non poſſe nimirum hoſce Prælatos regulates beneficia ſæcularia ſupprimere ſita in Eccleſiis, ſiue propriis, ſiue aliorum; in quibus iuriſdictionem obtinent quaſi Epiſcopalem. Atque adeò ex his finis ſit præſenti quintæ quæſtioni, & ad ſextam accedamus.

SVMMÆ RERVM.

136. *Cauſa aliqua regulariter requiritur in impetranda ſuppreſſione beneficij, cùm ab inferiore ea facienda eſt.*

137. *Epiſcopus an, & quando poſſit ex cauſa cum ſui Capituli conſenſu diminuere numerum prabendarum à Papa taxatum, vel confirmatum, aut dignitatem ab eo creatam supprimere; & num. ſeq.*

138. *Numerus prabendarum à Papa taxatus, vel confirmatus an augeri, vel minui poſſit auctis, vel diminutis reditibus, non obſtante clauſula decreti irritantis.*

139. *Statutum confirmatum cum clauſula decreti irritantis an, & quando poſſit revocari; & numer. ſeq.*

140. *Diſpoſitioni habenti clauſulam decreti irritantis quando renuntiari poſſit; & quid in ea, qua habet certam formam traditam.*

141. *Cauſa aliqua requiritur etiam cùm ſuppreſſio beneficiorum à Romano Pontifice impetratur; & aliquot num. ſeqq.*

142. *Papa non intendit, neque poteſt ſine cauſa privare aliquem beneficio, eiuſve fructibus perpetuò, non data recompenſatione.*

143. *Cauſa requiritur cùm à Papa impetratur ſuppreſſio beneficiorum etiam poſt mortem obtinentium, ac ſine illorum præiudicio; idemque eſt in vnionibus, perpetuis conceſſionibus, diſmembrationibus, & applicationibus etiam de quibuſcumque fructibus, & bonis Eccleſiaſticis, atque harum diſpoſitionum confirmationibus.*

144. *Intellectus cap. ex parte, de conſtit. & num. ſeq.*

145. *Confirmatio in forma communi, & in forma ſpeciali, ſeu ex certa ſcientia in quo differant, & quid operentur. & confirmatio à Papa ſimpliciter prolata intelligitur de ſpeciali; n. 146.*

147. *Cauſa an præſumatur in Papa, vel inferiore ſupprimente beneficium, remiſſiuè.*

148. *Cauſa ſuppreſſionis beneficiorum eſt neceſſitas ſiue de facto, ſiue de iure obſtans ſubſiſtentia beneficij, aut aliunde proueniens; & anob. num. ſeqq.*

149. *Beneficium eſſe non poteſt ſine dote, & Eccleſia, Capella, vel altari.*

150. *Beneficium extinguitur per deſtructionem Eccleſiæ, quæ poſt noui operis nuntiationem edificata eſt ſiue iure, ſiue iniuria.*

151. *Vtilitas non privata, ſed Eccleſiæ, ſeu publica eſt ſufficiens cauſa ſuppreſſionis beneficiorum; & num. ſeq.*

152. *Diminutio redituum Eccleſiæ eſt generalis cauſa ſuppreſſionis, ſeu diminutionis numeri prebendarum; & quia non plures in Eccleſia recipi debent, quam ex eius reditibus poſſint ſuſtentari; ac ne vileſcat dignitas beneficiatorum.*

153. *Suppreſſio aliquot prebendarum, ſeu diminutio numeri earum fieri poteſt non ſolùm, cùm poſt fundationem imminuti ſunt reditus Eccleſiæ, ſed etiam cùm ab initio erant ſufficientes, poſtea verò abſque eorum diminutione facti ſunt inſufficientes ad ſuſtinendum gradum Canonicorum.*

154. *Decretum Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 15. de reform. in quibus differat à iure antiquo quoad cauſam ſuppreſſionis, ſeu diminutionis numeri prebendarum, & in quo conueniat. num. 156.*

155. *Suppreſſio beneficiorum, ſeu diminutio numeri prebendarum ob diminutionem redituum an fieri poſſit non adhibitis prius aliis remediis ad eos impinguandos. & an cum vel prebenda, vel diſtributiones non ſunt tenues; num. 156.*

157. *Surreptio in tacenda qualitate, que de iure, vel ſtylo Curiæ exprimenda eſt in impetranda ſuppreſſione beneficij, reddit eam ſuppreſſionem nullam, licèt alias ſuperior illam æquè facilè conceſſiſſet; & ibi quid ſi impetrans aliquam ex iis qualitatibus per ſimplicitatem, ſeu ignorantiam iuris, vel facti tacuerit.*

158. *Taciturnitas eius ſolius qualitatis de iure, vel ſtylo Curiæ non exprimenda vitiat reſcriptum ſuppreſſionis beneficij, quæ ſi exprimeretur, aut omnino auerteret ſuperiorem à conceſſione, aut induceret ad concedendum cum aliqua moderatione; ſecus ſi ſolùm ad difficilius concedendum.*

159. *Qualitas quando dicatur de iure exprimenda, vel conducere ad conceſſionem ſuppreſſionis beneficiorum; & an in dubio cenſenda ſit cauſa finalis, vel impulſiua.*

Qualitas

160. *Qualitas cura animarum quando exprimenda ſit in impetrando beneficio, aut ipſius ſuppreſſione.*

161. *Qualitates beneficij, aut impetrantis an, & quando exprimenda ſint in impetratione ſuppreſſionis ab Ordinario faciendæ.*

162. *Ius patronatus quando exprimendum ſit in impetranda ſuppreſſione beneficij, quod eſt iuris patronatus laicalis, Eccleſiaſtici, vel mixti.*

163. *Unio beneficij etiam ab Ordinario facta, licèt nondum ſortita ſit effectum, exprimenda eſt in impetranda ipſius beneficij ſuppreſſione.*

164. *Reſidentia perſonalis beneficio annexa exprimenda eſt in impetranda illius beneficij ſuppreſſione.*

165. *Valor beneficij ſupprimendi an exprimendus ſit in impetranda illius ſuppreſſione; & ibi intellectus regulæ 21. alias 22. Canc. & quid importet dictio, idem.*

166. *Modus electionis beneficij an ſit exprimendus in impetranda eius ſuppreſſione.*

167. *Qualitas regularitatis, non ſecularitatis beneficij exprimenda eſt in impetranda ipſius ſuppreſſione. & quid in qualitate manualitatis, ſeu amouibilitatis beneficij; numer. 168.*

169. *Qualitas hoſpitalitatis an exprimi debeat in impetranda ſuppreſſione beneficij, aut ipſo beneficio; & ibi quandonam hoſpitalia in beneficium dentur.*

170. *Qualitas monocularitatis an ſit exprimenda dum impetratur ſuppreſſio beneficij, quod ſolum eſt collationis Ordinarij.*

171. *Modus verus vacationis beneficij quando exprimendus ſit in impetranda illius ſuppreſſione. & quid cùm beneficium vacat tantùm de iure, vel eſt alteri collatum, ſed nondum ab eo acceptatum; numer. 172.*

173. *Qualitas perſonæ, qua beneficium obtinebat, an, & quando in impetranda eius ſuppreſſione exprimi debeat; & ibi an ſit exprimenda reſeruatio, ſeu affectio beneficij. & an valeat ſuppreſſio beneficij reſeruati ſaltem poſt mortem primò promiſſi à reſeruante; numer. 174. & an exprimenda ſit reſeruatio beneficij etiam primò vacaturi, cum per ſuppreſſionem præiudicatur habenti reſeruationem; aut reſeruatio generalis; num. 175.*

176. *Vitium ingreſſus, & litigioſi an exprimi debeat in impetranda ſuppreſſione beneficij eo vitio laborantis; & ibi quid in ſola litis pendentia inter petentem ſuppreſſionem, & alium.*

177. *Nomen ſancti Eccleſiæ inferioris, vnde beneficium denominatur, vel nomen beneficiati, per cuius mortem vacat beneficium, an exprimendum ſit, cùm illius beneficij ſuppreſſio impetratur.*

178. *Statutum obſtans ſuppreſſioni beneficij alicuius exprimendum erit in eius ſuppreſſionis impetratione.*

179. *Qualitas beneficij, quòd ſit dignitas, perſonatus, vel officium, an exprimenda ſit in impetranda talis beneficij ſuppreſſione.*

180. *Ordo beneficio, vel prebendæ ex iure ſpecialis annexus exprimi debet, cùm eius ſuppreſſio impetratur. idemque in ea qualitate, quod prebenda ſit Theologalis, Doctoralis, Magiſtralis, Pœnitentialis, vel ſimilis; numer. 181.*

182. *Defectus clericatus an, & quando exprimendus ſit in impetranda alicuius beneficij ſuppreſſione.*

183. *Indignitas impetrantis, ac præſertim quòd ſit excommunicatus, an exprimenda ſit in impetratione ſuppreſſionis alicuius beneficij.*

184. *Qualitates exprimendæ in impetranda per reſcriptum iuſtitiæ beneficij alicuius ſuppreſſione. remiſſiuè.*

185. *Impetrans poſteriorem ſuppreſſionem alicuius beneficij non tenetur mentionem facere prioris ſuppreſſionis alterius beneficij: & quid, ſi vtraque ſuppreſsio eſt reſpectu eiuſdem beneficij: quid autem, ſi impetrans poſteriorem, priori non poſsit, aut re integra nolit vti; num. 186.*

187. *Suppreſsio ſpecialis beneficij regulariter derogat generali ſuppreſsioni eiuſdem beneficij.*

188. *Impedimenta omnia ſuppreſsionis beneficiorum exprimenda ſunt in eius impetratione; & an debeant omnia exprimi in eodem reſcripto; numer. 189. & quid in vno impedimento ex diuerſis capitibus oriente; numer. 190. aut habente annexam notabilem circumſtantiam; numer. 191.*

191. *Impetrans ſuppreſsionem alicuius beneficij explicare tenetur huiuſmodi ſuppreſsionis prohibitionem à fundatore factam; & numer. ſeq.*

193. *Verba*, peto, & togo, *quid importent apud Latinos auctores, & Iuriſconſultos.*

194. *Falſa expreſsio ſingulorum, quorum taciturnitas nullam, ac ſurreptitiam redderet impetrationem ſuppreſsionis beneficij, eandem impetrationem vitiat. & inter has falſa expreſsio valoris beneficij ſupprimendi; num. 195.*

196. *Expreſsio falſæ cauſæ, vel qualitatis, quæ tacita, aut verè expreſſa faciliorem redderet ſuperiorem ad concedendam ſuppreſsionem beneficij, quando eam vitiet.*

197. *Cauſa vnica etiam impulſiua ſuppreſsionis beneficij, ſi falſa ſit, eam vitiat; & quid, ſi ex pluribus cauſis vna ſit vera, cætera falſæ.*

198. *Ignorantia iuſta iuris, vel facti in eo tacendo, quod exprimendum erat, vel falsò aliquid exprimendo, an excuſet gratiam ſuppreſsionis beneficij à ſurreptione, vel obreptione, ſeu nullitate ab iis conſurgente.*

199. *Exprimens ſub dubio vel beneficium ſupprimendum, vel cauſam ſuppreſsionis, cum certus ſit, illud exiſtere, hanc non ſubſiſtere, an nulliter impetret.*

200. *Doloſa taciturnitas veri, vel expreſsio falſi, licèt ea fuerit cauſa ſolius formæ, vitiat tamen reſcriptum ſuppreſsionis beneficij in totum. & quid ſi ea doloſa ſurreptio, vel obreptio reſpiciat vnam tantùm partem reſcripti ſine connexam, ſi-*

ne ſeparatam, an aliam vitiet; numer. 201.

202. *Doloſa taciturnitas veri, vel falſi expreſſio in vna parte gratioſæ ſuppreſſionis alicuius beneficij an irriter ipſo iure, & in foro conſcientiæ partem illam connexam, quæ vitio earuit.*

203. *Taciturnitas veri, vel falſi expreſſio circa cauſam impulſiuam tantùm, non vitiat totum reſcriptum ſuppreſſionis beneficij.*

204. *Expreſſio alicuius cauſæ an ſit neceſſaria ad validitatem ſuppreſſionis beneficij.*

205. *Falſa expreſſio, ſeu error in nomine illius, ad cuius fauorem ab altero impetratur ſuppreſſio alicuius beneficij, eam non vitiat, vbi alias conſtet de perſona illius, cui ſit impetratio.*

206. *Error in nomine diœceſis eius, cui reſcriptum ſuppreſſionis impetratur, aut contra quem ſit impetratio reſcripti ſuppreſſionis beneficij an illud vitiet.*

207. *Reſcriptum ſuppreſſionis beneficij impetratum contra homines talis ciuitatis vel Archiepiſcopum, aut Epiſcopum, & quoſdam alios, quos comprehendat.*

208. *Error in diœceſi alterius, ſeu ipſius impetrantis an vitiet reſcriptum ſuppreſſionis beneficij.*

209. *Falſa expreſsio, ſeu error in vocabulo, aut alia demonſtratione beneficij ſupprimendi, vbi aliàs ſatis conſtet, quod de eo ſenſerit concedens, & impetrans, talem ſuppreſſionem, ſeu impetrationem non vitiat.*

210. *Falſa cauſa adiecta ſuppreſſioni alicuius beneficij regulariter ipſam non vitiat; niſi adiecta ſit per modum conditionis, ſeu cauſæ finalis; & ibi, quid, ſi hæc cauſa ſit diuidua.*

211. *Falſa expreſsio vnius maioris impedimenti loco minoris diuerſæ ſpeciei, vel minoris loco maioris eiuſdem ſpeciei impetrationem ſuppreſſionis beneficij vitiat: ſecus verò ſi maius vinculum pro minori in eadem ſpecie exprimatur; niſi de iure, vel ſtylo Curiæ verè eſſet exprimendum.*

212. *Reſcriptum ad lites, cui acceſſoria ſit ſuppreſsio alicuius beneficij, non poteſt alteri ſine ſpeciali mandato impetrari: ſecus, vbi ea impetratur per reſcriptum gratiæ.*

213. *Gratia ſuppreſsionis alicuius beneficij, aut commiſsionis ad illud ſupprimendum alteri impetrata, ei non prodeſt, niſi poſt eiuſdem ſcientiam, & acceptationem, & an ante notitiam reuocari poſsit; vel requiratur notitia damnum conſequenter dumtaxat inde ſentientis; & quid ſi gratia illa ad plures pertineat; numer.* 214.

QVÆRO SEXTO, quænam obſeruanda ſint ab impetrante alicuius beneficij ſuppreſſionem.

Poſtquam in tribus præcedentibus quæſtionibus de cauſa materiali, atque efficiente proxima, & remota, ac partim etiam de cauſa finali ſuppreſſionis beneficiorum egimus; ſequitur iuxta id, quod ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 2. propoſuimus, ac methodum quam initio noui cap. in eo, ac tribus illud conſequentibus capitibus, atque adeò etiam in præſenti retinere polliciti ſumus, vt in hac, & ſtatim ſeq. quæſtione de cauſa formali eiuſdem ſuppreſſionis differamus, ac ſimul de finali in præſentis quæſtionis duabus prioribus concluſionibus, penè totum id, quod reliquum fuit, quintæ concluſioni quæſtionis tertiæ; aliquid etiam de eadem cauſa dicturi *quæſt.* 8. *concluſ.* 13. Inter hanc verò, & ſequentem quæſt. iuxta prædictam methodum ſic de cauſa formali ſuppreſſionis beneficiorum diſputationem diuidemus, vt in præſenti quæſtione eam eiuſdem cauſæ partem proſequamur, quæ ad illum ſpectat, qui ſuppreſſionem impetrat, in mox autem ſeq. illam, quæ ad ipſum ſupprimentem pertinet.

PRIMA igitur huius quæſt. CONCLVSIO ſit. Regulariter aliqua cauſa requiritur † in impetranda ſuppreſſione beneficij non ſolùm quando hæc ſuppreſſio ab inferiore, verùm etiam cùm à Rom. Pontifice facienda eſt. 136.

Prior huius concluſionis pars, quæ eſt, ſuppreſſionem beneficij ab inferiore factam illicitam, & inualidam eſſe, quoad ea quidem beneficia, quæ ex bonis patrimonialibus, vel Eccleſiaſticis dotata, & fundata ſunt; quoniam tunc de commutanda vltima voluntate agitur, ex iis probatur, quibus idipſum quoad vltimarum voluntatum commutationem latè tradidimus ſuprà *cap. 6. quæſt. 1. concluſ. 1.* tunc enim hæc beneficij ſuppreſſio æquè, & quæuis alia vltimæ voluntatis commutatio aduerſatur iuri ſiue naturali, ſiue ſaltem humano, cui vti legi ſuperioris non poteſt inferior licitè, aut validè ſine cauſa derogare, vt *inibi* latè deduximus. Quòd ſi etiam agatur de ſupprimendo beneficio fundato ex ſuperfluis reditibus Eccleſiaſticis aut eleemoſynis, vel ſimilibus; tunc, cùm adhuc à iure communi regulariter prohibita ſit ſuppreſſio beneficiorum, vt colligitur ex adductis ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt.* 3. *concluſ.* 3. pariter locum habet fundamentum mox allatum, vt inferior nequeat in lege ſui ſuperioris licitè, aut etiam validè diſpenſare ſine cauſa: cum aliis, quibus idipſum de mutatione ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum docuimus *cap. præced. quæſt. 6. concluſ. 1.* maximè quoad vniones, ex quibus duæ ſpecies aut extinctiones, ac ſuppreſſiones beneficiorum ſunt, aut ſine iis fieri non poſſunt, vt ſatis conſtat ex allatis per nos ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 2. poſt medium*, & indiſtinctè, quòd nequeat inferior ſine cauſa beneficium ſupprimere, in terminis inter cæteros tradiderunt Ioan. Gloſ. antiq. *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* prout eum refert in hoc non diſſentiens Bern. *ibi in ſua gloſ. verbo, confirmatum*, idémque docet *ibid.* Io. And. *num.* 19. quem ſequitur Anchar. *numer.* 3. ac tenet *inibi* Io. Caldar. relatus pariter, ac probatus à Panor. *numer. 4. verſ. an autem poſſunt, ac numer.* 5. quo cum ſentit Felin. *numer.* 17. & Dec. *numer.* 43. *in nou.* ac nouiſſimè Nicol. Garz. *d. tractat. de benef. part.* 12. *cap. 1. numer.* 2. vbi etiam in id allegat Imol. *d. cap. cùm acceſſiſſent*, & Io. Azor *Inſtitut. moral. part. 2. lib. 6. cap.* 30. *quæſt.* 11. *&* 13. quibus adde Lambertin. *tractat. de iurepatron. lib.* 3. *quæſt. 6. art. 7. numer.* 10. *ac* 12. & Nauar. *conſil.* 9. *numer.* 1. *de offic. ordin. & conſil.* 27. *numer.* item 1. *de prebend.* iuxta Venetum, & Lugdunen. editionem. Id autem penè omnes probant per text. *in cap. ex parte*, quod eſt *pen. de conſtit.* vbi ideo mandat Rom. Pontifex antiquum numerum præbendarum ſeruari, non obſtante re

te reſtrictione à Canonicis per ſtatutum facta, vel etiam confirmatione à Sede Apoſtolica ſuperinde per eos obtenta; quia ea reſtrictio facta erat ſine cauſa, nimirum, non diminutis Eccleſiæ reditibus. Idem etiam colligitur ex *cap. fin. de verb. ſignif.* quod pro poſteriori huius concluſionis parte ponderabimus. Sed apertiùs ex Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 15. de reformat.* vbi certa cauſa exprimitur ad hoc, vt poſſit Epiſcopus cum Capituli conſenſu aliquot præbendas in Cathedralibus Eccleſiis, vel Collegiatis inſignibus ſupprimere, quod decretum in ſeq. concluſ. examinabimus.

Declaratur autem hæc prior pars concluſionis, quòd † vbi à Papa, vel eius auctoritate numerus 137.
præbendarum ſit præfixus, vel confirmatus, aut dignitas creata, non poſſit Epiſcopus cum Capitulo etiam ex cauſa illum diminuere, vel hanc ſupprimere, vt ex communi tradit Abb. *d. cap. cùm acceſſiſſent, num.* 4. quem *ibi* inter alios ſequitur Felin. *num.* 17. Dec. *num.* 44. iuxta non. edit. Azor *d. cap.* 30. *quæſt.* 13. *cum ſeq.* & Garz. *d. cap.* 1. *num.* 3. & 8. id quod ferè omnes comprobant ex *cap. cùm veniſſent, de iudic. & cap.* 1. *ac* 2. *de confirm. vt. vel inut.* Dec. verò *d. num.* 44. *cum trib. ſeqq.* idipſum ex aliis quoque confirmat.

Id autem intelligendum eſt, niſi cauſa diminuendi ex poſtfacto ſuperuenerit: tunc enim non obſtante tali præfixione, vel confirmatione poterit ab Epiſcopo cum Capitulo talis diminutio fieri. ſic Abb. *d. num.* 4. Felin. *d. num.* 17. Azor *d. quæſt.* 13. & Garz. *d. cap.* 1. *num.* 4. Mouentur autem Abb. *eod. num.* 4. & Felin. *d. num.* 17. iuncto *num.* 8. & 13. quòd, ſicut excreſcentibus fructibus poteſt fieri augmentum numeri præbendarum, non obſtante confirmatione Papæ, per text. *in cap. cùm M. Ferrarienſis, de conſtit.* ita, & diminutio numeri fieri poteſt diminutis facultatibus. Quinimmo Felin. *d. num.* 17. ait, quòd per iſtam rationem idem videtur dicendum, † etiamſi in confirmatione adſit 138.
clauſula decreti irritantis; ſicut ea non obſtante fit augmentum auctis facultatibus, vt *ibi* ſuperiùs dixit *num.* 8. & 13. cum Abb. *d. num.* 4. (quod etiam tenet Azor *d. cap.* 30. *queſt.* 10. *verſ. quarò quærat aliquis*;) & quod ita ſentit Imol. *d. cap. cum acceſſiſſent.* Et licèt Garz. *d. cap.* 1. *num.* 8. *cum ſeq.* iuncto *num.* 11. & 12. rectè aduertat, quòd, vbi non euenilſet diminutio reditum, non poteſt fieri diminutio præbendarum, ſeu ſuppreſſio, ſi auctoritate Papæ numerus eſt præfixus, vel dignitas creata, etiamſi non adſit clauſula decreti irritantis: ſecus autem eſt in augmento; poteſt enim numerus augeri, etiamſi non ſint auctæ facultates, non obſtante confirmatione Papæ, ſi in ea non eſt adiecta clauſula decreti irritantis, vt *in cap. dilecto, de præbend.* Azor *d. quæſt.* 10. (nimirum *verſ. quid verò*;) quia augendo cultus diuinus ampliatur, & confirmatio videtur facta fauore ſtatuentium, & Canonicorum quoad hoc, ne numerus ſit maior, & ſic illi renuntiare poſſunt; diminuendo verò cultus diuinus extenuatur, & confirmatio videtur facta non fauore ſtatuentium, ſeu Canonicorum, ſed fauore Eccleſiæ, & cultus diuini, quoad hoc, ne numerus ſit minor; & ſic nullo modo poſſunt illi renuntiare, Abb. *d. cap. cùm acceſſiſſent, num.* 2. Felin. *num.* 4. Dec. *num.* 11. *cum duob. ſeqq. & num.* 43. quódque ſtatuentes non poſſint reuocare ſtatutum confirmatum à Papa quando concernit fauorem alterius, & quando eſt confirmatum cum præcepto, quod omnino ſeruetur, fuit tentum per Rotam in vna Gerunden. Anniuerſariorum 3. Iulij 1581. coram Seraphino. Minus tamen rectè idem Garz. *d. cap. num.* 9. *in fi. cum*

ſeq. docet, quòd, quando in confirmatione Apoſtolica ſtatuti, quo taxatur certus numerus præbendarum, appoſita eſt clauſula decreti irritantis, augeri nequeat numerus præbendarum, etiamſi auctæ ſint facultates illius Eccleſiæ, per text. *in d. cap. dilecto, de præb.* & *ibi* gloſ. *in verbo, huiuſmodi clauſula*, quia per dictam clauſulam videtur Papa habere pro illicito, quod fieret in contrarium, & animaduertiſſe ad fauorem Eccleſiæ, & obuiare facilitati Canonicorum, Abb. *d. cap. dilecto, num.* 10. & 14. & *d. cap. cùm acceſſiſſent, num.* 4. & Felin. *num.* 7. *ac* 13. Aut. Gabr. plura adducens *commun. concluſ. lib.* 6. *tit. de clauſul. concluſ.* 3. *in* 2. *effectu*, & alij cit. per ipſum Garz. *d. tract. de benef. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 242. & *ſeq.* nam contrarium tenendum eſt, tum auctoritate Abb. *d. cap. cùm acceſſiſſent, num.* 4. ac Felin. *ibid. num.* 8. 13. *ac* 17. vbi etiam allegat Anchar. Hoſt. Io. And. & Butr. quibus addo Azor. *d. cap.* 30. *quæſt.* 10. *verſ. quarò quærat aliquis*: tum ratione, quam inter alios afferunt Abb. *d. num.* 4. & Felin. *d. num.* 8. & 13. quia in prædicta confirmatione etiam cum memorata clauſula, ſubintelligitur conditio illa, niſi facultates excreſcerent, per text. *in cap. cùm M. Ferrarienſis, de conſtit.* & ea ratione, quam aſſignat Azor *loco mox cit.* quoniam dicta clauſula decreti irritantis, adiecta à Pontifice intelligitur, ſi ſecus fiat ſine cauſa iuſta, & debita, irritum ſit: at, cùm prouentus ſint facti vberiores, iuſta cauſa eſt numerum augendi. Neque obſtant in contrarium adducta per Garz. Nam text. *in d. cap. dilecto*, & *ibi* gloſ. & Abb. *loc. cit.* non loquuntur vbi auctæ ſint Eccleſiæ facultates, aut adſit alia iuſta cauſa; aliàs Abb. ſibiipſi aduerſaretur *in d. cap. cùm acceſſiſſent, num.* 4. vbi expreſsè loquitur, quando auctæ ſunt facultates; & aſſerit, quòd non obſtante clauſula prædicta confirmationi adiecta, poterit numerus præbendarum à Canonicis ſtatuentibus augeri; prout etiam poſt alios docet Felin. *d. num.* 8. & 13. ſic limitans, quod generaliter tradiderat *num.* 7. de vi clauſulæ decreti irritantis appoſitæ in confirmatione ſtatuti, † non 139.
poſſe ſtatuentes illud reuocare, ſeu eidem renuntiare, etiamſi in eorum fauorem ſit facta confirmatio, quia per dictam clauſulam videtur ſuperiór habere pro illicito, quod fieret in contrarium: vt nimirum verum id non ſit, vbi ſtatutum confirmatum cum clauſula decreti haberet in ſe conditionem reſolutiuam tacitè ſubintellectam, quia illa euèniente poteſt ſtatuto contraueniri ſine conſenſu ſuperioris. quamuis & prædicta traditio eam notabilem habeat declarationem, vt procedat tunc demum, cùm in ſolum fauorem ſtatuentium emanauit confirmatio cum decreto irritante, vt tradit inter cæteros, ſatiſque probat Dec. *d. cap. cùm acceſſiſſent, num.* 22. *cum trib. ſeqq. de conſtit. & cap.* 2. *num.* 15. *cum ſeq. de reſtib.* ac tandem admittit poſt alios ipſemet Garz. *d. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 243. poſt alios: ſicque intelligi poſſunt quotquot abſolutè dixerunt, † diſpoſi- 140.
tioni habenti decretum irritans in fauorem partium poſſe partes renuntiare, relati à Gabr. *d. concl.* 3. *num.* 25. 26. 29. & 30. vel habenti certam formam traditam, quos idem refert *num.* 27. ſicut & qui abſolutè tradiderunt non poſſe renuntiari diſpoſitioni etiam quæ ad fauorem partis emanauit, vbi ei adiecta ſit clauſula decreti irritantis, relati ab eod. Gabr. *d. concluſ.* 3. *num.* 18. *vſque ad* 21. & vbi certa forma fauore priuato inducta ſit, ij, quos recenſet *num.* 24. intelligi poſſunt, cùm illa diſpoſitio non emanauit, vel forma non eſt inducta in merum fauorem priuatum: at verò confirmatio ſtatuti de certo numero præbendarum facta videtur fauore ſtatuentiũ quoad hoc, ne numerus ſit maior; & ſic illi renũtiare poſsũt,

vt ſup. ex ipſo Gara. *d. part.* 12. *cap.* 1. *num.* 10. vidimus: ex quidem eorum fauore tantùm; nam, ſi etiam fauore alterius, vel publico facta eſſet, non poſſet illi renunciari etiam vbi non eſſet confirmationi adiecta clauſula decreti irritantis; vt quoad fauorem alterius, poſt Abb. tradit Dec. *d. cap. cum ecclesiæ, num.* 11. & ſentit Rot. *in prædict. deciſ. coram Seraphino*; quoad fauorem verò publicum ſatis conſtat, quia pacto priuatorum ei renuntiari non potest, *l. ius publicum, ff. de pact. & cap. ſi diligenti, de for. compet.* cum ſimil. Atque hæc quoad priorem huius concluſionis partem. Poſterior autem eiuſdem concluſionis pars, quòd nimirum omnino cauſa exigatur † etiam in Papa ſupprimente beneficia, 141.
probatur, quoad ea quidem beneficia, quæ ex bonis patrimonialibus, aut etiam Eccleſiaſticis dotata, & fundata ſunt, ex iis fundamentis, quibus idipſum de commutatione vltimæ voluntatis oſtendimus ſuprà *cap. 6. quæſt.* 1. *concluſ.* 2. quoniam tunc agitur de vltima voluntate commutanda, cùm ad horum beneficiorum ſuppreſſionem deueniendum eſt, vt initio huius concluſionis deduximus. Quoad reliqua verò, quin etiam generatim quoad omnia beneficia, ſiquidem agatur de iis in vita poſſidentium ita ſupprimendis, vt ipſorum etiam fructibus nulla data recompenſatione perpetuò priuentur, certum mihi eſt, † id à Papa ſine cauſa fieri 142.
non poſſe; tum per ea, quæ adduximus ſuprà *cap.* 5. *quæſt.* 2. *ante medium, verſic. à contrario verò*; innecto eo, quod poſt alios tradunt Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benef. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 58. *verſ. hæc tamen*, atque ante eum, quem non citat, Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib.* 3. *tit. de inr. quæſ. non tollen. concluſ.* 1. *num.* 13. *cum præced.* opinionem illam, quæ habet, Papam priuare poſſe aliquem beneficio ſuo ſine cauſa, limitandam eſſe dummodo legitimè recompenſet priuatum: tum etiam à fortiori ex *cap. ad audientiam, il* 2. *de Eccleſ. ædif.* vbi dum Papa concedit, vt Eccleſia Collegiata ſæcularis regularibus concedatur inuitis eius clericis ſæcularibus, vult eis dùm vixerint, ibi, vel alibi neceſſaria prouideri; ex quo text. necnon *cap. conſultationibus, de donat.* vbi ad hoc idem eſt opt. text. *& cap. illud, de iurepatr.* cum *ibi* notat. & ſimil. conſtat etiam, magnum eſſe fauorem ſtatus Religioſorum, tum denique patiter à fortiori probatur ex Concil. Trid. tum *ſeſſ.* 21. *cap.* 5. vbi, dum datur facultas Epiſcopis, vt poſſint etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati iuxta formam iuris facere vniones perpetuas quorumcumque Eccleſiarum parochialium, & baptiſmalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis propter earum paupertatem, & in cæteris caſibus à iure permiſſis, etiamſi dictæ Eccleſiæ, vel beneficia eſſent generaliter, vel ſpecialiter reſeruata, aut qualitercumque affecta; mandatur tamen id fieri ſine præiudicio obtinentium: tum etiam *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *verſic. & quia ad Collegij fabricam, circa medium*, vbi dum datur facultas, immo mandatur Epiſcopis, vt pro erectione ſeminarij, eiuſque expenſis ei applicent beneficia aliquot ſimplicia etiam ante vacationem, decernitur, vt id fiat ſine præiudicio illa obtinentium; cùm tamen erectio, & inſtitutio ſeminarij, ſit magna cauſa, vt conſtat ex proœmio *d. cap.* 18. & adhuc, magis à fortiori ex eodem Concil. *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *in fin. de reform.* vbi mandatur Epiſcopis, vt tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati diligenter cognoſcant patronatus à quadraginta annis citrà acquiſitos, vel in futurum acquirendos ex augmento dotis, noua conſtructione, vel alia ſimili cauſa, etiam eiuſdem ſedis auctoritate in Eccleſiis, aut beneficiis antea liberis; & quos non repererint ob maximè eminentem Eccleſiæ, vel beneficij neceſſitatem legitimè conſtitutos eſſe, in totum reuocent, atque beneficia huiuſmodi ſine damno illa poſſidentium, & reſtituto patronis eo, quod ab eis idcirco datum eſt, in priſtinum libertatis ſtatum reducant: ac denique ex Bulla 119. alias 122. Pij V. incip. *quemadmodum*: vbi præmiſſa extinctione ordinis Humiliatorum, eorumque priuatione omnibus dignitatibus, officiis, ab beneficiis, §. 6. ſubdit, quòd habitent in locis, quos eis cum victu, & aliis neceſſariis proximè aſſignandos curabit, quod mox fecit die, & conſtit. ſeq. quæ incipit, *quoniam per extinctionem.* Si verò agatur de beneficiis ſupprimendis à Rom. Pontifice etiam poſt mortem obtinentium, ac ſine illorum præiudicio, atque adeò generatim: nihilominus ad huiuſmodi ſuppreſſionem † 143.
cauſam aliquam requiri, ſatis colligitur primò ex iis, quæ generaliter de vnione beneficiorum etiam Epiſcopatuum, qui non niſi à Papa vniri poſſunt, *cap. quod tranſlationem, de offic. legat. & cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat.* & in ſpecie de vnionibus à ſede quoque Apoſtolica faciendis, quòd cauſam requirant, tradidimus ſupra *cap. præced. quæſt.* 6. *concluſ.* 1. in poſteriori eius parte, præcipue ex decreto Concilij Conſtantienſis relato à Rebuff. *in prax. benefic. tit. de vnion. benef. numer.* 44. vbi etiam ad id allegat Concil. Trident. *ſeſſ.* 7. nimirum, *cap.* 6. *de reform.* quod pariter nos *imbi* allegauimus; ſicut *& reg.* 21. nunc 22. *Canc.* in qua diſertè cauetur, quòd in vnionibus ſemper commiſſio fiat ad partes, vocatis quorum intereſt, quæ verba important cauſæ neceſſitatem, eiuſque cognitionem, vt patet ex iis, quæ idem Rebuff. affert *d. num.* 44. *& ſuper d. reg.* 21. *de vnionibus gloſ.* 10. *&* 11. paſſim, ac Mandoſ. *ad eandem reg.* quæ apud ipſum eſt 20. *quæſt.* 7. *&* 8. cùm autem in hac ipſa reg. ſtatim *imbi* ſubiiciatur, quòd idem obſeruetur in quibuſuis ſuppreſſionibus, perpetuis conceſſionibus, diſmembrationibus, & applicationibus etiam de quibuſcumque fructibus, & bonis Eccleſiaſticis, ac etiam confirmationibus vnionum, ſingularúmque diſpoſitionũ huiuſmodi; manifeſtè hinc ſequitur, in his omnibus diſpoſitionibus, quæ à Papa committuntur, & ſignanter in ſuppreſſionibus beneficiorum, earúmque confirmationibus, cauſam requiri, eámque in partibus coram commiſſario verificandam, ſeu probandam fore. ſed & in iis, quas ipſe Papa facit, ſeu concedit in forma gratioſa; nam quicquid ſit de poteſtate abſoluta ſeu de plenitudine poteſtatis Papæ quoad hoc, certè, ſi de poteſtate ordinaria id faciat, requiritur cauſa tum ex paulo ante adductis quoad vnionem præcipuè ex Rebuff. *d. num.* 44. *& d. gloſ.* 10. necnon ex Mandoſ. *ad d. reg.* 22. *quæſt.* 11. *numer.* 7. *ante medium, verſ. tertium ſit, & num.* 9. *ad fin. verſ. nec illud obſtat*; & quoad confirmationem vnionum ab ipſo Papa faciendam, *quæſt.* 10. *num.* 11. Secundò hoc ipſum, quod mox dicebamus, generaliter ad ſuppreſſionem beneficiorum, quæ à Papa fit, cauſam requiri, colligitur ex *cap. pen.* quod incipit, *ex parte, de conſtit.* vbi Honorius III. Rom. Pontifex † 144.
quibuſdam à ſe delegatis mandat, vt in Eduen. Eccleſia ſeruari faciat antiquum numerum præbendarum, non obſtante Canonicorum conſtitutione, vel confirmatione Apoſtolica; idque ex eo, quòd Canonici numerum illum reſtrinxerant ſine cauſa, hoc eſt, licèt reditus Eccleſiæ non eſſent diminuti. Et quamuis gloſ. *ibid. verbo, confirmatione*, ideo velit, confirmationem Apoſtolicam non profuiſſe hanc reſtrictionem numeri præbendarum, quia confirmatio fuit in forma communi, quæ † nihil noui 145.
tribuit,

zed by Google

tribuit, *cap. cùm dilecta, §. nos igitur, verſ. nolentes, de confirm. vt. vel inut. cap. quia diuerſitatem, §. 1. in fi. de conceſſ. præb. cap. ex parte, de priuil.* & qui ſic confirmat non donat, *cap. inter dilectos, §. caterum, de fid. inſtrum.* ac per tales confirmationes non intelligit Papa iuri alterius derogare, *cap. licèt, §. 1. de offic. ord.* ſicut è contrario confirmatio Papæ in forma ſpeciali, ſeu ex certa ſcientia vtile reddit, quod aliàs eſt inutile, *cap. vlt. 16. quæſt. 1.* confirmat infirmum, *cap. in primis, 2. quæſt. 1. & cap. hoc quippe, 3. quæſt. 6.* ſupplet defectum ſolemnitatis omiſſæ, *cap. 1. de tranſact.* ac de eo, quod per hanc confirmationem acquiritur, cognoſci non poteſt ſine nouo mandato, *cap. 2. de confir. vt. vel inut.* ex quibus iuribus hæc tradit gloſ. *d. cap. cùm acceſſiſſent, verbo, confirmatum, de conſtit.* vbi *in fi.* ex *d. cap. quia diuerſitatem,* ponit exemplum confirmationis in forma communi, vt cùm confirmantur beneficia, & præbendæ, ſicut iuſtè, & pacificè poſſidentur, quæ etiam clauſula habetur *in cap. examinata, de conſuet. vt. vel inut.* & ſtat conditionaliter, cùm in tali confirmatione ponitur: cùm autem apponitur confirmationi, ex certa ſcientia, ſtat cauſatiuè, vt conſtat ex *cap. venerabilis, eod. tit. & cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* ex quibus duobus iuribus cum *ibi* notat. & traditis per Doct. in aliis præcitatis iuribus, necnon Mandoſ. *ad reg. 22. Canc. quæſt. 10.* ferè per tot. ſatis colligitur eam dici confirmationem ex certa ſcientia, cùm tota facti ſeries, & omnia exprimenda Principi explicantur, vel in ipſa confirmatione tenor rei confirmatæ inſeritur; atque adeò fit cum cauſæ cognitione; ſicut confirmatio in forma communi ea eſt, quæ fit, & conceditur ſine cognitione cauſæ. Quamuis, inquam, hæc, quæ ſecundo loco dicit gloſ. quæque iis addidimus, vera ſint: diuinat tamen, dum ſentit, confirmationem, de qua *in d. cap. ex parte,* ſeu *pen. de conſtitut.* fuiſſe in forma communi, non autem ex certa ſcientia, ſeu in forma ſpeciali; tum quòd verba ſunt accipienda in potiori ſignificatu, *l. 1. §. qui in perpetuum, ff. ſi ager vectigal. vel emphyteut. petat.* cum aliis adductis per Mandoſ. *d. quæſt. 10. num. 8. ad fin.* vbi etiam *cum num. ſeq.* probat, potiorem, & validiorem eſſe confirmationem ex certa ſcientia, quàm illam in forma communi; quod etiam patet ex iuribus, quæ ſup. ex ipſa gloſ. *d. verbo, confirmatione, & verbo, confirmatum,* allegauimus; ſicut *num. 10.* idem Mandoſ. ex communi multis relatis tradit, † quòd cõfirmationem à Papa ſimpliciter prolatam ſine alio adiuncto interpretari debemus de confirmatione non in forma communi, ſed ex certa ſcientia. Denique illud ipſum, quod aſſeruimus, ſuppreſſionem beneficiorum generaliter, ſeu regulariter loquẽdo etiam à Papa ſine cauſa fieri non poſſe, colligi poteſt ex text. *in cap. fin. de verb. ſignif.* vbi, cùm Papa quibuſdam delegatis dediſſet in mandatis, vt quadragenarium Canonicorum, & præbendarum numerum iuxta facultates Eccleſiæ moderarentur, ipſi verò inueniſſent prædictæ Eccleſiæ facultates à tempore ſtatuti numeri potiùs excreuiſſe: iiſdem delegatis rurſus mandat, quatenus, ſi veteres non ſint minutæ præbendæ, cùm moderatio locum non habeat, ipſarum, & Canonicorum numerum dimittant in eodem ſtatu, in quo vſque ad illud tempus dignoſcitur extitiſſe, in vtilitatem eiuſdem Eccleſiæ conuertentes augmentum ſuorum redituum, donec ipſe duxerit aliter diſponendum.

146.

Quòd ſi pro complemento huius concluſionis
147. ſcire quis cupiat, † an, & quando in Rom. Pontifice, aut inferiore aliquod beneficium ſupprimente præſumatur cauſa, id facilè deſumere poterit ex iis, quæ hac in re ſcripſimus ſup. quoad commutatio-

nem quidem vltimarum voluntatum, *cap. 6. quæſt. 1. concluſ. 3. & 4.* quoad mutationem verò ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum, *cap. præced. quæſt. 6. concluſ. 1. ad fin.*

SECVNDA CONCLVSIO. Cauſa ſuppreſſionis beneficiorum † eſt vel neceſſitas obſtans ſiue de 148.
facto, ſiue de iure ſubſiſtentiæ ipſius beneficij, vel neceſſitas aliunde prouenies; vel denique vtilitas Eccleſiæ. Prioris partis quoad neceſſitatem de facto obſtantem ſubſiſtentiæ beneficij, exemplum eſſe poteſt, ſi dos in totum perierit, vel Eccleſia, ſeu Capella, in qua fundatum ſeu erectum eſt beneficium, neque ſpes ſit vel recuperationis dotis, ſeu nouæ dotationis, vel reædificationis Eccleſiæ, ſeu Capellæ: nam ſine dote † beneficium conſiſtere non poteſt, 149.
cap. ſancitum, 23. quæſt. vlt. cap. nemo, de conſecr. diſt. 1. & cap. 1. de cenſib. cum ſimil. allegat. per Lambert. *tract. de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæſt. 5. art. 1. num. 6. art. 2. num. 3. art. 4. num. 4. art. 7. num. 3. & 5.* necnon *art. 18. cum duob. ſeqq.* ferè per tot. ſicut & beneficium debet habere Eccleſiam, Capellam, vel altare, vt colligi poteſt ex adductis à Lambertin. *d. part. 1. quæſt. 4. art. 1. cum quatuor ſeqq. & quæſt. 6. art. 3. 4. & 7. & quæſt. 11. art. 6. cum duob. ſeqq.* & ratio eſt, quia beneficia Eccleſiaſtica inſtituta ſunt propter diuina officia, *cap. conceſſo, 12. quæſt. 2. & cap. generaliter, 16. quæſt. 1.* gloſ. *cap. fin. de offic. Vicar.* diuina verò officia celebrari debent in aliqua Eccleſia, vel Capella, ſeu ad aliquod altare, *cap. pen. & vlt. 42. diſt. cap. ſicut non alij, cap. Miſſarum, cap. hic ergo, & cap. nullus preſbyter, de conſecr. diſt. 1. cap. in hac, de priuil. & cap. 1. in eod. tit. in 6.* cum *ibi* notat. *& in cap. cum creatura, de celebr. Miſſ.* necnon *in cap. pen. de immun. Eccleſ. & cap. 2. eod. tit. in 6.* atque alibi ſæpe. Idipſum etiam, quòd ob hanc facti neceſſitatem ſuppreſſio beneficiorum fieri poſſet, ſuadetur ex *cap. fin. de verb. ſignif.* vbi habetur, quòd Papa mandauerat quibuſdam delegatis, vt antiquum Canonicorum numerum in quadam Eccleſia moderarentur, qui vt expoſitum ei fuerat, obſeruari non poterat pro eo, quòd non ſufficiebant Eccleſiæ, illius facultates, ſeu reditus. Quoad neceſſitatem verò de iure exemplum ſumi poteſt ex *cap. 1. & 2. de nou. oper. nunt.* ex quibus duobus iuribus Gonzal. *ad reg. 8. Canc. glo. 5. §. 7. numer. 148.* iuncto præced. & Gregor. Tholoſ. *in inſtit. nou. rei beneficiar. cap. 21. num. 1.* quos etiam ſequitur Garz. *d. tractat. de benef. part. 12. cap. 1. num. vlt.* docent, † quòd extinguitur beneficium per 150.
deſtructionem Eccleſiæ, quæ poſt noui operis nuntiationem fuit ædificata, ſiue iure, ſiue iniuria. Quoad vtramque verò hanc neceſſitatem obſtantem ſubſiſtentiæ beneficij, atque etiam aliunde prouenientem hæc prior pars tuin ex iis colligi poteſt, quæ de mutatione ſtatus Eccleſiæ, ſeu beneficij, eiuſque vnione adduximus *cap. præced. quæſt. 6. concl. 2.* in priori eius parte, & quoad vltimæ voluntatis commutationem, *cap. 5. quæſt. 11. concluſ. 2.* iunctis iis, quæ attulimus *cap. 6. quæſt. 2. concl. 1. 3. & 4.* & in ſpecie ſuppreſſionis beneficij, Felin. *in cap. cùm acceſſiſſent, num. 19. verſ. ſecundus caſus, de conſtit.* quem refert in hoc non diſſentiens Roch. de Curt. *tract. de iurepatr. verbo, pro eo, quòd de Diœceſani conſenſu., quæſt. 15. poſt medium, ſub num. 32. verſic. & ſubiicit Dom. Felin.* apertiùs verò ſequitur Lambertin. *eod. tract. lib. 3. quæſt. 6. art. 7. num. 6.* aliàs 7. *verſic. & ſubdit ibi Felin.* ſentiúntque Doctor. communiter *d. cap. cùm acceſſiſſent, & in cap. pen. de conſtit.* vbi eſt optim. text. à contrario ſenſu. Poſterior pars concluſionis † quo- 151.
ad hoc, vt priuata vtilitas non ſufficiat ad beneficiorum ſuppreſſionem, ſeu numeri præbendarum diminutionem; probatur ex *d. cap. ex parte,* ſeu *pen.*

de conſtit. vbi Papa mandat ſeruari antiquum numerum præbendarum cuiuſdam Cathedralis Eccleſiæ, quem Canonici propriis commodis inhiantes, licet eius non eſſent diminuti reditus, reſtrinxerant. quòd autẽ ſufficiat publica vtilitas, probatur; tum ex iis, quibus id de cõmutatione vltimæ voluntatis oſtendimus ſup. *cap.6. quæſt.* 2. *concluſ.* 3. *&* 5. maximè ex eo, quòd neceſſitas, & vtilitas Eccleſiæ æquiparantur; & de mutatione ſtatus, atque vnione Eccleſiæ, ac beneficij, *cap. præced. quæſt.* 6. *concluſ.* 2. in poſteriori eius parte; & quoad vnionem ex nonnullis etiam iuribus: duas autem vnionis ſpecies, vel cum beneficiorum ſuppreſſione coincidere, vel eam ſupponere, docuimus ſup. hoc cap. *quæſt.* 1. *poſt medium.* Tum ex eo, quòd ſuppreſſio, ſeu diminutio huiuſmodi beneficiorum, ac præbendarum ex cauſa rationabili etiam ab Epiſcopo cum Capituli conſenſu fieri poteſt, vt *in præced. concluſ.* ſatis oſtendimus: negari autem non poteſt, quin vtilitas Eccleſiæ, ſeu publica ſit cauſa aliqua, & quidem rationabilis. Tum etiam ex eo, quod in terminis ſuppreſſionis Gregor. Tholoſ. *d. tract. de benefic. ſeu inſtit. non. rei beneficiar. cap.* 19. *num.* 2. poſtquam docuerat, † cauſam ſuppreſſionis, ſeu diminutionis numeri præbendarum generaliter, & vt communiter eſſe diminutionem fructuum Eccleſiæ, vt *in cap. fin. de verb. ſignif.* (quod & à contrario ſenſu probatur *in d. cap. ex parte*, ſeu *pen. de conſtit.* vt *ibi* etiam Abb. & alij adnotarunt:) & quòd in Eccleſia non debeant plures clerici recipi, quàm nutriri ex eius reditibus ſiue pecunia poſſint, *cap.* 1. *& cap. auctoritate, de inſtit. cap. quoniam, vt ait, de vit. & honeſt. cler. cap. cùm M. Ferrarienſis, de conſtit. §.* 1. *auth. vt determ. ſit num. cler. § ſed neque effuſa, auth. quomodo opert. Epiſcopos, &c. & in auth. de menſ. ordinand. cleric.* per tot. in quibus fit ſuppreſſio clericorum ordinatorum ſupra numerum per mortem illorum, donec perueniatur ad menſuram, ſeu numerũ inſtitutioni Eccleſiæ definitum: quod idem ferè habetur *in l. non plures. C. de ſacroſ. Eccleſ.* ex his duas rationes, ſeu cauſas ſuppreſſionis elicit: priorem ne plures clerici ſint in aliqua Eccleſia, quàm nutriri poſſint, & ita mendicitas clericorum in opprobrium veniat cleri, contra *cap. diaconi ſunt*, 93. *diſt.* ſiquidem vbi expenſæ fiunt vltra reditus, ſequuntur debita ex mutuo acceptis, & paulatim Eccleſia ad nouiſſimam inopiam deuenit: & aliam, quòd contra intentionem, & prouidentiam fundatorum plures admittantur, vt *in d. §.* 1. *auth. vt determ. ſit num. cler.* (quæ ratio ſpecialiter procedit, cùm auctus fuit numerus ab initio per fundatorem ſtatutus, ac poſtea, de eius diminutione, ſeu reductione agitur.) Tertiam rationem; (quæ, ſicut prima, generalis eſt, deſeruiens ſuppreſſioni, ſeu diminutioni numeri ſiue antiquitus in fundatione ſtatuti, ſiue poſt eam aucti,) ſubdit Tholoſan. poſſe accipi ex *auth. de referendar. ſacr. palat.* vbi Iuſtinianus referendariorum numerum contrahit ad octo, & ex quatuordecim tunc exiſtentibus vult ſuppreſſionem fieri per mortem eorum, donec peruenerint ad dictum numerum; vtpote, inquiens, cauſa à nobis honorata, deinde in multitudinem effuſa, ne propria imminuatur honeſtate; multitudo enim numeroſa nihil habet honeſtum, vt paulo pòſt ſubiicit idem Imperator, & confuſionem habet, vt *ibidem* tradit gloſ. recepta *verbo, honeſtum*, & officij, ac miniſterij quibuſdam facit vilitatem; vnde *in cap. legimus*, 93. *diſt.* habentur hæc verba; Diaconos paucitas honorabiles, Preſbyteros turba contemptibiles facit. ad quod etiam text. eſt *in cap. præcipimus*, 16. *quæſt.* 1. & melior *in cap.* 1. *de primil.* ibi; ne honor, cui debent excellentiora committi, ſui numeroſitate vileſcat. atque in terminis huiuſmodi ſuppreſſionis ac diminutionis numeri præbendarum optimè facit Conc. Trid. *d. ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de reform.* ibi; vbi frequentes adeóque tenues ſunt præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & perſonarum qualitate non ſufficiant; liceat Epiſcopis, &c. Prædictæ autem tres rationes, ſeu cauſæ ad publicam vtilitatẽ pertinent, vt de ſe patet; ac pro ſecunda optimè facit text. *in l. vel negare, ff. quemadmod. teſtam. aperiant. cap. rationis ordo*, 16. *quæſt.* 7. & Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reform.* Idipſum etiam, quòd ob vtilitatem publicam liceat ſupprimere beneficium, ſeu diminuere numerum præbendarum, ſentit poſt alios Lambert. *d. lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 7. *num. vlt.* dum ait, quòd ſtante vtilitate Eccleſiæ, quòd prædicta fiant, poterit fieri per Epiſcopum ſine conſenſu patroni; paulo verò antè locutus fuerat de diminutione numeri clericorum ob diminutionem facultatum Eccleſiæ. Idem quoque apertè colligitur tum ex *d. cap. ex parte*, ſeu *pen. de conſtit.* dum enim *ibi* Pontifex improbat reſtrictionem numeri antiqui præbendarum quam fecerant Canonici Eduen. Eccleſiæ propriis commodis inhiantes, apertè vult, potuiſſe eam fieri ob commodum Eccleſiæ ipſius, ſeu ob publicam vtilitatem: tum ex Conc. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de reform.* vbi Conc. Trid. permittit, ſeu facultatem dat Epiſcopis cum Capituli conſenſu, vt ſupprimere poſſint aliquot præbendas in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis inſignibus ad ſuſtinendum decentem gradum Canonicorum pro loci, & perſonarum qualitate; non autem dumtaxat, vt præciſæ eorum neceſſitati occurratur. dum autem prædictam facultatem concedit, vbi frequentes, adeóque tenues ſunt præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo memorato Canonicorum gradui non ſufficiant. inde manifeſtè colligitur, † huiuſmodi præbendarum ſuppreſſionem fieri poſſe non modò, quando poſt fundationem imminuti ſunt reditus Eccleſiæ, verùm etiam quando abinitio erant ſufficientes, poſtea verò abſque eorum diminutione facti ſunt inſufficientes; vtputa, quia creuit rerum pretium, aut aliam ſimilem ob cauſam: quod etiam ſenſerunt inter alios Roch. de Curt. *d. tract. de iurepatron. verbo, pro eo, quòd de Diœceſani conſenſu, quæſt.* 15. & Lambert. *in ſimili tract. lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 7. dum de hac re in diſcurſu loquentes, formant, ille *initio d. quæſt.* hic *in initio art. dubitationem, quando reditus ſunt impotentes*; quod ſtatim explicant, dicendo, poſtea reperiri, quòd reditus non ſunt ſufficientes, vel aliqua ex cauſa ſunt diminuti. idque etiam colligi poterat ex text. *d. cap. fin. de verb. ſignif.* dum pro cauſa moderationis antiqui numeri præbendarum, ponitur, quòd ad eius numeri obſeruantiam non ſufficiebant Eccleſiæ facultates. In duobus autem differt hoc decretum Concilij † à iure communi antiquo, quatenus ad cauſam huiuſmodi ſuppreſſionis, ſeu diminutionis numeri præbendarum attinet: nimirum, quòd, cùm de aliquibus præbendis, aut beneficiis, ad ſuſtinendam in aliis clericis, ſeu Canonicis decentiam gradus, ſupprimendis agitur; (ob quam ſolam cauſam concedit Concil. per illud decretum facultatem aliquot præbendas ſupprimẽdi:) hæc ſuppreſſio fieri nequit, niſi in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis inſignibus, vt verba ipſa decreti apertè ſonant, & ſacra Concilij Trid. interpretum Congregatio non ſemel declaraſſe fertur: cùm tamen, vbi ſuppreſſio fiat ob neceſſitatem aliquam, vel maiorem vtilitatem Eccleſiæ aut diuini cultus augmentum, vel conſeruationem, eadem ſuppreſſio in quibuſlibet Eccleſiis fieri poſſit; vt ſentiunt

152.

153.

154.

tiunt Doct. omnes cùm alibi, tum *d. cap. cùm acceſſiſſent, & cap. ex parte*, ſeu *pen. de conſtitut. & d. cap. fin. de verb. ſignif.* Steph. de Caiet. *in repet. cap. fin. col. 20. de elect. in 6.* Lambertin. *d. lib. 3. quæſt. 6. art. 1. numer. 2. & quæſt.... art. 6. num. 1.* Garz. *tract. de benef. part. 12. cap. 1.* ferè per tot. atque alij ab eo allegati. & quamuis in tribus mox præcitatis iuribus ſolùm mentio fiat de Eccleſiis Cathedralibus: tamen hoc ideo euenit, quia in iis caſus euenit, ſuper quo Rom. Pontifex reſpondit. Deinde, vt ex nunc memoratis
155. iuribus, & auctoribus apertè habetur, † nullũ aliud remedium proponitur priùs adhibendum, quàm ad ſuppreſſionem beneficiorum, vel præbendarum deueniatur: cùm tamen *d. cap. 15.* Concilium velit, quòd tunc demùm liceat Epiſcopis cum Capituli conſenſu aliquot præbendas ſupprimere, cùm per vnionem beneficiorum ſimplicium ſęcularium prouideri nequit decentiæ gradus Canonicorum: ibi enim dicitur; liceat Epiſcopis cum conſenſu Capituli, vel aliquot ſimplicia beneficia, non tamẽ regularia iis vnire; vel, ſi hac ratione prouideri non poſſit, aliquibus ex iis ſuppreſſis, &c. In eo verò tã hoc ius nouum Conc. Trid. quàm antiquum *d. cap. pen. &*
156. *cap. fin.* conueniunt, quòd † ad hoc, vt minui poſſit numerus præbendarum, ſeu aliquæ earum ſupptimi in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſiis, requiritur, quòd præbendæ ipſæ ſimul cum diſtributionibus ita tenues ſint, vt non ſufficiant muneribus in Eccleſia per Canonicos retẽto integro numero obeundis, vel decentiæ gradus ipſorum. quare, ſi vel præbendæ, vel diſtributiones tenues non ſint, ſeu ad id inſufficientes, locus non erit prædictæ ſuppreſſioni, ſeu diminutioni numeri præbẽdarum: vnde tam *d. cap. pen.* quàm *fin.* ſignanter ponderatur, non quòd præbendæ, vel diſtributiones ſint tenues, ſeu inſufficientes, aut in redditibus diminutæ, vel non: verùm *d. cap. pen.* quòd reſtrictus fuerat numerus præbẽdarum, ſed malè, quia reditus Eccleſiæ non eſſent diminuti; *in d.* autem *cap. fin.* quòd Canonicorum numerus inſtitutus in eorum Eccleſia non poterat obſeruari, quia non ſufficiebant Eccleſiæ facultates; ideóque Papa mandauerat delegatis, vt Canonicorum, & præbendarum numerum iuxta facultates Eccleſiæ moderarentur.

TERTIA CONCLVSIO. Surreptio in tacenda qualitate, quæ de iure, vel ſtylo Curiæ exprimẽ-
157. da eſt in impetranda ſuppreſſione beneficij † reddit eam ſuppreſſionem nullam, licèt aliàs ſuperior huiuſmodi gratiam æquè facilè conceſſiſſet. Quoad qualitatem de iure exprimendam præſens concluſio probatur ex iis, quibus idipſum in quauis gratia poſt alios tradidimus ſuprà *cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 1.* quoad qualitates verò de ſtylo Curiæ exprimẽdas, ex adductis pariter in omni gratia, *cad. quæſt. 3. concluſ. 2.* ex quibus etiam, iuncta *concluſ. 9. illius quæſt.* colligere licebit, an præſens concluſio locum habeat, etiamſi impetrans non ex dolo, ſed ex ſimplicitate, ſeu ignorantia iuris, aut facti aliquid tacuerit, quod alioqui erat exprimendum.

QVARTA CONCLVSIO. Vbi neque ex iure, neque ex Curiæ ſtylo conſtat, aliquam qualitatem eſſe exprimendam in impetranda beneficij ſup-
158. preſſione, † tunc eius dumtaxat qualitatis taciturnitas vitiabit reſcriptum, quæ, ſi exprimeretur, aut omnino auerteret ſuperiorem ab huius gratiæ conceſſione, aut induceret ad eius conceſſionem cum aliqua moderatione: ſecus quando eodem modo concederet, licèt difficiliùs; atque adeò ſolius cauſæ finalis taciturnitas gratiam vitiabit. Hæc concluſio probatur ex iis, quibus eam comprobauimus quoad commutationem vltimæ voluntatis, & alias gratias ſuprà *d. cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 3. circa initium*, & quoad mutationem ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij, *cap. 11.* quod hoc ſtatim præcedit, *quæſt. 6. concluſ. 3.* vbi etiam ſic docuimus fore intelligenda quædam decreta Concil. Trid. *ibidem* ad verbum relata; quæ, cùm de ſurreptione in vnionum impetratione loquantur, ad materiam ſuppreſſionis beneficiorum, de qua nunc agimus, maximè pertinent; nam, vt iam ſæpe admonuimus, ex adductis per nos ſuprà hoc ipſo cap. *quæſt. 1. poſt medium*, duæ præcipuæ vnionis beneficiorum ſpecies, vel eorum ſuppreſſiones, ſeu extinctiones ſunt, vel ſine eorumdem ſuppreſſione, ſeu extinctione non fiunt.

Quòd ſi quis ſcire cupiat, † quando dicatur ali- 159.
qua qualitas eſſe neceſſariò de iure exprimenda; necnon quomodo cognoſci poſſit qualitatem aliquam conducere ad memoratam ſuppreſſionis beneficiorum conceſſionem; talémque fore, vt ea qualitate expreſſa, ſuperior gratiam huiuſmodi non concederet; atque an in dubio cenſenda ſit cauſa finalis, vel impulſiua; & an ſurreptio in tacenda aliqua qualitate neceſſariò exprimenda, locum etiam habeat in impetratione facienda ab inferiore, vtputa Legato, vel Epiſcopo; atque alias declarationes ad hanc concluſionem: hæc omnia deſumere is poterit ex iis, quæ ſup. *d. cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 3. & cap. 10. quæſt. 6. concluſ. item 3.* adduximus, & inf. hac ipſa quæſt. præſentis cap. *concl. 8. declarat. 3. & ſeqq.* in medium afferemus.

Nunc verò pro complemento tam huius, quàm præced. concluſionis, breuiter videamus, quænam qualitates de iure, vel ſtylo Curiæ in impetratione ſuppreſſionis beneficij exprimi debent, vel eiuſmodi ſunt, vt ſi non exprimantur, ſuperior illam aut omnino non concederet, vel non eo modo, ſed cum aliquo moderamine. Exprimi autem omnino debebunt, & illiuſmodi erunt illæ, quæ exprimendæ taléſque ſunt reſpectu impetrationis ipſius beneficij, cúmque de illius qualitatum derogatione, aut ſtatus mutatione agitur; idque multò maiori ratione, cùm, vt per ſe patet, longè maioris momenti, ac præiudicij ſit beneficij ſuppreſſio, quàm eiuſdem qualitatum derogatio, aut ſtatus mutatio. eas verò qualitates in ſingulis duobus ſtatim præcedentibus capitibus *quæſt. 6. concluſ. 4.* recenſuimus vtrique illi materiæ applicantes; quod & nunc reſpectu huius, de qua nunc agimus, nimirum ſuppreſſionis, præſtandum erit; ſimul afferendo, ſi quid ſpeciale in illis quoad hanc, aut in iure cautum, aut à Doctoribus traditum reperero; eas tamen qualitates omittendo, quæ ſuppreſſioni conuenire non poſſunt.

Prima igitur qualitas; (vt eum ordinem, quem vtrobique obſeruauimus, hìc etiam retineamus;)
eſt † curæ animarum, quæ omnino exprimi debet, 160.
cùm beneficium, cui ea imminet, ſeu adhæret, ſupprimi à ſuperiore. Quoniam hæc qualitas exprimenda eſt in impetratione ipſius beneficij, *cap. pro illorum, de prabend. Clem. 1. eodem tit.* cum aliis ad id allegat. *cap. 6. quæſt. 4. concluſ. 9. verſic. & prima ſit qualitas*; & in mutatione ſtatus beneficij; ac præcipuè ex *reg. 56.* nunc *57. Cancell.* quæ maximè ad hanc rem facit; dum *inibi* generatim diſponitur, vt in gratiis ſuper beneficiis Eccleſiaſticis mentio fiat, an iis immineat cura animarum; aliàs gratiæ ſint nullæ: &, ſi huiuſmodi qualitas affirmatiuè, vel conditionaliter non exprimatur, negatiua expreſsè deſuper fiat in beneficiis, quæ talem qualitatem conſueuerint habere: negari namque non poteſt, quin impetratio ſuppreſſionis beneficij gra-

tia quædam ſit, quoniam emanat à Principe, ſeu alio ſuperiore ex mera liberalitate concedente: etiamſi contineat aliquid contra ius commune, vt tradunt Summiſtæ *in verbo, gratia*, Doctor. *in rubr.* necnon *cap. ſuper litteris, & cap. ad audientiam, il 2. de reſcript. cap. gratia, & cap. ſi gratioſè, eod. tit. in 6. Clement. gratia, eod. tit.* & latè probat inter ceteros Octau. Glorit. *in Comment. d. cap. ſuper litteris, num. 1. & ſeq.* Ad id autem adnotandæ ſunt declarationes, quas attulimus *d. cap. 6. quæſt. 4. concl. 9. verſ. & prima ſit qualitas*, necnon *cap. 10. quæſt. 2. circa med.* in ſecunda diuiſione qualitatũ beneficij, *quæſt. 4. concl. 5. q. 5. concl. 6. & quæſt. 6. concl. 4. in 20. qualitate, exteuſ. 10.* præcipuè verò duæ illæ, quas proſequuti ſumus *d. verſ. & prima ſit qualitas*; altera, vt nõ ſit exprimenda cura animarum, cùm ea annexa eſt alteri beneficio acceſſoriè, iuxta terminos *cap. ſuper eo, de prab. in 6.* de qua declaratione videri etiam poteſt Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 6. num. 97. cum duob. ſeqq.* & Garz. *tract. de benef. part. 9. cap. 2. num. 193. cum ſeq. & part. 12. cap. 2. num. 20. vſque ad 26.* altera, vt expreſſio qualitatis curæ non ſit neceſſaria in impetratione facienda ab Ordinario: qua de re videndum etiam, quod ſcripſimus ſup. *cap. 10. quæſt. 6. concl. 3. poſt med.* vbi id docuimus procedere quoque † in

161. aliis qualitatibus tum ipſius beneficij, quod impetratur, tum illud impetrantis, quæ veriſimiliter notæ ſunt ipſi Ordinario, & alioqui in impetratione à Rom. Pontifice, eiuſve Legato facienda forent exprimendæ. Quod ideo dictũ ſemel ſit etiam pro ſequentibus huius vtriuſque generis qualitatibus.

162. *Secunda* qualitas eſt iuriſpatronatus, quæ † exprimenda erit in impetratione ſuppreſſionis beneficiorum iuriſpatronatus. &, ſi quidem iuſpatronatus ſit laicale, vel mixtum, neceſſaria erit expreſſio etiam in impetratione facienda à Papa, vel eius Legato, à fortiori ex iis, quæ de impetratione ipſius beneficij hic in re adduximus *d. cap. 6. quæſt. 4. concl. 9. verſ. ſecunda qualitas, & cap. 10. quæſt. 4. concl. 8. ad fin. & quæſt. 5. concl. 7. ac 10.* necnon *cap. 11. quæſt. 5. concl. 6. circa med. & concl. 9. ad fin.* præſertim ex *reg. 41.* nunc *42. Canc.* quæ eſt *de derogat. iuriſpatr.* In impetratione verò ſuppreſſionis facienda ab Epiſcopo, vel aliis inferioribus, quibus ea permittitur, iuxta per nos tradita quæſt. hanc præced. *concl. 12 ac ſeqq.* mentio facienda erit iuriſpatronatus etiam Eccleſiaſtici, ex allegatis per nos *d. cap. 10 quæſt. 4. concluſ. 8. & quæſt. 5. concl. 14. ac d. cap. 11. quæſt. 5. concl. 13.* non longè ab initio: vbi *verſic. idèmque in vnione*, poſt multos docuimus, vnionem beneficiorum ab Epiſcopo fieri non poſſe ſine conſenſu patroni; vnionis autem duæ ſpecies, vel beneficij ſuppreſſiones ſunt, vel ſine ſuppreſſione non fiunt, vt paulo antè ex alibi per nos adductis admonuimus. & in ſpecie ſine conſenſu patroni ſupprimi non poſſe beneficium iuriſpatronatus tenent Hoſt. Abb. Felin. Dec. & alij communiter *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* Lambertin. *tract. de inrepar. lib. 3. quæſt. 6. art. 1. num. 4. & quæſt. 7. art. 6. num. 1.* poſt Caiet. *in repet. cap. fin. col. 20. circa fin. de elect. in 6.* ad id allegantem Card. *d. cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* quod ex communi ſentit Azor *Inſtit. moral. part. 2. cap. 30. quæſt. 14.* de quo nos latiùs *quæſt. ſeq. concl. 10.*

Tertia qualitas exprimenda in impetratione ſup-

163. preſſionis alicuius beneficij † eſt ipſius beneficij vnio etiam ab Ordinario facta, licèt ea nondum ſortita fuerit ſuum effectum; vt colligi poteſt ex adductis ſup. *d. cap. 6. quæſt. 4. concl. 9. verſ. tertia qualitas eſt*: vbi id poſt alios declarauimus, vt non procedat, quando vnio facta eſt acceſſoriè, ita, vt beneficium vnicum factum ſit tanquam prædium illius beneficij, cui vnitum fuit, quoniam tunc non retinet amplius nomen, aut titulum beneficij, ex latiùs traditis poſt multos a Garz. *in comment. reg. 8. Canc. gloſ. 5. §. 7. num. 2. vſque ad 25. & num. 27. ac 32.* cum aliquot ſeq. & Garz. *d. tract. de benef. part. 12. cap. 2. à num. 12. vſque ad 33.*

Quarta qualitas † eſt perſonalis reſidentiæ illi 164.
beneficio annexæ, cuius ſuppreſſio poſtulatur, vt colligere licet ex iis, quæ adduximus ſuprà *cap. 6. quæſt. 4. verſ. quarta qualitas beneficij, & cap. 10. quæſt. 2. circa medium, in 3. diuiſione qualitatum beneficij, quæſt. 4. concluſ. 5. & quæſt. 5. concluſ. 6. verſ. quarta qualitas.* ex quibus etiam locis, necnon ex Garz. *d. tract. de benef. part. 3. cap. 2.* ferè per tot. ſumere licet varias declarationes, quæ etiam ſuppreſſioni beneficiorum, de qua nunc agimus, facilè poterunt adoptari.

Quinta qualitas exprimenda † eſt valor beneficij 165.
ſupprimendi: licèt enim attento iure communi canonum non neceſſariò ſit exprimendus valor in impetratione beneficij: tamen contrarium hodie procedit ex ſtylo Curiæ, ac regulis Cancellariæ Apoſtolicæ, vt pluribus relatis oſtendimus ſup. *cap. 10. quæſt. 6. concluſ. 4. verſ. quinta qualitas, & cap. præced.* pariter *quæſt. 6. concluſ. 4. verſ. quinta qualitas*, vbi etiam ad id retulimus tenorem, ſeu potiùs diſpoſitionem *reg. 54.* ſeu *55. eiuſdem Canc.* atque etiam *reg. 21.* aliàs *22.* ex qua omnino conuincitur neceſſitas exprimendi valoris beneficij, cuius ſuppreſſio poſtulatur: idque tum propter illa verba, quæ initio huius reg. habentur; item voluit, quòd petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis vniri, teneantur exprimere verum annuum valorem ſecundùm communèm æſtimationem tam beneficij vniendi, quàm illius, cui vniri petitur; alioquin vnio non valeat: nam, vt iam ſæpiùs diximus, duæ ſpecies vnionis, vel idem ſunt cum ſuppreſſione, vel eam ſupponunt: tum potiſſimùm ob ea verba, quæ in eadem regula ad maiorem declarationem, & tollendam omnem ambiguitatem ſubiiciuntur; nimirum: & idem voluit obſeruari in quibuſuis ſuppreſſionibus, perpetuis conceſſionibus, diſmembrationibus, & applicationibus etiam de quibuſcumque fructibus & bonis Eccleſiaſticis, ac etiam confirmationibus vnionum, ſingularúmque diſpoſitionum huiuſmodi. quamuis enim inter verba huius regulæ priùs, ac poſteriùs relata, intercedant illa; *& ſemper in vnionibus commiſſio fiat ad partes, vocatis quorum intereſt*: tamen verba illa, *& idem voluit obſeruari*, quæ ſtatim ſubiiciuntur, referri debent non ſolùm ad commiſſionem in partibus, ſed etiam ad valoris expreſſionem; dictio enim, *idem*, refertur ad omnia præcedentia, vt in terminis huius regulæ tradit, ſatiſque comprobat Rebuff. *in prax. benef. ſuper reg. Canc. de vnionibus gloſ. vlt.* ex iis etiam, quæ ipſemet de hac dictione, *idem*, ſcripſit in interpretatione *l. vnic. in gloſ. & non ex quibuſdam, C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, profer.* quibus adde ea, quæ nos de hac eadem dictione adduximus *cap. præced. quæſt. 3. concl. 3. ad fin. prioris eius partis.*

Sexto, in impetranda ſuppreſsione beneficij † ex- 166.
primendus eſt modus electinus, vt facilè colligi poteſt tum ex iis iuribus, & Doctor. quibus ſuprà *cap. 10. quæſt. 6. concluſ. 4. verſ. ſexto, exprimendus eſt*, idipſum oſtendimus quoad impetrandam derogationem qualitatum in beneficij alicuius fundatione appoſitarum: tum in ſpecie ex *reg. 56.* nunc *57. Cancellar.* dum *inibi* generatim cauetur, quòd in gratiis ſuper beneficiis Eccleſiaſticis mentio fiat, an ad illa conſenserint qui per electionem aſſumi; aliàs gratiæ deſuper factæ ſint nullæ; &, ſi qualitas

huiuſmodi

huiuſmodi affirmatiuè, vel conditionaliter non exprimatur, negatiua expreſsè deſuper fiat in beneficiis, quæ talem qualitatem conſueuerint habere: negari enim non poteſt, quin conceſsio ſuppreſsionis alicuius beneficij ſit gratia, vt ſup. in prima qualitate in terminis huius eiuſdem reg. 56. deduximus, in qua nihil eſt, quod nos cogat nomen gratiæ de ea ſola diſpoſitione beneficij accipere, per quam de eo ad vitam, & fauorem alicuius certæ perſonæ prouidetur; prout in quibuſdam aliis reg. Canc. contingit.

167. *Septimò*, exprimenda eſt † qualitas regularitatis, non item ſæcularitatis beneficij, cuius ſuppreſſio poſtulatur; tum ob fauorem religionis, ob quem ſæcularia beneficia poſſunt facilè in regularia conuerti, non ita facilè regularia in ſæcularia; prout poſt alios tradit Rebuff. *in prax. benef. tit. de erect. Eccleſ. in Cathedral. ſecular. vel in alium ſtat. num. 9. ac* 10. colligitúrque ex text. *in cap. ſi Epiſcopus*, 12. *quæſt. 2. & cap. ad audientiam, il 2. de Eccleſ. ædific.* iuncto *cap. quæ ſemel*, 19. *quæſt. 3. cap. poſſeſſiones, de rebus Eccleſiar. non alienand. cap. inter quatuor, de relig. domibus, & cap. ſin. §. præcipimus, de ſtat. monach.* Tum, quòd beneficia omnia ſæcularia præſumuntur, niſi regularia probentur, vt pluribus relatis tradunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 7. numer. 2.* & Garz. *tract. de benefic. part. 1. cap. 6. num.*

168. 12. Huic affinis eſt † qualitas manualitatis, ſeu amouibilitatis beneficij: quam pariter exprimendam eſſe in ſuppreſsione eiuſdem beneficij, ex eo colligere licet, quòd & exprimi debet non modò in impetratione ipſius beneficij, ſed & in eius vnione, vt poſt alios tradit Gonz. *d. comment. reg. 8. Canc. gloſ. 5. §. 6. num. 17. cum ſeq.*

169. *Octauò*, in ſuppreſsione beneficij † impetranda (in calibus, in quibus hoſpitalia dantur in beneficium, nimirum quando id in fundatione hoſpitalis conſtitutum fuerit, vel de eius rectore per electionem ſit prouidendum, iuxta text. *in Clem. quia contingit, §. vt autem, de relig. domib.*) exprimenda eſt huiuſmodi qualitas hoſpitalitatis; quæ etiam exprimenda eſt in impetratione ipſius beneficij, *Clement. per litteras*, & *ibi* gloſ. ab aliis recepta, *verbo, prouideri, de prabend.* late Menoch. *de arbitrar. iud. caſ. 201. num. 88.* ſubdens *numer. 89.* id locum habere, licèt in reſcripto adſit clauſula, *motu proprio*, præcipuè per gloſ. ab aliis approbatam *d. Clement. per litteras, verbo, directas, de prabend.* Ratio autem deſumi poteſt ex fauore hoſpitalium, de quo *in d. Clement. quia contingit, in princip.* ac traditis per Doct. *ibi*, atque alibi ſæpe, præcipuè per Lap. de Caſtillion. *in tract. de hoſpitalit.* ferè per tot.

Nonò, vbi beneficium ſit monoculare, hoc eſt,

170. vnicum ad collationem Ordinarij ſpectans † huius qualitatis mentio habenda eſt in impetranda illius beneficij ſuppreſsione; ſicut & eam qualitatem exprimendam eſſe in ipſo beneficio impetrando poſt alios docuimus ſuprà *cap. 10. quæſt. 6. concl. 4. verſ. nonò, ſi impetrandum ſit*; nam per hanc ſuppreſsionem idem, immo multò maius præiudicium infertur Epiſcopo in beneficij collatione, quàm per ſimplicem de eo prouiſionem pro vna, aut altera vice dumtaxat.

Decimò, exprimendus erit verus vacationis mo-

171. dus, † cùm ex eius taciturnitate paratur tertio præiudicium; veluti, cùm vacat per reſignationem ad alicuius fauorem factam. Ratio eſt, quia Princeps, & Papa etiam in beneficialibus numquam cenſetur alteri præiudicare, nili exprimat, *cap. quamuis, & cap. ſi propter, de reſcript. in 6.* idque *reg. 17.* alias 18. *Cancellar. de non tollen. inr. quæſ.* cum *inibi* adnot. & ſuis concord. vnde idem dicendum erit, cùm beneficium † non vacat de facto, 172.
licèt vacet de iure, arguin. *cap. cùm noſtris, de conceſſ. prabend.* vel cùm beneficium abſenti collatum eſt, & nondum ab eo acceptatum, arg. *cap. gratia, de reſcript. in 6. & cap. ſi tibi abſenti, de prabend. eod. lib.* cum vtrobique adnot. per gloſ. & Doct. traditiſque per nos ſup. *d. quæſt. 6. concluſ. 4. in 18. ac 19. qualitate.*

Vndecima qualitas beneficij in eius ſuppreſsione exprimenda, † eſt qualitas perſonæ, quæ bene- 173.
ficium obtinebat; tunc nimirum, cùm ex ea inducitur reſeruatio, de qua *in reg. 3.* aliàs 4. *&* 31. aliàs 32. *cum ſeq. Canc.* reſeruationi enim, ſiue affectioni beneficij à ſuperiore factæ per inferiorem præiudicari non poteſt, vt conſtat ex latiùs per nos adductis *d. cap. 10. quæſt. 6. concluſ. 4. in duodecima qualitate.* Verum tamen eſt, † quòd valebit ſup- 174.
preſſio in eum ſenſum, vt effectum dumtaxat habeat poſt mortem prouiſi ab eo, qui beneficium reſeruauerat, prout in terminis poſt Æn. de Falconibus, *tract. de reſeruation. Pap. & leg. quæſt. 3. num. 4. & quæſt. 4. effect. 24.* tradit Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 7. num. 33.* quod & nos docuimus *in prad. 12. qualitate.* prout etiam generatim de vnione pluribus relatis docet idem Gonzal. *d. §. 7. numer. 136.* & Garz. *tract. de benef. part. 12. cap. 2. num. 91.* Sicque habemus duodecimam qualitatem exprimendam in ſuppreſſione beneficij, cùm nimirum † 175.
præiudicandum eſt pro ſe habenti reſeruationem illiuſmet beneficij, aut etiam primò vacaturi; immo & ſtante ſola reſeruatione generali ad nullius certæ perſonæ fauorem facta, vt per Falcon. *d. effect. 24.* Qua in re videndum, quod ſcripſimus *d. concluſ. 4. in prad. 12. qualitate*, ac præcipuè quoad decretum Concil. Tridentin. *ſeſſ. 24. cap. 15. de reformat.* quatenus *ibi* in ſpecie cauetur, ſuppreſſionem præbendarum, quæ *ibidem* Epiſcopis cum Capituli conſenſu permittitur, fieri poſſe non obſtante quacumque reſeruatione generali, vel ſpeciali, aut affectione.

Decimatertia qualitas † eſt vitium ingreſſus in 176.
beneficium, & vitium litigioſi: quæ ſicut exprimenda omnino eſt in ipſius beneficij impetratione, ex allegat. *d. cap. 10. quæſt. 6. concluſ. 4. in 13. qualitate*; ita eatenus exprimenda erit in impetranda eiuſdem beneficij ſuppreſſione, quatenus is, qui vitioſè ingreſſus eſt, gerit ſe pro legitimo poſſeſſore, ac legitima perſona ad ſuppreſſionem poſtulandam, cùm non ſit, ac præterea præiudicare poteſt ei, ad quem de iure tunc fortaſſe ſpectaret beneficium; id quod etiam in vitio litigioſi contingit: immo & quoties lis inter eum, qui ſuppreſſionem petit, & alterum pendet: nam pendentiæ litis regulariter mentio habēda in reſcriptorum quorumuis impetratione, vt habet ſtylus Curiæ, qui facit ius; *cap. ex litteris, de conſtit. & cap. quàm grani, de crim. falſ.* cum ſimil. & conſtat ex adductis à Menoch. *d. caſ. 201. num. 148. & caſ. 202. num. 4.* cum multis ſeqq. & Lancellot. *tract. de attentat. part. 2. cap. 4. in præfat. illat. 7.* ſeu *a num. 718. vſque ad 762.*

Decimaquarta, ac *decimaquinta* qualitas † eſt no- 177.
men Sancti illius, vnde beneficium Eccleſiæ inferioris denominatur, vel nomen beneficiati, per cuius mortem ſiue ciuilem, ſiue naturalem vacat beneficium, quæ vtraque qualitas, licèt regulariter exprimenda ſit in beneficij impetratione, vt conſtat ex adductis per nos ſup. *cap. 10. quæſt. 6. concluſ. 4. verſic. decimoquartò, cum impetratur, & verſ. decimoquintò, exprimendum eſt*: tamen in impetranda beneficij ſuppreſſione eatenus exprimenda erit,

quatenus

quatenus aliàs constare nequeat de corpore beneficij ; iuxta ea, quæ dicemus inf. hac ipsa quæst. *concl.* 10. ceterùm cùm vtraque qualitas ad suppressionis impetrationem extrinseca omnino sit , eius mentio in huiusmodi impetratione , mox memorato casu dumtaxat excepto , haudquaquam necessaria erit; per ea, quæ adduximus suprà *cap. 6. quæst. 3. concl. 3. circa medium.*

Decimosexto , in impetranda suppressione beneficij † exprimendum erit statutum , si quod adsit in ea Ecclesia tali suppressioni obuians : per ea , quæ quoad hoc in impetratione ipsius beneficij attulimus *d. cap. 10. quæst. 6. conclus. 4. versic. Decimosexto, si in Ecclesia*; & in commutatione vltimæ voluntatis *cap. 6. quæst. 4. conclus. 4. ad fin.* eadem enim in omnibus hisce casibus est ratio *ibidem* assignata, atque adeò eadem dispositio , vulg. *l. illud , ff. ad leg. Aquil. & cap. 2. de translat. Episc.* cum simil. 178.

Decimaseptima qualitas exprimenda in impetratione suppressionis beneficij , † est , an sit dignitas, personatus, vel officium. quod quidem satis colligitur tum ex *reg. 56. nunc 57. Canc.* quæ generali gratiarum nomine vtitur apto comprehendere impetrationem non modò ipsius beneficij , sed etiam prædictæ suppressionis : ibi enim , quod ad hanc rem attinet , statuitur , quòd in quibuscumque gratiis super beneficiis Ecclesiasticis , de qualitatibus illorum, videlicet , an dignitates , personatus , vel officia sint , mentio fiat , aliàs gratiæ desuper factæ sint nullæ ; &, si qualitates huiusmodi affirmatiuè, vel conditionaliter non exprimantur , negatiua expressè desuper fiat , in beneficiis , quæ tales qualitates , vel ex eis aliquas consueuerint habere. tum ex Trident. Concil. *sess. 25. cap. 5. de reformat.* dum *inibi* decernitur , quòd , quando ex beneficiorum quorumcumque erectione , seu fundatione , aut aliis constitutionibus qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illis onera sunt iniuncta , in beneficiorum collatione , seu in quacumque alia dispositione eis non derogetur : dispositionis namque nomen circa beneficia ita generale est , vt eorum quoque suppressionem comprehendat, vt de se patet. 179.

Decimaoctaua qualitas est , † quòd præbenda sit Subdiaconalis , Diaconalis , vel Presbyteralis ; quam ordinis annexionem explicandam esse in impetratione suppressionis beneficij , cui annexus est iure speciali , colligi potest tum ex ad iunctis per nos suprà *cap. 10. quæst. 2.* in sexta diuisione qualitatum beneficij , necnon *quæst. 4. conclus. 6.* præsertim *suppos. 4.* & deinceps. tum præcipuè ex Concil. Trident. *d. sess. 25. cap. 5. reformat.* dum verbis mox in præced. qualitate relatis , statim subiiciuntur illa verba ; idem in præbendis Theologalibus, Magistralibus , Doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus, ac Subdiaconalibus ; iuncto eo,quod de vi huius dictionis , *idem* , attulimus sup. *in quinta qualitate.* 180.

Decimanona qualitas est , † quòd præbenda sit Theologalis , Doctoralis , Magistralis . Pœnitentialis , aut similis ; quam exprimendam esse in impetratione huiusmodi præbendæ , seu Canonicatus, alteriúsve beneficij talem qualitatem habentis.colligitur ex verbis Concil. Tridentin. quæ in præced. qualitate retulimus ; adiunctis etiam iis, quæ latiùs adduximus sup. *d. cap. 10. quæst. 2.* in septima diuisione qualitatum beneficij,necnon *quæst. 4. conclus. 7. & quæst. 5. concl. 6. vers. sexta qualitas.* 181.

Vigesima qualitas est clericatus , hoc est , an impetrans sit laicus , vel clericus ; quæ † in impetratione beneficij omnino exprimenda est , *cap. cùm adeò, de rescript.* cum aliis ad id allegat. sup. *cap. 10. quæst. 6. concl. 4. versic. Vigesimoprimo, in impetratione beneficij* ; eatenus solùm meo iudicio explicanda est in eiusdem beneficij suppressione impetranda , quatenus laici nequeunt Ecclesiastica tractare negotia, *cap. 2. de iudic.* cum suis concord. 182.

Vigesimaprima,eaque postrema qualitas, quæ nũc mihi occurrit exprimenda in alicuius beneficij suppressione † , est indignitas personæ impetrantis ; ac præcipuè cùm is est excommunicatus,cùm excõmunicatus nullum rescriptum etiam gratiosum valeat impetrare:quod quidem quomodo verum sit , & ad quid prosit absolutio à censuris, quæ sit in quolibet rescripto , vt illud valeat ; & an huiusmodi clausula absolutionis ad effectum præsentium dũtaxat consequendum apponi possit ab Ordinario , & alia huiusmodi huc pertinentia petenda sunt ex iis , quæ scripsimus *d. cap. 10. quæst. 6. concl. 4. in 23. qualitate.* Nunc verò ad reliquas huius quæst. conclusiones veniamus: si priùs illud admoneamus , ne nimis in hac concluſ. prolixi simus, alias qualitates , si quæ sunt necessariò exprimendæ in impetranda beneficij suppressione , peti posse ex Doct. quos de qualitatibus in ipsius beneficij impetratione explicandis remissiuè citauimus *d. concl. 4. ad fin.* illas suppressioni beneficij iuxta regulas superiùs traditas applicando ; idque præter eas in specie exprimendas in huiusmodi suppressione impetranda , quas ponemus inf. hac ipsa quæst. in tribus concl. statim seqq. 183.

Pleraque autem alia † exprimenda in hac suppressionis beneficiorum impetratione per rescriptum iustitiæ , desumi possunt ex iis , quæ in similium rescriptorum impetratione quoad vltimarum voluntatum commutationem , vel etiam generatim exprimenda esse docuimus suprà *d. cap. 6. quæst. 4. conclus. 10.* per tot. 184.

QVINTA CONCLVSIO. Impetrans posteriorem suppressionem alicuius beneficij † non tenetur facere mentionem prioris suppressionis alterius beneficij ; secus in suppressionibus eiusdem beneficij , cùm inter vtramque suppressionem est aliqua contrarietas. Vtraque pars huius conclusionis probatur iis fundamentis , quibus vtramque quoad vltimarum voluntatum commutationem confirmauimus suprà *cap. 6. quæst. 4. conclus. 1.* Posterior pars præsentis concl. iisdem modis extenditur,ac restringitur , quibus posteriorem d. 1. conclusionis partem ampliauimus , ac limitauimus. Præcipuè verò ea restringenda est primò , vt non procedat , quando prior gratia est nulla , seu inualida , ex iis , quæ latè adduximus *d. quæst. 4. conclus. 2.* ex cuius priori ampliatione satis constat , hanc restrictionem locum habere non solùm quando prius rescriptum [illegible] um impetratum ab vna partium fuillet, & posterius ab altera , vel vtrumque ab eadem parte, aut cum eadem moderatione ; sed etiam vbi tale posterius rescriptum ea moderatione caret, quæ primo rescripto nullo fuerat adiecta. Restringitur secundò, vt non procedat , † cùm impetrans posteriorem gratiam priori aduersantem , hac non potest, aut re integra non vult vti: prout in tali casu valere atque vtilem esse posteriorem commutationis vltimæ voluntatis gratiam, in qua prioris mentio habita non sit, ex probabili sententia fusè ostendimus *d. concl. 2. ampliat. 2.* Vtraque verò huius conclus. pars declaratur , quòd † vbi earum suppressionum altera siue prior, siue posterior sit generalis , altera specialis; hæc regulariter derogabit generali , etsi etiam non habita mentione ; prout generatim in gratiis , & rescriptis tradidimus *ex. quæst. 4. conclus. 3.* ex cuius limitationibus toridem declarationes , seu moderationes huius declarationis maximè quoad priu[illegible] illius 185. 186. 187.

illius membrum, nimirum cùm prior ſuppreſſio eſt generalis, poſterior ſpecialis, facilè deſumi poterunt.

SEXTA CONCLVSIO. In impetratione ſup-
188. preſſionis alicuius beneficij † mentio facienda eſt omnium vinculorum, ſeu impedimentorum, quæ ſingula à ſuperiore ſupprimente cognita eum, vel omnino, vel certè à tali conceſſione reuocarent. Hæc concluſio ex iis fundamentis comprobatur, quibus idipſum de vltimæ voluntatis commutatione oſtendimus ſuprà *d. cap. 6. quæſt. 4. concluſ. 4.* præſertim ex Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 13. num. 91. cum duobus ſeqq.* Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 21. num. 71. cum ſeq. diſput. 23. num. 1. ac 2. & diſput. 24. num. 1.* necnon Garz. *tract. de benefic. part. 8. cap. 3. num. 54. cum ſeq.* iunctis maximè iis, quæ adduximus *d. cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 3.* docentes, hæc omnia, & ſingula eiuſmodi eſſe, vt, ſi non exprimantur, ſurreptitiam, ac nullam reddant gratiæ impetrationem, vtpote quia tunc deficit cauſa finalis ipſius gratiæ.

189. Ampliatur autem præſens concluſio primò, vt † non ſufficiat diuerſa hæc impedimenta, ſeu vincula in diuerſis eiuſdem ſuppreſſionis reſcriptis proponi, ſed in vno, & eodem reſcripto id fieri debeat; ita in quauis diſpenſatione, & gratia pluribus comprobat Sanchez *d. diſput. 23. num. 2.* & nos fuſiùs id explicantes deduximus *d. quæſt. 4. concl. 5.* ex cuius ampliationibus, ac limitationibus totidem huius primæ ampliationis declarationes ſumere li-
190. cet. Secundò ampliatur hæc concluſio, † vt, quando etiam vnicum adeſt vinculum, ſeu impedimentum in prædicta beneficij ſuppreſſione, ſed oritur ex duobus capitibus, ſeu titulis, vterque titulus in impetratione exprimendus ſit. Cuius ampliationis explicatio, & confirmatio ex iis ſumenda eſt, quæ quoad vltimæ voluntatis commutationem hac in re adduximus *d. cap. 6. quæſt. 4. concl. 6.* præcipuè ex Sanchez *d. diſput. 24. num. 5.* ex eo autem, quod idemmet ſubiicit *num. 6.* extenditur hæc ampliatio, vt procedat, etiamſi tunc adſit clauſula, *non obſtante*, reſtringitur verò ex allatis per nos *eadem concluſ. 6. circa medium*, poſt Sanchez *eod. diſp. 24. num. 7. cum duobus ſeqq.* Ampliatur tertiò, quòd,
191. † vbi vnicum etiam adeſt vinculum, ſeu impedimentum ſuppreſſionis beneficij, habet annexam notabilem circumſtantiam, & exprimi omnino debebit in talis ſuppreſſionis impetratione, aliàs ſurreptitia erit, ac nulla. quæ ampliatio ſatis probatur ex iis, quibus hoc ipſum de vltimæ voluntatis commutatione tradidimus *d. quæſt. 4. concluſ. 7.* vnde etiam cum proportione deſumi poſſunt exempla harum notabilium circumſtantiarum, quæ in impetranda beneficij alicuius ſuppreſſione exprimendæ ſunt. Denique præſens concluſio ampliatur ex ſtatim ſeq. concluſione.

SEPTIMA CONCLVSIO. Impetrans alicu-
192. ius beneficij ſuppreſſionẽ † explicare tenetur prohibitionem huiuſmodi ſuppreſſionis à fundatore ipſius beneficij factam. Hæc concluſio ſatis probatur ex iis, quibus ſup. idipſum docuimus de commutatione quidem vltimæ voluntatis, *d. c. 6. quæſt. 4. concl. 4.* de fideicommiſſi verò derogatione, *cap. 9 quæſt. 6. concluſ. 7.* vbi etiam huiuſmodi prohibitæ derogationis fideicommiſſi exemplum attulimus ex *l. quidam, ff. de vſ. & vſufr. leg.* in hæc verba; quæ legata peto, Decuriones, & rogo, ne in alios vſus conuertere velitis. neque enim hac in re negotium
193. faceſſere debet, quòd verba hæc, peto, & rogo, † apud Latinos deprecatiua, non autem præceptiua, &, cùm negationi adiunguntur, prohibitiua: nam apud Iuriſconſultos præcipuè in teſtamentis, & aliis ſimilibus vltimis voluntatibus vim præcepti, ac prohibitionis obligatoriæ habent, vt patet cum ex aliis pleriſque iuribus, tum ex allegat. per nos ſuprà *cap. 10. quæſt. 6. concluſ. 7. circa initium*: vbi poſtmodum latiùs explicauimus, an, & quando ſuſtineri debeat prohibitio teſtatoris, ne Epiſcopus, aut alius ſuperior Eccleſiaſticus in executione ſuæ vltimæ voluntatis, aut contra eam ſe intromittat. Atque hæc de ſurreptione ob taciturnitatem qualitatum exprimẽdarum in impetranda beneficij ſuppreſſione. Iam de obreptione ob falſam earumdem qualitatum expreſſionem in ferè omnibus ſequentibus huius quæſt. concluſionibus dicamus.

OCTAVA CONCLVSIO. Falſa expreſſio ſingulorum, quorum taciturnitas nullam, ac ſurreptitiam redderet impetrationem ſuppreſſionis beneficij, † eamdem impetrationem vitiat. Proba- 194.
tur; quia in eo concurrit ſurreptio, ſeu veri taciturnitas, & obreptio, hoc eſt, falſi expreſſio, quòd reſcripta vitiant, gratiæ quidem ipſo iure, iuſtitiæ verò ope exceptionis, vt ſatis oſtendimus ſup. *cap. 6. quæſt. 3. præmiſſ. 4.* quare omnes qualitates, quas ſup. hac ipſa quæſt. *concluſ. 3. & 4.* exprimendas fore in huiuſmodi ſuppreſsionis beneficij impetratione ad ſurreptionem vitandam generatim docuimus; illæ nimirum, quæ de iure, vel ſtylo Curiæ in ea impetratione exprimi debent, aut, ſi exprimantur, omnino retraherent Principem à conceſſione, vel inducerent ad concedendum cum aliquo moderamine; quáſque ſpecialiter recenſuimus *d. concluſ. 4. cum tribus ſeqq.* eædem quoque, ſi falsò exprimantur, ſuppreſsionem prædictam, ſeu eius impetrationem vitiabunt. id quod etiam confirmatur tum ex eo, quod de diſpenſatione obtenta ex falſa cauſa, vt nulla ſit, tradit Alphonſ. Hoied. *tract. de incompatib. benef. part. 2. cap. 12. num. 37.* ac de ſimili vnione, poſt alios Garz. *d. tract. de benef. part. 12. cap. 2. num. 113. & 115. cum ſeq.* vbi idem docet de vnione motu proprio facta, ex adductis per ipſum *part. 1. cap. 5. num. 102.* Hæc verò falſa cauſa intelligenda eſt ea, quæ non eſt ſolùm impulſiua, ſed finalis, hoc eſt, quando, ea falſitate expreſſa, ſuperior, aut gratiam omnino non conceſsiſſet, aut non eo modo; prout in qualibet gratia docet, ac pluribus probat Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 21. num. 32.* ex quibus & aliis idipſum nos generatim tradidimus ſup. *d. cap. 6. quæſt. 3. concl. 4.* Prædictas igitur omnes, & ſingulas ſpeciales qualitates in beneficij ſuppreſsione exprimendas, quas *d. concluſ. 4. huius quæſt.* retulimus, hîc pro repetitis habentes, illam attuliſſe ſufficiet, quam colligere ex iure licet etiam falsò expreſſam vitiare huiuſmodi ſuppreſsionis impetrationem, ea verò eſt † falſa expreſ- 195.
ſio veri valoris beneficij ſupprimendi: dum enim *in reg. 21.* aliàs *22. Canc.* diſponitur, quòd, ſi verus valor huiuſmodi beneficij in eius ſuppreſsione non exprimatur, ipſa gratia ſuppreſsionis nulla eſt, ſatis inde conuincitur, eam vitiari à falſa eiuſdem valoris expreſsione; cùm eo ipſo, quòd falſus illius beneficij valor exprimitur, verus eiuſdem valor non exprimatur. De aliis autem ſpecialibus qualitatibus, quæ falsò expreſsè in huiuſmodi ſuppreſsionis impetratione eam vitiant, dicemus inf. hac ipſa quæſt. *concl. 9. vſque ad 12.* Nunc verò, antequam præſenti concluſioni finem imponamus, nonnullas eiuſdem declarationes afferamus, ex quibus tertia, & ſequentes, vt non longè ab initio quartæ concl. admonuimus, ad eam quoque concl. pertinebunt.

Declaratur igitur primò præſens concluſio, vt † 196.
expreſsio falſæ cauſæ, ſeu qualitatis, quæ vere expreſſa

preſſa, ſed omiſſa, ac tacita faciliorem redderet ſuperiorem ad concedendam ſuppreſſionem beneficij, ſi ea cauſa tali ſuppreſſioni adiecta ſit demonſtrationis gratia, eam non vitiat: ſecus verò, ſi adiecta ſit taxationis gratia. Quæ declaratio quoad vtrumque membrum confirmatur ex iis, quibus vtrúque comprobauimus generatim quidem quoad vltimæ voluntatis commutationem, & quamuis gratiam ſup. *cap. 6. queſt. 3. concl. 6. ante med.* ac ſpeciatim quoad derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum *cap. 10. queſt. 6. concluſ. 8. declarat. 1.* In prædicta verò *concluſ. 6. circa med. vſque ad fin.* nonnullas regulas tradidimus ad dignoſcendum, quandónam diſpoſitioni aliquid cenſeatur adiectum demonſtrationis vel taxationis gra-
197. tia. Declaratur ſecundò, quòd † vbi in ſæpiùs memorata beneficij ſuppreſſione vnica cauſa etiam impulſiua exprimitur, ſi ea falſa ſit, corruit gratia, vt conſtat ex iis, quibus idipſum in quauis gratiâ poſt Sanchez, qui alios allegat *d. lib. 8. de matrimon. diſp. 21. num. 41. & 45.* nos tradidimus *d. cap. 6 queſt. 3. concluſ. 7.* ſi verò plures cauſæ ſiue diſiunctiuè, ſiue copulatiuè exprimantur, quarum aliquæ ſint veræ, aliæ falſæ, vera exiſtente cauſa illa, qua reſcriptum nititur, falſitas ceterarum cauſarum nihil oberit; prout ex iis patet, quibus hoc idem pariter in quauis gratia docuimus *d. queſt. 3. concluſ. 8:* poſt eumdem Sanchez *in cit. diſput. 21. numer. 42.* & alios nonnullos. Declaratur tertiò tam hæc de obreptione, ſeu falſa expreſſione, quàm præcedens quarta concluſio, quæ eſt de ſurreptione,
198. ſeu veri taciturnitate; quòd † licèt probabile ſit, iuſtam, ſeu probabilem ignorantiam facti, vel iuris in eo tacendo, quod exprimendum erat, vel falsò aliquid exprimendo, cuius veritatem ſi nouiſſet ſuperior, prædictæ ſuppreſſionis gratiam aut prorſus non conceſſiſſet, aut non eo modo: huiuſmodi gratiam excuſare à nullitate: tamen probabilius eſt, eam ignorantiam non excuſare, niſi cùm ſuperior prædictam gratiam conceſſiſſet quidem, verùm non eo modo, ſed cum aliquo moderamine. Huius declarationis vtrumque membrú ex iis comprobatur, quibus vtrumque confirmauimus *d. cap. 6. queſt. 3. concluſ. 9.* quæ fundamenta æquè procedunt in omni gratia. Declaratur quartò hæc, & me-
199. morata quarta concluſio, quòd, † vbi quis aut beneficium ſupprimendum, aut ipſius ſuppreſſionis cauſam ſub dubio expreſſiſſet; cùm tamen certus is foret, illud exiſtere, aut hanc non ſubeſſe, nulla eſt ipſo iure gratia obtenta; ex iis, quibus vtrumque de vltimæ voluntatis commutatione poſt alios tradidimus *d. concluſ. 9. ad fin.* Quintò declaratur,
200. quòd, † vbi per fraudem, vel malitiam tacitam fuit verum, vel expreſſum falſum in impetranda prædicta ſuppreſſione beneficij, tunc omnino vitiatur gratia, licèt ea taciturnitas, vel expreſſio ſolùm cauſa fuerit, vt ea gratia ſub tali forma ſit conceſſa; prout in quolibet reſcripto poſt alios, præcipuè per text. *in cap. ſuper litteris, §. nos igitur, de reſcript.* docuimus id limitantes *d. queſt. 3. concluſ. 10.* De-
201. claratur ſextò, quòd, † vbi partes eiuſdem reſcripti ſuppreſſionis alicuius beneficij non ſunt omnino ſeparatæ, ſeu habent connexionem adinuicem, quia eundem finem, cauſámve reſpiciunt, veri taciturnitas, aut expreſſio falſi in vna parte reſcripti vitiat aliam: ſecus, ſi ſint omnino ſeparatæ; prout quoad vtrumque in quolibet reſcripto poſt alios tradit Sanchez *d. diſput. 21. numer. 71. & ſeq.* cum aliis per nos adductis *d. queſt. 3. concluſ. 11.* vbi hoc poſtremum alios ſecuti reſtrinximus, niſi ſurreptio, vel obreptio in vna parte reſcripti fuiſſet cauſa obtinendi reliquas etiam ſeparatas. Septimò declaratur, quòd † doloſa taciturnitas veri, vel ex-
202. preſſio falſi in vna parte gratioſæ ſuppreſsionis alicuius beneficij non irritat ipſo iure, & in foro conſcientiæ partem illam connexam, quæ vitio ſurreptionis, vel obreptionis caruit; ſed opus eſt iudicis declaratione: ita in diſpenſatione, & quauis gratia Sanchez, cuius fundamenta retulimus *d. cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 12.* in cuius fine idipſum multò maiori ratione locum habere docuimus quoad conceſsionem per reſcriptum iuſtitiæ obtentam. Declaratur octauò, quòd † veri taciturnitas, vel
203. falſi expreſsio circa cauſam, quæ tantùm impulſiua fuit prædictæ ſuppreſsionis beneficij, non vitiat totum reſcriptum; prout in quouis reſcripto tradit Sanchez *d. diſput. 21. numer. 74.* ac nos *d. quæſt. 3. concluſ. 13.* Declaratur demum tam præſens octaua, quàm præcedens quarta concluſio, quòd, † li-
204. cèt in impetratione memoratæ ſuppreſsionis beneficij, ſeu in precibus, ſupplicíve libello, quibus ea poſtulatur, neceſſaria præcisè non ſit expreſsio alicuius cauſæ ſiue finalis, ſiue impulſiuæ; ita, vt, ſi talis expreſsio prætermittatur, nulla ſit impetratio: ea tamen expreſsio valde vtilis eſt, & expediens. Cuius declarationis quoad vtrumque membrum confirmatio ex iis deſumenda eſt, quibus vtrumque in vltimæ voluntatis commutatione comprobauimus *d. cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 14. éáque vlt.*

NONA CONCLVSIO. Falſa expreſsio, ſeu error in nomine illius, ad cuius fauorem impetra-
205. tur ſuppreſsio alicuius beneficij, † eam non vitiat, vbi aliàs conſtet de corpore, hoc eſt, de perſona illius, cui fit impetratio. Quæ concluſio ex iis probatur, quibus illam in commutatione vltimæ voluntatis confirmauimus ſuprà *cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 1.* præcipuè per text. *in l. ſi in nomine, C. de teſtament. & §. ſi quis in nomine, Inſtitut. de legat.* cum aliis generatim in quauis gratia adductis à Sanchez *lib. 8. de matrimon. diſput. 21. numer. 37.* qui *numer. ſeq.* id extendit etiam vbi concedens gratiam nouit perſonam, cui ea petita fuit: niſi ex circumſtantiis appareret à concedente conſideratam, ſeu ſpectatam eſſe perſonam ſibi cognitam.

Ipſa verò concluſio declaratur, quòd, † ſi er-
206. ror contigerit non in nomine proprio, ſed in nomine diœceſis eius, cui reſcriptum huiuſmodi ſuppreſsionis impetratur, vt ſi expreſſum fuerit, eum eſſe diœceſis Cremonen. cùm ſit Brixien. reſcriptum illud neuter Ordinarius exequi poterit: vt in diſpenſatione multis defendit Sanchez *d. diſput. 21. numer. 39.* cum aliis per nos hac in re quoad vltimæ voluntatis commutationem allegatis *d. quæſt. 5. concluſ. 6.* ſecus fore, *concluſ. 5.* oſtendentes vbi error contigerit in diœceſi eius, contra quem commutatio, & in noſtra ſpecie ſuppreſsio alicuius beneficij impetrata fuit per reſcriptum iuſtitiæ. Quod
207. quidem primò non procedit † in caſu *cap. Rodulphus, de reſcript.* vbi cauetur, quòd per reſcriptum iuſtitiæ impetratum contra homines certæ diœceſis cum clauſula generali, & quidam alij, non poterunt conueniri homines illius ciuitatis: ſecus autem vbi illud quis impetraſſet contra Archiepiſcopum, vel Epiſcopum certæ diœceſis, & quoſdam alios; prout latiùs *d. concluſ. 5.* deduximus. Secundò non procedit, † cùm actor errat in propria
208. diœceſi, vt poſt alios in quouis reſcripto iuſtitiæ docuimus *d. concluſ. 5. in fin.* & confirmatur ex mox allata principali declaratione præſentis concluſionis.

DECIMA CONCLVSIO. Falſa expreſsio, ſeu

ſeu error in vocabulo, aut alia demonſtratione be-
209. neficij ſupprimendi, † vbi aliàs ſatis conſtet, quòd de eo ſenſerit concedens, & impetrans, talem ſuppreſſionem, ſeu impetrationem non vitiat. exempla verò erroris, ſeu falſæ expreſſionis tam in vocabulo, quàm in alia demonſtratione attuli ſup. *cap. 10. quæſt. 6. concluſ. 10. circa initium.* Probatur nunc prior pars huius concluſ. ex iis fundamentis, quibus priorem partem *d. concluſ.* 10. confirmauimus; maximè ex *l. ſi quis in fundi vocabulo, in princ. ff. de legat. 1. & l. ſi Fortidianum, C. de legat.* Poſterior autem pars probatur ex *l. demonſtratio falſa, in princ. & l. quibus diebus, §. qui decalem, ff. de condit. & demonſtr.* ex quibus iuribus, & aliis, quæ allegauimus *d. quæſt. 6. concluſ. 10. & cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 6.* necnon *quæſt. 5. concluſ. 3.* Doctores eam regulam ſumunt, falſa demonſtratione legatum non vitiari, aut ex ea rei veritatem in quauis diſpoſitione non mutari. quæ quidem regula locum non habet vbi falſa demonſtratio fuerit per modum conditionis adiecta, *l. Stichum, ff. de legat. 1.* cum aliis ad id allegat. *d. concluſ. 3.* ex qua, necnon ex *d. concluſ. 6. & cap. 5. quæſt. 15. concluſ. 2.* habes, quænam ſit ſimplex demonſtratio, vel potiùs conditio, ſeu quando diſpoſitioni aliquid demonſtratiuè, vel potiùs taxatiuè, ſeu conditionaliter adiectum cenſeatur.

VNDECIMA CONCLVSIO. Falſa cauſa
210. adiecta ſuppreſſioni alicuius beneficij † regulariter ipſam ſuppreſſionis gratiam non vitiat. ita quoad legata cauetur *in l. demonſtratio falſa, §. quod autem iuris, & l. cùm tale legatum, §. falſam cauſam, ff. de cond. & demonſtr.* atque item *in §. longè magis, Inſtit. de legat.* quoad alias verò diſpoſitiones *in cap. ex parte, il 2.* iuncta gloſ. *in verbo, falſa ſit cauſa, de conuerſ. coniugat.* vnde etiam petere licet exempla falſæ cauſæ. Ratio verò huius concluſionis petenda eſt ex *l. certum, ff. ſi cert. petat. & l. nominatim, in princ. ff. de condit. & demonſtr.* quas *d. cap. 6. quæſt. 5. concluſ. 3.* in ſimili ponderauimus. Limitanda verò pariter eſt hæc concluſio, niſi falſa cauſa per modum conditionis, ſeu cauſæ, ac rationis finalis adiecta ſit; huiuſmodi enim falſa cauſa vitiat diſpoſitionem, vt conſtat ex *d. l. demonſtratio falſa, §. at, ſi conditionaliter, ff. de condit. & demonſtrat.* cum aliis iuribus ad id per nos citat. *d. quæſt. 5. concluſ. 4. verſ. hæc verò concluſio.* vbi etiam, iuncta *præced. concluſ. ad fin.* oſtendimus ad limites huius conditionis, ſeu rationis, & cauſæ finalis diuiduæ reſtringi, ac limitari diſpoſitionem diuiduam.

DVODECIMA CONCLVSIO. Falſa ex-
preſsio vnius maioris vinculi, ſeu impedimenti loco minoris diuerſæ ſpeciei; vel minoris loco maio-
211. ris eiuſdem ſpeciei; † impetrationem ſuppreſſionis beneficij vitiat: ſecus verò, ſi maius vinculum pro minori in eadem ſpecie fuerit expreſſum. Hæc concluſio, vt de ſe patet, tres partes habet. Quarum prima probatur ex iis, quibus ſup. *cap. 6. quæſt. 5. concluſ. 7. circa initium*, hoc ipſum quoad vltimæ voluntatis commutationem, & alias gratias oſtendimus, poſt Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 24. numer. 19.* Secunda pars ex iis fundamentis confirmatur, quibus eamdem pariter quoad commutationem vltimæ voluntatis comprobauimus *d. concluſ. 7.* in poſteriori eius parte, potiſsimùm ex Sanchez id latiùs tradente in diſpenſatione ſuper impedimentis matrimonij *d. diſput. 24. numer. 18.* Hæc verò vtraque pars præſentis concluſ. extenditur, vt locum etiam habeat, quamuis tempore impetrationis adeſſet communis error, iuxta id, quod falsò expreſſum fuit: ex iis, quæ hac in re quoad matrimonialem diſpenſationem idem Sanchez fuſiùs adducit, *cad. diſput. 24. numer. 20.* Tertia denique pars huius concluſ. ex iis ſatis conſtat, quibus illud ipſum in impetranda vltimæ alicuius voluntatis commutatione oſtendimus *d. quæſt. 5. concluſ. 8.* vnde etiam huius rei exemplum deſumi poteſt; nimirum, ſi narretur, huiuſmodi ſuppreſsioni obſtare ſtatutum Synodi Prouincialis, aut diœceſanæ; cùm tamen in priori caſu obſtet dumtaxat Synodus diœceſana, in poſteriori verò ſolum ſtatutum peculiaris illius Eccleſiæ, in qua ſitum eſt beneficium, cuius ſuppreſsio poſtulatur. Hæc autem poſtrema præſentis concluſ. pars reſtringitur, vt non procedat in falſa expreſsione vinculi, ſeu impedimenti, quod de iure, aut ſtylo Curiæ verè foret exprimendum: tunc enim, ſicut ſurreptio, ſeu taciturnitas veri, ita obreptio, hoc eſt, falſi expreſsio vitiat conceſsionem, licèt Princeps, aliúſve ſuperior rei notitiam non habens, ſi veritatem ſciret, faciliùs gratiam concederet, iuxta ea, quæ generatim de reſcriptis gratiæ, & vltimarum voluntatum commutatione tradidimus ſup. *cap. 6. quæſt. 3. concluſ. 1. 2. & 4.* necnon *quæſt. 5. concluſ. 8. ad fin.* & in ſpecie quoad beneficiorum ſuppreſsionem ſup. *in præſenti cap. & quæſt. concl. 3. & 8. circa initium.*

DECIMATERTIA CONCLVSIO. Non
poteſt quis ſine ſpeciali mandato † impetrare alte-
212. ri reſcriptum ad lites, cui acceſſoria ſit ſuppreſſio alicuius beneficij: ſecus verò, vbi ea impetratur per reſcriptum gratiæ. Prior pars probatur, quia reſcriptum ad lites, quod tunc eſt principale, nequit ſine ſpeciali mandato impetrari, *cap. nonnulli, §. ſunt & alij, de reſcript.* cum aliis ad id per nos adductis ſup. *cap. 6. quæſt. 6. præmiſſ. 3. & concluſ. 1.* iuncto eo, quòd acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, *l. cùm principalis, ff. de reg. iur. & cap. acceſſorium, eod. tit. in 6.* cum ſuis concord. Extenditur verò hæc prior præſentis concluſionis pars primò, vt nec ſufficiat, generali mandato adiectam eſſe clauſulam illam generalem, *& generaliter ad omnia etiam exigentia mandatum ſpeciale*; niſi in eo mandato generali exprimantur aliqua ſimilia, vel maiora, quæ mandatum exigant ſpeciale, ac deinde adiiciatur prædicta clauſula generalis. Secundò extenditur, vt neque etiam ſufficiat mandatum cum libera. Cuius vtriuſque extenſionis, ſeu ampliationis comprobatio ſumenda ex iis eſt, quæ *d. quæſt. 6. ante 1. præmiſſ.* attulimus. Reſtringenda verò eſt hæc eadem prior pars præſentis concluſionis quatuor modis, quibus prædictam primam concluſionem limitauimus. Poſterior autem huius eiuſdem concluſionis pars iiſdem fundamentis confirmatur, quibus *d. quæſt. 6. concluſ. 2.* probauimus, reſcriptum gratioſum commutationis alicuius vltimæ voluntatis abſque mandato impetrari poſſe etiam extraneo: quod *inibi* extendimus ad illud quoque reſcriptum gratiæ, in quo alicui acceſſoriè data ſit poteſtas, & iuriſdictio ad defendendum aduersùs contradictores eum, qui gratiam omnino perfectam obtinuit, hoc eſt, in forma, vt vocant, gratioſa: ſiue etiam fortaſſe vbi talis iuriſdictio data ſit ad ipſius gratiæ executionem, ſeu in forma, quam commiſſariam appellant, & in beneficialibus in forma dignum, de quo reſcripto plura inter ceteros Rebuff. *in praxi benefic. part. 1. tit. de reſcripto*, dignum arbitramur, & multi quos refert Garz. *tract. de benefic. part. 6. cap. 2. numer. 4.* cum nonnullis ſeqq. ex quibus etiam Doctoribus licet colligere, iſtiuc eſſe quamdam ſpeciem man-

dati de prouidendo, de quo habetur quoque in iuribus, ac Doctor. per nos citat. *cap. præced. quæst. 6. conclus. 13. in fin.*

DECIMAQVARTA, & poſtrema CONCLVSIO. Gratia ſuppreſſionis alicuius beneficij, aut commiſſionis ad illud ſupprimendum alteri im-
213. petrata † ei non prodeſt, niſi poſt eiuſdem ſcientiam, & acceptationem ab ipſo, vel alio ab eo ſpeciale mandatum habente factam. Quòd ſit neceſſaria ſcientia talis gratiæ in illo, cui ea impetratur, neque antea eidem proſit, probatur ex iuribus, & Doctoribus quoad hoc in vltimæ voluntatis commutatione, atque in omni priuilegio, & gratia per nos adductis ſup. *cap. 6. quæſt. 6. conclus. 3. circa initium*, oſtendentes quoque, hanc notitiam non per quemcumque habendam fore, ſed per impetrantem, aut concedentem ipſam gratiam, alteriúſve illorum procuratorem, aut nuntium. Id au-
214. tem *ibidem* tribus modis reſtrinximus. Primò, † vt ſaltem inferior ſupremo Principe huiuſmodi gratiam nequeat reuocare, antequam ad eius notitiam perueniat, cui fuit impetrata. Secundò, vt eius notitia non requiratur, qui ex ea gratia damnum ex quadam conſequentia ſentit. Tertiò, vt locum non habeat vbi quis per ſuum procuratorem, vel nuntium eam gratiam impetrat; ſed ſolùm cùm conceditur motu proprio, vel ad inſtantiam alterius ab illo, cui ea prodeſſe deber. Quòd verò is acceptare debeat, cui talis gratia impetratur, vel alius ex eius mandato ſpeciali, ſatis colligitur ex §. *illud tamen*, aliàs §. *ſit igitur, verſic. generaliter autem, in auth. quib. mod. natur. effic. ſui, & cap. ſi tibi abſenti, de prabend. in 6.* cum aliis ad id per nos quoad vltimæ voluntatis commutationem allegat. *d. cap. 6. quæſt. 6. conclus. 3. ad fin.* vnde etiam deſumi poteſt vna huius rei ampliatio, ac reſtrictio, vt nimirum, ſi vinculum, ſeu impedimentum, quod in alicuius beneficij ſuppreſſione tollitur, ſit diuerſum in duabus perſonis, ad quas ea ſuppreſsio pertinet, ab vtraque debeat talis ſuppreſſio acceptari; ſi verò vnius perſonæ proprium ſit, illius acceptatio ſufficiat: ac denique vbi illud vnicum ſit, & vtrique commune, ſat ſit earum alterius acceptatio. Ex quibus finis iam ſit præſenti quæſtioni.

SVMMÆ RERVM.

215. *Suppreſſiones beneficiorum, quæ priuata auctoritate fieri poſſunt, non ſunt neceſſariè committenda Ordinario, aut ab eo, alióve ſuperiore poſtulanda, niſi de tali auctoritate dubitetur.*

216. *Suppreſſiones beneficiorum, quæ à Papa, vel Ordinariis, aliiſve eo inferioribus fieri poſſunt, an ſint neceſſariò aliis committenda; & ibi, quid ſi inferiores, cùm debent, ſupprimere nolunt, aut nequeunt.*

217. *Suppreſſiones beneficiorum, quæ à Papa in forma commiſſaria conceduntur, cõmittenda ſunt in partibus locorum Ordinariis; & ibi intellectus reg. 21. aliàs 22. Canc. & an committi poſſint Prælatis, & omnibus habentib. iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem; num. 218.*

219. *Suppreſſiones beneficiorum, quæ à Papa conceduntur in forma gratioſa, an, & quomodo ab Ordinariis recognoſcantur.*

220. *Clauſulæ præcipuæ, quæ in ſuppreſſionibus beneficiorum apponuntur, remiſsiuè.*

221. *Suppreſsio beneficij non requirit citationem propriè dictam, vbi etiam ad eam quos vocari debeat ſupra, niſi poſt legitimam contradictionem. vbi autem in eius commiſsione adſit clauſula, vocatis vocandis, omnino requirit vocationem eorum, qui læsi poſſunt. 222. & ſeq.*

223. *Intellectus reg. 21. aliàs 22. Canc.*

224. *Vocari debent, qui læsi poſſunt ex ſuppreſsione beneficij, licet in eius commiſsione non adſit clauſula, vocatis vocandis, vel, quorum intereſt: ſi tamen aliquorum vocatio omittatur, ſuppreſsio quoad vocatos valet.*

225. *Epiſcopus an vocandus ſit ad vnionem beneficiorum, ſeu Eccleſiarum à legato, aut ex commiſsione Papæ faciendam.*

226. *Conſenſus patroni, ac inferioris collatoris, & electorum requiritur in vnione, ac ſuppreſsione beneficij.*

227. *Conſenſus alicuius ad aliquem actum requiritur, aut ratione intereſſe, aut ratione ſolemnitatis; & an vterque intercedere poſsit poſt actum; & dnob. num. ſeqq.*

228. *Conſenſus Capituli Cathedralis an requiratur ad vnionem beneficiorum ratione intereſſe, & poſsit poſtea intercedere.*

229. *Conſenſus pro forma, & ſolemnitate requiſitus, an poſsit etiam ex intervallo poſt actum intercedere; cum aliquot num. ſeqq.*

230. *Intellectus c. cum nos, de his, quæ fi. a prel. ſin. conſ. Capit. & ibi quid importet verbum accedere.*

231. *Intellectus cap. cura, & c. ſuggeſtum, de iurepatr.*

232. *Conceſſio Eccleſiæ requirit pro forma, & ſolemnitate conſenſum Epiſcopi: iſque non ideo magis poterit intercedere ex intervallo poſt actum, quod ſimul cum Eccleſia aliqua iura Epiſcopi transferant; & ſic eius conſenſus etiam exigatur ratione intereſſe; num. 233.*

234. *Tutoris auctoritas an poſsit intercedere ex intervallo poſt actum. & quid in decreto iudicis; num. 235. & ibi intellectus l. magis puto, §. non paſſim, cum ſeq. ff. de reb. eor. & l. 2. C. ſi propt. publ. penſit.*

235. *Intellectus l. cum hi, §. ſi prætor, ff. de tranſact. & cap. auditis, de elect.*

236. *Intellectus l. quid ergo, in princ. ff. de his, qui not. infam. & ibi quando conſenſus inferioris, de cuius præiudicio non agitur, debeat ſimul intercedere.*

237. *Conſenſus requiſitus ratione præiudicij an ſufficiat tacitus. & quid in requiſito pro forma, & ſolemnitate; num. 251.*

238. *Suppreſſio beneficiorum, quæ à Papa, vel ex eius auctoritate fit, an requirat conſenſum, vel conſilium Capituli Eccleſiæ Cathedralis. & quid in facienda à legato ſedis Apoſtolicæ; n. 239. aut ab Epiſcopo; n. 240. cũ duob. n. ſeqq.*

241. *Epiſcopus vnire non poteſt vnam Eccleſiam alteri Eccleſiæ, dignitati, vel prebendæ, aut eam religioſo loco donare abſque conſenſu Capituli Eccleſiæ Cathedralis.*

242. *Intellectus Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 15. de reform. & in quo conueniat, aut diſcrepet à Clem. 2. §. fin. de reb. Eccleſ. non alienand. cum duob. num. ſeq.*

243. *Epiſcopus an, & quando cum Capituli ſui conſenſu poſsit alterius eorum menſæ Eccleſiam, ſeu beneficium aliquod vnire, vel prebendis, aut diſtributionib. num. 244.*

245. *Epiſcopus an poſsit auctorizare ſuppreſsionem dignitatis, vel prebendæ factam à Capitulo, etiam eius fructus applicando menſæ Capitulari, vel diſtributionibus, maximè*

mè cùm bona Capituli, & Epiſcopi ſunt diuiſa.

246. *Applicatio fructuum prabendarum ſuppreſſarum facta vigore Concil. Trident. an facta dicatur menſa Capitulari.*

247. *Diſtributiones, quas Clerici Eccleſia Collegiata capiunt de manu Capituli, dicuntur de menſa Capitulari, idemque eſt in menſa, ſeu maſſa groſſa, vel prabendis indiſtinctis; numer. 248.*

249. *Suppreſſio prabendarum in Eccleſia ſimplici Collegiata requirit conſenſum Capituli ipſius. & an conſenſum etiam Capituli Eccleſia Cathedralis; num. 250.*

251. *Conſenſus Capituli Eccleſia Cathedralis requiſitus in ſuppreſſione beneficiorum etiam Eccleſia inferioris, ſufficit, quòd interueniat etiam ex intervallo poſt actum; & quòd ſit tacitus; quod idem eſt in conſenſu Epiſcopi.*

252. *Uniones beneficiorum, & applicationes, atque incorporationes fructuum pro ſeminario vigore Concil. Trident. an requirant conſenſum Capituli, vel ſufficiat conſilium illorum de Capitulo, & Clero, quorum ibi meminit Concilium.*

253. *Reditus prabendarum, & beneficiorum quemodo taxandi ſint, quando illorum aliqua ſunt ſupprimenda; cum pleriſque num. ſeqq.*

254. *Arbitrio boni viri, hoc eſt, iudicis, ſeu ſuperioris regulato reliquendum eſt id, quod non fuit à iure definitum, maximè in quantitate taxanda.*

255. *Reditus Canonicatus cùm prabenda aliqua ſupprimenda ſunt, in ea quantitate taxari, ſeu aſſignari cuique Canonico debent, vt poſſit non præcisè, verùm congruè, ac decenter viuere.*

256. *Titulum ordinationis ſiue beneficialis, ſiue patrimonialis ſufficere debet ad honeſtam, & commodam ſuſtentationem; & idem in portione aſſignanda Vicariis ponendis in Eccleſiis parochialibus, ſiue ij temporales ſint, ſiue perpetui.*

257. *Clerici tot ſuſcipi debent in Eccleſiis Collegiatis, quot ſe regere de bonis Eccleſia abſque pecunia poſſint; & ibi an idem ſit viuere abſque pecunia, & viuere commodè.*

258. *Viuere decenter, commodè, congruè, competenter, vel honestè idem important.*

259. *Intellectus cap. Epiſcopus, & cap. cum ſecundùm. de præb. necnon cap. ſi Epiſcopus, eod. tit. in 6. & Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. de refor.*

260. *Suſtentatio congrua beneficiati an comprehendat expenſas, & onera temporalia incumbentia beneficio.*

261. *Qualitas perſonarum, & loci attendenda eſt in taxatione congrua ſuſtentationis clerici; & duob. num. ſeqq.*

262. *Alimenta, victus, & vita ſuſtentatio an idem importent.*

263. *Victus, & alimenta debentur, & taxantur iuxta qualitatem perſonarum.*

264. *Qualitas clerici in eius congrua ſuſtentatione taxanda an attendenda ſit ſolùm, vt clericus eſt, ſeu ratione beneficij, vel etiam, vt talis perſona eſt, vtpote, nobilis, filius Principis, &c.*

265. *Miniſtrorum quoque neceſſariorum clerico pro dignitate perſonæ ratio habenda eſt in taxanda eius congrua ſuſtentatione. & quid de cibariis equorum neceſſariorum; numer. 266.*

267. *Neceſſaria omnia ad victum, atque inter hæc veſtis, & habitatio ſubminiſtranda ſunt clerico, cui victus, ſeu alimenta debentur. idemque in medicinis; num. 268.*

269. *Quantitas 30. 40. aut etiam 50. aureorum an indiſtincte ſufficiat ad titulum ordinationis; vel in retentione congruæ ſuſtentationis; & duob. num. ſeqq.*

270. *Penſio ſuper Canonicatu, aut ſimili dignitate quantum ei relinquere debeat. & quæ quantitas in parochialium Eccleſiarum rectoribus, aut earum Vicariis, cùm pius locis vnita ſunt, taxata videatur; num. 271.*

QVÆRO SEPTIMO, quænam forma obſeruanda ſit à ſuperiore beneficium aliquod ſupprimente.

Poſteaquam in præcedenti quæſtione de ea cauſæ formalis, ſeu formæ in beneficiis ſupprimendis obſeruandæ parte egimus, quæ ad impetrantem pertinet: ſequitur nunc, iuxta ordinem quem initio eiuſdem quæſt. propoſuimus, vt in præſenti quæſt. de ea prædictæ cauſæ formalis ipſius ſuppreſſionis parte diſſeramus, quæ ad ipſum concedentem, ſeu eius commiſſarium pertinet, ſeu de forma, quæ ab eo in huiuſmodi ſuppreſſione debet obſeruari. Id quod nonnullis propoſitis concluſionibus more noſtro exequemur.

PRIMA igitur CONCLVSIO ſit. Suppreſſiones illæ beneficij, † quæ priuata fieri auctoritate poſſunt, (& à nobis explicatæ fuerunt potiſſimùm *quæſt. 5. huius cap.* in prioribus quatuor illius quæſt. concluſionibus;) non ſunt neceſſariò committendæ Ordinario, aut ab eo, alióve ſuperiore poſtulandæ. Quæ concluſio probatur ex iis, quibus ſup. *cap. 7. quæſt. 1. concluſ. 1.* hanc ipſam concluſionem quoad vltimæ voluntatis commutationem comprobauimus. vnde etiam ſumenda eſt illa præſentis concluſionis limitatio, vt, cùm dubium eſt, an poſſit priuata auctoritate beneficium ſupprimere, ſeu ad eius ſuppreſſionem concurrere, tunc ad illum ſuperiorem confugiendum ſit, qui aliàs talem ſuppreſſionem facere poteſt: quæ limitatio ex eo etiam confirmatur, quod de abſolutione ad cautelam à cenſura, vt ab eo impertienda, & impetranda ſit; qui aliàs ſimpliciter ab illa cenſura poteſt abſoluere, poſt alios tradidimus ſup. *cap. 10. quæſt. 7. concluſ. 1. ad fin.* 215.

SECVNDA CONCLVSIO. Suppreſſiones beneficiorum, quæ à Papa, vel ordinariis, aliiſve Rom. Pontifice inferioribus fieri poſſunt, † non ſunt neceſſariò iiſdem inferioribus à ſuperiore committendæ: ſed eas ipſimet exequi valent; atque etiam inferiores prædicti proprias tunc maximè debent, cùm ius eaſdem ab ipſis fieri mandat: verùm cùm hi facere id nequeunt, aut nolunt, tunc ſuperior ipſe, aut ſupprimet, aut ſuppreſſionem alteri committet. Prima huius concluſionis pars, quòd nimirum Papa nõ teneatur Ordinario, alteríve committere ſuppreſſionem beneficij, quam ipſe facit, ſeu facere vult; probatur, tum quòd nullo id iure cauetur; tum quòd, vbi aliquod tale ius adeſſet, ei Rom. Pontifex non ſubeſſet, ex iis, quæ ad hoc latiùs *d. cap. 7. quæſt. 1. concluſ. 3.* quoad vltimæ voluntatis commutationem adduximus, quæ pariter in re, de qua nunc agimus, 216.

locum obtinent. vnde etiam ſumere licet huius eioſdem primæ partis præſentis concluſionis declarationes. Secunda verò eius pars, quòd nimirum ex ſuppreſſiones, quæ ab Ordinariis, aliiſve Principe inferioribus fieri poſſunt, ab iis, ſi illas facere velint, impetrandæ ſint; neque pro illis obtinendis ſuperiores Principe ſupremo minores adiri valeant; atque aliæ præſentis concluſionis partes, ſatis ex iis comprobantur, quibus eaſdem in vltimæ voluntatis commutatione confirmauimus *d. quæſt.* 1. *concluſ.* 2. vnde petendæ quoque ſunt earumdem omnium partium declarationes.

TERTIA CONCLVSIO. Beneficiorum ſuppreſſiones, quæ à Rom. Pontifice in forma commiſſaria conceduntur, † committendæ ſunt 217.
in partibus locorum Ordinariis: quæ verò ab eodem Pontifice conceduntur in forma gratioſa, ab iiſdem Ordinariis tamquam ſedis Apoſtolicæ delegatis, antequam executioni mittantur, poſſunt recognoſci, an aliquid in precibus falsò expreſſum ſit, vel tacitum, quod exprimendum erat. Prior pars huius concluſionis ſuaderi poteſt ex Trident. Concil. *ſeſſ.* 22. *cap.* 5. *de reformat.* vbi decernitur, quòd diſpenſationes quacumque auctoritate concedendæ, ſi extra Romanam Curiam committendæ erunt, committantur Ordinariis locorum, qui eas impetrauerint. ſuppreſſio enim beneficiorum diſpenſatio quædam eſt, cùm iuri humano poſitiuo aduerſetur, vt ex iis colligi poteſt, quæ ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 5. *concluſ.* 3. adduximus: diſpenſatio verò definitur à gloſ. communiter *recepta in cap. pleriſque, §. niſi rigor, verbo, pleriſque*, 1. *quæſt.* 7. quòd ſit iuris communis relaxatio. Omnino verò hæc concluſio conuincitur ex *reg.* 21. aliàs 22. *Canc.* vbi inter cetera illud ſtatuitur, vt ſemper in vnionibus commiſſio fiat ad partes, vocatis quorum intereſt: idémque obſeruetur in quibuſuis ſuppreſſionibus, perpetuis conceſſionibus, diſmembrationibus, & applicationibus etiam de quibuſcumque fructibus, & bonis Eccleſiaſticis; ac etiam in confirmationibus vnionum, ſingularúmque diſpoſitionum huiuſmodi, licèt autem verba illa, *ad partes*; (quæ non ſignificant, ſeorſum, ſeu ſeparatim, ſed in partibus, hoc eſt, locis, in quibus vnio facienda eſt; vt poſt Rebuff. ſuper hanc reg. *gloſ.* 10. tradit Mandoſ. *ibid. quæſt.* 7. *numer.* 1.) non neceſſariò inferant tranſmiſſionem hanc fieri debere Ordinariis locorum, cùm etiam importare poſsint, vt ea fiat aliis Prælatis, ſeu in dignitate aliqua conſtitutis illarum partium: tamen, cùm ideo huiuſmodi commiſsio facienda ſit in partibus, quia veritas meliùs ſcitur per vicinos, vt Rebuff. & Mandoſ. *loco* mox *cit.* adnotarunt; præ ceteris autem de huiuſmodi veritate circa qualitates beneficiorum magis inſtructi ſint locorum Ordinarij, vt conſtat ex traditis per Felin. & alios *in cap. ad aures, & cap. ad audientiam, il* 2. *de reſcript.* Menoch. *de arbitrar. iudic. caſ.* 261. *numer.* 150. cum aliquot ſeqq. atque alij, quos ſecuti ſumus ſup. *cap.* 6. *quæſt.* 4. *concluſ.* 9. *verſic. & prima ſit qualitas*, necnon *cap.* 10. *quæſt.* 6. *concluſ.* 3. *poſt medium*: ſatis ex dd. verbis, *commiſſio fiat ad partes*, colligitur, eam faciendam eſſe locorum Ordinariis, vel certè in hiſce commiſsionibus faciendis has aliis commiſſariis adiungendos eſſe, vt ſtylus Curiæ Romanæ habet, apertéque ſentit Mandoſ. *d. numer.* 1. *ad fin.* & quamuis prædicta *regula* 21. *ſeſſ.* 22. antiqua expreſsè de ſuppreſsionibus mentionem non faceret; tamen Gloſatores eam quoque intelligebant de ſuppreſsionibus, quas ſub nomine vnionis comprehendi volebant, vt facile colligitur ex Rebuff. *ad 2. regul. gloſ. vltim. verſ. idem aſſerunt*, & Mandoſ. *d. quæſt.* 7. *numer.* 2. *ad fin.* ex iis porrò verbis prædictæ modernæ regulæ, ſemper in vnionibus commiſsio fiat ad partes; iunctis iis, quæ ſtatim ſubiiciuntur; & idem voluit obſeruari in quibuſuis ſuppreſsionibus; ſumenda eſt prima extenſio huius prioris partis præſentis concluſionis, vt huiuſmodi ſuppreſsiones non modò committendæ ſint Ordinariis locorum cauſatiuè, ſeu conditionaliter, hoc eſt, ſi committendæ ſint, prout de diſpenſationibus loquitur, ac diſponit Concil. Trident. *d. cap.* 5. verùm præcisè, ac ſimpliciter, & abſolutè; ita, vt de potentia ordinaria; (qua Princeps ſuis legibus ſubiectus eſſe vult, iuxta text. *in l. digna vox, C. de legib. & cap. propoſuit, de conceſſ. prabend.* cùm vtrobique notat.) nequeat ſuppreſsio alicuius beneficij Apoſtolica auctoritate fieri, niſi in partibus Ordinariis locorum committatur. Extenditur ſecundò hæc eadem prior pars præſentis concluſ. vt quod in ea dicitur de locorum Ordinariis, procedat etiam † in prælatis habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem 218.
intra fines diœceſis alicuius Epiſcopi, aut etiam in certo, ac proprio diſtrictu, & territorio, ſeu quaſi diœceſi, ac nullius diœceſis Epiſcopalis; necnon in omnibus habentibus plenam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, quoniam hi omnes ordinarij ſunt, iiſque committendæ ſunt commutationes vltimarum voluntatum, ſicut & ceteræ diſpenſationes, quas eorum ſubditi à ſede Apoſtolica impetrant, per ea quæ adduximus ſup. *cap.* 5. *quæſt.* 12. *cum duab. ſeqq. & cap.* 7. *quæſt.* 1. *concluſ.* 3. *ad fin. & concluſ.* 4. *circa medium.* Reſtringitur autem hæc eadem prior pars, vt, ſi Papa vti velit plenitudine poteſtatis, per quam eſt ſupra omne ius humanum, iuxta *d. l. digna vox*, *& d. cap. propoſuit*, necnon *l. Princeps, ff. de legib.* poterit abſque vlla commiſsione ad partes per ſe expedire ſuppreſsionem beneficij in forma, quam vocant gratioſa, derogando huic regulæ, vt ex iis conſtat, quæ initio præced. concluſ. adduximus; & in terminis ſentit Rebuff. *ad d. regul.* 21. *gloſ.* 10. *verſ. ſi tamen ſtat*; iuncta *gloſ. vltim. verſic. idem dicunt.* Poſterior † pars huius 219.
concluſionis probatur primò ex Concilio Trident. *d. ſeſſ.* 22. *cap.* 5. *de reformat.* vbi poſt ea verba initio huius concluſ. relata; *diſpenſationes quacumque auctoritate concedendæ, ſi extra Romanam Curiam committendæ erunt, committantur Ordinariis illorum, qui eas impetrauerint*: ſtatim ſubiicit; ea verò, quæ gratiosè concedentur, ſuum non ſortiantur effectum, niſi priùs ab eiſdem tamquam delegatis Apoſtolicis ſummariè tantùm, & extraiudicialiter cognoſcatur, expreſſas preces ſubreptionis, vel obreptionis vitio non ſubiacere: ſuppreſsio autem beneficij, vt paulo antè vidimus, diſpenſatio quædam eſt. Secundò probatur ex eodem Trident. *ſeſſ.* 7. *cap.* 6. *de reformat.* vbi cauetur, quòd vniones perpetuæ à quadraginta annis citra factę examinari ab Ordinariis tamquam à ſede Apoſtolica delegatis poſſunt, &, quæ per ſurreptionē, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarētur; illæ verò, quæ à dicto tempore citrà conceſſæ nondum in toto, vel in parte ſortitæ ſunt effectū, & quæ deinceps ad cuiuſuis inſtantiam fient, niſi eas ex legitimis, aut aliàs rationabilibus cauſis coram loci Ordinario, vocatis, quorum intereſt, verificandis, factas fuiſſe conſtiterit; per ſurreptionem obtentæ

obtentæ præſumantur; ac propterea, niſi aliter à ſede Apoſtolica declaratum fuerit, viribus omnino careant, ac prædicta recognitio in quibuſdam aliis vnionibus beneficiorum ab eodem Trid.Conc. locorum Ordinariis permittitur *ſeſſ.24.cap. 13. circa medium*, & *ſeſſ.25. cap. 9. verſ. inſuper acceſſiones, de reform.* vnionum verò beneficiorum nomine etiam eorum ſuppreſſiones continentur, vt ſentiunt Rebuff. ac Mandoſ. *loc.* mox *citat.* & conſtat ex latiùs per nos adductis ſup. hoc ipſo cap. *quæſt 1. poſt medium.* Denique hæc poſterior pars quoad beneficia fundata ex bonis patrimonialibus, aut Eccleſiaſticis à priuata aliqua perſona, vel Eccleſia, ſeu loco pio, cùm tunc agatur de commutanda vltima voluntate, optimè probatur ex eod.Conc. *d.ſeſſ.22.cap.6.de reform.* vbi decernitur, quòd in commutationibus vltimarum voluntatum Epiſcopi tanquam delegati ſedis Apoſtolicæ ſummariè, & extraiudicialiter cognoſcant, nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum, priuſquam commutationes prædictæ executioni demandentur. Quid autem importet hæc ſummaria cognitio, ſumendum eſt ex *Clem. ſæpe contingit*, & *ibi* gloſ. & Natt. *verbo, ſummariè, de verb.ſig.* Bart. *in Extrau. ad reprimendum, verbo, ſummariè, quomod. in læſ. mai. crim. proced.* cum aliis apud Barboſ. *de clauſul.clauſ.*103. & Mart. *eod.tract.clauſ.*160. & quid cognitio extraiudicialis, ex Marta *d.part.1.clauſ.* 55. & Gonz. *ad reg.* 8. *Canc. gloſ.* 9. *in annot. nullit.* præſertim *à num.* 15. *vſque ad* 43. Extenditur autem ac reſtringitur hæc eadem poſterior pars præſentis concluſionis; prout eiuſdem priorem partem reſtrinximus, ac ſecundo loco reſpectiuè extendimus ex fundamento vtrobique allatis, quæ hîc æquè locum habent.

Iam verò, licèt iuxta ordinem, quem ſup. *cap. 7. quæſt.2.&* 3. ſecuti ſumus, quémque *in princ.9. capitis* in eo, ac tribus ſequentibus, atque adeò etiam in præſenti cap. retinendum propoſuimus; videndum nunc eſſet † de clauſulis tum generatim, tum etiam ſpeciatim, quæ in litteris ſuppreſſionis alicuius beneficij adiici conſueuerunt. Tamen, cùm de clauſulis ipſis generatim, quantum ſat eſt, egerimus *d. cap. 7. quæſt.* 2. in eius præmiſſ. de ſpecialibus verò clauſulis, quæ quidem paucis admodum verbis mutatis communes etiam ſunt vltimarum voluntatum commutationi, & mutationi ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum partim ſcripſerimus *d. quæſt.* 2. & 3. partim cap. hoc ſtatim præced. *quæſt.* 7. *concluſ.* 4. *cum duab. ſeqq.* ideo his omiſſis, ad id, quod reliquum eſt, in præſenti quæſt. veniamus.

220.

Qvarta conclvsio. In ſuppreſſione alicuius beneficij facienda vel ab inferioribus ordinaria, vel ab Apoſtolico executore, ſeu delegato, Apoſtolica auctoritate, † vbi etiam aliquis ad illam ſuppreſſionem vocandus ſit, non eſt neceſſaria citatio propriè dicta, niſi poſt legitimam oppoſitionem, vel contradictionem. Quæ concluſio probatur ex iis fundamentis, quibus eam quoad vltimæ voluntatis commutationem confirmauimus ſup. *cap. 7. quæſt. 4. concluſ.* 1. ob eam potiſſimùm rationem, quia commutatio vltimæ voluntatis, ſicut etiam beneficiorum ſuppreſſio, quæ, vt plurimum fieri citra huiuſmodi commutationem nequit, eſt gratia quædam propriè dicta, vt per ſe quoque patet; & proceſſus executoris litterarum Apoſtolicarum ſuper ea extraiudicialis eſt, neque is, aut ipſarum litterarum executio fines voluntariæ iuriſdictionis excedit; ad quam non requiritur citatio propriè dicta, niſi poſt legitimam contradictionem, quamuis etiam in iiſdem litteris adſit clauſula, *vocatis vocandis*; prout pariter conſtat ex adductis per nos *d. quæſt.4 ſuppoſit.1.& concluſ.*1. nec non *cap. 5. quæſt.7. concluſ.*2. poſt vlt. eius limitationem, *verſ. quod ſi petas.*

221.

Qvinta conclvsio. Vbi in reſcripto, aut alia diſpoſitione ſuper beneficiorum ſuppreſſione adſit clauſula, *vocatis vocandis*, vel, *vocatis, quorum intereſt*; † tunc regulariter loquendo neceſſariò vocandi, ſeu citandi ſunt ij, qui in ſuppreſſione huiuſmodi læsi poſſunt; alias actus erit nullus. Probatur hæc concluſio tum ex iis, quibus eam ipſam quoad vltimæ voluntatis commutationem probauimus ſup. *cap. 7. quæſt. 4. concluſ.* 2. ob id potiſſimùm, quòd hæc clauſula inducit conditionem, & formam, cuius omiſſio vitiat actum, vt *eadem quæſt. 4. ſuppoſit.* 2. ſatis oſtendimus. Tum ex nonnullis illationibus, quæ ex hac ipſa concluſione deducuntur; ac præſertim ex earum poſtrema.

222.

Ex ea igitur infertur primò, quòd in caſu Conc. Trid. *ſeſſ.7. cap. 6. de reform.* vbi decernit, vt vniones perpetuæ Eccleſiarum, ſeu beneficiorum, quæ à quadraginta annis citra conceſſæ (hoc eſt, vſque ad publicationem eiuſdem Concilij, prout ſacra Congregatio Cardinalium eius interpretum non ſemel declaraſſe fertur,) nondum in toto, vel in parte ſortitæ ſunt effectum, & quæ deinceps ad cuiuſuis inſtantiam fient, niſi eas ex legitimis, aut aliàs rationabilibus cauſis coram loci Ordinario verificandis factas fuiſſe conſtiterit, per ſurreptionem obtenta præſumantur; & propterea, niſi aliter à ſede Apoſtolica fuerit declaratum, viribus omnino careant; ad hanc verificationem omnino vocandi erunt ij, qui ex illa vnione, ſeu verificatione læsi poſſunt, quoniam eam fieri mandat Concilium, vocatis quorum intereſt. Infertur ſecundò, idipſum ob eamdem rationem ſtatuendum eſſe in caſu eiuſdem Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *circa initium*, in quo ſtatuit, vt Concilium Prouinciale examinet, ac diligenter expendat, quáſnam Eccleſias Cathedrales propter anguſtias, tenuitatémque redituum vicinis vnire, vel nouis prouentibus augere expediat; confectaque de præmiſſis inſtrumenta ad Rom. Pontificem mittat; quibus is inſtructus ex prudentia ſua, prout expedire iudicauerit, aut tenues inuicem vniat, aut aliqua acceſsione ex fructibus augeat: etenim huiuſmodi examen mandat Concilium Tridentinum fieri à Prouinciali vocatis iis, quorum intereſt. Hæ duæ autem illationes eatenus ad hanc concluſionem, eiúſque confirmationem pertinent, quatenus duæ præcipuæ vnionis beneficiorum ſpecies non ſine eorum ſuppreſsione fiunt, vt ex iis conſtat, quæ non multo antè concluſ. 3. poſt medium adduximus. Ob quam rationem, immo multò magis, cùm etiam in ſpecie de ſuppreſsionibus loquatur, ad hanc ipſam concluſionem pertinet poſtrema eiuſdem illatio, quæ ex *regul.* 21. aliàs 22. *Canc.* deſumitur; in qua Romanus pro tempore Pontifex conſueuit ſtatuere, quòd in vnionibus commiſsio ſemper fiat ad partes, vocatis, quorum intereſt: & idem obſeruetur in quibuſuis ſuppreſsionibus, perpetuis conceſsionibus, diſmembrationibus, & applicationibus etiam de quibuſcumque fructibus, & bonis Eccleſiaſticis; ac etiam in confirmationibus vnionum, ſingularúmque diſpoſitionum huiuſmodi. Quoniam autem illorum verborum huius regulæ, (& in vnionibus commiſſio ſemper fiat ad partes, vocatis, quorum intereſt,) duplex intellectus † aſsignari poteſt, vt rectè adnotauit Mandoſ. *in commentar ad eam regul. quæſt.* 8. *numer.* 1. & 2. vnus, quòd omnia

223.

illa verba ſub vna ſtructura poſita ſe ipſa reſpiciant, quaſi velint dicere; commiſſio iſta in vnionibus fiat, ſeu decernatur ab ipſa ſignatura, vel ab ipſo concedente, etiamſi ab alio, quàm à Papa concedatur, vocatis quorum intereſt; ideſt, dum commiſſio fit, & ab eo, à quo fit, vocentur, quorum intereſt: & hoc videtur rationabile, & iuri conforme, tum quia citatio, ſeu vocatio partis ſemper requiritur vbicumque poteſt alteri præiudicium inferri, vel de illius intereſſe agitur, *l. de vnoquoque, ff. de re ind. l. in diem addicto, cum præced. & ſeq. ff. ac aq. pluu. arcen.* atque aliis iuribus ac Doctor. *d. numer.* 2. per eum allegat. ſed per talem conceſſionem vnionis, & per talem commiſſionem, præſertim magis vni delegato, quàm alteri, & forſan intereſſe habenti factam, pluribus præiudicium inferri poteſt; ergo omnes ſunt citandi: tum quia qualitas adiecta verbo requiritur tempore verbi, *l. 3. ff. de aur. & arg. legat.* cum aliis iuribus & Doctor. *ibid.* ad id per ipſum adduct. vnde iſta qualitas commiſſionis cum vocatione, quorum intereſt, adiecta verbo, *fiat*, requiritur tempore dicti verbi, & ſic tempore quo fit commiſſio. Alter intellectus, quòd ij, quorum intereſt, vocandi ſint coram executore, ſeu iudice in commiſſione deputato, & in partibus in diſcuſſione contentorum in commiſſione, & pro illius verificatione, ſeu oppugnatione; & ſic illi executores cum clauſula, *vocatis vocandis*, erunt, qui citabunt in partibus: vt ſenſus ſit; commiſſio fiat ad partes, ſupple, deputando executores cum clauſula, *vocatis quorum intereſt*. Ex his duobus prædictorum verborum intellectibus † poſterior eſt 224
verus, & tenendus, vt optimè ait Mandoſ. *d. numer.* 2 ſubdens, quòd, quia iſta ſolet eſſe forma, & antiquus ſtylus etiam per Cardin. Dec. & Boër. ab ipſo in proxima præced. quæſt. citatos approbatus, vlteriùs non inſiſtit: & propterea, inquit, contraria non obſtabunt; præſertim quia in talibus commiſſionibus decernendis non requiritur citatio, cùm tales intereſſe habentes non poſsint huic actui contradicere, *ad l. recuſare, in princ. ff. ad Trebell. l. ergo, §. illud, ff. de fideicom. libertat. l. qui poteſt inuitis, ff. de reg. iur.* & iuxta multorum traditionem, quos allegat *d. quæſt.* 8. *numer.* 3. ſic concludens; Contradicent igitur, & citabuntur, quando erit tempus, id eſt, dum vigore talis commiſsionis in partibus coram executore ſeu executoribus negotium diſcutietur. Quatenus verò in prædicta *regul.* 21. aliàs 22. *Canc.* idem, quod in ſuppreſsionibus, ſtatuitur, etiam obſeruandum fore in earum confirmationibus; ſi petas, de quibus confirmationibus regula hæc accipienda ſit, quatenus pertinet ad commiſsionem in partibus faciendam, vocatis, quorum intereſt; hoc eſt, commiſsionem cum hac clauſula, quæ implenda erit, ſeu exequenda in negotij diſcuſſione vigore huiuſmodi commiſsionis, videndum eſt, quod hac in re quoad vnionum confirmationes diſputat Mandoſ. *in comment. eiuſdem reg. quæſt.* 9. vbi *à num.* 4. *vſque ad nonum concludit*, ſatisque probat, hanc poſtremam partem memoratæ regulæ non eſſe accipiendam de confirmatione facienda à Papa reſpectu vnionis ab ipſo, ſeu à ſede Apoſtolica factæ, ſed ſolùm diſponere ſuper confirmationibus Papæ, ſeu ſedis Apoſtolicæ circa vniones ab Ordinariis, ſeu quibuſcumque aliis, præterquam ab ipſo Papa factas. quæ tamen fundamenta, ſi rectè perpendantur, concludunt etiam in ea regulæ parte contineri quoque confirmationes à quibuſcumque ſuperioribus faciendas reſpectu vnionum factarum ab eorum inferioribus; atque adeò confirmationem Epiſcopi quoad vnionem factam à ſuo Vicario Legati, aut Archiepiſcopi quoad vnionem factam ab Epiſcopo ſuffraganeo; confirmationem Primatis reſpectu vnionis ſui Archiepiſcopi; ac denique confirmationem Patriarchæ quoad vnionem à Primate ſibi ſubiecto factam. id quod etiam valde roboratur ex iis fundamentis allatis ab eodem Mandoſ. *d. regul.* 22. *quæſt.* 11. ex *numer.* 6. quibus probatur, hanc regulam etiam quoad hanc poſtremam partem omnino locum habere in Ordinariis: licèt *numer.* 7. *verſ. ſi verò loquimur*, contendat, ea comprehendi Ordinarios quoad vniones ab iis factas, non autem quoad vnionum confirmationes ab iiſdem faciendas. Quòd, ſi rurſus petas, an mox memorata ſuppreſsionis confirmatio, cuius mentio fit in prædicta poſtrema parte regulæ 22. accipienda ſit de confirmatione in forma communi, vel de confirmatione ex certa ſcientia, vel de vtraque, pariter videndum eſt, quod hac in re diſputat idem Mandoſ. *d. reg.* 22. *quæſt.* 10. vbi relatis tribus opinionibus, earúmque fundamentis iuxta ſingula huius diſtinctionis membra in eam magis inclinat, vt accipienda ſit ſola confirmatio ex certa ſcientia; quia, inquit, argumenta pro ea adducta *numer.* 8. *verſ. pro tertia opinione, cum duobus numer. ſeqq.* ſibi magis vrgere videntur; ex quibus ait poſſe colligi ſolutionem ad contraria: eum auctorem videas, ſi lubet. nos autem ad alias concluſiones huius quæſt. quæ iam ad ſe vocant, accedamus; ſi priùs illud admonuerimus, meritò præ ceteris tam pro prædictis articulis, quàm pro aliis id, quod de vnionibus beneficiorum, earúmque confirmationibus ex iam ſæpiùs memorata regula deducunt, ac tradunt Doct. præcipuè verò eius Gloſatores, ſtatim etiam ad ſuppreſsiones beneficiorum, & earum confirmationes transferendum eſſe, non modò quoniam, vt non multo antè, atque aliàs frequenter diximus, ac potiſsimum docuimus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt.* 1. *poſt medium*, & hac eadem quæſt. *concluſ.* 3. *ad fin.* duæ præcipuæ vnionum beneficiorum ſpecies, vel ſuppreſsiones eorumdem ſunt, vel non ſine ſuppreſsione fiunt, atque adeò cùm ſimpliciter vnionis beneficiorum mentio in aliqua diſpoſitione fit, etiam eorum ſuppreſsio continetur: verùm etiam, quia *in d. reg.* 21. aliàs 22. quòd de vnionibus beneficiorum & earum confirmationibus diſponitur, idemmet in ſuppreſsionibus beneficiorum, earúmque confirmationibus æquè fore obſeruandum expreſsè, ac diſertis verbis cauetur. Vnde etiam eædem perſonæ, quæ iuxta prædictas Gloſatorum, & Doctorum traditiones, in vnionibus beneficiorum, vel earumdem confirmationibus vocandæ erunt, tamquam earum interſit, in ſuppreſsionibus quoque, aut illarum confirmationibus eadem de cauſa vocandæ erunt: qua de re in ſtatim ſeq. concluſione agemus; maximè cùm, vt *ibidem* oſtendemus, etiam circumſcripta clauſula, *vocatis, quorum intereſt*, quæ forſan in commiſsione ſuppreſsionis non adſit; adhuc ad hanc commiſsionem exequendam, ſeu ſuppreſsionem faciendam vocandi erunt ij quorum intereſt.

Sexta igitur nunc conclvsio ſit. Vbi etiam in reſcripto ſuppreſsionis alicuius beneficij, aut in quo talis ſuppreſsio committitur, non adſit clauſula, *vocatis, quorum intereſt*, vel, *vocatis vocandis*; † ad huiuſmodi ſuppreſsionem neceſſaria 225.
eſt citatio, ſeu vocatio illorum, qui ex eo actu lædi poſſunt, vt iis præiudicet: ſi tamen aliquorum vocatio prætermittatur, ſuppreſsio quoad vocatos nõ corruat. Poſterior pars huius concluſionis probatur tum ex *l. de vnoquoque, in princ. ff. de re iudic.* vbi Paulus I.C. cùm dixiſſet; de vnoquoque negotio,

tio, præſentibus omnibus, quos cauſa contingit, iudicari oportet: ſtatim ſubiicit; aliter enim iudicatum tantùm inter præſentes tenet: tum ex aliis, quibus idipſum quoad vltimæ voluntatis commutationem docuimus ſup. *cap. 7. queſt. 4. concluſ. 3.* non longè ab initio. Prior autem pars probatur tum ex prioribus verbis *d. l. de vnoquoque*, mox citat. aliiſque iuribus, ex quibus habetur, vocandum vnumquemque eſſe ad expediendum illum actum, ex quo is lædi poteſt, per nos allegat. *d. queſt. 4. ſuppoſit. & concluſ. 3.* necnon *cap. 9. queſt. 7. concluſ. 6. circa medium*: tum à fortiori ex *l. in contendendo, l. in diem addicto, & l. ſi autem, in princ. ff. de aq. pluu. arcen.* cum aliis, quibus *in duabus ſeqq. concluſionib.* oſtendemus, regulariter neceſſarium eſſe conſenſum eius, qui ex actu ſuppreſſionis, eiúſque executione lædi poteſt. Tum denique, quia ad vnionem Eccleſiarum, ſeu beneficiorum vocandi ſunt ij, quorum intereſt, ſeu qui ex ea lædi poſſunt; vt in ſpecie voluerunt Ioan. de Lignan. & alij *in cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat.* ac multi, quos attulimus ac ſecuti ſumus *cap. præced. queſt. 7. concluſ. 9.* vbi totam hanc rem declarando latiùs explicauimus. Quibus illud nunc dumtaxat pro maiori declaratione adiicimus, quòd diuerſitas illa opinionum an Epiſcopus vocandus ſit ad vnionem per Legatum, aut ex commiſſione Papæ faciendam, de quibus per Rebuff. *ad reg. de vnion. gloſ. 11. num. 1. 7. ac 13.* & Garz. *tract. de benef. part. 12. cap. 2. num. 221. & 222. cum ſeq.* conciliari poteſt ex iis, quæ idemmet Rebuff. affert *d. num. 13.* & Garz. *d. num. 22.* vt, ſiquidem agatur de præiudicando iuribus Epiſcopi, is vocandus ſit ad vnionem, aliàs non ſit vocandus.

SEPTIMA CONCLVSIO. In ſuppreſſione beneficiorum † regulariter neceſſarius eſt 226. conſenſus patroni, ſiue Eccleſiaſtici, ſiue laici, ac inferioris collatoris, & electorum. Hæc concluſio ſatis probatur, tum ex eo, quod pluribus Doctor. relatis tradit Garz. *d. cap. 2. num. 202. & 205. vſque ad 213.* horum omnium vocationem, & conſenſum neceſſarium eſſe in vnione beneficiorum; ſuppreſſio autem, vt iam ſæpiùs diximus, ſpecies quædam eſt vnionis; immo duæ præcipuæ vnionis beneficiorum ſpecies, vel ſuppreſſiones eorum ſunt, vel non ſine ſuppreſſione fiunt. tum ex eo, quòd neceſſarium eſſe conſenſum fundatorum beneficij, eorúmve heredum quoad commutationem vltimarum voluntatum, ſatis colligitur ex adductis per nos ſup. *cap. 7. queſt. 4. concluſ. 4.* quoad derogationem verò qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, ex traditis *cap. 10. queſt. 7. concluſ. 7.* ac tandem quoad mutationem ſtatus beneficiorum, in locis, quos *cap. præced. queſt. 7. concluſ. item 7.* citauimus ſuppreſsio enim beneficiorum vix ſine commutatione vltimæ voluntatis fieri poteſt; maiúſque præiudicium afferre poteſt, quàm aut derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, aut etiam præciſa ſtatus ipſius mutatio. Et in ſpecie diminutionis numeri præbendarum, ac ſuppreſsionis beneficiorum, quòd in ea facienda conſenſus fundatoris illius beneficij aut heredis, alteriúſve ſucceſſoris ipſius fundatoris exigatur, tradiderunt Hoſt. Ioan. Andr. Butr. Abb. Felin. Dec. ac ceteri *in cap. cùm acceſſiſſent, & cap. ex parte*, quod eſt *pen. de conſtit.* Lambertin. *tract. de iurepatronat. lib. 3. queſt. 6. art. 7.* ferè per tot. cum aliis per nos allegat. ſup. hoc ipſo cap. *queſt. 3. concluſ. 3. circa medium, & queſt. 4. concluſ. 2.* pariter *circa medium.* & vbi ſumus in ſuppreſsione huiuſmodi facienda iuxta terminos Conc. Trid. *d. ſeſſ. 24. c. 15. de reform.* conſenſum patroni laici cõſtat requiri ex iis verbis illius decreti; aliquibus ex iis ſuppreſsis, ſi de iurepatronatus laicorum ſint, eas ad pauciorem numerum reducere; ex quibus verbis ſimul patet in ſuppreſsione, ſeu diminutione numeri præbendarum iuxta eoſdem terminos Conc. facienda non requiri conſenſum patroni Eccleſiaſtici. Cùm autem conſenſus alicuius ad aliquem actum † requiri poſsit duobus modis, 227. ſeu duabus de cauſis, nimirum, vel ratione intereſſe, dicitúrque conſenſus intrinſecus; vel pro forma, & ſolemnitate, atque ad integrandam perſonam, éſtque extrinſecus, ac dicitur auctorizabilis: quæ diſtinctio ſumitur ex iuribus, ac Doctor. ad id per nos allegat. ſup. *cap. 7. queſt. 4. ſuppoſit. 4. verſic. ex prædictis autem*; quibus nunc addo Oct. Simon. poſt alios illam tradentem *tract. de decret. in præfat. numer. 53. cum ſeq.* & Iul. Clar. eam pluribus relatis ex communi approbantem *lib. 4. recept. ſentent. §. donatio, queſt. 3. numer. 3. & 7.* conſentius, qui ratione intereſſe requiritur, poteſt etiam ex interuallo accedere, & interuenire poſt actum, *l. ſi autem, §. 1.* ſeu *in 2. reſpon. ff. de aq. pluu. arcen. cap. cùm nos, de his, quæ ſi. a prel. ſin. conſ. Capit.* cum aliis iuribus, & Doctor. ad id per nos allegat. ſup. *d. cap. 7. queſt. 4. ſuppoſit. 4. verſ. differt pariter*; necnon *concluſ. 5. poſt medium, verſic. poſſit autem, & concluſ. 6. circa medium.* quibus Doctor. nunc adiicio Simoncell. ſup. *num. 52. cum duobus ſeqq.* vbi alios citat, & Rebuff. in conſenſu ad vnionem beneficiorum loquentem, & alios allegantem *d. gloſ. 11. ad reg. de vnionib. benefic. numer. 20. cum ſeq.* ſed quoniam *ead. gloſ. 11. numer. 2.* iuncto *numer. 3.* inter hos conſenſus ratione intereſſe † ponit etiam con- 228. ſenſum Capituli Eccleſiæ Cathedralis, atque adeò ſenſit hunc quoque conſenſum poſſe accedere, ſeu interuenire poſt vnionem: ideo aut dicendum eſt eum *ibi* intelligere in caſu, quo de intereſſe huius Capituli agatur, vtputa, quia minuendus eſt numerus Canonicorum, ſeu præbendarum Eccleſiæ Cathedralis, vel illius Eccleſiæ dignitas tollenda, ſeu ſupprimenda; non autem cùm huius Capituli conſenſus adhibendus eſt in vnione, vel ſuppreſsione, aut diminutione numeri præbendarum in Eccleſia inferiori: aut eum ſentire, tunc quoque cùm conſenſus pro forma, & ſolemnitate adhibendus eſt, eum poſſe poſt actum etiam ex interuallo accedere, ſeu interuenire, actúmque ipſum conualidare: quod & in ſpecie tenet, ac pluribus comprobat Marian. Socin. *conſil. 15. lib. 1.* ac præterea generatim in decreto ſuperioris Caſtr. *in l. actor, ff. rem rat. haberi*, Alex. *in l. ſciendum, numer. 28. ff. de verb. obligat.* Iacob. Mandell. Alben. *conſil. 4. numer. 10.* & in conſenſu Epiſcopi ad aliquem actum, Aug. Bero. *conſil. 21. numer. 26. cum duobus ſeqq. volum. 2.* ac ſpeciatim in conſenſu Capituli requiſito ad vnionem, Garz. poſt alios *tract. de benefic. part. 12. cap. 2. numer. 147. & ſequen.* ac plerique ſentiunt relati, & in hoc probati à nobis *d. ſuppoſit. 4. verſ. differt pariter, ac d. concluſ. 6. circa med.* à Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 47. numer. 33.* & Oct. Simon. *in d. præfat. numer. 50.* de communi quoque teſtantes, conſenſum poſſe interuenire poſt actum etiam ex interuallo. Ipſe autem, licèt fatear, prædictam opinionem Marian. Soc. in ſpecie aſſerentem conſenſum, qui pro ſolemnitate, & forma, ad aliquem actum adhibendus eſt, † poſſe etiam ex interuallo poſt- 229. modum accedere, contrariam videri communi Doctor. ſententiæ, prout de ea teſtantur pluribus relatis Simoncell. *d. numer. 52. & 54. cum ſeq.* Gonzal. *d. gloſ. 47. numer. 54.* tamen valde probabilem puto prædictam Mariani, Socini, & aliorum ſeu-

tentiam, tum propter tantorum Doctorum auctoritatem, eorúmque fundamenta, & nunc memoratum sensum pariter satis communem Doctor. generaliter asserentium posse consensum ex interuallo post actum interuenire; tum quod Doctor. contrarium asserentes vel inuolute loquuntur, vt Imol. *in cap. cùm nos, de his, quæ fi. a prælat. sin. consens. Capit.* quod fatetur Simonc. *d. numer.* 54. vel, vt ipse *à numer.* 35. *vsque ad* 47. & alij, tot declarationes, ac limitationes ad contrariam sententiam afferunt, (prout videre licet ex adductis per nos *d. cond. 6. circa medium, vers. in casibus autem*,) vt potiùs statuenda sit regula, & firmanda conclusio pro Socini, & aliorum prædictorum sententia. pro qua benè facit text.
230. *in d. cap. cùm nos*, quod † commodè intelligi potest de consensu auctorizabili, seu requisito pro forma, & solemnitate, hoc est, de consensu Capituli Cathedralis in concessione Ecclesiæ inferioris ab Episcopo facta religiosis, prout eum ponderauimus *d. versic. in casibus autem.* Facit etiam à contrario sensu text. *in cap. quod autem, §. vlt. de iurepatronat.* vbi decernitur, quòd, si laici clericis, vel Collegiis de concessionibus, vel donationibus Ecclesiarum instrumenta confecerint in hæc verba, vel similia; Concessi, vel dedi Ecclesiam, &c præsenti charta firmani, si consensus Episcopi non accesserit, nihil agi videtur, quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare: nam consensus hic Episcopi auctorizabilis, seu pro forma, & solemnitate datus videtur; & eius accessio importare, vt post actum etiam ex interuallo superueniat; prout sumit ipse Simoncell. *in d. præfat.* tum *numer.* 54. *vers. aut igitur*, tum antea *numer.* 50. dum allegat *l. 1. §. prodest autem, ff. quor. legat.* vbi in hac specie I.C. ita verbum *accedere*, accipit iuxta communem etiam Scribentium expositionem. Omnino
231. verò pro hac sententia † viget text. *in cap. cura, & cap. suggestum, eod. tit.* in illo enim Alex. III. Abbatibus, Prioribus, & Clericis per Archiepiscopatum Eboracensem constitutis rescribens, mandat, quatenus ex donatione laicorum, nisi auctoritas diœcesani Episcopi, & consensus adsit, nullius eorum aliquas Ecclesias sibi vendicare præsumat, vel retinere taliter acquisitas; nisi legitima fuerit præscriptione munitus, aut diœcesani Episcopi habuerit postea consensum: in hoc verò idem Pontifex Eboracensi Archiepiscopo rescripsit, quòd, licèt in donationibus Ecclesiarum requirendus sit, & expectantibus patronorum consentus; quia tamen Ecclesiæ, nisi auctoritas interuenerit Pontificalis, canonicè concedi non possunt, prior concessio quamdam Ecclesiarum nonnullis Canonicis, si cum assensu patroni, & auctoritate diœcesani Episcopi facta est, aut eius assensus fuerit postea subsecutus, posteriori concessioni præfertur. Et quamuis Oct. Simoncell. *in præfat. d. tract. de decret. à numer.* 41. *vsque ad* 48. præter septem responsiones *ad d. cap. cura*, sumptas ex totidem variis intellectibus illius text. quos ad illam afferunt Doctor. & ipse *ibi* partim reprobat, partim etiam admittit; ac præsertim septimum, quòd consensus, de quo in eo text. venit confirmando; vnde meritò interuenire potest ex interuallo, vt suprà, inquit, conclusimus, nimirum *numer.* 35. *vsque ad* 39. alium ipse nouum intellectum *d. cap. cura*, pro responsione adducat *d. num.* 48. quòd scilicet ibi ideo Episcopus possit præstare consensum post actum ex interuallo, quia de eius præiudicio agebatur: sed quando alicuius auctoritas requiritur ex eo, quòd de eius agatur præiudicio, potest etiam ex interuallo accommodari, vt mox, inquit, dicemus in declaratione verbi, *consensus*, *numer.* 53. (& nos non multo ante post ipsum, & alios docuimus:) subdens *ibidem*, quòd præiudicium Episcopi ipse non considerat ex eo, quia priùs Ecclesia erat immediatè subiecta Episcopo, & postea per donationem factam loco religioso fit mediatè subiecta, prout videtur considerasse Imol. *d. cap. cùm nos, de his, quæ fi. à prælat. sin. cons. Capit. sub numer.* 13. neque etiam ex eo, quia *ibi* agatur de mensa Episcopali; nam rectè intuenti patebit, illo casu nullum posse considerari præiudicium: sed in eo, quòd, cùm iuspatronatus, de quo *in d. cap. cura*, esset penes laicum, poterat quandoque extingui, & ad ipsum Episcopum reuerti: sed, cùm fuerit translatum in Ecclesiam, quæ semper viuit, *cap. si gratiosè, de rescript.* & Castr. *in l. iubemus, in fin. C. de sacrosanct. Eccles.* numquam poterit esse spes, quòd d. iuspatronatus ad Episcopum reuertatur: & propterea in textu redditur ratio, quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse habeat. Cùm igitur in persona laici posset d. iuspatronatus extingui, non debet posse sine consentu Episcopi in Ecclesiam transferre, & sic, vbi poterat extingui, efficere perpetuum, cùm enim hoc ius ipse non habeat, non potest illud in alium transferre. Quamuis, inquam, ita visum sit huic præstantissimo I.C. tamen præterquam quòd nihil respondet, ad *cap. suggestum, de iurepatr.* quicquid sit de sex prioribus intellectibus prædicti text. *in cap. cura*, qui nihil contra prædictam minùs communem Socini opinionem, & aliorum concludunt; sed solùm in illis casibus consensum etiam auctorizabilem, seu pro forma, & solemnitate inductum posse quoque ex interuallo post actum interuenire: quod idem dico de septimo intellectu, quem in se, hoc est, quoad doctrinam, quam continet, existimo esse verissimum: certè nouus ille intellectus *d. cap. cura*, (pace tanti viri dictum sit,) saltem non omnino potest contextui accommodari: vt enim fatear in illa concessione, seu donatione Ecclesiæ, quæ erat iuspatronatus laici, versari præiudicium Episcopi, & quidem non in iis, quæ *ibi* commemorat Simoncell. vt idem rectè in hoc sentit; sed nec in eo, quod ipse putat; nam neque illud est considerabile, aut consideratur *in d. cap. cura*, quòd iuspatronatus fiat ex extinguibili inextinguibile, seu perpetuum, quoniam hoc non obstante potest sine Episcopi consensu laicus suum ius, quod habet, in iurepatronatus in Ecclesiam, seu religiosum locum transferre, vt constat non modò ex iure nouo *cap. vnico, in princ. de iurepatr. in 6.* sed etiam iure eiusdem compilationis Decretalium, nimirum, *cap. illud, eod. tit. de iurepatronat,* sub quo positum est *d. cap. cura.* hoc autem ius perpetuitatis non transfert laicus in Ecclesiam, quasi illud ipse habeat, sed consurgit ex qualitate, ac natura ipsius Ecclesiæ, & in hoc text. non solùm translatum fuerat, seu concessum iuspatronatus, sed ipsa tota Ecclesia, quod & verba ipsa apertè indicant; & ratio conuincit, quam Rom. Pontifex statim subiicit; cùm enim laici non possint in alios, nisi ius, quod habent, transferre; quæ verba apertè ostendunt, illum laicum aliquid aliud ius transferre voluisse, quàm patronatus, immo &, quòd, si laicus ille solùm transferre voluisset ius, quod habebat in Ecclesiam, id facere potuisset sine vllo Episcopi consensu: verùm Episcopi præiudicium considerabile *in d. cap. cura*, est potiùs amissio aliorum iurium, quæ in ea habebat Episcopus, vt institutio, iuxta *d. cap. vnic.* & passim *in tit. de iurepatronat.* aut consus, vel Cathedratici, iuxta *cap. pastoralis*, cum *ibi* not. *de donat.* aut aliorũ, de quibus

in

in cap. conquerente, de offic. ordin. ac mentio fit *in cap. de monachis, de prabend. & cap.* 1. *eod. tit. in* 6. Negari tamen non poteſt, quin *in d. cap. cura*, conſenſus Epiſcopi omnino requireretur, cùm, vt mox oſtendimus, illa conceſsio non eſſet ſolius iuriſpatronatus, ſed etiam Eccleſiæ totius, ad quod
232. pro forma, & ſolemnitate † requiritur Epiſcopi conſenſus, vt etiam patet ex *cap. conſultationibus, & d. cap. paſtoralis, de donat. d. cap. quod autem, cap. nullus, & cap. ſuggeſtum, de iurepatronat. cap. in Lateranenſi, de prab. cap. cum Apoſtolica, §. fin. de his, quæſt. à prælat. fin. conſ. Capit. & cap. cùm & plantare, in princ. de priuileg.* cum ſuis concordant. Non ideo verò, quia ad transferenda talia iura Eccleſiæ patronalis in aliam Eccleſiam, ſeu pium locum conſenſus Epiſcopi requiratur ſimul ratione præiudicij eiuſdem Epi-
233. ſcopi, atque etiam pro forma, & ſolemnitate, † minùs requiretur, vt conſenſus huiuſmodi tempore actus interueniat, non autem poſsit accedere ex interuallo; ſi hoc requiritur, cùm Epiſcopi conſenſus ad aliquem actum ſolùm pro forma, & ſolemnitate adhibendus eſt, vt de ſe patet: quicquid poſt alios ſenſiſſe videatur Lambertin. *in tract. de iurepatronat. lib. 1. part. 2. quæſt. 1. art. 16. numer.* 10. ſemper enim maneret illa neceſsitas conſenſus auctorizabilis cum ſua qualitate, vt interuenire debeat ſaltem incontinenti poſt actum; ſi vera eſt prædicta opinio magis cõmunis id aſſerens. ſed valde probabilis eſt contraria, vt dicebamus, & ſatis, ni fallor, docuimus, vt etiam auctorizabilis conſenſus poſsit ex interuallo accedere.

Neque his obſtat text. *in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, ff. de acquir. hered. l. obligari, §. tutor, ff. de auctoriz. tutor. & §. tutor, Inſtit. eod. tit.* vbi
234. habetur, quòd conſenſus tutoris † interuenire debet in actu, vel paulo antè, aut paulo pòſt, non autem ex interuallo; quod etiam præter gloſ. & Doctor. *ibi*, pro regula tradit multis relatis Mandoſ. *ad regul.* 32. *Canc. quæſt.* 17. *numer.* 13. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gloſ.* 47. *numer.* 34. & Lambertin. *d. num.* 10. Nam, prout ad aliud propoſitum reſpondet Simoncell. *vbi ſup. n.* 37. poſt Bald. *in l. cùm ipſe, verſic. extrà quæritur, C. de contrahend. empt.* Bolognett. *conſ.* 59. *Titius ſuum*, &c. *col.* 3. *verſ. ſed hæc ratio*, & Aldobrandin. *d. §. tutor, in figuratione caſus, numer.* 4. ideo requiritur auctoritas tutoris in ipſo actu, nec poteſt ex interuallo ſequi, quia conſenſus tutoris reputatur idem cum conſenſu pupilli, vnde ſeparari nequit ab eo.

Minus obſtat text. *in l. magis puto, §. non paſſim, cum ſeq. ff. de reb. eor. & l.* 2. *C. ſi propt. public. penſit.*
235. ex quibus Simoncell. *in præfat. num.* 32. probat, † decretum iudicis non poſſe ſequi ex interuallo. nam quod *in d. l. magis puto*, dicitur, quòd, ſi prætor deprehenderit, non poſſe aliunde æs alienum pupilli exolui, quàm ex prædiorum diſtractione, tunc permittet diſtrahi, ſolùm concludit talem permiſſionem à prætore emanare non poſſe ante diſcuſſionem, & cauſæ cognitionem, de qua *ibi*; eam verò etiam permiſſionem non idem eſſe cum decreto, ſed immo priùs permitti à prætore venditionem, tum fieri venditionem, ac demum interponi decretum, colligi poteſt ex *d. l. magis puto, §. proinde*, ibi, proinde, etſi permiſerit ære alieno non allegato, conſequenter dicemus, nullam eſſe venditionem, nullúmque decretum. Quod autem dicitur *in d. l.* 2. quòd venditionem prædiorum ob ceſſationem à ſolutione tributorum, quæ nulla Præſidis auctoritate præcedente facta eſt, ratam haberi, iura non concedunt; id ſpeciale eſſe fauore ſolutionis publicorum tributorum, ſatis colligitur ex illis verbis ſtatim ſequentibus; id itaque, quod fruſtra geſtum eſt, reuocari oportet, ita, vt indemnitati tributorum omnibus modis conſulatur. quamuis & dici poſſit, auctoritatem *ibi* ſumi pro licentia, vt indicant verba illa ex permiſſu Præſidis, quæ paulo ante habentur, licentia verò regulariter actum præcedere debet, vt conſtat ex *auth. licentiam habeat. C. de Epiſc. & cler. cap. licèt, de regularib.* cum aliis iuribus & Doctor. per nos allegat. ſup. *cap.* 7. *quæſt.* 4. *ſuppoſit. vlt. circa med. verſ. differt quoque conſenſus.*

Pariter non obſtat text. *in l. cùm hi, §. ſi prætor, ff. de tranſact.* ex quo Simoncel *ibid. num.* 34. docet, ea, quæ ſunt de forma, & ſubſtantia, debere eſſe contemporanea, & ſimul explicari, ſolùm enim vult *ibi* Iuriſconſultus, quòd, ſi prætor aditus, citra cauſæ cognitionem tranſigi permiſerit ſuper alimentis alicui relictis, tranſactio nullius erit momenti.

Præterea non obſtat *cap. auditis, de elect.* per quod Simoncell. *vbi ſup. numer.* 52. tradit, conſenſum, qui requiritur per modum ſolemnitatis, & formæ, ſi ſuperueniat, non poſſe actum aliquo modo conualidare. nam omiſſis aliis intellectibus & expoſitionibus illius text. de quib. *ibi* per gloſ. Abb. & alios, iuxta expoſitionem probabiliorem Abb. *ibid. num.* 7. & 8. ideo prima electio, de qua *ibi*, validari non poſſit per ſuperuenientem conſenſum, quia ſuperuenit ſingulariter, non autem collegialiter; ſecunda verò, quia adhuc accedentes cum aliis non faciebant maiorem partem Capituli, & proceſſerunt ad electionem aliis non vocatis, & poſt appellationem ac de perſona indigna, & antequam caſſaretur prima electio, quæ etſi erat nulla, non tamen erat euidẽter nulla, vt latiùs per eũ, quem ſi lubet, videas.

Tandem non obſtat text. *in l. quid ergo, in princ. ff. de his, qui not. infam.* ex quo idem Simoncell. *in d. præfat. n.* 54. contendit conſenſum inferioris, de cuius præiudicio non agitur, requiri per modum ſolemnitatis, & formæ, ac per conſequens non poſſe accedere poſt actum, hoc eſt, ſuperuenire ex interuallo.
Nam illud procedit, † quando ex natura rei, vel ex 236.
ſpeciali diſpoſitione conſenſus ille inferioris certo tempore requiritur, vel agitur de pœna vitanda, quæ impoſita ſit aliquid facienti, vel fieri patienti: edictũ enim prætoris de his, qui notantur infamia, quod *ibi* exponit I.C. infamiæ pœnam imponit illi, qui eum, quem in poteſtate habet, ſciens paſſus fuerit vxorem ducere intra tempus luctus alterius viri defuncti: decidit autem, ſeu reſpondit *ibi* I.C. quòd, ſi habens aliquem in poteſtate, vt pater, ſi eum non ducere ſit paſſus, ſed poſtea, quàm duxit, ratum habuerit, vt puta initio ignorauit talem eſſe, (hoc eſt, viduam intra tempus luctus,) poſtea ſcit, non notabitur infamia.

Satis igitur, ni fallor, ex prædictis defenſa eſt, & valde probabilis reddita opinio ſuperiùs memorata, vt indiſtinctè conſenſus, etiam qui adhibendus non eſt ratione præiudicij, ſeu intereſſe, poſſe poſt actum ex interuallo quoque interuenire, excepto caſu auctoritatis tutoris, &, ſi quis alius conſenſus vim habet conſenſus illius, de cuius intereſſe principaliter agitur, & pro illo reputatur; vel habeat vim licentiæ, iuxta ſupradicta.

Quòd ſi petas, an, † cùm alicuius conſenſus adhi- 237.
bendus eſt ſiue pro ſolemnitate, & forma, ſiue ratione intereſſe, ſeu præiudicij, ſufficiat tacitus, vel omnino requiratur expreſſus: de priori quidem dicemus *in ſeq. concl. ad fin.* De poſteriori verò breuiter reſpõdemus, ſufficere; tũ per text. *in l.* 2. *§. voluntatem. ff. ſolut. matrim. l. in adoptionibus, ff. de adopt.* cum aliis iuribus allegat. ſup. *cap.* 7. *quæſt.* 4. *concl.* 5. *ad fin. verſic. ſufficit quoque*, tum ex eo, quòd taciti, & expreſſi eadem regulariter eſt virtus, vulg. *l. cùm quid, ff. ſi cert. petat.*

quódque

quódque volũtas nõ minùs factis,quàm verbis declaratur,*cap.dilecti*,vbi omnes,*de appellat.*atque ex aliis, quibus idipsum quoad consentium pro forma, & solemnitate inductum in d. proxime sequenti concluſ. adducemus, & latius prosequuti sumus *d. cap. 7. quæſt. 4. concluſ. 6. poſt medium, verſic. regulariter quoque.*

OCTAVA, & postrema CONCLVSIO. Quamuis in suppressione beneficiorum, quæ à Rom. Pon-
238. tifice, vel ex eius auctoritate fit, † non necessariò requiratur consensus, vel consilium Capituli Ecclesiæ Cathedralis, in cuius ciuitate, vel diœcesi situm est beneficium supprimendum; necessariò tamen interuenire debet in suppressione ab Episcopo facienda. Prior pars huius conclusionis probatur tum ex eo, quòd iura, quæ huiusmodi Capituli consensum, vel consilium in grauioribus Ecclesiæ negotiis exigunt, non multo pòst à nobis allegan. loquuntur, quando Episcopus, non autem, cùm Papa de hisce negotiis agere, vel disponere vult: & vbi etiam de Papa loquerentur, ab iis non adstringeretur tamquam supremus Princeps eorum conditor, aut conditoris successor,iuxta *l. Principes,ff. de legib.& c.proposuit,de conceſſ.prab.* cum suis concord. Tum ex eo, quod in terminis siue alienationis rei Ecclesiasticæ,à qua non longè abest suppressio beneficiorum; siue vnionis Ecclesiarum, seu beneficiorum, (cuius horum suppressio species quædam est, eiúsque nomine continetur, vt sup. hac ipsa quæst. *concl. 3.ad fin.*ex alibi adductis ostendimus;)quòd ad eam cùm à Pontifice Romano,ex eiúsve commissione fit,Capituli vocatio,eiúsve consensus, aut consilium non exigatur,post alios tradidimus *cap. præced. quæst. 7. concl.* 11. non longè ab initio. Tum denique ex text.*in c.pastoralis,in fi.de his,quæ fi. à prælat.fin. conſ. Capit.*vbi Innoc.III.respondit, Episcopo non licere totam Ecclesiam parochialem, eiúsve obuentionis, aut illarum portionem aliquam etiam reseruata Vicarij eiusdem Ecclesiæ sustentatione religiosis viris conferre, præter Capituli sui voluntatem,nisi de licentia Rom.Pontificis: prædicta enim collatio, seu concessio,præsertim cum illa reseruatione sustentationis pro Vicario vix potest sine beneficij parochialis suppressione,seu extinctione intelligi.

Extenditur autem hæc prior pars conclusionis,vt
239. procedat etiam † in suppressione à Legato sedis Apostolicæ facienda; in ea enim non tenetur consilium, vel consensum Capituli Cathedralis Ecclesiæ requirere,aut habere; per ea,quæ de vnione beneficiorum, seu Ecclesiarum ab ipso facienda post alios docuimus *d.concl.11. ad fin.prioris partis illius concluſ.* Ratio autem discriminis inter Episcopum, de quo mox dicemus, & Legatum, quod ad hanc rem attinet,esse illa potest,quæ in institutione,& destitutione ab Episcopo non nisi cum sui Capituli cõsilio faciẽda assignatur *in c.nouit,de his,quæ fi.à prælat.fin.conſ. Capit.*quia nimirum Canonici Ecclesiæ Cathedralis fratres sunt Episcopi,& cum eo tamquam capite ipsi vti membra vnum corpus constituunt,quod quidem de iisdem Canonici respectu Legati sedis Apostolicæ dici non potest, cùm nusquam id in iure cautum
240. reperiatur.Posterior autem †pars huius conclusionis probatur primò ex iuribus,in quibus habetur, Episcopum non posse grauiora negotia absque Capitulo suo peragere,vt *in c.1. c. ea noscitur*, ac toto penè tit. *de his,quæ fi.à prælat.fin.conſ.Capit.c.pastoralis, de donat. c.vt super,§.1. de reb.Eccleſ.non alien. c.1. eod.tit.in 6. & Clem.2.eod.tit.*cum suis concord.Sed quoniam aliqua iura in hisce negotiis ab Episcopo peragendis solùm requirunt consilium,alia verò consensum memorati Capituli,vt constat ex iuribus,quæ sup.*cap.7. quæſt.4.concl.6.circa initium* allegauimus: ideo adhibendæ sunt hac in re distinctiones illæ,quas *ibid.*adduximus.Secundo probatur ex *cap. cùm nos,cap. tua nuper,& c.pastoralis,de his,quæ fi a prælat.conſ. Capit.* necnon *cap. pastoralis, de donat.* in quibus habetur, concessiones, seu donationes Ecclesiarum ab Episcopo fieri non posse religiosis viris, ita, vt illarum reditus in horum vsus conuertãtur, absque consensu Capituli sui: huiusmodi autem concessiones, seu donationes Ecclesiarum vix fieri possunt sine beneficiorum suppressione, cùm illæ Ecclesiæ in beneficia erectæ fuerunt, prout de parochiali Ecclesia negari non posse videtur esse casum *d. cap. tua nuper, & cap.pastoralis,de his,quæ fi.à prælat.fin.conſ.Capit.*Qua ratione ad idem est text. *in Clement.* 1. quæ incipit,*ſi vna,de reb. Eccleſ. non alien.* vbi apertè supponi videtur,quòd vna Ecclesia alteri Ecclesiæ,†dignitati,vel 241.
præbendæ vniri,aut loco religioso donari ab Episcopo non possit,nisi suo consentiente Capitulo.quatenus verò per eum text.præter Doct.*ibi & in cap.ſicut vnire,de exceſſ.prælat.*multi, quos refert, ac sequitur Garz.*tract.de benefic.part.*12.*cap.*2.*num.*145.tradiderunt,ad vnionem per Episcopum faciendam requiri consensum Ecclesiæ Cathedralis, relatus à nobis *d. cap. præced. quæſt. 7. concluſ.* 11. *circa medium*, vbi etiam vsque ad fin. concl. nonnulla ad huius rei declarationem attulimus, quæ hîc repetere foret superuacaneum; ex alia quoque ratione confirmatur hæc posterior propositæ conclusionis pars, quòd nimirum beneficiorum suppressio regulariter ab Episcopo fieri non possit absque Capituli sui, hoc est, Cathedralis Ecclesiæ consensu. quæ etiam roborari potest illa ratione,quòd negari non potest,quin suppressio beneficij,aut saltem dignitatis in Cathedrali Ecclesia, vel diminutio præbendarum eiusdem Ecclesiæ ad illius statum pertineat; in iis verò quæ ad statum Ecclesiæ pertinent neque Episcopus sine Capitulo,neque Capitulum sine Episcopo aliquid statuere potest,*cap.cùm omnes,de conſtitut. & c. cùm conſuetudinis,de conſuetud.*cum vtrobique notat. & aliis ad id per nos adductis *in tract. de distribut. quotid. part.2.quæſt.13. præmiſſ.vlt.*Omnino verò hæc eadem posterior pars huius conclusionis quoad eamdem suppressionem dignitatis,ac diminutionem numeri præbendarum in Cathedrali,probatur ex text.*in cap. cùm accesſiſſent,& c.ex parte*,seu *pen.de conſtit.* necnon *in cap.fin.ae verb. ſignif.* iunctis iis,quæ communiter tradunt Doct.*in his iurib.& in Clem. 2. de reb. Eccleſ. non alienand.*atque alibi sæpe,ac post multos Garz.*d. part.*12.*cap.*2.*num.*172. cum aliquot seqq. vbi etiam allegat Conc.Trident.*ſeſſ.*24.*cap.*15. *de reform.* quod quidem decretum quoad suppressionem aliquot præbendarum in Ecclesiis Cathedralibus,vel Collegiatis insignibus † id apertè conuincit: *ibi* enim de- 242.
cernitur,quòd in iis Ecclesiis,vbi frequentes, adeóque tenues sunt præbendæ simul cùm distributionibus quotidianis,vt sustinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant;† liceat Episcopis cum Capituli consensu vel 243.
aliquot simplicia beneficia,non tamen regularia,iis vnire;vel,si hac ratione prouideri non possit,aliquibus ex iis suppressis cum patronorum consensu, si de iurepatronatus laicorum sint,quarum fructus, & prouentus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere. Hoc autem decretum Concilij, quod ad priorem eius partem,hoc est,beneficiorum vnionem attinet,nihil innouat ex eo, quod dispositum erat *in d. Clem. 2. §. fin. de reb. Eccleſ. non alienan.*vt nimirum nequeat Episcopus,etiam sui Capituli accedente consensu,mensæ suæ,vel ipsi Capitulo

lo aliquam Eccleſiam vnire; idque ne quis auctorizet in facto proprio, contra *l.1. & l. pupillus, ff. de auctor. tutor. cap. hic vſus, 10.quæſt.2. cap.fin.de inſtit.* gloſ. ab aliis approbata *in d. §. fin. verbo, menſæ ſuæ,* ac poſt alios Garz.*d.cap.2. num.* 168. ſubdens, tunc requiri Papæ auctoritatem, poſt gloſ.*ibidem*, quam ſequuntur Card.*num.*3.Abb.*num.6.&* alij; quamuis Bonifac.*num.*12.teneat,poſſe recurri ad Archiepiſcopum.Rectè autem Garz.alios ſecutus *vbi ſup.n.*169. docet *d. §. fin.* procedere, quando vnio fit Capitulo principaliter,& directè;ſecus verò quando in conſequentiam, & indirectè eſt in vtilitatem Capituli, *& n.*170. iuncto *n.* 171. vbi vnio ſolùm fiat alicui dignitati,vel præbendæ Capituli,vel etiam† omnibus 244.
præbẽdis diſtinctis,& quidem non modò ſeparatim, ac diſtinctè vnicuique vniendo aliquod beneficium, ſed & omnibus ſimul vniendo eis indiſtinctè vnum, aut plura beneficia,eorum reditibus cuique præbendæ pro certa portione aſſignatis,ac diſtributis; idque ſaltem attenta d.priori parte memorati decreti Cõcilij,atque hoc ſatis apertè colligitur tum ex quadam Rot.Rom.decitione coram R.P.D. Pirouano eiuſdẽ Rotæ Auditore integerrimo,pariter,& eruditiſſimo in vna Sabinenſi vnionis,16. Iunij 1614. dum in ea deciſum fuit, poſſe ab Epiſcopo cum Capituli conſenſu vnire beneficia præbendis diſtributiuè, nõ autem mẽſæ Capitulari:tum ex ipſo Conc.dum decreuit licere Epiſcopis cum Capituli conſenſu vnire beneficia præbendis. Sed & idem puto in terminis *d. Clem.* 2.*§.fin.*ibi enim pariter cõtrà diſtinguitur vnio Eccleſiæ,ſeu beneficij per Epiſcopum de cõſenſu ſui Capituli facta præbendæ ab vnione ſic facta Capitulo,ſeu menſæ Capituli,& illa permittitur, hæc prohibetur. Dixi autem,præbendis diſtinctis fieri poſſe vnionem ab Epiſcopo cum Capituli conſenſu; quia ſecus, ſi non eſſent diſtinctæ; prout iuxta terminos iuris antiqui ſenſit Garz. *d.n.*170. & in ſpecie voluit Vitalin.*d.§.fin.n.*14. & iuxta terminos tam eiuſdem iuris antiqui,quàm etiam Concilij Trid.Hier. Gabr. *conſil.* 188. *n.* 4. cuius rei ratio ex eo deſumi poteſt, quod non multò pòſt dicemus,harum præbendarum indiſtinctarum adminiſtrationem eſſe penes Capitulum,atque adeò tunc vnio fieret Capitulo,ſeu eius menſæ Capitulari,contra *d. §. fin.* Ex prædictis verò patet,falli eundem Garz.*d.n.*171. dum illud amplius vult,in terminis eiuſdem prioris partis decreti Concilij poſſe ab Epiſcopo cum Capituli conſenſu vniri beneficia diſtributionibus: hoc enim caſu non eſſet vnire præbendis,ſed Capitulo,ſeu menſæ Capitulari:quod tamen non modò aduerſatur *d. Clem.*2.*§.fin.* ſed etiam prædictæ deciſioni,& apertis verbis ipſius Concilij, vbi ſolùm permittit vniri poſſe beneficia præbendis: quamuis enim,cùm mentionem feciſſet præbendarum, ac diſtributionum, ſubdat, quòd liceat iis vnire: tamen & mentio diſtributionum eſt incidens,ſeu acceſſoria; (dicitur enim *ibi*, præbendæ ſimul cum diſtributionibus;) & ad has dictio illa,*ibi*, referri nullo modo poteſt; ferè enim ſtatim ſubiicit,aliquibus ex iis ſuppreſſis, per hanc dictionem omnino accipiendo præbendas; aliàs in eadem dictione manifeſta committeretur æquiuocatio.Neque opinio Garz. iuuatur declaratione ſacræ Congregationis, quam pro ſe ſtatim allegat, quòd hæ vniones fieri poſſint diſtributionibus quotidianis, vbi illæ tenues ſint,& etiam præbendæ tenues:ſecus ſi præbendæ non eſſent tenues,quia hoc caſu tenuitati diſtributionum ſuccurri poteſt per remedium *c. 3.ſeſſ.*21,idémque licere,quando nullæ ſunt diſtributiones,& præbendæ tenues,vel è contra,hoc eſt,tenues diſtributiones, & nullæ præbendæ; quoniam tunc non niſi diſtributionibus vnio fieri poteſt.nam alia declaratio eiuſdem ſacræ Congregationis per eundem Garz.*ibi* ad hoc alleg. remittitur ex *part.* 11. *c.*4.*n.*31.nihil ad hanc rem facit,quod verò in primo reſponſo dictæ declarationis habetur,vel intelligendum eſt de ſuppreſſionibus,quarum mentionem facit Concilium in poſteriori parte decreti,& nos paulo pòſt;vel ita accipiendum,vt ſolùm reſpiciat ad conſuetudinem,vel ſtatutum Eccleſiæ,ex quib.in ea ſint diſtributiones,& prębendæ,vt ad vnionem requiratur tenuitas in vtriſque: quæ expoſitio ſuadetur etiã ex primis verbis ſecundi reſponſi prædictæ declarationis,vbi declaratio loquitur in caſu,quo in Eccleſia nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vt tunc etiam fieri poſſit vnio, ſi præbendæ ſint tenues. quod autem in poſteriori parte ſecundi reſponſi eiuſdem declarationis dicitur, vel è contra, vbi etiam hæc verba exponenda ſint iuxta ſenſum à nobis ſuprà relatum,vt nimirum, cùm nullæ ſunt in Eccleſia præbendæ,ſed ſolæ diſtributiones quotidianæ, his fieri poſſit vnio vigore memorati decreti Conc. Trid. *d. cap.* 15. in priori eius parte; hoc mirum eſſe non debet,neque aduerſatur doctrinæ,quam paulo antè firmauimus, vt vigore d. decreti Concilij regulariter vnio fieri nequeat diſtributionibus quotidianis;nam in Eccleſiis,in quibus nullæ ſunt præbendæ,ſed ſolæ diſtributiones quotidianæ, iſtæ ſimul etiam ſunt loco præbendarum, vt ex iis patet,quæ adduximus *in tract.de diſtribut. quotid.part.*1.*quæſt.*6. *num.*14. *cum duob.ſeqq.* præcipuè ex Decian. *conſil.*43. *num.*14. *& ſeq.vol.*1.quamuis non concedam quod is *ibi* contendit,tunc diſtributiones quotidianas omnino ſubrogari loco præbendarum, ita, vt earum facienda ſit mentio in impetratione Canonicatus,prout ipſe adnotauit *d.part.*1.*quæſt.*8.*num.*10.

Quoad poſteriorem verò partem prædicti decreti Conc.Trid.*& c.*15. quod eſt de ſuppreſſione aliquot præbendarum,quę in ſubſidium vnionis beneficiorũ ſimplicium præbendis Epiſcopo permittitur cũ Capituli conſenſu:quicquid ſit attẽto iure antiquo;iuxta quod cõmuniter ſententia videtur eſſe,quòd, † ſi 245.
bona Epiſcopi,& Capituli ſint diuiſa,poſſit Capitulum auctorizante Epiſcopo ſupprimere dignitatem, aut præbendam eius etiam fructus applicando mẽſæ Capitulari,ſeu diſtributionibus, vt patet ex adductis à Garz.*d.part.*12.*c.*2.*n.*172.*cum trib. ſeqq.* qui quoad hoc inclinat in eam ſententiam,neque etiam, cùm bona Epiſcopi, & Capituli ſint diuiſa, prædictam ſuppreſſionem,& applicationem fieri poſſe, niſi vni præbendæ,vel etiam ſingulis. quæ pariter mihi probabilior,ac verior videtur; quoniam, ſi reditus præbendarum ſuppreſſarum ad vtilitatem Canonicorũ aliter,quàm præbendis diſtinctis,quæ cuiuſque propriæ ſunt,applicentur, licèt bona diuiſa eſſent, temper Capitulum auctorizaret in facto proprio,contra prædicta iura præſertim *d.Clem.*2.*§.fin.*& *ibi* gloſ.recepta,*verbo,menſa:* licèt quoad hoc cõtrariũ ſenſerit Hier.Gabr.*conſil.*188.*n.*6.*&* 7.ſed malè,vt paulo pòſt videbimus: certè vigore prædictæ poſterioris partis decreti Cõcilij,dicta applicatio redituũ præbendarũ ſuppreſſarũ fieri poteſt diſtributionibus quotidianis, vt apertè cõſtat ex verbis illius decreti paulo antè relatis,nimirũ;aliquibus ex iis ſuppreſſis,quarum fructus, & prouẽtus reliquarũ præbendarũ diſtributionibus quotidianis applicentur: & adnotauit Garz. *d. c.*2.*n.*175.ac fatetur Hier.Gabr.*d.n.*6. vbi tamen cõtendit, † hanc applicationem non dici fieri menſæ 246.
Capitulari; quia beneficium hoc caſu non eſt penes Capitulum,& nunquam eſt:atque adeò nihil impedit,quo minùs fructus diuidantur inter ſingulos Canonicos vti fructus, qui menſæ Capitularis non ſint, & ſic vtilitas non eſt vniuerſitatis, ſed ſingu-

lorum

lorum. Sed malè, meo iudicio, id contendit, & argumentatur Gabriel, vir alioqui eruditiſſimus; tum quòd ex text. *in cap. cùm M. Ferrarienſis, in princ.* necnon §. 1. & 2. conſtat, fructus, & reditus, qui in Eccleſia Cathedrali, & Collegiata ad Canonicos pertinent, præter præbendas diſtinctas, eſſe de communi menſa, hoc eſt, Capitulari: tum quòd, vt ipſemet Gabr. fatetur *num.* 7. ad hoc, vt fructus dicantur menſæ Capitularis, ſeu Capituli, ſufficit, quòd penes Capitulum ſit ius eos percipiendi, eorúmque adminiſtratio, &, vt ipſe loquitur, Capituli nomine bona poſſideantur, & fructus percipiãtur, nec refert, quòd ij diuidendi ſint, ac diſtribuendi inter ſingulos, qui intererunt diuinis; quoniam non diſtributio fructuum, ſed perceptio attendenda eſt: &, cùm neceſſe ſit, vt diſtribuantur tamquam fructus Capituli, conſequenter vtilitas eſt vniuerſalis, non ſingulorum. negari autem non poteſt, quin, cùm fructus præbendarum ſuppreſſarum vigore prædicti Conciliaris decreti applicãtur diſtributionibus quotidianis, ius eos percipiendi à ſolo, vel ab aſſiſtentiis, aliiſve debitoribus, illorúmque bonorum, vnde fructus colliguntur, poſſeſſio, & adminiſtratio ſint penes Capitulum; vnde & eius nomine inſtituetur cùm opus fuerit, iudicium, & actio ad bonorum recuperationem, aut conſeruationem, ac fructuum conſecutionem. Quare non ideo minùs quotidianæ diſtributiones † erunt de menſa Capitulari, quòd earum 247.
pars aliqua diuidatur in alios clericos, & Eccleſiæ miniſtros ratione intereſſentiæ diuinorum, qui non ſunt de Capitulo, vt colligitur ex *cap. vnico, de cler. non reſid. in 6.* & Concil. Trident. *ſeſſ. 5. cap. 1. poſt medium.* necnon *ſeſſ. 21. cap. 3. & ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat.* modò eam accipiant de manu Capituli, ſeu Officialis ipſius illas omnes adminiſtrantis, vt dictum eſt. aliàs enim non video, quinam fructus peculiares ſint ipſius Capituli; ita, vt eorum applicatio, & vnio dici poſſit fieri Capitulo, ſeu menſæ Capitulari. quod idem eadem ratione 248.
dicendum eſt † in maſſa groſſa, vel præbendis indiſtinctis; nam harum quoque adminiſtratio, ac perceptio, immo & diſtributio eſt penes Capitulum, & ab eorum Theſaurario in ſingulos diuiduntur. ſecus autem eſt in præbendis diſtinctis, harum enim adminiſtratio, poſſeſſio bonorum, & ius percipiendi fructus, vt ſuprà, eſt penes ſingulos; atque adeò nil mirum, ſi vnio, vel applicatio fructuum his præbendis facta non dicatur facta Capitulo, ſeu menſæ Capitulari. Et iuxta hanc diſtinctionem, præter alias, quas affert Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib. 6. tit. quod cuiuſque vniuerſ. nom. concluſ. 1. num. 3. cum duob. ſeqq.* conciliari poſſunt illæ duæ contrariæ opiniones ab eo *ibidem* relatæ *num.* 1. & 2. quarum altera contendit, quòd vniuerſitas, & ſinguli homines idem ſunt; altera, quòd hæc inter ſe diuerſa ſunt.

Ex his igitur habemus nonnullas præſentis octauæ, ac poſtremæ concluſionis declarationes; quibus aliæ quatuor adiiciendæ occurrunt. Quarum prima eſt, quòd, licèt, cùm agitur de ſupprimendis aliquibus præbendis, ſeu earum numero minuendo in Eccleſia aliqua Collegiata, quæ Cathedralis non ſit, iuxta terminos ſæpiùs memorati decreti Conc. Trid. 249.
d. ſeſſ. 24. cap. 15. de reform. omnino requiratur † conſenſus, vel certè vocatio Capituli prædictæ inferioris Eccleſiæ ratione intereſſe, quod in tali ſuppreſſione, ſeu diminutione prætendere poſſet, ex traditis ſup. hac ipſa quæſt. *concl. 6. & 7.* ac præcipuè ex *cap. 2. cap. cùm vos*, iuxta vnum intellectum, *& cap. ea noſcitur, de his, quæ fi. à mai. part. Capit.* Tamen requiritur
250. etiam † conſenſus Capituli Cathedralis, vt ſatis colligitur ex adductis per nos ſup. hoc ipſo *cap. quæſt. 5. concl. 14.* atque ita poſtmodum ſuperioribus annis declaratum audiui à ſacra Congregatione Concilij Tridentini, nullam nimirum, & inualidam fuiſſe ſuppreſſionem beneficij parochialis ab Epiſcopo factam, non niſi quia illam Epiſcopus fecerat abſque conſenſu Capituli Eccleſiæ Cathedralis. Secunda declaratio eſt, quòd conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis requiſitus in ſuppreſſione beneficiorum etiam inferioris Eccleſiæ, † ſufficit quòd ſupemeniat 251.
poſt actum, licèt ex interuallo, vt ex iis conſtat, quæ latiùs adduximus *concl. præced. circa med.* Tertia declaratio eſt, quòd hic idẽ conſenſus Capituli Cathedralis, quin etiam Epiſcopi, ſufficit tacitus; tum quia taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, vulg. *Lecim quid, ff. ſi cert. petat.* cum aliis ad id allegat. ab Euerard. *in Topic. iur. loc. ab expreſſo ad tacitum, numer.* 1. cum aliquot ſeqq. Tum ex pluribus ad id quoad vltimæ voluntatis commutationem, & ſimilia adductis per nos ſup. *cap. 7. quæſt. 4. concluſ. 6.* longè poſt med. *verſic. regulariter quoque*, præcipuè verò ex Bero. *conſil.* 21. *numer.* 28. *volum.* 2. Roch. de Curt. *tract. de iurepatronat. verbo, pro eo, quòd de diœceſani conſenſu, quæſt.* 8. Lambertin. *eod. tract. lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 1. *artic.* 7. *numer.* 5. *& lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 7. *art.* 30. *num.* 20. *cum duab. ſeqq.* Stephan. à Caiet. *in repet. cap. fin. col.* 35. *de elect. in* 6. & Pur. *deciſ.* 100. *num.* 4. *& 7. lib.* 2. Quarta, & poſtrema declaratio ſumenda videtur ex Trid. Conc. *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *verſic. & quia ad Collegij fabricam.* dum enim *ibi* ſtatuitur, quòd ad Collegij fabricam pro ſeminario Clericorum inſtituendam, & ad mercedem præceptoribus, & miniſtris ſoluendam, & ad alendam iuuentutem, atque alios ſumptus, Epiſcopi cum conſilio duorum de Capitulo, quorum alter ab Epiſcopo, alter ab ipſo Capitulo eligatur; itémque duorum de Clero ciuitatis, quorum alterius electio ſimiliter ad Epiſcopum, alterius verò ad Clerum pertineat; beneficia aliquot ſimplicia cuiuſcumque qualitatis, & dignitatis fuerint; vel etiam præſtimonia, vel præſtimoniales portiones nuncupatas, etiam ante vacationem, ſine cultus diuini, & illa obtinentium præiudicio, huic Collegio applicent, & incorporent; idque locum habeat, etiamſi beneficia ſint reſeruata, vel affecta; nec per reſignationem ipſorum beneficiorum, vniones, & applicationes ſuſpendi, vel vllo modo impediri poſſint; ſed omnino, quacumque vacatione, etiamſi in Curia, effectum ſuum ſortiantur, quacumque conſtitutione con obſtante (hæc verò applicatio, vnio, & incorporatio beneficiorum ſine eorum ſuppreſſione, & extinctione fieri nequaquam poſſe videtur:) inde ſatis apertè videtur colligi, † 252.
ad hanc ſuppreſſionem beneficiorum fauore ſeminarij faciendam non requiri conſenſum totius Capituli, ſed ſufficere conſilium prædictorum quatuor deputatorum duorum de Capitulo, & duorum de Clero ciuitatis: prout ſub nomine vnionis adnotauit Garz. *d. tract. de benefic. part.* 12. *c.* 2. *n.* 190. ſubdens *n.* 191. *cum trib. ſeqq.* aliqua ad huius decreti Conc. explicationem, quæ nos quoque retulimus *cap. præced. quæſt. 7. concluſ.* 11. *ad fin.* vbi contrarium quoad mox memoratum articulum de neceſsitate conſenſus Capituli ſatis, ni fallor, oſtendimus. quoad præſumptionem autem huiuſmodi conſenſus Capitularis remiſsiuè citauimus eumdem Garz. *d. cap.* 2. *num.* 121. *vſque ad* 144. *& num.* 177. *vſque ad* 189. quib. in locis pariter tractat, quando ex curſu temporis, ac poſſeſsione præſumantur ſolemnitates, & ex his beneplacitum quoque ſedis Apoſtolicæ.

Iam verò, licèt pro huius quæſtionis complemen-

to

to afferri quædam notabilia, & regulæ poſſent, ac debere viderentur, quæ ad praxim ſuppreſsionis beneficiorum valde conducunt: tamen, quia huiuſmodi notabilia, & regulas facilè quis colligere poterit ex ſimilibus per nos allatis quoad vltimarum voluntatum commutationem, *cap. 7. queſt. vlt.* & quoad derogationem qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, *cap. 10. quæſt. 7. concluſ. 9.* atque ad beneficiorum ſuppreſſionem ſolis nominibus mutatis transferre: eam ob cauſam id nunc facere ſuperſedentes, cùm nihil aliud ad hanc rem aut quæſtionem pertinens in præſentia nobis occurrat, præter id, quod *cap. preced. q. 7. in fi.* huic loco vti aptiori reſeruauimus, nimirum quid obſeruandũ ſit in praxi cùm de minuendo numero beneficiorũ, ſeu præbendarũ agitur, iuxta terminos *c. cùm acceſſiſſent, c. cùm M. Ferrarienſis, & c. pen. de conſtit. c. fi. de verb. ſignif.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 15. de refor.* ea de re nunc breuiter nobis agẽdum erit: in qua præcipuum illud
253. eſt, † quomodo taxandi ſint reditus præbendarum, ſeu beneficiorum, cùm eorum aliquot ſupprimenda ſunt; ſeu quæ redituũ portio, & quantitas remanere debet ſingulis præbendis, ſeu beneficiis illius Eccleſiæ non ſupprimendis. Quare ceteris leuioribus articulis, qui ad huiuſmodi praxim pertinere poſſunt, quoniam eos proſequi infinitũ prope eſſet, prætermiſſis, de hoc ſolo pauca dicamus; aliquas circa eum tradentes regulas, vnde arbitrium ſuũ ſuperior numerum præbendarum reducens, ſeu minuens informare, ac regulare poſſit: cùm enim in huiuſmodi reductione, ſeu diminutione quãtitatẽ redituum, cuique Canonico aſſignandam ius non definiat, ſeu
254. præſcribat, † boni viri, hoc eſt, iudicis, ac ſuperioris arbitrio, non tamen libero, ſed prudenti, ac regulato id relinquendum eſt, iuxta *l. 1. ff. de inr. deliber. & cap. de cauſis, de off. deleg.* cum vtrobique adnot. per Doctor. *& in cap. ſi pro debilitate, eodem tit.* cum aliis adductis inter ceteros à Flamin. Pariſ. *tract. de reſignat. benefic. lib. 5. queſt. 6. eáque vlt. num. 132. vſque ad 145.*

Prima igitur regula ſit. Reditus beneficij, ſeu Ca-
255. nonicatus in ſupprimendis aliquibus præbendis † in ea quantitate taxari, ſeu aſſignari cuique Canonico debent, quæ non præcisè ſufficiat ad vitam ducendam, ne is fame pereat; ſed congrua, ſeu competens, ac decens, hoc eſt, ad vitam honeſtè, & cõgruè traducendam. Hæc regula ſatis comprobatur primò ex eo, quod habetur *in c. cùm M. Ferrarienſis, §. mandamus de conſtit.* vbi dicitur, quòd in taxatione, ſeu reſtrictione numeri præbẽdarum exprimi ſolet, aut debet, niſi in tantum exterẽſcerent Eccleſiæ facultates, vt pluribus poſſent ſufficere competẽter. Secundò ex eo, quod Nauar. *conſ. 14. num. 2. & conſ. 23. de temp. ordin. ac in Man. de orat. c. 21. num. 11.* Azor *Inſtit. moral. part. 2. lib. ... cap. 10. q. 8.* & alij plerique relati pariter, & probati à Garz. *tract. de benef. part. 2. c. 5. n. 107.* ac nouiſſimè à Io. Hieron. Campanil. *in Diuerſor. iur. ſub. 8. c. 2. n. 1.* tradiderunt, titulum ſiue beneficialem, ſiue patrimonialem, ad quem eſt ordi-
256. nandus clericus ad maiores ordines, † ſufficere debere ad honeſtè viuendum, ſeu honeſtam, & cõmodam ſuſtentationem; id quod probat etiam text. *in cap. Epiſcopus, de præb.* vbi habetur, quòd clerico ordinato ad ſacrum ordinem aſſignari debent conuenientia ſtipẽdia militiæ clericalis: *& in cap. tuis, eod. tit.* de clerico in minoribus dicitur, quòd promoueri poteſt ad ſuperiores ordines, ſi habeat, vnde poſſit congruè ſuſtentari: *& in cap. cum ſecundùm, eod. tit. & c. ſi Epiſcopus, eod. tit. in 6.* quòd ordinando prouidendum eſt de competenti beneficio: & in Concil. Trid. *ſeſſ. 21. c. 1.* quòd beneficium Eccleſiaſticum, ad cuius titulum quis ordinatur, tale eſſe debet, vt ei ad victum honeſtè ſufficiat; neque illud reſignari poſſe, aut reſignationẽ huiuſmodi admitti, niſi conſtito, quòd aliunde commodè viuere poſſit. quod idem ferè habetur *in conſtit. 58. Pij V.* iuxta Bullar. antiq. & nou. quæ incipit, *quanta Eccleſiæ, circa med.* ibi; ſed nec horum vllus ſacro ordini mancipatus, niſi Religionẽ ingreſſurus, valeat vllo modo beneficium, vel officium Eccleſiaſticum reſignare, niſi aliunde ei ſit, quo in vita poſſit commode ſuſtentari. Tertiò ex eo, quòd portio eorum, qui ad regimẽ parochialium Eccleſiarum præſententur, in ea quantitate debet eſſe, vt inde rationem competentem, ſeu congruam ſuſtentationem habere poſſint; vt conſtat ex *cap. de monachis, cap. in Lateran. & cap. extirpanda, in princ. de præb. cap. 1. eod. tit. in 6. & Clem. 1. in princ. de iurepatr.* necnon *cap. cùm & plantare, & in Eccleſiis, de priuil.* ſubditur autem *d. Clem. 1. §. ſanè*, quòd, ſi onera Eccleſiarum, illarũ patronis incumbant, nihilominus tenentur presbyteros, ſeu Vicarios ab eis præſentatos, decenter tractare, necnon ſuſtentationem ſufficientem, & congruam eis præſtare: de qua etiam congrua portione Vicariis parochialium Eccleſiarum præſtanda temporalibus quidem habetur in Concil. Trident. *ſeſſ. 6. cap. 2. ſeſſ. 7. cap. 5. ac ſeſſ. 24. cap. 18. circa initium, de reformat.* perpetuis verò Vicariis *ſeſſ. 7. cap. 7. & ſeſſ. 25. cap. 16.* pariter *de reformat.* de quibus etiam *in cap. 2.* quod incipit, *ſicut nobis, de ſuppl. negl. prælat.* diſponitur, quòd debent poſſe competenter, non autem in paupertate magna Eccleſiis deſeruire. Quartò eadem regula probatur ex eo, quod de clericis ſtatuitur *in cap. 1. de inſtitut.* vt † tot ſuſcer- 257.
piantur in Eccleſiis collegiatis, quot ſe regere de bonis Eccleſiæ abſque penuria poſſint; vbi gloſ. *in verbo, abſque penuria*, ex eo text. *& cap. auctoritate, eodem tit. ac d. cap. cùm M. de conſtit.* docet, tot eſſe ponendos in Eccleſiis, quot ex earum facultatibus poſſunt commodè ſuſtentari: quod idem per hos text. necnon per *c. ex parte, in fi. de conceſſ. præb. cap. fin. de verb. ſignif. & cap. quoniam, de vit. & honeſt. cler.* tradit *ibi* gloſ. ab aliis approbata *in verbo, expenſis.* quare non admodum curandum eſt de diſtinctione, quam facit gloſ. *in cap. 1. §. ſane, verbo, abſque penuria, de ſtat. regulin 6.* dum diſtinguit inter viuere abſque penuria, & viuere commodè; quaſi illud ſolùm excludat defectum neceſſariorum, hoc verò quid amplius includat, præter neceſſaria: quam diſtinctionem poſt alios ſequitur Cordubenſ. *in l. ſi quis à liberis, §. ſed, ſi filius, num. 81. cum tribus ſeqq.* hæc enim diſtinctio confunditur ex prædictis, & aliis, quæ adducit eam impugnans Dec. *in cap. poſtulaſti, num. 7. de reſcript. cap. peruenit, il 2. num. 17. de appellat. & d. cap. de monachis, num. 8. de prabend.* præcipuè, quia text. *d. cap. 1. de inſtit.* vtitur verbo, *abſque penuria*, in calu, in quo text. *d. cap. cùm M. de conſtit.* vtitur verbo, *competenter*; quem etiam ſequitur Cagnol. *in prooem. Digeſtorum, §. non verò, num. 1.* & Ioann. Petr. Surd. *tract. de aliment. tit. 4. num. 6. & 7.* neque verum eſt, quod ait Cordubenſ. ſuprà *numer. 83. d. cap. 1.* loqui tantùm de monachis, ſed immo etiam de clericis. Minus obſtat, quod idem Cordubenſ. *numer. 84.* ait, quòd text. ij in diſſimili ſpecie loquuntur, cùm *d. cap. 1. de inſtit.* loquatur de Eccleſia non numerata, *d.* verò *cap. cùm M.* de numerata; vnde lautiora alimenta præſtantur, vt quiſpiam in Canonicũ adlegetur vltra numerum præſtitutum, quàm in ſpecie *d. cap. 1.* vbi numerus Canonicorum eſt incertus; difficiliúſque præſtitutus numerus rumpitur, quàm augeatur ſimpliciter, *c. conſtitutus, de reſcr.* Reſpõdetur enim, quod

*in d.cap.*1.quamuis adhuc numerus non eſſet certus, ac taxatus dagitur tamen de eo determinando,ac taxando : atque adeò non obeſt text. *d.c.conſtitutum*,vbi non opponitur certus Canonicorum numerus iuratus numero incerto,neque,quod *inibi* ex aliqua coniectura appareat,certificãdo. quare in ſua vi ſtat Decij argumẽtum. Deinde ex eo etiam hæc ipſa diſtinctio confunditur,quòd, cùm *in d.c.*1 *de inſtit. & d.*§. *ſanè*, ſtatuatur de non recipiendis in monaſteriis plurib. quàm qui abſque penuria poſſunt ſuſtentari; idipſum à Conc.Trid.*ſeſſ.*25.*cap.*3.*ad fin.de regul.* decernitur vtendo verbis cõmodæ ſuſtentationis:ſicut etiam quod *eod. cap.* 1.*de inſtit.* requirit in clericis, quòd ſine penuria ſe regere, hoc eſt,ſuſtentare, ſeu viuere poſſint,non modò idem Conc.*ſeſſ.*24.*c.*17. *de reform.*ait,beneficium Eccleſiaſticum,quod confertur clerico,tale eſſe debere,vt ad eius vitam honeſtè ſuſtentandam ſufficiat ; ſed *& c.expoſtulaſti, in fi.de prab.* vult , quòd in annectendis reditibus Capellarũ præbendis Eccleſiæ Cathedralis congrua portio Capellarum presbyteris reſeruanda eſt : & *d. c. poſtulaſti, de reſcr.* ſupponit,quòd clerico competenter de beneficij alicuius reditibus eſt prouidendum.Idem autem important,& ſynonyma cẽſentur, † viuere decenter,commodè,congruè,competenter, vel honeſtè,vt ſentit Garz.*d.cap.*5.*n.*118.& ex doctrina Dec. *d.c.de monachis,n.*8. *de prab.* tradit nouiſſimè D. Io. Hieron. Campan.*in diuerſor.iur.canon.rubr.*8. *cap.*2. *num.*7. Tandem hæc ipſa prima regula probatur in terminis ex Conc.Trid. *ſeſſ.*24.*c.*15.*de refor.*vbi ſuppreſſio aliquot præbendarum Epiſcopis cum Capituli conſenſu conceditur in Eccleſiis illis Cathedralibus,& collegiatis inſignibus,in quibus frequentes, adeoque tenues ſunt præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis,vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci,& perſonarum qualitate non ſufficiant : inde enim ſatis conuincitur , velle Concilium in ipſa quoque ſuppreſſione conſuli huiuſmodi decentiæ gradus Canonicorum : dum tamen ſimul etiam diuino cultui,& Eccleſiæ dignitati proſpiciatur tot præbendas in ea relinquendo vltra ſuppreſſas , vt huiuſmodi cultui , ac dignitati reſpondeant,prout *ibidem* ſubditur.

Neque huic eidem ptiori regulæ à nobis traditæ, obſtat, quòd *in d.cap.Epiſcopus,& cap.cùm ſecundùm, de prab.*necnon *in d. c.ſi Epiſcopus , eod.tit. in 6.* illud ſolùm requiri videatur , vt ordinato vitæ neceſſario per Epiſcopum ſubminiſtrentur : & à Conc. Trid. *d.ſeſſ.*21.*cap.*2.*de refor.*id ſpectati , ne clericus cogatur cum Ordinis dedecore mendicare,aut ſordidum aliquem quæſtum exercere,vt ex eius cap.initio colligitur ; in cuius etiam fine illud ſolùm exigit,patrimonium,& penſionem clericorum talia eſſe,vt clericis ad vitam ſuſtentãdam ſatis ſint ; ac poſt pauca, quòd ij habeant,vnde viuere poſſint. Nã †,quod *ad d.c. Epiſcopus*,attinet.glos.*ibid.in verbo,neceſſaria*,ab aliis approbata,quos etiam ſequitur Menoch. *de arbitr.iud.caſ.*169 *n.*14. hoc verbũ exponit , conſideratis facultatibus Eccleſiæ , & dignitate ipſius clerici: quæ etiam glos. illud quod de ſufficienti præbenda habetur *in c.cùm adeò , de reſcr.* ſic ferè exponit *ibi in verbo,ſufficientem*,ad quã glos.pariter ſe remittit ead. glos. *d. c.poſtulaſti, eod.tit.verbo,competenter*; vbi text. quod competentem prouiſionem beneficialẽ dixerat , eamdem ſtatim ſufficiens beneficium appellat. Deinde text.*in d.c.Epiſcopus*, mox ſeipſum declarat, dum ſubdit ea verba , conuenientia ſtipẽdia militiæ clericalis. Quomodo etiam reſpondetur *ad d.c. cùm ſecundùm*;ſtatim enim addit de cõpetenti beneficio; immo verbis illis, *neceſſaria vita ſubminiſtres* ,inſerit illud,*congruè*.P. iter Pontifex *in d.c.ſi Epiſcopus*,poſt verba illa,*vita neceſſaria miniſtrare*, confeſtim ſubiicit;*donec ſibi per eum,vel per alium de competenti beneficio ſit prouiſum.* Similiter *in d.c.*2. Concil.Trid.præterquam quòd verba illa de mendicatione,ac ſordido quæſtu in clerico ſolum narratiuè,& ad ſummũ pro cauſa impulſiua ponuntur,atque adeò inde non licet arguere,ex traditis per Euer. *in loc. à contr.ſenſ. n.*13. *cum duob.ſeqq.* adhuc dicitur , ea declarari per ea,quæ paulo pòſt ſubdit,vbi apertè diſponit, quòd beneficium Eccleſiaſticum honeſtè ſufficere clerico debet ad victum;neque illud ab eo reſignari poſſe , niſi conſtito , quòd aliunde viuere commodè poſſit ; atque adeò iuxta hæc intelligi , ac declarari quoque debẽt citata verba,quæ *in fine d.*2. *c.*habentur:verba enim ſequentia declarantur à præcedentibus potius,quàm contrà ; & vna pars conſtitutionis declarat alteram,*l.qui ſtiab ff.de legat.*1.cum aliis adductis à Mandoſ. *ad reg.* 7. *Canc. quæſt.*3. *num.*4. *cum ſeq.*atque à Doctoribus paſſim.

258. 259.

Secunda regula ſit. In iſta congrua ſuſtẽtatione † non debent cõputari,ſed deduci expenſæ, aut onera temporalia incũbentia ipſi beneficio , vt onera Epiſcopalia,receptio Nuntiorum,ſeu Legatorum Sedis Apoſtolicæ , hoſpitalitatis,& ſimilia,prout de expẽſis eſt optimus text.*in c.quoniam,de vit & honeſt.cler.* nam, vt *ibi* ait glos. *in verbo , & expenſis*, illi fructus æſtimandi ſunt,qui ſuperſunt deductis expenſis, *l.*1. *C.de fruct.& lit.expenſ.* & in facultatibus æſtimandis habenda eſt ratio expenſarum ; ad quod text.eſt *in l.* 3.*cum gloſ. ff. vbi pupill. educ.deb.* & in alimentis latè tradit Cordub. *in repet. d.l.ſi quis à liberis , §.ſed ſi filium , n.*36. *cum ſeq.ff.de liber.agnoſc.* quoad iura verò Epiſcopalia , (de quibus præcipuè habetur *in c. conquerente, de off.ord.*) tenet glos. *d.verbo , & expenſis*, necnon *d.c.cum adeò, verbo , ſufficientem, de reſcr.* per text.*in cap.ſicut* , quod eſt 2.*de ſuppl.negl.prælat. & c. de monachis,de prab.*ac præterea eſt text.*in c.*1.*eod.tit. in 6. & Clem.*1.*de inrepat.* quoad receptionem Nuntiorum,ſeu Legatorum text.eſt iuncta glos. *d.cap.*1. *verbo,onera*, & tenet glos.*d.c.quoniam,verbo,expenſis*, per text.*in c.cum inſtantia , de cenſib.* de hoſpitalitate eſt text.*in d.cap.ſicut,de ſuppl.negl.prælat. & d.c.de monachis,de prab.*adnotauitque glos.recepta tũ *ibi*,tum *d.cap.quoniam , verbo, expenſis, de vit.& honeſt.cler.d. cap.*1.*de inſtit.& d.cap.*1.*verbo,onera,de prab.in 6.*

260.

Tertia regula.In prædicta congruæ ſuſtentationis clerici taxatione † habenda eſt ratio qualitatis perſonarum, ac loci. text. eſt quoad noſtram ſpeciẽ diminutionis numeri præbendarum in Concil. Trid. *d.ſeſſ.*24.*c.*15.*de refor.*ibi ; vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci,& perſonarum qualitate non ſufficiãt.& quoad qualitatem loci, ſeu Eccleſiæ bonus text. eſt *in d.cap.quoniam,de vit.& honeſt.cler. cap.*1.*& cap.auctoritate,de inſtit.*necnon *cap.ex parte, de conceſſ.prab.* vbi habetur,quòd iuxta facultates,ac reditus Eccleſiæ in ea ponendus eſt numerus Clericorum.ac melior *in cap.fin.de verb.ſignif.*ex quo conſtat,quòd Papa mandauerat quibuſdam delegatis,vt Canonicorum ,& præbendarum numerum iuxta facultates Eccleſiæ moderantes ſtatuerent eumdem firmiter obſeruari.Quoad qualitatem verò perſonæ ipſius clerici,quòd eius dignitas, ac nobilitas attendi debeat in aſſignandis , ſeu taxandis reditibus pro eius ſuſtentatione, apertè tenet glos. ab aliis approta , pleraque iura ad id allegans *in d. cap. cùm adeò, verbo,ſufficientem,& d.cap.*1.*verbo, abſque penuria, de inſtit.*Confirmatur autem ex eo,quòd tam ex hac vtraque glos. quàm Archid.ex text. *d. cap.*1. *de iniuſt, cap.Epiſcopus,& c. cùm ſecundùm Apoſtolum, de prab. cap. ſi Epiſcopus*,vbi Archid. & ceteri , *eod.tit.in* 6.& Cõc.Trid.*d.ſeſſ.*21.*cap.*2.*& ſeſſ.*24.*c.*17.*de ref.* † ſatis conſtat,

261.

262.

conſtat, beneficia Eccleſiaſtica clericis aſſignari pro vitæ ſuſtentatione atque ad victũ, ſeu pro alimentis; quæ tria idem important, vt ex *cap. omnino*, & *ibi* Card. Alex. 31. *dict. l. ſi cùm dotem, §. ſin autem, ff. ſolut. matrim. l. heres, ff. de petit. hered.* iuncta *l. legatis, & l. fin. ff. de alim. & cibar. legat.* atque ex aliis tradit Rebuff. *in l. verbo, victus, verſ. tertio, appellatione, & verſ. quarto, idem venit, ff. de verb. ſignif.* Victus autem
263. debetur, & taxatur † iuxta qualitatem perſonarum, *cap. cùm Apoſtolus, in princ. de cenſib. l. ſeruis vrbanis, ff. de legat. 3.* cum aliis, quibus id cõprobat Rebuff. *d. l. verbo, victus, verſ. intellige victum*; & de alimẽtis text. eſt *in l. 1. §. mulier. ff. de vẽtr. in poſſ. mitt.* & aliis pleriſque in iurib. ad id allegat. à Bart. *in tract. de alim. n. 12.* Pont. *in ſimili tract. c. 7. n. 1. vſque ad 5.* Martin. Coler. *eod. tract lib. 2. c. 2. n. 28.* Tiraq. *tract. de nobilit. cap. 20. num. 143.* Cordub. *in repet. l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filium, num. 43. cum trib. ſeqq. ff. de liber. agnoſc.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 5. quæſt. 6. num. 149.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 157. num. 33. & ſeq.* & nouiſſimè Io. Petr. Surd. *tract. de alim. tit. 4. quæſt. 18. num. 1.* cum multis ſeqq. & in ſpecie alimentorum Clerici, præter gloſ. *d. cap. 1. verbo*, *abſque penuria, de inſtit.* quam cum aliis ab eo relatis ſequitur Menoch. *d. caſ. 169. num. 14.* quòd clerici qualitas, & conditio attendenda ſit, tenet idem Menoch. *d. comment. de arbitrar. iud. caſ. 216. num. 10. vſque ad 14.* poſt Anchar. *d. cap. 1. col. 1. de prab. in 6.* & alios: pleroſque verò ad idem allegat Garz. *d. cap. 5. num. 116. & num. 207. cum ſeq.* & ſequitur Ceuall. *in ſuis pract. qq.* ſeu *ſpec. aur. commun. contra commun. q. 561. n. 27.* & Campan. *d. cap. 2. num. 3.* ac Flam. Pariſ. *d. lib. 5. quæſt. 6. num. 145.* vbi cum multis num. ſeq. id poſt alios in ſpecie docet de nobilitate, meritis doctrinę, ac probitatis; necnon attendendas eſſe qualitates loci, temporis, atque alias. & quoad qualitatem per-
264. ſonæ clerici, ſatis apparet ex prædictis, † nõ eſſe ſolùm attendendam qualitatem ipſius, vt clericus eſt, quicquid poſt alios voluerit Garz. *d. cap. 5. num. 114. 116. & 206.* ſed dignitatis tum ipſius clericatus, ſeu beneficij, vtputa, quòd illud ſit Canonicatus, vel Præpoſitura, vt colligere licet ex iis, quæ poſt Caſſador. & Rebuff. tradit Menoch. *d. caſ. 216. num. 10. cum ſeq.* quem etiam ſequitur Pariſ. *d. q. 6. num. 148.* quæque poſt alios docet Campanil. *d. num. 3.* tum perſonæ ipſius clerici; quod apertè ſentit gloſ. *d. cap. cùm adeò, verbo, ſufficientem*, dum in ſufficientia beneficij vult attendi nobilitatem, ſcientiam, ac dignitatem; quod etiam alios ſecutus docet Pariſ. *d. q. 6. num. 146. 147. & 150. cum ſeq.* & quoad nobilitatem poſt alios Campanil. *prad. num. 3.* ex quibus eſt Azor. *Inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 10. quæſt. 8.*

Quarta, & poſtrema regula ſit. In prædicta congrua ſuſtentatione clerici, præter onera, de quibus
265. in ſecunda regula, † venit etiã ea ſumma, quæ ſufficiat ad ſuſtentandum clericum, ſeu miniſtrũ; immo & plures, ſi id eius dignitas poſtulet. ita poſt Azor. & Nauar. ſentit Campanil. *d. num. 3.* ac poſt alios tradit Pariſ. *d. quæſt. 6. num. 146. & ſeq.* ſentitque alios ſecutus Menoch. *d. caſ. 216. num. 13. & 14.* licèt text. quos ipſe allegat, id non probent; potiùs verò illud colligitur ex text. *in cap. placuit, il 2. quæſt. 1. c. illud, 7. quæſt. 1. cap. nemo Eccleſiam, de conſecr. diſt. 1. cap. propoſuit, de ſil. presbyt. & cap. vt quiſque, de vit. & honeſt. cler.* & generaliter, cui debentur alimenta, debetur etiam ſuſtentatio, aut ſaltem cibaria, & habitatio pro neceſſariis famulis, vt ex *l. habitatio, ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* tradit poſt alios Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 157. num. 29.* Cordub. *in d. l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, n. 49. vſque ad 53. ff. de lib. agnoſc.* & Surd. *d. tit. 4. q. 18. n. 9. 10.* necnon 31. 34.

ſu. Petr. Monet. de commut. vlt. volunt.

39. & 40. vbi in ſpecie loquitur de clerico. Quin etiam præſtanda ſunt alimenta † equis neceſſariis pro 266.
dignitate perſonæ, vt in ſpecie de clerico tradunt alios ſecuti Par. & Campan. *loc. mox cit.* & generatim de eo, cui præſtanda ſunt alimenta, docent Rebuff. *d. l. verbo, victus, verſ. limitarem, niſi ex qualitate*, Menoch. *de præſumpt. 157. n. 16. & 28.* Cord. *d. l. ſi quis à liberis, §. non tantùm, n. 26. cum ſeq.* Quod verò ſpectat ad perſonam ipſius clerici, cui victus, & alimenta debentur, † debebũtur quoque præter eſum, & po- 267.
tum, omnia, quæ cultui corporis, & ad viuẽdum neceſſaria ſunt, veſtis quoque, & habitatio; vt in ſpecie clerici tradit Pariſ. *d. q. 6. n. 151.* Campan. *d. cap. 2. num. 4. & 5.* ac generaliter quoad eos, quibus debentur alimenta, vel victus, docet Menoch. *d. præſumpt. 157. n. 15. & 17.* cum multis ſeq. & Cordub. *d. §. non tantùm, a num. 1. ad 25.* & conſtat ex *l. alimentis, ff. de aliment. & cib. legat.* iuncta *l. verbo, victus, & ſeq. l. quos nos, verſ.* ſeu *§. verbum, viuere, ff. de verb. ſignif.* Adde
quòd immo † & medicinæ debebuntur; cùm & hæ 268.
alimentorum nomine contineantur, vt poſt multos tradiderunt Cord. *d. §. non tantùm, num. 28. cum duob. ſeqq.* & Menoch. *d. præſumpt. 157. n. 30.* & appellatione victus, vt inter alios probat Rebuff. *in l. cetera quoque, de verb. ſignif.* etiam per eum text. dum *ibi* decidit IC. victus appellatione ſignificari, (præter illa, de quib. *in d. l. verbo, victus*, ſtatim præced.) cætera quoque, quibus tuendi, curandive corporis noſtri gratia vtimur: & in ſpecie clerici, cui victus, & alimenta debentur, poſt alios adnotauit Campan. *d. n. 4. & 5.* Ex his porrò quæ in præſenti, ac trib. præce-
dentib. regulis diximus, apertè conſtat, † non eſſe in- 269.
diſtinctè admittẽdum, quod ex Nauar. *in Miſcell. 62. de orat. n. 3. & 7.* voluerunt Pariſ. *d. lib. 5. q. 6. n. 155. cum ſeq.* & Garz. *d. part. 2. c. 5. n. 117.* ad effectum, vt quis promoueatur ad ſacros ordines, vel retẽtiones congruæ ſuſtentationis, iuxta decretum Conc. Trid. *ſeſſ. 21. c. 2. de refor.* ſufficere reditum 30. vel 40. aureorum; & communiter obſeruari, vt ſufficiat beneficium valoris 50. aureorum. quod etiam quoad hanc poſtremam ſummã tenet Ceuall. *d. q. 161. n. 29.* Nam cùm tot rerum habenda ſit ratio in taxatione redituũ, maximè beneficij pro clericis, ac præcipuè habenda ſit ratio nobilitatis, ac litteraturæ, vt ſuprà deduximus ex ipſo etiam Ceuall. Pariſ. & Nauar. *d. miſcel. 62.* id latè comprobante *n. 4. cum trib. ſeq.* & concludente *num. 7.* quòd, vt beneficiũ dicatur ſufficiens alicui clerico, quãuis ſimplici, & ſano, requiritur, vt valeat beneficium ad minus tantum, quantũ eſt neceſſarium ad alendum mediocriter, ſiue modeſtè ſe, & vnum miniſtrum, & vnum coquum, & ad cõducendam habitationem ſibi neceſſariam: vt autem dicatur ſufficiens nobili etiam inferioris gradus, & magiſtro Theologiæ, & Doctori iurium mediocris litteraturæ, oportet, vt valeat tantum, quantum requiritur ad alendum ſe, & duos miniſtros, & vnum coquum & equum, atque ad conducendam habitationem digniorem ea, qua eget ſimplex clericus: ad hoc verò, vt ſit ſufficiens nobili mediocris ordinis, puta filio, vel fratri Baronis, & Vicecomitis, vel magiſtro, & Doctori præcellenti, debet eſſe tanti valoris, vt poſſit alere ſe, vnum coquum, & equum, & quatuor miniſtros, ac conducere habitationem digniorem ea, qua eget clericus nobilis, & litteratus ordinis inferioris: vt autem ſit ſufficiens nobili, puta filio, vel fratri Ducis, Marchionis, aut Comitis mediocris, valeat tantum, quantum eſt neceſſarium ad alendum ſe, duos equos, octo miniſtros, & vnum coquum, conducendámque habitationem ſplendidiorem ea, qua eget præfatus nobilis mediocris ordinis. quem auctorem in hoc etiam præter

Campanil. *d. cap. 2. num. 3.* Azor *Inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 10. quæſt. 9.* ſequitur ipſe Pariſ. *d. lib. 5. quæſt. 6. num. 146. & ſeq.* Cùm, inquam, hæc ita ſint, iuncto eo, quod idem Nauarr. *d. num. 3. & 7.* apertè vult, idem ſtatuendum de ſufficientia beneficij reſpectu promotionis ad ordines ſacros, ac reſpectu retentionis plurium beneficiorum: (vbi etiam in eo, quod reſpectu ordinationis dicere videtur, ſufficere quinquaginta aureos iuxta communem obſeruantiam, quæ, vt reor, nititur tacito ſaltem conſenſu ipſorum ordinandorum ob magnum, quo flagrant, promotionis deſiderium, dubitatiuè loquitur, & in eo nititur, quod ſuprà refutauimus, aliud eſſe decenter, aliud honeſtè viuere; cùm tamen Concil. Trident. *d. cap. 2. in initio*, ad decentiam quoque reſpexerit:) quinimmo ipſemet *d. num. 7.* approbet gloſ. ab aliis receptam *d. cap. 1. §. ſanè, de ſtat. regul. in 6. verbo, abſque penuria,* aſſerentem Canonicum Bononienſem ſuo tempore nec etiam de centum florenis, (auri nimirum, qui ſcutis horum temporum exæquantur,) poſſe commodè ſuſtentari: manifeſtè inde ſequitur, non obſtantibus quoque in contrarium paulò ante adductis, non eſſe prædictam taxam quinquaginta aureorum pro clerici beneficio indiſtinctè admittendam. Quibus accedit tum id, quod idemmet Pariſ. in contrarium allegatus *eodem tract. de reſignat.*
270. *benefic. lib. 6. quæſt. 2. num. 28.* tradit, † quòd, ſi reſignatur Canonicatus, aut ſimilis dignitas, non conceditur penſio, niſi reditus ſint vltra centum ducatorum, & pro quantitate, qua excedit dictam ſummam; atque ita ſibi retuliſſe Illuſtriſſ. Cardin. Coſentinum Prodatarium ſibi ordinatum fuiſſe à Sanctiſſimo nunc fe. rec. Sixto V. tum quòd parochialium Eccleſiarum rectoribus non ſolùm ex ſtylo Curiæ, vt *ibid.* Ceuall. ait, ſed etiam ex diſpoſitione Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 13. poſt medium, verſ. ad hæc in poſterum, de reformat.* pro eorum cui-
271. iuſlibet congrua ſuſtentatione † remanere debent centum ducati ſecundùm verum annuum valorem, & fel. rec. Pius V. *in ſua conſtit. 46.* aliàs 47. quæ incipit, *ad exequendum*, congruam illam portionem, quam Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. 7. de reform.* decreuerat Ordinariorum arbitrio aſſignari Vicariis etiam perpetuis beneficiorum Curatorum, quæ Cathedralibus, Collegiatis, ſeu aliis Eccleſiis, vel monaſteriis, beneficiis, ſeu collegiis, aut piis locis quibuſcumque perpetuò annexa reperiuntur, ita taxauit, vt non maior centum, nec minor quinquaginta ſcutorum aureorum ſumma, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obuentionibus communiter percipi ſolitis aſſignetur; (niſi Vicariis temporariis ſolitum fuiſſet plus aſſignari;) ſiue in quantitate, aut quota fructuum, ſeu alia re ſtabili portio huiuſmodi cõſtituatur; cuiuſcumque valoris parochialis Eccleſia vnita fuerit; & habita etiam ratione reddituum, & onerum loci, cui parochialis ipſa vnita fuerit. & quamuis hæc taxatio ita fiat, vt in Vicariis perpetuis non excedatur ſumma centum aureorum; hoc ideo eſt, quia plerumque beneficia ipſa curata vnita eam ſummã non excedunt, & ij, qui Vicarij conſtituuntur, vt plurimùm aliunde ſiue ex beneficio, ſiue ex patrimonio habent, vnde viuãt, cùm ſæpiſſimè ad ordines ſacros iam ſint promitti; aut certè non iis qualitatibus ſint prædíti, vt iis, ac prædictis omnibus attentis, ac perpenſis maior eiſdem reditus, quàm centum aureorum debeatur, quinimmo quinquaginta ipſis ſufficiant. qua etiam ratione in rectoribus parochialium voluit Concilium centum ducatorum ſummam ſufficere.

Atque ex his finem præſenti quæſt. imponentes, ad aliam huius cap. quæſtionem, quæ ſimul poſtrema erit totius tractatus, & eius octauo capiti reſpondebit, iuxta id, quod initio noni capitis propoſuimus, iam, ſi lubet, veniamus.

SVMMÆ RERVM.

272. *Iuriſdictio Commiſſarij, ſeu delegati ad ſupprimendum aliquod beneficium an, & quando expiret morte naturali, vel ciuili committentis, quæ re integra, vel non integra exiſtente intercedat.*

273. *Suppreſſio beneficiorum conceſſa per reſcriptum gratiæ, vbi gratia dici poſſit iam facta, non expirat morte concedentis re integra; ſecus vbi gratia nondum facta dicatur, ſed adhuc facienda: quod tamen vtrumque inibi declaratur.*

274. *Iuriſdictio commiſſarij ſuppreſſionis alicuius beneficij in eo expirat per mortem ipſius naturalem; per ciuilem autem ſuſpenditur donec is in ſuum priſtinum ſtatum reſtituatur. & quid, ſi commiſſio facta ſit pluribus in ſolidum, vel cum clauſula, quod ſi non omnes, &c. aut alia ſimili; num. 275.*

276. *Delegatus ad ſupprimendum beneficium an, & quando poſſit finito officio, vel dignitate, cuius ratione facta eſt illi commiſſio, adhuc eam vti; & quid ſi facta ſit ipſi dignitati, vel officio.*

277. *Facultas ſupprimendi beneficium an, & quando expiret in commiſſario per mortem naturalem, aut ciuilem ſubdelegati ab ipſo.*

278. *Facultas ſupprimendi beneficium an, & quando expiret in ſubdelegato per mortem naturalem, vel ciuilem ipſius ſubdelegati. & quid quoad mortem delegati naturalem; numer. 279. vel ciuilem; num. 280.*

281. *Suppreſſio beneficij per reſcriptum inſtitiæ impetrata an, & quando expiret per mortem naturalem impetrantis, vel tranſeat in eius ſucceſſorem.*

282. *Suppreſſio beneficiorum conceſſa per reſcriptum gratiæ, ſeu per modum priuilegij an, & quando ſit perſonalis, & cum perſona extinguatur, vel realis, & tranſeat ad ſucceſſores impetrantis.*

283. *Suppreſſio beneficiorum conceſſa per reſcriptum gratiæ, vel inſtitiæ, quando per mortem ciuilem impetrantis ſuſpendatur, fruſtratoria reddatur, vel ad ſucceſſores tranſmittatur.*

284. *Reſcriptum inſtitiæ ad ſupprimendum generaliter contra aliquem impetratum an, & quando expiret per mortem naturalem ipſius. & quid in eiuſdem morte ciuili; num. 285.*

286. *Suppreſſio beneficiorum conceſſa per reſcriptum inſtitiæ extinguitur, ſeu expirat per lapſum temporis in ea conceſſione forſan præfixi.*

287. *Vnio beneficij vacantis in menſe Apoſtolico ad vitam alicuius facta an extinguat, vel dormire faciat reſeruationem: & ibi, quòd effectus reſeruationis non tollitur, niſi per reuiſionem Papæ; & commenda non perimit reſeruationem.*

288. *Vniones ad vitam an hodie ſint prohibitæ maximè per Conc. Trident. & num. ſeq.*

289. *Intellectus Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 4. & ſeſſ. 24. cap. 17. de reform.*

290. *Suppreſſio beneficij conceſſa per reſcriptum gratiæ,*

tia; ſeu per modum priuilegij extinguitur, ſeu expirat per lapſum temporis certi, vel incerti in ea præſtituti.

291. *Priuilegium ſuppreſſionis beneficiorum conceſſum ſub aliqua conditione deſinit, tali conditione deſiente; & vbi, quid, ſi manuteneatur ſtatus, ſeu vinculum, æquo huiuſmodi priuilegium pendet, vt à conditione virtuali, ac generali.*

292. *Priuilegium ſuppreſſionis beneficiorum conceſſum ad inſtar alterius an cenſeatur reuocatum, amiſſum, aut deſtructum; reuocato, amiſſo, vel deſtructo exemplari, & an extinguatur per primum vſum, ſeu actum ipſius; n. 293.*

294. *Suppreſſio beneficij à ſuperiore conceſſa ad beneplacitum ſuæ voluntatis regulariter expirat morte concedentis etiam re capta; & quid, ſi beneficium certum tempus ſimul adiungatur.*

295. *Suppreſſio beneficij abſque præfixione temporis conceſſa per reſcriptum iuſtitiæ, vel gratiæ an, & quando expiret per mortem concedentis.*

296. *Suppreſſio beneficij, ſeu eius commiſſio regulariter ceſſat ceſſante eius cauſa non impulſiua, ſed finali; & num. ſeq.*

297. *Vnio beneficiorum ceſſat ceſſante cauſa, ob quam facta fuit.*

298. *Onera, & ſeruitia Eccleſiæ, ſeu beneficij an augeri debeant maximè quoad numerum clericorum, actus eius, reditibus.*

299. *Suppreſſio beneficij non ceſſat donec remanent aliqua reliquiæ cauſæ finalis, licèt ea ab initio non ſufficerent ad ſuppreſſionem.*

300. *Suppreſſio beneficij, quæ eſt merum beneficium, non ceſſat ceſſante eius cauſa.*

301. *Suppreſſio beneficij non ceſſat ipſo iure ceſſante eius cauſa finali; vnde ad id requiritur decretum ſuperioris, idémque in vnione facta ob tenuitatem; numer. 302. ac diminutione numeri clericorum ob diminutionem redituum Eccleſiæ; numer. 303. & duobus ſeqq.*

304. *Intellectus cap. fin. de verb. ſignif.*

305. *Intellectus cap. cum M. Ferrarienſis, de conſtitut.*

306. *Suppreſſio beneficij ceſſat ipſo iure ceſſante eius cauſa finali, vbi adiecta eſſet clauſula illa, quamdiu reditus beneficij, aut Eccleſiæ auctus non fuerint, aliáve cauſa finalis, ob quam facta fuit ſuppreſſio, durauerit, aut alia ſimilis clauſula fuiſſet appoſita; & numer. ſeq.*

307. *Suppreſſio beneficij deducta ad actum vltimatum, ſeu effectum conſummatum, qui in vnica actione ſiue petentis, ſiue concedentis conſiſtit, non ceſſat, ceſſante ipſius ſuppreſſionis cauſa: idémque in actu inchoato, qui pro perfecto habetur, quive ſequatur ex actu conſummato, aut ab eo commodè diuidi nequit.*

308. *Suppreſſio beneficij deducta ad vltimatum actum ceſſat ceſſante eius cauſa eſſendi, hoc eſt, materiali, vel formali, aut cauſa efficiente, quæ non modo producens, ſed & conſeruans eſt: & vbi ſuperueniat cauſa infirmans, ſeu retro contraria.*

309. *Suppreſſio beneficij non poteſt iuſtè, & validè fieri ſi cauſa ceſſet poſt conceſſam facultatem ſupprimendi, ante executionem tamen: poteſt autem, ſi cauſa redeat.*

310. *Suppreſſio beneficij an ceſſet ceſſante eius cauſa ſo. Petr. Monet. de commiſſ. vlt. volunt.*

poſtquam commiſſarius, aut ſuperior ipſe ſuppreſſio, antequam ea virtutem effectum habeat; vel, ſi habuit, ne commodè diuiſibilis eſt.

311. *Suppreſſio beneficij ad vltimum effectum ex parte concedentis deducta, & ab ea, cui conceſſa fuit, acceptata, ab inferiore etiam ex cauſa, niſi ex facultate ſpeciali, & ad tempus; à Papa verò non niſi ex cauſa reuocari poteſt. in dubio autem à neutro reuocata cenſetur; num. 312.*

313. *Vniones perpetuæ beneficiorum, ſeu Eccleſiarum quænam reuocentur per Concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 6. ſeſſ. 24. cap. 13. & ſeſſ. 25. cap. 9. de reform. cum numer. ſeq. & quomodo relatum ſit in referente; numer. 314.*

315. *Vniones, annexiones, incorporationes, ſuppreſſiones, extinctiones, applicationes, ac diſmembrationes quænam reuocentur, aut præſeruentur in reg. 12. alias 13. Cancellar. ac præſertim an præſeruentur ea, quæ fiunt pro fundatione, ſeu dotatione, augmento, vel conſeruatione prioris locorum miſericordiæ, funere, fidei, ve ſtudiorum; num. 316 aut pro dote, augmentóue neceſſario cuiuſuis loci; vel cùm beneficia Ordinis ſuppreſſi alteri applicantur; aut illa fuit ex cauſa oneroſa, vel in remunerationem; num. 317.*

318. *Vnio, quæ in parte ſortita eſt effectum an reuocetur per reg. 12. Cancellar. & quòd in dubio pronuntiandum eſt contra reuocationem.*

319. *Vniones, & ſuppreſſiones auctoritate Conc. Trid. factæ, quæ in reg. 12. ſeu 13. Canc. excipiuntur, quænam ſint.*

320. *Vnio, vel ſuppreſſio beneficij quando dicatur ſortita effectum: & num. ſeq.*

321. *Suppreſſio, ſeu vnio beneficij an expiret, vel ſuſpendatur per eius prouiſionem factam poſt reſignationem, maximè ex vi permutationis.*

322. *Suppreſſio beneficij alicui conceſſa reuocata non cenſetur per poſteriorem ſuppreſſionem eiuſdem beneficij alteri conceſſam, niſi de priori mentionem faciat; & hæc mentio qualis eſſe debeat.*

323. *Reuocatio ſuppreſſionis beneficij quando effectum ſuum ſortiatur.*

324. *Delegatus, aut ſubdelegatus ad ſupprimendum aliquod beneficium non poteſt ſine iuſta cauſa commiſſionem non ſuſcipere, aut ſuſceptam dimittere; & num. ſeq.*

325. *Delegatus renuntians delegationi ſuppreſſionis beneficij an poſſit iuriſdictionem reſumere.*

326. *Delegatus ad ſupprimendum aliquod beneficium, aut Ordinarius ſi referat, vel remittat negotium ad ſuperiorem, an & quando amittat iuriſdictionem, quam ea in re habebat. & quid, ſi in cognitione cauſæ aſſocies eum tanquam collegam, qui tunc ſecum ea in cauſa iuriſdictionem non habet; aut aſſumat aſſeſſorem, cùm non tenetur; numer. 327.*

328. *Delegatus ad ſupprimendum aliquod beneficium deferens appellationi, vel pronuntians, nullam ſibi in eo negotio competere iuriſdictionem, an, quam habebat, amittat; & an ita pronuntians poſſit iuriſdictionem reſumere; & quid in executore.*

329. *Recusatio eius, qui suppressurus est beneficium, an, & quando ipsum iurisdictionem extinguat, vel suspendat.*

330. *Compromisso pendente super beneficio, eiúsve bonis, aut suppressione, quando liceat alteri partium iudicem adire. & quid pendente reductione Laudi, vel reductionis petitione; num.* 331.

332. *Appellatio interposita ab inferiore supprimente, aut cum non debet, supprimere volente beneficium, eius iurisdictionem suspendat, ac secuta suppressionis executionem impediat. & an tollat presumptionem, quam pro se habet sententia; num.* 333. *& quando liceat hac in re appellare; num.* 334.

335. *Iurisdictio supprimentis beneficium, & executio sententiæ superinde delatæ quando suspendatur, dum huius suppressionis nullitas cognoscitur.*

336. *Renuntiatio expressa suppressionis beneficij ab impetrante facta quando suppressionem extinguat. & quid in tacita, quæ ex verbis colligitur; num.* 337. *aut ex actu impetrantis; num.* 338. *vel actu alterius, cui impetrans consensit; num.* 339. *vel ex omissione; numer.* 340.

341. *Renuntians expresè, vel tacitè suppressioni beneficij quando redeat ad priorem materiam. & num. seq.*

342. *Renuntians suppressioni beneficij non tenetur redire ad priorem statũ, donec renuntiatio acceptata sit à tertio, cuius ea interfit; vel saltem à superiore, vbi tertium illa non respiciat.*

343. *Suppressio beneficij concessa per modum priuilegij, seu per rescriptum gratiæ, quando amittatur, seu extinguatur per non vsum. quando per contrarium vsum; num.* 344. *& quando per abusum; num.* 345.

QVÆRO igitur OCTAVO, & postremò in hoc duodecimo, eóque vlt. capite, quibúsnam modis expiret suppressio beneficiorum.

Cùm in septem præcedentibus quæstionibus huius capitis de iis satis, ni fallor, egerimus, quæ ad hanc beneficiorum suppressionem, de qua in eo tractandum fore polliciti sumus, generatim, & ad illius quasi creationem, progressum, & conseruationem spectant: restat nunc, iuxta ordinem, quem initio 9. capitis tum in eo, tũ in tribus statim sequentibus capitibus nobis obseruandum proposuimus, vt in præsenti quæst. de iis differamus, quæ ad eiusdem suppressionis finem, & exitũ seu resolutionem pertinent: id quod expositis ea in re opportunis conclusionibus, vt in octaua trium proximè præced. capitum quæstione præstitimus, ea, qua fieri perspicua breuitate poterit, explicabimus.

PRIMA CONCLVSIO. Quando suppressio alicuius beneficij committitur per rescriptum iustitiæ, † iurisdictio commissarij expirat morte naturali, aut ciuili committentis, quæ re integra existente intercedat: secus verò, si huiusmodi mors accidat re non integra. Quando autem dicatur hac in re commissio fieri per rescriptum iustitiæ, sumi potest ex iis, quæ quoad hoc in commutatione vltimæ voluntatis tradidimus sup. *c.* 6. *quæst.* 3. *præmiss.* 2. *circa med.* & quando res integra, vel non integra esse in huiusmodi rescripto ad perpetuandam iurisdictionẽ censeatur, constat ex iis, quæ adduximus *in tract. de Conseruat. indicib. cap.* 10. *quæst.* 2. *in vlt. præmiss.* & suprà *hoc eodem tract. cap.* 8. *quæst.* 1. *in* 3. *præmiss.* vbi ostendimus, eam perpetuari, ac dici rem cœptam, seu non integram per citationem executam. Probatur nunc vtraque pars præsentis conclusionis quoad mortem naturalem committentis; quia iurisdictio alicui per rescriptum iustitiæ delegata expirat per naturalem mortem delegantis re integra intercedente: secus autem, si contingat re non integra; vt pluribus docuimus *d. cap.* 8. *quæst.* 1. *præmiss.* 3. *& conclus.* 1. *circa initium*, præsertim ex *cap. gratum, & cap. licèt undique, de offic. deleg.* necnon ex *l. & quia, ff. de iurisd. omn. iudic.* Quoad mortem verò ciuilem eiusdem delegantis, probatur ex *cap. fin. de offic. legat.* & aliis, quibus hoc idem in vltimæ voluntatis commutatione tradidimus *d. concl.* 1. *quæst.* 2.

Extendi autem potest vtraque similiter pars huius conclusionis ex illis ampliationibus, ac restringi ex limitationibus, quas *d. quæst.* 1. *ad* 1. & 2. eius conclusionem adhibuimus quoad commutationem vltimarum voluntatum; iuncto eo, quod *pred. conclus.* 2. docuimus, idem fore hac in re de morte ciuili committentis statuendum, quod de eius morte naturali. Pariter huic materiæ suppressionis beneficiorum applicari debent illationes cum suis declarationibus, quas *ead. conclus.* 2. ex ipsa deduximus quoad ciuilem mortem eius, qui memoratam vltimæ voluntatis commutationem delegauerat, cùm vtrobique locum æquè habeant fundamenta *ibi* allata. Qualis potissimùm est illatio de Rom. Pontifice renuntiante Papatui; aut alio inferiore renuntiante alicui beneficio, vel dignitati, cuius ratione possit huiusmodi suppressione beneficiorum committere: atque item illationes de inferiore translato, depositio, vel priuato eiusmodi officio, vel dignitate; necnon de capto ab hostibus, bannito, excommunicato, suspenso, religionem ingresso, & similibus.

SECVNDA CONCLVSIO. Cõmissio suppressionis concessa per rescriptum gratiæ, † vbi gratia dici possit iam facta, non expirat morte committentis, seu concedentis, quæ interueniat, dum res adhuc est integra: secus verò, vbi gratia nondum facta dicatur, sed adhuc facienda. Prior pars huius conclusionis probatur ex text. *in cap. si super gratia, de offic. deleg. in* 6. *& cap. si cui nulla, in primo responso, de prabend. eod. lib.* necnon ex aliis fundamentis, quibus eam quoad vltimarum voluntatum commutationem confirmauimus sup. *cap.* 8. *q.* 1. *concl.* 3. in eius priori parte. ex cuius quoque ampliationibus desumi possunt, ac debent extensiones præsentis prioris partis huius conclusionis; atque illæ potissimùm, vt hæc prior pars locum pariter obtineat, vbi huiusmodi suppressionis gratia solo verbo sit facta; vel nondum executa; vel ab inferiore fuerit concessa, vel adhuc non acceptata: in quo tamen postremo casu poterit talis gratia per successorem concedentis reuocari. Et hæc est prima huius prioris partis restrictio, quæ satis cõprobatur ex iis, quæ in priori parte *d. conclusionis* 3. *limit.* 1. adduximus. Altera restrictio præsentis prioris partis sit, vt ea non procedat vbi gratia concessa fuit ad beneplacitum concedentis. Quæ restrictio confirmatur ex allegatis *d. conclus.* 3. *limit.* 2. *prioris partis.* extendenda verò, temperanda, ac declaranda venit iis modis, quibus prædictam 2. limitationem extendimus, restrinximus, ac declarauimus, dum ad duo quæsita *inibi* proposita respondimus. Posterior autem præsentis conclusionis pars satis, ni fallor, comprobatur ex *d. cap. si cui nulla, in* 2. *responso, de prabend. in* 6. iuncta regula, quam ex eo text. glos. *ibid.* recepta, *in verbo, moriatur*, ac plerique per nos citati *d. conclus.* 3. *circa initium posterioris illius partis*, constituunt,

272.

273.

conſtituunt, vt gratia facienda expiret per mortem concedentis re integra interuenientem. Hæc autem regula, atque adeò præſens poſterior pars oſtenditur primò, vt procedat quoque in executore dato ad gratiam, quæ adhuc ſit facienda. Secundò, vt locum etiam habeat in morte ciuili concedentis. Tertiò etiam in gratia motu proprio conceſſa certæ, ac determinatæ perſonæ. Tandem extenditur, vt gratia adhuc facienda expiret re integra ipſo iure, & non ſolùm ope exceptionis. Quæ quidem omnes extenſiones ſatis ex iis comprobantur, quibus poſteriorem prædictæ 3. concluſionis partem ampliauimus: ex cuius etiam limitationibus ſumi poſſunt totidem huius poſterioris partis reſtrictiones: atque illæ potiſſimùm, vt non procedat, vbi commiſſio, ſeu conceſſio facta ſit ſub nomine dignitatis, vel ad beneplacitum dignitatis ipſius concedentis; neque habeat locum in commiſſione acceſſoria gratiæ iam factæ. Quando verò gratia dicatur facienda, vel iam facta, maximè ad illum effectum, vt extinguatur, vel non extinguatur, per mortem concedentis re integra interuenientem, iuxta ſupradicta, deſumendum eſt ex fuſiùs per nos adductis *d. concl. 3. circa medium*, vſque ad finem illius concluſionis; ibi, cùm opus fuerit, videas.

TERTIA CONCLVSIO. Per mortem naturalem commiſſarij ſuppreſſionis alicuius beneficij † 274.
expirat in eo commiſſio etiam quoad negotia cœpta; per eius autem mortem ciuilem ſolùm ſuſpenditur commiſſio donec commiſſarius in ſuum priſtinum ſtatum reſtituatur. Prior pars concluſionis probatur; tum quia mors, (naturalis potiſſimùm,) omnia ſoluit, §. *deinceps, auth. de mpt.* cui conſonat illud Pſal. 48. *Homo cum interierit, non ſumet omnia*, hoc eſt, nihil, prout ferè omnes exponunt ſumendo non omnia, pro nihilo, iuxta illud Luc. 1. *Non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum*: apertè verò conſonat illud 1. ad Timoth. 6. *Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quòd nec auferre quid poſſumus*; tum ex aliis, quæ ad hanc eamdem priorem concluſionis partem de vltimæ voluntatis commutatione confirmandam adduximus ſup. *cap.* 8. *queſt.* 2. *concluſ.* 1. vnde etiam ſumendæ ſunt huius eiuſdem prioris partis ſiue ampliationes, ac præcipuè illa, (quam etiam *ibid.* fusè declarauimus,) quòd, ſi duo commiſſarij dati ſint ſimpliciter, vel coniunctim, vno eorum mortuo naturaliter, etiam vt commiſſio non expiret per mortem naturalem commiſſarij etiam quoad negotia non cœpta, vbi ea alicui facta ſit ſub nomine, & contemplatione officij, vel dignitatis ipſius; ſi verò facta ſit contemplatione, ſeu ſub nomine perſonæ commiſſarij, tunc per eius mortem cõmiſſio expiret etiam quoad negotia cœpta. Quando autem commiſſio fieri dicatur contemplatione, ſeu ſub nomine dignitatis, vel officij, aut potiùs perſonæ, latiùs explicauimus *d. concluſ.* 1. *circa medium*, *verſ. qua in re*, ferè vſque ad fin. concluſ. atque item *concluſ.* 2. *verſic. limitatur nunc, cum ſeq.* ac rurſus *in verſ. declaratur nunc.* Poſterior verò pars huius concluſ. ex iis ſatis comprobatur, quibus *d. queſt.* 2. *concluſ.* 2. oſtendimus, quòd, ſi is, cui commiſſa fuit alicuius vltimæ voluntatis commutatio, fiat ſeruus, eius iuriſdictio non omnino expirat, ſed ſolùm ſuſpenditur donec commiſſario priſtina libertas reſtituatur: & idem proportionabiliter ſtatuẽdum fore de damnato ad metallum, deportato, bannito, excommunicato, ſuſpenſo ac ſimilibus, donec priſtino ſtatui reddantur: idque ſiue eo tempore, quo huiuſmodi mors ciuilis commiſſario contigit, iam negotium cœptum eſſet, ſiue non. omnia enim fundamenta *inibi* quoad commutationem vltimæ voluntatis in hiſce articulis allata æquè militant in ſuppreſſionis beneficiorum commiſſione: ſicut etiam illud, quod *eadem concluſ.* 2. *ampliat. vlt. ad fin.* tradidimus, quid dicendum, † vbi commiſſio pluribus facta fuiſſet in 275.
ſolidum, vel cum clauſula, *quòd ſi non omnes*, &c. aut ſimili.

Declaratur autem poſterior hæc pars præſentis concluſionis, quòd, ſi vacet officium, vel dignitas, ratione cuius commiſſa ſit ſuppreſſio alicuius beneficij; (quia nimirum huiuſmodi officium, vel dignitas, aut alia ſimilis qualitas in commiſſario requirebatur ſolùm ad commiſſionis validitatem, atque adeò hæc conſiderata fuerunt in concreto, ſeu acceſſoriè ad ſubiectum, hoc eſt, perſonam commiſſarij, prout *d. queſt.* 2. *in* 2. *ſuppoſit.* fuſiùs explicauimus:) talis commiſſio facta perſonæ † non expirat in com- 276.
miſſario, finita eius dignitate, vel officio, ſeu dimiſſa ea qualitate: ſed adhuc illa commiſſione vti poteſt, atque in negotio procedere: ſecus verò dicendum, ſi commiſſio ſit realis, hoc eſt, facta dignitati, quæ à committente in abſtracto, & principaliter conſiderata fuerit in commiſſione, vt *in d. ſuppoſ.* 2. ſatis expoſuimus: tunc enim commiſſio per talem deſitionem, ſeu dimiſſionem dignitatis, officij, vel qualitatis in eo, cui primò prælentata fuerat commiſſio, expirat in ipſo, & tranſit in eius ſucceſſorem. Hæc diſtinctio, ſeu declaratio, quoad vtrumque membrũ ſatis comprobatur ex iis, quibus eam quoad vltimæ voluntatis commutationem confirmauimus *d. queſt.* 2. *concluſ.* 2. *verſic. limitatur nunc, cum trib. verſic. ſeqq.* vbi etiam vidimus, an qualitates requiſitæ in delegato Sedis Apoſtolicæ, vel Legati, iuxta *cap. ſtatutum, in princ.* ſeu §. 1. *de reſcript. in* 6. adeſſe debeant ſaltem tempore citationis, vel ſat ſit, eas adeſſe tempore commiſſionis. Hæc verò declaratio multis modis reſtringi, ac declarari poteſt, iis nimirum, quibus eam quoad vltimæ voluntatis commutationem reſtrinximus *d. concluſ.* 2. *verſic. cùm igitur*, ac declarauimus *in verſic. declaratur nunc.*

QVARTA CONCLVSIO. Per mortem naturalem, & aliquam ſaltem ciuilem ſubdelegati à commiſſario ſuppreſſionis alicuius beneficij re non integra interuenientem † expirat iuriſdictio in ipſo 277.
commiſſario: ſecus verò, ſi ea mors re integra adhuc exiſtente contingat. Quòd commiſſio expiret in delegato per mortem naturalem ſubdelegati re non integra euenientem, apertè conſtat, ſumpto argumento à contrario ſenſu, (quod in iure fortiſſimum eſt, iuxta latè tradita ab Euerard. *in Topic. inr. loc. à contrario ſenſ.* præſertim *num.* 1.) ex *cap. quamuis, de offic. deleg. in* 6. prout illum text. ad hoc in commutatione vltimæ voluntatis induximus *d. cap.* 8. *queſt.* 2. *concluſ.* 3. *circa initium*; idipſum ex quorumdam etiam Doctorum auctoritate confirmantes; ac ſimul extendentes, vt locum pariter habeat, quamuis ſubdelegatus nulliter proceſſiſſet ob non ſeruatam formam mandati; declarantes verò, vt non procedat, vbi ſubdelegatio facta non fuiſſet in totum. Quòd autem in delegato nequaquam expiret iuriſdictio per mortem naturalem ſubdelegati re integra contingentem, manifeſtè conſtat ex *d. cap. quamuis*, vt patet ex illius verbis *d. concluſ.* 3. relatis, quæ diſertè, ac in ſenſu directo id probant, quod etiam procedit ſiue ſubdelegatio facta ſit in totum, ſiue non in totum, vt quia ſubdelegans aliquid ſibi de iuriſdictione reſeruauit, ac præſertim facultatem vices ſuas ad ſe revocandi: quo caſu nihil intereſt, quòd res adhuc ſit integra, vel non, vt *ibid.* docuimus; illud ſimul oſtendentes, hæc omnia locum etiam habere in morte ciuili ſubdelegati, cùm in vtraque morte quoad hoc eadem ſit ratio; atque adeò eadem

debeat esse dispositio, arg. *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap. 2. de transl. Episc.* cum simil.

QVINTA CONCLVSIO. Per mortem naturalem subdelegati ab eo, cui alicuius beneficij suppressio commissa est, † expirat in ipso subdelegato, 278. etiam quoad negotia cœpta, potestas ei demandata: per mortem autem ciuilem ipsius, huiusmodi potestas solùm suspenditur quoad negotia cœpta, sine quoad non cœpta. Hæc conclusio quoad vtramque sui partem itidem prorsus fundamentis confirmatur, quibus vtramque comprobauimus sup. *concluf. 3. huius quæst.* quoad mortem naturalem, & ciuilem delegati respectu primi delegantis: eadem enim in hoc est ratio de subdelegato quoad subdelegantem, quæ de delegato quoad delegantem: & quod in delegato statuitur, idem seruata proportione regulariter statuendum etiam est in subdelegato ex iis, quæ nos adduximus sup. *cap. 8. quæst. 2. concluf. 4.* vnde ex *pred. concluf. 3. huius quæst.* desumendæ quoque sunt extensiones, ac restrictiones, seu declarationes præsentis conclusionis quoad vtramque illius partem; maximè cùm eæ omnes vtrique pariter congruant conclusioni.

SEXTA CONCLVSIO. Per mortem naturalem delegati ad suppriměndum aliquod beneficium 279. re integra interuenientem † expirat in subdelegato facultas supprimendi: secus verò est, si ea mors contingat re non integra. Vtraque pars conclusionis satis ex iis probatur, quibus vtramque quoad vltimæ voluntatis commutationem confirmauimus *d. cap. 8. concluf. 5.* præsertim ex *cap. licit vndique, de offic. deleg.* quod generatim loquitur in subdelegato. Ex eadem verò *concluf. 5.* sumendæ quoque sunt huius cõclusionis quoad vtramque partem duæ extensiones, & vna declaratio, ac scorsim quoad priorem ipsius partem, tres extensiones; quas omnes respectiuè ad similes illius 5. conclusionis partes adhibuimus, & ad rem, de qua nunc agimus, transferre quisque facillimè poterit.

SEPTIMA CONCLVSIO. Per mortem ciuilem delegati ad suppressionem alicuius beneficij 280. eam subdelegantis † regulariter non expirat, sed solùm suspenditur in subdelegato talis commissio, cùm ea mors accidit re adhuc integra existente quoad subdelegatum: secus autem re quoad eum non integra: tunc enim nec etiam suspenditur huiusmodi subdelegatio, sed subdelegatus cœptum negotium prosequi per seipsum potest. Prior pars conclusionis satis probatur discurrendo per præcipuas mortis ciuilis species, prout quoad commissionem commutationis vltimæ voluntatis fecimus *d. cap. 8. quæst. 2. concluf. 6.* & quia fundamenta *ibid.* allata æquè locum obtinent in commissione suppressionis alicuius beneficij, cùm vtrobique eadem militet ratio, ad eam conclusionem pro huius comprobatione candidum lectorem remisisse sufficiet. Posterior autem pars præsentis conclusionis probatur tum ex *d. cap. licet vndique, de offic. deleg. & cap. quamuis, eod. tit. in 6.* cum vtrobique adnotat. per Doct. vnde habetur, quòd, quando subdelegatus vti cœpit iurisdictione sibi demandata, ea ita efficaciter in ipsum transfunditur, vt ampliùs à subdelegante non pendeat: tum ex aliis, quibus hoc ipsum de morte ciuili in delegato quoad primum delegantem docuimus sup. hac ipsa quæst. *concluf. 1.* & de morte naturali delegati respectu ipsius subdelegati in concluf. hanc statim præcedente; iunctis maximè iis, quæ de æquiparatione mortis naturalis, ac ciuilis attulimus *d. cap. 8. quæst. 1. in 2. præmiss.* ac de æquiparatione subdelegati, ac delegati *eod. cap. 8. quæst. 1. concluf. 4.* fere in eius initio adduximus.

OCTAVA CONCLVSIO. Suppressio beneficij per rescriptum iustitiæ impetrata † expirat per 281. mortem naturalem impetrantis euenientem re integra, nimirum ante transmissam, & executam citationem: si autem ea mors re non integra existente contingat, tunc vsus, & commoditas illius rescripti transit ad successorem impetrantis. Hæc conclusio quoad vtramque eius partem ex iis probatur, quibus vtramque in huiusmodi rescripto super alicuius vltimæ voluntatis commutatione impetrato confirmauimus *d. cap. 8. quæst. 3. concluf. 1.* ex cuius prioris partis declaratione, pariter declaratur huius conclusionis prior pars, vt non procedat, vbi Prælatus etiam nomine proprio expresso, nomine tamen, atque ad vtilitatem, & commodum Ecclesiæ suæ tale rescriptum impetrallet: sicut ex vtriusque partis illius cõclusionis declaratione similiter vtraque pars præsentis conclusionis est declaranda; vt, si materia, super qua eiusmodi rescriptum impetratur, non est transmissibilis ad successores, tunc rescriptum expiret per eius mortem, qui illud impetrauit, nulla adhibita distinctione, an mors re integra contigerit, vel non integra existente.

NONA CONCLVSIO. Vbi suppressio alicuius beneficij, seu beneficiorum conceditur per re- 282.
scriptum gratiæ, seu per modum priuilegij: † tunc, si quidem ea concessio sit personalis, extinguetur cum persona illam impetrantis; sin autem realis, transmittetur ad eius successores, rémque ipsam sequetur. Hæc conclusio quoad vtramque sui partem confirmatur ex iis, quibus sup. *cap. 8. quæst. 3. præmiss.* 1. docuimus, priuilegium personale cum persona ipsa extingui, reale verò transire ad successores, ac rem ipsam sequi. ex iis verò, quæ *d. quæst. 3. in 2. & 3. præmiss.* adiunctis alijs, quæ *eod. quæst. 3. concluf. 2.* attulimus, facilè quisque colligere poterit, quandonam huiusmodi suppressio beneficiorum concessa per rescriptum gratiæ, seu per modum priuilegij censenda sit personalis quoad illum, cui ea conceditur, vel potiùs realis; & an in dubio personalis, aut realis sit præsumenda: ibi videas, si lubet.

DECIMA CONCLVSIO. Per mortem ciuilem impetrantis suppressionem alicuius beneficij 283.
concessam per rescriptum gratiæ, vel iustitiæ † aliquando ea suspenditur, nonnunquam frustratoria redditur, aliquando etiam ad alios transmittitur. Prima pars huius conclusionis ex tribus, quas continet, ex iis fundamentis comprobatur, quibus sup. *cap 8. quæst. 3. concluf. 3.* docuimus, commutationem vltimæ voluntatis impetratam per rescriptum gratiæ, vel iustitiæ, non expirare, seu extingui per seruitutem eius, qui illam impetrauit, sed suspendi dumtaxat, donec is bona, & iura simul cum libertate recuperet: idémque statuendum fore de amissione bonorum per delictum, siue ipso iure, siue per sententiam condemnationis, siue per bannum; ita, vt, quando ex gratia Principis ille bona, & iura amissa recuperat, simul etiam his vti possit, ac de iisdem in iudicio agere, & experiri: atque hæc omnia intelligenda esse, nisi interim illi, ad quos ea bona, & iura peruenerant, illa in alium transtulissent, à quo Princeps eadem nollet auocari; vel commissio suppressionis huiusmodi alteri iudici, aut executori per aliud rescriptum ab eodem superiore committente facta fuisset; coram quo iidem successores iam iudicium instituissent, seu agere cœpissent; quoniam tunc ille restitutus coram eodem iudice, vel executore cœptum iudicium, seu negotium omnino prosequi deberet. Secunda verò pars huius eiusdem conclusionis probatur ex iis, quibus *d. quæst. 3. concluf. 4.* docuimus, excommunicationem eius, qui impetrauit

impetrauit commutationem alicuius vltimæ voluntatis per reſcriptum iuſtitiæ, vel commiſſionem talis gratiæ plerumque illius executionem ſuſpendere: illius verò, qui eamdem commutationem per reſcriptum in forma gratioſa impetrauit, cùm ſcilicet non committitur alicui huius gratiæ executio, eam ſæpe fruſtratoriam reddere. quod fuſiùs *mihi* explicauimus, extendimus, reſtrinximus, ac declarauimus. hæc verò omnia æquè ſuppreſſionis impetrationi, de qua nunc agimus, conueniunt. Tertia denique pars præſentis concluſionis ſatis ex iis confirmatur, quibus *ead. quæſt. 3. concluſ. 5.* oſtendimus, commutationem vltimæ voluntatis expirare quidem in illam impetrante per ipſius profeſſionem in Religione approbata, ſed ius illa commutatione vtendi in illam Religionem tranſire, ſi ſit bonorum capax in commune; ſi verò incapax ſit, tranſire ad illos, quibus impetrans bona, & iura dederit; quòd ſi in nullum tranſtulerit, tranſmitti ad ipſius heredes ab inteſtato.

VNDECIMA CONCLVSIO. Per mortẽ naturalem re integra in eo ſuperuenientem, contra quem generaliter per reſcriptum iuſtitiæ impetrauit
284. quis ſuppreſſionem alicuius beneficij,† expirat tale reſcriptum; ita, vt per illud reſcriptum tunc conueniri non poſſit ſucceſſor illius, contra quem fuit impetratum. Probatur hæc concluſio, tum ex text. *in cap. ſignificauit, de reſcript.* vbi definitur, quòd, ſi conueniendus per clauſulam illam generalem, *& quidam alij*, in reſcripto appoſitam, cum tempore impetrationis reſcripti adhuc viueret, non fuit tamen ante mortem citatus, eius ſucceſſor non poterit per illud reſcriptum conueniri: tum ex illa quoque generali doctrina, quòd vbi in reſcriptis iuſtitiæ non fuit expreſſus aduerſarius, vigore illarum litterarum eius ſucceſſor nequit conueniri. quam quidem doctrinam plerique tradunt, quos retulimus, ac ſecuti ſumus ſup. *cap. 8. quæſt. 3. concluſ. 6.* quo etiam loco ad concilianda iura, quæ ſibi hac in re inuicem aduerſari videntur, diſtinctione quadam vſi ſumus: ex cuius variis membris varias præſentis concluſionis ampliationes, ac limitationes facilè quiſque poterit deſumere.

DVODECIMA CONCLVSIO. Per mortem ciuilem eius, contra quem per reſcriptum iuſtitiæ
285. impetrauit quis alicuius beneficij ſuppreſſionem, † nunquam illud expirat, ſed aliquando ſuſpenditur dumtaxat, donec ille aduerſarius priſtino ſuo ſtatui reſtituatur. Hæc concluſio probatur; quia, quod attinet ad eam mortem ciuilem, quæ ex ſeruitute oritur; ſeruus ille, qui per captiuitatem fit, nec de iure, nec de facto conueniri in iudicio poteſt, cùm omnia iura, ſaltem ratione adminiſtrationis, amittat, quæ poſtea reuerſus recuperat iure poſtliminij, *l. 2. ff. de capt. diminut. § ſi ab hoſtibus, Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſol.* ac paſſim *in tit. ff. & C. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* quod idem de ſeruo pœnæ, qui poſtmodum plenè reſtituatur, ſatis conſtat ex *l. 1. & 2. ff. de ſentent. paſſ. & reſtitut.* cum aliis per nos adductis *d. cap. 8. quæſt. 3. concluſ. 7.* non longè ab initio. quod tamen ex iis, quæ *ibid.* ſubiunximus, ita demum procedit, vt, ſi interim, donec captiuus ad priſtinam libertatem reuertatur, aut pœnæ ſeruus reſtituatur, contra eius ſucceſſorem, vel heredem aliàs futurum, qui bona apprehenderit, aut adminiſtratorem bonorum à ſuperiore deputatum vigore alterius reſcripti, vel etiam eiuſdem, vbi cauſa concerneret dignitatem, vel officium; impetrans tale reſcriptum cauſam, & inſtantiam fuiſſet proſecutus: tunc ille reuerſus, vel reſtitutus ſtare teneatur iudicio cœpto, vel ſententiæ latæ, ac cæteris legitimè per eos actitatis. Atque hæc omnia ſtatuenda pariter ſunt in condemnato cum bonorum amiſſione, vel ita bannito, vt bona, iuraque ſua amittat; cùm ea recuperat; iuxta ea tradita per nos *ead. concluſ. 7.* Ex iis verò, quæ *d. quæſt. 3. concluſ. 8.* in commutatione vltimæ voluntatis adduximus, habetur, quòd, ſi excommunicatus ſit aduerſarius eius, qui aliquam beneficij ſuppreſſionem per reſcriptum iuſtitiæ impetrauit, regulariter non extinguitur, ſeu expirat, aut etiam ſuſpenditur iuriſdictio iudicis, quin eam valeat exercere. Id verò *ibid.* multis modis declarauimus, inde quoque nonnulla deducentes: quæ omnia ob eamdem prorſus rationem ſuppreſſioni beneficiorum pollunt, ac debent applicari: ſicut & illud, quod *ead. quæſt. 3. concluſ. 9.* docuimus, quòd, ſi aduerſarius illius, qui per reſcriptum iuſtitiæ alicuius vltimæ voluntatis commutationem impetrauit, aliquam Religionem approbatam ingrediatur: tunc ante profeſſionem huiuſmodi reſcriptum nequaquam ſuſpenditur; poſt profeſſionem verò tranſibit contra prædictũ aduerſarij heredem, vel ſucceſſorem vniuerſalem, ſiue is ſit ipſa Religio, ſiue aliquis alius, & nonnunquam etiam in ſucceſſorem ſingularem, vt *mihi* explicauimus.

DECIMATERTIA CONCLVSIO. Suppreſſio beneficiorũ conceſſa ſiue per reſcriptum iuſtitiæ, ſiue per modũ gratiæ, ac priuilegij † extinguitur per lapſum 286.
temporis in ea conceſſione forſan præſtituti. Exemplum conceſſionis huiuſmodi ſuppreſſionis per modum gratiæ ad tempus incertum eſſe poteſt vnionis beneficiorũ ad vitam vnius, duorúmve acceſſoriè factæ, aut æquè principaliter; ita, vt ex duobus vel pluribus beneficiis vnũ fiat; quas duas vnionis ſpecies, aut ſuppreſſionem beneficiorum eſſe, aut eam inuoluere, ac ſupponere, docuimus ſup. hoc ipſo cap. *quæſt. 1. in 2. eius inſpectione.* De qua vnione ad vitam Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. §. 7. num. 140. uſque ad* 145. poſt alios docet, † quòd, quando beneficium 287.
eſt reſeruatum ratione menſis, ſi poſt vacationem in menſe Apoſtolico vnitur alteri beneficio non in perpetuum, ſed ad vitam alicuius, quòd tunc talis vnio non faciet ceſſare reſeruationem, ſed finita illa temporali vnione durabit vinculum reſeruationis, & beneficium ſemper vacabit, vt priùs, ac prouiſio ſpectauit ad Papam, & non ad Ordinarium; quamuis vnio ceſſauerit in menſe ordinario per obitum illius, ad cuius vitam fuit vnitum; ob eam rationem, quia effectus reſeruationis non tollitur, niſi per ſolam Papæ prouiſionem: ſed iſta vnio non eſt prouiſio, nec expiratio reſeruationis, ſed dumtaxat facit dormire reſeruationem ad tempus ad inſtar ſomni, qui interficit hominem dum dormit, & quieſcit: cui conſonat illud Poëtæ;

Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago?

Sicut etiam dicimus de commenda, quæ non perimit reſeruationem, ſed ceſſante commenda beneficium vacat, vt priùs: & talis vnio ad vitam ſolùm habet vim diſpenſationis ſuper incompatibilitate: immo vnio ad vitam eſt quædam ſpecies reſeruationis, quia per manus appoſitionem Papæ in faciendo vnionem ad vitam remanet beneficium reſeruatum, iuxta *cap. vt noſtrum, de appellat. & Extrau. ad Romani Pontificis, de prebend.* inter communes, cum pluribus adductis per eumdem Gonzal. *in d. commentar. ad reg. 8. Canc. gloſ. 52. num. 7.* iuncto *num. 12.* ſubdit autem idemmet Gonzal. *d. gloſ. 5. §. 7. num. 146.* hodie iſtas vniones ad vitam † fieri prohibitas eſſe 288.
à Conc. Trid. *ſeſſ. 7. cap. 4. de reform.* ne ſub illorum prætextu plura incompatibilia ſimul retinere poſſint: quod idem de pluribus Cathedralib. Eccleſiis ſic vnitis ſtatutum videbatur *ead. ſeſſ. 7. cap. 2. de reform.* dum *inibi* cauetur, ne quis plures Cathedrales

Eccleſias

Ecclesias in titulum, siue commendam, aut alio quouis titulo contra sacrorum canonũ instituta recipere, & simul retinere præsumat. apertè verò hæc vnio ad vitam respectu Cathedralis cum parochiali, vel contrà, prohibetur ab eodem Conc. *sess.* 24. *cap.* 17. *versic. illi verò, de refor.* rectè autem subiicit Gonzal. *d. num.* 146. quòd non ideo Papæ potestas ligata remanet, quin tales vniones ad vitam facere possit, cùm sit sup. d. Concilio *cap. significasti, ad fin. de elect.* cum simil. Idémque sentit post alios Garz. *d. tract. de benef. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 83. dum post alios tenet, neque Episcopum, neque Legatum Sedis Apostolicæ, sed solum Papam posse facere vniones ad tempus, seu ad vitam: subdens *num.* 84. sacram Congregationem censuisse, quòd decretum Concilij *sess.* 24. *cap.* 15. *de reform.* non habeat locum in suppressionibus ad tempus, sed perpetuis: non tamen vniones
289. ad vitam † fieri prohiberi per Concilium *d. sess.* 7. *cap.* 4. vt perperam inquit affirmare Gonzal. *d.* §. 7. *num.* 146. sed solùm ibi decerni, quòd inducant incompatibilitatem; iuxta latiùs per ipsummet Garz. adducta *d. tract. de benef. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 219. licèt Mãdos. per eum *ibi* relatus *de signat. grat. sit. de vnion. vers. contra vniones*, apertè sentire videatur per Conc. Trid. *d. sess.* 7. *cap.* 4. *& sess.* 24. *cap.* 17. *versic. illi verò prohiberi ipsam vnionem ad vitam*: quod etiam sentit is auctor, qui Indicem ad Conc. Trid. composuit, dum verbo, *vniones*, vtrumque hoc decretum indicans, aut vniones ad vitam tolluntur: & verè Conc. Trid. vtrobique quid amplius velle videtur, quàm inducere incompatibilitatem beneficiorum sic vnitorum; quæ etiam respectu inferiorum inuoluit saltem tacitam talis vnionis prohibitionem, qui in ea incompatibilitate dispensare non possunt. Quamuis probabiliter dicere etiã quis posset, per d. vtrumque decretum Concilij neque etiam induci incompatibilitatem ex huiusmodi vnione ad vitam, sed solùm per eam non excusari ab incompatibilitate beneficia, quæ aliàs sunt incompatibilia, & sic nihil innouaret Concilium quoad inducendam incompatibilitatem in beneficiis aliàs compatibilib. sed solùm quoad retinendam in beneficiis aliàs incompatibilibus incompatibilitatẽ, quam de iure antiquo amittebant per vnionem ad vitam; vt per Doct. quos refert, ac sequitur Garz. *d. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 219. Probatur nunc prior pars huius 13. concluſ. ex *cap. de causis, in princ. de offic. deleg. l.* 2. *§. si & index, ff. ac iudic. & l. cum non eadem, C. quam. prouoc. non est necess.* cum aliis quib. sup. *cap.* 8. *quæst.* 4. *concluſ.* 1. eiusdem aut solam posteriorem, aut simul cum priori parte quoad vltimæ voluntatis commutationem comprobauimus; quæ omnia fundamenta æquè in beneficiorum suppressione locum, ac vim suam obtinent; atque adeò hanc concluſ. pariter confirmãt. Sicut & eius prior hæc pars vno illo modo extenditur, ac multis restringitur, quibus posteriorem d. conclusionis primæ partem respectiuè ampliauimus, ac li-
290. mitauimus. Posterior verò † præsentis conclusionis pars probatur ex iis, quibus d. primæ conclusionis, vel priorem, vel vtramque simul partem comprobauimus: & quod ad certum tempus priuilegio, seu gratiæ præfixum spectat, præcipuè tum ex Doct. *in l. quoties*, seu 2. *C. de precib. Imper. offer.* Abb. *in cap. cum accessissent, num.* 6. Felin. *num.* 24. latè Dec. *num.* 14. *de constit.* tum quòd priuilegium seruari debet iuxta id, quod in eo continetur, *cap. porrò, & cap. recepimus, de priuil.* cum suis concord.

Extenditur autem hæc eadem posterior pars præ-
291. sentis conclusionis primò, vt † priuilegium huiusmodi suppressionis beneficiorum concessum sub aliqua conditione vti sub incerto tempore concessum, desinat, ac cesset desinente tali cõditione; prout generatim in priuilegio alios secuti ostendimus *d. quæst.* 4. *concl.* 2. quo etiã loco ex Franc. Suar. *tract. de legib. lib.* 8. *cap.* 29. *n.* 5. idipsum, plures hac in re casus constituendo, declarauimus, quos aliunde quoque, quàm ex adductis ab ipso confirmauimus. Secundò extẽditur, vt tale priuilegium suppressionis beneficiorum expiret, seu amittatur per illius vinculi, seu status mutationem, à quo huiusmodi priuilegium dependet tamquam à necessaria conditione, virtuali tamen ac generali; prout *d. quæst.* 4. *concluſ.* 3. explicantes, ac latiùs confirmantes declarauimus.

Restringitur nunc hæc ipsa posterior præsentis conclusionis pars, vt † abrogato, vel aliter amisso, 292.
aut destructo exemplari, ad cuius instar aliquod priuilegium suppressionis beneficiorum cõcessum fuit, non ideo posterius hoc priuilegiũ reuocatum, amissum, destructúmve censeatur; prout generatim de priuilegiis ad instar concessis post alios docuimus, *d. quæst.* 4. *concluſ.* 4. ex cuius ampliationibus, ac limitationibus totidem huius restrictionis declarationes sumendæ sunt. Secundò restringitur hæc eadem posterior pars, vt † huiusmodi suppressio per eius pri- 293.
mum actum, siue vsum nequaquam extinguatur; ex iis, quæ in commutatione vltimæ voluntatis, & in quouis priuilegio, id multis quoque modis declarantes, *ead. quæst.* 4. *concluſ.* 5. adduximus.

Declaratur nunc vtraque propositæ conclusionis
pars primò, quòd, † vbi suppressio aliqua beneficij 294.
à superiore conceditur ad beneplacitum suæ voluntatis, regulariter expirat iurisdictio, & gratia, seu priuilegium morte concedentis etiam re cœpta, seu nõ integra existente: secus verò, si beneplacito certum tempus simul adiungatur. Primum huius declarationis membrum satis probatur ex *cap. si gratiosè, de rescript. in* 6. cum aliis, quæ ad id adduximus sup. *d. cap.* 8. *quæst.* 11. *concluſ.* 1. *ad fin. & concluſ.* 3. *limit.* 2. prioris partis, necnon *quæst.* 2. *concluſ.* 5. *vers. fin.* in quibus etiam locis hoc ipsum fusiùs declarauimus. Secundum membrũ probatur ex iis, quæ attulimus, satisque confirmauimus *eod. cap.* 8. *quæst.* 4. *concl.* 6. nimirum, quòd, si illud certũ tempus iungatur beneplacito cõcedentis cum copula, *&*, vel alia, vt dicendo, concedo ad beneplacitũ, & ad annum, vel ad annum, & ad beneplacitum; tunc concessio non expirabit morte concedentis, antequam elapsus sit annus, & post annum etiam durabit, viuente eo, qui concessit, donec is concessionem reuocet. Si verò concessio facta sit absque copula, dicendo, ad beneplacitum ad annum, vel, ad annum ad beneplacitum; tunc expirat per lapsum anni, atque etiam antè, si concedens moriatur, aut reuocet concessionem. Denique si dicatur, concedo ex beneplacito ad annum, concessio durat vsque ad annum, quamuis concedens moriatur, non autem vltra annum. Secundò declaratur, quòd, vbi aliquod tempus certum, vel incertum prædictæ suppressionis concessioni non
præfigatur; † tunc, si quidem concessa sit per rescri- 295.
ptum iustitiæ, expirat morte concedentis, quæ re integra intercedat: idémque dicendum, vbi concessa fuerit per rescriptũ gratiæ faciendæ: sin autem concessio emanauit per rescriptũ gratiæ factæ, seu perfectæ, huiusmodi concessio regulariter perpetuò durat. Atque hæc declaratio quoad omnes sui partes ex iis comprobatur, quibus easdem in vltimæ voluntatis commutatione confirmauimus *d. cap.* 8. *quæst.* 4. *concluſ.* 7.

DECIMA QVARTA CONCLVSIO. Quando causa commissionis, vt beneficium aliquod supprimeretur, vel suppressionis ipsius fuit finalis, & à principio vera, † si ea causa postea cesset, regulari- 296.
ter

ter quoque ceſſat huiuſmodi ſuppreſſio, vel eius commiſſio: ſecus autem eſt, ſi illa cauſa fuit tantùm impulſiua. Poſterior pars concluſionis probatur; tum quòd ita in diſpenſatione ſentit Suarez *lib.6.de legib. cap.* 20. *num.* 12. & expreſsè poſt multos tradit Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 30. *num.* 7. tum ex aliis, quib. hoc ipſum quoad vltimæ voluntatis commutationem docuimus ſup. *cap.*8. *quæſt.*5. *concl.*1 *ad fin.* Prior autem pars huius concluſ. probatur; tum ex iuribus in quibus generaliter habetur, ceſſante cauſa ceſſare eius effectum, vt *in l.adigere, §. quamuis, ff. de iurepatr. cap. cùm ceſſante, de appellat.* cum aliis ad id allegat. à Tiraq. *in tract.cauſ.ceſſan.ceſſ.effect.in princ. num.* 11. cum nonnullis ſeqq. Tum ex iuribus, ac Doctoribus, quibus Tiraq. *in eodem princ.* tradit effectū ceſſare ceſſante cauſa, commiſſionis quidem, *num.*50. conceſſionis, *num.*51. delegationis, *num.*73. *& ſeq.* diſpenſationis, *num.*91. fauoris, *num.*107. *vſque ad* 113. gratiæ, *num.*116. mandati ad gratiam faciendam, *num.* 180. & priuilegij, *a num.* 210. *vſque ad* 218. quibus quoad diſpenſationem, & priuilegium addi etiam poſſunt per nos adducta *d.concluſ.*1. *circa initium*: tum ex eo, quod de vnione, quòd ceſſante
297. eius cauſa, ob quam facta eſt, † ceſſet quoque illius effectus, inter cæteros tradiderunt Io. Bapt. Caccialup. *tract.de vnionib.Eccleſiar.art.*9. *num.*1.2. *&* 4. Petr. de Peruſ. *tract. de reuocat. vnion. cap.* 1. *num.* 1. *&* 2. Petr. Rebuff. *in Prax. benef. tit. de vnion.reuocat.num. item* 1. *&* 2. ac poſt alios Io. Azor *Inſtit. moral.part.*2. *lib.*6. *cap.*29. *quæſt.*4. & nuperrimè Nic. Garz. *d. tract. de benef.part.*12. *cap.*2. *num.*305. *cum ſeq.* Tum denique ex eo, quod poſt Ang. *in auth. vt determinat. ſit numer. cleric. verſic. poſtea verò*, Felin. *in cap.cùm M. Ferrarienſis, not.* 3. *de conſtit.* Roch. de Curt. *tract. de iurepatr.verbo, pro eo, quòd de Diœceſani conſenſu, quæſt.* 2. *col.*2. à fortiori tradit Lambertin. *eod. tract. lib.* 3.
298. *quæſt.*6. *art.*7. *num.* 7. *cum ſeq.* quòd † excreſcentibus poſt beneficij, ſeu Eccleſiæ fundationem eius reditibus, augeri quoque poſſunt, ac debent eiuſdem onera, & ſeruitia, maximè quoad numerum clericorum. ad quod eſt optimus text. *in d.cap.cùm M.Ferrarienſis*, vbi inter cætera habetur, quòd in conſtitutione certi numeri præbendarum cùm antea maior eſſet, & confirmatione eiuſdem conſtitutionis, ſeu numeri impetrata à Sede Apoſtolica, vel eſt, vel eſſe debet ſicut conſueuit expreſſa illa conditio, (niſi in tantum excreſcerent Eccleſiæ facultates, quòd pluribus poſſent ſufficere competenter:) ob quam etiam cauſam mandat *ibi* Rom. Pontifex, vt ex ſuperexcreſcentibus fructibus quinque præbendæ aliis quinque Canonicis ſupra numerum conſtitutū, atque etiam à Sede Apoſtolica confirmatū aſſignentur. facit etiam text. *in d.auth.vt determ. ſit numer. cleric.* necnon *in cap.*1. *& cap.auctoritate, de inſtit.* vbi habetur, quòd numerus clericorum in Eccleſiis determinari, ac poni debet iuxta earumdem Eccleſiarum facultates.

Declaratur nunc hæc eadem poſterior pars præ-
299. ſentis concluſionis primò, vt, † ſi cauſa finalis ſuppreſſionis alicuius beneficij non omnino ceſſauit, ſed adhuc remanſerunt aliquæ illius reliquiæ, non extinguatur ipſa ſuppreſſio; quamuis illæ ab initio non ſufficerent ad concedendam ſuppreſſionem. quę declaratio ſatis confirmatur ex iis fundamentis, quæ ſup. *cap.*8. *quæſt.* 5. *concluſ.* 2. adduximus, & æquè in ſuppreſſione, de qua nunc agimus, locum habent.
300. Secundò declaratur, vt, † ſi qua ſuppreſſio beneficij iuri communi non aduerſatur, neque alterius iuri præiudicat, ſed eſt merum beneficium, & gratia manans à concedente, (vtputa, ſi inſtituens, aut erigens beneficium eidem erectioni, aut inſtitutioni clauſulam illam, vel conſimilem adiecciſſet, niſi beneficium hoc ſupprimere, ſeu extinguere ſuperiori Eccleſiaſtico pro tempore viſum fuerit;) ea ſuppreſſio, ſeu eius effectus proculdubio non ceſſet, quamuis poſtea illius cauſa etiam finalis ceſſet; ex adductis per nos in ſimili vltimæ voluntatis commutatione, ac priuilegio *d.quæſt.*5. *concluſ.*3. Declaratur tertiò, vt † re- 301.
gulariter ſuppreſſio beneficij non ceſſet ipſo iure ceſſante eius cauſa, ſed ſolùm iuſtè tunc poſſit denuò erigi beneficium ſuppreſſum, ſeu redintegrati numerum præbendarum, vel Canonicorum diminutum; atque adeò ad id requiri decretum ſuperioris: tum quòd de cauſa priuilegij negatiua ceſſante ita poſt Suarez *lib.*8. *de legib. cap.*30. *num.*6. *&* 7. iuncto *num.*21. tradidimus ſup. *d.cap.*8. *quæſt.*5. *concluſ.* 6. *poſt medium, verſ ſed quoniam, & verſ. quando verò*, iuncto *notab. vlt.* necnon *cap.* 10. *quæſt.*8. *concl.* 15. *ad fin. verſ. reſtringenda verò*: tum quòd idipſum quo-
que † de vnione ſentiunt poſt alios Azor. *d. quæſt.*4. 302.
& Garz. *d.num.*305. *cum ſeq.* vbi etiam loquuntur de vnione facta ob paupertatem, ſeu tenuitatem redituum, iis deinde auctis: tum quòd ita etiam † in 303.
diminutione numeri clericorum facta ob diminutionem redituum, vt excreſcentibus denuo reditibus non ipſo iure ceſſet, verùm ad id decretum ſuperioris exigatur, poſt alios, præſertim Abb. & Felin. *d. cap.cùm M.* ſentit Lambertin. *d. lib.*3. *quæſt.*6. *art.*7. *num.* 8. aliàs 10. ſic intelligentes conditionem prædictam, de qua *in d.cap.cùm M. Ferrarienſis, §. vlt. de conſtit.* dicitur, eam exprimi conſueuiſſe, & expreſſam cenſeri in conſtitutione Canonicorum diminuente antiquum numerū præbendarum etiam per Sedem Apoſtolicam confirmata, nimirum, niſi in tantum excreſcerent Eccleſiæ facultates, quòd pluribus poſſent ſufficere competenter: atque ad id allegantes text. *in cap.fin.de verb. ſignif.* qui tamen hoc
mihi non probat; ibi enim † non agitur de numero 304.
Canonicorum, vel præbendarum diminuto ob redituum Eccleſiæ diminutionem, vel inſufficientiam, redintegrando, quia reditus illius poſtmodum aucti eſſent; ſed de retentione eiuſdem antiqui numeri, quam Rom. Pontifex *ibi* mandat iiſdem delegatis, quibus eiuſdem numeri moderationem mandauerat; quia falsò expreſſerant Canonici, numerum antiquum ob inſufficientiam facultatum Eccleſiæ non poſſe obſeruari. Et licèt ex verbis illis finalibus *d. cap.fin.* in vtilitatem eiuſdem Eccleſiæ conuertentes augmentum ſuorum reddituum, donec duxerimus aliter diſponendum; quatenus noluit tunc Rom. Pontifex, ex eo augmento augeri numerum præbendarum; colligi videatur, tunc ſaltem non ipſo iure, & facto augeri præbendarum numerum, cùm is ab initio eſt inſtitutus, nec poſtea vnquam diminutus; id quod fortaſſe dumtaxat voluerunt præcitati Doct. quinimmo à fortiori concludendum, & colligendum ex eo text. videatur, quòd vbi antiquus numerus fuit ob diminutionem, vel inſufficientiam redituum diminutus, auctis poſtea facultatibus iterum numerus augeri debeat, ſeu prior redire, quoniam facilis eſt, ac fauorabilis reditus ad primæuam naturam, *l.ſi vnus, §. paſtus, ne peterem, ff. de paſt. cap. ab exordio, 35. diſt.* cum ſimil. Tamen ideo diſponitur in prædictis finalib. verbis, non eſſe augendum numerum præbendarum illius Eccleſiæ auctis eius reditibus, quia mandatum Papæ erat ad moderandum præbendas, moderatio autem diminutionem continet, non autem augmentum, vt ex eo text. colligunt *ibi* Doct. communiter, qui etiam id pro ratione *ibid.* apertè aſſignat, & adnotauit præ cæteris Dec. *d. cap. cum M.Ferrarienſis, num.*12. *in non. de conſtit.* mandati autem fines diligenter ſunt cuſtodiendi, *l. diligenter, ff. mandat. cap. cui de non ſacerdotali, de præb. in* 6. com-

Digitized by Google

ſuis concord. Magis verò pro hac tertia declaratione, & quidem in terminis augendi numeri præbendarum ob augmentum reditumm Eccleſiæ, qui ob eorum diminutionem,ſeu inſufficientiam antea fuerat diminutus, meo iudicio facit text. *in d. cap. cùm*
305. *M. Ferrarienſis*, quatenus *ibi* Rom. Pontifex † non declarat, numerum præbendarum antea diminutũ, auctum fuiſſe eo ipſo,quòd aucti fuerint Eccleſię reditus, quamuis in diminutione,& eius confirmatione Apoſtolica ineſſe cenſeatur illa clauſula ſeu conditio, niſi in tantum excreſcerent Eccleſiæ facultates, quòd pluribus poſſent ſufficere competenter:ſed ſolùm mandat,ſuperexcreſcentes reditus quibuſdam Canonicis vltra numerum receptis aſſignari in præbendas aliis præbendis pares; quod autem ſuperfuerit,in communes Canonicorum vſus, ſicut priùs ſtatuerant, ſiue aliter, prout meliùs videbitur, conuerti. Porrò hæc tertia præſentis concluſionis declara-
306. ratio temperanda eſt,vt non habeat locum, † vbi in ſuppreſſione adiecta eſſet clauſula illa,ſeu expreſſa conditio,quamdiu reditus beneficij,aut Eccleſiæ aucti non fuerint, aliáve cauſa finalis, ob quam facta fuit ſuppreſſio, duraverit, aut alia clauſula ſimilis; per text. *in cap. Abbate. §. fin. de verb. ſignif.* cum *ibi* notat. & aliis per nos adductis ſup. *d. cap. 8. quæſt. 4. concluſ. 2. circa medium*, *& quæſt. 5. concl. 6. verſic. quando verò*, necnon *cap. 10. quæſt. 8. concluſ. 15. in fi.* Tandem hæc ipſa 14. concluſio declaratur ex ſeq. concl. cum ſuis ampliationibus, limitationib. ac declarationibus, quas *ibi* partim remiſſiue, partim etiam ſummatim afferemus.

DECIMAQVINTA CONCLVSIO. Quando ſuppeſſio alicuius beneficij deducta eſt ad actum vltimatum,ſeu effectum cõſummatum, qui in vnica
307. actione ſiue petentis, ſiue concedentis conſiſtit; † tunc ceſſante ſuppreſſionis cauſa non ceſſat ipſa ſuppreſſio. Hæc concluſio probatur ex iis,quibus eam in quolibet huiuſmodi priuilegio late defendit Suarez *lib. 8. de legib. c. 30. n. 3. & 4.* potiſſimùm,quia tunc priuilegium iam tranſiit, vnde ceſſare non poteſt; tum ex aliis fundamentis, quibus idipſum de vltimæ voluntatis commutatione docuimus ſup. *d. cap. 8. quæſt. 5. concl. 4.* æquè in hac,de qua agimus, ſuppreſſione locum obtinentibus. quare inde etiam ſumendæ ſunt præſentis concluſionis,tum ampliationes; atque illa præcipuè,vt procedat quoque in actu inchoato, qui habetur pro perfecto; necnon illa, vt hæc concluſio locum etiam ſibi vendicet in actu nondum conſummato, qui tamen ſequatur ex actu perfecto, & conſummato; ac tandem illa,vt eadem concluſio procedat quoque in actibus futuris,qui ab actu conſummato commodè diuidi, ac ſeparari non poſſunt:tum etiam limitationes; videlicet illa,niſi ipſa ſuppreſſio, eiuſve effectus haberet eiuſmodi conditionem expreſſam, vel tacitam, ſubſiſtente, vel durante tali
308. cauſa; & illa, vt concluſio non procedat † in cauſa eſſendi,quæ eſt materialis, & formalis, aut in cauſa efficiente, quæ non modò eſt producens, ſed etiam conſeruans: ac tandem illa limitatio, vt eadem concluſio locum non habeat vbi actui etiam præterito ſuperueniat cauſa infirmans, ſeu retrò contraria: quas omnes limitationes ſatis comprobantes explicauimus *d. concluſ. 4.*

Declaratur autem primò haec ipſa concluſio 15. huius quæſt. ex iis,quæ adduximus *d. cap. 8. quæſt. 5.*
309. *concl. 5.* quòd, licèt † vbi mãdatum,ſeu facultas ſupprimendi aliquod beneficium à ſuperiore ex legitima cauſa tunc ſubſiſtente emanauit, ſi poſtea ceſſauit cauſa,antequam tamen commiſſarius ſuppreſſionem exequeretur,ceſſet quoque vſus talis facultatis, neque illius vi poſſit actualis ſuppreſſio fieri, aut valide fieri: tamen,ſi ea cauſa rediret,tunc ea commiſſio mitti executioni poteſt. Secunda verò huius concluſ. declaratio ſumpta ex concl. 6. eiuſdem 5. quæ-
310. ſtionis ea eſt,quòd,licet † probabile ſit,ceſſante cauſa prædictæ ſuppreſſionis poſtquam cõmiſſarius, aut ſuperior ipſe ſuppreſſit, antequam ea vltimatu effectum ſortiatur; vel,ſi hunc fuit ſortita, is commodè diuidi poteſt,ipſam ſuppreſſionem in poſterum non ceſſare: probabilius tamẽ eſt,eam ceſſare in vtroque caſu. etſi vtraque hæc opinio conciliari poteſt nonnullis adhibitis diſtinctionibus, quas *d. concl. 6.* retulimus; ſimul hæc omnia fuſiùs tum explicantes,tum etiam comprobantes; ac prætetea quædam notabilia ſubiicientes,quæ ſuppreſſioni beneficiorũ pariter conueniunt: atque inter cætera illud ad tertiã quoque præced. concluſionis declarationem pertinens, quid referat,quòd ceſſante cauſa gratiæ,ſeu priuilegij,ceſſet ipſius effectus ipſo iure, ſeu facto, vel mediante hominis miniſterio, ſeu actione.

DECIMASEXTA CONCLVSIO. Quamuis inferior ſupremo Principe ſuppreſſionem alicuius beneficij ad vltimum effectum ex parte concedentis deductam,& ab eo,cui conceſſa fuit,acceptatã † re-
311. gulariter etiam ex cauſa reuocare nequeat:id tamen ex cauſa poterit ipſe ſupremus Princeps. Prior pars huius concluſionis probatur ex iis fundamentis,quibus idipſum de vltimarum voluntatũ commutatione docuimus ſup. *cap. 8. quæſt. 6. concl. 1.* ex cuius duabus declarationib. duob. pariter modis declaranda eſt hæc prior pars præſentis concluſionis;primò quidem,vt ea locum non habeat vbi inferior facultatem à Principe habuiſſet præiudicandi eius ſubdito. Secundò, vt inferior eam reuocationem cum cauſa facere poſſit ad tempus. Poſterior autem pars huius eiuſdem concluſionis ex iis probatur, quibus eam quoad vltimæ voluntatis cõmutationem confirmauimus *d. quæſt. 6. concl. 2.* æquè locum obtinentibus in ea,de qua nunc agimus, beneficiorum ſuppreſſione, ſicut & ampliationes,ac limitationes, quas ad eandem 2. cõcluſionẽ attulimus,in ea pariter procedunt.

Vtraque verò præſentis concluſionis pars declaratur,vt huiuſmodi beneficiorum ſuppreſſio conſummata,& quoad vltimũ eius actum perfecta ex parte concedentis, & acceptata per impetrantẽ, ſiue conceſſa fuerit à ſupremo Principe,ſiue ab inferiore, †
312. in dubio reuocata non cenſeatur; prout in ſimilibus priuilegiis fusè oſtendimus *d. quæſt. 6. concluſ. 3.* eam multis modis ampliantes, ac limitantes; quos quia facile quiſque per ſe poteſt ad præſentem declarationem transferre,id nos hic facere ſuperſedentes,nonnulla potiùs ex Conc. Trid. & reg. 12. alias 13. Canc. referamus,vnde tota hæc concluſio præſertim quoad hanc ipſam declarationem mirificè confirmatur, & explicatur. Nam dum Trid. Conc. *ſeſſ. 7. cap. 6. de reform.* ſtatuit, † vt vniones perpetuæ à quadraginta
313. annis citrà,(hoc eſt,vſque ad Concilij illius publicationem,vt ſacra Congregatio declarauit,) factæ examinari ab Ordinariis tamquam à Sede Apoſtolica delegatis poſſint; & , quæ per ſubreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint,irritæ declarẽtur; illæ verò, quæ à dicto tempore citrà cõceſſæ non in toto, vel in parte ſortitæ ſunt effectum, & quæ deinceps ad cuiuſuis inſtantiam fient,niſi eas ex legitimis,aut aliàs rationabilibus cauſis coram loci Ordinario verificandis factas fuiſſe conſtiterit, per ſubreptionem obtentæ præſumantur, ac viribus omnino careant: ſatis ex his verbis colligitur, quòd irritæ nõ ſunt,nec reuocantur vniones à dicto tempore citra conceſſæ, quæ omnino effectũ ſortitæ ſunt; ſecus verò,ſi eum non ſunt in totum ſortitæ. idque conuincit dictio aduerſatiua, *attamen*, cuius vis eſt afferre diuerſitatem in

iure,

zed by Google

iure,& in facto,sub eodem tamen genere,*l.si verò,ff. qui satisd. cogant.* ac post alios tradit Barbos.*ac dictionib.dict.* 365.*num.*1. & latè probat Octauian.Vulpell. *tract.de præpos. aduerb. & coniunct. verbo, autem, & verbis* vero. Atque hoc ipsum dicendum est de eo, quod idem Concil. *sess.*24.*cap.*13. statuit circa vniones Ecclesiarum parochialium à prædicto tempore citrà factas monasteriis quibuscumque,aut Abbatiis, seu dignitatibus, siue præbendis Ecclesiæ Cathedralis,vel collegiatæ,siue aliis beneficiis simplicibus,aut Hospitalibus,vel Militiis: dum enim *ibi* Concilium mandat,vt Parochiales sic vnitæ reuideantur ab Ordinariis iuxta aliàs decretum in eadem Synodo sub fe.rec. Paulo III. hoc est *d.sess.*7. *c.*6. apertè admittit prædictũ discrimen *inibi* positũ inter vniones omnino sortitas, vel non sortitas effectum;cùm relatum † 314.
sit in referente cum suis qualitatibus,saltem,cùm de relato apparet,*l.esse toto,ff.de hered.instit.l.si ita scripsero,ff.de cond.& demon.auth.si quis in aliquo, C. de eden.* cum aliis adductis à Mandos.*ad reg.*1. *Canc.quæst.*12. *n.*7.*& reg.*23.*quæst.*1.*n.*2. Simile quid habetur *in eod. Trid.sess.*25.*c.*9.*de refor.* quoad accessiones per viam vnionis factas de beneficiis liberis ad Ecclesias,aliáve beneficia quęcumque, aut hospitalia iuripatronatus etiã laicorum subiecta; ita,vt prædicta beneficia libera eiusdem naturæ cum beneficiis, quibus cum vniuntur, efficiantur, atque sub iurepatronatus constituantur: de his enim accessionibus subdit inter cætera *ibid.* Concilium; vt si nondum plenarium sortitæ sunt effectũ,vel deinceps ad cuiusuis instantiam fient, simul cum vnionibus ipsis per subreptionem obtentæ intelligantur, nec executioni amplius demãdentur; sed beneficia ipsa vnita, cùm vacauerint, liberè,vt antea,conferantur: quæ verò à quadraginta annis citrà,(hoc est,vsque ad Concilij publicationem,vt diximus)factæ effectum,& plenã incorporationem sunt consecutæ,hæ nihilominus ab Ordinariis, tamquã à Sede Apostolica delegatis reuideãtur, & examinentur; ac,quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint,simul cum vnionib. irritæ declarentur,ac beneficia ipsa separentur, & aliis conferantur.Rectè autem Garz *in tract.de benef.part.*12.*c.*2.*n.*295. *cum seq.* ex quibusdam sacræ Congreg. Conc.declarationibus,& vna Rotæ Rom. decisione ponderat,quod *d.c.*7.*§.illa verò,* non habet locum in vnionibus, quæ pro parte effectũ sortitæ sunt, *d.* autem *cap.*9.*§.insuper accessiones,* solùm quãdo in totum sortitæ sunt effectũ,licet beneficia vnita supprimantur; atque hanc differentiã prouenire ex diuersitate verborũ illorũ decretorũ. Denique dum *in d.reg.*12. nunc verò 13.*Canc.*Romanus pro tempore Pontifex
† omnes vniones,annexiones, incorporationes,sup- 315.
pressiones, extinctiones, applicationes, & dismembrationes etiam perpetuas de quibusuis Cathedralibus,& aliis Ecclesiis, monasterijs, dignitatibus, personatibus, officijs, beneficijs, ac piis, & aliis locis, vniuersitatibus etiã studiorũ generaliũ,& Collegijs, etiã in fauorem S R.E.Cardinaliũ,seu Ecclesiis,monasteriis, & beneficijs per eos obtentis, quomodolibet Apostolica, vel alia quauis, (non tamen Concil. Trid. auctoritate, & pro fundatione, seu dotatione, augmento,vel conseruatione Collegiorũ,& aliorum piorũ & religiosorum locorũ ad fidei Catholicæ defensionem,& propagationem, bonarúmque artium cultum institutorũ,) factas, quæ suum non sunt sortitæ effectum:ac quascumque concessiones,& mandata super vnionibus,annexionibus,incorporationibus,& aliis præmissis taliter faciẽdis,reuocat,callat, & irritat, nulliúsque decernit existere firmitatis. Dum,inquã, per huiusmodi verba hæc decernuntur in memorata regula: ex verbis quidem extra parenthesim positis,à contrario sensu,quod in iure validis-

simum est, ex traditis inter cæteros, ab Eueraid. *in Topic.iur.loc.a contrar.sensu,* colligitur,in ea præseruari a reuocatione,quæ *imbi* fit,vniones,ac suppressiones beneficiorũ,& alias prædictas dispositiones,quæ iam sunt suũ sortitæ effectũ:ac simul in sensu directo habetur,reuocari hasce omnes dispositiones,quę adhuc nõ sunt sortitæ effectũ,necnon quascumque cõcessiones, & mandata super iis taliter faciendis pro cuius principalis statuti,ac decreti vi;ac robore,*imbi* statim subijciuntur ea verba.nec alicui quascumque regulas,vel adiectiones,aut decreta,quę sanctitas sua pro expressis haberi voluit,in quibusuis Apostolicis, etiã quæ motu proprio,aut ex certa scientia,& cõsistorialiter processerũt,& emanauerunt,litteris;etiãsi in eis decretũ esset, illas extũc effectum sortitas esse, aut ius quæsitũ fore;quomodolibet cõtenta aduersùs reuocationẽ, & irritationẽ huiusmodi voluit aliquatenus suffragati.Ex verbis autẽ ipsa parẽthesi inclusis constat, à reuocatione huiusmodi omniũ dispositionum, etiãsi effectum sortitæ nõ sint,illas præseruari, & excipi,quæ factæ sunt auctoritate Conc.Trident. necnon † pro fundatione,seu dotatione, augmento, 316.
vel conseruatione Collegiorũ,& aliorum piorum,& religiosorũ locorũ institutorũ ad defensionẽ,ac propagationẽ fidei Catholicæ,& cultũ bonarum artium: atque ita hanc regulã quoad alias eius partes, præter mox memoratã exceptionẽ,quæ in tenore ab eo relato non habetur,intellexit Mandos. *ad reg.*12. *Canc. quæst.*1.cum aliquot seqq.at verò quoad ipsam etiam exceptionẽ,post alios Gonsal. *ad reg.*8. *Canc.glos.*5.§. 7.*à n.*43.*vsque ad* 55.& Garz.*d.tract.de benef.part.*12. *c.*2.*n.*281. cũ multis seqq.ac nouissimè Ioan.Chokier *in comment.d.reg.*seu *Glosat.antiqui eiusdẽ reg.circa initium.*Quinimmo ex nonnullis Rotæ Rom.decisionibus etiam modernis, postquã prædicta regula Canc. cum illa exceptione emanare cœpit Gonzal.*d.*§.7.*n.* 48.50.*&* 51.Garz.*d.c.*2.*n.*24.*cum duob.seqq.* iuncto *n.* 289.*&* 297.*cum duob.seqq.* & Chokier *loc. cit.* voluerunt,huiusmodi reg.Canc.reuocatoriã vnionum, & aliarũ prædictarũ dispositionũ nõ habere locũ † in iis 317.
quoque vnionibus nõ sortitis effectũ,quæ emanarũt pro dote necessaria alicuius loci, vel rei piæ,eiúsve dotis augmẽto; necnon quãdo vnus Ordo supprimeretur in totũ,& eius beneficia applicarẽtur alteri;aut quãdo vnio fit in vim cõtractus,vel ex causa onerosa, aut in recõpensationẽ,vel remunerationẽ seruitiorũ, ac meritorũ extraordinariorũ.Quod autẽ Rot.Rom. in quibusdã decisionibus, quas sequitur Gonzal.sup. *n.*50.& Chokier *vbi sup.*atque aliis etiã modernis relatis à Garz. *d.c.*2.*n.*284. generatim voluit, vniones factas pro augmẽto cultus diuini nõ cõprehendi in d. regula reuocante vniones nõ sortitas effectum,rectè monet Garz.*ibid.& num.seq.*accipiendum esse de augmẽto dotis necessariæ illius Ecclesiæ,cui fit vnio,sicut etiã *n.*294.*cum duob.seqq.*satis probabiliter defẽdit; † quòd hæc regula reuocatoria vnionũ non videtur 318.
intrare,si saltẽ in parte vnio sortita fuit effectũ. quia tunc dici nõ potest, vnionẽ suũ non esse sortitã effectum, cùm saltẽ in parte eum sortita fuerit,& negatiua totũ excludat;ac in dubio potiùs pronuntiãdum est pro nõ reuocatione. Quatenus verò eadẽ moderna regula in exceptione posita in illa parenthesi à reuocatione vnionũ,quæ nõ sunt sortitæ effectũ, excipit vniones,ac suppressiones factas auctoritate Concil.Trid.meritòGarz.*d.tract.de benef.part.*5.*c.*4.*n.*126. ex nonnullis sacræ Cong.declarationib.inde infert, † 319.
nõ cõprehendi in reuocatione vnionũ,quæ fit in prædicta regula,vnionẽ præbẽdæ proximè vacaturæ officio Pœnitentiarij maioris in Cathedralib. Ecclesiis ab Episcopo factã,iuxta decretũ eiusdẽ Conc.*sess.*24. *c.*18.*de ref.* idque etiãsi ea vnio auctoritate Apostolica facta fuerit.Sed & idẽ dicendũ tũ de aliis vnionibus,

quæ ab eodē Conc. fieri vel permittuntur, vel præcipiuntur; prout illæ, de quibus *sess. 21. c. 5. sess. 23. c. 18. vers. & quia ad Collegij fabricam, sess. 24. c. 13 circa init. & vers. in parochialib. etiam Eccles.* necnō *c. 15. in prioris eius parte, de refor.* tum de suppressionibus, de quibus idēmet Concil. *d. cap. 15. in posteriori parte eius decreti.* Quòd si pro maiori explicatione, & clariori intelligentia tam Conc. Trid. *d. sess. 7. c. 6. & d. sess. 25. c. 9. vers. insuper accessiones*, quàm *d. reg. 12.* seu *15. Canc.* petas, †
320. quandónam dicatur vnio, atque adeò etiā suppressio sortita effectū. Breuiter respondeo cum Garz. *d. c. 2. n. 181. cum trib. seqq.* iuncto *n. 290.* pariter *cum trib. seq.* vbi id satis comprobat, requiri, ac sufficere captā esse possessionē post factā vnionē; neque requiri fructuū perceptionē, aut pacificā possessionē, minúsque sufficere, quòd quis vigore vnionis voluerit capere possessionē, ac fecerit quantū in se fuerit, & nō potuerit habere: quāuis in hisce duobus articulis contrarium tenuerit Glosator antiquus *ad d. reg. de reuocatione vnionum*: & quidem probabiliter, cùm & possessio non pacifica pro non possessione habeatur: vt colligitur ex *cap. committa, §. annus autem, de elect. in 6. cap. licèt Episcopus, de præb. eod. lib. & Extran.* Ioan. XXII. *Execrabilis, §. qui verò, eod. tit. & ibi* glos. ab aliis approbata *in verbo, pacificam*, & conditio pro impleta habeatur, cùm per eum non stat, qui implere debet, *cap. cùm non stat, de reg. iur. in 6.* cum simil.

Si autē pro cōplemento huius conclusionis rursus quæras, an per reseruationē beneficij, vel eius prouisionē maximè post resignationē, præcipuè ad alicuius fauorē, aut ex vi permutationis; suppressio eiusdem beneficij expiret, seu extinguatur, vel saltem suspendatur; quoad reseruationē quidem satis id constare potest ex iis, quæ quoad hoc de vnione scripsimus *cap. præced. quæst. 6. concl. 4. in 12. qualitate*, post Garz. *d. part. 12. c. 2. n. 91. vsque ad* 107. necnon hoc ipso cap. *quæst. 4. concl. 8. ad fin. quæst. 6. concl. 4. in 11. qualitate.* & hac quæst. *concl. 13.* paulo post initium. Quoad prædictam verò prouisionē Garz. *d. cap. 2. n. 25.* post Ioan.
321. Coras. *tract. de benef. part. 1. cap. 9. n. 1.* docet, † regulariter beneficia vnita permutari non posse. subdit autem *n. 24.* id posse intelligi dupliciter; primò de beneficiis vnitis, postquā vnio sortita est effectū: & tunc post alios ait, quòd, cùm per vnionē extinguatur titulus, & nomen beneficij, & non dicatur amplius beneficium separatū, sed confusum sit sub titulo beneficij, cui facta est vnio, vt idem tradit *in d. part. 12. cap. 2. ex n. 12.* ideo nō possunt renuntiari, nec per se impetrari etiā à Papa, nisi facta vnionis mentione; & Bellam. *in tract. de permut. benef. 3. part. quæst. 7.* dicit, quòd de suppresso beneficio indubitatum est, non posse permutari; quia illud, quod non est, permutari non potest, nisi suppressio venisset post renuntiationes. subiicit verò Garz. *num. 25.* post Bonifac. Vital. *Clem. 1. de ver. permutat.* beneficiū vnitum, v. g. Capitulo, permutari posse cum alio Petri, dissoluta prima vnione ex causa vtilitatis, vel necessitatis Ecclesiæ. ac *num. 26.* etiā beneficia vnita posse permutari inter se, arg. *cap. cùm venerabilis, de except.* & ex Coras. *d. n. 1.* Idem autem Garz. *sup. n. 27.* alios secutus docet, regulā illam, quòd beneficia vnita nequeant permutari, posse intelligi, antequā vnio sortiatur effectū; & sunc pariter post alios ait, beneficiū vnitum, nō posse permutari per eum, qui illud tenet, antequam vnio effectū sortiatur, dūmodo vnio sit iuridicè facta, ita, vt de iure teneat; & dūmodo ipsa tota vnio permutationem, & renuntiationes, seu renuntiationem ex causa permutationis præcedat: idémque esse in resignatione ad fauorē, atque subdit *num. 28.* alios secutus eam nō solùm procedere coram Ordinario, sed etiam coram Papa: nam effectus vnionis nō tollitur per prouisionem Papæ subsequentē; alias vnio esset inutilis per frequentes, & plures permutationes, seu prouisiones, quod nō est de mente Papæ, hoc tamē nō procedit, vt idem post alios docet *num. 29.* quoties permutatio, seu resignatio in fauorē facta esset coram Papa cum narratiua vnionis. addens *num. 30.* post Mandos. & Flam. Paris. in resignationibus, seu permutationibus solere dari suspensionē vnionū, suppressionum, & aliarum gratiarū. subiicitque *num. 31.* sic procedere duas declarationes sacræ Cong. Conc. *ad d. c. 15.* alterā, quòd vniri possunt beneficia viuentium, sine tamen præiudicio obtinentium, seruata forma huius decreti: sed si beneficiū viuentis vnitum cōtingat resignari, & resignationē per Sedem Apostolicā admitti, vnio pro illa vice suspenditur: alterā, quòd, quando beneficium à Sanctissimo confertur etiā ex causa resignationis, licèt per Ordinarium Capitulo sit vnitum, & in litteris Apostolicis non adsit specialis derogatio, tunc valet collatio, dummodo habeat suspensionem generalē, vel specialem. *Num.* autem *32. vsque ad 36.* disputat, an facta resignatione ex causa permutationis, seu in fauorē, non facta mentione, seu suspensione vnionis, statim subintret vnio, & *n. 33.* quoad resignationem transiens cum vtroque Paris. hoc est, Petro Paulo, & Flaminio, docet, per resignationē ignoráter sic factā non abdicari ius a resignante, & ideo redire posse ad suum beneficium; secus si scienter: & *num. 36.* idem post alios concludit quoad permutationē. *num.* verò *37. cum seq.* aduertit ex aliorum etiā sententia, ista procedere in vnione de beneficio certo, seu beneficiis certis, per quam acquiritur ius saltē ad rem; vnionem verò de beneficio primò vacaturo nō capere beneficium resignatum ex causa permutationis, siue ad fauorē. Quæ autem dicta sunt de beneficiis certis, vt permutata, aut resignata ad fauorē cōferri nequeant, nisi facta mentione, ac suspensione vnionis, nō modò procedant, cùm vnio facta est de iis simpliciter, cùm vacauerint; verùm etiā additis illis verbis, per cessum, vel decessum: prout, non obstantibus nonnullis auctoritatibus, & fundamentis per Garz. adductis *num. 39. cum seq.* idemmet cum aliis, relatā quoque integra Rotæ Rom. decisione, concludit *n. 41. & seq.* subdens *num. 43.* quòd, si talis resignatio in fauorem, seu ex causa permutationis de beneficio vnito per cessum, vel decessum, esset facta scienter, intraret statim vnio, iuxta dicta, & in terminis Rebuff. *in prax. benef. tit. de Vicar. perpet. num. 20.* Aduertendū autem hac in re puto, quòd, cùm reperiam à Conc. Trid. in trib. suis decretis *de reform.* circa vniones, aut suppressiones, ab ipso permissas noluisse obstare futuras prouisiones, derogationes, aut suspensiones; nimirū *sess. 21. cap. 5. in fi.* ibi; quæ vniones etiā non possint reuocari, nec quoquo modo infringi vigore cuiuscumque prouisionis, etiā ex causa resignationis, aut derogationis, aut suspensionis: *sess. 23. c. 18. e. crsit. & quia ad Collegij fabricā, circa med.* ibi; nec per resignationē ipsorum beneficiorum, vniones, & applicationes suspēdi, vel vllo modo impediri possint, sed omnino, quacūque vacatione, etiāsi in Curia effectū suum sortiantur, quacūque constitutione nō obstāte: ac denique *sess. 24. c. 15. in fi.* ibi, neque prædictæ vniones, aut suppressiones tolli, seu impediri possint ex quibuscūque prouisionibus, etiā vigore resignationis; aut quibusuis aliis derogationibus, vel suspensionibus: cùm, inquā, hæc ita sint, in hisce casibus, nō quælibet suspensio, aut derogatio vnionis facta in litteris prouisionis vnionem, aut suppressionē factā sequentibus, ad eam tollendā, vel suspendēdam sufficiet; sed ea saltē generalis requiretur, nō obstante quòd vnio, vel suppressio talis beneficij, quod impetratur, facta sit vigore Concil. Trid. id quod satis colligitur,

colligitur,tum ex *cap.nõnulli,de reſcript.& cap.eam te, de ætat.qual.& ord. præfic.* cum vtrobique notat. & aliis per nos adductis ſup.*c.7.quæſt.3.concl.*2.tum quòd ipſa reg.12.ſeu 13.reuocans vniones,ac ſuppreſſiones beneficiorũ,quæ effectũ ſortitæ nõ ſint, excipit,vt non multo antè vidimus,eas,quæ fiunt auctoritate Conc. Trid.cùm tamẽ longè fauorabilior ſit diſpoſitio,quæ fit per viam legis,quàm quæ per viã reſcripti,vt tradunt Doct. *d.cap.nonnulli,& cap.1.de reſcript.* necnon *cap.1. de conſtit. in* 6.& conſtat ex adductis à Gonzal. *ad reg.* 8. *ſane.* §. 6. *prœm. num.* 26. *cum ſeq.*

DECIMASEPTIMA CONCLVSIO. Per poſteriorem ſuppreſſionẽ alicuius beneficij alteri con-
322. ceſſam,quàm ei,qui priorem obtinuit, † ipſa prior reuocata non cenſetur,niſi eius mentio fiat in poſteriori. Hæc concluſio probatur, quia ita in priuilegiis colligitur ex text.*in cap.veniens, de præſcript.*ac tenet *glo.1.& 2.circa medium, in cap.1.de reſcript.* quã inter cæteros ſequuntur nonnulli, quos retulimus ſup.*c.*8. *quæſt.6.concl.*4.ex cuius ampliationibus,ac limitationibus totidem præſentis concluſ.ampliationes,ac limitationes deſumi poſſunt.quæ etiam ex iis, quæ *d. quæſt.6.concl.*5. adduximus, limitanda venit,vt ad reuocationem prioris huiuſmodi ſuppreſſionis regulariter ſat ſit,vt in poſteriori diſpoſitione,quæ ad alterius à primo impetrante fauorẽ emanauit,apponatur illa clauſula generalis, *non obſtantibus quibuſcumque ſuppreſſionibus huius beneficij alteri conceſſis*: quod tamen *ead.concl.*5. declarauimus;niſi prius priuilegium conceſſum fuiſſet piæ cauſæ, vel foret inſertum in corpore iuris; vel haberet clauſulam derogatoriam ad futuras ſimiles conceſſiones;vel denique conceſſum eſſet titulo oneroſo.

Declaratur præterea præſens concluſio,vt reuocatio prędictæ ſuppreſſionis beneficij,cùm fit per viam
323. legis, † effectum ſuũ eo tempore ſortiatur, quo lex ſolet obligare:quando autẽ fit per reſcriptũ,aliámve priuatã diſpoſitionem, tunc demum effectũ habeat, cùm ad illius notitiã peruenerit, cui fuerat conceſſa ſuppreſſio. Quæ declaratio quoad vtrumque membrum ſatis ex iis cõfirmatur,quibus vtrumque *in* vltimæ voluntatis cõmutatione cõprobauimus *d.quæſt. 6.concl.6.* quo etiã loco vidimus quoad prius quidem membrũ,quando lex obligare incipiat;quoad poſterius verò,qualiter facienda ſit huiuſmodi reuocationis intimatio,ſeu qualis eius notitia exigatur.

DECIMAOCTAVA CONCLVSIO. Is, cui per delegationem,aut ſubdelegationem cõmiſſa fuit
324. alicuius beneficij ſuppreſſio, † nequit ſine iuſta cauſa cõmiſſionem detrectare,aut ſuſceptæ renuntiare. Hæc concluſ. quoad delegatũ reſpectu delegationis ſuſcipiendæ probatur ex *l.fin.§ iudicandi quoque.ff. de muner.& honor.*cum aliis, quibus hoc ipſum generatim in delegatione oſtendimus, ſup.*c.*8.*quæſt.*7.*concl.* 1.non longè ab initio;vbi etiã docuimus,ſaltẽ attento iure canonico ita id fore accipiendũ,vt is,qui ſubditus non ſit,nequeat ad ſuſcipiendam delegationem compelli;præcipuè per text.*in cap.*1.§.1.*de for.compet. in* 6.reſpectu verò delegationis iam ſuſceptæ, quòd ei renuntiare nõ poſſit delegatus,ſatis probat text. *in cap.paſtoralis,in princ.& cap.prudentiam,* §.*adiicimus, de offic.deleg.*& conſtat ex aliis ad id per nos adductis *d.concl.*1.paulò poſt initium.Quod quidem multipliciter declarandum eſt,prout illud declarauimus *ead. concl.*1.*circa med.* poſt mediũ verò,illud inter cætera explicauimus, an delegatus renuntians delegationi
325. ſue ſimpliciter, ſiue ſubdelegando, † poſſit iuriſdictionem poſtea reaſſumere; qua de re aliquid etiam ſcripſimus *d.quæſt.*7.*concl.*2.*ad fin.* Quad ſubdelegatũ autem, quòd ſine iuſta cauſa nec ſubdelegationẽ detrectare, nec ſemel ſuſceptam dimittere poſſit,ſatis probatur ex adductis *d.concl.*2.vbi primum præcipue oſtẽdimus ex *cap.paſtoralis,in princ.& §.quia vero,cap. in litteris,& cap.ſane,il* 2.*de off.deleg.* necnõ ex *c.*2.*eod. tit.in* 6.ac duobus modis extẽdimus,& reſtrinximus. Secundũ verò docuimus tũm ex eo,quòd de delegato paulo antè diximus;præſertim cùm id,quod de delegato traditur,idẽ in ſubdelegato ſeruata proportione regulariter ſtatuendum ſit, ex adductis *ibi*,& ſup. *cap.*8.*quæſt.*2.*concl.*4.*circa initiũ*: tum ex eo,vnde primum quoque cõuincitur,quia, ſi delegatus,aut ſubdelegatus nõ teneretur ſuſceptã cõmiſſionem exequi ac retinere,leges eſſent ludibrio,quod eſſe nõ debet, *vulg.iuribus.* Ex iuſta verò cauſa delegatus,ac ſubdelegatus poteſt commiſſionem reſpectiuè non ſuſcipere, & ſuſceptam dimittere, vt *eadem concl. 2. poſt medium,* demonſtrauimus, præcipuè ex *l.penult.ff. de vacat.& excuſat.mun.cap.ſi pro debilitate, cap. paſtoralis,in princ.& cap.prudentiam,*§. *adiicimus,de off.deleg.*

DECIMANONA CONCLVSIO. Is,cui commiſſa fuit aliqua ſuppreſſio beneficij, † referẽdo,ſeu 326.
remittendo negotiũ ad cõmittentem, ſeu ſuperiorẽ, amittit iuriſdictionem circa illud ſibi cõmiſſam.Probatur ex *cap.licèt,de offic.legat.*vbi,ex quo Legatus Sedis Apoſtolicæ retulit cauſam,ſeu negotiũ Papæ,de eo ampliùs cognoſcere non poteſt: id quod ex aliis quoque iuribus,ac Doctorib.conſtat per nos allegat. ſup.*c.*8.*quæſt.*7.*concl.*3.*circa initiũ*. Ex *ibid.* autẽ adductis hæc concluſ.extenditur,vt ſtatim,ac iudex dixit, ſe velle ſuperiori negotiũ referre, nequeat ampliùs de illo cognoſcere. vt quoties iudex ſuperiori, quò eum cõſulat,ſe relaturum negotiũ pollicetur litigãtibus,illico his copiã conſultationis edere apud acta teneatur.ac tandem,vt concluſ.locum habeat in ſingulis ſpeciebus relationis,de quibus *ibi*,ac ſignanter, vbi iudex etiã tamquã Ordinarius ſine vlla cõmiſſione procedit,& cognoſcit. Reſtringitur verò,ſeu declaratur multis modis,quib.d.certiam cõclu.ſ.limitauimus;ac potiſſimùm,vt nouo iure Authenticorum cauſa perfectè examinata nequeat referri,ſed debeat lata ſententia terminari; vt poſt ſententiam in cauſa ciuili fieri non poſſit relatio: ac tandem,vt,ſi partes relationẽ non approbauerint,ſed cõſenſerint,vt,non obſtãte promiſſione, ſeu pronuntiatione de referendo, iudex iterũ de cauſa cognoſcat, poſſit idemmet iudex procedere ante factam relationem; atque etiã poſt factam,antequã ea per ſuperiorem admittatur.

VIGESIMA CONCLVSIO. Si commiſſarius ſuppreſſionis alicuius beneficij in cognitione illum ſibi tamquam collegam aſſociet, qui tunc ſecum iuriſdictionem in eo negotio non habet, † expirat hu- 327.
iuſmodi commiſſarij iuriſdictio. Probatur hæc concluſ. quia ita generaliter in delegato tradit gloſ. quã alij ſequuntur,*in cap.ſignificantib. verbo,procedere non debere, de offic. deleg.* per text. *in cap.cùm ſuper,eod.tit.* vbi iuxta intellectũ gloſ.& multorum *ibid.*ſumptum ex integra Decretali,definitur,quòd, ſi duo delegati ſint cum clauſula, *ſi ambo non poteſtis,vnus procedat*; vno eorum ex legitima cauſa recuſato,& interpoſita per recuſantẽ appellatione,alter ſolus procedere poteſt,ac debet; neque tenebit proceſſus, ſi is cum recuſato procedat.Quin etiam,ſecluſa recuſatione,ob ſolam legitimam appellationem ab vno ex delegatis cum prædicta clauſula; (qui nimirũ tunc ſolus procedat ob alterius vel impotentiam, vel noluntatem, iuxta text.*in cap.prudentiam,*§.*adiicimus,& ſeq.de offic. deleg.*)ſi alter poſtea, ceſſante impedimento, volens procedere,admitteret ad proceſſum collegam,à quo fuerat appellatum, nulliter procederet,per text. *in d. cap.cùm ſuper*, prout nunc legitur in cõpilatione Decretalium,iuxta quã nulla in eo recuſationis,ſed ſolius appellationis mentio fit: ac per alia, quæ ad id

adduximus ſup.*cap.*8.*quæſt.*7.*concl.*4.ex qua etiam ſumere licet quatuor præſentis concluſ. limitationes, quas ad eam cõcluſionem attulimus, ſatisque,ni fallor,confirmauimus: primam, vt non habeat locum, vbi commiſſarius ab initio habuit iuriſdictionem in ſolidum.Secundam,cùm is ſciebat,ſe poſſe ſolũ procedere,ac tantùm ad cautelam,id proteſtando, cum altero procedit.Tertiam,vt non procedat,cùm error eſt in facto, ſecus verò ſi ſit in iure. Poſtremam quoad aſſumendum aſſeſſorem,etiam cùm delegatus ad id non tenetur: id verò , quando contingat , *ibidem* latè tradidimus.

VIGESIMAPRIMA CONCLVSIO. Si commiſſarius ſuppreſſionis alicuius beneficij deferat appellationi à ſe interpoſitæ,aut pronuntiet, nullam ſibi in
328. eo negotio competere iuriſdictionem , † ita eidem renuntiare cenſetur,vt,ſi quam habet,amittat.Prior pars huius concluſ.probatur ex regula generatim in delegato tradita per gloſ. receptã *cap. in litteris, verbo,officio ſuo functus,de offic.deleg.*arg.*cap.ſæpe contingit, & cap.interpoſita,§.eidem, de appell.* Sed melior ad id text.eſt *in cap.dilectis filiis,§.præterea,eod.tit.* optimus autem *in cap.cum appellationibus,§.ſi verò,eod.tit.in 6.* ex quo pariter deſumitur illa eiuſdem regulæ extenſio , vt deferẽs appellationi etiam friuolæ, à ſe abdicet iuriſdictionem.quam extenſionẽ *d.cap.*8. *quæſt.*7. *concl.* 5. tribus modis reſtrinximus. Poſterior verò pars præſentis concl.ſatis ex eo probatur, quia ita de quouis delegato habetur *in cap.ſignificantibus,de offic. deleg.*quod ex aliis quoque confirmauimus *d.quæſt.*7. *concl.* 6. vbi id quoque extendimus primò, vt iudex pronuntians,ſe in ea cauſa,ſeu negotio iuriſdictionẽ non habere,eam poſtea,etiam de partium conſenſu, reaſſumere non poſſit. Secundò, vt prædicta regula procedat ſiue iudex bene ſiue malè pronuntiauerit. Reſtrinximus autem præcipuè,vt locũ non obtineat in executore,qui pronuntians,ſe non eſſe executorẽ, non ideo ea in re abdicat à ſe iuriſdictionem,ſeu poteſtatem,quam habet, maximè per text. *in cap. dilectus, il 3. de prob.*

VIGESIMASECVNDA CONCLVSIO. Propoſita legitima cauſa recuſationis inferioris, qui beneficium aliquod ſuppreſſurus erat, ſiue Ordinarius ſit,ſiue delegatus;ſed ea cauſa intra debitum tempus
329. non probata ; † ex tunc vti ſua iuriſdictione poteſt : eadem verò cauſa legitimè probata,recuſatus de recuſatoris aſſenſu negotium perſonę idoneæ committere debet, vel ad ſuperiorem tranſmittere, vt in eo procedat ſecundùm quod fuerit procedendum. Hæc concluſio quoad priorem partem ſatis probatur ex *cap.ſecundo requiris,§.*1.*& cap.cum ſpeciali,in princ. de appellat.*iuncto *cap.legitima, eod.tit.in 6.* & cùm hæc iura generaliter de iudice loquentia non diſtinguant de Ordinario, vel delegato,nec nos diſtinguere debemus,*l.*3. *in fi.ff.de offic.præſid.cap. Romanorũ,*19.*diſt.* cum ſimil. Poſterior autem pars quoad Ordinarium quidem probatur ex *cap.licèt ex ſuſcepto,de for.compet.* vbi de remiſſione ad ſuperiorẽ agitur ; iuncto *cap. ſi quis contra,eod.tit.& cap.ad hæc,il 3.de appellat.* vbi de commiſſione ex conſenſu partium:& aliis,ex quibus hoc vtrumque in vltimæ voluntatis commutatione docuimus ſup.*cap.*8.*quæſt.*8.*concl.* 1. Quoad delegatũ autem hæc ipſa poſterior pars præſentis concluſ.probatur ex *d.cap.cum ſpeciali,in princ.de appellat. & cap. iudex,de offic.deleg.in 6.* vnde eadem quoque pars declaratur,vt *ibid.*fusè deduximus: illud etiam tradentes,ſubdelegatum, ſi de partium conſenſu datus, receptúſve non ſit,ab earũ altera poſſe recuſari ; idque ſiue ſubdelegatio in totũ facta ſit,ſiue non in totum, ſed aliquid de iuriſdictione reſeruando : necnon delegatũ ſubdelegantẽ non in totũ poſſe, non obſtante recuſatoris appellatione , de principali cauſa cognoſcere poſt recuſationẽ eius, quã ipſe ſic nõ in totũ ſubdelegauerat.quod tamẽ intellige,niſi ipſemet quoque delegatus ex legitima cauſa recuſetur,iuxta regulam,quam initio huius cõcluſionis tradidimus.

Quæ quidem tota concluſio declaratur,vt proceſſus,ſententia,& alia geſta per Ordinarium,vel delegatum ſupprimentem poſt legitimam recuſationem aliquod beneficium,ſi per recuſatorem fuerit à reiectione recuſationis appellatum, vel vbi negotiũ per ſuperiorem legitimè fuerit auocatũ ; & quoad delegatum,etiam vbi is, qui de cauſa ſuſpicionis cognouit,pronuntiauerit eam eſſe legitimam ; nullius roboris ſint,aut momenti: aliàs ipſo iure valent. Hæc autem declaratio quoad omnia ſua membra ſatis explicata,& comprobata remanet ex iis,quæ *d.quæſt.*8. *concl.* 2. latè adduximus : vbi non pauca etiam adiecimus, vnde tam ea , quàm tota præſens concluſio declaratur , præſertim quoad propoſitæ cauſæ ſuſpicionis probationem.

VIGESIMATERTIA CONCLVSIO. Pendente cõpromiſſo ſuper beneficio, aut eius bonis,vel reditibus,aut etiam ſuper ipſa ſuppreſſione;† licebit 330.
alteri partium, ſoluta priùs pœna in cõpromiſſo appoſita, Ordinariũ, vel delegatũ, qui facultatẽ habet ad huiuſmodi ſuppreſſionem faciendam,adire,& aduerſarium ſuum ſuper re cõpromiſſa conuenire.Hæc concluſio quoad omnia eius mẽbra probatur ex iuribus,& Doctorib.quibus ea omnia quoad vltimæ voluntatis cõmutationem cõfirmauimus ſup. *c.*8.*quæſt.* 8.*concl.*3.ex cuius pariter ampliationibus , ac limitationibus,ſeu declarationibus totidẽ modis ampliari, ac limitari,ſeu declarari poteſt præſens concluſ.cùm æquè in vtraque locũ habeant fundamẽta *inibi* allata.

Verùm & adhuc declaratur principaliter hæc ipſa cõcluſio, quòd † pendente reductione laudi ad arbi- 331.
trium boni viri ſuper bonis,reditibúſve ad beneficiũ illud pertinentibus,de cuius ſuppreſſione agitur;aut ſuper ipſa ſuppreſſione,vel pendente huiuſmodi reductionis petitione:regulariter ſuſpenditur tum executio laudi,tũ poteſtas Ordinarij,vel delegati ad eam ſuppreſſionem faciendam. Quæ declaratio quoad vtramque partẽ ex iis cõprobatur, quibus id vtrumque in vltimæ voluntatis commutatione oſtendimus *d.quæſt.*8.*concl.*4.vbi etiã primum illud oſtẽdimus, vt pendente quoque tempore ad petendam laudi reductionẽ, fieri nequeat ipſius laudi executio:ac reſtrinximus , vbi adſit obligatio in forma Cameræ ; quia tunc executio laudi per eius reductionem,vel reductionis petitionem non ſuſpenditur. vtrumque verò multipliciter *ibi* limitauimus ex adductis per nos *in tract.de Conſeruat.iudicib.cap.*9.*quæſt.*4.*concl.*2.ac præſertim,quòd reductio ad arbitriũ boni viri locum ſibi vendicet in laudo arbitratoris,non autẽ arbitri.quod tamen fallit in nonnullis caſibus per nos vtrobique relatis.quia immo limitationi huic principali omnino contrarium , quòd nimirũ reductio ad arbitrium boni viri locum habeat in laudo arbitri, non autem arbitratoris, attentari poteſt ex iis , quæ ſup. *cap.* 9. *quæſt.* 8. *concl.*21. *ad fin.* attulimus.

VIGESIMAQVARTA CONCLVSIO. Appellatio interpoſita ab inferiore ſupprimẽte,aut,cùm non debet, ſupprimere volente aliquod beneficiũ, † 332.
eius iuriſdictionem,ac facultatem illud ſupprimendi ſuſpendet, ac ſecutæ ſuppreſſionis executionem impediet. Prior pars huius concluſ.probatur ex rubr.ac toto tit.*nil nouar.appell.interpoſ.cap.cùm ſuper, & cap. ſuper quæſtionũ.§.vlt.de offic.deleg.*cum aliis,quib.ſup. *c.*8 *quæſt.*8.*concl.*5.*circa initium,* oſtẽdimus, per appellationẽ ſiue iudicialem, ſiue extraiudicialẽ illius iuriſdictionem à quo eſt interpoſita, ita ſuſpendere, vt

vlterius

vlteriùs procedere in eo negotio non poſſit. Poſterior autem pars probatur; tum ex mox citat. iurib. tum ex *l.1.ff.ad Turpill.* necnon *in cap.venientes, in princ.& §.vlt.de iureiur.* aliiſque iuribus, ac Doctorib. per nos *vbi ſup.* allegat. vnde habetur, per appellationem ſuſpendi executioné eius, quod iudicatum eſt: ac præſertim ex text. *in cap. cum ſuper controuerſia, §. vlt. de ſent.& re iudic.* vbi caſus eſt in tertio comparente pro ſuo intereſſe, & appellante. ex quo ſumitur prima huius prioris partis extenſio. Altera eſt, † vt appel- 331.
latio eam etiam præſumptionem tollat, quæ reſultat ex ſententia; vt fusè docuimus *d.concl.5.verſ.ea verò extenditur.* eandem autem regulam *ibid.* poſt alios reſtrinximus, ſeu declarauimus, vt extinctio iudicati, quæ ex appellatione reſultat, non operetur, niſi quoad ea, quæ poſt litis conteſtationem geſta ſunt: remiſſiuè ſubiictétes, quandónam appellatio operetur reuocationem ante omnia attentatorum, ea pendente.
In quibus verò caſibus liceat † à ſupprimente bene- 334.
ficium appellare, facilè quis colliget ex caſibus, quos hac in re quoad commutantem aliquam vltimam voluntatem retulimus *d. concl.5. ante medium, verſ. qua in re, vſque ad fin. illius concluſionis.*

VIGESIMAQVINTA CONCLVSIO. Iuriſdictio ſupprimentis aliquod beneficiũ, & executio
ſententiæ ſuper ea ſuppreſſione latæ † ſuſpenditur 335.
dum de huius ſuppreſsionis nullitate cognoſcitur incidenter: ſecus verò, cùm ea nullitas principaliter cognoſcitur. Prior pars concluſionis probatur, quoniam, cùm eiuſmodi nullitas incidenter duobus maximè modis proponi poſſit; nimirũ vel acceſſoriè ad appellationé, & vt in ea includitur, vel per modũ exceptionis: de vtroque modo id verũ eſt, vt conſtat ex adductis ſup. *cap.8.quæſt.8.concl.6.* vbi etiam quoad ſecundum modũ id multipliciter extendimus, ac reſtrinximus. Poſterior verò pars concl. probatur, quoniam generaliter ea vera eſt in cuiuſuis iudicis iuriſdictione; prout ex communiori, ac veriori Doct. ſententia pluribus tradit Lancellot. *in tract. de attentat. 2. part. cap. 17. vſque ad 38. & n. 62. cum duob. ſeqq.* quam nonnullis modis limitauimus *d.concl.6. circa med.* vbi etiam aliquot illius concluſ. limitationes adiecimus, quæ toti huic concluſioni æquè adaptantur.

VIGESIMASEXTA CONCLVSIO. Renuntiatio expreſſa ſuppreſſionis alicuius beneficij facta
ab impetrante † regulariter ipſam ſuppreſſionẽ ita 336.
extinguit, vt ampliùs illa vti nõ poſſit. Probatur; tum quia regulariter poteſt quilibet renuntiare iuri pro ſe introducto *l.ſi quis in conſcribendo, C.de pact. & cap. cum nobis, de elect.* aliiſque iuribus, quæ ad hoc allegauimus ſup. *cap.5.quæſt.1.concl.7.in initio, & c.8.quæſt.9. concl.1.* tum quòd poteſt quis regulariter priuilegiis ſuis renuntiare, vt *ead.quæſt.9.in 1.& 2.præmiſſ.* tradidimus: vbi etiam ex Suarez id latè comprobante *lib.8.de legib.cap.33.num.3.* docuimus, renuntiantem ſuo priuilegio non poſſe ampliùs eo licitè vti.

Limitatur autem, ſeu declaratur præſens cõcluſio primò, vt locum ſibi vendicet, dummodo illud, quod quis renuntiat, in ſolius renuntiantis fauorem inductum ſit: ſecus verò, ſi in alterius, vtputa Eccleſiæ, aut aliàs in publicũ fauorem, & quidé principaliter, non autem ſolùm in conſequentiam illud fuerit introductum, vt conſtat ex *cap.ſi diligenti, de for.compet.* cum aliis per nos adductis *d.quæſt.9.in 1.præmiſſ.& concl.1. limit.1.* Secundò, vt non procedat, vbi is, qui renuntiat, non eſt habilis, ſeu non habet integram perſonam ad renuntiandum; cuiuſmodi eſt pupillus, & minor regulariter, atque in certis caſibus etiam mulier, ac ruſticus; iuxta latiùs per nos in his tradita *d. concl.1.limit.2.* quæ quidem beneficiorum ſuppreſſioni, de qua nunc agimus, æquè conueniunt. Declaratur denique præſens concluſio ex declarationibus, quas ad 1eq. concluſ. adhibebimus.

VIGESIMASEPTIMA CONCLVSIO. Per renuntiationem quoque tacitam impetrantis, quæ ex verbis colligitur, † regulariter expirat, ſeu extingui- 337.
tur ſuppreſſio beneficij ab ipſo impetrante obtenta. Probatur hæc concluſio ex iis, quæ adduximus ſup. *cap.8.quæſt.9.concl.2.* præcipuè verò ex eo, quòd, quatenus ad eſſentiam conſenſus, & proprij iuris abdicationé pertinet, idem operatur renuntiatio tacita, quæ ex verbis colligitur, quod operatur ea, quæ fit verbis expreſſis; vt conſtat ex late traditis à D. Paul. Gallerat. *in tract. de rerum. vol.1.lib.5.cap.1.num.43.* & Flaminio Pariſ. *tract. de reſig. benef. lib.1. quæſt.1.num.7. vſque ad 10.& n.23.* necnon *quæſt.13.a n.10. vſque ad 15.* vbi de eo, qui tacite renuntiauit beneficio, quòd illud nequeat repetere, ac ſi expreſsè illi renũtiaſſet.

Ampliatur autem præſens concluſio primò, vt † 338.
etiam per eam tacitã renuntiationé, quæ ex actu, ſeu facto aliquo impetrãtis inducitur, extinguatur beneficij facta ſuppreſſio; tum ex fundamẽtis ipſius principalis concluſionis: tum quòd regulariter eadem eſt virtus taciti, & expreſſi, *l.cùm quid, ff.ſi cert.petat.* cum ſuis concord. allegat. per Euerard. *in loc.leg. ab expreſſo ad tacitum, circa initium*: tum quòd ſaltem vbi aliqua diſpoſitio non requirit cõſenſum expreſſum, vel pro forma, ſufficit tacitus, & idem operatur, ac expreſſus; vt cõſtat ex adductis à Gonzal. *in comment. reg.8. Cancel. glo.47.n.20.cum duob.ſeqq.* tum ex eo, quod ex multis iurib. tradidimus ſup. *cap.7.quæſt.4.concl.5. ad fin.* conſenſum, qui præſtatur ratione intereſſe, ſufficere tacitum, & *concl.6. poſt medium, verſ. regulariter quoque*, docuimus poſt multos, cùm adeſt conſenſus tacitus, qui ex facto reſultat, expreſſum non requiri: tum ex iis, quib. inf. *concl.pen.* id docebimus de tacita renuntiatione conſurgente ex actu contrario ſuppreſſioni; is enim proculdubio factum quoddam eſt: tum denique ex aliis per nos allegat. *d. quæſt.9. concl.3.* quam multis modis declarauimus, qui æquè præſenti ampliationi conueniunt. Ampliatur ſecundò, vt † huiuſ- 339.
modi ſuppreſſio etiam per eam tacitam renuntiationem expiret, quæ ex alterius actu inducitur, cui conſentit impetrans. Quæ quidem ampliatio ex iis comprobatur, ac declaratur, quib. idipſum in vltimæ voluntatis commutatione confirmauimus, ac multipliciter declarauimus *d.quæſt.9.concl.4.* per ſingulas huius permiſſiui conſenſus ſpecies diſcurrendo: quibus pariter ſingulis declarationibus fallentias opportunas adiecimus. Tertiò ampliatur hæc concluſio, vt † 340.
renũtiatio memoratæ ſuppreſſionis ex omiſſionibus quoque induci, ac per eas ipſa ſuppreſſio extingui poſſit: ac præcipuè per omiſſionẽ impleméti ex parte impetrantis: quoniam, qui omittit, remittere dicitur, ipſúmque omittere eſt quoddam repudiare; ita, vt omittendo poſſit quis aliis etiã præiudicare: ac per omiſſionem impleméti ex parte ſua inducitur renuntiatio: cum aliis, quæ adduximus *d.quæſt.9.concl.5.*

Declaratur nunc tam præſens, quàm præcedens concluſio primò, vt is, qui expreſsè, vel tacitè, validè tamẽ, ac licitè ſuppreſſioni alicuius beneficij renuntiat, † poſſit, ac debeat ad priorem ſtatum redire, 341.
& adimplere onera ei annexa: neque valeat in poſterum vti ſuppreſſione iam per ipſum obtenta. Quæ declaratio quoad primum eius membrũ ſatis confirmatur ex iis, quæ poſt Suar. *tom.2.de relig. tract.6. lib. 6.cap.20.num.1. vſque ad 13.* & Sanch. *lib.8.de matrim. diſp.9.num.2. diſp.14.num.4.& diſp.32.num.3.* ac fuſiùs *lib.4.ſuæ ſum. cap.55.* ex *num.14.* atque aliis hac in re de voti cõmutatione docuimus *d.quæſt.9.concl.6.* vbi etiam tam hoc primum, quàm ſecundum huius declarationis membrum quoad commutationem vlti-

marum voluntatum ex fundamentis cõfumauimus, quæ locum æquè obtinẽt in ea, de qua nunc agimus, beneficiorũ ſuppreſſione. Declaratur ſecundò, quòd
342. † ad hoc, vt renuntiantem huic ſuppreſſioni renuntiationis pœnitere non poſſit, atque adeò priorem obligationem adimplere teneatur, debet talis renuntiatio à tertio acceptari, cuius cauſa non fieri intereſſe poſſit; vel ſaltem à ſuperiore, vbi ea tertium non reſpiciat. Quæ declaratio quoad vtramque partẽ ſatis explicatur, confirmatur, ac reſtringitur ex iis, quibus hæc ſingula in vltimæ voluntatis commutatione præſtitimus *d. quæſt. 9. concl. 7.* quo etiam loco aliqua notabilia ſubiecimus, quæ quidem, ſicut etiam prædicta, cùm beneficiorum ſuppreſſioni pariter conueniant, videri *inibi* à quouis poterunt.

VIGESIMAOCTAVA CONCLVSIO. Suppreſſio beneficij conceſſa per modum priuilegij, vel
343. per reſcriptum gratiæ † aliquando ſaltem amittitur, ſeu extinguitur per eius non vſum. Probatur, quoniam id generaliter in priuilegio, ſeu reſcripto gratiæ conſtat ex *l. 1 ff. de nundin. l. falsò, C. de diuerſ. reſcript. cap. ſi de terra, & cap. accedentibus, de priuil.* cum aliis, quibus idipſum tradidimus ſup. *cap. 8. quæſt. 10. concl. 1.* ad quam etiam nonnullas declarationes adhibuimus, nonnulla inſuper digna notatu adúcientes; atque ex his, an, & quando poſſit iuri facultatis præſcribi, & quanti temporis non vſus requiratur, vt per eum priuilegium amittatur, ſeu extinguatur.

VIGESIMANONA CONCLVSIO. Suppreſſio beneficiorum alicui per modum priuilegij, vel
344. reſcriptum gratiæ conceſſa † frequenter amittitur, ſeu extinguitur per contrarium vſum. Hæc concluſio probatur tum ex pleriſque fundamentis, quibus ſup. hac ead. quæſt. *concl. 27. ampl. 1.* oſtendimus, per tacitam quoque renuntiationẽ ex actu, ſeu facto aliquo impetrantis ſuppreſſionem beneficij, eam extingui, ſeu expirare: tum ex regula, quam Suar. *lib. 8. de legib. cap. 35. num. 2.* magiſtralem vocans, ex pleriſque iuribus, ac Doctoribus confirmat, quæ nos retulimus ſup. *cap. 8. quæſt. 10. concl. 2.* paulò poſt initium; nimirum, priuilegium per contrarium vſum amitti, ſi circumſtantiæ neceſſariæ concurrant: tum ex hac eadem regula ſimpliciter concepta, vt ſcilicet priuilegium regulariter per contrarium vſum amittatur, à multis tradita, quos *d. concl. 2.* non longè ab initio recenſuimus, ac ſecuti ſumus: iuncto eo, quod *inibi* tam ex iurium, quàm ex Doctorũ auctoritate docuimus, quòd ex actu alicui iuri ſibi competenti contrario inducitur tacita illius iuris renuntiatio; præcipuè verò ex text. & *ibi* Abb. Fel. & aliis *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* vbi in ſpecie caſus eſt de ſuppreſſione beneficiorum, quæ fit per diminutionem antiqui numeri præbendarum in Eccleſia aliqua Cathedrali, ſeu Collegiata. cùm enim *ibi* Innoc. III. Rom. Pontifex approbaſſet ſtatutum cuiuſdã Capituli, in quo ab Eccleſia illa Cathedrali ſuſtulerat dignitatẽ Primiceriatus; mandans, illud ſtatutum in ſuo robore permanere: ſubdit ea verba; niſi poſtea dicti Canonici contrauenerint, aliquẽ videlicet in Primicerium eligendo. Ad idem etiã eſt optimus text. *in cap. cùm M. Ferrarienſis, eod. tit.* vbi, cùm Ferrarien. Eccleſiæ Canonici 14. præbendas tantùm, præter id, quod menſæ communiter deputarunt, in eadem Eccleſia contra antiquam conſuetudinem ſtatuiſſent; poſtmodum verò contra conſtitutionem ipſam voluntariè venientes, quoſdam alios in Canonicos recepiſſent: idem Pontifex mandat, quòd, cùm iidem Canonici in derogationem ſuæ conſtitutionis ad vacaturas præbendas quatuor receperint vltra numerum conſtitutum, antiquis Canonicis præbendas cum integritate percipientibus cõſuetas, ſuperexcreſcentes reditus prædictis Canonicis aſſignentur; ita, vt, ſi ex eis pares potuerint cum aliis ſortiri præbendas, quod ſuperfuerit, in communes Canonicorum vſus, ſicut prius ſtatuerant, ſiue aliter, prout melius videbitur, conuertatur. Quatenus verò id Põtifex fieri mandat, non obſtante quòd Capitulum aliquos ex iis in Canonicos recepiſſet ſine præiudicio dictæ conſtitutionis, per quam numerum præbendarum diminuerãt; inde habetur notabilis ampliatio huius concluſionis, vt prædictæ tacitæ renuntiationi, quæ ex contrario actu reſultat, non proſit proteſtatio tamquam contraria facto quoad ſubſtantiã illius, iuxta text. *in cap. ſolicitudinem, de appell. & cap. olim cauſam, de cenſib.* & alia iura alleg. per gloſ. receptam *d. cap. cùm M. verbo, ſine præiudicio.* Verum hæc concluſio amplianda quoque, ac limitanda venit iiſdem modis, quibus prædicta ſecunda *d. quæſt. 10. concluſio.* quemadmodum etiam notabilia, quæ illi ad maiorem eiuſdem explicationem adiecimus, ſimiliter præſenti cõcluſioni conueniunt: nimirum, quantum temporis requiratur, vt huiuſmodi priuilegium ſuppreſſionis beneficij per contrarium vſum, ſeu actum amittatur: & an, quæ de hac amiſſione diximus, locum dumtaxat habeant ex præſumptione iuris, & quoad externum forum, an verò etiam reipſa, ſeu in foro conſcientiæ.

TRIGESIMA, & poſtrema CONCLVSIO. Suppreſſio beneficiorum per modum priuilegij, vel per reſcriptum gratiæ obtenta † plerumque amitti- 345.
tur per ipſius priuilegij, ſeu gratiæ ſuppreſſionis abuſum. Hæc concluſio probatur tum ex iis iuribus, vnde habetur, quòd priuilegium meretur amittere, qui ſibi conceſſa abutitur poteſtate, vt *in cap. priuilegium, 11. quæſt. 3. cap. licet, de regul. & cap. vt priuilegia, de priuil.* cum aliis ad id per nos alleg. ſup. *cap. 8. quæſt. 10. concl. 5. circa initium*; iuncto eo, quod *ibid. & in eius q. initio*, ex iuribus, ac Doctoribus tradidimus, tacitam renuntiationem priuilegij per eius abuſum induci.

Ampliatur verò hæc concluſio, vt procedat in omnibus abuſus priuilegij ſpeciebus per nos explicatis *d. quæſt. 10. in 4. premiſſ.* hoc eſt, formalis, occaſionalis, ac repugnantis fini priuilegij, ſeu conceſſionis. Cuius quidẽ ampliationis confirmatio ex iis ſumenda eſt, quibus in vltimæ voluntatis commutatione ſimilem omnino ampliationem confirmauimus *d. concl. 3.* vnde petere quoque illud licet, an per abuſum priuilegij, atque adeò etiam iam ſæpiùs memoratæ beneficiorum ſuppreſſionis per modum priuilegij obtentæ ipſo iure, atque ex natura rei, ſícque in foro etiam conſcientiæ priuilegiũ huiuſmodi amittatur, an verò ſolùm ex iuris præſumptione, ac diſpoſitione; ita, vt priuationis ad id ſententia exigatur.

Ex quibus omnibus finis iam tandem imponatur huic quæſtioni, & capiti præſentis tractatus de Commutationibus vltimarum voluntatum; atque adeò ipſe vniuerſus tractatus abſoluatur ad laudẽ Omnipotentis Dei, eiúſque genitricis ſemper Virginis Mariæ, pridie illius diei, qui ipſius natalitiis ſacer eſt, anno à Domini Natiuitate 1621. cùm poſtridie natalis diei Præcurſoris triennio antè fuerit inchoatus, & ſubciſiuis horis poſtmodum conſcriptus. Quicquid autem in eo ſcripſimus, ſanctæ Matris Eccleſiæ iudicio, vti debemus, ſic libenter ſubiicimus.

F I N I S.

Google

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
RERVM SINGVLARIVM,
Quæ

In hoc Tractatu de COMMVTATIONIBVS VLTIMARVM VOLVNTATVM continentur.

Prior numerus, columnam; posterior, eiusdem columnæ numerum marginalem indicat.

A.

ABLATIVVS absolutus importat conditionem, & formam, cùm aliquid disponit: idque aliquando vt actus rectè, seu licitè; aliquando vt validè fiat. col.572.n.264

Ablatiuus absolutus, *vocatis vocandis*, an importet formam substantialem, vel accidentalẽ. 573.266

Abrogatio, & derogatio in quo differant. 950.8, & 10.

Abrogationis nomen vnde sumptum sit. 951.17

Absens ex propria culpa, vel de culpa notatus, non est necessariò citandus. 582.311

Absentes quando vocandi sint ad actus Collegij faciendos. 578.287, & 349. cum seq.

Absoluere an possit quilibet Confessarius approbatus à qualibet censura iuris non reseruata. 1562.275

Absolutio à censura Ecclesiastica ad cautelam à quo, & quando detur. 1412.512

Absolutio à quacumque sententia, censura, & pœna ad effectũ, quæ fit in quolibet rescripto Apostolico, quid operetur. 1391.464. cum nonnullis seqq. & quibus non prosit. 1392.469, & seq.

Absque penuria, & commodè viuere, congruè, competenter, vel honestè, an idem importent. 1778.257

Abusus commutationis vltimæ voluntatis obtentæ per priuilegium, seu rescriptum gratiæ, plerumque eam non extinguit, sicut & alia priuilegia: inducitque tacitam renuntiationem, siue abusus sit formalis, siue occasionalis, siue repugnans fini priuilegij. 943.948

Abusus, non vsus, & contrarius vsus aliquando inducunt tacitam renuntiationem. 921.857

Abusus priuilegij alius formalis, alius occasionalis, alius repugnans fini ipsius priuilegij. 926.879

Acceptare promissionem an, & quando alius pro alio possit. 153.238. cum seq.

Acceptatio gratiosæ commutationis vltimæ voluntatis fieri debet non ab alio, qui illam impetrauit, sed ab eo, ad cuius commodum tendit. 483.432

Acceptatio inducitur ex præsentia cum taciturnitate, & ex petitione eius, quod quis debet acceptare. 800.493

Acceptatio mea requiritur ad plenum ius in beneficio acquirendum, cùm illud alius pro me acceptauit, superiore illi conferente. 483.433

Acceptatio promissionis an, & quãdo inducat obligationem in acceptante, vel promittente, aut necessaria sit ad obligationem inducendam. 151.237. & quãdo ipsa acceptatio inducatur. 153.238

Acceptatio quando à dũobus fieri debeat, quos gratia tangit. 483.434

Acceptatio requiritur ad hoc, vt ex promissione, vel donatione ius etiam piis locis acquiratur. 370.65 483.412, & 434. idémque in impetratione beneficij, ac legitimatione. ibid.433. & priuilegio, ac dispensatione. ibid.434

Acceptatio requisita in eo, cui impetrata fuit mutatio status Ecclesiæ, vel beneficij, qualis esse debeat. 1626.451

Acceptatio superioris an requiratur, vt renuntiatio sit irreuocabilis. 913.440, & 843. & quot modis talis acceptatio possit contingere. 916.855

Acceptatio vnius, vel plurium, quos gratia tangit, quando requiratur. 806. 493. & an requiratur in eo, qui damnum inde sentit in consequentiam tantùm. ibid.494

Acceptatio vocati ad maioratum non est necessaria ad hoc, vt is irreuocabilis sit. 1078.423

Acquisitio domorum, ac locorum Ordinum Mendicantium; exceptis Prædicatoribus, ac Minoribus approbatorum post Concilium generale, & alienatio locorum, quæ habent, est Papæ reseruata. 1564.284

Acta cum excommunicato actore valent donec excommunicatio obiiciatur, ac probetur: qua probata actus declarantur retro nulli. 729.287

Acta iudicij nocent iis, quibus nocet sententia. 1135.591

Acta omnia iudicij gesta cum herede, vel primo fideicommissario afficit sequentes. ibid.

Actibus meræ facultatis an præscribi possit. 1497.101

Actio de euictione quando competat potissimùm ex natura contractus; & an locum habeat in donatione. 1585.340

Actio ex pollicitatione maximè fauore piæ causæ cui competat. 1303.227

Actio iudicialis alteri actioni contraria inducit finis tacitam

tacitam renuntiationem. 934.915
Actiones aliæ bonæ fidei, aliæ stricti iuris. 25.45. & in quo differant. 26.46
Actiones an contineantur in bonis mobilibus, vel immobilibus. 1041.295
Actiones an, & quando transeant in fideicommissarium vniuersalem non facta restitutione ipsi fideicommissario. 1115.558
Actiones annales perpetuantur contra heredem aduersarij, contra quem à Principe impetratum fuit rescriptum, ex ipsa sola impetratione, modò is tunc esset in rerum natura. 737.307
Actiones contrariæ maximè impetrantis, quibus considerari potest expirare commutatio vltimæ voluntatis, quænam sint. 884.711
Actiones quando passiuè transeant in successorem maioratus. 1081.432
Actum aliquem faciens censetur illum facere velle secundùm legis dispositionem. 901.787
Actum contrarium testamento faciens, ei renuntiare censetur. 935.918
Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. 95.36
Actus alius iudicialis est, alius extraiudicialis. 237. 224.
Actus contrarius impugnatus à iudice, vel à parte non inducit renuntiationem. 938.936
Actus contrarius priuilegio non inducit renuntiationem ad alterius, maximè Principis præiudicium. ibid. 938. aut cùm fit ex Principis dispensatione. ibid. 939. aut non est omnino contrarius origine, & effectu; & quid, si conformis sit iuri communi. 939.940
Actus contrarius quoad vnam speciem non præiudicat quoad aliam contentam sub eodem priuilegio: neque contrarius quoad vnam personam præiudicat, quin possit quis vti priuilegio contra aliam, quam pariter illud respicit. 936.924
Actus factus seruatis seruandis facit præsumptionem aliquam contra non citatum in ea re interesse habentem. 581.306
Actus inter vinos, qui non nisi morte confirmantur, quinam sint. 86.11
Actus iurisdictionis voluntariæ, vt dispensatio, si requirat causæ cognitionem iudicialem, pro ea parte exerceri debet intra territorium, ipse verò actus expediri extra illud poterit. 238.225
Actus legitimi quomodo non recipiant conditionem, neque diem. 1453.28
Actus omnis ab agentis voluntate, ac potestate pendet. 197.106
Actus nullus ex defectu citationis intelligitur volente eo, qui citandus erat: idémque in quauis nullitate à iure inducta ad alicuius fauorem, secus si ad fauorem publicum. 582.312
Actus nullus pro non actu habetur. 1453.29
Actus nullus retractari potest ab Ordinario, vel delegato in extraiudicialibus, & actibus voluntariæ iurisdictionis, aut cùm dispensatur in foro conscientiæ tantùm. 768.394
Actus voluntarij super fideicommisso nõ egrediuntur personas agentium, neque aliis nocent. 1111. 511
Aditio hereditatis an requiratur ad succedendum in iurepatronatus hereditario. 1511.141
Administrator Ecclesiæ Cathedrali datus à Papa an possit conferre beneficia collationis Episcopi vel solius, vel cum Capitulo. 1358.397
Administrator Ecclesiæ Cathedralis vacantis absoluit ab excommunicatione Episcopo reseruata. 306. 434
Administrator Ecclesiæ Cathedralis vacantis an commutare possit vltimas voluntates nulla stante necessitate actum illum expediendi. 308.439
Administrator Ecclesiæ Cathedralis vacantis an possit mutare statum Ecclesiarum, ac beneficiorum illius Ecclesiæ. 1591.355
Administrator Ecclesiæ Cathedralis vacantis, aut non vacantis à solo Papa deputatur: potest tamen Archiepiscopus, vel Legatus de latere eum vacanti deputare, data negligentia, vel malitia Capituli in administratione. 306.435
Administrator Ecclesiæ Cathedralis vacantis, aut non vacantis an possit exequi commissiones dispensationum, & commutationum vltimarum voluntatum ad illam Ecclesiam spectantes. 495.35
Administrator Ecclesiæ Cathedralis vacantis, aut simpliciter à Sede Apostolica deputatus an derogare possit qualitatibus appositis in fundatione beneficiorum illius Ecclesiæ. 1361.406
Administrator Ecclesiæ Cathedralis vacantis commutare potest vltimas voluntates, quas tunc potest Capitulum. 306.434
Administrator Ecclesiæ Cathedralis vacantis datus ab alio, quàm à Papa an conferre possit beneficia spectantia ad collationem Episcopi vel solius, vel cum Capitulo. 1356.392
Administrator Ecclesiæ Cathedralis vacantis datus loco Capituli an, & quando concedere possit licentiam ordinandi, aut litteras dimissorias: & qui sint hi administratores. 1264.164
Administrator Ecclesiæ Cathedralis vacantis datus loco Capituli an possit supprimere beneficia, quæ posset Capitulum sede vacante. 1723.122
Administrator Ecclesiæ Cathedralis vacantis loco Capituli datus an possit derogare fideicommissis, quibus poterat Episcopus. 1148.632
Administrator perpetuus Ecclesiæ Cathedralis an derogare possit qualitatibus in beneficij fundatione appositis. 1361.407
Administrator pij loci, ad cuius fauorem appositæ sunt beneficio aliquæ conditiones, seu qualitates, potest cum debitis solemnitatibus earum derogationi licèt cum iuramento adiectæ fuerint, consentire. 1235.84
Administratores dati Ecclesiæ Cathedrali vacanti, maximè ab Archiepiscopo, quid possint; & an valeant vltimas voluntates commutare. 262.295. & quid in dato à Sede Apostolica. 298.410 306. 434 308.439 326.482.
Administratores renuntiare liberè non possunt iuribus eorum, qui ipsis commissi sunt. 885. 716, & 748
Adoptio, eiúsve confirmatio an requirat citationem illorum, qui ex ea lædi possunt. 1171.686
Adoptio in nepotem requirit præsentiam filij, qui futurus est loco patris: & confirmatio adoptionis, quæ iure facta non fit, exigit præsentiam omnium, qui ex ea læderentur. 592.346
Aduocati, quos consuluit testator in condendo testamento, possunt illud interpretari. 179.63
Aduocatus quando repellatur à iudicio ratione propriæ excommunicationis. 740.320
Æquiparata à iure extenduntur ab vno ad aliud. 795.468
Æquipollentium regulariter non refert quid fiat. 794.467
Æquitas, & ius inter se differunt. 25.39
Æquitatis naturalis vis, & exempla. ibid.40
Æs alienum diminuit hereditatem, & præualet legitimæ, ac Trebellianicæ. 1001.122
Æt. ad primam tonsuram, & quemlibet ordinem de

de iure antiquo,vel nouo requisita quæ sit. 1274. 187
Ætas certa an possit per consuetudinem annecti beneficio. 1550.244
Ætas quatuordecim annorum in quibus beneficiis requiratur,& sufficiat. 1246.121
Ætas requisita ad dignitates,vel personatus non habentes curam animarum quænam sit. 1244.115. & quæ in Dignitatibus, Canonicatibus Ecclesiæ præsertim Cathedralis,quibus certus ordo sit annexus. ibid. 116. aut alia beneficia pariter habentia certum ordinem annexum. 1245.120
Ætas requisita ad Papatũ. 1244. 111 ad Cardinalatum.ibid.112. aut Episcopatum. ibid. 113. & ad dignitates, vel alia beneficia curam animarum habentia,Vicarias perpetuas, aut dignitates Regularium. ibid.114
Affectio beneficij an exprimenda sit, cùm illud impetratur,vel mutatio status ipsius.1612.402.cum multis seqq. & quando expiret per cessum, vel decessum primò prouisi à Sede Apostolica. ibid. 404
Affectio beneficij an sit exprimenda dum impetratur eius suppressio. 1746.173, & 175
Affectio beneficij an sit exprimenda in eius impetratione. 1383.440 & an in derogatione alterius qualitatis illius beneficij. 1384.442
Affectio beneficij in quo differat ab eius reseruatione. 1383.441
Affectio beneficij quando non obstet eius vnioni, vel suppressioni faciendæ ex dispositione Concil. Trid.1615.411 & an tunc fieri possit vnio siue ante,siue post vacationem. ibid.412
Alienata per eum,cui debetur legitima, eidem imputantur in legitimam. 1034.269
Alienata per heredem illi imputantur in Falcidiam. 1052.348
Alienatio bonorum Ecclesiasticorum fit ex quatuor causis, quæ ad necessitatem, & euidentem vtilitatem reducuntur. 374.85
Alienatio bonorum fideicommissariorum pro solutione debitorum maiori pretio,vel in maiori numero, quàm opus esset,inualida redditur in excessu. 1003.133
Alienatio bonorum fideicommissi ab herede ignorante in ignorantem facta an, & quomodo valeat. 1010.163,vsque ad 169
Alienatio bonorum fideicommissi fieri potest pro solutione legatorum per fideicommittentem relictorum,licèt testator expressè prohibuerit alienationem. 1006.143
Alienatio rei alicui particulariter legatæ pro solutione debitorum an ei præiudicet. 1003.128
Alienatio rei Ecclesiasticæ non reuocatur cessante postmodum eius causa. 782.428
Alienatio rei fideicommissariæ dignæ affectione fideicommissarij pro solutione debitorum an valeat. 1004.134
Alienatio rerum Ecclesiasticarum ad commutationem vltimarum voluntatum aliquo modo pertinet. 374.82 949.1
Alienationis rerum Ecclesiasticarum materia; remissiuè. 948.2
Alimenta cur subministrentur lite pendente, non obstante appellatione à sententia. 870.686
Alimenta debentur, & taxantur iuxta qualitatem personarum. 1781.263
Alimenta, & dos æquiparantur, atque ab illis ad hanc rectè arguitur. 96.42
Alimenta parentum, aut filiorum quomodo ab humano iure limitari possint. 105.[illegible]
Alimenta,victus,& vitæ sustentatio an idem importent. 1781.262
Alimentorum legatorum nomine quænam veniant; & transactio super alimentis quæ contineat. 204.134
Alimentorum legatum, seu relictum quando est pium. 91.21,& 41.cum seq.
Amissio priuilegij ob delictum, & propter abusum in quo differant. 925.877
Amissio priuilegij ob eius abusum an, & quando ipso iure incurratur, & in foro conscientiæ, vel solùm in foro externo,& sententiam priuationis requirat. 945.950,& seq.
Amissio priuilegij per abusum contingere potest vel pro vna vice, vel pro vsu totius temporis futuri.926.880. atque item vel ex natura rei,vel ex iuris dispositione. 927.881
Amissio priuilegij per cõtrarium vsum an, & quando locum habeat etiam in foro conscientiæ.942. 947
Amissio priuilegij per contrarium vsum, & non vsum in quo conueniant, aut differant. 939. 942
Amissio priuilegij per contrarium vsum intelligi potest fieri vel in vim tacitæ renuntiationis, vel in vim præscriptionis. 925.875
Amissio priuilegij per modum pœnæ non incurritur ipso facto, & iure, nisi verba id satis expressè contineant. 946.951, & 953
Amissio priuilegij per non vsum, prout importat tacitam renuntiationem in quo differat ab eiusdem amissione per præscriptionem. 923.867
Amittere priuilegium facto, vel ipso facto, diuersa sunt. 946.953
Angeli non sunt animalia rationalia, neque corporei. 957.15
Annexio beneficiorum in quibus iuribus habeatur. 1691.51
Annexio,& applicatio minus operantur,quàm subiectio. 1672.20
Annexio, vnio, incorporatio, suppressio, extinctio, applicatio, & dismembratio in quo differant. 1669. 11 cum multis seqq.
Anniuersaria an possint ab Episcopo vigore decreti Conc. Tridentini in totidem Missas commutari. 288.370
Apertio oris contra clausulam, *sublata*, &c. fit à solo Principe. 554. 222 & an requirat derogationem reg. Cancell. de iure quæsito non tollendo. ibid.223
Apertionis oris materia,remissiuè. 556 219
Appellare omisso medio an liceat ad inferiores Principes de iure canonico,vel ciuili. 493.24
Appellare potest grauatus per actum voluntariæ iurisdictionis. 873, 696 aut etiam per extraiudicialem. ibid.697
Appellare regulariter non licet à commutante vltimam voluntatem, dum pronuntiat, aut aliàs procedit in notoriis siue facti, siue iuris. 874. 701
Appellari an, & quando possit à commutante vltimam voluntatem, qui procedere potest secundùm conscientiam,vel arbitrium suum. 873. 699
Appellari potest à sententia, per quam inducitur executio alterius sententiæ,à qua non erat prohibita appellatio. 872.694
Appellari potest ab Episcopo, cuius ordinaria iurisdictio per rescriptum Papæ est excitata, ad immediatum superiorem. 488.6
Appellari potest ab executore, quando mandatum

tum de exequendo conceſſum fuit parte non vocata, vel fuit appellatum à reiectione exceptionis contra executionem oppoſitæ. 872. 693

Appellari quando poſsit ab executore dato cum clauſula, *vocatis vocandis*, vel illa, *amoto quolibet illicito detentore*. ibid.695

Appellari quando poſsit ab omni grauamine de iure canonico, vel ciuili. 851.626

Appellatio à non plena relatione quando admittatur in cauſa ciuili, vel criminali. 835.590

Appellatio à Prælatis inferioribus interponitur ad Epiſcopum, non ad Archiepiſcopum, & ab Epiſcopis non ad Primatem, ſed ad Metropolitanum, vel ad ſuum Patriatcham, aut Papam. 263. 298

Appellatio à ſubdelegato non in totum fit ad ſubdelegantem, exceptis quibuſdam caſibus; à ſubdelegato verò in totum fit ad primum delegantem. 700. 199

Appellatio ab executore ſiue legis, ſiue hominis in commutatione vltimæ voluntatis non admittitur. 871. 691. niſi modum excedat; & quid in pronuntia de exequendo. 872.692

Appellatio ad quem ſit interponenda à clerico habente iuriſdictionem temporalem. 654.69

Appellatio ad quos ſit interponenda à grauante in commutatione vltimæ voluntatis. 875.705

Appellatio an tollat præſumptionem, quæ eſt pro iuſtitia ſententiæ. 870.685. cum tribus ſequentibus.

Appellatio extinguit iudicatum quoad geſta tantùm poſt litis conteſtationem. ibid.688

Appellatio extraiudicialis regulariter non cauſat attentata, ſed eorum reuocatio pendet à futuro euentu iuſtificationis appellationis. 873. 698

Appellatio impedit executionem iudicati, licèt ſit à tertio pro ſuo intereſſe comparente interpoſita. 870.684

Appellatio in aliqua cauſa interpoſita exprimi debet ab impetrante reſcriptum iuſtitiæ in eadem cauſa. 455.326

Appellatio in commutatione vltimæ voluntatis poteſt interponi quando proceditur cum plena cauſæ cognitione, aut etiam ſummariè. 871. 690

Appellatio interpoſita ab inferiore derogante, vel, cùm non debet, derogare volente alicui qualitati beneficij, an, & quando ipſius iuriſdictionem, & facultatem illi qualitati ſuſpendat, ac ſecutæ derogationis executionem impediat. 1439.588

Appellatio interpoſita ab inferiore mutante, aut, cùm non debet, mutare volente ſtatum alicuius Eccleſiæ, aut beneficij iuriſdictionem ipſius ſuſpendat, ac ſecutæ mutationis executionem impediat. 1660.531. & an tollat præſumptionem; quæ eſt pro ſententia. ibid.532. & quando appellare liceat à prædicto mutante, vel mutare volente. ibid.533

Appellatio interpoſita ab inferiore ſupprimente, aut, cùm non debet, ſupprimere volente beneficium eius iuriſdictionem ſuſpendet, ac ſecutæ ſuppreſſionis executionem impediet. 1808. 332. & an tollat præſumptionem, quam pro ſe habet ſentẽtia. 1809.333. & quando liceat appellare à ſupprimente, vel ſupprimere volente beneficium. ibid. 334

Appellatio non inducit nullitatem actorum, niſi interponatur in ſcriptis, eiuſque cedula detur in actis. 857.645

Appellatio quando derogationem fideicommiſſi, aut illius executionem ſuſpendat. 1195.750

Appellatio quando eſt legitimè interpoſita ab inferiore commutante vltimam voluntatem illius facultatem quoad eam commutationem ſuſpendit, & executionem ſecutæ commutationis impedit. 869.682.& duob.ſeqq.

Appellatio regulariter ſuſpendit iuriſdictionem illius, à quo interponitur, ne vlteriùs in ea re procedat; ſiue iudicialis ſit, ſiue extraiudicialis appellatio; & ſiue illi delatum fuerit, ſiue non. 870.683

Appellationi à ſe interpoſitæ deferens an amittat iuriſdictionem, ſeu facultatem, quam habebat derogandi qualitati beneficij. 1437. 583

Appellationi deferens quando amittat iuriſdictionem, quam ea in re habebat. 839.604

Appellationi renuntiare cenſetur adiens iudicem, à quo. 935.917

Applicatio certæ partis fructuum beneficiorum ac piorum locorum ſeminario inſtituendo eſt quædam vltimæ voluntatis commutatio; & quomodo facienda ſit. 220.175

Applicatio fructuum præbendarum ſuppreſſarum vigore Conc. Tridentini an facta dicatur menſæ Capitulari. 1774.246

Applicationes, annexiones, & incorporationes quænam reuocentur, vel præſeruentur per reg. 12. ſeu 13. Cancell. 1800. 315. cum tribus ſeqq.

Appoſitum quid propriè dicatur. 1204.13

Approbare ad confeſſiones audiendas an poſſit Vicarius generalis. 496. 42. & an omnes habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. 497. 44

Arbiter compromiſſarius non cogitur ſententiam dicere, cùm ambæ partes eo dimiſſo conſentiunt adire iudicem; & ſoluitur tunc compromiſſum. 867. 672

Arbiter repudians arbitrium poteſt illud poſtea acceptare, partibus in eadem voluntate perſiſtentibus. 914.845

Arbitri compromiſſarij non habent iuriſdictionem, ſed notionem tantùm. 867.674

Arbitria redacta ſint ad inſtar iudiciorum quoad modum procedendi. ibid.

Arbitrio boni viri, hoc eſt, iudicis, ſeu ſuperioris regulato relinquendum eſt id, quod non fuit à iure definitum, maximè in quantitate aliqua taxanda. 1777. 154

Arbitrio iudicis relinquitur, quænam mouere poſſint ſuperiorem ad non concedendum, vel cum aliquo moderamine reſcriptum in iis, quæ à iure, vel ſtylo Curiæ definita non ſunt. 458. 341

Arbitrium boni viri potius, quàm liberum in dubio conceſſum eſſe cenſetur. 528. 151

Arbitrium liberum, & plenum, ſeu libera voluntas per quæ verba importetur. 527.150

Arbitrium liberum quoad rei ſubſtantiam non eſt conceſſum, cùm verba illud denotantia ſunt adiecta eius accidenti, qualitati, & circumſtantiæ. 528. 152

Archiepiſcopi non habent iuriſdictionem immediatam in Prælatos inferiores habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, aut eorum ſubditos. 313.451. neque eorumdem vltimas voluntates commutare poſſunt. 315.456

Archiepiſcopi Primatibus ſunt ſubiecti, ſicut Epiſcopi

Digitized by Google

ſcopi Archiepiſcopis. 257.278

Archiepiſcopi, qui ex decreto Concil. Tridentini ab Epiſcopis exemptis eligantur pro Synodo prouinciali, nequeunt vltimas voluntates ad eorum Eccleſias pertinentes, niſi in ipſa Synodo, ob neceſſitatem commutare. 1042. 302. & an poſſint ſupprimere beneficia diœceſis illorum Epiſcoporum. 1718.108

Archiepiſcopi ſupprimere poſſunt beneficia ſuarum diœceſum, cùm ſuarum poſſunt Epiſcopi. 1721.114

Archiepiſcopus an derogare poſſit qualitatibus beneficiorum ante receptionem pallij. 1344. 347

Archiepiſcopus an, & quando derogare poſſit qualitatibus beneficiorum ſubiectorum ſuis ſuffraganeis. 1342. 345. vel ipſarum Cathedralium ſibi ſubiectarum. 1343.346

Archiepiſcopus an in actu viſitationis mutare poſſit ſtatum Eccleſiarum, ac beneficiorum ſuæ prouinciæ. 1972. 306. & an poſſit mutare ante receptionem pallij ſtatum illum, quem poſtea poſſet. ibid. 307

Archiepiſcopus an mutare poſſit ſtatum alicuius Eccleſiæ, aut beneficij diœceſum ſuorum ſuffraganeorum, aut earum Eccleſias, vel beneficia vnire. 1570. 301. & quid quoad ipſas illorum Eccleſias Cathedrales. 1571. 302. vel proprias diœceſes. ibid. 3

Archiepiſcopus an poſſit in viſitatione ſuæ prouinciæ ipſius beneficia ſupprimere. 1718.110

Archiepiſcopus cauſam ad ſe delatam per appellationem delegare poteſt ſubdito ſui ſuffraganei: illum tamen compellere nequit ad delegationem ſuſcipiendam, neque in diœceſi ſuffraganei conſtituere Officiales, qui vice ſua citent, & inhibeant. 259.284

Archiepiſcopus commutare non poteſt vltimas voluntates ſubditorum ſui ſuffraganei etiam in viſitatione ſuæ prouinciæ. 264.300.& ſeq.

Archiepiſcopus commutare poteſt vltimas voluntates ad Cathedralem, ſeu Epiſcopalem Eccleſiam ſui ſuffraganei pertinẽtes, quoties ipſe Epiſcopus poteſt eas, quæ ad ſuas Eccleſias inferiores ſpectant. 263.396

Archiepiſcopus commutare poteſt vltimas voluntates in ſuis diœceſibus, quas Epiſcopi poſſunt in ſuis. 1042.303

Archiepiſcopus diſpenſare non poteſt in ſtatuto Synodi prouincialis. 253.267

Archiepiſcopus eſt iudex ordinarius ſuorum ſuffraganeorum. 258. 280. & Vicariorum ipſorum in iis, in quibus delinquunt ratione officij. 259. 281. in aliis verò non niſi ceteri ſubditi ſuffraganeorum. ibid.282

Archiepiſcopus in diœceſi ſui ſuffraganei iure ordinario diſpenſare nequit in votis. 260. 287

Archiepiſcopus in diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum commutare poteſt vltimas voluntates quoties horum ſubditi ad illum appellarint, quia ſuffraganei, cùm deberent, commutare noluerunt. 261. 290. & quid, cùm ille aditur à prædictis ſubditis per querelam. ibidem 291. cum ſequent.

Archiepiſcopus in viſitatione ſuæ prouinciæ quid poſſit erga ſubditos ſuorum ſuffraganeorum. 264.301

Archiepiſcopus minorẽ auctoritatem habet, quam Concilium prouinciale, ad quod ab eo appellari poteſt. 252.266

Archiepiſcopus non eſt iudex ſubditorum ſuis ſuffraganeis, niſi in caſibus à iure expreſſis. 259. 282. & qui ſint hi caſus. ibid. 283

Archiepiſcopus non poteſt tamquam iudex commutare vltimas voluntates clericorum ſubditorum Epiſcopo etiam de eorum conſenſu ſine conſenſu immediati ſuperioris ipſorum. 264. 299

Archiepiſcopus, Primas, & Patriarcha an commutare valeant vltimas voluntates, quas aliàs poſſunt, ante receptionem pallij. 265.305

Archiepiſcopus puniri non poteſt à Synodo prouinciali. 253.267

Archiepiſcopus quando deputare poſſit adminiſtratorem Eccleſiæ Cathedralis ſibi ſuffraganeæ vacantis. 262. 295

Archiepiſcopus quandónam derogare poſſit fideicommiſſis ad ſuam prouinciam, ſeu diœceſes ei ſubiectas pertinentibus. 1114. 526

Archiepiſcopus quando poſſit compellere ſuffraganeum ſuum ad ſupprimendum beneficium, vel ipſe eius negligentiam ſupplere. 1718.111. & ſeq.

Archiepiſcopus quando poſſit diſpenſare in voto, ſuffraganeo ſuo recuſante diſpenſare. 262. 293

Archiepiſcopus quando poſſit prouinciam ſuam viſitare. 1718.110

Archiepiſcopus regulariter commutare nequit vltimas voluntates in diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum. 259. 286. etiam de conſenſu partium tamquam iudex, aut in viſitatione. 261. 288. neque excommunicato exiſtente ſuffraganeo. ibid. 289

Archiepiſcopus ſuffraganeum negligentem in eo, quod facere debet, compellere poteſt ad illud faciendum, vel ipſe ſupplere. 261. 292. & duobus ſeqq.

Archiepiſcopus ſupprimere nequit Cathedrales Eccleſias ſuorum ſuffraganeorum. 1717. 105. nec regulariter beneficia diœceſium eorumdem. ibid. 106. & quid data negligentia, vel remissa ſuffraganei in ſupprimendo. 1718.107

Arctatus occaſione beneficij recepti quis dicatur iuxta terminos Concil. Trident. 1264. 166. cum aliquot ſeqq. & quando ratione beneficij recipiendi. 1268.174.& trib.ſeqq.

Arctatus ratione beneficij recepti, vel recipiendi ad ſuſcipiendos ordines ei annexos non tenetur ſeruare temporum interſtitia, vel certè ſuper iis poterit ab Ordinario diſpenſari. 1273. 184

Argumentum à commutatione vltimarum voluntatum ad derogationem qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum valet. 1412. 511

Argumentum à commutatione voti ad commutationem iuramenti valet. 92.23. & ſeq.

Argumentum à contrariis, & oppoſitis in iure validum eſt. 992.96

Argumentum à delegato ab ſubdelegatum quoad ſuum committentem valet. 702.205

Argumentum à Falcidia ad Trebellianicam, & è contrario an valeat. 1035. 171. cum ſeq. & 1042.302

Argumentum à genere ad ſpeciem valet. 1085. 448.

Argumentum à iuriſdictione contentioſa ad voluntariam, vel mixtam, valet. 1141.614

Argumentum à lege ad teſtamentum, & ſimiles vltimas

vltimas voluntates valet. 950. 9 & 1262. 161
Argumentum à maiori ad minus an valeat in dispensatione. 471.386
Argumentum à mandato procuratorio ad iurisdictionale regulariter valet. 326.480
Argumentum à minori ad maius, & à maiori ad minus an idem sint, & quomodo procedant. 1472.59
Argumentum à minori ad maius in iure validum est. 491.18
Argumentum à pœnitentiali ad externum forum quando valeat. 448.196
Argumentum à priuilegio ad testatoris dispositionem valet. 1279.195
Argumentum à procuratore ad delegatum etiam quoad perpetrandam facultatem, seu iurisdictionem an semper valeat. 709.221
Argumentum a reuocatione testamenti ad reuocationem priuilegij valet. 550.202
Argumentum à rubro ad nigrum in iure validum est. 168.20
Argumentum ab Etymologia optimè sumitur. 1666.3
Arma, seu insignia primi fundatoris an amoueri possint ab Ecclesia, Capella, vel sepulchro per Episcopum, aut Rectorem Ecclesiæ etiam de consensu heredis; simúlve cum illis poni ea, quæ sunt heredis. 599. 361
Assertioni Principis maximè in facto proprio quando credatur; aut in iis, quæ sunt iuris: & an quoad vtrumque admittatur probatio in contrarium. 761.371
Assessor iudicis laici in causa ciuili an possit esse clericus; & iudicis Ecclesiastici, laicus. 838. 599. & quando teneatur iudex eius consilium sequi. ibid. 600
Assessor quando, & quomodo assumi à iudice possit, aut debeat. 837. 597. & qualis. ibid. 598. cum seq.
Associans sibi vti collegam in derogatione qualitatum beneficij eum, qui tunc nullam in ea secum iurisdictionem habet, quando suam ipse amittat. 1437. 582
Auctoritas in quo differat à consensu, licentia, mandato, seu iussu, ac decreto; & an possit actum præcedere, vel sequi. 583. 316, 321, 322, & 383
Auctoritas Papæ quando requiratur ad suppressionem aliquot præbendarum, vel dignitatis. 1695. 60
Auctoritate alterius factum ab ipso factum censetur, siue auctoritas illa sit ab homine, siue à iure concessa. 497.46
Auctoritatis nomine continetur ea, quam superior impertit, atque etiam ea, qua quis priuatim vtitur. 11.27
Auocari an, & quando possit commissio commutationis vltimæ voluntatis per rescriptum institiæ facta: & quis sit huius auocationis effectus. 800. 472
Auocati potest commutatio vltimarum voluntatum, quæ ab inferiore ordinaria, vel delegata auctoritate, seu potestate fit, antequam perficiatur, quamuis ea extraiudicialis sit. ibidem 473.
Auocatio iurisdictionis, seu negotij, quam Ordinarius facit à suo delegato, in quo differat ab ea, quam facit delegatus à suo subdelegato. 801. 477. cum seq.
Auocatio negotij per superiorem ab aliquo facta alia est expressa, alia tacita, & hæc duplex est. 803.485
Authenticum documentum quod sit; & quid requirat ad hoc, vt probet. 1286.210

B.

BANNITVS cum bonorum amissione quandónam restitutus recuperet omnia bona, & iura sua. 738.311
Barbos. in repet. l. quia tale, ff. sol. matr. manifestam æquiuocationem frequenter admittit in explicanda relatione concessionis ad rem, vel ad personam. 724. 256.
Beneficia certum ordinem ex voluntate fundatoris annexum habentia non nisi iis conferenda sunt, qui eum ordinem suscipere possint, ac debito tempore suscipiant. 1222.60
Beneficia curata non nisi iis conferri debent, qui curam animarum valeant exercere: neque vniri possent ad vitam. 1221.57
Beneficia curata conuersa in simplicia an ipso iure curam recipiant iuxta terminos Concil. Tridentin. sess. 25. cap. 16. de reform. 1557. 263
Beneficia, & modi, ac formæ illa acquirendi, excepto Episcopatu, & Papatu, non iure naturali, aut diuino, sed humano sunt inducta. 1217. 46, & 50
Beneficia iurispatronatus non nisi ad præsentationem patronorum legitimè factam sunt conferenda. 1222.61
Beneficia libera fieri non debent iurispatronatus. 1473.63
Beneficia libera vnici nó possunt beneficiis iurispatronatus, ita, vt illa etiam fiant iurispatronatus. 1507.129
Beneficia manualia differunt à temporalibus. 1511. 94
Beneficia non curata extra Ecclesias Collegiatas regulariter de iure personalem residentiam requirunt. 1549. 240. contrarium autem induci potest statuto, priuilegio, fundatione, & consuetudine. ibid. 241. & duobus seqq.
Beneficia omnia Ecclesiastica, excepto Papatu, & Episcopatu, quomodo instituta sint ab Ecclesia ex potestate sibi diuinitus tradita. 1686. 38
Beneficia omnia iure naturali, ac diuino requirunt Ecclesiæ ministerium, ac seruitium per se, vel alium. 1550.243
Beneficia omnia mundi quomodo sint Papæ manualia, seu obedientialia. 1699.71
Beneficia omnia secularia præsumuntur esse perpetua. 1497.104
Beneficia personalem residentiam requirentia quæ sint. 1211.51, & 108
Beneficia personis dumtaxat idoneis ad residendum, & munus suum præstandum conferri debent. 1222.59
Beneficia post erectionem, & fundationem manent in dispositione Episcopi. 1305.232
Beneficia quemnam ordinem de iure requirant. 1246.122
Beneficia, quibus annexa est dignitas, personatus, officium, vel administratio, plura simul quis obtinere sine dispensatione non potest. 1222. 58.

Beneficia, quorum erectio contraria eſt, vel conformis iuri naturali, diuino, vel humano, an ſupprimi poſſint, vel debeant. 1696.62. & quid de iis, quorum erectio eſt præter ius, vel inuoluit aliquid de facto impoſſibile in executione. 1707.63

Beneficia, quorum erectio ſub conditione, vel in diem facta eſt, an ſupprimi valeant. 1696. 64. & quid vbi facta ſit ſub falſa demonſtratione, vel cauſa, aut ſub certo modo, eo poſtea deficiente; vel extorta ſit per vim, aut metum. ibid. 65

Beneficia regularia an præſumantur eſſe manualia. 1496.100

Beneficia regularia an ſemper ſint manualia, & ſæcularia ſemper ſint perpetua. 1210. 24, ac 37. cum ſeq.

Beneficia regularia poſſunt aliquando clericis ſæcularibus conferri. 1223. 67, 70, 88. & 94. vſque ad 99

Beneficia regularia vnius Religionis conferri non poſſunt Regularibus alterius Religionis. 1237.89

Beneficia reſeruata quando, & quomodo ab Ordinario vniri poſſint. 1614.409

Beneficia ſæcularia de iure communi ſunt Epiſcopo ſubiecta. 1595.365

Beneficia ſæcularia regularibus conferri poſſunt in defectum clericorum ſæcularium: & dari eiſdem regularibus in commendam. 1239.93

Beneficia ſæcularia ſæcularibus, & regularia Regularibus ſunt conferenda. 1221.56, & 88. aut aliàs concedenda. 1490.91

Beneficia ſimplicia an conuerti poſſint in curata. 1474.66

Beneficia vnita an permutari poſſint, aut per ſe renuntiari, vel impetrari. 1803.321

Beneficiatus, ad cuius fauorem appoſita fuit aliqua conditio, ſeu qualitas in fundatione beneficij, quando poſſit per ſuum conſenſum ei qualitati derogare. 1306.239. & ſeq.

Beneficiatus, ad cuius fauorem creatus eſt ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij; an poſsit illum mutare, vel mutationi conſentire. 1544.229

Beneficiatus, ad cuius fauorem principaliter fuit erectum beneficium conſentiendo poteſt ad eius ſuppreſsionem concurrere. 1710.91

Beneficiatus etiam cum Ordinarij conſenſu non poteſt nouum onus perpetuum beneficio imponere. 1307.240

Beneficiatus non poteſt reducere ad minorem numerum Miſſas à fundatore præſcriptas ex eo, quòd earum reditus decreuerint, qui tunc erant ſufficientes; & an id poſsit cum Epiſcopi conſenſu. ibid. 241

Beneficij nomen quibus modis ſumatur. 1205. 11 & 1667.6

Beneficium abſque Ordinarij inſtitutione obtineri poteſt, ſi ea conditio in limine fundationis appoſita ſit cum Ordinarij conſenſu. 1708.85

Beneficium aliud certum ordinem non requirit, aliud requirit, ſeu annexum habet. 1212.33

Beneficium aliud eſt collatiuum, aliud electiuum. ibid.36

Beneficium aliud eſt curatum, aliud ſine cura. 1210. 25. & quæ requirantur ad hoc, vt beneficium ſit curatum. ibid. 26. & quotuplex illud ſit. ibid. 27

Beneficium aliud eſt duplex, aliud ſimplex; & quid vtrumque ſit. 1210.28. cum ſeq.

Beneficium aliud eſt Eccleſiæ Collegiatæ, aliud non Collegiatæ. 1212.32

Beneficium aliud eſt manuale, aut amouibile, aliud perpetuum. 1210.24, & 37

Beneficium aliud eſt qualificatum, vt Magiſtrale, aliud non qualificatum. 1212.35

Beneficium aliud habet annexum certum ordinem de iure communi, aliud de iure ſpeciali priuilegij, conſuetudinis, ſtatuti, vel fundationis. 1259. 153. & eorum quodlibet aliud habet annexum in actu, aliud in habitu; & quid vtrumque ſit. ibid. 154

Beneficium amouibile, aut manuale quomodo fieri poſsit perpetuum; & perpetuum fieri temporale, vel manuale. 1213. 38, 68, ac 100. vſque ad 104

Beneficium an per conſuetudinem fieri poſsit patrimoniale, vel tale, vt certo dumtaxat generi perſonarum ſit conferendum. 1551.246

Beneficium curatum an de iure exigat perſonalem reſidentiam; & quando in ea legitimè diſpenſetur. 1242. 105

Beneficium curatum an poſsit conferri Canonico Regulari, aut Monacho. 1238. 91

Beneficium curatum, aut ſacerdotale, quem ordinem requirat tempore promotionis. 1247.126

Beneficium Eccleſiaſticum aliud eſt regulare, aliud ſæculare; & quid vtrumque ſit. 1209.21, & 23

Beneficium Eccleſiaſticum an recipere quis cogatur. 1269.176

Beneficium Eccleſiaſticum commendatum ceſſante commenda vacat, vt prius, hoc eſt, tempore, quo commendatum fuit, vacabat. 1794.287

Beneficium Eccleſiaſticum poteſt pro alio à quocũque abſque mandato impetrari. 479.416. & cõferri alicui, per alterũ, ſeu in perſona alterius. 480.417

Beneficium Eccleſiaſticum quomodo definiatur. 1451.23, & 24

Beneficium electiuum quid ſit. 1331.312

Beneficium eſſe non poteſt ſine Eccleſia, Capella, vel altari. 1738.149

Beneficium ex præſcriptione, aut conſuetudine effectum regulare quanto tempore ad priſtinum ſtatum ſæcularitatis reducatur. 1209.22

Beneficium extinguitur per deſtructionem Eccleſiæ, quæ poſt noui operis nuntiationem ædificata eſt ſiue iure, ſiue iniuria. 1738.150

Beneficium habens certum ordinem annexum eum nõ ſemper requirit tempore prouiſionis. 1247.126

Beneficium in dubio cenſendum potiùs eſt ſæculare. 1209.22

Beneficium iuriſpatronatus an poſſit ab Epiſcopo vniri, vel concedi pio loco ſine conſenſu patroni. 600.366

Beneficium iuriſpatronatus poteſt aliquando conferri abſque præſentatione. 1224.69

Beneficium liberum quando fiat iuriſpatronatus. 1504.124. cum duob. ſeqq.

Beneficium, maximè curatum, an ab initio fieri poſſit temporale, ſeu manuale per conſuetudinem, fundationem, vel ſtatutum. 1498.105

Beneficium non debet neceſſariò, & ex ſui natura eſſe perpetuum. 1497.104. & ſeq.

Beneficium nullum eſt coactum, cùm adæquatur perſonæ, in quam confertur; ſecus, ſi datur etiam in bonum alterius. 884.713

Beneficium parochiale, ſeu curatum eſt ſæculare; & an poſſit Religioſõ conferri. 1223.66, & 91

Beneficium perpetuum an, & quando poſsit fieri manuale. 1497.104

Beneficium perpetuum remanet apud aliquem ad tempus, & amouibiliter, cùm pro eo lata eſt ſententia, à qua datur appellatio quoad deuolutium effectum

Digitized by Google

effectum. 1242.104
Beneficium primum incompatibile non vacat ipso iure per solam collationem,& acceptationem secundi; sed requiritur adeptio possessionis, vel quòd per prouisum steterit, quin eam caperet. 1254.381.& quid,si stet per prouisum, ne acquirat ius in re;aut adsit alius intrusus. ibid.382. aut stet per prouisum,ne bullas expediat. ibid.383
Beneficium Principis ius commune aut alterius non lædens latè est interpretandum. 1203.11
Beneficium, quod est manuale, seu amouibile, an possit fieri perpetuum per consuetudinem, siue præscriptionem. 1496.100. & an per constitutionem. 1497.102
Beneficium,quod quis obtinet,an exprimendum sit in impetranda derogatione qualitatum beneficij. 1389.460
Beneficium, quod quis obtinet, non est necessariò exprimendum per impetrantem aliud beneficiũ ab Ordinario inferiore Legato. 1376.425.& 455
Beneficium quodlibet etiam simplex quomodo dicatur requirere residentiam. 1263.163
Beneficium quomodo dicatur dari propter officium. ibid.
Beneficium requirens personalem residentiam, aut alias incompatibile, an hodie vacet ipso iure per assecutionem secundi. 1353.380
Beneficium sacerdotale,seu habens certum ordinem annexum,aliud tale est in habitu,aliud in actu;& vtrumque potest non requirere personale seruitium. 1212.34,& 154.cum multis seqq.
Beneficium sæculare quando ex præscriptione fiat regulare. 1209.23
Beneficium semel affectum,& reseruatum, semper tale manet, donec de eo per sedem Apostolicam prouideatur. 1613.407
Beneficium simplex an possit saltem ad tempus fieri curatum. 1242.106
Beneficium simplex extra Ecclesiam Collegiatam non requirit personalem residentiam ex generali consuetudine;& exigit solam ætatem quatuordecim annorum, ac primam tonsuram. 1253. 141
Beneficium simplex perpetuum de iurepatronatus an possit ab Episcopo cum patroni consensu ex iusta causa fieri manuale. 1498.106
Beneficium simplex quot modis dicatur. 1211. 30, & seq.
Beneficium sine dote esse non potest. 1689. 45, & 149
Beneplacitum Apostolicum quomodo præsumatur, aut probetur. 610.388 & 1642.489
Bona delinquentis ob quæ crimina ipso iure confiscantur. 1516.162
Bona Ecclesiæ an alienari possint pro eius reparatione. 1512.149
Bona emphyteotica fideicommisso legitimè subiecta alienari possunt pro dote constituenda. 1021. 216. & quid in bonis feudalibus, maioratus, aut aliis ex contractu filio datis ea lege, ne possint alienari,sed post eum vadant in aliquas personas. ibid.218
Bona emphyteotica quando valeant legitimè subiici fideicommisso.1021.216. vel dari in dotem filiæ. ibid. 217
Bona fideicommissaria alienari nequeunt ab herede pro solutione æris alieni etiam fideicommittentis, si extent alia bona hereditaria libera: & quis probet, alia bona extitisse, vel non. 1003.132
Bona fideicommissaria alienari nequeunt per heredem pro debito antidorali testatoris.1005.140.& an pro remedio animæ ipsius. ibid.141
Bona fideicommissaria alienata causa dotis quandonam regrediantur in causam fideicommissi, ita, vt sint restituenda fideicommissario; remissiuè. 1024.227
Bona fideicommissaria patrui alienari non possunt pro dotanda filia fratris ipsius: idémque in aliis extraneis, & transuersalibus testatoris.1022.221, & 224
Bona fideicommissaria possunt alienari causa dotis vbi legitima, Trebellianica, & alia bona libera non sufficiant. 1025.234
Bona fideicommissaria possunt alienari pro solutione debitorum testatoris, licèt is prohibuerit alienationem. 1003. 129. & non confecto etiam per heredem solemni inuentario. ibid.130. & quid,si testator,cùm obligasset creditori prædium suum, illud in testamento fideicommisit,& alienari prohibuit. ibid.131
Bona fideicommissaria quando alienari possint pro constituenda dote sorori fideicommittentis. 1021.210
Bona fideicommissi à matre relicti quando possint alienari pro restitutione dotis. 1030.249. aut pro dotis augmento. ibid.250
Bona fideicommissi ad piam causam relicti quando alienari possint pro dote constituenda. 1021. 213
Bona fideicommissi alienare an liceat pro impensis studiorum, vel militiæ, aut emptione dignitatis. 1017.196.cum duob.seqq.
Bona fideicommissi alienari non possunt pro constituenda dote ascendentibus. 1024.224
Bona fideicommissi alienari possunt causa dotis, aut donationis propter nuptias solùm in subsidium non extantibus aliis bonis liberis. 1024. 228. & quid,si testator dixerit,quòd fœminæ dotentur ex bonis fideicommissi. 1025.229
Bona fideicommissi alienari possunt pro constituenda dote spirituali filiæ, vel nepti Religionem ingredienti. 1020.211
Bona fideicommissi alienata per heredem imputantur in suum creditum pro legatis ab eo solutis. 1007. 149. & quando, aut quomodo imputentur in eius creditis ex quauis causa, remissiuè. ibid.150
Bona fideicommissi an, & quando alienari possint pro oblatione,seu obligatione donationis propter nuptias. 1007.251.cum trib.seqq.
Bona fideicommissi an, & quando alienari possint pro redimendo filio fideicommittentis captiuo, seu carcerato causa æris alieni ex culpa contracti, vel ob delictum ab eo commissum. 1016. 190. cum duob.seqq.& 1017.194.cum seq.
Bona fideicommissaria an possint alienari ad redimendum à carcere heredem fideicommittentis, qui consumpsit substantiam. 1016.192
Bona fideicommissi an possint alienari pro dote filiæ,quæ ex hereditate per eam fideicommissario restituenda percepit fructus ad congruam dotem ascendentes. 1024.216
Bona fideicommissi an possint alienari pro imbuendo artibus liberalibus fratres, sorores, & alios, quibus fideicommittens alimenta præstare tenetur: & an iudicis decretum ad id requiratur.1018. 199.cum seq.
Bona fideicommissi an possint alienari pro redemptione heredis extranei, saltem cùm est rogatus restituere quicquid supereris de hereditate. 1015.187

Bona

Bona fideicommiſſi an poſſint alienari pro redimenda anima filij defuncti, pro qua neque ipſe, neque eius pater fideicommittens aliquid reliquit. 1017.198

Bona fideicommiſſi an poſſint alienari ſolùm pro filiabus nuptis non dotatis, vel minùs competenter. 1020.208. & quid, ſi dos filiæ promiſſa ſoluta fuerit pro parte. ibid.209

Bona fideicommiſſi non alienata per heredem habentem facultatem alienandi manent ſub fideicommiſſo. 1102.479

Bona fideicommiſſi paterni an alienari poſſint à filio pro dotanda propria filia. 1019.204

Bona fideicommiſſi poſſunt alienari etiam pro dotanda filia naturali, vel ſpuria fideicommittentis. 1020.207

Bona fideicommiſſi poſſunt alienari pro dotanda competenter filia fideicommittentis. 1019. 201. & an pro dotanda eius nepte. ibid.203.cum trib. ſeqq.

Bona fideicommiſſi quando alienari poſsint pro augmento dotis. 1024.225

Bona fideicommiſſi quando alienari poſsint pro reſtituenda dote vxori filij fideicommittentis. 1027. 240. vſque ad 244. vel dote tantùm confeſſata. 1029.247

Bona fideicommiſſi quoties alienari poſſunt pro conſtituenda dote, poſſunt etiam non obſtante prohibitione generali, ne illa bona alienentur. 1020 212. & quid in prohibitione ſpeciali etiam ex cauſa dotis. 1023.222.& ſeq.

Bona fideicommiſſi ſiue vniuerſalis, ſiue particularis,& ſiue puri,ſiue conditionalis alienari poſſunt pro conſtituenda dote. 1021. 214. & quicumque ſit ſubſtitutus per fideicommiſſum,etiam alter filius teſtatoris. ibid.215

Bona fideicommiſſo ſubiecta à matre, vel auo materno an poſsint alienari à filia, vel nepte, vt dotem ſibi conſtituat. 1022.219

Bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt pro redimendo filio fideicommittentis capto ab hoſtibus barbaris. 1015.187.& quid, ſi captus ſit ab hoſtibus Chriſtianis in bello. ibid.188

Bona ingredientis Monaſterium bonorum capax ſubiecta reſtitutioni vigore ſubſtitutionis ad Monaſterium pertinent quoad vſumfructum durante vita naturali profeſsi. 743.300

Bona maioratus an à ſucceſſore alienari poſsint,vt in res vtiliores conuertantur. 1081.435

Bona maioratus an alienari poſsint pro reſtituenda, vel conſtituenda dote, aut donatione propter nuptias etiam deſcendentium conſtituentis maioratum. 1027.239

Bona maioratus an, & quando alienari poſsint pro ſanandis debitis prędeceſſoris,qui non ſit eiuſdem maioratus inſtitutor. 1081.436

Bona maioratus an, & quando poſsint in res meliores commutari. 1009.157

Bona maioratus compromitti poſſunt vbi omnes ad eum vocati tunc viuentes conſentiant. 1083. 441

Bona maioratus ob quæ debita inſtitutoris poſsint à ſucceſſore alienari. 1081.434

Bona maioratus quanto temporis ſpatio præſcribantur. 1084.443

Bona omnia fideicommiſsi an alienari poſsint pro dotis conſtitutione vbi omnia ſint ad congruam dotem, quia non adſint alia libera. 1025. 230. &, quid, ſi bona libera non ſufficiant, & fundus fideicommiſſarius non poſsit pro parte alienari. ibid 231

Bona profeſsi, de quibus non diſpoſuit, non autem nouitij recedentis, vel decedentis ante profeſsionem tranſeunt in Monaſterium capax bonorum. 733.299

Bona prohibita alienari quando alienari poſsint ab herede ob propria debita. 1001.124

Bona propria quomodo iure humano iterum poſſint fieri communia. 107.82

Bona ſuperioris ordinis præferenda ſunt bonis ordinis inferioris. 1005.141

Bonitas maior, minor, vel æqualis materiæ, quæ eſt in obligatione, & eius, in quam fit commutatio, non eſt ſpectanda iuxta excellentiam virtutis, cuius eſt actus: ſed habenda eſt ratio diſponentis, & finis ipſius, aut diſpoſitionis; non eſt tamen neceſſe vtrumque opus in proximo genere conuenire. 617.405

Bonitas maior, minor, vel æqualis materiæ, quæ eſt in obligatione, & eius, quæ ſubrogatur in derogatione qualitatum beneficij, vnde ſit attendenda. 1419.534

Bonorum mobilium, & immobilium appellatione non veniunt actiones. 1041.295

Bonorum poſſeſſor an ſuccedat in irrepatronatus hereditario. 1512.143

Bonorum poſſeſſor detrahit Trebellianicam ex fideicommiſſo vniuerſali. 1036.276

Bonum maius,minus,vel æquale materiæ fideicommiſsi, vel in quam fit ſubrogatio, vnde ſpectandum ſit. 1175.697

Bulla Cruciatæ priuilegia de Indulgentiis, abſolutione à caſibus reſeruatis, & votorum commutatione à Confeſſario impertiendis an expirent morte concedentis re integra. 665.110

C.

CADVCITAS quando remiſſa cenſeatur per receptionem canonis decurſi etiam cum proteſtatione. 898.773

Canonici tenentur ad perſonalem reſidentiam. 1501. 116

Canonicus an habeat officium, ſeu dignitatem perpetuam,vel propriè ſucceſſorem. 677.128.& 151

Capellæ fundatæ in Monaſterio,ſeu Eccleſia Regularium præſumuntur regulares. 1547.235

Capellania erigi poteſt in titulum quando voluntas teſtatoris non reluctatur. 1400.480.& quando dicatur non reluctari. 1401.481

Capellaniæ Eccleſiæ Cathedralis, quarum reditus principaliter in diſtributionibus quotidianis conſiſtunt, quando habeant obligationem perſonalis reſidentiæ,ſintque ſacerdotales. 1258.152

Capellanus an, & quando ſatisfaciat alibi celebrando,quàm ad altare à defuncto præſcriptum. 600. 368 & 1307.242

Capellanus an poſsit ab Epiſcopo ſine patroni conſenſu compelli ad celebrandum in alio loco, quàm præſcripto à fundatore: & quando alibi celebrare poſsit. 600.368

Capellanus poteſt perpetuò ſeruire per alium, cùm fundator voluit, vt celebrare valeat per ſe, vel alium, contra quoſdam. 1260. 156, & 161. cum ſeq.

Capellanus, qui aliàs ex fundatione tenetur choro intereſſe,poterit per alium deſeruire, ſi ceteri ſimiles Capellani in ea Eccleſia ex legitima conſuetudine id faciunt. 1243.109

Capellanus qui ex fundatione tot Miſſas celebrare tenetur, an debeat eſſe ſacerdos actu tempore electionis, vel ſaltem in ea ætate, vt intra an-

Digitized by Google

num fieri ſacerdos poſſit. 1251.136. cum aliquot ſeqq. & quid,ſi dictum ſit,quòd eligatur,vel præſentetur ſacerdos. ibid. 137. vel qui per ſe celebret,aut presbyter. ibid.139,& 142

Capellanus, qui per ſeipſum toties in hebdomada celebrare debet, idque commodè nequit in certa hebdomada præſtare,an debeat hoc in aliud tempus differre, vel tunc per alium celebrare. 1308.243

Capellanus qui tenebatur in certa Eccleſia,Capella, vel altari celebrare,an poſſit vigore quadragenariæ præſcriptionis, vel conſuetudinis alibi celebrare. 1547.236

Capituli nomen quid ſignificet. 1459.38

Capituli ſui nomine,cùm Epiſcopo adiungitur,quid veniat. 1724.127

Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, & Collegiatæ tituli Cardinalatus Presbyteralis, vel Diaconalis commutare fortaſſe nequeunt vltimas voluntates, niſi ſtante neceſſitate actum illum tunc expediendi. 308.439

Capitulum Eccleſiæ Cathedralis mortuo Epiſcopo ſuccedit in ordinaria ipſius iuriſdictione. 301. 414. etiam quoad executionem teſtamenti, & compulſionem executorum. ibid. 415. necnon Epiſcopo à paganis,vel ſchiſmaticis capto renuntiante,translato,aut depoſito.302.416. & quid eo excõmunicato. ib.417. aut in remotis agente non relicto Vicario,aut eo relicto decedente.ibid.418

Capitulum Eccleſiæ Cathedralis,requiſitum ſi conſentire nolit vnioni Eccleſiæ,vel beneficij, quando,& quomodo ad id compelli poſſit. 1640.483

Capitulum Eccleſiæ Cathedralis ſede vacante quibus fideicommiſſis derogare poſſit. 1147.631

Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ tituli Cardinalis Presbyteri, vel Diaconi poteſt commutare vltimas voluntates, quas poteſt huiuſmodi Cardinalis.307.436.& ſeq.& an mutare poſſit ſtatum alicuius Eccleſiæ,vel beneficij.1591.355.aut ſupprimere beneficium illius tituli. 1723.123

Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ tituli Presbyteralis,aut Diaconalis Cardinalatus,vel alterius Prælaturæ, an poſſit alicui fideicommiſſo derogare. 1149.633

Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ tituli Presbyteralis, aut Diaconalis Cardinalium an,& quando derogare poſsit qualitatibus beneficiorum ad eos titulos ſpectantium. 1361.405

Capitulum Eccleſiæ inferioris Collegiatæ an ſuccedat in poteſtate ſui Prælati eo mortuo. 307.438

Capitulum mortuo Epiſcopo, vel in remotis agente,confert beneficia, quorum collationem habet cum Epiſcopi conſilio. 1357.396

Capitulum ſede Epiſcopali vacante debet intra octo dies conſtituere ſibi Vicarium generalem, vel exiſtentem confirmare; aliàs id faciet Metropolitanus. 329.498

Capitulum ſede vacante an admittere poſsit reſignationem permutare volentium beneficia, vel conferre beneficia ad hunc effectum reſignata in manibus Epiſcopi. 1358.399.& ſeq.

Capitulum ſede vacante an, & quando concedere poſsit licentiam ordinandi, aut litteras dimiſſorias. 1264.164.vſque ad 181

Capitulum ſede vacante an,& quando poſsit ſtatum alicuius Eccleſiæ,vel beneficij diœceſis Epiſcopi mutare. 1589.348.cum aliquot ſeqq.

Capitulum ſede vacante an poſsit conferre beneficia debita certo generi perſonarum, vel per optionem. 1358. 398. aut beneficia parochialia, vel patrimonialia. 1359.401

Capitulum ſede vacante an poſsit dare teſtimoniales de vita, & moribus ei, qui à ſede Apoſtolica obtinuit facultatem ordines ſuſcipiendi à quocumque Antiſtite cum approbatione, ſeu commendatione Ordinarij quoad vitam, & mores. 271.182.cum ſeq.

Capitulum ſede vacante an poſsit diſſoluere vnionẽ Eccleſiæ,aut beneficij ab Epiſcopo factã.1591.354

Capitulum ſede vacante an poſsit eorum aliquid facere,quæ Epiſcopus cum Capituli conſilio, vel aſſenſu facere debet. 1722.118

Capitulum ſede vacante conferre non poteſt beneficia ad Epiſcopum deuoluta ob negligentiam Prælati inferioris in conferendo, vel patroni in præſentando. 1356.391

Capitulum ſede vacante confert beneficia ad ſe iam deuoluta ex negligentia Epiſcopi in conferendo. 1357. 394. & quæ communiter ad vtriuſque collationem pertinent,mortuo,aut à collatione ſuſpenſo Epiſcopo, licèt vt Prælatus intereſſe deberet electioni. ibid.395

Capitulum ſede vacante confirmare poteſt electos, & inſtituere præſentatos,ſicut poterat Epiſcopus. 1358.398

Capitulum ſede vacante derogare nequit qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis. 1355. 388. & aliquot ſeqq.

Capitulum ſede vacante exequi non poteſt commiſsionem factam Vicario Epiſcopi,vel diœceſis, vtputa Cremonen. 306.433

Capitulum ſede vacante nequit beneficia ſuæ menſæ vnire,ſicut nec ſede plena tali vnioni conſentire. 1591.353

Capitulum ſede vacante non poteſt conferre beneficia collationis Epiſcopi,licèt ad eum ſpectet cum conſilio,vel aſſenſu Capituli;aut collatio Capituli poſtea confirmetur à Papa in forma communi. 1355. 389.neque vbi ſemeſtre lapſum ſit ſede vacante. 1356.390

Capitulum ſede vacante non poteſt facere vnionẽ, per quam præiudicatur iuri Epiſcopi. 1722.119

Capitulum ſede vacante non ſuccedit Epiſcopo in collatione beneficij, conceſsione licentiæ tranſeundi ab vna ad aliam Eccleſiam, & alienatione bonorum Epiſcopatus. 307. 437. neque in iure præſentandi,aut eligendi. 1357.395

Capitulum ſede vacante non ſuccedit in commiſsione facta Epiſcopo ſub nomine dignitatis:ſecus verò ſi competat iure ordinatio,licèt ſpeciali. 696. 186.& ſeq.

Capitulum ſede vacante non ſuccedit in delegatione facta Vicario generali Epiſcopi ſub nomine dignitatis,ſeu officij. 697.192

Capitulũ ſede vacante nõ ſuccedit in ſubdelegatione facta Epiſcopo,vel eius Vicario generali: ſed nec ea deuoluitur ad Archiepiſcopum. 705.211

Capitulum ſede vacante per obitum Epiſcopi commutare poteſt vltimas voluntates in caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus de iure cõmuni.304.427

Capitulũ ſede vacante poteſt aſsiſtere matrimonio, vel alij ſacerdoti ad id licentiam dare; necnon abſoluere ac diſpenſare iuxta Trid.Conc. ſeſſ.24. c.6.de reform. ac diſpenſare in omnibus caſibus, in quibus de iure poteſt Epiſcopus. 305.428

Capitulum ſede vacante poteſt prorogare executionem vltimarum voluntatum. ibid.

Capitulum ſede vacante quando derogare poſsit qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis. 1360.402 cum duob.ſeqq.

Capitulum ſede vacante quando ſupprimere poſsit beneficium. 1722.120

Capitu

Capitulum ſede vacante regulariter ſupprimere nequit beneficia diœceſis Epiſcopi. 1721. 117. cum duob. ſeqq.
Capitulum ſede vacante vtrùm ea ſolùm poſſit exercere, quæ ſunt neceſſitatis, & iuſtitiæ. 1360.404
Capitulum ſine Epiſcopo, aut Epiſcopus ſine Capitulo ſtatuere non poteſt in iis, quæ ad ſtatum Eccleſiæ pertinent. 1723. 121
Capitulum ſuccedit Epiſcopo in commiſſionibus commutationum vltimæ voluntatis, quæ fiunt Epiſcopo, cùm is iure ordinario commutare illas poteſt; in aliis verò non ſuccedit. 306.412
Capitulum ſuccedit Epiſcopo in poteſtate commutandi vltimas voluntates vacante ſede quouis modo; atque etiam ſi is captus ſit à paganis, vel ſchiſmaticis. 305.429. & ſiue vtendum ſit iuriſdictione voluntaria, ſiue contentioſa. ibid. 430. & quid Epiſcopo excommunicato, vel ſuſpenſo, aut in remotis agente. ibid. 431
Capitulum ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione tam voluntaria, quàm neceſſaria, ſeu contentioſa. 302. 419. non ſuccedit autem in competente illi iure merè ſpeciali, aut delegata, licèt Epiſcopus poſt præſentationem mandati ſibi factam deceſſiſſet. ibid. 420
Capitulum ſuccedit in iuriſdictione competente Epiſcopo iure ordinario ſpeciali. 303. 421. & in delegatione illi facta generaliter à canone. ibid. 423
Capitulum ſuccedit in iuriſdictione data Epiſcopo à iure prorogando in aliquo eam, quam priùs habebat; & quando ſolùm remouetur obſtaculum exemptionis. 304.425
Captatoria voluntas quæ ſit, & quando reprobetur à iure. 178.61
Capti ab hoſtibus ſiue Chriſtianis, ſiue barbaris in bello, an fiant eorum ſerui. 1015.189
Captus ab hoſtibus, ſi reuertatur, recuperat iure poſtliminij iuriſdictionem, & alia iura, quæ priùs habebat. 687.157
Cardinalatus an ſupprimi poſſit; & an ſit beneficium, ac de iure diuino. 1700. 75. & quid de numero Cardinalium, ſeu titulorum Cardinalatus. 1701.76
Cardinales an ligentur regulis Cancellariæ, ac diſpoſitionibus odioſis iuris communis. 1404.489
Cardinales in ſuis titulis Presbyteralibus, ac Diaconalibus commutare poſſunt vltimas voluntates, quas Epiſcopi poſſunt in ſua diœceſi. 313. 452. & an diſpenſare poſſint in votis, & aliis. 314.453
Cardinales in ſuis titulis Presbyteralibus, & Diaconiis primum locum obtinent inter Prælatos ſæculares habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. 310.440. & an eam habeant in Monaſteriis, ſeu Eccleſiis Regularium, in quibus ſunt ij tituli. ibid. 441. in quibus verò illam habent, eſt fauorabilis, & latè interpretanda. ibid. 442
Cardinales in ſuis titulis Presbyteralibus, & Diaconiis quibus fideicommiſſis derogare poſſint. 1148. 634
Cardinales quibus modis conſiderari poſſint, an commutare valeant vltimas voluntates. 223.181
Cardinales ſubiiciuntur legibus, & canonum ſtatutis. 224.185
Cardinali ſummo Pœnitentiario aſſerenti, ſe habuiſſe à Papa ſpecialem facultatem commutandi vltimam voluntatem an credendum ſit. 251.261
Cauſa an præſumatur in Papa, vel inferiore ſupprimente beneficium. 1737.147
Cauſa ceſſante in dubio non ceſſat eius effectus. 779. 425. plerumque tamen ceſſat. 787.442
Cauſa ceſſante non ceſſat eius effectus, per quem alicui eſt ius quæſitum. 781.412
Cauſa commiſſionis, ſeu delegationis, conceſsionis, diſpenſationis, gratiæ, ac priuilegij ceſſante hæc omnia ceſſant. 779.414. & 442
Cauſa commutationis vltimarum voluntatum eò maior eſſe debet, quò dignior eſt materia commutanda. 372. 75. & eò minor, quò minus diſpenſationis commutationi admiſcetur. 373.76
Cauſa commutationis vltimarum voluntatum non debet neceſſariò illius executioni obſtare; ita, vt diſpoſitum aut nullo modo, aut cum magna difficultate impleri poſsit. 368.58
Cauſa commutationis vltimæ voluntatis quando in dubio iuſta cenſeatur. 384.111. & quid, ſi poſtea detegatur inſufficiens. ibid. 112
Cauſa de futuro poteſt eſſe vel finalis, vel impulſiua; quæ inter ſe differunt. 76.87
Cauſa de præterito ſemper eſt impulſiua, nec poteſt eſſe finalis. ibid. 85. & ſeq.
Cauſa efficiens commutationis vltimæ voluntatis quotuplex ſit. 28.54. & duob. ſeqq.
Cauſa eſſendi, vel fiendi quæ ſit. 783.431
Cauſa expreſſa in dubio præſumitur potiùs impulſiua, quàm finalis. 401.152
Cauſa finalis commutationis vltimarum voluntatum quotuplex ſit. 28.57
Cauſa finalis, & impulſiua quomodo conſtituendæ ſint in reſcriptis gratiæ, vel iuſtitiæ. 77.88
Cauſa finalis, ob quam à iure humano introducta ſit commutatio vltimarum voluntatum, quæ ſit. 78. 91. & quæ ſint impulſiuæ. 79. 93. finalis autem ſuppreſsionis beneficij quæ ſit. 1691.52
Cauſa finalis, vel impulſiua à quibus qualitatibus inducatur. 401.151
Cauſa in reſcriptis tacita, vel falsò expreſſa alia finalis, alia impulſiua: & quænam vtraque ſit maximè ad inducendam ſurreptionem in reſcriptis gratiæ, vel iuſtitiæ. 396.136. cum ſeq.
Cauſa iuſta aliquando ſaltem præſumitur in ſupremo Principe vltimam voluntatem commutante. 198.113
Cauſa iuſta quando præſumatur in Principe diſpenſante contra ius naturale, vel ius gentiù. 362.45
Cauſa iuſta requiritur in ſuppreſsione beneficiorum ab Epiſcopo cum Capituli conſenſu facienda. 1721.116
Cauſa legitima eſt, quæ à iure approbatur. 11.30
Cauſa maior exigitur in commutatione vltimæ voluntatis quando pars materiæ remittitur, & reliqua mutatur, quàm cùm pars remittitur, altera implenda relinquitur. 373.77
Cauſa maior, vel minor quando requiratur, quæue ſit ſufficiens in fideicommiſſorum derogatione. 1174.695
Cauſa minor requiritur ad diſpenſandum ſolùm in tempore executionis vltimæ voluntatis, quàm in eius materiæ mutatione, maximè in minus: & quò maior eſt dilatio, eò maiore cauſa opus eſt. 373.78
Cauſa mutationis ſtatus Eccleſiarum ac beneficiorum in Papa, vel inferiore eum mutante an præſumatur. 1604. 375. & quid in vnionibus, earúmve diſſolutionibus. ibid. 376
Cauſa mutationis ſtatus Eccleſiarum aut beneficiorum non debet neceſſariò obſtare executioni ipſius ſtatus; ſed ſufficit neceſsitas aliunde prouenies ibid. 379
Cauſa non præſumitur in Epiſcopo diſponente con-

era id, quod eſt iuris diuini, naturalis, aut gentium. 365. 57. idémque in Principe. 361.43. licèt exprimat cauſam ſufficientem. 362.44
Cauſa numquam præſumitur in inferiore commutante vltimam voluntatem, ſed de ea conſtare debet. 365. 56. etiam cùm ex Principis auctoritate commutat. ibid.57
Cauſa, ob quam derogari aliquando poteſt qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis. 1224. 70, 72, & 415. cum duob. ſeqq. necnon 420
Cauſa obſtans executioni legis humanæ non requiritur in eius diſpenſatione. 369.60
Cauſa obſtans executioni vltimarum voluntatum, vel certè conſenſus illorum, quorum fauorem concernunt, exigitur ad earum commutationem quoties ad priuatam vtilitatem emanarunt. ibid.61
Cauſa præſumi poteſt in Principe reſcribente contra diſpoſitionem teſtatoris, ſi adſit clauſula, *motu proprio*, vel, *ex certa ſcientia*, aut, *ex certis cauſis animum noſtrum mouentibus*. 364.54
Cauſa præſumitur in commutatione vltimæ voluntatis quoad forum conſcientiæ, niſi eam obtinenti conſtet de cauſæ defectu. 365.55
Cauſa præſumitur in dubio impulſiua. 779.415
Cauſa principalis priuilegij ſpectanda eſt ad dignoſcendum an ſit reale, vel perſonale. 720.245
Cauſa priuilegij poteſt ceſſare vel contrariè, vel negatiuè. 791.454
Cauſa probari debet ab eo, qui factum allegat, quod cauſam iuſtam requirit. 362.44
Cauſa regulariter non præſumitur in Principe commutante vltimas voluntates. 361.42
Cauſa regulariter præſumitur in Principe diſpenſante contra ius humanum. 363.46. niſi præiudicetur tertio. ibid. 47. vel agatur de negotio non ſubditi illi Principi. ibid.48. & cùm procedit ſine citatione, aut cauſæ cognitione. ibid.49. vel quando ex conceſſione Principis oriretur ſcandalum. ibid. 50. & quoties concedit ad partis inſtantiam, ſecus ſi motu proprio. ibid.51. cum ſeq.
Cauſa rei alicuius ſi exprimatur à Principe an vera præſumatur. 362.44, & 231
Cauſa remota, ſeu mediata, vel proxima, ſeu immediata quæ ſit, & per quæ verba inducatur. 779. 413. & quæ ea ſit in mutatione ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum. 1468.51
Cauſa requiritur ad hoc, vt valida ſit, & licita derogatio qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum. 1370.412. cum duob. ſeqq.
Cauſa requiritur, cùm à Papa impetratur mutatio ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, aut translatio, vel vnio Eccleſiarum. 1603. 372. & in quadam reſeruatione iuriſpatronatus in Eccleſiis, ſeu beneficiis antea liberis. ibid. 373. & in diuiſione beneficiorum. 1604.374
Cauſa requiritur, cùm ſuppreſſio beneficij etiam à Papa impetranda eſt. 1735.141. cum duob. ſeqq. idémque in vnionibus, perpetuis conceſſionibus, diſmembrationibus, & applicationibus etiam de quibuſcumque fructibus, & bonis Eccleſiaſticis, atque harum diſpoſitionum confirmationibus. 1736.143
Cauſa requiritur in commutatione vltimæ voluntatis. 59.33. etiam cùm à Papa facienda eſt ex ordinaria poteſtate; & quid cùm vtitur plenitudine poteſtatis. 213.152
Cauſa requiritur in impetranda ab inferiore ſuppreſsione beneficij. 1312.136
Cauſa ſolùm impulſiua commutationis vltimæ voluntatis, eiúſve commiſſionis poſtea ceſſante non ceſſat ipſa commutatio, vel eius commiſſio. 778.412
Cauſa ſpecialis an requiratur in commutatione voti facienda propria auctoritate. 173.39
Cauſa ſufficiens ad commutandas vltimas voluntates quæ ſit, prudentis viri arbitrio relinquitur. 373. 79. & quid ſpectare debeat prudens vir. ibid.80
Cauſa ſumpta pro motione ad agendum, quæ eſt de præterito, ſi falſa ſit, non datur regulariter repetitio: ſecus ſi non ſequatur illa, quæ eſt de futuro. 76.84
Cauſa ſuppreſſionis beneficiorum quænam ſit. 1691.52, & 148. cum aliquot ſeqq.
Cauſa vnica etiam impulſiua expreſſa in commutatione vltimæ volũtatis falſa exiſtente, corruit cõmutatio. 413.197. & quid ſi hæc falſitas commiſſa ſit per ſimplicitatem, errorem, vel ignorantiam. ibid.198
Cauſa vnica etiam impulſiua ſuppreſſionis beneficij, ſi falſa ſit, eam vitiat: & quid, ſi ex pluribus cauſis finalibus vna vera ſit, ceteræ falſæ. 1751.197
Cauſæ alienationis bonorum Eccleſiaſticorum quatuor aſsignari ſolent, quæ omnes ad neceſsitatem, & euidentem vtilitatem reducuntur. 374. 83
Cauſæ aliquæ an ſint exprimendæ in impetranda vltimæ voluntatis commutatione. 422.229
Cauſæ cognitio alia extraiudicialis, alia iudicialis. 237.224
Cauſæ cognitio extraiudicialis inducitur per ea verba, *ſi idoneum repereris*, ac ſimilia; & quid ea ſit. 356.26
Cauſæ cognitio extraiudicialis regulariter ſufficit ad diſpenſandum in lege ſuperioris. 357. 27. & quando cauſæ cognitio, & examinatio requiratur in tali diſpenſante. 356.24
Cauſæ cognitio per quæ verba ſpecialiter mandari cenſeatur. ibid.25. & ſeq.
Cauſæ commutationis vltimæ voluntatis quo tempore veræ eſſe debeant. 472.388 & 525.140
Cauſæ commutationis vltimarum voluntatum ad hoc, vt ſint iuſtæ, ſat eſt, quòd indirectè bonum commune reſpiciant. 371.71, 73, ac 74
Cauſæ derogationis fideicommiſſorum non debent neceſſariò eorum executioni obſtare, cùm derogatio fit à ſupremo Principe. 1154. 643. & quid, cùm fit ab inferiore. ibid.644
Cauſæ derogationis fideicommiſſorum non neceſſariò debent continere bonum commune. 1155. 645
Cauſæ diſpenſandi in impedimentis matrimonium dirimentibus quænam ſint. 375.85
Cauſæ diſpoſitionis aliæ ſunt momentaneæ, aliæ ſucceſsiuæ; & vtræque habent effectum vel momentaneum, vel ſucceſsiuum. 778.411
Cauſæ etiam finalis commutationis vltimæ voluntatis aliquibus dumtaxat reliquiis remanentibus non ceſſat commutatio: idémque in priuilegio. 779. 416. & in diſpenſatione. ibid. 417. cum ſeq.
Cauſæ finales, & impulſiuæ ferè omnes commutationis vltimarum voluntatum in quodam decreto Conc. Trident. continentur. 79.94
Cauſæ nomen quibus modis ſumatur. 76.83
Cauſæ omnes commutationis vltimarum voluntatum reducuntur ad neceſsitatem, & euidentem vtilitatem. 373.81
Cauſæ omnes expreſſæ in commutatione vltimæ voluntatis veræ eſſe debent vbi concedens in omnibus

Digitized by Google

omnibus se fundat, mandátve omnes verificari; vel impetrans ad omnes probandas se adstrinxit. 415.203
Causæ plures insufficientes ad commutandam vltimam voluntatem iungi possunt. 584.113
Causæ summariæ quænam sint, remissiuè. 575.270. & quæ causæ suspicionis. 850.621
Causæ suspicionis qualiter exprimendæ sint, vel proponendæ de iure ciuili, vel canonico. 847. 616.cum duob.seqq.
Causæ suspicionis subdelegati sunt coram subdelegante probandæ. 855.639
Causam ab initio non fuisse, & eam omnino esse finitam, an paria sint. 790.451
Celebrans in alia Ecclesia, vel Capella, quàm præscripta in fundatione non satisfacit, nisi ad tempus dispensante Episcopo ex causa. 294.394. & si per 40. annos ita pacificè obseruatum fuit. 299.395
Censura alia est ab homine, alia verò à lege. 10. 23
Census consignatiuus iuxta Bullam Pij V. ad emptionem potiùs, quàm alium contractum pertinet. 24.36
Certa scientia quomodo probetur in concedente. 400.150, & 169
Cessatio, seu defectus causæ, quę aliquem mouit ad se obligandum, quando eum liberet ab obligatione, remissiuè. 623.419
Cessionarius excommunicati an, & quando agere possit. 729.286
Circumstantia causæ quando cum taciturnitate inducat consensum. 909.820. & quando circumstantia personæ. ibid. 821. aut circumstantia loci. 910. 822. vel temporis. ibid. 823
Circumstantia notabilis annexa etiam vnico vinculo, seu impedimento commutationis vltimæ voluntatis est exprimenda in eius commutationis impetratione. 448.295
Circumstantia notabiliter aggrauans in eadem specie est in foro pœnitentiali explicanda. ibid. 297
Circumstantia voti facit esse maius bonum, quod aliàs esset minus: hæc tamen honestas transfertur in materiam, in quam fit commutatio. 172. 34
Circumstantiæ, quæ simul cum taciturnitate inducunt consensum, sunt causa, persona, locus, tempus & qualitas. 909. 809. cum aliquot seqq.
Citandus an sit is, qui citatus, & præsens non potest actum impedire; vel cui nullum præiudicium ex actu faciendo infertur. 579.295
Citandus, seu vocandus quis est ad actum, ex quo lædi potest, licèt in commissione, seu alia facultate illius actus faciendi non adsit clausula, *vocatis vocandis*, vel *vocatis, quorum interest*. 575.272
Citari amplius non debet qui post primam citationem in remotas partes recessit, aut se occultauit, vel non venit, aut dixit, se nolle venire. 579.192, & 306
Citari necessariò non debet is, de cuius interesse non agitur principaliter. ibid. 295
Citatio an, & quando requiratur in notoriis. 576. 273. & in procedentibus à Papa, vel Imperatore. ibid. 274. aut in summariis. ibid. 275. vel laudo ferendo ab arbitro, vel arbitratore. 577. 276
Citatio an, & quando sit necessaria parte præsente. 581.305
Citatio an excludi possit à statuto. 578.286
Citatio an requiratur, cùm aliquid conscientiæ alicuius committitur. 529.155, & 298
Citatio an requiratur in absolutione à iuramento. 577.282
Citatio anomala, quam creditor absque iudicis auctoritate facit, non sufficit ad perpetuandam iurisdictionem. 639. 13. neque ea, quæ ex aliquo est irrita; nisi post eam secuta sit spontanea citati comparitio, aut citatio ipsa circumducta fuerit. ibid. 14
Citatio generalis, vide, *Generalis citatio*.
Citatio illorum non requiritur, qui venire, vel vocari nequeunt sine periculo. 581.309
Citatio non est necessaria, cùm sententia, vel laudum fertur in vltima die termini, vel compromissi. 579.290. neque in executione gratiæ, quando proceditur extraiudicialiter; nisi adiecta sit clausula, *si constiterit*, vel, *vocatis vocandis*, aut similis; vel aliquis sit eiiciendus de possessione. ibid. 291
Citatio non est necessaria in impetratione priuilegij, aut gratiæ etiam alteri præiudicialis. 581. 307.
Citatio non requiritur ad ea per iudicem reuocanda, quæ de facto, & sine citatione gesta sunt. ibid. 308
Citatio non requiritur, cùm index declarat suam sententiam, vel Princeps suum decretum. ibid. 310
Citatio non requiritur cùm pars dedit licentiam iudici procedendi ipsa non citata. 580.297
Citatio non requiritur in iis, quæ iudex facit ex officio ad sui informationem: & cùm eius dictum, cui standum est, recipitur. 579.294
Citatio non requiritur in iustificatione actus ante a gesti à iure, vel statuto requisita. 580. 302
Citatio non requiritur in præambulis ad citationem, vt est impetratio veniæ. ibid. 299
Citatio non requiritur quoties non est necessaria causæ cognitio; & an regula valeat è contrario. ibid. 298
Citatio non requiritur stante de hoc partium conuentione. ibid. 300. & quoties potest inchoari ab executione. ibid. 301
Citatio non requiritur vbi periculum est in mora, vel timor scandali. 578.289
Citatio noua requiritur vbi iudex non sedit die, & hora, pro qua pars fuerat citata; vel quando citatio facta fuerat pro die non iuridica, aut delegatio post citationem ad sententiam facta fuit. 578.284
Citatio per edictum requirit affixionem, non autem illa, quæ fit per proclama. 595.355
Citatio perpetuat iurisdictionem etiam de iure ciuili. 641.22
Citatio principium est iudicij, seu vsus iurisdictionis contentiosæ. 1141.615
Citatio propriè dicta an sit necessaria in derogatione qualitatum beneficij. 1414. 519. & quid vbi in commissione derogationis adsit clausula, *vocatis vocandis*, vel, *vocatis quorum interest*. ibid. 520
Citatio propriè dicta non est necessaria in commutatione vltimæ voluntatis potestate ordinaria, vel delegata executoris; nisi post legitimam partis oppositionem, vbi etiam aliquis ad eam vocandus sit. 586.523. cum trib. seqq.
Citatio requiritur siue quæstio sit iuris, siue facti; & in dilationibus probatoriis; in productione articulorum, ac iurium; & in receptione testium, eorúmque ac processus publicatione. 578.283
Citatio, seu vocatio requiritur, cùm agitur de eiicien

eliciendo aliquem ab iniuſta poſſeſſione. 577. 280. vel actu etiam non notabilis præiudicij, & in abſolutione ab obſeruatione iudicij. ibid. 281
Citatio, ſeu vocatio requiritur etiam in extraiudicialibus, quæ lædere poſſunt. ibid. 278. & in actu, qui concernit fauorem citati, vt in ſententia. ibid. 279
Citatio ſpecialis omnino requiritur, cùm certus eſt contradictor, & is, qui habet intereſſe, ſtante clauſula, *vocatis vocandis*, vel ſimili. 589. 335
Citatio vlterior non eſt neceſſaria, cùm iudex in prima citatione comminatus eſt, quòd citato non comparente, procedet etiam ad ſententiam eo ampliùs non citato: idémque, ſi dictum ſit, vt compareat ad reſpondendum, & ſe defendendum. 580. 303
Citatio, vocatio, & monitio in quo conueniant, & differant. 570. 259. cum duob. ſeqq.
Citationes ad actus voluntariæ iuriſdictionis, antequam quis contradicat, ſunt potiùs vocationes. 587. 326
Citationis reproductio omiſſa, vel alius defectus ſuppletur per citati comparitionem, vel cùm fecit mandatum ſpeciale ad illam cauſam. 582. 313
Citatus ad inſtantiam excommunicati notorij, vel denuntiati non tenetur comparere, & geſta eo abſente nulla ſunt. 728. 281
Clauſula acceſſoria, & appoſita ad executionem diſpoſitionis eam non immutat. 502. 48
Clauſula acceſſoria non deſeruit, niſi parti diſpoſitionis, cui adiicitur. 502. 50. per eam tamen declaratur intentio circa conceſſionem. 503. 51.
Clauſula acceſſoria, quæ poteſt de per ſe ſtare, auget gratiam. ibid. 53
Clauſula, *amoto*, &c. an, & quando faciat executorem mixtum. 1633. 467. & an ſuppleat defectum coloratæ poſſeſſionis alterius. ibid. 468
Clauſula, *anteferri*, facit poſteriorem in data priori præferri. 1630. 457. & quomodo ea clauſula extendatur. ibid. 458. & an præiudicet vnioni factæ cedente, vel decedente certo rectore, ſi poſt impetrationem rector cedat, vel decedat. 1631. 460
Clauſula, *anteferri*, tollit reſeruationes, & expectatiuas; & an tollat ius ad rem, aut præiudicet expectantibus ſolam præbendam, vel futuris impetrantibus. 1630. 459
Clauſula, *appellatione poſtpoſita*, vel ſimilis, tollit appellationem tantùm quoad effectum ſuſpenſiuum; ita, vt executio non veniat etiam per viam attentatorum reuocanda. 610. 393
Clauſula, *auctoritate Apoſtolica*, vel, *noſtra procedas, cognoſcas, vel facias*, appoſita reſcripto directo ad Ordinarium an, & quando faciat eum delegatum. 304. 426. & 488. 9. cum duob. ſeqq.
Clauſula, *auctoritate*, vel, *vice noſtra committa*, vel, *mandamus, vt commutes vltimam voluntatem*, non inducit commutationem. 525. 140
Clauſula, *auctoritate*, vel, *vice noſtra commutes*, facit, vt commiſſarius poteſtate delegata commutet. ibid. 141
Clauſula codicillaris an cenſeatur appoſita ex voluntate teſtatoris: & quid in aliis clauſulis teſtamento adſcriptis. 508. 73
Clauſula, *conſcientia tua committimus*, vel, *conſcientiam tuam oneramus*, quid importet. 527. 146
Clauſula, *contradictores appellatione poſtpoſita*, vel, *diſtrictione Eccleſiaſtica compeſcendo*, non comprehendit, niſi partes, & alios de facto contradicentes. 610. 391. & delegatus poteſt eius vigore exercere cenſuras, & alias pœnas imponere. ibid. 392
Clauſula conſueta apponi de ſtylo Curiæ maximè in reſcriptis, cenſetur appoſita, licet omittatur. 506. 62
Clauſula conſueta tarò apponi, non cenſetur appoſita, ſi omittatur: ſicut neque vbi ob id ſequeretur falſa latinitas in reſcripto. 507. 68
Clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, eximit à citatione ſecundùm aliquos. 517. 123. & facit, vt nihil opponi poſſit, quod gratiam annullet. 518. 124. & virtute continet omnes alias clauſulas. ibid. 125
Clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, idem importat, quod clauſula, *ex certa ſcientia*: ſed & quid amplius illa, vel clauſula *motus proprij*. 517. 122
Clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, importat diſpenſationem Principis in iure humano ſine cauſa, iuxta multos, vel ex leui cauſa, ſecundùm alios. 516. 119. aut in iure diuino, & naturali ex iuſta cauſa. ibid. 120. aut in iure humano ſiue ex cauſa, ſiue non id faciat. 517. 121
Clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, ſupplet derogationem legis contrariæ habentis clauſulam derogatoriam. 544. 186
Clauſula derogatoria generalis, ſpecialis, vel indiuidua, ſeu ſingularis, quibus modis in reſcripto tollat legem contrariam. 540. 175. & quando ſufficiat ad derogandum vltimis voluntatibus. 543. 184.
Clauſula derogatoria ſpecialis, vt, *non obſtante quacunque lege*, aut, *non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus, vel ordinationibus Apoſtolicis*, vbi lex ciuilis, vel canonica habet derogatoriam ad futura reſcripta, non ſufficit in reſcripto commutationis vltimæ voluntatis ad derogandum illi legi. 541. 176
Clauſula derogatoria tacita legis, vt quia eliciatur à contrario ſenſu, non requirit in poſteriori diſpoſitione contraria indiuiduam derogationem. 544. 188
Clauſula, *dummodo tempore date præſentium*, &c. an tollat ius ad rem, vel in re. 1631. 463. cum ſeq. & an tollat ſurreptionem, quæ poſſit per tertium allegari. 1632. 465
Clauſula, *dummodo tempore date præſentium*, &c. apponenda eſt, habétque locum etiam in beneficiis vacantibus in Curia. 1633. 466
Clauſula, *dummodo tempore date præſentium*, &c. in quo differat à clauſula, *ſine præiudicio alicuius*. 1632. 465
Clauſula, *& quidam alij*, quid operetur. 467. 363, ac 366. & quot perſonas comprehendat. ibid. 367
Clauſula, *ex certa ſcientia*, an operetur in tollendo ius alteri quæſitum. 512. 97. vel vt non requiratur partis citatio. 513. 98. vel cauſa in Principe præſumatur. ibid. 99
Clauſula, *ex certa ſcientia*, an operetur, vt valeat impetratio reſcripti ad lites pro alio ſine mandato. 514. 107
Clauſula, *ex certa ſcientia*, an ſuppleat derogationem legis contrariæ habentis clauſulam derogatoriam. 544. 187
Clauſula, *ex certa ſcientia*, confirmat actum nullum. 512. 95. & continetur in clauſula, *de plenitudine poteſtatis*. ibid. 96
Clauſula, *ex certa ſcientia*, facit, vt valeat delegatio Papæ non exiſtenti in dignitate. 513. 100. habétque vim clauſulæ, *non obſtante*, ac derogationis ſpecialis. ibid. 101
Clauſula, *ex certa ſcientia*, facit, vt verba illa, *quatenus*

Digitized by Google

nec iuſtè poſſidetis, aut ſimilia, non ſtent conditionaliter, ſed cauſaliter. 514.108

Clauſula, *ex certa ſcientia*, maximam vim habet etiam in reſcripto commutationis vltimæ voluntatis. 512.94

Clauſula, *ex certa ſcientia*, nihil operatur in diſpenſationibus ſine cauſa factis. 515.114

Clauſula, *ex certa ſcientia*, nihil operatur, quando nulla præceſſit cauſæ cognitio; & vbi adeſt duplex defectus, niſi ſimul adſit clauſula, *ſupplentes omnes defectus*. ibid.112

Clauſula, *ex certa ſcientia*, non impedit appellationem. ibid.113

Clauſula, *ex certa ſcientia*, non ſupplet defectus ſubſtantiales, aut iuris naturalis. 514. 110. neque operatur in ignoratis; & an in iis, quæ ſunt facti. ibid. 111

Clauſula, *ex certa ſcientia*, operatur, vt non liceat dubitare de eo, quod Princeps aſſeruit, quódque conceſſionem fecerit ex certa ſcientia. ibid. 105

Clauſula, *ex certa ſcientia*, operatur, vt Principis conceſſio non extinguatur morte concedentis. ibid.106

Clauſula, *ex certa ſcientia*, tollit ſecundùm quoſdam omne iuris obſtaculum. ibid.109

Clauſula, *ex certa ſcientia*, tollit ſurreptionem. 404. 167. ac 513.102

Clauſula, *ex certa ſcientia*, vim habet clauſulæ, *non obſtante*. 404. 167. &, *pro expreſſis habentes*. ibid. & 513. 103. & clauſulæ *motus proprij*. ibid. 104

Clauſula, *facias ſecundùm mentem tuam*, & aliæ ſimiles, an importent arbitrium boni viri. 527. 149

Clauſulula generalis adiecta poſt aliqua ſpecialiter enumerata non extenditur ad maiora expreſſis, ſed reſtringitur ad iis ſimilia. 508. 75

Clauſula generalis derogatoria in litteris Apoſtolicis apponi conſueta, & maximè illa, *non obſtantibus ſtatutis*, &c. an deroget qualitatibus beneficio à fundatore præſertim laico appoſitis. 1414. 518

Clauſula generalis non inſerto tenore ſufficit, cùm Princeps derogat ſtatutis laicorum. 547. 196

Clauſula generalis, *non obſtantibus contrariis quibuſcumque*, non derogat priuilegiis inſertis in corpore iuris; neque ſtatutis inferiorum, aut ſpecialibus conſuetudinibus locorum; vel priuilegiis continentibus meram Principis libertatem. 538.163

Clauſula generalis, *non obſtantibus contrariis quibuſcumque*, poſita in reſcripto commutationis vltimarum voluntatum non tollit contraria iura, ſed requiritur clauſula, *non obſtante quacumque lege*. 537.161

Clauſula in fine poſita regulariter refertur ad omnia præcedentia. 503. 54. etiam in materia odioſa. 504. 56. & quando non referatur. ibid. 57. cum trib. ſeqq.

Clauſula, *iuxta tenorem talium litterarum*, vel, *prout in talibus litteris continetur*, an ſtet conditionaliter, aut cauſaliter. 521.136

Clauſula, *miſericordiæ tuæ committimus*, quid importet. 527.145

Clauſula, *motu proprio*, regulariter ſupplet vitium ſurreptionis conſurgens ex taciturnitate veritatis aliàs exprimendæ in impetranda commutatione vltimæ voluntatis. 402. 157. cum aliquot ſeqq.

Clauſula *motus proprij*, an tollat ſurreptionem ita tacenda inhabilitate perſonæ, vel inducat diſpenſationem ſaltem cum clauſula, *ex certa ſcientia*. ibid. 159

Clauſula *motus proprij*, facit ceſſare titulum in iure ciuili, *quod quiſque iur.* &c. 510. 80. tollit diligentiam proceſſus ab aduerſario adhibitam. ibid. 81. & operatur circa omnes qualitates extrinſecas. ibid.82

Clauſula *motus proprij*, habet vim ſpecialis expreſſionis. 511.93

Clauſula *motus proprij*, non comprehendit inueriſimilia, aut inſolita, vel incognita. 403. 165

Clauſula *motus proprij*, non derogat iuripatronatus laicorum; neque vnioni factæ per Ordinarium, licèt effectum ſortita non ſit; neque particularibus ſtatutis. ibid.164

Clauſula *motus proprij*, non operatur in præiudicium tertij, etiam quoad ius ad rem, aut ſolam poſſeſſionem, cuius notitiam concedens non habeat. ibid. 160. operatur autem vbi concurrat clauſula, *non obſtante*, ſpecialis; aut verba importent præiudicium tertij; vel hoc eſſet modicum. ibid.161

Clauſula *motus proprij*, non ſupplet falſæ cauſæ expreſſionem. ibid.166

Clauſula *motus proprij*, non tollit defectum intentionis in concedente; & quis ſit hic defectus. ibid.162

Clauſula *motus proprij*, poſterioribus litteris appoſita, facit, vt reuocetur proceſſus factus in vim priorum etiam ante poſteriorem præſentationem. 510. 84. & vt, ſi Papa mandat conferri, vel conferat præbendam, ſi vacat, ſufficiat eam vacare tempore collationis, vel receptionis, licèt non vacet tempore datæ. 511.91

Clauſula *motus proprij*, tollit vitium ſurreptionis in beneficialibus; & in omnibus gratioſis conceſſionibus; & licèt apponatur à Legato, vel alio inferiore. 402.158. ac 509.77. habétque vim clauſulæ, *non obſtante*. ibid.78. & reddit diſpoſitionem fauorabilem. 510.79

Clauſula non merè acceſſoria, ſed aliquid diuerſum, ac ſeparatum æquè principaliter continens auget gratiam. 503.52

Clauſula, *non obſtante*, generalis, an tollat tranſactionem, præſertim perſonalem. 540. 173

Clauſula, *non obſtante*, generalis, cum clauſula *motus proprij*, ſufficit ad tollendam legem contrariam reſcripto: idémque ſi iuncta ſit clauſulæ, *ex certa ſcientia*, niſi lex habeat clauſulam derogatoriam, vel reſcriptum inferat notabile præiudicium tertio. 539. 167

Clauſula, *non obſtante lege in contrarium faciente*, etiamſi de ipſa oporteat facere mentionem ſpecialem, ſufficienter derogat legi habenti clauſulam derogatoriam, idémque in priuilegiis. 544. 185

Clauſula, *non obſtante*, non ſupplet expreſsionem vnius ex pluribus titulis, ſeu cauſis vnici impedimenti commutationis vltimæ voluntatis, aut aliam qualitatem neceſſariò exprimendam. 446.291

Clauſula, *non obſtante quacumque lege*, aut, *tali lege*, vel, *canone*, à ſolo Principe apponi poteſt. 540.174

Digitized by Google

Clauſula, *non obſtante quacumque lege contraria*, neceſſaria eſt, vbi eam lex requirit pro forma, licèt factum non ſit damnatum; & vbi etiam reſcripto Papæ ſola lex ciuilis contraria ſit. 538. 165

Clauſula, *non obſtante quacumque lege*, num ſufficiat ad derogationem, vel addenda ſint illa verba, *in contrarium faciente*, aut ſimilia. 539. 166

Clauſula, *non obſtante*, tribus modis concipi poteſt, generaliter, ſpecialiter, & ſingulariter. 537. 160

Clauſula, *non obſtantibus priuilegiis*, non tollit priuilegium præcedens habens clauſulam derogatoriam ad futura priuilegia. 543.182

Clauſula, *non obſtantibus quibuſcumque commutationibus vltimarum voluntatum alteri hac in re conceſſis*, regulariter ſufficit ad reuocationem commutationis alteri antea conceſſæ. 815. 537. cum trib. ſeqq.

Clauſula, *non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis*, quando ſufficiat in priuilegiorum derogatione. ibid. 539

Clauſula, *non obſtantibus quibuſcumque*, ſeu derogatoria generalis, cum clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, tollit legem reſcripto contrariam. 539.168

Clauſula, *non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis talis Eccleſiæ*, licèt addatur, *iuramento, confirmatione Apoſtolica, & quauis firmitate alia roboratis*, non derogat ſtatuto ſingulari ſuper certo beneficio ſaltem in prima eius fundatione per clericum, vel laicum appoſito. 546. 194

Clauſula, *non obſtantibus ſtatutis*, in reſcripto commutationis vltimarum voluntatum non tollit ius commune obſtans. 545.189

Clauſula, *non obſtantibus ſtatutis quibuſcumque talis Eccleſiæ*, vbi etiam addatur, *per quæ noſtra conceſſio impediri poſſet*, tollit tantùm obſtacula impeditiua, non dilatiua, licèt ob dilationem gratia illa impediretur. 546.193

Clauſula, *non obſtantibus ſtatutis talis Eccleſiæ*, non tollit eius ſtatuta condita auctoritate Papæ. 545. 190. idémque in ſtatutis à Papa confirmatis. ibid. 191. & quid, vbi ſtatutum ſit iuratum. ibid. 192

Clauſula poſita in principio, & medio diſpoſitionis refertur ad præcedentia, & ſequentia. 503. 55

Clauſula, *poteſtati tuæ committimus*, ac ſimiles, quid importent. 527.147

Clauſula, *pro expreſſis*, apponi non poteſt à priuatis perſonis, niſi in iis, quæ ſunt in eorum poteſtate. 551.208

Clauſula, *pro expreſſis*, & *quorum tenores*, an tollat legem, vel ſtatutum, cùm mandat fieri expreſſionem ſpecialem, & prohibet generalem. ibid. 211

Clauſula, *pro expreſſis*, non tollit inhabilitatem perſonæ. 552.212

Clauſula, *pro expreſſis*, reſtringitur ad expreſſa, & eorum principalē diſpoſitionem. 551.209. neque operatur in præiudicium tertij, de quo Princeps non intellexit, & in omni facto ignorato, multóque magis in iis, quæ ſunt contraria narratis. ibid 210

Clauſula, *pro expreſſis*, ſeu, *quorum tenores*, apposita reſcripto, aut priuilegio, non operatur, cùm non operetur appoſita legi; vt in priuilegiis inſertis in corpore iuris, aut quæ tranſierunt in vim contractus; aut cùm ob efficaciſſimas clauſulas veriſimile eſt, Principem noluiſſe illis priuilegiis derogare. 552. 213

Clauſula, *pro expreſſis*, vel, *quorum tenores*, an operetur in notabile præiudicium tertij vbi non derogatur reg. Canc. *de non tollendo iure quæſito*. ibid. 214

Clauſula, *pro expreſſis*, vel, *quorū tenores*, non operatur in poſteriore diſpoſitione, quoties in ea requiritur certa ſcientia, vt in confirmatione in forma ſpeciali. ibid. 215

Clauſula, *procedas de bono, & æquo*, vel, *cum moderatione*, aut, *cum honeſtate*, an importet arbitrium boni viri: & quid de illa, *procedas ſecundùm ius, iuſtitiam, & veritatem*. 527. 148.

Clauſula, *prout tibi videbitur*, & ſimiles, quid importent. 526.143. cum ſeq.

Clauſula, quæ non ſtat de per ſe, verùm acceſſoriè ad aliquod Capitulum diſpoſitionis, ad alia non refertur: ſicut etiam quæ ſtat per ſe, non refertur ad ea, quæ in diſpoſitione ſtat acceſſoriè, ſeu incidenter. 505.58

Clauſula quando dicatur inſolita quoad inducendam ſuſpicionem fraudis; & quis probare debeat, eam eſſe inſolitam. 507.71

Clauſula, quòd de ſurreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis defectu dici non poſſit, quam vim habeat. 554.216

Clauſula, *quorum tenores*, &c. ſeu, *pro expreſſis habentes*, quomodo extendatur. 548. 199. & vbi magna ex parte in iure habeatur. ibid. 200

Clauſula, *quorum tenores*, ſeu, *pro expreſſis*, derogat præcedentibus diſpoſitionibus etiam cùm adiicitur priuilegio, vel reſcripto poſteriori. 551. 204. & derogat diſpoſitionibus iuratis. ibid. 205

Clauſula, *quorum tenores*, ſeu, *pro expreſſis*, derogat priuilegiis quibuſcumque præcedentibus, etiamſi habeant derogatoriam ad ſequentem diſpoſitionem, cùm hæc ſit per viam legis, niſi fortè cùm priuilegia illa ſunt inſerta in corpore iuris. 550.203

Clauſula, *quorum tenores*, ſeu, *pro expreſſis*, eſt generalis reſpectu indiuiduæ. 548.197

Clauſula, *quorum tenores*, ſeu, *pro expreſſis*, facit, vt cenſeantur ſpecificata in reſcripto per inſertionem tenoris ea, quæ ſpecificanda erant, licèt prior diſpoſitio habeat clauſulam derogatoriam ad futuras diſpoſitiones; aut hæ motu proprio conceſſæ ſint, aliquando ſaltem. 549. 201

Clauſula, *quorum tenores*, ſeu, *pro expreſſis*, tollit vitium ſurreptionis, ac decretum irritans appoſitum in regulis Canc. & operatur, vt cenſeatur facta mentio clauſulæ, *ſublata*, &c. adiectæ priori diſpoſitioni. 551.207

Clauſula, *ſecundùm indicium, & prudentiam tuam commutes*, quid importet. 525.142

Clauſula, *ſi conſiteris*, importat citationem, facitque executorem mixtum; & quando. 524. 139

Clauſula, *ſi inueneris, ſi repereris, ſi tibi conſiteris*, an, & in quo differant. 523.138

Clauſula, *ſi ita eſt*, aut ſimiles tacitæ, ac ſubintellectæ in reſcripto commutationis vltimæ voluntatis, nemine opponente, non requirunt verificationem narratorum in precibus: ſecus, ſi eæ clauſulæ expreſsè ponantur. 518.126

Clauſula, *ſi ita eſt*, expreſsè appoſita reſcripto an impor

Digitized by Google

importet cognitionem, vel ſuſpendat iuri ſdictionem commiſſarij vſque ad verificationem narratorum. 519.131. & quatuor ſeqq.
Clauſula, *ſi ita eſt*, vel, *ſi preces veritate nitantur*, ſi ſola adſit, non facit ſecundùm aliquos, vt diſpenſatio omiſſa cauſæ cognitione ſit nulla. 520.132
Clauſula, *ſi preces veritate nitantur*, æquipollet illis, *ſi tibi conſtiterit*, &, *vocatis vocandis*. ibid. 133
Clauſula, *ſi preces veritate nitantur*, licèt in reſcripto Apoſtolico non apponatur, ſubintelligitur. 518. 127. idémque de clauſula, *ſi ita eſt*, & illa, *ſi vera ſint narrata*. ibid. 128
Clauſula, *ſi preces veritate nitantur*, quomodo ſubintelligatur in reſcriptis gratiæ. 401.156
Clauſula, *ſi tibi conſtiterit*, &, *vocatis vocandis*, pro forma requirit cauſæ cognitionem. 520.134
Clauſula, *ſine præiudicio tertij*, ſeu, *ſine alterius præiudicio*, ſubintelligitur in litteris Apoſtolicis. 1124. 558
Clauſula, *ſit tibi licentia*, &c. importat arbitrium boni viri. 527.147
Clauſula ſolita apponi in certa parte reſcripti, ſi tranſponatur contrarius, intelligitur inſerta ſuo proprio loco. 507.64
Clauſula, *ſtatum, & merita cauſæ pro ſufficienter expreſſis habemes*, quid operetur. 454. 320, & 324
Clauſula, *ſtatutis talis Eccleſia iuramento*, &c. *roboratis*, facit, vt tollantur, ſeu differantur ſtatuta Eccleſiarum, citra fundationem tamen condita. 547.195
Clauſula, *ſublata*, &c. abſolutè poſita, maximè cum decreto irritante, an operetur etiam ad præiudicium tertij. 554.225
Clauſula, *ſublata*, &c. an, & quando ſola vim habeat claudendi os parti, & cuicumque iudici; vel iuncta alteri clauſulæ, maximè illi, quod de ſurreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis defectu dici, ſeu gratia notari non poſſit. 554.226
Clauſula, *ſublata*, &c. an impediat declarationem ſuper ſolo facto. ibid. 224
Clauſula, *ſublata*, &c. an obſtet iudici confidentiarum. ibid. 225
Clauſula, *ſublata*, &c. an operetur, cùm in ſola ſupplicatione, non in litteris poſita fuit: & an claudat os quoad vitium ſurreptionis, vel defectum intentionis. ibid. 225
Clauſula, *ſublata*, &c. an operetur, cùm is, ad cuius fauorem appoſita eſt, curat committi cauſam ſuper validitate gratiæ, vel pars de ea non opponit, aut non eſt poſita integra. 555.228
Clauſula, *ſublata*, &c. facit, vt diſpoſitio, cui appoſita eſt, faciliùs deroget, atque ei difficiliùs derogetur. 554.221
Clauſula, *ſublata*, &c. habeátne effectum contra ſequentem legem contrariam; aut cùm in ſequenti diſpoſitione adeſt clauſula, *pro expreſſis habentes*. 555.227
Clauſula, *ſublata*, &c. ligat ignorantes, & quomodo futuros iudices. 553. 217. excludit exceptionem de regulis Canc. etiam fauorabilibus, immo & omnem replicationem. ibid. 218. obſtátque etiam in iudicio ſummariiſſimo poſſeſſorio manutentionis. ibid. 219
Clauſula, *ſublata*, &c. non impedit, quin facta eius mentione poſſit quis à Papa obtinere abſolutionem à iuramento ad effectum agendi, & poſtmodum agere. 556.229
Clauſula, *ſublata*, &c. non impedit, quin Ordinarius auctoritate Conc. Trid. reuidere poſſit ex officio vniones factas à 40. annis citrà cum ea clauſula: ſecus ad inſtantiam partis in contradictorio iudicio. ibid.
Clauſula, *ſublata*, &c. non obeſt ſententiæ, quæ de ea mentionem non faciat. ibid.
Clauſula, *ſublata*, &c. non obſtat dicenti gratiam non comprehendi in caſu, de quo agitur; aut ſi facto Papæ recedatur à parte tranſactionis confirmatæ cum hac clauſula. ibid.
Clauſula, *ſublata*, &c. non operatur, cùm is, ad cuius fauorem adiecta eſt, illi renuntiat, aut toti gratiæ, non autem parti ipſius. ibid.
Clauſula, *ſublata*, &c. non operatur poſtquam Papa, vel eius ſpecialis commiſſarius os aperuerit. ibid.
Clauſula, *ſublata*, &c. non operatur quando detecta eſt falſitas narratorum; & cùm agitur de retractanda executione gratiæ, cui adiecta eſt, iam executæ. ibid.
Clauſula, *ſublata*, &c. opponi quandocumque poteſt; & ex quo tempore annullet geſta. 553
Clauſula, *ſublata*, &c. poſita in diſpoſitione commiſſaria habente clauſulam, *vocatis vocandis*, non operatur antequam ſecuta ſit confirmatio cum cauſæ cognitione: & generatim appoſita litteris in forma commiſſaria non operatur, niſi poſt earum executionem. 556.229
Clauſula, *ſublata*, &c. poſita in gratia conditionali an operetur ante conditionis euentum, aut ampliet diſpoſitionem principalem. 554. 226
Clauſula, *ſublata*, &c. poſita in gratia cum clauſula, *ſi ita eſt*, non operatur, niſi verificatis in ea narratis. 556.229
Clauſula, *ſublata*, &c. quid operetur, cùm in diſpoſitione adeſt clauſula, cuius ad id expreſſius accedit aſſenſus. 554.225
Clauſula, *ſublata*, &c. reſcripto commutationis vltimæ voluntatis appoſita quomodo claudat os iudicibus, vel parti. 552.216
Clauſula, *ſupplentes omnes, & ſingulos defectus*, non ſupplet defectus iuris naturalis, aut diuini, licèt ei adiuncta ſit clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, aut, *ex certa ſcientia*; ſed ſolos defectus iuris humani, & hos tantùm cùm ſunt cogniti, & ſpecificati. 530.158
Clauſula, *ſupplentes omnes, & ſingulos defectus*, non ſupplet eos, per quos actus redditur nullus, vt qui reſpiciunt perſonam ſupplicantis. 531. 159
Clauſula tacitè ſubintellecta in aliquo capitulo diſpoſitionis numquam ad alia refertur. 506.61
Clauſula, *téque à quibuſuis*, &c. appoſita in reſcripto Legati, aut alterius Ordinarij inferioris, à quibus cenſuris abſoluat. 1393.470
Clauſula, *vocatis vocandis*, facit executorem mixtum; ita, vt teneatur vocare partem, ſeu intereſſe habentem, & cum cauſæ cognitione procedere; ac locus ſit appellationi quoad vtrumque effectum. 573.268
Clauſula, *vocatis vocandis*, in quo differat à clauſula, *vocatis iis, quorum intereſt*. 572.263
Clauſula, *vocatis vocandis*, non facit executorem mixtum, excepta citatione, & quando mandans executionem iam de cauſa, ſeu negotio cognouit, ac diſpoſuit. 575.272

Digitized by Google

Clauſula, *vocatis vocandis*, vel, *vocatis quorum intereſt*, vel, *dummodo alteri non ſit ius quæſitum*, tollit vitium ſurreptionis. 573.267

Clauſulæ arbitrium etiam boni viri denotantes non requirunt iudicialem informationem de narratis in precibus. 529.153. licèt in commiſſione adſit ea clauſula, *ſi per diligentem examinationem repereris*; vel illa, *dummodo alteri non ſit ius quæſitum*. ibid.154

Clauſulæ efficaciores quæ dicantur. 550.202

Clauſulæ executiuæ, & acceſſoriæ reſcriptorum, & inſtrumentorum potiùs de ſtylo, quàm ex intentione diſponentis cenſentur appoſitæ. 507.72. niſi lectæ fuerint coram diſponente, aut aliàs illi ſint notæ. 508.74

Clauſulæ generales derogantes expectantibus non derogant habentibus clauſulam, *anteferri*, niſi de ea fiat mentio. 1631.461

Clauſulæ omnes notabiles prioris reſcripti in poſteriore ſunt narrandæ: quæ autem ſint notabiles, arbitrio iudicis relinquitur. 464.134 & 813.531

Clauſulæ omnino inſolitæ reſcriptorum, & inſtrumentorum reddunt ea ſuſpecta de fraude, & dolo. 507.69

Clauſulæ præcipuæ, quæ in commutatione vltimarum voluntatum plerumque apponi ſolent, & ad illius robur, ſubſtantiam, & ſolemnitatem pertinent. 509.76

Clauſulæ præcipuæ, quæ in ſuppreſſionibus beneficiorum apponuntur. 1761.110

Clauſulæ præcipuæ reſcriptorum derogationis qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, & earum clauſularum explicatio, remiſſiuè. 1414.517

Clauſulæ, *ſublata*, &c. quænam æquipolleat, & an eius effectus operetur. 554.224

Clauſulæ, *vt aſſeris*, *vt aſſerit*, vel, *vt aſſeritur*, an inter ſe differant, & quid importent. 522.137

Clericatus, vel potiùs eius defectus, an exprimendus ſit in impetratione, aut derogatione alterius qualitatis ipſius. 1390.461

Clerici tot ſuſcipi debent in Eccleſiis Collegiatis, quot ſe regere de bonis Eccleſiæ abſque penuria poſſint. 1778.257

Clericus coniugatus an poſsit beneficium Eccleſiaſticum obtinere. 1247.125

Clericus renuntiare non poteſt priuilegio fori, vel canonis. 885.715

Codicilli ortum habuerunt ex iure ciuili tempore Auguſti. 991.93

Codicillis hereditas directò dari, nec adimi poteſt; neque conditio heredi inſtituto adiici, aut directò ſubſtitui. 960.43

Codicillus quid ſit, & quotuplex. 20.19

Cæptum negotium quoad perpetuandam iuriſdictionem dicitur etiam per ſolam citationem. 638.12. & quoad præuentionem, vtque lite pendente nihil innouetur. 640.21

Cœtus Cardinalium an, & quando derogare poſsit qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis. 1327.301. cum nonnullis ſeqq.

Cœtus Cardinalium an, & quando ſupprimere poſsit aliquod beneficium; & quam iuriſdictionem habeat vacante ſede Apoſtolica. 1713.99

Cœtus Cardinalium etiam ſede vacante regulariter derogare nequit conſtitutioni Papæ, vel Concilij; & quid tunc poſsit. 1329.305

Cœtus Cardinalium mutare nequit ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij viuente ſummo Pontifice. 1560.271. & quid vacante ſede. 1561.262. cum aliquot ſeqq.

Cœtus Cardinalium non poteſt vacante ſede Apoſtolica contra canonem diſpenſare. 1561.273

Cœtus Cardinalium ſede vacante an ſuccedat in Pontificia poteſtate. 1328.302

Cogitatum in genere ſufficit regulariter in quauis diſpoſitione. 856 & 833.538

Cognitio cauſæ iudicialis quid importet, ac requirat, maximè in executore mixto. 574.269

Collatio ab Ordinario facta de beneficio iuriſpatronatus vti libero an ratificari poſsit à patrono expreſsè, vel tacitè. 1351.371

Collatio beneficij ab alio pro me obtenta requirit meam acceptationem. 483.433

Collatio beneficij etiam non acceptata alteri facta an exprimi debeat in eius impetratione vel mutatione ſtatus ipſius. 1617.418

Collatio beneficij facta ab Epiſcopo abſque patroni conſenſu quoties valere poteſt ob negligentiam patroni, quando incipiat valere; & an hoc ius ſit conſiderabile. 1350.367

Collatio beneficij facta ab Ordinario ſpreto patrono etiam Eccleſiaſtico infra tempus datum ad præſentandum eſt nulla ipſo iure. 1349.361. & quid, ſi conferat iure deuoluto, cùm patronus fuit abſens. ibid. 362. aut cùm inſtituit ad præſentationem laici, qui Eccleſiæ abſque eius conſenſu donauit iuſpatronatus. ibid. 363

Collatio beneficij facta patrono abſenti, qui poſtea conſenſit, valet. 1350. 364. idémque ſi facta ſit tertio, ipſo poſtea conſentiente tacitè, vel expreſsè intra tempus ei datum ad præſentandum. ibid. 365

Collegiales pro duabus partibus conuenire, ſeu congregari debent ad actum collegialem faciendum. 611. 396. in quibus tamen partibus non computantur ij, qui nolunt, aut non poſſunt, vel non debent conuenire. 612. 397. & ex quot perſonis conſtare debet Collegium. 1458.35

Collegiales quando vocandi ſint ad actus Collegij faciendos. 578.187, ac 394 cum ſeq.

Collegium Cardinalium an poſſit viuente, vel mortuo Papa fideicommiſſis derogare. 1132. 618. cum duob ſeqq.

Collegium Cardinalium non poteſt vt ſic Papa viuente vltimas voluntates commutare. 223.182

Collegium Cardinalium ſede non vacante iuriſdictionem, ſeu poteſtatem Pontificiam non habet; neque condendi ſtatuta, quæ alios ligent. ibid. 183. cum ſeq.

Collegium Cardinalium vacante ſede regulariter commutare nequit vltimas voluntates. 224. 186. nec habet iuriſdictionem Pontificiam, niſi in certis caſibus. ibid. 187. cum duob. ſeqq.

Collegium quodlibet ſtatuere poteſt in iis tantùm, quæ ipſos Collegiales tangunt. ibid. 184

Colluſio poſſeſſoris fideicommiſſi cum aduerſario quomodo probetur. 1136.595

Comites Palatini quid poſſint in terris infeudatis à Principibus ſupremis, à quibus ſunt creati, vel in terris ipſorum Principum. 1131. 579, & 581

Comites, qui non habent iura Principum, auocare non poſſunt cauſas Ordinariorum, quos cum aliis, ſed dumtaxat quos ſoli, ac liberè conſtituunt. 802.484

Commemoratio defunctorum, quorum Miſſæ, vel anniuerſaria reducuntur, facienda eſt in iis, quæ remanent celebranda; & quomodo ei commemorationi ſatisfiat. 289. 375

Commenda

d by Google

Commenda beneficij, ſeu quòd beneficium ſit commendatum, an exprimi debeat in eius impetratione, aut derogatione alterius qualitatis ipſius. 1381.435
Commenda non perimit reſeruationem, ſed ea ceſſante beneficium vacat, vt priùs. 1794.287
Commendarum, ac beneficiorum commendatorum materia; remiſſiuè. 1241.103 & 1492.93
Commiſſarius cómutationis vltimæ voluntatis quando poſſit procedere non obſtante vacatione officij, ſeu dignitatis, cuius ratione facta eſt commiſſio. 688.161.cum aliquot ſeq.
Commiſſarius, cuius arbitrio cauſa committitur, an teneatur citare, & ea obſeruare, quæ ſunt iuris gentium; & an deferre iuramentum calumniæ partibus, & conſuetum iuramentum teſtibus. 687.157
Commiſſarius, cuius conſcientiæ aliquid committitur, non tenetur citare, neque iuramentum teſtibus deferre, aut ſeruare ordinem, & formam iudicij. ibid. 155. ac poterit extra ſuam diœceſim informationes aſſumere. ibid.156
Commiſſarius diuino miraculo reſurgens an recuperet poteſtatem commutandi vltimam voluntatem. 678.134
Commiſſio an, & quando ſuſpendatur per ingreſſum committentis in Religionem approbatá. 654.70
Commiſſio cauſæ ab Ordinario facta poſt recuſationem ante appellationem ab eius reiectione valet: idémque in delegato committente de conſenſu recuſatoris. 857.646
Commiſſio cauſarum à Sede Apoſtolica, vel eius Legatis facta aliis perſonis, quàm deſignatis in cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. nulla eſt ipſo iure, niſi fiat ex certa ſcientia Papæ. 674.120
Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis an expiret, vel ſolùm ſuſpendatur per excommunicationem committentis. 652.62.& ſeq.
Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis conceſſa per reſcriptum gratiæ, ita, vt gratia facta dici poſſit, non expirat morte concedentis etiam re integra. 655.71.cum ſeq.
Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis continens gratiam faciendam expirat morte committentis re integra. 606.90
Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis expirat in commiſſario per eius mortem naturalem etiam quoad negotia cœpta. 678.133
Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis expirat Papa renuntiante Papatui, vel alio renuntiante Prælaturæ, cuius ratione commiſit. 651.59
Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis expirat per tranſlationem, depoſitionem, aut priuationem inferiorum, qui commiſerunt: & quid in capto ab hoſtibus, deportato, bannito, ac ſimilibus. ibid.
Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis facta per reſcriptum iuſtitiæ expirat per amiſſionem officij concedentis re integra euenientem; ſecus re non integra. 650.58
Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis facta Vicario Epiſcopi an tranſeat in Vicarium Capitularem, vel ipſum Capitulum. 329. 500. & quid ſi facta ſit ſub nomine diœceſis, vt Vicario Corduben. quidque in hoc obſeruet curia Romana. 330.501
Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis non eſt commutatio donec commiſſarius eam commiſſionem executus fuerit. 391.123 & 525.140 hæc tamen ſtatim tribuit ius ad rem. 392.124
Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis non expirat per mortem commiſſarij, ſed tranſit in eius ſucceſſorem in dignitate ſi commiſſio facta ſit dignitati; ſecus ſi ſit facta perſonæ. 680. 139
Commiſſio commutationis vltimæ voluntatis, quæ Ordinario à iure permittitur, eidem à Papa, vel alio ſupremo Principe facta nó facit Ordinarium delegatum: ſecus in ea commutatione, quæ ſoli eiuſmodi Principi reſeruata eſt. 495.33
Commiſſio continens gratiam faciendam expirat per mortem etiam ciuilem concedentis re integra euenientem. 661.92
Commiſſio derogationis fideicommiſſi cóceſſa per reſcriptum gratiæ factæ non expirat morte committentis etiam re integra. 1182.710. ſecus ſi gratia ſit facienda. ibid.711
Commiſſio derogationis fideicommiſſi expirat in commiſſario per eius mortem naturalem etiam quoad negotia cœpta. 1183.712. per ciuilē autem ſolùm ſuſpenditur donec is in priſtinum ſtatum reſtituatur. ibid. 713. & quid referat hac in re, quòd commiſſio facta fuerit perſonæ, vel dignitati. ibid.714
Commiſſio derogationis qualitatum beneficij expirat in commiſſario per eius mortem naturalem etiam quoad negotia cœpta: per ciuilem autem ſolùm ſuſpenditur donec commiſſarius in priſtinum ſtatum reſtituatur. 1425.544
Commiſſio derogationis qualitatum beneficij facta perſonæ, in qua certa dignitas, vel officium requirebatur ad commiſſionis validitatem, in tali commiſſario non expirat per finem illius dignitatis, vel officij: ſecus, ſi commiſſio ſit realis, ſeu facta ipſi dignitati, vel officio. 1426. 545
Commiſſio derogationis qualitatum beneficij per reſcriptum gratiæ, ita, vt gratia facta dici poſſit, non expirat morte committentis etiam re integra; ſecus ſi gratia ſit facienda: quod vtrumque ibid. multis modis extenditur, ac reſtringitur. ibid.543
Commiſſio ex certa ſcientia, & diſpoſitiuè facta Ordinario circa rem, vel perſonam exemptam facit eum delegatum. 490. 12. idque etiamſi fiat in conſtitutione, ſiue illis verbis, *cognoſcat tamquam à nobis, vel à Sede Apoſtolica delegatus*, ſiue mentionē faciendo de rebus, aut perſonis exemptis, ſiue de iis diſponendo, quas aliunde conſtet eſſe exemptas. ibid.13
Commiſſio facta Canonico ſub nomine Canonicatus an tranſeat in ſucceſſorem. 685. 151. & ſeq. vbi etiam, quid in obtinente perſonatum.
Commiſſio facta dignitati, quocumque modo etiamcitra mortem naturalem hæc vacet, ad ſucceſſorem in ea tranſit. 692.172.cum ſeq.
Commiſſio facta dignitati tranſit ad ſucceſſorem mortuo commiſſario etiam re integra. 683.143. neque neceſſariò eſt præſentanda ſucceſſori, aut requiritur nouum reſcriptum. ibid. 146
Commiſſio facta duabus dignitatibus, quæ in duobus ſint, ſi dignitas vnius eorum cedentis, vel decedentis alteri ſuum retinenti conferatur, ad eum ſolum non tranſibit. 694.177.cum ſeq.
Commiſſio facta Epiſcopo ſub nomine dignitatis ad quem deuoluatur eo excommunicato: & abſolutus an eam reſumere poſſit; & quid in ſuſpenſo. 998.193
Commiſſio facta ſanguine, vel arctiori amicitia coniuncto an ſit perſonalis, ita, vt non tranſeat ad ſucceſſorem. 686.153
Commiſſio facta ſimpliciter Officiali, ſeu Vicario alicuius diœceſis, cenſetur facta principaliori ex pluribus.

pluribus.533.511. idem quando ſit Archidiacono vbi plures ſunt Archidiaconi.ibid.512. & quid ſi vterque Vicarius ſit æquè principalis.ibid. 513. & ſeq.

Commiſſio facta ſub duplicis dignitatis nomine, quorum vnum eſt capax delegationis, & vtraque ſit in eadem perſona, ea cedente, vel decedente, an ad duos earum ſucceſſores tranſeat. 692. 175. & quid, ſi vtraque dignitas eſt capax delegationis. 695.176

Commiſſio facta titulari ſub nomine dignitatis an tranſeat in Commendatarium eius ſucceſſorem. 683. 147

Commiſſio facta Vicario Epiſcopi ſub nomine officij an tranſeat in eius ſucceſſorem. 684. 148.& quid in Vicariis Capituli ſede vacante, & Prælatorum habentium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. ibid.149

Commiſſio facta vicem alicuius gerenti ab alio non ſuſpenditur per illius, cuius vicem gerit,excommunicationem. 653. 64. & quid,ſi Epiſcopus ſit ſuſpenſus, an iuriſdictio Vicarij ab eo acceptata ſuſpendatur. ibid.65

Commiſſio in dubio cenſetur potiùs perſonalis in commiſſario,quam realis. 678.132

Commiſſio quando fieri cenſeatur nomine perſonæ,vel dignitatis committentis. 650.56.& ſeq.

Commiſſio quando ſit realis, vel perſonalis quoad commiſſarium,ita,vt non tranſeat in eius ſucceſſorem. 658.87, 131, & 141. cum ſeq.

Commiſſionem eſſe perſonalem, & electam fuiſſe induſtriam perſonæ an idem ſint. 340. 549,550, & 555.

Commiſſiones diſpenſationum, & commutationem vltimarum voluntatum alicuius diœceſis an exequi poſſit adminiſtrator, ſeu viſitator datus Eccleſiæ Cathedrali. 495. 35

Commiſſiones diſpenſationum, & commutationum vltimarum voluntatum, quas ſubditi Prælatorum habentium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem à Sede Apoſtolica impetrant, iiſdem Prælatis faciendæ ſunt. ibid.34

Communis error non facit ius, cùm deeſt auctoritas ſuperioris. 531. 502

Commutare vltimam voluntatem, cùm auctoritatiuè ſit,eſt actus iuriſdictionis. 292. 385

Cõmutari an poſſit ea diſpoſitionis materia, quam conſtat poſtea factam eſſe malam, inutilem, aut maioris boni impeditiuam. 377.92

Commutatis piorum legatorum eſt de reſeruatis Papæ. 233.206

Commutatio ſpecialis alicuius vltimæ voluntatis derogat generali præcedenti ab alio impetratæ, licèt in illa huius mentio non fiat. 437. 264. immo & præcedens ſpecialis ſequenti generali. 440.268

Commutatio vltimæ voluntatis à Legato facta ex certa cauſa hac ceſſante ceſſat. 237.221

Commutatio vltimæ voluntatis à Papa concedenda,ex ſtylo Romanæ Curiæ committenda eſt Ordinario in partibus. 494.29

Commutatio vltimæ voluntatis abſoluta, & perfecta regulariter per primum eius vſum,ſeu actum non extinguitur. 761.372. cum ſeq.

Commutatio vltimæ voluntatis an ceſſet in futurum ceſſante eius cauſa poſtquam ſuperior, aut commiſſarius commutauit, ſed antequam ſortiatur effectum; vel,ſi hunc ſortita fuit, is commodè diuiſibilis eſt. 787.441.cum aliquot ſeqq.

Cõmutatio vltimæ voluntatis an ſit meri,vel mixti imperij,aut ſimplicis iuriſdictionis. 543.560

Commutatio vltimæ voluntatis, aut alicuius eius vinculi, an valeat, ſi eorum alterum ſub dubio exprimatur. 419.217

Cõmutatio vltimæ voluntatis conceſſa ad beneplacitum ſimpliciter, & abſolutè an, & quando expiret morte concedentis re integra. 768.395. & quid ſi beneplacito iungatur certũ tempus. ibid. 396. aut concedatur ad beneplacitum id quod certo tempore per ſe finitur. 770.397

Commutatio vltimæ voluntatis conceſſa per modum contractus,vel titulo oneroſo,quam clauſulam requirat in poſteriori diſpoſitione, vt illi ſic conceſſæ deroget. 817.544

Commutatio vltimæ voluntatis conceſſa per modum priuilegij,aut per reſcriptum gratiæ, quando amittatur,ſeu extinguatur per non vſum.927. 882. aut per contrarium vſum. 934.909

Commutatio vltimæ voluntatis conceſſa per modum priuilegij, ſeu per reſcriptum gratiæ extinguitur per lapſum certi temporis in ea præſtituti. 748. 336. idémque in conceſſa per reſcriptum iuſtitiæ. 749.337. cum ſeq.

Commutatio vltimæ voluntatis conceſſa piæ cauſæ quãdo reuocata cenſeatur;& quid in conceſſa miſerabilibus perſonis, aut aliàs priuilegiatis, vel inſignibus. 816. 541. quidve de contenta in corpore iuris. ibid. 542. aut habente clauſulam derogatoriam ad futuras conceſſiones. ibid.543

Commutatio vltimæ voluntatis conceſſa tamquam priuilegium, ſine per reſcriptum gratiæ quando ſit perſonalis, vel realis; ſeu cum perſona extinguatur, vel ad poſteros tranſmittatur. 726. 264. & multis ſeqq.

Commutatio vltimæ voluntatis, cùm ceſſat vacante eius cauſa,deſinit ab intrinſeco,& ex ſe abſque actione contraria. 774. 401

Commutatio vltimæ voluntatis cùm per voluntariam iuriſdictionem fit, vbi poteſt exerceri.292. 385

Commutatio vltimæ voluntatis eſt gratia; & tam ipſa, quàm eius commiſſio eſt reſcriptum gratiæ. 392.126

Commutatio vltimæ voluntatis eſt quoddam priuilegium,non autem mera diſpenſatio. 717.235

Commutatio vltimæ voluntatis ex parte formæ accidentalis quomodo diuidatur. 28.53

Commutatio vltimæ voluntatis expirat in impetrante per eius profeſſionem in Religione approbata. 732. 296. cum ſeq. & quando tranſeat in monaſterium. 733.299.& duob.ſeqq.

Commutatio vltimæ voluntatis extinguitur per mutationem ſtatus,aut vinculi, vnde illa pendebat tamquam à conditione etiam virtuali, & generali. 754. 353

Commutatio vltimæ voluntatis in foro conſcientiæ tantùm quid importet, & an prodeſſe poſſit pro foro externo. 247.249, & 256

Commutatio vltimæ voluntatis in quotuplici ſtatu, ſeu tempore conſiderari poſſit, cùm ab Ordinario ſiue ſupremo, ſiue inferiori, eiúſve delegato fit. 774.402

Commutatio vltimæ volũtatis infert præiudicium, & iniuriam tertio, nimirum defuncto, eiúſque heredi. 359.36

Commutatio vltimæ voluntatis licèt tollatur quoad ſubſtantiam,non tamen alterari cenſetur quoad qualitates ipſius. 810.516

Commutatio vltimæ voluntatis non eſt contraria naturali. 758.313. & multis ſeqq.neque ab eo introducta. 644.34

Commutatio vltimæ voluntatis non eſt omnino contraria

Digitized by Google

contraria iuri ciuili, aut canonico. 69.61
Commutatio vltimæ voluntatis non piæ à Papa facta extra Terras Eccletiæ in dubio eſt cenſenda ſurreptitia. 199.156
Commutatio vltimæ voluntatis non prodeſt ei, cui impetratur, niſi poſt eiuſdem ſcientiam. 482. 424. quæ tamen non requiritur, cùm is eam impetrat per ſuum nuntium, vel procuratorem. ibid.431
Commutatio vltimæ voluntatis per reſcriptum gratiæ impetrati à quolibet extraneo pro alio poteſt ſine mandato. 479. 415. licèt in eo reſcripto aliquibus data ſit iuriſdictio pro eius executione, vel aduersùs contradictores. 481.422. & ſeq.
Commutatio vltimæ voluntatis pertinet ex natura ſua potiùs ad reſcriptum gratiæ, quàm iuſtitiæ. 586. 324
Commutatio vltimæ voluntatis præiudicat aliquo modo tertio, ac derogat iuri communi. 11.28. ideo requirit cauſam legitimam. ibid.29
Commutatio vltimæ voluntatis prohibita expreſsè videtur in quibuſdam iuribus. 47.66. quibus tamen ſatisfit. 51.67.cum duob.ſeqq.
Commutatio vltimæ voluntatis, quæ eſt mera gratia, & beneficium Principis, non ceſſat ceſſante quandocumque eius cauſa. 780.420
Commutatio vltimæ voluntatis,quam facit Epiſcopus in caſu neceſſitatis, quia non poſſit adiri Papa, prodeſt ſolùm in foro conſcientiæ, & ceſſat neceſſitate ceſſante. 285.363
Commutatio vltimæ voluntatis reuocari non poteſt ab inferiore concedente, ante notitiam eius, cui fuit conceſſa. 455.418.& ſeq.
Commutatio vltimæ voluntatis quibus modis ab intrinſeco, & ſponte ſua extinguatur, & quibus per actionem contrariam. 6341
Commutatio vltimæ voluntatis ſimpliciter conceſſa à Papa an vbique valeat; & quid in conceſſis à Prælatis, quoad totam ſuam diœceſim, Principibus, Regibus, & Imperatore quoad ſua dominia. 241.239. & Patriarchis, Primatibus,ac Metropolitanis quoad ſuas prouincias. 242.240
Commutatio vltimæ voluntatis ſub certa conditione, ea deſinente ceſſabit. 751. 346. modò fuerit adiecta non ſolùm ad fieri, ſed etiam conſeruationi. 752.347
Commutatio vltimæ voluntatis ſurreptitia non eſt vbi cauſa falſa fuit tempore, quo ad ſuperiorem miſſum eſt pro ea impetranda, ſi vera eſt, cùm is commutationem committit. 776.405
Commutatio vltimæ voluntatis, tamquam actus iuriſdictionis, regulariter compromitti, ſeu ab arbitro fieri non poteſt; & quando poſſit. 867. 673.cum ſeq.
Commutatio vltimæ voluntatis tunc conformis erit naturali æquitati,& rationi,cùm voluntas illa legitima eſt,aliàs non. 61.41
Commutatio vltimæ voluntatis tunc debita eſt ex iuſtitia, cùm ius eam fieri præcipit; aut cùm neceſſaria eſt ad vitandum ſcandalum, vel periculum, aut ad bonum ſpirituale poſtulantis: & quando ſit debita ex charitate tantum, vel ſolum iuſta. 392.125
Commutatio vltimæ voluntatis valida eſt in dubio, an omnino ceſſarit eius cauſa: ſicut etiam aliàs in dubio valida iudicanda eſt. 780.419.
Commutatio vltimæ voluntatis, vbi dici poſſit gratia facta, niſi aliud tempus certum, vel incertum præfigatur, perpetua eſt. 770. 398. & ſeq.
Commutatio vltimæ voluntatis, vbi reſtringitur ad primum actum, reſtringitur ad actum validum, & vtilem, quique ſuum effectum conſecutus ſit. 766. 386. niſi in certis caſibus, de quibus num.387. cum ſeq.
Commutatio vltimæ voluntatis vbi ſit deducta ad vltimatum actum, qui in vnica actione concedentis,& impetrantis conſiſtit, non ceſſat ceſſante eius cauſa. 781.421.& ſeqq.
Commutatio vltimæ voluntatis vbi ſit deducta ad vltimum effectum ex parte concedentis, & acceptata, in dubio non cenſetur reuocata. 809. 511
Commutatio vltimæ voluntaris vtrùm ceſſet ipſo iure ceſſante eius cauſa, vel potiùs per hominis miniſterium,quid referat. 795.469
Commutatio vltimæ voluntatis vtrùm poſſit fieri extra territorum commutantis. 242.241,& 385
Commutatio vltimarum voluntatum conformium iuri diuino, ac naturali non ſemper ei repugnat. 119. 122
Commutatio vltimarum voluntatum continet fauorem executionis ipſarum. 79.95
Commutatio vltimarum voluntatum deducta in eſſe quomodo interpretanda, reſtringenda, & amplianda ſit. 82.112
Commutatio vltimarum voluntatum executa à ſuperiore,vel eius commiſſario, vt perfecta ſit,debet eſſe nota, & acceptata ab eo, ad cuius fauorem facta eſt. 804.488
Commutatio vltimarum voluntatum in quibuſdam caſibus eſt à iure ciuili, & canonico permittente introducta. 71. 70. & duob. ſeq.in nonnullis ab eodem præcipiente. 73. 73. cum multis ſeqq.
Commutatio vltimarum voluntatum non eſt contraria iuri diuino poſitiuo. 64. 49. cum aliquot ſeqq.neque ab eo inducta.67.57. habet tamen in eo aliquod fundamentum. ibid.58
Commutatio vltimarum voluntatum non fit neceſſariò in idem genere etiam remoto, vtputa facti in factum, vel quantitatis in quantitatem. 423.420
Commutatio vltimarum voluntatum, per quam mandatur aliquid non fieri, non reſtringitur ad primum actum. 765.382. & in pleriſque aliis caſibus. ibid.383.cum duob.ſeqq.
Commutatio vltimarum voluntatum regulariter continet diſpenſationem contra ius. 327.485
Commutatio voti ex quibus cauſis fiat,remiſſiuè. 375.84.& ſeq.
Commutatio voti non aufert,ſed transfert eius obligationem in aliam materiam. 912.836
Commutatio voti, vt tunc contrahere quis poſſit matrimonium, quomodo intelligatur. 765. 381
Commutatio votorum,& iuramentorum quomodo pertineat ad commutationem vltimarum voluntatum. 949.1
Commutationes nonnullæ vltimarum voluntatum à Sede Apoſtolica impetratæ committi debent locorum Ordinariis. 494.32
Commutationes vltimarum voluntatum, quæ à Legato Apoſtolico, vel ſummo Pœnitentiario Papæ expediuntur, non expirant morte Papæ etiam re integra. 647.47.cum ſeq.
Commutationes vltimarum voluntatum, quæ ab inferioribus Principe ſupremo fieri poſſunt, ab iis impetrandæ ſunt; neque eorumdem ſuperiores minores Principe aditi valent pro illis expediendis, aut committendis, etiam cum aſſenſu petentis, aut alterius, de cuius intereſſe agitur: ſed

Digitized by Google

ſed neque in viſitatione prædictorum ſuperiorum. 492.19
Commutationes vltimarum voluntatum, quæ poſſunt auctoritate priuata fieri, non ſunt neceſſariò committendæ Ordinario, aut ab eo, alióve ſuperiore poſtulandæ. 491. 14. niſi dubium ſit, an eæ priuata auctoritate fieri poſsint. ibidem 15
Commutationes vltimarum voluntatum quædam ſunt iure ciuili, vel canonico præceptæ, quædam tantùm permiſſæ. 486. 2. quædam etiam ſunt ſupremo Principi reſeruatæ, & nonnullæ ab inferioribus fieri poſſunt. ibid. 5
Commutationes votorum, & iuramentorum ſunt quædam vltimarum volútatum commutationes; ac plerũque à iure canonico permittuntur. 73.71
Commutationes votorum ordinaria poteſtate ad eum ſpectant, qui in eiſdem valent diſpenſare. 345. 563
Commutationis nomen quomodo in hoc tractatu accipiatur. 7. 13. & quomodo nomina vltimæ voluntatis. 8. 14
Commutationis votorum, & iuramentorum materia; remiſſiuè. 948. 3
Compromiſſo pendẽte an, & quomodo procedatur ad derogationem fideicõmiſſi per Ordinarium, vel delegatum; quidve à partibus fieri poſſit, aut debeat. 1194. 749. & quid quoad hoc in derogatione qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum. 1439. 586. aut ſuppreſſione beneficiorum. 1808. 330. cum ſeq.
Compromiſſo renuntiare quis cenſetur adeundo iudicem. 935. 917
Compromiſſum de rebus maioratus fieri poteſt, cùm omnes ad eum vocati tunc viuentes conſentiunt. 1583. 441
Compromiſſum, & tranſactio à iure æquiparantur. ibid. 437, ac 150
Compromiſſum, & tranſactio an, & quando fieri poſſint de rebus vinculatis, & alienari prohibitis. ibid. 438. & quid, cùm inter duos ſupremos Principes de re aliqua controuertitur. ibid. 439
Compromiſſum generale non refertur ad contenta in teſtamento ſine ſpeciali eorum notitia, & mentione. 1122. 510
Compromiſſum quando ſit neceſſariò faciendum ſuper fideicommiſſo. 1110. 508
Compromiſſum ſoluitur, cùm ambæ partes dimiſſo arbitro iudicem adeunt: ſi autem vna pars adeat, non ſoluitur, niſi poſt litis conteſtationem. 867. 672
Compromiſſum ſuper fideicommiſſo fieri poteſt inter heredem, & fideicommiſſarium. 1109. 509
Compromiſſum ſuper fideicommiſſo non egreditur perſonas compromittentium, neque aliis nocet. 1111. 511
Compulſus fundare beneficium ob promiſſionem fundationis an acquirat iuſpatronatus. 1303. 227
Conceſſio alteri facta à Principe non tollitur per ſecundam conceſſionem etiam motu proprio factam. 403. 163
Conceſſio cenſetur facta iuxta verba ſupplicationis. 405. 371
Conceſſio Eccleſiæ quid contineat. 167. 23
Conceſſio Eccleſiæ requirit pro forma, & ſolemnitate conſenſum Epiſcopi. 1769. 232. qui non ideo magis interuenire poteſt ex interuallo poſt actum, quia Epiſcopus conſentire debeat etiam ratione intereſſe. ibid. 233
Conceſſio facta ſub nomine ſolius dignitatis in concreto, vt ad beneplacitum Papæ, an facta cenſeatur ad beneplacitum perſonæ, vel dignitatis. 659. 88. cum ſeq.
Conceſsio pro certa, & determinata cauſa non extinguitur primo vſu, ſed durat donec ipſa cauſa durat. 764. 580
Concilia prouincialia Epiſcoporum congregari, & aliquid definire, ac ſtatuere poſſunt ſine auctoritate Papæ. 252. 262. non tamen quæ vim legis generalis habeant, neque maiora negotia. ibid. 263
Concilia prouincialia quotuplicia ſint. ibid. 264
Conciliatio cap. fin. 9. is autem, de offic. deleg. cum cap. is, cui, eod. tit. in ſexto. 342. 556
Conciliatio cap. is, qui tacet, cum cap. qui tacet, de reg. iur. in ſexto. 608. 386
Concilij generalis à Papa confirmati decretis difficiliùs derogatur, quàm decretis ſolius Papæ. 218. 165. & qualis eſſe debeat eius derogatio. 541. 177. cum ſeq.
Concilij generalis cõuocatio, & vis obligandi pendet à Papæ auctoritate; & quid Sede Apoſtolica vacante. 217. 164
Concilio generali ad quid interſit Imperator, eiúſve, ac aliorum Principum oratores. ibid. 163
Concilium etiam generale per ſe leges condere non poteſt. 1551. 248
Concilium generale an, & quando poſsit derogare fideicommiſsis Papa viuente, vel mortuo. 1141. 616. & ſeq.
Concilium generale an, & quando poſsit ſuppreſſionem beneficiorum facere, vel per legem inducere. 1712. 97. cum ſeq.
Concilium generale approbatum à Papa poteſt in certis caſibus facere, præcipere, ac permittere vltimarum voluntatum commutationem, eique certam formam præſcribere. 221. 176
Concilium generale etiam legitimè congregatum an, & quando derogare poſsit qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis. 1325. 298. cum aliquot ſeqq.
Concilium generale etiam legitimè congregatum regulariter nequit ſine Papæ auctoritate mutare ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij; aut hanc mutationem per legem inducere. 1560. 269. cum tali verò auctoritate poteſt. ibid. 270
Cõcilium generale legitimè congregatum, & poſtea confirmatum à Papa vltimas voluntates, ſicut ipſe, commutare poteſt. 219. 169, & 175. cum ſeq. & quando id poſsit vacante Sede Apoſtolica. 221. 177. cum aliquot ſeqq.
Concilium generale maximam poteſtatem habet in ſtatuendo. 217. 164
Concilium generale modernum in ſui derogatione an requirat indiuiduam mentionem. 218. 165
Concilium generale per ſe non poteſt legi Papæ derogare: & quam auctoritatem habeat illo abſente, vel præſente; ac vacante, vel non vacante ſede. 1316. 299
Concilium generale proximam Papæ poteſtatem habet. 217. 162
Concilium generale quam poteſtatem habeat vacante, vel non vacante ſede, aut in ſchiſmate. 222. 178
Concilium generale quando non requirat ſpecialem derogationem. 218. 166. & ſeq.
Concilium generale quas commutationes vltimarum voluntatum approbauerit. 220. 171. & aliquot ſeqq.
Concilij Priuatiale, vel Patriarchale, ſeu nationale quid poſsit in derogãdo qualitatib. beneficiorum illarum

Digitized by Google

illarum prouinciarum. 1342.344. & an mutare ſtatum Eccleſiæ,vel beneficij. 1570.300
Concilium prouinciale an,& quando derogare poſſit qualitatibus beneficiorum ſpectantium ad diœceſes Epiſcoporum ad Concilium illud conuenientium. 1340.340.cum trib.ſeqq.
Concilium prouinciale an poſſit alicui fideicommiſſo derogare. 1145.625
Concilium prouinciale conferre nequit beneficia prouinciæ; neque Concilium, ſeu Synodus diœceſana beneficia diœceſis Epiſcopi illam congregantis. 1341.341
Concilium prouinciale de quibus cauſis cognoſcat. 254.272. & ſeq.
Concilium prouinciale Epiſcoporum ab Archiepiſcopo congregatum an, & quando poſſit ſupprimere aliquod ex beneficiis ſitis in eorum diœceſibus. 1716. 103. & quid in Concilio Primatiali, vel Patriarchali. 1717.104
Concilium prouinciale Epiſcoporum ab Archiepiſcopo congregatum regulariter mutare nequit ſtatum Eccleſiarum, ac beneficiorum in eorum diœceſibus conſiſtentium. 1568. 297. & quando poſſit. 1569.299
Concilium prouinciale habet maiorem auctoritatem,& iuriſdictionem, quàm Archiepiſcopus; à quo ad Synodum prouincialem tamquam ad maiorem appellatur. 253.266
Concilium prouinciale poteſt cum cauſa ſtatuere circa defunctorum ſepulturas etiam contra eorum voluntates. 255. 275. ac circa diem celebrandi anniuerſaria. ibid.276
Concilium prouinciale quando commutare poſſit vltimas voluntates in diœceſibus Epiſcoporum ad illud conuenientium. 254. 272. aut ſubditorum Archiepiſcopi. 255. 273
Concilium prouinciale quid poſſit circa cauſas, & negotia prouinciæ. 1341.342
Concilium prouinciale reducere poteſt numerum Miſſarum totius prouinciæ, ſicut poteſt Epiſcopus in Synodo diœceſana quoad ſuas diœceſes, iuxta decretum Conc.Trid. 255.274
Concilium prouinciale regulariter commutare nequit vltimas voluntates. 253. 265,& 269
Concilium prouinciale regulariter diſpenſare non poteſt in lege Pontificia, vel contra canones ſtatuere. ibid.268
Concilium quod ex Epiſcopis vnius integræ nationis congregatum eſt, & nationale dicitur, an, & quando commutare poſſit vltimas voluntates. 256. 277
Concilium Tridentinum in quibus decretis vniones acceſſorias,& ſuppreſſiones beneficiorum approbauerit. 1713.98
Concluſio in cauſa exprimenda eſt in reſcripto iuſtitiæ vbi eà ſecuta ſit. 420.223
Concomitantia formam ſubſtantialem an ſit de ſubſtantia. 588.330
Conditio adiecta diſpoſitioni ex parte actus, vel vſus deſitione ſua facit deſinere diſpoſitionem. 753. 350.& ſeq.
Conditio alia de præterito, alia de præſenti, alia de futuro; & hæc vel ſuſpenſiua, vel reſolutiua. 142.195
Conditio aliquando ineſt diei à teſtatore appoſito, vt in legato annuo, niſi hoc gratia heredis fuerit diuiſum. 145.203
Conditio an debeat in dubio præſumi determinata, vel indeterminata reſpectu temporis. 754. 352
Cõditio appoſita in donatione iuriſpatronatus,quòd donatarij teneantur præſentare ad voluntatem ipſius,vel alterius etiam Epiſcopi,an valeat, vel reiiciatur. 1523.181
Conditio contingens quotuplex ſit. 141.192.& ſeq.
Conditio contra ius naturale adiecta diſpoſitioni licitæ reiicitur,& ipſa diſpoſitio ſuſtinetur. 102.64
Conditio contra ius naturale, aut diuinum, vel deriſoria an vitiet diſpoſitionem. 159.250.Conditio,*cùm voluerit*,quid importet. 151.236
Conditio de iure impoſſibilis nullam inducit obligationem, licèt poſtea fiat poſſibilis. 119. 124
Conditio de futuro reſolutiua non ſuſpendit. 146. 213. ſed nec ſuſpenſiua adiecta poſt perfectam diſpoſitionem; niſi ex mutuo conſenſu, excepto matrimonio. ibid.214
Conditio de præſenti, vel de præterito non ſuſpendit diſpoſitionem, ſed ſolùm ea, quæ eſt de futuro. 145. 210. cum duob.ſeqq.
Conditio de ſepeliendo cadauere cum veſtibus qualis ſit,& quomodo accipienda. 175. 52
Conditio diſpoſitioni adiecta quãdo ſufficiat, quòd ſemel ſit impleta. 752. 347. cum aliquot ſeqq. 753.350. & ſeq.
Conditio, & res indiuidua in totum impleri debent. 466.360
Conditio expreſſa etiam impleta impedit additionem hereditatis donec heres ignorat, eam eſſe impletam: tacitam verò ad additionem ſufficit eſſe impletam, licèt heres hoc ignoret,aut etiam putet, ſe habere qualitatem contrariam additioni. 144.208
Conditio impoſſibilis adiecta grauato vitiat diſpoſitionem cauſa mortis, adiecta autem honorato, vitiatur: quæ tamen diſtinctio fortè procedit ſolùm in conditione impoſſibili per naturam. 175.51
Conditio impoſſibilis de facto tantùm, ſeu ex accidenti, vitiat diſpoſitiones inter viuos; &, ſi ſolùm ſit valde difficilis, vitiat etiam diſpoſitiones cauſa mortis. 147. 222, & 245. cum ſeq.
Conditio impoſſibilis de iure,ſeu turpis, & deriſoria reiicitur à diſpoſitionibus cauſa mortis, contractus verò vitiat. 147. 223, & 247
Conditio impoſſibilis per naturam reiicitur à diſpoſitionibus cauſa mortis. ibid. 220. contractus verò, & ſtipulationes vitiat, excepto matrimonio. ibid.221
Conditio in limine fundationis appoſita cum Ordinarij conſenſu, quòd beneficium abſque ſuperioris auctoritate obtineatur, valet. 1708. 85: idémque in conditione, quòd patronus mutare poſſit quoties voluerit ſemel præſentatos, & inſtitutos. ibid.86
Conditio neceſſaria etiam negatiua,ſeu impoſſibilis in non faciendo reiicitur, licèt adiecta ſit ei dies: vbi autem dies adiecta ſit conditioni validæ,quæ in facto promiſſoris conſiſtit, ipſa dies eſt expectanda. 154.242
Conditio neceſſaria ex alternatiua non reiicitur à legato, ſed alterum impleri debet viuo legatario. 155.243
Conditio neceſſaria non reiicitur à diſpoſitionibus inter viuos ſi contrahentes credebant, eam eſſe contingentem:vel conditio de ſe neceſſaria nobis eſt incerta; aut habet diem incertum; vel cùm eſt neceſſaria tantùm ex ſuppoſitione. ibid.244
Conditio neceſſaria reiicitur à contractibus; & hi pro puris habentur: idémque in diſpoſitionibus cauſa mortis. 147. 219,& 242

Conditio negatiua adiecta legato in diem certum, quæ non eſt illicita, niſi perpetua ſit, ſuſpendit legatum, & reddit conditionale, ac ſi in diem incertum collata fuiſſet. 148. 225, & 227. cum ſeq.
Conditio non ineſt diei in ſtipulatione, aut donatione cauſa mortis. 143.203
Conditio non nubendi an ſit illicita, & reiiciatur, aut ſuſpendat legatum. 149.228
Conditio poſita in vna diſpoſitione, vel parte diſpoſitionis, an repetita cenſeatur in alia diſpoſitione, vel alia eius parte. 754.352
Conditio primò diuiditur in poſſibilem, & impoſſibilem. 140.188. impoſſibilis quotuplex ſit. 141. 189. cum ſeq. & quotuplex poſſibilis. ibidem 190
Conditio, quæ iure, ſeu tacitè ineſt diſpoſitioni, eſt impropriè conditio; neque ſi exprimatur, illam conditionalem facit. 144.204. ſæpe tamen facit. ibid. 205 & 521.155
Conditio quando inducatur à die incerto. 143.200. vel impediat tranſmiſſionem. ibid.201
Conditio quibus modis in futurum conferri poſſit. 146.217
Conditio, *ſi Deus voluerit*, an ſuſpendat diſpoſitionem. 144. 206. & quid in illa, *ſi Eccleſia placuerit*. ibid.207, ac 234
Conditio, *ſi pater conſenſerit*, eſt de futuro, & ſuſpenſiua. 146. 215
Conditio, *ſi ſine liberis deceſſerit*, & illa, *poſt mortem*, æquiparantur. 972.80
Conditio, *ſi voluerit*, quid differat ab illis, *ſi fueris arbitratus, ſi putaueris, ſi æſtimaueris, ſi vtile tibi viſum fuerit, ſi tibi videbitur, ſi voluntatem meam probaueris*, vel *ſi probaueris*. 151.156
Conditio tacita alia eſt, quæ de iure ineſt diſpoſitioni; alia, quæ ineſt ex natura rei, vel ex voluntate teſtatoris; & aliis modis. 144.209
Conditio valde difficilis, aut partim poſſibilis, partim impoſſibilis, an vitiet vltimas voluntates. 156. 246
Conditione impleta, diſpoſitio conditionalis pro pura habetur. 625.426
Conditione pendente non poteſt contrahens reſilire, antequam ea deficiat. 146.218
Conditiones an apponi poſſint beneficio in tranſlatione iuriſpatronatus. 1523.182
Conditiones beneficij regulariter in limine fundationis ipſius apponi debent. 1522. 179. quod tamen fallit in nonnullis caſibus. ibid. 180. cum aliquot ſeqq.
Conditiones contra ius appoſitæ beneficio abſque Epiſcopi conſenſu valent, ſi fundator non potuit eum petere, quia erat in vltimo vitæ ſpiritu. ibid. 175
Conditiones in limine fundationis beneficij appoſitæ an poſtea mutari, tollive poſſint. 1479. 81, & 185.
Conditiones iuri contrariæ reiiciuntur à diſpoſitionibus cauſa mortis, & aliis fauorabilibus; ipſæque diſpoſitiones remanent puræ: illas verò, quæ ſunt inter viuos, vitiant. 121.125
Conditiones oneroſæ, ac præiudiciales Eccleſiæ patronatæ nequeunt etiam cum Epiſcopi conſenſu apponi poſt eius fundationem; ſecus ſi viles ſint, & non præiudiciales. 1524.184
Conditiones pro qualitatibus aliquando in iure accipiuntur. 1205. 10
Conditiones quando apponi cenſeantur in limine fundationis beneficij. 1522.180
Conditiones tempore fundationis appoſitæ in Eccleſia patronata an poſſint ex pòſt tolli in totum, vel ſaltem alterari cum Epiſcopi conſenſu. 1524. 185
Conferens beneficium iure deuoluto debet conferre cum qualitatibus in eius fundatione appoſitis. 1349.360
Confeſſarij etiam delegati poſſunt audire confeſſiones ſubditorum approbantis, extra eius diœceſim. 239.252
Confeſſarius, cui commiſſa eſt commutatio vltimæ voluntatis in foro conſcientiæ, licèt pronuntiârit reſcriptum ſurreptitium, poteſt re melius perſpecta iterum commiſſione vti; & impetrans poteſt alterum Confeſſarium adire: non tamen poterit prior Confeſſarius commutationem ſemel factam reuocare. 335.524 & 841.609
Confeſſio an ſit modus legitimus notorij ad effectum, vt impediat appellationem. 875.704
Confeſſio ſacramentalis non eſt neceſſariò præmittenda commutationi vltimæ voluntatis à Confeſſario faciendæ ex commiſſione ſacræ Pœnitentiariæ in foro conſcientiæ tantùm. 250.259
Confirmans ex certa ſcientia aliquem actum cenſetur illum facere. 219.170
Confirmatio à Papa ſimpliciter prolata intelligitur de ſpeciali. 1737. 146
Confirmatio in forma communi, & in forma ſpeciali, ſeu ex certa ſcientia, in quo differant, & quid operentur. 1555. 389 & 1736. 145
Confraternitates laicorum quando, & quomodo ſint pia loca. 93.26. cum duob. ſeqq.
Congrua dos, & donatio propter nuptias quæ ſit. 1019. 202
Congrua ſuſtentatio beneficiati an comprehendat expenſas, & onera temporalia incumbentia beneficio. 1780. 260. & an cibaria equorum neceſſariorum. 1782. 266
Coniectura quælibet ſumenda eſt, vt actus ſuſtineatur. 516.118
Coniunctæ perſonæ quando poſſint ſine mandato impetrare commutationem vltimæ voluntatis liti acceſſoriam. 478. 411. & an valeat huiuſmodi reſcriptum ab aliis perſonis ſine mandato impetratum. ibid.410
Conſenſum præſtare quomodo quis compellatur. 610. 390
Conſenſus actui alterius non operatur renuntiationem iuris ſui vbi actus ille eſt inualidus, nec ſortitur effectum. 905. 805. idémque vbi præſtitus ſit ab eo, qui remittere nequit ius ſuum. ibid.807
Conſenſus actui alterius ſimpliciter præſtitus ſuper vna re non extenditur ad aliam. 905. 808
Conſenſus actui alterius, vt inducat tacitam iuris ſui renuntiationem, expreſſus eſſe debet, nec ſufficit regulariter præſentia, & taciturnitas. ibid. 809. fallit autem id in nonnullis caſibus. 906. 810. & quatuor ſeqq.
Copſenſus adminiſtratorio nomine præſtitus licèt non præiudicet conſentienti quoad actionem, præiudicat tamen quoad exceptionem; & quando etiam quoad actionem. 904.801
Conſenſus alius diſpoſitiuus, ſeu conuentionalis, alius permiſsiuus; & hic alius præſtatur ratione dominij, alius ratione adminiſtrationis. 902. 791.
Conſenſus alicuius ad aliquem actum requiritur ratione aut intereſſe, aut ſolemnitatis: & an vterque interuenire poſsit poſt actum. 1766.227. cum duob. ſeqq.
Conſenſus alius præbetur propter intereſſe, alius ad

Digitized by Google

ad integrandam alterius perſonam, ſeu auctorizabilis. 584. 319. & hic aliquando dicitur auctoritas, vel approbatio, aut conceſſio; aliquando etiam in iure ciuili, non autem canonico, decretum appellatur; & cur. ibid. 320. cum ſeq.
Conſenſus an, & in quo differat ab aſſenſu, præſentia, iudicio, & conſilio. 582. 314. & ſeq.
Conſenſus Capituli Cathedralis an, & quando requiratur in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, ab Epiſcopo facienda in Eccleſiis inferioribus. 605. 379
Conſenſus Capituli Cathedralis an ſit neceſſarius, quando Epiſcopus concedit religioſo loco Eccleſiam baptiſmalem. 1574. 313. vel aliam Eccleſiam. ibid. 314
Conſenſus Capituli Cathedralis quando præſumatur, & quomodo probetur interueniſſe. 1642. 488
Conſenſus Capituli Cathedralis, quando requiritur, poteſt interuenire poſt actum etiam ex interuallo. 606. 381
Conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis an in derogatione qualitatum beneficij poſſit interuenire poſt factum; & an ſufficiat tacitus. 1418. 531
Conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis an requiratur ad vnionem beneficiorum ratione intereſſe; & poſſit poſtea interuenire. 1766. 228
Conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis exigitur in ſuppreſſione beneficiorum ab Epiſcopo facienda; atque etiam patroni, ſi beneficium ſit iuriſpatronatus. 1721. 115
Conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis requiſitus in ſuppreſſione beneficiorum etiam Eccleſiæ inferioris ſufficit quòd interueniat ex interuallo poſt actum; & quòd ſit tacitus. 1776. 251
Conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis, ſolúmve conſilium, an requiratur in grauioribus Eccleſiarum ſuarum negotij ab Epiſcopo peragendis. 469. 377. cum duob. ſeqq.
Conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis, vel Epiſcopi in conceſſionibus Eccleſiarum an poſſit interuenire poſt actum, & ſufficiat tacitus. 1641. 484
Conſenſus Capituli non requiritur in appoſitione conditionum contra ius beneficio cum Epiſcopi conſenſu. 1521. 172
Conſenſus Capituli, vel patronorum an, & quando ſit neceſſarius ad ſuppreſſionem præbendarum. 1695. 59
Conſenſus cuiuſcumque principale intereſſe habentis in vltimæ voluntatis commutatione requiritur. 600. 369. idémque in derogatione qualitatum beneficij. 1417. 527. & an hic conſenſus interuenire poſſit poſt factum, & ſufficiat tacitus. ibid. 528
Conſenſus Diœceſani in fundatione Eccleſiæ quotuplex ſit. 1506. 128
Conſenſus Diœceſani pro validandis conditionibus contra ius in fundatione beneficij ſatis probatur ex obſeruantia decennali. 1522. 176. & an huiuſmodi conſenſus operetur in noua fundi datione, reædificatione, aut redotatione. ibid. 178
Conſenſus Diœceſani, qui pro-ædificatione Eccleſiæ ab eo præſtatur, ſufficit etiam ad approbationem dotis, iuriſpatronatus, & conditionum contra ius, cùm hæc ſimul petuntur ibid. 177
Conſenſus eorum, qui ex fideicommiſſi derogatione lædi poſſunt, an ad eam exigatur. 1171. 688. & multis ſeqq.
Conſenſus eorum, qui lædi ex actu poſſunt, ad eum petagendum regulariter exigitur. 600. 371
Conſenſus Epiſcopi in conceſſionibus Eccleſiarum poteſt interuenire poſt actum etiam ex interuallo. 606. 382
Conſenſus Epiſcopi requiſitus in ſuppreſſione beneficiorum etiam Eccleſiæ inferioris ſufficit quòd ſit tacitus. 1776. 251
Conſenſus expreſſus patroni requiritur vbi collatio fit cum clauſula, dummodo patronum accedat conſenſus. 1351. 370
Conſenſus fideicommittentis, vel eius heredis regulariter requiritur in fideicommiſſorum derogatione. 1172. 689. & cuiuſuis, qui in ea principaliter intereſſe habet. ibid. 690
Conſenſus fundatoris apponentis beneficio qualitatem aliquam, vel heredis ipſius, regulariter requiritur in eius qualitatis derogatione. 1415. 522. & quid, ſi plures ſint heredes, vel fundatores. 1416. 523
Conſenſus fundatoris, eiúſve heredis tacitè præſtari poteſt Epiſcopo deroganti qualitati beneficij. ibid. 525
Conſenſus fundatoris, vel eius heredis regulariter requiritur in commutatione vltimæ voluntatis; & quid, ſi heres nolit conſentire. 595. 356. cum aliquot ſeqq.
Conſenſus in contractibus an ſit de iure gentium, ita, vt ſuppleri nequeat à Principe. 583. 315
Conſenſus in quo differat à licentia, iuſſu, ſeu mandato, & auctoritate. ibid. 316, ac 321. cum ſeq.
Conſenſus iudicis alieni territorij, & partium neceſſarius eſt, cùm ad actū iuriſdictionis voluntariæ requiritur cauſæ cognitio iudicialis. 238. 229
Conſenſus maximè Capituli, & Sedis Apoſtolicæ quomodo præſumatur, aut probetur; remiſſiuè. 292. 388
Conſenſus patroni, ac inferioris collatoris, & electorum requiritur in vnione, ac ſuppreſſione beneficij. 1765. 226
Conſenſus præſtandus ab Vniuerſitate, ſeu Collegio, præſtari debet non ſingulariter, ſed ſimul, & collegialiter. 612. 398. idémque in pluribus habentibus rationem vnius, vt ſunt plures patroni. ibid. 399
Conſenſus nouus non requiritur, impleta conditione illa, *ſi Titio placuerit*. 151. 235
Conſenſus pro forma, & ſolemnitate requiſitus an poſſit etiam ex interuallo poſt actum interuenire. 1766. 229. cum aliquot ſeqq.
Conſenſus pro validanda appoſitione conditionis contra ius in fundatione beneficij non ſolùm peti, ſed & obtineri debet ab Epiſcopo, vel Prælato inibi habente iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & ſede vacante, à Capitulo. 1521. 173. & quid abſente Epiſcopo. ibid. 174
Conſenſus quando non ſit neceſſariò ſequendus, ſed habeat ſe, vt conſilium, remiſſiuè. 606. 380
Conſenſus quando requiratur pro forma. 609. 387
Conſenſus quatenus à conſilio differt, ſeu propriè dictus alius eſt tacitus, alius expreſſus; & vterque multis modis dicitur. 584. 318
Conſenſus, qui adhibendus eſt ratione intereſſe in commutatione vltimæ voluntatis, omnino præſtari poteſt ante, & poſt actum. 602. 373. & ſufficit tacitus, ſeu præſumptus. 603. 374
Conſenſus, qui ratione intereſſe præſtandus eſt, præſtari etiam poſt factum poteſt, & regulariter ſufficit tacitus. 1172. 691
Conſenſus quomodo præſtandus per litteras, nuntium, epiſtolam, aut procuratorem. 610. 389
Conſenſus requiſitus ad aliquem actum regulariter poteſt poſt eum interuenire: quod tamen declaratur.

ratur. 606.383
Conſenſus requiſitus ratione præiudicij an ſufficiat tacitus. 1770.237. & quid in requiſito pro forma, & ſolemnitate. 1776.251
Conſenſus ſemel nulliter præſtitus iterum præſtari poteſt, ac debet. 584.317
Conſenſus ſingulorum exigitur in negotio, quod ſingulos tangit; in actibus autem ſaltem neceſſariis tangentibus vniuerſos ſufficit conſenſus maioris partis. 1341.343
Conſenſus tacitus Epiſcopi, vel Capituli Eccleſiæ Cathedralis, licèt ſit auctorizabilis, ſufficit. 608. 384.& ſeq.
Conſenſus tacitus non ſufficit vbi lex requirit expreſſum; aut conſenſus requiritur pro forma ſubſtantiali. 609.387
Conſenſus tacitus quando ſufficiat. 875.766
Conſenſus, vel conſilium Capituli Eccleſiæ Cathedralis non eſt neceſſarius in cómutatione vltimarum voluntum facienda à Papa. 603. 375.& quid in facienda ab Epiſcopo. ibid. 376.& ſeq.
Conſenſus, vel conſilium Capituli Eccleſiæ Cathedralis non exigitur in derogatione qualitatum beneficij facienda à Papa. 1417. 529. & quid in facienda ab Epiſcopo. ibid. 530. quid autem in mutatione ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij. 1639. 480. & duob. ſeqq.
Conſentiens actui alterius, nequit ei contrauenire, aut pro illo conueniri. 905.806
Conſentiens actui alterius ſuper iure proprio ei renuntiare non cenſetur, ſi illud ius ſit futurum etiam ex cauſa de præſenti, vt eſt fideicommiſſum conditionale. ibid. 802
Conſentiens actui alterius ſuper iure proprio, ſaluo iure ſuo, non cenſetur ei renuntiare. ibid. 803
Conſentiens actui alterius ſuper iure ſuo non cenſetur ei renuntiare quoties alia coniectura, quàm renuntiationis, capi poteſt. ibid. 808
Conſentiens alienationi, ſeu diſpoſitioni de re ſua quando ſibi præiudicet. 1105.493
Conſentiens ratione dominij., non autem adminiſtrationis actum facere cenſetur. 902.791
Conſentiens ratione officij voluntariè, ſeu ex officio voluntario, ſibi præiudicat in iure proprio, quod ea in re habet. 904.800
Conſentiens ſimpliciter actui alterius non tenetur de euictione, niſi eam promiſerit. 905.808
Conſentiens tamquam dominus actui, quem alius facit ad præiudicium iuris, quod ipſe habet, iuri illi renuntiare cenſetur. 902. 792. & an pretio. ibid. 793. & quid in herede conſentiente. 903. 794
Conſentire an poſſit derogationi conditionum, ſeu qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum is, ad cuius fauoré appoſitæ ſunt. 1306.239.& ſeq.
Conſentire ſuppreſſioni beneficiorum ratione intereſſe quinam poſſint. 1710.91. cum duob. ſeq.
Conſilium an poſſit interuenire poſt actum. 606.383
Conſilium præbens ſcienter, & voluntariè ad aliquem actum faciendum, ei conſentire videtur; & ibi de aduocato, cauſidico, & procuratore. 906.810
Conſilium ſapientis poſt eius petitionem quando ſuſpendat, vel extinguat iuriſdictionem; remiſſiuè. 816.592
Conſilium ſapientis quando ſit petendum ſuper fideicommiſſo. 1110.508
Conſilium, ſeu conſenſus Capituli Cathedralis regulariter non eſt neceſſarius in derogatione fideicommiſſi auctoritate Papæ facienda. 1172. 692. ſecus autem in facienda ab Epiſcopo. 1173. 693.
hic verò conſenſus præſtari poterit poſt actum, & regulariter ſufficiet tacitus. ibid. 694
Conſtare de corpore quando dicatur. 464.354
Conſtitutio Papalis, vel Conciliaris habens clauſulam derogatoriam ad ſequentem, vel edita in priuilegium alicuius perſonæ, aut Ordinis, vel loci, indiget ſpeciali mentione: & habens derogationem ad futura concedenda, vel eis certam formam præſcribens, aut continens decretum irritans requirit ad ſui derogationem mentionem indiuiduam. 218.167
Conſtitutio quandónam Conciliaris, vel Papalis cenſenda ſit. ibid. 168
Conſtructio Eccleſiæ non poteſt ab Epiſcopo, vel executore inuito herede commutari in tranſlationem Monaſterij malè ſituati. 600.367
Conſueta apponi, ſi ſint ſubſtantialia, vel facti, non cenſentur appoſita. 507.67
Conſueta in actu apponi, ex diſpoſitione legis appoſita intelliguntur. 901.789
Conſuetudine per aliquam Vniuerſitatem inducta derogari poteſt fideicommiſſis. 1118.537
Conſuetudo ab aliqua Vniuerſitate legitimè inducta iuri derogat, & vim legis obtinet; ac derogare poteſt iuri tertij. ibid. 538
Conſuetudo ab iis dumtaxat induci poteſt, qui ſtatuere valent ſaltem ex Principis facultate, aut certè capaces ſunt, vt eis à Principe lex imponatur. 1136.542
Conſuetudo an derogare poſſit qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis. 1308.244
Conſuetudo an tanto tempore tollatur, quanto inducitur. 319.467
Conſuetudo contra Epiſcopi iuriſdictionem reſtringenda eſt. 315.459
Conſuetudo contra ius, vel detrahens iuri Eccleſiæ requirit ſpatium 40. annorum. 317.463
Conſuetudo, & præſcriptio in multis conueniunt, & differunt. 1117.536
Conſuetudo generalis apponendi clauſulam, ad effectum, vt hæc ſubintelligatur, non eget probatione: & vbi etiam generalis non ſit, non debet neceſſariò eſſe præſcripta. 506. 65. neque huic conſuetudini vnquam derogatum cenſetur, niſi exprimatur. 507.66
Conſuetudo inducere poteſt formam ſucceſſionum diuerſam à iure communi. 1118. 539. inducta tamen in vna regione non extenditur ad aliam. 1119.540
Conſuetudo obſtans impetrationi beneficij vel derogationi alicuius qualitatis ipſius an exprimi debeat, cùm vel beneficium, vel derogatio prædicta poſtulatur; & ibi quæ clauſulæ hac in re iuuent. 1373.446
Conſuetudo quid poſſit in tollenda obligatione reſidentiæ perſonalis, vel incompatibilitate beneficiorum. 1243. 108. cum ſeq.& 150
Conſuetudo tollens obligationem reſidendi à beneficiis non curatis, neque Eccleſiarum Collegiatarum quando valeat. 1549.242.& ſeq.
Conſuetudo tribuit plerumque iuriſdictionem. 247. 252
Conſuetudo, vt abſentes vocentur, qui non debent, & non vocentur qui debent, valet. 611.395
Conteſtatio in iure aliquando ſumitur pro denuntiatione, ſeu proteſtatione. 641.24
Contractus alij lucratiui, alij onerоſi. 26.47
Contractus alius transfert dominium, & hoc vel vtile ſolum, vel ſimul cum directo; alius non transfert dominium, ſed tantùm vſumfructum, vſum, cuſtodiam, vel cautionem. 23.35

Contractus aut fit ex causa publica, aut priuata. ibid. 31
Contractus iure gentium introducti qui sint. 55. 20
Contractus iuris gentium quidam parit actionem, & est contractus nominatus; quidam tantùm exceptionem, éstque contractus innominatus. 23.33
Contractus primò diuiduntur in proprios, & improprios, seu quasi contractus; & quid vtrique sint. 22.29
Contractus propriè dictus quomodo diuidatur. 23. 30
Contractus quidam bonæ fidei, vnde nascuntur actiones bonæ fidei; cæteri contractus, & actiones sunt stricti iuris. 25. 45. & quid hæc duo genera contractuum differant. 26.46
Contraria circa idem versantur. 1234.79
Contrariorum eadem est regula, & disciplina. 994. 100. sed & contraria ratio, contrariique effectus. 1054.356
Contrarius vsus aliquando saltem inducit tacitam renuntiationem. 921.857,& 911
Contrarius vsus, & per eum amissio priuilegij propriè locum non habet, nisi in priuilegio negatiuo. 922.864
Contrarius vsus, seu actus non inducit renuntiationem iuris, quod ignoratur, aut etiam cogniti, si actus ille sit coactus. 924.872
Contrarius vsus, seu actus, vt possit priuilegium extinguere, quid requirat. ibid. 871. cum trib. seqq.
Consensus priuata vel est legitima, seu iuris humani, vel iuris gentium. 25.32
Cooperator actus alterius circa rem propriam tacitè ei renuntiare videtur: & ibi de notario adscribente se in testamento, vel conficiente instrumentum super re, in qua scit se ius habere. 906. 811
Copula, & quid importet. 1285.207
Copula inter consanguineos, & animus, quo habita fuit pro faciliori dispensatione, quando explicari debeant in dispensatione matrimoniali. 448.303
Corpora defunctorum perpetuæ sepulturæ tradita ex licentia Episcopi consentientibus Rectoribus Ecclesiarum, & defunctorum heredibus ab vna in aliam Ecclesiam possunt ex causa transferri. 295. 396. sine tali autem consensu requiritur facultas Papæ. ibid. 397
Corpora defunctorum, quæ non sunt perpetuæ sepulturæ tradita, possunt priuata auctoritate transferri. 296.398
Creditore consentiente potest vnum pro alio solui. 179.68
Crimen, aut censura indignum reddens certo beneficio an exprimi debeat ab illud impetrante, vel derogationem qualitatum ipsius. 1390. 463. & quid in impetrante mutationem status eiusdem. 1617.421
Culpa non ordinata ad casum considerabilis non est quoad amissionem priuilegij à iure concessi. 1016.191
Cura animarum à principali Rectore in Vicarium potest perpetuò transferri. 1499. 109. cum seq.
Cura, animarum exprimenda est in impetratione beneficij, cui annexa est; & quando in impetratione derogationis aliarum qualitatum eiusdem beneficij. 1378.430
Cura animarum exprimi debet ab impetrante beneficium, cui ea imminet, ac imminens beneficio, quod vult simul retinere; nec sufficit eam exprimere in parte executiua litterarum. 411. 310
Cura animarum exprimi debet in impetratione beneficij, licèt ex statuto, vel consuetudine per alium exerceri possit. ibid. 311. & quid, si gratia sit motu proprio concessa. ibid. 312. & an sufficiat dicere, beneficium esse plebanum, vel Ecclesiam Collegiatam. ibid. 313
Cura animarum non est necessariò exprimenda in impetratione beneficij, cùm ei annexa est accessoriè; vel cùm beneficium impetratur ad Ordinario. ibid. 314
Cura animarum regulariter quoad statum tolli non debet ab Ecclesia, vel beneficio. 1473. 64. cum seq. & an aliquando possit. 1478.77
Curia Romana quid seruet circa exceptionem illam, *non habes mandatum*, quoad impetrationem rescripti ad lites, eiusve vsum. 479.414

D.

DATA attenditur in exprimenda persona, ad cuius prouisionem, vel præsentationem pertinet beneficium, quod impetratur. 1325. 295. & quid in beneficio fundato ante gratiam sine Episcopi auctoritate, quæ postea superuenit. ibid. 296. & seq.
Debita hereditaria præsumuntur in dubio soluta ex proprio heredis ære, non ex bonis hereditarijs. 1004.137
Debita ingredientis Religionem non commutantur in professionem. 370.66
Debitor certæ quantitatis fructuum ex tali fundo, si illi non sufficiant, aut nulli naſcantur, quando teneatur supplere ex fructibus sequentium annorum. 411.189
Debitor non potest aliam rem etiam meliorem soluere inuito creditore. 170.29. quod fallit in multis casibus, remissiuè. 171.30,& 32
Decisio Mohedani 171. seu 14. de præbend. expenditur. 435.255
Decisiones quædam Rotæ Romanæ explicantur. 429.235.& seq.
Decretum, auctoritas, consensus, & licentia in quo differant; & an possint actum præcedere, vel sequi. 585.322,& 383
Decretum Conc. Trid. sess. 24. cap. 15. de reform. in quibus differat à iure antiquo quoad causam suppressionis, seu diminutionis numeri præbendarum. 1740.154. & in quo conueniat. 1740.156
Decretum irritans adiectum dispositioni conditionali, ipsum quoque est conditionale, neque operatur ante conditionis euentum: idémque in tacita conditione; & vbi adiectum sit, *ex nunc, prout ex tunc*; aut, *ac si à die data præsentium*, &c. 562.254
Decretum irritans annullat omnia, quæ in contrarium fiunt; & habet implacitam inhibitionem, ac reseruationem; vtráque tamen fortius est: & contrà gestum nullum est ipso iure, seu, etiam parte non opponente. 557.230
Decretum irritans appositum in gratia operatur etiam ante præsentationem litterarum. 561.249
Decretum irritans appositum in gratia surreptitia, & nulla, pariter est surreptitium, & nullum, ac cessat cessante dispositione, cui cohæret. 564.258
Decretum irritans appositum reseruationibus, & affectionibus beneficiorum inficit eorum titulum, & possessionem, qui aliter de illis prouidentur. 558. 238. idque siue reseruatio fiat de certo corpore beneficij, siue de incerto; & siue sit generalis.

lis, siue specialis. 559.239. idémque in beneficiis litigiosis. ibid.240
Decretum irritans facit, vt possessionis contra illud captæ etiam ab ignorante non sit necessariò per impetrantem facienda mentio. 558.236
Decretum irritans inducit formam. 560. 242. & tollit consuetudinem tum præteritam, tum futuram: & quid in consuetudine immemorabili, vel dispositione nunquam vsu recepta. ibid. 243. & an tollat præscriptionem. 561.244
Decretum irritans interpositum ex falsa causa non operatur; & appositum in fauorem vnius non operatur in fauorem alterius. 564.257
Decretum irritans licèt apponi possit à Legato Sedis Apostolicæ, executore Apostolico, & aliis inferioribus; illud tamen non ligat ignorantes. 558.235
Decretum irritans ligat ignorantes, cùm à Papa apponitur, etiam vbi gratia fit ab ignorante ignoranti; & siue decretú emanauerit motu proprio, siue ad instantiam partis; siue iussè, siue iniussè; ac siue causa cognita, siue non cognita. ibid.233
Decretum irritans ligat ignorantes, licèt non habeat ea verba, *vel ignoranter*; atque etiam executorem Apostolicum. 557.231. & an ipsum Papam. ibid. 232
Decretum irritans non ligat ignorantes, cùm appositum fuit super incerto corpore beneficij, non adiecto certo tempore; & quid in decreto irritante appositio reseruationi, manus appositioni, & alternatiuæ Episcopi. ibid. 237. cum seq.
Decretum irritans non ligat ignorantes quoad aliam pœnam, quàm nullitatis. ibid. 234
Decretum irritans operatur, licèt conceptum non sit verbis communibus, sed solùm dicatur, *irritum, & inane*, &c. 562. 252. aut, *nullius sit momenti*, vel *roboris*, aut similia: idémque de dictione, *nullatenus, omnino*, & aliis plerisque. ibid.253
Decretum irritans operatur suos effectus siue appositum sit ab homine, siue à lege; & licèt solùm allegetur esse in actis. ibid.251
Decretum irritans operatur, vt non obstante suspensione petitorij super eo pronuntiari possit. 561. 250
Decretum irritans perfectum iam actum non infirmat. 557.230
Decretum irritans principalem dispositionem non ampliat; sed vti accessorium eius naturam sequitur. 564.256
Decretum irritans refertur tantùm ad proximam dispositionem, cui magis cohæret. 563.255
Decretum irritans tollit vires sententiæ, eiúsque executionem impedit. 561.248
Decretum iudicis an possit interuenire ex interuallo post actum. 1769.235
Decretum iudicis an sit necessarium, vel vtile in alienatione bonorum fideicommissi in casibus à iure priuilegiatis, vt in transactione super fideicommisso, & ibi, quòd decretum iudicis habet pro se præsumptionem. 1133. 584. cum aliquot seqq.
Decretum iudicis an sit necessarium, vel vtile in alienationibus rerum Ecclesiæ, vel minorum. 1134.585
Decretum iudicis interpositum ex falsa causa non operatur suos effectus. 564.257
Decretum iudicis non est necessarium ad validitatem alienationis rerum fideicommissariarum in satisfactionem creditorum. 1002. 125. neque quòd ad instantiam creditorum bona capiantur, & subhastentur. ibid.126
Decretum iudicis non est necessarium, cùm ex priuilegio iuris bona fideicommissi alienantur causa dotis. 1003.255
Decretum propriè est sententia, & interponitur ante contractum. 585.321
Decretum superioris requiritur ad hoc, vt suppressio beneficij cesset cessante eius causa. 1798. 301. idémque in vnione facta ob tenuitatem. ibid. 302. ac diminutione numeri clericorum ob diminutionem reddituum Ecclesiæ. ibid. 303. cum duob. seqq.
Defectus causæ, quæ aliquem mouit ad se obligandum, quando eum liberet ab obligatione; remissiuè. 623.419
Defectus clericatus, vel natalium an, & quando exprimendus sit, cùm impetratur beneficium, vel mutatio status ipsius. 1617. 420. vel in beneficij suppressione. 1747.182
Defectus mandati quid operetur ex stylo Curiæ Romanæ quoad impetrationem rescripti ad lites eiúsve vsum. 479.414
Definiri potest quodlibet genus non generalissimum, & quælibet species, non autem indiuiduum. 956.33
Definitio bona quas conditiones habere debeat. 9. 19 & 956. 31. cum seq.
Definitio commutationis vltimæ voluntatis explicata. 9.16. cum aliquot seqq.
Definitio constare debet ex genere proximo, & propria differentia. ibid.17
Definitio continere debet propria verba attento etiam communi vsu loquendi. 38
Definitio initium est omnis disputationis. 3.1
Definitio derogationis fideicommissi traditur. 955. 30
Definitio derogationis qualitatum in beneficij fundatione appositarum. 1205. 15. quæ explicatur, ac simul confirmatur. ibid. 16. cum seq.
Definitio quælibet in iure periculosa est; neque de ea perfectè tradenda valde laborandum est Iureconsultis. 9.18
Definitio quando continere possit, & debeat plures differentias. 958.37
Definitio suppressionis beneficij, eiúsque definitionis explicatio. 1667. 7. cum aliquot seqq.
Definitio vltimæ voluntatis. 16.15
Delegari, aut subdelegari an possint ea, quæ sunt meri, vel mixti imperij; remissiuè. 343.559
Delegati in solidum possunt simul procedere; licèt, si vnus tantùm incipiat procedere, alij procedere nequeant, nisi hoc impedito. 858.651
Delegati Sedis Apostolicæ, aut eius Legatorum quas qualitates habere debeant. 672. 114. & quibus ipli committere vices suas teneantur. 673. 115
Delegatio an sit honor, vel onus. 686.154
Delegatio facta per verbum, *præcipimus*, an impediat subdelegationem. 827.567
Delegatio ratione incertitudinis quando vitietur. 334.514
Delegatus à Principe potest subdelegare totam causam sibi commissam etiam suo Collegæ dato siue in solidum, siue simul, siue simplicitur. 339.542. & siue delegatus datus sit ex officio, siue de partium consensu, & vbi etiam delegatur dignitati. ibid. 543
Delegatus à suo superiore ad commutandam aliquam vltimam voluntatem nequit sine iusta causa commissionem non suscipere. 825. 562. aut susceptam dimittere siue subdelegando, siue renuntiando commissioni. ibid.563

Digitized by Google

Delegatus ad commutandam vltimam voluntatem, referendo negotium ad cõmittentem, vel ſuperiorem, amittit iuriſdictionem circa illud. 833.583
Delegatus ad derogandum alicui fideicommiſſo non poteſt ſine iuſta cauſa commiſſionem non ſuſcipere, vel ſuſceptam dimittere. 1191.742
Delegatus ad derogandum alicui qualitati beneficij ſi deferat appellationi, aut pronuntiet, nullam ſibi in eo negotio competere iuriſdictionem, an ita eidem renuntiet, vt, ſi quam habet, amittat, neque eam reſumere poſſit. 1437.583
Delegatus ad derogandum qualitati beneficij non poteſt ſine iuſta cauſa commiſſionem non ſuſcipere, aut ſuſceptam dimittere. 436.580
Delegatus ad derogandum qualitati beneficij renuntians delegationi ſiue ſimpliciter, ſiue ſubdelegando, an poſſit iuriſdictionem ſuam reaſſumere. ibid.
Delegatus ad mutandum aliquem ſtatum Eccleſiæ, vel beneficij non poteſt ſine iuſta cauſa commiſſionem non ſuſcipere, aut ſuſceptam dimittere. 1656. 523. cum ſeq. idémque in delegato ad ſupprimendum aliquod beneficium. 1805. 324. & ſeq.
Delegatus ad mutandum ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij deferens appellationi, vel pronuntians, nullam ſibi in eo negotio competere iuriſdictionem, an, quam habebat, amittat: & an ita pronuntians poſſit iuriſdictionem reſumere. 1658.527
Delegatus ad mutandum ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, ſi referat, aut remittat negotium ad ſuperiorem, an, & quando amittat iuriſdictionem, quam ea in re habebat. 1657. 525. & quid, ſi aſſumat tamquam collegam eum, qui tunc ſecum in ea cauſa iuriſdictionem non habet; aut ſi aſſumat aſſeſſorem. ibid. 526
Delegatus ad ſupprimendum aliquod beneficium referens, vel remittens negotium ad ſuperiorem an, & quando amittat iuriſdictionem, quam ea in re habebat. 1806. 326. & quid, ſi in cognitione cauſæ ſibi aſſocier tamquam collegam eum, qui ſecum tunc in ea cauſa non habet iuriſdictionem; aut ſi aſſumat aſſeſſorem cùm non tenetur. ibid. 327
Delegatus ad ſupprimendum aliquod beneficium, ſi deferat appellationi, vel pronuntiet, nullam ſibi in ea re competere iuriſdictionem, an, quam habebat, amittat; & an ita pronuntians poſſit iuriſdictionem reſumere: & quid in executore. 1807. 328
Delegatus ad ſupprimendum beneficium an, & quando finito officio, vel dignitate, cuius ratione facta eſt illi commiſſio, poſſit ea vti: & quid, ſi facta ſit ipſimet dignitati, vel officio. 1790.276
Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparatur in multis Ordinario. 705.213
Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum etiam ab inferiore ſubdelegare poteſt. 338.536. ſed non niſi vnam, aut alteram cauſam. ibid. 537. delegatus verò ad generalitatem cauſarum nec vnam poteſt. ibid. 538. & in quo vterque hic delegatus differat. ibid. 539
Delegatus an poſſit iterum iudicare, aut actum retractare poſtquam nulliter egit. 767. 389. cum aliquot ſeqq.
Delegatus an poſſit procedere in negotio principali pendente probatione ſuſpicionis collegæ dati cum clauſula, *ſi ambo*, aut, *ſi non omnes*, &c. 859. 654, & 656
Delegatus aſſocians ſibi tamquam collegam in cognitione cauſæ derogationis fideicommiſſi cuius, qui tunc ſecum in ea iuriſdictionem non habet, an, & quando ſuam quoque iuriſdictionem amittat. 1192. 744. & quid ſi deferat appellationi. 1193. 745. aut pronuntiet, nullam ſibi ea in re competere iuriſdictionem. ibid. 746
Delegatus cum alio an poſſit procedere in cauſa principali pendente probatione ſuſpicionis collegæ dati ſimpliciter, vel coniunctim, aut cum clauſula, *quòd ſi non omnes poteſtis, duo procedatis*, vel, *tu cum altero procedas*. 857. 649. & quid, ſi dati ſint in ſolidum. ibid. 650. cum ſeq.
Delegatus cum clauſula, *ſi ambo*, aut, *ſi non omnes*, &c. cognoſcit de cauſa ſuſpicionis ſui collegæ recuſati. 846. 612. idémque ſi hæ clauſulæ ſint cum prælectione vnius ex collegis. ibid. 613
Delegatus cum clauſula, *ſi ambo*, aut, *ſi non omnes*, &c. procedere ſolus poteſt vbi collega eſt impeditus de iure, vel de facto etiam ad tempus. 860. 657
Delegatus etiam Principis in quibus caſibus ſubdelegare nequeat; remiſſiuè. 343. 558
Delegatus etiam Principis nec vnam cauſam ſibi commiſſam, vel articulum iuriſdictionalem ſubdelegare poteſt cum facultate ſubdelegandi. 339. 544
Delegatus etiam Principis, poſtquam ſemel pronuntiauit definitiuè, licèt nulliter, iterum pronuntiare non poteſt. 334. 518, & 120. niſi nulliter iudicaſſet ob non ſeruatam formam mandati. 335. 521. aut eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum. ibid. 522. aut nulliter ob errorem facti iudicaſſet. ibid. 523
Delegatus habens qualitatem requiſitam, ſi in pœnam delicti ea priuetur, an poſſit procedere in cauſa ſibi commiſſa. 691. 170. & quid, ſi tranſeat ad ſtatum incompatibilem. ibid. 171
Delegatus in ſolidum cum aliis an, & quando poſſit ſe intromittere in negotio commiſſo, maximè ob collegarum impedimentum. 688. 160
Delegatus in ſolidum, qui inchoauit, poteſt dare ſubdelegatum; qui præferetur collegæ non præuenienti in proſecutione: & quid, ſi collega procedit, aut in delegato cum clauſula, *ſi ambo*, vel, *ſi omnes*, &c. 858.653
Delegatus inferioris Ordinarij etiam Legati ſubdelegare nequit, licèt lis coram delegato ſit conteſtata. 338. 535. poterit autem ſi ab eo Ordinario ad id facultatem habeat: quam tamen dare nequit, vt nomine proprio ſubdeleget. ibid. 540 item ſubdelegare poteſt articulum non iuriſdictionalem. 339.541
Delegatus nequit poſt pronuntiationem ſuper cauſa ſuſpicionis probata committere alteri vices ſuas. 854.636
Delegatus Papæ, aut eius Legati non niſi certis perſonis ſubdelegare poteſt. 801.478
Delegatus Papæ quando recuſari poſſit poſt ſubdelegationem factam in totum. 855.637. & an poſſit negotium principale committere non obſtante pronuntiatione arbitrorum ſuper cauſa ſuſpicionis probata vbi ab ea pronuntiatione fuerit appellatum. ibid. 638
Delegatus poſt commiſſionem, ſeu ſubdelegationem in totum factam recuſari, aut commiſſio impugnari non poteſt: ſecus, ſi aliquid ſibi de iuriſdictione reſeruauit; túncque cognoſcere poterit de cauſa ſuſpicionis ſui ſubdelegati. 700.200
Delegatus Principis an poſſit committere vices ſuas collegæ ſibi dato ſimpliciter; ita, vt hic ſolus procedat. 694.178

Digitized by Google

Delegatus Principis non potest alteri vices suas committere, cùm eius industria fuit electa. 339. 546. aut cùm illi iniungitur, vt negotium personaliter, vel per se exequatur; nisi partes consentiant, vt fiat subdelegatio: qui tamen consensus non prodest cùm inquisitionem fieri, vel Ecclesiis de Prælatis, aut ministris prouideri mandatur. ibid. 547

Delegatus Principis potest collegæ suo causam subdelegare; non tamen potest eum compellere ad recipiendam subdelegationem. 831.577

Delegatus quando possit commissionem non acceptare, aut acceptatam dimittere. 694.179.& seq.

Delegatus, qui acceptare noluit delegationem, an postea possit illam acceptare. 914.845

Delegatus, qui malitiosè exonerare se vult, non potest subdelegatum compellere ad subdelegationem suscipiendam. 835.576

Delegatus, qui subdelegauit causam, nunquam eam reassumere potest, si a suo superiore fuerit auocata. 701.101

Delegatus quilibet ex plutibus potest sine aliis vices suas committere. 831.574

Delegatus renuntians delegationi simpliciter, aut per subdelegationem, quando resumere possit iurisdictionem. 830.571 & 1657.524, ac 325

Delegatus Sedis Apostolicæ cognoscit de causa suspicionis sui subdelegati non in totum; immo & in totum, si hic recusetur ante citationem ab eo decretam. 847.615

Delegatus subdelegando, aut delegationi renuntiando sine iusta causa, licèt malè, validè tamen facit. 793.564

Delegatus subdelegans potest non obstante recusatione sui subdelegati de negotio principali cognoscere, licèt etiam recusator ob id appellauerit. 856.640

Delegatus subdelegans quando dicatur aliquid sibi de iurisdictione reseruasse. 701.202

Delegatus succedens deleganti in dignitate, cuius ratione delegauit, vel vbi aliàs par, aut maior in illa fiat, ampliùs procedere non potest in tali delegatione. 998.194

Delegatus transiens ad aliam qualitatem à cap. statutum, de rescript. in sexto, etiam re integra, procedere potest in causa sibi commissa sub nomine personæ. 691.169

Delegatus tribuit iurisdictionem, vt alienam. 801. 478

Delegatus vigore clausulæ, *contradictores appellatione postposita, vel districtione Ecclesiastica compescendo*, potest exercere censuras, & alias pœnas imponere. 610.392

Demonstratio, & causa sæpe pro eodem sumuntur, & eandem vim habent. 466.359

Demonstratio falsa, vide, *Falsa demonstratio*.

Demonstratio simplex per quæ verba inducatur. 464.355

Demonstrationis, vel texationis gratia quando aliquid adiectum dispositioni censeatur. 347. 572 & 406.173. cum multis seqq.

Demonstratiuè adiectum censetur quod fuit appositum per modum qualitatis accidentalis: secus, si qualitas illa sit substantialis. 411.190

Demonstratiuè potiùs, quàm taxatiuè qualitas adiecta censetur. 414.194

Dependentia beneficiorum in quibus iuribus habeatur. 1691.51

Depositarius Cathedralium, vel aliarum Ecclesiarum an derogare possit qualitatibus appositis in fundatione beneficiorũ illarum Ecclesiarũ. 1362.4<8

Depositio Episcoporum est de Papæ reseruatis. 1563. 286

Derogare quot modis sumatur. 950. 11. & duob. seqq.

Derogari aliquando potest fideicommissis siue proprijs, quæ in dispositionibus causa mortis fiunt, siue impropriis, quæ nonnumquam instituuntur in contractibus. 1086.449. & tam particularibus, quàm vniuersalibus. ibid. 450. cum duob. seqq. atque item fideicommissis circa rem de facto impossibilem. 1088.458

Derogari an possit fideicommisso relicto sub conditione, si Princeps dispensauerit; aut quæ sit contra ius diuinum, vel naturale. 1089. 464. & an ei fideicommisso, cui adiectus est modus possibilis, & honestus, vel impossibilis, turpis, aut contrarius substantiæ dispositionis. 1090.466

Derogari maioratui quomodo possit per iudicis sententiam, aut cætera acta iudicij. 1084. 445. cum duob. seqq.

Derogari plerumque potest fideicommissis præter ius, seu de re, quæ præter ius est. 1088.457

Derogari potest fideicommissis ad causas siue pias, siue profanas relictis. 1087.453

Derogari quomodo possit fideicommisso collato in diem certum, vel incertum, vbi illud constitutum sit in dispositione causa mortis. 1088.459

Derogari regulariter non potest fideicommissis contrariis iuri naturali; eidem autem conformibus aliquando saltem potest. 1087. 454. idémque in contrariis, vel conformibus iuri diuino positiuo. ibid. 455. vel humano positiuo. 1088.456

Derogari regulariter non potest præbendæ qualificatæ, vt Theologali, Magistrali, ac similibus. 1276.191, & 194. cum duob. seqq.

Derogari saltem aliquando potest qualitatibus, seu oneribus beneficio in fundatione appositis siue ad piam, siue ad profanam causam. 1255.82.& seq.

Derogatio actualis fideicommissi, quæ fieri non potuit cessante eius causa ante executionem, fieri poterit causa illa redeunte. 1190.737

Derogatio, & abrogatio legis quid sit. 950.10

Derogatio est quædam mutatio. 958.39

Derogatio fideicommissi à superiore concessa ad beneplacitum suæ voluntatis expirat morte concedentis etiam re non integra: & quid si beneplacito iungatur certum tempus. 1188.729

Derogatio fideicommissi absoluta, & perfecta an extinguatur per eius primum vsum. ibid.728

Derogatio fideicommissi absque adiectione expressa, vel tacita temporis certi, vel incerti, an sit perpetua, vel expiret morte concedentis. ibidem 730

Derogatio fideicommissi alia fit in totum, alia pro parte. 972. 84. & vtraque quomodo diuidatur ex causa formali. 973. 85. aut finali. ibid. 86

Derogatio fideicommissi an cesset in futurum, cùm eius causa cessat antequam derogatio sortiatur vltimatum effectum; vel, si hunc sortita fuit, is commodè diuisibilis est. 1190.738

Derogatio fideicommissi an, & quando requirat citationem propriè dictam. 1170. 683. & an ea, quæ facienda est vi commissionis cum clausula, *vocatis vocandis*, exigat saltem vocationem eorum, qui lædi possunt. 1171.684. & quid circumscripta ea clausula, vel simili. ibid.685

Derogatio fideicommissi concessa siue per rescriptum iustitiæ, siue gratiæ, vel per modum priuilegij, expirat per lapsum temporis in ea præstituti. 1187.724

Derogatio fideicommissi deducta ad consummatum effectum,

Digitized by Google

effectum, qui in vnica actione consistit, non cessat cessante eius causa; idémque in effectu, qui pro consummato habetur, vel consequitur ad consummatum. 1189.734

Derogatio fideicommissi extinguitur quoque per tacitam renuntiationem impetrantis, quæ ex verbis colligitur. 1196. 753. ac per eam, quæ inducitur ex actu nostro. ibid. 754. vel actu alterius, cui nos consentimus. ibid. 756. aut ex omissionibus. 1197.756

Derogatio fideicommissi iuris auctoritate fit ob solutionem æris alieni à testatore contracti. 1000. 118. quid si illud contractum sit cum herede. ibid. 119. cum aliquot seqq.

Derogatio fideicommissi per modum priuilegij concessa sub conditione an desinat desinente tali conditione. 1188. 725. & an per mutationem status, aut vinculi, à quo tale priuilegium pendebat. ibid. 726

Derogatio fideicommissi per rescriptum gratiæ concessa an, & quando extinguatur per non vsum ipsius, aut etiam per contrarium vsum. 1197. 759. vel per abusum: & ibi, an hæc amissio fiat ipso iure, & in foro conscientiæ ante declarationem. 1198. 760

Derogatio fideicommissi per rescriptum iustitiæ impetrata quando expiret per mortem naturalem impetrantis. 1185. 719. & quid vbi impetrata sit per rescriptum gratiæ. ibid. 720. quidve in morte ciuili, cùm impetrata fuit per quodlibet rescriptum. 1186. 721

Derogatio fideicommissi per se, ac regulariter est odiosa. 1054. 355. cum aliquot seqq.

Derogatio fideicommissi prior an, & quando reuocetur per posteriorem alteri concessam, quæ de ea mentionem non facit. 1191. 740

Derogatio fideicommissi quando reuocari possit à Principe supremo, aut inferiore, vbi sit acceptata ab eo, cui concessa fuit: & an in dubio reuocata censeatur. 1190. 739

Derogatio fideicommissi, quæ non aduersatur iuri communi, aut alteriùs iuri, non præiudicat, sed est mera gratia, non cessat cessante eius causa. 1189. 733

Derogatio fideicommissi, vel eius commissio non cessat cessante ipsius causa impulsiua tantùm, sed solùm cessante causa finali. 1189. 731. & quid, si aliquæ reliquiæ causæ finalis remaneant. ibid. 732

Derogatio fideicommissorum ab inferiore faciendæ requirit ad sui iustitiam, & validitatem aliquam causam. 1153. 640. & quid in facienda a supremo Principe. ibid. 641. cum seq.

Derogatio fideicommissorum fauorabilis est, quoties ea iuris auctoritate fit, & vltimæ voluntatis commutatio est fauorabilis. 1061. 369

Derogatio fideicommissorum in dispositione inter viuos instituentorum ad diem incertum, vel sub conditione de futuro, non ideo liberè, sed solùm facilius fieri potest. 1088. 460. & quid in conditione de præsenti, vel de præterito, resolutiua, vel tacita. 1089. 461. aut necessaria. ibid. 461. vel impossibili de facto, aut de iure. ibid. 462

Derogatio fideicommissorum non est à iure naturali inducta, sed præter ius naturale. 993. 99

Derogatio fideicommissorum non est contraria iuri diuino positiuo etiam veteris legis. 994. 103. cum nonnullis seqq.

Derogatio fideicommissorum non est contraria legi Euangelicæ. 997. 112. & seq.

Derogatio fideicommissorum non est inducta iure diuino positiuo. 998. 114

Derogatio fideicommissorum non est omnino contraria iuri naturali. 990. 91. & aliquot seqq.

Derogatio fideicommissorum non est regulariter, & omnino conformis iuri humano positiuo. 998. 115. in aliquibus tamen casibus est conformis, & ab eo inducta. 999. 116

Derogatio maioratuum, & aliarum substitutionum an requirat citationem illorum, qui ex ea lædi possunt. 1197. 687

Derogatio maioratuum per se, ac regulariter est odiosa, aliquando tamen est fauorabilis. 1661. 368

Derogatio oneri beneficij facta ob diminutionem eius reditus an cesset, iisdem reditibus iterum auctis. 1433. 571. cum duob. seqq.

Derogatio qualitatis beneficij an, & quando extinguatur, vel suspendatur, aut frustratoria reddatur per mortem ciuilem eam impetrantis. 1429. 552

Derogatio qualitatis beneficij deducta ad vltimatum effectum, qui in vnica actione consistit, non cessat cessante eius causa. 1432. 565. idémque in actu inchoato, qui pro consummato habetur; atque in eo, qui ex consummato sequatur, & in actibus futuris, qui à consummato commodè nequeunt separari. 1433. 566

Derogatio qualitatis beneficij eadem de re concessa alteri, quam ei, qui priorem impetrauit, an, & quando ipsam priorem reuocare censeatur. 1435. 578

Derogatio qualitatis beneficij facta aliquibus non vocatis vbi in commissione adsit clausula, *vocatis vocandis*, vel, *vocatis, quorum interest*, valet quoad vocatos. 1415. 521

Derogatio qualitatis beneficij in eius fundatione appositæ concessa per modum priuilegij, seu per rescriptum gratiæ, quando amittatur per non vsum. 1442. 597. aut per contrarium vsum ibid. 598. vel per quamcumque speciem abusus derogationis. ibid. 599. & an per abusum amittatur ipso iure, & ante sententiam, atque adeò statim in foro conscientiæ. ibid. 600

Derogatio qualitatis beneficij in eius fundatione appositæ tacitè ab Episcopo fieri potest. 1416. 525

Derogatio qualitatis beneficij per rescriptum iustitiæ impetrata an, & quando expiret per mortem naturalem impetrantis, vel transeat ad eius successorem. 1428. 550. & quid, si in impetrata per rescriptum gratiæ, seu per modum priuilegij. ibid. 551

Derogatio qualitatis beneficij per rescriptū iustitiæ impetrata quando expiret per mortem naturalem, vel ciuilem aduersarij. 1429. 553. cum seq.

Derogatio qualitatum beneficij à superiore concessa ad beneplacitum suæ voluntatis regulariter expirat morte concedentis etiam re non integra: secus, si beneplacito iungatur certum tempus. 1431. 560

Derogatio qualitatum beneficij ad vltimatum effectum ex parte concedentis deducta an, & quando possit reuocari ab inferiore Ordinario. 1435. 575. & quid in supremo Principe. ibid. 576. & an tunc ab eorum altero in dubio reuocata censeatur. ibid. 577

Derogatio qualitatum beneficij, aut eius effectus habens illam conditionem expressam, vel tacitam, subsistente, seu durante tali causa, cessat ea causa cessante. 1433. 567. itémque cessat talis derogatio cessante eius causa materiali, vel formali, aut efficiente, quæ simul etiam conseruat. ibid. 568

Derogatio qualitatum beneficij concessa per modum priuilegij ad instar alterius talis derogationis an, & quando reuocata, amissa, vel destructa censeatur, reuocato, amisso, vel destructo eius exemplari. 1431.558

Derogatio qualitatum beneficij, cui nullum tempus certum, vel incertum a superiore tacitè, vel expressè præfixum fuit, an sit perpetua. ibid.561

Derogatio qualitatum beneficij ex parte causæ formalis quotuplex sit. 1214.40. cum duob. seqq. & quotuplex ex parte causæ finalis. ibid.43

Derogatio qualitatum beneficij extinguitur per lapsum temporis in ea præstituti. 1430.555. & quid, si concessa sit sub aliqua conditione. 1431, 556. aut mutatione status, seu vinculi, à quo tale priuilegium pendet. ibid.557

Derogatio qualitatum beneficij per modum priuilegij concessa regulariter non extinguitur per primum eius vsum, seu actum. ibid.559

Derogatio qualitatum beneficij, per quam vna qualitas, onusve beneficio annexum in locum alterius subrogatur, qualiter sit facienda; & quomodo causa talis derogationis consideretur. 1418. 552

Derogatio qualitatum beneficij, quæ est mera gratia, hoc est, neque contraria iuri communi, neque alterius iuri præiudicans, non cessat cessante eius causa etiam finali. 1432.564

Derogatio qualitatum beneficij, quæ priuata auctoritate fieri potest, non est necessariò committenda Ordinario, aut ab eo, alióve superiore postulanda. 1412.510. cum seq. & quid in ea, de qua est dubium, an possit priuata auctoritate fieri. ibid. 512

Derogatio qualitatum beneficij, quam Papa facere potest, non est necessariò alij ab eo committenda. 1413.513. & quid in derogationibus, quas inferiores facere possunt, aut debent. ibid.514

Derogatio qualitatum beneficij, vel eius commissio cessat cessante illius causa finali, quæ ab initio vera fuit; secus, si causa erat tantùm impulsiua. 1432. 562. & quid, si causa finalis derogationis quoad aliquas reliquias manserit, quæ etiam ab initio non sufficerent ad concedendum. ib.563

Derogatio qualitatum in beneficij fundatione appositarum quotuplex sit ex parte causæ efficientis. 1208.19. aut causæ materialis. 1209.20. cum aliquot seqq.

Derogatio qualitatum in fundatione beneficij appositarum æquè fieri potest, si appositæ sint per dispositionem inter viuos, ac si per dispositionem causa mortis. 1233.77. cum seq.

Derogatio qualitatum in fundatione beneficij appositarum an sit fauorabilis, vel odiosa. 1225, 73. cum duob. seqq. & an extendenda sit ad casus similes. 1226.76

Derogatio qualitatum in fundatione beneficij appositarum non est contraria iuri naturali. 1217.45. & seq. sed neque ab eo introducta. ibid. 47. neque contraria iuri diuino positiuo legis veteris, aut nouæ. 1218.49. aut ab eo inducta. 1220.53

Derogatio qualitatum in fundatione beneficij appositarum regulariter est iuri humano positiuo contraria. 1220.54. & in quibus casibus tacitè prohibeatur. 1221. 55. cum aliquot seqq. & in quibus expressè. 1222.63. in quibus autem expressè permittatur. 1223.64. ac nonnullis seqq.

Derogatio qualitatum, seu obligationum in beneficij fundatione appositarum, per quam solùm conceditur dilatio exequendi talem obligationem, quomodo facienda sit. 1420.541

Derogatio quid propriè, ac magis propriè significet, & in quo differat ab abrogatione. 1200.4

Derogationes fideicommissi, quæ ab Ordinariis inferioribus, aut à supremo Principe fieri possunt, an necessariò sint ab iis faciendæ, vel aliis committendæ. 1169.680

Derogationes fideicommissi, quæ priuata auctoritate fieri possunt, non sunt necessariò committendæ Ordinario, aut ab eo, alióve superiore postulandæ: & quid, cum dubium est de priuata potestate dispensandi. 1168.679

Derogationis fideicommissorum genera, & species vnde sumi possint. 963, 52. cum plerisque seqq.

Derogationis fideicommissorum nomen apud quos auctores habeatur. 951.15. & quibus aliis nominibus ea in iure appelletur. ibid.16

Derogationis nomen vnde sumptum sit. ibid.17

Descendentes feminarum an sint de earum, vel ipsarum patris familia. 1070.385, & 387

Detractio certæ partis fructuum beneficiorum, & locorum piorum pro instituendo seminario est quædam commutatio vltimæ voluntatis; & quomodo sit facienda. 220.175

Detrahi, seu defalcari omissum an cedat ad onus partium fideicommissi defalcabilium. 1145.318

Deus O. M. cui facilius, quàm homo, admittat vnum pro alio tibi solui, si melius sit. 171.32

Deus O.M. quid possit de potestate absoluta, & quid de ordinaria. 189.84

Dicere non debemus, quod lex non dicit. 493.26

Dictio, aliquid, includit etiam quid minimũ. 498.47

Dictio, *etc.* quid importet. 561.252

Dictio, *idem*, est repetitiua præcedentium cum suis qualitatibus. 1476.73 & 1744.165

Dictio, *igitur*, de sui natura infert ex præcedentibus. 1476.70

Dictio, *libere*, importat plenum, & solutum arbitrium. 526.144 & 679.137

Dictio, *maximè*, an semper sit implicatiua casus non expressi. 641.26

Dictio, *nullum*, & dictio, *penitus*, important nullitatem ipso iure, nisi aliud suadeat subiecta materia. 420.123

Dictio, *quecunque*, comprehendit omnia in eo genere, etiam ea, quæ aliàs in dispositione illa non comprehenderentur. 1476.72

Dictio, *quamuis*, stat implicatiue, seu augmentatiue; & explicat casum magis dubitabilem. 699.198

Dictio, *si*, regulariter importat conditionem expressam: quod idem aliquando facit dictio, *cum*. 141. 192

Dictio, *vel*, ponitur inter diuersa. 233.205. & 194.131

Dictio, *vt*, exprimit modum; sicut dictio, *quia*, exprimit causam. 141.195

Dictiones, *quandiu*, *donec*, *quousque*, & similes important successionem, & perseuerantiam. 753.349

Dictiones, *vel*, *seu*, *aut*, quid importent. 1285.208

Dies appositus conditioni vel est certus, vel incertus; & hic vel omnino, vel non omnino extiturus. 1421.96

Dies incertus quando faciat conditionem. 143.200. & transmissionem impediat. ibid.201

Differentia vna specifica est in qualibet specie. 956.32

Difficultas implendi dispositionem attendi debet in commutatione vltimæ voluntatis facienda etiam ad instantiam heredis. 618.406

Difficultas implendi obligationem an, & quomodo attendatur in derogatione qualitatum, seu onerum beneficij. 1419. 535. & quomodo in ea sit habenda ratio expensarum, & laboris subeundi. ibid. 536

Difficultas implendi quod quis vouit, attendenda est in voti commutatione etiam ad heredis instantiam facienda. 618.406, & 414. cum seq.
Difficultas magna in exequendo oriens ex parte rei dispositæ est causa sufficiens commutationis vltimæ voluntatis. 376.89
Difficultas magna oriens ex parte illius, qui exequi deberet vltimam voluntatem, est causa sufficiens commutationis, siue ea difficultas extiterit tempore dispositionis, siue postea superuenerit. 377.93
Difficultas modica in exequenda vltima voluntate non facit, vt Episcopus eam commutare possit. 281.346
Difficultas quoque implendi obligationem fideicommissi attendi debet in eius commutatione. 1175.698
Dignitas considerari potest vel in abstracto, seu principaliter, vel in concreto, & accessoriè. 674.121
Dignitas Ecclesiastica, & personatus quid sint 673.116
Dignitas impetrantis beneficium, vel alterius beneficij, quod is obtinet, an exprimenda sit in impetrando alio beneficio, vel derogatione alterius qualitatis ipsius. 1393.471
Dignitas largè sumpta quid sit, & quomodo diuidatur. 675.123
Dignitas maior materiæ subrogatæ an etiam ex obligatione fideicommissi spectanda sit. 1174.696
Dignitas maior materiæ subrogatæ in derogatione qualitatum, seu onerum beneficij, per quam aliud in locum alterius subrogatur, vnde spectanda sit. 1418.533
Dignitas materiæ subrogatæ in vltimæ voluntatis, aut voti, vel iuramenti commutatione vnde spectanda sit. 616.403. & quid, si commutatio facta sit sub illa conditione, si impetrans maluerit id implere in tali materia; vel adsit specialis prohibitio non petendæ commutationis. ibid.404
Dignitas personæ impetrantis an, & quando exprimenda sit in impetrando beneficio Ecclesiastico, vel mutatione status ipsius, aut alicuius Ecclesiæ. 1618.422
Dignitas, personatus, & officium Ecclesiasticum quid sint. 1211.29
Dignitatem Ecclesiasticam quinam habere dicantur. 675.122
Dignitates in Ecclesiis Collegiatis principalibus curam animarum habentibus an conferri possint regularibus. 1238.91
Dignitates sæculares, vt veræ dignitates sint, perpetuæ esse debent, non sic regulares. 676.124
Dilatio exequendi obligationem beneficio in eius fundatione iniunctam quomodo concedatur. 1420.541
Dilatio sola concessa in commutatione vltimæ voluntatis modicæ materiæ subrogationem requirit, quando dilatio parum, aut nihil obest fini, ad quem dirigitur dispositio, cuius executio differtur: &, quò maior est dilatio, eò maiorem materiam exigit. 627.454
Dilationes abbreuiari debent, cùm tempus delegato præfixum ad causam terminandam breue est. 592.345
Diminutio onerum beneficij ob diminutionem eius redituum quando facienda sit cum consensu fundatoris, vel eius heredis. 1586.343
Diœcesani appellatione quando veniant Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem. 513.449, & 457
Disiunctiua beneficij, seu eius fructuum, vnio, annexio, incorporatio, suppressio, & applicatio, in quo differant. 1669. 11. cum multis seqq.
Disiunctiones reuocatæ, vel præseruatæ per reg. 12. seu 13. Canc. 1801. 315. cum duob. seq.
Dispensandi potestas delegata non extenditur ad commutandum: extenditur tamen ad partim commutandum, partim dispensandum. 549.576
Dispensans in lege sui superioris sine causa peccat lethaliter; sicut & eam dispensationem petens, & acceptans, atque illa vtens; nisi leuitas materiæ excuset. 335.16
Dispensans in vno tantùm impedimento supponit, alia non subesse. 443.279
Dispensans sine causa in lege sua an peccet. 358.30. & quid in vtente ea dispensatione. ibid.31
Dispensare in iuramentis Deo factis ij soli, & omnes possunt, qui possunt in votis. 169.23
Dispensare potest quilibet superior, vel eius successor in lege sua, vel sui antecessoris, aut inferioris. 354.13
Dispensata in voto castitatis ob periculum incontinentiæ an possit secundò nubere, cessante eo periculo. 193.463
Dispensati, vt inter se matrimonium contrahant, si aliis nubant, an possint vidui effecti ea dispensatione vti, licèt etiam impedimentum per executorem nondum ablatum sit. 916.853
Dispensatio à superiore facta in lege sua sine vlla compositione, potest sine causa ab eo validè, non tamen licitè reuocari; quòd si data fuit aliqua compositio, ea restitui debet: in lege autem superioris facta dispensatio reuocari omnino nequit absque causa. 809.510
Dispensatio ab alio pro me obtenta requirit meam acceptationem. 483.454
Dispensatio ad comedendum carnes tempore Quadragesimæ ob corporis imbecillitatem cur hac causa etiam negatiuè cessante cesset. 792.458
Dispensatio an cesset regulariter cessante eius causa solùm negatiuè. ibid.460
Dispensatio an in futurum cesset cessante eius causa postquam superior, vel commissarius dispensauit, sed antequam ea sortiatur effectum; vel, si hunc sortita fuit, is commodè diuisibilis est. 787.441. cum aliquot seqq.
Dispensatio an intelligatur de prima vice tantùm. 762.373. & quid in hoc deseruiat, eam esse fauorabilem, vel odiosam. ibid.374
Dispensatio an prosit à tempore concessionis, an à die scientiæ. 780.420
Dispensatio an sit surreptitia, quando causa falsa tunc est, cùm ad superiorem mittitur pro impetratione, si vera sit, cùm is dispensationem committit. 775.403
Dispensatio contra ius humanum fieri debet cum causa ab inferiore, licèt à Principe habeat facultatem contra illud dispensandi. 1602.368
Dispensatio cur faciliùs admittatur in matrimonio rato, votis, & iuramentis, atque aliis humanis dispositionibus, vnde diuinum præceptum resultat, quàm in cæteris præceptis diuinis, & naturalibus. 353.10
Dispensatio, & priuilegium in quo differant. 717.234. & 423
Dispensatio in lege superioris est valida saltem in foro conscientiæ, si causa iusta subsit, licet eius cognitio adhibita non fuerit: maximè si causa notoria

Digitized by Google

notoria ſit; quo caſu valida eſt, & licita. 356. 23
Diſpenſatio in impedimentis matrimonium iure humano dirimentibus, & in votis fieri aliquando poteſt ob priuatam vtilitatem. 390.106
Diſpenſatio in votis eſt actus iuriſdictionis ſpiritualis in foro externo, & requirit ſubiectionem eidem ſpirituali iuriſdictioni diſpenſantis. 345. 565
Diſpenſatio in voto, & iuramento eſt vera diſpenſatio, ſeu relaxatio obligationis: non tamen propriè relaxat ius diuinum naturale, ſed tollit fundamentum obligationis, quam homo ſibi ſuo actu impoſuit. 353.11.cum ſeq.
Diſpenſatio inhabilis an, & quando cenſeatur à ſuperiore facta cum promouendo; remiſſiuè. 405. 170
Diſpenſatio miſcenda eſt commutationi in votis valde grauibus, vt Religionis, caſtitatis, non ineundi matrimonij, aut aſſumendi ſacerdotij, obtenta diſpenſandi facultate, & exiſtente iuſta partim diſpenſandi cauſa. 629.439
Diſpenſatio nondum per ſuperiorem acceptata non extinguitur, licèt impetrans eius litteras cancellet, vel concidat. 916.852
Diſpenſatio numquam fieri debet contra ius commune ſine cauſa, nec omnino frequenter. 371. 72. non ſemper tamen eius cauſa debet directè reſpicere bonum commune. ibid.73
Diſpenſatio omiſſa cauſæ cognitione, quando adeſt ſola clauſula, *ſi ita eſt*, vel, *ſi preces veritate nitantur*, non eſt nulla ſecundùm aliquos. 520.132
Diſpenſatio proprij Prælati quando extendatur ad omnem locum. 243.243
Diſpenſatio quælibet an habeat eam tacitam conditionem, *ſi cauſa permaneat*. 790.450
Diſpenſatio ſine cauſa in lege ſua an ſit valida. 358. 33. & ſeq.
Diſpenſatio ſine cauſa in lege ſui ſuperioris ab inferiore etiam habente ab eo plenitudinem poteſtatis nulla eſt. 356. 20. atque etiam vbi fiat ſine cauſa legitima, & ſufficiente. ibid.21
Diſpenſatio ſine cauſa, vel ſine ſufficiente in lege ſuperioris valida eſt, cùm ſit ab eo, cui commiſſa eſt à ſuperiore diſpenſatio expreſſis perſonis, nulla illi iniuncta cauſæ cognitione; vel cùm ſit bona fide à putante adeſſe iuſtam cauſam. ibidem 22
Diſpenſatio ſuper interſtitiis temporum cum ordinandis ad quos pertineat. 1273.184, ac 186. & quis poſſit, aut debeat diſpenſare cum Regulatibus. 1274.185
Diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum ex qua cauſa fieri poſſit. 1373.418
Diſpenſatio ſuper vno defectu non prodeſt quoad alium defectum. 469.376
Diſpenſatio ſuper voto aliquo pro hac vice ad contrahendum matrimonium quomodo ſit accipienda. 767.381
Diſpenſatio ſuperioris in lege ſua ſine cauſa an valida, vel licita ſit. 187.80
Diſpenſatio tamquam odioſa eſt reſtringenda. 790. 449
Diſpenſatio valida erit in dubio, an eius cauſa omnino ceſſarit; ſicut etiam in dubio, an valeat, iudicanda eſt valida. 780.419
Diſpenſatio voti caſtitatis, Religionis, aut non nubendi an extinguatur primo eius vſu. 763.378. & trib. ſeqq. & quid in diſpenſatione cum illegitimo ad obtinendum beneficium. 764.379
Diſpenſatio voti etiam mixta commutationi fieri nequit, niſi ex cauſa obſtante illius executioni: ſecus eſt de commutatione voti in æquale; & cur. 368.59
Diſpenſatio voti ex quibus cauſis fiat, remiſſiue. 375.84
Diſpenſationem alicui committens ipſe deinde diſpenſare cenſetur. 777.408
Diſpenſationes impetrari poſſunt abſque mandato; licèt alij contrà. 400. 418
Diſpenſationes quacumque auctoritate concedendæ, ſi extra Romanam Curiam committuntur, ſunt committendæ Ordinariis locorum, vbi degunt impetrantes. 494.30
Diſpenſatus à Principe ſine cauſa ſuper iure humano poſitiuo fundato in naturali ratione non eſt tutus coram Deo: & quid in diſpenſato ſine cauſa ſuper pluralitate beneficiorum. 1372.414
Diſpenſatus ſemel à Papa ſuper crimine ad matrimonium contrahendum, ſi ea diſpenſatione vſus non fuit, non tenetur illius mentionem facere in impetratione poſterioris diſpenſationis ſuper eodem crimine ad aliud matrimonium contrahendum. 436.259
Diſpenſatus ſemel ad matrimonium contrahendum cum vno conſanguineo, ſi vſus non fuit ea diſpenſatione, non tenetur mentionem illius facere in impetranda poſteriori diſpenſatione ad contrahendum cum alio conſanguineo. ibid.
Diſponens cenſetur voluiſſe, vt actus potius valeat, quàm pereat. 81. 103. & id, de quo ſi interrogatus fuiſſet, reſpondiſſet, ſe voluiſſe ita diſponere, vel diſpoſuiſſet. ibid.104
Diſponens de rebus ſuis cauſa mortis regulariter commutare poteſt ſuam vltimam voluntatem ſine ſuperioris auctoritate. 165.4
Diſponere inutiliter noluiſſe quiſque præſumitur. 136. 178
Diſpoſitio alia hominis, alia legis. 10.22
Diſpoſitio cauſa mortis collata in arbitrium expreſſum extranei inutilis eſt, non autem collata in tacitum, aut in arbitrium heredis, vel legatarij. 146. 216, & 235. cum ſeq.
Diſpoſitio cauſa mortis collata in diem certum non ideo facilius commutari poteſt, quòd nondum aduenerit dies petitionis. 148.224
Diſpoſitio cauſa mortis collata in diem incertum facilius commutari poteſt ante aduentum diei. ibid. 226. & quid, cùm dies partim eſt certus, partim incertus, vt mors. ibid. 227. cum duob. ſeqq.
Diſpoſitio cauſa mortis, cui adiecta eſt conditio impoſſibilis de facto, æquè commutari poteſt, ac ſi ea conditio non eſſet adiecta; ſecus autem regulariter in diſpoſitione inter viuos. 155. 245
Diſpoſitio cauſa mortis, cui appoſita eſt conditio impoſſibilis de iure, æquè commutari poteſt, ac ſi conditio illa non eſſet appoſita; ſecus in diſpoſitione inter viuos: & ibi vtrumque declaratur. 156. 247
Diſpoſitio contra ius, cui adiecta eſt ea conditio, *ſi Princeps diſpenſauerit*, an ſuſtineatur ſecuta legitima diſpenſatione. 158. 248. & an requiratur nouus conſenſus. ibid.249
Diſpoſitio, cui nullum certum tempus præfinitur, diuerſimodè iuxta rerum diuerſitatem durat. 750. 334
Diſpoſitio de iure impoſſibilis nullam inducit obligationem, licèt poſtea fiat poſſibilis. 121.124
Diſpoſitio eadem eſt, vbi eadem, aut ſimilis eſt ratio. 1234.81

Diſpoſitio etiam iurata commutari poteſt ab eo, ad cuius fauorem facta eſt, vel de eius conſenſu. 180.69
Diſpoſitio etiam non iurata commutari, ſeu remitti non poteſt ab iis, qui liberè de rebus ſuis nequeunt diſponere, vt minoribus, & Eccleſiis, ſine debitis ſolemnitatibus. 181.71
Diſpoſitio excluſiua feminarum propter maſculos quando fauorabilis ſit, vel odioſa. 1057. 363. cum duob. ſeqq.
Diſpoſitio fauorabilis, cui certum tempus non eſt appoſitum, perpetuò durat. 748.335
Diſpoſitio hominis alia contra, alia ſecundùm, alia præter ius. 153.160
Diſpoſitio hominis inter viuos eſt vltima voluntas. 15.10
Diſpoſitio hominis inter viuos quomodo primò diuidatur. 22.29
Diſpoſitio in diem nonnumquam diſpoſitioni conditionali comparatur. 140.186
Diſpoſitio inducens votum captandæ mortis, & præbens materiam delinquendi à iure improbatur. 1121. 546
Diſpoſitio inter viuos ad diem incertum, vel ſub conditione de futuro faciliùs commutatur, quàm ad diem certum, vel pura. 150.233
Diſpoſitio inter viuos commutari non poteſt ab alio, quàm à diſponente vbi diſpoſitio non ſit acceptata ab eo, ad cuius fauorem facta eſt: poſt acceptationem verò ſine huius conſenſu etiam ab ipſo diſponente non poterit. 151.240
Diſpoſitio inter viuos etiam iurata poteſt à diſponente priuata auctoritate commutari in euidenter melius. 167.19,20,21,& 25
Diſpoſitio inter viuos ex ſui natura eſt irreuocabilis, diſpoſitio autem cauſa mortis non niſi ſecuta morte diſponentis. 1234.80
Diſpoſitio inter viuos non ideo liberè poteſt commutari, quòd facta ſit ad diem incertum, vel ſub conditione de futuro. 149.230
Diſpoſitio inter viuos, quæ non niſi morte confirmatur, vt donatio inter coniuges, poteſt à diſponente mutari vſque ad mortem. 167. 16. cum ſeq. & quid ſi ſit iurata. ibid. 18. & ſeq.
Diſpoſitio iurata concernens honorem Dei non commutatur priuata auctoritate in id, quod non eſt euidenter melius; & quando poteſt illud, quod iuratum eſt, impleri. 168.22. & duob. ſeqq.
Diſpoſitio iurata concernens priuatam vtilitatem commutari non poteſt propria auctoritate: immo nec cum auctoritate ſuperioris citra Principem, ſine conſenſu, aut culpa eius, ad cuius vtilitatem facta eſt, vel ſine iuſta cauſa. 170. 27. & quid in Principe. ibid. 28
Diſpoſitio iurata in honorem Dei poteſt ſecundùm aliquos propria auctoritate commutari in euidenter melius, licèt vtrúque ſeruari poſſit. ibid. 25
Diſpoſitio iurata, ſi eſt impeditiua maioris boni, poteſt auctoritate propria commutari. 169.24
Diſpoſitio neceſſaria, vt eſt collatio beneficiorum, an debeat eſſe nota, & acceptari ab eo, ad cuius fauorem fit. 805.489
Diſpoſitio per legem generalem præ cæteris fauorabilis eſt. 1121.548
Diſpoſitio quælibet intelligitur, rebus ſic ſtantibus. 1346.353
Diſpoſitio quælibet non ceſſat ceſſante vna ex pluribus eius cauſis finalibus, ſi remaneat vna, quæ ad illam ſufficiat. 794. 465. & quid, ſi vna ſufficiens alteri ſufficienti ſuccedat. ibid. 466
Diſpoſitio quælibet quando extinguatur primo actu. 763. 375. aut etiam ante perfectum primum actum. ibid. 376
Diſpoſitio quælibet tendens ad alterius fauorem intelligenda eſt eo vti volente, ſeu petente. 436. 258
Diſpoſitio quando fauorabilis, vel odioſa cenſenda ſit vbi odium, & fauorem contineat. 1056.362
Diſpoſitio quando ſit fauorabilis. 1482.85
Diſpoſitio recipit interpretationem, prout veriſimile eſt, diſponentem reſponſurum, ſi fuiſſet interrogatus. 136.179
Diſpoſitio ſiue cauſa mortis, ſiue inter viuos regulariter commutari poteſt, non obſtante falſitate demonſtrationis, vel cauſæ, quæ illi diſpoſitioni fuerit adiecta. 159.251
Diſpoſitio ſub conditione licita, & poſſibili, hac adueniente, habetur pro pura, & abſoluta: interim autem non poteſt diſponens reſilire ante conditionis euentum. 146.218
Diſpoſitiones cauſa mortis, vt teſtamentum, & ſimiles vltimæ voluntates poſſunt mutari, ac reuocari vſque ad vitæ exitum. 84.3 ac 165.5
Diſpoſitiones inter viuos, quæ non niſi morte confirmantur, quænam ſint. 16. 11. eæ autem commutari poſſunt. 84.4
Diſpoſitiones inter viuos, quæ ſunt per ſe irreuocabiles, vt donatio inter viuos, commutari poſſunt ſecuta morte ante reuocationem iure inductam. 85.5. cum aliquot ſeqq.
Diſpoſitiones ipſo iure nullæ, & quæ requirunt iudicis cognitionem ſuper cauſa nullitatis, quænam ſint; remiſſiuè. 206.140
Diſpoſitiones irreuocabiles tam inter viuos, quàm cauſa mortis iuri naturali contrariæ ipſo iure nullæ ſunt. 101. 56. & an commutari poſſint. 101. 62, & 66. cum ſeq.
Diſpoſitiones tam cauſa mortis, quàm inter viuos iuri communi conformes aliquando commutari poſſunt. 103.68
Diſpoſitioni habenti clauſulam decreti irritantis, vel certam formam traditam, quando renuntiari poſſit. 1734.140
Diſpoſitioni in fauorem publicum factæ renuntiari pacto priuatorum non poteſt. 181.75
Diſpoſitionis nomen ad quid propriè referatur. 10.21
Diſpoſitionis nomen quàm latè pateat. 1476.71
Diſtributiones, quas clerici Eccleſiæ Collegiatæ capiunt de manu Capituli, dicuntur de menſa Capituli. 1775.247
Diſtrictio Eccleſiaſtica quas pœnas ex ſua ſignificatione comprehendat. 610.392
Diuiſio an, & quando inducat remiſſionem fideicommiſſi. 1107.499. cum duob. ſeqq.
Diuiſio præſertim prima debet eſſe bimembris. 15. 9 & 140. 187
Diuiſio rerum, & dominiorum quomodo iure gentium inducta ſit contra ius naturale. 106. 78. & ſeq.
Diuiſio rerum fideicommiſſi fieri poteſt inter confideicommiſſarios. 1009.158. & inter coheredes grauatos; & tunc vtraque portio ſubiacet fideicommiſſo iuxta perſonam grauatam. ibid. 161
Diuiſio, ſeu partitio rei, de qua diſputatur, facienda eſt ſtatim poſt eius definitionem. 12.1
Diuiſiones fideicommiſſi non egrediuntur perſonas diuidentium, neque aliis nocet. 1111.511
Diuiſionis, ſeu partitionis vtilitas in quauis diſputatione. 963.51
Documentum authenticum quódnam dicatur; & quæ ad illud ſunt neceſſaria, vt probet. 1286.210
Doloſa taciturnitas veri, vel expreſſio falſi, licèt ea

Digitized by Google

fuerit causa solius formæ, vitiat rescriptum suppressionis beneficij in totum. 1751.200. & quid, si ea dolosa surreptio, vel obreptio respiciat vnam tantùm partem rescripti, an aliam vitiet. ibidem 201

Dolus, ex quo vsus quis non est intra annum rescripto iustitiæ, quomodo, & à quo probetur. 922. 859

Dolus, qui in dispositione interuenit, an tribuat instam causam eam commutandi. 377.95

Dolus, seu malitia an differat à fraude. 383.210

Dominium priuatum à Principe tolli non potest sine causa vtili Reip. 191.91

Dominium rei ex donatione, vel testamento, aut simili vltima voluntate ad vitam alicuius relinqui potest ea lege, vt ipso mortuo in alium transferatur. 1069.383

Domus Rectoris Ecclesiæ an refici debeat ab ipso, vel à patrono Ecclesiæ. 1512.149

Donatio ab alio pro me obtenta requirit meam acceptationem. 483.434

Donatio causa mortis est species vltimæ voluntatis distincta à testamento, codicillo, legato, ac fideicommisso; quidque ea sit, & quotuplex. 20. 21

Donatio Ecclesiæ alicui pio loco facta quid contineat. 1675.23

Donatio etiam ante acceptationem absentis quando reuocari non possit. 153.239

Donatio inter viuos quomodo reuocetur ex iuris dispositione. 16.13

Donatio propter nuptias, ob quam alienari possunt bona fideicommissaria, quomodo à iudice moderanda sit. 1027.238

Donatio quando censeatur esse inter viuos, & irreuocabilis. 21.22

Donatio tunc est irrita cùm procedit à falsa causa finali, non autem cùm ab impulsiua. 401.154

Donatio, vt efficax sit, & irreuocabilis, debet per epistolam, aut nuntium ad id destinatum intimari donatario. 482.427

Dos confessata tantùm an habeat omnia priuilegia dotis datæ. 1029.247

Dos congrua an excedere possit legitimam; & an dos succedat loco legitimæ. 1026. 235. cum seq.

Dos congrua in casu auth. res, quæ, C. commun. de legat. quænam dicatur. 1027.237

Dos Ecclesiæ an habeat omnia priuilegia dotis mulieris; & quibus modis illa possit assignari. 1585. 341

Dotis constitutio, & restitutio à pari procedunt quoad facultatem ob id alienandi bona fideicommissaria. 1029.245

Dotis legatum, seu pro maritandis virginibus est pium, modò illæ sint pauperes. 96.43

Dubitans, an possit propria auctoritate votum commutare, confugere debet ad superiorem pro ea commutatione. 491.16

Dubium aliud est negatiuum, aliud positiuum 724. 255

Dubium obligationis dispositionis est causa sufficiens commutationis vltimæ voluntatis. 377.91

Duces non habentes iura Principum in suis dominiis auocare non possunt causas Ordinariorum, quos cum aliis constituunt. 802.484

E.

ECclesia Cathedralis est ipsa quoque Collegiata. 1459.36

Ecclesia Cathedralis potest etiã esse regularis. ib. 37

Ecclesia Collegiata quænam sit, & quæ non Collegiata. 1458.24. cum aliquot seqq.

Ecclesia Conuentualis Regularium est Collegiata. 1459.36. & quibus nominibus vocetur. 1460.39

Ecclesia fit libera a iurepatronatus, quando causa iurispatronatus prorsus peremptа est. 1512.148

Ecclesia mere parochialis aliquando mutatur in baptismalem. 1501.114

Ecclesia non Collegiata mutari aliquando potest in Collegiatam, & Collegiata in non Collegiatam. 1503.120. item Cathedralis in non Cathedralem, & contrà; necnon simplex Cathedralis in Metropolitanam. ibid.121

Ecclesia non parochialis quando in parochialem erigi, seu mutari possit. 1500.112

Ecclesia parochialis aliquando mutari potest in non parochialem. 1499.107. cum trib.seqq.

Ecclesia parochialis quando erigi, vel institui de nouo possit. 1500.111

Ecclesia parochialis, vnde recesserunt parochiani, an sit verè curata. 1499.108

Ecclesia patronata fit libera, cùm patronus absque iuris sui reseruatione permittit eam fieri Collegiatam. 1513.155. aut alteri Ecclesiæ concedi, vel vniri; aut cùm eius bona conuertuntur in præbendas. 1514.156

Ecclesia quando dicatur parochialis & quid ad hoc requirat. 1500.113

Ecclesia quando præscribere possit aliam Ecclesiam tamquam vnitam. 1551.245

Ecclesia quando priuare possit paganos dominio, quod in conuersos ad fidem habebant. 105.76

Ecclesia reficine debeat à patrono, vel à rectore Ecclesiæ. 1512.149

Ecclesia regularis quomodo erigatur in sæcularem, sæcularis in regularem, & non Collegiata in Collegiatam. 1463. 46. & quomodo Cathedralis, seu Episcopalis in Metropolitanam. 1464. 47. aut parochialis in baptismalem. ibid.48

Ecclesia sæcularis an concedi possit loco religioso, non vocato illius rectore, aut defensore vacanti Ecclesiæ dato. 1494.98. & 474

Ecclesia sæcularis etiam Collegiata fieri potest regularis ab Episcopo. ibid. 96. idémque in parochiali cum Capituli consensu. ibid.97

Ecclesia sæcularis in regularem aliquando mutari potest, & è contrario; atque etiam regularis vnius in regularem alterius Ordinis, & vnius sæcularis in alteram sæcularem. 1477. 76, & 93. cum aliquot seqq.

Ecclesia, seu beneficium sine dote esse non potest. 1689 45

Ecclesiæ, ac pia loca an ligenter l. instructiones, C. de sacros. Eccles. & an possint ad ea compelli, quæ publicam vtilitatem, aut necessitatem concernunt. 98.49

Ecclesiæ Collegiatæ materia, remissiuè. 1460.40

Ecclesiæ Collegiatæ quibus aliis nominibus appellentur. 1459.38

Ecclesiæ nomen pleraſque habet significationes. 1446.6. vsque ad 22

Ecclesiæ parochiales an hodie vniri possint, & concedi Monasteriis. 1495.99

Ecclesiæ parochiales collapsæ quomodo instauranda, aut reficiendæ sint. 74.79

Ecclesiæ relictum dicitur, & est pium. 94.29

Ecclesiastica personæ præter Romanum Pontificem iurisdictionem habentes quæ sint. 164.2

Effectus Commutationis vltimæ voluntatis alius est proximus, alius vltimatus; & hic alius diuisibilis,

Digitized by Google

bilis, alius indiuisibilis: idémque in dispensatione. 777. 409. quid autem in priuilegio. 778. 410
Effectus consummatus derogationis fideicommissi quando cesset cessante eius causa. 1189. 735. cum seq.
Effectus etiam consummatus commutationis vltimæ voluntatis quando cesset eius causa cessante. 783. 430. & seq.
Effectus etiam vnicus successiuus cessat cessante causa efficiente simul, ac conservante. ibid. 432
Effectus iam consummatus, ac perfectus non cessat cessante eius causa. 782. 425. idem si sit inchoatus, qui habeatur pro perfecto. ibid. 426. vel consequatur ad consummatum, & perfectum. ibid. 427
Effectus momentaneus præteritus cessat superueniente causa eum infirmante. 784. 433
Effectus vltimatus, qui non potest commodè diuidi, non cessat quoad actus futuros, licèt omnino cesset eius causa finalis. 782. 429
Electum fuisse industriam personæ, & commissionem esse personalem, an idem sint. 340. 549, 550, & 555
Electionis beneficij mutari aliquando perpetuò potest. 1503. 123
Electus renuens consentire electioni potest mutata voluntate eamdem acceptare, electoribus in priori voluntate persistentibus. 914. 845
Eleemosyna, in quam commutantur expensæ peregrinationis, non est necessariò mittenda ad locum peregrinationis, neque eius loci ratio habenda est in commutatione ipsius peregrinationis. 622. 417
Emens iuspatronatus, cùm vendi non potest, an debeat eo spoliari. 1542. 215. & cùm vendi potest, an eo euicto agere valeat de euictione. 1543. 221
Emphyteuta alienans rem emphyteuticam saluo iure domini an euitet caducitatem. 898. 774
Epicaia an possit quis vti absque recursu ad superiorem in lege naturali, diuina, vel humana. 130. 155. cum aliquot seqq.
Epicaia quid sit. 128. 146. & seq. an locum habeat in iure diuino, naturali, & humano. 126. 140. & in quibus casibus. 128. 149
Epicaia quomodo locum habeat in lege naturali, ac diuina. ibid. 151. & quomodo in humana. 129. 152. & quando cesset in lege canonica. ibid. 153
Episcopalia iura quomodo, & quando præscribantur. 317. 464
Episcopalis ordinis, vel iurisdictionis quænam sint. & an sint aliqua dignitatis Episcopalis. 271. 309
Episcopatus an sit de iure diuino etiam quoad iurisdictionem. 1687. 40, & 66
Episcopatus an sit ordo distinctus, & imprimat characterem distinctum à sacerdotali. 271. 309
Episcopatus est à iure diuino institutus. 1217. 46. éstque beneficium sæculare. quod tamen sæpe regulari personæ confertur. 1223. 65, & 90
Episcopatus est de iure diuino positiuo. 116. 109
Episcopatus quem ordinem requirat tempore promotionis. 1247. 126
Episcopi à quibus olim eligerentur, & à quibus nunc. 1503. 122
Episcopi consecrati nullam habentes diœcesim nequeunt regulariter vltimas voluntates commutare: & ex quibus causis catere possint diœcesi. 291. 384
Episcopi consecrati, vel confirmati quidam habent diœcesim, & subditos, quidam non habent. 270. 307.
Episcopi, & alij Prælati inferiores regulariter derogare nequeunt iuri diuino positiuo. 113. 102
Episcopi in locum Apostolorum successerunt. 112. 100. dependenter tamen quoad iurisdictionem à Romano Pontifice. ibid. 101
Episcopi intra fines suarum diœcesum sæpe habent Ecclesias, vel personas sibi non subiectas. 271. 308
Episcopi nomine quando veniat eius Vicarius generalis. 496. 39
Episcopi quomodo cognoscant de commutationibus vltimarum voluntatum, quæ à Sede Apostolica conceduntur. 298. 409
Episcopi vbi habent iura Imperij, possunt, vt ceteri supremi Principes commutare vltimas voluntates. ibid. 407. habentes verò dominium temporale non supremum quid hac in re possint; & ad quem in casu grauaminis, vel negligentiæ recurrendum sit. ibid. 408
Episcoporum residentia an sit de iure diuino. 111. 95
Episcopus aliquando ex causa dispensat in lege diuina, & naturali, vt in voto, & iuramento. 353. 8
Episcopus an derogare possit qualitati in fundatione beneficij appositæ vbi est magna difficultas in ea qualitate implenda, vel necessitas vndequaque oriens. 1354. 384. & quid in qualitatibus Ecclesiæ Cathedralis, vel Prælati inferioris, aut exemptæ. 1355. 385
Episcopus an, & quando cum Capitùli consensu vnire possit Ecclesiam, aut beneficium mensæ suæ, vel Capitulo, aut Canonicorum præbendis. ibid. 487 & 1772. 243. aut distributionibus quotidianis. 1773. 244
Episcopus an, & quando derogare possit fideicommissis. 1146. 627. cum trib. seq.
Episcopus an, & quando ex causa possit cum Capituli sui consensu diminuere numerum præbendarum à Papa taxatum, vel confirmatum; aut dignitatem ab ipso creatã supprimere. 1733. 137. cum aliquot seqq.
Episcopus an minuere possit ex causa post fundationem onera inposita beneficio. 1348. 358
Episcopus an mutare possit Ecclesiam sæcularem in regularem, vel contrà. 1574. 317, ac 329. & an mutare Monasterium ab vno Ordine in alium. 1575. 318
Episcopus an mutare possit statum beneficij quoad onera illi iuncta, ac præsertim diminuere illius onera ob diminutionem redituum. 1584. 338. & nonnullis seqq.
Episcopus an possit absque patroni consensu erigere in dignitatem beneficium, quod sine dignitate à fundatore fuit institutum. 1573. 309. aut vnire beneficium patronatum. ibid. 310
Episcopus an auctorizare possit suppressionem dignitatis, vel præbendæ factam à Capitulo etiam eius fructus applicando mensæ Capitulari, vel distributionibus, maximè cùm bona Episcopi, & Capituli sunt diuisa. 1774. 245
Episcopus an possit Capellanum amouibilem positum à testatore facere perpetuum, saltè de consensu patroni. 273. 315 & 1497. 103
Episcopus an possit commendare ad vitam, vel ad certum tempus beneficium iurispatronatus laici absque eius consensu, aut saltem deputare custodem, seu œconomum beneficij vacantis. 1151. 378
Episcopus an possit concedere Ecclesiam baptis-

Digitized by Google

malem alicui pio loco abſque conſenſu ſui Capituli, vel licentia Papæ. 157.313. & quid in alia Eccleſia. ibid.314

Epiſcopus an poſſit concedere Eccleſiam patronatam, eiúſve bona, vt ex iis fiant præbendæ, vel diſtributiones, aut augeantur reditus alterius Eccleſiæ. 1573.311

Epiſcopus an poſſit concedere ſimpliciter Eccleſiam patronatam alicui pio loco abſque patroni conſenſu. ibid.312

Epiſcopus an poſſit creare nouam dignitatem in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata. 1578.328

Epiſcopus an poſſit diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum requirentium perſonalem reſidentiam. 1353.379

Epiſcopus an poſſit ex cauſa neceſſitatis, vel magnæ vtilitatis Eccleſiæ inuitis patronis derogare qualitati in fundatione beneficij appoſitæ. 1416.526

Epiſcopus an poſſit ob euidentem Eccleſiæ vtilitatem commutare legata pia, & immutare ſtatum Eccleſiæ. 273.355, & 358

Epiſcopus an poſſit ordinem certum beneficio annectere. 1584.336. & mutare ſtatum beneficij quoad iuſpatronatus. ibid.337

Epiſcopus an poſſit pro vna vice cum conſenſu heredem eius, qui fundauit beneficium, derogare qualitati in eius fundatione appoſitæ. 1345.350. cum duob.ſeqq. & quid in reductione Miſſarum ob diminutionem reddituum beneficij.1346.353.

Epiſcopus an poſſit vigore Concilij anniuerſaria in totidem Miſſas commutare; aut decernere, vt pro Miſſis anniuerſaria celebrentur, vel quid aliud fiat defuncto vtile. 288.371

Epiſcopus an poſſit vnire beneficia ſæcularia Monaſteriis etiam exemptis. 1581.331

Epiſcopus an ſolus conferat beneficium aliàs patronatum deficientibus patroni heredibus, aut aliàs extincto iure patronatus. 1352.377

Epiſcopus an teneatur conſtituere ſibi Vicarium generalem. 328.490

Epiſcopus an vocandus ſit ad vnionem beneficiorum, ſeu Eccleſiarum à Legato, aut ex commiſſione Papæ faciendam. 1764.225

Epiſcopus cenſura irretitus nequit commutare vltimam voluntatem; ſed tunc commutatio erit facienda per Papam. 292.386

Epiſcopus certificare poteſt vltimam voluntatem piam incertam ratione cauſæ, perſonæ, vel loci; idque etiam abſque conſenſu heredis. 278.331, & 341

Epiſcopus cognoſcit de cauſa ſuſpicionis ſui delegati, aut Vicarij generalis. 847.614

Epiſcopus commutare liberè non poteſt vltimam voluntatem etiam ante illius executionem. 274.316

Epiſcopus commutare nequit vltimam voluntatem ob id, quia Papa adiri non poſſit, quando adiri poteſt eius Legatus, vel Nuntius habens ſpecialem facultatem, ſeu cui Papa id ſpecialiter reſeruauit. 285.362

Epiſcopus commutare non poteſt vltimas voluntates pertinentes ad Eccleſiam ſuam Cathedralem, menſámve propriam, aut ſui Capituli. 290.378. quoad hæc verò ex conſuetudine poterit. ibid.379

Epiſcopus commutare non poteſt vltimas voluntates, quæ ſpectant ad iuriſdictionem Prælatorum inferiorum, niſi data eorum negligentia. ibid.380

Epiſcopus commutare poteſt cum heredis conſenſu vltimam voluntatem defuncti, quando ea impleri non poteſt, prout defunctus præſcripſit. 275.322. & vbi eſt impoſſibilitas ratione loci, poteſt etiam ſecundùm aliquos de conſenſu executoris mutare locum, immo & in alium pium vſum conuertere. 276.323

Epiſcopus commutare poteſt omnia vota, quinque exceptis. 296.400

Epiſcopus commutare poteſt vltimam voluntatem poſſibilem impleri, ſi aliunde vrgeat neceſſitas commutandi, nec poſſit adiri Papa. 282.348. & multis ſeqq.

Epiſcopus commutare poteſt vltimam voluntatem, quam valde difficile eſt impleri 278.333

Epiſcopus commutare poteſt vltimas voluntates quoad tempus, concedendo modicam dilationem ad eas exequendas. 293.391, 392, & 394. & ita, vt per aliquod tempus aliud quid fiat à præſcripto, licèt hoc iam cœperit obſeruari.294.392

Epiſcopus commutat vltimam voluntatem in alium pium vſum, quoties pecunia relicta non ſufficit ad vſum à teſtatore præſcriptum. 275.330

Epiſcopus compellere debet executores teſtamentarios ad ſeruandam defuncti voluntatem. 274.317

Epiſcopus compelli poteſt ad conſentiendum conditionibus licitis contra ius, quas fundator vult beneficio in limine fundationis apponere. 1521.170

Epiſcopus conferre poteſt beneficium abſque patroni conſenſu, ſi is ſcienter præſentauit indignum; & aliàs vbi prouiſio deuoluitur ad Epiſcopum. 1351.368. & ſeq.

Epiſcopus conferre poteſt beneficium iuriſpatronatus laici eo inconſulto, quando is vocatus non poſſet præſentare quem vellet, aut ab eo præſentatus non poteſt ſine ſcandalo inſtitui, vel eſt ſcienter indignus. ibid.372

Epiſcopus conferre poteſt beneficium iuriſpatronatus ſiue laici, ſiue Eccleſiaſtici abſque conſenſu patroni, ſi illi intra quadrimeſtre non præſentarunt, aut litem terminarunt, hi intra ſemeſtre. 1352.373

Epiſcopus conſiderari poteſt poſt eius poſtulationem, poſt electionem, poſt confirmationem, & poſt conſecrationem. 270.306

Epiſcopus conuertit relicta piis locis, quæ impleri non poſſunt, licèt ea loca data ſint in commendam, aut alium titulum, aliiſve piis locis fuerint vnita. 277.328

Epiſcopus cum heredis conſenſu an poſsit pro vna vice, & ad tempus alterare voluntatem defuncti. 278.332

Epiſcopus de conſenſu patroni poteſt Capellam in præbendam conuertere; & vnire aliqua beneficia ſimplicia præbendis Eccleſiarum Cathedralium, & inſignium Collegiatarum. 1501.116

Epiſcopus derogare aliquando poteſt qualitatibus in beneficiorum fundatione appoſitis. 297.403

Epiſcopus derogare liberè nequit qualitatibus, oneribúſve adiectis in fundatione beneficij appoſitis. 289.376

Epiſcopus diſpenſare nequit circa inhabilitatem perſonæ prouidendæ de beneficio, quando illud conferre non poteſt. 1336.329, & 359

Epiſcopus diſpenſare nequit, vt quis habeat plures Canonicatus perſonalem reſidentiam requirentes, aut plures dignitates, perſonatus, vel Eccleſias parochiales. 1345.349, & 355.cum ſeq.

Epiſcopus diſpenſare non poteſt regulariter in lege

lege naturali, aut diuina poſitiua; neque in lege Pontificia, aut Conciliorum generalium. 352. 4. ex cauſa tamen poteſt;& vbi nequeat adiri Papa,vrgente neceſſitate diſpenſandi. 353.7
Epiſcopus, eiúſque Vicarius prorogare poteſt terminum iuris ad exequendam vltimam voluntatem. 294.393
Epiſcopus electus, & confirmatus habet bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem, & exercet ea,quæ ſunt iuriſdictionis. 291.383
Epiſcopus eſt executor vltimæ voluntatis ſaltem piæ data negligentia heredis, vel executoris teſtamentarij. 69.63
Epiſcopus eſt Princeps quidam inferior quoad ſpiritualia. 203.126
Epiſcopus, & habẽtes iuriſdictionem Epiſcopalem diſpenſant in voto,& iuramento. 118.116,& 121
Epiſcopus etiam de conſenſu heredis non poteſt liberè commutare vltimas voluntates. 273.314
Epiſcopus exequi non poteſt cõmiſſiones factas ſuo Vicario generali. 336.527 & 694.180. cum ſeq.
Epiſcopus habet de iure curam, & executionem piarum diſpoſitionum ſaltem data negligentia heredum, & executorum à defuncto deputatorum; & an excludi poſſit per teſtatorem à viſitatione. 1398.478
Epiſcopus in caſu neceſſitatis, ita, vt Papa adiri nequeat, commutare poteſt vltimam voluntatem pro foro conſcientiæ tantùm. 285.363
Epiſcopus in quibus caſibus mutare poſſit ſtatum Eccleſiarum,ac beneficiorum ſuæ diœceſis. 1575. 321.cum multis ſeqq.
Epiſcopus in Synodo diœceſana an ſolus ſtatuere poſſit; & an contra ibi ſtatuta ſolus diſpenſet. 289.373
Epiſcopus in Synodo diœceſana poteſt reducere numerum Miſſarum, quibus ſatisfieri nequit. 286.365. vel cùm ita tenuis eſt eleemoſyna, vt difficilè inueniatur, qui velit ei ſe muneri ſubiicere. ibid. 366. idémque in Anniuerſariis defunctorum. ibid. 367. & in reliquis relictis etiam per actum inter viuos. 287.368
Epiſcopus inſtituit aliquo modo abſque conſenſu quando ex pluribus eligit inſtituendum. 1352. 375.& cùm motu proprio inſtituit patronum egenum abſque eius præſentatione. ibid.376
Epiſcopus iure diuino ſolus eſt miniſter ſacramenti Confirmationis; quod tamen ex Papæ commiſſione miniſtrare poteſt ſimplex ſacerdos. 116.110
Epiſcopus iuriſdictione ſua vtitur vel ſolus, vel in Synodo diœceſana,vel cum conſilio, aut conſenſu Capituli Eccleſiæ Cathedralis. 272.311
Epiſcopus mutare non poteſt piam voluntatem ob impedimentum, quando difficultas modica eſt in ea exequenda; aut cùm Princeps facilè ſolet diſpenſare. 339.546. vel cùm impedimentum eſt temporale. ibid.547
Epiſcopus mutare poteſt vltimam voluntatem defuncti non executam ob difficultatem eam implendi; vel ſubſiſtente cauſa neceſſitatis,aut magnæ vtilitatis. 275.318. vel vbi ea voluntas eſſet conditionalis, aut in diem incertum. ibid. 319. niſi conditio, vel dies omnino eſſet extitura.ibid. 321
Epiſcopus nequit derogare qualitatibus beneficij, cuius collationem non habet. 1349.359
Epiſcopus nequit ordinaria poteſtate commutare vltimas voluntates pertinentes ad Eccleſias, & perſonas ab eius iuriſdictione exemptas ipſis inuitis. 292. 389. ipſis autem conſentientibus poterit. 293.390
Epiſcopus nequit ſine patroni conſenſu erigere Eccleſiam in Collegiatam, quæ vt ſimplex a patrono aliquo fundata fuerit. 1574.316
Epiſcopus non commutat vltimam voluntatem circa rem quam diſponens probabiliter ignorauit eſſe impoſſibilem de iure, vel de facto. 280. 343
Epiſcopus non poteſt diſpenſare contra inſtitutionem beneficij patronati, vel alteri huiuſmodi beneficium vnire ſine patroni conſenſu. 1535. 192. eiúſve bona conuertere in præbendas. ibid. 193
Epiſcopus non poteſt exequi commiſſiones factas ſuo Vicario,etiamſi hic decedat,aut remoueatur. 694.180.& ſeq.
Epiſcopus non poteſt relictum in certum pium vſum conuertere etiam de conſenſu heredis, aut executoris vbi teſtator diſpoſuit, quid de eo faciendum ſit in caſu non implementi. 276. 323, 329, 338, & 344
Epiſcopus ob neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ an poſſit diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum curatorum,aut dignitatum. 1347.355. & an poſſit ſuper reſidentia,vel ſeruitio perſonali ob diminutionem reddituum. ibid.356
Epiſcopus ob publicam vtilitatem euidentem an commutare poſſit vltimam voluntatem poſſibilem. ibid.354
Epiſcopus ordinare poteſt familiarem ſuum triennalem etiam ſibi non ſubditum,neque arctatum, modò ſine fraude illi beneficium ſtatim conferat. 1271.181
Epiſcopus poſtulatus, electus, aut confirmatus tantùm, vel habens iuriſdictionem in habitu, aut temporalem,an,& quando derogare poſſit qualitatibus beneficij. 1355.386
Epiſcopus poſtulatus tantùm, aut electus ante confirmationem nequit commutationem vltimarum voluntatum Epiſcopis à iure conceſſam facere; poſtea verò poterit. 291.382
Epiſcopus poteſt commutare relictum hoſpitali etiam ſine auctoritate Eccleſiaſtica inſtituto. 280. 342
Epiſcopus poteſt commutare vota in quid melius, aut æquale. 288.371
Epiſcopus poteſt commutare vota reſeruata conditionalia,vel pœnalia ante aduentum conditionis, vel incurſam pœnam. 275.320
Epiſcopus poteſt cum executoris conſenſu conuertere in alium pium vſum illud relictum, quod impleri nequit modo à teſtatore præſcripto. 279. 338
Epiſcopus poteſt in alio loco, aut alio modo exequi teſtatoris voluntatem data negligentia eius Eccleſiæ, ad cuius fauorem voluntas illa emanarat. ibid.355
Epiſcopus poteſt in caſu, quo adiri nequit Papa, abſoluere à crimine ei reſeruato, & diſpenſare in nonnullis impedimentis matrimonij, voto Religionis, & aliis eidem reſeruatis. 282. 351
Epiſcopus poteſt in lege Papæ, aut Concilij generalis diſpenſare in caſu vrgentis neceſſitatis, cùm adiri nequit Pontifex. 340.549
Epiſcopus poteſt in ſua diœceſi quod poteſt Papa in vniuerſo orbe,iis exceptis, quæ ſibi Papa ſpecialiter reſeruauit. 282.350
Epiſcopus poteſt pecuniam deſtinatam in certum pium vſum non ita neceſſarium conuertere in aliũ pium vſum,qui ſit magis neceſſarius Reip.cui neceſſitati nequeat aliter ſubueniri. 283.354

Epiſcopus poteſt quædam reſeruata Papæ vbi is adiri nequeat, licèt aditi poſſit eius Legatus, vel Nuntius. ibid. 352. aut valeat Epiſcopus ipſe ſuo ære ſublenare paupertatem, ob quam quis petit in reſeruatis diſpenſari. ibid. 353
Epiſcopus quando poſſit numerum Miſſarum minuere extra Synodum. 288. 372
Epiſcopus quando poſſit relictum pro incertis, & malè ablatis conuertere in reparatione, vel augmentum neceſſarium Eccleſiæ. 284. 359
Epiſcopus quando poſſit ſibi conſtituere Vicarium Pontificem, vel per alios viros idoneos muneri ſuo ſatisfacere. 1574. 315
Epiſcopus quando poſſit ſtatum Eccleſiæ mutare ex ſæculari in regularem, vel è contrario etiam quoad Eccleſias, vel perſonas exemptas. 296. 401. & ſeq.
Epiſcopus, qui aliàs derogare nequit canoni Pontificio, aut decreto Concilij generalis, poteſt in caſu neceſſitatis, quando aditus non eſt ad Papam. 222. 179
Epiſcopus quid poſſit in Miſſis, vel Anniuerſariis omiſſis. 287. 369
Epiſcopus quomodo erigat præbendam Theologalem, ac Pœnitentialem. 1587. 344. cum ſeq.
Epiſcopus ratione originis, domicilij, vel alterius beneficij poteſt concedere litteras dimiſſorias ad ordines pro arctatis, vel eos ordinare, licèt aliqua ex illis Cathedralibus Eccleſiis vacet. 1270. 180.
Epiſcopus regulariter commutare non poteſt vltimas voluntates in ſua diœceſi. 272. 312
Epiſcopus regulariter derogare nequit qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis. 1344. 348. & multis ſeqq.
Epiſcopus regulariter mutare nequit Eccleſiam parochialem in non parochialem. 1575. 319. neque mutare ſtatum beneficij quoad ordinem, qualitatem, aut onera iis annexa: aut nouum onus Eccleſiis imponere. ibid. 320
Epiſcopus regulariter mutare non poteſt ſtatum Eccleſiarum, ac beneficiorum ſuæ diœceſis. 1572. 308
Epiſcopus regulariter ſupprimere non poteſt beneficia ſuæ diœceſis: poteſt tamen in aliquibus caſibus cum Capituli conſenſu. 1720. 113
Epiſcopus regulariter vnire, & ſubiicere poteſt Eccleſias ſuæ diœceſis. 1577. 326. non tamen poteſt vnire beneficia exempta, nec reliqua omnia, ſed ſingula. 1578. 327
Epiſcopus relictum pro Eccleſia conſtruenda an conuertere poſſit in vſum Eccleſiæ conſtructæ. 285. 360
Epiſcopus relictum pro virginibus maritandis, vel alimentis diuitis an poſſit in alium vſum conuertere. ibid. 361
Epiſcopus ſimul cum executore an poſſit conſtrui facere Eccleſiam, ſeu Monaſterium Religioſorum in fundo, in quo teſtator iuſſit conſtrui hoſpitale, aut Eccleſiam Collegiatam ſæcularem. 283. 356. &, ſi teſtator mandauit conſtrui hoſpitale, an poterit transferri Monaſterium malè ſituatum. 284. 357. aut, ſi iuſſit illud ædificari in vno loco, poſſit alibi, vel in aliud opus conuerti. ibid. 358
Epiſcopus ſine Capitulo ſtatuere nequit in iis, quæ ſpectant ad ſtatum Eccleſiæ. 1722. 121
Epiſcopus ſine Synodo an poſſit reducere Miſſas beneficio iniunctas à defuncto, vbi ea reductio Epiſcopo permittatur. 1348. 357
Epiſcopus ſuper quorum beneficiorum pluralitate non niſi ex cauſa diſpenſare poſſit. 1571. 413
Epiſcopus ſupplet negligentiam Prælatorum inferiorum in miniſtranda ſubditis ſuis iuſtitia. 290. 381
Epiſcopus vnire non poteſt vnam Eccleſiam alteri Eccleſiæ, dignitati, vel præbendæ, aut eam religioſo loco donare abſque conſenſu Capituli Eccleſiæ Cathedralis. 1772. 241
Epiſcopus vnire poteſt beneficia collationis Prælatorum inferiorum. 1590. 352
Epiſtola fideicommiſſaria quid ſit. 20. 20
Equites Ordinum militarium an ſint veri Religioſi, & perſonæ Eccleſiaſticæ. 1210. 24
Equorum cibaria an ſubminiſtranda ſint in congrua clerici ſuſtentatione. 1782. 266
Erectio Eccleſiæ in Cathedralem à ſolo Papa, vel ex eius auctoritate fieri poteſt. 1553. 251. idémque in erectione Eccleſiæ Cathedralis, ſeu Epiſcopalis in Metropolitanam. ibid. 252
Erectio Eccleſiæ in Cathedralem fieri non poteſt à Legato. 1563. 278. idémque de erectione Cathedralis in Metropolitanam, aut Metropolitanæ in Primatialem. ibid. 279
Erectio nouarum parochiarum intra fines alterius eſt quædam commutatio vltimæ voluntatis; & quomodo fit facienda. 220. 173
Error communis quem defectum ſuppleat. 470. 382
Error communis tempore impetrationis an excuſet reſcriptum maximè legitimationis ab obreptione. ibid 379, 380, & 382
Error ex ignorantia contingens quando non vitiet reſcriptum. ibid. 387
Error in cauſa impulſiua diſpoſitionis an tribuat iuſtam cauſam eum commutandi. 378. 96
Error in diœceſi actoris ab ipſo commiſſus vitiat reſcriptum iuſtitiæ. 467. 368
Error in diœceſi eius, contra quem impetratur reſcriptum iuſtitiæ de commutanda vltima voluntate non vitiat reſcriptum, ſi aliàs conſtare poſſit de perſona. 466. 361. ſecus, ſi de ea perſona non poſſit aliàs ex reſcripto conſtare. 467. 462
Error in diœceſi Ordinarij impetrantis, cui committitur reſcriptum gratiæ commutationis vltimæ voluntatis, illud vitiat. ibid. 369. & an illud exequi poſſit verus Ordinarius. 468. 370
Error in nomine appellatiuo rei, vel perſonæ quando vitiet diſpoſitionem. 463. 351
Error in nomine illius, ad cuius fauorem ab altero impetratur ſuppreſſio alicuius beneficij, eam non vitiat, vbi aliàs conſtet de perſona, cui fit impetratio. 1752. 205. & quid, ſi erretur in nomine diœceſis ipſius, aut eius, contra quam impetratio fit. ibid. 206. vel in diœceſi ipſius actoris, ſeu impetrantis. ibid. 208
Error in nomine illius, cui derogatio fideicommiſſi impetratur, eam non vitiat vbi aliàs de corpore, ſeu illius perſona conſtet. 1164. 672. & quid ſi error contigerit in eius diœceſi, aut illius, contra quem impetratio, vel ipſius impetrantis. ibid. 673. quid etiam quoad hæc in derogatione qualitatum beneficij. 1406. 499. cum duob. ſeqq. & in mutatione ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij. 1624. 445. & ſeq.
Error in nomine impetrantis, vel cognomine patris non vitiat diſpenſationem, ſi aliàs conſtet de perſona. 462. 347. & quid, ſi concedens noui perſonam, cui per errorem gratia petita eſt. ibid. 348
Error in qualitate omnino accidentali rei, circa quam

Digitized by Google

quam versatur vltima voluntas, vel eius commutatio, ipsam non vitiat, si alias constet, quòd ea de re senserit impetrans, aut concedens commutationem. 464.352

Error in vocabulo, aut alia demonstratione rei, circa quam versatur derogatio qualitatum beneficij, seu ipsæ qualitates, vbi aliàs satis constet, quòd de ea re senserit impetrans, vel concedens derogationem, talem impetrationem, vel concessionem non vitiat. 1407.502. idémque in mutatione status Ecclesiæ, vel beneficij. 1624.447. ac beneficij suppressione. 1753.209

Error in vocabulo, aut qualitate omnino accidentali, vel demonstratione rei, circa quam versatur derogatio fideicommissi, vel ipsum fideicommissum, an vitiet derogationis impetrationem. 1165.674

Error in vocabulo rei, circa quam versatur commutatio vltimæ voluntatis, vel ipsa vltima voluntas, non vitiat commutationem, si aliàs constet de corpore. 463.349

Error in vocabulo rei legatæ, aut promissæ, non vitiat legatum, vel promissionem, si de corpore constet. ibid.350

Error quando præsumatur, & in quo differat ab ignorantia. 405.171

Error, seu expressio falsa in nomine illius personæ, cui impetratur vltimæ voluntatis commutatio, eam non vitiat, vbi alias de corpore constat. 462.345

Error, seu ignorantia quando aliquem liberet ab obligatione, remissiue. 623.419

Etymologia nominis magnam vim habet. 1666.3

Examen testium parte non citata factum iis mortuis facit semiplenam probationem. 581.306

Exceptio defectus citationis non censetur exclusa à statuto excludente omnes exceptiones. 577.277

Exceptio defectus mandati quid operetur ex stylo Romanæ Curiæ quoad impetrationem rescripti ad lites, eiúsve vsum. 479.414

Exceptio est de regula. 85, & ac 1241.103. & firmat regulam in casibus non exceptis. 226.189. ac 1241.103

Exceptio excommunicationis actoris opponi potest à quolibet, qui interueniat in iudicio; & in quacumque parte iudicij. 728.282

Exceptio quando firmet regulam in casibus non exceptis. 697.191

Exceptio rei iudicatæ, vt obstet, quid requirat. 1138.604

Exceptiones, quæ opponi possint contra compromissa, & transactiones super maioratu, quæ sint; & quanto tempore his exceptionibus, vel actionibus præscribatur. 1083.442, & 514

Excommunicare non potest Legatus extra prouinciam. 241.257

Excommunicati, qui ab initio prohibentur acquirere iuspatronatus, an possint illud per successionem, aut aliàs acquirere, vel in alterum transferre. 1512.147

Excommunicatio an, & quando exprimi debeat in impetrando beneficio, vel mutatione status ipsius. 1617.424

Excommunicatio impetrantis an exprimenda sit, cùm suppressio beneficij impetratur. 1748.183

Excommunicatio impetrantis commutationem vltimæ voluntatis per rescriptum gratiæ sæpe frustratoriam eam reddit. 729.283. cum multis seqq.

Excommunicatio impetrantis commutationem vltimæ voluntatis per rescriptum iustitiæ plerumque illius executionem suspendit. 728.281. cum pluribusque seqq.

Excommunicato an teneatur quis soluere extrajudicialiter id, quod ei sine iuramento promisit. 729.289

Excommunicato existente suffraganeo Archiepiscopi, non ad eum, sed ad Papam iurisdictio illius deuoluitur. 261.289

Excommunicatus à iure, vel ab homine ab agendo repellitur coram quocumque iudice, non obstante quauis contraria consuetudine. 728.276

Excommunicatus agere non potest, licèt actio tempore peritura sit. ibid.278. neque etiam agere potest per procuratorem, tutorem, vel curatorem. ibid.279

Excommunicatus agere potest ad id, quod excommunicato facere in iudicio à jure permittitur, vt constituere procuratorem ad se defendendum, si hoc ei denegetur. 729.285

Excommunicatus amittit facultatem testandi sibi ex priuilegio concessam. 731.295

Excommunicatus an possit agere vbi offerat probare excommunicationem nullam, aut iniustam, vel exceptio excommunicationis a reo non opponatur; aut reus priùs cum actore communicasset. 728.280

Excommunicatus impetrare validè non potest beneficium Ecclesiasticum, & quamlibet gratiam à Papa, vel alio supremo Principe sæculari. 1591.465. & quid in impetrante ab Ordinario inferiore, aut in excommunicato occulto. ibid.466. quid etiam in facultatibus absoluendi vigore Iubilæi, aut Bullæ Cruciatæ. ibid.468

Excommunicatus, licèt validè, non tamen licitè contrahit, ita vt agere possit, ex contractu secum inito. 729.289

Excommunicatus non potest implorare officium iudicis, nec dicere nullam sententiam iudicis, aut petere restitutionem in integrum. 729.283

Excommunicatus ob hæresim testari validè non potest. 730.291

Excommunicatus ob insecutionem Cardinalis testari validè nequit, validè tamen contrahit. 731.293

Excommunicatus ob plures causas debet omnes exprimere cùm impetrat absolutionem. 446.290

Excommunicatus potest se defendere in iudicio, eaque facere, & habere, quæ ad defensionem suam pertinent; & ibi quid in iuramento suppletorio, aut litis decisiuo; & exceptione excommunicationis, vel compensationis. 738.317

Excommunicatus propter vsuras an validè testari possit. 731.294

Excommunicatus reconuenire aliquem in iudicio non potest. 728.277

Excommunicatus repelli debet à iudice etiam ex officio. ibid.281

Excommunicatus reus an debeat per alium in iudicio respondere. 739.319

Excommunicatus reus an possit appellationem interponere, ac prosequi, siue eam interponat à sententia contra se lata, siue ab excommunicatione. ibid.318

Excommunicatus reus necessarius ad iudicium vocatus, potest, ac debet respondere. 738.313. & potest petere reuocationem possessionis datæ actori ex primo decreto. ibid.314. & quando possit excipere, se non teneri respondere donec absoluatur.

absolvatur. ibid. 315. & an audiatur, cùm est in mora petendæ absolutionis. ibid. 316
Executio accessoria gratiæ factæ, licèt ipsa facienda sit, non expirat morte concedentis re integra. 661. 96. idemque vbi executio etiam principalis fieret dum mors concedentis communiter ignoratur. ibid. 97
Executio concessa ad gratiam faciendam expirat morte concedentis re integra. ibid. 91
Executio sententiæ latæ super derogatione qualitatis beneficij, an suspendatur dum huius sententiæ nullitas cognoscitur. 1440. 589
Executio sententiæ latæ super mutatione status alicuius Ecclesiæ, vel beneficij quando suspendatur per appellationem. 1660. 531. vel dum sententiæ nullitas cognoscitur. ibid. 534
Executio sententiæ super suppressione beneficij quando suspendatur, dum eius nullitas cognoscitur. 1809. 335
Executio vltimæ voluntatis aliquo modo conformis est iuri, seu rationi naturali. 24. 58
Executor à fundatore beneficij deputatus ad suam voluntatem implendam an, & quando possit disponendo, vel consentiendo ad eiusdem beneficij suppressionem concurrere. 1709. 90
Executor à fundatore beneficij, aut Ecclesiæ deputatus regulariter eius statum mutare non potest, nisi ad id ab eo habuerit facultatum. 1544. 228
Executor à fundatore beneficij deputatus regulariter derogare nequit qualitatibus in eius fundatione appositis. 1386. 237. potest autem, si ad id facultatem habuit à fundatore. ibid. 238
Executor à testatore deputatus an possit relictum pro virginibus, vel puellis maritandis dare virgini ingredienti Monasterium, aut puellæ nondum nubili, vel conuertere in alium pium vsum. 176. 55
Executor deputatus ad mutandum statum alicuius Ecclesiæ, vel beneficij, pronuntians, nullam sibi in eo negotio competere iurisdictionem, an possit ea vti. 1658. 527
Executor merus pronuntians nullam sibi potestatem exequendi competere, non ideo amittit iurisdictionem, seu potestatem exequendi. 841. 609 & 1807. 328
Executor nudus piorum relictorum an detrahat Falcidiam. 1049. 127
Executor potest cum Episcopo commutare vltimam voluntatem piam defuncti, quæ mitti executioni non potest. 177. 58, & 64. atque in aliis casibus, in quibus Episcopus id posset, ac deberet cum herede, nullo dato executore. eod. num. 64. & seq.
Executor testamentarius commutare potest vltimam voluntatem defuncti, si ad id ab eo specialem habeat facultatem. 177. 59. vel deputationem cum libera potestate, seu administratione. ibid. 60
Executor testamentarius regulariter non potest derogare fideicommisso. 1103. 487. & an possit illud declarare; aut etiam ei derogare, cùm ad id à testatore facultatem habuit. 1104. 488
Executores testamentarij an possint commutare vltimam voluntatem, aut ambiguam declarare, declarationémve exequi irrequisito herede. 175. 53. cum seq.
Executores testamentarij approbantur à iure ciuili, & canonico. 70. 64
Executores testamentarij sunt loco heredis quoad executionem vltimæ voluntatis. 179. 65
Executores meri, vel subexecutores gratiarum an habere debeant qualitates iudicum delegatorum, de quibus in cap. statutum, de rescripto in Sexto. 673. 117. & quid in executoribus cum clausula, *vocatis vocandis*, aut aliàs mixtis, vel eorum subexecutoribus. ibid. 118
Exempla derogationum fideicommissorũ per viam commutationis, seu subrogationis, ex publica auctoritate. 1178. 707
Exempla impotentiæ factæ, vel iuris, & vsus, finisve liciti, aut illiciti quoad legatorum executionem, aut commutationem. 124. 131, & 134
Exemplum commutationis laboris in peregrinando. 628. 436. & ingressus Religionis, ac voti perpetuæ castitatis. ibid. 437
Exemplum commutationis vltimæ voluntatis ad tempus. 771. 400
Exemplum commutationis voti peregrinationis Hierosolymitanæ à puero emissi in eleemosynas; & omnis voti in perpetuam Religionis obseruantiam; ac voti vltramarini ab Episcopo, & ab impeditis ad tempus, vel perpetuò emissi in varia opera. 628. 435
Exemplum commutationis voti, seu alterius obligationis de non ineundo matrimonio, vel de assumendo Ordine Sacerdotij. ibid. 438
Exemplum iuris facultatis mixtæ, seu quæ in faciendo, & non faciendo consistit. 930. 893
Exheredare cur possit pater ex certis causis filium, contra ius naturale saltem secundarium. 105. 74
Exheredatus etiam iustè à patre an admittatur ad fideicommissum familiæ ab auo relictum; & quid de priuatione maioratus. 1072. 396
Expressa nocere, & expressa non nocere, quomodo accipiendum sit. 460. 343. & seq.
Expressio alicuius causæ an sit necessaria ad validitatem suppressionis beneficij. 1752. 204
Expressio alicuius causæ an sit necessaria in impetranda derogatione fideicommissi. 1159. 658. aut derogatione qualitatum beneficij. 1406. 498
Expressio alicuius causæ in impetranda commutatione vltimæ voluntatis licèt non sit necessaria ad valorem impetrationis, est tamen vtilis, & expediens. 422. 229
Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, nisi exprimantur alio modo, quàm insint. 461. 344
Expressio falsæ causæ, vel qualitatis, quæ tacita, aut verè expressa faciliorem redderet superiorem ad concedendum, quando vitiet mutationem status Ecclesiæ, aut beneficij. 1622. 436. aut suppressionem beneficij. 1750. 196
Expressio falsæ causæ, vel qualitatis taxatiuè facta vitiat impetrationem derogationis fideicommissi, licèt aliàs facilius concessa fuisset gratia: secus si facta fuit demonstratiuè. 1158. 650
Expressio falsi circa causam impulsiuam vnius partis rescripti derogationis qualitatum beneficij non vitiat totum rescriptum. 1406. 497
Expressio falsi dolosa in vna parte gratiosæ derogationis qualitatum beneficij non irritat ipso iure, & in foro conscientiæ illam partem connexam, quæ vitio caruit. ibid. 496
Expressio falsi dolosa, quæ fuit causa solius formæ derogationis fideicommissi, totam gratiam vitiat. 1158. 654. & quando expressio dolosa in vna

vna parte huiuſmodi reſcripti totum vitiet. ibid. 655.cum duob.ſeqq.
Expreſſio falſi in vna parte reſcripti derogationis qualitatum beneficij an, & quando vitiet aliam. 1405.495
Expreſſio falſi per fraudem, vel malitiam in impetranda derogatione qualitatis beneficij gratiam in totum vitiat, licèt ea expreſsio fuerit cauſa ſolius formæ. ibid.494
Expreſso triplex eſt, in genere, in ſpecie, & in individuo. 815.540,& 729.
Expreſso vno vacationis modo per communem errorem an vitietur impetratio beneficij. 470. 380, & 382
Exprimens ſub dubio qualitatem beneficij, aut cauſam derogationis, cùm de illa certus ſit, quòd adſit, de hac quòd deſit, an valide impetret derogationem illius qualitatis. 1405.493. & quid in impetrante mutationem ſtatus alicuius Eccleſiæ, aut beneficij. 1623.439. aut ſuppreſsionem beneficij. 1751.199
Exprimi quando aliquid dicatur eodem, vel alio modo, quàm inſit. 573.265
Extenſio fit ab vno æquiparatorum à iure ad aliud. 795.468
Extinctio eſt genus reſpectu ſuppreſsionis. 1668.8

F.

FABRICA S. Petri de Vrbe habet in certis caſibus partem piorum legatorum totius Chriſtiani orbis. 210.151
Fabricæ Eccleſiæ reditus in vſus ipſius Eccleſiæ neceſſarios, & vtiles, prout Epiſcopus magis expedire iudicauerit, expendi debent. 74.81
Facere nemo poteſt, quin leges locum habeant in ſuo teſtamento. 1023.225
Facta multa tenent, quæ fieri prohibentur. 331.503 & 780.418
Factum legitimè non debet regulariter retractari, licèt poſtea caſus eueniat à quo non potuit inchoari. 331.503 & 781.424
Factum legitimè quando retractetur. 790.452
Factum quando deſtruatur ex eo, quod illud impedit faciendum. 789.446
Facultas alienandi aliquas res fideicommiſſarias, ac de iis diſponendi an impleta cenſeatur per vniuerſalem heredis inſtitutionem non facta mentione rerum fideicommiſſariarum. 1102. 483
Facultas alienandi bona fideicommiſſaria heredi à fideicommittente conceſſa continet etiam portionem, quæ illi obuenit ex iure accreſcendi. ibid. 479. & quando comprehendat alienationem ex teſtamento, ſeu in morte. ibid. 480. vel vltra dodrantem. ibid.481
Facultas alienandi continet etiam poteſtatem donandi. 1103.484
Facultas alienandi de bonis fideicommiſſariis pro ſuis neceſsitatibus, vel ad ſuum beneplacitum heredi à fideicommittente conceſſa quid importet. 1102.482
Facultas alienandi intra certum tempus cum alicuius conſenſu non infert facultatem alienandi poſtea etiam ſine illius conſenſu. 1103. 485
Facultas commutandi vltimam voluntatem conceſſa ex cauſa legitima ceſſat, ſi cauſa ceſſet ante executionem commiſſionis. 784.434. cum duob. ſeqq.
Facultas commutandi vltimam voluntatem duob. commiſſariis ſimpliciter conceſſa an, & quando per mortem vnius in altero quoque expiret. 679. 135.& duob.ſeqq.
Facultas commutandi vltimam voluntatem pluribus ſimpliciter, vel ſimul data non expirat per vnius mortem, ſi ſuperſtes habeat dignitatem, vel officium, ſub cuius nomine facta eſt commiſsio. 680.138
Facultas commutandi vltimam voluntatem redit, ſi redeat cauſa, quæ ante executionem ceſſauerat. 785.437
Facultas data directè delegato ad fauorem tertij, eſt gratia facienda, data verò directè ipſi tertio eſt gratia facta. 665.111
Facultas ſupprimendi beneficium an, & quando expiret in commiſſario per mortem naturalem, aut ciuilem ſubdelegati ab ipſo. 1790. 277
Facultas ſupprimendi beneficium an, & quando expiret in ſubdelegato per mortem ipſius naturalem, vel ciuilem. 1791. 278. aut per mortem naturalem, vel ciuilem ſubdelegantis. ibid. 279. cum ſeq.
Facultas teſtandi, & fideicommittendi an ſit iuris gentium. 1121.549
Facultati affirmatiuæ, ſeu quæ in faciendo conſiſtit, an, & quando præſcribatur latè. 929. 892
Facultatis iura quædam conſiſtunt in faciendo, quædam in non faciendo, quædam in vtroque. ibid. 891, & 893
Facultatis iuri regulariter non præſcribitur. 928. 890
Falcidia an detrahatur de donationibus cauſa mortis, vel quæ morte confirmantur. 1048.319
Falcidia an detrahatur ex relicto in teſtamento militis. 1050.342
Falcidia an, & quando detrahatur de relictis ad pias cauſas. 1049. 334. cum duob. ſeqq. & quid de eo, quod ſupereſt certo operi pio. ibid. 336. atque in nudo relictorum piorum executore. ibid.337
Falcidia deducitur à coherede vniuerſali ex re certa, in qua alius eſt inſtitutus, licèt ſit filius teſtatoris: idémque de inſtituto in quota hereditatis dato ei coherede vniuerſali. 1047.321
Falcidia deducitur quoque ex legatis relictis filio teſtatoris. ibid. 323
Falcidia detrahitur de fideicommiſsis particularibus, Trebellianica, de vniuerſalibus, licèt hæc miſceantur. 1035.272,& 322
Falcidia ex quibus legatis, vel fideicommiſsis particularibus deducatur. 1048.326.& duob.ſeqq.
Falcidia inducta eſt ob publicam vtilitatem, vt vltimæ voluntates defunctorum executioni faciliùs mittantur. 1053.351
Falcidia non detrahitur de legitima filiorum. 1050. 338. & quid in legato dotis, vel pro virginibus maritandis, aut legato dotis reſtituendæ vxori. ibid.339
Falcidia non detrahitur per eum, qui expreſsè, vel tacitè illi renuntiauit. ibid. 340. aut legata relicta euertere curauit; vel monitus intra annum voluntatem defuncti non impleuit. ibid. 341
Falcidia non detrahitur vbi eam teſtator expreſsè prohibuit. 1051.344
Falcidia per quæ verba cenſeatur prohibita. ibid. 345, ac 348. & an per prohibitionem alienationis. ibid.346
Falcidia prohiberi non poteſt liberis primi gradus

Digitized by Google

dus. 1052.347
Falcidia quando dicatur detrahi contra expreſſam, vel tacitam, aut ſecundùm voluntatem teſtatoris. 1051.344
Falcidia reſecat ipſo iure quoad dominium; & inducta etiam eſt fauore teſtatoris. 1046.320
Falſa cauſa adiecta derogationi alicuius qualitatis beneficij an, & quando vitiet ipſam derogationem. 1407.504
Falſa cauſa adiecta derogationi fideicommiſſi regulariter ipſam non vitiat, niſi adiecta per modum conditionis. 1165.675. idémque in falſa cauſa appoſita mutationi ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij. 1625.448
Falſa cauſa adiecta ſuppreſſioni alicuius beneficij regulariter ipſam non vitiat, niſi adiecta ſit per modum conditionis, ſeu cauſæ finalis: & ibi quid, ſi hæc cauſa eſt diuidua. 1753.210
Falſa cauſa appoſita vltimæ voluntatis commutationi ipſam non vitiat; & quæ ſit falſa cauſa. 465. 357. vitiat autem ſi appoſita ſit per modum conditionis; quæ, ſi diuidua ſit, iuxta ſuos limites reſtringet diſpoſitionem diuiduam. ibid. 358, & 360
Falſa cauſa, ſeu qualitas reddens faciliorem conceſſionem adiecta demonſtratiuè eam non vitiat; ſecus ſi adiecta ſit taxationis gratia. 405. 172
Falſa demonſtratio an, & quando vitiet legatum, aliámve diſpoſitionem. 1407.503
Falſa demonſtratio non vitiat legatum, ſi alias conſtet de corpore. 464.353
Falſa demonſtratio per modum conditionis concepta vitiat diſpoſitionem, licet conſtet de corpore; ac limitanda erit iuxta limites falſitatis ipſius. 465.356
Falſa demonſtratio rei, circa quam verſatur vltima voluntas, vel eius commutatio ipſam non vitiat, ſi aliàs conſtet, quòd de ea re ſenſerit impetrans, vel concedens commutationem. 463.352
Falſa expreſſio alicuius qualitatis per fraudem, vel malitiam, licet ſolùm cauſa fuerit formæ in conceſsione mutationis ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij, omnino tamen gratiam vitiat. 1623.440
Falſa expreſsio cauſæ, vel qualitatis, quæ ſuppreſſa, aut verè expreſſa redderet faciliorem ſuperiorem ad derogandum qualitati beneficij adiecta demonſtrationis gratia eam derogationem vitiat; ſecus ſi adiecta ſit taxatiuè, ſeu conditionaliter. 1405.490
Falſa expreſsio circa cauſam impulſiuam admiſſa in vna parte reſcripti mutationis ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij totum reſcriptum non vitiat. 1623. 443. idémque in reſcripto ſuppreſſionis beneficij. 1752.203
Falſa expreſsio doloſa commiſſa ab impetrante in vna parte reſcripti mutationis ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, an ipſo iure, & in foro conſcientiæ irritet etiam partem connexam reſcripti, quætali vitio caruit, vel ſolùm vitioſam. 16 . 442
Falſa expreſsio doloſa, licèt cauſa fuerit ſolius formæ, vitiat tamen in totum reſcriptum ſuppreſſionis beneficij. 1751. 200. & quid ſi ea falſa expreſsio reſpiciat vnam tantùm partem reſcripti, an aliam vitiet. ibid. 201
Falſa expreſsio eius, quod verè expreſſum ſuperiorem reddit faciliorem ad concedendum, non vitiat conceſsionem. 471.385
Falſa expreſsio eorum, quæ ſuppreſſa ſurreptitiam, & nullam reddunt derogationem qualitatis in fundatione beneficij appoſitæ, eam derogationem vitiat. 1401.482
Falſa expreſsio impedimenti minoris loco maioris, vel e contrario eiuſdem, vel diuerſæ ſpeciei, an, & quando vitiet mutationem ſtatus Eccleſiæ, aut beneficij. 1625.449
Falſa expreſsio in vna parte gratioſæ ſuppreſsionis beneficij an ipſo iure, & in foro conſcientiæ irritet partem connexam, quæ vitio caruit. 1752.202
Falſa expreſsio maioris impedimenti loco minoris diuerſæ ſpeciei, vel minoris loco maioris eiuſdem ſpeciei, vitiat impetrationem derogationis qualitatis beneficij: ſecus, ſi mains pro minori in eadem ſpecie exprimatur; niſi de iure, vel ſtylo Curiæ verè eſſet exprimendum. 1752.205. idemque in ſuppreſsione beneficij. 1753.211
Falſa expreſsio maioris vinculi loco minoris, vel contra, in impetranda fideicommiſſi derogatione, an, & quando ipſam vitiet. 1165.676
Falſa expreſsio maioris vinculi, ſeu impedimenti loco minoris an & quando vitiet commutationem vltimæ voluntatis, aut aliam diſpoſitionem. 469.373, 384, & 387
Falſa expreſsio nominis illius, cui impetratur mutatio ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, an eam vitiet. 1624. 445. & quid, ſi ea contigerit in nomine diœceſis ipſius, vel eius, contra quem reſcriptum impetratur; aut impetrantis. ibid. 446. quidve quoad hæc omnia in reſcripto ſuppreſsionis beneficij 1752. 205
Falſa expreſsio ſingulorum, quorum taciturnitas nullam reddit mutationem ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, ipſa quoque eandem mutationem vitiat. 1620. 429. cum aliquot ſequ. idémque in ſuppreſsione beneficij. 1750.194
Falſa expreſsio valoris beneficij obtenti, vel obtinendi an, & quando vitiet impetrationem beneficij, vel mutationis ſtatus ipſius. 1621.435
Falſa expreſsio vnicæ cauſæ etiam impulſiuæ vitiat mutationem ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij: & ibi, quid, ſi ex pluribus cauſis expreſsis aliquæ ſint veræ, aliquot falſæ. 1622.437
Falſa expreſsio vnius minoris vinculi, ſeu impedimenti loco maioris etiam eiuſdem ſpeciei vitiat commutationem vltimæ voluntatis. 469.377
Falſi expreſsio an magis noceat legitimationi, quàm veri ſuppreſsio. 470.383
Falſi expreſsio ex ſimplicitate, & ignorantia, quæ fuit cauſa finalis ſolius formæ in impetranda commutatione vltimæ voluntatis ſolam formam vitiat. 418. 215. licèt ignorantia fuiſſet craſſa, non tamen ſupina. 419. 219. ſi autem fuit taciturnitas, vel falſa expreſſio doloſa, vitiat in totum. ibid. 218
Falſi expreſsio ſolùm in cauſa finali vitiat impetrationẽ derogationis fideicommiſſi, quia ſuperior aliàs eam non conceſsiſſet, vel cum aliqua moderatione. 1157.649
Falſi expreſsio tunc ſolùm vitiat commutationem vltimæ voluntatis, quando fuit cauſa finalis conceſsionis: ſecus, ſi fuit cauſa tantùm impulſiua. 401.153
Falſitas cauſæ vnicæ etiam impulſiuæ expreſſæ in commutatione vltimæ voluntatis eam irritat. 413.197. & quid ſi ea falſitas commiſſa ſit per

Digitized by Google

per ſimplicitatem, errorem, vel ignorantiam. ibid.198
Falſitas ceterarum ex pluribus cauſis expreſsis diſiunctiuè aut copulatiuè commutationi vltimæ voluntatis an, & quando noceat vera exiſtente vna ex narratis. 413. 199. cum trib. ſeqq.
Falſitas demonſtrationis, aut cauſæ fideicommiſſo adiecta non impedit eius derogationem. 1089.465
Falſitas vnicæ cauſæ etiam impulſiuæ, quæ expreſſa ſit in derogatione fideicommiſſi eam vitiat. 1158. 651. & quid ſi ex pluribus etiam finalibus vna vera ſit. ibid. 652. quídve quoad vtrumque in derogatione qualitatum beneficij. 1405.491
Falsò exprimens, beneficium vacare, an nullam reddat impetrationem beneficij, aut mutationis ſtatus ipſius. 1621.433
Falsò exprimens, ſe beneficium non habere, nulliter aliud impetrat. ibid.431
Falsò exprimens, ſe clericum eſſe, nulliter beneficium impetrat. ibid.432
Familia priuata an poſſit inducere conſuetudinem circa formam ſuccedendi. 1119.541. cum duob. ſeqq.
Familiæ nomen maximè in fideicommiſsis, & legatis quid contineat: & an feminas comprehendat. 1069.384
Familiaritas Cardinalis, quæ erat in beneficiato defuncto an ſit exprimenda in impetratione beneficij, aut derogatione alterius qualitatis ipſius. 1382.439
Fauor, & odium mutationis vltimarum voluntatum quot modis conſiderari poſsit. 80. 96
Fauorabilia multa ſunt poſt deductionem in eſſe, quæ in fieri ſunt odioſa. 1055.358
Fauorabilis eſt, & facilè conceditur reditus ad ius commune. 127.143
Fauorabilis eſt omnis diſpoſitio, quæ innititur iuri communi. 81. 101. & quæ continet publicam vtilitatem. ibid. 102. vel vtilitatem Eccleſiarum. ibid.106
Fauorabilis, & ſimul odioſa eſſe poteſt eadem diſpoſitio. 80. 97. pars tamen præponderans facit eam fauorabilem, & odioſam. ibid. 98, & 100. quæ theorica declaratur. ibid.99
Fauorabilis quandónam ſit commutatio vltimæ voluntatis. 81.100, & 105. vſque ad 109
Fauori ſuo poteſt quis renuntiare: quod tamen fallit in pleriſque caſibus. 179.67
Femina etiam non agnatæ quando ad fideicommiſſum familiæ relictum admittantur. 1072. 386
Feminæ regulariter ad ſucceſsionem in iurepatronatus admittuntur: & quid vbi adſit ſtatutum excludens feminas ſtantibus maſculis. 1511.140
Feminarum deſcendentes, aut aliàs eis per femineam ſexum coniuncti, non ſunt de familia, quæ vocatur ad ſucceſsionem. 1070.387
Feminarum liberi in earum familia non ſunt, ſed proprij patris familiam ſequuntur. ibid. 385, & 387
Fidei fauore multa ſpecialia permittuntur à iure. 697.189
Fideicommiſſa circa rem de facto impoſsibilem regulariter nulla ſunt. 1088.458
Fideicommiſſa contra ius naturale inſtituta nulla ſunt. 1087. 454. idémque in contrariis iuri diuino poſitiuo. ibid. 455 aut humano item poſitiuo. 1088.456
Fideicommiſſa non relinquuntur, niſi in teſtamento, vel alia ſcriptura habente vim ſimilis vltimæ voluntatis. 1067.375, & 379
Fideicommiſſa ortum habuerunt à iure ciuili tempore Auguſti. 991.93
Fideicommiſſa particularia an per omnia ſint exæquata legatis. 953.23. & ſeq.
Fideicommiſſa propriè fieri non poſſunt in contractibus, ſed ſolùm in teſtamentis, & aliis ſimilibus vltimis voluntatibus. 961.50
Fideicommiſſa quando poſsint à ſupremo Principe per legem generalem etiam in totum tolli. 1120.544. & aliquot ſeqq.
Fideicommiſſarius an ſit ipſo iure tutus contra ſententiam latam aduersùs heredem ex eius dolo, vel culpa; ita, vt actionem habeat etiam contra victorem. 1137.598
Fideicommiſſarius an teneatur ſtare tranſactioni inter heredem, & tertium. 1110.507
Fideicommiſſarius capit fideicommiſſum de manu heredis. 1067.379
Fideicommiſſarius conſentiens alienationi rei fideicommiſſo ſubiectæ quando ſibi præiudicet in re, vel pretio. 1105.494. & quid, ſi fuit præſens alienationi, & tacuit. 1106.495
Fideicommiſſarius derogare poteſt fideicommiſſo remittendo illud per pactum, priùs tamen cognitis verbis teſtamenti. 1107.496
Fideicommiſſarius emens ex cauſa æris alieni rem fideicommiſſariam tenetur reſtituere confideicommiſſariis portiones ſuas debito priùs reſtituto. 1005.139
Fideicommiſſarius grauatus alteri reſtituere an detrahat Trebellianicam. 1036. 276, & 288. cum duob. ſeqq.
Fideicommiſſarius in pleriſque caſibus poteſt tranſigere; & quid ad eas tranſactiones requiratur. 1109.505. cum ſeq.
Fideicommiſſarius nequit etiam pretio reſtituto reuocare alienationes ab herede factas ob ſolutionem debitorum teſtatoris, vel cauſa conſtituendarum, aut reſtituendarum dotium. 1002. 127
Fideicommiſſarius poteſt pluribus modis ſuo conſenſu derogare fideicommiſſo pro ſe inſtituto. 1104.489. cum multis ſeqq.
Fideicommiſſarius quando deroget fideicommiſſo, ſeu in eo ſibi præiudicet approbando tranſactionem factam ab herede grauato cum debitoribus hereditatis. 1109.503
Fideicommiſſarius quando ſibi præiudicet in fideicommiſſo concedendo licentiam, vt alius habeat bona fideicommiſſaria. 1105.492. cum duob. ſeqq.
Fideicommiſſarius quomodo ager ad ſupplementum quartæ, cùm grauatus reſtituere quod ſupererit, aliquid de hereditate alienauit extra caſus ſibi à iure permiſſos. 1012.374
Fideicommiſſarius tranſigens ſuper fideicommiſſo debet habere notitiam contentorum in teſtamento: qualiſque eſſe debeat hæc notitia; & an ei renuntiare poſsit: & quid, ſi huic renuntiationi, vel tranſactioni iuramentum acceſſerit. 1110.506
Fideicommiſſarius vniuerſalis quando detrahere poſsit Falcidiam. 1047.321, & 332
Fideicommiſſarius vniuerſalis quis eſſe cenſeatur. 966.61
Fideicommiſſi in diem, vel ſub conditione, aut modo, vel ſub falſa demonſtratione relicti materia

Digitized by Google

remiſſiuè. 1090.467
Fideicommiſſorum nomen vnde ſumptum ſit, & obligatio quando cœperit. 952.18
Fideicommiſſum aliud eſt aſcendentium, aliud collateralium, aliud penitus extraneorum: item aliud relictum certæ perſonæ, aliud certæ familiæ; & hoc vel toti, vel parti, vt primogenito. 972.83
Fideicommiſſum aliud expreſſum, aliud tacitum; & quid vtrumque ſit, ac quibus verbis inducatur. 967.62.& multis ſeqq.
Fideicommiſſum aliud purum, aliud in diem, aliud conditionale; & quid vnumquodque ſit. 971.79. poteſt tamen diuidi ſolùm in purum, & conditionale. 972.81
Fideicommiſſum aliud reale, aliud perſonale: & quando hoc, vel illud præſumatur. ibid. 82
Fideicommiſſum aliud vniuerſale, aliud particulare. 963.22,& 57
Fideicommiſſum conditionale, vel in diem an repudiatione tollatur. 1104.490
Fideicommiſſum eſſe odioſum quomodo accipiendum ſit. 1055.360
Fideicommiſſum eſt vltima voluntas. 958.39,& 40
Fideicommiſſum, & maioratus in multis conueniunt, & in aliquibus differunt. 1066.371. & aliquot ſeqq.
Fideicommiſſum excluſiuum feminarum propter maſculos quando ſit fauorabile, vel odioſum. 1059.366
Fideicommiſſum familiæ relictum an intelligatur de familia teſtatoris, vel grauati. 1071. 391. & an de familia propria teſtatoris, ſeu effectiuè, & in ſpecie; vel de familia communi cum aliis, ſeu contentiuè, & in genere. ibid. 392
Fideicommiſſum familiæ, ſeu agnationi relictum in quo differat à relicto, vt bona conſeruentur in familia, ſeu agnatione. ibid. 390
Fideicommiſſum filiis, liberis, vel nepotibus relictum, quot contineat, remiſsiuè. 1071. 398. & quid in relicto deſcendentibus, aut poſteris, ſeu poſteritati. 1073.399
Fideicommiſſum gratia conſeruandæ familiæ, ſeu agnationis iam inſtitutum valde præ ceteris fauorabile eſt; idémque in maioratu. 1055.359, ac 367
Fideicommiſſum in teſtamento, & codicillis, ac prorſus ab inteſtato relinqui poteſt. 959.42
Fideicommiſſum inducitur, licet oratio ſit imperfecta ex defectu vnius verbi; & vbi aliàs diſpoſitio teſtatoris non poſſet conſequi ſuum effectum. 968.70.cum ſeq.
Fideicommiſſum iniunctum filio in pupillari ætate decedenti, eiúſve heredibus ab inteſtato firmum remanet, nec prætextu legitimæ minuitur. 1013.166
Fideicommiſſum inſtitui poteſt in donatione cauſa mortis, & an aliquando in contractu. 1067. 376
Fideicommiſſum inſtitutum fauore alicuius familiæ eſt fauorabile; inſtitutum verò fauore certæ perſonæ eſt odioſum. 1060.367
Fideicommiſſum non eſt ſpecies vltimæ voluntatis per ſe ſubſiſtens. 21 25
Fideicommiſſum per quæ verba inducatur. 968.67, ac 72
Fideicommiſſum pro conſeruatione bonorum in familia, ſeu agnatione ordinatum an comprehendat feminas; & an in hoc differat à fideicommiſſo familiæ, ſeu agnationi relicto. 1071.389
Fideicomiſſum quoad ſui conſeruationem eſt fauorabile. 1055.357.cum ſeq.
Fideicommiſſum quomodo commutetur quoad tempus, ſeu ei derogetur quoad dilationem executionis. 1178.706
Fideicommiſſum quomodo definiatur. 966.58
Fideicommiſſum redintegrandum ne ſit ex bonis liberis, quæ ſuperuenerunt poſt dotis conſtitutionem. 1025.232
Fideicommiſſum relictum cognatis, ſeu cognationi, aut propinquis, ſeu propinquitati, quóſnam comprehendat, remiſſiuè. 1074. 404. & quid in relicto ſanguini, ſeu conſanguinitati, vel conſanguineis. ibid. 405. aut parentelæ, vel nomini. ibid.406
Fideicommiſſum relictum maſculis, proximioribus, antiquioribus, vel nobilibus, v. g. de Turre, quos contineat, remiſsiuè. ibid. 407. & quid de relicto conſortibus, affinibus, vel attinentibus. ibid.408.aut ſuis, parentibus, coniunctis, proximis, aut neceſſariis. ibid.409
Fideicommiſſum relictum progeniei, ſtirpi, vel domui, quas perſonas contineat; remiſsiuè. ibid. 402. & quid in relicto cippo, vel caſatæ. ibid. 403
Fideicommiſſum relictum proſapiæ, generi, aut genti quos comprehendat; remiſsiuè. 1071.400. quid in relicto proli, aut lineæ, ſeu colonnello. ibid.401
Fideicommiſſum ſingulare an detur præter ſpeciale, ſeu particulare, & vniuerſale. 966.59
Fideicommiſſum ſiue particulare, ſiue vniuerſale eſt quædam donatio. 1086.451
Fideicommiſſum tacitum an inducatur cauſa vitandi abſurdi, aut cùm idem effectus euenit, ob quem in alio caſu, qui non contigit, teſtator fideicommiſſum conſtituit. 969. 73
Fideicommiſſum tacitum inducitur, ampliatur, reſtringitur, ac declaratur ex ratione, ſeu cauſa expreſſa in diſpoſitione, per quam fideicommiſſum conſtitutum eſt: & quando id contingat ex ratione tacita, ſed vnica. ibid.74
Fideicommiſſum tacitum pleriſque modis inducitur, remiſſiuè. ibid.75
Fideicommiſſum vniuerſale, & particulare, ſeu ſpeciale in quo differant. 966.60
Fideicommittens in diſpoſitione cauſa mortis regulariter poteſt ad libitum reuocare, aut mutare fideicommiſſum. 1098.469. licèt in ea adſint verba, quæ donationem ſapiunt. 1099. 471. idémque ſi fiat per donationem inter viuos, quæ non niſi morte confirmatur, aut per donationem cauſa mortis. ibid.472
Fideicommittens in diſpoſitione inter viuos regulariter fideicommiſſum mutare, aut reuocare, ſeu ei derogare non poteſt. ibid.473
Fideicommittens poteſt apponere conditiones, & onera, quæ voluerit, modò non excedant emolumentum relictum. 1066.374
Fideiubens pro aliquo contractu an cenſeatur illum approbare ad ſui iuris præiudicium. 907.814
Fideiuſſores dotium reſtituendarum quando admittantur. 1028.144
Fides exemplaris priuilegij an fieri debeat, cùm in priuilegio ad inſtar exprimitur aliqua ſpecies gratiæ. 760.370
Filij naturales non ſunt de familia, ſeu agnatione, neque admittendi ad fideicommiſſum relictum

ctum familiæ: idémque de eorum filiis legitimis. 1072. 394. & quid in naturalibus legitimatis. ibid. 395

Filij naturales, vel ſpurij, an ſuccedant in iure patronatus patris, vel matris etiam poſt legitimationem: & quid in filiis legitimis illegitimorum. 1512. 145

Filius approbans expreſsè, vel tacitè patris teſtamentum, in quo ei prohibet Trebellianicam, an poſſit eam detrahere. 1045. 315

Filius exheredatus an amittat iuſpatronatus hereditarium. 1511. 141. & quid in emancipato, vel adoptiuo. 1512. 145

Filius fideicommittentis an excuſetur à reſtitutione fideicommiſſi, cùm eum vrget neceſſitas. 1015. 183

Finis adæquatus legis veteris à Deo principaliter intentus quis fuerit. 63. 45

Finis eſt id cuius gratia, & mouet ſecundùm eſſe futurum. 76. 86

Fiſcus ſuccedens bonis vacantibus, aut deficientibus aliis ſucceſſoribus, non tenetur ad præſtationem legatorum, & fideicommiſſorum. 1041. 193

Fiſcus ſuccedens in iuribus gratiati quando detrahat Trebellianicam. 1036. 278, & 293

Forma eſſentialis dat eſſe rei. 1453. 29

Forma ſubſtantiali non ſeruata corruit actus; neque impleri poteſt per æquipollens: niſi immineat periculum ſcandali, aut aliud; vel finis, ad quem inducta eſt forma, æquè ſequatur. 587. 328

Forma ſubſtantialis an neceſſariò interuenire debeat in ipſo actu. 589. 333

Formę derogare cenſetur faciens actum contra eam vbi derogare illi poteſt. ibid. 336. & quid in commiſſario faciente ex iuſta cauſa id, quod proximè eſt mandato, aut recedente ab eo, quod ſonant verba formæ, vt audiat rationabilem exceptionem partis. ibid. 337

Formæ non limitatæ ad certum actum omiſſio non annullat actum: idem vbi per confeſſionem partis recedatur à forma, cuius menti ſatisfiat per manifeſtationem confeſſionis. 590. 341

Formæ, quæ non concernit factum, ſed ius, omiſsio non annullat actum. ibid. 338. idem in ea forma, quæ adiecta eſt commiſsioni factæ Ordinario habenti ſuper illa re facultatem. ibid. 339. quod tamen fallit in nonnullis caſibus. ibid. 340

Formæ ſubſtantialis omiſsio etiam in minimo regulariter vitiat actum: itémque omiſsio totius formę, licèt leuis ſit, cùm ea diſpoſitio vlteriùs procedit annullando actum contra factum. 588. 329

Formæ ſubſtantialis tranſgreſsio annullat eius executionem, licèt ipſam faciliorem reddat. ib. 331

Formalis cauſa commutationis vltimarum voluntatum quæ ſit, & quæ illius ſpecies. 27. 51. cum ſeq. & quotuplex ſit ipſius cauſa finalis. 28. 57

Formam ſubſtantialem concomitantia & ipſa ſunt de ſubſtantia. 589. 336

Formula commiſsionis ſuppreſsionis, & vnionis beneficiorum; remiſsiuè. 1676. 29

Formula commutationis aliquot anniuerſariorū in totidem Miſſas ex certis cauſis, à commiſſario per ſedem Apoſtolicam ad id deputato executæ. 44. 65

Formula commutationis, ſeu reductionis auctoritate ordinaria quorumdam onerum plurium Miſſarum ad multò minorem numerum ob tenuitatem eleemoſynæ, quæ pro illis fuerat aſsignata. 47. 66

Formula conceſsionis Eccleſiæ, ſeu dignitatis curatæ ſæcularis Regularibus. 1464. 49

Formula continens commiſsionem commutationis vltimæ voluntatis quoad perſonam heredis; ſeu legatarij, & executoris teſtamentarij ad ſubueniēdum neceſsitatibus ſupplicantis; necnon continens commiſsionis huiuſmodi executionē. 30. 60

Formula derogationis fideicommiſsi à ſupremo Principe conceſſæ, ita, vt vendi poſsint aliqua bona fideicommiſſaria, ob id maximè, quòd ſupplicans vltimus ex votis eſſe videatur. 974. 87

Formula derogationis fideicommiſsi in quibuſdam caſibus à iure permiſsis, maximè pro alienatione bonorum fideicommiſſariorum ad ſananda debita heredis. ibid. 88

Formula liberationis heredis, ſeu legatarij à certo onere Miſſarum, & anniuerſariorum, eiúſque bonorum ab hypotheca ſpeciali iis impoſita, media aſſignatione vnius proprietatis idoneæ arbitrio Ordinarij: quæ gratia conceſſa fuit à ſacra Pœnitentiaria de ſpeciali mandato Papæ. 34. 61

Formula mandati commutationis legatorum, ſeu emolumentorum ex iis prouenientium quoad perſonas clericorum ſæcularium in regulares: ac ſimul mandati reductionis Miſſarum, anniuerſariorum, & aliorum diuinorum officiorum ad ratam redituum ſeruata forma Conc. Trid. 36. 63

Formula reductionis Miſſarum ad minorem numerum durante vita moderni Capellani à ſacra Pœnitentiaria conceſſæ de mandato ſpeciali Papæ viuæ vocis oraculo. 35. 62

Formula ſupplicationis pro commutatione vltimæ voluntatis, præcipuè quoad locum, pro maiori vtilitate, vel commoditate. 42. 64

Formula ſupplicationis pro derogatione fideicommiſsi à Romano Pontifice ratione dominij ſui temporalis, vt alienari poſsint ad tempus, & vſque ad certam ſummam bona à teſtatore prohibita alienari, & fideicommiſſo ſubiecta pro diſſoluendo ære alieno ipſius, & heredum. 975. 89

Formula ſuppreſsionis aliquot præbendarum, & Canonicatuum in Eccleſia Collegiata inſigni, & reductionis ad minorem numerum iuxta facultatem, & formam Conc. Trid. 1682. 32

Formula ſuppreſsionis cuiuſdam Præpoſituræ cum applicatione redituum ipſius cuidam ordini regulari, & reſeruatione certæ annuæ penſionis alteri pio loco. 1676. 30

Formula ſuppreſsionis duarum Parochialium ex quinque, cum applicatione redituum illarum reliquis tribus Parochialibus; & vnionis aliquorum beneficiorum ſimplicium iiſdem; ac translationis aliarum Eccleſiarum in eas ipſas Parochiales Eccleſias. 1679. 31

Formulæ derogationis qualitatum in fundatione beneficij appoſitarum vnde confici, ac peti poſſint. 1215. 44

Formulæ variæ inſerendæ ſunt tractatibus, de re, quæ non vna ratione valet expediri, vt etiam plerique auctores fecerunt. 29. 58. cum ſeq.

Forum delegati ibi quis ſortitur, vbi ſortitur forum Ordinarij. 468. 372

Forus alius externus, alius internus; & hic alius pœnitentialis, ſeu ſacramentalis, alius extra ſacramentum, qui etiam ſimpliciter conſcientiæ appellatur. 245. 247

Forus internus ab externo in quibus differat; & in quibus vterque conueniat. 246. 248, & 296

Forus ſtatuendi, & iudicandi quomodo à pari procedant. 199. 116. cum ſeq.

Frater alienare poteſt bona fideicommiſſo ſubiecta

ta à patre, vel auo, vt dotem ſoroti conſtituat. 1020.210

Fraus, & colluſio poſſeſſoris fideicommiſſi cum aduerſario quomodo probetur. 1136.595

Fraus, & dolus cum taciturnitate inducunt conſenſum; à quo probari debeat, & an præſumatur. 910.824

Fraus, & dolus, ſeu malitia an inter ſe differant. 417.210

Fructus beneficij, quos Epiſcopus ad tempus aſſignauerat impetranti beneficium pro labore ſpirituali, an in huiuſmodi impetratione ſint exprimendi. 1389.459

Fructus iuriſpatronatus, vt eſt præſentatio, honor proceſſionis, & ius alimentorum, an poſſint cedi creditoribus, vel faciant quem locupletiorem. 1542.217

Fructus talis fundi an cenſeantur adiecti taxatiuè, aut demonſtratiuè. 411.189

Fundans, & conſtruens non priùs acquirit iuſpatronatus, quàm ipſe, vel alius cum eius licentia de proprio dotet. 1285.209

Fundatio beneficij perfecta per actum inter viuos ſtipulatione interueniente reuocari non poteſt à fundatore. 1304.228

Fundatio, & fundator beneficij quibus modis ſumatur. 1205.14

Fundatio, & inſtitutio beneficiorum, excepto Epiſcopatu, & Papatu; ac formæ illa acquirendi non iure naturali, & diuino, ſed humano, ſunt inductæ. 1217.46, & 50

Fundator alicuius Eccleſiæ, vel beneficij poteſt aliquando mutare ipſius ſtatum cum Epiſcopi conſenſu. 1584.188

Fundator an poſſit diſponere de iurepatronatus, quod extraneo reſeruauerat, hoc ante ipſum decedente. 1536.196

Fundator an poſſit incontinenti abſque Ordinarij conſenſu mutare conditiones à ſe appoſitas beneficio etiam cum eius conſenſu. 1538.203

Fundator beneficij cenſetur in dubio ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione iuris communis. 1258.149

Fundator beneficij etiam laicus aliquando diſponere poteſt ſine Epiſcopi conſenſu, vt beneficium ſupprimatur; aut ſuperiori illud ſupprimenti conſentire. 1707.84. & duob. ſeqq.

Fundator beneficij nequit ſine Epiſcopi conſenſu illius qualitatibus derogare. 1416.524

Fundator beneficij poteſt derogare qualitati in eius fundatione etiam cum Ordinarij conſenſu appoſitæ, vbi in limine fundationis derogandi facultatem ſibi reſeruaſſet. 1304.230

Fundator beneficij poteſt ei apponere quas conditiones voluerit etiam circa ſpiritualia, & contra ius commune, modò ſint licitæ, & Ordinarij conſenſus accedat. 1214.19

Fundator beneficij poteſt ex eo ſibi reſeruare aliquid temporale cum Ordinarij conſenſu. 1235.85

Fundator beneficij poteſt requirere in beneficiato maiorem ætatem, quàm exigat ius commune. 1248.130. & an minorem. ibid. 131. aut maiorem ordinem. 1249.132

Fundator beneficij poteſt ſaltem pro vna vice cum Ordinarij conſenſu illius conditionem in fundatione appoſitam alterare, cùm non eſt valde vtilis Eccleſiæ, aut interim alicui ius quæſitum. 1304.229

Fundator beneficij quando nequeat ſine Ordinarij conſenſu ad beneficij ſuppreſſionem concurrere. 1708.87

Fundator beneficio alicui apponens tertam qualitatem poteſt quandocumque ante conſenſum Ordinarij eidem qualitati per ſe ſolus derogare. 1303.225. poſtea verò non poteſt. ibid. 226. & ſeq.

Fundator Capellaniæ mercenariæ, ſeu amouibilis poteſt eius ſtatum mutare abſque Ordinarij conſenſu. 1537.200. idem in Capellania, quam erigi voluit in titulum, donec erigatur. 1538.201. immo etiam in titulari vbi cum Ordinarij conſenſu fundator facultatem ſibi reſeruaſſet conditionem appoſitam mutandi. ibid. 202

Fundator Capellaniæ quando cenſeatur prohibuiſſe, ne in titulum, ſeu beneficium erigatur. 1399.479

Fundator Capellaniæ, ſi mandet eam erigi in titulum, an poſſit prohibere, ne Epiſcopus in eius prouiſione ſe intromittat. 1396. 476. & quid in Capellania mercenaria, neque ita inſtituta, vt erigatur in titulum, ſeu beneficium Eccleſiaſticum. 1397.477. cum duob. ſeqq.

Fundator conſentire poteſt, vt per Epiſcopum iuripatronatus præiudicetur. 1535.191

Fundator Eccleſiæ an ſemper teneatur de cuictione pro dote illi aſſignata. 1586.342

Fundator Eccleſiæ, ſeu beneficij poteſt aliquando eius ſtatum mutare abſque Ordinarij conſenſu. 1536.197

Fundator non poteſt conditionem in fundatione beneficij appoſitam mutare, vel alterare ex interuallo poſt fundationem abſque Ordinarij conſenſu. 1535.189. & quando neque etiam cum eo conſenſu poſsit. ibid. 190, & 193

Fundator poteſt in alterum transferre iuſpatronatus reſeruatum deſcendentibus etiam cum taxatiua, *tamùm*, ad eorum, non autem Eccleſiæ præiudicium. 1511.135

Fundator quando poſsit iuſpatronatus in alium transferre titulo vniuerſali, vel ſingulari cum Epiſcopi conſenſu, vel abſque eo. 1536.194

Fundator quáſnam conditiones contra ius commune beneficio apponere nequeat. 1248.131

Fundator, qui in teſtamento mandauit creari beneficium, & conſtituit tertium patronum, ſi ad id nondum interuenit conſenſus Ordinarij, poteſt vſque ad mortem mutare hanc voluntatem. 1536.198

Fundator, qui reſeruauit iuſpatronatus ſibi, & heredibus, vel ſibi, & filiis, aut deſcendentibus maſculis, aut de parentela, an poſsit illud in alium transferre. 1511.135, & 195

Fundator reſeruans cum Ordinarij conſenſu iuſpatronatus extraneo etiam nihil conferenti, non poteſt hanc ſuam voluntatem reuocare. 167.15

Fundator transferre poteſt iuſpatronatus titulo vniuerſali etiam in feminas, vbi deſcendentes maſculi, quos ad illud vocauit, ipſi prædecedant, licèt in defectum ſtirpis vocaſſet Epiſcopum. 1511.140

Fundus fideicommiſſo ſubiectus, ſuper quo heres conſtituit cenſum pro diſſoluendo ære alieno teſtatoris, an, & quomodo ſit reſtituendus fideicommiſſario. 1004.135

Funeris impenſa an facienda ſit à ſucceſſore in fideicommiſſo, vel maioratu. 1008.153

Funeris impenſa facta ab herede fideicommittentis pro eius corpore ſepeliendo detrahi ab ipſo poteſt ex bonis fideicommiſſi. 1007.151. & quid in impenſa

Digitized by Google

impensa monumenti. 1008.152
Furiosus nequit esse iudex: non ideo tamen amittit iurisdictionem, quam sanus is habebat. 687. 156

G.

GEMINATA verba posita in exprimenda obligatione, vel quantitate, quæ soluenda est, quando inducat taxationem, vel necessitatem supplendi in herede. 413.195
Geminatio actus vim habet renuntiationis: & geminatio verborum, vel actuum ostendit enixam voluntatem, & multum operatur. 900. 782
Geminatio actuum, vt effectum suum operetur, quid requirat. ibid. 783
Geminatio consensus an habeat vim consensus iurati. ibid. 782
Geminatio verborum ostendit enixam voluntatem; & inducitur etiam ex clausulis prægnantibus. 1163.669
Genera, & species commutationis vltimæ voluntatis, quot sint. 12.3
Generali commutationi alicuius vltimæ voluntatis sequenti ab alio impetratæ, an derogetur per specialem præcedentem non facta illius mentione. 440.268
Generalis citatio quando sufficiat, vel non. 591.342, vsque ad 354
Generalis clausula comprehendit species, quantum potest salua ratione iuris, & recti sermonis etiam quoad renuntiationem expressam generalem. 889.734
Generalis concessio, ac renuntiatio etiam expressa non continet ea, quæ verisimiliter disponens non esset concessurus. ibid. 733
Generis sui nomen habent pactio, iurisdictio, adoptio, cognatio, vsucapio, & pignus. 22. 27
Genus proximum, & subalternum, vel species quid sit. 13.4
Gesta appellatione pendente sunt attentata inualida, & reuocanda: quod multis modis ampliatur, limitatur, ac declaratur, remissiuè. 870. 689
Gesta per commutantem vltimam voluntatem post legitimam eius recusationem quando sint ipso iure nulla. 856.641
Gesta per eum à quo iurisdictio per illum, qui potest, legitimè fuit auocata, nulla sunt. 801. 476
Gesta per iudicem recusatum etiam per appellationem valida sunt vbi causa commissa est, appellatione, vel recusatione remota. 857.648
Gesta per iudicem recusatum quando sint ipso iure nulla. 1438.585
Gesta per recusatum post recusationem quando nulla sint ipso iure sine appellatione, aut auocatione, siue quoad delegatum, siue quoad Ordinarium. 863.665.& seq.
Gradus consanguinitatis exprimendus est in dispensatione matrimoniali. 448.198
Gradus inæquales consanguinitatis, vel affinitatis ab eodem stipite orientes quando sint exprimendi. ibid. 502
Gratia an dicatur facta, cùm minister executionis est necessarius; facienda verò, cùm est voluntarius, quia habet facultatem, non præceptum exequendi. 664.107
Gratia an intelligatur de prima vice tantùm. 762. 373. & quid in hoc deseruiat, eam esse fauorabilem, vel odiosam. ibid. 374
Gratia an reuocari possit ab inferiore concedente, ante notitiam eius, cui concessa fuit. 482. 428. & seq.
Gratia commutationis vltimæ voluntatis concessa ad beneplacitum concedentis expirat per eius mortem etiam re non integra interuenientem. 656. 78. idémque, si dicatur, *donec*, vel, *quamdiu voluero*, aut, *interim donec mihi placuerit*, vel, *ad liberum meæ voluntatis*, aut, *ad meam voluntatem*; vel quid simile. ibid. 79
Gratia commutationis vltimæ voluntatis concessa ad beneplacitum dignitatis, vtputa sedis Apostolicæ, non expirat morte personæ concedentis etiam re integra. 657.84
Gratia concernens duas quando ab vtroque debeat acceptari. 483.434
Gratia concessa ad beneplacitum adiecto aliquo certo tempore quando expiret. 657.81
Gratia concessa ad beneplacitum concedentis expirat interueniente etiam re non integra eius morte ciuili per renuntiationem officij, vel priuationem, non autem per excommunicationem, aut furorem. 656.180
Gratia concessa ad beneplacitum dignitatis non perpetuæ, vel successorem non habentis, an expiret per mortem re integra obtinentis tunc illam dignitatem: & quid, cùm ab huiusmodi dignitatem obtinentibus concessa est simpliciter. 658.85
Gratia concessa ad beneplacitum personæ simul, ac dignitatis perpetuæ, an expiret morte concedentis. ibid. 86.& seq.
Gratia concessa censetur iuxta verba supplicationis. 468.371
Gratia concessa donec concedens aliquid fecerit, vtputa, Romam ingressus fuerit, an expiret morte concedentis re integra. 657. 83
Gratia concessa, *donec reuocauero*, vel, *quamdiu patiar*, vel, *donec reuocetur*, vel, *ad beneplacitum cum dispicta*, non expirat morte concedentis etiam re integra. ibid. 82
Gratia de sui natura est perpetua. 770.399
Gratia derogationis fideicommissi, vel commissionis ad derogandum alteri impetrata, ei non prodest, nisi post eiusdem licentiam, & acceptationem; & ibi, quid si impedimentum, cui derogandum est, ad plures pertineat. 1166.678. & quid quoad vtrumque in derogatione qualitatum beneficij. 1409.508.cum seq.
Gratia effectum suum sortitur dumtaxat ab eo tempore, quo de illa certior fit is, cui conceditur. 482. 425. quam notitiam habere debet ab eo, qui gratiam impetrauit, vel concessit. ibid. 426
Gratia etiam de re facienda, & non solùm de præterita, ad sui valorem non requirit scripturam. 480.117
Gratia facienda expirat morte concedentis re integra, licèt fuerit motu proprio concessa. 661. 93.& ipso iure, non autem solùm ope exceptionis. ibid. 94
Gratia facienda non expirat morte concedentis re integra, vbi ea concessa fuerit sub nomine dignitatis ipsius concedentis, aut ad beneplacitum eius dignitatis. ibid. 95
Gratia facienda, quæ à Vicario Episcopi, aut alterius iurisdictionem Episcopalem habentis emanauit, an possit Vicario mortuo, vel amoto perfici ab eius successore, vel delegato. ibid. 98
Gratia facta non expirat morte concedentis etiam re

re integra. 655. 72. licèt ea ſolo verbo facta ſit. ibid.73. aut nondum executa. ibid. 74. & quamuis gratia facta ſit à Legato,vel Epiſcopo.ibid.75. aut etiam deroget iuri communi,vel tertij. 656. 76.ac nondum acceptata fuerit; quæ tamen erit, ſicut antea reuocabilis. ibid.77

Gratia facta quando dicatur. 662.100.& quando facienda. ibid.161.cum duob.ſeqq.

Gratia facta, ſeu perfecta non expirat morte concedentis etiam re integra; ſecus in facienda. 481. 423

Gratia mutationis ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij poteſt impetrari ſine ſpeciali mandato. 1626.450

Gratia mutationis ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij, aut commiſſionis ad eum mutandum alteri impetrata,ei non prodeſt,niſi poſt eiuſdem ſcientiam, & acceptationem; & qualis eſſe debeat hæc ſcientia,& acceptatio. ibid.451

Gratia non eſt ſurreptitia, licèt taceatur qualitas aliqua, ſi ea per teſtes probetur eſſe cognita Principi. 400.149.& ſeq.

Gratia non expirat mortuo Pontifice ante expeditionem litterarum, licèt annexam habeat iuriſdictionem. 389.115

Gratia non probatur per teſtes, ſed per ſcripturam: per teſtes tamen probatur qualitas ipſius gratiæ, vtputa, certa ſcientia concedentis. 400. 150

Gratia ob bonum publicum conceſſa,licèt ſit facienda,non expirat morte concedentis etiam re integra. 663.104

Gratia,per quam alicui eſt ius quæſitum,non ceſſat ceſſante eius cauſa. 795.470

Gratia Principis facta ex certa ſcientia,vel cum huiuſmodi clauſula, non extinguitur eius morte. 662.99

Gratia, quæ à nullius actione, vel executione pendet, vt eſt non ieiunandi, aut celebrandi in priuato Oratorio, tamquam facta, non perit morte concedentis etiam re integra.663. 105

Gratia quomodo dicatur informis ante expeditionem litterarum. 390.118

Gratia ſpecialis an mentionem facere debeat generalis præcedentis ab alio impetratæ. 439. 265. cum duob. ſeqq. omnino verò ei non derogat, ſi eſt executa. 440.267

Gratia ſuppreſſionis beneficij, aut commiſſionis ad illud ſupprimendum alteri impetrata ei non prodeſt, niſi poſt eiuſdem ſcientiam, & acceptationem. 1755. 213. & an ante notitiam reuocari poſſit; aut requiratur notitia damnum conſequenter dumtaxat inde ſentientis: & quid, ſi gratia illa ad plures pertineat. ibid.214

Gratia vti quis poteſt in foro conſcientiæ ante expeditionem litterarum. 390.116

Grauamen irreparabile per ſententiam definitiuam quódnam ſit. 852.627

Grauari quis poſſit fideicommiſſo,vel relicto; & in quibus rebus. 960.45

Grauatus à diſponente ad aliquid faciendum non poteſt regulariter illud commutare. 173. 41. & ſeq.

Grauatus ab extraneo reſtituere id, quod ſupererit de hereditate, poteſt alienare eius dodrantem. 1012.172

Grauatus ab extraneo reſtituere ſimpliciter non poteſt alienare res fideicommiſſarias. ibid.

Grauatus ex contractu hereditatem reſtituere non detrahit Trebellianicam. 1041.196. idem in grauato reſtituere hereditatem certo pretio,aut creditori in recompenſationem. ibid.197

Grauatus fideicommiſſo non præſcribit aduersùs fideicommiſſarium ante aduentum diei, vel conditionis fideicommiſſi. 1114. 515. poſt euentum autem caſus fideicommiſſi præſcribit aduersùs legatarium, & fideicommiſſarium ſpatio longiſſimi temporis. ibid.526

Grauatus fideicommiſſo vniuerſali alienare poteſt aliquas res fideicommiſſarias pro impenſis factis in ceteras;aut ſaltem eas impenſas detrahet in reſtitutione fideicommiſſi. 1013.178

Grauatus reſtituere, cùm ſine liberis deceſſerit, id, quod ſupererit de hereditate, dodrantem alienare poteſt; & quam cautionem præſtabit. 1011.170. & an reliquam quartam partem poſsit alienare ex cauſa dotis, donationis propter nuptias,redemptionis captiuorum,vel alimentorum. 1012.171

Grauatus reſtituere hereditatem alterius, quàm teſtatoris,non detrahit Trebellianicam. 1041.194. idémque in grauato reſtituere bona mobilia, & immobilia ipſius teſtatoris. ibid.295

Grauatus reſtituere quicquid ſupererit de hereditate poteſt iuris auctoritate commutare res fideicommiſſarias,vel pretium in alias res magis,vel æquè vtiles,ac commodas. 1008.154.& quid in grauato ſimpliciter reſtituere. ibid.155

Grauatus reſtituere quicquid ſupererit de hereditate quando nequeat in alias res etiam vtiliores commutare res fideicommiſſarias. ibid.156

Gubernator ſuæ prouinciæ cum poteſtate Legati de latere an poſsit reſeruare, vel conferre beneficia iuriſpatronatus Eccleſiaſtici abſque patroni conſenſu. 1334.323

H.

HABITATIO an danda ſit clerico, cui victus, & alimenta debentur. 1782.167

Hæretici, & alij prohibiti ab initio acquirere iuſpatronatus an poſsint poſtea per ſucceſsionem, aut aliàs acquirere, vel in alium transferre. 1512. 147

Heredis inſtante an poſsit fieri aliqua ſubrogatio materiæ fideicommiſsi, ſeu eius derogatio,quæ ad inſtantiam defuncti fieri poterat. 1175. 698

Heredes an compellendi ſint ad ſupplementum eleemoſynæ pro numero Miſſarum à defunctis præſcripto, vbi ea non ſit ſufficiens ad illi ſatisfaciendum; ita, vt aliquando non ſit locus reductioni à Concil. Trident. conceſſæ. 347. 571

Heredes plures vnius fundatoris omnes vocandi ſunt,& conſentire debent commutationi vltimæ voluntatis. 597.360

Heredes ſinguli detrahere poſſunt Falcidiam. 1048. 330. & an poſsit ſuo coheredi de illi prælegatis detrahere is,qui in ſua portione grauatus eſt vltra dodrantem. ibid.331

Heredis conſenſus an ſufficiat ad derogandum qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis,quoties ſufficit conſenſus fundatoris. 1308.235

Heredis, & honorati nomen quid contineat.960. 44

Hereditas codicillis directò nec dari, neque adimi poteſt. ibid.43

Heredum, & ſucceſſorum appellatione quinam veniant in priuilegio concesſo pro ſe,heredibus, & ſucceſſoribus. 717.236

Digitized by Google

Heres adeundo hereditatem quaſi contrahit cum teſtatore de ſoluendo ære alieno, & legatis ab eo relictis. 620.413
Heres alienans bona fideicommiſſi in fraudem, vel damnum, tenetur ea ſibi imputare in legitimas detractiones; niſi cùm rogatus tantùm eſt reſtituere quod ſupererit. 1009.160
Heres alienare poteſt res fideicommiſſi vbi aliàs eſſent perituræ, aut futuræ deteriores; vel vbi ſint ſteriles, oneroſæ, aut ſumptuoſæ, vel fortuitis caſibus ſubiectæ. 1010.162
Heres an citari debeat ab executore teſtamentario in executione teſtamenti: & quid de eo, cui teſtator commiſit teſtamenti ſui declarationem. 578.285
Heres an detrahat ex fideicommiſſo legata ſibi relicta. 1006.144
Heres an poſſit commutare legatum in alium vſum, quando pecunia relicta non ſufficit ad vſum à teſtatore præſcriptum; vel teneatur ſupplere ſummam, quæ deeſt. 277.330
Heres an teneatur ſupplere in legato centum Gapellæ, quæ Caius debet teſtatori, ſi nihil, aut non tantumdem debeat. 411. 191. & quid vbi verba geminata ſunt in onere exprimendo. 413. 195
Heres, aut alius ſucceſſor fundatoris, qui conditionem, vel qualitatem aliquam beneficio appoſuit, nequit regulariter ſolus ei derogare. 1304. 231. & quando poſſit. 1305. 233. cum ſeq.
Heres commutare poteſt vltimam voluntatem non piam defuncti cum ſolo conſenſu eius, ad cuius fauorem illa emanauit. 174. 45. & in aliis caſibus. ibid. 46. vſque ad 51
Heres, cui debetur legitima, grauatus fideicommiſſo vniuerſali quando, & quomodo detrahat duas quartas, hoc eſt, legitimam, & Trebellianicam. 1037. 281. cum ſeq.
Heres, cui debetur legitima, grauatus legatis, ſeu fideicommiſſis poſt mortem, vel ſub conditione, poteſt de iis Falcidiam præter legitimam detrahere. 1048. 325
Heres etiam neceſſarius an poſſit grauari à defuncto de ſuccedendo ſibi ſub conditione implendi vota ſua perſonalia. 619. 409
Heres fideicommittentis facere poteſt quicquid fideicommittens facturus fuiſſet. 1017. 195
Heres fideicommittentis poterit fideicommiſſo derogare, ſi id ei à fideicommittente fuerit permiſſum. 1102. 478
Heres fideicommittentis regulariter derogare fideicommiſſo non poteſt etiam conditionali, & in diem. 1101. 476. & quid, ſi adſit conſenſus eius, ad cuius fauorem facta eſt diſpoſitio, ſeu fideicommiſſum. ibid. 477
Heres fiduciarius, ſeu inſtitutus in gratiam fideicómiſſarij, Trebellianicam non detrahit, nec interim fructus percipit. 1041. 298
Heres fundatoris an idem poſſit in mutatione voluntatis ipſius, quod ipſemet fundator poſſet. 598. 361
Heres fundatoris beneficij an, & quando diſponendo, vel conſentiendo concurrere poſſit ad eiuſdem beneficij ſuppreſſionem à ſuperiore Eccleſiaſtico faciendam. 1745. 168. & ſeq.
Heres fundatoris beneficij nequit ſine Epiſcopi conſenſu illius qualitatibus derogare. 1416. 524
Heres fundatoris Eccleſiæ, vel beneficij regulariter eius ſtatum mutare non poteſt. 1538. 204. aliquando autem cum Epiſcopi conſenſu poteſt; aliquando etiam ſine eius conſenſu. ibid. 205. cum aliquot ſeqq. & 1544. 227
Heres grauatus ad emendum locum pro conſtituendo Hoſpitali liber non erit, ſi dominus loci eum vendere nolit. 136. 183. tunc autem Epiſcopus curabit ad idem opus emi alium locum. 137. 185
Heres grauatus dare aliquid Hoſpitali pro anima teſtatoris, ſi Epiſcopus declaret, ibi teneri non poſſe hoſpitalitatem, adhuc liber non erit. ibid. 184
Heres grauatus fideicommiſſo vniuerſali, ac ſimul particularibus detrahere poterit Falcidiam, & Trebellianicam pro rata: & quid; ſi legata non ſint defalcabilia. 1047. 322
Heres grauatus fideicommiſſo vniuerſali detrahere ex eo poteſt tempore reſtitutionis quartam Trebellianicam. 1035. 273. ſiue grauatus ſit in teſtamento, ſiue ab inteſtato; & licèt teſtamentum deficiat in ſolemnitatibus, ſi habeat clauſulam codicillarem. 1036. 274
Heres grauatus legatis, ſeu fideicommiſſis particularibus in eorum reſtitutione detrahere poteſt quartam Falcidiam. 1046. 319
Heres grauatus per directam ſubſtitutionem reſtituere hereditatem non detrahit Trebellianicam. 1042. 300
Heres grauatus reſtituere quicquid ſupererit an poſſit alienare dodrantem in diſpoſitione cauſa mortis, & an inter viuos, etiam diſſipando, licèt ex dolo. 1012. 175
Heres grauatus reſtituere quicquid ſupererit habet facultatem alienandi ex tacita permiſsione fideicommittentis. 1013. 177
Heres grauatus reſtituere quicquid ſupererit, ſi ex rebus alienatis alias comparauerit, has debet tempore mortis reſtituere. ibid. 176
Heres grauatus ſimplici fideicommiſſo quando poſsit alienare aliqua eius bona pro alimentis ſuis, filiorum, nurus, & aliorum de ſua familia. 1014. 181. vſque ad 186
Heres heredis eſt heres teſtatoris. 171. 41
Heres heredis grauati fideicommiſſo vniuerſali detrahit Trebellianicam, quam primus heres non detraxit. 1036. 275. idem in facto herede ex perſona alterius heredis inſtituti, vt in domino per ſeruum, patre per filium. ibid. 277
Heres id, quod ſoluit pro debitis teſtatoris, non capit ſolùm ex bonis fideicommiſſariis, ſed etiam proportionabiliter ex ſuis detractionibus pro legitima, & Trebellianica. 1004. 138
Heres non conficiens inuentarium an, ſicut amittit Falcidiam, ita etiam amittat Trebellianicam: & an conficiens, ſi aliquas res ſupprimat, vtramque amittat. 1044. 311
Heres non conficiens inuentarium rerum hereditatis an amittat ſemper ius detrahendi Falcidiam. 1050. 343
Heres non implens voluntatem defuncti eius hereditate priuatur. 3. 65 & 10. 231
Heres non poteſt prohiberi à teſtatore, ne de rebus ſuis diſponat. 999. 117
Heres non poteſt regulariter commutare vltimam voluntatem defuncti. 171. 40
Heres poteſt alienare bona fideicommiſſi ad neceſſarias impenſas hereditatis, & rerum hereditariarum. 1010. 162
Heres poteſt cogi à defuncto, vt loco votorum ſuorum perſonalium aliquid faciat, vel det; atque ad id tenebitur vi mandati, ſeu iuſſu teſtatoris. 618. 408
Heres poteſt plerumque voluntatem defuncti declarare,

Digitized by Google

te integra. 655.72. licèt ea ſolo verbo facta ſit. ibid.73. aut nondum executa. ibid. 74. & quamuis gratia facta ſit à Legato,vel Epiſcopo.ibid.75. aut etiam deroget iuri communi,vel tertij. 656. 76.ac nondum acceptata fuerit; quæ tamen erit, ſicut antea reuocabilis. ibid.77

Gratia facta quando dicatur. 661.100.& quando facienda. ibid.161.cum duob.ſeqq.

Gratia facta, ſeu perfecta non expirat morte concedentis,etiam re integra; ſecus in facienda. 481. 423

Gratia mutationis ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij poteſt impetrari ſine ſpeciali mandato. 1616.450

Gratia mutationis ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij, aut commiſſionis ad eum mutandum alteri impetrata,ei non prodeſt,niſi poſt einſdem ſcientiam, & acceptationem; & qualis eſſe debeat hæc ſcientia,& acceptatio. ibid.451

Gratia non eſt ſurreptitia, licèt taceatur qualitas aliqua, ſi ea per teſtes probetur eſſe cognita Principi. 400.149.& ſeq.

Gratia non expirat mortuo Pontifice ante expeditionem litterarum, licèt annexam habeat iuriſdictionem. 389.115

Gratia non probatur per teſtes, ſed per ſcripturam: per teſtes tamen probatur qualitas ipſius gratiæ, vtputa, certa ſcientia concedentis. 400. 150

Gratia ob bonum publicum conceſſa,licèt ſit facienda,non expirat morte concedentis etiam re integra. 663.104

Gratia,per quam alicui eſt ius quæſitum,non ceſſat ceſſante eius cauſa. 795.470

Gratia Principis facta ex certa ſcientia,vel cum huiuſmodi clauſula, non extinguitur eius morte. 662.99

Gratia, quæ à nullius actione, vel executione pendet, vt eſt non ieiunandi, aut celebrandi in priuato Oratorio, tamquam facta, non perit morte concedentis etiam re integra.663. 105

Gratia quomodo dicatur informis ante expeditionem litterarum. 390.118

Gratia ſpecialis an mentionem facere debeat generalis præcedentis ab alio impetratæ. 439. 265. cum duob. ſeqq. omnino verò ei non derogat, ſi eſt executa. 440.267

Gratia ſuppreſſionis beneficij, aut commiſſionis ad illud ſupprimendum alteri impetrata ei non prodeſt, niſi poſt eiuſdem ſcientiam, & acceptationem. 1755.213. & an ante notitiam reuocari poſſit; aut requiratur notitia damnum conſequenter dumtaxat inde ſentientis: & quid, ſi gratia illa ad plures pertineat. ibid.214

Gratia vti quis poteſt in foro conſcientiæ ante expeditionem litterarum. 390.116

Grauamen irreparabile per ſententiam definitiuam quódnam ſit. 852.627

Grauari quis poſſit fideicommiſſo,vel relicto; & in quibus rebus. 960.45

Grauatus à diſponente ad aliquid faciendum non poteſt regulariter illud commutare. 173.41. & ſeq.

Grauatus ab extraneo reſtituere id, quod ſupererit de hereditate, poteſt alienare eius dodrantem. 1012.172

Grauatus ab extraneo reſtituere ſimpliciter non poteſt alienare res fideicommiſſarias. ibid.

Grauatus ex contractu hereditatem reſtituere non detrahit Trebellianicam. 1041.196. idem in grauato reſtituere hereditatem certo pretio,aut creditori in recompenſationem. ibid.297

Grauatus fideicommiſſo non præſcribit aduersùs fideicommiſſarium ante aduentum diei, vel conditionis fideicommiſſi. 1114.525. poſt euentum autem caſus fideicommiſſi præſcribit aduersùs legatarium, & fideicommiſſarium ſpatio longiſſimi temporis. ibid.526

Grauatus fideicommiſſo vniuerſali alienare poteſt aliquas res fideicommiſſarias pro impenſis factis in ceteras;aut ſaltem eas impenſas detrahet in reſtitutione fideicommiſſi. 1013.178

Grauatus reſtituere, cùm ſine liberis deceſſerit, id, quod ſupererit de hereditate, dodrantem alienare poteſt; & quam cautionem præſtabit. 1011.170. & an reliquam quartam partem poſsit alienare ex cauſa dotis, donationis propter nuptias,redemptionis captiuorum,vel alimentorum. 1012.171

Grauatus reſtituere hereditatem alterius, quàm teſtatoris,non detrahit Trebellianicam. 1041.194. idémque in grauato reſtituere bona mobilia, & immobilia ipſius teſtatoris. ibid.295

Grauatus reſtituere quicquid ſupererit de hereditate poteſt iuris auctoritate commutare res fideicommiſſarias,vel pretium in alias res magis,vel æquè vtiles,ac commodas. 1008.154.& quid in grauato ſimpliciter reſtituere. ibid.155

Grauatus reſtituere quicquid ſupererit de hereditate quando nequeat in alias res etiam vtiliores commutare res fideicommiſſarias. ibid.156

Gubernator ſuæ prouinciæ cum poteſtate Legati de latere an poſsit reſeruare, vel conferre beneficia iuriſpatronatus Eccleſiaſtici abſque patroni conſenſu. 1334.323

H.

HABITATIO an danda ſit clerico, cui victus, & alimenta debentur. 1782.167

Hæretici, & alij prohibiti ab initio acquirere iuſpatronatus an poſsint poſtea per ſucceſsionem, aut aliàs acquirere, vel in alium transferre. 1512. 147

Herede inſtante an poſsit fieri aliqua ſubrogatio materiæ fideicommiſſi, ſeu eius derogatio,quæ ad inſtantiam defuncti fieri poterat. 1175. 698

Heredes an compellendi ſint ad ſupplementum eleemoſynæ pro numero Miſſarum à defunctis præſcripto, vbi ea non ſit ſufficiens ad illi ſatisfaciendum; ita, vt aliquando non ſit locus reductioni à Concil. Trident. conceſſæ. 347. 571

Heredes plures vnius fundatoris omnes vocandi ſunt,& conſentire debent commutationi vltimæ voluntatis. 597.360

Heredes ſinguli detrahere poſſunt Falcidiam. 1048. 330. & an poſsit ſuo coheredi de illi prælegatis detrahere is,qui in ſua portione grauatus eſt vltra dodrantem. ibid.331

Heredis conſenſus an ſufficiat ad derogandum qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis,quoties ſufficit conſenſus fundatoris. 1308.235

Heredis, & honorati nomen quid contineat.960. 44

Hereditas codicillis directò nec dari, neque adimi poteſt. ibid.43

Heredum, & ſucceſſorum appellatione quinam veniant in priuilegio conceſſo pro ſe,heredibus, & ſucceſſoribus. 717.236

Digitized by Google

Heres adeundo hereditatem quaſi contrahit cum teſtatore de ſoluendo ære alieno, & legatis ab eo relictis. 620.413
Heres alienans bona fideicommiſſi in fraudem, vel damnum, tenetur ea ſibi imputare in legitimas detractiones; niſi cùm rogatus tantùm eſt reſtituere quod ſupererit. 1009.160
Heres alienare poteſt res fideicommiſſi vbi aliàs eſſent perituræ, aut futuræ deteriores; vel vbi ſint ſteriles, oneroſæ, aut ſumptuoſæ, vel fortuitis caſibus ſubiectæ. 1010.162
Heres an citari debeat ab executore teſtamentario in executione teſtamenti: & quid de eo, cui teſtator commiſit teſtamenti ſui declarationem. 578.285
Heres an detrahat ex fideicommiſſo legata ſibi relicta. 1006.144
Heres an poſſit commutare legatum in alium vſum, quando pecunia relicta non ſufficit ad vſum à teſtatore præſcriptum; vel teneatur ſupplere ſummam, quæ deeſt. 277.330
Heres an teneatur ſupplere in legato centum Gapellæ, quæ Caius debet teſtatori, ſi nihil, aut non tantumdem debeat. 411. 191. & quid vbi verba geminata ſunt in onere exprimendo. 413. 195
Heres, aut alius ſucceſſor fundatoris, qui conditionem, vel qualitatem aliquam beneficio appoſuit, nequit regulariter ſolus ei derogare. 1304. 231. & quando poſſit. 1305.233.cum ſeq.
Heres commutare poteſt vltimam voluntatem non piam defuncti cum ſolo conſenſu eius, ad cuius fauorem illa emanauit. 174.45. & in aliis caſibus. ibid.46.vſque ad 51
Heres, cui debetur legitima, grauatus fideicommiſſo vniuerſali quando, & quomodo detrahat duas quartas, hoc eſt, legitimam, & Trebellianicam. 1037.281.cum ſeq.
Heres, cui debetur legitima, grauatus legatis, ſeu fideicommiſſis poſt mortem, vel ſub conditione, poteſt de iis Falcidiam præter legitimam detrahere. 1048.325
Heres etiam neceſſarius an poſſit grauari à defuncto de ſuccedendo ſibi ſub conditione implendi vota ſua perſonalia. 619.409
Heres fideicommittentis facere poteſt quicquid fideicommittens facturus fuiſſet. 1017.195
Heres fideicommittentis poterit fideicommiſſo derogare, ſi id ei à fideicommittente fuerit permiſſum. 1102.478
Heres fideicommittentis regulariter derogare fideicommiſſo non poteſt etiam conditionali, & in diem. 1101.476.& quid, ſi adſit conſenſus eius, ad cuius fauorem facta eſt diſpoſitio, ſeu fideicommiſſum. ibid.477
Heres fiduciarius, ſeu inſtitutus in gratiam fideicõmiſſarij, Trebellianicam non detrahit, nec interim fructus percipit. 1041.298
Heres fundatoris an idem poſſit in mutatione voluntatis ipſius, quod ipſemet fundator poſſet. 598.361
Heres fundatoris beneficij an, & quando diſponendo, vel conſentiendo concurrere poſſit ad eiuſdem beneficij ſuppreſſionem à ſuperiore Eccleſiaſtico faciendam. 1745.168.& ſeq.
Heres fundatoris beneficij nequit ſine Epiſcopi conſenſu illius qualitatibus derogare. 1416.524
Heres fundatoris Eccleſiæ, vel beneficij regulariter eius ſtatum mutare non poteſt. 1538. 204. aliquando autem cum Epiſcopi conſenſu poteſt; aliquando etiam ſine eius conſenſu. ibid. 205. cum aliquot ſeqq. & 1544.227
Heres grauatus ad emendum locum pro conſtituendo Hoſpitali liber non erit, ſi dominus loci eum vendere nolit. 136. 183. tunc autem Epiſcopus curabit ad idem opus emi alium locum. 137.185
Heres grauatus dare aliquid Hoſpitali pro anima teſtatoris, ſi Epiſcopus declaret, ibi teneri non poſſe hoſpitalitatem, adhuc liber non erit. ibid. 184
Heres grauatus fideicommiſſo vniuerſali, ac ſimul particularibus detrahere poterit Falcidiam, & Trebellianicam pro rata: & quid, ſi legata non ſint defalcabilia. 1047.322
Heres grauatus fideicommiſſo vniuerſali detrahere ex eo poteſt tempore reſtitutionis quartam Trebellianicam. 1035. 273. ſiue grauatus ſit in teſtamento, ſiue ab inteſtato; & licèt teſtamentum deficiat in ſolemnitatibus, ſi habeat clauſulam codicillarem. 1036.274
Heres grauatus legatis, ſeu fideicommiſſis particularibus in eorum reſtitutione detrahere poteſt quartam Falcidiam. 1046.319
Heres grauatus per directam ſubſtitutionem reſtituere hereditatem non detrahit Trebellianicam. 1042.300
Heres grauatus reſtituere quicquid ſupererit an poſſit alienare dodrantem in diſpoſitione cauſa mortis, & an inter viuos, etiam diſſipando, licet ex dolo. 1012.175
Heres grauatus reſtituere quicquid ſupererit habet facultatem alienandi ex tacita permiſſione fideicommittentis. 1013.177
Heres grauatus reſtituere quicquid ſupererit, ſi ex rebus alienatis alias comparauerit, has debet tempore mortis reſtituere. ibid.176
Heres grauatus ſimplici fideicommiſſo quando poſſit alienare aliqua eius bona pro alimentis ſuis, filiorum, nurus, & aliorum de ſua familia. 1014.181.vſque ad 186
Heres heredis eſt heres teſtatoris. 171.41
Heres heredis grauati fideicommiſſo vniuerſali detrahit Trebellianicam, quam primus heres non detraxit. 1036.275.idem in facto herede ex perſona alterius heredis inſtituti, vt in domino per ſeruum, patre per filium. ibid.277
Heres id, quod ſoluit pro debitis teſtatoris, non capit ſolùm ex bonis fideicommiſſariis, ſed etiam proportionabiliter ex ſuis detractionibus pro legitima, & Trebellianica. 1004.138
Heres non conficiens inuentarium an, ſicut amittit Falcidiam, ita etiam amittat Trebellianicam: & an conficiens, ſi aliquas res ſupprimat, vtramque amittat. 1044.311
Heres non conficiens inuentarium rerum hereditatis an amittat ſemper ius detrahendi Falcidiam. 1050.343
Heres non implens voluntatem defuncti eius hereditate priuatur. 3.65 & 10.231
Heres non poteſt prohiberi à teſtatore, ne de rebus ſuis diſponat. 999.117
Heres non poteſt regulariter commutare vltimam voluntatem defuncti. 171.40
Heres poteſt alienare bona fideicommiſſi ad neceſſarias impenſas hereditatis, & rerum hereditariarum. 1010.162
Heres poteſt cogi à defuncto, vt loco votorum ſuorum perſonalium aliquid faciat, vel det; atque ad id tenebitur vi mandati, ſeu iuſſu teſtatoris. 618.408
Heres poteſt plerumque voluntatem defuncti declarare,

Digitized by Google

elatare. 171.41
Heres promittentis non contrauenire per ſe, vel alios, aut, per ſe, filios, heredéſque ſuos, an poſſit venire contra factum defuncti pro iure ſuo. 112.518
Heres, qui fideicommiſſum, vel legata relicta euertere curauit, Trebellianicam non detrahit: neque is, qui fidem præſtitit de hæreditate reſtituenda incapaci. 1042.301
Heres, qui paſſus eſt compleri præſcriptionem in bonis fideicommiſſi, an teneatur erga fideicommiſſarium. 1118.537
Heres, qui ſoluit creditoribus teſtatoris, vel heres heredis poteſt tempore reſtitutionis ſibi retinere tot bona fideicommiſſaria iuxta pretium temporis, quo creditoribus facta eſt ſolutio; & an in hac retentione ſeruare debeat aliquem ordinem inter bona. 1004.136
Heres quomodo exequi teneatur vota realia, vel mixta defuncti, maximè alternatiua. 619.410
Heres repræſentat perſonam defuncti, & vna perſona cum eo cenſetur; ac ſuccedit in iuribus actiuis, & paſſiuis, ſeu in facultatibus, & obligationibus, quæ defuncto ratione bonorum, & hereditatis competebant. 171. 41 & 620.412
Heres tenetur approbare factum defuncti. 1304. 231
Heres teſtatoris, vel heres heredis grauatus fideicommiſſo an poſſit tempore reſtitutionis detrahere tot bona fideicommiſſaria pro ſuis creditis erga teſtatoré. 1001.120. & quomodo creditum ſuum imputet in bonis alienatis, vel legitima, aliiſve detractionibus. ibid. 121. aut cum fructibus perceptis. ibid.123
Heres tranſigentis, aut conſentientis alienationi an, & quando approbare teneatur factum defuncti quoad res proprias ipſius heredis, vt feudales, emphyteoticas, & fideicommiſſarias: & quid in herede renuntiantis iuribus ſuis. 1112.516. cum duob. ſeqq.
Homicida caſualis, vel ad propriam defenſionem an egeat diſpenſatione. 391.121
Homo an rectè definiatur, animal rationale, mortale. 557.34
Hoſpitalia quando concedi poſſint in beneficium. 1745.169
Hoſpitalia quando, & quomodo ſint pia loca. 93.26. & duob. ſeqq.
Hoſpitalitas beneficio annexa an ſit exprimenda in eius impetratione, vel derogatione alterius ex qualitatibus ipſius. 1381.437
Hoſpitalium ad certum perſonarum genus ſuſcipiendum inſtitutorum reditus, ſi ea ſuſcipi non poſſint, in quem vſum ſint conuertendi. 74. 82

I.

IDIOTI quomodo dicantur ponendi in Eccleſiis, & ij eſſe, qui ſeruire poſſint, & volunt in ipſis. 1263.163
Ieiunia pauciora in voti commutatione imponuntur tam laborantibus, cholericis, & debilibus, quàm otioſis, phlegmaticis, ac robuſtis. 621.415
Ignorantia an excuſet à ſurreptione, cùm non omnia impedimenta in iiſdem precibus exprimuntur. 444.281
Ignorantia facti etiam concomitans, ſi probabilis ſit excuſat à pœna etiam temporali. 415.205
Ignorantia facti, vel iuris in tacendo exprimendum, vel falſa expreſſione an excuſet à nullitate gratiam derogationis qualitatum beneficij. 1405. 492
Ignorantia iuris, vel facti in taciturnitate, aut falſa expreſſione an, & quando vitiet impetrationem derogationis fideicommiſſi. 1158.652. & quid, ſi quis ſub dubio vel fideicommiſſum, vel cauſam derogationis expreſſiſſet. ibid.653
Ignorantia non facit, vt diſpenſatio trahatur ad alium caſum, quàm expreſſum. 1068.381
Ignorantia potiùs, quàm dolus præſumitur in tacenda veritate alicuius rei, quæ erat fortaſſe explicanda, aut in exprimenda falſitate, dum commutatio vltimæ voluntatis impetratur. 1022. 221
Ignorantia probabilis facti, vel iuris in eo tacendo, quod exprimendum erat, aut falsò aliquid aſſerendo, cuius veritatem ſi concedens cognouiſſet gratiam commutationis vltimæ voluntatis vel prorſus non conceſſiſſet, vel non eo modo, an excuſet gratiam à nullitate. 415. 204. & quid in gratia mutationis ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij. 1623.458
Ignorantia probabilis facti, vel iuris quando excuſet à ſurreptione, vel obreptione gratiam. 416. 207. cum ſeq.
Ignorantia probabilis iuris quando dicatur remiſſiuè. 123.128
Ignorantia probabilis iuris, vel facti quomodo excuſet à nullitate commutationem vltimæ voluntatis. cùm tacetur aliquid exprimendum, vel falsò aliquid exprimitur. 417.212
Ignorantia probabilis, ſeu iuſta iuris, vel facti in eo tacendo, quod exprimendum erat, vel falsò aliquid exprimendo an excuſet gratiam ſuppreſſionis beneficij à ſurreptione, vel obreptione. 1751. 198
Ignorantia quando non vitiet reſcriptum. 443.278
Ignorantia quando præſumatur, & in quo ab errore differat. 405.171
Ignorantia, vel error, quibus motus quis eſt ad ſe obligandum, an eum liberet ab obligatione. 623. 419
Illegitimus ex coniugata cum coniugata petens diſpenſationem vtrumque defectum exprimere debet, vt valida ſit diſpenſatio. 446.289
Immemorabile tempus an ſit idem, quod centum annorum. 1287.212
Immemorabilis præſcriptio, & poſſeſſio quomodo probetur. ibid.
Impedimenta omnia commutationis vltimæ voluntatis exprimenda ſunt in eius impetratione quæ ſingula cognita à concedente eum auerterant ab omnimoda, vel ſaltem à tali conceſsione. 440. 270
Impedimenta omnia matrimonij exprimenda ſunt ab impetrante diſpenſationem ad illud contrahendum; idque in iiſdem precibus præſtandum eſt. 441.273
Impedimenta omnia ſuppreſsionis beneficiorum exprimenda ſunt in eius impetratione. 1749. 188. & an debeant omnia exprimi in eodem reſcripto. ibid. 189. & quid in vno impedimento ex diuerſis capitibus oriente. ibid. 190. aut annexam habente circumſtantiam notabilem. ibid.191
Impedimenta plura ſubordinata, nec eodem modo ad eumdem finem tendentia quomodo poſsint in diuerſis precibus exprimi, ac reſcriptis tolli. 446. 282
Impedimenta, ſeu vincula diuerſa eiuſdem commutationis

tationis vltimę voluntatis in eodem reſcripto ſunt explicanda; & quid in diuerſis impedimentis eiuſdem matrimonij. 442. 277. dum tamen ſe contingant,& vnum augeat aliud. 444.280
Impedimentum non excuſat, cùm quis ſe arctauit, aut illud non remouit;cùm facilè poſſet;aut otiose agebat. 1266.169,& 171
Impedimentum occultum,maximè quod expreſſum afferret infamiam ſupplicanti, quomodo ſit cum altero impedimento explicandum. 445.285
Impedimentum, quod poteſt aliter tolli, quàm per diſpenſationem,non eſt neceſſe,vt exprimatur in petenda diſpenſatione alterius impedimenti; ſed poteſt in diuerſis precibus exprimi,ac diuerſo reſcripto tolli. ibid.284
Impedimentum ſuperueniens non impedit diſpenſationem iam perfectam alterius impedimenti, quòd ſolum tunc ſuberat. ibid.283
Impenſarum materia,etiam cùm agitur de reſtituendo fideicommiſſo; tenuiſsime. 1014.180
Imperator an concurrat cum Principibus ſupremis in eorum dominiis,quia ſit dominus totius orbis. 200.121
Imperfectio diſpoſitionis ratione deliberationis, aut iudicij tribuit iuſtam cauſam eam commutandi. 377.94.& quid,ſi ea imperfectio proceſsit ex metu,aut dolo. ibid.95
Impetrans beneficium à Legato ſedis Apoſtolicæ an, & quando teneatur mentionem facere beneficij, quod obtinet. 1389.454
Impetrans beneficium ab alio, quàm à Papa, vel eius Legato, non tenetur exprimere beneficium, quod obtinet.ibid.455.atque etiam ab illis,ſi impetrans ignoret ſibi collatum fuiſſe beneficium. ibid. 456. & quid, ſi paratus ſit cum effectu primum dimittere. ibid.457
Impetrans beneficium electiuum requirens conſenſum patroni laici, licèt eius defectus ſolùm annullet ope exceptionis, mentionem facere debet de tali iurepatronatus. 1318.171
Impetrans beneficium exprimere debet illius collationem alteri factam etiam nondum ab eo acceptatam:& an impetrans derogationem alicuius qualitatis illius beneficij. 1386.448
Impetrans beneficium iuriſpatronatus laicalis debet mentionem facere variationis,ſeu nouæ præſentationis; alias non præiudicatur interim inſtituto. 1324.292
Impetrans beneficium quandonam exprimere debeat aliud beneficium,quod obtinet. 1387.450.& an penſionem, quam ſuper alio beneficio habet. 1388. 451. aut qualitates beneficij iam obtenti. ibid.452.aut valorem ipſius. ibid.453
Impetrans beneficium, ſi falsò exprimat, ſe aliud non habere,nulliter impetrat.1402.483.idémque in mentiente ſe clericum,aut beneficium eſſe vacans. ibid.484
Impetrans beneficium ſpectans ad Epiſcopi inſtitutionem poteſt obtinere ſpectans ad præſentationem clerici ratione Eccleſiæ, non autem ratione patrimonij,ſeu familiæ,aut laici. 1324.290
Impetrans beneficium ſpectans ad præſentationem duorum ſucceſsiuè, ſeu ſubordinate, an ſatisfaciat exprimendo, illud ſpectare ad vnius præſentationem. 1324. 288. & an, cùm ſpectat ad præſentationem vnius cum alterius conſenſu, ſat ſit exprimere præſentationem. ibid.289
Impetrans commutationem poſteriorem eiuſdem vltimæ voluntatis an, & quando mentionem facere debeat prioris commutationis obtentæ. 431. 241.cum trib.ſeqq.
Impetrans commutationem vnius partis eiuſdem vltimæ voluntatis mentionem facere debet prioris commutationis alterius partis. ibid.240
Impetrans commutationem vnius vltimæ voluntatis non tenetur mentionem facere iam obtentæ eõmutationis alterius vltimæ voluntatis.428.232
Impetrans derogationem fideicommiſſi an,& quando mentionem facere debeat omnium eius vinculorum, ſeu impedimentorum, & ea in eodem reſcripto exprimere. 1160.660. & quid,ſi ſit vnum impedimentum oriens ex pluribus capitibus.ibid.661.aut habeat annexam notabilem circumſtantiam. ibid.662
Impetrans derogationem fideicommiſſi contra ſpecialem prohibitionem teſtatoris, ne ea impetretur,aut impetrans illa vtatur,ſub pœna admiſſionis ſequentis in gradu,priùs obtinere debet facultatem impetrandi derogationem,quàm obtineat derogationem ipſam. 1163.671
Impetrans derogationem fideicommiſſi explicare tenetur prohibitionem derogationis factam à fideicommittente. 1160.663.cum aliquot ſeqq.
Impetrans derogationem fideicommiſſi poſteriorè quãdo prioris mentionem facere debeat. 1159.659
Impetrans derogationem qualitatis appoſitæ in fundatione beneficij non tenetur facere mentionem prioris derogationis alterius qualitatis: ſecus in derogationibus eiuſdem qualitatis, cùm inter vtramque derogationem eſt aliqua contrarietas. 1393.472
Impetrans derogationem qualitatis beneficij mentionem facere debet omnium vinculorum, ſeu impedimentorũ,quæ ſingula à derogante cognita eum auerterent ab omnimoda, vel certè à tali conceſſione. 1194.473
Impetrans derogationem qualitatis in beneficij fundatione appoſitæ explicare tenetur eius derogationis prohibitionem à fundatore factam. 1395. 474.idémque in ſuppreſſione beneficij. 1749.192. & ſeq.
Impetrans diſpenſationem à ſuperiore in lege ſui ſuperioris ſine cauſa an peccet. 155.16
Impetrans mutationem ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij an, & quando mentionem facere debeat omnium illius impedimentorum.1619.426. & quid quando vnum impedimentum oritur ex diuerſis capitibus,aut ann exam habet notabilem circumſtantiam. 1620.427
Impetrãs mutationem ſtatus beneficij an exprimere debeat aliud beneficium,quod obtinet. 1617.419
Impetrans mutationem ſtatus Eccleſiæ,vel beneficij an,& quando exprimere teneatur eius mutationis prohibitionem à teſtatore factam.1466.50,& 428
Impetrans per reſcriptum iuſtitiæ mutationem ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij quænam exprimere debeat; remiſſiuè. 1619.424
Impetrans poſteriorem commutationem eiuſdem vltimæ voluntatis an teneatur huius mentionem facere ſaltem in foro conſcientiæ, cùm ea vti de facto,vel de iure nequit, aut re integra non vult. 433.250
Impetrans poſteriorem mutationem alterius, vel eiuſdem ſtatus Eccleſiæ,aut beneficij an,& quando prioris mutationis mentionem facere teneatur. 1619.425.& quid in impetrante poſteriorem ſuppreſſionem beneficij. 1738.185.cum ſeq.
Impetrans poſterius reſcriptum iuſtitiæ prioris mentionem facere debet,quod fuit ab aduerſario obtentum.430.239.&,ſi communi conſenſu fuit impetratum,huius etiam conſenſus mentio fieri debet. 456. 330. & quid, ſi vtrumque ab eodem fuerit

Digitized by Google

fuerit impetratum. ibid. 331. vel ſi reſcripta ſint ad diuerſos iudices. ibid. 332
Impetrans poſterius reſcriptum non tenetur prioris mentionem facere, quando primus iudex cauſam remittit. 457. 338. & quando ſecundum impetratur ſuper eadem materia tractanda in diuerſa cauſa. 458. 339. vel vbi primum reſcriptum ob aliquod vitium eſt nullum. ibid. 340
Impetrans priuilegium incompatibile cum præſcriptione, vel altero priuilegio, cenſetur ei renuntiare. 436. 257
Impetrans reſcriptum iuſtitiæ, quo ex dolo, vel negligentia non vtitur intra annum, nequit poſtea, parte opponente, illo vti. 921. 858. quòd ſi nullæ litteræ pòſt ab aduerſario impetrentur, illud eſt perpetuum. 922. 860
Impetrans ſecundam dignitatem, ſi paratus ſit primam, cui animatum cura imminet, dimittere, non tenetur facere eius qualitatis curæ mentionem. 436. 256
Impetrans ſecundò eamdem gratiam an teneatur mentionem facere, quod ea aliàs petita fuit ſibi denegata. 431. 245
Impetrans ſecundum beneficium, aut poſteriorem diſpenſationem, ſi priore vti nolit, aut non poſſit, an teneatur eius mentionem facere. 433. 250
Impetrans ſecundum beneficium præſumitur illud velle ſimul cum primo retinere. 428. 263
Impetrari ſine ſpeciali mandato an, & quando poſſit commutatio vltimæ voluntatis. 478. 407. cum duob. ſeqq.
Impoſſibile cenſetur id, quod eget Principis diſpenſatione, quam non ſolet concedere. 136. 181, & 248. quódve commodè, aut non niſi per auxilium extraordinarium fieri poteſt. 278. 324
Impoſſibile de facto quotuplex ſit. 133. 161
Impoſſibile dicitur quod iure, & licitè fieri non poteſt. 141. 189
Impoſſibilia non obligant. 134. 167. atque in his impoſſibilia de facto. ibid. 168
Impoſſibilitas de iure, & de facto æquiparantur. 180. 340
Impoſſibilitas iuris eſt cauſa ſufficiens commutationis vltimæ voluntatis. 376. 90
Impoſſibilitas iniuncta heredi, ſeu grauato vitiat diſpoſitionem, in qua fuit impoſita; iniuncta verò legatario, ſeu honorato vitiatur, ac reiicitur à diſpoſitione, & hæc valet, ac ſuſtinetur. 627. 423
Impugnans aliquod ius cenſetur ei renuntiare; & ex actu impugnato non debet commodum conſequi. 914. 912
Impugnans ius ſuum non auditur ampliùs illud allegans, neque repetere ipſum poteſt. 913. 839
Imputanda in Falcidiam quæ ſint. 1052. 349
Imputari ab herede in Trebellianicam debet quicquid capit iudicio teſtatoris. 1046. 316
Imputari in legitimam quænam debeant. 1034. 269. cum ſeq.
Imputationum faciendarum in Trebellianicam, maximè fructuum, materia; remiſſiuè. 1046. 317
Incorporatio in quo differat ab vnione, annexione, ſuppreſſione, extinctione, & applicatione. 1669. 11. cum aliquot ſeqq.
Indignitas impetrantis an exprimenda ſit dum petitur beneficij ſuppreſſio. 1743. 162
Individua conditio, & res in totum impleri debent. 466. 360
Indultum ad diminutionem an poſſit operari augmentum. 1026. 210
Inaudito Cardinalis de collatione beneficiorum non derogatur vbi is eſt ordinarius collator, non facta huius rei mentione. 441. 272
Induſtria perſonæ an electa cenſeatur per clauſulam, *ſuper quo conſcientiam tuam oneramus*, vel, *de quo in his ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus*. 337. 551
Induſtria perſonæ an ex eo electa cenſeatur, quòd factum arduum committatur. 340. 555. cum aliquot ſeqq.
Induſtria perſonæ per quæ verba electa cenſeatur. 340. 555
Induſtriam perſonæ electam eſſe in commiſſione, & quòd in ea iniungatur aliquid perſonaliter exequendum, non idem ſunt. ibid. 549, 550, & 555.
Inferior habens poteſtatem commutandi vltimas voluntates quoad plura vincula ad ſui fauorem conceſſam, commutare poterit, licet ea concurrat in eadem vltima voluntate, ſeu perſona. 442. 276
Inferior nequit transferre Eccleſias, ſeu mutare de loco ad locum ſine cauſa. 1602. 369. nequè vnire Eccleſias, vel beneficia. ibid. 370. nec vnionem diſſoluere. 1603. 371
Inferior non poteſt regulariter diſpenſare in lege ſui ſuperioris. 232. 202 & 352. 2. in aliquo tamen poteſt ex cauſa. 353. 5. cum aliquot ſeqq.
Inferior Principe commutans vltimam voluntatem ſine cauſa malè, ac nulliter agit. 355. 15, & 27
Inferior Principe, etiam Præſes, vel Proconſul, ſine Principis licentia remouere non poteſt delegatos, vel ordinarios abeo conſtitutos. 802. 483, & 486
Inferior Principe licèt nequeat apponere clauſulam, *non obſtante tali lege, aut iure communi*; poteſt tamen quoad leges, quibus ipſe valet derogare. 548. 158
Inferior Principe reuocare nequit commiſsionem commutationis vltimæ voluntatis ab eo factam; quam verò ipſemet fecit, aliquando poteſt. 803. 486
Inferior Principe ſine legitima cauſa commutare nequit vltimas voluntates, licèt verba diſpoſitionis aliqua iuris interpretatione accommodari poſsint commutationi. 357. 28
Inferior Principe ſupremo extra certos caſus non poteſt commutare vltimas voluntates iuri humano poſitiuo conformes, ſed ſolus Princeps. 127. 144
Inferior Principe ſupremo regulariter nequit commutationem vltimæ voluntatis ex parte concedentis completam, & perfectam etiam ex cauſa reuocare. 806. 496
Inferior quando poſsit ſe intromittere in cognitione de re, ad quam eius ſuperior manum appoſuit. 497. 45. & duob. ſeqq.
Inferior, qui commutare poterat vltimam voluntatem iure ordinario, vel delegato, ſi fuerit recuſatus, quid facere poſsit, aut debeat probata, vel non probata cauſa ſuſpicionis. 853. 634. & duob. ſeqq.
Inferior ſupremo Principe an, & quando reuocare poſsit derogationem qualitatum beneficij ad vltimum effectum ex parte concedentis deductam. 1435. 575
Inferiores an poſsint aliquo modo per ſtatutum fideicommiſsis derogare. 1123. 554

Digitized by Google

Inferiores supremo Principe, eiúsve Officiales nequeunt etiam ex causa publica subditum priuare saltem perpetuò re sua. 807. 497. nisi ad id à supremo Principe potestatem habeant. ibidem 498. vel nisi id faciant ad tempus, vel ex causa necessitatis. ibid. 499

Inferiores supremo Principe per se facere possunt vltimarum voluntatum commutationes, quæ illis à iure permittuntur, & debent maximè eas, quas idem ius ab ipsis fieri iubet. 492. 20. & tunc iis recusantibus aditi potest illorum immediatus superior, qui vel eosdem appellet ad commutandum, vel ipse commutabit. ibidem 21

Ingredicns Religionem quid obseruare debeat in dispositione de rebus suis per actum inter viuos. 734. 302

Intitinm rei quómodo spectandum sit. 690. 168

Innocens cur damnari possit, si is nocens ex actis probetur, & tradi in bello, aut se tradere ob bonum publicum. 105. 72

Instantia appellationis siue à iure, siue ab homine non currit pendente compromisso. 850. 622

Instantia causæ principalis, seu prima de iure canonico, vel ciuili quanto tempore duret. ibid. 623. & an suspendatur per compromissum. ibid. 624

Instantia cœpta cum possessore fideicommissi quando noceat successioni, vel ad eum transeat. 1136. 595

Instantia cœpta cum possessore maioratus an, & quando transeat in successores. 1085. 447

Instantia cœpta cum primo fideicommissario, alióve possessore fideicommissi transit in sequentes. 1136. 593

Instantia compromissi an sit triennalis, remissiuè. 851. 625

Instantia iudicialis quando & quomodo transeat actiuè, aut passiuè in heredes, vel alios successores vniuersales, aut singulares. 1136. 594

Institutio beneficij, seu præsentati ad illud quándo spectare possit ad Prælatum inferiorem Episcopo. 1520. 169

Institutio facta ad præsentationem laici, qui ius patronatus absque Ordinarij consensu donauit, an valeat. 1349. 363

Institutio præbendæ Theologalis, Magistralis, & similium de iure communi. 1276. 191. cum seq. ac de iure speciali. 1279. 194 cum duob. seqq.

Institutio vitiatur ex errore in causa finali, non autem in impulsiua. 401. 155

Institutus in quota parte bonorum non detrahit Trebellianicam. 1040. 192

Institutus in re certa an detrahere possit Falcidiam. 1049. 333

Institutus in re certa an, & quando detrahat Trebellianicam. 1036. 276. & 292

Institutus in re certa non est propriè heres defuncti, neque eius personam repræsentat. 174. 43

Instrumentum authenticum ad hoc, vt probet, quid requirat. 1286. 210

Intellectus auth. contra, cùm rogatus, C. ad Trebell. & auth. res, quæ, C. comm. de legat. & fideicom. 1012. 173

Intellectus cap. accedentibus, & cap. si de terra, de priuil. 317. 465 & 941. 946

Intellectus cap. ad absoluendam, §. fin. de hæretic. 304. 424 & 697. 188

Intellectus cap. ad audientiam, tl 1. de Eccles. ædif. 1576. 324

Intellectus cap. ad audientiam, il 1. de Eccles. ædif. 1493. 95, 332, & 474

Intellectus cap. ad audientiam, il 2. de rescript. 436. 258

Intellectus cap. adhæc, de rescript. 334. 514

Intellectus cap. adhæc, il 3. de appellat. 853. 635

Intellectus cap. Apostolicæ, de donat. 1492. 94

Intellectus cap. auctoritate, de institut. 1720. 113

Intellectus cap. auditis, de elect. 1769. 235

Intellectus cap. auditis, de præscript. 317. 464

Intellectus cap. bonæ rei, 12. quæst. secunda. 1492. 94

Intellectus cap. commissum, de sponsal. & matrimon. 169. 24

Intellectus cap. conquerente, de offic. ordin. 313. 448

Intellectus cap. consultationibus, de donat. 1636. 474 & 1690. 46

Intellectus cap. coram, de offic. deleg. 829. 570

Intellectus cap. cum Bertoldus, de re iudic. 1349. 363

Intellectus cap. cum contingat, de iureiuran. 899. 778

Intellectus cap. cum inferior, de maior. & obed. 1563. 278

Intellectus cap. cum M. Ferrariensis, de constit. 1690. 47, ac 305

Intellectus cap. cum nos, de iis, quæ fi. à Prælat. fin. consuet. Capit. 1767. 230

Intellectus cap. cum olim, de consuetud. 1578. 328

Intellectus cap. cum plures, de offic. deleg. lib. sexto. 644. 32, & 160

Intellectus cap. cum secundùm, de præbend. 1779. 259

Intellectus cap. cum sit Romana, de appellat. 749. 338

Intellectus cap. cum speciali, in princip. de appellat.

Intellectus cap. cum super, de offic. deleg. 836. 593, & 659

Intelectus cap. cura, de iurepatr. 1769. 231

Intellectus cap. de iure verò, de iurepatron. 1558. 266

Intellectus cap. de multa, de præbend. 1373. 418

Intellectus cap. dicenti, §. vniuersa, 25. quæst. secunda. 518. 129

Intellectus cap. dilectus, de offic. ordin. 313. 448

Intellectus cap. dilectus, il 3. de præbend. 840. 608

Intellectus cap. ea, quæ, §. pen. de stat. monach. 1472. 62

Intellectus cap. ei, cui, de præbend. in sexto. 1261. 158

Intellectus cap. Episcopus, de præbend. 1779. 259

Intellectus cap. & temporis, 16. quæst. prima. 1690. 48

Intellectus cap. ex insinuatione, de iurepatronat. 1539. 207

Intellectus cap. ex parte, de concess. præb. 1720. 113

Intellectus cap. ex parte, de constitut. ibid. & 144. cum seq.

Intellectus cap. fin. de Eccles. ædific. 1576. 324

Intellectus cap. fin. de rescript. 334. 514

Intellectus cap. fin. de verb. signif. 1578. 328. necnon 1720. 113, & 304

Intellectus cap.fin. de vit. & honeſt. clericc. 946. 953
Intellectus cap. fin.§.is autem, de offic. deleg. 537. 532, 548, & 556
Intellectus cap. fin. verſ. ſed obiicitur, 25. quæſt. vlt. 579.329, & 331
Intellectus cap.gratia, de reſcript. in ſexto. 418. 213
Intellectus cap.gratum, & cap. relatum, de offic. delegat. & vtriuſque conciliatio. 1451. 25, 25, & 26
Intellectus cap. hi,qui, de præbend in ſexto. 487.5.
Intellectus cap. illud, de iurepatr. 1349.363
Intellectus cap. in aliquibus, de decim. 67.58
Intellectus cap. in generali, de reg. iur. in ſexto. 889.733
Intellectus cap.innotuit,de elect. 480.419
Intellectus cap. interpoſita, de appellat. 749. 558
Intellectus cap.is,cui,§ ſed ſi,de offic.deleg. in ſexto. 537.532, & 555.cum ſeq.
Intellectus cap. is, qui tacet, & cap. qui tacet, de regul. iur. in ſexto. & vtriuſque conciliatio. 608. 586
Intellectus cap.licèt,de regular. 169.24
Intellectus cap. licet ex ſuſcepto, de for. compet. 853.635, & 665
Intellectus cap.licet vndique, de offic.deleg. 862. 600, & 664
Intellectus cap.magnæ,de vot. 85. 9, 29
Intellectus cap. non poteſt, de præb.in ſexto. 418. 214, 254, & 262.cum ſeq.
Intellectus cap.nullus,de iurepatr. 1589.349
Intellectus cap. nuper, de ſent. excommun. 1562. 275
Intellectus cap. omnis res, de regulis iur. 822. 560
Intellectus cap. parochianos, de decim. 67.58
Intellectus cap pen.de magiſtr. 1588.346
Intellectus cap.pen de præſcript. 558.234
Intellectus cap. peruenit, 11 ſecundo 18. quæſt. ſecunda. 1472.61
Intellectus cap. plerumque, & cap. ſi autem, de reſcript. 921.858
Intellectus cap.poſſeſſiones, de reb. Eccleſiæ alien. 1472.62
Intellectus cap.poſtquam hoſtilis, 16.quæſt. prima. 1690.48
Intellectus cap. 1. de conſtitutio. in ſexto. 545. 190
Intellectus cap. 1. de for. compet. in ſexto. 261. 291
Intellectus cap. 1.de offic. leg. ibid.
Intellectus cap. 1. de offic. Vicar. in ſexto. 506. 62
Intellectus cap.1.22.diſt. 1578.328
Intellectus cap. prudentiam, §.adiicimus, de offic. deleg. 828.569
Intellectus cap.quæ ſemel, 19. quæſt. tertia. 1472. 61, & 329
Intellectus cap. quamquam, de cenſibus in ſexto. 67.58
Intellectus cap. quamuis, de offic. deleg. in ſexto. 709.220
Intellectus cap. quamuis pactum, de pact. in ſexto. 809.778
Intellectus cap. qui tacet, de regul. iur. in 6. 608 586
Intellectus cap.quia circa, de conſanguin. & affin. 784.436
Intellectus cap. quia clerici, de iurepatron. 1558. 266
Intellectus cap.quia nonnullis, de magiſtr. 1277. 192
Intellectus cap. quoniam Abbas, de offic.deleg. & cap.ſtatutum, in princ.de reſcript. in 6. & in quo differant. 674. 119. cum duob.ſeqq.necnon 144, ac 658
Intellectus cap. quoniam, vt ait, de vit. & honeſt. cleric. 1402.44
Intellectus cap. relatum, de offic. deleg. 1431. 25, 25, & 26
Intellectus cap.requiſiti,§. 1.de teſtam. 686.153
Intellectus cap.ſanctorum,70.diſt. 1373.418
Intellectus cap.ſciſcitatus,de reſcript. 861.658
Intellectus cap.ſcripturæ,de vot. 85.9
Intellectus cap.2. de conſtitu. vtil. vel inutil. 498. 47
Intellectus cap.2.de fil.presbyt. in ſexto. 428.234, & 261
Intellectus cap. ſecundò requiris, §.1. de appellat. 865.665
Intellectus cap.ſi clericus aduerſus,11.quæſt.prima. 1343.346
Intellectus cap.ſi cui nulla, de præb.in ſexto. 663. 105, & 108
Intellectus cap.ſi autem, de reſcript. 911.858
Intellectus cap.ſi de terra, de priuileg. 317. 465 & 941.946
Intellectus cap.ſi delegatus, in princ.de offic.deleg. in ſexto. 711.219
Intellectus cap. ſi Epiſcopus, de præbend.in ſexto. 1739.259
Intellectus cap.ſi Epiſcopus vnam, 12.quæſt.ſecunda. 1495.95,& 333
Intellectus cap.ſi is,cui,de offic.deleg in ſexto 681. 140
Intellectus cap.ſi motu proprio, de præbend. in ſexto. 418.214,& 254
Intellectus cap. ſi pro debilitate, de offic. delegat. 826.565
Intellectus cap.ſi quis contra, de for.compet. 853. 635, & 665
Intellectus cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in ſexto. 648.50
Intellectus cap. ſicut vnire, de excell. prælat. 316. 460
Intellectus cap. ſignificantibus, de offic. deleg.840. 607
Intellectus cap. ſtatutum, in princip. de reſcript. in ſexto. 674. 119. cum duobus ſeqq. 144. & 658
Intellectus cap.ſuggeſtum, de decim. 792.459. & 1414.174
Intellectus cap.ſuggeſtum, de iurepatr. 1573.312 & 1767. 251
Intellectus cap. ſuper litteris, de reſcript.396.138, 209, 210, 212, 226, & 228
Intellectus cap. tua, & cap. tua nobis, de decim. 67.58
Intellectus cap.vbi periculum, §. ſiidem quoque, de elect.in ſexto. 225.188
Intellectus cap.21.Deuteron.9. 106. & cap. 25.Leuit. ac 27.Geneſ. 66.56
Intellectus cap.vltima voluntas, 13.quæſt.ſecunda. ibid.
Intellectus cap vlt.Leuit. 65.52, & 58
Intellectus cap. vnic. de maior. & obed. in ſexto. 697.190
Intellectus cap. vnic.in princ. de iurepatr. in ſexto. 1589 207.
Intellectus cap.vnic. § omnem perſonam, de ſchiſmat.in ſexto. 227.192

Digitized by Google

Intellectus Clement. ne Romani, in princip. §. irritum, & §. eo tamen prouiſo, de elect. 225. 188
Intellectus Clem. 1. de elect. 1238.90
Intellectus Clem. 1. de hæret. 304.424 & 697.188. cum ſeq.
Intellectus Clem. 1. in princ. de reb. Eccleſ. non alienand. 1595.366
Intellectus Clem. quia contingit, in princ. de relig. dom. 85. 7, ac 22
Intellectus Clem. 2. in princ. de reb. Eccleſ. non alienand. 1636.474
Intellectus Clement. 2. §. quòd ſi, de rebus Eccleſ. non alienand. 1641.487 ac 1772.241
Intellectus Conc Trident. ſeſſ. 5. cap. 1. de reformat. 1556. 262
Intellectus Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 4. de reform. 1795. 289
Intellectus Conc. Trident. ſeſſ. 7. cap. 6. de reformat. 1607. 389, & 470
Intellectus Conc. Trident. ſeſſ. 7. cap. 10. de reform. 1264. 166. cum multis ſeqq.
Intellectus Conc. Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. de reform. 391. 122
Intellectus Concil. Tridentin. ſeſſ. 14. cap. 12. de reformat. 1284. 205. cum aliquot ſeqq. & 1505. 127
Intellectus Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 12. ac 13. de reform. 1520. 169
Intellectus Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 2. de reform. 1779. 259
Intellectus Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 4. de reform. 1576. 324
Intellectus Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 5. de reformat. 1577. 325, & 481. cum ſeq.
Intellectus Conc. Trident. ſeſſ. 21. cap. 7. de reform. 1634. 470.
Intellectus Conc. Trident. ſeſſ. 22 cap 4. de reform. 1257. 148
Intellectus Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 5. de reformat. 494. 30, 31, & 44
Intellectus Conc. Tridentin. ſeſſ. 22. cap. 6. de reformat. 91. 22 & 361. 41, 87, ac 109. cum ſequent. & 141. necnon 494. 31, ac 38. vſque ad 44
Intellectus Conc. Trid. ſeſſ 23. cap. 10. de reformat. 1264. 166. cum aliquot ſeqq.
Intellectus Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 8. de reform. 1556. 222
Intellectus Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 12. verſ. in omnibus verò, de reformat. 1246. 122. & verſic. neminem. 1257. 148
Intellectus Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 13. de refor. 1495. 99, 389. & 470
Intellectus Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 15. de reform. 1641. 487 ac 1724. 127, & 242
Intellectus Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 17. de reform. 1795. 289
Intellectus Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 4. & 5. de reform. 1348. 388. cum ſeq.
Intellectus Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 4. & 8. de reform. 361. 41, & 107
Intellectus Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat. 1474. 67. cum aliquot ſeqq.
Intellectus Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat. 1284. 205. cum nonnullis ſeqq. & 1504. 124, 125, 266, 267, ac 389
Intellectus Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 16. de refor. 1474. 65. & ſeq.
Intellectus Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 16. de regular. 166. 11 & 724. 302
Intellectus Conſtitutionis 65. aliàs 81. Pij IV. de tempore vacationis Sedis Apoſtolicæ. 225. 188
Intellectus Doctorum aſſerentium Principem derogare non poſſe vltimis voluntatibus. 360. 40
Intellectus Extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien. inter commun. 604 378
Intellectus Extrauag. 1. de regular. inter commun. 1463. 45
Intellectus l. cum hi, ff. de tranſact. 86. 10. necnon 203. 129 & 1769. 235
Intellectus l. cum te ſponſæ, C. de donat. ante nupt. 191. 90
Intellectus l. de contractu. C. de reſcind. vendit. ibid.
Intellectus l. de his, ff. de tranſact. 1107. 496
Intellectus l. Decuriones, ff. de admin. rer. ad ciuitat. pertin. 379. 98
Intellectus l. diximus, in princip. ff. de excuſ. tutor. 863. 661
Intellectus l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. 783. 430
Intellectus l. ex pollicitatione, ff. de pollicitat. 86. 11
Intellectus l. falsò, C. de diuerſ. reſcript. 922. 858
Intellectus l. fin. C. de diuerſ. reſcript. 518. 129. & l. fin. C. de verb. ſig. 1070. 386
Intellectus l. illud, §. ſi talis, ff. de minor. 480. 421
Intellectus l. in re mandata, C. mand. 56. 25. & aliquot ſeqq.
Intellectus l. inciuile, C. de rei vendic. 191. 90
Intellectus l. iudex poſteaquam, ff. de re iudic. 767. 390
Intellectus l. iudicium ſoluitur, ff. de iudic. 705. 212. & duob. ſeqq.
Intellectus l. legatum, ff. de vſ. & vſufruct. leg. 276. 324
Intellectus l. licèt, C. de pact. 15. 8
Intellectus l. magis puto, §. non paſſim, cum ſeq. ff. de reb. eor. 1769. 235
Intellectus l. meminiſſe, ff. de offic. proconſ. 749. 338
Intellectus l. milites, C. de teſtam. mil. 192. 94
Intellectus l. nec auus, C. de emancip. lib. 191. 90
Intellectus l. nec enim, §. deportati, ff. de milit. teſtam. 192. 94
Intellectus l. nemo poteſt, ff. de legat. primò. 1023. 223
Intellectus l. pen. C de curat. furioſ. 863. 661
Intellectus l. 1. C. de ſacroſ. Eccl. 56. 25. cum aliquot ſeqq. & 1122. 550
Intellectus l. 1. ff. de mundin. 953. 905
Intellectus l. qua ratione, §. hæ quoque res, ff. de acquir. rer. dom. 57. 28, & 29
Intellectus l. qui filium, ff. vbi pupill. educ. vel mor. deb. 1018. 199
Intellectus l. quid ergo, in princ. ff. de his, qui not. infam. 1770. 236
Intellectus l. quidam, ff. de vſu, & vſufruct. leg. 71. 69
Intellectus l. 2. C. ſi propt. public. penſitat. 1769. 235
Intellectus l. ſi donationem, C. de reuoc. donat. 191. 90
Intellectus l. ſi teſtamentum, C. de teſtam. ibid.
Intellectus l. ſordidorum, C. de excuſ. muner. lib. decimo. 720. 245
Intellectus l. vbi parè, §. in diſtrahendis, ff. ad Trebell. 1014. 179
Intellectus l. ſordidorum, C. de excuſ. muner. lib. decimo. 720. 245

Digitized by Google

Intellectus l.vbi potè,§.in diſtrahendis, ff. ad Trebell. 1013.179
Intellectus l.vel negare, ff.quemadm. teſtam.aper. 1122.550
Intellectus l. verbis legis, ff.de verb. ſignif. 992. 94
Intellectus l. vnic. C. ſi quacumque præd. poteſt. 866.667
Intellectus l. Vranius, ff. de fideiuſſ. 789. 446, & 456
Intellectus §. ſi quis in nomine, auth. de Eccleſ.tit. 276. 324
Intellectus §. ſi verò iudex, & §.ſi quis autem, in auth.de iudicib. 802.482
Intellectus reg. 21. aliàs 22.Cancell. 1629.455, & 470. necnon 1744.165, 217, ac 223
Intellectus reg.51.aliàs 52.Canc. 590.118
Intentio, & mens concedentis priuilegium deprehenditur ex verbis: ita, vt, ſi dirigantur ad perſonam,illud ſit perſonale; ſi ad rem, reale: quod tamen aliquando fallit. 720. 246. cum nonnullis ſeqq.
Interdictus an validè impetret beneficium Eccleſiaſticum,aut aliam gratiam. 1391.467
Interlocutoria an, & quando poſſit parte non citata ferri,aut reuocari. 449.304
Interſtitia temporum quoad ordines quæ ſint. 1273. 184. & quis ſuper iis diſpenſet cum Regularibus. 1274. 185. & an hæc diſpenſatio fieri poſſit à Capitulo ſede vacante, vel eius Vicario. ibid.186
Inteſtatus decedens an cenſeatur diſpoſuiſſe in venientes ab inteſtato. 1102.483
Intruſio exprimi debet in impetratione beneficij; & an etiam in derogatione alterius qualitatis ipſius. 1384.443
Inuentarium ab herede confectum an profit fideicommiſſario,vel ab eo confici poſſit,etiam vt detrahat Falcidiam. 1050.343
Inuitiliter diſponere noluiſſe quiſque præſumitur. 106.178
Irregularis an validè impetret beneficium Eccleſiaſticum,aut aliam gratiam. 1391.467
Irregularis ob celebrationem in excommunicatione impetrans diſpenſationem an teneatur mentionem facere, quoties celebrauerit. 447. 292. & quid,ſi multiplicatio accidit facta commiſſione,ante,vel poſt eius executionem. ibid.293
Irregularitas an, & quando exprimi debeat in impetrando beneficio Eccleſiaſtico, vel mutatione ſtatus ipſius. 1617.421
Irritatio actus an, & quando ſit pœna. 415. 206
Irritatio actus inducta à lege, vel a decreto irritante vbicumque appoſito afficit etiam ignorantes. 417.211
Irritum illud etiam dicitur, quod, licèt validum ſit, effectu caret. 434.251
Iudex adiudicans rem ſuam vni ex collitigantibus coram ſe ſibi non præiudicat: & interponens auctoritatem ſubhaſtationi bonorum non affert ſibi præiudicium in iure retractus, quod ad ea habet. 904.799
Iudex delegatus an poſſit declarare ſuam ſententiam. 767. 391. aut eam retractare, maximè cùm eam nulliter tulit ob non ſeruatam formam mandati; vel eſt delegatus Principis. ibid. 392. & quid in delegato ad vniuerſitatem cauſarum; aut cùm delegatus per errorem facti iudicauit. 768.393
Iudex delegatus nequit poſt pronuntiationem ſuper cauſa ſuſpicionis probata committere cauſam ſibi delegatam: & quid in Ordinario. 854. 636
Iudex delegatus poſtquam ſemel pronuntiauit definitiuè, licèt nulliter, non poteſt iterum iudicare; ſecus in Ordinario. 334. 518. & ſequent.
Iudex Eccleſiaſticus quando poſſit inter laicos iuriſdictionem exercere. 115.160
Iudex non amittit iuriſdictionem aſſumendo ſibi aſſeſſorem cùm debet,aut poteſt. 857.597
Iudex ordinarius interponere poteſt decretum in cauſis ſimilibus tranſactioni ſuper futuris alimentis. 205. 136. & cùm heres, ac legatarius non conueniunt in commutatione relicti ad certum vſum illicitum, vel licitum vbi pecunia relicta ad eum non ſufficiat. ibid.137
Iudex ordinarius poteſt commutare vltimam voluntatem vbi, ſi defunctus ſciuiſſet certum obſtaculum ſuæ diſpoſitionis, aliud diſpoſuiſſet: dum tamen de nullius intereſſe, & de ſola teſtatoris auctoritate agatur. ibid. 138. aut cùm aliqua diſpoſitio à iure improbatur ratione circumſtantiæ, quæ requirit cauſæ cognitionem. 106.139
Iudex ordinarius, vel delegatus, ſi recuſetur, quid de iure ciuili facere poſſit, aut debeat. 845. 610. & quid de iure canonico. 846. 611. & ſeq.
Iudex quando,& quomodo aſſumere ſibi aſſeſſorem poſſit, aut debeat. 857. 597. & qualem. ibidem 598. cum ſeq. ac teneatur eius conſilium ſequi. 858.600
Iudex quando poſſit vltimas voluntates commutare. 202. 128
Iudex, qui promiſit, ſe relaturum cauſam ad ſuperiorem, vel pronuntiauit, eam eſſe referendam, adhuc poteſt ex partium conſenſu de illa cognoſcere; non autem poſt factam relationem; niſi forte antequam eam ſuperior admittat. 835. 591
Iudex, qui retulit cauſam, an iterum de ea cognoſcere poſſit ad maiorem ſuperioris inſtructionem. ibid.587
Iudex reaſſumit iuriſdictionem, cùm ei à ſuperiore cauſa remittitur poſt appellationem, vel appellatore negligente in proſequenda appellatione etiam legitima. 839.603
Iudicem adiens renuntiat compromiſſo: & comparens coram iudice, à quo,renuntiat appellationi; adiénſque iudicem recuſatum renuntiat recuſationi. 915. 917
Iudicialis cognitio cauſæ, ſeu iudicis partes quid importent,ac requirant maximè in mixto executore. 574.269
Iudicij ordo, ſeu forma non requiritur, cùm aliquid conſcientiæ alicuius committitur. 529. 155
Iudicis qualitas,coram quo lis pendet,an exprimenda ſit, cùm impetratur reſcriptum iuſtitiæ. 454. 321
Iura alicuius Epiſcopatus non præſcribuntur quamdiu ſedes vacat, vel aliàs Epiſcopus illa tueri non poteſt. 327.464
Iura naturalia ſunt immutabilia. 54.14.& duob. ſeq.
Iura non dormientibus, ſed vigilantibus ſubueniunt. 1266.169
Iuramenti relaxatio quando ſit reſeruata Papæ, vel permiſſa Epiſcopo. 119.119
Iuramentum an, & quando confirmet renuntiationem minoris aliàs ei vetitam. 900.782
Iuramentum appoſitum diſpoſitioni poſteriori habet

bet vim clauſulæ, *pro expreſſis*, ac ſpecialis dero-gationis. 551.206
Iuramentum de re illicita non eſt obſeruandum. 109.90. nec eget relaxatione. 118.118.
Iuramentum de re impediente maius bonum non eget relaxatione. ibid.
Iuramentum diſpoſitioni adiectum eius naturam non commutat. 502.49
Iuramentum homini præſtitum ceſſat obligare poſt eius remiſſionem. 180.69. licet æque principaliter in honorem Dei emiſſum fuerit. ibid. 70
Iuramentum in multis rebus relaxatur. 118. 117
Iuramentum licitum homini præſtitum, & ab eo acceptatum relaxari valide nequit abſque eius conſenſu; niſi a Papa ex vrgentiſſima cauſa; vel commutari abſque vrgenti: & vtraque concernente bonum commune. 369.62. & quid, ſi iuramentum ſit in bonum commune. ibid.63
Iuramentum metu extortum an teneat, & iurans egeat abſolutione. 899.779
Iuramentum non operatur renuntiationem eius iuris, quod non eſt in iurantis poteſtate, nec reſpicit illius merum fauorem. ibid.780
Iuramentum non tollit diſpoſitionem prohibentem malos mores, & peccatum; malos, inquam, mores iurantis, non eius, cui iuratur. ibid.781
Iuramentum promiſſarium eſt diſpoſitio hominis per ſe irreuocabilis, & quædam vltima voluntas. 25.44
Iuramentum quam vim habeat ad confirmandas renuntiationes, & validandos actus aliàs inualidos; remiſſiuè. 899.776
Iuramentum quando operetur renuntiationem eius iuris, cui aliàs renuntiari nunc à tali renuntiante ſine iuramento non poſſet. ibid. 777. cum aliquot ſeqq.
Iuramentum quid operetur in renuntiatione S.C. Velleiani, & aliorum auxiliorum mulieri à iure conceſſorum. 893.750, & 796
Iuramentum teſtium non requiritur, cùm alicuius conſcientiæ aliquid committitur. 529. 155
Iuramentum tollit ea iuris auxilia, quibus actus aliàs ſine iuramento poteſt inualidus fieri fauore iurantis. 898.775
Iurans aliquid facere, & non petere habilitationem, in huius impetratione vtrumque iuramentum explicare debet; & quomodo. 450. 306 & 1162.666
Iurans rem illicitam poteſt propria auctoritate illam in rem licitam commutare. 168.21
Iurans ſeruire vni hoſpitali, an poſſit ſeruire alteri magis religioſo, ac frequenti. 170.26
Iuri ciuili ſtandum etiam in foro canonico, cùm aliquid in materia indifferenti ſtatutum eſt à iure ciuili, non à canonico. 810.555
Iuri communi cenſetur quilibet ſe conformare in reſcripto, & conceſſione. 809. 513, & 517
Iuri diuino poſitiuo regulariter nemo derogare poteſt per poteſtatem ſupernaturalem, & ſpiritualem ei à legiſlatore conceſſam. 112. 99. cum aliquot ſeqq.
Iuri nominandi, quod habet laicus, vbi præſentatio ſpectet ad Eccleſiaſticum; vel iuri præſentandi laici de conſilio, vel conſenſu Eccleſiaſtici qualiter derogetur. 1320.280
Iuri tertij quando cenſeatur Princeps omnino præiudicare velle. 811.513
Iuribus incorporalibus realibus, vt ſunt ſeruitutes, quanto tempore præſcribatur. 952.930
Iuripatronatus laicali an derogatum cenſeatur, licèt factum ſit ad petitionem aſſertentis de contra conſtare, licèt patronus poſtea de eo doceat. 320. 276
Iuripatronatus laicali Papa non cenſetur derogare, niſi id exprimat. 1293.222. & quid in Eccleſiaſtico, vel mixto. ibid.222
Iuripatronatus laicorum aliquando derogatur laitem per Papam, & iuripatronatus Eccleſiaſtico etiam per Legatum de latere. 1224.69
Iuripatronatus laicorum an derogetur non facta eius mentione, cùm beneficium eſt litigioſum. 1321. 282
Iuripatronatus laicorum quando derogatum cenſeatur cùm alternis vicibus patroni præſentant. 1320. 279
Iuripatronatus laicorum quando derogatum cenſeatur per collationem abſque eorum conſenſu ipſis tacentibus à Papa, vel Epiſcopo factam. ibid. 278
Iuripatronatus laicorum quando derogetur pro medietate. 1321.281
Iuripatronatus mixto non derogatur pro medietate, ſed in totum. 1324.287
Iuripatronatus paſſiuo, hoc eſt, vt talis præſentetur, aliquando ſaltem derogari poteſt. 1291. 218. & an aliquando debeat. ibid.219
Iuris diuiſio à Iureconſultis allata quomodo à quibuſdam concilietur cum diuiſione Theologorum. 24.36
Iuris gentium quænam ſint iuxta ius ciuile, & quæ ſecundùm ius canonicum. 23. 31 & 1125. 561
Iuris naturalis aliquid eſſe dicitur, aut quia ab eo vetatur, præcipitúrve; aut quia ab eodem permittitur. 106.79
Iuris naturalis mutatio in quo differat à mutatione iuris poſitiui diuini, vel humani. 104.70
Iuris nomen varias habet ſignificationes, remiſſiuè. 52. 1, & 7
Iuriſdictio à Prælatis inferioribus contra Epiſcopum legitimè acquiſita per priuilegium quanto temporis ſpatio amittatur. 317. 465. & quid in acquiſita per conſuetudinem, vel præſcriptionem. 318.466. cum ſeq.
Iuriſdictio à Prælatis inferioribus intra fines diœceſis Epiſcopi non acquiritur, niſi ſpatio 40. annorum. ibid. 464
Iuriſdictio ad tempus data quando duret vſque ad ſucceſſoris aduentum. 750.339
Iuriſdictio auocari poteſt per eum, qui illam dedit; & per ſuperiorem ab inferiore: ita, vt nulliter poſtea procedat is, à quo fuit auocata. 801.476
Iuriſdictio commiſſarij ad commutandam vltimam voluntatem ab eo amittitur, ſi deferat appellationi ab ipſo interpoſitæ licèt friuolæ. 839. 601
Iuriſdictio commiſſarij ad commutandam vltimam voluntatem in eo extinguitur, ſi pronuntiet, nullam ſibi in ea re competere iuriſdictionem. 840. 605. licèt velit eam reſumere de conſenſu partium; & ſiue bene, ſiue malè pronuntiauerit. ibid. 606. cum ſeq.
Iuriſdictio commiſſarij ad commutandam vltimam voluntatem quando expiret, ſi aſſocict ſibi tanquam collegam cum, qui iuriſdictionem non habet. 836.591, & 596
Iuriſdictio commiſſarij ad mutandum ſtatum ali-

cuius Ecclesiæ, vel beneficij quando in eo expiret per mortem naturalem, vel ciuilem subdelegati ab ipso. 1648. 498. & an eadem iurisdictio expiret in subdelegato per mortem naturalem, vel ciuilem ipsius. ibid. 499. vel subdelegantis. 1649. 500. cum seq.

Iurisdictio commissarij derogationis fideicommissi per rescriptum iustitiæ expirat morte naturali, vel ciuili committentis interuenientе re integra. 1181. 708. cum seq.

Iurisdictio commissarij derogationis fideicommissi quando in eo expiret per mortem naturalem, vel ciuilem subdelegati ab ipso. 1184. 715

Iurisdictio commissarij derogationis qualitatum beneficij per rescriptum iustitiæ expirat morte naturali, aut ciuili committentis, quæ re integra eueniat. 1424. 542. idémque in commissario mutationis status Ecclesiæ, vel beneficij. 1646. 495

Iurisdictio commissarij mutationis status Ecclesiæ, vel beneficij concessa per rescriptum gratiæ an expiret morte naturali, vel ciuili concedentis. ibid. 494

Iurisdictio commissarij mutationis Ecclesiæ, vel beneficij maximè per rescriptum iustitiæ concessa an expiret morte naturali, vel ciuili commissarij. 1647. 495. & duob. seq.

Iurisdictio commissarij, seu delegati ad supprimendum aliquod beneficium, an, & quando in eo expiret per mortem naturalem, vel ciuilem committentis. 1787. 272. aut ipsius delegati. 1789. 274. cum seq.

Iurisdictio concessa à canone, vel à lege est ordinaria. 324. 472

Iurisdictio conditionaliter, vel in diem data non perpetuatur per actum gestum à delegato etiam volentibus partibus, ante conditionis, vel diei aduentum. 644. 33

Iurisdictio contentiosa exerceri potest in alieno territorio cum licentia illius iudicis. 238. 227. requiritur autem etiam consensus partium; qui, sicut & iudicis, sufficit tacitus. ibid. 228

Iurisdictio contentiosa, seu necessaria quænam sit, & quæ voluntaria. 237. 222

Iurisdictio data ad certum tempus eo lapso expirat, licèt dolo partis causa intra illud tempus non terminetur. 750. 340

Iurisdictio data ad certum tempus eo elapso non expirat, si illud de partium consensu prorogetur. ibid. 341. neque expirat quoad suæ sententiæ executionem. ibid. 342. nec vbi terminus præfixus sit iudici, non autem iurisdictioni; dum tamen ille iudex aliàs iurisdictionem haberet. ibid. 343

Iurisdictio data ad commutandam vltimam voluntatem per rescriptum iustitiæ expirat per mortem naturalem concedentis re integra, secus re non integra euenientem. 645. 35

Iurisdictio data iis verbis, *auctoritate Apostolica, vel nostra procedas, cognoscas, aut facias.* 488. 9. & quid si Ordinario per canonem detur iurisdictio aut potestas aliquid faciendi auctoritate Apostolica. ibidem 10. aut huiusmodi verba posita sint in parte executiua dispositionis. 489. 11

Iurisdictio delegata accessoriè ad gratiam iam factam non expirat per mortem delegantis etiam re integra. 648. 50. licèt gratia sit concessa à Legato, vel alio inferiore. 649. 51. aut nondum acceptata, vel executio requireret causæ cognitionem. ibid. 52, & 112

Iurisdictio delegata esse potest, licèt facta sit habenti aliquam dignitatem, vel ordinariam iurisdictionem. 711. 229

Iurisdictio delegata expirat in delegato, & subdelegato, si neuter ea vti cœpit ante mortem delegantis. 646. 41. secus in subdelegato, si vel is, vel delegatus cœpit antea vti. ibid. 42

Iurisdictio delegata pro executione gratiæ, non tamen accessoriè, an expiret per mortem naturalem delegantis re integra euenientem, sicut potestas gratiæ faciendæ. 649. 53

Iurisdictio delegati ad commutandam vltimam voluntatem in eo expirat per mortem naturalem subdelegati in totum re non integra contingentem, licèt subdelegatus nulliter processisset ob non seruatam formam mandati. 998. 195. secus, si subdelegatio non sit facta in totum. 699. 196. vel mors contingat re integra. ibid. 197. cum seqq.

Iurisdictio delegati ad commutandam vltimam voluntatem, si is furus fiat, non expirat, sed solùm suspenditur, donec ille libertati restituatur. 687. 155. cum seq. idem est in damnato ad metallum, deportato, bannito, & simili, donec pristinum statum recuperet. ibid. 158. & quid in excommunicato, & suspenso. ibid. 159

Iurisdictio delegati an, & quando expiret per subdelegationem in totum. 833. 581

Iurisdictio delegati an perpetuetur per solam citationem, cùm is incertus est de morte delegantis. 641. 25

Iurisdictio delegati expirat ipso iure morte delegantis re integra, nec prodest partium consensus. 645. 38. & licèt sit delegatus Principis, vel ad vniuersitatem causarum. ibid. 39

Iurisdictio delegati expirat morte naturali delegantis re integra, licèt delegatus eius mortem ignoret; secus si communiter ignoretur, licèt ab ipso sciatur. ibid. 37

Iurisdictio delegati expirat per executionem sententiæ ab ipso per se, vel alium factam intra annum. 833. 582

Iurisdictio delegati expirat re integra morte naturali delegantis, licèt delegatio facta sit, donec is reuocauerit. 646. 40

Iurisdictio delegati non expirat per mortem delegantis etiam re integra vbi per delegationem solùm excitatur iurisdictio ordinaria. ibid. 43

Iurisdictio delegati perpetuatur etiam per solam citationem siue intercedat mors naturalis, siue ciuilis delegantis. 640. 20. cum aliquot seqq.

Iurisdictio derogantis alicui qualitati beneficij an suspendatur dum eius derogationis nullitas cognoscitur. 1440. 589

Iurisdictio derogantis fideicommisso, & sententia ab eo super huiusmodi derogatione lata an suspendatur, dum de huius derogationis, vel de sententiæ nullitate cognoscitur. 1195. 751

Iurisdictio, & potestas data per viam legis, vel contractus non expirat morte concedentis etiam re integra. 644. 34

Iurisdictio exerceri non potest, nisi in subditos. 345. 566.

Iurisdictio expirat in subdelegato ipso iure per mortem naturalem subdelegantis contingentem re integra quoad subdelegatum. 709. 222. licèt subdelegatus eam mortem ignoret; nisi communiter ignoret, licèt ab ipso sciatur. ibid. 223

Iurisdictio extinguitur, vel suspenditur in subdelegato,

gato, qua is vti non coepit, quoties per mortem ciuilem ea extinguitur, vel ſuſpenditur in delegato. 710.217
Iuriſdictio in ſubdelegato an extinguatur, vel ſuſpendatur per ſeruiturem ſubdelegantis, aut eius priuationem, depoſitionem, renuntiationem, vel tranſlationem. 711.228
Iuriſdictio iudicis recuſati de iure canonico ſuſpenditur etiam ſtatim poſt appellationem à reiectione recuſationis ante illius proſecutionem: nec tunc neceſſe eſt probare cauſam ſuſpicionis eſſe legitimam. 857. 643. non ſuſpenditur autem ſi cauſa ſuſpicionis eſt notoriè falſa, vel fruſtratoria. ibid.644
Iuriſdictio mutantis aliquem ſtatum Eccleſiæ, vel beneficij quando ſuſpendatur dum huius mutationis nullitas cognoſcitur. 1660.534
Iuriſdictio non extinguitur, nec ſuſpenditur in ſubdelegato per mortem ciuilem delegati contingentem re non integra quoad ſubdelegatum. 710. 226
Iuriſdictio non perpetuatur, niſi ſaltem præceſſerit citatio delegati. 689.164
Iuriſdictio ordinaria alterata per reſcriptum addendo, vel minuendo, fit delegata. 488. 7. & quæ ſint ſigna huius alterationis. ibid.8. vſque ad 13.
Iuriſdictio ordinaria mortuo concedente durat; delegata verò, ſi tunc res eſt integra, expirat. ...
Iuriſdictio ordinaria non expirat morte concedentis etiam re integra, licèt data ſit ad beneplacitum concedentis. 647.44.cum ſeq.
Iuriſdictio Ordinarij quando ſit delegata, & quando ordinaria excita per reſcriptum, ſeu commiſſionem ſuperioris ſiue quoad voluntariam, ſiue quoad contentioſam iuriſdictionem. 487. 4. cum multis ſeqq.
Iuriſdictio Papæ ad quem tranſeat eo mortuo naturaliter, vel ciuiliter. 1316,300,& 302
Iuriſdictio perpetuatur etiam per ſolam citationem. 638.12. cum nonnullis ſeqq.
Iuriſdictio perpetuatur per actum citationi æquiualentem, vtputa factum parte vtraque præſente. 640. 17. ac per citationem ſolùm decretam, nondum executam. ibid. 18. & vnicam, eámque non peremptoriam. ibid.19
Iuriſdictio perpetuò annexa dignitati, vel officio cenſetur ordinaria. 303.422 & 696.187
Iuriſdictio perſonarum Eccleſiaſticarum, vel laicarum infra Romanum Pontificem amittitur quoad vſum per denuntiationem excommunicationis, vel notoriam clerici percuſſionem. 652.61
Iuriſdictio Pontificia vacante ſede an ſit penes Cœtum Cardinalium, vel Concilium generale tunc legitimè congregatum. 222.180
Iuriſdictio quælibet delegata per reſcriptum iuſtitiæ expirat morte naturali delegantis re integra; ſecus re non integra. 645.36
Iuriſdictio quando perpetuetur quoad cæteras cauſas per citationem factam in vna cauſa: & quid in iudice Conſeruatore. 642.28.cum ſeq.
Iuriſdictio quando tranſeat in monaſterium capax bonorum, vel incapax. 655.71
Iuriſdictio quaſi Epiſcopalis, quam obtinent Cardinales in ſuis titulis Preſbyteralibus, & Diaconalibus, eſt fauorabilis, & latè interpretanda; cæterorum verò Prælatorum odioſa, & reſtringenda. 310.442
Iuriſdictio quomodo perpetuetur in reſcriptis gratiæ. 643. 30. & quando perpetuata quoad perſonam in iis comprehenſam cenſeatur perpetuata etiam quoad alias. ibid.31
Iuriſdictio ſubdelegata ad beneplacitum voluntatis ſubdelegantis expirat per huius mortem etiam re non integra quoad ſubdelegatum exiſtente: ſubdelegata verò ad beneplacitum, ſeu ſub nomine dignitatis non expirat etiam re integra exiſtente. 710.225
Iuriſdictio ſubdelegata ad derogandum alicui qualitati beneficij expirat in ſubdelegante per mortem naturalem, & aliquam ſaltem ciuilem ſubdelegati re non integra euenientem. 1427. 546. & an per vtramque eius mortem expiret in ſubdelegato. ibid. 547. & quando in eo expiret per mortem naturalem, vel ciuilem ſubdelegantis. ibid. 548. cum ſeq.
Iuriſdictio ſubdelegata quando expiret in delegato per mortem ciuilem ſubdelegati; ita, vt eam reſumere non poſſit. 701.203
Iuriſdictio ſubdelegati ad commutandam vltimam voluntatem expirat in eo per mortem naturalem delegati re integra. 706. 215. etiam vbi ſubdelegatus erat collega ſubdelegantis, aut ſubdelegatio facta eſt, quoties delegatus abfuerit, vel donec vices ſuas duxerit reuocandas. 707.216
Iuriſdictio ſubdelegati ad derogandum alicui fideicommiſſo in eo expirat per mortem naturalem ipſius etiam quoad negotia cœpta; per ciuilem autem ſolum ſuſpenditur, donec mors hæc ceſſet. 1184. 716. & quid per mortem naturalem, vel ciuilem ſubdelegantis. ibid.717.cum ſeq.
Iuriſdictio ſubdelegati an expiret per mortem naturalem delegati re integra, ſuperſtite tamen primo delegante. 707.217
Iuriſdictio ſubdelegati an in ipſo extinguatur ob priuationem vel ſuſpenſionem delegati à iuriſdictione, aut per eiuſdem excommunicationem. 711. 230. & quid de ingreſſu Religionis. 712. 231.vel cùm tranſit ad ſtatum incompatibilem, per quem fit incapax iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſibi delegatæ, re integra exiſtente quoad ſubdelegatum. ibid. 232
Iuriſdictio ſubdelegato data, donec reuocauero, non expirat in eo per mortem ſubdelegantis re non integra: idémque ſi data ſit, quoties me abeſſe contigerit. 710.224
Iuriſdictio ſupprimentis beneficium quando ſuſpendatur dum nullitas ſuppreſſionis, aut ſententiæ ſuper ea latæ cognoſcitur. 1809.335
Iuriſdictio temporalis competens clerico quando ſit merè ſæcularis, vel Eccleſiaſtica; & ad quem tunc ſit appellandum. 654.69
Iuriſdictio Vicarij Epiſcopi expirat mortuo Epiſcopo. 323.471
Iuriſdictio Vicarij expirat morte conſtituentis etiam quoad negotia cœpta. 647. 48. & quid quoad negotia per Vicarium alteri commiſſa, vel cœpta per ipſum, qui viuo conſtituente moritur, vel amouetur. 648.49
Iuriſdictio voluntaria etiam delegata exerceri poteſt in alieno territorio. 239.230
Iuriſdictio voluntaria etiam extra territorium, diœceſim, vel prouinciam; contentioſa verò non niſi intra hæc reſpectiuè poteſt exerceri. 238.226
Iuriſdictio voluntaria quando aſſumat naturam contentioſæ. 237.223
Iuriſdictio voluntaria requirit conſenſum iudicis, & partium, cùm ad eius actum exigitur cauſæ cognitio iudicialis. 238.229
Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes an poſſint cognoſcere de validitate commutationis vltimarum voluntatum à ſuperiore conceſſæ. 496. 43.aut approbare ad cõfeſſiones audiẽdas.497.44

Iurisdictionem quasi Episcopalem quinam habeant. 300.412
Iurisdictionis Episcopalis, ordinis, vel dignitatis quænam sint. 271.309
Iurispatronatus extinctio fauorabilis est. 1317.165
Iurispatronatus laicalis an sit habenda mentio, cùm beneficium est deuolutum. 1317.264
Iurispatronatus laicorum, maximè Principum, an sit habenda mentio, cùm quis promotus ad Episcopum dispensatur, vt retineat beneficium talis patronatus. 1319. 274. quid autem, si Papa per constitutionem generalem impediret vacationem beneficiorum promoti ad Episcopatum. 1320. 275
Iurispatronatus laicorum possidentium potiùs, quàm eius proprietatem habentium an mentio sit facienda. ibid. 277
Ius ad rem considerabile est; nec tolli potest, nisi vocato eo, cui competit, & ex causa. 150.232
Ius ad rem debilius est, & faciliùs tollitur, quàm ius in re. ibid. 233
Ius aliud est publicum, aliud priuatum; & hoc aut naturale, aut gentium, aut ciuile: & quid vnumquodque eorum sit. 51.2. item aliud est diuinum, aliud humanum: diuinum aliud naturale, aliud positiuum; humanum aliud gentium, aliud ciuile, aliud canonicum. 53.8
Ius canonicum in piis causis seruandum est etiam in terris Imperij. 209.150
Ius ciuile quid sit. 992.95
Ius diuiditur ab aliquibus in naturale, & positiuum, seu legale: positiuum in diuinum, & humanum, atque hoc in ius gentium, ciuile, & canonicum. 53. 9
Ius diuinum aliud est naturale, aliud merè positiuum. ibid. 8 & 109.88
Ius diuinum, & naturale non semper repugnat commutationi vltimarum voluntatum, quæ illi sunt conformes. 119.122
Ius diuinum positiuum aliud est legis veteris, seu Mosaicæ, aliud legis nouæ, seu Euangelicæ. 63. 44 & 994. 104
Ius est causa efficiens remota suppressionis beneficiorum, & proxima potentiæ, seu facultatis supprimendi. 1684.33
Ius gentium aliqua saltem ex parte mutari potest. 76.83
Ius gentium contra ius naturale induxit distinctionem dominiorum, & seruitutes. 58.30
Ius gentium est humanum, & positiuum; sed & aliquo modo naturale. 68.59
Ius gentium est naturale dumtaxat secundarium. 55. 19, & 29 ac 360. 38
Ius gentium in contractibus ab eo introductis an mutari aliquid detrahendo, vel addendo queat. 56.22. cum multis seqq.
Ius gentium in contractu venditionis, & donatione est mutatum in aliquibus. ibid. 24
Ius gentium quid sit. 55. 19. & quos contractus introduxerit. ibid. 20
Ius humanum positiuum in quibus præcipuè casibus detoget fideicommissis. 990. 90
Ius humanum positiuum vel est ciuile, vel canonicum. 68.60
Ius naturale contentum in præceptis Decalogi an mutari addendo, vel minuendo possit. 56. 22. & multis seqq.
Ius naturale in contractu matrimonij an mutatum sit. ibid. 24
Ius naturale maximè omnium commune est. 101. 57
Ius naturale mutari in aliquibus, non in omnibus potest. 104.69, & 84
Ius naturale permittens mutari potest à iure humano. 107.86
Ius naturale quid sit. 109.87
Ius naturale, quo parentes filios, & filij parentes alere tenentur, quomodo limitari ab humano iure possit. 105.73
Ius naturale quod sit secundùm leges, canones, aut Theologos. 55. 17. cum seq. ac 37. nectum 991. 92
Ius non acquiritur ad promissiones, & donationes etiam locis piis ante acceptationem. 390.65
Ius positiuum, prout à naturali distinguitur, quod sit. 109.83
Ius primogenituræ an, & vbi in sacra Scriptura veteri habeatur. 995. 108. & in quibus consisteret etiam apud gentes. ibid. 109. & quomodo vtrumque differat à nostro primogenio, seu maioratu. 996.110. & seq.
Ius quærendum alicui potest à Principe tolli. 198. 112
Ius quæsitum quot modis considerari possit. 1225. 561
Ius reddere dicitur prætor, licèt iniquè decernat, habita ratione eius, quod facere debet. 53.3
Ius speciale, & extraordinarium faciliùs tollitur, quàm commune, & ordinarium. 790.447
Ius speciale potest maiorem ordinem in beneficiato requirere, quam requirat ius commune. 1249. 132. ac seq. & an possit annectere seruitium personale 1258.150. cum seq.
Ius sumitur pro loco, in quo ius redditur. 53.4. & pro discussione causæ coram iudice. ibid. 5. pro necessitudine. ibid. 6. pro potestate legitima aliquid faciendi. ibid. 7. pro lege. ibid. 8. ac pro causa, & ratione. ibid. 19
Ius tertij contingens, & non ordinarium non censetur Princeps nolle auferre. 811.522
Ius tertij etiam Princeps tollere velle non censetur. 809.513
Ius tertij licèt veniret in consequentiam iuris Principis, non censetur in dubio ab eo sublatum. 810. 518. & licèt in posteriori rescripto adsit clausula, *ex certa scientia*. ibid. 519. vel hoc sit concessum ad fauorem piæ causæ. 811.520
Ius tertij tollere velle censetur Princeps vbi aliàs concessio nihil operaretur, aut constat de eius enixa voluntate præiudicandi tertio. ibid. 523
Ius tertij, vbi de leui præiudicio agitur, tolli censetur, cùm in Principis dispositione dicitur, *non obstante iure, & præiudicio tertij*: atque etiam censetur tollere velle, si adiecta simul sit clausula, *ex certa scientia*. 811.521
Iuspatronatus acquisitum ex priuilegio Papæ an sit Ecclesiasticum, vel laicale. 1507.130
Iuspatronatus actiuum quid sit. 1282.201, ac 259. & quomodo iure antiquo acquireretur. ibid. 202. cùm seq. ac nouo iure Concil. Trid. acquiratur. 1283.204. & plurib. seqq.
Iuspatronatus actiuum, seu ius præsentandi aliud est laicale, aliud Ecclesiasticum, aliud mixtum; & quid vnumquodque sit. 1291. 229, & 259
Iuspatronatus an acquiratur præscriptione, vel priuilegio. 1505.125, & 130. cum duob. seqq.
Iuspatronatus an acquiri possit in beneficiis liberis ex augmento dotis, noua constructione, aut alia simili causa. 1507.129
Iuspatronatus an extinguatur per mortem vltimi de parentela, cui reseruatum fuerat, non obstante, quòd adhuc sit superstes aggregatus in parentelam

Digitized by Google

lam de conſenſu ſingulorum, qui de ea ſunt. 1511.139
Iuſpatronatus an poſſit de per ſe cedi creditoribus, vel tranſeat cum re pignorata, aut faciat quem locupletiorem. 1542. 216. & quid in fructibus iuriſpatronatus. ibid.217
Iuſpatronatus an poſſit infeudari, locari, vel dari in emphyteuſim. 1544. 223. & an cadat ſub obligatione, vel tranſeat in ſequeſtrem, aut depoſitarium. ibid.224
Iuſpatronatus an poſſit per ſucceſſionem, aut aliàs acquiri, vel in alium transferri ab iis, qui illud ab initio acquirere nequeunt. 1512.147
Iuſpatronatus an ſit de ſui natura hereditarium, ſeu tranſitorium ad heredes etiam extraneos. 1510. 134
Iuſpatronatus an ſit Eccleſiaſticum, vel laicale quoad derogationem, cùm inter patronum Eccleſiaſticum, & laicum facta eſt conuentio de præſentando alternis vicibus. 1328.286
Iuſpatronatus an tranſeat in maritum cum dote, vel in vxorem cum vſufructu omnium bonorum etiam abſque Diœceſani conſenſu. 1543.225
Iuſpatronatus an tranſeat in Monaſterium, vel maneat penes ingreſſum. 1512.144
Iuſpatronatus an veniat in confiſcatione bonorum, ita, vt Eccleſia fiat libera. 1516. 164. cum ſeq.
Iuſpatronatus beneficio adiungi, & adimi poteſt. 1478.79
Iuſpatronatus ceſſat, & Eccleſia ſit libera, quando cauſa, ex qua quis patronus erat, prorſus peremptа eſt, vt fundus, & ædificium, vel dos. 1512. 148
Iuſpatronatus commutari non poteſt cum re profana, ſeu temporali citra vitium ſimoniæ. 1541. 212
Iuſpatronatus competit laicis ex gratia. 1517.165
Iuſpatronatus cum ſuis qualitatibus exprimi debet in impetratione beneficij etiam cum clauſula motus proprij. 451.315
Iuſpatronatus hereditarium an poſſit diuidi inter heredes, vel in diuiſione vni aſſignari. 1512. 146
Iuſpatronatus hereditarium an tranſeat in fideicommiſſarium. ibid.
Iuſpatronatus hereditarium extinguitur, ſi patronus moriatur abſque vllo herede; neque tranſit ad fiſcum, ſed Eccleſia ſit libera. 1511.137
Iuſpatronatus hereditarium tranſit ad eum, ad quem tranſit hereditas, renuntiante, vel repudiante illo, qui alias poſſet in eo ſuccedere. ibid.141
Iuſpatronatus ipſo iure amittitur, ſi patronus vſurpet bona, vel fructus Eccleſiæ patronatæ iuxta terminos Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 11. de reform. 1557.264
Iuſpatronatus laicale mutari poteſt in Eccleſiaſticum. 1479.80
Iuſpatronatus laicorum an, & quando comprehendatur in reſeruatione. 1317. 265. vſque ad 270.
Iuſpatronatus laicorum non comprehenditur in gratia de beneficio etiam motu proprio conceſſa. 1318. 272. & quid, ſi addatur clauſula, *non obſtantibus quibuſcumque, per quæ gratia noſtra impediri poſſet quomodolibet, vel differri.* 1319.273
Iuſpatronatus mixtum an, & quando habeatur pro Eccleſiaſtico, vel laicali quoad derogationem, aut alia. 1321.284
Iuſpatronatus non acquiritur ex fundatione, & conſtructione, priùs, quàm fundator, & conſtructor, aut alius cum eius licentia de proprio dotet. 1285.205
Iuſpatronatus paſſiuum quid ſit, & quotuplex. 1:81. 200, & 258
Iuſpatronetus per patronum transfertur in alium permutatione; & an requiratur ad id conſenſus Epiſcopi. 1540.211
Iuſpatronatus per ſe vendi non poteſt, neque cum aliis, quæ non ſapiunt vniuerſitatem; emenſque debet eo ſpoliari, niſi ſit Eccleſia: & ibi quid faciendum ſit de pretio. 1542.215
Iuſpatronatus quando acquiratur per dotationem ex interuallo factam. 1505. 126. & duob. ſeqq.
Iuſpatronatus quando exprimendum ſit in impetratione beneficij, vel derogationis qualitatum ipſius. 1379. 431. aut in impetranda ſuppreſſione beneficij. 1743.162
Iuſpatronatus quomodo amittatur per non vſum patroni. 1513. 152. per renuntiationem. ibid. 153. vel ipſius tranſlationem, vel alterius præſcriptionem. ibid. 154. vel cùm patronus abſque iuris ſui reſeruatione permittit Eccleſiam patronatam fieri Collegiatam. ibid. 155. aut alteri vniri, vel concedi; aut eius bona in prabendas conuerti. 1514.156
Iuſpatronatus quomodo deſinat per extinctionem lineæ ad illud vocatorum. 1510.134
Iuſpatronatus quomodo extinguatur per priuationem, vel ſuppreſſionem. 1513.151
Iuſpatronatus ſublatum, vel præſeruatum per Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform. quodnam ſit. 1290.217
Iuſpatronatus ſucceſſori acquiſitum ex priuilegio an poſſit ſaltem per fundatorem in alium transferri. 1511.136, & 195
Iuſpatronatus transferri poteſt titulo vniuerſali abſque Epiſcopi conſenſu. 1540.210
Iuſpatronatus transfertur per patronum in alium donatione; & an ad eam requiratur conſenſus Epiſcopi. 1541. 213. & quid in legato iuriſpatronatus. 1542.214
Iuſpatronatus vendi poteſt cum vniuerſitate. ibid. 219. & quid, ſi addatur, *& iuſpatronatus*, vel, *cum iurepatronatus*. 1543.220
Iuſpatronatus Vniuerſitatis quando dicatur Eccleſiaſticum, vel laicale. 1323.286
Iuſpatronatus Vniuerſitatis, ſeu Collegij exprimi debet per nomen collectiuum; & quando talis expreſſio fieri dicatur. 1325.294
Iuſpatronatus, vt acquiſitum præſcriptione dici poſſit, quam probationem requirat. 1509.153
Iuſſus, ſeu mandatum an interuenire poſſit poſt actum. 610.383
Iuſta cauſa, & iuſtus titulus dicitur plerumque is, qui eſt probabilis, ſeu rationabilis, licet inualidus. 383.110

L.

LÆSIO quænam dicatur enormis, vel enormiſſima, remiſſiuè. 869.680
Laicus iudex poteſt de cauſa pia cognoſcere inter partes. 199.117
Laicus nullum beneficium Eccleſiaſticum poteſt obtinere. 1247. 124. & quid in clerico coniugato. ibid.125
Laicus quilibet nequit de rebus Eccleſiaſticis, ac piis diſponere, aut ſtatuere. 199.115
Laicus ſuperior non poteſt derogare qualitatibus, ſeu conditionibus etiam non piis in beneficij fundatione appoſitis. 1236.85, & 224
Laicus ſuperior non poteſt ſupprimere beneficium, multóque minùs priuatus. 1706.81

Laſſa

Digitized by Google

Lapſe temporis quot modis conſiderati poſſit extingui commutationem vltimæ voluntatis. 744.325
Largitionis nomen an idem ſignificet, quod donationis. 1087.452
Laudum arbitri, quo cauſa terminata fuit, exprimi debet in reſcripto ad lites eadem de re poſtea impetrato. 455. 327. quod tamen fallit in quibuſdam caſibus. ibid.328
Legata annua an detrahantur per heredem ex fideicommiſſo, vel compenſentur cum fructibus ab eo perceptis. 1006.145
Legata, & fideicommiſſa in quo etiam hodie differant. 955.27
Legata etiam antiqua regulariter ſoluta non præſumuntur; vnde id probari debet. 1007.146
Legata non præſumuntur ſoluta ex proprio heredis ære, vbi appareat, in hereditate extitiſſe pecunias, vel de diſtractione bonorum mobilium, vnde pecunia redigi potuerit. ibid.148
Legata per heredem ſoluta non compenſantur cum fructibus ab eo perceptis pendente conditione fideicommiſſi. 1006.143
Legata per omnia ſunt exæquata fideicommiſſis particularibus. 953.23
Legata præſumuntur in dubio ſoluta de proprio heredis ære, non de bonis hereditariis. 1004. 137, & 148
Legata ſibi relicta an detrahat heres ex fideicommiſſo. 1006.144
Legata ſoluta per heredem, vel heredis heredem, eueniente caſu reſtitutionis deduci debent ex fideicommiſſo pro pretio temporis ſolutionis, & in quibus bonis: & quid, ſi non appareat ex inuentario de bonis mobilibus, vel non conſtet de ipſo inuentario. 1007.147
Legata vniuerſalia, & ſimilia fideicommiſſa an per omnia ſint exæquata. 954.25
Legatary an ſint ipſo iure tuti contra ſententiam latam aduersùs heredem ex eius dolo, vel culpa. 1137.598
Legatarij quando proſequi poſſint appellationem ab herede interpoſitam, licet ea ſit deſerta. ibidem 596
Legitarius quando detrahere poſſit falcidiam. 1048. 332
Legitarius rei particularis an amittat legatum, cùm eius alienatio ſit pro ſolutione debitorum teſtatoris fideicommittentis. 1003.128
Legati de latere ſoli beneficia conferre poſſunt, & quando. 211.195, & 236
Legati de latere ſunt ad inſtar Proconſulum, cæteri ad inſtar Præſidum prouinciarum. ibid. 197. & quod his conuenit, de illis reſpectiuè dicendum eſt. ibid.198. & ſeq.
Legati, & Nuntij poſſunt in ſua prouincia diſpenſare in votis, in quibus poteſt Epiſcopus quoad ſuam diœceſim. 235.212
Legati miſſi, vel de latere quando, & vbi abſoluant ab excommunicatione canonis, *ſi quis ſuadente.* 219.233, & 236.cum ſeq.
Legati miſſi, vel nati derogare nequeunt iuripatronatus Eccleſiaſtico, neque beneficia conferre ſine ſpeciali facultate. 1335.325, & 328
Legati miſſi, vel nati derogare nequeunt qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis. ibid.428
Legati non exercent extra ſuas prouincias, niſi ea, quæ ſunt iuriſdictionis voluntariæ. 232.210
Legati Sedis Apoſtolicæ alij nati, alij de latere, alij miſſi. 230. 193. habéntque in aliquibus parem, in aliis diſparem poteſtatem. ibid 194
Legati Sedis Apoſtolicæ nequeunt ſine illius ſpeciali mandato ea facere, quæ in ſignum ſingularis priuilegij ſunt Papæ reſeruata: & ea quænam ſint. 231.136
Legatum annuum Eccleſiæ perpetuò relictum durare debet vſque ad finem ſæculi, neque centum annorum ſpatio concludi. 1455.31
Legatum annuum pro primo anno eſt purum, pro aliis habet illam conditionem, ſi legatarius vixerit; & ſunt plura legata. 143.203
Legatum, & fideicommiſſum non ſunt ſpecies vltimæ voluntatis per ſe ſubſiſtentes. 21.25
Legatum factum dignitati, vel officio, tranſit ad ſucceſſorem. 726. 266. niſi hat hæc obtinentibus iure alieno, vel non habentibus propriè ſucceſſorem. 727.267
Legatum libertatis, & vſusfructus relictum alicui, cùm is morietur, inutile eſt. 149.229
Legatum non tranſitorium ad heredes, vt vſusfructus, non cedit ante diem, poſt quem relictus fuit; aut etiam poſt, quoad tranſmiſſionem. 142. 197, ac 224. cum ſeq.
Legatum particulare non eſt exæquatum fideicommiſſo vniuerſali, nec legatum vniuerſale fideicommiſſo particulari, aut fideicommiſſum vniuerſale fideicommiſſo particulari. 955.28
Legatum pro puellis maritandis quando contineat nondum nubiles, vel iam nuptas, ſiue temporaliter, ſiue ſpiritualiter; vel viduas nupturas. 176. 55 & ſeq.
Legatum purum eſt, quando dies ei adiectus eſt certus: eiúſque dies cedit ſtatim poſt mortem teſtatoris, ſed non ſtatim peti poteſt. 142.197
Legatum quatuor modis transferri poteſt. 165.6
Legatum relictum ad certum vſum, qui impleri nequit, commutari poteſt per ſuperiorem ex cauſa in alium, licet id prohibuerit teſtator. 124.133
Legatum relictum ad memoriam defuncti modo illicito conſeruandam quomodo commutandum ſit. 74.76
Legatum relictum Collegio reprobato à Papa, vel Monti pietatis poſtea ſublato commutandum eſt in alium pium vſum. 125.134
Legatum relictum in nouum opus ciuitatis quando erogandum ſit in tutelam antiqui. 73. 74. & quid in relicto ad perficiendum monumentum, ſi perfectum reperiatur. 74.75
Legatum relictum ſub die omnino incerto ſtatim peti non poteſt; nec cedit, niſi cùm dies aduenerit. 142. 198. quid autem, ſi dies incertus omnino ſit extiturus. ibid. 199, 200, & 226
Legum an cenſeatur prouidere magis perſonis, quàm Eccleſiis. 1177.427
Legatus an conferat beneficia collationis exemptorum; aut deuoluta ex ſua, aliorúmve negligentia; vel deuoluta ad Prælatum exiſtentem extra ſuam prouinciam, ad eiúſve collationem ſpectantia. 1332.315
Legatus commutare poteſt vltimas voluntates, quæ miſti executioni non poſſunt; & quarum commutatio eſt Papæ reſeruata, ſi is adiri nequeat, & vrgeat neceſſitas commutandi. 235.214
Legatus commutare volens vltimam voluntatem per iuriſdictionem voluntariam, id vbique facere poterit extra Romanam Curiam. 236.218
Legatus de latere an conferre poſſit beneficia litigioſa, maximè ſi ſint iuriſpatronatus laicorum. 1333.320, & 330
Legatus de latere an derogare poſſit iuripatronatus acquiſito à lucis præſcriptione, aut priuilegio. 1337. 332. vel per laicum tranſlato in Eccleſiam, vel locum Eccleſiaſticum. ibid.334

Legatus

Legatus de latere an possit conferre beneficia spectantia ad collationem Prælatorum regularium deuoluta ad Episcopum. 1332.316
Legatus de latere concurrit cum Ordinariis in collatione beneficiorum diœcesis ipsorum: & an id procedat siue Ordinarius gaudeat alternatiua, siue non. 1333.319
Legatus de latere conferre, ac reseruare potest beneficia suæ prouinciæ existens extra illam. 1332. 318
Legatus de latere conferre nequit beneficia reseruata Papæ: &, si hanc facultatem habeat, non comprehendit vacantia in Curia. 1333.320
Legatus de latere conferre potest beneficia electiua, vel collatiua deuoluta ad Episcopum ob negligentiam inferiorum electorum, vel collatorum. 1332. 313. & seq.
Legatus de latere conferre potest omnia beneficia non reseruata vacantia in sua prouincia. ibid. 314
Legatus de latere confert beneficia deuoluta ad Episcopum ex negligentia patroni. 1337.332
Legatus de latere derogare potest iuripatronatus Ecclesiastico etiam non facta eius mentione; & vbi patronus Ecclesiasticus non sit de ipsius prouincia, modò de ea sit beneficium. 1335.324
Legatus de latere derogare potest qualitatibus beneficiorum suæ prouinciæ quoties illius Episcopi, aut horum Archiepiscopi possunt. 1339.338
Legatus de latere potest reseruare, & conferre beneficium iurispatronatus Ecclesiastici absque consensu patroni. 1334.322
Legatus de latere potest sibi reseruare beneficia suæ prouinciæ non reseruata Papæ, antequam vacent. 1332.317
Legatus de latere quænam possit de reseruatis Papæ; & quæ non possit tam is, quam alij Sedis Apostolicæ Legati. 240.235. & duob. seqq.
Legatus dispensare nequit super pluralitate beneficiorum eum, qui non est de sua prouincia: dispensatus autem de sua illa vbique poterit obtinere. 243.242
Legatus dispensare nequit super pluralitate beneficiorum incompatibilium, nisi fortè ob necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ. 1331.310. & seq.
Legatus etiam de latere derogare nequit iuripatronatus Ecclesiastico, si facta est præsentatio ante reseruationem, vel post eam, sed ante collationem, nisi reseruationi adiectum fuisset decretum irritans. 1335.327
Legatus etiam de latere derogare nequit iuripatronatus mixto. 1330.355. licet minor sit numerus patronorum laicorum. ibid. 356. potest tamen derogare iuri, quod in eo competit clerico ratione Ecclesiæ. 1338.337
Legatus etiam de latere derogare nequit iuripatronatus, quod competit clerico ratione familiæ, seu patrimonij: neque cùm beneficium sit regulare, aut electiuum. 1335.326
Legatus etiam de latere nequit regulariter derogare iuri humano positiuo, præsertim Concilij generalis. 1330.367 & 1562.277
Legatus etiam de latere nulliter confert beneficium iurispatronatus laicalis absque patroni consensu saltem tacito, qui aliquando sufficit. 1336.331
Legatus etiam de latere regulariter derogare nequit iuripatronatus laicali; neque conferre beneficia talis iurispatronatus litigiosa. ibid. 339
Legatus etiam de latere regulariter non potest commutare vltimas voluntates. 232. 201. nec dispensare in lege superiori. ibid. 203
Legatus etiam de latere regulariter non venit nomine Sedis Apostolicæ. 233.204
Legatus excommunicare non potest extra prouinciam; & an possit absoluere. 241.237
Legatus licèt de latere, commutare nequit pia legata etiam in melius, & cum heredis consensu. 235.207
Legatus non potest per iurisdictionem contentiosam commutare vltimas voluntates existens extra suam prouinciam: potest tamen in vna prouincia suæ legationis commutationem facere spectantem ad aliam eiusdem legationis prouinciam. 236.220
Legatus Papæ an, & quando supprimere valeat beneficia. 1714.160
Legatus Papæ an possit creare nouam dignitatem in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata. 1578. 328
Legatus Papæ an possit erigere aliquam Ecclesiam in Collegiatam. 1566.288
Legatus Papæ an possit vnire Ecclesiam iurispatronatus Ecclesiastici, vel erigere eam in Collegiatam absque consensu patroni. 1568.295
Legatus Papæ est Ordinarius exemptorum. 235. 211 & 1566.289
Legatus Papæ nihil facere potest in præiudicium patroni laici absque eius consensu. 1535.193
Legatus Papæ non potest mutare statum beneficij quoad iuspatronatus laicale, vel mixtum; neque vnire beneficia talis iurispatronatus: & quid, si laici habeant illud iuspatronatus ex priuilegio, vel præscriptione; aut in iurepatronatus Ecclesiastico. 1565.287
Legatus Papæ potest in sua prouincia quicquid potest Episcopus in sua diœcesi. 1566.288
Legatus Papæ regulariter mutare nequit statum alicuius Ecclesiæ, vel beneficij. 1562. 276. cum aliquot seqq.
Legatus potest commutare vltimas voluntates quoad exemptos, quas potest Episcopus quoad sibi subditos. 235.213
Legatus mutare potest ea, quæ sunt Papæ simpliciter reseruata vbi vrgeat necessitas, & Papa nequeat adiri. ibid. 214
Legatus potest facere quosdam implicitas vltimarum voluntatum commutationes; qualis est vnio Ecclesiarum, suppressio beneficiorum, pensionum iisdem impositio, legitimatio, & votorum commutatio. 236.217
Legatus potest mutare statum Ecclesiarum, ac beneficiorum suæ prouinciæ quoties Episcopus id in sua diœcesi potest. 1567.294
Legatus potest vnionem dissoluere, seu reuocare. ibid. 293
Legatus potest vnire, & subiicere beneficia, seu Ecclesias inferiores suæ prouinciæ. 1577.326
Legatus quam potestatem habeat in impositione pensionis super beneficiis, remissiue. 244.246
Legatus quilibet ob publicam vtilitatem commutare potest ad tempus aliquod relictum, quod non ita vtile est. 235.215
Legatus quomodo possit Ecclesiam sæcularem vnire Monasterio, eámve conuertere in regularem, vel regularem in sæcularem. 1566. 290. aut Ecclesiam regularem vnius conuertere in regularem alterius Ordinis. 1567.291
Legatus reseruare, aut conferre nequit Ecclesias Cathedrales, vel regulares, aut Collegiatas, vel dignitates Cathedralium electiuas maiores post Pontificalem. 1331.314
Legatus Sedis Apostolicæ an, & quando, & vbi per se, vel alium possit fideicommissis derogare. 1144.621

2144.621. cum duob. seqq.

Legatus Sedis Apostolicæ commutare potest in sua prouincia vltimas voluntates quoties potest Episcopus in sua diœcesi. 234. 208. & Archiepiscopus in sua prouincia. 236.216

Legatus Sedis Apostolicæ habet dignitatem temporalem, licèt possit esse perpetua. 676. 125, 127, ac 150

Legatus Sedis Apostolicæ id omne, ac solum potest in sua prouincia, quod Episcopus in sua diœcesi. 234. 209. fallit tamen hoc quoad Legatum de latere saltem in tribus casibus. ibid. 210

Legatus Sedis Apostolicæ non potest ab Ordinariis causas coram iis pendentes auocare. 802. 480. sed solùm à suis Vicelegatis, ac delegatis. ibid. 481. & seq.

Legatus Sedis Apostolicæ regulariter derogare nequit iuripatronatus passiuo. 1354.321

Legatus Sedis Apostolicæ regulariter derogare non potest qualitatibus in fundatione beneficij appositis. 1329.306.& multis seqq.

Legatus super quorum beneficiorum pluralitate dispensare, & ex causa possit. 1371.413

Legatus vnire potest beneficia suæ prouinciæ; non tamen vnius diœcesis beneficiis alterius diœcesis eiusdem prouinciæ. 1567.292

Legatus volens per alium commutare vltimam voluntatem etiam per iurisdictionem contentiosam, existens extra prouinciam delegare poterit in ea existenti, non autem ipsum compellere ad delegationem suscipiendam. 236.219

Leges Regum, qui in temporalibus superiorem non recognoscunt, quando incipiant obligare. 821.556

Legis diœcesanæ, vel iurisdictionis Episcopi quænam sint. 272.310, & 448

Legis propria, & virtutes sunt permittere, vetare, præcipere, ac punire. 54.12 & 994.105

Legitima causa est ea, quæ à iure approbatur. 11.30

Legitima deduci debet ex fideicommisso. 1021.255. etiam aucta iure nouissimo, & aucta, vel diminuta per statutum. 1032.256. & tam quoad proprietatem, quam quoad vsumfructum. ibid. 257. neque grauari potest fideicommisso reciproco. ibid. 258

Legitima detrahi potest nunc de fideicommisso relicto post certum, vel incertum tempus ei, cui debetur legitima, extraneo herede instituto. ibid. 260

Legitima filiorum an tolli in totum possit per statutum. 105.75 & 993.97

Legitima grauari non potest fideicommisso, licet grauatus institutus sit heres vniuersalis. 1032. 259

Legitima grauari non potest fideicommisso relicto ab herede eius, cui illa debetur, si is pubes sit: secus, si impubes, & in ea ætate decedat. ibidem 261, & 266

Legitima grauari non potest fideicommisso relicto etiam piæ causæ. ibid. 262

Legitima nequit grauari fideicommisso etiam vbi detrahenda cùm ea foret quarta Trebellianica. 1033.264

Legitima quando grauari possit fideicommisso per indirectum, seu causaliter. ibid. 267. aut ex eo, quòd filius agnouit patris iudicium, quo eum in legitima grauauit. 1034.268

Legitima quomodo sit iure naturæ debita; & an statuto minui possit. 993.97

Legitima quoque debita ascendentibus, vel fratri, vbi turpis persona fuerit instituta, nequit grauari fideicommisso. 1033.263

Legitimatio ab alio pro me obtenta requirit meam acceptationem. 481.453

Legitimatio ad successiones per rescriptum quomodo pertineat ad commutationem vltimarum voluntatum. 469.374 & 948.4

Legitimatio an requirat citationem illorum, qui ex ea lædi possunt. 592.545 & 1171.686

Legitimatio facta à Papa dispensante in radice matrimonij valet etiam in terris Imperij. 1140.611

Legitimatio plerumque est actus iurisdictionis voluntariæ, vel mixtæ. 1141.615

Legitimatio spurij surreptitia est, si taceantur qualitates, & circumstantiæ illiciti complexus. 448. 299

Legitimationi an magis noceat falsi expressio, quàm veri suppressio. 471.383

Legitimationis per rescriptum materia, remissiue. 948.4

Legitimatus tamquam natus ex incestu, non censetur legitimatus, si sit adulterinus. 469.375

Legitimum est quod ab aliqua lege confirmatur. 959.40

Legitimum quid dicatur; & quomodo actus legitimi non recipiant conditionem, neque diem. 1206.17 & 1463.28

Lex cessat cessante contrarie eius causa, seu ratione. 792.457

Lex communis non desinit obligare, quia eius causa, seu ratio cessat in particulari solùm negatiuè. 793.462

Lex duodecim tabularum ad ius ciuile pertinet. 992.95

Lex Euangelica nullum aliud præceptum positiuum habet, quàm fidei, & Sacramentorum. 65. 54 & 997.113

Lex generalis indulgens aliquod priuilegium cessat cessante eius causa finali. 790.448

Lex humana est ab homine, & à Deo. 11.24

Lex in quibus casibus incipiat obligare statim, vel ante duos menses à publicatione. 821.557

Lex irritans non prius obligat, quàm irritet. 817. 546

Lex naturalis nec in totum, nec pro parte potest lege humana abrogari. 54.16

Lex non ligat ignorantes quoad pœnam siue ante, siue post lapsum duorum mensium à die publicationis. 819.555

Lex non obligat regulariter etiam scientes ante promulgationem. 818.549. & hæc qualis esse debeat in singulis legum generibus. ibid. 550, 551, & 554

Lex noua, seu Euangelica quæ sit, & cur necessaria, præter legem veterem etiam quoad præcepta moralia. 63.48

Lex, quæ cessante eius causa non obligabat, hac redeunte iterum obligat. 786. 438. & duob. seqq.

Lex quibus modis sit contraria futuro rescripto, & quibus in eo tollatur per clausulam derogatoriam siue generalem, siue specialem, siue indiuiduam. 540.175

Lex regulariter non obligat, nisi post duos menses statim à die publicationis: & quid secluso determinatione temporis à iure positiuo, vel Principe, seu lege ipsa. 819.552.& seq.

Lex reuocans priuilegium commutationis vltimæ voluntatis sortitur effectum post promulgationem statim elapso tempore sufficienti ad communiter obligandum. 818. 547. & quid, si communiter ea lex ignoretur, an & quomodo valeat vsus priuilegij. ibid. 548

Lex,

Digitized by Google

Lex, ſeu conſtitutio, etiam data ſcientia, non ligat ante eius publicationem; neque poteſt eam ante duos menſes. 561.246. & quid, ſi ei adiectum ſit decretum irritans. ibid.247
Lex vetus diſtinguitur in præcepta moralia, ceremonialia, & iudicialia. 26.46
Liberi naſcebantur omnes iure naturali. 55.18
Libertas Eccleſiæ à iurepatronatus facilè eſt admittenda; eſque iura fauent. 1517.165
Libertas teſtandi an hominibus competat iure gentium, aut naturali. 192.92. & ſeq. vel ſaltem annexam habeat æquitatem naturalem. 194.101
Libertatis legatum an ſit pium. 97.46
Licentia eligendi ſibi Confeſſarium an expiret mortuo re integra Prælato, qui eam conceſſit. 662.109
Licentia in quo differat à conſenſu, mandato, decreto, auctoritate, & conſilio: & an hæc poſſint actum præcedere, vel ſequi. 583.316, 321, 322. & 383
Licentia ordinandi, & litteræ dimiſſoriæ ad ordines, vel commendatitiæ in quo differant. 1264.165
Limitata diſpoſitio limitatum habet effectum. 102.65
Linea, an ſit recta, explicanda eſt in diſtantia graduum conſanguinitatis, affinitatis, publicæ honeſtatis, & cognationis ſpiritualis, dum diſpenſatio matrimonialis petitur. 448.300
Lis cœpta quando, & quomodo exprimenda ſit in impetratione commutationis vltimæ voluntatis per reſcriptum iuſtitiæ. 452.318
Lis contra principalem contradictorem quando noceat habentibus ius in conſequentiam. 1134.587. & an habentibus ius in ſolidum. 1135.588
Lis deciſa per iuramentum non nocet fideicommiſſario. 1137.599
Lis mota à ſucceſſore in maioratu contra alium viuente poſſeſſore ſolis collitigantibus obeſt: & quid, ſi contra poſſeſſorem, vel alium mota ſit ex cauſa de præſenti. 1139.608
Lis mota contra poſſeſſorem maioratus an, & quando tranſeat in ſucceſſores. 1085.447
Lites de fideicommiſſis ſuper quibus articulis ſoleant exoriri. 1121.547
Littera Apoſtolicæ non facientes mentionem variationis patroni laici non præiudicant interim inſtituto. 1324.291
Litteræ concedentes iuriſdictionem expediri debent ante initium iudicij, aliàs iudicium non valet. 390.119
Litteræ dimiſſoriæ ad ordines conceſſæ ab Epiſcopo non expirant per eius mortem re integra; neque conceſſæ à Capitulo ſede vacante per ingreſſum moderni Epiſcopi. 1270.179
Litteræ dimiſſoriæ ad ordines poſſunt à Capitulo ſede vacante concedi pro arctatis, licèt habeant Epiſcopum, à quo ratione originis, domicilij, vel alterius beneficij iam ab eo recepti poſſunt illas obtinere. ibid.180
Litteratura ſola an ſufficiat ad diſpenſandum ſuper pluralitate beneficiorum. 1374.419
Locus peregrinationis in eius voti commutatione an ſit attendendus, vt ei aſſignentur expenſæ, quæ in itinere faciendæ erant. 622.417
Locus quando cenſeatur appoſitus diſpoſitioni taxatiuè. 410.188
Ludo amiſſum ſi non recuperat victus, aut heres, recuperabit ipſius procurator, patet, vel defenſor, aut procurator Cæſaris, & in opus publicum conuertet. 181.73

M.

MAGISTRATVS inferior, ſeu iudex quando poſſit commutare vltimas voluntates. 203.128
Magiſtri, & ſcholares, à iure æquiparantur, & eadem vtriſque priuilegia tribuuntur. 1281.198
Maior pars Collegij an ſufficiat in actibus collegialibus faciendis ex neceſſitate, vtilitate, vel voluntate. 613.401
Maior pars Collegij non ſufficit in rebus communibus pluribus vt ſingulis; ſed ſinguli conſentire debent, niſi concedant rem in naturalem vſum; & in caſu cap. poſtulaſti, & cap. quoniam in quibuſdam, de iurepatr. 612.400
Maioratu familiæ an, & quando priuari quis poſſit ab eius poſſeſſore. 1072.396
Maioratui quomodo derogari poſſit per iudicis ſententiam, vel alia iudicij acta. 1106.445. cum duob. ſeqq.
Maioratus aliàs irreuocabilis reuocari poterit, quoties donatio inter viuos iam perfecta poteſt reuocari. 1079.425
Maioratus, & fideicommiſſum in multis conueniunt, & in aliquibus differunt. 1066.371. cum aliquot ſeqq.
Maioratus excludens feminas fauore maſculorum quomodo ſit fauorabile, vel odioſum. 1056.361. cum trib. ſeqq.
Maioratus fideicommiſſis ſimiles an à iure naturali ſint introducti. 993.98
Maioratus Hiſpanorum ſunt quædam fideicommiſſa perpetuò familiæ relicta. 1066.372
Maioratus inſtitui poteſt etiam in contractu: qui tamen contractus ſæpe habet vim diſpoſitionis cauſa mortis. 1067.375, & 379. cum ſeq.
Maioratus inſtituti in contractu quibus modis irreuocabiles fiant. 1077.417. vſque ad 424
Maioratus inſtitutus à marito, & vxore de communibus bonis an fiat irreuocabilis per mortem alterius coniugum. 1080.427
Maioratus inſtitutus ex cauſa quando ab inſtituente reuocari poſſit cauſa non ſecuta. ibid.426
Maioratus inſtitutus in teſtamento cum traditione quando reuocabilis ſit. 1077.416
Maioratus inſtitutus per contractum ſiue reuocabilem, ſiue irreuocabilem, eſt donatio ſub modo, ſeu conditione: & quomodo ſit etiam oneroſus. 1068.380
Maioratus non capitur à ſucceſſore in eo de manu heredis. 1067.379, & 382
Maioratus non comparatur adæquatè donationi ſub modo. 1068.382
Maioratus non eſt neceſſariò acceptandus à ſingulis, qui ordine ſucceſſiuo ad eum in infinitum vocantur. ibid.381
Maioratus quando reuocari ab eius inſtitutore poſſit. 1074.410, & 413. & quid ſi iurauit illum non reuocare, aut mutare. 1076.414. vel ex Principis facultate adiectum eſt pactum de non reuocando, vel mutando. ibid.415
Maioratus quot modis inſtitui conſueuit. 1075.411. & quando eius inſtitutio habeat vim diſpoſitionis cauſa mortis, & reuocabilis; vel inter viuos, & irreuocabilis. ibid.412
Maiorum noſtrorum res meritò à nobis æſtimantur: & affectio erga maiores, vel eorum res, conſiderabilis eſt. 359.36
Mala fides an ſemper obſtet præſcriptioni. 1114.527
Manere an, & quando aliquid poſſit in eo ſtatu, à quo non poteſt incipere. 791.456

Digitized by Google

Mandatum ad alicuius fauorem factum non tollitur per ſecundum etiam habens clauſulam, *anteferri*, niſi derogetur reg. Canc. de iur. quæſ. non tollen. 1631.462
Mandatum ad faciendam gratiam expirat morte concedentis tanquam gratia facienda. 666.112
Mandatum an requiratur ad impetrandum reſcriptum ſuppreſſionis beneficij. 1754.212
Mandatum ceſſat ceſſante eius cauſa finali. 784.436
Mandatum commutandi vltimam voluntatem conceſſum ex cauſa legitima ceſſat, ſi hæc cauſa ceſſat ante executam commiſſionem. ibid. 434. & duob. ſeqq.
Mandatum cum libera quid importet: ac per quæ verba hoc, vel mandatum ſpeciale inducatur. 326.481
Mandatum de commutando vltimam voluntatem non inducit commutationem: ſicut nec mandatum de diſpenſando non eſt diſpenſatio. 525.140
Mandatum diſpenſandi non habet vim perfectæ diſpenſationis donec cõmiſſarius diſpenſet. 784.435
Mandatum generale ad negotia comprehendit etiam lites, & cauſas pro iiſdem negotiis, agendo, & defendendo; exceptis caſibus exigentibus ſpeciale mandatum. 475.396
Mandatum generale adiecta clauſula, *& generaliter ad omnia, etiamſi mandatum exigant ſpeciale*, an, & quando extendatur ad articulos mandatum ſpeciale exigentes. ibid. 394
Mandatum generale cum libera quis habere dicatur; & quando æquiparetur mandato ſpeciali. ib. 395
Mandatum multis modis ſumitur in iure diuino, & humano poſitiuo. 474.389. & duob. ſeqq.
Mandatum Prælati quando per mortem illius reuocetur. 476.398
Mandatum procuratorium non cenſetur abſolutè reuocatum, licèt conſtitutus procurator dixerit, ſe nolle illud acceptare; vnde illud poſtea acceptare poterit. 913.841
Mandatum procuratorium quotuplex ſit. 475. 392. & ſeq.
Mandatum prouidendi præfatur electioni ad effectum præſentandi, non autem præſentationi. 1324. 291
Mandatum, ſeu facultas derogandi alicui qualitati beneficij executioni mitti poteſt redeunte cauſa, quæ ante derogationis executionem ceſſauerat. 1433. 569. & quid, ſi cauſa ceſſauit poſtquam commiſſarius derogauit, antequam tamen derogatio vltimatum effectum ſortiretur; vel, ſi hunc ſortita eſt, is commodè diuidi poteſt. ibid. 570
Mandatum, ſeu facultas mutandi aliquem ſtatum Eccleſiæ, vel beneficij mitti executioni non poteſt, ſi antea illius cauſa ceſſet: poterit tamen cauſa redeunte. 1655.518
Mandatum ſpeciale an requiratur ad impetrandam derogationem fideicommiſſi per reſcriptum iuſtitiæ, vel gratiæ. 1166.677. & quid in derogatione qualitatum beneficij. 1408.506.cum ſeq.
Mandatum ſpeciale an requiratur in impetranda commutatione vltimæ voluntatis. 478. 407. & duob ſeqq.
Mandatum teſtatoris olim non cogebat, nunc cogit, non tamen præcisè, ſed cauſaliter. 474.390
Marchiones non habentes iura Principum non poſſunt auocare cauſas pendentes coram iudicibus ordinatiis, quos cum aliis conſtituunt. 802.484
Maſſa, ſeu menſa groſſa dicitur, & eſt de menſa Capitulari. 1775.248
Materia, circa quam commutatio vltimæ voluntatis verſatur, proxima, & remota quæ ſit. 84.2
Materia proxima commutationis vltimarum voluntatum, & huius diuiſio ex illa deſumpta. 27.50
Materia remota commutationis vltimæ voluntatis quænam ſit; & quomodo ex ea diuidatur hæc commutatio. ibid. 49
Materia, ſeu cauſa materialis legis quæ ſit. 26.48
Materia ſubroganda in commutatione vltimæ voluntatis, vel voti non debet neceſſariò eſſe æqualis materiæ prioris obligationis in magnitudine, duratione, aut numero; ſed ſufficit æqualitas ratione finis illius operis, vel operantis. 623.421
Materia ſubroganda in derogatione fideicommiſſi qualis eſſe poſſit, aut debeat. 1176. 701. cum ſeq. & an ſubrogata obliget in dubio pro eodem tempore, quo prior materia. 1177.703
Materia ſubrogata in commutatione obligationis adſtrictæ certo die eodem die obligat, niſi aliud ex illius qualitate, & circumſtantiis adiunctis colligatur. 624.422.& ſeq.
Materiæ ſubrogatæ in commutatione vltimæ voluntatis, aut voti, vel iuramenti dignitas vnde ſit ſpectanda. 616.403.& ſeq.
Matrimoniales cauſæ etiam à Vicario generali cognoſci poſſunt. 496.41
Matrimonium aliàs indiſſolubile iure naturali, diſſolui poteſt vbi infidelis cum coniuge conuerſo manere nolit ſine iniuria Creatoris. 62.43
Matrimonium, in quod alter coniugum fictè, alter verè conſenſit, conualidatur per conſenſum verum ſuperuenientem in eo, qui fictè conſenſerat. 914.844
Matrimonium quomodo dicatur fieri in facie Eccleſiæ. 1450.20
Matrimonium ratum, licèt indiſſolubile iure diuino poſitiuo, diſſolui tamen poteſt per Papam ex maxima cauſa. 116.111
Matrimonium ratum obligat ex iure diuino, & naturali. 380.103
Matrimonium ſpeciale inter Epiſcopum, & ſuam Eccleſiam diſſolui poteſt à Papa. 116.108
Medicinæ ſubminiſtrandæ ſunt clerico, cui victus, & alimenta debentur. 1782.268
Mentio clauſularum derogatoriarum prioris priuilegij facienda eſt in poſterioris impetratione. 813.531
Mentio facienda non eſt in impetratione beneficij poſſeſſionis alterius captæ contra decretum irritans etiam ab ignorante. 558.236
Mentio primi beneficij quando facienda ſit in impetratione ſecundi. 434.253
Mentio prioris commutationis circa eamdem vltimam voluntatem facienda eſt in poſterioris impetratione, cùm inter vtramque eſt aliqua contrarietas. 430.239
Mentio prioris commutationis inualidæ circa eamdem vltimam voluntatem an, & quando ſit facienda in impetratione poſterioris commutationis. 432.247. cum duob. ſeqq.
Mentio prioris diſpenſationis non eſt neceſſariò facienda in poſteriori, cùm hæc eſt ſolùm executio præcedentis, vel impetratur ob dubium validitatis ipſius. 429.236
Mentio prioris diſpenſationis quando in poſteriori facienda ſit. ibid. 237.cum ſeq.
Mentio prioris priuilegij pro ea tantùm parte facienda neceſſariò eſt in poſteriori, pro qua hoc illi derogat. 814.535
Mentio ſtatuti, legis, aut conſuetudinis ſpecialis idipſum diſponentis quod vltima voluntas, facienda erit in impetranda huius commutatione. 441. 274

Meretrici relictum, vt ad meliorem frugem redeat, quando sit pium. 98.51
Metropolitanus auocare non potest commutationem vltimæ voluntatis, aut aliud negotium cœptum coram suo suffraganeo. 801.479
Metus, ob quem facta est dispositio, an tribuat iustam causam eam commutandi. 377.95
Minister temporalis, vel perpetuus an poni possit in Ecclesia patronata sine consensu patroni. 599. 365
Ministerium nudum alicui vnà cum iurisdictione commissum subdelegari nequit; sed bene potest ipsa iurisdictio. 337. 529. immo etiam fortasse ipsum nudum ministerium, cui ea est adiuncta. 342.557
Ministrorum necessariorum clerico pro dignitate personæ ratio habenda est in taxanda eius congrua sustentatione. 1781.156
Minor an renuntiare possit solemnitatibus à iure communi, vel statutario requisitis in eorum contractibus, & obligationibus. 895.761
Minor, & mulier, dum renuntiant suis auxiliis, an, & quando certiorari de iis debeant. 896. 763
Minor quænam validè gerere possit, vel non. 894. 758
Minor renuntiare non potest beneficio sibi à iure concesso ob imbecillitatem ætatis. 895. 759. & seq.
Minor renuntiare non potest restitutioni in integrum, nisi tacitè. ibid. 760
Minor renuntiare potest beneficio à iure pro se introducto. 894.757
Minores, & mulieres quomodo per diuisionem remittere possint fideicommissum. 1105.492
Miserabiles personæ quænam dicantur, remissiuè. 95.36
Miserabilibus personis relicta, vt viduis, pupillis, & orphanis, an sint pia, & quando. ibid. 32. cum trib. seqq.
Mixtum non comprehenditur sub simplici in odiosis, qualis est dispensatio; secus in fauorabilibus. 446.288
Modi acquirendi beneficia Ecclesiastica quomodo instituti sint ab Ecclesia ex potestate sibi diuinitus tradita. 1686.38
Modica non sunt in consideratione præsertim apud iudices. 293.391
Modo nullo vacationis expresso an omnes veniant: & vno expresso an contineantur reliqui. 1382. 438
Modus electiuus an, & quando exprimi debeat in impetratione beneficij, aut derogationis alterius qualitatis ipsius; & quid in alio modo acquirendi beneficium. 1381.435
Modus electiuus beneficij an sit exprimendus in impetranda eius suppressione. 1744.166
Modus vacationis an sit exprimendus in impetratione beneficij, vel derogationis qualitatis ipsius. 1381.435
Modus vacationis falsò expressus an, & quando nullam reddat impetrationem mutationis status beneficij. 1621.434
Modus vacationis falsò expressus an, & quando vitiet impetrationem beneficij. 1402. 485. & quid in materia odiosa. 1403. 486. aut cùm de eius vero vacationis modo notitia non habetur. ibid. 487
Modus verus vacationis beneficij quando exprimendus sit in impetranda illius suppressione. 1745. 171. & quid, cùm beneficium vacat tantùm de iure, vel est alteri collatum, sed nondum ab eo acceptatum. 1746.172
Momentanea, & quæ modico tempore durant, non sunt in consideratione. 690.165
Mementaneum, & successiuum quid sit. 788. 443. & quando in vtroque cessante causa cesset effectus. ibid. 444. cum seq.
Monasterio relictum est pium, seu ad pias causas: idémque si relinquatur Monacho intuitu pietatis, non autem consanguinitatis, vel amicitiæ. 94.29
Monasterium quando admittatur ad fideicommissum familiæ relictum. 1072.397
Monasterium quando succedat in iurisdictione, quæ Monacho competebat. 654.70
Monasterium, quod certo in loco ex iussu testatoris construi debet, si ibi non possit, vbinam, & quomodo sit construendum. 74.78
Monasterium reædificatum recuperat priuilegium, quod destructum amiserat. 786.440
Monitio, citatio, & vocatio in quo conueniant, ac differant. 570. 259. cum duob. seq.
Monitio propriè in iure quid sit. 571.261
Monitio, vocatio, & citatio aliquando in iure confunduntur. 572.262
Monitoria pro rebus deperditis, aut subtractis an à solis Episcopis concedi possint. 496.40
Monumenti construendi causa relictum quando sit pium. 92.24. & 50
Mora sua cuique est nociua. 1266.169
Mors alia naturalis, alia est ciuilis. 635.3
Mors ciuilis an, & quando naturali æquiparetur. 638.11
Mors ciuilis quibus modis incurratur de iure ciuili, vel canonico. 635.5. & aliquot seqq.
Mors naturalis quæ sit, & cur sic dicatur. ibidem 4
Mortis causa capio quid sit. 21. 25. & an sit species vltimæ voluntatis per se subsistens. ibid. 24. cum seq.
Motu proprio emanare aliquid potest, & tamen simul etiam ad alicuius instantiam. 364.52
Motus proprius ampliat gratiam tantùm circa expressa, & ea, quæ non sunt contra præsumptam mentem disponentis, aut contra ius commune. 510.83
Motus proprius an tollat vim reseruationis beneficij. 511.88
Motus proprius facit, vt causa præsumatur in Principe rescribente. ibid. 89. & videantur probata ea omnia, quæ Princeps in litteris asserit. ibidem 90
Motus proprius facit, vt concessio non censeatur facta per importunitatem. ibid. 86. & item, vt concedens censeatur vsus plenitudine potestatis, non tamen fortè cum præiudicio tertij. ibid. 87
Motus proprius olim operabatur, vt non esset necessariò exprimendus valor in impetratione beneficij: hodie verò secus est ex reg. 55. Canc. 510.85
Motus proprius operatur, vt in terminis Clem. 1. de præb. tempus non currat impetranti, nisi à die scientiæ propriæ, licèt aliàs sufficiat notitia publica vacationis. ibid. 92
Motus proprius quomodo probetur in concedente. 404.168
Mulier de iure communi, exceptis casibus ab eo expressis, nullam prærogatiuam habet præ masculis etiam quoad renuntiationem. 893.752
Mulier, quæ sciuit bona mariti esse supposita fideicommisso, non potest retinere, vel alienari face-

re bona illa pro dotis ſuæ reſtitutione. 1029.146. idémque ſi fuit negligens in repetitione dotis marito vergente ad inopiam. 1030.248
Mulieres, ac minores an priuilegiis ſuis renuntiare poſſint, remiſſiue. 885.717
Mulieri ſuccurritur plerumque ob iuris ignorantiam, ac ſexus fragilitatem, & quando. 893. 753. tunc autem nec renuntiare poteſt auxiliis ob id ſibi à iure conceſſis. 894. 754. niſi in certis caſibus. ibid.755.cum ſeq.
Multiplicatio vltimarum voluntatum eiuſdem defuncti circa eamdem rem non eſt neceſſariò exprimenda in impetranda earum commutatione. 447. 292. & quid, ſi multiplicatio, ſeu iteratio accideret facta commiſſione, ante, vel poſt executionem. ibid.293
Mutari propriè quid dicatur. 1445.2
Mutatio alia naturalis, alia moralis, alia ciuilis. 10. 20
Mutatio alia ſubſtantialis, alia accidentalis. 4. 6. & vtraque multiplex. ibid.7. cum duob.ſeqq.
Mutatio Eccleſiæ Cathedralis in non Cathedralem eſt de reſeruatis Papæ. 1565.286
Mutatio Eccleſiæ Cathedralis ſimplicis in Metropolitanam à ſolo Papa, vel ex eius auctoritate fieri poteſt. 1553.252
Mutatio, & commutatio an in aliquo differant. 5.9
Mutatio qualitatis beneficij ad tempus cur dicatur derogatio qualitatis beneficij; & ea, quæ fit ſimpliciter, ſeu perpetuò, dicatur mutatio ſtatus beneficij; quæ autem ſit quoad beneficij ſubſtantiam dicatur ſuppreſſio, ſeu extinctio beneficij. 1199.2
Mutatio ſedis Epiſcopalis ab vno loco in alium fieri non poteſt à Legato, ſed à ſolo Papa, & quomodo hæc mutatio, ſeu tranſlatio differat à ſimili mutatione Epiſcoporum. 1563.281
Mutatio ſepulturæ in vno loco electæ quomodo fieri poſſit. 296. 398
Mutatio ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij impetrata per reſcriptum iuſtitiæ quando expiret per mortem naturalem impetrantis, vel tranſeat ad eius ſucceſſorem. 1650. 502. & quid in reſcripto gratiæ. ibid. 503. aut in morte ciuili quoad vtrumque reſcriptum. ibid.504
Mutatio ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij per reſcriptum gratiæ conceſſa an, & quando expiret per mortem naturalem, vel ciuilem aduerſarij. 1651.505.cum ſeq.
Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij alicui conceſſa reuocata non cenſetur per poſteriorem mutationem alteri eadem de re conceſſam, niſi de priori mentionem faciat; & qualis mentio ſufficiat, vel requiratur. 1656.521
Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij an ceſſet, ſi cauſa ceſſet poſtquam commiſſarius, vel ſuperior ſtatum illum mutauit, ſed ante vltimatum effectum; vel, ſi pòſt, is commodè diuitibilis eſt. 1655.519
Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij an, & quando expiret vbi nullum tempus certum, vel incertum tacitè, vel expreſsè præfigatur. 1653.512
Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij conceſſa ad beneplacitum voluntatis concedentis expirat eius morte etiam re non integra; & quid, ſi cum beneplacito iungatur certum tempus. ibid.511
Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij conceſſa per modum priuilegij, ſeu reſcriptum gratiæ quando amittatur, ſeu extinguatur per non vſum. 1662. 543. quando per contrarium vſum. 1663. 544. & quando per abuſum. ibid.545
Mutatio ſtatus Eccleſiæ vel beneficij conceſſa per reſcriptum iuſtitiæ, aut gratiæ, extinguitur per lapſum temporis in ea conceſſione præfixi. 1652.507
Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij deducta ad vltimum effectum ex parte concedentis, & ab eo, cui conceſſa fuit, acceptata, an poſſit ab inferiore, vel à ſupremo Principe reuocari; & an in dubio reuocata cenſeatur. 1655.520
Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij, eiúſve commiſſio regulariter ceſſat ceſſante illius cauſa finali, non autem impulſiua tantùm. 1653.513
Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij non ceſſat manentibus aliquibus reliquiis cauſæ finalis ipſius. 1654. 515. & cùm hæc mutatio ſit mera gratia, & beneficium. ibid. 516. & quid vbi eſt deducta ad vltimatum effectum. 1655.517
Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij per modum priuilegij ad inſtar alterius conceſſa an reuocetur, amittatur, vel deſtruatur cum exemplari. 1653. 509. & an reuocetur per eius primum vſum, ſeu actum. ibid.510
Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij quando extinguatur per renuntiationem expreſſam. 1661. 535. cum ſeq. & quando per tacitam. ibid. 537. cum trib. ſeqq.
Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij quibus modis contingat. 1445.3, & 43
Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij quomodo definiatur. 1451.25. cum aliquot ſeqq.
Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij rectè dicitur mutatio qualitatis ipſius. 1444.1
Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij regulariter requirit vocationem illorum, qui ex ea lædi poſſunt; & iis tantùm præiudicat, qui vocati ſunt. 1635. 471. idémque in vnionibus, & earum diſſolutionibus; & qui in ſpecie ad eas vocandi ſint. 1636. 472, & 474. quid autem, ſi perſonæ vocandæ ſint incertæ. ibid. 473
Mutatio ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij, vbi etiam quis ad eam vocandus ſit, non requirit citationem propriè dictam, niſi poſt legitimam contradictionem. 1634. 469. & quid, ſi in commiſſione adſit clauſula, *vocatis vocandis*, vel, *quorum intereſt*. ibid. 470
Mutatio ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum à ſuperiore citra Papam tamquam à iudice facienda requirit conſenſum immediati ſuperioris, nec ſubditorum conſenſus ſufficit. 1572.305
Mutatio ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum an ſit contraria iuri diuino poſitiuo. 1470. 55. vel ab ipſo introducta. ibid.56
Mutatio ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum cauſam requirit etiam cùm ea impetratur à Papa. 1603.371.& duob.ſeqq.
Mutatio ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum in aliquibus caſibus eſt à iure humano poſitiuo introducta. 1477.75. cum nonnullis ſeqq.
Mutatio ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum non eſt contraria iuri naturali. 1468. 52. & ſeq. neque ab eo introducta. 1469.54
Mutatio ſtatus Eccleſiarũ, ac beneficiorum quando ſit fauorabilis, vel odioſa. 1481.83.cum trib.ſeqq.
Mutatio ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum quotuplex ſit ex parte cauſæ efficientis remotæ, aut proximæ. 1457.32. vel cauſæ materialis. ibid.33. aut formalis. 1460. 41. vel finalis. 1461.42
Mutatio ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum regulariter eſt iuri humano contraria. 1471. 57. cum aliquot ſeqq.

Mutatio

Mutatio ſtatus Eccleſiarum, aut beneficiorum regulariter requirit conſenſum patroni ſiue laici, ſiue Eccleſiaſtici, collatoris inferioris, & electorum. 1638.478

Mutatio ſtatus Eccleſiarum aut beneficiorum requirit omnino cauſam cùm ab inferiore impetratur. 1602.367.cum aliquot ſeqq.

Mutatio ſtatus rei quando notabilis dicatur, & quando liberet ab obligatione. 623.419

Mutatio voluntatis non præſumitur, ſed potiùs perſeuerantia in ea. 809. 512. etiam poſt longum tempus, & licèt perſonæ ipſæ priuilegiatæ variarentur, aut res, vbi diſpoſitio à duorum voluntate pendeat. 810.515,& 514

Mutationes ſtatus Eccleſiæ, aut beneficij, quæ auctoritate priuata fieri poſſunt, non ſunt neceſſariò committendæ Ordinario; aut ab eo, alióve ſuperiore poſtulandæ: & quid, ſi dubium ſit de hac priuata auctoritate. 1627.452

Mutationes ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum, quæ à ſuperioribus fieri poſſunt, an ſint neceſſariò committendæ. 628.453.& quid de conceſſis à Papa. ibid.454.cum ſeq.

Mutationis nomen, vnde ſumitur commutatio, multas habet phraſes.4. 4. quæ omnes in eo conueniunt, vt ſignificent conuerſionem vnius in aliud ſecundùm ſubſtantiam, vel accidens. ibidem 5

Mutationis ſtatus nominibus qui vſi ſint. 1446.5

Mutatus rerum ſtatus quando ita cenſeatur, vt liceat à priori voluntate recedere. 811.524

N.

NARRATIVA gratiæ an, & quando verificanda ſit ante omnia. 519.131

Natalibus reſtitui quando quis dicatur. 1154. 642

Natalium defectus cum eius qualitate an exprimendus ſit in impetratione beneficij, aut derogatione qualitatum eiuſdem. 1390.461

Natalium reſtitutio an requirat citationem illorum, qui ex ea lædi poſſunt. 1171.686

Naturalia in actibus humanis licèt omiſſa fuerint, diſpoſitione legis tacitè intelliguntur. 901.788

Neceſſaria omnia ad victum ſubminiſtranda ſunt clerico, cui victus, & alimenta debentur. 1782. 267

Neceſſitas Eccleſiæ eſt cauſa ſufficiens vnionis Eccleſiarum, ſeu beneficiorum, ac diſſolutionis ipſius. 1605. 378. & erectionis Eccleſiæ in Cathedralem, ac diuiſionis Epiſcopatuum; necnon erectionis in parochialem, vel baptiſmalem. ibid.379

Neceſſitas Eccleſiæ eſt ſufficiens cauſa acquiſitionis iuriſpatronatus in Eccleſia libera ex augmento dotis, noua conſtructione, vel alio ſimili titulo; & mutationis ſtatus Eccleſiæ regularis in ſæcularem; ac generatim mutationis ſtatus Eccleſiarum. ibid.380

Neceſſitas extrinſeca continens bonum commune eſt ſufficiens cauſa commutandi vltimam voluntatem, & diſpenſandi in voto, ac ſacris canonibus. 378.97. cum aliquot ſeqq.

Neceſſitas non habet legem; & facit licitum, quod aliàs non eſt licitum. 327.488

Neceſſitas oriens ex parte rei diſpoſitæ eſt cauſa ſufficiens cómutationis vltimæ voluntatis.375.88

Neceſſitas per ſe ſola eſt iuſta cauſa, & ſufficiens commutationis vltimarum voluntatum. ibid.86

Neceſſitas priuata eſt cauſa, ob quam derogatur aliquando fideicommiſſis. 1054.353

Neceſſitas priuata eſt ſufficiens cauſa commutationis vltimarum voluntatum ſaltem a Principe ſupremo faciendæ. 379.100

Neceſſitas publica eſt cauſa, cur à iure introducta ſit derogatio fideicommiſſorum. 1053. 350. ac derogandi maioratibus, & eorum qualitatibus, vel conditionibus. ibid.352

Neceſſitas publica, & priuata eſt ſufficiens cauſa derogationis fideicommiſſorum. 1155.646

Negligentia, ex qua quis non eſt vſus reſcripto iuſtitiæ intra annum, quomodo, & à quo probetur. 922.859

Negotij nomen comprehendit iudicialia, & extraiudicialia. 476.397

Negotium etiam facti commiſſum dignitati tranſit ad ſucceſſorem illius commiſſarij. 683.145

Negotium iudiciale dicitur cœptum etiam per ſolam citationem. 638. 12. & aliquot ſeqq. etiam quoad præuentionem, & vt lite pendente nihil innouetur. 640.21

Nobilitas abſque litteratura an ſit ſufficiens cauſa diſpenſandi in pluralitate beneficiorum. 1374. 419

Nomen, cognomen, prænomen, & agnomen alicuius in quo differant. 462.346

Nomen Eccleſiæ multas habet ſignificationes. 1447. 7. vſque ad 21

Nomen Sancti Eccleſiæ inferioris, aut beneficiati, per cuius obitum vacauit beneficium, an, & quando exprimendum ſit in impetratione illius Eccleſiæ, vel beneficij, aut mutationis ſtatus ipſius. 1616. 415. & quid in ſuppreſſione beneficij. 1746.177

Nomen Sancti Eccleſiæ inferioris exprimendum eſt in eius impetratione; & an in derogatione alicuius qualitatis illius Eccleſiæ, vel beneficij. 1385. 444. & quid quoad vtrumque de nomine eius, qui beneficium obtinebat. ibid.445

Nomen ſtatus quid importet. 1445.4

Nominum diuerſitas arguit rerum diuerſitatem. 1670.12

Non vſus aliquando ſaltem inducit tacitam renuntiationem. 921.857

Non vſus, & amiſſio priuilegij per ipſum non habet locum, niſi in priuilegio poſitiuo, ſeu affirmatiuo. 922.864

Non vſus priuatiuus priuilegij eidem opponitur; & eſſe poteſt morale indicium voluntatis renuntiandi illi; & quid ad hoc requiratur. 923.866

Non vſus priuilegij alius eſt merè negatiuus, quia non euenit occaſio eo vtendi; alius priuatiuus, per quem priuilegio quis non vtitur, cùm occurrit vtendi occaſio. 922.865

Non vſus priuilegij non habet propriam cum eo oppoſitionem, ſed ſolùm cum ipſius exercitio, ſeu actu; & quidem contradictoriam. 923.869

Non vſus quomodo inter actiones numeretur. 921. 856

Notarius adſcribens ſe teſtamento, vel conficiens inſtrumentum ſuper re, in qua ſcit ſe ius habere, an ei iuri cenſeatur renuntiare. 906 811

Notarius præſumitur rogatus apponere in inſtrumento omnes clauſulas conſuetas. 506.65

Notitia neceſſaria ad gratiam, vt hæc perfecta ſit, quomodo haberi debeat ab eo, cui fuit conceſſa. 767.490. & ſeq.

Notitia neceſſaria ad reuocationem gratiarum, vt hæc effectum habeat, qualis eſſe debeat. 812.559

Notorium legitimum quot modis contingat. 874.702

Nouitij teſtamentum non rumpitur, vel annullatur per profeſſionem. 166.12

Nouitius ante professionem quandocunque testari potest de suis bonis. ibid.10
Nudum ministerium alicui cum iurisdictione commissum an possit subdelegari. 337. 529, & 557
Nullitas coram quo proponi possit, ac debeat, remissiuè. 877.710
Nullitas quando denuò proponi possit à succumbente in causa appellationis, aut hac deserta remanente. 876.709
Nullitas sententiæ quot modis intentari possit, eorúmque modorum effectus, remissiuè. 853.631
Nullitatem intra quantum tempus intentare quis debeat, aut prosequi. ibid.633
Nullitatis commutationis vltimæ voluntatis, aut sententiæ super ea latæ cognitio incidenter adhibita suspendit iurisdictionem commutantis, & executionem sententiæ. 875. 706. nisi requirat altiorem indaginem, aut apponatur contra trium conformium executionem. 876. 707. & suspendit, cùm principaliter adhibetur, nonnullis casibus exceptis. ibid.708
Numerus clericorum, seu præbendarum diminutus ob diminutionem reddituum Ecclesiæ non redit ipso iure auctis facultatibus, sed requiritur decretum superioris. 1798.305.cum duob.seqq.
Numerus præbendarum à Papa taxatus, vel confirmatus an augeri, vel minui possit, auctis, vel diminutis reditibus, non obstante clausula decreti irritantis. 1733.137. cum aliquot seqq.
Numerus præbendarum an diminui possit ob diminutionem reddituum non adhibitis priùs aliis remediis ad eos impinguandos. 1741.155.& quid, cùm præbendæ, vel distributiones non sunt tenues. ibid.156
Numerus præbendarum minui potest non solùm cùm post fundationem diminuti sunt reditus Ecclesiæ, sed etiam cùm absque diminutione ex post facti sunt insufficientes ad sustinendum gradum Canonicorum. 1740.153
Numerus præbendarum ob quas causas minui possit. 1739.152
Nuntius cum potestate Legati de latere regulariter derogare nequit iuripatronatus laicali, neque conferre beneficia talis iurispatronatus litigiosa. 1336.330
Nuntius cum potestate Legati de latere, vel habens facultatem beneficia conferendi cum clausulis derogatoriis an possit reseruare, vel conferre beneficia iurispatronatus Ecclesiastici sine consensu patroni. 1334.323

O.

OBIECTVM formale in moralibus, & artificialibus dat speciem actui. 959.41
Oblatio ad certos pios vsus per actum inter vinos in quo differat quoad commutationem ab oblatione pia per dispositionem causa mortis. 86.12
Obligatio conditionalis in beneficij fundatione apposita quomodo commutetur in aliam obligationem siue conditionalem, siue absolutam, ante, vel post conditionis euentum. 1420.539.& quid in obligatione pœnali, ante, vel post pœnam incursam. ibid.540
Obligatio conditionalis quomodo ante impletam conditionem commutanda sit in absolutam, aut aliam conditionalem. 624.424. & quomodo post impletam conditionem. 625.425. & seq.
Obligatio conditionalis quomodo commutari possit in derogatione fideicommissi ante, vel post impletam conditionem. 1177. 704. & quid in obligatione pœnali commutanda ante, vel post pœnam incursam, etiam quando alicui ex ea quæsitum. ibid.705
Obligatio iuramenti homini præstiti cessat per eius remissionem. 180.69
Obligatio legis cessare potest etiam quando eius obseruantia est contra bonum particularis personæ, ac in iis, in quibus ea iuri suo cedere potest, aut in acquirendis. 130.154
Obligatio legis generalis non cessat in casu particulari, quia in ea deficiat negatiuè ratio legis, sed debet deficere contrariè. 128.150
Obligatio legis, quæ cessante eius causa cessauerat, hac redeunte redit. 786. 458. & duob. seqq.
Obligatio per seipsum deseruiendi an per consuetudinem tolli possit à cura animarum, seu beneficio curato, aut aliis beneficiis. 1547. 237. cum duob. seqq.
Obligatio pœnalis quibus modis concipi possit. 626. 427. & qualiter commutari possit, aut debeat ante, vel post pœnam incursam. ibid. 428. & quid, si contineat commodum alicuius personæ, aut loci pij. ibid.429.& seq.
Obligatio residendi an per consuetudinem imponi possit beneficio. 1548.238.cum seq.
Obligatio residendi an post Conc. Trid. possit per consuetudinem tolli ab Ecclesiis Collegiatis non insignibus. ibid.239
Obligatio residendi, & aliæ omnes beneficio ab eius fundatore iunctæ regulariter sunt obseruandæ. 1222. 62
Obligatio residendi, & curæ animarum an mutari in beneficio possit. 1478.77
Obligatio residendi personaliter, & certi ordinis suscipiendi potest tolli à beneficio per consuetudinem contra testatoris voluntatem. 1258. 150. & quid in statuto, & priuilegio. ibid.151
Obligatio residentiæ beneficio annexæ quando exprimenda sit in impetranda derogatione alterius qualitatis eiusdem beneficij. 1379.435
Obligatio residentiæ personalis alicui beneficio tribui, & alicui adimi potest. 1501. 115. & seq.
Obligatio residentiæ personalis tollenda est à Capellania potiùs, quàm facienda reductio Missarum, cùm reditus vtrique oneri non sufficiunt. ibid. 117
Obligatio, seu onus quando desinat ob notabilem status rei mutationem, errorem, ignorantiam, aut defectum, seu cessationem causæ, quæ aliquem mouit ad se obligandum, seu onus illud suscipiendum, remissiuè. 625.419
Obligatio stipulationis non oritur pendente eius conditione. 150.233
Obligatio voti emissi in commodum tertij, & ab eo acceptati, quando absque illius consensu tolli possit. 353.7
Obligatio voti, vel iuramenti quando transeat in heredem. 618.407.cum duob seqq.
Obligationi residendi in fundatione beneficio annexæ aliquando derogari potest. 1242.107
Oblitio concessionis, cùm sit quid facti, facilè potest præsumi in Papa. 443.278
Obreptio dolosa circa causam impulsiuam vnius partis rescripti commutationis vltimæ voluntatis non vitiat totum rescriptum. 422.228
Obreptio dolosa in vna parte gratiosæ commutationis alicuius vltimæ voluntatis non irritat ipso iure, & in foro conscientiæ illam partem rescripti connexam, quæ tali vitio caruit. 421.226

Obreptio

gitized by Google

Obreptio dolosa in vna parte rescripti iustitiæ nullam partem ipso iure vitiat, sed omnes ope tantùm exceptionis. 420.222

Obreptio dolosa in vna parte rescripti quãdo aliam vitiet. ibid.224.& seq.

Obreptio, & surreptio æquè vitiant rescripta siue ipso iure, siue ope exceptionis. 396.132.& 342

Obreptio, seu falsi expressio an magis vitiet rescriptum, quàm surreptio, seu veri taciturnitas. 460. 342.cum seq.& 385

Obreptio, vel surreptio an idem importent. 392. 127.cum multis seqq.

Obreptitiæ litteræ, seu rescripta vnde dicantur. 394. 130

Officiales Curiæ Romanæ quinam vacante Sede Apostolica durent, vel confirmentur. 226.190

Officiales supremi Principis an, & quando priuare possint eius subditos re sua. 804.497.cum duobus seqq.

Officium Ecclesiasticum, personatus, & dignitas quid sint. 1211.19

Officium Legati, & summi Pœnitentiarij non expirat per obitum Papæ etiam re integra. 647.47

Officium sacræ Pœnitentiariæ vacante Sede Apostolica penitus conquiescit in iis, quæ ad forum fori pertinent, & aliis quibusdam; ac generatim à quibus debeat abstinere. 1752.202

Omissio actus regulariter non infert voluntatem, aut renuntiationem, nisi cùm quis aliquid facere, aut dicere debet; vel ipsa lex ex omissione præsumit aliquid dictum, vel factum fuisse. 910. 828

Omissio leuis solemnitatis non vitiat dispositionem, quæ cum ea fieri debebat. 289.347.& 391

Omittendo non solùm sibi, sed & aliis potest quis præiudicare, quibus aliàs expressè non posset. 912.830

Omittens aliquando dicitur remittere; & omittere est repudiare. ibid.829

Omittens implere conditionem, vel aliud, ad quod tenetur, videtur remittere commodum, quod inde consequi posset. ibid.832.cum seq.

Omittens implere id, ad quod tenetur, censetur eam dispositionem, circa quam illud versatur, impugnare, eique contrauenire. ibid.833

Omnis regula patitur exceptionem. 407.174

Onera beneficij an augeri debeant auctis quomodocumque eius reditibus. 1434.572. & an auctis, vel redeuntibus certo onere grauatis ipso iure augeatur, vel redeat onus. ibid.573.& seq.

Onera beneficij an, & quando apponi debeant in limine fundationis; & quando id fieri censeatur. 1522.179. cum seq.

Onera beneficij an ipso iure minuantur diminutis eius reditibus; vel ad id requiratur decretum superioris. 1654.514

Onera beneficij an minui, vel augeri possint diminutis, vel auctis reditibus. 597.359

Onera beneficij quando diminui debeant ob diminutionem reditnum cum consensu fundatoris, vel eius heredis. 1586.343

Onera beneficiis iniuncta mutari in aliquibus casibus perpetuò possunt. 1519.168

Onera, & seruitia Ecclesiæ, seu beneficij an augeri debeant maximè quoad numerum clericorum, auctis eius reditibus. 1797.298

Onera in Ecclesiæ, vel beneficij fundatione apposita an minui, vel augeri possint diminutis, vel auctis eius reditibus. 1525.186

Onera in limine fundationis beneficij appositi an postea mutari, tollive possint. 1479.81

Onera, quæ à fundatore beneficio imponi possint cum, vel absque Episcopi consensu. 1519.168. & seq.

Onus legendi an, & quando imponi possit beneficio ante eius collationem, vel in ipsa collatione. 1587.345.& duob.seqq.

Onus peregrinationis, aliúdve fideicommissio impositum quomodo in aliud opus commutetur, ac præcipue quoad laborem, & expensas, quæ illi oneri incumbebant. 1175.699

Onus perpetuò celebrandi Missas, vel Anniuersaria nulla expressa quantitate mercedis, quomodo sit intelligendum, & implendum per heredem. 411.192. & quid, si exprimatur quantitas. 412.193

Opinio communis deseri potest, & minùs communi adhæreri ob firmiora fundamenta. 859.655

Opinio probabilior, & amplectenda ea est, quæ discordantes Doctorum sententias rationabili distinctione conciliat. 791.453

Opinio secunda ex duabus relatis à Doctore an in dubio electa ab eo censeatur. 1325.297

Opinionem probabilem an sequi liceat in præceptis naturalibus, & diuinis, & in iis ep.kaia vti absque recursu ad superiorem. 130.156. cum seq.& quid si opinio non sit probabilis, & is, qui dubitat, in dubio maneat. 131.158. aut vbi lex nequeat sine peccato seruari; vel concurrant duæ leges, quæ ambæ seruari non possunt. ibid. 159

Opposita alia sunt relatiua, alia contraria, alia priuatiua, alia negatiua, seu contradictoria. 923. 868

Oppositio, per quam contrario vsu amittitur priuilegium, est contraria. 924.869. ea verò, per quam non vsu amittitur, est contradictoria. ibidem 870

Oratio diuersa, vel eadem quando dicatur in quauis dispositione. 407.175

Ordinari an possit quis ad titulum beneficij patronati sine consensu patroni. 599.364

Ordinaria iurisdictio non expirat morte concedentis etiam re integra. 747.44.& licèt ea data sit ad beneplacitum concedentis. ibid.45

Ordinary locorum de quibus dispensationibus, & vnionibus superiorem cognoscant. 495.37

Ordinarij locorum quando vnire possint, ac debeant Ecclesias, seu beneficia regularia; aut non permittere, vt Prælati Regularium id faciant. 1593.363

Ordinarij locorum quid facere possint, aut debeant circa derogationes fideicommissi, quæ à Sede Apostolica emanant: & quinam quoad hoc sint locorum Ordinarij. 1169.681

Ordinarij locorum quid possint circa derogationes qualitatum beneficij, ac dispensationes à Sede Apostolica, aut alio in forma gratiosa concessis. 1413.515

Ordinarij locorum quomodo cognoscant de commutationibus vltimarum voluntatum à Papa, vel aliis suis superioribus in forma gratiosa concessis. 495.36

Ordinariorum appellatione an veniant Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem. 314. 455.& Vicarij generales Episcopalem. 324.474

Ordinarius an censeatur prouidere solùm Ecclesiis, non personis. 1377.427

Ordinarius an possit commendare beneficia ad tempus, vel in perpetuum. 1241.102

Ordinarius post pronuntiationem super causa suspicionis probata an possit causam alteri commit-

tere. 854. 636, & 664
Ordinarius potest cum patroni consensu Capellaniam temporalem, ac perpetuam facere amouibilem ad nutum patroni, ita, vt Ordinarius amplius non habeat ius ad eam instituendi. 1709. 89
Ordinarius potest de consensu recusatoris committere vices suas etiam postquam pronuntiatum fuerit eum fuisse legitimè recusatum; & prosequi causam, atque exequi sententiam sui delegati: quòd si partes non consentiant, debet negotium remittere ad superiorem. 864.664
Ordinarius, qui nulliter iudicauit, vel aliud fecit, potest iterum iudicare, & actum retractare. 767. 389
Ordinationis appellatione quid contineatur. 1475. 68
Ordini annexo beneficio in eius fundatione aliquando saltem, & à Papa derogari potest. 1275. 188. cum seq. ex causa tamen, & vtplurimum cum fundatoris, vel heredis consensu. 1276.190
Ordo aliquis regularis vniuersus an supprimi possit simpliciter, vel secundùm quid. 1675.27
Ordo an possit à beneficio tolli per consuetudinem contra testatoris voluntatem. 1258.150. & quid in statuto, vel priuilegio. ibid.151
Ordo an possit per consuetudinem annecti beneficio. 1550.244
Ordo an seruandus sit inter bona fideicommissi, quæ heres sibi retinet pro solutione facta creditoribus fideicommittentis. 1004.136
Ordo annexus an sit exprimendus ab impetrante beneficium, si ætatem habeat ad illum requisitam. 1250.134
Ordo beneficio, vel præbendæ ex iure speciali annexus exprimi debet cùm eius suppressio impetratur. 1747.180
Ordo eorum, quæ in dispositione posita sunt, plerumque est attendendus. 348.573
Ordo in quouis beneficio Ecclesiastico requisitus quis sit. 1246.122
Ordo iudicij non requiritur, cùm aliquid conscientiæ alicuius committitur. 529.155
Ordo superior in beneficiato requiri potest ex fundatione, priuilegio, consuetudine, statuto, aut alio iure speciali, quàm ius commune requirat. 1249.132.& seq.150.ac 151
Ore apertio contra clausulam, *sublata*, &c. fit à solo Principe. 554.222. & an requirat derogationem reg. Cancell. de iur. quæs. non tollend. ibidem 223
Orphanis, & pupillis relicta an, & quando sint pia. 95.33.cum duob.seqq.

P.

PACTA, & conuentiones regulariter ad heredes transeunt. 87.13
Pacta insolita inducunt præsumptionem contractus fœneratitij, & simulati. 507.70
Pacta quando dicantur insolita quoad inducendam suspicionem fraudis, ac simulationis; & quis probare debeat, ea esse insolita. ibid 71
Pacta valida de futura successione quænam fieri possint. 1101.474. & quæ remitti, ac retractari valeant. ibid.475
Pactum de dando, faciendóve, quod vis, aut natura rei, quæ traditur, postulat, simoniam non inducit. 1588.347
Pactum de futura successione inter milites ad bellam pergentes an sit species distincta vltimæ voluntatis. 21.16
Pactum de lucrando partem dotis, & donationis antenuptialis an locum habeat in rebus fideicommissariis. 1050.152
Pactum nudum an de iure canonico pariat actionem: & quot modis de iure ciuili vestiatur; in eóve locus sit pœnitentiæ. 23.34
Pallium est proprium insigne Patriarcharum, Primatum, & Archiepiscoporum, designans plenitudinem officij Pontificalis: & quomodo tradatur. 265.304
Papa an censeatur prouidere personis magis, quàm Ecclesiis. 1377.427
Papa an derogare possit iuri naturali, vel diuino positiuo, seu in eo dispensare. 113.105. cum multis seqq.208.147 & 1702.79
Papa an possit aliquem priuare beneficio Ecclesiastico sine causa. 193.98. & quomodo dicatur habere plenitudinem potestatis, & dominium in beneficialibus. 194.99
Papa an possit sine causa commutare vltimas voluntates. 213.152
Papa commutare potest aliquas vltimas voluntates. 208.144
Papa commutare potest vltimas voluntates, cùm necesse est in commutatione derogare iuri diuino naturali, sed bonum ex tali derogatione prouenies præponderat illius iuris obseruantiæ. 216.161
Papa commutare potest vltimas voluntates in alterius dominio temporali, si requiratur ab eo, qui non recognoscit superiorem in temporalibus. 215.175. item cùm requiritur ex certis aliis causis, vt cùm aliquid ambiguum fuerit, & variatur iudicium inter iudices. ibid.158
Papa commutare potest vltimas voluntates in omnibus fere casibus, in quibus iudex Ecclesiasticus potest inter laicos iurisdictionem exercere; & quinam hi sint, remissiuè. 209. 150
Papa commutare potest vltimas voluntates non pias etiam extra terras Ecclesiæ, cùm id est necessarium, vel admodum vtile ad eius regimen spirituale. 214.155
Papa commutat donata ad pios vsus etiam inter viuos. 209.149
Papa commutat vltimas pias voluntates etiam in terris Imperij, & in vniuerso orbe. ibid.150
Papa creare potest quodlibet beneficium, & quamuis dignitatem Ecclesiasticam erigere. 1712.96
Papa derogare potest fideicommissis ad pias causas etiam in terris Imperij; cum causa tamen, maximè vbi testator disposuit, quid agendum in casu implementi. 1140.612
Papa derogare potest fideicommissis etiam non piis quoad terras Ecclesiæ quoties supremus Princeps sæcularis potest in suo dominio. 1139. 609. & in certis casibus etiam quoad loca iurisdictioni temporali aliorum Principum subiecta. ibid. 610 cum trib. seqq.
Papa derogare potest iuripatronatus Ecclesiastico etiam nulla facta eius mentione. 1316.261
Papa derogare potest iuripatronatus laicali. ibidem 262.non censetur tamen ei derogare, nisi eius mentio dispositiuè, ac specificè fiat; &, si ad aliquem Principem pertineat, id quoque exprimi debet. ibid.263. & quid, vbi beneficium iuripatronatus laicalis sit deuolutum. 1317.264
Papa derogare potest iuripatronatus passiuo; non tamè censetur id facere, nisi exprimat. 1315.260
Papa dispensat in matrimonio rato, & voto solemni Religionis. 117. 112 & 353. 9. item in residentia.

Episcoporum

Episcoporum. 117. 113. in integritate consecrationis Eucharistiæ, ac sacrificij sub vtraque specie.ibid. 114. necnon in voto simplici, & iuramento. ibid.115
Papa erigere potest aliquam Ecclesiam in titulum Cardinalis, & Diaconiam mutare in titulum eius Presbyteralem. 1554.257
Papa est supremus administrator, non dominus beneficiorum,ac piorum operum. 193.97.cum seq.
Papa est supremus Princeps, & habet iura Imperij in suo dominio temporali, seu in terris Ecclesiæ. 184. 75. atque in his appellari potest Rex,& Augustus. ibid.76
Papa est supremus Princeps,& simul Vicarius Christi. 207. 141. & habet potestatem temporalem in toto orbe in ordine ad spiritualia. ibid.142. an verò eam habeat directè,remissiuè. 208.143
Papa ex causa dispensat aliquando in lege diuina, & naturali. 353.5
Papa exul factus potest regere Ecclesiam, vt nonnulli Pontifices fecerunt. 1713.99
Papa in collatione derogare valet qualitati sæcularitatis cuiusl.bet beneficij. 1259.92
Papa mutare potest Ecclesiam Cathedralem in non Cathedralem. 1553.253. atque item sæcularem in regularem,& regularé in sæcularem.ibid. 254
Papa mutare potest Ecclesiam non parochialem in parochialem,& hanc in baptismalem. ibid.255. itémque non Collegiatam in Collegiatam.1554. 256
Papa non adstringitur lege ciuili, neque canonica. 493.27
Papa non censetur tollere iuspatronatus, nisi exprimat. 1554.258.& seq.
Papa non censetur velle illud, quod Episcopus non potest disponere circa iuspatronatus. ibid.259
Papa non commutat vltimas voluntates,cùm testator disposuit, quid agendum in casu non impleméti,& interim alteri est ius quæsitum. 214.154
Papa nó solet commutare Legatum certum ad certum opus,sed solum incertum. ibid.155
Papa ob publicam vtilitatem dispensare potest in matrimonio rato etiam ad effectum nubendi alteri;& in voto solemni Religionis. 380.103
Papa per se leges condere potest. 1551.248
Papa potest derogare iuripatronatus mixto. 1321. 283.cum aliquot seq.
Papa potest Ecclesiam liberam iuripatronatus laici per priuilegium perpetuò subiicere, & subiectam liberare etiam in totum, illud quoque tollendo ab vniuersa Ecclesia. 1554.258
Papa potest Ecclesias vnire, & vnionem reuocare, seu dissoluere. ibid.259
Papa potest mutare statum alicuius Ecclesiæ, vel beneficij quoad onera, & pacta in eius fundatione apposita. 1525.187
Papa potest non modò in certis casibus facere, præcipere, aut permittere commutationem vltimarum voluntatum; sed & per legem ei certam formam præscribere. 221.176
Papa potest per priuilegium,seu rescriptum erigere præbendam Theologalem,Magistralem,aut Doctoralem. 1554.259
Papa quomodo deroget Conciliis generalibus, maximè Tridentino. 1552.250
Papa regulariter commutare potest omnes vltimas voluntates pias. 209.148.& aliquot seqq.
Papa regulariter dispensare nequit in iure diuino, aut naturali. 352.3
Papa regulariter mutare potest statum Ecclesiarum, ac beneficiorum. 1552.249.& seq.
Papa regulariter potest derogare qualitatibus in beneficij fundatione appositis; licet non censeatur velle id facere, nisi exprimat. 1309. 149 cum multis seqq.
Papa supprimere potest quodlibet beneficium, excepto Papatu. 1711.95
Papa vacante Imperio commutare poterit vltimas voluntates subditorum immediatè Imperatori, quæ non nisi à supremo Principe commutari possunt. 215.159
Papa vti Episcopus Romæ est Ordinarius cum certa diœcesi,& habet suum Vicarium. 189.85
Papa vti Papa est Vicarius Christi Episcopus totius orbis,& Ordinarius ordinariorum. ibid.85
Papatus est de iure diuino. 1687. 39, & 77. cum duob.seqq.
Papatus est Ecclesiasticum beneficium. 1702.77
Papatus habet quaidam qualitates iure diuino annexas, ac præsertim primatum super omnes orbis Ecclesias; quarum qualitatum derogatio eidem iuri aduersatur. 1220.51
Par in parem non habet imperium. 493.28
Parochia nomen quid significet. 1582.333
Parochialem Ecclesiam accessoriè annexam suo beneficio habentes possunt per vicarium deseruire, ac simul beneficium principaliter curatum retinere: debet tamen attigisse 25. ætatis suæ annum. 1262.160
Parochialem Ecclesiam obtinentes quod priuilegium habeant studiorum causa, 1261.159
Parochiales Ecclesiæ an hodie possint vniri, aut concedi Monasteriis. 1495.99
Parochiales nouæ intra fines aliarum quando, & quomodo erigendæ. 379.99
Parochialis Ecclesiæ commendari non potest, nisi actu constituto in sacerdotio. 1247.128
Parochialis Ecclesiæ quando de nouo erigi, seu instituì possit. 1500.111
Parochus intra quod tempus suscipere debet sacerdotium. 1245.118.& an quælibet iusta, & rationabilis causa eum excuset à pœna priuationis beneficij,nisi promoueatur. ibid.119
Parochus non priuatur,nisi elapso anno integro, licèt ex eius negligentia tantum temporis lapsum sit,vt ante annum nequeat promoueri. 1267.170
Participium,aut verbum futuri temporis quãdo importet conditionem,seu stet taxatiuè. 410.188
Patres veteris Testamenti, qui per vltimam voluntatem aliquid disposuerunt. 57.27, ac 32
Patriarcha an mutare possit saltem accidentaliter statum Ecclesiæ Metropolitanæ, vel Primas statum Ecclesiæ Episcopalis. 1572.304
Patriarcha commutare non potest vltimas voluntates pertinentes ad ipsam Ecclesiam Metropolitanam;neque Primas eas, quæ spectant ad Episcopalem. 2621.297
Patriarcha commutare potest vltimas voluntates pertinentes ad Ecclesiam ipsam Primatialem, quando Episcopus potest spectantes ad Ecclesias suas inferiores. ibid.296
Patriarcha commutare tamquam iudex non potest vltimas voluntates quoad clericos subditos Primati,Archiepiscopum,aut Episcopum huius suffraganeum,aut his subiectos etiam de corũ consensu, sine consensu immediati superioris eius, qui commutationem petit. 264.299
Patriarcha est iudex ordinarius suorum Primatum, & Vicariorũ ipsorum in iis dumtaxat, in quibus ratione officij delinquunt, in aliis verò non nisi ceteraliorum Primatibus subiectorum. 259.282
Patriarcha,& Primas an,& quando derogare possint qualitatibus

qualitatibus beneficiorum ſubiectorum ſuis ſuffraganeis. 1342.345. vel ipſarum Cathedraliũ ſibi mediatè, vel immediatè ſubditarum. 1343.346

Patriarcha, & Primas commutare poſſunt vltimas voluntates in ſuis diœceſibus, quas poſſunt Epiſcopi in ſuis. 264.303

Patriarcha, & Primas in diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum commutare poſſunt vltimas voluntates quoties horum ſubditi ad illos appellarint, quia ſuffraganei, cum deberent, noluerunt commutare. 261.290. & quid, cùm illi adeuntur per querelam. ibid.291.cum ſeq.

Patriarcha, & Primas regulariter nequit commutare vltimas voluntates, quæ ad fauorem piorum locorum ſuis ſuffraganeis ſubditorum emanarunt. 259. 286. etiam de conſenſu partium tamquam iudices, neque in viſitatione. 261.288. aut excommunicato exiſtente ſuffraganeo. ibid.289

Patriarcha, Primas, & Archiepiſcopus an commutare valeant vltimas voluntates, quas aliàs poſſunt, ante receptionem pallij. 265.305

Patriarcha, Primas, vel Archiepiſcopus an, & quando derogare poſſit fideicommiſſis ad prouincias ſibi ſubiectas, vel earum diœceſes pertinentibus. 1145.626

Patriarcha, vel Primas an derogare poſſit qualitatibus beneficiorum ante receptionem pallij. 1344.347

Patriarcha, vel Primas an in actu viſitationis mutare poſſit ſtatum Eccleſiarum, ac beneficiorum ſuæ prouinciæ. 1572.306. & an poſſit ante receptionem pallij. ibid.307

Patriarcha, vel Primas an in viſitatione prouinciæ poſſit eius beneficia ſupprimere. 1718. 110. & quando poſſit compellere ſuffraganeum ſuum ad ſupprimendum, cùm debet, vel ipſe ſupprimere. ibid. 111. cum ſeq.

Patriarcha, vel Primas an poſſit mutare ſtatum Eccleſiarum, aut beneficiorum ſuorum reſpectiuè ſuffraganeorum, aut ea vnire. 1570.301. & quid in ſtatu Eccleſiarum Cathedralium ipſorum. 1571.302. aut in proprijs diœceſibus. ibid.303

Patriarcha, vel Primas commutare non poſſunt vltimas voluntates ſubditorum ſuis ſuffraganeis etiam in viſitatione ſuæ prouinciæ. 264.300. & ſeq.

Patriarcha, vel Primas ſupprimere nequit Cathedrales Eccleſias ſuorum ſuffraganeorum. 1717. 105. nec regulariter beneficia diœceſum eorumdem. ibid. 106. & quid data negligentia, vel renitentia ſuffraganeorum in ſupprimẽdo. 1718.107

Patriarchæ, & Primates ſupprimere poſſunt beneficia ſuarum diœceſum quoties ſuarum poſſunt Epiſcopi. 1721.114

Patriarchæ quot fuerint antiquitus, & quot nũc ſint, & quo ordine inter ſe diſpoſiti. 258.279

Patrimonialium beneficiorum qualitati an derogari poſſit; & quid ea ſint. 1281.199

Patronatus an amittat iuſpatronatus ob crimen hæreſis. 1514.157. & quid in credente hæreticis, eorúmve receptatore, fautore, aut defenſore. ibid. 158. aut ſchiſmatico, vel Apoſtata. 1515.159

Patronus an amittat iuſpatronatus ob crimen læſæ maieſtatis humanæ. 1515.161. vel ob patriæ proditionem, aliúdve crimen, per quod inducitur priuatio bonorum. 1516.163

Patronus an amittat iuſpatronatus ob inſordeſcentiam in excõmunicatione per annum. 1515.160

Patronus an, & quando poſſit in alium transferre iuſpatronatus in præiudicium deſcendentium ſuorum, aut illorum de parentela. 1511.135. cum aliquot ſeqq.

Patronus conſentire poteſt tacitè, vel expreſsè, vt, quoties beneficium vacare cõtigerit, abſque eius præſentatione conferatur. 1306.236

Patronus ingerens ſe in fructibus beneficij an eo ipſo priuetur iurepatronatus. 1558.267

Patronus laicus, vel mixtus, qui ſemel præſentauit, ac docuit de iurepatronatus coram Ordinario, an teneatur de eo ampliùs docere. 1308.247

Patronus nolens reparare Eccleſiam, cùm tenetur, amittit iuſpatronatus. 1512.150

Patronus occidens, capiens, vel bannens Epiſcopum, taliſve criminis particeps an amittat iuſpatronatus. 1519.167

Patronus occidens, vel mutilans rectorem, aut clericum beneficij patronati an eo ipſo amittat iuſpatronatus. 1559.268

Patronus poterit quoties voluerit mutare Capellanos à ſe præſentatos, & inſtitutos ab Ordinario, ſi ea conditio in limine fundationis de eius conſenſu appoſita fuerit. 1708.86

Patronus poteſt recipere collationem ſui beneficij patronati ſibi factam ab Epiſcopo, vel Capitulo ſede vacante. 1350.366

Patronus quot modis mutare poſſit ſtatum iuriſpatronatus. 1539.206

Patronus remittere poteſt iuſpatronatus, ſeu gratis ei renuntiare pro parte, vel in totum. ibid. 207

Patronus vendens, aut aliàs contra canonicas ſanctiones transferens iuſpatronatus, illud ipſo iure amittit. 1558.266

Pauperibus relictum eſt pium, ſeu ad pias cauſas. 94. 30. & quid, ſi is, cui relictum fuit, non erat, ſed à relinquente credebatur pauper; & an tunc relictum ſit dandum alteri pauperi, vel conuerti poſſit in alium vſum pium. ibid. 31

Pecunia mutuò accepta à poſſeſſore maioratus, eiúſve herede pro tranſactione ad maioratus conſeruationem, quando repeti poſſit à ſucceſſore, vel detrahi ex bonis maioratus. 1083.440

Pendente compromiſſo ſuper Eccleſia, vel beneficio, aut re ad eius bona, vel reditus pertinente, aut ſuper eo, in quod facienda eſt mutatio ſtatus illius Eccleſiæ, vel beneficij; aut etiam ſuper ipſa mutatione, quando liceat alteri partium alteram conuenire coram iudice ſuper re compromiſſa. 1659. 529. & quid pendente reductione laudi ſuperinde lati, vel talis reductionis petitione. ibid. 530

Pendente compromiſſo ſuper vltima voluntate, vel re, in quam ea commutanda eſt, aut etiam ſuper ipſa commutatione, quando liceat alteri partium pœna ſoluta iudicem adire. 866.669. & quando etiam non ſoluta pœna. ibid.670

Pendente reductione laudi ad arbitrium boni viri, vel temporis ad eam petendam non ſuſpenditur laudi executio. 868.675. & quantum ſit hoc tempus. ibid. 676. & quid ſtante obligatione Camerali. ibid.677

Penſio an poſſit imponi beneficio patronato abſque patroni conſenſu. 564.357

Penſio Eccleſiaſtica an poſſit per Epiſcopum beneficiis imponi, remiſſiuè. 297.405

Penſio ſuper Canonicatu, aut ſimili dignitate quantum ei relinquere debeat. 1783.270

Penſiones Eccleſiaſticæ, quæ beneficiis aliquando etiam per Epiſcopum imponuntur, & ſunt quædam commutationes vltimarum voluntatum, à iure canonico plerumque permittuntur. 73.71. & qualiter in Cathedralibus, & parochialibus à Conc. Trid. admittantur. 220.172

Peregrinatio quomodo commutãda maximè quoad eius

eius votum: & qualiter tunc considerari debeat labor itineris,& eius expẽsæ, ac pericula,& damnum,quod ex vouentis absentia eius rebus est secuturum. 479.416
Peregrinatio quomodo commutanda sit quoad eius expensas.480.417.& cùm imago, ad quam quis peregrinari tenetur, vel ipse proximior, aut remotior est tempore commutationis, quàm esset tempore obligationis. ibid.418
Permutari an possit beneficium patronatum sine consensu patroni. 465.357
Permutari potest saltem cum Principis auctoritate vna res fideicommissi,vel maioratus in aliam eidem vtiliorem. 1054.354
Permutatio beneficij facta spreto patrono,licèt nulla sit ipso iure,reconualescit tamen ipso non reclamante intra tempus datum ad præsentandum. 1351.369
Permutatio beneficiorum iurispatronatus non requirit patronorũ præsentationem, vel solùm eorum consensum, & auctoritatem superioris: & an hæc auctoritas sufficiat,cùm permutatio fit ob necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ. 1352.374
Permutatio rerum fideicõmissi an fieri possit absque consensu fideicommissarij. 1009.159
Permutatio rerum fideicommissi inter ipsos confideicõmissarios regulariter permittitur. ibid.158
Perpetuatio iurisdictionis quomodo fiat in rescriptis gratiæ. 643.30. cum seq.
Perpetuitas priuilegij quid requirat. 745.527
Perpetuum nullis modis dicitur. 1454.30,& 31
Persequens hostiliter,percutiens, aut capiens S.R.E. Cardinalem, eiúsve criminis particeps an amittat iuspatronatus. 1518.166
Persona,ad cuius fauorem gratia concessa dicitur facienda,quando certa esse censeatur; & an plures personæ in ea gratia contineri possint. 666.113
Persona alia priuata,alia publica. 164.1. item alia vera,vt Petrus,alia ficta, & repræsentata, vt Vniuersitas,vel Collegium. 718.240
Persona,vel res priuilegiata quænam sit. 755.556
Personæ coniunctæ,cùm pro coniunctis comparent in iudicio, cauere debent de rato; & quid hæc cautio contineat. 477.403
Personæ coniunctæ pro coniunctis non admittuntur contra earum voluntatem etiam cum cautione de rato, nisi pater pro filio in peculio aduentitio,ratione sui interesse. ibid.402
Personæ Ecclesiasticæ citra Romanum Pontificem iurisdictionem habentes quæ sint. 164.2
Personæ priuatæ, de quibus quæri potest, an commutare valeant vltimas voluntates,in quadruplici genere sunt. 165.3
Personæ, quæ vti coniunctæ sine mandato admittuntur,quænam sint. 476.401
Personalis commissio an idem sit, quod electio industriæ personæ. 340.549,550,& 555
Personalis commissio, seu executio per quæ verba inducatur. ibid.550.cum duob.seqq.
Personatus, & dignitas Ecclesiastica quid sint. 673.116 & 1211.29
Petitio iudicialis, vel extraiudicialis alteri contraria inducit eius tacitam renuntiationem. 934.915
Pia causæ generatim loquendo quænam sint. 90.18,& 55
Pium an dicatur relictum ad commodum propriæ ciuitatis. 91.20
Pium an sit relictum pro alimentis. ibid.21,& 41
Pium, & pietas quot modis sumatur. 89.15. cum duob.seqq.
Piúmne sit quicquid fit propter publicam vtilitatem. 97.48
Pius locus,seu religiosus,sacer, & Ecclesiasticus an idem sint cum pia causa,aut pio opere, vel etiam eo loco,in quo pietatis,seu charitatis, & misericordiæ opera exercentur. 92.25
Plenitudine potestatis in dubio nõ præsumitur Princeps velle vti. 515.116. quando autem id præsumatur. ibid.117
Plenitudo potestatis in Principe supremo idem est cum potestate absoluta. 185.78 & 515.115
Pluralitas aliquando resoluitur in singularitatem. 958.36
Plures causæ insufficientes ad commutandam vltimam voluntatem iungi possunt. 384.113
Plures iudices,seu executores quando singuli,seu in solidum procedere possint, & vnus prosequi, quod alius inchoauit, & perpetuata iurisdictione quoad vnum sit etiam quoad alios. 644.32
Plures tituli,seu causæ vnius impedimenti commutationis vltimæ voluntatis explicari debent in illius impetratione. 445.286.idémque in vno impedimento matrimonij ex diuersis capitibus. ibid.287
Plures vocati ad iuspatronatus sub nomine collectiuo,non habent,nisi vnam vocem, & alius vocatus singulariter habebit aliã vocem: idémque vbi ex vna parte sint plures heredes vnius patroni laici,ex alia vnus clericus patronus ratione Ecclesiæ. 1323.285
Pœna à iure inducta intelligitur volente eo, ad cuius fauorem inducta est: secus, si ad fauorem publicum imposita fuit. 582.312
Pœna alia hominis, alia legis. 10.23
Pœna apposita in vno capitulo dispositionis, nõ trahitur ad alia,in quib. sit simplex prohibitio,quæ in certo casu omnino locum habet. 505.59
Pœna compromissi quando non incurratur à domino,vbi procurator iudicem adit dimissis arbitris. 867.671
Pœna debet commensurari delicto. 1267.171
Pœna regulariter non debetur ante iudicis sententiam 421.227 & 775.404
Pœnalis dispositio causa mortis,licèt olim non valeret, hodie tamen valet de iure tam ciuili, quàm canonico. 627.431. nisi aliquid facere legibus interdictum,vel aliàs probrorum, aut etiam impossibile heres, vel legatarius, vel libertate donatus iussus fuerit. ibid.432
Pœnitens non tenetur acquiescere sententiæ vnius Confessarij; & ipse Confessarius potest suam sententiam mutare. 335.525
Pœnitentia an locum habeat in contractibus innominatis. 23.34
Pœnitentiaria Apostolica an derogare possit alicui fideicommisso. 1145.624. aut qualitati in beneficij fundatione appositæ. 1339.349
Pœnitentiaria Apostolica attenta eius origine non potest vltimas voluntates commutare. 247.250. & quid attenta eius facultate ante Pium IV. vel inducta ex cõsuetudine.ibid.251.cum duob.seqq.
Pœnitentiaria Apostolica ex generali concessione hodie vltimas voluntates commutare nequit, nisi aliquas in foro conscientiæ. 250.255
Pœnitentiaria Apostolica hodie regulariter mutare nequit statum alicuius Ecclesiæ, vel beneficij. 1568.196
Pœnitentiaria Apostolica per se,vel alium commutare poterit vltimam voluntatem etiam quoad forum externum,si ad id specialem à Papa facultatem habeat. 250.260
Pœnitentiaria Apostolica quam potestatem habeat commutandi

commutandi vltimas voluntates à temporibus Pij IV. citrà. 248.254. & seq.
Pœnitentiaria Apostolica regulariter nequit hodie supprimere aliquod beneficium sine speciali Papæ facultate. 1715.101
Pœnitentiaria Apostolica sine speciali facultate non dispensat, nisi in foro conscientiæ, & impedimentis occultis. 250. 257. & generatim facultatem non habet, nisi pro foro conscientiæ etiam Sede Apostolica vacante. ibid.258
Pœnitentiario Maiori Vrbis asserenti, se habuisse à Papa specialem facultatem commutandi aliquam vltimam voluntatem credendum est.251. 261
Pœnitentiarius Maior Vrbis habet ordinariam facultatem dispensandi in votis. 248.253
Pollicitatio an producat actionem, maximè fauore piæ causæ; & cui ea competat. 1303.227
Portio assignanda Vicariis siue perpetuò, siue ad tempus ponendis in Ecclesiis parochialibus debet esse sufficiens ad honestam, & commodam eorum sustentationem. 1777.256
Possessio colorata alterius an exprimi debeat in impetratione beneficij. 1386. 449 & 1617.418. & quid in impetratione derogationis qualitatis ipsius. 1386.448. aut mutationis status eiusdem. 1617.418
Possessio quibus modis verè, vel fictè tradatur. 418
Possessio quoque auferri non potest à Principe sine causa etiam de plenitudine potestatis. 1128.571
Possessio turbata, seu non pacifica pro non possessione habetur. 1803.220
Possessionis captæ etiam ab ignorante contra decretum irritans non est facienda mentio. 558.236
Possessorium an hodie attendatur in beneficiis iurispatronatus, seu in ipso iurepatronatus. 1308.246
Possumus id tantùm, quod iure possumus. 188.81
Posterior dispositio continere debet mentionẽ clausulæ derogatoriæ, aut alterius notabilis, quæ priori adiecta fuit. 1162. 667., ac 670. & quid, si disponens voluit, vt non aliter valeat rescriptum etiam Principis, nisi facta veræ clausulæ mentione. ibid.668
Potentior causa debet attendi. 81.110
Potentius priuilegium quando dicatur. ibid.111
Potestas absoluta in Principe non est libera potentia faciendi quod ei libet. 186.79. neque quòd in iure humano dispenset sine causa. 187.80
Potestas absoluta in supremo Principe quomodo differat ab ordinaria. 188.82
Potestas commutandi vltimam voluntatem quoad aliquod vinculum extenditur etiam ad commutandum cùm illud oritur ex duplici titulo, seu capite, licèt ea potestas concessa fuerit cum expressione personarum. 447.294
Potestas commutandi vltimas voluntates delegata sub nomine dignitatis ipsius delegantis non expirat eius morte re integra: idémque si fiat ad beneplacitum eiusdem dignitatis. 650.55
Potestas commutandi vltimas voluntates non comprehenditur in facultatibus concessis ad aliqua facienda, nisi sub iis saltem tamquam sub genere proximo contineatur. 349.578
Potestas competens dignitati, vel officio, cui perpetuò est annexa, censetur ordinaria. 303.422
Potestas Conseruatorum, & executorum priuilegiorum, licèt accessoria expirat re integra morte delegantis. 650.54
Potestas delegata dispensanda non extenditur ad commutandum; extenditur tamen ad partim commutandum, partim dispensandum. 349. 576
Potestas delegata dispensandi, vel commutandi vota extenditur ad dispensationem, vel commutationem iuramentorum soli Deo factorum: secus si vota, vel iuramenta sunt ad fauorem tertij, secuta acceptatione. ibid.577
Potestas dispensandi in votis, & aliis casibus Papæ reseruatis acquiritur spatio 40. annorum. 316. 462
Potestas, & voluntas in omni actu humano requiritur. 11.26 & 197.106
Potestas subdelegati ad cõmutandam vltimam voluntatem in eo expirat per mortem ipsius naturalem etiam quoad negotia cœpta. 702. 204. cum aliquot seqq. & quid de morte ciuili. 703. 208. quando autem ob id transeat ad successorem in dignitate, cuius ratione facta est subdelegatio. 704.209
Potestas testandi, & fideicommittendi an sit iuris gentium. 1121.549
Præbenda an per consuetudinem effici possit Theologalis, Magistralis, vel Doctoralis. 1551.246
Præbenda nulla est de iure communi sacerdotalis ante Conc. Trid. 1249.133
Præbenda proximè vacatura, quæ sit reseruata Sedi Apostolicæ, an erigi possit in Theologalem, vel Pœnitentialem. 1612.403.& seq.
Præbenda Theologalis in Ecclesiis Metropolitanis, & Cathedralibus insignibus, vel oppidorum insignium, aut Pœnitentialis in Cathedralibus, an ipso iure instituta, & erecta censeatur. 1556.261. cum seq.
Præbendæ indistinctæ dicuntur de mensa Capitulari. 1775.148
Præbendæ Theologales, ac Doctorales, maximè vi Concordatorum nõ cadunt sub reseruatione reg. Canc. de alternatiua, & mensibus. 1279.195
Præbendæ Theologales, Pœnitentiales, Doctorales, ac similes optari non possunt. 1280.196
Præbendæ Theologali, Magistrali, Pœnitentiali, ac similibus regulariter derogari non potest. 1276. 191, & 194. cum duobus seqq. aliquando tamen saltem à Romano Pontifice potent. 1280.197
Præbendæ Theologalis, Magistralis, & similium institutio de iure communi. 1276.191. cum seq. & ex iure speciali. ibid.193
Præcepta ceremonialia, & iudicialia post Christum passum cessarunt. 63.47, ac 55 & 994.106
Præcepta Decalogi sunt naturalia, & ab homine indispensabilia regulariter. 54.15
Præcepta iudicialia, & aliqua ceremonialia legis veteris possunt nunc statui. 66.55
Præcepta moralia legis veteris aliqua sunt præter contenta in Decalogo. 64. 50 & 995.107. eaque omnia naturalia sunt, & ideo etiam in lege noua obligant. 964.53
Præceptum superioris, quod non est per modum statuti, cessat eo mortuo, vel amoto ab officio, licèt sit generale factum omnibus, vel alicui communitati. 665.108
Præfatio, seu proœmium dispositionis declarat mentem disponentis. 1475.69
Præiudicium etiam dubium est cõsiderabile. 360.37
Prælati Cathedralium, Collegiatarum, & Conuentualium Ecclesiarum à quibus olim eligerentur, & à quibus nunc. 1503.122
Prælati Ecclesiarum regularium an vnire possint Ecclesias, seu beneficia sæcularia sibi pleno iure subiecta. 1595.366

Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem ... an cognoscere possint de validitate commutatio-... ultis vltimarum voluntatum à superioribus con... cessis 496.497. & approbare ad audiendas confes-... siones. 497.44

Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem ... non veniant appellatione Ordinarij, Diœcesani, vel ... Episcopi. 313.449, 455, & 457. necnon 1724. ... 1128.

Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem ... compellere possint executores testamentarios ad exequendum testamentum. 313.450, & 455

Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem ... quibus fideicommissis derogare possint. 1148. 634. & quid in iis, qui eandem iurisdictionem quoad certos tantùm actus quæsierunt. 1149.635

Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem ... quid possint circa derogationes qualitatũ benefi-... cij ac dispensationes à superiore in forma gratio-... sa concessis. 1413.516

Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem ... tunc demum commutare possunt vltimas volun-... tates suorum subditorum, cùm eam acquisierunt ... priuatiuè ad Episcopos. 315.457

Prælati inferiores Episcopis alij habent iurisdictio-... nem quasi Episcopalem in omnibus, alij in ali-... quibus tantùm. 311.443

Prælati inferiores Episcopo, eorúmque subditi non ... subsunt immediatè iurisdictioni Archiepiscopo-... rum. 313.451

Prælati inferiores Episcopo habentes omnimodam ... iurisdictionem quasi Episcopalem adhuc esse pos-... sunt subditi Archiepiscopo, & non immediatè se-... di Apostolicæ: & quomodo dicantur esse nullius ... diœcesis. 311.444. & duob. seqq.

Prælati inferiores Episcopo habentes plenam iuris-... dictionem quasi Episcopalem possunt ea omnia, ... quæ de iure competunt Episcopo ex lege diœce-... sana, vel sub commemoratione diœcesis; nisi hæc ... contra illos Episcopus acquisierit. 313.447

Prælati inferiores Episcopo habentes plenam iu-... risdictionem quasi Episcopalem possunt in sua ... quasi diœcesi commutare eas vltimas voluntа-... tes, quas Episcopi in sua diœcesi possunt. 314. ... 454

Prælati inferiores Episcopo, qui iurisdictionem Epi-... copalem solùm in aliquibus acquisierunt, com-... mutare nequeunt vltimas voluntates, nisi id in ... specie sibi quæsierint: idémque est in votorum ... dispensationibus. 315.458

Prælati inferiores habentes iurisdictionem quasi ... Episcopalem, eorúmque subditi non subsunt or-... dinariæ iurisdictioni Archiepiscopi. 259.285

Prælati inferiores habentes quasi diœcesim, habent ... in ea iurisdictionem, quam habent Episcopi ... in sua diœcesi; exponunt Confessarios; pos-... sunt assistere, & dare licentiam assistendi ma-... trimonio; absoluere à casibus Episcopo conces-... sis contemplatione diœcesis; dispensare in votis ... Episcopalibus; & compellere executores testa-... mentarios, ipsisque negligentibus exequi testa-... mentum. 314.455

Prælati inferiores non acquirunt iurisdictionem ... præscriptione, nisi spatio 40. annorum. 316.461. ... & seq.

Prælati inferiores quanto tempore amittant iurisdi-... ctionem quasi Episcopalem acquisitam per priui-... legium, consuetudinem, aut præscriptionem. 317. ... 465. cum duob. seqq.

Prælati Ordinis Minorum quásnam vltimas volun-... tates commutare possint ex priuilegiis Roma-... norum Pontificum. 346.567

Prælati Regulares quinam iurisdictionem quasi Epi-... scopalem habeant. 1301.41 ..., & 568

Prælati Regularium an, & quãdo mutare possint fla-... tum suarum Ecclesiarum, aut beneficiorum sæcu-... larium in illis, aut aliis Ecclesiis constitutorum. ... 593.362. cum aliquot seqq.

Prælati Regularium an, & quando possint derogare ... qualitatibus beneficiorum sine regularium, siue ... sæcularium sibi subiectorum. 1365.411

Prælati Regularium an, & quomodo concedere pos-... sint bona, iura, & reditus suarum Ecclesiarum ad ... vitam, vel ad certum tempus. 1594.364

Prælati Regularium an supprimere, vel vnire pos-... sint aliquod beneficium sæculare, vel regulare. ... 1726.135

Prælati Regularium commutare possunt vltimas ... voluntates etiam quoad personas sæculares, quan-... do habent in eas plenam iurisdictionem quasi ... Episcopalem, aut specialem facultatem, quam ... priuilegio, consuetudine, vel præscriptione ac-... quisierint. 347.568

Prælati Regularium in suis Capitulis generalibus ... possunt nunc ordinaria facultate à Conc. Trid. eis ... tributa numerum Missarum suis Ecclesiis relicta-... rum in certis casibus reducere. ibid. 569. defun-... ctorum tamen, quorum Missæ reducuntur, com-... memoratio fiet in Memento, vel Collectis reli-... quarum Missarum. ibid. 570

Prælati Regularium nequeunt auctoritate ordina-... ria commutare vltimas voluntates sibi non sub-... ditorum etiam quoad proprias Ecclesias. 345. ... 564

Prælati Regularium quid possint circa derogationẽ ... fideicommissorum in propriis Ecclesiis. 1118.637

Prælati Regularium quid possint ex delegata facul-... tate vigore morum priuilegiorum circa matri-... monialia, vota, iuramenta, apertionem Brenium ... sacræ Pœnitentiæ, ac eorum executionem; remis-... siuè. 348. 574. & quid circa absolutionem sæcu-... larium à casibus sedi Apostolicæ, vel Episcopo re-... seruatis. ibid. 575

Prælati Regularium quoad personas regulares si-... bi subditas eam commutationem vltimarum ... voluntatum facere possunt, quæ in votorum dis-... ritatione, dispensatione, & commutatione consi-... stit. 345.561

Prælati sæculares habentes iurisdictionem quasi ... Episcopalem an, & quando derogare possint qua-... litatibus beneficiorum sibi subiectorum; ac præ-... sertim iuripatronatus beneficiorum, quorum col-... lationem habent. 1362.409

Prælati sæculares habentes iurisdictionem quasi ... Episcopalem nequeunt in sua quasi diœcesi be-... neficia supprimere. 1723. 124. & an possint illius ... beneficia vnire. 1724.125, & 128

Prælati sæculares habentes iurisdictionem quasi ... Episcopalem quando mutare possint statum Ec-... clesiarum suæ quasi diœcesis. 1591.356. & quid in ... vnione, aut vnionis dissolutione. 1592.357

Prælato habente plenam iurisdictionem quasi Epi-... scopalem, & eius Vicario an committi possint ... dispensationes, & commutationes vltimarum vo-... luntatum ei subditorum. 317.446

Prælatus, ad cuius Ecclesiæ fauorem appositæ ... sunt qualitates aliquæ in fundatione beneficij, ... potest earum etiam cum iuramento adiectarum ... derogationi cum debitis solemnitatibus consen-... tire. 1235.84

Prælatus habens locum nullius diœcesis non ideo ... in eo habet iurisdictionem quasi Episcopalem;

ſed ſolùm inde concluditur illius exemptio à iurisdictione Epiſcopi. 312.445

Prælatus inferior an conferat beneficium iurispatronatus, deficientibus patroni heredibus, aut aliàs extincto iurepatronatus. 1352.377

Prælatus non poteſt renunciare libertati Eccleſiæ, quæ pertinet ad ius Romanæ Eccleſiæ; nec iuribus Eccleſiæ ſuæ ſaltem quæſitis. 885.716, & 746

Præſcriptio an currat contra excommunicatum. 728. 278

Præſcriptio an currat contra fideicommiſſarium non facta ei reſtitutione hereditatis. 1119.528

Præſcriptio an locum habeat contra priuilegium continens fauorem aliorum, vel ſolius priuilegiati. 931.897. cum ſeq.

Præſcriptio contra Eccleſiam ſiue Romanam, ſiue inferiorem quanto tempore currat. 940. 945. & ſeq.

Præſcriptio contra exceptiones, & remedia aduersùs tranſactiones ſuper rebus vinculatis quanto tempore currat vbi etiam iis accellerit auctoritas Principis: & an ſimul currat quoad omnes ſucceſſores; & quid ad hoc, vt bona vincula præſcribentur tamquam libera. 1114.524

Præſcriptio contra exceptiones, vel actiones competentes aduersùs tranſactiones ſuper maioratu, vel contra ipſas res maioratus, quænam admittatur. 1083.442. cum ſeq. & 524

Præſcriptio contra priuilegium non habet locum in eius ſolo non vſu. 930.894

Præſcriptio contra priuilegium per non vſum quanto tempore inducatur, cùm illud alios grauat. 932.902

Præſcriptio longiſſimi temporis in bonis maioratus an, & quando procedat contra omnes ſucceſſores in maioratu. 1116.532. & ſeq.

Præſcriptio non currit non valenti agere. 1114.525

Præſcriptio non inducitur faciendo ea, quæ ſunt meræ facultatis etiam poſt mille annos; niſi ea fiant ex certa cauſa prætenſa. 938.915

Præſcriptio poteſt eueniente caſu fideicommiſſi inchoari contra ſucceſſorem. 1117.534

Præſcriptio, priuilegium, & conſuetudo contra Epiſcopi iuriſdictionem reſtringi debent. 315.459

Præſcriptio, quæ iure humano eſt inducta, quomodo deroget iuri naturali. 104.71

Præſcriptio quid poſſit ad derogandum qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis. 1308. 245. & duob. ſeqq.

Præſcriptio quomodo locum habeat contra priuilegium continens aliorum grauamen. 931.896

Præſcriptio ſtatim ſecuta alienatione currere incipit in expreſsè prohibitis alienari; & non modò contra primum fideicommiſſarium, ſed etiam contra vlteriores ſcientes alienationem. 1116. 530, & 534

Præſcriptio temporis immemorabilis præiudicat omnibus ſucceſſoribus. ibid. 535

Præſcriptione, & priuilegio an acquiratur iuſpatronatus. 1505.125, & 130. cum dunb. ſeqq.

Præſens actui alterius de re ſua, & tacens ſibi regulariter ex hoc ſolo non præiudicat. 908.815

Præſentato ſola reſcripti, eiuſque acceptatio non perpetuat iuriſdictionem delegati. 639.16

Præſentatio tribuit ius conſiderabile quoad beneficium Eccleſiaſticum. 1325.193

Preſentationes in iis perſonis, in quibus vſurpatio iuriſpatronatus præſumitur, quomodo ſint præbendæ, & quando dicantur ſortitæ effectum. 1290. 216

Præſentationes multiplicatæ per antiquiſſimum temporis curſum quæ dicantur. 1286. 211. & quando dicantur continuatæ. 1290.215

Præſentato reſcripto commutationis vltimæ voluntatis vni ex duobus Vicariis æquè principalibus, an, & quando alter pro eadem adiri poſſit. 534. 515. & ſeq.

Præſentia ad aliquem actum requiſita quid importet. 827.366

Præſentia, & taciturnitas regulariter non ſufficit ad inducendam tacitam renuntiationem. 905.809. fallit autem id in multis caſibus. 906. 810. vſque ad 825

Præſides prouinciarum extra eas non exercent, niſi quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis. 232.200

Præſtimoniis, ſeu præſtimonialibus beneficiis an derogari poſſit. 1281.198

Præſtimonium, quod obtinet, an exprimi debeat ab impetrante beneficium. 1389.458

Præſumptio alia hominis, alia legis. 10.23

Præſumptio, & coniectura quælibet ſumenda eſt, vt actus ſuſtineatur. 516.118

Præſumptio reſpiciens perſonam fortior eſt reſpiciente dignitatem. 678.132

Præſumptio, ſeu coniectura ex non factis, vel non dictis regulariter ſumi non poteſt. 909.817. & 817

Præſumptio vna tollit aliam, & fortior debiliorem; fortior autem eſt ſpecialis generali. 678.131

Præteriti, aut exheredati, quibus legitima debetur, rumpunt, vel nullum dicunt teſtamentum iuxta vetera iura ante Cod. nec mouent querelam inofficioſi. 1033.265

Prætor, aut Præſes prouinciæ in inquiſitione, & interpoſitione decreti ſuper alimentis relictis in teſtamento, vel codicillis mandare alteri iuriſdictionem non poteſt. 204.131

Prætoris auctoritas requiritur etiam in tranſactione propria, hoc eſt, ſuper lite de futuris alimentis. ibid. 133

Preces an veræ eſſe debeant tempore, quo fit commiſsio commutationis vltimæ voluntatis, nec ſufficiat, eas veras fore, cùm porriguntur, vel commutatio fit. 776.406, 407, 408, & 417

Preces importunæ vel auferunt, vel certè minuunt voluntarium. 364.53

Prima dignitas poſt Pontificalem, quæ vacante ſede Apoſtolica vacante, an tunc poſsit cum effectu vniri, vel conferri. 1613. 406. cum aliquot ſeqq. & quid in creata eadem ſede vacante. 1614.410

Prima tonſura ad quæ beneficia requiratur, & ſufficiat. 1246. 123. & ſeq.

Primas eſt iudex ordinarius ſuorum Archiepiſcoporum, & Vicariorum ipſorum in iis tantùm, in quibus delinquunt ratione officij; in aliis verò ſicut ceterorum ſubditorum Archiepiſcoporũ. 159.281

Primas poteſt commutare eas vltimas voluntates, quæ ad ipſam Eccleſiam Metropolitanam pertinent, quando Epiſcopus poteſt ſpectantes ad ſuas Eccleſias inferiores. 263.296

Primas tamquam iudex commutare non poteſt vltimas voluntates Epiſcopi, ciue, aut Archiepiſcopo ſubiectorum clericorum, etiam de eorum conſenſu ſiue conſenſu immediati ſuperioris eius, qui commutationem petit. 264.299

Primates ſubiecti ſunt Patriarchis ſuis, ſicut Epiſcopi ſuis Archiepiſcopis, ſeu Metropolitanis. 257. 278

Primogenia fideicommiſsis ſimilia an ſint à iure naturali introducta. 993.98

Primogenitura an ſit de integentium, vt quæ apud pleraſque

pleraſque nationes eſt in vſu. 994.102.
Primogenitus ſolus an ſuccedat in iurepatronatus, ſtante in hoc conſuetudine ſpeciali, vel quòd ſolus ſuccedat in hereditate. 1511.142
Primum beneficium quando,& quomodo vacet ipſo iure per adeptionem ſecundi. 401.253
Primum in vnoquoque genere quid ſit. 6.10
Princeps an in lege ſua ſine cauſa licitè, ac validè diſpenſare poſſit. 187.80
Princeps an poſſit de plenitudine poteſtatis auferre ſine cauſa dominium, ſeu ius alicui quæſitum de iure ciuili. 1125. 565, 568, ac 572. & an tollere conſtitutionem, ſtatutum, vel priuilegium, quod tranſiit in contractum. 1126.566. & quid in priuilegio ſimplici, ſeu gratioſo. ibid. 567,ac 570
Princeps an poſſit ex ſuprema poteſtate ſtatuere,aut reſcribere ſine cauſa aduerſus ea, quæ ſunt merè iuris poſitiui. 1128. 572.& an poſſit tollere actiones, exceptiones, aut replicationes de iure ciuili alicui competentes etiam ex legato,vel fideicommiſſo. 1129.573
Princeps an poſsit,ſi expediat,declarare,ex ſolo actu aditionis iam ſecutæ hereditatem non fuiſſe quæſitam,aut dominium translatum etiam in caſibus, in quibus ipſo iure transfertur dominium, & ciuilis poſſeſsio. 1128.570
Princeps an tollere, vel modificare poſsit ea, quæ ſunt iuris gentium,vel diuini. 1121.549
Princeps commutare nequit legatum,quod impleri poteſt de iure, & de facto, ſi teſtator expreſsè diſpoſuit,vt eo non impleto, reuertatur ad heredem. 197.109
Princeps de abſoluta poteſtate tollere valet ius alicui quærendum ex legis diſpoſitione; vt legitimando ſpurium in vita patris. 1129.574.vel etiam ex diſpoſitione hominis, ſiue iam in futurum ſit ordinatum,ſiue non. 1130.575.cum duob.ſeqq.
Princeps de plenitudine poteſtatis derogare valet iuri adeundi hereditatem iam delatam. 1127.569
Princeps derogare poteſt ſine cauſa conditionibus primogeniorum inſtitutorum ex mero eius priuilegio contra iuris prohibitionem,quoties per eam derogationem ius alicui quæſitum non tollatur. 98.111.& ſeq.
Princeps immutare nequit vltimas voluntates ſine cauſa publicæ vtilitatis. 360.39
Princeps licèt non obſtante prohibitione teſtatoris, ne heres impetret derogationem fideicommiſsi, poſsit ei derogare; id tamen non cenſetur velle facere,niſi exprimat. 1163.670
Princeps neque quoad partē mutare poteſt ſine cauſa,& indiſtinctè vltimam voluntatem. 197.108
Princeps non intendit præiudicare iuri communi, aut tertij per ſuum reſcriptum, niſi id exprimat. 561.245 & 1123.557
Princeps non poteſt derogare prohibitioni alienationis etiam ex cauſa dotis, cùm teſtator id iure communi prohibere potuit; ſecus,cùm prohibuit ex ſola Principis licentia. 198.110
Princeps non recognoſcens ſuperiorem in temporalibus poteſt in ſuis dominiis per legem tollere fideicommiſſa, ac derogare legibus Imperialibus. 1122. 551. & quid in recognoſcentibus ſuperiorem. ibid.552
Princeps poteſt alicui tollere ius quærendū.198.112
Princeps quando poſsit ex plenitudine poteſtatis iuri alterius derogare. 1124.560.& multis ſeqq.
Princeps quomodo habeat ſibi ſubiectas res, ac voluntates ſuorum ſubditorum, ſiue ſæcularis quoad temporalia, ſiue Papa quoad ſpiritualia. 190.87.cum ſeq.
Princeps quomodo ſit ſolutus,vel adtrictus legibus. 189.83
Princeps recognoſcens ſuperiorem quando poſsit derogare fideicommiſsis, & rem vni auferre, ac dare alteri. 1132.580
Princeps regulariter reuocare poteſt commiſsionem commutationis vltimæ voluntatis à ſe, & à ſuo inferiore factam. 8[illegible]4.487
Princeps ſæcularis an poſsit aliquando iuramentum homini præſtitum relaxare. 190.88
Princeps ſæcularis an requirendus ſit in commutatione vltimæ voluntatis ab Ordinario faciendā quoad ea pia loca, quæ ſub immediata ipſius protectione ſunt; & an ipſe commutare poſsit quoad ea loca, quæ ex inſtitutione rationem reddere non debent eidem Ordinario. 200.119
Princeps ſæcularis commutare poteſt vltimas voluntates pias ea pietate, quæ erga patriam eſt. ibid.120
Princeps ſæcularis eſt adminiſtrator ſupremus, non dominus bonorum ciuitatis. 193.97
Princeps ſæcularis etiam ſupremus derogare non poteſt fideicommiſsis ad cauſas pias, ſed tantùm ad profanas. 199.114 & 1133.582
Princeps ſæcularis excommunicationem tam à iure, quàm ab homine latam incurrere poteſt. 651.60
Princeps ſæcularis non recognoſcens ſuperiorem an aliquando poſsit diſpenſare ex cauſa in iure diuino,& naturali. 353.6
Princeps ſæcularis poteſt plerumque vltimas voluntates commutare. 189.86.& aliquot ſeqq.
Princeps ſupremus aliquando poteſt ob priuatā vtilitatem rem vni auferre, & dare alteri; pretio tamen,ſeu æſtimatione tributa poſſeſſori. 383.108
Princeps ſupremus an, & quomodo reuocare poſsit derogationem fideicommiſsi acceptatam ab eo, cui conceſſa fuit: & an in dubio reuocata cenſeatur. 1190.739
Princeps ſupremus an poſsit de poteſtate abſoluta ſaltem ex cauſa fideicommiſsis derogare, ſeu eorum leges,& clauſulas mutare. 1124.559
Princeps ſupremus an poſsit per legem generalem fideicommiſſa etiam in totum tollere. 1120.544. cum aliquot ſeqq.
Princeps ſupremus derogare poteſt iis,quæ iure tantùm humano inducta ſunt. 194.100
Princeps ſupremus duplicem habet poteſtatem,abſolutam,& ordinariam. 185.77.& ſeq.
Princeps ſupremus ex iuſta cauſa poteſt reuocare commutationem vltimæ voluntatis perfectam, & acceptatam. 807.500.cum aliquot ſeqq.
Princeps ſupremus nequit ſine cauſa vltimas voluntates ſibi ſubditorum immutare, vel certè tenetur damnum ob id eis illatum compenſare. 191.89
Princeps ſupremus non poteſt de ſola plenitudine poteſtatis auferre alicui ius quæſitum de iure gentium. 1125. 562. poteſt autem vni rem auferre ex cauſa, & alteri dare ſoluta æſtimatione. ibid. 563. & an hæc cauſa debeat eſſe publica. ibid.564
Princeps ſupremus non poteſt etiam de poteſtate abſoluta commutare ſine cauſa vltimas voluntate ſubditorum. 196. 104. licèt appoſit clauſulam, *ex certa ſcientia*, vel, *non obſtantibus*, ſiue generaliter ſiue ſpecialiter conceptam, & licèt ambæ clauſulæ ſimul ponantur. 197.105. & ſeq.

Princeps ſupremus non poteſt etiam ex cauſa reuocare priuilegium, & tollere ius tertio quæſitum, niſi data condigna recompenſatione. 808. 507
Princeps ſupremus non poteſt etiam ex cauſa tollere ius, vel reuocare priuilegium à ſe conceſſum non ſubdito, licèt non tranſierit in contractum; & ſiue conceſſum à ſe, ſiue ab anteceſſore. ibid. 508. niſi illud eſſet in damnum notabile Principatus; aut reuocatio priuilegij fieret ex cauſa, ob quam poteſt reuocari donatio; vel priuilegium conſiſteret in iuriſdictionis conceſſione. ibid. 509
Princeps ſupremus poteſt ex iuſta cauſa priuare ſubditum dominio ei quæſito ſiue iure gentium, ſiue ciuili. 807. 501. & reuocare priuilegium conceſſum, vel conſtitutionem editam in vim contractus. ibid. 502
Princeps ſupremus poteſt ſecundùm aliquos ex libero arbitrio mutare ſubditorum ſuorum vltimas voluntates: quod tamen verum non eſt. 192. 95. cum aliquot ſeqq.
Princeps ſupremus poteſt tollere ſubdito ex cauſa priuilegium ei conceſſum à ſuo anteceſſore, aut inferiore. 807. 503. & ſimplex priuilegium à ſe conceſſum poteſt etiam ſine cauſa vbi per illud non transferatur aliquod dominium. 808. 504
Princeps ſupremus poteſt vltimarum voluntatum commutationes per ſe facere, quæ ab ipſo poſtulantur, & aliàs fieri poſſunt; neque eas tenetur Ordinario committere. 493. 25. cum ſeq.
Princeps ſupremus quibus modis derogare poteſt maioratibus. 1084. 444
Princeps ſupremus ſæcularis non adſtringitur lege merè ciuili; canonica verò ligatur in materia peccati, ſpirituali, & Eccleſiaſtica. 493. 27
Princeps ſupremus ſine cauſa reuocare non poteſt commutationem vltimæ voluntatis, aut aliud priuilegium, quod tranſiuit in contractum. 808. 505. nec priuilegium quodlibet cum cauſa, quæ aliunde haberi poſſit. ibid. 506
Princeps ſupremus ſiue Eccleſiaſticus, ſiue ſæcularis commutans ſine cauſa vltimas voluntates malè agit, ac peccat. 357. 19. & an nulliter agat. 358. 32
Princeps ſupremus ſolus regulariter derogare poteſt vltimis voluntatibus. 254. 269
Princeps tollere non poteſt dominium priuatum ſine cauſa vtili Reip. 191. 91. neque illud ius, quod alicui competit iure gentium, aut naturali, ſine cauſa. 192. 93
Principem ex plenitudine poteſtatis facere poſſe quicquid libet, vix credendum eſt aliquem ex noſtris ſenſiſſe. 193. 96
Principes inferiores commutare poſſunt vltimas voluntates non pias in caſibus, in quibus Epiſcopus poteſt pias. 202. 125. & quoties poteſt quis priuata auctoritate, vel magiſtratus. 203. 127
Principes inferiores non poſſunt etiam ex cauſa priuare ſubditos dominio rerum ſuarum. 202. 123
Principes inferiores poterunt ex cauſa commutare vltimas voluntates ſubditorum, & eis dominium auferre vbi talem facultatem in conceſſione ſui dominij acceperunt, vel præſcriptione acquiſierunt. ibid. 24
Principes ſæculares aliqui non recognoſcunt ſuperiorem in temporalibus, & habent in ſuis dominiis iura Imperij. 184. 74
Principes ſæculares inferiores regulariter commutare nequeunt vltimas voluntates. 202. 122
Principes ſupremi, vel Comites Palatini ab ijs creati an poſſint in Terris infeudatis aliis Principibus, licèt hi iura Imperij in illis quæſierint, reſcribere in præiudicium tertij remiſſiue. 1131. 579
Prior commutatio vltimæ voluntatis cuius non eſt facta mentio in poſteriori circa eandem rem aliquo modo contraria, non corruit; ſed ſola poſterior. 432. 246
Prior commutatio vltimæ voluntatis non cenſetur reuocata per poſteriorem alteri conceſſam, quæ de priori mentionem non faciat. 812. 526. etiamſi habeat clauſulam, *ex certa ſcientia*, vel, *non obſtante*. ibid. 527
Priores Regulares intra quod tempus debeant ad ſacerdotium promoueri. 1248. 129
Priuata perſona, ad cuius fauorem appoſitæ ſunt qualitates in fundatione beneficij, poteſt earum derogationi, licèt cum iuramento adiectæ fuerint, conſentire. 1235. 84
Priuata perſona Eccleſiaſtica an poſſit auctoritatiuè ſupprimere beneficium. 1707. 83
Priuatio Eccleſiæ parochialis ob non promotionem ad ordinem ſacerdotij non incurritur, niſi elapſo toto anno: & quando hic annus currere incipiat. 1247. 127
Priuilegia Bullæ Cruciatæ an expirent morte concedentis re integra. 665. 110
Priuilegia dotis mulieris an omnia locum habeant in dote Eccleſiæ. 1585. 141
Priuilegia conceſſa Eccleſiæ, quæ deſtruitur, vt alibi ædificetur, ad nuper conſtructam transferuntur. 749. 332. & quid, quando vna Eccleſia alteri vnitur. ibid. 333
Priuilegia communicata acceſſoriè, vt familiaribus priuilegiati, amittuntur, augentur, & minuuntur in illis, cùm hæc in principaliter priuilegiato contingunt. 759. 368
Priuilegia impetrari poſſunt abſque mandato: licèt alij contrà ſentiant. 480. 418
Priuilegia, quæ ex diſpoſitione iuris per non vſum decennalem amittuntur, probabile eſt etiam in foro conſcientiæ amitti. 933. 908
Priuilegia quædam redundant in grauamen aliorum, quædam in fauorem, quædam in neutrum, ſed continent ſolum fauorem priuilegiati. 931. 895
Priuilegia, quibus adiectum eſt decretum irritans, non amittuntur per non vſum, vel contrarium vſum. 560. 242
Priuilegio concedi poteſt id, quod fieri poteſt per legem. 208. 145
Priuilegium à lege indultum eſt latè interpretandum. 790. 449
Priuilegium ab Epiſcopo datum contra ius commune quando proſit extra concedentis diœceſim, aut certum diœceſis locum. 243. 244. & quid ſi tale priuilegium ſit conceſſum à Papa. 244. 245
Priuilegium abſolutum nemini oneroſum in neutro foro amittitur per ſolum non vſum. 933. 907. neque per contrarium vſum. 939. 941
Priuilegium abſolutum, quódve alios non reſpicit, niſi fauorabiliter, quanti temporis præſcriptione amittat priuilegiatus, ſi eo non vtatur. 933. 904
Priuilegium, ad cuius inſtar aliud conceſſum fuit, non reuocatur hoc reuocato. 756. 361
Priuilegium ad inſtar an validum ſit, ſi tempore conceſſionis exemplar nullum eſt. 759. 369
Priuilegium ad inſtar, & priuilegij communicatio, ſeu

seu participatio an idem sint. 755.358,& 364
Priuilegium ad instar impropriè, & propriè dictum quódnam sit. 756.359
Priuilegium ad instar, seu communicatio priuilegiorum apud quos auctores habeatur. 755.357
Priuilegium ad piam causam eo ipso censetur habere clausulam derogatoriam,& requirit expressam derogationem.543.183. idem in priuilegio clauso in corpore iuris,vel quod transit in vim contractus, habétve formiores clausulas, aut concessum fuit causa publicæ vtilitatis. ibid.184
Priuilegium aliud est affirmatiuum, seu positiuum concedens facultatem aliquid agendi; aliud negatiuum dans licentiam aliquid non faciendi. 922.861
Priuilegium aliud est purum beneficium,aliud contra ius commune,vel tertij. 724.255
Priuilegium aliud perpetuum, aliud temporale: & quid vtrumque, ac quotuplex sit. 744. 326. cum trib.seqq.
Priuilegium aliud personale, aliud reale, & quid vtrumque sit. 717.235,& 237
Priuilegium alios respiciens quanto tempore amittatur per viam præscriptionis. 940. 943. cum duob.seqq.
Priuilegium amitti potest ob aliud delictum, quàm eius abusum, cùm id ab eo decernitur, qui potest priuare ipso priuilegio: sic autem non amittitur, nisi in casibus à iure expressis. 926. 878
Priuilegium amittitur aliquando quoad ius ipsum siue totum,siue in parte; aliquando solùm quoad illum actum,qui tunc geritur. 944.949
Priuilegium amittitur per contrarium vsum, si circumstantiæ necessariæ concurrant. 934.910
Priuilegium an amittatur per eius non vsum in foro conscientiæ, maximè quando priuilegiatus non habuit animum renuntiandi. 933. 906. & duob.seqq.
Priuilegium an cessante eius causa cesset ante sententiam rescissoriam. 793.464,& 469.cum seq.
Priuilegium an intelligatur de prima vice.762.373. & quid in hoc deseruiat, illud esse fauorabile,vel odiosum. ibid.374
Priuilegium an prosit à tempore concessionis, vel solùm à die scientiæ. 480.420
Priuilegium an prosit extra territorium concedentis. 242.241
Priuilegium an reuocari possit ab inferiore,concedente ante notitiam eius,cui concessum fuit.482. 428.& seq.
Priuilegium cessat cessante eius causa contrariè. 791.455. & quid si cesset solùm negatiuè. 792. 460.& seq.
Priuilegium communicatum alteri non minuitur, vel amittitur per non vsum exemplaris, seu priuilegij, ad instar postea contingentem. 759. 366. & an communicetur illa restrictio, quæ inerat exemplari tempore communicationis. ibid. 367
Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis concessum à Papa simpliciter, & absque loci determinatione vbique valet. 241. 238. idémque proportionabiliter dicendum de Prælatis quoad suam diœcesim, ac Principibus, Regibus, & Imperatore quoad sua dominia. ibid. 239. & quid de Patriarchis, Primatibus, ac Metropolitanis quoad totam suam prouinciam.242. 240
Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis concessum ad instar alterius, hoc sublato, vel amisso non tollitur, aut amittitur. 756.360
Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis non reuocatur per sententiam sequentem, licet possit aliquando per eam reprobari. 812.528
Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis remuneratorium, vel conuentionale an censendum sit reale. 727. 269. & quid in dubio. 728. 270
Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis surreptitium tollitur per posterius nulla facta illius mentione: idémque si prius sit valde vulgare. 814.534
Priuilegium commutationis vltimæ voluntatis tribuens etiam solum ius ad rem non tollitur per sequens non facta illius mentione. 813.530
Priuilegium concessum ad instar alterius quando restringatur ad huius restrictionem secutam post primam concessionem.757.362.vel augeatur aucto exemplari. ibid.363. & seq.
Priuilegium concessum alicui loco principaliter,vel æque principaliter loco,& personis,an prosit priuilegiato solum dum ibi est, vel in eo loco habitantibus. 747.331
Priuilegium concessum aliquibus personis accessoriè ad aliam principalem morte principalis in aliis etiam extinguitur. 717.237
Priuilegium concessum auferre an sit odiosum, & contra ius cómune, maximè concessum personis dilectis, ac benemeritis,vel miserationis, aut publicæ vtilitatis causa. 809.514
Priuilegium concessum certo generi personarum,vt minoribus,an sit reale,ac perpetuum. 719.244
Priuilegium concessum contra ius,quod habet clausulam derogatoriam ad futura priuilegia, exigit expressam illius iuris derogatoriam. 542.178
Priuilegium concessum Ecclesiæ,vel Monasterio,an his destructis duret. 746.329.cum trib.seqq.
Priuilegium concessum Monasterio, quod eo destructo amittitur,eodem reædificato recuperatur. 786.440
Priuilegium concessum Monasterio, vt ex eo eligatur Abbas alterius Monasterij, licèt in prima vacatione cesset ob defectum personæ idoneæ, locum tamen habebit in aliis vacationibus, in quibus non adest talis defectus. ibid.459
Priuilegium concessum ob benemerita, & in vim contractus longè differunt quoad inducendam obligationem. 723.252
Priuilegium concessum personæ cum dictione, *perpetuò*, an sit reale. 721. 247. & quid in remuneratorio meritorum. ibid. 248. aut conuentionali, seu concesso per viam contractus. ibid. 249.& trib.seqq.
Priuilegium concessum personæ fictæ, vt Collegio, semper est reale.719.241.item concessum dignitati,seu officio,aut alicui loco. ibid.242
Priuilegium concessum personæ veræ,seu singulari, quando sit personale,vel reale. ibid. 243.& aliquot seqq.
Priuilegium concessum pro se,heredibus,& successoribus cedi non potest aliis. 717.236
Priuilegium concessum ratione vnionis cum alio an semper cesset dissoluta vnione, vel eo, cui facta est vnio,defuncto, aut amittente priuilegium. 748.355
Priuilegium contra ius commune, aut tertij in dubio est personale. 744.257
Priuilegium contra ius concessum ad præiudicium tertij non reuocatur per posterius eiusdem Pontificis non continens derogationem reg. Canc. de non tollen.iur.quæs. 519.468

Digitized by Google

Priuilegium contrarium iuri non requirit ſpecialem eius derogationem, niſi ius illud habeat clauſulam derogatoriam ad futura priuilegia, vel priuilegium tendat ad præiudicium tertij. 539. 166

Priuilegium conuentionale eſt irreuocabile per ſolam concedentis voluntatem. 722. 250. immo etiam eſt de ſe perpetuum. ibid. 251. & ſeq.

Priuilegium de ſui natura eſt perpetuum. 770. 399

Priuilegium deductum ad vltimum effectum ex parte concedentis, & acceptatum, in dubio non cenſetur reuocatum; &, ſi conceſſum eſt in vim contractus, eget derogatione expreſſa ſaltem generali. 809. 511

Priuilegium derogationis fideicommiſſi an reuocetur, amittatur, vel deſtruatur abrogato, amiſſo, vel deſtructo ſimili priuilegio, ad cuius inſtar illud conceſſum fuit. 1188. 727

Priuilegium Eccleſiæ quanto tempore amittatur. 940. 945

Priuilegium eſt lex priuata. 1279. 195

Priuilegium, & alia huiuſmodi, vt omnino perfecta ſint, debent acceptari ab eo, ad cuius fauorem emanarunt. 804. 488

Priuilegium, & diſpenſatio in quo differant. 717. 234, & 423

Priuilegium habens clauſulam decreti irritantis, aut aliam prohibitiuam non tollitur per actum contrarium; niſi clauſula illa adiecta eſſet in merum fauorem priuilegiati. 938. 917

Priuilegium in dubio an ſit cenſendum reale, vel perſonale. 723. 254. cum aliquot ſeqq.

Priuilegium loci quibus modis conſiderari poteſt. 746. 330

Priuilegium mutationis ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij conceſſum ſub aliqua conditione, an ea deficiente ceſſet; aut per mutationem vinculi, aut ſtatus, à quo priuilegium prædictæ mutationis pendet. 1652. 508

Priuilegium negatiuum regulariter eſt contra legem; affirmatiuum autem, ſeu poſitiuum aliquando eſt ſolùm præter legem. 922. 862. & cùm vtrumque eſt contra legem negatiuam eſt contra præceptum affirmatiuum, poſitiuum autem eſt contra præceptum negatiuum. ibid. 863

Priuilegium non amittitur per actum contrarium coactum. 936. 926. aut cùm actum faciens ignorat ſuum priuilegium. ibid. 927. vel actus non eſt perfectus, aut inualidus; vel fit ab eo, qui expreſsè renuntiare non poteſt priuilegio. 937. 928

Priuilegium non amittitur per contrarium vſum vbi illum faciens proteſtatur, ſe nolle ei præiudicare. ibid. 929

Priuilegium non amittitur per non vſum, quando non euenit occaſio eo vtendi; ac dum incertum eſt, quando caſus eueniat, in quo eo priuilegio vti poſſit. 928. 885

Priuilegium non amittitur per vnicum actum contrarium, quando illud habet effectum ſucceſſiuum, & iterabilem; niſi contrauentio eſſet vniuerſalis quoad omnes actus, aut ab eo, qui tunc ſit, ij pendetent; vel ſubſtantia priuilegij impugnatur. 936. 923

Priuilegium non amittitur quamdiu priuilegiatus eo vti non poteſt, licèt ſemel illo vſus ſit. 928. 886. vel quando ignorauit, ſe illud habere, niſi lapſi eſſent 30. anni. ibid. 887

Priuilegium non eſt coactum reſpectu priuilegiati adæquati. 884. 713

Priuilegium non faciendi aliquid non amittitur, ſeu ei non renuntiatur per actum contrarium, vbi capi poſſit alia coniectura, quàm renuntiationis. 938. 913. & quando tale priuilegium collatum eſt in liberam voluntatem priuilegiati. ibid. 934

Priuilegium non faciendi non amittitur per vnicum actum contrarium pro toto tempore futuro, ſed requiritur legitima præſcriptio etiam contra priuatam perſonam, nec ſufficiunt plures actus in quolibet numero. 935. 921. & quid, ſi tempus cum aliis requiſitis ad præſcriptionem interueniat. 936. 922

Priuilegium non tranſit in ſucceſſorem, ſi is, cui conceditur, mortuus eſt tempore datæ. 737. 308

Priuilegium omnino conforme iuri communi tollitur per poſterius nulla illius facta mentione. 813. 532. & quid de inſerto in corpore iuris. ibid. 535

Priuilegium pecunia quæſitum, ſeu per viam contractus; aut pro remuneratione meritorum, vel ſub annua penſione conceſſum non amittitur per non vſum ſaltem decennalem. 928. 888

Priuilegium per modum ſtatuti, ſeu conſtitutionis conceſſum non neceſſariò debet ad ſui perfectionem notificari priuilegiato per nuntium, aut ſimilem modum: quod tamen declaratur, remiſſiuè. 802. 491

Priuilegium, per quod datur facultas aliquid faciendi amittitur per non vſum decennalem. 932. 899. etiam à ciuitate. ibid. 900. ſecus in Eccleſia, in qua requiruntur 40. anni. ibid. 901

Priuilegium per verba directa ad perſonam ſit perſonale; per directa verò ad rem, reale: quod tamen aliquando fallit. 720. 246. cum nonnullis ſeqq.

Priuilegium perpetuum eſt, quod conceditur rei corporali immobili, vt Eccleſiæ, vel Monaſterio. 746. 328

Priuilegium perſonæ conceſſum reale cenſetur etiam per extrinſecum accidens verbis expreſſum; vt, ſi in conceſſione mandetur cancellari ab æſtimo nomen priuilegiati. 727. 268

Priuilegium perſonale non egreditur vitam priuilegiati, nec ab eo cedi poteſt. 717. 236

Priuilegium præcedens reuocatum non cenſetur per poſterius alteri conceſſum, quod de priori mentionem non faciat: quin etiam nec per legem poſteriorem non facientem de illo mentionem. 812. 526

Priuilegium præcedens ſpeciale an, & quando tollatur per poſterius generale; vel contrà, non facta prioris mentione: & quid quando vtrumque eſt generale, vel ſpeciale. 813. 529

Priuilegium præcedens tollitur per ſequens, in quo de primo alteri conceſſo cogitauit ſaltem in genere concedens. 815. 536

Priuilegium Principis in dubio præſumitur reale, inferioris verò perſonale. 728. 271

Priuilegium pro me ab alio obtentum requirit meam acceptationem. 483. 434

Priuilegium quæſitum conſuetudine non tollitur per vnicum actum contrarium, niſi geſtus ſit collegialiter. 936. 925

Priuilegium quando cenſeatur alicui conceſſum ad inſtar concedendorum alteri. 758. 365

Priuilegium quando poſsit in vtroque foro retineri tamquam reale. 725. 158. & quid hac in re profit poſſeſsio, & obſeruantia. ibid. 259

Priuilegium, quod conſiſtit in mera voluntate, & arbitrio

bitrio priuilegiati, vt quòd posit in certo flumine construere molendinum ad sui beneplacitum, non amittitur per eius priuilegij non vsum. 928.890

Priuilegium, quod ex iuris dispositione amittitur per non vsum, an amittatur quasi per tacitam renuntiationem, vel potiùs alio modo. 931.898

Priuilegium, quod fuit datum ad excipiendum, vtputa, ne cui super aliqua re molestia inferatur, non amittitur per non vsum. 928.889

Priuilegium quodlibet aliquando saltem amittitur, seu extinguitur per non vsum. 917. 882. & seq.

Priuilegium reale, vel personale quando dicatur. 718.238.& seq.

Priuilegium regulariter primo vsu, seu actu non extinguitur. 763.377

Priuilegium Religionis an amittat eius nouitius, professus, aut familiaris dimisso illius habitu, statu, vel habitatione. 754.354.& seq.

Priuilegium restringitur per vsum eius strictum, seu non vsum in tota latitudine. 917.884

Priuilegium reuocatum non censetur per sequens rescriptum etiam verbis generalibus conceptum, quæ in reuocationem sonare videntur. 810.517

Priuilegium sortitur effectum suum ab eo dumtaxat tempore, quo certior de illo fit is, cui conceditur. 482.425. quam notitiam habere debet ab eo, qui gratiam impetrauit, aut concessit. ibid. 426

Priuilegium speciale posterius an mentionem facere debeat prioris generalis. 459.265. cum duob. seqq.

Priuilegium suppressionis beneficiorum an extinguatur per primum vsum, seu actum. 1771.293

Priuilegium suppressionis beneficiorum concessum ad instar alterius an cum eo reuocetur, amittatur, vel destruatur. 1796.292

Priuilegium suppressionis beneficiorum concessum sub aliqua conditione, desinit tali conditione desinente: idémque, si mutetur vinculum, seu status, à quo illud pendet. 1795.291

Priuilegium varia genera habet; quæ tamen ad duo reducuntur, nimirum dans ius, seu facultatem, & ablatiuum oneris. 803.495

Priuilegium vnde dignoscatur adhærere personæ, vel rei, vt sit personale, vel reale. 718. 239. cum aliquot seqq.

Probationes an sint modus legitimus notorij ad effectum, vt impediat appellationem. 875.703

Probationes plures imperfectæ iunguntur ad vnam perficiendam. 384.113

Probationes, quæ nocent auctori, nocent etiam singulari successori; qualis respectu heredis est fideicommissarius. 1136. 592. & quando noceant. 1138.601

Processus contra ordinem iuris quando ipso iure non valeat. 866.668

Processus, & actus alius extraiudicialis est, alius iudicialis. 237.224

Processus executoris litterarum Apostolicarum regulariter extraiudicialis est. 586.325

Processus totus, & substantiæ causæ pendentis narrari debet in impetratione rescripti iustitiæ super eadem re; & quomodo fiat hæc narratio, seu expressio; & quando ea non sit necessaria. 453.319

Proconsul extra prouinciam suam non exercet ea, quæ sunt iurisdictionis contentiosæ, sed ea solùm, quæ sunt voluntariæ. 231.199

Procurator à Prælato pro Ecclesia sua constitutus per mortem illius reuocatur etiam quoad negotia cœpta, & causas, in quibus per ipsum procuratorem lis fuerat contestata; nisi causa esset solius Capituli, seu Conuentus, vel cum eo communis. 476.398

Procurator ad negotium controuersiæ super certæ vltimæ voluntatis executione impetrare poterit rescriptum ad lites, quo mandetur iudici, quòd, constito via iuris, executionem illam esse valde difficilem, eamdem vltimam voluntatem commutet. 478.413

Procurator alicuius quando ratione propriæ excommunicationis à iudicio repellatur. 740.320

Procurator etiam specialis mortuo Prælato, qui eam constituit ad impetrandam commutationem vltimæ voluntatis, an, & quando possit mandatum exequi. 478.410

Procurator in rem suam quis dicatur. 474.391

Procurator substitutus nomine domini, cauere debet, eum ratum habiturum; substitutus autem nomine proprio, ratum habiturum ipsum procuratorem. 708.218

Producens scripturam pro se in iudicio eam approbat, & renuntiat oppositionibus contra illam. 935.918

Proœmium, seu præfatio legis indicat eius causam finalem, & regulam dat dispositioni. 91.22

Profanum sumitur pro re vel scelesta, vel non sacra, seu pia. 89.14

Professio solemnis dirimit iure diuino, & naturali matrimonium. 380.103

Prohibitio alienationis extra familiam, licèt non comprehendat sororem, & filiam prohibentis; comprehendit tamen earum filios. 1070.388

Prohibitio alienationis facta fauore familiæ, aut certarum personarum valet: & vbi fiat nulla causa generali adiecta, inducit fideicommissum solùm in casum alienationis. 970.77. & quid, si ea causa adiiciatur. ibid. 78

Prohibitio commutationis vltimæ voluntatis à testatore facta exprimenda est in ipsius commutationis impetratione, 449.304. non tamen impedit, quin ex legitima causa possit à superiore fieri commutatio, maximè vbi ea voluntas nequeat impleri. ibid. 305 & 1160.664

Prohibitio derogationis fideicommissi à fideicommittente facta exprimenda est in eius derogationis impetratione. 1160.663. cum aliquot seqq.

Prohibitio derogationis maioratus ab institutore facta an impediat, ne derogatio à Principe fiat ex legitima causa, siue institutor viuat, siue defunctus sit; sive inhibuerit, ne possit possessor vti facultate etiam motu proprio concessa, & aliàs voluerit, maioratum ad sequentem deferri. 1161.665

Prohibitio fundatoris, aut alterius testatoris, ne Episcopus, aliúsve superior Ecclesiasticus se intromittat in exequenda eius pia voluntate, an valeat. 1395.475

Prohibitio iuris communis non est exprimenda Principi supremo, à quo impetratur commutatio illius vltimæ voluntatis, quæ tali iuri contraria sit. 442.275

Prohibitio mutationis status Ecclesiæ, vel beneficij

an, & quando exprimi debeat ab impetrante eam mutationem. 1620.428

Prohibitio nuda, & simplex alienationis non valet, neque inducit tacitum fideicommissum, licèt testator alienationem infirmarit; ac siue vnus, siue plures fuerint instituti; & siue prohibitio facta sit per modum conditionis, siue dispositiuè. 970.76

Prohibitio suppressionis beneficij à fundatore facta exprimi debet, cùm illius beneficij suppressio impetratur. 1749.192.cum seq.

Prohibitio testatoris non impedit, quin relictum ad certum vsum, qui impleri nequit, ex causa commutari possit per superiorem in alium vsum. 124.133

Prohibitum alienare de bonis fideicommissariis vsque ad certum tempus an postea possit alienare. 1103.486

Promissio donandi, & alia quæuis acceptata obligat ex iustitia. 25. 39. immo aliquando parit actionem, & obligationem ciuilem etiam ante acceptationem. ibid. 40. sicut etiam acceptata aliquando non obligat. ibid.41

Promissio etiam ante acceptationem absentis quando reuocari non possit. 253.239

Promissio ob turpem causam non obligat. 101. 59. neque pactum de re turpi. 102.6

Promissio sceleris, quod est contra ius naturale, & diuinum etiam positiuum non obligat. 110. 92

Promittens fundare Ecclesiam, aut beneficium quando compelli possit ad fundandum. 1303. 217

Pronomen, meum, quando faciat conditionem, vel demonstrationem. 410.184

Pronomina, *nos*, & *vos*, simpliciter prolata à vel de persona constituta in dignitate referuntur in dubio magis ad personam, quàm ad dignitatem. 650.57,& 89

Pronuntiandum in dubio est pro causa fauorabili. 1061.370

Pronuntians, rescriptum esse surreptitium, licèt inuenerit se deceptum, non potest suam sententiam retractare, sed adeundus est delegans. 334. 517. cum seq.

Propter quod vnumquodque tale est, illud est magis tale. 836.595

Protestatio adiecta actui contrario quando iuuet protestantem, ne priuilegium, aliúdve ius amittat. 937.930

Protestatio an sit necessaria, ne priuilegium amittatur per vnicum actum contrarium. ibid.931. & quando ea vtilis sit etiam quoad actum præsentem. ibid.932

Protestatio contraria facto non releuat, nec iuuat protestantem. 898.772.& quando dicatur contraria facto. 905.804

Promissio beneficij quoad eum, ad cuius fauorem concessa fuit, quando censeatur gratia facta, vel facienda. 663.106

Prouisionis nomen quid comprehendat. 1476. 74

Promissus dissentiens collationi sibi factæ an possit postea consentire. 914.845

Proximiores semper præferuntur in fideicommisso relicto familiæ, aut aliàs sub nomine collectiuo: & an hæc proximitas attendenda sit respectu grauantis, vel grauati. 1072.393

Publica honestas an oriatur ex sponsalibus, vel matrimonio rato, explicandum est dum impetratur dispensatio matrimonialis. 448.301

Publicatio bonorum quos effectus pariat quoad facultatem disponendi de ipsis, eorúmque fructus acquirendos; & quæ bona comprehendat, remissiuè. 718.274

Publicatio legis qualis esse debeat in legibus ciuilibus, aut particularibus statutis alicuius ciuitatis, prouinciæ, vel parui Regni. 818. 550. & quid in legibus Pontificiis, aut Episcoporum, Archiepiscoporum, & Conciliorum prouincialium, siue generalium; vel in legibus reuocantibus priuilegia. 819.551,& 554

Pupillus, & orphanis relicta an, & quando sint pia. 95.33.cum duob.seqq.

Pupillus an gaudeat priuilegio fori, si diues sit. ibid.35

Q.

QVÆSTIO, quid sit, continet quid nominis, & quid rei. 3.2. & hæc illi in tractatione præponenda est. ibid.3,& 15

Qualitas adiecta tempori, vnde dispositio sumit effectum, adesse debet illo tempore. 752. 348

Qualitas alia est accidentalis, seu extrinseca; alia substantialis, seu naturalis, & intrinseca: seu alia est non necessaria, alia necessaria. 1202.9

Qualitas beneficij, quòd sit dignitas, personatus, vel officium; aut Sacerdotale, Diaconale, vel subdiaconale; an exprimenda sit in impetratione illius beneficij, vel derogatione alterius qualitatis ipsius. 1385.447. aut mutatione alterius status eiusdem. 1616. 417. vel beneficij suppressione. 1747.179. & quid in ea qualitate præbendæ, quòd sit Theologalis, Doctoralis, Pœnitentialis, vel similis. ibid.181

Qualitas clerici in eius congrua sustentatione taxanda, an sit spectanda solùm vt clericus est, seu ratione beneficij, vel etiam, vt talis persona est, vtputa nobilis, &c. 1781.264

Qualitas curæ animarum quando exprimenda sit in impetrando beneficio, aut ipsius suppressione. 1742.160

Qualitas essentialis, & accidentalis Ecclesiæ, vel beneficij quæ sit. 1452. 26. & in quo ab eius onere differat. ibid.27

Qualitas, & conditio personæ, contra quam rescriptum ad lites impetratur quando sit narranda. 454.322

Qualitas etiam rei, circa quam priuilegium versatur, attendi debet ad dignoscendum, an illud sit reale, vel personale. 723.254

Qualitas falsò expressa non vitiat concessionem, quando verè expressa reddit superiorem faciliorem ad concedendum. 766.385

Qualitas hospitalitatis an exprimi debeat in impetranda suppressione beneficij, aut ipso beneficio. 1745. 169. & quid in qualitate monocularitatis. ibid.170

Qualitas illius, per cuius obitum vacauit beneficium, an exprimenda sit in eius impetratione, vel derogatione alterius qualitatis ipsius beneficij. 1382.439

Qualitas in dubio censetur potiùs stare demonstratiuè, quàm taxatiuè. 413.194

Qualitas iudicis, coram quo lis pendet, an sit Ecclesiasticus, vel sæcularis; ordinarius, vel delegatus, exprimenda est, cùm impetratur rescriptum iustitiæ etiam à persona priuilegiata. 454.321

Qualitas iuncta verbo, vel participio quomodo iuxta tempus illius sit intelligenda. 690.167

Qualitas iuris patronatus, & aliæ beneficio per fundatorem impositæ obseruandæ sunt in illius beneficij dispositione. 1222.62

Qualitas personæ, quæ beneficium obtinebat an, & quando exprimi debeat in impetranda eius suppressione. 1746.173

Qualitas personarum, & loci attendenda est in taxanda congrua clerici sustentatione. 1780. 261. cum duob. seqq.

Qualitas præbendæ, quòd sit Theologalis, Magistralis, Doctoralis, aut Pœnitentialis, an sit exprimenda in illius impetratione, aut derogatione alterius qualitatis ipsius. 1385.447

Qualitas quando dicatur de iure exprimenda, vel conducere ad concessionem suppressionis beneficij: & an in dubio censeatur inducere causam finalem, vel impulsiuam. 1742.159

Qualitas regularitatis, non sæcularitatis beneficij exprimenda est, cùm eius suppressio impetratur. 1745.167. & quid in qualitate manualitatis, seu amouibilitatis. ibid.168

Qualitas requisita in delegato iuxta cap. statutum, de rescript. in 6. an sufficiat, quòd adsit tempore commissionis. 689.162. & multis seqq.

Qualitas requisita per disponentem quo tempore adesse debeat. 413.196

Qualitas sæcularitatis, regularitatis, & manualitatis, seu amouibilitatis beneficij an sit exprimenda in eius impetratione, vel derogatione aliarum qualitatum ipsius. 1381. 436. & quid de qualitate hospitalitatis, vel monocularitatis beneficij. ibid.437

Qualitates aliquando accipiuntur pro conditionibus, & oneribus. 1203. 10

Qualitates beneficij, aut impetrantis an, & quando exprimendæ sint in impetratione suppressionis eiusdem beneficij ab Ordinario faciendæ. 1743.161

Qualitates beneficij notabiles sunt exprimendæ in mutatione status ipsius temporali, vel perpetua. 450. 307. immo etiam in impetratione ipsius beneficij. ibid. 508

Qualitates beneficij, quod impetratur, non sunt necessariò exprimendæ regulariter loquendo Ordinario inferiori Legato. 1376. 425

Qualitates beneficiorum, & earum appositio ipsius beneficiis iure tantùm humano inductæ sunt. 1218.48

Qualitates certæ cur in delegatis Papæ, eiúsque Legatorum requirantur. 690.166

Qualitates de iure, vel stylo Curiæ exprimendæ in impetranda derogatione qualitatum beneficij, quæve expressæ auerterent superiorem à concessione saltem sub tali modo, quænam sint. 1377. 428. cum multis seqq.

Qualitates Episcopatui, & aliis beneficiis curatis iure diuino annexæ quænam sint. 1220.52

Qualitates etiam non notabiles exprimendæ sunt, quas ius exprimi mandat. 450.309

Qualitates exprimendæ de iure, vel stylo Curiæ in impetranda mutatione status alicuius Ecclesiæ, vel beneficij. 1608.391. & quæ in specie hæ sint. ibid.392. cum multis seqq.

Qualitates exprimendæ in impetranda mutatione status alicuius Ecclesiæ, vel beneficij, circumscripta expressa dispositione iuris, ac seclusо stylo Curiæ. 1606. 386. cum duob. seqq.

Qualitates exprimendæ in impetranda per rescriptum iustitiæ beneficij suppressione. 1748.184

Qualitates exprimendæ in impetranda vnione Ecclesiarum, seu beneficiorum. 1618.423

Qualitates extrinsecæ non sunt necessariò exprimendæ, licèt cognitæ omnino auerterent superiorem à concessione. 400.148. idémque in derogatione qualitatum beneficij. 1376.422. neque intrinsecæ vbi cognitæ sint concedenti, vel notoriæ, aut solùm auerterent de futuro; vel tacitè insunt impetrationi, aut alteri qualitati expressæ. ibid.423

Qualitates inducentes causam finalem, vel impulsiuam tantùm quomodo dignosci possint. 401.151. & in derogatione qualitatum beneficij quænam sint. 1376.424

Qualitates nullæ sunt non entis, ac nequeunt esse sine subiecto. 994.101

Qualitates, quæ mouere possunt superiorem ad non concedendum, vel non eo modo rescriptum, cùm eæ à iure, vel stylo Curiæ definitæ non sunt, arbitrio iudicantis relinquuntur. 458.341

Qualitates, quæ tacitæ vitiant commutationem vltimæ voluntatis, vitiant quoque si falsò exprimantur. 460.342. cum seq.

Qualitates requisitæ in delegatis Papæ, eiúlve Legati, aut eorum subdelegatis quænam sint. 672. 114. & seq.

Qualitates, seu conditiones beneficij Ecclesiastici quot modis dicantur, ac sint ei appositæ. 1204.12, ac 78

Qualitati curæ animarum an derogari possit, cùm ea fuit in beneficij fundatione apposita. 1242. 105

Qualitati præbendæ Theologalis, Magistralis, ac simili regulariter derogari non potest. 1276. 191, & 194. cum duob. seqq.

Qualitati sacerdotij, aut alterius ordinis beneficio in eius fundatione annexi aliquando derogari potest. 1243.110. & multis seqq.

Qualitati sæcularitatis, ac regularitatis in fundatione beneficij appositæ aliquando saltem potest derogari. 1237.88

Qualitatibus in beneficij fundatione appositis derogari non potest à Principe sæculari eiúsve Magistratibus, aut iudicibus inferioribus. 1303. 224

Qualitatibus in beneficij fundatione appositis, quæ contrariæ sunt, vel conformes iuri naturali, aut diuino, vel humano positiuo an derogari possit: & quid de iis, quæ sunt præter ius, aut de facto impossibiles. 1236. 86

Qualitatibus in fundatione beneficij sub conditione, vel in diem appositis an derogari possit ante, vel post aduentum conditionis, aut diei: & quid in appositis sub falsa demonstratione, aut causa; vel sub modo, eo postea non obseruato. 1237.87

Qualitatis adiectio inducit demonstrationé. 142.194

Qualitatis nomen quot modis sumatur. 1200.5. cum trib. seqq.

Quantitas reditus 30. 40. aut 50. aureorum an indistinctè sufficiat ad titulum ordinationis, vel in retentione congruæ sustentationis, cùm beneficium resignatur, pro ipso resignante. 1781.269. & quænam quantitas reditus in parochialium Ecclesiarum rectoribus, aut earum vicariis, cùm illæ piis locis vnitæ sunt, taxata, vel taxanda videatur. 1783.271

Quasi contractus quomodo diuidantur. 24.37. cum duob. seqq.

Quid nominis in quauis tractatione explicandum est ante quid rei. 950.7

an, & quando exprimi debeat ab impetrante eam mutationem. 1620.428
Prohibitio nuda, & simplex alienationis non valet, neque inducit tacitum fideicommissum, licèt testator alienationem infirmasset; ac siue vnus, siue plures fuerint instituti; & siue prohibitio facta sit per modum conditionis, siue dispositiuè. 970.76
Prohibitio suppressionis beneficij à fundatore facta exprimi debet, cùm illius beneficij suppressio impetratur. 1749.192.cum seq.
Prohibitio testatoris non impedit, quin relictum ad certum vsum, qui impleri nequit, ex causa commutari possit per superiorem in alium vsum. 124.135
Prohibitus alienare de bonis fideicommissariis vsque ad certum tempus an postea possit alienare. 1103.486
Promissio donandi, & alia quæuis acceptata obligat ex iustitia. 25. 39. immo aliquando parit actionem, & obligationem ciuilem etiam ante acceptationem. ibid. 40. sicut etiam acceptata aliquando non obligat. ibid.41
Promissio etiam ante acceptationem absentis quando reuocari non possit. 253.239
Promissio ob turpem causam non obligat. 101. 59. neque pactum de re turpi. 102.6
Promissio sceleris, quod est contra ius naturale, & diuinum etiam positiuum non obligat. 110. 92
Promittens fundare Ecclesiam, aut beneficium quando compelli possit ad fundandum. 1503. 217
Pronomen, meum, quando faciat conditionem, vel demonstrationem. 410.184
Pronomina, *nos* & *vos*, simpliciter prolata à vel de persona constituta in dignitate referuntur in dubio magis ad personam, quàm ad dignitatem. 650.57, & 89
Pronuntiandum in dubio est pro causa fauorabili. 1061.370
Pronuntians, rescriptum esse surreptitium, licèt inuenerit se deceptum, non potest suam sententiam retractare, sed adeundus est delegans. 334. 517. cum seq.
Propter quod vnumquodque tale est, illud est magis tale. 836.595
Protestatio adiecta actui contrario quando iuuet protestantem, ne priuilegium, aliúdve ius amittat. 937.930
Protestatio an sit necessaria, ne priuilegium amittatur per vnicum actum contrarium. ibid.931. & quando ea vtilis sit etiam quoad actum præsentem. ibid.932
Protestatio contraria facto non releuat, nec iuuat protestantem. 898.772. & quando dicatur contraria facto. 905.804
Prouisio beneficij quoad eum, ad cuius fauorem concessa fuit, quando censeatur gratia facta, vel facienda. 663.106
Prouisionis nomen quid comprehendat. 1476. 74
Prouisus dissentiens collationi sibi factæ an possit postea consentire. 914.845
Proximiores semper præferuntur in fideicommisso relicto familiæ, aut aliàs sub nomine collectiuo: & an hæc proximitas attendenda sit respectu grauantis, vel grauati. 1072.353
Publica honestas an oriatur ex sponsalibus, vel matrimonio rato, explicandum est dum impetratur dispensatio matrimonialis. 448.301
Publicatio bonorum quos effectus pariat quoad facultatem disponendi de ipsis, eorúmque fructus acquirendos; & quæ bona comprehendat, remissiuè. 728.274
Publicatio legis qualis esse debeat in legibus ciuilibus, aut particularibus statutis alicuius ciuitatis, prouinciæ, vel parui Regni. 818.550. & quid in legibus Pontificiis, aut Episcoporum, Archiepiscoporum, & Conciliorum prouincialium, siue generalium; vel in legibus reuocantibus priuilegia. 819.551, & 554
Pupillus, & orphanis relicta an, & quando sint pia. 95.35.cum duob.seqq.
Pupillus an gaudeat priuilegio fori, si diues sit. ibid.35

Q.

QVÆSTIO, quid sit, continet quid nominis, & quid rei. 3.2. & hæc illi in tractatione præponenda est. ibid.3, & 15
Qualitas adiecta tempori, vnde dispositio sumit effectum, adesse debet illo tempore. 752. 348
Qualitas alia est accidentalis, seu extrinseca; alia substantialis, seu naturalis, & intrinseca: seu alia est non necessaria, alia necessaria. 1202.9
Qualitas beneficij, quòd sit dignitas, personatus, vel officium; aut Sacerdotale, Diaconale, vel subdiaconale; an exprimenda sit in impetratione illius beneficij, vel derogatione alterius qualitatis ipsius. 1385.447. aut mutatione alterius status eiusdem. 1616.417. vel beneficij suppressione. 1747.179. & quid in ea qualitate præbendæ, quòd sit Theologalis, Doctoralis, Pœnitentialis, vel similis. ibid.181
Qualitas clerici in eius congrua sustentatione taxanda, an sit spectanda solùm vt clericus est, seu ratione beneficij, vel etiam, vt talis persona est, vtputa nobilis, &c. 1781.264
Qualitas curæ animarum quando exprimenda sit in impetrando beneficio, aut ipsius suppressione. 1742.160
Qualitas essentialis, & accidentalis Ecclesiæ, vel beneficij quæ sit. 1452. 26. & in quo ab eius onere differat. ibid.27
Qualitas, & conditio personæ, contra quam rescriptum ad lites impetratur quando sit narranda. 454.322
Qualitas etiam rei, circa quam priuilegium versatur, attendi debet ad dignoscendum, an illud sit reale, vel personale. 723.254
Qualitas falsò expressa non vitiat concessionem, quando verè expressa reddit superiorem faciliorem ad concedendum. 766.385
Qualitas hospitalitatis an exprimi debeat in impetranda suppressione beneficij, aut ipso beneficio. 1745.169. & quid in qualitate monocularitatis. ibid.170
Qualitas illius, per cuius obitum vacauit beneficium, an exprimenda sit in eius impetratione, vel derogatione alterius qualitatis ipsius beneficij. 1382.439
Qualitas in dubio censetur potiùs stare demonstratiuè, quàm taxatiuè. 413.194
Qualitas iudicis, coram quo lis pendet, an sit Ecclesiasticus, vel sæcularis; ordinarius, vel delegatus, exprimenda est, cùm impetratur rescriptum iustitiæ etiam à persona priuilegiata. 454.321

Qualitas iuncta verbo,vel participio quomodo iuxta tempus illius ſit intelligenda. 690.167
Qualitas iuriſpatronatus, & aliæ beneficio per fundatorem impoſitæ obſeruandæ ſunt in illius beneficij diſpoſitione. 1222.62
Qualitas perſonæ,quæ beneficium obtinebat an, & quando exprimi debeat in impetranda eius ſuppreſſione. 1746.173
Qualitas perſonarum, & loci attendenda eſt in taxanda congrua clerici ſuſtentatione. 1780. 261. cum duob.ſeqq.
Qualitas præbendæ,quòd ſit Theologalis,Magiſtralis,Doctoralis,aut Pœnitentialis, an ſit exprimenda in illius impetratione,aut derogatione alterius qualitatis ipſius. 1385.447
Qualitas quando dicatur de iure exprimenda, vel conducere ad conceſſionem ſuppreſſionis beneficij: & an in dubio cenſeatur inducere cauſam finalem,vel impulſiuam. 1742.159
Qualitas regularitatis, non ſæcularitatis beneficij exprimenda eſt, cùm eius ſuppreſſio impetratur. 1745.167.& quid in qualitate manualitatis, ſeu amouibilitatis. ibid.168
Qualitas requiſita in delegato iuxta cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. an ſufficiat, quòd adſit tempore commiſſionis. 689.162.& multis ſeqq.
Qualitas requiſita per diſponentem quo tempore adeſſe debeat. 413.196
Qualitas ſæcularitatis, regularitatis, & manualitatis, ſeu amouibilitatis beneficij an ſit exprimenda in eius impetratione, vel derogatione aliarum qualitatum ipſius. 1381. 436. & quid de qualitate hoſpitalitatis, vel monocularitatis beneficij. ibid.437
Qualitates aliquando accipiuntur pro conditionibus,& oneribus. 1205. 10
Qualitates beneficij, aut impetrantis an, & quando exprimendæ ſint in impetratione ſuppreſſionis eiuſdem beneficij ab Ordinario faciendæ. 1743.161
Qualitates beneficij notabiles ſunt exprimendæ in mutatione ſtatus ipſius temporali, vel perpetua. 450. 307. immo etiam in impetratione ipſius beneficij. ibid. 308
Qualitates beneficij,quod impetratur,non ſunt neceſſariò exprimendæ regulariter loquendo Ordinario inferiori Legato. 1376. 425
Qualitates beneficiorum, & earum appoſitio ipſius beneficiis iure tantùm humano inductæ ſunt. 1218.48
Qualitates certæ cur in delegatis Papæ, eiúſque Legatorum requirantur. 690.166
Qualitates de iure, vel ſtylo Curiæ exprimendæ in impetranda derogatione qualitatum beneficij, quæve expreſſæ auerterent ſuperiorem à conceſſione ſaltem ſub tali modo, quænam ſint. 1377. 428.cum multis ſeqq.
Qualitates Epiſcopatui, & aliis beneficiis curatis iure diuino annexæ quænam ſint. 1220.52
Qualitates etiam non notabiles exprimendæ ſunt, quas ius exprimi mandat. 450.309
Qualitates exprimendæ de iure, vel ſtylo Curiæ in impetranda mutatione ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij. 1608.391. & quæ in ſpecie hæ ſint. ibid.392. cum multis ſeqq.
Qualitates exprimendæ in impetranda mutatione ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, circumſcripta expreſſa diſpoſitione iuris, ac ſecluſo ſtylo Curiæ. 1696. 386. cum duob. ſeqq.
Qualitates exprimendæ in impetranda per reſcriptum iuſtitiæ beneficij ſuppreſſione. 1748.184
Qualitates exprimendæ in impetranda vnione Eccleſiarum,ſeu beneficiorum. 1618.423
Qualitates extrinſecæ non ſunt neceſſariò exprimendæ,licèt cognitæ omnino auerterent ſuperiorem à conceſſione. 400.148. idémque in derogatione qualitatum beneficij. 1376.422.neque intrinſecæ vbi cognitæ ſint concedenti,vel notoriæ, aut ſolùm auerterent de futuro; vel tacitè inſunt impetrationi, aut alteri qualitati expreſſæ. ibid.423
Qualitates inducentes cauſam finalem,vel impulſiuam tantùm quomodo dignoſci poſsint.401.151. & in derogatione qualitatum beneficij quænam ſint. 1376.424
Qualitates nullæ ſunt non entis,ac nequeunt eſſe ſine ſubiecto. 994.101
Qualitates,quæ mouere poſſunt ſuperiorem ad non concedendum,vel non eo modo reſcriptum, cùm eæ à iure,vel ſtylo Curiæ definitæ non ſunt, arbitrio iudicantis relinquuntur. 458.341
Qualitates,quæ tacitæ vitiant commutationem vltimæ voluntatis,vitiant quoque ſi falsò exprimantur. 460.342,cum ſeq.
Qualitates requiſitæ in delegatis Papæ, eiúſve Legati, aut eorum ſubdelegatis quænam ſint. 672. 114.& ſeq.
Qualitates, ſeu conditiones beneficij Eccleſiaſtici quot modis dicantur,ac ſint ei appoſitæ. 1204.12, ac 78
Qualitati curæ animarum an derogari poſsit, cùm ea fuit in beneficij fundatione appoſita. 1242. 105
Qualitati præbendæ Theologalis,Magiſtralis, ac ſimili regulariter derogari non poteſt. 1276. 191, & 194.cum duob.ſeqq.
Qualitati ſacerdotij,aut alterius ordinis beneficio in eius fundatione annexi aliquando derogari poteſt. 1243.110.& multis ſeqq.
Qualitati ſæcularitatis,ac regularitatis in fundatione beneficij appoſitæ aliquando ſaltem poteſt derogari. 1257.88
Qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis derogari non poteſt à Principe ſæculari eiúſve Magiſtratibus, aut iudicibus inferioribus. 1303, 224
Qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis, quæ contrariæ ſunt, vel conformes iuri naturali, aut diuino,vel humano poſitiuo an derogari poſsit:& quid de iis,quæ ſunt præter ius, aut de facto impoſsibiles. 1236. 86
Qualitatibus in fundatione beneficij ſub conditione, vel in diem appoſitis an derogari poſsit ante, vel poſt aduentum conditionis, aut diei: & quid in appoſitis ſub falſa demonſtratione, aut cauſa; vel ſub modo, eo poſtea non obſeruato. 1237.87
Qualitatis adiectio inducit demonſtrationẽ.142.194
Qualitatis nomen quot modis ſumatur. 1200.5.cum trib.ſeqq.
Quantitas reditus 30.40.aut 50. aureorum an indiſtinctè ſufficiat ad titulum ordinationis,vel in retentione congruæ ſuſtentationis,cùm beneficium reſignatur,pro ipſo reſignante.1781.269.& quænam quantitas reditus in parochialium Eccleſiarum rectoribus, aut earum vicariis, cùm illæ piis locis vnitæ ſunt,taxata,vel taxanda videatur. 1783.271
Quaſi contractus quomodo diuidantur. 24.37. cum duob.ſeqq.
Quid nominis in quauis tractatione explicandum eſt ante quid rei. 950.7

R.

RATIHABITIO consensus ab alio præsti-
ti etiam nomine suo tamquam domino in-
ducit meam tacitam renuntiationem ad mei præ-
iudicium,non autem iuris quæsiti tertio.903.795.
idémque est in ratihabitione tacita resultante ex
lapsu temporis , solutione, aut aliis actibus , per
quos actus approbatur. ibid.796

Ratio, & causa finalis , cur à iure humano sit in-
troducta vltimarum voluntatum commutatio,
quænam sit. 78. 92. & quæ sint impulsiuæ.
79.93

Ratio , & finis communis omnibus legibus est ci-
uium salus,& Reip.vtilitas. 78.91

Ratio generalis legis extendit iuxta suos limites i-
psam legem. 1329.304

Ratio largior dispositione eam extendit, & ampliat
iuxta suos limites. 1561.274

Ratio omnium constitutionum reddi non potest,ne-
que est inquirenda curiosiùs ; semper tamen ali-
qua subest. 78.90

Receptio ad professionem Ordinum Mendican-
tium, exceptis Prædicatoribus, & Minoribus,ap-
probatorum post Concilium generale ; & acqui-
sitio domorum , ac locorum eorundem , aut alie-
natio bonorum , quæ habent, est Papæ reseruata.
1564.284

Receptio inducit tacitam renuntiationem iuris, cui
aduersatur. 934.914

Recipiens litteras , vel instrumentum , & tacens an
consentire censeatur ad sui præiudicium consen-
tire contentis in eis. 909.818,& 914

Rector principalis Ecclesiæ parochialis an possit ex
consuetudine immemorabili,priuilegio Papæ,aut
aliàs deseruire per alium. 1500.110

Recusari quinam possint ratione officij. 849.620. &
causæ recusationis quænam sint. 850.621

Recusatio eius , qui mutaturus erat statum alicuius
Ecclesiæ , vel beneficij , an , & quando eius iu-
risdictionem extinguat , vel suspendat. 1658.528.
& quid in suppresluto aliquod beneficium. 1807.
329

Recusatio est impedimentum , ob quod delegatus
procedere non potest.858.652. & recusatus dici-
tur impeditus de iure. 860.657

Recusatio etiam sola de iure ciuili suspendit iurisdi-
ctionem iudicis. 856.642

Recusatio iudicis non aufert ei iurisdictionem , nisi
secuta appellatione , vel pronuntiatione causam
recusationis fuisse legitimam. 816.594

Recusatio non inducit nullitatem actorum,nisi fiat
in scriptis , eiúsque cedula detur in actis. 857.
645

Recusationis negotium quomodo terminandum sit
de iure canonico. 848.619

Recusatore renuntiante expresse,vel tacitè recusatio-
ni,processus iudicis recusati valet , non obstante
præcedente appellatione. 857.647

Recusatus an , & quando amittat facultatem dero-
gandi qualitatibus beneficij ; & quid, si subdele-
gatus recusetur. 1438.584

Recusatus an , & quando desistere debeat à de-
rogatione fideicommissi sibi demandata , vel
ab ipso alteri subdelegata. 1193. 747.& an gesta
per eum inualida sint postquam recusator appel-
lauit,vel superior auocauit,aut arbitri pronuntia-
runt. 1194.748

Reddens debitori instrumentum debiti censetur il-
lud remittere, seu facere debitori pactum de non
petendo. 915.916

Reditibus beneficij , aut legati auctis, vel redeunti-
bus,an,& quando augeri, aut redire debeat onus
illis iniunctum. 1433.571.cum trib.seqq.

Reditus ad ius commune an sustineat ea, quæ alio-
qui non permittuntur; & an per commutationem
vltimæ voluntatis fiat talis reditus. 196.103

Reditus ad ius commune,& primæuam rei naturam
facilè admittitur,& excusat à solemnitatibus alio-
quin requisitis. 167.17

Reditus beneficij quando dicantur sufficientes ad
eius onera supportanda. 1594.339

Reditus præbendarum , & beneficiorum quomodo
taxandi sint , quando illorum aliqua sunt suppri-
menda. 1777.253.cum multis seqq.

Reditus pro parochialium Ecclesiarum Rectoribus,
aut Vicariis ipsarum,cùm piis locis sunt vnitæ,in
qua quantitate sint taxati. 1783.271

Reditus 30.40.aut etiam 50. aureorum an indistin-
ctè sufficiat ad titulum ordinationis,vel in reten-
tione congruæ sustentationis,cùm beneficium re-
signatur. 1782.269

Reductio laudi ad arbitrium boni viri an habeat lo-
cum in laudo arbitri , vel arbitratoris. 869. 679.
cum duob.seqq.

Reductio laudi ad arbitrium boni viri coram quo,
& cur petenda remissiuè. 851.625

Reductio laudi super commutatione vltimæ volun-
tatis ad arbitrium boni viri , siue eius redu-
ctionis petitio an suspendat potestatem Ordina-
rij , vel delegati circa eam commutationem.868.
678

Reductio Missarum facienda non est,sed potiùs tol-
lenda residentia personalis à Capellania, cùm re-
ditus vtrique oneri non sufficiunt. 1501.117

Reductio Missarum facta ab Ordinario ex com-
missione sedis Apostolicæ cum clausula , *seruata
forma Conc. Tridentini* , potiùs facta dicitur ordi-
naria, quàm delegata,seu Apostolica auctoritate.
51.67

Reductio oneris beneficio , vel legato iniuncti fa-
cta ob diminutionem eius reditum an cesset iis
reditibus iterum auctis. 1433. 571. cum duob.
seqq.

Reductione laudi ad arbitrium boni viri super re
pertinente ad beneficium,cuius qualitati dero-
ri petitur,pendente, an suspendatur executio lau-
di,vel potestas derogandi. 1439.587

Reductione laudi ad arbitrium boni viri,vel tempo-
re ad eam petendam pendente , an suspendatur
laudi executio. 868.675.cum duob.seqq.

Reductione laudi pendente, an, & quomodo ad de-
rogationem fideicommissi procedi per Ordina-
rium,vel delegatum ; quidve à partibus fieri pos-
sit,aut debeat. 1194.749

Referens , aut dicens , referre se velle negotium de-
rogationis qualitatis beneficij ad committen-
tem , siue superiorem , an , & quando amittat
iurisdictionem , quam circa illud habet. 1436.
581.& quid in negotio mutationis status alicuius
Ecclesiæ,vel beneficij. 1657.525. aut suppressio-
nis beneficij. 1806.326

Referens negotium derogationis fideicommissi ad
committentem , siue superiorem suum an , &
quando amittat iurisdictionem , seu facultatem,
quam circa illud habebat. 1192.743

Referens negotium superiori an iterum de eo co-
gnoscere possit ad maiorem eiusdem superioris
instructionem. 835.587

Regula omnis patitur exceptionem. 407.174

Regulæ Cancellariæ Apostolicæ expirant per mor-
tem

Digitized by Google

tem eorum conditoris. 1613.405

Regulæ obſeruandæ circa praxim mutationis ſtatus Eccleſiarum,ac beneficiorum. 1642.492

Regulæ ſtandum eſt donec de exceptione doceatur. 273.315

Regulares quid poſſint vigore priuilegiorum circa matrimonialia, vota,iuramenta, apertionem, & executionem Breuium Pœnitentiariæ, remiſſiuè. 348.574.ac 1150.638.& quid circa abſolutionem ſæcularium à caſibus ſedi Apoſtolicæ,vel Epiſcopo reſeruatis. 348.575.& 659

Rei appellatione quid veniat. 960.46

Relatio cauſæ ad ſuperiorem perfectæ examinatæ hodie fieri non poteſt.834.586.nec fieri debet ad ſolum odium euitandum.835.588.& an fieri poſſit poſt ſententiam in cauſa ciuili, vel criminali. ibid.589

Relatio negotij ad ſuperiorem quando auferat iuriſdictionem,& cognitionem referenti. 833.584

Relationis negotij ad ſuperiorem quot ſint ſpecies; & de qua ſpecie loquantur iura diſponentia, iuriſdictionem iudicis extingui,vel ſuſpendi per relationem. 834.585

Relatiuum, qui, quæ, quod, an, & quando faciat demonſtrationem,vel conditionem;ſeu ſtet demonſtratiuè,aut taxatiuè. 142.194 & 410.185. cum duob.ſeqq.& 191

Relicta pro infirmis alendis, his deficientibus, Epiſcopus conuertet in ſenes pauperes alendos; & relicta pro puellis pauperibus nuptui tradendis, in eas diuidentur, quæ Moniales fiunt. 277.317

Relictis mille pro conſtruendo Oratorio certæ formæ, quid faciendum de eo, quod ſupereſt. ibid. 326

Relictum ad certum pium vſum non poteſt conuerti in alium,vbi defunctus diſpoſuit, quid de eo faciendum ſit in caſu non implementi. 276. 323, 329,338,& 344

Relictum ad certum vſum non pium, qui impleri nequit,an ſit conuertendum in alium vſum. 125. 136

Relictum ad conſtruendam in certo loco Eccleſiam à fratribus Mendicantibus,ſi ea ibi nequeat ædificari, conuerti debet in conſtruenda Capella in Eccleſiam,quam habent. ibid.135

Relictum ad vſum poſſibilem,vel impoſſibilem ſiue de iure, ſiue de facto quando conuerti poſſit, vel non ad alium vſum, quædam Doctorum diſtinctiones. 123.129.cum multis ſeqq.

Relictum alicui ſancto,cuius Eccleſia non reperitur in ea ciuitate,vel territorio,debetur Eccleſiæ ciuitatis,vbi teſtator habet domicilium. 74.77

Relictum certæ perſonæ,vel ad pias cauſas,quod deputari nequit ad vſum deſtinatum an, & quando fiat caducum. 281.345

Relictum Eccleſiæ, quod non poteſt impleri de iure, vel de facto, de conſenſu illius Eccleſiæ, & heredis in alium vſum conuertendum eſt ab Epiſcopo: & quid, ſi nulli certæ Eccleſiæ relictum ſit; vel heres, aut Eccleſia nolit conſentire: item quid in relicto conditionali,vel in diem. 602.372

Relictum Hoſpitali non legitimè conſtructo erogari debet ab Epiſcopo in pauperes: & relictum alteri pio loco reprobato, vel poſtea ſublato debet à ſuperiore in alium pium vſum conuerti. 279. 337

Relictum pium, quod de iure executioni mitti non poteſt, ab Epiſcopo commutari poterit. ibid.339

Relictum pro anima etiam conſanguineo, vel amico quando dicatur pium. 95. 37. cum duob. ſeqq.

Relictum pro conſtructione, vel refectione pontis, & viatum, aut cuſtodia propriæ ciuitatis an, & quando dicatur pium. 97.47

Relictum pro incertis,& malè ablatis eſt pium.99. 52.idem in relicto pro oblatione, aut pro Miſſis, & Anniuerſariis celebrandis ad ſuæ, vel aliorum animæ redemptionem. ibid.53. & quid in relicto ad ſatisfaciendum creditoribus. ibid.54

Relictum pro malè ablatis, vel exoneranda conſcientia, quando pro parte in alium pium vſum conuertatur. 176.325

Relictum pro redemptione captiuorum pium eſt, licèt captiui ſint ex delicto. 96.40

Relictum pro ſacra imagine facienda eſt pium. ibid.44

Relictum pro virginibus, vel puellis maritandis an poſſit dari virgini ingredienti Monaſterium, aut puellæ nondum nubili; vel conuerti in alium pium vſum per executorem, aut Epiſcopum. 176.55

Relictum ſub modo, vel conditione impoſſibili quando,& quomodo commutandum. 123.130

Religioſus profeſſus eſt incapax iuris pecuniarij. 732. 297.non autem ſpiritualis, vt honoris Presbyteralis,Doctoralis,Abbatialis,Epiſcopalis; necnon iuriſpatronatus,& ſimilium. ibid.298

Remedium an detur læſo à Principe in derogatione fideicommiſſi,legitimatione,ac ſimilibus.1111.578

Remiſſio cauſæ fieri poteſt à ſuperiore ei, qui detulit appellationi; & omnino eſt remittenda,ſi non detulit. 839.602

Remiſsio fideicommiſsi per pactum à fideicommiſſario facta an ei ſemper, aut aliis noceat. 1107. 496.cum ſeq.

Remiſsio tacita quando ex taciturnitate, ſeu patientia inducitur,non extenditur,niſi ad id,quod indè neceſſariò infertur. 910.826

Remunerationis cauſa multa permittuntur aliàs prohibita. 1005.141

Repudiationes fideicommiſſorum non egrediuntur perſonas repudiantium,neque aliis nocent.1111. 511

Renuntiandi beneficio Eccleſiaſtico licentiam à ſuperiore obtinens cogi poteſt ad eidem renuntiandum. 938.837

Renuntians commutationi vltimæ voluntatis poteſt iterum ea vti, ſi non ſit acceptata à tertio, cuius ea interſit,vel ſaltem à ſuperiore, vbi alterum ea non reſpiciat. 913.840

Renuntians commutationi voti poteſt, ac tenetur redire ad priorem voti materiam, & obligationem:idémque in renuntiante diſpenſationi voti, vel iuramenti. 912.836,& 838

Renuntians diſpenſationi voti, vel iuramenti, licèt renuntiatio à ſuperiore non acceptetur,cur non poſſit ampliùs vti diſpenſatione. 915.847.& quid in commutatione voti. ibid. 848. aut cùm diſpenſatio eſt ſolùm commiſſa. ibid. 849. cum aliquot ſeqq.

Renuntians Epiſcopatui quando poſsit commutare vltimas voluntates, vel conferre ordines. 292.387

Renuntians etiam tacitè beneficio Eccleſiaſtico,non poteſt illud repetere:idémque in renuntiante iuri ad beneficium;& in renuntiante per procuratoré ſpecialem,aut litteras miſsiuas, vel nuntium; atque in renuntiatione non inrata. 912.837

Renuntians etiam tacitè redire non poteſt ad ius, cui

gitized by Google

cui renuntiauit. 913.838
Renuntians expreſsè, vel tacitè, at validè, & licitè commutationi vltimæ voluntatis poteſt ac debet redire ad priorem materiam. 912.835. poſtea verò nequit iterum vti commutatione obtenta. ibid.837. cum duob. ſeqq. & quid in renuntiante mutationi ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij. 1662.541.& ſeq. aut ſuppreſſioni beneficij. 1810. 341.cum ſeq.
Renuntians expreſsè, vel tacitè, validè tamen, ac licitè derogationi alicuius qualitatis beneficij an, & quando poſſit, aut debeat redire ad priorem materiam, ita, vt poſtea non valeat vti derogatione iam obtenta. 1441.595. & an ad hoc requiratur acceptatio eius, cuius intereſt, vel ſuperioris. ibid. 596
Renuntians iuri ſuo, eique contradicens non auditur amplius illud allegans; neque illud ipſum repetere poteſt. 913.839
Renuntians priuilegio non poteſt ampliùs eo licitè vti. 885.720
Renuntians ſuppreſſioni beneficij non tenetur redire ad priorem ſtatum donec renuntiatio acceptata ſit à tertio, cuius ea intereſt, vel ſaltem à ſuperiore, vbi tertium illa non reſpiciat. 1811. 342
Renuntians tacitè, vel expreſsè derogationi fideicommiſſi tenetur redire ad priorem materiam, nec ampliùs vti poteſt derogatione. 1197. 757. quid autem ad hoc requiratur. ibid.758
Renuntiare cenſetur compromiſſo adiens iudicem; appellationi, comparens coram iudice, à quo; & recuſationi adiens iudicem recuſatum. 935.917
Renuntiare fauori, & iuri ſuo regulariter quilibet poteſt. 892. 744. ſecus ſi non in eius ſolius fauorem illud inductum ſit, ſed & alterius ſaltem æquè principaliter. ibid.745
Renuntiare non poteſt is, qui ad contrahendum de ea re inhabilis eſt. 893.751.& aliquot ſeqq.
Renuntiare quis poteſt regulariter commutationi vltimæ voluntatis à ſe impetratę. 892.743.& ſeq.
Renuntiari an, & quando poſſit à parte decreto irritanti, aut diſpoſitioni, cui illud adiectum eſt. 559. 241 & 1734.140
Renuntiari an, & quando poſſit diſpoſitioni habenti certam formam traditam. ibid.
Renuntiari an poſſit iuri, quod nec in re, nec in ſpe nunc competit. 1107.498
Renuntiari an poſſit obſeruationi formæ etiam habenti decretum irritans. 588.432
Renuntiari non poteſt per priuatos inductis in fauorem publicum, hoc eſt, iuri publico vtilitate, & non auctoritate tantum; ac principaliter, & non ſolùm in conſequentiam. 892.749
Renuntiari non poteſt priuilegio momentaneo conceſſo per modum diſpenſationis tollentis aliquod vinculum, ſeu impedimentum: ſecus per ſe loquendo in habente permanentem durationem. 884.712.& ſeq.
Renuntiari priuilegio quando non poſſit. ibid.714. cum duob.ſeqq.
Renuntiatio alia eſt expreſſa, alia tacita. 886. 721
Renuntiatio an inducatur per vnicum actum contrarium ab eo geſtum, qui renuntiare poteſt. 935. 919. & quid in eo, qui conuentus in iudicio non allegat priuilegium. ibid. 920
Renuntiatio beneficij Eccleſiaſtici recipi non poteſt ab eo, ad quemcius collatio iure tantum ſpeciali pertinet. 915.851
Renuntiatio beneficij Eccleſiaſtici reuocari poteſt, ſi nondum ſit à ſuperiore admiſſa. 914.846
Renuntiatio beneficij, ſeu commodi inducitur etiam ex eius ſola negatione. 914.913
Renuntiatio commutationis vltimæ voluntatis inducitur quoque tacitè poteſt ex omiſſionibus. 910. 817.cum aliquot ſeqq.
Renuntiatio conijcitur ex omiſsione implementi ex parte ſua. 911.829,& 831.cum ſeq.
Renuntiatio delegationis quomodo inducatur ex ſubdelegatione. 833.581
Renuntiatio etiam tacita, quæ ex verbis colligitur, extinguit commutationem vltimæ voluntatis. 922.765.& nonnullis ſeqq.
Renuntiatio expreſſa an plus operetur, quàm tacita. 891.741
Renuntiatio expreſſa derogationis alicuius qualitatis beneficij ab impetrante facta an, & quando extinguat ipſam derogationem. 1440. 590. & quid in renuntiatione tacita. ibid.591. cum trib. ſeqq. & quid quoad vtrumque in mutatione ſtatus Eccleſiæ, aut beneficij. 1661.535.vſque ad 540
Renuntiatio expreſſa derogationis fideicommiſſi ab impetrante facta an, & quando extinguat ipſam derogationem; ita, vt impetrans amplius illa vti non poſsit. 1195.752.
Renuntiatio expreſſa ſit verbis generalibus, vel ſpecialibus, aut ſingularibus. 828.718
Renuntiatio expreſſa in quo differat ab ea tacita, quæ inducitur ex actu abiiciendi. 901.785
Renuntiatio expreſſa quomodo, & quando colligatur ex factis. 887.727
Renuntiatio expreſſa requirit poteſtatem, & voluntatem expreſſam renuntiantis: atque ex hac limitatur renuntiatio quoad tempus, quantitatem, & alias circumſtantias. 886.722
Renuntiatio expreſſa ſuppreſsionis beneficij ab impetrante facta quando ſuppreſsionem extinguat. 1809. 336. & quid in tacita, quæ ex verbis colligitur. 1810. 337. aut ex actu impetrantis ibid. 338. vel actu alterius, cui impetrans conſenſit. ibid. 149. vel ex omiſsione, maximè implementi ex parte impetrantis. ibid. 340
Renuntiatio facta per verba quantumuis generalia reſtringi debet de habilitate. 890.736.& vnde ſumantur hæ reſtrictiones. ibid.737
Renuntiatio fieri non poteſt vbi ea ſtatuto, alióve iure prohibita ſit, niſi ea prohibitio cõtineat ſolum fauorem perſonæ prohibitæ, non autem eius odium, aut fauorem alterius: & quid, ſi tunc renuntietur cum iuramento. 893.750
Renuntiatio generalis an in quouis genere etiam ſummo poſsit eſſe concepta. 888.730
Renuntiatio hereditatis paternæ facta à filia an noceat nepotibus ad eam iure ſuo venientibus. 1112.517
Renuntiatio inducitur ex actu abiiciendi rem mobilem, vel exeundi de re immobili cum animo derelinquendi; & quid ad hoc requiratur. 901. 784
Renuntiatio iuris à ſuperiore accepti eſt reuocabilis donec ab eo acceptetur. 912.843
Renuntiatio, licèt non præſumatur vbi alia coniectura capi poſsit; inducitur tamen ex fortioribus indiciis, & præſumptionibus. 913.740
Renuntiatio non inducitur ex actu contrario impugnato à iudice, vel à parte. 938.936
Renuntiatio primò diuiditur in expreſſam, & tacitam, & vtraque variè ſubdiuiditur. 891.742

Renuntiatio priuilegij alia impropria consistens in puto illius non vsu actuali ; alia propria , per quam ius vtendi abdicatur. 885.718.& seq.
Renuntiatio priuilegij non est irrenocabilis , nisi acceptata sit ab eo,cuius ea interest. 913.842
Renuntiatio priuilegij per contrarium vsum intelligi potest vel quoad valorem illius actus , seu pro illa vice , vel quoad totam eius facultatem, seu pro toto tempore futuro. 925.876
Renuntiatio propria priuilegij , vel alterius iuris quomodo definiatur. 885.719
Renuntiatio quando trahatur ad ius futurum. 1104.490
Renuntiatio quoque tacita eorum , quæ ad receptionem exigunt superioris auctoritatem,ad hoc, vt irrenocabilis sit , requirit eiusdem superioris acceptationem. 916.854
Renuntiatio tacita commutationis vltimæ voluntatis sæpe inducitur ex actu alterius,cui nos consentimus. 902.790. & nonnullis seqq.
Renuntiatio tacita,& expressa beneficij Ecclesiastici æquè inducunt eius priuationem. 897.768
Renuntiatio tacita , & expressa ex verbis inducta nihil differunt quoad essentiam consensus , & abdicationem , seu priuationem iuris sui. 896.767.cum seq.
Renuntiatio tacita fideicommissi per quæ inducatur. 1105.491
Renuntiatio tacita inducitur quoque vbi ex natura actus venit renuntiatio.901.786.cõ aliquot seqq.
Renuntiatio tacita non inducitur ex consensu,quem quis præstat actui alterius ex necessitate , vtputa ex dispositione statuti, vel ratione officij, aut alia simili. 904.797.cum nonnullis seqq.
Renuntiatio tacita priuilegij ex eius non vsu aliquando inducitur. 917.883
Renuntiatio tacita , quæ ex actu nostro inducitur, extinguit commutationem vltimæ voluntatis. 897.769.& seqq.
Renuntiatio tacita , quæ ex non implemento , seu omissione formæ colligitur , aliquando plus virium habet,quàm expressa renuntiatio. 912.834
Renuntiatio tacita quænam sit , & quomodo ex factis,aut verbis expressis colligatur. 887.726
Renuntiatio tacita quando,& quomodo ex actu nostro inducatur. 897.771.cum seq.
Renuntiatio vniuersalis , siue generalis est formalis non solùm de genere, sed etiam de speciebus ; & comprehendit omnes species sub eo genere contentas. 889.732
Res inter alios actæ aliis non nocent. 591.344
Rescripta ad lites aliquando vitiantur ipso iure. 477.406
Rescripta ad lites ex iis vitiantur ope exceptionis, ex quibus rescripta gratiæ vitiantur ipso iure. ibid.405
Rescripta ad lites regulariter nequeunt sine speciali mandato impetrari. 476. 399. nisi à personis coniunctis, seu quæ de iure sine mandato admittuntur. ibid.400
Rescripta ad lites sine mandato à personis non coniunctis impetrata nulla sunt tantùm ope rescriptionis. 1074. 404. contrarium tamen sustineri potest,& fortè est communius. ibid.406
Rescripta alia sunt gratiæ,alia iustitiæ. 390.120. & an detur rescriptum mixtum. 391.121
Rescripta gratiæ ab Ordinario obtenta an vitientur ipso iure per surreptionem. 395.134
Rescripta gratiæ per solam etiam surreptionem, seu veri taciturnitatem ipso iure vitiantur ; rescripta verò iustitiæ etiam obreptio , seu falsi expressio vitiat tantùm ope exceptionis. ibid.133
Rescriptum iustitiæ ad supprimendum aliquod beneficium sub clausula , *& quidam alij* , contra aliquem impetratum an , & quando expiret per mortem naturalem , aut ciuilem ipsius. 1795.284.cum seq.
Rescripta iustitiæ expediri debent ante initium iudicij,aliàs iudicium non valet. 390.119
Rescripta plerumque obreptitia , vel surreptitia sunt ; & quomodo hæc inter se differant. 391.127.cum multis seqq.
Rescripti præsentatio,eiúsve acceptatio non perpetuat iurisdictionem delegati. 639.16
Rescripto præsentato vni ex duobus Vicariis æquè principalibus, non potest alter pro eadem re adiri , licèt primus consentiat. 334.515. & quid , si primò aditus in id inclinaret , vt rescriptum sit surreptitium. ibid.516
Rescriptum ad lites,cui accessoria sit mutatio status alicuius Ecclesiæ,vel beneficij , non potest impetrari sine speciali mandato : secus , si ea mutatio impetretur per rescriptum gratiæ. 1616.450. idémque est in impetranda suppressione beneficij. 1754.212
Rescriptum commutationis vltimæ voluntatis non expirat , sed solùm suspenditur per seruitutem impetrantis donec bona, & iura pristina recuperet. 728.272.idémque in condemnatione,& banno,per quæ quis iura sua amittit. ibid.273
Rescriptum continens gratiam , & iustitiam an per surreptionem vitietur ipso iure , vel solùm ope exceptionis. 396.135
Rescriptum contra ius commune non minùs valet, quia illud ius sit singulare , vt Extrauagans ; vel dubium,& incertum. 540.172
Rescriptum contra legem etiam non habentem clausulam derogatoriam regulariter non valet, nisi ei clausulæ deroget ; secus in lege contra aliam legem:& quæ sit discriminis ratio. 537.162
Rescriptum emanatum ad fauorem publicum cum sola derogatoria generali tollit legem contrariam. 539.170
Rescriptum etiam cum clausula , *ex certa scientia*, concessum requirit expressam,& individuam derogationem iuris habentis clausulam derogatoriam ad futura contraria rescripta.542.179.idémque si concessum sit à successore eius , qui illud ius condidit. 545.180.& quid , vbi lex prohibeat impetrantem, vel iudicem, ne admittat impetrationem. ibid.181
Rescriptum geminatum per secundam iussionem tollit cum sola generali derogatoria legem rescripto contrariam. 539.169
Rescriptum gratiosum commutationis vltimæ voluntatis à quolibet pro alio sine mandato impetrari potest. 479.415. licèt in eo rescripto data sit aliquibus iurisdictio aduersùs contradictores,vel pro eius executione. 481.422.& seq.
Rescriptum impetratum ab excommunicato super alio,quàm excommunicationis,vel appellationis articulo , & processus per ipsum habitus ipso iure nullus est : & quid stante consueta absolutione ad effectum. 729.284
Rescriptum iustitiæ generale super commutatione vltimæ voluntatis quando expiret per mortem naturalem aduersarij re integra euenientem;ita, vt eius successor per illud nequeat conueniri. 734.301.cum duob.seqq. & quid quando reus in eo est expressus. 735.306
Rescriptum iustitiæ impetratum cõtra Episcopum, v.g. Papien.cum clausula,*& quosdam alios* , comprehendit

prehendit etiam homines illius ciuitatis, & diœceſis. 467.366
Reſcriptum iuſtitiæ impetratum contra homines certæ diœceſis, cum clauſula, *& quoſdam alios*, non comprehendit homines illius ciuitatis. ibid. 363
Reſcriptum iuſtitiæ ſuper commutatione vltimæ voluntatis an, & quando expiret per mortem naturalem illud impetrantis contingentem re integra, ita, vt ad eius ſucceſſorem non tranſeat. 725. 260. cum trib. ſeqq.
Reſcriptum iuſtitiæ ſuper commutatione vltimæ voluntatis an expiret, vel ſuſpendatur per ſeruitutem aduerſarij. 737. 309. & quid in ita condemnato, vel bannito, vt amittat bona ſua. ibid. 310. aut excommunicato. 738. 312. cum aliquot ſeqq.
Reſcriptum iuſtitiæ ſuper commutatione vltimæ voluntatis an per ingreſſum aduerſarij in Religionem ſuſpendatur ante profeſſionem. 740. 323. & quid poſt profeſſionem. ibid. 324
Reſcriptum iuſtitiæ ſuper derogatione fideicommiſſi impetratum contra aliquem per clauſulam, *& quidam alij*, expirat per illius mortem naturalem re integra: & quando per tale reſcriptum conueniri poſſit ſucceſſor eius, cõtra quem fuit impetratum. 1186. 722
Reſcriptum iuſtitiæ ſuper derogatione fideicommiſſi numquam expirat per mortem ciuilem eius, contra quem fuit impetratum; ſed nonnumquam ſuſpenditur, donec is priſtinum ſtatum recipiat. 1187. 723
Reſcriptum mutationis ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, quando in totum vitietur ex eo, quòd ſurreptio, vel obreptio commiſſa ſit in aliqua eius parte. 1623. 441
Reſcriptum per viam priuilegij contrarium iuri non requirit ſpecialem eius derogationem, ſed ſufficit generalis; niſi ius commune habeat derogationem ad priuilegia futura, vel priuilegium tendat ad præiudicium tertij. 539. 166
Reſcriptum poſterius motu proprio conceſſum non debet neceſſariò prioris mentionem facere. 457. 336
Reſcriptum poſterius non debet neceſſariò mentionem facere prioris reſcripti iuſtitiæ vltra annum occultati; idque procedit etiam de iure ciuili. ibid. 337
Reſcriptum poſterius regulariter prioris mentionem facere debet ſiue in eadem, ſiue in diuerſa inſtantia impetretur; & licèt poſterius tendat ad augmentum, confirmationem, aut conſeruationem prioris reſcripti gratiæ, vel iuſtitiæ. 456. 335
Reſcriptum poſterius ſpeciale regulariter non debet neceſſariò mentionem facere prioris generalis. 457. 335
Reſcriptum Principis contra ius in pleriſque non prodeſt. 1123. 556
Reſcriptum, quod non eſt in totum contra ius commune, & in iis, in quibus reſcribens habet pleniſſimam adminiſtrationem, abſque ſpeciali derogatione tollit legem contrariam. 539. 171
Reſcriptum regulariter intelligitur ſecundùm ius commune. 809. 513, & 517
Reſcriptum ſpeciale non derogat priori generali non facta eius mentione, cùm generale purificandum eſt in illa ſpecie. 439. 266
Reſcriptum ſpeciale ſecundùm ius commune non derogat priuilegio generali contra ius, non facta illius mentione. ibid. 265
Reſcriptum ſuppreſſionis beneficij impetratũ contra homines talis ciuitatis, vel Epiſcopum, aut Archiepiſcopum, & quoſdam alios, quorum comprehendat. 1752. 207
Reſeruata Papæ quænam ſint. 1564. 282. & nonnullis ſeqq.
Reſeruata Papæ, vel alteri ſupremo Principi ſiue in ſignum priuilegij ſingularis, ſiue in ſignum ſupremæ poteſtatis, ſiue ſimpliciter, licet ſpectent ad iuriſdictionem voluntariam, non tamen ſemper exerceri poſſunt in alieno territorio. 240. 234
Reſeruatio an ceſſet in beneficiis vnitis acceſſorie: & quid operetur in beneficiis vnitis ad vitam. 1616. 413
Reſeruatio beneficij an, & quando expiret per ceſſum, vel deceſſum primò prouiſi à Sede Apoſtolica. 1612. 404
Reſeruatio beneficij an exprimenda ſit, cùm illud, vel mutatio ſtatus ipſius impetratur. ibid. 462. cum multis ſeqq.
Reſeruatio beneficij an in eius impetratione ſit exprimenda. 1343. 440. & an in derogatione alterius qualitatis illius beneficij. 1384. 442
Reſeruatio beneficij in quo differat ab affectione. 1383. 441
Reſeruatio beneficiorum à Legato facta etiam pro certa perſona non tribuit ei ius ad rẽ. 1332. 317
Reſeruatio dignitatis, ſeu beneficij alia ſit in abſtracto, alia in concreto. 1613. 408
Reſeruatio dignitatis, ſeu beneficij vacantis in menſe Apoſtolico an ceſſet, vel dormiat per eius vnionem ad vitam alicuius factam. 1794. 287
Reſeruatio non capit beneficiũ ſuppreſſum. 1703. 80
Reſeruatio penſionis, & fructuum beneficij quomodo ad commutationem vltimarum voluntatum pertineat. 948. 1
Reſeruatio quando ex diſpoſitione Conc. Trid. non obſtet vnioni, vel ſuppreſſioni beneficiorum. 1615. 411
Reſeruatio, ſeu affectio beneficij an ſit exprimenda, cùm eius ſuppreſſio impetratur. 1746. 173, & 175
Reſeruatio ſuperueniens vnioni an, & quando illius effectum impediat, vel ſuſpendat. 1615. 412
Reſeruationis effectus non tollitur, niſi per prouiſionem Papæ, ſeu reſeruantis. 1794. 287
Reſeruationis penſionis, & fructuum beneficij materia, remiſſiuè. 949. 5
Reſidentia Epiſcoporum an ſit de iure diuino. 111. 95
Reſidentia eſt exprimenda in impetratione beneficij, quod eam requirit; niſi de eo fiat prouiſio motu proprio. 452. 317
Reſidentia perſonalis alicui beneficio tribui, & alicui adimi poteſt. 1501. 115. cum ſeq.
Reſidentia perſonalis beneficio annexa exprimenda eſt, cùm impetratur illius beneficij ſuppreſſio. 1744. 164
Reſidentia perſonalis triplex eſt. 1353. 380
Reſignatio beneficij Eccleſiaſtici ad fauorem, vel cum reſeruatione fructuum, aut penſionis, vel ad tempus ſolùm coram Papa fieri poteſt: & quouſque valeat reuocari. 1269. 175
Reſignatio ſimplex beneficij Eccleſiaſtici quando abdicet ius à reſignante, ita, vt non ſit locus pœnitentiæ. 1270. 178
Reſignationem beneficij recipere poteſt, qui poteſt deſtituere. 1359. 400
Reſtitutio libertini, & ſerui natalibus requirit præſentiam, vel conſenſum patroni, aut domini. 592. 346
Reuocare à iudice abſque citatione poſſunt ea, quæ de

Digitized by Google

de facto,& ſine citatione geſta ſunt. 581.308
Reuocari quando poſſit derogatio qualitatum beneficij deducta ad vltimum effectum ex parte concedentis. 1435.575. cum ſeq. & an in dubio reuocata cenſeatur. ibid.577
Reuocari quando poſſit renuntiatio, aliúſve actus etiam ad ſuperiorem pertinens. 830.572
Reuocatio commutationis vltimæ voluntatis à ſuperiore fit expreſsè,vel tacitè. 800.471,& 485
Reuocatio commutationis vltimæ voluntatis facta per reſcriptum, aut priuatam diſpoſitionem non habet effectum, niſi deueniat ad eius notitiam, cui conceſſa fuerat commutatio. 821.558
Reuocatio commutationis vltimæ voluntatis facta per viam legis fortitur effectum ſuum eo tempore,quo lex ſolet obligare. 817. 545. idémque eſt in reuocatione cuiuſcumque priuilegij. ibid. 546
Reuocatio commutationis vltimæ voluntatis per quas actiones delegati, vel ſubdelegati induci poſſit. 825.561
Reuocatio commutationis vltimæ voluntatis præſumitur mutatis rebus, vbi ea commutatio à ſolius commutantis voluntate pendet. 811.524
Reuocatio derogationis fideicommiſſi per legem, vel reſcriptum facta quando effectum habere incipiat. 1191. 741. & quid in derogatione qualitatum beneficij. 1435.579
Reuocatio diſpoſitionis præſumitur, quando diſponens aliquem vſum ei contrarium facit. 412.525
Reuocatio, & reprobatio in quo differant. ibidem 528
Reuocatio mutationis ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij quando effectum ſortiatur ſiue ea fiat per legem, ſiue per reſcriptum,aut priuatam diſpoſitionem. 1656.522. & quid in ſimili reuocatione ſuppreſſionis beneficij. 1805.323
Reuocatio priuilegiorum, gratiarum, indulgentiarum, & iuriſdictionis non habet effectum, niſi nota ſit iis, quibus hæc fuerunt conceſſa. 821.558
Rem voluntarius quis ſit; & an is excommunicatus ſit à iudicio repellendus. 740.322
Ruſtici an ſuis priuilegiis renuntiare poſſint, remiſſiuè. 885.717
Ruſticus an per diuiſionem cenſeatur remittere fideicommiſſum. 1108.502
Ruſticus regulariter renuntiare poteſt iuribus ſuis. 922.764

S.

SACERDOS actu quando eſſe debeat præſentandus, aut eligendus ad beneficium. 1255. 144.& ſeq.
Sacerdotale beneficium in habitu quando eſſe dicatur. 1256. 146. & an tunc ſufficiat eſſe in ætate apta ad ſacerdotium intra annum ſuſcipiendum. ibid.147.cum ſeq.
Sacerdotale beneficium quando dicatur. 1250.155. & multis ſeqq.
Sacerdotalis Capellania an ex eo ſit, quòd fundator voluerit Capellanum celebrare die, noctúque. 1254.143
Sæcularitas beneficij quando præſcribatur ſpatio decennij. 1546.233
Sapiens, ad cuius dictamen teſtator voluit extendi teſtamentum ſuum, quid poſſit adiicere. 178. 62
Scientia gratiæ non requiritur ad ſui efficaciam in eo, qui in conſequentiam tantùm damnum ex gratia ſentit. 482.430
Scientia non eſt quid ſpirituale,vt materia hinnuæ. 1588.346
Scientia,ſeu notitia requiſita in eo,cui impetrata eſt mutatio ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, qualis eſſe debeat ad efficientiam gratiæ. 1626. 451
Scientia, vel ignorantia quando præſumatur. 405. 171
Scriptura non eſt neceſſaria ad ſubſtantiam, & valorem gratiæ. 389.114
Secundum reſcriptum habens clauſulam motus proprij an tollat primum. 403.163
Sedes Epiſcopalis an vacet poſt prouiſionem factam in Conſiſtorio etiam ante poſſeſſionem Epiſcopatus captam à prouiſo. 1359.401
Seminarium quomodo erigendum ſit ex Conc.Trid. præſcripto. 74.80
Sententia alia hominis, alia legis. 10.23
Sententia definitiua regulariter reuocari non poteſt à delegato,licèt male ſit lata. 852.629
Sententia, & lis contra principalem contradictorem an præiudicet ceteris, qui ius habent in conſequentiam. 1134. 587. & quid in plutibus habentibus ius in ſolidum. 1135.588
Sententia facit rem alienabilem, quæ aliàs erat inalienabilis. 1137.586
Sententia in indiuiduis lata pro vno, vel contra vnum ex conſortibus prodeſt, vel nocet aliis. 1135.589
Sententia inter aliquos lata quando noceat,vel proſit aliis quoad ius publicum. 1138.606
Sententia lata contra eum, cuius principaliter non intereſt, non nocet principali. ibid.607
Sententia lata contra poſſeſſorem fideicommiſſi quando noceat ſucceſſori, vel ad eum tranſeat. 1136.595
Sententia lata contra primum agentem ex fideicommiſſo ob aliquod eius factum, puta renuntiationis, conſenſus, præſcriptionis, aut confeſſionis, non obeſt ſequenti. 1137.599
Sententia lata contra vnum ex confideicommiſſariis, ſeu confeudatariis non parit iudicatum contra alium pro portione, & iure ſibi competente, licèt ſciuerit, litem agi. 1138.605
Sententia lata contra vnum pro iure ſuo ex pluribus ius habentibus ex eadem cauſa, vt in coheredibus,& collegatariis, ceteris non nocet: multò verò magis, ſi illud habeant ex diuerſa cauſa. ibid.603
Sententia lata ignorantibus ſucceſſoribus ſingularibus, qui cauſam habebant ante ſententiam ab eo, qui illam contra ſe reportauit, iis non nocet. ibid.601
Sententia lata ſuper alicuius legitimitate, filiatione, aut parentela aduerſus legitimum contradictorem facit ius etiam quoad alios habentes ius minùs principale: ſecus, ſi habeant par,& æquale. 1135.590
Sententia lata ſuper derogatione fideicommiſſi an ſuſpendatur dum ipſius ſententiæ nullitas cognoſcitur. 1158.751
Sententia lata ſuper fideicommiſſo,vel re fideicommiſſaria contra primum fideicommiſſarium, vel heredem, quia non probauit,an noceat ſequentibus ſubſtitutis. 1138.600
Sententia lata, vel ferenda per quæ verba importetur. 946.952
Sententia merè interlocutoria, & habens vim definitiuæ,quænam ſit. 852.627
Sententia merè interlocutoria poteſt ab eo,qui illam tulit,

Digitized by Google

tulit, reuocari siue secuta post eam appellatione, siue non: habens autem vim definitiuæ non potest, nisi post appellationem ab ipsa, vel à definitiua, & per iudicem appellationis. ibid. 628
Sententia, quæ lata est in causa, exprimi debet in rescripto posteriori ad lites; &, si ea transit in iudicatum, id quoque exprimendum est. 454.324. & quando hoc non procedat. 455.325
Sententia rescissoria an requiratur ad hoc, vt priuilegium cesset eius causa cessante. 793. 464, & 469
Sententia retinet integram præsumptionem, quam pro se habet, si transiit in iudicatum, & contra eam petitur restitutio in integrum. 870. 687
Sepulchrum, & sepultura est quid religiosum, & pium. 92.24, & 50
Sepultura perpetuæ in vno loco electæ mutatio quomodo fieri possit. 296.399
Sequester Cathedralis Ecclesiæ an possit vltimas voluntates ad eam spectantes commutare. 299. 411
Sequester Cathedralium, vel aliarum Ecclesiarum an derogare possit qualitatibus appositis in fundatione beneficiorum illarum Ecclesiarum. 1362. 408
Sequester possessionis, vel fructuum Ecclesiæ Cathedralis non vacantis an mutare possit statum Ecclesiarum, ac beneficiorum illius. 1591. 355
Sermo simpliciter prolatus quando intelligatur de prima vice. 761.372. & multis seqq.
Serui quibus modis iure humano liberi fiant. 107. 81
Seruitium personale annecti potest beneficio, & ab eo tolli consuetudine contra ipsius fundationem. 1258. 150. & an statuto, vel priuilegio. ibid. 151
Seruitus quomodo à iure gentium inducì contra ius naturale potuit; & in aliquibus casibus à iure humano positiuo. 106. 77. cum duob. seqq.
Sigillum proprium apponens, vel apponi mandans alicui scripturæ quando eam approbare censeatur. 907.813
Signaculum iustitiæ non potest aperire os contra clausulam, *sublata*, &c. sed solus Princeps. 554. 222
Simonia non inducitur ex pacto de dando, faciendóve quod ius, vel natura rei, quæ traditur, postulat. 1588.347
Simplicitas priùs, quàm dolus præsumitur in tacenda veritate, aut exprimenda falsitate, dum commutatio vltimæ voluntatis impetratur. 420. 221
Singuli, & vniuersi inter se differunt. 1329.294
Solemnitates an interuenisse præsumantur ex lapsu decennij. 1522.176
Sollicitator, seu Curialis falsò exprimens, vel tacens scienter ignorante parte, quæ verum proposuit, an ei præiudicet. 420.220
Solui vnum pro alio, si melius sit, cui facilius possit Deo, quàm homini. 171.32
Solutio extraiudicialis debiti non iurati an denegari possit excommunicato. 729.289
Solutio, quæ iuri proprio aduersatur, eius renuntiationem inducit. 934.915
Specialia duo non debent concurrere in eodem actu, nisi vnum ab altero pendeat. 624.423
Specialis renuntiatio non requirit expressionem singularem; sed nec ea contenta est, quæ fit per relationem ad aliud. 890.738
Species commutationis vltimæ voluntatis quot sint. 123.
Species continetur in genere: & cogitatum in genere sufficit. 85.6
Species dispositionis causa mortis quot, & quæ sint. 19.17. cum multis seqq.
Species, & genus proximum, vel subalternum quid sint. 13.4
Species infimæ dispositionis hominis inter viuos pene innumerabiles sunt. 22.18
Species quando deroget generi, remissiuè. 440. 269
Spes etiam sola transmittitur in contractibus, non autem in dispositionibus causa mortis. 143. 202. & quæ sit discriminis ratio. 149.231 & 627.450
Spirituale, vel potiùs annexum spirituali vendi potest accessorie cum bonorum vniuersitate. 997. 111
Spiritualia meræ vendi non possunt per se, neque cum vniuersitate. 1541.218
Status beneficij an mutetur per prouisiones Apostolicas, stante possessione quadragenaria iis contraria. 1546.231. & seq.
Status beneficij quoad qualitatem iurispatronatus ita mutari potest, vt eam acquirat, vel amittat. 1478.79. & ex iurepatronatus laicali fiat Ecclesiasticum. 1479.80
Status certi ordinis, aut ætatis beneficio adimi, ac tribui aliquando potest. 1501.118. & quid in statu præbendæ Theologalis, Magistralis, Doctoralis, ac Pœnitentialis. 1502.119
Status curæ animarum regulariter tolli ab Ecclesia, vel beneficio non debet. 1473.64. & seq.
Status Ecclesiæ, ac beneficij contrarius, aut conformis iuri naturali, diuino, vel humano an mutari possit. 1237. 89. & quid in eo, qui sit præter ius, vel de facto impossibilis, aut adiectus sub conditione, vel in diem, aut sub falsa demonstratione, vel causa, aut sub modo, & postea deficiente. 1238.90
Status Ecclesiæ, ac beneficij mutatur quoad iurispatronatus in terminis Conc. Trid. sess. 25. cap. 9. de reform. 1557.265
Status Ecclesiæ patronatæ ab Episcopo mutari non potest sine consensu patroni, nisi ex causa necessaria, vel fortè etiam euidenti Ecclesiæ vtilitate. 596.358
Status Ecclesiæ quando mutari dicatur. 1445. 3, & 43. cum seq.
Status Ecclesiæ sæcularis regulariter non est mutandus in regularem, nec contrà. 1472.60
Status Ecclesiæ, seu beneficij quando ipso iure mutetur. 1555.260. & multis seqq.
Status Ecclesiæ, vel beneficij an mutari possit ab eo, ad cuius fauorem creatus est. 1544.229
Status Ecclesiæ, vel beneficij quoad onera, & pacta in eius fundatione apposita mutari aliquando potest. 1524.183
Status Ecclesiæ, vel beneficij quando mutari possit per consuetudinem, vel præscriptionem; ac præcipuè status sæcularitatis, aut regularitatis: & quantum temporis ad id requiratur. 1545.230
Status Ecclesiarum, ac beneficiorum æquè mutari potest siue creatus sit per dispositionem inter viuos, siue causa mortis. 1488.87. ac siue ad profanam, siue ad piam causam pertineat. ibid. 88
Status Ecclesiarum, ac beneficiorum creatio, seu institutio est quædam vltima voluntas; neque à iure naturali, sed ab humano est introducta. 1468.53

Status

Digitized by Google

Status Eccleſiarum, ac beneficiorum in prouiſionibus, & collationibus regulariter retineri debet. 1471.58

Status Eccleſiarum, ac beneficiorum mutatur per eorum ſuppreſſionem, & vnionem. 1691.55

Status electiuitatis beneficij mutari aliquando poteſt. 1503.123

Status nomen quid importet. 1445.4

Status obligationis reſidendi, & curæ animarum, aut Eccleſiæ Collegiatæ an aliquando mutari poſſit. 1478.77

Status præbendæ Theologalis, Magiſtralis, & Pœnitentialis an mutari aliquando poſſit. ibid. 78, & 119

Status rerum quando ita mutatus cenſeatur, vt liceat à priori voluntate recedere. 811.524

Status ſæcularitatis, aut regularitatis Eccleſiæ, vel beneficij an ſaltem aliquando poſſit mutari. 1490.91

Status vltimus in beneficio quando attendatur. 1546.234

Statuto laicorum induci non poteſt commutatio piæ voluntatis. 200.118

Statuto particulari non poteſt relictum ad vnum pium vſum in alium conuerti. 254.270

Statutum confirmatum cum clauſula decreti irritantis an, & quando poſſit reuocari. 1734.139. cum ſeq.

Statutum de luctando partem dotis, & donationis antenuptialis an locum habeat in rebus fideicommiſſariis. 1123.253

Statutum excludens feminas fauore maſculorum quomodo ſit fauorabile, vel odioſum. 1056.361. cum trib. ſeqq.

Statutum obſtans impetrationi beneficij, & derogationi alicuius ex qualitatibus ipſius an exprimi debeat, cùm vel beneficium, vel derogatio prædicta impetratur: & ibi quæ clauſulæ hac in re iuuent. 1385.446

Statutum obſtans mutationi ſtatus beneficij an, & quando exprimendum ſit in huiuſmodi mutationis impetratione. 1616.416. & quid in impetranda ſuppreſſione beneficij. 1747.178

Statutum particulare qualiter promulgari debeat. 818.550. & an liget ſtatim poſt ſufficientem promulgationem, & ante lapſum duorum menſium. 820.554

Stipulari an, & quando vnus pro alio poſſit. 153.238. cum ſeq.

Stipulatio rei impoſſibilis ſecundùm naturam, vel ex accidenti nulla eſt. 134.169. licèt vterque contrahés ignoraret rem eſſe impoſſibilem. 135.170

Studia litterarum continent publicam vtilitatem. 1018.198

Studij cauſa relictum an, & quando dicatur, & ſit pium. 97.45

Studiorum cauſa quid permittatur parochialem Eccleſiam obtinentibus. 1261.159

Stylus Curiæ Romanæ facit ius. 208.146, & 252

Subdelegatio à delegato Principis facienda non ex eo ſolùm impeditur, quod res commiſſa ardua ſit, & grauis. 826.565

Subdelegatio an, & quando impediatur à clauſula, *quod ſi non omnes*, vel, *quod ſi ambo non poſſitis*, &c. 818.568. cum duob. ſeqq.

Subdelegatio fieri non poteſt ab eo, cuius perſonæ induſtriam elegit delegans. 338.533. aut cùm ei committitur, vt negotium perſonaliter exequatur, niſi tunc partes conſentiant, præterquam ſi inquiſitionem fieri, vel Eccleſiis de Prælatis, aliiſve miniſtris prouideri mandatur. ibid. 534

Subdelegatio ſola nõ perpetuat iuriſdictionẽ. 639.15

Subdelegationes factæ Vicario generali Epiſcopi an poſſint expediri per Epiſcopum, vel ipſum Vicarium, ſi fiat Epiſcopus illius diœceſis, aut alias deſinat eſſe Vicarius; vel per Vicarium Capituli ſede vacante. 704.210

Subdelegatus à delegato Principis nec vnam cauſam, aut articulum iuriſdictionalem poteſt alteri ſubdelegare; idque licet is coram ſubdelegato eſſet conteſtata. 339.545

Subdelegatus ad commutandam aliquam vltimam voluntatem, ſi fiat maioris aut paris in ea re poteſtatis cum ſubdelegante, an poſſit in ea commiſſione procedere. 705.212. vel aſſumere ipſam delegatam iuriſdictionem. 706.214

Subdelegatus ad commutandam vltimam voluntatem poteſt compelli ad ſuſcipiendam commiſſionem etiam quoad eius partem. 830.573. & quomodo is compellatur, maximè ſi ſit Epiſcopus. 831.575

Subdelegatus ad derogandum alicui fideicommiſſo non poteſt ſine iuſta cauſa commiſſionem non ſuſcipere, aut ſuſceptam dimittere. 1191.742. idémque in ſubdelegato ad derogandum alicui qualitati beneficij. 1436.580. aut ad mutandum ſtatum alicuius Eccleſiæ, vel beneficij. 1656.523. vel ad ſupprimendum beneficium. 1805.324. & ſeq.

Subdelegatus non poteſt ſine cauſa dimittere ſubdelegationem ſibi factam ad commutandam vltimam voluntatem. 832.578

Subdelegatus poteſt ex iuſta cauſa commiſſionem non acceptare, & acceptatam dimittere. ibidem 579. niſi impedimentum, & excuſatio eſſet ab initio, vel ad tempus. 833.580

Sudelegatus reſurgens quando recuperet poteſtatem commutandi vltimam voluntatem. 702.206. & quid, ſi plures ſubdelegati dati ſint. 703.207

Subdelegatus ſine partium conſenſu poterit ab altera carum recuſari, ſiue datus ſit in totum, ſiue non in totum. 866.639

Subhaſtatio bonorum fideicommiſſariorum non eſt neceſſaria pro validitate alienationis ipſorum ad ſatisfaciendum creditoribus. 1002.126

Subiectio bonorum, ſeu iurium Eccleſiæ laicis eſt de Papæ reſeruatis. 1564.283

Subiectio vnius Epiſcopatus alteri, vel Metropoli fieri nequit à Legato, ſed à ſolo Papa. 1563.280

Subrogatio, quæ aliquando in derogatione fideicommiſſi fit, non debet neceſſariò fieri in aliud eiuſdem generis. 1176.701. neque in æquale magnitudine, duratione, aut numero; ſed ſufficit æqualitas ratione finis, ad quem prior materia, vel intentio diſponentis dirigebatur. ibid. 702

Subrogatio vnius oneris beneficij in locum alterius quomodo facienda ſit in derogatione qualitatum ipſius. 1419.537. cum trib. ſeqq.

Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. 65.51 & 794.467

Subrogatus ei, qui ſeruare debebat certam formam, & ipſe eam ſeruare debet. 589.334

Subſcribens alicui ſcripturæ tãquam teſtis, vel pars, quando cenſeatur eam approbare. 907.812

Subſtitutio directa pupillaris inutilis conuertitur in fideicommiſſariam pupillarem vtilem. 969.71

Subſtitutiones in contractu quænam fieri poſſint. 1099.474. & quæ remitti, ac retractari valeant. ibid. 475

Succeſſio ab inteſtato quomodo locum habeat in iurepatronatus. 1540.208. & quomodo ſucceſſio ex teſtamento. ibid. 209

Succeſsio an, & quomodo ſit de iure gentium, vel naturali, aut ciuili. 56.26, & 31
Succeſsio in maioratibus quid differat à ſucceſſione in fideicommiſſis perpetuò familiæ relictis. 1066 373
Succeſſor Epiſcopi, qui conſentit conditioni licitæ contra ius in fundatione beneficij appoſitæ, non poteſt illam reuocare. 1521.171
Succeſſor fundatoris an, & quando derogare poſſit qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis. 1304, 231, ac 233. cum duob. ſeqq.
Succeſſor fundatoris beneficij an, & quando diſponendo, vel conſentiendo concurrere poſſit ad eiuſdem beneficij ſuppreſſionem à ſuperiore Eccleſiaſtico faciendam. 1708.88. & ſeq.
Succeſſor fundatoris Eccleſiæ, vel beneficij an, & quando eius ſtatum mutare poſſit. 1538. 204. cum aliquot ſeqq. & 227
Succeſſor in ea dignitate, cui cauſa erat commiſſa, ad hoc, vt de ea cognoſcere poſſit, debet non modò eſſe ad illam dignitatem electus, ſed etiam confirmatus. 694.179
Succeſſor in fideicommiſſo, vel maioratu an teneatur ad impenſam funeris ſui prædeceſſoris. 1008. 155
Succeſſor in maioratu an, & quando illius bona poſſit alienare pro ſanandis debitis inſtitutoris. 1080 429. aut pro legatis ab eo relictis, ac ſumptibus neceſſariis, vt impenſa funeris, aut inuentarij, ac ſimilibus. ibid. 430. & quid in vlteriori ſucceſſore. ibid. 431
Succeſſor in maioratu an teneatur ad debita inſtitutoris. 1081.423
Succeſſor in maioratu derogare illi poteſt quoties valet eius bona alienare. 1080.428. cum aliquot ſeqq.
Succeſſor in maioratu familiæ an, & quando priuari poſſit ab eius poſſeſſore. 1072.396
Succeſſor in maioratu non capit eum de manu heredis. 1067.379, & 382
Succeſſor Principis ſupremi parem cum eo poteſtatem habet etiam in abroganda lege præcedente. 1120.545
Succeſſor quando commutare poſsit vltimam voluntatem defuncti. 1744 5. vſque ad 51
Succeſſor ſingularis per diſpoſitionem inter viuos non poteſt eam immutare, aut etiam ſolus declarare. ibid. 44
Succeſſorum appellatione qui veniant in priuilegio pro ſe, heredibus, & ſucceſſoribus. 717.136.
Summus Pœnitentiarius; vide *Pœnitentiarius maior*, & *Pœnitentiaria Apoſtolica*.
Superfluum non eſt id, quod tollendæ dubitationis gratia fit. 491.17 ac 1668.9
Superior, ad quem deuoluitur prouiſio beneficij Eccleſiaſtici, prouidere de eo debet cum qualitatibus ab ipſius fundatione, ac natura requiſitis; niſi neceſsitas Eccleſiæ aliud ſuadeat, ac fortè vtilitas, aut alia iuſta cauſa. 1224.71
Superior compelliere poteſt ad cõſentiendum eum, qui, cum debeat, non vult; vel ipſe conſentire: ſi autem inferior ex iuſta cauſa neget aſſenſum, compelli nequit. 262.294
Superior, qui acceptare debet renuntiationem gratiæ ad hoc, vt gratia in futurum non proſit, quinam ſit. 915.850
Superiores commutare debent vltimas voluntates, quando dubium eſt de poteſtate inferiorum in commutando. 492.21 idémque in diſpenſatione, vel commutatione voti. 493.23
Supplere an debeat ex fructibus ſequentium anno rum debitor certæ quantitatis fructuum talis fundi, ſi hi non ſufficiant, aut nulli colligentur. 411.189
Supplere an teneatur heres in legato centum Capellæ, quæ teſtatori debet Caius, ſi nihil, aut minus hic illi debeat. ibid. 191. & quid, quando ſint verba geminata in exprimendo onere. 413.195
Supplicatio, ſeu recurſus ad Principem an competat ei, qui ſententiam contra ſe à iudice arbitrario reportauit: & in quo differant quoad effectum ſupplicatio, ſeu recurſus, & appellatio; remiſsiue. 874.700
Suppreſſio beneficij à ſuperiore conceſſa ad beneplacitum ſuæ voluntatis regulariter expirat morte concedentis etiam re cœpta: & quid, ſi beneplacito certum tempus adiungatur. 1796.294
Suppreſsio beneficij abſque præfixione temporis conceſſa per reſcriptum iuſtitiæ, vel gratiæ an, & quando expiret per mortem concedentis ſiue re integra, ſiue non integra euenientem. ibid. 295
Suppreſsio beneficij ad vltimum effectum ex parte concedentis deducta, & ab eo, cui conceſſa fuit, acceptata, ab inferiore etiam ex cauſa, niſi ex ſpeciali facultate, vel ad tempus; à Papa verò, niſi ex cauſa, reuocari non poteſt. 1800.311. in dubio autem à neutro reuocata cenſetur. ibid. 312
Suppreſsio beneficij alicui conceſſa reuocata non cenſetur per poſteriorem ſuppreſsionem eiuſdem beneficij alteri conceſſam, niſi de priore mentionem faciat: & hæc mentio qualis eſſe debeat. 1805.322
Suppreſsio beneficij an ceſſet ceſſante eius cauſa, poſtquam commiſſarius, aut ſuperior ipſe ſuppreſsit, antequam ea vltimum effectum habeat; vel, ſi habuit, is cõmodè diuiſibilis eſt. 1800.310
Suppreſsio beneficij an expiret, vel ſuſpendatur per eius prouiſionem factam poſt reſignationem ad alicuius fauorem maximè ex vi permutationis. 1803.321
Suppreſsio beneficij an induci poſsit conſuetudine, præſcriptione, vel priuilegio. 1711.94
Suppreſsio beneficij conceſſa per modum priuilegij, ſeu per reſcriptum gratiæ quando amittatur, ſeu extinguatur per non vſum. 1811.343. quando per contrarium vſum. ibid. 344. & quando per abuſum. 1812.345
Suppreſsio beneficij conceſſa per reſcriptũ gratiæ, ſeu per modũ priuilegij expirat per lapſum temporis certi, vel incerti in ea præſtituti. 1795.290
Suppreſsio beneficij deducta ad effectum conſummatum, qui in vnica actione ſiue petentis, ſiue concedentis conſiſtit, an, & quando ceſſet eius cauſa ceſſante. 1799.307
Suppreſsio beneficij deducta ad vltimatum actum ceſſat ceſſante eius cauſa eſſendi, hoc eſt, materiali, vel formali; aut cauſa efficiente, quæ & producens, & conſeruans eſt; & vbi ſupereueniat cauſa infirmans, ſeu retrò contraria. ibid. 308
Suppreſsio beneficij Eccleſiaſtici quomodo definiri poſsit. 1667.7
Suppreſsio beneficij fieri non poteſt etiam cum conſenſu clerici ſibi immediatè non ſubiecti, ſed requiritur conſenſus immediati eius ſuperioris. 1718.109
Suppreſsio beneficij in Eccleſia Collegiata dici poteſt mutatio accidentalis, ſeu qualitatis beneficij. 1200.3
Suppreſsio beneficij non ceſſat donec remanent aliquæ reliquiæ cauſæ finalis, licèt eæ ab initio non ſufficerent ad ſuppreſsionem. 1797.299
Suppreſſio beneficij non ceſſat ipſo iure ceſſante eius

eius causa finali. 1798.301. nisi adiecta esset clausula illa, quamdiu reditus aucti non fuerint, aliáve causa finalis, ob quam facta est suppressio, durauerit; aut similis clausula. 1799.306.& seq.
Suppressio beneficij non potest iustè, ac validè fieri, si causa cesset potè concessam facultatem supprimendi, ante executionem tamen: potest autem, si causa redeat. ibid.309
Suppressio beneficij non requirit citationem propriè dictam, vbi etiam ad eam quis vocandus sit, nisi post legitimam contradictionem. 1761.221
Suppressio beneficij per rescriptum iustitiæ impetrata an, & quando expiret per mortem naturalem impetrantis, vel transeat in eius successorem. 1792.281
Suppressio beneficij quando dicatur sortita effectum. 1803.320.& seq.
Suppressio beneficij reseruati an valeat, & effectum habeat saltem post mortem primò prouisi à reseruante. 1746.173
Suppressio beneficij, seu eius commissio regulariter cessat cessante eius causa non impulsiua, sed finali. 1796.296.& seq.
Suppressio beneficiorum ab Episcopo fieri nonnumquam potest. 297.404
Suppressio beneficiorum an sit contraria iuri naturali. 1685.34.cum seq. aut ab eo introducta. ib.36
Suppressio beneficiorum an sit fauorabilis, vel odiosa. 1692.54. cum duob.seqq.
Suppressio beneficiorum concessa per rescriptum gratiæ an, & quando sit personalis, & cum persona extinguatur; vel realis, & transeat ad successores impetrantis. 1792.282
Suppressione beneficiorum concessa per rescriptũ gratiæ, vel iustitiæ quando per mortem ciuilem impetrantis suspendatur, frustratoria reddatur, vel ad successores transeat. ibid.283
Suppressio beneficiorum concessa per rescriptum gratiæ factæ non expirat morte concedentis re integra: secus vbi gratia sit faciendа: quod vtrumque ibi declaratur. 1788.273
Suppressio beneficiorum concessa per rescriptum iustitiæ expirat per lapsum temporis in ea concessione præstituti. 1694.286
Suppressio beneficiorum non est inducta à iure diuino positiuo. 1688.41. aut humano ciuili, seu sæculari. ibid.42
Suppressio beneficiorum ob diminutionem reditum, an fieri possit non adhibitis priùs aliis remediis ad eos impinguandos, seu augendos. 1738 155
Suppressio beneficiorum plerumque iuri humano positiuo est contraria. 1688.43. in aliquibus casibus est ab eo inducta. 1689.44. & aliquot seqq.
Suppressio beneficiorum, quæ à Papa, vel eius auctoritate fit, an requirat consensum, vel consilium Capituli Ecclesiæ Cathedralis. 1771. 238. & quid in facienda à Legato. ibid. 239. aut ab Episcopo. ibid.240.cum duob.seqq.
Suppressio beneficiorum quomodo diuidi possit ex parte quatuor causarum. 1674.24.vsque ad 28
Suppressio beneficiorum regulariter non est contraria iuri diuino positiuo. 1686. 37, 38, & 40
Suppressio beneficiorum sine dispensatione fieri nequit. 1725.131
Suppressio Episcopatus an sit contraria iuri diuino positiuo. 1687.40, & 66
Suppressio Papatus est contraria iuri diuino positiuo. ibid. 39, ac 77
Suppressio præbendarum in Ecclesia simplici Collegiata requirit consensum Capituli ipsius. 1775. 249. & an consensum etiam Capituli Ecclesiæ Cathedralis. ibid.250
Suppressio præbendarum, vel dignitatis quando exigat auctoritatem Papæ. 1695.60
Suppressio, quæ est merè beneficium, seu pura gratia non cessat cessante eius causa finali. 1797.300
Suppressio specialis alicuius beneficij regulariter derogat suppressioni generali eiusdem beneficij. 1748.187
Suppressio, vnio, annexio, incorporatio, & applicatio in quo differant. 1669.11.cum aliquot seqq.
Suppressiones aliquæ Ecclesiarum, seu beneficiorum reuocantur per regulã Cancellariæ à Romanis Pontificibus initio sui Pontificatus. 1666.4
Suppressiones auctoritate Concil. Trid. factæ, ac per reg. 12. seu 13. Cancell. præseruatæ quænam sint. 1802.319
Suppressiones beneficiorum, quæ à Papa, aliisve eo inferioribus fieri possunt an sint necessariò aliis committendæ: & quid, si inferiores, cùm debeant, supprimere nolunt, aut nequeunt. 1758.216
Suppressiones beneficiorum, quæ à Papa cõceduntur in forma gratiosa, an, & quomodo ab Ordinariis locorum recognoscantur. 1760.219
Suppressiones beneficiorum, quæ à Papa in forma commissaria conceduntur, committendæ sunt in partibus locorum Ordinariis. 1759.217. & an committi possint omnibus habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem. 1760.218
Suppressiones beneficiorum, quæ priuata auctoritate fieri possunt, non sunt necessariò committendæ Ordinario, aut ab eo, alióve superiore postulãdæ, nisi de tali auctoritate dubitetur. 1758.215
Suppressiones beneficiorum sunt quædam commutationes vltimarum voluntatum; & plerumque à iure permittuntur. 73
Suppressiones, & extinctiones beneficiorum quænam reuocentur, aut præseruentur per reg. 12. aliàs 13.Canc. 1801.315.cum trib.seqq.
Suppressioni beneficiorum consentire potest beneficiatus, aliúsve, ad cuius fauorem fuit principaliter erectum beneficium. 1710.91. & quid, si saltem æquè principaliter ad alterius, vel publicam vtilitatem erectum sit. ibid. 92. aut consentire volens non habeat liberam rerum dispositionem. ibid.93
Suppressionis nomen quas habeat significationes. 665.2.cum duob.seqq.
Supprimi possunt beneficia erecta per dispositionem siue inter viuos, siue causa mortis. 1694.57. & tam erecta cum reseruatione iurispatronatus ob fundationem, vel dotationẽ, quàm erecta absque tali reseruatione, ex fructibus superfluis, aut eleemosynis. 1695.58.& duob.seqq.
Supprimi possunt beneficia omnia sæcularia, excepto Papatu. 1696. 66. & aliqua etiam regularia. 1697.67
Supprimi possunt beneficia siue perpetua, siue manualia. 1698. 68. & siue curata, siue non curata. ibid.69
Supprimi possunt etiam beneficia electiua, iurispatronatus, & ea, quibus certa onera, & conditiones, seu pacta sunt apposita. 1700.74
Supprimi potest beneficium Ecclesiæ siue Collegiatæ, siue non Collegiatæ. 1695.61
Supprimi potest beneficium habens annexam personalem residentiam. 1699.72. aut certum ordinem, vel qualitatem; vt præbenda Theologalis, Magistralis, aut similis. ibid.73

Digitized by Google

Supprimi poteſt beneficium reſeruatum, quibuſdam caſibus exceptis. 1703.80, & 173. cum duobus ſeqq.
Supprimi poteſt regulariter omne beneficium cuiuſlibet ſpeciei, ſaltem ab aliquo. 1699.70. & nonnullis ſeqq.
Surreptio aliqua locum habere poteſt in gratia Ordinarij. 1376.426. & ſeq.
Surreptio doloſa circa cauſam impulſiuam vnius partis reſcripti commutationis vltimæ voluntatis non vitiat totum reſcriptum. 422.228
Surreptio doloſa in vna parte reſcripti commutationis vltimæ voluntatis quando vitiet aliam. 420.224. & ſeq.
Surreptio doloſa in vna parte reſcripti gratioſæ cõmutationis vltimæ voluntatis non irritat ipſo iure, & in foro conſcientiæ partem connexam, quæ vitio caruit. 421.226
Surreptio doloſa in vna parte reſcripti iuſtitiæ nullam partem ipſo iure vitiat, ſed ſolùm ope exceptionis omnes connexas. 420.222
Surreptio, & obreptio an idem importent. 392.127. cum multis ſeqq.
Surreptio in tacenda qualitate, quæ de iure, vel ſtylo Curiæ exprimenda eſt in impetratione ſuppreſſionis beneficij, eam vitiat, licèt ſuperior eam faciliùs conceſſiſſet: & quid, ſi aliqua ex iis qualitatibus tacita fuit per ſimplicitatem, vel ignorantiam. 1741.157
Surreptio non doloſa commiſſa in negotio principali vitiat in totum acceſſoria. 419.216
Surreptio vitiat ipſo iure vnionem Eccleſiarum, vel beneficiorum à Sede Apoſtolica factam. 1608. 390
Surreptitia, & obreptitiæ litteræ, ſeu reſcripta vnde dicantur. 394.130
Suſpenſio cenſura Eccleſiaſtica locum habere non poteſt, niſi in clericis. 653.67
Suſpenſio delegantis, quæ eſt cenſura Eccleſiaſtica, ſuſpendit iuriſdictionem delegati quoad negotia non cœpta. ibid. 66
Suſpenſio laica, vel Eccleſiaſtica an ſuſpendat commiſſionem factam à Principe, qui clericus ſit. ibid. 68. & ſeq.
Suſpenſus an validè impetret beneficium Eccleſiaſticum, aut aliam gratiam. 1391.467
Suſtentatio congrua beneficiati an comprehendat expenſas, & onera temporalia beneficio incumbentia. 1780.260
Suſtentatio vitæ, victus, & alimenta an idem importent. ibid. 262
Synodus diœceſana an poteſtatem habeat ſtatuendi, vel ſolus Epiſcopus in ea ſtatuat. 289.373
Synodus diœceſana regulariter commutare non poteſt vltimas voluntates. 288.271

T.

TACENS an, & quando conſentire videatur. 908. 815. vel præſumatur non conſentire. 910.825
Tacita, & expreſſæ renuntiationis, ac taciti & expreſſi conſenſus materia; remiſſiuè. 890.739
Taciti, & expreſſi non ſemper eadem eſt virtus etiam in tacita conditione. 519.130
Tacitum quódnam dicatur. 887.726
Taciturnitas cauſæ finalis, quæ ſolùm in futurum contingere poteſt, non vitiat gratiam. 399.144. idem in cauſa notoria, & veriſimiliter nota concedenti. ibid. 145. & vbi qualitas illa de iure ſit. ibid. 146
Taciturnitas cauſæ impulſiuæ, ſeu quæ ſolùm difficiliorẽ reddit ſuperiorem ad concedendam commutationem vltimæ voluntatis, non reddit conceſſionem ſurreptitiam, & nullam. ibid. 147
Taciturnitas cum aliqua circumſtantia inducit conſenſum. 109.819
Taciturnitas doloſa qualitatis neceſſariò exprimendæ, licèt ſolùm cauſa fuerit formæ mutationis ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, omnino tamen gratiam vitiat. 1623.440
Taciturnitas eius ſolius qualitatis de iure, vel ſtylo Curiæ non exprimendæ vitiat reſcriptum ſuppreſſionis beneficij, quæ, ſi exprimeretur ſuperiorem aut omnino, aut à tali conceſſione auerteret: ſecus, ſi eum ſolùm redderet difficiliorem ad concedendum. 1741.158
Taciturnitas, & patientia, niſi iunctæ ſint alteri rei indicatiuæ conſenſus, non inducunt remiſſionem iuris in tacente. 909. 816, & 818. cum aliquot ſeqq.
Taciturnitas inducit conſenſum in tacente, quando ſimul cum ea interuenit aliquis actus poſitiuus. ibid. 818
Taciturnitas prioris diſpenſationis non reddit ſurreptitiam poſteriorem, niſi alioũde conſtet de defectu voluntatis in concedente. 428.233
Taciturnitas qualitatis de iure exprimendæ in commutatione vltimarum voluntatum reddit eam nullam, licèt ſuperior ita facilè eam conceſſiſſet. 397.139. & quid, ſi per ignorantiam iuris, vel facti taceatur. ibid. 140. idémque in exprimenda ex ſtylo Curiæ Romanæ. 398.142. & ſi neque de iure, neque de ſtylo Curiæ conſtet, quænam qualitas ſit exprimenda. ibid. 143, & 147
Taciturnitas qualitatis, quæ de iure, vel ſtylo Curiæ exprimenda eſt in impetranda derogatione qualitatum beneficij, reddit eam nullam, licèt ſuperior eam æquè facilè cõceſſiſſet. 1377.428. idémque in impetranda mutatione ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij. 1608.391
Taciturnitas qualitatis, quæ de iure, vel ſtylo Curiæ exprimenda eſt, nullam reddit impetrationem derogantis fideicommiſſi, licèt Princeps eam æquè facilè conceſſiſſet. 1175.648. aliàs ſolius cauſæ finalis taciturnitas eam vitiat. ibid. 649
Taciturnitas qualitatum extrinſecarum, quæ cognitæ etiam omnino accerſerent ſuperiorem à conceſſione gratiæ illam nullam non reddit. 400. 148
Taciturnitas ſolius cauſæ finalis vitiat reſcriptum derogationis qualitatum beneficij, vbi neque ex iure, neque ex ſtylo Curiæ conſtat, aliquid eſſe exprimendum. 1377.421
Taciturnitas veri circa cauſam impulſiuam commiſſa in vna parte reſcripti mutationis ſtatus alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, totum reſcriptum non vitiat. 1621.440. idémque in reſcripto ſuppreſſionis beneficij. 1752.203
Taciturnitas veri doloſa in vna parte reſcripti mutationis ſtatus Eccleſiæ, vel beneficij an ipſo iure, & in foro conſcientiæ vitiet partem connexam reſcripti vitio carentem. 1623.442
Taciturnitas veri doloſa, licèt ſit cauſa ſolius formæ in derogatione fideicommiſſi, totam gratiam vitiat. 1158. 654. & quando, ſi doloſa ſit in vna parte reſcripti, totum vitiet. ibidem 655. cum duobus ſeqq. & quid quoad vtrumque in derogatione qualitatum beneficij. 1405.494. cum tribus ſeqq.

Digitized by Google

Taciturnitas veri doloſa quoad formam, vel quoad partem tantùm, an, & quando vitiet in totum reſcriptum ſuppreſſionis beneficij. 1751.200.cum ſeq.& an vitiet ipſo iure, & in foro conſcientiæ partem connexam, quæ vitio caruit. 1752.202

Taciturnitas veri ex ſimplicitate, & ignorantia vitiat ſolam formam commutationis vltimæ voluntatis, ſi fuit cauſa finalis ſolius formæ, idque licet ignorantia fuiſſet craſſa, non tamen ſupina: quòd ſi fuiſſet taciturnitas doloſa, vitiaret in totum. 419.218.& ſeq.

Taxatio redituum præbendarum, ſeu beneficiorum in eorum ſuppreſſione quomodo facienda ſit. 1777.253. cum multis ſeqq.

Taxationis, vel demonſtrationis gratia quando aliquid adiectum diſpoſitioni cenſeatur. 347. 572 & 406.173.cum pleriſque ſeqq.

Tempus ad petendam reductionem laudi ad arbitrium boni viri quantum ſit. 868.676

Tempus ad ſuſcipiendos ordines beneficio annexos quod ſit. 1245.117.cum ſeq.

Tempus appellationis à ſententia lata contra heredem quando currere incipiat contra fideicommiſſarium. 1137.597

Tempus datæ inſpicitur in gratiis, & in diiudicanda ſurreptione. 776.407

Tempus immemorabile an ſit idem, quod centum annorum. 1287.212

Tempus indefinitum quamdiu duret. 747. 334. & ſeq.

Tempus iuriſdictioni præfixum quando currere incipiat. 751. 344

Tenor facultatis à Sede Apoſtolica conceſſæ ſuſcipiendi ordines extra tempora à iure ſtatuta à quocumque Catholico Antiſtite. 1271.183

Tertium comparens pro ſuo intereſſe an, & quando admitti debeat ad appellandum, vel dicendum de nullitate, vt impediat executionem trium conformium; remiſſiuè. 852.630

Tertius poſſeſſor habens cauſam ab herede grauato non præſcribit aduersùs fideicommiſſarium poſt caſum fideicommiſſi, niſi ſpatio longiſſimi temporis. 1115.529

Tertius poſſeſſor habens titulum legitimum ab alio, quàm herede grauato, quando præſcribat aduerſus fideicommiſſarium. 1116.531

Teſtamenta an ſint de iure naturali, gentium, vel ciuili. 56.26,& 31

Teſtamenta non poſſunt vllo modo etiam per iuramentum fieri irreuocabilia. 1098.470

Teſtamento renuntiare cenſetur actum ei contrarium faciens. 935.918

Teſtamentú an dici poſſit eſſe de iure diuino. 66.56

Teſtamentum conditum ante profeſſionem non poteſt profeſſus reuocare, aut mutare. 87. 13. declarare tamen poteſt. 89.14

Teſtamentum dicitur vltima voluntas ſecuta morte teſtatoris. 16.12

Teſtamentum, & aliæ ſimiles hominis diſpoſitiones, cùm ſunt reuocatæ, aut reuocari poſſunt, non ſunt propriè vltimæ voluntates. 11.25

Teſtamentum, & ceteræ huiuſmodi vltimæ voluntates non comprehenduntur in decreto Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 16. de regular. 166.11

Teſtamentum, & ſimiles vltimæ voluntates reuocari, & mutari poſſunt vſque ad extremum vitæ exitum. 165. 5. & ſecuta traditione non ad earum executionem, ſed ſimpliciter, vel ex interuallo ampliùs reuocari non poſſunt. 166.9

Teſtamentum excommunicati an validum ſit. 730. 190. & nonnullis ſeqq.

Teſtamentum nouitij non rumpitur, aut annullatur per profeſſionem, ſiue cogitauerit de ingreſſu, ſiue non. 166.12

Teſtamentum quid ſit, & quotuplex. 19.18

Teſtamentum, quod habet clauſulam derogatoriam, vel iuratum an, & quando licitè, aut validè reuocari, vel mutari poſſit. 165. 7. & an valeat pœna iurata appoſita in caſum reuocationis: & quid requiratur, vt teſtamentum reuocari non poſſit. 166.8

Teſtandi libertas an ſit de iure gentium, aut naturali. 192. 92. & ſeq. habet autem ſaltem annexam æquitatem naturalem; ideoque tolli non poteſt ſine cauſa. 194. 101, & 103

Teſtator non poteſt præcipere heredi, vt de rebus ſuis non diſponat. 999.117.

Teſtatoris mandatum olim non cogebat: nunc autem cogit non præcisè, ſed cauſaliter. 474.390

Teſtes quando recipi, & examinari poſſint parte non citata. 580. 296.

Teſtis, & tabellio quando ratione excommunicationis repellantur. 740.321

Teſtis examinatus parte non citata an ſaltem faciat indicium. 578.288,296,& 306

Teſtium receptio facienda extra diœceſim Vicarij diſpenſaturi quando fiat auctoritate ordinaria, vel delegata. 337.530

Theologus potiùs, quàm Iuriſconſultis ſtandum eſt, cùm de iure diuino explicando, vel ſtatuendo aliqua in re agitur. 56.21

Tituli nomen quibus modis accipiatur. 1668.10

Titulus fundationis, vel dotationis an ſaltem enuntiari debeat in inſtrumentis antiquis, vel à teſtibus de immemorabili deponentibus in iurepatronatus. 1288.213

Titulus iuriſpatronatus ex fundatione cum conſtructione, vel ex dotatione quomodo probari debeat in priuatis perſonis. 1286. 210, ac 214. & quomodo in Magnatibus, & Vniuerſitatibus, in quibus præſumitur vſurpatio. ibid.215

Titulus ordinationis ſiue beneficialis, ſiue patrimonialis debet eſſe ſufficiens ad honeſtam, & commodam ſuſtentationem. 1777.256

Tractatus Capituli an ſit neceſſarius in vnione Eccleſiarum ab Epiſcopo facienda. 1641.485

Tranſactio an, quando fieri poſſit de rebus vinculatis, & alienare prohibitis. 1083. 438. & quid, ſi inter duos ſupremos Principes de aliqua re controuertatur, aut cùm per tranſactionem res inalienabilis retinetur à prohibito alienare, data pecunia, vel re alienabili. ibid.439

Tranſactio bona fide ab iis facta, quibus bonorum alienatio interdicitur, valet. 1111. 514. & quid, ſi tranſactioni, vel compromiſſo Principis auctoritas acceſſit. ibid.515

Tranſactio bona fide facta ſuper quæſtione probabili, & argumentatiua ex hoc etiam ſolo ſuſtineri poteſt, licèt nulla cauſa verè ſubeſſet: neque ea tranſactio ob ſolam læſionem reſcinditur. 1113. 522. & quid, ſi talis læſio ſit vltra dimidiam habito reſpectu ad dubium litis euentum. ibid.523

Tranſactio facta bona fide ſuper dubio iuris inter duos prætendentes fideicommiſſum de diuidenda inter eos pro certis quotis ſucceſſionem, ſuſtineri poteſt. 1111.512

Tranſactio inter heredem, & fideicommiſſarium, vel inter duos cõfideicommiſſarios valet. 1109.504

Tranſactio, per quam cauſa terminata fuit, an, & quando exprimenda ſit in reſcripto ad lites eadem de re poſtea impetrato. 455.317.cum ſeq.

Tranſactio ſuper alimentis legatis, ſeu mortis cauſa datis

Digitized by Google

datis qualiter fieri debeat. 203.129.& seq.
Transactio super alimentis præteritis, aut quæ alias, quàm causa mortis debentur, fieri potest absque prætoris auctoritate. 205.135
Transactio super alimentis quæ contineat. 204.134
Transactio super certa quantitate singulis annis relicta in aliam causam, quàm alimentorum, fieri potest sine prætoris auctoritate. 205.135
Transactio super fideicommisso de re præsenti bona fide facta non rescinditur ex eo, quòd noua instrumenta, vel rerum corpora inuenta sint, de quibus actum non fuit. 1112. 519. & an tunc transigenti detur ob non modicam læsionem restitutio in integrum. 1113.20
Transactio super fideicommisso mala fide facta rescinditur per doli actionem, aut exceptionem: & ibi, quando censeatur facta mala fide. ibid.521
Transactio vim habet rei iudicatæ; ac finem litibus, & negotiis imponit, licèt instrumenta de nouo reperta allegentur. 1111.513
Transactiones super alimentis quando apud Procuratores fisci, vel Cæsaris fieri possint. 204.132
Transferens iuspatronatus in alium an possit tunc apponere aliquas conditiones. 1524.183, & 199
Transitus vnius Ordinis, vel Conuentus ex non approbato, vel approbato post Concilium generale, exceptis Prædicatoribus, & Minoribus, ad alium ordinem, vel Conuentum, est de reseruatis Papæ. 1565.285
Translatio beneficiorum ab vna in aliam Ecclesiam est quædam commutatio vltimæ voluntatis; & quando fiat. 220.174
Translatio iurispatronatus Ecclesiæ inferioris cuius Diœcesani consensum requirat: & an sufficiat consensus Prælati habentis iura Episcopalia, seu iurisdictionem quasi Episcopalem. 1543.226
Translatio iurispatronatus titulo vniuersali siue ex testamento, siue ab intestato, non exigit Episcopi consensum. 1540.210
Translatus ad alium Episcopatum quando commutare possit vltimas voluntates ad eorum quemlibet pertinentes. 292.388
Trebellianica an cesset in eorum testamentis, in quibus cessat Falcidia. 1042.302
Trebellianica an, & quando deducatur ex fideicommisso vniuersali relicto piæ causæ. ibid. 305.cum trib. seqq.
Trebellianica an, & quando prohiberi possit à testatore. 1038.284
Trebellianica cessat quoties cessat Falcidia fauore honorati. 1042.303. cum aliquot seqq.
Trebellianica de fideicommissis vniuersalibus detrahitur, & Falcidia de particularibus, licèt hæc fideicommissa misceantur. 1035. 272, & 312
Trebellianica detrahitur etiam contra filium fideicommissarium. 1038.283
Trebellianica detrahitur etiam ex legato vniuersali hereditatis vel totius, vel partis sub ratione quotæ. 1037.279
Trebellianica detrahitur ex fideicommisso constituto à milite in suo testamento. ibid.280, & 302
Trebellianica inducta est ob publicam vtilitatem, nimirum ad faciliorem executionem vltimarum voluntatum. 1053.351
Trebellianica non deducitur cum legitima vbi vtraque eodem tempore esset deducenda: potest autem tunc is, cui vtraque debetur, quam maluerit, eligere; heres verò filij, cùm illi, non huic iniunctum est fideicommissum, non nisi Trebellianicam deducit. 1043.309
Trebellianica non deducitur ex bonis primogenitura, aut expressè à testatore prohibitis alienari. 1044.313. & seq.
Trebellianica non detrahitur, quoties fideicommissum non fuit, aut postea euanuit. 1039. 286. aut vbi quis rogatus est restituere hereditatem alio titulo, licèt vniuersali, quam heredis. ibid.287
Trebellianica non detrahitur vbi lex prohibet detrahi Falcidiam in odium, & præiudicium heredis, ac materia congruit etiam relictis vniuersalibus. 1043.310
Trebellianica per quæ verba prohibita censeatur; & an ex prohibitione alienationis. 1044.314
Trebellianica regulariter non deducitur vbi à testatore aliis, quam liberis primi gradus prohibita est expressè, vel æquipollenter. ibid.
Trebellianicam detrahunt liberi primi gradus etiam contra expressam illius prohibitionem à testatore factam. 1038. 284. & quid, si hi liberi expressè, vel tacitè approbarunt patris testamentum. 1045. 315
Trebellianicam non detrahit heres, qui coactus adiuit hereditatem. 1039.285
Trebellianicam non detrahit is, qui eam remisit expressè, vel tacitè, restituendo citra errorem integram hereditatem. 1044.312
Trebellianicam non detrahunt pater, vel dominus rogati hereditatem restituere filio, vel seruo heredibus institutis, cùm sui iuris erunt: secus, si rogati sint eam restituere extraneo; vel pater fuisset institutus, & rogatus restituere filio. 1042. 299
Turpis promissio non est seruanda. 101. 59. neque turpe pactum. 102.60
Tutor, & curator quando ob propriam excommunicationem à iudicio repellatur. 740.320
Tutor quando remittere possit fideicommissum pupilli per diuisionem. 1108.502
Tutor, vel curator nomine pupilli, aut minoris consentiens alicui actui sibi non præiudicat in iure, quod habet super re, de qua disponitur. 904.798
Tutores, & curatores non possunt expressè renuntiare iuribus pupillorum, minorum, prodigorum, aut furiosorum, nisi renuntiatio tendat ad eorum vtilitatem. 891.747
Tutoris auctoritas an possit ex interuallo interuenire post actum. 1769.234

V.

VACANTE Sede Apostolica iurisdictio Pontificia an resideat penes Cœtum Cardinalium, vel Concilium generale tunc congregatum. 222. 180
Vacante Sede Apostolica quinam Officiales durent, vel confirmari soleant. 226. 190. & seq.
Validitas commutationis vltimarum voluntatum à superioribus concessæ an cognosci possit ab habentibus plenam iurisdictionem quasi Episcopalem. 496.43
Valor beneficij an, & quando exprimi debeat in impetranda mutatione status ipsius: & quid in impetranda vnione, perpetua concessione, dismembratione, applicatione, aliáve simili dispositione circa illud, aut aliquam Ecclesiam. 1610. 397. cum seq.
Valor beneficij falsò expressus an, & quando vitiet gratiam super ipso beneficio concessam. 1403. 488. & seqq.
Valor beneficij falsò expressus vitiat impetrationem suppressionis ipsius. 1750.195
Valor beneficij quando exprimendus sit, cùm illud impetratur.

impetratur, aut petitur derogatio alicuius ex qualitatibus ipſius. 1380.434. vel eiuſdem ſuppreſſio. 1744.165

Valor beneficij, quod quis obtinet, quódve impetratur, non eſt neceſſariò exprimendus Ordinario, qui inferior ſit Legato. 1376.425

Vaſallus alienans rem feudalem, ſaluo iure domini, quando cuitet caducitatem. 898.774

Venditio aliorum bonorum an teneat, quando non valet venditio iuriſpatronatus cum iis facta. 1543.220

Venditio iuriſpatronatus an, & quando valeat. 1542.215, & 218. cum trib. ſeqq.

Venditio iuriſpatronatus cum vniuerſitate bonorum an requirat Epiſcopi conſenſum. 1543.222

Verba conditionalia non niſi conditionale fideicommiſſum inducunt. 968.68

Verba cum effectu ſunt accipienda. 434.252 & 689.163

Verba directa, obliqua, communia, ciuilia, & naturalia quæ ſint; hutuſque rei vtilitas; remiſſiuè. 967.65

Verba dubia potiùs referri cenſentur ad perſonam, quàm ad dignitatem. 650.57

Verba enuntiatiua in antiquis plenè probant; in recentibus, ſemiplenè, vel ſaltem præſumptionem faciunt. 423.230

Verba geminata in exprimendo onere, vel quantitate pro eo ſoluenda quando inducãt taxationem, vel obligationem ſupplendi in herede. 413.195

Verba illa, *auctoritate Apoſtolica*, quando faciant delegatum. 304.416

Verba illa, *ſi fueris arbitratus, ſi putaueris*, & ſimilia, an importent fideicommiſſum. 953.21

Verba illa, *votum N. commutes, vt matrimonium tunc contrahere poſſit*; vel, *pro hac vice diſpenſa*, quem ſenſum habeant. 765.381

Verba impropriantur ad euitandam iurium correctionem, & contrarietatem. 642.27

Verba, *ipſo facto*, quid importent. 1556.262

Verba, *per ſe, vel alium*, quid importent. 1263.161

Verba, *peto*, & *rogo*, quid ſignificent, vel importent apud Latinæ linguæ auctores, & Iuriſconſultos. 1749.193

Verba precaria, quæ olim obligandi vim non habebant in fideicommiſſis, nunc autem habent, quænam ſint. 952.19

Verba quantumuis generalia recipiunt interpretationem de habilitate, & intellectum iuris communis. 71. 68. & reſtringi, ac ciuiliter intelligi debent etiam in renuntiatione. 890.736. & vnde ſumantur hæ reſtrictiones. ibid.737

Verborum interpretatio præcedere debet rei definitionem. 9.15

Verbum, *accedere*, quid importet. 1767.230

Verbum, aut participium futuri temporis quando importet conditionem, ſeu ſtet taxatiuè. 410.188

Verbum, *debet*, non ſemper importat neceſſitatem, ſed plerumque honeſtatem. 865.666

Verbum, *do*, quando obliquetur, & inducat fideicommiſſum. 967.63

Verbum, *lego*, quando importet fideicommiſſum vniuerſale. 953.20, & 26

Verbum, *lego*, ſemper eſt obliquum. 954.26

Verbum, *relinquo*, an magis conueniat legato, an fideicommiſſo. ibid.24

Verbum, *relinquo*, conuenit fideicommiſſis vniuerſalibus, & particularibus. 961.48. & propriè pertinet ad teſtamentum, ac ſimiles vltimas voluntates; & reſpicit tempus mortis. ibid.49

Verbum, *reſtituo*, & alia obliqua prolata in perſona teſtatoris habent ſenſum directum. 967.64

Verbum, *ſit*, licèt forſan importet ſententiam ferendam; tamen iunctum dictionibus, *ex tunc*, aut *ipſo iure*, proculdubio latam importat. 730.292

Veſtis danda eſt clerico, cui victus, & alimenta debentur. 1782.267

Vicary plures principales, ſeu generales conſtitui poſſunt ab Epiſcopo, vel Capitulo ſede vacante; & tam in ſolidum, quàm ſimpliciter, ſeu coniunctim. 353.513

Vicarij Prælatorum habentium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem an ſint capaces delegationis Papæ vel eius Legatorum. 332. 508. maximè eius, quæ ſit ſub nomine diœceſis. 333. 509

Vicarij Prælatorum inferiorum, qui non habent quaſi diœceſim, commutare non poſſunt vltimas voluntates, ibid.510

Vicariorum temporalium, & perpetuorum materia; remiſſiuè. 599.365

Vicarius Capituli ſede vacante an, & quando commutare poſſit vltimas voluntates, quas poteſt Capitulum. 329.497

Vicarius Capituli ſede vacante an poſſit exequi commiſſiones directas Vicario diœceſis, vt Mediolanen. vel Vicario Epiſcopi. 995.185

Vicarius Capituli ſede vacante eſt Vicarius diœceſis, ſeu Epiſcopatus, vtputa, Vicarius Abulen. & omnino eſt Vicarius iuriſdictionis Epiſcopalis. 332.506

Vicarius Capituli ſede vacante habet ordinariam iuriſdictionem, & eſt Ordinarius. 324.475. idem in Vicario Prælati habentis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. 325.476 & 1725.129

Vicarius Capituli ſede vacante non minorem idoneitatem habere debet Vicario Epiſcopi; & eſt æquè capax delegationis Papæ, eiuſve Legati. 332.505

Vicarius conſtitutus ab Epiſcopo in locum prioris, vel ſubſtitutus a priori Vicario ſuccedit in delegatione huic facta ſub nomine dignitatis, ſeu officij. 995.18;

Vicarius Epiſcopi an propriè habeat ſucceſſorem. 677.127

Vicarius Epiſcopi an veniat appellatione Diœceſani, vel Epiſcopi. 1725.130

Vicarius Epiſcopi, aut Capituli ſede vacante quid poſſit circa derogationes qualitatum beneficij, ac diſpenſationes à Papa, vel alio in forma gratioſa conceſſas. 1112.516

Vicarius Epiſcopi, Capituli ſede vacante, aut Prælatorum habentium quaſi diœceſim an, & quando derogare poſſit fideicommiſſis. 1149.636. aut qualitatibus beneficij. 1364.410

Vicarius Epiſcopi confirmati nondum conſeruati commutare poteſt vltimas voluntates, quas poſſet conſecratus; & eſt capax delegationis factæ Vicario Epiſcopi. 528.495

Vicarius Epiſcopi, cui ſub nomine officij commiſſa ſit vltimæ voluntatis commutatio, an eam exequi poſſit, ſi creetur Epiſcopus eius diœceſis, vel aliàs deſinat eſſe Vicarius. 995.182

Vicarius Epiſcopi exequi non poteſt commiſſiones Epiſcopo directas, niſi poſt ſubdelegationem ab eo in ſe factam: neque directas Epiſcopo prædeceſſori. ibid.184

Vicarius Epiſcopi habet iuriſdictionem ordinariam, & eſt Ordinarius. 226. 191, 469, & 471. cum aliquot ſeqq. ea tamen iuriſdictio expirat mortuo Epiſcopo. ibid.191

Vicarius Epiſcopi in quibus habeat idem cum eo tribunal. 697.181

Vicarius Episcopi quando Episcopi nomine contineatur. 317.486 & 495.39
Vicarius Episcopi, vel Capituli sede vacante, aut Prælatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem an, & quando mutare possint statum Ecclesiæ, aut beneficij. 1592.358. cum trib. seqq. & an supprimere possint beneficia, quoties id potest is, cuius sunt Vicarij. 1725.129
Vicarius generalis an, & quando possit dispensare. ibid. 132. vel beneficia vnire, quæ potest ex speciali facultate conferre. 1726.133
Vicarius generalis Archiepiscopi exercere potest censuras in eius suffraganeos ipso in remotis agente. 328.489
Vicarius generalis Episcopi, aut alterius Ordinarij quis sit. 324.474
Vicarius generalis Episcopi commissarius commutationis alicuius vltimæ voluntatis sub nomine officij tantùm sub iis verbis, *constito tibi de veritate precum*, adiecta etiam illa clausula, *super quo conscientiam tuam oneramus*, vel simili, poterit informationem alteri delegare, non autem ipsam commutationem. 336.528
Vicarius generalis Episcopi commutare potest vltimas voluntates, quas potest Episcopus, si ad id habeat ab eo specialem facultatem, vel quæ speciali æquipolleat. 328.490
Vicarius generalis Episcopi commutare poterit vltimas voluntates, quas potest Episcopus vbi eius copia haberi nequeat, & vrgeat necessitas commutandi. 327.487
Vicarius generalis Episcopi conferens beneficia ex delegatione ea conferre poterit etiam extra diœcesim. 239.231
Vicarius generalis Episcopi exequi potest commissiones commutationis vltimarum voluntatum, aut alias Episcopo directas media ipsarum subdelegatione sibi per eum facta, non autem futurarum commissionum. 326.527
Vicarius generalis Episcopi fortè potest conuertere in alium pium vsum reditus Hospitalium iuxta terminos Concil. Trid. sess. 25. cap. 8. de reform. 328.491
Vicarius generalis Episcopi nequit beneficio pensionem imponere sine speciali facultate. 329.496
Vicarius generalis Episcopi potest ex solo officio audire confessiones sacramentales, & ad eas audiendas alios approbare. 496.42. & an possit dispensare, aut in integrum restituere. 326.478
Vicarius generalis Episcopi potest eo in remotis agente concedere litteras dimissorias ad ordines. 328.489
Vicarius generalis Episcopi potest in causam necessariam, vel vtilem mutare, seu alterare voluntatem testatoris, cùm ea non fuit adimpleta iuxta clausulam testamenti. ibid.492
Vicarius generalis Episcopi prorogare potest executionem piarum voluntatum etiam quoad tempus à iure, vel synodali constitutione præscriptum. 294.393, & 495
Vicarius generalis Episcopi quando commutare potest vltimas voluntates, vti potest etiam iurisdictione voluntaria, vbi ad id ea sufficiat. 328.494
Vicarius generalis Episcopi regulariter commutare potest vltimas voluntates sine speciali facultate etiam in casibus, in quibus de iure potest Episcopus, si eius copia commodè haberi potest. 317.484
Vicarius generalis Episcopi sub nomine officij delegatus nequit ab eo impediri, ne commissionem exequatur, nisi eum remouendo ab officio: putetur autem Episcopus, si id in fraudem faciat. 336.526
Vicarius generalis Episcopi vel non habet dignitatem, vel temporalem; neque propriam, & per se subsistentem, sed accessoriam, & dependentem. 676.126
Vicarius generalis nequit sine speciali mandato peragere grauiora negotia, & quæ eum constituens verisimiliter non ellet ipsi concessurus. 325.477
Vicarius generalis præsertim Episcopi quando ordinarius censeatur quoad ea, quæ mandatum exigunt speciale. 326.485
Vicarius generalis quando possit sine speciali mandato supprimere beneficia. 1726.134
Vicarius generalis quandonam possit ea facere, quæ ex solo officio non posset, verùm exigunt speciale mandatum. 326. 479. & seq.
Vicarius generalis sine mandato speciali, aut æquipollente nequit ex facultate conferendi beneficia vnire. 1595.359
Vicarius non generalis, seu foraneus Episcopi habet delegatam iurisdictionem, non autem ordinariam. 324.473
Vicarius Papæ an duret vacante Sede Apostolica. 226.190. cum seq.
Vicarius Prælati habentis iurisdictionem quasi Episcopalem commutare potest vltimas voluntates quas potest Vicarius Episcopi in eius diœcesi. 332.507
Vicarius specialis an ab Episcopo constitui possit pro vna delegatione recipienda. 336.526
Vicarius temporalis, aut perpetuus an poni possit in Ecclesia patronata sine consensu patroni. 599. 365
Vicarius Vrbis non potest etiam in casu necessitatis facere commutationem vltimæ voluntatis Papæ reseruatam, nisi fortè vacante Sede Apostolica. 285.364
Victus, alimenta, & vitæ sustentatio an idem importent. 1780.262
Victus, & alimenta debentur, ac taxantur iuxta qualitatem personarum. 1781.263
Vidua quando sit de foro Ecclesiastico. 95.35 & 840. 607
Viduis relicta an sint pia. 95.32
Vincula duo magis ligant, quàm vnum, vt cùm dispositio hominis, & legis concurrunt. 126.139, & 164
Vincula omnia exprimenda sunt, quæ concedentem auerterent vel omnino à concessione commutationis vltimæ voluntatis, vel à tali concessione. 440.270
Vincula plura fortiora sunt; & vno sublato alterum remanet. 441.271, ac 277
Visitator ab Episcopo deputatus quando commutare possit vltimas voluntates. 297. 406
Visitator ab Episcopo, vel Papa deputatus an derogare possit qualitatibus beneficij. 1355.387
Visitator datus à Papa Ecclesiæ Cathedrali cum plena, & libera administratione quid facere possit. 326.482
Visitator datus Ecclesiæ Cathedrali loco Episcopi an exequi possit commissiones dispensationum, & commutationum vltimarum voluntatum ad illam spectantes. 495.35
Visitator Ecclesiæ Cathedralis datus à Papa quæ beneficia conferre possit. 1358.397
Visitator Ecclesiæ Cathedralis vacantis an mutare possit statum Ecclesiarum, ac beneficiorum illius. 1591. 355. vel supprimere eiusdem beneficia. 1725.122
Visitator Ecclesiæ Cathedralis vacantis datus à Metropolitano,

Digitized by Google

tropolitano, aut alio, quàm à Papa, an conferre possit beneficia spectantia ad collationem Episcopi solius, vel cum Capitulo. 1356.392
Visitator, seu administrator Ecclesiæ Cathedralis à Sede Apostolica deputatus an, & quando possit vltimas voluntates ad eam Ecclesiam pertinentes commutare. 298.410
Visum ingressus, vel litigiosi an, & quando exprimi debeat in impetratione beneficij, aut derogatione alterius qualitatis ipsius. 1384. 443. aut mutatione status. 1616. 414. aut suppressione eiusdem beneficij. 1746.176
Viuere absque penuria, commodè, decenter, congruè, competenter, vel honestè an idem importent. 1778.157. cum seq.
Vltima hominis dispositio legitima de rebus suis exequenda est. 125.138
Vltima voluntas an sit de iure naturali, gentium, vel ciuili. 56. 26. & 31
Vltima voluntas commutari potest ab eo, ad cuius fauorem emanauit; vel certè is commutationi consentire poterit. 179.66. & trib. seqq.
Vltima voluntas commutari potest ob magnam difficultatem facti in ea exequenda, tunc, cùm potest ob eiusdem facti impossibilitatem. 136. 180. & seq.
Vltima voluntas commutari potest quoad locum ex causa necessitatis. 135. 172. & quoad alium vsum, ex eadem causa. ibid. 173. atque in similibus casibus stante ignorantia probabili impossibilitatis facti in disponente. ibid. 174
Vltima voluntas, cui adiecta est conditio necessaria, æquè commutari potest, ac si non esset ea conditio adiecta. 154.241
Vltima voluntas, cui adiectus est modus possibilis, & honestus, siue etiam impossibilis, turpis, vel contrarius substantiæ dispositionis, commutari potest, cùm ille modus adiicitur ex intervallo; secus, si eodem contextu. 160.252
Vltima voluntas est quædam lex priuata. 127.145
Vltima voluntas in genere an detur. 13. 5. & quid ea sit iuxta quorumdam sententiam. ibid. 6. quid autem secundùm veritatem. 15.7. cum multis seq.
Vltima voluntas iure ciuili, & canonico omnino seruari debet, siue ea dispositio sit inter viuos, siue causa mortis. 69. 62. cum aliquot seqq.
Vltima voluntas non ideo minùs commutari potest, quòd ei adiecta sit conditio de præsenti, vel de præterito, aut resolutoria, quæve de iure inest, licèt exprimatur. 151.234
Vltima voluntas pia, quæ impleri nequit cum circumstantia, impleri saltem debet quoad substantiam. 279.336
Vltima voluntas, quæ est præter ius, plerumque commutari potest. 133.163. & quando. ibid. 165
Vltima voluntas quomodo definiatur. 16.15
Vltima voluntas ratione impossibilitatis facti commutari nequit, cùm impedimentum est temporale: tunc enim sola dilatio est concedenda. 136. 182
Vltimæ voluntates circa rem de facto impossibilem regulariter sunt nullæ. 134.166. aliquando autem possunt commutari. 135.171
Vltimæ voluntates conformes iuri humano positiuo vt plurimùm commutari nequeunt. 125.137
Vltimæ voluntates contrariæ iuri humano positiuo nullæ sunt. 121. 123. & vt plurimum commutari non possunt. 122. 126. aliquando tamen possunt. ibid. 127
Vltimæ voluntates diuino iuri positiuo contrariæ ipso iure nullæ sunt. 109. 89. cum aliquot seqq. an verò aliquando commutari possint. 110. 91. vsque ad 97
Vltimæ voluntates iuri diuino positiuo conformes regulariter commutari non possunt. 112. 98. & quando possint. 113. 104. cum nonnullis seqq.
Vltimæ voluntates iuri humano conformes aliquando possunt commutari. 126. 140. & trib. seqq.
Vltimæ voluntates iuri naturali conformes aliquando commutari possint. 123. 68, & 85. cum seq.
Vltimæ voluntates non commutantur, cum testator prouidit, quid agendum in casu, quo ea non impleantur, seu impleri nequeant. 124.132
Vltimæ voluntates piæ commutari saltem aliquando possunt. 92. 2. cum aliquot seqq.
Vltimæ voluntates profanæ, seu non piæ commutari possunt. 91. 19
Vltimæ voluntates, quæ ex pòst incipiunt esse iuri diuino contrariæ, quomodo sint commutandæ. 111. 96
Vltimæ voluntates, seu dispositiones irrenocabiles tam inter viuos, quàm causa mortis iuri naturali contrariæ ipso iure nullæ sunt. 101. 56. & an commutari possint. 102. 62, & 66. cum seq.
Vltimæ voluntatis nomen quomodo accipiatur communiter à legislatoribus, ac Doctoribus, & quomodo accipiendum sit in hoc tractatu. 17. 16
Vltimarum voluntatum nomine quid veniat. 7. 12
Vltimas voluntates suum consequi effectum quomodo publicè expediat; ac earum liber esse debeat stylus. 1122.550
Vltimum in vnoquoque genere quid sit. 6. 10
Vltimus status quando attendatur in iuribus incorporalibus præsentandi, eligendi, & conferendi; ac generatim in beneficialibus. 1309. 248 & 1553. 254
Vnio an in dubio censeatur realis, seu perpetua, vel personalis, seu ad tempus. 1671. 18
Vnio an requirat consensum patroni, & inferioris collatoris, aut electorum. 1638. 48
Vnio, annexio, incorporatio, suppressio, extinctio, applicatio, & dismembratio in quibus differant. 1669. 11. cum plerisque seqq.
Vnio beneficij an expiret, vel suspendatur per eius prouisionem factam post resignationem ad alicuius fauorem, maximè ex vi permutationis. 1805. 321
Vnio beneficij an supponat facultatem illud conferendi. 1590. 351. cum seq.
Vnio beneficij etiam ab Ordinario facta, licèt nondum sortita sit effectum, exprimi debet in impetranda ipsius beneficij suppressione. 1743. 163
Vnio beneficij facta per Ordinarium alteri beneficio exprimenda est in impetratione beneficij vniti etiam motu proprio? & quid, si impetretur beneficium, cui aliud vnitum est accessoriè. 452. 316
Vnio beneficij, quæ fit ex dispositione Concil. Trid. non obstante eius reseruatione, vel affectione, an possit fieri siue ante, siue post vacationē. 1615. 412
Vnio beneficij quando dicatur sortita effectum. 1803. 320. & seq.
Vnio beneficij, quod impetratur, vel cuius alteri qualitati derogari petitur, iam per Ordinarium facta alteri beneficio quando exprimenda sit. 1379. 432
Vnio beneficij vacantis in mense Apostolico facta ad vitam alicuius an extinguat, vel dormire faciat reseruationem. 1794. 287
Vnio beneficiorum cessante causa, ob quam facta fuit. 1797. 297. non tamen ipso iure; sed ad id requiritur decretum superioris. 1798. 303. cum duob. seqq.

Vnio beneficiorum facienda ſeminario ex decreto Conc. Trid. an requirat conſenſum Capituli Eccleſiæ Cathedralis; vel quòd ſeminarium actu habeat ſcholares,& magiſtros. 1642.490. & quid,ſi hi detinerent ibi eſſe ad tempus. ibid. 491

Vnio diſſolui, ſeu reuocari ab eo poteſt, qui poteſt vnire. 1567.293

Vnio duorum Epiſcopatuum fieri nequit à Legato, ſed à ſolo Papa. 1563.280

Vnio Eccleſiarum ab Epiſcopo facta abſque Capituli conſenſu an ſit nulla ipſo iure, etiam non reclamante,vel opponente ipſo Capitulo.1641.486

Vnio Eccleſiarum,ac beneficiorum quando fieri poſſit à Capitulo ſede vacante. 1590.351.cum ſeq.

Vnio Eccleſiarum an ceſſet ipſo iure ceſſante cauſa vnionis,vel ad id requiratur decretum ſuperioris. 1654.514

Vnio Eccleſiarum an in dubio reuocata cenſeatur. 1655.520

Vnio Eccleſiarum ſæpe ab Epiſcopo fieri poteſt. 297.404

Vnio Eccleſiarum, ſeu beneficiorum facta ab Ordinario, vel Papa ex falſa cauſa an nulla ſit. 1620. 430

Vnio eſt nomen generale continens ſub ſe plures ſpecies. 1671.19

Vnio quando tollat,ſeu extinguat beneficium.1691. 49. cum ſeq.

Vniones acceſſoriæ beneficiorum, ſeu Eccleſiarum in quibus decretis à Conc. Trid. fuerint approbatæ. 1713.98

Vniones ad vitam an hodie ſint prohibitæ, maximè per Conc. Trid. 1794.288.cum ſeq.

Vniones beneficiorum auctoritate Conc.Trid.factæ, & in reg. 12. aliàs 13. Canc. præſeruatæ,quænam ſint. 1802.319

Vniones beneficiorum, & applicationes, atque incorporationes fructuum pro ſeminario vigore Concil. Trid. an requirant conſenſum Capituli Cathedralis, vel ſufficiat conſilium duorum de Capitulo, ac duorum de Clero, quorum ibi meminit Concilium. 1776.252

Vniones beneficiorum,& Eccleſiarum ſunt quædam vltimarum voluntatum commutationes; & plerumque à iure canonico permittuntur. 75.71

Vniones Eccleſiarum, ac beneficiorum quando ab Ordinariis locorum examinari poſſint; vel ſurreptitiæ cenſeantur. 1607.389

Vniones Eccleſiarum,ſeu beneficiorum quare odioſæ ſint. 126.142

Vniones perpetuæ beneficiorum, ſeu Eccleſiarum quænam reuocentur per Conc. Trid. 1800. 313. cum ſeq. & quæ per reg. 12. aliàs 13. Canc.1801. 315. vſque ad 318

Vnionis Eccleſiarum quot ſint ſpecies, ſeu modi. 1670.13.cum trib.ſeqq.

Vnionis Eccleſiarum, ſeu beneficiorum effectus. 1671. 17

Vnire an poſſit Epiſcopus beneficium iuriſpatronatus ſine patroni conſenſu. 600.366

Vniuerſaliora prius tractanda ſunt, quàm minus vniuerſalia. 84.1

Vniuerſalis locutio concurrente eadem fauoris ratione includit etiam ea, quæ ſub lata verborum ſignificatione continentur. 1042.304

Vniuerſalis renuntiatio, & oratio an idem ſit cum generali, & indefinita. 888.731

Vniuerſi, & ſinguli inter ſe differunt. 1325.294

Vniuerſitas quando dicatur Eccleſiaſtica, vel laicalis. 1323.286

Vniuerſitatis duæ partes congregari debent. 611. 596. & qui ab iis excludantur. 612.397

Vocandi quinam ſint ad mutationem ſtatus Eccleſiarum, vel beneficiorum,aut eorum vnionem,eiuſque reuocationem. 1636.472.vſque ad 477

Vocandi ſunt in commutatione vltimæ voluntatis, qui ex ea lædi poſſunt, vbi in reſcripto adſit clauſula, *vocatis vocandis*, vel, *vocatis iis,quorum intereſt*, aliàs nulla erit commutatio. 587. 327. niſi nullus ſit qui contradicere poſſit. 591.343

Vocandi ſunt qui ex commutatione vltimæ voluntatis lædi poſſunt vbi etiam in reſcripto non adſit clauſula, *vocatis vocandis*, vel, *vocatis iis, quorum intereſt* : ſed actus valet quoad vocatos. ibid.344

Vocari omnino debent ad ſuppreſſionem beneficiorum,qui ex ea lædi poſſunt, cùm in eius commiſſione adeſt clauſula, *vocatis vocandis*, vel, *quorum intereſt*. 1762. 222. ſi tamen omittatur vocatio aliquorum, ſuppreſſio quoad vocatos valebit. 1763.224

Vocatio, citatio, & monitio in quo conueniant, ac differant. 570.259. cum duob. ſeqq. in iure autem aliquando confunduntur. 572.262

Vocatio proprie ſit ad actum extraiudicialem, vel iuriſdictionis voluntariæ. 270.260

Voluntas, ac mens teſtatoris, & cuiuſuis diſponentis magis ſpectanda eſt, quàm verba. 135.176

Voluntas accipitur pro potentia animæ, pro habitu, & pro actu. 6.11

Voluntas contra ius naturale, etiam interueniente iuramento, non obligat. 102.61

Voluntas declaratur expreſsè verbis, ac tacitè factis: licèt aliquando etiam tacitè verbis, & expreſsè factis declaretur. 887.725

Voluntas defuncti ſi nequit impleri in totum, debet eo modo, quo poteſt. 62.42 & 135.175

Voluntas formalis etiam quoad renuntiationem comprehendit conditiones ſufficientes, ac neceſſarias ad contrahendum, ſeu ſe obligandum; vt, quod abſit coactio, metus, dolus, error, & ignorantia. 889.735

Voluntas hominis nonnumquam declaratur ex non facto. 911.829

Voluntas morte finitur. 16.14

Voluntas non declarata, ſeu in mente retenta eſt velut abortiua, nihilque operatur in actibus humanis. 887.724

Voluntas non minùs factis, quàm verbis declaratur. 608.385 & 897.770

Voluntas, qua fit renuntiatio, debet eſſe exteriùs declarata, ſiue quoad forum conſcientiæ, ſiue quoad externum. 886.723.& ſeq.

Voluntas, quæ eſt contra bonos mores, non eſt ſeruanda. 101.58

Voluntas teſtatoris contraria erectioni Eccleſiæ in regularem, ſæcularem, Collegiatam, Cathedralem, aut Metropolitanam, alterive ſtatus Eccleſiæ mutationi in huius impetratione exprimenda eſt. 1466.50

Voluntas teſtatoris maximè in fideicommiſſis ſpectanda eſt. 967.66

Voluntas teſtatoris mutari poteſt ex eo, quod poſt eius mortem accidit. 135.177

Voluntas teſtatoris veniens in neceſſariam conſequentiam verborum expreſſorum habetur pro legitima etiam ad inducendum, vel non inducendum fideicommiſſum. 968. 69. & ſeq.

Vota commutare ordinaria auctoritate poteſt is, qui in eiſdem valet diſpenſare. 345.563

Vota omnia etiam realia commutantur in Religionis profeſſionem; non tamen debita vouentis. 570.66

Digitized by Google

Vota reſeruata Papæ quænam ſint. 119.120
Voti irritatio, diſpenſatio, & commutatio, quæ per defunctum poterat obtineri, an poſſit ab eius hærede. 619.411. cum trib. ſeqq.
Votum commutari nequit etiam in æquale ſine cauſa. 355.17. &, ſi fiat commutatio, nulla eſt. ibid.19.
Votum commutari nequit ſine ſuperioris auctoritate in rem, de qua dubitari poteſt, an ſit melior, aut certò conſtet eam eſſe æqualem. 172.36. & quid, ſi euidens ſit æqualitas, probabilis verò maior bonitas. ibid.37
Votum de re illicita non obligat. 78.91
Votum emiſſum propter Deum, licèt etiam in fauorem tertij, poteſt à Prælatis Eccleſiæ commutari abſque illius conſenſu. 370.67
Votum eſt promiſſio facta Deo, & ab eo acceptata. 25.42. & quotuplex ſit. ibid.43
Votum, & iuramentum in multis rebus relaxatur. 118.117. de re verò illicita, aut impediente maius bonum non eget relaxatione. ibid.118
Votum etiam perſonale, aut mixtum, cuius implementum heredi à teſtatore iniunctum fuit, poteſt ad heredis inſtantiam diſpenſari, & commutari. 621.414
Votum facit eſſe maioris bonitatis rem promiſſam: quæ tamen maior bonitas transfertur in rem ſubrogandam. 172.34
Votum factum principaliter, aut etiam ſecundariò alicui tertio, & ab eo acceptatum à ſolo Papa diſpenſatur, vel commutatur, non autem à Prælatis inferioribus abſque illius tertij cõſenſu. 370.67
Votum ieiunandi ſingulis ſextis feriis in quæ alia opera poſſit rationabiliter commutari; & an in iis attendendum ſit, vt materia ſubrogata deſeruiat fini intento per illa ieiunia. 629.440
Votum ieiunij à paupere emiſſum in minorem eleemoſynam commutari poteſt quàm emiſſum à diuite. 621.415
Votum in materia voluntaria contra ius naturale nullum eſt, neque commutari poteſt. 103.67
Votum ingreſſus Religionis, aut perpetuæ caſtitatis in quæ opera commutari poſſit. 628. 437. & votum de non contrahendo matrimonium, aut aſſumendo ordine ſacerdotis. ibid.438
Votum pœnale quibus modis concipi poſſit. 626. 417. & quomodo commutari poſſit, aut debeat ante, vel poſt pœnam incurſam. ibid. 428. & quid, ſi tale votum contineat commodum alicuius perſonæ, vel loci pij. ibid.429. & ſeq.
Votum quando dicatur fieri pauperi, vel ſoli Deo. 370.68, & 69
Votum quando poſſit priuata auctoritate in rem euidenter æqualem ab ipſo vouente cõmutari. 172.38
Vouens aliquid facere, vel omittere, ac non petere diſpenſationem, in huius impetratione debet vtramque votum explicare; & quomodo. 450. 306 & 1162.666
Vouens aliquid in honorem Dei poteſt citra ſuperioris auctoritatem illud in euidenter melius commutare. 171.31. licèt vtrumque implere poſſit. 172.33. & licet illud, quod vouit, cederet in vtilitatem tertij; modò ſpecialem promiſſionem homini ab eo acceptatam non includat. ibid.35
Vouens rem illicitam poteſt propria auctoritate illam in licitam commutare. 168.21
Vſucapio detrahit iuri gentium, non autem naturali. 56.23
Vſus interpretatur, ac declarat legem, aliamve diſpoſitionem dubiam. 1123.555
Vſus priuilegij poſt renuntiationem non eſt licitus; & antea non eſt neceſſarius, niſi in certis caſibus. 885.720
Vtens diſpenſatione à ſuperiore facta in lege ſui ſuperioris ſine cauſa an peccet. 355.16. & quid de tali diſpenſatione in lege ſua. 358.31
Vtilitas Eccleſiæ eſt ſufficiens cauſa, vt etiam inuito patrono minui, aut augeri poſſint onera beneficij diminutis, vel auctis eius reditibus. 1605. 382. necnon erectionis Eccleſiæ ſimplicis in Collegiatam, vel parochialem, aut baptiſmalem. ibid 383. & quid de erectione in Cathedralem vel Metropolitanam, aut diuiſione vnius Epiſcopatus. 1606. 384
Vtilitas euidens æquiparatur neceſſitati. 380.102
Vtilitas euidens publica eſt cauſa ſufficiens commutationis vltimarum voluntatum. 380.101. & trib. ſeqq
Vtilitas priuata aliquando eſt ſufficiens cauſa derogationis fideicommiſſorum. 1155. 646. plerumque verò publica. 1157.647
Vtilitas priuata aliquando ſaltem eſt cauſa ſufficiens commutandi vltimam voluntatem. 381. 105. ac diſpenſandi ſuper impedimentis iure humano matrimonium dirimentibus; & in diſpenſatione, aut commutatione votorum. ibid.106
Vtilitas priuata eſt cauſa ſufficiens, ob quam aliquando derogatur fideicommiſſis. 1054.353
Vtilitas priuata quando non ſufficiat ad commutationem vltimarum voluntatum. 383.109
Vtilitas publica eſt cauſa, cur introducta fuerit à iure derogatio fideicommiſſorum. 1053. 350. ac derogandi maioratibus, & eorum qualitatibus, ſeu conditionibus. ibid.352
Vtilitas publica eſt cauſa ſufficiens mutationis ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum. 1605.381
Vtilitas publica eſt cauſa ſufficiens, vt Papa diſpenſet in matrimonio rato, etiam ad effectum nubendi alteri; & in voto ſolemni Religionis. 380.103
Vtilitas publica eſt ſufficiens cauſa, vt Princeps tollat dominium quæſitum de iure ſiue ciuili, ſiue gentium. 380.104.
Vtilitas publica ſufficit ad mutationem ſtatus Eccleſiæ regularis in ſæcularem, ac ſæcularis in regularem; necnon ad vnionem Eccleſiarum, ſiue beneficiorum, atque huiuſmodi vnionis diſſolutionem. 1606.385

Finis Indicis rerum ſingularium huius Tractatus.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google